LOCI COMMUNES PETRI MARTYRIS VERMILIJ FLORENTINI...

Pietro Martire Vermigli, De_Rohan, Louis Du_Temps

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
30 Q
5



EX BIBLIOTHECA ARM. JUL. PRINCIP. DE ROHAN ARCH. DUC. REM.



Ex Bibliotheca D. LUDOVICI DU TEMPS *Bellovacensis Canonici Remensis.*

Digitized by Google

Digitized by Google

14. 30. Q. 5

Loci Communes
PETRI MARTYRIS VERMILII FLORENTINI
SACRARVM LITERARVM IN SCHOLA TIGVRINA PROFESSORIS CELEBERRIMI:

EX VARIIS IPSIVS AVTHORIS SCRIPTIS, in vnum librum collecti, & in quatuor Claſſes diſtributi.

Huic poſtremæ omnium EDITIONI, ex accurata cujuſdam Theologi prælectione, emendatiſſimæ, ingens ejuſdem D. P. MARTYRIS lucubrationum acceſſio facta eſt: *Locis* aliquot *Communibus*, qui hactenùs deſiderabantur, additis: ſic vt ad abſolutos jam Locos Communes nil ampliùs deſiderari poſsit: Adjectis præterea *Theſibus* nonnullis, *Quæſtionibus*, *Reſponſis*, *Orationibus*, ſeu *Concionibus variis*: Tandem collectis & collatis vndique ejuſdem auctoris maximi momenti *Epiſtolis*, ac *Indicibus* perneceſſariis.

Omnis Scriba doctus ad regnum cœlorum, ſimilis eſt homini patrifamiliâs, qui profert ex theſauro ſuo nova & vetera, MATTH. c. 13. v. 52.

S. Andrea della Valle.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

GENEVÆ,
Apud Petrum Aubertum.
M. DC. XXIII.

Digitized by Google

Effigies PETRI MARTYRIS VERMILII.



Tuſcia te pepulit, Germania & Anglia fouit,
Martyr quem extinctum nūc dedit Heluetia.
Dicere quæ ſi vera volent, te & nomine dicent.
Hic fidus Chriſti (credite) ΜΆΡΤΥΡ *erat.*
Vtq; iſti taceant, ſatis hoc tua ſcripta loquuntur:
Plus ſatis hoc Italis exprobrat exilium.

Theodorus Beza.

PIO LECTORI
R. MASSONIVS S.

QUOD ſummis votis (Lector) optaveram, ut difficilimis iſtis temporibus, doctiſſimæ doctiſſimi viri diſputationes de doctrinæ Chriſtianæ capitibus, multorum manibus tererentur, id me jam aliquatenus conſecutum eſſe video & gaudeo, eóque etiam nomine, Deo Opt. Max. gratias quantas poſſum maximas ago. Acceſſerunt ad Lōdinenſem editionem priorem, Tigurina & Baſilienſis, non pœnitendis acceſſion bus locupletiores: quibus effectum eſt ut auctoris noſtri opes reliquæ, quæ cum blattis fortaſſe & tineis decertabant, in hūc theſaurum utendæ fruendæ referrentur: & arma pulvere ac ſitu obſita, in hoc armamentario ad quemvis uſum parata reponerentur. Ego verò in priore illa editione noſtra, quū mihi ipſe nullo modo, nedum aliis ſatisfacere potuiſſem, accuratius aliquid mihi elaborandum eſſe putavi. Ac primùm, locis ſanè multis qui nos effugerant, hanc noſtram penum inſtructiorem reddidi: quos (ut facilius deprehenderentur) aſteriſco notavi: tranſpoſitos in ſuam quemque Claſſem & ordinem revocāvi: repetitos qui ſine jactura tolli poterant, ſuſtuli: Loca Scripturæ ab authore citata adſcripſi: Indice triplici Lectorum memoriæ conſultum volui: Quæ à Tigurinis & Baſilienſibus edita fuerunt addidi. Diſputationes tamen de Euchariſtia in Gardinerū, de votis in Smitthæū, & ſimiles, quæ ſua ſeparatim volumina poſcere videbantur, prætermiſi: univerſo autem operi, coronidis inſtar, præfixi D. RODOLPHI GUALTHERI eximii & nunquā ſatis pro ſummis dotibus & perpetuo doctrinæ cœleſtis propagandę ſtudio laudati viri, DE LOCORUM COMMUNIUM utilitate & ſacris concionibus formandis, Prefationem doctiſſimam. Ac demum D. JOSIÆ SIMLERI manum eruditā ſecuti, D. MARTYRIS ſepulti licet, vitam, mores, inſtituta, totā deniq; ſanctiſſimæ mētis anatomen, tanquā in Tabula ſpectandam propoſui. Atq; ita ni fallor, habent pii quoad Dei gloriam & ſibi ipſis & aliis utiles eſſe poſſint. Quum enim virum Dei perfectum requirat Paulus, & qui ſit non modò ad docendum & erudiendum, ſed etiam ad arguendum & corrigēdum inſtructus: Martyris noſtri ſolida, & recondita doctrina tanquam χειραγωγίᾳ fretum pium pectus, in abditiſſima quæque & utiliſſima ſacrorum myſteriorum adyta, penetrabit. Et quum Romanus ille Goliath, fractis jam Philiſtæorum ſuorum viribus novas rurſus acies inſtruere, & prælium, Pſeudojeſuitica phalange inſtructus, redintegrare moliatur: ex hac inſtructiſſima Martyris noſtri officina, non clypeum tantum ἀντίβιον, ſed arma omnia, φυλακτικὰ & ἀμυντικὰ, expeditiſſimè arripere, & tutus in aciem prodire poterit Chriſtianus miles. Quamvis enim novi iſti Romanæ Synagogæ fœtus & ſibi & miſeris hominibus aves canoræ videantur, imo etiam alarum ſuarum ſtrepitu, currùs equorum ad pugnam armatorum referant, piè tamen eruditis auribus non niſi Ranarum ex paludibus coaxationes audiuntur, & locuſtarum ex abyſſi puteo prodeuntium agmina, perpurgatis ſpirituali luce oculis apparent. Si quis enim paulo attentius animum advertat, tabulas tantum ex ſuis naufragiis, id eſt, interpolata ex ſuis anteceſſoribus ſophiſmata, argutiis inanibus fucata reponunt. Verùm ſuos illi quantumvis giganteos conatus exiſtiment, & tantum non adorent, eos tamen, Sole veritatis illuceſcente, in fumum abituros ſperamus: Ipſis mox cum ſuo Appollyone, niſi reſipiſcant, abyſſum ſuam repetituris. Faxit modò Deus ille pater, ut armaturam totam illam ſpiritualem induamur, atque ut pios decet CHRISTI athletas, pervigiles in excubiis ſtemus, quouſque conterat Dominus Satanam ſub pedibus noſtris. Amen.

Digitized by Google

RODOLPHI GVALTHERI TIGVRINI AD S. THEOLOGIÆ ET MINISTERII ECCLESIASTICI CANDIDATOS,

De uſu & utilitate Locorum Communium, déque formandis Concionibus ſacris Præfatio.

PERICLES, fortiſſimus Athenienſium princeps, idémque Orator facundiſſimus, qui quòd in concionibus ad populum tonare ac fulminare videretur, à Comicis vulgò Olympius dictus fuit, ad illas (ut Plutarchus ſcribit) nunquam prodire ſolebat, quin prius Deos precaretur, & his vota nuncuparet, ne quod verbum ipſi imprudenti aut nolenti excideret, quod rei ſive argumento propoſito minus conveniret. Sciebat nimirum vir prudentiſſimus, Civitates non abſque numine coaluiſſe, & Deo gratas eſſe eas hominum ſocietates, quæ certis legibus colliguntur & reguntur, ut in pace vivatur, & (ut Cicero ait) libera ſit & non ſolicita ſuæ rei cujuſque cuſtodia: & ex eo colligebat, neminem abſque religione & ſupremi numinis metu de iis debere Sermonem inſtituere, quæ ad Rempublicam faciunt, ne quid dicatur, quod bonis & receptis legibus officiat, pacem publicam turbet, & Dei oculos offendat. At ſi tanta vis eſt ejus lucis, quæ poſt extinctam ex Adami lapſu Dei imaginem in nobis reliqua manſit, ut homo Ethnicus & à Dei veri cognitione alienus, de rebus civilibus verba facturus, tanta cautione ſibi utendum putarit: quantò magis qui in Eccleſia IESV CHRISTI concionem habere vult, Deum ſeriò precari debet, ne aliquo affectu privato deceptus, aliquid temerè dicat, quod vel rei præſenti, de qua agitur, minus conveniat, vel ad deſtructionem Eccleſiæ potius quàm ædificationem faciat: utque inter dicendum ſemper memor ſit præcepti Apoſtolici: Qui loquitur, loquatur ut eloquia Dei. Etenim inter Dei beneficia, nullum poſt exhibitum nobis Filium Vnigenitum, præclarius eſt, quàm quòd inter miſeros mortales ille ſibi domum conſtituit, & cœtus ſacros colligit, in quibus ſeipſum nobis per verbi ſui prædicationem & legitimum Sacramentorum uſum patefacit, & Filij ſui merito partam ſalutem iis communicat, qui pro hoſtibus cenſeri, & ſempiterno exitio devoveri merebantur. Nulla item hominibus dignitas major obtingere poteſt, quàm ſi ad Eccleſiæ miniſterium vocentur, quæ Dei Opt. Max. domus, imò peculium atque ſponſa eſt, quam hic non ſolum oculi ſui pupilla (ut per Prophetam dicit) ſed Filij ſui æterni & Vnigeniti ſanguine chariorem habet. Qui enim illi ſerviunt, ij & Dei adminiſtri ſunt, & myſteriorum ejus diſpenſatores: adhæc illud munus ſuſtinent, ad quod (teſte Apoſtolo) nemo idoneus eſt, niſi quem Deus donis ſuis inſtructum ac idoneum fecerit. Nam in hoc verſanti Linguarum cognitione opus eſt, Hebrææ inprimis & Græcæ, quibus S. Sacræ libri à Prophetis & Apoſtolis deſcripti ſunt, ne dum ab interpretibus totus pendet, alienis oculis videat, & ore alieno loquatur. Sed & ut totius mundi hiſtoriam norit neceſſe eſt, ut quis omnibus ſeculis in vera & orthodoxa doctrina Eccleſiæ conſenſus fuerit, demonſtrare poſſit. His conſtans & intrepida animi vera fide illuminati fortitudo, docendi etiam facultas, & (ut Paulus ait) ἡ στόματος ἄνοιξις, id eſt oris apertio, ſive nullis minis cedens παῤῥησία accedat oportet: quæ niſi à Deo dentur, nemo ſibi propria induſtria comparabit. Agnoverunt ergo olim hujus muneris gravitatem Prophetæ & Apoſtoli, quorum aliqui, ne hoc ipſis imponeretur, deprecati ſunt, omnes autem non ipſi modò, ut Deus mentes & linguas ipſorum ſuo ſpiritu regeret, ſolicitè oraverunt, verumetiam publicis Eccleſiarum precibus voluerunt adjuvari. Id verò ut ſeriò & utiliter fiat, ſtudio ſimul diligenti atque aſſiduo opus eſt, ut qui ſaxum iſtud aliquando voluere debent, non locumdent humanis opinionibus, neque religiones ex ſeipſis philoſophicas fingant (ſicuti poſt invectas Pontificum incuria, vel potius avaritia & ambitione, tenebras aliquot ſæculis non abſque miſerabili Eccleſiarum diſtractione factum eſſe vidimus) ſed ad Dei Verbum ſeſe aſſuefaciant, & (quod olim de ſeipſo Habakuk dicebat) in ſpecula ſua conſtituti, audiant prius quid in ipſis Dominus loquatur, quàm ipſi ad dicen-

dum

dum proſiliant. Quoniam verò nobis in Sacræ S.libris loquitur Deus, in quibus ex Spiritus S. ſuggeſtione eam doctrinam complexi ſunt ad hoc delecti ejus ſervi, quæ perpetuò in Eccleſia ſonare debet, illorum lectioni aſſiduæ intentos eſſe oportet eos, qui ad illius gubernacula jam ſedent, vel ad hæc aliquando acceſſuri ſunt. Niſi enim Scripturas familiariſſimas fecerint, in pleriſque hærebunt, & dum non habent quod dicant, vel ex ſeipſis proferent quod temerè in mentem venit, aut quæ ab aliis conficta ſunt, quos ſimilis ignorantia, aut cæca ſuperſtitio decepit, vel aliquis affectus turpior à Veritatis via abduxit. Non temerè ergo Paulus Timotheum ſuum, quem à pueris ſacras literas didiciſſe teſtatur, nihilominus lectioni incumbere, & indeſinenter in doctrinæ verbi Dei meditatione verſari voluit.

Porrò ut certum ſui ſtudij & laboris ſcopum habeant Theologiæ candidati, ad quem non abſque fructu colliment, duo in primis ſunt neceſſaria. Primum, ut Ideam certam doctrinæ, ſive hujus ſummam concipiant, quam in unum quaſi corpus contrahant, & eandem rurſus in ſua quaſi membra ſive Locos Communes (ut vulgò in Scholis loquuntur) diſtinguant, ut inter docendum ſcire poſſint, ad quos Locos ſive capita referri debeant Scripturæ loci, quos Eccleſiæ interpretari volunt. Alterum, ut norint, quam in docendo rationem ſequi debeant, ut quod multo ſtudio didicerunt, commodè & utiliter populo annuntiare poſſint, ut auditorum inſtitutioni, conſolationi & ædificationi ſerviat: ad quos fines Eccleſiaſtem ſive Prophetam reſpicere jubet Apoſtolus, ne doctrina, extra metas à Deo præſcriptas vagando, incerta & inutilis fiat. Itaque de duobus iſtis breviter, & quod in præſentia ſufficere videbitur, dicemus.

Primùm, proprio exemplo Spiritus S.commendat, qui in Scriptura utriuſque Teſtamenti non uno loco ſummam doctrinæ cæleſtis, ceu in uno corpore comprehenſam proponit, ut ſinguli uno quaſi intuitu videant, in quonam tota ſalutis noſtræ ratio conſiſtat, & quid eos facere oporteat, qui illam aſſequi volunt. Talis ſumma eſt, quæ in fœdere cum Abrahamo inito proponitur, Deo dicente: Ego ſum Deus Schadai, ambula coram me, & eſto integer, & in ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Ejuſdem generis eſt Decalogus, quem poſtea Moſes in breviorem Epitomen contraxit, dicens: Audi Iſrael, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt: Diliges itaque Dominum Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. Et per Micheam Spiritus Sanctus omnem Dei rectè colendi & vitam piè inſtituendi rationem ſimili compendio tradens ait: Quid abs te requirit Dominus, niſi ut facias judicium, diligas beneficentiam, & humilieris ut ambules cum Deo tuo? Et Dominus noſter IESVS CHRISTVS de maximo & ſummo præcepto interrogatus, reſpondebat: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua. Iſtud eſt primum & magnum mandatum. Secundum autem eſt huic ſimile: Diliges proximum tuum ut teipſum. Ab iſtis duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent. Itaque gemina dilectione Dei nimirum & proximi, Chriſtus univerſam religionis & vitæ Chriſtianæ doctrinam complectitur. At ſi rem totam propius intuearis, utraque latiſſimè patet, & Dei dilectio quidem ad eius cultum tam internum quàm externum extenditur, & cum fide obedientiam quoque quam ei debemus, comprehendit. Proximi autem dilectio in infinitas quaſi ſpecies dividitur pro hominum, quibus cum nobis res eſt, rerum item & negotiorum quæ incidunt, diverſitate, quæ omnes poſtea in Scripturis alibi diſtinctius & evidentius traduntur. Simili ratione Apoſtolos fidei & religionis Chriſtianæ ſummam paucis articulis (quos vulgò Symbolum Apoſtolicum dicimus) complexos fuiſſe vetuſtiſſimus & illorum temporibus proximus Scriptor Irenæus teſtatur: quos ipſi deinde in ſuis concionibus atque ſcriptis diligentius expoſuerunt. At quia expoſitiones ejuſmodi ex ſingulari Spiritus S.conſilio in Scripturis non uno loco, neque certo & continuo ordine traduntur, ſed hinc inde carptim, & plerunque breviter pro temporum illorum ratione, & prout opus erat, perſtringuntur, & quidem interdum ſic, ut non à quovis niſi intentiſſimo lectore obſervari poſſint, neceſſe omnino eſt, ut qui in Eccleſiæ miniſterio cum laude & auditorum fructu verſari volunt, non ſolùm ſummam doctrinæ cæleſtis in genere cognitam habeant, ſed eandem in partes atque ſpecies diſtinguant, & in ſuos quaſi locos diſtribuant, ut quam latè pateant, & quid de ſingulis piè & orthodoxè ſentiri ac dici poſſit, intelligant. Fecerunt hoc ex orthodoxis Patribus plerique, ut ex ſcriptis eorum, quæ adhuc extant, eſt videre. Huc enim referri poſſunt Clementis Alexandrini στρωματέων καὶ ὑποτυπώσεων libri, in quibus plurimi doctrinæ Chriſtianæ Loci explicantur. Origenis item περὶ ἀρχῶν, & pleráque Tertulliani, plurima item Theodoreti, Auguſtini & aliorum ſimilia ſcripta, in quibus ejuſmodi Locos aut dogmata fidei & religionis noſtræ diligentius excuſſerunt. Quia tamen iidem ferè ſuo ſeculo ſervierunt, plerique iis potiſſimùm tractandis fuerunt intenti, de quibus tunc controverte-

batur, & quæ diligentius explicari neceſſe erat propter ſimpliciores, qui hæreticorum ſtrophis & impoſturis, quibus tunc turbabantur Eccleſiæ, decipi poterant. Hinc factum eſt, ut quidam ex illis de multis diſputent, quorum alij nullam omnino mentionem faciunt, & quæ hodie prætermitti poſſent, niſi veteres hæreſes quidam malè feriati homines poſtliminio ex inferis revocarent, Deo nimirum ſic ulciſcente noſtri ſeculi ingratitudinem, quæ fit, ut multi abjecta veritatis dilectione, ſub religionis prætextu ſuis cupiditatibus indulgeant, & illo ad privatæ gloriæ ſtudium & quæſtum ſuum abutantur. Laudandus autem eſt Deus Optimus Maximus, qui ut laboranti Eccleſiæ conſuleret, & Sacrarum literarum ſtudioſis opem ferret, plurimos noſtro ſeculo excitavit eruditione & pietate præſtantes viros, qui in hac re egregiam operam præſtiterunt: Quorum omnium labores ſi pro dignitate prædicare velim, ne dies quidem totus mihi ad dicendum ſufficeret. Non poſſum tamen ſilentio præterire eximium IESV CHRISTI ſervum, D. Theodorum Bezam, qui totius legis Moſaicæ in ſuas Claſſes & locos diligenti & accurata diſtributione Theologiæ candidatis non modò viam ſtravit, quàm ſequantur, ſed totam Legis doctrinam tam illuſtrem, expeditam & intellectu facilem fecit, ut prolixis Commentariis ei minimè opus ſit, qui locos omnes ad ejuſdem præcepti explicationem pertinentes diligenter inter ſe contulerit. Quòd ſi eidem vitam & otium Pater ille luminum conceſſerit, ut veros & germanos Legis interpretes & Prophetas, pari ſerie ad eaſdem Claſſes ſive Locos referat, habebit hæc ætas noſtra, de quo omnes pij ſibi gratulentur, & poſteritas quod admiretur. Quid autem de illuſtri illo & indefeſſo Spiritus ſancti organo, Ioanne Calvino dicam (cujus anima nunc cum Chriſto in cœlis vivit, memoria autem omnibus piis grata & jucunda eſt) qui ut pleróſque Veteris & Novi Teſtamenti libros Commentariis doctiſſimis illuſtravit: ita libro ſuo de Religionis Inſtitutione ſummam doctrinæ Chriſtianæ per ſuas partes atque locos ordine commodiſſimo ita digeſſit, ut in illa tradenda errare non poſſint, quicunque hunc ducem ſecuti fuerint. Laudem quoque non vulgarem in hoc opere meruit venerandus ſenex Vvolfgangus Muſculus, Bernenſis Theologus, & ante hunc Philippus Melanchthon, quem jam dudum piè hac vita defunctum & in Domino quieſcentem, hodie non minus crudeliter quàm indignè tractant malè grati diſcipuli quidam, qui niſi ipſe eos loqui docuiſſet, non haberent quod dicerent. Conjunxiſſet his ſuam operam, ſi vitæ hujus uſum longiorem conceſſiſſet Dominus, noſtræ Scholæ Tigurinæ decus atque ornamentum, D. Petrus Martyr Vermilius, cujus eruditio atque pietas cum toti orbi & florentiſſimis in eo nationibus cognita & perſpecta ſit, nolo de illo nunc plura dicere. At quod hic ſuo obitu præventus præſtare non potuit, id ſua induſtria ſarcivit D. Robertus Maſſonius Gallicæ Eccleſiæ Londini in Anglia fidelis miniſter, qui accurato judicio & incomparabili labore ex illius in Sacros Scripturæ libros Commentarios collegit, quæcunque ad expoſitionem Locorum Communium, ſive præcipuorum religionis ac fidei Chriſtianæ Capitum pertinent: & eo ordine illa digeſſit, quem antea in ſua Inſtitutione ſecutus fuit Calvinus, quo nullus melior & compendioſior excogitari poterat. Nam in quatuor Claſſes librum totum diſtinxit, quarum prima, quæ de DEO omnium Creatore & gubernatore in Scripturis dicuntur, continet. Secunda Locos ad hominis lapſum & ejuſdem reſtitutionem per CHRISTVM pertinentes explicat. Tertia eos complectitur, qui rationem tradunt, qua in CHRISTI & ſalutis per hunc partæ poſſeſſionem venitur, quæ item ejus in nobis manentis effecta ſunt. Poſtrema de inſtrumentis atque mediis externis diſſerit, quibus DEVS homines in Eccleſiæ ſuæ gremium colligit, hanc paſcit & regit, ínque ea morum honeſtatem ac pacem publicam ſervat atque tuetur. Hos ante quadriennium in Anglia excuſos non abſque pœnitendo corollario nunc (quod fauſtum felixque ſit) iterum publicamus. Nam quædam inter Martyris chartas inventa adjecimus, addidimus præterea librum Orationum aliquot, quas in Scholis diverſis habuit. Epiſtolarum item partim Theologicarum, quibus omnis generis quæſtiones explicantur, partim familiarium, quas propter eruditam venuſtatem & noſtrorum temporum hiſtoriam lectu dignas judicavimus. Collegerat pleráque poſt Martyris obitum D. Ioſias Simlerus, gener meus dilectus, & illius cùm viveret in Schola noſtra fidus collega. Sed & hunc mors præmatura nobis abſtulit: quòd noſtri ſeculi ingratitudinem ita punire viſum ſit Deo, cujus judicia omnia ſunt juſtitia & veritas. Quòd ſi hoc noſtrum ſtudium Eccleſiis exteris probari intellexerimus, altera editione alia quoque dabimus, quæ nunc ob temporis anguſtiam prælo committi non potuerunt.

Porro etſi iſte liber cum aliorum ſcriptis, qui in hoc argumento laborarunt inſtructiſſimum veræ & orthodoxæ doctrinæ theſaurum vobis proponat, ô ſtudioſiſſimi juvenes & Sacræ Theologiæ candidati, nemo tamen ex eo ignaviæ occaſionem arripiat, ut ſibi nihil præterea facien-

faciendum eſſe exiſtimet: ſed potius tantorum virorum exemplo excitati, eos imitemini, ut horum ſtudio & labore congeſtas opes ipſi veſtra induſtria quotidie auctiores reddatis. Etenim nullum ad veram atque ſolidam eruditionem compendium eſt certius & fructuoſius, quàm ſi quiſque ſibiipſi Locorum Communium Commentarios proprio Marte colligat, & quæcunque inter legendum, vel etiam in Colloquiis & diſputationibus memoratu digna occurrunt, ſub ſuos titulos annotet. Requirit hoc communis neceſſitas, quando nemo mortalium ita ingenio valet, ut omnia quæ audit vel legit, memori mente, ne unquam excidant, retinere queat. Solent autem ea, quæ deſcribimus, memoriæ firmius inhærere, quàm quæ legendo obiter percurrimus. Deinde qui illud facere ſemel in animum induxerunt, ij majori cum attentione libros cùm ſacros tum prophanos legunt, & quo unumquodque referri debeat, diligentius expendunt: quod & ingenij acumen acuit, & judicium vehementer confirmat. Præterea ſi hoc non ſolùm in S. Scripturæ libris, verumetiam in aliorum Patrum orthodoxorum ſcriptis obſervetur, magno cum fructu de veteris Eccleſiæ in veris fidei dogmatibus conſenſu admoneberis, ut vera à falſis diſcernere, nova item & prius inaudita facilius cavere poſſis. Et quia in Philoſophorum ſcriptis multa inveniuntur, quæ illi ex communi ſenſu & naturæ legibus rectè tradiderunt de bonis moribus & virtutis ſtudio: adhæc exterarum gentium hiſtoriæ omnis generis exemplis abundant: quorum ſæpe inter concionandum magnus vſus eſſe poteſt, ſive noſtri ſeculi hominum licentiam arguere, ſive aliquos ad virtutem adhortari velis, proderit in tuos Locorum Communium Commentarios ex prophanis quoque Scriptoribus annotare, quæ tibi in Eccleſiæ miniſterio verſanti aliquando profutura putabis. Fecit hoc olim in libris στρωματέων Clemens, ſicuti Euſebius obſervavit, quod ipſi utile videretur divina dogmata cum iis conferre, quæ à Græcis inventa, vel etiam apud barbaros recepta ſunt. Et quid vetat, quò minus ad Eccleſiæ ædificationem & fidei atque religionis noſtræ commendationem, illorum teſtimoniis & exemplis pio & ſancto zelo abutamur, qui ab illa alieniſſimi fuerunt? quando conſtat Tabernaculum Domini in deſerto, & poſtea Templum Solomonis, ex Aegyptiorum & variarum gentium, quas David devicerat ſpoliis ædificatum atque magnificè exornatum fuiſſe? Quotquot certè hoc conſilium ſequuntur, ij ſupellectilem ſive penum ſibi parant inſtructiſſimam, ex qua ad quæſtiones quaſcunque commodè reſpondere, & ſi opus ſit, de re quavis abſque magno labore diſſerere ac diſputare poſſunt. Qui vel memoriæ fiducia decepti, vel laboris tædio ſuperati, illud negligunt: iis ferè idem quod ſecuris & ignavis rei domeſticæ adminiſtratoribus, accidere ſolet. Vt enim hi ſibiipſis egeſtatem accerſunt, & ſi qui hoſpites ex improviſo adveniant, non habent quod eis apponant, & tunc non ſine ignominia ſuæ cum negligentiæ tum prodigalitatis pœnas luunt: ita iſti omnis doctrinæ expertes & jejuni prorſus, plerunque ridiculos & turpes ſeſe præbent, ſi quando ad quæſtiones ab aliis propoſitas ſubitò reſpondere, aut de controverſis dogmatibus, vel aliis rebus gravibus ac cognitu neceſſariis, ex officio diſſerere, aut quid de illis veteres Eccleſiæ doctores ſenſerint, enarrare iubentur. Nec vereor dicere, hanc præcipuam contentionum noſtri ſeculi cauſam eſſe, quod plerique Theologi in magiſtrorum ſuorum verba iurati, horum modò libros legunt, nec quid olim erudita vetuſtas ſenſerit, aut quos errores atque hæreſes damnarit, noverunt, neque etiam ab aliis edoceri volunt: quæ arrogantia cum turpi inſcitia conjuncta olim Neſtorio fœdiſſimi erroris cauſa fuit, & multos hodie in abſurdiſſimas diſputationes abducit, ut maiori cum ſcandalo Neſtorianiſmum cum Eutychiſmo, hæreſes alioqui diverſiſſimas, Eccleſiis paſſim obtrudant.

Cæterùm ut domum ædificaturo non ſatis fuerit ligna, calcem, lapides, tegulas & aliam materiam præparatam habere, niſi ſingula ſuis locis rectè diſponat, ut domus ex illis fiat, quæ commodè inhabitari poſſit: Ita Theologiæ candidatum non ſolùm doctrinæ materiam ex Scripturis tam ſacris quàm prophanis congeſtam habere, ſed eundem (ut Paulus monet) διδακτικὸν eſſe oportet, id eſt, docendi facultate inſtructum, ut conciones ſacras rectè formare, & abs ſe collectam illarum materiam commodè diſponere, & argumenta quævis cum aliorum teſtimoniis & exemplis ſuo loco adducere norit, & recto ordine ea dicere, quæ auditoribus cognitu neceſſaria ſunt. Quod quia à noſtro inſtituto minimè alienum eſt, qua ratione fieri poſſit, breviter dicemus. Hic autem duo potiſſimùm miniſter obſervabit: Vnum, ut loci Scripturæ quem explicare inſtituit, ſenſum verum & germanum probè teneat: Alterum, ut eundem ad auditorum ſuorum captum & inſtitutionem pro temporis & loci conditione accommodet.

Quoad primũ, ante omnia neceſſe fuerit, totius libri ſacri, ex quo locus ille petitur, argumẽtum atq; ſtatum noviſſe, ne hoc neglecto ſive præterito, extra oleas (quod aiunt) vagemur, & ea dicamus, quæ Scriptori ſacro fortaſſis ne in mentem quidem venerunt, cùm illa ſcriberet. Itaque

Digitized by Google

in Prophetarum ſermonibus explicandis, diligenti & exacta hiſtoriarum cognitione opus eſt, ut ſciamus, quæ illis docentibus, rerum conditio ſive ſtatus fuerit, non ſolùm apud Iudæos & Iſraelitas, quibus prædicarunt, verumetiam apud exteras gentes, quibus cum Iudæis res fuit, vel propter viciniam, vel propter fœdera, vel etiam propter veteres aut recentes injurias. Plurimum ergo momenti ad Propheticorum ſcriptorum explicationem conferet, ſi non ſoli Regum & Paralipomenon libri, verumetiam ij authores evolvantur, qui Aegyptiorum, Aſſyriorum & Chaldæorum, Perſarum item & Græcorum hiſtorias deſcripſerunt. Quoad verò novi Teſtamenti libros, quia Dei Filium, Ieſum Chriſtum, ſub Romana Monarchia naſciturum eſſe Prophetæ veteres prædixerunt, ad Evangelicæ hiſtoriæ veritatem demonſtrandam non tam utilis quàm neceſſaria eſt rerum Romanarum cognitio, quæ promiſſionum & vaticiniorum veterum fidem illuſtrat, & ut hæc impleta ſint docet, ſimúlque oſtendit, ut Deus Filij ſui contemptum in Iudæis ſimul & Gentibus ultus ſit. Eadem eſt epiſtolarum Apoſtolicarum ratio, quæ eò facilius intelligi & majori cum fructu exponi poſſunt, ſi civitatum & populorum, quibus inſcriptæ ſunt, mores, ingenia & ſtatum ex eorum hiſtoriis cognoverimus. Ita enim ſingula ad ſuum ſcopum miniſter referet & tunc aptiſſimè ſcripta atque dicta eſſe patebit, quæ primo intuitu vel abſurda, vel ſupervacanea, aut etiam nimis obſcura videbantur.

Quoad alterum, in noſtra quoque tempora reſpicere, & noſtrorum hominum ſtudia atque mores, in primis verò Eccleſiæ, cui nos ſervimus, præſentem ſtatum ſive conditionem diligenter obſervare oportet. Quod ſi fiat, magna ſeſe utrinque ſimilitudo offeret, & eandem ferè omnibus ſeculis tam mundi hujus quàm Eccleſiæ faciem fuiſſe apparebit, quæ hodie eſt. Nam ut ingenium ſuum mundus perpetuò retinet, qui totus in malo jacet, & lucem veritatis odit, qua ejus opera mala arguuntur: ita Chriſtus Ieſus idem eſt heri, hodie, etiam in ſecula. In hujus etiam agro, qui eſt Eccleſia, communis ille inimicus Satan omnibus ſeculis, dum homines dormiunt (quod electis quoque frequenter accidit) zizania ſua aſpergere ſolet, ex quibus ſcandala naſcuntur, quæ non impios ſolùm urunt, verumetiam Dei oculos offendunt, qui, cùm iſtud non abſque noſtra culpa fiat, juſto judicio perſecutiones, aut alias calamitates immittit, quibus Eccleſias exercet & ventilat, ut à ſordibus & paleis repurgentur, & qui oſcitantiores ſunt, expergeſiant. Itaque inter concionandum diligenter admonendi erunt auditores, ut nobis hodie conveniant, quæ olim Prophetæ & Apoſtoli ſui ſeculi hominibus dixerunt. Hoc enim attentos reddit, & faſtidium tollit, quod ut plurimum obrepere ſolet hominibus imperitis ac rerum ignaris, quando quæ olim dicta aut ſcripta ſunt, nihil ad ſe & noſtra tempora pertinere arbitrantur. Applicationis autem iſtius ea ratio eſſe debet quàm Apoſtolus tradit, ut quæcunque dicuntur ad Eccleſiæ ædificationem faciant: quem ſcopum tunc attingemus, ſi omnia auditorum inſtitutioni & conſolationi accommodentur. In inſtitutione autem & doctrina primus locus debetur rationi ſalutis per Chriſtum partæ: quæ ſi rectè intelligatur, mox totum fidei myſterium illuſtrabit, & ſimul quid in Dei cultu, in Sacramentorum adminiſtratione ſive uſu, & totius vitæ converſatione nos obſervare & ſequi conveniat, docebit. In conſolando autem diligenti cura & ſtudio opus erit, ne temerè aliquos ab uſufructu promiſſionem Dei excludamus: ſed quia multi ſuapte natura & ingenio infirmiores ſunt, multis vaferrimus ille quadruplator Satan inſidias ſtruit, & incautos variis tentationum jaculis oppugnat, totus in eo ſit miniſter Verbi, ut ſinguli intelligant, promiſſiones gratuitæ miſericordiæ Dei & æternæ ſalutis ad ſe quoque pertinere, & eaſdem in Chriſto Ieſu. Etiam atque Amen eſſe omnibus quos vitæ licetius actæ & peccatorum ſuorũ pœnitet, ad ipſum verò fide accedunt, qui omnes laborantes & oneratos liberaliſſimè ad ſe vocat, neq; ullos ad ſe venientes foras eijcit. Deniq; quia tota Scriptura divinitus inſpirata & utilis eſt ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in juſtitia, adhæc quæcunque ſcripta ſunt, in noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus: ſacri cœtus autem ex diverſis hominibus conveniunt, quorum alij adhuc rudes & myſteriorum regni Dei prorſus ignari, inſtitutione & doctrina: alij incauti & improvidi, admonitione opus habent: multi contumaces acriori correptione in viam revocandi, multi adhortationibus crebris urgendi, nonnulli minis quoque ſeverioribus ſtimulandi ſunt: econtra multis conſolationes adhiberi neceſſe eſt, quibus ſublevati in fide promiſſionum Dei & ſpe vitæ æternæ confirmentur: in omnibus concionibus verbum Dei ita ſecari debet, ut ſinguli ea audiant, quæ ipſorum inſtitutioni aut correctioni & cõſolationi ſervire poſſint: Ne qui vel ſecuri nimis vel obſtinatiores ſunt, promiſſionib. gratiæ ad majorem licentiã abuti poſſint, néve infirmiores nimiis cõminationib. territi fathiſcãt & deſperatione abſorbeãtur. Et quoniam in omnibus iſtis magna exemplorum vis eſt, ea in promptu habeat Miniſter, ut ex ingẽti ſuo theſauro, quẽ (ut nuper monuimus) ſibi ex ſacris & prophanis hiſtoricis collegit, illa

depromat

depromat, quæ ſuis auditoribus inprimis convenire, & non omnino ignota eſſe ſciet. Inter quæ cùm pleríque domeſticis, & iis quæ ex majorum ſuorum rebus geſtis petuntur, magis quàm peregrinis moveri ſoleant, non tam utile quàm neceſſarium eſt, ut ſuæ gentis Annales ſive hiſtorias Miniſtri Eccleſiarum, propè cognitas habeant, ut quid olim majoribus ipſorum utile aut noxium fuerit, poſſint oſtendere. Præterea poſtulat interdum rerum præſentium ſtatus, aut caſus aliquis improviſus, ut in Locum aliquem Communem digrediaris: Id verò ſic fieri debet, ut hoc nos non abſque certa ratione facere appareat. Quapropter ne à loci propoſiti tractatione omnino diſcedere, & inſtitutam orationem, non abſque privati affectus ſuſpicione, violentius abrũpere putemur, locus Scripturæ quem præ manibus habemus, quoad ejus fieri poteſt, digreſſionis noſtræ argumento applicare, & eiuſdem verba itidem repeti ac urgeri debent, denique oratio noſtra tandem commodè eo redeat, unde digreſſa fuit, ut auditores intelligant, nihil dictum eſſe à præſentis loci ſtatu aut argumento prorſus alienum.

Quoad elocutionem, cuius non indiligens ratio haberi debet, mihi aliud dicendi genus potiſſimùm probatur, quod neque affectatum aut æquo ſublimius ſit, neque nimis humile aut ſordidũ. Quia enim in Eccleſiæ cœtu maior pars ex hominibus illiteratis & idiotis conſtat, his obſcurum & moleſtum, adeóq; inſidioſum videtur, quicquid eruditionis reconditæ & non vulgaris ſpeciem præ ſe fert: quæ cauſa eſt, ut non abſq; tædio audiant dicentem, neque ex concionibus non bene intellectis fructum multum percipiant. Rurſus, ne doctrina propter elocutionem abiectiorem ſordeat, & (quod vulgò dicitur) hîc quoque nimia familiaritas contemptum pariat, nonnihil ſupra familiare & vulgo uſitatum dicendi genus attollenda erit oratio, ſic tamen, ut eiuſdem gravitas perſpicuitate temperetur. In monendo autem & corripiendo ſalis Evangelici acrimoniam ſic adhibeat Miniſter, ut interim à ſcurrili dicacitate, & in primis à convitiandi petulantia prorſus abſtineat, ne animi bilem relevare, aut privato odio indulgere, aut ſaltem dicteriis intempeſtivis potius petulanter ludere, quàm errantium emendationem, & eorum qui peccarunt ſalutem quærere exiſtimetur. Nam ſi hanc de ſuo Paſtore ſuſpicionem Eccleſia ſemel conceperit, næ vix aliquis aut perquàm exiguus fructus ex eius doctrina deinceps ſperari poterit.

Poterant hæc prolixius tractari, & multa alia dici, quæ neque meipſum, cui iam annus 40. in hac palæſtra Eccleſiaſtica luctanti agitur, adhuc aſſecutum eſſe, libenter & ingenuè fateor, & quæ brevi oratione aut epiſtola non poſſunt comprehendi. Puto tamen iſta tyronibus piis atq; ſtudioſis ſufficere, ſi cum diligenti & aſſidua Scripturarum meditatione & frequenti concionum ſacrarum exercitio, vitæ inculpatæ ſanctimoniam & morum honeſtatem conjungant, inprimis autem Patrem cœleſtem precibus ſeriis & ex fide vera manantibus indeſinenter fatigent, ut hic promiſſum nobis paracletum, Spiritũ veritatis, qui optimus dicendi magiſter eſt, cordibus ipſorum immitat, qui mentes illuſtret & linguas regat, ut ea ſemper dicant & faciant, quæ fideles Ieſu Chriſti ſervos decent. Quòd eò ardentius & felicius præſtabimus, ô fratres & ſymmiſtæ dilecti atq; obſervandi, ſi in poſtrema hac mundi ad ſuum finem decurrentis ſenecta, quando fides in terris rara eſt, charitas item in cordib. hominũ refriguit, & iniquitas abũdat, nunquã animis noſtris excidat ſeria & gravis Domini noſtri & ſupremi paſtorum principis IESV CHRISTI, admonitio, qua ſuum de noviſſimi ſæculi corruptis moribus & undiq; exorituris periculis vaticinium concluſit ſic dicens: Quis igitur eſt fidelis ſeruus & prudens, quem Dominus conſtituit ſuper famulitium ſuum, ut det illis alimentum in tempore? Beatus ſervus ille, quem cùm venerit Dominus ejus invenerit ita facientem. Amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Quod ſi dixerit ſervus ille malus in corde ſuo: Tardat Dominus meus venire: cæperítque verberare conſervos, quin etiam edere & bibere cum ebriis: Veniet Dominus ſervi illius in die quo non expectat, & hora qua non novit, & diſſecabit eum partémque ejus ponet cum hypocritis. Stationem ergo noſtram, ô fratres, conſtanter teneamus, & procul relictis infelicibus concertationibus, quib. ambitioſi rixatores hodie Eccleſias turbant, & ſimplicem atque ſalutarem Evangelij doctrinam ſua ſophiſtica intricant & multis exoſam reddunt, ſecundum Apoſtoli præceptum attendamus lectioni, exhortationi & doctrinæ, neque negligamus quod in nobis eſt donum: ſimul autem exemplar ſimus fidelium in ſermone, in converſatione, in charitate, in ſpiritu, in fide, in puritate. Deniq; ad ejuſdem Apoſtoli exemplum ita curramus, ut non in incertum: ſic pugiles agamus, ut non cædentes aerem: ſed contundamus corpus noſtrum, & in ſervitutem redigamus, ne quo modo qui aliis prædicaverimus, ipſi ſimus reprobi. Valete & vivite. Dominus IESVS veſtris ſtudiis atque laboribus benedicat, & inter graviſſimas ſæculi hujus tempeſtates Eccleſias nobis conſervet: Ipſi debetur benedictio, honor, gloria & poteſtas in æternum, Amen. Tiguri 22. Auguſt. menſis. Anno nati in carne æterni Filij Dei 1580.

AMPLISSIMO ET PIETATIS, ERVDITIONIS AC VIRTVTIS NOMINE, PRÆSTANTISSIMO VIRO, D. ANTONIO COKO, Equiti Aurato, D. ſuo plurimum obſervando,

ROBERTVS MASSONIVS S. D.

IN ad te accedo (vir ornatiſſime) cum D Petri Martyris Vermilii, omnis veræ ſapientiæ theſauro refertiſſimo. De cujus ſolida & multiplici eruditione, quum apud me, te compellaturus, cogitarem, in mentem venit ſumma illa Dei & Patris, in hoc noſtrum ſeculum liberalitas & munificentia. Nobilis illa Ioëlis prophetia, de Sancti Spiritus effuſione, ſuper omnem carnem, ad Regis noſtri D. Ieſu Chriſti inaugurationem (fateor) præcipuè pertinet. Verùm, fontem illum donorum Dei inexhauſtum eſſe, & ſuo tempore Dominum Eccleſiam præſtantiſſimis quibuſque donis ornare, hæc noſtra ætas ſequuturis poſteris, eſt fidem factura. Magnum certe fuit, quod linguarum ſtudia, in ipſiſſima barbarie, artes etiam & diſciplinas in obſcura ignorantiæ caligine ſepultas reviviſcere, ipſis penè oculis vidimus. Cœleſtis autem ſapientiæ, id eſt, pietatis doctrinam, paſſim jamdudum extinctam horrenda hypocriſeos, ignorantiæ, ſuperſtitionis, tyrannidis, impietatis, inferorum denique omnium monſtra, ſic obſeſſam undequaque concludebant, ut nunquam ex profunda ejuſmodi abyſſo emerſura videretur: tot igitur hydræ capitibus debellatis, Dei veritatem in libertatem aſſerere, hujuſque nitidam & lucidam faciem oculis omnium ſubjicere: non heroici tantum, ſed divini planè Spiritus fuit. Sed enim Pater ille ſpirituum noſtri miſertus, præſtantiſſima organa nec pauca excitavit, ut fugatis mendaciorum tenebris, jam veritatis clariſſimum lumen, omnibus hominibus affulgeat. Eſt igitur, quòd Deo & Patri gratias ingentes agamus, qui tot eruditas manus, ſic edocuerit pietatem & veritatem exprimere, ut hoc unum ſuperſit curandum, nè nobis in poſterum deſimus: verùm omnem operam, diligentiam, induſtriam, in percipiendis ejuſmodi myſteriis collocemus: frontalia noſtra, domorum poſtes, fimbriæ, verba denique noſtra omnia, poſteris teſtimonium dicant, & fruendas cœleſtes haſce divitias, ampliſſimam ſcilicet hæreditatem, tradant. Atque eo accuratius in eam rem incumbere nos oportet, quòd hoſtis ille antiquus, qui lumen ferre non poteſt, ſic veritatis ſplendori inſidietur, ut reducendas perpetuò tenebras moliatur. Habuerunt artes omnes & ſcientiæ, ſuam quandam apud Gentes permultas ætatem, & quaſi maturitatem: ſed ita, ut parvo poſt momento, quaſi ſenio viribus exhauſtis, contabeſcerent. Enimverò hoc nobis periculum, jamjam in tantis Dei donis imminet. Nam ut Gothicas multis in locis vaſtitates prætheream, ut Iulianorum artes taceam, quibus, piorum liberis interdictum ſcholis omnibus cupiunt: atque ita Pharaonum inſtar, Eccleſiam, in ipſis incunabulis enecare contendunt: Mihi quidem certè inprimis, ignorantiæ & terræ caliginis metum incutit ea mundi ingratitudo, qua Dei gratiam aſpernatur, & ideo conculcat, quod magis tenebras quàm lucem diligit. Quamobrem juſtiſſimo Dei judicio dignus eſt, qui fœdus mendacii & ignorantiæ ſervituti mancipetur. Et his quidem artibus (ut alia permulta omittam, quæ commemorare nimis longum foret) palàm & apertè veritatem oppugnat pater ille mendacii: doctiſſimorúmque virorum labores alto ſilentio obruendos curat. Quo magis adniti debent pii omnes, ut eorum monumenta, nocturna diurnáque manu verſemus. Verum enimverò magna hic quoque cautio adhibenda eſt: Ad eam enim, quam è doctiſſimorum virorum lucubrationibus, utilitatem percipimus, hoc incommodi accedit (adeo nihil eſt omni ex parte beatum) quòd doctorum virorum ſimię quidam infinitam nobis librorum copiam temerè effundant: ut jam docti pariter & indocti, quaſi prurigine quadam agitati, ſcripturiant. Neque verò levis hæc jactura cenſeri debet, quum enim eorum quæ utiliter cognoſci poſſunt infinitus ſit numerus, omnibuſque ſit innata cognitionis & ſcientiæ cupido: vitæ autem (ut inquit ille) ſumma brevis, ſpem nos vetet inchoare longam: non dubium eſt, quin bonis quibuſque & ſtudioſis, bonas horas malè collocare, longè graviſſimum videatur. Atqui vel ipſi homines bene docti, dum cognoſcendi ſtudio obvios quoſque libros percurrere volunt, non contemnendam temporis jacturam faciunt. Tyrones autem longè periculoſius à recta ſtudiorum ratione deducuntur. Sæpiſſimè enim accidit, ut falſa pro veris amplectantur: Certè planum & tutum iter ad ſolidam eruditionem non inſiſtunt. Quamobrem ſicuti pij doctique viri ſua dona in

communem

Digitized by Google

communem uſum, ex Domini præſcripto proferre,ita juniores in tanta ſcriptionum infinitate impetum,ac multiplicis lectionis ardorem,meo quidem judicio,cohibere debent:& eximios aliquos primæ notæ ſcriptores ſibi deligere, quorum diu & ſæpe pervolvendis libris inhæreant,& immorentur. Clariſſimorum verò luminum,quæ Deus in Eccleſia iſtis temporibus excitavit,catalogum contexere,nõ eſt hujus loci aut inſtituti. Petrus etiam Martyr Vermilius quo loco cenſeri debeat in Eccleſia Dei,ſi pluribus perſequi velim,vereor,ne non ſatis idoneam meã operã,in re minimè neceſſaria, collocaſſe videar. Sinceræ enim pietatis, multiplicis & reconditæ doctrinæ, feliciſſimi ingenii, acerrimi judicii,ſuaviſſimorum denique morum, in diverſiſſimis regionibus infinitos habet teſtes primarios, & omni exceptione majores. Ipſi etiam librorum & commentariorum partus,ſic parentis imaginem referunt,ut ſi quis aliunde lineamenta & colores adhibere velit,& actum agat,& merito ridiculus videatur. Ergo ſi quis de Petro Martyre Vermilio,μαρτύριον & præclarum elogium quærat,vel hunc unicum librum diligenter evolvat:hic enim & piæ mentis, & candidi pectoris, & omnimodæ eruditionis effigies ſeſe exeret:ex qua certius tantum virum,quàm oculorum adminiculo cognoſcere poſſis. Porro inſtitutum hoc meum,in locis iſtis colligendis,vereor ut in multorum reprehenſiones incurrat.Et certè quàm primum hujus rei mihi venit in mentem,non tam me ultrò ſuſcipiendi labores, quàm varia multorum judicia quæ ſubeunda eſſent deterrebant:quo tamen metu ne ab inſtituto revocarer,multis,iiſque ni fallor,idoneis rationibus, adductus fui. Primùm enim hic cùm noſter author,in hoc ſcribendi genere,feliciſſimè ſit verſatus, locóſque infinitos,aliis noſtri ſeculi claſſicis authoribus intactos,& quorum cognitio noſtris hominibus longè eſt utiliſſima, pertractarit: quia tamen variis in libris tanquam lacera & disjecta quædam membra jacebant , à paucis qua decebat attentione & ſtudio,volvebantur:quæ tamen par eſt,eos omnes accuratiſſima lectione terere , qui ſeriò ſacræ theologiæ ſtudiis incumbunt.Nam ut eos taceam,qu irerum penuria impediti,volumina illa omnia ſibi comparare non potuerunt:plerique ferè omnes,quum,quo quidque loco dicatur non ſatis tenerent,modò hunc,modò illum locum,prout occurrebat,arripiebant:qui autem omnia perſcrutarentur,paucos omnino exiſtimo fuiſſe. Ergo quemadmodum in ampliſſima domo & rebus omnibus inſtructiſſima,non omnia in acervum unum indiſtincta cumulantur, ſed ſuis quæque locis diſtributa ſeponuntur,ut in uſus neceſſarios proferri poſſint:ita in tantis opibus,quas ſedulus ille Dei œconomus Eccleſiæ Dei comparaverat,operæpretium me facturum exiſtimavi , ſi ordine aliquo omnia diſponerem notiſque additis indicarem : unde ſuo tempore , à ſtudioſis quibúſque depromi poſſent.Hoc autem meum judicium multo mihi magis arriſit,quum in eadem fuiſſe ſententia ipſum Dominum Martyrem intellexi.Sic enim ab Ioanne Gravella,viro integerrimo,fideliſſimo Eccleſiæ Dei paſtore,mihi amiciſſimo homine,accepi:quo tempore D.Petri Martyris domeſticus , unà cum aliis multis ejus conſuetudine & colloquiis frueretur,ab illo quæſitum aliquando fuiſſe,quare locos communes uno volumine collectos,edendos non curaret:hoc enim Eccleſiæ Dei fore utilius , & à piis quibuſque magnopere deſiderari : Tum iis quæ dicta fuerant annuiſſe, idque ſi per ocium liceret,ſe aliquando facturum recepiſſe.Quod utinam illi præſtare dediſſet Dominus. Neque enim dubium,quin & limæ labore addito,& multarum rerum acceſſione,longè cumulatiores opes Eccleſia habitura fuiſſet.Id autem quum ipſi minimè licuerit ex ejus judicio,ad id audendum , quod utiliſſimum Eccleſiæ fore judicabat,multo confirmatior acceſſi.Verum omnem moram ſuſtulit,multorum graviſſimorum hominum ſententiam diligenter ſciſcitatus, omnes id uno ore ſe jamdudum vehementer cupere:nonnulli etiam,ſe eadem conſilia & labores meditatos eſſe, reſponderunt. Neque verò mihi dubium eſt , ex eo quem ipſe percepi fructu,quin pios omnes (aliorum enim judicia non tanti facio)quorum ſtudiis hoc meo labore conſultum putavi,judices æquiſſimos feram.Quam verò methodum in collocandis his locis ſequutus ſim,proximus qui ſequetur catalogus, palam faciet. Qua de re ut pluribus agam,nulla me,ut arbitror,idonea ratio cogit. Quum enim liberè ſoleant alii aliud probare , ego quod aptius mihi videbatur,amplexus ſum:vel eo nomine,quòd ejuſdem fere ordinis exempla,apud veteres & ſcholaſticos,nec non recentiores inveniantur:quorum lectioni jampridem multi aſſueverunt.Illud fortaſſe nonnulli minus probabunt,quòd præter eos locos quos certis titulis author ipſe diſtinxit,alia permulta hincinde aſſumpſerim. Et certè quum me ad hoc opus initio accingerem. non eo uſque progredi animus erat. Verùm duo ſtatim animadverti,quæ me in eam quam ſequutus ſum, rationem, impulerunt. Primum,quod alioqui vix ac ne vix quidem fieri poterat,ut apta aliqua methodo, loci iſti inter ſe cohærerent. Maximi enim hiatus,magno ſtudioſorum tædio,incommodo etiam majore,ordinem quemvis interturbaſſent. Adhæc multa, multis in locis diſperſa,ſine titulo deliteſcebant,quæ quidem ad locos communes pertinent : quæque ex ipſa lectione,ſtudioſi(ni fallor)utiliſſima experientur. Neque tamen eſt quod uno volumine,quiſpiam, aut celeberrimi hujus viri doctrinam concludi arbitretur (quis enim tantum Pelagus ita facilè exhauriat?)vel quæ ſuperſunt in Commentariis,minutiora aut dilutiora eſſe exiſtimet,hi potius loci,ad reliqua cognoſcenda,quæ multa & maximi momenti ſuperant,animos acuere debent. Et certè, quũ ex vero & nativo ſenſu Scripturæ , hunc authorem ſaluberrima dogmata haurire & confirmare, tot etiam hereſeôn portenta conficere videamus, eum merito magiſtrum, in perſcrutanda ſacrorum librorum ſententia adhibere debemus:præſertim quum ex illo fonte, quocunque animum adjeceris, ſolidæ doctrinæ rivulos exundare deprehendas,qui pietatem & ſanctitatem ubique ſpirant. Et his quidem de rebus hactenus. Cæterùm quum in hujus operis editione,apud me(ut fit)cogitarem(vir generoſe)cuinam tandem lucubrationes iſtæ inſcribendę eſſent,ſtatim animum ſubiit,Angliam veſtram, id ſibi ſuo jure potiſſimum vendicare. Nam & Regiæ Majeſtatis beneficio,in celeberrima Academia Oxonienſi Domino Petro Martyre docente , doctrina hæc perſonuit:& veſtratibus libros quos ipſe edidit,ut plurimum dicatos voluit. Accedit præterea, ſumma veſtra erga exteras Chriſti

Digitized by Google

Eccleſias,ac præſertim Gallicam,cui me paſtorem Londini conſtituit Dominus, charitas, & jam toti pe[illegible] orbi indefeſſis ſtudiis & officiis teſtata humanitas. Ac potentiſſima quidem ſimul & ſereniſſima Regina,ut dignitate, ſic ea humanitatis laude,omnibus præire conſpicitur:cujus præſidio,horrendis afflictionum procellis jactatæ Eccleſiæ, reſpirant, ut non modò ſe principem nobis, ſed matrem in Iſraële oſtendat. Alii deinde certatim ordines, verè Chriſtiana benevolentia, ſacra Chriſti membra excipiunt fovent,tuentur. Neque verò levis aut evanida fuit,hæc charitatis in animis veſtris impreſſio:ſed quo majore truculentia ſævierunt hoſtes Eccleſiæ, eò magis ſe exeruit piæ benignitatis ingenium:ut jam multos annos,Londinenſis civitas,præter alia paſſim oppida,multis extraneorum millibus,cum paupertate, variiſque morbis conflictantibus,ſe non ut hoſpitium,ſed tanquam cum indigenis communionem patriam fruendam præbeat. Sed ne hic quidem gradum ſiſtit Eccleſiæ Anglicanæ liberalitas:quin in longinquas uſque regiones,CHRISTUM exulem proſequatur,ut in ſuis eũ membris alat,operiat & conſoletur. Ergo quum tot tantáque extent veſtra in Eccleſias afflictas beneficia, noſtrum eſt proculdubiò, gratitudinem erga vos noſtram,qualibet ratione teſtari. Eas igitur ob cauſas, virum aliquem celebrem mihi deligendum cenſui,cujus unius nomine,vobis omnibus,quæ veſtra ſunt,in medium proferre poſſem.Tuum verò nomen, vir clariſſime, cur meis potiſſimum cœptis,ut lumen fulgentiſſimum præire optaverim,paucis ratio reddenda eſt.Primùm autem,tua,tuorúmque ſumma erga me humanitas & benevolentia:tum etiam de operis hujus editione cõſilium & cohortatio, ſpem mihi fecerunt, non ingratum fore, ſi te compellare auderem:ſed,quę veſtrę gentis eſt ad humanitatem erga pios omnes propenſio,quum hęc tibi eſſent cum aliis multis communia,ut ad te accederem nondum ſatis animi fuiſſet,niſi me graviores præterea rationes compuliſſent.Sed enim,ne tuo indignum patrocinio hoc opus eſſe judicarem,eo adductus ſum,quod non jejunum aliquod à me protectum munus,ſed doctiſſimi viri κειμήλια,ab ipſo authore, tibi jamdudum aliqua ex parte oblata,in lucem à me proferantur. Nam ſi laborem & particulas, connectendis inter ſe rebus neceſſarias exceperis(quas tamen ſemper in ipſius operis progreſſu,morbo graviſſimo correptus, adhibere non potui) nihil omnino meum reperies.Ea ſiquidem,ut mihi videtur,in aliorum ſcriptis,nedum in tanti viri laboribus,ſanctè ſervari colíque debet religio. Cujus igitur quum hic ſuperſtes eſſet,tibi jucunda fuit conſuetudo,non ingrata futura eſt,ni fallor, hujus vitæ laboribus functi, recordatio:nec eam doctrinam à nominis tui tutela acerbis,cui tuæ dignitatis & celeberrimorum virorũ, civitatum etiam atque adeo Regum veſtrorum nomina,tanquam clariſſimi tubarum clangores, audientiam fecerunt:cujus denique nomine,exilii moleſtias perferre glorioſum duxiſti, ut palam omnibus faceres,in tuis præcordiis Chriſtum altas radices egiſſe.Quod ſi quis excipiat,nõ ea me qua decebat æquitate agere,qui tibi uni inſcribam,quæ D.Martyr,aliis tecum ſummis viris, Rebuſpublicis, Principibus,& Regiæ etiam Majeſtati,conſecrata voluerat:Reſpondeo,me non injuſtitia,ſed tenuitatis meæ conſcientia, ab eiuſmodi fiducia revocatum fuiſſe:Ita tamen ut nominis tui ſplendore obtectus,tum ſereniſſimæ D.Elizabethæ Regiam Majeſtatem,tum aliorũ omnium dignitatem & præſtantiam,quibus in ſua ſcripta jus aliquod D.Martyr conceſſit,ſuppliciter rogem,ut quem hic ſuperſtitem ſummè dilexerunt,nunc cœleſtibus aggregatum pari benevolentia complectantur:eandémque doctrinam quam felici ſui nominis auſpicio,multis legendam præbuerunt:nunc ut eadem ab omnibus alacritate excipiatur,eodem favore adſpirent. Ergo ex tuo nomine,ut vides,Vir clariſſime, magnam huic operi gratiæ & commendationis acceſſionem conciliatum iri meritò confido. Cujus meæ perſuaſionis cauſas,ſi velim enumerare,vereor,ut munus aurium tuarum modeſtiæ,facultatis etiam meæ modulo minus idoneum,ſuſcipiam.Etenim ſi pietatis,conſtantiæ,eruditionis, integritatis, generis denique,& virtutum aliarum laudem,tibi aſſerere velim:non minus nota dixero,quàm ſi aut corvum nigrum,aut cygnum album,inani verborum congerie probarem.Nam ut pleráq; alia omittam,tria extant virtutum tuarum,& oculis omnium obverſantur,teſtimoniorum genera. Virorum enim clariſſimorum & integerrimorum in ſuis ſcriptis nunquam intermorituris elogia,tuo nomini dicata,celebritatis tuę memoriam,ab omnium temporum injuria,& rerum viciſſitudinibus,haud dubiè vindicabunt.Nobiliſſimorum autem liberorum tuorum, & in iis etiam præſtantiſſimarum quatuor filiarum,in omni veræ virtutis & eruditionis genere accurata educatio:tantum ad generis tui nobilitatem,ex virtutis tuæ perſuaſione,pondus addidit: ut primarii in hoc ampliſſimo regno viri, & qui meritò Regię Majeſtatis prudentiſſima voluntate,primos gradus occupant, magnáque cum laude & publico commodo tuentur,eas ſibi perpetuas vitæ ſocias delegerint,ut ex eo ſtẽmate, poſteros ſua Republica dignos,relinquerent. Verùm Eduardus ille,Rex nunquam ſatis laudatus,& non modò Angliæ,ſed ſeculi noſtri ornamentũ,plena eſt & abſoluta laudis tuæ materia.Quãdiu enim nõ tãtùm Anglia ſed exteræ gentes omnes, excellentiſſimi illius Regis recordabuntur (fulgorem autem tanti ſideris, nulla unquam obſcuratura eſt oblivio) tandiu etiam penicillum illud, quod Deus in exprimendis ejuſmodi rariſſimis virtutibus adhibuit,exoſculabuntur & amabunt.Ergo mihi non dubiũ eſt,quin te annuente pii quíque & boni viri,meo huic inſtituto faveant, & ad ſeriam aſſiduámque hujus doctrinæ lectionem,magis ac magis alliciantur.Quamobrem,ut hoc meæ erga te obſervantiæ qualecunque μνημόσυνον,benevola manu excipere ne graveris,vehementer etiam atque etiam peto.D. Ieſus,te,tuóſque omnes,(Vir generoſe)donis ſuis locupletet & in multos annos Eccleſiæ ſuæ conſervet.Sereniſſimam verò Reginam Elizabetham,nobiliſſimos Proceres,adeóque omnes Potentiſſimi hujus Regni ordines protegat,& omni benedictionum genere cumulet, ad veræ pietatis & regni Chriſti propagationem.Vale in CHRISTO,Vir eximie,& mihi multis nominibus obſervande. Londini,ſexto Calendas Februarias,Anno noviſſimi ſeculi,1576.

Tuæ amplitudini addictiſſimus

ROB. MASSONIUS.

ORATIO

Digitized by Google

ORATIO
DE VITA ET OBITV CLARISSIMI VIRI ET PRÆSTANTISSIMI THEOLOGI D. PETRI MARTYRIS VERMILII,
Divinarum literarum Profeſſoris in Schola Tigurina, habita ibidem à IOSIA SIMLERO Tigurino,

AD

Reverendum in Chriſto Patrem ac dominum D. Ioannem Iuellum Anglum, Dei gratiâ Sariſburienſem Epiſcopum,

Dominum ſuum colendiſſimum.

CVM proximè in obitu ſanctiſſimi viri, & graviſſimi Theologi Petri Martyris Vermilij, orationem publicè in ſchola noſtra habuiſſem, qua hiſtoriam vitæ illius breviter complexus ſum, petierunt à me complures mei pariter & Martyris amici, ut eam recognoſcerem, & ſi poſſem, augerem: atque ita ederem, quibus id non modò ob eorum in me amorem, ſed alias quoq; graves ob cauſas denegare non potui. Etſi enim ea oratio non ita ornata & compoſita eſt, ut Martyrem dignis laudibus evebere queat: arbitror tamen eam ob rerum ipſarum veram & ſimplicem commemorationem, multis qui Martyrem amarunt non omnino ingratam fore. Nihil enim à me narratur, niſi quod vel ipſe vidi, vel à teſtibus fide dignis didici. Nam hac in re diligenter elaboravi, ut omnem vitæ illius hiſtoriam exactè quantum fieri poterat, ab iis qui cum illo verſati ſunt, cognoſcerem. Qua in re cùm alii mihi auxilio fuerunt, tum maximè omnium Iulius Terentianus, qui in Italia Martyris diſcipulus fuit, & in exilio omnibúſque peregrinationibus ad obitum uſque illius nunquam ab eo divelli potuit. Non pauca etiam cognovi ex Martyris variis ſcriptis, & ex literis item ipſius ad amicos, ac viciſſim amicorum ad ipſum, quas diligenter inſpexi, voluntate & juſſu hæredum eaſdem in ordinem colligens. Hanc igitur qualemcunque orationem (nam ea omnia quam exilia & jejuna ſint, novi optimè & libenter fateor) ad te mittere Reverende Pater, & ſub tui ornatiſſimi nominis auſpicio in publicum exire volui. Nam cùm Martyrem quoad vixit amaris & colueris, non dubito ejus memoriam tibi gratam & jucundam eſſe, atque dolorem tuum, quem te incredibilem ex ejus obitu percepiſſe arbitror, nulla re magis exhauriri poſſe exiſtimo, quàm frequenti memoria & cogitatione divinarum, quæ in illo eluxerunt, virtutum. Et quia tibi Martyris vita intimè perſpecta & cognita fuit, poteris etiam optimè de veritate narrationis meæ judicare. Vixiſti in Anglia cum eo ſub felicis & ſanctæ memoriæ Rege Eduardo: mutatis verò temporibus cum imminentibus periculis & ſæviente jam perſecutione, multi viri boni è patria excederent; rurſus ad Martyrem, quaſi in portum quendam ſtudiorum tuorum in exilio tuo appuliſti, & ita cum eo vixiſti, cùm Argentinæ primum, tum poſt apud nos Tiguri, ut perpetuus ſtudiorum & laborum illius, qui maximi fuerunt, ſocius & adjutor fueris. Poſteaquam verò ſingulari Dei beneficio, ſtudio verò & voluntate ac diligentia ſereniſſimæ Reginæ Elizabethæ vera religio apud vos in integrum reſtitui cœpit, & tu cum multis aliis viris bonis & doctis patriæ reſtitutus es, & honoribus ampliſſimis prout tuæ excellentes virtutes merebantur, auctus, abſens literis aſſiduis & omni officiorum genere priſtinam amicitiam ſemper ſtu-

Digitized by Google

dioſè & diligenter coluiſti. Tu enim illum patris loco habuiſti, & ille viciſſim te ætate ſibi filium, dignitate parem eſſe libentiſſimè prædicabat. Quare cum domeſtica familiaritate & diuturnâ conſuetudine Martyris ingenium, eruditionem, pietatem, modeſtiam, humanitatem, moréſque ſuaviſſimos perſpexeris: multa etiam de vita illius ex ipſo audieris (ſolebat enim quandoque amicis petentibus ea commemorare, magna ipſorum delectatione, quæ ſibi cùm in Italia tum aliis in locis accidiſſent) optimè omnium de veritate hujus narrationis judicabis. Et niſi fallor, multa quæ ad ejus laudes pertinebant, vel à me omiſſa, vel oratione mea depreſſa eſſe infirmaret dignitatem, potius judicabis, quam ut ſtatuas me quicquam falſæ laudis illi affinxiſſe. Fortaſſe etiam idem judicabunt cùm hæc noſtra viderint qui apud vos ſunt Martyris amici, cum generoſi & nobiles viri, tum etiam Reverendi Epiſcopi atque alij complures viri celebres, qui aliquando Martyrem noverunt & amarunt, ſi modò aliqui eorum noſtram hanc orationem ſibi legendam exiſtimabunt: quod nonnullos tamen facturos puto, quorum animis altius impreſſa infixaque hæret Martyris etiam mortui memoria. Horum verò judiciis refragari non auſim, quin potius culpam fateor ante judicium, & pœnã deprecor: partim quòd juſtum arbitrer veniam me mereri, ſi ego unus non ſatis inſtructus ingenij & eloquentiæ viribus, & gravi præterea mœrore ac dolore impeditus, ejus viri laudes omnes oratione complecti non potui, cujus unius virtutes aliquot ſeculis plures cum quibus conferantur pares non habuerint: partim quod exiſtimem in me non modò ſucceſſum, ſed conſilium & voluntatem ſuſcipiendi operis ſpectari debere. Nam ideo potiſſimum quæ ab amicis didiceram, & mediocri ſtudio collegeram publicare volui, ut magni ac eloquentes viri, ſtudioſi & amantes Martyris, quales multos eſſe novi, cum Italos & Anglos, tum etiam Germanos & Gallos, excitati meo exemplo, quod ego multis de cauſis non potui, ipſi quibus hoc facilè erit, præſtent, ut Martyris laudes ſplendida, eleganti, ornatáque oratione celebrent. Et hoc quidem munus mortuo Martyri à te præſtari multi viri boni optant, qui & quid in dicendo poſsis norunt, & quantum amaris Martyrem perſpectum habent, & hujuſmodi orationes à veſtro munere & dignitate non alienas eſſe exiſtimant: quandoquidem & Nazianzenus Baſilium ac Athanaſium, & Ambroſius Valentinianum ac Theodoſium, atque fratrem ſuum Satyrum, & alij Epiſcopi alios præſtantes viros orationibus funebribus honorarunt: ne tamen hoc à te petant, Reverende pater, ea ratione moventur, quod tibi non voluntatem, ſed ocium & tempus deeſſe exiſtimant. Quantos enim labores perferas in regno Chriſti propagando, & quanto ſtudio & aſſiduitate veri Epiſcopi munus exequaris, nos quoque quamvis longè diſſiti non ignoramus. Interea tamen ſi hac mea oratione te ad Martyris laudes ac vitam deſcribendam provocare potuero, ſicuti ſæpè optimi citharœdi ineptiis aliorum cantionibus provocantur, ut quadam ex indignatione qui antea noluerant, quàm optimè deinde canant, ſatis magnum fructum ex meo labore percepero. Sin verò tibi tempus, aliis voluntas hoc exequendi defuerit, cupio ſaltem meam hanc orationem extare, non in memoriam illius quam ille propriis ſcriptis & laboribus ſempiternam ſibi comparavit: ſed ut nominis ejus ſtudioſi, ſaltem hanc vitæ illius hiſtoriam qualemcunque habeant: in qua cernere poterunt ſtudiorum ejus initia & progreſſus: & multarum ac magnarum virtutum exempla hinc petere. A te verò peto, Reverende pater, ut hanc meæ in te obſervantiæ ſignificationem æquo animo accipias, & non tam me, quàm Martyrem ipſum de quo tota eſt narratio, in hac oratione cognoſcenda ſpectes. Poſtulabat quidem tuus erga me amor, ut majus aliquod & luculentius meæ in te obſervantiæ teſtimonium darem, verùm cùm vires deſint, tu R. Pater voluntatem potiusm eam ſpectato, & me, uti ſoles, amare & commendatum habere quæſo pergito. Vale Pater Reverende. Datum Tiguri primaria Helvetiorum urbe, 4. Calend. Ianuarij. 1562.

ORA-

ORATIO

DE VITA ET OBITU VIRI OPTIMI, PRÆSTANTISSIMI THEOLOGI D. PETRI MARTYRIS VERMILII,

Sacrarum literarum in Schola Tigurina Profeſſoris.

VELLEM Deo viſum A eſſe, Patres honorandi atque Auditores ſtudioſi, ut ſæpe multúmque adhuc de hoc loco dicẽtem virum optimum, Theologum graviſſimũ, communem noſtrum præceptorem, Petrum Martyrem audire potuiſſemus. Sed quia Deo Patríque omnia optime B gubernanti viſum eſt, eum nobis (indignis fortè tanti viri præſentia) adimere, & in veram patriam evocare, quoniam illum uti optabamus audire jam non poſſumus, de illo ſaltem ego, quod præſens tempus & officii mei ratio poſtulat, ad vos verba faciam. Non tamen ignoro orationem meam non poſſe parem eſſe Petri Martyris virtutibus, quibus ille ſic omnes alios antecelluit, ut ſummi oratoris voce vix ſatis pro dignitate celebrari poſſit. In me autem ingenium minus etiam quã mediocre eſt, exercita- C tio dicendi pene nulla, dolor autem tantus, qui etiã ſummi oratoris ingenium poſſit infringere. Doleo enim Auditores meo, doleo ipſius, doleo ſcholæ veſtrúmque qui Martyrem amaſtis & coluiſtis omniũ nomine: Meo, quod amiſi officio quidem collegam, reipſa præceptorem fideliſſimum, ætate atq; amore patrem chariſſimum, qui me unice diligebat, idque eo tempore quo minime omnium putabam: Ipſius non tam quod mortuus ſit (jamdiu enim ſemper optavit diſſolvi & eſſe cum Chriſto) & cum illis quis D negarit bene actum eſſe, quod à morbis, à laboribus, à curis & doloribus, quos ingentes ex piorum calamitatibus & Eccleſiæ dilaceratione capiebat, liberatus eſt, ac urbium direptiones, aut funeſta prælia, captivitates & cædes bonorum virorum, quę omnia quotidie audimus & metuimus, non audit, non videt, nõ novit, ſed fœlix cœleſtibus gaudiis fruitur: illud autem doleo ipſum multa & pręclara opera, multorum annorum labores, multarum noctium vigilias, cum jam propè ad finem perduxiſſet, non tamen potuiſſe E penitus abſolvere & in lucem edere, & hoc gaudium & hunc quaſi fructum ſuorum laborum percipere. Doleo ſcholæ nomine, quæ cum Doctorem amiſit, cui par non poteſt ſubſtitui: quemcunque enim patres Martyri noſtro ſubſtitueritis, alterum Martyrem non habebitis: neque enim unus fuit e vulgo Theologorum, & ex gregario doctorum numero, ſed tantò fuit ingenio, tam excellenti doctrina, ea præterea pietate, modeſtia, morúmque facilitate, ut non modo iis quibuſcum vixit gratus, charus, reverendus fue- F rit, ſed & hoſtibus quoque & adverſariis inter ſummos numeratus ſit & admirationi illis fuerit. Hæc cum & dolorem meum augeant, & præterea vos quoque cernam demiſſo vultu, triſti facie, humentibus oculis dolorem & ingentem animi moleſtiam oſtendere, vincor magnitudine doloris, & quod principium, quem exitum orationis meæ inveniam non video. Veruntamen ne officio meo deſim, comprimam dolorem, & non committam ut in hoc meo munere obeundo, tantum in me poſſit luctus, ut ab officio impediat, & me ingratum erga præceptorem meum efficiat. Quoniam verò Martyris laudes ſunt ampliſſimæ, ob excellentes & divinas ejus virtutes, in me autem exigua eſt dicendi facultas, eáque magno & vehementi dolore conſtringitur, ne conabor quidem ſplendidis & magnificis amplificationib. ſingula ejus facta illuſtrare, ne fortè oratione mea plus illis decedat quàm accedat dignitatis, ſed tantum vitam atque obitum illius hiſtorico more vobis exponam. Et contendam, ſi modo aſſequi potuero, ut ea quæ ſparſim, quæ diverſis temporibus de viro optimo & præſtantiſſimo Theologo vel vidiſtis ipſi, vel audiſtis, omnia in ordinem collecta & diſpoſita ſimul cognoſcere poſſitis. Quo ex his rebus quilibet veſtrum præclara omnium virtutum exempla capere poſſit, cum ad aliorum eruditionem, tum ad ſuæ vitæ uſum. Sequar autem rationem & ordinem uſitatum illis, qui aliorum vitas literis commendant, ac primùm patriam, parentes, & educationem ejus exponam: deinde, his quaſi initiis & fundamentis poſitis reliquæ illius vitæ, quæ maximarum & ampliſſimarum virtutum exemplis abundat, narrationem aggrediar. Etenim ut in ſegetibus non tantùm meſſis copioſa & frugum ubertas nos delectat, verum ſimul quoque cognoſcere juvat, in quo ſolo ſeges facta ſit, qua ratione agri ſint culti, quo tempore ſati, qua agricolæ induſtria adjuti ad tantam fertilitatem pervenerint: ſic in hominibus non tantum virtutis quaſi bonæ frugis contemplatio, ſed parentum quoque educationiſque notitia nos multum juvat & delectat. Natus eſt igitur Petrus Martyr Florentiæ, urbe (ut omnes noviſtis) non modo Hetruriæ, ſed totius Italiæ longè florentiſſima, & quæ diutiſſimè antiquam ſuam libertatem retinuit & defendit. Annus tum agebatur à parta ſalute M.D. qui maximè celebris eſt Caroli V. Imperatoris potentiſſimi nativitate. Dies autem erat ſextus Iduum Sept. quo die veteres memoriæ tradiderunt deiparam virginem natam eſſe, & urbem Hieroſolymorum à Tito Veſpaſiani filio captam eſſe & everſam, ſicuti Chriſtus Servator quadraginta annos antea prædixerat. Parentes habuit Stephanum Vermilium & Mariam Fumantinã in ambos vetuſtæ honeſtæque familiæ & quorum majores plerique in urbe magiſtratus geſſerunt. Ab his puero nomen impoſitum eſt Petri Martyris ex voto quodam, quod pro more & conſuetudine illorum temporum fecerant Petro Martyri Mediolanenſi, qui quondam, ut ferunt, ob defenſionem veræ fidei ab Arianis illius temporis occiſus eſt: cujus etiam fanum non longè à paternis ædibus abfuit. Cùm vero parentes ipſius unicum hunc ha-

Digitized by Google

berent filium, nam quos alioqui plures ſuſceperant, liberos, omnes ipſo excepto & ipſius ſorore Gemina Felicitate, in pueritia mortem obierunt. Opes autem cùm illis eſſent ſatis honeſtæ & amplæ, filium quem optimè erudiri cupiebant fideliſſimis præceptoribus commendarunt, & præterea domi ſuæ ſingulari diligentia ipſum erudierunt. Mater præſertim quæ Latinæ linguæ perita in eadem filium ſuum à prima pueritia inſtituit, & teneris adhuc annis optimi Latinæ linguæ auctoris, Pub. Terentii Comœdias illi interpretata eſt. Neque verò hæc muliebris diſciplina cōtemnenda eſt, quandoquidem apud veteres auctores & principes hujus linguæ, ſummi oratores Gracchi, Lælii, Carulli, Iulii, Curiones, linguæ Latinæ puritatem, & pronunciandi ſuavitatem à matribus acceptam, ab hac muliebri & domeſtica diſciplina in forum attulerunt. Et noſtra ætate clariſſimæ fœminæ Iana Suffolcia Angla, & Olympia Morata Itala, ut de viventibus taceam, ſuo exemplo docuerunt, quid muliebre ſtudium in eloquentia poſſit efficere, ſi eò animum appellat. Ab hac domeſtica diſciplina deductus eſt ad Marcellum Vergilium, virum doctum & celebrem, tranſlato nuper Dioſcoride & cōmentariis illuſtrato. Is eo tempore Reipublicæ Florentinę ab epiſtolis operam præſtabat, quod munus antea Aretini, Poggiique fuerat, & præterea nobilem juventutem Latinas literas de pulpito magna cum laude docebat. In primo ſtudiorum curſu ſocios & amicos habuit nobiles & patricios adoleſcentes Franciſcum Mediceum, Alexandrum Caponium, Franciſcum & Raphaelem Riccios, Angelum quoque & Pandulphum Siuphas, & Petrum Victorium, cujus ſingularis & excellens eruditio omnibus nota eſt, ob veteres auctores Græcos & Latinos, aut commentariis illuſtratos, aut alioquin ſuæ integritati reſtituros. In hoc autem primo ſtudiorum curſu, cùm vix dum à metis progreſſus eſſet, initio ſtatim egregia quædā & præclara indoles apparuit, quæ parentib. & præceptoribus ſummę eruditionis ſummęque virtutis non dubiam ſpem afferebat. Erat enim in eo primum magna in percipiendo & cognoſcendo ingenii celeritas, in retinendo tanta vis memorię ut quidvis cōprehendere & cuſtodire poſſet. Studium deinde diſcendi adeo ardens, ut nulla unquam moleſtia, nullum audiendi & legendi faſtidium in eo appareret. Pudor pręterea qui illam ætatem maximè ornat, mirificus in eo ſemper fuit: itaque & ſenes inſtar parentum reverebatur, & æquales ſuos quamvis pleróſque ingenio excelleret, ita tamen amabat, ita modeſtia ſua ſibi devinciebat, ut nulla inter eos penitus oriretur æmulatio: quin eos quos puerilis conſuetudo & familiaritas ſibi conjunxit, quandiu in patria & in Italia vixit, amiciſſimos ſemper habuit. Quia verò in ætate lubrica, à voluptatum illecebris quas urbs opulenta & abundans ſuppeditat, non modò in præſens ſibi temperare ſtatuerat, verùm eadem in poſterum cavere, decrevit omnib. delitiis ſpretis ſeſe vitę monaſticę quę tū ſola ſancta habebatur, addicere. Quia verò ea ætate per Italiam maximè celebris erat familia Canonicorum Regularium D. Auguſtini, quod cæteris Monachis ſeveriore diſciplina uterentur, & diligentius etiam ſtudia literarum excolerēt, ſtatuit ſe huic familię adjungere. Itaque anno ætatis decimoſexto in collegium Feſulanum, quod in antiquæ Feſularum urbis ruinis extructum, unum à Florentia lapidem diſtat, cooptatus eſt, magno conſenſu & gratulatione ſociorum ejus collegii, quibus præclara ingenii ejus indoles nota erat. Fratris conſilium ſoror quoq; Felicitas imitata eſt, ac ſocia facta eſt earū virginū quæ monaſteriū D. Petri Martyris incolūt. Fuit hoc utriuſq; factum patri ingratum & moleſtum, vel quod voluiſſet familiam Vermiliam, in qua præter ipſos nemo alius ſuperſtes erat, à filio uxore ducta propagari, vel quod vulgi ſuperſtitionem, & monachorum fictam ſanctimoniam, vir gravis improbaret. Etenim Florentię jam olim Dantes & Petrarcha multos abuſus in Eccleſia reprehenderant, & ante paucos annos idem factum fuerat ab Hieronymo Savonarola, cujus conciones haud dubiè Vermilius ſenior audierat. Certè non omnino illi probatam eſſe vitam monaſticam, ex eo colligimus, quod teſtamento ſuo id quod in numerato argēto habuit, uxori legavit, quam ſecundam poſt Fumantinę obitum duxerat: reliqua verò bonorum Xenodochio cedere voluit in uſum pauperum, hac conditione ut filio, quoad viveret, ſolverentur aurei 50. quotannis, quos à ſigno ſcutatos nominamus. Cúmque liberi ejus in cœnobiis vitam ageret, maluit tamen ſua bona pauperum uſui cedere, quàm ab ignavis monachis conſumi, qui ſcilicet preces quaſdam non intellectas pro eo demurmurarent. Quæcunq; tamen ejus hac in re fuerit ſententia, vicit voluntatem patris ardens in filio divini, ut putabatur, obſequii ſtudium. Credo equidem multos eſſe qui hoc ejus conſilium ineundę vitę monaſticę reprehendēdum eſſe exiſtiment, atq; hi non tantum me, verumetiam hunc ipſum qui id ſecutus eſt, ſibi conſentientem habebunt. Neq; enim cuiquam hoc factum vehementius diſplicuit quàm ipſi, qui quàm primum errorem ſuum agnovit, eundem etiam emendavit. Quanquam ſi temporum cōditionem ſpectemus, judicium quidem reprehendi poteſt, voluntas vero laudem meretur. Nā in illa monachorum vita ſuperſtitioſa & inerti, fuerunt tamen olim multa quę animum pietatis & literarum ſtudioſum ad ea allicerent: magna primùm nomina ſanctiſſimorum virorum qui monachi fuiſſe dicerentur, Baſilii, Nazianzeni, Chryſoſtomi, Epiphanii, Hieronymi, Auguſtini, & aliorum, quorum vitā imitari & veſtigiis ingredi quis non cuperet? Deinde nomen religionis, & apud omnes pervulgata ſanctitatis opinio: falſa quidem, fateor, ſed quis hoc tum vidiſſet in tantis tenebris? quis etiāſi vidiſſet, auſus fuiſſet omnibus diſſentiētibus mēdacii arguere, pręſertim adoleſcens, cui ætati alioqui imbecillitas cōſilii propria eſt? Adde huc ea quæ vel maximè Martyrem ad hoc genus vitę pertraxerunt, ocium non ignavum, ſed dicatum ſtudiis, optimorúmq; librorū magnā copiam. Nam cū pleraq; collegia hujus familiæ inſignes Bibliothecas habent, tum vel maximè Feſulanum. Hoc enim Medicei veteres, qui maximo ſumptu optimos libros non modò ex Italia, verumetiam ex Gręcia, Aſia & Ægypto collegerunt, extruxerant & celebri bibliotheca ornarant. Qua librorum copia cū quodammodo ad monaſticam vitam illectus ſit Martyr noſter, accedente pręterea opinione divini cultus, condonemus judicii errorem alii temporibus, voluntatē verò laudemus, quòd ſcilicet religioſè, quod ſanctè, quod in bonarum literarum ſtudiis ſtatim à pueritia ætatem ſuam tranſigere voluit. Vixit in hoc collegio triennium, ſic ut ſocii collegii ejus modeſtiam probarent, morum facilitatem & concordię ſtudium amarent, ingenium verò laudarent & mirarentur. Exercuit ſe illo tempore non modò in artiū dicendi præceptis, quę juniorib. ſociis in hac familia diligenter tradebantur, verumetiam in ſacrarum literarum lectione. Laudabilis námq; mos fuit hujus familię, ut adoleſcentes qui memoria valerent, aſſueſcerent quo quam plurima ex Sacris literis memorię mandarent: itaq; alii integras Pauli Epiſt. alii librum Proverb. Salomonis, nonnulli hiſtoriam Tobię, aut aliquem alium ex libris ſacris memoriter recitabāt. Sub hac diſciplina cùm triennium abſolviſſet Martyr, & ita ingenium & diligentiam ſuam approbavit ſociis ejus collegii, ut omnes dignum judicarent qui ad pręſtantiores doctores mitteretur. Quare Patavium miſſus eſt, ut in celeberrima ejus urbis Acad. ampliorem ingenii cultum caperet. Eſt autem in ea urbe ejuſdem familię cœnobium S. Ioannis de Verdara, in quo annis fermè 8. vixit, cum Alberto Abbate homine non indocto, & qui aliorum ſtudia libenter juvaret. Illo igitur tempore totum ſeſe Philoſophicis ſtudiis addixit, & dies noctéſq; in omnium artium meditatione verſatus eſt: itaq; ſæpe referre ſolebat, ſeſe quicquid in Philoſophia, & illis literis quas humaniores nominant, ſciret, quod ipſe quidē parum eſſe dicebat, ego verò cum aliis multis magnū ſemper judicabam, id ſe magna ex parte acceptum referre Patavinis ſtudiis. Abundabat enim tum ocio quod omne in literis conſumebat, habebat quos audiret Philoſophos inſignes, docebant enim tum in illa Academia celeberrimi Philoſophi, Branda, Genua, Conſalionerius: erat præterea in ipſo ingenium excellens & ſingularis diligentia. Nam quotidie ſeſe exercebat, legendo, meditando, ſcribendo, & potiſſi-

mùm

Digitized by Google

mùm diſputando,qua in re ejus diligentiam & acumen illi ipſi quos modò nominavi doctiſſimi Philoſophi ſummoperè approbarunt : ſic ut in publicis congreſſibus ſæpenumero Branda Florentinum ſuū (ſic enim Martyrem nominabat ,) ad diſputandum provocaret. Tradebatur tum temporis in Academiis omnibus Philoſophia Ariſtotelea,hanc non tantum quod ſola floreret eſt amplexus , ſed uti in ſuis Cōment.teſtatur quos in moralem Ariſtotelis Philoſophiam conſcribere aliquando cœperat,Ariſtoteleam Philoſophiam maxime amavit & coluit ob methodum,& quod minus errorum haberet quam reliquæ philoſophorum ſectæ. Quia verò Ariſt.libri Latini quidem habebantur , ſed tamen ita tranſlati ut non ubique ſatis commodè Ariſt. ſenſum mentémque exprimerent:quamvis enim doctiſſimi viri in Ariſtotele transferendo laborarint , pauci tamen Ariſtoteleam brevitatem & limatiſſimum orationis genus imitari & exprimere per omnia potuerunt:quia ergo Latini libri non ubiq; fideliter & perſpicuè Ariſtotelis ſententiam exprimebant , ſtatuit Græcā linguā addiſcere , ut Ariſtotelem aliquando ſua lingua loquentem audiret:& in hac re multum ſtudii operæque poſuit. Carebat enim præceptoribus idoneis, qui perſpicuè ac diligenter,rationem & uſum linguæ docerent,itaque privato ſtudio & aſſiduitate magna difficultates omnes illi ſuperandæ fuerūt.Audivi ex ejus familiaribus , eum ſæpe integras ferè noctes in Bibliotheca,quę in illo cœnobio locupletiſſima fuit, vigilaſſe cum Bened. Cuſano qui illi omniū ſtudiorū ſocius fuit , ita ut alter alteri mutatis vicibus Græcum aliquem auctorem interpretaretur. Hac autem diligentia tantum profecit,ut non modò Græcos oratores & philoſophos , ſed poëtas quoque omnes, quorum tamē aliud dicendi genus eſt, abſq; ullo interprete exactè intelligeret.Debebā hoc loco Theologica quoq; illius ſtudia commemorare , tres enim Patavij Theologos audivit, Heremitanum unum & duos Dominicani ordinis : verū quia poſtea aliud & exactius genus Theologiæ ſecutus eſt , facile patiemini me hanc verè Scholaſticā Theologiam ſilentio præterire,& ad alia,atque majora progredi.Cum ad annum ætatis perveniſſet 26.viſum eſt ſociis collegii illi publicè concionandi munus demādare, quo ſtudia ſua quæ intra ſcholā & in cœtu collegii hactenus delituerant,in lucem tandem & in publicum eccleſię uſum proferret,& ordini ſerviret:ſibi verò auctoritatem ac nomen cōpararet. Nam in Italia nō uti apud Germanos presbyteri concionantur, ſed munus hoc univerſum ad monachos relegatum eſt, è quorū numero Dominicanæ familię ſocij ſingulis dominicis concionari ſolent:unde etiam Prædicatorum nomē acceperunt, qui verò ex aliis ſunt familiis,hi plerúnque tātùm in Adventu & in Quadrageſima(ut ipſorum nominibus utamur)concionantur ad populum. Qua autem rariores ſunt conciones,eo major & frequentior eſt concurſus populi , præſertim in magnis & populoſis urbibus.Deliguntur itaque ex omnibus familiis monachorū ad hoc munus, qui maximè doctrina & eloquentia videntur excellere. Qui ſi approbarint ſe populo,magna eſt eorum gloria,& celebre nomen ſortiuntur.Adhæc Canonicorum D.Auguſtini familia peculiaribus privilegiis à Romanis Pont.ornata eſt,ut omnes ex hac familia qui aliquādo publicum hoc concionandi munus executi ſunt, fruantur honoribus , titulis , dignitatibus,privilegiis quæ dantur illis , quos Academiæ ſolenni more doctores pronuntiarūt. His autem titulis quos alii jam ſeneſcentes vix merentur , Martyr anno , ut diximus ætatis ſuæ 26.ornatus eſt:& ita ornatus , ut non inane nomen haberet ſicuti multi , ſed doctrinam magnam & amplam ſtudio indefatigabili comparatam : & munus ac laborem publicè docendi cū ipſo nomine doctoris conjunxit. Cœpit autem primum docere Brixiæ in templo D.Afræ , & deinde in celeberrimis Italiæ & Galliæ Ciſalpinæ urbibus docuit, Romæ,Bononiæ,Firmi,Piſis,Venetiis,Mantuæ,Bergomi,Monferrati. Quodcunque vero à concionandi munere ocium nactus erat,id omne in Sacrarum literarum & Philoſophiæ ſtudiis ponebat:ac non tantū publicè concionabatur , ſed in collegiis ſuæ familiæ Philoſophiam & Sacras literas interpretatus eſt : Patavii,Ravennæ,Bononiæ,Vercellis,qua in urbe,ut ea quæ in Græcis literis didicerat docendo cōfirmaret, Homerum interpretatus eſt , petente hoc ab eo obnixè Benedicto Cuſano Vercellenſi, quem ſupra diximus omnium ejus ſtudiorum ſocium fuiſſe. Eodē tempore frequenti exercitio concionandi excitatus, qui pro ſcholarum conſuetudine hactenus ſe potiſſimum in Scholaſticis Theologis, Thoma præſertim & Ariminenſi exercuerat,& interea quoque patrum ſcripta cognoverat, diligentius quàm antehac ipſos fontes Theologiæ,Sacras literas utriuſq; teſtamenti perſcrutari cœpit. Quia verò experiebatur ad id ſibi neceſſariam eſſe Hebrææ linguæ cognitionem , ad hanc animum adjecit, & Bononiæ in qua urbe vicarius erat Prioris (ita enim collegiorum pręſides ab ipſis nominantur)illi operam dedit,nactus pręceptorem Iſaac quendam Hebręum medicum. Quāto autem labore plerúnq; hęc lingua ab Hebręis addiſcatur,norunt qui hujuſmodi pręceptoribus uſi ſunt:nā pleriſq; eorū in tradendo fides,methodus verò deeſt omnibus:itaque cùm ordine recto progredi non poſſint,& ſuæ linguę cognitionem noſtris hominibus invideant,non niſi magno labore & ſumptu(quicquid enim boni tradunt,ſpe mercedis faciunt)lingua ſacra ab illis diſcitur. Attamen omnes has moleſtias Martyr ſingulari patientia & indefatigabili ſtudio ſuperavit:tantus in eo ardor erat cognoſcendi ſacras literas.Quem cùm conſidero,non poſſum ſatis admirari progreſſum & ordinem , quo viſum eſt cœleſti Patri ipſum ad agnitionē cœleſtis veritatis perducere. Primùm enim ab ineunte ætate voluntatem ejus excitavit,ut pro viribus conaretur Deo placère & ſervire, quamvis interea paſſus ſit eum aberrare in ratione divini cultus:deinde ita animum ejus informavit, ut innocentiæ vitę & juſtitię ſtuderet, qua etſi Deū promereri nō potuit, coram tamen hominibus ſe irreprehenſibilem pręſtitit:poſtremò ipſum incredibili amore Sacrarum literarum inflammavit & accēdit: quarum dum literam aliquandiu ſectatur,tandem patefacientes ſpiritu Dei,abdita & ſpiritualia myſteria ſalutariter cognovit. Poſſem hac in re ipſum jure D. Paulo gentium doctori comparare,in cujus vita ante converſionem fuit ſtudium divini cultus, & juſtitię quę eſt ſecundùm legem,in qua irreprehenſibilis fuit,& pręterea lectio legis, ſed adhuc velo obtectæ: verùm brevitatis ſtudium me ad alias narrationes his omiſſis revocat. Probabant principes familię ipſius in concionando & docendo diligentiam : erat jam nomen ejus celebre in maximis Italię urbibus,quare ſtatuerunt eum prout ipſius excellentes virtutes merebantur,ad ampliorem dignitatem provehere:itaque eum communi conſenſu fecerunt Abbatem Spoletanum.Quod munus adminiſtrandum cùm ſuſcepiſſet , ita pręclarè ſe geſſit ut cuncti mirarentur, hominem hactenus duntaxat in literis verſatum, tāta pollere in omnibus rebus adminiſtrandis prudentia & dexteritate. Nam ut alia taceam,duabus in rebus quas nulli ante eum Abbates conficere valuerūt, ſingularis ejus virtus enituit.Fuere Spoleti duo collegia virginum, & tertium in quo ipſe agebat Canonicorum Auguſtinianæ illius regularis, ut nomināt familiæ : horum omnium diſciplina ſuperiorum Abbatum negligentia ſic collapſa erat, ut ob eorum luxum & turpitudinem vitę,univerſa familia hujus inſtituti magno odio apud omnes eſſet.Id cùm Martyr videret,pro authoritate & officio ſuo docendo , monendo,hortando , & ſeverius etiam caſtigando,ita omnes in ordinem redegit, ut hinc non tantùm ſibi maximam laudem, verumetiā univerſę familię ſummam gratiam conciliarit.Atque hoc quidem ordinis & inſtituti ejus proprium & quaſi debitum officium fuit, illud autem alterum quod jam commemorabo longè pręſtantius , & univerſę Reipublicę collatum eſt. Spoletana Reſp.ſicut & multę alię in Italia, certas in factiones erat diviſa , inter quas perpetuæ erant contentiones , quę ſępe ad pugnas & cędes uſque progrediebantur & quamvis hoc ſępe conati eſſent ſuperiores Abbates, nunquam tamen partes cōponere & civitatem in concordiam redigere potuerunt.Id cùm non ignoraret Martyr,ſecum autem cogitaret,nihil magis officio ſuo convenire, quàm diſſidentes in concordiam revocare , & mutuā charitate

quam toties Chriſtus commendavit inter ſe conjungere, exiſtimavit vitam potius ſibi ponendam eſſe, quàm ut alterius aſpiceret civitatem ita miſerè proprio diſſidio perire. Itaque non ante deſtitit omnes publicè & privatum ad concordiam hortari, officia Chriſtiani hominis docere, patriæ calamitatem, & privata ſingulorum pericula ante oculos ponere, quouſque id quod contendebat efficeret. Tantùm enim valuit ejus auctoritas, prudentia, eloquentia, ut deinceps omni illo tempore quo in ea urbe vixit, non modò cædes & pugnæ nullæ committerentur: verumetiam nulla veſtigia factionum apparerent: tantùm unius viri excellens virtus & induſtria potuit. Habent in hoc viro Abbates omnes exemplum, quod ſi imitarentur, poſſemus fortè aliquam ab illis eccleſiæ emendationem ſperare, nunc verò quando neque manifeſtiſſimos abuſus corrigunt, perpetuò autem cædes & bella ſpirant, quid quæſo boni nobis de illis polliceri poſſumus? Fuit Martyr Spoleti triénium ac tum in publico conventu Patrum totius familiæ prȩfectus eſt collegio Neap. S. Petri ad aram, quod ſacȩrdotium ob loci amœnitatem, & amplos proventus magnæ dignitatis eſt. In hac urbe gratia divinæ illuminationis illuſtrius & clarius illi affulgere cœpit. Nam cũ hactenus in ſcholaſtica Theologia, in Patribus etiam multum diúque verſatus eſſet, & tandem ad ipſos fontes ſe totum contuliſſet, magis magiſq́; quotidie à ſpiritu illuſtratus, errores, & abuſus in eccleſia cœpit agnoſcere. Itaque quod multis religioni eſt, animum adjicere cœpit ad percipienda noſtrorum quoq; hominum ſcripta: atque nactus Buceri Comment. in Evangeliſtas, & annot. in Pſalmos, quas ille ſub Aretii Felini nomine ediderat, diligenter evolvit. Zuinglii quoque librum de vera & falſa religione, & alterum ejuſdem de Providentia Dei, nonnulla etiam Eraſmi & legit, & ſe horum omnium lectione multum profeciſſe ſæpe ingenuè confeſſus eſt. Interea quotidie, pene cum amicis qui puræ religionis ſtudioſi erant aliquid ex Sacris literis commentabatur, ſic ut hujuſmodi colloquiis multum utrinq; in vera religione ædificarẽtur: inter hos verò quibuſcum de religione conferebat præcipui fuere Benedictus Cuſanus, cujus ſupra quoque mentionem fecimus, M Anton. Flaminius, & Io. Valdeſius Hiſpanus. Fuit hic poſtremus nobili genere natus in Hiſpania, & dignitate equeſtri ornatus à Carolo Cæſare: qui poſteaquam à Deo veræ religionis agnitione donatus eſt, vitam ſuam in Italia, & præcipuè Neapoli egit, quo loco doctrina & ſanctiſſimo vitæ exemplo quam plurimos, prȩſertim nobiles, Chriſto lucrifecit, ac fuit eo tempore non ſpernenda eccleſia, piorum hominum in urbe Neapolitana: nam in illo cœtu multi viri erant nobiles & docti, multæ etiam excellẽti virtute fœminæ, inter quas ut alias illuſtres ac verè heroinas omittam, ſilẽtio tamen præterire non debeo nobiliſſimam heroinam Izabellam Manricham, quæ nunc Chriſti nomine à patria exulat. In hoc cœtu piorum fuit ibidẽ Chriſti nomine exul Galeazzius Caracciolus Marchio Vici. & alii magni viri nunc exules, quos omnes nominare non neceſſe eſt, &c. Quamvis autem hujus eccleſiæ prima laus debeatur Valdeſio, nihilominus tamen Martyris quoque virtus commemorãda eſt, qui poſteaquam à Domino ampliori luce divinæ veritatis donatus fuit, & ſe cœtui piorum adjunxit, eam quam veram doctrinam eſſe norat ſtatim aliis quoque prædicare voluit. Etenim Epiſtolam D. Pauli ad Cor. priorem publicè interpretari cœpit, idque magno cum fructu: námque illum non tantùm ejus collegii ſocii audiebant, verumetiam aliqui Epiſcopi, & multi nobiles: nam ut noſtis ea urbs ſemper nobiliũ & clarorum virorum domiciliũ fuit. Verùm poſteaquam verba Pauli quæ tertio ejus Epiſt. cap. habentur, Vniuſcujuſque opus quale ſit ignis probabit. Si cujus opus manſerit, quod ſuperſtruxit mercedem accipiet: ſi cujus opus exuſtum fuerit, damnum patietur, ipſe verò ſervabitur, ſed ſic tanquam per ignẽ: Hæc inquam verba, cùm contra receptam opinionem interpretatus eſſet, multos ſibi adverſarios & hoſtes concitavit. Vulgo enim perſuaſum eſt, his verbis à Paulo ſtatui & confirmari ignẽ illum Purgatorii, quo vix aliud fructuoſius habent Papiſtarum

ſacrificuli. Martyr verò etſi nondum apertè oppugnabat illud Purgatorium, quaſi carcerem à Monachis exſtructum, oſtendit tamen, idque ex antiquis Patribus, Paulum hic neutiquam de igne Purgatorio agere, quandoquidem ignem talem conſtituit, quem pariter boni & mali ædificatores experiantur, ſed eũ hoc potius dicere, eos qui non rectè ædificarint poſſe quidem ſervari, ſed quaſi per ignem: ut enim is qui evadit per incendia vix nudus exilit, ita hi doctrina ſua confutata & damnata agnoſcunt ſe luſiſſe operam, atque ita judicio Dei retecto eorum peccato, pœnitentiæ dolorem & magnam triſtitiam ſentiunt. Sanam hanc & orthodoxam hujus loci interpretationem quædam Papæ ſimul & ventris propria mancipia non poterant ferre: videbant enim ſi hoc fundamentum Purgatoriæ ipſorum officinæ convelleretur, etiamſi eam nemo deinde impelleret, tamen ipſam ſua infirmitate ſponte collapſuram: norant prȩterea caſum Purgatorii neceſſario conſequi interitum parentalium ſacrorum, & indulgentiarum ex quibus quæſtum hactenus feciſſent uberrimum. Quare cùm ſtatuerent hæc non eſſe ferenda, Martyrem, quem harum rerum auctorem fore metuebant, accuſarunt, atque tandem effecerunt ut illi lectione interdiceretur. Sed Martyr huic interdicto obtemperare noluit, ut iniquo & injuſto, & cauſæ bonitate fretus Romã ad Pont. provocavit, & illic amicorum ope adverſarios ſuperavit. Habuit enim tum in urbe amicos potentes & gratioſos, Herculem Gonzagam Cardinalem Mantuanum, Caſparem Contarenum, Reginaldum Polum, Petrum Bembum, Fridericum Fregoſium, omnes & doctos & apud Pont. gratioſos, & qui tum viderentur aliquam reformationem Eccleſiæ deſiderare. Horum gratia & opibus ſubnixus facilè obtinuit, ut interdictum illud adverſariorum tolleretur, & ſibi concederetur priſtina docendi libertas: qua tamen non diu frui potuit. Nondum enim integrum triénium Neapoli egerat, cùm in gravem & lethalem morbum incidit, unà cum perpetuo ſtudiorum ſocio & integerrimo amico Benedicto Cuſano, quo hic quidem obiit, Martyr verò ſingulari Dei beneficio, & diligenti optimorum medicorũ cura difficulter evaſit. Quamobrẽ ut ejus valetudini conſulerent principes familiæ, cùm viderẽt ipſum non poſſe ferre aërem Neapolitanum, in publico conventu declararunt ipſum generalem viſitatorem totius ordinis. In hoc munere ita ſe geſſit, ut boni ejus integritatem & conſtantiam & gravitatem plurimum laudarent, reliqui eum metuerent, & quamvis eum odiſſent, id tamen diſſimularent. Erant tum multi qui in ordine tyrannidem quandam exercebant, & cum luxu & impuritate vitæ maximam univerſę familiæ invidiam conciliarent, nullis rationibus & admonitionibus hactenus ad ſanitatem revocari potuerant. Hos in ordinem redigendos eſſe Martyr exiſtimans, re cum Mantuano Card. qui totius familię protector erat, communicata, ejus auxilio nonnullos ſuis dignitatibus privavit, & generalẽ Rectorem totius familię cum aliquot ſociis in Diomedea inſula ad perpetuos carceres damnavit. Vt autẽ hac diſciplinę ſeveritate gratiã univerſo ordini & ſibiipſi magnam gloriam comparavit, ita eodem facto multorum odia & inimicitias ſibi conciliavit. Itaq; Mantuæ celebrato conventu procerum familię Prior S. Fridiani Lucę deſignatus eſt: quę quidem etſi ampla eſt dignitas in hac familia (nam epiſcopalia jura in mediam urbis partem obtinet Prior S. Fridiani) pauci tamen honoris cauſa Martyrem huc promoverunt, plerique verò quod eum odiſſent, vel illi inviderent, & exiſtimarent eum ob patriam omnibus inviſum fore. Lucenſes enim magnum & inveteratum quoddam in Florentinos odium habent, propterea quod eos libertati ſuę inſidiari exiſtimant. Verùm Martyr ita excellenti ſua eruditione & virtute Lucenſium animos ſibi devinxit, ut contra adverſariorum & invidorum ſpem & opinionem ipſe homo Florentinus civibus non minus gratus atque charus fuerit, quàm ſi Lucenſis civis fuiſſet: ita ut poſtea legatione ad proceres familiæ miſſa enixè petierint, ne Martyr ſibi auferatur. Cùm itaque Lucæ ageret Martyr, & in collegio ſuo haberet plures viros doctos, multos etiam optimæ indolis adoleſcentes, talem di-

ſciplinam

Digitized by Google

ſciplinā inſtituit, qua bonos mores, religionem & literarum ſtudia quā maximè poſſet promoveret. Nā primùm hoc curavit ut in tribus linguis adoleſcentes erudirentur quàm diligentiſſimè & Latinam quidem docebat Paulus Laciſius Veronenſis: Græcam Celſus ex illuſtri Comitum Martineng. familia: Hebræam, Emanuel Tremel. Ipſe verò Martyr, quo juniores ſimul & Græcam linguam & religionem addiſcerent, quotidie Epiſt. Pauli illis interpretabatur, & rurſus ab iis lectionem exigebat. Publicè verò ante cœnam Pſal. aliquem Davidicum explicare ſolebat: confluebant autem ad eum audiendum è tota civitate viri complures nobiles & docti, patricii Lucenſes. Quo autem in univerſa Repub. veram religionē plantaret, ſingulis diebus Dominicis ad populum concionatus eſt, & in quadrageſima quidem atque in adventu uſitato more Evangelia jam olim his temporibus adſcripta expoſuit, reliquis autem anni partibus Pauli Epiſtolas. Quantum verò docendo profecerit ego commemorare nolo, vos autem ipſi facilè hinc colligere poteſtis, quod poſt ejus ex Italia diſceſſum, intra unius anni ſpacium decē & octo ſocii collegium deſeruerunt, & relicto Papatu profecti ſunt ad Eccleſias, in quibus publicè pura Evangelii doctrina prędicatur: inter quos fuere vir nobiliſſimus Celſus Martinengus, qui Genevæ Eccleſiæ Italicæ magna cum laude præfuit, & D. Hieronymus Zanchius qui nunc Sacras literas in celebri Argentinenſi ſchola docet: Emanuel item Tremellius celeberrimus Hebrææ linguæ interpres. Teſtatur magnus numerus patriciorum Lucenſium qui pro Chriſti nomine ſponte exilium ſubierunt, Martyris conciones fructu non caruiſſe. Dum ita Martyr Lucæ ageret, convenere in ea urbe Carolus Cæſar & Paulus III. Pont. venit etiam illuc è Germanica legatione rediens Caſpar Contarenus Cardinalis, qui pro veteri amicitia apud Martyrem divertit, unà cum Thoma Badia Mutinenſe Magiſtro S. Palatii & legationis ſuæ ſocio. Fuere illis diebus quotidiana Martyris & Contareni de religione colloquia, uti inter amicos homines doctos & religionis ſtudioſos. Redierat tum primùm Contarenus ex Germania, audierat noſtrorum hominum fidei confeſſionem, rationes & argumenta eorum cognoverat, & ut plerique judicant, non omnino malè de noſtris hominibus exiſtimabat. Credendum quoque eſt & Martyrem multa ex illo de noſtris hominibus & doctoribus audiviſſe, quæ eum in ſententia confirmarent: & viciſſim quoque in multis Contarenum juviſſe, ut oculos aperire ac veritatem clarius agnoſcere inciperet. Exiſtimabant nonnulli ob adventum Pontificis, Martyrem in aliquo periculo fore, quod homines invidi & malitioſi, qui ſemper veræ virtutis hoſtes ſunt, apud ſuſpicioſum ſenem facilè aliquam calumniam confingere poſſent, unde illi periculum crearetur. Quia verò propria auctoritate & eruditione firmus erat, & præterea pollebat populi gratia & amicorum præſidiis, tum quidem nihil contra eum moverunt, ſed re in aliud tempus dilata ipſum ex inſidiis adoriri ſtatuerunt. Quare ut primum patientiam Lucenſis populi explorarent, quendam Eremitanum Auguſtinianæ familiæ à confeſſionibus, juſſu Rom. Pont. in carcerem conjiciunt, & in eum de religione violata accuſationem inſtituunt: quam rem indignè ferentes nobiles aliquot Lucenſes, qui hominis pietatem & innocentiam noverant, ipſum effractis carceribus ex urbe eductum fuga ſibi conſulere juſſerunt: in qua cùm fortè lapſu crus fregiſſet, denuo captus & Romam abductus eſt. Poſteaquam igitur prima hæc quaſi impreſſio illis ex voto ſucceſſit, ſtatuerunt deinceps Martyrem aggredi: itaque omnibus in locis inſidias illi ponunt. Romæ clàm in eum accuſationē inſtituunt: in ſingulis collegiis ejus familię veteres ejus inimicos excitant, tempus adeſſe oſtēdunt quo ſuam licentiam quàm ſibi libertatem appellabant, recuperare, & de Martyre pœnas ſumere poſſint: hortantur ne occaſioni deſint. Brevi itaque horum ſtudio & opera Genuam coeunt, non pro more principes tantùm familiæ, verùm illi maximè qui Martyrem odiſſent, aut illi inviderent, qui omnem licentiā vitæ ſibi reſtitui cuperent, quorum religio in ſuperſtitioſis ceremoniis, ſanctimonia in hypocriſi poſita erat. Evocatur ab his Martyr ut ſe Genuæ primo quoque tempore ſiſtat: verùm cùm inſidias inimicorum non ignoraret, quas odio excœcati celare non poterant: & præterea amici veteres eum monerent, ſibi caveret, multos eſſe qui vitæ ejus inſidias ſtruerent, re ſecum diligenter deliberata ſtatuit conventum hunc omnino evitare, ac ſe alio conferre, ubi ab adverſariorum vi & inſidiis tutus eſſe queat. Itaque primùm ſuæ Bibliothecæ partem aliquam (hæc enim erant ipſius κειμήλια) Chriſtophoro Prentæ patricio Lucenſi, homini pio, veræ religionis ſtudioſo committit: qui eam poſtea in Germaniam ad illum pervehi curavit: reliquam partem legavit collegio: deinde rebus collegii ordine quantum poterat compoſitis, & cura ejus vicario ſuo commiſſa, clam è collegio & ex urbe diſceſſit: cum tribus tantùm comitibus: Paulo Laciſio Veronenſe, qui poſtea Argentinę factus Græcarū literarum profeſſor, in ea urbe mortem obiit: Theodoſio Trebellio, & Iulio Terentiano, quem omnes noſtis Martyri conſtanter & fideliter ad obitum uſque adhæſiſſe. Luca diſcedens, cùm ſtatuiſſet patriam primum adire, Piſas venit, & in ea urbe cum aliquot nobilibus Cœnam Domini Chriſtiano ritu celebravit. Nactus illic fidos homines literas de diſceſſu ſuo conſcripſit ad Reginaldum Polum, & alteras ad ſuos Lucenſes, quæ poſt menſem à diſceſſu ſuo illis redderentur. In his oſtendit qui & quàm graves errores & abuſus ſint in omni pontificiorum religione & ſeparatim etiam in vita monaſtica, quibus communicare ſalva conſcientia ulterius non potuerit: expoſuit etiam alias ſui diſceſſus cauſas, odia ſcilicet & inſidias inimicorum ſuorum: cōmemorabat ſuam in illis erudiendis & moderandis fidem & religionem, & ſibi dolere teſtabatur, quod non potuerit eos clarius & apertius in vera fide inſtituere: annulum, quem inſigne dignitatis geſtare ſolebat, illis remiſit, quo declararet ſe nihil bonorū collegii in privatos uſus voluiſſe convertere. Et certè quod ejus innocentiæ indicium eſt, exiguum peculium ſecum in Germaniā attulit, quod ſcilicet paucis annis, quibus jam exiliū meditabatur, ex proprio patrimonio collegerat. Poſteaquam verò ſicuti deſtinaverat in patriam pervenit, reperit ibi virū optimum & doctiſſimum Bernardinum Ochinum, qui Romam evocatus eo pergebat, ſed poſteaquam ab amicis de periculo admonitus cum Martyre ſua cōſilia contulit, ambo tandē cōmuni conſilio ſtatuerūt deſerta Italia & relicto patrio ſolo Germaniā petere. Et prior quidem Bernardinus inde diſcedens ſe Genevam primùm, & poſtea Auguſtam Rheticam contulit. Biduo poſt Martyr ipſum ſecutus eſt, & Bononiam primùm, deinde Ferrariam, mox Veronā profectus, ubiq; humaniter exceptus ab amicis veteribus, tādem per alpes Rheticas in Helvetiam pervenit. In hoc itinere cùm Tigurum veniſſet, humaniter exceptus à Bullingero, Pellicano, Gualtero, & cæteris eccleſiæ atq; ſcholæ noſtrę miniſtris, ſuā illis operā obtulit, ſi ea uti placeret: verū quia nullus loc⁹ in ſchola eo tēpore vacabat, oſtenderunt ſe quod maximè vellent, hoc tempore ejus opera uti non poſſe, attamen voluntatis ejus ſe grato animo memores fore. Referebat aliquando, ſi hujus profectionis mentio facta fuiſſet, ſe cùm primū Tigurū veniſſet, multū & tū & deinceps ſemper eā urbē amaſſe, ac optaſſe, hāc eſſe certum & firmum exilii ſui hoſpitiū: cujus voti poſt cōpos factus eſt, quāvis prius divinæ providētię viſum fuerit, eū tanquā legatum Ieſu Chriſti ad varias urbes & gentes mittere, ut tandem Deo ita procurante Tigurum rediret, & in ea urbe non longè ab Italiæ finibus, poſt longas & difficiles peregrinationes conquieſceret. Tiguro igitur tum diſcedens Baſileā venit, & cū illic menſe uno fuiſſet, Argentinam unà cum Paulo Laciſio vocatus eſt, id procurāte viro optimo & doctiſſimo Martino Bucero: atque ipſi quidē Sacrarum literarū, Laciſio antē Græcæ linguæ Profeſſio demandata eſt. Suſcepto igitur docēdi munere illis quinque annis, quibus Argentinæ ante diſceſſum in Angliā docuit, plurimos libros Sacros interpretatus eſt. Nā primū Ieremiæ Prophetę Lamētationē, deinde duodecim Prophetarum, qui Minores nominantur, librum enarravit. Poſteà ab initio Bibliorum volumen incipiens, Geneſim, Exodum,

& bonam partem Levitici explicavit. Quanta autem eruditione, fide & diligentia hoc fecerit, teſtabuntur aliquando ipſius in hos libros Commentarii, ſi in publicum prodierint. Nam quamvis eos in privatum uſum conſcripſerit, & morte prævenius non potuerit recognoſcere, digni tamen ſunt qui in manus ſtudioſorum veniant: Præterea quantum jam tum in docendo excelluerit, non modò ex his quæ ipſi audiviſtis & vidiſtis conjicere, ſed hinc quoque cognoſcere poteſtis, quòd cùm haberet collegam Martinum Bucerum ſummum Theologum, qui ut à viro quodam doctò verè de illo ſcriptum eſt, præter reconditam eruditionem copioſámque multarum rerum ſcientiam, præter ingenii perſpicaciam, multam lectionem, aliáſque multas ac varias virtutes hanc ſibi propriam laudem habuit, quòd vix alius hac memoria exactiore diligẽtia in Scripturę interpretatione verſatus eſt. Nam primùm quod propter trium linguarum exactam peritiam feliciſſimè pręſtare poterat, ipſa verba Sacrarum literarum ſenſúmque genuinum diligenter explicabat: deinde inveſtigabat & retegebat rationes & argumenta, quæ ſub verbis alioquin ſimplicibus & contractis deliteſcunt: & ſimplicius dicta aliis locis confirmabat, obſcura cum apertis conferebat, oſtendebat quænam adverſari viderentur verbis propoſitis, & rationem ea conciliandi demõſtrabat: quid item Patres ſenſiſſent ſingulari felicitate memoriæ ordine exponebat, & acri judicio quod pondus & robur ſingulorum interpretationes haberent, examinabat: controverſias verò incidentes ita dextrè & dilucidè explicabat, ut nemo alius. In univerſa autem tractatione duo præterea afferebat, quæ cùm maximè in docendo neceſſaria ſint, methodus exacta, dein, oratio pura & dilucida, ſic in his excellebat, ut Bucerum non modò æquare, verumetiam omnium judicio ſuperare videretur. Nam ille methodi alioqui obſervantiſſimus, nonnunquam tamen multarum rerum ſcientia alio abductus, longius ab ordine inſtituto divertebat: aut infinitis occupationibus diſtractus partitionis propoſitæ non ſemper memor erat: adhæc fuit illi (ſicuti agnovit & ſępe faſſus eſt) peculiaris obſcuritas orationis, ut non niſi ab attento auditore intelligi poſſet. Martyr autem omnia quæ tractanda erant, cùm aptè in certas partes dividebat, tum neque ullius earum in quantumvis prolixa tractatione obliviſcebatur, neque novam aliquam in media tractatione inſerebat, neque ordinem quem initio propoſuerat invertebat, ſed eum quem ſemel propoſuiſſet partium numerum & ordinem, conſtanter ad finem uſque perſequebatur. In dicendo verbis utebatur puris, propriis, Latinis: compoſitione præterea tali, quæ neque contractione orationis aut verborum ambiguitate obſcuritatem pareret, vel rurſus orationis longitudine ſententiam ſuſpenderet, & intellectum ac memoriam auditoris turbaret. Itaque non modò rerum ipſarum gravitate: verum orationis quoque ſuavitate & elegantia auditorem demulcebat, & ſumma præterea gravitate in ipſis lectionibus nunc ad piam vitam cohortabatur, nunc ad pœnitẽtiam graviore increpatione commovebat, ut omnibus his rebus quaſi conditæ ejus lectiones, ſummam eruditionem & eloquentiam cum ſingulari pietate conjunctam oſtendentes, magnam illi gloriam omnium judicio compararent. Nunquam tamen doctior erat & magis admirandus, quàm in publicis diſputationibus. Sive enim moderandi eſſent concertantes alii, tam ſe æquum judicem præbebat, ac rationibus tantum quæ ad perſuadendum valerent movebatur, ut nemo unquam ſuſpicaretur partibus eum ſtudere: non adverſariorum argumenta ſolida deprimebat: non connivebat ad amicorum errores & falſas rationes: ſi extra fines diſputationis evagari vellent, eos manſuetè ad rem propoſitam revocabat: ſi verò res ad rixas vergerent, ſua authoritate eas ſopiebat. Ita autem finiebat eos congreſſus, ut & ſemper primùm maximè neceſſaria repeteret, & tum demum de integra cauſa pronunciaret, quo & veritas victrix foret, & inde non exigua ad auditores redundaret utilitas. Quod ſi ipſi diſſerendum eſſet, tam in proponendo quàm in reſpondendo, ita ſe ſemper gerebat, ut nulla eſſet ſuſpicio cupiditatis vel rixandi, vel reportandæ victorię de proſtrato adverſario: ſed animo ab affectibus libero, quid verũ eſſet docebat potius quã ut cum ullo de verbis rixaretur. Itaque cùm poſtea ſæpè cum acerrimis Pontificię religionis propugnatoribus congreſſus ſit, neq; ipſorum convitus ad irã unquam impulſus, neque noſtrorum hominum laudibus & acclamationibus gloriola tali elatior factus eſt: ſed eandem modeſtiam & animi æquabilitatem perpetuò tenuit. Qua verò perſpicuitate dicendi in publicis pręlectionibus uſus eſt, eam multo ſtudioſius in diſſerendo conſectabatur: judicabat enim orationis obſcuritatem & ambiguitatem verborum plurimarum contentionum cauſam eſſe. Atque hujus rei apertum teſtimonium ſcripta illius prębent, nam cùm multa de juſtificatione hominis, de prędeſtinatione divina non pauca, plurima verò ſcripſerit de Cœna Domini, in cujus explicatione complures viri docti affectata quadam obſcuritate utuntur, nihil niſi proprium, ſimplex, dilucidum in ejus ſcriptis legitur. Quin etiam cũ Bucerus, quem coluit & admiratus eſt, ſæpe illũ hortaretur, ut in cauſa cœnę Dominicæ obſcuris quibuſdã & ambiguis dicẽdi formulis uteretur, quibus ipſe ideo utebatur, quod vir bonus ſibi perſuaſiſſet, poſſe hac ratione tolli gravem quę eſt de hac cauſa controverſiã, & ita eccleſiæ pacẽ diu deſideratam reſtitui: paruit tandem ille & eiſdẽ cum eo loquendi formis uſus eſt, ſed mox periculo hujus rei animadverſo, ſententiã mutavit. Vidit enim hac ratione nõ poſſe illis ſatisfieri, qui craſſam & carnalem pręſentiam corporis Chriſti in Cœna ſtatuũt, niſi etiam craſſæ eorum locutiones cum plena craſſáque interpretatione recipiantur: rurſus etiã expertus eſt fratres infirmiores hac orationis ambiguitate partim graviter offendi, partim ita & implicari & perturbari, ut vix norint quid ſibi in hac cauſa ſentiendum ſit. Quare Bucero ſuas locutiones concedens, ipſe eandem quam in aliis rebus, in hoc quoq; dogmate perſpicuitatem ſecutus eſt, manſitq; nihilominus inter eos firma conſtánſque amicitia: nam neq; Martyris ſententiam Bucerus improbabat, neque Buceri ſenſum, quantumvis ambiguis locutionibus uteretur, Martyr ignorabat. Itaque etſi diverſa eorũ in hac cauſa eſſet docendi ratio, fuit tamen ſummus eorum conſenſus in omni doctrina religionis, & perpetua amicitia vitæque conjunctio: quam ſi explicare vellẽ, & omnia eorum officia quibus mutuum amorem declararunt commemorare, verba me citius quã res ipſæ deficerent. Quare his omiſſis ad privatam & ad domeſticam illius vitam enarrandam me convertam. Argentinæ enim primùm domum & familiam habere cœpit. Vixit autẽ primùm abſq; uxore in eiſdem ædibus cũ amicis qui eum ex Italia ſecuti ſunt, ſtipendio modico aut potius exiguo contẽtus, quod tamen illi poſtea auctum fuit: cum enim patriam & opes ampliſſimas ſumméſq; honores Chriſti nomine reliquiſſet, exiſtimabat ſibi non cõvenire ulli moleſtum eſſe de augendo ſtipendio, præſertim cũ vita ita eſſet frugali, ut hoc quod haberet non modò ſibi ſufficeret, ſed aliquid etiã ſupereſſet ad amicos juvãdos. Cũ verò vitam cœlibem gravibus de cauſis improbaret, amicorum conſilio ſibi deſpondit honeſtã & nobilem virginem Catharinam Dampmartinam, quę cùm Metis ageret & veram religionem amaret, à piis viris Argentinam evocata & Martyri poſtea deſponſata fuit. Obiit poſtea in Anglia abſque ulla próle, cùm annos octo cum marito vixiſſet: huic quicunque eam noverunt cuncti hanc laudem tribuũt, quæcunque & præſtantiſſimæ matronæ debetur: fuit enim inprimis Deum timens, mariti amans, in re domeſtica adminiſtranda prudens & induſtria, munifica erga egenos, & quę non modò ſuis facultatibus, verumetiam conſilio & omni ope eos juvaret: pręterea in omni vita pia, modeſta, ſobria. Ferunt plebeios homines Oxonij, illam non tantùm, ut beneficam ac matrem quodammodo egenorum amaſſe, verumetiam quaſi ſacro numine præditam admiratos eſſe, propterea quod in morbis & pręſertim in partu uxores eorum illius conſilio & auxilio certam plerunq; ſalutẽ cõſequerentur. Hujus defunctæ corpus Polus Cardinalis effodi & in ſterquilinium abjici juſſit: & cũ aliud ut jure agere videretur accuſare nõ poſſet, hãc cauſã adſcripſit, quod juxta corpus ſanctæ Frideſuidæ

ſuidæ

Digitized by Google

ſuidæ humata eſſet,& hæretici uxor fuiſſet. Etenim Cardinalis hic qui aliquando præcipuus Martyris amicus fuerat, poſt ejus diſceſſum ex Italia non modò ab ipſius amicitia diſceſſerat, verumetiam ſtudiũ verę religionis,quod ad tempus ſimulaverat,penitus abjecit, & acerrimus noſtrorum hominum hoſtis & perſecutor factus eſt. Itaq; cùm Martyrem,quod optabat & majore voluptate aſpexiſſet flammis abſumere non poſſet,in mortuum cadaver, quod uxoris ejus fuerat,ſævit. Poſteaquã verò Anglia ſub Sereniſſima regina Elizabetha priſtinam Evãgelii lucem recepit, ad hanc infamiæ notam eluendã corpus juſſu Epiſcoporum rurſus è fimo & ſtercore erutum & frequenti populo in honorificentiſſimo templi loco ſolenniter ſepultum eſt.Et ne quid ſimile in poſterũ Papiſtæ tentare poſſent, oſſa ejus cum Frideſuidæ (quã olim religioſè coluerunt) oſſib.permixta ſunt. Quamobrẽ quod ſanctiſſimæ fœminæ corpus turpiter & contumelioſè abjectũ eſt,illuſtre eſt monimẽtum Romanæ tyrãnidis,quæ neq; vivis neq; mortuis fidelib.parcit: quod verò honorificẽtiſſime reſtitutũ eſt veteri ſepulchro, Anglorum erga ſuum pręceptorem cujus ea nuper uxor fuerat,pietatem & gratitudinem teſtatur. Et quia hujus rei occaſione in mentionem rerum Anglicarum pervenimus, ac ſatis ut videtur dictum eſt, de iis quę Argentinę fecit & docuit, exponã deinceps quare in Angliã profectus ſit & quid in ea effecerit. Mortuo Henrico Rege Anglię Edoardus ejus filius de conſilio tutorum, & maximè Edoardi Ducis Sommerſetenſis avunculi ſui, ac Thomę Crammeri Archiepiſcopi Cantuarienſis & totius Angliæ primatis), pontificiam religionem abolere, & eccleſias juxta verbum Dei reformare ſtatuit. Et quia ex Academiis miniſtri eccleſiarum prodeunt,qui per univerſum regnũ verbum Dei annuntient,eas cum primis diligenter reformandas eſſe ſtatuit, quo deinde ex his purus ſuccus ſanæ doctrinæ in ſingulas regni partes derivetur. Quia verò Petrus Martyr doctorum virorum judicio,ob ſingularem eruditionem & incredibilem multarum rerum peritiã, unus omnium ad hoc munus maximè idoneus videbatur,ab Archiepiſcopo Cantuarienſi de voluntate regis vocatus eſt. Itaque ſub exitum Novembris anni 1547. permiſſu Senatus, Argentina ubi jam quinquennium docuerat in Angliam diſceſſit, comitante eum Bernardino Ochino, qui & ipſe quoque ab eodem Archiepiſcopo vocatus fuerat. Cùm autem aliquandiu eos Archiepiſcopus ſecum detinuiſſet,& omnibus humanitatis officiis,proſecutus eſſet, Martyr juſſu regis Sacris literis interpretandis Oxonii præfectus eſt. In ea Academia primum enarravit Epiſtolam D.Pauli ad Corinthios priorem, eo quod in ea tractentur varia & multiplicia capita quæ ad noſtrorum temporum controverſias faciunt, ſic ut hujus Epiſtolæ doctrina, ſi commodè dextræque adhibita fuerit,omnibus vitiis quibus Eccleſiæ ſynceritas corrupta eſt,mederi poſſit& omnes abuſus atque ſuperſtitiones Papiſticas convincere. Pontificii quorum adhuc Oxonii magnus erat numerus, initio quidem utcunque patienter ferebant Martyrem docentem, & quidem etiam lectiones ejus frequentabant: & ſe illius eruditionem admirari præ ſe ferebant:alii verò ac præcipuè collegiorum præſides, ſuos arcebant à lectionibus,nihil tamen movebant ulterius. Verum poſteaquam damnatis jam ante ipſorum votis,deinceps occaſione verborum Apoſtoli de Cœna Domini tractare incœpit,exiſtimarunt ſibi non ulterius eſſe quieſcendum. Etenim cùm majores ipſorum obſcurata primum, deinde depravata doctrina hujus dogmatis, in Eccleſiam hac janua erroris patefacta omnem ſuperſtitionem & idololatriam invexerint, nõ poterant ferre Martyrem, qui mirifico ſtudio veritatem Euchariſtiæ ab eorum erroribus & corruptelis vindicabat. Quo verò non modò invidiam, ſed grave etiam periculum illi crearent, cùm apud vulgus primum uſitatis criminationibus traducebant, quod majorum doctrinam impugnaret, cæremonias optimè conſtitutas convelleret,ſacroſanctum altaris ſacramentum prophanaret, & tantum non pedibus conculcaret. Deinde omnibus rebus compoſitis,ipſo ignorante,omnibus templis ſchedas Anglico ſermone conſcriptas affigunt, poſtridie publicè diſputandum eſſe contra præſentiam Chriſti in S. Cœna. Die ergo ſequenti hi auditorium occupant, operas idoneis locis diſponunt, eáſque ad clamores & tumultum,& ad pugnam præterea ſi uſus poſtulet, paratas eſſe jubent. Concurrunt præterea audiendi cauſa, nõ tantum ſtudioſi ex omnib.collegiis, verumetiam pars non exigua concitati populi,partim ut eventum rei ſpectarent,partim etiam ut alterutri parti adeſſent,ſi fortè tumultus aliquis exoriretur. Martyr interea horum omnium ignarus ſeſe domi parabat, ut hora conſtituta more ſolito lectionem faceret, cum interea amici permoti inſolita concurſatione populi, domum ad eum veniunt, ac illi omnem rem exponunt, hortantúrque ut ſe domi contineat,neque aliquod periculum ſibi conciliet, quãdoquidem adverſarii ita parati ſint, ut potius videantur armis quàm argumentis concertare velle. Reſpondet ille, ſe non poſſe officio ſuo deeſſe, & munus à rege demandatum ſibi negligere, ſe nullius tumultus auctorem unquam fuiſſe, cujus rei ipſi optimi teſtes eſſe poſſint: nunc quoque ſe nolle adverſariis tumultuandi occaſionem dare,ſed more ſolito legere velle: eſſe haud dubiè multos in hoc cœtu qui lectiones conſuetas expetant,quos non poſſit negligere. Pergebat jam ad auditorium comitantibus illum amicorum fideliſſimis,cum illis in via obvius fit puer Smithæi, qui in hac tragœdia primas partes agebat, ac literas ei porrigit quibus ipſum herus ſuus ad diſputandum provocabat. Ibi tum amici rurſus monere, rogare, hortari ut domum redeat, commemorare pericula quæ ipſum maneant:perſtat tamen ille in ſententia, pergit in auditorium ac provocantes adverſarios modeſta oratione compeſcens quantum poterat,reſpondet, ſe diſputationem non recuſare, ſed nunc non diſputandi ſed legendi cauſa huc veniſſe, atque ita illis concedentibus lectionem more ſolito habet, magna omnium admiratione. Quippe qui ante ſingularem doctrinam & eloquentiam admirati, nunc quoque incredibilem conſtantiam & fortitudinem in ipſo ſuſpicerent. In tanto enim murmure populi & fremitu adverſariorum, ita lectionem abſolvit, ut nulla mutatio vultus & coloris in eo eſſet,non hæſitatio aliqua vocis,non linguę titubatio,non denique tremor membrorum,aut pallor aliquam opinionem timoris præbuit. Finita lectione acrius inſtant adverſarii, & cum magnis clamoribus ad diſputãdum provocant,neque modeſtiſſimam ejus excuſationem recipiunt, quod ſe diceret diſputaturum eſſe,ſed alio tempore,nunc ſe non eſſe paratum, cum propoſitiones diſputandas ita ſtudioſe occultarint,neque more ſolito publicè propoſuerint,ut eas ad hunc uſque diem ignoret: aiebant enim eum qui nuper cauſam Cœnæ Dominicæ multis lectionibus tractaſſet, non poſſe imparatum eſſe, quæcunque tandem in hac materia quæſtiones proponerentur. Tum ille, cùm eum urgere perſeverarent, denuo reſpondit, ſe primum nolle inconſulta Regia majeſtate tantam rem aggredi, præſertim cum res ad ſeditionem ſpectare videatur. Deinde ad legitimam diſputationem requiri,ut proponantur certæ quæſtiones, conſtituantur judices & moderatores, quorum judicio atque arbitrio tota res gubernetur: denique requiri notarios, qui utriuſque partis argumenta & orationes bona fide juſtáque diligentia conſcribant: cùm autem horum nihil nunc paratum & conſtitutum ſit, ſe nec velle nec poſſe diſputare, præſertim cùm non ſatis temporis ſuperſit, die jam in meridiem vergente ad tantam rem excutiendam. Poſtea quam verò his rationibus quamvis æquiſſimis adverſariis nõ ſatisfiebat, & jam res ad pugnam & conflictum ſpectare videretur, interponit ſe Vniverſitatis Oxonienſis Vicecancellarius (liceat enim mihi uſitata nomina retinere) & his conditionibus pugnam dirimit, ut uterque Martyr, Smythæus cum aliquot ſociis in ipſius ædibus conveniant,propoſitiones diſputandas, tempus, ordinem & modum diſputandi communi conſilio conſtituant. Iubet deinde apparitores ſuos, Bedellos nominant, turbam ſummovere, & ipſe ad ſuggeſtum accedens Martyrem manu illi porrecta è turba populi abducit, & domum uſque comitatur, ac pro ſua auctoritate tumultuantes cõpeſcit. Martyr liberatus ex hoc præſenti periculo, ne ideo quod

Digitized by Google

cauſæ diffideret diſputationem renuiſſe videretur, hora conſtituta ad domum Vicecancellarii venit, comitantibus ipſum cum aliis amicis, tum præſertim Sidallo & Curtopo, qui illo tempore eximii veritatis defenſores erant, poſtea tamen Marianis temporibus eandem conſtantiam non retinuerunt. Facit idem adverſarius, & ſecum adducit Colum, Oglethropũ, & tres alios Theologiæ doctores. Diu inter eos de diſputatione cõſtituẽda diſceptatũ eſt. Martyr enim æquum eſſe ajebat, ipſos in confutando eum ſervare ordinem quem ipſe tenuiſſet in docendo, idque tandem obtinuit. Abhorrebat preterea à vocibus peregrinis, barbaris & ambiguis, quæ tamen in ſcholis receptæ ſunt: itaque duabus tantum uſus eſt, carnaliter & corporaliter, quoniam ſcriptura in Cœna deſcribenda tantum carnis & corporis, non rei & ſubſtantiæ meminit: attamen ne ambiguitate aliqua ludere ipſum exiſtimarent, ſe illas accipere dixit, atqui ſi dictum eſſet realiter & ſubſtantialiter. Fuerunt etiam aliis de rebus diſſenſiones aliquæ inter ipſos. attamen cum demum de univerſa ratione diſputandi inter ipſos conveniſſet, omnia quæ tum conſtituta fuerunt, partium conſenſu ad Regiæ Majeſt. conſiliarios relata ſunt, ut illi de tota controverſia cognoſcerent: ab his diſputationis dies conſtitutus eſt 4. Nonas Maij, ad quem diem affuturi ſint legati Regij, qui diſputationi præſint. Verum Smyth. conſcius ſibi tumultus excitati, non expectata die conſtituta fuga ſe ſubducit, & in Scotiam primum, deinde Lovanium in Brabantiam abiit. Poſteaquam verò præſcripta dies adfuit, venerunt Oxonium Regii legati, R. D. Henricus Epiſcopus Lincolnienſis, D. Richardus Coxus Vniverſitatis Oxonienſis Cancellarius, D. Simon Haydes Decanus Oxonienſis, M. Richardus Moriſinus Armiger, D. Chriſtophorus Nevynſonus, Iu. C. doctor. His præſentibus diſputavit Martyr per quadriduum cum tribus Pontificiæ religionis Theologis, Treshamo & Cheadzeo Doctoribus, & Morgano artium Magiſtro. Quanta autem eruditione hos confutarit non neceſſe eſt à me commemorari, quandoquidem acta hujus diſputationis in omnium manibus habentur. Nam Martyr, quia adverſarii multa falſa & conficta de hac diſputatione in vulgus ſpargebant, eorum improbitate, & præterea amicorum precibus, qui hoc aſſiduè flagitabant, coactus, diſputationem hanc in publicum edidit: qua autem fide ac diligentia hoc fecerit, oſtẽdit teſtimoniũ Regiorum legatorum libro ab ipſis additum. Non multo tempore poſt hanc diſputationem ruſtici per Devoniam & in Oxonienſi agro tumultum excitarunt, in quo cum multi nominatim Martyri necem minarentur, cum non modo docere, ſed ne tuto quidem verſari in urbe poſſet, amicorum præſidio incolumis Londinum deductus eſt, non abſque ſingulari regis gaudio, qui illũ Richemondam venientem, ex arce proſpiciens læto animo ſalutabat, ejúſque incolumitati gratulabatur. Vxorem quoque & familiam, quoniam domi tuto eſſe non poterant, amici occuluerunt, donec furioſa multitudo ſeditioſæ plebis urbe excederet. Nam à proceribus regni conſcriptis duobus exercitibus, ſeditio brevi compreſſa eſt, præcipuis ejus auctoribus capitali ſupplicio affectis. Ac tum Martyr rurſus Oxonium ad ſolitos legendi & diſputandi labores rediit: quo tempore cum Papiſtæ ſe diſputando dudum victos noſſent, & armis palam congredi non auderent, noctu ſæpe tumultus aliquos ante ædes Martyris commoverunt, ac lapidibus nunc oſtium impugnarunt, modo feneſtrarum ſpecularia perfregerunt. Quamobrem Regia Majeſtas, ut ejus ſecuritati & quieti conſuleret, fecit eum Canonicum collegii Eccleſiæ Chriſti, & in illud collegium migrare juſſit: aſſignatis illi ſplendidis ædibus una cum amœniſſimo horto. Fuit in hoc collegio Decanus (facit enim veſtra in me audiendo benignitas, ut hæc quoque minutiora perſequar) ac hujus officii ratione & diſputationibus præerat: & præterea Doctores Theologiæ publico Academiarum more promovebat. Ipſe quoque, cum ante Pontificiis privilegiis Doctoris gradum haberet, denuò Oxonii ſolenniter Doctor Theologiæ renunciatus eſt. Habuit Martyr Oxonii amicos, ut breviter dicam, omnes eos qui puram ac veram doctrinam amabant, &

A ob eruditionem alicujus nominis erant in illa Academia. Præterea Reverendi Epiſcopi. Hugo Larimerus, Nicolaus Ridleus, Ioannes Ponetus, Ioannes Hoperus: ex aula etiam generoſi ac Magnifici viri Antonius Cocus, Ioannes Checus, Richardus Moriſinus, atque alii complures, quos nominare non neceſſe eſt, Martyrem non tantum diligebant, verumetiam amabant. Inter omnes tamen Reverendiſſimus Thomas Crammerus Cãtuarienſis Archiepiſcopus,
B & Angliæ primas ſingulari amore Martyrem noſtrum complexus eſt. Qui cum ipſe doctiſſimus eſſet, Martyri tamen tantũ tribuit, ut in rebus quibúſq; graviſſimis ejus conſilio uteretur. Itaque quotieſcunque vacationem aliquam à publicis docendi laboribus Martyr haberet, cum ad ſe vocabat, & ſua de rebus graviſſimis conſilia cum illo conferebat. Ac poſteaquam à rege cura conſcribendi leges eccleſiaſticas, primum XXXII. deinde XVI. viris commiſſa fuit, effecit ut Martyr in horum numero unus eſſet: ac
C tandem etiam cum munus hoc univerſum uni Cantuarienſi à rege fuiſſet commiſſum, tribus tantum ad id deſumptis ſociis, Gualthero Haddono & Rolando Taylero I. C. tertium voluit eſſe Martyrem. Horum opera adjutus eas leges Eccleſiæ Anglicanæ præſcripſit, quæ magnam etiam nunc laudem habent apud omnes pios & doctos. Fruebatur jam univerſa Anglia pace & tranquillitate, & felix erat religione, & legibus optime inſtitutis: in tanta quoque totius regni felicitate Martyr non poterat non etiam felix
D & beatus videri, qui uteretur optimorum virorum, ſanctiſſimorúmque Epiſcoporum amicitia: verum omnia hæc ſubito Mariani regni tempeſtate mutata & everſa fuerunt. Pura enim religio è templis eſt ejecta, ſancta Eccleſiæ politia deleta, legéſque illius abrogatæ ſunt, optimi quique in carceres conjecti. In tanta rerum omnium mutatione Martyri docendi munere interdicitur, & denunciatur præterea ne injuſſu magiſtratus pedem moveat, néve quid inde rerum ſuarum aſportet, gravi denunciato periculo, ſi
E id faceret. Paruit ille edicto, verum cum moram interponi videret, de ſuo ſtatu regni conſiliariis perſcribit: petit ſi quid admiſerit accuſatorem ſibi ſiſti & cauſam cognoſci. Qui cùm nihil in eum ſtatuere poſſent, diſcedendi poteſtatem illi faciunt. Quamobrem recta Londinum proficiſcitur, & illic Cantuarienſem inveniens eum plurimum ſuo adventu recreavit. Venerat hic tum temporis Londinum, ut quæ adverſarii de ipſo falſo in vulgus ſparſerant, refelleret. Nam quia ſumma ejus apud omnes erat au-
F ctoritas, per concionatores ſuos Pontificii apud plebem invulgarunt, Cantuariæ ipſius mandato Miſſam reſtitutam eſſe: ipſum quoque pollicitum eſſe reginæ ſe Miſſam dicturum in funere regis: ſimul etiam de futura diſputatione quædam jactabant. Hoc ubi reſcivit ille, edito ſcripto ſeſe purgat: teſtatur quoque ſe paratum eſſe religionis formam ab Eduardo rege inſtitutam publica diſputatione defendere. Si, inquit nobis libertatem det majeſtas Reginæ, ego cum Petro Martyre, atque aliis quatuor aut
G quinque, quos mihi delegero, favente Deo confido nos omnibus approbaturos, non ſolum preces communes Eccleſiaſticas, & adminiſtrationem ſacram cum cæteris ritibus & ceremoniis: verum doctrinam quoque univerſam, ac religionis ordinem conſtitutum à ſupremo noſtro domino rege Eduardo VI. puriora hęc eſſe, & verbo Dei magis cõſentanea, quam quicquid mille retro annis in Anglia uſurpatum novimus: tantum ut judicẽtur omnia per verbum Dei. Proteſtationem hanc & conſilium ſuum cùm Mar-
H tyri expoſuiſſet, probavit ille, & oſtendit ſe paratum eſſe diſputationi, neque ullum periculum nomine religionis velle defugere. Verùm dum in hac diſputationis expectatione ſunt, Cantuarienſis & Eboracenſis Archiepiſcopi, Londinenſis preterea & VVigornienſis Epiſcopi, in carcerem abducuntur: his enim rationibus adverſarii cum illis diſputare ſtatuerant. Verſabatur tum Martyr in magno periculo, cum ob eandem religionem, tum etiam ob familiaritatem & amicitiam horum virorum: neque hoc ipſe ignora-
I bat, verum fretus ſua innocentia, & quod in leges regni nihil commiſiſſet, non diſcedendum putavit, niſi miſſione impetrata. Quare cauſam denuo proponit

Conſi-

Digitized by Google

Conſiliariis regni, ac ſe non privata voluntate veniſſe in Angliam demonſtrat, ſed vocatum à Seren. Rege Eduardo, & miſſum ab ampliſſimo magiſtratu Reip. Argentinenſis, ac utriúſque diplomata proferebat: cum vero nunc ſua opera uſui eſſe non poſſit, ſe dimitti poſtulabat. Quod poſtquam obtinuit, vix tamen credebant amici, etiam acceptis à regina literis, eum tutò poſſe diſcedere. Dicebant enim ejus adverſarii, tantum Pontificiæ religionis hoſtem non eſſe è manibus dimittendum: ſed vel ex ipſa navi in carcerem & ad ſupplicium retrahendum eſſe: monebatur quoque ut ſibi caveret ab inſidiis, quæ ſi Oceanum trajiceret, illi in Flandria & Brabantia paratæ eſſent. Verum Dei beneficio cuncta hæc pericula, & certiſſimas inſidias admiranda ratione evaſit. Cùm enim peregrinorum alii in Friſiam, nonnulli verò in Daniam deſcenderent, nactus eſt ipſe gubernatorem navis, hominem pium & metuentem Deũ, qui eum in Anglico litore clam domi ſuæ detinuit integris 14. diebus, ac jam omnes tam amici quàm inimici eum cum cæteris peregrinis abnavigaſſe credebant, cùm ipſe demum ex Anglia ſolvit, & gubernatore ſuo Antuerpiam noctu ſui cauſa appellente, ab eo ad amicos eſt deductus, & ab illis ante lucem currui impoſitus, per regiones ſibi infeſtiſſimas incolumis Argentinam pervenit, omnéſque adverſariorum inſidias, Dei primùm beneficio, deinde ſua celeritate evitavit. Excepere eum Argentinæ veteres amici viri optimi atque doctiſſimi Sturmius, Sleidanus, Zanchius, Herlinus, Daſypodius, Sapidus, Hubertus & reliqui, magna lætitia. Quo enim in majori periculo ipſum verſari noverant, eo ſalus ipſius, & inopinatus adventus, majus gaudium illis adferebat. Senatus quoque cùm ejus virtutem & doctrinam optimè noſſet, juſſit illi quàm primùm reddi priſtinum locum, quem ante diſceſſum in Angliam habuerat. Interea verò nonnulli, qui illi male vellent, de eo ſiniſtros rumores ſpargebant, quod in doctrina de Cœna D. à ſententia Auguſt. Confeſſionis diſceſſiſſet, ideóque timendum eſſe, ne aliquas in Eccleſia turbas excitaret. Admonitus ergo hujus rei ab amicis, Senatui ſcripto oblato ſeſe purgat, & docet, Confeſſionem Auguſt. & alias quæ ab ea non diſcrepent, ſi rectè atque commodè intelligantur ſe libenter amplecti, profiteri, ac ſi opus fuerit velle pro viribus tueri. Promittit deinde per ſe nullas lites aut contentiones excitatum iri. Imo ſi locus aliquis pertractandus ſit in Scripturis, aut quæpiam alia neceſſitas requiſiverit, ut circa hujuſmodi quæſtionem ſuã ſententiam explicet, id ſe facturum cum omni modeſtia, & citra cujuſquam amaram inſectationem. Quæ verò ſua ſit ſententia, ex libellis, inquit, à ſe jam editis facilè poſſe cognoſci: quibus hoc ſcripto ſeu promiſſo nil detractum ſeu immutatum velit, quoad per Scripturas divinas edoctus aliter eſſe cognoverit. Et quia præter Auguſt. Confeſſionem, à quibuſdam proferebatur concordia inita inter D. Bucerum & D. Lutherum eorúmque ſymmiſtas, reſpondit ſe huic non ſubſcripſiſſe, quod per verbũ Dei & cõſciẽtiam dare nequeat, deſtitutos vera fide, percipiẽdo ſacramenta, corpus Chriſti ſumere. Addebat autẽ non debere hoc illis mirũ videri quod aſſentiri nollet, cùm ipſemet D. Bucerus in Argentinenſi ſchola ſecus docuerit, dum Acta Apoſtolorum explicaret. Idémque cùm eſſet in Anglia (quod ex quibuſdam ejus articulis oſtendi poſſit) longè aliter ſcripſerit: & quidem rectè. Nam cùm fides unicum ſit inſtrumẽtum quo à nobis Chriſtus ipſe, corpus & ſanguis ejus percipiuntur, ea ſubmota os corporis nil niſi Sacramentum corporis & ſanguinis percipere, panem inquam & vinum inſtituto Domini cõſecrata. Quẽadmodum etiam ætatis adultæ homo ſi abſque fide ad Baptiſmum acceſſerit, nihil dicitur præter Sacramentum, hoc eſt aquam & Eccleſiæ preces habere. Siquidem nullus dum non credit gratiam regenerationis adipiſcitur: ita etiam citra fidem neminem ad communionem corporis & ſanguinis Chriſti aditum habere. Vt enim dicit Auguſt. manducare & bibere nihil aliud eſt quàm credere. Poſtremò addebat, ſe vereri ne concordiæ huic ad ſe allatæ ſubſcribendo videatur Eccleſias Tigurinam, Bernatem, Baſiliẽſem, Genevenſem, Lauſanenſem & Anglicanam, omnéſque per Italiam & Galliam diſperſos fratres damnare: quod ſanè per verbum Dei & charitatem erga eos ſibi non liceret. Proinde ut Saxonicas Eccleſias omnéſque illis conſentientes veneretur & ſuſpiciat, ſic & alias quas cõmemoraverit ſe amplecti in Domino ac vehementer diligere. Non enim hanc quæſtionem tanti eſſe, ut inter fideles communionem & charitatem ſolvere debeat. Hoc ejus ſeu ſcripto ſeu promiſſo Senatus Argent. qui Martyrem munificè amabat, contentus fuit, rejectis aliorum clancularii accuſationibus. Reſtitutus itaque priſtino muneri Iudicum librum interpretatus eſt. Et quia tum idoneo philoſophiæ profeſſore ſchola deſtituebatur, decretum fuit, ut duo Theologi, ſicut Sacras literas, ita quoque Ariſtotelis philoſophiam alternis ſeptimanis docerent: itaque Martyr laborem hunc non defugiens Ariſtotelis lib. de Moribus ad Nicomachum interpretari cœpit, & in eorum explicatione in tertium uſq; librum progreſſus eſt. Collega verò ejus, is autem erat D. Hier. Zanchius, Martyri amiciſſimus, & qui illum ex Italia, ut diximus, ſecutus eſt, libros Ariſt. de Natura ſibi interpretandos deſumpſit. At vero adverſarii illius & malevoli, de quibus ſupra diximus, etſi palam ſeſe illi non opponerent, quotidie tamen clam & quaſi per cuniculos eum oppugnare non ceſſabant. Nam & per literas, & in lectionibus atque cõcionibus ſuis eum ita apertè perſtringebant, ut juſtæ accuſationi nihil niſi Martyris nomen deeſſet. Quin & è ſtudioſis quidam publicè in ſchola orationem de Euchariſtia habuit, in hoc compoſitam, ut Martyrem & doctrinam illius ex profeſſo damnaret. Quare cùm animadverteret adverſarios quotidie apertius bellum contra ſe gerere, & ſe nominatim libellis perſtringere, ut etiam Sleidanus in ſua hiſtoria commemorat, de diſceſſu ſecum deliberare cœpit, cùm ſubito divinitus occaſio opportuniſſima illi oblata eſt. Nam cùm apud nos mortuus eo tempore eſſet vir optimus & ſanctiſſimus Conradus Pellicanus, ampliſſimus Tigurinæ Reip. Senatus, de voluntate miniſtrorum Eccleſiæ illi Petrum Martyrem ſubſtituit, & ea de re cùm ad ipſum, tum etiam ad ampliſſimum Senatum Argentinenſem literas dedit, quibus ipſum Tigurum mitti poſtulabat. Fuit hæc vocatio Martyri gratiſſima: quamvis enim Argent. Remp. amaret, & ei ſe multa debere agnoſceret, quia tamen controverſiam hanc Sacramentariam quotidie majori animorum acerbitate agitari videbat, gaudebat ſibi occaſionem datam eſſe, qua ſe poſſet turbis eximere. Itaque cùm à Magnifico Illuſtrique Senatu de ſua volũtate rogatus eſſet, nihil diſſimulans, oſtendit miſſionem ſibi fore gratiſſimam, ac prolixè teſtatus de ſuo in Remp. animo: quo minus cum ipſis manere poſſet, ideo fieri inquit, quod videat ſe hoc tempore non poſſe apud ipſos habere eam quam cupiat docendi, diſputandi, & ſcribendi libertatem. Vt autem hanc appetat ſe primùm ſua vocatione urgeri, & minis etiam atque comminationibus percelli. Deinde ſe vereri judicia graviſſimorum virorum qui ſua ſcripta legerint, & ſe docentem audiverint, ſi veritatem aliàs uſque ad capitis periculum defenſam, nunc multiplicibus & variis modis clam & palam oppugnatam, ſuo ſilentio non tantùm deſerere, ſed quaſi prodere videatur. Ab his enim quorum aliqui ob hanc eandem cauſam vel ignibus cremari voluerunt, vel adhuc ſuperſtites magna cum utilitate Eccleſiis Chriſti præſunt, ſe non poſſe niſi graviter coargui, ut vel qui à ſentẽtia vera defecerit, quod inconſtantiæ crimẽ in homine Chriſtiano minimè ferendum ſit, vel qui tacitus velit præterire quæ ad ſalutem conducere & neceſſaria eſſe non ignoret. Cùm itaque Deus velit ut ſuam doctrinam univerſam & fide amplectamur & profiteamur: ſe hanc conditionem in qua nunc verſetur non poſſe ſalva conſcientia retinere, niſi ſibi quæ ſcripto petierit concedantur neque hoc iniquum eſſe, ut tantùm ſibi liceat, quantum alii ſui ordinis cùm in concionibus tũ in ſcholis liberum ſibi volunt. Proinde cùm munus ſuum neceſſario libertatem in docẽdo poſtulet, quã tamen ipſi certis de cauſis, quas non dubitet graviſſimas eſſe, hoc tempore concedere nolint aut non poſſint, rogare ſe ut bona ipſorum venia ſibi eo quo vocetur concedere liceat. Oſtendit præ-

Digitized by Google

terea nullam ſpem conciliationis per colloquium aut aliam viam ſibi affulgere, ſi quid tamen inſtituatur, ſe etiamſi alibi agat non defuturum ſuo officio. Senatus qui Martyrem amabat, & eum certis conditionibus retinere voluiſſet, cùm videret ipſum in hac ſententia perſiſtere, ſibi verò non integrum eſſe hoc tẽpore hanc quã petebat docẽdi, diſputãdi & ſcribẽdi libertatem illi concedere, invito animo eum dimiſit. Diſceſſit itaque Argentina tertio Idus Julii, anno partæ ſalutis M. D. L V I. magno cum dolore & gemitu bonorum omnium, quibus gratus, charus & reverendus fuit, cùm ob eximias virtutes, ſummum ingenium, & doctrinam ſingularem, tùm etiam ob morum facilitatem ſummámque concordiam quam cum omnibus bonis & doctis perpetuò coluit. Tigurum cùm veniſſet unà cum Cl. viro Ioanne Iuello Anglo, qui nunc Dei gratia eſt Sariſburiẽſis Epiſcopus: magna gratulatione exceptus eſt à Senatu, à Schola, ab Eccleſiæ miniſtris, denique à bonis omnibus. Cùm autem ad Bullingerum veterem ſuũ amicum diverti ſſet, donec familia, hoc eſt Iulius cum uxore ſua & filiolo ipſum ſequeretur, ita utérque alterum ab eo tempore complexus eſt, ut quamvis antea ſumma inter eos fuiſſet conjunctio, ea tamen ex hac familiaritate acceſſione magna aucta ſit, & ita confirmata, ut eam ad obitum uſque abſq; ulla vel minima alicujus offenſionis ſuſpicione conſervarint & auxerint. Sunt autem hæ amicitiæ firmiſſimæ, quas virtutum & ſtudiorum ſimilitudo conjungit: quæ cũ ſumma fuerit inter ambos, ac talis ut utérq; alterum non modo amaret verumetiam obſervaret, non mirum eſt arctiſſimam quoque eorum conjunctionem fuiſſe. Quod verò amarit concionatores & collegas cæteros atq; fratrum quaſi loco habuerit, quod item juniores filiorum loco ſemper cõplexus fuerit, cùm omnibus notum ſit, non neceſſe eſt, ut in hac re explicanda tempus teram. Et qui hæc minus perſpexerunt, quanta in eo fuerit ſuavitas in conciliandis ſibi hominum animis, vel hinc conjiciant, quod cum nõ tantum collegæ in ſchola & Eccleſiarum miniſtri, ac cæteri qui ipſum quotidie docentem audierunt, ſed etiam in Senatu & in plebe optimus quiſque cùm neque docentem audire, neque loquentẽ intelligere poſſent, ſic tamen eum coluerunt, ut vix alium è præcipuis in Rep. viris: id quod teſtata eſt omnium ordinum frequentia, quam licet in illius funere vidiſtis. Declaravit etiam ſuam in eum voluntatem ampliſſimus Senatus, quando eum unanimi conſenſu honoris ergo civitate donavit. Quãvis enim lege lata cautum eſſet, ob immenſum civium numerum, ne quiſquam eo anno & proximo in civitatem reciperetur, eã tamen in tanto viro ſervare noluerunt, quod rectè exiſtimarent, nõ legi ſed potius urbi noſtræ fieri injuriã, ſi talis vir nobiſcum quaſi peregrinus & hoſpes maneret, & non inter cives cenſeretur. Erat eo tẽpore Martyr quo Tigurum venit adhuc cœlebs, ſed tãdem ab amicis perſuaſus, cùm ipſe ſingulari liberorũ deſiderio teneretur, cóque magis quod ipſe ſolus ex florente quondam Vermiliorum familia ſuperſtes eſſet, uxorẽ alteram ducere ſtatuit, ſexto an. poſt primę uxoris mortem. Erat in Eccleſia Italica, Genevæ virgo Brixiẽſis honeſto genere nata, Catharina Merenda, quæ illuc religionis nomine venerat: hanc Martyr optimorum virorum & totius Eccleſiæ teſtimonio commendatam, uxorem ſibi conjunxit. Suſcepit ex hac Eliperium filiolum, & altero partu filiam Gerodoram, qui tamen ambo in prima infantia mortui ſunt. Eandem reliquit gravidam, quæ utinã volente Domino filium poſthumum pariat, qui ſuperſtes aliquando patrem nobis eruditione & pietate referat.

Mariã poſthumam peperit mater.

Quantum autẽ amarit & quanti fecerit hanc Remp. & Eccleſiam, ex eo colligere poteſtis, quod cùm ſciret ſe uxorem relinquere gravidam, teſtamẽto cavit, ut partus poſthumus, ſi modò vitalis ſit, nuſquam alibi quàm apud nos educetur. Eandem ejus voluntatem & amorem ex eo quoq; quod jam commemorabo conjicere poteſtis. Altero poſtquam ad nos venerat anno, Genevæ mortem obiit vir clariſſimus Maximilianus Cellus Martinenghi Comes, qui Italiæ Eccleſiæ in ea urbe præfuerat. Sunt autem in illa Eccleſia multi & præclari viri, qui deſerta Italia Genevam, tanquam in aſylum & tutiſſimum portum piorum hominum ſeſe contulerunt, atque inter hos multi ſunt Lucenſes, viri primarii ex ea Republica, quorum pleriq; Martyris in Italia diſcipuli fuerunt, & ipſo doctore ad agnitionem Chriſti pervenerunt. Quamobrem cùm alius in Maximiliani demortui locum ſubſtituendus eſſet, ſumma omnium voluntate & conſenſu, ardentiſſimiſque ſtudiis Martyr electus fuit, ac ſeniores Eccleſiæ datis ad ipſum hac de re literis, eum non tantùm rogabant, verumetiam obteſtabantur, ut hanc vocationem ratam haberet: idem agebant Angli veteres illius amici, ex quibus multi præclari viri tum Genevę exulabant religionis nomine: idem quoque modeſte ab eo petebat Ioannes Calvinus, non Genevenſis tantùm, ſed univerſæ Eccleſiæ ornamentum. Dicebant eſſe in ea urbe & Eccleſiæ optimam Italiæ partem, plurimos item ipſius diſcipulos, qui ejus adventum expectent, plures etiam in ejus adventum ad viam ſe parare. Commemorabant electionis pulcherrimam formam, pulcherrimas in quã χειροτονίαι toties à Spiritu S. approbatas, diſpoſitiſſimas item ſuffragiorum diſtributiones, in quibus omnia ſummo ordine, optimóq; conſilio facta ſint. His addebant tantùm eſſe támque ardens totius Eccleſiæ deſiderium, ut hunc ducem, paſtorem, præceptorem adipiſcatur, ut niſi votis potiatur, dolore eam debilitari quodammodo neceſſe ſit. At Martyr etſi paratiſſimus erat ſuæ gentis hominibus inſervire, nihil tamen ſuo arbitrio ſtatuendum eſſe exiſtimavit, ſed rem integram ad Senatum noſtrum & Eccleſiæ miniſtros retulit: & quia illi vocationem hanc ratam non habebant, quod viderent, ſe quidem Martyrem hoc tempore abſque ſingulari detrimento ſcholæ & Eccleſiæ non poſſe dimittere, fratres autẽ Genevæ in Eccleſia Italica habere multos & bonos & doctos viros, quos optimè in locum ſanctiſſimæ memorię Maximiliani Celſi poſſint ſubſtituere: ipſe quoque huic eorum voluntati & judicio ſuam voluntatem libenter accommodavit. Quin etiam cùm poſtea annis aliquot interpoſitis, veteres amici oblatis ampliſſimis conditionibus ipſum in Angliam revocarent, & adderent, Reginam, modò de ejus voluntate certa fiat, paratam eſſe miſſo ad id legato ipſum in Angliam evocare. Rurſus, ut ante, Eccleſiæ & Reipub. noſtræ moderatorum judicio acquievit. Quis hic nõ amplectetur ejus amorem erga noſtram Eccleſiam & Rempub. reverentiam erga magiſtratum conſtantiam in retinendo ſemel ſuſcepto munere: quis non videat animum ab ambitione & avaritia alieniſſimum: cùm alibi docere poſſet majore hominum concurſu, ampliori gloria, ſtipendio uberiore: his rebus non magis motus eſt, quàm ſi nihil omnino ad eum attinerent. Rurſus verò quàm promptus fuerit ad inſerviendum aliis Eccleſiis, quam nulla pericula metuerit, ſatis declarat profectio in Galliam, quam anno ſuperiori juſſu & voluntate magiſtratus ſuſcepit: de qua ſi pauca dixero, quæſo eandẽ in me audiẽdo benevolentiã retinete, neque enim diutius patientia veſtra abutar. Cùm ad X I I I. Cal. Auguſti Epiſcopi Eccleſię Gallicanæ à Rege Poiſſiacum convenire juſſi fuiſſent, & comitia quoque Principum Galliæ in idem tempus fuiſſent indicta, noſtris hominibus in Gallia ſpes facta eſt, poſſe aliquod de religione colloquium inſtitui, è quo magna ad Eccleſiam utilitas redundaret. Quamobrem ab Eccleſiis delecti ſunt certi homines, qui in conventu omnium ordinum libertatem religionis promoverent, & doctores quoque plurimi delecti, qui cum adverſariis diſputare & conferre poſſent. Et quia Martyris ſingularis & excellens eruditio, & incomparabilis diſputandi facultas illis nota erant, hũc unum ex omnibus peregrinis nominatim evocandum putarunt. Quamobrem à Chriſtianis Eccleſiis, & ab illis principibus qui earum tutelam ſuſceperant, Tigurum miſſus eſt vir Nobilis Cl. Bradella, ac unà cum illo venit etiam vir doctiſſimus Th. Beza, cujus in omnibus his actionibus primæ partes fuerunt: quærebant hi quænam Senatus, quæ miniſtrorũ Eccleſiæ, quæ ipſius Martyris voluntas eſſet, ſi aliquod colloquiũ inſtitueretur, & ad id ipſe nominatim à Rege evocaretur: & cùm cognoſcerent neminem pro ſua parte tam ſancto inſtituto defuturum, hic quidem Genevã, alter verò rectã in Galliam rediit.

diit. Non ita multis interpoſitis ſeptimanis, Beza ad colloquium evocatus per celeres equos illuc profectus eſt, & Bradella Tigurum rediit ſecum afferens literas à Regina matre, Rege Navarreno, & Condæo atque Admirallio Principibus, quibus à Senatu Martyrem ſibi mitti poſtulabant: & ſimul mittebant tabulas publicæ ſecuritatis, ſeu ſalvi conductus, ut noſtri viderent, nihil periculi ſubeſſe. Quare cùm res videretur non negligenda, Senatus vocationi aſſenſit, & Martyrem ſe itineri accingere juſſit. Redibat fortè eodem tempore in aulam vir clariſſimus Matthæus Cognetius Regiæ Majeſtatis apud Helvetios legatus, qui Martyrem in ſuum comitatum recepit, & ſal vum Luretiam Pariſiorum deduxit. Inde ad aulam profectus à fratribus humaniſſimè exceptus eſt, & ſalutatis Sereniſſ. Rege Navarræ, & Illuſtriſſimis Principibus Condæo & Admiralio, ad Sereniſſimam Reginam Galliæ vocatus eſt, quam poſtquam conſueta reverentia ſalutaſſet, & de ſuo adventu verba feciſſet, hortatus deinde eſt eam ad promovendam puram religionem. Docebat enim pia reformatione Eccleſiæ ipſam non ſolùm regno Galliæ conſulturam eſſe, ſed toti Europæ, quod omnes in regnum Galliæ oculos conjeciſſent. Imminere quidem & offerre ſe gravia pericula, ſed non timendum eſſe, quod ſemper Deus adfuerit principibus huic rei ſtudentibus. Aſam, Ioſapharum, Ezechiam & Ioſiam juviſſe, qui correxerunt populum cùm Idololatria prorſus corruptus eſſet. Conſtantium cùm haberet collegas imò ſuperiores Diocletianum & Maximinianum, auſum eſſe Chriſtũ amplecti. Conſtantinum in graviſſimis periculis pacem dediſſe Eccleſiæ, qui collegam ſortitus erat Licinium Chriſtianis inimicum. Quòd ſi Deus iſtos juvit, eum non fore ſui diſſimilem, verum eundem qui prius fuerit. Addebat Reges potiſſimum in hoc Deo ſervire oportere, ut eorum opera pro illius, non pro hominum voluntate colatur. Nunc verò id unum maximè ſtudendum ut religio & ſacer cultus ad prima initia revocetur, & ſuperſtitiones inductæ removeantur. Deum quidem potuiſſe abſque principum opera id facere, & aliquando feciſſe, verùm ordinaria via ita principes decreviſſe illuſtrare. Quare illos decere nõ oblivisci ſe poſitos non minus prioris quàm poſterioris tabulæ cuſtodes, ideóque non licere eis curam divini cultus prætermittere. Subjiciebat præterea eos non eſſe audiendos, qui affirmant ad principes hoc non attinere, cùm in Deuter. longè aliter ſtatuatur, & Paulus velit magiſtratum eſſe promotorem bonorum operum, inter quæ divinus cultus primum locum tenet. Regina ſe veritatis ſtudioſam eſſe teſtabatur, atque ideo etiam pro ipſo miſiſſe ut conſilium daret, quomodo poſſet iniri concordia, ita ut abſque adverſariorum offenſione pax habeatur. Nunc enim tot eſſe diſcordias & ſeditiones in regno cauſa religionis, ut admodum turbetur. Ad id Martyr liberè reſpondit, etſi nihil boni ſibi de adverſariorum voluntate poſſit promittere, ſe tamen non negare benignè ac dulciter cum illis agendum eſſe, modo nihil de veritate imminuatur aut decidatur. Non mirum autem eſſe diſcordias aliquas oriri, quandoquidem Chriſtus talia eventura prædixerit in Evangelii prædicatione, profeſſúſque ſit ſe veniſſe ut gladium, non pacem immitteret, ac ignem accendiſſe, neque aliud velle niſi ut ardeat. Neque poſſe religionem puram ac veram inſtaurari ac retineri citra crucem: idcò illam aiebat oportere forti animo eſſe, ac ſincere iſtam provinciam aggredi, & Deum juxta ſua promiſſa non defuturum, qui leniat mala & patientiam largiatur. Præterea aliquoties interrogatus à Regina quódnam conſilium haberet de rerum compoſitione, reſpondit ſibi non aliud occurrere, niſi ut liberè ſineret Evangelicos ad ſacros cœtus convenire, dando eis templa in quibus haberentur ſacræ conciones. Nam ſi hoc efficeret, veritatem ſeſe ultrò patefacturam, nec opus fore colloquiis aut diſputationibus. Poſtremò cum rogaretur, quid de Auguſtana Confeſſione judicaret, reſpondit, ſibi videri nobis debere ſufficere verbum Dei, quod ibi omnia luculenter contineantur quæ ad ſalutem faciunt. Neque enim ſi ea confeſſio recipiatur conciliationem ſecuturam cum Romanenſibus, cum illam ut hæreticam proſcripſerint. In eandem ſententiam Regi Navarreno & aliis magnis in aula viris reſpondit, qui eiſdem de rebus ipſius ſententiam quærebant. Secuta deinde eſt actio publica, ad quam Cardinales & Epiſcopi Martyrem non admittendum eſſe cenſebant. Regina tamen venire voluit. Habuit in hac actione orationem Cardinalis Lotharingus, quam etiam poſtea in publicum edidit, in hac multa de ſua Eccleſia dixit, ut quæ haberet ſucceſſionem continuatam, manuum impoſitionem, & coleret Chriſtum ſine idololatria. Negavit Dei Eccleſiam tantummodo ex electis conſtare, quod alioqui eſſet futura inviſibilis, & homines de illa ſemper fore incertos. Prætereà ſubjicit conciliа errare non poſſe, neque doctrina, neque moribus, ſed multa immutare pro temporum varietate. Et Eccleſiam ipſam affirmavit ante Scripturas eſſe, atque illarum interpretationem ab Eccleſia petendam. Divertit poſthac ad rem ſacramentariam, & de tranſſubſtantiatione atque Miſſa nihil dixit, affirmavit autem corpus Chriſti, præſens adeſſe, non quidem localiter, nec circumſcriptivè, ſed cœleſti modo, & ut loquebatur, ſuperſubſtantialiter. Cúmque peroraſſet, convertit ſe ad Reginam matrem & Regem, eóſque genibus flexis oravit, ut in ea fide permanerent in qua nati & baptizati eſſent, atque ſimul obtulit cum ſuis Epiſcopis omnia officia, obſequia, & obedientiam. Interpoſitis deinde aliquot diebus Beza pro ſua ſingulari eruditione Cardinalis Lotharingi orationem publicè graviter confutavit: Cardinalis vero ſe illi oppoſuit atque petiit, ut noſtri aut Confeſſioni Auguſtanæ ſubſcribant, aut brevem propoſitionem de Cœna Domini à ſe allatam recipiant: niſi enim hac in re cõvenirent, ſe nolle ulterius agere & colloqui: quærebat enim ſtudioſe cauſas abrumpendi colloquii. Sluit in hac actione Martyr, quod omnia Gallicè agerentur: verùm cum denuo conveniſſent, admonitus à fratribus permiſſu quoque Reginæ etiam ipſe Italica lingua multis con[illegible] Lotharingum egit. Qui tamen congreſſum detrectare videbatur, & cauſabatur Martyrem Italicè locutum eſſe, quaſi non intellexiſſet, dicebátque ſe malle agere cum homine ſuæ linguæ, attamen ob quædam ab eo allata conatus eſt reſpondere. Quin & quidam Hiſpanus magiſter ordinis Ieſuitarum, Italicè orationem contra noſtros habuit, cui paucis Beza reſpondit. Martyr verò rurſus de Cœna adverſus Cardinalem diſſerere cœpit, ſed quia nox imminebat & præterea actio turbulenta erat, ita ut ne ipſe Cardinalis clamoribus abſtineret, eo die nihil ulterius actum eſt. Poſteaquã verò adverſarii fruſtra reluctantibus noſtris, obtinuerunt, ut colloquium inciperetur ab articulo de Cœna Domini: electi ſunt ab utraque parte quinque collocutores, adverſariorum quidem Valentinus & Sagienſis Epiſcopi, Boutillerus, Salignacus, & Deſpenſius doctores: ex noſtris autem Beza, Marloratus, Spina, Galaſius & noſter Martyr. Egerunt hi ſoli abſque ullis judicibus, adhibitis tantum duobus notariis: ac primùm diligenter petebant, ut aliqua formula proponeretur, qua de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia inter partes poſſet conveniri, cúmque multa ultrò citróque fuiſſent allata, Martyr quoque interrogatus breve chirographum ſuæ ſententiæ propoſuit, quæ tamen Epiſcopis non ſatisfecit, quod nimis jejunam eſſe dicerent: noſtrarum verò partium collocutores Martyri adhæſerunt. Diſceptatum deinde eſt inter eos de hac quæſtione per aliquot dies, & tandem nova formula conſcripta eſt, in qua poſſet utraque pars convenire de præſentia corporis Chriſti in Cœna, atque huic utriuſque partis collocutores aſſenſerunt & ſubſcripſerunt. Martyr vero cum videret ibi quædam eſſe ambigua, teſtatus primum ſe non recedere à ſenſu prioris chirographi, quod illis tradidiſſet: ipſe unà cum Beza & reliquis noſtrarum partium collocutoribus, poſteriori formulæ brevem declarationem adjecit, ut remota ambiguitate adverſarii viderent, quis noſtrorum ſenſus eſſet. Cardinales verò & Epiſcopi poſteaquam illis relatum eſt collocutores de hoc articulo conveniſſe, improbarunt ea quæ à ſuis collocutoribus geſta erant, imo ipſos hæreticos inſimularunt, itaque eorum opera colloquium ad aliquot dies ſuſpẽſum eſt: jam enim cũ ſua

Digitized by Google

voluntate, tum etiam inſtigatione legati Pontificii decreverant colloquium abrumpere. Intereà verò Epiſcopi canones aliquot conſcripſerunt, & tandem 19. Octob. Cardinalis Guiſiaci & complures quoque Epiſcopi ex aula diſceſſerunt: è noſtris etiam collocatoribus, cùm nulla aut exigua ſpes eſſet colloquii reſtaurãdi, pleriq; ad ſuas Eccleſias redierunt. Edebàtur interea decreta quibus noſtri juſſi ſunt templa reddere, illis tamẽ libera facultas prædicãdi cõceſſa eſt, & loca aſſignata in quibus convenirent, certo tamen numero præſcripto. Arma deinde utrique parti ablata ſunt, & edictum ne quis alteri religionis nomini convitietur. Quamobrem cùm Martyr videret ſe hic nihil amplius agere poſſe, præſertim cùm Gallicæ linguæ exiguum uſum haberet, miſſionem petere ſtatuit, eóque nomine Condenſem principem acceſſit, & ab ipſo deinde ad Reginam ductus eſt, apud quam verba faciens, primùm inquit nos oportere Deo reddere, quę ſunt Dei, & principibus quę ſunt eorum. His de cauſis ſe huc veniſſe, ut quoad Deũ, religionem promoveret: deinde ut obſequeretur Regiæ ejus Majeſtati: quod tamen eo libentius fecerit, quod inſignita ſit præclariſſimis virtutibus, de quibus omnes honorificè loquantur, præterea quod regnum ſit præſtantiſſimum, & ſibi ac illi ſit communis patria. & maximè omnium ut magiſtratui Tigurino pareret, qui optimè animatus ſit adverſus Regem & Reginam. Id autem non eſſe contemnendum, cum ſit inter Helvetios non parvæ authoritatis & potentiæ. Deinde adjiciebat ſe in negotio colloqui nihil intermiſiſſe quod putaret ad rem facere, egiſſe placidè ut juſſerat: Quod autem res non ſit ulterius producta, per ſe non ſtetiſſe, non tamen defuturum fructum ſuo tempore, quamvis jam non habeatur. Nunc autem quando nihil agatur ſe petere miſſionem, quod ſit ſenex, jam autem inſtet hyems, quo tempore iter ſit futurum incommodum ob pluvias, nives, & dies contractiores. Præterea quod audiſſet ſe delatum ejus majeſtati, quaſi huc venerit peregrinus, nec aliud ſpectarit quàm ſeditiones in regno excitare, quòd his malis gauderet, rogabat ne facile talia de ſe crederet, eo quòd ſit homo ab iis flagitiis prorſus alienus. Fuiſſe enim ſe Argentinæ, deinde in Anglia, ac rurſus Argentinæ, & denique in Helvetia, inde illa poſſe inſtrui, ſi fides ſibi non habeatur, ſe ſemper quæſiviſſe pacem & concordiam quantum per verbum Dei fieri poſſet. Oſtendebat præterea nihil fuiſſe quod eum ad hoc faciendum poſſet invitare: nam quod ad regnum ſe illi à majoribus ſuis vehementer fuiſſe addictum: quoad Reginam multò minus, cùm ſit ex ſua patria & tanquam lumen & ſplendor ejus, unde ſe erga illam ſic eſſe affectum, ut vitam pro ejus dignitate ac ſalute libenter poſiturus ſit, ſi res id exigat. Et inter cætera quæ deſideret inter prima eſſe, ut ſalva ſit cum filiis ejus & regno Galliæ. Id cùm ita ſit, petebat ut ſe non in mala, ſed in bona gratia dimitteret. Ad hæc Regina benignè & clementer illi reſpondit, gratias illi egit quod veniſſet & miſſionem tutam ac ſecuram promiſit, idque intra biduum. Rogabat præterea ſi rurſus opera ejus peteretur ob hanc eandem cauſam, ne detrectaret ſubire iter denuò. Se quidem non ignorare magnum eſſe laborem, ſed reputare illum & utilem & neceſſarium. Quoad aliorum criminationes, ſe quidem multa audire, inquit, variis de rebus, ſed reſervare ſemper ſibi judicium: ac teſtabatur ſe omnino bene de ipſo exiſtimare. Martyr adhæc illi ut par erat gratias agens, ſimul quoque pro afflictis Eccleſiis rogabat, excuſans quod contra Regis voluntatem templa occupaſſent: nam cùm audiviſſent regem velle ea reſtitui, illi paruiſſe: addebat etiam ſi quid interdum committatur à rudibus & infirmioribus, id doctrinæ non imputandum eſſe. Poſtquam à Regina dimiſſus fuiſſet, Regina quoque Navarræ atque Rex humaniſſimè illi valedixerunt: idem fecerunt Condæus princeps atque Admiralius: præterea Regina mater & omnes jam nominati principes literis ad Senatum Tigurinum datis, illi quod Martyrem ad colloquium miſiſſet, prout petiſſent ab eo, gratias egerunt, & ſimul Martyrem meritis laudibus ornarunt. Adjunxerunt quoque Condæus & Admiralius Martyri diſcedenti duos ex ſuis familiis nobiles & militares homines, qui eum incolumem Tigurum reduxerunt. Poſſem hoc loco, Auditores, recitare literas principum & doctorum, quibus ampliſſimas laudes religionis, doctrinæ, fidei, & induſtriæ in illum congeſſerunt, ſed me & temporis & inſtituti mei ratio his immorari non patitur. Itaque quoniam hactenus expoſui quibus in locis docendò atque diſputando Eccleſiæ Dei inſervierit, deinceps exponam quantum eidem ſcriptis ſuis contulerit. Primùm itaque poſteaquam Italiam deſeruit, edidit patria lingua expoſitionem Symboli Apoſtolici, ut omnibus fidei ſuæ rationem redderet. Deinde cùm in Angliam veniſſet, & in explicatione cap. 11. prioris Epiſt. ad Corinth. multa diſſeruiſſet de Cœna Domini, tandem ſub finem capitis quæſtionem hanc ex profeſſo tractavit. Atque primum refutavit eam conjunctionem qua panis & vinum vulgo dicuntur tranſſubſtantiari in corpus & ſanguinem Chriſti, quę videtur ſumma copulatio cum rebus ſacramenti. Deinde excuſſit aliorum ſententiam, quæ ſtatuit panem & vinum quoad ſuas integras & veras naturas in ſacramento retineri, & ita retineri ut ſibi adjunctum (ut loquuntur) naturaliter, corporaliter & realiter, verum corpus Chriſti & ſanguinem habeant. Tertio loco eorum ſententiam expendit, qui dicunt, iſta minime inter ſe conjungi alia ratione quàm Sacramentali, id eſt, per ſignificationem & repræſentationem. Poſtremò indicavit quomodo ex opinionibus pertinentibus ad ſecundam & tertiam ſententiã eliciatur quod magis videatur ad pietatem facere in hoc ſacramentali negotio. Tractationem hanc unà cum diſputatione, quam cum publice hac de cõtroverſia habuiſſe ſuprà oſtendimus, in Anglia primùm in lucem edidit. Eodémque tempore Comm. in 1. Pauli Epiſt. ad Cor. Tiguri apud nos excudi voluit, opus certè ob multarum abſtruſarum & difficilium quæſtionum perſpicuam explicationem lectu digniſſimum. Poſtquam vero ex Anglia Argentoratum rediit, & poſtea Tigurum vocatus eſt, nactus apud nos non tantùm aliquid ocii, ſed etiam adeptus eam quam expetebat ſcribendi libertatem, multa quæ antè vel cõſcripſerat vel inchoaverat, recognovit, abſolvit, & in publicum edidit. Ac primùm Comment. in Epiſt. D. Pauli ad Rom. quam antea Oxonii publice interpretatus fuerat, de quo libro hoc tantum dicam, cum magna eruditione & diligentia hoc conſecutum eſſe, ut omnes fateantur poſt tot doctiſſimos interpretes, veteres & recentiores qui in hanc Epiſt. ſcripſerunt, nihilominus librum hunc cum magno & peculiari fructu legi poſſe. Eodem tempore ab ipſo edita eſt Defenſio doctrinæ veteris & Apoſtolicæ de ſacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramento adverſus Steph. Gardineri librum. Nam ille antè annos complures librum virulentum & peſtiferum de Euchariſtia ſub nomine M. Antonii Cõſtantii ediderat, in quo meris ſophiſmatis & contortiſſimis fallaciis conatus eſt labefactare veram & orthodoxam doctrinam, quam à Chriſto & Apoſtolis atque antiquiſſimis Eccleſiæ patribus acceptam hodie ſequimur & profitemur. Atque ad hunc librum conſcribendum complurimi Papiſtarum ſuas operas contulerunt, & Gardinero omnia ſua argumenta tradiderunt, ut ille ex acervo deligeret quicquid vellet: & de hoc libro triumphabant, & gloriabantur, neminem eſſe qui cum hoc ſuo Goliatho auderet congredi. Quibus rebus commotus doctiſſimus juxta ac ſanctiſſimus vir D. Thomas Cranmerus Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui antea ſæpè cum Vintonienſi congreſſus, cum victoria & ſumma cum laude diſceſſerat, hanc provinciam in ſe ſuſcepit. Verum cùm in carcere arctiſſima cuſtodia obſervaretur, & non modò librorum copia, ſed ne charta quidem illi ad ſcribendum ſuppeteret, & poſtremò morte ſæviſſima quam in veræ fidei confeſſione conſtanter tulit ſublatus eſſet, opus quòd jam habebat præ manibus, coactus eſt inchoatum relinquere. Quamobrem multi ex Anglis pii & veræ religionis amãtes viri, Martyrem ſæpe coram & per literas hortati ſunt, ut illi in hac provincia ſuccederet, neque pateretur contagione venenati hujus libri ſimpliciorum animos infici, & pontificios adeo impudenter, & arroganter noſtris inſultare. Itaque

amico-

Digitized by Google

amicorum precibus & rei ipſius æquitate incitatus, opus hoc aggreſſus eſt, & ſuperatis variis ac multiplicibus impedimentis Tiguri abſolvit, & Typographis excudendum commiſit. Defendit autẽ primum hoc libro rationes noſtrorum hominum undecunque à Gardinero collectas & confutatas. Deinde etiam regulas, quas ipſe in ſua Tractatione de Euchariſtia ediderat, contra ejuſdem calumnias tuetur. Tertio eas reſponſiones propugnat, quibus adverſariorum argumenta in hac diſputatione dilui ſolent. Poſtremò aſſerit juſtas veráſque interpretationes certorum locorum, quos ex Patribus Gardinerus cũ ſuis pro ſe attulit. In univerſo autem opere quicquid de tota Euchariſtiæ cauſa cùm in ſacris literis, tum in antiquorum Patrum Conciliorúmque monumentis proditum eſt tam copioſè & diligenter complexus eſt, & ſingulatim accuratè & ſubtiliter excuſſit, ut hoc opus etiam non mediocriter doctis admirationi ſit. Secuta deinde eſt hanc contra Gardinerum defenſionem alia Defenſio contra Richardi Smithæi Angli, olim Theologiæ profeſſoris Oxonienſis, libros duos de Cœlibatu ſacerdotum, & votis monaſticis. Nam cùm Martyr Oxonii priorem Epiſt. ad Corinth. interpretaretur, & in 7. cap. ubi Apoſtolus de virginitate atque matrimonio permulta ſcribit, de votis quoque copioſè diſputaſſet. Smithæus cui ipſe juſſu regis ad profitendas ſacras literas ſurrogatus fuerat, aderat aſſiduè, & ea quæ à Martyre dicebantur non tantum attente audiebat, ſed etiam diligenter literis conſignabat, ac deinde Lovanium profectus, duos ineptos, attamen venenatos libellos, De Cœlibatu ſacerdotum & votis monaſticis contra Martyrem edidit. Huic in Commentariis Epiſt. ad Corinth. Martyr non potuit reſpondere: nam urgentibus amicis & flagitantibus ejus libri editionem differre non licebat, attamen reſponſionem hanc in ſeptimi capitis fine pollicitus eſt, ac brevi poſt otium nactus illi reſpondit: ſed certis de cauſis gravibus & magni momenti, demum poſt aliquot annos, cùm Tiguri eſſet, hanc reſponſionem in publicum edidit. Refutat autem non tantùm Smythæi rationes, ſed omnia ferè quæ in hac cauſa dici poſſunt, diligenter & accuratè excuſſit, quod teſtari potuerunt omnes qui hunc librum non obiter evolverint. Præterea Argentinæ poſtquam eo ex Anglia reverſus fuiſſet, Iudicum librum interpretatus eſt, & commentaria in eundem apud nos, ut noſtis, edidit, in quibus quæſtiones Theologicas non ubique obvias quam plurimas explicavit, & librum vere aureum, quem tamen multi propter difficultatem & obſcuritatem ſingularem refugiebant, allato interpretationis lumine, plurimum illuſtravit. Poſtremum cum Ioannes Brentius libellum edidiſſet de perſonali unione duarum naturarum in Chriſto in ſacra Cœna, novã & portentoſam doctrinam de Vbiquitate corporis Chriſti defendendam ſuſcepit. Martyr rogatus ab amicis dialogo edito libellum ejus confutavit. Et quia agnoſcebat Brentium aliis ſcriptis non omnino male de Eccleſia meritum eſſe, nomen ejus apponere & eum nominatim infamare & traducere noluit, præſertim cum hoc nihil ad cauſam faceret, ſed argumenta ejus ne imperitis fucum facerent, copioſe diluit, deinde id quod caput cauſæ erat, Chriſti humanitatem non eſſe ubique firmiſſimis ſacræ Scripturæ & vetuſtiſſimorum Patrum teſtimoniis comprobavit. Excitatus hoc ſcripto Brentius, edito libro vehementi & aculeato, Martyrem ſimul & Bullingerum uno impetu proſternere conatus eſt. Quem librum cùm vidiſſet Martyr noſter, homo alioqui naturæ placidiſſimæ, nonnihil tamen indignabatur, Brentium cauſam non bonam fide etiam adeo non bona agere, ut non dubitet & ſe & noſtros omnes accuſare, quod impugnent gloriam & Majeſtatem Chriſti, negent Dei omnipotentiam, cùm tamen omnibus notum ſit, ita ut ne Brentius quidem ignorare poſſit, his contraria noſtros docere. Dolebat illi plurimum, hominem alioqui magnum, & qui Eccleſiæ poſſet eſſe utilis, tam pertinaciter tueri dogma abſurdum, portentoſum & plane novum, quod nullis evidentibus ſcripturarum teſtimoniis, nulla Patrum ac veteris Eccleſiæ authoritate nitatur, & quod neque Papiſtæ, qui multa confinxêrunt ad tuendam carnalem craſſámque præſentiam corporis Chriſti in Cœna Sacra, unquam auſi fuerint approbare. Nam, ut referebat, cum in Galliam, quando colloquium habebatur, Brentiani quidam libelli allati fuiſſent, præcipui Pontificiorum Theologorum apertè dixere, hoc Brentii dogma novum & inauditum & planè hæreticum eſſe. Quamobrem ſeſe jam accinxerat ut criminationibus Brentianis, quæ multæ & graves erant, atque argumentis ejus non ita multis, diligenter & accurate reſponderet: verùm proh dolor! inopinata morbi vi nobis ereptus, quod ſtatuerat, efficere non potuit. Qui tamen caſus utcunque ferri poſſet, quod & Bullingerus noſtræ Eccleſiæ paſtor, qui cum illo reſpondendi laborem partitus fuerat, ſuo ſtudio & labore, & præſtanti præterea doctrina utriuſque laborem fortiter ſuſtinebit, & ſolus ſatis erit ad utrunque defendendum: & præterea argumenta Martyris, quæ ille plurima in ſuo dialogo protulit, ſtant adhuc firma, & hac impreſſione Brentiana non labefactari, nedum proſterni potuerunt. Illud potius dolendum eſt, nõ potuiſſe Martyrem abſolvere alia & præſtantiora opera, quæ magnam utilitatem univerſæ Eccleſiæ poterant afferre. Iam enim ab annis aliquot interpretatus eſt, ut noſtis, duos Samuelis libros, & nunc Regum primo libro abſoluto in ſecundo verſabatur, atque ea quidem quæ legit, etſi non omnia ab ipſo recognita ſunt, talia tamen ſunt, ut cùm edita fuerint, quod brevi futurum erit, volente Domino, vix quiſquam extremam ejus manum in his deſiderare poſſit: ea autem quæ in ſecundo Regum libro deſunt quis perficiet? quis hanc quaſi Venerem Apellis manu inchoatam abſolvet? Quis commentaria in Geneſim, in Exodum, in Leviticum, in Prophetas minores, in Ieremiæ lamentationes, ita recognoſcet, ut eam dignitatem, cum ſplendorem habeant, ac ſi ab ipſo emendata, recognita, & edita fuiſſent? Quid dicam de graviſſimis maximarum rerum diſputationibus, quid de commẽtariis Ariſtotelis, & aliis quæ ille inchoata & imperfecta reliquit? Antequam enim hæc non dico recognoſcere poſſet, verùm etiam penè antequã mandare poſſet quid de his vellet fieri, gravis & inopinati morbi vi oppreſſus & nobis ereptus eſt. Nam cùm hujus mẽſis quinta die ægrotare cœpiſſet, duodecima ejuſdem ex hac vita migravit. Fuit jam antè valetudine tenui & infirma cùm ob affectam jam ætatem, tum quod curæ & ſolicitudines variæ, & præſertim magni dolores quos ex afflicto ſtatu Eccleſiæ Gallicæ accipiebat, vires ejus ſenſim conſumerent: quare cum eum invaſiſſet morbus epidemicus, quẽ multi veſtrùm experti ſunt, facilè naturam antè exhauſtam ſuperavit. Nos tamen quia hactenus morbus hic nemini lethalis fuerat, de Martyre quoque primis diebus nihil metuebamus. Spem etiam noſtram ipſe confirmavit: nam tertio & quarto die poſtquam eum morbus invaſerat, rurſus ad ſua ſtudia rediit, & ſtatuit poſtera die cùm ejus vices eſſent publicè docere, quamvis ego repugnarem eúmque monerem ut valetudini parceret, me enim ejus vice lecturum: neque dubitare auditores habita ratione valetudinis illius hoc facilè paſſuros: ille tamen contra ſeſe ſatis firmum exiſtimabat, & niſi quid aliud accideret, poſtridie docere velle inquit. Verùm ea ipſa nocte febris rediit, cúmque gravius quàm antè invaſiſſet, catharri quoque interea augebantur, & ſimul tuſſis illi permoleſta erat, itaque quamvis amici juberent eum bene ſperare de valetudine, & medici etiam aliquam ſpem facerent, ipſe tamen mortem inſtare præſagiebat, ac hac de cauſa teſtamentum pridiè antequam obiret condidit, & vocato vicino ſuo viro ornatiſſimo Dn Bernardo Sprunglio quæſtore, quem uxori gravidæ tutorem dederat, me id in ejus præſentia recitare voluit, & ab eo petiit, ut operam daret, quo Senatus illud ſua authoritate confirmaret. Nocte deinceps quæ eum diem conſecuta eſt, ſatis bene quievit, & morbus aliquantulum remiſiſſe nobis videbatur, ſed revera vis naturæ à morbo ſuperata, illi non amplius reluctabatur. Interea verò quotidie amici eũ inviſebant; cum quibus ille antequam difficultas ſpirandi impediret, nõ minus jucũde variis de rebus colloquebatur, quàm ſi nullo planè morbo infeſtaretur. Nã & de morbi vi & natura ex medico-

Digitized by Google

um arte, in qua non indiligenter verſatus fuerat, cùm ipſis medicis qui amicitiæ & officii cauſa quotidie illum inviſebant differebat. Et quia pleriſque noctibus non inſuaviter dormierat, beneficium hoc Dei amicis prædicabat, & ex Phyſicorum præceptis commemorabat ſomni naturam, & efficaciam in toto corpore ſuaviter quaſi irrigando. Sæpe etiam de tuſſi querebatur, quæ totum corpus, maximè tamen caput & pectus læderet, ac aliquoties teſtabatur, ſe quoad corpus quidem malè habere, optimè autem quoad animum. Atque tum ſi cœpiſſet vel fidei ſuæ rationem exponere, vel commemorare quibúſnam conſolationibus animum ſuum erigeret, planè in hac re divinus erat. Pridie verò antequam moreretur, cùm illi noctu adeſſemus, amici aliquot, & inter hos Bullingerus præcipuè, jacebat aliquandiu ſecum meditabundus, tum ad nos converſus, voce ſatis clara teſtabatur, ſe vitam & ſalutem in uno Chriſto agnoſcere, qui ſolus à Patre ſervator humano generi datus ſit: atque hanc ſuam ſententiam rationibus & verbis Scripturarum explicabat & confirmabat, addens poſtremò: Hæc eſt fides mea, in hac ego moriar, eos autem qui ſecus docent & homines aliò evocant, Deus perdet. Atque his dictis manum ſeparatim ſingulis porrigens: Valete, inquit, fratres & amici chariſſimi. Alio item die cùm Bullingerus inter alia conſolationis cauſa è Paulo dixiſſet, noſtram politiam in cœlo eſſe, agnoſco inquit ille, ſed non in cœlo Brentii quod nuſquam eſt. Et huic quidem ſe libenter & ex animo ignoſcere dicebat, optaſſe tamen ſi ita Deo viſum fuiſſet illi reſpondere, cùm infirmiorum cauſa, tum ut falſiſſimas contra ſe calumnias refutaret. Et ut ſummatim dicam, cùm toto morbi tempore erant ejus ſermones reliquæ vitæ anteactæ ſimiles, pleni nempè religione, fide, pietate, humanitate, tum maximè quo magis properabat diſſolvi & conjungi cum Chriſto, eo magis divinum quid, opus & energia ſcilicet Sancti Spiritus, in eo relucebat. Veruntamen eo die quo obiit ob vehementiam defluxionum magnam ſentiebat difficultatem reſpirandi, & cum moleſtia loquebatur, quamvis voce uteretur ſubmiſſa, vix ut poſſet intelligi, itaque eo die non ita multa locutus eſt. Erat tamen hora fortè diei decima, cum ab eo diſceſſerant medici, redituri poſt meridiem, cùm ille ſe è lecto tolli, & more ſolito indui juſſit, ac aliquantulum pranſus, ſedens quieſcebat:: ſic tamen ut in aliquem amicorum aſtantium caput reclinaret, quod non poſſet id commodè ob vim morbi erigere: deinde ut erat veſtitus in lectum reponi & quieſcere voluit. Acceſſerunt interea eum medici, aderant illi frequentes amici, cùm alii, tum paſtor & Seniores Eccleſię Italicæ, cum quibus pauca locutus, ruſus è lecto ſe tolli, & in eandem ſedem reponi petiit. Diſceſſerant jam ab eo plerique ex amicis, ut commodius quieſceret, medici quoq; abierant, quorum aliqui nova quædam remedia, quæ illi adhiberent parabant: cùm ille ita ſedens veſtitus uti quotidie ſolebat, tenui voce Deo ſpiritum ſuum commendans animam agere cœpit: aderat adhuc illi Conradus Geſnerus, & præter uxorem duo adoleſcentes illi familiares, à quibus ſtatim Bullingerus & reliqui amici qui viciniores erant vocati ſunt, his præſentibus extremum ſpiritum exhalavit, tanta quidem tranquillitate, ut non animam agere, ſed obdormiſcere videretur, & ut non mortuum, ſed viventem adhuc eum nobis aſſidere, cernere nos arbitraremur. Oculos morienti compreſſit Bullingerus, eúmque ſepulchrali veſte induit, & amicus homini amiciſſimo ultimum hoc pietatis officium magno interea & incredibili dolore perculſus præſtitit. Atque hic quidem, Auditores, exitus vitæ fuit Præceptoris noſtri, viri omnium quos ego noverim optimi & ſapientiſſimi atque juſtiſſimi: verè enim hoc de illo dicere poſſum, quod de Socrate ſuo Plato ſcriptum reliquit. Expoſita eſt vobis vita ejus: obitus etiam, qualis fuerit audiviſtis: ſupereſt extremum illud quod fortè à me expectatis, ut dolorem quem ex morte ejus percepiſtis, verbis lenire coner: verùm ego quî hoc poſſim, qui prę cæteris ſingulari mœrore conficior? Sed hic illius virtus ſumenda vobis eſt, qua ille polluit plurimum & fortiter ſuperanda adverſa omnia, & quod tempus efficeret, id ipſum efficiat in vobis ratio bonis artibus informata, & quod ſummum eſt, divinis literis inſtructa, ut dolori & mœrori modus aliquis ſtatuatur. Et quoniam in vera firmáque fide ita piè & Chriſtianè deceſſit è vita, ut nefas ſit dubitare illum ſummas calamitates & miſerias hujus vitæ, cum cœleſti & ſempiterna beatitudine & felicitate commutaſſe, noſtrûm eſt, qui eum amamus, magis lętari ſummo illius bono, quàm ullo noſtro commoveri incommodo: præſertim cùm habeatis ingenii, pietatis & doctrinæ ejus tam præclara monimenta, ut eorum aſſidua lectione non modò dolorem lenire, verùm ipſum quoque optima ſui parte præſentem ſemper habere poſſitis. Atque equidem ſi ex his quæ ſæpe ex eo vivente audivimus, quis ejus poſt mortem ſenſus ſit colligere poſſumus, nihil neque coram Deo ſanctius, neque ipſi acceptius facere poteſtis, quàm ſi eam quam ab ipſo didiciſtis doctrinam, puram & inviolatam firmiter retineatis. Vos verò auditores, juniores præſertim, quorum oculos perſtringit nominis illius gloria, eiſdem veſtigiis illuc contendite, quo ipſum perveniſſe admiramini. Vigiliis, laboribus, ſtudio, diligentia, aſſiduitate eadem ornamenta doctrinæ & eruditionis vobis comparate: conjungite ſtudiis veſtris religionem, pietatem, fidem, modeſtiam, temperantiam aliáſque virtutes, quibus ille excelluit. Quas ſi ego non omnes oratione complexus ſum, vos tamen qui eas noſtis, animo illas complectimini: & ut præclarum imitationis exemplar nunquam ab oculis animóque recedere patiamini. Quoniam verò clarorum & virtute præſtantium virorum obitus, non ſolùm ipſorum amiſſione, verumetiam ominis ratione Reipub. periculoſus eſt: ut tale omen ab Eccleſia tua avertas, te æterne ac cœleſtis pater ſupplex precor, Reſpice quæſo puſillum tuum gregem, & eum ſicuti promiſiſti regito, & adverſus lupos defendito: da illi non mercenarios ſed fidos paſtores, qui ad ſalubria paſcua & fontes aquæ vivæ oves tuas ducant, & animam ſi opus ſit pro illis ponant. Nobis quoque, ô Pater optime, ſi non alterum Martyrem, quandoquidem id vix petere audemus, aliquem ſaltem dato doctorem, qui tuo ſpiritu afflatus quàm proximè ad incomparabilem ejus doctrinam, & divinas atque immortales virtutes accedat. Quódque ego nunc precor, idipſum Auditores vos, & nunc in fine orationis hujus, & poſthac indeſinenter ardentibus votis ſupplices à Deo Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti petitote, Amen.

CARMINA

Digitized by Google

CARMINA DOCTORVM ALIQVOT VIRORVM IN OBITVM D. PETRI MARTYRIS VERMILII conſcripta.

ΕΙΣ ΠΕΤΡΟΝ ΜΑΡΤΥΡΑ ΒΕΡμίλιον θεόλογον τὸν πάνυ ἔξοχον.

Οὐκ ἐτὸς, ἀλλ' ἔτυμόν γε φερώνυμον οὔνομα Πέτρος
  Μάρτυρος ἐξ ἱερᾶ ὕδατος ἀρχηγόνου
Εἴληχεν· ἐπέοικε τοῦτο πεφυκομένοις εἶναι οἷον,
  Θέσκελον ἀμφέθεσεν κρεῖττον ἰδ' ἀνδρομέου.
Μαρτυρίη γάρ σοι Χριστοῦ διὰ παντὸς ἐτύχθη
  Ὁ σκοπὸς οὐδὲ τέλος ῥήτορος οὐδὲ βίου.
Ἐν ταύτῃ Πέτρος δὲ δικαίως, μέχρι γήραος οὐδοῦ
  Καὶ πολέων ἄειδεν, ἀστασίως ἰδίως.
Τοῦτό γε Εὐρώπη πᾶσ' οἶδεν ἡ ἀρυσίδια,
  Αὐσονία πρῶτον, τοῦ γ' ἐγονυῖα πάτρα.
Εἶτα δὲ Τευτονὶς αἶα, πολυκλειτῶν τε Βρετανῶν,
  Καὶ τέλος Ἐλβετικῶν ἔθνος ἀρεῖ φίλον.
Οἷς ὁ προφήτης πολλ' ἦν τ' ἠελίοισιν
  Ἐξηγησάμενος τὰς ἱερὰς σελίδας,
Κυρίῳ ἐκ ῥητῆς ἔτι ἄλφα ἐπὶ τελευτῶ,
  Οἰκοδομεῖν θείαν γλιχόμενος διδαχήν,
Ἤλυθες εἰς Κέλτας, βασιλεὺς δ' ἐκάλεσσε Ναβάρρων
  Καὶ βασιλὶς Κελτῶν χώρα ἰοῦσα ποτέ.
Νοστήσας δὲ πάλιν εἰς ἑλβετικὸν τὸ Τίγουρον,
  Κυρίῳ ἀσθμαίνων πνεῦμ' ἀνέκας ἐόν.
Οὐ φλύρους μετανόησεν ἐπιπλομένους ἐνιαυτοὺς.
  Σῶμα τεὸν ἔνδον μάτεις ἔρα κατέχει.
Νῦν δ' ὑπερουρανίῃ πατρίδι, μυριάδεσσι
  Σὺν πολλαῖς ἁγίων, ζῇς βίον ἀθάνατον.

Κονρᾶδος Γεσνῆρος, ὁ ζῶντα τε φιλήσας αὐτὸν καὶ ἀγαπηθεὶς ἐπιπλεῖστον δὲ τῇ ἀποβιώσει τῇ αὐτοῦ ἐξόδῳ ἀλγηνόμενος ἐμελίσατο.

ΕΙΣ ΤΟ'Ν Α'ΥΤΟ'Ν Ε'ΠΙΤΑ'φιον, τοῦ αὐτοῦ.

Ἐν τῷδε Πέτρος Μάρτυρ ἔγκειται τάφῳ
  Θείας διδάσκαλος λόγων·
Οὐχὶ ἀπὸ γλώττης νέκταρ ἐκβλύζον ῥέειν,
  Ἔτι ἀπὸ χρυσογονίας,
Ὃ δ' ἱερὸν αὐτοῦ εἴσω ἀριθμῶν οὔνομα,
  Ρῶ μῦ ἀφελὼν, δὶς τρία δὲ προσθείς.

Idem Latinè.

Hoc tumulo Πέτρος, *tū re, tū nomine* Μάρτυρ
  Conditus eſt, CHRISTI *teſtis amórque ſui.*
Annum ſi libeat Domini cognoſcere μῦ ρῶ
  Abiice de Græcis, bis tria & adde, notis.

IN TVMVLVM INCOMPARABILIS VIRI D. PETRI MARTYRIS Vermilij Florentini,

RODOLPHUS GUALTHERUS Tigurinus.

Martyra me dives genuit Florentia, ſed me,
  Ampla licet, totum claudere non potuit,
Mox etenim ſummum duce te ſuper æthera ſcandens,
  CHRISTE, *tui didici iuſſa colenda patris.*
Nec didici tantum, divo ſed numine ductus
  Illorum toto teſtis in orbe fui.
Martyra me vidit, quà quà patet, Itala tellus,
  Quæ tota eſt ſtudiis irradiata meis.
Martyra me fortis vidit Germania, quæ me
  Eiectum patrio fovit amica ſolo.
Martyra me vidit generoſa Britannia, & huius
  Immemor haud unquam nominis eſſe poteſt.
Martyra non ficto vidit me Gallia vultu,
  Gallia martyriis nobilitata ſuis.
Sed procul Italia ne tarda in fine ſenecta
  Languerem, Helvetios iuſſit adire Deus.
Nobile vicinas Tigurum quà reſpicit Alpes,
  Et CHRISTI *toto ſpargit in orbe ſonum.*
Hoc quoque conſtantem Chriſti me Martyra vidit.
  Et ſtudij ſervat pignora grata mei.
Hoc me confectum ſtudiis multóque labore,
  Fovit, & optato nunc tegit oſſa ſinu.
O mihi, ô cunctis Tigurum dilectius oris,
  O urbs pro patria ſemper amata, Vale.
Oſſa tuis lachrymis Tigurum, tu noſtra rigaſti,
  Dum mea mens ſummi gaudet in arce poli.
Nec tamen oſſa modò, noſtri monumenta, reſervas:
  Ingenij ſed habes & monumenta, libros:
Vtque hi perpetua vulgati luce fruentur,
  Perpetuus Chriſti ſic ego Martyr ero.

Aliud ejuſdem.

Deſinite à lachrymis, qui non ſum morte peremptus,
  Parte ſed in vivo nunc meliore mei.
Vt cœlo fruerer, terris iactatus & alto
  Pro Chriſti ſubij mille pericla fide.
Nunc igitur cœlum inveni ſedéſque beatas:
  Móxque ſuam inveniet Brentius Vtopiam.

VVOLFGANGI MUSCULI Decaſtichon.

Gratulor ipſe tibi cùm mundum conſpicor iſtum,
  Martyr, quod ſalvum te Deus eripuit.
Rurſum ubi doctrina Chriſti conſidero ſortem,
  Ad gemitum & luctum me tua fata vocant.
Quicquid id eſt, pro te ſit ſemper gloria Chriſto,
  Námque ut ſis Martyr & Petrus ipſe dedit.
Vt Martyr de Chriſto es teſtificatus apertè,
  Et probat eſſe Petrum te tua firma fides.
Ingreſſus ſedem cœli es non ὀνομαστί, *ſed*
  Sanctorum quæ ſit commoda ſpiritibus.

RODOLPHI COLLINI Senioris.

Ergo ego, chare ſenex, nobis te propter ademptum
  Cogor in æterna vivere triſtitia?
Ergo ego vicinus fruſtra tibi factus, ut acri
  Pro latu ſtudiis carpar amaritie?

Digitized by Google

Vidi ego complures doctos, vaga flumina mittunt
Quà ſua Ticinus, Sequana, Danubius.
Vidi ego, ſed nullum, te præter, (parcite docti)
Quem verè potui dicere Doctiloquum.
Tu mihi ſolus eras, in ſummo lumine vitæ,
(Nam binis annis te fueram ſenior)
Cuius honoranda voces oracla fuêre,
Certa pij & docti pectoris indicia.
Nunc quibus orbato mihi ſpes hæc unica reſtat,
Mox ſimul in cœlū me fore, te ſocio.
Illic cum Domino IESU *licet eſſe beatis*
Semper, & æterna vivere lætitia.

IOANNIS KESLERI Sangallenſis.

P *etro illi nomen, firmo quia robore Chriſtu* M
E *docuit, ſtabilis qui ſolet eſſe petr* A.
T *eſtis erat vivus, ſed nunc monumenta loquuntu* R
R *eligio vera quid pietatis habe* T.
V *rna viri cineres tenet hæc, colit ætheris ăs* T
S *piritus, illuſtris vivit in orbe labo* R.

IOANNIS HALLERI.

Quàm bene Naſonis cecinit doctiſſima Muſa:
Conveniunt fatis nomina ſæpe ſuis?
Sic ego dum Martyr dicor, me Chriſtus Ieſus
Aeterni verbi Martyra conſtituit.
Italus audivit, Gallus, Germanus & Anglus,
Martyrium ſanctum quod tibi Chriſti dedi.
Illud & abſolvi Tigurina doctor in urbe,
Hîc mea membra iacent, ſpiritus aſtra tenet.

VVOLFGANGI HALLERI Διαλογισμός.

Μαρτυρόφιλος Martyri.

Cur moreris Martyr? cur nos ô chare relinquis?
Cur filum reſecat pallida Parca tibi?
Quis ſubitò morbus te nobis eripit, aut quæ
Tempore tam celeri vis inimica rapit?
Profuerat multum, ſed quid nunc proderis orbi,
In gelidam felix corpore verſus humum?
Quos etiam fœtus iam poſt tua fata relinquis,
Vtilis ut ſemper tu quibus eſſe queas?
Quóve etiam vadis? quæ nunc tibi manſio, ſors te
Libéra quæ curis carne iacente manet?
Tu quoque quo medio luctus ſolabere noſtros?
Et quid commendas, dum pie Martyr abis?

MARTYR Μαρτυρόφιλῳ.

Quod brevibus, mœrens ac dulcis amice, rogabas,
Dicam; quò teſter ſpémque fidémque meam.
Morte mihi vitam conſcindi conijcis atra:
Sed ne fallaris, cautius iſta tene.
Non morior, ſolvor; cum Chriſto vivere lucrum
Eſt mihi, qui vita me meliore beat.
Nec vos ac nunquam rediturus porrò relinquo,
Sed certò in mundi fine redire volo.
Cùm rediens Chriſtus, renovata carne fideles
Corporibus claris ad ſua regna vehet.
Nec reſecat filum fatalis Parca repente,
Sed fixa à Domino meta ſalutis adeſt.
Hic etenim ſolus mortis vitæq́ magiſter,
Conſilio æterno tempore noſtra regit.
Non adeo properè fatalibus exuor annis,
Diſſolvi dudum ſæpius antè petens,
Bis ſex nam luſtris, ac binis inſuper annis
Vixi: Sat multum temporis illud erat,
Nec ſubitò morbus me vobis abſtulit acer,
Perpetuus morbus cum fiet iſte mihi.
Quo nunquam carui, pia mens confecta dolore,
Pro grege diſperſo, maximè Chriſte, tuo:
Quem tibi (proh) laniat rabies veſana luporum
Atque impoſtorum dogmata falſa premunt.
Pro quibus ad Dominum divina voce vocandis,
Sum nactus dudum debile corpus ego.
Námque per exilia atque enſes, per tela, per ignes.
Per mare, per terras, actus ab hoſte fui,
Pérque venenatas, infando crimine, menſas
Inſidiatorum ſæpe petitus eram.
Nec minus immodici talem fecêre labores,
Quos nunc cum fructu maximus orbis habet.
Debilis acceſſit morbus per ſe, ipſa ſenectus,
Quid me igitur mirum claudere fata fuit?
Sic voluit Dominus, nam vitæ terminus hic eſt,
Quem Deus æterno fixerat ipſe mihi.
Profueram fateor dum me prodeſſe volebat,
Frugi qui dederat pluribus eſſe ſimul.
Non tamen hoc laudat larvata Curia Romæ,
Nec qui ſectarum dogmata falſa tenent.
At valeant aut (quod magis his optemus amici)
Emendent ſubito turpia facta ſua,
Doctrinam falſam, ſceleratam denique vitam,
Nec meritis tandem præmia digna ferant.
Sed nunc me dempto noſtrorum ſigna laborum,
Noſtri quos mundo ſpiritus ipſe libri
Inſignes fœtus peperit, cunctiſque reliquit,
Qui de doctrina ſpéque fidéque mea
Teſtari poſſint, ſemper ſupereſſe legíque
Debent, quò proſint: quod precor ipſe Deum,
Huc vos qui cupitis me porro audire relego,
Vtilis his ſemper, dum manet orbis, ero.
Quo vadam rogitas? ſit quæ mihi manſio ſórſque
In qua defunctus gaudia multa petam?
In cœlum vado, loca lucida, clara, beata,
Spiritibus ſanctis commoda, certa, bona.
Chriſtus ubi noſter, mediator ſtigma ſalutis,
Perpetuum noſtri pignus, amoris habet.
Rex dominus, domitor, vindex, protector & ultor
Ad dextram ſummi conſidet uſque Patris.
In ſolio ac regno, tum vero corpore verè,
Verus homo, æternus nec minus ipſe Deus.
Corpore nequaquam vero diffuſus ubique,
Dogmatis Vtopij finxit ut ille pater,
Et ſic in cœlis, in certa ſede beatus,
Ipſa re video fallere dogma novum.
Hic etenim in cœlis cœleſtia gaudia prenſo
Quæ Deus æternum præparat ipſe ſuis.
His fruar in Domino, donec compleverit annos
Mundus, quos Dominus fixerat ipſe ſuos.
Corpore tunc etiam, purgata carne reſumpto,
Æternum gaudens perpete pace fruar.
Interea precibus luctus diſpellite veſtros,
Atque Dei verbo credite, ſpéque bona.
Dum Dominus dederit ſupereſſe & vivere, quævis
Sufferte, & ſortem vos quoque ferte meam.
Sic expectando Dominum implorate ſubinde,
O Ieſu, venias páxque ſalúſque citò.
Hæc tibi ſufficiant, claudendo lumina, námque
Vitam depono, ſpiritus aſtra petit.

BLASII MARCVARDI.

Extincto nuper Tigurina Academia claro
Martyr, lugubri talia voce refert:
Sæpe mihi luctus mors invida cauſa fuiſti,
Merſiſti teneras ſæpius imbre genas.
Sæpe ſuos flevit Reſpublica noſtra parentes,

Hoſtili

Digitized by Google

Hoſtili quondam qui cecidere nece.
At vix ulla fuit tam iuſti cauſa doloris,
Atque mihi, quæ ſum Martyre nuda meo.
Martyre nuda meo, ſacrum qui myſtica vatum &
Ardua diſcuſſit tot monumenta patrum.
Chriſtíque infeſtos ut murus ahenens hoſtes,
Voce ſacri latè ſudit Evangelij.
Teſtis erit Latium, & florens Germania teſtis,
Anglia teſtis erit, Gallia teſtis erit.
Sed iuvat immodicos nil quicquam fundere fletus,
Fata velut cunctis non ſubeunda forent.
Maiores laudem factis peperêre perennem,
Hic peperit ſcriptis nomina digna ſuis.
Illi Chriſtigenam teſtati ſanguine mentem,
Ipſe tibi Martyr dogmate martyr erit.
Una dies nequiit Heroas tollere cunctos,
Non omnes doctos abſtulit una dies.

IOANNIS CONRADI Fabricij.

MArtyra mors Petrum noſtris ſubduxit ocellis,
Clauſit & exiguo membra ſepulta loco.
Quò ſe grex ovium tanto paſtore perempto
Vertet? & unde ſibi pabula nota petet?
Quis doctos ultra ſimili ſermone docebit?
An cuiquam eſt tantis mens cumulata bonis?
Non dubitanda loquor, percellimur omine tanto,
Et vereor mæſtos urbis adeſſe dies.
Summe Deus, paſtórque gregis, ſubmitte labori
Paſtores, templi commiſerere tui.

PIO LECTORI DE VITA
& ſcriptis D. Petri Martyris.

ITalia, Helvetiis, Germanis, Gallia, & Anglis
Martyris, inſignis vita tabella fuit.
Grande opus, at maius pietati Iuſtitiæque
Æternum ſcriptis edere Martyrium.
Quod ſi pervigili ſtudeas evolvere cura,
Et Petrus, & Chriſti munere Μάρτυρ *eris.*

EPIGRAMMATA
Ex Libro Iconum.

TVſcia te pepulit, Germania & Anglia fovit,
Martyr, quem extinctũ nunc dedit Helvetia.
Dicere quæ ſi vera volent, te & nomine dicent,
Hic fidus Chriſti (credite) Μάρτυρ *erat.*
Utque iſti taceant, ſatis hoc tua ſcripta loquuntur:
Plus ſatis hoc Italis exprobrat exilium.
Theodorus Beza.

RODOLPHVS GVALTHERVS
in nuptias D. PETRI MARTYRIS
Vermilij & Catharinæ Merendæ.

QVòd Chriſtum vita ſemper teſtaris & ore,
Martyris haud fruſtra nobile nomen habes.
At Catharina ſimul ſociali fœdere iuncta,
Indicat à Chriſto præmia parta tibi.
Ille ſuos proprio mundatos ſanguine teſtes
Et ſponſæ & proprij corporis inſtar habet.
Accipite hæc igitur ſalvantis ſymbola Chriſti,
Et læti optato vivite coniugio.
Hic precor optata faciat vos prole parentes,
Quæ matrem referat, patris & ingenium.
9. Maij 1559.

REGVLA ZVINGLIA GVALtheri uxor cùm pro ELIPERIO VERMILIO D. PETRI MARTYRIS F. fidem ſuam in Baptiſmo obſtringeret.

PArve puer, docti ſpes exoptata parentis
Exiguum magni pignus amoris habe:
Hoc te Gualtheri donavit Regula corpus
Cum ſacra Baptiſmi tingeret unda tuum.
Vive puer, tantíque tene veſtigia patris,
Altera Vermiliæ ſpéſque decúſque domus.
Sancta ſpei coniuncta fides tibi cuncta ſecundent,
Flagret & æthereo pectus Amore Dei.
Unica mortalis ſit CHRISTVS *regula vitæ,*
Ancora qui pariter certa ſalutis erit.
3. Martij Anno 1560.

IN LIBROS D. PETRI MARTYRIS IOANNIS FABRICII Montani.

Libri Loquuntur.

SI præſens animi latentis index
Eſt oratio, ſicut eruditus
Rerum nos docuit magiſter uſus,
Si morum documenta ſunt libelli,
Noſtro nil melius probatiúſve,
Dum vixit, potuit parente fingi
Nil diſertius, eruditiúſve,
(Nobis nam genitis parente tanto,
Verum dicere ſiquidem licebit)
Nil ſincerius eſt probatiúſque,
Nil politius, elegantiúſque,
Nil illuſtrius, explicatiúſque.
Nunc livor edax tuumque rode
Et cor, & digitos, & omne quicquid
Infelix rabies vorare ſuadet.
Mirum ni tibi plaudis & triumphas,
Invictus quia miles iſte Chriſti
Nunc victus iacet, & iacet ſepultus.
Imponis tibi turpiter, ſceleſte.
Saltem reddidit id quod ante fato
Se debere ſciebat, & ſepulchro:
Et hoc ſponte quidem voléńſque fecit,
Iam vita ſatur, & ſatur laborum.
Sed qua parte ſui perire neſcit,
Immortale modò perennat ævum.
Lætis cœlicolum beatus oris
Pluſquam gaudia Brentiana carpens,
Cui cœlum nihili ſuum libenter
Linquit Martyr & uſque linquet uni,
Quod nemo reperire dum, videre
Nemo dum potuit bonus, nec unquam
Quiſquam poſt aliis videbit annis.
Nec nos interea decus parentis
Nec famam celebrare deſinemus,
Dum convexa poli ſuos tenebunt
Curſus, in ſtatione dum manebunt
Sol & Luna, diéſque nóxque donec
Alto flumina ſe mari recondent:
Toto nos etiam legemur orbe.

IN FILIAM D. PETRI MARTYRIS Vermilij Poſthumam, Rodolphus Gualtherus Tigurinus.

MARIA VERMILIA POSTHVMA.

DVm nitidam mũdi lucem, dum cætera miror,
Atque oculis luſtro non mihi viſa prius;
Quæro patrem: Nuſquam eſt. Sed cœlos ipſe petiuit,
Quid faciam? Deus, ah tu meus eſto pater.
6 Martij. Anno 1563.

GENERALIS TOTIVS OPERIS METHODVS, ET DISTRIBVTIO.

QVVM univerſa Theologia (qua ſummum hominis bonum exprimitur) vera Dei notitia abſolvatur: Deum autem partim mundi creatorem, partim in Chriſto Redemptorē agnoſcamus: Primùm ea quæ ad Dei Creatoris cognitionem, ſive naturæ ductu, ſive ex Scripturæ doctrina pertinent, conſideranda ſunt. Secundo loco, quomodo Deus in Chriſto Redemptor, primùm Patribus ſub Lege, poſtea nobis in Evangelio apparuerit, explicandum eſt. Sed oblatam in Chriſto gratiam, ne nobis pereat, quum nos percipere neceſſe ſit, cauſas deinceps, fructus & effecta ſpectare nos oportet. Poſtremò etiam externa media ſive adminicula, quibus nos Deus in Chriſti ſocietatem adducit, adductóſque in ea retinet. Hanc methodum ſequuti, Locos iſtos omnes, in quatuor Claſſes diſtribuimus.

PRIMÆ CLASSIS METHODVS PARTICVLARIS.

Dei cognitio, etſi omnium animis naturaliter ſit inſita, & ex rebus etiam reddatur illuſtrior: Attamen quæ eſt hominum pravitas, ſtatim evaneſcit, niſi Deum qualis eſt in Sacris Scripturis, agnoſcamus, repudiatis omnibus Satanæ præſtigiis & commentis. In Scripturis autem, præter varia Dei elogia Primùm, Deus trinus & unus: Deinde quatenus cœlum ac terram condidit, ac providentia ſua res omnes moderatur, conſiderandus eſt. Locos igitur qui ad hæc capita illuſtranda pertinent, hac prima Claſſe deſcripſimus.

PRIMÆ CLASSIS CAPITA ET LOCI.

CAPVT.

CAP. I. *DE finibus bonorum & malorum apud Chriſtianos, & quæ fuerit Ethnicorum & Iudæorum ea de re ſententia.* 1

II. *De naturali Dei ex rebus creatis cognitione* 2

An aliqui extent, qui Deum non norint, & qua ratione ſint excuſabiles 3

III. *De Prophetia, eiúſque nomine, cauſis, definitione & effectu* 5

De Prophetis, eorúmque diſcrimine, ac veros à falſis diſcernendi ratione: an & quatenus hoc tempore Prophetæ extent 6

IV. *De viſionibus, ſeu quomodo & quantum Deus cognoſci poſſit ab hominibus, tum in hac vita, tum in futura* 8

Quæ fuerint Patrum viſiones, & an Deus illis apparuerit, an tantùm Angeli 9

Quare Dei præſentia terrorem piis ſoleat incutere 12

V. *De inſomniis, eorumq; cauſis & effectis, tā ex Ethnicorū, quā Sacris ſcripturis: & quatenus aut obſervari aut negligi, atque etiam repudiari debeant* 13

VI. *De Sacris ſcripturis, & earum dignitate, utilitate, eáſque intelligendi ratione. Sacras ſcripturas omnibus legendas proponi debere* 17

Scripturarum diviſio tum de Hiſtoria ſancta nominatim. * *De libris quæ exciderunt, & ſcriptis ſuppoſititiis* 21

* *Exempla ſcelerum cur in ſcripturis proponantur* 23

VII. *De Vrim & Thummim, Sortibus & Ominibus, quibus interdum Deus conſulebatur, & quatenus hæc probari aut improbari poſſint* 24.25

VIII. *De miraculis, eorúmque definitione, & variis diſcriminibus: Quomodo per Angelos tum bonos, tum malos, aut homines fiant: & quatenus ad doctrinam fidémque ſtabiliendam, valeant* 26

An piis miracula petere liceat, & quare hoc noſtro ſeculo deſierint 30

Samuel ne an dæmon apparuerit 31 IX.

De dæmonum natura, ſcientia, poteſtate, & apparitionibus, & reſponſis 34.36

Vtrum animæ carminum incantationibus evocari poſſint, aut ſponte redeant 31

An & quatenus Dæmones futura ſciant 34

An cogitationes humanas noverint 35

De Dæmonum poteſtate, & viribus in agendo 38

Qualia aſſumant corpora 39

De variis illuſionum generibus 40

De Lamiis, Empuſis, aliiſque ſpectris 40.41

An liceat conſulere diabolum, & eius opera uti 41

An excātationib. uti liceat, ad tollenda maleficia 41

De bona intentione, zelo, præſcriptione, & conſuetudine, quæ omnia ſuperſtitioſi verbo opponere ſolent 42.44 X.

* *Zeli diſcernendi ratio* 43

De nomine Iehova, & variis Dei attributis 46.51 XI.

De ſancta Trinitate, ubi ſua, Filio, & Spiritui ſancto Deitas aſſeritur 47.48

Chriſtum Deum æternum eſſe 47.48

Spiritum ſanctum Deū eſſe cū Patre & filio unū 48

Recordationis iræ, pœnitentiæ affectus quantum Deo tribuantur 47.48.49

De rerum omnium creatione 51 XII.

Mundum non eſſe ab æterno 52

De An-

Digitized by Google

De Angelorum creatione, variis nominibus, viſionibus, aſſumptis corporibus, officio, dignitate, ordine & gradibus 52.53.54.55.56
De homine 57
De anima 58.59
XIII. *Imago Dei in quo ſita eſt* 59
De paradiſo 59.60
Patrum ætas diuturna & ſera generatio 60
De Gigantibus 61
De Dei Providentia 62.63
An providentia, fortunam, caſum, & contingentiam tollat 63.64.65.66.67
XIV. *An Deus ſit author peccati* 67.68.69
De triplici Dei actione, in rebus quæ fiunt 71.72
Peccatorum cauſa adventitia 72
Quæ ſint vera peccatorum cauſæ 72.75
Diſcrimen voluntatis & permiſsionis 73
Diſtinctio voluntatis ſigni & beneplaciti 80
Adami peccatũ, quomodo ad providẽtiã pertineat 73
An Providentia voluntatem impediat 80
Quomodo rectè velimus, quæ Deus non vult, & contra 82
Deus quomodo pœnitere dicatur 83
* *Quomodo dicatur regnũ Sauli fuiſſe ſtabiliendũ in ſeculũ, cũ tribui Iuda iã ante fuerit deſtinatũ* 84 XV.
De tentatione, & quatenus Deo tribuatur 77.83.84

LOCORVM SECVNDÆ CLASSIS

DISPOSITIO.

Secunda Claſſis complectitur locos, qui naturalem ex Adami defectione totius hominis corruptionem, explicat. Quæ quidem naturæ humanæ depravatio, ex oppoſita Dei juſtitiæ, quę in Lege expreſſa eſt, perfectione magis eluceſcit Ita tamen ut ex peccatorum agnitione, ad Dei gratiam percipiendam deducamur, quæ primùm Patribus vetere Teſtamento, deinde ſuo tempore Evangelio patefacta eſt: Chriſtus deinde Meſſias proponitur, fons & materia bonorum omnium, & qui omnes ſalutis noſtræ partes numeris omnibus implevit.

CLASSIS SECVNDÆ CAPITA ET LOCI.

CAPVT.

CAP. I. *De peccato præſertim originali, & univerſa naturæ humanæ depravatione variæ ſententiæ* 86
Qua ratione eiuſmodi corruptio in poſteros tranſfundatur 97.102
An parentum, etiam proximorum peccata, in poſteros traducantur 100
Adami corpus, etſi mortale fuerit, non tamen fuiſſe neceſſariò morti obnoxium 104
Mortem eſſe pœnam, propter peccatum à Deo inflictam 104
Creaturas omnes vanitati eſſe ſubiectas, quid ſibi velit, & quatenus ad Angelos pertineat 105
II. *De Libero arbitrio* 107
Neceſſitatis à coactione diſcrimen 109
Omnes actiones non regeneratorum, peccata eſſe 110
An concupiſcentia & motus qui ſuperſunt in renatis, peccata ſint 117
**De affectuum natura, cauſis & organis* 122.123.124
III. *De Lege, ubi ea de re Manichæorum & Pelagianorum errores refutantur* 125
* *De Philoſophia eiúſque, præſertim Ethices, cum Theologia comparatione* 127.128
* *Quinam ſint Ethices auditores idonei* 129
IV. *Regula, ad interpretationem & obſervationem Legis neceſſaria* 132
* *Quatenus aliorum peccatis abuti liceat* 133
An peccata maiora, minoribus redimi poſſint 133
Primum præceptum, ubi de Idololatria & variis Idolorum generibus 134
An Chriſtiano liceat cum infidelibus habitare, aut conſuetudinem habere 135
An præceptoribus infidelibus uti liceat 136
Idololatricos cœtus in Papatu fugiendos eſſe 138
An Principes & Magiſtratus in ſua ditione ferre eos debeant 143
V. *An ſint Iudæi, vel Hæretici, inter Chriſtianos ferendi* 144.145.146.
Tentare Deum, quid ſit 147
* *De Curioſitate* 148
Præceptum ſecundum, de Imaginibus earúmque ortu, vetuſtate, cauſa 148
An Chriſtum, Angelos, aliáſve res creatas Imaginibus exprimere liceat 150.151.152
Λατρείας, δουλείας, καὶ ὑπερδουλείας diſtinctio 153
Sive Crucis, ſive aliarum rerum ſignis, ſtatuis, idolis, nullum religioſum cultum tribui poſſe 153.&c.
De Crucis ſignaculo 153.154.155.156.157
An imagines in templis collocare liceat 157
De Cherubim & Teraphim 159.160.161 VI.
* *De Victimis humanis* 161
Secundi præcepti ſanctio, an filius ferat iniquitatem patris 163
Præceptum tertiũ, de Sãctificatione nominis Dei 166
De Iuramento, contra Anabaptiſtas 167
De vitiis in iuramento cavendis 167.168 VII.
An iuſiurandum deferri debeat iis, qui peieraturi creduntur 169
Præceptum quartum, de Sanctificatione Sabbati 169 XVIII.
De aliis diebus feſtis Iudaicis 170
An diem Natalitium celebrare liceat 171
Præceptum quintum, de Honorandis parentibus 171
* *Officiorum in parẽtes & magiſtratus collatio* ibid.
Quæ ſint parentum in liberos officia ibid.
Patres erga liberos ἐπιεικείαν ſervanto 172.173
Quæ viri ſit in uxorem dominatio ibid.
Officiorum erga parentes, & Paſtores collatio 173
* *Quatenus patres, aut magiſtri vocari prohibeamur* ibid.
De ambitione vitãda & vera laudis appetitione ibi.
* *De honore* 174.175
De adulatione 176
* *Præceptum ſextum, De amicitia* 177 IX.
De homicidio 177
An rectè Elias Baalitas interfecerit 178
Aliud factum Eliæ expenditur in eóque κακοζηλία vitanda 179
De parricidio 179
De Gladiatura 180
An cuiquam liceat ſibi manus adferre, ubi facta Catonis, Lucretiæ, Curtij, Ionæ, Raziæ & quarundam in Eccleſia virginum expenduntur 180.181.182
De vi repellenda 183
De Diris & execrationibus 183.184
* *Quatenus liceat de perditis hoſtibus gaudere* 185

Digitized by Google

De Anathemate & vindicta fugienda 186
De Miſericordia, Nemeſi, crudelitate, invidia, Æmulatione, & ultione 188.189.190
X. Præceptum ſeptimum, non mœchaberis 191
De Matrimonio ibidem
De Concubinatu ibid.
De Polygamia 192
* De Sterilitate 198
An liceat liberis inire Matrimonium abſque conſenſu parentum 199
De Raptu & pœnis raptoribus conſtitutis 201
An licitæ ſint nuptiæ in religione diſpari 204
De gradibus prohibitis in contrahendis Matrimoniis 206
An diſpenſatio aliqua fieri poſſit in gradibus cognationis à Deo prohibitis 208
De Dotibus 210
De Divertiis & Repudiis 211
De nuptiis poſt Divortium 212
De Deſertione coniugij 214
De nuptiis Davidis cum Sunamitide 216
XI. De vitiis quæ pugnant cum ſeptimo præcepto 217
De Scortatione ibid.
Paparum quæſtus meretricius 219.220
De Spuriis & illegitimè natis 221
De adulterio 222
An Mœchus poſſit ducere mœcham 223
De pœnis adulterij 223
De reconciliatione coniugum, Adulterio perpetrato 230
* De Voluptate 231
De Vino & Ebrietate 234
* De Otio 237
De Choreis 238
De Veſtibus & ornatu 240
De Fuco ibid.
XII. Præceptum octavum, Non furtum facies 245
De Furto, Sacrilegio & Plagio ibid.
De Beneficentia, Hoſpitalitate, & hoſpitali iure 246
* De Beneficio & ingratitudine 248
De Ludis 249
XIII. Præceptum nonum, de Contumelia, & quatenus de alijs iudicare liceat 251
De iudiciis temerariis 253
* De Suſpicionibus 254
De Subſannatione, Ironia, & Scommatis ibid.
De Dolo 254.255.256
Dolus ad extirpandam Idololatriam & Hæreſes utrum probandus 257
De Veritate & mendacio 258
De Simulatione 260
An pro vita proximi conſervanda, aut modeſtiæ cauſa mentiri liceat 260.261
An fidem frangenti fides frangi debeat 262
De Fabula & Apologo ibid.
Præceptum ultimum, de Concupiſcentia 263 XIV.
Peccatoribus inter ſe nexus & collatio 264
De Charitate quæ Legis eſt complementum 266
An peccatis nonnullis conciliari debeat benevolentia 267
De Salutationibus 268
An Dei mandatum de diligendo Deo ex toto corde, in hac vita ſervari poſſit 269 XV.
An primi motus inter peccata cenſeri debeant 270
An præmiis ad Dei obſequium permoveri debeamus 274
De uſu Legis, & quatenus, aut abrogata ſit, aut ſtabilita 276
Lex quomodo pædagogus ad Chriſtum 278
De Similitudine & diſſimilitudine Veteris & Novi Teſtamenti 279 XVI.
Veterum Sacramentorum cum noſtris collatio, ubi de Man copioſè agitur 282.283
Sub terrenis benedictionibus, cœleſtes & ſpirituales incluſas fuiſſe 284.285
Quid de Iudæis, qui hoc noſtro tempore ſuperſunt, iudicandum ſit 286
De Chriſto eiuſque in carne manifeſtatione, & qua ratione ſalutis noſtræ partes omnes impleverit 286 287.288.&c. XVII.
Expoſitio Symboli Apoſtolici, confeſſionis vice à D. Martyre edita, cùm à Papatus ſordibus diſceſſionem faceret 296.297.298.&c. XVIII.

LOCORVM TERTIÆ CLASSIS

METHODVS ET SERIES.

Deinceps cauſæ, univerſáque ratio qua in Chriſti, & ſalutis poſſeſſionem mittimur & retinemur: quæque ſint Chriſti in nobis manentis effecta proponuntur. Hæc autem omnia perſpicuè docent qui ſequuntur loci De Prædeſtinatione & Vocatione. De Fide & Spe. De Adoptione, Iuſtificatione, libertate Chriſtiana, Pœnitentia. Vita Chriſtiana, Afflictionum tolerantia, Sanctorum precibus, ac demum Vita æterna.

CLASSIS TERTIÆ CAPITA ET LOCI.

CAPVT.

CAP. I. De æterna Dei Prædeſtinatione, ubi contraria adverſariorum argumenta refelluntur 312.313 314.&c.
* Deus utrum aliquem perdere velit 334
II. De Vocatione 335
De Gratia 337
* Gratia & opera, quomodo ſe habeant ad vitam æternam 340
III. De Fide, eiuſque certitudine & quid fidei cum timore conveniat 342.344.346
De ſecuritate 348
An vera fides à charitate ſeparari poſſit 349
An bene charitas dicatur forma Fidei 351
Quid fides habeat præ charitate, & quid è diverſo 452
Qua ſit piorum unio cum Chriſto 453.
De Adoptione filiorum Dei 354
Spei Chriſtianæ deſcriptio 355
Iuſtificationem ex Fide ſola eſſe, non operibus &c. ad 399 360. IV.
De Pace 399 V.
De Servitute & libertate Chriſtiana: item de ſcandalo 400
De Conſcientia 401
De Ciborum delectu 402
De Ieiuniis 464

DeLe-

De Legibus Eccl. 405

VI. De Votis in genere 406

De Voto Nazir 408

De Voto Iephte 410

De Rechabitis 413

De Peregrinationibus 415

VII. De coniugio & Cælibatu, & præſertim miniſtrorum Eccleſiæ 416

Continentiam, Dei donum eſſe, non vulgare 420

VIII. De Pœnitentia, ubi de Contritione, Confeſſione, & Satisfactione 421. 427. 428. 430

IX. De operibus ſupererogationis & perfectione Papiſtarum imaginaria 434

De igne Purgatorio, Indulgentiis, aliiſque Papiſticis corruptelis 436

X. De Lachrymis 443

De Ieiunio 444

De Quadrageſima 448

* De Vigiliis 449

XI. De Vita Chriſtiana, ubi de variis vocationibus 450

* Conſilium à Deo quomodo petendum 451

De Chriſti & Evangelij profeſſione ibid.

Naamani exemplum explicatur 452

XII. Divitiarum poſſeſſionem piis licitam eſſe, quiſque ſit earum uſus: atque de paupertate perferenda 454

De Crucis & Afflictionum tolerantia 456

* Piorum in periculis præſidium in Deo 462

Cur impiorum opera Deus utatur ad ſuos caſtigandos 463

* De fortitudine Chriſtiana 464

De Fuga 464. 465. 466

An David rectè fecerit, quod metu Saulis fugiat ad Palaſtinos: & quid nobis faciendum ſit ſi in ſimiles anguſtias incidamus 467. 468

XIII. * An ſancti homines inferiores fuerint Ethnicis in ferendis rebus adverſis & cohibendis affectibus 469

De Sacris precibus 471

* Preces an ſint Cauſa beneficiorum Dei 472

Quomodo Deus dicat ſe nolle dare quod eſt daturus, & contra 472

XIV. De Chriſti interceſſione 475

De Peregrina lingua abuſu 476

De Muſica & carminibus 477

De Morte, & adverſus eam piorum conſolationes 479

De luctu mortuorum ibid.

De Sepultura 481

Animas corporibus ſolutas non dormire 482

* De Spiritibus mortuorum erroribus 485

XV. De Reſurrectione, & eorum qui reſurrecturi ſunt cõditionibus, & qualitatibus. Argumentorúmque quibus nonnulli reſurrectionem oppugnant, confutatio 485 486. &c. ad 508

XVI. De Raptu Eliæ & Henochi, ubi multa de cœlis & inferuis, ſinu Abrahæ, animorum beatorum ſedibus

XVII. & ſtatu, ac demum de Elia & Henochi reditu variæ opiniones excutiuntur 508. ad 516

De Fine ſeculi & iudicio extremo 516

De futura Beatorum gloria & vita æterna 518

De Rerum immutatione. 522

DISPOSITIO LOCORUM QUARTÆ CLASSIS.

Quanquam Spiritus ſanctus, unicum eſt noſtri cum Chriſto vinculum, & ſalutis noſtræ pignus certiſſimum, adeóque univerſitatis conſervator, variis tamen iiſque externis ad eas res inſtrumentis utitur. Electos enim in Eccleſiam colligit, atque eos miniſterio verbi & Sacramentorum, diſciplinæ etiam nexu & adminiculo, Chriſto gignit, paſcit, & conſervat in vitam æternam. Magiſtratus autem excitat & adhibet, cùm ad ſocietatis humanæ & honeſtatis publicæ, tum verò pietatis & cultus divini conſervationem. Horum igitur Locorum explicationem poſtrema hæc claſſis complectitur.

CLASSIS QUARTÆ CAPITA ET LOCI.

CAPUT.

CAP. I. De Eccleſia Catholica 524

De variis Eccleſiæ miniſteriis 526

De vocatione ad miniſterium 528

De dignitate & contemptu miniſterij 531

De officio Paſtorum ibid.

De Miniſterij efficacia 534

II. Miniſterij potens ſimplicitas, ubi de ſapientia, eloquentia & artibus humanis 536

De Præmiis, donis & muneribus accipiendis vel non, præſertim ab Eccleſiæ Miniſtris 537

De bonis Eccleſiaſticis, & Eccleſiaſticorum immunitate 539

III. An poſſint in Eccleſia eſſe duo Capita, & unum viſibile, alterum inviſibile 540

IV. De poteſtate Eccleſiæ in legibus ferendis 544

* Explicatio loci Parère quàm Sacrificiū melius 545

De Traditionibus humanis 546

De diſcretione ſpirituum & dogmatum ibid.

De Conciliorum, Patrum & Canonum, qui vocantur Apoſtolici, authoritate 547

V. De diſciplina Eccleſiaſtica 551

De Excommunicatione 547. 551. 552

De Ordine in Eccleſia 556

De Templis & eorum Ornamentis ibid.

De Schiſmate, & an Evangelici ſint Schiſmatici 557

VI. De Eccleſiæ authoritate, Conciliis, Romanæ Eccleſiæ prærogativa 560. 561

Romanæ Eccleſiæ corruptela, & falſa nota, quales ſunt ſucceſſio, tituli, multitudo 562. &c.

Quid factum fuerit iis qui ſeculis ſuperioribus in Papatu interierunt 569

VII. De Sacramētis in genere, ac nominatim de Circumciſione, ubi varij Scholaſticorum errores, de Sacramentis, tum Veterum tum noſtris, arguuntur 572. 573. 577

VIII. De Baptiſmo 580

Quæ, qualis, & unde ſanctitas infantium, qui à Chriſtianis orti ſunt, eóſque ante Baptiſmum ad Fœdus pertinuiſſe 581

IX. De Templorum dedicatione, Campanarū Baptiſmo, Olei, Salis, Sputi, Cereorum aliiſque circa Baptiſmum Papiſticis corruptelis, ac nominatim infantium exorciſmis 585. 586. 587. 588. 589. &c.

* De Aquis luſtralibus 593

X. Tractatio de Cœna Domini, ubi varia variorum ea de re ſententia excutiuntur 594. ad 620

Digitized by Google

* Breuis Epitome diſputationis de Euchariſtia in Gardinerum 620.621.622
XI. De Communione ſub vtraque ſpecie 623
XII. De Miſſa 628
De Sacrificio 630
An & quatenus Cœna Domini ſacrificium dici poſſit 631
* De Sacrificio locus alter 632
* De Altaribus 633
De Magiſtratu 633.634
XIII. De variis Republicæ formis ibid.
Eccleſiaſticos Magiſtratus ſubditos eſſe 635
Papam externi gladij ius nullum habere 637
Conſenſus & diſcrimen poteſtatis Eccleſiaſticæ, & Ciuilis ibid.
De Decimis 638
An Principibus licuerit Eccleſiaſticos eximere ſua iuriſdictione 640
De mediis Poteſtatibus 641
Principum eſſe, curam Religionis ſuſcipere 642
* Ius dicere 643
* Pietatem promouere ibid.
De clementia Principum 644
XIV. An liceat Magiſtratibus reos impunitos dimittere 645
An excuſatio Dauidis, quod in Ioabum non animaduertat, probari poſſit 646
An pœnæ maleficiis indictæ, differri poſſint ibid.
Vtrum iudices condemnare poſſint eius criminis, cuius ſe reos agnoſcunt 647
Licetne pœnas à legibus impoſitas relaxare 648
De Carnificibus & quare vulgò malè audiant 651
De Aſylis 652
* De Exilio 654 XV.
An Chriſtiano litigare liceat 657 XVI.
De Bello 659
An ad Bellum iuſtum ſemper requiratur authoritas Magiſtratus 660
Licetne Principi ſeipſum Bello tueri 662
Vtrum Eccleſiæ Miniſtris Bella gerere liceat 663
Mercenaria militia improbatur 663
Mulieribus an Bellum gerere liceat ibid.
Eorum qui bella omnia improbant Argumenta ibidem & 664
* An liceat piis pacem habere cum impiis 665
* De Arcibus & Munitionibus 666
De Exploratoribus ibid.
De Proditione 667
Seruandi, an occidendi captiui 668 XVII.
De rebus quæ capiuntur iure Belli 670 XVIII.
De præda diuidenda 671
De ſingulari certamine, & ludis quibus vita hominum periclitatur 672
De Nobilitate 674 XIX.
De Seruitute 675
De Debitoribus 675
De Negotiatione & Monopoliis 676
De Turbis & Seditione 677 XX.
An liceat ſubditis contra Principes ſuos inſurgere 680
* De Ioiada in Athaliam Conſpiratione 680.681
De Tyrannide perferenda à piis hominibus 682

ACCESSERVNT EX TIGVRINA, BASILIENSI, TVM EX NOVISSIMA EDITIONE.

1 Locus de Libero Arbitrio 684
2 Theſes de Libero Arbitrio 697
3 Theſes de Prouidentia & Prædeſtinatione 699
† An Deus ſit cauſa & autor peccati 700
4 Locus de Miſſæ Sacrificio 701
5 Theſes ex Geneſi, Exodo, Leuitico, & Iudicum Libro 704.712.719.720
6 Quæſtiones & Reſponſiones 720
7 † Loci Communes aliquot
† Conſilia aſtuta quomodo valeant 721
† Conſilium Dei in mutationibus variis quomodo conſiderandum 721
† De Fletu lachrymis & luctu 722
† Regi, Principi, Magiſtratui, num liceat de Religione ſtatuere 723
† De Zelotypia ibid.
8 Concio de Vtilitate & Dignitate miniſterij 724
9 De Exinanitione Chriſti 728
10 De Exaltatione Chriſti 731
11 De Reſurrectione Chriſti 732
12 De Apparitione Chriſti poſt Reſurrectionem 733
13 Exhortatio ad Iuuentutem 735
14 Encomium verbi Dei 737
15 Oratio ad Academiam Argentinenſem 740
16 Oratio Tiguri habita 744
17 Exhortatio ad Cœnam Domini 747
18 Confeſſiones tres, ſiue ſententiæ de Cœna Domini 748.749
19 Epiſtolæ ad varios undique collectæ, maximi momenti, antehac non editæ, iuxta temporum ſeriem reuocatæ 705

LOCI

Digitized by Google

LOCI COMMVNES

D. PETRI MARTYRIS VERMILII FLORENTINI DIVINARVM LITERARVM IN SCHOLA TIGVRINA PROfeſſoris, ex variis ipſius Commentariis & Libris collecti, in quatuor Claſſes diſtributi.

Claßis prima, in qua præcipuè de Dei creatoris cognitione agitur.

CAPVT I.

De finibus bonorum & malorum ex Epiſtola ad Rom. cap. 8. verſu 25. In hæc verba, Si quod non videmus, ſperamus.

Spes fertur ad inviſibilia.

AVGVSTINVS de Ciuitate Dei, lib. 19. cap. 4. pulchrè oſtendit, quomodo Chriſtianæ ſpes feratur in ea bona, quæ videri non poſſint. Nam ſi roges, inquit, hominem fidelem, quẽ conſtituat bonorum ſuorum aut malorum finem, reſponderit, Vitam & Mortem æternam. Ea videri non poſſunt, nec ab hominum ratione percipi: Et propterea ſapientes Ethnicorum elati ſuperbia, noluerunt ſpem ſuam in illis collocare. Itaque fines bonorum ſtatuerunt eſſe, alij animi, alij corporis bona, alij aut virtutem aut voluptatem, aut vtraque coniuncta. Cæterum Deus irriſit eos, & vidit quàm vanæ eſſent illorum cogitationes. Voluerunt enim ea potius habere pro ſummis bonis, quæ multis miſeriis & calamitatibus ſunt permixta, quàm ea recipere, quæ à verbo Dei ſincero, & ſolida & firmiſſima offeruntur. Quis enim poſſit dicere pro dignitate, quàm miſeris & horrendis infortunijs corpus noſtrũ ſit expoſitum? Ægrotat, vulneratur, diſſoluitur, fit inermium, laceratur, mutilatur: efficiuntur homines ſæpe cæci, ſæpe ſurdi: quódque ad mentem attinet, ſæpe inſani, ſæpe phrenetici: neque veritatem aſſequuntur, qui eius maximè ſunt ſtudioſi, quæ errores infinitos admixtos non habeat. Quomodo jactare poterunt Ethnici virtutes vt ſumma bona, quum eas habeamus teſtes noſtrarum calamitatum? Quid ſibi vult temperantia, quæ propterea datur vt teneat nos ab ebrietates, comeſſationes, libidines, & animorum turpes ac ſœdi motus? Illa enim declarant, eam non habere locum niſi in animis ejuſmodi corruptioni adhuc obnoxiis: quæ corruptio, quanto eſt interior, tanto nos facit miſeriores, & ut hoſtis domeſticus in cordium noſtrorum penetralibus graſſatur. Iſti affectus, inquit Auguſtinus, ſunt vitia, quia, ut Paulus ait, nos impediunt, ne ea faciamus, quæ volumus. Adde, quòd munus eſt prudentiæ, niſi ut provideat ne fallamur per errorem in deligendis bonis, & evitandis malis? Certe niſi erroribus & tenebris involueremur, hoc remedio non eſſet opus: cùm

Piorum fines.

Ethnicorum fines.

Virtutes naturales ſunt teſtes noſtrarum calamitatum.

Virtutum moralium fines.

autem adhibetur, declarat homines adhuc non eſſe D fœlices: ſed magnis & gravibus erroribus implicati, niſi prudentia utrinque ſuccurrat. Iuſtitia quoque qua unicuique redditur quod ſuum eſt, non alia de cauſa eſt neceſſaria, niſi ut latrocinia, rapinæ, violentiæ coërceantur. Neque verò ea tantum poteſt inter homines obtinere, quin homines juſti & probi multa ſæpe fœdè atque injuſtè patiantur. Iam quid dicemus de fortitudine? Illa vero armat homines, ut dolores, pericula, cruciatus, mortem denique ipſam, ſi neceſſe ſit, toleranter ferant. E Inter hæc tanta mala auſi ſunt iſti ſapientes ſummum bonum conſtituere: quæ tamen mala dixerunt, ita interdum poſſe augeri, ut vita ſit abrumpenda. O vitam beatam! exclamat Auguſtinus, quæ ut finiatur, mortis quærit auxilium. Nam ſi beata eſt, cur illam abrumpunt & fugiunt? Sin eſt miſera, cur in ea collocant ſummum bonum? Sic illi à Deo irriſi ſunt: quia ſpem, quę nec videtur, nec humana ratione percipitur, contempſerunt: & quia cùm eam audirent prædicari in verbo, ludibrio F habuerunt. Ideo Deus illos cœleſti ſua doctrina ut ſtultos & ridiculos condemnavit.

2 Alij verò, quum viderent frequentes lapſus in vitia, præſtantiſſ morum quoque hominum: judicaverunt procurationibus religioſis, imò ſuperſtitionibus & cultibus à ſemetipſis excogitatis, Deum ſibi reddere propitium, à quo poſtea valerent conſequi omnia bona. Hæc ſententia ferè plebis erat, quæ utcunque minus malè ſenſit quàm Philoſophi. Nam hi adeo tumebant ſuperbia virtutum, & civi-G lium officiorum, & ſcientia rerum naturalium, ut ſibi hæc ad fœlicitatem ſufficere putarent: vulgus autem non ignoravit & ſordes peccatorum, & quotidianas numinis offenſiones; unde ad religiones putavit confugiendum. Quas quum non haberet caſtas & puras, in Idololatriam delapſi ſunt. Hic populus Hebræus interpoſuit ſeſe, atque complexus eſt utramque partem. Per decalogum jactabat ſummam virtutum apud ſe eſſe: & ſi ab eo deficeret, paratas ſibi eſſe ceremonias, quibus expiaretur. Paulus H in epiſtola ad Rom. adverſus illa certat, & oſtendit non poſſe fieri, ut moralibus naturalibúſve officiis, juſtitiam conſequamur: quoniam tam Iudæi quàm Gentes, nequaquam vita & moribus tantum exprimunt, quantum agnoſcunt legem vel naturalem vel Moſaicam requirere. Neque dandum eſt nos poſſe Legem plene ac perfectè obſervare: quoniam tunc liceret operibus abſolutam juſtitiam conſequi, quod omnino abſurdũ eſſet, quia noſtra juſtificatio in eo ſita eſt, ut peccata nobis minime imputentur, ſed I Chriſti juſtitia credentibus imputetur. Accedit quidem nõ nihil inſtaurationis, quum juſtificati ſiue operamur, ſed id nõ eſt perfectũ. Datur & gratia rege-

Ex præfat. in epiſt. ad Rom.

Sententia plebis de ſummo bono.

Philoſophi ſcientia tumidi.

Hebræi populi ſententia.

Pauli judiciũ de ſummo bono.

Digitized by Google

neratis, ſed non quæ removeat omnia impedimenta, quæ obſtant perfectiſſimæ obſervationi divinæ legis. Neque iſta docendo, aſſerimus paradoxa, vel Paulo adſcribimus aliena, ſed ea tuemur inprimis, quæ Apoſtolicæ doctrinæ maximè conveniunt. De ceremoniis verò ac ritibus, quos ex altera parte Iudęi jactant, quando ſunt abſque Chriſto & fide, deteſtabiles coram Deo habentur, ut Hieremias, Iſaias, & Prophetæ, qui fuerunt Legis interpretes, quàm apertiſſimè docuerunt. Ex iis autem omnibus facilè colligitur, quum omnes omnium temporum homines ſummum bonum ſe quærere profiterentur, eos tamẽ qui vera & ſolida Dei cognitione deſtituti erant, tanquam in profundis tenebris palpaſſe, & inanibus exercitationibus ſeſe defatigaſſe. Vide in Gen. cap. 1. verſ. 28.

CAPVT II.

De naturali Dei ex rebus creatis cognitione, quorſum ſpectet hæc cognitio, & an ſint nonnulli qui Deum non norint. Ex epiſt. ad Rom. cap. 1. verſ. 19. Vide 1. Sam. cap. 6. verſ. 22.

Vide infra, claſſ. 1. c. 4.
Divina myſteria naturaliter intelligere non poſſumus.

PAULUS ad Romanos de naturali Dei cognitione diſſerens ait, *Quod enim notum eſt Dei, manifeſtum eſt inter eos.* Græce legitur τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ; ac ſi diceremus: Quod eſt cognobile Dei. Quod ideo dicitur, quia multa ſunt divina myſteria, quæ naturaliter minimè poſſumus attingere, Vt eſt, Deum velle nos gratis juſtificare: per Chriſtum crucifixum condonare peccata: atque in æterna felicitate hæc noſtra corpora eadem reſtituere. Hæc & alia id genus, rerum natura non docet. Ideo Paulus inquit, Quod potuit cognoſci de Deo, illis eſt manifeſtatum. Declarat illo loco, quænam ſit ea veritas, quam illi detinuerunt in injuſtitia. Fuit cognitio divinarum rerum, quam naturali lumine adepti ſunt. Redigit autem Paulus ea omnia quæ cognoverunt, ad duo capita: nimirum, ſempiternam Dei potentiam, & divinitatem. Nam ex ipſa fabrica hujus mundi noverunt Deum eſſe potentiſſimum: deinde non latuit eos, ex pulchritudine, ſpecie ac diſtinctione rerum, tantam potentiam providentia atque ſapientia ſumma fuiſſe adminiſtratam. Et docuit illos commoditas atque utilitas rerum conditarum, divinam majeſtatem: quæ in eo præſertim conſiſtit, ut omnibus benefaciat. Hæc ſunt, quæ Deus largitus erat Ethnicis: at illi Dei donis abuſi ſunt. Vnde pulchre in eos quadrat ſimile, quo utitur Chryſoſtomus. Ita enim ait; Si Rex multum pecuniæ dediſſet ſervo ſuo, ut ex ea familiam ſuam ornaret, & ſplendorem ſuum augeret, ita ut magnificentia & honor ſuus magis fieret conſpicuus, ſervus autem nequam omnia hæc impenderet in lenones & meretrices: Nónne, inquit, jure ac meritò plectendus videretur iſte ſervus? Hoc pacto ſe geſſerunt Ethnici ſapientes. Acceperunt à Deo præclariſſimam rerum notitiam: qua cum debuiſſent illum colere & ornare, eam tranſtulerunt ad ſaxa & ligna ſtatuarum veneranda. Quare non immeritò ſævit ira Dei in illos.

Deo præcipua ſunt quæ de Deo naturaliter cognoſci poſſunt.
Maieſtas Dei qua in re conſiſtat.
Simile.

Philoſophi non prædicarunt vulgo ea quæ de Deo noverunt.

2 Et quando ſcribitur: *Manifeſtum eſt in eis,* neq; dicitur in omnibus, ſapientes, Philoſophóſque ſecernit ſcriptura à barbaris, & imperito vulgo. Non enim omnibus pariter eadem nota fuerunt: quod tamen accidit culpa iſtorum philoſophorum. Debuerant enim ea quæ cognoverant, vulgo prædicare, & inculcare plebi. Verum id illi nequaquam præſtiterunt, ut Prophetæ & Apoſtoli, ſed elati animo hæc inter ſeſe continebant: imò quodammodo occultabant, ne ab omnibus intelligerentur. Vnde circumfertur Ariſtotelis epiſtola ad Alexandrum, qua dicit, Phyſica ſua ita eſſe à ſe edita, ac ſi non eſſent edita. Quæ enim ſcribebãt, viſi ſunt de induſtria obſcurare, ne ab aliis intelligerentur. Adhæc ſuis ratiociniis cõtaminabant, quæ pura cognoverant. Vnum Deum eſſe, cùm intellexiſſent, cumq; judicarent eſſe colẽdum, ex ſeipſis poſtea colligebant: Cum vulgus non ſit idoneum ad ſummam, & fuſam in omnibus rebus divinitatem colendam (non enim poteſt ſic eam percipere) operæpretium fore, ſi eam dividerent, & ſtatuis, cœleſtibus ſignis, & aliis creaturis affigerent. Et iidem cùm agnoviſſent, naturam Dei à corporea materia ſecretam eſſe, hoc eſt, ſpiritum, & ideo ſpiritu & animo colendam, exiſtimantes plebem adeo præ ſe eſſe rudem, ut hoc præſtare non poſſet, externos ritus, & ceremonias induxerunt ex ſuo capite cõfictas: quibus homines defuncti putarent ſe divino cultui ſatisfeciſſe. Atq; ita ratiunculis ſuis viciarunt, quod purum hauſerant ex creaturis: neq; veritati cognitæ fidem quam debuerant, habuerunt. Alioqui ſubjeciſſent ſe ſummæ potentiæ, quam cognoverant: ſéque permiſiſſent regendos providentiæ Dei, eiq; confiſi fuiſſent in adverſis: quod tamen non fecerunt; imò turpiter deſperabant. Cicero exclamat ſuo extremo tempore in epiſtola ad Octavium: O me nunquam ſapientem? Et ab eo inducitur Cotta de Natura Deorum, alioqui Põtifex, qui dicat, cupere ſe probari ſibi ad veritatem, Deos eſſe. Cúmq; non crederent his, quæ naturaliter de Deo noverant, non ſolum fuerunt erga eum impij, ſed etiam erga proximos injurij. Et ſæpe, quo fuerunt inſigniores philoſophi, eo turpiorem vitam vixerunt: ut Poëta eos arguerit, Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt: quia ira Dei ſæviebat in eos. Vt enim præceptor, ſi perpetuò diſcipulum inſtituat: ille tamen interim aliud agat, & alia cogitet, tantam negligentiam ferre non poſſit; ita Deus ſe gerit erga eos. Semper enim nobis apertum librum rerum conditarum ſtatuit ob oculos; ſemper nos illuſtrat & vocat. Nos vero à doctrina ejus ſemper avertimus animum, atque aliud agimus. Idcirco Deus nos abjiciet, vt peſſimos diſcipulos, neque tantam injuriam feret inultam.

Aristoteles ad Alexandrum.
Vnitas Dei in partes varias à philoſophis diviſa.
Statuarum, ſignorum & ſuperſtitionum origo.
Philoſophorũ deſperatio.
Philoſophi nõ ſe permiſerũt divinæ providentiæ regendos.
Philoſophi impij & ſcelerati.
Simile.

Omnis veritas quomodo ſit ex Deo.

3 Ex iis autem quæ ſubjicit Paulus, *Deus enim illis manifeſtavit*, omne verum à Deo eſſe. Non enim ex nobis naſcitur. Sed quomodo ſit à Deo, duplex eſt ſententia. Dicunt nonnulli hoc ideo eſſe, quod Deus ea condiderit, per quæ poſſumus hæc vera percipere; alij verò, quibus magis aſſentior, quòd Deus inſeruerit animis noſtris προλήψεις, hoc eſt, anticipationes & informationes, per quas impellimur ad opinandum præclara atque eximia de natura Dei. Atque hæ notitiæ de Deo nobis naturaliter inſitæ obſervatione rerum creatarum indies magis ac magis confirmantur & expoliuntur. Inepte, nec minus impiè aliqui dicunt, has veritates ab Ariſtotele, aut Platone ſe didiciſſe; ita ut Deo nequaquam propter illas gratias agant. Fuerunt iſti quidem organa & inſtrumenta, non tamen authores. Iſti autem perinde dicunt, ac ſi quis Iſraelita diceret, ſe virtutes Legis non per Deum cognoviſſe, ſed per Moſen; cùm is mediator tantùm fuerit & internuncius Dei; quique eo authore de his rebus ad populum retulerit. Et annotandum eſt, cum Deus natura ſit ita ſejunctus à materia, ut ſenſibus minime percipiatur, conſueviſſe cum ſymbolis ac verbis quibuſdam ſenſibilibus declarare ſeipſum. Hæc autem ſigna, quæ ab initio Deum nobis declararunt, ſunt creaturæ; quas dum perpendunt Phyſici, quoad naturæ proprietates & qualitates admirabiles, deducuntur ad notitiam Dei. Noverunt enim ſeriem cauſarum, earúmque conjunctionem cum ſuis effectis; & cùm facilè intelligerent, nequaquam ſtatui oportere infinitum progreſſum, concludebant ad aliquod primum pertingendum; & ita concludebant eſſe Deum. Iſta pulcherrimè docuit tum Plato, tum Ariſtoteles, tum Galenus. Verum, ne Sacras literas abjiciamus, illæ quoque noſtris hanc viam demonſtraverunt. Quandoquidem nos Chriſtus ad volatilia cœli, ad lilia agri, & fœnum remitrit, ut agnoſcamus Dei ſingularem providentiam ad ea conſervanda, quæ produxit. Et Salomon proponit nobis formicam imitandam, propter prudentiam, qua ſibi per æſtatem parat, quæ hyeme futura ſint illi neceſſaria. Iſaias aſinum ait, cognoviſſe præſepe domini ſui, & bovem magiſtrum ſuum; Iſraëlem autem Dominum ſuum non agnoviſſe. Hinc liquet, nos multa doceri poſſe ex creaturis. David Pſalmum cecinit, quo iſtuc idem declaravit, Cœli enarrant gloriam Dei: Sed inter alios libros divinæ ſcripturæ, qui hac facultate admodum pollent, eſt Dialogus

Præceptores ſunt inſtrumenta Dei.
Creaturæ ſymbola ſunt quæ Deum prædicant.
Philoſophi unde Deum eſſe colligant.
Scripturę ſanctę nos remittunt ad creaturarum magiſterium.
Matt. 6. 26. & 28.
Prov. 6. 6.
Eſa. 1. 3.
Pſal. 19. 1.

Digitized by Google

Liber Iobi de Deo ex creaturis multa diſputat.

libri Iob. Nam interloquutores quos inducit, Eth- A
nici erant: igitur res agitur duntaxat naturalibus ra-
tionibus. Ibi multa de cœli revolutionibus, de aſtris,
terra, mari, luce, ventis, pluviis, tonitruis, fulminibus,
nive, glacie: item de animantibus, ut de leonibus,
capreis, cervis, equo, & Behemoth, quem elephantem
multi putant, ac denique de Leviathan maris va-
ſtiſſima bellua.

Hominis natura maxime Deum refert.

4 Hæc omnia ſic ibi tractantur, ut Dei æternam
vim, ac divinitatem nobis prædicent. Sed inter alia, B
quæ Deum nobis maximè oſtendunt, eſt noſtra ip-
ſorum natura. Facti enim ſumus, ad imaginem & ſi-
militudinem ipſius: quare eum maxime referimus,
& potiſſimum, quoad animum: qui relucet futurorũ
providentia, juſtitia, ſapientia, multique alij nobi-
liſſimi habitus: notitia item recti, honeſti, pravi ac
turpis. Cumque homo ejuſq; animus ex ſeipſo non

Perfectiones quæ ſunt in nobis Deo nō poſſunt adimi.

ſit ortus, verùm à Deo pendeat, ſupereſt, ut ipſi Deo
hæc eadem negare minime debeamus, ſed illi, ut au-
thori præcipuo ac ſummo attribuamus: ita, ut hinc C
ratiocinemur Deum providentem eſſe illarum rerũ,
quæ fiunt: judicem juſtum noſtrarum actionum,
cui, ut honeſta placent, ſic turpia diſplicent. Cicero
lib. 3. de Natura deorum, Scio, hanc rationem nititur
diluere, qúa volumus Deo non eſſe neganda, quæ
in nobis dicimus eſſe præſtantiſſima. Sed ille ſinen-
dus eſt, quicquid voluerit ratiocinari: nobis eſt ſatis,
ut ex Sacris literis in hoc argumento confirmemur.
Pſalmo nonageſimo quarto ſcribitur: Qui planta-
vit aurem, nónne audiet? Qui finxit oculum, nónne D
videbit? Quo docemur, quæ in nobis perfecta atque
abſoluta ſunt, nō eſſe divinæ naturæ ſubducenda. Vi-
demus præterea conſcientias noſtras naturaliter ab-
horrere à facinoribus, quæ admiſimus: & contra læ-
tari, atq; gaudere bene factis. Quod cùm naturaliter
ſit nobis inſitum, docemur, judicium Dei ſupereſſe,
cujus damnationem maxime reformidet animus no-
ſter, ut interdum videatur furiis agitari: ac è diverſo
exultet, dum ſperat, ab eo tribunali ſe reportaturum

Nihil eſt in mundo ſic abjectum, quod Deo teſtimonium nō perhibeat.

Vide in 1. ad Cor. 1. v. 21.

approbationem & præmia. Poſſent & alia comme- E
morari hujus generis: ſed ex libris cùm ſacris, tum
Philoſophorum ea facilè colligi poſſunt. Vnde ſu-
perſedeo plura addere: ſatiſque habeo, dixiſſe, nihil
in mundo inveniri adeò abjectum & vile, quod Deo
teſtimonium non perhibeat. Iovis, dicebat poëta, o-
mnia plena. Quicquid enim eſt in mundo, tantiſper,
dum conſervatur, vim Dei habet ſub ſe contectam:
quæ ſi retegatur inveſtigatione, ac naturali notitia,
Deum nobis referet.

Impiis quomodo attribuatur & quomodo adimatur Dei notitia.

5 Cum hac Apoſtoli ſententia videntur alia F
loca Scripturæ pugnare: ubi adimitur impiis cogni-
tio Dei. Legimus in Pſalmis, Dixit inſipiens in cor-
de ſuo, non eſt Deus: & rurſus habemus, In terris nō
eſſe intelligentem, aut requirentem Deum: Et, ne

Pſal. 14. 1.

Eſa. 1.

multa recenſeam, In Eſaia dicitur capite primo, Iſrael
autem me non cognovit. Cæterum hoc diſſidium ita

Quidam conati ſint ſibi perſuadere Deum non eſſe.

conciliatur. Fatentur quidem impij, ut Paulus ait,
convicti ex creaturis Deum eſſe: at poſtea de illius
natura & proprietatibus ea decernunt, unde Deum
non eſſe, optime inferri poſſit. Epicurus enim dice- G
bat, eſſe quidem Deos: verùm illos ab omni actione,
cura & providentia removebat, ita, ut felicitatem tri-
bueret prorſus otioſam. Item cum dicunt, eſſe Deũ,
ſed qui non provideat humanis rebus, non puniat,
non audiat invocantes, & alia id genus: ex quibus
conficitur, eos ita ſenſiſſe, ut Deum nomine tantùm
eſſe concederent: Ideo ſcriptura negat, eos Deum
cognoviſſe. Verus enim Deus non ita ſe habet, ut illi
fingebant: & quoad ipſos, ut juvarentur, vel divina
ope fruerentur, perinde erat, ac ſi Deus nō eſſet: quo- H
niam ad eum invocandum non confugiebant, neq;
ab ipſo, vel opem, vel auxilium expectabant. Addas
his, nonnullos fuiſſe adeo impios, ut conati ſint per-
ſuadere ſibi, Deum non eſſe: & quamvis hoc perfi-
cere non potuerint reclamante animo, & obluctuan-
te conſcientia, tamen Scriptura de illis pronunciat
juxta eorum conatus: & ſic ait, Illos Deum non co-
gnoviſſe. Poſtremo ſciendũ, duplicem eſſe Dei noti-
tiam: unam efficacē, qua immutamur, ita ut, quæ no-

Duplex notitia Dei.

vimus, opere conemur exprimere: & hanc Dei noti- I
tiam ſolis piis Scripturæ ſanctæ concedunt: alteram
verò frigidam, qua nihilo reddimur meliores: non e-

*** In cuius loci explicatione, apud Martyrem: Vide diſcrimen inter cognoſcere & agnoſcere & Iud. ver. 10. In 1. Sam. 5. 7.**

A nim factis oſtendimus, ea nos noſſe, quæ re vera in-
telleximus. Atque de hoc genere notitiæ loquitur
* Paulus, cùm dicit: Et ſicut non probaverunt Deum
non habere in notitia, &c. Et Chriſtus dicet multis,
qui ejus dona & notitiam jactabunt, Neſcio vos. Sed
ita noſſe Deum, cùm nihil proſit, ſæpenumero Scri-
ptura ſancta ſic reiicit, ut ne dignetur quidem nomi-
ne divinæ notitiæ: & impios, cùm tales fuerint, Deum
inquit ignoraſſe.

Rom. 1. 28.

Matt. 7. 23.

B 6 Neque verò fruſtrà Deus impios donat eiuſ-
modi cognitione. Equidem pulchrum eſt teſtimo-
nium quo noſtra probantur ab hoſtibus, ut Ariſtote-
les in ſuis Rhetoricis docet. Quare præclariſſimum
eſt audire in libro Samuelis, Palæſtinos Iehovæ gra-
viſſimos hoſtes, confiteri & prædicare tantam ejus
vim eſſe, ut eam ferre nō valeant. Nec præterea quæ-
runt naturales cauſas morborum quibus affligeban-
tur, cùm tamen ficorum, hæmoroidum, & diſſenteriæ
cauſæ naturales exiſtant. Sed quum cernerent ſe o-

Deus etiam ab invitis nominis ſui confeſſionem extorquet.

Exo. 6. 17.

C mnes eodem tempore iiſdémque morbis laborare,
ſtatim crediderunt, ſe à manu Dei Iehovæ opprimi.
Atque ita Deus vel ab invitis confeſſionem ſui no-
minis extorquet. Nihilo ſecius Pharao jam acce-
ptis multis plagis, poſtremò exclamavit, Peccavi, & in
Iehovam, & in vos, apud Deum pro me intercedite.
Nebucadnezar & Darius quum expendiſſent, quæ

Dan. 3. 95. & 6. 25.

Deus præſtitiſſet Danieli, egregiè ſunt confeſſi ma-
gnum Deum, ac ſuis edictis caverunt, ſub graviſſimis
pœnis, ne quis Nomen ejus convitiis aut maledictis

Iulian. Apoſt.

D inceſſeret. Et Iulianus Apoſtata, quamvis alioqui
perditiſſimus, attamen vim Chriſti coactus eſt mori-
bundus agnoſcere, inquiens, Viciſti Galilæe. Diabo-

Matt. 8. 29.

Act. 19. 15.

lis quoque confeſſio expreſſa eadem eſt, cùm teſta-
bantur clamantes Ieſum Chriſtum eſſe ſanctum, eſſe
filium Dei, & agnoſcere, ante tempus veniſſe ut ipſos
perderet: Et ſe Chriſtum & Paulum probe noviſſe.

Capræ arcæ utilitas.

Eadem ratione conſtat, non citra fructum arcam Do-
mini à Palæſtinis fuiſſe captam, & Iudæos in Baby-
lonem captivos abductos, ut ſcilicet aliquis cultus &
E cognitio Dei, ſaltem ad breve tempus nationibus ex-
teris illuceſceret. Quocirca illa quæ gravia & deſpe-

In operibus Dei expectāda καταστροφή.

rata videntur, exitus habent ſæpe optabiles: ſed ea
quo ſint evaſura, nos ante videre nō poſſumus, quàm
καταστροφή appareat. Propterea de operibus Dei ante
quintum actum judicare non debemus: quia ſi ex i-
nitiis, vel ex mediis conjecturam fecerimus, non a-

Simile.

liud agemus, quàm ſi de Phidiæ ſtatua, ex uno digito
voluerimus conſtituere: omnes partes corporis con-
ſiderandæ antea ſunt, ſi convenientiam & ſymme-
F triam totius operis volumus deprehendere. Quúm-
que hoc in nobis frequenter negligatur, conſequi-
tur, ut doleamus, lugeamus, vituperemus & blaſphe-
memus quod neſcimus.

7 Ex illa igitur victoria & arcæ captivitate ade-
pti ſunt Palæſtini aliquam Dei cognitionem, etſi
non ita magnam, ut renovati fuerint ad vitam æter-
nam. Quare cogitandum eſt ſe duabus ex partibus
Deum offerre hominibus conſpiciendum: quo ex
altera, illius miſericordiam & clementiam, ex altera
G ejus vim & ſeveritatem intueantur. Proinde maxi-
mus Palæſtinorum numerus, vim & potentiam Ie-
hovæ ſentiunt. Erant enim vaſa iræ aptata in interi-
tum, clementiam vero eius & miſericordiã per Chri-
ſtum non vident, idcirco fugiunt & horrent ejus cō-
ſpectum in arca, ut carnificis & truculenti judicis.
Proptereaque ſe ad illum non convertunt. Arcam à

Mat. 8. 34. &c.

ſe abigunt, nec relictis Idolis verum Dei cultum re-
cipiunt. Ita etiam quum in mundum Chriſtus veniſ-
ſet, afferendo ſalutem hominibus, diabolus, qui ſen-
tiebat vim ejus & potentiam, reluctabatur, dicendo;
H Quid veniſti, ut nos perderes? Et Gergeſſeni cum
ſues paucos mirabiliter amiſiſſent, Chriſtum ipſum
neque acceperunt, neque adorarunt: Sed occurrentes
illi obſecrarunt ut à ſuis finibus diſcederet. Quidam
tradunt vultum Dei eſſe duplicem, alterum ſcilicet
placidum & amabilem, quem offerat piis: alterum a-
trocem & truculentum: quo conſpiciatur ab impiis.
Verùm non eſt opus ut Deum nobis aut bifrontem,
aut bicipitem fingamus. Idem ſemper eſt Deus, & ea-
I dem ejus facies, cum tamen eodem modo non ab o-
mnibus apprehendatur: aliter enim illum vident fi-
deles, aliter fide carentes.

In Rom. 1. 20.
Si noſtris viribus non poſſumus præſtare Legem, quo modo ſumus inexcuſabiles? Ethnici quo modo inexcuſabiles.

8 Hujuſmodi verò cognitione donatos Paulus *aſſerit eſſe inexcuſabiles.* Græcè eſt, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. Non revelavit quidem Deus in hunc finem has naturales notitias, ſed id noſtro vitio eſt cõſecutum. Videtur tamen quod Paulus dicit, repugnare his, quæ ſæpe traduntur, cùm de operibus & gratia diſputatur. Si enim verum eſt, noſtris viribus, ac libero arbitrio, nos minimè poſſe legem Dei, quam novimus, præſtare: quomodo iſti dicentur inexcuſabiles? Nam ſi, quod dicimus, eſt verum, facilè poſſent excuſari, ſe quidem nóviſſe hanc Legem naturali lumine: ſed tamen defuiſſe vires, quibus exequerentur, quantum noverant: ideo non videntur fuiſſe inexcuſabiles. Verùm Paulus hic agit de excuſatione tantùm, quæ poſſit afferri ab ignorantia. Nam quod modò inducitur de infirmitate, id Ethnici non prætexuiſſent. Nam omnia libero arbitrio tribuebant. Idcirco non dixiſſent, ſe viribus fuiſſe deſtitutos: tantum ſupererat, ut excuſarent ignorantiam. Quam Apologiam cùm Paulus eis præciderit, tantum ſupereſt, ut ſuo ipſorum judicio dicantur inexcuſabiles. Quòd ſi dixiſſent, ſe infirmos fuiſſe, licet noſſent quid agere oporteret, hoc erat quod annititur Paulus concludere: Idcirco eos notitiam legis naturalis non reddere meliores, quòd Lex, etiamſi noſcatur, tamen nos nõ poſſit immutare, & ſuppeditare vires ad rectè agendum: proinde neceſſarium eſſe, ad Chriſtum confugere. Sed quia ſciebat, Gentes ad eum prætextum non confugere, idcirco repellit id quod videbat, facilè poſſe obiici. Id autẽ eſt ignoratio. Quamvis & altera excuſatio de infirmitate virium, non erat digna, quæ admitteretur. Nam ea debilitas noſtro vitio contigit, id eſt, per peccatum. Præterea non eſſent excuſabiles, quia etiam illud parum, quod fuit in illorum poteſtate, nimirum, quoad externas actiones, non præſtiterunt, prout cognoverant. Non enim ita ſumus deſtituti viribus propter peccatum, quin multa in externis operibus valeamus exequi: in quibus illi ſeſe deterrimos exhibuerunt. Quare concluditur, omnino fuiſſe inexcuſabiles. Neque poterant cauſari, ea quæ peccaverant, ab ipſis invitis exorta fuiſſe. Quapropter, cùm ſcientes & volentes malè egerint, non habuerunt excuſationem. Neque putandum eſt, Deum propter ea conceſſiſſe illis præclaram hãc notitiam naturalem, ut inexcuſabiles eſſent. Nam eorum id vitio conſecutum eſt: cum alioqui Dei providentia illorum pravitate ſit abuſa ad ſuam gloriam atque juſtitiam illuſtrandam: Huc proficiunt ſuis vitiis, ut doctrina & notitia, quam adipiſcuntur, proſit eis ad judicium & condemnationem.

Non deſiſtendum à docendo, licet homines videantur non proficere.

Quo fit, ut non oporteat nos deterreri à docendo, ſi videamus homines nihilo effici meliores: cùm iſtud idem eveniat illi doctrinę, quam Deus ipſe nobis adminiſtrat. Saltem hoc utilitatis inde perveniet: Si homines à Deo non convertantur, ſuo ipſorum judicio & teſtimonio damnabuntur. Et hoc videtur Deus maximè velle, ut juſtificetur, cùm damnat aut punit.

Matt. 27. 4.
Vera doctrina proficit ad id in impiis ut ſe ipſos condemnent.
Eſa. 6. 10.
Exo. 7. 13. &c.
Rom. 1. 18.

Iudæ proditori conduxit accepta doctrina Chriſti, ut demum ſeipſum condemnaret, dicens: Peccavi, tradens ſanguinem juſtum. Eò enim adiguntur impij ut ſuo judicio tandem condemnentur. Et qui debuerant proficere doctrina, ea graviter læduntur: quod in Eſaia propheta cap. 6. legimus, cùm dicitur: Excæca cor populi hujus, aures aggrava, & oculos claude: ne forte videant, audiant, intelligant, & convertantur, & ſanem eos: Ita verbis Moſis ſemper magis ac magis obdurabatur cor Pharaonis.

9 Quare autem ſint inexcuſabiles, docetur his verbis. *Qui veritatem in injuſtitia detinent.* Tantum veri aſſequuti erant, ut inde intelligerent, quemadmodum erga Deum & proximos agendum eſſet. Hanc tamen veritatem detinuerunt in injuſtitia. Quod idem fecerunt Hebræi de veritate, quam Deus illis revelavit per Legem. Cùm itaq; tam iſti, quàm illi graviter puniti fuerint, quid ſperare debent homines profeſſione Chriſtiani, qui tantam lucem Euangelij abſque fructu apud ſe detinent? Certè efficientur ſceleratiſſimi. Et res ipſa docet, eos qui Chriſtum jactant, & turpiter vivunt, vincere tandem pravitate ac turpitudine omnes homines licet impuriſſimos. Detinetur veritas quodammodo captiva

Veritatem qui captivam detineat.

A in eis, qui eam intelligunt, & opere ac vita non exprimunt. Vincitur autem, & conſtringitur cupiditatum malarum catenis: quæ, cùm exhalant ex inferioribus animi noſtri partibus, mentem offuſcant, & caliginoſo carcere veritatem agnitam concludunt. Accendit illam Deus in mentibus noſtris: at cupiditatibus mirificè obtenebratur. Non eſt, quod putemus, ut admonuit Chryſoſtomus, eam per ſe ipſam aliquid pati. Veritas enim ſua natura immu-

Veritas in ſe ipſa nil patitur.

B tabilis eſt. Sed quicquid accidit incommodi, menti atque animo noſtro nocet. Duobus verbis Paulus attigit ea, quæ Ariſtoteles in Ethicis, cùm de Incontinente diſputat, multis perſequitur. Quærit enim, quo modo Incontinens ad vitia deflectat, cùm rectam ſententiam in animo teneat. Reſpondet autem, hoc accidere, quòd nimium afficiatur ſingulari bono, quod in præſentia obiicitur ſenſui: quo pondere, melior quoque pars gravatur, ut acquieſcat deſideriis, neque ſuo fungatur officio, ut efficaciter conſideret verum, quod antea noverat.

Incontinens quis.
Ariſtot.

C Quod & Poëta cecinit de Medea, Video meliora, probóque: deteriora ſequor. Totum hoc Paulus nos docet, quando ait, Impios veritatem Dei in injuſtitia detinere. Ipſa quidem nititur, quoad eius fieri poteſt, in actum erumpere: ſed à concupiſcentia impeditur. Atque hoc eſt, quod primo Ethicorum ſcribitur: meliorem partem animi ſemper hortari, & provocare ad meliora. Si enim divinitus, atque natura ſumus inſtituti, ut quod novimus,

Ovidius.

Pars animi potior hortatur ad meliora.

D id actione velimus declaratum. Quod ubi non fit, noſtro ipſorum judicio reprehendimur. Atque hinc ſunt admirabiles vires conſcientiæ, quæ in gravioribus culpis nunquam poteſt perfectè ſedari.

Conſcientiæ vis.

10 Detinere veritatem in injuſtitia, eſt propriè vocationem Dei reſpuere, qui perpetuò ſua veritate nos ad ſe revocat. Quare nobis optimè cõſuleremus, quandocunque aliquid veri aſſequimur, aut ſtudio, aut rerum obſervatione, ſi è veſtigio nobiſcum repu-

Quomodo retineatur percepta veritas.

E taremus, ad quid nos Deus vocet per veritatem, quã noſtris animis obiicit. Per injuſtitiam, intellexit Apoſtolus generaliter, quicquid à nobis, vel in Deum, vel in homines peccatur. Loquitur itaque Paulus de veritate, quæ nobis naturaliter inſita eſt: neq; minus de illa, quam ſtudio noſtro adipiſcimur. Nam utraq; ea nos præclariſſima docet de Deo: nec injuſtitia quã admittimus, valet illam ex animis noſtris extirpare. Id tamen conati ſunt Academici docere: cùm contendunt, nil poſſe à nobis certò ſtatui: atque ita non

Injuſtitia quid Paulo.

Error Academicorum.

F patiuntur, ut aliquid amplectamur, quaſi de ejus veritate ſecuri: ſed omnia tanquam incerta & dubia volunt nos habere. Nec ſecus Epicurei conantur ex animis delere ea, quæ naturali anticipatione de Deo animis noſtris impreſſa ſunt. Et tamen neutri horum valuerunt efficere, quod nitebantur. Manent enim, velint, nolint, hæc vera in animis hominũ, ſed, quod eſt dolendum, in injuſtitia detinentur.

Epicureorum error.

11 Rogaveris forſitan, qui fiat, ut veritas, quam habemus ex fide, fortior ſit ad erumpendum in actum,

An veritas fortior ſeipſa, ut per fidem apprehenſa, & ut naturaliter inſita.

G quàm veritas naturaliter percepta. Hoc ſanè minimè ex eo provenit, quòd una veritas per ſeipſam, & ſeorſim accepta fortior ſit altera. Eandem utrobique naturam habet: cæterùm diſcrimen ex medio, ac inſtrumento provenit, quo illa percipitur. Vires naturæ corruptæ ſunt, infirmæ, ac vitiatæ per peccatum: ideóque veritatem quam apprehendunt, nõ habent efficacem. At fides conjunctum habet divinum afflatum, & vim Spiritus ſancti: ideo efficaciter verum apprehendit. Diverſitas ergo non eſt in ipſa veritate,

Diverſitas nõ eſt in ipſa veritate, ſed in medio quo apprehenditur.

H ſed in medio, atque inſtrumento, quo illam amplectimur. Hinc eſt, quòd ibi mutamur: at hic manemus iidem, qui prius fuimus. Cujus rei teſtimonium habemus luculentum in Evangelio: Propoſuit Chriſtus juveni, quid agere deberet ad ſalutẽ conſequendam: quo ille audito non eſt adductus, ut cederet: verùm abiit triſtis. Naturalibus viribus nitebatur: ideo quæſivit à Domino, quidnam agendo poſſet æternam vitam conſequi. At contrà Matthæus, audita vocatione, tanta fide illam apprehendit, ut relictis

Matt. 19. 22.

Matt. 9. 9.
Luc. 19. 6.

I. pecuniis & telonio, ilico ſequutus ſit Chriſtum. Et Zachæus, qui fuerat alioqui cupidiſſimus lucri, cùm audiviſ-

audiviſſet à Domino, quòd vellet ad eum divertere, non ſolùm alacri animo eum ſuſcepit in domo ſua, verùm etiam ſtatim ſe obtulit ad diſtribuendum pauperibus dimidium bonorum ſuorum, & ad reddendum quadruplum illis, quos ante defraudaſſet. Totum ergo diſcrimen in facultate conſiſtit, qua veritas apprehenditur. Quod non debet in eam partem accipi, quaſi ſtatuamus, non revelari nobis plura per ſcripturas, cùm novas, tum veteres, quàm cognoſcamus per naturam. Tantum collationem fecimus inter veritatem eandem, quando naturaliter agnoſcitur, & quando fide percipitur.

Longe plura per ſcripturas nobis revellatur quàm cognoſcamus per naturam.
Exo. 33.10.
Rom. 1.20.
1. Cor. 1.21.
Gen 1. 1.
Ex præfa. in Geneſin.
Tribus rationib. Deus cognoſcitur.
Hebr. 11.3.
Quomodo Deus ex mundi fabrica cognoſcatur.
Quanti momenti ſit creationem mundi credere.

12 Tribus autem rationibus cùm à nobis Deus poſſit agnoſci, prima reiicitur in aliam vitam, quam cùm Moſes cuperet, illi dictum eſt, non videbit me homo, & vivet. Secundæ meminit Paulus ad Romanos: Inviſibilia Dei, &c. Poſtremò fide illum intelligimus: cujus ſæpe habetur mentio. Sed 1. ad Corinthios ambæ conferuntur & altera oſtenditur parum utilis ſicuti demonſtratum fuerat ad Romanos. Dum vero in Geneſi, nobis exponit Moſes mundi fabricam, res oſtendit unde elicere poſſumus inviſibilium Dei notitiam. Sed innititur hæc via prorſus fidei: niſi enim Dei verbis credamus, nihil aſſequemur. Unde ad Hebræos, Fide intelligimus aptata fuiſſe ſecula. Contemplationis igitur creaturarum, addatur ſemper vis fidei, ſi nolumus operam ludere & noſtro damno exerceri. Cæterùm, tanti eſt momenti ut fide hanc mundi fabricam complectamur, ut hinc fidei ſymbolum habeat ſua exordia: hoc ſiquidem ablato, nec primum extabit peccatum, promiſſiones de Chriſto corruent, omnis religionis vis peſſundabitur. Cúmq; omnes fidei articuli, quædam ſint noſtræ pietatis theſes ſive principia, inter omnia hic ordine cenſetur primus: quem cum ex Dei revelatione diſcere nos oporteat, ut & alios omnes, non ex Satanæ figmentis aut hominum præceptis: prius nobis de iis omnibus dicendum eſt, quam ad creationem ipſam accedamus.

CAPUT III.

De Prophetia. Ex 1. Sam. cap. 19. verſ. 23.

Quæſtionis diſtinctio.

QUUM ergo Deus per prophetiam voluerit hominibus innoteſcere, non alienum putavi, ſi de ea re pauca dicerem. Id ut paucioribus verbis, & apertius poſſim facere, primum expediam nomen Prophetiæ, deinde cauſas, & poſtea definitionem, poſtremò proprietates & effecta.

De nomine Prophetiæ. Inf. claſſ. 4. cap. 1. ſect. 8.

1 Quod ad nomen attinet, Propheta Hebraice dicitur *Nabi*, à verbo *Bo*, quod eſt venire, & eſt in conjugatione paſſiva niphal. Kimhi interpretatur prophetiam, facultatem quandam à Deo receptam. Prophetæ enim patiuntur afflatum quendam & inſtinctum à Deo. Significat etiam vox ea interdum, interpretem aut nuntium. Dicitur etiam Propheta Hebraice interdum *Roe* interdum *Chozé*, interdum *iſch Elohim*, id eſt, vir Dei: ut 1. Sam. cap. 9. & 1. Paral. cap. 29. Græce dicitur προφήτης à προφημὶ, prædico, aut ut alij malunt, à προφαίνειν, quod eſt oſtendere: unde apud Latinos templa dicuntur phana: &, ut Feſt. Pompeius putat, Antiſtites prophanorum, appellabantur Prophetæ. Erant etiam alij ὑποφῆται qui majoribus Prophetis inſerviebant. Dicebantur etiam apud Græcos μάντεις ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, ut apud Latinos furentes dicuntur fanatici. Dicebantur etiam ἐνθουσιασταὶ à θειάζειν, quod eſt incitare & impellere. Latinè dicebantur, Vates à fando, ut quidam putant, etſi fuerint, qui aliter ſenſerint. Is eſt Propheta, qui incitatus Spiritu prædicit futura.

1. Sam 3.10.

Cauſæ Prophetiæ.
Actor. 5.1.
2. Reg. 5.26.

2 Iam, ut de cauſis quoque aliquid dicamus, verſatur Propheta in rebus divinis & arcanis. Videt autem interdum præſentia, ut Petrus de Anania & Sapphira: & Elizæus de Giezi, Nonne ſpiritus meus præſens tecum fuit? Interdum præterita, ut Moſes de creatione orbis: Nam de futuris, non poteſt cuiquam eſſe dubium. Et qui exponunt aliorum Prophetias, illi quoque ſunt Prophetæ. Nam ita Aaron dicebatur Propheta Moſis apud Pharaonem: & interpretes divinarum literarum dicebantur Prophetæ. Pertinet etiam ad munus Prophetæ, orare Deum. Itaque

Exod. 7.1.
Materia.
Prophetia verſatur circa præſentia, & præterita & futura.

A Paulus ait, Omnis vir orans aut Prophetans, &c. Et Deus in Gen. reſpondet Abimel. de Abrahamo, cùm ejus uxorem ſurripuiſſet; Redde illi uxorem ſuam: eſt Propheta, & orabit pro te. Et Paulus 1. ad Cor. 14. latius extendit munus prophetandi. Cùm convenitis, inquit, unuſquiſq; veſtrùm habet hymnũ, doctrinam, revelationem, interpretationem: omnia ad ædificationem fiant. Poſſunt etiam hymnos, & gratiarum actiones componere, & hortari populum. Paulus B enim ait, Qui prophetat, loquitur doctrinam, exhortationem, conſolationem. Pertinet hæc facultas ad mentem, & ad vim intelligendi. Differt autem Propheta à Sacerdote, quòd Sacerdos non tantùm hortari debeat & docere, & conſolari, verumetiam adminiſtrare ſacra, quod Propheta non poteſt. Deinde Sacerdotes ſemper erant ex tribu Levitica: Prophetæ etiam ex aliis. Adhæc, Sacerdotes errare potuerunt, & errabant ſæpe: Prophetæ autem veri, quatenus quidem Prophetæ erant, non potuerunt errare. C Addebant quidem aliquid interdum nõnihil de ſuo: ſed in eo non erant Prophetæ. Poſtremò, Sacerdotes ſucceſſione tantum eligebantur, & obtinebant ordinarium miniſterium: Prophetæ verò pro arbitratu Dei, extraordinaria ratione mittebantur.

1. Cor 11. 4.
Gen. 20. 7.
1. Cor. 14. 27.
Orandi munus prophetæ incumbit.
Ibid. v. 3.
Verbi interpretes prophetæ.
Prophetæ à Sacerdotib. quid differãt.

3 Forma eſt, revelatio Dei. Nam qui cauſas naturales & artes ac ſcientias explicat, non eſt Propheta. Atque ita Propheta diſtinguitur à Doctore. Nam Doctores, etſi inſtructi ſint donis Dei ad docendum, ad hortandum, ad conſolandum: tamen ea exercitio, D inſtitutione, ſtudio & labore comparant. Prophetæ verò non alia ratione inſtituuntur, quàm ſola revelatione Dei. Prophetas hodie in Eccleſia, qui ita ſint θεοδίδακτοι, etſi fortaſſe ſint aliqui, tamen non arbitror eſſe multos. In primis autem initio naſcentis Eccleſiæ, Deus multos Prophetas excitavit. Nam cùm homines converterentur ad Chriſtum ab Helleniſmo, & eſſent prorſus rudes atque imperiti ſacrarum literarum, neceſſe erat, ut Deus illis ſuccurreret hujuſmodi revelationibus. Nunc poſtquã omnia abun- E dant libris & doctoribus, nihil opus eſt ſubſidio Prophetarum. Nam Iudæi tantùm ſpectabant Chriſtũ venturũ: ille jam venit: quare nihil opus eſt aliis Prophetis. Deinde illi non ita inſtructi erant ſacris literis. Legem enim ab initio habebant: præterea nihil. Venit poſtea Samuel & alij Prophetæ, qui omnia compleverunt. Nunc ſatis ubique ſcripturarum. Poſtremò illi ſemper erant curioſi rerum futurarum, & propenſi ad idololatriam. Itaque ne ſe conferrent ad Magos & Ariolos, Deus pollicitus eſt, ſe illis daturum F Prophetam ex ipſorum fratribus. Hoc Petrus per ἀντονομασίαν vere traduxit ad Chriſtũ. Sed revera Deus ſemper curavit, ne illis deeſſet Propheta aliquis ex ipſorum numero. Noſtris autem temporibus craſſa illa idololatria ſublata eſt. Chryſoſt. in Geneſin ait, hominum peccata effeciſſe, ne hujuſmodi rarior & ſubtilior ſpiritus, poſſit in nobis habitare. Ea ratio me non multum movet. Nam cùm populus graviſſimè peccaret, Deus ſemper excitavit Prophetas. Finis prophetiæ eſt, ut Paulus ait, ad ædificationẽ, hoc eſt, G ut adducamur ad felicitatẽ ſempiternam. At illa non percipitur humano judicio: neq; enim eam aut oculus vidit, aut auris audivit. Quare neceſſe eſt, ut abſtruſiore ratione indicetur à Prophetis: At illi patefacere eam non poſſent, niſi ipſi intelligerent: nec intelligerent unquam, niſi admoniti interiori ſpiritu Dei. Nam alioqui ea, quæ ſuperant naturam, non minus ignorarent, quàm alij homines.

Forma prophetiæ.
Prophetæ & Doctores quid differãt.
Naſcente Eccleſia plures prophetæ quam nunc. Infr. Sect. 13.
Deut. 18. 15.
Act. 3.22.
Chryſoſt.
Prophetiæ finis.

4 Iam verò ſpiritus ille, quo incitantur, modò bonus eſt, modò malus. Nam ut Deus ædificat Ec- H cleſias per Prophetas, ita Diabolus Dei ſimius eaſdẽ per Prophetas evertit. Nulla unquam hæreſis magis jactavit prophetias, quàm Montaniſtæ. Illi enim Priſcam ſuam & Maximillã divites & opulẽtas mulieres, habuerunt loco prophetidum. Idololatræ quædam vera prædixerunt, eaque cum falſis miſcuerunt, quò facilius deciperent. Sed cur permiſit Deus, inquies, ut illi vera loquerentur? Auguſt. 14. de Trinit. reſpondet, Quoniam erant, & peccata, & pœnæ peccatorum. Illi autem meriti erant, ut traderentur menda- I ciis & efficaciæ erroris, ut Paulus ait ad Theſſ. Et Deus ait, Si ſeductus fuerit Propheta, ego Dominus ſeduxi eum. Et Auguſtinus contra Iulian. Dæmones inquit,

Efficiens cauſa.
Prophetæ incitantur à bono & malo ſpiritu.
Cur permiſerit Deus ut vera prædicant.
2. Theſſ. 2. 11.
Ezech. 14. 9.

Digitized by Google

A dicunt vera etiam de Chriſto: quia Deus vult omnibus modis conſervare veritatem ad conſolationem piorum, & ad impiorum condemnationem. Sed hujuſmodi jam malefici ſublati ſunt à principibus, ut apparet in Cod. de Maleficis & Mathematicis. Quanquam ne quis erret, non appellantur ibi Mathematici, qui ex aſtris aut ſpeculatione cauſarum naturalium prædicunt aliquid, ſed qui curioſas artes & excantationes venditabant ſub nomine Mathematicorum. Quod genus hominum, Conſtantinus jubet ignibus cremari.

Mathematici qui.

B Spiritus verò bonus inſeritur à Deo: quem Ethnici, cùm non noſſent, appellabant furorem & alienationem mentis. Plato in Phœdro & Ione ait, Poëticum eſſe furorem, alium myſticum, alium quo prædicuntur futura, alium divinum. Iam de origine Prophetiæ, quod ad tempus attinet, certum eſt, eam primum fuiſſe in Adamo. Eius enim eſt illud, Hoc nunc os ex oſſibus meis. Deinde prophetavit Enoch ſeptimus ab Adamo, quemadmodũ ſcribitur in Epiſtola Iudæ.

Furor propheticus.
Origo prophetiæ.
Gen. 2. 23. & 24.

C Illis poſtea ſucceſſit Moſes & Samuel. Sed dices, Si ita eſt antiqua prophetia, cur Petrus in Actis ita loquitur, Scriptum eſt in Prophetis, & deinceps? Reſpondeo: Petrus primum mentionem fecerat de Moſe. Deinde facit Samuelem caput Prophetarum, quòd ille plurimum propagaſſet ordinem propheticum. Poſtremò, quod nihil extet ſcriptum ab aliquo Propheta ante Samuelem.

Act. 3. 2.
Samuel caput prophetarum.

5 Definitio quidem prophetiæ proponitur à Chryſoſt. in illa verba Eſaiæ, Vidi Dominum ſedentem, Hom. 10. paulò craſſior.

Prophetiæ definitio à Chryſoſt.
Factis prophetare.

D Prophetia, inquit, nihil aliud eſt, quàm enarratio futurorum. Et in prologum Pauli ad Rom. ait, Sanctos viros non tantum ſcriptis & verbis, ſed etiam factis prophetaſſe, ut Abrahamum in ſacrificio filij: & Moſen in ſerpente æneo: populum totum in comedendo Paſcha. Sed plenior definitio erit: Prophetia eſt facultas à ſpiritu Dei collata certis quibuſdam hominibus, citra inſtitutionem, qua divina, ſublimia, & arcana poſſint certò cognoſcere, & aliis exponere, ad ædificationem

E eccleſiæ. Hic genus eſt facultas: ea referri poteſt ad naturalem potentiam, non quòd vis ea ſit naturalis, ſed quod homines efficiat idoneos, ut potentia naturalis facit, qua poſſint certo cognoſcere. Id idcirco adjeci, quoniam qui ea dicunt, quæ ipſi non intelligunt, furioſi potius ſunt, quàm Prophetæ. Reliquæ partes definitionis facile intelligi poſſunt ex illis, quæ diximus de cauſis.

6 Sed non omnibus Prophetis cœleſtis afflatus communicabatur, eodem modo. Alij enim plus videbant, alij minus.

Prophetarum gradus.
Moſis & Ioannis Baptiſtæ collatio.
Num. 12. 6.
Deut. 34. 10.

F In lib. Num. 12. Deus ait ſe aliis Prophetis aliter atq; aliter ſeipſum inſinuaſſe, Moſi autem ſe obtuliſſe ore ad os, & facie ad faciem. Et ad finem Deut. ſcribitur, poſt Moſen nullum unquam ſimilem Prophetam extitiſſe. Quod etiam intelligendum eſt ante adventum Chriſti: Nam alioqui Chriſti ipſius teſtimonio, Ioannes Baptiſta vicit Moſen. Inter enim natos mulierum, inquit, non ſurrexit major Ioanne Baptiſta. Alij enim Chriſtum aliquando venturum prædixerunt: Ille præſentem, & inter homines verſantem digito indicavit.

G Poſſumus etiam pingui quadam Minerva, Prophetiarum gradus ita diſtinguere: ut aliud appellemus oraculum, aliud ſomnium, aliam viſionem. Oraculum eſt, cum voce ipſa Dei exponitur, quid ſit faciendum. Ita Abrahã admonitus eſt cœleſti voce ne mactaret filium ſuũ. De ſomniorum autem ratione, nihil opus eſt exemplis. Ea enim ubique obvia ſunt in ſacris literis. Viſio poteſt eſſe triplex: vel ut infuſo lumine, & ſimplici intelligentia vera cernantur: vel ut præter illud lumen imagines etiam deſcribantur:

Oraculum.
Somnium.
Viſio.
De his fuſius huius Claſſis c. 4.

H idq; vel in mente, quale eſt quod Zacharias vidit cornua, & candelabra, & Hierem. ollam: vel in oculis, quale eſt, quod in Daniele articulus conſpectus eſt in pariete, quódque Angeli conſpecti ſunt cum hominibus colloquentes in humano corpore. Sunt etiam in prophetiis diſcrimina temporum. Aliæ enim erant ante Legem, ut Abrahami, Noah, Enoch, Adami. Aliæ in Lege, ut Moſis, & aliorum: aliæ in Euangelio; ut multorum ſanctorum virorum in primitiva Eccleſia.

Zach. 1. 18. & 4. 4.
Ierem. 1. 13.
Dan. 5. 5.
Prophetarum diſcrimen ſecundum tempora.

I Nec mulieribus quidem Deus invidit hoc donum. Legimus enim fuiſſe Mariam, Deboram, Oldam & alias mulieres propheciſſas. Et à principio primitivæ

A Eccleſiæ, erant filiæ Philippi, & aliæ ſanctæ mulieres, quæ prophetabant. Et Paulus ait, Mulier orans aut prophetans, tegat caput ſuum. Sed hic obiter occurrit non levis ſcrupulus. Nam ſi illo tempore fas erat mulieri orare & prophetare publice, quomodo monet Paulus ad Cor. & ad Tim. ne mulier loquatur in Eccleſia? Hæc etſi videantur nonnihil inter ſe pugnare, multis tamen modis poſſunt conciliari. Quidam putant, mulierem dici à Paulo orare &

Quomodo mulieres prophetent cùm prohibeantur loqui in Eccleſia.
1. Cor. 11. 5.

B prophetare, cùm interſit & audiat publicas preces & prophetias Eccleſiæ, quibus vir aliquis doctus & ſanctus præſit. Alij putant, duos errores ſtatim ab initio irrepſiſſe in Eccleſiam Corint. alterum, ut mulieres publice prophetarent: alterum, ut id capite etiam aperto facerent. Et priorem quidem errorem putant Paulum refutaſſe 11. c. ad Cor. alterum verò in 14. & in 2. ad Timot. Atque ita Paulum omnino prohibere utrunque in cœtu fieri. Alij verba illa Pauli intelligunt de miniſterio ordinario.

1. Cor. 14. 34.
1. Tim. 2. 11.
1. Cor. 11. 5.

C Illud enim nullo modo permittendum eſſe mulieri: Extraordinaria verò ratione licere interdum mulieri prophetare: ut Mariæ, Deboræ, Oldæ, & illis, de quibus ante diximus. Id ſi quando accidat, aiunt Paulum monere, ut mulier ſit tecto capite. Alij putant, mulieres vetari à Paulo, ne prophetent publicè: id autem licere privatim, modo operiant capita. Sed quicquid eſt, non eſt tanti. Nos hoc tantùm docere volumus, Deum interdum hanc facultatem communicare mulieribus.

D 7 Sed inprimis cavere debent Prophetæ, ne quid aut corrumpant, aut addant, aut imminuant. Quidam enim interdum accepto divino lumine, addunt preterea aliquid de ſuo. In Act. quidem ſancti viri illuſtrati ſpiritu Dei dixerunt, multa gravia impendere Paulo Hieroſolymis. Atque id quidem vere: ſed alia illi de ſuo addiderunt. Authores enim erant Paulo, ne ſe conferret Hieroſolymam. Nam id à Spiritu ſancto non acceperant. Non ita gerere ſe debent Prophetæ boni.

Prophetæ nihil oraculis addant aut adimant.
Act. 21. 4. & 10.

E Nam ſi ſuam prudentiam miſcere velint cum oraculis Dei, facile & ipſi falli poſſunt, & alios in errorem inducere. Adhæc, cavere debent, ne ſe pecunia aut gratia corrumpi ſinant: quod legimus feciſſe Balaamum. Qui enim ita faciunt, inquit Hieron. non Prophetæ ſunt, ſed divini: ut Dialectica, ſi erroribus & fallaciis corrumpatur, non amplius Dialectica eſt, ſed Sophiſtica. Nam qui mercede conduci poſſunt, ut loquantur ad gratiam, idolorum potius divini ſunt, quàm Prophetæ Dei: & ſi

Non patiãtur ſe corrumpi gratia & muneribus.
Num. 22. 21.

F functionem aliquam gerant in Eccleſia, facilè auditores ſuos inficient erroribus: atque ita utrique præcipitabuntur in foveam. Danda etiam eſt illis opera, vt vita & motibus authoritatem concilient verbo Dei. Id quidam ſitum eſſe putant in veſtibus, & imitari volunt Eliam, & Ioannem Baptiſtam, & pilis camelorum veſtiri, & cingi zona pellicea. Id autem illi fecerunt admonitu & inſtinctu Dei, vt admiratione ſui populum ad Deum traherent. Alij autem contra, volunt luxu & voluptatibus diffluere: quod in Eccleſiaſtica hiſtoria ſcribitur de Priſca & Maximilla.

Vita conciliet authoritatem doctrinæ.
2 Reg. 1. 8.
Matt. 3. 4.
Stulta Eliæ & Ioannis imitatio.
Priſca & Maximilla fucata.

G Illæ enim fuco vtebantur, & omni genere mollitiei. Quare media quędam ratio adhibenda eſt. Vtrinque enim peccari poteſt, & in luxu, & in ſordibus.

8 Sed dices, cùm ſint Prophetæ alij boni, alij mali, qua nota diſtingui poſſunt iſti ab illis? Non certè veſtibus, aut habitu corporis. Aliæ quędam certiores notę ſunt, quę nobis proponuntur in Scripturis. Deus in Deut. ait, iſta duo eſſe certa argumenta boni Prophetę, primum ſi populum non abducat ad Idololatriam, & alienos deos: deinde, ſi quicquid prædicat, certo eveniat.

Quomodo boni prophetæ à malis diſtinguantur.
Deut. 13. 1. & 18. 21.
Infra. cap. 5. ſect. 10.

H Horum alterum de idololatria, indubitatum & certum eſt. De altero vero nonnihil dubitari poteſt. Interdum enim veterum Prophetarum prædictiones non eveniunt. Eſaias prædixit, Ezechiam Regem ex eo morbo quo laborabat, moriturum: Et Ionas Ninivem civitatem 40. diebus interituram: Neutrum tamen horum, vt prędictum eſt, accidit. Hic reſponderi poteſt, Iſtas non tam prophetias fuiſſe, quàm comminationes: & Prophetas illa prævidiſſe effecta, vt erant in cauſis.

Veræ Prophetiæ nonnunquam eventu carent.
Eſa. 38. 1.
Ion. 3. 4.

I Mutatis autem cauſis nihil eſſe abſurdi, ſi effecta mutata fuerint, & ea cauſa Prophetas argui non poſſe mendacij. Locum autem illum Deut. intelligendum eſſe non de

1. Sam. 10. 1.

commi-

Digitized by Google

Iud.6 36.
In 1. Sam. 2. 34. & in 1 Reg. 13. 17. & inf. Claſ 4. cap. 4. ſect. 1.

comminationibus, ſed de alijs prophetijs: quale eſt quod Samuel prædixit Sauli, illum obuios habiturum duos viros in itinere, & ab illis accepturum panes: & deinde occurſuros illi cunctos Prophetarum: quale etiam erat, quod Gedeon accepit de vellere ſicco & compluto: quódque Mariæ prædictum eſt, eius cognatam Elizabetham fore gravidam. Alias notas Chryſoſt. annotavit in 12. caput prioris ad Cor. in illa verba, Cùm eſſetis Gentes, ἄγεσθε ἀπαγόμενοι ad muta ſimulachra, ibi ait, vates Idolorum duo habuiſſe certa indicia. Primùm enim afflati ſpiritu malo, indecoris motibus jactabantur, vt ſolent arreptitij: deinde, ipſi ſe, quicquid dicerent, non intelligebant. Et in eam ſententiam citat Platonis teſtimonium: præclara quidem eos dicere, ſed ſeipſos non intelligere. Iuſtinus Martyr, in Serm. contra Gentes ad finem, ait hæc verba eſſe in Dialogo Platonis, quem inſcripſit Menonem: quod Chryſoſt. non adſcripſit. Duo tamen addit, quæ videntur inter ſe pugnare. Laudat enim Sibyllas, quaſi illæ divino ſpiritu incitatæ loquutę fuerint, quaſique illarum prædictiones, præludia quædam fuerint ad lectionem noſtrorum Prophetarum. Carmina autem illarum, corrupta ait fuiſſe à ſcriptoribus. Eas enim ſedato impetu, cum ad ſe redijſſent, oblitas quid dixiſſent, non potuiſſe ea corrigere. Atqui id veriſimile non eſt, ſi afflatæ fuerint ſpiritu Dei. Primum Chryſoſtomus ait, dæmonum ſacerdotes agitari ſolitos parum honeſtis motibus. Et citat veterem Poëtam, in quo iſta ſcribuntur: [illegible] Cuiuſmodi etiam illud eſt apud Vergilium:

Chryſ. Vates diaboli furebant.
1.Cor. 12.
Iuſt. Mart. Plato.
De Sibyllis.
Vatum profanorum obſcœni motus.

Bacchatur que furens, magnum ſi pectore poſſit
Excuſſiſſe Deum: Tantò magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.

9 Sæpe etiam diabolus vates ſuos adigit ad ſuſpendium: ut Priſcam & Maximillam, de quibus diximus. Ita Baalis ſacerdotes ſeſe confodiebant lanceolis, & Galli Cybeles ſeſe cruciabant. Et addit Chryſoſtomus de Pythia, ſolitam eam ſedere in tripode, & per pudendas corporis partes diabolum admittere, & ex illis ijſdem partibus oracula reddere. Nec mirum: Eſt enim tyrannus, efficitque, ut homines ſeſe deformiter gerant, & quid dicant, aut agant, ipſi neſciant. At Spiritus ſanctus longe aliter regit ſuos. Imò, inquies, Deus quoque interdum cogit ſuos. Nam Moſes, Ionas, Hieremias oblatam provinciam deſugiebant: inviti tamen coacti ſunt, ut Prophetarent. Certum eſt, ſanctos illos viros primùm reſtitiſſe: poſtea tamen perſuaſos à Spiritu ſancto, munus oblatum ſuſcepiſſe. Non enim ita adducti ſunt ad obeunda iuſſa Dei, quaſi aliquid fecerint inviti. Diabolus autem ſuos vi cogit & rapit, & linguam illorum incitat, & oculus torquet, & totum corpus fœdiſſimè agitat. Quod ad alterum attinet, dices, Caiapham imprudentem prævidiſſe, quę neſciret, quòd eſſet pontifex anni illius: Et Nebucadnezarem & Pharaonem ea prædixiſſe in inſomnijs, quæ ipſi non intelligerent. Reſpondeo, fuiſſe illas non plenas Prophetias, ſed tantùm inchoatas. Nam in definitione diximus, oportere Prophetam & intelligere, & explicare poſſe prædictiones ſuas. Dantur enim ad uſum Eccleſiæ, qui ſine intelligentia nullus eſt. Quod ad tertium attinet, dices etiam, Saulem totum diem, totámque noctem nudum jacuiſſe. Reſpondeo, humanam carnem perterreſieri & debilitari præſentia numinis: tamen Spiritum ſanctum non corrumpere naturam, nec humanum corpus deformiter jactare. Vires quidem humanæ ad tantam majeſtatem debilitantur & cadunt. Ita enim Daniel, ita Ioannes in Apocalypſi ad terram collapſi ſunt, & Petrus, Ioannes, Iacob, conſternati transfiguratione Chriſti ceciderunt. Et Balaam appellat ſe virum cadentem apertis oculis. Non tamen ad motus inhoneſtos & turpes adiguntur. Quod Paulus ait, Spiritus Prophetarum ſubjecti ſunt Prophetis, id adiecit, ne Prophetæ inter ſe tumultuarentur, néve ſeſe mutuò impedirent, néve quis diceret, ſe non poſſe expectare alterum. Paulus addit aliam etiam notam eodem loco. Nemo, inquit, poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi Spiritus Dei: &, Nemo in Spiritu Dei loquens dicit Anathema Ieſum. Hæc certa argumenta ſunt Prophetæ, & boni & mali. Non tamen ſatis eſt confiteri verbis Dominum Ieſum: oportet id etiam in vera fide fieri. Auguſtinus in Commentarijs inchoatis in epiſt. ad Rom. Sunt, inquit, qui verbis profiteantur Deum, factis autem negent. Quare qui veram de Deo fidem profitetur, eámque factis & moribus exprimit, haberi debet pro vero Propheta. Quanquam diſſimulare non debemus, malos etiam viros interdum vera prædicere: quales illi ſunt, qui in extremo illo die dicturi ſunt, Nónne in nomine tuo dæmones eiecimus, & miracula multa fecimus? In univerſum ſic poſſumus ſtatuere, quicunque confitetur Chriſtum Ieſum, quibuſcunque ſit moribus, modò ne nos abducat à fide, eum habendum eſſe pro Propheta Dei. Deus enim etiam malorum miniſtrorum opera uti poteſt in proferenda gloria ſua, modò illi ſe contineant intra præſcriptum fidei: hoc enim eſt, dicere Chriſtum Ieſum. Nam Auguſtinus in Epiſtolam Ioannis ait, illud nomen Chriſti eſſe nodum, quo omnes articuli fidei continentur. Nam qui Chriſtum confitetur eſſe filium Dei, neceſſe eſt, ut confiteatur Patrem, Spiritum ſanctum, Chriſtum natum, paſſum, mortuum, ſepultum, reſuſcitatum, ſublatum in cœlum. Paulus ad Theſſal. Omnia, inquit, probate: quod bonum eſt tenete. Paulo ante monuerat, ne Prophetæ contemnerentur: poſtea ſubiecit, ut illorum dicta cum judicio expenderentur. Quidā enim ſi quid fortè audiant futiliter dici pro concione, ſtatim contemnunt & repudiant omnia. Alij omnia promiſcuè recipiunt ſine delectu. Paulus monet media via inſiſtendum eſſe. Omnia, inquit, probate: quod bonum eſt, tenete. Erat tum in Eccleſia diſcretio ſpirituum, quæ nunc, aut nulla, aut rara eſt: populum tamen oportet precibus à Deo contendere, ne à falſis doctoribus auferatur à veritate. In ferendis tamen ſuffragijs curare debet, ut miniſter optimus eligatur. Quoniam autem interdum bonus etiam dormitat Homerus, eius dicta probanda & examinanda ſunt ad verbum Dei & articulos fidei. Commune autem eſt prophetiæ cum alijs donis gratuitis, ut gratis conferatur. Ita falluntur, qui putant eam comparari poſſe arte, aut induſtria, aut neſcio quibus purgationibus. Petrus enim ait, prophetiam non ab humana voluntate profectam eſſe, ſed ſanctos viros loquutos fuiſſe impulſu ſpiritus Dei. Et Paulus ait, Spiritum dividere omnibus prout velit. Arripit enim doctum, indoctum, puerum, armentarium: ut Amoſum Prophetam vellicantem ſycomoros. Tamen quod negari non poteſt, jejunio & precibus multum proficitur. Scimus enim Danielem multum ſeſe afflixiſſe, & abſtinuiſſe à menſa regia, & contentum fuiſſe leguminibus. Proſunt quidem iſta nonnihil, donum tamen prophetiæ non promerentur. At ſi latius intelligamus prophetiam, pro explicatione Prophetarum & verbi Dei, negari non poteſt, eam facultatem comparari uſu & doctrina. Itaque in eum uſum legimus fuiſſe inſtitutas ſcholas, in quibus erudirentur filij Prophetarum: & Elizęum cùm eſſet commotus, popoſciſſe pſaltem, ut ſe ad æquitatem animi revocaret.

Priſca & Maximilla vitam ſuſpendio finierunt.
An Deus ſuos prophetas cogat.
Exo.3. li. &c. Ion.1.3. Ierem.1.6.
An à Deo afflati neſciant quid dicant.
Ioan.11.49. Gen 41 1. Dan.2.1.
An neſciant quid agant.
1.Sam.19. 23. Homines perterreſieri Dei præſentia. Inf. C.p. 4. Sect. 16.
Dan.10.8. Apoc.1.17. Mat.17. 6. Num.24. 16. 1.Cor.14.32. 1.Cor.12.3.
Auguſt.
Mali quandoque vera prædicunt.
Matt.7.22.
Chriſti nomine omnes articuli fidei continentur. Auguſt. Prophetię probandæ.
1.Theſſ.5. 21. Ibid.v.20.
Prophetia gratis confertur.
2.Pet.1.21. 1.Cor. 12.11.
Am.7.14. Dan. 1.8.
Prophetia pro explicatione prophetiarum ſcholę prophetarum.
1. Sam.5.& 10. 2.Reg.3. 15.

10 Nunc de effectis prophetiæ dicemus paucis. Primum effectum eſt, ædificatio Eccleſiæ. Itaque Salomon ait 29. Prov. Cum auferetur prophetia, diſſipabitur populus, & otio, atque ignavia diſſolvetur. Prophetia enim populum continet in officio. Quare Paulus ait, Qui prophetat, loquitur doctrinam, adhortationem, conſolationem. Quod ſi quando ordinarium miniſterium, ut ſit, officium non faciat, Deus extra ordinem excitat Prophetas, qui res inſtaurent. Sed dubitari poteſt, an Prophetæ certò ſciant, vera eſſe ea, quæ prædicunt. Certè. Alioqui enim quomodo potuiſſet Abrahamus inducere in animum, ut mactaret filium, niſi certus fuiſſet de juſſu Dei? Certi ergo omnino ſunt, quatenus quidem Prophetæ ſunt. Id addo, quia, quatenus homines ſunt, errare & falli poſſunt. In Paral. David dicit Nathani, velle ſe exædificare templum domino. Tum Nathan Propheta quaſi probata Regis voluntate, Fac, inquit, quod bonum videbitur in oculis tuis. Poſtea tamen accepit oraculum, illud opus deberi Salomoni. Erravit ergo Nathan, ut homo: ſed Deus eum ſtatim revocavit. Hæc de effectis ſatis. Vnum tantùm addam, in Eccleſ. ſcri-

Prophetię effecta.
Prou.29.18.
1.Cor.14.3.
An Prophetę certi ſint de ſuis prędictionibus.
Gen.22.
1.Par.17 2.
Miracula an ſine prophetia.
Eccl.48.14.

ptum eſt, oſſa Eliſæi Prophetæ prophetaſſe: quòd excitatione hominis mortui teſtimonium dediſſent doctrinę Eliæi. Sed non eſt, ut illud factum prophetia dicatur, nam alioqui omnia miracula erunt prophetiæ.

De Prophetia adhuc ex Comment. In Gen. cap.20.

11 Cæterum videmus Abrahamum & Abimelechum tunc prophetaſſe, cùm Deus illis apparebat, non prout ipſis libuit. Vnde vis hæc non habitui, ſed præparationi ſive vt appellant diſpoſitioni in genere qualitatis eſt attribuenda, & lumen divinum quo tunc illuſtratur humana mens, potius eſt uti paſſio, quàm veluti paſſibilis qualitas, ut quod facilè removeri poſſit, ut lumē in aëre: non inſtat lucis in corporibus cœleſtibus, non ut pallor ex naturali corporis temperatura proficiſcens, ſed quemadmodum is eſt, qui perterrefacto animo exoritur. Quàm verò necessaria fuerit humano generi prophetia hinc non eſt difficile videre. Si homines ſervandi erant, neceſſe fuit vt juſtificarentur, juſtificamur autem ex fide, at fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei, at verbum nobis minimè proponitur, niſi Prophetis revelatum. Igitur tantum opportuna fuit prophetia, quantum nobis juſtitia eſt neceſſaria. Non eſt autem neceſſaria connexio inter prophetiam & fidem juſtificantem, ita ut Deo ſit amicus & juſtificatus, omnis qui prophetandi beneficium eſt conſequutus. Balaam ſcimus improbum fuiſſe, & nihilominus Prophetam. Et in Matthæo ſcribitur de quibuſdam malis quòd ſint Domino obiecturi, Nonne in nomine tuo prophetavimus? qui tamen audient, neſcio vos. Et hoc non eſt mirum, cùm idem contingat in Apoſtolatu, & in Euangeliſtis, ac alijs miniſtris Eccleſiæ. Iudas non fuit Deo gratus, & nihilominus Apoſtolus, & cum alijs miſſus ad prædicandum. Et de quibuſdam Paulus habet ad Philippenſes, quòd Chriſtum non bono animo prædicarent, ſed ut illi ſolummodo preſſuras excitarent: & Apoſtolus ſubdit ſe gaudere dummodo annuncietur Chriſtus, ſive per veritatem, ſive per occaſionem. Cur etiam ſit iſta non neceſſaria connexio, inter commemorata hæc quoque cauſa afferri poteſt, quia iſta in aliorum profectum & utilitatem conceditur à Domino, quemadmodum ſanationes, linguæ, & alia huius generis chariſmata. Et hoc divinæ bonitati minimè derogat, imo illam nobis magis indicat, qui intelligimus hinc, illum adeò eſſe bonum, ut etiam malis velit benè uti.

Prophetię neceſſitas.
Rom.10.17.
Prophetia & vera fides nō ſunt coniunctę neceſſariò.
Num.22.23.
Matt.7.23.
Phil.1.16.
Ibid.v.18.

12 Vſurpatur interdum hæc vox in ſacris literis pro interprete, ut Exod. 7. Aaron deſtinatur ut ſit propheta Moſis, id eſt, interpres eius coram Pharaone. Et prophetandi verbum invenies in primo Samuelis attributum Sauli, quando correptus ſpiritu Domini malo, inuſitata ac inſolita loquebatur, quodam ut Græci dicunt ἐνθουσιασμῷ. Filij verò Prophetarum, diſcipuli fuerunt magnorum & illuſtrium vatum, qui interdum cum Muſicis inſtrumentis & canticis ita in laudes divinas incitabantur, ut quædam loquerentur præter morem & priſtinam conſuetudinem, ita ut facilè pateret illos Domini ſpiritu agi. Et Deum, veterem populum ſtatuiſſe perpetuò regere miniſterio alicuius Prophetæ, apertè videri poteſt ex 18. Deuteronomij, cuius cauſam affert, cùm filij Iſrael non poſſent ferre eius aſpectum, poſtularunt, ut per Moſen eum illis ageret ne morerentur: quod eius poſtulatum adeò approbavit Deus, vt dixerit non modo ſe tunc id effecturum, verùm & poſt Moſen, ex fratribus eorum pollicebatur ſe velle excitare Prophetam, quem non minus atque Moſen ipsū tenerētur audire: quæ verba etſi primò de Chriſto intelliguntur, uti Petrus in Actis Apoſtolicis docet, tamen & ad illos faciunt, quorū opera Deus poſt Moſen moderatus eſt populo ſuo, divinorum verborum traditione: & iſtis tamdiu fuit datum inſtituere & docere populum de utilibus, donec Chriſtus adveniſſet, qui caput eſt & fons omnium Prophetarum, quo adveniente illi priores ceſſarunt: Lex enim & Prophetæ vſq; ad Ioannem. De illis igitur is locus intelligitur tanquam de umbris & typis. at de Chri-

Exod 7.1.
Prophetare pro interpretari.
1.Sam.19.24.
Filij Prophetarum.
Veteres ſemper Prophetam aliquem habuerunt.
Deut.18.15.
Acto.3.22.&7.37.

A ſto præcipuè, quo accedente, non fuit amplius opus illorum præſentia: jam enim illum habemus, quem ipſi prænunciabant, qui quamvis corpore abierit, ſuo tamen ſpiritu paracleto nobis adeſt, & Eccleſia hoc pacto regi poteſt.

13 Non tamen inficiamur in primitiva Eccleſia multos fuiſſe Prophetas. Apoſtolus enim Paulus dicit, in Eccleſia alios poſitos eſſe Apoſtolos, alios Prophetas, alios Evangeliſtas. Imò ipſe Paulus fuit Propheta, ut cuius Euangelium per hominem non fuit allatum, ſed ex mera revelatione Chriſti. Petrus quoque fuit Propheta, cùm intima cordis pervideret, vidit enim quid latenter egiſſent Ananias & Saphira. Agabus, filiæ Philippi, & præterea qui dixerunt Spiritum ſanctum ſibi loquutum, ut illi ſepararent Paulum & Barnabam. Sed hoc ideo factum eſt, tum quia ſignis debuit orbis ad Chriſtum cogi rudis alioquin his miraculis: ac potiſſimùm prophetia excitari poterant homines in Evangelij admirationem, quemadmodum factum fuit cùm Lex daretur Hebræis in monte Sina: tum etiam quia illi primi deſtinabantur ad Euangelium prædicandum, ad fundandas Eccleſias, non potuerunt humano ſtudio & induſtria addiſcere ea, quæ faciunt ad Chriſtianam inſtitutionem, ſpiritu ergo revelante iſta percipere debuerunt. Quare Prophetæ tunc maximè viſi ſunt neceſſarij, modo non item: jam enim Euangelium eſt divulgatum, & Eccleſia poteſt habere multos, qui adhibito ſtudio & diligentia ex patribus diſcere poſſunt, quæ faciunt ad Euangelij propagationem. Idcircò modo non eſt prophetia adeo neceſſaria, ſicut & ſanitatum gratia, cùm jam Eccleſia habeat medicos: non linguæ, quando jam Eccleſia eſt per omnes gentes propagata, & linguarum inter Chriſtianos ubique viget ſtudium: neque δυνάμεις tradendi diabolo ſceleratos, cùm in Eccleſia ſit armatus magiſtratus. Quamvis non eſt meo judicio negandum, adhuc in Eccleſia Prophetas eſſe, ſed non admodum claros, ut antiqui fuerunt. Eorum autem loco videntur ſucceſſiſſe doctores inſtructiſſimi ſacrarum literarum, qui hodie ſatis frequenter à Deo donati nobis ſunt. Quanquam ex ſacris literis non evinces huiuſmodi prophetas appellari, niſi prædixerint occulta afflati ſpiritu, non addita humana dicendi ſolicitudine: niſi velis Pauli verba priore ad Corinthios huc torquere, quod tamen neceſſario minimè probabis. Et Chriſtus quamvis dixerit in Eccleſia ſua, futura huiuſmodi dona, tamen non aſſeveravit perpetuò hoc eventurum, neque de iſta re ullas habemus promiſſiones, quod Chriſtus perpetuò ornaturus eſſet ſuam Eccleſiam iſtis chariſmatis.

Prophetę primitiuę Eccleſię.
Eph.4.11.
Gal.1.12.
Act.5.3.& 11.9. 10.& 13.2.
Petrus & Paulus Prophetę.
Prophetę nū minus neceſſarij.
Doctores non ſunt prophetæ.
1 Cor.14.
M 11.16.17.

CAPVT IV.

De viſionibus, ſeu quomodo & quantum Deus ab hominibus poſſit cognoſci. Ex lib. Iud. 6. cap. verſ. 22.

NVNC res ipſa commonefacit, ut nonnulla de viſionibus rerum divinarum, & quomodo quâtumque Deus ab hominibus poſſit videri, tradantur. Sed ne diſputatio vel methodo, vel ordine careat, diſtinctiones quaſdam præponam, quibus opus eſſe animadverto: Primum Dei notitia vel ſenſibus, vel intelligentiæ offerri exiſtimatur. Aut eam concedi putamus natura, ſeu prærogativa & revelatione, quæ ipſam naturam ſuperet. Adhæc notitia ſubſtantiæ, naturæ ac ipſius (ut ita dicam) eſſentiæ ab ea ſeparatur, quæ indiciis, teſtimoniis, argumentis, & ſignis divinæ præſentiæ conſtat. Poſtremo, ſermo habendus eſt, vel de illa quæ noſtræ huic vitæ convenit, vel de ea tantum quæ poſt hoc ſeculum expectatur. Ordiar itaque à ſenſibus, & de notitia eorum ſic ſtatuo: Dei naturam, ſubſtantiam, & eſſentiam non attingi ſenſibus: Ea quippe cum Deo cognationem non habent, quæ ſenſibus percipiuntur, ſed ab eo immane diſtant. Vtque id quod eſt dicatur, qualitates, quæ ſunt certi generis, & accidentibus adnumerantur, ſenſuum notitiam excitant. Iis autem cùm Deus, qui ſimpliciſſimus eſt, minimè ſubjaceat, à ſenſibus cognoſci non poteſt. Atque id verum eſſe,

Supra, c.3. Sect. 6.
Diſtinctiones quæ faciunt ad quęſtionē propoſitam.
Natura Dei ſenſu non cognoſcitur.

Digitized by Google

rum eſſe, certo experimento intelligitur, quod ex a- A
nimo ſuo quiſque ſumit: certiſſimum enim eſt, nemi-
nem ſenſu illum percepiſſe. Antropomorphitæ
nihilominus ſenſibus cognoſci Deum ſibi perſuaſe-
runt, ut qui numini corpus humanum attribuerint:
ſed eorum opinio eſt prorſus exploſa. Teſtatur ſi-
quidem Scriptura, Deum Spiritum eſſe, eadémque
inter ſpiritum & corpus non obſcurum diſcrimen
ponit, dum Servator noſter inquit: Palpate & videte,
quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet. Nemo B
autem eſt qui non intelligat humanum corpus & e-
ius membra, citra carnem & oſſa minimè poſſe con-
ſtare. Iſtorum deinde ſtultitia inde apparet, quòd
nullum corpus repertatur, quod omnibus modis
purum & ſimplex exiſtat: nam ut æquabile ſit quan-
tum volueris, ſaltem partes habet, ex quibus com-
ponitur. Omnem verò compoſitionem cum Dei
natura pugnare, vel Ethnici Philoſophi deprehen-
derunt.

Anthropomorphitarum error.
Ioan. 4. 24.
Luc. 24. 39.

2 Sed Anthropomorphitis relictis, de quibuſdam C
aliis dicendum eſt, quos Auguſtinus in Epiſtola ad
Paulinam, de Vidēdo Deo commemorat. Ii, quem-
admodum Scripturę teſtantur, & orthodoxa fides
confitetur, Deum credunt ſimpliciſſimum omnino
eſſe, ac eundem corpore carere. Sed beatorum oculis,
in ea beatitudine quam expectamus, eum infician-
tur poſſe videri. Atque ideo nos decipi aiunt, quòd
ſtatum futuræ vitæ ex iis prorſus metiamur, quæ hîc
fieri ac uſuvenire animadvertimus. Quare, inquiũt,
licet oculi corporis noſtri hebetes, non valeant hîc D
Deum, Angelos, aut ſpiritus videre, attamen felicita-
te corroborati, non quidem natura ſeu vi propria,
eos conſpicient, ſed viſus aciem adeò habebunt il-
luſtratam, ut vel ad ipſam Dei eſſentiam pertingant.
Errãt ii fortaſſe minus quàm Anthropomorphitę, ſed
tamen errant. Quia utut oculi noſtri eùm in patria
erimus, confirmandi ſint, oculi tamen etiam tunc
manebunt, & corporei oculi erunt: quamobrem ſuo-
rum obiectorum genus & latitudinem non exce-
dent. Vehementiorem quidem ampliorémque lu- E
cem, quàm modò poſſint videndo ferre, tunc facilè
ſuſtinebunt, neque ab iis coloribus lædentur, quib.
nunc offenduntur, non tamen ad eſſentiam Dei per-
tingent. Nulla ſiquidem noſtra corpora in beata re-
ſurrectione ita nobilitanda ſunt, ut vel ſpiritus fiant,
vel corpora eſſe deſinant. Quamobrem, neque cor-
pori Chriſti hoc attribuitur, ut à reſurrectione in
ſpiritum abierit. Hoc enim non fuiſſet corpus reſur-
gere, ſed aboleri. Proinde illi, qui tam perficiendum
oculum noſtrum exiſtimant, ut ſubſtantiam Dei per- F
cipiat, non illum cohoneſtãt, ſed revera perdunt. An-
thropomorphitæ in Dei naturam peccant, qui eam
corpore veſtiant: ij verò naturæ humanæ injuriam
faciunt, qui eam non manſuram in beata reſurrectio-
ne ſibi perſuadeant. Stat itaque noſtra ſententia &
vera eſt, tam de hac vita quam in pręſentia vivimus,
quàm de futura quam expectamus.

Oculi corporis divinam eſſentiam non attingunt, neque hic, neque in patria.

3 Sed rogabis, quid ergo viderunt Patriarchæ
atque Prophetæ, quibus Deus & Angeli non ſemel
in divinis literis apparuiſſe leguntur? Reſpondeo, G
quo ad ſenſus externos, tantum imagines quaſdam,
ſimilitudines & formas perceperunt, quæ à Deo &
ab Angelis interdum eis offerebantur, quibus teſta-
rentur ſe tum illis patribus adeſſe præſentes, cum
eis loqui, eos audire, atque de ſalutaribus rebus ad-
monere. Iſta verò, nimirum Dei providentiam aut
angelorum, nec non ſermones & ſignificata, ſenſus
ipſe nequaquam percipiebat, ſed à ratione ac mente
ex iis colligebantur, quæ ſenſuum comprehenſio
referebat. Vnde Paraphraſtes Chaldaicus, quando H
in Exodo ſcribitur, Deum in monte Sina veniſſe,
non ipſum Deum ſimpliciter veniſſe ponit, ſed glo-
riam Dei vertit, ac ſi diceret, Magnifica quædam &
illuſtriſſima ſigna ibi fuiſſe viſa, quibus Deus teſta-
retur ſe adeſſe: quod item in Iſaia facit capite ſexto,
ubi ſcribit: Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium
excelſum & elevatum. Cujuſmodi autem fuerint
ſimilitudines & imagines, quæ Angeli ſeu Dei præ-
ſentis indicia ſe præberent, ex Scripturis divinis col-
lectu non eſt difficile. Rubus ardens Moſi apparuit, I
nubes, columna ignis, & fumi, voces, tonitrua, lampa-
des, fulmina, propitiatorium, arca fœderis, Vrim &

Quid Patriarchæ & Prophetę viderint. Vide in 2. Reg. 22. verſ. 19.

Exo. 24. 16.

Eſa. 6. 1.
Quibus in rebus Deus pręſentem ſe oſtenderit.
Prophetę aliquando vidēt res in imaginatione impreſſas, aliquando exterius occurrētes.

Thummim, hominum ipſorum variæ ſpecies, quæ aut
agerent, aut loquerentur: aut ſeſe quoquomodo vel
Prophetis vel aliis oſtenderent. Omnia inquam hęc,
ſigna & indicia erant, & numinis & angelorum præ-
ſentiæ. Eáque aut in ſomnis aut per vigiliam ſeſe
Patribus ſentienda objiciebant: nonnunquam verò
divino Spiritu & angelorum opera, Dei juſſu, phan-
taſia hominum ſeu imaginatio ſimilitudinibus &
typis huiuſcemodi formabantur. Vnde non minus ea
in cognoſcentium animis exprimebantur, quæ Deus
oſtendere volebat, quàm ſi externos ſenſus feriiſ-
ſent.

4 Quapropter in Prophetis enucleandis ita res
habet, ut perſæpe vehementer ambigamus, an exte-
rius res ita geſta fuerit, an potius menti Prophetę ſic
agi viſum ſit. Et in quibuſdam ex ipſius negocij cir-
cumſtantiis, tantum viſionem fuiſſe fateri cogimur,
ut Hieron. teſtatur, de ſubligaculis aut lumbari Iere- **Ierem. 13. 4.**
mię, quod juſſu Domini juxta petram ad Euphraten
depoſuit: atque ibi tam diu eſſe paſſus eſt, quoad cor-
ruptum emarcuerit: quod rurſus aſſumere juſſus eſt,
ac denuo induere. Contigit autem iſta viſio, dum **Iere. 37. 11.**
Hieroſolymitana civitas à Chaldæis graviſſimè ob- **Ezec. 4. 15.**
ſideretur, quando Prophetæ ad Euphraten ire ac re- **Ezech. 3. 1.**
dire minimè licuit. Nam eo tempore, cùm ſemel vel-
let Anathoth proficiſci, unde fuerat oriundus, captus
eſt in ipſo egreſſu portæ, ac perfidiæ inſimulatus.
Nec ſecus idem Hieronymus affirmat, tantummodo
per viſum factum eſſe, quod in Ezechiele ſcribitur,
de pane in ſtercore bovis cocto, & cubatione ſuper
uno eodémque latere multos dies: Iis etiam addi po-
teſt eſus voluminis, & conſimilia, quæ vel natura
humana, vel circumſtantiæ negotiorum ac tempo-
rum, minimè patiebantur ſic fieri, ut ſcribitur. Et
quod attinet ad prædicandum vel exponendum po-
pulo, quod in animo Prophetarum erat, perinde fuit,
eandémque vim habuit res phantaſia vel imagine
viſa, quàm ſi exterius occurriſſet. Non tamen ad a-
nimi viſa eſt confugiendum, quando res ipſa exte-
rius geri potuit. Nam eùm Deus vtraque ratione uti
queat, ut placuit, utque opportunum & nobis com-
modum judicavit, modò hanc, modò illam adhibuit.
In iis tamen omnibus Ambroſij ſententia mihi re-
tinenda videtur, qui de his imaginibus agens, inquit,
Eas fuiſſe quas voluntas elegit, non quas natura for-
mavit: quod ſanè adverſus eos facit, qui prophetiam
naturalem conſtituunt, quaſi vi cœlorum, aut naturæ
quodam influxu, vel humorum temperamento ima-
gines eiuſmodi taliáque ſpectra ſeſe offerant, exter-
nis prophetarum ſenſibus videnda, vel imaginationi
atque phantaſiæ interius cognoſcenda. Voluntas,
inquit Ambroſius, nempe Dei aut angeli, vo-
luit iſta, & præ aliis elegit: non vis naturæ illa
formavit.

Ambroſius Viſiones Prophetarum nō erant naturales.

5 Cæterum, dubium aliud, nec ſanè diſſimulan-
dum occurrit. An ſub iſtis imaginibus aut formis,
Deus ipſe aliquando ſe demonſtrarit: an tantùm
Angeli ſemper apparuerint, qui nomine ſuo non-
nunquam, interdum autem Dei, cum Prophetis age-
rent & loquerentur. Fuere nonnulli qui Deum ipſum
nunquam apparuiſſe dixerunt, ſed per Angelos Dei
nomine omnia fuiſſe peracta, quæ in iis viſionibus
& dicta & geſta traduntur. Et quædam teſtimonia
Scripturarum à ſe ſtare contendunt: quorum unum
habetur in Actis Apoſtolorum, ubi Stephanus eum **Act. 7. 30.**
Angelum diſertè appellat, qui Moſen è rubo com- **Exod. 3. 2.**
pellavit, cùm tamen is in Exodo Deus nominetur. **Gal. 3. 19.**
Deinde ad Galatas Paulus teſtatur, datam Legem in **Exo. 19. 18.**
manu Mediatoris, per Angelorum diſpoſitionem.
Dubium verò nemini eſt, in Exodo ſcribi, Legem à
Deo fuiſſe latam. Quare concludunt intelligendum
eſſe, Deum non per ſeipſum, ſed per Angelos appa-
ruiſſe. Atqui cum eſſentia ſeu natura divina, tam à
Spiritu S. quàm à Filio auferri nequeat (eſt enim
uterque illorum natura Deus) quomodo ſuam tue-
buntur opinionem, cùm in Evangelio diſertè lega-
tur, Spiritum ſanctum in columbæ ſpecie ſuper
Chriſtum deſcendiſſe? Angelum ſi dixerint, non
Spiritum ſanctum veniſſe, mendacij Scripturam in-
ſimulant: ſin verò fateantur, unà cum ea columba
Spiritum S. apparuiſſe, quid prohibebit Deum ipſum
ſub aliis quoque typis & imaginibus patribus affuiſ-

An Deus unquam ſe demonſtrarit, vel an Angeli ſemper apparuerint.

Filij & Sp. S. Deitas.
Ioan. 1. 32.
Spiritus S. in columba ſe oſtendit.
Infr. cap. 12. ſect. 10. & 13.

Digitized by Google

ſe? Hinc omnino evadere non poſſunt, niſi (quod illos facturos non arbitror, alioquin manifeſtam hæreſim inveherent) Spiritum ſanctum Deum eſſe inficientur. Et quod oppoſui de Spiritu ſancto, licet identidem obiicere de Filio, ex Pauli ſermone ad Timotheum, qui capite tertio ſcribit: Citra controverſiam magnum eſt myſterium, Deus manifeſtatus eſt in carne, juſtificatus Spiritu, &c.

Filius Dei in carne humana verè apparuit.
1.Tim.3.16.

Vniverſa porrò Eccleſia, & orthodoxa fides, verbum fuiſſe verum Deum confitetur, qui ſub humana carne apparuit. Quod ſi præſtitit, ut bona fide ac citra fucum præſtitit, cur non idem in veteri Teſtamento ſub variis formis ac multiplicibus imaginibus feciſſe dicatur? Fuit ſanè id majus quod nobis poſtremo tempore largitus eſt: ſed qui majus dederit, eum profectò concedere poſſe quod minus eſt, nequaquam dubitamus.

Verbum ſeu filius Dei eſt, per quē Deus patribus & prophetis loquebatur.
Ioan.1.1.

6 Dicent fortaſſis, quod poſterius datum eſt, divinæ literæ credendum proponunt: at quod antiquitus factum vultis nuſquam legitur. Imò ſi attentè audire velimus, hoc quoque Scripturæ docent. Filius quippe Dei verbum ſeu λόγος ab Evangeliſta nominatur, quod ab eo temere fieri credendum nō eſt, ſed quia per ipſum Deus intelligatur loqui, cùm Scripturæ illum teſtantur fuiſſe loquutum. Propterea, quoties legimus, verbum Domini vel ad hunc vel ad illum fuiſſe factum, ego toties filio Dei Chriſto Domino noſtro id attribuendum cenſeo, nempe, ut Deus per eum Patribus & Prophetis loquutus fuerit. Quod ne fruſtrà dixiſſe videar, pro hac ſententia duo teſtimonia proferam.

Ioan. 1.18.

Primum Ioannis primo capite habetur, Deum nemo vidit unquam. Et ſtatim per occupationem ſubiicitur, Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. Rogaſſet enim quiſpiam, ſi Deum nemo unquam vidit, patribus, cùm eis divina oſtenderentur, quiſnam aderat? quis cum eis loquebatur, quando variæ formæ atque imagines Dei nomine illis apparebant, & cum eis agebant? E veſtigio reſpondetur, Filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit: is fuit apud homines, veraciſſimus Patris interpres.

Ioan.12.14.

Alter locus eſt, in eodem Evangelio capite 12. ubi ad verbum ita ſcribitur. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Eſaias: Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ne videant oculis, & ne intelligant corde, & convertantur, & ſanem eos. Hæc dixit Eſaias quando vidit gloriam ejus, & loquutus eſt de eo. Duo illa ſanè pronomina, Ejus & Eo, citra controverſiam Chriſtum referunt: nam ſtatim antea Evangeliſta dixerat, cùm tam multa ſigna feciſſet, nimirū Chriſtus coram eis, non credebant in eum, ut ſermo Eſaiæ prophetæ compleretur, quem dixit, &c. Atque huic ſententiæ, quæ revera genuina eſt, Chryſoſtomus, Hieronymus, Cyrillus, & Auguſtinus aſtipulantur.

Oſe. 12.10.

Adhæc Oſeæ prophetæ verba, quæ duodecimo capite habet, ſunt diligenter expendenda. Sic autem ibi loquitur Dominus: Loquutus ſum ad Prophetas, & ego viſionem multiplicavi, & in manu Prophetarum ſimilitudine ſum expreſſus, &c. Hinc intelligimus, Prophetis non tantum datas ab initio ſimilitudines, verum illis Deum ipſum fuiſſe loquutum.

Exemplis declaratur & Deum ipſum & Angelos quandoque apparuiſſe.
Gen.28.12.

7 At jam exemplis, & illis quidem evidentiſſimis, confirmandum eſt, appaririones Dei ab Angelorum viſionibus fuiſſe omnino diſtinctas. Primum, ex libro Geneſeos nobis refertur, Iacobum ſcalam vidiſſe, quæ à terra uſque ad cœlum pertingebat, per eam Angeli & aſcendebant & deſcendebant. Ad caput autem ſcalæ, nimirum in cœlo, Dominus ſtabat, à quo Iacobus magnificas amplaſque promiſſiones audivit. Colligitur hinc, ni velimus ultrò cæcutire, aliis imaginibus demonſtratos angelos, & alia forma

1
Eſa. 6. 1.

Deum ipſum apparuiſſe. Hoc idem cernere licet in Eſaia, cum Dominum in ſolio vidit ſedentem, necnon unà duos Seraphim, qui ad ſeſe mutuo clamabant: Sanctus, Sanctus, Sanctus.

2

Ac tanta reverentia Deum ipſum medium proſequebantur, ut duabus alis ſuperioribus, faciem, duabus vero inferioribus, pedes velarent. Quis hic inter Deum & Angelos apparentes magnum diſcrimen non videat? Taceo

3
Ezech. 1.

de Ezechiele, qui Angelos vidit ſub formis animalium, bovis, & aquilæ, ac leonis, à quibus rotæ agitarentur, ipſum vero Deum in ſuprema parte, ſpecie Filij hominis collocatum.

4
Dan.7.9.& 13.

A Daniele quoque viſus eſt antiquus dierum, ad quem Filius hominis accederet. Additque thronos ibi fuiſſe poſitos, libros apertos, & formam quandam judicij conſtitutam: deinde Angelorum facit mentionem, quorum inquit, affuiſſe decies mille, & decies centena millia, qui adminiſtrarent ei. Porrò, ut hic audimus, permagni intererat inter Deum & Angelos miniſtrantes.

5
Exo.33.1.

Adhæc locus apertiſſimus in Exodo habetur, cùm Deus iratus populo, negabat ſe velle ulterius cum ipſis per deſertum proficiſci, ne irritatus peccatis eorum ſemel penitus illos conficeret. Verùm pollicitus eſt ſe Angelum ſuum eſſe miſſurum, cui promiſſioni Moſes minimè acquievit, & ſe nullo modo iturum ait cum populo, niſi Deus ipſe unà veniret. Et ſanè orando, & in ſententia permanendo, tandem vicit, & Deum, quemadmodum petebat, ducem itineris habuit. Quo itaque pacto iſti dicent, ſub illis formis Deum ipſum abfuiſſe, ſed Angelos tantummodo imaginibus ejuſmodi viſos?

6
Exo.33.18.

Meminerimus præterea Moſen à Deo petiiſſe (ut in eodem libro Exodi habetur) vultus divini aſpectum: cujus poſtulationi Deus, cum illum incredibili proſequeretur benevolentia, noluit prorſus adverſari, cùm tamen non eſſet conceſſurus totum quod rogabatur.

Ibid. v. 20.

Proinde reſpondit: Meam faciem utique non videbis, quia non videbit me homo & vivet: ſed poſteriora mea, tergum videlicet, intueberis. Quid hoc teſtimonio clarius? Certè Deus certis verbis hic ſe aſtringit, ut ſub humana ſpecie Moſi appareat, cujus formæ aut imaginis, non vultum, ſed dorſum Moſes eſſet viſurus. Atque id bona fide præſtitit: nam trāſeunte Deo, Moſes imaginis ejus tergum juxta petram vidit, audivitque Dei nomina eximia & magnifica, voce clariſſima recitari. Qua percepta, pronum ſe ad terram dejecit & adoravit: nec in dubium revocandum eſt, illum adorationem eam præſtitiſſe, quæ uni Deo tantùm debetur. Cùm enim juxta promiſſionem ipſum adeſſe crederet, non eſt ambigendum, quin eum tanquam verè præſentem adoraverit.

7
2.Par.7.12.

Et ſanè Deus, niſi ad Arcam & Propitiatorium ſe verè præſentem exhibuiſſet, ſed Angelos tantùm voluiſſet conſulentibus reſpondere, cum ibi juſſerit Iſraelitas ſe adorare ac invocare, illos præcipitaſſet in idololatriam.

8
1.Reg.22.19.

Addatur iis ea hiſtoria quæ in libro Regum habetur de Michea Propheta, qui coram Achabo rege Iſraelis vaticinatus eſt, atque ſe Deum vidiſſe, cui Angelorum exercitus adeſſet, & audiviſſe interrogantem, Ecquis eorum deciperet Achabum: unúmque ſe obtuliſſe, ut in ore Prophetarum Achabi regis ſpiritus mendax foret. Ex hac quoque viſione intelligitur, certam notabilémque differentiam inter Deum & Angelos fuiſſe, qui unà ſimul Prophetæ apparuerunt. Quamobrem Dei munus Patribus exhibitum, non eſt imminuendum aut extenuandum: & confiteri oportet, illum vere affuiſſe, cum appareret, quandoquidem ita factum legimus, & nihil obſtat, quantum ex divinis literis poteſt colligi. Neque ipſa Dei natura quicquam adverſatur, quo minus id fieri potuerit. Parum quoque tutum eſt, omnia quæ de viſionibus hujuſmodi in Scriptura leguntur, angelis attribuere: nam ſic facile poſſemus eò labi, ut mundum tandem non à Deo immediate creatum, ſed ab angelis, ejus juſſu, crederemus.

Deus verè adfuit cùm diverſis imaginibus apparuiſſe dicitur.

Confiteamur itaque Deum verè affuiſſe, ac ſeſe ſub diverſis imaginibus demonſtraſſe, quoties id teſtari ac dicere Scripturam audimus.

Gal.3.19.
Deo ferenti Legem angeli miniſtrabant.
Angelus qui loquebatur Moſi in rubo, filius Dei erat.

8 Reſtat ut ad loca prius adducta reſpondeamus. Quoad Epiſt. ad Gal. fateor diſpoſitionem angelorum in lege ferenda interveniſſe: aſſiſtebant quippe Deo loquenti: caliginem, tonitrua, fulgura, lampades, & fulmina proferebant, lapideas tabulas præparabant, multiſque modis Deo præſenti & loquenti obſequebantur. Nec Apoſtoli verba inficias eunt, Deum ipſum locutum eſſe, legémve tuliſſe, ut verba Scripturæ teſtantur. Imò non defuerunt, qui manu mediatoris, non ipſum Moſen, ſed filium Dei exponant: rectène an perperam, non vacat in præſentia excutere.

Act.7.30.

Ad id vero quod B. Stephanus ait, quemadmodum in Actis Apoſtolicis habetur, angelum in rubo Moſi apparuiſſe, atque cum eo locutum, non opus eſt multis reſpondere. Nam ſi per angelum

lum intelligamus Dei filium, nullus remanebit ſcrupulus.

9 Sed ut quæ tradidi, quoad hanc partem, planius & certius intelligantur, nonnullis teſtimoniis Patrum vid etur confirmanda.

Chryſoſt.

Chryſoſtomus Homilia decimaquarta ſuper Ioannem ait: Quę viderunt antiqui Patres, omnia fuiſſe permiſſionis: at non illius puræ, ſimplicisque Dei ſubſtantiæ. Atque addit, Si vidiſſent illam, nulla ex parte differentem vidiſſent, ut quæ ſit pura, ſimpléxque, nec deſcriptibilis: unde non ſtat, non jacet, neque ſedet, ut illis interdum prophetis monſtrabatur. Adhæc ſubjicit: Deus, priuſquam Filius in carnem veniret, Patres iis viſis ac imaginibus exercebat.

Teſtimonia Patrum.

Id etiam ibi ſcribit, quod paulo ante ſtatuimus, oculis videlicet corporis creatos ſpiritus, ut animi noſtri & angeli ſunt, videri non poſſe. Quare multo minus credendum ut ſenſibus Deum cognoſcamus. Et ne quis putet, Deo patri ſolum convenire ut ſit inviſibilis, non autem Filio, id Pauli adducit, quod ſit imago Dei inviſibilis.

Col. 1. 15.

Et ſanè à ratione imaginis deficeret, ſi non inviſibilis eſſet, quemadmodum is eſt cujus imago prædicatur. Auguſtinus quoque Tractatu 3. ſuper Ioannem, de Moſe ait: Quamvis facie ad faciem cum Deo loquutus dicatur, attamen quando petiit, ut faciem Dei, hoc eſt, ipſam ejus videret ſubſtantiam, id obtinere non potuit. Et ibidem addit: Nubem vidit & ignes, quæ typi erant. Et paulo poſt: Si filium dicant viſibilem, priuſquam incarnaretur, delirant. Multa præter hæc Auguſtinus in Epiſtola ad Fortunatianum, in hanc ſententiam colligit, ex Nazianzeno, Hieronymo, & aliis Patribus, quæ hic recenſere nimis prolixum eſſet.

10 Duo autem afferam argumenta, quæ contra definita ſolent objici. Ab initio diximus, propterea Dei eſſentiam ſenſibus non poſſe comprehendi, quod eius natura non ſit corporata. Id autem non videntur omnes antiqui Patres crediſſe.

Tertullianus.

Tertullianus enim contra Praxeam, Deum corpus eſſe ſcribit, & alibi non ſemel idem teſtatur: imo in libello ſuo de Anima, noſtros animos corpora eſſe docet. Quodque magis alienum videtur, multis rationibus confirmare nititur. Quin in libro de Dogmatibus Eccleſiaſticis capite undecimo, omnes creaturæ corpus eſſe ſcribuntur, ac ipſi Angeli nominatim, quia nihil eſt quod inſtar DEI omnia impleat, ſed certis locis omnia deſcribantur, ut liquet de animo, qui corpore ſuo clauditur.

Auguſtinus Tertullianum excuſat. Dei natura eſt incorporea.

Auguſtinus hac ratione Tertullianum in Epiſtola ad Quodvultdeum excuſat, quòd per corpus, ſubſtantiam atque id quod vere eſt intellexerit, quaſi Deum idcirco eſſe corpus tradiderit, ne illum eſſe videretur negare: cùm vulgares, quicquid non eſt corpus, nihil eſſe prorſus arbitrentur. Ab eodem nihilominus in libro de Geneſi ad literam, hac ratione coarguitur, quod aliquando veritate ſuperatus dixerit, omne corpus eſſe paſſibile: quamobrem, ne Deum paſſibilem faceret, illum debuit negare corpus eſſe. Neque fuit opus ita ſe ad vulgi captum demittere, ut propterea falſa de Deo enunciaret. Chriſtiani utique non ſic inſtituendi ſunt, ut rudium inſtar (quos etiam Ariſtoteles confutat) nihil eſſe putent quod corpus non fuerit, ſed potius ita ſunt evehendi, ut in cogitando Deo nihil citra regulas ſcripturarum ſtatuant.

Libri de Dogmat. eccleſiæ iudicium.

Libro autem de Dogmat. Eccleſ. non plus quàm par ſit, deferendum eſt: Auguſtino quippe aſcribitur, ſed ejus eſſe à doctis non creditur.

11 Alterum, quod interdum objicitur, Anthropomorphitarum argumentum eſt.

Anthropomorphitæ. Gen. 1. 27.

Contédunt enim ob id, abſque corpore Deum non oportere credi, quod ſcripturæ hominem ad imaginem Dei factum eſſe teſtentur, quod niſi corpus haberet ut noſtrum, minime quadraret. Nam imago careret eius ſimilitudine, ad quod refertur. Scripturam item ſibi favere arbitrantur, cùm ea non ſemel hominum membra Deo attribuat.

Hieronym. Auguſt.

Verùm Hieronymus ut cum Auguſtinus ad Fortunatianum adducit, argumentum illorum falsè atque acutè irridet. Si huic rationi ſit innitendum, inquit, facilè conficiemus hominem habere alas, quia Scriptura eas Deo quandoque affinxit, ad cujus imaginem hominem fuiſſe conditum ſatis cõſtat.

Eph. 4. 24.

Imago Dei in quo ſita ſit.

Debuiſſent iſti potius expendere imaginem Dei, ſitam eſſe in ſanctitate, juſtitia, & veritate, quemadmodum Paulus docuit: Quod ſi vidiſſent, non tantùm corpus à Deo removiſſent, ſed ipſi quoque à craſſioribus cogitationibus animum ſuum ſuſi abduxiſſent. Quare non prædicant Deum verè urſum, leonem, aut ignem eſſe, quod ſic Amos & Moſes, nec non Epiſtola ad Hebræos eum appellarint?

Deut. 4. 24. Amos 3. 8. & 5. 19. Heb. 12. 29. Pſal. 94. 9.

In Pſal. 94. ſcribitur: Qui finxit oculum, non videbit? & qui fecit aurem, non audiet? Hieronymus ait, ibi oportuiſſe dici, Qui finxit aurem, non habet aurem? & qui fecit oculum, non habet oculum? At ſic dictũ non eſt, ne de eo cogitando fallaris, & illum hæc habere membra exiſtimes.

Cur ſcriptura membra Deo tribuat.

Scriptura verò divina, ſi membra Deo interdum tribuit, id profectò unum quærit, ut noſtræ infirmitati conſulat, qua licet eſſentiam Dei uti eſt, non queamus comprehendere, attamen reipſa certis quibuſdam ſymbolis & involucris adjuti, curat ut aliquid intelligamus. Attribuuntur itaque membra Deo μεταφορικῶς longè utiliſſima, qua proprietatibus illius animo verſandis, mentes noſtras piè ac fideliter exercemus. Anthropomorphitæ autem, ſi propterea Dei membra prædicaſſent, quemadmodum Scriptura illa proponit, ut infirmæ intelligentiæ hominum adjumento eſſent, excuſarentur, nec damnandi fuiſſent.

Cur Anthropomorphitæ damnentur.

At ipſi contendebant reipſa Dei naturam ſic habere: quamobrem jure meritóque accuſantur. Sed quid Paulo reſpondebimus, qui de natura Dei videnda in patria inquit: Videbimus facie ad faciem, atque ita oculis noſtris & faciei videtur intuitum Dei concedere, ac Deo ipſi faciem quodammodo affingere?

1. Cor. 13. 10.

Eſt facies corporis, & facies animi.

Reſpondet Auguſtinus, faciem quoque animi eſſe, cùm Paulus dicat, nos modò revelata facie, divina intueri, non velo interpoſito, ut Iudæis cum Moſe loquentibus uſu veniebat.

12 Sed his ita perfectis atque concluſis, alia cognitionis divinæ genera paucis comprehendamus.

In patria beati cognoſcent eſſentiã Dei.

In vita æterna, Dei eſſentia, non quidem ſenſibus, verùm animo ſeu mente cognoſcetur à beatis, quandoquidem Ioannes ait: Cùm apparuerit, eum videbimus ſicuti eſt. Paulus idem teſtatur, Nunc per ſpeculum & in ænigmate cognoſcimus, tum facie ad faciem. Idem ex verbis Chriſti colligitur, Angeli eorum ſemper vident faciem Patris: nam alibi docuit, In beata reſurrectione, juſtos inſtar Angelorum Dei fore.

1. Ioan. 3. 2. 1. Cor. 13. 12. Matt. 18. 10. Matt. 22. 13. 1. Cor. 13. 12.

Vnde conficitur, nos haud ſecus atque angelos Deum viſuros: quare ſi faciem eius illi vident, nos eandem utique contemplabimur. Aliud etiam teſtimonium Pauli ad Corinthios habetur. Tunc cognoſcam, quemadmodum & cognitus ſum. Nos autem à Deo nudè, ac eſſentialiter cognoſci, nemo ambigit. Non tamen hoc perſuadeamus nobis, naturam ſubſtantiámque Dei fore beatis in totum & omnibus modis notam, ſed quantum capaces fuerint: non enim finitæ res quod infinitum eſt prorſus capiunt: neque id quod eſt creatum, plenè ac perfectè creatorem ſuum valet comprehendere.

Natura Dei non tota & omnibus modis comprehenditur. Chryſoſt. Ambroſ. Hieronym. Auguſt.

Vnde Chryſoſtomus Homilia 14. in Ioannem. Ambroſ. lib. 1. in Lucam capite primo, nec non Hieronymus, ut Auguſtinus loco jam adducto refert, negant angelos Deum videre. Id autem ſimpliciter & abſolutè intelligi non poteſt, cùm alioquin à Chriſto dicantur faciem Patris, qui in cœlis eſt, videre. Reſtat igitur, ut id accipiatur de tota perfectaque illius naturæ atque ſubſtantiæ notitia. Vnde Ioannis capite ſexto habetur, Deum non vidit quiſquam, niſi qui eſt ex Deo, is vidit Patrem. Item, Sicut cognoſcit me Pater, ego cognoſco Patrem.

Ioan. 6. 4. Ioan. 10. 15.

Cl. 3. C. 17. ſ. 9.

Proinde hoc tantùm Chriſto datur qui Deus eſt, ut perfectè ac plenè totámque Dei cognoſcat eſſentiam. Alij vero eam quidem videbunt, at pro capacitate. Quod ſi roges, æqualitérne? Ad hoc in præſentia non reſpondebo: Alibi enim, de diverſitate vel æqualitate præmiorum in patria, dabitur locus dicendi.

An in hac vita Dei eſſentiã animo ſeu mente cognoſcamus.

13 Verùm, quid ſtatuemus de hujus vitæ conditione? An dum hic agimus, mens noſtra in Deo cognoſcendo ad ejus eſſentiam pertingit? Minimè, quia ſcriptum eſt, Non videbit me homo & vivet. Deum nemo vidit unquam. Et Paulus adjecit: Nec videri poteſt, quia lucem habitat inacceſſam. Attamen iſta non de quavis notitia ſunt accipienda: nam etiam vivendo hic datum eſt quoquomodo cogno-

Exo. 33. 20. Ioan. 1. 18. 1. Tim. 6. 16. Deu. 34. 10. Gen. 32. 30. Exo. 33. 11.

Digitized by Google

ſcere Deum. Teneantur itaque illa dicta eſſe de notitia ſubſtantiali & eſſentiali, ut cum Scholaſticis loquar. Neque id obſtat quod Moſes facie ad faciem vidiſſe ſcribatur, quod etiam ante illum Iacobus dixerat, nec quod alibi de eodem Moſe habetur, Deum cum eo, ut amicum ad amicum, fuiſſe colloquutum. Hæc enim, non ſimpliciter, ſed ex collatione cum aliis dicta ſunt, quod iis excellentibus viris ea præ cæteris cognita fuerint, quæ de Deo illa ætate hominibus patefiebant. Nam ipſis modo quodam exquiſito & inuſitato Deus voluit ſe demonſtrare, quod aliis non præſtitit. Atque hunc ſenſum eſſe illorum verborum, Auguſtinus & Chryſoſtomus ex eo colligunt, quod Moſi poſtea roganti, ut faciem Dei videret, id negatum fuerit.

Suprà, Cap. 2. Cognitio de Deo naturalis, tenuis eſt & obſcura.

14 Supereſt ut de notitia Dei agamus, quam hic vivendo poſſimus adipiſci. Primùm, naturalis eſt, ut diximus, eáque admodum tenuis & obſcura. Quod Simonides probe cognovit, qui (ut à Cicerone ſcribitur de Natura Deorum) interrogatus à Hierone Siciliæ tyranno, quid eſſet Deus, reſponſionem ſemper diſtulit, quod ea de re, quò magis cogitaret, eo ſemper obſcurior ſibi videretur. Vnde Clemens Alexandrinus in 5. Stromat. rationem adducendo, cur Dei notitia tam ardua ſit, ait, Non eſt Genus, non Differentia, non Accidens, non accidentium ſubjectum, idcirco à nobis non intelligitur, qui ſolum talia mente aut ratione comprehendimus. Effecta, quibus Philoſophi uſi ſunt, ut Deum ſua intelligentia noſcerent, illius dignitatem, vires, & facultates non æquant. Propterea de illo quædam communia & levia duntaxat oſtendunt. Attributa verò ſive proprietates, id eſt, bonum, juſtum, pulchrum, ſapiens, & alia id genus illi damus: quia res præſtantiores & nomina ſpecioſiora non habemus, quæ ipſi magis accommodari aut convenire poſſint. Nec tamen iſta in eo ſunt, ita ut dicimus: nam ut ſimplex, longè aliter bonus, juſtus & ſapiens eſt, quàm homines aut ſint aut dicantur.

Notitia Dei per fidem.

15 Sed præter Naturalem hanc notitiam Dei, nobis ea ſe offert, quæ fide conſtat, & nobis per verbum Dei revelatur. Fides verò non eſt ex nobis, ut ad Epheſios dicitur: ſed eſt donū Dei: Nam & Chriſtus ait, Nemo poteſt ad me venire, niſi Pater traxerit eum. Fides igitur Dei notitiam, quantum ad ſalutem facit, quantúmve noſtra hæc vita capax eſt, ex divinis literis abunde colligit. Attamen, ut Paulus teſtatur, hæc etiam notitia imperfecta eſt. Nunc enim per ſpeculum in ænigmate, ac ex parte cognoſcimus: & quamvis in iſta cognitione proficiamus, dum hic vivitur, non tamen ad eſſentiæ Dei perceptionem attingimus. Scio quidem Auguſtinum de Paulo & de Moſe arbitratum, quod ſubſtantiā Dei, cùm hic eſſent, mente aliquando viderint: ſed ego ei non facile aſſentirer, cum loca illa Ioannis, Legis & Pauli, quæ ſuperius attuli, evidentiſſima judicem: quibus & id poteſt addi, quod ſexto capite Ioannis habetur: Non quod Patrem viderit quiſquam: qui eſt à Deo, is vidit Patrem. Nec prætereundum quod hic de Patre dicitur, de Filio quoque verum eſſe, quo ad naturam divinam, quia ut ſupra declaravi, tam ex Chryſoſtomo, quàm ex Auguſtino, tum Filij cum Patris natura eſt inviſibilis. Nec refert ſi dixeris, ut Auguſtinus ait, illos naturam & ſubſtantiam Dei vidiſſe, non utendo ſenſibus externis, ſed in Ecſtaſi quadam, vel raptu, ſeu à vitæ hujus uſu alienati. Ex Scripturis illa non colliguntur, imo è diverſo Moſi audivimus vultus divini conſpectum fuiſſe negatum. Proinde cognitione fidei & Deum novimus, & voluntatem ejus in nos benevolam, quantum ad noſtram veram ſolidamque ſalutem ſufficit. Cæterum, inter ea omnia quibus ex literis divinis cognoſcimus Deum, nihil eſt ipſo Chriſto ſublimius. Quare Paulus jure dixit, Magnum citra controverſiam Sacramentum eſt, Deus in carne manifeſtatus eſt, &c. Dominus item dixit, Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Paulus etiam ſe nihil aliud ſcire ajebat, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et in Chriſto ſane Deus poteſt dici factus viſibilis: quia cum homine in eadem [illegible] conjunctus eſt. Vnde qui Chriſtum videbant, ſe Deum vidiſſe, dicere poterant. Quique fide illum intuetur & agnoſcit, longè plus videt, quàm ſi rubum Moſis ardentem cerneret. Idcirco ad Coloſſenſes habetur, theſauros omnes in eo ſapientiæ atque ſcientiæ Dei poſitos eſſe.

Eph. 2. 8. Ioan. 6. 44. 1. Cor. 13. 12. Opinio Auguſtini de Paulo & Moſe. Ioan 6. 46. Exo. 33. 20. 1. Tim. 3. 16. Ioan. 14. 9. 1. Cor. 2. 2. In Chriſto, Deus factus viſibilis dicitur. Col. 2. 3.

16 Cæterum antiquos Patres, poſt viſum Deum aut conſpectos angelos, perpetuò animadvertentes vehementer perterrefactos, atque ita exanimatos, ut mortem ſibi præſentem timuerint. Nec mirum, nam eos non latebat, quid Moſi Deus reſponderit, quando conſpectum vultus ejus poſtulavit: Non videbit me homo, & vivet. Ioannes quoque Baptiſta, ut legitur Ioannis primo, ait: Deum nemo vidit unquam. Et Paulus ad Timotheum idem confirmavit, ſcribēs: Deum nemo vidit, neque videre poteſt: inviſibilis enim eſt, quod lucem habitet inacceſſam. Id quod etiam Gedeon & Manuáh pater Samſonis teſtantur. Iacobus item, poſt nocturnam luctam, qua ſe putaverat cum viro pugnaſſe, cùm illum ſenſit angelum fuiſſe, miratus eſt quomodo ſuperſtes & ſalvus evaſerit. Vidi Dominum, inquit, facie ad faciem, & ſervata eſt anima mea: quaſi vix id fieri potuiſſe crederet. Quin & Hebræi cùm Dominus ad ferendam legem in montem Sina deſcendiſſet, uſque adeò metu ac terrore ſunt perculſi, ut Moſi dixerint, Tu quæſumus, cum Deo agas, ne, ſi pergat ita coram nobis loqui, moriamur. Cum his etiam id facit, quod in eodē libro Exodi ſcribitur, cùm jam fœdus inter Deum & populum fuiſſet initum, & Moſes pacta recitaſſet, populúmque ſanguine immolatarum victimarum aſperſiſſet, ſeniores in montem eduxit, ubi Deum ſumma gloria & majeſtate in throno ſedentem viderunt. Sed ea viſione recitata, ſubjicitur, Nec Deus manum ſuam in eos extendit: quod indicat, novum id & inuſitatum fuiſſe viſum, ut homines vita adhuc ſalva & integra Deum viderint. Quamobrem totum id, ceu ſingulari prærogativa datum commemoratur. Hieronymus etiam teſtatur, Eſaiam à Iudæis hoc prætextu interemptum, quod ſe dixerit Deum vidiſſe ſuper thronum ſuum ſedentem, ut capite ſexto ejus libri ſcribitur. Cavillati ſunt eum fuiſſe mentitum, cùm Deus ab hominibus, qui ſuperſtites maneant, videri nequeat. Illum itaque falſi damnarunt, quaſi prophetando, non quæ Dominus oſtendiſſet, ſed ſua ipſius figmenta populum docuerit. Hæc adverſus innocentem Prophetam confinxerunt, cùm adverſus eum nullam præterea cauſam haberent.

In Iud. 6. ver. 22. Vide in 2. Sap. 24. v. 17. Dei preſentia terrorem piis incutit, ſuprà, cap. 3. ſect. 9. Exo. 33. 20. Ioan 1. 18. 1. Tim. 6. 16. Iud. 6. 22. & 13. 22. Gen. 32. 30. Exo. 20. 19. Exo 24. 11. Vide in 1. Reg. 19. v. 11. Eſa. 6. 1. Hieronym. Eſaiæ mors.

17 Nec deſunt ex novo Teſtamento exempla conſimilia. Cum Dominus noſter Apoſtolis quoddam ſpecimen ſuæ majeſtatis atque gloriæ patefeceit in monte Thabor, coram eis totus eſt commutatus, & candore atque luce incredibili affulſit, cui Moſes & Elias illico affuere, ac vox Patris cœlitus inſonuit. Hæc quia humani aſpectus facultatem multis modis vincebant, Apoſtolorum oculi ea non tulerunt: proinde collapſi ſunt in terram ac ſi mortui eſſent. Petrus item, cum piſcando incredibilem numerum piſcium Chriſti nutu cepiſſet: nam ante verbum ejus diu incaſſum laboraverat, rem novam admiratus, & ſentiens in Chriſto Deum eſſe, adeo ſibi timuit, ut illi diceret: Domine à me quæſo egredere, quoniam ſum homo peccator, & numinis præſentiam citra periculum non fero. Paulus vero raptum ſuum ad tertium uſque cœlum expoſiturus, ubi divina cognovit, quæ dicto non poſſet hominibus explicare, ſcripſit: Sive in corpore, ſive extra corpus, neſcio. Vtique non auſus eſt affirmare, illa ſibi uſu veniſſe, dum corporis ac hujus vitæ ſenſibus uteretur. Quamobrem ſatis liquet, Gedeonem abſque cauſa non fuiſſe conſternatum.

Matt. 17. 6. Luc. 5. 8. 2. Cor. 12. 2.

18 Cur verò conſpectus Dei vel Angelorum præſentem interitum videatur hominibus afferre, nunc ratio videtur eſſe reddenda. Fortaſſis ob molem corporis id accidit, quæ, ut Platonici aiunt, nobis ceu carcer eſt obſcurus ac tenebroſus. Vnde cùm impedimur, ut ne divina queamus cernere, ſi ea fortaſſis aliquando conſpexerimus: illico venit in mentem, jam diſſipatam eſſe animi, corporiſque compaginem, & nos è veſtigio eſſe obituros, & idcirco divina intuenda proponi, quod animi à corpore divortium jam inſtet. Porrò Ariſtoteles in ſuis Metaphyſicis teſtatur, vires intelligentiæ noſtræ ita non

Platonici. Ariſtoteles. Simile.

eſſe

Digitized by Google

eſſe pares ad divina percipienda, quæ ſua natura ſunt evidentiſſima, ut oculis noctuarum ſeu veſpertilionum jure poſſint conferri, qui fulgorem Solis ac lucem diei non ſunt videndo. Qui ſic opinantur, aliquid ſanè dicunt, non tamen quantum ſatis eſt ad rem liquidò explicandam.

Corpus non removet nos à conſpectu Dei.

19 Corpus à prima creatione hominibus non idcirco datum eſt, ut Deo cognoſcendo ſit impedimento, neque ut carcere quodam cæco & obſcuro noſtros animos coerceat: ſic enim Dei bonitas, qui naturam humanam corporatam condidit, rea peragetetur. Et rem ſic habere, hiſtoria Geneſeos probat,

Gen. 2. 15. & 19.

quæ Deum teſtatur primis parentibus, licet corporei eſſent ſatis familiarem fuiſſe: nam eos in Paradiſum, quam plantaverat, deduxit, plantas oſtendit quibus liceret veſci, & de quibuſdam legem tulit ut eas non attingerent: cunctas animantes coram Adamo ſiſtebat, ut quaſque quo liberet nomine appellaret. Corpus itaque non fuit impedimento, quo minus primi homines Dei familiaritate uterentur.

Peccatum nos à Deo ſeparat.

Peccatum profectò nos à conſpectu Dei removit. Inde quoad divina, caligo, tenebræ, cæcitas & ignoratio nobis accidit. Hac de cauſa in talpas, veſpertiliones & noctuas abiimus.

Propter peccatum homines à cōſpectu Dei refugiūt.

Deus cæteroqui natura ſua perſpicuus eſt, imò lux ipſa, niſi peccati macula interponetur. Dixeris fortaſſis, ex peccato noſtram cæcitatem eſſe ortam, jam ſatis oſtenſum: non tamen demonſtratum, cur à conſpectu Dei homines ita ſibi timeant. Imo hinc totum iſtud pendet: nam homines propterea quod propter ſuas tenebras divina luce opprimuntur, malè ſibi conſcii à judice non minus potenti, quàm juſto refugiunt. Sic enim apprehendunt ipſum numen, ut pro ſua puritate atque juſtitia nihil immundi aut ſordidi coram ſe ferre velit. Quocirca Deum præſentem habere, nihil aliud arbitrantur, quàm ſupplicium paratum & commeritas pœnas adeſſe.

Gen. 3. 7. & 8.

Hac de cauſa primi parentes à peccato ſtatim ſeſe occuluère, atque Dei voce adeò ſunt exanimati, ut inter paradiſi arbores latêre decreverint: quod ſanè à conſcientia perturbata profectum eſt, cum Deus natura ſua & vivificus & omnis conſolationis author exiſtat. Quamobrem ſatis apparet hos terrores & incommoda, non ejus vitio, ſed noſtra ipſorum culpa eveniſſe.

1. Ioan. 3. 4.

Ioannes autem ſalutariter admonet, tertio capite primæ ſuæ Epiſtolæ, ut qui ſpe videndi Deum tenetur, ſicuti eſt, ad id ſeſe præparet, purgando ſeipſum, ut ille purus & mundus eſt.

CAPVT V.

De Inſomniis, præcipuè ex lib. Iud. cap. 7. verſ. 13.

Partitio.
Ex Gen. ca. 2. verſ. 20.
Somniorum genera tria.
Gen. 2. 18.

VIDENTUR Iudæi tria ſomniorum genera facere. Primum, omnino naturale, aliud exiſtimant merè divinum, ut cùm à Deo ſopor immittitur, & in ipſo ſomno de occultis admonentur, ut in Adamo primum factum ſcimus, quum Eva fuit è latere ejus ficta: Dominus quippe illum conſopivit, & de Chriſti & Eccleſiæ conjunctione inſtituit. Idémque factum ſcimus de Abrahamo, quando inter carnium fruſta, à Deo conſopitus, quæ ſemini ejus eventura eſſent poſt multa tempora cognovit.

Gen. 15. 2.

Tertium genus mixtum eſt, & Prophetis commune: quando naturali ſomno invaduntur: At dum dormiunt, illis Deus adeſt, & erudit de futuris: quale fuit Iacobi in ſcalæ viſione.

Gen. 28. 11.

Ex Iud. cap. 7. verſ. 13.
Vide 1. Sam. 28. 15.
Ethnici authores.
Peripateticorum ſententia vulgò recepta non omnino falſa.

Dicturi autem fuſius de Inſomniis, primo loco videbimus, quid naturali ratione de ipſis conſtitui poſſit: deinde, quantum ex verbo Dei ſit illis tribuendum. Quod ad primum attinet, Ariſtoteles, Hippocrates, atque Galenus, necnon alij celebres Philoſophi multa conſcripſerunt, inter quos Ariſtoteles in libello de Divinatione per ſomnium (ſi tamen ejus eſt, quamvis & doctum & eruditum eſſe dubitari non poteſt) primùm ait, hoc divinationis genus non videri omnino abjiciendum, quod ei vulgò plurimum tribuatur: & quæ vulgò ſunt ab omnibus propemodum recepta, nunquam ſint in univerſum falſa. Iis addit, complura inſomnia eſſe, de quibus apta commodáque ratio poſſit reddi:

A quæ ut experientia docet, non fruſtratur homines, ſed ſuum habet ſucceſſum. Ideo non eſt conſentaneum, ut omnem rationem divinationis per ſomnium contemnamus. Eam tamen oportet cautè recipere, cùm de illa perdifficile ſit cauſas reddere, cùm hac in parte natura obſcuriſſimè agat.

Ariſtoteles non putat inſomnia immitti à Deo.

Neque putat Ariſtoteles à Deo inſomnia mitti. Nam ſi ab eo inquit, mitterentur, viris bonis & prudentibus ea daret. Ac ſecus uſu venit. Inepti quippe ac mali B viri hanc facultatem plerunque ſectantur: deinde bruta ſomniant. Quis autem illis divinationem à Deo præſtari contenderit? Neque in hunc finem viſa circa phantaſiam verſantur dormientium, ut inde futura præſagiant. Adhæc, ſi Deus viſa immitteret, faceret potius interdiu, ut homines ea diligentius contemplarentur. Nec facile eſt videre, cur ad id noctem ſibi delegerit. Et denique, cùm Deus minimè ſit invidus, non tam obſcurè illos moneret, quos de rebus futuris vellet inſtrui, ſed illa dilucidè atque C apertè monſtraret. Somnia verò ita ſunt obſcura, ut Prophetas & coniectores pro illorum interpretatione oporteat accedere. Hæc ferè colliguntur ex Ariſtotele, quibus à Deo rem protſus ad naturam traducit, quaſi rationes inſomniorum tantùm inde petendæ ſint. At ego poſtea de iis agam, quando ad Theologicam doctrinam ventum fuerit. Nunc quæ ille hac de re habeat, oſtendam.

2 Somnia, inquit, aut ſigna, aut cauſas eſſe, vel ad ea, ad quæ referuntur temerè ſeu fortuitò comD patari. Horum trium membrorum unumquódque ſic explicatur.

Explicatio Peripatetica inſomniorum.

Inſomnia, dicit ſigna eſſe quandóque affectuum corporis aut animi: nam per illa ſæpiſſimè indicatur, qui humores in corpore vindicent, redundent ac peccent.

Pro diverſitate humorū ſimulachra moventur.

Nam pro naturæ qualitate ac temperamento humorum in corpore prævalentium, ſimulachra imaginéſque moventur. Vbi flava bilis viget, flammæ, ignes, carbones, fulmina, rixæ, atque alia id genus videntur. Quod ſi bilis atra ſuperet, fumus, tenebræ profundæ, omnia fermè nigra, ſordida, E cadavera, & conſimilia ſeſe offerunt. Pituita verò excitat imagines imbrium, pluviarum, fluminum, aquarum, grandinis, glaciei, & quæ copioſum humorem cum frigore coniunctum habent. A ſanguine viſa commoventur pulchra, pellucida, candida, ſuaveolentia, & quæ ad puritatem communem, ac uſitatam rerum formam ſeu faciem accedunt. Nec à medicis iſta contemnuntur, imò de ipſis ut docent Galenus & Hippocrates, ægrotos quàm diligentiſſimè interrogant: quoniam inde queunt deprehendeF re, eorum qui latitant intus humorum temperamentum. Cauſa verò propter quam dormientes & non vigilantes, iſtorum motuum naturam per viſum ſentiunt, ea eſt, quod ab initio parvi ſunt, illorúmque ſenſus in vigilia nos fugit. Fortioribus enim motibus ab extremis rebus, quæ in oculos incurrunt, aliò diſtrahimur: ſed compoſiti ab externis laboribus, deſiſtimus, & in curſu craſſiorum ſenſilium vacui ſumus.

Quare magis per quietem, quàm per vigiliam ſimulachra ſentiantur.

Quare per quietem ſpectra & imagines, quæ ab humoribus perpetuò G moventur, à phantaſia magis comprehenduntur, quàm in vigilia. Vt verò parva cùm dormimus, longè magis quàm per vigiliam ſentiamus: inde apparet, quòd ſtrepitus, quantumvis tenues, putamus fuiſſe magna tonitrua. Et ſi quid pituitæ dulci, linguæ aut palato fortaſſe adhæſerit, videmur nobis mel, ſaccarum, dulcia vina, & ſuaves epulas guſtare, imò interdum largiter bibere atque affatim edere. Qui ſunt igitur humorum parvi motus, per ſomnium quaſi ſint ingentes demonſtranH tur: unde licet medicis hinc permulta cognoſcere morborum principia.

Inſomnia ſunt etiam affectionum animi ſigna.

Sunt etiam inſomnia quędam affectionum animi ſigna, ut cupiditatis, ſpei, gaudij, ac lætitiæ, necnon habituum. Idcirco timidi alia vident quàm audaces, alia item cupidi ac ſperantes, necnon docti longè diverſa conſueverunt à ruſticis aut fabris habere inſomnia. Nam animus etiam cùm dormimus, circa ea verſatur, in quibus vel aſſiduè vel frequenter ſumus vigilando.

Cibi & potus conditio imagines inſomniorū variat.

Eſt etiam aliud expendendum, ut rectè I monet Galenus, quædam eſſe ciborum genera, quæ cum klioſa, melancholica, ſeu pituitoſa naturaliter ſint, ex qualitate, ſeu circa phantaſiam dormien-

tium imagines & ſimulachra moveat,quæ iis humoribus congruunt, licet dormientium corporis temperamentum hiſce humoribus per ſelpſum non peccet. Quod item debet medicus obſervare circa inſomnia,nempe ut videat quo ægrotus cibo ſit uſus. Quin & vinum,ut docet Ariſtoteles,immodicè ſumptum diſtortas imagines rerum in ſomnis refert. Quando ſomnium eſt ſignum , ad cauſam refertur, nimirum ad humores redundántes, quos indicat. Signum quoque futuri eventus dici poteſt , quoniam ab eadem cauſa,id eſt,ab humoribus , qui ſignificantur , vel morbus vel ſanitas poteſt derivari. Inſomnium itaque , ut humoris eſt ſignum, ita effectus etiam,qui ab eo prodibit , indicium facit. Nam ab eadem cauſa , ſcilicet ab humore , cùm inſomnium, tum morbus oritur. Non tamen ſeſe viciſſim referunt,quia morbus aut ſanitas non ſunt inſomniorum ſigna.

Somnia quandoque ſunt cauſę eorum quę faciunt. Somnia quandoque referũt per accidens ea, quę contingunt.

3 At jam videndum eſt , quomodo ſomnia quãdoque dici poſſint cauſæ. Id tunc eſt, quando ex inſomnio quiſpiam adducitur, ut aliquid vel agat, vel experiatur , ut qui ſanatus eſt à lienis morbo , quod ſanguinem miſerit ab exteriori parte manus,ita enim in ſomnis viderat faciendum. Et nonnunquam doctis uſu venit , ut ea de quibus ambigunt, in illis reperiant libris , ubi ea ſe reperiſſe aut legiſſe per ſomnium viderant. At conſideremus tertium membrum allatæ diſtinctionis,quando videlicet ſomnia temerè ſeu fortuitò referunt , quæ poſtea contingunt. Id in iis locum habet , quorum cauſa non eſt in nobis,ſed potius diſtat & longinqua eſt : ut ſi quis victoriam, aut ſtragem videat contigiſſe in caſtris à ſe procul diſſitis , vel quempiam abſentem evectum ad maximam dignitatem.Iſta,inquiunt Peripatetici conjungi per accidens : neque inter ſe, vel tanquam cauſas, vel tanquam ſigna conferri. Quemadmodum ſi cùm loquimur de aliquo , is forte ſuperveniat , dicimus, Lupus eſt in fabula,cùm tamen illa eius mentio, neque cauſa , neque indicium adventus ejus extiterit. Sic igitur iſta dicuntur conjungi temerè,quia & fortuita ſunt,& raró ſucceſſum habent:nam hæc fortuitorum natura eſt,ut raró fiant.

Qui vera inſomnia naturaliter plerũque videant,

4 Docuit adhæc Ariſtoteles, qui ſint præ cæteris, qui ſomniando multa præſagiant. Atque id cum primis ocioſis & garrulis tribuit, deinde melancholicis,& phreneticis,qui ſint & à ſenſibus & à mente alienati. Propinquis item & amicis videtur aliquid dare.Iſta quippe hominum genera permulta inſomnia dormiendo habent. Garruli ſi quidem ac otioſi toti cogitationibus vacant, unde imaginibus & ſpectris interius complentur. Melancholici quoque ob atræ bilis vim & naturam permulta ſomniant:deinde cogitationibus admodum eſſe dediti conſueverunt. Phrenetici etiam , quod eorum animus,& à notitia ſenſuum externorum, & à rationis uſu vacet: & idcirco ſint imaginationibus toti expoſiti. Amici deniq; propterea multa in ſomniis de amicis vident , quia de illis plurimum ſunt anxii atque ſoliciti. Omnes jam commemorati , ſolent ex inſomniis multa prædicere,quoniam in variis viſis, & propemodum infinitis non poteſt fieri, quin aliqua in verum quandóque incurrant. Qui toto die ſagittando ſeipſos exercent, ſcopum multò crebrius feriunt, quàm raró admodum ſagittantes.Quiq;toto die aut talis aut teſſeris ludunt, multò ſæpius felices jactus aſſequuntur, quam qui parum & raró in illo genere ludi ſe oblectant.Sciendum tamen eſt, ea ſigna, quę tribuuntur inſomniis,quoad primum genus, jam expoſitum,nequaquam eſſe neceſſaria , quandoquidem poſſunt impediri.Nec tamen hoc efficit,quin ſigna ſint.Nam hoc & in nubibus uſu venit , quæ profectò indicia pluuiæ ſunt,cùm tamen interdum antea vento diſſipentur, quàm pluat. Et urina indicia vel morbi vel ſanitatis habet , cùm tamen effectus adhuc queat à cauſis vehementioribus impediri:& de pulſibus idem accidit.Quin & conſilia ipſa,quæ inſtituimus,quæq; magna deliberatione facere decrevimus , exitum perſæpe non habent,quod ſe nonnulla interponant, ob quæ non poſſumus ulterius progredi:quod idem ſi uſuveniat in ſomniis , mirandum non eſt , cùm ſigna ſint rerum non adhuc perfectarum,ſed potius inchoationum , & imbecilles ac debiles motus hu-

Similia.

A ſomniis quę ſigna ſunt,neceſſitas effectorum non eſt colligenda.

A morum , adhuc poſſint à multis aliis cauſis facilè impediri.

Democrit.

5 Democritus inſomnia ea , quæ fortuita referunt,ac procul diſtantia , ſic explicat : Semper fieri à rebus ipſis,air,defluxiónes,quę uſque ad corpus dormientium ferantur,idque afficiant qualitate ac ſimilitudine , quam ſecum deferant. Eáſque in ſomniis duplici ratione magis ſentiri, quàm in vigilia affirmat. Primò,quia facilius noctu aër movetur, ut fieri videmus,cùm lapillo aqua percutitur,circuli permul-

Simile.

B ti ex illo ictu ad longinquum ſpacium multiplicantur & impelluntur, niſi contrarius aliquis motus obſtiterit.At noctu aër quietior eſt quàm interdiu,quia non impellitur in diverſas partes à frequentia animantium, quæ ſeſe moveant. Altera cauſa eſt,quoniam à dormientibus leves quique motus facilius percipiuntur. Et denique is etiam author cauſas inſomniorum in Deum non refert. Galenus autem in libello,quem de præſagiis inſomniorum conſcripſit,

Galenus.

C hoc præ cæteris tradit. Cùm in ſomniis ea videmus, quæ vigilando nec fecimus neque cogitavimus , illa neque in artes neque in habitus aut conſuetudinem eorum,quæ in vigilia contigerunt, referri debent,ſed in humores.Hæc regula eò ſpectare videtur, vt poſſimus intelligere , quarum rerum ſigna exiſtimanda ſint inſomnia.Fatetúrque noctu magis iſta cognoſci, quàm interdiu,quòd tum anima ſeſe ad intima conferat , ubi facilius , quæ ibi ſint , præſentit. Et de quodam narrat, cujus crus videbatur in ſomniis lapi-

Hiſtoria cuiuſdam inſomnii.

D deum fieri, quod multi cùm putarent ad famulos attinere , poſt paucos dies illud eius crus in paralyſin incidit. Alius videbatur ſibi merſus uſque ad gulam, in ciſternam plenam ſanguine , unde nullo modo poſſet emergere. Id autem indicabat,in eo multum ſanguinis redundare , atque ſanguinis imminutione omninò egere. Memorat etiam alium,die critico in ſomniis vidiſſe aqua copioſa in balneo ſe lavari, quē non multò poſt ſudor largiſſimus eſt conſecutus. Videntur ſibi præterea, inquit, dormientes nonnun-

E quam graviter onerari, ita ut pondus non ſit ferẽdo: aliquando verò tam leves ac expediti eſſe, ut currãt, & quodammodo volent:Iſta,inquit , omnia exceſſus ac defectus humorum ſunt indicia.

Hippocrat.

Hippocrates his de rebus eadem propemodum ſcribit , nempe animum interdiu ſuas vires diſtribuere in ſenſus & alias facultates : noctu autem ad interiora illas contrahere , ideoque melius ea noſſe. Divina tamen quædam eſſe memorat ſomnia , quibus portentatur urbibus , populis , & certis

F quibuſdam magnis viris calamitates , ad quæ ſomnia conjectanda , nonnulli artes quaſdam profitentur. Quibus tamen ipſe parum admodum videtur tribuere. Quando notantur ex inſomniis humores peccare , diæta , exercitatione , ac pharmacis juvandos eſſe ait periclitantes. Et ſive bona , ſive mala fuerint inſomnia , vult addi ſupplicationes. Quando ſanitas portenditur , ſupplicandum eſſe,inquit, Soli , Iovi cœleſti, Iovi poſſeſſori, Minervæ,opulento Mercurio, atque Apollini. Sin verò ſomnia fue-

G rint infauſta , ſupplicato ait , diis malum averſantibus , nempe diis terræ , ac Heroibus , &c. Proinde aut fuit Hippocrates ſuperſtitioſus , aut videri voluit. Mihi verò , quod attinet ad ſynceram pietatem,id non diſplicet,imò vehementer probatur,ut ſi quando turbidis ac terrificis perturbemur inſomniis, Deum oremus, quo mala,ſi qua impendeant, à nobis avertat.

Quæ ſit externa cauſa inſomniorum.

6 Eſt aliud genus inſomniorum,quod ab externa cauſa prodit, nempe à cœli vi , vel(ut vulgò dicitur)

H influentia,quæ aërem immutat. Is verò noſtra corpora contingens , nova qualitate afficit : unde variæ imagines & viſa in dormientibus excitãtur.Sunt itaque à cœlo multa effecta, quorum aliqua phantaſia, & vi ſeu facultate imaginante producit:alia , in rebus ipſis. Id autem exemplo facilè poteſt demonſtrari. Reipſa in aëre ſeu nubibus eſt pluvia:in imaginatione autem cornicis talis ante pluviam fit immutatio, ut crocitare incipiat. Effectus itaque in phãtaſia dormientium,& in re,ſunt proculdubio ab eadem cauſa:

Phantaſię vis.

I diverſitatem attamen à ſubiectis,in quibus fiunt,magnam habent. Nec dubium eſt tenuem quandam & occultam ſimilitudinem inter iſta effecta eſſe. At hu-

jus

jus proportionis vel analogiæ rationem difficillimum eſt videre. Atque ſi ſtatuatur, in ſyderibus eſſe cauſam talium effectorum ſeu affectionum, quis hæc ſigna in ſuam propriam cauſam, hoc eſt, ad quædam aſtra magis quàm ad alia, referre poterit? Certè admodum paucos, ne dixerim nullos, id arbitror poſſe. Deinde ſi etiam ad propria ſydera referentur, quid ex illis judicabimus eventurum, præſertim quoad contingentia, cùm Aſtrologia judiciaria ſemper habita ſit incertiſſima? In ſumma, imagines atque ſimilitudines, quæ futuros eventus dicuntur portendere, ita dubię ſunt, incertæ atque ambiguæ, ut nihil per eas videatur poſſe certò ſtatui. Præterea huc accedit, quod cùm inſomnia non ex una, ſed ex multis cauſis (ut expoſitum eſt) fieri poſſint, facilè in errorem incidemus, ſi certam unam ex illis multis amplectamur. Proinde ſuſtinendus eſt aſſenſus, nec facilè quicquam ex inſomniis divinandum, cùm facilius ipſa ex eventis judicari queant, quàm ex ipſis eventa poſſint divinari. Relinquitur ergo tantum ſuſpicio quædam ex inſomniis, quam etiam perrenuem eſſe oportet. Duo nobiliſſimi Poëtæ, Homerus inquam & Vergilius, duas fecerunt ſomniorum portas, corneam inquam & eburneam. Cornea, ut inquiunt, ad vera pertinet, eburnea verò ad falſa: & majorem partem, inquiunt, ſomniorum per ebur, quàm per cornu tranſire. Quocirca in judicandis naturalibus inſomniis ſuſpicionis modum non excedamus, nec viſis nimium hæreamus: quandoquidem Chriſtiani viri non eſt plus æquo periculoſis & incertis conjecturis inniti, quia dum in hæc vehementius incumbunt, quæ majoris momenti ſunt, prætereunt. Et diabolus eo conſilio ſe perſæpe hiſce rebus admiſcet, ut nos vel à bonis actionibus avocet, vel ut ad malas impellat.

Quare difficilis ſit & incerta divinatio per ſomnia.

Porta cornea & eburnea. Vide 1. Reg. 3. v. 15.

7 Nunc videndum eſt, quid ſtatuere debeamus de inſomniis, vel divinitus, vel à Diabolo immiſſis. Cùm Dei vel Angelorum opera in ſomnis aliquid prævidetur, duo exiguntur. Primum eſt, ut notæ quædam ſeu imagines rerum quæ demonſtrantur, phantaſiam imaginationémve informent. Deinde ut accedat judicium, quo intelligatur quid tandem hæc portendant. Quod ad primum, ſciendum eſt, has notas & ſimulachra nonnunquam ſenſibus ingeri, ob ea quæ Deus exterius apparere facit, ut eum Baltazar ſucceſſor Nebucad-Nezar, in pariete vidit articulos manus pingentis: quæ in Daniele habentur. Aliquando verò abſque ullo externo viſo in ipſa imaginatione ſeu phantaſia, imagines & ſimulachra deſcribuntur: quod bifariam accidit. Nam vel formæ ſeu ſpecies in animo conſervatæ, in uſum quem Deus voluerit revocantur, vt cùm Ieremiæ olla ferrens oſtendebatur ad Aquilonem converſa. Aut novæ, quæ per ſenſus nunquam perceptæ fuerant, demonſtrantur, ut ſi cæco ab ea ipſa nativitate, colorum formæ ac ſimulachra oſtenderentur. Sunt verò in hoc genere vaticinij, ſpectra ſeu formæ loco elementorum. Nam ut digeruntur atque componuntur, varia eduntur oracula: quemadmodum in diverſa literarum permutatione, orationes ac ſententiæ variantur. Doctores qui diſcipulos erudiunt, ſuo docendi ſtudio atque induſtria, multiplices imagines poſſunt in animis auditorum conformare: quamvis judicium ipſum & rectam intelligentiam præbere non poſſunt. Deus verò vtrunque ſuppeditat, non quidem ſemper ſimul: nam aliquibus interdum formas tantummodo influit, ut Pharaoni, & eius pincernæ atque piſtori, nec non regi Babyloniæ, quibus omnibus interprete opus fuit, à quo viſa explicarentur, nimirum Ioſepho & Daniele. Et ſane ii, quibus tantum imagines futurarum rerum demonſtrantur, non verè ac planè Prophetæ habentur, quandoquidem ſolum gradum quendam, inchoationem, & veſtigium quodammodo prophetiæ habent: quemadmodum & Caiphas ſacerdotum princeps, Propheta non eſt habendus, cùm ea quæ dixit, non intellexerit.

De inſomniis vel à Deo, vel à diabolo immiſſis.

Dan. 5. 5.

Vt aliquid ex viſionib. aut inſomniis dinoſcatur, duo requiruntur. Formæ ſeu ſpectra ſunt inſtar literarum. Ierem. 1. 13.

Deus quandoque nō dat eidem homini formas & intelligentiā earum. Gen. 40. 9. & 41. 1.

Qui tantum habent imagines, non dicuntur ſimpliciter Prophetæ. Ioan. 11. 49.

8 Cur verò Deus voluerit regibus & principibus per ſomnia interdum futura patefacere, ut nunc occurrit, duplex eſt ratio. Vna, quia populorum ac gentium, quas regebant rationem habuit. Pharaoni ſiquidem penuria, quæ imminebat ſi non fuiſſet o-

Principibus profanis quare inſomnia immiſſa. Gen. 4. &c.

A ſtenſa Ægyptus fame prorſus fuiſſet confecta. Deinde conſilium Domini fuit, per has inſomniorum expoſitiones, Prophetas & ſanctos viros, qui deliteſcebant, mundo patefacere, quod in Ioſepho & Daniele contigiſſe divinæ literæ teſtantur. Ethnici quoque Hiſtorici de inſomniis, quæ principes aliquando viderunt, permulta ſcribunt. Quin & Tertullianus in lib. de Anima, quædam eorum commemorat: Aſtyagis inquam, de Mandane filia, necnon de Phi- B lippo Macedone, atque Iulio Octavio, qui adhuc puer à M. Cicerone ſomniando viſus fuerit, quem poſt expergefactus, cùm obvium haberet, agnovit. Et alia nonnulla hujus generis ab eodem referuntur.

Gen. 14. 42. Dan. 2. 45.

Tertullian.

9 Sed iis miſſis, divinarum literarum teſtimoniis confirmemus (quod parvo negotio fiet) quædam inſomnia divinitus immitti. Teſtatur Matthæus Ioſephum virum Mariæ, in ſomnis ter ab Angelo fuiſſe admonitum. Vxor etiam Pilati per ſomnium in- C tellexit, & marito nuntiari curavit, Chriſtum innocentem non fuiſſe damnandum. Et c. 16. Act. Paulo vir Macedo apparuit, eúmque uti in Macedoniam iret, invitavit. Eidémque in ſomnis juſſit Dominus, ut ne Corintho diſcederet, quod ingens populus in ea urbe ſibi eſſet. Poſſem alia permulta commemorare, tam veteris quàm novi Teſtamenti loca, niſi tempori judicarem parcendum. Philo Iudæus, ut à Hieronymo lib. de Viris illuſtribus dicitur, quinque libros de inſomniis divinitus immiſſis conſcripſit. D Cyprianus item refert, nonnulla ſuo tempore viſa per ſomnum, ad ædificationem Eccleſiæ facientia: nec parum, imò permultum illis tribuit. Auguſt. verò 12. de Gen. ad literam 3. c. ait, Genera viſorum tria eſſe. Prima, inquit, ad ſenſus externos pertinere, quæ ab eo corporalia vocantur. Deinde, alia quædam vocat ſpiritualia, quæ imaginibus conſtent, & circa phantaſiam ſeu vim imaginantem locum habeant. Poſtremò intellectualia nominat, quod tantùm ratione ac judicio mentis comprehendantur. Illa verò ima- E ginaria, nempe media (ut paulò ante nos quoq; docuimus) tradit Prophetas non efficere, dicitque Ioſephum longè verius quàm Pharaonem Prophetam fuiſſe. Et, Idem nos dicere poſſumus de milite, qui Gedeone audiente, ſomnium commilitonis expoſuit, nempe illum potius fuiſſe Prophetam, quàm cum qui viſionem habuit. Verùm in hoc ordine ſeu gradu prophetantium, Daniel cæteros vicit. Is enim viſa Regis non tantùm interpretabatur: ſed cùm ille oblitus eſſet, quæ dormiendo viderat, illi potuit in F memoriam revocare. Deinde non tantùm aliorum viſa interpretabatur, ſed etiam de ſuis ipſius divinitus erudiebatur.

Inſomnia divinitus immiſſa. Matt. 1. 20. Mat. 27. 19.

Act. 16. 9. Act. 18. 9.

Philo Iud.

Cyprianus.

Auguſtin. Tria genera viſorum.

Iud. 7. 17.

Dan. 2. 20.

10 A diabolo etiam inſomnia quandóque mittuntur, nam Auguſtin. libro jam adducto, de Geneſi ad Literam ſcribit, dæmoniacum per viſa indicaſſe, qua hora eſſet ad ſe presbyter venturus, & per quæ tranſiret loca. Nec ignoramus, apud Ethnicos oracula fuiſſe, ubi homines ad viſiones & inſomnia impetranda pernoctabant. Tale fuiſſe Amphiarai, Am- G philochi, Trophonij, Æſculapij. Iis in locis dormientibus, Cacodæmon oſtendebat pharmaca & medicinas, quibus ægroti ſanarentur: ſimúlq; de aliis etiam negotiis reſpondebat. Vt autem viſiones & ſomnia hujuſmodi obtinerentur, imperabantur ſciſcitantibus neſcio qui delectus ciborum, ſecubationes, & quidem puri caſtiq; dies. Pythagoræi quoque dicuntur fabas evitaſſe, quod ſomnia turbulenta faciant. At noſter Deus, ut ſe non eſſe aſtrictum iis reb. indicaret, Danieli ſomnium Regis demōſtravit cùm H ipſe ac ſocii ejus precibus id à ſe contendiſſent. Diabolum verò ſe poſſe admiſcere inſomniis, dubitandum non eſt: cum ejus opera multi fuerint, & etiam nunc ſint Pſeudoprophetæ. Vnde Auguſtinus libro jam adducto cap. 19. Si malus ſpiritus, inquit, homines occupat, eos facit aut dæmoniacos, aut arreptitios, ut falſos Prophetas. E diverſo, ſpiritus bonus fideles Prophetas reddit, myſteria loquentes ad aliorum ædificationem. Quærit ibidem capite undecimo, qua ratione inter ſeſe diſcerni queant malorum, & bonorū ſpirituum revelationes. Et reſpondet, Non I poſſe id fieri, niſi chariſma diſcretionis ſpirituum adfuerit. Verùm adjicit, malum ſpiritum ſemper tan-

Per inſomnia & viſiones, quandoque reſpondebant oracula.

Pythagorei.

Quomodo internoſcantur viſa, quæ tum à bono, tum à malo ſpiritu immittuntur.

Digitized by Google

A dem ad pravas opiniones, & perverſos mores abducere : quamvis ab initio diſcrimen abſque dono Spiritus ſancti non poſſit agnoſci. In Epiſtola ad Evodiũ quæ 100. eſt, cùm idem quæſiviſſet, inquit, Vtinam poſſem internoſcere viſa, quæ dantur ad errorem ab iis, quæ ſunt ad ſalutem; nihilominùs bono debemus eſſe animo, quia Deus filios ſuos aliquando tentari, ſed perire non ſinit.

Cur Deus Prophetis malis & imprudentibus quandoque abutatur.

11 Cæterùm, Ariſtoteli quid reſpondebimus, qui B ſomnia immitti à Deo inficiatur, hoc præſertim nomine, quòd hanc divinandi facultatem prudentibus ac bonis, non autem ineptis atque improbis viris daret? Dicemus id plerunque fieri, ut veri Prophetæ, qui à Deo inſomniis ac viſionibus illuſtrantur, & boni ſint & pij. Attamen quò non putetur vis divinæ prudentiæ aut moribus hominum alligata, vult Deus quandóque malorum virorum opera in iis rebus abuti: quò magna & eximia ejus providentię vis declaretur, ut quę omni genere inſtrumentorum uti C queat. Deinde ut Tertull. in lib. ſuo de Anima ſcribit, cùm Solem ſuum & pluviam tam juſtis quàm injuſtis diſtribuit, non mirum eſſe debet, ſi hęc etiã dona, quæ præſertim valent ad homines erudiendos, tam bonis quàm malis impartitur. Et ne ignoremus ejus morem, hiſtoria ſacra tradit, Ethnicos perſæpe fuiſſe è Deo admonitos & correctos dormiendo. Sic Pharao Ægypti rex, juſſus eſt Abrahamo reddere uxorem, & Abimelechus rex Geraræ, ſimiliter fuit admonitus. Subiecitque Tertullianus: ut Deus, quã-D dóque inſomniis pravos inſtruit, ut boni fiant: ſic è diverſo diabolus dormientes pios invadit, ut inſomniis eos à rectitudinis via ſeducat. Putavit Ariſt. Deũ in ſuis diſtribuendis muneribus, prudentium, & cùm primis Philoſophorum debuiſſe rationem habere, cùm Chriſtus omnino ſecus docuerit. Gratias tibi ago, inquit, Pater cœleſtis, quòd hæc abſcondens à prudentibus & ſapientibus, revelaveris ea parvulis, &c. Paulus etiam dixit, Vocationem Dei ad ignobiles, indoctos, & imbecilles maximè pertinuiſſe. Alte-E rum argumentum erat, Bruta etiam dormiendo ſomniare, cùm tamen nemo dixerit, ſomnia eorum à Deo ſuggeri & diſponi. Decipitur is Philoſophus, quòd arbitretur Deum, ſi aliqua ſomnia immittat hominibus, eum debere fieri omnium authorem, quod ſanè alienum à noſtro ſenſu eſt. Non enim omnia quæ naturalia ſunt, in Deum ipſum referimus, ut peculiaria quædam effecta, quibus immediatè (ut cum Scholaſticis loquar) homines de futuris inſtruat. Satis antea oſtendimus, quibus de cauſis fiant in ani-F mantibus inſomnia. Vtque dialecticè agamus: A privata ſeu particulari propoſitione ad univerſalem, nõ eſt firma connexio. Quare ſi Deus aliqua ſuggerit inſomnia, inde colligendum non eſt, omnia ſive in brutis ſive in hominibus ab eo immitti. Habent alioquin etiam bruta vim audiendi, neque deſunt aures: & tamen, quia Deus non mittit Prophetas, qui eis loquantur, & futura indicent, non concludemus Deũ ad homines non legare interdum ſanctos viros, à quibus moneantur & inſtituantur.

Gen. 12. 17.
Gen. 20. 6.
Tertullian.
Deus myſteria potius revelat parvulis, quàm ſapientibus.
Matt. 11. 25.
1. Cor. 1, 26.
Deus etſi aliqua inſomnia immittit, non tamen omnia.

Deus utroque tempore utitur, & diurno & nocturno.

12 G Aiebat præterea videri non minus interdiu quàm noctu, Deum hæc debere facere, ſi eſſet inſomniorum author. Ego verò affirmo, Deo liberum eſſe, ut tempore utro voluerit, utatur, cùm non minus dici quàm noctis, & ſomni quàm vigiliæ ſit Dominus. Et reipſa Prophetis viſiones oſtendiſſe, quandóque dormientibus, interdum vigilantibus, ut ei opportunius viſum eſt, divinæ literæ teſtantur. Deinde quid abſurdi eſt, ſi noctis atque ſoporis commoditate ſæpius utatur: cùm ipſimet Philoſophi ac H Medici fateantur homines tum temporis magis idoneos eſſe ad motus, quàm leviſſimos percipiendos? An iſta commoditas inſerviret Medicis ad humores corporum deprehendendos, & Deo inſervire non poterit ad animorum ſalutem? In libro Iobi cap. 33. pulcher & appoſitus locus habetur in hanc ſententiam; Quando ſopor in homines irruit, & in ſtratis ſuis fuerint conſopiti, Deus tunc revelat aurem, & caſtigationes obſignat. Poſtremò illud opponebatur, Deum ſi vellet monere homines, id apertè ac dilu-I cidè faceret, non autem obſcurè ſeu per ænigmata. Reſpon. veros Prophetas & à Deo afflatos optimè intellexiſſe, quæ Deus in ſomnis illis dicebat, quocirca

Verſ. 15.

non erat eis opus conjectoribus. Quod ſi quando Ethnicis principibus (ut Pharaoni, Nebucad-Nezar) accidit, id effecit Deus, ut occultos Prophetas, nempe Ioſephum & Danielem, illuſtres redderet. Alioquin ſuis Prophetis judicium & intelligentiam luculentam viſionum, quas ipſis ingeſſit, eſt elargitus. Ariſtoteles verò eo decipitur, quòd tantum impoſtores aſpexit, qui ejuſmodi vaticinia profitebantur, & homines dementabant, quaſi poſſent omnia ſomniorum genera explicare, ac oſtendere quid portenderent. At nos neque de omnibus ſomniis, neque de quibuſvis Prophetis ea intelligamus, quæ jam ſunt allata. Pertinent quippe tantum ad illa, quæ verè Deus immittit: quare hæc non faciunt impoſtorum & circulatorum conjecturæ. Authoritas verò tanti Philoſophi non eſt, quòd multum nos moveat: tametſi cum eo facit Epicurus, qui ut ſuos deos labore inſomniorum curandorum levaret, ea quemadmodum cætera, temerè ac fortuitò evenire ſtatuit. E diverſo tamen Plato inſomniis divinitus miſſis multa tribuit: & Stoici tanquam familiare ac domeſticum oraculum nocturna ſomnia pronunciarunt, quibus à Deo, noſtro generi providè conſuleretur. Id minimè prætereo, Auguſtinum loco jam adducto ſuper Geneſ. ad literam, lib. 12. cap. 15. rogare: An anima ex ſeipſa vim habeat præcognoſcendi futura, idque ſua natura. Negat id ſibi videri: quoniam, inquit, uteretur, cùm tantoperè omnes cupiant futura noſſe. Quare viſiones & ſomnia Prophetarum, non ex natura, verùm divinitus nanciſcuntur ſuam veritatem.

Gen. 41. 15.
Dan. 2. 19.
Cur Ariſtoteles erraverit.
Epicurus.
Plato.
Stoici.
An anima in ſeipſam vim habeat præcognoſcendi futura.

13 At videamus quánam ratione, ſi à Deo & ſuis Angelis inſomnia ſuggeruntur, prohibeatur eorum cura: nam ſi hoc pacto res habeat, non contemnenda erunt inſomnia, ſed diligenter obſervanda. Reſpond. Non omnem ſomniorum curam eſſe interdictam, ſed illam tantummodo, quæ malis & vanis artibus procuratur, & cultu dæmonum ſolet impetrari. Nihil alioqui prohibet, per ſomnia judicare de humoribus: aut ſi à Deo ſint & ab eo eſſe intelligantur, illis parêre. Eſt præterea interdictum, ne ſomnia phyſica ulterius extendamus, quàm illorum natura patiatur. Id verò illi faciunt, qui ſomnia fortuitis eventis accommodant, circa quæ nullam rationem vel cauſæ, vel effecti habent. Nec divinatio ſuperſtitioſa per inſomnia tantummodo à Chriſtianis damnatur, ſed etiam à legibus Romanis eſt confoſſa. Libro quippe 9. C. de Maledicis & Mathematicis. l. & ſi excepta. ſancitur puniendos eſſe tales divinos graviſſimè, ita ut etiamſi dignitate aliqua fulgeant, ſintque in ipſo Cæſaris comitatu, poſſint adigi: quod alioqui non licuit facere viris nobilioribus. Exprimuntur autem his verbis: Aut narrandis ſomniis, occultam artem aliquam divinandi, &c. Aſſignatum autem diſcrimen obſervationis legitimæ ac prohibitæ, in Ieremia cap. 23. pulchrè deſcribitur. Ibi enim Deus per Prophetam ſomnia vana & inania deteſtatur, ſed vera & divina commendat. In Deut. cap. 18. inſomniorum obſervatores taxari generatim videntur. Sed ſciendum eſt juxta Hebraicam veritatem, nullam eorum fieri mentionem. Aliæ quidem ſuperſtitiones atque idololatriæ, ibi damnantur, de ſomniis verò prorſus nihil dicitur. Quamvis alibi vitioſa illorum obſervatio perſtringitur. Proinde legitima & bona vetenda non eſt: imò ſanctis viris orare quandóque licet, ut admoneantur vel in ſomnis, de his præſertim quæ opportuna judicant, & per ſeipſos non poſſunt expedire. Monica mater Auguſtini nuptiarum ejus cupida, ut illum à ſcortatione amoveret, Deum rogabat, ut ea de re vel in ſomnis aliquid ſibi revelaret; ac teſtabatur, ſe à Deo quendam guſtum eſſe conſecutam, quo diſcerneret, quę per ſomnum ex ſeipſa videret, ab iis quæ Deo ſuggerente monſtrarentur. Id autem ſcribit Auguſtinus in Confeſſ. lib. 6. cap. 13. Et abſque illo, certo ſcimus Danielem pro notitia inſomnij regis Nebucad-Nezar oraſſe. Illud verò citra controverſiam eſt retinendum, piorum hominum eſſe, orare Deum, ut etiam cùm dormimus, caſti & mundi, quoad corpus & ſpiritum ſervemur. Quod ipſe Auguſtinus orabat, lib. Confeſſ. 10. c. 30. Etenim viſiones noctur-

Vide in Gen. cap. 40. initio.
Non interdicta eſt omnis cura inſomniorum.
Leges Rom. in vanos conjectores inſomniorum animadvertunt.
Legitima obſervatio ſomniorum & prohibita.
Ierem. 23. 25. & 28.
Deut. 18. 10.
Orare licet ut vel per ſõnia moneamur.
Monica mater Auguſtini.
Dan. 2. 18.

Digitized by Google

A nocturnæ, quibus vel animus perturbatur, vel contaminatur corpus, pœnæ ſunt peccati, ſaltem ejus quod à prima origine contractum eſt. Non quippe ita fuiſſet in paradiſo, ſi Adamus in ea veritate, qua conditus fuit, permanſiſſet, ut Auguſtinus lib. 5. cap. 8. adverſus Iulianum ſcripſit. Vide in Geneſ. cap. 20. verſ. 3.

CAPVT VI.

B *De ſacris Scripturis, Ex præf. In Epiſt. I. ad Corinth.*

Partitio. Vide præf. in Geneſ.

Definitio ſanctæ Scripturæ.

NVNC ſunt quædam de ſacris literis dicenda, quibus & excitemur ad illarum ſtudium, & in eo perſequendo aliquantulum adjuvemur. Idque fiet, ſi paucis dignitatem atque utilitatem illarum attigero: Deinde monſtravero, quibus notis certiſque indiciis judicare ac ſtatuere de ſententia earum valeamus: Demúmque C rationem ac facultatem patefecero, qua iſ ſas poſſimus nobis vendicare. Hanc partitionem, ut magis idoneam ad ea quæ dicenda ſunt, perſequi ſtatui. Et primo loco dicturus de dignitate atque utilitate ſanctæ Scripturæ, hanc ejus definitionem, licet pinguior & craſſior ſit, adducam: non enim quæ divina ſunt, facilè eſt cuique ad amuſſim atque perfectè definire. Eſt igitur, Expreſſio quædam ſapientiæ Dei, afflata ſancto Spiritu piis hominibus: deinde monumentis literiſque conſignata.

Sancta Scriptura Spiritu Dei afflata.

2. Pet. 1. 20.

Eodem inſtinctu, ad noſtram ſalutem atque inſtaurationem D Spiritu ſancto afflatam eſſe, Petrus atteſtatur Epiſtola poſteriore, cap. 1. cùm inquit, Non enim voluntate hominis allata eſt olim prophetia, ſed à Spiritu ſancto impulſi, loquuti ſunt ſancti Dei homines. Accedit & illi maximus honor, quod tam Chriſtus, quàm Apoſtoli, & ſancti Patres, atque ſana Concilia, ejus teſtimonio uſi ſint ad ea probanda, quæ conſtituebantur. Neque ſunt exiſtimandę ullæ traditiones ad ſalutem neceſſariæ, quæ firmiter ac robuſtè inde non concludantur. Debemúſque E perpetuò meminiſſe, quemadmodum à Chriſto Eccleſiæ optimo præceptore ad eam inveſtigandam ſimus ablegati, quando Ioannis 5. ait, Scrutamini Scripturas.

Ioan. 5. 39.

Præterea omnis facultas atque doctrina ſuam dignitatem ſortitur ex materia, circa quam verſatur: nam prout illa præſtat, aut nobilior aut ignobilior habetur aliqua ſcientia. Quare cùm noſtræ hujus, non de alia re ſermo ſit, quam de Chriſto, tanto habenda erit ſumma omniū doctrinarum, quanto Chriſtus eſt omnium rerum F præſtantiſſimus.

Summa de qua in tota Scriptura agitur eſt Chriſtus.

Rom. 10. 4.

Ioan. 5. 39.

Ioan. 5. 46.

Et novum Teſtamentum de Chriſto potiſſimùm agere, (quantum arbitror) ambigit nemo. At quia de Veteri fortaſſis aliquis dubitat, is vel Paulum audiat ad Romanos cap. 10. ſcribentem: Finis legis Chriſtus eſt. Et Ioannis 5. cùm Dominus, quòd modò citavimus, dixiſſet: Scrutamini Scripturas, Mox adjecit; Illæ enim teſtimonium perhibent de me. Atque eodem capite, de Moſe habetur: Ille de me ſcripſit, aliàque permulta adduci poſſent loca, quibus hoc idem confirmaretur: ſed his modò ſimus G contenti.

Sacrarum literarum proprietates.

2. Pet. 1. 19.

2 Redduntur etiam Scripturæ ſanctæ illuſtres, ex inſignibus & proprietatibus, quibus eas Deus ornavit. Splendent quippe ita, ut nobis qui degimus quodammodo in tenebris, ideò videantur à Deo accenſæ, ut inſtar lucernę fulgeant. Qua de re Petrus nos admonuit Epiſt. 2. c. 1. Et habemus firmiorem ſermonem propheticum, cui dum attenditis, ceu lucernæ apparenti in obſcuro loco, rectè facitis, donec dies illuceſcat, & lucifer exoriatur in cordibus veſtris. In H quibus verbis, id quoque annotabis, eas eſſe admodum firmas. Redduntur quippe ſancti viri ſic certi de illarum veritate, ut pro ea non vereantur quamlibet atrocem mortem oppetere, quod rarò vel nunquam contingit aut phyſicis, aut mathematicis, ut ſuarum ſcientiarum dogmata, ſanguine ac vitæ amiſſione confirmaverint. Neque deeſt ſanctæ Scripturę, quoad fideles & pios animos, claritas, & ut Græci dicunt *σαφήνεια*, quę eſt Latinis perſpicuitas. Quandoquidem omnia quæ diſputantur à ſenioribus Theologis, *ἀνάλυσιν* I ſemper terminant ad teſtimonia Scripturarum, tanquam illa ſint *ἀξιώματα* Chriſtianis notiſſima, de quibus fas nemini ſit ambigere.

Primum principium theologiæ.

Ita ut primum principium, ad quod omnia vera theologica reſolvuntur, hoc haberi debeat, DOMINUS DIXIT.

Perſpicuitas ſcripturarum ex lumine fidei.

Luc. 24. 45.

Cæterùm non eſt hæc evidentia ex lumine humani ſenſus ac noſtrę rationis petenda, ſed à luce fidei, qua nobis eſſe debent perſuaſiſſima, quæcunque in ſacris literis continentur. Nam ut habetur in Luca poſtremo cap. Chriſtus emiſſurus diſcipulos ad prædicandum in univerſum orbem, ut facerent ſibi diſcipulos, eis aperuit ſenſum Scripturarum. Quo indicatur, eos non valuiſſe alioquin ſua ipſorū induſtriâ illas percipere.

Quomodo Eccleſia columna & firmamentum veritatis.

1. Tim. 3. 15.

Auguſtin.

Nec alia de cauſa in Epiſt. ad Tim. 1. c. 3. Eccleſia dicitur columna & firmamentum veritatis, niſi quia verbum Dei habet, atque illo in ſuis dogmatis, ac definitionibus perpetuò utatur: quod cùm non facit, nequaquam ut Eccleſia Chriſti agit. Auguſt. cōtra Epiſtolam Fundamenti ait, definita in ſacris literis omnibus aliis debere præferri.

Scripturarum æterna veritas.

Matt. 24. 35.

Eſa. 40. 8.

Habet adhęc illarum veritas æternam durationē: quod Chriſtus nos docuit, cùm diceret Matth. 24. Cœlum & terra tranſibunt, nequaquam verba mea: & ubique decantatur, Verbum Dei manet in æternum.

Vtilitas Scripturę ſanctæ.

2. Tim. 3. 16.

3 Et licèt infinita pene ſint, quæ dignitatem Scripturarum valeant fortiter aſſerere, hîc tamen mihi temperabo, ut qui ſatis eſſe ducam, quòd fontes utcunque oſtenderim, cætera cuique ſedulò inveſtiganti non difficulter obvia fiunt. Commoda verò, quæ inde ad nos derivantur, brevib. item complectar. Ad Tim. 2. Epiſt. 3. c. habetur; Omnis Scriptura divinitus inſpirata eſt utilis, cum ad doctrinam, tùm ad redargutionem (nimirum quoad dogmata) tum ad correctionem, & ad inſtitutionem in juſtitia, quod pertinet ad mores. Et ne quid eis deeſſe putaveris, mox adjecit: Vt integer ſit homo Dei, & ad omne opus bonum apparatus.

Ibid. 17.

Rom. 15. 4.

Et ad Rom. c. 15. legimus: Nam quæcunque jam ſcripta ſunt, in noſtram doctrinam ſunt præſcripta, ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. Quæ cùm dicta ſint de veteri Teſtamento (ſiquidem hæc dum ſcriberētur, novum adhuc non extabat) quid nunc ſentiendum eſt, Apoſtolorum & Evangeliſtarum monimētis adiectis? Certè uberius jam hæc eadem habemus in ſacris literis.

Sacrę literę ſervant.

1. Tim. 4. 16.

Neque veretur Spiritus ſanctus, vim ſervandi eis attribuere. Nam ſcribitur ad Tim. Epiſt. 1. c. 4. Attende tibiipſi & doctrinæ, perſiſte in his: nam id ſi feceris, teipſum ſervabis, & eos qui te audierint.

Sacrę Scripturæ ſemen.

Mat. 13. 4.

Et in parabola Evangelica, ubi deſcribitur ſemen cecidiſſe partim in viam, partim in petroſa atque ſpinoſa, & partim in terram bonam, Evangelium ſeu verbum Dei, Chriſto interprete, per ſemen exprimitur, quia illo renaſcimur. Vnde Paulus audacter ad quoſdam ſcribebat: Per Evangelium ipſe vos genui.

Auguſtini converſio.

1. Cor. 4. 15.

Rom. 13. 14.

Et Auguſtinus tunc ex erroribus, quibus impediebatur emerſit, cùm cœpit legere Scripturas. Et ad Pauli lectionem, ut in ſuis Confeſſionibus licet videre, ſunt depulſæ ab oculis mentis tenebræ. Atque impulſus eſt ad hujuſmodi lectionem Dei oraculo. Voces quippe audivit, quaſi pueri canerēt, dicerēntque: Tolle lege, tolle lege. Cui reſponſo cùm paruiſſet, atque illi occurriſſet in ſacris literis, Induimini Dominum Ieſum Chriſtum, &c. prorſus ad Deum converſus eſt, cui tam diu fuerat antea reluctatus. Hæc ſunt verbi Dei egregia trophæa.

Solę Scripturę dogmata confirmant.

Addas his non poſſe Chriſtianæ fidei dogmata confirmari alia ratione, quàm authoritate ſcripturarum. Idcirco, ut aſſerit Hiſtoria tripartita, Conſtantinus Magnus patres Concilij Nicæni adhortatus eſt, ut oraculis divinarū ſcripturarū cōtroverſias de religione ortas cōponerēt.

Pſal. 19. 8.

Propria Scripturę in Pſal. 19.

4 Sed propria ſacrarū literarum, ſi quis velit fuſius agnoſcere, legat Pſal. 19. ibi & mira brevitate, & ſumma elegātia deſcribuntur. Primo lex Domini appellatur *Temima*, hoc eſt immaculata & perfecta. Deinde aſſeritur, quod animū reſtituat, id quod à prophanis doctrinis non expectandū. Dicitur poſtea teſtimoniū Domini firmum, cū humanæ rationes perpetuò vacillēt, ac nutēt. Parvulos atq; ſimplices erudit, cū peregrinæ ſcientiæ, & ſagaces & acutos auditores tantùm inſtituant. Eſt adhæc lex Domini recta, nihil ibi aut curvi, obliqui aut injuſti, ut paſſim in legib. humanis animadvertitur. Cor exhilarat, lætitia inquam caſta, eſt ſancto gaudio. Purū eſt Domini pręceptū, humana verò figmenta numquā ſimplicia prodeunt, quandoquidē multis ac doloſis fallaciis referta ſunt.

Illuminat oculos : è diverſo , traditiones hominum tenebras meras offundunt. Munda eſt lex Dei : nulla quippe falſitate aut injuſtitia contaminata nobis offertur , cùm humana ſtatuta utroque malo peſſimè laborent. Durant æternùm placita Dei: ſed quæ ab hominibus inſtituuntur, ſemper ſunt ἄστατα, variantur ſubinde, nec unquam ſunt diuturna. In ſumma vera sũt & juſta, quæ nobis pręſcripſit Deus, quod non item de humanis legibus poteris affirmare. Præterea expetenda ſunt præ auro & margaritis, cum à legum humanarum præceptis maximè abhorreant liberalia ingenia. Tandémque melle & favo ſtillante ſuaviora ſunt , quæ Deus in Scriptura nos edocuit : è diverſo autem homines haud ſolent alia præcipere, quàm dura, difficilia, & ſæpenumero atrocia. His autem proprietatibus divinarum ſcripturarum, quas retulit David , non eſt animus aliquid addere: nam cæteras utilitates & fructus verbi Dei ſtudioſi per ſeipſos facilè aſſequentur.

Quo judicio vel arbitratu de Scripturarum ſenſu cõſtituendum. Spiritu S. deferuntur primùm in judicando. Ioan. 8. 47.

5 Modo alterum quod ſum pollicitus explicandum eſt, quibúsnam judicibus autem arbitris de ſententia Scripturarum conſtituendum ſit. Duo ſemper exiſtimavi eſſe inſignia, quibus veritatem deprehendimus literarum divinarum : Spiritum inquam ſanctum, atque ipſummet verbum Dei. Et de Spiritu habet Ioannes octavo capite Chriſtum ita dixiſſe, Si patrem habetis Deum, quomodo non agnoſcetis loquelam meam ? Cúmque ſit certum nos minimè adoptari, vt filij Dei ſimus, niſi interventu Spiritus S. cum ubi fuerimus adepti , Chriſtus hoc loco atteſtatur , nos ita poſſe loquelam ſuam ab aliena dignoſcere, ut nobis manifeſta ſit & explorata. In quem eundem ſenſum alibi quoque dixit : Oves meæ agnoſcunt vocem meam , & non ſequuntur alienum. Neque dubiũ eſt, vi Spiritus S. nos effici oves Chriſti, quæ falſum , errores, & hæreſes (quæ ſunt voces alienorum) non ſequantur: ſed ſolam Chriſti vocem, hoc eſt, verum genuinúmque ſenſum Scripturę cõſectentur. Et ad Corinthios Epiſtola priore cap. 2. Animalis homo non percipit quæ ſunt Dei , nec quidem poteſt , quandoquidem ſunt illi ſtultitia: verùm ſpiritualis judicat omnia. Et ibidem: Spiritus profunda Dei ſcrutatur; Atque Chriſtus ajebat: Spiritus paracletus quæ ſum loquutus vobis, omnia ſuggeret. Nec non in ſua Epiſtola Ioannes habet : Vnctio docebit de omnibus. Dixerint aliqui , Vera quidem ſunt hæc, at nos ſpiritu deſtituti ſumus. Quibus ego regeram; Si ſpiritu vacui eſtis, quomodo vos audetis appellare Chriſtianos , cùm Paulus doceat ad Romanos , Chriſti non eſſe , qui ſpiritum eius non habeant ? Neque hæc dico quò gradus non agnoſcam hujuſmodi ſpiritus dari oportere, cum liquidò appareat , non omnes idem poſſe in ſacris literis intelligendis. Verùm hoc interim affirmo , neminem eſſe verum Chriſtianum, cui tam parum hujuſmodi ſpiritus concedatur, quin valeat ex ſacris literis haurire & judicare quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem: modò eas non negligat cùm nocturna tum diurna manu verſare, quod beatus Chryſoſtomus in proœmio Epiſtolæ ad Romanos apertè docuit, cùm inquit, Hoc verò non ignoratio facit, ſed quod nolint beati hujus viri ſcripta in manibus aſſiduè habere. Neque enim nos quæ ſcimus (ſi qua ſcimus) ab ingenii bonitate atque acumine ſcimus, ſed quod illi viro impensè affecti, ab ejus lectione nunquam diſcedimus. Siquidem qui amãt, ij ante omnes eorum facta norunt, quos amãt, ut qui de ipſis ſint ſolliciti. Et mox : Quapropter ſi vos quoque in animum adduxeritis , hujus lectioni diligentem ac ſtudioſam operam navare , nihil ſanè erit aliud quod vobis requirendum ſit. Verax eſt enim Chriſti ſermo dicentis; Quærite , & invenietis: pulſate, & aperietur vobis. Nec ambigendum hæc illum dixiſſe vulgo, quia Chriſtianæ plebi concionabatur. Neque prætereas quin expendas, quod aſſerit, illos, modò voluerint ſtudioſè Pauli ſcripta legere, alio ſcilicet docente non opus habituros.

Ioan. 10. 4.

1. Cor. 2. 14.
verſ. 10.
Ioan. 14. 26.

1. Ioan. 2. 27.
An omnes ſpiritum Chriſti habeant.

Rom. 8. 9.

Omnes à Scripturis neceſſaria ad ſalutem valent haurire.

Chryſoſt.
Simile.

Matt. 7. 7.

Secundo , per verbum Dei iudicari de Scripturis. Per vetus Teſtamentum judicatur de novo.

6 Aliud præterea eſt , quo ut nota certa utemur ad veritatem indagandam ſacrarum literarum, ipſum inquam verbum Dei. Quoniam de una parte Scripturæ obſcuriori convenit , ut per alteram judicemus , quam viderimus clariorem : dedit Chriſtus Eccleſiæ ſuæ vetus Teſtamentum, cujus authoritas (ringantur quantum velint Manichæi, Marcionitæ , ac hujuſmodi peſtes) firmiſſima eſt, ita ut per illud veteres Chriſtiani de novo quoque Teſtamento judicarint. Act. 17. ſcribitur de Theſſalonicenſibus , quod audito Paulo , ſe ad Scripturas contulerint , inſpecturi , num ſic haberet , ut à Paulo acceperant, an ſecus. Et Auguſtinus de doctrina Chriſtiana , ſuum concionatorem format , docetque ut loca Scripturæ inter ſe conferat, neque illum remittit ad Patrum ſententias inveſtigandas , quærendas Eccleſię definitiones , aut canones, vel traditiones hominum.

Act. 17. 11.

Tertio loco eſt conſenſus Eccleſiæ Catholicę , non tamen ſummus cenſor.

7 Ad hos duos arbitros , quos jam docuimus fideles interpretes eſſe literarum divinarum , conſenſum authoritatémque conſtantem Eccleſiæ catholicæ libenter adjungimus : non tamen ea ratione, ut ſumma cenſura (velut adverſarii aſſerere conantur) debeat hinc peti, quia non licet, vel Concilio, vel Eccleſiæ, pro ſua voluntate Scripturas interpretari, nam id eſſet dominari fidei piorum hominum. Idcirco quando interpretantur verba Dei , eorum eſt probare , quod ea juxta conſenſum atque ἀναλογίαν aliorum locorum Scripturæ expoſuerint. Eſt ergo magnopere cavendus Antichriſtorum periculoſiſſimus error , qui dicere audent Eccleſiam eſſe , quæ divinis libris authoritatem conciliarit , cum longe ſecus res habeat. Quicquid enim authoritatis & exiſtimationis Eccleſiæ contigit , id totum à verbo Dei profectum eſt. Horrendum eſt auditu, ſacra oracula , & verba Dei , ab hominibus alioqui mendacibus fidem ſuam nanciſci. Veruntamen hæc illi fingunt , ut quum deprehendantur non ſemel in Sacramentis, & dogmatis longe ſecus decreviſſe , ac ſanxiſſe, quam divinæ literæ ferant , id tueri volunt, ſibi facere licuiſſe, quod Eccleſia, quæ verbis Dei authoritatem & fidem contulerit, poſſit in eis , id quod viſum fuerit, immutare. Quocirca modis omnibus eſt ipſis in eo quod ſibi ſumunt, reſiſtendum. Non patiamur nos eò adduci , ut ſacra volumina ſuam fidem , & authoritatem habuiſſe ab Eccleſia exiſtimemus. Nec iſta ſcribo , quaſi aſperner , aut contemnam Eccleſiæ dignitatem, cui tria munera, eaque pulcherrima, circa verbum Dei tribuo. Primum eorum eſt, ut eam tanquam conſitear teſtem , ſacros libros aſſeruare. Verum inde non poteſt confici, ei licere quicquam aut pervertere aut commutare in ſacris voluminibus. Experientia nos docet , publicas & privatas tabulas credi tabellionibus, quos vulgo notarios appellant , ut eas aſſeruent & cuſtodiant quàm diligentiſſimè , quibus tamen fas eſſe quicquam in illis commutare , nemo ſanus diceret : nec authoritatem illorum credendum eſt , majorum eſſe virium , quàm voluntates eorum fuerint, qui ea ſic rogarunt literis conſignari. Neque hic erit inutile diſcrimen obſervare inter Dei verbum, quatenus prophetis & ſanctis ab initio revelatum eſt , & quod poſtea prædicatum ſive conſcriptum fuit : nam differentiam tantummodo temporis, inter hæc facilè agnoſcimus , non autem efficaciæ ſeu authoritatis. Nam fatemur antiquius fuiſſe verbum ἄγραφον , quàm id quod poſtea literis conſignatum eſt, & utrunque damus Eccleſiæ collatum, ſed quod, uti diximus, nulla ratione vel torquere, vel immutare licuerit Eccleſiæ. In ſecundo loco eius eſſe non dubitamus , ut ſermones à Deo ſibi commiſſos promulget, ac prædicet. Qua in re præconis inſtar ſe habet , qui licet edicta principum & magiſtratuum invulget, non tamen ea ſuperat aut æquat authoritate ſua : ſed totus eius labor eſt , ut omnia fideliter pronunciet , ut à principibus & magiſtratibus accepit : Quod ſi ſecus ageret , perfidiæ omnino teneretur. Quare miniſtros Eccleſiæ nihil magis curare atque ſtudere oportet quàm ut fideles inveniantur.

Nõ eſt Eccleſia, quę divinis literis authoritatem tribuat.
Claſſ. 4. Cap. 4. Sect. 12. & Cap. 6. Sect. 11.

Tria eccleſiæ munera circa verbum Dei.
Eccleſia tanquam teſtis libros ſacros conſervat.
Simile.
Verbum Dei prędicatum & conſcriptũ.
Simile.
Eccleſię eſt verbum Dei promulgare & prędicare.

8 Poſtremo loco Eccleſiæ quoque functionem eſſe agnoſcimus , ut cum ſit prædita divino ſpiritu, ſynceros , & germanos libros divinarum literarum, ab adulterinis & Apocryphis diſcernat , quod utique non eſt authoritate ſuperiore pollere, ut multi ſtultè ſomniarunt. Sic enim aiunt , cùm Eccleſia Scripturas partim receperit, & partim repudiaverit , jus habet , ut de illis pro ſuo arbitratu ſtatuat. Verum

Eccleſia ſacros libros ab adulterinis & apocryphis diſcernit.

hoc

Digitized by Google

hoc argumenti genus infirmiſſimum eſt. Facilè quippe dabimus, antiquam Eccleſiam tanto ſpiritu fuiſſe præditam, ut ejus ductu & auſpiciis facilè agnoverit, inter illa quæ ſibi proponebantur quænam legitima & genuina verba Dei eſſent, & hac ſpirituali facultate canonem ſcripturarum ab Apocryphis libris diſcreverunt. Quod ubi perfectum eſt, nequaquam pro libito interpretari eas licuit, ſed fuit & ſpiritus Chriſti audiendus, & conſenſus omnium locorum Scripturæ diligenter ſpectandus. Quod idem videmus quotidie fieri. Cùm regiæ literæ afferuntur, poſſunt quidem civitatum præfecti & provinciarum adminiſtratores, ex uſu & civili peritia ſatis agnoſcere, num veræ an adulterinæ ſint literæ, quæ ſibi nomine Regis redduntur: eas tamen cùm intellexerunt non vitiatas aut fictas eſſe, non licet proprio arbitratu, vel invertere vel torquere. Non ſecus de Eccleſia oportet exiſtimare: teſtis quidem eſt & fida conſeruatrix divinorum codicum, cui tamen haud permittitur, ut aliud quippiam conſtituat, atq; Deus his literis definiverit. Non enim pauci reperiuntur, qui Platonis & Ariſtotelis propria & vera ſcripta poſſint à ſuppoſititiis diſcernere, qui tamen è veſtigio judicandi non ſunt, vel paris, vel majoris eruditionis, atque Plato vel Ariſtoteles fuerunt. Et noſtrum quiſque facilè poteſt Deum à diabolo internoſcere, qui nihilominus Deo non ſumus æquandi, nedum illum credamur antecellere. Ita Eccleſia non debet iſta de cauſa ſuam fidem, vel authoritatem divinis literis præferre.

Simile.

Non à miniſtris, ſed à Deo fides inſtillatur.

9 Sed ajunt Auguſtinum dicere, Non crederem Evangelio, niſi authoritas Eccleſiæ me moveret. At eo in loco legitur commoveret: quia revera ſpiritus Dei eſt, qui fidem audientibus verbum ſuum influit: Eccleſiæ verò miniſtri, cùm ejus inſtrumenta ſint, potius commovere dicendi ſunt quàm movere. Idem Auguſt. contra Fauſtum lib. 28. cap. 2. ſcribit Manichæos ſic debere credere, primum caput Matthæi ab eo fuiſſe conſcriptum, quemadmodum ipſe credebat, Epiſtolam, quam appellabant Fundamentum, fuiſſe Manichæi: quod nimirum apud majores eorum ita fuerit conſervata, & per manus tradita. Hoc eſt itaque, quod Eccleſia nos commovet ad credendum Evangelio, quia ſacras literas bona fide cuſtodit, prædicat, & ab alienis diſcernit. In libro Confeſſ. 6. cap. 4. & 5. idem pater liquido teſtatur, Deum ipſum revera ſanctæ ſcripturæ authoritatem attribuiſſe. Tertullianus autem & Irenæus, cùm adverſus hæreticos agerent, ideo eos ad Apoſtolicas Eccleſias relegabant, quod integras ſcripturas illi non admitterent: quare volebant, ut earum ſenſum ab illis Eccleſiis, quas Apoſtolicas fuiſſe conſtabat, acciperent: Illas enim conveniebat, divinorum librorum & teſtes, & conſervatrices perpetuò extitiſſe: nec tamen ea de cauſa ſtatuebant, Eccleſiæ authoritatem Scripturis anteferendam.

De quadam regula dialecticorum quid ſentiendum. Similia.

10 Cęterum adverſarij à vulgata ſententia ſe adduci aiunt, quæ à Dialecticis vulgò jactatur: *Propter quod unumquodque tale, id magis tale judicabitur.* Colligunt ergo ad hunc modum. Si propter Eccleſiam Scripturæ ſua conſtat authoritas, efficitur, ut ea magis penes Eccleſiam ſit, quam in ipſis Scripturis reſideat. Verùm non cogitant, ſententiam à Dialecticis poſitam, in finibus duntaxat locum habere, in efficientibus autem cauſis non eſſe firmam. Nam licet propter Solem & ſtellas inferior noſter mundus caleat, non tamen inde conficitur, ea longè magis calere. Deinde cùm homines intemperantes propter vinum ebrij fiant, non poſſumus inde concludere, vinum magis quàm illos ebrium eſſe. Imo Dialectici hoc docent, ſuam illam ſententiam tum robuſtam, & validam in cauſis efficientibus eſſe, quando totæ atque integræ, non autem mutilæ atque conciſæ adducuntur: quod utique in hoc argumento à noſtris adverſariis parum obſervatur. Etenim Eccleſia non eſt cauſa efficiens, tota & integra, ejus fidei atque authoritatis, quam apud fideles divinæ Scripturæ habent. Nam ſi res ita eſſet, divinas literas perfacilè ſuadere poſſet Ethnicis atque Turcis, & Iudæos adducere, ut novum Teſtamentum reciperent: id autem quàm verum ſit, res ipſa teſtatur.

11 Eſſent præterea iſti percontandi, quæ Eccleſia illa ſit, cui volunt ſummam ſcripturarum cenſuram concedere. Si dixerint Epiſcopis: hi perſæpè larvæ ſunt, neque intelligunt prorſus quid ſacræ literæ contineant, & eorum vita eſt nonnunquam ejus generis, ut cum illis ne quidem ſit fas cibum ſumere. Et cùm deprehendantur animales homines, quis velit eis rerum ſpiritualium ſummum judicium tribuere? Sin dixerint, ad ſanctos Patres pro veritate ſacrarum literarum confugiendum, concedemus fieri poſſe, ut illi ſæpius eam conſecuti fuerint, at non perpetuò: quia non rarò inter ſeſe diſſentiunt, nutant, retractant, & nonnunquam eorum unus adverſus alterum contendit. Scio, dicent poſtremò, ad ſacra Concilia recurrendum, quaſi ea nunquam errarint. Ariminenſe Concilium fecit prorſus cum Arrianis, & Epheſinum concilium ſecundum errori Eutychetis favebat. Chalcedonenſe ita lapſum eſt, ut Leoni pontifici Romano voluerit conferre id honoris, ut univerſalis appellaretur Epiſcopus. At vir ſanctus (aberat enim) hoc audito, prorſus reclamavit. Et in concilio habito à divo Cypriano, graviter erratum eſt, cùm ibi definierint, hæreticos baptizatos extra Eccleſiam catholicam, ſi ad illam rediiſſent, oportere denuò tingi. Et ſynodus Conſtantienſis turpiter conſenſit ut mutilum Euchariſtię ſacramentum, laicis adminiſtraretur. Poſſent & alij complures errores in medium adferri, qui fuerunt à Conciliis inducti. Nam cùm ſint homines qui definiunt ac decernunt, quæ in Conciliis proponuntur, multum carnis & humani ſenſus frequenter admiſcent. Ideo ſententiæ illorum nequaquam ſubſcribendum eſt, niſi patuerit eam cum ſacris literis probè conſentire. Nónne Petrus, niſi Paulus ei reſtitiſſet coram, erraſſet? Quod ſi non alienus fuit à lapſu tantus Apoſtolus, quid non ſuſpicari poſſumus de infirmis hominibus, quos videmus perſæpe affectionibus variis tranſverſos rapi? Revocentur itaque omnia ſine cunctatione, ad Scripturæ examen, & ita per ea quæ ſunt certa, judicabimus incerta; & per ea quæ firma ſunt, conſtituemus de ambiguis. Vt enim verbum Dei ſolidum eſt, & æternum manet, ſic hominum placita incerta ſunt, & perpetuò vacillant. Nec iſta eò trahenda ſunt, quaſi non velimus pios fratres in ſacris conventibus patienter audiri, aut quæramus authoritatem Patrum & Conciliorum omnino elevare. Non hoc animo iſta proferimus. Cuique ſuum honorem ſalvum cupimus: modò non tribuatur hominibus, quod unius Dei eſſe convenit: atque id perpetuò inſonet auribus, quod Paulus ad Gal. habet: Si angelus de cœlo aliter annunciaverit, atque ſacræ literæ habeant, anathema eſto. Hæc jam volumus pro hac parte ſatis eſſe. Nam abundè oſtendimus, quibus notis aut veſtigiis oporteat ſacrarum literarum veritatem deprehendere.

De Patribus.

De Conciliis. Claſſ. 4. c. 4. Sect. 10.

Gal. 2. 14.

Gal. 1. 8.

12 Nunc diſſerendum eſt, qua ratione valeat quiſque parare ſibi has facultates intelligendi ſermones Dei, quas modo recenſuimus. Et quoad primum interpretem, quem Spiritum S. poſuimus, precibus agendum eſt. Quare David orabat: Retege oculos meos, ut conſiderem mirabilia de Lege tua. Item, doceas me juſtificationes tuas, intellectum da mihi, & ſcrutabor mandata tua: & infinita penè habentur hujus farinæ in Pſal. 119. Nec non Paulus orat in ſuis Epiſtolis, dari ſanctis ad quos ſcribebat, ſapientiam, ſpiritualem prudentiam, & oculos illuminatos ad agnitionem voluntatis Dei. At quoad alterum judicium per quod judicatur de ſacris literis, verbum inquam Dei, ſtudium non vulgare adhibendum eſt, quò valeamus loca cum locis conferre, & per ea quæ ſunt magis perſpicua, de obſcurioribus pronunciare. Hinc Paulus monebat ſuum Timotheum, ut incumberet lectioni. Et ipſemet, cùm Romæ vinctus eſſet, petiit ſibi mitti Troade, cùm libros, tum membranas, quas ibi reliquerat. Ex his licet colligere, eos qui ſcripturas interpretando labuntur in errorem, ſuo vitio impingere, quod non ſatis oraverint, neque ſatis in earum ſtudium incubuerint. Nec ullos debet ab hac pulcherrima exercitatione deterrere rudis & incultus divinarum ſcripturarum ſermo: quia ut in vili conchylio margaritum latet, & ex folliculis frumentum excutitur: ſic

Quomodo poſſimus nobis comparare hæc inſtrumẽta, quibus de ſcripturis iudicandum eſt. Pſal. 119. 12. & 18.

Phil. 1. 8.

Pro collatione locorum adhibeatur ſtudium.

1. Tim. 4. 13.

2. Tim. 4. 13.

Non abhorrendum à ſtylo Scripturæ, Cautio. Simile.

Digitized by Google

ex impolito & ſimplici ſermone ſcripturarum ſanctarum nitida, & fulgentiſſima veritas eruitur. Atque illud inprimis cavendum, ne ad illarum lectionem accedamus præjudiciis obfirmati. Seponas affectus, veni ut diſcas, non autem ut ſcripturas (quod hæretici faciunt) in tuam ſententiam volentes nolentes pertrahas.

Ex epiſt. ad D. Cocum præfixa epiſt. ad Ro.
Exhortatio ad legendas ſcripturas.
Similia.

13 Firmiſſimum ergo præſidium, quod nobis divinitus defertur, paſſimque fit obvium, Divinæ literæ ſunt, quas ut noſtram panacem ſemper ad manus B habere oportet. Nam ſi laboramus ignorantia, ibi lux eſt qua diſcutiatur: ſi variis perturbationibus morbidiſque animi affectibus commovemur, nec non peccatorum graviſſimorum conſcientia divexamur, ibi remedia, & facilia & expedita occurrunt: ſi rerum externarum premimur, & tantùm non opprimimur anguſtia & moleſtiis, ibi ſolida eſt & firma conſolatio: ſi hæremus interdum, & ſumus perplexi, neſcientes in rebus ambiguis, quo nos vertamus, non alibi melius, quàm ibi conſilium bonum C & fidele reperiemus: ſi tentamur, & de ſalute (quemadmodum ſæpe fit) periclitamur, ibi munitiſſimum atque certiſſimum propugnaculum habemus. Et ſanè poſterior noſter David, non aliunde, quàm ex illa pera, leviſſimos lapides verborum Dei extraxit, quibus frontem Goliathis percuteret, & Satanam à quo in deſerto tentabatur, proſterneret. Vnde prior David non immeritò canebat, ſe mirabilia de Lege, id eſt, de Scripturis divinis conſiderare, atque in corde abſcondiſſe Dei eloquium, ut illi non peccaret, & D eam in afflictione ſuam conſolationem profitebatur, quod eloquium Dei ſe vivificaret. Quid quæris? hinc fontes dimanant Servatoris, ad quos gratis hauriendos omnes invitamur, unde noſtra ſitis intolerabilis reſtinguatur, & ſummo deſiderio beatitudinis potiundæ ſatisfiat. Hic penum Dei refertiſſimum omnium bonorum copia, & apertum, & expoſitum nacti ſumus, inde licet cuique ſuæ proſpicere indigentiæ. Hic menſa inſtructiſſima eſt appoſita, ubi E Dei ſapientia nobis vinum ſuaviſſimum miſcuit, quo ſe quiſque liberaliſſimè reficiat. Hic hortus, & paradiſus, pluſquam Alcinoi & Salomonis cuique aperitur. Quare decerpamus inde utilia, non pernitioſa, & potius apes quàm araneos imitemur, ſugendo liquorem dulciſſimum, non letiferum venenum. Libros à mortalibus aliqua proditos induſtria, ſolemus incredibili ſtudio complecti, unde tamen nil aliud, quàm aut tuendæ, vel recuperandæ valetudinis rationem, aut rei familiaris augendæ viam, aut admi- F niſtrandæ Reipublicæ præceptiones, aut agriculturæ, vel cæterorum artificiorum inſtituta, aut voluptatum aliquod lenocinium conſequimur: quantò magis librorum ſacrorum conducit lectioni toto pectore ſtudere? ſiquidem ibi non humanam ſapientiam audimus, ſed ipſum Deum nobis loquentem coràm habemus, cui ſanè auſcultando, animi ſingularem alacritatem percipiemus: triſtes cogitationes effugabimus, conſolatione dulciſſima levabimur, inauditum, ac ſupra hominem robur induemus, nil G jam putabimus arduum vel difficile, jugum Domini, ac ejus crucem levia exiſtimabimus, offeremuſq; nos paratiſſimos pro eius nomine ad quidvis ferendum, quin & cœleſti eloquentia inſtructi, nequaquam verbis hominum, ſed ipſius Dei, cum hominibus loquemur.

Matt. 4. v. 4. 7. & 10.
Pſal. 118 v. 8. 11. & 50.

14 Equidem ſcio multos eſſe qui hæc non credant, & non paucos qui ea rideant, nóſque inſanire arbitrentur: ſed iſtos rogatos velim ne ipſos pigeat aliquando periculum facere, quæſo non dedignentur legere. Malè mihi ſit, ita enim in tanta cauſa ju- H rare auſim, niſi tandem capiantur. Sentient denique quantum divina hæc ab humanis diſtent. Sentient inquam, attentè ac fideliter legendo, ſibi quandoque à divina miſericordia in corde flagella timoris & pudoris ingeminari: ſentient efficaciter perſuaderi, ut aliquando tandem morti moriantur, & vitæ vivant: ſentient item peccatorũ, & præteritarum voluptatum horrore ſe concuti, cùm in illis antea ſe beatos & felices putarent: ſentient ſibi congeri ante I oculos totam carnalis vitæ miſeriam, cujus amaro ſenſu diſcruciatis, orietur in oculis procella ingens, largúſque hymber lacrymarum: non enim di- A vina oracula dum ſeriò leguntur, & preſſius conſiderantur, leviter animum vellicant, ſed cor ſtimulis præacutis altiſſimè fodiunt, & illinc averruncatis quodammodo vitiis & ſceleribus, loco eorum conſcientiæ pacem, ac ſpirituale gaudium inſerunt: ſentient ad extremum in ſe divinæ ſuavitatis ac bonitatis admirabiles & ſuaviſſimos amores accendi. Quapropter in diverſum commutati, dicere cogentur, quod præclarè David cecinit: Quàm dulcia facta B ſunt fauci meæ eloquia tua, fuerunt præ melle dulcia ori meo. At hujuſcemodi adjumento, quo nihil divinius, aut ſalubrius inveniri poteſt, ij privantur homines, qui aut nolunt Dei libros omnino legere, aut faſtidio, nauſea, & contemptione quadam legunt, unde verbo Dei non afficiuntur, ſed propriis conſiliis in diverſa omnino auferuntur. Cujus impietatis ac ſceleris Deus apud Oſeam prophetam capite octavo, Iſraëlem graviter accuſat, dicens: Scripſi ei magnalia Legis meæ, ſed reputata ſunt ceu quid a- C lienum. Certè degeneres admodum ſunt ij filij, qui vocem qua parens eorum clementiſſimus, illos ad bene beatéque vivendum arceſſit, eam habent pro aliena: & è diverſo, quæ re vera eſt aliena, eam ut ſuam & propriam conſectantur, & ita fit, ut more ſcarabeorum, eos videas μύρον ἀποφεύγειν, καὶ τὸ δυσῶδες διώκειν. Vnde mirum non eſt, ſi marceſcant in cœno mundanarum voluptatum, urantur indignis & turpibus curis, in rebus adverſis deſperent, ac in peccatis, & vita undique contaminata denique pereant. D Ad ſummam de ſacris literis, illud, parum licet inverſum, pronuntiare libet, quod affirmavit Demoſthenes de pecuniis, δεῖ δὴ τοῦ λόγου θεοῦ, καὶ ἄνευ τούτου οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων.

Pſal. 119. 103.
Oſe. 8. 12.

15 Solent qui nobis paulò ſunt iniquiores, perpetuò jactare, in Scripturis multa eſſe obſcura, utq; Petrus dicebat de Pauli Epiſtolis, intellectu difficilia: & hoc argumento nituntur avocare ſimpliciores ab earum frequenti lectione. Nos itaque adverſus iſta aſſerimus, difficilia illa de quibus Petrus E meminit, ſtudio & aſſidua inveſtigatione ſuperari, præſertim ſi ea referamus ad alia loca, in quibus eadem, ſed apertius, diſſerantur. Et ſi qua fortaſſis penetrari non uſque adeo poſſunt, exiſtimandum eſt, ea minimè neceſſaria eſſe ad ſalutem. Non enim adeo Spiritus S. eſt noſtræ ſalutis negligens, ut quod nos ſcire oporteat, de induſtria celatum velit. Imò obſcuritas interdum fidelibus non mediocriter conducit: nam per illam, ſtudium in eis excitatur, adaugetur cupiditas intelligendi, & fervent preces: F quibus quanta poſſunt cum inſtantia contendunt, ut quod eos latet addiſcant. Adducuntur præterea, ut ſe peritiores libenter conſulant: unde illorum quæ fortè ſuboriretur animi elatio reprimitur, & mutua dilectio inter Chriſti membra inſtauratur. Neque lædit Scripturarum difficultas quæ nonnunquam occurrit, niſi perverſos. Chryſoſtomus, ut attigimus, in iis quæ præfatur in epiſtola ad Romanos, docuit hanc difficultatem, aſſiduo ſtudio & continua lectione leniri, & ita leniri, ut dicere audeat, nos per G noſipſos abſque præceptore intellecturos quæ ibi traduntur, modò has epiſtolas nocturna diurnaque manu verſemus. Non enim, inquit, nos quæcunque percipimus, acumine intellectus penetramus. Nam etiam qui ſunt hebetiores, aſſiduo ſtudio conſequuntur difficilia. Et ſimile affert valde appoſitum. Cogitationes & ſenſus hominis abſtruſiſſimi ſunt, tamen amici quem vehementer diligimus, & quocum perpetuò verſamur, cogitationes & ſenſus animi, nutu perſæpe patefiunt nobis abſque indicio H verborum & ſermonum quos ille proferat. Ita fiet, in Paulinis Epiſtolis ait, modò quis illas amet, & aſſiduè in illis verſetur. Qui petit, accipit: qui quærit, invenit: & qui pulſat, ei aperietur. Hæc ad populum dicebat, exhortans eos ad ſtudium literarum.

Ex præfatione in epiſt. 1. ad Corinth.
2. Pet. 3. 16.
Quid ſentiendum de ſcripturæ difficultate, & qua ratione leniatur.
Ex præf. t. in epiſt. ad Rom. Vide in Rom. 4. 1.
Chryſoſt.
Simile.

16 At ſolent etiam nonnulli jactare, ſacras literas & dubias & obſcuras eſſe, quod ſpecula & ænigmata vocentur, atque ideo concludere annituntur, eas nequaquam nobis ad ſalutem ſufficere, ſed opor- I tere ad Patrum & Cõciliorum ſententias ſe recipere. Nam principia (inquiunt) quibus vita noſtra regitur, oportet quàm evidentiſſima eſſe. Verum his jam tu-

In 1. ad Cor. 13. verſ. 12.
Scripturas neque dubias neque obſcuras eſſe.

Digitized by Google

jam reſponſum eſt, in his quæ neceſſaria ſunt ad ſa- A
lutem, ſcripturis divinis perſpicuitatem non deeſſe,
& quæ traduntur in uno loco ſubobſcurè, in altero
clarius docentur. Et quis non intelligat Apoſtolum
eo loco non agere ſimpliciter & abſolutè, ſed ex col-
latione? Quàm hebes eſt hæc argumentatio? Quæ
traduntur in ſacris literis & in ſacramentis, ſpecula
ſunt & ænigmata divinarum rerum, ſi conferantur
notitiæ habendæ in patria: igitur per ſeſe ac ſimpli-
citer ita obſcura ſunt, ut ad noſtram ſalutem mini- B
mè ſufficiant. Atque nunc credimus, humanæ ra-
tioni minimè conſtant per cauſas, ut demonſtrari
poſſint. In alia vita, ea omnia perfectè ſciemus, &
in ſuas cauſas ad ſummum uſque reſolvere poteri-
mus: Neque patres, neque Concilia de rebus divi-
nis plus tradere poſſunt, quàm ipſi ex ſacris literis ac-
ceperint. Quicquid enim præter hæc addunt, ut hu-
manum figmentum reſpuendum eſt.

17 Quæ in poſteriori Epiſtola ad Corinthios
cap. 3. habentur, ad id explanandum commodè fa- C
ciunt: Nos autem revelata facie, ſpeculamur glo-
riam Domini, ad eandem imaginem transformamur
à gloria in gloriam, tanquam à Domini ſpiritu.
Confert enim Apoſtolus his verbis bifariam notitiã
quam de divinis habemus, ad illam quæ fuit ſub Le-
ge, & ad eam quam expectamus poſt hanc vitam in
patria. Priori collatione inquit, notitiam quæ ſub
Lege fuit, & tectam & velatam. Quod indicatum eſt
velo, quo Moſes loquuturus cum Iſraelitis vultum
obducebat. Cui obſcuritati opponitur quod ſubdi- D
dit, nos facie revelata & aperta poſt adventum Chri-
ſti divina intueri. Ne tamen putares notitiam no-
ſtram adhuc perfectam eſſe, utitur hoc participio
κατοπτριζόμενοι, quod eſt per ſpeculum contemplan-
tes: quia rerum ipſarum complexus, in patria reſer-
vatur: unde mutamur, transformamurque quotidie
ad imaginem Dei, ex minori in majorem gloriam.
Tractat hunc locum Auguſtinus, & quidem lucu-
lenter, de Trinitate, libro 15. capite octavo. Neque
debemus offendi, quod ita per ſpeculum & in æni- E
gmate, Deus notitiam ſui nobis tradiderit, quoniam
in natura noſtra requiſivit. Ita enim facti ſumus, ut
per effecta in cauſas adducamur, & ad vera per ſimi-
litudines alliciamur.

verſ. 18.

Duplex cognitionis noſtræ collatio.

18 Nec magis audiendi ſunt, qui volunt ſuadere,
ſacras literas è manibus laicorum excutiendas, quod
myſteria quæ ibi latent, non ſunt omnibus com-
mittenda: Nam id aiunt eſſe ſanctum dare canibus,
quandoquidem plebs Chriſti canum loco non eſt
habenda. Nam qui crediderunt & baptizati ſunt, & F
ſacramentorum ſiunt participes, ſpiritum quoque
Chriſti habent, idcirco ſermonibus ejus non ſunt de-
fraudandi: & licet in vulgo Chriſtianorum aliqui
contemptores, blaſphemi ac deriſores fortaſſis inve-
niantur, num debet maxima pars fidelium propter
illos, commodo Scripturarum fraudari? Quod exem-
plo Apoſtolorum evidenter probatur, qui neſcij non
erant, in tanta multitudine quæ illorum conciones
audiebat, ſæpe interfuiſſe complures qui inſtar ca-
num & porcorum, doctrinam propoſitam concula- G
bant: nec tamen propter iſtos à plebe conciones
ſuas ſubtrahebant: Quin & Chriſtus populo ſæpius
prædicavit, Scribis & Phariſæis aſtantibus; quos
probè noverat in Spiritum S. peccare, neque pro-
pter eos à ſui muneris functione deſiſtebat. Ita &
hodie, quia non poſſunt aliquot blaſphemi & con-
temptores per publicas leges ſacris codicibus privari,
quin major pars populi Chriſtiani læderetur: ideo
præſtat, ut omnibus promiſcuè permittantur. Aiunt
multas hæreſes hac tempeſtate ſubortas eſſe, quę hoc H
non patiantur. Sed qui hæc dicunt, cogitare debe-
rent, ante Auguſt. ætatem, fuiſſe Arianos, Mani-
chæos, & adhuc eo ſuperſtite graſſatam eſſe Pelagia-
norum hæreſin, ac Donatiſtarum, & alias non pau-
cas peſtes: & tamen illum ſacras literas conſuluiſſe
legendas, ut patet in epiſt. ad Voluſian. & in ſermo-
ne quem in cap. Ieiunij habuit: ubi à fidelibus con-
tendit, ut lectionem ſacrarum literarum ipſis convi-
viis loco aleæ ac teſſerarum adhiberent, hortaturq;
non ſemel omnes propemodum Patres, populum I
Chriſti ad hoc ſtudium. Eſtque ratio admodum im-
becilla, ut bona propter quorundam abuſum auſe-

Ex 1. Cor. 2. verſ. 7.
Sacras ſcripturas omnibus legendas proponi.

rantur. Alioquin Euchariſtiam ipſam oportuit ſub-
latam, quod multi, ut Paulus atteſtatus eſt, illa in
ſuam perniciem abutantur. Denique quæcunque
illi incommoda objiciunt, Deus ipſe melius quàm
ipſi novit, qui non modò legem, ſed etiam prophe-
tas in populo ſuo vulgò haberi paſſus eſt, imò & ex-
teris tradi legendos. Eunuchus Candacis reginæ,
prophetam legebat in curru, quando Philippus ei
aſtitit. Quid itaque Deo prudentiores eſſe volunt?
Quæ enim neceſſaria ſunt ad ſalutem, in ſcripturis
& perſpicua ſunt & facilia, ut jam docuimus. Itaque
quod prædeſtinatæ ſunt ad gloriam Dei, idque ab o-
mni æternitate, Deo immenſæ gratiæ agendæ ſunt,
qui de ſalute noſtra tam maturè cogitavit.

Act. 8. 28.

Sacrarum literarum partitio.

19 Divinarum literarum ſectionem aliqui faciunt
quadripartitam, & cùm in veteri, tum in novo Te-
ſtamento libros quoſdam legibus aſcribunt, alios hi-
ſtoriis, quoſdam vaticiniis, & quoſdam poſtremò
ſapientiæ. Verum ita ſeparare ſacros libros mutuò
à ſeſe, minimè convenit: quandoquidem in Exo. &
Levit. in Num. & Deuter. quibus leges comprehen-
di ſtatuunt, totidem fermè hiſtoriæ, quot leges de-
prehenduntur. In libris præterea, quos prophetis
aſſignarunt, leges rectè vivendi crebrò traduntur,
& luculenter explicantur. Neque Salomonis libros,
& alios ejus generis, quos voluerunt ſapientiæ pro-
prios eſſe, à legibus aut vaticiniis valemus propriè
diſtinguere. Nam ibi ſententiæ traduntur paſſim,
quæ cùm ad vitam inſtituendam faciant, rationem
legum citra controverſiam habent. Deinde cum in
his arcana permulta inſtinctu divini Spiritus Eccle-
ſiæ ſint patefacta, oracula proculdubio lectoribus
attentis de rebus eventuris fundunt. Facilè itaque
conceſſerim, omnia quæ iſti memorant, in ſacris li-
bris reperiri, præcepta inquam vivendi, præclaras
hiſtorias, & rerum futurarum vaticinia, nec non ſen-
tentias & dicta quam ſapientiſſima: ſed ita, ut uno-
quoque fermè libro, ſparſa nobis proponantur, nec
tamen hiſce finibus atque terminis ſacros libros à ſe
invicem diſcerni. Potius autem, ut doctioribus vi-
ſum eſt, exiſtimarem quæcunque in divinis libris
continentur, ad duo ſumma capita eſſe revocanda:
Legem inquam & Evangelium. Nam ubique nobis
vel præcepta Dei rectè vivendi promulgantur, vel
cùm ab illis infirmitate, ſeu malitia quadam aberraſ-
ſe coarguimur, Evangelium demonſtratur, quo per
Chriſtum id condonatur quod peccavimus, & divini
Spiritus facultas ac vis promittitur, ut ad imaginem
Dei jam amiſſam inſtauremur. Duo hæc in omnibus
libris Moſaicis, in hiſtoriis, prophetis & ſapientibus
licet intueri, nec modo in veteri, ſed etiam in novo
Teſtamento. Non ſanè diſtinguuntur libris & pagi-
nis, ſed ea, quæ jam allata eſt, ratione ſeparantur. Atq;
hæc de materia divinorum librorum in univerſum
dicta ſunto.

Ex præfatione in lib. Iud. De partitione divinarum literarum.

Duo præcipua ſunt, ad quæ divinæ literæ in univerſum revocantur.

De hiſtoria.

20 Nunc de Hiſtoria ſacra pauca dicenda ſunt.
* Hiſtoria verò eſt, ut Quintilianus lib. 2. cap. 4. ſua-
rum inſtitutionum ſcribit, geſtæ rei expoſitio. A quo
non multum differt Auguſt. qui de Geneſi ad lite-
ram cap. 2. ait: Hiſtoria eſt, cùm ſive divinitus, ſive
humanitus res geſta narratur. Et hac definitione tam
prophanas quàm ſacras hiſtorias complectitur. Sed
omnes rerum geſtarum narrationes minimè ſunt e-
juſdem generis, cùm quædam earum Annales vo-
centur, aliæ verò appellentur Hiſtoriæ: Id autem
commodè facere non poſſumus, niſi hæc à ſe invi-
cem diſtinguamus. Cicero lib. 2. de Oratore dum hęc
attingit, ad hunc modum ſcripſit: Græci ipſi ſic ini-
tio ſcriptitarunt, ut noſter Cato, ut Pictor, ut Piſo:
erat enim hiſtoria nihil aliud, niſi Annalium confe-
ctio, cuius rei, memoriæque publicæ retinendæ cau-
ſa ab initio rerum Romanarum uſque ad Publium
Mutium pontificem maximum res omnes ſingulo-
rum annotatas mandabat literis Pont. Max. efferre-
batque in album, & proponebat tabulam domi, po-
teſtas ut eſſet populo cognoſcendi: ij qui etiam

*De ſacrarum literarum lectione vide Côciones tres Locis communib. additas ad calcem. Ex præfat. in lib. Iud. vide epiſtolam & προλεγόμενα in libros Samuel, & præfat. in 2. lib. Sam.

Definitio Hiſtoriæ.

Quid inter ſit inter hiſtorias & Annales.

nunc Annales maximi nominantur. Hanc ſimilitudinem A ſcribendi multi ſecuti ſunt, qui ſine ullis ornamentis, monimenta ſolùm temporum, hominum, locorum, geſtarúmque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Græcos Pherecydes, Hellanicus, Acuſilaus fuit aliique permulti, talis noſter Cato & Pictor, & Piſo, qui neque tenent quibus rebus ornatur oratio, & dum intelligatur quid dicant, unam dicendi laudē putant eſſe brevitatem, &c. Poſtea ſubdit: Rerum ratio ordinem temporum deſiderat, regionum B deſcriptionem vult etiam: quoniam in rebus magnis, memoriáque dignis, conſilia primùm, deinde acta, poſtea eventus expectantur: & de conſiliis ſignificari, quid ſcriptor probet, & in rebus geſtis declarari, non ſolùm quid actum aut dictum ſit, ſed etiam quomodo, &c. Ex his colligere poſſumus, quęnam ſit Annalium ratio, quæve Hiſtoriæ & ſtatuendum videtur, S. Scripturæ narrationes, potius Hiſtorias eſſe, quàm Annales: ſiquidem non tantùm res geſtæ proponuntur, ſed indicantur cauſæ, conſilia, C & modi. Aſcribuntur etiam interdum non ſine aliquibus ornamentis orationes, admonitiones, & reprehenſiones: quæ omnia potius ad Hiſtoriam, quàm ad nudos Annales pertinent.

Narrationes S. Scripturæ potius Hiſtoriæ ſunt quàm Annales.

21 At quando ſententiam Ciceronis audivimus, Aulus quoque Gellius producendus eſt, qui lib. 5. cap. 5. ita ſcribit: Hiſtoriam ab Annalibus quidem differre eò putant, ut cùm utcunque ſit rerum geſtarum narratio, earum tamen, propriè rerum ſit Hiſtoria, quibus rebus gerendis interfuerit is qui narret, D &c. Iſtam ille diſtinctionem minimè ſequitur, ac non immeritò, quam tamen Servius Grammaticus amplexus eſt, eúmque ſecutus Iſidorus 1. Etymologiarum: quod mirum eſt, quia non modò Ciceroni adverſatur, qui dixit, Hiſtoriam eſſe confectionem Annalium, ſed etiam Vergilio, cujus verſus eſt in 1. Æneidos,

Quid Aulus Gellius de Annalibus & Hiſtoria ſenſerit.

Et vacat Annales noſtrorum audere laborum.

Vbi Annales oſtendit ad res quoque pertinere, E quibus gerendis interfuimus. Sed ad Gellium redeo. Alios refert extitiſſe, qui putarint, Hiſtoriam eſſe rerum geſtarum, vel expoſitionem, vel demonſtrationem: Annales verò eſſe, cùm res geſtæ plurium annorum, obſervato cujúſque anni ordine, deinceps componuntur, &c. Iuxta quam ſententiam, Hiſtoria ſacra non poteſt Annalibus annumerari, quandoquidem in ſuis narrationibus geſtarum rerum, annos ſępe non annotavit. Deinde idem author, Gellius inquam, de Sempronij Aſellionis mente adjecit: F Verùm inter eos, qui Annales relinquere voluiſſent, & eos qui res geſtas à Romanis perſcribere conati eſſent, hoc interfuit. Annales libri tantummodò quod factum, quoque anno geſtum ſit, id demonſtrabant. Hiſtoriæ verò id non ſatis eſt, quod factum eſſet pronunciare, ſed etiam quo conſilio, quáque ratione geſta eſſent, demonſtrare. Et paulò poſt, idem Aſellio in eodem libro. Nam neque alacriores ad Rempublicam defendendam, neque ſegniores ad rem perperam faciendam, Annales libri G commovere quicquam poſſunt, &c. Proinde quum ex Scripturæ cognitione admoneantur homines, incitenturque ad rectè colendum Deum, ad reſipiſcendum, ad ſpem in Deo collocandam, & denique ad omnia recta vitæ officia alacriter capeſſenda, Hiſtoriam, non Annales continent. Verboſius fortaſſis hæc expoſui, ſed ut arbitror, cum aliquo fructu.

22 Cæterùm, Hiſtoria humanum inventum exiſtimanda non eſt, cùm Deus ipſe author ejus fuerit, qui voluit majores filiis & poſteritati ſuæ illa exponere, H quæ ipſe in Ægypto, in mari, in deſerto pro Iſraële geſſiſſet: idémque juſſit, ut in Exodo habetur, bellum adverſus Amalech geſtum, & victoriam de eo ab Hebræis relatam, literis conſignari. Quin & ante Moſen hoc ſcriptionis genus incœpit: etenim is tum libri bellorum Domini, tum etiam libri Iuſtorum mentionem fecit. Taceo Prophetas, qui ſuis vaticiniis perſæpe admiſcuerunt Hiſtorias: Davidem mitto, qui Pſalmos quos cecinit, ſacris hiſtoriis paſſim exornavit: prætereo Evangeliſtas noſtros, I & Lucæ Acta, quibus perſcriptæ ſunt in novo Teſtamento, quàm utiliſſimæ Hiſtoriæ. Horum li-

Hiſtoria Deū habet authorem.
Deut. 6. 21.
Exo. 17. 14.
Num. 21. 14.
Ioſ. 10. 13.
2. Sam. 1. 8.
An e Moſen aliquæ Hiſtoriæ habebantur.

brorum ſi Deus author eſt, ut eſſe credere oportet, A ipſe Deus Hiſtoriæ author habebitur, quod ipſum minimè decet: ſiquidem præclara res Hiſtoria eſt. Nam ut Cicero ſcribit lib. 2. de Oratore, eſt teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis, &c. Magnæ plane ſunt hæ laudes, & non quibuſvis Hiſtoriis congruunt, ſed iis tantùm, in quibus ex conſervantur leges, quas idem author eo in loco poſuit: Ne quid falſi dicat, B ne quid veri non audeat, ne ſuſpicio ſit gratiæ, vel ſimultatis. Quod licet hiſtorici Latini meliori fide, quàm Græci præſtiterint (ſiquidem lib. 2. c. 4. Quintilianus ait, Hiſtoricis Græcis licentia propemodum Poëtica eſt) attamen Auguſtinus epiſt. 131. ad Memorium Epiſcopum, cùm inter liberales diſciplinas Hiſtoriæ non parum tribuerit, ſcribens de illius veritate, ait, Se videre non poſſe, quomodo ex Hiſtoriæ, quæ ſunt ab hominibus conſcriptæ, illam rectâ potuerunt conſervare: quandoquidem ſcriptores C coguntur hominibus credere, ac ſæpe rumores ex vulgo colligere: qui tamen excuſantur, ſi libertatem conſervent, & nihil animo fallendi ſcribant. Verùm Hiſtoriis divinitus revelatis atq; conſcriptis, ut noſtræ ſunt, nihil omnino eſt verius.

Laus Hiſtoriæ
Leges veræ Hiſtoriæ.
Hiſtorici Latini fideliores Græcis.
Hiſtoriæ ſacræ veriſſimæ.

23 Præter veritatem, cujus notitia circa controverſiam eſt præſtantiſſima, ex hiſtoriarum lectione, alia, & quidem non vulgaria commoda nanciſcimur. Inde materiam & ſegetem uberrimam utiliſſimorum argumentorum percipimus. Nam, ut Quintilianus D habet, exempla & Hiſtoriæ ſunt judicata, & teſtimonia: lib. 12. c. 4. uſus verò exemplorum eſt ad minimum duplex. Vnus, ut ea imitemur, & uſurpemus, probemus item, & commendemus, quæ à ſanctis viris geſta fuiſſe docemur. Abrahamum intelligimus ex divina Hiſtoria ſanctum virum, & Deo charum fuiſſe, necnon egregiè hoſpitalem. Colligimus hinc hoſpitalitatem virtutem præclaram eſſe, ac Deo inprimis charam. Et è diverſo ea concludimus evitanda, quæ pios viros caviſſe animadvertimus. Dum enim E Davidem conſideramus, qui bis, cùm ei liceret, Saulem hoſtem ſuum capitalem interficere noluit, colligimus non eſſe committendum, ut privati homines, etiamſi poſſint, ſuas privatas iniurias ulciſcantur. Alter verò exemplorum uſus eſt, ut ex rebus, quæ ſingulatim narrantur, cùm fuiſſe conſimiles eas intellexerimus, inde generatim, ac in univerſum aliquam utilem ſententiam eliciamus. Ex hiſtoria Sodomorum infandas libidines notamus à Deo graviter punitas: tribum quoque Benjamin ob eandem F cauſam penè deletam: Ruben primogenitum Iacobi, propter inceſtum, loco ſuo & dignitate motum: Davidem ob adulterium admiſſum, horrendas pœnas incurriſſe: Ammonem, & Abſalomum, propter inceſtus admiſſos, malè periiſſe: atque Troiam, ut ab Ethnicis refertur adulterij ergò funditùs everſam. Ex iis hoc pacto animadverſis, quæ ſigillatim contigerunt, conſtare dicimus, omnes vagas & illegitimas hominum libidines à Deo graviſſimè puniri. Cui enunciato, ſi hoc aſſumptum adiecerimus, nunc G quoque per orbem Chriſtianum liberas ac vagas libidines paſſim graſſari, firmiter concludemus, huic noſtro ſeculo propter hæc horrenda ſcelera imminere ſupplicia quàm acerbiſſima.

Vtilitas Hiſtoriæ.
Gen. 11. 2.
Duplex uſus exemplorum.
1. Sam. 24. 7.
1. Sam. 16. 7.
Præfat. in lib. Samuel. pag. 2. & 2. lib. ſtatim initio.
Gen. 19.
Iud. 19. & 20.
Gen. 49. 4.
2. Sam. 13. 19.
1. Sam. 15. 9.

24 In hoc tamen argumentorum genere, vitium quod facilè obreperet, attentiſſimè cavendum eſt: id verò ſe duplex offert. Primùm, ut illa facta ſanctorum imitanda ſuſcipiamus, quæ illi perperam interdum ediderunt. Nam, ut homines erant, lapſi ſunt nonnunquam, & ſanè turpiter: quare magno H judicio res ab illis geſtæ prius examinandæ ſunt, quàm ut exempla earum imitanda nobis proponamus. Auguſtin. de hac re contra 2. epiſt. Gaudentij lib. 2. ad hunc modum ſcribit: Non debemus imitari ſemper, aut probare, quicquid probati homines egerunt, ſed judicium Scripturarum adhibere, atque animadvertere, an illæ probent ea facta. Rectè monet hic pater quandoquidem ſancti viri, quamvis permultis modis placuerunt Deo, & egregium teſtimonium à ſacris literis habuerunt, non tamen omnes I eorum actiones inculpatæ, ac integræ judicandę ſunt. Nam omnis homo & mendax eſt, & ſubinde peccat. Quis enim Davidis infandum adulterium, prodi-

Quæ vitia ſint cavenda cùm ab exemplis argumentamur.
Sanctorum lapſus non ſunt imitandi.

Digitized by Google

proditionémque fidelium militum, aut Petri abju- A
rationem, pernicioſámve illius diſſimulationem æ-
muletur? Nullus planè, qui vel micam pietatis ha-
beat. Deinde nonnunquam accidit ut opus, quod
ab egregio quodam viro probè ac rectè factum eſt,
cæteris hominibus interdictum ſit: quippe Deus, qui
legem poſuit hominibus, ea non ſic aſtringitur, ut i-
pſi non liceat aliquos, ubi viſum fuerit, à communi
obligatione abſolvere. Nemini furari licet, Hebræis
tamen, cùm ex Ægypto educerentur, conceſſum eſt, B
imò à Deo mandatum, ut bona Ægyptiorum, quæ
mutuò acceperant, illis invitis & imprudentibus a-
ſportarent. Quid igitur nobis agendum eſt? Hoc
ſanè, ut quæ ſacris narrationibus exponuntur ad ge-
nerales mandatorum Dei regulas benè ac diligenter
expendamus, quibus dum animadvertimus ea con-
gruere, audacter uſurpemus. Sin verò ab illis diſ-
ſenſerint, aut lapſus quoſdam fuiſſe, aut ſingulares
prærogativas aliquorum ſtatuamus, & nos ab illorum
imitatione cohibeamus. His adhibitis cautionibus, C
ex Hiſtoriis præſertim divinis, magnum emolumen-
tum capietur. Id uſque adeò intellexit Chryſoſto-
mus, ut in Proœmio expoſitionis Epiſt. ad Phile-
monem, optarit ea omnia fuiſſe nobis conſcripta,
quæ dixerunt, egerúntque Apoſtoli, quando ſede-
rint, quid comederint. quidve ſcripſerint, & alia hu-
jus generis. Idémque in Hom. 57. in Geneſin ſcri-
pſit, à Spiritu ſancto nobis eſſe Hiſtorias datas ad æ-
mulandum: Auguſt. item lib. 2. de Doct. Chriſt. c.
28. docuit multa obſcura & difficilia interdum ſolvi D
poſſe tantùm Hiſtoriæ notitia. Adhæc quicunque
in Hiſtoriis evolvendis ſeſe plurimum exercuerit, is
non abſque fructu faciet, & exempla noſtrorum tem-
porum ſecum reputat. Extitit aliquando vir quidam
ſatis deformis, cupidus nihilominus vehementer
ſpecioſæ prolis: verùm duxit uxorem turpem, quam-
obrem ridebatur ab omnibus. In civitatem abiit,
ubi pulcherrima ſibi coëmit ſigna, quibus in cubi-
culo ſuo collocatas, uxori mandavit, ut aliquo ſpacio
temporis unoquoque die illa ſigna quam diligentiſ- E
ſimè ſpectaret. Ea marito ſuo morem geſſit, ideóq;
liberos pulcherrimos illi peperit. Ita porrò nobis e-
veniet, qui tametſi propter genuinum & inſitum
nobis peccatum deformes ac fœdi ſimus, & cùm à
diabolo, tum à malis hominibus perpetuò incitemur
ad illicita: ſi tamen attentè diligentérque collegeri-
mus exempla Sanctorum, in divinis Hiſtoriis pul-
chrè depicta, eáque animo verſaverimus, opera præ-
clariſſima & Deo grata oppidò edemus.

25 Verùm quæ ſcribuntur nonnunquam, im- F
pura & turpia adeo quibuſdam videntur, ut illa exi-
ſtiment indigna eſſe, quæ legantur in ſacris literis.
Sed ſcito, ſummam earum rerum, quæ habentur in
ſacra Scriptura ita diſtribui, ut quædam ad cogno-
ſcendum tantùm pertineant, ad imitandum verò a-
liæ. Reponas igitur ea quæ ita narrantur, in eorum
genere, quæ pertinent duntaxat ad cognoſcendum,
non autem ut illa imitatione exprimas. Habent in
ſe myſteria, fateor, non tamen ob id imitanda: quia
myſterium & præclara ſignificatio, quæ factis patrum G
affigitur, non facit quin illa interdum ſint pro pecca-
tis habenda. Manichæi qui vetus inſtrumentum re-
pudiant, hac laborant præſertim inſcitia, ut putent,
quæcunque traduntur in recipienda ſcriptura, ſi non
improbantur aut damnantur eo loco, debere à nobis
approbari & commendari. Ideo cùm iſta non con-
demnentur, ſed recipiantur: aiunt, vetus Teſtamen-
tum imitari licebit: Iſtis reſpondet Auguſt. libr.
contra Fauſtum 22. cap. 61. Tractatum legimus in
Evangelio factum Herodis, quando infinitos pueros H
Bethlehem interfecit: neque ibi Evangeliſta addit
tantæ crudelitatis execrationem: dicemúſne ideo
tantum facinus imitatione exprimendum? Obſtre-
punt, Iuda fuit in numero Patriarcharum: quaſi ſit
neceſſarium, ut qui in aliquem evehuntur ſublimem
ſtatum, habeantur illico probi. Iudas Iſcariotes
nónne fuit ex collegio duodecim Apoſtolorum?
Dicent fortè, non permanſit: Audio. Sed Petrus
qui negationis crimen commiſit, primus illius ordi-
nis perpetuò eſt habitus. Quid ergo, aiunt, Iudam I
Patriarcham ita laudatum oportuit in vaticinio po-
ſtremo ſui parentis? Vt tu hæc animadvertens re-

Quædam interdum à piis hominibus Deus fieri vult, quæ aliis minimè liceat. Exod 12. 2.

Facta ſanctorũ ad regulas divinæ legis expendenda.

Nota lepidam hiſtoriam.

Similis.

Ex Gen. 38.

Cur quædam turpia in ſcripturis commemorentur.

Manichæi.

Auguſt.

Matt 2. 16.

Matt. 10. 4.

Matt. 26. 69.

Gen. 49. 8.

A ſpondet Auguſt. dum Iudam hunc imparem judicas
ex ſuis factis tantæ laudi & commendationi, ali-
quem alium quæras ex ejus ſtirpe, cui tanta præco-
nia juſtè adaptari poſſint. Is verò erit Chriſtus. Quæ
itaque in ſana Scriptura traduntur, ut aliquid à no-
bis tantummodo cernatur aut percipiatur, parum
refert cujuſmodi illa ſint quoad mores, turpia ſive
honeſta: ut in aliqua hiſtoria ſive atras literas ha-
beas, ſive rubeas, nihil intereſt, modò legas ac cer-
B nas quid tibi ſignificent: ſed quæ ita tradunt, ut ipſi
moliamur & faciamus, quod ibi narratur, permul-
tum planè intereſt, illa cujuſmodi ſint. Vult Deus
ut in his potiſſimùm ſpectemus artem ſuam, poſſe
eum malis rebus benè uti. Adulterium quis malum
inficiabitur eſſe? ex eo tamen generari puerum, qui
Eccleſiæ ſuæ & populo inſeratur, Deus voluit. Et
quod malo in animo dixit, vir malus Caïphas, Ex-
pedit ut unus moriatur pro populo, Deus voluit no-
bis exprimere efficaciſſimè ſanctum vaticinium de
C ſalute & redemptione populi Dei. Iſtud idem poteſt
dici de Iudæ proditione, cujus actio fuit ſine contro-
verſia deteſtanda: inde nihilominus elicuit Deus
noſtram ſalutem. Non equidem Iudas Iſcharioth
in animo habuit, ut aliquid boni efficeret: Neque
Iuda de illo facto ſuo ſignificare aliquid voluit. Sed
Dei providentia & arte effectum eſt, ut bona hinc
derivarentur: illinc redemptio per Chriſtum, hinc
verò illius caro & præclara noſtræ ſalutis ſignificatio:
Verum enimverò Manichæi factum illud Iudæi in-
D ter cætera ideo potiſſimum carpunt, ut detrahant
Chriſti genealogiæ ſecundùm carnem, atque indi-
gnum clamitàt eum natum eſſe ex ejuſmodi majori-
bus. Verum ut Chriſtus noſtra portavit peccata
nullúmque reſpuit hominum genus, quantumvis fa-
cinoroſum, modo illi credere velint: Ita ſuam ſtir-
pem à majoribus ducere qui peccarint inſigniter,
non detrectavit.

26 Cæterùm obſervandum eſt in Græca editio-
ne, Septuaginta diverſos numeros habere à noſtris,
E vel ab his, qui in Hebraica veritate habentur: quod
non factum eſſe judicandum, inquit Auguſtinus de
Civit. Dei libr. 15. quòd mendaces Iudæi ſint, aut
ſua volumina corruperint, quandoquidem illi non
videtur admittendum, ut Iudæi omnes ita cõſpirare
potuerint, ut omnia ab eis corrupta ſint exemplaria:
quod argumentum notent illi, qui adeo falſitatis,
mendacij & corruptionis notant Hebræos codices:
ſed hoc aſſerit Auguſtinus, non etiam factum vitio
interpretum, qui gentes veritatem celare voluerint,
F ſed librariorum incuria, qui in deſcribendis nume-
ris facilè labantur, ut quotidiana teſtatur experien-
tia. Cúmque numeri, res haud videatur magni mo-
menti, parum attentè, imò negligenter conſideran-
tur: In aliis verò, ubi ſeptuaginta vel aliter viden-
tur vertere, quàm Hebraica veritas habeat, vel ali-
quid addere explicandæ rei gratia, id ipſe factum pu-
tat, prophetica vi illos dirigente, quod quanti ſit mo-
menti, Hieronymus conſulatur. Sed ut ad noſtram
redeamus annorum ſupputationem hinc intelliges
G factum eſſe, ut varia ſit apud noſtros & apud He-
bræos ſumma ab orbe condito, quia veteres etiam
ſequuti ſunt Septuaginta interpretum deſcriptio-
nem: Hebræi verò hiſtoriam integram uti ipſi ha-
bent, cum quibus in omnibus eſt faciendum, quæ
nihil Chriſto & ejus cultui præjudicant.

27 *Verſionem autem Græcam, quæ nunc obtinuit, non
eſſe 70. Interpretum, obſervatur in Epiſtolam ad Romanos
11. cap. verſ. 20. in hæc verba, Adveniet ex Sion, &c.
Ex ijs verò qui exciderunt libris notantur, nimirum liber*
H *Henoch, In Geneſ. cap. 5. verſ. 22. liber Iuſti, præfat. in
Iud. & in 2. Sam. 1. verſ. 18. liber bellorum Domini, in Iud.
& in 1. Reg. 4. verſ. 31. Geſta Davidis: Item Solomonis
& Ioſaphat, Geneſ. 5. verſ. 22. Annales regum Iſraeliti-
corum, in 1. Reg. 11. verſ. 41. Præterea liber verborum die-
rum Regum Iſrael, in 1. Reg. 14. verſ. 19. & 16. verſ. 27. &
22. verſ. 39. Vaticinia etiam filiorum Prophetarum, in
2. Reg. 2. v. 3. Denique tria millia parabolarum Salomonis,
& Cantica ejus quinque & mille, nec non ejuſdem de plan-
tis diſputationes. 1. Reg. 4. verſ. 32. quo loco explicatur,*
I *quare Dominus voluerit excidere tot volumina his verbis.*
Amiſſa porrò ſunt multa præclara monumenta, ſed
providentia Dei multa etiam ſunt conſervata, & ea

Simile.

Ioan. 11. 49. 50.

In Gen. c. 5. initio.

Numerorum in hiſtoria diverſitas.

Hebræos codices non eſſe vitiatos, Vide Claſſ. 2. loco an liceat cum infidelibus habitare.

Vide Claſſ. 1. c. 4. ſect. 48.

Hieronym.

Cum Hebræis in quibus ſtandum.

In 1. Reg. 4. v. 31. Vide in Gen. 5. 22.

Digitized by Google

præſertim, quæ maximæ ſunt utilitatis & plurimum ad erudiendos homines conducunt. Neque putandum eſt caſu eveniſſe, quod tot tantique labores interciderint. Quia ne paſſer quidem, ut filius Dei teſtatur, fortuito in terram cadit: Cùm & pili capitis noſtri omnes apud Deum certo numero conſtent. Quare autem (dixerit quiſpiam) ſcribebantur, quæ poſtea caſura erant? Inſervierunt proculdubio illi ætati, nec omnia omnibus perſonis, locis & ætatibus conducunt. Proinde reſpondebimus, ita viſum fuiſſe Deo, & inde colligemus eos libros nobis non fuiſſe utiles. Illi tamen vera & gravi reprehenſione non carent, qui ſæpius multos libros conqueruntur amiſſos: cùm interim non omnes, præſertim ſacros, qui extant, perlegèrint. Et electis non dubium eſt profuiſſe, non paucos intercidiſſe. Eccleſiaſticorum porrò monumentorum quædam extant, non quidem integra, ſed fragmenta, ex quorum guſtu cognoſcere licet, quæ ſunt amiſſa, non tanti pretij fuiſſe, ut ea oporteat deplorari. Plato in Phædro refert dæmonem fuiſſe, ut autem ego arbitror, virum ſapientem, qui ad Thamum Ægypti Regem acceſſerit, eiq; ſua quatuor inventa obtulerit, numerum ſcilicet, Geometriam, ludum talorum, & literas. Cúmque ad literarum laudem veniſſet, prædicavit eas maximum ſubſidium memoriæ eſſe, necnon augmentum ſapientiæ non pœnitendum. Rex iis examinatis quędã probat, quędam verò non item. Cùm autem literas ipſas cõſideraret, ait: Cõtraria ſe de his enunciare. Nõ enim literæ memoriam juvant, ut prædicas, verum potius eam evertunt. Etenim homines cum literis mandaverint, quæ audiverunt aut invenerunt, ſoliciti amplius non ſunt de illis animo evolvendis, ac frequentius apud ſe repetendis. Quod ſi literæ non extarent, res inventas & cognitas frequenter cogitarent, & ſubinde in eis magis ac magis acuerentur. Præterea quoad augmentum ſapientiæ, contemnent poſthac, inquit, homines ſuos præceptores, ſeſe convertendo ad ſcriptos libros, qui ſæpius lecti idem ſubinde reſpondebunt. Hæc fuit regis Ægyptij ſententia, quæ mihi revera non probatur. Nam libros affirmo eſſe magnæ utilitatis, alioquin Deus hominibus non dediſſet Scripturas. Attamen ille Rex aliquid videtur dixiſſe: quia, ſi librorum non ſit modus, officient. Quare media quadam via oportet incedere. De Socrate profectò & Pythagora traditur, eos nihil ſcripſiſſe, diſcipulos verò eorum poſtea nonnulla edidiſſe. Quin & ipſe Chriſtus libros minimè conſcripſit, cujus Apoſtoli literis conſignarunt conciones, geſta, & miracula. Quin & Salomon non dicitur in hiſtoria hæc ſcripſiſſe: verùm dixiſſe ac diſputaſſe. Quocirca videntur, quæ nomine illius conſcripta extant, ex ore, cùm dicerentur, excepta fuiſſe. Quod ex libro Prov. liquidò apparet. Quod tam multa perierint, inde fortaſſis accidit, quoniam exceptores non omnes obſervarint. Adhæc tot fuerunt Hebræorum exilia, ut mirum ſit, hæc fuiſſe, quæ habemus, conſervata, quæ per Eſdram inſtaurata fuerunt & emendata. Quocirca illis, tanquam divino & cœleſti munere, bene ac cum gratiarum actione debemus uti. Nec dubito Apoſtolos longè plures epiſtolas dediſſe ad Eccleſias quàm hodie habeamus, & perſuaſiſſimum habeo, certo Dei conſilio excidiſſe, quæ perierunt: *Porrò inter ſuppoſititios libros numeratur liber Enoch, qui Tertulliani temporibus circumferebatur: In Gen. c. 5. v. 22. in Iud. 3. c. loco de gigantibus: & in 1. Reg. 7. c. loco de imaginibus initio. Idem quoque judicium de opere imperfecto in Matthæum, qui Maximino Arriano tribuitur, in Gard. pag. 366. & de lib. paſtoris ſive Hermę, Rom. 16. v. 14. De Paulo autem ejúſque Epiſtolis & ſtylo, Vide Prefationem in Epiſt. ad Rom.*

Matt. 11. v. 29. & 30.

Libri veteres cur interciderint.

Ægypti regis de monumentis literarum ſententia.

Qui nihil ſcripſerint.

Libri ſuppoſititij.

CAPVT VII.

De Vrim & Thumim, ſortibus & omnibus, quibus interdum Deus conſulebatur. Ac primùm de Vrim & Thumim, qui ſic à claritate & perfectione dicebantur.

Ex Iud. 20. verſ. 27.

CHIMHI in Iud. c. 20. verſ. 27. annotavit multa, ad intelligendas alias Scripturas de interrogationibus & oraculis, non parum utilia. Hic, ut inquit, mos erat interrogandi Deum: Qui volebat de publico, vel alioqui de gravi negocio percontari, veniebat ad Sacerdotem: Is indutus Ephod, ſtabat coram arca Domini. In Ephod, ſive in pectorali, erant incluſi duodecim lapides pretioſi, in quibus nomina duodecim tribuum erant inſcripta: addebanturque nomina Abrahami, Iſaaci, & Iacobi, atque ita in illis lapidibus erant omnia elementa alphabeti. Interrogantem oportuit faciem obvertere ad Sacerdotē, & interrogare: non quidem tam apertè ut vox audiretur, nec ita etiam obſcurè, ut tantùm in anima cogitaret, quæ petebat: Sed eo modo ut Anna legitur precata in 1. lib. Samuelis, ubi dicitur tantùm labra moviſſe, nec dixiſſe quicquam, quod audiri potuerit. Deinde Sacerdoti hoc pacto reddebatur oraculum. Spiritus ſancti vi, literæ quædam in pectorali eminebant, idque vel loco vel fulgore, in quibus Sacerdos oraculum & voluntatem Dei legebat. Atque hæc illa ſunt Vrim & Thumim, quæ Sacerdos in pectorali gerebat. Hæc Chimhi. Cui quantum fidei ſit tribuendum neſcio. Potuit enim fieri, ut ſpiritus Dei abſque literis oracula ediderit per vocem ſummi ſacerdotis, cujus animum vaticinio afflaſſet.

Oraculorum ratio ex Vrim & Thumim. Vide in Iudi. 1. verſ. 1.

1. Sam. 1. 13.

De Sortibus.

2 De ſortibus autem habemus exemplum 1. Sam. 10. v. 19. Iubet enim Samuel, ut populus totus tributim conſiſteret. Nihil ipſe pronuntiat, ne res ejus arbitrio videretur geri. Deus Saulem renuntiat Regem: non ipſius quidem merito, ſed populi cauſa, ne de Rege inter ſe contenderent. Res permiſſa eſt ſortibus, ut evitaretur ſeditio. Samuel enim videri potuiſſet gratia moveri, ſi ille ſuo judicio Regem elegiſſet. Etſi ſuffragia populi valuiſſent, haud dubiè quiſque faviſſet maxime ſuæ tribui: cúmque tot eſſent tribus, non facilè inter ſe in unum aliquem cõveniſſent. Cúmq; Saul ex infima tribu, obſcuro loco, ignobili familia electus eſſet, res ea carere nõ potuiſſet magna invidia. Core, Dathan, Abiran & alij eorum gregales tumultum excitarunt in caſtris contra Moſen & Aaronem, quod illos putarent fraude & dolo malo principatum & ſacerdotium occupaſſe. Varia fuit apud veteres ratio ſortium. R. Chimhi putat, populum univerſum ſtetiſſe coram Domino. Nam cùm conſilium caperetur de rebus magnis, oportuit magiſtratum, aut principem ſtare coram ſummo ſacerdote. Ita in libro Num. videmus, Ioſuam cùm deſignaretur dux populi, ſtetiſſe coram Eleazaro, Sacerdotem autem reſpondere oportuit ex Vrim & Thumim. Ita Kimhi putat Samuelem ſtetiſſe coram pontifice, atque ita captaſſe oraculum ex Vrim & Thumim, hoc eſt, ex literis illis, quæ in gemmis Ephodi inſculpebantur. Addit etiam, Arcam fortaſſe fuiſſe eò delatam: Sed hæc incerta ſunt. Nam hic nulla eſt mentio, nec de Sacerdote, nec de Vrim & Thumim, nec de Arca. R. Shelomo putat rem ita tranſactam ſortibus, ut nomina ſingularum tribuum ſcriberentur in ſingulis ſchedulis, quæ conjectæ in urnam poſtea ducerentur à ſacerdote. Pro Chimhi facit quod nulla hic facta ſit mentio ſortium. Shelomo ſequitur receptam opinionem omnium, qui arbitrantur hoc ſortito fuiſſe factum. Quod certè ab uſu & conſuetudine Iudæorum non abhorruit. Nam ex duobus hircis ſorte legebatur, utrum oporteret amandari. Terra Chanaan diſtributa eſt ſortibus. Sortibus deſignabantur ſacerdotia. Ionathas & Ionas deprehenſi ſunt ſortibus. Matthias etiam in Actis Apoſtolicis, ſortibus cooptatus eſt in miniſterium. Quare cùm ea ratio ſortium frequens fuerit apud Iudæos, videri poteſt R. Shelomo non malè ſuſpicari, Saulem electum fuiſſe ſortibus. Quod autem Chimhi ait, adfuiſſe pontificem, Arcam Domini & Ephod, id mihi non videtur ſatis convenire. Arca enim eo tempore fuit in Cirjathjearim. Etſi ephod adfuerit, non tamen ea cauſa neceſſe eſt adfuiſſe Arcam. Videmus enim ea interdum fuiſſe disjuncta. Nam cùm David fugeret, & veniſſet in Ceila, juſſit Abiatharum applicare ephod, cùm tamen eum Arca fugientem non ſequeretur. Idem poſtea factum eſt in Siceleg, cùm tamen arca non adeſſet.

De ſortibus ex 1. Sam. 10. v. 19.

Cur ſortitione utantur.

Num. 16. 2.

An ſortibus uſi ſint in electione.

Num. 27. 22.

Sortium frequens uſus apud Iudæos. Vide Iud. 26. v. 8. Deut. 16. 12. Ioſ. 13. 6. 1. Pa. 24. 6. 1. Sam. 14. 41. Ioan. 17. Act. 1. 26.

Digitized by Google

1.Sam.23.6.
1.Sam.30.7.

adeſſet. Sed in textu, inquies non nominantur ſortes. Fateor. Sed aſcribitur aliud quod idem valeat. Lachad enim ſignificat deprehendere, capere, aſſequi conjectura.

Sortes variæ.

3 Quæ tamen ſortes illæ fuerint, neſcio: nam, ut dixi, multa erant genera ſortium. Cicero de Divinat. ait, cùm Numerius quidam Suffetius ſecuiſſet ſilicem exiluiſſe ſortes inſculptas in robore. Eodem tempore oleam ſudaſſe mel: itaque ex illa arbore factam fuiſſe capſulam, in quam illæ ſortes conjicerentur. Iſtæ dictæ ſunt ſortes Præneſtinæ, quarum fama fuit olim celeberrima. Apud Plautum legimus ſortes abiegnas, & populneas. Conjiciebantur in ſitulam aquæ: & prout quæq; prima aut ultima emerſiſſet, ita res decernebantur. Pauſanias in Meſſeniacis ait, Sortes fieri ſolitas ex argilla. Et Creſphontem in diviſione Peleponnenſi, ut ad ſe retraheret agrum Meſſeniacum, corrupiſſe ſacerdotem Teneſenum. Eum autem alias ſortes duraſſe ad Solem: Creſphontis ad ignem: Eóq; cùm Creſphontis ſortes tardius liqueferent, illi agrum Meſſenium obtigiſſe. Darius pro ſortibus uſus eſt hinnitu equi: alij aſpectu Solis exorientis.

Sortiri quid ſit.
Tria genera ſortium.

Nihil aliud eſt ſortiri, quàm aliquid agere, ex cujus eventu rem incognitam poſſimus deprehendere. Sed omnia genera ſortium revocari poſſunt ad tria capita. Aut enim dubitamus, cui aliquid adjudicandum ſit, ut in diviſione agrorum & bonorum, hæ ſortes appellantur diviſoriæ: aut, quid ſit potiſſimum agendum, quæ ſunt cõſultatoriæ: aut quid ſit futurũ, quæ ſunt divinatoriæ.

A quo principio pendeant ſortes.

Verum permagni refert intelligere, à quo principio ſortes pendeant. Dicere enim eas à fortuna temperari, vanum eſt: à dæmonibus, ſuperſtitioſum: à cœlo, aut ab aſtris, ridiculum.

Quid ſors.
Prov.16.33.
Auguſt.

Reguntur ergo à Deo: Nam ut ait Salomon, Sortes conjiciuntur in ſinum, à Domino temperantur. Auguſtinus in Pſalm.30. ait, Sortes nihil eſſe, quam in dubitatione humana, indicium divinæ voluntatis: Hinc digrediens, prædeſtinationem & gratiam poſſe dici ſorté, quod pendeant non à meritis noſtris, ſed à miſericordia Dei. Apud Deum quidem prædeſtinatio æterna & certa eſt, nobis autem videtur ſortitò contingere. Et ad Honoratium, In gravi perſequutione non debent omnes miniſtri refugere, nec omnes ſe objicere periculo. Retinendi ſunt, qui ad præſentem uſum futuri ſunt ſatis: alij ablegandi, ut ad meliora tempora reſerventur. Sed hic quis delectus habendus eſt? Retinendi ſunt, inquit, quos manenti plebi utiliores putamus fore ac meliores.

Quomodo & quando ſortibus utendum.

At ſi omnes videantur æquales, & omnes dicant, ſe velle manere & mori, tum inquit, res committenda eſt ſortibus. Et in lib. de doctrina Chriſti. Si occurrerint tibi duo æquè pauperes, quorum uterq; æque opus habeat præſenti ope, & tu utrunque juvare non poſſis, alterum poſſis, nihil commodius eſt, quàm ſortitò agere.

4 Cavendum tamen eſt, ne nimis temerè veniamus ad ſortes. Prius utendum eſt donis Dei, Spiritu, verbo, ratione: nec ſortiendum, niſi neceſſitas cogat. Neceſſitas auté judicanda eſt, ſi quid occurrat, quod faciat ad gloriam Dei, aut ædificationem Eccleſiæ, quod humana prudentia deſpicere non poſſis, aut ſi poſſis, tamen invidiam alia ratione declinare nõ poſſis. Ita fratres inter ſe dividunt hęreditates: & Romani olim, ut diſſidia tollerentur, ſortiri ſolebant cauſas. Proximum eſt, ne quid temerè fiat: oportet enim ad ſortes accedere religioſè ac reverenter. Tertium eſt, ut abſit ſuperſtitio: Quartum, ut fraus & dolus malus: Quintum, ne ad ſortes adhibeamus Evangelium aut verbum Dei. Sed quoniam iſta non facile caveri poſſunt, idcirco Hieronym. in Ionam prorſus negat licere uti ſortibus. Quanquam ſunt, qui eum intelligant tantùm loqui de ſortibus ſuperſtitioſis. At ille non obſcurè damnat omnes: eáque quæ de ſortibus leguntur in ſacris literis, negat trahi oportere in exẽplum. Aliter tamen, ut dixi, ſentit Auguſtin. Neque vero periculum eſt, ne videamur tentare Deum: is enim eſt, qui ſortes dirigit. Sed dices, Iſraëlitæ habebant oraculum & ephod: Quid ergo opus fuit ſortibus? Habebant quidem: Sed habebant etiam Samuelem Prophetam. Ille monuit eos nomine Domini, ut uterentur ſortibus. Beda in Actis ait, factum illud Apoſtolorum de Matthia nõ eſſe rapiendum in exemplum. Illos enim nondum accepiſſe Spiritum ſanctum: quem cùm accepiſſent, poſtea in eligendis Diaconis non uſos eſſe ſortibus. Ego vero utramque electionem æque ratam ac ſanctam fuiſſe nõ dubito. Quamvis autem nondum accepiſſent dona Spiritus ſancti, eum tamen habebant in cordibus. Neque venerunt ad ſortes, niſi prius aliis omnibus rationibus exploratis. Viderunt eſſe duos pari judicio, pietate, dignitate, ut nihil periculi futurum eſſet, utercunque fuiſſet electus. De Diaconis autem tranſigi poterat ſine ſortibus. Septem enim in medium proponebantur: & eos omnes legerunt. Sed, ſi ex illo numero aliquot tantùm fuiſſent eligendi, non dubito illos uti potuiſſe ſortibus.

Cùm ſortibus agerent Deum interrogant.

Sed hoc nobis in exemplo Samuelis imitandum eſt. Illi interim orabant Dominum; & Samuel ait populum ſtetiſſe coram Domino; hoc eſt, religioſè expectaſſe, quid Dominus ſtatueret. Et annotare debemus, in textu aſcriptum eſſe, Adhuc interrogaverunt Dominum, cum nondum Saulem inveniſſent, Adhuc, inquit: Quia & prius per ſortes interrogaverant Dominum. Reprehenſi antea ſunt à Samuele, & ut agerent pœnitentiam, & ut religioſè ſtarent coram Domino. Id ut ritè faciant, Dominum conſulentes orarunt. Cùm autem quærunt utrum venerit, non id ſortibus exquirunt. Quomodo enim ſortitò invenire potuiſſent latitantem inter ſarcinas? Sed auditis precibus Samuelis, Deus indicavit ubi eſſet. Hic admirari debemus egregiam fidem Samuelis, qui cùm ſciret, Saulem à Deo electum eſſe Regem, tamen non dubitarit rem permittere ſortibus. Alius fortaſſe dixiſſet: Non ita fiet. Fortaſſe ſortes aliter cadent, & hunc excludent.

De Ominibus.

Ex 1. Sam. 14. verſ.9.
Signa ſibi danda præſcribere aliquando licet.

5 Ionathanus 1.Sam. 14.v.9. Quò magis animo confirmaretur conſtituit ſibi ſignum à Domino. Hebræi hoc ſignum ita interpretantur: ſi dixiſſent, Accedamus ad eos, id futurum fuiſſe ſignum animi fortis & parati ad dimicandum. Contra verò ſi dixiſſent, Accedite ad nos, id futurum fuiſſe ſignum, eos jam fractos eſſe & debilitatos. Et R. Ben-Gerſon ait, initium perſequutionis eſſe à victoribus. Sed hæc tantùm eſt conjectura: interdum enim contra accidit. Non eſt autem novum genus intelligendi voluntaté Dei. Ita enim in libr. Geneſeos, Eliezer ſervus Abrahami, apud ſe conſtituit: Puella, quæ mihi dixerit, bibito tu, deinde camelis tuis dabo bibere, ea eſt, quam Dominus decrevit uxoré herili meo filio. Palæſtini quoque apud ſe decreverunt, ſi Arca à feris & indomitis vaccis rectà ad Iudæos veheretur, illud malum à Deo fuiſſe immiſſum: ſin minus, caſu & fortuitò contigiſſe. Hoc eſt ſignum petere, ut fides confirmetur. At quæ fides? Non quidem de lege Moſaica, aut veritate Prophetarum. Nam ea etiam antea ſatis fuerat confirmata.

Quæ fides ſignis ſit confirmanda.

Sed eſt interdum fides quædam particularis de re aliqua, quæ non ſit expreſſa in lege Dei. Hic ſæpe opus eſt confirmatione ſignorum. Id videmus in hiſtoria Gedeonis contigiſſe.

Iud 6.21.

Nõ enim dubitat ille populum aſſerendũ eſſe in libertatem. Se autem fore illum liberatorem, neſciebat. Itaque confirmandus erat miraculo. Venturum eſſe Meſſiam, ſatis erat perſuaſum omnibus: Mariam autem fore ejus matrem, id Deus ſeorſim non promiſerat: Quare adhibendum erat ſignum: Ecce Elizabeth cognata tua.

Luc.1.36.

Valent ergo miracula ad cõfirmandam fidem, modò generalem, modò particularem. Neque verò putare quiſquam debet, Ionathanem cùm hæc ſibi ſigna conſtitueret, tentaſſe Deum.

Tentatio Dei quid. Inf. cap. 8. Sect.17. & Claſſ.2. cap.4. Sect.54.

Nam tentare Deum, eſt de ejus potentia, ſapientia & voluntate periculum facere, idq; cùm nõ ſit neceſſe. Ibi duobus modis peccatur: primum quia deeſt fides: deinde quia curioſè fit, cùm id nec neceſſitas, nec utilitas ulla poſtulet. Auguſtinus in confeſſ. lib. c.35. Cùm ſigna, inquit, flagitantur non ad ſalutem, ſed ad experientiam deſiderata, Deus tentatur. Et de vera religione c. 38. Nihil, inquit, erat, cur Chriſtus deberet ſe præcipitare de templo, niſi cauſa experientiæ. At id fuiſſet tentare Deum. Sed hæc non conveniunt in Ionathan: Primum enim non deerat illi fides, deinde neceſſitate & magna utilitate inducebatur, ut Dei voluntatem intelligeret: credidit illa omnia regi & gubernari potentia Dei, & impiorum etiam hominum linguas ab

Digitized by Google

eo ad loquendum incitari. Itaque ſequitur Palæſtinorum voces, ut oraculum editum à Deo. Neq; enim Dei gubernatio tantùm ad electos pertinet: Impiorum enim etiam hominum affectus, & dicta, & facta, omnia ab eo diriguntur, ut ejus gloriæ inſerviant. Impij quidem erant Ægyptij & Iudæis infenſi. Deus tamen illorum benevolentiam Iudæis conciliavit, ut migrantibus ex Ægypto, veſtes & vaſa argentea aureáque commodarent. Deus inflexit cor Abſolonis, ne audiret conſilium calidiſſimum Achitophelis. Deus commovit Roboamum, ne ſeniorum & prudentium virorum conſiliis auſcultaret. Nam, ut ait Salomon, Cor regis eſt in manu Dei. Denique omnes noſtri affectus, cogitationes, ſermones, in ejus poteſtate ſiti ſunt. Id niſi Ionathas ſibi perſuaſiſſet, quomodo ex impiorum vocibus ſignum petere aut captare potuiſſet? Alij quidem neſciunt, quod Deus velit hominum ſermones & facta dirigere. Id autem Ionathas divinitùs intellexit.

Càm Palæſtini eſſent impij, quomodo ex illis oraculum ceperit. Exod. 12. 36.

2. Sam. 17. 14. 1. Reg. 12. 15. Prov. 21. 1.

6 Non eſt iſta ea divinatio, quæ in ſacris literis prohibetur: in quib. ita præcipitur. Ne ſint inter vos divini. Hieronymus ait, vocem Divinationis in ſacris literis ſemper accipi in deteriorem partem. Quoniam enim homines nimis avidè ſcire cupiunt res futuras, multæ illis ſæpe offeruntur impoſturæ. Verùm, cùm futura pendent ex cauſis certis & neceſſariis, non pertinent ad divinationem eam, quæ interdicitur. Nam defectus Lunæ, & Solis trajectio & oppoſitio, & concurſus ſyderum in multos annos, ex certis cauſis certò prædici poſſunt. Res etiam quæ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖον ſolent evenire, poſſunt ex cauſis probabilibus prævideri, ut mors, aut morbus in medio. Contingentia verò, quę dicuntur ὁπότερ' ἔτυχεν, & in utramque partem æquè propendent, non providentur, niſi à ſolo Deo: Ille enim ſolus ſcit, in quem eventum quidque debeat inclinare. Quare, qui harum rerum notitiam venditat, committit ſacrilegium: quia multa Diabolus docuit Ethnicos ex extis, ex garritu, ex aſpectu, aut paſtu avium: unde erant aruſpices, augures, aſpices, pullarij. Erant præterea apud illos ab eodem præceptore conjectiones ſomniorũ, ſortes, vaticinationes, oracula. Cicero in libris de Divinatione, hæc omnia revocat ad duo capita: Alia enim ait eſſe naturalia, alia artificioſa. Et artificioſa quidem eſſe, cùm ex certis rebus animadverſis & notatis, ſcientia conſtituitur, ut in extis, auſpiciis, auguriis: Naturalia verò, quæ hominibus quietis & otioſis accidunt: ut vatibus, furioſis, ſomniantibus. Hæc omnia vitioſa ſunt: quia, quod eſt Dei, tribuitur hominibus. Sed ne longius diſcedamus ab inſtituto, hæc pars divinationis, quam ſequutus eſt Ionathas, ea eſt, quam appellant Omen. Omen autem Feſtus ait dici, quaſi oremen: Eſt enim prædictio, quæ excidit ex ore humano cum aliquo furore. Ita cùm Romani deliberarent de relinquenda civitate, & ſignifer fixo vexillo in medio foro dixiſſet: Hic optimè habebimus, Vox ea accepta eſt pro omine. Ita Ionathas ab omine, hoc eſt, ex verbis, quæ Palæſtinis temerè exciderant, colligit, Deum eos ſibi dediſſe in poteſtatem. Et Ethnici quidem cùm ita facerent, damnandi erant: Ionathas autem non erat. Ionathas enim inſtinctum habuit à Deo: illi non habebant. Ita Gedeon ſequutus eſt omen, cùm pugnaret contra Madianitas. Nos autem nec Ionathanem, nec Gedeonem debemus imitari, niſi certò ſciamus, nos eodem ſpiritu & inſtinctu commoveri. Nam ſi humanis rationibus aut artibus volumus futura contingentia prædicere, jure ac meritò reprehendemur. Si exempla conveniant cum lege, debent nobis eſſe calcaria ad imitandum: Sin minus, potius admiranda nobis ſunt, quàm imitanda. Hæc cautio adhibenda eſt in exemplis.

Divinatio hæc, non eſt prohibita.

Quarum rerũ futurarum poſſit eſſe ſcientia.

Superſtitioſarum divinationum duo capita.

Vide in 1. Reg. 20. v. 31.

Ionathanum quando imitari liceat.

CAPUT VIII.

De miraculis, & quatenus ad doctrinam, fidémque ſtabiliendam valeant. Vide in 1. Corinth. 1. cap. verſ. 22.

Ex lib. Iud. 6. cap. ad finem.

QUOD autem ad miracula attinet, duo præcipuè quærenda ſunt. Primum, de ipſis miraculis. Alterum, quantum, aut quomodo ea petere liceat. Quoad primum, Hebræorum verbum eſt *Pala* ſeu *Niphla*, quod eſt, difficile, aut mirabile fuit: unde nomina derivantur *Niphlaoth*, aut *Miphleoth*, quibus res notantur ab aliis ſecretæ, ob dignitatem, ſeu præſtantiam, ſeparatæ inquam, & admirabiles. Græci θαῦμα dixerunt ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν, quod eſt mirari. Latini dicũt, Miracula, quòd admiratione digna ſint. Dicunt item, Prodigia, monſtra & portenta: ut intelligeremus Deum his verbis præter uſitatum rerum ordinem quippiam eventurum, ſed faciundum præter ſpem ac expectationem voluiſſe oſtendere. Cùm itaque miracula præter naturam rerum fiant, admirationem præbent. Et ſanè plurima ſunt à ſcriptoribus celebrata nimirum Dianæ Epheſinæ templum, Mauſolium Artemiſiæ reginæ Cariæ: Solis Coloſſus apud Rhodios: muri Babylonis, & alia permulta ejus generis. Quare Auguſtinus contra epiſtolam Manichæorum cap. 16. prudenter ſcripſit, Miraculum voco, quicquid arduum aut inſolitum ſupra ſpem vel facultatem mirantis apparet. Ex quibus dictis, ampla quædam miraculorũ deſcriptio haberi poteſt. Cùmque miraculum dicatur apparere, illi jure coarguuntur, qui Transſubſtantiationem fingunt, & miraculum eſſe volunt, quæ nec ex divinis literis confirmari poteſt, & cùm minimè appareat ſeu videatur, miraculum non eſt dicenda.

Vocum etymologia.

Miracula plurimum celebrata.

Generalis deſcriptio miraculorum.

Auguſt.

Transſubſtantiationum miraculum.

2 Poſthanc ſatis communem fuſámque deſcriptionem, addendum eſt, Miraculorum quædam vera, quædam autem falſa eſſe. Miracula porrò falſa illa dicuntur, quæ aut non ſunt, id quod videntur: aut ſi ſunt, non aliqua vi, quæ naturam ſuperet, ſed ejus viribus, licet occultis aguntur. Id autem angeli, ſive boni, ſive mali, triplici ratione facere queunt. Nam interdum vires naturæ, quas optimè norunt, ad materiam accommodant, ex qua materiæ cum efficientibus cauſis conjunctione, conſequuntur effectus, & quidem propemodum repentè, quos non poſſunt ſpectatores non admirari. Norunt dæmones ranas, vermes, aut ſerpentes aliquos ex putrefactis rebus gigni, modò calor gradibus quibuſdam adhibeatur: quare cùm iſta ſimul copulare non ſit eis difficile, id nonnunquam ad homines decipiendos faciunt. Et hac ratione putavit Auguſtinus, ut de Trinitate libro 3. ſcribit, Magos Pharaonis eadem quandoque feciſſe cum Moſe. Deinde, commotiones ſpirituum, ſanguinis & humorum corpora humana multum perturbant: unde ſpectra, imagines, & ſimulachra rerum, quæ in his conſervantur, in ipſo motu coram phantaſia ſeu imaginatione feruntur, & ea ratione atque ordine, quo turbatior ſpiritus ea connectit: unde varia multipliciáque viſa oriuntur, quod in phreneticis videmus interdum fieri. Ac eò res poteſt deduci, ut formæ atque imagines interius conſervatæ, uſque ad ſenſus externos revocentur. Unde qui talia patiatur, ſe omnino videre ac ſentire opinatur, quæ in imaginatione ſeu phantaſia & ſenſu ſuo verſantur, cùm reipſa nihil hujuſmodi exterius fiat. Atque hoc genus miraculorum, ad præſtigias potius quàm ad miracula referri debet. Fit etiam, ut hi ſpiritus vi ſua nonnunquam ex aëre vel aliis elementis corpora quædam effingant, ut humana omnino eſſe videantur, & ſub illis quibuſcunque libuerit appareant. Sic ad Abrahamum, Lothum, cæteróſque Patres aliquando venerunt. Iſta (ſi propriè ſimpliciterque loquamur) vera miracula non ſunt, ſed noſtra ratione ac judicio nihil obſtat quin ſic appellari queant. Imò vulgò dicuntur præſtigiatores miracula facere, cùm tamen agilitate manuum ludant, aut viribus quarundam rerum naturalium admiranda ſpectantibus repræſentent.

Miracula falſa eorúmque ratio triplex.

1. Ex materiæ cum efficientibus cauſis accommodatione.

Auguſt.

2. Ex commotione ſanguinis & humorũ.

3. Ex corporũ aëriorum fictione.

3 Verorum autem miraculorum hæc eſt definitio. Miraculum eſt opus arduum & inuſitatum vi divina, quæ omnem facultatem creatæ naturæ ſuperat, ad id editum, ut admiratione ſentientes afficiat, & fidem erga ſermones Dei confirmet. Materia ergo miraculorum, ſunt opera: forma verò, ut ſint ardua & inuſitata. Efficiens, vis divina, quæ naturam conditam vincat. Finis verò, cùm admiratio, tum confirmatio fidei. Ut verò de cauſa efficiente non dubitemus, addendum puto: Vim illam Dei, quæ naturæ facultates omnino ſuperet, intelligendam eſſe, quãdoq; per ſeipſam, interdum verò aut per angelos, aut per homines agere, eo porrò modo, quo poſtea demon-

Quæ ſint vera miracula.

Cauſæ miraculorum.

Digitized by Google

Auguſt.

demonſtrabitur. Addam præterea, ſcribere Auguſti-
num loco jam adducto, contra Epiſtolam Manichæi
cap.26. Miracula non moverent, niſi mira eſſent: &
mira non eſſent, ſi ſolita eſſent. Vt igitur ex admira-
tione Philoſophiam natam dicunt, quam Plato I-
ridem vocavit, & idcirco filiam Thaumantis voca-
tam: item nos fidem, quæ verbis Dei habetur, & ſi
non prorſus naſci ex miraculis, attamen ex eis con-
firmari poſſumus credere. Et idcirco Auguſtinus li-
bro 12. Confeſſ. cap. 21, ait: Ignoratio, mater admira-
tionis ſignorum: iſta eſt introitus ad fidem filiis A-
dam, qui ſui ſunt obliti. Hac ſententia docet homi-
nes Dei oblitos ex miraculorum admiratione, introi-
tum ſeu aditum ad fidem habere. Et ſanè ita eſt. Dei
voluntas nos latet: is autem, ut bonus eſt, illam ſan-
ctis Prophetis atque Apoſtolis patefecit: quam ut
commodè hominibus eloquantur, donum ſermonis
illis attribuit. Sed quia mortales à verbo ſuo alienos
& averſos novit, vim faciendorum miraculorum con-
ceſſit, ut quæ ſuos nuncios commodè loqui voluit, fa-
cilius crederentur. Confirmationem fidei ex miracu-
lis proficiſci, Marcus teſtatur, qui ad finem ſui Evan-
gelij ait: Illi verò egreſſi prædicaverunt ubiq;, Do-
mino cooperante, ac ſermonem confirmante ſubſe-
quentibus ſignis. Vt autem hoc genus cōfirmationis
aptum ſit, inde liquet: Promiſſa Dei non aliunde pen-
dent, quàm ab ejus voluntate atque potentia. Signa
verò, de quibus nunc agimus, potentiam Dei teſtan-
tur, cùm omnibus modis naturam vincant: & volun-
tatis fidem faciunt, nam ejus nominis invocatione, &
per illius gratiam atq; ſpiritum eduntur. Quapropter
Auguſtinus loco jam adducto contra Epiſtolam Ma-
nichæi ſcribit, Miracula verbis Dei authoritatem con-
ciliare. Etenim is, cùm iſta fecit, ſuarum promiſſio-
num videtur arrham dediſſe. Neque prætereunda
ſunt, quæ idem Auguſtinus habet in Ioannem tra-
ctat. 24. Non magnitudine operum conſtare miracu-
la: majus quippe alioquin eſt opus, univerſam hanc
machinam orbis gubernare, quàm lumen, quo de-
ſtituitur, cæco reſtituere.

Fides ex miraculis non naſcitur, ſed confirmatur.

Marc. 16. 20.

Auguſt.

Miracula non conſtant magnitudine operum.

4 His expoſitis reſtat, ut congruis diſtinctioni-
bus miracula in ſuas partes diſtribuantur. Quædam
eorum ſunt ob ipſam rem quæ facta eſt admiranda,
cùm adeo inſolita & magna videatur, ut in rerum
natura ſimilem ejus non liceat reperire. Talis fuit
mora Solis tempore Iehoſuah, & umbræ illius con-
verſio ſub Ezechia, virginis cōceptus & partus, man-
næ cibus in deſerto, & conſimilia. Quædam verò mi-
racula ſunt, non ob rei quæ facta eſt naturam & ma-
gnitudinem, ſed propter modum rationémq; in effi-
ciendo adhibitam: ut fuit Heliæ nubes & pluvia, ger-
minatio florum & fructuum virgæ Aaronis, tonitrua
Samuëlis, converſio aquæ in vinum, & conſimilia:
talia enim per naturam fiunt, ſed miracula tum erant,
propter modum quo efficiebantur, id eſt, non per
naturales cauſas, ſed ad imperium & voluntatem
ſanctorum. Alia diſtinctio miraculorum eſt, quòd
quædam eorum tantùm admirationem movent, ut
lampades ac tonitrua in monte Sina, converſio um-
bræ Solis tempore Ezechiæ, Domini transfiguratio
in monte. Alia præter admirationem, præſentem cō-
moditatem hominibus afferunt, ut quando per vir-
gam potus è petra dabatur, & Manna è cælo, cúmq;
à Domino & Apoſtolis ægroti ſanabantur. Nonnun-
quam verò pœnam & damnum ſontibus inferunt.
Nam verbis Petri Ananias & Sapphira perierunt,
Elymas Magus à Paulo fuit excæcatus, & aliqui ab
eodem Satanæ traditi ſunt divexandi. Ex eo etiam
diſtinguuntur miracula, quòd quædam eorum preci-
bus impetrantur. Sic enim Elias & Eliſæus, nempe
orando, ſuos mortuos vitæ reſtituerunt. Moſes item
ranas & alias quaſdam plagas, intercedens pro Pha-
raone, abegit. Alia verò juſſu atque imperio edun-
tur. Iehoſuah Soli mandavit, ut iter ſiſteret: Domi-
nus Ieſus ventis imperavit, & Petrus claudo inquit:
In nomine Ieſu Chriſti, ſurge & ambula. Sunt & a-
lia quæ nec precibus, neque juſſu verùm ultrò ac
ſponte fiunt, ſanctis ipſis quippiam aliud agentibus.
Quemadmodum, cum umbra Petri ambulantis me-
debatur ægrotis, & Pauli ſemicinctia vel ſudaria ſa-
nabant languidos.

Alia diſtinctio miraculorum.

Ioſ. 10. 3.
Eſai. 38. 8.
Eſ. 7. 14.
Exod. 1. 13.
1. Reg. 18. 45.
Num. 17. 8.
1. Sam. 12. 18.
Ioan. 2. 9.
Exod. 19. 18.

Rurſus diſtinguuntur miracula.
Eſ. 38. 8.
Matt. 17. 2.
Exod. 17. 6.
Exod. 16. 3.
Marc. 16. 18.
Actor. 1. 5.
1. Reg. 17. 22.
2. Reg. 4. 34.
Exo. 8. 12 & 30.
Ioſ. 10. 3.
Marc. 4. 16.
Act. 3. 6.
Act. 5. 15.
Act. 19. 12.

5 Poſtremò, Auguſt. in libr. 83. quæſtionum,

Alia partitio miraculorum.

A quæſt. 79. miracula partitus eſt, ut quædam per pu-
blicam juſtitiam fiant, hoc eſt, ex voluntate Dei ſta-
bili atque firma, quæ in mundo ceu publica lex ha-
betur. Ea Deus voluit, ut miniſtri ſui, hoc eſt, Apoſto-
li & Prophetæ, prædicando miracula ederent. Alia
verò per hujus juſtitię ſigna patrantur, ut cùm impij
nomine Dei aut Ieſu Chriſti aliquod miraculum fa-
ciunt, quod non datur niſi ex honore ac reverentia
erga nomen divinum, quo utuntur: non quòd illis
B Deus, aut natura, vel ullæ conditæ res gratificari cu-
piant. Vt, cùm aliquis publicum ſigillum aut chiro-
graphum ſuffuratus, multa vel à ruſticis vel à civibus
extorquet: quæ non illi dantur, ſed ſigno, quod aut
Magiſtratus aut Principis eſſe agnoſcunt: Sic ille, qui
Chriſtum non ſequebatur, dæmonia nomine ipſius
ejiciebat. Tertio loco, miracula recenſentur, quæ pri-
vato quodam contractu aguntur, quo Magi diabolo,
& diabolus Magis ſe obſtringit. Ea verò, neq; publica
juſtitia, neq; ſignis ejus fiunt, ſed tantùm à privata
C quadam conventione proveniunt. Attamen ſciendū,
miracula ſecundi & tertij ordinis non eſſe firma, neq;
certò evenire. Siquidem legimus 19. cap. Act. Apoſt.
Scævæ filios voluiſſe in nomine Ieſu, quem Paulus
prædicabat, dæmonia pellere, quibus dæmon ait:
Ieſum quidem & Paulum novi, non autem vos. Quo
dicto, illos invaſit. De tertio verò genere, idem teſta-
tur Cypriani factum, priuſquam ad Chriſtum conver-
teretur, Magicis enim artibus piam virginem ad ſua
impura vota deflectere tentavit, quod tandem con-
D feſſus eſt diabolus, ei ſe non poſſe præſtare.

Simile.

Marc. 9. 38.

verſ. 15.

Cyprianus.

6 Advertendum tamen eſt, hæc miracula, quæ
privato contractu fiunt, nō eſſe verè miracula, ſed ad
ea pertinere, quæ ante definitionem commemoravi-
mus: nam licet interdum verè ſint id quod viden-
tur, non tamen vera ſunt miracula. Quis enim du-
bitet, verum fuiſſe ignem, quo pecora Iobi cremata
ſunt? verúmque turbinem venti, quo domus ejus de-
jecta liberos oppreſſit? Quin & Auguſtinus ſerpen-
tes, quos Magi produxerunt, non præſtigias, ſed veros
E contendit ſerpentes fuiſſe. Nam ſacra Hiſtoria refert,
cùm ad tertium ſignum ventum eſſet, Magos dixiſſe:
Digitus Dei eſt iſte: ac ſe jam deficere reſtabantur,
neque amplius ea poſſe facere, quæ Moſes potentia
Dei faciebat. Id verò indicio eſt, antea præſtigiis rem
non fuiſſe actam, & Magos cum ipſo Moſe, rebus nō
præſtigiis illuc uſq; contendiſſe. At dixerit quiſpiam,
Si res hoc modo habet, ut quæ à diabolo & Magis
fiunt, verè interdum id ſint, quod videntur: quare ad
Theſſalonicenſes de Antichriſto ſcribitur, permultos
F ab eo ſignis ac prodigiis mendacibus ſeductum iri?
Dicendum, mendacium nō ad rem quæ facienda eſt,
ſed ad miraculum referri debere: Nam licet, quæ fiūt,
ea interdum futura ſint quæ videntur, non tamen e-
runt miracula, tametſi videantur. Auguſtinus autem
reſpondet: Mendacia dicuntur ſigna & prodigia, vel
quia videbuntur & non erunt, vel quia homines ad
mendacia deducent. Nihil enim aliud quæret huiuſ-
modi ſignis Antichriſtus, niſi ut fallat, hominéſq; ad
falſa credenda pelliciat. Non eſt id aut novum, aut
G inuſitatum, ut cauſa ex effectu ſuo, aut nomen, aut
[illegible] ſortiatur. Quod autem videantur & non ſint,
bifariam poteſt accipi: vel quòd inter veras res ali-
quæ præſtigiæ admiſceantur: vel quòd miracula præ-
dicabuntur, cùm miracula non fuerint.

Non ſunt verè miracula quæ facit diabolus.

Iob. 1. 18. & 19.

Auguſt.

2. Theſſ. 2. 9.
Quare Antichriſti ſigna dicantur mendacia.

7 Alius nodus eſt diſſolvendus, quomodo ea vis
Dei, quę naturam ſuperat, vel angelis, vel hominibus,
tam bonis, quàm malis, ad miracula facienda utatur.
Vt quibuſdam inſtrumentis utitur, & quandoque ad
illorum deſiderium, preces, juſſum, citra eorum ali-
H quod externum opus miracula facit. Interdum verò,
eos vult aliquod ſuum opus vel miniſterium inter-
ponere. Moſes quippe mare percuſſit, & petram virga
ſua. Chriſtus leproſos tangebat, & cæci oculos inun-
xit. Verùm ſciendum eſt, duplex eſſe inſtrumentorū
genus. Quædā ita ſunt comparata, ut licet præcipua
efficientia nō ſint, attamen ad effectum producendū
plurimum conferunt, ut ferrum ad dura ſcindenda,
pharmaca item ad ſanandum, cùm tamen artificum
ſint inſtrumēta. Deus verò alio genere utitur inſtru-
I mentorum in faciendis miraculis, quod ſcilicet ad
effectum producendum ſua natura nullā vim habet.
Quid enim virga conducebat ad mare aperiendum?

Vide in Gen. 9. v. 14. & v. 33. & cap. 30. v. 32.
Inſtrumenta Dei ad miracula facienda, quomodo ſe habeant.
Exo. 17. 6.
Exo. 16. 13.
Matth. 8. 3.
Ioan. 9. 6.

Act.5.15.

A

Quid umbra Petri ad ſanandos ægrotos? Profectò nihil, ſi naturam ipſam reſpexeris. Inſtrumenta igitur, quibus Deus in hiſce miraculis utitur, ſua natura, vel nihil ad ea conducunt, vel potius aliquando impediunt, ut aſpectus ænei ſerpentis, Helizæi ſal, aqua Eliæ, quam ad holocauſtum fudit, & lutum quod Chriſtus oculis cæci applicuit. Quocirca, dum per inſtrumenta hujus generis, quæ nihil juvant, imò potius impediunt, miracula fiunt, vis & potentia Dei multò clarius illuſtratur.

Num. 21.9.
2.Reg.2.21.
1.Reg.18.34.
Ioan.9.6.
Ioan.14.

B

Chriſtus etiam, ut naturales vires doceret nihil huc facere, matri ſuæ dixit in nuptiis, Quid mihi & tibi mulier? Non quod matris authoritatẽ ea in re depreſſam voluerit, ſed ut liqueret, naturam, quam ex ea ſumpſerat, nihil ſuapte vi ad miracula facienda valuiſſe. Proinde cùm hominibus & angelis, idque tam bonis quàm malis Deus ad miracula facienda utatur, & ea nonnunquam ſint beneficia, quandoque verò pœnæ, quibus homines vel puniantur, vel juventur, non revocandum eſt in dubium, an per bonos angelos Deus aliquando puniat.

Deus utitur & bonis & malis cùm hominibus tum angelis ad miracula facienda.

C

Satis enim liquet, Sodomam ab angelis everſam, exercitum Senacherib ab angelo interfectum, & Davidem angelum Iſraëliticæ peſtis miniſtrum vidiſſe.

Gen. 18. & 19.
2.Reg.19.35.
2.Sam. 24. 17.
2.Cor.12.7.
1.Cor.5.5.

An per angelos Deus directè juvet.

8 Verùm Auguſtinus in Pſal.78. ambigit, An per angelos malos Deus miracula fecerit, quibus homines immediatè aliquo beneficio affecti fuerint. Aitque ſe in divinis literis hoc minimè legiſſe, nec ego profectò legi. Niſi dicere velimus, tandem Paulo profuiſſe, quòd ab angelo Satanæ vexaretur: Et idcirco ab eo traditos aliquot Satanæ fuiſſe, ut eorum ſpiritus in die Domini ſalvus fieret.

August.

D

At quæſtio Auguſtini nequaquam huc reſpicit, ſed an beneficia ſolida & aperta, ut ſanitates, prophetiæ, dona linguarum, cibus, liberatio, & conſimilia, ſint aliquando per Diabolum à Deo miraculo quodam ſanctis collata: id autem non puto cum Auguſtino ſacras literas uſquã teſtari. Quòd verò per angelos malos, tam pij quàm impij tententur, puniantur, & vexentur, non eſt obſcurum. Sed ratione varia: quia, ut Auguſtinus ibidem ait, duo quodammodo greges hominum ſunt,

E

pravorum inquam, & bonorum. Boni, ſunt grex Dei: quemadmodum pravi, grex diaboli: unde in iſtos, ceu in ſuos liberius agit, eos divexat, & malè accipit, quaſi ſuo jure: non tamen ultra præſcriptum à Deo modum quicquam poteſt. At in gregem Dei nihil audet, niſi quantum ipſe Deus interdum annuerit, ut de Iobo factum legimus.

Iob.1.12.

Patitur quandoq; Deus ut ſancti à Satana graviter affligantur, quò ſua in eos gratia quàm illuſtriſſimè declaretur. Sed cùm Auguſtinus verba Pſalmi exponit: Immiſſiones per angelos malos, dubitat an Ægyptiorum plagæ per bonum angelum, an per diabolum inflictæ fuerint.

Pſal.78.49.

F

Ægypti plagæ, an à bonis an à malis angelis inflictæ ſint.

Ac tandem judicat, peſtem interitumque primogenitorum, miniſterio diaboli poſſe aſcribi: alias verò plagas, bonis angelis attribuendas, quò tã liber Exodi, quàm Pſalmorum ſententia poſſit conſiſtere. Attamen de plaga illa primogenitorum, in Exodo ſub nomine Dei ſcribitur: Ego tranſibo ea nocte per Ægyptum, & percutiam, &c. Iis verbis cædes illa, vel Deo vel bono angelo, non autem diabolo videtur attribuenda.

Exod 12.2.

G

Sed hoc me non multùm movet, quia etſi diaboli miniſterio factum id fuerit, Domino poteſt aſcribi. Nam Iobus cùm & bonis & liberis eſſet exutus opera diaboli, dixit attamen: Dominus dedit, Dominus abſtulit, & à Domino factum aiebat, quod per diabolum geſtum erat.

Iob.1.21.

At quidam objiciunt, Si diabolo hæc aſſignemus, tum ille contra ſeipſum videbitur pugnaſſe. Magi quippe dæmonum ope obſtabant Moſi, cùm eadem cum eo facerent. At ſi plagæ per angelos malos contra Ægyptios immittebantur, & Magi ſe opponebant, videbatur Satan Satanæ reſiſtere.

H

Neque Magi verè potuiſſent dicere, ſe defeciſſe, ac teſtari digitum Dei eſſe, qui operaretur. At iſta meo judicio nõ ſunt firma, quia geſta per Magos, potentia Satanæ fiebant, quæ illi naturalis eſt. Ea quippe valet ſeminã rerum, & agentes cauſas materiæ præparatæ aptare, ac mira quoad humanum aſpectũ efficere. At illa quibus Deus affligebat Ægyptios, vi ejus potentiſſima per diaboli organum edebantur. Vnde non mirum, ſi Magi defecerunt, ſenſerúntque

I

digiti Dei excellentiſſimam potentiam. Liber attamẽ Sapientiæ cap.18. videtur iſtas plagas omnino Deo

verſ.14. & 15.

A

aſcribere, dum ait: Cùm medium ſilentium tenerent omnia, omnipotens ſermo tuus, &c. Capite autem 17. traditur Ægyptios inter illas plagas, præſertim cùm tenebris premerentur, terriculamentis horrendis, & viſis admodum terrificis fuiſſe divexatos, ceu larvæ triſtiſſimæ illis ob oculos & circa phantaſiam perpetuò verſarentur: quæ proculdubio immiſſione angelorum malorũ fieri potuerunt, ut Pſalmus cõmemorat. Obdurabatur etiam illorum cor, & animus quo-

B

tidie adverſus Iſraëlitas multo fiebat obfirmatior. Id autem ad immiſſiones angelorum malorum pertinuiſſe videtur. Quamobrem duo iſta loca facilè poſſunt conciliari, plagas quæ recenſentur in Exodo bonis angelis aſſignando, & viſa terrifica, cordiſq; obdurationem malorum angelorum immiſſionibus, quatum Pſalmus jam adductus meminit, adſcribendo.

Locus Exodi & Pſalmi conciliatur.

9 Cùm autem Deus, ut expoſitum eſt, tam bonis, quàm malis angelis, & hominibus ad miracula facienda utatur, non propterea debent pij homines

Poſſe facere miracula, non reddit homines vel meliores, vel deteriores.

C

id ægrè ferre, quòd eis hæc facultas crebrò non tribuatur. Non enim ea de cauſa ſunt deterioris conditionis, quàm illi, quibus miracula facere conceditur. Dominus quippe ſuis diſcipulis, cùm à legatione rediiſſent, ait: Nolite in hoc gaudere, quòd ſpiritus vobis ſubjiciantur. Eo potius gaudete, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.

Luc.10.20.

Nonnulli adeò ſunt hujuſmodi rerum cupidi, ut ad ſigna obtinenda, vel ipſius diaboli opera non vereantur abuti: & ſe hoc prætextu excuſant, quòd ipſe Deus ad ſigna facienda utatur Satana, quem imitando bene faciant, tantum

Ad ſigna facienda non eſt opera diaboli utendũ.

D

abeſt, ut queant ullius criminis rei peragi. Paulum quoque aiunt, diabolo quoſdam vexandos tradidiſſe: propterea ſe quoq; illius miniſterio poſſe uti. At qui tandem iſti ſunt, qui velint quantum Deo fas eſt, ſibi tantundem licere? Deus omnium creaturarum eſt author, quare non mirum ſi omnibus utatur. Nobis verò, lege Dei præſcribitur, ne id faciamus. Imitatio autem Deo tantiſper nobis commendatur, quoad ejus Lege, non ſecus præcipitur. Ipſe alioquin ſuas

1.Cor.5.5.

Non licet in omnibus Deũ imitari.

E

injurias ulciſcitur. Quis verò dixerit, privatis hominibus idem faciundum? Deus hoſtiam Baal deſtinatam, & ligna eidem idolo dedicata, ad ſuum holocauſtum adhibuit: an propterea quiſque noſtrûm idolothytis veſcetur? Noſtrarum actionum regula eſt verbum Dei: Quare ad illum imitandum non debemus adduci, niſi quantum Lex patitur. Eam ipſe non ſibi, verum hominibus tulit, ut vitam ſuam ad eam accommodent. Propterea licuit ei ab Abrahamo immolationem filij petere, quam nemo noſtrûm ab

Iud.6.25.

Gen.22.2.

F

amico requirere poteſt. Paulus & cæteri Apoſtoli, cacodæmonas habuere ſibi ſubjectos & per eos nonnunquam eis licuit, ſontes ad ſuam ſalutem punire: idcirco quibus donum hujuſmodi non eſt conceſſum, ij ab eo exercendo abſtinere debent.

1.Cor.5.5.

10 Proinde duplex eſt uſus poteſtatis malorum ſpirituum, unus cum imperio, iſque Dei cum primis eſt, Apoſtolorum item, nec non ſanctorum primitivę Eccleſiæ: Alter verò, commercio, & obſequio conſtat, qui hominibus omnino interdicitur. Nam quæ com-

2.Cor.6.14.

G

municatio eſſe poteſt luci cum tenebris? & Deo cum Belial? Ea de cauſa Magi, quiq; illis credunt, excuſari non poſſunt, imò ſuperſtitionis atque idololatriæ rei à Lege peraguntur. Neque Deus putandus eſt, abſque cauſis juſtiſſimis, nobiſque utiliſſimis, ut ne iſta fiant, prohibuiſſe. Cavet ſiquidem ne decipiamur, néve iis viis in exitium præcipitemur. Huc enim Satanæ commercia tandem pertinent: Mendax enim eſt diabolus, & pater mendacij, idémque homicida jam inde ab initio, ut Chriſtus docuit. Firma itaque

Cur Deus cavit ne homines opera diaboli utantur ad ſigna facienda.

Ioan.8.44.

H

ſententia eſto, quam etiam Scholaſtici 2. Sentent. diſt. 8. & inter eos præcipuè Thomas, nedum antiqui Patres, ratam habuerunt, ut ſi quid petendum ſit, quod humanam facultatem ſuperet, id ab uno Deo petatur: quod qui non faciunt, in *ἀποστασίαν* à fide incidunt, creaturas inſtar Dei colentes. Vtinam tam veteres quàm Scholaſtici, conſtantes in eo manſiſſent, qui poſtea, neſcio quo modo ſui obliti, ſanctorum jam defunctorum invocationibus conſenſerunt, & exorciſtas ad corpora & reliquias mor-

Quorundam Patrum & maximè Scholaſticorum inconſtantia.

I

tuorum inſtituerunt: qui nullo peculiari dono miraculorum ornati, diabolos graviſſimis comminationibus, & ſatis pro imperio adjurant, petendo à

ſanctis,

ſanctis, qui jam obierunt, ut cacodæmonas ab obſeſſis depellant. Illi verò ſi aliquando, ut juſſi ſunt, abeant, id non inviti faciunt, ſed parêre aſſimulant, quò idololatria conſtabiliatur. Atque illis non minus gratum eſt, animos occupare, quàm divexare corpora. Auguſtinus 10. de Civitate Dei, cap. 11. refert, Porphyrium ad Anebuntem ſcribere, Magos quoſdam ita conſuevíſſe dæmonas minis perterrefacere, ut dicerent, Si ab ipſis non fierent imperata, cœlum & terram ſe velle collidere, atq; ipſos malè premere. Quis diaboli verſutias hic non ſentiat, qui ſe fingat, ridiculas, ut aiunt, conjurationes timere? Verùm hac de re nimis multa.

Auguſt.

Miracula ad fidem faciendam mi.è cō-ducunt.

11 Redire operæprecium eſt ad ultimam noſtræ definitionis partem examinandam, quà dictum eſt, miracula idcirco fieri, ut corroboretur fides. Id videtur huic particulæ non parum adverſari, quod non oporteat facilè miraculis credere, cùm poſſint errandi occaſionem præbere. Atque inde non tutum genus argumenti, ſed admodum periculoſum ducitur. Id vero ex multis demonſtratur. Primùm, Dominus Matt. 24. ait Pſeudoprophetas extremo tempore ita ſignis decepturos homines, ut etiam ſi fieri poſſit, electi ſeducantur. Quam eandem ſententiam Paulus ad Theſſal. fuſius eſt proſecutus. Ex libro etiam Exod. addiſcimus, non eſſe credendum ſignis. Magi quippe Pharaonis, eandem quæ Moſes aliquandiu fecerunt. In Deut. quoque præcipitur, ut Prophetæ, licet ſigna fecerit, non credatur, ſi ad idololatriam impulerit. Ideo cùm poſſint miracula interponi, tam pro vera quàm pro falſa doctrina tuenda, non debent idonea credi ad fidem confirmandam. Quin & Auguſtinus, de Civitate Dei lib. 10. cap. 16. ſcripſit, Si angeli ſacrificia petant ſibi fieri, & adhibuerint ſigna: ac è diverſo, alii teſtentur uni Deo ſacrificandum, neque ulla miracula fecerint: iis utique, non illis credere oportet. Idem contra Fauſtum de Manichæis ait: Signa ut vobis credatur, nulla facitis, quamvis ut ea faceretis vobis credendum non eſſet. Propterea ſciendum eſt miracula revera non ſatis eſſe ad fidem confirmandam: nam opus eſt ante omnia de ipſa doctrina, quæ affertur, judicium facere: idque divinarum literarum teſtimoniis, quæ ſi cum illis conſentiat, illi vel citra ſigna credendum eſt. Cæterum ſi miracula fuerint adjecta, credentes adhuc magis conſtabiliuntur: quiquo non adhuc crediderunt, ſaltem redduntur attentiores, & eis ad credendum via ſternitur.

verſ. 14.

2. Theſſ. 2 9.

Deut. 13. 1.

Auguſt.

Miracula non ſunt ſatis ad fidem confirmandam.

12 Sunt porrò miracula quoquomodo Sacramentorum ſimilia: nam utraque promiſſionibus ut ſigilla quædam adduntur. Et ſicut miracula non proſunt, niſi prius doctrinæ ratio habita fuerit: ita Sacramenta nihil commodi, ſed multum damni afferunt, niſi fide ſyncera percipiantur. Faciunt utraque ad fidem confirmandam, ſed neutra per ſeipſa ſufficiunt. Illi porrò ſunt beati, ac vere laudandi, qui citra miraculorum adjumentum credunt. Dominus noſter ait, Beati qui non viderunt, & crediderunt. Neque tamen ob id ſignorum confirmatio eſt aſpernanda. Inquies fortaſſis: Quando ita conducunt ad fidem confirmandam, cur Dominus in Matthæo capite 9. 11. & in pleriſque aliis locis, ea prædicari vetuit? Multæ fuerunt cauſæ: prius doctrinam prædicari voluit, poſtea ſequi miracula: At ſi quibuſdam à ſe curatis permiſiſſet è veſtigio invulgari quod fecerat, cum illa publicatione miraculi non fuiſſet conjuncta doctrina, quandoquidem illi de pietate nondū erant edocti. Fecit etiam id, ne vana cupiditate mundanæ gloriæ teneri videretur. Itaque voluit nos ab eadem ſuo ipſius exemplo abducere. Adhæc nemo melius atque ipſe noverat, quinam eſſent, quos curaverat. Sua vero & invulganda, & prędicanda, cuivis nolebat committere. Propterea quibuſdam interminabatur, ne id facerent. Cernebat præterea exinani ac nuda miraculorum prædicatione fore, ut leve ac mobile vulgus non ad fidem ſynceram adduceretur, ſed potius ad honores mundanos ſibi decernendos, quos ipſe non ambiebat. Hoc verò ita fuiſſe Ioan. cap. 6. indicatur, ubi ſcribitur, plebem quod ab eo panes acceperit, illū voluiſſe Regem facere. Poſtremò nolebat magis quàm ratio temporis ferret, Pontificum, Scribarum & Phariſæorum invidiam & rabiem contra

Miracula & Sacramenta ſunt utcunque ſimilia.

Cur Dominus miracula ſua interdum prædicari vetuit.

Ioan. 20. 29.

Matt. 9. 30.

verſ. 15.

A ſe irritare. Vnde Luc. 9. cùm in transfiguratione, Apoſtolis gloriæ ſuæ ſpecimen oſtendiſſet, illis præcepit, ne quod viderant, tum temporis invulgarent. Idem quoque mandavit, cùm ſententiis interrogatis de ſeipſo veram à Petro confeſſionem expreſſiſſet, qua illum Filium Dei eſſe affirmavit, ne aliis Ieſum eſſe Meſſiam dicerent. Non enim jam tunc ita erant confirmati, ut ſi talia ſparſiſſent, poſſent ea diſputando, idoneis teſtimoniis confirmare. Quamobrem
B uberiorem illorum inſtructionem duxit expectandā. Noluit veritatem omnino taceri, ſed tamen ad eam patefaciendam, tempus opportunum deligebat. Non ita rectè colligitur ex eo, miracula non valere ad fidem confirmandam, quòd Chriſtus ea interdum publicari vetuerit: quandoquidem illud præceptum Domini, tantùm ad meliores occaſiones captandas, non autem ad perpetuum ſilentium ſpectabat.

verſ. 10.

Matt. 16. 20.

13 Aliud poſtremò eſt, quod illi particulæ definitionis videtur obſtare: non enim fides per miracula
C videtur poſſe confirmari, cùm illam ea requirant, & ſe præcedere velint. Matth. quippe 13. ſcribitur, Chriſtum propter incredulitatem civium ſuorum, nulla propemodum miracula feciſſe. Marcus verò adjecit, illum quidem nec potuiſſe. Vnde potius videretur dicendum, miracula conſtitui & ſtabiliri per fidem, cùm ſi ea non adfuerit, ut Evangeliſtę perhibent, miracula fieri nequeant. Reſpondeo, illos qui precibus miracula volunt impetrare, uſitata juſtáque ratione fide præditos eſſe oportere: nam ina-
D nes cenſentur illæ preces quæ fide non innituntur. At ſi miraculum detur, nihil prohibet fidem inchoatam per illud excitari, & confirmari. Præterea id tenendum eſt, Deum non impediri, quò minus etiam incredulis miracula poſſit dare, imò ſæpenumero dedit. Certè Pharao & Ægyptij erant increduli. Quis verò ignorat permulta miracula fuiſſe illis per Moſen facta? Chriſtus identidem ſuæ reſurrectionis miraculum tunc exhibuit, cùm de illius doctrina & veritate propemodum omnes deſperaſſent. Proinde nihil
E obſtat, quò minus per miracula fides confirmetur. Vt itaque diximus, qui ſigna precibus impetrare contendunt, incaſſum laborant niſi crediderint: quia preces abſque fide nullum apud Deum momentum habent, quod Chriſtus apertè docuit, Matt. 17. verſ. 21. Cùm enim diſcipuli non valuiſſent puerum lunaticum ſanare, de cauſa rogatus ait, id ex illorum incredulitate proficiſci: cujus reſponſum apertè indicat, quid ſentiendum ſit de illis Exorciſtis, qui ad ſepulchra ſanctorum & reliquias conantur dæmonia pel-
F lere. Omnia ibi fictè aguntur. Abſque fide mortui invocantur, & diabolus cum idololatris colludit, fingitque ſe credere, ut pernicioſi cultus retineantur: quod ex eo manifeſtum eſt, quoniā illi Exorciſtę, cùm impuriſſimi ſunt, tum etiam ſine fide omnia ibi faciunt. Origenes contra iſtum abuſum, ſuper Matthæum capite decimo ſeptimo pulcherrimè ſcripſit. Si quando, ait, nos oporteat his opitulari, non loquamur cum ſpiritu, vel adjurando, vel imperando, quaſi nos audiat, ſed tantùm precibus & jejuniis incum-
G bendo perſeveremus. Hæc ille ait, cùm etiam tum mortuorum invocatio & reliquiarum cultus Eccleſiam non pervaſiſſet. Quid hodie diceret, ſi noſtrorum temporum furores cerneret? Sed ut ad caput dubij redeam, fidem ſentio miracula præcedere, quoad eos qui precibus illa impetrant: ſed nō quoad illos qui adſtant & nondum auditæ prædicationi crediderunt.

Fides an antecedat, an ſequatur miracula.

verſ. 18.

Marc. 6. 5.

Vide in 2. Reg. 2. v. 10.

Deus miracula dat quandoque incredulis.

Contra exorciſmos qui fiunt ad ſepulchra mortuorum.

Claſſ. 4. Ca. 9. Sect. 1.

Origenis ſententia de exorciſmis.

14 Sed videamus, quonam pacto à pravis homi-nibus miracula quandoque fiant. Extremo quippe
H tempore, nonnulli dicent: Domine, nónne in nomine tuo dæmonia ejecimus, prophetavimus? &c. Quibus reſpondebitur, Amen dico vobis, neſcio vos. Ii profectò in faciendis miraculis, ut credibile videtur, preces adhibebant, cùm tamen fide carerent, neque juſtificati eſſent, neque ad regnum Dei pertinerent. Quocirca id parum videtur conſtare, preces abſq; fide profuſas non audiri. At notandum eſt, homines pravos, qui precib. miracula impetrarunt, non omni fide caruiſſe. Triplex enim fidei genus reperi-
I tur. Eſt enim quæ opinione ac perſuaſione humana cōſtat, quia nō minus vera creduntur, quæ in ſacris libris habentur, quā hiſtorię Livij, Suetonij, & quę nūc

Matt. 7. 26.

Qua fide præditi ſint mali homines per quos Deus miracula fecit.

Triplex fidei genus.

de novis inſulis conſcribuntur. Hoc genus fidei, quo ad multa, Turcis & Iudæis eſt commune. Alia fides eſt, qua vivè ac efficaciter promiſſioni de miſericordia Dei, cœleſti afflatu incitati, aſſentimur. Hac utique fide juſtificatio conſtat. Tertia deniq; fides eſt, quæ miraculorum vocatur, qua nec immutamur, neque vel pilo meliores efficimur: ſiquidem eſt impulſus divini ſpiritus, quo ad petenda miracula homines excitantur, prorſus credendo eſſe Dei voluntatem, ut ea fiant, & id quod petitur ſucceſſum habeat. Qui dum hac fide nituntur, quod petunt, aliquando impetrant: quod propterea dico, quia non ſemper hoc poſſunt, neque ſemper eo afflatu illuſtrantur.

Vide in 1.Cor. 12.9. verſ.10.

Miracula non ſemper ad preces malorum hominũ fiunt.

Quod ſi quæras, unde iſtud genus fidei probetur, reſpondeat Chryſoſtomus, qui ejus in 17. cap. Matth. meminit. Ibi dixit Chriſtus: Si fidem ut granum ſinapeos habueritis, huic monti dicetis, Iacias te in mare, ac faciet. Hæc exponendo is pater, ait: Cùm hodie iſta in Eccleſia non fiant, an propterea dicemus Chriſtianos deſtitui fide? Avertat Deus, ut de populo Dei tam male ſentiamus. Adeſt fides juſtificans, ſed ea, quæ miraculorum dicitur, jam deſiit. Demonſtratur etiam hoc fidei genus ex Apoſtoli verbis in 1. ad Corinthios quibus ait: etiamſi habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem nõ habeam, nihil ſum. Neque id nos perturbet, quòd Omnem dixerit: Diſtributio quippe illa ad fidem miraculorum contrahenda eſt. Verùm id clarius ex eadem Epiſt. deprehenditur, ubi Apoſtolus chariſmata gratuita recenſet, dicens: Aliis ſermonem ſapientiæ, aliis ſcientiæ, nonnullis vim ſanandi, & quibuſdam fidem in eodem ſpiritu dari, &c. Fides hoc loco, non ea poteſt intelligi, qua juſtificamur. Non enim ea donis annumeratur, quæ privatim aliquibus diſtribuuntur, ſed omnibus ferè Chriſtianis communis eſt. Iam ut arbitror, apparet, quo pacto nondum juſtificati, ſuis precibus miracula interdum impetrẽt, quòd videlicet non omni fidei genere deſtituantur: Sed jam de iſto priori quæſito ſatis multa.

1.Cor.13.2.

Ibid.12.verſ.8. & 9.

An liceat piis miracula petere. Vide in Gen.24.ad finẽ & Cl.2.Cap.4. Sect.54.& in 1.Cor.1.22. Matt.4.7. Pſal.91.9. Deut.6.16. Matt.16.4. Eſa 7.12.

15 Reſtat videre, An piis hominibus liceat miracula petere. Quæ obſtare videantur, hæc afferri ſolent. Primùm, quòd ea re Deus tentetur: id autem divina Lex omnino prohibet. Quin & Servator noſter hoc reſponſo diabolum cohibuit: Non tentabis Dominum Deum tuum. Et Hebræi hoc nomine taxantur, quòd in deſerto Deum tentaverint. Filius item Dei, cùm Phariſæi dicerent, Magiſter, volumus à te ſignum videre, ait: Generatio prava & adultera ſignum quærit, & ſignũ non dabitur ei, &c. Et Achazus rex alioquin impius, ſpeciem juſtitiæ prætexebat, ſe nolle tentare Deum, atq; ideo ſignum petere detrectabat. Ad quæſitum reſpondeo, Aliquo modo fas eſt ſignum petere, ac idem quodam modo non licere. Prior ſententiæ pars ita probatur: Quando ſancti, quo ad aliquam inuſitatam vocationem, de voluntate Dei certiores fieri cupiunt, ac ſi timent, ne fortaſſe decipiantur (nam de illa ex divinis literis nihil explorati habent, & hominibus atque angelis de iis rebus non eſt facile credendum: ſolent enim mali angeli nonnunquam in angelos lucis transformari) quando inquam tali ambiguitate laboratur, & voluntas parata eſt, imò cupida ſerviendi juſſui divino, ſi tum petatur ſigno aliquo confirmari, tentationis divinæ aut temeritatis, pij homines non poſſunt accuſari: Nam quiſquis iis caſibus ea petit, quæ Deus conſuevit offerre, à recto non diſcedit. Nemo ignorat Achazo fuiſſe oblatum ſignum, ut de promiſſis per Eſaiam allatis confirmaretur: Quare illa petere quæ Deus nõnunquam dat & ſponte offert, non debet ut illicitũ prohiberi. Exemplis res non caret: Moſes, cùm auxilio divino eſſet opus, miracula per deſertũ populo Dei crebrò impetravit. Et ad doctrinam veritatis confirmandam, cùm Elias, tum Heliſæus à Deo petierunt, ut filiis hoſpitum ſuarum vita reſtitueretur. Atq; in eundem finem Chriſtus dixit: Vt autem ſciatis Filiũ hominis poteſtatem habere dimittendi peccata, converſus ad paralyticum dixit, Tolle grabatum tuum ſurge & ambula. Petuntur itaq; à ſanctis viris miracula, idque juſtè, vel ut de vocatione ſua reddantur certiores, vel quo magnæ urgentique neceſſitati ſuccurratur, vel ad teſtimonium ſanæ doctrinæ ferendum. Et ſemper, cùm ad hos fines miracula petunt, ea non ab ullis creaturis, verùm ab uno Deo poſtulant, & in petendo modum adhibent: nam declarant ſe nihil velle aut poſtulare, niſi quod voluntati Dei ſit conſentaneum.

1.Reg.17.22. 2.Reg.4.34.

Matt.9.6.

Quibus de cauſis pij viri miracula petant.

Cautiones petendorum miraculorum.

Quando non liceat miracula petere.

16 Nunc è diverſo modi conſiderentur, quibus indignè ac injuſtè ſigna petantur. Primum, aliqui reperiuntur, qui propterea miracula cupiunt, quia de potentia, bonitate, providentiáque Dei malè ſunt perſuaſi, nec aliud quærunt, quàm ut de his rebus experimentum capiant. Nec doctrinæ ſacrarum literarum acquieſcunt, quæ manifeſte ac luculenter hæc omnia docet. Quamobrem jure ſunt reprehendendi, cùm parati ſint potius miraculis, quàm verbo Dei credere. Vnde illi Diviti, qui flammis torquebatur, cùm peteret ut Lazarus ad fratres mitteretur, ne illi etiam ad eadem ſupplicia detruderentur, ab Abrahamo reſponſum eſt, Moſen & Prophetas habent. Quibus verbis apertè demonſtratur, potius divinis literis, quàm miraculis eſſe credendum. Alij etiam ſunt qui miracula idcirco petunt, ut quoad carnẽ ſuavius habeant, ſuiſque cupiditatibus ſatisfiat. Cujus vitij Hebræi accuſantur, quod in deſerto, cùm Man copioſè admodum ſuppeditaretur, carnes deſiderarint, ut in ea ſolitudine mollius viverent. Denique miracula nonnulli eo nomine optant, ut vanæ ſatisfaciant curioſitati. Eſt enim (ut Plinius dixit) natura hominum avidiſſima novitatis. Quare videntur velle uti ſignis inſtar ludicrorum ad ſeipſos oblectandos. Ita Herodes à Chriſto miracula expectabat, nam cùm ad eum fuiſſet adductus, cupiebat ſuam ipſius curioſitatem ſignis paſcere ac oblectare. Iam exiſtimo patere, quomodo ſigna petere ſit interdictum, & ea quandóque liceat poſtulare.

Luc.16.29.

Num.11.10.

Plinius.

Luc.23.8.

Reſponſio ad objectiones.

Quid ſit Deum tentare. Sup. Cap.7. Sect.5. & Cl.2. Cap.4. Sect.4.

17 Nunc ea diluenda ſunt, quæ obſtare videbantur. Qui modo & ratione jam deſcripta, miracula petunt, Deum proculdubio non tentant: quandoquidem id nihil aliud eſt, quàm ex animo incredulo, ac temeritate, de ipſius voluntate ac potentia experimenta quærere: quod utique vitium in ſacris literis jure, meritóque reprehenditur. Quocirca, Dominus Ieſus Chriſtus, non abſque ratione diabolum à ſe repulit, cùm eum adducere vellet, ut è templo ſe præcipitem daret, quod benevolentia Dei erga ſe certior fieret, cùm rationi humanæ deſcendendi via eſſet expoſita. Idemq; filius Dei Iudæos non immeritò repellebat, ut pravam & adulteram generationem, cùm ſignum propterea negabat, quia permulta jam viderant, tamen omnia calumniabantur, & Chriſto ſic illudebant, & non quodvis miraculum, ſed de cœlo petebant, quaſi & cœleſtia ſigna non eſſent irriſuri: nõ aliò illorum animus profectò ſpectabat, quàm ut populum à Domino, quamvis ingentia miracula feciſſet alienarent. De Achazo verò impio rege, non eſt quod multum laborem: finxit enim, dum appellaretur à Propheta, ſe fideliſſime credere, quaſi miraculo nequaquam opus haberet, cùm tamen omninò eſſet incredulus, quod lib.2. Regum dilucidè tradit: nam ad Tiglathphalaſar regem Aſſyriorũ mittebat, ut ſe ab obſidione liberaret, tantum aberat ut Domino fideret. Cúmque morbus ejus Deum non lateret, miraculi remedium obtulit, ac ei optionem dedit, qui tamen ab eo per hypocriſim repulſam paſſus eſt. Si Achazus verè Deo crediḍiſſet, nequaquam recuſaſſet obedire, cùm inter præcipuos fidei fructus obedientia numeretur. Cum hoc quæſo, impio rege, ſanctiſſimus ejus filius Ezechias conferatur: Is porrò non ſic egit: ſed ut certior fieret de ſanitate recuperanda, modeſtè admodum ſignum petiit: cui Propheta Iſaias, cùm optionem propoſuiſſet, de umbra Solis vel ulterius præcipitanda, vel retro cõvertenda, quod viſum fuit, elegit, neque inſtar patris oblatum à Deo miraculum præfractè averſatus eſt. Achazus verò impius, ad infidelitatem adjecit hypocriſim. Videns enim miracula, duplici nomine recuſari, vel ex eo quòd quis planè Deo credat, nec miraculorum adminiculo opus habeat, vel ex eo quod prorſus Deum contemnat, & ejus operam funditus nihili faciat: voluit morbum poſteriorem, quo laborabat, celare, Dei videlicet contemtum: & virtutem qua penitus deſtituebatur, ſummã videlicet fidem, ſimulavit, quaſi non auderet Deum tentare. Sed cùm Deus corda & renes exploratiſſime noſcat, illum per Prophetam, ut mereba-

Matt.4.7.

Matt.16.4.

Eſai.7.12.

2.Reg.16.7.

Obedientia eſt præcipuus fidei fructus.

2.Reg.20.8.

Non rejicienda ſunt oblata miracula.

Pſal.7.10.

Digitized by Google

merebatur, caſtigavit. Quid eſt aliud miraculum oblatum à Deo recuſare, quàm ſubſidium ſpiritualis infirmitatis repellere? Vt accuſandus eſſet famelicus, qui panem averſaretur: ita is reprehendendus erat, qui pharmacum à Deo ſibi propinatum rejiceret, cùm ipſe longe melius intelligat, quid cuique noſtrûm ſit opus, quàm ipſi cernere poſſimus. Hæc jam ſatis de iis, quæ ab initio quæſtionis videbantur miraculorum petitionem omnibus modis interdicere.

Simile.

18 Scio quidem nonnullos eſſe, qui putant miracula prorſus non eſſe petenda, ſed tantùm, cùm à Deo fuerint oblata, non recuſanda. Et Auguſtinum ſecum facere arbitrantur, qui lib. 4. de Conſenſu Euangeliſt. & in quæſt. ſuper Geneſin, quæſt. 63. hoc videtur affirmare. At ſi objeceris, permultos pios ac ſanctos viros id feciſſe, noſtrúmque præſertim Gedeonem: reſpondent, eos à ſpiritu Dei fuiſſe impulſos ut miracula poſtularent: & ideo perinde fuiſſe, atque ſi Deus ultrò ſigna eis obtuliſſet, & illi, quæ offerrentur miracula, ex obedientia receperint. Sed iſta minimè nos debent perturbare, quia locis adductis Auguſtinus abſolutè ſimpliciterque miracula petere non prohibet, niſi ex Dei tentatione, vel mala quapiam cauſa petantur. Imò q. 63. in Geneſin ait, Cùm hoc non rectè fit, ad tentationem Dei pertinet. Audiamus potius eum in lib. 10. Confeſſ. c. 35. ubi ait, In religione quoque tentatio Dei eſt, quando ſigna & miracula petuntur ad experimentum capiendum: quod ego etiam paulò antea cavendum oſtendi. Sanctos autem non carnis inſtinctu aut humanæ rationis incitatione, miracula petiiſſe facilè dabo, alioqui preces eorum craſſæ atque inanes fuiſſent: cùm oporteat, ſicuti Paulus teſtatur, ut ſpiritus pro nobis gemitibus ineffabilibus poſtulet. Sed puto de poſitis quæſtionibus jam ſatis eſſe dictum.

Auguſtin.

Rom. 8. 26.

19 Quid autem inter ſigna & prodigia ſit diſcriminis, non eſt facilè explicatu. Origenes putat ea tantùm dici ſigna, quæ quamvis per ſeipſa ſint admirabilia, tamen aliud etiam quippiam indicant futurum: Prodigia verò, quæ homines tantum rapiunt in admirationem: quòd inuſitata ratione, & contra vim atque ordinem naturæ fiant. Sed hanc diſtinctionem ipſe quoque fatetur in ſacris literis non obſervari. Et certè omnia miracula, quæcunque Paulus edidit, erant ſigna, quibus prædicationis ejus veritas probabatur. Quod idem ſtatuendum eſt de admirādis operibus Chriſti & Prophetarum. Scripta verò novi Teſtamenti, quæ paſſim mentionem faciunt de ſignis & prodigiis, quæ Chriſtus & Apoſtoli ediderunt, imitata ſunt phraſin veteris Teſtamenti. Ibi enim non rarò conjuncta invenies *othoth* & *mophetim*. Neque iſta inter ſe diſtingui puto, niſi fortaſſe gradu & magnitudine. Quamvis me non lateat, ſigna ſive *othoth* eſſe poſſe, quæ nihil in ſe habeant admirationis: qualia ſunt, accentus, literæ, puncta, ſermones, & alia ſimilia, quæ non dubitamus eſſe ſigna, cùm tamen vel ab arte proficiſcantur, vel à natura. Divina verò oracula, quo ſignificarent, opera quædam Prophetarum, Chriſti, Apoſtolorum: non tantùm aliquid præter id, quod fiebat, indicaſſe, ſed etiam ſtuporem atque admirationem excitaſſe, ſæpè iſtas voces conjunxerunt. Hæc quidem eſt mea ſententia: quam non video, cur non debeam retinere, niſi alius oſtenderit meliorem.

In Rom. 15. verſ. 18.

Signa à prodigiis quid differant.

Vide Ep. 3. Cuius initiū Tuas literas.

20 Cæterùm, cùm ſpiritus ſcribitur diſtribuere prout vult, diſcimus non eſſe illi tempus præſcribendum. Nam quando voluerit, & quomodo voluerit, hæc diſpenſat. Vnde illorum argumentum diſſolvitur, qui aiunt, apud Marcum haberi: Signa eos qui crediderint, hæc ſequentur: Dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent, &c. Cùm itaque in nobis iſta non fiant, conſentaneum erit ab Eccleſia horum temporum fidem abeſſe. Sed iſti decipiuntur, quia hæc non ſunt abſolutè ac ſimpliciter ſigna fidei: verùm ſecundum quid, pro eo primitivo tempore, quoad Euangelium invulgaretur. Fuerunt miracula, ut buccinæ atque præcones, quibus Euangelium commendabatur. Vt enim lex Moyſis compluribus miraculis in monte Sina & per deſertum authoritatem ſibi conciliavit, quæ poſtea deſiterūt, cùm ad terram promiſſionis ventum eſt: eadem ratione miracula nunc quoque ſublata ſunt, cùm Euangelium per univerſum orbem diffuſum eſt. Promiſſio igitur quam Chriſtus in Marco ſcribi voluit, non ad omnia tempora pertinebat: qua de re non eſt noſtrûm vel conqueri vel expoſtulare: quod audiamus diſtribuere Spiritum ſanctum prout vult, qui tamen abſque ratione minimè facit, quod omnibus eadem munera & chariſmata non impertiat. Si omnibus ex æquo contigiſſent, vileſcere facilè poterant, cum ea Deus in precio haberi decreverit. Voluit præterea charitatem & conſervatam & auctam, quæ nunc exercetur, quando unus alterum iuvat, quod minimè locum habuiſſet, ſi donis iiſdem omnes prædici fuiſſent.

Ex 1. Cor. 12. verſ. 11.
Vide in Iud. 2. verſ. 1. & 1. Reg. 2. v. 1.
Mar. 16. 17.

Miracula fuerunt ſigna fidei, ſed primitivo tempore.
Simile.
Vide in Iud. 2. verſ. 11.

CAPVT IX.

De Dæmonum apparitionibus, reſponſis, variis denique impoſturis.

HIc diſſimulare non poſſum obſcura quędam loca, quæ in hiſtoria Samuelis ſeſe offerunt. Vt autem ea facilius intelligantur in illis explicandis ſequemur hanc methodum: primum, ut quæramus, quis ille fuerit, qui à Maga muliere evocatus apparuit: deinde ſi conſtiterit, eum fuiſſe diabolum, an ille poſſit ſic apparere, ac ſcire futura. Poſtremò, ſi hoc poſſit, an liceat eum conſulere.

In 1. Sam. 28. ad finem.
Vide in 1. Cor. 1. 2.

Quis ille fuerit qui à Maga muliere evocatus apparuit.

Quod ad primam hanc quæſtionē attinet, neceſſe eſt, eum vel Samuelem fuiſſe, vel diabolum. Quod ſi dicamus, fuiſſe Samuelem, an totus cum corpore & animo acceſſerit, aut cum ſolo corpore, an cum animo ſolo, dubium erit. Si totus fuit & animo & corpore, oportet eum reſurrexiſſe à mortuis. Id autem cùm ſit maximum miraculum, non poteſt aut magæ tribui, aut diabolo. Imò ſunt quidam, qui id ne Deo quidem tribuant. Sed illæ peſtes facilè ab ipſa hiſtoria ſacrarum literarum refutantur. Tres enim legimus revocatos ad vitam in veteri Teſtamento: vnum ab Elia, alterum ab Elizæo adhuc vivente, tertium, ab Elizęi jam demortui oſſibus. In novo autem Teſtamento, filiam Archiſynagogi, filium Viduæ, Lazarum, Eutychum, & Dorcadem. Quare ſi negamus, Samuelem rediiſſe ad vitam, non idcirco id negamus, quòd Deus non potuerit id efficere (nam Chriſtus reſurrectionem probavit: & inquit, Deum eſſe, non mortuorum Deum, ſed viventium: & Paulus in 1. ad Cor. 15. multis rationibus ex profeſſo, reſurrectionem mortuorum confirmat: & in 6. ad Hebr. eam connumerat inter fundamenta religionis noſtræ: articulus eſt noſtræ fidei: & ne Turcæ quidem aut Iudæi negant, mortuos eſſe reſurrecturos: Montaniſtæ autem & Origeniſtæ, & ejuſmodi furiæ, quæ negant, è Iobo, ex Pſalmis, ex Eſaia, è Daniele, & paſſim è novo Teſtamento refutantur) non ergo id negamus factū, quòd non potuerit fieri, ſed quod ejuſmodi miracula, cùm eſſe debeant teſtimonia veritatis, hic eſſent teſtimonia mendaciorum & magicæ nequitiæ: quódque non ſit veriſimile, Deum id voluiſſe permittere. Nam potentiæ diaboli, res tanta non poteſt attribui. Hoc enim ſolius Dei eſt, poſſe excitare mortuos. At Apollonius Tyanæus excitavit puellam: ſcribitur quidem id in ejus vita, ſed revera ſpectrum erat, non res geſta: quod idem & de Simone Mago, cenſendum eſt. Iam verò fuiſſe illud cadaver Samuelis, non eſt veriſimile, neque quiſquam interpretum, præter Burgenſem, hoc dicit. Et certè cadaver per ſe res ſtupida eſt & mortua: nec potuiſſet quicquam reſpondere, niſi illud diabolus induiſſet. Diabolus autem iſta facere potuit etiam ſine cadavere: nam ei licuit formam & figuram ejus accipere.

Non fuit totus Samuel animo & corpore.
1. Reg. 17. 21.
2. Reg. 4. 34.

Qui reſurrexerint.

2. Reg. 13. 21.
Matt. 9. 25.
Luc. 7. 14.
Ioan. 11. 48.
Act. 9. 40.
Act. 20. 10.
Matt. 22. 32.
1. Cor. 15.
Hebr. 6. 2.

Montaniſtæ & Origeniſtæ.

Non fuit cadaver Samuelis.

2 Videamus ergo an fuerit animus Samuelis, an diabolus: nam de ea re interpretes videntur diversè ſcribere. Nam quidam non potuiſſe animum eſſe, idcirco dicunt, quòd putent animos hominum poſt mortem non exire. Sed iſta impia & inſana ſunt de-

An fuerit animus Samuelis.
Animas poſt mortē corporis ſuperſtites eſſe.

Digitized by Google

liria. Re enim vera animæ piorum extant, & vivunt
coram Deo. Ita enim Deus ipſe ait, Ego ſum Deus
Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob: & Chriſtus ad-
dit: Non eſt mortuorum Deus, ſed viventium. Et
Matt. 22. 3. Chriſtus latroni, Hodie inquit, mecum eris in Para-
diſo. Fuiſſet illud certè longum, Hodie, ſi juberetur
expectare uſque ad communem reſurrectionem. Sed
Pſal. 90. 4. mille anni, inquiunt, apud Dominum ſunt tanquam
1. Pet. 3. 8. dies unus. Fateor: Non tamen ſemper adverbium il-
Luc. 23. 43. lud, Hodie, ita ſonat. Imò Auguſtinus ad Dardanũ,
Vide Cla. 3. adverbium illud propriè accipiens, ait, Corpus Chri-
Ca. 14. Sectio 81. ſti fuiſſe illo die in ſepulchro, animam autem in in-
ferno. Itaque neceſſe fuit, ut latro fuerit cum divini-
tate Chriſti in Paradiſo, non enim dat vel animam
vel corpus Domini ſimul in diverſis locis eſſe po-
Phil. 1. 23. tuiſſe. Et Paulus ait ad Philippenſes: Cupio ſolve-
re hinc, non ait, & dormire, & extingui, ſed eſſe cum
Chriſto: At vivere potius erat, quàm abire in ſomnũ.
Nam hic agnoſcimus & laudamus Dominum. Ad-
hęc, Lazarus aufertur in felicitatem; dives epulo
Luc. 16. 22. abjicitur in infernum. Et alter dives, qui decreverat
Luc. 12. 20. apud ſe velle amplificare horrea ſua, audit, Stulte,
hac nocte repetent à te animam tuam. Et Chryſoſt.
Chryſoſt. in Homilia 2. de Lazaro. Spiritus, inquit, hominum
non eadem conditione auferuntur, alii enim abeunt
ad pœnam; alii ſtipati ab angelis abducuntur in cœ-
Apoc. 7. 14. & 14. 4. lum. In Apocalypſi animæ beatæ accipiunt ſtolas,
ſtant ante thronum, & ſequuntur agnum, quocunq;
Act. 7. 59. iverit. Stephanus moriens ait, Domine Ieſu accipe
ſpiritum meum. Si animus prorſus erat moriturus,
cur eum magis commendavit quàm corpus? Certè
ſancti nuſquam leguntur corpora ſua Domino com-
Verſ. 1. mendaſſe. Et in 2. ad Cor. c. 5. Scimus enim, quòd ſi
terrena domus hujus tabernaculi diſſoluta fuerit, æ-
dificium ex Deo habemus, domum non manu fa-
ctam æternam in cœlis. Iſta non intelliguntur poſt
reſurrectionem, quia ibi & corpus noſtrum habe-
bimus: de ſtatu ergo medio accipienda ſunt. Ma-
nent proinde animæ poſt hanc vitam. Et in eadem
2. Cor. 12. 3. Epiſtola dicit Paulus, Sive in corpore, ſive extra cor-
pus, neſcio: ergo anima poteſt à corpore ſeparari, po-
nit enim utrunque modum tanquam poſſibilem.
Hic ergo quæſtio eſt, non de corpore, ſed de anima
Samuelis.

3 Sed controverſia eſt, fueritne iſte Samuel, an
diabolus. Qua de re non tantùm Rabbini, ſed etiam
Chriſtiani patres inter ſe diſſentiunt. Imò ex recen-
tioribus quoque aliud ſentit Burgenſis, aliud Lyra.
Patrum ſententia, & primum Iuſtini. Iuſtinus Martyr contra Tryphonem ait, fuiſſe Sa-
muelem: quo in loco quædam habet, quæ non poſ-
ſunt rectè concedi. Ait enim, omnes animas, etiam
piorum, ante Chriſtum fuiſſe aliquo modo ſub po-
teſtate diaboli: ut eas potuerit reducere, cùm vellet.
Luc. 16. 22. Atqui Chriſtus ait, Lazarum fuiſſe in ſinu Abrahæ,
non in poteſtate diaboli. Sed illa, inquies, eſt parabo-
la. Fateor, tamen ducta eſt à rebus veriſimilibus, &
quæ fierent. Imò Tertullianus eam narrationem ita
habuit pro re geſta, ut Lazarum putat fuiſſe Ioan-
nem Baptiſtam, & Herodē divitem epulonem, Chri-
Verſ. 23. ſtum autem voluiſſe parcere nominibus. In 46. Ec-
cleſiaſt. prædicatur encomium Samuelis: ubi inter
Authoris Eccleſiaſtici. alia dicitur etiam mortuus prophetaſſe, & prędixiſſe
Tertullian. Regi diem mortis ſuæ. Contra Tertullianus in lib. de
Anima, multa habet animadverſione digniſſima. Nã
artes magicas appellat ſecundam idololatriam. Vt
enim in priori diabolus fingit ſe eſſe Deum, ita in
poſteriori ſeſe fingit eſſe Angelum, aut mortuum, &
utrobique quærit, ut adoretur. Nec mirum eſt, ſi ex-
teriores hominum oculos perſtringat, cùm antea oc-
Virgę Magorum. cuparit oculos mentis. Ita enim Magorum Pharao-
Exod. 7. 12. nis virgas viſas fuiſſe ſerpentes: ſed poſtea mendaciũ
devoratum fuiſſe à veritate. Quod autem Simoniani
dicunt, ſe poſſe ſuis carminibus revocare mortuos, id
ſpectrum tantùm fuiſſe & rem ludicram. Ita enim
hoc quoque loco diabolum illuſiſſe, & mulieri, &
Sauli, & illius oculis, hujus auribus impoſuiſſe. Sũt,
inquit, Naſamones in Lybia; qui ad buſta ſuorum
parentum, & in Europa Celtæ, qui ad ſepulchra for-
tium virorum excubant, ut ex illis mortuis accipiant
oracula. Sed in illis rebus ait nihil eſſe firmi, aut ſoli-
di, tantùm eſſe inania commenta, & phantaſma-
Origenis. ta. Origenes de hac re nihil ex profeſſo ſcribit: Ta-

A men in hiſtoria de Bileamo ait, Bonos ſpiritus non
obtemperare carminibus magicis. Contra Ambro- Ambroſij.
ſius in Lucam 1. lib. cap. 1. ait, Samuelem, etiam
cùm mortuus eſſet, prophetaſſe. Sed alludit haud
dubiè ad locum illum quadrageſimo ſexto Eccleſia-
ſtici. De Chryſoſtomo, & Hieronymo dicam po-
ſtea.

4 Auguſtinus de hac re non ſemper ſcripſit eo- Auguſtini ſẽtentia, qui multa in utramque partem diſputat.
dem modo. Ad Simplicianum lib. 2. quæſt. 3. ait, u-
trumque defendi poſſe. Tamen, quod ad priorem
B ſententiam attinet, videtur dubitare, quomodo Saul
homo jam rejectus à Deo, potuerit colloqui cum
Samuele, & Propheta, & homine ſancto. Sed reſpon-
det, id non eſſe novum. Nam in Iobo malos ſpiritus Iob. 1. 6.
colloqui cum ipſo Deo: & in hiſtoria de Achabo, 1. Reg. 22. 22.
ſpiritum mendacem obtuliſſe operam ſuam Domi-
no. Imò interdum principes colloqui cum latroni-
bus, ſed ut ſuſpendantur: cùm interea cum probis
hominibus, quos amant, & tueri volunt, non collo-
C quantur. Sed quid poteſtatis, inquit, habuit diabolus Diabolus cum piis loquutus.
in Samuelem, ut eum potuerit adducere? Reſpondet,
eum potuiſſe vexare Iobum: & expetiviſſe, ut cribra- Iob. 1. 12. & 2. 6.
ret diſcipulos, & ſtatuiſſe Chriſtum in pinnaculo. Et- Luc. 22. 31.
ſi Chriſtus ſine ulla imminutione ſuæ dignitatis po- Matth. 4. 5.
tuit tolli in crucem, & vexari tormentis, probabile
eſſe, Samuelem quoque reduci potuiſſe ſine ulla ja-
ctura ſuæ felicitatis: non quidem vi ulla aut poteſta-
te diaboli, ſed permiſſione Dei, ut Saul perterrefie-
ret. Ita quidem intelligunt factum in Bileamo: illum Num. 22. 12.
D enim fuiſſe ariolum, & profectum ut magicis carmi-
nibus Iudæis imprecaretur, Deum autem adventum
diaboli antevertiſſe. Sed de ea re ego nihil ſtatuo. Sed
quærit pręterea Auguſtinus, quomodo Samuel, cùm
ita fuerit bonus, acceſſerit ad hominem malum? Ve-
rùm reſpondet, in hac quoque vita, bonos ſolere ma-
los accedere. At id infirmum eſt: Id enim homines
in hac vita, vel ex officio faciunt, vel ex neceſſitudi-
ne: Samuel verò extra hanc vitam erat, & vocabatur
à Maga, cui non debuit obtemperare. Sed putat Au-
E guſtinus, facilius reſponderi poſſe, ſi dicamus, non
fuiſſe Samuelem, ſed tantùm ſpectrum & phantaſ-
ma. Huic tamen ſententiæ duo obſtare non diſſimu-
lat: alterum, quòd Scripturæ ita ſemper loquantur,
tanquam de vero Samuele. Verùm reſpondet, eam
eſſe conſuetudinem Scripturarum, ut ſimilitudines
appellent nomine ipſarum rerum, quas repræſentãt.
Ita enim imagines ligneas appellari Cherubin, &
Solomonem feciſſe boves æneos: & Palæſtinos de- 1. Reg. 6. 23.
diſſe mures argenteos. Nec tamen mentiri ſacras li- 1. Reg. 7. 25.
F teras, cùm ita loquuntur: homines enim vulgò ita ſo- 1. Sam. 6. 11.
lere loqui, & Deum voluiſſe ad humanum captum & 1. Sam. 28. 19.
ſenſum ſe demittere. Alterum eſt, quòd vere prædi- Diabolus vera prædicit.
xerit, quid eſſet eventurum: nimirum, Saulem occi-
dendum eſſe cum filiis, & aciem Iſraeliticam eſſe
profligandam. Sed reſpondet, ne id quidem novum
aut mirum eſſe: diabolos enim dixiſſe, Chriſtum eſſe Marc. 1. 24.
filium Dei: & in Actis tuliſſe præclarum teſtimo- Act. 16. 17.
nium doctrinæ Pauli. Ita nunc Deus utitur opera
diaboli, ut Saulem perterrefaciat: ut qui malos ſpiri- Locorum diſcrimen poſt mortem.
G tus conſuluiſſet, malo reſponſo affligeretur. Sed ad-
dit, Quomodo futurus erat Saul cum Samuele, im-
pius cum ſancto Propheta? Hæc, inquit, eſt ars dia- Luc 16. 20.
boli, ut ſemper falſis admiſceat aliquid veri. Re enim
vera, inquit, magna ſunt diſcrimina locorum inter
animas felices, & perditas, idque ex hiſtoria de Divi-
te, & Lazaro probat. Hoc idcircò commemoro, quòd Ioan. 12. 16.
videam, eos, qui ſtatuunt Corpus Chriſti ubique eſ-
ſe, non poſſe idem dicere; Nam ſi ita eſſet, animæ De ubiquitat.
etiam piorum ubique eſſent. Chriſtus enim ait, Vbi-
H cunque ego ſum, ibi miniſter meus erit. Atque ita
nulla eſſent diſcrimina inter animas. Omnes enim
eſſent in locis omnibus. Sed Hieronymum tamen Hieronym. Vigilant.
aiunt ita ſcribere contra Vigilantium; Nam Vigilan-
tius negavit, homines mortuos eſſe invocandus. Illos
enim eſſe in ſinu Abrahæ; non autem circa ſepul-
chra & cineres ſuos volitare. Sunt ergo, inquit Hie-
ronymus, nõ in tetro aliquo carcere, ſed in amœna &
libera cuſtodia, tanquam patres quidam ordinis ſe-
natorij. Atqui, inquit, ſequuntur Agnum, quocun- Apoc. 4. 14.
I que iverit. Agnus autem eſt ubique. Deinde dabi-
mus, inquit, hoc dæmonibus, ut poſſint ubique voli-
tare per orbem terrarum, & negabimus beatis animis
piorum

Digitized by Google

Animas mortuorum ubique non eſſe.

piorum hominum? Hic Hieronymus, quòd cum ejus (A) bona pace dicatur, nonnihil errat: deinde id nõ dicit, quod iſti volunt. Errat, quòd dicat animas hominum mortuorum verſari apud ſepulchra ſua, & eſſe invocandas. Eas tamen ubique eſſe, non dicit. Eas confert cum dæmonibus, quos ait, ubique diſcurrere, hoc eſt, modò hic eſſe, modò alibi. At illi, ſi ubique eſſent, non poſſent diſcurrere, aut mutare loca: Hieronymus ergo nec Agnum, nec ſpiritus mortuorum, nec dæmones dicit ubique eſſe, ſed ita liberè vagari, (B) ut poſſent eſſe ubicũque velint. Hæc obiter. Sed Auguſtinus reſpondet, dictum illud Samuelis intelligi poſſe de communi ſtatu mortis, non autem de paritate felicitatis. Addit poſtremò in calce; Cùm iſti tãtùm ſint duo modi, priorem non poſſe poni, niſi evincatur fieri poſſe, ut animæ magicis carminibus revocentur, & ſuſtineant lineamenta humanorum corporum; itaque neceſſe eſſe, ut relinquatur alter modus, ut id fiat conſilio, & voluntate Dei; Id autem vi carminum non poſſe fieri, poſſe tamen fieri con- (C) ſilio & juſſu Dei. Et ego libenter accedo ad hanc ſententiam. Quid enim impediat, ſi Deus velit, nihil video.

Quæſt. veteris & novi Teſtamenti nõ ſunt Auguſtini.

5 Ad Dulcitium quæſt. 6. idem ferè habet, quod ad Simplicianum. In quæſtionibus autem veteris & novi Teſtamenti (ſi tamen ille liber ſit Auguſtini, quod moneo propter cenſuram & judicium Eraſmi, qui illum librum ab Auguſtini operibus reſecavit) nefas eſſe dicit, ſi quis putet, Samuelem fuiſſe, quem Maga excitavit; præſtigium enim tantùm fuiſſe & (D) ſpectrum. Diabolum enim id feciſſe, ut ſe in honorem adduceret, & perſuaderet hominibus, animas mortuorum eſſe in ejus poteſtate, & illas non eſſe poſt mortem ab ejus manibus evaſuras. At ſi excutiatur hiſtoria, nihil prorſus inveniri, unde conſtet fuiſſe Samuelem; Saulem quidem, cùm audiſſet ejus ornatum & habitum deſcribi, ita putaſſe: & Scripturam ſe ad ejus ſenſum & opinionem accommodaſſe, Saulem adoraſſe; & ita diabolum id habuiſſe quod

1. Sam. 28. 19.

quæſierat. Id Samuelem nunquam fuiſſe paſſurum, (E) dixiſſe autem illum, Saulem poſtridie ſecum fore, quòd ille impius eſſet & æternum periturus. Sed quid reſpondebimus de Ionatha, quem conſtat fuiſſe juſtum? Hoc ergo reſponſum Auguſtini videtur infirmum eſſe. In lib. 2. de Doctrina Chriſtiana c. 26. ait, fuiſſe imaginem ſacrilegio excitatam. De Mira-

Liber de mirabilib. Scripturæ.

Mortuos ne ſcire, quid hic agatur.

Vide in 2. Re. 22. v. 23.

bilibus ſacræ Scripturæ, ſi ille liber ſit Auguſtini, negat fuiſſe verum Samuelem. In libello de Cura pro mortuis agenda, habet multa præclara. Sed poſtremò (F) concludit, ſibi videri, ſpiritus mortuorum quid hic agatur ignorare. Nam quòd ſæpè appareant, & ſeſe offerant modò dormientibus, modò vigilantibus, id poſſe fieri per Angelos, vel bonos, vel malos. Et noſipſos, ait, ſæpè occurrere per quietem amicis dormientibus, cùm ipſi de ea re nihil cogitemus. Et ſe, cùm eſſet Mediolani, Eulogio diſcipulo ſuo in Aphrica, dormienti, explicuiſſe locum difficilem Ciceronis.

Locus Cicer. ab Auguſt. dormienti explicatus.

Act. 9. 12.

Ita in Actis Apoſtolorum, cùm Saulus jam appropinquaret Damaſco, Deum prædixiſſe Ananiæ, Saulum per ſomnum vidiſſe, eum manus ſibi imponen- (G) tem, & curantem ſibi oculos: cùm id Ananias ipſe non ſenſiſſet. Ita Mediolani, cùm civis quidam eſſet mortuus, veniſſe creditorem, cui ille aliquid debuerat, & repetiiſſe pecuniam. Filium, cùm ſciret, illi creditori ſatisfactum fuiſſe à patre cùm viveret, tamen acceptilationem, vel, ut inquiunt, revocationem non habuiſſe: Illi autem dormienti, patrem poſtea oſtendiſſe, quo in loco illa acceptilatio eſſet poſita. Hoc Auguſtinus factum putat, nõ per patrem mortuum,

Revelatio per ſomnium.

(H) ſed per Angelum. Nam ſi mortui poſſent intereſſe rebus noſtris, non ita, inquit, nos desererent. Et inprimis, inquit, Monica mater mea, quæ me viva nunquam carere potuit, non ita nunc relinqueret mortua. Concludit ergò poſtremò, eos nihil ſcire de rebus noſtris, niſi quantum aut Deus ipſe velit illis revelare, aut Angeli aut animæ hinc diſcedentes nuntient. Quas tamen ait, non omnia nuntiare, ſed eã tantùm, quæ Deus patiatur. Ait tamen fieri poſſe, ut Deus extra ordinem remittat aliquem in vitam; Nã

Matt. 17. 3.

Nolani Epiſcopi apparitio.

(I) in obſidione Nolanæ civitatis, Nolanum Epiſcopũ Felicem mortuum, conſpectum fuiſſe à multis, civitatem illam defendentem. Nam quemadmodum (A) Paulus potuit eſſe inter Angelos, raptus in cœlum, ita viciſſim animas extra ordinem redire poſſe ad homines: Ita Eliam & Moſen conſpectos fuiſſe in monte cum Chriſto. Et ſi dicas, Eliam tum vixiſſe, at Moſen tamen conſtat fuiſſe mortuum. Hæc ibi Auguſtini ſententia: quo in loco de Samuele eadem ferè obiter attingit, quæ ad Simplicianum; poſſe fieri, ut aut Deus remittat animas mortuorum ad ſepulchra extraordinaria ratione, aut ut velit ea fieri per (B) Angelos. Animas autem in pluribus locis ſimul eſſe, nunquam dixit.

Chryſoſt.

Luc. 16.

5 Chryſoſtomus de Samuele nominatim, quod ſciam, nihil ſcripſit. Tamen in Homilia 29. in Matthæum, ait, Nullo modo credendũ eſſe, animas mortuorum verſari in terris. Dives, inquit, petiit, ut Lázarus remitteretur; ſed non impetravit. Huc ego addo: quo ergo pacto hæc potuit impetrare mulier Maga de Samuele? Eadem enim erat utrinque ratio. Animæ, inquit Chryſoſtomus, ſunt in loco certo, ut (C) expectent judicium; neque ſe inde poſſunt commovere. Et in Hom. 2. de Lazaro, Si diabolus, inquit, nihil poteſt in vivos, quomodo poteſt aliquid in ſpiritus mortuorum? Et in Hom. 4. Si ita eſſet, inquit, pateret magnus aditus diabolo ad impoſturas. Rediret enim ſub illa ſpecie, & doceret errores. Sed hoc non videtur ita firmum eſſe. Ita enim Deus quoque cùm excitaret mortuos & revocaret Eliam & Moſen videri poſſet aditum pateſeciſſe erroribus: Nam ea quoque ſpecie diabolus poſſet, ſe ſupponere & homines (D) fallere. Verùm Chryſoſt. videtur id contrahere ad res occultas, & ad ſtatum mortuorum. Certè illi, quos Chriſtus & Apoſtoli excitarunt, nihil unquam docuerunt, quid ageretur in altera vita. Qui captant ſomnia, inquit Chryſoſt. incurrunt in fraudes. Idem inquit, fieret, ſi ſub iſto colore mortuorum, liceret conſulere diabolos.

Hieronym.

Hieronymus de hac re nihil habet: niſi quod in 7. c. Eſaiæ ait, Multos putare Saulem accepiſſe ſignum è terra, & è profundo inferni, cùm videretur excitaſſe Samuelem. Hanc ait, aliorum (E) eſſe ſententiam, non ſuam: deinde ait, viſum fuiſſe Samuelem, non autem fuiſſe. Et in Hieremiam c. 12. ita ſcribit, Non exaudit Deus in tempore neceſſitatis & anguſtiæ, quia & illi audire vocem Domini noluerũt: quod & Saul paſſus eſt. Cùm enim Peliſthim agmina reformidans, verbum Domini non meruiſſet accipere, eſt converſus ad Pythoniſſam, ut ab idolis diſceret, quod inſtantia orationis ac fletuum à Domino debuiſſet extorquere. Per quę diſcimus, etiamſi Dominus non exaudierit, nequaquam eſſe ceſſan- (F) dum, nec confugiendum ad dæmones, qui cultores ſuos adjuvare non poſſunt, ſed ad Domini auxilium. Sed iis verbis non definit, an diabolus per ſeipſum, an per animam Saulis reductam, reſponderit Magicis interrogationibus.

Lyra.

Lyra putat, fuiſſe verum Samuelẽ partim ex ipſo textu, partim ex loco illo Eccleſiaſtici. Et quemadmodum, inquit, cùm Bileam excitare vellet diabolum, Deus ſeſe interpoſuit; cùm iſta Maga advocaret malum ſpiritum, Deus miſit Samuelem. Et hoc pacto, inquit, non confirmamus, ſed evertimus (G) artes magicas: Sed hæc omnia infirma ſunt. Primùm enim, Eccleſiaſticus non eſt in canone: deinde potuit appellari Samuel, quòd videretur eſſe Samuel. Arti autem magicæ hac ratione addita fuiſſet authoritas. Etſi enim dicas, Samuelem carminibus nõ obtemperaſſe, videri tamen potuit obtemperaſſe. At iniuria, inquit, facta fuiſſet Samueli, ſi diabolus eius perſona ſe ſubornaſſet; Sed hoc nihil eſt: Nam diabolus ſæpè induit perſonam Dei, & Prophetæ diaboli gerunt ſe pro Apoſtolis & Prophetis Dei.

Eccleſiaſt.

Burgenſis.

Paulus Bur- (H) genſis, propter locum illum Eccleſiaſt. putat, non ſpiritum Samuelis advectum fuiſſe, ſed cadaver: Omninò autem verum fuiſſe Samuelem. Sic enim ſcriptum eſſe in Eccleſiaſtico, Et cùm dormiviſſet: diabolum autem ait, non dormire. Et cum ait conqueſtum, quòd ſe mulier conturbaſſet, quòd eius cadaver jam acquieſceret; Sed ne hoc quidem eſt tanti. Primùm enim non videretur credibile, cadaver lacerum & putre eò advehi poſſe. Deinde ſi ita fuiſſet, Saul illud videre potuiſſet.

Galatini.

Galatinus putat (I) fuiſſe ſpiritum ipſum Samuelis. Quòd autem paſſus eſt adorari, vel adorationem eam civilem tantùm fuiſſe, vel Saulem Deum ipſum adoraſſe. Sed iſta

quoque infirma ſunt & inania: Nam ſi Saul Deum adorare voluiſſet, cur eum tum demum adorat, poſtquam audivit adveniſſe Samuelem? Et quod ad civilem adorationem attinet, Saul erat Rex: & cùm nullum haberet ſuperiorem magiſtratum, neminem potuit civiliter adorare. Sed addit, ſimile quiddam accidiſſe ſub Ochozia Rege: cùm enim ille mitteret, qui conſulerent Beelzebub Deum Accaron, Deus interpoſuit Eliam Prophetam ſuum, & dedit reſponſum. Atqui hoc ſimile, diſſimile eſt: vivebat enim tum Elias, & à nuntiis videbatur.

2. Reg. 1. 3.

Cõcluſio quæſtionis, fuiſſe ſpectrum.
Deut. 18. 1.

7 Ego verò, ut aliquando dicam, quid ipſe ſentiam, his rationibus adducor, ut putem fuiſſe ſpectrũ. Primùm, cùm Deus Sauli reſpondere nollet, nec per Prophetas, nec per Sacerdotes, nec per ſomnia; non eſt credibile, eum voluiſſe illi reſponſa dare per mortuos, & præſertim, cùm id Lege diſertè prohibuiſſet. Deinde id oportuit, aut voluntate Dei fieri, aut vi artis; Voluntate Dei non potuit, quia prohibuit; nec vi artis, Magiæ enim non habent poteſtatem in pios. Deinde oportuit Samuelem aut ſponte ſua veniſſe, aut invitum; Non potuit ſponte, conſenſiſſet enim arti Magicæ; invitum autem veniſſe dicere, indignũ eſt. Scio iſtas rationes non ita firmas eſſe, ut perſuadere poſſint homini pertinaci. Sed tamen, ſi cogitemus, quid deceat Deum, quidque nos revocet à malis artibus, ſatis momenti habent. In Decretalibus 26, quæſt. 5. cap. Nec mirum; ſcribitur fuiſſe tantùm ſpeciem & phantaſma. Verba illa ſunt Iſidori, ſed ad finem additur Auguſtinus.

An diabolus poſſit apparere, & ſcire futura, ac reſponſa dare.

Dæmonum nomen.

8 Iam videndum eſt, utrum diabolus apparere poſſit, & reſponſa dare. Magna ſemper quæſtio fuit de dæmonibus, non tantùm inter Ethnicos, ſed etiam inter Chriſtianos. Nomen habent à ſcientia, quaſi δαήμονες: unde præclari viri dicti ſunt dæmonij: & hoc diſcriminis legimus fuiſſe poſitum inter Platonem & Ariſtotelem, quòd alter θεῖος eſſet, alter δαιμόνιος. Ἀπαμφοτερίζει ea vox; ſignificat enim & bonos dæmones, & malos: Imò Deus ipſe interdum ab Ethnicis appellatur dæmon. Quidam erant, qui omnino putarent nullos eſſe dæmones. Nam Peripatetici inter intelligentias, quæ impellunt orbes, & animas noſtras, nullam putant interpoſitam eſſe rationalem ſubſtantiam: nos autem, quicquid de iſtis rebus ſciri poteſt, ſcimus tantùm ex effectis. Nam ex orbium aſſiduo motu & ordinario, intelligimus eſſe ſpiritus, qui eos regant, & eſſe providentiam. Admiranda vero quæ narrantur de dæmonibus, non poſſe ſcientiã de illis parere; nam quod non communiter aut publice accidat, ſed tantummodò ab hoc, modo ab illo nuncietur, non poſſe ſciri niſi ex hypotheſi, ſi ea vera ſint, quæ referantur. Quoniam tamen impudentis eſſet negare ea, quæ à tot hiſtoricis, & bonæ fidei authoribus mandata ſunt literis, invenerunt aliud effugium. Dicunt enim alias eſſe poſſe cauſas. Et multas quidem comminiſcuntur, quibus videatur natura communis vinci poſſe, & res admirabiles & ſtupendę effici. Vires enim rerum occultas eſſe, & ignorari à vulgo: à doctis autem & exercitatis tantùm intelligi. Nam in magnete, inquiunt, ruſticus & ignarus mirabitur rem ſtupidam & hebetem, tamen poſſe ferrũ ad ſe attrahere, & clamabit, eſſe opus magicum. Deinde addunt, hominem ſummum eſſe inter res mundanas, & ex vi quadam & proprietate individuali, ſæpe mirabilia efficere: quale illud eſt, quod Veſpaſianus ſputo curavit cæcum: & contactu pedis reſtituit claudum. Adhæc addunt, tantam eſſe vim phantaſiæ, ut cõcutiat ſæpè & tremefaciat totum corpus: & immutet vel ad frigus, vel ad calorem, ut in timore, & iracundia fieri conſuevit. Et Avicenna ait, Si quis in ſublimi ambulet in trabe, eum facilè cadere, quòd phantaſia graviter moveatur, & ille ſe putet omninò eſſe caſurum, ac ideo titubet & labaſcat. Nec tantum noſtrum ipſorum corpus hujuſmodi phantaſiæ commovent, ſed etiam alienum: Ita enim veneficæ mulieres inficiunt eos, quos fixis oculis contuentur. Quare, inquit, cùm iſta naturalibus rationibus poſſint fieri, nihil opus eſt dæmonibus. Sed addunt, omnia iſta, quæ videmus accidere ſtupenda & mirabilia, revocari poſſe ad corpora cœleſtia. Deum enim & intelligentias poſſe iſta efficere: non tamen ſine aliquo medio, ſed per cæleſtes ſphæras & ſidera: itaque nihil opus eſſe dæmonibus. Quædam tamen fatentur eſſe, quæ non poſſint ulla naturali ratione conſtare: qualia ſunt, excitare mortuos, & plura eius generis. Sed ea quoque ſi urgeas, fatebuntur eſſe fabuloſa, τερατεύματα, ab hominibus ſapientibus confiſta. Plato in Repub. ait, Publici alicuius commodi cauſa, licere mentiri. Alij iſta referũt ad humores humani corporis, & præſertim ad μελαγχολίαν. Ariſtoteles enim in Problematis, ſect. 30. ait, Sybillas & Imperatores præſtantes, & magnos Philoſophos fuiſſe melancholicos. Et addunt fuiſſe quoſdam, qui ita affecti, loquuti ſint repente multis linguis, quas nunquam didicerant: eóſque poſtea curatos à medicis, ita loqui deſiiſſe. Hæc illi. Quoniam tamen vident à doctiſſimis viris mẽtionem fieri de dæmonibus, nec ſe id ſatis verecundè negare poſſunt, dum aliquid fateri volunt, diſtrahuntur in duas partes. Itaque qui putant animos hominum eſſe immortales, illi eos, qui probè & integre vixerunt, mortuos, aut fieri καλοδαίμονας: malos autem & ſceleratos, evadere in κακοδαίμονας, & ita perpetuò manere. Nam cum illi exercere jam non poſſunt contrarias actiones, neceſſe eſſe, habitus illos, quos ſecum extulerint, eſſe perpetuos: illi vero qui animas volunt mortales eſſe, dæmones tantum conſtituunt in hac vita: ut, qui omnes ſuos ſenſus, quantum maxime poſſunt, accommodant ad intelligentiam, ſint καλοδαίμονες & boni genij; qui autem intelligentiam vertunt in ſenſum, ſint cacodæmones, & turbent omnia. Ita ſuperior ſententia ſtatuit, unam ſpeciem tranſire in aliam: quod non magis videtur poſſe fieri, quàm ut homo tranſeat in lupum. At ſi ſit aliqua certa natura dæmonum, oportet eam firmam & conſtantẽ eſſe. At ſi altera ſentẽtia eſſet vera, homo, quoniã eſt mutabilis, modò dæmõ, modò angelus eſſe poſſet: illi, angelos & dæmonas nihil aliud eſſe volunt quàm hominum affectus. Mercurius Triſmegiſtus, ut Auguſt. de Civitate Dei, lib 7. cap. 23. negat, ullos re vera eſſe dæmonas. Ait enim, Deum feciſſe deos & mentes à materia ſecretas, quibus incitantur orbes: deinde homines ſibi quoque feciſſe deos. Reſpondet Aſclepius, Puto te ſtatuas dicere. Eſt ita, inquit Mercurius: Sed ſtatuas intelligo ita ad quoſdam aſpectus ſiderum accommodatas, ut loqui poſſint, & homines ſanare, & morbis affligere, & miracula edere: quæque ſint animo, ſenſu & ſpiritu præditæ. Alexander Aphrodiſæus ait: Vim quandam divinam fuſam eſſe per univerſum, quæ poſſit omnia efficere: ſed eam oportere prudenter contrahi ad effecta ſingularia. Vt enim videmus accidere in Sole, ut quamvis ejus calor ſit communis vita rerum omnium, tamen ex eo varie accommodato, alia atque alia producantur (nam ex vite uvam procreat, ex arbore poma.) Ita ſi vis illa diffuſa ab hominibus ſapientibus per herbas & lapides convenienter contrahatur, effecta ſequuntur admirabilia. Atque hactenus de illis diximus, qui omnino negant, certam eſſe ullam naturam dæmonum.

Sententia Peripateticorũ, qui negant dæmones.

An ſint dæmones.

Vis magnetis.

In Veſpaſiano vis occulta.
Vis phantaſiæ.

Auicenna.

Corporum cæleſtium vis.

Licere mentiri ex Platonis ſententia.
Melancholię vis.

Quoſdam repente multis linguis locutos.

Animas fieri dæmones quidam putant.

Dæmones eſſe tantum in hac vita, idque homines ipſos quidam opinantur.

Sententia Triſmegiſti.

Aphrodiſæi.

Simile.

Platonicorum ſententia.

9 Platonici fatentur, dæmones eſſe ſubſtantias quaſdam inter Deos & homines: & ex illis alios eſſe terreſtres, alios aqueos, alios aërios, alios igneos, alios ſidereos: & ſingulis orbibus ſingulos attributos eſſe dæmonas, ut alii ſint Saturnii, alii Ioviales, alii Solares. Vt autem iſta dicerent, hac maximè ratione inducti ſunt, quod inter duo extrema neceſſe ſit interponi medium. Nam cœleſtia corpora æterna eſſe & incorruptibilia: noſtra autem, mortalia & caduca. Itaque ceu media quædam, interponi oportere corpora dæmonum, quæ cum utroque extremo in aliquo communicent. Ea enim etſi tempore æterna ſint, tamen affectibus & permotionibus concitari. Vtque ſunt aves in aëre, in aqua piſces, ita in ſuprema regione aëris & in igne eſſe dæmones: eóſque ne putemus prorſus otioſos eſſe, partim eſſe cuſtodes hominum, partim rectores provinciarum. Illos & hominum vota perferre ad Deos, & viciſſim deorum beneficia referre ad homines: appellari ab aliis Medioxumos, ab aliis Genios, ab aliis Lares. Apuleius non

Apuleius.

A non ultimus inter Platonicos, ita dæmones definit:
Eſſe natura animalia, ingenio rationalia, corpore ae-
ria, tempore æterna, animo paſſiva: ita enim eos affi-
ci, ut homines. Quanquam non omnes videntur in
eo conſentire, dæmonum corpora æterna eſſe. Plu-
tarchus enim de Oraculis ait, Proditum memoriæ,

Theologorum ſententia.

Pana magnum Deum aliquando obiiſſe. Theolo-
gi vero & Patres ex orthodoxa religione, ſtatuunt
eſſe ſpiritus, nec eos tantum à quibus orbes cœle-
ſtes impellantur, ſed etiam alios. Quidam autem
B ex illis aiunt, eos non habere corpora, propria, in-
quam, & ſua, quibus ita conjuncti ſint, ut ea poſ-
ſint vivificare: poſſe tamen eos adjungere ſibi cor-
pora aliena.

Summa harũ ſententiarum.

10 Ita omnes iſti fatentur, res admirandas fieri
per ſpiritus. Peripatetici per corpora cœleſtia: Plato-
nici per corpora dæmonum propria: noſtri autem per
ſpiritus interdum cum corporib. adſcititiis, interdum
ſine corporibus. Iſtæ tres ſententiæ fatentur eſſe Ma-
C gos. Sed illi priores, Magos eſſe volunt viros bonos &
ſapientes, qui opportunè accommodare poſſint agẽ-
tia patientibus: quales ſunt philoſophi & medici.
Platonici accipiunt Magos non ſemper in malam
partem: ſed eos qui familiaritatem habeant cum dæ-
monibus. Chriſtiani autem homines & orthodoxi,
eos tantùm intelligunt eſſe Magos, qui fœdus ali-
quod habent conſtitutum cum diabolis, quique cum
illis conſpirant contra Deum. Sunt enim ſpiritus alij
boni, alij mali. Nam alij lapſi ſunt ab initio, alij con-
D ſtiterunt. Quod Homerus videtur ſignificare in Ate,
& alij in Ophionæo. Et fieri poteſt, vt iſta ad illos
per manus pervenerint à Patribus, quanquam vm-
bris & fabulis obſcurata. Statuimus ergo ex ſacris

Teſtimonia ſcripturæ quod ſint dæmones.
Iob. 1. & 2.
1. Reg. 22. 22.
1. Par. 21. 1.
Pſa. 78. 49.
Zach. 3. 1.
Lev. 17. 8.
Matt. 4. 1. & 13. 19.
Luc. 13. 6.
Matt. 8. 31.
Matt. 25. 41.
Iud. v. 9.
Iac. 2. 19.
Luc. 10. 18.

ſcripturis eſſe dæmonas. Et pauca quidem ſcriptura-
rum loca commemorabo. Nam omnia citare mole-
ſtum & infinitum eſſet. Diabolus vexavit Iobum, &
ejus ædes evertit: & armenta, & ſervos perdidit. In hi-
ſtoria de Achabo, Spiritus mendax erat in ore pro-
phetarum. Satan immiſit in cor Davidis, ut nume-
E raret populum. Et David ipſe in Pſal. ait, Deum affli-
xiſſe Ægyptios per angelos malos. In Zacharia, Sa-
tanas ſtabat, ut impediret Ieſum ſacerdotem, ne po-
pulus rediret ex captivitate. Deus prohibet ſacrificia
fieri dæmonibus: id autem non prohiberet, niſi eſſent
dæmones. Satan tentavit Chriſtum; eripit ſemen
bonum ex cordibus hominum: & multos annos alli-
gaverat filiam Abrahæ. Diabolus oravit Chriſtum, ut
liceret migrare in porcos. Chriſtus ultimo illo die
dicet impiis; Ite maledicti in ignem æternum, qui
F paratus eſt diabolo & angelis ejus; quibus verbis,
diaboli apertiſſimè diſtincti ſunt ab hominibus. Iu-
das ait, Michaelem conflixiſſe cum diabolo de cor-
pore Moſis: & Iacobus ait, Dæmones credere & cõ-
tremiſcere. Chriſtus ait, ſe vidiſſe Satanã cadẽtem de
cœlo, & illum in veritate non ſtetiſſe. De bonis etiam

De bonis ſpiritibus.
Gal. 3. 19.
1. Theſ. 4. 16.
Matt. 24. 3.

ſpiritibus, vno tantùm verbo dicã. Sunt miniſtri Dei.
Lex enim lata eſt, vt ſcribitur ad Gal. miniſterio an-
gelorum. Et ut habetur ad Theſ. Corpora excitabun-
tur in voce tubæ, & hortatu archangeli. Et Chriſtus
G ait, Deum miſſurum eſſe angelos, qui colligant ele-
ctos vſque à cardinibus cœli. Nos ergo rectè & verè
ſtatuimus, eſſe ſpiritus.

Confutatio contrariarum ſententiarum. Peripateticorum.

11 Iam vero ea quæ ab aliis dici ſolent, diluenda
ſunt. Poſſunt, inquiunt, iſta fieri ex cauſis naturalib.
Fateor equidem, cauſas naturales ſæpe magnas eſſe
& reconditas, & multa portentoſa efficere. Sed hæc
effecta, quæ nos dicimus, ſtatuas loqui & reſponſa
dare, & voces humanas diſtinctas edere, futura etiam
prædicere, eáque non quævis, ſed abſtruſa atque ab-
H dita, hominem rudem repentè didiciſſe artes & ſciẽ-
tias, eum loqui, Græcè, Hebraicè, Syriacè, & philoſo-
phorum & poëtarum ſententias citare, qui nec lin-
guas eas didicerit, nec Poëtas aut philoſophos atti-
gerit, ambulare inviſibilem, res procul poſitas com-
movere, funalem longè diſſitum extinguere, bovem
aut aſinam vocem humanam fundere; iſta, inquam,
omnem vim naturæ longè ſuperant. Magi etiam, qui
iſta faciunt, adhibent preces, incantationes, adiura-
tiones, imperia: in quibus certè nulla eſt vis efficiẽdi
I naturalis: adhibent etiam lineas, characteres & circu-
los, quæ ſunt in genere quantitatis. At quanta à phi-
loſophis nunquam numerata ſunt inter agentia.

A Temperatura corporis humani, magnas habet vires
fateor, at non tantas, vt oporteret adhibere conta-
ctum. Imaginatio multum poteſt. Eſt ita: ſed in ſuo
cujuſque corpore. At ne ſuo quidem corpore quiſ-
quam, quãtumvis fortiter imaginetur, poteſt omnia.
Nam ſi quis habet brachium aridum & ita clauſum,
ut ſpiritus permeare non poſſit, adhibeat, quam velit
magnam imaginationem, illud non curabit. De faſci-
no, non eſt ita mirum. Nam in vetulis mulieribus,
humores ſunt corrupti. Illi revocati ad oculos, facilè
B inficiunt, præſertim pueros & infantes, quorum cor-
pora ſunt quodammodo cerea. Sed ſunt alia, quæ
vim omnem faſcinorum ſuperant, quale eſt, quod
Chriſtus quinque panibus pavit quinque hominum Matt. 14. 21.
millia; quod Ioſue juſſit Solem conſiſtere: cùm A- Ioſ. 10. 13.
riſt. in 8. lib. Phyſicorum, & de cœlo & mundo dicat, Eſa. 38. 1.
intelligentias illas, quæ orbes incitant, non poſſe o- Luc. 23. 44.
pus ſuum intermittere, ac tardius moturas orbes, ſi Act. 5. 15.
vel vna ſtella adderetur; quod Eſaias Solem revoca- 1. Reg. 17. 1.
C vit: quod Chriſto moriente, Sol paſſus eſt eclipſin,
cùm Luna eſſet in oppoſito: qua de re Dionyſius
ſcribit in epiſt. ad Apollophanem, & ait, ſe id conſi-
deraſſe, cùm eſſet in Ægypto: idque extare in hiſto-
ria Phlegontis & Aphricani: Huc adde, quòd umbra
Petri ſanavit ægrotos; quódque Elias tres annos &
dimidium clauſit cœlum, ne plueret.

12 Sed humores in humano corpore multum
poſſunt. Fateor; At Chriſtus ait, Opera, quæ ego fa- Ioan. 15. 24.
cio, nemo poteſt facere. Et illi potius habenda fides
D eſt, quàm omnibus Peripateticis. Alii dicunt, iſta eſ-
ſe tantum πλάσματα quædam excogitata a viris pru-
dentibus, quibus populus contineatur in officio. Ve-
rùm nos ſcimus, nihil eſſe fictum aut commentitiũ
in Scripturis. Illæ enim ſunt columna & fundamen- 1. Tim. 3. 15.
tum veritatis: Quod autem dicunt, animas homi-
num tranſire in dæmonas, id ſatis refutatum eſt an-
tea, cùm objiceretur. Triſmegiſtus ait, homines face- Triſmegiſti.
re ſibi deos, ſtatuas videlicet ita factas & accommo-
datas ad aſpectus cœli, ut loqui poſſint & reddere o-
E racula. Atqui ſtultum eſt, putare homines poſſe ſibi
deos facere; Et ſi poſſunt, cur ſe illis ſubdunt & ſub-
jiciunt? Cur illos adorant, quos fecerunt ipſi? Ridicu-
lum enim eſt, putare cauſam inferiorem eſſe effectu
ſuo. Hoc pulchrè ridet & exagitat Eſaias: Homo, in- Eſa. 44. 15.
quit, accipit lignum, & ex altera parte calefacit ſe, & Pſal. 115. 5.
coquit ſibi panem, ex altera, fabricatur ſibi Deum.
Sed loqui poſſunt, & edere oracula: Imò David mul-
tò verius ait, Oculos habent, & non vident; aures
habent, & non audiunt; os habent, & non loquun-
F tur. Et ſi poſſunt facere deos, cur non ſeipſos po-
tius deos faciunt? Hoc enim certè multo eſſet con-
ſultius, ex ſeipſis potius deos facere, quàm ex lapidi-
bus & truncis. Deinde ſi ſunt dii, cur ſeipſos non
defendunt? Illa enim idola jamdudum diſiecta &
ablata ſunt. Et quamvis vitio Papiſtarum invecta
ſint idola alia, tamen illa quoque Dei beneficio ali-
quando tollentur: At ſi eſſent dii, ſeipſos haud du-
bie defenderent. Aphrodiſæus ait, eſſe commu- Aphrodiſæi.
nem quandam vim, quæ per proprietates rerum,
G quales ſunt herbæ, lapides, metalla, ad ſingula ſit
contrahenda. Eſto: Sed nihil tale poteſt repentè fieri.
Nam opera naturæ ſunt ſucceſſiva. At Chriſtus re- Ioan. 2. 8.
pentè mutavit aquam in vinum: & repentè cæcos & Matt. 11. 5.
claudos reſtituit.

13 Platonici fatentur quidem eſſe dæmones, ſed Platonicorũ.
eos dicunt habere corpora, vel aquea, vel aëria vel
ignea. Dicunt illi quidem iſta: ſed dicunt ἀπίθανα.
Nam ſi corpora dæmonum ſunt elementaria, quo- Corpora dæmonum an ſint aëria.
modo ſunt æterna? Nam elementa habent calorem
H & frigus, qualitates activas & paſſivas, & modò inter
ſe confligunt, modò intereunt. Alij ſic ratiocinan-
tur: Cùm ſint extrema, oportet etiam dari medium.
Cœlum autem eſt æternum, corpora humana ſunt
caduca & mortalia. Quare inter iſta duo neceſſe eſt
quiddam interponi, quod ſit utriuſque particeps.
Hoc argumentum non eſt neceſſarium. Primum e-
nim damus, eſſe mentes quaſdam ſecretas à corpori-
bus, quales ſunt angeli & intelligentiæ illæ, quæ im-
pellunt orbes. Deinde alterum extremum ſunt ani-
I mæ noſtrorũ corporum. Nihil opus eſt aliis mediis.
Atqui inquiunt, ut piſces ſunt in mari, volucres in
aëre, ita oportet in igne verſari dæmonas. Id non eſt

Digitized by Google

neceſſe. Non enim animantia ſunt propter elemẽta, A ſed elementa propter animantia. Et animantia, hominis cauſa facta ſunt. Quis autem uſus pervenire poteſt ad homines ab illis animantibus, quæ verſantur in igne? Tamen ſi pergent contendere de ſuperiori regione aëris, non negabimus ibi eſſe dęmonas. Ita enim Paulus ait ad Epheſios, Secundùm principem poteſtatis aëris. Et poſtea in eadem Epiſtola, nõ eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes & poteſtates aëris hujus. B Et Chryſoſtomus in Homil. 11. in priorem ad Theſſ. ait, Univerſum aërem plenum eſſe dæmonibus. Sed videndum eſt de corporibus dęmonum. Ea autem non poſſunt eſſe aëria. Aër enim eſt corpus homogeneũ. Nam quævis pars aëris, eſt aër. Nec cauſa ulla dari poteſt, cur hæc pars magis ſit dæmon, quàm illa. Atque ita aër univerſus, eſſet corpus continuum dæmonum. Deinde oportet corpus animalis eſſe organicum, & habere oſſa, nervos, & partes, & membra diſtincta. At iſta non poſſunt fieri ex aëre. C Deinde oportet corpus habere figuras & formas, quæ in aëre ne cogitari quidem poſſunt. Sed ſunt, inquies, figuræ & formæ diſtinctæ in nubibus. Fateor; ſed illæ non conſiſtunt ex ſimplicitate aëris. Quanquam hoc argumentum non eſt firmum. Dæmones enim poſſunt aſſumere aliena corpora. Itaque alii ſic potius argumentantur. Vel cœleſte corpus habent, vel elementare. Si cœleſte, neceſſe eſt motum illorum circularem eſſe, qualis eſt cœli. At ſi elementare, neceſſe eſt, ut ſequantur motum ejus elementi, ex quo habuerunt corpora. D

Eph. 2. 2. & 6. 12.

Chryſoſt.

14 Sed ut iſta miſſa faciamus, Scripturæ non corporatos faciunt dæmones, ſed ſpiritus. Spiritus autem & corpora, per antitheſin opponuntur. Ut enim ſpiritus non eſt corpus, ita corpus viciſſim non eſt ſpiritus. Et Chriſtus ait, Spiritus carnem & oſſa non habet. Dæmones autem eſſe ſpiritus, apparet ex infinitis teſtimoniis ſcripturarum. In hiſtoria de Achabo, ita diabolus loquitur, Ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum Achab. E Et Chriſtus ejecit ſpiritum immundum, & ſpiritus immundus erravit per loca ſiticuloſa & vaſta: deinde adjũxit ſibi ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. Imò inquies, ſpiritus iſti ſunt tantum, impulſus quidam animorum, quales ſunt ſpiritus ſapientiæ & ſpiritus ſcientiæ: imò ſunt ſubſtantiæ. Chriſtus enim ait, illos videre faciem Patris ſui. Et extremo illo die dicturus eſt, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & angelis ejus. Quare cum ſacræ literæ dæmones appellent ſpiritus, F non video cur quiſquam debeat illis tribuere corpora. Quanquam hic non de aſſumptis & adventitiis corporibus loquor, ſed de propriis & ſuis. Scio eſſe alios, homines ſatis quidem acutos, qui dicant, dæmones eſſe ſpiritus, ſi ad nos conferantur: ut è diverſo ſi angeli conferantur cum Deo, dici poſſunt habere corpora. Atque hoc pacto aiunt, Auguſtinum facere dæmonas corporatos. Quod idem aiunt Bernardum quoque ſenſiſſe, & in conſideratione ad Eugenium, & in Cantica. G Quanquam ſunt, qui Bernardum interpretentur loqui de aſſumpto corpore. Sed, ut dixi, cum ſacræ literæ dæmones appellent ſpiritus, nihil video eſſe cauſæ, cur illis affingamus corpora. Nam in ſcripturis quatuor videmus eſſe genera ſpirituum. Primum enim, Deus ipſe eſt ſpiritus: Non enim opus habet corpore, nec ut ſit, nec ut aliquid agat. Proximi, ſunt angeli, tam boni quàm mali: Ne illi quidem opus habent corpore, quod attinet ad actiones ipſorum proprias, opus autem habent ad actiones nobiſcum communicandas: Sunt enim adminiſtratorij H ſpiritus, ut ſcribitur ad Hebræos. Deinde humani ſpiritus, qui ut ſint quidem, non egent corporibus. Exiſtunt enim & vivunt etiamſi disjuncti à corporibus: Tamen ad opera propria, qualia ſunt ſentire & vegetare, non poſſunt carere corporibus. Ultimi ſunt ſpiritus brutorum, qui nec eſſe poſſunt, nec aliquid facere ſine corporibus. Ex hac diſtributione videmus dæmonibus nihil opus eſſe corporibus; Nam etiam ſine illis, & eſſe poſſunt, & opera ſua exercere. Amant enim, cupiunt, intelligunt etiam ſine corporibus. I

Demones eſſe ſpiritus.
Luc 24. 39.
1. Reg. 22. 22.
Matt. 12. 43.

Mat. 18. 10.
Mat. 25. 41.

Spirituum quatuor genera.

Heb. 1. 14.

15 Iam videndum eſt, quid poſſint. Vis autem illorum eſt duplex; alia intelligendi, alia agendi. In utroque autem genere, quantum illis tribuendum ſit, videbimus. Dæmones multa ſcire, non dubitamus. Nam ut authores ſunt, Tertullianus, Lactantius, Capella & Plato in Cratylo, à ſciendo dicti ſunt dæmones, quaſi δαήμονες. Sed quæres, an futura etiam ſciant, propter quæ maximè conſuluntur. Reſpondeo, Futura non cognoſci ſemper eodem modo. Primùm, futura non cognoſcuntur tanquam præſentia, niſi à ſolo Deo. Ille enim ambitu ſuo omnia temporum diſcrimina complectitur. Nam, ut Paulus ait, omnia nuda ſunt & expoſita oculis ejus. Alii rerum effecta non vident præſentia, ſed colligunt futura, idque modis multis. Primùm enim vident cauſas rerum, & ex illis colligunt effecta, quæ poſtea ſint ſequutura. Cauſæ autem aliæ neceſſariæ ſunt, aliæ non neceſſariæ. Neceſſariæ quales ſunt in Mathematicis, & in oppoſitione aut conjunctione cœleſtium orbium. Ita periti homines aſtrorum ante multos annos prædicunt, quo tempore futuræ ſint eclipſes. Aliæ cauſæ non ſunt interdum neceſſariæ aut certæ. Effecta enim illarum poſſunt impediri: qualia ſunt, quæ dicuntur rarò contingentia aut ad utrumlibet. Ita nauta pronuntiat de tempeſtate, medicus de pulſu.

De ſcientia dęmonum. Vide in 1. Co. 12. v. 2.

Cognitio futurorum.

Heb. 4. 13.

16 Iam ſi hujuſmodi ſcientia datur hominibus, multò ea magis danda eſt dæmonibus. Non enim impediuntur hebetudine & mole carnis, ut homines. Huc accedit diuturnitas, & experientia. Nam ſi ſenes multo plura vident, quàm juvenes: dæmones, qui æternùm vivunt, credibile eſt noviſſe plurima. Quod ſi corpus habent proprium & ſuum, ut quidam putant, habent agile & expeditum, ut poſſint ubique terrarum ſpacio breviſſimo volitare, & quid ubique agatur, nuntiare. Ea de cauſa Tertullianus dęmones appellat volucres. Ea cùm faciunt, videri poſſunt prophetæ: prædicunt enim illa, quæ poſtea nobis ſignificantur literis. Et Auguſtinus de Civitate Dei ait, eos iſta prædicere, ubi haberi poſſint pro prophetis. Et in libro de Geneſi ad literam, commemorat hiſtoriam de quodam arreptitio, quem ait à nemine voluiſſe cibum ſumere, niſi à quodam ſacerdote. Cùm autem ille ſacerdos procul habitaret ad quinque ab illo milliaria, ſolitum eum prædicere, jam illum egredi è domo ſua, jam eſſe in itinere, jam in taberna, jam accedere ad fundum, jam ſtare pro foribus. Sed hujuſmodi prædictionem, negat eſſe prophetiam, Nam ſi turma militum accedat alicunde, & excubitor è ſpecula videat venientem, & prædicat brevi adfuturam, non poſſe tamen eum videri prophetam. Deinde dæmones poſſunt ea prædicere, quę Deus illis, ut ſæpe ſit, imponat facienda. Sæpe enim Deus eos jubet perdere & vaſtare regiones: &, ut David ait, perdidit Ægyptum per angelos malos. Ita in Samuel diabolus prædicit, Saulem poſtridie eſſe moriturum. Ille enim erat jam in mancipio & peculio diaboli. Deinde cùm videant ſibi præſtitutum eſſe finem, pollicentur, modò ſibi detur aliquid munuſculi, ſe nolle ſævire longius. Alia ratio eſt, quod collocati ſunt in aëre, & ex illa regione, tanquam è ſpecula, facilius ſentiunt influxus & eventus rerum, quàm nos. Deinde etiam vident ſcripta prophetarum, & quicquid agatur in Eccleſia: & quàvis alioqui multa ſciant, tamen & ex Scripturis, & ex eo quod vident, quid in Eccleſia geratur, fiunt multò doctiores. Itaque Paulus ad Epheſ. ait, myſterium de Chriſto patefactum eſſe principibus & poteſtatibus ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. Et cùm Hermes Triſmegiſtus prædixiſſet Aſclepio, futurum excidium & vaſtationem idolorum, idque deploraret, Auguſtinus de Civitate Dei ait, eum illud intelligere potuiſſe ex prædictionibus ſanctorum Prophetarum. Multa enim ſciunt ex eo, quod interſunt divinis conſiliis, & vocantur ad imperata facienda. Ita enim, cum Deus deliberaret de fallendo Achabo, proſiluit diabolus, & pollicitus eſt, ſe fore ſpiritum mendacem in ore omnium Prophetarum Achabi: & alius quidem impetravit à Deo, poteſtatem vexandi & agitandi Iobum. Nec mirum, diabolus enim eſt carnifex Dei: Sed cum ita vocantur ad conſilia Dei, vident quid ille deſtinarit facere. Sæpe etiam ex effectis colligunt cauſas rerum: ut ſi quem videant rectè ac piè vivere,

Dęmones quomodo futura ſciant.
Vetuſtas dæmonum.

Agilitas.

Tertullianus.

Auguſtinus.

Dęmonibus Deus imperat facienda.
Simile.

Pſal. 78. 49.
1. Sam. 28. 19.

Aerii dęmones.

Prophetarum ſcripta vidẽt.

Eph. 3. 10.

1. Reg. 22. 22.

Iob. 1. 6.

Colligunt ex effectis cauſas.

vivere, ſuſpicantur eum eſſe electum à Deo. Rectè enim facta, ſunt fructus & effecta electionis. Ita ſi quem videant ſeſe componere ad religionem, & genua flectere, putant eum precari: etſi in animum ejus non poſſint deſcendere.

Dæmones cur ſæpe fallātur.

Deus effecta in cauſis etiā neceſſariis impedit.

17 Quamvis autem tot rationibus & viis ſcire poſſint futura, tamen ſæpe falluntur, idque multis de cauſis. Primùm quia Deus poteſt impedire cauſas, quantumvis neceſſarias. Cùm pueri abjecti eſſent in fornacem ardentem, neceſſe erat ut comburerentur. Sed Deus ſeſe mirabiliter interpoſuit & cauſas impedivit. Verùm id diabolus non potuiſſet prævidere. Deus enim interdum conſervat ſuos, interdum relinquit, ut moriantur. Ita fit etiam ſæpe in contingentibus ad utrumlibet. Etſi enim maxima ſit experientia dæmonum, tamen non ita magna eſt, quin falli poſſint. Eſt quidem agilitas dæmonum maxima, ut facilè videre & nuntiare poſſint, quid in diſiunctiſſimis regionibus geratur. Sed ſæpe Deus conſilia inſtituta revocat. Et ſi Deus fortè imperet diabolo, ut perdat & vaſtet aliquam regionem, & populus interea agat pœnitentiam, ſi diabolus id futurum prædicat, neceſſe eſt ut mentiatur. Sæpe enim, cùm homines incipiunt ex animo reſipiſcere, Deus oblivione delet minas ſuas. Vident quidem & ſciunt prædictiones prophetarum: Sed ea conſilia, quæ Deus patefacit per prophetas, interdum leniri aut mutari poſſunt. Eſaias prædixit, Ezechiam moriturum; At cùm ille ſeſe affligeret, & ſeriò ageret pœnitentiam, adjecti ſunt illi ad vitam quindecim anni. Id autem futurum eſſe, diabolus nunquam potuiſſet ſuſpicari. Poſſunt ergo falli, partim quia neſciunt voluntatem Dei, partim etiam quia non poſſunt penitus intueri in animum noſtrum. Boni autem angeli idcirco non falluntur, quia ſemper omnia referunt ad voluntatem Dei. Ad hæc, diabolus etiam ſæpe ambitione fallitur. Videri enim vult nihil neſcire. Itaque non dubitat ea prædicere, quæ vires ipſius ſuperent. Et ob eam cauſam admiſcet fucos & inſidias, ut quicquid acciderit, videri poſſit vera dixiſſe: Eſt enim λοξίας & vafer. Ejus eſt illud,

Deus inſtituta negocia revocat.

Eſa.38. 1. & 5.

Ambitione dæmones falluntur.

Aio te, Æacida, Romanos vincere poſſe: & illud,

Crœſus Halim ſuperans magnam pervertet opum vim.

Recte itaque Eſaias cap.41. Prædicant, inquit, nobis, quid ſit futurum: & dicemus, eos eſſe deos. Non quod non interdum vera prædicent: ſed quod ſæpè fallantur: Hoc ergo dicit Eſaias: Reſpondeant nobis certò, & verè, & ſemper, & ſine errore, quid eventurum ſit, & eos habebimus pro diis. Quàm autem turpiter diabolus falli poſſit, apparet maximè in Chriſto Servatore noſtro. Auguſtinus lib.9. cap.21. de Civitate Dei, Novit, inquam, diabolus, & vidit multa in Chriſto admiranda, ſed non novit lumine illo ſalutari & vivifico, quo ſpiritus rationales purgantur; ſed tantùm experimentis quibuſdam & ſignis temporariis: longe tamen melius, quàm homines. Magis enim & propius videbat, quantum facta Chriſti omnem vim naturæ ſuperarent, quàm acies ulla humana poteſt. Illam tamen notitiam diaboli, Deus repreſſit & obtudit, cùm vellet. Et ideo diabolus non dubitavit tentare Chriſtum; quod certe, ſi verè Chriſtum agnoviſſet, non feciſſet. Notitia enim illa pendebat à ſignis quibuſdam temporariis, quæ ſæpe turbari poſſunt. Itaque Paulus ait, Si ſciviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. At iſta, inquies, dicta ſunt de Pilato & de Pontificibus: Sed hoc nihil eſt. Illi enim erant organa & inſtrumenta diaboli. Et Ioannes ait, diabolum immiſiſſe in cor Iudæ, ut traderet Chriſtum. Sed quid eum impediebat, inquies, quò minus videre poſſet divinitatem Chriſti? Dicam: Multa quæ in Chriſto videbantur eſſe humilia, abjecta & vilia. Suſpicabatur enim non poſſe eum Deum eſſe qui tam indigna pateretur. Suſpicio ergo ea fuit non notitia. Sed cur ergo perſequebatur Chriſtum ad necem? Quia non putabat regnum ſuum eo pacto caſurum eſſe. Tamen ex altera parte cùm videret tyrannidem ſuam jam nutare, & ſibi inſtare periculum, voluit quàm primum occurrere: Et ea cauſa immiſit ea ſomnia uxori Pilati, quod jam ſuſpicaretur eſſe Chriſtum. Poſſem aliis exemplis oſtendere, quemadmodum diabolus ſoleat deci-

verſ.22.

Dæmonum de Chriſto notitia fallax.

Matt.4. 3.

1.Cor. 2. 8.

Luc. 22.3.

Matt.27. 19.
Vxoris Pilati inſomnium.

A pi, ſed ad præſens inſtitutum, hoc unum putavi eſſe
ſatis. Res quidem naturales videt ſatis expeditè, niſi
fortè Deus eum interdum velit cæcare & avertere.
Etſi enim eſt rebellis & contumax, tamen eſt in manu & poteſtate Dei. Deinde impeditur etiam ſæpe odio, invidia, malitia, ſuperbia. Experimur autem in nobiſipſis, quantum turbulentis hujuſmodi affectionibus, ratio ſoleat obſcurari: Huc accedit etiam tormentorum magnitudo, & pœnarum acerbitas: Ita-
B que angeli minus falluntur: quia omnia animo pacato vident.

Perturbationibus dæmones falluntur.

18 Verùm quæres, An etiam humanas cogitationes videant? Hic qui reſpondent, uti ſolent duplici diſtinctione. Si animus intelligatur, ut ſeſe prodit ſignis, & motu aliquo ac geſtu corporis, ita diaboli animum humanum videre poſſunt; Nam qui iraſcuntur, calent: qui timent, frigent & pallent. Et Auguſtinus, omnes cogitationes animi habere aliquas impreſſiones in corpore: Ex illis diabolus conjectu-
C ram poteſt facere, quid agitemus in animo. Noſtri autem oculi, non ita ſunt perſpicaces, ut ea videre poſſint. Idem tamen Auguſtinus in Retractationibus, temperat utcunque hanc ſententiam: negátque ex tranquillis cogitationibus naſci ullas impreſsiones in corpore. At ſi animum ipſum per ſe intelligamus, non poteſt diabolus eò pervenire, ut intelligere poſſit, quid velimus aut cogitemus. Atqui, inquies, cùm intellectus humanus pendeat ex phantaſiis & formis, nónne poteſt diabolus eas videre? Poteſt qui-
D dem; Sed an intellectus noſter verſetur in illis, hoc videre non poteſt; multò autem minùs videre poteſt, quid de illis voluntas ſtatuat. Illa enim non eas formas aut ſpecies ſequitur, ſed intellectum. Iam verò ſi conſulere volumus ſacras literas, illæ clariſsimè reſpondent, Diabolum humanas cogitationes non poſſe ſcire. Deum enim appellant καρδιογνώστην: eúmque ſolum aiunt ſcrutari renes & corda. Et addunt, Neminem ſcire, quæ ſint hominis, niſi ſpiritum hominis, qui eſt in eo; & ſpiritum ſcrutari etiam pro-
E funda Dei: Cùm ſolus Deus & homo cor humanum videre poſsint, neceſſe eſt excludi diabolum. Et Salomon ait in 2. Paralip. cap. 6. in ſolennibus illis precibus, quas habuit extructo jam templo, ita alloquitur Deum: Tu ſolus noſti cogitationes hominum, quaſi diceret, Non homo, non angelus, non ulla alia res creata. Et Hieremias, Perverſum, inquit, eſt cor hominis & profundum: quis ſcrutabitur illud? Et addit ex perſona Dei, Ego Deus ſcrutans corda & renes. Deinde Deus non vult unà cooperari cum dia-
F bolo, ut ille quoque hominum cogitationes & ſenſa videre poſſit. Idque quidam putant ex miſericordia Dei fieri; Nam ſi ille intima cordium noſtrorum conſilia videre poſſet, nos multo tentaret vehementius. Author libri de Dogmatibus Eccleſiaſticis aſſerit pro re certiſſima, diabolum non poſſe ſcire cogitationes hominum. Et Hieronymus in cap.9. Matthæi, exponens illa verba, Ieſus autem videns cogitationes illorum: Hinc, inquit, ſatis liquere, Chriſtum eſſe Deum, quòd ad hominū corda poſſit pertingere. Ex
G ſignis ergo diabolus poteſt ſuſpicari, quid agitemus in animo: at quem in finem, & quorſum, quidque cogitemus, intelligere certò non poteſt. Atque haud dubiè ſi certus eſſet de fide & conſtantia ſanctorum hominum nunquam eos tentaret, ne, quod in Iobo accidit, turpiter ab illis rejiceretur.

An dæmones videant humanas cogitationes.

Pſal.7.11.
1.Cor.2. 11.
v.10.

Hier.17. 9. & 10.

verſ.4.

19 De cognitione Diaboli, dictum eſt ſatis. Iam videndum eſt, quibus modis ille, ea, quæ prævidit futura, poſſit indicare. Sunt autem varij modi: Habet enim oracula, omina, inſomnia, geomantiam, hydro-
H mantiam, necromantiam, ſortes, auguria, aruſpicinam, extiſpicia & alia multa hujus generis. Indicat autem iſta hominibus, non in alium finem, quàm ut ab illis oblationem aliquam aut cultum extorqueat. Id Seneca cum non intelligeret, in quarto libro de Quæſtionibus naturalibus tidet quædam, quæ ad noſtrum inſtitutum videntur facere. Dicit enim, apud Cleonas fuiſſe cōſuetudinem, ut χαλαζοφύλακες, cum vidiſſent ex aliqua nube grandinem imminere vitibus, de ea re diligenter monerent populum: Eos
I autem; non ad pallium aut penulam fugiſſe, ſed ad ſacrificium. Nam qui erant aliqua fortuna, cædebant aut gallum, aut agnum candidum; tenuiores au-

Quibus modis dæmones poſſint reſponſa dare.

tem, quibus gallus aut agnus non eſſet, ipſi ſibi ad- A
ferebant manus, & acutiſſimo ſcalpello ſanguinem ſibi eliciebant è pollice: Quaſi verò, inquit Seneca, puſillus ille ſanguis poſſet ad nubes pervenire. Hæc ille: Sed ut dixi, non intelligebat ambitionem dæmonum.

De poteſtate ac viribus dæmonum.

20 Nunc de viribus dæmonum, quod attinet ad ea opera quæ videntur naturam ſuperare, videndum eſt. Quidam hoc negocium univerſum rident, putántque, nihil nec à Magis fieri poſſe, nec à dæmo-

Magos nihil poſſe, ex quorundam ſententia.

nibus. In hac ſententia eſt Plinius, lib. 30. Naturalis B
hiſtoriæ cap. 1. Ait enim, certiſſimis rationibus deprehenſum eſſe, univerſam magiam inanem eſſe, & nihil habere firmi aut ſolidi. Neronem enim principem, ut ducebatur ſtudio canendi & aurigandi, ita etiam ſtudioſum fuiſſe magię: Non defuiſſe illi nec ingenium, nec poteſtatem, nec magiſtrum. Tyridatem enim regem Armeniæ, accepiſſe ab illo imperium, & ejus juſſu multos ex Oriente magos doctiſſimos attuliſſe: Neronem etiam ut erat curioſus, paſſum fuiſſe ſe C
initiari. Sed ad extremum, rem omnem abiiſſe in nihilum. Idem de Iuliano Apoſtata dici poteſt. Poſtquam enim cœpiſſet ſe Magis dedere, omnia cœperunt peſſumire. Si iſti tantum principes, & quodammodo παντοκράτορες nihil potuerunt efficere, quid ſuſpicari poſſumus de aliis? Et tamen iſtis duobus oportuit diabolus maximè obſequi. Erant enim infeſtiſſimi hoſtes religionis Chriſtianæ. Sed quicquid eſt, haud dubiè diaboli multa poſſunt. Cur autem in Neronis & Iuliani gratiam nihil facere voluerint, D
Deus ſolus ſcit. Non enim vult diabolum poſſe pluſquam ille patiatur & velit. Vis enim dæmonum & poteſtas operandi, pendet à ſolo Deo, non minus quàm ſcientia.

Magos multa poſſe.
Exo. 22. 18.
Lev. 20. 6. & 27.
Deut. 18. 10.

22 Poſſe autem Magos multa, probari poteſt ex lege Dei. Nam 22. Exod. 20. Levit. 18. Deuteronom. Magi, arioli, malefici, jubentur affici ultimo ſupplicio. Idem etiam decernitur humanis legibus. Nam in 12. tabulis cavetur, ne quis fructus alienos excantaſſit. Cujus rei & Plinius mentionem facit, & Sene- E
ca de Quæſtionibus naturalibus. Leges autem non feruntur, niſi de rebus, quæ exiſtant & ſoleant evenire. In Cod. de Maleficis & Mathematicis extant de hac re complures leges, & maximè Conſtantij, quem certum eſt in imperio collegam habuiſſe Iulianum: & fortaſſe ejus nequitia (certum enim eſt, Iulianum multum hujuſmodi ineptiis tribuiſſe) illis legibus tangebatur. In illis autem legibus ita ſtatuitur, ſi quis maleficus acceſſerit ad alienam domum, ut cremetur: qui deduxerit, deportetur in inſulam: ut F
feriantur gladio, ut abjiciantur ad beſtias, quaſi qui velint turbare humanum genus. In Decretis 26. quæſtione 5. Nihil aliud agitur. Extra eſt titulus nominatim de Sortilegis. Tot leges nunquam fuiſſent latæ, niſi certò conſtitiſſet, Magos & maleficos poſſe aliquid. Et David Pſal. 58. Venenum, inquit, illorum

verſ. 5.

tanquam venenum ſerpentum: ſicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, nec venefici incantantis quantumvis ſapienter. Non laudat David his verbis excantatio- G
nem, ſed haud dubiè oſtendit, eſſe vim quandam excantandi. Deuter. Si quis Propheta fecerit ſigna &

Deut. 13. 1.
verſ. 24.

portenta, & velit te abducere ad Deos alienos, non parces illi: manus tua erit ſuper eum. Et Matthæi 24. Venient pſeudoprophetæ & Pſeudochriſti, & dabũt ſigna: ut in errorem inducendi ſint, ſi fieri poſſit, etiã electi. Et Theſſ. 2. Paulus ait, adventum Antichriſti

2. Theſ. 2. 9.

fore in poteſtate, & ſignis, & prodigiis mendacii. Hiſtoriæ quoque hoc docent, non tantùm ſacrę, ſed e-

Iob. 1. & 2.

tiam prophanæ. In Iobo diabolus deduxit ignem de H
cœlo, & perdidit greges. Excitavit ventos, & concuſſit quatuor angulos domus, & filios Iobi oppreſſit. In

Mat. 8. v. 28. 31. & 32.
Matt. 17. 15.

Evangelio multi correpti ſunt à dæmonibus, & afflicti ad terram, & abjecti in ignem. Alij cùm multi eſſent, & unum hominem occupaſſent, dicebant ſe eſſe legionem, & impetrarunt, ut mitterentur in porcos: & eos egerunt præcipites in mare. In hiſtoriis Ethnicorum, ſimulacrum fortunæ bis loquutum eſt: ſemel ſe rectè eſſe collocatum, deinde ſe eſſe bene cultum. Tuccia Veſtalis, ut dilueret ſuſpicionem I
ſtupri, aquam geſſit in cribro. Claudia ea de cauſa, navem, in qua vehebatur Bona Dea, hærentem in arena, ut nulla vi humana moveri poſſet, zona tantùm commovit, & attraxit ad ripam. Serpens Romam uſque ſequutus eſt Æſculapium. Plinius ait, olivetum Vectii Marcelli tranſiliiſſe publicam viam, & ſegetes ſæpe vi magica in locum alienum demigraſſe. Hæc omnia fabuloſa eſſe dicere; hominis eſſet nimium impudentis: præſertim cùm hujuſmodi quædam conſtent nobis e ſacris literis. Actius Navius novacula diſſecuit cotem. Quid multa? Infinitum eſſet omnia colligere, quæ de hac re dici poſſent.

Vis dæmonis diſtinguitur.

22 Vt autem methodum aliquam retineamus; ita hanc vim diſtinguemus: Aut reipſa fiunt ea, quæ videntur, aut illuſione ſimulantur. In illis quæ re vera ita fiunt, ut videntur, tria attribuuntur dæmonibus. Primùm, poſſe eos colligere ſemina & initia re-

Colligunt ſemina rerum, & applicant ut agens patienti.

rum, ex quibus ſciunt, aliquid poſſe fieri, eáque inter ſe componere, & agentia cum patientibus conjungere. Deinde poſſe eos aliquid movere atque impellere. Poſtremò, poſſe etiam inducere corpora, & in illis cum hominibus verſari familiariter. Primùm illos colligere ſemina rerum eáque materiæ applicare Aug. ait, & de Civitate Dei, & de Trinitate lib. 3. cap. 7. & 8. Hoc illi pacto, res ſtupendas efficiunt & admirabiles. Et nos quidem effecta tãtùm videmus: nam viam & rationem qua fiunt, videre non poſſumus. Ea verò miracula, quæ aut à Deo, aut à ſanctis viris nomine Chriſti fiunt, nihil opus habent hujuſmodi induſtria. Imò ne ea quidem, quæ à malis fiunt nomine & virtute Chriſti, indigent hujuſmodi mediis, diabolus tantùm ea quærit: Et tamen in illis ipſis nihil poteſt, niſi quantum Deus permittat: Non e-

Nihil poſſunt niſi quantum Deus velit.
Auguſtini Simile.

nim omnia poteſt pro libidine. Ad hoc explicandum Auguſtinus utitur accommodato, ut mihi videtur ſimili. Hominibus malis & noxiis, & damnatis ad metalla, videmus & ignes & malleos inſervire: non tamen ut ea illi perdant, ſed ut ad aliquem uſum accommodent: ita diabolus poteſt, non quantum velit, ſed quantum illi Deus remittit fræna. Idem ſentiendum eſt de vi illa, qua diabolus aliquid impellit & movet: Nam ſi ille ſibi permitteretur, totã terram & cœlum univerſum convelleret. Itaque Magi illi Pha-

Exod. 8. 7. & 19.

raonis, cùm produxiſſent ranas, & aquas convertiſſent in ſanguinem, tamen poſtea hærebant in pediculis; non quòd ita difficile eſſet producere pediculos, ſed quod Deus impediret: Itaque coacti ſunt exclamare, Digitus Dei eſt hic. Dicebantur illi Magi, & idcirco utebantur hujuſmodi mediis. Moſi autem nihil opus erat, quamvis multò majora & admirabiliora efficeret: non enim erat Magus, quam-

Moſes Magus à Plinio exiſtimatus.

vis Plinius perpetuus adverſarius religionis, ita putet: Nam lib. 30. cap. 2. cùm dixiſſet multas eſſe magiæ vias & rationes, unum agit genus proprium eſſe Iudæorum: illúdque initium habuiſſe à Moſe, Iambre & Iatopa. Quo in loco, ego Plinium arbitror non tantùm in re erraſſe, ſed etiam in nomine: & eum appellaſſe Iatopam, quem Paulus ad Timoth. ait fuiſſe Mambrem. De virgis Magorum, quomodo mutatæ fuerint in ſerpentes, non ſatis convenit inter Patres. Strabus & Tertullianus de Anima, putant

2. Tim. 3. 2.
Exo. 7. 12.
De virgis Magorum.

tantùm fuiſſe ludificationem oculorum. Subductas enim ex oculis fuiſſe virgas, & dracones ſuppoſitos: quemadmodum Poëtæ fabulantur, Iphigeniam, cùm eſſet immolanda, ablatam fuiſſe ex oculis, & ejus loco ſubjectam fuiſſe cervam. Re autem vera credibile eſt fuiſſe ſerpentes, quòd diaboli non neſcirent, quibus initiis & ſeminibus ſerpentes fierent: quódque ea, quæ alioqui opus haberent longo tempore, poſſent ſtatim efficere. Etſi enim nos vim illam ſeminum non videamus, inquit Auguſtinus, tamen diaboli vident. Ait enim, in Epiro eſſe fontem, in quo faces accenſæ extinguantur, extinctæ autem, accendantur. Ejus efficientiæ ſemina & initia, ſunt in illo fonte, etſi nos illa non videamus: non tamen dicimus, diabolum iſta aut creare aut facere, ſed tantùm miniſtrum eſſe naturæ: Ita agricola,

Non ipſi hæc faciũt, ſed ſunt miniſtri naturæ.
Gen. 30. 37.
Simile.

cùm colit & ſerit agrum, & vinitor, cùm putat & repaſtinat vitem, non creant frumenta aut vina, ſed tantùm naturam adjuvant. Ita Auguſtinus ait, Iacobum non produxiſſe colorem in ovibus, ſed tantùm ſpecies & imagines ritè accommodaſſe. Vtque à ſpiritualibus etiam rebus exemplum petam:

Miniſtri

Digitized by Google

1.Cor.3.6.

Miniſtri non juſtificant quenquam, aut cuiquam remittunt peccata: ſed miniſtri tantùm ſunt, quorum opera Deus iſta efficit. Ego plantavi, Apollo rigavit; Deus eſt, qui dedit incrementum.

Quomodo hęc tam celeriter efficiant.

23 Mirandum tamen videtur, quomodo poſſint iſta tamen celeriter efficere: Etſi etiam aut celerrima habeant corpora, aut nulla, tamen ad producendam rem naturalem videtur opus eſſe ſpatio: ſed conſiderare debemus initia iſta rerum naturalium, eſſe tanquam inſtrumenta. Ea autem habent vim aliquam natura ſua; ſed magni refert, in quorum manus ea incidant. Peritus enim artifex, & pulcherrimè aliquid elaborabit, & celerrimè. Data eadem inſtrumenta homini imperito & rudi, nec facilè efficiet, nec ita pulchrè. Ita dæmon aliquis tanquam peritus artifex, plus efficiet uno momento, quàm ordine conſueto naturæ fieri poſſet longo tempore. Principia enim illa non ponderanda ſunt natura ſua; quanquam etiam natura, quædam videmus ſubitò quodammodo fieri, ut æſtivo tempore, ſubito ex imbre naſci ranunculos. Sed in ea re interponitur ſpacium quidem, ſed exiguum: Ita circumforanei iſti nugones, videntur comedere panem, & repentè expuere farinam: & cùm biberint vinum, illud ſtatim è fronte media effundere. Quod ſi in homine eſſe poteſt tanta celeritas & dexteritas in agendo, cur non ea multò magis tribuenda eſt dæmonibus? Eſt enim in dæmone multò major agilitas, quam in homine. Non ergo producunt iſta ex ſeſe dæmones: Ita enim progignerent ſibi ſimilem ſpecie, ut homo hominem, equus equum. Dæmon autem non producit dæmonem: ſed, ut dixi, accipit ſemina rerum, eáque accommodat materiæ & ita res admirabiles efficit. Quouſque autem progredi poſſit natura rerum, difficile eſt judicare.

Simile.

Termini duo poſiti dæmoni.

Duplex ergo diabolo impoſitum eſt frænum: primum, terminus naturæ: deinde, voluntas Dei. Ita diabolus importare poteſt peſtem, famem, ulcera: Scit enim ex quibus cauſis & initiis iſta fiant. Afflixit enim Iobum, dedit peſtes & immiſſiones per angelos malos: & Chriſtus ait, diabolum alligaſſe filiam Abrahæ decem & octo annos. Boni etiam angeli interdum idem faciunt; Angelus enim Domini una nocte ſtravit exercitum Sennacheribi: & Davidis tempore invexit peſtem; & David ipſe vidit Angelum Dei in Areuna percutientem populum. Ea verò, quæ omninò ſuperant naturam, qualia ſunt excitare mortuos, mutare homines in beſtias, tantum ſunt præſtigiæ, de quibus dicendum eſt poſtea.

Iob.1.& 2. Pſal.78.49. Luc.13.16. 2.Reg.19.35. 2.Sam.24.17.

Dæmones poſſe quędam movere.

24 Iam quod ad alteram partem attinet, diabolum movere poſſe quædam & impellere, non eſt dubium. Nam cum anima quæ magis multò alligata eſt corpori quàm dæmon, poſſit corpus movere & regere, multò id certè diabolus magis poteſt; Id ſatis apparet ex ignibus & tempeſtatibus toties à dæmonibus concitatis, & ex illa navi Claudiæ, & ex meſſe, & oliveto, de quibus ante diximus. Aiunt, cùm Aſcanius penates Lavinio tranſtuliſſet Albam, illos ultrò ad ſacrarium ſuum rediiſſe Lavinium. Adhæc dæmones interdum jaciunt lapides. Et illi Magi, qui videntur per aërem equitare in canna, ſublevantur vi occulta dæmonum: Eadem vi Simon Magus per aerem volitabat.

Dæmones induūt corpora. Vide Claſſ. 1. ca.11 Sect.5. Gen. 3.1.

25 Poſtremò, induunt etiam corpora: Neque enim dubitari poteſt, diabolum, cùm ſit ſpiritus, penetrare poſſe in corpora ſolidiſſima. Hoc pacto induit ſe ſæpius in ſtatuas, loquutus eſt in ſerpente, ſolvit linguam aſinæ. Aſſumit etiam humana corpora, vel viva, vel mortua, eaque agit & vexat, & impedit eorū opera naturalia. Obſervat ſæpe curſum Lunæ, ut infamet, quemadmodum Hieronymus ait, illud aſtrum: vel potius quod captet affluxum humorum, ut poſſit corpus magis vexare. Induit interdum corpus aëriū; ſed illud non format aut vivificat, ut anima corpus noſtrum nec tranſeat in eandem hypoſtaſin, ut verbum Dei cum humano corpore. Diaboli enim poſſunt ea corpora deponere, cum volunt. Sunt enim in illis, ut Scholaſtici loquuntur, definitivè, hoc eſt, ita in illis ſunt, ut non ſint alibi. Deus quidem in veteri Teſtamento, exhibuit ſeſe in aliqua forma interdum conſpiciendum; Sed non erat in illa definitivè. Ita enim ibi erat, ut eſſet tamen interim ubique. Diabolus autem, ut inquit Auguſtinus, aptat ſibi corpus aliquod tanquam veſtem. Et Chryſoſtomus de patiētia Iobi ait, illum, qui nuntiavit illi ruinam domus, & excidium ſuorum, non fuiſſe hominem, ſed dæmonem; Nam ſi homo eras, inquit, quomodo ſciebas ventum ortum fuiſſe à deſerto? Aut ſi ibi eras, quomodo non unà opprimebaris? Bona pars ſcriptorum putat, dæmones ſibi fingere corpora ex aëre, ſympathiam enim quandam eſſe oportere inter locum, & habitantem. Diabolos autem, ut ſuprà diximus, habitare in aëre: credibile ergo eſſe, eos ſibi accommodare corpora ex aëre. Deinde addunt, oportere corpora eorum eſſe agilia: dæmones enim, ut Tertullianus ait, eſſe quodammodo volucres, & celerrimè per omnia loca volitare. Adhæc addunt, experientiam docere, corpora illa eſſe aëria. Fuiſſe enim qui ea conati ſint aliquando ſcindere & vulnerare, ſed nihil potuiſſe: illa enim ceſſiſſe ictibus, & ſtatim denuò coiviſſe. Itaque ille pulchrè cecinit,

Quomodo corpora ſibi jungant.

Definitivè alicubi eſſe quid ſit.

Iob.1.18.

Aſſumunt corpora aëria.

Ter conatus eram circumdare brachia collo.

Præterea illa corpora facillimè evaneſcunt. Quòd ſi eſſent terrea, aliquid maneret ſolidi: ſi aquea, diffluerent; ſi ignea, comburerent, & attrectari non poſſent. Spiſſant autem dæmones, & condenſant iſta corpora ex compreſſione partium: Nam alioqui non poſſent videri aut tangi. Abraham vidit angelos, & lavit eorum pedes & illis appoſuit cibos, & illi etiam comederunt.

Gen.18.2.

An ſint corpora, an tantùm imaginationes.

26 Quidam tamen putant, ea non eſſe corpora, ſed tantum imaginationes quaſdam in animis hominum. Alii autem reſpondent, id non poſſe verum eſſe in univerſum: illos enim, quibus illuditur hujuſmodi imaginibus, alienari à ſenſibus; Sed ne id quidem certum eſt. Phrenetici enim ita luduntur ſæpè, quamvis ſenſibus uti poſſint: Timent enim, fugiunt, pavent, clamant. Alii dicunt, non eſſe phantaſias, quòd conſpiciantur ſimul à magna hominum multitudine: Difficile autem eſſe ſimul imponere poſſe multis; nam à tota familia Lothi & Abrahami, conſpectos fuiſſe angelos; Sed ſacræ literæ ſine ulla dubitatione probant, non eſſe iſtas tantùm inanes imaginationes. Verus enim diabolus ingreſſus eſt in ſerpentem, ut Evam induceret in fraudem. Idque ſatis docet ejus execratio, Super ventrem tuum gradieris, ſemen mulieris calcabit caput tuum. Id enim non tantùm de Chriſto & diabolo verum eſt, ſed etiam de hominibus & ſerpente. Deinde, ut ſupra dixi, angeli ſeſe obtulerunt conſpiciendos Abrahamo & Lotho: Nec erant illæ phantaſiæ. Attrectabantur enim angeli digitis: cúmque Lothus cunctaretur, per vim quodammodo extractus eſt ab illis è civitate. Iudæi viderunt interdiu fumum, noctu flammam; ſupererat ſpiritus, qui ea movebat, quotieſcunq; iter eſſet faciendum; Vt enim lumen Solis penetrat aquam, nubem, aërem, ita ſpiritus penetrat omnia. Cùm Lex ferretur in Sina, conſpectæ ſunt lampades, vapores, exhalationes, ignes: Terra quoque concuſſa eſt terræmotibus. Chriſtus cùm iret in cœlum, comites habuit angelos: Nam illi & ſe obtulerunt conſpiciendos, & alloquuti ſunt diſcipulos: Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? Imprudentis ergo hominis eſt, velle dicere, iſta omnia tantùm fuiſſe imaginationes & ludificationes animorum. Imò, ne Peripatetici quidem unquam ita dixerunt, vana iſta eſſe & inania ſpectra. Confinxerunt alias potius rationes, humores, occultas naturæ vires, & corpora cœleſtia. Cur ergo, inquies, ait Paulus ad Theſſal. Antichriſtum venturum in poteſtate, in portentis & ſignis mendaciis: Nam ſi ſunt vera, quomodo ſunt ſigna mendacii? Reſpondeo, dici poſſe mendacia, vel à cauſa, diabolus enim author illorum, eſt mendax: vel à fine, idcirco enim ea faciet, ut homines fallat: Et certè impii digni ſunt, quibus ita imponatur. Vt enim Paulus ait, Quia dilectionem veritatis non receperunt, mittet illis Deus efficaciam erroris. Ita temporibus Apoſtolorum, homines tradebantur Satanæ. Fiunt autem iſta interdum, ut oſtendatur potentia Dei: Nam, cum ſit tanta vis diaboli, oportet potentiam Dei, qua ille frænatur ac regitur

Eſſe corpora vera. Gen.19.1. Gen.3.1. Ibid.v.14. Gen.13.21.

Exo.19.16.

Act.1.16.

2 Theſſ.2.9. Ibid.10.11.

Obiectio.

1.Cor.5.5.

multo maiorem eſſe. Noſtræ autem partes ſunt ſemper Deo agere gratias, cujus ſolius beneficio à diabolo defendimur. Corpora ergo iſta, quæ ſibi accommodant dæmones, ſunt aëria. Vt enim aqua cogitur in glaciem, & interdum dureſcit in cryſtallum, ita aër, quo ſeſe veſtiunt dæmones, denſatur in corpus aſpectabile. Quòd ſi aër ſolus non videatur eſſe ſatis, poſſunt admiſcere etiam aliquid vaporis aut aquæ, unde exiſtant colores. Id enim fieri videmus in Iride,

Mille enim, ut inquit ille, trahit varios adverſo ſole colores.

Luc. 24. 41.
Quomodo comedant angeli & dæmones.

27 Nihil neceſſe eſt tribuere dæmonibus & angelis, membra illa vitalia, pulmones, cor, epar. Non enim ea cauſa induunt corpora, ut ea vivificent, ſed tantùm ut videantur. Itáque illis utuntur tanquam inſtrumentis. At comedunt, inquies: & Chriſtus cùm eſſet excitatus à morte, comedit cum diſcipulis. Auguſtinus in epiſt. 94. ad Deo gratias, quæſt. 1. ait, id fuiſſe in Chriſto non neceſſitatis, ſed poteſtatis: Et utitur hujuſmodi ſimili. Aliter enim, inquit, arida terra ſorbet aquas, aliter radius ſolis: illa neceſſariò, hic autem vi tantùm quadam in poteſtate. Ita, inquit, corpora excitata à morte, ſi non poſſent cibum capere, non eſſent perfectè felicia: rurſus etiam, ſi egerent, eſſent imperfecta: Quod ergo Chriſtus comedit, non neceſſitatis erat, ſed poteſtatis: Comedit autem cum diſcipulis, ne illi oculis ſuis putarent illudi. Atque ita dicimus, angelos quoque & dæmones comedere. Imò hoc ipſum, inquies, eſt decipere, velle ſe videri homines, cùm homines non ſint. Reſpondeo, Boni ſpiritus, non fallunt: non enim accedunt ea cauſa, ut probent ſe eſſe homines, ſed ut exponant mandata Dei. Mendacium autem, ſemper conjunctum eſt animo fallendi. Ad extremum verò, aliquo indicio ſatis oſtendunt, ſe angelos; Evaneſcunt enim, & ſubitò ſeſe auferunt ex oculis. Dupliciter ergo erudiunt homines, primùm, quia exponunt mandata Dei: deinde, quia declarant naturam ſuam. Quod ſcimus factum ab illis angelis, qui conſpecti ſunt à Gedeone, & à Manoe. Mali verò ſpiritus, primùm docent falſa, & abducunt à Deo: deinde etiam videri volunt terribiles, & longè potentiores, quàm ſint: & pollicentur, ſeſe velle multa aut dare, aut facere. Nec tantùm in homines ſeſe commutant, verùm etiam in angelos lucis. Et de iſtis tribus partibus dictum eſt ſatis.

Mendacium ſemper cōiunctum cum animo fallēdi.

Iud. 6. & 13.
2. Cor. 11. 14.

Dæmones ſenſibus illudunt.

28 Nunc quarto loco supereſt, ut dicamus de illuſionibus ſenſuum. Senſus autem multis modis falli poſſunt. Primùm, agilitate quadam & dexteritate; quod fieri videmus ab illis, quos vulgò appellant joculatores. Illi enim efficiunt, ut unum aliud videatur, idque ſine ope aliqua dæmonum. Deinde fallunt etiam adhibitis quibuſdam rebus naturalibus, ut metallis, aut ſuffitu; quibus efficitur, ut conclave videatur ſtratum ſerpentibus, aut homines videantur eſſe caninis aut aſininis capitibus. De iſtis rationibus non loquimur hoc loco. Diabolus autem, ut fallat ſenſus, interdum utitur rebus exiſtentibus in natura: videlicet, ut admiſceat colores, aut formas, ac magnitudines rerum immutet. Ita enim res aliæ longè videntur eſſe, quàm ſint. Interdum induit aliquod corpus, & ſeſe objicit hominum oculis. Interdum obſcurat medium, ut res major videatur, quàm eſt; aut interponit nubem & caliginem, ne omnino videri poſſit; Et tale quiddam videtur eſſe, quod Plato commemorat de Gyge, & Vergilius de Ænea. Interdum immutat organa ſenſuum, & oculis ſanguineos humores offundit, ut omnia videātur ſanguinea. Ita ægrotis, cùm lingua perfuſa eſt bile; omnia videntur amara. Interdum perſtringit aciem oculorum, & homines percutit ἀορασίᾳ, ut nihil videre poſſint; ut olim Sodomitas, cùm irrumpere vellent in ædes Lothi. Ita Eliſæus excæcavit hoſtilem exercitum, cùm eum abduceret in Samariam. Poteſt etiam alia via illudi ſenſibus. Quam ut intelligamus, ſciendum eſt, ab illis rebus quæ ſentiuntur, oriri imagines, & ad ſenſus pervenire, poſtea recipi ad ſenſum communem; deinde ad phantaſiam; poſtremò ad memoriam; atque ibi aſſervari; imprimi autem illas & exſculpi in ſingulis iſtis partibus, tanquam in cera. Cùm ergo iſtæ imagines à memoria revocantur ad phantaſiam, aut ad ſenſus, referunt ſecum eadem ſigilla, atque ita fortiter feriunt & afficiunt, ut ea jam ſentiri & præſentia eſſe videantur. Poteſt enim vis tanta eſſe phantaſiæ, ut Ariſtoteles docet de ſomno & vigilia, ut quæ longè abſint, ea quiſpiam ſe certiſſime putet videre & tangere. Iſta accidunt vigilantibus interdum, ut arreptitiis, & phreneticis, interdum etiam dormientibus; Quod ergo naturali ratione fit, id poteſt etiam fieri à diabolo. Is enim poteſt imagines rerum à memoria revocare ad phantaſiam aut ad ſenſum, atque ita hominum oculos ludificare. Idque non tantùm dæmones poſſunt, verùm etiam angeli boni. Veriſimile enim eſt, illos inſculpſiſſe in phantaſiis prophetarum, ea, quæ Deus voluit revelare; Sed multum intereſt inter angelos bonos & malos. Cùm enim aliquid imprimitur à bonis, lumen naturæ confirmatur. Cùm à malis, turbatur & confunditur. Diſcrimen eſt partim in fine, partim in rebus ipſis. Nam quod ad finem attinet, Angelus bonus homines vult rectè inſtituere; & res proponit puras & caſtas; Mali autem non docent, ſed fallunt, & res objiciunt ludicras, impuras & impudicas. Iſta vidimus contigiſſe in hiſtoria de Saule; Diabolus enim arte ſua revocavit humores à memoria ad phantaſiam & ſenſum, ut incantatricula putaret, ſeipſum videre Samuelem; Saul autem, ut eum ſe putaret audire. Non enim fuit actio illa naturalis, nec aut à temeritate regebatur, aut à caſu. Non enim ratio ulla fuit, cur illi Magæ in imaginatione Samuel magis occurreret, quàm alius quiſpiam. Oportuit eſſe artificem, qui iſta in ejus phantaſia & ſenſibus componeret. Neque verò neceſſe eſt, ut putemus immitti à diabolo aut ab angelo formas recentes & novas: illi enim utuntur præſentibus. Dormientibus nobis occurrunt inſomnia; Ea angeli modò boni, modò mali, jungunt inter ſe & copulant, ut illis poſſit aliquid ſignificari. Nō poſſunt ulla vi efficere, ut cæcus natus aliquid ſomniet de coloribus, aut ſurdus de ſonis; Hujuſmodi enim imagines in illorū animis nullæ ſunt. Sed dubitari poteſt, an cùm dæmones objiciant iſta ſimulachra, nos cogamur de illis cogitare neceſſario. Non coguntur vigilantes. Exercitium enim animi pendet à voluntate. Ea autem non poteſt cogi. Itaque tutiſſimum eſt, ut nos ipſos perpetuò exerceamus aut in Scripturis ſacris, aut in precibus, neque quicquam eſt melius, quàm ut animum aſſiduè revocemus ab humanis rebus ad divinas, ut quemadmodum Hieronymus ait, diabolus, quoties accedit, ſemper nos inveniat occupatos.

Simile.

Gen. 19. 11.
2. Reg. 6. 18.

Ad illudendū utuntur reb. exiſtentib. in natura.

Imagines phantaſiæ aut ſenſui obiiciunt.

Angeli idem faciunt.

Angelorum & dæmonum in hac re diſcrimen.

1. Sam. 28. 13. & 14.

Non obiiciūt novas formas.

An de obiectis formis cogitare cogamur.

29 Illuſionibus maximè valent mulieres vetulæ, quales illę ſunt, apud Horatium Canidia, apud Iuvenalem Gradia. Appellantur à Græcis Empuſæ, Lamiæ, Mormolyciæ, Stryges. De Lamiis ſcribit Duris lib. 2. de rebus Lybicis: fuiſſe Lamiam mulierem formoſiſſimam, & pellicem Iovis. Id Iunonem indignè tuliſſe, & filium, quem ex ea Iupiter ſuſtulerat, occidiſſe, & eam turpiſſimum in modum deformaſſe. Illam autem impatientem tantæ injuriæ primùm cœpiſſe furere, deinde etiam liberos alienos trucidare. Eſſe autem hoc genus mulierum in Lybia in ſinu maris arenoſi: naufragos homines hærentes fortè in Syrtibus, ſtatim ab illis devorari. Hieremias in Threnis cap. 4. ait, Lamias diſcooperuiſſe mammas ſuas: habent enim pulcherrimas. Quanquam Hebraicè habetur *Lilith*: de qua voce Rabbini multa nugātur. De Empuſis, & Lamiis, & Mormolyciis ſcribit Philoſtratus in vita Apollonii Tyanæi. Nam cùm juvenis quidā à muliere pulcherrima & ditiſſima, ut videbatur, invitatus fuiſſet ad matrimonium, & jam ejus amore ita arderet, ut eam omnino vellet uxorem ducere, Apollonius adhibitus ad cœnam nuptialem, ſtatim intellexit fraudem; & hæc, inquit, Μία ἐστὶν τῶν ἐμπουσῶν ἃς μορμολυκείας τε καὶ λαμίας πολλοὶ ἡγοῦνται. Itaque coëgit illam fateri quænam eſſet: & ſtatim omnis ille ſplendor auri argentique collapſus eſt in carbones. Omnes autem ejuſmodi, tam viri quàm mulieres, ſequuntur maximè libidines. Itaque Satyri dicūtur à ſati, hoc eſt, à pudendo membro, & Incubi, & Succubi, & Ephialtes, ab inſiliendo. Quanquam apud Medicos Ephialtes morbus eſt ex cruditate ventriculi, & conturbatione capitis, quo homines videntur

De Lamiis, Empuſis & ſimilibus.

verſ. 3.

Satyri, Ephialtes.

ſibi

ſibi opprimi ingenti pondere, & quodammodo præfocari, eóque appellant, πνίγματα, ἢ πνιγαλίωνα. Sed nos de morbo loquimur. De Incubis, & Succubis multa Auguſtinus de Civit. Dei lib. 8o. Erant gentes quæ origines ſuas ad illos referrent. Et Poëtæ faciūt Deos ſuos laſcivos & petulantes, quique interdum cum hominibus congrederentur. Sagæ autem mulieres & viri malefici, ut iſtos ſpiritus ad ſe invitarent, ſolebant ſe perungere unguento aliquo ſoporifero, deinde ſe conjicere in lectum: ubi ita profunde dormiebant, ut nec aciculis, nec ignibus poſſent expergefieri. Interim diaboli illis ita dormientibus, multa proponebant ludicra convivia, choreas, & omne genus voluptatum. Cúmque tantæ ſint vires dæmonum, quantas antea deſcripſimus, nihil obſtat, quin homines interdum tollere poſſint, atque auferre in nemora, ibique illis hujuſmodi ſpectacula proponere. Nam Simon Magus per aërem volare potuit: Sed ad preces Petri, repente ex alto corruit. Et Cardinalis de Turre Cremata in Decret. 26. quæſt. 5. cap. Epiſcopi, ait utrúmque poſſe fieri. Accidit autem aliquando, ut quidam, qui harum rerum ſtudio impendiò tenebatur, repentè ablatus domo, ſiſteretur in loco amœniſſimo: ubi cùm totam noctem ſpectaſſet choreas, & indulſiſſet epulis, manè cum illa omnia diſparuiſſent, videt ſe hærere in ſpinis, inter denſiſſimas vepres, & quamvis antea viſus ſibi fuiſſet comedere, tamen tum miſer moriebatur fame. Nec tantùm ad libidinem moventur, ſed etiam ad crudelitatem. Specie enim catorum aut canum ingrediuntur in ædes, & occidunt, aut exuunt pueros. Itaque Horatius ait,

Incubi, & Succubi.

Sagæ multa vident in ſomnis, & etiam vigilantes.

Simon Magus.

An pranſæ Lamiæ vivum puerum extrahat alvo.

Poteſt ergo Diabolus vel hominibus profundè dormientibus ita illudere: vel corpus aliquod induere, & iſta efficere. Quanquam nocere non poteſt, niſi quantum Deus permittit. Permittit autem interdum, ob grave peccatum parentum, occidi liberos. Quidam eo crudelitatis adducuntur, ut occidant pueros. Putant enim animas illorum abituras in dæmonas, & ſibi obſequuturas. Ita in Itinerario Clementis legitur, Simonem Magum occidiſſe homines, & illorum animis uſum eſſe pro ſervis. Interdum diaboli oſtendunt ſe tanquam Gigantes, aut magnos quoſdam bellatores. Nec mirum: poſſunt enim fingere ſibi corpora ex aëre, & hominum ſenſibus illudere. Poſſunt excitare tempeſtates, & omnia vaſtare, quod factum legimus in hiſtoria de Iobo. Et in Apocalypſi, poteſtas datur ſpiritibus perdendi ſegetes & arbores. Repreſſi tamen ſunt poſtea, quò minus nocerent. Aiunt Lapones quoſdam in Norvegia magnam habere conſuetudinem cum dæmonibus. Cúmque habeant tres nodos in barba, ſi unum diſſolvant, ſequi magnam tempeſtatem in mari: ſi alterum, fluctus jactari multò adhuc vehementius: ſi tertium, cœlum terráſque miſceri, & certiſſimum impendere naufragium. Auguſtinus de Civit. Dei lib. 18. cap. 8. cùm commemoraſſet fabulam illam, fuiſſe aliquando controverſiam, Palláſne an Neptunus imponeret nomen civitati Athenarum, & cùm viri pro Neptuno, mulieres pro Pallade ſua ſtarent, mulieres uno ſuffragio viciſſe viros: Neptunum iratum impuliſſe undas vehementius, & magnam partem Agri Attici ſubmerſiſſe: hæc inquam, cum commemoraſſet, addidit diabolum potuiſſe ita facere. Poſſe enim eum modò incitare fluctus, modò reprimere. Infinitum eſſet, ſi vellem omnia enumerare. Satis ſit ita ſtrictim genera ipſa attigiſſe.

Quatenus nocere poſſint.

Excitant tempeſtates. Iob. 1. Apoc. 8. 7.

Lapones.

Attici Agri pars ſubmerſa.

An liceat conſulere Diabolum, & eius opera uti.

30 Nunc videndum eſt id, quod tertio loco propoſuimus, An liceat conſulere dæmonas, aut illorum uti opera. Primùm quidem videtur licere: Deus enim utitur opera diabolorum; Cur ergo nobis non liceat? Et Paulus tradidit homines Satanæ: Licet ergo nobis uti miniſterio dæmonum. Hic adhibenda eſt diſtinctio. Vtimur enim dæmonibus, aut ex authoritate & præcepto, ut cùm illis aliquid imperamus nomine Dei: aut ex commercio, ſocietate, pacto, obſequio, precibus. Deus imperat diabolis; & Chriſtus atque Apoſtoli juſſerunt, ut exirent è corporib. obſeſſis. Ex pacto autem aliquo & commercio, aliquid ab illis exigere aut expectare non licet: Eſt enim idololatria. Nam diabolus nihil aliud quærit, quàm ut nos abducat à Deo, ad cultum ſuum. Hanc etiam accedunt ritus, ceremoniæ, ſacrificia. Hoc pacto, à Deo deficitur ad diabolum: Deinde qui ita faciunt, peccāt in ſeipſos. Nunquam enim legimus, harum artium exitū fuiſſe bonū: cujus rei miſer Saul nobis exemplo & documento eſſe poteſt. Fingit quidem diabolus ſeſe cogi, & lapillis aut annulis alligari. Sed eſt ea voluntaria tantùm, & inſidioſa coactio. Fingit ſe velle alium dæmonem ejicere: Sed nihil eſt. Dæmones enim tantùm inter ſe colludunt, ut homines decipiant. Nemo noſtrûm res ſuas mandaret homini, quem ſciret eſſe fraudulentum & perfidum. Diabolus autem non tantùm eſt mendax, ſed etiam pater mendacii. Erant quidem Exorciſmi in Eccleſia: de quibus mentionem faciunt Irenæus, Tertullianus, Auguſtinus, Euſebius. Sed ea tum erant χαρίσματα: & durabant ad tempus: nunc ablata ſunt. At Hebræi habebant Exorciſtas: & Salomon ſcripſit Exorciſmos. Scio Ioſephum in 8. lib. Antiquit. ſcribere, Salomonem ita feciſſe ad pellendos dęmones, & ad tuendam hominum ſalutem. Modum etiam deſcribit, quo iſta oportuerit fieri: Sub pala annuli fuiſſe radiculam, eam admotam ad nares hominis obſeſſi à dęmone, ſtatim eum exegiſſe. Sed hoc adſcribit, Salomonem preces etiam quaſdam & ſacra nomina adjeciſſe. Et Eleazarum quendam peritum harum rerum, ſpecimen artis ſuæ coram Veſpaſiano & ejus filiis, Tito & Domitiano exhibuiſſe: & juſſu Veſpaſiani effeciſſe, ut ſpiritus exiens ex homine, pollubrum plenum aquæ in medio poſitum everteret. Atq; iſta ſe ait omnia vidiſſe. Hiſtoriam equidem negare non auſim. Alterutrum tamen horum reſpondendum arbitror: vel Deum voluiſſe populum Iudaicum ad tēpus afficere hujuſmodi beneficio: quod tamen non legimus, vel Salomonem iſta feciſſe, cùm jam defeciſſet à vero Deo, & colere cœpiſſet Deos gentium. Fuiſſe quidem Exorciſtas uſq; ad tempora Apoſtolorum, apparet ex hiſtoria illa, quę eſt in Actis de filiis Scevæ. Adhiberi tamen non debent Exorciſmi, niſi ab illis, qui certi ſint, ſe præditos eſſe illo chariſmate. Sunt tamen quidam qui nomen habent abſq; chariſmate, hi adhibent invocationes per nomina, merita, reliquias ſanctorū: id enim quærit diabolus, ut populum irretiat ſuperſtitionibus. Videntur quidē diaboli capi rebus externis, ut herbis, lapillis, ſuffitibus: Non tamen ita capiuntur, ut animalia deſiderio cibi, ſed tanquam ſigillis quibuſdam & ſacramentis. Itaq; vocati præſtò ſunt: ne non videantur ſtare pactis. Omnino volūt imitari Deum. Nā lapilli & radiculę, nullam vim habent ad alliciendos dæmones. Quemadmodum ergo Deus non vi aliqua ſacramentorum nobis cōdonat peccata, ſed tantùm ex pacto & promiſſione: ita diabolus videri vult agere cum ſuis, ut illis exhibeat ſe præſentem, non ex dignitate rerum, quæ ab illis offeruntur, ſed tātùm ex promiſſo & pacto. Miſerè autem illudit hominibus ſimplicibus & fatuis. Nam qui jactāt, ſe habere dæmones amatores, poſtquam vocantur in judicium, & condemnātur capitis, nō poſſunt ab illis liberari ab ultimo ſupplicio: Obſequuntur quidem illi interdum ſuis: ſed ad res turpes, adulteria, furta, cædes. Nunquam inſtigant ad bonum. Sunt enim Satanæ, hoc eſt, adverſarii Dei. Volunt intercedere conventa & pacta: quæ eſſe non poſſunt niſi contra Deum.

Diſtinctio.

1. Cor. 5. 5.

Mat. 17. 18. Act. 16. 18.

Quomodo & cur non liceat uti opera dæmonum.

1. Sa. 28. 12.

De Exorciſmis. Vide Claſ. 4. Cap. 9. Sect. 7.

Salomonis exorciſmi.

Act. 19. 13.

Quomodo ſatan capiatur rebus externis.

Illudunt hominibus.

31 Sed Scholaſtici dubitant, an liceat uti excantatione ad tollenda maleficia. Et in univerſum reſpōdent, non licere: Tamen ſi ſciamus, pacta illa cōſtare plumis, aut radicibus, aut lapillis, & ea poſſimus invenire, aiunt licere ea tollere & comminuere: Alioqui excātatio excātatione tollēda nō eſt. Neq; enim faciendum eſt malum, ut eveniat bonū. Quemadmodū autem non liceat, ſupra oſtendimus. Et Eſaias 8. c. ait, non interrogandos mortuos: ſed ad Legem potius & ad teſtimonium revertendum eſſe. Et Chriſtus ait, neminem poſſe duobus dominis ſervire. Et Paulus, Non eſt conventus luci ad tenebras, nec Deo cū Beliale. Et Elias, non eſſe quærendum Beelzebub

An liceat uti excantatione ad tollenda maleficia. Rom. 3. 8.

verſ. 19.

Matt. 6. 24. 2. Cor. 6. 14. 2. Reg. 1. 3.

Digitized by Google

A deum Accaron, cùm ſit Deus in Iſraele. Adhæc, leges civiles, canones, concilia, iſta graviſſimis verbis prohibuerũt. Et Apuleius cùm vocatus eſſet in jus, quòd Magus eſſe diceretur, ita egit cauſam ſuam, vt ſeſe prorſus negaret eſſe Magum: Nam alioqui non potuiſſet ſe defendere. Auguſtinus de Divinatione dæmonum 8. cap. ait malos dæmones nunquam auſos fuiſſe negare, Deum Iſrael eſſe verum Deum, aut Chriſtum eſſe filium Dei: At contra Chriſtus, Pro- B phetæ, Apoſtoli eos negant eſſe deos, ſed omnibus modis cavendos eſſe. Veri ergo inquit auſcultamus? Illis qui negare non poſſunt Deum eſſe verum Deũ: an Deo potius qui eos monet eſſe fugiendos? Quare cùm & Sacræ literæ, & leges bonæ, & eventus ipſi, omne genus incantationis prohibeant & damnent, exiſtimare debemus, id homini Chriſtiano non licere.

In Iudicum 9. initio.

31 Notabimus poſtremò, verum Deum explodere ſolere commentitios. Vnde ſtatim cùm eſſet C natus Chriſtus, omnia deorum oracula conticuerũt, quæ antea fuerant celeberrima. Etenim cùm lux ipſa qui Chriſtus eſt, veniſſet in mundum, tenebrę neceſſe fuit ut evaneſcerent. Et Plutarchus alioqui ſcriptor doctiſſimus, quærendo cauſam, cur ætate ſua oracula deſierint, cùm multa comminiſcatur, nihil ad rem dicit. Primùm inquit, aliquos opinari dęmones, qui reddebant oracula, longæ quidem eſſe vitę: mortales attamen, & ut refert, quod perhibent, magnum Deum Pana obiiſſe. Quare cùm dæmones jam interierint per ætatem, non eſſe qui amplius fundant D oracula. Addit alios eſſe, qui opinentur, divinos illos ſacerdotes, à quibus reſponſa dabantur, exhalationibus quibuſdam proficiſcentibus ex antris & puteis fuiſſe afflatos, & cùm illæ non potuerint eſſe perpetuæ, deſiiſſe tandem & unà cum illis extincta eſſe vaticinia. Addit præterea, ſitui aſtrorum hæc ab aliis aſſignari, qui cùm præterierit, hæc etiam ſecũ abſtuliſſe. Tradit etiam quædam alia horum conſimilia, ſed rationem minime reddit, cur omnia uno tempore obmutuerint: & ita obmutuerint, ut ne unum quidẽ E ſuperſit. Si exhalationes in eodem loco nõ ſunt perpetuę, cur non erumpunt in alio? Et aſtrorum ſitus cùm tranſierint, ſolent iidem redire: qui ſi revertuntur, cur eadem oracula non redeunt? Et ſi dæmones, ut ſtatuunt, denique moriuntur, quare alii aliis non ſuccedunt? Eſt igitur hujus eventi alia cauſa, quam Plutarchus videre non potuit, nimirum adverſarias poteſtates à Chriſto frænatas, & idcirco ab ejus adventu omnes obticuiſſe, atque ita Iovi, Apollini, Dianæ, ac Æſculapio ſilentium eſſe impoſitum, F quod futurum prophetæ multò antea prædixerunt: quod etiam hodie videmus in regionibus amplectentibus Evangelium evenire, ubi non tantùm idololatriæ, verùm divinationes & ficta miracula ſtatim faceſſunt.

Cauſæ quare oracula ceſſarint à Plutarcho allatæ.

Mich. 5. 12.

CAPVT X.

De bona intentione, zelo, præſcriptione & conſuetudine, quę omnia ſolent ſuperſtitioſi verbo opponere.

De bona intentione ex Iud. 8. v. 27. Wide in 2. Sam. 6. v. 6. & Lib. de votis Baſil. Exc. p. 247. & 265.

QVOAD ſignificationem vocis, Intentio ſignificat motum animi, quo per aliquod medium in finẽ G tenditur, ut ſi quis per largitiones vel per obſequia ſtudeat ad aliquos honores pervenire. Rerũ quippe natura ita ſeſe habet, ut multa inter ſeſe ita ſint connexa, ut per unum ad aliud fiat gradus. Pharmacis enim & potionibus itur ad ſanitatem: per ſtudia, lectiones, & præceptores ad ſapientiam. Quamobrem H voluntatis actus eſt intentio: nam illius eſt movere ac incitare animum. Cùm autem voluntas non prius percipiat quod cupit, quàm ipſi notitia eius pręluceat, non movet neque impellit animum ante notitiam, quæ in facultate intelligente viget. Ea & finem, & illa quæ eo conducunt, habet perſpecta & voluntati ſubminiſtrat. Proinde intentio ad finem incitat, velut ad terminum, per ea quæ in ipſum diriguntur. Sit ejus definitio: Voluntas tendens in finem per aliqua media: Voluntas, quæ genus ejus ponitur actus I eſt facultatis volentis. Differentia ex objecto deducitur, nimirum ex fine, ac iis quæ in eum ordinantur:

Definitio intentionis.

ut in hiſtoria Iudicum quo ad Gideonem, intentio fuit, motus voluntatis ejus ad memoriam victoriæ collatæ conſervandam per Ephod à ſe confictum. Voluntate igitur, & finem & medium unà comprehendebat. Diſtinguitur vero intentio tum in bonam tum in malam. Et ad bonam quidem intentionem, id primùm exigitur, ut ipſa finis, res juſta & bona ſit: quę tamen haud ſatis eſt: nam ſi quis furaretur ut eleemoſynam daret, is proculdubio rem bonam ſibi ob oculos proponeret, ſed quia medium pravum eſt, idcirco intentio bona dici non poteſt. Si autem finis & illicita & prava fuerit, ipſa quoq; intentio erit mala. Vt itaque bona ſit, & finem & media oportet adhibere honeſta & recta. Quædam tamen ſua natura ita mala ſunt, ut nunquam illis rectè poſſimus uti: Vt, furtum, perjurium, adulteria, & cõſimilia. Quamobrem Apoſtoli regulam firmam eſſe oportet, ut nunquam mala faciamus, quò bona conſequantur: Idcirco mala erit intentio biſariam, id eſt, vel finis, vel mediorum pravitate. Recta verò nunquam erit, niſi tam finis, quàm medium bona fuerint. Hucuſque Philoſophi & Scholaſtici Theologi nobis conſentiunt. Nunc videndum eſt, quo pacto à nobis diſcrepent.

Iud. 8. 24.

Eſt intentio bona & mala.

Vide in Rom. 2. ver. 21. & 3. verſ. 8.

Rom. 3. 8.

Mala intentio duplex.

2 Philoſophi juſtitiam finis & mediorum, ab humana ratione ſeu intelligentia naturali pendere arbitrantur, quaſi ad juſta & injuſta internoſcenda ea ſufficiat: id verò nos inficiamur, & omnino fidem ac verbum Dei, ut certas regulas exigimus, quod Auguſtinus in pleriſque locis teſtatur, & præſertim in Pſalmo trigeſimo primo, ubi ait: Ne opera tua bona computes ante fidem, quæ nihil aliud ſunt, quàm (ut mihi videtur) magnæ vires, atque celerrimus curſus extra viam, quique ſic properat, ad præcipitium currit: bonam itaque actionem facit bona intentio, intentionem verò fides dirigit. Itaque videndum eſt, cùm aliquod opus inſtituimus, ut noſtrum cor ſpectet ex fide, quò ſuos conatus dirigat. Theologi Scholaſtici facilè dabunt fidem regere intentionem, atque illam bonam reddere. Verùm ab eis nos tribus de cauſis diſcrepamus. Primùm, quòd fidem à verbo Dei tantùm pendere ſtatuimus: illi autem, inniti eam volunt & Patribus & Conciliis: id autem minimè poteſt illis dari, quandoquidem oportet fidem eſſe conſtantem, & errore prorſus carere: quæ duo in Patribus & Conciliis minimè reperiuntur, quoniam ſibi mutuò contradicunt. Pugnant Patres perſæpe cum Patribus, & Concilia Conciliis adverſantur: & rari ſunt Patres, imò propemodum nulli, qui non ſint, & quidem in graviſſimis rebus aliquando hallucinati, & Concilia permulta emendatione opus habuerunt. Nónne Scriptura diſertis verbis teſtatur, omnes homines eſſe mendaces? Alterum, in quo non poſſumus aſſentiri Scholaſticis eſt, quod per bonam intentionem ſtatuunt opera noſtra fieri meritoria, & quidem æternæ vitæ. Quod ut à vero ſit alienum, docere poteſt natura meriti: de qua non eſt animus in præſentia dicere. Tertio à Scholaſticis diſcedimus, quod ſtatuant habituali (ut loquuntur) bona intentione, opus bonum reddi, hoc eſt, abſque bono motu cordis factum. Fingunt actiones noſtras Deo placere, ut preces, lectionem Pſalmorum, Eleemoſynas, tametſi de Deo nihil actu cogitemus: & ſatis eſſe arbitrãtur habitualẽ intentionẽ, quam in eo collocãt: ut ſi eum interroges, qui hæc operatur, cur ſic faciat, ſit paratus reſpondere, ad gloriam Dei, præſertim cùm in agendo non habuerit contrariam mentem ſeu repugnantem voluntatem. Hoc porrò dare illis minimè poſſumus, cùm in iſta negligentia, qua in operando de Deo & gloria ejus non cogitamus, Dei mandatum violetur, quod toto corde, tota anima, totis viribus, Deum nos jubet diligere. Quamobrem ſuademus potius, ut peccatum hic agnoſcatur, quàm bonum opus prædicetur.

Ad bonam intentionem duo requirũtur, finis & media.

Auguſt. Simile.

Intentionem fides dirigit.

1 Fides non poteſt inniti Patribus, Conciliis.

2 Intentione opera non fieri meritoria.

3 Habitualis intentio Scholaſticorum.

3 Quia verò ſenſerunt nonnihil abſurdi habere ſua dicta, ſubjecerunt: Modò in ipſius operis initio, de Deo & gloria ejus aliquid cogitetur, ita ut eò dirigatur, quod inſtituitur. At nemo ambigit, opus eſſe, ut bono initio auſpicemur quæ facimus: at deinde, ſi bene incœpta, fides nõ comitetur, & dũ operamur, Deũ & gloriã ejus non ſpectemus, peccatum omnino incurrimus, quod minimè oportuit diſſimulare.

Adhæc,

A Adhæc, ſi ut debemus, & ut Lex exigit operaremur, adhuc ſervi ut Chriſtus ait, eſſemus inutiles: tantùm abeſt, ut merita nobis poſſimus arrogare. Dum itaque deſiſtimus à cogitationibus, de honore ac gloria Dei, labimur: nec lapſus hujuſmodi ſunt diſſimulandi, ſed potius deprecandi, cū ſua natura peccata ſint, quamvis credentibus, ad mortem propter Chriſtum non imputantur. Adhibeatur igitur noſtris operibus intentio bona, ſed fide ornata, eámque non habitu, ſed actu præſtemus. Quare Dominus in Evangelio Matthæi cap. 6. dixit: Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus. Et ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus lucidum erit: Sin verò lumen quod in te eſt, tenebræ fuerint, tenebræ quantæ erunt? Hæc Auguſtinus in quæſtionibus Evangeliorum lib. 2. quæſt. 15. Et contra Iulianum lib. 4. cap. 20. de bona Intentione judicat intelligenda. Et conſimiliter ſcribit 10. tomo, Sermo. 2. ubi locum tractat, ne faciamus juſtitiam coram hominibus, ut ab eis videamur. Intentio perpetuò inquit, ad gloriam Dei habenda eſt: voluntas autem innoteſcendi hominibus deponenda, niſi quantum ad honorem Dei pertinere viſum fuerit. Eò etiam ſpectat quod à Chriſto dicebatur: Non poſſe arborem bonam malos fructus facere, neque malam bonos: quandoquidem arbor intentionem ſignificat. Quamobrem Gideonis factum ex bona intentione, ſi vera ſint quæ docuimus, excuſari non poteſt, cùm illam fides non gubernarit.

Luc. 17. 10.

Non ſufficit fides in habitu: ſed actu quoque credendum eſt.

Matth. 6. 22.

Matth. 7. 18.

B C

4 Iam verò ut explicemus quid ſit zelus, ejus etymum prius conſiderabimus. Eſt vox Græca ζῆλος ἀπὸ τοῦ ζέειν. Significat autem iſtud verbum diligere, ſed vehementer, ita ut dilectionem ſequatur admiratio: admirationem, imitatio, atque dolor, ſi re amata potiri non detur, vel ſi admittantur alij in conſortium. Hæc eſt propria vocis ſignificatio. Sic ergo rem definire poſſumus. Et ſanè zelus affectio, quæ in parte animi conſiſtit concupiſcenti, ad quam ſequitur ob vehementiam dolor, cùm ex conſortio aliorum, tum ex defectu rei quæ deſideratur. At non ſimplex ejus ratio: Eſt enim quidam zelus bonus, quidam verò malus. De bono loquutus eſt Paulus, cùm diceret: Æmulor vos Dei æmulatione, deſpondi enim vos in uno viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Item ad Corinthios priori: Æmulamini chariſmata meliora. Ipſe quoque Deus perfectiſſimo zelo erga nos afficitur, ut Scriptura ſæpius docet, quamvis ei affectus propriè tribui non poſſunt. De zelo autem pravo, ad Galatas ita Paulus inquit, Pſeudoapoſtolos zelo eos proſequi, ut in eorum carne gloriarentur, utque eos abducerent à Chriſto in ſervitutem Legis. Et in pleriſque aliis locis fit ejus mentio. Cauſa autem propter quam zelus vel bonus vel malus oriatur, ſic aſſignari poteſt. Eſt par ratio in hac affectione quæ & in aliis. Vnde quemadmodum audacia, cupiditas, ira, tantiſper bona ſunt vel mala, quoad intra certos fines ſeſe continent à prudentia præſcriptos, vel illos egrediuntur: ita in zelo accidit. Sed ſciendum juxta moralem doctrinam, prudentiam ex naturali uſu ſeu diſciplina provenire, ſed ea, re vera, ut huc ſpectat, non poteſt colligi, niſi afflatu Spiritus è divinis Scripturis. Zelus ergo tum bonus erit, quando juſta & pia notitia per fidem frænabitur: malus autem, ſi notitia hujuſcemodi non cohibeatur, quemadmodum navis præſente gubernatore ſervatur, eo autem abſente mergitur. Ideo Paulus ad Romanos loquutus eſt prudentiſſimè: nam cùm Iudæorum zelum damnaret, ſcientiam ei ſubtraxit, & uno verbo quod poterat eſſe virtus eximia, ut vitium & quidem periculoſum, notavit. Vt verò eſt diſcrimen ingens inter bonum & malum zelum, ita effecta quæ utrinque derivantur, maximè ſunt diverſa. Bono zelo accenſus eſt Chriſtus, quando templum repurgavit à mercatoribus, eorum menſas & cathedras evertendo. Eodem Phinees adductus, fœdiſſimè ſcortantes confudit. Quid è diverſo malus efficiat, in Paulo videre poſſumus, qui propter zelum Eccleſiam Chriſti perſequebatur. Et in Ioanne ſcribitur, tempus fore, quando arbitrabuntur ſe obſequium præſtare Deo, qui Chriſti fideles affligent. Petrus etiam immoderato zelo accenſus gladium eduxit, ut eos cæderet, qui manus injecerant in Chriſtum. Eſt & alia differentia. Malus zelus o-

De Zelo in Rom. 10. v. 3.

Quid ſignificet zelus.

Definitio zeli.

Zelus bonus & malus.

Vide in 2. Sam. 21. 1.

2. Cor. 11. 2.

1. Cor. 14. 1.

Gal. 4. 17.

Cauſa boni & mali zeli.

Simile.

Rom. 10. 2.

Effecta boni & mali zeli.

Ioan. 2. 16.

Num. 25. 7.

Phil. 3. 6.

Ioan. 16. 2.

Ioan. 18. 10.

D E F G H I

dium parit, bonus verò maximè conjunctam habet charitatem. Samuel enim licet magno ſtudio Deum coleret, Saulem tamen diutius luxit. Et zelo pravo nihil magis adverſatur, quàm charitas: veluti bono repugnat præcipuè φιλαυτία. Contrario etiam affectu illi tenentur, qui vel adeò ſtupidi ſunt, ut nullo ſtudio bonarum rerum incitentur, vel tam corrupti, ut de flagitiis & ſceleribus non vereantur gloriari.

1. Sam. 16. 1.

5 Vnde admirandi ſunt Nicodemi noſtrorum temporum, quod objiciant hiſtoriam Elizæi & Naaman Syri ad probandum ſibi licere, modò in animo rectè ſentiant, ſuperſtitionibus impiis intereſſe. Quum Naaman Syrus, quanquam recens eſſet converſus, intellexerit id eſſe peccatum, & quia adhuc non eò profecerat, ut ſua commoda poſſet abjicere, petiit à propheta, ut pro ſe oraret: quod indicat eum ſenſiſſe, hujuſmodi peccato remiſſione opus eſſe. Concludemus igitur zelum illum Iudæorum, cui Apoſtolus fert teſtimonium, verè fuiſſe peccatum: & quamvis habeat ſpeciem virtutis, ab ea tamen plurimum diſtare. Quoniam ut patet ex philoſophia morali, virtutes & vitia, quoad materiam circa quam verſantur, idem ſunt, ſed forma plurimùm diſtant, ut fortitudo & timor, temperantia & intemperantia, juſtitia & injuſtitia. Iidem quippe affectus, cùm fuerint juſta ratione ad mediocritatem cohibiti, cúmque vel ex vitio defecerint aut redundarint, materia non differunt: quamvis habitus qui ſunt circa eos longiſſimè diſtent. Et quod Philoſophi aiunt de virtutibus & ratione recta, nos ad Spiritum ſanctum, & fidem Scripturis adhibitam transferre debemus, & licet in zelo bono & malo affectus idem ſint, nihilominus eſt diverſiſſimus, cùm vera ſcientia regitur & fide, à ſeipſo cùm illa deſtituitur. Veluti maris aqua & pluvia, quamvis materia humoris conveniunt, permultis attamē proprietatibus & differentiis ſecernuntur. Hæc ideo ſunt allata, ut illi confutentur qui ſæpe actiones pravas defendunt, ex bono conſilio, propoſito, vel ut dicunt intentione, quaſi zelus quivis ſufficiat ad bonum opus reddendum. Quorum ſententia ſi vera eſſet, Iudæi facile excuſarentur, quod Chriſtum occiderint, & Apoſtolos afflixerint. Nam credebant his rationibus Legem Dei & patrias ceremonias tueri. Verùm Apoſtolus aliter dicit, zelum illis tribuendo, ſed eum errore conjunctum: & error cum circum credenda contingit, peccatum eſt exitiale. Videant igitur quid ſint dicturi, qui opera præparatoria propugnant. Certè hi nihil aliud volunt, quā homines ante juſtificationem, licet abſolutè non bene agant, tamen recto quodam propoſito & zelo, de Congruo promereri gratiam. Opera ejuſmodi, cùm vera notitia quæ fides eſt, careant, relinquitur ut ſint zelus de quo loquitur Apoſtolus. Non inficiamur Deum quandoque abuti noſtris pravis operibus hujus generis, ut per illa tandem ad juſtificationem nos perducat: Verum quod nos ipſi propterea juſtificationem mereamur: à vero eſt alienum. Quin ſæpe fit ut hujuſmodi opera, magnopere obſtent ſaluti. Philoſophi enim & Phariſæi ſplendidis his actionibus ebrij ac ſaturi nimium efferebantur. Atq; cùm ſibi mirificè placerent, in illis conquieſcebant non annitentes ad verum juſtitiæ gradum aſcendere. Monemur ergo Pauli doctrina, ut non ſtatim cedamus zelo, excutiendus eſt primum & diligenter examinandus, quia ſub ſpecioſa ejus imagine, ſæpe maxima latet impietas, ut in Iudæis, qui Chriſtum occiderunt & Apoſtolos perſequuti ſunt, apparet.

In Rom. 10.

2. Reg. 5.

Exemplum Naaman.

Virtutes & vitia idem ſunt quoad materiam.

Simile.

Intentiones bonæ.

Deus peccatis noſtris abutitur ubi nos ad juſtificationem deducat.

Virtutes morales obſtant ſæpe ſaluti.

6 Suppeditat etiam Apoſtolus regulam, qua zelum noſtrum valeamus explorare. Illa verò eſt hujuſmodi, ut videamus an velimus Deo ſubjici: An pati poſſimus ut omnia Deo tranſcribantur, & nihil nobis ipſis arrogemus, quemadmodum vera Dei notitia requirit. Permulti hodie ſunt qui veluti quodam zelo, ſtatuarum cultum, peregrinationes & alia ſuperſtitioſa volunt defendere: quibus cùm manifeſtè monſtraveris hæc verbo Dei adverſari, nolunt illi ſubjici, ſed ſtatim confugiunt ad majorum conſuetudinem & ad præſidia humanarum traditionum. Sunt item qui zelo moventur ad cœlibatum miniſtrorum eccleſiæ tuendum: quibus cùm oſtenderis conjugalem thorum debere immaculatum eſſe in omnibus, ut dicitur ad Hebræos, &, ut habetur ad

Hebr. 13. 4.

Digitized by Google

1.Cor.7.

Corinthios, melius eſſe nubere quàm uri: Qui non continent nubant: Quiſque ſuam habeat, & quæq; ſuum propter fornicationem. Notitiæ iſti divinarum Legum nolunt ſubjici, ſed Patres, Concilia & humana inventa proferunt. Vnde apparet quid judicandum ſit de hoc eorum zelo. Malus eſt & ſolum philautiæ innititur, ſtudet propriis & divina minimè curat. Tales monachi ſunt qui ſua inſtituta, regulas & opera omnibus præferunt, quæ communiter aguntur à Chriſtianis, & ſibi, alios contemnendo maximopere placent. Hoc etiam cæco zelo paſſim miſera plebs laborat, cui ſuccurrere debent paſtores & concionatores, detegendo ſcientiæ defectum & proponendo veram notitiam ſcripturarum, atque id ex ἀγάπῃ & miſericordia verè Chriſtiana, qua tangi omnino debent. In tanta eccleſiarum diſſipatione, quæ à nullo ſatis dignè deplorari poteſt, Hieremia opus eſſet ad eccleſiæ lugendas calamitates, & ex hac miſericordia progrediendum eſſet ad preces, ut Paulus ſe feciſſe dicit, & implorando auxilium Dei, deberemus ibi apud Deum commemorare quod apud Paulum habetur, Zelum Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam. Quod idem Servator noſter in

Luc.23.34.

cruce præſtitit cùm oraret, Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt. Deinde quum delectamur bonis operibus moralibus hominum adhuc non regeneratorum, & dolemus ea non fieri ut fieri oporteret, ita colligamus: Si iſti Deo diſplicent & damnantur qui tamen bona intentione (ut loquuntur) hæc tam honeſta gerunt cùm vera notitia careant, Quid tandem fiet de nobis qui ſcientia præditi turpiter vivimus, vel ipſa conſcientia reclamante? Illi zelum prætexere valent, at nos miſeri cùm profitemur Evangelium quid excuſabimus? Non tamen prætereundum quod Iudæi de quibus loquitur Apoſtolus, zelum Dei ſi propriè loquamur non habuerunt, quia nullus unquam fuit aut erit verus Deus qui Legem Moſaicam voluerit adverſus Chriſtum & ejus Evangelium defendi: Abutebantur igitur Dei nomine cùm non ipſum, verum potius opiniones

Turcæ Deum ignorant.

ſuas defenderent. Quemadmodum etiam Turcæ tametſi iactant ſe verum Deum colere & inuocare: mentiuntur tamen quia nuſquam Deus extat: qui non habeat ſibi conſubſtantialem filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, atque Spiritum ſanctum: quæ cùm illi auferant à Deo quem colunt, ſuum figmentum pro Deo habent, & pro eo, non pro vero Deo pugnant & æmulantur. Loquutus eſt verò Paulus iuxta receptam conſuetudinem ſcripturarum quę ſæpe res nominat non prout ſunt, ſed quemadmodum videntur eſſe. Cùm itaque iſti ſe veri Dei ſtudio moveri arbitrarentur, nec alia de cauſa æmulationes iſtas ſuſciperent, niſi quia putabant eas Deo gratas: propterea Paulus dicit, illos zelum Dei habuiſſe, cùm tamen deciperentur. Nam ſi veri Dei zelo flagraſſent, nunquam Chriſto reſtitiſſent: Vnde apud Ioannem pulchrè Dominus ait his qui iactabant Moyſi velle credere, Si Moyſi crederetis, & mihi

Ioan.5.46.

crederetis. Quamobrem Chryſoſtomus prudenter annotauit, gratificatum quidem fuiſſe Paulum Iudæis: Cæterùm illud verbotenus tantùm.

De Præſcriptione & Conſuetudine.

In Iud 11.12.
Ius præſcriptionis, quare ſit inductum.

7 Ex hiſtoria Iudicum elicimus, præſcriptionis ius non eſſe novum, ſed à Deo ipſo inſitum animis hominum: Quare autem repertum ſit, paucis dicam. Fieri poteſt, vt quiſpiam rem alienam per errorem poſſideat. Exempli cauſa. Hæres aliquis, defuncto ſuccedit, & inter ejus bona nonnulla repetit ab eo, cùm viveret vſurpata, vel in pignore accepta: quod ille ignorans, omnia ea bona fide poſſidet. Atque ita ignarus & inſcius, alienam rem vt ſuam obtinet. Quid igitur? nunquamne acquiret hæres, juſtum ejus rei dominium? Si verus dominus rem ſuam nunquam repetat, debet ignoratio hæredi fraudi eſſe in perpetuum, vt nunquam poſſit eam rem poſſidere tamquam ſuam? Porro ſi dominus illam nunquam repetat, tardæ ac ignauæ negligentiæ ipſius id eſt aſcribendum.

Iud.11.19.

Quare in odium eiuſmodi ſocordiæ, in fauorem bonę fidei, & poſtremò propter publicam pacem repertum eſt ius præſcriptionis. Eo Iiphtah vtitur adverſus

A Ammonitas. Nos poſſedimus, inquit, annos trecentos hanc terram: Quid ergo tu adverſum nos tumultuaris, & nobis negotium faceſſis? Niſi tempus aliquod ſtatueretur, intra quod repeti res poſſent & non ultra, dominia rerum omnium eſſent incerta: id autem à rebus humanis vehementer abhorret. Propterea huic malo ſubventum eſt jure præſcriptionis. Definitur autem in ff. de Vſucapionibus l.3. quòd ſit additio dominii per continuationem poſſeſſionis tempore à lege definito.

Definitio præſcriptionis.

B Plana eſt & perſpicua deſcriptio. Præſcriptionem verò hodie ab Vſucapione diſcernunt, cùm tamen in ff. & apud veteres Iuriſperitos non diſtinguerentur. Antonini Pii temporibus (ſi ſatis memini) hæc primùm diſtingui cœperunt, ita vt Vſucapio in rebus mobilibus, Præſcriptio in immobilibus locum haberet. Sed hæc obiter: In Iudicum verò Hiſtoria id attendendum eſt, Iiphtam argumenta prudenter diſtribuiſſe: non enim primo loco jus præſcriptionis adhibuit, ſed ante omnia jus belli objecit,

Quod inter præſcriptionē & uſucapionē ſit diſcrimen.

C poſtea Dei veri donationem: & cauſa ita confirmata, jure præſcriptionis ad extremum uſus eſt. Id autem ea cauſa facit, quoniam poſſeſſio continuata ſeorſim ac ſola non præſcribit, ſed ei opus eſt bono titulo, & bona fide. Bonus titulus eſt, vt ordine recto & laudabili modo, ad rem aliquam perveniatur. Nam qui furto, aut rapina quippiam ceperit, quantumuis diu id poſſederit, non præſcribit: At ſi & titulus bonus eſt & bona fides, & continuatio temporis acceſſerit, præſcriptio bene conſtat. Si vel emptione, vel do-

Quæ requiruntur ad jus præſcriptionis.

D natione, vel hereditate, aut modis conſimilibus, quippiam adepti ſumus, bonus eſt titulus: ſed præterea opus eſt bona fide, qua ſimus nobis conſcij, quod jus alicujus non intervertatur, nec ſciamus aliquid eſſe, quod nobis juſtis rationibus obſiſtat. Proinde Iiphtáh bonum titulum habet, jus belli, & donationem Dei. Poſſidet item bona fide, quia neque fraudis, neque rapinæ conſcius eſt: Ergo præſcriptionis jure bene vtitur. Tempus autem præſcriptionis in rebus mobilibus, quoad noſtra jura civilia triennium eſt: in

De tempore præſcriptionis.

E rebus autem immobilibus, decem aut viginti annorum, ſi non intervenerit ignoratio. Nam ſi dominus rem ſuam eſſe ſciverit, quæ ab alio poſſidetur, & tacuerit tam diu, non poteſt eam deinde repetere. Et lex videtur juſtè hujuſmodi negligentiam punire: Sin verò dominus ignoraverit, tempus longius producitur, nimirum ad triginta vel quadraginta annos. Hoc autem fit, quando ignoratio intervenit, & ſibi non alteri poſſidetur: alioqui non præſcribitur. Hoc tamen obiter ſciendum eſt, Eccleſiaſticos canones, quo

F ad præſcriptionem diſſentire à legibus civilibus. Nam illi, ut diximus, triginta annos conſtituunt, etiam ſi poſſeſſor fuerit malæ fidei. Nam decernunt, malam fidem præſcriptionem non impedire. At ut in 6. habetur de Regula Iuris, cap. Poſſeſſor, Poſſeſſor malæ fidei nulla temporis longinquitate præſcribit. Verbum quippe Dei ſpectare oportet, & qua conſcientia quiſpiam aliquid poſſideat.

8 Nunc arbitror quædam eſſe dicenda, ſed paucis, de Conſuetudine, quoniam ea cum Præſcriptione

G magnam affinitatem habet: & quoniam aduerſarii noſtri magnos tumultus ob eam mouent, & nos conſuetudinibus prorſus volunt opprimere: Vt habetur Extra. de Conſuet. cap. ultimo, oportet eam conſentaneam eſſe rationi, & legitimè præſcriptam. Leges civiles conſuetudini decē & viginti annos aſſignant: Canones, triginta vel quadraginta. Sed firmiſſima conſuetudo ea eſt, cujus initij memoria inter homines non extat. Et illud firmum eſſe oportet: Quæ pugnant cum verbo Dei, nullo modo præſcribere.

Quæ ſit firma conſuetudo.
Conſuetudo contra verbū Dei nō valet.

H Quamobrem, quod Papiſtæ tradunt, Euchariſtiam ſub una ſpecie datam à quadringentis vel quingentis annis: quoniam id apertè verbo Dei adverſatur, non poſſunt convincere conſuetudine præſcriptum. Ejuſmodi enim res non eſt, ut ita dixerim, præſcriptibilis. Qua eadem ratione non poſſunt conſuetudinem de Cœlibatu miniſtrorum, ut præſcriptum adducere: nam ab initio fuit per vim extortus, & verbo Dei adverſatur, quamvis Hoſtienſis dicat, Vim conſuetudinis tantam eſſe, ut cogat ſacerdotes ad Cœ-

I libatum, diſtinct. 32. cap. Placuit. Vt autem civilia jura decernunt, Conſuetudo vitioſa eſt, quæ pugnat, vel cum natura, vel cum jure communi. Quod verò

Quæ ſit conſuetudo vitioſa.

ego

Digitized by Google

ego aſſerui, Divinis in literis fundamentum habet: Nam cùm Chriſtus dixiſſet Phariſæis, Hypocritæ, quare violatis præceptum Dei propter traditionem veſtram? Deus enim dicit, Honora patrem tuum, & matrem tuam? Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, Munus, &c. potuiſſent illi præſcribere conſuetudinem, ſed non licuit: quoniam id aperte contra verbum Dei erat.

Math. 15.3.

9 In Taurica regione conſuetudo fuit, ut peregrini & hoſpites mactarentur. Apud Perſas conſuetudo fuit, ut de rebus gravibus nunquam deliberarent, niſi in conviviis, & ebrij. Apud Sautomatas conſuetudo fuit, ut inter bibendum filias venderent. Hæc non præſcribunt, cùm apertè vitioſa ſint & mala. Conſuetudo autem præſcribit, quæ nec verbo Dei, nec juri naturæ, nec juri communi adverſatur. Nam jus conſuetudinis eſt ex approbatione & aſſenſu tacito populi: Alioqui cur tenemur legibus? niſi quia conſentiente atque approbante populo ſunt latæ? Hoc enim intereſt inter Conſuetudinem & Legem, quòd in altera tacitus eſt aſſenſus, in altera verò apertus. Quare hujuſmodi conſuetudines, citra periculum nequeunt revocari. Ariſtoteles monuit in Politicis, quod homines qui didicerunt ſiniſtra facere, non debent cogi facere dextra. Proinde in rebus adiaphoris, & non magni momenti, retinenda eſt conſuetudo. Eſt vetus proverbium, νόμος ϗ χώρα. Quævis enim regio habet ſuas quaſdam conſuetudines, quæ facile mutari nequeunt. Cæterùm, ut dictum eſt, quando verbo Dei, vel naturæ, vel juri communi adverſantur, minimè præſcribunt. Tum ſiquidem conſuetudines non ſunt, ſed potius belluinæ ferocitates. Rectè in ff. de Legibus & Senatuſconſultis l. De quibus habetur: Conſuetudo abſque ratione non habet vim. Et in Decretis diſtinct. 8. cap. Veritate: inquit Auguſtinus, reperta veritate, cedat conſuetudo: nemo ſit, qui auſit conſuetudinem præferre veritati, & rationi. Et in proximo Canone, Chriſtus dixit, Ego ſum via, veritas & vita, non dixit, Ego ſum conſuetudo. Cyprianus contra Aquatios, Omnis conſuetudo, quantumvis antiqua, cedat veritati: alioqui Petrus, cùm reprehenderetur à Paulo ad Galatas, potuiſſet obtendere conſuetudinem, ſed aſſenſus eſt potius, ut conſuetudo cederet veritati. Cyprianus in eadem Epiſtola contra Aquarios, Conſuetudo, inquit, ſine veritate: eſt vetuſtas erroris: quóque magis obtinet, tantò magis gravat. Deſinant ergo Papiſtæ ſuas jactare conſuetudines, quæ cùm erroris, tum impietatis undique ſunt plenæ.

Quid inter conſuetudinē & legem intereſt.

Gal. 2.14.

10 Adhæc non ſatis eſt ad ſtabiliendam conſuetudinem, ut quippiam ab aliquibus fiat, vel ut frequenter fiat, niſi ſic fiat, ut in uſum recipiatur, & inſtitutum obſervandum. Multa enim vel temerè aguntur, vel neceſſariò: quæ tamen in conſuetudinem trahi nolumus. In ff. de Itinere, & actu privato l. 1. & ult. Fac me ire per fundum tuum ſemel, atque iterum, & tertiò: quia fortè publica via impedita eſt luto. An quia per agrum tuum aliquoties eo & redeo, idcirco acquiro mihi in eo jus dominij aut ſervitutis? Non: neque enim eo animo per agrum tuum ire volui, ſed quia neceſſitate cogebar. In Decret. diſtinct. 1. cap. Conſuetudo dicitur eſſe quoddam jus moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cùm lex defecit. Oportet enim hoc jus eſſe & de moribus inſtitutum, cùm primis Eccleſiæ temporibus, quando tyranni Chriſtianam religionem divexabant, homines pij metu cogebantur per domos & κρύπτας noctu atque in tenebris convenire. Quod ſi nunc velimus Eccleſia conſtituta, Deum ad eundem modum colere, & ridiculi eſſemus, & non ferremur. Non enim illi ſic fecerunt, ut in conſuetudinem id traheretur, vel inſtitutum eſſet, quod alij ſequerentur. Ambroſius cùm eſſet Catechumenus Epiſcopus deſignatus eſt Mediolani, Nectarius item Conſtantinopoli, & fortaſſe alij. Non tamen licet modò nobis eam conſuetudinem ſequi, ac Epiſcopum eligere, qui nec ſacra viderit, nec aqua Baptiſmi tinctus fuerit. At illi ſic fecerunt. Fecerunt quidem, ſed neceſſitate coacti: quia non habebant alios, qui & docti eſſent, & authoritate præditi, quos Arianis opponerent. Ita facilè refutatur, quod afferri ſolent ex hiſtoria Euſebij, de Communicatione ſub una ſpecie, quòd Serapion miſerit puerum, & panem juſſerit in vino macerari. Poſſem quidem locum illum aliter exponere: verùm pro hoc tempore ſatis erit dixiſſe, non idcirco tunc id eſſe factum, ut ex eo duceretur conſuetudo, quæ ab aliis eſſet imitanda. Propterea conſuetudo non fit exemplis, verùm aſſenſu, approbatione, ac inſtituto populi. Alioqui ſunt multis in locis ebrietates & nocturnæ graſſationes. At hæc quia non approbantur à populo, ut inſtituta quæ obſervanda ſint, non habent vim conſuetudinis.

Quid ſtabiliat conſuetudinē.

Quid ſit conſuetudo.

Eccleſiæ nocturni conventus.

Ambroſij & Nectarij ordinatio.

Reſponſio ad exemplum Euſebij.

11 Atque ut res melius intelligatur, adferam definitionem Conſuetudinis, quam apud Hoſtienſem reperi, Tit. de Conſuet. Vſus eſt, inquit, congruus rationi, communi utentium inſtituto comprobatus, cujus initij non eſt memoria, vel qui ſit juſto tempore præſcriptus & confirmatus, ita ut nullo contrario actu ſit interruptus, ſed contradictorio iudicio probatus. Hæc eſt, vt ille putat, plena definitio. Verùm quod ille inquit, Vſum illum debere congruum eſſe rationi, non eſt ſatis: ſed præponendum eſt, oportere ut verbo Dei conſentiat, nam id pro ſumma ratione habendum eſt. Comprobetur deinde inſtituto populi: quandoquidem non ſufficit, ſi aut temerè, ac neceſſitate, aut alia quavis cauſa quippiam factum ſit, verùm oportet id populi quoque aſſenſu & inſtituto comprobari, & cujus initij non ſit memoria: aut quod juſto tempore & legibus definito ſit præſcriptum, nec ullo actu contrario interruptum. Nam ſi judex aut princeps contra judicarit, conſuetudo interrumpitur, ut etiam in præſcriptione uſu venit, cùm quis de poſſeſſione dejicitur, aut res in jus vocatur, & lis eſt conteſtata, præſcriptio interrumpitur. Item contradictorij judicij approbatio intercedat oportet, id eſt, ut cùm altera pars conſuetudinem allégat, altera verò negat, ſi pronuntietur pro conſuetudine, confirmatio ei accedit. Verùm hæc omnia, ut antea dixi, ad normam verbi Dei ſunt revocanda. Nunc tantùm id videtur addendum, quod habetur Extra de Conſuet. 1. ferri non poſſe conſuetudinem, ſi ſit oneroſa Eccleſiæ. Auguſtinus item conqueſtus eſt, ſuo tempore tantum ceremoniarum & rituum novorum eſſe invectum, ut Eccleſia vehementer gravaretur, & nihil tolerabilior tum eſſet Chriſtianorum ſtatus, quàm olim fuiſſet Iudæorum. Id nos etiam excipimus contra noſtros adverſarios, ne gravetur Eccleſia. Hæc eſt ipſorum lex: Quare verba ſua non agnoſcunt.

Alia definitio conſuetudinis.

Conſuetudo eccleſiæ oneroſa reĳcienda.

12 Paulus de Iuſtitia fidei diſſerens ad Romanos adiecit, quòd teſtimonium habeat à Lege, & à Prophetis. Quod ideo dicit, quia recens nováque doctrina videri potuiſſet, quam proponit. In Evangelio autem in primis vitanda eſt novitas. Ideo ubique de Evangelio teſtatur, quod antiquum ſit, & à ſeculis fuerit à Deo inſtitutum. Et ab initio epiſtolæ ſcripſit, Deum illud promiſiſſe per Prophetas ſuos in Scripturis ſanctis. Hodie quoque certamen eſt inter nos & adverſarios de doctrina, dum illi contendunt nos novam introducere, ſi verò inſiſtere doctrinæ veteri. Sed ab Apoſtolo diſcimus, quomodo poſſit hæc controuerſia finiri. Illa ſanè doctrina vetus eſt & antiqua, quæ teſtimonium habet à Lege, & à Prophetis: hoc eſt, à Sacris literis. Illa verò judicabitur nova, cujus ibi nulla fit mentio. Illi ſtatuunt Miſſam, ubi unus tantùm communicet pro aliis, qui aſtant. Hoc nullum habet teſtimonium in omnibus Scripturis. Nos aſſerimus cœnam Domini debere fidelibus eſſe communem: quod inſtitutione ejus, prout in Evangeliis, & in Paulo habetur, clariſſimè demonſtratur. Illi porrigunt laicis ſacramentum Euchariſtiæ mutilatum. Illud verò non ſolum nō habent e Scripturis, ſed planè contra Scripturas. Illi mortuorum invocationes tuentur: quod quo confirment nihil habent è Scripturis. Clericos arcent à matrimonio, defendunt purgatorium, imagines retinent, lingua peregrina utuntur in ſacris actionibus, ciborum delectum, veſtes, raſuras, unctiones, & alia ſexcenta hujus generis obtrudunt ut neceſſaria ad cultum Dei: idque prorſus abſque ullo teſtimonio Scripturarum. Diſcant ex Paulo, qui juſtitiam per Chriſtum docere volens, eam ait habere teſtimonium à Lege & à Prophetis, non autem eſſe à ſe confictam. Iſtorum autem dogmata impietatem pro-

In Rom. 3.

Ab Evangelio removenda eſt novitas.

Rom. 1.2.

Quæ doctrina dicatur nova & quæ vetuſta.

Doctrina Papatus eſt nova, cùm ex divinis literis teſtimonium non habeat.

Quare novitas cavenda ſit in religione.

Digitized by Google

movent. Hominum enim commenta ingerunt, ut cultus Dei neceſſarios: Quæ cùm teſtimonium ex Scripturis non habeant, ut nova ſint, neceſſe eſt. Ratio verò cur oporteat in religione cavere novitatem, eſt, quod Dominus iuſſerit in Deut. ut ſuis mandatis ac ritibus nec detraherent quicquam, nec adderent. Quin & Plato ipſe in Legibus, & in Repub. ſua, interdicit, ne quid in rebus ad religionem attinentibus innovetur. Leges quidem humanæ interdum mutari poſſunt, quod forma Reipub. quandoque varietur. Neque inſerviunt eædem leges Regno, Optimatum adminiſtrationi & Reipub. populari. Deinde Legislatores, cùm homines ſint, non omnia videre poſſunt. Et, multi ſubinde caſus incidunt, propter quos & corrigere, & mutare leges oporteat. Utque artibus per ætates aliquid accedit, quo magis perficiantur, ſic leges quoque ſubinde tempore ſucceſſu emendantur, & ad meliorem formam rediguntur. Verùm nihil horum locum habet in legibus Dei. Nam quod attinet ad Eccleſiam, non mutat formam, eſt ſemper eadem Reſpub. & Dei authoris legum intelligentiæ nihil eſt occultum: omnia providet, neque ſucceſſu temporis notitia ejus augetur. Unde non eſt, quod in ejus verbo tentent homines immutare.

Deut. 12. 32.

Leges humanæ poſſunt mutari.

Eccleſiæ politia non mutat formam.

CAPUT XI.

De varijs Dei attributis, & ſacroſancta Trinitate, ubi ſua, Filio, & Spiritui ſancto Deitas aſſeritur.

In 1. Sam. 17. verſ. 47.

EST autem Dei natura infinita, ut una notione non poſſit comprehendi. Itaque latiſſimè patet ejus nomen. Ex effectis tamen & operibus colliguntur ſingulares ejus proprietates, unde poſſumus omnem naturam & vim divinam intelligere, ut quoniã totam complecti non poſſumus, ſaltem ex partibus in ejus cognitionem veniamus. Si quis ita rudis & agreſtis eſſet, ut neſciret quanti eſſet coronatus, diceremus, eum eſſe, qui habeat in ſe obolos, nummos, cruciferos, blaperdos, baziones, teſtones, florenos, dalleros, poſtremò etiam viginti quatuor baziones. Ex iſtis partibus & minutiis ille poſtremò, niſi eſſet admodum obtuſus, intelligeret quanti ſit coronatus: Ita homines naturam & ſubſtantiam Dei infinitam quoquo modo intelligunt ex his partibus & notionibus. Non quòd partes ullæ ſint in Deo, ſed quòd nos ejus vim & infinitam magnitudinem, tantùm ex hujuſmodi effectis & partibus colligamus. Variæ autem & multiplices ſunt ejuſmodi Dei notiones, ut cùm dicitur Clemens, Miſericors, Conſtans, Iuſtus, Bonus, Deus Zebaoth, &c.

Ex 1. Sam. 29. verſ. 6.

Iehova unde dicatur Deus.

2 Utque res melius intelligatur, Iehova dicitur ab *Haja*, quod eſt eſſe: Illudque nomen Deo propriè convenit. Deus enim ita eſt eſſentia, ut ea ab illo redundet in alia omnia: quæcunque ſunt pendent ab illo, nec ſine ejus vi & præſidio poſſunt exiſtere. Poſtremò, etiam promiſſa ab illo habent, ut exiſtant & præſtentur: Itaque nomen illud Iehova propriè attributum eſt Deo. A cujus vocis ſimilitudine Iuppiter quoque, cùm vellet haberi pro Deo, juſſit ſe appellari Iovem. Rabbini aiunt, Literas illas, quibus vox ea conficitur, eſſe ſpirituales. Et certè Deus eſt ſpiritus: Spiritus autem primum ſignificat res incorporeas, aut leviter corporatas, ut vapores & exhalationes, quæ res, cùm videantur eſſe leves & tenues, tamen ſunt maximarum virium. Ab illis enim excitantur terræmotus, concutiuntur maria, difflantur ventorum turbines: Itaque vox ea poſtea accommodari cœpta eſt ad animam humanam, ad angelos & ad Deum. Iſta enim cùm alioqui tenuia videntur, res maximas efficiunt. Alij elementa illa ex quibus ſcribitur vocabulum Iehova, aiunt eſſe literas quietis. Idque in Deum optimè convenit: Nam cum omnes quæramus felicitatem & quietem, eam invenire non poſſumus niſi in ſolo Deo: Hactenus de voce. Significat Iehova ſummum Ens. Unde Plato habuit ſuum illud τὸ ὄν. Et, ut res magis ſit perſpicua, alia Dei nomina ab ejus ſubſtantia dicuntur, alia ab aliqua proprietate. Subſtantialia ſunt Iehova, & *Ehie*. Ea vox ſonat Ero. Nulla autem

Spiritus vocabulum.

In Deo quies.

A creatura dicere poteſt Ero: Nam ſi Deus retrahat vim ſuam, omnia ſtatim intereunt. Deus ſolus poteſt ita verè dicere, quia deſtituere ſeipſum non poteſt. Alia nomina referuntur ad aliquam Dei proprietatem: ut *El* ad fortitudinem, *Cadoſch* ad ſanctitatem, *Schaddai* ad ſufficientiam, aut ὄντως ὤν. Iſta tamen in Deo non ſunt accidentia: ſed tantùm prout nos ea noſtris cogitationibus complectimur: Nam cùm Deus ſit infinitus, & totum complecti nequeamus, cum tamen ab effectis & notis quibuſdam, aliqua ex parte comprehendimus. Atque inde ſunt illa nomina, quæ proprietatem aliquam Dei ſignificant. Iudæi ſuperſtitione quadam inducti, ſacroſanctum illud nomen Tetragrammaton non pronuntiant, ſed ejus loco ſupponunt *Adonai* vel *Elohim*. Atque ita putant ſe nomen Dei caſtius & reverentia venerari. Sed Deus hujuſmodi venerationem non requirit. Atque hinc factum eſt, ut in translatione ſcripturarum, Græci per Iehova, reddiderint Dominus. Ut, pro Vivit Iehova, ζῇ κύριος. Et in novo Teſtamento, cùm Chriſtus ita ſæpe appellatur κύριος, non excluditur ea voce ejus divinitas, ut quidam homines impuri garriunt, ſed potius conſtituitur. Certè Thomas utrunque conjunxit: Dominus, inquit, meus, & Deus meus. Denique, Deus ut ne ſui notitia oblitteretur, conſuevit inter homines ea beneficia ſuggerere, quibus eos affecit, eaque vult eſſe ut verba quædam, nobis ipſius naturam & bonitatem exprimentia. Semperque à recentioribus commemorationem auſpicatur, & ab eis מדות ſeu attributa ſibi vendicat, ſub quibus & invocetur & agnoſcatur. Etenim jam inde ab initio Deus invocabatur, qui cœlum & terram creaſſet: Poſtea, ut qui fuerit Abrahami, Iſaaci, & Iacobi Deus. Sub hæc, ut liberatos ex Ægypto: Deinde, ut aſſertor à captivitate Babylonica. Poſtremò verò, ut pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. *De Dei Omnipotentia, vide Dialogum Martyris, De utraque in Chriſto natura excuſum Tiguri, Anno 1563. pag. 4.*

Nomina Dei ſubſtantialia

Nomina proprietatum.

Ex Iud. 1. cap. verſ. 1.

Ioan. 20. 28.

E 3 Porrò verba quæ habentur 2. Sam. 7. 23. Dij venerunt, ut redimerent ſibi populum: male urunt Hebræos, qui nolunt agnoſcere tres perſonas in natura divina. Quidam quod dicitur, Dij, referunt ad opinionem & exiſtimationem hominum: quale eſt illud Pauli, Sunt dij multi, & domini multi. Neque enim recipere aut probare poſſunt multitudinem deorum. Sed cùm hic agatur de ſingulari facto, omnino oportet hunc locum intelligi de vero Deo. Chimhi putat Davidem honoris cauſa dixiſſe, Dij: quemadmodum homines quoque ut blandius & civilius loquantur, ſæpe uti ſolent numero multitudinis pro ſingulari. Sed ſi ita eſt, quæ Davidem ſtatim inceſſit nova religio? cur ſtatim ſubjecit, Tu Domine, in numero ſingulari? Nam Deus ſemper debet omnibus honoribus cumulari. Alij hoc referre malunt ad Moſen & Aaronem, qui miſſi fuerint ad liberandum populum ex Ægypto. Verùm id non poteſt conſiſtere. Nam in Paralip. hæc omnia dicuntur nominatim de ipſo Deo. Sic enim David loquitur, Tu veniſti ad redimendum populum: Multo ergo rectius & verius intelligemus ex illo loco, tres perſonas in una natura divina, Patrem inquam, Filium, & Spiritum ſanctum: quæ cùm ſint tres ὑποστάσεις, tamen concluduntur in unam eſſentiam. Hæc ſententia, vel invitis Hebræis, vera eſt & ſana, & catholica. Quæ vero adduntur, *Faceretque vobis magnitudinem.*) Quidam per apoſtrophen referri volunt ad Iudæos: Quod mihi non fit veriſimile. Non enim David loquebatur iſta cum populo, ſed ſeorſim cum Deo. Itaque malo ita de ipſo Deo intelligere, & iſta admirabilia adſcribere uni Deo in tribus perſonis. Venit autem Deus ad liberandum populum, cùm mitteret ad eos Moſen & Aaronem: Nam cum ad eos legaret Moſen, addidit, Et ego ero tecum. Eſt quidem Deus ſemper ubique: tum autem dicitur venire, cùm aliquid magni aut novi facit. Ita dicitur adfuiſſe Iudæis, cum Ægyptios & illorum primogenitos percuteret. Deinde, cùm Pharao perſequeretur Iudæos exeuntes ex Ægypto, & illi ſe putarent jam jamque perituros, & inciperent murmurare, Moſes ita eos exhortatus eſt: Deus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Imo Ægyptij etiam ipſi id ſenſerunt.

Ex 2. Sam. 7. verſ. 21.

Vide Gen. 28. initio. & in 2. Sam. 23. v. 2.

1. Cor. 8. 5.

1. Par. 17. 21.

Trinitas.

Exod. 3. 12.

Ibid. 12. 12.

Quomodo Deus dicatur venire.

Exo. 14. 14.

Ibid. 25.

Ibid. 33. 4.

Digitized by Google

runt. Nam fugiamus, inquiunt, quoniam ipſe pugnat
pro illis. Imo poſtea cùm populus adoraſſet vitu-
lum, & Deus iratus, nollet cum illis proficiſci, Mo-
ſes tamen eum exoravit, ut vnà iret. Venerunt ergo
ad liberandum populum, & Pater, & Filius, & Spiri-
tus ſanctus. Quamvis autem illa opera fuerint tri-
bus perſonis communia, tamen ſeorſim & ſingulari-
1.Cor.10.5 & 9. ter adſcribuntur Filio. Itaque Paulus ad Corinth.
ait, Petram illam, unde aquæ fluxerunt, fuiſſe Chri-
ſtum. Et ne tentemus, inquit, Chriſtum, ſicut qui-
dam illum tentaverunt. Ex illis Pauli verbis perſpi-
cuè colligimus, Iudæos murmuraſſe cõtra Chriſtum.
Quod cum ita ſit, ex illo loco optimè confutari
Contra Arianos. poſſunt Ariani: Nam ſi ille qui venit ad liberandum
populum, fuit Chriſtus, ut certè fuit, quomodo di-
cere poteſt David, Non eſt Deus alius ſicut tu, ſi fi-
lius aut creatura ſit, aut minor Patre? Hoc argumen-
tum, etſi non teneat Iudæos, qui Paulum non reci-
piunt, tamen Arianos, qui Paulum repudiare non
poſſunt, tenet.

Chriſti divinitas probatur 4 Teſtimonia verò quibus divinitatem Chriſto
aſſerimus, cùm ex veteri tum ex novo Teſtamento
deſumuntur. Matthæus habet, baptizandum in no-
Matt.28.1. mine Patris, Filij, & Spiritus ſancti: quibus verbis
tres perſonas ęquales inter ſeſe oſtendit. Et in Ioanne
Ioan.1.73. legitur, Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum
Ibid.14 9. verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.
Neque poſſet Chriſtus dici extremum bonum, aut
æterna vita, niſi eſſet Deus. Princeps ſacerdotum
cùm interrogaſſet Chriſtum, num eſſet filius Dei vivi
Matt.26.6. cum adjuratione, reſpondit ei Dominus, Tu dixiſti:
Ioan.1.1. Quo audito ille veſtimenta ſua ſcidit, & intellexit
Ioan.1.18. eum affirmaſſe quòd eſſet Deus. Firmiſſimum præ-
Ioan.1.3. terea eſt, Et Deus erat Verbum: potiſſimum cùm
Ioan.1.14. poſtea ſubjiciatur, Et verbum caro factum eſt. Vbi
vides Arianorum ſtropham non habuiſſe locum, qua
contendunt Chriſtum fuiſſe quidem appellatum
Deum, ſed revera Deum non extitiſſe: cùm Ioan-
nes dicat apertiſſimè, Verbum fuiſſe Deum, & fa-
ctum eſſe carnem. Præterea legitur apud eundem
Ioannem, Deum nemo vidit unquam, Filius qui eſt
Ioan.1.18. in ſinu Patris, ipſe enarravit. Vbi audis filium Dei
à communi ſorte hominum eximi. Ab eodem dici-
Ioan.1.3. tur, Omnia per ipſum facta ſunt. Vnde Auguſtinus
pulchrè infert, Dei filium non eſſe factum, quia
tunc omnia facta non fuiſſent per ipſum condita: ſal-
Ioan.20.2. tem ipſe per aliud fuiſſet creatus. Thomas cùm vi-
Ioan.17. diſſet clavorum fiſſuras & latus apertum, clamarit,
Dominus meus, & Deus meus. Et Chriſtus oravit
Patrem: Clarifica me claritate, quam habui apud te
Ioan.16 1. priuſquam mundus fieret. Quod, niſi habuiſſet Chri-
ſtus divinam naturam, minimè conſtaret: quia ejus
humana natura ante orbem conditum non extitit.
Ioan.5.15. Dixit item Dominus, Omnia quæ habet Pater, mea
ſunt. Et Patrem naturam divinam habere, à nemine
revocatur in dubium: idcirco ea Filium non carere
neceſſe eſt. Teſtatur adhæc Chriſtus, & dicit, Omnia
Ioan 8. quæ facit Pater, ego facio. Sed quorum eſt eadem
actio, eadem quoque natura ſit oportet. Iudæis di-
Ioan.11. cebat, Antequam Abraham fieret, ego ſum: quod
non poteſt niſi ad naturam divinam referri. Nec
Ioan.5.26. minus: Ego ſum reſurrectio & vita. Et, Sicut Pater
vitam habet in ſemetipſo, ita & Filio dedit eam ha-
bere in ſeipſo. Hinc Filium conficitur eſſe æqualem
Patri. Atque idem Ioannes in priori ſua Epiſtola
1.Ioan.5. cap.5. ſcripſit, Vt ſimus in vero, in Chriſto filio ejus,
Ioan.3.3. qui eſt verus Deus & vita æterna. Et ad Nicodemum
Chriſtus aiebat, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui
deſcendit de cœlo, Filius hominis qui eſt in cœlo.
Ioan.6.38. Neque Chriſtus in cœlo erat, dum loquebatur cum
Ioan.16.28. Iudæis, niſi juxta naturam divinam, neque rurſus de
cœlo deſcenderat, niſi quatenus fuit Deus. Quem
deſcenſum rurſus teſtatur, quando inquit: Deſcen-
di de cœlo, non ut facerem voluntatem meam,
ſed ejus qui miſit me. Item, Exivi à Patre, & ad Pa-
trem vado.

5 Hæc omnia oportet ad naturam divinam re-
Apoc.1.8. ferantur. In Apocalypſi quoque teſtatur ſe eſſe α & ω.
Apoc.19.16. Et in eodem lib. 19. cap. de Chriſto traditur, quòd
ſcriptum habuerit in femore ac veſtimentis ſuis,
Rex regum, & Dominus dominantium. Et ne com-
miniſcaris hujuſmodi titulum fuiſſe Dei epitheton,
A de ipſo Agno cap.17. habetur, cum viciſſe, quod eſſet Apoc.17.14.
Rex regum, & Dominus dominantium: quam pro-
prietatem ad ſolum Deum pertinere prior epiſtola
ad Timotheum circa finem oſtendit, ubi ſcribitur, 1.Tim.6.15.
Quam temporibus ſuis oſtenſurus eſt ille beatus, qui
ſolus princeps, Rex regnantium, & Dominus domi-
nantium. Ad Romanos habetur: Quorum ſunt pa- Rom.9.5.
tres, ex quibus eſt Chriſtus, qui eſt ſuper omnia
Deus benedictus in ſecula. Adhæc cùm præceptum Deut.6.13.
B ſit: Dominum Deum tuum adorabis, ac illi ſoli
ſervies. De Chriſto dicitur ad Philippenſes: In no- Phil.2.10.
mine ejus omne genu flectetur, cœleſtium, terre-
ſtrium, inferorum. Et ad Hebræos, Cùm filium in- Heb.1. 6. & 9.
ducit in orbem terræ, ait, Adorent eum omnes angeli 10.
ejus. Ac ibidem ex ſententia Pſalmi, creandi vis ei Heb.7.3.
tribuitur: Et tu initio Domine, terram fundaſti. Ad-
ducitur & alius Pſalmus: Propterea unxit te Deus,
Deus tuus oleo lætitiæ. Fitque collatio Chriſti cum
Melchiſedeko, quòd uterque ſine patre, ſine matre, Col. 2. 9.
C & abſque genealogia fuerit: quod Chriſto minimè
convenit, niſi quatenus Deus eſt. Ad Coloſſenſes Col.1.16.
habetur, In quo omnis plenitudo divinitatis inha-
bitat corporaliter. Item, Omnia per illum condita
ſunt, ſeu viſibilia, ſeu inviſibilia, ſive throni, ſive do-
minationes. Ad Titum, Expectantes beatam ſpem, Tit.2.13.
& adventum gloriæ magni Dei. Hic Chriſtus dicitur
quàm apertiſſimè magnus Deus. Et ad Corinthios 2.Cor.8.9.
poſteriore, Cùm eſſet dives, factus eſt omnium pau-
per. Non autem poteſt intelligi dives fuiſſe, niſi
D quoad naturam divinam. Et in priore: ſi eum co- 1.Cor.2.8.
gnoviſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſ- 1.Cor.8.6.
ſent. Atque cap.8. Nobis tamen unus eſt Deus, qui
eſt Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Do-
minus Ieſus Chriſtus per quem omnia, & nos per il-
lum. Quod ſi omnia per illum ſunt, porrò Deum
eſſe non ambigendum eſt. Et ad Galatas ſcribitur, de Gal.4.8.
tempore infidelitatis: Quando iis, qui natura non
ſunt dii, ſerviebatis. Ex quo dicto habetur à contra-
riis, quòd cùm ad Chriſtum converſi fuerint & ei
E ſervient, illum natura fuiſſe Deum. Cæterùm in ve-
teri Teſtamento, ut certiora & firmiora ſequamur, ex
Davide habemus: Dixit Dominus Domino meo, Pſal.110.1.
ſede à dextris meis. Eſaias vocat eum Immanuelem: Eſai.7.14.
& rurſus ait, Vocabitur nomen ejus Admirabilis, Ibid.9.6.
Conſiliarius, Deus, & quæ ſequuntur. Ieremias 21. c. Ier.21.6.
illum dicit appellandum Deum juſtitiam noſtram,
& utitur nomine tetragrammato: Quod idem fieri
videas ab eodem Propheta 31. in quo tametſi de ci- Ier.31.23.
vitate loquitur, de populo inquam Dei, ſive de Ec-
F cleſia, nihilominus totum id ad Chriſtum pertinet,
qui eſt ejus caput: imò per ipſum Eccleſiæ ac populo
Dei ejuſmodi nomen attribuitur. Item apud Eſaiam Eſa.53.8.
legimus, Generationem ejus quis enarrabit? Et in
Michea propheta, Et tu Bethlehem Iuda, parva es Mich.5.2.
in millibus Iuda: ex te enim egredietur qui regat po- Vide in Rom.
pulum meum, cujus exitus eſt à ſeculo, & à diebus 1.2.4. & 5. &
æternitatis. Ex quibus verbis duplex Chriſti natura 8. v. 34. & 9.
monſtratur. Addas rurſus ex Eſaia propheta quod à 2.5. & 33. &
Paulo citatur ad Rom.15 Erit radix Ieſſe, & qui exur- 10. 17. & 1. 7.
& 27.
G get ad imperandum Gentibus, in eo Gentes ſpera- 1.Cor.11. v. 1.
bunt. Certum autem eſt execrabilem eſſe illum, qui Eſa.11.10.
ſpem ſuam in creatura collocat: Ideo cùm in Chri- Rom.15.12.
ſto ſperandum ſit, & cùm ſit invocandus, clarè con-
ſtat Deum eſſe. Poſſent quidem accumulari ſuper hac
re alia teſtimonia, ſed iſta judicamus ſatis ſuperque
ad confutandam iſtorum audaciam.

An Spiritus ſanctus ſit Deus.

H 6 Iam Spiritum ſanctum eſſe Deum, non erit In 1. ad Co. 12.
ab re compluribus rationibus confirmare. Vox iſta Vox ſpiritus
Spiritus, interdum ſignificat quandam agitationem, eſt multiplex.
ſeu agitandam naturam. Quandoque accipitur pro Cur animi no-
vita, aut vento, aut impetu animi, quo ad aliquid a- ſtri & angeli
gendum movetur. Transfertur etiam ad ſignifican- ac Deus di-
das res à materia ſecretas, ut ſunt angeli, qui à Philo- cantur ſpiri-
ſophis intelligentiæ nuncupantur. Nec non eò tra- tus.
hitur, ut animos noſtros referat. Quæ metaphora
videtur eſſe ducta, quòd hoc nomine quandoque ſi- Spiritus eſt ut
I gnificemus tenues exhalationes vel à terra, vel ab a- genus.
quis, vel à ſanguine, vel ab humoribus animantium
evaporantes. Quæ licet ſenſu non facile percipian-

tur, tamen ſunt efficaces & potentiſſimæ, ut apparet A
in ventis ac terræmotibus,& aliis rebus conſimilibus.
Factum itaque hinc eſt, ut nomen horum ſubtiliſſi-
morum corporum, quorum maxima eſt vis, ad ſub-
ſtantias incorporeas exprimendas translatum fuerit.
Joan.4.24. Habetur itaque pro generali voce, ad Deum, ad an-
gelos, & noſtros animos. Et quòd attribuatur Deo,
Chriſtus indicat: cùm inquit, Deus Spiritus eſt: Et
inde concludit, cum in ſpiritu & veritate adoran-
Quod Spiritus ſanctus perſona ſit diſtincta cùm à Patre, tum à Filio. dum. Quando ſic accipitur, hoc nomen, Patrem, Fi- B
lium, atque Spiritum ſanctum ſub ſe comprehendit.
Sed interdum ſingulariter accipitur pro tertia perſo-
na Trinitatis, quæ à Patre & Filio diſtinguitur. Et
de hac in præſentia loquimur, atque duo ſunt de-
monſtranda: Primùm, quòd ſit perſona cùm à Patre,
tum à Filio diſcreta. Deinde oſtendemus, Spiritum
ſanctum hac ratione deſcriptum eſſe Deum.

Prima ratio. Matth.28.19. 7 Quoad primum: In Evangelio præcipitur A-
poſtolis, ut in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſan-
cti baptizarent: Qui locus trium perſonarum diſtin- C
ctionem exprimit quàm apertiſſimè, nihilque aliud
ſignificatur, quàm nos à peccatis liberari nomine ac
vi & authoritate Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Et
in baptiſmo Chriſti, ut memorat Lucas, audita eſt
2 Matt.3.16. vox Patris, qui dixit: Hic eſt Filius meus dilectus,
3 &c. Deinde Spiritus ſanctus ſub forma columbæ
Luc.3.21. apparuit: Hic, ut vides, Filius baptizatur, Pater lo-
Joan.14.16. quitur, Spiritus in columba ſe demonſtrat. In Ioan-
4 ne legimus: Rogabo Patrem, & alium Paracletum
Joan.16.4. dabit vobis. Hic quoque Filius orat, Pater audit, & D
Paracletus mittitur. Et rurſus, Ille de meo accipiet:
Vnde ſignificatur Spiritus ita differre à Patre, & à
Filio, ut ab utroque derivetur. Et ne quis putet,
cùm Chriſtus pollicetur Spiritum ſanctum ventu-
5 rum eſſe ad credentes, quemadmodum in die Pen-
tecoſtes factum fuit, ſignificari tantùm divinum af-
flatum & motionem animi, verba Chriſti occurrunt,
Joan.14.16. quibus dixit: Ille vos docebit omnia, & ſuggeret
omnia quæ dixi vobis. Afflatus verò & motio animi
nihil docent neque ſuggerunt, ſed tantùm inſtru- E
menta ſunt, quibus aliquid & ſuggeritur & docetur.
6 Et actio docendi vel ſuggerendi tribui non poteſt,
niſi perſonæ quæ reipſa extet. Quod idem alia Chri-
7 ſti verba probant, cùm dixit de Spiritu ſancto: Quæ
Joan.16.13. loquetur, audiet. Et quod à Patre & Filio perſona
Joan.15.26. hæc tertia procedat, ex eodem Ioanne ſatis apparet,
Spiritus ſanctus & à Patre & à Filio procedit. ut ſcribitur: Cùm venerit Paracletus, quem ego
mittam vobis, Spiritus veritatis, qui à Patre procedit.
Cùm Filius dicat ſe Spiritum miſſurum, & (ut ſu-
pra citavimus) eum aſſerat de ſuo accipere: nemini F
dubium eſt, à Filio illo prodire. Et jam diſertè ſub-
dit: Qui à Patre procedit.

Spiritus ſanctus eſt Deus. 8 Iam primùm demonſtravimus ex Sacris literis,
Prima ratio. perſonam Spiritus ſancti cùm à Patre tum à Filio
1.Cor.12.4. diſtingui, & ab utroque procedere. Nunc viden-
dum eſt an ſit Deus. Id Paulus bifariam oſtendit.
Primò, cùm dicitur: Diviſiones donorum ſunt, idem
verò Spiritus: diviſiones operationum ſunt, idem
verò Deus. At elargiri dona & facultates ſpirituales,
nihil eſt minus, quàm operationes impartiri. Quare G
cū Spiritus ſanctus dicatur diſtribuere dona, & Deus
actiones partiri hominibus, apparet Spiritum ſan-
ctum eſſe Deum. Si Spiritus eſt author chariſma-
tum, & Pater operationum, conſentaneum eſt Spiri-
2 tum ſanctum Deo Patri æqualem eſſe. Deinde ad-
1.Cor.12.11. ditur, hæc omnia eundem Spiritum operari, qui cui-
que prout vult, diſtribuit. Quare cùm habeat ſum-
mum arbitrium cœleſtia munera impartiendi, eſt
1.Cor.3.16. Deus. Et in eadem Epiſtola cap.3. habetur: Vos e-
ſtis templum Dei, & ſpiritus Dei habitat in vobis. H
3 Quod ſi quis templum Dei violaverit, Deus illum
evertet. Non autem convenit cuipiam creaturæ
habere templum, ſi quidem naturæ divinæ proprium
id eſt. Cum itaque nos dicamur templa Spiritus ſan-
cti, jam manifeſtum eſt illud eſſe Deum. Et ne ſu-
Martyribus templa non extruuntur. ſpicemur templa licere Martyribus extruere, Augu-
ſtinus audiendus eſt, qui negat nos templa Martyri-
bus ædificare. Deo (inquit) illa extruimus, quamvis
memoriæ Martyrum appellentur. Atque ex ipſo
1.Cor.6.19. Auguſtino hæc rationis forma decerpta eſt. Neque I
ſemel Apoſtolus dixit, nos eſſe templa Spiritus ſan-
cti, ſed illud idem habet cap. 6. ejuſdem Epiſtolæ,
cùm ſcribitur: An neſcitis, quòd corpora veſtra tem-
pla ſunt Spiritus ſancti? Præterea creandi facultas, 4
quæ Dei propria eſt, Spiritui ſancto adſcribitur: cùm
David ſcripſerit, Verbo Domini cœli firmati ſunt,& Pſal.33.6.
Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Ac rurſus: E- Pſal.104.30.
mitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis
faciem terræ. Ac de corpore Chriſti, producendo in
ventre Virginis, apud Matthæum habetur: Quod Matth.1.20.
in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Et, Spiritus Luc.1.35.
Domini ſupervenies in te, & virtus Altiſſimi obum-
brabit tibi. Quare cùm vim creandi Spiritus habeat, 5
quemadmodum expoſitum eſt, Deus utique erit.
In eadem ad Corinth. Epiſtola, dicitur ſcrutari pro- 1.Cor.2.10.
funda Dei, & videtur Apoſtolus argumentum hu-
jus generis adducere: Ea quæ ſunt hominis, nemo
novit niſi ſpiritus hominis qui eſt in ipſo: Ita & quæ
Dei ſunt, nemo novit niſi Spiritus Dei. Vult itaque,
ut quemadmodum ſe habet ſpiritus hominis ad ho-
minem, ita ſit Spiritus Dei erga Deum. Atque nemo
ignorat, ſpiritum hominis ad naturam humanam
pertinere. Vnde Spiritum quoque Dei, naturæ di- 6
vinæ eſſe non dubitabimus. Baſilius contra Euno-
mium alia ratione utitur, quæ ferè in hanc eandem
recidit. Ait Spiritum ſanctum & Patris & Filij ſpi-
ritum eſſe, atque ideo ejuſdem naturæ cum ipſis.
Nam ad Romanos habetur: Quòd ſi Spiritus ejus, Rom.8.11.
qui excitavit Chriſtum à mortuis, habitat in vobis,
qui reſuſcitavit Chriſtum, excitabit & veſtra mortalia
corpora. Locus iſte declarat, Spiritum ſanctum ad
Patrem pertinere, quem Filij eſſe in eadem Epiſtola
demonſtratur, cùm paulò ante dicitur: Qui non ha-
bet Spiritum Chriſti, hic non eſt ejus. Ad Galatas Gal.4.6.
verò utrunque pariter exprimitur in his verbis: Quia 7
autem eſtis filij, & miſit Deus Spiritum filij ſui in
corda veſtra clamantem: Abba pater. Ideo cum Spi-
ritus ſanctus tam Patris quàm Filij ſit Spiritus, na-
turæ illorum omnino eſt particeps.

9 Deinde in Actis Apoſtolicis cap.5. dixit Pe- Act.5.3.
trus Ananiæ: Quid auſus es mentiri Spiritui ſancto?
Non mentitus es hominibus, ſed Deo. Iam hîc ma- 8
nifeſtiſſimè Deum appellat Spiritum ſanctum, Au-
guſtinus de Trinitate ac alibi, necnon Ambroſius de
Spiritu ſancto Apoſtolum citant ad Philippenſes c.3. Phil.3.3.
ubi ſcribit: Videte canes, videte malos operarios,
videte conciſionem. Nos enim ſumus circumciſio,
οἱ πνεύματι τῷ Θεῷ λατρεύοντες. Vbi vides cultum divi-
num, λατρείαν inquam, Spiritui ſancto impenſum,
quem Deum appellat. Quamvis alicubi legatur ge- 9
nitivo caſu τοῦ Θεοῦ. Ac ſi dixeris, Spiritui Dei ſervien-
tes. Video locum non eſſe ſatis firmum, quoniam a-
liqui interpretantur, In ſpiritu Deo ſervientes: Sed
tamen oſtendere volui, à Patribus hoc argumentum
uſurpari, Baſilius de Spiritu ſancto capite 22. nec non
Didymus de ſpiritu ſancto, illud eſſe Deum oſten-
dunt, quod eodem tempore ſimul in diverſis locis
eſſe poteſt, quod nulli creaturæ convenit. At Spiri-
tum ſanctum in diverſis orbis partibus eodem tem-
pore affuiſſe Apoſtolis & Prophetis nemo ambigit
qui fidem Chriſti profiteatur: Vnde ſequitur illum 10
eſſe Deum. Item Baſilius contra Eunomium addu- 1.Ioan.4.13.
xit Ioannis epiſtolam cap. 4. In hoc autem agnoſci-
mus, quòd Chriſtus in nobis maneat, & nos in eo,
quòd acceperimus de ſpiritu ejus. Quod nequaquā
verum eſſet, ſi Spiritum ſanctum diverſæ naturæ à
Chriſto faciamus: Quia tunc potuiſſet fidelibus
abſque Chriſto Spiritus ſanctus communicari. Adji-
cit & aliam rationem, Per Spiritum ſanctum in filios Rom.8.15.
Dei adoptionis: Quare ipſe eſt Deus. Vocat etenim 11
illum Scriptura paſſim ſpiritum υἱοθεσίας, hoc eſt, a-
doptionis: Nemo autem cooptare poteſt aliquos in
filios Dei, qui non ſit Deus. In Actis Apoſtolicis le- Act.13.2.
gitur: Dixit Spiritus ſanctus, Segregate mihi Pau-
lum & Barnabam in opus miniſterij, ad quod eos de-
legi. Neque dubium eſt, ſolius Dei eſſe ad miniſte- 12
rium vocare. Qua ratione utitur Athanaſius in di-
ſputatione contra Arium. Adducitur & 20. cap. A- Act.20.28.
ctorum, in quo Paulus ita monet: Attendite uni- 13
verſo gregi, in quo Spiritus ſanctus vos poſuit epi-
ſcopos, ad Eccleſiam regendam. At non eſt niſi Dei, Ioan.1.3.
vel epiſcopos vel miniſtros Eccleſiarum eligere. Am- 14
broſius expendit illa verba, Omnia per ipſum facta
ſunt: Et ait, Spiritus ſanctus in Evangeliſta loque- Ioan.16.34.
batur:

batur: Ideo ſi fuiſſet creatura, oportuiſſet eum di- A
cere, Omnia per ipſum facta ſumus: ita ut ſeipſum à
15 cenſu creaturatum nô excluderet. Citat & illud apud
Ioannem, Ipſe de meo accipiet. Non (inquit) poſſu-
mus hoc intelligere de corpore, neq; de anima: Quare
16 de natura divina eſt intelligendum. Teſtimonium
Luc.4.18. quoque Eſaiæ accipit, quod apud Lucam ſcribitur:
Eſa.61.1. Spiritus Domini unxit me, & miſit me evangelizare
pauperibus. Nemo autem poteſtatem habet mitten-
di Chriſtum: etiam juxta humanam naturam, niſi B
Pſal.85.9. fuerit Deus. In Pſal. legimus, Audiam quid loquatur
in me Dominus Deus. In Davide autem non loque-
batur, niſi Spiritus ſanctus, cùm hæc diceret: Quare
Heb.10.15. is eſt Deus. Ad Hebræos 10. Spiritus ſanctus teſtifica-
17 tus eſt: Hoc eſt teſtamentum meum, quod diſpono
18 ad eos. Teſtamentum ſuum appellat, quod tantum-
modo Deus cum populo inivit. Vnde conficitur,
Spiritum ſanctum, qui loquebatur eſſe Deum.

1.Ioan.5.7. 10 Et in Epiſtola prima Ioannis capite quinto:
Tres ſunt qui Teſtimoniũ dant in cœlo: Pater, Ver- C
19 bum, & Spiritus, & hi tres unum ſunt. Multi ſcribunt
in Græcis hoc teſtimonium non haberi, quibus ad-
verſatur Hieronymus in præfatione Canonicarum e-
piſtolarum, qui ait in Græco hæc haberi, ſed à Lati-
nis interpretibus omiſſa. Cui tamen Cyril. non con-
ſentit, qui in lib.14. ſui Theſauri, totum hunc Ioannis
locum recitat, & iſtam particulam omittit. Auguſti-
nus & Beda inter Latinos hæc non legunt, ſed ut E-
raſmus tradidit in Annotationibus hujus loci, inven-
Codex in Anglia inventus. Hiſpanienſis editio. tus fuit codex Græcus in Britannia, qui hæc habuit. D
Hiſpanienſis idem editio hæc habet. Verùm fac in
Græcis codicibus hujuſmodi verba non haberi, nil
propterea argumenti vis imminuetur. Quia quod cõ-
1.Ioan.5.8. tendimus, ex altera clauſula convincitur, quæ tam a-
pud Græcos quàm apud Latinos extat. Tria ſunt quę
teſtimonium dant in terra, ſanguis, aqua & ſpiritus.
Auguſtinus adverſus Maximinum epiſcopum Aria-
norum lib.3.cap.14. hoc loco utitur, & vult Spiritum
ſignificare Patrem. Quoniam Deus ſpiritus eſt, & ipſe
Pater fons eſt ac principium totius divinitatis. Dein- E
de ſanguis (ut ait) Filium repræſentat, quòd huma-
nam naturam ſuſcepert, atque ſanguinem pro nobis
effuderit. Aqua demum, ſententia ejus, Spiritum
Ioan.7.38. ſanctum demonſtrat, ut Evangelium aſtipulatur.
Nam cùm Ieſus dixiſſet, Flumina de ventre ejus
fluent aquæ vivæ: hoc illum exponitur protuliſſe
de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.
Quamobrem cum tres perſonæ his tribus nomini-
bus repræſententur, atque ſubdatur: hæc tria unum
eſſe, aperte demonſtratur, tres divinas perſonas can- F
dem habere ſubſtantiam. Et Auguſtinus hunc locum
tractans, potiſſimùm urget illud: Vnum ſunt. Et
conſtans ac firmum eſſe vult in Scripturis, ut cùm a-
liqua dicuntur unum eſſe, ſubſtantia non differant.
Ioan.10.30. Sicut in Evangelio, cùm legimus Chriſtum dixiſſe:
Ego & Pater unum ſumus eadem natura cùm Patris
tum Filij, intelligebatur. Ita nunc inquit accipien-
dum eſſe de his tribus, quòd unum ſint.

20 11 Cyrillus ad hoc ita argumentatur: Ioannes
ait, Spiritus eſt qui teſtificatur: Et ſpiritus veritas G
eſt, quòd tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, Pa-
ter, Verbum, & Spiritus, & hi tres unum ſunt. Quod
ſi teſtimonium hominum accipitis, teſtimonium Dei
majus eſt. Hoc loco vides (inquit) teſtimonium Spi-
ritus ſancti, dici teſtimonium Dei: Vnde fit Spiritum
ſanctum Deum eſſe. Et illa tria, ſpiritum inquam,
ſanguinem & aquam, repræſentare tres perſonas, tri-
Spiritus, ſanguis, & aqua referunt tres perſonas. bus rationibus oſtenditur: Prima ſumitur ab ἐναλλα-
γῆς ſignorum, quàm Aug. recitavit. Deinde animad-
vertis illa tria dici unum, quod eis non convenit niſi H
reſpexeris ea quæ repræſentantur. Alioquin ſpiritus,
ſanguis, & aqua, natura ſive ſpecie inter ſeſe diffe-
runt. Tertio loco illa tria nomina Græcè ſunt neutri
generis, ὕδωρ, πνεῦμα, αἷμα, quibus poſtea ſubjicitur
articulus maſculus numero multitudinis & dicitur
οἱ τρεῖς, vel εἰς τὸ ἕν εἰσι, vel τρεῖς ἕν. Non autem poſ-
ſet articulus maſculeus, quoad ſigna, quæ ſunt neu-
tri generis, locum habere, niſi ad ſignificata, Patrem,
Filium, & Spiritum ſanctum applicaretur. Neque
turbet nos, quod legitur alicubi: Hi tres in unum I
ſunt, quaſi faciat id pro Arianis, qui dicebant has per-
ſonas in unum eſſe, quod in eodem teſtimonio con-

ſentirent, quaſi ſermo non ſit de eadem natura, ſed
de eadem voluntate. Ea phraſis ad Hebraicam acce- Hebraica phraſis.
dit, ut idem ſit, in unum eſſe, & unum eſſe. Vt cùm
in Pſalm. legitur: Ero illi in patrem, & ipſe erit mihi Pſal.89.32.
in filium: Eſt ac ſi dicatur, Ero ei pater, & ipſe erit mi-
hi filius. Nec non alibi, Ipſi erunt mihi in populum,
ego ero eis in Deum: quod eſt, Ero illis Deus, & ipſi 2.Cor.6.18.
erunt mihi populus. Cùmque dicitur, Vnum ſunt, &
diſtinctio ſignificatur perſonarum & ſubſtantiæ uni-
tas: Quoniam niſi eſſet aliqua diſtinctio, dicendum
fuerat, Vnum eſt.

12 Adducunt etiam canticum trium puerorum: 21
ubi cùm omnes creaturæ ad laudes Dei provocen- verſ.57.
tur, Filius, & Spiritus ſanctus non commemorantur.
Vnde perſpicuum eſt, inter creaturas non connu-
merari. Neque dixeris canticum iſtud apocryphum
eſſe, quòd ea pars Danielis in editione Chaldaica
deſit: quoniam iſtud idem fieri videbis in Pſalmis
Davidis, ubi eadem provocatio creaturarum ad di-
vinas laudes habetur. Ioannes in prima epiſtola di- 22
cit, Spiritus veritas: Quod non poteſt de creatura Paſſim.
ſcribi, quòd prima ſit veritas, quæ aliunde non pen- 1.Ioan.6.6.
deat. Solent & principium libri Geneſeos produce- Gen.2.
re, ubi habetur, Spiritus Domini ferebatur ſuper a-
quas: Quo loco volunt fieri mentionem trium per- 23
ſonarum, Patris qui creaverit: Filij, per quem omnia
ſint facta, ut cùm dicitur in principio, ſit idem quod,
Per principium, qui eſt Filius, & Spiritus ſancti. In
his verbis quæ jam commemoravimus, ſcio Hebræos
interpretes longè alia alibi afferre: ſed ego tantùm
ſuſcepi ea loca demonſtrare, ex quibus Patres divi-
nitatem Spiritûs ſancti collegerint. Quibus addas, 24
Paulum in ſuis epiſtolis raro mentionem facere Pa-
tris & Filij, quin vel Spiritum ſanctum expreſsè, vel
aliquid ad eum pertinens adjungat. Baſilius etiã cõ- 25
ſuetudinẽ refert in univerſa Eccleſia receptã, qua ſo-
lemus ad finẽ Pſalmorũ addere: Gloria patri & filio,
& ſpiritui ſancto. Vbi tres perſonæ mutuò æquantur.

13 Synodus Nicena ſymbolum edidit, quo dici- 26
mus: Credo in Spiritum ſanctum. Eſt autem mani-
feſtum, in nullam rem creatam, fiduciam noſtram
debere conquieſcere. Et quia tunc non multùm con-
troverſia de Spiritu ſancto agitabatur, nihil eſt adje-
ctum. Sed poſtea cùm variæ de illo emerſiſſent hæ-
reſes, in Synodo Conſtantinopolitana, quæ ſecunda Synodus Conſtantinopolitana.
eſt ex quatuor præcipuis, multa fuerunt addita ad
hunc articulum illuſtrandum. Nam fatemur nos cre-
dere in Spiritum ſanctum, & Dominum, & vivifi-
cantem. Per particulam, Dominum, æquarunt eum
Chriſto, qui vulgo in Scripturis appellatur Dominus.
Quod epitheton ideo voluerunt expreſſum, quo-
niam Ariani Chriſtum omnino creaturam ſtatue- Contra Arianos.
bant, ſed nobiliſſimam, quæ poſt Deum prima eſſet:
& Spiritum ſanctum dicebant adhuc Filio minorem,
ejus inquam miniſtrum. Vnde Synodus, loco mini-
ſtri, titulum Domini ſuppoſuit. Idemque factitarunt
in particula Vivificantem. Nam videntur in Ioanne
ſcribi, non ſolùm Patrem vivificare, ſed etiam vivifi-
care poſſe, quemcunque voluerit. Ideò ne Spiritus 27
ſanctus ab hac proprietate videretur excluſus, illam
particulam adjecerunt. Atque ut planior ejus divini-
tas fieret, additum fuit, eum cum Patre & Filio ſimul
adorari & conglorificari.

14 Athanaſius in ſymbolo: Deus Pater, Deus Fi- 28
lius, & Deus Spiritus ſanctus. Nec minus ad hoc i-
dem probandum, remiſſio peccatorum aſſumitur,
quam, ut propriam Spiritui ſancto concedunt. Nam
cùm Chriſtus in diſcipulos inſufflaſſet, dixit: Accipite
Spiritum ſanctum. Et quorum remiſeritis peccata, Ioan.20.22.
remiſſa ſunt: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Vn-
de patet Spiritui ſancto hanc vim concedi, & Deo
propriam eſſe. Quod vel ipſi ſcribæ teſtati ſunt, qui 29
cùm Chriſtum audiviſſent dicentem paralytico: Re-
mittuntur tibi peccata tua, eum clamitabant blaſphe-
maſſe, quòd munus Dei auderet obire. Appellant de-
inde Sacræ literæ, hunc eundem Spiritum, & ſanctifi-
catorem & illuminatorem. Quas facultates tribui 30
tantum Deo convenit. In Exodo cap.4. dicitur Moſi, Matt.9.2.
detrectanti legationem quod eſſet impeditæ linguę: Exod.4.11.
Quis dedit os homini? Quis fecit mutum & ſurdum?
Quis cæcum & videntem, niſi ego? Ero itaq; in ore
tuo, &c. Quo loco oſtenditur, Dei eſſe opus ut lo-

E

A quatur in ſuis miniſtris, eis os aperiat, & linguam expediat. Verùm Chriſtus cùm hac de re agit, inquit: Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri. Vnde videtur confici, Spiritum ſanctum eſſe Deum, quando cum illo habet eandem actionem. Auguſtinus in epiſtola ad Paſcentium, ſe mirari ait, qui fieri poſſit, ut Chriſtus, cujus membra ſumus, verus credatur Deus, & Spiritus ſanctus, cujus templum ſumus, negetur eſſe Deus, cum in poſteriori B conditione magis quàm in priori divinitatis excellentia comprobetur. Rationes quas protulimus, partim neceſſariæ ſunt, & Spiritum ſanctum Deum eſſe planè demonſtrant. Aliæ vero non uſque adeo ſunt efficaces, ſed cum aliis conjunctæ, animos fidelium de hac veritate confirmant. Neque ulla eſt earum, qua Patres alicubi non uſi ſint. Plura etiam potuiſſent argumenta hujus generis adjici, ſed his volumus eſſe contenti.

Matth. 10. 20.

Auguſt.

Quales ſunt rationes jam adductæ.

15 Modo ſupereſt, ut expendamus, quidnam adverſus hanc ſententiam opponi ſoleat. C Aiunt nonnulli, Spiritus ſanctus pro nobis orat, & quidem gemitibus inenarrabilibus. Quomodo igitur poteſt eſſe Deus, cum Deo non conveniat more precantiū ſe dejicere? Occurrunt nonnulli, & aiunt, Filium pro nobis intercedere, qui nihilominus Deus eſt: ideo non eſſe alienum à natura divina, ut oret. Cæterùm hoc frivolum eſt. Quoniam Chriſtus, quà homo fuit, Patre minor erat, ideo potuit illi fieri ſupplex. Sed Spiritus ſanctus nullius creaturæ naturam D ſuſcepit in unitatem perſonæ. Idcirco de illo & de Chriſto longè diſpar & varia eſt ratio. Reſpondebitur itaque, Spiritum poſtulare & orare, ut ad Romanos ſcribitur, quod nos ad hæc facienda impellat: & ideo gemere dicitur, quod nos gemere faciat. Neque phraſis hæc aliena eſt à Scripturis, verum frequenter uſitata: Nam Deus Abrahamo dixit, cum filium ſuū mactare voluiſſet: Nunc cognovi, quòd timeas Deū. Id profecto Numini antea cognitum atque perceptum erat, ſiquidem corda & cogitationes hominum E ipſum non latent. Sed cognovi, illic perinde eſt atque cognoſcere feci. Et phraſim hanc ita eſſe accipiendam Apoſtolus idem teſtatur ad Galatas, cùm ait: Quoniam autem eſtis filij, ideo immiſit Deus ſpiritum Filij ſui in corda veſtra, clamantem, Abba Pater: Quibus verbis aſſerere videtur, ipſum Spiritum ſanctum ad Deum clamare. Sed idem ad Romanos rem expedit: Non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore, ſed accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. F Quo loco apertiſſimè patet, nos eſſe qui clamemus, Spiritu ſancto excitante ac impellente.

Quid opponatur adverſus iſtam ſententiam. Rom. 8. 26.

Quomodo Spiritus ſanctus oret pro nobis. Rom. 8. 34.

Vide in Rom. 8. verſ. 26.

Spiritus ſanctus nullam creaturam ſuſcepit in unitatem perſonæ.

Geneſ. 22.

Gal. 4. 6.

Deus facere dicitur quæ facit ut faciamus.

Rom. 8. 15.

16 Quærunt deinde, Si Spiritus procedit à Patre, necnon etiam à Filio: quæ cauſa eſt quod non appellatur Filius, cùm à ſeipſo ortum non habeat? Reſpondetur: Quoniam in divinis & arcanis rebus, literarum ſanctarum ſequimur, & doctrinam & loquutionem. Cùm itaque nuſquam Scriptura Spiritum ſanctum vel generari vel Filium eſſe dixerit, cur hoc nos dicere tentemus? Et piis quidem hominibus, G hæc reſponſio deberet ſatis eſſe. Addendum præterea, nominari à Sacris literis hanc emanationem Spiritus ſancti proceſſionem, ideo nos ita debere illam appellare. Et licet inter Eccleſiam Græcam & Latinā diu contentio fuerit, an Spiritus ſanctus a Filio procederet: non tamen ea fuit magni momenti, niſi fuiſſet ſpiritu ambitionis exacerbata. Nam ex quo Græci de primatu in Eccleſia contendere cœperunt, ſententias Latinorum in malam partem facile trahebant. Attamen compoſitum fuit diſſidium in Synodo Flo- H rentina, & perſpicuū fuit Latinos nihil aliud voluiſſe, quàm Spiritum ſanctum, cum à Patre cum à Filio ſuam emanationem habere. Quam cum reperiamus, ut dictum eſt, in Sacris literis proceſſionem appellari, non ſumus accuſandi. Filius dicitur Spiritum ſanctū mittere. Nam cùm inſufflavit in Apoſtolos, dixit, Accipite Spiritum ſanctum. Deinde aiebat, Ille de meo accipiet. Ac multi ex Patribus ante Synodum Florentinam ſcripſerunt, Spiritum ſanctum cum à Patre tum à Filio derivari. Auguſtinus id habet quàm a- I pertiſſimè contra Maximinum, & alibi. Necnon Epiphanius in Ancorato, Spiritum ſanctum ab utroq; id eſt à Filio & à Patre, procedere confitetur.

Cur Spiritus ſanctus non dicatur Filius.

Vide in Rom. 3. v. 38.

Contentio eccleſiæ Græcorum cum Latina.

Synodus Florentina.

Ioan. 20. 22.

Ioan. 16. 14.

17 Quanquam difficile eſt inter proceſſionem & generationem diſcrimen ponere, & Auguſtinus adducto jam loco, ſe id fatetur ignorare: hoc tamen ſe dicit ſcire, quod quicquid naſcitur, etiam procedit: ſed non recurrit, ut quæ procedunt, generentur. Sed proprium diſcrimen exprimere non poſſumus. Spiritus itaq; ſanctus, neq; genitus, neque ingenitus appellatur: ne ſi diceremus ingenitum eum, videremur facere Patrem, & ſi genitum conſtituamus, illum videamur dicere Filium. Hoc habetur ex Auguſtino, Tom. 3. ab initio quæſtiuncularum decerptarum ex libro de Trinitate. Addas: Quod ſi Spiritus ſanctus diceretur genitus, tum in Trinitate duo Filii conſtituerentur, & duo Patres. Nam cùm Spiritus ſanctus tam à Patre quàm à Filio ſit, utrumque haberet Parentem, ſi ab eis diceretur generari. Quin ſi bene res æſtimetur, tunc ejuſdem Patris nequam, & Filius diceretur & nepos. Qua enim à Patre generari aſſereretur, Filius ejus diceretur: qua vero à Filio diceretur naſci, Patris nepos eſſet, quæ abſurda ſunt, & à Scripturis aliena. Deinde quia Spiritus ſanctus dicatur genitus, verba Scripturæ obſtant, quæ Filium frequenter appellant Vnigenitum: Ex quo ſequitur, Spiritum ſanctū non eſſe genitum. Primo capite Ioannis habes, Gloriam ejus, quaſi unigeniti à Patre. Et in 3. cap. ejuſdem Evangelii: ſic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum traderet. Atq; idē Ioannes in ſua Epiſtola. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quòd Filium ſuum unigenitum dedit. Et Chriſtus quoad humanam naturam in ſacris literīs non unigenitus Dei, ſed primogenitus inter multos fratres appellari conſuevit, ut patet ad Romanos: quo vero ad naturam divinam, fratres non habet.

Diſcrimen inter generari & procedere.

Spiritus ſanctus neq; genitus neque ingenitus dicitur.

Cùm Filius dicatur unigenitus, non poteſt dici genitus ſpiritus. Ioan. 1. 14. Ioan. 3. 16.

Quoad humanam naturam Chriſtus dicitur primogenitus. 1. Ioan. 4. 9. Rom. 8. 29.

18 Cavillantur alii, quod in Nicena ſynodo Spiritus ſanctus non fuerit diſertis verbis appellatus Deus, ſed tantùm divinitas Filii expreſſa eſt. Ad quā objectionem reſpondet Epiphanius, quod in Nicena ſynodo tantùm de Filio controverſum erat. Nam Arrius tantummodo contra hoc ab initio pugnavit. E Et Concilia plerunq; non definiunt, niſi quæ tunc in dubium revocantur: Et tamen, ſi quis rem diligenter excutiat, ea ſunt ibi definita, quæ Spiritus ſancti naturam divinam ſatis apertè oſtendunt. Nam ibi dictum eſt: Credimus in Spiritum ſanctum. Et in creaturam non licet fiduciam ſuam collocare. Præterea, quod non factum fuit in ſynodo Nicena, in Conſtantinopolitana plane perfectum eſt.

Cur in Nicena ſynodo non ſit expreſſum, Spiritum ſanctum eſſe Deū.

19 Objiciunt etiam de Patribus, quod nonnulli eorum, potiſſimùm vetuſtiores, cunctanter enun- F ciaverint in ſuis ſcriptis de Spiritu ſancto diſertis verbis, quod eſſet Deus. Inter quos recenſetur ab Eraſmo Hilarius, qui primus inter Latinos exiſtimatur ſcripſiſſe adverſus Arianos. Is in ſuis libris de Trinitate, nunquam Spiritum ſanctum apertis verbis Deū appellavit. Ad quam objectionem reſpondemus, Vetuſtiſſimos Patres in tradendis rebus divinis, ſumma egiſſe modeſtia, & imitatos eſſe Scripturas divinas, quantum poterant. Et licet expreſſis verbis Spiritum ſanctum non dixerint eſſe Deum: ita tamen interim G ſcripſerunt, quæ divinitatem ejus convincunt. Deinde liquet, eos ex profeſſo pugnare contra negantes Spiritus ſancti divinitatem, & perſonarum divinarum æqualitatem: ut videmus factum in illa voce homouſion: à qua nonnulli catholici ab initio ſibi temperabant, quod videretur nova, & in Sacris literis non haberetur, qui tamen rem ſignificatam complectebantur, & libentiſſime admittebant. Nos vero hæc non moramur, ſed concedimus, quicquid cùm primis in Sacris literis habetur, deinde quicquid H ex illis neceſſario ac manifeſte deducitur. Et illis vetuſtioribus Patribus ſucceſſit Baſilius, & plerique alii, qui Spiritum ſanctum Deum eſſe, & teſtantur, & omnibus modis defendunt.

Matth. 11. 27.

20 Garriunt alii, ſcriptum eſſe, Neminem Patrem noſſe, niſi Filium: ac e diverſo, Neminem noſſe Filium, niſi patrem. Quibus in locis aiunt, nullam Spiritus ſancti mentionem haberi: ideo videtur eis, illum neque Patrem, neq; Filium noſſe, & ideo non eſſe Deum. His quoq; reſpondetur, Cum notitia Pa- I tris & Filii duabus perſonis tribuitur, Spiritus ſanctus non excludendus eſt, quandoquidem tam Patris quàm Filii Spiritus dicitur. Vnde quod ambobus conve-

An Spiritus ſanctus noverit Patrem & Filium.

Digitized by Google

Spiritus ſanctos non tantū Patrē & Filiū novit, ſed etiā illos revelat. 1. Cor. 2. 11.

convenit, illi etiam commune eſt. Quòd ſi quærant
ex Scripturis ſanctis hac de re teſtimonium explicatum, illud ex prima epiſtola ad Corinth. producemus, ut ſcribitur: Ea quæ ſunt hominis, nemo novit,
niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo: ita & quæ Dei
ſunt, nemo novit, niſi ſpiritus Dei. Item in Evangelio

Matt. 16. 17.

ſcribitur: Beatus es Simon Bar-Iona, quia ſanguis
& caro non revelavit tibi, ſed Spiritus Patris qui eſt
in cœlis. Ex his teſtimoniis patet Spiritum ſanctum
non ſolum Deum noſſe, verum etiam revelare. Error
autem iſte, quo nonnulli conantur Spiritui ſancto
inurere notam ignorationis divinarum rerum, ab O-

Origenis error.

rigene habuit initium: qui gradum quendam conſtituit inter naturas intelligentes, ita ut Patrem putaverit ſolum noſſe ſeipſum, & Filium dixerit nō noviſſe Patrem, & Spiritum ſanctum ignoraſſe Filium:
angelos præterea voluit Spiritum ſanctum nō intelligere, & denique homines non videre angelos. Atq;

Epiphan. liber περὶ ἀρχῶν. Hieronymus & Ruffinus.

hunc ordinem ab eo poſitum, Epiphanius narrat ex
libro, ut atteſtatur, περὶ ἀρχῶν. In quo tamen, quantum
memini, hactenus non legi, rem hujuſmodi ita planam deſcriptam: quod non eſt mirum, quia liber ille
à Ruffino verſus multa habet mutila. Nam Ruffinus detraxit, quæ videbantur magis erronea, ne legentes nimium offenderentur. Vnde poſtea inter
ipſum & Hieronymum, ortum eſt graue diſſidium.
Fuerunt qui dixerunt, cum Spiritus ſanctus dicatur
mitti, quemadmodum & Filius dicitur miſſus, eum
quoque debuiſſe ut Chriſtus, aſſumere aliquam naturam viſibilem in unitatem perſonæ. Quæ illorum
ratio minimè neceſſaria eſt. Quandoque fatemur
eum ſumpſiſſe vel columbā, vel igneas linguas, quibus præſentiam ſuam declararet, ſed hæc ad horam
ſuſcepit, neque vnum ſuppoſitum cum his naturis factum, ut in Chriſto eveniſſe confitemur. Quamvis

Manes. Montanus.

non defuerint impudentiſſimi hæretici, ut Manes, à
quo Manichæi: Montanus & Baſilides, ac ejuſmodi
peſtes, qui ſe prædicaverint Spiritum ſanctum eſſe,
quem Chriſtus promiſerat. Sed fruſtra hæc ab eis
confingebantur: Nam Chriſti promiſſionem, Acta

Act. 2.

Apoſtolorum ſatis indicant, non poſt multos dies
ab aſcenſione fuiſſe completam.

21 Cæterum obſervandum eſt, humano more,
Scripturam loqui de Deo. Affectus enim recordationis indicat Dei bonitatem. Qui enim amicorum periclitantium ſunt memores, illis ſubveniunt: non tamen Deo propriè convenit ut reminiſcatur, cùm id
oblivionem quandam præceſſiſſe notet, quam Deo

In Gen. 8. v. 1. Notitiarum tria genera.

tribuere eſſet iniquum. Notitiarum autem tria videmus eſſe genera, quæ pro temporis varietate à ſe mutuo diſtinguuntur: Nam ſi res præſens tunc intuenti inveniatur, dicitur aſpectus quidam: eſtque hæc
notitia omnium aliarum radix, & certior cæteris. Si
præterita reſpiciat, dicitur memoria: Si futura præſentio, quæ tertia plerumq; à ſecunda oritur. Qui
enim multa ſunt experti, & complurium meminerunt, illi facilè de multis futuris, quadam adepta prudentia, benè judicare conſueverunt. Deo iſtarum
cognitionum nulla verè tribuitur, niſi prima, cùm
omnia illi ſint præſentia, atque uti illius natura, ita
quoq; ejus actiones nullo pacto tempore comprehenduntur. Dicitur tamē in Scripturis, aut meminiſſe, aut præſentire: quod ſæpe illi ea tribuantur effecta, quæ præſentientes aliquid aut illi qui recordan-

Deo omnia præſentia. Gen. 6. 8. & 9. Gen. 8. 1. &c.

tur facere conſueverunt: Verùm memoria præteritam cognitionem requirit. Inveniemus Scripturam
dixiſſe, Deum vidiſſe Noa juſtum & integrum in ſuis
generationibus: tunc cum ſalvare voluit & arcæ incluſit, illum videbatur attendere: Cùm verò tandiu
in arca moraretur clauſus neq; inde eriperetur, Deus
quodammodo videbatur, ſi humano more loquendum ſit, illius oblitus: At rurſus cùm illum liberat,
dicitur recordari.

In Iud. 2. verſ. 10. & 18. Quomodo intelligendum Deum iraſci & pœnitere.

22 Eadem ratione, cùm Deus excanduiſſe dicitur,
non ſic eſt accipiendum, quaſi Deus affectibus laboret, id enim hominum eſt: Sed juxta communem
receptámque horum locorum interpretationem, ſentimus Deum ſe inſtar hominum iraſcentium habuiſſe: qua eadem ratione illum pœnitere interdum ſcribitur. Quamobrem Deum vel pœnitere, vel iraſci
nihil aliud erit, atque ipſum ea facere, quæ pœnitentes & irati agere conſueverunt. Illi enim aut immu-

A tant aut evertunt, quòd antea fecerant, & iſti de illata
injuria ulciſcuntur. Ambroſius in libro de Noe &
Arca, cap. 4. de ira Dei aliter loquitur. Neque enim
Deus, inquit, cogitat ſicut homines, ut ei aliqua nova
ſuccedat ſententia, nec iraſcitur quaſi mutabilis: Sed
ideo hæc creduntur, ut exprimatur peccatorum noſtrorum acerbitas, quæ divinam meruit offenſam, ut
tantùm & eouſque creverit culpa: ut etiam Deus
qui naturaliter non movetur, aut ira, aut odio, aut
B paſſione ulla, provocatus videatur ad iracundiam.
Rectè autem priuſquam ſupplicium recenſeatur, iræ
fit mentio. Prius enim homines iraſci, quàm ulciſci
conſueverunt: Neque aliud ira eſt, ſi Ariſtoteli cre-

Quid ſit ira.

damus in ſuis Rhetoricis, quàm appetitus ultionis
propter contemptionem. Qui enim ſe negligi atq;
contemni ſentiunt, de ultione ſtatim cogitant, &
quomodo aliqua pœna, vel injuriam, vel contumeliam illatam reponant, aſſiduè meditantur.

Deum non ita pœnitet, ut mutetur, Infra cap. 15. ſect. 2.

23 Dubium tamen adhuc fortaſſe cuipiam erit,
C an Deus cùm eum pœnituit, ullo pacto immutatus fuerit. A piis omnibus, uno propemodum ore,
dicitur, Deum nequaquam mutari, quandoquidem
id cùm imperfectionis, tum etiam inconſtantiæ certum eſſet indicium. Cæterum eam varietatem quæ
hic intervenit, non ipſi Deo, ſed nobis adſcribendam.
Si quis dixerit (exempli cauſa) Deum citra controverſiam deſiiſſe Chenanęis adverſus Iſraëlitas favere,
quod antea ſic videbatur corroborare, ut eos vellet
Iehudæos opprimere: ac viciſſim Hebręos poſtea ef-
D ferre, quos antea videbatur à Chenanæis velle depreſſos: Iſta ſanè veritatem habere inficiari nemo poteſt. Qui ergo Dei voluntatem à commutatione poterimus aſſerere? Reſpondeo ex Ierem. cap. 18. apertè

Ier. 18. 7.

conſtare diverſitatem quidem in effectis eſſe, cùm tamen Deus reipſa voluntatem eandem perpetuò teneat. Etenim ejus nomine ſic ibi ſcribitur, Statim

Varietas eſt in effectis, non in Deo.

ut loquutus fuero, contra regnum aut gentem ut diſperdam, evellam & diſſipem, ſi pœnituerit eos, me
quoque pœnitebit. Ac è diverſo, ſtatim ut bonum lo-
E cutus fuero de regno aut gente, ut ædificem, ac plantem, & malum fecerit ea gens aut regnum in conſpectu meo, jam me quoq; boni pœnitebit, quo eos afficere conſtitueram. Hæc indicant Deum in hoc genere comminationum atq; promiſſionum, idcirco nō
commutari: quod non abſolutè ac ſimpliciter, ſed ex
conditione loquatur. Complementum verò vel irritatio conditionum penes nos attenditur: Et idcirco
mutatio non ei, ſed nobis attribuenda eſt. Sin verò
me rogaris, an prius Deus & noverit & decreverit,
F quidnam ſit quoad has conditiones eventurum? Annuam. Is quippe jam ab æterno de futuris eventis nō
modò novit, verumetiam decrevit quid ſit futurum.
Sed voluntatis ejus arcanum, quia divinis literis quoad iſta patefactum non habemus, ideo eam regulam

Ion. 3. 4. Eſa. 38. 1.

ſequi nos oportet, quæ à Ieremia uti commemoravimus prolata eſt: Eam Ninivitæ, nec non Ezechias
rex, non adhuc editam ſpectarunt. Nam licet Dei
nomine illis exitium fuiſſet propoſitum, illud tamen
reſipiſcentia & precibus interpoſitis evaſerunt. Nec

Deus quando minatur quæ non ſuccedūt nequaquam mentitur.

G eſt quod ſuſpicemur, Deum cum ita comminatur aut
promittit, quæ poſtea non ſuccedunt, quicquam
mentiri: Nam quod ad Ezechiam attinet, ex cauſis
naturalibus, quæ vulgo ſecundæ appellantur, mors
illi omnino impendebat. Ideo juxta eas pronunciata
ſententia, mendacij accuſari non potuit. Et Ninivitæ ſi faciendum illis fuiſſet, ut eorum peccata merebantur, perituri omnino erant: Deus autem per
Ionam prophetam, ſecundùm eorum merita prædicari mandavit. Ad hæc mendacium in oratione quæ
H ὑπόθεσιν ſeu conditionem habeat conjunctam, deprehendi non ita poteſt ut in abſolutis & ſimplicibus enunciatis, cùm eventus à perfectione, vel à violatione conditionis pendeat.

CAPVT XII.

De rerum omnium creatione, ubi de Angelis, Homine, Anima, ſſentia, Imagine Dei, &c.

In Gen. cap. 1. initio. Cœli & terræ nomine quid ſignificetur.

I COELI & terræ nomine ego putarem à Moſe
narrari conditam eſſe baſim rerum omnium tam
cœlorum quàm elementorum, hancque materiam

A nominibus ſignificari jam perfectarum rerum: Nam cùm non niſi per formam & perfectionem cognoſci poſſit, par eſt, ut illa quoque nuncupetur & notetur. Significatur ergo tota hæc moles cœli & terræ nomenclatura, qua veniunt & reliqua tria elementa, ignis, aër, aqua. Signavit extrema, quibus & quæ ſunt intermedia, vult à nobis accipi. Sed quàm rudia iſta primò fuerint, indicatur, cum de terra dicitur *Tohu* & *Bohu*. Producta itaque fuit B hæc moles ὕλη, materia adhuc rudis, quæ cùm ad ſuperiora pertinebat, tum ad inferiora: ac fortè ita, ut ſitum ſuperiorem nobilior habuerit, inferior ignobiliori ſit attributus. Hinc maximè convenit primæ rudi & indigeſtæ moli creationis nomen, ſiquidem illa duntaxat videntur condita è nihilo, alia dicuntur facta & ficta. Verùm non perpetuò ſervatur hæc differentia: quædam enim appellantur creata, quæ ex aliqua priori materia dicuntur derivata. Duo verò creationi tribui conſueverunt, & C ut ſubita ſit, & nullam requirat præexiſtentem materiam.

Gen. 1. 2.

Facere & creare.

2 Ita mundus non temerè eſt factus, neque ſuo authori eſt coæternus. Temeritati & caſui multi veterum philoſophorum, rerum fabricam permiſerunt, cùm plerique eorum aut diſcordia & lite, aut atomis corpuſculis uſi ſint principiorum loco. Æternitatem Ariſtoteles illi tribuit, ita ut Deum faciat cauſam mundi non conficientem, ſed tantùm finis rationem illi tribuit: vel ſi facit, vim illi D aufert operandi ex voluntate, mundúmque illum conſequi putat, uti umbra corpus, vel ſolem lux. Quod Peripatetici facere videri volunt, divini honoris gratia, nec in Deo aut ullam impotentiam, aut mutationem ponere cogantur. Sed nobis hæc nihil officiunt: Nam non ponimus Deum natum aptúmve ad aliquid patiendum, verùm illi ſummam vim ad agendum tribuimus: neque etſi Deus in ſua æternitate deſtinavit ſe mundum eſſe facturum, quando fecit, ideo in illo ſubſequitur aliqua propoſiti aut voluntatis mutatio. Rurſus cavetur an- E tiquorum error, qui putarunt chaos præextitiſſe æternum & increatum, Deum verò tantùm exemiſſe quæ ibi erant permixta: at nos dicimus & illam molem primo die conditam. Sunt qui quærant, Cùm potuerit Deus longè prius mundum producere, cur tam ſerò? Eſt petulans ac procax hæc inquiſitio, nec humanæ curioſitati, niſi illam retundendo ſatisfieri poteſt. Nam quocunque puncto temporis aut ficti aut imaginati dediſſem tibi factum mundum, tu adhuc conqueri poſſes id ſerò fuiſſe factum, F ſi tuam cogitationem referres ad Dei æternitatem. Igitur hic piè eſt agendum, non hac procaci & temeraria curioſitate.

Philoſophorum errores de mundi ortu.

Curioſitas.

3 Sed mirum utique videtur, cur angelorum productio ſic prematur ſilentio, ut in tota Scriptura veteri non habeatur ejus mentio. De veteri aſſero, quando in nova non reticetur id. Coloſſ. 1. illic palàm habemus illorum creationem. Sunt qui in veteri duo loca adducant, Qui facit angelos ſuos ſpi- G ritus. Et alibi, Quando dixit, & facta ſunt. Verum non id iſta loca firmiter ſuadent. Potius dicendum illos nomine cœli comprehenſos, cùm ab omnibus ſit receptum ab illis cœlos torqueri. Prima ratio: Quia ſi primò ſcriberentur producti, Deus illorum opera poſtea videretur uſus producendo alia, ut autem ſoli ei omnem producendi vim tribuamus, ideo id Moſes tacuit, ne ſuſpicaremur, nos fortè eſſe illorum figmentum. Quemadmodum Chriſto filio Dei tantùm noſtra redemptio accepta refertur, non ange- H lis, ita par fuit ut eſſet de creatione. Secunda ratio, propter hominum proclivitatem ad idololatriam: Nam ſi cœlum, ſtellas, iumenta, ſerpentes & volucres adorarunt, quid ſi Moſes deſcripſiſſet illam ſpiritualem creaturam ſuis coloribus? Diceret conditos ut nobis inſervirent, ut præficerentur regionibus, ut ſingulis adeſſent hominibus: Quid non effeciſſent homines? Inſanuiſſent in eorum cultu. Prima eorum mentio habetur ad paradiſum, cùm romphæa Cherubini: item tempeſtate Abrahæ, I quando jam aderat unius Dei aſſertor validiſſimus. Tunc à Deo pericula permittuntur, cùm ab illo item validiſſima adhibentur remedia. Et Paulus attingit hanc ἐθελοθρησκείαν & cultum angelorum, ad Coloſſ. 2.

De Angelorum creatione

Col. 1. 16.

Pſal. 104. 4.

Pſal. 33. 9.

Angelos cœlos torquere.

Gen. 3. 24.

Gen. 18. 1.

Col. 2. 18.

4 Rabbi Selomoh ait, Angelorum nomina eſſe arcana, ita ut nec etiam ipſi norint ſua nomina. Quin etiam addit, Angelos non habere ſua nomina, ſed tantùm illis cognomina imponi, à rebus illis ad quas curandas mittuntur. Quod etiam Epiſtola ad Hebræos innuit, dum eos adminiſtratorios ſpiritus appellat. Affert Rabbi Selomoh exempla è ſacris literis, angelus ad Eſaiam mittebatur, & quoniam ei ad labra carbonem ardentem admovit, à verbo *Saraph*, quod ſonat comburere, dictus eſt Seraphim. Ita poſſumus de Raphaële dicere, illum quod curaſſet Tobiam, ideo ſic appellatum, quaſi fuerit Dei medicina. Gabriel item, non diſſimili ratione, vocatus eſt Dei fortitudo. Significat etiam vox *Peli*, quam ſibi tribuit angelus Iud. 13. mirabile: Idcirco enim venerat, ut miraculum ederet, & ſanè mirum admodum erat flammam è ſaxo educere, quæ ſacrificium conſumeret. Et fieri poteſt, ut angelus nomen ſuum patefacere noluerit, quòd homines tum temporis ad idololatriam proni eſſent: & facilè cùm audiſſent nomen angeli, fortaſſis illud nimia religione coluiſſent. Cherubim autem ſunt angeli, quorum nomen à figura eſt derivatum. Inquit Aben-ezra, *Keruf* ſignificare formam, ſive figuram, hominis vel bruti illa ſit, nihil refert, cùm quælibet ita dicatur. Angeli ſortiuntur hæc nomina, quod hominibus ſub aliqua animantis figura appareant, ut patet Ezech. 10. Alij opinantur nomen compoſitum à litera *Caph* deſerviente, quæ eſt ſimilitudinis nota & *Ram* quod Chaldaicè pueros & juvenes ſignificet, quod humana forma & ea quidem juvenili appareant angeli, & ficti fuerint in tabernaculo Dei, alis additis. Quod fortè Dionyſius, & alij ſecuti ſunt, cùm dicunt, illos ſignificari plenitudine ſcientiæ: cùm homo, cujus ipſi figuram geſtant, intelligentia & notitia diſtet à brutis. Cherub igitur figura quædam eſt data, nobiſque ſignificat nuncios Dei, qui magna celeritate omnia illa faciunt quæ Deus iubet: utitur illis & ventis qui gubernantur ab illis angelis, Deus inequitat, quia illis rebus fit quod Deus vult. Ethnici etiam Mercurium alatum fecerunt, & ventis alas tribuerunt. Angelos quoque alatos poni ſæpe habemus. Cherubim cùm alis factæ ſunt in Exodo: Eſaias Seraphim ad ſe volaſſe dicit: Ezechiel & Daniel angelos ad ſe volantes viderunt, hæc oſtendunt miniſterium angelorum velociſſimum eſſe. Pſal. 104. Qui creat angelos ſuos ſpiritus. Non ſentiendum hic cum Sadducæis, quaſi angeli miniſterium tantùm ſint, nullæ ſubſtantiæ ſecretæ à materia: Non tantùm motu creaturarum brutarum moventur, ſed intelligunt, loquuntur, inſtruunt nos. Venit angelus ad Mariam virginem, & Zachariam. Angeli eorum, ut eſt in Evangelio, ſemper vident faciem Patris. Ad Hebræos dicuntur adminiſtratorij Spiritus: Denique gubernant regna & provincias.

In Iud. 13. 17.

Heb. 1. 14.

Angeli ex iis quæ faciunt nomina naſcuntur.

Eſa. 6. 6.

Seraphim.

Tob 12. 15.

Luc. 1. 26.

Iud. 13. 18.

In Gen. 2. ſub finem.

Cherubim.

In 2. Sam. 22. verſ. 11.

Angeli alati.

Exod. 37. 9.

Eſa. 6. 2.

Ezech. 10. 5.

Dan. 9. 21.

Pſal. 104. 4.

Angelos ſubſtantias eſſe.

Luc. 1. 26.

Matt. 18. 10.

Dan. 10. 13. & 12. 1.

5 Proximum eſt, ut aliquid interponam de viſionibus angelorum. Nam angelus apparuit Manoch, & ſæpe aliàs, quemadmodum ſcripturæ tradunt, angeli ab hominibus conſpecti ſunt. Quæri autem poteſt, quomodo apparuerint, cum corpore ne aliquo, an tantùm phantaſmate, & ſi corpore, ſuóne an alieno, & aſſumptóne ad tempus, an perpetuo. His de rebus, variæ feruntur hominum ſententiæ. Platonici, mentes, hoc eſt intelligentias, aiunt ita comparatas, ut quædam earum habeant corpora cœleſtia, aliæ verò æthera, aliæ verò aërea, aliæ aquea, aliæ terrena. Quædam etiam ſtatuunt [illegible] quæ in tenebris & caligine perpetuo degant. Iis de rebus multa colligit Marſilius Ficinus in 10. libro de Legibus, & in Argumento Epinomidis. Peripatetici aſſerunt quaſdam intelligentias eſſe: quæ convertant & impellant cœleſtes orbes, neque alias commemorant. Theologi autem Scholaſtici ſtatuerunt mentes illas & intelligentias ſpirituales omnino eſſe, nec habere corpora. Atque ut ita ſentirent, hac ratione adducti ſunt, quod oporteat has intelligentias animos hominum ſuperare, quorum facultas perfectiſſima, in intelligendo ſita eſt. Quare, ut exiſtimant, in hoc opere, illos

In Iud. cap. 13. Vide ſup. cap. 3. Sect. 25.

Platonicorum ſententia.

Peripatetici.

Theologi Scholaſtici.

Digitized by Google

illos oportet ab intelligentiis ſuperari, atque id fieri, quod mentibus ipſis cœleſtibus non ſit opus tum ſpectris, tum etiam ſenſibus: quod cùm ita ſit, corpora eis eſſent ſupervacanea.

Patres. Origenes.

6 Cæterum ex Patribus aliqui longè aliter ſtatuerunt. Origenes, in libris περὶ ἀρχῶν, ut Hieronymus annotavit in Epiſtola ad Pammachium, de erroribus Ioannis Hieroſolymitani, mentes illas ſpirituales ait, quoties delinquunt, labi, & trudi in corpora: nec tamen ſtatim in infima, ſed primùm in ſydera, tum in ætherea, & aërea, poſt in aquea, extremum in humana & terrea. Et ſi ne tum quidem ſe rectè gerant, poſtremò fieri diabolos. Ac ſi vel tum velint reſipiſcere, per eoſdem illos gradus poſſe ad priſtinum ſtatum pervenire. Atque hoc per illam ſcalam intelligi debere, in qua Iacob vidit angelos aſcendentes & deſcendentes.

Gen.28.12.

Hieronymus.

Quin Hieronymus, ut res eſſet apertior, adjecit ſimile. Tribunus, inquit, ſi rem non rectè adminiſtravit, dejicitur de gradu, fitque primicerius, deinde ſenator, ducenarius, biarchus, circitor, eques, dein tyro. Et quanquam tribunus quondam miles gregarius fuerit, tamen ex tribuno non tyro, ſed primicerius factus eſt. Cæterùm hæc abſurda ſunt, & perridicula. Et ſanè Origenes in iis magis πλατωνίζει quàm χριστιανίζει.

Contra metempſychoſim Origenicam.

Quod primùm ſumit, animas ad corpora detrudi, ceu ad ſupplicium, manifeſtè falſum eſt, cùm Deus animæ corpus adjunxerit ad auxilium, non ad pœnam. Nec rectè diabolo facit ſpem futuræ ſalutis, cùm è diverſo Chriſtus doceat, Ite inquiens, maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. Nec poſſumus interpretari, æternum ibi poſitum eſſe pro diuturno: Nam ſententiam ſuam Chriſtus exponit apertiſſimè, cùm inquit, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.

Matt.25.41. Marc.9.44. Eſa.66.24.

Nec verè ſtatuit animas prius deliquiſſe, quàm in corpora venirent, cùm Paulus de Iacobo & Eſau ſcribat, antequam nati eſſent, nihil boni aut mali feciſſent, dictum eſt, Iacob dilexi, & Eſau odio habui: Major ſerviet minori. Meritò igitur hæc ſententia Origenis ab omnibus exploditur.

Rom.9.11.

Auguſtinus.

7 Auguſtinus multis in locis videtur angelis tribuere corpora, nominatim de Trinitate libro ſecundo, capite ſeptimo, & lib. tertio, cap. primo. Quod Scholaſtici videntes, accuſarunt eum, quòd non ſua, verùm aliorum ſententia ibi loqueretur. Quod ego quoque poſſem recipere, cùm videam illum Patrem, de Civitate Dei libro octavo capite decimo ſexto de ſententia Apuleij Madaurenſis & Porphyrij definire, dæmonas eſſe genere animalia, animo paſſiva, mente rationalia, corpore aërea, tempore æterna. Certè ibi Platonicorum doctrinam ſequitur. Cæterum in locis prius adductis omnino ex ſeipſo loqui videtur.

Bernardus.

Quin & Bernardus in Cantica Canticorum, ut apparet, eiuſdem eſt ſententiæ. Quare Scholaſtici coacti ſunt aliud excogitare, aiúntque angelos, ſi cum hominibus conferantur, eſſe ſpiritus: ſin verò cum Deo, habere corpora, quoniam ab unitate Dei & ſimplicitate deficiunt.

Tertullianus.

Tertullianus de carne Chriſti, Angelos affirmat habere corpora. Cæterum id minus mirum de eo eſt, nam ipſi quoque Deo corpus attribuit. Sed corpus appellat quicquid eſt. Agebat enim cum hominibus indoctis & rudibus, qui quod corpus non eſt, nihil eſſe putant. Scholaſtici autem dicunt, angelos reipſa ſpiritus eſſe, ſed cum accedunt ad homines, aſſumere corpora aëria, eáq; denſare, ac ſpiſſiſſima reddere, quò videri, tangi, & ſentiri præter naturam aëris queant. Sunt etiam qui dicant, aliquid terreum aut aqueum illis admiſceri: neque tamen volunt eam perfectam eſſe mixtionem, ne cogantur ibi ponere generationem. Fuerunt etiam, qui putarint Angelos interdum aſſumere cadavera. Sed hoc majori parti viſum eſt indignum, ut de ſanctis angelis exiſtimetur.

An angelis conveniat ſpecie hominis aſſumere.

8 Dixerit hic aliquis, abſurdum eſſe cœleſtibus angelis impingere fictionem & mendacium, ut ſe homines eſſe fingant, cùm revera non ſint homines. Quin hoc ipſum labefactare videbitur Chriſti argumentum, quo à reſurrectione uſus eſt, ut doceret ſe verum corpus habere: Palpate, inquit, & videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.

Luc.24.39.

Apoſtoli enim exterriti, putabant ſe videre phantaſma: quare Chriſtus, ut illis fidem faceret, juſſit ut ſuum corpus explorarent & contrectarent. At dicere potuiſſent Apoſtoli, Quod ſentimus, eſt phantaſma: videtur quidem eſſe Chriſtus, at fortaſſe non eſt: Nam Angeli quoque videntur habere corpora, tangi & palpari, cùm tamen reipſa corpora non habeant. Infirmare etiam poteſt hæc ſententia, Patrum argumentum de carne Chriſti contra Marcionem: Nam edebat, inquiunt illi, bibebat, eſuriebat, dormiebat, ſudabat: Ergo habuit verum & humanum corpus. Ad hæc reſponderi poteſt: Iſta eadem viſa fuiſſe contingere angelis, cùm tamen corpora non haberent.

Non quicquid fingitur, eſt mendacium.

Reſpondeo, Quod primo loco dicunt, abſurdum eſſe angelis tribuere mendacia, intelligere debent, quicquid quocunque modo fingitur, non ſtatim eſſe mendacium. Chriſtus apparuit diſcipulis ut peregrinus, nec tamen eſt mentitus: idem viſus eſt Mariæ ſpecie hortulani, nec tamen eſt mentitus.

Luc.24.15. Ioan.20.15.

Angeli dum videbantur homines, non mentiebantur.

Sic angeli quamvis homines videbantur, cùm homines non eſſent, mendaces non fuerunt. Non enim idcirco veniebant, ut ſe probarent eſſe homines, ſed tantùm ut poſſent cum hominibus & congredi & colloqui. Ad Chriſti argumentũ de corpore ſuo ita reſpondeo: Primùm Apoſtoli putabant ſpectrum eſſe quod apparebat: Id autem Chriſtus ut refelleret, ait, Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet. Ex ipſo tactu ſentiri potuit, verum & ſolidum eſſe corpus quod aderat, nõ inane phantaſma. Verùm dixeris, Fuiſſe quidem verum corpus, ſed aſſumptum ad tempus, quale corpus interdum angeli ſolent induere. Quomodo autem doceri poterat, idem illud corpus fuiſſe, quod antea jacuerat in ſepulchro? Hac in re valere debet ipſius Chriſti & Scripturarum authoritas. Scripturæ quippe docent ſatis luculenter, Chriſtum fuiſſe moriturum, & poſtea die tertio reſurrecturum: nihil autem reſurgere poteſt, niſi quod antea ceciderit, quemadmodum Tertullianus doctiſſimè ſcripſit. Atque hoc Scholaſtici viderunt: unde Thomas Aquinas inquit, niſi addantur alia quædam, hoc non eſſe firmum argumentum. Idem reſponderi poteſt rationibus Patrum contra Marcionem. Multæ ſanè actiones prius adductæ poſſent angelis convenire, aut corporibus aſſumptis, non tamen omnes. Naſci enim, & nutriri, & mori, & ſentire, neque in angelos, neque in aſſumpta corpora cadunt. Scriptura verò quàm apertiſſimè teſtatur, Chriſtum & natum fuiſſe ac doluiſſe, eſuriiſſe, mortuum eſſe, ac verum fuiſſe hominem. Verùm de his poſtea fuſius.

Qualia corpora aſſumant angeli.

9 Alia permulta ſunt in Scholaſticis theologis de iis rebus: ſed quoniam minus utilia ſunt, ea prætermitto: Atque id quæro, an Angeli poſſint aſſumere vera corpora, eáque naturalia, quæ antea quoq; extiterint, atque illis pro ſuo arbitrio uti, ut diabolus induit ſerpentem, & per eum cum Eva egit?

Gen.3.2.

Angelus item loquutus eſt in aſina Bileam: Cur ergo eodem modo non poteſt Angelus occupare humanum corpus, & in eo loqui?

Num.22.28.

Certè in Zacharia Propheta ſcribitur, Angelus Domini qui loquebatur in me.

Zach.1.9.

Videtur ergo angelos corporibus hominum & brutorum poſſe abuti. Auguſtinus de Trinitate libro tertio capite primo, quæſtionem hanc ait eſſe difficillimam, An angeli adjungant corpore ſuis propriis corporibus, ut ea mutent in varias ſpecies, ut nos ſolemus veſtes, ſed etiam ipſam naturam, ut Chriſtum legimus aquam in vinum commutaſſe. Hoc dicit non eſſe impoſſibile.

Ioan.2.9.

Sic autem ſcribit, Fateor excedere vires intentionis meæ: Utrum angeli manente ſpirituali ſui corporis qualitate, per hanc occultius operantes aſſumant ex inferioribus elementis corpulentioribus, quod ſibi coaptatum, quaſi aliquam veſtem mutent & vertant in quaslibet ſpecies corporales, etiam ipſas veras, ſicuti aqua vera in verum vinum converſa eſt à Domino: An ipſa propria corpora ſua transforment in quod voluerint, accommodata ad id quod agunt. Sed quodlibet horum ſit, ad præſentem quæſtionem non pertinet. Ego verò dico, ſi vera erant Angelorum corpora, firmum fuiſſe Chriſti

Digitized by Google

A argumentum, & libentius huc deſcendo, quàm ut dicam cum quibuſdam, angelos hominum ſenſus luſiſſe. Nam ita volunt adverſum nos pugnare, cùm dicimus in Euchariſtia manere panem, qui & videatur & tangatur, ut reſpondeant: videri quidem panem, at non eſſe, ut angeli videbantur homines, cùm homines non eſſent. Et quidem non inficior ſenſus interdum falli poſſe, verùm affirmo interea duplicem eſſe rationem eorum quæ ſentiuntur: Alia enim ſunt pluribus ſenſibus communia, alia ſingulorum propria. B Pluribus ſenſibus percipiuntur, figura, magnitudo & numerus. Et ſane in hujuſcemodi, ſenſus quandoque falli poteſt, ut Carneades diſputare ſolebat de remo inflexo, & magnitudine ſolaris corporis. At in ſenſilibus propriis, ſenſus nunquam fallitur, niſi aut vitium corporis, aut nimia diſtantia, vel aliud hujuſmodi impedimentum interceſſerit. Quare cùm in Euchariſtia ſenſus renunciet manere panem, nihil opus eſt confingere ſenſus in eo falli.

Papiſtarum ſtrophæ circa tranſſubſtantiationem.

Diſtinctio ſenſibilium rerum.

Quando ſenſus falli poſſint, & quando non.

C 10 Sed ut diſputationis hujus methodus quædam inſtituatur, tres modi occurrunt, quibus angeli videri poſſint apparuiſſe. 1 Nam vel in phantaſmate videbantur, ut crederentur habere corpora, cùm ea non haberent. Quæ ratio ſtatui non poteſt: non enim illudebant ſenſibus, nec ab uno aliquo tantùm videbantur, verùm ſæpius à multis: & ita videbantur, ut Abraham pedes eorum laverit, & Iacobus totam noctem luctatus fuerit cum angelo. 2 Vel apparent quidem vero corpore, quod tamen tale non ſit, quale putetur: 3 D Vel illud ipſum corpus, reipſa & verè habent, quod videntur habere. De hoc tertio genere ſcripſit doctiſſime Tertullianus in libro de carne Chriſti, angelos inquit, creatoris converſos in effigiem humanam, aliquando legiſti & credidiſti, & tantam corporis geſtaſſe veritatem, ut & pedes ejus laverit Abraham, & manibus ipſorum ereptus ſit Sodomitis Loth: colluctatus quoque homini angelus, toto corporis pondere, dimitti deſideravit ab eo, à quo detinebatur. Quod ergo angelis inferioribus Deo licuit, ut converſi in corpulentiam E humanam, angeli nihilominus permanerent, hoc tu potentiori Deo aufers, quaſi non valuerit Chriſtus verè hominem indutus, Deus perſeverare? Sic Tertullianus pugnat cum Marcionitis: illi enim aſſerebant, Chriſtum viſum quidem eſſe habere humanum corpus, at revera non habuiſſe. Opponit ſe Tertullianus, ac, Si datis, inquit, hoc angelis, ut habuerint vera corpora, cur non id magis datis filio Dei? Et addit, At nunquid & angeli illi phantaſma carnis apparuerunt? F Sed non audebis hoc dicere: nam ſi ſic apud te angeli creatoris ſicut & Chriſtus, ejuſdem ſubſtantiæ erit Chriſtus: cujus angeli tales, qualis Chriſtus. Si ſcripturas opinioni tuæ reſiſtentes non de induſtria alias rejeciſſes, alias corrupiſſes, confudiſſet te hinc Evangelium Ioannis, prædicans Spiritum, columbæ corpore lapſum, deſediſſe ſuper Dominum, qui ſpiritus cùm hoc eſſet, tam verè erat columba, quàm & ſpiritus: nec interfecerat ſubſtantiam propriam, aſſumpta ſubſtantia contraria.

Gen. 18. 4.
Gen. 32. 24.

Error Marcionitarum.

De columba in qua ſpiritus ſanctus apparuit.
Ioan. 1. 32.
Matth. 3. 16.

G 11 Scio Scholaſticos aliquos ſenſiſſe, illam non fuiſſe veram columbam, quæ deſcendit in Chriſti caput, ſed tantùm fuiſſe corpus aëreum & denſatum, quod columba videri poſſet. Auguſtinus tamen de Agone Chriſtiano contra ſcribit, illam ſcilicet fuiſſe veram columbam: nam ad exprimendam proprietatem Spiritus ſancti, Res, inquit, magis facit, quàm ſignum, quemadmodum Chriſtiani quoque magis exprimuntur in ovibus & agnis, H quàm in ovium & agnorum ſimilitudine. Item ſi Chriſtus verum corpus habuit, nec fefellit. Spiritus ſanctus verè habuit corpus columbæ. Tertullianus addit, Quæres corpus columbæ ubi ſit, reſumpto ſpiritu in cœlum æquè & angelorum: Et eadem ratione interceptum eſt, qua & editum fuerat. Si vidiſſes, cùm de nihilo proferebatur, ſciſſes cùm in nihilum ſubducebatur; Si non fuit initium viſibile, nec finis. Deinde lectorem ad Ioannem remittit; Fuit itaque inquit, phantaſma etiam poſt I reſurrectionem, cum manus & pedes ſuos diſcipulis inſpiciendos offerret. Aſpicite, dicens, quod ego ſum; quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut

Quid ſit factũ de columba, in qua ſpiritus ſanctus apparuit.

Luc. 24. 39.

A me habere videtis. Ergo inducitur Chriſtus quaſi circulator aut magus. Et libro 3. contra Marcionem. Ideo Chriſtus ejus ne mentiretur, ne falleret, & hoc modo creatori forſitan deputaretur, non erat quod videbatur, & quod erat mentiebatur, caro nec caro, homo nec homo, proinde Deus Chriſtus nec Deus. Cur enim non etiam Dei phantaſma portaverit? An credam ei de interiori ſubſtantia, qui ſit de exteriori proſtratus? Quomodo verax habebitur B in occulto, tam fallax repertus in aperto? Et poſtea, Sufficit mihi hoc definire, quod Deo congruit, veritatem ſcilicet ejus rei, quam tribus teſtibus ſenſibus objecit, viſui, tactui, auditui. Rurſum in libro de carne Chriſti: Virtutes, inquit, ſpiritum Dei, paſſiones carnem hominis probaverunt: Si virtutes non ſine ſpiritu, proinde & paſſiones non ſine carne. Si caro cum paſſionibus ficta, & ſpiritus ergo cum virtutibus falſus. Quid dimidias mendacio Chriſtum? Totus veritas fuit.

Senſuum judicium.

C 12 Appelles hæreticus victus quodammodo his rationibus, concedit Chriſtum quidem habuiſſe veram carnem, ſed eam negat fuiſſe natam, verùm allatam è cœlo, & objicit, corpora quæ aſſumebantur ab angelis, verè fuiſſe corpora, ſed non fuiſſe nata: Hujuſmodi, inquit, corpus Chriſtus habuit. Tertullianus occurrit, Qui carnem, inquit, Chriſti ad exemplum proponunt angelorum, non natam dicentes, ſcilicet carneam, comparet velim & cauſas tam Chriſti quàm angelorum, ob quas in carnem venerunt. D Nullus unquam angelus ideo deſcendit, ut crucifigeretur, ut mortem experiretur, ut à morte reſuſcitaretur: Si nunquam fuit ejuſmodi cauſa angelorum corporandorum, habes cauſam, cur non naſcendo acceperint carnem. Non venerant mori, ideò nec naſci: At verò Chriſtus mori miſſus, naſci quoque neceſſariò habuit, ut mori poſſet: non enim mori ſolet, niſi qui naſcitur. Addit præterea, Atque tunc quoque inter illos angelos, ipſe Dominus apparuit Abrahæ, ſine nativitate, cum carne ſcilicet, E pro eadem cauſæ diverſitate. Poſt addit, Angelos habere corpora ſua potius è terra, quàm è cœlo. Probent, inquit, angelos illos de ſyderibus accepiſſe ſubſtantiam carnis: Si non probant, quia nec ſcriptum eſt, nec Chriſti caro inde erat, cui angelorum accommodant exemplum. Et libr. 3. contra Marcionem: Meus, inquit, Deus, qui illam de limo ſumtam in hac reformavit qualitate, nondum ex ſemine conjugali, & tamen carnem: æquè potuit ex quacunque materia angelis quoq; aſtruxiſſe carnem, qui etiam mun- F dum ex nihilo in tot & talia corpora, & quidem verbo, ædificavit. Rurſus de carne Chriſti ait, Conſtat angelos carnem non propriam geſtaſſe, utpote natura ſubſtantiæ ſpiritualis, & ſi corporis alicujus, ſui tamen generis, in carnem humanam transfigurabiles ad tempus ut videri, & congredi cum hominibus poſſent. Ad hæc lib. 3. contra Marcionem: Scio, inquit, nec illud concedi tibi, ut putativa fuerit in angelis caro, ſed veræ & ſolidæ ſubſtantiæ humanæ. Si enim difficile non fuit illi putativæ carni veros & ſenſus G & actus exhibere, multò facilius habuit veris & ſenſibus & actibus veram dediſſe ſubſtantiam carnis, vel qua proprius author, & artifex ejus: Nam Deo difficilius eſt mentiri, quàm corpus fingere. Poſtremò ita concludit, Sunt ergo humana verè corpora, propter Dei veritatem, à mendacio & fallacia extranei: Et quia non poſſet humanitus tractari ab hominibus, niſi in ſubſtantia humana. Poſſem plura è Tertulliano commemorare, ſed ad præſens inſtitutum hæc ſatis videntur. In ſumma, ſenſit, angelos ad tem- H pus habere corpora, ſed peregrina, non ſua. Nam quæ propria eorum ſunt, ut ille ſenſit, ad ſpirituale genus pertinent. Secundò, ea peregrina quæ aſſumunt, dicit vel ex nihilo creari, vel ex aliqua materia, quacunque Deo viſum fuerit. Tertiò, ea vera, & ſolida, atque humana corpora fuiſſe tradit, non inania aut ficta: ſed veræ, non apparentis carnis, ita ut ab hominibus & tangi & contrectari potuerint, ut & removeat ſimulationem à Deo, & conſtituat veritatem humanæ carnis in Chriſto. I Vnde conficitur, ſenſus humanos circa iſta falſos non fuiſſe, ut Papiſtæ contendunt, circa panem & vinum Euchariſtiæ falli.

Appellis opinio.

Alia ratione carnem Chriſtus aſſumpſit, alia angeli.

Summa opinionis Tertulliani.

13 Orige-

Digitized by Google

Origenes.

13 Origenes autem [illegible], quemadmodùm A citatur à Hieronymo, contra Ioannem Hieroſolymitanum, longè aliter ſenſit: Nam ubi nos dicimus, angelorum viſiones tribus modis poſſe imaginari, ſcilicet vel in phantaſmate, vel in corpore quidem, ſed non humano, vel denique in vero & humano corpore: ille medium quiddam arripit: dicitque angelorum corpora, quibus ſe conſpiciendos offerunt, nec ſolida nec humana eſſe, nec etiam phantaſtica, ſed tantùm corpora, idque ad reſurgentes accommodat: B Nam in reſurrectione inquit, habituri ſumus corpora, ſed tantùm corpora, non oſſa, non nervos, non carnem. Et certè diſcriminis aliquid eſt inter corpus & carnem, omnis enim caro corpus eſt, non autem omne corpus eſt caro. Tale diſcrimen Paulus attigit ad Coloſſ. Reconciliari, inquiens, in corpore carnis ejus. Et c. 2. In expoliatione corporis carnis peccati. Quin & in ſymbolo dicimus, nos credere non in corporis, ſed in carnis reſurrectionem. Dicebat Origenes, ſe duos errores extremos videre. Vnum eorum qui di- C cerent, nullam eſſe reſurrectionem, quales fuerunt Valentiniani & Marcionitæ, qualis idem Alexander, qui ut Paulus teſtatur, docuit reſurrectionem jam eſſe factam; quales etiam hodie feruntur eſſe Libertini, qui neſcio quid ea de re tum impiè tum indoctè deblaterant. Alterum eorum, qui exiſtiment corpora ſolida & vera, cum carnibus, nervis, & oſſibus eſſe reſurrectura; quod, ut ait, non poteſt fieri, quia caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Sed oportuit Origenem conſiderare, quid poſtea in Paulo ſeque- D retur: Subjicit enim, Neque corruptio incorruptionem poſſidebit; Quare ſententia eſt, corpus corruptibile non poſſe regnum Dei poſſidere. Origenes autem, ut ſuum illud medium retineret, confeſſus eſt corpora quidem reſurrectura, ſed non craſſa & oſſea, verùm ſpiritualia, quemadmodum Paulus dixit, Reſurget corpus ſpirituale; At in iis verbis non attendit Origenes Paulum vocare corpus ſpirituale, nõ quod prorſus mutetur in ſpiritum, ſed quod ſpirituales cõditiones habeat, nempe in corruptionem & ſplendo- E rem luculentiſſimum. Verùm quia ſentiebat doctrinæ ſuæ corpus Chriſti obſtare, quod ſuis diſcipulis poſt reſurrectionem contingendum palpandúmque obtulerat; idcirco ait, Ne decipiat vos Chriſti corpus, quoniam habuit multa ſingularia privilegia, quę aliis corporibus non ſunt conceſſa. Deinde, ut ex œconomia probaret ſe verè reſurrexiſſe, voluit à reſurrectione verum corpus habere, nõ quod alia corpora in reſurrectione oporteat eſſe conſimilia. Naturam autem ſpiritualis corporis oſtendit in Emmaunte, F cum ex oculis diſcipulorum evanuit. Et alio tempore, cùm ad diſcipulos clauſis foribus ingreſſus eſt.

Omnis caro eſt corpus, nõ omne corpus eſt caro.
Col. 1. 22.
Col. 2. 11.
2. Tim. 2. 18.
1. Cor. 15. 50.
1. Cor. 15. 44.
Luc. 24. 22.
Ioan. 20. 19.

14 Hieronymus contra hæc ſe opponit: Si Chriſtus, inquit, poſt reſurrectionem verè comedebat, verùm etiam corpus habuit: Si non, quomodo per falſum veritatem corporis probabat? Quod autem evanuit à conſpectu diſcipulorum, non erat hoc naturæ corporis, ſed divinæ potentiæ. Nam ita in Nazareth cùm populus eſſet eum lapidibus impetiturus ex oculis hominum ſe ſubduxit. Et quod à Mago G fieri potuit, id non putamus à filio Dei fieri potuiſſe? Nam Apollonius Thianæus, cùm apud Domitianũ in concilio ſiſteretur, ilico diſparuit. Id autem in Chriſto non corporis naturæ fuiſſe, ſed potentiæ divinæ oſtenditur ex eo, quod in eadem hiſtoria pręceſſit: Nam cùm eſſet in via cum diſcipulis, tenebantur eorum oculi, ne illum poſſent agnoſcere. Quod autem dicit Origenes, Chriſti corpus fuiſſe ſpirituale, quod clauſis foribus ſit ingreſſum, reſpondet Hieronymus, creaturam ceſſiſſe creatori, &c. Quare cor- H pus Chriſti, non per medias tabulas & aſſeres penetravit, ita ut duo corpora ſimul in eodem loco fuerint, ſed in eo miraculum contigit, quod ipſa ligna oſtii, corpori Chriſti ſe pervia fecerint. Deinde quod nonnulli objiciunt, Chriſti corpus ſepulchro clauſo egreſſum, id quoque non eſt neceſſarium creditu, ſed licet exiſtimare lapidem fuiſſe revolutum antequam egrederetur. Néve quis me putet iſta confingere, legat epiſtolam Leonis 83. ad Epiſcopos Palæſtinos: Caro, inquit, Chriſti qui revoluto lapide exivit è ſe- I pulchro, &c. Nunc ut ad inſtitutum redeam, quoniam dixi Angelorum corpora exiſtimari poſſe, vel

Hieronymus.
Luc. 24. 31.
Luc. 4. 30.
Apollonius Thianæus.
Luc. 24. 16.
Quomodo corpus Chriſti januis clauſis intraverit.
Ioan. 20. 19.
Luc. 24. 2.
Corpus Chriſti non eſt egreſſum è ſepulchro clauſo.

A fuiſſe phantaſtica, vel ſpiritualia, vel ſolida & verè humana, & repudiata ſunt duo priora capita; reſtat angelorum corpora in quibus appareant, vera eſſe & humana. Quod tantùm affirmo ſentiendum eſſe, cùm angeli ita conſpecti ſunt, ut luctarentur cum hominibus, & pedes ſuos lavandos præbuerint. Nec judico ibi licere dicere ſenſus humanos fuiſſe falſos, cùm res exterius actæ fuerint. Imaginarias verò apparitiones non inficior interdum prophetis eveniſſe, B cùm aiebant ſe videre Deum aut Cherubim, aut alia hujus generis; id enim cùm in eorum mente vel imaginante facultate uſu venerit, per formas, imagines, & ſpectra fieri potuit.

Corpora angelorum quibus apparuerunt, fuerunt vera & humana.
Viſiones Prophetarum interdum fuerunt imaginariæ.

15 Nunc duo reſtant excutienda; Vnum, An angeli, cùm ad hunc modum induerint humana corpora, dici poſſint homines. Et quidem non arbitror. Nã ſi accipiamus humanam carnem, quæ anima rationali formata ſit & nata, certè angeli non poſſunt dici hoc modo habere humanam carnem. Quid ergo? di- C cet aliquis, decipiebantur ſenſus, cùm homines eos viderent? Nequaquam. Senſus enim externa tantùm judicant, & quæ apparent. Quid autem interius ea quæ ſentiunt impellat aut moveat, minimè judicant: Id rationis eſt quærere ac inveſtigare. Eſt quoque addendum, angelos corpora iſta non perpetuò retinuiſſe, quia non adjungebantur eis in eadem hypoſtaſi, ita ut angelus & corpus fierent una perſona. Spiritus item ſanctus, quamvis fuit vera columba, in qua deſcendit, non tamen erat cum ea una ὑπόστασις: D Quare columba non fuit Spiritus ſanctus, nec ſpiritus ſanctus fuit columba. Poſſunt alioqui angeli (ut ante Dominus) verè ſubintrare corpus antea factum, & priùs exiſtens, ut de angelo qui in aſina Balaam loquutus eſt legitur, & de diabolo, qui ſermones per ſerpentem habuit cùm Heva. Cæterùm in præſentia de hoc genere non diſputo, ſed tantùm dico, angelos agentes hoc pacto in corporibus animantium, non conjungi eis in eadem ὑπόστασιν. Quare aſina non potuit angelus dici, nec angelus erat aſina, ſicuti ſerpẽs E re vera nõ fuit diabolus, nec diabolus fuit ſerpens: Filius autem Dei, cùm aſſumpſit naturam humanam, fuit homo, & homo fuit Deus, propter unam & eandem ὑπόστασιν, in qua exiſtebant duæ naturæ. Antea verò cùm Abrahamo & Patribus apparebat, etſi veram carnem habuit, tamen quia ei non jungebatur in eadem hypoſtaſi, non potuit dici caro, neque caro erat Deus. Poſteà verò, cum & carnem & animam ſuſcepiſſet, ita ut una tantùm eſſet ὑπόστασις vel perſona, tunc homo Deus fuit, & Deus homo. Quo factum F eſt, ut verè naſceretur, moreretur, & redimeret genus humanum. Quocirca ipſe verè ſe appellabat Filium hominis, & in Ioan. ait, Quæritis me interficere, hominem, qui vobis dixi veritatem. Et in ſcripturis dicitur, Factus ex ſemine David. Et Petrus in Actis. Interfeciſtis, inquit, virum vobis deſtinatum à Deo. Et Iſaias Ecce, inquit, virgo concipiet, & pariet filium. Verba hæc magnam vim habent. Niſi enim Chriſtus verè fuiſſet homo, virgo non potuiſſet eum concipere nec parere, nec filium ſuum dicere. Hoc G Tertullianus prudenter animadvertit. Si hoſpes, inquit, fuiſſet, non potuiſſet eum virgo aut concipere, aut parere. Angelus quoque Mariam ad hunc modũ ſalutavit: Ne timeas, inquit, concipies enim Filium, &c. Et Eliſabeth inquit, Vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Si Chriſtum hoſpitem tãtummodo habuiſſet, mater ejus dici non poterat. Eadem item dixit, Benedictus fructus ventris tui. Quomodo autem dici potuiſſet fructus ventris ejus, ſi corpus è cœlo ſecum attuliſſet? Et in Eſaia ſcribi- H tur, Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice ejus aſcendet, Ieſſe ſtirps erat. Maria ſurculus, Chriſtus verò flos, qui ex illa corpus traxit. Matthęus etiã ita Evangelium ſuum orditur, Liber generationis Ieſu Chriſti, filii David, filii Abraham. Si Chriſtus corpus è cœlo deduxit, quomodo filius Abraham fuit, aut Davidis? Adhæc promiſsio facta Abrahamo de Chriſto, ſic habet: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Ea verba Paulus tractans ad Gal. Non dixit in ſeminibus, inquit, quaſi in multis, ſed in ſe- I mine tuo, quod eſt Chriſtus. Et in epiſt. ad Rom. legimus, Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem. Hæc omnia probant quam apertiſsimè, Chriſtum

Angeli apparentes in corporibus humanis, non erant homines.
Mat. 3. 16.
Spiritus ſanctus non fuit columba, neque columba Spiritus ſanctus.
Num. 22. 28.
Gen. 3. 1.
Filius Dei, Deus & homo.
Vide Claſ. 2. cap. 17. ſect. 9.
Matt. 8. 20.
Ioan. 8. 40.
Rom. 1. 3.
Act. 2. 22.
Eſa. 7. 14.
Tertullianus.
Matt. 1. 22.
Luc. 1. 41. & 42.
Eſa. 11. 1.
Matt. 1. 1.
Gen. 22. 18.
Gal. 3. 16.
Rom. 9. 5.
Matt. 3. 16.

Digitized by Google

vetè fuiſſe hominem, & in eo Dei atque hominis, A
unam fuiſſe ὑπόστασιν. Hæc de Angelis dici non poſ-
ſunt, nec de filio Dei antequam natus eſſet ex Virgi-
ne: quamvis dum appareret, veram habuerit carnem,
vt ſuprà diximus, ſed non ſibi adjunctam in eadem
ὑποστάσει: nec de Spiritu ſancto dici potuit, quòd vetè
columba fuerit, quamvis ea, in qua olim apparuit
vera columba fuerit. Atque ad hunc ſenſum ſcripſit
Tertullianus, quæ ſuperiùs citavimus; quæ non bene
accepta, vel errorem vel offenſionem legentibus pa-
terent. B

An angeli verè comederint & biberint cùm apparebant.
16 Nunc ſupereſt altera quæſtio, Num angeli a-
micti corporibus aſſumptis, vetè comederint & bibe-
rint. Ex Scholaſticis quidam exiſtimant illos verè co-
mediſſe, alii negant. *Scotus.* Scotus comedere nihil aliud ar-
bitratur eſſe, quàm cibum comminuere, ac in ven-
trem trajicere: Atqui hoc fecerunt angeli, quare col-
ligit eos verè comediſſe. Alii exiſtimant, comedere
non tantùm eſſe cibum comminuere, aut in ventrem
demittere, ſed ipſum adhæc in ſubſtantiam ſui cor- C
poris convertere, per concoctionem, vegetantis fa-
cultatis: Id cùm angeli non faciant, non verè come-
debant. *Liber Tobiæ. Tob.12.19.* Liber Tobiæ non eſt in Canone Hebræo-
rum, ſed tamen ad inſtitutum noſtrum poſſet accõ-
modari, niſi diſcordia eſſet in codicibus. In eo quip-
pe libro, quem Munſterus edidit Hebraicè, cap. 12.
Raphael angelus ait, Videbar vobis comedere & bi-
bere: ego autem non comedi neque bibi. Vulgata
editio habet, Videbar vobis comedere & bibere: Ego
autem inviſibili cibo & potu utor. Neuter textus ne- D
gat Angelum aliquo modo comediſſe. Verùm de iis
quicquid ſit, interpretatio Auguſtini recipienda mi-
hi videtur, *Auguſt.* 13. lib. de Trinitate cap. 22. ubi ita ſcripſit,
Verè quidem comederunt angeli: at non ad indigen-
tiam, verùm ad conſuetudinem & familiaritatem cõ-
trahendam cum hominibus. Quare cùm in altero
textu dicitur, Raphaelem non comediſſe, non ita eſt
intelligendum, quaſi prorſus non comederit, ſed
quod humano more non comederit. Illud autem in
primis animadvertendum ibi eſt, cùm angelus reſpõ- E
det, ſe inviſibili cibo ac potu veſci, eam alimoniam
ſpiritualem nihil aliud fuiſſe, quàm apertam & per-
ſpicuam notitiam veri Dei, & executionem volunta-
tis divinæ, ut Chriſtus quoque dixit illum fuiſſe ci-
bum ſuum, ut faceret voluntatem Patris. Idem etiam
noſter cibus eſt, quamvis non ejuſdem modi: illi e-
nim apertè Deum vident, nos autem per ſpeculum &
in ænigmate.

Quiſnam ſit cibus & potus angelorum. Ioan.4.32. 1.Cor.13.12.

In Gen. 32. initio.
17 Angelos quo ad nomen tum Græcum tum
Hebraicum quiſpiam dixerit nuncios ſive legatos, F
non quidem ut de humanis rebus aut alio quopiam
negocio Deum doceant, imò potiùs ut ipſi doceān-
tur, quid miniſtrare vel nuntiare debeant. Quod ſi
legeris in Scripturis, illos Deo offerre noſtras preces,
id ab eis non fit ad Deum inſtituendum ſive docē-
dum, quemadmodum nos quando ferventer ora-
mus, non ideo calamitates noſtras Deo exponimus,
quaſi is eas neſciat, cùm Dominus atteſtetur de il-
lo, quòd bene norit quid opus ſit nobis: ceterùm re-
texendis & exponendis illis, ipſi nos magis incendi- G
mur, ut divinum imploremus auxilium, quod idem
angelis evenire aſſerendo, quid incommodi accedat?
Hæc Auguſt. ſcripſit. 15. de Trinit. cap. 13. Et in Enchi-
ridio ad Laurentium idem dicit 58. cap. cùm de an-
gelorum nominibus agit, quæ Col. 1. recenſentur: Se-
des, dominationes, principatus & virtutes quid ſint,
dicant qui poſſunt, dummodo quod dicunt probare
valeant. Ac adverſus Priſcillianiſtas & Origeniſtas
cap. 11. Archangeli, inquit, forte ſunt virtutes, &
hæc inter ſe diſcriminis aliquid habere non inficia- H
mur, ſed hujuſmodi neſcire nullum periculum nobis
affert: ibi verè periclitatum fuerit, ubi mandata
Dei aut illius obedientiam neglexerimus. Quod ſi
quæſiveris, cur iſta Scriptura commemoret, ſi ea
cognoſcendo vel ignorando, tam parum vel nihil
intereſt? Reſponſum accommodum ſubdit, Vt ſi iſta
aliquibus præclaris viris fuerint revelata, illi ſciant, ſe
nihil tunc habere compertum, quod in Scripturis
ſcriptum non reperiatur: Cui reſponſioni hoc aliud
adjiciamus. Quo nos magis ſimus homines nec tur- I
geamus, quaſi omnia habeamus pervia, quæ in ſacro
Canone quis legerit.

An & quatenus angeli Deo preces noſtras offerant. Tob.12.12. Matt. 6.33.

Col.1.16.

18 Annotarunt Iudæi in Iacobi hiſtoria, non di-
xiſſe Scripturam illum angelis occurriſſe, ſed è con-
trario, quòd illi angeli obviarunt, idque volunt ho-
noris gratia factum. Inde præterea argumentantur,
Iacobum angelis præſtantiorem, & quemlibet vetè
pium, quod ſcilicet dignior ſit cui obviatur & oc-
curritur. Item præſtantior eſt qui portatur à quopiā,
illo qui vehit, Scriptura verò perhibet, angelos in
manibus ſuis portare pios, ne lædantur vel ipſis lapi-
dibus illorum pedes. Quicquid deputatur ad alicujus
cuſtodiam, cuſtodito videtur minor, quibus rationi-
bus, angelos dejiciunt infra homines ſanctos qui tra-
duntur amici Dei. Sed ut probent iſtæ illorum ratio-
nes, omnes facilè vident. Pater geſtat & mater tene-
rum filium, num propterea ſe indigniorem? Omnis
dicit Chriſtus portare verbo virtutis ſuæ: Quis verò
ita inſaniat aut deſipiat, qui creata decernat filio Dei
præſtantiora? Paſtor inventam ovem humeris geſtat,
num ſe digniorem? Pater, præceptor, & amicus peri-
clitanti filio, diſcipulo, aut amico, ſi peregrè redeat
occurrunt, num ut digniori? Et homines præficiun-
tur paſſim cuſtodiendis ovibus, qui tamen illis
multò ſunt meliores. Siquidem hæc omnia præſtant
angeli, non quod nobis debeant, verùm ut Deo
gratificentur. Frivola itaque ſunt Rabbinorum argu-
menta.

Num præſtantiores Angelis pii. Gen.32.1.

Pſal.91.11.

Heb.1.3.

19 Sed ex novo inſtrumento ad hoc idem pro-
poſitum colliguntur rationes. Nam ad Epheſios ca-
pite primo ait Apoſtolus, Chriſtus à Patre de morte
excitatus, ſupra omnem principatum, poteſtatem, do-
minationem, imò omne nomen quod in hoc, ſive
alio ſeculo ſit celebre, eſt evectus. Dehinc ſecundo
capite atteſtatur, Deum nos cum illo aſſumpſiſſe:
jámque ad dexteram cum illo ſedere feciſſe, quo ſit
ut angelis majores habeamur. Si enim juxta cum
Chriſto ſedemus, & ille proculdubio omnes tran-
ſcendit creaturas, nobis quoque ſupremus gradus ce-
dit. Verùm eſt adhuc hebes argumentum; fieri enim
poteſt, ut cum Chriſto ſedeamus in gloria, id ſumen-
do generaliter. Satis eſt ut eandem gloriam partici-
pemus, neque inde neceſſariò efficitur, nos futuros
angelis ſuperiores, niſi velis intelligere, tunc haben-
dum ſtatum hominibus ita abſolutum atque perfe-
ctum, vt angelorum opera amplius non indigeant.
Cùm Deum & Chriſtum præſentem habuerint, &
ſalus parta erit, quorſum opus miniſterio ſanctorum
ſpirituum? De hoc iſtam accipe rationem: Si quando
Chriſtus venit, ſuúmque ſpiritum largè impertitus
eſt fidelibus, illa angelorum pædagogia ad divina
non fuit adhibita aut neceſſaria, ut in veteri inſtru-
mento vulgò habebatur: Ita in patria ubi ipſum
Chriſtum revelatum habebimus, & Patrem nobis
conſpicuum, angelorum quidem fruemur conſortio,
ſed non utemur miniſterio. Quo verò ad ſubſtan-
tiam & naturam angelorum atque hominum, non
poſſumus compertum habere, quo gradu nos & illi
in ſuperna patria ſimus collocandi. Quo tamen ad
naturam, illos non dubitamus nobis eſſe præſtantio-
res, gratiam verò & ſpiritum quibuſdam hominibus
magis augeri quàm illis, quis ſive negare ſive affir-
mare audacter poſſit? Quonihilominus ad locum
Pauli ad Epheſios 2. ſatis eſt ut verba illius vera ſint,
nos ut capite noſtro ſumus & continemur, poſſe dici
ſedere ad dexteram Patris ſuper omnes creaturas:
inde poſtea velle id inferre, quod ad propriam no-
ſtram naturam ſive perſonam, haud firmo ſit argu-
mento. Et præterea Paulus pro futuris uſurpat, quod
ſcilicet jam conſideremus aut aſſumpti fuerimus, nõ
ſine ratione, ut reddat certiora, cujuſmodi ſunt quæ
jam præterierunt: Vel, quod ſi Dei voluntatem &
decretum reſpicias, jam illa ſint confecta. Verùm ad
Timotheum illa eadem futuro tempore deſignan-
tur, cùm Apoſtolus ait, Si commortui fuerimus, &
convivemus: ſi unà patiamur, & conregnabimus.
Nec tamen illa præterita dum adhibet loco futuro-
rum, mendacii eſt inſimulandus: ſiquidem quod in
capite jam contigit in nobis factum fuiſſe confite-
mur, quo ſcilicet in ipſum coaluimus. Quare ne di-
xerit quiſpiam: Si Chriſtus reſurrexit, ſi advectus eſt
in cœlum, ſi ad dexteram Dei ſedet, quid hoc ad
me pertinet? Multùm ſanè: Quia quod illi, tibi quo-
que jure contigiſſe exiſtimaveris. Illos autem non
multum

Epheſ.1.21.

Num maiori gloria donandi ſimus quā Angeli. Eph.2.6.

2.Tim.2.11.

Digitized by Google

multum morabimur, qui per ſedes, principatus, poteſtates & dominationes intelligi volunt hujuſmodi principes & monarchas ſive magiſtratus, quia loquitur apertè Paulus, dum iſtorum meminit, de angelis & ſupernis ſpiritibus, quos ad Epheſ. 2. appellat κοσμοκράτορας. Et ad Coloſſenſes dicit, Chriſtum expoliaſſe principatus, poteſtates, & palàm illos quodammodo in triumpho duxiſſe, ubi quis non videt, illas voces nobis indicare ſpiritus Deo adverſarios? (A)

Eph. 2. 2. Col. 2. 15.

(B) 20 Quod autem dicitur 1. Corinth. 15. v. 24. *Cùm aboleverit omnem principatum, omnem poteſtatem ac virtutem.* Hæc Chryſoſtomus & plerique alii interpretes, ad diabolum & pravos ſpiritus ſatellites ejus, referunt: quod mihi non diſplicet. Quanquam ſi quis velit de magiſtratibus & principatibus hujus mundi ea intelligere, minimè diſſentio. Quoniam principes ac reges ideo gladium habent, ut peccata coerceat, utque cives innocentes à violentia & injuriis tueantur. Quæ non habebunt locum, cùm res per Chriſtū pacatæ fuerint. Poſſemus his nominibus & bonos angelos comprehendere, qui dum hanc miſeram vitam vivimus, nobis miniſtri & adjutores deputantur, ut in epiſt. ad Hebræos legitur: nec non Rebuſpublicis ac Regnis præficiuntur, ut Daniel atteſtatur, & hominum ſunt cuſtodes. Cùm de parvulis Chriſtus dixerit, Angeli eorum ſemper vident faciem Patris. At cùm pacatum fuerit regnum Chriſti, jam ſupervacanea erunt hæc miniſteria, ideò abolenda dicuntur. Quin & opera Solis, Lunæ, ſtellarum, & corporum cœleſtium, non erunt neceſſaria. Ideò enim moventur & illuſtrant orbem, ut tenebras depellant, & frigora, quò etiam fructus producantur ad noſtras infirmitates tuendas; quæ cum ſatanæ fuerint, hæc adminicula otioſa erunt. Vnde in Apocalypſi legitur, angelum jurаſſe per Viventem in ſæcula, quod non amplius futurum eſſet tempus: quod nequaquam tolli poteſt, niſi cœlorum motus quieſcat. Dicentur itaque omnia hæc aboleri, etſi non quoad ſubſtantiam, tamen quoad munera & officia, quibus nunc erga homines funguntur. Idem quoque dicendum eſt de præfecturis & functionibus Eccleſiaſticis, quæ nunc quidem ad ædificationem valent, ubi verò omnia perfecta fuerint & abſoluta in electis, faceſſent. Quod verò attinet ad ſignificationes vocum principatus, poteſtatis, & dominationis, multa habet Dionyſius, ſed quæ ab eo ſolo dicantur. Nam apud cæteros Patres, his de rebus parum admodum extat, nec immeritò: Nam Sacræ literæ iſta non docent, quoniam ad ſalutem noſtram non faciunt. Vnde qui maximè judicio valent, in libris aſſerendis ſuis autoribus, nequaquam putant Dionyſium, qui de his ſcripſit, eſſe illum Areopagitam Pauli diſcipulum, ſed aliquem poſteriorem. Neque eſt veriſimile, opus illud adeo in precio fuiſſe antiquitus, cum excepto Gregorio, homine Latino, nullus veterum illa ſcripta citaverit. Audiui quandoque nonnullos, qui aiebant, hæc angelorum cognomina, fuiſſe in uſu Thalmudiſtarum & Rabbinorum, tranſlata per metaphoram à poteſtatibus hujus mundi, atque ideò volunt, Paulum cum incidit in mentionem angelorum, horſi nominum meminiſſe, ac ſi diceret; Sive ſint principatus, ſive dominationes. Atque producunt locum ad Epheſios, ubi Chriſtus dicitur evectus ſuper omne nomen, quod nominatur, ſive in hoc ſæculo, ſive in futuro. Verùm hæc ſententia mihi parum probatur: quia non ſolùm Rabbini, ſed etiam Scriptura ſancta nomen Archangeli, Seraphim, & Cherubim, quæ denotant in ſpiritibus cœleſtibus, & ordines certos, & diverſa munera eſſe. (C) (D) (E) (F) (G) (H)

In 1. Cor. 15. verſ. 24.

Heb. 1. 14. Dan. 10. 13. & 12. 1. Matt. 18. 10.

Apoc. 10. 5. De ordinibus angelorum, cujuſmodi ſint ſacræ literæ non docet.

De ſcriptis Dionyſii rudicium.

Scriptura ſancta habet quædam nomina iſtorum ordinum.

Epheſ. 1. 21.

21 Principatus, fortaſſe intelligit Scriptura, ſublimiores ſpiritus, quibus non niſi provinciarum & imperiorum, & regnorum cura committitur: Hoc ſenſit Daniel, quum ſcriberet de principe Græcorū, & Perſarum & Michaelem populi Dei principem induceret. Poteſtas, aut δυνάμεις apud Paulum, ſignificat vim divinitus collocatam ad edenda miracula, quibus cohibeantur impii: cui è diverſo reſpondet τὸ ἰάματα, quod eſt donum ſanationis. Vt enim illa facultate homines impii caſtigabantur, ita iſta vexati curabantur. Hac vi Petrus Ananiam & Sapphitam interfecit; Paulus Elimam Magum excæcavit, & multos, (I)

In Rom. 8. ſub finem.

Dan. 10. 13. & 12. 1. Poteſtas & donum ſanationis opponuntur.

Act. 5. 5. Act. 13. 11.

qui graviter peccaverant, tradidit Satanæ. Vocantur autem iſto nomine angeli, qui mittuntur à Deo ſumpturi ſupplicia de impiis: quales fuerunt, qui Sodomam & Gomorrham everterunt. Talis etiā fuit Angelus, qui ſeſe interpoſuit inter caſtra Ægyptiorum, & populum Dei, & Pharaonem cum ſuis in mari præfocavit: quémque David conſpexit in area Areuna graſſantem in populum Dei, quique exercitum Sennacheribi abſumpſit incendio: etſi Deus eadem quandóque faciat per angelos malos. Ita enim David cauit in Pſalmo, Deum inflixiſſe plagas Ægyptiis per angelos malos. Appellat Paulus ordines angelorum, per illorum miniſteria atque officia: Annotatione autem dignum eſt, in Sacris Scripturis pauciſſima tradi de Angelis. De illis enim accuratè & ſubtiliter inquirere, magis ad curioſitatem noſtram facit, quàm ad ſalutem. Quæ autem ad ædificationem faciunt, ea in Scriptura diligenter proponuntur. Quod utinam ſcriptores Scholaſtici obſervaſſent: Multa enim ſpinoſa & inutilia reliquiſſent, quæ hodie fruſtra, & magna cum offenſione diſputantur. Vtile nobis erat intelligere, eſſe aliquos angelos noſtris miniſteriis deſtinatos: ex eo enim intelligimus divinam erga nos bonitatem. Ex altera etiam parte utile eſt intelligere, eſſe aliquos malos ſpiritus, à quibus aſſiduè oppugnemur; & ut nobis ab illis caveamus, & ut adverſus eos Dei auxilium imploremus. Atq; hæc quidem, quoniam utilia ſunt cognitu, ſacra Scriptura non reticuit.

Gen. 19. 1. Exo. 14. 19. 2 Sam. 24. 16. 2. Reg. 19. 35. Angeli ſumpſerunt interdum ſupplicia. Pſal. 78. 49.

De angelis pauca in divinis literis habemus.

De Homine, in Gen. 2. verſ. 7.

22 Cùm audis Deum finxiſſe hominem, non tibi tantùm in mentem veniat, iſtorum membrorum aut lineamentorum externorum: ſed interna cogita, venas, membranas, nervos, poros & meatus, oſſa, medullas, ac demum hæc omnia noſtræ vitæ organa, quæ intus latent. Tria verò in hominis creatione præcipua conſidero: Primùm, Conſultatio, *Faciamus hominem*: Secundò, *Finxit Deus è pulvere*: Tertiò, *Quod inſufflaverit in faciem eius flatum vitæ.* Non ita leges in cæteris animantibus eſſe factum. Quamvis fingendi verbum, alibi invenias, cœlis, & quibuſdam aliis attributum: ſcilicet Pſalmo 95. Aridam formaverunt manus ejus. Eſaiæ 45. Formans lucem. Amos 7. Formans locuſtas. Verum non eſt poſtrema aut contemnenda nobilitas humani corporis, quòd erectæ ſit ſtaturæ. Ovidius,

In hominis creatione quid ſit conſiderandum. Gen. 2. 7.

Fingendi verbum. Pſal. 95. 5. Eſa. 45. 7. Amos. 7. 1.

Pronaque cùm ſpectent animantia cætera terram,
Os homini ſublime dedit.

Finxit autem è terra. Vnde nomen Adami à terra, quaſi dicas Terrigenam: quamvis dicunt nonnulli ab *Adom*, quòd terra illa fuerit rubra. Ergo primò formatur organum, ſcilicet corpus, deinde additur motor, anima, quæ illo eſt uſura. *In faciem vel in nares*, *Appajim* enim primò ſignificat nares, deinde per Synecdochen, ex parte totum accipitur pro vultu & facie: utrumque hic poteſt ſignificare. Primò, nares, quia illæ maximè reſpiratione indicant vitam. Deinde ſi faciem accipias, illic præclara animi & vitæ ſigna ſeſe exerunt. Quidam volunt metaphoram deſumptam à vitrorum formatione: flatu enim demiſſo, per ſua organa illi cyathos, & pateras & diverſas vaſorum effingunt formas. Tu tamen hic metaphoram eſſe obſervabis, cùm Deus neque os habeat neque ſpiret, ſicut neque manus, quibus humanum corpus potuerit fingere. Sed in his oportet ut intelligas divinam poteſtatem, juſſionem & præſentiſſimam vim. Quod ad vocabula attinet *Niſchmath* & *Nephesch*, ambo flatum vel halitum ſignificant interdum, nonnunquam ſumuntur pro ſubſtantia & animo, quia maximè vita & retinetur & indicatur reſpiratione: imò anima Latina vox, à vento & flatu dicta eſt, Græcè ἄνεμος. Dicitur etiam à Græcis ψυχή, à refrigeratione, ita ut videantur hæc idiomata conſpiraſſe in animæ denominationem, ut ſumeretur ab expirando. Hinc ex gemina ſignificatione prædictæ vocis, quod animam ſignificet, & flatum, duplex ſurgit expoſitio: Prima, inquit, juſſu Dei perflatas eſſe nares, vel faciem humani corporis, & ita illum vitam &c

Simile.

Anima unde dicta.

animam recepiſſe: non quòd ille flatus fuerit anima, ſed quoddam ſymbolum, quòd ipſa ab externo principio homini eſſet inſerta, neque expectanda naturæ opera, ſicuti habentur aliorum animantium cæteræ animæ. Et ita in Evangelio legimus, Chriſtum ſufflaſſe in Apoſtolos, atque dixiſſe, Accipite Spiritum ſanctum: Non tamen ille flatus natura fuit Spiritus ſancti, ſed ſymbolum rei illius, quod in eorum animos extrinſecus eſſet adventurus, idque opera Chriſti. Poſſemus rurſus & vocem illam ſumendo pro flatu, dicere, Deum ſpiraſſe, id eſt, ipſum hominem ſpirare feciſſe, hoc eſt, poſt effectum corpus, dediſſe illi expirandi vim, ita ut vivus & anima præditus conſpiceretur. Secunda interpretatio eſt, ut flatus ille, pro anima ſumatur, quæ divinitùs nobis traditur, & illam potiſſimùm aiunt *Niſchmath* ſignificare, quæ divina eſt & rationalis, illam nobis largitur Deus. Et cùm ſubditur, *Factus eſt homo in animam viventem. Nepheſch*, ſignificat animam ſenſilem, cujus participes ſunt & cæteræ animantes, quòd nobis apertè indicat animā rationalem, nobis à Deo datam deſuper, & ſecum habere vim omnem, quam aliæ inferiores animæ obtinent. Excluditur hinc duplex error: Non eſt anima putanda ex Dei ſubſtantia, quia illa eſt invariabilis & immutabilis: at anima poteſt miſera reddi, & videtur inconſtantiſſima. Præterea non eſt flatus, ex natura & ſubſtantia expirantis hominis. Neque rurſus eſt cenſenda ejuſdem rationis & naturæ, ac ſint brutorum animæ, quia illis intellectum non eſſe exploratiſſimum eſt, cùm dicatur de equo & mulo illis non adeſſe intellectum, in Pſalm. 32. Et injuria viderentur fuiſſe ſubditæ cæteræ beſtiæ hominibus, ſi præditæ fuiſſent eadem animæ ſpecie. Sed non multis eſt rationibus labefactanda hæc opinio, cùm nobilioribus quoque Philoſophis diſplicuerit.

Ioan. 20. 22.

Filius Dei.

Animæ ſubſtantia.

Pſalm. 32. 5.

An animæ humanæ omnes ſimul creatæ ſint.

23 Sed hic ambigunt, Vtrum ab initio omnes animæ humanæ fuerint à Deo creatæ, an ab eo fiant, & corporibus inſerantur, prout generationis ſeries videtur exigere. Sunt qui putarint illas omnes ab initio fuiſſe creatas, inter quos & plurimi extiterunt Iudæorum: & Origenes ex noſtris eſt annumeratus; & ob hoc videntur moveri, quia rationalis anima cū ſit incorruptilis, ex materia non procreatur. Cùm igitur ex nihilo fiat à Deo, non diceretur verè requieviſſe die ſeptimo ab omni opere ſuo, quoad creationem. Sed hæc opinio non eſt veriſimilis, quia cùm anima ſit actus & forma corporis, utriuſque productio videtur jungenda. Præterea, quanto tempore corpori præexiſtunt, ſúntne otioſæ vel aliquid agunt? Si dicas eſſe otioſas, videtur abſurdum, tanto tempore res deſtitui ſua operatione; Quod ſi aliquid agant, neceſſe id vel eſſe bonum vel malum: Tamen Scriptura apertè reclamat ad Roman. 9. de Iacob & Eſau, antequam boni aliquid aut mali egiſſent. Sed quod magis movet, eſt creationis hiſtoria quæ nobis ſubindicat in ipſa corporis plaſmatione animam fieri; cum enim illius antea nulla ſit facta mentio, & productio tantæ rei non erat reticenda. ſupereſt ut à Deo facta intelligatur, cùm ab illo inſpirata legitur: Rationi verò illi quæ ceſſationem reſpicit ab omni opere, occurrere facilè eſt, ſi dicamus, Deum quoquo modo operari, vel propter aſſiduam rerum adminiſtrationem, vel quòd quæcunque facit, ad illa referuntur, & ejuſdem generis ſunt, atque illa quæ ſex diebus primis condita fuerunt. Cur verò prius factum fuerit corpus quam anima, hæc à Patribus aſſignatur ratio: quia ſi priùs induceretur anima quàm corpus, fuiſſet otioſa, ut quæ caruerit organo & inſtrumento ſuarum actionum. Hoc verò obſervavit Deus, ut ſemper præparentur priùs illa in quæ præſtantiora deberent agere, deinde ipſa inducerentur, ut ſtatim condita poſſent operari. Diſcooperta eſt priùs terra aquis, deinde luminaria condita, quæ ſuas vires in illam, & ejus germina exercerent. Omnes beſtiæ ſunt priùs conditæ, & terræ virgulta & plantæ; Demum homo, qui his omnibus præficeretur, ut ſtatim creatus, haberet quod ageret. Similiter nunc præit corpus, ſequitur deinde animus, ne ſit otioſus. Ex quo Dei conſilio docemur, ut inter nos id quoque fiat, ut quo aliqui magis excellunt, eo magis illis & expedita ſuppeditetur agendi materia, ne degant otioſi.

Rom. 9. 11.

Ordo creationis.

24 Porrò factus homo in animam viventem, inquit Aben-ezra, ſtatim ſe movit: non creatus eſt primus homo ut eſſet infirmus, ut infantes qui non poſſunt ſe regere & ambulare: ſed more cæterarum beſtiarum, quæ ſtatim à partu ambulant: Vel oſtendit animæ præſentis indicia, motum inquam, & ſenſum. Nam hæc duo, ut aſſerit Ariſtoteles, viſa ſunt omnibus antiquis philoſophis præcipua animæ effecta. Ex hoc divino afflatu in pulverem aut argillam, unde conflatum erat humanum corpus, quando illum videmus adeò fuiſſe potentem, ut animarit & vegetarit ſtatim omnia membra: colligitur argumentum facilitatis noſtræ reſurrectionis. Si afflet rurſus ejus ſpiritus in cineres mortuorum, faciliime rurſus animas induent. Quemadmodum deſcribitur in Ezech. dum narrat afflatu Spiritus divini vivificata fuiſſe illa oſſa. Quæ poſtrema corporum inſtauratio huic adeò præſtabit, ut Paulus hunc primum hominem terrenum & animalem; illum verò poſtremum, & cæleſtem & ſpiritualem appellet.

Motus & ſenſus.

Reſurrectio corporum.

Ezech. 37. 5.

25 At videamus quomodo ſit verum quod aſſeritur, ſanguinem eſſe animam. Hoc in veteri inſtrumento Manichæi inſectantur & mendacii arguunt: illi enim veteres libros prorſus reſpuunt. Quod verò in Geneſi, Levitico, & Deuteron. ſcribitur, his argumentis carpunt: Ad Corinth. 1. cap. 15. dicitur, Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt: ergo ſanguis non eſt anima, alioquin animas interdiceret Paulus regno cœlorum. Deinde Chriſtus in Evangelio dicit ne timeatis illos qui occidunt corpus, & animæ non habent quod faciant: at ſi anima ſit ſanguis, habent ſine controverſia tyranni quod illi faciant, effundant, perdant, &c. dum ſanctos Dei martyres perimunt. Ad hæc affertur duplex ſolutio ex Auguſtino, contra Adamantum. In veteri teſtamento ſermo eſt de brutorum animis, argumenta verò quę iſti afferunt ex Novo, de rationali & humano includunt, quare eſt hic elenchus. Sed ut primum argumentum expeditius diluatur, nota, Paulum, cùm loquatur ibi de reſurrectione futura, per carnem & ſanguinem intelligere, conditiones mortalis corporis, quæ auferendæ ſunt à ſanctis reſurrectione: Quod verba oſtendunt ab eo allata, Seminatur in corruptione & mortalitate, ſed reſurgere continget in oppoſitis conditionibus. Sed fingas cum brutorum tum hominum animas appellari ſanguinem, id erit tropicôs interpretandum per Metonymiam, quaſi ſignum pro ſignato ponatur, ſicut contra Adimantum atteſtatur Auguſtinus, qui ſcribit: Non dubitavit Dominus dicere, Hoc eſt corpus meum, cùm ſignum daret corporis ſui: Quia ergo ſanguis, præſentis animæ eſt ſignum, ideo poteſt anima dici. Rurſus eodem tropo, ut continens pro contento ſumatur: Quis enim ignorat animam etiam humanam quodammodo ſanguine contineri, cùm illo ſubducto, in corpore minimè valeat eſſe? Imò dum hanc vivimus ætatem, illi eſt ita conjuncta, ut ejus quodammodo in moribus & perturbationibus, ſequatur affectiones: Imo hoc nonnulli ideò ſtatutum putant, ut cohiberentur homines à ſanguine, ne ferinos inducerent mores, quos in noſtrum animum facilè invehi dicunt, ſi ferarum ſanguine veſcamur: Quod adduxi, non quaſi probem hanc divini ſtatuti cauſam eſſe, verùm quo declararem animi etiam humani cum ſanguine conjunctionem.

In Gen. c. 9. Sanguis quomodo ſit anima.

Gen. 9. 4.

Lev. 17. 14.

Deut. 12. 23.

1. Cor. 15. 50.

Matt. 10. 28.

Matt. 26. 26.

26 Quomodo autem vir imago ſit Dei, initio Gen. exponitur, ubi ſcriptum eſt Deum dixiſſe, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ut dominetur volucribus cœli, piſcibus maris & beſtiis terræ: Vbi apparet, in hoc ſitam imaginem Dei, ut omnibus præſit creaturis, quemadmodum Deus omnibus rebus dominatur. Auguſtinus frequenter hoc refert ad memoriam, mentem ac voluntatem, quæ cùm ſint facultates ejuſdem animæ, repræſentant, ut inquit, in una eſſentia tres perſonas: Sed hæc Auguſtini doctrina cauſam potius imaginis reddit. Non enim homo præpoſitus eſt aliis creaturis, ut eis dominetur, niſi quia ratione præditus eſt, quæ ſeipſam illis tribus facultatibus explicat. Neque tamen adhuc extrema manus imagini Dei eſt impoſita;

In 1. Cor. 11. verſ. 7.

1. Cor. 11. 7.

Gen. 1. 26.

Imago Dei ſita eſt in dominatu.

ſita: Quia ad bene regendum ac moderandum creatis rebus, memoria, mente ac voluntate, non eſt ſatis, niſi & intelligamus, & meminerimus, & velimus quę Deo placeant. Nam ſi animus noſter, ut vitiatus eſt per peccatum, maneat, non legitimè rebus dominabitur, ſed potiùs tyrannidem in eas exercebit. Quare imago Dei eſt novus homo, qui veritatem divinam intelligat, & ejus juſtitiæ ſit cupidus, ut Paulus nos docuit cùm ſcribit ad Coloſſenſes: Induite novum hominem, qui reformatur in agnitionem Dei, ſecundùm imaginem ejus qui creavit illum. Vbi videmus cognitionem Dei veram & efficacem ad imaginem perfectionis conducere. Quod expreſſius ad Epheſios habetur: Induite novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in juſtitia & ſanctitate veritatis. Quando animus noſter, & cognitionem Dei habet, & juſtitia ornatur, tum verè Deum exprimit: quoniam juſtitia & cognitio divinarum rerum, nihil ſunt aliud, quàm influxus quidam à divina natura in animos noſtros. Inſtabis fortaſſe. Hoc pacto & mulier imago Dei erit. Dicimus: Si eam cum cæteris creaturis contuleris, imago Dei eſt, nam illis dominatur, & earum uſum habet. Sed hic oportet ut eam compares viro, & tunc imago Dei non dicitur, quia viro non dominatur, ſed potius ei paret: Vnde Auguſtinus 13. de Trinitate dicebat, Si vir & mulier accipiantur, qua mente ac ratione præditi ſunt, ambobus convenit ut ſint ad imaginem Dei: ſed mulier collata viro quoad actiones & negotia hujus vitæ, non eſt imago Dei, quia in adiutorium viri creata eſt. Et in eodem loco habet aliam ſolutionem, ſed allegoricam: Nos appellari viros, cùm Deum contemplamur, atque iure caput eſſe apertum, quod indefeſſo ſtudio ibi debeamus pergere, quandoquidem nullus eſt terminus inveſtigationis divinarum rerum. Sed mulieres (inquit) dicimur, quando ad rerum terrenarum negotia & cogitationes deſcendimus. Ibi velatum caput habere oportet, quia modus adhibendus eſt, ac videndum ne ſecularibus rebus nimis immergamur. Sed allegoricis interpretationibus non eſt innitendum. Planior expoſitio eſt, quam ſuperiùs adduximus.

Vera imago Dei eſt novus homo. Col. 3. 10. Eph. 4. 24.

Quomodo mulier ſit aut non ſit imago Dei.

Auguſtini allegoria.

27 Imago alicujus eſt forma qua illum refert. Similitudo alicujus eſt qualitas, qua illum refert. Quid ergo ſit hæc imago, ſimpliciſſimè eſt exponendum, Homo non ſolùm vires intelligendi habet, quibus à Deo non abeſt, ſed conditus eſt præclariſſimis imò divinis conditionibus, præditus juſtitia, ſapientia, miſericordia, temperantia, charitate. At Dei imago plena, Chriſtus eſt quoad divinam naturam, deinde quoad humanam, quantum in ipſa divinæ ſimilitudinis eſſe poteſt: Ad Hebræos 1. Col. 1. Roman. 8. Et hic eſt filius meus in quo mihi complacui. Vt tales eſſemus, conditi ſumus: nam ſumus intelligentes & capaces divinarum perfectionum: in illis conditi ſumus, ſed ad eas, niſi auxilio & exemplo Chriſti non poſſumus reſtitui, qui prima & vera eſt imago. Quam ſimus imago Dei, patet ex noſtra felicitate, quam habemus eandem cum Deo noſtro, inquam, amando, & cognoſcendo. Quod ſi quæras, quibus viribus his dominetur, non quidem corporeis viribus, nam quoad illas ſuperatur à pleriſque animantibus: ergo hoc eſt ratione, conſilio, arte, quibus non ſolum vincit & capit hæc animantia, ſed moles ingentes & movet & mutat. Reſtituitur hæc potentia maximè fide, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. Pſal. 91. Leonibus objectus Daniel. Cum feris erat Dominus in deſerto. Paulus non eſt læſus à vipera. Samſon & David leones vincebant. De hoc dominatu in animantia ſurgit difficultas: Cur iſtæ feræ ſunt conditæ, quibus homines affliguntur? Reſpondeo, ut improbi filii caſtigentur: Poſt peccatum flagello opus fuit. Noſtros ſervos in nos armavit peccatum, unde beſtiarum irruptiones ſunt à Deo inflictę, ut teſtatur Scriptura, Ezec. 5. Immittā in vos famem, & beſtias peſſimas. Iuſto homini, omnes parebant mites & cicures. Et nunc quamvis rebellarint, Dei miſericordia fit ut pauciſſimi inde pereant: & ſi qui ab iis conficiuntur, duplex inde ad nos derivatur utilitas: exemplum in primis divinæ ſeveritatis, ut in Samaritanis qui à leonibus interficiebantur. In pueris ab urſis occiſis quòd Eliſęum deriſiſſent. In propheta inobediente, quem leo interemit. Oſtenditur præterea quāta ſit Dei majeſtas, ut ejus injuriam vel ejuſmodi feræ ulciſcantur. Poſtremò hic mihi contempleris Dei bonitatem in nos, qui hæc animalia noxia, in deſerta & ſolitudines relegavit, & noctu quodammodo tantùm vagari permittit. Licèt & homini hic ſuam videre poſt peccatum calamitatem, ut talis tantúſque unius minimi ſcorpii ictu pereat, vel rabidi canis morſu. Non tamen prorſus ob peccatum, feræ potuerunt jugum hominis excutere, pavent, & tremunt illius conſpectu, & præterea videas puerum maximas bellu as regentem, cædentem & minantem, in quo illæ Dei imaginem reverentur.

In Gen. cap. 1. 26. 27. **Homo quomodo imago Dei.** Cl. 2. cap. 1. Sect. 14.

Heb. 1. 3. Col. 1. 15. Matt. 17. 5.

Hominis imperium in animalia.

Pſal. 91. 13. Dan. 6. 22. Marc. 1. 13. Act. 28. 5. 1. Sa. 17. 34. Iud. 14. 6.

Cur conditæ feræ, quibus homines affliguntur. Ezech. 5. 17.

2. Reg 17. 25. 3. Reg. 2. 24. 1. Reg. 13. 24.

28 Quoad corpus non intelligitur propriè hæc imago, cùm Deus non ſit corporeus, non tamen abeſt à ſimilitudine Dei, cùm exprimat ut organum multas Dei ſimilitudines in anima latentes. Non tamen defuerunt Hebræi aſſerentes hoc, & quoad corpus dictum, ſi ſpectes illas imagines & ſimilitudines, quibus Deus ſe Patriarchis & Prophetis videndum exhibuit. Nam apparebat uti filius hominis. Ezech. 1. Dan. 7. quæ eorum ratio ſi admittatur, magis hoc fuiſſe verum dicimus ob Chriſti incarnationem, homini ſcilicet, tale fuiſſe datum corpus, quale Deus præſenſerat ſuum verbum eſſe ſuſcepturum. Sed ut dixi, iſtud intelligitur de homine interiori, de animo, cujus corpus eſt organum, & ob hoc ab illa ſimilitudine non prorſus alienum. Habes itaque hic hominis veram notitiam, homo eſt creatura Dei ad ſui conditoris imaginem condita: ex qua declaratione, non ſolùm agnoſcitur ejus rationalis natura, ſed quæ ſint proprietates, qui finis: Felicitas, vel ſecundùm hanc ſui conſtitutionem vivat actionibus quibus exprimat Dei imaginem. Hinc jura pendent naturalia & humana, ut reſtituatur & ſervetur hæc imago: Vt homo ejus imperium liberum cōſervet. Hinc omnes virtutes oriuntur, ex præſtanti conditione humanæ naturæ, ut juſtus, fortis, charitate præditus. Ex hac humanæ naturæ conditione, poſſumus derivare, homini natura inditas eſſe virtutes: & argumenta, quib. Ariſtoteles probat oppoſitum ſecundo Ethicorum, habere locum in hac noſtra natura vitiata. Spectabis & hanc Dei bonitatem quia humana felicitas requirit ultra actiones ſecundum virtutem præclariſſimā, copiam rerum externarum, cùm illæ ſint organa. Multa enim per divitias ceu inſtrumenta agimus: ideò Deus primùm hominem ab initio, tot divitiis & imperio ornatum voluit. Admonetur quoque ex hoc loco homo, de officio, ratione & forma omnium ſuarum actionum: quoties aliquid eſt acturus, dicat ſecum, Iſtud referet patrem meum? Eſt ne hoc vivere ex imagine? Habemus & ex hoc quàm congrua ſit noſtra per Chriſtum liberatio: nam cum noſtra perfectio ſita ſit ut imaginem Dei retineamus, quæ vitio primorum parentum fuit obfuſcata, valde fuit congruum ut per Chriſtum, id eſt, illius Spiritum qui verè eſt imago Dei, rurſus illa hominibus imprimeretur. Et poſſumus Eccleſię dignitatem hinc agnoſcere, quales habeat & requirat cives, nempe qui Deo ſint conformes. Denique dum audis Deum hominem creaſſe, debent occurrere tibi quoad corpus omne partium organicarum artificium, membrorum utilitates & ornatus: quo vero ad animum, omnes vires, habitus, actiones quæ in illo reperiuntur.

An homo ſit imago Dei quo ad corpus.

Ezech. 1. 26. Dan. 7. 13.

Hominis notitia.

Officium hominis.

De Paradiſo.

29 Plantaſſe præterea dicitur Deus Paradiſum in Heden. Vox autem iſta, Paradiſus, etſi Græcis & Hebræis eſt communis, tamen Hebraica re vera eſt, cùm in Eccleſiaſte ea ſit uſus Salomon cap. 2. Et ſignificat hortum. Adeò fuit ſuo creatori homo conditus curę, ut eum in amœniſſimo loco voluerit collocatum. Heden hic ſignificat regionem, ita appellatam, ob delitioſum & amœnum ſolum. Illam verò regionem eſſe colligimus ex variis locis in Gen. cap. 4. dicitur de Cain, quomodo profugus habitarit in terra Nod, ab oriente Heden. Et Ezech. 27. mentio habetur filiorum Heden, qui conjunguntur cum Chamne & Charam. Charam verò ſcimus eſſe regionem Meſopotamiæ, in quam venit Abraham, cum

In Gen. 2. 8. Vide Claſ. 3. cap. 16. ſ. 14. Gen. 2. 8. Eccle. 2. 5.

Heden regio.

Gen. 4. 16. Ezech. 7. 23. Gen. 11. 31. Eſa. 37. 12.

Digitized by Google

A egrederetur è patria ſua.Idem vidimus in Eſa.cap.37. Quare non modò ſcitur regionem eſſe, ſed ex iſtorũ Proph.lectione,conjicimus tractum & ſitum in quo eſt.De horto præterea Heden,ſæpe fit mentio in Sacris literis:ſed forma collationis,cum aliqua locorum amœnitas eſt exprimenda, uti Ioel. 2. Eſa.51.Ezech. 28. Igitur mea ſententia illi valde errant, qui hic omnia volunt allegoricè intelligere. Fuit enim re vera hortus juſſione divina conſitus. Neque illi ſunt audiendi , qui talem paradiſum quærunt in altiſſimis montibus,ita ut eum lunæ velint eſſe propinquum, aut ſub Æquatore eſſe propter aeris temperiem.Quę diximus,iſta redarguunt : Eſt à Deo plantatus in regione certa,quæ non multum à Meſopotamia diſtat. Et hiſtoria narratur à Moſe, ideóque non puta quærenda eſt allegoria. Dicitur plãtatus in orientali parte:quod tamen nonnulli intelligunt,à principio,cum ea dictione utrumque poſſit nobis ſignificari. Hebræi interpretes ex maxima parte intelligunt de orientali ſitu,quos & ſeptuaginta ſua interpretatione approbant. Quamvis ſentiunt,& non videtur abſurdum, hortum hujuſmodi tertio die divina virtute fuiſſe conſitum , quando cæteræ herbæ , arbores & virgulta ſunt producta , ſecundo vero capite poni , cùm narretur hiſtoria humanæ productionis: is verò hortus fuerit deputatus ad hominis habitationem. Sed de hoc levis eſto controverſia, ſive tertio die, ſive ſexto fuerit conſitus, hoc parum refert.

Ioel.2.3.
Eſa.51 3.
Ezec.28.13.
Paradiſi locus.

B C

Paradiſus quando creatus.

D 30 E regione autem ubi ſitus erat paradiſus, erũpebat fluvius ſive fons, ingrediebatur hortum & irrigabat,indéque dividebatur in quatuor. Vbi fiat iſta diviſio,in receſſu à paradiſo,vel ab ipſa eruptione ab Heden,ex verbis parum conſtat; ſed major pars judicat ab egreſſu paradiſi ſentiendum. Duo fluviorum nomina ſunt certa, duo verò dubia. Certum eſt de Euphrate & Tygri qui Meſopotamiam ambiunt, Phyſon & Ghihon qui ſint,interpretes variant.Phyſon tamen pro Gange à noſtris ſumitur:ſed eſt Nilus cujus caput adeò eſt incertum,ut inde ſit ortum proverbium , de his qui valde ambigua inquirunt,Illos Nili caput quærere.Quod ſi quæ de ejus origine feruntur,illa parum comperta ſunt, & ut multi aſſerũt, poſſet oriri alibi quàm videtur , & per cuniculos & ſubterraneas regiones inde erumpere , ubi nunc videtur ejus fons & caput eſſe : non eſt ambiguum illum eſſe Nilum. Quartus fluvius Ghihon à multis putatur Nilus,quod ego non puto verum: Nam primo Regum,cap. 1. jubet David ducant Salomonem unctum ad Ghihon,quem fluvium Chaldæus interpres vertit Syloa , de quo in Evangelio & in Eſaia. Et terram Æthiopiæ dicitur alluere , non illam quæ eſt in Ægypto , ſed fortè Madianitas & Æthiopes Iſraelitis vicinos,unde Æthiopiſſa fuit Ziphora, uxor tamen Moſis , quæ Madianitis perhibetur. Ex his igitur fluviorum notis nominibus , patet paradiſum fuiſſe in regione certa orientalis plagæ. Nec eſt reticendum paradiſi vocem eſſe tranſlatam ad ſignificandum æternæ felicitatis ſtatum , ut cùm Chriſtus dicit latroni,Hodie mecum eris in paradiſo , Luc.23. Et Paulus 2.Corint. 12. inquit , ſe fuiſſe in paradiſum ſublatum. Aperta & jucunda eſt metaphora , quaſi is ſit amœnus & delitioſus hortus , ubi nobis Deo frui liceat. Vnde & gentes ſuos Elyſios campos quaſi hortos faciunt.Sed ad noſtrum terreſtrem Heden revertamur. Quid hodie ibi agitur? Quidam putant adhuc extare,& locum eſſe inacceſſum;alii cenſent amplius non reperiri, quorum opinioni ego facilè ſubſcriberem ; quia cùm is locus innocenti homini eſſet aſſignatus, cùm talis eſſe deſient , in quem uſum talis hortus ſervaretur ? Vel igitur cùm diluvium inundavit orbem, is quoque locus eſt ſublatus , vel ſtatim poſt hominis , mulieris & ſerpentis maledictionem, cum terra etiam fuerit maledicta , & illæ ibi amœnitates atque delitiæ perierunt. Cui tamen ſententiæ videtur obſtare, quod dicitur de Cherubim poſito cum romphæa ad illum ſervandum. Occurritur autem tunc id ad terrorem fuiſſe factum Adæ,vel illam cuſtodiam uſque ad diluvium duraſſe. Hæc ex diverſorum interpretum ſententiis vobis referre poſſumus,cum tamen ex Sacris literis hac de re nulla habeatur certa definitio. *Adamum lingua Hebraa uſum fuiſſe notatur in Gen.1.verſ. 8. De linguarum autem confuſione,vide in Cap.11.Gen. & Iudic. 12. 6. Variarum etiam originem ſi quis requirat, legat in Gen.10.*

Gen.2.10.

E F

Flumina Paradiſi.

1.Reg 1. 33.
Ioan 9.11.
Eſa.8.6.

G H I

An Paradiſus hodie extet.
Luc.23.43.
2.Cor. 12.4.
Paradiſus pro ſtatu felicitatis.

Patrum ætas diuturna.

31 Cæterum aliquibus in mentem venire poſſet, qui fiebat ut veteres Patres ante & paulo poſt diluvium,tam diu vixerint : & ætas hæc poſtea paulatim fuerit decurtata , donec communi curſu deducta eſt ad annos octoginta? Multæ erant cauſæ illius vitæ diuturnæ antiquitus. Erant procreandi multi liberi, & implendus orbis:id fiebat diu vivendo. Inveniendæ erant artes , diu ergo vivendum erat : experientia enim diſcuntur.Quod pręcipuum erat,cultum unius veri Dei,inter homines retineri oportebat, quod in tanta varietate individuorum,vix fieri potuiſſet. Poſtea cùm tanta procreatione non eſſet opus,cùm artes eſſent repertæ,& Sacræ literæ nobis traditæ, quibus alligatus erat divinus cultus , fuiſſet laborioſa longa vita.Patriarcha Iacob dicebat, Pauci ſunt dies ſervi tui & mali,ſi comparentur ad ætatem majorum noſtrorum non noſtram:ita fuit iſta decurtatio,miſericordia quædam Dei erga nos. Sed cur tam diu primi homines abſtinuerunt à generando ? Annos nati quingentos,centum, centum 30. deſcribuntur generaſſe,& non prius. Auguſtinus de Civitate Dei , lib. 15.cap.15.inquit, Duplex dari poteſt reſponſio. Prima,quòd in his pubertas ſerò veniret , non tam citò ut nos ſeminis vel geniturę fuerunt potentes: quæ reſponſio ita poteſt confirmari. Diſtribuitur noſtra ætas in infantiam, pueritiam,adoleſcentiam, virilitatem. Quod ſi nunc habet ſuam annorum ſummam pro totius ætatis noſtrę ratione, ita tunc habuit : igitur ſi tota vita tantopere noſtram exceſſit , ita & infantiæ & pueritiæ tempus debuit longinquius protrahi & fundi. Secunda reſponſio eſt, Non per primogenitos deſcenditur in illa genealogia , nam & ante illos fieri potuit ut alij generarentur, quod ita explicatur: Conſilium Scripturæ eſt deducere narrationis ſeriem ad Abrahamum . unde orta eſt gens Iſraelitica , ergo illi eliguntur filij in genealogia texenda,per quos ad illum deſcenditur. At non eſt neceſſe illos fuiſſe primogenitos, uti in Matthęi Evangelio,quia deſcribendo Chriſti genus, fuit ejus mẽs, per Davidem deſcendere ad ipſum Chriſtum : ideò non ſemper aſſumit primogenitos , ſiquidem ante Iſaac Iſmael eſt procreatus, Eſau præceſſit Iacobum. Ex Iacobi filiis procreationis ordine , Iudas non fuit primogenitus : & ab ipſo Iuda ante Phares & Zeram de Thamar, alii filii ſuſcepti ſunt. Neque David fuit major natu,imo inter reliquos fratres minimus, ſed per alios non deſcendiſſet genus ad Chriſtum. Cur verò privatim Nohe tam ſerò genuerit,inquit Rabbi Selomoh,ideò hoc factum, quòd filij priùs ab eo ſuſcepti,facilè aliorum vitiis corrupti fuiſſent:Deus autem voluit eos adhuc diluvij tempore ætate juniore,qua non poſſunt ut cæteri , infecti eſſe nefariis ſceleribus. Ita demum argumentatur: aut iſti futuri erant juſti aut pravi , ſi multo tempore ante diluviũ editi eſſent:ſi pravi , igitur cum aliis perdendi,& ſic juſto parenti eſſet dolor additus , quod Deus fieri noluit:ſi boni,& illi quoque alios genuiſſent, & ipſe Nohe,fortè alios etiam,quos omnes ſi Deus voluiſſet in gratiam Nohe ſervare,longè major fieri debuit arca,unde Nohe plus æquo in ea fabricanda fuiſſet fatigatus. Hoc lepidum videtur commentum , ſed Chriſtiano homini , ut prædictum eſt , videbitur ſatis,vel iſtos non fuiſſe primos inter ejus liberos, vel tam diu illi prolem eſſe negatam , quandiu placuit Domino,neque decet adhærere fabulis tam curioſè fictis. At de annis quid dicemus , quibus vixiſſe numeratur , tam numeroſis? Audebimus aſſerere non fuiſſe adeò longos ut noſtri ſunt , ſed bimeſtres aut trimeſtres : ut Plinius commemorare videtur lib. 7. Naturalis hiſtoriæ : Varias gentes aliter quàm nos ſuos ſupputaſſe annos , & ideo factum eſſe , ut quidam plus juſto vixiſſe videantur ? Hoc non eſt poſſibile , hoc argumento , quia in arcæ notatione & diluvio , fit mentio ſecundi menſis & decimi : ergo fuit eadem ratio anni uti nunc eſt.

Ex 2.Sam.19. ver.35.
Cur Patres tã diu vixerint.
In Gen.5.32.
Gen.47. 9.
Patres, cur tã ſerò generarint.
Auguſt.
Gen. 5. 32. & 3.6.
Matt.1.1.
Annus ante diluviũ quantus fuerit.
Gen. 7. 12.
Gen.8.5.

A *De Gigantibus.*

Ex Iud. 1. 10. Vide in Gen. 6. 4.

Quot nominibus Gigantes in divinis literis vocẽtur.

Hhanak quid ſignificet.

32 Iam cùm de Gigantibus ſæpe mentio in divinis literis recurrat, de iis aliqua dixiſſe non erit inutile. Primùm ſciendum eſt, illos variis nominibus in divinis literis appellari, *Rephaim, Nephilim, Emim, Hhanakim*. Hebraicè *Hhanak* verbum, eſt cingere, ceu circundari ſolet. Inde autem nomen *Hhanak* deducitur, & numero multitudinis tam fœmineam, quàm maſculeam formam habet: ſignificat verò torquem. B Et ad viros transfertur inſignes ac illuſtres, quaſi torquatos dixeris. *Emim* autem vocabantur, ob terrorem quem aliis aſpectu ſuo incutiebant. *Zamzumim* dicti ſunt à ſcelere, quoniam freti potentia & viribus contemptores fuerunt legum, juſti & honeſti, ac ſemper nefaria moliebantur. Hebraice quippe *Zimma*, ſcelus ſignificat. *Rephaim* etiam nominabantur: quòd illorum occurſu homines quodammodo exanimarentur; nam vox illa interdum mortuos ſignificat. C Appellati denique ſunt *Nephilim*, quaſi oppreſſores, quòd tyrannicè in omnes irruerunt, à verbo *Nephal*, quod eſt cadere, ſive ruere. Exiſtimarunt aliqui, eos interdum vocari *Gibborim*: ſed quoniam eam vocem ad potentiam referre ſolemus, & *Gibborim* propriè fortes dicuntur: idcirco eam nolui huc adferre. Deinde ſi quæras, quando Gigantes eſſe cœperint, ſi Auguſtinum de Civitate Dei lib. 16. cap. 23. ſequamur, dicamus ante diluvium. Quod idcirco ei credimus, quia id teſtimonio divinarum literarum D probavit: Sexto enim Geneſ. habetur, Gigantes tum temporis in terra extitiſſe, quorum genus, etſi poſt diluvium conſervatum fuerit: attamen, ut ille credit, non uſque adeo frequens erat.

Quando Gigantes eſſe cœperint.

Geneſ. 6. 4.

33 Adhæc de illorum procreatione atque parentibus ambigitur: nam ſunt qui eos arbitrentur, non ex hominibus fuiſſe prognatos, ſed angelos aut dæmones eorum parentes inducunt. Atque id vel maximè confirmare aiunt, quod in libro Geneſeos habetur. Videntes filii Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ, illas aſciverunt ſibi uxores, ac ex eis E viri potentiſſimi ſeu Gigantes nati ſunt. De hoc angelorum lapſu, quòd cum mulieribus conſueverint, multi ex veteribus conſentiunt, & inter cæteros Lactantius libro 2. capite 15. Nam ut ibi habetur, opinatus eſt, Deum veritum eſſe, ne Satanas, cui mundi conceſſerat imperium, genus humanum funditus perderet, & idcirco illi angelos tutores dediſſe, quorum opera & cura defenderetur. At illi cùm aſtu Satanæ impulſi, tum ſpecie formoſarum mulierum allecti ſtuprum eis intulerunt. Quapropter & ſua dignitate dejecti ſunt, & diaboli ſatellites effecti. Hoc quidem Lactantius exiſtimavit; non tamen dixit, ex illis congreſſibus angelorum cum mulieribus natos Gigantes, ſed terrenos dæmonas, qui circa terram magno noſtro malo verſentur. Euſebius Cæſarien. lib. 5. de Præparatione Evangelica, ab his nihil propemodum diſſentit: nam & ipſe lapſos angelos ex mulieribus, quas turpiter adamarant, illos dæmonas procreaſſe ait, qui per orbem poſtea variè tumultuati ſunt: & ad ipſos refert omnes eos, quos Poetæ atque Hiſtorici deos fuiſſe tradiderunt, eorúmque pugnas, diſcordias, libidines, varios ac graves tumultus, aut verſu aut ſoluta oratione commemorant. Verùm Auguſtinus de Civitate Dei, lib. 15. cap. 23. horum veterum ſententiam non exiſtimat, ex illo Geneſ. loco elici poſſe. Nam eos qui filii Dei illic appellantur, revera inquit homines fuiſſe, à Setho videlicet procreatos. Etenim cùm verum ſyncerúmque Dei cultum retinerent, puràmque Numinis invocationem ſanctè adhiberent, Dei favore ac gratia ornati, à Scripturis filii Dei appellantur: Veruntamen cùm poſtremo mulierum earum cupiditate flagrarint, quæ de ſtirpe Caini deſcenderant & ob id ad impiorum ſocietatem pertinebant, eáſque ſibi uxores adjunxerint: ipſi quoque ad ſuperſtitiones & impios cultus deflexerunt, nec in homines tantùm, verumetiam in carnem ex filiis Dei evaſerunt. Atque ut id obiter dicam, Aquila, verba illa convertens ex Hebræo, Non, inquit, filij Dei, ſed filij Deorum: ob eam, ut arbitror, cauſam, quòd progenitores ii ſanctos habuerint, qui à Deo & pietate, ob inſanum mulierum amorem tam miſere defecerunt. Symmachus autem vertit, Filii potentum. Cæterùm, ad Auguſtinum redeo: Is conſtanter affirmat, nihil ex eo Geneſ. loco, de concubitu angelorum cum mulieribus poſſe colligi, quin potius exiſtimat, ex verbis Dei ſcriptis ibidem longe diverſum oſtendi: cùm enim ſcriptura ibi dixiſſet, Gigantes in terra fuiſſe, filióſque Dei, quemadmodum dictum eſt, prævaricatos eſſe, ac Gigantes editos, adjectum eſt: Et dixit Deus, Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Hac ſententia demonſtrari vult, eos qui ſic peccarant, homines appellari: nec tantùm ut natura ſua erant, verùm carnem etiam dici, in quam ſua fœda cupiditate incubuerant. Sed qui contra ſentiunt, grave teſtimonium Enochi, ab Adamo ſeptimi, quem Iudas in ſua Canonica nominat, ſe arbitrantur adducere. In libro ſiquidem ei inſcripto, Gigantes dicuntur, non homines; verùm angelos ſui generis authores habuiſſe. Auguſtinus verò ad hoc reſpondet, librum omnino Apocryphum eſſe, atque ideò fabulis, quæ in eo recitantur, non oportere credere. Enochum nonnulla divina ſcripſiſſe, inquit, non eſſe ambigendum, cùm id Iudas Apoſtolus manifeſtiſſimè teſtetur: at omnia quæ in Apocrypho libro ſcripta oſtenduntur ab eo prodiiſſe, non eſt neceſſe ut credamus, quandoquidem firma carent authoritate. Neque ſi Iudas certam quandam ſententiam inde produxiſſet, totum librum ſuffragio ſuo jure putaretur approbaſſe: niſi dicere velis, Paulum omnia quoque recepiſſe, quæ ab Epimenide, Arato & Menandro conſcripta fuerunt, cùm unum aut alterum verſiculum ex eis adduxerit. Quod Hieronymus primo capite Epiſtolæ ad Titum exponens, perabſurdum & ridiculum eſſe teſtatur. Et quod ad Enochum attinet, id mirum videtur ſi ab Adamo ſeptimus fuit, quomodo ea quæ de altercatione Michaelis cum diabolo, propter cadaver Moſis, ſcribere potuerit, cùm hæc ſi fuerunt (ut revera fuiſſe credendum eſt) neceſſe fuerit accidiſſe poſt mille ac propemodum quingentos annos: niſi ſtatuerimus, illuſtri quadam vi prophetiæ, tum temporis, ea fuiſſe revelata.

An Gigantes ex hominibus prognati fuerint.

Gen. 6. 2.

Homines à ſtirpe Sethi, appellati ſunt filii Dei.

Quis fuerit lapſus filiorum Dei.

Gen. 6. 3.

Liber Enochi. Iud. 14.

Auguſt.

Hieronymus.

34 Neque diſſimulandum eſt, eos qui putarunt Gigantes habuiſſe, non homines, ſed angelos parentes; ideo videri adductos, quòd non putarint fieri poſſe, ut ex hominibus uſitatæ magnitudinis ac ſtaturæ vaſti Gigantes naſcerentur. Quamobrem nonnulli eorum proceſſerunt eò, ut primum hominem Gigantem fuiſſe affirmarint. Noah quoque ac ejus liberos, quia non crediderunt potuiſſe genus illud F hominum, vel ante vel poſt diluvium eſſe, niſi tales habuerint progenitores, ſi modò ex hominibus credantur fuiſſe orti. Cæterùm id Auguſtinus ut falſum refellit, dicitque paulò ante Gothicam everſionem, mulierem giganteæ molis Romæ fuiſſe, ad quam viſendam, ex diverſis partibus orbis cõplures confluxerint. Quæ tamen parentes habuit, qui communem uſitatámque cæterorum hominum ſtaturam non exceſſerint. Cauſam verò Gigantum vaſtæ molis, ſi naturam conſuluerimus, non aliam afferre poſſumus, G quàm vigentem calorem, nec non humorem, qui copioſè atque largiter ſuppeditet: illum quippe calor, non ad proceritatem tantùm extendit, verumetiam cùm ad latitudinem, tum ad craſſitiem diffundit ac dilatat. Cœperunt itaque Gigantes ante diluvium, fuerunt item ante congreſſum filiorum Dei, cum filiabus hominum, atque inde poſtea ſunt orti: Homines porrò illos procrearunt, & naturalem cauſam, quam diximus habuerunt. Sunt etiam poſt diluvium citra controverſiam producti: nam illorum mentio in H lib. Num. Deuter. Iehoſue, Iudic. Samuelis & Paralip. aliiſque ſacris libris habetur.

Ratio eorum qui putarunt Gigantes non fuiſſe ortos ex hominibus.

Auguſt.

Mulier Gigas.

Cauſa naturalis proceræ ſtaturæ Gigantum.

35 De mole ac ſtatura illorum, partim conjicere poſſumus, partim eam expreſsè habemus deſcriptam. Conjecturæ ſunt, quòd Goliath loricam habuerit, quinque millium ſiclorum ponderis, lanceam verò inſtar jugi textorij, & in haſta, ferrum ſeu cuſpidem ſexcentorum ſiclorum. Conjicimus etiam Ogi regis Baſan ingentem molem ex ejus lecto, qui cùm ferreus eſſet, novem cubitos longitudinis ha- I buit. Atq; Iſraelitæ collati cum Anachim, locuſtæ videbàtur. Iſta nobis indicio eſſe poſſunt, quãtæ magnitudinis hi homines fuerint. Propriè autẽ ac diſtinctè

Quanta fuerit moles Gigantum.

1. Sam. 17. 5. Deut. 3. 11. Num. 13. 14. 1. Sam. 17. 4.

F

Digitized by Google

Goliathis magnitudo in libro Samuelis eſt deſcri-
pta: nam ſex cubitorum cum palmo fuiſſe dicitur:
Cubitus verò, ſi rationem Græcorum ſequamur,
duos pedes habet, ſin verò Latinorum, ſeſquipedem.
Ejus diſcriminis iſtam cauſam nonnulli adferunt,
quòd à cubito poſſit extendi menſura uſque ad ma-
num, interdum clauſam, nonnunquam verò apertam
ſeu extenſam. Hoc eſt quantum à divinis literis de
Gigantum ſtatura potui colligere. Cæterùm apud
Ethnicos longè magis miranda, & quæ fidem quorũ-
dam opinione vincant, legimus. Philoſtratus in ſuis
Heroicis habet, viſum Gigantis cujuſdam cadaver
30. cubitorum, alterum 22. & aliud quoddam 12. At
hominum temporum noſtrum ſtatura communis,
paulò ultrà quinque pedes extenditur. Atque pedis
menſura cùm Græcis tum Latinis eò convenit, ut in
quemque pedem quatuor palmi dentur: palmus verò
quiſque latitudinem quatuor digitorum continet, id
eſt, minimi digiti longitudinem. Sin verò extremi
digiti, pollex inquam, & minimus dilatentur, quiſq;
per duos palmos tantùm comprehendit. Illa etiam
transferre huc lubet, quæ Auguſtinus de Civitate
Dei libro 15. cap. 9. habet, ubi eos coarguit, qui homi-
nes adeò prodigioſæ ſtaturæ nunquam fuiſſe, obſti-
natè contendunt, ac ſe vidiſſe in littore Uticenſi te-
ſtatur, molarem dentem adeò magnum, ut diſſectus,
ad formam & magnitudinem uſitatorum noſtra æta-
te dentium, centuplo major judicari facilè potuerit:
Ibi etiam talia fuiſſe antiquitus permulta hominum
corpora, ex Virgilij carminibus demonſtrat, quæ
duodecimo Æneid. poſuit, ubi Turnum induxit, à
terra ſaxum adeò ingens ſuſtuliſſe, ac in Æneam vi-
braſſe, ut vix illud, Lecta bis ſex corpora vice
ſubirent,

Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

Quem locum ex Homer. 6. Iliad. expreſſit. His
quoque poſſumus addere, quæ idem Virgilius primo
Georgicorum cecinit:

Grandiaque effoſſis mirabiliter oſſa ſepulchris.

Adducit præterea Plinium ſecundum, qui libro
ſeptimo affirmat, naturam quotidie minora produ-
cere corpora, quò ſuo curſu longiùs proceſſerit. I-
démque memorat Homerum ſuo carmine interdum
conqueſtum: Cui ego poſſem Cypriani teſtimo-
nium addere adverſus Demetrianum. Verùm ſi ro-
garer, an exiſtimem corpora humana, quæ poſtea
fuerunt, ab iis immutata eſſe, quæ ante diluvium pro-
ducebantur, fortaſſis annuerem: ſed quod à diluvio
uſque ad hanc noſtram ætatem perpetuò decreſcant,
id non facilè concederem, verbis præſertim anno-
tatis, quæ Aulus Gellius 3. libro ſcripſit, ubi ait,
modum adoleſcendi humani corporis eſſe ſeptem
pedum: quæ menſura hodie quoque videtur eſſe ſta-
turæ procerioris. In Apocryphis tamen Eſdræ legi-
mus lib. 4. ad finem 3. cap. ne quid diſſimulem, & nunc
minora eſſe noſtra corpora, ac indies imminuenda,
quod natura ſemper magis effœta reddatur. Idém-
que, ut paulò ante dixi, Cyprianus videtur ſtatuere.
Sed quare non tam facilè aſſentiar, cauſam attuli,
quia de menſura, quam Gellius definivit, hodie ni-
hil propemodum videam immutatum. At redeo ad
Plinium, qui lib. 7. ait, In Creta, dum terræmotu qui-
dam mons diſrumperetur, cadaver quadraginta ſex
cubitorum ſtans fuiſſe repertum, quod alii Orio-
nis, alii Othi fuiſſe crediderunt. Oreſtis etiam cor-
pus oraculi juſſu effoſſum, cubitorum ſeptem fuiſſe
monimentis traditur. Id autem, quod Beroſus af-
firmat, Adamum Sethúmque filium ejus gigantes
fuiſſe, Noäh ſimiliter cum ſuis liberis, quemadmo-
dum abſque divinis literis ponitur, ita etiam poteſt
repelli.

36 Nunc dicendum videtur, quam ob cauſam
voluerit Deus quoſdam interdum homines tam va-
ſto corpore naſci. Ex eo arbitratur Auguſtinus, li-
bro jam adducto, capite vigeſimo ſecundo id eſſe fa-
ctum, ut nobis teſtatum relinqueretur, tam pulchri-
tudinem corporum, quàm etiam ſtaturæ magnitudi-
nem, viréſque carnis non eſſe in bonis præcipuis po-
nenda, cùm ea non minùs piis, quàm impiis inter-
dum ſint communia. Qui ſanè ſtudioſi pietatis fue-
rint, ii longe anteponenda iudicabunt ſpiritualia bo-

Cubitus Græcorum & Latinorum.

Ethnicorum ſententia de Gigantum ſtatura.

Communis ſtatura hominum noſtrorum temporũ.

Pedis menſura.

An à diluvio uſque ad noſtram ætatem, corpora humana decreverint.

4. Eſd. 5. 54.

Quare Deus aliquando Gigantes adeò vaſtos creare voluerit.

A na, partim quòd nos ad ſalutem juvent, partim quòd
nos aliis verè præſtantiores efficiant. At Gigantes
non fuiſſe adiutos immani ſtatura quicquam ad ſa-
lutem, ex eo confirmat, quod Baruch Propheta, ca-
pite tertio ſcribit: Ibi ſunt Gigantes à ſeculo, viri
famoſi, bellorum periti: non hos elegit Dominus,
neque illis viam ſcientiæ dedit, ſed interierunt, quia
non habuerunt ſapientiam. Quin ſi quis divinas hi-
ſtorias evolverit, nuſquam ferè deprehendet, eos
bonam piámque ſuſcepiſſe cauſam, quam tuerentur
B & pro qua pugnarent: imò eos cognoſcet ſua perver-
ſitate atque ſuperbia perpetuò fuiſſe Deo adverſa-
tos. Ita ſe habuit Og Rex Baſan, ita Goliath & ejus
fratres: omnes ii populo erant infenſiſſimi, quẽ Deus
complectebatur, & à cæteris, ut ſibi peculiaris eſſet,
ſecreverat. Aliud præterea eſt, quod noſtram fidem
poteſt non leviter confirmare: nam ſemper divinæ
hiſtoriæ memorant prodigioſos hujuſcemodi Gi-
gantes, in prœliis fuiſſe turpiter victos, idque ab in-
C firmis hominibus & rei militaris admodum imperi-
tis, à Davide nimirum adhuc opilione, atque à po-
pulo Iſraelitico, cùm adhuc in re bellica tyrones ac
rudes admodum eſſent. Unde nos ſpiritus commo-
nefacit, ut conſtanti & erecto ſimus animo, quando
pietatis ergò cum hujuſmodi potentibus eſt depu-
gnandum. Ibi de noſtris viribus non eſt quòd labore-
mus, cùm ſacra oracula paſſim repetant, Deum eſſe
qui belluas hujuſmodi tradat in manus eorum quos
tuetur. Quæ cùm ſic habeant, id proculdubio effici-
D tur, ut à tyrannis, qui Deo fermè ſemper adverſantur,
ſuáque ingenti nituntur potentia, nullo pacto formi-
demus, quando impias tuentur partes, & in ovile
Chriſti languidum ac infirmum ſe poſſe confidunt
pro ſua libidine graſſari: ſiquidem adverſus eos divi-
ni ſermonis vis & potentia ſpiritus, nos quamvis hu-
miles & imbecilles natura, excelſos & invictos red-
det. Porrò ſi rationem humanam ſequamur, cum eis
comparari, aut vermes aut locuſtæ facilè videri poſ-
ſumus: verùm potentia Dei ſepti atque muniti, non
E tantùm ſuperabimus, verumetiam, ut cùm Paulo ad
Romanos loquar, ſupervincemus. Aderit enim Chri-
ſtus, qui fortem illum armatum vinciat, & opulentiſ-
ſima, quæ congeſſerit ſpolia, detrahat. Feliciter ille
cum diabolo & membris ejus certavit, & nos per illũ
ſecunda faciemus prælia, victoriámque longè illu-
ſtriorem adipiſcemur, quàm ſuos deos Poëtæ finxe-
rint reportaſſe de Cyclopibus, Titanis, & aliis Gigã-
tibus, qui ad Phlægram, ut illi fabulantur, Iovis ful-
minibus extincti fuerunt. Satis argumenti eſt, quam-
F obrem olim Gigantes, & hodie potentiſſimi princi-
pes, unà cum hujus mundi ſapientibus, Deo reſiſtãt:
ſane quòd nimium ſuis viribus nitantur & confi-
dant, quibus plus æquo freti, non eſt ſcelus quod
non audeant, non eſt quod ſibi non putent licere.
Deus verò quæ decrevit efficere, per tales homines
non dignatur perducere ad exitum, ſed potius ut ſua
vis & potentia longe multúmque pateſiat, quę face-
re ſtatuit, per Davides & abjectos quóſque ſolet
complere.

G 37 Hac de re jam ſatis dictum exiſtimarem, niſi
quidam locus ſupereſſet explicandus: Quomodo vi-
delicet in Deuteronomio ſcribatur, Ogum Regem
Baſan ſolum fuiſſe reliquum ex Gigantibus. Quid R.
Selemoh fabuletur, non me latet, ſed illius expoſitio
tam puerilis atque ridicula eſt, ut eam referre me pu-
deat. Iudico itaque illum non abſolutè ac ſimplici-
tea dici fuiſſe reliquum, quaſi nulli præter ipſum
Gigantes in orbe ſupereſſent: verùm in illis locis, ni-
mirum citra Iordanem ſolus remanſiſſe perhibetur.
H Sciendum præterea, non tantùm Iſraelitas ex illis re-
gionibus Gigantes deleviſſe, quoniam & Moabitę, ut
ſecundo capite Deut. habetur, eos è ſuis finibus ex-
pulerunt: quod etiam eis cogitandum eſt, Dei favo-
re ſucceſſiſſe, nam ibidem traditur, ipſum eas regio-
nes Moabitis colendas tradidiſſe.

Baruch. 3. 29.
Gigantes pias cauſas tuedas non ſuſcipiebant.

Deut. 3. 1.
1. Sam. 17. 4.

Gigantes in prœliis vincebantur ab infirmis.

Rom. 8. 37.

Quare Gigantes Deo reſtiterint.

Deus non per Gigantes, ſed per humiles ſua exequitur.

Deut. 3. 11.
An Ogus fuerit poſtremus omnium Gigantum.

Etiam Moabitę Gigantes è ſuis finibus expulerunt.
Deut. 2. 20.

CAPUT XIII.

De Providentia, in Gen. cap. 28. verſ. 16.

I PRovidentiam Græci appellant πρόνοιαν vel [illegible],
Hebræi *Haſchgachah* deducit à verbo *Hiſchgiach*

Definitio providentiæ.
Gen. 28. 16.

in hi-

Digitized by Google

in hiphil, quod eſt ſubtiliter videre & diſpicere. Quoad illius definitionem, Cicero ait in libro de Inventione, Eſt, per quam futurum aliquid providetur, antequam eveniat. Verùm hæc definitio ad divinam providentiam ſi transferatur, illam non exprimit, quòd iſta tantummodo notitiam futuri & vim præcognoſcendi inducat: at in divina providentia comprehenditur non modò notitia divinæ mentis, ſed ejus voluntas & electio, qua res magis hoc modo quàm illo conſtituuntur, & decernuntur futuræ. Adhæc ibi quoque eſt vis & facultas ea dirigendi & gubernandi, quibus providere dicitur: nam ibi rebus non modo invenitur ſubſtantia ipſa & natura earum, ſed ordo etiam quo ſibi invicem connectuntur, & una in aliam tendit, ut eam adjuvet, ſive ut ab illa perficiatur: & utroque pacto res bene ſunt inſtitutæ, quo ad ſeipſas ſigillatim quæque illarum dictæ ſunt bonæ, & generaliter quoad ordinem valde bonæ.

Eſſe ordinem in rebus.

Ordo quid.

Hunc verò ordinem in rebus exiſtere, ex ipſius natura ordinis probare licet. Definitur enim ab Auguſtino, quòd eſt parium diſpariúmque rerum, ſua cuique tribuens diſpoſitio. Nullus autem ignorat, orbis partos varias eſſe, nec pares, ſi una alteri componatur. Porrò quàm aptè earum unaquæque à Deo ſua loca propriáſque ſedes & ſtationes ſortita ſit, & experientia teſtatur, & Sacræ literæ docent: nam dicitur, Deus poſuit mari & aquis terminum, nec transgredi audent præſcriptos ſibi limites: adhæc, is pugno ſuo metitur aërem, &c. Atque tantùm illius beneficium ſi cum ratione providentiæ ei referatur acceptum, illam definire poterimus: Eſſe rationem, qua Deus utitur in rebus dirigendis ad ſuos fines: In qua definitione, non modo notitia, ſed voluntas & vis id faciendi, comprehenſa eſt. Vnde Paulus, quod dicimus, primo cap. ad Epheſ. egregiè expreſſit, cùm inquit, Qui operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ. In oratione autem pro Milone Cicero hanc providentiam docuit, quibus indiciis à naturali ratione deprehendatur; Scribit enim, Nec verò quiſquam aliter arbitrari poteſt, niſi qui nullam vim cœleſtem exiſtimat, Numénve divinum, quem neq; ſol ille, nec cœli & ſignorum motus, nec viciſſitudines rerum atque ordines moverit, & quæ ſequuntur. Quam eandem demonſtrationem, Paulus ad Romanos primo deſcripſit & Iob. 12. cap. Interroga pecora & volucres cœli, piſces maris, & virgulta terræ, ac ipſa te docebunt. Item Pſal. 19. Cœli enarrant gloriam Dei. Iob. iterum cap. 31. de capreis, cervis, equo, Leviathan & Behemoth.

Ierem. 5. 22. Eſa. 40. 12.

Vera definitio providentiæ.

Epheſ. 1. 11.

Cicero.

Rom. 1. 20. Iob. 12. 7.

Pſal. 19. 1. Iob. 31.

An providentia Dei omnia regantur.

2 Ita ergo conſtituatur: Ordo rerũ declarat, quæ cõdita ſunt, nõ temerè aut caſu facta eſſe: ergo Deus eſt agens ex propoſito, ejúſque providentiæ ut generali & ſupremæ cuidam arti, omnia ſunt ſubjecta, neque aliquid inveniri poteſt, quod illam ſubterfugiat. Quod tamen nonnulli auſi ſunt negare, qui tantùm ſumma & præcipua quædam divinæ curæ committunt: reliqua verò ſcilicet minima, naturalibus cauſis tribuunt, majora autem, aut angelis, aut dæmonibus exequenda relinquunt. Quod videre licet in Platonis Protagora, ubi rerum creatio deſcribitur, ita ut quędam Epimetheo, quædam Prometheo conceſſa ſint ut facerent. Verùm ut humano generi bene conſuleretur, id tantummodò aſſeritur, Deorum opera fuiſſe factum. Sed in Evangelio à Chriſto aliter docemur, Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt, & ex duobus paſſeribus nec alter cadit ſine voluntate Patris veſtri. Et ipſe de cœlo reſpexit Dominus ſuper omnes filios hominum. Si autem iſti rem ita acciperent, quaſi non omnium ſit providentia, eadem ratione ut hominum, daremus: non quod ea cum in ſe ſit omnino ſimplex, debeat prædicari multiplex, verum quod effecta quæ ab ipſa diriguntur varia ſunt & diverſa, ipſa quoque diverſimode ſe habere videtur. Concedimus itaque, piorum hominum uſque adeò eſſe maiorem providentiam, ut præ illis dicatur damnandis & fatuis virginibus à Domino, Neſcio vos: & de hominibus pariter magis quàm de irrationabilibus. Ex fide autem viva hujus providentiæ multa utilia nos colligimus: conſolationem cùm primis in adverſis, quando illa non temerè, ſed Deo Patre noſtro volente & procurante, ſcimus evenire. Incitamur etiam indies

Plato.

Matt. 10. 29. Pſal. 14. 3.

Providentia diverſimodè ſe habet

Matt. 25. 12.

Vſus providentiæ.

A magis ad bona, quando noſtrarum actionum ſcimus cognitorem & teſtem eſſe Deum, qui de his poſtea ſit rectè judicaturus. Dona ad hæc quibus fruimur, ſunt nobis gratiora hoc nomine, quòd nobis Deo providente ſint oblata. Præterea in illa contemplamur prædeſtinationem, quæ tantam piis hominibus conſolationem affert, ut inde mirificè confirmentur.

3 Neque in Deo propter illius providentiam timenda
B eſt ulla novitas, homines cùm abſque ſcientia à ſuis parentibus edantur in lucem, non valent ſine mutatione illam adipiſci, quod minimè quo ad Deum ſuſpicari debemus, cùm ab æterno ſuam habuerit ſcientiam; ad hæc, nos à rebus illam haurimus, ille ex ſeipſo eam habet; unde Iacobus rectè ſcripſit apud illum non eſſe mutationem, aut viciſſitudinis obumbrationem, neque id unquam committitur, ut ex rerum mutatione Dei ſcientia mutetur. Tuto deinde collocatur hæc ſumma ſcientia in Deo,
C ſiquidem nullum periculum imminet, ne illa abutatur ut homines faciunt de quibus Hieremiæ 4. ſcribitur, Sapientes tantummodò ſunt, ut malum faciãt: At Deus optimus eſt, & ſcientiam habet optimi, quam quiſque habet, non poteſt aliis rebus malè uti, ut in Alcibiade ſecundo docuit Plato, ubi probatur, ſine ea præſtare, ut multa ignoremus: nam Oreſti magis conſultum fuiſſet, ſi matrem ſibi obviam non agnoviſſet, quando eam interficere deſtinaverat. Neque propter iſtam rerum procurationem,
D Deus avellitur à ſua tranquilla felicitate, aut à meliore rerum contemplatione: id hominibus contingit ut nonnunquam ſupervacanearum rerum tractatione, à ſeriis & melioribus diſtrahantur occupationibus. Quare Paulus non immeritò damnabat vanas quæſtiones & curioſas: idque ob noſtri intellectus anguſtiam provenit, qui pluribus non valet incumbere. At Deus cùm ſit quo ad omnia ſua infinitus, nullo negocio omnia poteſt accipere quæ fiunt, quæ futura, quæve præterita unquam fuerunt. Neque
E iſta rerum ſcientia ad mala incitatur Deus: id enim hominibus accidit, quòd vitiatum habeant appetitum. Vnde Salomon dicebat, Ne intuearis vinum quando flaveſcit in vitro, &c. Pſalm. 119. Averte oculos meos, ne videant vanitatem: Iobúſque dicebat, ſe cum oculis ſuis fœdus pepigiſſe ne de virgine cogitaret. Deus verò cùm prima ſit juſtitiæ & probitatis regula, ad malum non poteſt impelli. Sed Averroes dicebat, Saltem vileſceret ejus intellectus, ſi omnia hæc infirma diſpiceret & agnoſceret, quia ve-
F rò non à rebus, ſed à ſeipſo illam notitiam acquirit, ideò id non datur, neq; revera ſequitur, ut ſpeculum videmus non ideò inquinari quod vilium rerum imagines referat, neque item Sol iſte viſibilis quando ſuper cœnum & ſordes fertur. Labor quoque in intelligendo minimè Deum vexat, cùm in hac actione ullo corporis inſtrumento non utatur: quemadmodum homines quibus inde intelligendo oritur labor, ſiquidem ibi corpus non leviter affligitur & fatigatur. Vnde Salomon non immeritò hoc ſcien-
G di ſtudium appellavit, confractionem vel afflictionem ſpiritus. Perturbationem enim nobis interdum parit ſcientia, quòd plus intelligentes, plura vident quæ ſibi diſplicent, quibus ſtomachantur, unde non immeritò dicitur: Qui addit ſcientiam addit & laborem; non enim facilè ferimus quæ indigne fiunt. Sed iſtis humanis affectibus minime ſubeſt Deus, cui accedit, quod rerum exitum videt, & quantumvis indigna, dirigit, & ſcit in gloriã ſuam terminanda.

An providentia afferat in Deo mutationem.

Iac. 1. 17.

An tuto ſtatuantur.

Hier. 4. 22.

An felicitati Dei non obſtet.

1. Tim. 1. 4. & 4. 7. 2. Tim. 2. 23. Tit. 3. 9.

An ad mala incitetur.

Prov. 23. 31. Pſa. 119. 37. Iob. 31. 1.

An intellectus per eam vileſcat.

An laborem afferat.

Eccl. 1. 17.

Eccl. 1. 18.

4 Sed quas hactenus removimus objectiones, à di-
H vina providentia tollere non fuit difficilè, ſiquidem offerebat ſe quo ad eas planus & expeditus exitus: at quædam aliæ ſuperſunt difficiliores explicandæ, quarum prima eſt propter caſum & fortunam, quæ à rerum natura videntur offerri, ſi Deo omnium tribuamus providentiam. Nihil enim fortunæ & caſui magis adverſatur quàm ratio. Fortuna enim eſt cauſa aliud à propoſito agens, cum aliquid minùs intentum aut conſtitutum ſive decretum accidit, præter ſpem & imprudentibus nobis. At huic argumento ita
I reſiſtimus, quoad nos fortuna & caſus Dei providẽtia non tolluntur: Quid enim obſtat quo ad Deum nil fortuitò fieri, at quo ad nos plurima temerè & fortuna

An providentia tollat caſum & fortunam.

Simile.

Digitized by Google

evenire? Simile affertur ſatis accommodum; Mittat A Dominus ſervum ſuum in macellum, ut ibi moretur uſque ad horam nonam, qua nondum elapſa, illuc ſi miſerit ſuum alium quempiam ſervum: non quo ad eum temerè aut fortuitò fiet, ut illic ſibi mutuò occurrant duo ſervi, cùm id prævideat ad eundem locum mittendo, illis verò non eveniet conſultò, cum unus de altero prorſus neſciverit. Multa ergo quæ Deo providente & agnoſcente fiunt, ſi ad hominum hebetem & infirmam cogitationem referas, caſu & B fortuitò eveniunt. Verùm aiunt, ſi omnia ut credimus à Deo diriguntur atque ejus conſilio fiunt, jam ubi erit contingentia rerum? omnia neceſſariò evenient; & putant hoc argumentum nonnulli contra divinam providentiam adeò robuſtum, ut vix noſtri arbitrij libertas defendi poſſit. At iſta ratione eadem fermè applicatur reſpondendi forma qua paulò ante uſi ſumus, quo ad fortuita: nam fieri poteſt ſi proximas cauſas reſpicias, quæ eveniunt, contingentia jure eſſe & dici, ſiquidem illi cauſæ nil repugnat, tam C iſtud effectum quàm ejus oppoſitum producere. Nam quo ad meam ipſius voluntatem, ita fieri poteſt ut ſedeam, quemadmodum ut non ſedeam. Si ergo iſta effecta in illam cauſam referantur, contingentia erunt, nam poſſunt aliter ſe habere, verùm ut divinæ ſubduntur providentiæ, neceſſaria eſſe minimè debemus abnuere. Datur ſiquidem duplex neceſſitas, ſcilicet abſoluta & ex hypotheſi, ac fieri poteſt ut quæ ex hypotheſi ſunt neceſſaria, ſi ea extra hypotheſim ſumas, contingentia & non neceſſaria D ſunt. Eſaias capite decimoquarto agit de everſione Babylonici regni quæ fuit contingens quod ad ſuas mundanas cauſas, nam ut id ſe aliter haberet nil obſtabat & nihilominus Propheta volens oſtendere id futurum indubitatò, reſpicit divinum propoſitum, & ait, Deus ita conſtituit, quis poterit diſſolvere? Manus Domini jam eſt extenſa, & quis retrahere poterit? Res ergo jam iſta ratione erat neceſſaria. Et Pſalmo trigeſimo tertio legitur. Conſilium autem Domini in æternum manet, & conſilia cordis eius in E generationem & generationem. Adhuc contra inſtant, neceſſitas videtur obſtare divinæ providentiæ: Non enim conſultamus de his, quæ aliter ſe habere non poſſunt: cùm ergo multa in orbe ſint neceſſaria, quæ hujuſmodi ſunt, videtur divinam providentiam excludere. Sed hoc loco eſt animadvertendum, quòd etſi omnia ut referuntur ad Dei decretum & propoſitum quaſi factum & conſtitutum, ſunt neceſſaria; tamen quo ad Deum actum conſtituentem & decernentem omnia ſunt contingentia, nihilque adeò in F mũdo eſt neceſſariũ quin ſe poſſit aliter habere. Nec modò loquimur de definitionibus rerum, aut de neceſſariis propoſitionibus, ſive connexionibus, cùm iſta divina providentia non regantur; ſunt enim æternæ veritatis & divinæ naturæ expreſſiones. Quidã etiam reperiuntur, qui mala putent invenienda non eſſe in orbe, ſi à Deo providentia regeretur: nullus enim qui providè agat in ſuis operibus, locum malo permitteret. Iſtis autem facilè reſpondetur, quòd nullum reperiatur malum, quod ſanctis non ſit utile, G illiſque ad ſalutem conducat; aut juſtitiam, miſericordiámque Dei declaret, uel ordinem univerſi ſive illius conſervationem non promoveat.

An providentia tollat contingentiam rerum.

Neceſſitatis diſtinctio.

Eſa. 14. 17.

Pſal. 33. 11.

An neceſſitas obſtet providentiæ.

Idem locus explicatur ex 1. Sam. 10. verſ. 2.

5 Verùm adhæc fuſius explicanda ut methodũ aliquam ſequamur, primùm quærendum eſt, an ſit aliqua providentia; ſecundo loco, quid ſit: tertiò, an illi omnia ſubiiciantur: quartò, an ea mutari non poſſit: poſtremò an patiatur aliquam rerum contingentiam. Verùm antequam rem ipſam attingam, de H nominum ipſorum ſignificatione aliquid dicendum eſt. Contingens ergo dicitur à Græcis ἐνδεχόμενον, quod ejuſmodi eſt, ut & poſſit, & non poſſit fieri: & ſive fiat, ſive non fiat, nihil eſt abſurdi, neque contra rationem, neque contra verbum Dei. Diſtinguitur in tria membra, quorum primum appellatur à Græcis ὁπότερ' ἔτυχεν, quod æquè propendet in utramque partem; alterum ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, quod plerunque ſoleat hoc, aut illo modo accidere, poſſit tamen ſecus evenire: tertium dicitur ὡς ἐλάχιστον, quod non niſi I rarò, & inſolenter eveniat. Philoſophi contingentiæ duplex ſtatuunt fundamentum: Materiam, quæ, ut in alias atque alias incurrit agentes cauſas, ita formam aliam, aliámque induit; & voluntatem, qua actiones noſtræ gubernantur: Habet autem voluntas, rationem materiæ, quia regitur & impellitur ab intellectu. Auguſtinus de 83. Quæſtionibus, quæſt. 31. ait, Prudentiam à Philoſophis dividi in tres partes, in Intelligentiam, Memoriam, & Providentiam: Et Memoriam, ad præterita referri: Intelligentiam, ad præſentia; Providum autem eſſe, qui ex præteritis præſentibúſque poſſit conſtituere, quid poſtea ſit futurum. Deus autem non tantùm intelligit & videt quid ſit eventurum, verùm etiam addit ad ea voluntatem. Non enim nudam tantùm conſtituimus in Deo intelligentiam, ſed etiam voluntatem efficacem; qua omnia regit & moderatur. A Græcis dicitur πρόνοια. Et Cicero de natura Deorum, eam appellat anum fatidicam Stoicorum. Tanti autem ea fiebat apud veteres, ut etiam pro Dea coleretur in Delo, quod Latonam juviſſet in partu: Fabula verò ea nihil aliud ſignificat, niſi cauſas ſecundas, quamvis nonnullam in ſe habeant, tamen nihil efficere, niſi accedat providentia Dei. Latona enim, natura eſt: providentia, obſtetrix. Niſi iſta accedat, juvet, & quodammodo obſtetricetur, illa nihil parit.

Contingens quid. Quotuplex.

Contingentiæ fundamentum.

Auguſtinus.

Providentia. Cicero.

6 Iam verò, quod ad quinque illa capita attinet, de quibus à principio ſeorſim dicendum eſſe decrevi, hoc mihi primo loco propono, Eſſe providentiã: quod multis rationibus firmiſsimis doceri poteſt. Primùm enim cùm Deus ſit author & conditor omnium rerum, nihil autem poſſit temerè facere: ſed ſuas habeat apud ſe certas & conſtitutas rationes, neceſſe eſt eſſe providentiam. Si enim nullus ſit artifex, qui non & rationes & fines operis ſui videat, & vias teneat quibus id poſſit ad ſuos fines adducere: inſania eſſet id non tribuere ſummo artifici Deo, quem divinæ literæ non tantùm Conditorem rerum omnium faciunt, verùm etiam quodammodo figulum. Chryſoſtomus Homilia 19. in epiſtolam ad Epheſios, Si navis, inquit, quantumvis firma & inſtructa, tamen in fluctibus conſiſtere non poteſt ſine gubernatore, quantò minùs orbis univerſus conſtare poteſt, ſine cura & gubernatione Dei? Nam ſi architectus non ante incipiat ædificare, quàm omnes partes, figuras & formas ædificii in animo deſcriptas habeat, putabimus Deum univerſitatem omnium rerum temerè, ſine conſilio, ſine ratione condidiſſe? Certè cœleſtes orbes, ſydera, æther, aër, aqua, calor, frigus, tot viciſſitudines & mutationes rerum inter ſe contrariarum & pugnantium, niſi ab aliquo rectore ſuſtinerentur, ruerent. Corpus noſtrum ab inclementia cœli, ſine cura & providentia defendi non poſſet. Homines providos appellamus, qui mente ac ingenio ita valent, ut omnia corporis membra teneant in officio: Deus autem eum locum habet in mundo, quem in homine mens obtinet. Adhæc ſacræ Scripturæ everſiones regnorum, & vaticinia, & miracula, quæ omnem vim naturæ longè ſuperant, & poſtremò Iudicium, quo Deus olim redditurus eſt cuique ſecundùm opera cujuſque, referunt in Deum. Quare his tot rationibus aliiſque multis inducti, ſtatuimus eſſe providentiam. Nam Epicureos miſſos facimus, quorum eſt illud:

Eſſe providentiam.

Epicurei quare providentiam negant.

Scilicet hic ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat: & illud,

Deus ambulat ſuper cardines cœli, & res humanas non conſiderat: Hæc illi monſtra pepererunt, partim quòd cùm hebeti eſſent ingenio, altiora videre non potuerunt: partim quòd, cùm turpiter & flagitiosè viverent, ne perpetuo metu ſuppliciorum cruciarentur, hanc ſibi conſultationem excogitare voluerunt. Qui enim malè vivit, horret lucem: Et pueri ubi aliquid deliquerunt, nollent aut patrem eſſe in ædibus, aut magiſtrum in ſchola. Et de prima quidem parte hæc ſatis eſſe debent hominibus Chriſtianis: quibus ſine ratione, ſolo verbo Dei perſuaſum eſt eſſe providentiam.

Ioan. 3. 20.

7 Quid autem ſit providentia, facilè ex ejus definitione intelligemus. Eſt enim vis ſeu facultas Dei, qua res omnes dirigit, & adducit ad fines ſuos. In hac definitione, genus, eſt vis aut facultas: Eſt quidem Deus ſimpliciſſimus. Tamen ad noſtrum

Quid ſit providentia.

Digitized by Google

A captum, ponimus in illo duplicem eſſe facultatem: Intelligendi & Volendi. Intelligit quidem Deus, & videt omnia. Verùm non id tantùm, ſed etiam vult omnia. Neque verò hic otioſè diſputabimus, Voluntáſne in Deo prior ſit intellectu, an contra intellectus voluntate? Si quis iſta ſcire velit, remitto eum ad Scotum & Thomam. Vis iſta & facultas, quam dico, pertinet ad qualitatem; eſt enim naturalis potentia. Differentia eſt, quòd Deus iſta vi omnia, quæcunq; aut ſunt, aut futura ſunt, dirigit. Verùm id non eſt ſatis, adducit etiam ad ſuos fines. Ad quos autem fines?

B Ad congruos. Congrui verò ſunt, qui ab ejus cõſilio deſtinantur. Vis & facultas cauſa eſt; Effectum, ut res adducãtur ad ſuos fines. Hic complexi ſumus omnia genera cauſarum, quæ in hoc negotio aſſignari poſſunt. Hoc ideò dico, quia providentiæ Dei nulla dari poteſt cauſa efficiens. Formalis autem cauſa, eſt vis Dei: Materia, circa quam, ſunt omnia quæcunque ſunt; Nihil enim prorſus excipimus. Finalis vero cauſa eſt, ut omnia aſſequantur fines ſuos, & cedant in

Cauſę providentię Dei.

C gloriam Dei. Ex hac definitione videmus, providentiam Dei non tantum nudam non eſſe cognitionem, ſed etiam aliquam efficientiam. Nam, ut Paulus ait, in ipſo vivimus, movemur & ſumus. Et rurſum, Omnia ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum. Utque Salomon ait, Hominis eſt præparare cor; Dei autem eſt gubernare linguam: nam ne linguam quidem leviſſimam partem corporis movere poſſumus, ſine providentia Dei. Et Chriſtus ait, Ne paſſer quidem cadit ad terrã, ſine voluntate Patris noſtri: Et omnes capilli capitis

Providentia non eſt nuda cognitio, ſed efficientia. Act. 17. 28. Rom. 11. 36. Prov. 16. 1. Matt. 10. 19.

D veſtri numerati ſunt. Quidam ſomniant, Deum omnia quidem condidiſſe, poſtea verò condita reliquiſſe. Ita enim fabri ſatis habent exædificaſſe domum, eam poſtea relinquunt. Atqui ſi ſic ageretur, mundus iſte facile rueret. Domus enim, niſi ſubinde reficiatur & fulciatur, labefactatur & cadit. Nam ſi animus diſcedat à corpore, quid ſupereſt, niſi ut corpus corrumpatur & putreſcat? Nec audiendi ſunt, qui dicunt, Deum omnia quidem regere, verùm id non

Simile.

E aliud eſſe, quàm rebus omnibus communem influxum ſuppeditare, quem res ſingulæ ad ſe attrahant. Hoc enim eſt, Deum non reipſa, ſed tantùm nomine, orbis rectorem & moderatorem facere. Nam ſi res quæque pro ingenio ſuo inflectat, & accommodet ad ſe communem illum influxum Dei, Deus ſequitur naturam rerum creatarum, cùm contra potius oporteat omnes res creatas Deum ſequi. Sed aiunt, quemadmodum qui projicit lapidem, aut ejaculatur ſagittam, ſatis habet ea primum impuliſſe, quamvis

An Deus tantum communi influxu omnia regat. Simile.

F ea poſtea emiſſa ipſe non ſequatur; ita ſatis fuiſſe Deo, vim quandam rebus omnibus indidiſſe, quamvis eas perpetuò non gubernet. Sed iſta non ſunt ſimilia; nam ſagitta & lapis ſtatim cadunt, cùm impetus ille in reb. creatis diuturnus eſſe nõ poſſit. Quare niſi Deus impulſum ſuum æterna cura & providentia proſequeretur, omnis natura rerum non conſiſteret. Peripatetici, cùm viderent omnia iſta inferiora perpetuò perturbari, ſtatuerunt providentiam Dei ſupra Lunam; ac ſi eã de iſtis rebus inferioribus non

G oporteat eſſe ſollicitam, niſi quatenus ab ea communis quidam influxus rebus omnibus ſuppeditatur. Sed hæc inepta ſunt: Divinæ enim literæ docent, ea quæ nobis maximè videri poſſunt fortuita, tamen tegi à providentia Dei. In Deuteronomio, Si ſecuris fugiens fortè è manu lignatoris, feriat & occidat tranſeuntem: Ego inquit Deus, tradidi eum in manũ occiſoris. Et Iob. cap. 14. Conſtituiſti terminos ejus, quos præterire non poterit. Et liber Sapientiæ, qui liber quamvis non ſit in Canone, tamen multa ha-

Non tantum regit ea quæ ſupra Lunam. Deut. 10. 5. Iob. 14. 5. Liber Sapientiæ. Sap. 8. 1.

H bet bona & pia, Ille inquam liber, in cap. 8. ita habet: Attingit à fine uſque ad finem εὐρώστως, & diſponit omnia χρηστῶς. Pertingit, inquit, εὐρώστως, hoc eſt fortis & robuſta, Diſponit etiam utiliter; id enim ſonat χρηστῶς, non ſuaviter, ut habuit vetus tranſlatio. Utilitas autem ea, etſi à nobis ſæpe non videatur, tamen ſemper eſt ejuſmodi, ut faciat ad gloriam Dei.

8 Verum an omnia ſubjecta ſint providentiæ Dei, eſt res controverſa. Quidam enim aiunt, quidam negant. Sed ſi, ut ante diximus, Deus omnia

An omnia ſubjecta ſint providentię Dei.

I condidit, nihil certe ab ejus providentia eximendum eſt: Nam ſi quid ab ejus providentia eximeretur, id etiam eximeretur à creatione. In epiſtola ad Hebr.

A ſcribitur, omnia portat verbo potentiæ ſuæ. Eſt Hebraiſmus, Verbum potentiæ poſuit, pro Verbo potenti. Hic locus convenit cum illo Sapientiæ, quem citavimus Ezech. ſe appellat Deus, Dominum univerſæ carnis. Et Moſes in lib. Numerorum, vocat Deum Dominum Spirituum. Et Paulus ad Epheſ. Qui operatur omnia juxta decretum voluntatis ſuę. Heſiodus quoque Ethnicus poëta ait, οὐκ ἔστι πη Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. Sunt tamen qui eximere velint à providentia Dei homines, & Liberum arbitrium, & res

Hebr. 1. 3. Ezec. 18. 4. Num. 16. 22. Epheſ. 1. 11.

B vel neceſſarias vel fortuitas. Cicero de Fato ait, Antiquiſſimos Philoſophos omnia ſubjeciſſe neceſſitati, ut Empedoclem, & Heraclitum: Peripateticos autem, multa poſuiſſe contingentia: Chryſippum autem, tanquam arbitrum honorarium, quamvis alia omnia doceret eſſe neceſſaria, tamen humanam voluntatem, quod ad primam electionem attinet, ſtatuiſſe eſſe liberam. Itaque Euſebius de Præparatione Evangelica jocatur, Democritum homines feciſſe

Cicero. Chryſippus. Euſebius.

C ſervos: Chryſippum autem, tantùm ſemiſervos. Idem Cicero in 2. lib. de Divinatione, potius excludere vult omnem providentiam, quàm velit homines non eſſe liberos. Id ridens Auguſt. in lib. de Civitate Dei cap. 10. ait: Eum, ut homines faceret liberos, feciſſe ſacrilegos. Videmus ergo eſſe, qui non putent omnia ſubjecta eſſe providentiæ. Quod autem nominatim hominem, id eſt, præſtantiſſimum Dei opus excipiunt, id nimis videtur contumelioſum eſſe in Deum. Nam cùm omnes artifices minuta potius &

Cicero. Auguſtinus.

D exigui pretii opuſcula contemnant, præclara verò opera diligenter curent & exornent: Quis putet Deum opus illud, quod habuit ex aliis omnibus ſelectiſſimum, potuiſſe contemnere? Et ſi ita eſſet, quis ſtatus eſſet noſter? Quod perfugium haberemus in rebus adverſis? David ait, Iacta in Deum curam tuã, & ille te enutriet. Et Petrus, Illi, inquit, cura eſt de vobis. Et Zacharias, Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Et ego, inquit Deus, ſum clypeus tuus, & murus aheneus. Et Dominus, inquit David, mihi

Pſal. 37. 5. 1. Pet. 5. 17. Zach. 2. 8. Gen. 15. 1. Pſal. 56. 11. Pſal. 27. 3.

E adjutor: & ego non curo quid faciat adverſus me homo. Si conſiſtant adverſus me caſtra, non timebit cor meum.

9 Atqui multa, inquies, in rebus inferioribus aut nullo ordine, aut perverſo geruntur. Videmus enim opprimi pios, florere impios. Eſto: Sed eáne cauſa nulla eſt providentia, quia nos cauſas ejus non videmus? Si eſſes fortè in officina fabri ferrarii, & multa videres inſtrumenta, alia adunca, alia inflexa, alia inciſa, alia incurva: an ea ſtatim omnia damnares,

Si providentia omnia regit, cur eſt tãta rerum confuſio? Simile.

F quod non omnia recta & levia viderentur? Non opinor: Imò potius fatetere, te uſum illorum non intelligere. Idem honos tribuendus eſt Deo, ut cùm videas homines tyrannos & impios ſecundis rebus uti, dicas, eos eſſe inſtrumenta providentiæ Dei, quamvis tu, quid Deus de illis facturus ſit non intelligas. Auguſtinus Deum ait tam eſſe bonum, ut etiam ex malis elicere poſſit aliquid boni. Deinde ſi nulli eſſent tyranni, quæ eſſet virtus aut patientia martyrum? Deus vult hunc eſſe triumphum bonitatis ſuæ:

G vult etiam eſſe aliquos, in quos exerceat vim & potentiam ſuam. Sed dices, Non ſatis eſt homines animi præparatione eſſe martyres? Sunt quidem præclaræ virtutes in animis piorum abditæ: Verum id Deo ſæpe non eſt ſatis. Vult eas educere in actum, ut videri poſſint: Quare oculi noſtri ſurſum tollendi ſunt, ut non de impiis cogitemus, ſed de Deo. Sic Prophetæ vocant Nabuchodonoſorem, Pharaon. Sennacher. ſecures, malleos, ſerras, enſes in manu Domini. Iob non ſpectabat aut Chaldæos, aut dia-

Eſa. 10. 5. Iob. 1. 21.

H bolum, cùm eſſet everſus fortunis omnibus: ſed Dominus, inquit, dedit, Dominus abſtulit. Habetur doctus medicus, qui humores vitioſos reconditos in corpore, educere poſſit in ſuperficiem: At nos ulcera & ſcabiem horreremus. Medicus verò dicet, ægrotum jam tandem incipere convaleſcere, poſtquam iſta erumpunt: Ita Deus pharmacis & ignibus perſequutionem educit in lucem ea, quę ante in animis noſtris delituerunt. Faciunt impii quod volunt, nihil tamen facere poſſunt præter voluntatem Dei. Ita

Simile.

I Petrus ait in Actis de Pilato & Herode. Convenerunt, ut facerent quæ manus & conſilium tuum fecere decreverunt.

Act. 4. 27.

An neceſſaria ſint ſub providentia.
10 Sed dices, Quædam ſunt neceſſaria, quæ ali- A
ter ſe habere non poſſint: Ea an cadunt ſub provi-
dentiam Dei? Imò nulla eſt res creata ita neceſſaria,
quin ſi ad Deum referatur, rationem habeat contin-
gentiæ. Deus enim attingit à fine, ut diximus, ad fi-
nem, & diſponit omnia. Quid magis eſt neceſſariũ,
Ioſ.10.12. quàm curſus Solis? tamen Ioſue fecit Solem conſi-
ſtere. Quid magis neceſſarium, quàm ut ignis com-
burat, ſi admota ſit materia idonea ad comburendũ?
Itaque dici ſolet, Si activa accommodentur ad paſſi- B
va, ſequitur actio neceſſaria. Deus tamen effecit, ut
tres illi juvenes in ardente fornace verſarentur inco-
Dan.3.13. lumes. Quid magis eſt neceſſarium, quàm ut Solem
lucentem ſequatur umbra? Deus tamen effecit, ut
lucente Sole umbra retro cederet. Atqui homo vi-
detur conditus, & relictus in manu conſilii ſui? Ser-
Eccleſiaſt. vabis ea, inquit Eccleſiaſticus, & ea ſervabunt te. Fa-
Eccl.15.14. teor, quod attinet ad interiores cauſas, homo ita fa-
ctus eſt à principio, ut nihil illi eſſet neceſſariũ: Non
tamen idcirco excludimus gratiam Dei, & providen- C
tiam. Audiamus ea de re Scripturas divinas: Nam
Eccleſiaſticus non numeratur in Canone. Cor Regis,
Prov.16.1. inquit Salomon, in manu Dei eſt. Sed Deus ait, Dedi
Ezec.20.11. eis præcepta: At idem ait, Ego faciam, ut in præceptis
Eze.36.26. meis ambuletis: Et, Ego dabo vobis cor novum, &
An homo ſit ſub providentia. ſpiritum novum. Quare homo eximendus non eſt à
providentia Dei.

Quæ videntur fortuita ſunt ſub providentia Dei.
11 Multò autem minùs excludenda ſunt ea, quæ
videntur agi fortuitò. Etſi enim nos ſecundarum
cauſarum rationem non videamus, Deus tamen eam D
videt. Imò Philoſophi docent, omnem cauſam, quã
appellant per accidens, revocandam eſſe ad cauſam
per ſe. Nam quod eſt per accidens, non poteſt eſſe
Ariſtoteles. cauſa. Itaque Ariſtoteles in libello de Bona fortuna,
cùm quæſiſſet, cur alii eſſent fortunati, alii non eſ-
ſent: reſpondit, id propter impetum quendam & im-
pulſum fieri, cujus tamen is, qui impellitur, rationem
non poſſit reddere: Hinc fieri, ut alii evadant fortu-
nati, alii non evadãt. Atque hunc eventum, ſi refera-
tur ad voluntatem & notitiam noſtram, ait eſſe for- E
tuitum. Impetum verò illum, cauſam eſſe per ſe. Sed
non ita diſſolvitur quæſtio. Vnde enim eſt, ut alteri
detur iſta fortuna, alteri negetur? Aſtrologi ſupplere
voluerunt, quod putabant Ariſtoteli defuiſſe. Ptole-
mæus in libro Ἀποτελεσμάτων refert id ad aſtra: à quib.
ait, alios aliter naſcentes moveri, alios ad fortunam,
alios ad infortunium. Atque hoc alii numen appel-
laverunt, alii conſtellationem, alii fatum particulare,
Socrates dæmonium. Cur autem huic accidat magis
quàm illi, cur hoc tempore magis quàm alio, nulla F
aſſignari cauſa poteſt alia, quàm providentia Dei.
Ea verò eſt, ut omnia referantur ad gloriam Dei. Io-
Gen.45.8. ſephus fratribus ſuis, Non vos, inquit, vendidiſtis me
in Ægyptum, ſed Deus præmiſit me. Ita Deus ait, ſe
1.Sam.9.16. miſiſſe Saulem ad Samuelem, quamvis ille videretur
Marc.14.13. fortuitò ad illum divertiſſe. Ita Chriſtus ait Apoſto-
lis, Accurret vobis quidam portans hydriam aquæ.
Hæc Dei proviſioni certa erant, quamvis alioqui vi-
deri poſſent humanis oculis contingẽtia. Quid ergo
inquies, nullæ ſunt cauſę ſecũdæ, nihilne facit Deus G
per angelos? Non ſummovemus ſecundas cauſas, ſed
eas facimus inſtrumenta providentiæ Dei. Nam an-
geli ſunt ſpiritus adminiſtratorii. Et David ait, Qui
facit voluntatem ejus. Quamvis autem mittat Deus
Heb.1.14. angelos, tamen ipſe adeſt & præeſt rebus omnibus.
Pſal.103.2. Si aſcendero in cœlum, inquit David, tu illic es, ſi
Pſal.139.8. deſcendero ad infernum, ades. Non enim ita mandat
angelis, ut ipſe abſit: quod Poëtæ fingunt de Apolli-
ne, cum collocaſſe Phaëthontem in curru ſuo, atque
ita, dum ille abeſſet, cœlum univerſum deflagraſſe. H
Quomodo peccata pendeant à providentia. At peccata inquiet aliquis, non pendent à providen-
tia. Quemadmodum peccata regantur à Deo, dicetur
poſtea. Cauſa quidem peccati eſt à nobis: quo autem
tempore, & erga quem illud debeat erumpere, eſt in
poteſtate Dei. Nebucadnezar erat omnino aliquos
oppreſſurus: At ut Iudæos magis opprimeret, quàm
Ezec.21.22. alios, id curavit Deus.

An providẽtia ſit immutabilis.
12 Proxima quæſtio ſit, An iſta providentia ſit
immutabilis. Quid ni? Eſt enim regula omnium re-
rum, quæ aguntur. Malach.3. Ego ſum Dominus, & I
Mal.3.6. non mutor. Iac.1. Apud quem non eſt mutatio, aut
Iac.1.17. viciſſitudinis obumbratio. Et Prov.19. Multæ cogita-
Prov.19.21. A tiones in corde hominis: conſilium autem Domini
manet. Eſa.46. Ego dico, & conſilium meum manet, Eſa.46.10.
& omnia quæ volo, facio. Nam cùm providentia ſit
voluntas & notitia Dei, illa autem ad Dei eſſentiam
pertineant, non poteſt mutari, niſi Deus ipſe unà
mutetur. Secundæ quidem cauſæ, cùm ſint diverſæ
ſæpe ſeipſas impediunt, quod in influentiis cœli vi-
demus uſu venire, ut aliæ impediantur ab aliis: Dei
verò voluntas, nulla vi impediri poteſt. At olim vo-
B luit Iudaicas ceremonias, eas poſtea voluit abrogari: Deus voluit ceremonias, & eas poſtea abrogavit.
Quomodo ergo non eſt Dei providentia mutabilis?
Reſpondeo: Omnino in Deo eandem & unam eſſe
voluntatem; verùm cum ab æterno prævidiſſe, quid
diverſis temporibus conveniret. Auguſtinus ad Mar- Auguſt.
cellinum ait, Agricolam alio tempore ſerere, alio me- Simile.
tere, alio ſtercorare ſolum: non tamen idcirco artem
ruſticam eſſe mutabilem. Vindicianus, inquit, qui-
dam medicus dedit homini ægroto pharmacum, eũ-
que ſanavit: Ille poſt multos annos relapſus in eun-
C dem morbum, inconſulto medico accepit idem phar-
macum: Sed cùm deterius haberet, venit ad medi-
cum, rem indicavit, & cœpit queri de pharmaco.
Tum Vindicianus, nihil mirum, inquit, nam ego il-
lud tibi non dedi. Hic cùm alii mirarentur, & puta-
rent illum adhibere ſolere vim aliquam magicam:
Nihil, inquit ille, eſt hujuſmodi. Alia, inquit, nunc
ætate eſt, & alios humores habet, quàm cum ego il-
lud ei pharmacum ſuum darem. Sed an ea cauſa con-
ſtans non erit ars medica? Ita prorſus Deus quamvis
D omnia prævideat, tamen omnia decrevit eſſe facien-
da eodem tempore.

13 Nunc veniemus ad contingentiam: ſi ita certa Neceſſitatis diſtinctio.
ſit Dei providentia, an aliquam patiatur contingen- Infra, Claſ.2.
tiam. Hic primùm utar duabus diſtinctionibus: dein- Cap.2.Sect.32.
de reſpondebo. Neceſſitas alia ſimplex eſt, alia ex & Claſſ.3. Ca.
hypotheſi. Nam cùm dicimus, Deum eſſe Deum ſa- 1.Sect.49.
pientem, aut juſtum eſſe, intelligimus id eſſe ſimpli-
citer & abſolutè neceſſarium. Alia ſunt neceſſaria ex
hypotheſi: ut quod jactatur in ſcholis, quicquid eſt,
E dum eſt, neceſſarium eſt. Chriſtus & Prophetæ præ- Matt.24.2.
dicunt, urbem Hieruſalem eſſe evertendam: ergo e-
vertetur neceſſariò; non quòd ea neceſſitas ſit in
natura urbis, ſed quòd Chriſtus & Prophetæ id præ-
dixerint, qui falli non potuerunt. Oportet hæreſes
eſſe, inquit Paulus. Et Chriſtus, Neceſſe eſt, ut ſcan- 1.Cor.11.19.
dala veniant. Nam poſitis his cauſis, corruptis ho- Matt.18.7.
minum ingeniis, & odio diaboli erga humanum ge-
nus, fine etiam poſito, ut probentur electi, ex hypo-
theſi neceſſe eſt, ut ita eveniat. Res etiam dupliciter Rerũ duplex conſideratio.
F ſpectari poſſunt; vel ut exiſtunt actu, atque ita habẽt
rationem neceſſitatis: Non enim ſunt amplius inde-
finitæ; Vt ſcribere aut non ſcribere, contingens eſt;
At ſi jam actu ſcribas, non ampliùs contingens eſt, ſed
neceſſarium: Itaque dicimus, ſenſuum notitiam certã
eſſe, quia res ipſæ non poſſunt aliter ſe habere. Vel
res conſiderari poſſunt, ut latent in ſuis cauſis; Quo-
niam autem cauſæ interdum poſſunt, interdum non
poſſunt effecta producere, idcirco nulla eſt in illis ef-
ficiendi vis neceſſaria. At ſi res illæ referãtur ad Deũ, Rom.4.17.
G longe alia ratio eſt. Ille enim vocat ea, quæ non ſunt,
tanquam ſint. Quoniam enim ambit omne tempus,
& nec initium habet, nec finem, omnia etiam infini-
to tempore poſt futura, tamen illi ſunt præſentia.
Huc etiam accedit voluntas Dei: non enim nuda po-
nenda eſt in eo notitia, ſed πρακτική. Atque hoc pacto
dico, res ipſas habere rationem neceſſitatis. Auguſt. Quatenus res neceſſarię ſint & contingentes.
in Geneſi ad Liter. lib. 6. cap. 15. Multi modi ſunt,
quibus homo & alia fieri potuiſſent à Deo: & illi mo-
di habebant aliquid poſſibilitatis, & non neceſſitatis.
H Hoc autem eſt ex voluntate Dei, cujus voluntas eſt
rerum neceſſitas. Quamvis autem ejuſmodi res ad
Deum relatæ, ſint neceſſarię, nobis tamen ex interio-
ribus & propriis ipſarum cauſis æſtimandæ ſunt, &
dicendæ contingentes. Non enim neceſſe eſt, ut qua-
lis ſit efficiens cauſa, talis etiam ſit effectus.

14 Si quæras, Cur hæc duo genera cauſarum ſint Cur in natura alię cauſæ neceſſariæ, aliæ contingentes.
in rerum natura, ut aliæ terminatæ ſint, ac neceſſa-
riæ, alię indefinitæ & contingentes, nihil aliud re-
ſponderi poteſt, quàm Deum iſtos modos rebus
I omnibus impoſuiſſe. Producit autem Deus, & defi-
nit ac terminat omnia, non ita tamen ut turbet & diſ-
ſipet naturam rerum. Boëtius in τοπικοῖς ait, εἱμαρμένην
dictam

dictam ἀπὸ τοῦ εἴρειν καὶ χωρεῖν ἀκολούθως. Trahit enim Deus quidem res omnes, ſed ita quodammodo cedit, ut nihil turbet. Ita res, quamvis natura ſua æquè propendeant in utramque partem, tamen à Deo inclinantur magis in alteram: Voluntas Saulis natura ſua non magis terminata erat ad eundum, quàm ad manendum. Sed cùm Deus vellet eum mittere ad Samuelem, voluntas ea cœpit in alteram partem inclinari. Itaque Deus proponit intellectui ejus voluntatem Patris, facitque ut illa mentem ejus impellat & ferat efficaciter, & ut aliæ omnes cupiditates otii atque ignaviæ, ſi quæ erant, quæ illum domi retinere potuiſſent, ſuccumberent. Itaque factum eſt, ut voluntas Saulis obſequeretur providentiæ Dei. Interim tamen rei natura non violatur, quin Saulis voluntas æquè libera fuerit in utramq; partem. Hinc apparet, quàm nobis neceſſaria ſit gratia Dei. Voluntas enim noſtra, ut eſt omnibus modis depravata, omnia convertit in deteriorem partem. Multa etiam ſunt, quæ intellectum noſtrum hebetent & occæcent, ut voluntas non facilè ſequatur. Deus itaque intellectui noſtro proponit bonum: deinde accendit fidem, & voluntatem excitat, ut illud efficaciter velimus.

Quomodo res contingentes Deus inclinet in alteram partem.
1. Sam. 9. 16.

15 Verùm, cur dicitur aliquid contingens, inquies, cùm à Deo determinatum jam ſit in alteram partem, atque ita factum ſit neceſſarium? Reſpondeo: Ex propriis & ſuis principiis, res quæque eſt contingens. Providentia autem quæ affert neceſſitatem, eſt cauſa externa à qua nomen rebus imponi non debet. Scio multos eſſe, qui ſtatuant ea, quæ humanis viribus non poſſint fieri, eò adduci à Deo, ut voluntas noſtra poſſit ea vel eligere, vel reſpuere: Ibi autem providentiam Dei ſiſtere, neque longius progredi: At cùm Deus prævideat, quid quiſque eligere velit, quid reſpuere, nihil impedire ejus præſcientiam. Verùm iſta non ſatis conveniunt cum Divinis literis: Illæ enim docent, non ita Deum rebus conſulere, ut eas deſerat, ſed ut omnia, uti diximus, ad ſuos fines adducat. Fines autem illi ſerviunt providentiæ Dei. Sic enim Paulus ait, Deum omnia feciſſe ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ. Sic Deus ipſe apud Eſaiam, Omnia quæ volo, facio. Et Chriſtus ait, Ne paſſerculum quidem cadere ad terram ſine voluntate Patris noſtri. Scio ego Origenem, Cyrillum, Chryſoſtomum, & alios, cùm premuntur locis apertiſſimis Scripturarum, quales ſunt: Oportebat Chriſtum pati: & Oportebat impleri Scripturas, ita iſta interpretari: non idcirco iſta contigiſſe, quòd ea Deus præviderit, ſed ideò ea Deum prævidiſſe, quòd ea eſſent eventura. Hæ ſententiæ ſi loquerentur de ſimplici notitia, non multum poſſent reprehendi. Non enim quia ego aliquem video ſcribentem, ille ſcribit: ſed quia ille ſcribit, ego video ſcribentem. Sed in Deo non poſſumus ſtatuere nudam ſcientiam: addenda etiam eſt voluntas, qua omnia dirigit & ordinat. Verum tamen erit, quod dicunt, ſi intelligatur ex effecto, aut, ut loquuntur à poſteriori. Nos enim ex eo quod aliquid factum eſt intelligimus, fuiſſe conſilium Dei, ut ita fieret. Alioqui Scripturæ perſpicue loquuntur, oportuit mori Chriſtum, oportuit impleri Scripturas. Quomodo autem oportuit? Ex hypotheſi: quia Deus ita præviderat: non quòd ea neceſſitas fuerit in natura rei.

Cur dicatur contingens quod Deus determinarit.
An providentia non progrediatur ultra noſtram electionem.
Epheſ. 1. 11.
Eſa. 46. 10.
Matt. 10. 29.
An Deus res prævideat quod ita eventuræ ſint, an contra.
Luc. 24. 26.
Luc. 22. 37.
Luc. 24. 26.
Ioan. 19. 36.

16 Sed dices fortaſſe, idcirco cauſas in natura rei ipſius eſſe infinitas: quòd ego cauſas integras & plenas non accipiam: oportuiſſe enim addere providentiam Dei. Reſpondeo: Ego accipio cauſas tantum interiores & proprias cujuſque rei, quarum effecta, quia ab illis & produci & non produci potuerunt, ſunt contingentia. Providentiam autem non addo, quod ea cauſa ſit extrinſeca. Quæ ſi addatur, evitari non poteſt, quin ex hypotheſi neceſſitas aliqua conſequatur: Exempli cauſa, Saul occurrit viris portantibus hœdos, panem, & vinum. Voluntas illorum natura ſua, indefinita erat, ut vel darent illi aliquid, vel non darent. Sed eam voluntatem, Deus providentia ſua, in alteram partem terminavit. Ibant ad Bethel, ut sacrum facerent, occurrebant Saulæ laſſo de via & enecto fame, humanum videbatur illum reficere. Iſta Deus mentibus illorum obtulit, A & ſi quæ erant, quæ hanc voluntatem impedire poſſent, ea frænavit. Atque hæc de hominum tantùm voluntatibus diſputamus: Nam alioqui in aliis rebus contingentibus, ſcio infinitos eſſe modos, quibus Deus uti ſoleat. Aliud hujus rei exemplum habemus ex Ezech. Nebucadnezar movet in Syriam, & cùm jam eſſet in itinere, in bivio cœpit deliberare, Iudæóſne potius duceret, an in Rabath regiam Ammonitarum. Rem permittit ſortibus: Eas Deus B temperat, eumque adducit Hieroſolymam. Natura rei ipſius contingens erat, ſed ea definita à Deo facta eſt neceſſaria. Ioſephus ita venditus eſt, & ablatus in Ægyptum, ut quod attinet ad naturam rei, potuerit, aut ſemper ſervire ſervitutem, aut aliquando liberari. Sed Deus immittit piſtori & pocillatori inſomnia, ea Ioſephus interpretatur: poſtea viſum objicitur Pharaoni, cùm illud à nullo divino poſſet exponi, pocillator ſummonuit eum de Ioſepho. Atque ita factum eſt, ut Ioſephus educeretur è carcere. C Poſitum ergo ſit, quod ſæpe jam diximus, res omnes ſi referantur ad providentiam Dei, eſſe neceſſarias: ex natura autem ſua, eſſe contingentes. Sed effecta, inquies, ſimpliciterne appellabuntur contingentia an potius neceſſaria? Sunt, qui propter dignitatem providentiæ ea appellare velint neceſſaria. Ego verò appellarim potius ex ipſorum natura contingentia. Quanquam nihil pugno, modò ea neceſſitas intelligatur tantùm ex hypotheſi. Græci providentiam rectè appellaverunt [illegible], D quod per omnia tranſeat: alij Ἀδράστειαν, quòd eam nihil effugiat. Dicet aliquis, nos Stoicorum opiniones de fato renovare: Id non eſt verum: Nam illi fatum ſuum definiebant neceſſitatem ex connexione cauſarum: idque ſtatuebant ipſi etiam Deo imperare. Nos autem docemus, Deum rebus omnibus præeſſe, illiſque uti ad gloriam ſuam. At ſi fatum nihil aliud eſſe ſtatuunt, niſi divinam providentiam, quæſtio tantùm eſt de voce, non de re, ut alibi docuit Auguſtinus. Poſtremò dices, hoc pacto E nihil loci erit conſiliis, admonitionibus, caſtigationibus. Omnino enim futurum eſt, quod Deus volet. Hoc idem objectum eſt Auguſtino, unde librum ſcripſit de Correptione & Gratia. Deus quidem quamvis decreverit aliquid fieri, tamen ad id efficiendum utitur mediis. Vult mutare malam hominis voluntatem: adhibet admonitiones, conciones, caſtigationes. Hæc enim ſunt organa & inſtrumenta providentiæ Dei: tantum abeſt, ut ea Dei providentia excludat. In hac quæſtione jecimus quo- F dammodo radices & fundamenta prædeſtinationis: ſed de ea dicemus alio tempore, ubi opportunitas offeretur.

Quomodo cauſæ ſint infinitæ.
1. Sam. 10. 3.
Ezech. 21. 21.
Gen. 37. 28.
Effecta an ſint neceſſaria an contingentia.
Opiniones Stoicorum de fato.
An tollantur conſilia & admonitiones. Auguſt.

CAPUT XIV.

An Deus ſit author peccati, Ex 2. Sam. 16. verſ. 22.

RESTAT nunc ut de quæſtione agamus: an Deus
G ſit author peccati. Tam enim execratio Semei,
quàm conſtupratio concubinarum Davidis, prima
fronte à Deo videntur proficiſci. De execratione
quippe dixit ipſe David, à Deo profectam eſſe: per
Nathanem verò dictum fuit ſub perſona Dei, de conſtupratione concubinarum: Iure ergo dubitatur, an
Deus cauſa peccatorum dici poſſit. Et ſane argumenta ſunt valida in utramque partem & permulta.
Bonam partem ego recenſebo, ad quæ omnia alia
poſſunt referri. Deus non videtur vere ac rectè dici
H poſſe cauſa peccati. Pulcherrima ſententia eſt Au-
guſtini in lib. 83. quæſtio. Deus non eſt author ullius 1
rei qua homo fiat deterior: ſed nemo dubitat peccato homines deteriores fieri, ergo Deus propriè author peccati dici non poteſt. Non eſt par quòd
Deus hominem velit deformare: artifices ornare cu-
piunt ſua opera. Deinde Deus ipſe in univerſa ſcri- 2
ptura profitetur ſe ultorem peccatorum. Si ultor eſt,
non eſt author: nam tunc puniret ſua. Si vere cauſa
eſſet peccati, damnaret, id quod fecit: id abſurdum
I eſt. Tertiò dicitur amare quæ fecit, & nihil odiſſe 3
eorum quæ fecerit. Teſtatur verò ſe odiſſe peccatum,
non ergo ad peccandum impellit. Odiſſe & amare

Vide Iud. 3. 9. & 9. 24.
2. Sam. 2. 22.
1 Reg. 22. 21.
In Rom. 1. 23.
2. Sam. 16. 10.
Deum nō eſſe cauſam peccati.

Digitized by Google

diverſa ſunt: de eadem itaque re, uno eodemque A
4 tempore dici utrunque non poteſt. Si peccatum o-
dio habet, ergo non diligit: at ſi fieret à Deo, dili-
geretur: amat Deus illa quæ fecit. Deus ſi cauſa eſ-
ſet peccati, in peccato producendo peccaret. Si quis
furtum facit, eſt fur: ſi quis homicidium, homicida.
Abſit autem ut Deus dicatur, aut peccator, aut pec-
care: Quid eſt peccare, niſi à congruo fine aberrare?
At Deus eſt infinitus, à vi alia potentiore non poteſt
abduci à fine. Non eſt ignarus, ut aberret à fine, quia B
ſapientiſſimus. Et quod ipſe faciat alios peccare, ab-
5 ſurdum videtur. Spectemus quid fiat inter hæc na-
turalia à Deo condita. Sunt multæ cauſæ efficien-
tes: ſtudium cujuſque efficientis videtur, ut id circa
quod operatur ſimile ſibi efficiat. Ignis ſi corripiat
ligna, id agit, ut illa in quæ agit, ſimilia efficiantur:
homo generat hominem. Agentia in rebus creatis
ſic habent, cur non in rebus Dei dicamus ſtudium e-
jus eſſe, ut ſui ſimiles faciat? ergo non peccare. Scri-
6 pturæ ſanctæ idem ſuadent: Inducunt leges, quæ C
7 urgent bona opera, nunquam peccata. Si Deus in-
citaret, vel fieri vellet, videretur hypocrita, occultè
8 & clam aliud ageret, quàm foris præ ſe ferret. Iere-
Ier.23.21. mias dicebat de pſeudoprophetis, ipſi currebant, &
non mittebam eos: prophetabant, & non loquutus
Oſ.13.9. eram cum eis: ſcilicet, ut hoc dicerent. Oſeas, Sa-
lus tua, ô Iſraël, ex me eſt, exitium verò ex te. Ne-
mo autem ignorat cauſam exitij, peccatum eſſe. Si
exitium erat ex Iſraële, ergo peccatum: Salus verò
& quæ ſalutem præcedunt, ex Deo. Si ita diſtribuan- D
tur effecta, ſalus & exitium, cauſæ etiam diſtribuen-
9 dæ ſunt, ut unum ſit Dei, alterum hominis. Pecca-
10 tum erit ex hominibus, virtutes ex Deo. Clarius
Ioan.8.44. habetur Ioan. 8. cap. ubi agitur de diabolo. Cùm
inquit, mendacia loquitur, ex propriis loquitur: ſi
Ioan.3.19. ex propriis, non habet opus incitatione aliena. Et
rurſus, hanc eſſe condemnationem hominum, quod
lux venerit in mundum, ipſi verò tenebras plus di-
11 lexerint. Iacobus teſtatur Deum neminem tentare.
Iac.1.13. Per tentationem verò homines incitantur ad pec- E
candum: Quare ſi Deus eſſet cauſa peccati, non
poſſet dici non tentare quenquam. Concupiſcentia
eſt qua tentamur, illa verò non eſt ex Deo, ſed ex
mundo.

12 2 Eſt pulcherrimus locus 2. Paral. ult. capite, ubi
2.Par.36.2. cauſa redditur excidij Hieroſolymitani quod refertur
in populi peccata. Et ita rejicitur Deum eſſe au-
thorem peccati, ut teſtetur Deus, aliter ſe voluiſſe.
13 Non ergo cauſa rejicienda eſt in Deum. Miſi Pro-
phetas meos ad illos ſummo mane, dicit, illi verò F
Luc.19.41. obfirmarunt cor. Chriſtus flevit ſuper urbem Hie-
ruſalem, dolebat de illius everſione. Si diſplicebat
effectus, cauſa multò magis. Flebat eos ita peccare
ut mererentur extremum excidium: Si lugebat Chri-
ſtus, qui non ſolùm homo, ſed etiam Deus verus fuit,
diſplicebant ei peccata: non ergo Deus eſt author
14 peccati. Nec poteſt cauſa peccati poni Deus, niſi
tyrannidem ei impingamus: qui condemnet homi-
nes peccatorum cauſa, quia ſceleratè egerint, quos
15 tamen quoquo modo ad ſcelera induxerit. Tyranni G
ſolent leges proponere: deinde artibus curant, ut
cives contra illas aliquid committant, quò malè
Gen.18.25. mulctare eos poſſint. Præterea Deo attribuit Scri-
Ier.25.31. ptura judicium univerſæ carnis. Quomodo autem
mundum judicabit de peccato, ſi ipſe author fuit
Rom.3.5. peccati? Ad Rom. 3. Si noſtra injuſtitia juſtitiam
Dei commendat, an injuſtus eſt Deus inferens iram,
ut abſurdum habeatur peccata noſtra facere ad glo-
16 riam Dei? Nam ſi faciunt, quomodo damnat? Si ibi
valet ratio, vehementius hic concludit ſi Deus cauſa H
ſit peccati, quomodo judicabit mundum? Videbun-
tur item conſtituendæ in Deo voluntates duæ, & eæ
17 ſibi mutuo contradicentes: In Deo vero una eſt vo-
luntas: Si eſſent plures, eſſent pugnantes ſimul de
eadem re, ut velit nos non facere, & ſimul incitet ad
ea. Quæremus, quid ſibi velint in Sacris literis tot
obteſtationes, obſecrationes, vocationes ad bene
18 agendum? Omnia illa videbuntur inania. Quor-
Matth.26.24. ſum monebat Chriſtus Iudam, ſi volebat ab eo tradi?
Hæc quodam ludo agi videntur. At Deus graviter I
& ſerio agit, quæ agit cum hominibus. Sequeretur
item magnum abſurdum, quia tolleretur diſcrimen

inter bonum & malum, inter rectè facta & peccata.
Vtrinque poneretur Deus author: qui cùm ſit ſum-
mum bonum, nihil ab eo proficiſci poteſt quàm bo-
num. Si quis homicidium, adulterium, inceſtum
deteſtaretur, diceret ille, opus eſt bonum. Eo de-
duceretur res, ut bonum malum, malum verò bonum
diceretur: Imò non eſſet diſcrimen inter illa. Nam 19
ex voluntate Dei qua prohibet & mandat aliquid,
judicamus de bono & malo: hoc autem κριτήριον
tolleretur. Tollerentur item judicia conſcientiarum.
Ad Romanos legitur, habere nos cogitationes, quæ Rom.2.15.
ſe mutuò defendant & accuſent in judicio Domini.
Colligemus ſi vera eſſet altera hæc ſententia, non ſe, 20
ſed Deum authorem accuſari debere. Sceleratis ex-
cuſatio ſuppeditabitur: dicent cur me facti hujus
pœniteat, cùm Deus ipſe author ſit? Auferetur pœ-
nitentia, & feneſtra aperietur magnis malis. Quibus 21
de rebus agemus Deo gratias? an quod liberaverit
nos de peccatis? At peccatum erat bonum, tantun-
dem erat jacere in peccato. Non dolebimus de pec- 22
catis, ſed gaudebimus potius: opus enim Dei eſt.
Par eſt, ut lætemur de operibus Dei. Si Deus ipſe 23
ſit author peccati, ſequetur laus & gratulatio, non
dolor. Multum detrahetur de exiſtimatione Dei, 24
ſi ponatur author peccatorum. Poſſet etiam adduci 25
quod oſtendunt, Deum velle omnes homines ſalvos
fieri. Si ſalvos vult, bonis mediis utitur, non inci-
tat ad peccandum: Peccata enim ad exitium dedu- 1.Tim.2.4.
cunt. Multa alia poſſent adduci, ſed his nunc con-
tenti erimus.

3 Videamus ex altero latere, quæ ſunt quæ Argumenta in oppoſitum.
Deum cauſam peccati ſtatuant. Romanorum primo
capite ſcribitur: Deum idololatras, qui cùm illum Rom.1.24.
cognoviſſent & non glorificarunt quemadmodum
par erat tradidiſſe in reprobum ſenſum, in affectus
ignominioſos. Si tradidit, incitavit, movit: In E- 1
xodo ſcribitur, cor Pharaonis craſſum feciſſe & in- Exod.9.12.
duraſſe, ita ut non audiret cùm Moſes nomine Dei
juberet emittere populum. Iſaiæ ſexto capite dici- 2
tur excæcare populum ut non videant. Dum ad Deũ Eſa.6.10.
fundimus preces, oramus, ne nos inducat in tenta- 3
tionem, ſed liberet nos à malo: Quid oraremus, ſi Matt.6.13.
hæc aliquando non fierent? Nemo deprecatur niſi 4 Objectio.
quæ fieri poſſunt, aut impendent, aut timentur fu-
tura. Solent dicere, Deum iſta facere & velle, non
ut peccata ſunt, ſed quà pœnæ ſunt, caſtigantes eum
qui peccavit. At difficile eſt ponere unam eandém-
que rem culpam eſſe & pœnam, cùm diverſa ſit ratio
pœnæ & culpæ. Culpa ex voluntate oritur; Pœna
verò contra voluntatem infligitur. Si voluntariè ſu-
ſcipiatur, jam non eſt pœna. Statuere rem volunta-
riam eſſe, & contra voluntatem, vix videtur poſſe
conciliari. Id quod eſt cauſa cauſæ, dici etiam poteſt
cauſa effecti. Nemo autem dubitat voluntatem à 5
Deo nobis datam, inclinationes proprietates & affe-
ctus quibus incitamur ad peccandum; Si Deus affir-
matur cauſa iſtarum rerum, cur abhorremus cauſam
dicere peccatorum? Id quod removet prohibentia,
ſi poſtea ſequatur aut caſus, aut effectus, cauſa dice-
rur. Quid prohibet maximè peccata? gratia, ſpiri- 6
tus Dei bonus; niſi hæc nos retineant, ruemus in
graviſſima ſcelera. Quis poteſt removere gratiam,
aut ſubducere ſpiritum, niſi unus Deus qui hæc de-
dit? Si removet impedientia, cauſa certè aliqua eſt
peccatorum. Item qui occaſionem alicujus rei ſub-
miniſtrat, videtur eſſe author ejus. Et ſi non ſit Rom.7.8.
præcipua cauſa, det occaſionem, non evadet quin
author dicatur. Novit Deus duritiem cordis Pha- 7
raonis, & ſcit eum ſi non juvetur ſpiritu, irritandum
ad peccatum. Sic lex augere dicitur peccatum, ſi non
proponatur regeneratis,

Nitimur in vetitum ſemper, cupimúſque negata.

Iubet dimittere populum, hoc quid niſi occaſio- 8
nem eſt proponere ut magis induretur? Occaſiones
quin Deus ſubminiſtret negare non poſſumus. Quin
non tantùm occaſiones dat, ſed mandata etiam pro-
ferre poſſumus, quibus iubet peccatum. In hiſtoria
Regum habemus Achabum impium fuiſſe, Deum
decreviſſe illum punire in bello. Adulationibus &
falſis adhortationibus pſeudoprophetarum voluit
eum ad hoc adduci. Inducitur Deus qui loquatur
cum ſpiritibus: Quis ſeducet Achab? proſiliit 1.Reg.22.22.
malus

Digitized by Google

malus ſpiritus, qui dixit, Ego ero ſpiritus mendax in A
ore pſeudoprophetarum: Deus approbat & jubet;
eas, ita facias: addit animum: ita erit. Præterea
9 negare nõ poſſumus, peccatum eſſe actionem quan-
dam humanam: Actio verò quævis ut actu eſt, à
10 principio omnium rerum dependet. Deus eſt pri-
mus actus, ut Philoſophi etiam norunt: niſi eo ſu-
ſtinente nullus actus poteſt eſſe. Pendet ergo pec-
11 catum à Deo, ut à cauſa efficiente. Peccata ſunt
plerunque motus, motus ordinem habent, ut infe- B
rior à ſuperiore pendeat; ergo cauſa peccati, ſaltem
quatenus motus eſt, dirigitur ad ſuum motorem.
Auguſtinus habet hujus rei aliquot teſtimonia &
confirmat etiam aliquot locis Scripturæ. In libro de
Gratia & Libero arbitrio, capite vigeſimoprimo di-
cit, non eſſe dubium, Deum operari in animis ho-
minum ad inclinandum voluntates eorũ, ſive ad bo-
num, ſecundùm miſericordiam ſuam: ſive ad mala,
ſecundùm merita eorum, judicio quidem ſuo, in-
terdum aperto, interdum occulto, ſemper autem C
juſto. In initio ejus capitis ait, Quis non contremi-
ſcat ad hæc horrenda judicia Dei, quibus agit etiam
in cordibus malorum quæ vult, reddens cuique jux-
ta merita ſua? Et addit, Agit quidem in cordibus
hominum etiam voluntatis motu, & per illos facit
quæ facere vult, qui tamen injuſtè velle nihil novit.
Probat hoc Scripturis: In primo libro Regum hiſto-
1.Reg.12.15. riam habemus Roboami, qui non audivit ſeniorum
conſilium, ut manſuetè cum populo ageret: ſed di-
citur iſtam converſionem fuiſſe à Domino, ut con- D
ſtabiliret ſermonem Ahiæ Silonitæ. Igitur, ut in-
terpretatur Auguſtinus, illa mala voluntas à Domi-
no erat. Adducit alterum locum ex ſecundo libro
Paralipomenon, cap.21. Deus ſuſcitavit Palæſtinos
2.Par.21.16. & Arabas adverſus Ioram, qui ſectabatur idolola-
triam: Deus voluit punire eum. Non dubium eſt
malum fuiſſe motum animorum in Palæſtinis & A-
rabibus adverſus Ioram, qui invadebant alienos fi-
nes, & laborabant crudelitate: Deus tamen dicitur
1.Reg.14.8. eos ſuſcitaviſſe. In eadem hiſtoria Regum agitur de E
Amaſia, qui provocavit regem Iſtaël ad bellum.
2.Par.25.14. Quin ipſe Ioas deterruit eum, nec non & Propheta
Domini. Ille tamen non audivit monita ſancta, id-
que ex ambitione: quod tamen erat à Deo, qui vo-
lebat ut traderetur in manus ejus, quia ſequebatur
idola Edom.
12 4 In Ezechiele decimo quarto capite legitur, Si
Ezech.14.9. deceptus fuerit Propheta ego ſeduxi eum: Et ex-
tendam manum meam ac percutiam eum. De falſis
13 Prophetis agit, qui ſubinde lactabant populum. F
Ier.4.10. Ieremiæ quarto dicit, Dominum decepiſſe popu-
14 lum. Eſaiæ ſexageſimo tertio conqueritur Propheta,
Eſai.63.17. quare Deus ita errare fecerit vel ſeduxerit populum,
15 ut diſcederent ab eo? Salomon in Proverbiis; ut
Prov.21.1. impetus aquarum, ita cor Regis eſt in manu Dei.
16 Proculdubio Rex erat Pharao, inclinabat ergo cor
ejus quocunque volebat. Nabuchodonoſor erat
17 Rex, igitur voluntatem ejus inclinabat in quam-
cunque partem voluiſſet. Pſalmo 105. dicitur de Æ-
18 gyptiis, Convertit Deus cor eorum, ut odio habe- G
Pſal.105.25. rent filios Iſraël: Prius videbantur amare Iſraëlitas.
2.Theſſ.2.11. 2. Theſſalonicen. ſecundo, Quoniam homines abie-
cerunt dilectionem veritatis, Deus immiſit eis effica-
Ioſ.11.20. ciam erroris, ut crederent mendacio. Ioſue unde-
cimo ſcribitur, nullas ex nationibus Chananiticis pa-
cem feciſſe cum Iſraël (ſi excipias Gabaonitas) Do-
minus enim corroboravit cor eorum, ut pugnarent
contra Iſraëlitas. Finis additur, ut delerentur ab
eis. Corroboravit ſcilicet, ut non peterent pacem,
ſed bellum mallent. Præterea qui vult finem, vide- H
tur velle quæ ad finem faciunt: & eadem voluntate
19 vult ea media, quæ finem expetunt. Medicus quia
ægrotum ſanare vult, videt convenire ſectionem,
uſtionem, aut amariſſimum potum, vult & iſtis uti
ad ſanitatem. Cùm Deus voluerit à martyribus te-
ſtimonium reddi veritati, & Chriſtum mori, etiam
voluit quæ ad hunc finem perducebant: nempe ve-
xationem ſanctorum, crudelitatem Regum & populi!
20 Nam ad illum finem iſtis mediis veniendum erat.
Eſa.10.5.&15. In Prophetis, præſertim Eſaia, Reges inſtar virgæ, I
mallei, ſecuriſque in manu Domini fuiſſe dicuntur:
quæ collationes non locum habent, niſi Deus intel-
ligatur moviſſe corda: Illa enim non moventur, niſi
impellantur. Cúmque Deus iratus eſſet populo Iſ- 21
raëlis, incitavit cor Davidis, ut numeraret per capita
gentem illam, quod nefas erat. Non juvat ſi dixe- 2.Sam.24.1.
ris in Paralipom. legi, Satanam incitaſſe eum: Quia
Satan nihil poteſt, niſi quod Deus ei dederit: Sive 1.Par.21.1.
Deus per ſe, ſive per Satanam fecerit: vides Davi-
dem voluntate Dei incitatum ad id quod non licuit.
Solent excuſare, Deum permittere, non juvare. Di-
cimus non eſſe ſatis: nam adhuc offenſio in animis Objectio.
noſtris relinquitur. Adhuc Deus videtur quoquo
modo velle peccatum, ſcit per ſeſe hominem ſtare
non poſſe. Si ambularet coram nobis cæcus quiſpiã, 22
& videremus eum vel impacturum in lapidem, vel Simile.
caſurum in foveam: adſumus, poſſumus juvare, ſed
nolumus, ſinimus eum ire, & cùm cadit, non dice-
mur aliquo modo rei ejus caſus? Volebas eum ca-
dere, ſi cùm obſiſtere potuiſſes, non feciſti. Et quod
adhuc gravius eſt: Si debilis ſenex inniteretur ba- 23
culo, & ita utcunque incederet, & quiſpiam auferret Simile.
illi baculum cui innitebatur, etſi non impelleret
eum ut caderet, an non diceretur aliquo modo au-
thor caſus? Deus ſubducit ſpiritum hominibus de-
bilibus, qui citra hunc non poſſunt incedere, an
non quoquo modo cauſa lapſus videtur? Erit ergo
infirma defenſio quam afferunt, ſi dicunt, Deum de-
ſerere homines. Dum excuſare Deum volumus, 24
conjicimus eum in æque gravia, nempe, ut non ſit
amplius Deus: & dum fumum fugimus, in ignem
incidimus. Si fiunt aliqua præter Dei voluntatem,
illo invito, ſi producuntur quorum ipſe non eſt
cauſa, non eſt univerſalis cauſa, nec Deus. At non 25
impellit ut cadat, non eſt plena excuſatio. Sit ali- Simile.
quis paterfamiliàs, cujus familia peſſimè ſe gerat,
reprehenditur: excuſabit ſe dicens, non mandavi
eis, non juſſi: Non juſta habebitur illa excuſatio, Objectio.
Non debuit permittere, quod prohibere potuit. Pa- 26
terfamiliàs ſæpe non poteſt prohibere ſcelera: at po-
tentia Dei invicta eſt. Nullæ voluntates tam malæ
& corruptæ ſunt, quas non poſſit bonas facere. An-
ſelmus, de caſu diaboli, cap.91. Cur hoc, inquit, pro
abſurdo habemus, ut Deus faciat ſingulas actiones
per malam voluntatem, cùm ſciamus illum facere
ſingulas ſubſtantias, quæ producuntur, per inho-
neſtam actionem? Ut cùm filius procreatus per adul- Simile.
terium: Adulterium malum eſſe nemo dubitat. at
puer ille eſt creatura Dei. In Actis Apoſtolorum bis 27
videtur hoc ſtatui 2. cap. Petrus dicit de Ieſu filio Act.2.23.
Dei, quod illum ipſi accepiſſent traditum definita
voluntate Dei & conſilio, & illum interemerint.
Poſtea 4. cap. Eccleſia cùm gratias ageret Deo, ita Actor.4.27.
loquitur in precibus: Convenerunt adverſus Ieſum
filium tuum, Pilatus, Herodes, Gentes & populus
Iſraël, ad facienda ei, quæ manus tua & conſilium
tuum decreverunt ut fierent. His argumentis,
quibus alia etiam adjici poſſunt, nunc contentus
ero.
5 Supereſt rationibus poſitis ad utramque par- De quæſtione.
tem, ut quæſtio ipſa explicetur. Video tres opinio- Tres opiniones.
nes. Prima deteſtabilis eſt, nempe Libertinorum, Prima Libertinorum.
qui dicunt, omnino Deum cauſam eſſe peccati: &
ita dicunt, ut affirment peccata omnia eſſe excuſan-
da, nec reprehendenda; quòd ſint opera Dei. Cul-
pam, ſi qua eſſet, in Deum rejicerent. Hoc unum
ſtudent, ut ſenſum peccati cunctis eximant. Si quiſ-
piam homicidium commiſerit, non (inquiunt) ille
fecit, Deus fecit. Et niſi quis ſic ſentiat, dicunt eum
imperfectum eſſe, non poſſe probare omnia opera
Dei. Quid ſceleſtius cogitari poteſt? non facilio-
rem ad gehennam viam reperire diabolus potuiſſet.
Mittamus eos, quando non poſſumus in bonam, in
malam rem? Oremus Deum ut auferat has peſtes Secunda opinio.
ex Eccleſia. Altera ſententia eſt quorundam docto-
rum virorum, qui non abhorrent ab illo ſenſu, quem
præ ſe ferunt ſcripturæ primo ſenſu. Dicunt Deum
indurare, punire peccata peccatis, & denique illum
concedunt eſſe cauſam peccati. Sed addunt iſtas a-
ctiones, cùm à malitia ipſa hominum proficiſcantur,
quatenus à Deo ſunt, rationem habere juſtitiæ, nec
homines excuſari, quia ad hæc ſint propenſi: culpam
in Deum non rejiciunt, qui ſuas partes rectè agit.
Si ratione non poſſit comprehendi, dicunt, quo-

Digitized by Google

modo ipſe juſtè, nos injuſtè agamus, acquieſcendum eſſe Scripturarum judicio. Sunt multa alia quæ ratione humana agnoſcere non poſſumus quæ tamen credimus. Tertia opinio eſt eorum, qui omnia hæc loca ſcripturæ interpretantur per verba Paſſus eſt, Sivit, Permiſit, vel, ut Græca ponam, ἐᾶν, ἀφεῖναι, & ſimilia. Sic evitari omnia pericula putant.

Tertia opinio.

Definitio ſeu tractatio quæſtionis.

6 Quid ergo judicem ego, non gravabor proferre: veſtrum poſtea erit judicare. Vtq; res facilius cognoſcatur, operæpretium erit altius repetere, & nonnihil dicam de malo, ſub cujus genere peccatum continetur. Malum eſt privatio, boni inquam, nec boni cuiuſvis, ſed requiſiti ad creaturæ cujuslibet perfectionem, quod inquam, pertineat ad rei abſolutionem quæ ſpoliatur. Nam ſi viſum lapidi auferamus, non erit ei malum, illi enim naturæ habitus non convenit. Malum cùm ſit privatio, conſiſtere ſine bono non poteſt, ſubjectum enim habere oportet. Subjectum cùm ſit natura, res bona eſt. Ergo malum non poteſt eſſe niſi in bono, ut cæcitas privatio eſt viſus, non pendet in aëre, hæret in oculo. Ita multis aliis exemplis oſtendi poteſt. Sed ut non recedam ab eo quod agimus, peccatum ipſum privat humanam actionem decoro & obedientia erga verbum Dei. Iſta actioni ineſſe deberent, cùm autem peccamus, actio ſpoliatur iis bonis. Et actio cum res quædam ſit, ſua ſubſtantia bona eſt, ergo malum eſſe non poteſt niſi in bono. Adhæc malum non per ſeipſum expetitur, ſed ratione boni peccant homines: quippe niſi ſpecies boni aliqua ſe offerret, non recederent à probitate. Tanta ergo vis eſt boni, ut malum niſi in bono, & niſi ad bonum eſſe poſſit. Vnde rectè dixerunt ſapientes, poſſe concedi ſummum bonum, ſed non poſſe ſtatui ſummum malum, quod privet bonum in univerſum. Nam tunc deſtrueret ſeipſum: non haberet ſubjectum in quo eſſet, neque ſpeciem qua expeteretur. Diſtinguitur malum (ut nunc de eo agimus) in pœnam & culpam. Culpa id dicitur, quod committimus contra Legem Dei. Pœna eſt, quæ infligitur propter peccatum, & habet ipſa quoque alicujus commodi privationem: Vt cùm Deus immittit morbum, morbus eſt privatio ſanitatis, & locum habet in corpore animantis. Immittit famem & ſterilitatem, quæ fœcunditatis eſt privatio, & eſt in ipſa terra: hæc inquam, ad pœnam attinet. Peccatum verò in animo tantùm locum habet: pœnæ verò, in animo & corporibus eſſe poſſunt. Additur tertium membrum, quod ita eſt pœna, ut etiam ſit peccatum. Vt eſt peccatum originale, ita fomes qui relinquitur poſt baptiſmum. Illis jam poſitis, propono quandam ſententiam ſeu propoſitionem confirmandam, quæ habet duas partes: nempe primam, Deum non eſſe per ſe & propriè cauſam peccati: alteram, nihil in mundo fieri, nec etiam peccata ipſa, præter illius voluntatem & arbitrium ſeu providentiam.

Quid ſit malum.

Simile.

Propoſitio qua definitur quæſtio.

Deum per ſe non eſſe cauſam peccati.

7 Quæſtio ſi probanda eſt, confirmetur oportet quo ad ambas partes. De priore agamus, Deum per ſe cauſam non eſſe peccati. Huc faciunt argumenta primo loco poſita. Sed addo, cùm opponantur bonum & malum tanquam habitus & privatio, nunquam habitus per ſe inducit privationem. Lux ſemper ipſa illuminat, nunquam inducit tenebras. Quare ſi ponamus bonum & malum ut privantia opponi, ex bonono non erit malum. Deus autem eſt Summum bonum, ideo ponemus eum ut habitum: privationem ergo per ſe & propriè non facit. Sed dixi non eſſe per ſe ac propriè cauſam peccati. Adjeci hæc, quoniam ſi minus propriè loqui velimus, poterit dici aliquo modo, aut initium aut cauſa peccati: non propria quidem, ſed ea cauſa quæ removens, prohibens, à Philoſophis appellatur. Similibus rem declarabo. Sol totus lucidus eſt, effectum ejus proprium eſt illuſtrare: aliquo modo tamen dici poteſt facere tenebras, non qua ſplendet, ſed qua movetur & diſcedit ab uno loco ad alterum. Corpora enim ſunt rotunda, cùm ergo diſcedit, propter motum non ſemper lucere poteſt in eo loco unde recedit, ſed umbræ intercedunt, tenebras igitur facere utcunque ſuo diſceſſu dicitur, quod corpora ita ſint diſpoſita, & ipſe moveatur. Sic enim accidit de domo quadam ruinoſa: ſuſtentatur columnâ, accedens aliquis amovet columnam, cadunt lapides & ædificia de ſummo loco, ſuo pondere cadunt, quæ in ſeipſis deſcenſus habent cauſam. Tamen qui aufert columnam, dicitur utcunque facere caſum: removet enim fulcrum quod ruinam prohibebat. Sic Deus natura ſua bonus eſt, quatenus tamen juſtus vult punire peccantes, tollit gratiam, & quoquo modo cauſa eorum quæ poſtea malè fiunt poteſt dici, nō vera cauſa, nam ea propria eſt interior, mala ſcilicet eorum voluntas. Quare autem ſpiritum ſuum interdum auferat hominibus, ratio aſſignari poteſt: Illis peccantibus removet gratiam, non tantùm ut puniat, ſed ut favoris ſui præſtantia cognoſcatur, & ut ſciamus id quod Deus dat, gratis dare, non ex natura eſſe. Nam ſi ſemper haberemus & eodem modo ac ſi Deus vires ſuas interdum non remitteret, bona quæ facimus, noſtris viribus daremus. Verùm ita ſit, ut agnoſcamus infirmitatem noſtram, & ut ardentius precemur pro conſervatione ac augmento cœleſtis doni. Cùm verò gratia & favor Dei juſtè à nobis aufertur, peccatum ſpontè ſuccedit, nec eſt opus aliqua alia cauſa efficiente, non alia cauſa inquam opus eſt ab effectibus noſtris vitiatis atque corruptis: id in ſimilibus allatis videtur. Si Sol recedit, nulla efficiente cauſa, ſed ſponte, ſequuntur tenebræ. Si removetur habitus, ſtatim privatio ſua ſponte adeſt. Si quis lædat oculum ut viſus amittatur, ſtatim cæcitas ſequitur, nec quærere oportet aliud agens. Quod cum Manichæi nō animadverterent, fœdiſsimè errarunt. Nolebant cauſam mali Deo bono aſſignare, videbant autem multa eſſe mala, judicabantq; mala exiſtere non poſſe ſine vera cauſa. Duo igitur principia conſtituebant. Et quia magnam vim utrinque in bono & malo videbant, duos deos induxerunt, unum bonum, alterum malum. De his multa leguntur apud Auguſt. At malum, quod eſt peccatum, oritur, ſi ſpiritus Dei auferatur: tum enim homo ſibi relinquitur. Sed an ita relinquitur, ut Deus amplius nihil circa ipſum vel ejus peccatum faciat? Vt res hæc intelligatur, exponam triplicem rationem operandi, quam cognoſcere poſſumus in Deo circa ejus creaturas: non quod alia ejus opera non poſſint oſtendi, ſed quod iſta tria vel maximè ad rem præſentem faciunt.

Deus cauſa peccati removens, prohibens.

Similia.

1. Actio Dei generalis.

8 Actio quædam Dei generalis eſt, cùm providentia ſua omnia fovet, ſuſtinet, gubernat in ſuis conditionibus, qualitatibus & inclinationibus, ut habuerunt ab initio cùm ſunt creata: atque ita conſervatur ordo naturæ, quæ res pulcherrima eſt cognitu. Videmus cœlum ſuam naturam retinere, habet ſanè multa admiranda. Naturam ignis videmus vehementem, ſuavem aëris, irriguam aquæ, metalla quoque, arbores, opera artificum, quæ planè ſunt ſtupenda. Hæc omnia gubernantur à Deo: imò, ſi manum ſubtraheret, in nihilum abirent. Vtilis profectò eſt conſideratio divinæ illius gubernationis. Deus ſæpe in Pſal. nos hortatur, ut Deum celebremus ob hæc opera. Rom. 1. ſcribitur, gentes per has creaturas cognoviſſe Deum, & æternam quandam ejus vim, actum, gubernationem, & divinitatem. Ita ut Aratus dixerit, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Pulcherrimum hujus operis exemplum in nobis habemus. Anima, quæ non videtur, impartibilis eſt, tamen totum corpus movet & viuificat. Ita omnes creaturæ ſuas inclinationes & proprietates retinent.

Pſal. 8. 19. 33. 104. & paſſim. Rom. 1. 20. Act. 14. 16.

Secundum genus actionum Dei.

9 Secundo loco aliud opus Dei eſt, quo non tantùm conſervantur & reguntur creaturæ, ſed obſequuntur Dei conſiliis. Nam Deus actionibus omnium rerum utitur, etiam hominum & malorum hominum: utitur inquam, ad ſua conſilia conſtabilienda. Cùm favet ſuis, dat eis largos proventus frugum, pluviæ ſunt tempeſtivæ ac ſerotinæ. Sin vero ex juſtitia caſtigare ſceleratos velit, nihil ſuccedit: datur cœlum æneum, terra ferrea: ſi ſint maturæ fruges, una nocte pereunt. Iſta fortunæ non ſunt adſcribenda. Quando cauſam non cognoſcimus, fortunam ponimus, unde Poeta dicit,

Te facimus, fortuna, deam, cæloque locamus.

Peccata quomodo Deo inſerviant. Similia.

Non ergo in generali illa tantum conſideratione rerum mundi verſari debemus, ſed uſum cogitare quo divinæ providentiæ inſerviunt. Cum à propriis cauſis, à noſtra inquam voluntate prava, affectionibuſque

búſque corruptis ſit peccatum: inſervit tamen & ipſum Deo. Simile: Venena multa ſunt in mundo, malas & noxias qualitates habent, attamẽ accedit, medicus, & magiſtratus iſtis rectè utitur. Medicus temperãdo venena, ſanat ægrotos: magiſtratus Athenis dabat venenum ſontibus tollendis. Sic Socrates coactus eſt cicutam bibere. Quamvis ergo venena mala ſint, tamen magiſtratus & medicus bene uti poſſunt ad ſalutem Reipublicæ ac ægrotantium. Ita Deus peccata quæ cauſas proprias habent depravatas, regit ad ſua conſilia perficienda & ad actum deducenda. Poſſum & alio uti ſimili: Ea quæ videntur nobis fortuitò fieri in mundo, providentiæ Dei maxime inſerviunt. Nam dicit Dominus in Lege, Exod. 21. & Deuteronom. 19. Si duo in ſylvam ierint, ut cædant ligna & fugiat ſecuris è manu alterius, & ea percutiatur ille qui proximus ei eſt, & occidatur: ille imprudens hoc fecit, non erit reus mortis. Deus enim tradidit illum, & juſtis de cauſis, certo conſilio eum tradidit, nos non intelligimus, ipſe novit. Sic qui peccant, agunt quidem illi ſua, conſtituerunt ſibi quid velint, ſed Deus utitur iſtis actionibus: Sic execratione Semei, vult Deus patientiam Davidis omnibus perſpectam eſſe, & ſua judicia contra ejus adulterium & homicidium patefacere: iſte autem vult oſtendere odium ſuum adverſus Davidem. Deus facit illud quod vult de iis ſceleribus, quæ homines alio conſilio admiſerunt, non ut obſequerentur voluntati Dei, ſed ſuis pravis cupiditatibus. Utque redeam ad teſtimonium jam poſitum: Qui ligna cædit, hoc vult: ac ſecuris percutit alterum, & percuſſio ſervit conſilio Dei. Hieronymus ſuper 12. cap. Ierem. ſcribit. Nihil accidit bonorum aut malorum temerè & ſine providentia: ſed omnia judicio Dei accidunt. Proinde creaturæ ſunt organa quædam in manu Dei, illis utitur pro ratione ſui conſilij. Non tamen inſtrumenta hæc ſunt ejuſdem ordinis: Aliqua enim reperiuntur quæ non cognoſcunt, nec ſentiunt, nec volunt, & nihilominus inſerviunt Deo: Alia verò ſentiunt, intelligunt & volunt quæ agunt, & tamen non ſemper hoc animo agunt, ut Deo inſerviant: Imò ſæpè nolentia aut imprudentia exequuntur quod vult Deus. dicimus igitur animata & non animata, ſentientia & non ſentientia: angelos bonos & malos, atque univerſas creaturas inſtrumenta eſſe Dei, quibus utitur pro ratione ſuæ providentiæ. Uſus eſt Aſſyriis, Chaldæis, Perſis, Græcis, Romanis, ad affligendos ſceleratos Hebræos: diabolo quoque contra Iobum. Sed ulterius cogitandum eſt, cum Deus utitur creaturis, præſertim rationalibus & malis, ut ſunt mali homines & diaboli, non ſic uti eis, ut ipſi nihil agant. Adhibent & ipſi ſuam pravitatem: Deus autem utitur. Non agit Deus cum illis tanquam cum lapidibus qui nihil ſentiunt: volunt, ſciunt & ſentiunt, cúmque pravi homines & diabolus malè agunt, & propria libidine moventur, ſunt uſui providentiæ Dei. Sentiunt utique & volunt, non quod animus eorum is ſit, ut Deo ſervire velint, nam ſua quærunt. Neque ſic moventur à cauſa ſuperiore, ut ſuam malitiam non adhibeant.

Fortuita quomodo Dei providentiæ inſerviant. Exod. 21. 13. Deut. 19. 2.

2. Sam. 16. 8. 10.

Creaturæ ſunt inſtrumenta Dei, ſed non ejuſdem ordinis.

10 At dixeris, ſi hoc pacto Deus ut cauſa ſumma ad iſtas actiones concurrit, & mali eas tanquam cauſæ proximæ faciunt, idem opus Dei erit, diaboli & hominum malorum. Hoc quidem non eſt inficiandum. Sed longe aliter à ſuperiore cauſa bona hoc opus proficiſcitur, & alia ratione à proxima cauſa corrupta. Opus hoc, ut eſt diaboli & malorum hominum, malum eſt. Malitiam trahit è pravitate diaboli & malorum hominum: qui cum ſint arbores malæ, non poſſunt bonos fructus facere. Deus autem ſuprema cauſa optima, ut concurrit ad iſtas actiones, eas rectè atque ordine facit. Ut urbem Hieroſolymam & Deus & diabolus excindi volebant, ſed alia ratione, Deus ut obſtinatos puniret: diabolus, ut exſaturaret odium ſuum erga genus humanum. Chriſtus tradendus erat in crucem, quod & factum eſt: Id autem opus erat malum, ut ab odio & malitia Hebræorum proficiſcebatur: Idem vero, qua Deus actione illa ſanctiſſima voluit proſpectum generi humano, bonitatem habuit: Idcirco in Actis Apoſtolorum dicitur illos feciſſe contra Filium ejus, quæ conſilium & manus ejus decreve-

Quomodo idem opus ſit Dei, diaboli & hominum malorum.

Actor. 4. 27.

A runt. Simpliciter tamen quæ fecerunt contra Chriſtum, mala dicenda ſunt: quia à proxima cauſa nomen & naturam accipiunt, quamvis Deus rectè uſus eſt eis, juxta ſuam providentiam. Diabolus & Deus exercent Iobũm longè diverſo conſilio: Sabæi quoque & alij prædones diripiebant bona illius, ut odio ſuo ſatisfacerent, ita etiam diabolus: Deus verò, ut probaretur ejus patientia, & exitu læto ſuam erga pios benevolentiam teſtaretur. Eadem ergo opera

B erant, ſed diverſa conſilia. Unde Iobus cùm ait, Dominus dedit, Dominus abſtulit, laudat Deum ut cauſam ſummã, ſine cujus providentia hęc non gerebantur, & cujus providentia omnibus rebus utebatur ad finem placitũ: non tamen laudat prædones & diabolum. Ita David quoque ſe geſſit, non commendavit Semei, non dixit illa maledicta eſſe natura ſua bona, ſed convertit ſe ad Dei providentiam. Pravum erat opus, tamen aliquo modo opus Dei dici poteſt, quia ipſe id regebat, & eo utebatur. In Propheta i-

C tem dictum eſt, Maledictus qui opus Domini facit negligenter. Opus autem Dei vocat afflictionem populi, qua illum impij premebant. Unde non eſt propter hunc uſum Dei, ut ſcelerati excuſent peccata ſua, nam cauſam eorum in ſeipſis habent. Et quemadmodum bonus uſus Dei harum rerum non excuſat peccantes: ita viciſſim malitia peccantium non contaminat bonum uſum Dei & providentiam, qui malefactis optimè uti novit. Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium cap. 101. oſtendit fieri poſſe,

D ut eandem rem velit Deus & homo: Deúſque rectè faciat ita volendo, homo verò peccet, tametſi ea velit quæ vult Deus. Exemplum affert. Pater mali filij ægrotat: Deus vult eum juſto judicio mori eo morbo: filius ſceleratus etiam idem vult, ſed quò citius ad hæreditatem perveniat, & liber fiat à poteſtate patris. Deus juſtè vult, filius autem impiè. E diverſo, inquit, fieri poteſt, ut quiſpiam illud velit, quod Deus non vult, & tamen rectè velit cùm ipſe rum Deus. Facito patrem qui ægrotat bonum ha-

E bere filium, Deus vult mori patrem, filius piè nollet, nam cupit patrem vivere: diverſa volunt, tamen uterque benè vult. Tantum ſitum eſt in conſilio voluntatis, etenim crebrò inde pendet bonitas & pravitas. Sed occurrit ſcrupulus. Si idem opus pendet à Deo & ab homine, ac malitiam contrahit à pravitate hominis, rectitudinem verò aliquam habet, quatenus Deus utitur, ita ut nihil Deum ſeu Dei providentiam ſubterfugiat: cur conqueritur Zach. 1. Paulum iratus fui populo meo, illi verò ad malum ive-

F runt, id eſt, exceſſerunt fines. Videtur id quod peccant excedere providentiam Dei, ita ut plus faciant, quàm Deus decreverat. Reſpondemus, non intelligendum plus feciſſe, quàm ea res uſui providentiæ inſervire potuerit. Nihil enim fieri poteſt omnino præter voluntatem Dei & decreta ejus, quę ſunt firmiſſima. Auguſtinus in eodem Enchiridio ad Laurentium 102. cap. dicit, Invicta eſt voluntas Dei. Quomodo ergo exceſſiſſe dicuntur? Non terminos decreti æterni, ſed modum juſtæ victoriæ. Sunt

G quidem fines, decorum & leges, quæ à victoribus debent ſervari: exceſſerunt id quod decebat, ſed quod plus facere debuerint, quàm providentia uti voluerit, nequaquam concedendum eſt.

11 Tertium dicimus genus operum Dei, quod peculiare eſt ſanctis: eo enim multa clementiſſimè in illis efficit. Regnat quippe, vivit, agit in nobis velle & perficere. Alioqui ſumus natura ſteriles quædam arbores, ſumus cæci, non volumus bona. Corruptum eſt judicium, voluntas, electio prava

H eſt in illa fece peccati originis. Deus autem electos ſuos ſuo Spiritu refingit. Naturam ab initio ad ſimilitudinem Dei datam habemus, cui conveniret velle, eligere, hæc & illa facere: ſed quod bona per nos non poſſumus, ex corruptione profectum eſt. Quod autem rectè velimus, & inchoata obedientia Deo ſerviamus, ex gratia Dei eſt ſupernaturali. Primum itaque genus operum Dei, quod ad univerſalem pertinet providentiam, non facit ad præſentem diſputationem. Secundum opus huc pertinet, ac

I tertium.

12 Licet itaque Deus etiam peccata malaque gubernet: non tamen cauſa efficiens propriè dici-

Iob. 1. 21.

Ier. 48. 10.

Auguſt.

Objectio.

Zach. 1. 15.

Mali non eſt cauſa efficiens quærenda.

Digitized by Google

tur. Auguſtinus de Civitate Dei lib.12.cap.7.pulchrè loquitur de prava voluntate, cùm inquit: Mala res non habet cauſam efficientem, ſed deficientem: & ſi quis inquirere cauſam hanc velit efficientem, perinde eſt ac ſi oculis tenebras videre, & auribus ſilentium percipere velit: quæ cùm ſint privationes, non opus eſt ut cauſas efficientes habeant. Sunt attamen res nobis notæ: contrariorum enim idem eſt ſenſus. Viſus non niſi lucida videt, auris non niſi ſtrepitus audit, & tamen cognoſcimus iſtis ſenſibus etiam hęc, non uſu eorum, ſed privatione tantùm. Prava autem voluntate utitur Deus ad ſuos fines, non quòd non valeat pervenire quò vult, niſi per hæc media, ſed ita placuit ei ſuam ſapientiam & potentiam declarare, ut oſtendat ſe, quemadmodum loquuntur, mediatè & immediatè aliquid poſſe facere, nec ejus referre an bona an mala ſint inſtrumenta quibus utatur. Malarum ergo actionum cauſa deficiens quærenda eſt. Et inter cætera, pravi affectus & inclinationes reperientur, quæ cùm deficiant à verbo Dei & recta ratione, non mirū, ſi inde quę defectuoſa ſunt proficiſcantur. Iſtæ ſunt cauſæ interiores peccati, ſed potius deficientes, quàm efficientes. Diabolus item dicitur cauſa peccati. Nam in libro Sapientiæ legitur, Per diabolum mors ingreſſa eſt in mundum, ergo & peccatum: mors enim effectus eſt peccati. Attamen diabolus non poteſt propria & abſoluta cauſa peccati noſtri dici. Et ratio eſt, quoniam cauſa propria & perfecta ejus eſt ingenii, ut ea poſita neceſſario ſequatur effectus. At nō ita ſe habet in diabolo. Quantumvis mala interdum piis ſuggerat, non tamen ſemper ſequitur peccatum: multi quippe ſancti fortiter ei reſiſtunt. Et cùm non ſequatur peccatum, ſimplex & perfecta cauſa ejus dici non poteſt. Incitat quidem homines, ſed non ita ut peccatum neceſſario ſequatur. Poſſem afferre aliam rationem: fingamus diabolum ipſum non defeciſſe à Deo, & creatum fuiſſe hominem, adhuc homo natura ſua potuiſſet peccare, & habuiſſet cauſam peccati in ſeipſo: attamen ſuggeſtio diaboli cauſa ejus non fuiſſet, à Deo alienatus cùm nondum eſſet. Adhæc, diabolus neceſſario inducere non poteſt voluntatem ad peccandum: Ergo cauſa peccati eſt imperfecta, non plena, ſed ſuadens & alliciens. Diximus ergo unde peccatum cauſam deficientem habeat, nempe à noſtra corruptione. Deus tamen ipſum peccatum regit & gubernat: non ſpectat otioſus, agit partes judicis & gubernatoris, nec relinquit omnia ſine habenis. Sed quomodo peccatū regere dicitur? quod ad tempus, modum, ſpeciē, materiam, ut videlicet modò potius in hunc, modò in alterum feratur. Pravitates noſtræ in nobis latitant: ſed Deus non patitur ut quovis tempore graſſentur, nec quandiu pravi vellent: frænat peccata, interrumpit aliquando. Deinde efficit, ut pravitas noſtra magis in hanc quàm in alteram partem vergat. Vt Semei furor, in Davidem magis, quàm in alium, & hoc magis quàm alio tempore, providentia Dei fertur. Vires Nebucadnezaris magis contra Hebræos; quàm vicinos dirigebat Deus.

Simile.

Cauſa malarū actionum.

Sap.2.24.

Quomodo Deus peccata regat.

2.Sam.16.10.

Ezech.21.20.

Quomodo Deus offerat occaſiones peccandi.

13 Eſt item quiddam aliud in peccatis cogitandum, cùm erumpunt in actum. Deus ipſe aliqua ſuggerit, quæ natura ſua bona ſunt, attamen quia in pravos incidunt, arripiuntur in malam partem, & occaſiones ſiunt peccandi, ita ut peccata quæ prius latitabant erumpant. Iſtæ tamen ſuggeſtiones interiores vel exteriores, cauſæ peccati propriè dici nō poſſunt, cùm eæ intus ſint in hominibus: tamen occaſiones dici poſſunt. Sed occaſionum aliquæ ſunt datæ, aliquæ acceptæ, quemadmodum ſcandalū diſtinguunt. Scandalum acceptum eſt occaſio offenſionis, non ex parte dantis, nam agit quod eſt utile, tamen malus hoc male interpretatur, acceptum eſt ſcandalum. Sic Chriſtus de Scribis & Phariſæis dicit: Sinite eos, cæci ſunt, & duces cæcorum. Docebat Apoſtolus recte agere debere, ſi alij offenderentur, culpam non hærere in ipſis. Datum autem eſt, quando facimus quæ non deberemus. At non ita in Deo eſt: ſuggerit aliqua natura bona, quæ incurrentia in malam naturam, ſiunt occaſiones peccandi.

Matt.15.14.

Exempla harum occaſionum.

14 Exemplis res declaranda eſt: Pius aliquis videt hominem peccare, accedit, monet ſedulo ut caveat. Bonum eſt quod ſuggeritur, ſed incidit in animum pravum: incipit magis ac magis erumpere in odium virtutum, & ferocire contra bonos. Admonitio fuit occaſio, ut hæc erumperent in actum. Deus per pium virum ſuggerebat id quod natura bonum eſt, unde is rectè agere dicitur, nam ex officio facit. Sic bona malis occaſiones peccandi ſiunt, & atrocius peccandi, quàm fortè ſi ſubminiſtrata non fuiſſent. Verùm hoc diſcrimen eſt inter nos & Deum. Nos, dum bonam ſuggerimus, fugit an illā deterior futurus ſit: Deum autem non fugit. Exemplum: Deus mittit Moſem & Aaronem ad Pharaonem: jubet ut dimittat populum: Illam ſuggeſtionem ſua natura bonam male accipit Pharao, incipit magis ferocire. Si in pium incurriſſet hæc ſuggeſtio, dixiſſet, Oportet me Deo parere, & quia vult ut populum dimittam, omnino faciam: mihi enim non eſt jus in illum, niſi quandiu ipſe velit. At Pharao iis auditis, blaſphemare incipit: Quis, inquit, eſt iſte Deus? & in crudelitatem erumpit. Eandem rem aliis exemplis & teſtimoniis Scripturarum illuſtrabimus. Non tantùm illa admonitio Pharaoni per Moſem & Aaronem facta, eſt res bona, & adhibetur per Deum externè, at ille qui malus eſt, ea male utitur: ſed idem habemus ad Romanos capite ſeptimo, Lex eſt ſancta & ſpiritualis, ſed operata eſt in me concupiſcentiam & mortem. Mandatum Dei natura ſua eſt ad vitam, ſed occaſionem accipit fomes per ea quæ ſuggeruntur. Neque tantum exterius hoc fit, ſed interius etiā quandoque per bonas cogitationes id efficit Deus. Nam quęcunque bona ſunt, ſemper cogitandum eſt à Deo eſſe. Pharao qui veniebat poſt mortem Ioſephi, cogitare ſecum cœpit, videndum eſt ne Reſpublica detrimentum patiatur: cogitatio hęc bona eſt, ergo proficiſcitur à Deo. Incidit autem in malum animum, ideo contra Hebræos detorquetur: Dicit enim Hebræorum populus creſcet, & nos data occaſione opprimet, extinguatur igitur. Proponit edictum, ut filij Hebræorum mares in profluentem projiciantur. Cogitatio prima bona erat, vitio autem illius in malum vergit. Nebucadnezar dicit non eſſe boni principis, ut ſit in otio, ſed debere uti ſua potentia: bona erat cogitatio, at ſe ad exteras nationes convertit, neq; ut debuit armat potentiam ſuam contra ſcelera ſui populi. Eſt idem in aula ſua, ut apud Danielem legitur, reputat ſecum victorias quas habuit, & magnitudinem principatus, quem erat nactus. Sunt eæ cogitationes bonæ, nam beneficia Dei expendere debemus. At incidunt in malum animū: ſtatim cogitat ſe conſtituiſſe regnum illud ſuis viribus, ibi peccat contra Deum. Filij quoque Iacobi cogitant Ioſephum amari à parentibus, ornari à Deo inſomniis divinis: iſta cogitatio bona eſt. Debemus enim opera Dei, etiam in aliis, nedum in nobis contemplari: ſi rectè uſi fuiſſent ea cogitatione, gratias Deo egiſſent, ſed detorquent in invidiam, cogitant de eo tollendo & vendendo. Deus vero qui ſuggerit hæc bona, cùm fiant eo ſciente, illic occaſiones malorum non impedit, ſinit fieri, ſed adeſt ſua providentia & gubernat: Vnde per Pharaonem vult glorificari: per Nebucadnezar vult punire Iſraëlitas: per fratres vendentes Ioſephum, vult eum ornari magnis beneficiis in Ægypto, & paſcere familiam Iacobi. Semei videt ejici Davidem, regnum conferri in Abſolomum, dicit, Hæc ſunt judicia Dei: cogitatio illa bona eſt, incidit in pravum animum, abutitur, inſultat Davidi, inſervit iræ ſuæ & ultioni. Abſalomus adeptus eſt regnum, ſuggeritur ei, audienda eſſe ſapientum conſilia, plus videre oculos, quàm oculum: Bona cogitatio, ſed incidit in malum animum, & conſilia modo ſint utilia, etſi ſint nefaria & turpia, judicat audienda eſſe ſuggeſtione prima bona, malè eſt uſus. Deus patitur, non vult impedire, regit ut caſtigetur peccatum Davidis, & oſtendatur Dei odium erga peccatum. Puto rem jam claram eſſe.

Exod.5.1.& 2.

Rom.7.12.

Exod.1.9.

Dan.4.27.

Gen.37.8.

2.Sam.16.20.

15 Sed quæritur, cùm Deus ſciat homines pravos abuſuros iſtis ſuggeſtionibus internis & externis, licet bonis, quare ſuggerit? Rationes ipſe habet ſuorum conſiliorum, at nobis ſe duæ offerunt. Prima, ut appareat magis juſtitia ejus: ſumus nos ad juſtitiam Dei intuendam cæci: ex collatione autem cognoſcitur, nempe ex injuſtitia, quam in Deo nullam videre poſſumus: videamus autem eam in diabolis &

Cur Deus ea ſuggerit quibus homines ſcit abuſuros.

corruptis

Digitized by Google

corruptis hominibus. Altera, ut hominum audacia cohibeatur. Multi enim dicerent, ſi Deus bonas cogitationes nobis ſuggereret, haberemus voluntatem & vires ad faciendum bona. Ecce dantur bonæ cogitationes, quæ dum incidunt in corruptam naturam, niſi ea impediatur, ex rebus quantumvis bonis, vitio noſtro peccatum naſcitur: ex occaſionibus inquam acceptis, non autem datis. Et ſic intelligo quæ

August.

Auguſtinus dicit, in lib. de Gratia & libero arbitrio, Deum quandoque inclinare voluntates noſtras, vel ad bonum, vel ad malum. Quia ſi incidunt quæ ſuggerit in bonos, inclinantur ad bonum, ſin incidunt in malos, inclinantur ad malum. Sic etiam intelligo, quòd contra Iulianum ſcribit, lib. 5. cap. 3. Deum operari non tantum in corporibus hominum, ſed etiam

Zuingl.

in animis. Sic accipio & quæ Zvinglius piæ memoriæ, vir doctus & conſtans, quandoque ſcripſit, divina providentia quandoque homines ad peccandum incitari, & actionem malam eandem à Deo & pravis hominibus proficiſci: inde juſtè, hinc injuſte. Sic intelligo loca Scripturæ, quibus Deus dicitur homines tradere in reprobum ſenſum, incitare, &c.

De permiſſione.

16 Eſt permiſſio quidem ibi, ſed aliquid amplius efficacibus illis locutionibus oſtenditur. Permiſſionem & nos damus, nam ſi vellet Deus reſiſtere, hæc non fierent: permittit ergo. Sed ſciendum eſt permiſſionem genus quoddam eſſe voluntatis: non eſt quidem efficiens voluntas, genus attamen eſt voluntatis.

August.

Nam, ut Auguſtinus dicit in Enchiridio ad Laurentium, Deus aut permittit volens aut invitus: non certè invitus, quia id eſſet cum triſtitia, & potentiam ſe majorem haberet: ſi volens permittit, permiſſio eſt genus quoddam voluntatis. Sed quæris, ſi vult aliquo modo, quare prohibet? Viciſſim quærerem, ſi omnino non vult, quomodo fit? Eſt enim invicta

Rom. 9. 19.

Dei voluntas. Paulus dicit, Voluntati ejus quis reſiſtet? Vult Deus & juſtè vult id quod vult: qui peccant, injuſtè volunt id quod volunt. Iulianus ille contra quem diſputat Auguſtinus, volebat in illis rebus nudam permiſſionem, ut intelligeremus Deum prorſus nihil agere, dicebátque Deum potius ferre, & ad patientiam ejus id pertinere. Auguſtinus reſpondet, non modò ad patientiam, ſed etiam potentiam, quia regit peccatum, & de eo efficit quod vult.

Rom. 9. 22.

Adducítque locum ad Romanos, Si Deus volens oſtendere ſuam iram, & manifeſtare ſuam potentiam, tulit vaſa iræ magna lenitate. Hinc videmus quidem eum ferre, ſed potentiæ quoque ejus mentionem fieri. Prima Petri quarto ſcribitur, Proinde eos,

1. Petr. 4. 19.

qui affliguntur ſecundum voluntatem Dei &c. Ita ut afflictiones Chriſtianorum divinæ voluntati tribuat. At illi non poſſunt pati, niſi alter agat. Si vult paſſionem, vult actionem: paſſio proficiſcitur ab agente. Voluntas hæc permiſſio eſt, ſed quæ etiam ad voluntatem pertinet. Hoc declaravit Auguſtinus in Enchiridio ſuo ad Laurentium cap. 100.

Psal. 111. 2.

tractans locum Pſalmi, Magna opera Dei, exquiſita in omnes voluntates eorum. Sequitur verſionem Græcam, in Hebræo habetur, ad omnem voluntatem eorum. Scribit quantum ad illos attinet (agit de peccatoribus) id quod noluit Deus fecerunt. Quo ad potentiam ejus, hoc efficere nullo modo potuerunt. Hoc enim ipſo quod fecerunt contra voluntatem ejus, de illis facta eſt voluntas ejus: ideo magna ſunt opera Dei. Addit, Miro modo & ineffabili, non fit præter voluntatem ejus, etiam id quod fit contra voluntatem ejus. Non enim fieret, niſi fineret, nec ſinit nolens, ſed volens: nec bonus fineret fieri malè, niſi omnipotens de illo malo bonum facere poſſet. Concurrit voluntas Dei ad bona & mala, ſed diverſa ratione. Ad mala obliquè, permittit ea fieri, ſuggerit bona, ſed quia in malos incidunt, peccata ſequuntur. Sed bona non tantum ſuggerit, ſed efficit. At regit & gubernat etiam peccatum, ne in quemvis, nec omni tempore, nec ultra modum graſſetur. Latitant illa mala in nobis: cùm autem erumpunt, non poſſunt Dei providentiam effugere. Bona autem, ut dixi, non tantùm non impedit, ſed efficit, cooperatur, flectitque ſuaviter voluntatem noſtram, ut libenter faciamus, quæ diſplicebant. Alia ergo eſt ratio generalis providentiæ, alia uſus rerum etiam malarum, alia rerum quas in nobis regeneratis

Gen. 8. 15.

A agit. Sic intelligo Pharaonem induratum eſſe à Deo, & etiam ſeſe induraſſe. Nam cauſam in ſeſe habuit obdurationis: Deus verò dicitur induraſſe propter ſuggeſtionem & gubernationem. Deinde quia ſic rexerit peccatum, & uſus fuerit eo ad gloriam ſuam. Et

Rom. 9. 17. & 22.

Paulus dicit, Deum ſuſcitaſſe eum ad oſtendendam ſuam potentiam. Sic intelligo vaſa iræ aptata eſſe ad interitum. Quomodo? Ex ſeipſis, ex ſua malitia, ex vitiata natura, ſunt prona ad peccandum. A Deo itidem aptata quoquo modo dici poſſunt, quia malitia B per ejus ſuggeſtiones bonas erumpit: & dum erumpit eſt adhuc in manu Dei, ut flectatur huc vel illuc, quo voluerit. Bona voluntate agit Deus, quod nos peſſimo animo. Eſt genus voluntatis permiſſio, ſed non ſimpliciter. Quia propriè voluntas Dei eſt cauſa rerum: non eſt ut humana, volumus multa quæ non efficimus. Quare ergo Deus non vult peccatum? quia peccatum eſt ex illis rebus, quæ non opus habent cauſa efficiente ſed deficiente. Non ergo cadit pec- C catum propriè ſub voluntatem Dei. Et ſi Deus cauſa ejus ponatur non efficiens, ſed deficiens, nunc dicemus Deum deficere in ſeipſo? Non, ſed dicitur deficere, quia non impedit, non reſiſtit, non emollit. Quæ erit iſta voluntas? vult non impedire, vult non emollire, vult non illuminare.

Voluntas non cogitur.

17 Neque tamen Deus, aut ſuggerendo quippiam, aut non impediendo, cogit voluntatem, nec diabolus non poteſt. Nam ſi voluntas ultrò non faceret, non eſſet voluntas, eſſet potius noluntas: tam D aſcribi non poteſt voluntati, ut cogatur, quàm igni ut non ſit calidus. Natura ergo noſtra & voluntas ita corrupta, ſi favor Dei ſubductus eſt, inclinat ultrò & per ſeipſam ad malum. Quæ tamen ex eo quod cœpit eſſe, non mala eſt, ſed quia ex nihilo producta eſt, & Dei gratia & vi confirmatur & ſuſtentatur: ſi ſubtrahatur id quod firmat eam, ſpontè in deterius ſubinde verget. At ſi voluntas hominis non cogitur ad malum, nec ex inſtitutione ſua mala eſt, ſed tantùm dicitur peccare ex depravatione, quid dicemus de pec- E cato primi hominis? Ibi natura bona erat, gratia non

De primo homine.

deerat & auxilium Dei, peccavit attamen. Hic dicimus aliud judicium faciendum eſſe de primo homine, aliud de natura noſtra, quam nunc habemus corruptam. Deus multa dona ei contulit: ſed tamen ita illum conſtituit, ut poſſet ſtare, poſſet item labi. Potuiſſet quidem ſi voluiſſet Deus, tam abſolutum condere, ut peccare non poſſet: Id declarat ſtatus beatorum. Sancti enim ſpiritus in cœleſti patria, & nos cùm ibi erimus ita confirmabimur, ut peccare F amplius non poſſimus. Alioqui plena felicitas non eſſet: conjuncta eſſet cum timore lapſus. Non tamen Adamo præſtitit, cumque ſua præſcientia noverit illum eſſe caſurum, potuiſſet lapſum impedire: at noluit: ſed voluit pati ut laberetur, & ex decreto æterno remedium lapſus ejus Chriſtum habuit. Cætera de illo ſtatu ſpecialius explicare non poſſumus, quia eum perfectè cognitum non habemus. Ad noſtram conditionem redeamus: quæ ea eſt ut ante renovationem per Chriſtum, nihil boni poſſimus velle, ſed G in peccatis neceſſariò jacemus, neque nos poſſumus erigere, tantum abeſt ut rectitudine ſtare poſſimus, ut primo Adamo conceſſum fuerat. Quamvis autem Deus, uti diximus, non eſt propriè cauſa peccati, attamen non detrahendus eſt ex ſolio ſuo, quin regat etiam peccata & illis medeatur. Idque confirmemus apud noſipſos, nihil à nobis vel ab ulla creatura poſſe fieri, præter Dei voluntatem: ſed tamen ex hoc non excuſemus peccata noſtra, quaſi peccando Dei voluntati obſequi velimus. Debemus H accuſare noſipſos, cùm initia peccati in nobis habeamus. Quod ad voluntatem Dei attinet, ſequi debemus quod Scriptura docet, nec deficere ab ejus Lege, cumque interdum ab eo deficimus, expendere debemus motum averſionis à Deo & converſionis ad illecebras mundi, proprium eſſe voluntati noſtræ jam corruptæ, non ut inſtituta fuit à Deo. Sunt ergo

Gen. 1. 2.

cauſę deficientes iſtius motus, efficientem autem cauſam quæ Deum quoque cooperantem habeat, non oportet quærere. Vnde obſervamus in lib. Geneſ. I tenebras non dici factas eſſe à Deo: Tenebræ, inquit, erant ſuper faciem abyſſi. Deus tamen eas moderatus eſt, ut obtinerent noctu. Privationes erant.

Digitized by Google

Ita motus hic averſionis à Deo .cùm deficiat & privet bonitate congrua hominum actiones, cauſam quidem habet,ſed deficientem.

18 Iis expoſitis, tria ſuperſunt dicenda. Primum erit de reatu peccatorum,vel obligatione ad pœnam: ſecundum de ſubjecto deformitatis ac privationis,id eſt,de actu ipſo voluntatis humanæ: tertium quod & vulgò receptum eſt,peccatum eſſe pœnam peccati,& an ſub iis tribus rationibus dici poſſit peccatum pendere à Deo.

De peccatorum obligatione ad pœnam.

Rom.6.23.

Quod ad primum attinet,ſciendum eſt, deformem & vitioſum actum eſſe fundamentum cujuſdam reſpectus ad pœnam debitam. Stipendium enim peccati, dicit Apoſtolus,eſt mors: cùmque peccamus, naſcitur obligatio ad ferendam pœnam pro ſcelere admiſſo. Reatus ille ex divina juſtitia oriri dicitur,quatenus vult ſuum cuique reddere.Sed non oritur obligatio niſi peccatum ſit aut fuerit: damus ergo juſtam obligationi ad pœnam occaſionem,peccando. Vnde ſi per peccatum reatum intelligamus & obligationem: Hæc à Deo eſſe ut efficiente cauſa non dubitamus. Verùm iſta propriè peccatum dici non debent,cùm ad juſtitiam pertineant. Aliquando tamen ſic appellantur, ut cùm Deus dicitur remittere,delere,condonare peccata:non enim efficit ut non ſint, aut non fuerint, & ſanè remanent in nobis mali motus, ſed obligatio ad ferendam pœnam pro ſcelere admiſſo tollitur:quæ uti diximus,ad juſtitiam pertinet & res eſt bona.

De ſubjecto privationis.

Ioan.1.3.

19 Secundo loco videndum eſt de ſubjecto ipſo, cui deformitas peccati inhæret, & de hoc ſi loquamur,ut res eſt, non verebimur Deum dicere cauſam: Quia ipſa actio res quædameſt naturalis. Quicquid autem eſt, quatenus eſt,non tantùm à creaturis, ſed per Deum producitur: ſiquidem omnia per eum facta ſunt, dicit ſcriptura. Particula univerſalis complectitur omnia quæcunque ſunt, quocunque modo ſunt,quatenus ſunt. Auguſtinus in libro de moribus Manichæorũ,circa initium,inquit,Catholica credit Deum authorem omnium naturarũ & ſubſtantiarum.

Naturæ eſſentiæ & ſubſtantiæ nomina.

Quid per naturã intelligat,paulò ante explicavit,his verbis:Natura aliud nihil eſt,quã quòd intelligitur in genere ſuo aliquid eſſe. Itaque ut nos jam novo nomine,ab eo quod eſt eſſe, vocamus eſſẽtiam quam plerunque ſubſtantiam etiam nominamus: ita veteres qui hæc nomina non habebant, pro eſſentia & ſubſtantia naturam vocabant. Cùm ergo motus animi noſtri ſint res quædam, hoc pacto à Deo pendere non eſt dubium. Agit quidem Deus, ut cauſa ſumma, cooperantur creaturæ.

Omnis actus & motus à Deo.

Vnde Anshelmus ſcripſit in libro de Caſu diaboli, ipſum malè velle diaboli, quatenus velle eſt, à Deo pendere: res autem ipſa prava non eſt, niſi quatenus ipſe malè vult. Quod verò ille actus quæpiam res ſit, ex eo patet, quod eſt in genere vel prædicamento actionis: ut ergo quidpiam eſt, à Deo eſt, & creatura eſt. Imò dixit Auguſtinus in libro 9. de Trinit. cap.10. animi accidentia præſtantiora eſſe quàm corporum, propter nobilitatem ſubjecti. Vnde forma vel ſpecies ut eſt in animo, nobilior eſt quàm ut in corpore invenitur exterius. Ipſa item anima quæ anima eſt, utut prava fuerit, adhuc eſt nobilior quovis corpore. Cùm itaque actus animi, quibus poſtea vitio noſtro inhæret privatio, quatenus res ſunt, ſine Deo non producuntur. Anshelmus dixit, loco jam adducto, Deum ipſum eſſe productorem rerum non ſubſtantialium tantùm, ſed accidentalium, univerſalium & individuarum, & motuum voluntatis etiam malorum. Vis quippe Dei eſt infinita: quare nihil poteſt produci cujuſmodi ſit, quod non ſubjiciatur ejus actioni: Nam ſi eam quidpiam ſubterfugeret, tunc non eſſet infinita, non omnia impleret. Nec voluntas noſtra poſſet in actum erumpere, niſi una agente voluntate illa ſumma. Auguſtinus de vera religione, cap.34. ita ſcribit, Ipſum quantulumcunque eſſe, bonum eſt, quia ſummum eſſe eſt ſummum bonum. Paulò poſt, Summa ſpecies ſummum bonum eſt, minima ſpecies, minimum bonum eſt, attamen bonum eſt. Vnde ſi actio illa de qua loquimur quoquo modo ad eſſe pertinet, aliquid eſt boni. Si ergo diſputatur de peccato,diſtinguendum eſt, videndúmque quid ibi ſit poſitivi, ut in ſcholis loquuntur, ac primum ſubjectum ipſum eſt conſiderandum: ex altera verò parte quid defectus, atque privationis inhæreat. In ipſa verò privatione cùm defectum videamus, ejus cauſa non efficiens,ſed deficiens quærenda eſt. At quod illic poſitivum reperitur, id cauſa efficiente opus habet: ſumma autem omnium efficientium cauſarum eſt Deus.

De peccatis omiſſionis.

20 Sed ſcrupulus non levis occurrit. Sunt quædam peccata quæ appellantur omiſſionis, ibi non videtur eſſe actus aut opus voluntatis ſubſtratum, cui defectus aut privatio inhæreat. Sed quicquid ibi eſt, videtur privatio. Omittere aliquis officium dicitur, quia non facit quod debet: Exempli gratia,ut ſi quis non diligat proximum, ſi quis non veniat ad ſacrum cœtum ut audiat verbum Domini & uſurpet ſacramenta: hic videtur tantùm privatio eſſe in hoc peccato, abſque ullo actu certo qui huic ſubſternatur. Reſpondent aliqui, iſto etiam loco quærendam eſſe naturam ſeu actionem, opus aut rem quæ ſubſternatur privationi,& dicunt voluntatem eſſe quæ deficit. Ipſa enim ut natura eſt, conſervatur in ordine ſuo à Deo, voluntas peccans, ſed non quatenus peccat. Fieri poteſt hoc, ſed mihi rem ſubtilius indaganti aliud videtur. Video in illis peccatis omiſſionis actum: Fit enim quandoque per contemplationem illa omiſſio officij, tunc corruptus ille vult non amare proximum, vult non ire ad ſacrum cœtum. Proinde videmus hic actum voluntatis,& illa ejus actio, quæ eſt actio naturæ, à Deo pendet, deformitas & privatio non item. Sed quandoque omittuntur, quòd quis non cogitat de illis rebus, non inquam ex contemptu. Hic dico, tametſi actio ibi non eſt ejus generis, alia tamen eſt quæ pugnat cum recta ratione. Non cogitat de ſacro cœtu, quia vult obambulare ſeu ludere: cum recto autem opere pugnant illæ actiones. Aut ſi tunc nõ eſt actio illa,fuit tamen paulò ante. Verbi gratia,noctu voluit ingurgitari,poſtea nõ potuit mane ſurgere ut adeſſet cœtui ſacro. Reperiemus igitur in peccatis omiſſionis actionẽ: aut propriã illius generis,aut aliam pugnantẽ cum bono motu voluntatis,ſive quę tunc retineatur,ſive quę præceſſerit.

Vitium quomodo contrahatur ex natura ſecundarum cauſarum.

Similia.

21 Eſt igitur Deus cauſa omnium rerum: agitationem autem primæ cauſæ res inferiores juxta earum naturam recipiunt. Vnde ſi vitium contrahitur, ſecundarum cauſarum natura contrahitur. Simili rem illuſtrabo: In animantibus vim habemus quæ Locomotiva dicitur, movétque animalia vel ad ambulandum,vel ad currendum. Ea verò ut recipiunt motũ à Locomotiva,moventur. At ſi tibia fuerit vitiata, luxata aut curva, ille motus curſus claudicationem conjunctam habet:ſed illa claudicatio ut motus eſt, à facultate animi motiva eſt: ut vitioſa & clauda, pendet à vitio tibiæ quæ fracta fuit. Sic eſt de motu illo Dei perenni,quo agitat creaturas. Eſt ſanè communis influentia, & recipitur in rebus pro qualitate earum: Sic ſubjectum deformitatis vel privationis eſt à Deo, motuſque Dei quandoque tranſit per animum depravatum, unde actionis vitium non à Deo, ſed à proxima cauſa contrahitur. Quid verò Deus ibi agat,& quomodo regat illam deformitatem, expoſitum eſt ſupra: nunc de actu ex voluntate noſtra erumpente agimus. Vnde rectè dicitur, privationem rectitudinis non ſequi opus voluntatis noſtrę,& motum ejus,quatenus eſt in genere naturæ,ſed ut eſt in genere motus.

Auguſt.

Quomodo idem actus à Deo & à nobis producatur.

Auguſt.de Civ.Dei lib.7.cap.30.dicit: Deum ſic adminiſtrare creaturas,ut illas proprios motus exercere & coagere ſinat. Non enim ſolus agit Deus,ſed pravi,ut ſupra dixi,& diabolus, ſuam malitiam in agendo adhibent. Sed cùm dicimus, actum ipſum qui poſtea vitio noſtro malus eſt, à cauſa ſuprema,id eſt, Deo, & nobis, id eſt voluntate noſtra, produci: quomodo id accipiemus? An quòd Deus totum faciat, & nos totum? an quòd ille partem, & nos partem? Atque hic productionem contrahimus ad ipſum actum voluntatis noſtræ. Reſpondetur, ſi ratio totius referatur ad cauſam,uno modo eſt dicendum:ſi referatur ad effectum, aliter. Si totum referatur ad cauſam,ita ut intelligamus voluntatem noſtrã totam cauſam actionis eſſe, ut per ſe abſq; Deo poſſit producere, verum non eſt:quia niſi Deus innueret, non poſſet actionem edere. Ita Deus,etſi abſoluta potentia ſua per ſeipſum opus facere poſſet, tamen, ut eſt curſus rerum, non vult ſolus agere, ſed vult creaturam

Digitized by Google

Simile.

ram coagentem habere. Hoc pacto nec voluntas, nec
Deus dicuntur tota cauſa. At ſi ad effectum refera-
tur, Deus & voluntas cauſa ſunt plena: nam Deus &
voluntas totum effectum faciunt, licet conjungantur
in actione. Exemplo rem oſtendam: Ad actionem
producendam, voluntatem habemus & intelligen-
tiam, & voluntas totum effectum facit, & intelligen-
tia eſt cauſa totius effectus. Sed una eſt propinqua,
altera eſt remotior: ita eſt de voluntate & Deo, ipſa
totum facit, & Deus totum facit: ſed una cauſa eſt
prima, altera ſecundaria.

Quomodo peccatum ſit pœna peccati.

22 Quod ad tertium attinet, dicitur peccatum
ſequens, interdum pœnam eſſe præcedentis peccati:
& ita Deus dicitur peccata peccatis punire. Si ergo
ſequentia peccata cogitentur, ut pœnæ ſunt, utcun-
que tribuuntur Deo: Non quod inſtillet novam ma-
litiam, aut directe ad peccandum impellat, ſed cum
dona ſua ſubtraxit, jam peccatum ſequitur, quo va-
ſtatur animus. Illæ autem vaſtationes & illa vulnera
animorum, ut pœnę ſunt, merito nobis accidunt. Hac
de re ad Rom. 1. cap. ſcribitur, Deum tradidiſſe eos in

Rom. 1. 24.

reprobum ſenſum, quomodo jam ante explicavimus.
Peccatum autem habere rationem pœnæ, quia vitiat
naturam, clarum eſt. Auguſtinus dicit, & decentiſſi-
mum eſt, Iuſſiſti Domine, & vere ſic eſt, ut omne
peccatum ſit pœna peccantis. Id etiam Ethnici agno-
ſcunt. Horatius dicit;

Invidia Siculi non invenere tyranni, Maius tormentum.

Pravi illi affectus exſiccant medullas, debilitant vi-
res, animos affligunt. Iuſte tamen hoc fit. Iuſtus enim
eſt Deus, & rectus in omnibus viis ſuis. Verùm ſi pri-
vamur gratia, id commeriti ſumus.

Concluſio quæſtionis.

23 Concludimus itaque noſtram hanc quæſtio-
nem, & dicimus, propriè & ſimpliciter loquendo:
Deum non eſſe cauſam peccati, nec velle peccatum.
Nec tamen propterea quod Deus non poſſit efficere
peccatum, dicitur imperfectior eſſe aut debilior; non
enim id eſt imperfectio & impotentia, ſed perfectio.
Hæc non poteſt Deus, quia ſummum bonum eſt, &
ſumma perfectio: imò ponit leges contra peccata,
clamat in ea & punit. Nec miremini cùm dixi, Deum
non poſſe propriè peccatum velle, quia tunc poſſet
homines avertere à ſeipſo, nunc autem negaret ſe eſ-
ſe Deum. Ad Tim. dicitur, Deus ſeipſum negare

2. Tim. 2. 13.
Bernardus.

non poteſt. Qua ratione motus eſt Bernhardus in li-
bello ſuo de Præcepto & Diſpenſatione, ut diceret,
Deum poſſe relaxare aliquid de præceptis poſterio-
ris tabulæ, non prioris. De altera remiſit aliquid, ut
cùm vult Abrahamum jugulare ſuum filium: ſic e-

Gen. 22. 2.
Exod. 11. 2.

tiam dum Iſraelitas aliena bona auferre jubet. Quæ
autem ſunt prioris tabulæ, remitti non poſſunt: Ibi
Deus negaret ſeipſum, ſi nollet coli atque amari. Si
eſt ſummum bonum, nónne illum debemus amare &
colere? Et rationem aliqui afferunt, quod bona illa
quæ ad proximum pertinent, particularia ſint: Deus
autem poteſt aliquod privatum bonum auferre, ut
majus reponat. At quæ ad cultum ejus pertinent ra-
tionem boni univerſalis habent, ideoque tolli non
poſſunt. Auguſtinus in libro qui inſcribitur, Confu-
tatio Catholica, quorundam ſibi falsò impoſitorum,
cap. 3. dicit, ab Authore naturæ alienum eſt, quodcun-
que damnatur in aliquo. Ibidem, Deteſtanda eſt opi-
nio, quæ credit, Deum cujuſquam malæ actionis aut
voluntatis eſſe authorem.

Cauſę propriæ peccatorum.

24 Cauſæ jam propriæ peccati in genere oſtenſæ
ſunt, at ſi ſigillatim agendum ſit, peccati cauſam po-
nimus voluntatem humanam, intellectum, ſenſum
depravatum, appetitum ſenticatem, bonum apparens
quod ſeſe offert (nihil enim appetitur a nobis, niſi
ſub ratione boni.) Accedit fomes peccato originis, in-
de tanquam ex Mephiti ſemper exhalant mala, pravi
affectus. Cauſa item eſt infirmitas, ignoratio, ſugge-
ſtio diaboli, malorum hominum: quę tamen non plus
poſſunt, quàm Deus concedat. Sunt mala exempla,
peccatum ipſum eſt cauſa peccati. Nam aliquis pro-
digus, ut ſatisfaciat ſuo appetitui, furatur. Quare cùm
tot ſint veræ cauſæ peccatorum, non oportet Deum
authorem facere, quo nos accuſemus. Iam apparere
poteſt, pravam opinionem Libertinorum damnan-
dam eſſe, qui omnia peccata excuſant. Qui Deum
cauſam mali faciunt, ſed non ita ut excuſemur nos,
non videntur bene hanc quæſtionem explicare. Item

A qui nudam permiſſionem faciunt. Primùm ergo, ut
omnia in pauca colligamus, dicimus, Deum propriè
non eſſe authorem peccati. Deinde Deum, quando
vult, juſtè removere gratiam ſuam quæ prohiberet
peccatum. Adhæc poſuimus Deum ita regere pecca-
ta ſua providentia, ut non ulterius graſſentur, quàm
ipſe patiatur, nec alio modo quàm providentiæ ipſius
expediat. Oſtendimus Deum interdum ſuggerere
intus & extra, quæ natura ſua bona ſunt, tamen ſi in-
corruptos homines incidunt, fiunt occaſiones acce-
B ptæ non datæ peccatorum. Deum item non impedi-
re, ſed permittere peccata: illam tamen permiſſionem
non omnino citra voluntatem Dei eſſe. Cúmque
peccatum ſit defectus & privatio, non opus habere
cauſa efficiente, ſed deficiente. Motum item averſio-
nis à Deo proprium eſſe voluntati quæ corrupta eſt,
non ut inſtituta fuit à Deo. Diximus quoque reatum
pendere à Deo. Tum etiam actionem quę ſubjectum
eſt deformationis, tum à Deo eſſe tum à nobis in
C ſuo genere cauſæ. Nec non peccata peccatis puniri.
Et veras poſtremò peccatorum cauſas enumeravi-
mus.

Summa eorum quæ de hac quæſtione expoſita ſunt.

25 Nunc verò rationes jam deinceps ſupra poſi-
tas, excutiemus. Qui negabant Deum eſſe cauſam
peccati, ut etiam nos dicimus, his utebantur rationi-
bus. Prima, Auguſtinus dixit in lib. 83. Quæſtionum
quæſtione 3. Authore ſapiente homine, non efficitur
homo deterior, ergo nec authore Deo. Concedimus,
non enim quatenus Deus Legem dedit, homo fit de- 1
D terior, ſiquidem Lege ſua non præcipit mala. Nec
quoad actum naturalem, quem producit Deus, homo
fit deterior. Deterior autem fit ex defectu, cujus ipſi
cauſas deficientes in nobis habemus. Diabolus ita-
que, pravi homines, cupiditas noſtra, & in primis cor-
rupta voluntas, nos deteriores reddunt: datur itaque
Deo aut homini nos minimè fieri deteriores. Secun-
da, Fulgentius dicit, Deus non eſt ultor rerum qua- 2
rum eſt author. Concedimus argumentum: Deus
non ulciſcitur actum illum ut res eſt naturalis, ut ab
E ipſo pendet, nec ſuam gubernationem quam adhi-
bet, ſed pravitatem, quæ à nobis dependet & ex no-
bis eſt. Tertia, Deus non odit quæ facit, odit autem 3
peccatum. Firma eſt ratio: Sed dubium eſt, ſi verè
odit peccatum, quomodo non prohibet cùm poſſet?
Vix poteſt humana ratio perfectum odium Dei vi-
dere contra peccatum cùm ipſum non tollat. Et ſanè
difficile: Attamen ſæpe fit, ut aliquid quod diſplicet
non tollatur, in finem aliquem bonum. In humanis
rebus exempla non deſunt: Quiſpiam malè habet
F quod ad corpus attinet, fit erumpentibus ſordibus, ut
huleus in aliquo membro naſcatur, quòd ſanè diſpli-
cet, tamen quia is intelligit ſibi profuturum, fert mo-
leſtiam, neque obturat huleus. Zizania item naſcun-
tur inter triticum; diſplicet, tamen non tolluntur,
quia verentur homines, ne triticum euellatur. Sic
poſſumus dicere de Deo, habet fines ſuos, ut non
tantùm bonitas, ſed & juſtitia ejus declaretur. Ideo-
que peccata odit, non tamen ita quin præſtitutum 4
finem aſſequi per ea velit. Alia argumenta, ſi faceret 5
G peccatum, eſſet peccator, ac ſi induceret nos ad pec-
catum, contra naturam ſuam ageret. Etenim natura-
lia agentia ſtudent, ut id quod agunt ſui ſimile effi-
ciant, &c. Firma ſunt hæc argumenta: neque ſic con-
ſtruenda eſt actio Dei & cooperatio creaturæ, id eſt,
humanæ voluntatis, ut ipſi malitiam noſtram non
adhibeamus. Deus ex hypocriſi videretur agere, ſi ex
una parte bona mandaret, ex altera peccatum vellet.
Reſpondeo, argumentum eſſet efficax, ſi diceretur in-
fundere novam malitiam: at ex eo quod gubernat 6
H peccatum, nihil contra Legem ſuam operatur. Præ-
terea diſtinguendum eſt de voluntate Dei, ut fertur
in mandata & in homines. Mandata ſcripta dicimus
voluntatem Dei eſſe, exprimunt enim ejus naturam
& ingenium: ſed ſi ut fertur Dei voluntas in homi-
nes attendatur, dicamuſque, Deum ex æquo pro-
mouere velle omnes homines ad mandata ſervan-
da; & omnibus ex æquo dare gratiam; non eſt con-
cedendum. Deus enim habet ſuos electos, & alios
quos juſto judicio præterit, & peccato ac exitio re-
I linquit. Dominus dicit, Miſerebor cujus miſerebor,
id eſt, cujuſcunque libuerit miſerebor. Sed aiunt
homines habere liberum arbitrium, quo poſſint

Quid dicendum ad rationes proximæ partis.

Quare Deus ſi peccatum odit non tollit.
Simile.

Voluntatis in Deo diſtinctio.

Exod. 33. 19.

Legem Dei ſervare ſi velint, neque diſtinctionem A
ponendam in Dei auxilio & gratia, quæ non omni-
bus eodem modo concedatur. Ego verò liberum ar-
bitrium in Deo non pono, is liber eſt in ſua electio-
ne & gratiis diſtribuendis: ſed libertas ejus non
pendet à nobis, qui verè liberi erimus, ſi Filius nos
Ioan.8.6. liberaverit. Itaque in Lege ſeu mandatis Deus o-
ſtendit, quodnam ſuum ſit ingenium, & quæ recta
judicet. At de favore quo proſequitur ſingulos ho-
mines ad ea ſervanda, alia eſt quæſtio. Dicebatur B
2.Par.16.10. ad 2. Paral. Deum manè ſurrexiſſe, miſiſſe Prophe-
7 tas, ergo non eſt cauſa peccati. Deum hoc feciſſe
veriſſimum eſt: ſed ſuggeſtiones natura ſua bonæ in-
cidebant in homines natura malos, qui ſuo vitio de-
teriores iis admonitionibus efficiebantur, nam ſua
culpa ad peccandum incitabantur. Vt parceret po-
pulo ſuo Deus ita monebat, & monita talia erant,
ut recepta indulgentiam ſecum afferrent. Quod au-
tem decretum Dei tunc fuerit eos omnino ſervare,
8 non eſt dicendum. Quippe is juſtè gratiam ſuam C
eis ſubtraxerat, illi vero per ſe monitis Prophetarum
Luc.19.41. obſequi nec potuerunt, nec voluerunt. Filius Dei
flevit ob excidium Hieroſolymitanum: id autem ac-
cidit propter peccata, non itaque Deus vult peccata.
Concedo peccata voluntate Dei propriè non fieri.
Quid ergo fiebat? Erat jam proximus noſter, non
poterant ei non dolere proximorum mala, pecca-
tum item contra voluntatem Dei eſſe intelligebat,
licet non ignoraret præter voluntatem Dei fieri non
poſſe. D

9 26 Scribitur in Oſea propheta, Perditio tua ex
Oſ.13.9. te Iſraël, ſalus verò ex me. Veriſſima eſt ſententia,
nam cum peccata ſint à nobis ipſis ex propriis cauſis:
perditio ex nobis eſt, reatus vel obligatio ad pœ-
nam ferendam dici poteſt ex Deo eſſe. Sed ut ea
ſuperius oſtendimus, non dicitur propriè peccatum,
Ioan.8.44. ſed pertinet ad juſtitiam. Ioh. 8. Diabolus cum lo-
10 quitur mendacium, ex proprio loquitur. Veriſſimum
eſt: Deus non inſtillat ei malitiam, tamen menda-
ciis ejus conſuevit uti quemadmodum aliis rebus. E
Ier.23.21. Apud Ierem. legitur, Currebant, & non mittebam
11 eos. Non agitur ibi de providentia Dei, ſed de mali-
tia pſeudoprophetarum: qui fingebant ſe à Deo ac-
cepiſſe verbum, conſcij tamen ſibiipſis Deum nō lo-
quutum eſſe. Dicebant, ſomnium ſomniavi, & ſibi re-
velatum quippiam à Deo blaterabant, cum tamen
mentirentur & ſcirent ſe mentiri. Quare nullæ ca-
lumniæ ob id Deo ſtruendæ ſunt: quaſi ſua providen-
Ioan.3.19. tia eorum mendaciis illi uti non licuerit. Hæc eſt cō-
12 demnatio eorum, quod lux venit in mundum, homi- F
nes verò magis dilexerunt tenebras, quam lucem: nō
ergo Deus cauſa eſt, ſed ipſi qui tenebras dilexerunt.
Conceditur argumentum: ex propria malitia habet
voluntas hominis motum averſionis à luce ad tene-
Iac.1.13. bras. Dicebatur, Deum neminem tentare, & ſi cauſa
13 peccati eſſet, tentaret homines. De Deo eo loco ſit
Deus quatenus tentet. accipite: Non agitur illic de quovis genere tentatio-
nis, alioqui ſermo nō eſſet verus. Tentat enim Deus
quandoque ſuos, non ut ejus notitia augeatur, ſed
ut homines ſe cognoſcant, & alii etiam agnoſcant G
quantum Deus in illis effecerit, utque gratiam illis
collatam videant. Eſt item quoddam genus tenta-
Pſal.26.2. tionis expetendum, unde in Pſal. dicit David, Tenta
me, ure renes meos & cor meum. Nec obliviſcen-
dum eſt quod conſtituimus: Deum ſuggerere ali-
quando interius & exterius, quæ bona natura ſunt,
& pro ingenio hominum accipiuntur, nec iſta gene-
ra tentationum à Deo ſunt removenda. Loquitur
autem Iacobus de interiori cupiditate qua propriè
ſuggeruntur mala, quæ nos incitant ut contra Dei H
Legem agamus, nec ejuſmodi cupiditas pendet à
Deo, niſi quatenus non ei reſiſtit, quemadmodum e-
14 tiam non ſemper diabolo obſtat. Subdebatur Deum
videri poſſe tyrannicè agere. Ad quod reſpondetur,
cum non incitare propriè ad peccandum, utitur ta-
men peccatis malorum, gubernat etiam ea ne ultra
Gen.18.25. fines progrediantur. Additum eſt, Quomodo mun-
dum judicaret? Nam ſi eſſet author peccati, judicaret
15 ſeipſum. Dicimus Deum juſtè judicaturum mun-
dum. Homines enim committunt contra Legem I
Dei, id quod faciunt ſponte & ultrò, non coactè: &
coarguit ſpiritus Dei mundum de judicio, de pecca-
to, &c. Inferebatur adhæc id ſequuturum, ut pugnan- 16
tes inter ſe in Deo ſint voluntates. Reſpondemus, Ioan.16.8.
in Deo, quod ad naturam attinet, ſimplicem & uni- Duplex in Deo voluntas.
cam eſſe voluntatem, quæ Dei ſit eſſentia & natura.
Tamen ſi poſtea varia objecta conſideremus, multi-
plex dici poteſt. Quoad mandata, juſta eſt, bona &
unica: quo verò fertur ad homines, alios promovet,
alios nudat juſtè favore ſuo. Non autem ſunt pugnā-
tes, quia non ſunt circa idem: quæ verò pugnant o-
portet circa idem ſubjectum verſentur. Pater duos
filios habet, unum vult dare operam literis, alterum
non: Súntne duæ voluntates patris? Non. Vna eſt,
& is rectè facit, modò bona ratione faciat. Dicit præ-
terea Iacobus, dicitis, Ibimus in hanc civitatem: dice- Iac.4.13.
re debetis, ſi Deus voluerit, quarto capite. Voluntas
ergo Dei eſt, non tantùm de Lege & mandatis, ſed
etiam de illis rebus quæ quotidie fiunt ab homini-
bus: eaque voluntas non eſt mandatorum: Iſta enim
non continentur in Decalogo, & quodammodo ſunt
indifferentia. Pulcherrime ſcripſit Auguſtinus in Auguſt.
Enchiridio ad Laurentium cap. 102. Omnipotens
Deus, ſive per miſericordiam miſeretur cujus vo-
luerit, aut per judicium judicaverit quemcunq; vo-
luerit, nihil injuſtè facit, nec niſi volens facit. Poſtea 17
dicebatur, ſi cauſa eſſet peccati, quorſum tot ejus ad- Admonitiones non eſſe inutiles.
monitiones, obteſtationes per filium Dei, Prophetas
& Apoſtolos? Dicimus hæc fruſtra non adhiberi, imò
cum utilitate. Primùm qui admonent, corripiunt,
hortantur, obediunt mandatis Dei, qui vult hoc fieri.
At non proficiam, inquies. Eventus eſt committen-
dus Deo. Deinde ſanctis, prædeſtinatis hæc proſunt.
Etſi ſtatim non appareat, aliquo tamen loco ſuum
fructum habent. Impios verò minus reddunt excu-
ſabiles. Lege de hac re lib. Auguſtini de Correctio-
ne & gratia: nam & hæc ei objiciebantur.

27 Concludebatur, ſi hoc pacto res haberet, o- 18
mne diſcrimen boni & mali auferretur, omnia ſim- Ad reliqua argumenta.
pliciter eſſent opera Dei, ut Libertini aiunt. Fatemur
ſi Deus verè eſſet cauſa peccatorum, Libertini rectè
dicerent: at opinio ipſorum eſt deteſtabilis. Tollere-
tur judicium cōſcientiarum, tollerentur accuſationes
intrinſecæ & pœnitentiæ, aperiretur feneſtra malis,
gratiarum actio tolleretur, gauderemus enim de pec-
cato, & multum deperiret de exiſtimatione Dei. O-
mnia hæc veriſſima ſunt, ſed contra nos non faciunt:
Nam Deum verè peccati cauſam non facimus. Ad
extremum efferebatur Deum velle omnes ſalvos fa-
cere. Si hoc vult, utitur bonis mediis, non malis: i- 1.Tim.2.4.
gitur non eſt cauſa peccati. Fatemur apertiſſimè, Deū Quomodo Deus velit omnes homines ſalvos fieri.
non eſſe propriè peccati cauſam: de loco tamen iſto
affirmo cum Auguſtino in ſuo Enchiridio cap. 103.
ſententiam nō ita ſimpliciter accipiendam eſſe, quaſi
nullus ſit quem Deus non velit ſalvum eſſe. Senten-
tia hæc ita intelligitur, inquit, Deum ex omni quali-
tate & conditione hominum, ſuos electos habere, ita
ut quoad hoc perſonam non accipiat: vocat Reges &
privatos, liberos & ſervos, mares & fœminas. Et loco
Pauli pulchrè quadrat hæc interpretatio. Iuſſerat o-
rare pro Principibus: at exiſtimare quis potuiſſet, cō-
ditionem eorum eam eſſe, cum qua ſalus pugnaret.
Nequaquam, dicit: Ex omni genere hominum Deus
ſuos habet. Conſimilem illic loquutionem adfert ex
Matthæi 23. cap. Decimatis mentam, rutam, & omne Matt.23.23.
olus, hoc eſt, omnia genera olerum, quæ ſunt apud
vos, non quæ in India, Europa: quomodo enim to-
tius orbis olera decimare potuiſſent? A qua ſenten-
tia non alienus fuit author libri, de vocatione Gen-
tium quem Ambroſio tribuunt: dicit enim, Deum ſuā
habere univerſitatem. Quare ſic judicat contrahen- Eſa.54.13.
dam eſſe hanc univerſalem propoſitionem, ut Deus Luc.3.6.
eos dicatur velle ſalvos, qui ad ſuum cœtum & nu-
merum pertinent, quemadmodum dicitur, Omnes Vniverſales
fore *θεοδιδάκτους*: &, videbit omnis caro ſalutare Dei. enunciationes contrahendæ.
Alter modus quo Auguſtinus hunc locum exponit,
eodem loco habetur, dicitque, intelligimus nul-
lum fore ſalvum, niſi quem Deus ſervare voluerit.
Vt ſi dicas, Grammaticus eſt Tiguri, qui omnes Simile.
Grammaticam docet: is non dicit omnes cives, ſed
nullum eſſe qui Grammaticam doceatur, quē ille non
doceat. Atq; ſic intelligit, Illuminat omnem venien-
tem in hunc mundum, hoc eſt, quotquot illuminan-
tur, ab hoc verbo illuminantur. Simpliciter autem ait,
non eſt

Ioan. 1. 9. non eſt verum velle omnes homines ſalvos fieri.
Matt. 11. 21. Matth. enim 11. ſcribitur, Væ tibi Chorazin, væ tibi
Bethſaida, quoniam ſi in urbe Tyri aut Sidonis factę
fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in ſac-
co & cinere ſcelerum ſuorum pœnitentiam egiſſent.
Chriſtus noluit virtutes miraculorum edere apud
eos, quos dixit pœnitentiam facturos fuiſſe, ſi edita
eſſent. Et addit, Quocunque modo exponatur, modò
non cogamur credere, Deum omnipotentem voluiſ-
ſe aliquid fieri, factumque non eſſe, cùm veritas ca-
Pſal. 135. 6. nat, In cœlis & in terris omnia quæcunq; voluit fe-
cit: & profectò quod noluit non fecit. Hæc de argu-
mentis ad priorem partem.

Reſponſio ad argumenta ſecundæ partis. 28 Nunc argumenta ſumamus illorum, qui
Deum dicunt mali cauſam eſſe. Ad Rom. 1. dicitur,
Deum tradidiſſe eos in reprobum ſenſum. Facilis eſt
Rom. 1. 24. interpretatio: tradidit deſideriis cordis ſui, ut poſtea
1 ipſe explicat, ergo deſideria illa prius mala erant.
2 Quid fecit Deus? conceſſit ut deſideriis malis obſe-
3 querentur. Non fecit mala: ſed deſtituendo illos
gratia ſua, deſideria quæ mala erant, in eis obtinue-
runt (privatio per ſe ſequitur) uſus attamen eſt Deus
pravis deſideriis eorum, ad perficiendam ſuam juſti-
tiam, nimirum puniendo ipſos. De induratione
Exod. 9. 12. Pharaonis, ſupra ſatis eſt expoſitum. Eſaiæ 6. cùm di-
Eſa. 6. 10. cit Deus per Prophetam, Excæca cor eorum ut au-
Excæcatio quæ. dientes non audiant, & videntes non intelligant, &c.
eſt duplex ratio exponendi. Hieron. ut interprete-
Rom. 11. 30. tur hæc verba, locum aſſumit ex cap. 11. ad Rom. ubi
dicitur de Ethnicis & Hebræis, Gentes olim incredu-
læ erant, cùm vos crederetis, nunc autem ſunt miſe-
ricordiam conſequutæ ex veſtra incredulitate. Dum
Gentes non credebant, Iudæi verum cultum habere
videbantur: è diverſo, poſtea cùm prædicatio illis
eſt oblata, illi non crediderunt. Eis relictis conver-
terunt ſe Apoſtoli ad Gentes, illi ergo futuri erant
increduli, quò Gentes admitterentur in gratiam. Ita
utebatur Deus illa incredulitate Iudæorum, & ideo
Rom. 11. 32. ſubdit: Concludit Deus omnes ſub incredulitate,
ut omnium miſereatur. Excæcatio ergo illa incredu-
lorum, inſervitura erat divinæ providentiæ, quod
Propheta vaticinatur. Alia poteſt eſſe interpretatio
commodior: Deus voluit legare Eſaiam ut prædica-
ret, ſed ne poſtea perterrefieret, cùm poſtea videret
illos obfirmatos, & accipere verbum in ſcandalum,
Deus id futurum ei prædicit. Verbum Dei ex ſe hoc
non habet: ſed ſubtraxit eis juſtè ſpiritum & gra-
tiam. Hoc tuum, inquit, verbum erit occaſio accepta,
ut magis cæci fiant, & à me abalienentur. Intelli-
gendum hoc eſt quo ad majorem partem, erant enim
aliqui inter illos boni. In hunc autem finem hoc fu-
turum eſſe declaratur, ut pereundo juſtitiam Dei
manifeſtarent, qui hac eorum cæcitate uti juſto ſuo
judicio voluit. Quod autem à Deo eſſet cæcitas, non
intelligere debemus, niſi quo ad externa: is enim ver-
bum illis per Eſaiam ſuggerebat.

4 29 Alius locus, Ne inducas nos in tentationem:
Inducere in tentationem. ſic dicitur, quaſi Deus aliquos inducat, & ita cauſa
Matth. 6. 13. ſit peccati. Hanc ſententiam Domini, Auguſtinus
interpretatur in libello ſuo de Natura & gratia cap.
25. ut reſiſtamus diabolo, precamur, ut aufugiat
diabolus, cùm dicimus: Ne nos inferas in tentatio-
Matth. 26. 41. nem. Ideo & admoniti ſumus, tanquam ab Impera-
tore milites exhortante & dicente, Vigilate & orate,
ne intretis in tentationem. Refert igitur ibi Auguſt.
hæc ad diaboli tentationem, qui nihil efficere po-
teſt, niſi quantum Deus conceſſerit, Et cap. 67. ejuſ-
dem libri addit, Duobus modis caventur morbi cor-
poris, vel ut non contingant, vel ſi evenerint, ut ci-
tò liberemur. Ideo cùm dicimus, ne inferas nos in
tentationem, volumus ut Deus avertat ne pecca-
tum contingat. Quòd ſi lapſi ſumus & commiſimus
peccatum, ut remittat & condonet eum rogamus.
Idem author contra duas Epiſtolas Pelagij libro 4.
cap. 9. ex Cypriani teſtimonio ſcribit, cum dicitur,
Ne inferas nos in tentationem, admonemur infir-
mitatis & imbecillitatis noſtræ: Nam dicitur à Do-
mino, Vigilate & orate, ne intretis in tentatio-
nem. Ratio ſubjicitur, Spiritus promptus eſt, caro
autem infirma: ne inſolenter extollantur. Hic
tentatio carni & imbecillitati aſcribitur, ita ut Deus
author excludatur. In libro de bono Perſeverantiæ
A cap. 6. dicit, inducere Cyprianum illam particulam
his verbis, Ne Patiaris nos induci in tentationem.
Videt enim diabolum non plus poſſe quàm Deus
conceſſerit, Deus autem quoad ſuos efficit ut non
prævaleat: Quo verò ad malos ſi prævaluerit, Deus
culpari non poteſt, niſi culpari dicamus, quod non
impedivit, regitque mala, & pro ſua providentia iis
utitur. Hoc opponebamus vix fieri poſſe, ut idem ſit Idem an ſit pœna & culpa.
pœna & culpa. Quia peccatum dicitur, qua eſt vo-
B lũtariũ, pœna vero invitis ſemper infertur: quomodo
autẽ cõvenit, ut idem ſit voluntariũ & involuntariũ? Voluntarium & involuntarium.
Reſpondemus, nos poſſe conſiderare voluntatẽ no-
ſtram, quo ad peccatum, bifariam. Vno modo, ut pec-
catum inde proficiſcitur, utque ab ea efficitur, quo
pacto res voluntaria dicitur. Altera ratione cogitatur
peccatum, ut ineſt animo ſeu voluntati, ac eum de-
format, atque ita voluntarium eſſe non poteſt. Nulli
enim pravi vellent ſuum animum fœdari, vulnerari
aut deſtrui. Peccatum ergo, ut à voluntate effectiva
C cauſa producitur, voluntarium eſt: ut maculam in-
fert, contra voluntatem fit: Vellemus enim omnes
integri eſſe. Addebatur, Deus eſt cauſa cauſæ peccati, 5
ergo & cauſa peccati. Quibus rebus peccamus? vo-
luntate, affectibus, quos Deus produxit, ergo effecti
poſtremi etiam eſt cauſa. Reſpondemus, peccatum
non pendere à voluntate & affectibus, quatenus à
Deo condita ſunt, ſed à jam vitiatis: exemplum ſu-
pra attuli de claudicatione.

30 Adhæc dicebamus, Deum removere gra- 6
D tiam & ſpiritum quæ prohibent peccata, ergo, &c. 1. Reg. 22. 22.
Fatemur hoc: ſed addimus, Removet juſtè Spiritum
ſuum. Eſt quidem cauſa removens, prohibens, at illa
non eſt propria cauſa: ſunt etiam interiores malorũ
cauſæ in nobis. Dat occaſiones. Verum eſt, ſuggerit
exterius & interius, ſed bona, quibus vitio ſuo malè
utuntur homines. At non tantùm occaſiones dat, 7
ſed mandata etiam profert. dixit diabolo, Egredere,
facito. Paucula de hac re annotabo: Inducitur Deus 8
à Propheta per proſopopœiam, qui ſedeat in ſolio
E tanquam judex: vult occidi Achabum, quærit quis
decipiet eum, quid vult ſibi iſta inquiſitio? Inſinuat
id quæri aliunde, quia in natura divina non eſt, ut de-
cipiat. Proponitur ibi finis ex juſtitia, vult Achabũ
jam occidi. Proponuntur varij modi, hic ſpiritus
hoc, alius aliud dicebat: ut intelligamus providen-
tiam Dei, innumerabiles habere vias, quibus punire
homines poſſit. Eæ proponuntur ibi, at non expo-
nuntur, quia providentia iis uti nolebat. Spiritus e-
greſſus eſt, qui dixit: ego decipiam eum. Colligitur,
F diabolos promptos eſſe ad fallendum: & ex ſuo a-
gunt, cùm decipiunt. Interea docemur, non poſſe
ſpiritus illos agere, niſi quantum cõceſſerit Dominus,
& quatenus uti eis vult, ſunt carnifices Dei. Dicit
ergo Deus, Egredere: Imperativus iſte modus eſt,
ſi ad finem referamus, nimirum ut occidatur & pu-
niatur Achab. Sed quatenus diabolus debuit exer-
cere malam voluntatem & decipere, iſta erat conceſ-
ſio, & Deus utebatur diaboli peccato, noluitque im-
pedire illius opus, nec Achabum quin crederet falſis
G prophetis. Auguſtinus in lib. 83. Quæſtionum, quæſt.
53. tria notavit. Primum, quod fecit Deus contra A-
chabum, per judicium fecit. Secundò, per angelum, 9
non per ſe. Tertiò inquit, nõ per quẽmvis angelum,
ſed per malum, natura ſua paratum ad decipiendum.
Dicebatur peccatum motum eſſe & actionem quan-
dam, primum motorem eſſe Deum. Nihil concludi-
tur niſi ſubjectum peccati, id eſt, actum ipſum habe-
re cauſam proximam voluntatem, & Deum, quatenus
res naturalis eſt. Auguſtini ſententia, de Gratia & li- 10
H bero arbitrio 12. cap. expoſita eſt de inclinatione ad 2. Reg. 12. 15.
bonum per ſe, ad malum obliquè. Factum quoque
Roboami & incitatio Palæſtinorum, & quod Iora- 2. Par. 21. 16.
mus noluerit acquieſcere monitis Prophetæ, perti-
nent ad juſtitiam Dei, Deus punire eos voluit. De 11
ſermone Ahiæ Silonitis ut impleretur, &c. Non
fuerunt facta quod eſſent prædicta, ſed prædicta quia
Deus futura eſſe prævidebat: & ut ita fierent, ad
malos puniendos conſtituerat, ſciebátque quo-
modo uti vellet, & rationes Deo ſuæ conſtabant.
I Ezech. 14. Si Propheta ſeductus fuerit, &c. Hic ni- Ezech. 14. 9.
hil aliud habemus, quàm peccatum pſeudoprophe- 12
tæ bifariam poſſe conſiderari. Vt à voluntate mali

prophetæ proficiſcitur; ſic diſplicet Deo, & ideo di-
xit ſe puniturum. At ſi poſtea uſus conſideretur,
quòd Deus ea ſeductione populum ulciſci volebat,
iuſtè gratiam ſuam ei ſubducebat: deinde utebatur ſe-
ductione ea, quæ per ſe Deo ac propriè non poteſt
aſcribi.
31 Adducebatur locus ex Proverb.21. ubi diceba-
13 Prov.21.1. tur cor Regis eſſe in manu Dei, & quocunque volue-
rit, inclinare illud. Propoſitio catholica eſt: Quocun-
que voluerit, inclinat illud, nihil excipitur: ergo tam
Iob.12.24. ad bona quam ad mala. In Iob.12.cap. habetur, Deum
auferre illis cor, qui terræ præficiuntur, & quòd in-
ſtar ebriorum eos errare facit. Quomodo illa de in-
clinatione intelligenda ſint, expoſui. Itaque non ali-
ter intelligo iſtam ſententiam Salomonis, quàm illa
verba Auguſtini de Gratia & Libero arbitrio, quòd
inclinet voluntates noſtras ad bonum vel malum, ſe-
cundum ſuum beneplacitum. Aliud argumentum ex
Pſal.105.25. Pſal.105. fuit, ubi dicitur, Convertit Deus cor eorum,
14 ut odio haberent eos. Quę ſit illa converſio quam fe-
cit in corde eorum, præclarè docet Auguſtinus in il-
lo loco. Cur bonum non erat quod Deus fecerit ma-
lum, ſed ea eſt Dei bonitas, ut angelis & hominibus
utatur: & cùm mali ſint, ex illis eliciat bona. Auxit
Iſraelitas, prole, opibus, iſta bona erant: Deus ergo
benefaciendo Hebræis, convertit cor eorum ad invi-
diam. Nam invidia eſt felicitatis alienæ. Cor ergo
illorum malum ſpontè convertit Deus ad odium
Hebræorum, non malum cor eorum faciendo. Vide-
tis ergo me nō finxiſſe, cùm dixi, Deū ſuggerere quæ
natura ſua bona ſunt, ſive interius ſive exterius, ſed
noſtro vitio fieri occaſiones, ſed acceptas non datas,
peccandi. Quæque ſuggeruntur occaſiones, non ſunt
cauſæ remotiſſimæ, ut abies cæſa in monte Pelio: ſed
immediatè ſunt occaſiones, quæ irritant noſtras cupi-
ditates, ut felicitas Hebræorum immediata fuit occa-
Eſa.63.17. ſio invidiæ Ægyptiorum. Eſaiæ 63. Cur ſeduxiſti nos
15 Domine? Hieronymus interpretatur de indulgentia
Dei. Non ſtatim puniebat Deus peccata, contemne-
re ergo cœperunt Dei iudicia. Suggerebat Deus illis
hanc ſuam miſericordiam, quæ bona erat: ſed vitio
eorum ad contemptum rapiebatur. Poſſunt etiam
impiorum eſſe verba, qui cauſam peccatorum ſuo-
rum in Deum rejiciunt. Aut pij cogitant ſe juſto ju-
dicio à Deo fuiſſe deſertos gratia, & agnoſcentes
poſtea ſua peccata, ita loquuntur: non quidem Deum
16 reprehendendo, ſed ejus admirando judicia. Sed quo-
modocunque intelligas, Deus exemptus eſt à culpa.
Ier.4.10. Ierem 4. Væ, ſeduxiſti populum tuum. Hieronymus
reſpondet, Videbantur Prophetæ, ea quæ nunc dice-
bantur, pugnare cum iis, quę tertio capite dicta erant,
Ier.3.17. ubi revelarat Deus Prophetæ, Hieroſolymam ſolium
Dei appellandum, & omnes gentes confluxuras ad
eam: Nunc verò dicebat Deus, Concidet cor Regis
& Principum, obſtupeſcent ſacerdotes & populus:
Ideoque clamat Propheta, Dixiſti pax erit, ſed ecce
gladius. Sed diſtinguenda ſunt, inquit Hieronymus,
tempora. Nam quæ prius dicta ſunt, implenda erant
poſt captivitatem Babylonicam: tribulatio autem
quæ poſtea nunciabatur, erat præ foribus.
17 32 Ioſue dicit, Deum induraſſe corda gentium
Indurare quid. illarum Chananaicarum: ut pacem non facerent cum
Ioſ.11.20. Iſraelitis, quia Deus volebat eas perdere: ergo ipſe
cauſa peccati videtur. Reſpondemus cum Auguſti-
no, ex cap.8. de Gratia & prædeſtinatione, inſcribitur
etiam liber, de Voluntate Dei. Quid eſt indurare?
nolle emollire. Quid excæcare? nolle illuminare.
Quid impellere ſeu reprobare? nolle vocare. Quod
non de generali vocatione loquitur, ſed de efficaci.
Non infundit novam duritiem Deus, quæ in corde
non ſit. Dicitur ergo Deus illas gentes obduraſſe,
quòd noluerit emollire, ut pacem cum Hebræis fa-
cerent; tamen, ob ſua peccata, jam erant perdendæ.
Sed objicitur, Nulla creatura ad hoc eſt deſtinata, ut
ſit in perditionem; Non creavit Deus hominem ut
eum abjiciat. Adducitúrque Hieronymus in Aba-
kuk Prophetam, capite 2. Etſi anima vitio ſuo effi-
citur hoſpitium Chaldæorum, natura tamen ſua ta-
bernaculum Dei, & nulla creatura rationalis ad id fa-
Rom.9.17. & 22. cta eſt, ut ſit habitaculum dæmonis. Reſpondeo, hæc
quidem ille dicit, at ſi ſimpliciter accipias, adverſatur
Scripturæ, quæ ſecus loquitur. Dicit poteſtatem ha-
A bere figulum, ut ex eadem maſſa, faciat vas gloriæ, &
vas ignominiæ. Et de Pharaone dicitur: In hoc te
excitavi, ut oſtendam potentiam meam. Deus fert va-
ſa aptata ad interitum, ut oſtendat ſuam potentiam.
Per Salomonem quoque dicitur, Prov.16. Impium Prov.16.4.
eſſe factum ad diem malum. In epiſtola Iudæ de qui- Iud.4.
buſdam dicitur, qui olim deſcripti fuerant ad hoc iu-
dicium, vel ad hanc condemnationem. Verum qui-
dem eſt, hoc decretum Dei priuſquam habeat exe-
B quutionem, damnandi quempiam cauſam juſtam
habere. Intercedunt enim peccata propter quæ
damnandi damnantur: decretum tamen Dei eſt, ut
non vocet efficaciter, & ſanè juſtum eſt illud decre-
tum. Quod tamen attinet ad ipſum Hieronymum,
reſpondeo, non factam creaturam rationalem ad hoc
ut cogatur, vitio ſuo peccat: tamen in decreto Dei
eſt, non impedire illud ejus vitium. Reſpondeo ulte-
rius, ut Zuinglius in ſuo libello de Providentia Dei, Zuinglius.
6.cap. Sequeretur Deum furta curare & alia: Dicit,
C perge ulterius dicas, ad declarandam juſtitiam id fie-
ri: tunc videmus ad quid rationalis creatura facta ſit,
ut bonitas Dei ex una, & ſeveritas ex altera parte de-
claretur. Quis eſſet vir ſapiens, qui inſtitueret quid-
piam ad finem quem ſciret non obſequuturum? Deus
præſcius eſt omnium, ſcit impios damnandos: Non
ergo dicetur facere ad ſalutē, eos qui ſunt damnandi.
Aliud argumentum erat: Si Deus vult finem, vult 18
etiam media ad illum finem. Fateor: vult patientiam
martyrum, ergo perſequutiones. Vult quidem, ſed
D non eodem modo: Id vult per ſe quod eſt bonum.
Perſequutiones quę ſunt à tyrannis, vult aliquo mo-
do, nimirum propter aliud, vult tolerare, non impe-
dire, vult uti his rebus. Et ſi dico aliquo modo, nō in-
ferri debet, ergo ſophiſticè, falsò. Ioannes dicit: Qui 1.Ioan.3.6. & 9.
natus eſt ex Deo, non peccat, ſcilicet in Spiritum ſan-
ctum & ſine pœnitentia. Cumq; is aliquo modo pec-
cat, non licet inferre, ſophiſtice peccat, quia non ſe-
quitur: peccat enim vere, non ſophiſticè ac falsò. I-
tem Lex per ſe ſancta eſt, aliquo modo tamen eſt cau-
E ſa iræ & damnationis, non tamen falsò, non ſophi-
ſticè. Sic enim loquitur Paulus & verè loquitur. Ita- Rom.7.12.
que non ſequitur, Deus aliquo modo vult, ergo illud
vult falsò & ſophiſticè. Sed ſi Deus vult illa quæ Objectio.
ſunt ad finem, & peccata aliquo modo, quòd non ob-
ſtare decreverit, & uti eis vult, voluntas autē ejus eſt
immutabilis; ergo erit ferrea neceſſitas. Reſpondeo,
neceſſitas erit, ſed non coactio. Et ſi deſeratur à gra-
tia Dei voluntas noſtra, & in neceſſitate peccandi.
Providentia verò Dei, quoad ſua decreta eſt ferrea
F & adamantina. Zacharias enim de Quadrigis & im- Zach.6.1.
periis quæ ſibi ſucceſſura erant: Per montes ferreos,
inquit, ibant. Decreta Dei conſtantiſſima ſunt. Et
Chriſtus dicit: Quos mihi dedit Pater, nemo de Ioan.10.28.
manu mea poteſt rapere. Sed videtur aliquid obſtare
huic ſententiæ. Pſal.69. habetur: Deleantur de libro Pſal.69.29.
viventium: ergo non conſtans videtur voluntas, ſi
delentur qui prius erant ſcripti. Legite Auguſtinum
in eo loco: Homo dicit, quod ſcripſi, ſcripſi: & Deus
delebit quod ſcripſit? quomodo igitur deleri dicun-
G tur? Loquutio eſt ad ſpem eorum: re vera ſcripti
non erant, ſed ſcriptos ſe putabant. Sed ſunt qui oc-
cæcationes & obdurationes ad præſcientiam tantùm
referant. Veruntamen non eſt nuda præſcientia i-
ſtarum rerum, ſed quædam voluntas Dei, qua Deus
non poteſt præſcire futura, niſi quæ futura ſunt. Quę
autem ſunt futura aut quæ ſunt, non poſſunt eſſe
futura, aut eſſe, niſi Deus velit, aliquo genere volun-
tatis, ea eſſe aut evenire. Præſcientiam ergo aliqua
voluntas Dei præcedit; vult non impedire, vult uti
H eis ad ſua prædeſtinata conſilia.
33 Aliud argumentum, Tyranni iſti, Nebucad- 19
nezar, Sennacherib, & alij, erant in manu Dei, quaſi Eſa.10.5. & 15.
baculus & virga: igitur Deus cauſa videtur peccati
fuiſſe. Erant quaſi virga, hoc eſt certum, projicie-
banturq; poſtea in ignem cùm functi eſſent officio:
non tamen erant ſtupidi, ſed voluntate ſua mala mo-
vebantur, ergo jure puniuntur. Duplex enim genus
eſt inſtrumentorum, ut ſuperius expoſui. Non eſt
autem impoſtura hæc, velle uti iſtis malis, & præci-
pere ne faciant. Iſti faciunt mala voluntate, Deus ma-
I litia utitur. Homines quoque malis actionibus ad-
verſariorum bene uti poſſunt, & citra impoſturam
ſæpe

Digitized by Google

A ſæpe utuntur, nempe ut caveant ſibi & patientiam præſtent. Vtitur Deus peccatis ad puniendum interdum peccantes ipſos, imò ſemper, quòd peccatum ſemper eſt pœna peccantis, & interdum ad puniendum alios. Aliud argumentum erat, Deũ immiſiſſe in cor Davidis ut numeraret populum. Loquitur ſanè ſcriptura hoc modo. Non audimus in Poëtis iſtas locutiones, ſed in verbo Dei. Poëtas ex ſua Republica Plato ejicere potuit; Scripturas ita loquentes explodere non poſſumus. At oſtendi ſupra, quomodo hæc

1.Par. 21.1. 2.Sam.24.1.

20

B ſint intelligenda. Subtraxit Deus auxilium ſuum, nõ impedivit Davidem, voluit uti illo opere ad puniendum populum. Sed objicitur, ſi Deus ſubducit gratiam, juſtè ſubducit. Fateor, tamen ſubducit. Deinde utitur etiam diabolo. In lib. Paralipomenon dicitur diabolum impuliſſe Davidem: fecit ergo etiam Deus, quia id conceſſit diabolo. Sed objiciunt contra id quod ſæpe diximus, gratia ſubducta, per ſe obrepere peccatum, cùm voluntas noſtra per ſe ad id inclinet,

1.Par.21.1.

C quemadmodum ſubtracta luce tenebræ ſequuntur in natura. Deus, inquiunt, eſt tanquam Sol, quia lux ejus eſt ubique, ſed homines ſunt qui ſe avertunt in angulos. At ſi illuminatio ejus eſt ubique, in quos angulos irent homines, ubi non eſſet lux illa? Scriptura divina aliter loquitur, dicit enim de illo qui talento abuſus eſt, Auferte ei. David orat, Ne auferas à me ſpiritum tuum. Itaque uti voluit Deus peccato Davidis ad puniendum populum. Et à quibuſdam iniuſtè Æſchylus tragicus accuſatur, qui Deum dicit, ſi velit perdere ac tollere aliquos, dare cauſas &

Matt.25.28. Pſal.51.12.

D occaſiones; quia Scriptura ſic loquitur, quæ poteſt loqui contra leges Platonis, ſed non contra leges Dei. Dicit enim quod filii Heli patrem non audierint, quia Deus vellet eos perdere; & Roboam non audiviſſe ſenes, quòd eſſet averſio à Deo. Dicebatur, Si hoc pacto res haberet, tunc Deus non eſſet omniũ rerum cauſa, ſi non eſſet cauſa peccatorum. Non ſequitur, nam quamvis non eſt cauſa peccati Deus, tamen peccata quæ fiunt gubernat, illis utitur, & ſubſtratum ipſum facit quatenus res eſt phyſica. Sed o-

1.Sam.2. 5. 1.Reg.12.13.

21

E portet peccatum eſſe voluntarium. Si de actuali loquamur, verum eſt, de originali non eſt verum. Primi etiam motus qui peccata ſunt, non ſunt voluntarij. Et Bernardus de Libero arbitrio gradus facit humanæ naturæ. Peccare non poſſunt homines, qui beati ſunt in patria, Adamus poterat non peccare, poſt peccatum nos non poſſumus non peccare. Sic ſunt damnati, ſic reprobi & ſcelerati. Sed pii & regenerati poſſunt non cedere peccato & efficere ut non prorſus regnet, atque hoc habent ex ſpiritu Dei. Vn-

Bernardus.

F de apparet ex iſta partitione, peccatum damnatorum eſſe neceſſarium, cùm tamen ſit peccatum. Nam etſi neceſſarium ſit, eſt attamen voluntarium, ſed non ita voluntarium, ut per noſipſos alteram partem ei oppoſitam valeamus eligere. Electionem enim in alteram partem habere non poſſumus, niſi ex eodem ſpiritu Dei. Puniuntur juſtè peccata, ſed non reſpicitur quid tu poſſis aut non, ſed quod agis, an ſit contra legem Dei. Et Deus nemini facit iniuriam. Vnde

Cur Deus peccata puniat.

22

G illa objectio firma non eſt quo ad Deum. Crudelitas videtur, ſi quis cæco non porrigat manum, ſi eum videat labi, aut eum non erigat. Deus videt hominem caſurum, non dat manum, crudelitas videtur: in quibus? in hominibus, quia illis eſt præſcripta lex. Deus non eſt ſubjectus iſtis legibus: hoc reſpondit Zuinglius in libro ſuo de providentia, & in libro de Falſa & vera religione, ubi agit de merito. Etſi verò Deus reprobis non tantum det quantum aliis, tamen multa quoque eis dat. Prædicatio Evangelij eis pro-

Zuinglius.

H ponitur, multa alia concedit omnibus, etſi non omnium miſereatur ad ſalutem. Deus de ſuo poteſt facere quod vult. Iſti, dicis, miſericordiam repellunt. Hieronymus in Ionam, Deus natura miſericors & clemens, paratus ſervare miſericordia, quos juſtitia non poteſt: ſed nos oblatam ejus miſericordiam abjicimus. Fateor in quantum offertur generali prędicatione: Deus tamen non mutat voluntates eorum, & poſſe hoc facere, quis negat? ſi non vult, iuſtè non vult. Auguſtinus de Bono perſeverantiæ cap. 4. In

I eadem re videmus diverſum judicium Dei & in diverſis rebus unum judicium. Erant gemini in utero Rebeccæ, antequam boni quippiam feciſſent aut

A mali, tamen dictum eſt: Iacob dilexi, Eſau verò odio habui. In vinea, aliqui toto die, aliqui una tantùm hora laborarunt, tamen accipiunt eandem mercedem. Inſtantia de patrefamilias cujus filii aut ſervi peccant, dicit, Non impuli eos. Accuſatur jure paterfamilias quia legem præſcriptam habet. At Deus non habet ſibi legem præſcriptam: præſcripſit ipſe ſibi ne quid injuſte faciat: at voluntas ejus eſt prima regula juſtitiæ. Deſerit Deus reprobos, & eſt deſer-

B tus ab illis, & rectè facit. Quod autem deſerat ſe deſerentes, id 2. Paralip. 25. teſtatur. Azarias filius Obed propheta, Amaſiæ regi dicit: Quando vos relinquitis eum, ipſe relinquet vos. Eſt ubique Deus per eſſentiam & potentiam ſuam, in ſuis per favorem, gratiam & auxilium. Prioribus duobus modis non deſerit impios, ſed tertio. Adducebatur ſententia Anshelmi de caſu diaboli, Si Deus per turpem operationem ut adulterium producit filium, cur non poteſt per malam voluntatem ipſum velle produce-

2.Par.25.16.

24

C re, quatenus res phyſica eſt? Concedimus ſubjectum produci à Deo, ſed poſtea in illo defectum oportet conſiderare.

34 In Actis legitur, Illos conveniſſe contra Chriſtum, ut facerent quæ manus & conſilium Dei decreverant: Et quod Chriſtus definito conſilio Dei fuerit traditus. De morte Chriſti, quoad Chriſtum & Iudæos, aliter ſe habet divina voluntas. Quoad Chriſtum, ut ferret ex obedientia, ex charitate, crucem, voluit Deus, quia eſt noſtra redemptio: effecit

25

Act.2.23. Act.4.22.

D in eo natura divina ut ferret. Quod Iudæi tam crudeliter agerent, permiſit Deus, ſed voluntas erat in illa permiſſione non impediendi malam voluntatem, ut uteretur & ſequeretur redemptio. Potuiſſe impedire ſi voluiſſet, hinc patet: Nónne poſſet, inquit Ieſus, Pater mihi dare duodecim legiones angelorum, quæ pro me pugnarent? Vſus eſt illo peccato ut redimeret nos. Multa ſunt ſuggeſta à Deo Iudæis quæ bona erant, ut erat prædicatio, miracula, reprehenſiones quas adhibebat, ſed vitio eo-

Matt.26.53.

E rum rapiebantur in malam partem. Deſerti ergo ſunt in neceſſitate peccandi. Vbi erit liberum arbitrium? amiſſum eſt. Auguſtinus 30. cap. in Enchiridio ſuo ad Laurentium, Cum homo peccavit, ſe ac liberum arbitrium perdidit, bis dicit in hoc capite & alibi: & in lib. 2. Sentent. diſtinct. 25. habetur. Sed Bernardus dicit non eſſe amiſſum. Non pugnant ſi rectè intelligantur: Quia Auguſtinus accipit liberum arbitrium, pro facultate libera eligendi oppoſita, hoc vel illud. Dum autem non ſumus regenerati, Deo verè grata

De Libero arbitrio Auguſt. cum Bernardo conciliatio.

F facere non poſſumus, niſi reparemur per filium Dei, quia in nobis liberum arbitrium non ſupereſt, quoad illa. Bernardus cùm dicit manere, quid intelligit? Etſi peccent non coguntur; conſenſum habent, volunt: tale liberum arbitrium manet, & ipſemet ſe declarat, quando ponit triplicem libertatem. Libertatẽ habet à coactione: à peccato, quando eſt regenerata: à miſeria, quando erit in patria, libertatem à miſeria in hoc ſeculo non habemus: habemus à neceſſitate; per neceſſitatem intelligit coactionem. Patet hoc ex

Libertas piorum quæ.

G Bernardo: Nam ponit in Deo libertatem arbitrij, neceſſe eſt ſit bonus, tamen libertatem hoc non tollit. Angeli & ſancti in patria non poſſunt peccare, tamen liberam habent voluntatem. Diabolo & damnatis etiam dat libertatem, tamen non poſſunt eſſe boni: Sed malum quod volunt, ultro volunt, non quod poſſint oppoſitum. Idem inquit, Gratia eſt, quæ ſervat, arbitrium eſt quod ſervatur. Quomodo? [illegible]pit ſanitatem, id eſt, aſſentitur, conſentit: ſed non [illegible]cit quòd conſentiat ex ſeipſo, imò adducit locum Pauli:

H Quod non poſſimus ex nobis aliquid boni cogitare, nedum conſentire: & Deus operatur in nobis velle & perficere. Proponit, inquit Deus, ſine nobis, præveniendo nos ſuggerit bonas cogitationes, poſtea immutat voluntatem, immutat inquit affectum, ut ea mutata ſequatur conſenſus. Vnde dicit, Deum in nobis quatuor facere. Primùm excitat, immittendo bona cogitata. Deinde ſanat, id eſt, mutat voluntatem: Tertiò roborat, id eſt, deducit ad actum: Quarto ſervat, ut non ſentiamus defectum, ut perſeveremus,

2.Cor.3.5. Phil.2.13.

I ut actio bona abſolvatur.

35 In ſumma, dicimus & nos, quod ad peccatum attinet, Deum αἴτιον κατὰ συμβεβηκὸς eſſe, quemadmo-

Digitized by Google

dum Epiphanius ſcribit, quia non eſt cauſa propriè, A non tamen dormit. Deinde vox iſta etiam inculpabilem ſignificat. Deus non poteſt à nobis trahi in jus; juſtè facit quod facit. Additur à nobis, univerſale eſſe dogma, & retinendum in Eccleſia, nihil fieri in mundo, ſive bonum ſive malum, ſine providentia Dei. Actiones humanæ providentiam Dei egredi non poſſunt: Quoniam omnes pili capitis noſtri numerati ſunt. Si paſſeres, contemptiſſimæ aviculæ, non decidunt in terram ſine voluntate Dei, quid de actionibus humanis dicemus, quæ longè præſtant? B Latiſſimè patet divina providentia, etſi non eodem modo erga bona & mala ſe habet, tamen non fiunt citra providentiam Dei, quæ eſt voluntas divina, qua potenter & optimè res gubernantur, diriguntúrque ad ſuos fines. Nec offendere nos debet, quòd relinquit in mundo aliqua mala: nam etſi ſunt contra particulares naturas, communi tamen bono conducunt. Si omnia ſublata eſſent mala, multis commodis careremus. C Vnde dicitur: Non eſſet vita leonis, niſi cædes eſſet ovium, quibus veſcuntur leones: neque patientia martyrum, niſi crudelitas tyrannorum permitteretur à Deo. Huic noſtro dogmati videtur obſtare, quod Plato in ſecundo libro de Republica dicit, Paucarum rerum authorem hominibus eſſe Deum, quod multa mala ſint inter homines, & Deus nullorum malorum ſit cauſa. Vnde videtur providentiam Dei in anguſtum contrahere. Si cauſam effectricem accipiat & loquatur de peccatis, concedimus: interea tamen non ſtertit providentia, D Sed eo in loco habet Plato, quòd à piis in univerſum concedendum non eſt, quia negat deos venire ad homines in ſimilitudine hoſpitum: At Angeli ab Abrahamo, & Lotho hoſpitio ſuſcepti ſunt. Quod inquit, Deum mutari non poſſe, quoad ſubſtantiam verum eſt: ſed quod in aliquibus formis interdum apparuerit, eſt concedendum. Cum Moſe ex rubo ardente loquutus eſt: in monte Sina declaravit ſe vocibus: varijs ſpeciebus ſe Prophetis exhibuit. Puto Platonem agere de obſcœnis illis converſionibus, quibus Poetæ dicunt Iovem E converſum in cygnum, aquilam, taurum: iſta removenda ſunt à Deo.

Nihil fit ſine providentia Dei.

Matt. 10. 29. & 30.

Deum viſibilibus formis apparere.

Gen. 18. & 19. Exod. 3. 2. Iſa. 6. 1. Exod. 1. 22.

Obiectio alia.

36 Sed quod dixi omnia agi Dei providentia quæcunque fuerint, nec obſtare quod dicit Plato, non videtur ſatis, nam & Damaſcenus ſe opponit: libro ſecundo, capite vigeſimonono ait, ſubjici providentiæ Dei, τὰ ἐφ' ἡμῖν, quæ ſunt in nobis: nam ſubdit, τὰ γὰρ ἐφ' ἡμῖν οὐκ τῆς προνοίας ἐστὶ, ἀλλὰ τοῦ ἡμετέρου αὐτεξουσίου: id eſt, quæ enim ſunt in nobis, non ſunt providentiæ Dei, ſed noſtri liberi arbitrij. F An igitur actiones noſtræ quas ille in nobis eſſe dicit, non ſunt in providentia Dei? Credant hoc qui voluerint, ego non credo. Addit quod eſt durius, ἡ μὲν αἵρεσις τῶν πρακτῶν ἐφ' ἡμῖν ἐστι, τὸ δὲ τέλος τῶν ἀγαθῶν, τῆς τοῦ θεοῦ συνεργίας. Hoc eſt, Electio agendarum rerum in nobis, perfectio autem & abſolutio bonorum, eſt cooperationis Dei. Quis hoc dixerit, ſi eligimus facienda quæ bona ſunt, ex nobis eſſe? Deus, inquit Apoſtolus, operatur in nobis velle & perficere. Dum vero Damaſcenus iſta providentiæ divinæ ſubducit, mihi non probatur. G Diſtinguit providentiam in εὐδοκίαν & συγχώρησιν, in beneplacitum & conceſſionem. Iſtis me non oppono, utrunque ſtatui, providentiam bona non modò regere, ſed & efficere: mala verò permittere, ſed non ita ut ſibiipſis prorſus permittat: utitur enim illis. Illam vero συγχώρησιν vel ἐγκατάλειψιν diſtinguit, & aliam po[illegible] οἰκονομικὴν & παιδευτικὴν nempe quæ ad eru[illegible]onem ſanctorum facit, ſi ad tempus relinquatur, aliquando τελεία dicitur, perfecta & quaſi deſperata, ut quando homines inemendabiles H ſuo vitio reſidantur & pereunt. Etiam nos dicimus, Deum ad tempus electos relinquere: alios in perpetuum. Deinde dicit, Deum homines προηγουμένως participes velle fieri ſalutis: ſed poſtea vult punire cùm peccent, θέλημα ἑπόμενον vocat, quaſi ſequatur ex noſtro vitio. Dico ego ſimplicem eſſe voluntatem Dei, ſed varia objecta: ſunt electi quos vult ſalvos eſſe; ſunt reprobi quos vult propter peccata puniri. Sed ibi non ſiſtendus eſt gradus, vult potentiam ſuam oſtendere in eis. I Vniverſalem ergo facio providentiam, non obſtante Damaſceno: quod Auguſtinus etiam ſenſit, ſententia 58. Nihil agitur viſibiliter aut ſenſibiliter, quod ab inviſibili aut intelligibili ſummi Imperatoris aula non jubeatur aut permittatur, & ita nihil ſubtrahit divinæ providentiæ.

Phil. 2. 13.

37 Hæc ſunt quæ iſta de re dicenda judicavi. Multa alia ſupereſſent, ſed finis imponendus eſt. Scio quidem venerabilem virum Philippum Melāchthonem, quem amo & ſuſpicio, aliud videri dicere: ſed ego hic provoco ad ipſum eundem, in veteribus ſuis locis communibus: Legite quæ habet de Prædeſtinatione & libero arbitrio: Ille quod ego fortaſſis non B dixiſſem, dicit, vocem liberi arbitrij, alieniſſimam eſſe à divinis literis, à judicio & ſenſu ſpiritus. Dicit Platonicam philoſophiam ab initio Eccleſiæ pietatem labefactaſſe. In epilogo ejus loci, Si veniamus, inquit, ad actus noſtros internos & externos, ſi referantur ad providentiam, omnia eveniunt ut ſunt deſtinata. In actionibus verò externis, ſi referantur ad voluntatem, eſſe libertatem. Si conſideremus bona interiora quæ Deus requirit, ibi dicit non eſſe liber- C tatem: ſi incipiant fremere affectus, cohibere non poſſe. Idem dicit Ambroſius in Lucam, & ſæpe citatur ab Auguſtino, cor noſtrum non eſſe in poteſtate noſtra. Alii ab illis non diſſentiunt: Zuinglius & Lutherus reformatæ religionis heroes, Oecolampadius, Bucerus, Calvinus. Poſſem & alios adducere, ſed non ſuffragatoribus ago. Dixi Deum propriè loquendo non eſſe cauſam peccati, nihilque fieri in mundo ſive boni ſive mali, citra Dei providentiam. Quod ſi non aſſequutus ſum ſcopum, dolet mihi. Si D quis idoneis probationibus oſtenderit hanc ſententiam impiam, aut bonis moribus noxiam eſſe, paratus ſum mutare. Verboſius autem hæc dixi, quia res eſt magni momenti, & ſæpe in ſacris literis recurrit. Melius autem intelliguntur quæ integrè, quàm quæ hinc inde fruſtulatim proponuntur.

Concluſio hujus loci.

Philippus Melanchthon.

Ex ſimili loco in 1. Sam. 2. cap. hæc pauca addidimus.

E 38 Nunc de voluntate ipſa Dei ſupereſt ut fuſius dicamus. Primùm autem profiteor, mihi diſtinctionem illam non diſplicere, qua Scholaſtici uti ſolent, cùm ſtatuunt aliam eſſe voluntatem ſigni, aliam verò efficacem, vel (ut alij ſcribunt) beneplaciti. Signi voluntas eſt, quæ indicat quid facere, quídve fugere nos oporteat. Nam ex ea colligimus, Dei judicium & inſtitutum. Ea verò ſita eſt in Lege, mandatis, promiſſionibus, minis atque conſiliis. Ad hoc porrò genus voluntatis illud pertinet, Non Deus volens F iniquitatem tu es: nec non illud, Odiſti mendacium & iniquitatem; & omnia ea teſtimonia, ex quibus demonſtrari poteſt, Deum nolle peccata. Et ſanè quomodo poteſt ea velle cùm adverſus ea Legem tulerit? cùm illa ſeveriſſimè puniat? cùm in animis piorum hominum, deteſtationem peccatorum inſeverit? cùm tollendi cauſa peccati, dilectiſſimum Filium ſuum in crucem agi paſſus fuerit? Cæterùm annotare debemus contra voluntatem hanc Dei, quæ ſigni appellatur, multa committi & fieri. Magnus G quippe numerus eſt ſceleratorum, qui averſantur Legem Dei, concionatores divexant, occidunt Prophetas, imò Filium ipſum Dei olim interfecerunt. Nec prætereundum eſt, hanc verè appellari, & eſſe voluntatem Dei, cùm Chriſtus dicat: Qui fecerit voluntatem Patris mei, hic mater mea, & frater meus, & ſoror mea eſt. Et in Deut. ſcribitur, Quid aliud vult Deus, quàm ut diligas eum, & ambules in viis ejus? Altera præterea eſt Dei voluntas, quæ potens, efficax & beneplaciti dicitur, quæ nulla vi ſuperari & vinci H poteſt, cùm de illa ſcribatur, Omnia quæcunque voluit, fecit. Et Paulus de illa, inquit, Voluntati ejus quis poteſt reſiſtere? Et profectò ſi quid invito & nolente Deo poſſet fieri, debilis & infirmus eſſet. Geminæ autem iſtæ voluntates, ſic diſtinctæ ſunt, non quaſi duæ res & facultates quæ ſint in Deo ſitæ, cùm ille actus exiſtat ſimpliciſſimus: ſed cùm Deus hominibus non ſemper univerſum totúmque conſilium ſuum patefaciat (non enim id neceſſe eſt, I cùm ſatis fuerit illud indicaſſe quod ad ſalutem obtinendam ſufficiat) ex eo duæ iſtæ voluntates ejus differunt. Nam quod aliquo modo indicavit, referendum eſt ad voluntatem ſigni, quod autem ſibi ſoli,

Vide C. I. cap. 15. Sect. 3.

Voluntas ſigni.

Pſa. 5. 5. & 7.

Multa fiunt contra voluntatem ſigni.

Volūtas ſigni eſt voluntas Dei.

Matt. 12. 50. Deut. 10. 12. Pſal. 135. 6. Rom. 9. 19.

Voluntas efficax.

Duæ hæ voluntates Dei quid differāt.

ſoli, ut ſecretum & arcanum retinuit, id ad voluntatem beneplaciti pertinet. Sed hoc præclaris & planis exemplis, quò facilius intelligatur, illuſtrari oportet.

Gen.22.2.

Deus Abraham juſſit ire ſacrificatum Iſaacum unigenitum filium. Hoc utique præcepto, ſigni voluntas continebatur. Quoniam Deus Abrahamo indicavit ſe tantummodo voluiſſe illius obedientiam explorare, neque demonſtravit ſe poſtea velle inhibere immolationem Iſaaci: Quæ ſanè prohibitio poſtea ſubſequuta eſt, nec antea patefacta fuit voluntas beneplaciti. Quamobrem ſtatuere poſſumus, unam eandemque voluntatem eſſe beneplaciti, ac ſigni: ſed variè appellatam, prout cognita nobis vel ignota fuerit. Ad hæc dictum Ezechiæ fuit, Domum tuam

Eſa.38.1.

diſponito, cùm ſis jam moriturus. Certè vi morbi & naturæ ordine: Rex omnino moriturus erat, ejusque mortis Dei voluntas, ut è ſigno naturali & verbis Prophetæ colligi poterat, fuit. Quia tamen Deus ex miſericordia ſua decreverat, ejus pœnitentiæ ac lachrymis vitam in multos annos protogare: Hæc ejus voluntas, & efficax & beneplaciti fuit.

Voluntas ſigni cum efficaci coniuncta eſt.

Ion. 3.4.

Voluntate quoque ſigni denunciatur Ninivitis, poſt quadraginta dies excidium: cùm tamen voluntate beneplaciti Deus conſtituerit, ipſis pœnitentibus ignoſcere. Hæc voluntas cum altera conjuncta eſt, nam qui ab altera excidunt, in hanc incidunt, & quia aſpernantur eam Dei voluntatem qua Legem, promiſſa, minas, & conſilia proponit, in eam incurrunt, qua peccantes pro ſceleribus pœnas luunt.

Auguſt.

39 Quare Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium cap. 101. elegantiſſimè ait: Quod vult Deus omnino fit, vel à nobis, vel de nobis. A nobis, cùm rectè vivimus: de nobis, cùm de peccatis commiſſis pœnas damus. Et cap. 102. inquit, peccantes quantum in ipſis eſt, contra legem Dei faciunt: ſed quoad ejus omnipotentiam attinet, facere non poſſunt. Quin & Gregorius in Moralib. cap. 11. lib. 6. ſcripſit: Multi voluntatem Dei faciunt, cùm illam nituntur mutare, & reſiſtendo imprudentes obſequuntur divino conſilio.

Gen.45.8.

Ioſephus etiam hac ſententia fratribus reſpondit: Vos quidem vendidiſtis me, ſed conſilium Dei erat, ut me præmitteret in Ægyptum, ut vobis & cibum & ſalutem pararem. Hæc porrò ea voluntas eſt, qua Deus electos ad æternam vitam prædeſtinat, quæ ut nobis obſcura eſt, ita cùm ſit potentiſſima, labefactari non poteſt. Ex hac diuinæ voluntatis diſtinctione ſatis intelligimus, quid reſpondere oporteat, quando nobis objicitur, Deum feciſſe hominem in animam viventem, & propterea non velle,

Gen.2.7.

ut pereat. Nam dicimus id eſſe verum, quoad ſigni voluntatem, ſiquidem homini Legem obtulit, promiſſa, minas, & conſilia: Quæ ſi fuiſſet amplexus, utique vixiſſet. At ſi alteram illam potentem & efficacem voluntatem ſpectemus, certè negari minimè poteſt, eum voluiſſe hominem interire. Quia ut habetur 16. cap. Prover. Deus omnia propter ſeipſum condidit, impium etiam ad diem malum. Et Paulus docet: Deum inſtar figuli, alia quidem vaſa in gloriam fingere, alia verò in contumeliam.

Prov.16.4.
Rom.9.21.

Hæc quoque voluntas ea eſt, qua Deus prauas hominum cupiditates & peccata regit, gubernat, & moderatur, ut dictum eſt, pro ſuo arbitrio. Hac Deus voluntate impios tradit in reprobum ſenſum, immittit Chaldæos, qui populum ſuum captivum abducant, addit illuſionibus efficaciam, ſeduci vult impios, & eos dicitur indurare.

Indurare, excæcare, &c. quomodo Patres per hæc permiſſionem interpretentur.

40 Verùm cùm hæc diſertè legantur, & crebro in ſacris literis occurrant, videndum eſt attentè quomodo ſint accipienda. Vulgus exiſtimat, cùm Deus excæcare, indurare, tradere, immittere, decipere ſcribitur, nihil aliud ſignificari, quàm ipſum permittere, ut iſta fiant. In quam ſententiam permulti ex Patribus eas loquutiones interpretantur, ea proculdubio ratione adducti, quòd impium & blaſphemum judicarint, ſi Deus author peccati haberetur, nollentque homines peccatorum ſuorum cauſas in Deum ipſum rejicere, Quod eorum conſilium mihi vehementer probatur, & unà cum illis fateor, Dei permiſſione iſta fieri. Nam cùm peccata ne fiant queat inhibere, nec tamen impedit, rectè permittere dicitur. Vnde Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium cap. 98. rectè ait, nullum eſſe animum adeò pravum, quin Deus il-

A lum, ſi modò velit, queat emendare. Non autem prohibere, cum poſſis, eſt permittere. Idémque author contra Iulianum lib. 5. cap. 3. tradit multa eſſe mala, quæ Deus niſi vellet, non utique permitteret. Attamen oportet etiam quippiam aliud quam permiſſionem afferre, ſi Scripturarum locis, quæ objiciuntur, volumus rectè ſatisfacere. Nam qui Deum peccata ſolùm, aiunt, permittere, non queunt ejus voluntatem prorſus excludere, quoniam illa volens aut invi-

B tus permittit. Non ſanè permittit invitus, quia nemo poteſt eum cogere: ideo conſequitur, ut volens ea patiatur fieri. Nec ſomniare licet eam voluntatem permiſſionis, in Deo eſſe remiſſam, quia nihil in Deo eſt, quod non ſit perfectum & abſolutum. Quare conſtituendum eſt, Deum non tantum permittere, ſed etiam certo quodam modo velle peccatum: ſed non quatenus peccatum eſt, quandoquidem voluntas neceſſariò ſemper in bonum fertur: ſed quatenus pœna eſt præcedentium ſcelerum. Nam ea ratione

Quatenus Deus non tantum permittat, ſed etiam velit peccatum.

C quamvis peccatum eſt, tamen boni formam ſubit. Ita principes & magiſtratus nonnunquam leones & feras beſtias in maleficos homines immittunt, & elephantos in hoſtes extimulant, qui tamen ea genera beſtiarum non fecerunt: Sed illarum ſævitia & ferocitate abutuntur. Ita Deus operam tyrannorum uſurpat, cùm vult de aliquo populo juſtum ſupplicium ſumere. Vnde Rex Babylonis, malleus, baculus, & ſerra, manus Domini appellatur, cum Deus voluerit ejus violentia populum Iſraeliticum caſtigare. Non

Eſa.10.15.

D enim Rex ille, quamvis potentiſſimus, Iudæos valuit ſuis viribus affligere: imò arrogantiæ accuſatur, quòd id aliquando propriæ fortitudini adſcripſerit. Deus enim ſe verum fuiſſe authorem tantæ cladis perhibet. Et Iobus cum à Sabæis & Chaldæis nec non diabolo fuiſſet graviter vexatus, & bonis propemodum omnibus exutus, non minus piè quàm ſapienter inquit, Dominus abſtulit. Vtque apertius Dei voluntate id contigiſſe oſtenderet, ſubjecit: Sicut Deo placuit, ita factum eſt. Siquidem vidit Chaldæis ac Sabæis

Iob 1.21.

E & Diabolo Deum, pro inſtrumentis fuiſſe abuſum. Et poſteriori lib. Sam. 24. cap. habetur, Deum excitaſſe Davidem ad populum recenſendum, quod factum in Paral. diabolo attribuitur. Vtrumque autem duorum verum fuit, quia Deus illum miniſterio & operâ diaboli ad id faciendum incitavit. Vt enim Salomon ait, Regis cor eſt in manu Dei, & Deus id, quocunque voluerit, inclinat. Non quidem, ut ſæpe jam dictum eſt, novam inſtillando malitiam: ſed ea quam invenit, abutendo, vel ad punienda peccata, vel ad alia ſua

2.Sam.24.1.

1.Par.21.1.

Prov.21.1.

F conſilia perficienda. Itaque cùm Deus vel indurare, vel excæcare ſcribitur, non tantùm relinquere aut deſerere credendus eſt, ſed etiam voluntatem ſuam adhibere.

41 Nec prætereundum eſt in cap. 7. & 8. Exodi: Deum ſcribi cor Pharaonis induraſſe, cum tamen in 8. capit. Pharao ipſe ſcribatur, ſuum cor obfirmaſſe. Vtrumque porrò verum eſt: prius quippe Pharao tantæ contumaciæ principia in ſe habuit: & libenter ac ſua voluntate, Dei verbo ſe oppoſuit. Ex altera ta-

Exod.7.17. & 8.15.

Pharao quomodo ſe indurarit, & à Deo ſit induratus.

G men parte, Deus, ut ſupra demonſtratum eſt, illam ejus animi duritiem in lucem produci curavit, eámque moderatus eſt & rexit ad ſuum arbitrium. Nec fingere debemus orbi terrarum ſic Deum præeſſe, ut inſtar otioſi ſedeat in ſpecula, ibique nihil agat. Vel ut mundo & rebus infernis tanquam equo fræna permittat, & ſinat vagari, quo libuerit. Nec verum eſt id, quod à nonnullis aſſeritur, Deum ipſa mala ſeu peccata, nec velle nec nolle, ceu de illis nihil prorſus cogitet. Velut ſi quis me roget, velímne hodie Re-

H gem Galliæ venari, rectè poſſim reſpondere, me id neque velle neque nolle, ſiquidem ad me nihil pertinet. At ſic reſponderi non poteſt rectè de Deo, cùm ad ejus curam & providentiam attineant, quæcunque in rerum natura fiunt. Sed iſti, velim cogitent, ex quo teſtimonio ſcripturæ ſuam illam permiſſionem, quàm tam mordicus retinent, confirmare valeant. Non me latet, illos pro ſe adducere, quod 81. Pſal. habetur: Permiſi eos deſideriis cordis eorum. Cæterùm ſi Hebraica veritas conſulatur, infirmius &

Pſal. 81. 13.

Permittendi verbum ubi & quomodo in ſcripturis accipiatur.

I dilucidius apparebit, quàm arbitrentur. Nam *ſchillach* verbum in Piel Hebraicè habetur, quod ex conjugationis vi actionem vehementem ſignificat. Nec

Digitized by Google

A eſt conveniens, ut illud interpretatione permiſſionis lenianus: imò potius cum phraſi Paulina facit, qua dicitur ad Romanos: Deus impios tradidiſſe in reprobum ſenſum, & potius impios abjeciſſe, quàm permiſiſſe Deus oſtenditur. Sed quò eos permiſit ſeu abjecit? nempe in ipſorum prava deſideria, ſcilicet, ut ab illis toti poſſiderentur & regerentur. Atque in hanc ſententiam verbum illud Hebræum in ſacris literis crebro uſurpatur. In Geneſi quippe traditur, B Deum ejeciſſe homines e paradiſo, vbi verbum ejiciendi, quis interpretatur, permiſit? Cùm potius illinc homines extruſerit & deturbarit. Deinde in cap. 19. angeli dicunt: Et miſit nos Deus ad perdendum Sodomam. Quo loco emittere non poteſt idem eſſe, quod permittere. Et in Ezechiele ſcribitur; Emiſit propaginem, cùm tamen vitis non permittat ex ſe propaginem exire, ſed potius eam ad egrediendum impellat. Quare videat interpres, ut eo loco verbum Hebraicum *schillach* reddiderit verbo permittendi.

Rom. 1. 10.

Gen. 3. 24. Gen. 19. 13.

Permiſſio Dei bonis etiam rebus tribuitur.

Ezech. 17. 6.

C 42 Nec eſt omittendum, divinas literas permiſſionem Dei non minus bonis rebus, quàm malis tribuere. Etenim ad Hebræos cap. 6. cùm de bonis rebus ageretur, Apoſtolus inquit, ſi Deus permiſerit. Iulianus Pelagianus (ut apparet ex Auguſtino contra eum lib. 5. cap. 3.) in ea ſententia fuit, ut cum Deus in ſcripturis tradere & excæcare dicatur, ſit intelligendus, tantum relinquere aut permittere. Auguſtinus verò, è diverſo, Deum ait, non ſolùm permittere, ſed ut Apoſtolus docuit, iram & pœnitentiam ſuam declarare. D Tradit præterea Iulianus ejuſmodi loquutiones eſſe hyperbolicas. Auguſtinus verò contendit eſſe proprias. Iulianus interpretatur iſtos, qui traditi dicuntur ſuis deſideriis, laboraſſe antea illis morbis, unde ſubjicit, quid opus erat, ut illis traderentur? Satis fuit, ut ſinerentur in iiſdem volutari & acquieſcere. Ad hoc Auguſtinus ait; An idem eſſe putas habere deſideria, & illis tradi? Traduntur enim impii malis cupiditatibus, non tantùm ut eas habeant, ſed ut ab illis prorſus habeantur & poſſideantur. E Itaque addidit idem pater; Sicuti Deus agit in corporibus impiorum ea vexando & affligendo; ita etiam in illorum animis operatur, ea impellendo in peccata. Eóque loco hiſtoriam Semei tractat, ubi David ait: Dominus ei juſſit, ut mihi malediceret. Voluntatem, inquit Auguſtinus, Semei vitio ſuo malam, Dominus juſtè inclinavit, ut Davidem conviciis inceſſeret, & cauſa redditur: Mihi quippe Dominus retribuet pro hoc maledicto bona. Idem quoque Auguſtinus de Gratia & libero arbitrio ſcribit, F Deum in animis hominum operari, eos inclinando tam ad bona, quam ad mala, judicio ſæpe occulto, ſed interdum aperto, ſemper autem juſto. Quibus addas, Quemadmodum, & qua cauſa Deus hæc faciat, difficillimum eſt explicare. Hoc tamen eſt certiſſimè ſtatuendum, hæc mala, quatenus à Deo perveniunt, non eſſe peccata, ſed res juſtas ac bonas: ſed quatenus vel à diabolo, vel ab hominibus proficiſcuntur, jure peccatis accenſeri debent. Manichæi, cum ex iſta quæſtione ſe non poſſent explicare, finxerunt duo eſſe rerum principia, quorum unum eſſet bonum, alterum verò malum. G Nos verò docemus, unum eſſe Deum, eſſe bonorum omnium authorem, peccata verò dicimus orta ex diſceſſione Adami à Deo, quæ tamen Dei voluntate atque arbitrio temperentur ac regantur. Vnde concludimus, & actiones ipſas, hoc eſt, peccatorum ſubjecta eſſe à Deo, ipſumque ubi viſum fuerit, ſubducere gratiam & auxilium: deinde hominum pravas cupiditates regere ac flectere, quocunque placuerit: & cùm peccatis hominum abutatur ad aliorum peccatorum ſupplicia, H non poſſe dici, ea nullo pacto voluiſſe. Verùm de peccato Adami difficilior eſt quæſtio, quia nullus præceſſerat ejus lapſus, qui poſteriori peccato à Deo plecteretur. Ad hoc tamen reſpondemus, actionem illius, hoc eſt ſubjectum deformitatis & injuſtitiæ, fuiſſe à Deo: privationem autem ſeu defectum à libero Adami arbitrio, quem Deus integrum, liberum & abſolutum creaverat, non tamen ita, ut non deficere ac errare poſſet. Nec Dei gratia, qua retinetur à lapſu, tanta fuit, ut cùm firmiter conſtabiliret. I Deum verò Adamum voluiſſe cadere dubitari non poteſt, alioqui non cecidiſſet, voluit autem cadere, non

Heb. 6. 3.

Pelagianorum & Auguſtini ſententia de permiſſione.

Rom. 9. 22.

Habere deſideria, & tradi deſideriis.

2. Sam. 16. 10.

Manichæi.

De Adami peccato.

A quidem ratione peccati, ſed ut eo lapſu ad patefaciendas opes immenſas & divitias ſuæ bonitatis uteretur, oſtenderétque ſe non tantùm potuiſſe hominem integrum atque perfectum efficere: verùm etiam lapſum & perditum reſtituere. Ac ea de cauſa miſit Filium ſuum, qui pro humano genere in cruce moreretur. Vnde Gregorius exclamavit. O felix culpa, quæ talem meruit habere Redemptorem.

Gregorius.

43 Illud verò diligenter attendendum eſt, Deum B interdum ea probare, cùm tamen, ut fiant, ei non placeat. Non quòd in eo duæ ſint voluntates, unam enim tantummodo habet, cujus tamen varia ſunt objecta. Nam conſiderat animum & conſilium noſtrum, quod ſæpenumero ei probatur: ſed ex altera parte ordinem ſuæ providentiæ ob oculos habet, quem ſalvum & ſtabilem vult omnibus modis. Ideo afflat interdum cordibus noſtris, quæ natura ſua bona eſſent: nec tamen ea vult ad exitum perduci, quod ad ordinem ſuæ providentiæ minimè conducant. C Sic dicimus Chriſti votum, quo mortem deprecatur, Deo placuiſſe, cùm tamen id complere noluerit. Nec voluntate prava ſeu corrupta voluit Chriſtus quod petebat, ſed recta & bona. Cæterùm, Dei providentia & prædeſtinatio manebat immota, qua conſtituerat, ut eo tẽpore pro ſalute noſtra cruci affigeretur. Idcirco multa religiosè ac piè cogitare debemus: at cùm Deũ intelligimus, ea nolle fieri, noſtræ cogitationes ad ejus voluntatem ſunt transferendæ. Cæterùm, ut hac de re majori perſpicuitate agam, ante omnia conſti- D tuamus humanam voluntatem oportere aliquo modo ad voluntatem Dei conformari, alioqui recta non eſſet: nam quod rectum eſt, regulæ Dei conveniat oportet. Non tamen eſt neceſſe, ut nobis omnibus modis id placeat, quod Deus vult fieri; quia neceſſe eſt nonnunquam, ut illud nobis diſpliceat, idque rectè ac citra peccatum. Quod, ut melius intelligatur, exemplis illuſtrandum erit. Moſes audivit Deum velle populum exterminare; ſecus ipſe voluit & indoluit vehementer & ſeſe, ne fieret, precibus oppo- E ſuit. Samuel item cognovit rejectum Saulem, nec ſtatim huic voluntati Dei acquievit, ſed caſum ejus Regis graviter tulit, & ea cauſa diu flevit. Ieremias quoque intellexit Hieroſolymam evertendam, ac eam ruinam flebiliter lamentatus eſt. Hîc nonnulli aiunt, Decretum ſeu placitum Dei, aut cognitum eſt nobis, aut ignotum: cum perſpectum nobis fuerit, illi debemus noſtram voluntatem accommodare: ſin verò nos lateat, Legem patefactam habemus quam tutò ſequi poſſumus. Dicunt ii porro aliquid, ſed hæc F eorum ſententia non plenè ſatisfacit. Ieremias enim & Chriſtus probè ſciebant civitatem Hieroſolymitanam, decreto & voluntate Dei omnino evertendam: fleverunt nihilominus ea de cauſa, neque flendo peccarunt. Deinde ſæpe fit, ut ex ipſis operibus Dei voluntatem cognoſcamus, cui tamen ſtatim acquieſcere non oportet. Etenim quandoque accidit, ut filius videat patrem obire mortem, qui ſi pius eſt, una intelligit Deum ejus mortem velle. An propterea non dolebit, & vitam ejus adhuc produci non cu- G piet? Quid igitur erit agendum cùm talia inciderint? Spectandum erit utique, quid voluntati Dei, quid noſtræ conveniat. Voluntati utique Dei congruit, ut ex bonitate ſua & juſtitia operetur, ut benefaciat bonis, & ſceleratos puniat. Noſtræ autem convenit voluntati, ut ſibi conſentanea faciat. Quæ autem naturæ noſtræ congruant, videbimus ex ejus conſtitutione, hoc eſt, ex naturæ & Dei lege; nec non interdum ex interiori ſpiritus afflatu, atque ita licet re diſſideamus à voluntate Dei, quod tamen ad formam H & cauſam efficientem attinet, cum ea conſentimus. Quoniam Deus quandoque duo ſimul vult, nimirum punire urbem, gentem, & parentes noſtros, ac ea de cauſa nos dolere: nec iſta inter ſe pugnant. Voluit olim Deus Sodomam & Gomorrham perdere; quod cùm Abrahamo indicaſſet, is dolebat multis modis, pro interituris intercedens: Neque preces effudiſſe, credendum Abrahamum citra Dei ſpiritualem afflatum.

In 1. Reg. 8. verſ. 16.

Deus quomodo interdum ea probet, quæ nolit.

Matt. 26. 39.

Voluntas humana ad divinam conformanda.

Exod. 32. 10.

1. Sam. 15. 35. Ier. 28. 6.

An aliquid velle debeamus contra decretum Dei, nobis cognitum.

Gen. 18. 20.

44 His præterea & illud addendum eſt, res, quas I Deum velle agnoſcimus, bifariam poſſe cogitari: Primùm, ſimpliciter ac abſolutè. Quod loco ea debemus agere, quæ congruunt voluntati, ſeu naturæ no-

Res quas Deũ velle novimus bifariam cogitari.

ſtræ

ſtræ rectè inſtitutæ. Aut eas contemplabimur, cùm juſta collatione ad providentiam divinam, cui ſi eas conferamus, illi neceſſe eſt omnino acquieſcere. Quia, ut inquit Auguſtinus in Enchiridio, impium eſt, divinæ providentiæ obluctari. Summa eſt, noſtrum eſſe in omnibus rebus id velle, quod Deus vult ut velimus, idque recto fine, id eſt, bono conſilio: vel, ut vulgò loquuntur, recta intentione, licet quoad materiam, non ſemper nobis placere oporteat, quod Deo viſum fuerit. Quod ſi quæſieris, quænam ea ſint, quæ naturæ noſtræ bene inſtitutæ congruant, reſpondeo: ſancta, honeſta & juſta. Vnde ad Philip. dixit Apoſtolus, Quæcunque ſunt vera, honeſta, juſta, pura, commoda, boni nominis, ſi qua laus, ſi qua virtus, ea cogitate atque facite. Idcirco David, cùm templum ædificare ſtatueret, & ſi Deus id fieri nolebat, ejus tamen voluntas, ut recta & juſta probata eſt. Sciebat proculdubio ſanctus Rex, Deum velle, ut ſibi templum ædificaretur, & Hiroſolymis id futurum intellexerat, quare illius voluntas à pietate non aberat. Deinde cùm filius Dei eſſet, ac Spiritu ejus ageretur, illi Deus eam voluntatem proculdubio afflabat. Nec ſemper videndum eſt, quid exterius Deus faciat, ſed quid in nobiſipſis agat: atque id tum ſequi debemus. Operatur autem in nobis, & velle, & perficere: non quidem ſemper operis perfectionem, ſeu voluntatem, quæ perfecta ſit & integra, nec illa duo perpetuò conjunguntur, ut ſimul velle ac perficere operetur: Quoniam interdum velle tantùm efficit, nec dat, ut quod volumus ad effectum perveniat. Nec tantùm voluntas noſtra debet ad voluntatem Dei conformari, verùm etiam intelligentia. Quia ea tantùm debemus intelligere, quæ nobis Deus voluit patefacere, non ulterius. Nemo itaque dixerit, volo ea intelligere, quæ Deus ipſe cognoſcit. Hiſce de rebus primo ſententiarum diſtinct. 48. in Enchiridio Auguſt. luculenter agitur. *Vide Theſes de providentia, ad finem hujus operis, poſt locum de Libero Arbitrio.*

Philip. 4. 8.

2. Sam. 7. 2.

Intelligentia noſtra ad voluntatem Dei conformanda eſt.

Phil. 2. 13.

CAPVT XV.

Deus quomodo pœnitere & tentare dicatur.

MVltum ſudatur ab interpretibus, quomodo pœnitentia cadere poſſit in Deum. Deus enim ait, Ego ſum Deus, & non mutor. Et paulò pòſt, Triumphator Iſrael non mutatur. Et Bileam in lib. Num. ait, Non eſt Deus ut homo, ut mutetur: nec ut filius hominis, ut mentiatur: Tamen in Gen. ait, Pœnitet me feciſſe hominem. Hæc loca quoniam videntur pugnare, concilianda ſunt. Aliqui ſic hæc loca exponunt, ut quemadmodum Spiritus ſanctus dicitur clamare, poſtulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ita Deus dicatur agere pœnitentiam. Spiritus autem non orat, non poſtulat, non gemit: eſt enim Deus. Sed quia nos ad orandum, poſtulandum, gemendum provocat, dicitur ipſe eadem facere. Atque in hunc ſenſum Paulus jubet ne contriſtemus ſpiritum Dei: hoc eſt, ne ſceleribus noſtris offendamus ſanctos, in quibus eſt ſpiritus Dei. Ita, quia bonis viris dolebat de nequitia Saulis, eúmque affectum Deus illis excitaverat, idcirco Deus ipſe dicitur duci pœnitudine. Hanc rationem Lutherus ſequitur in Gen. Sed Auguſt. in lib. 83. Quæſtionum, quæſt. 52. ubi de induſtria tractat hanc quæſtionem, ait, ſcripturam ſolere ſæpe ſeſe dimittere ad captum noſtrum, eáque tribuere Deo, quæ in hominum conſuetudine ac vita videmus fieri. Nam eam alioqui non poſſe intelligi. Itaque quoniam homines non ſolent ulciſci, niſi irati, Scripturæ Deum, cùm ulciſcitur, dicunt iraſci. Et quoniam homines non ſervant pudicitiam uxorum ſuarum ſine zelotypia: ita quoniam Deus in primis curat, ne Eccleſiam ſuam, tamquam uxorem, habeat adulteram, eum dicunt eſſe zelotypum. Ita pedes, ita manus, ita aliæ partes corporis aſcribuntur Deo. Sic etiam quoniam homines non ſolent inſtitutum commutare, niſi eòs facti alicujus pœniteat, idcirco quoties Deus mutat factum, eum dicunt duci pœnitudine: Non quòd aliqua in Deo facta ſit mutatio, ſed quòd id mutetur, quod nos ſperavimus fore perpetuum. Atque in hanc ſententiam dicitur, Deum

In 1. Sam. 15. v. 11. Vide ſuprà cap. 11. Sect. 25. & in Gen. 6. 6. & in Iud. 2. 18.
Mal. 3. 6.
1. Sam. 15. 29.
Num. 23. 19.
Gen. 6. 6.
Rom. 8. 26.

Deum pœnitet quando pœnitentiam in aliis excitat.
Epheſ. 4. 30.
Deus pœnitere dicitur, hominum more, quando factum mutat.

Deum pœnitet, quando res mutatur & digna videtur cujus Deum pœniteat.

A pœnituiſſe, quod feciſſet Saulem Regem. Alii putant hanc quæſtionem facilius & ſimplicius poſſe diſſolvi, ſi mutatio in re ipſa intelligatur, non in Deo. Vtque non diſcedamus ab exemplo, Saul antea pius erat & probus, nunc factus eſt improbus & rebellis: Itaque dignus eſſe videbatur, de quo Deum pœniteret. Idque tanto videtur probabilius, quia in textu ipſo ſequitur, & diſceſſit Saul.

1. Sam. 16. 14.

2 Prima ſententia, etſi ſpeciem habeat aliquam, B non tamen per omnia probari poteſt. Dici quidem poteſt Deus id facere, quod efficit in nobis, facitque ut ipſi faciamus. Verum id perpetuò non quadrat. Ipſe enim incendit Sodomam, ipſe perdidit Pharaonem, atque ita exercuit iram & ultionem ſuam: non tamen homines impulit, ut iſta facerent. Atque de Saule legimus pœnituiſſe Deum, non tamen aſcribitur pœnituiſſe Samuelem. Auguſtini ſententia ſimplex eſt & probabilis. Tertia etiam non poteſt repudiari: in qua tamen conſiderandum eſt, quod dicitur C mutationem in re ipſa fieri, nõ in Deo. Hieremias ait, ſi illos pœnituerit viæ ſuæ, me quoque pœnitebit de omni malo, quod illis denuntiavi. Ad iſtam ergo mutationẽ in homine, ſequitur mutatio ſententię divinę, ſive illa ad promiſſionẽ, ſive ad mutationẽ pertineat. Quoties enim pœnitet peccatorem ex vera fide, ſtatim liberatur ab æterno exitio. Sententia autem de temporariis ſuppliciis non ſemper mutatur, quamvis eum maximè pœniteat. Pœnituit Davidem adulterii ſui, tamen ſtetit ſententia Dei, quam Nathan de- D nuntiarat. Pœnituit Moſen, tamen non potuit ingredi terram promiſſionis. Vera ergo eſt iſta ſententia de æterna morte, non autem ſemper de ſuppliciis temporariis. Deinde mutatio ea, non ex ipſis proficiſcitur, ſed à Deo. Ita enim Paulus ſcribit ad Timotheum, ſi fortè Deus det illis pœnitentiam. Et ad Philippenſes, ille eſt, qui operatur in nobis, & velle, & perficere. Non poſſumus ne cogitare quidem bene ex nobis, tanquam ex nobis. Et ad Corinthios 15. Ego plus omnibus laboravi: non ego autem, ſed gratia E Dei, quæ eſt in me. Sed in nobis, inquiunt, ſitum eſt, ut aſſentiamur. Imò aſſenſus etiam ipſe eſt à Deo. Habemus enim cor lapideum: id niſi mutetur, & fiat carneum, nihil efficitur. Et quamvis parum eſſe videatur, quod aiunt, aſſenſum eſſe ex nobis: tamen ſi id ipſum nobis tribuatur, habebimus unde poſſimus gloriari. Quis enim te diſcrevit? inquit Paulus. Quid habes, quod non acceperis? Quod ſi acceperis, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Et, non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. Hic Auguſtinus, F ait, ſi aliquid nobis relinquatur: Paulus nihil concludit. Converti enim poſſet propoſitio, ut ita legatur: Non eſt miſerentis Dei, ſed volentis & currentis hominis. Scio, inquit Paulus, quòd non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum. Et Chriſtus, non vos elegiſtis me, ſed ego elegi vos. Et David etiam, inclina, inquit, cor meum in teſtimonia tua. Et, cor mundum crea in me Deus. Nemo autem poteſt ſeipſum creare. Dicimur regenerari: at nemo regeneratur à ſeipſo. Non tamen regeneramur ut trunci, ut lapides G aut ſtipites: nam intelligimus, ſentimus, volumus. Sed Deus eſt, qui facit, ut intelligamus, velimus, ſentiamus. Quare diſtinguendi ſunt homines: Alii enim regenerati ſunt, alii non ſunt. Qui non eſt regeneratus, ex ſeipſo nihil poteſt. Poſtquam autem ſumus ſemel regenerati, habemus vires inſtauratas, & efficimur cooperatores DEI.

Mutato homine, an ſemper mutetur ſententia divina.
Ier. 26. 3.

Hominis mutatio, ex Deo eſt.
2. Tim. 2. 25.
Philip. 2. 13.

1. Cor. 15. 10.

An aſſenſus ex nobis ſit.

1. Cor. 4. 7.

Rom. 9. 16.

Rom. 7. 18.
Ioan. 16. 16.
Pſal. 119. 36.
Pſal. 51. 10.

3 Facilius autem, quantum quidem ego judico, intelligemus, quid ſit Deum pœnitere, ſi meminerimus aliam eſſe ejus voluntatem arcanam, aliam pa- H tefactam. Nam arcana voluntas Dei firma eſt & immutabilis. Itaque quod dicitur, Deum non mutari, id ad eam voluntatem referri debet. Deus ab initio decreverat, Saulem fore Regem. Ea voluntas æterna eſt & conſtans, & ſine qua nihil fit. Sed eam non ſemper planè ac totam patefecit: Satis habet partem ejus aliquam, per legem aut prophetas indicare. Ea voluntas mutari poteſt: Non quod mutatio aliqua cadere poſſit in Deum, ſed quòd id mutatur, quod homines putaverunt fore perpetuum. Voluntas Dei I patefacta erat, Regnum ſemper fore in ſtirpe Saulis. Veriſimile enim erat ita futurum: Altera tamen pars voluntatis erat arcana & recondita. Ezechias ægro-

Deus non mutatur quo ad arcanam ejus voluntatem.
Voluntas Dei patefacta, quomodo mutetur. ſup. Cap. 14. Sect. 38.

Eſa. 38. 1.

Digitized by Google

tat, Eſaias monet moriendum eſſe: Ea enim erat natura morbi, ut videretur eſſe moriturus. Hæc voluntas, mutata eſt: altera recondita, mutari non potuit. Sed objiciunt, quod nos dicimus, voluntatem Dei eſſe ab æterno, meram eſſe fictionem: Nihil enim in Deo aut præteritum eſſe aut futurum. At nos nihil dicimus alienum à ſcripturis. Paulus ait, Deum prædeſtinaſſe nos ante jacta fundamenta mundi. Si nobis non credunt, videant prædictiones, Iacob prædicit, Davidem fore Regem. Id quomodo potuiſſet fieri, ſi voluntas Dei non feratur in futurum? Sed Paulus 11. ad Romanos ait: Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei. Verùm ſententiæ ſcripturarum non debent latius accipi, quàm locus ipſe ferre poſſit, in quo ſcriptæ ſunt. Nam alioqui facilè inducemur in fraudem. Agebat Paulus eo loco de fœdere, quod Deus icerat cum Iudæis, dicitque promiſſiones eas non poſſe eſſe irritas: nec fieri poſſe, quin multi ex Iudæis aliquando convertantur ad Chriſtum: quòd dona & vocatio Dei ſint ſine pœnitentia. Quanquam alii, locum eum intelligunt, de illis donis, quæ pendeant ab æterna prædeſtinatione Dei, illa enim certa eſſe & firma. Alia verò dona vel præſentis juſtitiæ, vel rerum temporariarum, & dari, & auferri poſſe. Multi enim ſunt, qui cùm ſemel crediderint, poſtea ruant. Theodoretus ait: Dona eſſe ſine pœnitentia, ſi rerum ipſarum natura conſideretur. At ſi homines excidant, & illis priventur, id ipſorum vitio fieri.

Voluntas Dei an ab æterno ſit.
Eph. 1. 4.
Gen. 49. 10.
Rom. 11. 27.
Dona Dei ſine pœnitentia ſunt.

Quomodo Sauli dicatur, Regnum eius fuiſſe ſtabiliendum in ſeculum, cùm illud tamen iam ante tribui Iuda fuerit deſtinatum.

4 Nunc videamus, quo ſenſu Samuel dixerit, Deus conſtituiſſet regnum tuum in æternum. Quomodo enim manere potuiſſet regnum in familia Saulis in æternum, cùm antea prædictum fuerit à Iacobo regnum fore in tribu Iuda? & Deus ab omni æternitate decreverit, ſe daturum jus regium domui David? Hîc non poſſumus reſpondere, Deum quidem ita primum decreviſſe, ſed poſtea mutaſſe ſententiam. Deus enim non mutatur. R. Levi Ben Gerſon putat, Ad *Olam* non ſignificare æternitatem, ſed certum aliquod ſpatium temporis: atque ita, & Saulem regnare potuiſſe *Ad Olam*, id eſt, ad longum tempus, & poſtea Davidem illi ſuccedere. Sed hæc ſententia mihi non multùm probatur. David enim non tantùm natus, verùm etiam adultus erat, ut Saul ad longum tempus regnare non potuerit, Deum verò non mutari omnes fatentur: Sed non omnes tamen eodem modo. Quidam enim aiunt, nos fingere, Deum aliquid prædeſtinaſſe ab æterno, quod tamen poſtea exequatur: Id abſurdum eſt, inquiunt, Deo enim omnia ſunt præſentia. Atqui nos non dicimus, Deum moveri ad tempus, ſed ejus conſilia eſſe ab æterno: ſed hoc dicimus, cùm ad eventum pervenitur, illum nulla inſtituere nova conſilia. Paulus ait: Se fuiſſe electum ab utero matris, & nos fuiſſe prædeſtinatos ante jacta fundamenta mundi. Iſta in Deo quidem æterna ſunt, in rebus tamen ipſis longè antea prædeſtinata ſunt, quàm facta. At ſi volunt cavillari de prædeſtinatione, objiciemus prædictiones in quibus non poſſunt tergiverſari. Quum nihil egiſſent, aut boni aut mali, ut ſecundùm electionem propoſitum Dei maneret, dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Ita de regno conſtituendo in tribu Iuda, multo ante prædictum eſt, quàm David, qui primus ex ea tribu regnavit, naſceretur. Quomodo ergo dicit Samuel, Deus conſtituiſſet regnum tuum in æternum? Eſt potentialis loquutio. Sed quæ eſt iſta potentia? Multæ enim ſunt aliæ ejuſmodi loquendi formæ in ſacris literis. Si cognoviſſent, inquit Paulus, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent: Atqui prædeſtinatum erat à principio, Chriſtum eſſe moriturum. Ita vulgo dicere ſolent; Si Adamus non peccaſſet, Chriſtus non fuiſſet paſſus. Sed mittamus illa, & iſtam ſententiam quam habemus in manibus, ex qua bene intellecta cætera omnia ſimilia intelligi poſſunt, expendamus.

In 1. Sam. 15.
Gen. 49. 10.
Vocis Olam ſignificatio.
Mal. 3. 6.
Deo omnia eſſe præſentia.
Gal. 1. 15.
Loquutiones potentiales.
Rom. 9. 11.
1. Cor. 2. 8.

5 Primum autem videamus, utrum prædeſtinatio Dei de Davide fuerit cauſa, cur Saul ejiceretur è te- A gno. Ejectionis ejus, duæ mihi videntur fuiſſe cauſæ: altera irritans Deum, nimirum peccatum Saulis, altera verò voluntas Dei, ſed provocata atque irritata peccato. Vtri ergo harum cauſarum magis aſcribemus ejectionem? Certè peccato. Par enim erat, ut qui malè ſe geſſiſſet moveretur loco. Itaque Oſeas ait; Ex te malum tuum, ô Iſrael. Negare quidem non poſſumus voluntatem Dei aliquo modo fuiſſe cauſam. Vera autem & certa cauſſa peccatum erat.

Cauſæ ejectionis.
Oſeæ 13. 9.

B Aliud etiam diſcrimen non parvum erit, ſi conferamus peccata noſtra ad ſupplicia, & bona noſtra opera ad mercedem. Nam peccata noſtra merentur ſupplicium; opera verò bona mercedem non merentur, cur ita? inquies; quoniam eſt proportio inter peccatum & pœnam; Et inter bona opera & mercedem nulla eſt: Non enim ſunt condignæ paſſiones hujus vitæ ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis. Adhæc mala opera propriè ſunt à nobis; bona autem non ſunt, niſi à Deo. Itaque mors æterna poteſt dici merces peccati; C At contra vita æterna non poteſt dici merces juſtitiæ noſtræ. Dicimus ergo, peccatum Saulis fuiſſe veram cauſam, cur exciderit è regno. Vt autem conſiſteret, bona opera nunquam potuiſſent eſſe cauſa. Sed iſtud conſilium & decretum Dei, an imponebat Sauli neceſſitatem? Nulla erat in eo neceſſitas ejus rei abſoluta. Nam quod attinet ad interna principia peccandi, ea Saul habuit in ſeipſo, & quod fecit, volens & ſua ſponte fecit. Decrevit quidem Deus regnum Davidi & tribui Iudæ, ita tamen, ut id D Sauli juſtè prius eriperetur. Etſi Deus prævidebat Davidem fore regem, prævidit etiam peccatum Saulis. Vidit itaque utrumque, & hunc peccaturum, & alterum regnaturum. In hoc ordine nihil peccatur à Deo. Verum quidem eſt potuiſſe Deum ita punire Saulem, ut illi auferret regnum. Poſteros enim Davidis, cùm jam facti eſſent idololatræ, punivit multis modis, Regnum tamen illis reliquit integrum. Sed erat in manu Dei, ut Saulem puniret, quo ipſe modo vellet. Non autem eadem conditione regnum Sauli E datum erat, qua Davidi. Nam cùm Hieroboam invaderet Iudam, cum octingentis millibus militum, Abias rex Iuda aſcendit in collem, & habuit orationem ad decem tribus; An neſcitis inquit, Deum dediſſe regnum Davidi fœdere ſalis? Sal non putreſcit aut corrumpitur: Deinde adhibebatur etiam in ſacrificiis. Alterum ergo ſignificabat fœdus illud ictum cum Davide, nunquam fore violandum. Alterum, ictum illud fuiſſe quodammodo per ſacrificia, atque ita jam eſſe ſacroſanctum. Non ita pollicitus eſt re- F gnum Sauli. Nam ſi promiſiſſet, auferri id illi non potuiſſet. Quamvis ergo DEUS iſta de Saule & Davide decreviſſet, tamen Saul ex propriis principiis & ſua ſponte peccavit. Ad præſentiam autem DEI ſi reſpicias, eſt quidem in ea aliqua neceſſitas, ſed tantùm ut aiunt, ex hypotheſi, quia DEI præſcientia non poteſt falli: non tamen turbat DEUS naturam rerum, ſed patitur ut quidquid fit, naturaliter & ſponte fiat.

Mercedis ad opera ratio diverſa.
Rom. 8. 18.
Neceſſitas.
Impar peccatorum pœna.
Diverſa conditione regnũ Sauli & Davidi promiſſum.
2. Par. 13. 5.

6 Sed propius accedamus: Conſtituiſſet regnum G tuum in æternum. Quomodo? Quia ab æterno decreta conſtituere potuiſſet, ut regnum ejus poſteritati ſtaret in æternum. Atque ita iſta potentia ſita erat in decreto DEI. Deinde etiam quod ad Saulis naturam attinet, potuiſſet DEUS illi conſtituere regnum in æternum: Quod in aliis regibus videmus factum, quos Deus cum peccaſſent, non dejecit. Sed eſt alia ſolutio longè facilior, ut dicamus iſta dici more hominum. Homines enim ſolent dicere aliquid fieri aut poſſe fieri, cùm apparet factum aut vi- H detur poſſe fieri. Ita enim Chriſtus loquitur, cùm ait, gaudete & exultate, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Ibi tamen erat interim Iudas: Ibi erant ſeptuaginta diſcipuli, qui poſtea à Chriſto diſceſſerunt. Quomodo ergo erant illorum nomina ſcripta in cœlis? Quoniam ita videbantur; & jam ex illis principiis habebant inchoationem. Ita ſcribitur in Apocalypſi; Tene locum tuum, ne alius accipiat coronam tuam. Quomodo erat ea corona, quæ poſſet amitti? Quoniam ita eſſe hominibus videbatur, & I quoniam illi utebantur illis externis mediis, quibus pervenitur ad coronam. Corona enim vel eſt ex prædeſtinatione; atque ea certa eſt, nec poteſt amitti: vel ex

Scriptura more hominum loquitur.
Luc 13. 20.

Digitized by Google

vel ex inchoatione, aut quod ita videatur: atque ea
Luc.8.18. poteſt interverti. De corona, quæ videatur, Chriſtus
ita loquitur: Ei, qui non habet, etiam quod videtur
habere auferetur. Non dicit, Quod habet: ſed tantùm
Heb.6.4. quod videtur habere. De inchoatione autem ſcribi-
tur ad Hebræos, Qui ſemel illuminati ſunt, guſtave-
rúntque bonum Dei verbum, &c. Illi, quod attinet
ad hæc media, habere videntur coronam: At ſi exci-
dant, non poſſunt renovari, inquit Paulus. Ita Saulis
Regnum conſtitui potuiſſet in æternum: quia ha-
buit eam inchoationem & ea media, quibus Regnum
retineri potuiſſet. Ita Iudæ ſubſtitutus eſt Mathias,
Iob 34.24. Abeli Sethus: Iudæis gentes. Ita Iob ait 34. cap. Deus
conterit gentes multas & fortes, & alias illis ſubſti-
tuit. Ita cum Angeli cecidiſſent, homines ſucceſſe-
runt in eorum locum. Atque hæc ſententia hujus lo-
Ier.18.8. ci apud Hieremiam, ſi ego locutus fuero malum de
aliqua gente, & gens ea egerit pœnitentiam: Ego
quoque agam pœnitentiam de omni malo, quod co-
gitaveram facere. Promiſſio facta Sauli de regno ha-
buit conditionem, cui cum ille non ſtaret, regnum
illi optimo jure eripitur.

De Tentatione.

Ex Gen.22.ſub finem. 7 Votis etymon eſt à *Nes*, quod eſt ſignum, ſive
Vide in Iud. cap.1.ver.9. indicium. *Naſa* enim, quod eſt tentare, tunc planè
Nomen. fit, quando indicio aut ſigno quopiam volumus ali-
Definitio. quid agnoſcere. Græci πειράζειν, ἀπὸ τῆς πείρας,
Cauſæ. quod eſt experientia. Definiatur: Tentatio eſt ex-
ploratio, ad eliciendam ignotæ rei notitiam. Cauſa
formalis, actio. Finis, notitia eſt extremus finis, quia
in hominibus piis, finis eſt ſæpe ut vincant & coro-
nentur: vel ſi labantur, ut divino auxilio relevati,
humilientur, ac magis in Dei obſervantia & cultu
reddantur alacres. Materia in qua fit, eſt noſter ani-
mus: verſatur verò circa omnia vitia, quæ tanquam ad
ſuum caput infidelitatem rediguntur. Efficientem
ejus cauſam, carnem eſſe, mundum, & diabolum, non
eſt dubium: ſed de Deo controvertitur, utrum illi a-
ſcribi poſſit.

Iac.1.13. 8 Iacobus hoc videtur negare, cùm dicit unum-
1.Cor.10.13. quemque à propria concupiſcentia tentari. Deúm-
Deus non tentat. que non eſſe malorum intentatorem. Et Paulus vi-
detur conſentire, ſaltem non omnes tentationes à
Deo proficiſci, quia illum dicit de tentatione exitum
facere. At plurimæ ſunt in quibus miſeri capiuntur,
neque illis datur exitus, imò in eis pereunt. Adhæc
non poſſumus ratione percipere, quî fiat ut Deus
peccata puniat, & illorum tentando efficiatur author.
His tamen non obſtantibus, ſanctæ ſcripturæ firmiſ-
Deus tentat. ſimè eſt adhærendum, quæ Deo paſſim tentationem
Deut.8.2. aſcribit. Deuteron.8. habes, Deum in deſerto filios
Iſrael tentaſſe, ut ſciret utrum ſervarent ejus præce-
pta, necne. Vbi ſimul habes tentationis finem. In
Pſalmo orat David ut illum tentet. Iob tentatus eſt,
Pſal.26.2. Deo illum tradente Satanæ. In primo Samuelis ha-
Iob 1.& 2. bes, quòd ſpiritus malus Saulem invaſerit & turbarit
1.Sam.18.10. à Domino. Et David ſecundo Samuelis à Satana fuit
2.Sam.24.1. incitatus, ut populum numeraret. At in Paralipo-
1.Par 21.1. menis 21. dicitur Deus, incitaſſe Davidem contra I-
Gen.22.1. ſraelem, ergo eadem actio & Deo & Sathanæ tribui-
1.Reg.22.19. tur. Hic de Abrahamo habemus apertum locum. A-
chabus eſt ſeductus volente Deo, qui ſpiritum miſit
ut eſſet mendax in ore prophetarum. Deus Pharao-
Eſa.6.9. nis cor induravit. Eſaiæ 6. mittitur Propheta ad præ-
dicandum, ut videntes non videant, excæcentur, in-
durentur: ne fortè, inquit, convertantur & ſanem
eos. Mittit eis Deus verbum in laqueum. Et Eſaiæ
Eſa.63.17. 63. conqueruntur patres, Quare ſeduxiſti nos, errare
Exod.6.19. feciſti cor noſtrum à viis tuis? Chriſtus dicit Philip-
Matt.8.13. po, unde ememus panes? ipſe ſciebat quid eſſet fa-
cturus, ſed ita loquebatur tentans eum. Et Deum
Ioan.6.6. Patrem noſtrum oramus, Ne nos inducas in tenta-
tionem. Sunt qui velint ſolvere, Deus tentat, id eſt, ſi-
nit, & permittit tentari. Sed hoc nihil adjuvat. Non
debemus abhorrere à locutione ſcripturarum. Si hoc
dicit ſcriptura, cur non & nos dicamus? Præterea hoc
non poteſt interpretari omnia loca à nobis adducta.
Nam Eſaiam ipſe Dominus mittit, & ſpiritum men-
dacem Achabo ipſe Deus, neque Abrahamus ab alio
quàm à Deo tentatus eſt. Adde, in permiſſione eſt

A Dei voluntas, & quando de re conſtat, quid immuta-
tio vocis prodeſt? Sed age videamus quid mali eſt,
ſi Deo tribuatur ut tentet? Nullum ſanè, imò conve-
nit ei & decet illius ingenium, qui in omnibus & ju-
ſtitiam & miſericordiam ſuam revelare ſtudet. Qui
tentantur, aut ad electos vel ad damnandos perti-
nent: ſunt pii vel impii. Si impii, quemadmodum
puniri poſſunt illorum peccata aliis peccatis, quod
primo ad Romanos explicatur, ita tentationibus pu-
B niri poſſunt, ut per illas corruant in diverſa mala, ob
quæ æternis pœnis digni judicentur. Si pii, eos ten-
tando, revelat & teſtatur Deus, quanti illos faciat:
jam ſtatim præſens eſt, illos liberat, coronat, & multis
& præclaris donis tanquam victores præmiat; vel ſi
labuntur, temporarius eſt ille caſus, tandemque feli-
cem habet exitum, quemadmodum Paulus dicebat.
Augentur illis ea via, fides, ſpes, & charitas, dum ſe
adjuvari vident & magno Dei favore hoſtes ſuos
vincere, aut quòd releventur à ſuorum peccatorum
C oneribus.

9 Reſpondeamus interim illis rationibus quæ Reſponſio ad argumen. quæ negant Deum tentare.
ſecus videbantur nobis perſuadere. Iacobus quando
negat Deum tentare, non id prorſus inficiatur, ſed ea Iac.1.13.
ratione qua illi ſui temporis carnales Chriſtiani eum
tentare aſſeverabant, quaſi illi dum peccabant, cul-
pa debuiſſent carere, ut hodie Libertini noſtri di-
cunt, omnia ſcilicet Deum in nobis facere, & ideo
nil eſſe peccatum, etiam furta, homicidia, adulteria,
&c. Nos quidem damus omnia Deum facere, ſed eo-
D rum alia ratio eſt prout à nobis, & prout à Deo fiunt.
Homines qui illa faciunt, peccant, ut qui non eo con-
ſilio adducantur in illa ut Deo cooperentur, neque
coguntur, aut inviti compelluntur in illa, imò ira-
ſcerentur ſibi impedimenta objicientibus ne pecca-
rent. Conſulant ergo ſuam conſcientiam, tuncque
planè videbunt, utrum inviti aut ut Deo gratificen-
tur peccent, vel potius ut ſuæ effreni cupiditati ſatis-
faciant. Modò pari ratione, inquit Iacobus: Non ita
ut vos tentat Deus, ut eorum quæ vos malè & im-
E probè agitis, in illum cauſa & culpa ſit rejicienda, à
veſtrâ concupiſcentia tentamini, id eſt, in veſtra ide-
eo ruitis ſcelera ut cupiditati urgenti ſatisfaciatis.
Quod ergo ibi Apoſtolus intellexit & voluit ſecun-
dum quid negatum, ſimplici negatione protulit. 1.Cor.10.13.
Paulus verò, quando dicit, Deum cum tentatione e-
xitum facere, de illis ſanè loquitur tentationibus,
quibus interdum pii & electi vexantur: quibus ſanè
plerunque, non modo exitum, ſed præmium habent.
Quod verò minus intelligere poſſumus, quomodo
F non pugnet cum divina juſtitia punire peccata, & ad
illa tentando impellere id non eſt mirum, plus enim
Deus facere poteſt, quàm nos intelligere. David ſe-
mel de his arcanis judiciis cognoſcendis dicit Pſalm. Pſal.73.17.
73. ſe multum fuiſſe ſolicitum, & moleſtiam illi fuiſ-
ſe intolerabilem, uſque dum ingrederetur Dei ſan-
ctuarium. Nos ergo conſtanter credamus, Deum ju-
ſtè facere quicquid agit, neque ab ipſius providentia
vel poteſtate quicquam ſubtrahamus eorum quæ ge-
runtur: quo autem pacto ſuæ juſtitiæ conveniant, aut
G cum illa pugnent, ſi non intelligimus, credamus hu-
militer.

10 Sed pergamus; cùm à Deo ſint, utrum à nobis An tentationes ſint deprecandæ.
deprecari debeant, nec ne? Diſtinguamus: tentatio-
nes aut ſunt adverſa, aut ſuggeſtiones ad mala ſcelera.
Si adverſa, non debemus deprecari ut nullis prema- 2.Tim 3.12.
mur adverſis, cum apertè nobis dictum ſit à Paulo,
Qui volunt piè vivere in Chriſto, perſecutiones pa-
tientur: & Chriſtus crucem ſuis porrigit fermè per to-
tam vitam ferendam. Sed ſi dubitemus in illis defice-
H re, aut illis gloriam Dei impediri, poſſumus orare ut
illas amoveat. Paulus orabat, & orari volebat, ut libe- Rom.15.30.
raretur à perſecutionibus quæ illi in Iudæa immine-
bant. Adhæc, ſi carne laborante dum affligimur, piè
rogamus Patrem, ut nos liberet ſi ei placet, ejus tamē
voluntatem noſtræ præferendo, poſtulato hoc nihil
peccamus: Quod Chriſtus in horto docuit, quando Matt.26.39.
Patrem oravit. Verùm ſi conſideremus ſanctos, dum Rom.5.3.
in illis Dei gratia fortiter ſe gerunt, videbimus illos
in eis gaudere, quia tribulatio patientiam operatur,
I patientia probationem. Et Petrus 1. c. ſuæ primæ dicit, 1.Pet.1.6.
Gaudium ſanctis eſſe in tentationibus. Imò Paulus
jactat & libenter gloriatur in ſuis adverſis, quæ non 2.Cor.12.9.

cogitat ut à diabolo aut à malis hominibus proficiſcuntur, verùm ut à Dei providentia, ſuntque ſui præmii & ſalutis organa. Si verò ſint ad malum, id eſt, ad peccata ſuggeſtiones, tunc diſtinguendæ, quia vel ibi eſt lapſus, vel victoria. Si victoria eſt eis conjuncta, hoc genus à ſanctis deſideratur, ut indies magis ac magis in eis diabolus, caro & mundus vincatur. At ſi de lapſu timeant, vel ipſe eſt temporarius, vel ſempiternus; ſi temporarius, tentatio deprecanda, quod facimus in oratione Dominica; Et ne nos inducas in tentationem. Hoc Christus Apoſtolos docuit, cum inquit; Spiritus quidem promptùs eſt, caro autem infirma, Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Et ratio id ſuadet; Omnia enim debemus deteſtari quæ divinæ voluntati A adverſantur, cujuſmodi eſt lapſus adverſus legem Dei; imò nihil eo nobis debet amplius diſplicere, quemadmodum patet ex præcepto; Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua. Quibus adde; Neminem debere eſſe adeo confidentem de ſuis viribus, ut in tentatione non timeat, ergo in ea ſemper orandum; at non deprecandum ut nulla pulſemur, cùm Deus noſtram vitam ſtatuerit eſſe militiam. A tentationibus verò quæ habent perpetuum & exitialem exitum, pij & ſancti homi- B nes ſibi non timent. Sciunt enim Deum ſibi Patrem eſſe, quòd non crederent, ſi ab illo ſuſpicarentur ſe derelinquendos: agnoſcunt deinde vocationem & dona Dei ſine pœnitentia eſſe, ut ad Romanos dicitur.

Matt. 6. 13. Mat. 26. 41. Deut. 6. 5. Levit. 11. 19.

D. PETRI MARTYRIS VERMILII FLORENTINI DIVINARUM LITERARUM IN SCHOLA TIGURINA PROFESSORIS, LOCORUM COMMUNIUM CLASSIS SECUNDA.

In qua de cognitione Dei Redemptoris agitur.

CAPUT PRIMUM.

De peccato præſertim originali, & univerſa naturæ humanæ depravatione. Vide ſimilem locum in Gen. 8. ſub finem.

Ex Epiſt. ad Rom. c. 5.

Quæ ſint capita tractanda.

Appellationes peccati originalis.

PRIMO loco videbimus, ſit ne aliquod peccatum Originis. Sunt enim qui illud exiſtere prorſus inficientur. Deinde quid ſit, dicemus. Poſtremò, quas habeat proprietates, & quomodo per ſucceſſionem traducatur in poſteros, quóque modo remittatur. Quod ad primum attinet, meminiſſe oportet, & in Sacris literis, & apud Patres varias ejus eſſe appellationes. Nam in epiſtola ad Rom. cap. 7. appellatur peccatum, & lex membrorum, & concupiſcentia: alibi Carentia juſtitiæ originalis, depravatio naturæ figmentum malum, fomes, languor naturæ, lex carnis, & alia id genus. Negabant hoc peccatum olim Pelagiani: hodie negant Anabaptiſtæ. Illorum argumenta hujuſmodi fere recenſeri poſſunt. Primum, aiunt, lapſum Adami, ſatis in eo ipſo fuiſſe punitum, & nihil eſſe cauſæ, cur Deus illud in poſteris ulciſci velit, præſertim cùm in Propheta Nahum ſcriptum ſit, Deum non punire bis in idipſum: nam illi ſatis eſſe ſemel animadvertiſſe. Deinde etiam ſcriptum eſſe, filium non portaturum iniquitatem patris: ſed animam quæ peccaverit: ipſam eſſe morituram. Deinde corpus cum formatur in utero, eſſe opificium Dei, nihilq; habere quod reprehendi debeat: imò potius quod non ſit ſumma admiratione dignum, animam item à Deo vel creari, vel infundi. Rationem autem propagationis non poſſe videri malam, quoniam nuptiæ in ſacris literis commendantur, & ab initio Deus juſſit hominem procreare. Quærunt igitur inter tot præſidia innocentiæ, per quas rimas peccatum ſe potuerit inſinuare. Addunt etiam, Paulum in priori epiſtola ad Corinthios, cùm ſuadet fideli conjugi, ut cum infideli maneat, ſi illi velit cohabitare: inter alia dicere, Filii veſtri ſancti ſunt. Atqui non poſſe eſſe ſanctos, ſi naſcantur in peccato. Itaque eos qui naſcuntur è fidelibus parentibus, non poſſe contrahere peccatum originis. Adhæc etiam jactari

Rom. 7. 8. & 23. Pelagiani & Anabaptiſtæ negant peccatum originis. Nahum. 1. 9. Ezech. 18. 20. Argumenta negantium peccatum originis. 1. Cor. 7. 14.

vulgò, peccatum eſſe dictum, factum; aut concupitum contra legem Dei, nec eſſe peccatum niſi vo- C luntarium. Utque Ioannes ait in Epiſtola ſua prima cap. 3. Peccatum eſſe iniquitatem, cui opponitur æquitas, aut æquum. Id autem non poſſe aliud aſſignari, quàm quod in Lege contineatur: atque ita peccatum eſſe Legis tranſgreſſionem, quæ omnia in infantes, dum naſcuntur, non poſſint cadere. Neq; conſentaneum videri, quod quidam dicunt, hoc peccatum per carnem, aut corpus transfundi. Carnem enim & corpus res eſſe natura ſua ſtupidas, nec poſſe videri ſubjectum idoneum peccati. Et ad ſtatuendū D ſuum commentum addebant, ea quæ à Paulo dicuntur Rom. 5. ad peccata ea quæ actualia dicuntur, trahenda eſſe. Per unum autem hominem peccatum dici ingreſſum in mundum, propter imitationem & exemplum, quod poſteri ſequuti ſint.

1. Ioan. 3. 4. Rom. 5. 12.

2 His illi & ſimilibus argumentis adducti, negant aliquod eſſe peccatum originis. Mortem verò & afflictiones hujus vitæ, quæ pro indiciis adferri ſolent, quibus originalis culpa confirmatur, dicunt ex naturalibus cauſis exiſtere: quales ſunt elemen- E torum & humorum temperatura. Ideoq; commentum inane eſſe, quod nos ea ad lapſum Adami revocemus. Abſurdiſſimum autem eſſe putant, peccatum aliquod ſtatuere, quod nullo modo poſſit evitari. Poſtremò, inquiunt, ſi ea ratione diceremur peccaſſe in Adamo, quia fuimus in ejus lumbis, quemadmodum in epiſtola ad Hebræos dicitur de Levi, decimatum eum fuiſſe in lumbis Abrahami: Pari eademque ratione dicemus, nos fuiſſe in lumbis aliorum noſtrorum majorum, à quibus per procreatio- F nem deſcendimus. Quare non eſſe cauſam, cur magis Adami, quàm avorum, atavorum, tritavorum, atque omnium majorum noſtrorum peccatum in nos dimanaverit. Atque ita infeliciſſimam videri poſſe illorum conditionem, qui ultimis temporibus naſcituri ſunt: Illos enim portaturos eſſe iniquitates omnium ſuorum majorum. Hæc illi, ut doceant nullum eſſe peccatum Originis.

Heb. 7. 9.

3 Nos verò è diverſo illud exiſtere, probabimus multis Scripturarum teſtimoniis. In libro Gene- G ſeos capite ſexto Deus ſic loquitur: Non rixabitur ſpiritus meus in homine perpetuò, quoniam caro eſt. Et rurſus: Figmentum cogitationum cordis eorum duntaxat malum eſt omnibus diebus. Et in octavo capite: Figmentum cordis eorum malum eſt à pueritia ipſa. Hæc verba indicant, in natura noſtra cùm

Teſtimoniis ſcripturæ probatur eſſe peccatum originale. Gen. 6. 3. & 5. Gen. 8. 21.

Digitized by Google

ſtra cùm producimur, vitium aliquod hærere. David quoque ait: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: quo teſtimonio nihil eſſe poteſt evidentius. Hieremias etiam capite decimo ſeptimo ait: Cor hominis pravum eſſe, & perverſum, & præfractum. Et idem Hieremias, & Iobus, execrantur diem illum, quo nati fuerant in mundo: quod ſecum viderent, originem, & fontem vitiorum natum eſſe. Iobus autem manifeſtiſſimum habet immunditiæ nativitatis noſtræ teſtimonium: Sic enim ait: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Et ſervator noſter ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non ingredietur in regnum cœlorum. Quemadmodum autem figulus non refingit aliquod vas, niſi illud viderit ante fuiſſe male fictum: ita Chriſtus nollet nos denuo generari, niſi videret, nos prius infeliciter fuiſſe generatos. Quod alio etiam loco teſtatur, inquiens: Quod natum eſt ex carne, caro eſt; & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Quibus verbis voluit nos intelligere, ideo Spiritus regenerationem eſſe neceſſariam, quòd ante carnalem tantum regenerationem habuerimus. Paulus capite ſexto ad Romanos ait: Ideò non manendum eſſe in peccato, quod illi jam ſimus mortui. Id autem probat ex baptiſmo. Quicunque enim, inquit, baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in mortem ipſius baptizati ſumus, ad hoc ut peccato moriamur; utque vetus homo noſter crucifigatur, & aboleatur corpus peccati. Cum autem pueri baptizentur, vel hinc habemus teſtimonium in illis eſſe peccatum; Nam alioqui ratio baptiſmi, ut ibi à Paulo deſcribitur, non conſtaret. Eandem rationem ſequitur etiam in Epiſtola ad Coloſſenſes, ubi ait, nos eſſe circunciſos circunciſione non manufacta, in expoliatione corporis peccatorum carnis, conſepultos Chriſto in Baptiſmo. Confert Baptiſmum cum circunciſione: & eos, qui baptizantur, ait expoliari corpore peccati. Neque dubium eſt, eos qui tinguntur, in remiſſionem peccatorum tingi. Et Circunciſio, quæ in veteri Lege dabatur pueris, certe reſpondebat noſtro Baptiſmo. De ea vero ſcribitur: Anima cujus caro præputij circunciſa non fuerit octavo die, morte moriatur. Quare cùm pueri Sacramento regenerationis opus habeant, neceſſario conficitur, eos naſci obnoxios peccato. Paulus ad Epheſios ait: Nos eſſe natura filios iræ. Atqui natura noſtra non poſſet Deo eſſe odioſa, niſi eſſet contaminata peccato. Et eodem in loco Paulus graviſſimis verbis deſcribit hujus iræ atrocitatem: quod ambulemus juxta principem hujus ſeculi, qui eſt efficax in cordibus noſtris propter contumaciam, atque ideo faciamus voluntatem carnis & mentis noſtræ. Citat Auguſtinus locum etiam ex Epiſtola priori ad Corinthios, Chriſtum mortuum fuiſſe pro omnibus. Vnde ſequitur, omnes fuiſſe mortuos & illius morte opus habuiſſe. Nefas autem eſt, pueros ex illorum numero excludere, pro quibus Chriſtus mortuus eſt. Quod ſi quæſiveris, cujuſmodi illi fuerint, pro quibus Chriſtus mortuus ſit, ſatis id Apoſtolus expreſſit in Epiſtola ad Romanos, cum illos eſſe diceret infirmos, inimicos Dei, impios, peccatores. Inter quos parvulos etiam oportet numerare, ſi volumus Chriſtum pro eis fuiſſe mortuum. Adhæc peccatum Originis videtur clariſſimè doceri ex capite ſeptimo Epiſtolæ ad Romanos: Sic enim ſcribitur: Lex ſpiritualis eſt, ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato. Et additur: Non quod volo bonum, hoc ago: ſed, quod nolo malum, illud facio. Neque vero ego operor illud, ſed inhabitans in me peccatum. Commemorat etiam Legem membrorum, qua conqueritur, ſe captivum & invitum trahi. Et in capite octavo ait: Senſum carnis inimicitias eſſe adverſus Deum, nec legi Dei ſubjici: imò ne poſſe quidem. Mors etiam quam parvuli ſubeunt, ſatis teſtatur, in illis hærere peccatum: niſi dicere velimus, Deum punire immerentes. Præterea locus ad Romanos quinto: Originalis peccati luculentiſſimum continet teſtimonium. Sic enim ſcribitur, Per unum hominem peccatum ingreſſum eſſe in mundum, & omnes ad unum peccaviſſe: & unius delictum per omnes eſſe pervagatum: & propter unius inobedientiam multos conſtitutos eſſe peccatores. Adhæc illi

Ier.17.9. — Ier.20.14. — Iob 3.3. — Iob 14.4. — Ioan.3.3. — Ibid.6. — Rom.6.3. — Rom.6.2. — Coloſſ.2.11. — Gen.17.14. — Eph.2.3. — Eph.2.2.& 5. — 1.Cor.15.22. — Rom.5.6. & 8. — Rom.7.v.14. 19.23. — Rom.8.7. — Rom.5.v.12. 11.& 19. — Rom.11.17.

qui Chriſto inſeruntur, ad finem ejuſdem epiſtolæ dicuntur oleaſtri: qua metaphora homo ſignificatur à bona inſtitutione naturæ ſuæ degeneraſſe. Quod ſi à natura noſtra diſceſſimus, certe contraximus originale peccatum: Et Paulus accuſavit univerſum mortalium genus, ut diceret; Non eſt juſtus, non eſt intelligens, aut requirens Deum: Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui exerceat bonitatem, non eſt uſque ad unum, &c. Quæ omnia depravationem humanæ naturæ ſatis indicant. Ex his teſtimoniis ſcripturarum, ſatis, ut opinor, liquet, eſſe Originale peccatum.

Rom.3.10.

4 Proximo loco diluenda erant adverſariorum argumenta. Sed prius operæprecium fore duxi, definitionem Originalis peccati explicare. Nam ea diligenter perpenſa & cognita, multa obiter intelligentur, quæ faciant ad illorum rationes diſſolvendas. Primùm recitabimus aliorum ſententias; deinde, quid nobis videatur, proferemus. Pelagiani ſtatuerunt peccatum Adami non dimanaſſe in poſteros, niſi tantùm per imitationem. Adverſus illos ſtrenuè pugnavit Auguſtinus, & multis argumentis oſtendit, peccatum Originis, non tantum eſſe imitationem peccati Adami: Nam ſi Paulus dicere voluiſſet, hac ratione propagatum fuiſſe primum peccatum, non dixiſſet id ab Adamo fluxiſſe, ſed potius à diabolo. Is enim primus peccandi formam & exemplum dedit. Vnde Chriſtus apud Ioann. dicit Iudæos, qui ſe gloriabantur ex patre eſſe Abrahamo, diaboli potius eſſe filios, quòd opera ejus facerent. Diabolum enim ab initio fuiſſe homicidam: & illos ſe, hominem nihil male de illis meritum, velle occidere. Et ad hoc Auguſtinus citat illud, quod habetur cap. ſecundo libri Sapientiæ, Invidia diaboli mortem ingreſſam eſſe in orbem terrarum, & illos eum imitari, qui ſint ab ejus partibus. Cui tamen ſententiæ ego non multum tribuo: partim quia ille liber non eſt in Canone, partim quia in Græco textu aliquid eſt ambiguitatis. Non enim aſcribitur verbum Imitantur, ſed πειράζουσι hoc eſt, mortem illam experiuntur. Ratio tamen firma eſt, à diabolo fuiſſe primum exemplum peccandi. Deinde hæc opinio confutatur ex eo, quod Paulus antitheſin facit inter Chriſtum & Adamum. At Chriſti juſtitia non tantùm proponitur nobis imitanda, ſed etiam ut qui credunt in eum, animo mutentur, ſpiritu corrigantur, & omnibus viribus emendentur. Quamobrem viciſſim ſequitur, ad rationem ἀντιθέσεως, ut præter malum exemplum, quod Adamus exhibuit poſteris, naturam etiam illorum depravaverit, utque Auguſtinus de peccatorum meritis & remiſſione loquitur, tabe quadam rabificaverit. Tertio, id quoque facit contra Pelagianos, quod & ipſi infantes moriuntur. Nam ut Paulus ait ad Romanos cap. 6. Stipendium peccati, eſt mors: donum autem Dei, vita æterna per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum. Et primæ ad Corinthios decimo quinto capite: Telum, inquit, mortis, eſt peccatum. Poſtremò, Baptiſmus, qui datur parvulis, non poteſt in eis delere peccatum imitationis: Quare neceſſe eſſe, ut in illis aliud genus peccati ſtatuamus, niſi eos velimus fruſtrà baptizari.

Pelagiani ſtatuunt, peccatum Adami tantùm propagari per imitationem. — Rom.5.12: Non Adamus ſed diabolus primum peccandi exemplum protulit. — Io.8.41. & 44. — Sap.2.24. — Rom.5.18: Chriſti juſtitia non tàtùm proponitur imitanda. — Rom.6.23. — 1.Cor.15.56. In parvulis non poteſt deleri peccatum imitationis.

5 Alia prætereа opinio fuit, ea quam recenſet Magiſter Sententiarum 2. diſtinctione trigeſima eorum, qui putabant Originale peccatum eſſe tantum reatum, aut noxam, aut obligationem, ad quam obſtricti ſumus propter peccatum Adami. Ita iſti in illis qui naſcuntur, vere ac reipſa culpam aut peccatum non agnoſcunt; ſed tantùm noxam quandam atque obligationem, ut moriantur, & damnentur propter peccatum Adami. Hanc opinionem videtur propemodum Pighius renovaſſe. Is enim peccatum Originale negavit verè peccatum eſſe, quod neque tranſgreſſio Legis ſit, nec voluntarium. Itaque illud ſtatuit, nihil aliud eſſe, quàm peccatum Adami; propter quod nos ejus poſteri facti ſumus obnoxii damnationi & morti, extorres effecti à regno cœlorum. Mortem autem & afflictiones hujus vitæ, & cupiditates carnis, & afflictiones alias hujus generis, ex principiis eſſe naturæ; quæ omnia tantùm abeſt ut peccata dicat, ut ea Dei opera eſſe prædicet. Deum enim authorem eſſe naturæ; &

Pighius vitium originis facit potius obligationem quàm culpam. — Mortem ex principiis naturæ ſtatuit.

Digitized by Google

iſta conſequi humores & temperaturam corporis: **A** quodque videamus accidere in brutis animantibus, idem evenire in hominibus quod ad carnem,& craſſiores animi vires attinet, ut ea, quæ ſunt conſervantia, ſuavia,& commoda expetantur, ſive rationi conſentanea ſint, ſive adverſentur: contraria autem ut evitétur.

Culpam originis unicam Adami tranſgreſſionem ſtatuit.

Citra pœnam ſenſus hoc peccatum credit puniri

Culpam igitur Originis unicam ſtatuit tranſgreſſionem Adami. Cui uni nos omnes vult naſci obnoxios, non propter aliquod vitium, aut culpam,aut depravationem,quam in nobis habeamus. Eos autem **B** qui moriuntur, hoc tantùm Adami vitio obnoxios, nequaquam pœna ſenſus affligendos eſſe in altera vita. Nam eos imaginatur(neque enim id audet conſtanter affirmare) ſive in hoc mundo, ſive in alio loco ſatis delitioſo, felices fore naturali quadam beatitudine, in qua degant Deum laudantes, & gratias agentes,licet à regno cœlorum exulent:de quo tamen incommodo,ut ille ſomniat,nihil conquerantur,aut ea cauſa contriſtentur. Hoc enim eſſe divinæ voluntati reluctari,quod ſine peccato fieri non poſſet. **C** Cùm autem,dum hic agerent,nullam pravam voluntatem habuerint, non eſſe credibile,eos illam in altera vita habituros. Eos autem pœnam ſenſus non eſſe perpeſſuros,videtur ſibi pulchrè probare, idque duplici ratione.

Nota duas Pighii rationes.

Primùm, quod illi nihil mali admiſerint,neċ ulla pravitate ſeſe contaminaverint. Deinde,quòd in hac vita nulla requiritur pœnitentia, aut contritio pro peccato originali. Atque hujus commenti hunc habet prætextum, quòd peccatum accipi non debeat,niſi vera & propria ratione,hoc eſt,ut ſit dictum, **D** factum, aut concupitum contra Legem Dei: & voluntarium, quod non obtrudatur invitis, ſed evitari poſſit.

Peccatum non vult accipi niſi unica,ratione.

Atque cùm iſta in parvulis locum non habeant,peccatum in illis eſſe non poſſe. Peccatum tamen originis ait ſe non negare: eſſe enim illud peccatum Adami, propter quod omnes condemnemur & moriamur.

Ita ſentit Pighius ut liberum arbitrium defendat.

Simile Pighii.

Idcirco autem dixi iſtum prætextus quærere, quod re vera illum videam,ut hæc dicat, alia cauſa commoveri. Nam cùm libero arbitrio tantum tribuat,& ea de re contra nos tam multa ſcripſerit, **E** videritque ea non poſſe conſiſtere, ſi Originis peccatum apertè(ut ab omnibus piis traditur)fateretur:ea cauſa,novam hanc ſententiam ſibi reperit:quæ tamen,ut dixi,non eſt omnino ita nova: Nam à Magiſtro Sentent. & attingitur, & exploditur. Verùm ut inventum ſuum luculentius coloret,adducit ſimile de aliquo munificentiſſimo principe, qui ſervum aliquem ſuum non tantùm manumittat, ſed etiam donet principatu, & opibus cumulet, quæ ad poſteros etiam ejus ſint rediturӕ: **F** illi autem hoc tantùm præcipiat, ut certa quædam mandata fideliter obeat: quæ ſi tranſgrediatur,ſciat omnes illas opes & copias ſibi ereptum iri, ſéque ad priſtinam ſervitutem eſſe rediturum. Hic ſervus ut imprudens & ingratus violat mandata principis; atque ita non modò ipſe ſervus efficitur, ut ante fuit, verumetiam liberos procreat ad ſervitutem. Liberos autem illos nihil habere, quod querantur de ſervitute Principis: ſed potius, quòd gratias agant, quòd patrem ſuum ita liberaliter tractarit. **G** De patre autem, poſſe illos vehementer dolere, quod illa ornamenta, & ſibiipſi, & ſuis perdiderit. Imò quid ſi hoc etiam addas tantam fuiſſe ejus Principis liberalitatem, ut etiam poſteros ingrati ſervi ad eadem illa beneficia, & longè etiam majora invitaret, atque ita invitaret, ut filium ſuum ad eos provocandos ultrò mitteret? Sic, inquit, habet ſe res noſtra. Adamus ita creatus fuit à Deo, ut eſſet capax ſupernaturalis felicitatis: qui tamen cùm Dei mandata contemneret, omnibus illis dotibus ſupernaturalibus ſpoliatus eſt, & **H** priſtinæ conditioni naturæ ſuæ relictus. Atque in ea conditione nos quoque procreamur, & ita propter ejus peccatum condemnamur, & morimur, extorres à regno cœlorum,multa patientes incommoda,quæ à principiis naturæ noſtræ derivantur. Itaque de primo parente conqueri poſſumus, at non de Deo. Is enim erga illum liberaliſſimus, præſertim verò, cùm nos ad ſe, qui eſt ſumma felicitas,per unicum Filium ſuum revocet, cúmque propter noſtram ſalutem mortem obire voluerit.

6 Verùm contra hanc ſententiam in primis illud facit, quod jam bis diximus,videlicet, infantes mori. **A** Mors enim nihil iuris habet, ubi non eſt peccatum, niſi dicere velimus: Deum punire innocentem.

Mors non habet jus,ubi nō eſt peccatum. Rom.5.14.

Confirmetur autem hæc ratio, ex argumento Pauli, quo probavit, peccatum fuiſſe ante Legem: Quia mors, inquit,regnavit ab Adamo uſque ad Moſen. Atqui juxta Pighii ſententiam, hæc ratio hebetiſſima videri poſſet. Diceret enim quiſpiam: Etſi illi mortui fuerint, tamen ex eo non ſequitur, illos habuiſſe peccatum. Mors enim illis contingit propter Adamum,ob **B** cujus peccatum redditi ſunt mortales.

Peccatum in ſe habitare fatetur Apoſtolus. Rom 7.10. & 23.

Deinde Paulus, nonne vitium in natura confitetur,quando peccatum prædicat in ſe habitare, & fatetur Legem membrorum trahere ſe captivum, & alia id genus? Neque verò mihi objiciat Pighius, iſta eſſe ex principiis naturæ. Hæc enim principia ſunt, non integræ, ſed corruptæ & vitiatæ naturæ.

Nos non habemus principia naturæ integræ, ſed vitiatæ.

Diſpar eſt ratio hominis & brutorum.

Neque debet in hac re ſimilitudinem ducere à brutis. Homo enim creatus eſt, ut brutis eſſet longe præſtantior, & illis imperaret. Habuit quidem homo in ſe principia, **C** ut ſuavia cuperet, & utilia: at non contra rationem & verbum Dei. Nam iſtos affectus habere tam impetuoſos & violentos, non hominum eſt, ſed brutorum.

Corpus oportuit animo convenire.

Deinde animus noſter, cùm eſſet immortalis, & divinitus datus,requiſivit corpus ſibi aptum,nimirum quod poſſet æternùm conſervari: ne animus abſque eo aliquando eſſe cogeretur. Quare non oportet ad principia naturæ confugere. Non enim talis inſtituta fuit,qualem nunc habemus.

Eſt blaſphemia,Deum facere pravorum affectuum authorem.

Quod ſi Pighius fingat, Deum has cupiditates & pravos affe**D**ctus in nobis creaſſe,erit in illum blaſphemus & contumelioſus: quæ ille vitia nobis immeritò conatur impingere. Cùm enim Deus ſit & optimus,& ſapientiſſimus,& juſtiſſimus,& hominem creaverit ad ſummam felicitatem: non illi ea indidiſſet, quibus ab ea felicitate retraheretur, quæ ſuaderent oppoſitum mandatorum ſuorum, quæ ſua ſponte fœda eſſent, & nos captivos abducerent in Legem peccati & mortis.

Pravi Affectus cùm ſint mortificandi, ſunt peccata.

Hæc enim ſi mortificanda ſunt & crucifigenda, ut certè ſunt, fateri oportet, vitia ea eſſe, & Deo inimi**E**ca. Neque tanti eſt, quod dicit, ea propriè non eſſe peccata: niſi, quemadmodum frigus dicitur pigrum, quòd homines reddat pigros; ita iſte, quod homines incitant ad peccatum, idcirco aliquo modo appellari poſſe peccata.

Simile.

Aut quemadmodum Scriptura dicitur manus, quod manu ſit confecta: aut loquela appellatur lingua, quod ejus opera proferatur: ita hæc poſſe appellari peccata, quod profecta fuerint à peccato. Iſtæ ſimilitudines nihil Pighii cauſam relevant. Etſi enim Auguſtinus ſic interdum loqui **F** ſoleat, id tamen de illis defectibus & vitiis intelligi voluit, quæ inſunt in homine poſt baptiſmum.

Rom.7.5.

Natura peccati ad omnia extéditur,quæ legi Dei adverſantur. Ioan.3.4.

In quo ſit iniquitas.

Simile.

7 Verùm ante baptiſmum, omnino ait ea eſſe peccata; imò etiam Spiritus ſanctus apud Paulum ea peccata vocat,& natura peccati eis convenit. Ita enim peccatum definivimus, ut ad omnia pertineat, quæcunque Legi Dei adverſantur. Nam ut Ioannes ait, peccatum eſt iniquitas. Quis autem non videat, iniquum eſſe,ut caro velit ſibi ſubjicere ſpiritum,& ani**G**mus noſter nolit acquieſcere verbo Dei? Cùm itaque omnia iſta nos ad tranſgrediendum incitent, & ad rebellandum contra verbum Dei,& iniqua ſunt,& peccata dici debent.

Pſal.51.7.

Eph.2.3.

Adhæc adverſantur Pighio verba Davidis: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Si prava cupiditas & hæc vitia naturæ opera eſſent, certè vir Dei de illis non quereretur. Et quid aliud ſenſit Apoſtolus Paulus, cùm ſcriberet ad Epheſios: Nos eſſe natura filios iræ, niſi peccatum ineſſe in unoquoque no**H**ſtrûm? Tamen hoc teſtimonium Pighius nobis conatur perverſa interpretatione extorquere. Natura enim eſſe filios iræ, nihil aliud eſſe ait,quàm eſſe filios iræ: videlicet, quadam ſorte naſcendi, quòd ſic edamur in lucem. Et adducit, quòd quidam dicantur natura ſervi: quod nihil aliud eſt, quàm eos ea conditione natos eſſe, ut ſerviant.

Ira Dei, non provocatur niſi juſtè.

Verùm huic commento, nos, nec poſſumus, nec debemus acquieſcere: nam ira Dei, non niſi juſtè provocatur. Neque enim ea ejuſmodi eſt,ut temere,aut fortuitò **I** inflammari poſſit. Quare oportet in natura noſtra aliquid eſſe pravi,ad quod ulciſcendum,ira divina excitetur. Et illud ſimile ejus propoſito non inſervit:

Nam

Digitized by Google

Natura ſervi aliquid in ſe habet quod aptum eſt ad ſervitutem.

A Nam qui dicuntur natura naſci ſervi, etiam natura aliquid in ſe habent, quod aptum ſit ad ſervitutem. Nā ſi Ariſtoteli in Politicis ſcribenti credimus: natura ſervi ſunt, qui corporis viribus excellunt, ratione autē hebetes & tardi ſunt. Ex eo fit, ut magis idonei ſint, qui ſerviant, quàm qui imperēt aliis, & liberè vivant. Apoſtolus etiam ſatis declarat, quare nos appellet natura filios iræ, ſcilicet quòd natura proni videamur ad iram Dei excitandam, & ambulemus juxta principem hujus mundi: quodque in cordibus noſtris diabolus efficax ſit propter incredulitatem: quodque faciamus voluntatem carnis & mentis noſtræ. Hæc ſunt, quæ nos efficiunt natura filios iræ. Et quomodo negari poteſt vitium in natura noſtra, cùm Chriſtus nos velit regenerari? Niſi enim pravi eſſemus facti, quid opus eſſet, ut refingeremur? Adhæc in cap. 8. libri Geneſ. apertè dicitur: Figmentum humani cordis malum eſſe ab ipſa uſque pueritia. Et quomodo audebit Pighius, id opus Dei, & rem bonam eſſe dicere, quod Spiritus ſanctus expreſsè appellavit malum? Verùm, ne nihil dicere videatur, comminiſcitur, id à Deo fuiſſe dictum ex miſericordia, quaſi ſic homines excuſare vellet, ac teſtari, ſe nolle amplius aquis terram evertere, quod homines ita facti eſſent, & cogitationes illorum ad malum tenderent, idque jam inde à pueritia. Atqui dum hanc excuſationem eſſe iudicat, vehementer fallitur. Hic enim ejus loci potior & magis nativus putatur eſſe ſenſus: Deum voluiſſe inire fœdus cum Noah, ſe nunquam rurſus orbem terrarum diluvio perditurum, quamvis alioqui homines tales eſſent, ut id mererentur, & figmentum cordis illorum iam inde à pueritia malum eſſet. Hæc humanam naturam à vitio non excuſant, ſed potius eam vitioſam & corruptam eſſe notant: cui tamen Deus pro ſua miſericordia velit parcere.

Eph. 2. 2.

B

Ioan. 3. 3.
Gen. 8. 21.

Quod ſpiritus ſanctus malū vocat, non eſt opus Dei.

C

Declaratio loci Geneſeos.

D

Rom. 5. 19.
Qui dicitur peccator, vel in actu peccatum habet, vel ante peccatum admiſit.

8 Poſtremò habemus à Paulo, per inobedientiam unius hominis, multos conſtitutos eſſe peccatores; quod indicat, in illis qui naſcuntur ex Adamo, eſſe vitium, propter quod peccatores dici poſſint. Sed E hoc Pighius putat ſe poſſe eludere, quòd peccatores interdum dicantur propter reatum, quamvis actio peccandi præterierit, neque amplius extet. Quamvis hoc ita ſit, nunquam tamen oſtendere poteſt è Scripturis, quemquam peccatorem appellari, quin aut in ſeipſo vitium habeat, aut certè antea admiſerit: niſi dicere velit, Deum homines reos facere, abſque ipſorum aliquo peccato. Deinde non animadvertit Pighius, ſua iſta fictione, mediam ſententiam induci, de ſtatu eorum, qui obeunt tantùm in reatu F Adami: cùm Scripturæ nos apertè doceant, in extremo judicio nihil futurum medium, ſed homines aut æterno igni committendos eſſe, aut æterna felicitate fruituros. Et temerarium eſt, in iis rebus longius velle progredi, quàm in ſacris literis ſit revelatum. Quare moderatius agunt, magisque ſapiunt, qui totum hoc negocium relinquunt divinæ providentiæ. Sed operæpretium eſt videre, quibus rationibus noſter Pighius moveatur. Non afficientur, inquit pœna ſenſus: quia nulla voluntate prava in hac vita ſe G contaminaverunt. Quid hoc ad rem? Satis enim eſt, ingenium pravum habuiſſe: Nam proni erant ad peccandum, licet per ætatem peccare non potuerint. Catulus lupi interficitur, qui tamen poſſet ſe excuſare, quòd oves nondum occiderit, aut ullum damnum gregi intulerit: juſta tamen ratio eſt, cur occidatur, quod ingenium lupinum habeat, & ita facturus ſit, ſi permittatur vivere. Hoc addit Pighius aliud argumentum: quòd pro peccato Originis dolor aut contritio non requiratur. Cæterùm, unde H hoc probare poteſt? Nam omnes ſancti graviter ingemuerunt, quòd hoc vitio opprimerentur. David eo ipſo tempore, cum in pœnitentia verſaretur, irrupit in hæc verba; Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. Paulus hoc vitium ita deplorat, ut exclamet: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore hoc morti obnoxio? Cūmque ait Pighius, iſtos ſuo ſtatu contentos fore, non alia utitur ratione, quàm quòd ſi reluctarentur divinæ voluntati, & ob ſententiam, in ſe latam, triſtarentur, peccarent: quod mi- I nimè licet de illis ſuſpicari, cùm in hac vita peccatum non admiſerint. Sed hic interrogandus eſt Pi-

Pighius facit ſtatum mediū inter damnatos & felices.
Matt. 25. 34. 41.
Matt. 13. 13.
Ioan. 5. 29.

Simile.

Ad condemnationem ſatis eſt corruptam habere naturam, ſi extra Chriſtum quis fuerit.

Sancti graviter gemunt, ſe hoc oppreſſos vitio.
Pſ. 51. 7.

Rom. 7. 24.

A ghius, num infantes, rectam illam voluntatem habuerint in hac vita? Neceſſe eſt, ut id neget, cùm per ætatem eam habere non potuerint. Quod cùm ita ſit, cur eam illis audet in alia vita tribuere? Probabilius multò eſt, ibi eos malam voluntatem habituros, cujus hic principium in illis fuerit: quàm bonam, cujus hic nulla veſtigia poſſederint. Simile verò illud, quod adduxit, de liberali Principe, qui ſervum ſuum, non modo manumittat, ſed etiam ad ma- B gnos honores provehat, non eſt proprium ejus inventum. Vſurpatur enim ab Ægidio Romano theologo Scholaſtico, qui tamen unà nobiſcum agnoſcit naturæ vitium, atque inſitam ab origine pravitatem. Illud tamen oportet excutere, ne ut aulæum vitia parietis, ita illud ſua ſpecie atque pictura aliquid erroris contegat, & nobis perniciosè imponat. Adamum nobis proponit tanquam ſervum, qui ab initio & manumiſſus fuerit à Deo, & præclariſſimis donis cumulatus, atque ita cumulatus, ut ea etiam in po- C ſteros ejus propagarentur, modò ille Dei præſcripto & Legi paruiſſet: ſin id facere negligeret, ipſe cum univerſa poſteritate, ad priſtinam conditionem rediret ſervitutis. In hoc deliteſcit error Pighii: Fingit enim ſibi hominem, qui naturam ab initio habuerit corruptionibus obnoxiam, & ſervituti affectionum irrationabilium obſtrictam. Quod non eſt verum: Factus enim eſt à Deo integer, non ut eſſet inſtar bruti. Cupiditates quidem habuit ad ſuavia & conſervantia: non tamen quæ illum incitarent contra D verbum Dei, & rectam rationem. Datúmque illi corpus eſt, quod poſſet æternùm durare. Itaque cùm peccaret, non incidit in priſtinam conditionem, ſed novam ac recentem infelicitatem ipſe ſibi accerſivit. Hæc in præſentia ſatis erunt de illa ſecunda opinione.

Ægidius theologus Scholaſticus.

Simile.

Homo non habuit ab initio naturam corruptam & vitioſam.

9 Tertia eſt, cupiditatem & concupiſcentiam inſperſam carni & membris, eſſe peccatum Originale. In qua ſententia fuit Auguſtinus, ut apparet ex ejus libro de Peccatorum meritis & Remiſſione 1 & ex a- E liis pleriſque locis. Quem Scholaſtici interpretantur ſenſiſſe, non tantùm de concupiſcentia craſſiorum partium animi, ſed etiam de pravitate voluntatis. At Pighius reclamat: Auguſtinum ſtatuiſſe, carnis tantùm & membrorum concupiſcentiam eſſe peccatum Originis: quaſi Auguſtinus non ſenſerit, ex pravitate affectionum & occæcari mentem, & corrumpi voluntatem. Nam cùm iſta vitia inter ſe conjuncta ſint, una voce ea omnia complecti voluit. Vſus eſt autem nomine concupiſcentiæ, quòd in ea ma- F gis appareat & eluceat vis hujus morbi. Vnde Hugo, de Sacramentis ſcribit, peccatum Originis eſſe, quod trahimus à nativitate per ignorationem in mentem, & per concupiſcentiam in carnem. Poſtremò Chriſtus cùm ait, neminem ſervari poſſe, niſi regeneretur, non tantùm de carne intellexit, aut de parte animi concupiſcente. Nam rationem noſtram & voluntatem inprimis renaſci oportet. Deinde ſequitur affectuum & corporis regeneratio, per quam omnia ſpiritui & verbo Dei, quemadmodum G par eſt, ſubjiciuntur. Neque Auguſtinus per concupiſcentiam intellexit actionem cupiendi: ſed habilitatem, pronitatem, & ingenium proclive ad malefaciendum. Quæ vitia in pueris non ſemper agnoſcuntur, niſi quatenus ſe per ætatem produnt. Sic enim in profundis tenebris, inter videntem & cæcum nihil eſt diſcriminis: at cùm primùm aut profertur lumen, aut dies adeſt, facilè deprehenditur vitium cæci. Lupus antequam adoleſcat, ingenium ſuum & rapacitatem non declarat. Scorpius non ſem- H per pungit: ſemper tamen gerit ſtimulum, quo pungat. Serpens dum per hyemem torpet frigore, tutò tractatur: non quod venenum non habeat, ſed quod illud effundere non poſſit. Iſtam autem concupiſcentiam per generationem duci ait, quòd omnes in Adamo peccaverimus. Putat enim, univerſum humanum genus in Adamo, tanquam in maſſa fuiſſe. Quoniam autem in eo natura corrupta eſt propter peccatum, nos eam inde non poſſe haurire, niſi vitiatam. Non ex ſpinis uvæ colliguntur, nec ex tribulis I ficus. In primis verò exiſtimat iſtam concupiſcentiam in poſteros traduci per fervorem libidinis, qui accidit in procreatione. Nonnulli tamen ex Scho-

Auguſtini opinio.

Vocabulo concupiſcentiæ, omnia peccata complexus eſt Auguſtinus.

Ioan. 3. 3.

Quid Auguſt. per concupiſcentiam intellexerit.
Similia.

Matt. 7. 6.

Vniverſum genus humanum in Adamo ut in maſſa.

Digitized by Google

Quorundam Scholaſticorum ſententia.

laſticis prudentioribus judicarunt, quamvis nulla pravitas concupiſcentiæ in parentum commiſtione accideret, prolem tamen originali peccato non carituram: quod illud in primo homine, tanquam in ſeminali, ut loquuntur, ratione fuerit. Quòd ſi quæras ex Auguſtino, num iſtam concupiſcentiam, quam peccatum Originale eſſe dicit, voluntariam eſſe arbitretur? reſpondebit, dici poſſe voluntariam, quòd peccatum admiſſum à primis parentibus fuerit voluntarium: in nobis autem non poſſe dici voluntariam, quòd eam noſtra electione ſuſceperimus: niſi fortè quod nobis non ſit indita violenter.

An iſta concupiſcentia ſit voluntaria.

Pighius adverſus Auguſtinum.

Adverſus hanc ſententiam Pighius invehit: Sic enim inquit, Si peccatum primi hominis naturam humanam vitiavit, oportuit effectum hujuſmodi naturale eſſe peccato. Nihil enim fuit in prima illa tranſgreſſione, quod rationem vitiandi naturam habuerit, magis quàm alia peccata. Quare neceſſe erit confiteri, naturam noſtram eſſe corruptam, non ſolùm per culpam primorum parentum, ſed etiam per peccata omnium noſtrorum progenitorum, quod Pighio videtur valde abſurdum, nos tantò eſſe aliis corruptiores, quantò ſumus illis poſteriores.

Corruptio non eſt affectus naturalis peccati.

10 Verùm hoc caput, an parentum omnium peccata in poſteros traducantur, in præſentia omitto, de eo ad finem dicturus quod videbitur. Interim illud nego, quod iſte ſibi aſſumit, corruptionem naturalem effectum eſſe peccati. Ratio enim ejus à divina potius juſtitia accipitur: per quam gratia & ſpiritus, & dona cœleſtia, quibus homo ante lapſum fuerat inſtructus, ab eo peccante removebantur.

Subtracta gratia, corruptio ſua ſponte ſequuta eſt.

Atque hæc ſubtractio gratiæ profecta eſt à divina juſtitia: quamvis ea tranſgreſſioni primi hominis vitio vertenda ſit: ne ſtatim dicas; Deum cauſam eſſe peccati. Cùm enim ille ſemel munera ſua ſubtraxiſſet, quibus hominem ornaverat, ſtatim vitia & corruptiones ſua ſponte ſequutæ ſunt: quæ antea ab hominis conditione fuerant alienæ. Quærit iſte, quomodo peccatum vim habeat corrumpendi naturam humanam, num propter privationem, an propter ejus ſubſtratum? Non autem videtur poſſe fieri propter privationem: ea enim, cùm nihil ſit, nihil poteſt efficere: nec propter actionem eam, quæ privationi ſubſervitur, cujuſmodi fuit primi hominis prava per voluntatem electio: Adamum enim cùm fructum interdictum comederet, hoc non petiiſſe, neque id ſibi voluiſſe, ut ſuam naturam & poſterorum depravaret. Argumentum hoc infirmiſſimum eſt.

Multa ſequuntur homines invitos. Simile.

Videmus enim ſæpe multa homines invitos & imprudentes conſequi, quæ quamvis illi nolint, tamen cum illorum actionibus conjunguntur. Qui intemperanter cibo potúque ſe ingurgitant, non id eo animo faciunt, ut ſibi acceſſant podagram: verùm ea ſua ſponte ſequitur. Ita licet Adamus non voluerit iſta contingere, tamen cùm peccaſſet, ultrò contigerunt. Verum ait, cùm iſta cupiditas, neceſſitate quadam naſcendi accidat, non optione, non poteſt habere culpæ aut peccati rationem. Sed hoc ideo fit, quoniam ipſe peccatum anguſtius & contractius accipit, quam oportuit.

In concupiſcentia, nativa eſt ratio peccati. 1. Ioan. 3. 4.

Vult enim peccatum eſſe voluntarium, & dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei. At ſi peccatum accipiat pro iniquitate, ut illud Ioannes deſcripſit, videbit in concupiſcentia rationem peccati poſſe inveniri. Iniquum enim eſt, ut corpus ad honeſta non obediat animo, & cupiditates adverſentur menti, atque illi velint dominari, & ratio Deum averſetur, & à mandatis ejus abhorreat. Iſta cùm iniqua ſint, ſive volentibus, ſive neceſſario eveniant, peccata certè ſunt.

Inf. Claſſ. 2. cap. 2. Sect. 25.

Sed iſte qui hæc objicit, nónne videt ſibi quoque neceſſariò ſtatuendum eſſe: Adami poſteros reos eſſe ejus peccati, idque nolentes, & invitos, quod maximè adverſatur verbo Dei? Scribitur enim in Propheta: Filius non portabit iniquitatem patris; Et, Anima, quæ peccaverit ipſa morietur?

Ezech. 18. 20. Iuxta Pighium, filius portat iniquitatem patris, non ſuam.

Quod certe ſi Pighio credimus, falſum erit, cùm pueri moriantur, & rei ſint æternæ damnationis, quamvis nihil peccaverint. Ad quam abſurditatem nos non cogimur, qui ponimus in unoquóque homine naſcente vitium, & cauſam, quare moriatur, & condemnetur. Videtur etiam Pighio contumelioſum, ac blaſphemum in Deum, quod patiatur peccatum inſeri naſcentibus, quando illi facere aliter non poſſint, niſi ut hoc modo affecti naſcantur, quomodo videmus omnes alios affectos naſci.

Rom. 9. 10.

Verum huic objectioni reſpondeat Paulus, qui in epiſtola ad Rom. ait: O homo, tu quis es, qui reſponſas Deo? Nónne poteſtatem habet figulus luti, ut ex eadem maſſa faciat aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Reſpondeat etiam Eſaias, qui ait, non convenire, ut teſta cum aliis teſtis de opere ſui fictoris diſputet.

Eſa. 54. 9.

Deus non eſt is, qui debeat à noſtra ratione in ordinem redigi: quod fieret, ſi ejus juſtitiam noſtri judicii regula metiremur. Cùm dies nullus prætereat, quo non aliquid occurrat in moderatione rerum mundanarum, quod accuſemus, & noſtræ prudentiæ non ſatisfaciat, quando tandem juſtus erit Deus? Quis enim poteſt aſſignare cauſam, cur illi, qui æternum perit, non tantum tribuatur gratiæ, quantum alteri, qui ſervatur?

11 Scio iſtos ſolere dicere: Deum ibi nihil injuſte facere, quod nullâ Lege teneatur, eandem æqualémque gratiam omnibus diſtribuere. Atqui hic humana certè prudentia non acquieſcet. Conqueretur enim, & dicet illum, etſi non præſcripto humani juris, tamen Lege ſuæ bonitatis, oportuiſſe eundem eſſe omnibus. Adhæc quæ humana prudentia videre poteſt, quæ illa Dei juſtitia ſit, quòd aliqui rapiantur adhuc infantes, aut pueri, ne poſtea illorum corda malitiâ pervertantur, atque ita ſalutem aſſequantur: cùm alii ſerventur incolumes ad adultam ætatem, in qua ſibi promereantur exitium, cùm ſervari potuiſſent, ſi in infantia fuiſſent ſublati?

Arcana Dei oportet venerari, non carpere.

Hic oportet arcana divini judicij venerari & colere: non autem ea corrigere velle, aut emendare ad præſcriptum noſtrarum legum.

Catonis dictum.

Cato homo Ethnicus, cùm Pompeii partes ſequeretur, quod eas juſtiores eſſe judicaret, quàm Cæſaris, ad extremum inclinata victoria, & fuſo fugatóque Pompeio, ſuſpexit ad cœlum, & exclamavit: in rebus divinis magnam eſſe caliginem. Indignum enim illi videbatur divina providentia, ut Cæſar vinceret. Et mihi quidem, dum iſta cogito, vehementer arridet Auguſtini reſponſum, quo uſus eſt adverſus Pelagianos, cùm hanc eandem cauſam tractaret, quam nunc nos habemus, præ manibus.

Duo argumenta Pelagianorum.

Objiciebantur enim illi à Pelagianis duo argumenta ſatis arguta & difficilia. Vnum: Qui fieri poſſit, ut Deus, qui pro ſua bonitate, noſtra ipſorum peccata remittat, velit imputare aliena? Alterũ, ſi Adamus per peccatum originis damnat imprudentes & invitos, cur non etiam Chriſtus, ne aliqua in parte Adamo cedat, ſervet incredulos?

Auguſtini præclara ſententia.

Ad hæc Auguſtinus reſpondet, quid ſi ego eſſem hebetior, nec poſſem ſtatim has rationes diſſolvere, an propterea minus deberem Divinæ ſcripturæ credere? Imò multo potius convenit, ut ego ruditatem meam agnoſcam, quam ut falſitatem Sacris literis impingam. Poſtea tamen utrumque argumentum diſſolvit:

Deus non imputat nobis alienum peccatum, ſed noſtrum.

Nam ad primum reſpondet; Deum ſumme bonum eſſe, neque quod illi aſſumunt, in culpa originis, imputare nobis alienum peccatum, ſed noſtram ipſorum iniquitatem, quæ noſtræ naturæ adhæret jam inde ab ipſa origine.

Chriſtus ad ſervãdos ſuos, non expectat ut velint.

Ad alterum ait, Chriſtum ſervare etiam nolentes: non enim eum expectare ut velint, ſed ad peccatores, & nolentes & reſiſtentes ultro accedere. Multos etiam parvulos eum ad felicitatem perducere, qui adhuc non credant, nec per ætatem, fidem qua credant, habere poſſint. Hæc ego ideo inducere volui, ut oſtenderem licere mihi, ſi velim uti reſponſione, qua iſte Pater primo loco uſus eſt, & dicere Pighio: Relinquamus Deo defenſionem ſuam: non eget patrocinio noſtro, quo minus aut injuſtus, aut crudelis habeatur.

Dei juſtitia non opus habet noſtro patrocinio.

Credamus Scripturis, quæ paſſim clamitant, nos corruptos & vitiatos naſci. Quod etiam inſuper nobis indicat & mors, & ingens cumulus calamitatũ: quæ certè à Deo filiis Adami non infligerentur, niſi eſſet in illis aliquid peccati, quod puniretur. Verùm, qui in ſeipſos non deſcendunt, nec ſuum ingenium contemplantur, quàm ad omnia prava ſit propenſum, quid ſibi concupiſcentia iſta velit, non agnoſcunt. Non pauci tamen ex Ethnicis philoſophis illud viderunt.

Naturæ noſtræ pravitatem, vel Ethnici ſunt admirati.

Mirantur enim, quomodo in tam præſtanti natura, tanta pravitas, & [illegible] & voluptatum cupiditas ineſſe poſſet. Ita autem illi hæc mala agnove-

Malum viderunt Ethnici, ſed fontem ejus non intellexerunt.

agnoverunt, ut pueris etiam caſtigatione & diſciplina maximè opus eſſe judicarint: & ad hanc ingenitam malitiam corrigendam, labores, & exercitia, & alia multa dura graviáque ſubeunda ſuaſerint. Verùm cauſam & fontem horum malorum non viderunt. Nam ea tantùm ex verbo Dei videri poteſt.

12 Argumentatur porrò Pighius, iſtam cupiditatem, quam Auguſtinus concupiſcentiam vocat, opus eſſe naturæ, ac Dei, & ideo non poſſe videri peccatum. Sed ante reſponſum eſt, eam non proficiſci à principiis naturæ à Deo inſtitutæ, ſed corruptæ. Nam homo cùm conderetur, factus eſt rectus: &, ut Scriptura loquitur, ad imaginem Dei. Itaque appetitio illa rerum ſuavium & conſervantium in Adamo, cum primum crearetur, non erat furibunda, aut vehemens, ut rectæ rationi & verbo Dei adverſaretur: Id enim poſtea ſequutum eſt. Quare illam, non opus Dei, ut Pighius ait, ſed peccati pravitatem, & affectuum corruptelam appellari oportet. Itaque Auguſtinus Iulianum Pelagianum appellat impudicum concupiſcentiæ laudatorem. Is enim illam, quod Pighius etiam facit, commendavit, ut inſigne opus Dei. Præterea oppugnat Pighius Auguſtinum, eo etiam nomine, quod concupiſcentiam dicat eſſe peccatum ante baptiſmum, poſt baptiſmum verò neget: cùm & eadem, inquit, ſit concupiſcentia, & idem Deus, & Lex ejus eadem. Quare concludit, vel in utroque peccatum eſſe oportere, vel in neutro. Sed hic Pighius duplici nomine vehementer errat: primùm, quod in regeneratione nullam putat fieri mutationem: præſertim cùm negare non poſſit, accedere remedium Chriſti, applicari ejus juſtitiam, reatum tolli. Quoniam Deus concupiſcentiam eam, quæ remanet poſt regenerationem, non imputat. Deinde etiam datur ſpiritus, quo vis concupiſcentiæ infringatur, ut quamvis in nobis hæreat, non tamen dominetur. Huc enim Paulus adhortatur, cùm ait: Ne regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Ex altera etiam parte decipitur, quòd putet Auguſtinum exiſtimare, concupiſcentiam quæ manet poſt baptiſmum, omnino non eſſe peccatũ: potiſſimum verò, ſi ſola per ſeipſam conſideretur. Nam diſertiſſimis verbis, eam, natura ſua peccatum eſſe dicit, quod ſit inobedientia, contra quam nobis perpetuò ſit reluctandum. Cùm autem eam peccatum eſſe negat, id intelligendum eſt, quod ad reatum attinet: is enim haud dubiè in regeneratione tollitur. Ita enim fit, ut Deus eam, quamvis reipſa peccatum ſit, tamen ad peccatum non imputet. Deinde Auguſtinus confert concupiſcentiam cum illis peccatis, quæ appellant actualia: ex quorum collatione dici poteſt, non eſſe peccatum, non ab illorum gravitate longè abeſt. Miror autem, quomodo Pighius dicere audeat, Auguſtinum ſtatuere ſine teſtimonio Scripturarum, concupiſcentiam eſſe peccatum originis: cùm ille in diſputationibus ſuis contra Pelagianos, ſententiam ſuam maximè defendat ex Sacris literis. Cur autem peccatum Originis appellet concupiſcentiam, ea cauſa eſt, quod per craſſiores animi & carnis cupiditates vitium Originale maximè ſe declaret.

Affectus Adamo dati ſunt, quando creatus eſt, leves & moderati.

Iulianus Pelagianus laudavit concupiſcentiam.

Quæ fiat in regeneratione mutatio.

Auguſtinus affirmat, quæ poſt regenerationem ſuper eſt, eſſe peccatum.

Rom. 6. 12.

Si quãdo peccatum negat, de illius reatu id intelligit.

Illa concupiſcentia non eſt peccatum actuale.

Cur vitium originis dicatur concupiſcentia.

13 Iam operæpretium eſt videre, quid de hac re alii dixerint. Nam præter hanc, alia eſt etiam opinio eorum, qui dicunt, peccatum originis eſſe carentiam juſtitiæ Originalis. Id Anshelmus ſenſit in libro de Partu Virginis, & multos Scholaſticos authores in ſuam ſententiam attraxit. Illi autem per juſtitiam Originalem, nihil aliud intelligunt, quàm rectam hominis inſtitutionem, cùm corpus animo, & partes animi inferiores ſuperioribus parent, mens autem Deo ſubjicitur & Legi ejus. In hac juſtitia creatus fuit Adamus, & ſi illo ſtetiſſet, nos omnes in ea viveremus. Verum, cum ille laberetur, nos ea exuti ſumus. Hujus juſtitiæ carentiam, volunt eſſe peccatum Originis. Sed ut ſententiam ſuam clarius explicent, aiunt, non quemvis defectum malum eſſe. Nam quamvis lapis careat juſtitia, non tamen propterea lapis dicetur injuſtus, aut malus. Verum, cùm res idonea & apta fuerit, ut habeat in quo deſtituitur, tum hujuſmodi defectus malus dicitur: ut accidit in oculo, quando privatur facultate videndi. Non tamen propterea dicimus, in oculo culpam, aut peccatum eſſe. Tum enim accedit peccatum, cùm propter ejuſmodi defectum, ſequitur pugna & reluctatio contra legem Dei. Hæc quoque ſententia damnatur à Pighio. Dicit enim, non eſſe peccatum, ſi quis non ſervet donum quod acceperit. Fieri enim poſſe, ut qui natus ſit integra valetudine, & recto corpore, incidat in morbum, aut aliquo membro mancus, aut mutilus efficiatur: quos tamen defectus, nemo eſt qui velit culpas aut peccata dicere. Verùm hoc ſimile propoſito non convenit: Morbus enim, aut mutilatio corporis ad legem Dei vel obſervandam vel violandam nihil facit. Carentia autem ea, quam appellat Originalis juſtitiæ, ſecum neceſſario affert violationem legis Dei. Præterea contendit, amiſſionem Originalis juſtitiæ, in parvulis non eſſe peccatum, quòd ea ipſorum culpa amiſſa non fuerit. Sed hoc rurſus eſt Deum in jus vocare. Eſt autem Deus ἀνυπεύθυνος, nec debet in ordinem humanarum legum redigi. Conferat verò Pighius opinionem illam ſuam, cum iſta, quam oppugnat. Hæc ait, Deum condemnare vitium & contaminationem, quam ſtatuit, & oſtendit eſſe in pueris recens natis. Pighius autem, reos facit, & damnat pueros, ejus vitii atque peccati, quod in eis non exiſtat: ſed tantùm quod Adamus primus omnium parens in ſe admiſerit: Nam alioqui pueros ipſos habet pro innocentiſſimis. Vtrum autem horum alienius eſt à ratione, & magis abhorret ab humanis etiam legibus? innocentémne propter alterius peccatum plectere, an eum condemnare, qui in ſeipſo cauſam habeat, cur condemnetur? Certè rem ipſam diligenter conſiderantibus, Anshelmi ſententia multis partibus potior eſt, quàm iſta opinio Pighii. Scimus verum eſſe quod Eccleſiaſtes ait: Deus fecit hominem rectum: Sed cùm ſemel peccaſſet, ſtatim ſecuta eſt curvitas. Non enim amplius Deum & cœleſtia intuetur, ſed ad terrena & carnalia perpetuo incurvatur, & concupiſcendi neceſſitati ſubjicitur. Atque id eſt juſtitia Originali carere. Non enim homini actiones ereptæ ſunt, ſed ablata eſt facultas bene illis utendi. Vt uſu venire videmus in paralyticis: Movent illi quidem manum, ſed quia oblæſa eſt illa vis, qua motum illum poſſint regere, deformiter eam & imbecilliter movent. Idem etiam in nobis accidit. Nam cùm deſit divina juſtitia, principium corruptum eſt, quo opera noſtra oportuit rectè ordinari ac perfici. At, inquit Pighius, carere hoc dono, non poteſt in parvulis peccatum eſſe. Nullo enim debito, aut nexu, tenentur habere. Quod ſi adverſarii, inquit, ſecus dixerint; Legem aliquam proferant qua naſcentes conſtringamur. Quod, inquit, cùm facere non poſſint, deſinant dicere, carentiam iſtam juſtitiæ Originalis peccatum eſſe. Nos autem, non tantùm unam, ſed etiam tres Leges proferemus. Prima, eſt hominis inſtitutio: Fecit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Quare tales nos oportet eſſe. Deus enim id in natura noſtra jure requirit, quod fecit. Imago verò Dei, in eo potiſſimùm ſita eſt, ut divinis proprietatibus ornati ſimus: videlicet, juſtitia, ſapientia, bonitate, patientia. Sed contrà Pighius clamat, hanc non eſſe rationem imaginis Dei: eam enim conſtare intelligentia, memoria, voluntate, ut Auguſtinus in libris de Trinitate & aliis pleriſque in locis docuit. Dicuntur quidem iſta à Scholaſticis: Nos tamen probabimus, rem longe aliter ſe habere, & e Scripturis, & è Patrum ſententiis.

An hoc peccatum ſit carentia juſtitiæ originalis.

Simile

Non quivis defectus malam rem efficit.

Deus non eſt redigendus in ordinem.

Anshelmi ſententia potior eſt Pighii opinione.

Eccl. 7. 30.

Simile.

Qua lege aſtringantur qui naſcuntur ad habendam juſtitiam originis.

Quæ ſit ratio imaginis Dei. Claſ. 1. cap. 12. Sect. 27.

14 Primùm in Epiſtola ad Epheſios ita ſcribitur: Deponere veterem hominem juxta priorem converſationem, qui ſecundùm concupiſcentias erroris corrumpitur: renovari vero ſpiritu mentis veſtræ, & induere novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in juſtitia, & ſanctitate veritatis. Et ad Coloſſ. cap 3. Induiſtis novum hominem, qui renovatur ad agnitionem & imaginem ejus, qui creavit illum. Et paulò poſt hujus imaginis conditiones explicat, inquiens: Induti ſitis viſcera miſerationum, bonitatem, modeſtiam, manſuetudinem, lenitatem, ſufferentes invicem, & condonantes. Et capite octavo ad Romanos: Quos præſcivit, eos & prædeſtinavit conformes fieri imagini Filii ſui. Hæc omnia ſatis indicant, quam proponant nobis Sacræ literæ in hominis creatione atq; inſtauratione imaginem Dei. Nec Patres ab hac ſententia abhorruerunt.

Eph 4. 24.

Col. 3. 10. & 12.

Rom. 8. 30.

Digitized by Google

A Irenæus libro quinto ait: Ex infuſione Spiritus ſan-
cti, hominem effici ſpiritualem, cujuſmodi à Deo
creatus eſt. Et Tertullianus contra Martionem, eam
ait eſſe imaginem Dei, quæ motus & ſenſus eoſdem
habeat cum Deo. Ratio autem, quæ idem ſuadet,
eſt, quòd homo ideo factus ſit ad imaginem Dei
ab initio, ut omnibus rebus creatis præeſſet, quaſi vi-
carius quidam Dei. Dubium autem nemini eſſe po-
teſt, quin Deus velit creaturas ſuas bene adminiſtra-
B ri. Perpetuò enim jubet ne illis abutamur; & tene-
mur lege, omnia, quibus juvamur, referre in Deum,
ut à quo manant omnia. Bonus vero uſus, & recta ad-
miniſtratio rerum conſtare non poteſt, niſi inſtructi
ſimus illis conditionibus, quas ad imaginem Dei re-
quiri diximus. Verùm, quod Auguſtinus imaginem
Dei conſtituit in intelligentia, memoria, voluntate;
id illum idcirco feciſſe dicimus, ut formam aliquam
aut exemplum, nobis proponeret de divinis perſonis,
quomodo illæ inter ſe habeant. Non autem ſic intel-
C ligi debet, quaſi has animi facultates, nudas & expo-
liatas his virtutibus quas diximus, imaginem Dei fe-
cerit. Habemus itaque Legem vel ab inſtitutione,
vel à reſtitutione hominis, quam Paulus præcipit, at-
que hoc nexu obſtringimur Originalem juſtitiam
habere, quam amiſimus. Habemus etiam naturæ Le-
gem, cui convenienter vivere, ut Cicero ait in tertio
de finibus, eſt præcipuus hominis & extremus finis.
Hæc autem Lex pendet ab illa altera, quam poſui-
mus. Non enim aliunde fit ut cogitationes in animo
D ſe mutuò accuſantes & defendentes habeamus, niſi
illæ ſumantur à dignitate naturæ, ut à Deo fuit inſti-
tuta. Quicquid enim unquam aut Philoſophi, aut
Legumlatores præceperunt de officiis humanæ vitæ,
totum id pendet ex fontibus inſtitutionis noſtræ.
Non enim habere poſſunt illa præcepta ex ingenio
corrupto, philautia & malitia, qua factum eſt, ut pro-
ni ſimus ad mala: ſed ab ea ſpecie rectiſſimæ naturæ,
quam ſibi fingunt exigi ab hominis dignitate, &
quam nos ex Sacris literis novimus à Deo eſſe inſti-
E tutam, & nobis inſtaurandam præcipi. Atque huc
pertinet, ut nonnulli volunt, Lex illa mentis, cui reſi-
ſtit Lex membrorum. Eſt etiam tertia Lex, quam
Deus conſcribi voluit: Non concupiſces. Quod præ-
ceptum, quamvis adverſarii noſtri detorqueant ad a-
ctualia peccata, nos tamen in ſeptimo capite epiſto-
læ ad Romanos oſtendimus, illud ſpectare etiam ad
peccatum Originis, & Deum eo mandato voluiſſe
præciſum hominibus prorſus omne genus pravæ
concupiſcentiæ.

F 15 Habemus ergo jam Leges, quæ dum extabunt,
perpetuò nos obſtringent, & debitores efficient, ut
in omni vita noſtra eam juſtitiam præſtemus, quam
ipſæ requirunt. Verum quidem eſt, Leges iſtas ab
infantibus non ſentiri: eóque in illis peccatum jacet
ſopitum, ut Auguſtinus ait libro ſecundo de Pecca-
torum meritis & remiſſione, ſequens id, quod à Pau-
lo dicitur: Vivebam ſine Lege aliquando: Non quod
Paulo lex unquam poſita non fuerit, ſed quod eam
per ætatem in pueritia, non ſentiret. Vnde peccatum
G inquit Paulus, mortuum erat: Quod Auguſtinus in-
terpretatur, Conſopitum. Verum cum acceſſiſſet
mandatum, id eſt, cùm Lex inciperet à me cognoſci,
peccatum revixit. Inerat quidem antè peccatum:
ſed, cùm non ſentiretur, mortuum videbatur. Iam
apparet, quàm ea quæ diximus, conveniant cum Sa-
cris literis. Adhuc tamen urget Pighius, hæc ad in-
fantes nihil facere: Legem enim non debere poni de
illis, quæ non poſſint evitari. Atqui cùm hæc dicit,
ſenſum Sacrarum literarum non aſſequitur. Illæ e-
H nim ſatis docent, ea quæ præcepta ſunt in Lege,
non poſſe à nobis perfectè impleri, cum illa tamen
ſeveriſſimè præcipiantur. Paulus ait in Epiſtola ad
Rom. Quod impoſſibile erat Legi, quatenus infir-
mabatur per carnem, Deus mittens Filium, &c. Ex
iſtis verbis apertiſſimè liquet, Legem à nobis, ut
præcipitur, non poſſe perfici. Nam ſi poſſet, juſtifi-
caremur ex operibus, nec opus fuiſſet, ut Chriſtus
mortem pro nobis pateretur. Alia ſunt officia Legis,
propter quæ ſcripta eſt. Vtilis illa quidem eſt ad di-
I rigendas actiones piorum, ſed utiliſſima ad indican-
dum peccatum. Per Legem enim, inquit Paulus, co-
gnitio peccati. Et concupiſcentiam neſciebam, niſi

Pulchra ratio de imagine Dei.

Facultates animi ſunt, imago Dei, ſed non expoliata virtutibus.

Lex naturę juſtitiam originalem exigit. Rom. 2. 15.

Officia legis naturæ petuntur ab inſtitutione hominis

Præcepto non concupiſces, damnatur carentia juſtitiæ originalis. Rom. 7. 9.

Objectio Pighii.

Rom. 7. 9.

Lex poni poteſt de iis quæ impleri non poſſunt.

Iſtas leges infantes non ſentiunt.

Rom. 8. 3.

Vtilitates legis.
Rom. 3. 20.
Rom. 7. 7.

A Lex dixiſſet, Non concupiſces. Adhæc per Legem
augetur etiam peccatum, magiſque nos onerat &
gravius premit. Lex enim ſubintravit, ut abundaret
delictum. Et ad Corinthios; Vis peccati, Lex. Atque
hæc omnia eò ſpectant, ut homo, tanquam à pædago-
go, perducatur ad Chriſtum, & imploret auxilium,
& oret, ut vires ſibi conferantur: quo ſaltem ex parte,
inchoata obedientia, poſſit ea præſtare, quæ juben-
tur; in quibus autem deficit, ut ea ſibi ne imputen-
B tur, ſed ex Chriſti juſtitia, reſarciantur. Auguſtinus
lib. 1. contra Iulianum, taxat Pelagianos, quòd ſibi vi-
derentur præclarum aliquid noſſe, cùm jactarent,
Deum non præcipere quæ fieri non poſſent. Docét-
que iſtos eſſe fines Legis, quos jam expoſuimus. Imò
verò ipſe Auguſtinus in libris Confeſſionum, me-
morat etiam ea peccata, quæ pueri adhuc lactantes
admittunt. Quibus tamen nemo dixerit, eos potuiſ-
ſe reſiſtere. Peccata autem non eſſent, niſi ad aliquam
Legem referri poſſent, quæ ab illis eſſet violata. Ne-
C que verò quicquam juvat Pighium, qui illorum au-
fert peccata, quod ea ab illis non ſentiantur. Quod e-
nim turpe eſt, quamvis nobis non ita videatur, ta-
men ſua natura turpe eſt, αἰσχρὸν γὰρ, ut ait ille, Τό γ᾽ αἰσχρὸν
κἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ. Opinio iſta Anshelmi de defectu
& carentia originalis juſtitiæ, ab Auguſtini ſententia,
qui peccatum Originis appellavit concupiſcentiam,
reipſa nihil differt: niſi quod ibi aliquantò expreſſius
dicitur, quod in vocabulo concupiſcentiæ obſcuriùs
involvitur. Sed quoniam carentia iſta Originalis ju-
D ſtitiæ ita poſſet accipi, quaſi intelligamus tantummo-
do privationem donorum Dei, citra ullum vitium na-
turæ, idcirco operæprecium erit tradere definitionem
pleniorem.

16 Eſt ergo peccatum Originis, totius hominis
naturæ depravatio, à lapſu primi parentis in poſte-
ros traducta per generationem, quæ niſi beneficium
Chriſti ſuccurrat, omnes inde naſcentes, infinitis
propè malis, & æternæ damnationi adjudicat. In hac
definitione omnia genera cauſarum continentur.
E Pro materia, aut ſubjecto habemus omnes hominis
partes & vires. Forma eſt, earum omnium deprava-
tio. Efficiens, peccatrix voluntas Adami. Inſtrumen-
tum, traductionis propagatio, quæ fit per carnem. Fi-
nis & effectum, æterna damnatio, cum omnibus hu-
jus vitæ incommodis. Atque hinc ortum habuerunt
variæ hujus peccati appellationes; ut modò defe-
ctus, modò pravitas, modò vitium, modò morbus,
modò contagium, modò malitia, ab Auguſtino au-
tem affecta qualitas & ἀταξία dicatur. Quod verò to-
F tus homo ſit corruptus, inde liquet, quia in eum fi-
nem conditus fuit, ut Deo tanquam ſummo bono
adhæreret. Iam verò divina non intelligit: promiſſa
Scripturarum impatienter expectat: præcepta Dei
moleſtè audit: pœnas & præmia contemnit: affectus
tumultuantes rectæ rationi opponit: verbo Dei petu-
lanter inſultat: corpus animo parere detrectat. Hæc
omnia etſi experimenta ſint nativæ pravitatis, tamen
Scripturarum etiam teſtimoniis confirmantur. De vi-
tio intelligentiæ Paulus inquit, Animalis homo non
G percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: imò ne poteſt qui-
dẽ, quia ſtultitia illi ſunt. In quibus verbis obiter ob-
ſervamus, adverſus Pighium: Legem fuiſſe latam de
eo quod fieri non poſſet. In primis enim Lex jubet
nos divina cognoſcere: quæ tamen Paulus apertè
aſſerit, animalem hominem non poſſe percipere.
Quódque ad inſtitutum pertinet, videmus iſtam cæ-
citatem, aut ignorationem, à Paulo conſtitui, inſi-
tam hominibus, ídque à natura. Fingi enim non
poteſt, eam per tempus aut ætatem acceſſiſſe. Nam
H quò quiſque eſt ætate provectior, eò de Deo magis
magiſque eruditur. Quare quod ſit animalis, & ad
percipienda divina inidoneus, id habet à depravata
natura.

17 Tanti autem momenti eſt hæc depravatio, ut
Auguſtinus ait lib. 3. contra Iulianum cap. 12. ut per
eam imago Dei ab hominum vita alienetur, propter
cæcitatem cordis: quam ipſam ait eſſe peccatum,
nec ſatis hominum naturæ convenire. Idem lib. 1.
De peccatorum meritis & remiſſione, cap. 26. ubi ver-
I ba Davidis adducit, Delicta juventutis meæ, & igno-
rantias meas ne memineris, commemorat denſiſſi-
mas ignorantiæ tenebras in animis parvulorum,
cum

1. Cor. 15. 56.

Pelagiani jactabant Deum non præcipere quæ fieri non poſſent.

Rom. 5. 20.
Gal. 3. 24.

Auguſt. recenſet peccata infantium.

Turpia licet non videantur, ſunt nihilominus turpia ſua natura.

Auguſtini & Anshelmi ſententiæ, reipſa non differunt.

Definitio peccati Originis.

Varia vocabula hujus peccati.

Corruptio partium hominis explicatur.
1. Cor. 2. 14.

Probatio impoſſibilitatis legis.

Cæcitas cordis eſt peccatum.

Pſal. 25. 7.

Cæcitas & ignorantia naturæ hominis haud conveniunt.

cùm adhuc ſunt in uteris matrum: qui neſciant, quare, unde, & quando eò ſint contruſi. Iacet enim parvulus indoctus, indocilis, præcepti non capax, neſcius ubi ſit, quid ſit, à quo creatur, à quibus genitus: Quæ omnia naturæ hominis, ut primum creata fuit, non conveniebant, ſed ſunt potius vitia naturæ. Adam enim non ita creatus eſt, ſed & capax præcepti divini, & qui uxori omnibusque animantibus nomina potuerit imponere. In infantibus verò, longum expectandum eſt tempus, quo hanc tanquam ebrietatem poſſint paulatim digerere. Adhæc ignorationem iſtam vitio eſſe numerandam, author eſt antiquiſſimus Auguſtodunenſis Epiſcopus Reticius, quemadmodum Auguſt. de eo teſtatur lib 1. contra Iulianum. Nam cùm de Baptiſmo loquitur, ſic ſcribit: Eam eſſe principalem indulgentiam in Eccleſia, in qua antiqui criminis omne pondus exponimus, & ignorantiæ noſtræ facinora priſca delemus, & veterem hominem cum ingenitis ſceleribus exuimus. Ex his verbis intelligimus, ſcelera nobis eſſe ingenita, & peccata ignorationis deleri in Baptiſmo. Quare cùm parvuli baptizentur, hujus Patris authoritate, convincuntur habere peccata, & priſtinam ſuam ignorationem in Baptiſmo deleri.

Voluntas item depravata. Rom. 8. 7.

Iam de voluntate, an ea quoque depravata ſit, videamus. Apoſtolus de ea præclarum tulit teſtimonium: ſenſum, & prudentiam carnis, inimicitiam eſſe adverſus Deum. Hac autem ſententia complectitur, omnes affectus hominum nondum renatorum. Miror verò imprudentiam Pighii, qui ut ſe aliquo modo evolvat, ait, hunc locum intelligendum eſſe de ſenſu literæ, quem contendit adverſari Deo, nec illi poſſe ſubjici. Eum enim & præcedentia & ſequentia manifeſtè coarguunt.

Rom. 8. 1. & 9.

Paulus enim ſtatim ſubjicit diſcrimen inter homines qui ſunt in carne, & eos qui ſunt in ſpiritu. Vnde ſatis apparet, non agere eum de diverſo ſenſu ſcripturæ, ſed de hominum ipſorum veritate. Proxima autem ante illam ſententiam verba erant, Quod impoſſibile erat Legi, quia infirmabatur per carnem, Deus mittens Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, ut juſtitia Legis impleretur in nobis.

Rom. 8. 3.

Hæc quoque teſtantur Paulum de nobis, non de ſpiritu, aut litera Scripturarum loqui. In nobis enim eſt ea infirmitas, qua Lex debilitatur, ne producere poſſit ad ſalutem: & per Chriſtum in nobis, juſtitia Legis incipit impleri.

Scriptura per carnem non intelligit animi partem craſſiorem. Gal. 5. 19. Ioan 3. 6.

18 Neque illis aſſentiendum eſt, qui in hoc loco, & in aliis multis per carnem intelligi volunt tantùm animi partem craſſiorem. Paulus enim cùm ad Galatas recenſet opera carnis, non tantum in eo numero ponit adulteria, ſcortationes, laſciviam, & alia id genus: verùm etiam idololatriam, quam nemo poteſt inficiari ad mentem pertinere, non ad carnem. Et Chriſtus cùm ait, Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt, regenerationem ſuadebat: quæ certè non ſolùm ad ſubſtantiam corporis, aut animi partes craſſiores pertinet, verùm etiam in primis ad voluntatem, & mentem.

Matt. 16. 17.

Et quum diceret Petro, Beatus es Simon Barjona, quia non caro aut ſanguis revelavit tibi: ſignificavit, illum non ex naturali cognitione ea didiciſſe, ſed ex ſpiritu Dei. Nomine enim carnis complectitur ea quæ ad mentem & rationem pertinent. Neque vero dicimus, ut Pighius ineptè cavillatur, in ſublimi animi parte nihil eſſe, niſi carnem. Novimus enim, quamvis id Pighius non monuiſſet, animam eſſe ſpiritum:

Cur anima dicatur caro in Scripturis.

quæ tamen antequam regeneretur, in ſcripturis appellatur caro: quod cùm debuerit carnem, id eſt, craſſiores ſui partes ſpiritualem facere, eámque redigere ad mentis informatæ verbo Dei obedientiam; potius deflexerit ad ejus voluptates, atque ita reddita ſit carnalis.

Gal. 5. 17.

Sed objiciunt nobis illud ad Galatas: Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem: quaſi hoc fieri non poſſit, ſi nihil relinquamus in hominum mentibus. Verum huic objectioni ſic facilè reſpondemus: primùm enim ea verba pronuntiari à Paulo de credentibus, qui jam ſint regenerati; quod ſatis declarant ea, quæ ſequuntur. Vt non quæ vultis, ea faciatis. Quibus verbis declarat, illos à ſpiritu Chriſti rectam voluntatem obtinuiſſe, quam tamen exequi non poſſent ob aſſiduas animi conflictationes, & ma-

A gnam infirmitatem. Itaque Apoſtolus eo loco nihil aliud dicere voluit, quam quicquid eſt in nobis, quòd non ſit perfectè regeneratum, id omne reluctari ſpiritui Dei.

In mentibus non regeneratorum adhuc ſunt leges naturæ, & aliqua illuſtratio ſpiritus Dei.

Deinde etiam non diffitemur, ejuſmodi aliquam pugnam eſſe interdum in hominibus non regeneratis: non quòd totum mens non ſit carnalis, & propenſa ad vitia; ſed quòd in ea adhuc inſculptæ ſint leges naturæ, quódque aliqua in ea ſit illuſtratio ſpiritus Dei; quamvis non ſit ea, quæ
B aut juſtificare poſſit, aut ſalutarem mutationem inducere.

Col. 3 10.

19 Adhæc, rationem in nobis eſſe vitiatam, ſatis oſtendit locutio Pauli, qua nos monet, ut induamus novum hominem, quem dicit in nobis perpetuò oportere renovari. Cùm hominem ita velit prorſus immutari, is autem conſtet non tantùm corpore & carnis affectibus; verùm etiam idque multò magis mente, voluntate, ratione; colligitur neceſſariò, hæc quoque in illo fuiſſe corrupta.

Quæ ſunt renovanda prius oportuit fuiſſe corrupta.

Nam quid alioqui
C in ea oportuit renovari? Neque tanti eſt, ſi dixeris, intelligi iſta oportere de adultis, qui propria electione, voluntariiſque peccatis hæc in ſeipſis corruperint. Quæram enim, cur in univerſum omnes qui non ſunt regenerati, ita ſeipſos contaminarint, ut ex illis omnibus nemo innocens inveniretur? certè huic interrogationi nihil reſponderi aliud poteſt, quàm fuiſſe in illis corrupta & vitiata principia ſtatim ab origine. Auguſtinus etiam docet, nos eatenus tantùm eſſe regeneratos, quatenus effecti ſumus ſimiles
D Chriſto: Nam quà ſumus illi diſſimiles, ea non ſumus renati, ſed in nobis veterem hominem retinemus. Videamus ergo, utrúmne ab ipſa origine habeamus mentem, voluntatem, rationem ſimilem Chriſto: Nam ſi inveniuntur diſſimilia, concludendum eſt, ea corrupta eſſe, & ad veterem hominem pertinere. De corruptione autem inferiorum animi partium, ſatis nos docet quotidiana experientia.

Animi partes inferiores, membris inſperguntur.

Porrò hoc proprium eſt inferioribus partibus animi, ut membris inſpergantur, & per omnes partes carnis ſeſe
E diffundant; quod menti & rationali parti, qua ſunt ſpirituales & impartibiles, convenire non poteſt.

Rom. 7. 24. Ibid. v. 21. Matt. 16. 24.

Corpus etiam à ſua natura defeciſſe, ut animo ſit rebelle, & adverſetur, idem docet Paulus, quum exclamat, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Et rurſum, inquit, Sentio, aliam Legem in membris meis. Denique totum hominem quantuſquantus eſt, depravatum eſſe, Chriſti mandatum ſatis probat, quo jubet, ut nos ipſos abnegemus.

Quæ bona ſũt, non oportet abnegare.

Quòd ſi natura noſtra innocens eſſet, & integra,
F nihil eſſet opus, ut eam abnegaremus. Bona autem retinenda ſunt, non amandanda. Cum hac noſtra definitione peccati originalis, convenit originalis juſtitiæ carentia:

Noſtra ſententia cum Auguſtino & Anſelmo conſentit.

convenit etiam cum ea Auguſtini deſcriptio, qua eam ait eſſe concupiſcentiam carnis, modò utráque rectè intelligatur. Hanc doctrinam, qui præcipui fuerunt inter Scholaſticos, agnoverunt: ut Thomas, Scotus, & in primis Bonaventura. Hi Materiale in hoc peccato conſtituunt, Vitium naturæ, aut concupiſcentiam: Formale, Caren-

An reatus in hoc vitio, ſit pars formalis.

G tiam juſtitiæ, atque ita ex duabus illis opinionibus, quas jam recitavimus conflant. Aliqui tamen ex noſtris, formale volunt eſſe reatum, aut imputationem Dei.

Pugna & reluctatio contra legem Dei forma videtur huius peccati.

Sed cùm ea res extrinſeca ſit à peccato, ego in eam magis ſententiam propendo, quæ formale ſtatuit eſſe pugnam & reluctationem adverſus legem Dei. Ea enim eſt præcipua ratio, quare naturæ vitia dicenda ſint peccata.

Natura quo modo ſit bona. Ita caro eſt bona, ut in ea non habitet bonum.

20 Neque verò illi audiendi ſunt, qui perpetuò clamitant, naturam eſſe bonam. Id enim fatemur de
H inſtituta natura verum eſſe, non autem de collapſa. Nam ea ita eſt bona, ut tamen nonnihil corruptelæ admixtum habeat. Cum autem iſti dicunt, etiam cupiditatem eſſe bonam, dabunt veniam, ſi Paulo magis quàm ipſis credimus.

Rom. 17. 18. & 21.

At ille ait: Scio, quòd non habitat in me, hoc eſt, in carne mea, bonum. Et ſtatim, volenti mihi facere bonum, reperio per legem, quòd malum mihi adjunctum ſit.

Concupiſcentia naturalis, non ſemper utilia expetit. Gal. 5. 24.

Hic concupiſcentiam dicit malam. Ad Galatas quoque eam ſatis probat eſſe malam, cùm eam monet eſſe crucifigendam.
I Falſum etiã eſt, quod aiunt, eam ſemper petere utilia & conſentanea: experimur enim eam propenſam perpetuò eſſe ad noxia, & ad ea quæ vitæ maximè

Digitized by Google

ſunt inimica. Præterea, ſi ita innocens & bona eſſet natura, atque ab iſtis fingitur, quid eam oportuit à Deo tam graviter puniri? Inter omnia animantium genera, nihil ferè videmus calamitoſius homine, ſi ejus nativitatem, infantiam, pueritiam, educationem, diſciplinam ſpectemus. Omnia lachrymis, dolore, gemitu, infirmitate ac laboribus plena ſunt. Corpore laborandum eſt ad comparandum victum, mens perpetuò angitur turbulentis affectibus, pectus permotionibus concitatur, corpus morbis affligitur: Quæ omnia, quidam ſecum expendentes, dixerunt: Naturam non matrem eſſe, ſed novercam. Mitto quòd interdum infantum & puerorum corpora atque animi traduntur diabolo vexandi. Ita enim legimus in Evangelio, puerum à diabolo ſic fuiſſe vexatum, ut modò in ignem, modò in aquam projiceret. Divina ergo ſeveritas ſic agnoſcit humanæ naturæ innocentiam, ut eam graviter puniat. Porrò Ethnici etiam homines in hac re plus, quàm iſti Theologi, vidiſſe videri poſſunt. Nam Plato in 2. de Republ. homines ait natura eſſe malos: ut qui induci non poſſunt, ut ſua ſponte juſtitiam colant, ſed tantùm ne injuriam patiantur. Et Socrates oſtendit, virtutes non haberi, niſi homines, quod de Poëtis dicitur, afflentur aliquo divino numine. Et Cicero lib. de Repub. ut citatur ab Auguſtino lib. 4. contra Iulianum, ait hominem à natura noverca in lucem edi, corpore nudo, fragili, atque infirmo, animo anxio ad moleſtias, humili ad timores, debili ad labores, proclivi ad libidines, in quo divinus ignis ſit obrutus, & ingenium, & mens. Scriptores quoque Eccleſiaſtici conceſſerunt in hanc ſententiam: quorum multorum ſuffragia Auguſtinus colligit libro primo contra Iulianum.

Argumentum à pœnis & morbis hominum.

Infantes, diabolo interdum vexandi traduntur.

Matt. 17. 15.

Patrum ſuffragia.

21 De Irenæo & Tertulliano jam diximus. Cyprianus etiam ait; Chriſtum vulnera ſanaſſe, quæ Adamus apportaverat: & venena, quibus diabolus naturam noſtram infecerat. Agnoſcit Cyprianus, infirmitatem ductam ex peccato primi parentis: qua ſic incitamur ad peccandum, ut nemo de innocentia ſua ſibi blandiri poſſit. Quis enim gloriari poteſt, ſe caſtum habere cor? Nam ut Ioannes ait, ſi dixerimus nos peccatum non habere, nosipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Rurſus Cyprianus in Epiſtola ad Fidum docet, parvulos baptizandos eſſe, ne æternùm pereant. Citat etiam Auguſtinus Reticium Epiſcopum, cujus verba ſuprà retulimus. Citat & Olympium Hiſpanum Epiſcopum qui ait, vitium protoplaſti ita ſparſum eſſe in germine, ut peccatum unà naſcatur cum homine. Et Hilarium, qui de carne Chriſti ita ſcribit: Ergo quum miſſus eſt in ſimilitudinem carnis peccati, ita habuit & peccatum. Sed quia ex peccato omnis caro eſt, à peccato, ſcilicet Adam parente deducta, in ſimilitudine carnis peccati miſſus eſt: exiſtente in eo, non peccato, ſed peccati carnis ſimilitudine. Idem alibi exponens Pſalm. 18. ſententiam Davidis urget: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Idem in Homil. de libro Iob, ait, corpus materiam eſſe malitiæ: quod à prima inſtitutione ita fuiſſe, dici non poteſt. Et Ambroſius in Lucam ait, corpus eſſe volutabrum & diverſorium peccatorum: ſed beneficio Chriſti mutari in templum Dei & ſacrarium virtutum. Idem contra Novatianos ait, ortum noſtrum eſſe in vitio. Idem in Apologia David ait, Nos antequam naſcamur, maculari contagione: & ante uſuram lucis, accipere originis injuriam, & in iniquitate concipi. Et de Domino ait: Dignum fuit, ut qui non eſſet habiturus in corpore peccatum prolapſionis, nullum ſentiret generationis contagium naturale. Meritò ergo David in ſe deploravit inquinamenta naturæ: & quòd prius in homine macula inciperet, quàm vita. Idem de Arca Noe: Quem igitur jam virum juſtum dixit, niſi horum liberum vinculorum, quem naturæ communis vincula non teneant? Idem in Evangelium Lucæ, per lavacra ſalutaris miniſterii, qui baptizati fuerint parvuli, à malitia reformantur. Hieronymus in Ionam Prophetam, parvulos obnoxios eſſe ait peccato Adami. Et ne eum arbitreris id tantùm de reatu dicere, in Ezechielem capit. 18. & 41. urget, ne puerum quidem, cujus ſit unius diei vita, eſſe abſque peccato. Illud etiam urget: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Gregorius Nazianzenus, Ima, inquit, Dei labem corporeæ inundationis expurget; & poſt, Venerare nativitatem, per quam à vinculis terrenæ nativitatis liberatus es. Et agens de Baptiſmo: Per hunc, inquit, primæ nativitatis maculæ purgantur, per quas in iniquitatibus concipimur, & in delictis genuerunt nos matres noſtræ.

Cyprianus.

1. Ioh. 1. 10.

Ambroſius.

Pſal. 51. 7.

Chriſti ſanctificatio.

Hieronymus.

Iob. 14. 4.

Nazianzenus.

22 Baſilius Magnus ab Auguſtino defenditur: nam eum Pelagiani videri volebant eſſe ſuarum partium. Scribit enim contra Manichæos, malum non eſſe ſubſtantiam, ſed converſionem, quæ de ſola voluntate contingat. Quod is de illis intellexit, qui ægritudinem converſationis de propria voluntate collegerunt: quam converſationem dicit facilè poſſe ab ægrotantium voluntate ſeparari: nam ſi ab ea ſeparari non poſſet; malum eſſet illi ſubſtantiale. Omnia hæc Auguſtinus aſſerit rectè dici. Nam Manichæi ſtatuerunt, malum eſſe quandam ſubſtantiam, illúdque eſſe rerum mundanarum principium. Baſilius verò, contrà ait, malum illud eſſe in bono, & per voluntatem viri, & mulieris peccantis acceſſiſſe. Quod autem id facilè poſſe ait à voluntate ſeparari, id non noſtris viribus adſcribit, ſed miſericordiæ Dei. Quódque ait, nulla ejus fore veſtigia, id nos quoque ſperamus; at non in hac vita, verum in futura. Sed eum vitium originis agnoviſſe, ſatis teſtatur concio ejus de Iejunio; Sic enim ait, Si Eva jejunaſſet à ligno, nos iſto jejunio non egeremus. Non enim opus habent valentes medico, ſed malè habentes. Ægrotavimus per illud peccatum, ſanemur per pœnitentiam. Pœnitentia verò, ſine jejunio inanis eſt. His verbis ſtatuit Baſilius, nos propter peccatum Adami non eſſe ſanos. Citat inſuper duodecim Epiſcopos Orientales, qui Pelagium damnaverunt. Quibus addi debet Origenes, qui quum interpretatur eam ſententiam Pauli, quam commemoravimus, mors in omnes homines pertranſiit, ait; Abelem, Enoch, Mathuſalem, Noah peccaviſſe. Alios autem Patres dicit, ſe nolle recenſere, quòd omnes ad unum peccaverint. Neminem enim eſſe mundum à ſorde, etiam ſi unius tantum diei fuerit vita ejus. Sed multo clarius loquitur in 6. cap. epiſt. ad Rom. quum Baptiſmum ait dandum eſſe parvulis ex Apoſtolica traditione; quòd Apoſtoli ſcirent eſſe in omnibus nativas ſordes peccati, quas per aquam & ſpiritum oporteret ablui. Et Chryſoſtomus in Geneſin, tractans illam quæſtionem, Cur homines nunc ſibi timeant à beſtiis, & ab illis lædantur, cùm creati ſint illarum Domini? hoc ait contingere propter peccatum. Et quoniam, inquit, à fiducia decidimus, & ab honore. Atque ex eo Auguſtinus probat, parvulorum naturam collapſam eſſe, quod illis beſtiæ non parcant. Idem Chryſoſtomus exponens locum illum ad Rom. 5. ait, Illud peccatum, quod per inobedientiam Adami extat, omnia contaminaſſe. Habent etiam alia multa loca in eandem ſententiam.

Auguſt. defendit Baſilium.

Malum an ſit quid eſſentiale.

Opinio Manichæorum.

Malum ſeparari poteſt à nobis per miſericordiam Dei.

Matt. 9. 12.

Perfecta ſeparatio à malo, in vita futura ſpectatur.

Origenes.

Rom. 5. 12.

Baptiſmus ex Apoſtolica traditione.

Chryſoſtomus.

23 At Pelagianos tamen, & in primis Iulianum non puduit, hunc Patrem, quaſi pro ſe faceret, citare teſtem; quòd in ſermone de Baptizatis, recenſens multa Baptiſmi dona, eos qui baptizantur, non tantùm accipere remiſſionem peccatorum, ſed etiam effici filios & hæredes Dei, fratres Chriſti, ejúſque cohæredes, membra, & templa Dei, & organa Spiritus ſancti. Addit ad extremum; Vides, quod ſint Baptiſmatis largitates? Et nonnulli putant cœleſtem gratiam in peccatorum remiſſione conſiſtere. Nos autem complures honores computavimus, & ea de cauſa pueros infantes baptizamus; quum tamen non ſint coinquinati peccato, ut eis detur, vel addatur juſtitia, ſanctitas, adoptio, hæreditas, fraternitas Chriſti, ut ejus membra ſint. Ex his Iulianus putavit, Chryſoſtomum non aſſentiri peccata originis. Sed Auguſtinus ait, verba ejus intelligenda eſſe de peccato, quod ipſi propria deliberatione commiſerint; à quo peccato pueri, ſine controverſia ſunt immunes, atque hac ratione appellari poſſunt innocentes. In quam ſententiam Paulus ſcribit de duobus illis fratribus, Antequam aliquid egiſſent aut boni, aut mali: cùm tamen nemo prorſus eximatur ab eo, quod Apoſtolus dixit, per unius delictum in omnes homines in condemnationem; &, Per inobedientiâ unius, peccatores conſtituti

Pelagiani Chryſoſtomum ad ſe pertrahere conabantur.

Infantes dici poſſunt innocentes quo ad peccata, quæ propria deliberatione commiſerint.

Rom. 9. 11.

Rom. 5. 16.

Digitized by Google

Magna cautela eſt adhibenda in lectione Patrum.

conſtituti ſunt multi. Ex his apparet, quàm cautos nos eſſe oporteat in ſectione Patrum. Nam interdum in illis legimus, parvulos non habere peccata propria: cùm tamen illi in eis in primis agnoſcant vitia naturæ, hoc eſt, peccati originis. Sed habere peccata propria dupliciter poteſt intelligi, vel quæ propria voluntate ac libera electione commiſerint: & hac ratione ſententia illa Chryſoſtomi de infantibus conceditur: vel propria peccata dicuntur propria naturæ vitia, quibus & contaminamur, & damnamur, quæ à parvulis non poſſunt removeri, quandoquidem in illis naſcuntur, ut David luculenter probat. Adhæc Auguſtinus annotavit, in verbis Chryſoſtomi, quæ extant Græcè, haberi peccata numero multitudinis, non peccatum in ſingulari: quemadmodum locum illum Julianus citaverat. Sic enim legitur in Græco, [illegible]. Quæ vox [illegible], in numero multitudinis, ut Auguſtinus putat, aptiſſime peccatis illis quæ actualia vocant, accommodatur. Et addit, vetuſtiores Patres de peccato originis non ita fusè diſputaſſe, quod nondum nati fuiſſent Pelagiani, qui illud oppugnarent. Has tot Patrum voces, Pighius debuerat expendere, præſertim quum illos habeat pro aquilis, quæ acutiſſimè videant, & ſemper ad corpus advolent. Sed mihi videtur eos habere pro calculis ſupputatoriis, qui alio, atque alio loco poſiti, modò talentum ſignificent, modò triobolum, pro arbitrio ſupputantis. Ita Pighius, Patrum authoritatem, modò ampliſſimam eſſe vult, modò, ſi non ſatis placeat, nullam. Atque ita eos modò ſuſpicit, ut aquilas: modò, ut graculos deſpicit. Hac autem in re videtur ſuæ Romanæ Eccleſiæ, quam alioqui ipſi Deo ubique æquat, judicium contemnere. Nam ea Eccleſia ita agnoſcit peccatum originis, ut infantes pueros morientes abſq; Baptiſmo, ne cœmeterio quidem Chriſtianorum dignetur: & ex infantibus, quando ad Baptiſmum deferuntur diabolum exorciſmis expelli velit, quòd eos dicat eſſe mancipia diaboli. Quod non idcirco à me dicitur, quo illos exorciſmos aut probem, aut retineri velim: Id enim precibus impetrandum eſt à Deo, non autem agendum, ut hominem dæmoniacum miraculo ſanare velle videamur. Et quum hodie nullum hujuſmodi donum extet in Eccleſia, nihil cauſæ eſt, cur illud velimus imitari. Neque concedimus, infantes nondum baptizatos à cacodæmone obſideri. Innocentius etiam Epiſcopus Romanus, qui tempore Auguſtini vixit, damnans Pelagium, de peccato originis, eadem quæ nos ſentimus, confeſſus eſt. Non oportet hoc malum extenuare, alioqui extenuabimus beneficium Chriſti: Et qui hanc labem non agnoſcunt, illi neque dolent pro ea, neque remedium à Chriſto petunt. Certè Pighius hac in re proceſſit longius etiam, quàm Pelagiani. Illi enim propagationem peccati per Adamum tantùm negabant. At Pighius clamat, eam ſententiam impiam & blaſphemam eſſe, & contumelioſam in Deum. Rurſus illis fuit ſatis dicere, infantes morientes abſque Baptiſmo extra Regnum cœlorum & pœnas gehennæ eſſe collocandos. At iſte ſomniat, eos naturali beatitudine fore fœlices, atque ita fœlices, ut Deum toto animo, toto corde, & omnibus viribus benedicant, laudent, diligant.

Peccata eſſe propria, dupliciter intelligi poteſt.

Veteres patres cur parum de originali peccato ſint loquuti.

Simile.

Pighius Eccleſiam ſuam Romanam contemnit.
Infr. Cla. 4. cap. 9. Sect. 7.

Innocentius coætaneus Auguſt.

Extenuantes peccatum originis Chriſti beneficium elevant.

Gravius errat Pighius, quam Pelagiani.

24 Sed jam videamus, quas tenebras illatæ definitioni conetur offundere. Primùm, inquit, per has tenebras & corruptiones naturæ intelligitis, aut meras privationes donorum Dei, aut quædam poſitiva? Si ſtatuitis eſſe privationes, quæ dicitis, intelligo. Sed exagitationes veſtræ non ſunt, niſi tragica nomina, & vana vocabula. Sin verò hæc velitis eſſe poſitiva, cùm in infante recens nato non ſit niſi anima & corpus, quæ munda ſunt, & naturam, & Deum habent authorem, unde aut per quid irruperunt hæ peſtes, quas commemoratis? Reſpondemus primùm, privationes, quas hic ponimus, non eſſe inſtar negotiationum, quæ totum auferant, ut quum dicimus, Centaurum, aut Scyllam non eſſe: ſed ejuſmodi eas eſſe dicimus, ut relinquant ſubjectum mancum, inutile, ac deforme, ut apparet in oculo deſtituto viſu, & in manu paralytici tremula? Ita ſe habet in nobis peccatum originis. Relictæ quidem ſunt animi vires, & actiones: verùm deſtitutæ ſua rectitudine, atque idcirco pravæ & corruptæ. Verùm Pighius perpetuò errat, quòd fingit, naturam hominis habere ex ſe quandam naturalem integritatem, cui acceſſerint dona illa ſupernaturalia collata primo parenti. Poſt peccatum autem, ablatis illis donis, hominem recidiſſe in priſtinam conditionem. Sed hoc eſt merum ſomnium. Natura enim hominis à Deo fuit inſtituta prout conveniebat: Ideóque ſublatis donis, vitiata & oblæſa eſt, quùmque aberret ab inſtituto, in peccato eſt. Deinde peccatum originis, nonſolùm dicimus eſſe hanc privationem, verumetiam comprehendere poſitiva, ut propenſionem ad malum, naturæ impetum contra verbum Dei, & alia id genus. Ideóque Bernardus ait, in conjunctione animæ cum corpore perinde eſſe, atque ſi illa rueret in acervum teſtarum acutiſſimarum & lapidum lædentium. Inter Scholaſticos autem Gulielmus Pariſienſis, in ſumma de vitiis & virtutibus, adducit hujuſmodi ſimile: Animam ita demitti in corpus, ac ſi quis decideret in cœnum, & profundum, & lapidoſum, atque ita & immergeretur, & coinquinaretur, & læderetur; Sic, inquit ille, ex originis vitio, in tenebras ignorationis mergimur, concupiſcentiis coinquinamur, & & quod ad vires animi & facultates attinet, vulneramur.

Quæ privationes in originali peccato intelligantur.

Peccati corruptio quæ.
Falſa imaginatio Pighij de natura primi hominis.

25 Quod autem Pighius ait, & corpus & animam res bonas eſſe, & Deum habere authorem: Fateor. Cumque poſtea quærit, Quomodo ergo corrumpantur? Reſpondeo cum Paulo, Per unum hominem, qui lapſus eſt: idque per procreationem, ut paulò poſt docebitur. Quod autem dicit, ea nullo modo poſſe corrumpi eo nomine, quòd Deum habeant authorem, non eſt ſatis firmum. Nam etiam adulti, & corpus habent & animam, quæ ſunt opera Dei, & ejus manibus perpetuò conſervantur: At ea tamen vitiari & corrumpi poſſunt. Quòd ſi dicet, id fieri humana voluntate, & libero arbitrio: ita nos quoque reſpondebimus, id fieri aliis de cauſis, videlicet propter propagationem & ſemen. Itaque Pighius argumentatur à non cauſa, tamquam ea ſit cauſa. Id enim vult, ſi homines contaminentur, id fieri non poſſe, niſi per voluntatem & liberum arbitrium: Quod non eſt verum. Argumenta omnia quæ nobis objicit, ex eo oriuntur, quòd dicit ſe non intelligere, quomodo hæc pravitas in poſteros derivetur: & qui fieri poſſit, ut infantes aliqua lege teneantur, & quomodo lex eſſe poſſit de eo, quod non poſſimus evitare. Cæterùm, quum hæc Sacræ literæ dicant, teſtentur, doceant, noſtra parum refert, quantum Pighius aut intelligat, aut non intelligat. Multa enim credimus, quæ certa ratione non habemus perſpecta aut cognita. Quod tamen non eo valere debet, ut quivis nobis credenda obtrudat, quæcunque viſa fuerint: eo prætextu, quod etſi ratione percipi non poſſint, tamen fide debeant comprehendi, cùm Deus longè etiam majora poſſit efficere. Primùm enim id, quod credi volumus, oſtendi debet ex Sacris literis. Deinde, ſi id aſſequi non poſſumus, fide nitemur, rationem ſeponemus. Ex noſtra autem definitione non ſequitur, in natura, aut Ethnicis hominibus, nihil relinqui boni. Tantùm hoc dicimus, hujuſmodi vitium omnia vaſtaturum eſſe, niſi Deus in regeneratis remedium adferat per Chriſtum. In illis etiam, qui regenerati non ſunt, Deus interdum adeſt, & illos præclaris & heroicis virtutibus illuſtrat: quibus frenatur vitium originis, & Reipublicæ, atque imperia ſaltem in aliquo civili ordine retinentur. Socrates noluit egredi è carcere, cùm poſſet. Ariſtides, quum in exilium pelleretur, optavit ſuis civibus, ne unquam ita malè haberent, ut ipſe illis rediret in memoriam. Phocion, quum jamjam moriturus interrogatus eſſet, an aliquid vellet mandare filio: Ne unquam, inquit, meę injuriæ meminerit. Habuit Reſpublica Romana Curtios, Scipiones, Catones, viros civilis probitatis & rectitudinis valde amantes. Quæ officia, quamvis ut in hominibus alienis à Deo peccata eſſent, tamen erant fræna originalis vitii, & naturæ depravatæ: ne omnia ſúſque déque traherentur, ne leges bonæ ruerent, & naturæ lumen quodammodo extingueretur.

Paralogiſmus Pighij.

Falſum eſt homines contaminari non poſſe, niſi per voluntatem & liberum arbitrium.

In natura humana, & in ethnicis hominibus, aliquid boni relinquitur.

Deus non ſinit peccatum originis graſſari, quantum poſſet aut quantum Satan cupit.

26 Nunc, quum peccatum originis ſcripturarum teſtimoniis confirmaverimus, & Pighii opinionem

refutaverimus,& illorum ſententiam,qui tantùm reatum & obligationem contractam propter peccatum Adami arbitrantur eſſe peccatum Originis, rejecerimus:quúmque Auguſtini definitionem attulerimus, peccatum originis eſſe concupiſcentiam carnis , & Anshelmi eſſe illud Carentiam originalis juſtitiæ: quumque poſtremò noſtram definitionem fusè & pluribus teſtimoniis probaverimus;nunc ſupereſt,ut ea perſequamur, quæ tertio loco propoſuimus: videlicet, de conditionibus & proprietatibus originalis peccati,quomodo propagetur, quomodo aboleatur, quomodo ſe habeant ejus reliquiæ in hominibus renatis,quæque illi debeatur pœna. Et de ratione quidem, qua transfundatur in poſteros, recenſentur variæ opiniones. Earum prima eſt de traduce animarum: quam oſtendemus Auguſtini judicio faciliorem eſſe, quàm cæteras,quamvis ab hominibus non recipiatur: altera eſt,quam Auguſtinus ſequitur,ſcilicet, traduci peccatum originis per libidinem & voluptatem inordinatam procreantium. Hæc ratio duo habet incommoda : primum, quòd hoc malum in procreatione ponit, tanquam neceſſarium: quod tamen ab ea ſejungi non poteſt. Et Scholaſtici ipſi fatentur, eum, qui generetur abſque parentum vitioſo affectu, nihilominus contracturum peccatum originis. Ad id enim ſatis eſſe aiunt, quòd fuerit in Adamo,ut in principio ſeminali. Alterum abſurdum eſt, quòd tum peccatum originis conſiſteret tantùm in turpi affectione libidinis: quum revera complectatur, ut dictum eſt, totius naturæ depravationem.

Quæ ſint conditiones & proprietates originalis peccati.

Alii ſenſerunt: Animam à Deo creari pravam, quòd futura eſſet pars hominis execrati, & in maledictionem poſiti. Sed quia hoc naturæ creationis videtur adverſari, ut dicatur contaminatio, idonea quoque ſententia exploditur. Poſtrema eſt opinio vulgò recepta: Animam ex conjunctione cum corpore,quod jam infectum eſt, & vitiatum à parentibus, originis peccatum contrahere. Vnde ſi quæratur,quænam ſit ſedes ejus,vel,ut vulgò loquuntur,quod ſubjectum: reſpondemus, illud locum habere in carne tanquam in radice atque principio: deinde ex eo fonte, animam quoque occupare, atque ita per totum hominem extendi. Idcirco ſemen eſt inſtrumentum, quo hoc peccatum ex parentibus traducitur in filios. Pighius objicit, vitia non poſſe derivari in prolem per ſemen: niſi fortè quæ hærent in corpore parentis, ut in lepra,epilepſia,& aliis corporis affectibus videmus evenire. Neque natura patitur, ut in ſubſtantia ipſa ſeminis peccatum locum habere poſſit, ut per illud poſſit traduci in filios. Hîc reſpondemus, primum non eſſe verum, derivari in prolem tantùm affectus corporis procreantium. Videmus enim multas etiam conditiones in filios à parentibus propagari:ut ingenium, furorem, honoris cupiditatem, comitatem, faſtum, & id genus alia. Ad alterum, fatemur quidem, malam qualitatem,ſeu corruptionem,quę per ſemen defertur, ut in ipſo eſt,non eſſe peccatum: Verùm id tamen non efficit, quin per ſemen, tanquam per inſtrumentum delata in prolem, in ea rationem peccati habeat. Vt qualitates, quas jam commemoravimus, non reddunt ſemen ipſum ingenioſum, docile, aut avarum: ſed tamen deductæ ad fœtum, eum talem efficiunt.

Quodnam ſit originalis peccati ſubjectum.

Semen eſt inſtrumentum quo peccatum hoc traducitur.

Non tantum affectus corporis, ſed etiam animi à parentibus derivantur in filios.

Simile.

27 An verò Deus ponendus ſit ejus author,ſolet dici,deformitatem & injuſtitiam, quæ in hoc peccato eſt à natura jam corrupta trahi: quæ ut creata fuit à Deo,non erat ita vitiata. Atque hoc pacto ſtatuunt quicquid eſt in natura boni, id eſſe à Deo. Quod autem ibi mali eſt,quoniam id nihil aliud ſit quàm defectus, in eo nihil opus eſſe efficiente cauſa. Quod enim deſit, id non oportere, ut fiat: nam ſi fieret, etiam ineſſet. Cæterùm hoc non eſt ſatis. Convenimus quidem cum illis, Deum authorem eſſe ſubjecti, vel ſubſtrati defectus. Sed quod aiunt, defectum ipſum cauſam efficientem non habere, in eo cum illis non conſentimus. Oportet enim eſſe aliquid, quod removeat aut prohibeat illam perfectionem, quæ deſideratur, & retrahat gratiam atque dona, quibus natura noſtra fuerat ab initio inſtructa. Ideóque neceſſe eſt, hanc privationem aut defectum, referre in Deum,qui perfectionem in deficientem non largiatur: quòd ab eo, juſto judicio ſemper fit, licet nobis non ſemper manifeſto. Et certum eſt è Scripturis, neque negari poteſt, Deum peccata peccatis punire. Atqui ea non ita infliguntur à Deo, ut,quatenus ab eo pendent, ſint peccata. Quicquid enim Deus facit,id abſque omni controverſia & rectum,& juſtum eſt. Et pœnæ ipſæ, quatenus pœnæ ſunt,ad naturam boni pertinent: Quatenus tamen ex nobis proficiſcuntur, peccata ſunt. Non enim ſtatuimus Deum ipſum per ſe, dum animam creat, eam coinquinare: A vitiato enim corpore, cui conjungitur, peccati fœditatem contrahit. Sed in hac re vehementer offenditur humana prudentia: Exiſtimat enim talem conjunctionem nullo modo debuiſſe fieri. Perinde enim id eſſe videtur, ac ſi quis rem pretioſam conjiceret in vas immundum. Injuſtum etiam videtur, animam, quæ nihil nec boni,nec mali fecerit, conjungere cum corpore, unde contrahat labem originis. Imò,ſi ita ſit,oporteret homines abſtinere à procreatione : ut leproſi etiam ſuadentur, ſi fieri poſſit, abſtinere, ne generando pergant humanam naturam inficere. Et, quia finis,ad quem homo inſtituitur, eſt æterna felicitas, non videntur convenire,ut animus in eo corpore collocetur, unde à priſtino fine revocetur. Vtque juſtum non eſt,animam, quæ nihil peccavit, in inferno puniri, ita etiam iniquum videtur, eam in illud corpus conjici, in quo, pœnam,ut inferno,ſed peccatum, & odium Dei,quæ graviora ſunt, incurrat: & ita incurrat, ut id evitare nullo pacto poſſit.

An Deus author ſit hujus traductionis peccati originis.

Deus cùm animam creat, illam non coinquinat.

Quibus offendatur hîc humana prudentia.Simile.

28 Hæc uſque adeò ſunt difficilia & obſcura, ut humano judicio prorſus non poſſit ſatisfieri. Colliguntur quidem nonnullæ conſolationes ex Eccleſiaſticis ſcriptoribus, quæ iſtas objectiones tantum mitigant & leniunt, quantum piis animis ſit ſatis: ſed non,quantum ratio humana exigeret. Conjungitur enim anima cū corpore infecto & immundo,ut ratio habeatur univerſi,ne ſpecies hominis,quæ præcipua eſt, in eo deſideretur. Non deeſt officio ſuo Deus: curſum naturæ nō impedit; ſed corpore jam effecto, animā juxta ordinem præfixum creat;hominémque potius vult eſſe, licet ille abſque vitio non naſcatur, quàm nihil eſſe. Quod ſi non omnia largitur, quæ dedit ab initio,tamen multa ex ſua miſericordia concedit. Deinde remedium Chriſti Mediatoris noſtri propoſuit, unde vitium quod contraximus,emendetur. Quod vitium ante converſionem, electos ad Chriſtum impellit: ut ſentientes vim morbi ſui, ab eo medicinam recipiant. Deinde autem, poſtquam ſemel Chriſto ſunt inſiti, habent hoc vitium relictum ad agonem & certamen, ut poſtremò victorias & triumphos reportent. At dices; Potuiſſet Deus alia ratione ſervare humanum genus,ne aboleretur, ſi alium hominem creaſſet purum, atque integrum: ut Adamo abſque ſtirpe defuncto, omnes poſteri ex illo altero homine incorrupto procrearentur. Dubium non eſt, Deum facere ita potuiſſe,ſi voluiſſet. At iſtud non erat lapſum erigere,perditum ſervare,& eum, qui prorſus perierat, redimere. Hanc formam bonitatis voluit Deus oſtendere, ut, nihil obſtante naturæ corruptione, quoſcunque elegiſſet, ab exitio ſervaret. Calamum enim quaſſatum confringere, & linum fumigans extinguere noluit. Voluit enim Chriſtum, tanquam alterum Adamum producere: qui ſuos ita ſervaret,ut alter perdiderat. Hæc & alia ſimilia adduxerunt Gregorium, ut clamaret, O felix culpa,quæ talem meruit habere redemptorem. Quæ verba ego non facilè dicerem: ſiquidem in illa cauſa nihil video, quod non ſit miſerum & flebile. Quod enim tanta ſalus conſecuta ſit, id divinæ bonitati acceptum referendum eſt,non culpæ Adami. Nam ab ea tantum bonum, non niſi per accidens derivatum eſt.

Deus hominem potius vult eſſe utcunque corruptum,quam nihil eſſe.

Ex iis quæ ab initio dederat aliqua largitur.

Poterat Deus aliter ſuccurrere, ſi voluiſſet.

In hoc noſtro genere inſtaurando formam ſuæ bonitatis Deus oſtendit. Eſa.42.3.

Gregorii ſententia.

Originalis peccati contractio, non damnat electos.

29 Hæc etſi objectionibus, quas diximus, non poſſunt tantum,quantum ratio humana flagitaret,ſatisfacere; tamen ex illis habemus, quod utcunque poſſimus reſpondere. Animæ conjunctio cum vitiato corpore,nihil facit ad exitium electorum: Nam in Chriſto, tam corpus quàm anima, reficitur. Vtque per corpus anima inficitur,ita per fidem in Chriſtum, quæ eſt in animo, ille unà cum corpore reparatur. Quòd innocens anima, quæ nihil aut boni aut mali fecit cum corpore corrupto conjungatur, id naturæ ordo

Vt anima tali corpori jungatur, ordo naturæ poſtulat, ne corpus exanime relinquatur.

Digitized by Google

ordo requirit: niſi corpus relinquendum ſit exanime, A & orbis humana ſpecie privandus. Quòd ſi volumus expoſtulare cum Deo, nullus erit modus, aut finis. Conquerentur animæ infinitæ, quòd extra prædeſtinationem creatæ fuerint, quæ tamen hoc num commeruerant. Conquerentur multi, quòd nati fuerint ex impiis, infidelibus, & barbaris parentibus, & tenera ætate mortui, per quam nihil de Deo cognoſcere potuerint: Et alia hoc genus ſexcenta facilè poſſent excogitari.

Bonitas procreationis ex effecto, quod eſt per ſe conſiderari debet.

Quod ad procreationem attinet, dicamus eam laudabilem eſſe, quum conſtet ex legi- B timo matrimonio. In ea conſiderandus eſt homo qui generatur, hoc eſt, effectus, ut iſti loquuntur, proprius, & per ſe. Homo verò eſt bona Dei creatura: vitium autem & corruptio, adjungitur per accidens. Et habet hoc malum remedium quod in lepra, & morbis aliis incurabilibus non accidit. Concedimus etiam hominem ad finem æternæ felicitatis eſſe conditum. Quúmque objicitur, eum ab hoc fine per

Electi per hoc malũ ad Chriſtum invitantur.

corporis vitium revocari: Nos è diverſo dicimus, eum C per illud idem ad Chriſtum invitari. Poſtremò fatemur, videri poſſe indignum, ut animus innocens collocetur in inferno; quod ibi nulla ſperanda ſit redemptio: At in corpore, quantumvis corrupto poſita, tamen poteſt & ſalutem, & redemptionem conſequi.

30 Iam rationes adducendæ ſunt, quæ firmiter & ſolidè probent, vitium originis propagari in homines per ſemen & generationem. Id idcirco docebimus ex Sacris literis, quia multi reclamant, & putant D rem omnem fictam eſſe. Primùm, Paulus ait: Peccatum per unum hominem ingreſſum eſſe in mundum: Videndum ergo eſt, quomodo homines pendeant ab Adamo, ut eſſe poſſint ejus peccati participes. Alia autem via nulla inveniri poteſt, quàm ſemen, & generatio. Deinde quum Apoſtolus ad Epheſios dicat: Nos eſſe natura filios iræ, & natura (ut Phyſici aſſerunt) ſit principium motus, ad ſemen & generationem recurrendum erit. Nam ea ſunt principiũ motus, & originis noſtræ. Sed David hoc expreſ- E ſius indicat, quum ait: Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Quibus verbis apertè docet, hoc peccatum traduci per generationem. Longè autem apertiſſimum eſt, quod ait Iob: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Ex hoc loco ſemen majorum noſtrorum infectum, ut immundum eſſe arguitur, quantumvis reclamet Pighius.

Rom 5.12.

Probatur hoc vitium per ſemen & generationem propagari.

Per generationem ab Adamo petendus.

Eph.2.3.

Pſal.51.7.

Iob.14.4.

Quomodo peccatum hoc auferatur.

31 Sed jam è diverſo expendamus, qua ratione hoc peccatum auferatur. Quemadmodum per unum F hominem removetur. Quemadmodum autem peccatum ab Adamo diffunditur per ſemen & generationem, ita viciſſim aliqua invenienda ſunt in ea multitudine, quæ ad Chriſtum pertinent, quæ rationem ſeminis habere poſſint. Ea ſunt electio, ſeu prædeſtinatio, gratia, ſpiritus, verbum Dei, Baptiſmus. His poſtremis duobus inſtrumentis, Deus utitur ad ſuos regenerandos. Verùm ſi quis quærat, num externum verbum aut ſignum Baptiſmi viſibile omnino ſint neceſſaria: reſpondemus, internum quidem G verbum, quo homines moveantur ad Chriſtum & reformentur, omnino requiri, ſi loquamur de adultis: in parvulis autem, neque internum verbum locum habere poteſt, neque externum. Et externum quidem verbum, ordinarium eſt inſtrumentum, quo Deus adultos vocat ad ſalutem: quamvis in quibuſdam, interno tantùm extraordinaria ratione utatur. Ita enim Abrahamum evocavit è terra ſua, & Adamum inſtituit immediatè, ut loqui ſolent: ſine omni externo miniſterio. Symbolum etiam Baptiſmi, nul- H lo modo eſt contemnendum. Nam qui illud negligunt, quum adipiſci poſſint, regenerationem non aſſequuntur. At ſi ejus copia non detur, non erit fraudi homini pio, & ad Chriſtum converſo, quamvis non fuerit baptizatus. Atque ex hoc apud Patres, nata eſt mentio Baptiſmi ſanguinis & flaminis. Et Ambroſius, de obitu Valentiniani Imperatoris ait: Illum gratia Baptiſmi non caruiſſe, quum ejus deſiderio flagraſſet, quamvis non eſſet baptizatus. I

Verbum internum requiritur neceſſariò in adultis.

Externum verbum eſt ordinarium inſtrumentum, quo adulti vocantur.

Baptiſmus non contemnendus.

Triplex Baptiſmus.

De parvulis Chriſtianorũ, qui ſine baptiſmo moriuntur.

32 De parvulis autem Chriſtianorum, qui abſque hoc Sacramento decedunt, ſi interrogarer, reſponderem, de illis ſpem bonam habendam eſſe: eámque niti verbo Dei, nimirum fœdere ac pacto inito cum Abrahamo, quo Deus pollicetur, ſe non tantùm illius fore Deum, verùm etiam ſeminis ejus. Quæ tamen promiſſio, quum non ita ſit generalis, ut omnes comprehendat, ideò nemini ſic decedenti auſim peculiariter promittere certam ſalutem. Sunt enim aliqui ſanctorum filii, qui ad prædeſtinationem non pertinent, quales legimus fuiſſe Eſau, Iſmael, & alios complures, quorum ſalus non eo nomine impeditur, quod baptizati non fuerint. Attamen dum hîc vivimus, ſuperſunt etiam in regeneratis hujus peccati reliquiæ. Neque enim per regenerationem, peccatum originis funditus tollitur. Reatus quidem aufertur: quæ autem ſuperſunt, ad æternam mortem non imputantur. Verùm quævis res ex eo judicari debet, quod eſt ex ſeipſa. Quare ſi quæratur ex nobis, an ſit peccatum, quod manet in regeneratis, reſpondebimus eſſe peccatum. Quod ſi quando legas non eſſe peccatum, id intelligere debes dictum de reatu. In morte autem, hoc genus peccati prorſus evertetur: Nam in beata reſurrectione habebimus corpus refictum & accommodum æternæ felicitati. Interim verò, quandiu hîc ſumus, perpetuo vetus homo noſter & innata corruptio diſſolvitur, ut in morte denique eſſe deſinat. Iam tria vidimus, quomodo propagetur peccatum originis, per quid tollatur, & de ejus reliquiis quid ſit ſentiendum.

Quidam filii ſanctorum nõ pertinent ad prædeſtinationem.

Coloſ.2. ca.15. & 5.

Reliquiæ hujus peccati manent poſt regenerationem: non imputantur ad mortem.

Quod remanet ex hoc vitio poſt regenerationem, eſt peccatum.

33 Nunc de pœna dicamus. Illam nonnulli è Scholaſticis putant non eſſe ſenſus. Pelagiani illos tantùm extorres è Regno cœlorum fore arbitrati ſunt: ulterius nihil ſtatuerunt. Pighius autem hoc etiam addit, fore illos beatos naturali quadam felicitate, qui cum hoc tantùm peccato decedunt è vita, eóſque amaturos Deum toto corde, tota anima, & omnibus viribus, ejúſque nomen ac laudes prædicaturos. Atque hæc quidem, quamvis tradere non auſit ut certa, tamen probat ut veriſimilia. Auguſtinus verò de fide ad Petrum, & non ſemel alibi, parvulos non regeneratos, ſi ita moriantur, ignibus æternis adjudicat. Et ejus quidem ſententiæ literæ Sacræ videntur favere. Nam in extremo judicio, duplex tantùm feretur ſententia: nec ullus locus tertius inter ſervandos & condemnandos conſtituitur. Papiſtæ quoque quamvis uſque ad diem judicii putent fore Purgatorium, tamen poſt illum diem, medium locum nullum ponunt. Et apertè ſcribitur, eos, qui non credunt in Chriſtum, non ſolùm vitam æternam non habituros, ſed etiam ſuper eos manere iram Dei. Dúmque ſumus alieni à Chriſto, appellamur iræ filii, nec dubium eſt eos Deum punire, quibus iraſcitur. Dicemus ergo cum Auguſtino & Sacris literis, puniendos eos eſſe, verùm de genere & modo nihil poſſumus definire, niſi quod quum variæ ſunt pœnæ gehennæ (nam Scripturæ ipſæ aſſerunt, alios aliis tolerabilius habituros) credibile eſt illos, quum ad vitium originis alia peccata actualia non adjunxerint, levius eſſe puniendos. Semper tamen excipio ſanctorum filios, quia eos credentibus adnumerari non dubitamus, licet non adhuc propter ætatem reipſa credant: ut nati infidelium non credentibus accenſentur, licet fidei per ſeipſos non reſiſtant. Vnde piorum filii diſcedentes abſque Baptiſmo, propter fœdus quod Deus cum parentibus percuſſit, poſſunt eſſe ſalvi, ſi alioquin ad prædeſtinatorum numerum pertinent. Excipio etiam, ſi qui alii ſunt, qui arcano Dei conſilio attineant ad prædeſtinationem.

Quæ ſit pœna originalis peccati.

Ioh.3.36.

Eph.2.9.

34 His ita jam conſtitutis, veniemus ad argumenta Pelagianorum, quibus illi probari poſſe putabant, nullum eſſe peccatum originis. Primum illorum argumentum eſt non eſſe veriſimile, Deum velle adhuc perſequi peccatum Adami, quum illud jam olim ſatis puniverit, præſertim cùm Propheta Nahum dicat, Deum nolle judicare bis in idipſum. Scio eſſe qui reſpondeant, Deum non bis feciſſe judicium de illo peccato, ſed ſemel tantùm: nam uno judicio complexum eum eſſe Adamum & omnem ejus progeniem. Sed ut res dilucidius expediatur, dico in unoquoque noſtrûm, quoties punimur, cauſam eſſe, cur puniri debeamus: itaque in omnibus, non alienam, ſed propriam cujuſq; culpam damnari. Quòd ſi legimus, Deum in nobis ulciſci peccatũ Adami, id ita

Argumenta Pelagianorũ contra peccatum originis.

Nah.1.9.

Simile.

intelligendum eſt, quòd vitium noſtrum ab illo habuit originem. Vt ſi quis peſte laborans, alios inficiat & illi moriantur: dicetur illorum quiſque non aliena, ſed propria, & ſua peſte eſſe mortuus. At ſi quis eos dicat ex ejus peſte, unde contagium contraxerunt, periiſſe: id ita intelligendum eſt, quòd is primus peſtem invexit, & illis affricuit. Sententia autem illa Nahum Prophetæ, ad hanc rem nihil facit. Hieronymus quidem, quum illum locum interpretatur, ait illis verbis refutari Marcionem. Is enim calumniabatur Deum, veteris Teſtamenti ultorem, & crudelem videri, quòd ſuppliciis graviſſimis homines afficeret. Id Hieronymus ait, non crudelitati, ſed bonitati eſſe aſcribendum. Non enim alia de cauſa Deum in Sodomis, in diluvio, & aliâs, homines ita graviter puniviſſe, niſi ut ne perirent ęternùm. Semel enim eũ in illos vindicaſſe, ne poſtea rurſus animadverteret. Verùm idem Hieronym. fortaſſe, quòd videret hæc parum eſſe firma, objicit ſibi, Ex his videri poſſe, bene actum cum adulteris, ſi deprehendantur: ita enim fore, ut dum plectuntur capite, evitent æternas pœnas gehennæ. Quare reſpondet, judicium hujus mundi non poſſe antevertere ſententiam Dei: neque putandum eſſe, levi ſupplicio peccata deleri, quæ gravem & diuturnam pœnam mereantur. In his verbis Hieronymi, duo animadvertenda ſunt: alterum, illa tempeſtate adulterium fuiſſe capitale: alterum, primam illam interpretationem non videri illi ſatisfacere. Adducit itaque expoſitionem aliam Iudæorum, Deum his verbis ſignificare voluiſſe, Aſſyrios non effecturos, ut poſt adductas decem tribus, potirentur etiam regno Iudæ, quemadmodum tentarant ſub Ezechia. Deus, inquit, non committet, ut duplex ſurgat tribulatio. Satis habet, decem tribus perdidiſſe: ſalvum eſſe vult Regnum Iudæ. Hæc expoſitio, etſi nihil habeat alienum à pietate, tamen non videtur attigiſſe mentem Prophetæ. Is enim adverſus Niniven vaticinabatur minas Dei, & futuram everſionem. Quúmque vellet vindictam imminentem exaggerare, ait tantam fore vehementiam vaſtationis inferendæ per Chaldæos, ut non foret neceſſe, ut eam Dominus iterum affligeret. Eum enim prima vindicta ſatis pœnarum eſſe ſumpturum: Nam Imperium Aſſyr. prorſus à Chaldæis everſum eſt. Et vulgò ſolemus dicere, de homine ad necem uſque verberato, ita eum uno ictu fuiſſe percuſſum, ut ſecunda plaga non eſſet opus. Hic eſt ſcopus Prophetæ, & genuinus ſenſus hujus loci. Quod autem ad rem attinet, non diffitemur, afflictiones in hominibus piis eò ſpectare, ne cum hoc mundo damnentur, ut Paulus ait: Sunt enim paternæ caſtigationes, quibus ad pœnitentiam revocantur. Verùm ex eo non trahenda eſt regula generalis, qua Deo modus imponatur, ut quum cœperit impios punire in hac vita, eos punire etiam non poſſit in altera, ſi obierint abſque fide & pœnitentia. Si ad Deum redierint, nihil in altera vita patientur: non tamen propterea quòd in hac vita ſuis pœnis Deo ſatisfecerint: ſed quòd Chriſtus pro illis pretium redemptionis perſolverit. Quare quemadmodum piis in hac vita dantur quædam bona, quæ illis ſint arrha & inchoatio futuræ vitæ in alio ſeculo perficiendæ, ita in impiis, afflictionum hujus vitæ præludiis, inchoantur æterna ſupplicia. Quod etiam Chriſtus videtur innuere, cùm ait: Eum timete, qui poteſt & corpus occidere, & animam mittere in gehennam. Ex his ſatis liquere arbitror, oraculum Prophetæ, quod aperte interpretati ſumus ad eam rem, quam tractamus, nihil pertinere.

Quomodo intelligendum, ulciſci Deum in nobis Adami peccatum.

Tempore Hieronymi adulteri plectebantur capite.

1. Cor. 11. 32.

Deus multos impios & hic punit, & in futuro ſeculo puniet.

Pœnæ hujus vitæ, impiis præludia ſunt futurorum ſuppliciorum.

Matt. 10. 28.

35 Alterum illorum argumentum ſumitur ex Propheta Ezech. Filius non portabit iniquitatem patris. Ad hoc uno verbo poſſemus reſpondere, ut modò diximus: videlicet, filios non patrum iniquitatem portare, ſed propriam ac ſuam, quæ à nativitate cuique inhæret. Ceterùm quoniam locus ille ab aliis atq; aliis, aliter atq; aliter exponi ſolet, breviter quid nobis de eo videatur, aperiemus. Proverbium hujuſmodi vulgo jactabatur inter Iudæos; Patres comederunt uvas acerbas, & dentes filiorum obſtupeſcunt. Hujus autem proverbii non tantùm Ezech. meminit, verùm etiam Hierem. cap. 31. Sententia ejus dicti eſt hæc: Patres noſtri peccaverunt, & nos pro illis pœnas luimus. Vtque Rabbini dicunt, illi, qui erant ex Regno decem tribuum, videbantur hæc referre in Ieroboam filium Nabat, qui primus fecerat vitulos aureos. Illi verò, qui erant ex regno Iudæ, eadem referebant in Manaſſem: propter cujus impietatem impendere ſibi putabant captivitatem, quam Prophetæ denuntiabant. Hoc proverbium Deus redarguit: aitque non ita fore poſthac: Meæ, inquit, ſunt animæ: Filius non portabit iniquitatem patris, ſed quiſque in ſuo peccato morietur. Multi hæc intelligi volunt de civili pœna, quoniam Deus cap. 24. Deuter. mandavit, ne occiderentur, aut parentes pro filiis, aut filii pro parentibus. Quod etiam Amaſias Rex Iudæ obſervavit: ut ſcribitur cap. 14. 2. Melachim. Occidit enim interfectores patri ſui: filiis autem illorum pepercit, juxta præceptum Legis. Id tamen ab Iſraelitis non ſemper fuit obſervatum. Nam in libro Ioſue cap. 7. legimus, non tantùm Acham fuiſſe occiſum propter anathema, quod ſuſtulerat, verùm etiam unà cum eo & filios, & filias, & pecora. Sed hoc factum eſt ſingulari juſſu Dei. Nec legi in univerſum latæ præjudicat.

Ezech. 18. 20. Vide inf. Cl. 2. Cap. 5. ſect. 42.

Ier. 31. 29. Locus Ezechielis.

2. Reg. 14. 6.

Deut. 24. 16

Ioſ. 7. 14. Ioſue contra legem communem fecit, puniendo filios cum patre.

36 Expoſitio tamen hæc de Lege civili, verbis Prophetæ non quadrat. Iudæi enim non querebantur de pœna in foro, aut à principe ſibi inflicta: ſed de illis calamitatibus, quas Deus ipſe invexerat, videlicet, de vaſtatione ſuarum rerum: de everſione regni Iudaici, de Babylonica captivitate. Hic calumniabantur judicia Domini, & murmurabant, viam ejus non eſſe rectam. Itaque alii interpretati ſunt illum locum de pœnis æternis, de amiſſione gratiæ, ac Spiritus: quæ dicunt cuique propter ſua ipſius, non propter aliena peccata contingere. Interim tamen volunt, & liberos pro parentibus, & populum principum cauſa perpeti pœnas temporales. Deus enim, inquiunt, vult punire patres in filiis. Filii enim pars quædam ſunt parentum. Nec abſurdum eſſe aiunt, ſi filii ſuis afflictionibus parentibus proſint: quum & illi hoc pacto revocentur ad pœnitentiam, & ipſis nulla fiat injuria, ſi quum ſint mortales, moriantur. Deum enim tempora vel vivendi, vel moriendi ſapienter diſpenſare, & eum filios è vita rapere: vel ne malitia corrumpantur, vel, ſi jam in peccatis & in damnatione ſint, ne magis magiſque aggraventur, útque finem aliquando faciant malè vivendi. Atque in hanc ſententiam Auguſtinus videtur nonnihil inclinare, in Quæſtionibus ſuper librum Ioſue, quæſt. 8. & 9. Et qui volunt has reliquias originalis culpæ, quæ ſuperſunt poſt regenerationem, non eſſe peccata, ſic coguntur ſtatuere. Non enim dicere poſſunt, in parvulis ipſorum peccata puniri, quum ea nulla eſſe aſſerant. Nos verò, qui ea omnino peccata eſſe dicimus, docemus non imputari quidem ea ad mortem æternam, ſed tamen aliquibus pœnis interdum premi, ut intelligi poſſit ea Deo diſplicere. Sed ne illa quidem expoſitio Auguſtini, ſatis cum ſenſu Ezechielis convenit. Propheta enim ait, poſtea non ita futurum, ut filii dicant ſe temporarias pœnas ferre, quale erat exilium & captivitas, propter parentes. Dominus enim ait; Filius non portabit iniquitatem patris. Nihil ergo iſtos relevat, quod dicunt, hoc in pœnis ſpiritualibus, & in æterna damnatione verum eſſe. Nam Propheta apertiſſimè loquitur de corporeis ſuppliciis hujus vitæ. Alia fuit interpretatio. Auguſt. in Enchiridio ad Laurentium ca. 46. hanc eſſe prophetiam de beneficio per Chriſtum conferendo. Quum enim per illius mortem pro originali etiam peccato ſatisfactum ſit, Propheta ait: Filiũ poſthac, non patris peccatum, ſed ſuum eſſe portaturum. Videtúrq; Auguſtinus adductus in hanc ſententiam, quod quum Hier. cap. 31. idem ferè ſcribat, ſtatim ſubjecta ſit promiſſio novi Teſtamenti. Ecce, inquit; dies venient, feriam cum domo Iuda pactum novum. Verùm ne iſte quidem ſenſus videtur accedere ad mentem Prophetæ, quam ante retulimus. Deinde etiam, quamvis Chriſtus certo tempore paſſus ſit, tamen mortis ejus vi & gratia, pueri, in veteri quoque Teſtamento, ſervabantur. Quid ergo dicere oportuit, Poſthac non ita erit, quum ne antea quidem ita fuerit? Adhæc illi etiam, qui ſunt extra Chriſtum, iniquitatem ſuam portant, neque pro alieno peccato luunt pœnas, ſed pro ſuo. Dicimus itaque ſententiam Prophetę generaliter

Ier. 31. 31.

Pueri in veteri Teſtamento ſervabantur, vi & gratia mortis Chriſti.

Digitized by Google

raliter veram eſſe: & omnes vel pueros, vel adultos, tam veteris quàm novi Teſtamenti, portare quémque iniquitatem ſuam. Omnes enim qui naſcuntur, in ſeipſis habent peccatum & corruptionem, propter quam puniri debeant. Quare hæc ſententia noſtram opinionem confirmat, tantùm abeſt, ut contra nos adduci poſſit. Sed ea maximè facit contra Pighium: is enim ſtatuit, filios portare peccata parentum, quum eos dicat alioqui mundos eſſe, & naſci ſine peccato. Iudæi prædicabant, ſe innocentes eſſe, ſupplicia autem illa quæ luebant, ſe parentum ſuorum cauſa luere: Illos enim peccaſſe, non ſe. Deus verò ait, Illi proverbio poſtea locum non futurum. Volebat enim per Prophetam, copioſam illuſtrationem Spiritus ſancti in novo Teſtamento futuram declarare. Non enim talia eſſe judicia ſua, ut pro alterius peccato quempiam puniat innoxium. Quare non dicit, poſtea non ita futurum, quaſi unquam antea ita fuerit. Sed hoc dicit, non futurum, ut uſurpent hujuſmodi proverbium, quum ſemel agnoverint veritatem.

Exod. 20. 5.
Quomodo Deus perſequatur iniquitates patrum in filios.

37 Cæterùm huic expoſitioni videtur Lex obſtare: in ea enim Deus ait, ſe perſequi iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem. Iſta videntur parum conſentire, & Deum perſequi iniquitatem patrum in filios, & filios non portare peccata parentum. Vt huic objectioni ſatisfiat, primùm exponemus verba Legis. Ita enim intelligemus, inter Prophetam & Legem nihil eſſe pugnæ. Sententiam Legis, alii ad miſericordiam Dei, alii ad ejus ſeveritatem & juſtitiam referunt. Qui Dei miſericordiam exiſtimant his verbis commendari, illi Deum aiunt tam eſſe bonum & propitium, ut nolit hominem ſtatim perdere, quum peccat, ſed expectare potius velit ejus pœnitentiam. Itaque interdum cùm patri qui peccavit parcat, tamen punit filium: interdum quum & patri & filio parcat, animadvertit in nepotem: interdum etiam differt pœnas in quartam generationem. Quod videmus factum in Iehu Rege Samariæ. Nam quum is graviter peccaviſſet, tamen Deus ejus poſteritati regnum non eripuit, niſi poſt quartam generationem. Videtur ergo his verbis prædicari bonitas Dei, qui ita iram ſuſtineat, neque eam ſtatim effundat. Alii verò putant prædicari bonitatem Dei, quum dicitur benefacturus diligentibus ſe in mille generationes. Contra verò, ut intelligeretur ejus ſeveritas & juſtitia, adjectum eſſe, eum perſequi velle peccata, non ſolùm in eos qui peccaverunt, ſed etiam in filios eorum & nepotes, uſque in quartam generationem. Idque exemplis putant poſſe declarari. Nam Amalech multis malis affecerat Iſraelitas, peregrinantes per deſertum: & longo poſt tempore ejus poſteri afflicti ſunt ab Iſraelitis, & ita afflicti, ut Deus poſtremò, Saulem juſſerit eos ad unum omnes funditùs delere. Iehezi quoque famulus Eliſæi, quod ejus nomine accepiſſet pecuniam à Naamano Syro, & ipſe percuſſus eſt lepra, & ejus univerſa poſteritas in perpetuum. Vtraque harum ſententiarum pia eſt, & exemplis confirmari poteſt. Poſterior tamen magis videtur quadrare cum textu. Quomodo autem Deus perſequatur iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartã generationem, Lex ipſa ſatis declarat. Nam additur, Odio habentes me: Vnde apparet, non alios filios portaturos eſſe peccata majorum, niſi qui fuerint illorum ſimiles. Nam ſi ab eorum pravitate diſcedant, illorum peccata non portabunt. Annotandum autem eſt; Odio habere Deum, accipi dupliciter: vel actu, ut loquuntur, quod tantùm adultis convenit: vel propenſione & vitio in natura jam contracto, quod in parvulis locum habet.

2. Reg. 15, 12.
Exod. 17. 8.
1. Sam. 15. 2.
2. Reg. 5. 17.
Qui peccata parẽtum portant, & ipſi Deum oderunt.
Deum odio habere dupliciter.

38 At objiciet aliquis, Si intelligamus Deum eos tantùm punire, qui majorum vitia imitantur, quid oportuit addere: In tertios & quartos: quum in omnes peccatores quicunque illi fuerint, in perpetuum animadvertendum ſit? Hac objectione ita permotus eſt Auguſtinus, ut diceret, hac forma dicendi in tertiam & quartam generationem, intelligendam eſſe univerſam poſteritatem: numerum enim finitum, uſurpari pro infinito. Nam ſi quatuor adjungas ad tria, exiſtit numerus ſeptenarius, qui pro quovis alio numero poni ſolet. Ad eundem modum ſcriptum eſſe ait in Amus Propheta; Super tribus ſceleribus, & ſuper quatuor non convertam eum. Atque hanc eſſe ſententiam ejus loci: Si quis ſemel atque iterum tranſgrediatur, poſſe illi Deum ignoſcere: at ſi quis peccata peccatis cumulet, & ita pergat in immenſum, jam Deum ignoſcere non poſſe. Hic tria & quatuor ſcelera ponuntur, pro continuatione peccatorum. Sic etiam Deus dici poteſt animadvertere in tertiam & quartam generationem illorum, qui eum odio habẽt: quum in omnes tales quicunque ſint, ſit animadverſurus. Sed aliter poſſet reſponderi, Deum idcirco definiviſſe tertiam & quartam generationem, ut oſtenderet, iram ſuam eſſe moderatam, & cum benignitate conjunctam: ut pœnas aliquando ſuſtineat, neq; pergere velit puniendo. Quamvis alii ſunt qui putent, diſertè poſitam generationem tertiam & quartam: quoniam eò uſque, poſteri, malo exemplo ſui proavi, fortaſſis ad peccandum ſunt adducti. Nemo enim ex majoribus ulterius vivit: nam viſa quarta generatione, plerunque moriuntur. Ex his videmus, Prophetæ verba, nihil pugnare cum Lege, ſed eam potius interpretari. Ideirco enim ait, filium non portaturum iniquitatem patris, quia Lex ait, eum perſequi iniquitatem patrum in filiis, ſi illi quoque peccata parentum imitentur: ut quum puniuntur, intelligantur ſua peccata luere, non parentum. Dicitur autem Deus ideo punire peccata patrum in eis, quia ab illis inceperunt, & continuata ſunt in filios. Quòd ſi filii nõ habuiſſent patres aut avos, qui ita peccaſſent, fortaſſe Deus iram ſuam adhuc ſuſtinuiſſet: & quemadmodum majores eorum ſua patientia pertulit, ita eos quoque fortaſſe pertuliſſet. Sed cùm & majores illorum peccarint, & illi ab eorum exemplo non diſcedant, Deus non vult ulterius differre pœnam, ne curam rerum humanarum abjeciſſe videatur, atque ita alii peccent ſecurius. Interim tamen qui ſic puniuntur, non poſſunt dici innocentes, quum ipſi quoque Deum odio habeant. Neque his adverſatur, quod Christus apud Ioannem ait de homine cæco à nativitate: Neque hic peccavit, neque parentes. Non enim ſenſus eſt ejus loci, cæcum illum immeritò fuiſſe punitum: Sed tantùm hoc notatur, providentiam Dei in alium finem direxiſſe vitium illud oculorum, quàm ut cæcus puniretur. Voluit enim uti ea occaſione, ad illuſtrandam divinitatem Chriſti. Sic Deus diſtribuit pœnas, ut eis non tantùm puniat, ſed etiam alios fines, quos ipſe ſibi conſtituerit, conſequatur. Atque hæc hactenus de loco Prophetæ, ex quibus intelligi poteſt, illum neque cum Lege, neque cum definitione à nobis allata pugnare; imò potius in adverſarios noſtros torquenda eſt hujuſmodi ſententia, qui filios aſſerunt reos eſſe peccati alieni.

Septenarius numerus pro quovis alio ponitur.
Amos 1. v. 3. 6. & 9.
Cur Deus tertiam & quartam generationem definiit.
Deus non vult plus quam oportet differre pœnam ut ne videatur abjeciſſe rerum curam.
Ioan. 9. 1.
De cæco nato.

39 Proxima ratio fuit, quum & anima & corpus ſint opera Dei, & progenitores ſæpe ſint ſancti & pii, & in Scripturis commendentur: & opus generandi & nuptiæ laudentur, quomodo inter tot præſidia innocentiæ ſeſe peccatum inſinuavit? Primùm, reſpondemus cum Paulo: Per unum hominem. Quódque aſſumunt, genitores eſſe mundos & ſanctos, falſum eſt. Nam licet pietate ſint præditi, & illis condonatum ſit peccatum originis, quod ad reatum attinet: adhuc tamen in illis remanet natura vitiata, & impura conditio. Itaque naturam, qualem ipſi in ſe habent, talem poſteris tradunt: ídque, ut dictum eſt, per ſemen & generationem. Neque id quicquam impedit, quod quidam comminiſcuntur, corpus non poſſe agere in ſpiritum. Non enim dicimus, Phyſica actione, animam corrumpi à corpore. Sed quum corpus vitiatum ſit, reſiſtit animæ. Ea verò non confirmata illis dotibus quas habuit ab initio, ejus inclinationi obtemperat, nec ut par fuit, regit, ſed ab eo regitur. Deinde Phyſicæ etiam rationes docent nos, eſſe ſympathiam inter corpus & animam. Solet enim anima verè affici pro temperatura corporis; Nam qui abundãt flava, aut atra bili, animo ſolent eſſe iracundo, aut mœſto. Quare, quum hæc argumentatio ex falſis principiis profecta ſit, nihil poteſt concludere. Adducebatur præterea locus ex priore epiſtola ad Corinthios: Filii veſtri ſancti ſunt. Quare non eſt probabile, eos peccatum originis contraxiſſe. Sanctitati enim non convenit cum peccato. Aliqui exponunt, filios Chriſtianorum ſanctos eſſe, quod attinet ad civilem actionem, videlicet, quòd

Rom. 5. 12.
Corpus non agit in ſpiritum actione phyſica.
Sympathia inter animam & corpus.
1. Cor. 7. 14.

Etiam liberi infidelium ex juſto matrimonio ſuſcepti ſunt legitimi.

Vide Claſſ. 4. Cap. 8. Sect. 6.

Pia educatio etiam ſpuriis poteſt contingere.

Gen. 17. 7.
2. Cor. 6. 18.
Ezech. 16. 20. & 21.

Adeodatus Auguſt. filius.

Aliquid ſanctitatis à parentibus redundat in filios, vi divini fœderis.

Qua promiſſione freti parvulos noſtros baptizandos tradamus.

habendi ſint pro legitimis, non pro ſpuriis. Sed hoc A non convenit. Ita enim matrimonium Chriſtianorum,nihil haberet eximium præ matrimonio infidelium. Nam illorum etiam liberi, ex legitimo matrimonio ſuſcepti, ſunt legitimi,& fiunt hæredes. Alii ſanctitatem exponunt, piam educationem. Nam ſi pius conjux diſcederet ab impio fortaſſe liberi apud impium relinquerentur, & ita abducerentur à Chriſto. At ſi conjuges unà vivant, ſemper pius parens aliquid pietatis inſtillabit in liberos. Sed ne hoc quidem multum videtur facere ad inſtitutum Pauli. B Nam pia educatio poteſt illis etiam contingere, qui ex adulterio, aut ſcortatione ſuſcepti ſint. Quod factum videmus in Auguſtini filio Adeodato. Quare Apoſtolus ſignificare potius videtur, aliquid ſanctitatis in filios à piis parentibus redundare: quæ tamen à carne non pendeat, ſed à promiſſione data in fœdere. Deus enim pollicetur Abrahamo, ſe non tantùm ejus Deum eſſe velle, ſed etiam ſeminis ejus. Itaque Deus in Prophetis, parvulos Iudæorum appellat ſuos: C & queritur filios ſuos & filias ſacrificari Moloch. Nóſque hujus promiſſionis ſpe freti, parvulos noſtros offerimus Eccleſiæ baptizandos, quod ad Deum & ad Chriſtum pertineant: ut promiſſio, quam jam diximus, aliquo externo ſigillo confirmetur.

Rom. 11. 16.

Dei promiſſio indefinita eſt & vera.

Infantes electi quando naſcuntur, ſimul & ſancti ſunt, & iræ filii diverſo reſpectu.

40 Sed dices; Poteris falli: quia fortaſſe filius tuus non pertinebit ad numerum electorum. Reſpondeo, eadem difficultate laborari etiam in adultis. Poteſt enim fieri, ut quis animo ficto fidem profiteatur, aut humana tantùm perſuaſione adducatur, aut fidem D habeat temporariam, ut revera ad electos non pertineat. At iſta miniſter non ſpectat, ſed confeſſionem tantùm, quam tingendus profitetur: electionem autem Dei dicet ſibi occultam eſſe: ideoque ſe de ea non eſſe ſolicitum, de particularibus ſe nihil poſſe ſtatuere: ſed generalem promiſſionem attendere, à qua quamvis multi excludantur, ſuum tamen non eſſe eos definire. Ita Paulus loquitur de Iudæis; Si radix ſancta, & rami: ſi primitiæ ſanctæ, & conſperſio ſeu maſſa. Quibus verbis oſtendit, Dei dilectionem E propenſam eſſe in Iudæos propter promiſſionem, & propter patres: ob eámq; cauſam illis deberi ſalutem. Quamvis ergo hæc promiſſio indefinita ſit, & multi ab ea excludantur, ea tamen nihilominus inconcuſſa manet. Semper enim aliqui illorum convertuntur ad Chriſtum, & uſque ad finem convertentur. Id apparet in Iſaaco, cujus ſemini quum Deus pollicitus eſſet ſe fore propitium; tamen ea promiſſio in Iacobo ſolo locum habuit, non in Eſau. Neque tamen id obſtitit, quò minus Eſau circuncideretur. Ita nos fate- F mur, liberos Chriſtianorum, qui pertinent ad electionem Dei, ſanctos eſſe: ſed tamen originis peccatum contraxiſſe, quod natura ſint filii iræ, ſicut cæteri. Quòd ſi Deus reatum ſuſpendit, eúmque illis non imputat ad ſalutem, id habent ex Dei gratia, & mera miſericordia, non ex ipſorum puritate naturæ. Quum ergo illi ex maſſa corrupta naſcātur, & ad electionem pertineant, utrumque ponimus, & ſanctos eos eſſe, & natura filios iræ. Quare apparet, quemadmodum hoc argumentum ſolvendum ſit. Sed addunt, in infanti- G bus inveniri nullum dictum, factum, cogitatum, contra legem Dei, atque idcirco eos peccatum non habere. Quàm hìc turpiter errent, apparet ex illis, quæ jam diximus. Hoc enim perinde eſt, ac ſi dicerent, Non habent actuale peccatum, ergo nullum habent peccatum. Nam argumentari à ſpecie ad genus, per negationem, vitioſiſſimum eſt. Falluntur autem, quòd non ſequantur univerſalem rationem peccati, quam ita ſuprà deſcripſimus, ut omnia complectatur, quæ aliquo modo adverſantur legi Dei. H

Contra Pelagianos.

Rom. 5. 19. & 14.

41 Objiciunt etiam, non rectè dici peccatum originis propagari per ſemen & carnem, quòd ea ſtupidam & brutam naturam habeant, idcóque peccati non ſint capacia. Sed jam diximus, peccatum in illis non eſſe, niſi per inchoationem, tanquam in radice. Tum autem ratio peccati perficitur, cùm anima jam eſt adjuncta. Expoſuimus etiam, quemadmodum occurrendum ſit Pelagianis, cùm ea quæ à Paulo ad Rom. dicuntur, de imitatione contendunt accipi oportere. Primùm enim id non poteſt omnibus Apo- I ſtoli dictis convenire. Dicit enim, Omnes peccaviſſe, &, per inobedientiam unius, peccatores conſtitutos eſſe multos: quódque firmius eſt, probavit. Ideò ante Legem peccatum fuiſſe in mundo, quòd mors regnaſſet ab Adamo uſque ad Moſen. Erant etiam aliæ rationes, quibus Auguſtinus utitur contra Pelagianos, quas nunc repetere non eſt opus. Adhæc addunt, afflictiones humanas, & mortem ipſam naturalem eſſe: habere enim ea in nobis principia à natura, unde fluant. Sed reſpondemus, hæc principia non ita fuiſſe comparata, cùm humana natura primùm inſtitueretur: ſed ea poſtea vitiata fuiſſe, & corrupta, qualia nūc videmus eſſe. Philoſophi effecta ea quæ vident, reſolvunt in hæc principia, quæ nunc extant. Sed ea Chriſtiani potius reſolvunt in verbum Dei. Cùm igitur Scriptura doceat, mortem ingreſſam eſſe per peccatum, & hominem ut erat creatus, potuiſſe ſemper vivere: videat Pighius, & qui illum ſequuntur, quàm vere & piè aſſerant, mortem homini accidere à natura. Addunt etiam, id non debere vitio verti, quod evitari non poſſit. Atqui hoc ex eo falſum eſſe deprehenditur, quia Lex propoſita nobis eſt, quam abſolutè perficere nemo poteſt, aut omnes lapſus adverſus eam evitare. In expendendis peccatis non quærendū eſt, contingentérne, an neceſſariò quidq; factum ſit: ſed tantùm pugnétne an cōveniat cum lege Dei. Hac trutina peccatum expendēdum eſt. Quare leve ac nugatorium eſt, quod adverſus nos de neceſſitate afferunt. Poſtremò objiciunt, ſi peccatum primorum parentum derivatum ſit in poſteros, rationem inveniri nullam poſſe, cur non aliorum etiam parentum peccata in poſteros eodem modo traducantur. Quod ſi damus, id ſecuturum putant, quod ſit abſurdiſſimum, miſerrimam fore noſtram conditionem, qui hoc poſtremo tempore nati ſimus: in nos enim non tantùm primorum parentum, ſed etiam omnium majorum noſtrorum peccata derivatum iri.

Rom. 5. 12.

Contingens & neceſſarium, nō ingrediuntur peccati rationem.

An peccata proximorum parentum in poſteros deriventur.

Auguſtinus putat parentum proximorum peccata filiis communicari.

Exod. 20. 5.
Ezec. 18. 20.

Peccatum non tantùm animum, ſed etiā corpus vaſtat.

1. Cor. 6. 19.

Iuſtitia Dei non eſt arguēda ſi peccata patrum in liberos transfundantur.

Peccatum originis & vitia proximorum parētum, quid inter ſe diſcrepent.

42 Exiſtimarunt Scholaſtici, fieri non poſſe, ut peccata proximorum parentum tranſeāt in filios. Idque ut dicāt, induci videntur duabus maximè rationibus. Quarum prior eſt, proximi parentes tātummodo naturam liberis communicant, & ea alia quæ naturam per ſe comitantur: ſingulares autem conditiones & accidentia, niſi ea fortè ad corpus pertineant, non cōmunicant. Morbi enim ſæpe aviti, ut lepra aut podagra, tranſeunt in liberos. Animi verò qualitates non propagantur, nec ad procreationem pertinent. Grammaticus enim Grammaticum non procreat, nec Muſicus Muſicum: Quare quum peccata pertineant ad animum, aiunt ea à parentibus non poſſe propagari. Altera ratio eſt: Primi parentes juſtitiam originalem habuerunt: quæ non tantùm in animo ſita fuit, verùm etiam in corpore, & in membris. Ideóque generando, potuerunt carentiam hujus juſtitiæ in liberos transfundere, quum ea in corpore & in carne hæreret. At peccata actualia, quæ poſtea ſequuta ſunt, quum ad animum pertineant, non poſſunt in filios propagari. Auguſtinus tamen in Enchiridio ad Laurentium, c. 46. probabile ait eſſe, peccata etiam proximorum parentum cōmunicari cum filiis: Ad quod probandum, componit inter ſe duo loca Scripturarum à nobis antè tractata. Quòd Deus ait, ſe velle perſequi peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem, quum alio loco dicat, Filium non portaturum iniquitatem patris, ſed ſuam, & tamen Deus perſequitur in eo peccatum patris, oportet ut filius ipſe peccatum illud in ſe habeat: alioqui hæc loca inter ſe non convenirent. Peccatum itaque ſua natura ita factum eſt, ut non tantùm animum hominis vaſtet, verùm etiam corpus, carnem & mēbra depravet. Itaq; Paulus ad Corinthios ait, Corpora noſtra templa eſſe Spiritus ſancti: & graviter comminatur, ſi quis templum Dei deſtruat. Si ergo Deus puniat peccata parentum in filiis, & filius alienam iniquitatem non portat, ſed tantùm ſuam: ſequitur parvulos impiorum hominum, cùm affliguntur, ut patres in illis puniantur, aliquid in ſe habere paternæ pravitatis. Neque hic cuiquam conquerendum eſt de juſtitia Dei. Nam ſi Deus incorruptiſſimè ſua juſtitia, poteſt eos qui peccant in reprobum ſenſum tradere, & peccata peccatis punire: cur non etiam juſtè velit, peccati corruptionem, non tantùm animū perdere, ſed etiam ejus impuritatem in corpus quoque redundare? Unde qui generantur ex peccatoribus, talem naturam

ex illis

Digitized by Google

A ex illis contrahunt, qualem in illis reperiunt. Atque hac ſententia homines admonentũt, ut ſanctè vivant, néve & animos ſuos & corpora polluant, eadémque opera filios quoque ſuos inficiant.

43 Si hoc, ut jam diximus, conſtituatur, quæret quiſpiam, quid diſcriminis ſit inter peccatum originis, & illud quod à proximis parentibus contrahitur? Reſpondemus, propagationem originalis peccati eſſe perpetuam, quemadmodum Sacræ literæ docent: B aliorum verò peccatorum continuationem non eſſe neceſſariam. Aliquando enim à proximis parentibus nihil vitii tranſmittitur ad liberos, excepto peccato originis. Videtur enim Deus modum præfixiſſe, ne malum graſſetur in immenſum, & hanc mali propagationem ſuſpendere. Idque experientia docet. Nam Ezechias ſanctiſſimus princeps, parentem habuit Regem Achaz hominem nequiſſimum: idémque viciſſim Ammonem genuit, filium ſceleratiſſimum, & is Manaſſen adhuc ſe pejorem. Vel ſi à pa-C rentibus peccatorum initia & inchoationes transfunduntur in liberos, Deus illis quandoque tantum gratiæ & favoris & virium ſuppeditabit, ut illa ſuperare poſſint. Sed hac via iſta nihil differunt ab originali peccato: Nam ſanctis gratia confertur, ut illud quoque poſſint vincere. Deinde, cùm Deus ex malis parentibus det bonos filios, declarat vim bonitatis ſuæ, quæ turpitudinem & fœditatem parentum reprimit, ne emanet in filios. Et viciſſim, cùm ex bonis parentibus efficit, ut procreentur filii mali, hoc ca-D vet, ne ſanctitas filiorum, meritis parentum tribuatur. Non enim poſſunt gratiam per procreationem corporis transfundere in liberos: cùm ſit res omnino ſpiritualis, neque cùm carne habeat naturale cõmercium. Vnde, cum probitas & ſanctitas ſit merum purúmque donum Dei, pollicetur quidem Deus, ſe benefacturum poſteris piorum hominum in mille generationes. At id non eſt intelligendum, quaſi aliquid meriti in maioribus conſtituatur. Nam Deus ex ſola miſericordia inductus eſt, ut hoc polliceretur, E non hominum meritis. Vt autem declaret libertatem ſuam, interdum ſecus patitur evenire: eadémque opera docet, ſanctos parentes non ita eſſe ſanctos, quin adhuc multum in ſe pravitatis & corruptionis habeant, quod in liberis ſuis videant ingenerari. Ex quo naturæ noſtræ vitium, quod etiam ſanctos ad mortem uſque comitatur, agnoſcere poſſumus. Pro hac ſententia magis adhuc ſtabilienda, adducunt aliqui ex Pſalmo Eccleſiæ imprecationem contra filios impiorum: Vt orphani ſint, ut illorum nemo miſereatur, vt victum emendicent. Si innocentes ſunt F filii impiorum, non eſt juſta hæc imprecatio. Quare ex his verbis videtur neceſſario colligi, eos parentum ſceleribus communicare. Quoniam autem parvuli ſunt, id alia ratione, quàm per propagationem fieri non poteſt. Scio, nonnullos eſſe, qui hæc verba Davidis velint eſſe vaticinia rerum futurarum, quibus Spiritus ſanctus prædixerit, hæc infortunia illis fuiſſe eventura. Sed demus eſſe vaticinia: Negari tamen non poteſt, eſſe in illis, & formam, & affectum precationis. At precationem juſtam eſſe oportuit: nam a-G lioqui non fuiſſet precatio.

1.Reg.10.
2.Reg.20.21.
Ibid 22.18.

Cur Deus ex malis bonos filios, & bonis malos naſci patiatur.

Gratia non poteſt in filios à parentibus derivari.

Deus promiſit ſe benefacturum filiis piorum, ſed non propter parentum merita.

Pſal.109.9.
Alia ratio, cur Deus ex bonis malos gigni patiatur.

Imprecatio contra filios impiorum.

44 Quod verò dicunt, abſurdiſſimum eſſe, quod ex hac doctrina conſequatur, videlicet, ultimos quoque homines fore aliis omnibus miſeriores, quod & Adami, & omnium majorum ſuorum peccata ferre debeant, id duplicem habet reſponſionem. Primùm enim, non omnia quæ nobis abſurda videntur abſurda ſunt etiam apud Deum. Nam ne ab hac ipſa re diſcedamus, Chriſtus minatur Iudæis, omnem H cædem piorum ab Abelo uſque ad Zachariam filium Barachiæ, venturam eſſe ſuper eos. Et quis non videat, miſeriorem fuiſſe conditionem filiorum Iſrael, qui abducti ſunt in captivitatem, quàm eorum majorum per multas generationes, qui eiſdem peccatis ſe contaminaverant? Deinde reſpondemus, fore quidem illud abſurdum, ſi perpetuò peccata majorum tranſirent in filios. Sed cùm docuerimus, id non ſemper fieri, ſed Dei providentiam huic malo finem & modum conſtituiſſe, eóque definitè pronuntiaſſe I tantùm de tertia & quarta generatione, nihil eſt, quòd cuiquam videri debeat abſurdum. Scholaſticorum verò rationes, quibus hanc propagationem

Quæ nobis videntur abſurda non ſunt apud Deum abſurda.

Matt.23.35.

A oppugnant, valde ſunt imbecillæ. Primùm, ſumunt ſibi animi qualitates à parentibus non communicari filiis, quod eſſe falſum experientia docet. Videmus enim ſæpe naſci iracundos ex iracundis, triſtes ex triſtibus. Neque illud ſimile huc quicquam pertinet, quod aiunt, ex Grammatico non naſci Grammaticum, aut ex Muſico Muſicum. Illæ enim ſunt artes, quæ præceptis & exercitatione comparantur, non affectiones, quæ hominibus innaſcantur: Et tamen B experientia fieri videmus interdum, ut in qua arte pater maximè excellat, ad eam propenſos habeat filios, ſive ea agricultura ſit, ſive militia, ſive ſcientia liberalis. Deinde nos hoc loco de illis affectionibus potiſſimùm agimus, quæ ſunt inchoationes & principia actionum. In altero argumento aiunt, peccatum in parentibus animum tantùm vitiare. Quod non eſt verum. Nam, ut ſupra docuimus, corpus quoque illorum contaminatur. Itaque mirum non eſt, ſi patres hujuſmodi corpus tranſmittunt ad liberos. Quare, C quod ad hanc rem attinet, libenter aſſentior Auguſtino probabile eſſe, & Scripturis conſentaneum. Iſtámque ſententiam, Martinus Bucerus vir doctiſſimus, juxtáque ſanctiſſimus probavit, vitia privata in filios propagari à parentibus. Sed notandum, hoc eſſe contingens, non neceſſarium. Nam Deus quandoque parentum peccata ſuſpendit, & pro ſua bonitate non patitur naturam hominum prorſus perdi. Quando autem traducem iſtam peccatorum aut reprimere velit, aut ſinere locum habere, ipſe ſolus no-D vit. Nobis tamen ſatis eſt, hæc duo conſiderare: primum, peccatum à parentibus diffundi in liberos: alterum, id Dei beneficio interdum prohiberi, quod tamen de peccato originis dici nullo modo poteſt. Omnes enim eo infecti naſcimur. Atque hactenus ex epiſt. ad Rom. cap. 5. In hæc verba: Quemadmodum per Inobedientiam. Vide ſimilem locum in Geneſ. 8. verſ. 21.

Animi affectus à parentibus communicantur liberis.

Peccatum & animum & corpus contaminat.

M. Bucerus.

Hæc addere viſum eſt ex cap. 5 ad Rom. In hæc verba, Quemadmodum per unum hominem, &c.

E 45 Vt hæc Apoſtoli verba perſpicuè intelligantur, tria nobis excutienda ſunt ab illo propoſita. Primum, quid Apoſtolus velit per peccatum: alterum, quis ille ſit unus homo, per quem peccatum intravit in mundum: tertium, qua ratione peccatum propagetur. Quod ad primum attinet, Apoſtolus fusè largéque uſurpat nomen peccati ut ſignificet omne id, quod legi Dei, ejúſque voluntati adverſatur. Per hoc enim ab inſtitutione naturæ, & ab idea, ad quam homo conditus eſt, recedit. Ita enim eum Deus à prin-F cipio creavit, ut in eo ipſius imago reluceret. Id autem minimè fit, cùm Legi divinæ reluctemur. Atque hæc una & veriſſima cauſa eſt, cur homini permiſſum non ſit, ut voluptatibus quibuſque ſe oblectet. Id enim ſi faceret, ad animantia bruta: non ad Dei creatoris ſimilitudinem accederet. Voluit autem Deus illum in mundo habere vicarium, ideóque quàm maximè ſui ſimilem. Peccatum verò ſic latè acceptum, non ſolùm complectitur vitium Originis, hoc eſt, naturam noſtram depravatam, & corruptas G corporis animíque vires: verum etiam mala ea omnia, quæ ex eo ſequuntur, primos videlicet motus animi ad vetita, pravas deliberationes, mala ſtudia, vitioſas conſuetudines. Quamobrem Apoſtolus uno peccati nomine & radicem ipſam, & omnes ejus fructus complectitur. Neque illi audiendi ſunt, qui garriunt, hæc non eſſe peccata. Nam cùm Spiritus ſanctus ea appellet hoc nomine, nihil cauſæ video, cur non oporteat nos etiam ita loqui, & ejus doctrinæ acquieſcere. Deinde etiam primos iſtos animi mo-H tus, & naturæ corruptelam, peccata eſſe, vocis ipſius etymologia ſatis indicat. Nam ἁμαρτία ἀπὸ τοῦ ἁμαρτάνειν dicitur, quod verbum ſignificat à propoſito ſcopo aberrare, quocunque tandem modo id fiat. Cùm autem ea ſit regula naturæ noſtræ, & omnium noſtrarum actionum, ut Deo per omnia ſimus quàm maximè conformes, certè cùm proni ſimus ad ea quæ nobis lege Dei ſunt interdicta, & ad ea primo ſtatim impetu præcipites feramur, extra omnem controverſiam dicendi ſumus peccare, hoc eſt, à ſcopo, & à fine nobis I propoſito aberrare. Similis etiam eſt ſignificatio vocis Hebraicæ: Nã quod ea lingua dicitur *Chataa*, ductum eſt à verbo *Chata*, quod invenies in libro Iudicum

Vocabulum peccati quàm ſit amplum.

Cur voluptates permultæ interdicantur hominibus.

Peccati nomine radicem & fructus Apoſtolus comprehendit.

Vocabuli peccati etymologia.

Quæ ſit regula noſtræ naturæ.

Iud.20.16.

capite 20. eodem modo uſurpatum, quo jam dixi Græcum verbum ἁμαρτάνειν accipi, hoc eſt à ſcopo aberrare. Scribitur etiam ibi de ſeptingentis filiis Benjamin, ita eos ſolitos fuiſſe jacere lapides è funda, ut crinem etiam ferirent, & nihil aberrarent. Adhæc experientia ipſa docet, in nobis regeneratis, quàm gravia hæc mala ſint. Ita enim illis impedimur, ut Legem non poſſimus implere: ad quam tamen per omnia obſervandam obſtricti ſumus. Præceptum etiam nobis eſt ne concupiſcamus: cui præcepto quiſque in ſeipſo ſentit, & ſibi teſtis eſt, per proclivitatem ad peccata, & primos impetus ad vitia, quantum adverſetur. Quòd ſi Patres interdum ſcribere videantur, Legem ab hominibus regeneratis in Chriſto poſſe impleri, de obedientia inchoata loquuntur, & de ejuſmodi complemento, quod multum imperfectionis junctum habeat. Nam iidem prædicant, eos perfectos eſſe, ac Dei legem perficere, qui ſuos defectus intelligant, ut cum aliis quotidie dicant: Remitte nobis debita noſtra, & cum Paulo agnoſcant, ſibi longius progrediendum eſſe. Fatentur etiam iidem Patres, neminem, ne ſanctiſſimum quidem inveniri, qui omnes virtutes abſolutiſſimè coluerit. Nam ut Hieronymus ait, qui cæteros in una virtute ſuperat, in alia ſæpe deficit. Et citat Ciceronem, qui dixit: Non facilè unum inveniri, qui in Iuriſprudentia, aut in facultate dicendi ſummus extiterit. At qui ſimul in utroque genere ſummus eſſet, omnino nullum unquam fuiſſe. Vt itaque Apoſtolus integrum Dei beneficium per Chriſtum nobis collatum, conſpicuum & illuſtre faciat: non tantum peccatum Originis attingi, ſed etiam omnia genera vitiorum, quæ ex eo manant, uno peccati nomine comprehendit.

Exod.20.17.

Quomodo ab hominibus renatis, Lex impleatur.

Ii ſunt perfecti, qui ſuos defectus intelligunt.

Matt.6.12.
Phil.3.12.

Nemo vel ſanctiſſimus omnes virtutes habet abſolutas.

46 Nunc videndum eſt, per quem unum hominem Paulus dicat, peccatum hujuſmodi aditum in mundum habuiſſe. Is autem fuit primus Adamus, qui fuit tanquam communis quædam maſſa, qua univerſum humanum genus continebatur: qua vitiata, nos non poſſumus in lucem, niſi corrupti & depravati, exponi. Et quamvis Heva tranſgreſſa fuerit ante virum, Adamo tamen initium peccandi aſcribitur: quòd ſucceſſio viris, non mulieribus, deputetur. Ambroſius tamen per *Vnum hominem* intellexit Hevam. Sed cùm illa vox, *Vnum*, maſculeum tantùm genus definiat; non poteſt, niſi difficulter & admodum coactè, ſignificatio ad mulierem applicari. Alii exiſtimant, utrunque, tam Adamum quàm Hevam, communi voce hominis ſignificari: ut hæc locutio non multum ab eo diſcrepet, quæ eſt in libro Geneſeos capite ſecundo, Maſculum & fœminam creavit eos. Neque multum morantur adjectivum *Vnum*, quòd Scriptura teſtetur, Adamum & Hevam fuiſſe eandem carnem. Prima interpretatio ſimplicior eſt, & facilior: Ideóque eam libenter ſequor. Meminiſſe autem debemus, quod Paulus ſcribit ad Timoth. licet ambo illi primi parentes peccaverint, non tamen in utroque fuiſſe eandem tranſgreſſionis rationem. Ait enim Adamum non fuiſſe deceptum. Quod idem colligitur ex eo quod illi Deo arguenti reſponderunt. Nam mulier interrogata, cur id feciſſet, accuſavit ſerpentem: Serpens, inquiens, decepit me. Adamus autem cùm idem interrogaretur, non dixit, ſe fuiſſe deceptum: ſed ait, Mulier, quam dediſti mihi, tradidit mihi pomum, & comedi. Hæc non ita accipienda ſunt, quaſi ſtatuatur, in hominem tranſgredientem nullum errorem incidiſſe. Nam ut in Ethicis perſpicuè docetur, in quovis peccati genere ſemper aliquis error accidit. Hoc tantùm docemur, virum non ita craſſa deceptione ſeductum fuiſſe, atque fuit mulier. Et hoc rationem Pauli nonnihil adjuvabat. Nam eo loco juſſit, mulierem in Eccleſia tacere, quod eſſet inſtrumentum expoſitum ad deceptiones. Id autem confirmavit exemplo primorum parentum. Quæ enim virum ad peccandum impulerit, non videtur eum poſſe rectè inſtituere: quæque à Diabolo ſeduci, & à ſerpente decipi potuerit, eam non eſt æquum in Eccleſia magiſterij gradum obtinere. Tamen liber Eccleſiaſtici ait, peccatum initium habuiſſe à muliere. Quod inficiandum non eſt, ſi libri Geneſeos hiſtoriam expendamus. Sed Paulus, ut jam diximus, Scripturæ morem uſitatum retinens:

Per Adamum ut communem radicem & maſſam ingreſſum eſt peccatum.

Non Hevæ corruptio imputatur, ſed Adamo.

Gen.1.27.

Gen.2.24.

1.Tim.2.14.

Adamus non deceptus.

Error fuit in Adamo tranſgredienti.

Gen.3.12.& 13.

Eccl.25.33.

Peccatum habuit initium à muliere.

A quæ ſucceſſionem & propagationem viris aſcribit, non mulieribus. Non enim in præſentia docere inſtituit, uter prior peccaverit, Adamus, an Eva: ſed radicem vult oſtendere ex qua peccatum in mundo propagatum fuerit. Atque ita illud etiam diſſolvitur, quod objici poſſet ex libro Sapientiæ, Invidia diaboli, peccatum ingreſſum eſſe in mundum. Ioannes quoque ſcribit, Diabolum ab initio peccaſſe. Non enim hic agitur de imitatione alieni peccati, aut perB ſuaſione ad peccandum. Alioquin verum eſt, primum exemplum peccati à diabolo extitiſſe: & illum eundem ſuaſorem & authorem fuiſſe tranſgreſſionum. Verùm in eo jam eſt Apoſtolus, ut doceat, ex quo tanquam ex principio, peccatum per propagationem traductum fuerit in humanum genus. Atque hoc eſſe Apoſtoli conſilium, probari poteſt ex ea antitheſi, quam facit inter Chriſtum & primum Adamum. Non enim inſtauravit nos Dominus, aut nos juſtos effecit, tantùm ſe proponendo exemplum ad imitanC dum, aut ſe exhibendo fideliſſimum monitorem: ſed nos prorſus immutando, & per ſpiritum gratiámque inſtaurando. Vnde Auguſtinus rectè videtur expreſſiſſe incommodum illatum per Adamum, cùm illum ait noſtrum genus rabificaſſe: quo verbo ſignificat, eum contagione quadam nos omnes infeciſſe.

Sap.2.24.
1.Ioan.3.8.

A diabolo peccatum eſt ortum.

Hic agitur de initio peccati per propagationem.

Contagione quadã ſumus infecti per Adamum.

27 Verùm Pelagiani huic ſententiæ hoc argumento ſolent adverſari: Id, quod non extat, non poſſe nocere. Peccatum autem originis, ſi quod ſit, per fidem in Chriſtum, & Baptiſmum, jam deletum eſſe, D & non extare: itaque id liberis qui ſuſcipiuntur, non poſſe nocere. Sed quod iſti aſſumunt, in credentibus & baptizatis vitium originis deletum eſſe, non eſt abſolutè verum. Nam in quovis peccato duo expendenda ſunt; Actio, ſeu affectio prava, quæ ſe habet, ut materia: & offenſa ſeu obligatio ad pœnam, quam Reatum appellant. Originale autem peccatum eo ab illis peccatis diſtat quæ vocant Actualia, quòd in illis materia non perſtat. Vbi enim quis aut adulterium admiſit, aut blaſphemiam dixit, actiones illæ E ſtatim, re confecta, eſſe deſierunt, neque amplius extant. Supereſt tantùm offenſa Dei & reatus. Quare cùm per fidem & pœnitentiam obligatio ad pœnam, ſeu Dei offenſa remittatur, facilè concedimus totum peccatum aboleri. Sed de originali peccato eſt alia ratio. Quia materia ejus non tranſit. Quiſque enim noſtrum in ſe ipſo experitur naturæ corruptionem eſſe reſiduam; quum adhuc quoque in peccata perpetuo ruamus: ad res autem divinas corpore animóque inepti ſimus, quæ tamen fidelibus non imputanF tur. Reatus enim & offenſa Dei per fidem in Chriſtum in baptiſmo condonatur, quamvis adhuc materia peccati ſuperſit. Quæ quamvis in hominibus ſanctis fracta & debilitata ſit, tamen perfectam ejus expoliationem non niſi in morte conſequimur. Cúmque homines renati, non qua renati ſunt, ſed natura & carne procreent, ex eo fit, ut liberi etiam credentium peccato originis obnoxii naſcantur. Transfunditur enim in eos vitiata & corrupta natura, qualis eſt in parentibus; cùm tamen ex altera parte condonaG tio, ſeu imputatio, quæ per fidem apprehenduntur, non poſſint in eos propagari. Ad hoc explicandum, Auguſtinus utitur duplici ſimili: Vnum eſt de granis tritici, quæ cùm à folliculis, ariſtis, paleis, & ſpicis purgata ſeminentur, tamen cum illis omnibus renaſcuntur. Ideo fit, quia purgatio ea granis non natura contingit, ſed hominum arte & induſtria. Quum autem frumenta non naſcantur ab his principiis artis & induſtriæ, ſed naturæ: neceſſe eſt, ut naſcentia ſequantur rationem non humanæ induſtriæ, ſed naH turæ ſuæ. Alterum ſimile eſt de homine circunciſo, qui tamen filium procreat cum præputio; Idque eò fit, quia Circunciſio non fuit natura in patre, ſed vi extrinſecus adhibita. Quúmque liberi non ex vi illa externa procreentur, ſed interna vi naturæ; neceſſe eſt, ut illi, quum generantur, ſequantur ordinem naturæ: Itaque non ſuſcipimus filios niſi quales ipſi ſumus. Quare cùm in nobis contagium originis habeamus, illi eo carere non poſſunt. Nos autem remiſſionem & condonationem eius peccati filiis noſtris commuI nicare non poſſumus. Nam ea à ſolo Deo ſperanda eſt. Hoc idem videmus uſu venire in ſcientiis atque virtutibus; quæ quamvis ſint in parentibus, tamen non

Pelagianorũ argumentum.

Duo in peccatis conſiderãda.

Cætera peccata quo modo differant ab originali.

Materia peccati originis non tranſit.

Reatus peccati originis remittitur, materia non tollitur.

Cur filij renatorum cum originali peccato naſcantur.

Similia.

Scientia parentum non traducuntur in prolem.

Digitized by Google

A non traducuntur ad prolem. Ex his ſatis apparet, quà in re Pelagiani decepti fuerint. Neque ob hæc meritò accuſare nos quiſquam poteſt, quaſi vel fidei, vel Baptiſmo, quippiam detrahamus. Nam Baptiſmo abunde concedimus; ut remiſſionem reatus & offenſæ, & gratiam, & Spiritum, & inſitionem in Chriſtum, & jus ad vitam æternam nobis obſignet. Non tamen ex eo ſequitur, per illum naturæ depravationem ſeu peccati fomitem aboleri. Vnde Paulus rectè dicit: B Nos ſpe ſervatos eſſe. Mirum autem eſt quomodo Pelagiani negent, in parvulis eſſe peccatum originis, quum illos quotidiè mori videant. Nam Scriptura apertè docet, ſtipendium peccati eſſe mortem, & ſtimulum mortis eſſe peccatum. Ideóque à quocunque removeris peccatum, mortem quoque ut ab eodem removeas neceſſe eſt. Scripturæ enim teſtimonio hæc inter ſe, ut cauſa & effectum, conferuntur. Verùm hic Chriſtum unum excipere debemus, qui etſi peccatum non noverit, noſtra tamen cauſa mortuus C eſt. Sed mors in eo imperium non habuit. Ipſe enim eam ultro pro noſtra ſalute ſuſtinuit. Aliquos autem ſtatuere ſine peccato eſſe, quum omnes moriantur, eſt res inter ſe pugnantes & contrarias conjungere. Sed præter hunc locum, alia etiam multa ſunt, quæ probare poſſint, infantes non carere peccato. Nam David ait, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Et Paulus ad Epheſios, appellat nos, natura filios iræ. Et in Geneſi ſcribitur, Cor hominis ab ipſa infantia pronum eſſe ad malum. Sunt etiam in hanc ſententiam alia D præterea loca permulta, quæ à nobis prolata ſunt.

Quid tribuendum baptiſmo.

Rom. 8. 24.

Peccatum & mors colligata ſunt ſimul.

In Chriſto iſtum fuit mors abſque peccato.

Pſal. 51. 7.
Eph. 2. 3.
Gen. 8. 21.
Teſtimoniis probatur, infantes non carere peccato.

48 Nunc, cùm dictum à me ſit, quid per peccatum Apoſtolus intelligat, & per quem unum hominem illud in mundum ingreſſum ſit: ſupereſt ut videamus, qua id ratione fuerit propagatum. Res quidem obſcura eſt, & perdifficilis: eóque minus arbitror de ea eſſe laborandum. Nam eùm peccatum ipſum originis extare, & ad poſteros tranſmitti, verbum Dei luculentiſſimè doceat, quamvis modum & rationem, E qua transfundatur, non intelligamus, tamen veritati cedendum eſt: de modo autem, quid difficulter ſciri & ſine jactura ignorari poteſt, non nimis ſollicitè atque anxiè diſputandum. Non pigebit tamen recenſere modos illos, quos apud Eccleſiaſticos ſcriptores obſervavi: quorum de hac re quatuor numerantur ſententiæ. Prima eſt eorum, qui opinati ſunt, nos à parentibus noſtris unà cum corpore etiam animas accipere: ut, quemadmodum Deus per humanum ſemen fingit corpus, ita ex eodem creet animam. F Hanc ſententiam Auguſtinus refert in decimo ſuper Geneſin ad Literam, & multis in aliis locis: nec eam, quod ego meminerim, unquam improbavit. Imò ait, per hanc ſententiam nodum iſtum de peccato originali poſſe diſſolvi. Habuit ea fautorem Tertullianum, & ex veteribus pleroſque: quorum argumenta dum excutio probabilia judico, non tamen neceſſaria. Nam quod afferunt ex libro Geneſeos cap. 46. de ſexaginta ſex animabus, productis ex femore Iacobi, poteſt non incommodè exponi, per ſy- G necdochen: ut per animam, quæ pars hominis eſt potior, intelligatur corpus, quod citra controverſiam ex parentum ſemine procreatur. Poſſumus etiam per animam intelligere partes animi craſſiores, ut vegetantem & ſentientem, quas ex ſemine procreari, dubium non eſt. Sacras autem literas animam interdum in hunc ſenſum uſurpare, Chriſtus teſtatur in Evangelio: ubi ait, Qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inveniet eam. Altera autem illorum ratio, ut Auguſtinus ſcribit in decimo libro ſuper Geneſin, eſt H hæc: In creatione mulieris non ſcribitur, Deum inſpiraſſe in eam animam viventem: unde colligunt, eam non tantùm corpus habuiſſe ab Adamo, ſed etiam animam. Verùm hanc rationem Auguſtinus judicat infirmam eſſe. Poſſet enim retorqueri: Semel enim dictum fuerat, Deum inſpiraſſe animam in Adamum, & idcirco opus non fuiſſe repetitione. Nam ſi novus modus procreationis animorum fuiſſet inductus, Scriptura eum non fuiſſet ſilentio prætermiſſura. Quum autem Scriptura de novo modo nihil com- I memoret, oportet uti eo, quem ante expreſſerat: præſertim quum videamus, Adamum de uxore ſua dixiſſe; Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne A mea: non autem adjeciſſe, & anima de anima mea, quod & dulcius fuiſſet, & ad exprimendam conjunctionem matrimonii magis feciſſet. Verùm Auguſtinus fatetur, non propterea ſolutam eſſe quæſtionem. Nam ſi ſtatuamus, animas ſingulo quoque die creari, & ita creari, ut in corporibus nulla earum præcedat ratio ſeminalis, ut ipſe loquitur: tum Deus non videbitur perfectè die ſeptimo ceſſaſſe ab omnibus operibus ſuis, cum pergat quotidie animas ex nihilo B creare. Sed huic argumento fortaſſe reſponderi poſſet, in corpore traducto ex parentibus ſatis eſſe, ſi inveniantur qualitates & conditiones, quarum capax ſit anima rationalis, atque hanc eſſe ſeminalem rationem.

Modus propagationis originalis peccati, eſt obſcurus.

Tertullianus traduci favit.
Gen 46. 26.
Quid è ſcripturis affertur pro animæ traduce.

Matt. 16. 25.
Gen. 2. 22.

An Deus inſpiraverit animam Hevæ.

Gen. 2. 23.

Deus an ceſſaverit die ſeptimo ab omnibus operibus.

49 Sed quicquid eſt, de his argumentis & reſponſionibus, Auguſtinus omnino inclinat in hanc partem, ut ſaltem animam Chriſti non putet ex beata virgine per propagationem fluxiſſe: quod idem dicit etiam alios præter ſe judicaſſe, eoſque id probari C poſſe ſtatuiſſe ex epiſtola ad Hebræos: Ibi enim dicitur, Chriſti ſacerdotium præſtare ſacerdotio Aaronico, quod Chriſtus ſit ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech. Sacerdotium autem Melchiſedechi ideo potius eſſe Aaronico, quod Levi dederit Melchiſedecho decimas. Fuit enim in lumbis Abrahami, qui à Melchiſedecho decimatus fuit. Verum Chriſtus etiam fuiſſet in lumbis Abrahami non minus quàm Levi, ſi corpus & animum ab eo traduxiſſet. Atque ita, quod ad hoc attinet, par fuiſſet utriuſque D ſacerdotii dignitas, cùm uterque in Abrahamo fuerit à Melchiſedecho decimatus. Atqui hic reſpondere poſſent, qui illi favent ſententiæ, aliquid præterea eſſe diſcriminis inter Chriſtum & Levi: quia licet uterque in lumbis Abrahami, & quantum ad corpus & quantum ad animam attinet, fuerit, non tamen uterque eodem modo naturam ſuam ab eo traduxit. Nam Chriſtus ex virgine natus eſt, interveniente Spiritu ſancto: Leui autem communi ratione, qua homines alii propagabantur, generatus & natus eſt. E Itaque Auguſtinus miſſam facit hanc rationem, atque aliam adducit ex libro Sapientiæ, in quo ſcribitur, ut ille putat, ſub perſona Chriſti; Sortitus ſum animam bonam. Non enim putat, hanc locutionem locum habere, ſi anima Chriſti per propagationem lege naturæ à maioribus fuiſſet educta: niſi ſtatuere velimus, naturam fortuitò agere. Putat autem nomen ſortis ideo in anima Chriſti locum habuiſſe, ut intelligeremus ornamenta ea, quæ ſcimus opulentiſſima atque uberrima in ea extitiſſe, non ex præ- F cedentibus meritis, sed ex mera Dei miſericordia ei fuiſſe collata. Ornamentum verò hoc fuiſſe animæ Chriſti maximum, ut adjungeretur ad eandem *unionem* & perſonam cum verbo Dei. Verùm hoc teſtimonium, cùm ex ſacris literis, quæ numerantur in canone, non habeatur, parum habet roboris. Poſtremò, quæſtionem de animorum traduce relinquit in medio, tanquam utrinque probabilem. Et quia qui eam oppugnant, ſolent citare locum ex 33. Pſalmo: Qui finxit ſigillatim corda eorum, hoc quoque ait G infirmum eſſe. Quoniam etiam illi qui traducem aſſerunt, animos à Deo creari non negabunt, licet id per medium fieri contendant. Sic enim in libro Geneſeos legimus volucres non creatos fuiſſe ex nihilo, ſed Dei juſſu ex aquis erupiſſe. Et quiſquis noſtrum in terram diſſolvi dicitur, ex qua ſumptus eſt: quum tamen corpora non habeamus immediatè à terra, ſed ex corporibus noſtrórum parentum.

Chriſti anima non videtur ex beata virgine traducta.

Heb. 7. 9.

Sap. 8. 19.

Quæ ſors in anima Chriſti locum habere potuerit.

Quæſtionem traduce animæ
Pſal. 33. 15.

Gen. 1. 21.
Auguſt. relinquit in medio.
Etiam creari dicuntur quæ per media fiunt.

50 Non poteſt itaque hæc ſententia expugnari & everti ex S. literis: quanquam ſcio hanc receptam H eſſe opinionem in Eccleſia, animas creando infundi, & infundendo creari. Neque ea cauſa iſta recenſui, quòd aliquid in hac ſententia novari velim, ſed tantum ut intelligi poſſit, quis modus propagationis originalis peccati quibuſdam Eccleſiaſticis ſcriptoribus viſus ſit facillimus. Et certè Scholaſtici, cum hanc ſententiam reſpuunt, Phyſicis tantùm rationibus utuntur: quòd cùm anima rationalis natura prorſus ſit ſpiritualis & impartibilis, non poſſit decidi, quod tamen ad traductionem requiritur: eúmque I eam intelligentem eſſe ſtatuant, & digniorem, quàm ut ex facultate atque potentia materiæ poſſit elici, eam contendunt non per generationem, ſed per

Recepta ſententia eſt, animas infundi creatione.

Opinio de traduce animarum phyſicis tantùm rationibus oppugnatur.

Digitized by Google

A creationem oportere exiſtere. Alium modum Auguſt. affert de Nuptiis & concupiſcentia, & aliis multis in locis, ubi contra Pelagianos de hoc genere peccati diſputat. Is autem eſt, ut per voluptatem eam, quam parentes in concubitu capiunt, hoc vitium intelligatur manare in prolem. Ceterum hæc ratio propagationis nititur ſuſpecto firmamẽto, & meo judicio parum vero. Voluptas enim ea quæ ex procreatione percipitur, natura ſua non eſt mala, niſi ad eam affectus etiam pravitatis acceſſerit: Nam ſi actio ea neceſſario haberet adjunctum peccatum, Spiritus ſanctus B neminem ad eam hortaretur: quod tamen facit, cùm ſuadet matrimonium, cúmq; per Paulum monet conjuges, ut ſibi invicem reddant mutuam benevolentiam. Eſto tamen, demus ex humana infirmitate aliquid ibi eſſe vitii: Ex eo ſequeretur, hujus tantùm generis cupiditatem derivari in prolem. At contagio originalis peccati, non tantùm ſita eſt in illis, quæ ad libidinem pertinent, ſed etiam in aliis cupiditatibus opum, honorum, vindictæ: denique in univerſa C naturę noſtrę corruptione. Tertius modus eſt: Deum creare animam cum hujuſmodi vitio, ſeu defectu, ea cauſa, quod futura ſit anima hominis jam execrati & ſub maledicto conſtituti. Talem, inquiunt, animam Deus creat, qualis ad hujuſmodi hominem requiritur: quemadmodum videmus corpori canis, dari animam caninam: & aſini corpori, animam aſininam. Sed hæc opinio duriſſima videtur, Deum videlicet animam nondum ad Adamum pertinentem, peccato contaminare: præſertim cùm dicere non poſſint, hoc D peccati genus, pœnam eſſe alterius peccati quod præceſſerit: Ideóque hoc commentum vulgò rejicitur, ne videamur Deum ſimpliciter facere authorem peccatorum. Quartus modus magno conſenſu recipitur, videtúrque valde veriſimilis: videlicet, animam non creari cum peccato, ſed illud ſtatim contrahere cùm primum ad corpus ab Adamo deductum adjungitur. Cùm enim ea careat gratia & virtutibus quibus anima primi hominis prædita fuit, & nanciſcatur etiam E corpus maledictioni obnoxium, habeátque organa inepta, & parum idonea ad opera ſpiritualia: idcirco cùm deberet corpus regere, ab illo gravatur & deprimitur, & ad cupiditates corpori congruas attrahitur. Nam utrinque debilitata eſt, & corporis impuritate, & imbecillitate ſua, quod viribus, quibus naturam ſuperet, deſtituitur: ex quibus duobus capitibus, corruptela & pravitas totius naturæ pendet. Dixi, quantum putavi fore ſatis ad præſens inſtitutum, quomodo Apoſtolus vocem peccati accipiat, per F quem illud in genus humanum fluxiſſe dicat, quidque de modo quo tranſmiſſum fuerit, ſcriptores Eccleſiaſtici tradiderint.

1. Cor. 7. 2. & 3.

Cupiditas originis quæ traducitur, non ſolùm ad libidinem pertinet.

Deus non videtur animam creare cum peccato.

Anima dicitur contrahere peccatum originis cum primum vitiato corpori conjungitur.

Ex duobus capitibus anima debilitatur.

In 1. Cor. 15. verſ. 2.

Mortis cauſam eſſe peccatum.

51 Cæterum adverſus Pelagianorum errores, Auguſtinus ſtrenuè pugnat, in libro de Peccatorum meritis & Remiſſione, ubi oſtendit corpus primi hominis non fuiſſe neceſſario morti obnoxium, licet mor- G tale fuerit: quoniam ſi homo peccaſſet, illi moriendum fuit. Cæterum non vult licuiſſe dici, Hoc eſt mortale: omnino igitur morietur. Quemadmodum concedimus carnem noſtram vulnerabilem eſſe, & tamen fieri poteſt ut non vulneretur. Corpus item hominum eſt, ut ita dicam, ægrotabile, cùm tamen ſæpe accidat, ut aliqui moriantur priuſquam ægrotent. Statum itaque corporis Adami talem fuiſſe dicit, ut licet mori poſſet, attamen niſi peccatum interceſſiſſet, abſque morte fuerat à Deo conſervandum: ſicuti veſtes H & calceamenta Hebræorum in deſerto, vi divina 40. annos minimè ſunt conſumpta vel attrita, ut in Deut. 29. cap. legimus. Et ſtatum corporis Adami, quoad conditionem iſtam, putat Enoch & Eliam nunc habere, quod à morte præſerventur: idque ſive ſuſtententur abſque cibo, ſive alimonia ſibi à Deo præparata utantur. Primus quippe homo cibos habuit, quibus aleretur, & aliis fructibus adverſus naturæ defectum veſcebatur, ſed arbore vitæ, contra vetuſtatem. Nam per illam fiebat, ut abſumptum quod reſarcie- I batur, non minoris bonitatis atq; perfectionis eſſet, quàm id quod erat amiſſum. Id autem in nobis cùm non fiat, & ſenio laboramus, & mors tandem occupat,

Corpus primi hominis fuit mortale, ſed illi non fuit neceſſariò moriendum.

Simile.

Veſtimenta & calceamenta Hebræorum. Deut. 29. 5.

Arbor vitæ. Vide in Gen. 2. v. 21.

A Erat itaque in Adamo conditio mortalitatis, ſed quæ fuiſſet Dei beneficio abſorbenda, quum ad felicitatem ſummam tempore ſuo tranſlatus eſſet. Unde ſtatuit Auguſtinus, nos poſſe colligere beneficii Chriſti magnitudinem, quandoquidem plus nobis reſtituit, quàm Adamus abſtulerit. Quoniam per Chriſtum, non ſolùm vita nobis reddita eſt, ac mors depulſa, ſed mortalitas etiam in reſurrectione tolletur. Nam mori non poterimus, quod Paulus docet, cùm B ſcribit mortale hoc induturum eſſe immortalitatem. Videturque ad Rom. pro iſta ſententia facere, quando ait: Quod ſi Chriſtus habitat in vobis, corpus quidem mortuum eſt propter peccatum. Ubi non dicit, corpus noſtrum per peccatum eſſe mortale, ſed mortuum, id eſt, morti obnoxium. Deinde ſubdit: Spiritus ejus, qui ſuſcitavit Chriſtum à mortuis, vivificabit mortalia corpora veſtra. Hoc de reſurrectione dixit, qua vivificanda ſunt noſtra corpora, quæ mortalia dixit, non mortua: ut intelligas, ab eis auferendam C nõ ſolùm mortem, verumetiam, ne ſint amplius mortalia. Et quod Pelagiani putant, mortem allegoricè accipiendam pro caſu animorum, nequaquam poteſt admitti, cum ad Rom. cap. 5. habeatur: Per unum hominem peccatum intraſſe in mundum, & per peccatum mortem. Quod ſi mors ab Adamo introducta eſt tãtummodo animorum, cur Paulus expreſſit duo: qui non ſolum dixerit peccatum, ſed etiam addiderit mortem? Teſtimonium præterea libri Geneſ. illos quàm apertiſſime convincit, quo pœna hominis, ita D legitur, Terra es; & in terram reverteris. Quod iſti velint nolint coguntur ad mortem corporis contrahere, niſi dicere auſint, noſtros animos è terra fictos in terram quoque reſolvendos eſſe. Et quod opponebant, nos habere corpus natura conflatum ex contrariis, parvi eſt momenti: quoniam conſervatio illa non à natura, ſed à Deo pendebat, ut in veſtibus & calceamentis Hebræorum factum eſſe Scriptura oſtendit.

52 Sed cujus rei mortem intelligat, melius perſpici non poteſt, quàm ex antitheſi vitæ. Ea vero du- E plex eſt. Altera, qua movemur ad ſpiritualia, divina, atque cœleſtia bona: id autem fit, quamdiu ſumus cum Deo conjuncti. Niſi enim Dei ſpiritu agamur, non poſſumus ad ea quæ naturam noſtram ſuperant, contendere. Altera vita eſt, qua movemur ad perſequenda ea bona, quæ ad naturam conſervandam, tuendúmque corporalem ſtatum faciunt. Utramque autem hanc vitam mors inflicta propter peccatum ſuſtulit. Mors enim nihil eſt aliud, quàm privatio vitæ. Quam primùm enim homo peccavit, avertebatur F à Deo: atque ita relinquebatur ab illius gratia & favore deſtitutus, ut ad æternam felicitatem aſpirare denuo non potuerit. Hæc etiam vita corporalis dici poteſt ablata per peccatum. Statim enim à peccato mortis initia & ſatellites hominem invaſerunt, cujuſmodi ſunt, fames, ſitis, morbus, humoris & caloris abſumptio, quotidiana vitæ reſtinctio. Hęc enim omnia hominem deducunt ad mortem. Et Chryſoſtomus in Geneſin, hanc rem fusè tractans ait, primos homines, ubi primùm peccaſſent, ſtatim fuiſſe mortuos. Nam G Dominus è veſtigio tulit in eos ſentẽtiam mortis. Et quemadmodum qui damnati ſunt capitis, quamvis aliquandiu vivi retineantur in carcere, tamen habẽtur pro mortuis: ita primi parentes, etſi ex Dei benignitate diutius vixerint, tamen erant re vera ſtatim mortui, poſtquam Deus cœpit in eos ſententia ſua animadvertere. Ambroſius ait, eos à morte ſubitò fuiſſe oppreſſos, quod nullũ poſtea habuerint aut diem, aut horam, aut momentum, quo non fuerint morti obnoxii. Nec eſt quiſquam mortalium, qui ſibi certò H polliceri poſſit, ſe in unam horam eſſe victurum. Ex his ergo apparet, utramq; mortem per peccatũ eſſe invectam. Quare cavendum eſt, ne illis aſſentiamur, qui dicere ſolent mortem homini naturalem eſſe quaſi quietem quandam, qua vitæ motus intercipitur. Hujuſmodi opiniones Ethnicis relinquendæ ſunt. Omnes enim pii ſtatuunt, in morte, iræ divinæ ſenſum eſſe: ideoque ſua natura, dolorem & horrorem incutit. Quod & Chriſtus ipſe, dum oraret in horto, & alii multi ſancti viri declaraverunt. Quod ſi qui ſunt, I quibus jucundum atque delectabile ſit mori, & è vita ſolvere, id aliunde habent, non à natura mortis. Et Paulus ad Corinth. ait, Mortem aculeũ eſſe peccati.

Nihil

Chriſtus plus repoſuit quàm Adamus abſtulerit. 1. Cor. 15. 53. Rom. 8. 10.

Ibid. v. 11.

Mors inducta per peccatum non eſt allegoricè accipienda. Rom. 5. 12.

Gen. 3. 19. Conſervatio primi hominis quoad corpus unde eſſet.

Deut. 29. 5.

Duplex eſt vita.

Peccatum ſuſtulit utramque vitam.

Statim mortui ſunt primi parentes cùm peccaverunt. Simile.

Nulla hora nobis eſt morti non obnoxia.

Mors homini non eſt naturalis.

In morte ſenſus eſt iræ divinæ.

Matt. 27. 27. Ioan. 21. 18. 1. Cor. 15. 56.

Digitized by Google

Nihil enim alioqui in nobis poſſet mors, niſi per peccatum nos conficeret. Quare qui peccatum originis tantum imbecillitatem quandam eſſe prædicant, quæ hominem damnare non poſſit: illi nec peccati naturam intelligunt, nec hanc Apoſtoli ſententiam. Ad hæc ſi ex peccato manat mors, omnia peccata ſua natura dicenda ſunt mortalia. Nam quod Deus aliqua peccata nobis non imputet, id non ex peccatorum levitate fit, ſed ex illius miſericordia. Nullum enim exiſtere poteſt tam leve peccatum, quod non exitium adferat, niſi ſe Dei miſericordia interponat. Nec tamen idcirco dicimus cum Stoicis; Omnia peccata eſſe paria. Scimus enim Paulum, quædam peccata nobis deſcribere, quæ ita ſint gravia, ut homines excludant à regno cœlorum. *De ſterilitate autem, fame, ſiccitate, inundationibus, peſte atque huiuſmodi calamitatum cauſis, vide 1. Reg. 8. verſ. 36. & Gen. 26. verſ. 7.*

Omnia peccata ſua natura dicenda ſunt mortalia. Peccata non ſunt paria.

In Rom. ca. 8. Omnis creatura expectat revelationem gloriæ noſtræ. Creaturæ noſtra cauſa laborant uſque ad noſtram redemptionē.

Vanitati per peccatum res omnes ſubiectas eſſe.

53 Sed & ab omnibus creaturis expectatur noſtra revelatio, quod tantiſper dum illa differtur, omnis creatura ſubjecta ſit vanitati. Locus quidem iſte Pauli eſt difficilis: ſenſum tamen hunc ſatis perſpicuum eſſe arbitror, univerſam creaturam in gravi negotio verſari, & uſque ad noſtram plenam redemptionem moleſtis laboribus fatigari. Nam terra, noſtra cauſa maledictioni ſubjicitur, & ſpinas tribuloſque producit, & ad nos alendos fructus caducos ſubinde reparat, & vaſtitates ac ruinas propter noſtra peccata ferre cogitur: Aër fit peſtilens, modò riget frigoribus, modò incenditur æſtibus, modo nubibus, modò pluviis obducitur. Animantia omnium generum propagantur, & moriuntur, ut nos adiuvemur: orbes cœleſtes aſſiduè incitantur, occidunt, oriuntur, patiuntur deliquia. Luna deficit & reficitur: in morte Chriſti obſcurata eſt lux ſolis: cumque Chriſtus veniet ad iudicandum ut Evangeliſtæ narrant, virtutes cœlorum laborabunt. Adhæc omnis creatura cogitur ſervire impiis & illorum abuſibus ſubjacere: quod Oſeas propheta capite ſecundo docet. Iſraelitæ bona hujus mundi, quibus abundabant, non vero Deo, ut par erat, ſed Baali adſcribebant, illi gratias agebant, illumque unum invocabant. Itaque Deus iratus ait: Auferam frumentum meum, vinum meum, & oleum meum, & liberabo lanam meam, & linum meum, ne operiant ignominiam tuam. Quibus verbis Propheta oſtendit, cùm creaturæ auferuntur ab impiis, eas vindicari in libertatem, ne impiis cogantur amplius inſervire. Auguſtinus in libro 83. Quæſtionum, quæſtione 67. hunc locum aliter interpretatur: nam per omnem creaturam, homines intelligit, quemadmodum in Evangelio quoque ſumitur. Sic enim Chriſtus ait; Prædicate Evangelium omni creaturæ. Id autem idcirco convenit homini, quod in eo tanquam in parvo quodam mundo, comprehenſa ſint omnia rerum genera. Quanquam Auguſtinus idem non inficiatur, hæc verba aliter quoque exponi poſſe. Verùm id monet cavendum eſſe, ne Solem, Lunam, & ſtellas, & ſublimes angelos ineptè putemus ingemiſcere, quod quoſdam non puduit ſibi fingere. Fatendum eſt, inquit, ſanctos angelos ad imperium Dei nobis inſervire: ſed cùm jam ſint felices, & faciem Patris videant, luctus & dolor illis certè non convenit, quem ſuſcipiāt noſtra cauſa, ne fortaſſis deterius habere videantur, quàm Lazarus habeat in ſinu Abrahæ. Huc adde Paulum dicere, creaturam omnem ſubiectam eſſe vanitati, & non ſolùm ingemiſcere, ac dolere, verum etiam à ſeruitute corruptionis eſſe liberandam: quæ omnia in angelorum naturam incidere non poſſunt. Verum, inquit Auguſtinus, nihil temerè pronuntiandum eſt: ſatis eſt, modo caveamus abſurdas ineptáſque opiniones hæreticorum, qui de gemitu & luctu creaturarum multa perperam effutiverunt. Quibus verbis Manichæos inter alios notari arbitror.

Oſe. 2.

Mar. 16. 15. In homine comprehenduntur omnia rerū genera.

Non eſt putādum, lunam, ſolem, angelos, propriè ingemiſcere.

Angeli nec vanitati neque corruptioni ſubiecti ſunt. Manichæi de luctu creaturarum multa impiè ac ineptè fabulati ſunt.

Duplex hominum genus.

54 Dicturus autem de ſententia Auguſtini, qua per univerſam creaturam putavit homines eſſe intelligendos, video noſtrum genus in duas partes eſſe diducendum: ut hominum alij ſint pij, alij impij. Tum quærendum eſt, utri nam horum, tanto deſiderio manifeſtationem filiorum Dei expetant. Impios opinor, non diceretur: illi enim, quid alteri ſeculo eventum ſit, nil penè habent. Superſunt igitur tantum pij: qui cùm ſint hujuſmodi, citra controverſiam appellandi ſunt filij Dei. Sequetur ergo; ſolos filios Dei eſſe, qui expectent revelationem filiorum Dei. Atque ita iidem erunt, & qui deſiderant, & qui deſiderentur. Sed hoc videtur non latuiſſe Auguſtinum. Ait enim filios Dei, cùm nunc graventur variis moleſtiis, meliorem conditionem, quam ſperant aliquando revelandam, concupiſcere. Idque ſæpe accidit, ut qui ſunt in anxio & difficili ſtatu, quietiorem fortunam ſibi aliquando concedi, vehementer cupiant. Verùm ſi conſideremus ea, quæ mox à Paulo ſubjiciuntur, non ſolùm illa, ſed & nos primitias ſpiritus habentes, &c. videbimus diſtingui homines pios, & præditos ſpiritu Dei, à turba aliarum creaturarum. Idem enim ſibi vult illa particula, *Non ſolum.* Quanquam ſcio eſſe quoſdam, qui per eos qui dicuntur habere primitias ſpiritus, non intelligant omnes in univerſum Chriſtianos: ſed eos tantùm qui magna copia ſpiritus tum temporis abundabant: quales erant Apoſtoli, Paulus ipſe & alij quidam pauci, Apoſtolico ſpiritu præditi, ac ſi diceretur, Revelatio gloriæ filiorum Dei expectatur non ſolùm ab omnibus piis, verùm etiam à nobis quoque uberrimò Chriſti ſpiritu præditis: ut argumentum ductum ſit ab optimorum & prudentiſſimorum hominum judicio, quod ad rem vel confirmandam, vel amplificandam maximè valet. Apoſtolus autem in præſentia, non videtur uti illa diſtinctione. Prius enim pronunciavit in univerſum, nos qui ſumus Chriſti, habere ſpiritum ejus in nobis habitantem. Neque verò quod mentionem facit primitiarum ſpiritus, eò ſpectat, vt vulgus hominum Chriſtianorum diſtinguat ab Apoſtolis: ſed primitias ſpiritus appellavit, ſpiritum eum quem nunc habemus, quod plenos ejus fructus, & vberes proventus in altera vita habituri ſimus. Et Ambroſius, cùm illum locum interpretatur: Non ſolum illa, ſed & nos ipſi primitias ſpiritus habentes, ſtatim ſubdit: Cùm de univerſa creatura jam dixerit, nunc de ipſis hominibus agit. Argumenta etiam, quibus Auguſtinus adductus eſt, ut communem aliorum interpretationem refugeret, non ita ſunt gravia & firma, ut illis multum tribuere oporteat. Nam cùm Paulus res inanimas noſtram ſalutem cupere, & illius cauſa ingemiſcere & parturire faciat προσωποποιΐα ſeu ἀνθρωποπάθεια uti voluit. Quod qui ſentiunt, ut cum hæreticis ineptiant, & abſurda credant de Sole, Luna, & aſtris non adducuntur. Ambigui hic ſumus inter duos tropos. Auguſtinus eum tropum ſequitur, ut putet univerſam creaturam ſignificare hominem. Nos potius putamus eſſe προσωποποιΐαν. Controverſia eſt, utro potius ſit utendum. Is mihi videtur admittendus qui Apoſtoli verbis magis eſt conſentaneus, quippe argumentum redddit gravius & vehementius. Cùm noſter ſenſus utrunque efficiat, illum potius admittendum exiſtimavi. Primùm quidem Apoſtolus ſubjecit, ut annotavimus: Non ſolùm illa, ſed etiam nos primitias ſpiritus habentes, &c. Quæ verba ſatis indicant, illum egiſſe antea non de hominibus, ſed de aliis creaturis. Deinde hæc ratio maximè valet ad augendam redemptionem noſtram, quam expectamus, ſi eam intelligamus ab omni creaturarum genere expectari.

Impii de futura gloria non ſunt ſolliciti.

Rom. 8. 28.

Soli pii & filii Dei, futuram gloriam deſiderant.

Rom. 8. 9. Argumentum à iudicio præſtantiſſimum ductum.

Primitiæ ſpiritus.

Eo tropo eſt utendum, qui argumentum reddit gravius & magis conſentit verbis.

55 De Angelis tantùm non videtur fore ita facilis explicatio: illi enim videri poſſent miſeri, ſi noſtra cauſa vel ingemiſcant, vel parturiant: quos tamen ſanctos & beatos eſſe credendum eſt. Cæterùm non id efficit illorum felicitas, ut prorſus omni affectionum genere ſint ſpoliandi. Petrus in prima Epiſtola ſua capite primo, ait, eos in promiſſa Prophetarum, quæ ad Evangelium pertinent, deſiderare intueri. Non enim locus ille ita legendus eſt, vt noſter interpres vertit: In quem deſiderant Angeli proſpicere, ſed in quæ εἰς ἃ deſiderant Angeli proſpicere: Tenentur igitur cupiditate videndi hæc promiſſa impleta. In Zacharia legimus inter myrteta inſtar equitum, oraſſe magno affectu pro civitate ſancta, ut rurſus ædificaretur. Mitto, quod in Evangelio legimus, illos magno affici gaudio, cùm peccatores videant converti ad pœnitentiam. Quare argumento à contrariis, neceſſe eſt ut pertinaciam & obſtinationem impiorum moleſtè ferant. De animis hominum piorum,

Angeli etſi beati non omni affectu ſunt expoliādi.

1. Pet. 1. 12.

Zach. 1. 12.

Luc. 15. 10.

Spiritus quoque ſanctorum licet beati, multa deſiderant.

Digitized by Google

Apo.6.12.

qui jam vita ſint defuncti, nemo ambigit, illos ſumma felicitate donatos eſſe. Illi tamen in Apocalypſi clamant, & precantur Deum, ut ſanguinem, quem effuderunt impij, ulciſcatur: magnoque affectu laborant, ut ſtola corporis jam corrupti ſibi aliquando reſtituatur. Quare & Angelis & beatis animis ea felicitas tribuenda eſt, quæ iſta genera affectionum, quas Scriptura ſignificat illis convenire, non excludat. Quod eo minus mirum videri debet, quum Deum ipſum fontem & caput omnis felicitatis in Scripturis legamus duci pœnitudine, mutare ſententiam, & alia multa perpeſſum eſſe, quæ divinæ illius naturæ non videantur convenire. Ea verò quemadmodum ſint intelligenda, neque nunc eſt animus explicare, neque id à nobis hic locus requirit. Sed erit ſatis, uno verbo dicere, etiam in Angelos talem affectum poſſe cadere, qualem Paulus hoc loco commemorat. Quod ſi adhuc intelligere non poſſumus, quomodo id illorum non obſtet felicitati, cauſa tamen non eſt, cur id negemus poſſe fieri. Tum autem demum id nobis erit perſpicuum, quum ad eandem felicitatem perveniemus. Interea credamus ſacris ſcripturis, quæ teſtantur, ſanctos angelos hujuſmodi affectibus laborare.

Quomodo angeli poſſint dici vanitati ſubjecti.
Dan.10.13.
Mat.18.10.
Act.12.15.
Gen.48.16.

56 Sed quomodo illos intelligemus ſubjectos eſſe vanitati? Facile, non quidem juxta naturæ ſuæ, ut aiunt, ſubſtantiam, ſed quod attinet ad illa opera, quæ Deus ab illis efficienda deſtinavit. Præfecti ſunt civitatibus, regnis, provinciis, uti Daniel diſertè ſcribit: imo etiam adſunt ſingulis hominibus. Chriſtus enim ait: Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei. Et diſcipuli in Actis Apoſtolicis reſpondent de Petro pulſante ad oſtium, angelus ejus eſt: quamvis de nuntio Petri nonnulli conentur hoc interpretari. Et in Gen. cap. 48. Angelus qui redemit me ab omni malo. Hæc probant, angelos imperio Dei inſervire etiam privatis hominibus. Nos autem ſi quærere velimus, in quem finem Angeli regant regna, provincias, civitates, & ſingulos homines, quidque illa tanta cura & diligentia ſibi velint: nihil aliud inveniemus, quam eos id ſatagere, ut omnes homines Deo & Regi ſuo obſequantur, illum agnoſcant, & colant, & ut Deum ſuum venerentur. Quòd cùm non ſuccedat, & multi relicto vero Dei cultu, ſuperſtitioni & idololatriæ ſeſe dedant, variiſque flagitiis contaminentur: Angelorum opera ſuo fine ſaltem ſecundario, deſtituitur, atque ita illi quodammodo vanitati ſubjecti ſunt, quod tamen fieri deſinet, cùm à ſuis iſtis præfecturis abſolventur. Sed jam videndum eſt, quomodo Angeli eo tempore à ſervitute corruptionis liberandi ſint. Licet illorum natura, vel, ut loquuntur ſubſtantia ſit incorrupta, & immortalis: tamen illis perpetuò cum rebus caducis & mortalibus negotium eſt, ea ſubinde reparant & ſufficiunt, aut ex divino præcepto curant abduci & perdi. Deinde Chriſti beneficium ad Angelos quoque pertinere Paulus docuit ad Epheſios & ad Coloſſenſes. Ad Epheſios capite primo ait: Iuxta beneplacitum, quod propoſuerat in ſeipſo, uſque ad diſpenſationem plenitudinis temporum recapitulare omnia per Chriſtum, & quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra. Et ad Coloſſenſes capite primo: In illo complacitum eſt Patri univerſam plenitudinem inhabitare, & per eum, reconciliare omnia erga ſe, pacificatis per ſanguinem crucis ejus, per eundem, ſive quæ in terris ſunt, ſive quæ in cœlis. Hæc Chryſoſtomus interpretans ait, ſine Chriſto Angelos nobis fuiſſe infenſos, ut hæ duæ naturæ Angelorum & hominum inter ſe diſiunctæ & alienatæ fuerint. Spiritus enim cœleſtes non poterant non odiſſe hoſtes Dei ſui. Verum quum ſe Chriſtus interpoſuiſſet, jam homines rurſus collecti ſunt, ut idem caput haberent cum angelis, & membra ejuſdem corporis cum eis effecti ſunt. Itaque Chriſtus rectè dicitur ille, per quem facta ſit ἀνακεφαλαίωσις. Fieri etiam poteſt, ut alia quoque commoda per mortem Chriſti pervenerint ad angelos, quæ tamen nos e Scripturis non facilè intelligimus, neque hujus inſtituti eſt ea inveſtigare. Dicimus itaque Paulū magna orationis gravitate ac vehementia, creaturis omnibus ſenſum accommodare, ac ſi illæ dolerent, ſe ita impiorum hominum abuſibus eſſe expoſitas. Non enim obſcura eſt in hoc ſtatu rerum confuſio. Pii enim malè habent, & indignis modis ubique accipiuntur: impii verò omnibus bonis affluunt, eiſque omnia ſuccedunt ex ſententia. In hac rerum perturbatione, pios homines oportet eſſe animo forti, & negotiorum cataſtrophen toleranter expectare. Epicuri & Athei, cùm vident omnia ita confusè geri, protinus ratiocinantur, Deum nulla teneri cura rerum mortalium, ut qui nec gratia, nec odio moveatur: neminique aut benè aut malè faciat. Pii verò è diverſo apud ſe ſtatuunt, cum Deus providentia ſua omnia gerat & moderetur, futurum quandoque, ut res non ita abeant, & mundum prout ad honorem Dei eſt inſtitutus, meliori ratione corrigendum eſſe, traducendúmque ad eam formam, qua Deus magis magiſque illuſtretur. Atque hinc naſcitur incredibilis conſolatio: ut cum videamus omnes creaturas Dei ſubjacere tot incommodis, ipſi quoque illarum exemplo nos ipſos ad tolerantiam confirmemus. Cùm orbis univerſus tot calamitatibus divexetur, nos etiam par eſt afflictiones incidentes æquo animo tolerare.

Angelorū opera interdū ſecundario fine deſtituitur.
Quomodo à corruptione Angeli dicantur liberi.
Beneficium Chriſti ad angelos quoquo modo attinet.
Paulus magna vehementia orationis, omnibus creaturis accommodat ſenſum.
Atheorum ſententia de Deo.
Piorum contraria ſententia.
Eph.1.10.
Col.1.20.
In adverſis conſolantur ſe pii, exemplo creaturarum.

57 Rationes autem propter quas angi & dolere creaturas exiſtimamus, quatuor enumerari poſſunt. Prima quidem eſt, quod laboribus continuis fatigentur, ut noſtris uſibus quotidianis inſerviant. Hinc ſæpe accidit, ut cùm ipſi, quod ſubinde fit, graviter peccemus: illæ unà nobiſcum ſupplicia luant, quod in diluvio, in Sodoma, & in plagis Ægypti non obſcurè apparet. Eſt ad hæc quædam ſympathia inter omnes creaturas & hominem, propter quam in rebus adverſis ſimul cum eo ingemiſcunt, & unà dolent. Poſtremò, fit illis magna injuria, quod coguntur ſervire hominib. impuris & ſceleratis. Quod Oſeas Propheta ſpectavit, ut ſuperius oſtendimus, quum diceret ex perſona Dei: Auferam triticum meum, vinum meum, oleum meum, & liberabo lanam meam, & linum meum, ne operiant turpitudinem tuam. Ambroſius non uno in loco mecum facit. In epiſtola ad Horontianum tractans hunc locum Pauli, inductione oſtendit, omnem creaturam dolere, & expectare revelationem filiorum Dei. Et auſpicatur ab anima: Ea inquit, non poteſt non affligi & triſtari, quum ſe videat in corpore, tanquam in gurguſtio quodam concluſam eſſe: idque non volentem, ſed propter eum qui illam ſubjecit. Conſilium enim Dei fuit, ut ea cum corpore conjungeretur, ut ex illius uſu, fructus aliquos aliquando non pœnitendos reportaret. Paulus enim ait in poſteriori ad Corint. Omnes nos ſiſtēdos eſſe tribunali Chriſti, ut quiſque referat ea, quæ geſſit per corpus, ſive bonum, ſive malum. Dicit enim in eadem Epiſtola: Nos ingemiſcere, dum ſumus in hoc terreno habitaculo: non quod eo velimus exſpoliari, ſed potius ſuperveſtiri. Et Ambroſius citat ex Pſalmis: Hominem vanitati ſimilem factum eſſe, &, hominem eſſe univerſam vanitatem. Quibus ego hoc quoque addendum cenſeo: ut hoc pondus corporis, & has moleſtias, quas ejus cauſa animo obvenire David queritur, non ex inſtituto Dei profectas intelligamus, ſed potius propter peccatum obrepſiſſe. Alioqui enim corpus datum eſt animo, nō ut σῆμα, ut quidam fabulantur, ſed ut aptiſſimum inſtrumentum, ad eximia opera, & præſtantiſſima facinora conficienda. Pergit Ambroſius, & ſua inductione Solem, Lunam, cæteráque aſtra ait aſſiduo curſu fatigari, inferiores quoque creaturas noſtra cauſa laborare. Ait autem, id non ingrato animo ab illis fieri, quum intelligant, ipſum filium Dei pro nobis ſumpſiſſe formam ſervi, & ſua morte vitam & ſalutem ſuam procreaſſe. Deinde ait, illas ſe hoc nomine conſolari, quod aliquando ſint liberandæ, & illarum laborib. aliquando imponendus ſit finis. De his ego ſi judicium ferre debeam, primum num Sol & Luna, aliáque aſtra laborent illis ſuis converſionibus, non nihil ambigam. Præterea figuratè ab Ambroſio dictum puto, creaturas omnes æquo animo ferre ſuas illas moleſtias, quòd ſciant Chriſtum filium Dei, pro noſtra ſalute, crucis ignominiam & mortem pertuliſſe. Neque tropo carere arbitror, quod ait, eas hac ſe ratione conſolari, quod intelligant labores ſuos aliquando eſſe finiendos, ſeque eſſe reparandas. Poſtremo loco angelos commemorat, eoſque ait animo non læto verſari in ſuppliciis de malis hominibus ſumendis, quod tangantur miſericordia, & malint beneficiis potius ornare, quam pœnis affligere: præſertim quum Chriſtus in Luca dicat,

Quatuor rationibus dicūtur angi creaturæ.
Oſ.2.8.
Ampla inductione oſtenduntur creaturæ dolere noſtra cauſa.
2.Cor.5.10.
Ibid.4.
Pſal.144.4.
Pſal.39.6.
Corpus abſolutio non fuit homini datum ut σῆμα.
Ambroſius figuratè loquitur.

Angelos

Digitized by Google

Quandiu ſit duratura hæc anxietas creaturarum.

A Angelos vehementer lætari de uno peccatore agente pœnitentiam. Idem Ambroſius exponens hunc locum ait, anxietatem creaturarum tamdiu duraturam, quo ad numerus eorum qui ſervandi ſunt, impletus fuerit. Et vanitati ſubiectum eſſe, interpretatur mortale & caducum eſſe. Vanitas ergo apud eum hoc loco eſt mortalitas, qua creaturarum univerſitas ita laborat: itaque cum ea perpetuò luctari cogitur, ut Salomon meritò dixerit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. B

Eccle. 1. 2.

58 Commentaria, quæ Hieronymo adſcribuntur, non multum videntur diſſidere à ſententia Auguſtini: niſi quòd illa per omnem creaturam intelligunt univerſitatem iſtorum jam inde uſque ab Adamo. Quam turbam ſanctorum, unà cum ipſo protoplaſto, revelationem filiorum Dei anxiè tradunt expectare, ut ipſi quoque nobiſcum, ut docet epiſtola ad Hebræos, perficiantur. Origenes commemorat quædam de mente, quæ eſt pars ſuprema animi noſtri, quam ait ingemiſcere, & anxiè dolere, quod cogatur perpetuò C ſe dimittere, ut multiplicibus corporis variiſque neceſſitatibus inſerviat. At Chryſoſtomus apertè facit nobiſcum, Paulumque fatetur uti proſopopœia, qui tropus familiariſſimus eſt in Sacris literis. Prophetæ enim, & Pſalmi, imperant interdum fluminibus & ſylvis, ut manibus plaudant, interdum montes inducunt ſaltantes, interdum colles præ lætitia ſubſilientes: non quòd reipſa motum rebus inanimis & ſenſum affingant, ſed ut bonum illud, quod ita ornant, ſignificent eſſe tantum, ut ad ſtupidas etiam & ſenſus expertes creaturas debeat pertinere. D Solent etiam interdum Prophetæ, ſylvas, vineas, terram ipſam, aliaque elementa inducere gementia & ululantia, & domorum atque templorum laquearia clamantia, ut malum illud, quod deſcribunt, vehementius exaggerent. Nec mirum videri debet, ſi Paulus has phraſes Prophetarum conſectetur, quum idem fuerit in utroſque ſpiritus Dei.

Heb. 11. 40.
Origenes.
Chryſoſtomus.
Pſal. 47. 1.
Prophetæ ac Pſalmi rebus inanimis affingunt non rarò ſenſum.
Eſa. 24.

Gen. 3. 15.
Creaturæ omnes maledictioni obnoxiæ.

59 Nec eſt difficile demonſtrare, quomodo noſtra infortunia redundent etiam ad creaturas. Nam quum E homo adjudicatus eſſet maledictioni, terra quoque dānata eſt & maledicta, ut ſpinas ac tribulos coacta ſit producere. Et quemadmodū ea propter peccatū reddatur deſerta & ſqualida, Scripturæ nos ubique docent, & experientia, (ſi ſaperemus) ſatis nobis indicabit. Eſaias ait, cap. 24. Sol confundetur, & Luna erubeſcet. Et in everſione Babylonis, idem Propheta ſcribit, Lunam & ſydera lucem non datura: Solem autem induendum eſſe caligine. De cœlo David pronunciat: F Ab initio operum manuum tuarū ſunt cœli, ipſi peribunt, tu autem manes. Vt amictum mutabis eos, & mutabuntur. Moſes ait in Lege, Dabo cœlum æneum, & terram ferream. Quod ſcimus factum temporibus Eliæ, quibus cœlum ita claudebatur, ut per tres annos & dimidium, pluviam non dederit. Vnde illud ſcitum eſt, quod è diverſo dixit Oſeas Propheta: Exaudiam, inquiens, cœlum, & cœlum exaudiet terram, & terra exaudiet frumentum, & vinum, & oleum; & illa exaudient Iſraelem. Denique quemadmodum G omnis creatura inſerviat hominibus piis; Scriptura ubique indicat. Mare dedit iter Iſraelitis: petra effudit aquam: cœlum nubem & manna: Sol Ioſuæ conſtitit, Ezechiæ retroceſſit. Quæ omnia licet perſpicuè videre in uno Chriſto, in quo omnia ſunt mirabili ratione recapitulata. Naſcenti, cœlum gratulatur, & noctu reſplendet: Angeli adſunt canentes, ſtella ducit Magos: moriēte, Sol obſcuratur, & omnia tenebris involvuntur, petræ colliduntur, velum ſcinditur, monumenta reſerantur: reſurgente, fit terræ H motus, & adſunt præſto Angeli: aſcendentem in cœlum, nubes complexa eſt. Quum autem redibit, concutietur univerſus orbis & virtutes cœlorum movebuntur. Rurſumque poſt judiciū tanta erit rerū innovatio, ut Eſaias capite trigeſimo dicat, fore, ut Luna luceat inſtar Solis: & lux Solis ſeptuplo major ſit, ſi ad pręſentē lucem cōferatur. Sed nunquid ulla fit rebus creatis injuria, quum citra ſuam culpam propter hominum peccata ita vexantur? Reſpondet Chryſoſtomus, nullam fieri. Nam ſi propter me, inquit, factæ I ſunt: nihil admittitur injuſtitiæ, ſi propter me patiantur. Deinde addit, rationem æqui & iniqui ad res inanimas, & ratione carentes, non eſſe transferendam.

Eſa. 24. 23. Eſa. 13. 10. Pſal. 102. 26. Deut. 28. 23. 1 Reg. 17. 1. Iac. 5. 17. Oſe. 2. 21. Exo. 13. 21. Exo. 14. 21. & 16. 13. & 17. 6. Ioſ. 10. 13. Eſa. 38. 8. Luc. 2. 9. Matt. 2. 2. Mat. 27. 51. Mat. 15. 13. Mat. 25. 2. Act. 1. 9. Mat. 24. 29.

Piis omnes creaturæ ſerviunt. Chriſto ſerviunt omnes creaturæ.

Poſt iudiciū magna creaturarum innovatio. Creaturis non fit injuria, quod propter homines vexentur. Simile. Eſa. 30. 26.

Poſtremò, ſi affliguntur noſtra cauſa, quum apparebit noſtra felicitas, unà etiam inſtaurabuntur. Idem Chryſoſtomus, Homilia vigeſima ſecunda in Geneſin exponit dilucidè, nō eſſe injuſtum, aut abſurdum, ſi creatura propter homines aliquas calamitates cogatur ferre. Nam ſi quis, inquit, fortè incurrat in iram Regis, non modò ipſe ſupplicio afficitur, ſed etiam omnis eius familia opprimitur. Homo propter peccatum factus eſt obnoxius maledictioni & iræ Dei: quare non eſt mirum ſi univerſa creatura, quæ hominis familia eſt, ingemiſcat unà cum eo, & doleat. Præterea adducit è Scripturis omnem creaturam in diluvio fuiſſe ſubmerſam: in Sodomis cum flagitioſis hominibus omnia ſimul fuiſſe combuſta: in Ægypto propter Pharaonis obſtinationem, omnes creaturas fuiſſe perditas. Et in libro de Reparandis lapſis ad Theodorum oſtendit, poſt diem judicii omnia eſſe renovanda: quòd gloria Domini futura ſit conſpicua, ut impletura & occupatura ſit omnia. Scholia Græca unà nobiſcum agnoſcunt proſopopœiam: & ideo aſſerunt, creaturam à ſervitute corruptionis eſſe liberandam, quòd propter nos facta ſit corruptioni obnoxia. Adoptionem autem filiorum Dei oſtendunt eſſe revelandam, quòd nunc filii Dei unà verſentur cum filiis diaboli, neque facilè poſſint ab illis internoſci. His adde, nos afflictionibus premi, infirmitate circumdari, & lapſibus multis inquinari. Omnia hæc, etſi adoptionem, quam habemus per fidem, non faciant irritam, eam tamen ita obfuſcant, ut niſi teſtimonio Spiritus interiori cognoſci non poſſit. Revelabitur autem gloria noſtra ſuo tempore: nec ſolùm apparebit, verum etiam exhibebitur. Habemus enim illam etiam in præſentia, ſed nondum plenam atque perfectam. Tunc autem prorſus abſolvemur, & quicquid nunc deeſt, obtinebit.

Omnes creaturę quodammodo ſunt hominis familia.
Gen. 7. 21.
Gen. 19. 25.
Exo. 14. 8.

CAPVT II.

De Libero arbitrio.

In Rom. 7. ſub finem.

NVNC operæ pretium erit de arbitrii noſtri libertate paucis diſputare. In præſentia autem quæremus, quantum inſita pravitas ex originali culpa reliquum nobis fecerit liberæ voluntatis præſertim, quum quicquid rectè agimus, id omne gratiæ Dei dicatur eſſe tribuendum. Quamvis autem vox liberi arbitrii non legatur in Sacris literis, res tamen ipſa nec ficta videri debet, nec commentitia. Græci appellant αὐτεξούσιον, quod eſt ſuæ poteſtatis, aut ſui juris. Quod idem Latini ſignificant, cùm dicunt Arbitrii libertatem. Liberum enim eſt, quod non alienam voluntatem ſequitur, ſed ſuam. Arbitrium verò videtur in eo eſſe ſitum, ut prout placuerit, ea quæ à ratione decreta ſunt, ſequamur. Tum verò voluntas eſt libera, cùm prout libuerit, amplectitur ea, quæ à parte animi cognoſcente approbantur. Quare liberi arbitrii natura, quamvis in voluntate maximè reluceat, tamen in ratione radices habet. Eos verò, qui hac facultate rectè uti volunt, in primis videre oportet, ne quis in ratione contingat error. Is autem duplex eſſe ſolet: Aut enim latet nos, quidnam ſit juſtum & injuſtum in rebus agendis: aut ſi id videmus, tamen in judicandis rationibus, quæ pro utraque parte afferri ſolent, deficimus. Semper enim ferè cupiditas noſtra ad imbecilliùs argumentum ſe adjungit. Vnde ſæpe fit, ut ratio firmior & melior neglecta deſeratur: quod diſputationibus nonnunquam videmus uſuvenire. Nam qui partem infirmiorē tueri volūt, eam ſolent omnibus ornamentis & coloribus exſpolire, ut auditores elegantia & fuco illecti, robur ipſum & firmamentum rationis non expendant. Præterea ſciendum eſt, non quibuſvis de rebus ſolere deliberari, ſed tantum de illis, quæ πρακτὰ, hoc eſt, à nobis faciendæ vocantur. Neque verò omnia quæ aut perſequimur, aut repudiamus, deliberatione egent. Sunt enim quędam bona tam manifeſta, & certa, ut ea ſatis ſit proponi. Statim enim aut eliguntur, aut reſpuuntur, qualia ſunt felicitas, infelicitas, vita, mors, & ſi quid aliud eſt hujus generis. Alia verò ſunt obſcuriora, ſive media, de quibus ſolent homines deliberare. Deum colendum eſſe, omnes ſine dubitatione confitentur. Qua verò ratione, quibúſque ritibus colendus ſit,

Vox liberi arbitrii non legitur in Sacris literis.
Quid ſit liberum.
Arbitrium quid. Quando voluntas ſit libera.
Liberum arbitrium in voluntate ſitum, radices habet in ratione.
In ratione duplex error.
Cupiditas imbecilliora ſequitur argumenta.
Non deliberatur niſi de rebus faciendis.
Non de omnibus faciendis deliberamus.

Digitized by Google

plurimùm ambigitur. Vtile eſſe homines in civitates coire,& ſocietatem inter ſe colere,omnes ſciunt. At quibus legibus regendi ſint, aut quo genere Reipublicæ uti oporteat,ibi vehementer ſæpe dubitatur. In his & ſimilibus rebus verſatur liberum arbitrium.

In quibus rebus verſetur arbitrium.

Definitio liberi arbitrii.

2 Illud autem ita definio: Eſt facultas, qua vel ſuſcipimus, vel repudiamus, prout libuerit, ea quæ à ratione decreta fuerunt. An autem in hominibus ſit huiuſmodi facultas, aut quomodo in eis ſit, non poteſt una reſponſione definiri. Primum, diſtinguere neceſſe eſt ſtatum & conditionem hominis. In homine verò quatuor ad minimum inveniuntur differentiæ. Alius enim longè fuit ſtatus Adami, quum ab initio crearetur, alius poſtquam lapſus eſſet: cujuſmodi etiam jam ſtatus eſt ejus univerſæ poſteritatis. Præterea qui regenerati ſunt in Chriſto, longè meliori ſtatu ſunt, quàm qui vivunt extra Chriſtum. Feliciſſimè autem & liberrimè habituri ſumus, ubi hoc mortale corpus exuerimus. Ad propoſitam ergo quæſtionem juxta has quatuor conditiones reſpondebimus. Adamum à prima ſua creatione liberum fuiſſe, credendum eſt. Quod antequam exponatur, tria genera operum, quæ in nobis fiunt, diſtinguenda ſunt. Eorum quædam ad naturam pertinent, ut ægrotare, valere, nutriri, cibum coquere, & alia hujuſmodi: in quibus licet primus homo longè fuerit felicior, quàm nos ſumus in præſentia, tamen alicui neceſſitati ſubdebatur. Illum enim & comedere, & ali, & cibum ſumere oportuit. Ab omnibus tamen calamitatibus, quæ mortem afferre poſſent, immunis fuit. Alia ſunt opera, quæ civili, ſeu morali ratione, vel juſta, vel injuſta, ſunt. Tertium genus eſt operum illorum, quæ Deo placent, & grata ſunt. Quod ad hæc omnia attinet, homo à principio factus eſt liber. Erat enim creatus ad imaginem Dei, cui nihil magis convenit, quam vera & ſolida libertas. Et de illo ita ſcribitur, Deus gloria & honore coronavit eum: &, Quum eſſet in honore non intellexit. Quis autem honor eſſe poteſt, ubi deſit libertas? Poſtremo ſubjecit illi Deus quæ creaverat: quibus certè ille verè, ac recta ratione dominari non potuiſſet, ſi ipſe creatus fuiſſet affectuum & cupiditatum ſervus. De illo tamen ſtatu, quis fuerit, quum Scriptura nos deficiat, nihil certò definiri poteſt. Auguſtinus in libro de Corruptione & gratia, auxilium, inquit gratiæ Dei collatum fuit Adamo. Tale autem fuit adjutorium, quod & deſerere poſſet, quum vellet: & in quo permanere poſſet, ſi vellet: non quo fieret, ut vellet. Quodque ad hoc attinet: Auguſtinus audet gratiam, qua nos nunc potimur per Chriſtum, præferre illi gratiæ, quam Adamus habuit in paradiſo. Nunc enim gratia Chriſti non ſolùm manemus, ſi velimus: ſed etiam, ut Paulus ait, per illam habemus & velle & perficere. Mutatur ſiquidem cor credentium, ut ex nolentibus fiant volentes. Iſtud autem, ut vellet, in ipſo arbitrio primi hominis ſitum fuit: neque id in eo gratia Dei efficiebat. Cur autem Deus Adamo cum primùm crearetur, liberum arbitrium contulerit: Auguſtinus adfert hanc rationem, in 2. libro de libero arbitrio, quòd Deus ſtatuiſſet erga eum, & bonitatem & juſtitiam ſuam declarare. Oſtenſurus autem fuit erga eum bonitatem ſuam, ſi rectè feciſſet: quòd certè, niſi fuiſſet liber, præſtare non potuiſſet. Sin autem ille ſe turpiter & male geſſiſſet, Deus uſurus erat erga illum ſeveritate juſtitiæ. Verum ille quum eſſet liber, miſerè lapſus eſt. Et, quemadmodum Chriſtus deſcribit hominem deſcendentem à Hieruſalem in Hiericho incidiſſe in latrones, & ab illis malè fuiſſe mulctatum: ita ille non ſolum ablata veſte, & amiſſis omnibus ornamentis, ſed etiam multis acceptis vulneribus, ſemivivus & deſperatus relictus eſt.

Quatuor differentes ſtatus.

Adamus fuit liber in primo ſuo ſtatu.

Tria genera operum.

Gen. 1. 27.
Pſal. 8. 6.
Pſal. 49. 13.
Gen. 1. 28.

Gratia quam habemus, gratiæ Adami præfertur.

Phil. 2. 13.

Cur Deus in creatione, liberum arbitrium contulerit.

Luc. 10. 30.

3 Quare dicimus, quod ad hunc ſecundum ſtatum attinet, quum à Chriſto ſimus alieni, parum nobis ſupereſſe libertatis. Nam & neceſſitatibus naturæ ſubjicimur, & morbis velimus nolimus affligimur: & poſtremo, morte conficimur. Eſt tamen aliqua libertas, quod ad opera civilia & moralia attinet. Ea enim & ſubjecta ſunt naturali noſtræ notitiæ, & vires noſtræ voluntatis non ſuperant: quamuis etiam in illis homines magnam experiantur difficultatem quia inſanę cupiditates morali rectitudini adverſantur. Illecebræ ac voluptates ſemper pulſant ſenſus noſtros: huc accedunt mali ſuaſores: Satan etiam aſſiduè urget & impellit. Is enim humanis commodis invidens, ſentiénſque huiuſmodi operibus civilem diſciplinam retineri, ea omnibus modis cupit peruertere. Quanquam in iſtis rebus civilibus multum poſſe humanas vires, ſaltem quoad judicium, indicant multæ bonæ leges à Lycurgo, Solone, Numa, & ab aliis promulgatæ. Et Paulus ad Romanos: An exiſtimas, inquit, ô homo, te fugiturum eſſe judicium Dei, cùm eadé facias, quæ iudicas? Præterea duo in his ſunt, quę non oportet prætermittere. Primum, Deum abuti hominum voluntate ad eos fines, quos ipſe conſtituerit: alterum, quod ex priori pendet, non ſequi illos eventus quos illi ſibi propoſuerunt, qui civilibus iſtis operibus incumbunt. Sæpe enim longe alia accidunt, quàm illi unquam cogitare potuerunt. Atque hinc Ethnici homines ſæpe vehementer turbari ſolent. Pompeius, Cato, Cicero, viſi ſunt ſibi pulcherrima conſilia inſtituiſſe. Verum quum ea peſſum iviſſent, nihil authoribus relinquebatur, niſi deſperatio. Illi enim excluſi ſuis conſiliis, omnia fortunæ & & caſui tribuebant. Succeſſum autem rerum, & evétum conſiliorum, in manu eſſe Dei, declarat Hieremias: Non eſt, inquiens, hominis via ejus, nec viri, ut dirigat greſſus ſuos. Quem locum Hebræi exponunt de Nebucadnezare, quem aiunt egreſſum domo, non ut aduerſus Iudæos, ſed ut adverſus Ammonitas bellum gereret, ut habetur capite 21. Ezechielis. Eum verò quum veniſſet in bivium, cœpiſſe deliberare, & exta, & teraphim, & ſortes ex fulgore gladij conſuluiſſe, atque ita admonitum in Iudæam invaſiſſe, & relictis Ammonitis Hieroſolymã obſediſſe. Duo iſta pios homines non latent, Deum & authorem eſſe conſiliorum, & rebus, quem ipſe voluerit, ſucceſſum dare. Ideóque nihil apud ſe ſtatuunt, niſi adiecta cõditione, Si Deus voluerit: quod Iacobus faciendum eſſe monet. Et Paulus in epiſtola ad Romanos ait, ſe cupere proſperum iter habere ad illos, ſed per voluntatem Dei. Quare, ſi res contra quàm ſperarint acciderint, conſolantur ſeſe, quòd ſciant, Deum optimum Patrem melius & ipſius regno, & ſuæ ſaluti conſulere, quàm ipſi conſulere potuiſſent: Sépétque habent in ore quod cecinit David, Niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. Id ergo illis curæ eſt, ut conſilia ſua accommodent ad verbum Dei: eventum autem committunt Deo, atque ita in omnem partem ſecurè agunt.

Non regeneratis parum ſupereſt libertatis.

Quam libertatem habeant non regenerati.

Rom. 2. 3.

Deus utitur hominum voluntate ad ſuos fines.

Eventa gubernãtur arbitrio Dei, non noſtro.

Iere. 10. 23.

Ezec. 21. 19.

Deus eſt author conſiliorum & dat ſucceſſum rebus ad arbitrium.

Pii ſemper ſtatuunt ex conditione, Si Deus voluerit.

Iac. 4. 15.

Rom. 1. 10.

Pſal. 127. 1.

4 Illis verò in operibus, quæ Deo accepta & grata ſint, homines à Deo alieni nullam habent libertatem. Hinc illud eſt, quod Auguſtinus ait in Enchiridio: Hominem malè utentem libero arbitrio, perdidiſſe & ſe, & liberum arbitrium. Cùm enim in certamine peccatum viciſſet, hominem redegit in ſervitutem. Scio eſſe quoſdam, qui hanc ſententiam Auguſtini ita interpretentur: Adamum perdidiſſe liberum arbitrium, quod attinet ad gratiam & gloriam, quibus fuerat ornatus: non autem quod attinet ad naturam. Equidem hic non multum pugnabo, ut negem rationem & voluntatem, quæ ad naturam pertinent, homini poſt lapſum relicta eſſe. Sed eandem naturam mutilam & vulneratam eſſe, ne ipſi quidem negare poſſunt. Nam id etiam Magiſter Sent. lib. 2. diſt. 25. affirmat. Ait enim, hominem jam poſt lapſum eo eſſe loco ut poſſit peccare: idémque non poſſit nõ peccare. Et quamvis Auguſtinus & alii id non aſſererent, tamen id ratio firmiſſima docere poteſt. Pendent enim ſanctæ actiones à duplici capite, cognitionis, & appetitus. De notitia, Paulus ait, Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, imo ne poteſt quidem: Stultitia enim illi ſunt. Iam vero, ſi non cognoſcimus quid ſit faciendum, quidque Deo placeat, quonam pacto poſſumus id opere præſtare? Adhæc, quomodo ſe ad illa habeat appetitus & cognitio apparet ex ſexto capite Geneſ. Non rixabitur, inquit Deus, ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. Et mox: Vidit Deus, quod multa eſſet hominum malitia & omne figmentum cogitationum cordis ejus tantum ad malum omnibus diebus.

In his operib. quæ Deo accepta ſunt, nulla eſt alienorum à Chriſto libertas.

Poſt peccatũ natura quidẽ relicta eſt, ſed mutila & vulnerata.

Ratio cur homo non poſſit non peccare.

1. Cor. 2. 14.

Gen. 6. 3. & 5.

Et octauo

Gen. 8. 21. De viribus noſtris, maximè figulo noſtro credendum eſt. Ier. 18. 12.

Et octavo capite: Figmentum humani cordis malum eſt ab infantia. Atque hæc Deus ipſe loquitur. Nulli autem magis credendum eſt de viribus noſtris, quàm figulo noſtro, cùm de opere ſuo teſtimonium ferat. Apud Hieremiam capite decimo octavo populus ait, Poſt cogitationes noſtras ibimus. Quem locum Hieronymus exponens ita ſcribit: Vbi ergo eſt abſque gratia Dei poteſtas liberi arbitrii & propria, judicium voluntatis: cùm grandis offenſa Dei ſit, ſequi ſuas cogitationes, & pravi cordis facere voluntatem? Servituti nos eſſe obnoxios Chriſtus apud Iohannem docet: Qui facit peccatum, inquiens, ſervus eſt peccati. Quare cùm nos multa peccemus, & ab utero matris peccatum inhærens habeamus, ſervos nos eſſe, neceſſe eſt fateamur. Tum autem verè liberi erimus, ſi filius nos liberaverit; alioqui ſervitutem acerbiſſimam ſervimus. Vnde Paulus dixit, ſe venundatum eſſe ſub peccato & ita venundatum, ut in ſua carne fateretur, nihil boni habitare & ſe facere quæ nollet, quæque odio haberet, & aliam legem ſentire in membris, repugnantem legi mentis ſuæ, & captivum ſe abducentem legi peccati. Et ad Galatas ait, carnem pugnare adverſus ſpiritum, & ſpiritum adverſus carnem, ut non faciamus quæ velimus. Quæ ſi vera ſunt de tanto Apoſtolo, & de hominibus ſanctis per Chriſtum regeneratis, quid ſentiendum eſt de impiis, qui ad Chriſtum non pertinent? Accedere autem ad illum non poſſunt, niſi trahantur. Chriſtus enim ait: Nemo poteſt ad me venire, niſi pater meus traxerit illum: Qui antea ſua ſponte volebat ire, non trahitur, ut ait Auguſtinus, ſed ducitur. Si ergo ad Chriſtum trahendi ſumus, antea nolumus: quod graviſſimum peccatum eſt. Atque idcirco nolumus, quia prudentia carnis inimicitia eſt adverſus Deum. Legi enim Dei non eſt ſubjecta, imò nec poteſt quidem. Quotquot autem per Chriſtum aſſerti non ſunt in libertatem, ſub lege agunt: & ut Paulus addit ad Galatas, ſub maledicto: Quod verum non eſſet, ſi poſſent obedire legi Dei. In maledictionem enim non incurrunt, niſi qui Legem tranſgrediuntur. Adhæc Paulus diſertè ait, Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. Illius enim opus eſt noſtra ſalus, non virium noſtrarum. Ipſe enim eſt, qui operatur in nobis & velle, & perficere. Antequam id præſtet, ſi quid nobiſcum agat, aut Lege, aut doctrina verbi, cum lapidibus agit. Corda enim noſtra ſaxea ſunt, niſi ea Chriſtus tranſmutet in carnea. Quod ſe facturum pollicetur apud Ezechielem, & effecturum, ut in præceptis ejus ambulemus. Et certè ſi poſſemus abſque gratia juſtè & rectè vivere, poſſemus etiam ex operibus noſtris juſtificari: quæ ſententia & à Paulo, & ab omnibus Scripturis prorſus damnatur. Hieremias ait: Converte me Domine, & convertar. Et David ait; Cor mundum crea in me Deus. Quod in omnibus non fieri intelligimus ex 29. cap. Deuteronom. ubi ita ſcribitur: Non dedit vobis Dominus oculos ad videndum, nec aurem ad audiendum, nec cor ad intelligendum. Et in capite 30. Deus promittit ſe circonciſurum corda illorum, & corda ſeminis illorum, ut ambulent in præceptis ſuis. Ille enim & inchoat & perficit ſalutem noſtram. Nam ſic Paulus ait ad Philippenſes: Spero, quod qui incepit in vobis opus bonum, perficiet uſque in diem Chriſti. Hoc ſancti viri probè intelligentes, precantur cum Davide; Inclina cor meum in teſtimonia tua: & cum Salomone: Inclinet Dominus corda noſtra, ut ambulemus in viis ejus: & cum Paulo ad Theſſalonicenſes; Dirigat Deus corda veſtra in patientia, & expectatione Chriſti. Et Salomon in Proverbiis; Cor Regis in manu Dei eſt, quocunque voluerit inclinabit illud. Hæc teſtimonia ſatis docent, Dei opus eſſe, non noſtrum, ut ad illum convertamur, & rectè faciamus.

Ioan. 8. 34. Ioan. 8. 36. Abſque gratia ſervi ſumus. Rom. 7. 14. & 18 & 25. Gal. 5. 17. Ioan. 6. 44. Ad Chriſtum nemo poteſt accedere niſi trahatur. Rom. 8. 7. Gal. 3. 10. Rom. 9. 16. Loca probantia, nos ante regenerationem non eſſe liberos. Ezec. 11. 19. Ier. 31. 18. Pſal. 51. 12. Deut. 29. 4. & 30. 6. Phil 1. 6. Pſal. 119. 36. 2. Theſ. 3. 5. Prov. 21. 1. Dei opus eſt non noſtrum, ut ad ipſum convertamur.

5 Hîc quidam nobis objiciunt præcepta, quæ occurrunt in Sacris literis: nam ſignificare videntur, in nobis ipſis ſitum eſſe, ut ea quæ præcepta ſunt, obſervemus. Nam Eſaias ait: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Et Dominus ſæpe jubet, vt ad ſe convertamur. Convertimini, inquit, ad me: Nolo mortem peccatoris, malo potius ut convertatur, & vivat. Quumque Legem promulgaſſet, dixit, ſe vitam & mortem, benedictionem & maledictionem propoſuiſſe. Et alia ſimilia infinita adferri poſſent. Verùm hîc animadvertere debemus præcipi iſta quidem hominibus ſed nuſquam doceri, ea propriis cujuſquam viribus præſtari poſſe. Neque par eſt, vt ex præceptis divinæ Legis noſtrarum virium magnitudinem colligamus: quaſi tantum à nobis noſtra ſponte poſſit effici, quantum Lex divina præceperit. Imò hinc potius metienda eſt noſtra infirmitas: ut quum videamus excellentiam & dignitatem mandatorum Dei, vires noſtras infinito intervallo ſuperare, cogitemus alium quendam finem eſſe Legis, quàm ut à nobis perficiatur. Illum finem Paulus oſtendit eſſe multiplicem. Per Legem, inquit, cognitio peccati: quam idcirco latam eſſe ait, vt numerus tranſgreſſionum augeretur. Hoc enim pacto Lex efficitur pædagogus, vt homines adducat ad Chriſtum: ut quum ſe pondere præceptorum, & peccatorum magnitudine oppreſſos vident, ſalutem ſuam intelligant tantum in Dei miſericordia & Chriſti redemptione ſitam eſſe. Animadverſa enim imbecillitate & indignitate noſtra, ſtatim incipimus orare Deum, vt & peccata noſtra per Chriſtum ignoſcat, ut opem ſui Spiritus ſuppeditet, ut voluntati ſuæ ſtudere ſtudeamus. Da quod iubes inquit Auguſtinus, & iube quod vis. Adhæc alius uſus Legis eſt, ut videamus, quò ſit contendendum. Poteſt etiam fieri, ut ſi per Dei gratiam acceſſerit inchoata obedientia, homines Legi ſe accommodent. Poſtremò, ſi in hac vita non datur ut Legi poſſimus ad amuſſim ſatisfacere, id tamen in altera vita, cùm omnem hanc corruptionem abjecerimus, planè obtinebimus. Neque tamen propterea Deus accuſari debet injuſtitiæ. Non enim ejus culpa factum eſt, ut ejus mandata obſervari non poſſint. Nec quiſquam noſtrûm poteſt excuſari: quia volentes & cupidi Legem nobis poſitam violamus. Lex lata eſt, quæ naturæ noſtræ, ut inſtituta primùm fuit, quàm optimè conſpiret. Non enim aliter potuiſſet imago Dei luculentius & efficacius exprimi. Quod ſi propter peccatum Legem abſolvere non poſſimus, hoc ſaltem videmus, quales nos eſſe oporteat.

Eſ. 1. 19. Finis & uſus Legis. Ezec. 18. 30. & 32. Deut. 30. 15. Datur quidē præcepta, ſed non docetur, tum in viribus humanis ea præſtari poſſe. Rom. 3. 20. Rom. 7. 13. Lege Dei metienda eſt noſtra infirmitas non vires. Cur Deus injuſtitię non ſit accuſandus.

6 Sententia autem illa, quæ jactari ſolet, nihil habendum eſſe pro peccato, quod ab electione non pendeat, intelligi debet, vt Auguſtinus interpretatur, de eo peccati genere, quod non ſit pœna peccati. Alioqui enim culpa originis, neque voluntaria eſt, neque electione ſuſcipitur. Sed dices: Quum ita ſe habeat, videbimur neceſſariò hærere in peccato. Id quidem non negaverim. Quanquam eiuſmodi eſt hæc neceſſitas, quæ coactionem adiunctam non habeat. Deus neceſſariò bonus eſt, nec poteſt ullo pacto peccare: non tamen violenter cogitur eſſe bonus, quod Auguſtinus de Civit. Dei, lib. 22. c. 30. pulchrè declarat. Deus ipſe, inquit, nunquid quoniam peccare non poteſt, ideo negandus eſt habere liberum arbitrium? Ambroſius lib. 2. de Fide ad Gratianum Imper. cap. 3. Illum teſtatur liberum: cùm omnia, inquit, operatur unus atque idem Spiritus, dividens omnibus prout vult, pro liberę voluntatis arbitrio, non pro neceſſitatis obſequio. In iſtis horum Patrum ſententiis ita accipitur liberum arbitrium, ut violentiæ & coactioni opponatur: non quòd æquè proclive ſit ad utramque partem. Vnde Hieronymus in Homilia de filio Prodigo, quam ſcripſit ad Damaſum, quoniam liberum arbitrium aliter accepit, idcirco aliter ſcripſit. Solus enim, inquit, Deus eſt, in quem peccatum non cadit, neque cadere poteſt. Cætera, cùm ſint liberi arbitrii, in utranque partem flecti poſſunt. Spiritibus etiam beatis & Angelis, quum jam eorum felicitas confirmata ſit, id convenit, vt peccare non poſſint. Itaque Auguſtinus de Civitate Dei lib. 22. cap. 30. Sicut prima immortalitas, inquit, fuit, quam Adam peccato perdidit, poſſe non mori, ita primum liberum arbitrium fuit, poſſe non peccare: noviſſimum autem, non poſſe peccare. Illis nihilominus quoddam genus libertatis conceditur, non quo poſſint flecti in vtramque partem: ſed quo, quamvis agāt neceſſariò, non tamen cogantur, aut violenter agitentur. Quemadmodum enim quædam vera ita ſunt perſpicua, ut illis mēs non poſſit non aſſentiri, ita Dei præſentia iam revelata, & facta conſpicua, tantum eſt bonum, vt ſancti ab eo deficere non poſſint. Ita etiam quamvis neceſſariò peccemus antequā in Chri-

Vide in 1. R: g. 16. initio. Neceſſitas peccandi, eſt abſque coactione. Liberum oppoſitum coactioni non neceſſitati. 1. Cor. 12. 11. Simile. Cur beati non poſſint peccare.

Digitized by Google

ſto regeneremur, non tamen idcirco voluntatis jura violantur. Quicquid enim facimus, & volentes, & ſpe aliqua inducti facimus. Nec tamen propterea cenſendi ſumus nihil differre à brutis. Nam illa, etſi judicio aliquo moventur, non tamen libero. In hominibus verò, quamvis nondum renatis, multum, ut diximus, libertatis ſupereſt, quod ad opera civilia & mortalia attinet. Deinde inter ipſa peccata, in quibus verſantur neceſſariò, delectum habent, ut aliud eligant, aliud repudient: quamvis ad ea quæ Deo placent, aſpirare non poſſint. Hæc animalibus brutis non conveniunt. Ea enim vi potius naturæ aguntur, quam ut poſſint aliquid cum ulla libertate facere. Poſſunt homines dici liberi, vel quod attinet ad coactionem, vel quod ad peccatum, vel quod ad miſeriam. Prima libertas à coactione datur omnibus. Peccato verò, & miſeriæ omnes omnino ſubjecti ſunt, qui ad Chriſtum nondum pervenerunt. Quemadmodum autem homines regenerati, vel peccato, vel miſeriæ ſubjecti ſint, dum hîc vivunt, dicemus poſtea. Interim certum eſſe debet, hac neceſſitate quam ponimus, voluntatem non cogi ad peccandum.

Non regenerati differunt à brutis.

Triplex libertas.

Quid liberum, violentum & ſpontaneum.

Definitio liberi.

Non renati, non habent libertatem, niſi valde contractam.

7 Sed quo omnem hanc rem planius doceamus, ante bene conſtitutum oportet, quid illæ ſibi voces velint, Liberum, Violentum, Spontaneum. Liberum dicimus, quo duobus pluribúſve propoſitis, prout libuerit, eligere poſſit quod velit. Et idcirco voluntatem hominum non renatorum negamus in univerſum eſſe liberam. Ea enim, quæ ad ſalutem pertinent, eligere non poteſt. Violentum eſt, quod ita movetur ab externo principio, ut ipſum ſe ad illum motum nihil juvet, ſed potius reluctetur. Vt cùm lapis jacitur in ſublime. Spontaneum dicitur, quod habet internum principium, favens illi motioni, qua impellitur. Ex his apparet ſpontaneum & neceſſarium non opponi. Poſſunt enim conjungi, ut apparet in voluntate noſtra, quæ fœlicitatem amplectitur neceſſariò: non tamen eam invita, aut coacta, ſed vltrò ac libenter amplectitur. Nec poteſt fieri, ut voluntas unquam cogatur, ut velit quod nolit. Imò Auguſtinus putat adeò abſurdum eſſe, velle quod nolis, ac ſi dicat rem aliquam poſſe eſſe calidam abſque calore. Neceſſitas tamen illa, qua impii dicuntur peccare, nō eſt abſoluta & perfecta, ut non poſſit aliter ſe habere. Accedente enim Spiritu & gratia Chriſti, ea neceſſitas ſtatim ſolvitur. Itaque Auguſtinus ait, naturæ eſſe, poſſe habere fidem, ſpem & charitatem: ea verò habere, omnino eſſe gratiæ. Ea enim potentia aut habilitas non erumpit in actum, niſi gratia divinitus conferatur. In eo Auguſtinus cum Pelagio conveniebat, poſſe eſſe naturę. Sed hoc Aug. addebat, quod Pelagius non probabat, bene velle & rectè vivere uni tribuendum eſſe gratiæ. Ego verò hanc potentiam naturæ diſtinguendam puto. Nam ſi hoc ſentiant, naturam noſtram ita eſſe factam à Deo, vt nec fides, nec ſpes, nec charitas cum ea pugnent: ſi ea à Deo concedantur, ſed potius eam abſolvant, perficiant & ornēt, verum eſſe fateor quod dicunt. At ſi velint naturæ potentiam ſignificare aliquam ejus vim, quam poſſit ſibi iſta vendicare, nullo modo aſſentior. Eſt enim impia & damnāda ſententia. Dicimus itaque hominis arbitrium reſpicere & bonum & malum, ratione tamen diverſa. Malum enim ſua ſponte amplecti poteſt: bonum verò non poteſt, niſi gratia Dei reſtituatur. Nā divino quodam afflatu opus eſſe ad ea quæ verè bona ſint præſtanda Ethnici etiam Scriptores à veritate coacti interdum idem tradiderūt. Ariſtoteles enim in 1. Ethicor. Si quod, inquit, donum Dei eſt, felicitatem illud eſſe ſtatuendum eſt. Felicitatem autem nihil aliud eſſe definit, quam actionem optimam à præcipua animi noſtri facultate per virtutem præſtantiſſimam profectam. Et Plato quodam loco fatetur, Virtutes hominibus afflatu numinis ingenerari. Scholaſtici quoque, ſi qui paulò fuerunt ſaniores, faſſi ſunt ad omne opus bonum neceſſariam eſſe gratiam Dei, quæ humanis viribus aſſiſtat. Poſtea tamen, neſcio quo pacto illi obliti ſui, ſtatuunt hominem non renatum aliqua bona poſſe facere, quæ Deo placeant, quæque de Congruo, ut loquuntur, Chriſti gratiam mereantur.

Neceſſarium & ſpōtaneum non opponuntur.

Voluntas non poteſt cogi.

Neceſſitas peccandi non eſt abſoluta in impiis.

Aug. ait eſſe naturæ poſſe habere fidem.

Comparatur Auguſtini ſententia cum Pelagiana.

Quæ ad fidem potentia ſit in natura.

Quomodo arbitrium reſpiciat bonum & malum.

Ariſtotelis definitio de felicitate.

8 Congruum appellant, quod nos æquum & bonum dicere poſſumus: quod eſt, quum rigor, & acerbitas juris remittitur. Condignum autem vocant, quod ex jure debetur. Verum non animadverterunt, qui iſta primum pepererunt, pulchra opera civilia, quantumvis ſpecię hominibus videantur bona, tamen coram Deo peccata eſſe, ut Auguſtinus certiſſimis rationibus evincit. Prius enim quàm convertamur ad Deum, natura ſumus filii irę. Et Iohannes ait, Qui non credit in filium Dei, vitam æternam non habet: ſed ira Dei manet ſuper eum. Ab hoſtibus autem & inimicis, quid Deo offerri poteſt, quod illi ſit gratum? Paulus ad Epheſios ait, nos antequam ad Chriſtum veniremus, mortuos fuiſſe in delictis & peccatis noſtris. At mortui, ut nihil ſentiunt, ita nihil efficere poſſunt, quo ad vitam revocentur. Paulus ad Philippenſes, ea omnia quæ fecerat antequam ad Chriſtum converteretur, pro damnis & ſtercoribus reputavit: tantum aberat, ut in illis aliquid meriti collocaret. Deus apud Iſaiam capite primo teſtatur, ſe horrere, & deteſtari, & abominari eas oblationes, quas Iudæi ſine fide & pietate offerebant. Idem Propheta omnes noſtras juſtitias confert cum panno menſtruato. Et Servator noſter, Ego, inquit, ſum vitis, & vos palmites. Quemadmodum palmes ferre non poteſt fructum, niſi manſerit in vite: ita vos fructum ferre non poteſtis, niſi in me manſeritis. Et ſtatim addit, Sine me nihil poteſtis facere. Et alio loco ait, Arborem malam, non poſſe ferre fructum bonum. Prius enim radicem bonā eſſe oportere, quàm ab ea ſperari poſſit bonus fructus. Arbores autem bonæ eſſe non poſſumus, antequam in Chriſtum inſeramur. Iſta inſitio in Sacris literis appellatur regeneratio. Quemadmodum autem nemo quicquam confert ad generationem ſui: ita conſerte nemo poteſt quicquam ad regenerationem ſui. Paulus etiam ait, Omne id, quod ex fide non fit, peccatum eſſe. Quum ergo impii fide careant, quicquid agunt, pro peccato haberi debet. Quod ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: at ſi lux tua tenebræ fuerint, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Niſi adſit fides, verſamur in tenebris, & neceſſariò hæremur in peccatis. Ad hæc, ſi ſequamur iſtorum ſententiam, prorſus evertimus naturam gratiæ. Ea enim, ſi ſit ex operibus, ut Paulus ait, jam deſinit eſſe gratia. Addit etiam Paulus, Iſraelitas ſectantes Legem juſtitiæ, ad juſtitiam non perveniſſe, quòd eam ex operibus ſectati fuiſſent, & non ex fide. Ad Coloſſenſes quoque luculenter docet, quales ſimus antequam juſtificemur: Alienati, inquit, à Deo, inimici mente, in operibus malis. Et in epiſtola ad Rom. homines nondum inſitos in Chriſtum, appellat oleaſtros. Scimus autem oleaſtros ſteriles eſſe, nec fructum ferre poſſe. Ad hæc opera bona eſſe non poſſunt, niſi aut Legi ſatisfaciant, aut ſi quid aberrent à Lege, id illis per Chriſtum non imputetur. At homines non renati Legi ſatisfacere non poſſunt: nam ne regenerati quidem poſſunt. Chriſti verò beneficium, quo defecti reſarciuntur, quum Chriſto per fidem conjuncti non ſint, aſſequi non poſſunt. Et qui docet hominem abſque gratia Dei, poſſe opera quæ Deo grata ſint facere: is doceat etiam neceſſe eſt, Chriſtum non eſſe totius hominis redemptorem. Ponit enim in natura noſtra non parum ſaluris abſque Chriſto, qui docet nos abſque Chriſti gratia poſſe bene operari, & rectè vivere. Paulus etiam quum eſſemus, inquit, ſervi peccati, liberi fuimus juſtitiæ. Quod non aliud eſt, quàm nos nihil prorſus habuiſſe rationis, aut commercii cum juſtitia. Præterea hortatur, ut quemadmodum ſervivimus peccato, ita nunc ſerviamus juſtitiæ. Idem autem vult, ut omnino abſque vllo peccato ſerviamus nunc juſtitiæ: quare antea ſervivimus peccato prorſus abſque omni juſtitia. Poſtremò nihil reliquit medium inter peccati ſervitutem, & juſtitiæ. At illi contra fingunt neſcio quos, qui quamvis nondum iuſtificati, tamen juſta & bona faciant, quæ Deo probari poſſint. Hæc omnia ſatis docent, quàm abſurda & inepta ſit iſtorum ſententia.

Congruum.

Condignum.

Ante regeneratione haud poſſe à nobis fieri ullum bonum opus quod placeat Deo.

Eph.2.3.

Ioan.3.36.

Eph.2.1.

Phil.3.8.

Eſ.1.12.

Eſ.64.6.

Ioan.15.5.

Matt.7.18.

Rom.6.5.

Rom.14.23.

Matt.6.22.

Rom.11.6.

Col.1.21.

Rom.11.17.

Rom 6. 20.

Ibid.v.19.

9 Interim tamen clamant, nos eſſe blaſphemos, qui univerſam hominis naturam malam eſſe prædicemus. Verùm, ut Auguſtinus prudenter ſcribit: Sub laudibus naturæ, latent inimici gratiæ. Conſiderare illos oportuit, ad quod caput malum illud referamus, de quo

Sub laudibus naturæ latent inimici gratię.

Digitized by Google

de quo quærimus. Non enim id aut naturæ conditæ, A
aut Deo aſcribimus, ſed peccato, cui per primum ho-
minem aditus patefactus eſt. Nam à Manichæis om-
nibus modis diſſentimus. Illi enim & naturam malam
eſſe, & eam à malo Deo creatum fuiſſe ſomniabant.
Nos verò fatemur, & agnoſcimus, hominem creatum
fuiſſe liberum. Quod autem nunc libertatem amiſe-
rit, id non Deo authori aſſignamus, ſed ipſius vitio.
Hæretici appellati ſunt ab Eccleſia, qui liberum arbi-
trium negaverunt. Sed hoc intelligendum eſt, de pri- B
ma naturæ noſtræ creatione. Nam alioqui nemo eſt
ex Patribus, qui, ſi verum diligenter excutiatur, ho-
minis calamitatem, in quam per peccatum incidit,
non deploret. Adverſarii noſtri potius accedunt ad
Manichæos, qui noſtros corruptos affectus, ut nunc
ſunt, ita contendunt creatos à Deo. Ita enim malum
ab eo creatum affirmant. Nos verò, quum videamus
turbulentas affectiones non vacare peccato, eas ne-
gamus ita creatas fuiſſe à Deo: ſed noſtra culpa, effre-
nes, & verbo Dei adverſarias evaſiſſe. Certum enim C
eſt, hominem ab initio ad imaginem Dei fuiſſe fa-
ctum: eam autem nihil magis decet, quàm libertas.
Sed illa imago, quum in nobis penè obliterata fue-
rit, ut eam jam oporteat reſtitui per Chriſtum, quid
mirum ſi libertas quoque magna ex parte adempta ſit?
Quum ratiocinantur hominem eſſe liberum, perinde
faciunt, ac ſi dicerent, oportere hominem eſſe animal
bipes, & idcirco poſſe rectè incedere. At ſi de homine
claudo ita concluderent, facilè appareret quantum
fallerentur. Proprietates enim hominis, quæ naturæ D
illius integræ convenirent, quum ad eam corruptam
accommodantur, non conveniunt. Neque vero ad-
verſariorum noſtrorum decreta longè diſcedunt à Pe-
lagianis. Illi enim docuerunt, naturam adjutam gra-
tia creationis & doctrina Legis, poſſe rectè agere:
Iſti vero dicunt, naturam gratia præveniente & pul-
ſante adjutam, poſſe opera bona facere, quæ Deo pla-
ceant. Reſtitit Pelagianis orthodoxa Eccleſia, neque
pugnavit de gratia creationis, aut Legis, neque de
gratia præveniente: ſed docuit abſque gratia Chriſti, E
qua juſtificamur, neminem poſſe rectè operari. Apud
Auguſtinum autem, qui adverſus iſtos fortiter dimi-
cavit, nihil diſcriminis eſt inter rectè agere abſque
gratia, & rectè agere extra fidem Chriſti. Is in Pſal-
mum trigeſimum primum ut oſtenderet, nullum eſſe
pus bonum abſque fide, ita ſcribit: Bona intentio,
bonum reddit opus: intentionem fides dirigit. Quare
noli attendere quid aliquis faciat, ſed quid ſpectat
dum facit.

Cur dicantur hæretici, qui negant liberũ arbitrium.

Adverſarii noſtri nonnihil accedunt ad Manichæos.

Simile.

Collatio inter adverſarios noſtros, & Pelagianos.

Abſque gratia & extra fidem Chriſti æquipollent Auguſtino.

10 Et quum in omnibus ſacris literis nulla ſit F
ſententia, quæ noſtræ doctrinæ adverſetur, tamen
perpetuo objiciunt nobis exemplum Cornelii, qui
quum adhuc, ut ipſi putant, non eſſet regeneratus, ne-
que crederet in Chriſtum, tamen opera fecit, quæ pla-
cerent Deo. Nos quidem fatemur, & eleemoſynas, &
preces Cornelii placuiſſe Deo: Id enim Angelus af-
firmavit, ſed iſti de ſuo adjiciunt, Cornelium quum
iſta faceret, nondum fuiſſe juſtificatum, neque in
Chriſtum credidiſſe. At non animadvertunt; Scriptu-
ram eo loco illum appellare εὐσεβῆ & φοβούμενον τὸν Θεόν. G
Credebat igitur Cornelius, & in Meſſiam credebat,
inſtitutus doctrina Iudæorum. Sed an Ieſus Nazare-
nus ille Meſſias fuerit, certò non ſciebat. Ideoque Pe-
trus mittitur, qui eum plenius doceat. Sed hic, ut no-
bis fucum faciant, aiunt Paulum in decimo ſeptimo
capite Actorum tribuere Athenienſibus aliquam
pietatem, quum tamen eſſent idololatræ. Sic enim
ait: Viri Athenienſes, Deum quem ignorantes
εὐσεβεῖτε, eum ego vobis anuntio. Sed quemadmo-
dum ſi quis unum aliquod elementum bene pingat, H
non ideo ſtatim dicetur ſcriba: nec qui unum aut al-
terum carmen cecinerit, erit ea cauſa dicendus can-
tor, quia iſta epitheta rationem & artem requirunt:
poteſt autem cauſa fieri, ut aliquis ſemel aut iterum
bene pingat, aut bene canat: ita nullus verè ac ſim-
pliciter pius habendus eſt, qui unum aut alterum o-
pus edat, quod ſpeciem aliquam habeat pietatis.
Paulus autem Athenienſes pios non appellavit, niſi
adjectis particulis, quæ pietatem imminuerent,
ἀγνοοῦντες inquit, εὐσεβεῖτε. At quæ pietas conjuncta eſſe I
poteſt cum ignoratione veri Dei? Præterea paulo
ante eos appellaverat δεισιδαιμονεστέρους, hoc eſt, ſu-

Act. 10. 2. & 3. & 4.

De Cornelio, & eius operibus.

Credebat Cornelius ante baptiſmum.

Act. 17. 23.

Si credebat, quid oportuit eum doceri?

An Paulus Athenienſibus adhuc idololatris tribuat aliquam pietatem.

Simile.

Act. 17. 22.

Vera pietas non poteſt eſſe coniuncta cum ignoratione.

perſtitioſiores. His duabus vocibus de pietate il-
lorum multum detrahit. Cornelium verò ſimplici-
ter vocat εὐσεβῆ Lucas, & addit, φοβούμενον τὸν Θεόν: quæ
acceſſio tanti momenti eſt, ut in libro Iob: Vir timẽs
Deum, à Septuaginta interpretibus vertatur θεοσεβὴς
ϗ ἀληθινός. Et David ait: Beatus vir qui timet Domi-
num. Quod ſi beatus eſt qui timet Deum, quomo-
do non idem etiam eſt juſtificatus? Verùm præter
hæc, quæ juſtificationem Cornelii quodammodo ex
cauſis demonſtrant, accedit teſtimonium effectorũ
quòd eleemoſynas faceret, quæ Deo gratæ eſſent.
Multis autem rationibus jam confecimus, neminem
poſſe opera Deo grata facere, niſi qui juſtificatus &
renatus ſit. Adhæc iſtas eleemoſynas diſtribuit in
gentem Iudæorum, ut à quibus eſſet in doctrina pie-
tatis inſtitutus, illis viciſſim de bonis ſuis tempora-
riis aliquid impertiretur. Par enim eſt, ut Paulus
docet ad Galatas, ut is, qui catechizatur, commu-
nicet illi qui catechizat, in omnibus bonis. Adhæc
miles ille qui mittebatur ad Petrum, declarat, illum C
habuiſſe bonum teſtimonium ab omnibus Iudæis.
Quæ omnia ſatis indicant, eum, et ſi non legatur cir-
circuncisus, tamen ita acceſſiſſe ad doctrinam populi
Dei, ut omnes ejus pietatem commendaverint.
Scribitur inſuper oraſſe, idque aſſiduè. Et ſi hiſto-
riam omnem diligenter perpendamus, inveniemus
illum obſervaſſe eam horam, quam Iudæi habuerunt
precibus communibus deſtinatam. Ait enim, ſe ho-
ra nona vidiſſe Angelum aſtantem ſibi, qui ſignifica-
ret, orationem ejus fuiſſe exauditam. At ex primo D
capite Eſaiæ, & 5. Proverbiorum, & aliis locis com-
pluribus, docemur, impios & peccatores à Deo non
audiri. Quod tamen intelligendum eſt, quoad pec-
catores eſſe velint, & peccandi voluntatem retineant.

11 Neque eum hac ſententia pugnat, quod Au-
guſtinus contra Donatiſtas ſcribit: Improborum ſa-
cerdotum preces à Deo audiri. Idem n. ſubjicit, id fie-
ri propter populi devotionem. At Cornelius orans
ſua ipſius fide, non aliorum aſtantium, juvabatur.
Et Auguſtinus in Epiſtola ad Sixtum, ait, Deum E
ſolere in homine juſtificando conferre Spiritum quo
ea precetur, quæ ſint ſalutaria. Ea quum Cornelius
oraverit, dubium eſſe non poteſt, quin fuerit juſti-
ficatus. His adde, neminem ritè orare poſſe Deum,
niſi ex fide. Fide autem nos juſtificari, ſatis jam te-
ſtatum & notum eſt. Petrus etiam, antequam apud
illum cœpiſſet concionari, ait, ſe in veritate compe-
riſſe, Deum non eſſe acceptorem perſonarum, ſed
eum illi acceptum eſſe, in quacunque gente ſit, qui
juſtitiam faciat. Quæ verba non obſcurè docent, F
Cornelium jam tum acceptum eſſe Deo, antequam
Petrus ad eum accederet. Miror vero eſſe, qui auſint
aſſerere, eum non habuiſſe fidem Chriſti: cum Chri-
ſtus ipſe in octavo capite Ioannis dicat, eum non no-
viſſe Deum, qui non credat in filium Dei: & in 14.
capite moneat diſcipulos ſuos: Si creditis in Deum,
& in me credite: Et ſi Moſi crederetis, crederetis e-
tiam mihi. Hæc fidem nobis faciunt, Cornelium in
Deũ verè credidiſſe: & idcirco etiã credidiſſe in Meſ-
ſiam venturum, prout erat à Iudæis inſtitutus, quã- G
vis ignoret illum jam veniſſe, & eſſe Ieſum Nazare-
num, qui à Iudæis actus fuerat in crucem. Habuit
eam fidem, qua Patres in Chriſtum venturum cre-
diderunt. Quare cùm illi ea fide juſtificati fuerint,
quomodo illud idem audemus negare Cornelio?
Nathanael, qui credebat in Meſſiam venturum, nec
eum putabat adhuc veniſſe, pronunciatur à Chriſto
verè Iſraelita, in quo dolus non eſſet, quæ duo in
hominem nondum juſtificatum convenire non poſ-
ſunt. Ad Cornelium vero Petrus idcirco miſſus eſt, H
ut quod de Chriſto involutè crediderat, explicatius
& apertius cognoſceret. Ita ſenſit Gregorius Homi-
lia decima nona in Ezechielem. Ait enim fidem eſ-
ſe veſtibulum, ut per illam ad bona opera pervenia-
tur: non autem e diverſo ab operibus perveniri ad fi-
dem. Atque ita concludit, Cornelium prius credi-
diſſe, quàm opera laudabilia edere potuerit. Et ci-
tat locum illum ad Hebræos: Impoſſibile eſt, ſine
fide placere Deo. Quæ ſententia ut ex eo ipſo loco
ſatis patet, niſi de fide juſtificãte intelligi non poteſt. I
Beda enarrans decimum caput Actorum, eſt in eadẽ
ſentẽtia, & citat verba Gregorii. Nec Magiſter ſenten-

Pſa. 112. 1.

Divini timoris dignitas, quanta ſit.

Si beatus eſt qui timet Deũ eſt iuſtificatus.

Gal. 6. 6.

Act. 10. 22.

Teſtimonium iuſtificationis Cornelii.

Oravit Cornelius hora, quæ ſtata erat precibus Iudaicis.

Ibid. v. 30.

Eſ. 1. 15.

Pr. 15. 29.

Quomodo Deus peccatores non audiat.

Actor. 10. 34.

Quare improborum miniſtrorum preces audeãtur.

v. 19. & 47.

Ioa. 14. 1.

Ioa. 5. 46.

Cornelius habuit fidem Patrum veteris Teſtamenti.

Nathanaelis exemplum.

Simile.

Heb. 11. 6.

narum in ſecunda diſtinctione 25. aliter ſentit. Sed A objiciunt nobis adverſarii, Auguſtinum de Prædeſtinatione ſanctorum capite ſeptimo, ubi diſputat contra eos, qui docebant, fidem ex nobis eſſe, cùm interim faterentur, opera ſequentia eſſe à Deo, ſed tamen per fidem impetrari. Fatetur quidem Auguſtinus, opera quæ ſequuntur fidem eſſe à Deo: fidem verò negat eſſe ex nobis ipſis. Ait enim Paulum ſcribere ad Epheſios; Gratia ſervati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis: donum enim Dei eſt. Sed durum eſt illud, quod ſubjicit; Cornelii orationes & eleemoſynas Deo fuiſſe acceptas, priuſquam in Chriſtum crederet. Sed expendere oportet ea, quæ ſequuntur: addit enim, non tamẽ ſine aliqua fide orabat, & dabat. Quomodo enim invocabat, in quem non crediderat? Hęc verba ſatis oſtendunt, Auguſtinum non adimere Cornelio omnem fidem in Chriſtum: ſed tantum explicatam & diſtinctam: Quod maximè evincit locus ille citatus ex Epiſtola ad Romanos: Quomodo invocabũt, in quem non crediderunt? Ea enim verba ſcribuntur de fide & invocatione hominum regeneratorum, ut proxima ſententia ſatis indicat: Omnis qui invocaverit nomen Domini ſalvus erit. Nam ſalutem tribuere non poſſumus, niſi juſtificatis. Petrus autem miſſus eſt ad Cornelium, ut ædificaret, ut non fundamentum jaceret. Fidei fundamenta in eo prius jacta fuerant.

Fides non eſt ex nobis. Eph.2.8.

Cornelius habuit fidem in Chriſtum, ſed nõ diſtinctam & explicatam. Ro.10.13.

Venit Petrus ad ædificandũ non ad fundandum Cornelium.

12 Verùm ea, quæ Auguſtinus ſubjecit, videntur adferre majorem difficultatem. Ait enim: Sed ſi poſſet ſine fide, ſcilicet Chriſti eſſe ſalvus, non ad ædificandum mitteretur architectus Apoſtolus. Atqui, quum jam ante tribuerit fidem & invocationem, ad quam ſequitur neceſſariò ſalus, de qua Apoſtolus ſcribit in Epiſtola ad Rom. quomodo poteſt illi adimere ſalutem? niſi fortè intelligamus fidem & ſalutem in hominibus juſtificatis perfectam non eſſe, dum hîc vivitur. Neque enim ſalus noſtra in hac vita pervenit ad eum gradum, nec ad eam magnitudinem quam electis ſuis Chriſtus requirit. Nemini enim dubium eſſe poteſt, quin ſalutem abſolutam ante reſurrectionem, & æternam ſalutem, habituri non ſimus: quamvis ea nunc uteunque fruamur inchoata. Paulus ad Epheſ. affirmat, nos jam ſervatos eſſe ex fide: Et tamen ad Philip. hortatur, ut cum timore & tremore, noſtram ipſorum ſalutem operemur. Quæ loca non poſſunt inter ſe conciliari, niſi dicamus, ſalutem in nobis inchoatam per juſtificationem quotidie perfici. Semper enim magis ac magis inſtauramur: & fides plenior, explicatior, efficaciorque redditur. Iſta Auguſtini verba niſi ſic interpretemur, neceſſe erit, vel iſta ejus non eſſe, vel ipſum pugnare ſecum. Librum autem illum Auguſtini eſſe, inficiari non poſſumus: ipſum verò ſecum pugnare, non eſt veriſimile. At ſi dicas, poſſe iſta rectè inter ſe convenire, ſi demus, Cornelium nondum fuiſſe juſtificatum, cùm tamen aliqua opera Deo grata & accepta fecerit. Reſpondeo, iſta cum Auguſtini ſententia nullo modo poſſe congruere: Is enim tractatu ſuper Ioannem 80. & contra Iulianum libro quarto capite tertio, & in Pſalmo 31. probat firmiſſimis rationibus, omnia opera, quæ fiunt antequam juſtificemur, peccata eſſe. Fidem verò in juſtificatis, explicari ac perfici facilè ex eo intelligere poſſumus, quod Chriſtus dixit Apoſtolis: Multi reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt. Illi tamen reges & Prophetæ nihilominus fuerunt pii & juſtificati, quamvis omnia Chriſti myſteria non ita explicatè cognoverint, ut Apoſtoli. Et Chriſtus cùm oraret, de Apoſtolis ipſis pronunciavit; Verba, quæ tu mihi dediſti, dedi eis: ea illi acceperunt, & cognoverunt, quòd à te exiverim, & quòd tu me miſeris. Iſta indicant, Apoſtolos in Chriſtum crediſſe, atque ideo fuiſſe juſtificatos. Hiſtoria tamen ipſa Evangelii ſatis docet, illos multa ignoraſſe. Sepe enim narratur, eos, vel habuiſſe oculos occluſos, ne viderent: vel ea quæ dicebantur, non intellexiſſe. Negat ergo Auguſtinus ſalutem Cornelio, antequam Petrus ad eum mitteretur, non in univerſum, ſed abſolutam atque perfectam.

Salus, quam habemus in hac vita, non eſt perfecta.

Ro.10.12.

Eph.2.8. Phil.2.12. Salus inchoata per iuſtificationem, eſt quotidie perficienda.

Mat.13.17. Ioan.17.8.

Matt.16.9. Luc.18.34. Luc.24.16.

13 Sed objiciunt inſuper eundem Auguſtinum in quæſtionibus ad Simplicianum libro ſecundo, quæſtione ſecunda, ubi perſpicuè docet, fidem antecedere opera bona. Deinde medium quiddam ponit inter gratiam, & celebrationem ſacramentorum. Ait enim fieri poſſe, ut Catechumenus, quique adhuc inter Catechumenos verſetur, credat, & habeat gratiam: idem tamen adhuc baptiſmo non ſit tinctus. Adhæc poſt ſacramenta ait, gratiam pleniorem infundi: quibus verbis ſignificat, eam quidem eandem eſſe, ſed poſtea reddi uberiorem. Vtque ſcias, illum agere de fide juſtificante, citat locum ex epiſtola ad Epheſios: B Gratia ſervati eſtis per fidem, idque non ex vobis: donum enim Dei eſt. Sed dicent adverſarii, ſe quoque docere, gratiam præcedere opera bona: & ex ea gratia fidem aliquam hominibus concedi. Hæc autem ab initio adeò eſſe infirma, ut vim juſtificandi habere non poſſint: poſſe tamen opera quædam ſuppeditari, quæ Deo ſunt grata. Sed meminerimus, quid Auguſtinus ſcribat de Pelagio in Epiſtola centeſima quarta, ad Innocentium Epiſcopum Romanum. Ait autem, Pelagium in Concilio Palæſtino, ne anathemate C percuteretur, anathematizaſſe omnes qui dicerent, ſe rectè poſſe vivere abſque gratia. Ille autem per gratiam nihil aliud intellexit, quàm dona nobis in creatione collata; ut liberum arbitrium, rationem, voluntatem, doctrinam Legis. Hoc fuco Palæſtini Epiſcopi circumventi, illum abſolverunt. Excuſat eos Auguſtinus, quòd candidè ac ſimpliciter egiſſent. Nam quum audirent Pelagium confiteri gratiam Dei, non potuerũt intelligere aliam, quàm eam, quam Sacræ literę prædicabant: eam videlicet, per quam re- D generamur, & inſerimur in Chriſtum. Apparet ergo eos, qui aliam gratiam ſibi fingunt, quàm eam qua juſtificamur, & in Chriſtum inſerimur, obtrudere nobis humanum commentum vel potius Pelagianum perfugium, quod divinæ literæ non agnoſcant. Deinde Auguſtinus eo loco quem jam adduximus, prædicat Catechumenos & credentes, quamvis non ſint baptizati, tamen conceptos eſſe. Atqui jam concepti ſunt, ut ſint filii Dei, non poſſunt ab eo eſſe alieni aut inimici. Sequitur ergo, eos jam eſſe juſtificatos, quam- E vis non ita perfectè. Quod ex eo apparet, quòd Auguſtinus gratiam ſuccedentem vocat pleniorem, ut quæ à priori, genere, aut natura non differat, ſed tantùm gradu & magnitudine. Quæ cum ſit ejuſdem ſpecie cum altera, ea quoque juſtificabit. Idque ex eo ſatis liquet, quòd Cornelius dicatur feciſſe opera, quæ Deo placuerint. Nec magni refert, quòd Auguſtinus ſubjecerit, non tantam fuiſſe eam gratiam, ut vel Cornelio, vel Catechumenis ad regnum cœlorum obtinendum potuerit eſſe ſatis. Hæc enim verba F non ſtatuunt, poſt hanc gratiam aut fidem Catechumenorum, expectandam eſſe aliam quæ juſtificet, quaſi illa priori juſtificari non fuerint. Hoc tantùm oſtendere voluit, non oportere Catechumenos in eo gradu fidei & gratiæ conſiſtere, ſed Baptiſmum accipere, & progredi, quoad ſalus & regeneratio jam inchoata perficiatur. Nam ſi quis ſacramentum Baptiſmi cõtemneret, à regno cælorum excluderetur. Nam qui crediderunt, id inprimis agere debent, ut in Eccleſiam per ſacramentum inſerantur. Id qui facere aut G nolunt aut negligunt, ſatis arguunt, ſe non ſeriò credidiſſe. Quare abſurdum non eſt, Cornelium & Catechumenos habuiſſe gratiam juſtificantem, quæ tamen ſi baptiſmum contempſiſſent, ad regnum cœlorum obtinendum non ſufficeret. Huc autem Auguſtinum reſpexiſſe id oſtendit, quod ſubjicitur, non tantùm opere concipi, ſed etiam naſci: quod ita intelligendum eſt, niſi legitimum impedimentum obſtiterit: Nam ſi quis credat, & cupiat baptiſmum, cumque non poſſit aſſequi, illi Auguſtinus non ne- H gabit ſalutem. Vna enim cum aliis Patribus fatetur eſſe baptiſmum flaminis, & vim Spiritus ſancti abſque externis ſymbolis in animis noſtris operari. Docet autem hoc ſuper Levitic. quæſt. octuageſimaquarta. Ait enim, Moſem abſque externa ſacerſacerdotii ordinatione, & viſibilibus ſignis habuiſſe gratiam ſacerdotalem: & Ioannem Baptiſtam abſque externis Sacramentis perfuſum fuiſſe Spiritu ſancto in utero matris: & latronem in cruce abſque ullis Sacramentis ſervatum fuiſſe ſola gratia Dei. I Poſtremò cùm dicat, nos priori illi gratia Dei concipi, poſteriori naſci, ſatis conſtat, eum qui concipitur, & eum qui naſcitur, ejuſdem eſſe ſpeciei. Animal enim cùm con-

Nota interpretationem verborũ Auguſt.

Eph.2.8.

An gratia & fides infirmæ vim habeant iuſtificandi.

Hiſtoria de Pelagio.

Catechumenos Auguſtinus vocat ante baptiſmum conceptos.

Gratia quæ ſuccedit eadẽ eſt, ſed gradu & magnitudine differt.

Omiſſio baptiſmi tum ſaluti officit, quando ex cõtemptu naſcitur.

Digitized by Google

A cùm concipitur, non eſt alterius naturæ, quàm cum
in lucem editur. Hoc tantùm intereſt, quod alterum
perfectius eſt, alterum imperfectius. Quare Catechu-
menus, cùm tingitur, per gratiam eam quam accipit
in baptiſmo perfectior videri poteſt, quàm fuerit an-
teà; cùm tantùm crederet: quamvis etiam tum juſti-
ficatus fuerit per fidem, qua Dei promiſſiones in
Chriſto complectebatur.

In baptiſmo augetur gratia.

14 Nunc ſupereſt, ut excutiamus locum Chryſo-
B ſtomi in Homilia de Spiritu, Natura, & Lege. Quan-
quam ſi dicere debeam quod ſentio, ea mihi oratio
non videtur eſſe Chryſoſtomi. Nam & ipſa ſecum pu-
gnat, & continet ἀνὶτατα, quæ conciliari nullo modo
poſſunt. Sed cujuſcunque tandem ſit, nobis tamen ea
magis favet, quàm adverſatur. Primùm enim ait: Ho-
mines miſericordes ex eleemoſynis ſuis nihil habere
fructus priuſquam habeant fidem. Ea vero quàm pri-
mùm quis ornatur, ſtatim ſequi bona opera & fru-
ctuoſa: anteà autem non haberi. Additque, nos ſola
C fide ſervari, quum opera abſque fide ſuos operarios
nunquam ſervare potuerint. Et citat latronem
quem ſola fide abſque operibus aſſerit fuiſſe ſer-
vatum. Neve ambigas, de qua fide loquatur, de
ea loquitur, qua efficimur cives cœlorum, & fami-
liares Dei: Hæc autem tantùm fidei juſtificanti poſ-
ſunt adſcribi. Præterea diſerte pronuntiat, extra fidem
nihil eſſe boni: & ſententiæ ſuę hanc adfert rationem,
quòd anima ſit mortua, quæ fide careat. Utque ſe
magis explicet, eos qui faciunt præclara opera abſque
D fide, ait, cadaveribus & mortuorum reliquiis eſſe ſimi-
les, quæ quamvis pulchris & pretioſis veſtibus ornen-
tur, nullum tamen illarum ſenſum habeant, nec per
illas aut calorem concipiunt, aut à corruptione vindi-
cantur. Ita inquit, infideles, quamvis videantur inter-
dum rectè agere, tamen ex operibus ſuis nihil emo-
lumenti capiunt. Subjicit deinde, quemadmo-
dum neceſſe eſt hominem prius eſſe, quàm cibus il-
li admoveri poſſit, quo alatur: ita neceſſe eſſe, ut
primùm exiſtat fides, deinde ut bonis operibus nu-
E triatur. De Cornelii operibus ait, ea admiranda
fuiſſe, & Deo ſummo remuneratori placuiſſe. Hæc
omnia & verè & noſtræ doctrinæ conſentienter di-
cta ſunt. Poſtea verò addit; Cornelium, cùm ope-
ra illa quæ laudantur, præſtaret in Chriſtum non
credidiſſe: Quod quamvis durum ſit, tamen in-
terpretatione leniri poteſt, ut intelligamus eum,
ſicuti de Auguſtino diximus, nondum diſtinctè at-
que explicate credidiſſe: quum tamen eodem modo
in Chriſtum crediderit, quo veteres, quos per Serva-
F torem quem futurum expectabant, non dubitamus
fuiſſe ſervatos. Hoc autem genus fidei ſatis fuit ad ſa-
lutem, quoad publicum eſſet Evangelium. Verum
poſtea addit Cornelium non potuiſſe aſſequi ſalu-
tem, niſi illi oblata fuiſſet fides: quod tamen utcun-
que admitti poſſet, ſi de perfecta ſalute, ad quã Chri-
ſtiani vocantur, & aliquando perducendi ſunt, illud
dictum accipiatur. Quod autem adſcribit, nullo mo-
do conſiſtere poteſt: ait enim, opera illa Cornelii fuiſ-
ſe mortua. Hic jam Chryſoſtomus incipit non eſſe
G Chryſoſtomus. Quomodo enim poteſt fieri, ut opera
Cornelii admiranda fuerint, & ſummo remunerato-
ri Deo placuerint, ſi fuerint mortua? Cæterum ſi vo-
lumus Chryſoſtomi ipſius veram hac de re ſenten-
tiam intelligere, videamus quid ſcribat in hanc hi-
ſtoriam, capite nono Actorum. Nam ibi apertè teſta-
tur: Cornelium credidiſſe, & fuiſſe hominem pium.
Neque eo contentus addit, ejus vitam fuiſſe pro-
bam, eumque habuiſſe ſana dogmata. Hic af-
firmat eum & fidem habuiſſe, & fructus fidei.
H Denique addit, illum, & fidem, & juſtitiam,
& omnem virtutem habuiſſe. Atque hactenus de
Chryſoſtomo. Sed objiciunt huic noſtræ ſenten-
tiæ, Romanorum præclara opera, inſignia, fa-
cinora à Deo compenſata fuiſſe mercede ampliſſi-
mi Imperii. Et in eam ſententiam citant Augu-
ſtinum in quinto libro de Civitate Dei, capite
decimoquinto. Ait enim; Deum quibus daturus
non erat æternam vitam, iis terrenam gloriam ex-
cellentiſſimi imperii contuliſſe. Quod niſi ab eo
I factum eſſet, non redderetur merces bonis artibus eo-
rum, id eſt, virtutibus, quibus ad tantam gloriam per-
venire nitebantur.

Sola fide ſervamur apud Chryſoſtomum.

Luc. 23. 43.

Dicit item, extra fidem nihil boni.

Anima eſt mortua ſine fide.

Simile.

Chryſoſtomus hic pugnat ſecum, ſi tamẽ ſit Chryſoſtomus.

Chryſoſtomus in Acta dicit, Corneliũ ante adventum Petri credidiſſe.

De egregiis operibus Romanorum.

A 15 Verùm ut hanc compenſationem de qua Au-
guſtinus loquitur, intelligamus; cogitare debemus,
Deum in adminiſtrando mundo, velle omnia ordine
quodam, & ſine confuſione geri; ut effecta ſequan-
tur cauſas, & proprietates rebus quibus conveniunt
adjungantur. Ad Solis calorem matureſcunt fruges:
ad hominis ingenioſi induſtriam & ſtudium, ſequun-
tur bonæ artes. Hyemem, ver excipit, rurſus vernum
tempus, æſtas: æſtatem autumnus. Plantæ, pri-
B mùm folia effundunt: poſtea flores, deinde fructus.
Ad hunc modum Deus naturæ rerum, & civitatibus
& familiis proſpicit. Et quia niſi politiæ legibus &
virtutibus florentes rerum potirentur, omnia huma-
na peſſum irent: idcirco juſſu Dei, & naturali inſti-
tuto, ſequitur, ut ubi vigeat diſciplina militaris, o-
bedientia erga magiſtratum, cuſtodia Legum, ſeve-
ra juriſdictio, principum modeſtia, abſtinentia, forti-
tudo & amor patriæ, ibi ſequatur magnũ imperium.
Quod tamen non efficit, ut illa peccata non ſint, qua-
C tenus ab hominibus proficiſcuntur ſine fide. Neque
enim ad gloriam Dei, qui finis eſſe debet omnium a-
ctionum humanarum, diriguntur. Hæc igitur glo-
ria, & magnitudo imperii, quum conſequitur mo-
rales & civiles virtutes ex inſtituto Dei, & à politicis
hominibus accipitur, ut ſinis fructus laborum, mer-
céſque appellatur. Illa vero Romanorum facta fuiſ-
ſe peccata, Auguſtinus ipſe affirmat in illo eodem
libro de civitate Dei, cap. 12. Sic enim ſcribit de Ro-
manis, quia cauſa honoris, laudis & gloriæ, conſule-
D rent patriæ, in qua ipſam gloriam requirebant, ſalu-
témque ejus ſaluti ſuæ præponere non dubitabant,
pro iſto uno vitio, hoc eſt amore laudis, pecuniæ cu-
piditatem, & multa alia vitia comprimentes. Hic
Romanorum ambitionem appellat vitium. Quis er-
go dicat, Deum verè aut propriè remunerari pecca-
ta? Supereſt igitur, ut hæc remuneratio, quemad-
modum diximus, accipiatur: nimirum, quòd ex or-
dine rerum à Deo conſtituto conſequatur: quódque
ab illis in quos confertur, pro mercede ac fructu la-
E borum ęſtimetur. Nam hac locutione Scriptura quo-
que non uno in loco uſa eſt. De Scribis & Hypocri-
tis Dominus ait, Amen dico vobis, receperunt mer-
cedem ſuam. Et Paulus de illis, qui quum noſſent
Deum, illum ut Deum non coluerunt: ſed traditi
in turpia deſideria, corpora ſua ignominia & contu-
meliis affecerunt: mercedẽ, inquit, quam oportuit,
in ſemetipſis receperunt. Et Ezechiel cap. 29. ait,
Deum velle reddere mercedẽ Nebucadnezari, quòd
ſerviſſet ſibi in everſione Tyri: & pro mercede, pro-
F mittere illi devaſtationem & direptionem Ægypti.
Dubium verò non eſt, opera hypocritarum, qui ob-
ſcurabant facies ſuas, quo viderentur hominibus je-
junare, & ſuperſtitioſos ac nefarios cultus Idolola-
trarum, & crudelia illa facta quæ Nebucadnezar e-
debat, ut expleret ambitionem ſuam, fuiſſe peccata,
& quidem gravia. At ea tamen omnia leguntur ha-
buiſſe mercedem. Deum autem aliud quiddam reſpe-
xiſſe in illis imperiis conſtituendis, quàm ut illis ho-
minibus mercedem perſolveret, ſatis admonet Au-
G guſtinus ipſe lib. 5. de Civitate Dei, cap. 12. quod jam
citavimus. Ait enim, cum imperium prius fuiſſet in
Oriente, Deum tandem voluiſſe regnum Romano-
rum potiri rerum, ut ſcelera cæterarum nationum
domaret.

16 Sed multi ſuſpicantur, ex hac doctrina fene-
ſtram multis vitiis aperiri. Nam ſi hominum civiliũ,
dum videntur ex virtute agere, facta omnia peccata
ſunt, facilè ab illis pulchris operibus revocabuntur.
Reſpondeo: Nos non docere diſciplinam civilem eſ-
H ſe remittendam: ea enim ex Dei providentia tanquã
vinculum quoddam eſt, quo civilis conjunctio con-
ſervatur. Poteſt Deus ferre civitates & Reſpublicas,
quandiu in eis integritas morum, & honeſtas viget.
At ubi ea prorſus vitiata & corrupta fuerit, tum Deus
ita ad iram provocatur, ut de ea jam ſupplicia velit ſu-
mere, quæ diu antea diſſimulaverat. Peccant homi-
nes quàdiu ſunt extra Chriſtum, etiam quum edunt
præclara facinora: ſed longè minus, quàm ſi abjectis
omnibus officiis civilibus, prorſus omnibus vitiis ſe
I emancipent. Neque enim ſumus Stoici, ut omnia
peccata putemus eſſe paria. Adhæc, ſi iſti omittant
facere ea, quæ lumine ipſo rationis agnoſcunt eſſe

Deus mũdum regit ordine abſque confuſione.

Simile.

Ad quas virtutes naturaliter magnum imperium adjungatur.

Specioſę actiones ethnicorũ, quare ſint peccata.

Deus nõ dicitur propriè remunerari peccata.

Mat. 6. 16.

Rom. 1. 27.

Ezec. 29. 16.

Cur Deus providentia ſua, ita regna trãſferat, ex gente in gentem.

Diſciplina civilis non eſt ab infidelibus prætermittenda.

Minus peccãt Ethnici ſervata civili diſciplina, quàm ea rejecta.

Peccata non ſunt paria.

Digitized by Google

honeſta, ſuæ conſcientiæ adverſantur. Et ſi velimus A
manifeſtius videre, utra ſententia, noſtráne, an adver-
ſariorum majorem aperiat feneſtram ad vitia, eas in-
ter ſe conferamus. Certè illi cùm prædicant impios fa-
cere poſſe opera bona, quæ Deo placeant, & illis me-
reri poſſe gratiam, ut loquuntur, ex Congruo: quid a-
liud agunt, quàm ut lactent & foveât miſeros, in per-
dito illo ſuo ſtatu? Faciunt enim ut illi ſibi placeant
ob neſcio quæ opera ſua, ſperentque fore, ut ſaltem
ad finem vitæ illorum cauſa impetratur à Deo ſint, B
ut verè ac ſeriò convertantur. Interim verò ſecurè vi-
vunt, neque ſceleribus ſuis juſta ac vera pœnitentia
nuncium remittunt. Nos verò contra, cùm illos quo-
tidie monemus, ut accedant ad Chriſtum & per ve-
ram pœnitentiam reconcilientur (alioqui enim nihil
illis opera bona profutura, quum quantumvis ſplen-
dida ſint, tamen coram Deo peccata ſint) nónne cal-
caria efficacia admovemus, ut relicta impietate, & cor-
rupto vitæ genere, ad Dei juſtitiam ſe convertant?
Hæc ſi prudenter expendas, facilè intelliges, utri no- C
ſtrum aditum magis patefaciant cupiditatibus. Hoc
ſanè omnes judicabunt, qui ullo tanguntur affectu
veri & pietatis. Nam præter id, quod jam dixi, facilè a-
nimadvertent, omnia bona quæ hominibus non rege-
neratis tribuuntur, decidi atque eripi gratiæ Dei: nam
ſi abſque Dei gratia multa præſtare poſſimus, quæ il-
li accepta & grata ſint, conſequitur, nos ab illo non eſ-
ſe totos redemtos & inſtauratos. Quod ita eſt im-
pium, & à Catholica veritate alienum, ut nihil impu-
dentius, aut magis impium fingi poſſit. Quid enim D
ſupereſt pietatis, quum Chriſto ſuus honos adimitur?
aut quis honor Chriſto relinquitur, ſi eum doceamus,
non omnem nobis rectè viuendi facultatem attuliſſe?
Iactant nonnulli, multa interdum contingere, ac fieri
ante regenerationem, quæ quaſi media quædam ſint
ad eam conſequendam: quumque efficiatur ſæpe, ut
per illa iuſtificemur, non poſſe videri peccata. Fate-
mur quidem, eſſe iſta media quædam interdum, per
quæ Deus ad juſtificationem nos adducat: at ex eo
non conficitur, illa eis, à quibus fiunt, non eſſe pecca- E
ta. Et certè quòd ad operum ipſorum naturam atti-
net, nonnullis ſunt occaſiones majoris exitii. Com-
plures enim invenies, qui ob illiuſmodi ſua opera ſe-
ſe mirabiliter efferant, & ſibi placeant, & ſeſe aliis an-
teponant, jamque opinione ſui pleni ac ſaturi, quam-
vis impulſi & invitati, tamen longius progredi recu-
ſent. In his hominibus hujuſmodi opera præparatio-
nes ſunt ad æternam mortem. Quod autem ad electos
attinet, Deus illa moderatur & temperat, facitque ut
ad ſalutem cooperentur, quamvis ſua natura peccata F
ſint, & vitioſa exiſtimari debeant, quoad eis lux iuſti-
ficationis non affulſerit. Fatemur ergo eſſe opera præ-
parationes quaſdam ad ſalutarem converſionem, ſed
nonniſi prædeſtinatis & electis, quos Deus ad juſti-
ficationem quandoque per hæc opera ducit: non
quod ipſa natura ſuam vim iſtam præparandi ad ju-
ſtificationem habeant: nam rejectis & reprobis ad
condemnationem faciunt.

Adverſarii nô nos, aperiunt feneſtram peccatis.

Adverſarii multum gratiæ Dei decidunt.

Opera ſpecioſa interdum ſunt occaſiones exitii.

Opera quæ fiunt ante iuſtificationem, ad illam præparationes interdum ſunt, ſed tantùm prædeſtinatis.

17 Videamus verò, quænam iſta ſint, quæ adver-
ſarii noſtri in hominibus non regeneratis tantopere G
laudent. Eſt, inquiunt, in illis agnitio quædam pecca-
ti: ex ea terror naſcitur, quo vehementer percellun-
tur: excitatur deinde dolor de amiſſo regno cœlorum:
deinde minore ardore feruntur ad maleficia, & ex pec-
catis & illecebris hujus mundi minus voluptatis ca-
piunt: videntur etiam cum aliquo ſtudio audire ver-
bum Dei. Iſta, inquiunt, quomodo poſſunt videri
peccata? Quanquam non ſunt, inquiunt, ita effica-
cia, vt homo per ea converti poſſit, & priſtinum ſta-
tum ſuæ pravitatis relinquere. Hic ego de iſtis ſciſci- H
tabor, quænam illa ſit notitia peccati, quæ ſic habea-
tur, ut interim ipſam divinæ juſtitiæ præferamus?
Certè cùm deſit illi proprius ac ſuus finis, non po-
teſt eſſe non peccatum. Ad hoc enim notitia illa
inſtituitur, ut peccatum cognitum relinquamus, &
Dei juſtitiam amplectamur. Qui finis niſi adſit o-
pus vitiatur, & fit peccatum. Hoc omnes fatentur Eth-
nici ſcriptores, actionem eam peccatum eſſe, cui de-
bitus finis ſubtrahatur. Deinde quis ille eſt timor ge-
hennæ, cùm pergant quotidie ſe in eam præcipitare? I
Quiſve dolor eſt de amiſſo regno cœlorum, cùm il-
lud ſibi à Sacris literis & à concionatoribus oblatum

Cognitio peccati cui proprius finis deſit, eſt peccatum.

Finis cognitionis peccati.

A perpetuò recuſent: Si minori ardore feruntur ad pec-
candum, & minus voluptatis capiunt de ſuis pecca-
tis, tamen tantum capiunt, ut ab illis avelli non poſ-
ſint. Si verbum Dei aliquo cum ſtudio audiunt, ta-
men auditum habent ludibrio, cùm ea ſperent ſibi ita
viventibus eventura, quæ in eo promittuntur. Vide-
mus ergo, hæc omnia à ſcopo, & à propoſito fine ab-
errare. Cumque omnes iſti motus parum ſint effi-
caces, & homines relinquant ſub ira Dei, nihil ſa-
B ni ab illis ſperari poteſt. Sed audiamus quidnam E-
ſaias capite 58. de hoc operum genere, pronunciet:
Me, inquit, per ſingulos dies quærunt, & ſcire vias Eſa. 58. 2.
meas volunt, tanquam gens quæ juſtitiam fecerit,
& judicium Dei ſui non omiſerit: interrogant me de
judiciis juſtitiæ, & propinqui eſſe Dei volunt. Qua-
re jejunavimus, inquiunt & non vidiſti? afflximus
animas noſtras, & neſcis? Ecce in die quo jejunatis,
invenitis quod deſideratis, & nomina veſtra omnes
exigitis. Ecce ad lites & contentiones jejunatis, ut per
C cutiatis pugno. Nunquid tale eſt jejunium quod ele-
gi? Hæc prophetæ verba apertiſſimè docent, pecca-
tum eſſe coram Deo, illum interrogare de viis ſuis,
jejunare, & ſeipſum afflictionibus conficere, cùm ta-
lia opera ſiue vero Dei cultu & pietate præſtentur.
Negari non poteſt, eſſe iſta opera præclara quidem
& ſpecioſa: iſtius tamen judex Deus ea repudiat.
Auguſtinus in libris Confeſſionum proponit nobis in
ſeipſo luculentum hujus rei exemplum. Deſcribit
enim motus, quos in animo ſuo patiebatur antequam
D ad Chriſtum converteretur. Sic enim ſcribit libro o-
ctavo, capite undecimo: Verſabar in vinculo meo, do-
nec abrumperetur totum, quoniam exiguo tenebar:
ſed tenebar tamen. Tu in oculis meis, Domine, ſevera
miſericordia ingeminabas timoris & pudoris flagella.
Dicebam apud me intus: Ecce modò fiat. Iam penè
ſciebam, & non faciebam. Paulò minus jamjámque
attingebam, & tenebam: & non attingebam, neque te-
nebam. Pluſque in me valebat deterius inſolitum,
quàm melius inſolitum. Punctumque ipſum tempo-
E ris, quo aliud futurus eram, quantò propius admove-
batur, tantò ampliorem incutiebat horrorem. Reti-
nebant me nugę nugarum, & vanitates vanitatum,
antiquæ amicę meæ, quæ ſubmurmurabant: Omittis
nos? & à momento iſto non erimus tecum in æter-
num? Et à momento non licebat tibi hoc, & illud al-
trà in æternum? Et audiebam eas jam longè minus,
quàm dimidius. Hęc ille narrat, & accuſat iſta coram
Deo, ut peccata: quæ tamen ab iſtis tantopere com-
mendantur. Media quidem iſta fuerunt, quibus Au-
F guſtinus à Deo adducebatur ad ſalutem: interim ta-
men in eo peccata erant. Illis enim non obſequeba-
tur, ſed ea multis abuſibus corrumpebat, ne ab illis ef-
ficaciter immutaretur. Peccatum autem eſt id, quod
debita perfectione deſtituitur.

Deus hypocritarum opera quantumvis ſpecioſa repudiat.

Auguſtinus media opera quæ faciebat ante converſionem, accuſat ut peccata.

Peccatum eſt, quod ſua perfectione deſtituitur.

18 Sed ſophiſtæ ſeu hydræ quædam ſunt: uno
enim argumento, tanquam capite reſecto, aliud illis
renaſcitur. Objiciunt nobis publicanum, qui ita
oravit in templo: Deus propitius eſto mihi pecca- Luc. 18. 13.
tori. Dicitur autem rediiſſe juſtificatus in domum
G ſuam: Erat ergo, inquiũt, peccator quum oraret. Legi-
tur enim poſtea fuiſſe juſtificatus. At ejus oratio pla-
cuit Deo: Poſſumus ergo, inquiunt, facere opera Deo
grata, etiam antequam renati ſimus. Verùm iſtos me-
miniſſe oportuit, publicanum iſtum oraſſe, quod,
quemadmodum de Cornelio docuimus, fieri ſine fi-
de non oportuit. Quomodo enim invocabunt, in Rom. 10. 14.
quem non crediderunt? Erat ergo juſtificatus, quum
oraret. Neque ea verba ita debes intelligere, quaſi il-
le tum primum juſtificatus fuerit, quum preces ſuas
H peregiſſet. Etſi enim dicatur poſtea factum, non ta-
men ex eo ſequitur, id nullo modo factum fuiſſe an-
tea. Conſecutus eſt perfectiorem juſtificationem,
ampliorem ſpiritum, & propriorem ſenſum divinæ
miſericordiæ. Peccatorem ſe appellat, nec immeri-
tò, partim quod adhuc ſentiret in ſe, quod accu-
ſaret. Semper enim, quantumvis juſti ſimus, ta-
men orare jubemur: Dimitte nobis debita noſtra: Mat. 6. 12.
partim quod animo recoleret, quam gravia peccata,
priuſquam juſtificaretur, commiſiſſet. Homines
I autem ſancti, inter precandum potiſſimùm expendere
debent, quantum onus ſit peccatorum ſuorum. Nam
quum precibus ſuis accedunt ad Deum vera pœni-
tentia

Deum quando orabat publicanus, erat juſtificatus.

Si eſt juſtificatus, cur ſe peccatorem appellat.

Digitized by Google

Pſal.23.2.
tentia commoventur, ut dicant cum Davide, Conta-
buerunt oſſa mea in rugitu meo: quotidie die ac no-
cte aggravata eſt ſuper me manus tua: exhauſtus eſt
Pſal.40.13.
ſuccus meus, ut humor terræ exareſcit in æſtate. Cir-
cundederunt me mala abſque numero; circundede-
runt me iniquitates meæ, ut videre non poſſem: au-
ctæ ſunt plus quàm capilli capitis mei. Cor meum
deſtituit me: agnoſco ego ſcelera mea, & peccatum
Pſal.51.6.
Iuſtificati orant adhuc pro peccatis ſuis.
meum contra me eſt ſemper. Tibi, tibi peccavi, & ma-
lum coram te feci. Quóque magis ſancti in poſterum
caveant ſibi à peccatis, Deus in illis excitat ſenſum a-
cerrimum iræ ſuæ, ut agnoſcant, quid meriti fuerint,
niſi eos Deus adjuviſſet per filium ſuum. Aperit e-
tiam oculos eorum, ut videant quæ ſit ipſius erga eos
paterna caſtigatio: quæ, ut melius ſentiatur, ſæpenu-
mero ſuſpendit ab illis guſtum & ſenſum miſericor-
diæ ſuæ. Ideo clamatur: Fac me audire gaudium & læ-
titiam, ut exultent oſſa humiliata: Abſconde faciem
Ibid.10.
tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas de-
le: Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum
innova in viſceribus meis: Ne projicias me à facie
tua, ſpiritum tuum ſanctum ne auferas à me. Orant
ergo etiam juſtificati, ut quod supereſt adhuc infir-
mitatis, ipſis ne imputetur. Commemorant ea, quæ
antea graviter peccaverunt, & implorant guſtum ali-
quem divinæ miſericordiæ, & collatæ juſtitiæ. Atque
iſte eſt genuinus ſenſus, hujuſmodi piarum precum.
Non ita peccatorem ſe dixit, quòd adhuc in peccatis verſari diligeret.
Neque aliter credendum eſt, oraſſe illum publica-
num: non enim ita animatus fuit, ut retineret adhuc
vetus propoſitum peccandi, ſed verè, atque ex animo
ad Deum convertebatur. Adverſarii verò noſtri fin-
gunt, eos, qui adhuc perſeverent in ſceleribus, nec vi-
tam mutare decreverint, tamen aliquid boni facere,
quod Deo placeat. Nos autem edocemur ex Sacris
literis, eum, qui credat in Deum, habere vitam æter-
nam, ideoque eſſe juſtificatum: cætera verò, nec bo-
na eſſe, nec Deo placere. Quum ergo publicanus o-
raverit, & fideliter oraverit, certum eſt, eum habuiſſe
æternam vitam, nec juſtificatione caruiſſe.

Quę requirantur ad opera, quæ ſint grata Deo.
19 Sed ut hæc omnia clarius intelligantur, non e-
rit abs re cognoſcere, quæ requirantur ad opus bo-
num, quod Deo poſſit eſſe gratum. Primùm ut quis
aliquid boni agat, eum ſpiritu Dei oportet commo-
veri: alioqui non habitat in nobis, hoc eſt, in carne
noſtra bonum. Et qui Spiritu Dei aguntur, hi ſunt
filii Dei. Secundo loco, fides adſit oportet, qua cer-
tò intelligatur, illud opus quod ſuſcipimus, ex earum
rerum genere eſſe, quas Deus vult, & Lege ſua juſſit
Rom.14.23.
fieri. Omne enim quod non eſt ex fide, peccatum eſt:
neque committere debemus, ut in eo quod agimus,
cor noſtrum accuſet nos. Tertiò, quicquid facimus,
omnino dirigendum eſt ad gloriam Dei: ut id cùm
primis & ante omnia ſpectemus, ut laus & gloria Dei
ex noſtris operibus illuſtretur: Sive manducatis, ſive
bibitis, ſive aliud quid agitis, omnia facite ad gloriam
1.Cor.10.31.
Dei, inquit Paulus. Quartò, neceſſe eſt, ut cùm pro-
pter infirmitatem nobis inſitam, ſemper in operibus
noſtris, etiam illis, quæ rectè fieri videntur, aliquid
deſideretur, ut gratia Dei, & miſericordia per Chri-
ſtum adſit, qua defectus ille compenſetur. Itaque
David ait, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates:
Pſal.32.1.
Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.
Rom.8.1.
Et Paulus; Nihil ergo nunc damnationis eſt illis, qui
Ibid.v.3.
ſunt in Chriſto Ieſu, &. Quod impoſſibile erat Legi,
quatenus infirmabatur per carnem, Deus mittens Fi-
lium ſuum, &c. Hæc teſtimonia ſatis oſtendunt, &
deficere opera noſtra à perfectione & juſto fine: &
per Chriſtum Deique miſericordiam fieri, ne illa cul-
pa admixta nobis imputetur. Poſtremò, id etiam exi-
Ier.9.24.
gitur, ne quis glorietur de eo, quod rectè facit, ſed in
Deo ſolo: intelligátque id ſe habere quod facit, ab e-
jus bonitate, non à viribus ſuis. Quis enim te diſcre-
1.Cor.1.31.
vit? inquit Paulus ad Corinthios. Quid habes quod
1.Cor.4.7.
non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi
non acceperis? Vbi omnia iſta, quæ hic recenſui ac-
ceſſerint, opus citra controverſiam bonum erit, & ac-
Definitio boni operis unde colligatur.
ceptum Deo. Poteſt hic diligens lector ex his condi-
tionibus operis boni, ejus definitionem colligere. E
Impii quam longe diſtẽt à cõditione bonorum operũ.
diverſo, ſi ſpectemus naturam hominis nondum re-
generati, facilè intelligemus, non poſſe ea in illo in-
veniri, quæ ad bonum opus neceſſaria eſſe conſti-
tuimus. Is enim prorſus nudus eſt ſpiritu Dei & fide,

A atque ita laborat φιλαυτίᾳ, ut quicquid agit, non in
Deum conferat, ſed ad commodum ſuum. Adhæc,
quum alienus ſit à Chriſto, neceſſe eſt, ut relinquatur
ſub Lege: Quare, quicquid eſt defectus aut vitii in
ejus operibus, quod neceſſe eſt multum eſſe, id non
poteſt aliunde compenſari. Denique, ſi quid fortè
illuſtre ac ſpecioſum fecerit, non in Deo, ſed in ſei-
pſo gloriatur. Ignarus enim eſt & Chriſti, & gratiæ
Dei. Ex his duabus deſcriptionibus operis boni, &
B Deo grati, & hominis extra Chriſtum degentis, pla-
num jam eſſe arbitror, non poſſe ea opera bona eſſe,
& accepta Deo, quæ ab homine infideli profici-
ſcantur.

20 Sed adverſarii noſtri contendunt, duo loca fir-
miſſima, quibus ad hanc quæſtionem utimur, nobis
extorquere. Prior eſt, quod dicimus; Arborem ma- Mat.7.18.
lam, non poſſe facere fructum bonum. alter, Omne Rom.14.23.
quod non eſt ex fide, peccatum eſſe. De quibus ali-
quid nobis hoc loco dicendum eſt. Metaphora illa de Metaphora bonæ & malæ arboris.
C mala arbore, quæ ferre non poſſit fructum bonum,
Chriſtus uſus eſt, non tantùm in ſeptimo capite Mat-
thæi, verumetiam in eodem Matthæo cap.12. Atque Matt.12.33 & 34.
ex eo intulit; Progenies viperarum quomodo pote-
ſtis bona loqui, quum ſitis mali? Verùm antequam
iſtam cavillationem patefacio, operæpretium erit re-
ferre, quemadmodum Auguſtinus contra Iulianum
Pelagianum lib.4.cap.3. pro hoc eodem loco dimica-
verit. Proponit ſplendidum opus hominis infidelis, Abſque fidẽ veſtire nudum eſt peccatum.
nimirum veſtire nudum: quærítque num illud dicen-
D dum ſit peccatum. Certe niſi hoc opus ejus generis
ſit, ut placeat Deo, non video, quod alius opus infi-
delium illi poſſit eſſe gratum. Auguſtinus autem Si naturam attendamus, nulla eſt arbor mala.
contendit & probat, id eſſe peccatum. Néve videatur
id abſque ratione dicere, idcirco ait id peccatum
eſſe, quod is qui opus illud ita pulchrum fecit, de ope-
re glorietur: non enim eum aut Deum aut Chriſtum
agnoſcere per fidem, cui is illud acceptum ferat.
Deinde ait, ad evitandam rationem peccati, non eſſe
ſatis, ut aliquid quod bonum ſit, fiat, niſi bene ac rectè
E etiam fiat. Dicemúſne igitur, hominem infidelem &
bonum opus feciſſe, & rectè eſſe operatum? Si hoc
non damus, fatemur illum peccaſſe: at ſi damus, fate-
mur fructum eſſe bonum, quum infidelis extra Chri-
ſtum ſit arbor mala. Ita damus arborem malam, ede-
re fructum bonum: quod tamen Chriſtus diſertè ne-
gat. Eò ergo adiguntur adverſarii noſtri, ut jam aper-
tè non tantùm contra nos pugnent, verùm etiam
contra Chriſtum: niſi fortè velint dicere, hominem
infidelem & alienum à Deo, eſſe arborem bonam. At
F ſi hoc affirmant, quomodo negant, illum Deo place-
re: quum Deo bono, quod bonum ſit, non poſſit non
eſſe gratum? Verùm eum, qui Deo placeat, omnino Heb.11.6.
oportet fidelem eſſe. Ad Hebræos enim ſcribitur: Si-
ne fide impoſſibile eſt placere Deo. Iſti verò, per
ſuam iſtam hæreſim volunt nobis obtrudere id, quod
illa Epiſtola fieri poſſe negat. At homo, inquiunt,
quatenus homo eſt, non eſt arbor mala. Cæterùm
Auguſtinus inquit; Si tantùm naturas attendamus,
nuſquam erit aliqua arbor mala: nam & Angelus &
G homo conditi ſunt à Deo, acceperunt naturas bonas. Naturæ non ſunt expẽdendæ ut à Deo factæ fuerunt, ſed ex conditione quam illis nos adjecimus.
At iſtæ naturæ non ſunt à nobis æſtimandæ, prout à
Deo factæ ſunt, ſed juxta eam conditionem, quæ il-
lis poſtea acceſſit. Bona arbor dicetur homo, prædi-
tus bona voluntate: mala verò arbor homo, prædi-
tus mala voluntate. Poſt lapſum autem Adami, &
primam ruinam noſtri generis, dicimus homines eſſe
tales, ut non bona voluntate agantur, ſed mala. Ve-
rùm ut ad eleemoſynam hominis infidelis, de qua
dicere cœpimus, redeamus, quærendum eſt: Hæc mi-
H ſericordia, quæ exhibetur, fidelisne ſit, an infidelis? Miſericordia proximo impenſa citra fidem, eſt infidelis.
Cùm autem præſtetur ſine fide, neceſſe eſt, infidelem
eſſe: quare vitio & peccato carere non poteſt. Non
ſatis eſt, proximi ſui miſereri, niſi id jam fideliter & Miſericordia, non eſt per ſe bona.
rectè fiat. Miſericordia enim non eſt per ſe bona.
Deus enim multa beneficia in proximos collata im-
probavit: ut cum Rex Iſrael parceret Regi Syriæ, & 1.Reg.20.35.
Saul Agago Regi Amalech. At fides quæ per dile- 1.Sam.15.26.
ctionem operatur, ſemper eſt bona, nec unquam ma- Deus multa opera miſericordiæ improbavit.
la eſſe poteſt. Miſericordia vero, quum non ſit hujuſ-
I modi: idcirco neceſſe eſt adhiberi rectitudinem, qua
fideliter præſtetur, ut commendari poſſit. Clamitant,
hanc naturalem affectionem miſerendi bonam eſſe:

Digitized by Google

Impii, naturalibus affectibus abutuntur.

Quod fortaſſe non negabimus. Sed animadvertere debuerant, homines non regeneratos abuti hoc bono, quum illud ad Deum non dirigant, qui ſolus eſt finis omnium noſtrarum actionum. Neque ſanè leviter peccat, qui tanto dono Dei perversè abutitur.

21 Adhæc aſſerit idem Auguſtinus: quidquid eſt boni, quod in opere hominis infidelis conſpici poteſt, id omne eſſe à Deo. Quo igitur juvatur proximus, & aliquod rationis inſtitutum ſervatur, & civilis honeſtas retinetur, id non aliunde haberi, quàm à Deo: quatenus autem ab homine infideli & vitiato proficiſcitur, peccatum eſſe, & Deo diſplicere. His & ſimilibus rationibus adductus eſt Pelagius, ut fateretur, iſtos homines, ita per naturam ſe rectè gerentes, bonos quidem eſſe, ſed ſteriliter. Opponit ſe rurſus Auguſtinus: Ea, inquiens, eſt arborum ſterilium natura, ut aut nihil omnino, aut malum proferant. Verùm Pelagius adhuc ſe conatur explicare, aitque idcirco iſtos appellandos eſſe ſteriles, quòd licet bona ſint quæ faciunt, eâ tamen nihil ad obtinendum regnum cœlorum faciant. Atqui hoc dicendo nihil dicit, imò ſeipſum magis impedit. Certè hodie noſtrorum Scholaſticorum hæc eadem eſt ſententia: cui tamen Auguſtinus pro viribus reſiſtit. Ait enim: plantam itaque bonam, & facientem bonum fructum, ut vos dicitis, bonus Dominus excindet, & in ignem mittet. Quæ erit hæc divina juſtitia, quam ubiquetam ſeveriter defenditis? Ad hanc autem veſtram ſententiam, multa delira & abſurda conſequuntur. Hæc hactenus de Auguſtino. Noſtri verò jactant, ſe multùm differre à Pelagio. Ponimus enim, inquiunt, gratiam quandam prævenientem, & pulſantem, per quam in cordibus hominum aliquis theſaurus bonus includi poteſt, unde illi aliquid boni poſſint operari. Plantæ ergo non erunt prorſus emortuæ: utcunque enim germinant. Et quamvis, quod pariunt, non poſſit matureſcere in flores & probatos fructus, tamen ſunt frondes, & folia quæ provenire poſſunt, & proveniunt ex aliquo ſucco gratiæ Dei, quâ ne alieni quidem à Chriſto prorſus ſunt deſtituti. Verùm hoc idem Pelagius quoque fatebatur: Non enim abhorrebat à nomine gratiæ, quum tamen per illud nomen, ut eum Auguſtinus prudenter prodit, intelligeret quod volebat, potius quàm quod debebat: longéque aliud, quàm vox ea ſignificat apud Catholicos in Eccleſia Chriſti ſcriptores, aut in Divinis literis. Sed iſti in ſua ſimilitudine nimium ſunt imprudentes. Non enim meminerunt Dominum in Evangelio execratum eſſe arborem quæ folia tantùm haberet ſine fructu, eámque juſſiſſe excindi, & in ignem mitti. Execrationi autem Dei, & igni æterno nihil eſt obnoxium, niſi peccatum. Sed habent adhuc alium colorem, quo locum hunc eludant. Aiunt enim arbores quidem iſtas malas eſſe, at non prorſus mortuas: in eis enim aliquem gratiæ ſuccum reperiri. Conſtituunt enim quandam eſſe gratiam pulſantem & prævenientem, qua in hominum non renatorum cordibus aliquis bonus theſaurus includi poſſit: ex quo nonnihil germinis homini non pœnitenti poſſit elici. Quamvis enim non poſſint id quod pariunt adducere ad perfectum & maturum fructum, aut etiam flores producere, tamen quod minimum eſt, frondes edunt & folia: quæ certè ſunt alicujus latentis gratiæ & vitæ ſignum. Mirum eſt, quàm iſti ſibi placeant, de iſta pulſante & præveniente gratia. De qua quid ſentiendum ſit jam ſuperius oſtendimus. Sed qui iſta loquuntur & ſentiunt, nimium ſunt imprudentes. Non enim animadvertunt, iſtam ſuam gratiam nihil eſſe aliud, quàm invitationem quandam ad Chriſtum, non tamen efficacem: relinquunt enim homines eum eo ſub ira Dei; neque illis mutantur corda. Quis ergo in eis bonus theſaurus eſſe poteſt, unde opera Deo grata pullulent? Verùm, ut ab illorum ſimili ne diſcedamus, quum plantas eſſe aiunt, quæ frondes & folia producant, quamvis fructus non habeant, meminiſſe debuerant, Chriſtum, ut antea diximus, execratum eſſe tales arbores: cúmque in ficu quæſiviſſet fructum, & folia tantùm inveniſſet, maledictione tam efficaci eam percuſſiſſe, ut exareſceret. Non negamus, poſſe ab hominibus fieri aliquid civilis & moralis boni, quod per illam Dei vim, qua omnia conſervantur, producatur. Nam ut Ethnici quoque fatebantur; In ipſo vivimus, movemur, & ſumus. Ea verò vis, quâ Deus omnia regit & movet, homines non renatos ad vitam æternam nihilo facit meliores. Noſtræ verò cauſæ ſtatus eſt; An, qui ſint à Chriſto adhuc alieni, poſſint aliquid facere, quod Deo probetur, acceptúmque ſit? Id nos negamus: illi affirmant. Quàm verò pro nobis faciat locus adductus de arbore mala, quæ non poteſt bonos fructus facere, ſatis dictum eſt.

Pelagius quoſdam bonos ponit, ſed ſteriles.

Bona opera ſtatuunt, quæ non conducat ad regnũ cœlorum obtinendum.

Fucata quædam modernorum opinio.

Simile. Matt. 21.19. Luc 13. 6.

Act. 17.28.

22 Nunc alterum locum excutiamus, quem iſti nobis conantur eripere. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Hunc locum Auguſtinus ſemper ferè objiciebat Pelagio. Ille reſpondebat, rationem iſtam eſſe tantùm particularem, quæ ſolùm dicta ſit de cibis: eóque non debere ad alia opera præſertim infidelium extendi: Nos quidem fatemur, quæſtionem illam ortam fuiſſe propter cibos. Quemadmodum verò ea ratio adducatur, ex ipſius Pauli verbis conſideremus. Qui dijudicat, inquit, hoc eſt, qui ambigit in utramque partem, & comedit, condemnatus eſt. Hoc probandum erat. Ratio quam ſubjecit, erat: Quia non ex fide. Verùm quum hoc dictum particulare tantùm ſit, neque quod dicitur poſſit ad ſyllogiſmum revocari, niſi addatur univerſalis propoſitio, ideo ſubdidit: Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Qua ſententia, Paulus, quoties aliquid aggredimur, conſtare nobis voluit, id Deo gratum fore & per aliquod Legis mandatum ab illo requiri. Quæ certitudo ſi abſit, quicquid facimus, ait eſſe peccatum. Pauli autem demonſtratio ita contexi poteſt: Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: comedere cibos in Lege prohibitos, cum hæſitatione, utrum id liceat nec ne, non eſt ex fide: Eſt igitur peccatum. Apoſtolus quamvis probet propoſitionem particularem, tamen ratione utitur univerſali. Quæ quemadmodum applicatur ad cibos, ita poteſt ad omnes etiam alias actiones accommodari, ut omnia peccata ſint, quibuſcunque fides iſta defuerit. Quare nec Auguſtinus nec nos, ea ſententia abutimur, quum eam ad opera infidelium applicamus. At hodie multi clamitant, fidem hoc loco ſignificare perſuaſionem conſcientiæ; & Paulum non reſpexiſſe fidem illam, quam nos juſtificare dicimus. Sed iſti nimium ſibi permittunt, qui novam fidei ſignificationem inducunt, abſque ullo teſtimonio Scripturarum. Quare poſſemus hoc illis non concedere. Sed quoniam etiamſi demus illis quod volunt, tamen adhuc coguntur redire ad noſtram ſententiam, ea de re non multum contendemus. Sit ita ut volunt: Sit fides conſcientiæ. Quæ tamen eſſe debet perſuaſio conſcientiæ de operibus, ut intelligat quæ bona ſint & quæ mala? Certè aliam regulam, ſi pii ſumus, habere non poſſumus, quàm legem Dei. Illa enim eſt norma, qua bonum & malum debet judicari. Inde exſtat oportet conſcientiæ noſtræ perſuaſio, quòd fide intelligat, opus illud quod ſuſcipit, bonum eſſe: contrà verò malum eſſe, ſi pugnet cum lege Dei. Hoc autem non aliud eſt, quàm quod antea de fide diximus. Quare mittamus iſtos, qui cùm videri velint à nobis diverſa dicere, imprudentes in eandem nobiſcum ſententiam recidunt. Nos autem hic docemus quicquid ſuſcipimus, in primis videndum eſſe, ut certi ſimus de voluntate Dei. Docuit id Paulus quum ait, δοκιμάζειν, quæ ſit voluntas Dei bona: & quemadmodum idem ſcribit ad Epheſios, ne ambulemus ut imprudentes, qui non intelligamus, quæ ſit voluntas Dei. Néve interpretatio iſta putetur à nobis eſſe conficta, conſule Lector, Origenem, Primaſium Auguſtini diſcipulum, & Commentaria illa quæ Hieronymo adſcribuntur: eos invenies eadem dicere, cùm locum illum, quem adduximus, interpretantur. Neque enim fidem aliam, quàm uſitatam agnoſcunt.

Rom. 14.23.

Auguſtinus objiciebat Pelagio, quod nõ eſt ex fide peccatum eſt.

Oportet nobis conſtare Deo gratum eſſe quod agimus.

Paulus per propoſitionẽ univerſalem probavit particularem.

Lex Dei, eſt regula conſcientiæ.

Rom. 12.2.

Eph. 5.17.

Commentaria Hieronymo adſcripta.

23 Nunc verò, ut ad caput hujus controverſiæ veniamus, abundè è Scripturis confirmatum arbitramur: Opera omnia infidelium peccata eſſe. In quam ſententiam non modo Auguſtinus contra Iulianum deſcendit, verum etiam Ambroſius in lib. De vocatione Gentium, cap. 3. Ait enim, abſque veri Dei cultu, quæ videntur virtutes eſſe, peccata ſunt. Baſilius in 2. lib. de Baptiſmo cap. 7. ex profeſſo movet hanc quæſtionem, & facit pro nobis. Et citat locos è Scripturis;

Ambroſius opera infideliũ dicit eſſe peccata.

Digitized by Google

Eſa.62.3. Iob.8.34. Matt.6.24.

peccatoris; Ex Eſaia, peccator cùm ſacrificat, idem facit ac ſi mactaret canem; cùmque offert ſimilam, perinde ac ſi offerret carnem ſuillam. Et addit; Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, illique tantùm inſervit. Et, Nemo poteſt duobus dominis ſervire, Deo & Mammonæ, &c. Quæ conventio lucis ad tenebras? Dei ad Belial?

2.Cor.6.14.

Denique illud etiam teſtimonium citat, de quo nos paulò antè multa diximus, Arbor mala non poteſt facere fructus bonos. Ex his ille omnibus teſtimoniis idem concludit, quod nos docemus.

B

De libertate hominum non regeneratorum.

Ex his jam ſatis patere arbitror, quid de ſtatu hominum nondum renatorum ſentiendum ſit. Primum à ſervitute coactionis liberi ſunt; deinde in moralibus & civilibus operibus, pro arbitrio ſuo multa poſſunt facere: poſtremò inter ipſa peccata habent aliquem delectum, & modo hoc, modo illud, pro ſua voluntate ſuſcipiunt. Non tamen ita liberi ſunt, ut ea faciant, quæ Deo placeant: Miſeriis quoque & calamitatibus hujus vitæ, velint nolint, ſunt obnoxii.

C

Pii ad ea opera quæ Deo placeant, poſſunt aſſurgere.

Nunc de libertate hominum regeneratorum dicendum eſt. Quæ præterquam quòd non eſt minor, quàm ea, quam diximus eſſe in impiis, ultrà tamen id habet, ut ad opera bona, quæ Deo accepta ſint, poſſint aſſurgere. Quis enim neſcit, opus illud Abrahami, quo paratus erat filium ſuum ſacrificare, Deo fuiſſe gratiſſimum? Nam ea cauſa divinæ vocis encomio laudatus eſt.

Gen.22.10. & 16.

Phil.4.18. Heb.13.16. Phil.2.12. Matt.25.35.

Paulus ad Philippenſes appellat illorum eleemoſynas, hoſtias bonæ fragrantiæ: & ad Hebræos docemur, Deum talibus hoſtiis mirificè delectari. Atque hinc eſt, quod Paulus monet Philippenſes, ut cum timore ac tremore ſuam ipſorum ſalutem operentur.

D

Sed quid opus eſt aliis teſtimoniis, cùm ipſe Iudex extremo die commemoraturus ſit opera Bona, quæ homines pii, in Chriſti membra impenderint? Cùm itaque homines regenerati ſint arbores bonæ, conſentaneum eſt, ut fructus bonos, & facere poſſint, & faciant.

Renati libertatem habent Dei beneficio, non ſuis meritis.

Quanquam qui ita renati ſunt, nunquam debent obliviſci, ſe hanc libertatem non ſuis meritis adeptos eſſe, ſed beneficio Dei. Is enim eos refinxit, & pro corde lapideo, cor carneum in illis poſuit.

E

Ezec.36.16. Ioh 6.44.

Denique non ex ſeipſis, ſed ex Patre cœleſti habuerunt, ut ad Chriſtum traherentur. Niſi enim fuiſſent à Deo Patre magna efficacia intus in animo perſuaſi, à Chriſto non minus quàm alii refugiſſent.

Ad primum ſancti ſpiritus impulſum, paſſive nos habemur.

Itaque ad primam immutationem, aut ſancti Spiritus impreſſionem, animus noſter paſſivè, ut loquuntur, ſeſe habet.

Poſt regenerationem cooperamur ſpiritui Sancto.

Poſtquam verò perſuaſi jam, & immutati ſumus, ſic reſtituimur, ut ſpiritui Sancto, & gratiæ cooperari poſſimus.

F

24 Hæc autem arbitrii inſtauratio quomodo fiat, ex duobus capitibus conſiderandum eſt: ex quibus ab initio, cùm ipſius arbitrii naturam deſcriberemus, præfati ſumus, omnem errorem, & omne peccatum electionis inde provenire: videlicet, quòd, vel prorſus ignoretur quid juſtum injuſtúmve ſit, cùm de aliqua re deliberatur: vel quòd, quamvis quid juſtum injuſtúmve ſit videatur, tamen interponat ſe cupiditas & perturbatio: quæ ſuo pondere efficiunt, ut rationes infirmiores, certis & firmis rationibus præponantur.

G

Itaque recti notitia non obtinet. Vis enim affectionum, & tota mentis attentio defigitur in illis rationibus, quæ pro voluptatibus & cupiditate faciunt, & argumenta honeſtiora non conſiderantur, atque idcirco in effectum non erumpunt:

Beneficio regenerationis & intelligentiæ & appetitui ſubvenitur.

ſed beneficio regenerationis utrique huic incommodo ſubvenitur. Nam quod attinet ad primum, adeſt lux fidei, quæ adhibita regula divinæ Legis, & juſta & injuſta in rebus agendis manifeſtè intelligit. Deinde vi Spiritus ſancti, etſi non prorſus tollitur omnis pravitas affectionum: ita tamen frangitur, & debilitatur, ut rectam electionem ut antea impedire non valeat.

H

Quoniam tamen cupiditas illa, quo ad hîc vivitur, prorſus abſumi non poteſt, ideo fit, ut iſta libertas agendi quæ Deo placeant, piis conceſſa, non perfecta aut abſoluta, ſed infirma & manca ſit, atque ita prædicetur in Sacris literis.

Libertas quoque piorum eſt imperfecta.

Opera enim ea, quæ Deo grata ſint, quò minus præſtent ut vellent, utque Lex requirit, ſancti homines multis modis vehementer impediuntur. Semper enim ſentiunt legem in membris ſuis, quæ repugnet legi mentis, & velint nolint captivi abducuntur in legem peccati.

I

Vt enim habetur ad Galatas, Sic caro concupiſcit adverſus Spiritum, ut

Gal.5.17.

A

Rom.7.15. Ibid.15.

non quæ velint ea faciant. Et Paulus conqueritur non facere ſe illud bonum, quod magnopere vellet, ſed malum potius, quod odiſſet. Pii homines mente quidem ſerviunt legi Dei, carne autem legi peccati, in quibus tamen illud inſigne Dei donum, quòd vehementer dolent & deplorant hæc impedimenta, ut tametſi non dubitent ſe habere primitias Spiritus, tamen ingemiſcant, & perfectam reſtitutionem ardenter optent. Accidunt præterea illis quotidiani lapſus, qui nos commonefaciunt, quàm debilis ſit hæc

B

noſtra libertas. Itaque Ioannes ait: Si dixerimus, nos peccatum non habere, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Iacobus etiam ait: In multis offendimus omnes. Et Dominus docuit nos in quotidiana oratione, clamare ad Patrem; Remitte nobis debita noſtra.

1.Io.1.10. Iac.3.2. Mat.6.12.

Tenuitate noſtræ libertatis non impedimur, quin Deo cooperemur.

Attamen hac tenuitate libertatis non impedimur, quin cooperemur Deo, & Spiritui ſancto, tanquam idonea inſtrumenta nos accommodemus. Itaque Paulus admonuit Tim. ut gratiam, quam in ſe

2.Tim.1.6. 1.Cor.14.1.

C

habebat, excitaret. Et in Epiſtola priori monuit Corinthios, ut ſtuderent chariſmatis & donis melioribus: quaſi eorum diligentia requireretur, ut hoc magis, quàm illo dono Spiritus uti poſſent.

Regenerati dicuntur homines Dei, non autem ſimplices homines.

Cæterum, qui iſta habere prædicantur, non ſunt ſimplices & nudi homines: ſed cùm habeant gratiam & Spiritum Dei, appellantur jam homines Dei. Et quia homines Dei ſunt, dicuntur etiam perfecti, & ad omne opus bonum inſtructi.

2.Tim.3.17.

Concedimus itaque, homines renatos in Chriſto, habere omnem eam libertatem quam conceſſimus impiis, & præterea etiam

D

præſtare eos poſſe opera, quæ Deo grata ſint: quamvis nec à peccato, nec à calamitatibus & miſeriis hujus vitæ ſint immunes. Nunc de quarto quoque hominis ſtatu dicendum eſſet.

De libertate patriæ. Sup. Claſſ.2.c.1.Sect.10. & lib. de Votis.

Sed de eo poſſumus uno verbo reſpondere: Cùm in patria ſimus ſummam felicitatem habituri, nullum ibi genus libertatis deſiderari poteſt: niſi quis libertatem dicere velit, poſſe peccare, & à Deo, hoc eſt à ſummo bono deficere: ſed quia ea ſumma eſt libertas, idcirco nos in patria ſperamus fore liberrimos.

E

Concupiſcentia & pravi motus qui ſuperſunt in renatis, an ſint peccata.

25 Sed alia nunc quæſtio tractanda eſt: videlicet; An iſta concupiſcentia, & pravi illi motus qui ſuperſunt in renatis, peccata ſint, & ita dici debeant? Hæc à Paulo appellantur lex peccati, & lex membrorum. Ea autem in ſanctis poſt regenerationem ſupereſſe, ſuo exemplo docuit.

Rom.7.23.

An autem iſta peccata ſint, rectè conſtitui non poteſt, niſi antea quid peccatum ſit, intelligamus.

Definitio peccati.

Auguſtinus ait, peccatum eſſe dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei. An verò

F

iſta definitio omnibus peccatis conveniat, an illis tantùm quæ vulgò appellantur actualia, incertum eſt, propter ambiguitatem vocis illius, concupitum. Nam ſi illa referatur ad plenum aſſenſum voluntatis, quo pravis deſideriis aſſentimur, definitio contrahitur ad actualia peccata.

Concupitum in definitione quomodo poſſit accipi.

At ſi concupitum ita latè & fusè accipiatur, ut extremum illud præceptum Non concupiſces: definitio poteſt eſſe univerſalis, & omnia peccata complecti. Magiſter Sent.2.diſtin.35. citavit eam definitionem, cùm jam de peccato origi-

G

nis latè diſputaſſet, & ſe ad aliorum peccatorum naturam perſcrutandam contuliſſet. Quare videtur exiſtimaſſe, illam definitionem tantummodo ad actualia peccata pertinere: ſed quicquid eſt, de hac re non multum diſputo. Ambroſius in libro de Paradiſo c.8. definitionem peccati propoſuit haud dubiè latiſſimam. Peccatum, inquit, nihil aliud eſt, quàm tranſgreſſio divinæ Legis, & inobedientia mandatorum cœleſtium. Cæterùm miſſis Patrum ſententiis, res ad ſcripturæ calculum revocanda eſt, ut ex illis quid

H

1 Ioh.3.4.

Definitio peccati ex verbo Dei.

peccatum ſit, certò agnoſcamus. Ioann. in 1. epiſt. c.3. Peccatum, inquit, eſt ἀνομία, id eſt, iniquitas. Ea vox Græca ex α particula privativa, & νόμος componitur. Hîc natura peccati pulchrè monſtratur. Dicitur enim eſſe privatio, qua bonum ſubtrahitur ei, qui illud habere debuit.

Peccatum dicit ejus boni privationem, quod lex Dei præſcribit.

Si quæras, quódnam illud bonum ſit, quod per peccatum removetur, illud νόμος vox Græca explicat. Illud enim bonum aufertur, quod præſcriptum eſt lege Dei. Itaque dicere poſſumus, peccatum eſſe quicquid adverſatur legi Dei. Iam viden-

I

Rom.7.23. Rom.8.7. Matt.22.37.

dum eſt, utrum hæc definitio ſumpta è ſacris literis conveniat illi pravitati, quæ ſupereſt in ſanctis poſt regenerationem. Hic nos affirmamus, adverſarii ne-

Digitized by Google

gant: ſed Scriptura ſancta citra controverſiam ſtat à noſtris partibus. Nam Paulus diſertè ait, legem membrorum militare adverſus legem Dei, & mentis: & prudẽtiam carnis inimicitiam eſſe adverſus Deum, ut legi Dei nec ſubjiciatur, nec poſſit ſubjici. Pugnátque omnino cum primo & maximo præcepto, Diliges Dominum Deum tuum ex toto animo, ex toto corde, ex omnibus viribus tuis. Nam ſi omnes noſtræ vires & facultates, ut par eſt, Deo cederent, nuſquam reſideret in nobis iſta cupiditas. Deinde ipſa eadem apertè pugnat cũ ultimo præcepto; Non concupiſces. Et Auguſtinus teſtatur, hæc duo præcepta, dum hic vivimus, plenè ſervari non poſſe. Cur autem data ſint cùm ſervari non poſſint, pulchras affert rationes, quas hic repetere non eſt neceſſe.

August.

Exod. 29. 17.

26 Docuimus à definitione, cupiditatem iſtam de qua loquimur, eſſe peccatum. Nunc alia argumenta videamus. Unum ſumetur ab inſtitutione hominis. Factus enim eſt homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei: Et prædeſtinati ſumus, ut efficiamur conformes imagini filii Dei. Et jubemur induere novum hominem, qui, ut Paulus ait ad Coloſ. cap. 3. renovatur ad agnitionem & imaginem ejus, qui creavit illum: quique ut habetur in epiſtola ad Epheſ. conſiſtit in juſtitia & ſanctitate veritatis. Imago autem Dei, quam induere jubemur, ut Tertullianus ait, in eo ſita eſt, ut eoſdem motus & ſenſus habeamus cum Deo. Et Paulus ad Philippenſes adhortatur, ut idem cum Chriſto ſentiamus. Iſti verò motus & cupiditates imaginem Dei in nobis fœdiſſimè inducunt & obliterant. Adhæc, quod nos oportet crucifigere, mortificare, & exuere, id neceſſe eſt peccatum eſſe. Nam ſi bona eſſent, Spiritus ſanctus nos moneret, ut ea potius foveremus. At Paulus ad Coloſſenſes ait; Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Et ad Galatas, Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum ejus concupiſcentiis. Et alibi: Exuite, inquit veterem hominem. Quòd ſi Deo ita diſplicent iſti motus, id aliunde eſſe non poteſt, niſi quia ſunt peccata. Deus enim adeò bonus eſt, ut illi præter peccatum nihil diſpliceat. Poſtremò, peccato tanquam ſtipendium debetur mors. Quare ea nihil loci habere deberet, ubi nullum eſt peccatum. Id enim ſolus habuit filius Dei, ut mortem innocens oppeteret. Mortuus eſt enim propter peccata noſtra. Nos verò ideo morimur, quia non ſumus abſque peccato. Quod cùm ita ſit, expediant jam nobis adverſarii, cur infantes jam in Chriſto renati moriantur: Nam actualia peccata non habent, reatus verò originalis culpæ ſublatus eſt. Tantum ſupereſt cupiditas & corruptio naturæ, non omnino emendata, & pravi motus, quos Auguſt. in lib. 1. Confeſſionum ait in infantibus deprehendi, eóſque confitetur ut peccata, & accuſat. Itaque propter eos, quandoquidem peccata ſunt non injuſtè moriuntur. Cùm igitur firmiſſimis rationibus conſtet, malas cupiditates, quæ in nobis ſuperſunt à Baptiſmo, peccata eſſe: jam reliquum eſt, ut videamus, ad quam peccatorum ſpeciem ſeu partem attineant. Peccatum videtur ita diſtingui, ut aliud ſit, quod condonari poſſit, aliud quod non poſſit. Tranſgreſſio contra legem Dei, quæ nunquam remittitur, eſt peccatum in Spiritum ſanctum. At ſi remitti peccatum poſſit, id bifariam accidit. Nam aut ſic remittitur, ut ab eo neceſſe ſit omnino diſcedere, quod videmus uſuvenire in gravioribus peccatis, quæ Paulus ait ſeparare nos à regno Dei, & vulgò appellantur mortalia: aut ita remittuntur, ut ab illis non diſcedamus, partim propter innatam ignorantiam, partim propter infirmitatem qua laboramus. Atque hæc dicuntur peccata minutiora, & venialia: ſine quibus humana vita non poteſt degi. Paulus inter hæc pulchrum diſcrimen poſuit, cùm hortaretur, ne ſineremus peccatum in nobis regnare. Atque de hoc tertio genere peccatorum idem Apoſtolus querebatur, cùm diceret, Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hujus? Et de his ſentiunt noſtri, cùm docent, opera hominum, quantumvis ſanctorum, non eſſe abſque mortali peccato: quoniam abſque hoc genere defectuũ nihil agimus. Dicuntur autem hujuſmodi defectus mortales eſſe, quia natura ſua merentur mortem. Stipendium enim peccati mors. Deinde etiam, quia quoad has labes nobiſcum circumferi-

Gen. 1. 27.
Rom. 8. 29.
Col. 3. 10.
Eph. 4. 24.
In quo ſita ſit imago Dei.
Philip. 2. 5.
Coloſſ. 3. 5.
Gal. 5. 24.
Eph. 4. 22.
Rom. 6. 23.
Rom. 4. 25.
Matt. 12. 31.
1. Cor. 6. 9.
Cupiditas innata & primi motus ad quod peccati genus revocentur.
Diſtinctio peccati.
Rom. 6. 12.
Rom. 7. 24.
Cupiditas & primi motus ad malum natura ſua ſunt mortales.

A mus, æterna vita frui non poſſumus. Ab ea enim excludimur tantiſper, donec per mortem omnem corruptionem exuerimus. Præterea ſcriptum eſt; Maledictus, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in verbis Legis hujus. Qui verò conqueritur cum Paulo, ſe non facere bonum, quod vellet, non præſtat omnia quæ Lex requirit, nec eſt prorſus abſque maledicto: licet illi per Dei miſericordiam, id ad æternum exitium non imputetur.

B 27 Sic autem noſtri de bonis operibus ſanctorum loquuntur, non quò aut negent opera bona, aut illa cum ab hominibus regeneratis fiunt, Deo grata eſſe non ſentiant: ſed ut noſtra immunditia & impuritas agnoſcatur, ad quam deprehendendam ſtupidi ſumus, & pluſquam cæci. Sepoſito igitur peccato in Spiritum ſanctum, alia peccata in tres gradus diſtinguuntur. Primo loco eſt innata cupiditas, ex ea ſecundo loco exhalant perpetuò primi motus & impetus ad diverſa ſcelera. Tertiò accedit conſenſus voluntatis, & in actus erumpit. Paulus tres iſtos gradus

C deſignavit, cùm diceret, Ne regnet peccatum in veſtro mortali corpore, ut obediatis ejus concupiſcentiis. Peccatum, cui regnum non debet permitti, eſt innata cupiditas, & pravitas naturæ. Primi motus concupiſcentiæ ſunt, quas illa parit; Eis monemur, ne pareamus. Deinde additur obedientia, quæ peccatum ipſum conſummat & perficit: quod vulgò vocant actuale. Pravitatem naturæ, dubium non eſt ad peccatum originale ſpectare: Rurſus peccatum ad quod

D acceſſerit conſenſus voluntatis, appellant actuale. Dubium verò eſt de illis primis motibus (quibus novo reatui; & obligationi judicii Dei propter Chriſtum non aſtringimur) ad originaléne, an actuale peccatum ſint referendi. Sunt certè medii, & ex utraque parte aliquid capiunt. Quatenus enim aliquid per illos facimus, cupimus, deſideramus, habent nonnihil peccati actualis. Et Paulus utitur verbis [illegible], [illegible], quæ proculdubio aliquam actionem ſignificant. Ex altera verò parte, qua inviti patimur hoc

E genus motus, ideo in eo cum peccato originali communicant. Illud enim electione & ſponte non ſuſcipitur. Hieronym. in cap. 7. Matthæi, diſtinguit [illegible] & [illegible]. [illegible] ait eſſe primos motus, poſtquam jam ad eos conſenſus voluntatis acceſſerit: [illegible] verò, quando movent & incitant ab initio. Et addit, quamvis habeant culpam, tamen non teneri crimine: paſſionem verò in vitium reputari. Hic annotare debes: Hieronymum fateri, primos motus, habere culpam vitii, quamvis non teneatur crimine: hoc

F eſt, quamvis Chriſti beneficio non imputetur ad mortem, vel, quòd humano judicio non habeatur pro crimine. Et quoniam peccatum rurſus diſtingui ſolet in id, quod ſolum ſit peccatum, & in id, quod & peccatum ſit, & pœna peccati, hujus diſtinctionis Auguſtinus meminit in Pſal. 57. Primam enim à Deo apoſtaſiam tantùm peccatum eſſe dicit: quæ verò ſequuntur, & peccata eſſe, & pœnas peccati, quoad perveniatur ad gehennam. Itaque quæcunque mala committuntur inter primam apoſtaſiam, & gehen-

G nam, ea & peccata eſſe, & ſupplicia ſumpta de aliis peccatis. Id Paulus ad Rom. optimè docuit. Primùm enim ait, Ethnicos cognoviſſe quidem Deum, ſed eum, ut Deum non glorificaſſe. Atque inde addit, traditos eos fuiſſe in prava deſideria, repletos omni malitia, avaritia, &c. Commemorat poſtremò gehennæ damnationem: tum autem, inquiens, ſecundum duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, quo redditurus eſt unicuique ſecundum opera ſua. Atqui

H multi ſunt, qui non putant iſta peccata pœnas eſſe peccati, quod homines ex illis non parvam voluptatem capiant. Verùm illi, niſi cæci eſſent, ſatis ex Apoſtolo intelligere poſſent, ſupplicia ea eſſe, & quidem graviſſima. Ait enim, cor eorum fuiſſe excæcatum, eóſque redditos fuiſſe ſtultos, quamvis ſe jactarent eſſe ſapientes, & traditos fuiſſe à Deo in reprobum ſenſum, ut contumeliis afficerent corpora ſua. Quid iſta ſunt, niſi graviſſima ſupplicia? Si, cùm ali-

I quis furtum admiſiſſet, ſtatim illi manus exciderent, aut oculi eriperentur: diceremus, illum à Numine graviter puniri: Paulus ait, iſtos orbatos eſſe mente, cor habere infamatum, & corpora ſua ignominioſiſſime

Rom. 6. 23.
Deut. 27. 26.
Per Dei miſericordiam non imputantur ad damnationẽ.
Tres gradus remiſſibilium peccatorum.
Rom. 6. 12.
Pravitas naturæ pertinet ad peccatum originis.
Peccatum ubi regnat, dicitur actuale.
Primi motus qui ſunt medii ad originale an ad actuale peccatum pertineant.
[illegible]: [illegible].
Alia diſtinctio peccati.
Omnia peccata præter primum & peccata ſunt & pœnæ peccati.
Rom. 1. 21.
Ibid. v. 24.
Rom. 2. 5.
Peccata ſi placeant, pœnæ dici poſſunt.
Rom. 1. 21.
Simile.

Digitized by Google

Prov.6.17.

A ſimè contaminare, & iſta non videntur eſſe ſupplicia? Quomodo exiſtimare poſſumus, animum noſtrum eſſe ſalvum, integrum, incorruptum, ſi in eo regnet peccatum? Salomon ait, Nunquid fovebit aliquis ignem in ſinu ſuo, ut veſtimenta ſua non comburat? Aut gradiatur aliquis ſuper prunas, ut ſibi non adurat pedes? Idcirco autem peccatum dicitur eſſe pœna, quia lædit & corrumpit naturam. Nam pravitas originalis peccati ita eam vitiavit, ut vix jam videri poſſit ſemiviva: & pravi motus atque impetus, B qui ſubinde ex illa excitantur, eam, niſi retundantur & mortificentur, reddunt fortiorem: denique ſi illis conſenſeris, fiunt perpetuò valentiores, atque ita natura ruit ſemper in deterius.

28 Hæc omnia eò ſpectant, ut intelligamus, concupiſcentiam innatam, & pravos motus qui adhuc in animis noſtris ſuperſunt, in hoc eſſe genere peccatorum: ita tamen, ut ſint aliàs peccati antecedentis pœnæ, ſcilicet originalis culpæ, ſi non alterius alicujus gravioris. C Adhuc tamen notandum eſt, primam quoque apoſtaſiam ita peccatum eſſe, ut etiam pœna ſit. Quoniam, ut diximus, nullum invenitur peccatum, quod hominis naturam non graviſſimè lædat, atque ita ſui ſaltem ipſius pœnam conjunctam habet. Sed non omne peccatum alterius peccati antecedentis pœna eſt. Ea verò de quibus nunc agimus, præcedentis peccati pœnas eſſe contendimus, eadémque peccata eſſe affirmamus. Mirum autem videtur multis, cùm hæc neceſſaria ſint, quomodo peccata D eſſe poſſint. Verùm hac de re audiamus Auguſtinum in tertio libro de Libero arbitrio, cap.18. Sunt etiam, inquit, neceſſitate facta improbanda, ut cùm homo vult rectè facere, non poteſt: alioqui enim unde ſunt illæ voces? Non quod volo, facio bonũ: ſed quod nolo malum, hoc ago? Et illud: Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. Et illud: Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem. Hęc enim invicem adverſantur, ut non quę vultis, ea faciatis. Sed omnia hęc hominum ſunt, & ex illa E mortis damnatione veniunt. Nam ſi non eſt iſta pœna hominis, ſed natura, nulla iſta peccata ſunt. Si enim non receditur ab eo modo, quo homo naturaliter factus eſt, ita ut melior eſſe non poſſet: ea quæ debet, facit, cùm hæc facit. Si autem homo bonus eſſet, aliter eſſet: nunc autem, quia ita eſt, non eſt bonus, nec habet in poteſtate ſua ut bonus ſit: ſive non videndo qualis eſſe debeat, ſive videndo, & non valendo eſſe, qualem ſe eſſe debere videt. Pœnam iſtam eſſe, quis dubitat? Hæc ille: Quibus in verbis multa ſunt annotatione digniſſima. F Primùm fatetur multa, quæ neceſſariò accidunt, improbanda eſſe. Deinde, cur ea peccata dicantur, affert rationem, quia receditur ab eo modo, quo naturaliter facti ſumus. Tertiò ait, hominem non eſſe bonum, nec in poteſtate ſua habere, ut ſit bonus. Quartò, cur non poſſit eſſe bonus, duplicem affert rationem: vel quòd non videat quid ſit agendum, vel quod videat quidem, ſed illud ex infirmitate præſtare non poſſit. Poſtremò, annotare debes, illum hæc intelligere de hominibus renatis. G Citat enim verba Pauli ad Galatas, & ea loca quæ modò produximus, quæ non niſi de renatis intelligenda eſſe docuimus. Atqui huic ſententiæ Auguſtini, id obſtare videtur quod Hieronymus ſcribit in interpretatione fidei: Illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt, hominem non poſſe vitare malum.

Quare peccatum dicitur pœna. Apoſtaſia pœna peccati dici poteſt.

Non omne peccatum eſt pœna præcedentis peccati.

Etiam quę neceſſariò fiunt, peccata eſſe poſſunt.

Homo non habet in poteſtate ſua ut ſit bonus.

Rom.7.15. & 18.

Gal.5.17.

Primi motus ſunt peccata, quia receditur à modo quo facti ſumus.

Cur homo nõ habeat in poteſtate ſua, ut ſit bonus.

Etiam de renatis hæc intelliguntur.

29 Verùm iſta non difficulter poſſunt reconciliari. Nam Hieronymus de Natura, ut à Deo inſtituta eſt, loquitur. Scribit enim contra Manichæos, qui docuerunt, ideo nos non poſſe reſiſtere peccato, H quòd à malo Deo per naturam mali conditi ſimus. At nemo noſtrûm dubitat, hominem, cùm ab initio crearetur, extitiſſe liberrimum. Auguſtinum verò loqui de natura lapſa, ex eo ſatis patet, quod inquit; Hæc omnia hominum ſunt ex illa mortis damnatione venientia: deinde fatetur, hanc hominis lapſi pœnam eſſe. Adhæc ſi iſta referantur ad renatos, dicere poſſumus: Hieronymi ſententiam tantum reſpicere craſſiora vitia, quæ nos ſeparent à regno Dei: à quibus non dubitamus, homines in Chriſto renatos, I poſſe abſtinere. Auguſtinus verò latiſſimè loquitur, & per peccata intelligit illa quoque, de quibus in præſentia loquimur, ſine quibus in hac vita agere

Hieronym. de natura integra loquitur contra Manichæos.

Renati poſſunt à craſſioribus vitiis abſtinere.

A non poſſumus. Atque hæc poſterior ſolutio citatur à Magiſtro ſententiarum libro ſecundo, diſtinctione trigeſima ſexta. Sed objiciunt nobis, injuriam fieri Baptiſmo, ſi dicamus in eo non tolli peccatum. At hujus criminis accuſari meritò non poſſumus. Affirmamus enim, per regenerationem tolli reatum peccatorum. Etſi enim vitia iſta maneant, ut & Scriptura perhibet, & experientia teſtatur: tamen obligatio eorum & reatus tollitur. Vnde Auguſtinus non ſemel B dicit, manere quidem concupiſcentiam, ſed reatum ejus ſublatum eſſe per Chriſtum. Et addit, fieri quandoque ut actus & opus peccati abeat, ut in furto & adulterio videmus fieri, reatus tamen nihilominùs maneat: quandoque verò, ut reatus tollatur, & vitium maneat, quod de iſta concupiſcentia, de qua loquitur, ſatis liquet. Manet quidem ea, ſed tamen non poſſumus per eam æterni exitii rei peragi. Si quæras, cur peccatum dicatur, cùm reatus ſublatus ſit? Reſpondeo, quia quod non imputetur nobis, id non ha- C bet ex natura ſua: nam quod ad eam attinet, ut ſupra docuimus, meretur mortem & damnationem: id autem aliunde accedit, nimirum ex miſericordia per Chriſtum. Res verò quævis ex ſeipſa & natura ſua debet judicari. Quare cùm propria ratio peccati ſit pugnare cum Lege Dei, idque iſta concupiſcentia, & in illis primis motibus videamus evenire, ideo dicenda ſunt peccata. Neque hac noſtra ſententia incidimus in fatuitatem, quam Pelagiani Auguſtino & aliis Catholicis exprobrabant: quaſi dicerent, per D regenerationem non deleri peccatum, ſed radi. Cum enim pili raduntur, remanent tamen adhuc ſub cute affixæ radices eorum, per quas denuò pullulant. Quamvis enim nos in hominibus renatis, cupiditatem & pravos motus affirmemus remanere: Deum tamen nobis perfectè reconciliatum eſſe, non negamus. Itaque quamvis iſta ſua natura peccata ſint, tamen Dei miſericordia ita delentur, ut prorſus jam deſinant imputari. Quare ſi imputationem ſpectes, nihil ex illis prorſus remanet.

Concupiſcentia manet, reatus tollitur.

Quælibet res ex natura ſua debet judicari.

Pelagiani catholicis exprobrabant fatuitatem. Similia

Quoad imputationẽ prorſus tolluntur peccata in regeneratione.

E 30 Objiciunt poſtremò, nos Auguſtino facere injuriam, qui dicamus illum aſſerere, hæc eſſe peccata, cùm ille ſeipſum interpretetur, quod peccatum impropriè appellarit. Vt enim Scriptura dicitur manus, quòd à manu fiat, ita iſta vocari peccata, quod à peccato originis profecta ſint: utque frigus dicitur pigrum, quod nos pigros efficiat, ita iſta dici peccata, quod nos ad peccata incitent, propriè tamen peccata non eſſe. Ita, inquiunt, Auguſtinus non ſolùm hoc modo ſeipſum interpretatus eſt, cur hæc peccata F dixerit, verumetiam rationem tradidit, quemadmodum Paulum intelligere debeamus, cùm iſta peccata vocet. Adhæc nos reſpondemus, primùm, ſi aut Auguſtinus, aut alius quiſpiam ex Patribus neget, hæc eſſe peccata, id intelligendum eſſe ex collatione, ſi conferantur cum actualibus: peccati autem naturam non poſſe ab illis in univerſum removeri, id Auguſtinus alibi quàm apertiſſimè docuit. Nam contra Iulianum lib.6.cap.8. Neque enim, inquit, nulla eſt iniquitas, cùm in uno homine, vel ſuperiora inferio- G ribus turpiter inſerviunt, vel inferiora ſuperioribus turpiter reluctantur, etiamſi vincere non ſinantur. Cùm hoc peccatum appellet iniquitatem, apertè docet, illi peccati rationem convenire, quam ſuperius approbavimus. Et libro quinto contra eundem Iulianum, capite tertio, ita ſcribit: Concupiſcentia carnis, adverſus quam bonus concupiſcit ſpiritus, peccatum eſt: quia ineſt illi inobedientia contra dominatum mentis: & pœna peccati eſt, quæ reddita eſt meritis inobedientis: & cauſa peccati eſt, defectione con- H ſentientis. Hic vides, concupiſcentiam ab Auguſtino tribus modis appellari peccatum. Neque dici poteſt, illum iſta ſcribere de homine non regenerato: ait enim expreſsè, adverſus quam bonus concupiſcit ſpiritus. Nam in impiis Spiritus Dei non eſt, qui cupiditatibus reluctetur. Habemus ergo ex Auguſtino tria loca: unum, quem ſupra citavimus ex quinto libro de Libero arbitrio, & duo contra Iulianum: quibus diſertè fatetur, concupiſcentiam peccatum eſſe, affértque rationem, cur ita ſentiat. Neque debent ad- I verſarii noſtri, quod ad Pauli interpretationem attinet, confugere ad tropum, ut dicant, non eſſe hoc propriè appellandum peccatum. Nam & ex Paulo

Cùm Patres iſta dicũt non eſſe peccata, intelligunt non eſſe actualia.

Digitized by Google

A & ex aliis Scripturæ locis ratio adducitur, cur concupiſcentia vere & proprie peccatum appelletur. Et mirandum eſt, iſtos ubique aliàs ita eſſe propenſos ad tropos, cùm in una propoſitione; Hoc eſt corpus meum, ab omni troporum genere tantopere abhorreant, cùm tamen illi maximè tropus conveniat. Quòd ſi deſideres alia Patrum teſtimonia, quibus demonſtretur, concupiſcentiam eſſe peccatum, ſupra citavimus Hieronymum in Matthæum: & aliæ permultæ aliorum antiquorum Patrum ſententiæ, apud
B Auguſtinum contra Iulianum citatæ inveniuntur, quæ omnes pro nobis faciunt.

Concupiſcentia in nobis relicta verè ac propriè peccatum eſt.

Quæ ſequuntur, ex ſimili loco ad finem cap. 2. 1. ad Corinth. deſcripta ſunt.

Contra liberũ arbitrium. Ratio. 1. Cor. 2. 14.

31 Nunc inveſtigandum eſt; Num arbitrii libertas omnino ſublata ſit, per ea quæ jam inde ab initio commemoravimus. Quia autem Paulus aſſerit, ani-
C malem hominem minimè poſſe quæ Dei ſunt agnoſcere: Libero arbitrio videtur aliquantiſper reſiſtere.
1 Nam ſi ſpiritualia naturalibus viribus percipere non valemus, qui fiet, ut illas noſtris actionibus exprimamus, quandoquidem experimur in faciendo quàm in intelligendo, longè plus negotii ac laboris eſſe?
2 Neque hoc ſolum ei videtur obeſſe, verumetiam Dei prædeſtinatio ſive præſcientia. Quia illud videtur poſſe inferri, ſi cuncta, priuſquam fiant, Deus novit, neque falli poteſt, perire libertatem voluntaris,
3 atque omnia neceſſariò evenire. Difficultatem quo-
D que affert non parvam, hæc divina potentia qua om-
4 nia efficiuntur, adeò quippe voluntas Dei eſt efficax, ut Paulus ad Rom. dixerit: Quis voluntati ejus poteſt reſiſtere? Præterea tanta in Scripturis vis peccati aſſeritur, ut per ipſum omnia ferè in nobis & viciata & devaſtata fuerint. Quare voluntatis admodum infirmæ vires jam ſunt reſiduæ, quæ non poſſunt agere ut ratio ſtatuit. Deinde gratiæ Chriſti tantum
5 defertur divinis oraculis: ut citra illam dicamur nil
E poſſe præſtare, quod vel acceptum vel gratum Deo
6 ſit. Atque illa cùm ex æquo non detur omnibus hominibus, putatur labefactari eorum libertas, quandoquidem gratiam iſtam in ſua poteſtate non habent.
7 Mathematici quoque cœleſtes vires efferunt, & quodam modo ab eis pendere ſuadent, quæ nobis eveniunt, ita ut nobis eventum futurorum relinqui non videatur perfecta libertas. Fuerunt demum & qui adſererent, rerum faciendarum eſſe definitas cauſas, quibus inter ſeſe coniunctis & firma connexione im-
F plicitis, quodammodo infertur neceſſitas, aut fatum ineluctabile.

Rom. 9. 19.

Claſſ. 1. cap. 13. Sect. 13. Ad primam rationem. Ad ſecundam.

32 At non multum eſt laborandum, de illa ratione, quæ à vi cognoſcendi ſumebatur, quia ex his quæ jam diximus expreſsè conſtat, in hominibus nondum renatis ponendam non eſſe hanc libertatem, quo ad opera quæ verè bona ſint & Deo placeant. Quare ratiocinatio illa, ut falſa non eſt debilitanda, quum ſolide confirmet Apoſtoli doctrinam. In ratione proxima plus eſt difficultatis & moleſtiæ. Pau-
G ci enim videre poſſunt, quomodo providentia Dei, ſive (ut loquuntur) præſcientia, libertatem ullam in voluntate noſtra reſiduam patiatur, adeóque locus eſt ſcrupuloſus & lubricus, ut nonnulli ex veteribus, eò ſint hac argumentatione adducti, ut neceſſitatem prorſus oriri judicaverint in rebus quæ gerantur, quin Deum ipſum hac neceſſitate detineri opinati ſunt. Vnde proverbium jactatum eſt vulgare; Deo quoque neceſſitatem eſſe ineluctabilem, ita ut contra eam quicquam non auſit. Sua licentia Poëtæ ſunt
H ulterius progreſſi, dixeruntque, multa fieri vel ipſis diis invitis. Et Homerus induxit mœſtum Iovem, atque deplorantem fati neceſſitatem, cujus vi prohiberetur, ne dulciſſimum filium Sarpedonem inſtanti morti ſubduceret. Facit & Neptunum ægrè admodum ferentem Cyclopis filii ſui cauſam: cujus vindicandi libidine incenſus, voluiſſet Vlyſſem omnino arcere domo, conqueritúrque hoc per fata minimè ſibi concedi. Nec minus apud Virgilium Iuno impotenter lamentatur, quòd una cum gente tot annos
I bellum gereret, neque Troianam claſſem, ut cupierat, ab Italia potuiſſet avertere. Cæterùm, nos Chriſtiani de Deo non ita loquimur, ut qui è Sacris lite-

Pauci vident quomodo præſcientia Dei patiatur rerum contingentiam.

Proverbium. Licentia poëtarum.

Sapiẽtia Chriſtianorum.

A ris perſpectiſſimum habeamus, nil apud Deum impoſſibile, & à Chriſto ipſo didicimus omnia Deo poſſibilia. Atque noſtra fides ad exemplum Abrahami huic præſertim innititur perſuaſioni, poſſe Deum præſtare quicquid promiſerit. Neque debemus in animum inducere, Chriſtum fuiſſe vel morte damnatum, vel adactum in crucem, aut invito aut nolente Patre. Voluit Deus iſta fieri, nulla neceſſitate adductus ineluctabili, ſed exuberante ac effuſa charitate in homines. Ita Scriptura nos docet, quæ ait: Sic Deus
B dilexit mundum, ut Filium ſuum dederit, &c. Et ad Rom. ſcribitur: Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Ipſe Chriſtus eadem dilectione incitatus eſt, ut pro nobis moreretur, & majorem hujuſcemodi charitatem docuit habere neminem, qua ponat quiſquam pro ſuis amicis vitam. Atque inde ſe modum humanæ dilectionis viciſſe declaravit, quod pro inimicis mortem oppetere voluerit. Vtque ſponte atque ultro mortem ſu-
C bierit, ſatis indicavit, quum in extremo convivio, quod agitavit ritu Paſchali cum Apoſtolis, ait: Deſiderio deſideravi hoc Paſcha vobiſcum edere.

Luc. 1. 37. Deo nil impoſſibile. Mat. 19. 26. Rom. 4. 21. Chriſtus non eſt traditus in mortem, invito patre.

Ioan. 3. 16. Rom. 8. 32. Ioan. 15. 13.

Luc. 22. 15.

33 Videmus ex his mortem Domini præcognitam atque præſcitam, neque Chriſti, neque Patris libertatem ullà ex parte violaſſe. Ideirco mirandus eſt admodum Cicero, vir alioquin doctiſſimus, contra quem Auguſtinus 5. de Civitate Dei circa quæſtionem hanc acerrimè diſputat, idque potiſſimum 6. & 10. cap. Controverſia inde pendet, quòd in lib. de
D Divinatione poſteriori omnia refelluntur, quæ fuerunt à Quinto fratre allata in priore libro, nititúrque Cicero prædictiones futurorum, & Dei præſcientiam omnibus modis infringere. Ideo Auguſtinus aſtrologos affirmat, longè tolerabiliores eo rationes habere: quia licet nimium ſyderibus attribuant, omnem tamen divinationem & præſcientiam non abſtulerunt. Et quidam medicus, ut in ſuis Confeſſionibus idem Auguſtinus tradit, homo ſatis gravis, & qui aſtrologiam deteſtabatur, quum interrogaretur, quinam
E fieret, ut Mathematici tot vera prædicerent, non auſus eſt adverſus omnem hiſtoriam & experientiam, omnem divinationem inficiari: ſed reſpondit, ſortem quandam eſſe in rebus diffuſam, eámque innuebat non eſſe incredibile, rationales animos quoquo modo ſentire. Nihil ſanè pugnantius fingi poteſt, quàm ex una parte affirmare Deum eſſe: ex altera verò, præſcientiam futurorum illi adimere. Eſaias propheta tantopere voluit iſta eſſe conjuncta, ut diceret; Annunciate nobis quæ futura ſunt, & dicemus vos Deos
F eſſe. Ciceronem verò parum conſtantem aut benè ſenſiſſe de Deo, liber quem conſcripſit de Natura deorum fidem facit: in quo ſub Cottæ perſona diſputando, contendit Dei naturam tollere funditus. Et certè deplorandum eſt, tantum virum in id impegiſſe, quod à Pſalmo Davidis inſipientibus exprobratur. Nam illic habetur: Stultum in corde ſuo dixiſſe non eſſe Deum. Quo autem conſilio eas partes in Dialogo Cottæ dederit, qui Pontifex erat, non ſatis intelligo: niſi fortè id ſpectaverit, nullos fermè repe-
G riri qui de Deo, & liberius loquantur & peius exiſtiment, atque illi quorum fidei ſacra & ceremoniæ creditæ ſunt. Et quia Tullium non latuit odioſiſſimum eſſe, opinionem profiteri, qua Deus negetur: ideo quum diſputavit quantum ſatis viſum eſt, ad finem libri pro Lucio Balbo fert ſententiam: ita tamen ut Velleio dicat probatam Cottæ opinionem. Fuit Cicero vir non tantum doctrinæ, ſed cum primis civilis facultatis admodum ſtudioſus, cúmque putarit humanarum rerum ſtatum everti, ſi liberum arbi-
H trium ſublatum eſſet, idémque non agnoverit, qua via cum præſcientia futurarum rerum hæc libertas retineri poſſet, Deo potius adimi paſſus eſt ſapientiam, quàm noſtræ voluntati libertatem. Vnde colligere licet, in quas tenebras & rerum obſcuritatem peccatum primi hominis genus humanum præcipitaverit. Quænam inſania eſt, Deum omnium creatorem, ex arce ſuæ ſcientiæ velle dejicere, ut ſerves hominem? Hic eſt ille ſui ipſius amor nimius, qui paſſim à Scripturis damnatur. Omnia priuſquam noſipſos
I perire volumus. Non hæc ſuadet pietas. Quare nos divino Spiritu edocti, utrumque fatendum prædicamus, & Deum omnia præſcire, & noſtram animi libertatem,

Præſcientia & prędictio mortis Chriſti eam non fecit non eſſe liberam ac voluntariam.

Si Deus eſt, præſcit futura.

Eſa. 41. 23.

Liber de natura deorum prodit ſenſum Ciceronis.

Pſal. 14. 1.

Peccatum primi hominis tenebras offudit.

Digitized by Google

Rom.8.29. Eph.1.4. Matt.10.29. & 30.

Noſtri ipſorum amor principium impietatis.

Præſcientia Dei, & libertas non pugnant.

bertatem, ut antea expoſuimus retineri: ſic nos inſtituunt Sacræ literæ, in quibus legimus, Quos præſcivit, hos & prædeſtinavit, ut conformes fierent imagini filii ſui. Nóſque antea jacta fundamenta mundi, fuiſſe à Deo electos, ibidem audimus, & noſtros capillos capitis omnes ad unum enumeratos: Neque paſſerculos abſque ſummi Patris voluntate, cadere. Et cùm Deum exiſtimemus rectè ac justè omnia facere, ſine ratione atque intelligentia ipſum agere non poſſumus arbitrari.

Ciceronis argumentatio.

34 Sed age, ſpectemus propius Ciceronis argumentationem: Si præſciantur (inquit) futura, res inter ſeſe certum ordinem habebunt: & quum nihil abſque cauſa fiat, ordo quoque & connexio cauſarum neceſſariò dabitur. Vnde conficietur, cuncta quę aguntur ex neceſſitate fieri, quare justæ ſalutaréſque leges peribunt: nullæ autem monitiones aut objurgationes relinquentur, neque religioni aut precibus locus eſſe poterit. Propterea utrum è duobus malis oportet eligas, aut divinationem præſcientiam Dei eſſe, aut humanæ voluntatis liberam facultatem conſervare. Vtrumque ſimul haberi non poteſt. Pugnant focum ut opinatur. Quare videtur ſibi neceſſarium omnino eſſe, ut unum iſtorum propugnetur & defendatur: alterum verò, ut falſum & inutile repudietur, qua deliberatione ſuſcepta, ut Auguſtinus non minus acutè quam piè dixit, Cicero alioquin vir prudentiſſimus, dum nos liberos cupit, ſacrilegos facit, qui Deum expoliemus futurarum rerum notitia. Atque diligenter eſt animadvertendum, argumenta ejus non minus facere contra noſtrorum Prophetarum vaticinia, quàm ethnicis divinationibus adverſentur, de quibus ille tùm diſceptabat. Quamobrem ſcrupuloſæ ejus rationi occurrendum ita cenſemus. Detur ei ut petit, ad præſcientiam Dei ſtatuendam, finitum certúmque ordinem eſſe coram Deo cùm rerum tùm cauſarum. Sed quod poſtremò infert, omnia propterea neceſſariò eventura, negabimus. Etenim tametſi ordo cauſarum ſtatuatur, non tamen inde conſequitur, non poſſe aliquas inter illas inveniri, quæ ſuam libertatem, vel (ut loquuntur) contingentiam ſervare poſſint: videtúrque Cicero in hoc aberrare magis quàm Stoici. Nam is, ut ſalva ſit hominis libertas, omnem vult ſublatum ordinem cauſarum atque futurorum prædictionem funditus everſam, quæ adeò in Dei natura inhærent, ut illis exſpoliata conſtare non poſſit. Illi vero, ut nihil detrahant naturæ divinæ, ſuum fatum inducunt, úteque noſtra voluntas integra & ſalva locum habeat, ex cauſarum connexarum ordine, prorſus eam ſubmoverunt.

Ordo cauſarum corà Deo conceditur.

Inter cauſas aliquæ contingenter, aliquæ neceſſariò agunt.

Cicero magis quàm Stoici peccat.

Stoici voluntatem ex ordine cauſarum ſubmovent.

35 Sed hic eſt pes cum eo conferendus, ut conſtanter defendamus, Dei notitiam nihil voluntati noſtræ obeſſe, licet futura comprehenderit. Nihil enim voluntas humana unquam efficiet, niſi quod illam Deus & præſciverit, & voluerit efficere. Cùm me, ille cras aut curſurum aut lecturum præſciverit, legam quidem & curram, non tamen ulla neceſſitate adactus, ſed (ut loquuntur) contingenter: nam potuiſſem, quod ad me attinet, neutrum facere. Quod ſi urgeas, nihilominus facies, ut Deus te facturum novit. Fateor: ſed inde non ſequitur, me non potuiſſe aliter facere, quia non ſemper quicquid poſſumus id facimus, imò complura fieri poſſent, quæ neutiquam fient. Et quod legerim aut cucurrerim omnino à mea electione profectum eſt. Quia in noſtra poteſtate, omnium maximè id eſt, ut velimus aut nolimus. Cùm itaque aiunt: Quia Deus præſcivit cras te lecturum eſſe, idcirco neceſſario leges: interrogandi ſunt viciſſim, num intelligant neceſſitatis nomine coactam & reluctantem voluntatem. Quoniam ſi hoc voluerint, id conſequi omnino inficiabitur. Quia fieri poteſt, Deum præcognoviſſe me aliquid facturum, idque non invito aut coacto animo, ſed volenti eſſe facturum. Sin autem per neceſſarium intellexerint, omnino id à me faciendum eſſe, non reclamabimus. Quandoquidem non eſt modò controverſia de re quæ agatur, aut non agatur, ſed tantùm de modo & forma agendi inter nos differitur. Neq; ut exiſtimavit, admonitiones, leges, objurgationes, aut religioſæ preces tolluntur. Valebunt quidem hæc, & frequentius quàm ille ſibi perſuadeat. Quia Deus non modò ſalutem hominum præcognitam habet, ſed etiam rationes & media, quibus eos velit juvare, intelligentia ſua complectitur. Quare ſi viderimus fratrem commemoratis remediis opus habere, audacter illis utamur. Proderunt enim, quantum Deus ipſa & præſcivit & voluerit utilia eſſe. Neque ab officio deſiſtendum eſt, quanquam omnes mortales fortaſſe affirmaverint, nos operam ludere. Quia legem nobis præſcriptam ſequi debemus, non arcanam Dei præſcientiam, de qua compertum non habemus quidnam de futuris decreverit. Cúmque præſcientia Dei non ſit natura, vel (ut loquuntur) eſſentia noſtri animi, de actionibus, quæ ab illo proficiſcuntur, judicium ferendum eſt, quales exiſtimari debeant ex animi & voluntatis natura, non ex eo quod extra illam poſitum eſt. Ideo cùm voluntatis ingenium ſit, ut neque invita neque coacta moveatur, id illi non poteſt ab ulla re externa obtrudi. Citius poteſt everti ut non ſit, quam ut ab ea actio deducatur violenta: quemadmodum facilius auferes à quovis noſtrûm ut ſimus homines, quàm ut cum ſumus homines, rationali anima non inſtruamur. Quoniam è veſtigio ut animam ratione deſtitutam induxeris, nemo amplius homo eſſe poterit.

Deus prævidet nos aliquid eſſe facturos, verum animo volenti ac ex electione: unde ita faciamus.

In præſcientia, obeitur rem præcognitam omnino futuram, at non elicitur coactè futuram.

Monitiones, adhortationes, & preces non tolluntur.

Actiones noſtræ judicari debent à principio noſtro intrinſeco, nō ab extrinſeco.

Nunquam voluntas noſtra poteſt cogi.

Multa poſſunt fieri, quæ non fient.

Duplex neceſſitas.

36 Quin ſi pergas interrogare, dandúmne id ſit, me cras neceſſariò lecturum eſſe, cùm Deus hoc præſciverit: Reſpondebimus, ex conditione ſeu hypotheſi, aliquam neceſſitatem poſſe dari, non tamen perfectam aut abſolutam. Quare cùm illa quam concedimus, optimè congruere poteſt libera voluntatis electio. Porrò diſputat Ariſtoteles in Ethicis, & quidem eruditè, ut ſolet omnia; Num jactura quæ fit in mare, quando naufragium imminet, ſit collocanda inter voluntaria. Et quanquam ibi fateatur neſcio quam actionem eſſe commixtam ex voluntario & involuntario, concludit nihilominus, ejus generis actiones ad voluntatium cenſum ſpectare. Quia pro eo tempore quo naturæ periclitantur, illas & volunt & ſibi omnino deligunt. Quod ſi tantus philoſophus non eſt veritus, in hoc actionum genere ponere voluntarium, ubi homines vi quadam experiuntur ſe coarctari, ad id eligendum quod extra illam aleam poſiti nunquam eſſent facturi: quantò magis voluntarium à noſtris communibus & uſitatis actionibus non auferemus, ubi ſentimus nos ultrò, & animo quàm maximè volenti ea facere ac expetere qua viſa fuerint, tametſi non ambigamus ipſa Deum longè antea præſciviſſe? Et neceſſitatem hujus generis, quam ex hypotheſi conſtituimus, liberam facultatem noſtræ voluntatis non evertere: Chryſoſtomus dilucidè oſtendit, dum ſuper Epiſtolam ad Corinthios ſcribens, ea verba interpretatus eſt: Hæreſes eſſe oportere, ut hi qui probati ſunt inter nos, manifeſtentur, ait: Neque diſſimili forma loquendi Chriſtus utebatur, cùm diceret, Neceſſe eſt ut ſcandala eveniant, attamen væ homini illi per quem ſcandalum contigerit. Item Apoſtolis dixit. Oportuit Chriſtum pati, atque ita pertingere ad gloriam ſuam. Omnia hæc in Sacris exponenda ſunt, ut cùm neceſſaria dicantur, nihil tamen de natura humanæ voluntatis detrahendum ſit. Solétque appellari à Scholaſticis iſta neceſſitas non quidem conſequentis, verùm conſequentiæ.

Neceſſitas ex hypotheſi conceditur non abſoluta.

Chryſoſt. 1.Cor.11.19. Matt.18.7. Luc 24.26.

Scholaſtici conſtituunt neceſſitatem conſequentiæ, & conſequentis.

37 Dictitant nonnulli: Hæ diſtinctiones certè nos nihil juvant ſi quæ Deus præſcivit, omninò ſunt eventura. Imò poſſunt non mediocriter, quia hinc intelligimus humanam voluntatem minimè cogi, ſed ſponte ac ultrò quicquid voluerit expetere. Alioquin te viciſſim rogauero, veliſne ſalvus eſſe, Deo invito ac non approbante? non arbitror. Quod ſi eo volente ſalvus eſſe velis, neceſſe eſt, ut tuæ ſalutis non ſit ignarus. Quandoquidem comparatum eſt, ut quod ignoraverit nemo velit. Perſæpe nobis uſuvenit, ut ſpectemus una colludentes neque tamen dicere auderemus aſpectum & notitiam quam habemus, neceſſitatem ludentibus ferre, & tamen dum illos videmus in luſu, eos ludere neceſſarium eſt. Quocirca quemadmodum ea neceſſitas, voluntatis eorum naturam non infringit, ita Dei præſcientia hominis arbitrium non cogit. Ogganniunt aliqui, ſimile hoc alienum eſſe à quæſtione propoſita: quia nullus unquam ſpectat ludentes, qui re ipſa non exrent atque ludant, cùm Deus ponatur noſtra uſque inde ab initio præſenſiſſe, cùm adhuc neq; nos neq; actiones

Simile.

Digitized by Google

Nemo ſuam culpam in Deum rejiciat.

noſtræ ullæ extarent. His ergo dixerim, non aliter omnia Deo eſſe præſentia, atque illi qui ludunt in conſpectu verſentur ſpectantium. Caveat igitur ſibi quiſque, ne peccatorum ſuorum cauſas in Deum rejiciat. Et cùm hujuſcemodi cogitatio ejus animum ſubit, reſpiciat cupiditatem, voluptatem, iram, odium atq; alias animi perturbationes, ex quibus vehementer laborat & ex his fontibus vitiorum ſuorum cauſas petat. Neq; multum hac in re Peripateticis tribuendum eſt, qui Deum inficiantur ſingularia intelligere, ne divinam mentem videantur abjectam & vilem exiſtimare, ſi à caducis rebus notitiam ſuam hauſerit. Hoc noſtra dogmata non cõſequitur: quia Deum credimus ex ipſo perfectam habere omnium rerum notitiam, neque illi opus eſſe ut eam aliunde ſibi vendicet.

Peripatetici taxantur.

Ad Tertium.

38 Quod autem tertio loco potentia Dei judicabatur, adverſus libertatem noſtram pugnare, non eſt ſolidum neque firmum: Quia licet Deus immenſa vi, qua præditus eſt, agat quicquid libuerit, rerum tamen ſtatus & naturas integras patitur, neque illas violat, aut aliter inflectit, quàm conditio earum ferat. Ideo in libro Sapientiæ dicitur: Deum à fine uſque ad finem attingere fortiter, & omnia ſuaviter diſponere: ſive, ut Græcus habet codex χρηστῶς, id eſt, utiliter: quod neutiquam dici poſſet, ſi Dei ſumma potentia rerum naturæ inverteretur. Summa eſt: Deum hic moderari ſuæ potentiæ in orbe adminiſtrando, ut actionem ſuam quibuſque rebus congruè accommodet. Peccatum videbatur obſtare quarto loco libertati arbitrii, quaſi ſic debilitaverit humanas vires, ut amplius quodammodo nil poſſent. At non multa verba de hoc in præſentia facere oportet. Quia ſatis ſupérque demonſtravimus in his quæ dicta ſunt, quàm noſtra libertas à peccato fuerit imminuta, atque id maximè quo ad actiones verè ſolidéque bonas, quæ Deo & gratæ ſunt & acceptæ. Nec non expoſitum eſt, noſtram libertatem haud propterea funditus eſſe ſublatã, imò adhuc multum reſiduum eſſe.

Sap. 8. 1.

Dei potentia quicquid vult agit, ſed naturas rerum non corrumpit.

Ad Quartum.

Ad Quintum.

39 Adhæc, de cœlorum viribus non multis agendum erit, quum aſtronomi jactant in ſuis ipſorum libris, ſapientem aſtris dominaturum. Quòd ſi eſſent ineluctabilia quæ ab eis prædicuntur, omnis illorum quæſtus difflueret: quandoquidem ſcientiam earum rerum nemo vellet redimere quas vel induſtria vel ſtudio ſe crederet, neque vitare neque immutare poſſe. Quod citra controverſiam ſequeretur, ſi prædicationibus ſuis extremam neceſſitatem imponerent. Hinc preces, pietas, omniſque divinus cultus auferretur. Quis enim Deum oraret, ut quidpiam obtineret, ſi id concedi ſibi non poſſe jam eſſet perſuaſus? Vtque Auguſtinus dicebat, qui ſic opinantur, magnam cœlo injuriam faciunt. Nam ibi credunt curiam eſſe deputatam, qua jubeantur neceſſitate ineluctabili facinora: quæ ſi eſſet in terris, eam deleri oportuit, quantò minus credendum eſt, ipſam in cœleſtibus ferri à Deo? Quódnam judicium obſecro relinquetur, ſi omnia coacti agimus? Hoc nonnulli excuſant, dicentes, à cœlo tantùm ſignificari quæ futura ſunt, nos tamen inde nulla neceſſitate agi: & locum producunt ex lib. Geneſ. quo videtur dici ſidera poſita eſſe ut ſigna. Verùm ille locus accipiendus eſt, quo ad tempora, ventos, pluvias, tempeſtates, atque alia id genus. Quomodo autem defendere poſſint, in cœlo ſe videre certa ſigna eventuum, potiſſimum quoad res humanas, non facilè probabunt. Quid enim reſpondere poterunt de gemellis, qui quum eadem hora concipiantur, eundémque habeant cœli aſpectum: at ut experientia docet, diverſiſſimos omnino ſortiuntur eventus? Eſtque dignus lectu Auguſt. 5. de Civitate Dei, cap. 2. ubi ſcribit: Quandoque contigiſſe, ut duo fratres, ita conſimilibus affectionibus laborarint, ut quum unus ægrotarit, alter quoque malè habuerit, & quando unus convaleſcebat, alter etiam relevabatur: qua de re interrogatus Hippocrates, reſpondit, ſe exiſtimare illos fuiſſe geminos, & ideo ejuſdem naturæ habere corporis temperaturam. Poſſidonius verò Mathematicus, totum id acceptum referebat aſtris, quòd eodem cœli aſpectu in ortu ſuo uſi eſſent. Sed quid (inquit Auguſt.) iſti de geminis dicent, atque infinitis animantibus, quæ naſcuntur iiſdem horis ac momentis, & adeò diverſam eventuum ſortem nanciſcuntur? Et atteſtatur Auguſtinus exemplum hoc à Cicerone deſumptum, quod tamen hodie in ejus libris non legimus, niſi forſitan in libro de Fato id ipſe compererit, quem nos dilaceratum, & omninò imminutum habemus.

Sapiens dominabitur aſtris.

Genethliaci ſunt injurii contra cœlum.

Gen. 1. 14.

Gemelli. Auguſt.

Duo fratres omnino conſimiles.

Ad Sextum.

Stoici non prorſus humanam voluntatem à fato liberabant.

40 Fatum præterea, quod Stoici ponebant ſummam habere neceſſitatem, nobis non adverſatur: Quandoquidem ipſum non ponimus. Illi ab eo eximebant hominum voluntatem: quoniam omnia exiſtimabant peſſum itura, ſi eam ſub fato cum aliis cauſis comprehendiſſent. Non tamen viſi ſunt humanam voluntatem prorſus à fato liberare, niſi quoad primam electionem, quam prorſus in noſtro arbitrio ſitam voluerunt. Verùm cum aliquã elegerimus cauſam, quæ ſub fato contineretur, neceſſario volebant ſubſequi, quæcunque illi adjuncta eſſent: Vt de Laio Euripides dixit: Non procreare liberum illi fuit, ſed poſtea quàm genuit, ſubire illum oportuit, quæ fato contineri Apollo vaticinatus fuerat. Nos verò, ut prius diximus, res connexas eſſe non negamus, ut Deus illas & ordinavit & præſcivit: ſalva tamen earum natura, & conditione. Nam quibuſcunque debetur contingentia, ut loquuntur, eam habent: & quibus convenit neceſſitas, ipſa conſtringuntur. Verum enim verò Gratia, quæ denique viſa eſt liberum arbitrium oppugnare, illud non aufert, ſed potius adjuvat atque reſtituit. At volumus jam hæc miſſa facere, ne ſubtilius diſputemus atque deceat Chriſtianos. Quiſque ſuam vocationum ſequatur, & de arcana atque occulta Dei voluntate, Præſcientia & Prædeſtinatione, deſinamus plus æquo inveſtigare. Sectemur autem illam Dei ſententiam, quam in ſacris literis expoſitam dilucidè habemus. *Alium eiuſdem argumenti locum, vide ad calcem huius operis. Caterùm Diſputationi de voluntate, commodum erit locum de Affectuum natura ſubiungere; quorum cognitio ad virtutem & vitiorum tractationem eſt perutilis.*

Quomodo ponamus connexionem.

Ad ſeptimum.

Affectus quid ſint.

41 Affectus vis quædam eſt ſeu facultas, qua propoſita nobis objecta vel perſequimur, vel fugimus: Atque in animantibus qua ſunt animantes & ſentiunt, cognitionem ſequitur: & alii quidem affectus contactum ſequuntur, alii verò cogitationem vel opinionem comitantur. Qui ſequuntur contactum, ſtatim ut ſenſus incidit in objectum congruum vel incommodum, aut perſequuntur aut fugiunt. Eſt enim voluptas, quando inter ſe congruunt ſenſus & objectum: cùm verò ſecus, dolor habetur. Dúmque nervi læduntur, magnus oritur cruciatus, qui ſanè non eſt opinio vel cogitatio, ut permulti ſtultè finxerunt. Nam citra cogitationem vel opinionem corpus ipſum malè afficitur, neq; in noſtra opinione vel imaginatione ſitum eſt, ut objecta hujuſmodi commutemus. Nam quæ ſunt dolorifica, ſemper nervos ad ſenſum pertinentes malè afficient atque corpus vexabunt, & viciſſim quæ natura ſua jucunda ſunt ſemper delectabunt, modo ex aliqua prava qualitate corpus non ſit malè affectum. Qui verò affectus tactum non ſequuntur, ex cogitatione vel imaginatione ortum habent, & excitantur, licet objectum externum non adſit præſens. Et ſunt motus cordis, quibus perſequimur vel fugimus objecta, prout verè aut falsò cogitatio illa vel commoda vel incommoda oſtendit. Vocantur ii affectus πάθη. Non itaque ſunt cogitationes, verum ex illis oriuntur. Sunt verò ii multiplices: aliqui enim ſunt ſimplices, alii compoſiti. Simplices numerantur quatuor: Lætitia, Triſtitia, Spes & Metus. Nam objectum quod offertur, aut bonum eſt aut malum. Et illud oſtenditur à cogitatione, vel ut præſens, vel ut mox venturum. Si bonum oſtenditur præſens oritur Lætitia, quæ motus eſt cordis, quo ſe dilatat & extendit, amplectendo ſuaviter præſens bonum. Sin verò non adeſt bonum, ſed expectatur, ſpes naſcitur, motus cordis quo ſe dilatat, præparátque ſeipſum ad illud bonum amplectendum cùm venerit. Malum verò præſens oſtenſum, à corde fugitur: nam Triſtitia motus eſt cordis quo ſeſe contrahit, ut malum præſens evitet. Quòd ſi oſtendatur futurum malum, metuimus: & eſt is affectus motus cordis quo ſe contrahit, ne à malo venturo prematur. Ii ſunt affectus ſimplices, dati animantibus ut non tantùm ad ſalutem ſuam utantur cognitione,

Affectus qui ſequuntur tactum.

Affectus qui ex cogitatione oriuntur.

Affectus ſimplices. Lætitia. Spes. Triſtitia. Metus.

ſed ſi

Digitized by Google

ſed ſi adjumentum illud eſſet debile, ſint adjuncta hujuſmodi calcaria quæ nos incitent ad ſalutem, & ab incommodis revocent. Sunt quaſi venti quibus navis impellitur. In tertia ſpecie qualitatis reponuntur. Et licet prima ſpecies & ſecunda valeant plurimum ad animantia gubernanda & regenda, ii tamen ſunt fortiores gubernatores, & majori agunt impetu quàm habitus, aut naturales potentiæ. Verùm ſunt alii hujus generis affectus, non ſimplices: nam componuntur ex pluribus, ut ira, quæ dolorem ſimul & lætitiam comprehendit: & alii ejus conſimiles.

Affectus compoſiti.

42 Modò ſupereſt ut videamus quæ ſint organa ſeu loca iſtorum affectuum. Plato iram in corde, cupiditatem & lætitiam in jecore poſuit. At Ariſtoteli ſecus viſum eſt, qui tam iram quàm dolorem, lætitiam, & conſimiles in corde collocavit, tametſi naturales affectus, nempe qui pertineant ad vim vegetantem in organis ei facultati propriis Ariſtoteles etiam collocaret. Hujuſmodi verò ſunt, fames, ſitis & impetus ad liberos procreandos. Neque inficiaretur inter hujuſmodi viſcera jecur obtinere principatum, quia in eo prima eſt ſanguinis officina, & is humor cum alimonia eſt, tum ſeminis propria materia. Sed miſſis iis naturalibus affectibus, qui notitiæ non ſunt conjuncti, de iis agamus, qui adjunguntur aut ſenſuum apprehenſioni aut cogitationi. Et cùm eos juxta opinionem Ariſtotelis in corde conſtituamus, noſtram hanc ſententiam probemus argumentis. Certè ſicubi collocanda ſunt, aut in cerebro, aut in corde, aut in epate, id erit faciendum. In cerebro non ponentur, quandoquidem ibi vigent actiones & facultates quæ iis affectibus adverſantur, nempe judicium & ratio. Eadem verò facultas pugnantes actiones eodem tempore non producit. Actiones vero affectuum & judicii ſeu rationis inter ſeſe pugnare, vel illa Medea teſtatur apud Ovidium, quæ aiebat: Video meliora proboque, Deteriora ſequor. Atque iſta eadem ratione apparet, affectus iſtos, ut putarunt Stoici, non eſſe cogitationes aut opiniones, cùm iſtæ actiones in cerebro conſiſtant. Proinde reliquum eſt ſi non ſint in cerebro, vel in corde, vel in epate ponantur. Non quidem epati queunt adſcribi: quia illi affectus qui eò ſpectant, judicio & ratione haud regi queunt, ut fames, ſitis, impetus ad procreationem. Poteſt quidem judicium ſeu ratio imperare facultati moventi, ne cibum capiat, ne bibat, ne generet: at ne ſe prodat, ne incitet, perturbet ac extimulet, non poteſt efficere. Illi vero affectus, qui notitiam ſeu cognitionem ſequuntur, ratione ac judicio cohiberi queunt. Igitur non ſunt ejuſdem rationis cum iis qui ponuntur in epate: quare non ad illam corporis partem, ſed ad cor attinebunt. Atque cum iſta ſententia, quæ (ut putamus) Ariſtotelis eſt, divinæ literæ faciunt, quæ inquiunt: Diligas Dominum Deum tuum toto corde, tota anima & omnibus viribus: offenſiones ejus metuas.

Loca ſeu organa affectuum.

Cor eſſe ſedem affectuum.

43 Sed notandum, famem, ſitim, quandoque accipi pro ipſo defectu, quando ſumus exhauſti. At hoc modo à judicio & ratione minimè poſſunt regi, neque inde ortum habent. Sed is dolor qui conſequitur ad cor attinet, cùm prior exinanitio ſit in organis quæ vegetanti facultati ſerviunt. Quo etiam ad affectus qui ſenſum tactus conſequuntur, duo ſunt conſideranda. Solutiones continui, dilacerationes & combuſtiones, illa fiunt in carnibus & nervis: dolores verò qui ſequuntur, ſunt motus cordis. Neque prætereundum, cor ipſum alios præter affectus habere motus, nimirum pulſus: verùm de illis in præſentia non eſt agendum, ideo redeo ad affectus. Quos cùm dixerimus cordis motus eos non credendum eſt eſſe violentos, cùm ex ipſa natura principium habeant: oriuntur enim à cordis viribus. Sciendum tamen hunc eſſe naturæ curſum, ut quæ vehementiora ſunt, noceant, imò vitient & corrumpant. Vt ſi nimia ſit lux perdit oculos: nimius calor nimiumque frigus animantia extingunt: quæ verò ſunt moderata, proſunt & ſervant. Quod idem eſt de affectibus cenſendum. Vehemens dolor, timor aut lætitia, ſunt noxia: cùm verò adhibetur modus, permultas utilitates habent & commoda. Iam de cauſa formali eſt ſatis dictum: docuimus enim motus eſſe cordis, qui ſequantur notitiam ſenſuum, aut cogitationem vel opinionem, qui tamen ſint naturales, non violenti. Quid etiam de materia vel ſubjecto ſit ſtatuendum, oſtendimus. Id modò ſupereſt, ut de efficiente cauſa dicamus. Illa verò eſt objectum, quo ſenſus aut cogitatio movetur. Illud nempe bonum aut malum, ſive præſens, ſive futurum, quod ſe offert. Eſt etiam cauſa efficiens, vis cordis, quæ illud ſtatim movet ad perſequendum vel ad fugiendum quod offertur. Verùm inter objectum & vim cordis excitatam media intercedit notitia: non enim ab objecto vis cordis excitatur, niſi per cognitionem. Illicò enim ut objecta vel per ſenſum vel per cogitationem ſunt apprehenſa, ſpiritus qui cognitioni ſerviunt, cor ipſum feriunt, excitatúrq; vis cordis, unde vel ad fugam vel ad perſequutionem movetur. Notandum tamen pro vario temperamento corporis, motum hunc cordis aut tardum aut celerem incitari: atque ob affectus in aliis fiunt vehementiores, in aliis verò languidiores. Humores calidi & ſicci facilè ac vehementer exuſcitant: qui verò ſunt frigidi & humidi, ſunt aliquanto tardiores, à quibus eſt neceſſe ut affectus nonnihil remiſſi proficiſcantur. Deinde pro affectuum natura ſeu conditione humores moventur. In dolore ſeu timore atra bilis, in lætitia ſanguis, in ira flava bilis excitatur. Motus deinde ſunt, aut contractionis, aut profuſionis. Quando quod objectum offertur bonum fuerit, effundit ſeſe cor ad excipiendum: Sin verò malum fuerit, ad interiora ſe retrahunt humores. Hinc pallores in facie, hinc rubores, prout ſanguis ad interiora refugit, vel ad partes exteras ſeſe effundit. Atque tantùm de cauſis eorum dictum eſto.

Quomodo affectus naturales ad cor pertineant.

Affectus non ſunt motus violenti.

Cauſa efficiens affectuum.

Quare affectus in aliis vehementiores aut languidiores.

44 Nunc duo videnda reſtant. Primum, hos affectus non eſſe vel cogitationes vel opiniones, ut Stoici ſenſerunt. Deinde haud omnes ceu vitioſos & malos accuſandos. Primum demonſtrari poteſt facilè in illis qui naturales vocantur, ut fames eſt & ſitis. affectus ii abſque ulla cogitatione nos invadunt. Quis etiam cogitationem dixerit aut opinionem, cùm affligimur ſolutione continui, nervorum dilaceratione, aut flammæ ſeu ignis combuſtione? Poſſunt & idem ſuadere στοργὴ φυσικὴ parentum in liberos, quæ non modò in hominibus, verùm & in brutis acerrimæ ſunt. Verùm quia res clara eſt, non multum in ea judico immorandum. Quoad ſecundum igitur, nonnullos affectus vitium adjunctum habere non diffitebor. Sed permultos bonos oſtendam, & illos qui mali ſunt hominum culpa non ſua natura malos eſſe. Poteſt primùm interponi erroris vitium: non enim ſemper de objectis, quæ ſeſe offerunt, benè judicamus. Quod malum eſt pro bono interdum accipitur, & quod eſt bonum exiſtimatur malum. Comitantur autem affectus hæc animi judicia, ut demonſtravimus. Vnde vitium à judicio tranſit in affectum. Apoſtoli contumelias quas pro Chriſti nomine patiebantur, ut ſibi honorificas judicabant, ideo læti & gaudentes à concilio recedebant. E diverſo cùm à filio pelleretur David è regno, dolebat: quia ſuam dejectionem videbat ſcandalo eſſe hominibus, qui ſciebant quid per Propheras Dominus Davidi promiſiſſet. Suo deinde vitio iſta videbat evenire: atque cùm hæc mala eſſent, non poterat non dolere. Vtrique David & Apoſtoli de rebus objectis rectè judicabant, licet diverſis rationibus quę accidebant exiſtimarent. Vani homines adulationes vera bona exiſtimant, ideoque illis delectantur. Alii rectius de illis ſtatuunt: vident enim ludibria eſſe, atque ob id adverſantur. Gaudent boni ſolidis virtutibus, quia de illis rectè judicant. Alios videas eas odiſſe, cùm judicio corrupto laborent. Vitium itaque aut rectitudo affectuum provenit ex vera ſeu falſa rerum objectarum exiſtimatione. Non autem æquum eſt omnes affectus vitioſos dicere, quia multi homines abducti errore, in pravos iſtos motus animi impingunt: nam qui non errant, affectibus erroris non læduntur.

An affectus ſint opiniones?

An omnes affectus ſint vitioſi.

Affectus vitioſi ſunt ex errore judicii.

45 Aliud vitium eſt in affectibus non quidem ex errore, ſed quia nonnulli ſunt qui rectæ rationi adverſantur. Vt cupiditas rerum alienarum, cædis, adulterii, & conſimilium. Hi debent affectus jure damnari, ſed non propter eos eſt in univerſum ſententia proferenda, quoniam & alii ſunt rectæ rationi ſanoq; judicio conſentanei, ut amor erga virtutes, odium vel ira contra peccata: qui affectus rationi congruentes,

Affectus vitioſi qui rectæ rationi adverſantur.

Affectus boni & laudabiles.

non tantùm honeſti ſunt ac laudabiles, verùm etiam vehementer utiles. nam dati ſunt ut calcaria quædam ad benè vivendum. Non enim ſatis eſt noſſe bona, ſed ad illa oportet vehementer impelli. Sunt autem affectus ceu nervi, quorum contentione, aut remiſſione, levius aut incitatius commovemur. Quis non videat illud eſſe veriſſimum, iracundiam eſſe cotem quandam fortitudinis? Admodum eſſemus ad actiones & quidem honeſtas ignavi, niſi adhiberentur hęc incitamenta. Eſſemus ut navis in mari deſtituta ventó. B Quamobrem non eſt natura ipſa affectuum vitioſa, cùm permulti ſint valdè utiles ac honeſti. Certè Deus organa dedit iſtorum affectuum, adjecit humores qui eis inſerviant, & notitias quas comitantur. Quare negari non poſſunt opera Dei, & præſertim cùm affectus hujuſmodi lege ſua exigat. Vult enim ut Deum amemus, timeamus, ut diligamus proximos, ut ſervi dominos timeant. Súnteque refertæ divinæ literæ hujuſmodi præceptis.

ἀπάθεια eſt repudianda.

Quare ἀπάθεια illa Stoicorum, C quamque Baſilius, Nazianzenus, & hujuſmodi patres interdum videntur prædicare, omnino eſt repudianda. Chriſtus flevit, triſtis fuit uſque ad mortem, miſericordia movebatur: quamobrem non fuit ſine affectibus. Non itaque perfectioni humanæ affectus adverſantur. Vitia quidem ſæpe accedunt corruptæ naturæ culpa, ſed opera danda eſt, ut vitioſos affectus corrigamus, bonos autem & qui rationi ſunt conſentanei conformemus & inſtauremus. Quod feciſſe legimus ſanctos viros & pios heroas in utroq; Teſtamento. D Non quidem illi affectus ut duces ſequebantur, ſed illis ad virtutes & egregia facta, quæ Deus imperabat, utebantur. Neque in Sacris literis obſcurum eſt, heroicos illos viros fuiſſe divinitus percitos quibuſdam vehementioribus affectibus.

Vnde ſit diſſenſio affectuū à ratione.

At dubium eſſe poteſt unde vitioſi exceſſus affectuum, aut in aliquibus tanta diſſenſio à ratione, ut eſt cupiditas rerum aliarum, cædis, ſtupri, adulterii, quæ nullo modo probari poſſunt, ortum habuerint. Ad quam quæſtionem ex divinis literis facillimum eſt reſpondere: E quia per unum hominem, id eſt, per Adami lapſum peccatum intravit in mundum. Philoſophi vero qui hoc non intelligunt, ad temperamenta corporum, & ad ſtellarum aſpectus ac motus confugiunt. Sed ut res ipſa declarat, ex illis cauſis nequeunt perfectè rationem reddere.

Quomodo affectus regi poſſint.

46 Supereſt modò ut videamus, quomodo ii affectus regi atque corrigi poſſint. Prima via civilis eſt, per morales virtutes. Illæ quippe redigunt eos ad mediocritatem, & ſi tantùm ſpectaremus præſentem vitam, F ſatis eſſent: at revera coram Deo non ſunt ſatis, neque ad ejus tribunal iſta civilis juſtitia ſufficit. Ideo alia eſt adhuc opus regula, nimirum divinarum literarum, quæ nihil proſunt, niſi fide fuerint apprehenſæ. Regula iſta duplex commodum ſecum affert. Primum eſt id quod veræ juſtitiæ deeſt, cùm ſolum in morali ſtatu ſumus non imputatur, & ex plenitudine Chriſti complementum adſcribitur. Deinde vires adduntur majores ad reſiſtendum cupiditatibus. Ac denique per fidem ipſæ virtutum actiones & boni G affectus referuntur in Deum ſyncerè, quod abſque fide minimè fieri poteſt. Ideò in alienis hominibus à Chriſto ii moderati affectus utut ſpecioſi fuerint, peccata ſunt, non quidem ſua natura, ſed noſtro nativo vitio. Sumus enim ut infecta dolia, quæ vinum quamvis bonum in nos infuſum corrumpimus. Proinde cùm Deus omnis creaturæ ſit author, nilque fecerit quod non ſit bonum, neque ſubſtantias nudas nullóque adminiculo inſtructas condidit, ſed cuique dedit propenſiones & inclinationes ad ea H quæ ſalubria & utilia ſint: conficitur non ſolùm naturas atque ſubſtantias eſſe bonas, verum etiam affectus à Deo illis inſitos. Quamvis in hominibus impiis duo vitia hæc, quæ alioqui per ſe bona ſunt, contrahant. Primum ob peccatum originis adeò natura corrupta eſt & debilitata, ut boni affectus non ita ſint efficaces ut eſſe deberent. Deinde non diriguntur in Deum ut oportuit, ſed potius ad voluptates & terrenas delectationes captandas.

Hominum gradus quatuor.

Vnde videre licet quatuor hominum gradus. I Primi ſunt infimi, qui neque virtutibus moralibus, neque pietate ſunt præditi: in iis omnia videas perturbatione ac ἀταξία referta. Sunt alii deinde à pietate quidem adhuc alieni, ſed tamen A civiles, qui habitu quodam, affectus ad mediocritatem utcunque revocarunt. Tertii ſunt credentes in Chriſtum, qui etſi peccato ut reliqui mortales non carent, illis tamen haud quod peccant imputatur. Quarto & extremo loco ii ponendi ſunt qui vel ab initio ſunt à Deo conditi, vel hinc ſolverunt & jam ſunt cum Chriſto: ii utique vitioſos non habent affectus, neque prima, neque ſecunda, neque tertia de cauſa, verum illos omnino habent bonos, abſolutos atque perfectos.

In omnibus affectibus eſt aliquid boni.

Non tamen in natura ſunt ulli affe- B ctus adeò corrupti, adeóque vitioſi, quin ibi videre liceat aliquid boni. In omnibus quippe aliquid inſtitutionis divinæ apparet. Prima enim illa inchoatio, vel (ut ita dixerim) facultas & vis harum qualitatum, divinitus ortum habuit: ſed ἀταξία vel imperfectionis vel obliquitatis, quæ à peccato eſt corrupit.

Affectus pravi nocent voluntati & rationi.

Neque ii pravi affectus nocent ipſi tantùm animæ craſſiori parti, verùm etiam voluntati & rationi. Sic enim Deus revinxit & colligavit has animi vires, ut ſibi C mutuò inſerviant, nempe ut affectus rationi pareant, utq; ratio affectus regat & moderetur, ac motus cordis temperet. At ſecus agitur, voluntatiſq; tanta infirmitas eſt, ut collata cum affectibus, videri poſſit puer, íſque timidus, inſidens equo ferociſſimo. Proinde noſtræ hujus facultatis authores hunc ſibi propoſuere ſcopum, ut virtutibus affectus lenirent, atque rationem imbecillem corroborarent.

In quibus animi partibus ſint affectus.

47 Quæ verò eæ ſint animi partes, quæ vehementibus inſtructæ affectibus rationem perturbent D ac debilitent, Plato monſtravit, qui primo loco ἡγεμονικὸν ſtatuit, inferius verò ἐπιθυμητικὸν atque θυμοειδές. In iis itaque poſterioribus animi partibus affectus collocantur.

Affectus parens voluntati.

Has vero animi vires, ut antea dictum eſt, in capite, in epate, atque corde arbitratus eſt. Ariſtoteles verò ut genus accepit ὀρεκτικὸν, quod in tres partes diduxit ἐπιθυμίαν, θυμὸν & βούλησιν. Quæ partes quoniam per ſeſe patent, non opus eſt fuſius explicare. Hoc tamen addam, juxta rectum ordinem à facultate illa ſuperiori quæ βούλησις eſt, inferiores appe- E titus debere moveri, gubernari & regi, ut ſphæra ſuprema inferiores ducit, quemadmodum in 3. lib. de Anima ſcribitur. Et certè ita res habet. Inferiores vires, cùm excitantur, & ad aliquid faciendum impellunt, reguntur cogitatione & cogitatio à ratione. Ac experitur quilibet in ſeipſo, aliqua ratione naturali adhibita, ſedari commotos affectus, ceu venti ab Æolo finguntur comprimi.

An voluntate invita moveantur affectus.

Parent ergo in homine affectus ipſi voluntati, cùm in brutis ad affectuum impulſum illicò actio conſequatur: noſtræ verò affe- F ctiones imperium voluntatis perpetuo expectant, niſi aliquod ſeſe interpoſuerit impedimentum, ut in pueris & furioſis videmus evenire. Hic fortaſſe dixeris: In incontinentibus, nónne videmus voluntate invita moveri affectus? Reſpondemus, tumultuari quidem contra voluntatem, ſed nihil efficere quo ad motum & actiones, niſi voluntas juſſerit: eam ſanè affectiones oppugnant & turbant & vincunt denique, ac illam in ſuam traducunt ſententiam, quæ cùm fuerit aſſenſa & imperaverit, ſequuntur actiones, non G utique quemadmodum ab initio decreverat, ſed ut victa juſſerit.

An eadem ſit vis cupiens & iraſcens.

48 Sed arbitrati ſunt aliqui, Vim cupientem & iraſcentem eandem eſſe, quia contraria pertinent ad eandem facultatem. Convenientia vero naturæ, quæque illi nocent, contraria ſunt. Ergo ſunt objecta ejuſdem partis animi, ut album & nigrum viſus, linea recta & obliqua ejuſdem ſcientiæ, nempe matheſeos, ſanum ægrotum medicinæ. Ad hoc reſpondemus: Objecta iraſcentis & cupientis facultatis non ita di- H ſtingui per conveniens & noxium, ſed utramque harum partium bonum & malum ſpectare, verùm non eadem ratione. Quæ concupiſcit vis cupiens in bonum & malum reſpicit abſolutè, nempe ut hoc aſſequatur, & illud evitet. At nonnunquam interdum ſe interponunt impedimenta & corrumpentia, ita ut difficilè ſit hoc obtinere, vel illud effugere. Ibi ſe vis iraſcens exerit ad iſtas difficultates ſuperandas, pugnat & impedimentis acriter reſiſtit, quo vel apprehendamus bonum, vel effugiamus malum, prout cu- I pimus. Objectum itaque facultatis iraſcentis eſt bonum & malum, ut difficile atque arduum ſeſe offert. Spes maximè affectus eſt iraſcẽtis: nā fertur in bonū, ſed ab-

Digitized by Google

ſed abſens, ad quod obtinendum, impedimentum eſt devorandum expectationis, & impedimentorum vis & difficultas vincenda eſt. Quo autem ordine facultates eæ inter ſe ordinentur, hinc apparet: Quia iraſcentis impetus inchoat à cupiente & in eam deſinit. Cùm enim quiſpiam afficitur injuria, triſtatur: triſtitiæ verò affectus cupientis eſt facultatis. Malum hoc quo triſtatur læſus ut evitetur, ira ſe interponit, quæ ultione malum cupit depellere, ultio verò (ut omnes novimus) ardua eſt, ſed cùm perfecta fuerit, ſuccedit lætitia, quæ pertinet ad vim cupientem, atque ibi deſinimus iraſci. Vis itaque iraſcens tutatrix eſt & pugnax, & cupienti parti adverſatur. Illa enim labores & dolores refugit, hæc ſuperat, perfert, ac ea invita ſubit: & quando earum altera ſuam actionem contendit, altera viciſſim remittit. Qui depereunt vehementer mulieres, illis non iraſcuntur: & qui eis irati ſunt, minus illarum cupiditate flagrant. Proinde objectum iraſcibilis offendit cupientem partem, quoniam (ut jam diximus) labores & difficultates refugit, ad quæ iraſcens occurrit, & ſeſe paratum ad ſuperandum exhibet. Neque obſcurum eſt ex iis duabus animi viribus, iraſcentem magis ad rationem accedere: illius enim adjutrix eſt ad ſalutaria conſilia exequenda. Cupiens autem ſenſui propior eſt. Vtque in re jam ſatis (ut exiſtimo) perſpicua exemplis agamus: Audacia & metus hujus animi partes ſunt affectus: nam Audacia bonum difficile affectat: Metus vero malum refugit evitatu difficile: nam quæ non urgent & facilè poſſunt eludi mala, non metuimus. Hæc de affectibus in univerſum, de quibus non ſolùm philoſophus moralis diſputat, ſed & naturalis, & medicus, & rhetor.

Quo ordine ſe habeant vis cupiens & iraſcens.

De affectibus quomodo agant rhetores.

49 Atque ut miſſis naturalibus philoſophis & medicis, de rhetoribus aliquid dicam: Illi ut Ariſtoteles in 2. Rhetoricorum teſtatur, primùm quidem curant ut argumentis fidem faciant, ea vera eſſe quæ affirmant. Deinde animos & affectus judicum audientiúmque conſiderant. Id enim magnam habet ad cauſam pondus. Nam qui reum amant, aut non peccaſſe aut quam minimum peccaſſe credunt: e diverſo autem ſi oderint, aut non innocentem omnino eſſe, aut maximè ſontem apud ſe ſtatuunt. Hos affectus niſi orator immutet, leniat, aut in contrarium vertat, nihil prorſus efficit. Docet itaque ibi Ariſtoteles tria eſſe attendenda. Primum, quinam ſint proni ut hoc vel illo modo afficiantur. Secundo, erga quos ejuſmodi affectus induere ſoleant. Denique ob quas cauſas ita vel ita moveantur affectibus: quo iis cognitis poſſint facile inſervire cauſæ. Verùm nonnulli ſunt, qui arbitrentur non eſſe hoc juſtum aut permittendum, ut in cauſis dicendis affectibus moveantur, cum Iudicum mentes in decernendo tranquillas eſſe oporteat: quod non fiet, ſi affectibus perturbentur artificioſa rhetorum oratione. Sed qui hoc dicunt, mihi non videntur affectuum naturam ab illorum uſu diſtinguere: quia natura quidem affectionum bona eſt, licet uſus interdum bonus, interdum malus ſit. Gladii quoque cum ex ferro conſtent, quod eſt Dei creatura bona, quandoque juſto, quandoque injuſto uſui ſerviunt. Quid obſecro peccabit orator, ſi cùm viderit in bona juſtáque cauſa judicem malo affectu erga reum inflammatum, orationis artificio illum demulceat, in contrarios affectus trahat, imò incitet ejus cordis motus ad ſeveriter juſtéque decernendum? Hic certè nulla erit culpa, ſed humani affectus ad finem illis præſcriptum dirigentur. Sunt enim aliquando auditores & judices qui frigeant, quibúſque non fuerit ſatis oſtendiſſe quid agendum, niſi vehementiori affectu excitato eò pertrahantur. Illi ſunt reprehendendi & coerceri debent, qui artificia orationis quoad affectus commovendos eò dirigunt, ut animi Iudicum perturbentur, & minus quid ſit juſtum videant: non tamen propter iſtorum pravitatem utile illud artificium eſt ex rebus humanis explodendum. Sacræ alioqui literæ deberent accuſari, quibus Dei ſpiritus non ſolum quæ agenda ſunt & quæ cavenda monet, ſed affectus incitat, quo magis ad obediendum impellamur. Hæc de ista re jam velim ſatis eſſe.

An liceat oratori movere affectus.

CAPVT III.

De Lege.

Ex Rom. 5. ca. de natura Legis.

Manichæi & Pelagiani eam non intellexerunt.

NVNC pauca mihi addere viſum eſt de natura Legis, & unà oſtendere quemadmodum eam Manichæi & Pelagiani non intellexerint: quidque ea in nobis agat, vel ante regenerationem, vel poſtquam juſtificati ſumus. Primum, de forma ejus idem videtur dicendum, quod Paulus ait in Epiſt. ad Roman. quum eam ſcribit eſſe ſpiritualem. Finis autem ejus univerſalis, & ad omnes pertinens eſt, ut homines adducat ad notitiam peccati; quod Paulus innuit: Per Legem, inquiens, eſſe cognitionem peccati. Hîc ſi quæras, cur Apoſtolus non potius dixerit, Per Legem eſſe notitiam juſtitiæ? Reſpondeo, quia homo nondum regeneratus, quandiu eſt extra Chriſtum, non poteſt in ſe habere ſenſum bonorum operum, aut veræ juſtitiæ, quæ Legi divinæ ſatisfaciat. Itaque quum facta ſua confert cum Lege, lapſus tantùm & tranſgreſſiones deprehendit. At ſi loquamur de fine Legis, quod ad electos attinet, is Chriſtus eſt: quod Paulus etiam docet; finis, inquiens, Legis eſt Chriſtus, ad ſalutem: quod tamen non dicit in univerſum, ſed omni credenti. Neque enim Lex ipſa, per ſe, ad hunc finem perducit. Ethnici dixerunt, finem Legis eſſe notitiam, quam parit de rebus agendis. Vnde Chryſippus, ut citatur in Digeſtis, ait, Legem eſſe notitiam rerum divinarum & humanarum. Sed hic finis & hæc definitio nimis latè patet. Omnis enim ſapientia, omnéſque bonæ artes, notitiam aliquam divinarum aut humanarum rerum tradunt. Iam ſupereſt, ut diligenter videamus, quæ ſit materia, & efficiens cauſa Legis. Ea ut breviter complectar, dico Legem eſſe juſſum Dei, quo & voluntas ejus & ingenium ſive natura exprimitur. Cùm juſſum dico, genus attingo: ſunt enim juſſa populi, Senatus, Regum, Imperatorum. Sed cùm dico, Dei, addo differentiam, quæ notat cauſam efficientem. Quod autem dico in Lege explicari voluntatem Dei, id apertius eſt, quàm ut explicatione indigeat. Sed obſcurius fortaſſe videri poteſt, quod dixi in Lege doceri nos de ingenio Dei, ad ejus naturæ notitiam incitari. Ideo id exemplis illuſtrabimus. Cùm jubet nos Deus, ut ſe amemus, docet ſe eſſe naturæ amabilis. Non enim juſtè amari poſſunt, niſi quæ digna ſunt quæ amentur. Et niſi ipſe bene erga nos afficeretur, non proponeret nobis ſummum bonum, quod amaremus. Quare hoc idcirco ſuadet, quia cupit nos participes eſſe ſui. Videmus ergo talem eſſe eum erga nos, quales etiam nos eſſe cupit. Et cùm prohibet ne occidamus, primùm declarat voluntatem ſuam, deinde eum ſe Deum eſſe oſtendit, qui à violentia & ab injuriis abhorreat, potiúſque malit hominibus benefacere, quàm eos malis afficere. Eadem ratione, in reliquis quoque præceptis, hæc duo poſſent demonſtrari. Atque ex hac definitione, illa quoque colligi poſſunt, quæ ſuprà de forma Legis & fine diximus: quia neceſſe eſt, talem doctrinam & ſpiritualem eſſe, & notitiam eximiam parere. Docemúrque non leve beneficium à Deo per illam hominibus collatum eſſe. Efficit enim, ut & noſipſos norimus, & Dei proprietates intelligamus. Plato in libris de legibus, de Republica, & Minoe, videtur talem conſtituere definitionem Legis, ut ſit recta gubernandi ratio, quæ dirigat in optimum finem per media commoda, proponendo tranſgreſſoribus pœnas, & obedientibus præmia. Hæc definitio divinæ Legi optimè poteſt accommodari: imo ejuſmodi Lex, non poteſt niſi ex Deo eſſe. Itaque non eſt mirum, ſi veteres Legiſlatores, cùm vellent leges ſuas commendari, Deum aliquem ſimularint illarum authorem. Minos enim, ſuas in Iovem retulit: Lycurgus, ſuas in Apollinem, Solon & Draco, ſuas in Minervam: Numa Pompilius ſuas in Ægeriam. Noſtram verò Legem, certo ſcimus, ex Sacris literis à Deo per Moſen in Monte Sina fuiſſe latam.

Rom. 3. 20.

Non per ſeipſam Lex adducit ad Chriſtum & ſalutem.

Rom. 10. 4.

Ethnicorum ſententia de fine Legis.

Quid Lex.

Lex nobis exprimit ingenium & naturam Dei.

Legis beneficia.

Platonis definitio.

Legiſlatores Deum fecerunt authorem ſuarum Legum.

Manichæi legem improbè damnabant.

2 Atque his ita conſtitutis de natura & definitione Legis, facilè intelligere poſſumus, quam turpiter Manichæi aberrarint, qui eam blaſphemabant, & tanquam malam execrabantur. Cùm enim Lex non præcipiat, niſi præcipienda, nec prohibeat niſi prohi-

Digitized by Google

benda, quomodo poteſt juſtè accuſari? Nullum enim juſtum aut honeſtum officium poteſt inveniri, quod divina Lege non commendetur: nil turpe aut inhoneſtum, quod non in ea interdicatur. Nec ſolum pravè facta, Lege prohibentur, verùm etiam cupiditates pravæ damnantur. Quare in ea indicat, non ſolum externa opera, verùm etiam animam & voluntatem eſſe corrigendam. Et cùm bona pars felicitatis in agnoſcendo Deo poſita ſit, & Philoſophi tantopere laudent noſtram ipſorum cognitionem; Dei autem Lex, utrumque præſtet; non poteſt abſque gravi flagitio, quaſi mala & perniciosa reprehendi. Poſſet tamen locus in quo dicitur: Legem ingreſſam eſſe ut peccatum exuberaret, videri nonnihil facere pro Manichæis, ut illud etiam ad Galatas, Legem ob transgreſſiones fuiſſe poſitam: Et illud in 7. capite Epiſtolæ ad Rom. Peccatum per mandatū occidere: Quódque in 2. epiſt. ad Corin. dicitur, Legem eſſe miniſterium mortis. Hæc omnia videntur Manichæorum errorem confirmare. Verùm diligenter oportet ſecernere ea, quæ Legi per ſe conveniunt, ab illis quæ eam per aliud ſequuntur, & per accidens. Nam peccatum, mors, damnatio & alia hujus generis, oriuntur ex Lege, propter vitium naturæ noſtræ. At ſi Legem non compares ad noſtrum ingenium, ſed eam per ſeipſam ſpectes: aut ſi eam ad ſanam & incorruptam naturam referas, non potes aliud de illa pronunciare, quàm quod Paulus ait, eſſe eam ſpiritualem, ſanctam, bonam, & ad vitam fuiſſe inſtitutam: peccatum autem potius indicare dicenda eſt, quàm facere. Vnde ſi homines deformes in tenebris deliteſcentes cuipiam inferenti forte lucernam dicerent; Aufer te hinc, ne tuo iſto lumine nos deformes reddas: certè ex illorum verbis non colligeremus, eam eſſe vim & naturam luminis, ut homines poſſit deformes reddere: ſed hoc potius, ea quæ per ſe ſint deformia, prodi à lumine, & indicari. Ita prorſus ſe Lex habet. Lucem enim infert quodammodo, & peccata quæ prius latebant, ad notitiam noſtram profert. Sed dicet quiſpiam: Si Lex bona eſt & ſancta, cur ita diſplicet, & odio habetur? Quoniam revocat homines ab his ad quæ ſua natura propenſi ſunt. Dolet enim ea ſibi interdici. Cúmque Legem intuemur, videmus quæ nos facere oporteat: quæque nobis inſita eſt, & innata ſuperbia, nollemus conſtringi ullis regulis. Deinde videmus actiones noſtras diſtortas eſſe à recto, quod in Lege proponitur: quódque eſt moleſtius, adeò nos infirmos experimur, ut eas corrigere non poſſimus, & ad normam præſcriptam revocare: pœnas tamen interim intuemur, & iram Dei, in quam propter peccata incurrimus. Hæc omnia ita offendunt animum noſtrum, ut iraſcamur, non quidem nobis & peccatis noſtris, ut par erat, ſed Legi à Deo latæ: cum ea alioqui integerrima ſit & ſanctiſſima. Poteſt tamen ſuccurri huic incommodo, & effici, ut ea quæ antea diſplicuerat, poſtea placeat. Id autem fiet, ſi Legem unà cum Chriſto conjungamus. Quemadmodum enim aquæ Marath fuerunt populo Iſrael in deſerto amariſſimæ, eædem tamen injecto ligno, quod Deus indicaverat, redditæ ſunt dulces: Ita quamvis Lex per ſeipſam amara ſit, tamen adjuncto Chriſto, quem Deus propoſuit nobis unicum Servatorem, & debitum juſtúmque ejus finem, jam dulcem eam eſſe ſentiemus. Quod Dávidi uſu veniſſe manifeſtè declarat Pſalm. 19. in quo mirifice Legis divinæ laudes prædicantur. Dicitur enim ſuavis, jucunda, dulcis ſupra mel & favum. Atque hoc eſt, quod in propheta promittitur nobis, Deum ſcripturum eſſe legem in cordibus noſtris: quod non eſt aliud, quàm eum nobis ſpiritum Chriſti eſſe daturum, per quem ad ea inclinemur, quæ Lex facienda præcipit: ut menti ſaltem noſtræ Dei mandata jucunda ſint. Quod Apoſtolus etiam docet, cùm ait: Mente ſervio Legi Dei. Hoc regenerati experiuntur, qui licet perfectam obedientiam mandatis Dei exhibere non poſſint, amant tamen ea, & vehementer deſiderant, eáq; ut ſummum bonum exoſculantur, & à Deo aſſiduè precantur, ut ad eorum abſolutionem poſſint quàm proximè accedere. Ex his apparet, quomodo utilitas, & juſtitia legis defendenda ſit contra Manichæos.

Nil rectum niſve pravum eſt quod à Lege Dei non præcipiatur aut non prohibeatur.
Lex non tantum facta ſed voluntatem requirit.
Lex notitiam Dei & noſtri tradit.
Quæ legi conjunguntur per ſe, & quæ per accidens inter ſe diſcernenda.
Simile.
Rom 5.20.
Gen. 3.19.
2. Cor. 3.7.
Rom. 7.10.
Cur Lex odio habeatur.
Non iraſcimur nobis ut decebat, ſed Legi & Deo.
Quî poſſit nobis Lex Dei placere.
Exod. 15.25.
Chriſtus adjunctus Legi, eam dulcem reddit.
Pſal. 19.11.
Laudes legis in Pſalm.
Quomodo Lex Dei ſcribatur in cordibus.
Jer. 31.33.
Rom. 7.27.
Pelagiani plus æquo legi tribuunt, quàm

3 Sed non minus ex altera parte Pelagiani, qui plus æquo Legi tribuunt, cavendi ſunt. Eam enim illi ſatis eſſe ſtatuunt ad ſalutem. Aiunt enim homines, ſi ſemel intellexerint quid faciendum ſit, naturæ ipſius vi poſſe illud facilè perficere. Itaque Pelagius, ne à Palæſtinis epiſcopis damnaretur, ut qui prorſus negaret gratiam Dei, eam verbo quidem confeſſus eſt. Affirmavit enim, ut ſervemur, opus eſſe gratia Dei. Sed per gratiam nihil aliud intellexit, quam naturam ipſam nobis à Deo gratis conceſſam quod facti ſumus à Deo rationales, & præditi libero arbitrio. Deinde gratiam eſſe dixit, Legē ſive doctrinam, quod ex nobiſipſis ignoremus, quæ agenda credendáve ſint, niſi ea nobis Deus revelet. Vnde Auguſtinus ſcribit in libro de Gratia Chriſti contra Cœleſtium, eos prædicare poſſibilitatem naturæ adjuvari gratia. Sed addit: Si examinentur, & penitus excutiantur eorum ſenſus, eos per gratiam, doctrinam & Legem nihil aliud intelligere, quàm hominem, accepta tantùm cognitione Legis ſatis ex ſe habere virium ad faciendum imperata. Ad quem errorem proximè accedunt Theologi Scholaſtici, cùm docent, hominem vi ipſa naturæ, ſervare poſſe præcepta Dei, quod attinet ad ſubſtantiam operis, quamvis non ad intentionem præcipientis. Quibus verbis hoc ſignificant, nos poſſe opera ipſa præſtare, quamvis non ita ut Deus ea juſſit fieri videlicet, ex charitate, & ſpiritu. Quam poſteriorem partem eos arbitror addidiſſe, ut viderentur aliquo modo à Pelagianis diſcrepare. Auguſtinus verò ita abhorruit ab hujuſmodi ſententiis, ut ne regeneratis quidem in hac carne viventibus, concedat perfectam obſervationem mandatorum Dei; quod ex ejus Retractationibus liquidò apparet. Idque eum veriſſimè ſenſiſſe Paulus docet in 7. c. epiſt. ad Rom. Certè ſi ita res haberet, ut Pelagius docuit: Chriſti adventu, & ſacrificio crucis, nihil erat opus. Hæc enim ideo data ſunt, quia operum juſtitiam noſtris viribus non potuimus aſſequi. Id Paulus clariſſimè teſtatur: Quod impoſſibile, inquiens, erat Legi, quatenus ea infirmabatur per carnem, &c. Hæc apertè docent, hominem propter infirmitatem carnis non potuiſſe implere Legem. Adhæc ait: Prudentia carnis inimicitia eſt erga Deum: Legi enim Dei non eſt ſubjecta, nec enim poteſt. Quamvis enim Lex vim habeat docendi atque illuſtrandi animum, non tamen propterea ſuppeditat vires, aut immutat voluntatem. Itaque Ambroſius in libro de Fuga ſæculi: Lex inquit, poteſt oppilare os omnium, non tamen poteſt mentem convertere. Et mox, Lex vitium quidem oſtendit, ſed malitiam non aufert. Quare oportet ad eam adjungi gratiam: quam cum Pelagiani contemnerent, aberrarunt à ſalute, & juſte ab Eccleſia damnati ſunt.

ſatis eſſe ad ſalutem putant.
Pelagius aliquando gratiā Dei verbo, non re confeſſus eſt.
Per gratiam, Pelagius intellexit naturam & Legem.
Scholaſtici ad Pelagianos quàm proximè accedunt.
Rom. 8.3.
Rom. 8.7.
Ne regenerati quidem valent perfectè Legem Dei obſervare.
Pelagiani mortem Chriſti reddunt irritam.

4 De officio Legis hæc pauca tenenda ſunt. Primum, illam non eſſe prorſus inutilem, non eſſe etiam citra regenerationem. Facere enim poteſt ad civilem aliquam diſciplinam. Nam ſi homines externa Legis opera utcunque faciant, quamvis illis qui faciunt peccata ſint, tamen eis ordo civilis poteſt conſervari. Vbi enim nulla eſt harum rerum obſervatio, confunduntur omnia: injuriæ inferuntur: libido graſſatur: ira Dei accenditur, ut Reſpublica ſic corrupta non patiatur diutius conſiſtere. Aliud etiam eſt opus Legis interius, quod ad conſcientiam attinet: ut eam perpetuò accuſet, urgeat, flagellet, damnet. Atque hac ratione Deus, ut diximus, hominem tandem perducit ad juſtificationem. Qua adepta, ne tum quidem Lex jacet otioſa, ſed eſt inſtar ſpeculi, in quo regenerati intueantur, quos fructus fidei edere debeant, quantum indies proficiant, unde gratias agant, quantúmque ſibi ad juſtam inſtaurationem deſit, ut de ea Deum vehementius invocent. Ponit etiam Lex ob oculos ſcopum, ad quem in omnibus actionibus debeant collimare. Ad quem quamvis non pertingant in hac vita, danda tamen eſt opera, ut minus longè ab illo diſcedant. Ex his liquet, quantum Lex juvet in externis operibus, quid in conſcientia efficiat, quantúmque regeneratos adjuvet.

Officium Legis.
Poſt regenerationem, Lex non eſt otioſa.

De Philoſophia, ejusq; præſertim Ethices, cum Theologia comparatione. Ex comment. in Ethica Ariſtotelis.

5 Omnis noſtra notitia vel eſt revelata vel acquiſita: in primo membro Theologia, in altero Philoſophia.

phiæ. Nomen Philoſophiæ compoſitum eſt. Sapientia dicitur à nonnullis, omnium rerum quæ ſunt notitia. **Sapientiæ definitio vera quænam ſit.** Sed cùm ſapientia non comprehendat niſi certam & indubitatam cognitionem, haud poteſt eſſe omnium: nam ſingularia ignorantur, fortuita & contingentia propter illorum inconſtantiam ſciri non poſſunt. Aiunt alii eam eſſe divinarum & humanarum rerum ſcientiam: verum inter divina & humana multa reperiuntur, cœlorum orbes, aſtra, elementa, meteora, lapides, mineralia, ſtirpes, bruta. Sed cœlum referunt ad Deum, quod ſit immortale: inferiora dicunt ad homines attinere quòd ſint corruptibilia. At quo loco habebunt Mathematicam? Sed videtur definienda, ut ſit habitus mentibus humanis à Deo conceſſus, induſtria & exercitio auctus, quo comprehenduntur omnia quæ ſunt, quà certò & firma ratione comprehendi poſſunt, ut ad felicitatem homo perveniat. **Cauſa ſapientiæ.** Omnia ſunt hic genera cauſarum. Forma, quæ eſt habitus. Materia, in qua inhæret, mens inquam & ratio humana: & illa circa quæ ut objecta verſatur, nempe circa omnia quæ ſunt, haud ſimpliciter & abſolutè, ſed quà certo cognoſci poſſunt. Agens attingitur, quod nimirum Deus ponatur author: is enim lucem inſeruit noſtris mentibus, & ſemina indidit quæ principia ſunt omnium ſcientiarum. Vnde Cicero prima Tuſculana dicit, Philoſophiam donum & inventum deorum: quòd item concedit Lucretius, licet fuerit Epicureus. Et quoniam certa notitia omnium rerum magis optari poteſt quàm ſperari, & facilius ametur quàm poſſideatur, ac quo magis in eam incumbimus, eo plus erga illam incendimur, ideo appellata eſt Philoſophia. Nominis hujus author fuit Pythagoras: is cum Phliuntem veniſſet, loqueretúrque cum Leonte qui erat ibi tyrannus, is admiratus hominis ingenium & eloquentiam, de illo quæſivit quam artem ſeu ſcientiam profiteretur, is noluit dicere ſe eſſe ſapientem, ſed ſapientiæ ſtudioſum, id eſt philoſophum.

Philoſophiæ diviſio. 6 Sic definita ſecatur in partem Agentem & Contemplantem, quarum utramque Ariſtoteles tractavit, prout ſubjectum erat capax. Iſta ſic differunt, quòd θεωρητικὴ ſolum ſpectat, πρακτικὴ ait cognita. Finibus igitur diſcrepant: θεωρητικὴ in ipſa rerum contemplatione quieſcit, quoniam eas facere non poteſt: τὸ δὲ πρακτικὴ ideo contemplatur, ut cognita exprimat opere. Ac certe in homine duo videmus opera: intelligit enim, deinde agit. Quemadmodum Deus non ſolùm intelligit ſeipſum, ſibi felix eſt & perfectus, verum etiam ſua providentia creat & producta gubernat. Sic & hominis duplex habetur felicitas, una quam πρακτικὴν dicere poſſumus, & de ea ſcribit Ariſtoteles primo libro: alteram contemplantem, & de illa decimo diſputabit, quæ eſt longè perfectior & exquiſitior. Vnde patet hominem, ſi perficiatur hac gemina felicitate, nonnihil accedere ad Dei ſimilitudinem. Quare Plato dixit in Phædone Philoſophiam eſſe ὁμοίωσιν θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ. Neque datur iſta diſtinctio Practici & Speculativi, ut quidam ſentiunt, per intellectus & voluntatis noſtræ opera: hoc enim fieri non debet, quia ſcientiæ per objecta diſtinguuntur. Sed ſi quis rem diligentius excutiat videbit penes res quæ intelliguntur accipiendam. Nam ipſæ aut cauſas habent Deum & naturam, & tunc ad ſpeculativum genus pertinent, quoniam talia nos electione noſtra haud poſſumus facere. Aliæ verò ſunt quæ nos habent pro cauſis, quæ volumus & eligimus: & hujuſmodi ſunt Practicæ facultatis. Vtra vero iſtarum ſit præſtantior, videndum eſt. **Vtra pars ſapientiæ alteri præſtet.** Vulgata & recepta opinione Speculativum præfertur Practico. Siquidem Agens ad Contemplans ordinatur, & non ſecus. Id autem quod in aliud ordinatur, eſſe illo indignius nemo ambigit. At ſe rurſus opponunt θεωρητικὸν genus ad actionem ſpectare, ideo enim contemplamur naturam ut ejus authorem amemus, & Deum ideo quærimus agnoſcere, ut eum colamus & noſtra Theologia iſta de cauſa dicta eſt à nonnullis Practica. At iſti ſic ratiocinando vehementer falluntur: non enim propterea dicitur aliqua ſcientia Practica, quòd ad illam notitiam conſequatur opus, ſed ſi illud idem perficiatur quod prius eſt cognitum. Quando naturam & cœlum contemplamur, etiamſi conſequatur inde cultus & dilectio erga

A Deum, non debet dici talis notitia Practica: ſiquidem id non efficitur quod contemplamur: nemo enim eſt qui naturam & cœlum poſſit facere: & alia opera quæ inde ſequuntur, per accidens dicuntur conſequi: non enim omnes qui hæc contemplantur, Deum amant, aut colunt, imò ab eo ſunt frequenter longè alieniſſimi. Deinde opera quæ conſequuntur illam notitiam & etiam Theologiam noſtram, eò ſpectant ut Deum magis ac magis cognoſcamus, quoad ipſum in patria
B poſſimus à facie ad faciem intueri. Et Chriſtus ſervator noſter hanc ſententiam confirmavit, dicens: Hæc eſt vita æterna, ut agnoſcant te ſolum verum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. **Intellectus humani diviſio.** Nec ſolum hæc duo membra dividunt Philoſophiam, ſed etiam noſtrum intellectum, unde unus vocatur Practicus & alter Speculativus, non quaſi ſint duæ vires aut facultates animi, ſed quia & circa iſta vel verſatur intellectus, aut ſpeculativus aut practicus dicitur. **Philoſophiæ ſpeculativæ diviſio.** Philoſophia ſpeculativa ſecatur in tres partes: quoniam aliqua
C vel avulſa & ſecreta ſunt prorſus à materia, ut Deus & intelligentiæ, atque habentur τὰ μεταφυσικά, aut in materia ſic inhærent ut abſque illa nec definiri quidem poſſint, & ita ſunt φυσικὰ vel medio ſe habent modo, non enim eſſe poſſunt citra materiam, **Philoſophiæ practicæ diviſio.** ferream aut ligneam, &c. & tamen abſque illa & definiri poſſunt & intelligi, ut Mathematica.

7 Poſſunt hæc ulterius diſtingui, ſed ſuperſedeo, & τὰ πρακτικὰ ſic diſſecabo, ut præcepta ibi tradantur quoad vitam & inſtitutionem vel unius vel multo-
D rum, ſi unius eſt liber Ethicorum, ſi multorum, vel illi ſunt numero plures aut pauciores. Si ſint pauciores: Oeconomica fiunt, ſin complures, τὰ πολιτικά. **Artes ad quod genus pertineant.** Sed artes ubi relinquemus? Comprehenduntur ſub tertio genere Practici, & pertinent ad Politica, nec à genere Sapientiæ ſunt excludendæ. Ars enim eſt σύστημα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Duo in iſta definitione patent. Primum, quod ars ſit habitus pertinens ad notitiam, qua certo comprehenduntur aliqua, nimirum per exercitatio-
E nem & experientiam. Vnde à Sapientia non poteſt excludi. Neque dubitandum eſt veteres appellaſſe ſapientes, illos qui has artes adinvenerunt, vel in eis excelluerunt. Vnde Bezeleel & Aholiab dicti ſunt in ſacris literis ſapientes. Alterum quod dicimus, eſt: Notitiam hanc eſſe practicam, nam per exercitationem iſta noſcuntur, & aliquid his habitibus præſtatur & efficitur quod ad vitam juvandam conducit: quare funambuli, præſtigiatores, & alii hujuſmodi qui nihil præſtant quod humanæ vitæ ſit utile, non artifi-
F **Artium diviſio.** ces, ſed impoſtores & nugatores dici debent. Poſſunt autem dividi artes in eas quæ aliquod opus producunt, & eas quæ in ipſa conſumuntur actione. Apparet iam ex his quidnam de Dialectica ſit exiſtimandum, quandoquidem & ipſa inter artes cenſenda eſt, & res in vita utiliſſimas efficit: unde non eſt à Sapientia dividenda, præſertim cum ſit μέθοδος, organum, & via qua vindicamus nobis ſapientiam: neque via præcidenda eſt à termino. Quin & Cicero diſtinxit Philoſophiæ partes, ut ſit partim de vita & moribus, par-
G tim de natura & rebus occultis, aut de arte diſſerendi: in primo Academicorum, quod ex Platone refert. Neque Galenus ab iſta ſententia diſſidet. De authoribus autem Philoſophiæ ſciendum eſt, quòd plus orbi profuerunt quàm Ceres quæ fruges invenit, quàm Bacchus à quo vina ſunt reperta, quàm Hercules qui monſtris orbem repurgavit: nam hæc ad vitam corporis tuendam pertinent, ſed Philoſophia ipſum animum alit & inſtruit.

8 Nunc remora quædam nobis eſt amolienda. **Col. 2. 8. An Chriſtiano liceat philoſophiæ ſtudere.**
H Ea verò eſt quod Paulus dicit: Videte ne quis vos deprædetur per Philoſophiam. Quibus ſane verbis Chriſtianos viros à Philoſophiæ ſtudio videtur abſterrere. Sed vos, animadverſo Apoſtoli ſenſu, certo ſcio nil turbabimini. Vera Philoſophia cùm ex notitia creaturarum colligatur, & multa concludat ex his propoſitionibus de juſtitia & rectitudine quas Deus naturaliter mentibus hominum inſevit, jure accuſari non poteſt: eſt enim Dei opus & abſque illius munere ſingulari ab hominibus haberi non potuit. Sed
I Paulus eam Philoſophiam reprehendit, quæ hominum inventis & ambitioſis certaminibus Philoſophorum eſt vitiata. Quod ſi conſtitiſſent intra limi-

Digitized by Google

tes, & de his tantùm pronuntiaſſent quæ notitia crea-
turarum de Deo & natura certiſſimis rationibus in-
dicabat, à vero non aberraſſent. Vnde ait Apoſtolus,
διὰ τῆς φιλοσοφίας, & per κενῆς ἀπάτης, vanam
inquam deceptionem: & ſubdit, quæ ſunt ſecundùm
hominum traditionem & elementa mundi. Mundum
æternum eſſe tradiderunt homines, non creaturæ.
Mundus ex atomorum concurſu ac temere conſtare
natura non oſtendit, ſed vanę cogitationes confinxe-
runt. Stoicorum fatum & ἀπάθειαν, Academicorum
perpetuam dubitationem, Epicureorum deitatem o-
cioſam & nihil agentem, fuiſſe vanam hujuſmodi de-
ceptionem quis dubitet? rerum communitatem, pro-
miſcuas uxores in rebus publicis, voluptatem ſum-
mum bonum, & Deos eſſe more vulgi colendos, ho-
mines ſomniarunt, non autem ex naturali lumine, ac
propoſitionibus practicis quæ per ſeipſas notæ ſunt,
certis rationibus cognoverunt. Iſta ſanè venena ſunt
& corruptiones quibus diabolus donum Dei Philo-
ſophiam per malos homines corrupit, eámque ſic in-
quinatam & corruptam vitari Paulus voluit.

Philoſophia quatenus à Paulo damnetur.

9. 10. At jam videndum eſt, quonam modo Sa-
cris literis reſpondeant quæ hactenus diximus. Habe-
mus ibi quoque Practicam & Contemplativam. Quę
credimus & in articulis fidei continentur, pertinẽt ad
θεωρητικὴν, quoniam illa notitia percipimus, ſed non
facimus: & quamvis ſcientia non comprehenduntur,
ſed nihilominus intelliguntur: ad Practica referen-
da ſunt quæ in legibus conſiliis & adhortationibus
continentur. Hucuſque iſta conſentiunt: differunt at-
tamen, quoniam in Philoſophia πρακτικὴ antecedit
θεωρητικῆς, quia ut dictum eſt, neque Deum neque na-
turam poſſumus contemplari humanis viribus, niſi
prius affectus noſtri pacati fuerint. At in ſacris literis
priori loco Speculativum occurrit, quantum prius
credendum eſt & fide juſtificamur, poſtea ſequun-
tur bona opera, idque magis & cumulatius quo Spi-
ritu ſancto plus indies inſtauramur. Ita Paulus in epi-
ſtolis demonſtrat: prius enim tractat dogmata, poſtea
deſcendit ad morum inſtructionem & ad vitam com-
ponendam. Sic & filii Iſrael in Ægypto ſunt collecti
ſub fidem unius Dei ſervatoris, poſtea in deſerto le-
ges acceperunt quæ ad practicam notitiam faciunt.
Et in Decalogo idem ordo ſervatur: primò enim dicit:
Ego ſum Dominus Deus tuus: quod attinet ad fidem
ſeu ſpeculativam notitiam: poſtea conſequuntur prę-
cepta quæ ad opera ſpectant à Deo requiſita. Diſcri-
minis hujus cauſa eſt, quod humanæ contemplatio-
nes acquiruntur indagatione atque induſtria medi-
tandi, & ideo ſunt neceſſarii moderari affectus. Verùm
quæ credimus, afflatu Dei recipiuntur. Quare illis
præparationibus non opus eſt. Atque humana ratio-
ne prius oportet homines juſta facere, quàm ut ju-
ſtificentur. At divinæ ſanctificationis ordo longè ali-
ter inſtruitur: prius enim credimus, poſtea juſtifica-
mur, deinde ſpiritu & gratia vires animi noſtri repa-
rantur, denique ſequitur juſta & honeſta facta. Finis
prætерea philoſophiæ eſt, ut illam aſſequamur beati-
tudinem ſeu felicitatem quæ hic viribus humanis po-
teſt acquiri: at pietatis Chriſtianę, ut nobis ea repare-
tur imago ad quam ſumus conditi in juſtitia & ſan-
ctitate veritatis, ut in agnitione Dei quotidie creſca-
mus, quoad perducamur ad videndum illum, ſicuti
eſt, revelata facie. Adhæc nõ ſumus in his Ethicis au-
dituri de remiſſione peccatorum, non de timore ac fi-
ducia Dei, nec de juſtificatione per fidem, nec de
Chriſto, ac ſimilibus: iſta enim Dei voluntate pate-
fiunt, quæ non poſſunt per naturalem cognitionem
ex creaturis ullis elici. Neque inficiamur ſæpe con-
tingere ut res eadem in Ethicis laudetur & in ſacris
literis à Deo præcipiatur, verum tunc illa materia
ſunt eadem, non etiam forma, proprietatibus & prin-
cipiis: diverſa enim in ipſis eſt ratio, diverſæ
proprietates, nec eadem principia. Quemadmo-
dum aquæ pluviæ & alicujus fontis materia eſt
eadem, ſed vires, proprietas & principia lon-
gè diverſa: nam illa fit à calore cœli ex nubibus
& frigiditate mediæ regionis aëris: iſta vero vel à
meatibus terræ elicitur à mari, & colatur ita ut dulcis
evadat, aut per converſionem aëris in aquam ob fri-
giditatem loci ubi fons oritur. Ita quæ facit Chriſtia-
nus, à ſpiritu Dei impulſus facit: nam qui aguntur

Collatio jam dictorum cum ſacris literis.

Quare theologia Cõtemplativa præcedat Activã.

Eadem res, quomodo aliter in Theologia, aliter in Ethicis tradatur.

A ſpiritu, hi ſunt filii Dei. Quæ philoſophi agunt juxta
ethica præſcripta, rationis humanæ ductu faciunt.
Illi ad hæc agenda incitantur, quòd ſic judicant ho-
neſtum & rectum eſſe: at Chriſtiani quòd ſic Deus
cenſuerit. Illi ſe putant proficere ac perfici ſi ſic a-
gant: iſti quòd ſit numini obediendum. Illi ſibi
ipſis credunt: iſti Deo & verbis Legis quam ipſe tu-
lit. Illi φιλαυτίᾳ laborant, iſti unius Dei amore im-
pelluntur. Ex iſta verò multiplici diverſitate fit ut
B eadem res, quod ad materiam attinet, Deo placeat
& ejus judicio damnetur. Hæc de his differentiis &
conſenſu tum divinæ Scripturæ, tum humanæ Phi-
loſophiæ.

11 Sed ut ad id redeamus unde ſumus digreſſi,
nempe an iſta facultas pietati repugnet, affirmo non
magis ei adverſari quàm aſtrologiam, rem nauticam,
militarem, piſcationem, venationem, & denique juris
humani prudentiam, quam omnes intelligunt ut re-
bus publicis adminiſtrandis ſit neceſſaria: ea verò
C ſuas leges & inſtituta elicit ex propoſitionibus de ju-
ſto & recto mentibus noſtris inſitis, quas nihilomi-
nus eaſdem philoſophi morales excutiunt & exquiſi-
tiſſimè verſant, ita ut non ſolùm iſta cognoſcant
quàm manifeſtiſſimè, ſed etiam aliis tradere magna
perſpicuitate queant. Inde fit ut σοφία apud Græcos
dicatur quasi σάφηνα. & σοφὸς quaſi σαφής, nempe quod
illuſtret, & quæ tractat quam perſpicaciſſima faciat.
Itaque iſta ratione juriſperiti facilè tuerentur ſuam
ſcientiam partem eſſe philoſophiæ: quamvis de vir-
D tute, probitate atque juſtitia, non tam ſeveriter ſuis
legibus ſtatuant, ut philoſophia de illis eiſdem diſ-
putat. Nam philoſophia, exempli gratia, ingratitudi-
nem quoad omnem hominum ſtatum deteſtatur: ju-
ra verò illam non puniunt niſi erga parentes à liberis
committatur, & à liberis erga patronos. Humana
jura neminem adigunt ut ſua det egentibus: at phi-
loſophia liberalitatem & munificentiam erga omnes
commendat. Quid plura? In laudem philoſophiæ
hujus generis Cicero ita exclamat Tuſc. 5. O vitæ
E philoſophia dux, ô virtutis indagatrix, expultrixque
vitiorum, quid non modò nos, ſed omnino vita ho-
minum ſine te eſſe potuiſſet? Tu urbes peperiſti.
Tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convoca-
ſti. Tu eos inter ſe primò domiciliis, deinde conju-
giis, tum literarum & vocum communione junxiſti,
tu magiſtra morum & diſciplinæ fuiſti, &c. Quam
præclarum ſit herbarum, lapidum, metallorũ & phar-
macorum vires noſſe omnes intelligunt, quod & nos
minimè inficiamur: ſed ex hoc nõnne conſequitur
F hanc facultatem eximiam eſſe, qua actus, electio-
nes, artes, methodi, ingenia, virtutes & vitia hominũ
deprehẽduntur? Quid pręclarius haberi poteſt quàm
ſeipſũ noſſe? & id quàm maximè hinc cognoſcimus.
Id pręterea in memoriã eſt revocandũ quod Plato di-
cebat, facile poſſe fieri, ut in nobis vehemẽtes amores
erga virtutẽ excitentur, ſi aliquod ejus ſimulachrũ in
noſtros oculos interdum incurreret. Et è diverſo no-
ſtrorum vitiorum bona eſt cauſa, quòd illam de pro-
pe nuſquam conſpeximus. Non parva eſt voluptas
G ex hac ſcientia, noſſe intra quos fines lumen naturę
ſe debeat continere, ac quouſque ſuo jure proferre
ſe queat. Et vehemens accenditur Chriſtianiſmi cul-
tus ex Ethnicorum Ethicis animadverſis: nam per
collationem intelligimus quàm philoſophicis præ-
ſtent quæ in divinis literis traduntur: nam ſententia
eſt vulgò jactata: Oppoſita cùm ſimul conferuntur
majore luce fulgere. Neque poſſunt errores evitari
commodè, niſi prius nota fuerint: idcirco qui novit
utranque iſtarum facultatum, facilius alterius errata
H cavebit, nimirum humanæ philoſophiæ, præſertim
cùm ſuis locis fuerint demonſtrata.

An Ethica pietati repugnet.

σοφία unde.

Juriſprudentia eſt pars philoſophię.

Laus philoſophię moralis.

Quinam ſint Ethices auditores idonei: ex Eth. Ariſt. l. 1. c. 2.

12 Docet Ariſtoteles Ethicorum primo neque
juvenes neque incontinentes Ethicæ facultatis ido-
neos eſſe auditores, & ratio eſt quo ad juvenes, quòd
iſtarum rerum nullam habeant experientiam, & id-
circo de illis judicare non poſſint, & propterea non
facile recipere. Hoc ſane utitur argumento,

I Qui rerum iſtarum notitiam habet & experien-
tiam, hic eſt auditor idoneus:

Iuvenes per ætatem iſta non norunt, neque habe-

Tertię partis hujus capitis analyſis.

re poſſunt illorum experientiam:

Propterea non ſunt idonei auditores.

Notitia requiritur ante iudicium.

Minor propoſitio patet ac per ſe ſatis eſt evidens. Major probatur ab antecedẽtibus, quia notitia ſẽper exquiritur ante judicium, neque de ignotis poteſt quiſquam judicare, & quæ non rectè judicata fuerint, non poſſunt rectè vel admitti vel explodi. Rei porrò cognitio & experientia, regulam quandam parit in animis hominum, qua metiuntur quæ in humanis actionibus, electionibus & affectibus occurrerint, & inde conſiderant quomodo à regula diſſentiant, ſeu cum ea pugnent, ex qua collatione judicium oritur, & deſtitutos hujuſmodi regula, neceſſe eſt non poſſe fieri bonos judices. Non ſatis erat philoſopho dixiſſe, quemlibet rectè judicare quæ noſſet: ſed ut rem majori ſignificantia exponeret, adjecit. Et quo ad ſingula hoc eſſe verum, hoc eſt, ut exemplis agamus & deſcendamus ad minima, bonum judicem Muſices eſſe, qui de ſonis aliquam habuerit experientiam: & picturæ, qui colores, menſuras, lineas, & umbras utcunque noverit. Itaque qui cognitionibus hiſce ſingularibus præditi ſunt, eruditi dicuntur, non quidem abſolutè, verum in hoc vel illo genere. Simpliciter verò ac perfectè cenſetur eruditus, qui de omnibus aliquam habeat experientiam. Mitto quærere an aliquis hujuſmodi poſſit reperiri: quia ſive ſit, ſive non ſit, ad id quod agimus nihil refert: nam ex illis particularibus eruditionibus datis, rectè conſequitur, eum, ſi eſſet qui de omnibus aliquam haberet experientiam, poſſe de omnibus rectè judicare. Atque hanc diſtinctionem ideo inductam arbitror, ut oſtendat non ſolum ad bene judicandum experientia opus eſſe, verumetiam ut doceat ſe non requirere ad hanc facultatem ſummam eruditionem, ſed eam tantùm quæ ad hoc negotium ſpectet. Et eſt hoc loco diligenter conſiderandum, non appellare Ariſtotelem πεπαιδευμένον ſcientem & ἐπιστήμονα. Qui enim ſunt hujuſmodi non opus habent præceptoribus, neque auditores cenſentur. Sed eruditum illum dicit, qui experientiam uſu quodam fuerit conſequutus. Quoſdam enim videmus qui nunquam pinxerunt, neque ſi velint, poſſint, & hi tamen ita ſunt exercitati in ſignis & picturis cõtemplandis, ut de his facilè judicent. Quod etiam de carminibus accidit: nam quidam cùm Poetæ non ſint, uſu tamen & lectione ita profecerunt, ut experientia & uſu de poëſi oblata non malè judicent, & voce [illegible] Ariſtoteles in hac ſignificatione utitur.

Eruditi qui dicantur.

13 Minor eſt, quod Iuvenis careat experientia, præſertim actionum humanarum, cùm in eis parvo admodum tempore ſit verſatus. Alia ratione juvenes excludit quòd perturbationibus ſubjaceant, & ſint innocentes, eóſque non eſſe ad iſta idoneos prædicat, & ex fine concludit:

> Qui non poteſt facere quæ hîc docentur, fruſtra & inutiliter ea audiet:
>
> Iuvenes qui ſuis ducuntur affectibus, facere nonqueunt hujus doctrinæ præcepta.
>
> Fruſtra igitur & abſque utilitate illa audient.

De rebus ethicis non tãtum contemplans ſcientia habetur.

Minor eſt evidens. Major probatur: quia doctrinæ hujus finis eſt actio, non perceptio & contemplatio. Locus iſte omnino illos confutat, qui arbitrantur de rebus ethicis contemplantem ſcientiam duntaxat haberi poſſe, cùm Ariſtoteles his verbis longè ſecus eſſe teſtetur, neque ſit cuiquam dubium ex fine ſcientias vel θεωρητικὰς vel πρακτικὰς appellari. Duplex ratio juveni obſtat, ne magno cum fructu hæc audiat. Prima, quòd experiẽtia deſtituatur, altera, quòd cupiditatibus & affectibus vivat obnoxius. Nunc alteram iſtam cauſam ad majores natu extendit, quos oſtendit fieri poſſe, quòd ſæpius nimium videmus quàm velimus, ut junioribus nihilo ſint meliores. Vnde liquidò apparet, ætatem non eſſe tempus definitum perturbationibus, ut ſpacia annorum ſolùm in hominibus vigeant. Incontinens quoque ut dicitur, abſque fructu audiet: in eo quippe licet ratio ſit recta, vincitur attamen affectibus, & ita vincitur, ut quæ viderit eſſe juſta nequeat facere. Itaque ut ſuperatur ejus ratio, ſic doctrina hæc ſi ab eo percepta ſit vincetur, & cùm illam in actum non valeat educere, fruſtra laborabit audiendo. Hinc argumento à contrariis efficitur, illos iſta facultate ſi eam audiverint vehementer adjuvari, qui ſuos affectus rationi gubernandos permiſerint.

Iuvenes & incontinentes non ſunt idonei auditores Ethicæ.

Qui ſint idonei auditores.

14 Sed videtur jure id reprehendi poſſe, quod hîc ſtatuitur. Quoniam perfectorum eſt animi perturbationes rationi ſubjeciſſe, at qui jam abſoluti ſunt, doctrina non indigent. Et qui emendatione quam maximè opus habent, juvenes & incontinentes, idonei ad iſta non judicantur: qui ſi de auditorum numero detrahantur, nullum ſanè genus hominum reliquum erit, cui hæc ullam utilitatem afferant: unde non evadet facile, quin ſupervacanea ſit futura. Reſpondet Euſtatius eſſe quoſdam, & eos non paucos, qui tantùm conſuetudine adducantur ut boni ſint, ſed ratione & via procedere nequeant, cùm regulis certis deſtituantur, quas poſtea cùm ſibi ex hac doctrina compararverint, in actionibus juſtis & honeſtis maximè confirmantur, adducti jam non conſuetudine, ſed [illegible] vehementiſſimè perſuaſi. Nec deſunt qui ſtatim naturali quodam impulſu à pravis abhorreant, & appetant bona: ſed quomodo illa inter ſeſe differant, quáve ratione poſſint ex bonis, quæ ſanè multiplicia ſunt, meliora ſectari, per ſeipſos ignorant: nec dubium eſt ita factos, hinc magna poſſe nanciſci adjumenta. Neque propterea quæ ab Ariſtotele audivimus putandum eſt, incontinentes & perturbationibus obnoxios hæc abſque ullo fructu eſſe audituros: niſi enim ſenſu omnino ſint deſtituti, cùm illis hæc propoſita fuerint, ſaltem quonam à vitiis & cupiditatibus abducti ſint cognoſcent, & ut à recto jam diſtent animadvertent, & fieri non poterit quin ad meliora quoquo modo extimulentur. Vnde paulatim & ſanari & proficere poterunt, ut Athenis Polemoni adoleſcenti perditiſſimo accidiſſe legimus, cùm Xenocratem multa de temperantia diſputantem audiviſſet. Proinde quæ hac de re nunc dicuntur, non ſunt citra exceptionem intelligenda: ſunt enim aliquando juvenes naturâ ſic facti, diſciplina & educatione tantum emendati, ut ex hoc doctrinæ genere multum queant proficere, quoad externam juſtitiam & civilem converſationem, quod illis evenire maximè arbitror, qui Chriſtiana ſide à teneris imbuti pietatem ex animo colunt: quod exemplo illuſtriſſimo teſtatus eſt Eduardus VI. Angliæ Rex, adoleſcens profectò ad omnem virtutem exercendam prima ſua ætate paratiſſimus. Quod idem & vobis uſuveniet, ſi doctrinam Evangelij eo ſtudio quo cœpiſtis, perſequamini. Non itaque voluit Ariſtoteles omnes juvenes in univerſum excludere, ſed in hoc procemio id quàm maximè curavit, ut depelleret objectiones quæ dignitati ac exiſtimationi facultatis hujus poſſent officere: atque hoc agit, ne ſi videris juniores in hac doctrina verſatos aliquando nihilo fieri meliores, id ei vitio vertas quaſi minimi pretii ſit & ignaviæ: rejicit igitur culpã in defectum ætatis, quod experientia deſtituatur & animi perturbationibus vexetur. Hæc inquit eſſe impedimenta, propter quæ progreſſus doctrinæ atque fructus ex ea ſpectati non ſuccedant. Neque tantum hoc ſenſit Ariſtoteles, verùm illi Pindarus etiam ſubſcribit, dicens, [illegible]. Et Homerus, [illegible]. Horatius ad hæc, Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper, de juvene pronuntiat. Vtque plerunque ſint petulantes & affectibus æſtuent, Comœdiam teſtem habemus luculentiſſimam: demonſtrant etiam Hiſtoriæ, ut Cicero fuerit deceptus in Octavio, & quàm ipſe Ariſtoteles, quo ad mores formandos, in ſuo Alexandro Macedone parum efficere potuerit, cùm maxima flagraret ſemper ambitione, ſecundam fortunam inſolentiſſime ferret, deitatem ſtultiſſimè affectaret, & ſic vino indulſerit, ut ebrius amiciſſimos interficeret, ac Perſepolim regiam urbem nobiliſſimam, frequentiſſimam & ampliſſimam, ad nutum meretriculæ incenderit, ita ut prorſus deleta ſit. Plato in Gorgia conſentanea loquitur, cùm duo conſtituit foramina, per quæ ſtudia honeſta ex animis effluant, nimirum oblivionem & incredulitatem: nam oblivione peritia tollitur, & ἐμπειρία, quæ memoria colliguntur: per alterum verò, id eſt, per incredulitatem ſit ne monitoribus credamus. Iuvenes autem quæ ſemel aut iterum viderunt & experti ſunt facilè obliviſcuntur: unde ſententias & regulas univerſales difficilè ſibi parant, non enim illa poſſu-

Si iuvenes & incontinentes non ſunt idonei auditores, & perfecti doctrina non egent, Ethica ſupervacua eſt.

Incontinentes cum fructu hęc audire poſſunt.

Iuvenes aliqui idonei auditores ethicę.

Eduardi VI. Anglię Regis laus.

Iuventutis vitia.

Digitized by Google

mus adipiſci niſi ex longa & diuturna obſervatione, A quam brevi ſpatio vitæ juvenes colligere nō potuerunt, neque credunt libenter monentibus, quòd cæco affectuum impetu ducantur.

Quomodo juvenes præclaras ſententias memoria teneant & tamen his vitiis ſint obnoxii.

15 Neque mihi dixeris juvenes perſonare ac in ore habere memoriterque tenere præclaras & honeſtas philoſophiæ ſententias: quia licèt ſpecioſè multa dicant, non ita ut loquuntur ſentiunt, & paulò magis interdum guſtant & afficiuntur his quæ proferunt, atque pſyttaci hominum verba intelligunt, quæ ſolent B effutire. Quin ebrii etiam atque intēperantes multa ſæpius cantillant, aut præclarè narrant, cùm tamen vel contra ea ſentiant, aut quid loquantur ignorent, & in ſumma, oratio non eſt menti eorum συμφωνεῖ, ſed aliud in lingua & aliud in corde habent: quod tum maximè perſpicitur, quando libertatem nanciſcuntur & ſolutam eligendi optionem habent. Ibi quamvis prius modeſti & caſti viſi fuerint, ſenſum interius latitantem, & abſconditum ingenium produnt. Quis laudatior princeps fuit ipſo Nerone primis annis, C quibus adhuc Senecæ arbitratu regebatur? De quo major ſpes fuit, quàm de Commodo, qui ut fuit ab adoleſcentia præclariſſimæ indolis, ita poſtea evaſit in portentoſam beluam. Et in ſacra hiſtoria nonne commemoratur Ioas, qui principatus initio ſe geſſit integerrimè, quàm diu Iojadæ Pontificis incorrupti conſiliis res gerebat, cujus deinde authoritatem cùm ſprevìſſet, ſtatim eſt depravatus, & ex libertate quam ſibi vindicaverat, animi ſui turpiſſimos affectus patefecit. Attamen propter has rationes D nunquam ſunt majores noſtri illuc adducti, neque hodie prudentes viri adducuntur, quin ſuos liberos, quum ex ephebis exceſſerint, adducant ad Philoſophos, ut eorum doctrina & ſapientia erudiantur: mittunt etiam eoſdem ad Iuris peritos, ut ab eis quæ juſta ſint & honeſta percipiant. Atque hoc tum ex Axioco Platonis & Philoſophorum vitis intelligimus, tum animadvertimus noſtrorum temporum conſuetudinem. Quod ideo factum eſt antiquitus & hodie quoque factitatur: quia illa quæ Ariſtoteles modò E ſcribit, non enim ſenſum habent quaſi Iuvenes ex iſta philoſophia nullam percepturi ſint utilitatē, ſed quòd non eò uſque proficere queant ut animo ſentiant quæ hic docentur, & ex virtute ſtatim agant, ſibique bonos & rectos habitus acquirant. Quandoquidem iſta exigunt animum planè perſuaſum & verè aſſentientē. In aliis autem facultatibus percipiendis ſatis eſt ut ingenium adhibeatur, quod quicunque habuerint obtuſum & hebes, non evadent periti, verùm in hac noſtra duo præſtanda ſunt, unum ut præcepta F intelligantur, deinde ut fiant. Illud prius nihil obſtat quin Iuvenes & intemperantes qui diſſolute vivunt, conſequantur. Si enim paulo acuti ſint & ingenioſi, quæ traduntur nullo negotio intelligent, ſed ut præcepta hujus facultatis vita exprimant non adducuntur, partim quod experientia careant, ut dicit Ariſtoteles, partim quòd affectibus pravis rapiantur. Quæ res fortaſſis cujuſmodi experientiam exigamus ab idoneis auditoribus, exemplis demonſtrabo, nempe cupiditates abſtinentia ſuperare: ex actionibus forti- G bus & temperatis, ſi crebræ fuerint, homines evadere tandem fortes & temperatos, ita ut abſque ulla moleſtia, ſed potius ſumma cum voluptate in harum virtutum officiis ſeipſos exerceant. Et ut ſemel finiam, ſcire vos oportet, duplicem eſſe finem hujus artis, unam ut intelligamus quæ docentur, alteram & eam quidem ſummam atque præcipuam, ut quæ didicimus faciamus, à quo extremo fine cum viderit Ariſtoteles cùm juvenes tum incontinentes deficere: ideò genus hoc auditorum minus idoneum pronuntia- H vit, ſi cum aliis conferatur qui jam ſuos affectus atque animi perturbationes rationi præceptrici ſubjecerunt: quandoquidem hi non tantum intelligere poſſunt quæ dicuntur, at de illis etiam valent rectè judicare, quod ut perſpicuum eſt, maximè ſpectavit Philoſophus, cùm tota ejus ratio hoc fundamento innitatur, quod juvenes & incontinentes de his rectè judicare non poſſunt.

Cujuſmodi experientia hic requiratur.

Duplex finis Ethicæ.

Hominum diſtinctio.

16 Diſtinguemus etiam genus hominum, quod alii ſani ſint, alii prorſus incurabiles, alij verò medii: & ſanos his doctrinis opus habere non cenſemus, cum abſoluti & perfectè vivāt. Incurabiles, & intēperantes I & qui ſe prorſus turpiſſimis voluptatibus adjecerint, quoad hunc animum non depoſuerint, minimè juvabuntur: qui verò ſunt medij, hinc uberrimum fructum capient. Placet ſanè iſta diſtinctio, ſi tamen ei addatur de illis qui ſunt deſperatæ ſalutis, nunquam ita deſperandum, quin poſſint illis aliquando meliora conſilia & ſalutaria monita prodeſſe. Nam ut medicinæ vis eſt non tantùm ſanitatem partam tueri, & inchoatam perficere, ſed etiam illa deſtitutos curare. Sic admonitiones & bonæ doctrinæ quæ ſunt animi pharmaca vim habent, ut non ſolùm bonos retineant habitus & inchoatas virtutes abſolvant, ſed etiam ut ad animi ſanitatem revocent, qui jam illam funditus amiſerunt. Præſertim ſi fines civilis juſtitię atque converſationis externæ non egrediamur. Sed mirum eſt cur Ariſtotelis rationem hanc poſteriorem à Iuvenibus ad majores natu tranſtulerit, quòd & illi ſint perſæpe affectibus addicti, & ad eoſdem non derivarit priorem rationem, nimirum privationem experientiæ, quam juvenibus attribuit. Reſpondetur, quoniam illud frequenter accidit, ut adulti, etiam in virili ætate conſtituti, corrupti ſint & depravati affectibus, cùm tamen iiſdem raro eveniat ut rerum experientia deſtituantur, quæ ſemper cum ætate copulata eſt, ut ab ea vix abſtrahi & divelli poſſit. Quia igitur ſpectavit philoſophus quod ſæpe fieri videmus ideo id non attigit, quod aut nunquam aut quàm rariſſimè contingit.

Quare ſenioribus tribuatur hīc intemperantia & non etiam inexperientia.

Quare Ariſtoteles omiſerit eos qui natura ad virtutes inepti ſunt.

Aliquos eſſe natura ad virtutes ineptos.

Galeni ſententia.

17 Nunc ſupereſt ut diſputationem pernéceſſariam non prętereamus, ea eſt: Quî fiat, ut cùm Ariſtoteles parum idoneos auditores dixerit adoleſcentes & incontinentes, non item illos adnumeraverit, qui ſunt ea conſtitutione, temperamento ſeu natura præditi, ut meliores effici non poſſint, & ad virtutes capeſſendas omnino ſint inepti. Et aliquos ita eſſe non uno in loco Galenus docuit, & præſertim in lib. de Animi, morum & corporis temperamenti mutua conſequutione: ubi ait eos qui omnes ad virtutes accommodatum habere animum arbitrantur, vel è diverſo nullos, noſtrum genus ex dimidio æſtimare, neque illud totum habere cognitum atque perceptum. Non enim, inquit, omnes ex temperamento corporis naſcuntur hoſtes virtutis, neque omnes illius cupidi ſunt neque amantes vi ex natura ſua. Deinde ſuam hanc ſententiam ſeu definitionem quadam objectione depellit: quod videamus aliquos egregiè probari atque laudari ob inſignes eorum virtutes, alióſque viciſſim damnari ac vituperari, quòd vitiis cōcepti ſint & depravati. Neque par eſt ut propter illa quæ in nobis naturaliter inſunt aut commendemur aut vituperemur. Quin & illi ubi reſpub. benè inſtituta eſt, puniuntur, iſti verò præmiis ornantur. Ad hoc ille ait, iſtud eſſe naturale hominum judicium, ut illa probent, foveant, juvent, laudent, quæ bona ſunt, utilia & decora, undecunque proveniant ſive à natura, ſive ab induſtria, & quæ mala ſint damnoſa & dedecoris plena vituperent, coerceant, & pro viribus tollant, nil cogitantes à qua cauſa ſint profecta. Quod exemplis conatur perſpicuè docere. Phalangas occidimus, aſpides & colubros, neque prius apud nos deliberamus an venenum in eis natura ſit inſitum, an ſtudio & voluntate ipſum accerſiverint. Et Deum amamus & colimus, nobiſcum haud reputantes an ſuam bonitatem induſtria & propria voluntate acquiſiverit, an illam ſibi natura inſitam ab æterno tempore habuerit. Poſſemúſque nos addere ſpecioſa corpora omnibus admirationi eſſe, & præclaris encomiis laudari, licet natura, forma ea contigerit: & dona gratis data, ut Theologi dicunt, laudari debent. Atque id in ſumma videtur affirmare, damnari & vituperari malos, viciſſimque bonos probari & laudari, licet non habeatur compertum utrum induſtria vel natura, vel alia quapiam ratione, ſeu malitia ſeu bonitas illos pervaſerit. Atque Stoicos hoc nomine reprehendit: quòd omnes exiſtimarent homines ad virtutem natura factos & idoneos, ad quam licet ingenio & vi ſua ſint propenſi, nihilominus ab ea revocantur aliorum pravo exemplo, perverſis opinionibus, colloquiis & cōverſatione hominum corruptorum. Quod ſi daretur eis, quid obſecro poſſent afferre de primis hominibus? Quos interdum & ſæpius in mundo fuiſſe non poſſunt inficiari, quando per multas vices &

Objectio, virtutes & vitia homini nec ineſſe natura.

Homines in pœnis & præmiis non ſpectant an aliquid à natura provenerit necne.

Contra Stoicos qui dicūt homines naturā ad virtutem factos ſed aliorū exemplo corrumpi.

ſtatis quibuſdam temporibus, mundum opinantur aut inundatione aquarum, aut cõflagratione univerſorum cùm perire rum denuo inſtaurari? Quos inquam ponent illos primos homines, denuo in lucem editos aut prâvis exemplis, aut prava doctrina, vel repertis voluptatibus, aut vitioſis inventis depravaſſe? Valet iſta quidem ratio contra Stoicos. At adverſum Peripateticos & alios qui mundum nunquam incepiſſe arbitrantur, alio ſanè argumenti genere utuntur. Quod eſt: Aliquot fratres conſtituantur eiſdem ſati parentibus qui cibis eiſdem utantur, ſub eodem pædagogo degant, nõ habeant cum alienis commercium: quis profectò dabitur author quo alij ſint moribus corruptis & prâvis, alii verò indolem caſtam & ingenuam perpetuò præ ſe ferant? Atque ſi volumus, quod plerunq; accidit fateri, ſtatuemus paucos admodum, imò propemodum nullos pueros natura propenſum habere ingenium ad virtutem, ut qui ad eam minis, caſtigationibus & monitu perpetuo præceptorum ſint incitandi. Statim enim à prima ætate ſunt vel nimis timidi vel plus æquo audaces, inexplebiles, ignavi, petulantes, iracundi & invidi. Quare mirum eſt unde Stoici ſuum illud placitum queant defendere: Omnes natura eſſe ad virturem capeſſandam idoneos. Nec minus ut putant illi veriſimilia dicunt, qui ſtatuerunt noſtrum genus à voluptate ſibi oborta diſtorqueri, quo curſu ad virtutem contentiſsimo non pergant, nam eos qui ſic dicũt, Poſſidonius, egregiè reprehendit, qui nos affirmat ab ipſa prima generatione igniculos habere in animis ad vitia incitantes: qui fit ut non poſsimus nobis cavere quin ſimus intus vitioſi, cùm tamẽ liceat providere ne mala hujuſmodi ſemina, & vitioſæ ſcintillæ erumpant in ſcelera, & eò augeantur, ut amplius coerceri non poſsint. Eſt iſtorum denique hominum judicio lõge majus, eſt & gravius malum, quod intus nobiſcum geſtamus, quàm id quod externo contagio affricatur. Concedunt ſanè conſuetudinem pravam cùm acceſſerit, nos pravos reddere, atque id longè magis quàm prius natura fuerimus. De facultate verò qua intelligimus, hæc docent, primum à præceptoribus vel ſapientibus vel indoctis fieri poſſe ut veras aut falſas opiniones percipiamus. Ingenii tamen acumen, ſtultitiáſeu ſtupiditatem, & hujuſmodi quæ intelligentiam ſpectant, ex temperanti qualitate naneiſcimur, quam in utero contrahimus è rerum procreantium materia: cui poſtea multæ ac mirabiles fiunt acceſsiones, cùm ex cibis qui bonum aut malum ſuccum pariunt, tum ex aeris affectibus & variis rerum incidentium caſibus. Citátque ibi Ariſtotelem, qui de partibus animalium, viros etiam docet materni ſanguinis temperiem ſequi. Et primo de hiſtoria animalium, ſtatuit configurationem partium inſtrumentariarum ſive membrorum ad animi mores accommodari, atque idcirco illis inſpectis multa poſſe à peritis phyſiognomicæ artis de moribus & affectibus interioribus pronuntiari.

Contra eos qui dicunt homines naturà ad virtutem factos, ſed à voluptate diſtorqueri.

Quid natura & conſuetudo valeat circa virtutes & vitia.

18 Hæc ſunt argumenta, propter quæ poſsit videri Ariſtoteles hoc loco minus prudenter egiſſe, qui δυσκρασίᾳ, hoc eſt, prava temperatura corporis natura procreatos, non dixerit hujus doctrinæ parum fore idoneos auditores. Sed illum hac ratione tuebimur, quòd licet hominum bona pars, imò propemodum omnes in lucem edamur igniculis vitiorum & libidinum infecti, propenſi ad turpitudines & flagitia, tamen iſta non eſſe adeò robuſta & firma, quin vel prorſus queant ſuperari vel ſaltem placari & leniri, quo vel egregii evadunt homines quod ad morales virtutes & externam converſationem, vel ſaltem minus pravis affectibus vexentur. Et quia dum experientia rerum animi deſtituuntur, ut juvenibus accidit, dúmque perturbationum impetu aliqui rapiuntur & incontinentiæ ſunt obnoxii, non poteſt fieri ut virtutibus ornentur, & re præſtent quæ in hac facultate audiverunt, ideo illos juvenes inquam & incontinentes pronuntiavit minus idoneos fore auditores. Verùm quia fieri poteſt ut multum proficiant homines, licet impetu mali temperamenti & natura incitentur ad vitia, ideo eos non removit philoſophus ab auditorum numero. Etenim quod naturæ deeſt, induſtria & ſtudio poſſumus reſarcire, ita ut impulſus & incitationes malæ coerceantur & reprimantur: neque ad virtutes capeſſendas requiritur, ut illas inſitas pravitates omnino exuamus: requiritur tantùm ut illis debilitandis quantum datur ſtudeamus. Quod ſi præſtitum fuerit, induſtria & exercitatione virtutum poſſeſſio minimè impedietur, quam quia nunquam vendicare poterimus niſi rerum experientia, quæ neceſſaria eſt acceſſerit, & niſi rationis mollitia emendetur qua laborant incontinentes, ideo illos auditores Ariſtoteles quodammodo rejicit, & iſtorum non duxit mentionem faciendam. Et ipſe ad id quod objiciebat Galenus paulò aliter reſpondere de laude ac vituperio. Diceret enim ideò laudari amantes virtutum, non quòd ad eam naturæ impetu ducantur, ſed quia contenderint adverſus ejus pravam inclinationem, atq; in ea pugna pulcherrimè vicerint. At è diverſo improbos vituperari, quòd victi ac debilitati naturalis impetus vi, eà ſe trahi ad turpia ſint paſſi. Neque Galenus, licet prima fronte reluctari videatur, ab hac ſententia eſt diverſus: nam in libello de cognoſcendis & curandis animi affectibus, teſtatur neminem debere à ſtudio ſeipſum faciendi meliorem deterreri, quamvis ætate fuerit ſexagenarius. Et adhæc inquit, ſi cui eſſet compertiſſimum quod animum ſapientis conſequi non poſsit, ſaltem eò deberet adniti ne illum prorſus haberet deformem, ut corpus Therſitis curandũ fuit, quamvis alioqui eſſet ineptum. Atque ſi contingat ut cũ optimis & ſapientiſsimis viris non poſsimus primas occupare ſedes, id attamen debemus conari ut in ſecundis, tertiis aut quartis, recipiamur. Quibus autem mediis quâve ratione hoc fieri poſsit admonet, ratione dicens ac improbo exercitio conſequi poteſt quicunque voluerit. Vtque animos addat, ut grammaticus fias inquit multum laboras, & quo abſolutus evadas muſicus, nihil recuſas tolerare. Quid ergo non feras ut vir bonus efficiare? Tum in eodem libro hanc diligentiam conſectandi vitæ integritatem componit cum induſtria quam coloni circa plantas adhibent. Fateor, inquit, non poſſe labore ſuo & ſtudio agricolam rubum mutare ac ejus naturam tollere, ſeu fructiferam reddere. Sed tamen vires quæ natura ſua paratæ ſunt ad fructus ferendos, ſi negligantur, committantur fertilitati ſoli duntaxat gubernandæ, aut deteriorem fructum aut propemodum nullum ferent. Ita ſunt bonæ indoles alioqui bonorum morum capaces; ſi deſerantur cultura, facilè reddentur aut vitioſæ aut ignavæ. At licet à prima ætate in adoleſcentibus cultura hæc videatur difficilis moderãdorum affectuum, nihilominus proceſſu temporis labor imminuetur. Nam ratio in his laudabilibus exercitiis corroborabitur, & effecta fortior, majorem obedientiam quoad vires animi inferiores conſequetur.

Reſponſio ad quæſtionem propoſitam. quare Ariſtoteles δυσκρασίας omiſerit.

Quare laudã. dæ virtutes & vituperanda vitia.

Curandum eſt, ut meliores fiamus, etiamſi non poſſumus perfectionem conſequi.

19 Neque ab his diſſentit Plutarchus qui de profectu morum & ipſe confitetur infinitam quandam & inexplicabilem malitiam in animis noſtris reſidere, quæ tamen acceſſione poſſit augeri, & defectione aliqua imminui. Idemque de liberis educandis tria eſſe conſtituit, quæ ad hominem abſolvendum exigantur, naturam, diſciplinam, & exercitationem. Quid per naturam intelligat jam eſt dictum, corporis inquam temperamentum, & inclinationem nativam: neque opus laborare ut explicemus quid ſit exercitium, ſolum videtur eſſe dubium de diſciplina. Propterea illam eſſe dicimus facultatem quandam, quæ hominum actiones & electiones accommodet ad rationem, idque doctrina, correptionibus, monitionibus & pœnis efficit cùm opus fuerit. Et quicquid iſtorum deſit cuipiam, is non poteſt quoad mores civiles & virtutes perfici. Confert huic ſuæ doctrinæ agriculturam, quæ ut ſucceſſus optatos habeat, ſolum requirit fertile, deinde culturam operoſam & decentem, poſtremò bona & utilia ſemina. Et ſi quid horum trium defuerit, fructibus expectatis deſtituimur. Solum naturæ reſpondet, cultus diſciplinæ, ſemina verò exercitationi. Guttæ pluviæ lapides excavant aſſiduo caſu; ferrum & æs, licet duriſſima ſint, uſu atteruntur; corpora fortia deſidia & ignavia debilitantur, debilia vero commodo victu & juſta exercitatione ad incredibile robur provehuntur: Sterilis ager bene cultus non eſt penitus abſque fructu, & fertilis neglectus ſqualet, ac tantum fert ſpinas & herbas cum noxias tum inutiles, feræ crudeliſſimæ huma-

Plutarchi ſententia de hac re.

Diſciplina quid ſit.

Digitized by Google

no labore atque induſtria cicurantur: quæ verò jumenta ſua natura mitia eſſent & tractabilia, ſi ſic ſinantur, efferari conſueverunt, ut in equis & tauris fieri videmus. Sed quid plura? Nónne duo catuli ex eiſdem canibus orti, quos Lycurgus produxit in concione Lacedæmoniorum, ſuo curſu ad diverſiſſima declararunt, quid poſſit varietas educationis. Verùm quid ad Platonem dicemus in Protagora? Qui videtur ibi ſtatuere virtutes non poſſe doceri. Quoniam, inquit, Pericles & alii viri eximii, licet ſuos liberos inſtrui curaverint literis, muſica, & conſimilibus bonis artibus, in quibus eorum liberi multum profecerunt, non tamen ornatos virtutibus reddiderunt, quod ſanè credendum eſt illos maximè optaſſe, ſi doctrina & induſtria id potuiſſent aſſequi. Vnde videtur confici, quoſdam eſſe natura ſic à virtutibus abhorrentes, ut eas comparare ſibi nequeant, & alios incaſſum eſſe laboraturos, cùm eos ad ipſas conati fuerint flectere. Verum hoc quoque nihil ea quæ conſtituimus labefactat: quia vel ipſorum parentes illis educandis non ſtuduerunt quantum par erat, aut ſi diligentiæ quantum ſatis erat adjunxerunt, & liberorum natura propter corporis temperamentum aliena erat à virtutibus, non prorſus nihil ſuo labore atque induſtria ſunt aſſequuti. Nam licet ſi collati eſſent ſummis, perfectis, & abſolutiſſimis civibus, virtus eis penitus videretur detracta, nihilominus agreſtibus & efferatis hominibus collati, qui omnino abſque diſciplina ſunt educati, habiti eſſent civiles, urbani & aliqua ſpecie virtutum ornati. Concluditur itaque non eſſe induſtriam, diſciplinam, & ſtudium prorſus inania, etiam quoad eos qui naturali propenſione virtutes averſantur.

Obiectio à Platone virtutem non poſſe doceri.

Quomodo hęc cum Sacris literis congruāt

20 Quæ Ariſtoteles jam protulit, ut cum Sacris literis vel congruant vel diſcrepent, jam de more ſuſcepto aperiendum eſt. Iuvenes & incontinentes ibi non excipiuntur, nec ab audiendo verbo Dei ulli removentur, ob eam cauſam, quòd animi perturbationibus adhuc concitētur & vincātur, neque illo nomine quod experientia & uſu rerum ſint deſtituti. Videas enim publicanos, meretrices nec non latrones à Chriſto in ſuam diſciplinam admiſſos, nec tantùm juvenes imo parvulos ipſos accerſitos. Et ex hiſtoriis poſſemus recitare quam plures, qui prius turpiter ac flagitioſiſſimè vixerunt, ſtatim doctrina Chriſti ſic emendatos & correctos, ut poſtea non tantùm ſummam vitæ innocentiam ſint aſſequuti, & etiam incredibili fortitudine ſe magis cruciatibus necari pertulerint, ne decreta noſtræ fidei & pietatem, quam erant adepti, violarent, cùm ipſis & liberatio & maxima præmia ſi ab inſtituto diſceſſiſſent proponerentur. Neque ſolos viros in certamina hujus generis deſcendiſſe videmus, ſed mulieres alioquin imbecilles, pueros & puellas hæc eadem fortiter pertuliſſe non ignoramus. Neque id dixerit quiſpiam, illos qui peccant in Spiritum ſanctum ſermonibus divinis quicquam non proficere, ideoque videri ab eorum auditu arcendos. Fatemur ſanè qui ſic peccant, fruſtra verbum Dei audire, ſed cùm à nobis uſitata ratione internoſci non queant, minimè excluduntur. Deus bene novit qui hoc peccati genere ſint implicati: at homines cùm ignorent qui natura in tantum ſcelus prolapſi ſint, eos non poſſunt à ſacra doctrina removere. Oportet ſane peccantes in Spiritum ſanctum neque ignoratione neque infirmitate ſuccumbere, ſed tantùm veritatis odio ad eam oppugnandam induci, ita ut volentes & ſcientes vero, quod probè noverint, ſe opponant, reſiſtant, & curſum ejus pro viribus impediant. Hoc qui homines poſſent intelligere? cùm ad mentis & voluntatis arcana cujuſquam non pertingant? Vnde qui tam pravè affecti ſunt, verbum Dei audiunt abſque fructu, licet ab auditorio non excludantur, ob id ſanè, quod nequeant deprehendi, ſed illis quod audiunt graviorem auget condemnationem: ea quippe vis eſt divini ſermonis, ut vel ſervet audientes, vel eis fiat exitioſus. Adeoque cavet Eccleſia ne quos explodat à ſermonibus divinis, ut excommunicatos etiam & nondum credentes ad illos admittat, quos alioqui à ſacramentorum communione arcet. Quæras forſitan unde hoc diſcrimen inter verbum Dei, & philoſophorum doctrinas? Ex eo profectò, quod humani ſermones quantumvis eximii atque laudabiles non ea pręditi ſunt vi atque potentia, ut ineptos & corruptos animos immutare, ſeu corrigere valeant: at verborum Dei potentia & vis incredibilis eſt, revocandi homines ad Deum. Non quaſi etiam illa vera quæ philoſophi ſeu docuerunt, ſeu literis mandarunt, ſua vi careant. Non enim inficiamur ſententiam illam vetuſtate tritiſſimam, quà dicitur à Spiritu ſancto proficiſci, quicquid veri ab authore cujuſque modi prolatum fuerit: quæ verò divini ſpiritus impulſu dicuntur, non poſſunt eſſe omnino vacua efficacia, quamvis longè minor ea ſit, atque vehementia qua Sacræ literæ ſint inſtructæ. Quis negaverit vulgares lapides robore ſuo & propria facultate eaque non inutili noſtræ vitæ ornatos, licet conferri nequeant cum viribus gemmarum? Sed ad rem redeo. Vnum tantummodo genus hominum reperio, quibus doctrina Sacra non ſit impertienda. & hi ſunt qui rident & proſcindunt publicè Chriſti doctrinam: nam ipſe mandavit Apoſtolis, ne canibus & porcis doctrinam cœleſtem crederent. Quod porrò accipiendum eſt de contemptione ac riſu externo, id eſt, quando maledictis & contumeliis veram pietatem inſectantur: quod ſi faciant ipſi ſecum, modò audire velint quieti, & patiantur ſe moneri, & doceri, non ſunt arcendi. Neque tamen propter illos qui palàm ſunt petulantes, maledici & contumelioſi, à concione publica deſiſtendum eſt, quando ipſi arceri non poſſunt, quòd fortaſſe ſint præpotentes, ne propter unum aut alterum, plebs univerſa animi pabulo fraudetur. Videtis itaque ſolum iſtos à Sacra doctrina removeri, à qua cæteri homines cujuſque modi prohibendi non ſunt, imò potius cohortandi, ut non parum ſæpe accedant. Quæ dixi, ad uſitatum morem & receptum inſtitutum Eccleſiæ pertinent, cùm ſciam ſpiritum nonnunquam prohibuiſſe Apoſtolos, & aliquos modo poſſe comprimere, ne alicubi loquantur, quibus alioqui prædicare deſtinaverant: quod quia Dei opus eſt, non hominum, ideò huc non facit.

An ab auditu verbi Dei excludendi ſint qui peccant in Spiritum.

Excommunicati non excluduntur ab auditu verbi.

Quibus doctrina Sacra non ſit impertienda.

Regulæ tum ad Legis explicationem, tum ad obedientiam neceſſariæ.

21 Primùm ſe offert Ordo tabularum Decalogi obſervandus. Nam prima tabula eſt quæ circa Deum abſque ullo medio verſatur. Altera verò ad proximum dirigitur. Et ſentiendum eſt prioris tabulæ, quoniam alteram continet & ſub ſe habet ſeu ἀρχιτεκτονικὴ, majorem eſſe dignitatem, atque finem ejus nobiliorem: quoniam poſterioris tabulæ finis regitur & gubernatur à priori. Vnde Lutherus in ſuo Catechiſmo finem prioris tabulæ prudentiſſimè repetebat in ſingulo quoque præcepto poſterioris. Verbi gratia, quoniam Deus toto corde & tota anima eſt diligendus: Ideò tu ne occidas. Item, quoniam Deus toto corde & tota anima eſt diligendus; adulterium ne committas. In decalogo, ſumma tantùm proponitur, eáque pinguior & craſſior, in qua intelligere debemus omnes ejus partes. Caput & ſumma furtorum eſt πορνεία: quemadmodum in voluptatibus turpioribus, exprimitur tantum adulterium, ſub quo, ſpecies omnes immunditiæ comprehenduntur. Et quod attinet ad idololatriam, interdicitur omne genus falſi cultus: cum tantùm exprimatur is qui craſſior eſt. Duabus legibus contrariis propoſitis, parendum eſt poſteriori. Iuſſit Deus offerri ſibi primitias, & ſuo Nomini fieri ſacrificia. Sed idem poſtea juſſit, ut omnia bona Amalechitarum prorſus internecione delerentur. Huic poſteriori mandato, Sauli obediendum fuit. Obſervandum eſt in omnibus præceptis, tam ceremonialibus, quàm judiciariis & moralibus, quum duo præcepta Dei videntur inter ſe pugnare, ita ut unum impediat alterum, ut ſervari eodem tempore utrunque non poſſit, imò ſit neceſſarium alterutrum eorum pro tempore omitti: tum illud quod gravius & potius eſſe judicabitur, eſt retinendum. Interim tamen illud alterum, quod minus & levius ducitur, non violatur: quia nihil ibi contra Dei voluntatem agitur. Iubet Lex ut quiſque ſalutem proximi ſui tueatur, & ſi quis in Magiſtratu ſit, ut etiam armis civitatem defendat. Eadem Lex jubet, Sabbato non eſſe laborandum: Hoſtis obſidet urbem, id-

[1] In Ethic. Ariſt.

[2] Ex 2. cap. epi. ad Rom.

[3] Vide Claſſ. 2. Cap. 14. Sect. 3. Ex 1. Sam. 11. verſ. 8.

Exo. 22. 29. 1. Sam. 15. 3.

[4] Ex Iud. 11. ver. 31.

Quid agendū cùm duo præcepta pro eodem tempore inter ſe pugnant.

Vide in 2. Sam. 21. 5. Similia. Exo. 20. 13.

Ibid. v. 10.

que die

que die Sabbati, quoniã eam Legẽ civibus novit fuiſſe impoſitam. Hic pugna videtur præceptorum: nam ex altera parte ſalus eſt tuenda, ex altera Sabbatum obſervandum. Machabæi judicarunt pugnandum, quod major & antiquior ſalus Reipublicæ videretur, quam cæremonia Sabbati. Item lex eſt, ut eſuriens alatur, & alia Lex mandat, ne panes propoſitionis, ab aliis quàm à ſacerdotibus comedantur. Venit David ad ſacerdotem eſuriens, ille nihil habet niſi panes propoſitionis: quare concurrunt duo præcepta pugnantia. Prudens autem ſacerdos, id ſequitur & obſervat quod majus eſt, nimirum, ut eſurientem paſcat: profert panes propoſitionis, & Davidi opitulatur. Item eſt alia Lex: Arma ſuppeditanda eſſe Magiſtratui, eſt enim à ſubditis juvandus: Et ſancitum eſt è diverſo, conſecrata Deo non eſſe in alios uſus transferenda. David gener Regis, & ejus tribunus qui pro ipſo bella gerebat, ut princeps militiæ tunc inermis erat, ſacerdos nihil habuit ad manum armorum, niſi gladium Goliath. Sunt duo præcepta quæ videntur contraria, ſacerdos alterum ſequitur, & Magiſtratui gladium præbet, quòd ſatius eſſe judicaret Magiſtratum armare, quàm obſervare cæremoniam. Eſt etiam Lex: Eccleſiam non eſſe miniſtris orbandam, ita ut eis deſtituatur. Et alia Lex apud Paulum, ut neophytus nõ fiat Epiſcopus. Eccleſia Mediolanenſis laborat, nec invenire poteſt idoneum Epiſcopum, qui ſimul & ab Arrianiſmo ſit purus, & magnam ſimul authoritatem & doctrinam ſibi habeat à Deo collatã. Vnus eſt Ambroſius, ſed neophytus eſt & Catechumenus. Hic duę Leges concurrunt, quoad ſpeciem contrariæ: ſed minorem Legem par fuit majori cedere. Nam Chriſtus docuit, quando ex Prophetæ ſententia inquit, Miſericordiam volo, non ſacrificium. Non ait tamen ſe nolle ſacrificium, ſed ſi duo præcepta fiant obvia, quorum alterum ſit miſericordiæ, alterum ſacrificii: malle ſe miſericordiam, quàm ſacrificium teſtatur.

1.Mach. 2. 41. Vide in 1. Sam. 21. 5. Similia.
Prov. 25. 21. Exo. 29. 33. 1 Sam. 21. 6. Deut 7. 25. 1. Sam. 21. 9. Ephe. 4. 11. 1. Tim. 3. 6.
Ambroſius Neophytus & Catechumen. fit Epiſcopus. Matt. 9. 13. Oſé. 6.

22 Huc quoque referri poteſt quòd Auguſtinus ad Publicolam, prudenter & pluribus verbis diſputat, an liceat homini Chriſtiano, recipere jusjurandum ab Ethnico per falſos Deos? ad extremum concludit, id licere. Nam cum Romani haberent undique vicinos idololatras, neceſſe fuiſſe cum illis fidem aliquam civilem & pacta colere. Debuiſſe quidem illos jurare per verum Deum. Sed cum id non poſſet impetrari, proximum fuiſſe, ut Romani Chriſtiani illorum malitia abuterentur, & juſiurandum quod per nomina idolorum oblatum eſſet, reciperent. Sic enim Iacobum recepiſſe juſiurandum Labani, cùm illum non dubitaret colere Deos Nachor patris ſui. Extat hiſtoria pulcherrima in 41. cap. Hieremiæ. Cum Iſmael occidiſſet Godoliam, obvios habuit quoſdam qui irent Hieroſolymam adoratum, eos etiam abduxit & occidit. Ex illis decem: Noli inquiunt, nos occidere, habemus mel, oleum, triticum: illa tibi ubi ſint, indicabimus, ſi velis vitam nobis condonare. Videntur illi non rectè bona ſua monſtraſſe latronibus: hoc enim erat velle apertum latrocinium adjuvare: Nam illi bona ea niſi indicata invenire non potuiſſent neque diripuiſſent. Illi tamen rectè abuſi ſunt alieno malo ut vitam ſuam tuerentur. Ita excuſari poteſt qui pecunias mutuo ſumit ad uſuram: id enim non faceret niſi neceſſitate & inopia cogeretur. Cùm autem cogitur obſequi alterius arbitrio, patitur non facit injuriam. Ita Paulus ad Philippenſes ait, eſſe quoſdam qui malo animo doceant Evangelium. Tamen in eo ipſo ait ſe gaudere & gaviſurum etiam eſſe: illos enim ſi quid animo malo faciant rationem reddituros eſſe Domino, ſe illorum culpam non præſtaturum. Hic autem videndum eſt in primis utrum res ipſa ſua ſponte mala ſit. Nam ſi ſit, nullo modo licet eam noſtro aſſenſu approbare. Si non ſit, nihil obſtat quo minus neceſſitate coacti illi aſſentiamur: modò ut ea fine noſtra culpa poſſit ſuſcipi. Admonendus tamen interim ille eſt, quo cum ita contrahimus aut conſentimus, errati ſui.

Ex 2.Sam. 3. verſ. 11. Quatenus abuti liceat aliorum peccatis.
Gen. 31. 53. v. 8.
Phil. 1. 15. & 18.

23 Quæſtio tamen ſe offert, an iſte ſenex de quo Iudicum 19. verſ. 14. rectè fecerit, quum filiam ſuam & Levitæ uxorem Gabaonitis polliceretur, ut ne hoſpitem violarent? Non omnes reſpondent eodem modo. Quidam inquiunt, cum magnitudinem & atrocitatem ſceleris conſideraſſe, ac levius malum prætuliſſe graviori, & fidem hoſpiti datam noluiſſe fallere. Atque iis rationibus illum excuſari poſſe arbitrantur. Nec ſecus de Lotho ſentiunt. Et inter cæteros Chryſoſtomus Lothum ea in re vehementer laudat: quod idem facit Ambroſius libro ſuo de Abraham Patriarcha, quòd tanto ſceleri poſtpoſuerit contumeliam domus ſuæ. Verum Auguſtinus in quæſt. ſuper Geneſ. & diligentius & preſſius iſta conſiderat, & negat omnino compenſationem criminum ferendam eſſe. Non licuit ſententia ejus, ut ne Sodomitæ gravius peccarent, filias ſuas eorum libidini permittere: Neque fas eſt, ut in noſipſos levius crimen admittamus, ut gravius vitemus. Apoſtolus quippe apertè docet, non eſſe mala facienda, ut bonum conſequatur. Proinde cùm ad peccatum ventum eſt, quamvis id leve videatur, abſtinendum omnino eſt. Quòd ſi gravius quippiam videatur, ſi detrectemus peccare, ſequuturum, ea cura Deo committenda eſt: nos verò illo prætextu, nullum peccatum debemus admittere. Hæc Auguſtini ſententia fuit, quæ mihi vehementer probatur. Et ne diſcedam à propoſita hiſtoria, quamvis ſenex iſte fidem hoſpiti debebat, tamen etiam filiæ ſuæ atque uxori Levitæ fidem & tutelam debuit. Neque hoſpiti ſuo fidem præſtare licuit, plus quàm verbum Dei pateretur. Quare non potuit illis jure filiam ſuam vel uxorem hoſpitis proſtituere. Non enim pater ita in poteſtate filiam habet, ut eam poſſit aliis ad libidinem exponere. Nec ipſa filia, ſi pater velit atque jubeat, in crimine debet parere. Sed aiunt: Minus malum graviori eſt præferendum. Scio ita ſolere dici, ſed rectè oportet intelligi, ut locum habeat in afflictionibus externis, & corporis vitæque moleſtiis. Quia in incommodis hujuſmodi quoties deliberandum eſt, quid cui præferamus, minor jactura præferenda eſt majori: quoniam rationem boni habet: ſed in peccato nulla boni eſt ratio. Et ſanè quicquid peccatum eſt, illicò reſpuatur oportet, ſequaturque quid velit. Lothum verò & iſtum ſenem utcunque Auguſtinus excuſat, quòd animo anxio & perturbato lapſi fuerint. Sæpe accidit prudentibus viris, ut animo commoto ea faciant, quæ poſtea reverſi ad ſe non probant. Sed hæc excuſatio non prorſus homines iſtos à peccato abſolvit, quamvis illos nonnihil relevet. Quod ſi quis dixerit, Paulum minus peccatum majori prætuliſſe, cùm diceret ſe velle ἀνάθεμα eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis, potius quàm ipſi perſiſterent in ea cæcitate ac pertinacia, qua detinebantur. Qui hoc nobis objicit, ſciat ſe non tenere locum Pauli tenere. Volebat quidem Apoſtolus, Iudæorum ſalutem periculo ſuo redimere, non utique peccato, ſed jactura vel damno, nempe ut ἀνάθεμα eſſet à Chriſto, non utique ut Apoſtata fieret, aut deſineret in Chriſtum credere, ſed tantùm ut vita æterna & felici non frueretur. Auguſtinus habet item multa, contra iſtam delictorum compenſationem. Inter alia; Quid, inquit, ſi quis requirat aut à puella ſtuprum, aut adulterium à nupta, & minetur ſeipſum interfectum iri, niſi quod petit impetraverit, debét ne à puris & caſtis mulieribus audiri? Minimè profectò. Neque ſi poſtea ſeipſum is interemerit, pudicæ mulieres moros ejus reæ videri debent? Illius quidem vices dolebunt, factum deplorabunt, ſed non arbitrabuntur ſe malè feciſſe, quòd illicita ei non conceſſerint. Idem Auguſtinus in Pſal. 146. ſcribit: Si quis uxori benevolentiam debitam neget, ut continenter vivat, & uxor interea labatur in adulterium, peccat nec ejus conſilium probari poteſt. Non enim admittendum eſt vitium in uxore, exercendæ continentiæ cauſa. Deus inquit, non compenſat tale damnum iſto lucro. Vnde ſententia Leonis 1. diſtinct. 46. can. Non ſuo, probanda eſt, qua dixit, Indecens eſſe ut aliqui ſuum crimen commodis alienis impendant. Auguſtinus de Mendacio ad Conſentium ait; Pro ſalute proximorum faciendum eſt quicquid poteſt fieri. At ſi eò ventum fuerit, ut citra peccatum juvari non poſſit, nihil aliud reſtat quod agamus. Et adjecit, neminem adducendum eſſe in cœlum per mendacium. Idem alibi ait; Si pauperes videant divitem crudelem atque avarum, & ei aliquid velint ſuffurari, ut vel ſibi vel aliis pauperibus ſubveniant, non minuunt peccatum, ſed augent. Et Gregorius

In Iud. 19. v. 14.
Gen. 19. 8.
Rom. 3. 8. Compenſatio criminum nõ eſt admittenda.
Quomodo minus malum graviori ſit præferendum.
Rom. 9. 3.
Ex 7. cap. epiſt. ad Rom.

M

Prov.21.27.

Romanus in Epiſtola ad Evagrium: Minus peccatum committere, ut gravius evitetur, eſt è ſcelere victimas offerre Deo, ut Proverb.21. cap. habetur. Quod autem Chryſoſtomus & Ambroſius Lothum hoc nomine laudant, ſic intelligendi ſunt, ut charitatem ejus & fidem erga hoſpites probent, & rationem habuerint atrocitatis peccati, quod cives committere parabant, non quòd probent eorum ſuarum mulierum proſtitutionem.

Præcepta Dei diſtinguuntur in præcipientia & prohibentia. Quæ fieri mãdantur, omnibus viribus fieri debent. Quæ prohibẽtur, abſque ullã propenſione ad ea, vitari debent. Deut.6.5.

24 Porrò obſervare debemus, omnia mandata Dei, vel præcipere aliquid, vel interdicere. Præcipiũt autem non tantùm ut leviter fiat aliquid, ſed etiam, ut tota anima, & toto corde, omnibus viribus, & accuratiſſimè fiat: ut nihil protſus in nobis ſit, quod divinæ voluntati non obſequatur. Quòd autem vetant, id non ita tantùm vetant, ut in nobis ne ſit: ſed etiam ut ne affectus quidem, aut propenſio ulla ad id in nobis relinquatur. Atq; idcirco Deus edixit; Non concupiſces: ut mente, voluntate, & protſus omnibus partibus, & animi & corporis, ab illis quæ Deus prohibuit, abhorreamus. Et ad hunc modum mutuò ſibi reſpondent hæc duo mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, ex toto corde, &c. quòd in omnibus præceptis aliquid jubentibus, eſt repetendum: & ultimum, non concupiſces, quod viciſſim in omnibus quæ interdicuntur, eſt intelligendum. Quare in his duobus mandatis energia, & ut ita dicam, anima Legis eſſe intelligitur: ut ſine quibus cætera Dei mandata, plena & perfecta eſſe non poſſunt.

Exod. 20. 17.

Duo mandata ſumma Legis.

CAPUT IV.

Præceptum primum, De Idololatriâ.

Vide in Iud. 22. verſ.59. In Iud. 2. Idololatriæ ἐτυμολογία. Quid ſit idolum.

IDololatria vox Græca eſt, eáque ἀπὸ τοῦ λατρεύειν, & ἀπὸ τοῦ εἰδώλων compoſita: nec aliud eſt quàm idolorum cultus. εἴδωλον verò, ἀπὸ τοῦ εἴδους, quod eſt forma, deducitur, ſeu dixeris formula. Eſt autem idolum (ut nunc de eo loquimur) omnis forma ſeu ſpecies, quam ſibi homines, ut referatur ac exprimatur Numen, adinvenerint. Utque harum formarum multiplices ac variæ materiæ inveniuntur, diverſa quoque idolorum ſunt genera. Unde ſi lapides, ligna, ſeu metalla fuerint, quibus Deus exterius effingatur, ut ibi adoretur, ea craſſa & manifeſtiſſima ſunt idola. Poteſt etiam ſpiritualis adhiberi materia, quod utique tunc accidit, quando formæ illæ ac imagines nihil aliud quàm mentis atque animi conceptus fuerint, quos homines ad ipſum Deum repræſentandum ſibi fabricant: non uti Scriptura ipſum prædicat, ſed pro ſuo ipſorum arbitratu ac temeritate. Iuxta materiæ igitur conditiones, idolum in duo genera diducitur, ut aliud externum ſit aſpectabile, quod in ſenſus humanos incurrat: aliud verò interius, hoc eſt, in animorum penetralibus effictum. Cultus etiam religioſi duæ ſunt partes. Una interior eſt, qua Deo ipſi credimus, fidimus, gratias agimus, noſque ipſos ac noſtra illi ſubjicimus, & cum precibus religioſè invocamus. In his planè actionibus, interior adoratio conſiſtit. Altera verò pars, notas externas habet, quibus hunc noſtrum animum proſternendò corpus, & genu flectendo, aperiendo caput, loquendo, & ritus ac ceremonias à Deo inſtitutas exercendo teſtificatur. Atque hic eſt cultus exterior, vel adoratio.

Diſtinctio idolorum per materias.

Idolum viſibile & inviſibile.

Duæ partes cultus religioſi.

Adoratio interior, quibus rebus conſtet.

Adoratio exterior, quibus rebus conſtet.

Adorationis externa ſigna etiam principibus exhibẽtur.

1 At notandum eſt, hujuſcemodi externa ſigna, incurvandi corpus, vel genua, & alia horum ſimilia etiam creaturis exhiberi, Principibus inquam & Regibus, qui Dei authoritatem in terris hominibus referunt, & ejus vices in rerum adminiſtratione obeunt. Et ſanè tunc nihil aliud exiſtimanda ſunt, quàm certa teſtimonia, quibus verè ac ex animo fateantur, quotquot in inferiori loco poſiti ſunt, ſe Dei nomine velle ſubeſſe, atque obtemperare hujuſmodi poteſtatibus, quantum per pietatem & verbum Dei licuerit. Cavendum autem ibi eſt, ne interiori judicio plus illis quàm par ſit attribuamus, vel ab eis majora expectemus quàm eorum vis & potentia queat præſtare: alioquin idololatriam minimè vitaremus. Quocirca ſi quis incurvando ſeſe principi ſuo, teſtari vellet eum errare non poſſe, ac ipſi licere quidvis facere, ac pro libidine quæcunque placuerint A imperare: is proculdubio idololatriæ teneretur, eámque tam interius quàm exterius committeret. Mancipiis vero Papæ, an id uſuveniat, inde colligere poſſumus, quod ita ſe ad ejus pedes adjiciunt, ut ſeſe velle ſubjici ei teſtentur, tanquam unico vicario Chriſti in terris, ut univerſali Epiſcopo Eccleſiæ, ut ei qui non poſſit in fidei dogmatis ſtatuendis errare, ac denique, cui ſoli de religione ac diſciplina Chriſtiana ſit fas pro libito diſcernere. Eſt B ergo in univerſum hæc certa & firma regula, ut demiſſiones haſce externas corporis, cùm teſtimonia fuerint animi attribuẽtis creaturæ plus quàm deceat, vel quæ Dei propria ſint, eas tum ad idololatriam pertinere. Non enim ad ipſum Deum vel ad obedientiam mandatorum ejus referuntur, ſed ad formas & ſpecies inanes, quas ipſi nobis finximus & animo concepimus.

Dum adorationis ſigna exhibentur Principibus, quid cavendum.

Papiſtæ idololatriam in ſuũ Papam committunt.

3 Deprehendi etiam hinc poteſt, ſanctorum invocationes, quibus Papiſtæ utuntur, idololatricas eſ- C ſe. Nam ſanctis tribuunt quæ unius Dei tantummodo ſunt, nempe ut noſtras preces abſentes audiant, aut quòd vel ubique, vel in pluribus locis eodem tempore præſentes adſint, quo invocantibus nomen eorum per diverſas orbis partes queant opem ferre. Auguſtinus in epiſtola ad Dardanum, id nec de anima quidem Chriſti prædicare auſus eſt, ut ſcilicet eodem tempore in pluribus locis eſſe potuerit. Quãobrem quod Chriſtus latroni dixerit, Hodie mecum D eris in paradiſo, id quoad naturam divinam eſſe intelligendum expoſuit. Quandoquidem corpus Chriſti eo die in ſepulchro, & animus apud inferos futura erant. Nec ille animus, apud infernos & in paradiſo ſimul eſſe potuit. Baſilius item de Spiritu ſancto, nec non Didymus, hoc angelis dare noluerunt, ut ſimul in diverſis locis queant eſſe, affirmantes id tantùm uni Dei naturæ concedendum. Cæterum qui ſanctos invocant, illos audire credunt, & ſibi adeſſe, quod oppidò eſt plus illis tribuere, quàm creatæ naturæ vis & ratio patiatur.

Mortuorum invocationes ad idololatriã pertinent.

Luc.23.43.

Non eſt creaturę, poſſe in pluribus locis ſimul eſſe.

E 4 Verùm hic tergiverſantur, aiúntque ſe non ita putare, ſed ipſum Deum, qui eorum preces audit, patefacere ſanctis, quidnam ab ipſis poſtuletur. At ita reſpõdeo: tum ſeipſos, tum alios fallunt. Etenim latet eos, an Deus velit eorum vota ſanctis indicare. Quamobrem preces, quas fundunt, nequeunt fide inniti, quam certam & indubitatam eſſe oportet. Afferunt item commentum de ſpeculo divinæ, ut loquuntur, eſſentiæ, in quo ſancti omnia intueantur. Cæterùm, quod finxerunt, nullum in Sacris literis F fundamentum habet. Deinde, quando ita volunt, ſtatuant ſibi, eſſe quod fingunt. Attamen illud ipſorum ſpeculum fateri cogentur haud quaquam naturalem, ſed voluntariam repræſentationem habere, ita ut ibi à ſanctis tantùm videatur, quantum Deus cognoſci voluerit: alioqui citra ullam exceptionem ſancti omnia ibi viderent, quod & falſum eſt, & cum divinis literis manifeſtiſſimè pugnat. Quoniam de die illo, inquit Dominus, nec angeli quidem noverunt, qui tamen faciem Patris vident. Deinde Papi- G ſtę ſub hac forma ſãctos nõ invocãt: etenim juxta hũc ſenſum ita dicendum illis fuerat, Facito Deus ut iſte vel ille ſanctus ea cognoſcat, quæ ab ipſo poſtulo, utque mihi adſit, & quæ rogo concedat: at illi multò diverſius agunt, Sancte Petre, inquiunt, Sancte Paule, pro me orato, hoc vel illud mihi efficito. Putant itaque ſanctos ſuas voces omnino audire atque percipere: quod ſi non exiſtimarent, inepte protſus agerent.

Commentum Papiſtarum, de ſpeculo divinę eſſentię.

Matt.24.36.

5 Declarant præterea titulis & epithetis, quæ H beatæ Virgini, Cruci, & aliis creaturis aſcribunt, quã de illis longè dignius exiſtiment ac ſentiant, quàm earum conditio ferat. Nec verentur creaturis lumina, cereos, lampadas accendere, ſuffitum facere, ac cætera præſtare, quæ cùm ab Ethnicis, tum etiam à Iudæis in veteri Lege ſoli Deo conſueverunt exhiberi. Quid plura? Nónne aras imaginibus ſanctorum conſtruunt? Quibus autem ædificantur altaria, ea teſtimonio certo Numina eſſe vel deos confirmatur. Auguſtinus Tom. 10. Ser. 6. ita ſcribit, Ara eſt, I quæ teſtatur, pro Numine id haberi cui erigitur. Nam illi, ſcilicet Ethnici, quod Numen habeant, & pro Numine accipiant illam ſtatuam, ara teſtatur.

Papiſtæ plus creaturis tribuunt, quàm conveniat.

Ara non eſt erigenda niſi Deo.

Quid

Quid illic faciat ara, ſi illud non habeatur pro Numine? Nemo mihi dicat: Non eſt Numen, non eſt Deus. Iam dixi, Vtinam ipſi ſic norint hoc, quomodo novimus omnes nos. Sed quid habeant, pro qua re habeant, quid ibi faciant, ara illa teſtatur.

De miraculis quæ ad aras divorum fiũt. Deus per cadavera & exuvias ſanctorũ mortuorum, miracula interdum edidit.
2. Reg. 13. 21.
2. Reg. 2. 14.

6 Sed inquiunt adverſarii: Nos ideo hæc facimus, quòd experientia compertum habeamus ea Deo placere: quandoquidem miracula ibi facit. Scio equidem miracula per ſanctos, & quidem mortuos, Deum interdum edidiſſe. Nam oſſa Eliſæi mortuum, ſuo contactu in vitam reſtituerunt. Et Eliæ pallio ad aquas fluminis dividendas idem uſus eſt, quò ſibi expeditum iter præberent. At Deus idcirco nonnunquam iſta facit, ut doctrina Prophetarum, & Apoſtolorum, quæ ipſum Dei verbum erat, confirmaretur. Nec tamen Scriptura tradit, ullam invocationem, aut Eliæ, aut Eliſæi, cùm ea miracula fierent, interceſſiſſe. Sed cum Papiſtæ ſuis in hiſce invocationibus, confirmationem Evangelicæ doctrinæ minimè quærant: ſed potius id ſatagant, ut ſuperſtitiones conſtabiliantur, illa miracula quæ jactant, potiùs ad diabolum quàm ad Deum ſunt referenda. Satan quippe nihil aliud magis quærit, atque homines à ſyncero Dei cultu abducere. Per Magos Pharaonis, hoc procul dubio tentabat, & per Antichriſtum talia quandoque nobis eventura, Paulus Theſſal. fideliter admonuit. At dixeris, diabolum hæc non poſſe facere, niſi Deus voluerit ac dederit. Fateor: & quare ſic velit, duæ cauſæ à Scripturis produntur, quarum altera ex Deuter. colligitur, nempe ut nos tentet, quo evidenter appareat, quanti verbum ejus faciamus, & an hujuſcemodi præſtigiis nos ab ipſo patiamur abduci: deinde ut incredulos puniat. Ita enim Paulus ad Theſſal. docet: Quia, inquit, dilectionem veritatis non receperunt, ideo præſtigiis & diabolicis miraculis traduntur illudendi.

Exod. 7. 22. & 8. 7. & 18.
2. Theſ. 2. 9.
Deut. 13. 3.
Miracula quæ fiunt ad mortuorum invocationes, ad Satanam ſunt referenda.
Cur Deus talia miracula per diabolum fieri velit.
2. Theſſ. 2. 11.

Act. 10. 25. Cornelius ad pedes Petri ſeſe abjecit.
Apoc. 22. 8.

7 At duo loca ſe offerunt in ſcripturis excutienda, ut propoſita doctrina magis confirmetur. Prior in Actis Apoſt. cap. 10. habetur, de Cornel. Centur. ad quem cum Petrus acceſſiſſet, ille ſe ad pedes ejus abjecit. Petrus autem id ferre noluit, imò cum reprehendens, ita inquit: Ne ſic feceris, ſurge, ego quoque homo ſum. In Apocalypſi quoque legitur Iohannem coram angelo procubuiſſe. Is autem monuit eum ne id faceret: Conſervus tuus, inquit, ſum. Duo hæc loca ſic poſſent accipi, ut Petrus & Angelus haſce actiones, ſeu verè idololatricas damnarint, quaſi Centurio & Ioannes, is Petro, ille autem Angelo, divini quippiam affigerent, pluſque tribuerent honoris, quàm creaturis conveniat. Cæterùm hoc de neutro iſtorum facile credendum videtur. Centurioni Scriptura teſtimonio eſt, quod Deum timuerit & coluerit. Quomodo itaque credemus eum potuiſſe adduci, ut Petrum eſſe Deum crediderit, vel ſaltem ut creaturæ honores divinos tribuerit? Iohannem quoque vel Apoſtolum, vel inſignem Theologum (ut aliqui volunt) veriſimile non eſt, angelum, à Deo non diſcrevisse. Quod ſi neuter eorum creaturam Creatoris loco voluit colere, id teſtare videtur, ut non liceat ipſis creaturis hoc externæ reverentiæ genus exhibere. Proinde non videbimur antea rectè dixiſſe, Principibus & Regibus hæc præſtari poſſe. At hoc reſpondeo, tenendum eſſe diſcrimen civilis ac mundani honoris, nec non divini ſeu religioſi, quemadmodum ſuperius explicuimus. Eſt præterea ſciendum, hos duos viros, Cornelium inquam, & Iohannem, haudquaquam voluiſſe adoratione ſua, Dei honorem ad creaturas transferre. Facilè tamen fieri potuit, ut ad immodicum reverentiæ ſignum prolaberentur, atque ita exceſſu quodam nonnihil peccarint.

Ioannes ad pedes angeli ſe dejecit.

Nec Petrus nec Ioannes, voluerũt creaturas adorare.

Centurio & Ioannes exceſſu peccarunt, non tamen idololatriæ accuſandi.

8 At quoad Reges & Principes, longè minus à lapſu periclitamur quàm erga angelos, aut Chriſti miniſtros. Nam ſi, quod ſpirituali munere fungantur, honor qui eis exhibetur, propius ad religioſam adorationem accedit. Non itaque damnatur in iis locis per ſe, vel genu flexio, vel corporis incurvatio, niſi quantum religionis ergò exhibentur. Debent igitur honores moderari adhiberi, præſertim cum religionis cauſa præſtantur. Et hæc de re in præſentia tantùm dictum eſto. Id vero memoria repetatur, quod etiam ſuperius admonuimus, hoc quoque pertinere ad idololatriam,

A cùm Deum verum aliis modis atque ritibus colimus, quàm ipſe voluerit, ac nobis præſcripſerit. Quod ſi aliter egerimus, idolum juxta ſecundùm ejus formam ſuperius deſcriptam colemus, nobiſipſis in mente vel animo quempiam Deum fingendo, qui cultu invento ab hominibus delectetur: is vero nuſquam eſt. Proinde non verum Deum, ſed idolum, quod animo concepimus, & colemus & adorabimus. Et ſanè ad hunc modum Paulum debemus intelligere,

Qui Deum aliter colunt quàm ipſe inſtituerit, ſunt idololatræ.

B quando ad Corinth. ait: Scimus quod idolum nihil eſt in mundo. Non docet Paulus quoad ſpeciem & formam externam idolum non eſſe: nemo quippe dubitat, idola ipſa, vel in externa materia, vel in animis noſtris locum habere. Idolum itaque intellexit, non quidem ſignum, ſed rem ad quam ipſum refertur. Senſitque rem ipſam, quæ ſignificatur idolis, nihil eſſe, quandoquidem nuſquam Deus eſt, qui talibus imaginibus vel repræſentetur, vel delectetur. **1. Cor. 8. 4.**

C

An Chriſtianis liceat cum infidelibus habitare.

9 Cùm Iſraelitæ ſint lapſi, quòd unà cum im- **In Iud. cap. 2 verſ. 16**
piis nationibus habitarint, & potius ab eis tributa ex- **Rationes quæ**
egerint, quàm illas juxta Dei mandatum extirparint: **id, affirmant.**
de eo agendum videtur; An piis viris liceat unà cum
impiis verſari ac habitare. Et ſanè multæ ſunt ratio- 1
nes, quibus id poſſet videri liberum eſſe. Primùm, quia **Matt. 9. 10.**
D Chriſtus publicanorum, Phariſæorum, & peccato- 2
rum convivia non aſpernabatur. Secundò, Paulus ad
Corinth. priori, fideli conjugi non facit copiam ut ab **1. Cor. 7. 12.**
infideli abeat, ſi modò is velit unà vivere atque habi-
tare. Deinde ſcribit idem Apoſtolus: Si quis infide- **1. Cor. 10. 27.**
lium vos ad convivium invitarit, & vultis ire, quæ vo- 3
bis opponuntur comedite. Suis itaque verbis libe-
rum facit. Præterea idem in eadem Epiſtola, ſe ait
monuiſſe Corinthios, ut ſcortatores, rapaces, maledi- **1. Cor. 5. 10.**
cos, & conſimiles evitarent: non quidem omnes ait,
E alioqui debuiſſetis de mundo exire, ſed ſi quis frater 4
vocatur, &c. Non itaque nobis interdictum eſt, impio-
rum omnium commercia evitare. Ad hæc vocatus **Gen. 12. 1.**
eſt Abraham è Chaldea, & juſſus peregrinari inter 5
nationes à religione alienas. Vnde verſatus eſt in
terra Chanaan & in Ægypto, quæ loca idololatris re-
ferta erant. Quin & Lothus à converſatione atque fa- 6
milia cognati ſui Abrahami ſeſe disjunxit, & ad Sodo- **Gen. 13. 1.**
mam habitandam ſe contulit. Naaman quoque Sy- 7
rus ad ſuos idololatras rediit: Chriſtus item, quos à 8
F morbis ſanaverat, non eos omnes retinuit ſecum, ſed **Gen. 13. 12.**
illos quandoque ad ſuos remiſit, ut ibi nunciarent **2. Reg. 5. 18.**
quæ ſibi contigiſſent. Sub hæc, legibus civilibus, hæ- **Luc. 8. 32.**
reticis quibuſdam, locus datus eſt, ut Novatianis in 9
urbe Conſtantinopolitana, & hodie Iudæis paſſim
conceditur, ut inter Chriſtianos habitent.

10 Quæſtio porrò hæc ut gravis eſt, ita ſinus com-
plures habet. Quamobrem videtur primo loco diſtin- **1. Diſtinctio.**
guendum eſſe, quid Magiſtratibus, quidve privatis
hominibus liceat. Deinde intelligendum eſt, conver- **2. Diſtinctio.**
G ſationem cum infidelibus duplicem eſſe: unam, qua
homines ad idololatricos & impuros cultus adigan-
tur: alteram verò, qua relinquantur liberi. Deinde at- **3. Diſtinctio.**
tendendum, eos qui unà degunt cum impiis, quoad
religionem, interdum peritos & fortes eſſe: nonnun-
quam verò cùm infirmos, tum etiam indoctos.
Dicendum itaque videtur, quo ad homines privatos,
ubi periti fuerint, & unà cum doctrina conſtantiam
conjunctam habuerint: modò non cogantur impiis
ritibus communicare, illos cum hominibus infideli-
H bus licitè agere ac verſari poſſe, dum tamen
cautiones quædam adhibeantur. Prima eſt, ut **1. Cautio**
hoc animo id faciant, quo alienos à pietate doceant,
& ad religionem ſinceram inducant. Et idcircò dum
agunt inter eos, minimè ceſſare debent: verùm ſem-
per id moliri, cujus cauſa in iis locis verſantur. Atq;
ut inſtituto & doctrina eorum ſit fructuoſa, conſul-
tiſſimum eſt, ut blandi, comes, ac benigni ſint erga
eos, quos Chriſto lucrifacere cogitant. Niſi enim
fides illis fiat, ſe ab iis amari, & plurimi fieri à qui-
I bus inſtituuntur ac monentur, res bene inſtituta pa-
rum feliciter procedet. Deinde videndum eſt, ut ſan- 2
ctè, juſtè, atque honeſtè vivant: nam ſi moribus eorũ

Digitized by Google

infideles offenderentur, inutile prorſus miniſterium eorum evaderet: quandoquidem nihil conducit una manu ædificare, quod altera deſtruas. Præterea id maximè videndum eſt ne prætextu comitatis vel amicitiæ, ſeſe ritibus impiis admiſceant: nec quidem ſi perſuaſum haberent, ſe poſſe hac via illos facilius ad Chriſtum allicere. Apoſtolica enim regula, ut inconcuſſa maneat oportet: Mala non eſſe committenda, quò bona contingant. Caveant etiam ne ſuam cauſam, néve ſua commoda quærant, dum cum eis verſantur. Etenim quidam reperiuntur, qui licet cupiditatem Evangelii propagandi obtendant, ſuas tamen voluptates & lucra ſeu compendia revera ſectantur. Quare ſi deſperetur (quod tamen rarò iuſtè poteſt contingere) ſalus hujuſmodi infidelium, cum eis amplius non eſt agendum, niſi quantum neceſſitas vel noſtra, vel eorum poſtulat: id eſt, ſi forte ipſi laborarent graviſſimè, nec eis aliunde quàm opera noſtra poſſet ſubveniri: aut ſi noſipſi quæ ad victum neceſſaria ſunt, alibi quàm apud eos non valeremus nanciſci. Converſari etiam cum eis licebit, quantum naturales & civiles neceſſitudines exigunt, aut ſi noſtri principes fuerint, patres, conjuges, aut heri, & horum ſimilia.

Rom. 3. 8.

Probationes ex divinis literis.

11 Reſtat ut hanc ſententiam confirmemus divinarum literarum vel teſtimoniis, vel exemplis. Ita profectò Chriſtus agebat, qui hac de cauſa cum publicanis, peccatoribus, Phariſæis & Scribis verſabatur, ut eos de ſalute inſtitueret, & à peccatis ad virtutes & pietatem converteret. Vnde Hieronymus cap. 9. Mat. ſic habet: Ibat quidem Chriſtus ad peccatorum convivia, ſed ut occaſionem docendi haberet, utque illorum invitationes, cum ſpiritualib. epulis compenſaret: neque alia ibi referuntur, niſi quæ Chriſtus ipſe dixerit aut fecerit, quæve potentia illius doctrinæ fuerit, &c. Hac eadem ratione Prophetæ antiquitus utebantur, quando cum populo idololatra unà verſabantur. Nec diſſimili ratione Apoſtoli, cùm à Chriſto miſſi eſſent, inter Ethnicos verſabantur. Neque Paulus cùm veniſſet Athenas, gravatus eſt per idolorum templa diſcurrere, ac ibi titulos & inſcriptiones altarium curioſè atque ſubtiliter inſpicere. Vnde illam ἀγνώστῳ, Ignoto Deo, arripuit, ac inde argumentum egregiæ concionis illic habitæ accepit, ut Athenienſes ex propriis ipſorum tabulis quodammodo redargueret. Satis hæc eſſe arbitror, ad ſententiam jam allatam confirmandam. At priuſquam hinc diſcedam, id quoque admonere viſum eſt, iſtis iiſdem cautionibus adhibitis, licere piis hominibus cum excommunicatis converſari, ut videlicet eos in viam revocent, modò ne cum illis in crimine communicent, vel animi cauſa cum eis agant.

Matt. 9. 10.

Act. 17. 23.

Quomodo cū excommunicatis converſandum ſit.

12 Pergamus vero, & de infirmis atque indoctis hominibus, quid ſentiendum videatur, exponamus. Ii licet non cogantur idololatricis ritibus ſeſe polluere, non debent unà cum infidelibus agere. Nam cùm indocti ſint, docendi prætextum non habent, etenim ſi conarentur alios inſtituere, veram Chriſti doctrinam ſua inſcitia ridendam facilè propinarent. Et ſane talium hominum ignorantia, non leviter arguenda eſt: ſiquidem inter Chriſtianos, nullus tam idiota reperitur, quin ad id aſtringatur, ut ſuæ fidei rationem poſſit reddere, ac alienos quadantenus inſtituere. Et ſanè id omnes poterunt, modò in Catechiſmo ſe patiantur mediocriter inſtrui. Qui tamen ejuſmodi ſunt, ut ignorantia laborent, ii quantum pariter neceſſitas corporis & neceſſitudines inevitabiles debent ſe à familiari commercio infidelium ſejungere. Quid vero de præceptoribus dicemus? Abhorrent ſæpenumero à pietate, qui tamen ad bonas artes & ad philoſophiam docendam adhibentur. Dico periculoſum eſſe illis uti, ſiquidem in animos audientium perverſa plerunque inſtillant, & cùm de præceptore docto mira ſoleat apud diſcipulos eſſe opinio, facilè poſtea fit, ut eos incipiant admirari, & quidem non vulgariter. Quare videntes eos eloquentes, acutos in liberalibus artibus, & in philoſophia bene verſatos, vix queunt ſibi perſuadere, illos de religione vera falli ac miſerè decipi. E diverſo quippe videmus Origenem Adamantium, cùm præter Chriſti religionem qua inſtitutus erat, bonis artibus & philoſophia mirificè imbutus eſſet, docendo Ethicas diſciplinas, permultos ex auditoribus ad Chriſtum perduxiſſe. Scimus etiam Auguſtinum, cùm Ambroſium ob illius facundiam libenter audiret, à Manichæis ad Catholicos denique tranſiviſſe. Ita, imò facilius (quandoquidem ad mala magis quā ad bona proni ſumus) contingit ſæpius, ut qui ſunt in religione infirmi, & parum docti, ſub impiis præceptoribus, quo ad impietatem, plurimum proficiant. Et hac ſanè via Iulianus Apoſtata defecit à Chriſto, dum Libanio, Iamblicho & Maximo præceptoribus uteretur. Quapropter cum abſque gravi periculo tales præceptores non habeantur, ab eis omnino deſiſtendum judico.

Infirmi & imperiti non debent cum infidelibus agere.

Chriſtianorum ignorantia, quoad fidem, reprehēdenda.

Non eſt danda opera impiis præceptoribus.

Pii præceptores religionē facilè promovent.

13 Dixeritis fortè, Paulum Apoſtolum in Epiſtola prima ad Corinthi s haſce cautiones aut exceptiones de infirmis & indoctis minimè tradidiſſe, cùm ſimpliciter ſcribat: Si quis ex infidelibus vos vocaverit, & vultis ire, &c. Iis verbis teſtari videtur, totum id noſtræ voluntati permittendum. Reſpondeo: Apoſtolum non id liberum permittere cuilibet voluntati, ſed tantùm rectæ ac bene inſtitutæ. Nam ſi quis ad ea convivia ſe contuliſſet, ut inebriaretur, ut ventri ſeu crapulæ indulgeret, aut ſermonibus obſcœnis ſeſe oblectaret, citra controverſiam permiſſione Pauli non excuſaretur, ſed ob voluntatis improbitatem corruptúmque propoſitum, vehemēter eſſet arguendus. Nec ſecus ubi converſando cum infidelibus de ſua conſtantia quiſpiam eſſet dubius, viderétque ſe nihil poſſe iis qui affuturi eſſent prodeſſe, profectò is conſcientia integra, ſeu bona voluntate non poſſet eo proficiſci. At ſi acceſſerit, id quod agit, ad gloriam Dei (quemadmodum jubetur) non inſtituet. Proinde, ſi Paulus eo loco diſertis verbis cautionem allatam non poſuit, inde minimè colligitur, eam non eſſe adhibendam: quandoquidem tum firma conſtat ratione, tum ex aliis divinæ Scripturæ locis evincitur, id minimè licere. Atque ut ab ipſomet Apoſtolo non diſcedam, is capite ſeptimo ejuſdem epiſtolę ait: Illum bene facere, qui firmum habet in corde propoſitum, ut ſuam virginem ſervet: conditionem tamen adjecit, modò neceſſitatem non habeat, & poteſtatem habeat propriæ ejus voluntatis. Nam ſi contra inſtitueret, quàm filia ſeu vellet ſeu opus haberet, proculdubio jam non bene faceret. Vnde apparet, ad operis bonitatem ſeu rectitudinem, ſatis non eſſe providere, ut ne ipſum ſua natura ſit vel malum, vel quod pugnet cum verbo Dei: ſed adhæc id exigi, ut recta, integra, ſanáque voluntate ipſum aggrediamur. Debet itaque quiſque imperitus atque infirmus, quantum naturalis & civilis neceſſitudo patitur, ab infidelium commercio ſeu familiaritate diſiungi. Nam cùm inde animo ſuo periculum imminere videat, non poteſt bono animo ac ſano conſilio cum illis verſari. Poteſt attamen illis debita officia præſtare, quæ divina lege mandantur, ne ſententiæ Pauli fiat obnoxius, dum inquit, Qui ſuorum, & præſertim domeſticorum, curam non habet, fidem abnegavit, & infideli eſt deterior. Quin & ejuſdem Apoſtoli præcepto, ſervis neceſſe eſt, ut ſuis dominis pareant.

1. Cor. 10. 27.

1. Cor. 7. 37.

Ad actionis bonitatem, non ſatis eſt, illam natura ſua non eſſe malam.

1. Tim. 5. 8.

Eph. 6. 5.

14 Jam supereſt, ut de converſatione ditimenda, rationes & teſtimonia ſacrarum literarum indicemus. Principio quidem, Servator noſter dicere non eſt veritus, Matthæi 5. & 18. cap. Si manus tua, pes aut oculus, tibi eſt offendiculo aut impedimeoto, abſcindas, & abs te projicias. Hæc porrò, quemadmodum ſaniores interpretes monent, de corporis membris minimè dixit, ſed ad eos retulit, quos familiares, conjunctos & propinquiſſimos habemus. Ii omnes à commercio noſtro ſeparandi ſunt, quantumvis utiles & commodi videantur, quando nos à Deo, qui æterna ſalus eſt, vel diſiungunt, vel remoras atque impedimenta interponunt, quibus inde avocemur. Chryſoſtomus hoc ferè argumentum tractans in Ioánnem, Homilia quinquageſima ſexta, inquit, Si putridum membrum à corpore amputamus, ne reliquas ejus partes corrumpat (quod certè non facimus, quia ipſum negligamus: carnem enim ſuā quis unquam odio habuit?) Quantò magis in his qui nobis malè juncti ſunt, idem facimus, non illos aſpernantes: verùm providendo ne ſalus noſtra ibi periclitetur, ubi videmus nos illis

Teſtimonia ſacrarum literarum pro allata ſententia.

Mat. 5. 29.

Mat. 18. 8.

Digitized by Google

illis non poſſe quicquam commodare? Proinde familiaritatem & concordiam hoc loco affectare, ſeu colere, minime conducit. Huc quoque lex ea Chriſti ſpectat, quam decimo octavo capite Mathæi tulit, ut qui ſunt deſperatæ quodammodo ſalutis, nec fratres recte monentes audiunt, imo etiam Eccleſiæ vocem ſe corrigentis aſpernantur, loco Ethnicorum atque publicanorum denique habeantur. Quod Paulus idem tradidit, qui priore ad Corinthios quinto capite mandavit inceſtum excommunicari, ne paululum fermenti ſanctorum univerſam conſperſionem pollueret.

Mat. 18. 17.

1. Cor. 5. 5.

15 Docebat præterea idem Apoſtolus, & quidem in eadem epiſtola, capite decimoquinto, ex Menandri Comici verſiculo; Sanctos mores corruptis ſermonibus viciari. Atque inde monſtrabat, fidem orthodoxam de reſurrectione, inter Corinthios, qui recens ad Chriſtum venerant, graviter eo nomine læſam fuiſſe, quod ad philoſophorum, ſeu potius hæreticorum argumenta ſeu prophanas rationes aures nimis faciles præbuiſſent. Nemo ſatis poteſt cogitare, ut facinum impiorum ſermonum, teneram fidem infirmorum labefactet. Quare utiliter ac oportune monebantur Corinthii, & cum eis omnes infirmi monentur, ut ab infidelium commercio abſtineant. Suadent quoque medici, ut quando morbus contagioſus, ſeu familiam ſeu viciniam pervaſerit, ut qui adhuc integra valetudine ſunt, ægrotantes non accedant. Siquidem in humanis corporibus atque temperamentis quædam ineſt συμπάθεια, qua contagio ab iis qui male habent, ad integros & ſanos facile manat, cujus vitus licet e veſtigio non ſentiatur, ab iis qui ſibi non caverint, illos tamen aliquanto poſtea perniciose labefactat. Proinde quando corporis morbos ita jubemur cavere, multo plus animi vitia providere debemus, ne aliunde nobis malum accerſamus.

1. Cor. 15. 33.

Similia.

Medicorum conſilium de contagione vitanda.

16 Habemus præterea naturam ita factam, ob genuinum vel originale peccatum, ut corruptioni ſimus undique obnoxii, quemadmodum tam divinæ literæ, quàm permulta experimenta nos quotidie admonent; ut dubium non ſit, quin alienorum peccatorum venena, ſi ea quam diligentiſſimè non evitemus, facilè ſimus imbibituri. Ea verò ut nullo negotio imprudentibus nobis adhæreſcunt, ita ſemel concepta non poſſunt abſque ſummis laboribus extrudi. Quocirca Chryſoſtomus, Homilia in Ioan. 56. quam paulo ante produxi, videtur ſapienter dixiſſe: Quod ſi eos meliores poſſemus reddere, ac nobiſip ſis non officeremus (de infidelibus & improbis illic agebat) omnia facienda eſſent: ſed cum illis prodeſſe non valeamus, quod ſint incorrigibiles, & noſipſos graviter lædamus, omnino ſunt abſcindendi. Deinde, ut ſuam validius confirmet ſententiam, illud inducit, quod 1. Epiſtola ad Corinthios capite quinto ſcribit: Malum auferte è medio veſtrûm. Quæ porro Apoſtoli verba de peccato accipi nequeunt, cum habeatur Græce, τὸν πονηρόν. Qua locutione, vir improbus notatur. Quamobrem nihil erraverim, ſi Apoſtoli verba paululum ad infirmorum commodum inflecterem, dicendo; Vos ipſos è medio improborum auferatis. Nam ſi, cùm debiles & imperiti ſitis, accerſeritis eos, permulta contra pietatem ac religionem, quam profitemini, cum videre tum audire vos oportebit. Ea verò, quia neque confutare, neque arguere valebitis: videbimini tanquam blaſphemiarum & contumeliæ veritatis teſtes adhiberi. Ac fortaſſis in animis veſtris aculeus relinquetur, quo diutius atque puteris in conſcientia vexanini. Sapientem audiamus qui recte ac fideliter monuit, Qui tangit picem, inquinabitur ab ea: & qui habet cum ſuperbo commercium, ſimilis ejus evadet. Ne ſuſcipias onus ſupra vires tuas, nec teipſum potentiori te adjungas. Hæc ad rem præſentem duplici nomine pertinent. Primùm quod aliena vitia picis inſtar eſſe dicantur, quæ tractantium digitis ac veſtibus incredibili glutino adhæret. Deinde fideliter monemur, ut rationem propriarum virium habeamus.

Noſtra natura corruptioni eſt undique obnoxia.

1. Cor. 5. 13.

Eccle. 13. 1.

Aliena vitia picis inſtar.

Ratio propriarum virium habẽda.

17 Doceant nos, quæſo, divinarum literarum exempla. Iſraelitæ ſeptuaginta annos in Babylone captivi fuerunt, & ita ſunt infecti nationum infidelium converſatione, ut poſtea, cùm ſibi prius à Cyro, deinde à Dario, potentiſſimis regibus,

Divinarum literarũ exempla.

A facta eſt copia redeundi, permulti eorum noluerint redire: ſed capti ædium, agrorum & mercaturæ commoditate, inter Chaldæos, Medos & Perſas reſtitabant: adeo in illis pietatis amor & ſtudium religionis refrixerat. Corripiebantur quidem ab Ezra, Nehemia & Zacharia, ſed parvo cum fructu. Quantum verò ex diuturna converſatione cum Ægyptiis Hebræi contaminati fuerint, ea quæ mox in deſerto geſſerunt, facilè teſtantur. Etenim cùm adhuc ob oculos haberẽt B ſumma erga ſe Dei beneficia, ab eo ad idololatriam deſciverũt: & quoniã viderant in Ægypto bovem ſuperſtitioſè coli; Aaronem inſtigarunt, ut ſibi fingeret bovem quem adorarent. Quo ſibi dato, cœperunt ei gratulabundi acclamare: Iſti ſunt dii tui, ô Iſrael, qui te de Ægypto eduxerunt. Adhæc per ſylveſtria loca iter faciendo, cùm ad fines Moabitarum perveniſſent, & unà cum ea natione familiarius quàm deceret verſarentur: eo adducti ſunt, ut non ſolùm cum Moabiticis impudicis mulieribus fœdiſſime ſcortarentur, ſed C etiam turpiſſimo idolo, nimirum Baal-Peor immolarunt, ſeque paſſi ſunt ſacris ejus impuriſſimis initiari. Petrus, Apoſtolorum præcipuus, cùm impiam aulam ſacerdotum Principis ingreſſus eſſet, atque ibi cum ancillis & ſervis impiis verſaretur, præceptorem ſuum, Chriſtum inquam Ieſum, Servatorem noſtrum, abjuravit. Quam poſtea culpam inde ſecedens, uberrimis lachrymis deflevit. Eſaias cùm Deum inſtar judicis in templo ſedentis videret, & circa eum aſtantes angelos, qui laudes illius puriſſimè celebrarent, quamvis D non videretur ſibi propriæ culpæ obnoxius, attamen exclamavit, Væ mihi, quòd in medio populi ago habentis immunda labia? Sentiebat undique vir Dei, ſe contagionis ex eo non parum contraxiſſe, quòd unà cum populo impuro diutius vixiſſet. Alexander ille Macedo, qui armis & præclariſſimis victoriis jam ſibi bonam partem orbis ſubjecerat, Perſarum moribus ita mollitus eſt ac effœminatus, ut quos ad ſuos mores & habitus pertrahere debuerat, eorum ipſe veſtes, mollitiem, faſtum ac ſuperbiam ſumpſerit: tan- E tum abfuit, ut eos ad Macedonum inſtituta traduceret. Quare magnum odium ſuorum militum incurrit. Nec prætereundum eſt, diuturnam converſationem piorum cum infidelibus, niſi fructus converſionis eorum appareat, & omnibus modis quæratur, moram ſeu impedimentum ſaluti eorum parere. Nam dum noſtros animadverterunt ſecum adeo familiariter agere, ſuperſtitiones & idololatrias, quibus laborant, non adeò malas & deplorandas exiſtimant. Et fortaſſis eò adducuntur, ut perſeverando F in eis, non deſperent ſe poſſe conſequi ſalutem. Nam ſi aliter res ſe haberet, noſtros fuiſſe diſſimulatores, minimè ſibi perſuadent. Iis accedit permultos ex noſtris eſſe, qui exemplo hujus promiſcuæ converſationis, exiſtimant ſibi quoque idem licere, quod alios facere vident. Unde quorundam facto ſeu exemplo malum graſſatur latius, & noſtra fides atque pietas Ethnicis ac Papiſticis hominibus ludibrio habetur. Sæpius etiam id uſuvenit, quod Pauli tempore, ut priori ad Corinthios habetur, accidiſſe novimus, ut G qui alioqui fideles erant, ex iſta converſatione, impietatibus & pollutis ritibus communicarent. Nam ex interiori conjunctione cum infidelibus, pedetentim fit gradus ad illorum ſuperſtitionem ac idololatriam ſectandam. Quamobrem non abſque ratione clamabat Apoſtolus: Fugite idololatriam. Taceo præterea, non poſſe fieri, quin ubi noſtri qui ſunt infirmi, nec doctrina & perſpicacia valent, inter fideles verſantur, ut de religione interdum ſermo incidat, in quo non labantur: attamen quando Sophiſti- H cen & paralogiſmos adverſariorum non queunt diluere, jurgia ſæpe oriuntur & concertationes, inde ad odia, maledicta & contumelias deſcenditur, quæ nullam ædificationem habent, ſed potius illam impediunt: tantum abeſt, ut ad eam gradum faciant. Huc etiam illud facit, quod Paulus ad Corinthios ſecunda ſcribit: Ne ducaris jugum cum incredulis. Quod enim conſortium juſtitiæ cum injuſtitia? aut quæ communio luci cum tenebris: aut quæ concordia Chriſti cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? I aut quis convenit templo Dei cum ſimulachris? Iſta tã clara ſunt ut lumine interpretationis non egeant: nec ſolùm de contrahendis matrimoniis accipi debent,

Exod. 32. 7.

Num. 25. 1.

Mat. 26. 70.

Eſa. 6. 5.

Alexander Macedo.

1. Cor. 10. 21.

Ibid. v. 14.

2. Cor. 6. 14.

Digitized by Google

A cùm latè ac in univerſum pateant, ad omnémque pertineant converſationem, cum impiis, quam noſtra cauſa ſuſcipimus.

18 Scio quidem umbras veteris Legis à nobis Chriſti beneficio jam eſſe remotas: verumtamen eas non dubitandum eſt manere, de quibus per eas tum temporis Dei populus admonebatur. Proinde quæro, quid voluerit ſibi Deus, cùm Iudæis præcepit, ut fimbrias veſtimentis quibus utebantur aſſuerent? Id nimirum, ut eo ſigno educti, ſe intelligerẽt ab Ethni- B cis diſcretos, neque fas eſſe ut ad eos ſe adjungerent, niſi quantum neceſſitas coegiſſet. Non ſemel prohibuit eis Deus ne redirent in Ægyptum, nec ab exteris nationibus auxilium peterent. Volebat quippe ſuo populo ſuperſtitionum & idololatriæ omnes occaſiones præciſas. Quin & hiſtoria Iudicum reſtatur, Iſraelitas graviter peccaſſe, quòd nationes iſtas idololatricas redegerint ſub tributum, pepigerint cum eis fœdus, & unà in iiſdem civitatibus & agris habitarint. Et ſanè, quàm id eis malè verterit, hiſtoria ipſa C indicat: non enim Chananæos ad verum Dei cultum induxerunt, ſed ipſi potius relicto Deo ſuo, idololatræ pariter evaſerunt. Taceo inter Hebræos & Samaritanos converſationem adeò fuiſſe odioſam uſque ad Chriſti adventum, ut muliercula Samaritis, cujus Ioannes meminit, Chriſto dixerit, Iudæos non conſueviſſe Samaritanis familiariter uti. Sub hæc, parum Chriſtianis convenit, παῤῥησίαν & facultatem liberè loquendi de Chriſto ſibi adimere: quod porrò eos facere neceſſe eſt, qui unà cum infidelibus ver- D ſantur. Nam ſi de Chriſto ſermones familariter cum infidelibus agendo conferrent, aut riderentur, aut nõ ferrentur. Profectò ſancti Patres antiquitus & dolebant & lugebant, cum aliqua neceſſitate cogerentur extra populum Dei agere. David undique teſtis eſt, qui cùm iniqua Saulis violentia cogeretur per loca deſerta vivere, gemebat. Et in Pſalmis apparet, quã gravi querimonia lamentaretur, quòd inter peregrinos & à Deo alienos verſari cogeretur. Daniel unà E cum ſociis, menſa regia & cibis delicatiſſimis frui potuiſſet, qui tamen ea commoda & voluptates abjecit, ne ſe dapibus ethnicis & immundis epulis incredulorum contaminaret. Moſes quoque ut ad Hebræos undecimo capite ſcribitur, cùm potuiſſet filius filiæ Pharaonis haberi, ac inde magnos honores conſequi, totum id aſpernatus eſt, & ſe ad fratres contulit, qui miſera ſervitute, luto ac lateribus conficiendis premebantur. Qui hæc exempla non ſequuntur, ij porrò declarant, ut gloriam Dei parum cordi habeant, utque nolint eam ſua quantumvis mi- F nima & parva jactura redimere. An, inquit Paulus ad Corinthios prima, Deum ad irã provocamus? An illo ſumus fortiores? Proinde qui ſunt infirmi atque indocti, dum unà verſari cum infidelibus audent, citra controverſiam Deum tentant, & quodammodo eum provocant, quaſi fortiores illo eſſe velint. Multæ ſanè aliæ rationes pro hac ſententia colligi poſſent: ſed quas protuli, volo nunc ſatis eſſe.

Quid ſibi vellent Hebræorum fimbriæ. Nu. 15. 38.

Deut. 17. 16.

Exod. 23. 23.

Iud. 2. 16.

Ioan. 4. 9.

Pſal. 120. 5.

Dan. 1. 8.

Hebr. 11. 24.

1. Cor. 10. 22.

Non licet converſari cum infidelibus, quando cogimur impiis ritibus communicare.

19 Ad eos nunc veniamus, qui ſic apud infide- G les agunt, ut illicitis ritibus intereſſe cogantur, ſive ii docti ſive indocti, ſive fortes, ſive imbecilles fuerint, quales ſint, modò non refert, omnes enim ſimul complector. Dico eorum nemini talem habitationem ſeu cõjunctionem eſſe ferendam: ſed inde aut fugiendum, aut potius mortem oppetendam, quàm idololatria committatur. Dicebat Paulus, quemadmodum antea commemoravi; Fugite idololatriam. Lex & Prophetæ, vetus atq; novum Teſtamentum, edictis, mandatis, legibus, monitis & correptionibus H plenum eſt, quibus alienus cultus interdicitur. Danielis ſocii maluerunt in fornacem conjici, quàm ſtatuam poſitam à Rege potentiſſimo venerari. Machabæa mater, cum ſuis liberis occidi potius voluit, quàm ſuillam carnem contra divinas Leges comedere. Innumerabiles cenſentur martyres, qui mortem conſtantiſſimè pertulerunt, ne à pietate ſuſcepta diſcederent: ſemper id ob oculos habentes, Ne illos timeatis qui poſſunt corpus occidere, &c. Paulus Epiſtola prima ad Corinthios item affirmat, quòd ſimus I templum Dei, membra Chriſti, & menſæ Domini participes, cui nihil poteſt cum menſa dæmoniorum eſſe commune.

1. Cor. 10. 14.

Dan. 3. 18.

2. Mach. 7.

Mat. 10. 28.

1. Cor. 6. 16.
1. Cor. 10. 20.

A 20 Omnia hæc ad noſtra tempora ſunt accommodanda, quando in Papatu homines pii, ſi habitent cum impiis, eorum Miſſis & ſacris impuriſſimis coguntur adeſſe: quod illis minimè omnium licet. Verùm nonnulli probationes à me jam allatas, excipiunt de ſacris idolorum intelligendas eſſe, non autem de ſuperſtitionibus, quæ in Papatu jam inoleverunt. At cogitare ſecum debent, nullum externum opus habendum eſſe pro Dei cultu, niſi verbo Dei B conſtitutum fuerit: quo ſi exuatur nihil prorſus aliud erit quàm humanum commentum. Non enim abſque fide poſſumus Deum colere: fides verò locum habere non poteſt, ſi verbum Dei ſubductum fuerit. Quocirca in actionibus humanis, utut ſpecioſæ fuerint, niſi Deus verbo ſuo eas approbarit, cultus ejus non eſſe poteſt. Profectò ſi homines volumus honore afficere, id inprimis obſeruare conſuevimus: quibuſnam rebus ipſi delectentur: quod ubi compertum nobis fuerit, tum putamus operam bene collocaſſe, C cùm illis ea præbuerimus, quibus gaudere ac delectari ſolent. Quare igitur eadem ratione cum Deo non agimus, ut illi eo cultu ſerviamus, quem ille ſuis oraculis approbarit? Audiamus eum in Eſaia, oblationibus, victimis, incenſis & holocauſtis, abſque fide ad templum allatis, defatigari potius quàm gaudere. Horret & deteſtatur hæc ſacrificiorum genera, ut Prophetæ nos docuerunt. Quod ſi hæc de ſacrificiis dicuntur quæ verbum Dei habuerant, ob eam tantùm cauſam quòd citra fidem offerrentur: quid ſen- D tiendum putamus de inventis humanis ac fictitiis cultibus, qui cùm Dei verbo deſtituantur fide tractari nequeunt? Nempe eos ad idololatriam pertinere. Id autem ſatis inde poteſt colligi, quia nullus verus Deus eſt, qui rebus iis coli velit. Vnde ſupereſt dum impii tales ritus ſuis ſacris adhibent, ut non verum Deum adorent, ſed illum quem iis rebus delectari ſibi finxerunt. Et cum is in rerum natura nullus extet, animorum ſuorum idolum colunt: idcirco jure meritoque dici poſſunt idololatræ.

Externum opus non poteſt pro Dei cultu haberi, niſi verbo Dei fuerit inſtitutum.

Eſa. 1. 13.

Nullus eſt verus Deus qui fictitiis cultibus delectetur.

E 21 Sed aiunt, quæ in Miſſa dicuntur & fiunt, ab inſtituto Chriſti ortum habuerunt, licet poſtea hominum culpa vitiata fuerint. Id certè nihil eos juvat quandoquidem in hiſce rebus non origo, ſed illarum natura & forma æſtimanda & conſideranda eſt. Et diligenter attendere oportet, an cum verbo Dei conſentiant. Serpens æneus ex Dei præcepto ſuum initium habuit, miraculis adhæc ornatus fuit, nam illum intuentes, à morſu venenato Iſraelitæ liberabantur. Is nihilominus cum Iudæi eum adorarent, ac illi ſuf- F fitum facerent, piis hominibus redditus eſt deteſtabilis: ita ut ſanctiſſimus rex Ezechias ipſum confregerit, ac unà cultum ejus funditus deleverit. Non itaque origo ſpectanda eſt, ſed uſus contemplandus, an cum prima inſtitutione congruat. Hebræi quando Aaronem impulerunt, ut vitulum conflaret, quem adorarent, nequaquam eum animum habuerunt, ut à vero Deo Iehova deſciſcerent, cùm illum profiterentur ſe de Ægypto eduxiſſe. Id tantum voluerunt, ut eum ſub quodam ſigno ac forma ſpectabili colerent, atque il- G lam ſibi ſpeciem delegerunt, qua viderant Ægyptios Numen exprimere. Sic Ethnici Deum unum, rerum omnium ſummum autorem, teſtabantur ſe venerari, qui ſibi variis multiplicibuſque ſignis deformaretur. Nam Pallade, aiebant ſapientiam ejus referri: Marte, vim atque potentiam: Iove autem, juſtitiam & bonitatem. Propterea ritus & ceremoniæ non ſunt æſtimandæ hominum conſilio & voluntate. Nec aliter de Ieroboam filio Nabat eveniſſe putandum eſt. Nolebat enim, ut præ ſe tulit à Deo Iehova colendo H populum abducere: ſed quia regno ſuo timuit, viditque facile fieri poſſe, ut ſi à ſuis Hieroſolymorum templum crebro peteretur, à ſe deficerent, & ad familiam Davidis reverterentur: Dixit igitur, nec templo Hieroſolymitano, nec arca federis ad id opus eſſe ut Deo vero cultum impenderent. Nam illum Deum Iehovam, ut referebatur Iudæis, arca lignea & templo Salomonico, perinde Iſraelitis, aureorum vitulorum ſignis exprimi poſſe, ita ut cultum quem eſſent Hieroſolymis præſtituri, in Bethel & in Dan I commodè poſſent Iehovæ exhibere. Nihil igitur iſte aliud molitus eſt, niſi quòd externum opus, quod ſeu cultum Dei obtrudebat, prorſus abſque verbo

Nu. 21. 8.

Serpẽs æneus.

2. Reg. 18. 4.

Non eſt ſpectanda origo ceremoniarũ, ſed an cum verbo Dei cõſentiant.

Exo. 32. 4.

Quid quæſiverint Hebræi, cùm vitulum ſibi fecerunt. Ratio Ethnicorum de ſua idololatria.

1. Reg. 12. 26. Conſilium Ieroboami.

Digitized by Google

A verbo illius confinxit, quo adempto, totum id quod agebatur, mera ſuperſtitio & idololatria erat. Tyranni ergo ac principes, cùm homines ad ritus pollutos cogunt, quamvis bonam intentionem, ut dicitur prætendant, & utut originem aliquam vetuſtatis prætexant, minimè ſunt audiendi. Paulus ad hunc modum Epheſios monet; Nolite communicare operibus eorum infructuoſis, verùm ea coarguite. Opera dixit eorum, quoniam Dei non poſſunt appellari, ut quæ ab ejus verbo plurimum diſcrepent.

Eph.5.11.

Quid faciendum, quando nobis obtruduntur ſuperſtitiones.

B 22 Cæterùm quid tum eſt faciendum, quando nobis obtruduntur? Illa debemus arguere, ac magna libertate, cùm fuerit opus, reprehendere. At periculoſum eſt, inquiunt, amittemus opes & dignitates, occidemur. Fateor: ſed nemo noſtrum, hac lege Chriſtianiſmum ſuſcepit, ut ſua vita, opes & dignitates manerent ſibi ſalvæ: imò Chriſtus diſertis verbis cuique noſtrum teſtatus eſt; Niſi renunciaveritis omnibus rebus veſtris, crucem ſuſtuleritis, & me ſequamini, diſcipuli mei eſſe minimè poteſtis: & niſi animas veſtras perdideritis, illas nequaquam poſſidebitis.
C Hæc nos porrò ſic conſtituere oportet. Cyprianus quemadmodum Auguſtinus refert, cùm ad ſupplicium duceretur, Præſes ei dixit, ut qui voluiſſet eum evadere: Iam do tibi ſpacium ad deliberandum, utrum velis decernas, an ita miſerè interfici, an parere, ac liber dimitti? Reſpondit vir Dei: In re tam ſancta deliberatio non habet locum. Qui hoc animo affecti non ſunt, ſed ne vita néve bona ſibi pereant, ſolliciti vehementer ſunt: ii Miſſis & impuris ſuperſtitionibus
D ſeſe facilè polluunt, & ea de cauſa graviſſimas pœnas luunt. Primùm quidem, conſcientia eos miſerè torquet: deinde lumen veritatis, quod antea in eorum animis accenſum erat, paulatim extinguitur. Adhæc, non rarò ſibiipſis de illa ſimulatione vehementer placent, tantum abeſt, ut illius ipſos pœniteat. Quin illam ipſam conantur aliis perſuadere, ac eos qui ſuis monitis non obtemperant, odiſſe incipiunt: & denique in eos, ut poſſunt, iras, arma, & potentiam Tyrannorum atque poteſtatum mundana-
E rum incitant. Talem ego ipſe multorum infeliciſſimum exitum vidi.

Mat.10.37. & 16.24.

Cypriani reſponſum.

Eorum pœna qui ſuperſtitionibus ſe contaminant.

23 Dum autem hac ratione ſimulant, ita ſe tueri ſolent. Non, inquiunt, ex animo facimus, corpore duntaxat, ac externo habitu ita nos gerimus. Cur verò ii non cogitant ſecum externas actiones ſpeciem quandam confeſſionis eſſe? útque linguæ non licet in fidei ac religionis profeſſione ab animo diſcrepare, ſic etiam illi debet conſentire, quicquid exterius
F in divinis ceremoniis agitur. Addas etiam: Corde credi ad juſtitiam, ut inquit Paulus, ore autem confeſſionem fieri ad ſalutem. Chriſtus quoque dixit, Quiſquis de me coram hominibus erubuerit, me quoque coram Patre meo ejus pudebit. Iſtos præterea ſcire velim, eam non eſſe puram verámque fidem, quæ in actiones ſibi conſentientes non erumpat. Huc accedit, Servatorem noſtrum, qui gloriam Patris quæſivit ſtudioſiſſimè, cùm templum repurgaſſet à mercatoribus, dixiſſe; Zelus domus tuæ comedit me. At
G ii noſtri nullam æmulationem oſtendunt ejus pietatis & fidei, quam ſe in animo concluſam habere jactitant. Nec illis in mentem venit, quemadmodum reperitur Dei cultus interior, quo de illo verè ac honorificè ſentimus: ita etiam exteriorem eſſe, quo eum ritè, ac pront præſcripſit veneramur. Atque idololatriam duplicem conſimiliter extare: nam una eſt, quæ nobis Deum, qualem volumus, pravis dogmatis in animo fingimus: altera vero qua externum cultum non tantùm ad creaturas & idola transferimus, verùm
H illum noſtris inventis ac mendaciis vitiamus. Rectam, inquiunt, in corde ſententiam retinemus. Eſto: At corpus idolis & diabolo proſtituitis. Paulus verò admonet, corpus veſtrum eſſe membrum Chriſti: cur illud accipitis, & meretrici aptatis? Sed Paulus, aiunt, id ſcripſit de ſcortatione. Scio. Verùm prophetæ interea nos docent, idololatriam eſſe ſcortationem omnium maximam. Ieremias enim, Ezechiel, & cæteri ſancti vates, ita contra Iudæos & illorum Eccleſiam agunt, ut eam dicant inſtar meretricis, ſub qualibet
I arbore frondoſa, idolis & prophanis cultibus crura divaricaſſe. Deinde, quàm iſtorum excuſatio frivola ſit, divinum oraculum ſatis demonſtrat, quod Eliæ Pro-

Externa opera ſunt ſpecies quædam confeſſionis.

Non eſt vera fides, quæ in actum non erumpit.
Rom.10.10.
Mar.8.38.

Ioan.2.17.

Cultus interior & exterior.

Duplex idololatria.

1.Cor.6.15.

Idololatria ſcortationum omnium maxima.
Ier.3.6.
Ezech.6.13.
1.Reg.19.18.

A phetæ Deus ita reſpondit: Reliqui mihi 7000. virorum, qui non curvaverunt genu ante Baal. Non ait, qui rectè in animo ſentiunt, quique mente ſua orthodoxè credunt: verùm attingit è veſtigio ſymbolum externi cultus de genu curvando. Et qui totum hominem condidit, ejus dimidio non eſt contentus, neque ſuam creaturam cum diabolo vult partiri. Mihi, inquit, mihi inquam uni, omne genu curvabitur. Porrò ſi ratio iſtorum alicujus ponderis eſſet, Corin-
B thii etiam potuiſſent eâ factum ſuum excuſare. Paulo etenim dixiſſent: Quid in nos es tam vehemens? Ipſi quoque ſcimus idolum nihil eſſe, rectam opinionem in animo conſervamus, illa Deus eſto contentus: liceat nobis interea corpore ac externa præſentia noſtris commodis inſervire.

Deus totum hominem condidit, ac totum vult habere.
Eſ.45.23.

24 Deinde aiunt: Iſta nos haudquaquam vitiavimus, imò incorrupta & integra vellemus habere: Propterea quicquid hic peccatur, nobis aſcribi non debet. Reſpondeo: Verùm quidem id eſt, nemini alie-
C num peccatum imputari. Sed tamen vobis, dum prophanis ritibus adeſtis, id culpatur & rectè imputatur, quòd alienæ impietati communicatis. Apoſtolus Epiſt.1. ad Corint. aiebat, An neſcitis eos qui comedunt victimas, participes fieri ſacrarii? Quid ergo dico? Simulachrum aliquid eſſe? aut immolatum idolis aliquid eſſe? Non: Verùm illud dico, quæ immolant gentes, dæmoniis immolare. Nolim autem vos participes eſſe dæmoniorum. Non poteſtis bibere calicem Domini, & calicem dæmoniorum. Non po-
D teſtis participes eſſe menſæ Domini, ac menſæ dæmoniorum, &c. Proinde ſi corruptio ſacrificiorum communicantibus non eſt imputanda, illis attamen ipſa communicatio, à qua ſibi temperare debuerant, vitio vertitur. Et niſi res hoc pacto ſe haberet, quare ſancti martyres ſacris Ethnicorum communicare noluerunt? Quare Paulus Corinthios ita arguebat? Verùm hic rurſus eò redeunt, ut dicant, Miſſam cum idololatria Ethnicorum non eſſe conferendam. Nam utut ab inſtituto Chriſti nonnihil deviarit, res tamen
E prophana & idololatrica cenſeri non debet. Ego verò eam in tantum perverſam eſſe affirmo, ut cum inſtituto Chriſti nihil propemodum commune habeat, imò illi ἐκ διαμέτρου adverſatur, quod mihi oſtendere ſatis in promptu eſt.

Nobis non aliena peccata, ſed quod illis communicemus imputatur.

1.Cor.10.18.

Contra eos qui ritibus impiis communicát.

Miſſa nihil commune habet cum inſtituto Domini.

25 Primùm, cœna Domini, ut ab ipſo prodita eſt, commune ceu publicum opus fuit: nunc verò procedit ſacrificulus, ornatus prodigioſis veſtibus, omnia ſolus agit, cæteri & videntes & audientes duntaxat aſtant. Vnde ſi Paulus jure meritóque Corinthios,
F qui ſe mutuò non expectabant, dixit jam non eſſe Dominicam cœnam manducare: qui poterimus Papiſticam miſſam nomine cœnæ Domini dignari, ubi duntaxat unus ſacrificus comedit & bibit? Nullo ſanè pacto. Quovis itaque nomine illam potius, quàm cœnam Domini appellent. Aiunt præterea, ſe ibi filium Dei æterno Patri offerre. Id expreſſis verbis Epiſtola ad Hebræos inficiatur. Docet enim omnia fuiſſe conſummata una Chriſti oblatione: quæ cùm perfecta fuerit ipſam iterari non oportere. Volunt ii
G Chriſtum quotidie offerre: Verbum Dei affirmat, ſemel tantùm fuiſſe offerendum. Fateor quidem Patres nonnunquam ita locutos, quaſi corpus & ſanguis Chriſti in celebratione Sacramentorum, aut offerantur aut ſacrificentur. Verùm ſeipſos non ſemel interpretati ſunt, eas aut oblationes aut ſacrificia, tantùm gratiarum actiones eſſe, ſeu memoriam & typum ejus oblationis & ſacrificii, quod Chriſtus in cruce moriens fecit. Statuunt illi adhæc: Panem & vinum in ſubſtantiam corporis & ſanguinis Chriſti mutari,
H cùm longè ſecus Divinæ literæ doceant. Deinde panem & vinum attollentes, creaturas ipſas Dei loco adorandas populo proponunt. Quid enim turpius eſt, quàm fruſtulum panis ac poculum vini religiosè colere? Verùm quidem eſt eos participes corporis & ſanguinis Domini fieri, nempe animo ac mente, qui ſymbola Euchariſtiæ ſincera fide, atque ut Dominus conſtituit, ederint & biberint. At ſi quis tantùm ea ſpectet & veneretur, illa ei nihil ſunt, niſi fruſtulum panis, & vini poculum. Adhæc miniſtri Eccleſiæ, cùm
I debeant pro viribus conari plebis animos ad cœlum ſubvehere, quo Chriſtum in mundo non quærant, nihilve carnale aut terrenum in ſacra Cœna captent,

1
Ἀντίθεσις inter cœnam Dominicam & Miſſam.
1.Cor.11.20.

Heb.10.14.

2
Quomodo in Cœna corpus & ſanguis Chriſti offeratur Deo.

Digitized by Google

illam ſignis aſpectabilibus intentam miſerè detinent. Mandat Apoſtolus, priori ad Corinthios, ut lingua peregrina in ſacris cœtibus non agatur, quòd oporteat ab omnibus Amen reſponderi, & quia ædificatio audientium ante omnia quærenda eſt: at in Miſſa omnia Latinè peraguntur. Et quæ verba magnæ conſolationi aſtantibus eſſe deberent, cum illis participatio corporis & ſanguinis Domini promittitur, ea clam dicunt, imo tam obſcurè muſſitant, ut etiam ſi quis noverit Latinè, minimè ea poſſit intelligere. Illa itaque ſubmurmurant, quaſi membra Chriſti ea audire indigna ſint: cùm tamen ipſe Dominus palam illa dixerit, & Eccleſia Græca uſque ad hanc ætatem illa clariſſima voce proferat. Quin & antiquitus receptus mos fuit, quemadmodum Ambroſius & Auguſtinus inter cæteros teſtantur, ut ad illa verba populus Amen reſponderet. Verùm, uti exiſtimo, verba illa iſti propterea muſſitant, quòd mendacia ſua caveant ne deprehendantur. Nam ibi dicunt, Accipite & manducate: necnon, Quotieſcunque hæc feceritis, in mei memoriam facietis: cùm tamen ipſi ſoli comedere ac bibere ſtatuerint. Et ſanè alia permulta ſecretò & palam in Miſſa dicunt ceu multi communicaverint, aut ſint communicaturi, cùm ſolus ſacrificus id ſit præſtiturus. Eſt verò mendacium ſemper turpe: at fœdiſſimum eſt, quando in ſacris & coram Domino admittitur.

1. Cor. 14. 16.

Eccleſia Græca.

Papiſtæ in Miſſis ſua multa mentiuntur.

26 Quid autem de illorum applicationibus dicemus? Ad vivos & defunctos pro libidine ſua ſe poſſe teſtantur, ſacrificia quæ faciunt accommodare. At Scripturæ docent, quemque ſua fide juſtificari, & omnes in ſua juſtitia vel injuſtitia ſeu mori ſeu vivere: Ii verò ſecus dicunt, poſſe inquam, tam vivos quàm defunctos ſuis Miſſis juvari. Id ſi precibus attribuerent, ut ſibi, videlicet, docerent licere aliorum neceſſitatibus precibus opem ferre, tolerari potuiſſet. At quando ſtatuunt opus ipſum, nempe Miſſæ, tantùm in ſe vitium ac facultatis habere, ut cuivis hominum generi poſſit auxilio eſſe, id prorſus fieri non poteſt. Addas etiam Miſſas non rarò in honorem aliquorum ſanctorum adhiberi, quod ſanè à vero quàm alieniſſimum eſt, ſiquidem Chriſtus ad id Cœnam ſuam inſtituit, ut ſuiipſius mortis, non aliorum ſanctorum memoria celebraretur. Mitto ſæpiſſimè id uſuvenire, ut de ſanctis, quos ibi colunt, nihil habeatur comperti: vitæ illorum apocryphæ ſunt, & crebrò proinde fabuloſæ atque Poëtarum figmenta. Interponuntur etiam quidam imò permulti ritus peregrini, ſigna ridicula, geſtus quodammodo ſtulti, & veſtes inuſitatæ: quarum rerum ſignificata prorſus neſciuntur, non tantum ab aſtantibus, verùm & ipſi ſacrifici de illis rogati, quid ſibi velint, reſpondere non poſſent. Vnde aut nihil dicunt, aut ſi conantur quippiam afferre, non eadem, ſed quàm diverſiſſima à ſe invicem proferunt: unde facilè colligas, eorum verbis nihil ſubeſſe veritatis. Quamobrem iis quæ in ſuis Miſſis gerunt, fides adhiberi non poteſt, cùm ea tantum ibi locum habent, ubi verbum Dei ſe offert.

Quiſque juſtificatur ſua fide, & vivit & moritur in ſua juſtitia.
Hab. 2. 4.
Ezech. 18. 26.
Precibus alios juvare poſſumus.

Multorum ſanctorum vitæ apocryphæ atq; fabuloſæ.

Ceremoniarũ Miſſæ rationes ignorantur.

27 Vt verò ſe ab Idololatriæ ſcelere tueri non poſſint, imagines teſtantur, ad quas converſi, ſacra ſua impuriſſima faciunt. Etenim ſatis non habent in ſuis Miſſis ea aſpectare, verùm apponunt eis ſuffitum, & coram illis genua flectunt, & denique omne genus cultus adhibent, quod uni Deo præſtandum eſſet. Et quia uti ſuperius memoravi, Miſſam dicere audent neſcio quam affinitatem cum inſtituto Chriſti habere: non erit alienum, & facilè erit factu, demonſtrare, quòd (ſi velimus indicia perſequi) veteres Ethnici excuſare ac tueri ſacrificia ſua longe veriſimilius potuerint, atque illi Miſſas defendere queant. Sacrificia quippe nationum à more ſacrificandi, quem Patres ante Legem habuerunt, quémque Deus in Lege ſua probavit, minus receſſerunt, quàm iſta ſua Miſſa diſtant ab ea Cœna quam Chriſtus præſcripſit, & ut Evangeliſtæ atque Apoſtolus Paulus tradiderunt. Ibi fuit utrinque invocatio Dei, templum, altare, victimæ, ſacerdotes, mactatio, ſanguinis effuſio, ſal, vinum, oleum, far, convivium ſacrum, religioſæ veſtes, ablutiones, ſuffitus, ignis perpetuus, cantus, oracula & horum ſimilia, quæ commemorare longum eſſet. Totidem oſtendant Papiſtici ſacrificuli, ſi poſſent in ſua Miſſa, quæ cum iis congruant, quæ Chriſtus in cœna geſſit. Quod ſi non queant, non minus probare queant ſuam Miſſam cum ſacræ Cœnæ pia celebratione conſentire, quàm Idololatrarum ſacra cum legalibus ſacrificiis congruerint. Deſinant itaq; ſuam illam filiolam ſic deoſculari & prædicare, ut inventum Chriſti aut Apoſtolorum haberi debeat. Taceo ibi anniverſaria & exequias defunctorum ſæpiſſimè agi, quarum rerum nihil Dominus mandavit. Conſtabiliunt ea Purgatorium, de quo ſacræ literæ nihil habent. Id præterea eſt alieniſſimum à pietate, quòd in ſua Miſſa preces ad ſanctos effundunt, qui jam ex hac vita diſceſſerunt. Denique ſua omnia, quæ ibi agunt, nundinantur, vendunt, paciſcuntur, quæſtui turpiſſimo exponunt. Quare nobis magnopere videndum eſt, ne dum cupimus Deum colere, ac eum propitium habere, audiendo Miſſas ejus iram in nos provocemus maxime.

In Miſſa coluntur imagines.

Sacrificia ethnica magis cõgruunt cum ſacrificiis à Deo inſtitutis quàm Miſſa cum ſacra cœna.

Audiẽdo Miſſas, ira Dei nõ placatur, ſed provocatur.

28 Pergunt Nicodemitæ, & exemplo Naaman Syri permitti ſibi volunt, ut Miſſis impuriſſimis adſint. Eliſæum Prophetam ille oravit, ut ſi genu flecteret in templo idoli Rimnon, quando Rex (qui manu ſua in humero ejus innitebatur) id faceret, miſericordiam & condonationem ſibi à Deo implorarer. Cui Eliſeus; Vade in pace, tantummodo reſpondit. Debuerunt ſanè ii cogitare ſecum, an ſoli hanc divinæ hiſtoriæ narrationem ipſi viderint ac legerint. Non arbitror. nam ſancti martyres in veteri Eccleſia nocturna manu & diurna ſacras literas verſabant. Non eos itaque res hæc geſta latuit. At quæ cauſa fuit, ut exemplum ejuſmodi ſequi noluerint, idque vitæ ſuæ diſpendio? Viderunt adeò illi priſci Heroes & noſtræ fidei culmina, quæ ad rem ſecum non reputant, nempe Naaman illum, qui nobis objicitur, ad verum Deum recens converſum, & adhuc tyronem infirmum: qui non etiam dum paratus eſſet, & ſua & ſeipſum cauſa Dei abnegare, ſed cuperet quoquo modo priſtinum locum & dignitatem apud regem ſuum retinere. Id autem ut conſequeretur, videbat facilè poſſe fieri, ut in illud peccatum, quod expoſuit ſancto Prophetæ, incideret. Atqui id cùm probè intelligeret cum vera pietate non conſentire, preces & interceſſionem viri Dei requiſivit, quo ſibi ex infirmitate cadenti culpa ignoſceretur: Alioquin de eo quod quis licere ſibi exiſtimaverit, nemo eſt qui veniam petat. Pro peccatis, non pro rebus conceſſis interceſſiones quærimus. Quapropter is locus contra noſtros adverſarios maxime facit, & id eſſe peccatum ex hac hiſtoria manifeſtè convincitur, quod illi excuſare maximè contendunt. Hoc quæſo in actione illa perpendant, quod ſuus Naaman ſenſit: & ſi lapſi fuerint, ut ille ſe caſurum verebatur, non defenſionem inanem prætexant, ſed miſericordiam Dei pioruḿque hominum preces implorent, quo ſibi, quod malè commiſerunt, benè condonetur. Nec Heliſæus, ut ſibi perſuadent, Naaman Syro acceſſum ad idola conceſſit. Tantùm inquit: Vade in pace. Quod utique illo tempore ſalutationis genus admodum uſitatum fuit. Nec licet ex illis verbis aliud elicere, quàm Prophetam ſe promiſiſſe facturum, quod petebatur, nimirum ut Deum oraret pro illius viri ſalute. Primùm, ut confirmaret ne laberetur. Deinde, ut ſi peccaret, culpa ei condonaretur.

2. Reg. 6. 18.
Quid ad exemplum Naaman Syri ſit reſpõdendum. Claſ. 3. c. 11. Sect. 9.

Naaman ſcivit ſuum illud factum culpabile ac vitioſum eſſe.

Heliſæus non conceſſit Naaman acceſſum ad idola.

29 Verba etiam quædam ex Epiſtola Ieremiæ Prophetæ ſolent objicere, quæ ad finem libelli habentur, qui Baruch inſcribitur. Ea verò ſic habent: In Babylone Deos aureos & argenteos humeris geſtari videbitis, intentantes metum gentibus: cavete ne imitemini gentes, dum videritis à fronte & à tergo turbam adorantium: ſed animo dicite, Tibi Domine debetur adoratio, &c. Ex iis verbis Nicodemitæ noſtri opinantur id ſatis eſſe, ut qui cultibus idololatricis aſtant, corde ſuo dicant; Tibi Domine adoratio debetur. Sed attentius conſiderare oportet, non conceſſiſſe Prophetam (ſi tamen is Propheta fuit qui hæc locutus eſt, quod ideo interpono, quia libellus Baruch apocryphus eſt, & in Hebræo non habetur) Iudæis templa Idolorum accedere, atque in ſacris prophanis ac idololatricis aſtare, ut ibi ſecum in corde tantum cum vero Deo loquerentur. Verùm de iis loquitur ſimulachris, quæ per urbem geſtabantur: is enim mos inter Babylonios fuit, ut Hiſtoria Danielis teſtatur, quæ commemorat ſtatuam Nebucad-Nezaris circumge-

Reſponſio ad locum ex Baruch.
Baruch 6. 3.

Libellus Baruch Apocryphus.

Simulachra per urbem geſtabantur apud Babylonios.

Digitized by Google

circumgeſtatam publicè fuiſſe, magna ſanè pompa, cum inſtrumentis Muſicis ac variis canticis: quibus auditis, præcipiebatur cunctis, ut imaginem conſpectam adorarent, quod ſocii Danielis facere noluerunt. De iis, inquam ſimulachris, in illa Epiſtola ſcribitur, ac fideliter pii monentur, ut ne quemadmodum Ethnici faciebant, quos à tergo & fronte habebant, illa venerarentur ſeu adorarent: Imò potius, ut deteſtando impium illorum cultum, dicant, vel ſaltem in corde, Tibi Domine adoratio debetur. Occurſus iſti fortuiti per urbem evitari non poterant, ideo pii monendi erant, quomodo ſe deberent in eis gerere.

Quare Daniel unà cum ſociis in fornacem non ſit conjectus. Dan. 3. 5. &c.

30 At importunè, ut ſunt confidentes, ulterius progrediuntur, & interrogant, qui factum ſit ut Daniel unà cum ſociis in fornacem ardentem conjectus nō fuerit, cùm omnes permaneret pœna, qui ſtatuam Nabucad-Nezaris non adoraſſent? Fingunt itaque ſibi, Danielem ſimulaſſe adorare, ac ea de cauſa nihil adverſus eum Chaldæos fuiſſe molitos. Ac deinde ſubjiciunt, ſibi quoque licere, quod ſanctum Dei Prophetam opinantur feciſſe. Non animadvertunt ſe in Paralogiſmum, quem vulgò non cauſa ut cauſa vocant, apertè incidere. Quoniam permultæ aliæ cauſæ fuiſſe potuerunt, quare de Daniele tunc ſupplicium ſumptum non fuerit. Fortaſſis ei ſtatua, quæ circumferebatur, non occurrit: aut ſi quandóque illi facta eſt obviam, non obſervarunt Chaldæi quid ille ageret: Aut deprehenſus & obſervatus, non accuſabatur, quòd eum Rex benevolentia incredibili complecteretur. Non autem credendum eſt virum Dei, metu pœnarum, aut mortis, adorationem ſimulachri, adverſus Legem & pietatem ſimulaſſe: cùm poſtea narretur pietatis ergo leonibus objectus. Quocirca variæ cauſæ cùm obſtare potuerint, quo minus cum ſociis flamma comburendus traderetur: quare iſti unam duntaxat arripuerunt, eámque ſancto viro indignam & admodum contumelioſam, præſertim cùm in divinis literis ne quidem ſuſpicio tanti facinoris ulla ex parte ſe offerat?

Daniel adorationem ſtatuæ non diſſimulavit.

De Paulo qui votum ſuſcepit, ac ſe more Iudæorum purgavit. Act. 21. 23. Rom. 3. 28. Gal. 3. 10. Rom. 1. 17.

31 Videntur etiam ſibi appoſitè dicere, ac ſuum pulchrè tutari factum, cùm illud afferunt quod 21. capite Actor. Apoſtolic. habetur, ubi Paulus traditur conſilio ſeniorum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, votum cum aliis quatuor viris ſuſcepiſſe, ac ſe de more Iudæorum purificaſſe, ſi hoc inquiunt, Apoſtolus Dei ſibi permiſit, ut Cæremonias legales jam abrogatas uſurparit, nobis quoque dandum erit, ut ritus tam diu receptos quandoque admittamus, & adeamus. Cæterùm, ut planius hoc intelligatur, ſciendum eſt, Paulinæ prædicationis hanc ſummam fuiſſe: Arbitramur hominem, ex fide, abſque operibus juſtificari. Quotquot ſunt ex Lege, ii ſunt ſub maledictione. Iuſtus ex fide ſua vivet. Quare Apoſtolus Cæremonias & Legis obſervationes, quoad Hebræos, primo illo tempore prædicationis Evangelicæ minimè damnabat, niſi ea fide atque animo retinerentur, quaſi juſtificatio ex eis dimanaret. Atque ſuam hanc ſententiam in Epiſtola ad Galatas apertiſſimè deprompſit, ubi ait: Qui circumcidimini, & à Chriſto & à gratia excidiſtis. Nam Chriſtus factus eſt vobis otioſus, ſi ex Lege juſtificemini. Ac ſi diceret, Non alienant vos à Chriſto hæc Moſaica, niſi ea hoc animo atque conſilio exerceatis, ut inde juſtificemini. Dempta opinione hac, bona opera commendabat Apoſtolus: civilia item & uſitata inſtituta, modò juſta eſſent, non idololatrica, ſuo loco relinquebat: nec legales Cæremonias, quò minus obſervarentur, impediebat. Propterea ſcripſit: In Domino non eſſe Iudæum, neq; Græcum, neque ſervum, neque liberum. Circumciſionem item atque præputium nihil eſſe, ſed tantum obſervationem mandatorum Dei, & novam creaturam. Rurſus circunciſus quiſpiam eſt, ne accerſat ſibi præputium: in præputio vocatus es, ne circuncidaris: quiſque in eo maneat in quo vocatus eſt. Quæcunque autem civilia & indifferentia eſſent, modo potuiſſe obſervari, modò intermitti, ut magis ad ædificationem conducebant, ex eo declarat idem Apoſtolus quod de ſeipſo inquit: Omnia ſum factus omnibus, ut complures lucrifaciam: Iudæis, Iudæus factus ſum; & iis qui ſunt abſque Lege, ceu ſine Lege. Nec minus exemplis quàm doctrina, ſuam ſententiam confirmavit. Cùm enim ab eo requireretur, ut de more Timotheum circunciderer, aſſenſus eſt. Cæterum quando voluerunt ipſum cogere ad evertendam Chriſtianam libertatem, ut Titum ſimiliter circuncideret, nequaquam cedendum, vel ad horam judicavit: quoniam, inquit, falſi fratres ideo ſubingreſſi erant, ut noſtram libertatem explorarent. Servabat igitur Moſaica, cum id abſque malo propoſito & Eccleſiæ detrimento fieri poterat. Atque hac ratione Iudæorum offenſionem evitabat, ne à Chriſtianiſmo ſuſcepto alienarentur. Neque oportet Nicodemitas Cæremonias veteris Legis cum hominum inventis conferre. Illæ quippe fuerunt ex Dei verbo inductæ: at hæc diaboli & impoſtorum hominum ingenio Eccleſiæ obtruſa fuerunt. Illæ non ſtatim poſt Chriſti aſcenſum in cœlum interdicebantur, ſed tam diu ſervari potuerunt, quamdiu Templum & Reſpublica Iſraelis permanſit, & quoad revelatum & prædicatum Evangelium filii Dei eſſet, nec non quoad Eccleſia ex Iudæis & nationibus bene coaluiſſet. Neq; par erat, ut Auguſtinus ad Hieronymum piè ac doctè ſcripſit, ut illæ Ceremoniæ vel antiqua Synagoga abſq; honore ſtatim abjicerentur. Idololatrica verò & ſuperſtitioſa ſemper fuerunt, ſunt & erunt, prohibita. Quare ad tempus illa obſervare licuit, modò vera juſtitia inde non expectaretur. Unde Paulus Apoſtolus, neque ſi ſpectes ceremonias ipſas, quas ex Lege obſervavit, juſte reprehendi poteſt: multóque minus, ubi mentem, conſilium, útque loquuntur, intentionem ejus excuſſeris. At utrunque horum fautoribus Miſſæ deeſt. Principiò quidem illi rem defendunt, quæ cum verbo Dei pugnat, & illi, ut declaratum eſt, mirificè adverſatur. Deinde ſua illa ſimulatione tantummodo ſibi ſtudent, nimirum, ut opes, gradum, locum, dignitatem & exiſtimationem retineant: cùm Paulus ob id ſolum interdum legalia ſervarit, ne Iudæi à Chriſto reſilirent, quóve magis illos ac facilius ad Evangelium alliceret.

Summa Paulinæ prædicationis.

Gal. 5. 2. & 4. In primitiva Eccleſia legales cæremoniæ quatenus concederentur vel damnarentur.

Indifferentia modò ſervari, modò intermitti potuiſſe. Gal. 2. 28. 1. Cor. 9. 19. Act. 16. 3. Gal. 2. 3.

Ceremoniæ Legis non ſunt cum inventis hominum conferendæ.

Quandiu veteres ceremoniæ in Eccleſia licuerint.

Qui ad Miſſam per ſimulationem accedunt, non Deum ſed ſua quærunt.

32 Objiciunt etiam, ſimulatione ſua velle ſcandala evitare. Nam inquiunt; Si Miſſas prorſus averſemur, impii aut malefici homines habebimur, atque in regionibus noſtris magno ſcandalo erimus. Credo porro, iſtos offenſiones evitare, ſed mundi: nolle ſcandalo eſſe, verùm potentibus tyrannis, & Antichriſtis, ne ſcilicet illorum arma, iram, & rabiem in ſe provocent. At non ſunt hæc ea ſcandala, quæ Chriſtus docuit evitanda, quando ait de Scribis & Phariſæis, Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum. Quæ igitur ſcandala improbantur? Ea nimirum, quæ ſunt impedimento Evangelio filii Dei ne propagetur: quæ remorantur homines ne ad puram doctrinam accedant, quæque jam credentes à Chriſtianiſmo ſuſcepto revocant. Nunc mihi videant, obſecro, ſuperſtitioſos & idololatras, nónne ſimulatione ſua illi ſcandalizantur? Omnino. Dicunt enim ſecum, Etiam ii homines, qui veritatem Evangelicam norunt, & eam amplexi ſunt, ad noſtras Miſſas accedunt. Certè ſi adeò eſſent impiæ, ut dicuntur, etiam iſti ab eis abhorrerent. Quamobrem iſtorum exemplo confirmati, perſeverare in ſuo inſtituto ſæpiſſimè decernunt. Quin & fratres infirmiores, ad Evangelium recens converſi, dum iſtos doctiores & ceu anteſignanos diſſimulare animadvertunt, ipſi quoque paria facere audent, & ſe deceptos fuiſſe ſuſpicantur: quique debuiſſent in religione magnos facere progreſſus, retrocedunt. Sed oportet, inquiunt, infirmis compati, atque ad illos interdum ſe demittere. Nam permultos habemus, qui Miſſam rem malam eſſe nondum ſunt perſuaſi, & ſi ii nos deprehenderēt ad illam non accedere, de aliis religionis capitibus minimè audirent. Quocirca infirmitati eorum nonnihil eſt dandum, ut Paulus in Epiſtola ad Romanos fideliter conſuluit. Fatemur nos adeò infirmis aliquid concedendum, ſed cum Paulo id non niſi ἐν τοῖς ἀδιαφόροις fieri patimur. Quæ verò per ſe mala fuerint & à Deo interdicta, in nullius hominis gratiam fieri conſulimus. Stat enim certa regula, ut ſæpe jam diximus, quæ nemini concedit mala committere, ut inde bona ſuccedant. Imò neque ſemper in ipſis mediis rebus, infirmis eſt aſſentiendum, niſi tantiſper dum melius ac perfectius doceantur. At cùm rem intellexerunt, & adhuc nihilominus hæſitant, infirmitas eorum non eſt fovenda. Adhæc non eſt tantum eis tribuendum, ut

An Miſſa ſit adeunda propter ſcandalum evitandum.

Matt. 15. 14.

Quæ ſcandala ſint vitanda.

Impii ea diſſimulatione magis confirmantur.

Infirmi ea diſſimulatione reſiliunt à ſuo recenti propoſito.

Rom. 14. 1. Infirmis tantum in rebus adiaphoris aliquid concedendum. Rom. 3. 8.

Non eſt fovenda infirmorum imbecillitas.

aliis & pluribus Chriſti membris noſtro exemplo noceamus.

33 Rurſus nobis objiciunt: Si ſic uti vultis agatur, aut fugiendum nobis erit, aut morte illico ſumus extinguendi. Quæ ſi acciderint, Eccleſiæ noſtrates funditus deſerentur, nulli amplius erunt qui ibi doceant. Reſpondeo: Id quoq; noſtrûm quiſq; videt: Et quod pluris faciendum eſt, Deum ipſum hoc non latet, cui tamen jubenti parendum eſt, exitus illi committatur, cujus eſt Eccleſia: ipſe (ne dubitemus) pulchrè B atque in tempore ſuæ ſponſæ proſpiciet. Dicebat Chriſtus Petro cùm eum vocaſſet, iſque cunctaretur, & de Iohanne quid faciendum rogaret: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Tu me ſequere. Docemur igitur, ut verbum Dei, qui nos vocat, ſequamur: & vocanti, aliarum rerum curam quæ nos remorari videntur, committamus. Adhæc non prætermittendum, ſæpenumero pluris eſſe ac magis ædificare doctrinam illam quę fuga & morte conſignatur, quàm ea quæ verbis duntaxat proponitur. C Ne vereamur cadente aut fugiente uno ex noſtris: ſed ſperemus loco ejus, Deum complures excitaturum. Quod ſi perſiſtatur, & diu ſimulatio duret, veritatis lux & charitatis flamma, quæ in cordibus hominum accenſa eſt, ſenſim extinguetur.

Ioa. 21. 22.

An ſimulandû ſit ob eccleſiarum conſervationem.

Multum ædificat doctrina quæ fuga & morte conſignatur.

34 Afferunt exempla Prophetarum, Zachariæ, Ioannis Baptiſtæ, ac Mariæ virginis, & Ioſephi, qui corruptis & vitiatis illis temporibus, ad communia ſacra, & ad templum Iudæorum accedebant: ideóque ſibi etiam ſimiliter facere permiſſum arbitrantur. D Verùm ſecum ſtatuere debent, ea ætate, multas pernicioſas doctrinas, & mala dogmata, inter Scribas & Phariſæos extitiſſe. Attamen ſacrificandi ritus non erat immutatus, nam eædem animantes atque oblationes adhuc offerebantur, quæ Lex juſſerat: iidem dies obſervabantur & ceremoniæ. Propterea ſanctis hominibus illa uſurpare licuit, quandoquidem verbum Dei conjunctum ſecum habebant. Corrupta verò dogmata, ſenſus ac mores quorundam ſacerdotum, Pontificum & Scribarum, ſanctis viris nihil obE erant: præſertim cùm ab illis puri ac alieni eſſent, & per omnia ex verbo Dei tum ſentirent, tum viverent. Corruptiones autem doctrinæ ac vitia, cùm dabatur opportunitas, reprehendebant & acerrimè arguebant. Hoc teſtatur Auguſtinus, ut habetur 23. quæſt. 4. cap. Recedite, & per alia nonnulla capita, quæ ibidem leguntur. Ita nobiſcum hodie Papiſtæ faciant, Dominicam cœnam & alios ritus ita proponant, ut verbo Dei ſunt definita, nec illa detrectabimus uſurpare, modò nos ad confeſſionem pravorum dogma- F tum non compellant, nec nobis hæreſes prædicent, ſed verbum Dei ſanum & incorruptum tradant. Quod ſi malè ipſi ſenſerint, ſi turpiter vixerint, dolebimus, admonebimus, increpabimus & accuſabimus, atque ſi licuerit ab adminiſtratione ſacra, cùm fuerint incorrigibiles, & dejiciemus, quamvis à ſacramentis non abſtineamus. Id profectò Dominus voluit, cùm diceret: Sederunt Scribæ & Phariſæi ſuper cathedram Moſis, quæ dicunt, facite: quæ faciunt, nolite facere. Licuit igitur beatæ Virgini, poſt partum Ser- G vatoris, par turturum aut duos pullos columbarum offerre, quoniam id in Lege ita præceptum erat. Quare oſtendant nobis iſti Miſſam illam à ſe corruptam, verbo Dei mandari, & non eſſe prohibitam: atque tunc ea de re nihil cum ipſis contendemus.

An corruptæ Iudæorum eccleſiæ licuerit legalibus ſacris communicare.

Matt. 23. 2.

Mariæ virgini licuit poſt partum oblationes facere legales.

35 Ad extremum, iis convicti, eò ſe recipiunt, ut dicant: Etſi peccatum eſt Miſſis intereſſe, leve tamen id eſt, & non ita ſeveriter à nobis arguendum. At cùm iſta dicunt, quare non meminerunt, omnia peccata ſuum pondus habere, non ex ipſa operum natura H quæ prohibentur, ſed ex verbo Dei & Lege qua interdicta fuerunt? Hinc omnem ſuam gravitatem & pondus peccata nanciſcuntur. Ad quod Iacobus Apoſtolus reſpexiſſe videtur, cum 2. capite ait: Qui totam Legem ſervaverit, & offenderit in uno, factus eſt omnium reus. Nec ita dico, quaſi omnia peccata omnibus modis paria eſſe velim. Id ſanè pulchrè ac dilucidè Auguſtinus Epiſt. 59. ad Hieronymum negat: Fatetur quidem id Philoſophos niti probare, I quando virtutes omnes eſſe conjunctas affirmant: ita ut qui habuerit unam, omnibus polleat: & qui una deſtitutus fuerit, omnibus careat. Quandoquidem

Vnde peccata ſuum pondus habeant.

Iac. 2. 10.

Peccata non ſunt paria.

Philoſophi quomodo probent virtutes eſſe conjunctas.

A prudentia non eſt timida, non intemperata, non injuſta. Vnde cæteras omnes virtutes unà ſecum habet: ac viciſſim; Iuſtitia, Fortitudo, Temperantia, & reliquæ virtutes, nequaquam ſunt imprudentes, & idcirco omnes conjunctæ habentur. Hæc, inquit, cum divinis literis minimè congruunt. Ibi enim ſcribitur: In multis offendimus omnes. Et ſi dixerimus nos peccatum non habere, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quare cùm in multis peccemus, utique peccando virtutem oppoſitam peccato, quod admittimus, habere non poſſumus. Et nihilominus uſuvenit, ut qui labitur in uno, ſit in aliis conſtans: Qui fortaſſis iraſcitur, vel modum edendo aut bibendo excedit; is tamen reddit cuique ſua, & pro Deo paratus eſt vitam fortiter ponere: atque idcirco licet ſit nonnihil iracundus aut intemperans, nihilominus juſtus dicetur, benignus, & fortis. Deinde idem pater, Stoicorum ſimile depellit, quo inquiunt, illum perinde in aquis præfocari, ſupra cujus caput palmo extant, atque is quem decem aut viginti cubitis ſuperant. Non apta, inquit, eſt allata ſimilitudo; Quare alia magis accommodata inducenda eſt, lucis nimirum & tenebrarum. Profectò dum aliquis à tenebris magis recedit & luci fit propinquior, incipit nonnihil videre: Vnde fit, ut licet obducatur tenebris, lucis attamen quoquo modo partem capit. Sed hac de re, qui plura cupit, illam 29. Epiſt. percurrat. Ea verò à me in hunc finem adducta eſt, ut confirmarem delicta, quemadmodum Stoici ſenſerunt, non eſſe D paria.

Iac. 3. 2.

1. Ioan. 1. 10.

Sæpe qui labitur in uno, in aliis eſt conſtans.

Stoicorum ſimile.

36 Redeamus itaque ad locum Iacobi, quem attuleram. Ideo qui offenderit in uno, factus eſt omnium reus: quoniam obſervatio Legis, non eſt cum exceptione ſuſcipienda, ita ut certam aliquam ejus partem cuſtodiendam nobis deligamus: alteram verò ſeponamus pro noſtra voluntate ac libidine, ad tempus negligendam. Legis mandata Deus conjunxit, nec eſt noſtrûm illa, ut volumus disjungere. Dei Legiſlatoris authoritas intuenda eſt, quæ tam in uno, E quàm in aliis mandatis debet valere. Hanc interpretationem ipſe Iacobus videtur confirmare, dum ait, Qui dixit, Non mœchaberis: idem ait, Non occides, ac ſi diceret, Non minus in diſſolvendo uno iſtorum mandatorum, atque in altero, contra Deum pugnatur. Cæterum alia quoque ratione dari poteſt, ut qui peccat in uno, reus omnium fiat: nam ſi quemadmodum tentatione, cupiditate, vel occaſione, qua in aliquam certam tranſgreſſionem Legis incitamur, ita in aliam quamvis impellimur, ſi modò eadem & par F vis urgeret, non magis uni quàm alteri ſuccumbimus. Docet enim Auguſtinus, loco jam adducto, alia de cauſa ſententiam Iacobi veram eſſe, quoniam peccatum quod admittitur, charitati proculdubio adverſetur, à qua totius Legis obſervatio pendet. In ſumma, hæc omnia ideo recenſui, ut oſtenderem, peccata quæ committuntur, non eſſe illo nomine imminuenda vel extenuanda: quod levia exiſtimentur: quandoquidem tranſgreſſiones Legis, non tantùm ex ipſarum actionum pondere ac dignitate ſint æſtimandæ: G ſed potius divini ſermonis, & authoritate Legis Dei, qui peccare prohibuit. Ne tamen in hoc nimis rigidus videar, habeatur per me vel actionis, circa quam peccatur, aliqua ratio. Et ſanè quoad hoc, videre nequeo, ut peccare in Sacramenta levis culpa judicari poſſit, cùm id peccati genus ad priorem tabulam pertineat, in qua citra controverſiam de cultu Dei, agitur. Quo uno integro ac ſalvo, alia facilè corriguntur: quo item è diverſo, corrupto ſeu vitiato, cætera omnia quæcunque facimus ingratiſſima Deo eva- H dunt.

Obſervatio Legis non eſt cum exceptione ſuſcipienda.

Legis mandata cùm ſint conjuncta, non eſt noſtrûm ea disjungere.

Iac. 2. 8.

Recta ſacramentorum obſervatio ad priorem tabulam pertinet.

37 Crimen præterea, de quo agimus idcirco extenuari poſſe opinantur, quod ſe non ex animo, ſed tantùm coactos labi affirmant. Quos ſi rogaris, quænam tandem ea ſit, quam prætexunt, coactio? Non aliud planè reſpondere poterunt, quàm ne ſuarum facultatum damna, famǽve, ac vitæ diſpendium incurrant. At iſta non efficiunt, quin actio voluntaria ſit: Vt enim Ariſtoteles in ſuis Ethicis docuit, cum in periculo nautæ jactum ſuarum rerum in mare fa- I ciunt, ad naufragii periculum evitandum, cogi quidem vulgò dicuntur, cùm tamen volentes jactum faciant. Nam deliberationem adhibent, & ſcientes potius de-

Ariſtot. Simile.

Nautæ volentes, non coacti jactum faciũt.

Digitized by Google

A tius decernunt jacturam facultatum quàm vitæ face-
re. Id autem, ut illi ſapienter definiunt, ſic noſtri præ
amore vitæ, corporis ac bonorum hujus mundi cupi-
ditate, minimè prudenter ſalutis æternæ jacturam di-
ligunt, quando ſimulatione indigna Miſſas deteſtabi-
les accedunt. Proinde, ut juſta, excuſatio non reci-
1.Cor.10.21.
pitur quam afferunt. Potuiſſent adhæc Corinthii,
cùm à Paulo arguerentur, hac ratione ſe defendere,
ſi ad convivia idolothytorum accedimus, non pro-
B prio affectu eò adducimur, quaſi ejuſmodi ſacrificia
probemus, ſed ad eundum eò juſtis rationibus cogi-
mur: nam ſi convivia hujuſcemodi ſubterfugerimus,
habebimur ſeditioſi, mali cives, & inhumani: jucun-
das amicitias ac patrocinia utiliſſima amittemus, nec
non fortaſſis opes & patriam. Si hæc illi dixiſſent, an
Paulus eos audiviſſet? Nequaquam. Nam ita illos di-
cere potuiſſe non ignoravit, & tamen illos (ut in ejus
habetur Epiſtola) vehementer & acerbiſſimè incre-
Exod.32.23.
pavit. Valuiſſet quoque Aaron juxta horum homi-
C num ſenſum, juſte ac rectè ſe defendere, quòd Iſrae-
litis vitulum conflaverit: dixiſſet quippe, non ex ani-
mo feci, verùm ſic agere ſum coactus, quia turba, ni-
ſi ei obtemperaſſem, lapidibus me obruiſſet. Ita ſanè
ille reſpondit, ſed Moſes, qui probè novit eam ne-
ceſſitatem ſeu coactionem minimè juſtam fuiſſe, ve-
rùm à conditione ſeu ὑπόθεσιν vitioſa profectam,
quam neque juſtitia pateretur ſuſcipi, neque Deus
vellet ullo pacto admittere, ideò illum acerrimè re-
prehendit. Oportet præterea iſtos apud ſe ſtatuere,
Miſſa eſt quædam teſſera, qua fideles à ſuperſtitioſis internoſcuntur.
D Miſſam eſſe pignus, arrham, ſymbolum, & teſſeram,
qua Papiſtæ ſuos ab aliis internoſcunt: nam détne
quiſpiam eleemoſynas, vel non det: orétne, vel non
oret: caſténe, vel impurè vivat, & cætera hujuſmodi,
illi negligunt. Id tantùm ſpectanr, an Miſſas audiat,
quod ſi eum facere deprehenderint, pro ſuo exemplo
habent: ac viciſſim à Miſſis horrere, nec ipſas audire,
defectionis ab Antichriſto certiſſimum indicium e-
Miſſa eſt profeſſio quædam Papatus.
xiſtimant. Quare Miſſam, vulgò publicam profeſſio-
nem Papatus licet appellare. Quo itaque colore,
E quáve fronte tantum crimen extenuari poteſt? Sunt,
inquiunt, gravia mala, quæ nobis imminent, & duriſ-
ſimis periculis nos exponimus, niſi audiendo Miſſas
cum Papiſtis communicemus. Fateor: ſed in mentem
veniat, Deum & hæc omnia prævidiſſe, & eventura
nunciaſſe: qui tamen propterea committere noluit,
ut Leges ſuas immutaret. Itaque curam noſtram,
quoad hæc eventa, in illum rejiciamus, qui hæc juſ-
ſit, & iſta mala cum obſervatione mandatorum ſuo-
Perſequutiones, divinas leges non abrogant.
rum conjungenda eſſe non ignoravit. Divexationum
F atque periculorum porrò non ea eſt natura & vis, ut
queant divinas Leges abrogare. Manent illæ, ac æter-
nùm manebunt & idcirco eas non potamus noſtris
periculis aut calamitatibus refigi. Hominibus autem
Noſtra inter Deum & diabolum nō ſunt partienda.
ſalutariter ac rectè conſulitur, ut ne ſua inter Deum
& diabolum velint partiri, ita ut affectum ſeu animum
Deo tradant, diabolo verò, corpus & externa conce-
dant.

38 De privatis hominibus, quoad cohabitatio-
De Principibus & magiſtratibus, quomodo ſe cum infidelibus gerere debeant. Diſtinctio poteſtatum.
nem cum infidelibus, cùm per membra poſitarum di-
G ſtinctionum ſatis dixerimus: jam reſtat, ut de Princi-
pibus ſeu Magiſtratibus agamus. Ii verò ſunt, aut
præcipui, ut qui ab aliis non pendeant, neque ſupe-
riores poteſtates habeant: aut ſunt poteſtates infe-
riores, quæ ſuperioribus, jure, ut loquuntur, feudi
ſubjiciuntur: ſeu quod earum ſint operæ, ſeu mini-
ſtræ, hoc eſt, ipſarum officiales aut vicariæ, ut vulgò
Principibus licet ferre cōverſationem fidelium cum infidelib. certis cautionibus.
appellantur. Dicamus itaque ante alios de abſolutis
& meris dominis, quærendo: An eis converſationem
fidelium cum infidelibus in ſuis ditionibus ferre li-
H ceat? Exiſtimo licere, modò quædam conditiones vel
cautiones interponantur. Cùm enim Romanum im-
perium Chriſtianiſmum recepiſſet, ſinguli homines
qui ſub eo agebant, Chriſto non ſtatim omnes credi-
derunt, qui tamen & vivere & pacificè agere ſineban-
tur. Imo tempore Ambroſii, Symmachus à Chriſto
alienus, petere auſus eſt ab Imperatoribus, ut ethni-
corum ſacra reſtituerentur, quod minimè obtinuit.
Et modo, cùm regna & principatus Evangelii prædi-
cationem admiſerunt, permulti adhuc feruntur, qui
I erga Papam & ejus impietates egregiè ſunt affecti,
quod ſeparari ab Evangelicis abſque magna rerum
perturbatione non queant. Coguntur itaque Princi-

A pes, ejuſmodi converſationes tolerare, neque illis id
eſt vitio adſcribendum, ſi modò à juſtis cautionibus
non recedant. Earum prima eſt, ut fideles ad nullos Cautio 1.
cultus impios adigant: quia tunc non Dei miniſtros,
ſed potius diaboli & Antichriſti agerent, bonis ope-
ribus, non malis terrori eſſent, nec opus Dei, verùm
Satanæ tyrannidem promoverent. Deinde caveant, 2.
ne infidelibus pravos ritus, & ceremonias impias in
ſuis ditionibus concedant. Hujus criminis Salomon
B reus fuit, non quòd Iudæos adegerit ad idola colen- 1.Reg.11.7.
da, ſed quòd uxoribus & concubinis, quas alienige-
nas habuit in Iudæa, fana conceſſerit, in quibus A-
ſtarten & Chamos, atque alienos deos colerent. At Ibid.v.11.
Deus quam adverſus eum graviter ſuccenſuerit, ſacra
Hiſtoria exponit. Pœnam certè juſtæ talionis luit.
Vt quemadmodum ipſe cultum ſacrum partitus erat, Salomon pœnam talionis luit, propter peccatū ſuum.
eum partim Deo, & partim idolis concedendo,
ita regnum ejus diviſum eſt, & pars filio ejus ceſ-
ſit, pars verò Ieroboamo filio Nabath tradita eſt.
C Crimen autem ejus, in poſteros eſt propagatum.
Nam Achazus, Manaſſes, & complures im-
pii Reges, pravos & deteſtandos cultus Hieroſoly-
mis habuerunt. Quare à Prophetis magna conten-
tione atque acerbitate reprehendebantur. Et ſanè
Magiſtratus non poteſt non damnari, quando idolo- Magiſtratus idololatriam debet ulciſci.
latriam fovet, cùm ad vindicanda ſcelera gladium
habeat. Vel igitur ſtatuere oportet, idololatriam
non eſſe ſcelus, aut unà cum aliis à Magiſtratu eſt
vindicanda.

D 39 Auguſtinus non ſemel egregiè tractat locum
Davidis: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui Pſal.2.10.
judicatis terram, ſervite Domino in timore, &c. E- Quomodo & quatenus Reges Deo ſervire debeant.
tiam Reges, inquit, par eſt ut Deo ſerviant. Nec de
illis, quà ſunt homines, David egit: nam ſic ad leges
communes obſervandas cum cæteris adiguntur.
Quatenus itaque ſunt Reges, admonentur, ut videli-
cet poteſtate atque gladio ſibi divinitus collato, ad
veritatem orthodoxæ fidei tuendam, & reprimendos
impios utantur, ut ne catholica veritas, & Eccleſia
E Dei, quà patent illorum ditiones, oppugnetur. Igitur
principibus minimè licet, ut impuros cultus impiis
concedant, imò eorum intereſt, ſanam doctrinam &
cæremonias, & ritus qui cum verbo Dei congruant,
maximè urgere. Neque tamen (ut id obiter ponam)
exiſtimo nimium eſſe contendendum, ut ritus & Ce- Non eſt urgēdum ut ritus externi ubiq; ſint iidem.
remoniæ ſint eædem, & ubique modo eodem ſerven-
tur. Sed hoc providendum eſt, ut cum verbo Dei mi-
nimè pugent: imò ad illud, quàm maximè poteſt fie-
ri accedant, & pro viribus, ædificatio, nec non decens
F ordo promoveatur. Nihil alioqui intereſt, ſi cœnæ
Dominicæ Sacramentum, ſtantes aut ſedentes, aut
genibus flexis percipiamus, modò inſtitutum Do-
mini conſervetur, & occaſio ſuperſtitionibus præci-
datur. Neque refert, dum fratres communicant, an
aliquis locus ex Scripturis divinis recitetur, an Pſal-
mi & gratiarum actiones à populo canantur. Imo
hanc in ritibus varietatem non parum ad veram opi- Diverſitas cæremoniarum eſt utilis.
nionem de Ceremoniis inducendam conferre opi-
nor: nempe ut omnes intelligant, eas quæ divinis li-
G teris minimè traduntur, ad ſalutem non eſſe neceſſa-
rias, verùm pro tempore ac ædificationis gratia poſſe
commutari. Nec Auguſtinus ad Ianuarium & ad Caſ-
ſulanum ab hac ſententia eſt alienus. Tertia condi- 3
tiò, ſeu cautio adhibenda eſt, ut principes curent eos
infideles aſſiduè ac diligenter erudiri, quos in ſuis di-
tionibus ferunt. Nec eos, ut paſſim fit, in iis quæ per-
tinent ad pietatem negligant, alioquin gloria Dei ex
eorum patientia expectari non poteſt, ſi abſque do-
ctrina in ſua prava ſententia ſinantur quàm diutiſſi-
H mè permanere: Nam temporis progreſſu nihilo me-
liores, imò longè quam antea fuerint, deteriores eva-
dunt. Adhæc proſpiciant oportet, ne mutua conver- 4
ſatione, populis fidei ſuæ commiſſis, infidelitatis &
errorum ſcabiem affricent. Et denique illos, cùm diu 5.
fuerint inſtructi ac edocti ad ſanos & puros cultus a- Adigendi ſunt ad extremum ad ſanos & puros Dei cultus externos.
digant, quos divinæ literæ præſcripſerunt. Non enim
eſt Magiſtratus pati, ut ſui cives abſque pietatis exer-
citiis degant. Siquidem finis vitæ civilis eſt, ut cives
& ex virtute & feliciter vivant. Quis autem non vi-
I deat, pietatem & divinum cultum virtutum omnium
eſſe maximum?

40 At quiſpiam fortè dixerit: Si princeps non ad-

An princeps tandem debeat ſuos ad rectum ſacramentorum uſum adigere. Rom. 14. 23.

huc de veritate perſuaſos ad rectum Sacramentorum uſum cogat, eos in peccatum præcipitabit, tantùm abeſt ut eorum ſalutem promoveat. Nam ibi contra conſcientiam agent, & quicquid ita fecerint, vel Apoſtolo teſte, peccatum erit. Hic porrò diſtinguendum cenſeo inter id quod eſt per ſe, quódque temerè ac fortuito, ſeu quemadmodum loquuntur in ſcholis, per accidens evenit. Magiſtratus in ea re, quam nunc præ manibus habemus, quod rectum, bonum, & juſtum eſt, ſuis hominibus proponit. Quod verò peccatum interponatur, id culpa ejus nequaquam accidit, ſed iſtorum potius incredulitate ſeu perfidia, cujus ille non eſt accuſandus, cùm operam ſedulò dederit, ut ſui cives probè inſtruerentur. Neque Papiſtæ, qui hodie feruntur à Chriſtianis magiſtratibus, ignorant ſacramentis à Domino inſtitutis eſſe utendum. Non itaque jure conqueri poterunt de ſuis Magiſtratibus, ſi ea velint rectè atque ordine ipſis adminiſtrari. Adhæc, qui nobis hæc objiciunt, id ſedulò animadvertant, eadem via nos poſſe adverſus Deum cavillari. Nam is Legem ſuam, quæ perfectiſſima eſt, ſervandam hominibus propoſuit. An dicemus ei: Nos imbecilli, corrupta, & vitiata natura ſumus, nec mandata tua poſſumus quemadmodum jubes, præſtare: quare ſive contra quàm juſſeris fecerimus ſive nitamur perficere quod imperas, omnino peccabimus, quia deficiemus, nec obedire poterimus, quemadmodum oportet, quia utrum volueris fecerimus, peccatum non evitabimus. Hæc ſi quis noſtrum rixando adverſus Deum dixerit, nónne jure optimo is reſponderet? Iuſta & recta ſunt, quæ vobis obſervanda monſtravi. Quod autem vos debiles ac infirmi ſitis, mihi vitio non debet verti. Nam veſtræ imbecillitati egregiè ſubveni, qui Filium meum veſtra cauſa in mortem dederim. Illi uni, ſi credideritis, vobis ad æternam mortem non imputabitur, quicquid in præſtandis meis præceptis minus perfeceritis. Ita quoque bonus princeps reſpondere poterit; Quæ in verbo Dei habentur quæque decentia ſunt & ædificant, à vobis requiro. Unde ſi veſtra opinio ſeu conſcientia reluctatur, id mihi non eſt adſcribendum, qui ne veritatem ignoretis & miſerè pereatis operam ſedulo dedi. Nam ut doceremini & inſtitueremini de veritate, quàm diligentiſſimè curavi, atque ita poſthac hortando, monendo, & jubendo pergam: vos autem divinas literas legite, præceptores audite, Deum orate, ut oculos animi veſtri aperiat. Hæc ſi princeps dixerit iis hominibus qui ſic adverſus eum cavillantur, non video, quo jure, quáve ratione, queat reprehendi.

Auguſt de cogendis hæreticis mutavit ſententiam.

41 Nec omittendum arbitror, quod Auguſtinus dixerit, ſe aliquando in ea ſententia fuiſſe, ut contra hæreticos nihil vi ageretur, ſed tantùm admonitionibus ac doctrina inſtituerentur. Cæterùm à quibuſdam prudentioribus Epiſcopis admonitum ſe fuiſſe confitetur, qui ſibi nonnullas urbes demonſtrarint, antea Donatiſtarum errore funditus quodammodo perditas, quæ vi & legibus Imperatorum ad Catholicam tranſire coactæ fuerint: quæ ſic tandem ad veritatem ſynceriter eſſent converſæ, ut gratias Deo egerint, neque ſi liceret ullo modo, vellent ad tam pernitioſas opiniones redire. Proinde nihil officiet pius princeps talibus hominibus, imò illis proderit plurimùm, ſi poſt adhibitam inſtitutionem, eos ad Sacramenta ritè percipienda, ut verbo Dei tradita ſunt, adegerit. Hæc autem accipi velim quoad ſuos cives aut natos, aut aſcititios, qui jure civitatis aut provinciæ donati fuerint. Alioqui vim inferendam non cenſeo peregrinis tranſeuntibus, quique merces è regionibus vel important, vel exportant. Quamvis etiam quoad iſtos attentè cavendum judico, ne populum pravis doctrinis imbuant. Itaque premenda cenſeo

Exemplum Iſraëlitarum retinendum. Gen 17. 12. Exod. 12. 19. & 20. 10. Lev. 17. 8. Exod. 14. 7.

Iſraëlitarum veſtigia, qui neminem Iudæum ſeu proſelytum faciebant, donabántve jure ſuæ gentis, niſi prius ſeſe circumcidiſſet, recepiſſet Moſis Legem, & eorum ſacrificiis communicaſſet. Id ab eis cum tam diligenter obſervaretur, cauſa nulla eſt, cur à noſtris principibus non fieri debeat, ut videlicet nullum ſuum civem patiantur, vel natum, vel adventitium, quin ipſum ad ſacra & Cæremonias cum verbo Dei conſentientes adigant,

De dominis qui ſuperiori poteſtati ſubjiciũtur, quid ſit dicendum. Diſtinctio. Infrà claſſ. 2. c. 13. Sect. 27.

42 Sed age, jam de iis dominis loquamur, qui ſuperiori poteſtati ſubjiciuntur. Ii hoc pacto diſtinguendi videntur, ut quidam eorum juriſdictionem habeant, vel propriam ſeu hæreditariam, vel ſibi ab Imperatoribus, Regibus, & Reſpub. commiſſam: aut juriſdictione careant, ſed tantùm ob ſanguinis nobilitatem, vel ob divitias coacervatas nobiles habentur. Et ſanè cùm ii poſteriores nihil à privatis fermè differant, de iis ita cenſendum arbitror, ut de illis jam ſuperius docui. Priores verò qui urbibus, provinciis, ac locis, vel hæreditario jure, vel ex officio ſibi commiſſo præſunt: non debent de re, quam in præſentia tractamus, aliter ſtatuere, quàm de meris & abſolutis dominis jam definitum fuit. Nam juſſu principum ſuperiorum fas eis non eſt, ſubditos, quibus jus dicunt, ad impias religiones adigere, nec illas iis infidelibus concedere, qui ſuas ditiones incolunt. Quòd ſi dixeritis, eminentiori poteſtati parendum eſſe: fatebor, ſed uſque ad aras.

Lacedæmoniorum reſponſum.

Cùm Lacedæmonios victores imperarent, quæ legibus & inſtitutis eorum adverſabantur, dixerunt: Si duriora morte imperetis, potius moriemur. Propterea principes hujus generis, in aliis poteſtati ſuperiori deferant, in iis verò quæ cum verbo Dei pugnant, illis nequaquam gratificemur.

Machabæorum exemplum.

Machabæi, cùm jam populus Hebræus ſub Macedonibus, Antiocho, Demetrio, Alexandro ageret, qui eum à vero Dei cultu abducebant, illis parere noluerunt. Cúmque ſacerdotalis ea domus poſt regiam primas haberet, ne ſincera & patria religio peſſum iret, à Regibus illis defecit.

Libri Machabæorum non cõtinent argumenta ſolida, quibus fidei dogmata probentur.

Neque dum hæc affero, Machabæorum libros pro iis habeo, unde firma dogmatum argumenta elicienda judicem: ſed quod hiſtoriam illam veram ducam, ut quæ non ſolùm in eis libris contineatur, ſed etiam ab aliis authoribus deſcripta fuerit.

2. Reg. 18. 7. 2. Reg. 16. 7.

43 Adjiciam Ezechiæ regis factum, ut 2. Melachim 18. habetur. Is Regi Aſſyriorum obſtrictus erat: nam ut 16. cap. lib. ejuſdem ſcribitur, Achazus illi ſeſe dederat, cui non tantùm tributum ſolvebat, ſed in ejus quoque gratiam Dei veri cultum immutavit. Nam profectus Damaſcum obviam Regi, altari Hieroſol. ad ejus quod ibi viderat exemplum fieri juſſit, & Syrorum cultum ac religionem eſt ſecutus.

Exemplum Ezechiæ.

Ezechias autem filius ejus, admodum pius, animadvertens ea quæ pater fecerat cum verbo Dei pugnare, ab Aſſyriorum rege, qui ut ſuperior poteſtas jam ei præerat, omnino defecit. Illud tamen prius tentavit muneribus ac præmiis placare: verùm id quia minimè proceſſit, adverſus eum, & populum & ſeipſum pro viribus defendit. Conſultum nihilominus eſt, in iis rebus, quantum poteſt ſeditiones caveantur, & providendum quàm attentiſſimè, ne prætextu religionis Principes hujuſmodi ſua quærant.

Rom. 13. 1. Quantum fieri poteſt cavendæ ſeditiones.

Hæc ubi caverint, ac tantùm pietatis ergo ſuperioribus Magiſtratibus reſtiterint, nihil injuſti ſe committere ſuſpicentur. Iubent porro ſacræ literæ, ut omnis anima ſuperioribus poteſtatibus ſubjiciatur. At id, quantum per verbum Dei licuerit, accipiendum eſt. Nam in illis iiſdem literis decernitur: Magiſtratum non bonis operibus, ſed malis timori eſſe. Quamobrem ſi non mala, ſed bona inferiores promoveant, jam ſuis poteſtatibus non reſiſtunt. Vis non timere poteſtatem?

Ibid. v. 5.

inquit Apoſtolus: Bonum facito, ex ea laudem habebis. Proinde ſi pietatem ii tuentur, potius laudem merentur quàm vituperium. Quòd ſi malum feceris, poteſtatem timeto: non enim ſine cauſa gladium portat: miniſter enim Dei eſt, & vindex ad iram, contra eum qui malè agit. Omnes hæ ſententiæ, inferiorum poteſtatum animos confirmant, ut nihil à ſuperiori ſibi timeant, cum in defendenda religione illi non parent. At ſi dixeris: Quo jure vel Imperatori, vel Regibus, vel Reipubl. minores principes, cùm religionem ſinceram & veram fidem aſſerunt, ſeſe opponunt? Reſpondeo: Iure Imperatorio, ſeu Regio, ſeu Reipub. Nam ab Imperatoribus, Regibus, & Reſpub. tanquam adjutores aſciti ſunt, quo juſtitia magis magiſque vigeret. Ut itaque rectè, juſtè ac piè Rempub. pro parte ſibi commiſſa regerent, inſtituti fuerunt. Quamobrem ex officio faciunt, quando religionis cauſa poteſtati ſuperiori ſeſe opponunt. Neque illa poteſt jure conqueri, ſi eo caſu deſeritur. Imperator in C. teſtatur, ſe contra jus nolle ut ſua ulla decreta in judiciis locum habeant, ſed irrita debere

fieri,

Iuſtinianus. Traiani pulchra ſententia.

fieri, ſi forte cognoſcantur à juſtitia diſcedere. Vnde non immeritò Traianus laudatur, qui cùm præfecto prætorii gladium cum baltheo traderet, ait; Si juſtè imperavero, pro me: ſin vero injuſtè, contra me utitor.

Gregorii Romani lapſus.

44 Gregorius Romanus Pont. excuſari non poteſt, qui legem à Mauritio latam, injuſtam eſſe animadvertens (ſanxerat quippe, ne quis Reip. negotiis implicatus, aut militiæ aſcriptus, vel clericus, vel monachus fieret) Imperatori quidem ſcripſit, ſe lege viſa perterritum vehementer fuiſſe, & idcirco rogare, ut vel de illius rigore aliquid remitteret, vel ipſam prorſus immutaret. Attamen adjecit, ſe cùm functus jam eſſet officio illum admonendo, pro ea obedientia & obſervantia quàm ipſi deberet, legem velle, quemadmodum jubebatur, Romæ promulgare. Non poteſt ſanè hoc factum Gregorii non reprehendi, quia poteſtati ſuperiori non debuit in ea re parere, quàm injuſtam ſeu impiam judicaverat. Cum de iis rebus ad hunc modum ſcribimus, nequaquam ſeditionibus viam aperimus, ſed tantummodo id curamus, ut dentur, imo reddantur Deo, quæ Dei ſunt, & quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Si altior poteſtas aut fortunas, aut res hujus mundi pro Reip. uſu poſtularet, conſulerem dandas: at non cum ea poſtulantur perdi aut inverti, quæ divinum cultum reſpiciunt.

3 Reg. 21. 3. Nabothus excuſatur.

Et ſanè hac ratione facilè poſſumus juſtum Nabothum excuſare, qui vineam Regi ſuo cedere noluit. Id enim ex avaritia, vel ſuperbia minimè fecit, ſed quòd videret inde legem Dei violari, qua ſtatuerat ut agri & poſſeſſiones in Iſraelitico populo, juſta diviſione diſtributę manerent. Hanc Dei legem Rex violare nitebatur, atque ad id faciendum, illius viri aſſenſum quærebat, quem ille per conſcientiam præſtare non potuit.

An debeant minores poteſtates in iis caſibus ſe abdicare.

Exiſtimant nonnulli, cùm ſuperiores poteſtates ab inferioribus conantur impia extorquere, conſultum eſſe, ut qui verſantur in minore functione, ſe abdicent, & magiſtratu ſuo abeant. Mihi vero id non videtur: eſſet enim hoc à vocatione ſua deſciſcere, quod fieri minimè debet, præſertim cùm cernitur impiis, qui regnum Dei vel oppugnent vel opprimant, ſuum locum eſſe dandum. Illis utique manendum cenſeo, quoad à ſuperioribus poteſtatibus vi non ejiciantur, quo Dei gloriam fortiter, ubi ſunt, manendo aſſerant. Sed (proh dolor) permultos Duces, Comites & Principes videmus, qui ſi Rex aut Imperator vellent ſuos auferre principatus, nullum non moverent lapidem, ut ſua tuerentur ac retinerent. Omnibus viribus poteſtatibus majoribus reſiſterent, hoc ſanè titulo ac nomine quod injuſtè ſuis rebus privarent. At cùm ab illis regnum Dei, pietas, & religio ſincera tentatur, & majores iſtæ poteſtates rogantur, ut ad hæc everrenda tanquam miniſtri pateant, adſint, & juvent, nihil prorſus vel dicere vel opponere audent. Quamobrem non aliud poſſumus nobiſcum reputare, niſi Chriſti regnum, & veram pietatem parum illis eſſe cordi.

Argumentis ab initio poſitis reſpondetur.

Mat 9. 10.

Ad 1. Chriſtus juſtè verſabatur cum impiis.

45 Reſtat modò ut illis reſpondeamus argumentis, quæ ab initio fuerunt propoſita, illiſque videbatur probari, promiſcuam converſionem cum infidelibus eſſe licitam. Chriſtus producebatur, qui cum Phariſæis, peccatoribus, & publicanis verſabatur. At ille non ſolùm fortis & ſapiens, verùm caput omnium ſapientum & fortium erat, & ita malis prodeſſe potuit, ut ſibi aliorum malitia nihil prorſus officeret. Proinde qui conſtantes & bene docti fuerint, iis, ut docuimus, licet cum infidelibus verſari, quo illis ad ſalutem proſint.

2

1. Cor. 7. 12. Quatenus infidelis conjux ferri debeat.

Secundo loco, de Paulo agebatur, qui prohibuit, ut ne infidelis conjux ab infideli diſcederet, qui unà vellent habitare. Nos item oſtendimus naturales & civiles neceſſitudines, præſertim quæ à Deo fuerunt inſtitutæ, retinendas eſſe. Nec tamen quod ab Apoſtolis dicitur ita ſimpliciter accipiendum eſt, ut prætexitur: quoniam ſi conjux infidelis Chriſtianum conjugem ſollicitaret ad impietatem, aut non deſineret maledictis Chriſtum inceſſere, conjugium ejuſmodi minimè oporteret continuare. Non enim hoc eſſet conjuges unà vivere, ſed in Chriſtum ſimul conſpirare.

1. Cor. 5. 10.

Adhæc ſententia ejuſdem Apoſtoli ad Corinth. referebatur, non eſſe quidem vitandos omnes avaros, maledicos, ebrioſos, ſcortatores, alioquin oportuiſſet è mundo abire: ſed illos tantùm dicebat averſandos, qui fratres haberentur.

3

Cur Paulus nō præceperit infideles, ſed malos fratres, evitandos.

Quoad hoc Pauli propoſitum, attentè conſiderandum eſt, primum illum rectè animadvertiſſe, vitæ neceſſitates minime pati potuiſſe, ut omnes qui tum temporis in Chriſto non erant, caverentur: maxima enim pars hominum ſub initiis à Chriſto aliena erat, nec infideles meliores facti fuiſſent, ſi noſtri ſe ab eis omnino ſeparaſſent. Verùm Apoſtoli ſententia fratribus corruptis & dolor & pudor incutiebatur, dum ſe propter peccata viderent ab iis evitari, quibus ante ita familiares & chari fuerant, ut membra ejuſdem corporis juncta eſſe conſueverunt. Deinde, cùm hæc diſciplina vigeret, Eccleſia propter peccata fratrum non malè audiebat, quòd ſecus eveniſſet, ſi ſcelera diſſimulaſſent. Nihil itaque iſta cum iis pugnant, quæ jam definivimus.

4

Abrahami peregrinatio inter Ethnicos defenditur.

Gen. 12. 1. & 13. 1

Gen. 13. 12.

Et id multo minus, quod Abrahamus inter Ethnicos & idololatras peregrinationem ſuſceperit. Primùm, quia Deo vocante id fecit. Deinde, quòd tantæ conſtantiæ ac ſapientiæ fuerit, ut cum impiis, abſque ſuo damno, & magno cum illorum fructu, verſari potuerit. Etenim Dei nomen & religioſum ejus cultum ſecum circumtulit, quocunque pergebat.

5

De Lotho.

Cl. 2. C. 11. ſe. 9.

2. Reg. 6. 18.

Luc 8. 38.

Idem quoque liceret de Lotho reſpondere: ſi contulit ſeſe in Pentapolin bono animo, ut Sodomitas pietatem & rectam victam edoceret: ſin verò tantum loci commoditate adductus eò abiit, non rectè fecit. Et ſanè profectio illa parum ipſi feliciter cecidit: Nam captivus abductus eſt, eúmque redimi per Abrahamum oportuit. Et cùm poſtea divinitus ea loca incenderentur, coactus eſt volens nolens inde migrare. De Naaman Syro ut plura in præſentia dicam, non eſt neceſſe. Nam ſuperius de ipſo egi, & rurſus agam. Ad hæc liquere ſatis arbitror, quæ cauſa fuerit, cur nonnulli à Chriſto ſanati, remiſſi fuerint ad ſuos, nempe ut illis prædicarent, & quæ ſibi contigiſſent fideliter exponerent.

De Iudæis.

Vide Cl. 2. c. 16. Sect. 31.

46 Nunc id ſupereſt, ut de Iudæis, & de Hæreticis peculiariter nonnulla dicantur. Nam iſta hominum genera, in urbibus, provinciis, & regnis paſſim feruntur, & unà cum Chriſtianis habitant. De Iudæis cur tolerentur, ab Auguſtino inter cæteras aliquæ rationes afferuntur. Is de Civit. Dei lib. 4. & 18. nec non ſuper Pſalm. 58. & alibi, ſcribit idcirco ferri, quod præ cæteris hominum generibus promiſſionem ſalutis habuerint, neque ſint deploratæ ſpei, cùm ſubinde nonnulli eorum, licet pauci, ad Chriſtum redeant.

Rom. 11. 25.

Ibid. v. 29.

Cæcitas, inquit Paulus ad Rom. cecidit ex parte in Iſrael: ac ſi diceret, minimè in univerſum. Ad hæc ſubjicit idem Apoſtolus, cùm ingreſſa fuerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſervabitur. Et ne fortaſſis arbitreris, hæc ἀλληγορικῶς intelligenda, Paulus ea tanquam myſterium tradit, & ad ſuam confirmandam ſententiam, vaticinium Eſaiæ Prophetæ adducit: Iniquitatem videlicet à Iacobo tum auferendam eſſe. Præterea nunc inimici Deo, ſcilicet, propter nos dicuntur: verum amici, propter Patres.

Luc. 15. 11.

Auguſt. quæſtiones in Evangelia.

Idem Auguſtin. quæſtionibus ſuper Evangelia lib. 2. quæſt. 33. (ſi tamen Auguſtini ſint ii libri) dum filii prodigi parabolam interpretatur, filium illum gentes referre ait. Nam in regionem longinquam diſceſſiſſe ſcribitur, quoniam Ethnici tam procul à Deo receſſerunt, ut idola publicè atque aperta profeſſione coluerint. Filius autem major natu, quo populus Hebræorum adumbratur, non ita longè abiit. Et licet in paterna domo non eſſet, quæ eſt Eccleſia, in agro tamen agebat. Hebræi enim circa divinas literas verſantur, quas non rectè intelligunt, nec eo ſpirituali ſenſu quo eas Eccleſia Chriſti cognoſcit, ſed terreno atque carnali. Vnde non ineptè dicuntur in agro agere. Non egreditur hic ſenior filius ab initio domum patris: ſed poſtremis diebus ipſe quoque vocabitur, & accedet.

Pſal. 59. 12.

47 Affert quoque idem Pater pro hac ſententia, quod in Pſalm. 59. prout ipſe legit, habetur: Ne occidas eos, ne obliviſcantur Legis tuæ, ſed in virtute tua diſperge illos. Orat, inquit, filius Dei Patrem, ne illa gens aboleatur, ſed per orbem paſſim vagetur. Aliæ provinciæ victæ à Romanis in leges & ritus eo-

Iudæi non diſceſſerunt in leges & ritus Romanos.

rum ceſſerunt, ita ut Romani tandem efficerentur: at Hebræi, quamvis à Romanis ſuperati fuerunt, nunquam tamen in jura, leges, & ritus eorum diſceſſerunt, ſua retinent adhuc ut poſſunt, vagantur diſperſi. Nec legis Dei prorſus obliviſcuntur: non ſanè, quòd in illam ſervandam piè incumbant, ſed tantummodo legunt, & ſigna quædam ac inſtituta retinent, quibus à cæteris nationibus diſcernantur. Videtur porrò Deus ſignum eis quemadmodum Caino, quòd interfeciſſet Abelum fratrem ſuum, impoſuiſſe: ne videlicet, ab omnibus interficiantur. Neque Chriſtianis hæc eorum diſperſio per orbem inutilis eſt, quia ut rami fracti, quemadmodum ad Rom. habetur, nobis oſtenduntur. 1 Cùmque loco eorum jam fuerimus inſiti, dum eos tam infeliciter exciſos videmus, Dei gratiam in nos agnoſcimus, & eorum aſpectu cavere docemur, ut ne ob infidelitatem, cujus cauſa illi ſunt fracti, nos quoque ſimiliter excindamur. 2 Alia præterea eſt utilitas, quæ ad nos ex illorum diſperſione redit, quod noſtri libri ab eis ſervantur, ſacra inquam Biblia, quæ paſſim circumferunt & legunt: ac quamvis, cùm obcæcati ſint, minimè credunt: attamen ſcripta illa veriſſima eſſe confitentur. Animo quidem ſunt nobis infenſi hoſtes, at libris ipſis quos habent & venerantur, noſtræ religioni teſtimonio ſunt. Quapropter illos nequeo ſatis mirari, qui Iudæorum linguam, & Hebraica Biblia tam male oderunt, ut cupiant perdi atque comburi, cùm Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana ad Hebraicam veritatem confugiendum cenſeat, ſicubi vel in Græca vel in Latina verſione interdum hæſerimus. Nec diverſum Hieronymus paſſim ſcribit.

Gen. 4.15.

Rom. 11.17.

Diſperſio Iudæorum Chriſtianis utilis.

Contra eos qui Hebraica Biblia comburunt.

48 At dicunt Sacros libros ab Hebræis vitiatos & contaminatos fuiſſe. Ad hoc Hieronymus in Eſaiâ capit. 6. ad finem ita reſpondet: Vel hoc ante Chriſti adventum & Apoſtolorum prædicationem, vel poſtea commiſerunt. Si quis dixerit hoc ab illis antea factum fuiſſe, mirabor, cùm Chriſtus & Apoſtoli graviſſima Iudæorum ſcelera traduxerint, cur id ſacrilegium ac facinus tam immane reticere voluerint. Profectò illos vitiatæ ac corruptæ Scripturæ arguiſſet. Sin verò poſtea mendas ab illis fuiſſe inductas contenderis, dicam illa præſertim loca eos debuiſſe corrumpere, quæ de Chriſto ac ejus religione teſtantur, quæque ab ipſo Domino & ab Apoſtolis in Novo Teſtam. adducta fuerunt. At ea ſalva manent, & in Bibliis Hebr. eadem eſt ſententia quam illi poſuerunt. Nam de verbis uſque adeo ſoliciti non erant. Proinde non eſt veriſimile, quoad alia loca eos vitiaſſe divinas literas: Imo ſi quis illorum codices attentius evolvat, multò plura teſtimonia, magiſque clara & aperta quàm noſtra communis verſio habet, in illis reperiet. Nónne Pſalm. 2. ipſi legunt: Oſculamini Filium, quod noſtri converterunt: Apprehendite diſciplinam? Quæ verba proculdubio ad Chriſtum referuntur. Sed mihi non eſt in præſentia conſilium, ut omnia ejuſmodi teſtimonia proferam. Satis habeo, ut cum Hieronymo probaverim, ſacros codices ab Hebræis non eſſe corruptos. Nec certè ſi voluiſſent, id ex ſententia eis proceſſiſſet. Multi enim vetuſtiſſimi libri & manuſcripti reperiuntur, qui jam diu à Chriſtianis quam diligentiſſimè fuerunt aſſervati, quos illis commaculare non licuiſſet.

An Hebræi ſacros libros vitiarint.

Hieronymus. vide Cl. 1. c. 6. Sect. 26.

Pſal. 2.10.

49 Cæterùm ad eam utilitatem revertamur tractandam, quam Auguſt. indicavit. Permulti, ait, vana & conficta fuiſſe à nobis fortaſſis exiſtimarent, quæ de populo veteri, & de Prophetis narramus, niſi Iudæos ipſos adhuc ſuperſtites viderent, qui ſuis libris vel inviti noſtris ſermonibus aſtipulantur. Quare licet Hebræi mente obcæcati ſint & nobis pro viribus adverſentur, ipſos tamen cum ſuis libris noſtræ fidei luculentiſſimos teſtes habemus. Et ſanè inter cætera teſtimonia: illud maximi ponderis eſt, quod ab hoſtibus fertur. Deus autem Eccleſiæ ſuæ de hoc teſtium genere abundè proſpexit, quia non ſolùm libros Hebræorum nobiſcum facientes habemus: verùm etiam Sibyllarum carmina, quæ fuerunt ex variis nationibus procreata. Neque putandi ſunt noſtri majores illa earum carmina ſibi finxiſſe. Nam ætate Lactantii, Euſebii Cæſarienſis, & Auguſtini, qui eos verſus adduxerunt, libri Sibyllini in manibus omnium verſabantur. Quocirca ſi quoſdam ſuppoſititios verſus aſcripſiſſent, Ethnici, qui nunc magno numero erant & eloquentia multum potuerunt, noſtræque religioni vehementer adverſabantur, illos ut vanos & mendaces coarguiſſent. Quod igitur ſupereſt, niſi Deum Eccleſiam vel adverſariorum teſtimoniis probè voluiſſe communire? Itaque Iudæi nunc inter Chriſtianos feruntur, partim ob promiſſionem, quam de ſalute danda ſuo generi habent: partim ob utilitates, quas jam ex Auguſtino commemoravi. Vnde non ſolùm tolerantur, verum ſynagogas habent, ubi ſacros libros publicè legunt, & unà Deum patrum ſuorum invocant. Qua tamen in re Magiſtratuum & Epiſcoporum diligentia non parum deſideratur, qui providere deberent, ne quid aliud ab eis illic agatur: & omnibus modis cavere, ne in ſuis communibus precibus, adhortationibus, concionibus, Chriſtum Deum noſtrum maledictis proſcindant. Hæc ſi non curent Magiſtratus & Epiſcopi, quì juſtiſſimè accuſentur, evitare nequeunt. Verum Turcis non licet ſacros conventus dare, quandoquidem ipſi de ſalute ſua peculiare promiſſum non habent, neque Vetus neque Novum Teſtam. ibi legerent, ſed tantummodo ſuum impuriſſimum Alcoranum tractarent. Eſſet præterea interdicendum Hebræis, ne inter Chriſtianos fœnus & uſuras exerceant, ut ne Chriſtianos pauperes (quod non niſi cum maxima indignitate fieri poteſt) ob oculos noſtros vexent atque affligant. At noſtri principes ab illis vectigal bene magnum exigunt, & ex lucris uſurariis ac fœneratitiis prædam capiunt: tantùm inde abſunt, ut malas artes illis prohibeant. Deinde, quod non minus pernitioſum eſt, eos non curant edoceri, cùm illos cogere debuerint, ut ad ſacras Chriſtianorum conciones crebro accederent, alioqui dum ita neglecti relinquuntur, indies peiores & magis pervicaces redduntur. Propterea vel parvus vel nullus propemodum fructus eorum converſatione cum Chriſtianis jam poteſt expectari. Eſt item diligenter obſervandum, ne homines noſtros corrumpant, eos ad Iudaiſmum ſeducendo. Ex hac re neglecta Marianorum hæreſis, magnos præſertim in Hiſpania progreſſus habuit. Decet præterea, ut habitu, vel certo quopiam ſigno, à Chriſtianis diſcernantur, ne quis cum eis perinde atque cum Chriſtianis imprudens verſetur. Et de iſto genere infidelium ſatis hæc ſint.

Hebræi & eorum libri ſunt noſtri luculentiſſimi teſtes.

Deus eccleſiæ etiam adverſariorum teſtimonia voluit habere.

Carmina Sibyllarum.

Turcis non concedendæ ſynagogæ.

Prohibendum Iudæis ne fœnerentur.

Eſſet principum curare ut Iudæi edocerentur.

De hæreticis.

50 Nunc de Hæreticis dicendum. Vocabulum αἵρεσις, ἀπὸ τοῦ αἱρεῖν deducitur. Nam ii homines deligunt ſibi certa quædam dogmata, quæ pugnant cum divinis literis, ac ea pertinaciter defendunt. Cauſæ verò hujus eorum delectus plerunque ſunt, quod vel ſacras literas minimè norunt, vel cognitas aſpernantur, & aliqua cupiditate impulſi, ad errores comminiſcendos ſeſe conferunt. Vnde Auguſt. in lib. de Vtilitate credendi, ſcribit: Hæreticus eſt, qui ob amorem lucri aut principatus, novas aut gignit, aut ſequitur opiniones. Erit itaque definitio Hæreſeos, Delectus ac pertinax defenſio dogmatum, quæ divinis literis adverſentur, ex earum ignorantia ſeu contemptione, ob ſuas voluptates & commoda facilius conſequenda. Delectus & pertinax propugnatio in hac definitione inſtar formæ ſeſe habent. Dogmata verò à ſacris literis diſcrepantia, materiæ vicem obeunt. Superbia & Cupiditas Hæreſin efficiunt. Dignitatum, lucri, & voluptatum conſecutio, tanquam fines tanti ſceleris conſtituuntur. Ex hac definitione ſatis conſtat (ut arbitror) qui ſint Hæretici. Nunc ad ſpecies & ſingula deſcendere non libet: dabitur, ſicut ſpero, alia occaſio & opportunior locus. Hoc in ſumma dicam, quoad hanc quæſtionem, haud aliter eſſe agendum cum Hæreticis, quàm cum infidelibus & Iudæis.

Quid ſit hæreſis.

Cauſæ hæreſeos.

Definitio hæreſeos.

Vide epiſt. 44. cujus initium Hadrianus.

51 Attamen ut his quæ dicta ſunt manum extremam ponamus, audiendum eſt quidnam Auguſtinus de hoc negotio ad Publicolam ſcripſerit, epiſt. 154. ubi ait: Si ex acervo frugum portionem aliquam idololatra ſimulachris obtulerit, aut de vino nuper in torculari expreſſo: id non efficit, quin poſſimus liberè uti eo quod ſupereſt, tam in torculari quàm in

In 1. Co. 10. ad finem.

Quæſtiones de rebus quoad idololatriam ſuſpectis.

area,

Digitized by Google

area, quia de fontibus & puteis aquas haurire non veremur, unde illi acceperunt, ut idolis ſacra facerent. Attamen cenſet, eum qui publicam poteſtatem habet, Magiſtratum inquam, debere ſua authoritate obſtare, ne partes ex proventibus ad pravos cultus decidantur. At ſi non poſſit id impediri, ea quæ ſuperſunt libera facit. Reſpondet etiam de balneis, in quibus idololatræ lavare conſueverunt, quæ facit etiam Chriſtianis communia. Nam, inquit, & aërem ſpiramus & reſpiramus, quem tamen probè novimus ſacrificiorum infidelium nidore infectum. His ego libenter adderem, quanquam balnei locum fidelium quoque uſibus patere fatear: non tamen unà cum infidelibus lavandum, quòd in eo actionis genere aliquid commercii, aſſenſus, & communionis denotari poſſit. Quod Ioannem Evangeliſtam legimus in Eccleſiaſtica hiſtoria evitaſſe, qui balneum ingredi noluit, cùm audiviſſet Cerinthum hæreticum intus lavare.

Ioannes lavare noluit cum Cerintho.

52 Adjecit Auguſtinus, nihil à nobis eſſe uſurpandum, quod ad honorem & cultum idolorum facere intellexerimus. Neque prodeſt, inquit, ſi animum tuum rectum eſſe dixeris: quoniam tuus proximus animum non intuetur, ſed factum contemplatur. Ideo ſi quid audiverimus aut ſuperſtitioſum aut idololatricum, debemus execrari & deteſtari, neque in noſtros uſus convertere. Quod in Deut. expreſſè mandatum fuit, quando prohibuit homines iſta ſibi vendicare. Cujus ſententiæ duplicem quoque Auguſtinus rationem affert, ne ſi diripias quæ cultui ſuperſtitioſo inſerviebant, ſuſpicetur te non religionis, ſed cupiditatis cauſa moveri ad pravum cultum abolendum, nimirum ut diteſcas, atque tuam avaritiam expleas. Altera eſt ratio, quòd ſi hæc domi inter tuos theſauros recondideris, facilè fieri poterit, ut vel à poſteris tuis, vel ab imprudentioribus qui ſunt in tua familia, in honore habeantur, & cultus idololatricus paulatim reſtituatur. Fatetur nihilominus hæc ſuperſtitioſa in publicos uſus poſſe converti, & veræ ac germanæ religionis obſequia. Quemadmodum pios Imperatores feciſſe novimus, qui pecunias theatro delegatas, & fanis idolorum, Eccleſiæ Chriſti addixerunt, nec non bonis uſibus Reipubl. Citatúrque locus Iud. cap. 6. ubi Dominus voluit ligna luci dedicati Baal, quæ Gedeon exciderat, ad holocauſtum ſibi offerendum traduci. Et in cap. 6. Ioſ. legimus, Hierichuntinas opes factas anathema, & tamen quicquid ibi erat æris, ferri, argenti vel auri, totum id in theſauro Domini oportuit inferre. Si ager fortè fortuna conſecratus fuerit idolis, indicat idem Auguſt. ea quæ ibi naſcuntur, eſſe licita fidelibus. Nam inquit, Domini eſt terra & plenitudo ejus. Et ad Timoth. dicitur: Omnis creatura Dei bona eſt, modo cum gratiarum actione & precibus à nobis percipiatur. Alioquin oportet nos arguere Paulum, qui per multos dies Athenis fuit, & proculdubio fructibus & proventibus Athenienſis agri veſcebatur, qui tamen Minervæ conſecratus erat. Verùm ſi fructus jam extarent, & conſecrati & deputati eſſent actione ſingulari idolis, Chriſtiani deberent abſtinere, ne viderentur impietati communicare. Sed quia veteres conſueverunt, interdum litare fontibus & fluminibus, quòd eis divinitatis neſcio quid attribuerint, & ideo carnes immolatas aut exta nonnunquam in ea projiciebant, dubitatum eſt an poſtea illis aquis uti Chriſtianis liceret. Reſpondet Auguſt. utique licere. Nam ſcimus (inquit) eſſe complures, qui ſacra faciunt Soli, non tamen ob id ejus luce uti veremur, & aſpectu radiorum ejus frui. Quin & inveniuntur infideles, qui victimas immolant ventis, & nihilominus in noſtris navigationibus illis utimur.

Duplex ratio cur idololatrica non liceat in noſtros uſus convertere.
Deut. 7. 23.

Pii Imperatores conſecrata idolis piis uſibus addixerunt.
Iud. 6. 26.
Ioſ. 6. 24.

Fructus ex agro conſecrato idolis, ſunt liciti.
Pſ 42. 1.
1. Tim. 4. 4.

Act. 17. 16.

53 Poſtremò, ei caſum commemorat Publicola, de quodam qui per deſerta iter faciat, idémque vehementer eſuriat, & fanum ſive ſacellum idolorum obvium habeat, ubi forte fortuna quaſdam carnes appoſitas offendat, quærit an ei liceat edere, ſi Chriſtianam religionem profiteatur? Reſpondet Auguſtinus, Quia poteſt fieri, ut carnes illæ non ſint immolatitiæ, ſed ibi caſu à peregrinis relictæ, qui eo diverterint, vel ad prandendum, vel ad cœnandum: ideò cùm illa fuiſſe immolata non conſtet, is qui eſurit poteſt ea uſurpare. Deinde, quaſi ſibi non ſatisfecerit, utitur hac diſtinctione: Is vel certè novit carnes eſſe immolatitias, vel certè novit non eſſe, aut dubitat. Et ſubjicit; Si dubitat, aut certè novit non eſſe immolatitias, liberè comedat. Verùm ſi certo conſtituerit carnes eſſe immolatas, ex Chriſtiana pietate abſtineat. Hic ego Auguſtini judicio non facilè ſubſcripſerim, quia non video, cur jubeat Chriſtianum hominem eſurientem temperare ſibi ab hoc cibi genere. Quia cùm ſit in ſolitudine, non habet illic infirmos fratres quos offendat, neque etiam communicat cum dæmonibus, cùm jam ibi nullum ſacrum agitetur: neque infidelibus exponit ſuam libertatem condemnandam vel blaſphemandam: quæ fuerunt juſtæ & ſolæ cauſæ, cur Apoſtolus prohibuerit idolothytis veſci. Ideo judicarim eo caſu liberum eſſe, id genus cibi uſurpare: Quoniam Domini eſt terra, & plenitudo ejus.

Caſus de homine iter faciente.

1. Cor. 8. & 10.

Pſal. 24. 1.

Tentare Deum quid.

54 Tentare, nihil eſt aliud, quàm periculum facere: Quare illi tentant Deum, qui volunt experimentum capere de potentia ejus ac voluntate. Idque fit bifariam: Quia interdum non deſunt ea quibus opus habemus, ſed illis conſuetis ac familiaribus uti dedignamur, & vellemus exquiſitis & inauditis modis adjuvari, ut ſi quis veſtem quam haberet, induere nollet: & interim precaretur, ut Deus frigus à ſe nova aliqua ratione propulſaret. Sicut paſſim occurrunt, qui non contenti miraculis in ſacris literis relatis, alia quædam nunc vellent, ad fidei veritatem confirmandam. Iuxta hunc ſenſum reſpondit Chriſtus Satanæ, quando eum hortabatur, ut ſe de ſummo templo præcipitaret: Scriptum eſt, Non tentabis Dominum Deum tuum. Ac ſi diceret: Patet mihi via deſcendendi, & gradus habeo: quorſum me præcipitem? Id ſi fecero tentabo Deum.

In 1. Cor. 10. e. vide Cl. 1. C. 8. S. ſſ 17. & in Gen. 24. ſub finem.

Simile.

Matt. 4. 7.
Dupliciter Deus tentatur.

55 Aliud genus eſt hujus tentationis, quando caremus neceſſariis: habemus tamen promiſſionem, & ſuadet pietas ut patienter expectemus. At multi recuſant operiri Dei auxilium, ſed audent Deo præſcribere tempus & modum etiam, quo ſibi velint ab eo ſubveniri. Oritur id ex adverſorum impatientia, quæ frequenter magna cum pernitie accidit. Vnde non immeritò Scripturæ nos ad tolerantiam paſſim adhortantur. Tertullianus quoque & Cyprianus luculentiſſimè de patientia ſcripſerunt. Nemo noſtrûm præſcribere Deo vel modum vel tempus auxilij debet: Is optimè novit iuſtas occaſiones, & bonis rationibus dona ſua differt. Prima eſt ne vitium noſtrum in animo delitelcat. Niſi enim differremur, impatientia non ſe proderet, qua cor alioquin vitiatum eſt: qua non intellecta ſecuri ageremus, neque precaremur ut à nobis toleretur. Deinde, ſi ſtatim neceſſaria occurrerent, fortaſſe illa non Deo, ſed vel caſui, vel noſtris viribus induſtriæque attribueremus. Ideo ſtatuit Deus, ut cùm differt opem, quam poſtea certo tempore præbet, agnoſcamus eum eſſe liberationis noſtræ authorem. Etenim ſic intelligimus, non noſtro, ſed ejus arbitrio, præſidium acceſſiſſe. Et cruciatus dilationis jucunditate recompenſatur. Nam ſuaviora ſunt, quæ diutius expectata fuerint, neque Deus aliud quærit quàm ut ejus dona re-
cta ratione ponderemus, ne vileſcant. Cavendum 1
itaque hoc facinus, ne per impatientiam Deum ten-
temus. Nam ſic homines, vel eum omnium rerum 2
authorem non credunt, vel ſe illi curæ eſſe dubi-
tant: & cùm auxilium differtur, tandem iram evo- 3
munt, & odium effundunt quod adverſus Deum in ſeipſis miſeri perpetuò claudunt & alunt, ac nuſquam declarant, niſi cùm ad infortunia deventum eſt: tunc erumpunt in blaſphemias, quibus vel Deum ut crudelem traducunt, aut quæ mala patiuntur, ſtellis imputant, & malis hominibus quos ſine fine execrantur. Vtque canis rabidus jactos lapides mordet, & ſinit jacientes illæſos: ita iſti neque ſua peccata inſpectant, neque juſtas cauſas quibus auxilium divinum protrahitur animadvortunt, ſed imprudentiſſimè Deum tentant. Remedium ſic adhibendum eſt, ut ob oculos ponamus Dei promiſſiones, & conſtanter fidem qua erga omnes pios, & erga nos hactenus

Nemo debet modum aut tempus auxilij Deo præſcribere.
Quare Deus dona ſua differat.
Ratio.

Simile.

Digitized by Google

uſus eſt: quæ ſi cum animo noſtro repetierimus, ad ipſum tentandum non provocabimur, ſed potius ad preces quàm ardentiſſimas nos convertemus: quibus obtinebimus, ut ſuo tempore nobis dentur quæ ad ſalutem conducant.

Aliud eſt tertium genus tentandi Deũ.

56 Præter hæc duo genera tentationis Dei, aliud eſt quoddam ſceleratiſſimum, quod tantum ab impudentia & contemptu proficiſcitur. Sunt enim qui data opera Deum provocare & irritare peccatis pergunt. Cujus flagitii meminit Apoſtolus, quando inquit: Num fortiores Chriſto ſumus? Neque Petrus, quanquam lenius quam deſcripſerimus ageret, ab hac ſignificatione multum abhorruit, cùm in Actis Apoſt. dixit; Quare tentatis Deum, ut velitis imponere jugum fidelibus, quod nec nos, neque patres noſtri portare potuerunt? Ac ſi diceret, hoc eſſe Deum provocare ad certamen, quaſi vendicarent ſibi majores vires, quàm Deus patribus in obſervatione cæremoniarum concedere voluerit. Iſraelitæ, quoad primum genus iſtorum trium Deum tentarunt: Nam cùm haberent quæ ſatis ad victum ſufficiebant, divinitus carnes & piſces parari ſibi voluiſſent. Tentaverunt quoque Deum & altero genere. Nam cùm opus auxilio haberent, opportunitates à Deo conſtitutas expectabant. Neque à tertio modo abſtinuerunt, cùm ſuis peccatis conſueſcendo, iram Dei provocarunt.

1.Cor.10.12.
Act.15.10.
Iſraelitæ quomodo tentarint Deum.

De Curioſitate.

57 Curioſitas eſt nimium ſtudium cognoſcendi res interdictas & parergas. Quod ad Arcam attinet Deus edixerat ne quis eam videret. Sacerdotes ſoli eam involvebant pannis: deinde tectam & involutam portandam dabant filiis Cheat. Nam ſi eam Levitæ vidiſſent, moriebantur. Ita vetuit olim Deus, ne populus accederet ad montem, aut propius, quid fieret, intueretur. Satis illi erat ad fulmina & tonitrua expaveſcere. Iam verò ne in πάρεργα quidem fas erat curioſius inquirere. Nam cùm Petrus percunctatus eſſet de Ioanne: Hic autem quid? Chriſtus reſpondit, quid id ad te? tu me ſequere. Nam dum de illis rebus animum habemus occupatum, tempus melioribus cogitationibus intercipitur. Verùm ex altera quoque parte cavendum eſt, ne nimium facilè quicquid proponitur, recipiamus. Id enim ſtultæ cujuſdam levitatis eſt. Nos autem firmos & ſtabiles oportet eſſe, nec omni vento novæ doctrinæ commoveri. Prudenter fecerunt Theſſalon. qui conſulere voluerunt ſcripturas, & videre, an ea vera eſſent, quæ à Paulo dicebantur. Nec aliam ob cauſam Chriſtus dixit: Scrutamini ſcripturas. Papiſtæ cùm vident portenta à nobis non credi, corpus Chriſti & ejus ſanguinem delireſcere ſub ſpeciebus panis & vini, nos nimium eſſe curioſos, & à nobis renovari Iudaicum illud, quomodo. Sed ſtultos meminiſſe oportuit, in ſacris literis etiam pios viros quæſiſſe: Quomodo. Moſes deprecabatur legationem ſuam, & cauſabatur linguæ balbutiem, & quomodo audiet me, inquit Pharaò? Et Gedeon: Quomodo poſſum ego liberare Iſrael cùm ſim infirmus ex omni tribu mea? Et Abraham: Vtinam vivat Iſmael coram te, & quomodo ſciam me poſſeſſurum eſſe terram Chanaan? & Sara riſit promiſſionem Domini de ſobole: & beata virgo: Quomodo, inquit, fiet iſtud? & Hieremias ait, ſe puerum eſſe, & neſcire loqui. Scio autem ex iſtis alios fuiſſe reprehenſos, alios laudatos. Nam Abraham ea fide juſtificatus eſt. Et Beata virgo audivit, Beata quæ credidiſti. Moſes verò reprehenſus eſt, & ira quidem, ut ad extremum Deus etiam ſuccenſeret. Hoc ergo eſt diſcriminis, qui propter incredulitatem quærunt, quomodo, labuntur & peccant. Verùm qui cupiunt infirmitatem ſuam hoc modo confirmari: aut de ratione tantùm & modo percontantur, quoniam ſe vident ad rem gerendam adhiberi, nihil peccant. Virgo quærit, qua ratione paritura eſſet filium, naturaline, an ſupra naturam. Nec ea cauſa infidelis erat, nec reprehenditur. Quando autem hic peccetur, ex verbis ipſis intelligi non poteſt. Omnes enim eodem pacto dicunt, quomodo? Sed Deus eſt καρδιογνώστης, & quo animo quidque dicatur intelligit. Nos etiam ex antecedentibus & conſequentibus idem non obſcurè poſſumus intelligere. Iam verò, ſi iſti reprehendendi non erant, qui quærebant, quomodo, in verbis Domini, quanto minus nos, ſi in iſtorum commentis & ineptiis quæramus quomodo? Et certè Petrus jubet nos paratos eſſe ad reddendum rationem de omni doctrina noſtra. At de ſuis myſteriis rationem nullam poſſunt reddere. Traditio, inquiunt, eſt: non oportet quærere. Si ita agitur, manus neceſſario dandæ ſunt. Sed ut dixi, iſta facilitas ad credendum non minus in vitio eſt, quàm illa curioſitas, de qua primùm cœpi dicere.

Num.3.38.& 4.15.
Exod.19.23.
Ioan.21.21.
Eph.4.14.
Act.17.11.
Ioan.5.39.
Exod.4.10.
Iud.6.15.
Gen.17.17.
Gen.18.12.
Luc 1.34.
Hierem.1.9.
1.Pet.3.15.

CAPUT V.

Præceptum ſecundum, De Imaginibus.

In 1.Reg.7. ad finem.
Loci de Imaginibus partitio.

HAC methodo locus iſte tractandus videtur, ut primum videatur de imaginum ortu, & origine. Poſtea de uſu earum, an ſit licitus. Poſtremò, ſi habeant aliquem uſum, an in templis & ſacris cœtibus ferri debeant. Quod ad nomen attinet, Hebræis imago *Temuna* dicitur, *Tſelem*, & ut nonnulli volunt, *Teraphim*: Græci, εἰκόνας: Latini, imagines & ſigna. Atque hæc de vocabulis. De re autem ſciendum eſt, ſignificatum imaginis non eſſe rem abſolutam: ſed collocari debet in iis, quæ aliud referuntur. Quandoquidem omnis imago alicujus rei eſt imago, quemadmodum ſimile alterius rei ſimile dicitur: Quæ verò comparantur vel in quantitate vel in qualitate, inter ſe referuntur: & quæ conferuntur in quantitate, aut paria ſunt, aut majora, aut minora. In qualitate verò, ſimilia diſſimilia, & diverſa numerantur. Cùm itaque imago, ſicuti dictum eſt, inter relata cenſeatur, ex illis eſt, quæ ad qualitatem pertinent. Siquidem animantis lineamenta, figuras, colores, & alia hujuſcemodi exprimit. Proinde ſic eam licet definire: Vt imago ſit quædam ſimilitudo qua nobis quippiam refertur, quod poſſit oculis cerni. Id autem idcirco dico, quia ſimilia permulta cùm legere, tum audire poſſumus, quæ propriè imagines minimè dicuntur. Earum non una eſt materia. Conſtat enim quandoque lapide, ligno, metallo, gypſo, argilla & aliis hujuſcemodi. Et varii artifices ex ea materia illas faciunt, quam tractant: figulus figulinas: lignarius faber ligneas: lapicidæ lapideas: fabri metallarii ex metallis, ære, argento & auro: pictores quoque, ex ſuis coloribus. Ne prætereundum eſt idola quoque imagines eſſe, de quibus Tertull. elegantem libellum conſcripſit, quem de Idololatria vocat, & vocabulum idoli excutiens ἀπὸ τοῦ εἴδους derivavit. εἶδος verò eſt ſpecies vel forma, unde εἰδύλλιον formula dici poteſt. Imaginum forma eſt ſimilitudinis reſpectus, quo exprimitur aliquid, ita ut ſpectantibus cernatur. Finis imaginum, eſſe videtur oblectatio. Etenim Ariſtoteles in Rhetoricis, inter alia quæ voluptatem pariunt, imitationem recenſuit, quocirca imago videtur eſſe quædam æmulatio Dei: Nam Deus univerſa condidit, unde homines, cùm res ipſas creare non poſſent, Dei productionem imitantur, cùm imagines earum rerum faciant, quas ipſa in natura produxit. Ornatus item cauſa ſunt imagines, nam loca reddunt pulchra, in quibus appoſitæ fuerint. Excogitarunt præterea illas, quo memoriam abſentium vel defunctorum, vel rerum geſtarum non paterentur extingui. Honoris etiam cauſa ſunt inventæ: Nam ſi quis de Repub. fuiſſet bene meritus, ſtatuæ illi erigebantur. Sic Cicero ſuadebat, ut Servio Sulpitio, qui in legatione obierat, ſtatua poneretur. Et aliqui reperti ſunt ex antiquis, qui non tantùm alios, verum & ſeipſos honorari ſtatuis voluerunt. Nebucadnezar enim Rex Chaldæorum juſſit ut imagine aurea in ſuo regno coleretur. Et inter Principes Romanorum, Caius Caligula ſe voluit exprimi ſtatuis, hac adjecta inſcriptione: Caius Caligula Cæſar Deus. Ac talem conatus eſt in Hieroſolymitanum templum inferre, unde maximæ turbæ: ſeditiones ac tumultus exorti ſunt in Iudæa. Quod idem poſtea Nero fieri voluit, & illa de cauſa Hebræi à populo Rom. defecerunt. Vnde

Vide in 1. ad Rom. v.23. poſt verba qui eſt benedictus & 1.Cor.8.4.
Nominis interpretatio.
Imagines eſt in numero eorum quæ πρός τι vocãt.
Imaginis definitio.
Imaginum materia.
Cauſa efficiẽs.
Forma.
Finis.
Dan.3.1.

Vnde apparet, imagines etiam ad cultum Dei eſſe tranſlatas. Nec defuerunt qui etiam affectibus, quibus laborabant, ſtatuas erexerint. Ebrioſi, Bacchi ſigna circumferebant: libidinoſi, Veneris: ſordidi & avari, Plutonis: homicidæ, Martis: & longum eſſet ſingula perſequi. Quærat ea lector apud Tertullianum in libro de Idololatria. Homines verò paulò honeſtiores virtutis & honoris fabricarunt ſimulachra. Erexerunt etiam quandoque imagines veterum, ut homines ad majorum imitationem ſtimularentur. Qua de re Saluſtius in prologo ſui Iugurthini ſcripſit.

Imaginum cauſa efficiens.

2 Cùm de fine ſatis egerimus, ſupereſt ut efficientem cauſam imaginum examinemus. Artifices utique fuerunt earum authores, & ſanè periti, quare ab illis dignitatem acceperunt. Siquidem non conſtat imaginum honor ex materia, cùm vel vel ex auro ineptè fieri poſſint. Ex forma porrò tota earum dignitas exiſtat, ut ſcilicet ſimilitudine perfectâ repræſentent eleganter id quod referunt. Iupiter Olympius honorem precitumque nactus eſt à Phidia, & Alexandri Magni ſigna ex Apelle, quemadmodum pocula bene cælata ab Alcimedonte. Et inſtrumenta Salomonicæ domus ex Iramo nobili artifice. Iis addendum eſt veteres, ut majori honore ſimulachra ſua cohoneſtarent, finxiſſe illa cœlo delapſa. Vnde Palladium olim dictum eſt διιπετὲς hoc eſt, à Iove lapſum, unde in Act. 19. capit. habetur, Scribam publicum dixiſſe ad plebem: Quis ignorat vos cultores eſſe magnæ Dianæ, cujus ſimulachrum cœlitus eſt delapſum? Nec prætereundum eſt, cùm olim ſecula eſſent admodum rudia, ſtatuas non fuiſſe ab initio diſtinctè ac perfectè fabricatas, quemadmodum poſtea fuerint. Etenim diu habuerunt homines rudes lapides, truncos & columnas loco ſtatuarum. Quin & Romæ primis temporibus haſta erat ſignum Martis. Succeſſerunt deinde paulatim artifices peritiores, qui adeo profecerunt artem excolendo, ut vivos ducerent de marmore vultus, ut poëta cecinit. Vnde illorum ſigna antiquitus βροτὴς dicebantur ἀπὸ τῶ βροτῶ, quod hominum ſimiles eſſe viderentur. Et adeo pulchra & formoſa efficta fuerunt ſimulachra, ut reperti fuerint, qui ea deperirent ac turpiſſimè cum illis miſcerentur.

1. Reg. 7. 13.

Act. 19. 34.

Statuæ priſcæ quales.

Statuarum vetuſtas & origo. vide in Iud. 5. 24. Moiſis locus de invocatione nominis Domini. Gen. 4. 26.

3 Eſſet præterea de ſtatuarum vetuſtate aliquid referendum, ſed res perobſcura eſt, neque de illa omnium eſt eadem ſententia. Aliqui originem earum ad Prometheum uſque revocant, qui hominem ex argilla primum finxerit, & deinde animarit. Hebræi referunt originem illarum ad nepotem Adami, qui dictus eſt Enoch: tunc enim dicitur, Cœptum eſt invocari nomen Dei. Quod interpretantur, ejus ætate cœpiſſe homines imaginibus nomen Dei affingere. Tertullian. libro contra idololatriam, teſtimonium Enoch adducit adverſus ſtatuas, unde apparet librum illum Enochi, qui Apocryphis accenſetur, adhuc extitiſſe Tertulliano vivente. Inde quoque Iudas in ſua Epiſt. teſtimonium adduxit. Id autem facilè convincimus ex divinis literis, ætate Iacobi extitiſſe imagines ſeu idola, quia non modò legimus Rachelem abſtuliſſe Labani ſui parentis idola, ſed & Iacobum hortatum eſſe familiam, ut ad ſe omnia ea deferrent, quo illa in terra defoderet. Quinetiam Abrahami tempore cultum idolorum fuiſſe in Chaldæa, veriſimilibus rationibus colligitur. Cæterum ſi res ad Chriſtianiſmum revocetur, Gnoſtici & Carpocratiani reperientur, qui dicuntur imagines Chriſti apud ſe habuiſſe, quas clanculum inter ſeſe colebant, ſuffitum illis faciendo, quibus adjecerunt Pauli, nec non Homeri & Pythagoræ, atque aliorum quorundam ſigna: quemadmodum Irenæus teſtatur lib. 1. cap. 24. Et inter Gnoſticos Marcellina quædam ab Epiphanio celebratur, quæ imagines hujuſmodi habuerit. Hæc eadem attingit Auguſtinus de hæreſibus, ad Quodvultdeum. Euſeb. lib. 7. cap. 17. tradit, apud nonnullos imagines fuiſſe aſſervatas Apoſtolorum & Martyrum, quas privatim apud ſe haberent, & addit ſe illas vidiſſe. Nec prætereundum eſt ipſum fateri morem hunc ab Ethnicis fuiſſe deductum. Damaſcenus ubi hac de re ex profeſſo agit, Chriſtum inquit, Abgaro ſignum ſui vultus miſiſſe ſudario impreſſum, ut ſeſe illo ſolaretur, quando præſentem illum videre non poterat. Comminiſcuntur etiam Chriſtum euntem ad crucem, Veronicæ ſuam faciem ſudario impreſſam dediſſe, quam Romæ aiunt aſſervari, & hodie magna ſuperſtitione quandam picturam eo nomine colunt & venerantur. Euſeb. item ſcribit, & repetitur à Sozomeno, in urbe Cæſarea, quæ poſtea dicta eſt Apamea, fuiſſe imaginem Hæmorrhouſæ unà cum imagine Chriſti, quæ à Iuliano defectore poſtea eſt loco mota & dejecta. Nec deſunt audaces homines qui Lucam fuiſſe pictorem affirmant, & permultas imagines beatæ Virginis pinxiſſe, quas per civitates & provincias diſperſas hodie magna ſuperſtitione colunt. Certè ſi credamus Hieronymo, Lucas medendi artem exercuit. Et ſane in Epiſtola ad Coloſſ. Paulus Lucæ medici apertè meminit. Sed an is fuerit, qui Evangelium & Apoſtolicam hiſtoriam conſcripſerit, ignoro. Hunc autem pictorem fuiſſe ex veteribus tradit nemo. Atque hæc de imaginum ortu. Nunc ſupereſt, ut quædam earum diſtinctio à nobis indicetur.

Enochi liber.

Iud. v. 14.

Labani Idola.

Gen. 31. 19. & 35. 4.

Gnoſticorum idololatria.

Imagines Apoſtolorum.

Euſeb. Damaſcen.

De Luca figmentum.

Col. 4. 14. Lucas medicus non pictor.

Imaginum diviſio.

4 Partitio earum à rebus petenda eſt, quæ ab illis referuntur. Nam ea quæ ad aliud referuntur, per ſua correlativa ſolent diſtingui. Proinde imagines, aut Deum referunt omnium conditorem, aut res creatas, quæ varia ſunt Dei effecta. Et inter ea, quæ condita ſunt, etiam Chriſtum ipſum, quoad humanitatem, collocamus. Hoc poſito, ſtatuendum videtur, omnes creaturas imaginibus referri poſſe, quin & ipſos angelos (non ſanè quoad ſuam ſpiritualem naturam) ſed ut hominibus interdum ſeſe videndos exhibuerunt. Quare ſancti viri, qui vel obierunt, vel ſunt adhuc ſuperſtites, Reges, aſtra, plantæ, ſaxa, terra, mare, & cætera ſigna referri poſſunt. Partimur etiam imagines, quòd earum aliæ veræ ſunt, aliæ falſæ. Inter veras illæ cenſentur, quæ illa repræſentant, quæ vel ſunt, vel fuerunt, aut omnino futura ſunt. Falſæ verò illæ dicuntur, quæ illa repræſentant, quæ nec ſunt, nec fuerunt, nec unquam erunt, ut Chimeræ ac Centauri. Aliquæ quoque ſunt imagines obſcœnæ, aliquæ honeſtæ, prout illa ſunt, quæ ab eis exprimuntur. Poſſunt etiam penes circumſtantiam loci diſtingui, quòd aliæ in loco ſacro, aliæ verò in locis prophanis collocentur: & aliæ ſunt quæ cultus & religionis ergo conſtituuntur: aliæ verò, ut ornamenta & ſolùm ad rei memoriam eriguntur. Nunc juxta propoſitas diſtinctiones examinandum eſt, quæ ſint licitæ, quæve illicitæ.

Imagines quæ Deum repræſentent.

5 Ac primùm de iis videtur dicendum, quæ Deum referunt: & ante omnia cogito mecum, qua de cauſa tales imagines repertæ fuerint, ac exiſtimo cogitaſſe homines, Lege ſibi eſſe impoſitum ut Deum venerarentur, illùmque in animis præſentem gererent. Videbant autem ſe permultis curis diſtrahi, neque id perpetuò facere poſſe. Vnde conficiebant monitoribus opus eſſe, ut ſeſe diſtractos ad Numen colendum recolligerent, & ſimulachra judicarunt idonea, per quæ frequenter commonefierent. Sumpſerunt illi quidem, quod verum erat, homines videlicet, partim ob infirmitatem, partim ob multiplices & varias curas monitoribus opus habere: ſed in eo errarunt, quod mutos ſibi aſciverint monitores. Deus huic neceſſitati (quæ bonitas ejus eſt) abundè ſuccurrerat, qui omnia opera ſua hominibus ſpectanda propoſuerat, ut illis perſpectis de opifice admonerentur. Quare David ſapientiſſimè cecinit, Cœlos enarrare gloriam Dei. Patriarchæ ſacrificaturi ad excelſa loca ſe conferebant, ubi procetas arbores, ubi cœlum, flumina, & terras circumjacentes contemplarentur, & inde ſe ad notitiam creatoris Dei attollebant. Verùm ſtulti homines è diverſo, voluerunt ſibi fingere imagines, & eò tandem prolapſi ſunt, ut ligna & ſaxa Deos vocarint. Quapropter Ierem. 2. cap. vehementer illos coarguit, qui ligno dicere non verentur; Pater meus es tu: & lapidi, Tu me genuiſti. Dum itaque iſti monitores hujuſcemodi habere voluerunt, à veri Dei cultu longiſſimè ſunt abſtracti, ac denique peccatorum expiationem imaginibus tribuerunt. Pro vivis etiam, ac defunctis, pro ſingulis hominibus ac univerſa urbe, illas ut tutelares Deos habuerunt. Inde quoque oracula extorquere conantur, & preces fuſas ad eas prædicant exaudiri, & ulterius progreſſi coram illis quotidie ſacrifi-

Dei memoria, quibus refricetur & conſervetur in animis humanis.

Pſ. 19. 1.

Ier. 2. 27.

Digitized by Google

cant. Hæc hominum audacia ſeu temeritas, Deo ve-
hementer diſplicuit, nec immeritò. Etenim princeps
indignè ferret, ſi honor ſibi uni debitus, famulis de-
Eſ.42.8. ferretur. Vnde apud Eſaiam ipſe Deus ait; Honorem
meum alteri non dabo.

6 Cæterùm dixerit quiſpiam, hujus inventionis
malum conſilium non fuit, ſed potius intentio, ut il-
lam vocant, recta & bona. At illa perſæpe omnia cor-
rumpit, neque ſatis eſt, ad rectitudinem concilian-
dam humanis operibus, niſi adjecta ea fuerint, de
quibus aliàs dictum eſt ſatis. Athanaſius contra idola
Ethnicorum excuſatio circa ſimulachrorum cultum.
ſcripſit, ac inter cætera inquit; Veteres ideo ſimula-
chra finxiſſe, ut ex eis oracula redderentur. Et quod
non poſſit Deus cognoſci, niſi per ſpectabilia ſigna,
& idcirco exiſtimarunt Deum ad imagines invocan-
dum, quòd cœleſtes virtutes eis adeſſent. Et Arnob.
lib.6. contra gentes refert, Nationes dixiſſe, minime
ſe colere lapides: ſed præſentiam Dei ad illas imagi-
nes exhibitam. Nam arbitrabantur, imagines dedica-
tionibus quibuſdam ita ornari atque purgari, ut vir-
tus Dei omnino ad illas accederet. Atque dedicandis
illis, ſacras, ut vocabant unctiones adjiciebant. καινιζ-
αις quadam veterum Patrum. Nam & Iacobus lapi-
Gen.28.18. Exod.30.9.
dem inunxit, & Moſes juſſus eſt omnia fermè taber-
naculi utenſilia chriſmate inungere. Euſebius item
lib.9 3. & 11. cap. ſcribit; eò acceſſiſſe dæmonum ex-
cantationes, & maleficia incredibilia, quandoquidem
fiebant ad ſtatuas mira quotidie. Vnde popellus va-
riis modis, & magno Eccleſię damno, ſeducebatur. De
Doli mali & falſa miracula circa ſtatuas.
Theotechno hiſtoriam prodit, qui ſuorum ſcelerum
pœnas dederit. Quin & Theodoretus lib.5. cap.22.
maleficorum aſtutiam inquit, acceſſiſſe, qui ſtatuas ad
parietes erigebant, quibus perforatis reſponſa dabant:
Quocirca populus mirum in modum ſtupebat, cùm
opinaretur ſtatuas ipſas loqui. Vix credi poteſt, quan-
to labore ac difficultate homines revocari potuerint,
ab imaginum cultu. Euſeb. in vita Conſtant. lib.3. in-
quit, Cum everterentur imagines, in illis deprehen-
ſa fuiſſe mortuorum oſſa, arida crania, ſordidos pan-
nos & ſtipularum faſciculos, quibus oſtenſis populo
noſtri dicebant: Spectate obſecro, quidnam hacte-
nus colueritis, affirmátque iis demonſtrationibus a-
pud plebem fuiſſe permultum effectum.

7 Cum expoſitæ cauſæ iam ſint, cur homines co-
nati ſint Deum imaginibus affingere, iam diſputan-
dum videtur, an illis Deum liceat repræſentare. Ac
ſtatuendum eſt, & quidem liberè citra exceptionem,
Deut.4.12.
id minimè licere. Deus quippe mandavit populo Iſ-
raelitico, ut meminerint ſe in monte Horebo nullam
vidiſſe imaginem, ideóque prohibuit, ne tales face-
rent. Quamvis locus amplius pateat, ſi diligenter ex-
An liceat Deũ repræſentare imaginibus.
cutiatur. Etenim ibi præcepit, ne ullas facerent pe-
nitus imagines ad eas colendas. Et in Eſaia 40. cap.
Eſ.40.18. Eſ.44.10.
ait: Cui aſſimulabitis Deum, aut qua ſimilitudine il-
lum exprimetis? Et 44. cap. idem confirmavit dicen-
do: Quis audebit effingere Deum, aut fuſile, aut ſcul-
ptile facere, quod nihil prodeſt? Miror itaque Papi-
Aſotiobjectio, de imaginibus humanis refutata.
ſtas recentiores, Dominicum Aſotum in Epiſt. ad
Rom.1.cap. auſum fuiſſe ſcribere, illo Dei præcepto
non interdici Chriſtianis imagines facere, humanam
formam referentes: cùm ibi tantùm reptilium, volu-
crum, & piſcium Lex meminerit. Cùm tamen ibi
diſertis verbis prohibeatur; ne imagines aut maſcu-
Pſ.115.4.
linas, aut fœmininas fabricentur. Deinde in Pſalmo
habetur, Os habent, & non loquuntur; pedes habent
& non ambulant; aures habent, & non audiunt; na-
res & non odorantur. Et quamvis cætera membra
poſſunt de brutis intelligi, illud tamen, quòd os ha-
beant, & non loquantur, peculiariter ad homines at-
tinet, cùm ſermo brutis minimè datus fuerit. Vnde
Lucretius ea vocavit inora. Quam interpretatio-
Eſ.44.13.14. & 15.
nem Auguſtinus eo loco induxit. Deinde Eſai.44.
faber irridetur, qui ex una parte ſuccisæ arboris, fe-
cit ſimulachrum, ex altera verò ignem excitavit, eó-
que panem & carnes coxit. Sculpit, inquit, & mi-
rificè laborat, ut viri ſimilitudinem exprimat. Ex iis
omnibus patet, etiam imagines hominum interdi-
ctas, quæ inſtituuntur ad cultum religioſum. Con-
ficitur itaque prohibitas eſſe imagines teſtimoniis
Ioan.4.24. Ioan.1.18.
divinarum literarum, quæ Deum ipſum referant.
Et addendum eſt, eorundem teſtimonio doceri,
2 Deum ſpiritum eſſe: unde conſequitur ipſum lineis

A & coloribus non poſſe demonſtrari. Adhæc ibidem
ſcribitur; Deum nemo vidit unquam. Vnde ſi à ne-
mine videtur, & lucem habitat inacceſſibilem, quo-
modo pictura ſeu ſculptura proponetur videndus?
Eſt præterea immenſus: quæ verò pinguntur, ſcul-
puntur, aut funduntur, contracta ſunt & finita, imo
artificio ipſo circunſcribuntur. Adhæc, imagines
plerunque fiunt ab hominibus, ut abſentes quodam-
modo præſentes habeantur: at Deus eſt ubique, nec
B ab ulla re abeſt. Vnde in Pſalmo ſcribitur, Si aſcen- Pſal.139.8.
dero in cœlum, tu illic es, &c. Non itaque oportet
imaginibus præſentem reddere, cùm ſemper & om-
nibus adſit. Illis addas oportere imaginem ſimilibus
aptis id exprimere, quod eſt repræſentandum. At 3
cùm Deus imagine aliqua refertur, diſſimilia & op-
poſita magis quàm ſimilia & conſentanea ei affin-
guntur. Poſtea, ut omnes fateri neceſſe eſt, Deus 4
principio caret: omnes verò imagines ab opificibus
confinguntur. Eo accedit, Deum, quantus quantus 5
C eſt, actum eſſe, nec unquam otiari, cùm imagines
torpeant, & prorſus nihil agant. Deinde ipſe Deus 6
totus eſt notitia & intelligentia, ſtatuæ autem nihil
ſentiunt, & prorſus nihil intelligunt. Præterea, Deus
non modo ipſe conſtat, ſed omnia verbo ſuo ſtare fa-
cit: ſimulachra verò conſiſtere non poſſunt, nam ab
artificioſis vectibus, & magnis moliminibus conſta-
biliuntur. Quin ipſe Deus naturæ ſuæ ac vitæ nul-
lum terminum habet, ſtatuæ veteraſcunt, & ad extre-
mum intereunt. Cùmque Numen ſit natura inviſi-
D bile, ut ſuperius confirmatum eſt, eo fingendo &
pingendo ſuas cogitationes artifices perſequuntur,
non autem naturam divinam, quam videre non poſ-
ſunt, & audent ſuis illis cogitationibus & animi con-
ceptionibus Dei nomen affingere, quod omnino
impium & ſacrilegum eſt. Ita uſuvenit, cùm Iſraë- 7
litæ dixerunt Aaroni, Fac nobis Deos, qui nos præ-
cedant. Ille autem vitulum eis conflavit, appellavit-
que nomine Iehovæ: Cras enim, inquit, eſt feſtum Vide in 1.Reg. 12.28.
Iehovæ. Ieroboam item, quando vitulos aureos fe-
E cit, nomine Iehovæ præcepit ut colerentur. Vnde Exod.32.1.
Sap.14.cap. ſcribitur, Nomen ſanctum & incommu- 1.Reg.12.28.
tabile accommodarunt ad Idola. Et Act. 17. Paulus Sap.14.21.
ait: Non exiſtimandum Numen ſimile auro, aut ar- Act.19.29.
gento ſculpto & artificibus. Quod ſi non eſt in ſi-
mulachris Dei ſimilitudo, quæ ſunt hujus generis
prorſus debent repudiari. Pervulgata eſt querela Se-
necæ, cujus meminit Auguſt. de Civit. Dei lib 6.cap.
10. ex libro de Superſtitione, quia amiſſus eſt, nec
hodie uſquam reperitur. Verba Auguſt. ſunt hæc,
F Cùm enim de ſimulachris ageret, ſacros (inquit) im-
mortales inviolabileſque deos in materia viliſſima
atque immobili dedicat, habitus illis hominum fe-
rarúmque & piſcium. Quidam verò miſto ſexu di-
verſis corporibus induunt. Numina vocant, quæ ſi
ſpiritu accepto, ſubitò occurrerent, monſtra haberen-
tur. Sed & divinæ literæ hanc hominum audaciam
& ſtultitiam irriſerunt, præſertim Eſa.cap.44. ut jam
ſuperius audivimus. Quibus addendum eſt, Ariſtot. 8
lib.2. de Phyſico auditu induxiſſe Protarchi Philo-
G ſophi ſententiam, qui aiebat, Lapides illos fortuna-
tos eſſe, ex quibus fiant ſimulachra: ponuntur enim
ſuper altaria, & ab hominibus reverentia & honore
afficiuntur, cùm alii non diſſimiles eorum in pavi-
mento jaceant, conculcentur pedibus & conſpuan-
tur. Veniat præterea in mentem, opera ipſa Dei 9
quæ in rerum natura extant non poſſe illum plenè
ac perfectè oſtendere. Ideò cùm artificia hominum
longè ſint imperfectiora, quòd ars à natura ſemper
deficiat, quomodo licebit ſperare, ut opificum indu-
H ſtria ipſe Deus exprimatur? Non prætereundum eſt, 10
Scripturam, cùm de ſimulachris agit, ut ab eis homi-
nes abſterreat, illa vocare ſordes, mendacia, res nihi-
li, abominationem, & afflictionem. Attamen diſſimu- 11
landum non eſt, Deum voluiſſe habere nonnulla ſi- Quibus ſignis Deus ſe patefecerit hominibus.
gna, quibus patefaceret ſeipſum hominibus, utpote
arcam fœderis, tabernaculum Moſaicum, tẽplum So-
lomonicum, nec non ignis & nubis columnam. Sed Deut.7.26.
cogitandum eſt, illum ipſum talia ſigna ſibi adinve- Ier.10.8.
niſſe atque inſtituiſſe, nec quantum Deo, tantum ho- Hab.2.18.
I minibus liceret. Aug. de Fide & ſymbolo, cum articu-
lũ exponeret, quo Chriſtus dicitur ſedere ad dexte-
ram Patris, ait; Non debetis imaginari Deum eſſe 12
huma-

humana forma prǫditum, Chriſtum incurvare popli-
tes, & à dextera eius parte ſedere: nefas eſt talia ſi-
13 mulachra habere. Sed idem clarius expreſſit, lib. 4.
cap. 9. & 31. de Civit. Dei: ubi commendat Varro-
nem, qui ſcripſerit in ſua Theologia, illos qui pri-
mum omnium ſimulachra diis fecerunt, ademiſſe ti-
morem eorum hominibus, nimirum propter vilem
materiam qua formabantur, & quia ſe non commo-
vebant. Et addiderunt errorem, quia ſimulachra fa-
cientes, illum non correxerunt, ſed potius auxerunt.
Collaudat item Varronem, qui populum Rom. ve-
tuſtum eo nomine probarit, quòd per 170. annos abſ-
que ſimulachris Deum coluerit. Nec veritus eſt Var-
ro Iudæorum populum teſtem adducere. Quin &
adjecit populum Romanum, dum abſque imagini-
bus coluit Deum, multò caſtius quàm poſtea coluiſ-
ſe. Nec tantùm hæc ab Auguſtino referuntur & à
Varrone, ſed Plutarchus in vita Numæ Pompilii,
14 Dionyſius Halicarnaſſeus, Clemens Alexandrinus,
ut apud Euſebium recitatur, nec non Tertullianus
idem prodiderunt. Quin Herodotus lib. 1. Strabo lib.
15. Perſas antiquitus imagines non feciſſe perhibent.
Regnante itaque Romæ Tarquinio Priſco, qui fuit
15 imbutus Græcis & Hetruſcis diſciplinis, invecta ſunt
in urbem ſimulachra, quod factum improbat mirum
in modum Auguſtinus, qui apertiſſimè demonſtrat,
non licere imaginibus Deum effingere, libr. de Civ.
Dei, 8. cap. 23. & 24. Hermetem quoque Triſmegiſtũ
grauiſſimè taxat, qui dicere auſus ſit, homines rectè
feciſſe imagines: quod quemadmodum Deus cœle-
ſtes Deos fecit, ita homini dederit ut Deos terrenos
faceret.

8 Hodie tamen in Chriſtianiſmo eius generis fe-
runtur imagines, quibus Deus ipſe repræſentatur:
nam ad exprimendam beatiſſimam Trinitatem, vi-
deas paſſim in templis hominem pingi tricipitem: a-
libi ponunt procerum ſenem loco Dei Patris, qui ha-
beat ſtantem ante ſe juvenem, id eſt Filium, & in-
ter utrumque columbam loco Spiritus ſancti. Neque
tollunt hæc præfecti Eccleſiarum, ſed comprobant:
ſed ineptiſſimis argumentis, quæ recenſere operæ
pretium eſt, ne quid videamur diſſimulaſſe. Septi-
ma Synodus, quæ Niceæ habita eſt, imperantibus
Conſtantino & Irene, ita concluſit: Nam Deus eſt,
quod imago docet, ſed non Deus ipſa. Hanc videas,
ſed mente colas, quod cernis in ipſa. Verùm de hac
Synodo quid ſtatuendum ſit, ſuo loco videbimus.
Interea ſunt audiendæ adverſariorum objectiones.
Primùm, inquiunt, divinas literas fingendarum ima-
ginum dediſſe occaſionem: cùm enim Deo mem-
bra humana tribuerint, oculos, aures, caput, nares,
pedes, &c. cauſa non videtur cur pictores & ſculpto-
res hæc eadem illi non poſſint affingere. In Hoſea
quoque ſcribitur, Manibus prophetarum ſum aſſi-
milatus. Et Dan. cap. 7. Prophetæ oſtenditur anti-
quus dierum, qui capillos habuerit candidos inſtar
lanæ. Ezech. etiam demonſtratur ſpecies hominis.
Quin & Eſaias ait, ſe vidiſſe Dominum ſedentem
ſuper ſolium, &c. Moſes item cum ſenioribus Deum
vidit in throno ſedentem, & in monte contemplatus
eſt Dei poſteriora inſtar hominis abeuntis: itaque a-
iunt, cùm hæc demonſtrata ſint, & viſa fuerint
à prophetis, cur nefas exiſtimabitur eadem colori-
bus & cælaturis delineare? Reſpondetur à nonnul-
lis, membrorum diverſitatem, quæ in ſacris literis
Deo adſcribitur, ſacramento quodam oſtendiſſe, na-
1 turam divinam, fuiſſe humanam olim aſſumpturam.
Sed hoc reſponſum in prǫſentia miſſum faciam, aſſe-
2 rendo ſpectandam hic eſſe Dei bonitatem, quâ ita ſe
ad infirmitatem noſtram demiſit, ut cùm ipſius
naturam intelligere nequeamus, quaſdam ſuas pro-
prietates membrorum nomine patefacere, ſeu potius
adumbrare voluerit. Providentiam quippe oculo de-
ſcripſit, fortitudinem brachio, artificia manibus, na-
3 ribus iram, & cætera hujus generis. Cùm poſtea
dicitur, nobis etiam licere ad illud exprimendum
iiſdem lineamentis coloribus & cælaturis uti, mi-
nimè conſequitur. Quia Deo non eſt impoſita Lex,
neque omnia licent hominibus, quæ ipſe juſtè
& rectè facit. Deus quippe ultionem capit de
ſuis hoſtibus, parenti mandat ut filium interficiat,
& vult Hebræos auferre ſecum bona Ægyptio-
rum: quæ tamen hominibus nefas eſt vel face-
re, vel præcipere. Hominibus quippe ille, non
ſibi ipſi leges impoſuit. Quique cùm ſit Le-
gis author, poteſt interdum ab ea nonnulla exci- 4
pere. Itaque ſtatuendum eſt, illum non ſine ra-
tione feciſſe quod fecit. Expreſſit quidem ille ſeipſum
quandoque ſpectris quibuſdam, ſed in eis periculum
nullũ erat idololatriæ. Quis etenim eſt, qui ſermones
aut dictos, aut ſcriptos, adoret, aut eis offerat ſacrifi-
cia? Prætereunt ſiquidem verba, notitiæ quoque, ac
mentis conceptiones ex animo delentur. At ſi res ipſǫ 5
pingantur, vel ſculpantur exterius, facile homines
ipſas adorabunt, ſuffitum eis facient & invocabunt.
Conſideremus ad hæc Prophetas, qui ſpecies hujuſ- 6
modi habuerunt in animo, nunquam eas pinxiſſe ne-
que feciſſe illarum ſtatuas, quandoquidem norant
Deum vetuiſſe talia fieri. Neque ſecùm ad iſtum mo-
dum argumentabantur: Deus ita ſe nobis patefecit, 7
ergo nobis licet ita eum imaginib. exprimere. Adhæc
Deus mandavit, ut ſibi fieret propitiatorium ſuper ar-
cam, quaſi ſedes ejus ibi eſſet. At id vacuum erat, ne-
que imago Dei ulla in eo fuit. Adhæc, Scripturæ, quǫ
Deum variis modis adumbrant, ſi attente legantur,
docebunt nos, Deum eſſe ſpiritum & incorporeum,
atque ita occurrent errori, qui poſſet in animis no-
ſtris oriri: ſed pictura ſeu imago etiamſi eam milities
intueamur, nihil aliud referet, quam quod primo a-
ſpectu indicavit. Quare utrinque non eſt æqua ratio,
& verè conficitur, Deum non eſſe imaginib. expri-
mendum. At conqueruntur, & aiunt, quid igitur fa-
ciemus? Nónne Deus aliquo modo affingetur, ut
mǫntes noſtræ inde ad ſublimia cogitanda evehan-
tur? Reſpondemus imaginum eius ſatis jam extare. 1
Etenim viva ejus imago eſt Chriſtus. Illum igitur, &
facta ejus contemplemur, & in ipſo Deum abundè
cognoſcemus. Adeſt præterea Sancta Scriptura, quæ
nobis Deum, quantum ſatis eſt perfectiſſimè pingit.
Quid opus ad ejus picturam ligno, ære, auro, argento,
aliave ſenſibili materia? Deinde ſi nos juvat, vivas e- 2
jus imagines contemplari, ſanctos homines intuea-
mur, qui modò ſunt, & olim fuerunt in Eccleſia: illi e- 3
tenim & ab initio creati fuerunt, & poſtea inſtaurati
ſunt ad imaginem Dei. Habemus præterea, ut ſupe- 4
rius dictum eſt, omnia opera naturǫ, in quibus expreſ-
ſa virtutum Dei apparent veſtigia. Habemus deinde 5
aſpectabilia ſacramenta, cum quibus verbum Dei
conjungitur. Profectò iſta ſufficere poſſunt, & ſatis 6
eſſe debent ad mentes hominum attollẽdas, ut Deum
& proprietates ejus contemplentur. Sed curioſi & im-
portuni præter illa quæ commemoravi, adhuc mar-
mora, æra & ligna in Eccleſiam important. Cæte-
rùm, qui hæc faciunt, reprehenduntur in ſacris lite-
ris, & ſcortationis graviſſimè coarguuntur, quòd non
ſint contenti Deo, cui omnes fideles nupſerunt: ſed
viros alios, hoc eſt imagines & idola ſibi accerſant, &
cum eis turpiſſimo adulterio mœchentur. Damaſce- 7
nus, qui alioqui multis modis defendit imagines, ta-
men libro quarto cap. octavo ſcribit: Conari Deum
effingere velle, rem cùm inſipientem, tum etiam im-
piam eſſe: nec imagines Dei admittit.

9 Cæterùm, cum Eccleſia papiſtica omnia fermè
genera imaginum recipiat, nec excludat Trinitatis &
Dei ſimulachra: ſophiſtas habet aſſentatores, qui mi-
ris modis hæc omnia tuentur. Cardinalis Caietanus
in Thomam 3. parte, quæſt. 25. Poſſunt, ſcribit, eo con-
ſilio quandoque fieri tales imagines, ut indicetur &
aſſeratur, Deum habere corporis formam ſeu figu-
ram: quique ſunt hujus animi, & ſtultè faciunt, & cum
divinis literis pugnant, quæ Deum Spiritum eſſe a-
pertiſſimè docent. Verùm ſi vel pictores, vel ſtatuarii
Deum non credunt eſſe corporeum, & tamen ea ſi-
gna pingunt, quibus Deus in Scriptura ſe declaravit,
non ſunt improbandi, vel impediendi, ne ſua perſe-
quantur opera. Et rurſus, Deo ſi affingant ſimilitudi-
nem vel figuram, non quòd illum eſſe talem exiſti-
ment, ſed quod ea ratione velint homines incitare ad
altiora contemplanda, quam in imagine Dei ſint ex-
preſſa, recipiendi ſunt. Itaque in diſtinctionibus, quas
inducit, prius membrorum explodit, alterum verò
approbat. At Deus non ita ſophiſticatur, verum aper-
tè ac rotundè loquutus eſt, mandavitque ne facerent
imagines, quas religiosè colerent. Quin & Prophetæ

Marginalia (left): S. Trinitatis imago. — Synodi ſeptimæ decretum de imaginibus. — Imaginem Dei ponentiũ ratiocinationes. — Oſe. 12. 10. — Dan. 7. 9. — Eze. 1. 26. — Eſ. 6. 1. — Exod. 24. 10. & 33. 2. — Reſponſio. — Deut. 23. 35. — Gen. 22. 1.

Marginalia (right): Exod. 11. 8. — Ex. 25. 17. — Eorundem ratio ſecunda. — Reſponſio. — Damaſceni iudicium de imaginibus. — Cardinalis Caietanus pro imaginib. — Reſponſio ad Caietani argumenta.

Digitized by Google

divinæ Legis interpretes, eas ubique ſunt deteſtati. Qui autem Deo & Prophetis ejus volunt ſapientiores eſſe, minimè ſunt admittendi. Adjecit idem author, duos illos modos imaginum, quos approbavit, non ſimpliciter ac nudè recipiendos eſſe, verùm quibuſdam circumſtantiis veſtitos. Prima eſt, ut certi ſimus non imminere periculum ab erroribus, & compertum ſatis habeamus Eccleſiam bene inſtructam non credere talia de Deo. Altera eſt, ne talia fiant ex hominum capite, ſed quaſi expreſſiones dogmatum & traditionum ab Eccleſia receptarum. At libenter de eo quærerem de Eccleſia, quænam ea fuerit, à qua hæc tradita, vel inſtituta ſint? Non ſanè primitiva, quoniam Apoſtoli talia non docuerunt: nec media, quia boni Patres tales picturas & imagines Dei non recipiunt, ut jam ex Auguſtino probavimus. Reſtat fuiſſe poſtremam, in qua jam Antichriſtus & diabolus unà tyrannidem exercent. Deinde, quo pacto certi erunt de recta inſtitutione ſimplicium, qui ſunt in Eccleſia, ut certo ſciatur, illos videndo tales imagines non eſſe in errorem prolapſuros? Certe hæc commenta non ad veritatem promovendam, ſed ad tuendos abuſus per Sophiſtas confinguntur.

Thomæ Aquinatis argumentum.

Quin & ipſe Thomas Aquinas mirandus eſt, qui ait Deum Iudæos prohibuiſſe ne facerent imagines, quod eo tempore Verbum naturam humanam non aſſumpſiſſet.

Reſponſio.

Quid hoc ad rhombum: cùm in præſentia loquamur de ipſius naturæ divinæ picturis & ſignis, quæ citra colores & lineamenta deſcribi non poſſunt? Quocirca tam veterum Hebræorum quàm Chriſtianorum eadem eſt ratio. Quia per viciſſitudines temporis, Deus naturam ſuam nō mutavit, ut nunc demum talem habeat, quæ poſſit exprimi, tunc vero longè aliam habuerit.

Eorundem argumentum aliud. *Deut.4.12.*

Alii vero ſubtiliori utuntur ſophiſmate, aiuntque, Deum ſuo præcepto hanc ſubjeciſſe rationem: Quia in monte nullam vidiſtis imaginem. Si hæc vera, inquiunt, & juſta cauſa eſt, cur non poſtea exprimendus eſt, quando ſe tot figuris oſtendit? Et ſe conficere opinantur, illum poſſe pingi & ſculpi ſimilitudinibus, quibus temporis progreſſu ſe patefecit.

Reſponſio.

Sciant iſti mandatum ſimpliciter & abſolutè fuiſſe propoſitum, ne ſcilicet, imaginibus Deum fingant: neque quod ſubjicitur, eſt tota cauſa præcepti, ſed ut probabile quippiam fuit, adjectum ad ſuadendum quod mandabatur. Præcipua vero cauſa in Prophetis habetur, quòd natura divina exprimi niſi falſo & indigniſſime non poſſit, & quia Deus prohibuit. Iure itaque ſtatuendum eſt, tales imagines non ferendas.

Imagines creatarum rerum auferendæ.

10 Iam de illis imaginibus quæ res creatas referunt, quomodo ferri aut non ferri poſſint, videamus.

Chriſti imago.

Et ſane primo loco ipſe Chriſtus occurrit, quatenus homo eſt, ita enim & fingi & pingi poteſt. Non enim id pugnat cum rei natura, cùm homo verè fuerit, neque cum arte pingendi, quæ corpora imitari poteſt.

Decretū ſeptimæ ſynodi, de imagine Chriſti.

Verum quidem eſt in Synodo 7. quam Papiſtæ non recipiunt (habita vero à Conſtantino & filio ejus) decretum fuiſſe, ne Chriſtus pingeretur, aut fingeretur etiam quoad naturam humanam: & ratio aſſignatur, quia exprimi non poteſt arte, niſi ejus humanitas. Vnde qui talia faciunt, videntur Neſtorianum errorem amplecti, qui humanam naturam à divina ſejungebat. At mihi, ut verum dicam, parum hæc ratio probatur: quæ ſi vera eſſet, non liceret ullum hominem pingere, quod anima, quæ ſpiritus eſt, nequeat exprimi. Et illi, qui naturam humanam Domini pingunt, divinam ab intelligentia non excludunt, neque demonſtrant aut probant humanitatem Chriſti fuiſſe vel eſſe divinitate ſua deſtitutam.

Explicatio l. unicæ. C. ne cui liceat ſignum ſalut.

Quamvis Theodoſius & Valentinianus mandaſſe videntur, ne Chriſti ſignum pingeretur in metallis, ſilicibus, aut ligneis tabulis, ut in libro 1. tit. 8. habetur in Codice. Lex eſt ambigua, quia videtur ſignificare, ne in pavimento exprimatur, quo ſcilicet, pedibus non calcetur, néve conſpuatur. Sed Petrus Crinitus, inquit, ſe vidiſſe legem illam ſimpliciter ſcriptam, qua mandatur, ut imago Chriſti non fiat ex ulla materia. Cæterum, quod fingi non poſſit quoad naturam humanam rationes firmæ nullæ afferuntur.

Angelorum imagines.

11 Angeli, quoad ſubſtantiam & naturam ſuam, cùm ſint ſpiritus, exprimi nequeunt, licet attamen eos interdum pingere, prout ſe hominib. patefecerunt. Non enim, uti Deus, infiniti ſunt, verùm finiti & cir-A cumſcripti. Neque Dei præceptum id vetat, niſi fierent eorum ſigna, ut religioſe ac ſanctè colerentur.

Hominum imagines.

Homines item pingi & fingi poſſunt, cùm id neque rei, neque arti, neque Dei præcepto repugnet.

Crucis Chriſti imago.

Crucem item Domini, arbores, fructus & alia corpora ſenſibilia ſeu aſpectabilia fingere ac pingere licet.

Pictura donū Dei.

Quoniam artes pingendi & fingendi, dona Dei utique ſunt, igitur ea oporteret aliquem uſum habere. Dona Dei verò eſſe inde colligo, quoniam ille architectos B Moſaici tabernaculi ornavit ſpiritu ſuo, Bezeleelem inquam ac Aholiabum. 1 *Exo.31.2.& 6.* Nec dicere fas eſt, Deum mala ſpiritu ſuo afflare, quæque ſuæ Legi adverſentur. 2 Deinde ipſa vis imitandi cùm homini ſit naturalis, eam utique à Deo, non à ſeipſo habuit: & rectè conſequitur ejus oportere aliquem eſſe uſum, quia nullas facultates Deus creaturis dedit, hominibus præſertim, quibus aliquando uti non liceret. 3 Neque uſum tollit earum facultatum, quòd permulti eis abutantur, quod ſimilibus permultis facilè confirma-C tur. Data eſt hominibus vis procreandi, licet quidam ea turpiter ad libidines abutantur. 4 Ita etiam viſus conceſſus eſt, quo perverſè utuntur ii, qui mulieres non ſuas, ad concupiſcendum intuentur, atque ita de aliis poſſet dici. 5 Deinde novimus Regem Salomonem voluiſſe affingi ſolio ſuo imagines, quæ leunculorum formas haberent, *1.Re.19.16.* neque illam ob rem, à quoquam Propheta reprehenſus eſt. Ergo in re prophana, picturas & ſculpturas habere licet. Non me latet veteres, in primis autem Clementem & Tertullia-D num, artes pictorum & ſtatuariorum fuiſſe deteſtatos. Verùm id accipio, quatenus illi opifices Chriſtum profitebantur, & tamen ſtatuas & ſigna faciebant, quæ facilè coli potuerunt, & eas fortaſſis idololatris diſtrahebant, putantes ad ſalutem ſatis eſſe, modò ipſi eas non colerent.

Turcarum de imaginibus opinio.

Turcæ verò in ea ſententia ſunt, ne ullæ prorſus imagines fiant, unde in ſuis monetis tantummodo literas habent, ac eas Arabicas. Et in tapetibus, nodos quoſdam intexere conſueverunt.

Imaginum uſus bonus & malus.

Bonus imaginum uſus eſſe poteſt, ad rerum me-E moriam conſervandam, ad ornandas ædes, præſertim Optimatum, Regum, & ad aliquam honeſtam voluptatem, qua nonnunquam ſeſe homines & oblectent, & recreent. Sed tamen commodis adeo levibus, multa vitia ſæpe inhærent. Nam falſæ imagines non rarò pro veris obtruduntur, ut ſi natio vel populus referatur ab hoſtibus victus, qui tamen victor fuerit. Non poteſt id non reprehendi, cùm injuriam aliis inferat. Si quis item pingatur feciſſe ſcelus, quod revera non admiſit. Nec tollerari debent qui falſa miracula F delineant, quo idololatriæ authoritas concilietur. Et ſanè temporibus noſtris non defuerunt, qui miracula infantiæ Chriſti conati ſint pingere, quæ nuſquam ſcripta reperiuntur, & fabuloſa omnino eſſe videntur. Ita etiam quidam Chriſtophorum & Georgium paſſim pingunt, potius monſtroſè quàm verè. Cavendum itaque, ne homines falſis imaginibus pernicioſè ſeducantur. Ea verò de cauſa perniciosè adjeci, quòd Centauri & alia id genus, abſque ſpectatorum damno poſſunt ornatus cauſa exprimi.

Imagines virtutum.

Alii tentant G pingere virtutes, quæ corpora non habent, ſed ad animum, qui ſpiritus eſt, pertinent. Fingunt autem illas inſtar virginum ſeu matronarum: nec ibi puto deceptionem, qua ſeducātur ſpectatores. Id tamen videtur conſultiſſimum, ut ſi quæ pingendæ ſint, utiles & ſacræ hiſtoriæ præſertim pingantur, unde ſpectatores aliquam ædificationem queant percipere. Deinde à profuſione pecuniarum cavendum eſt. Nam ſunt qui ſignis ac ſtatuis comparandis prorſus inſaniunt. Non ſunt hi ſumptus præferendi neceſſitatibus pauperum. H Quàm verò hac in re peccatum ſit à majoribus, templa quæ adhuc extant, luculenter demonſtrant.

Imagines obſcœnæ.

Adhæc magna diligentia videndum eſt, ne obſcœna fingantur. Alioqui ſatis inſenſi ſumus ad libidines, noſtro vitio & naturæ corruptela. Si verè dictum eſt: Corrumpunt bonos mores colloquia mala: obſcœnæ quoque imagines, non minus corrumpent ſpectatores.

Imaginum uſus ſuperſtitioſus. *1.Cor.15.33.*

Tertullianus in ſuo Apologetico ſcribit; Ethnicos Chriſti imaginem auriculis aſininis finxiſſe, in Chriſti Servatoris noſtri contumeliam: unde pro blaſphe-I mia debuit haberi talis imago. Poſtremò ab eis removendus eſt omnis religioſus cultus, qui ut non adhibeatur, providendum eſt, ne in templis collocentur.

12 Cùm

Digitized by Google

An imaginibus cultus adhiberi poſſit.

12 Cùm ergo jam ſit expoſitum, quas res pingere liceat, deinceps diligenter oportet inquirere, an ſtatuis vel adoratio, vel cultus impendi licitè poſſit. In qua diſputatione, priori loco recitabimus, quidnam ſenſerint adverſarii, & de quo genere cultus diſputetur. Cultum ſacrum Græci dixerunt εὐσέβειαν, Latini verò pietatem, quæ tamen ad parentes, & ad patriam extenditur. Sed nunc tantùm de religioſo cultu loquimur, & quærimus, an imaginibus deferri poſſit. Hebræis, divinus cultus duobus verbis exprimitur, à *Iare* verbo, quod eſt timere, & *Avad*, quod eſt ſervire. Ac ſanè timoris vocabulo, tota religio quæ ſita eſt in animo, comprehenditur. Per *Avad* autem demonſtratur, præter cultum interiorem, externa ſervitus, quæ ceremoniis continetur. Vnde rectè dictum eſt; Dominum Deum tuum timeas, & illi ſervias. Hoc porrò loco Chriſtus adverſus diabolum pugnavit dicens; Dominum Deum tuum adorabis, & ſoli illi ſervies. Vnde Auguſt. diſtinctionem commentus inter cultus religioſos, eum qui debetur uni Deo λατρείαν vocavit: δουλείαν verò nominavit eum, quem etiam creaturis licet impendere. In Epiſt. 49. ad Deo gratias, & contra Fauſtum 20. libr. cap. 21. λατρείαν vocat eam ſervitutem, quæ Deitati ſolùm exhibetur, & illam addit uno vocabulo à Latinis enunciari non poſſe. Item de Civ. Dei lib. 20. cap. 1. de iis reb. permulta præſcripſit. Ego profectò ante Auguſtinum talem diſtinctionem in Patrib. non legi. Et ſanè Laurentius Valla in Matth. cap. 4. illam diſtinctionem, quoad vocabula, nullam eſſe contendit, quod verbum λατρεύειν tam Deo quàm hominibus inſervire ſignificet. Et locum ex Xenophonte adducit, apud quem Maritus inquit, ſe anima, hoc eſt, vita paratum eſſe redimere ne uxor cuipiam ſerviat, & ibi verbo λατρεύειν utitur. Vxor viciſſim dicit, ſe vita redimere velle, ne ſuus vir ſerviat: ubi verbum δουλεύειν ſcribitur. Et Suidas λατρεύειν eſſe ait mercede ſervire, atque hoc porro ſenſu ſacræ literæ λατρεύειν interpretantur. Vbi enim præcipitur; Ne ſervile opus die Sabbati fiat λατρευτὸν in Græco ſcribitur. Et λάτρις, ancillam ſignificat Græcis, λάτρις verò famulum, λάτρον verò mercedem: unde latrones antiquitus, mercenarii milites dicebantur, quos, neſcio quàm rectè aliqui ſic dictos putarunt quaſi laterones, ut qui Regum & principum latera ſtiparent. In Luca ſcribitur; Non poteſtis Deo & Mammonæ ſervire, ubi verbum δουλεύειν ſcribitur, ut commune utrique cultui. Paulus quoque vocat ſe paſſim δοῦλον Chriſti. Et in Actis ait, ſe apud Epheſios perſeveraſſe δουλεύοντα θεῷ. Et ad Coloſſ. inquit δοῦλος τοῦ θεοῦ. Quin ipſemet Auguſtinus non videtur conſtanter eam diſtinctionem retinuiſſe. Etenim quæſt. in Exo. 94. tractans in 23. cap. verba hæc: Si ſervieris diis alienis, tibi erunt offendiculum. Hoc loco inquit, δουλεύσῃς, & non λατρεύσῃς. Etenim debetur δουλεία ipſi Deo, quatenus & noſter Dominus, & λατρεία quatenus eſt Deus noſter.

Cultus ſacer quid.

Deut. 6. 13. Mat. 4. 10. Vide Rom. 1. ca. in hæc verba: cui ſervio.

Cultus ſacri diſtinctio. λατρείας & δουλείας diſtinctio.

Luc. 6. 13. Rom. 1. 1. &c. Phil. 1. 1. Act 20. 9. Col. 4. 24.

Ex. 23. 33.

13 At miſſis vocabulis de re ipſa potius agamus: inficiandum non eſt alium eſſe honorem, quem Deo tribuimus & quem hominibus exhibemus. Etenim ſupremus is eſt, qui uni Deo tantùm exhibetur, ac iis rebus potiſſimùm conſtat. Primùm, ut in ipſo noſtræ ſalutis omnem ſpem collocemus, cum pro ſummo noſtro bono habeamus, noſipſos ei ſubjiciendo, nulla conditione adjecta, verùm nudè ac ſimpliciter: principibus autem ita ſubjiciamus, & nos & noſtra, modò ea non imperent, quæ cum verbo Dei pugnent. At Deo citra ullam conditionem vel exceptionem ſubjicimur. Oportet deinde ut illi ſimpliciter & abſolutè credamus, cúmque ut fontem omnium bonorum prædicemus, gratias agendo ei de bonis omnibus, quæ nobis quotidie obveniunt. Atque honorem externa invocatione declarare oportet: creaturis autem excellentibus, ut ſunt principes, prophetæ, necnon ſancti viri, aliquis honos debetur. Vnde Auguſtinus de Civitate Dei libro 22. cap. 10. ſcribit, eos eſſe colendos jure charitatis & ſocietatis. Nam illos habemus pro ſociis & fratribus, atque idcirco illos amamus, illis bene cupimus, & felicitatem eis gratulamur. Ad hæc in libro de vera religione ca. 25. inquit; Excellentes viros honore afficiendos imitationis cauſa, premendo bonæ viræ illorũ veſtigia,

Honos alius hominibus, alius Deo perhibetur.

Sanctis habẽdus honor quis.

A cùm tamen religionis cauſa non ſint adorandi. Et de hoc honoris genere ſcripſit Paulus dicens, Honore vos mutuo prævenientes. Deinde, ut fratres juvandi ſunt mutuis officiis. Adhæc in Eccleſiis rectè collaudantur ſancti, & illuſtria dona quæ Deus illis contulit celebrantur eodem modo, quo Chriſtus probat ſervum fidelem & induſtrium, qui ſolerter & rectè ſe geſſerat in tractandis pecuniis acceptis. Quòd ſi velint in hoc genere cultus, verbo δουλείας uti, concedemus ut id retineant, B modò ſciant eam diſtinctionẽ ſacris literis non contineri. Adinvenerunt etiam vocem ὑπερδουλείας, quam excellentiſſimis creaturis attribui volunt, Mariæ, inquam, & humanæ Chriſti naturæ. Diſtinctionem honorum non improbamus: ſed ea quæ tantùm ſummi Dei ſunt, ut creaturis impendantur, ferre non poſſumus, quod illi proculdubio faciunt. Nam proſternuntur coram imaginibus, cereos illis accendunt, & apud eas illos mortuos invocant, qui ab iis referuntur. Auguſtinus in pleriſ- C que locis templa, ſacerdotia, ſacrificia & aras, omni creaturæ adimit. Preces verò ſacrificia eſſe Chriſtianorum nemo ambigit. At Papiſtæ communicarunt omnia hæc non tantùm hominibus vita functis, verùm etiam ſtatuis ac picturis, & ad ſuum factum defendendum multa ſophiſticantur: cùm tamen Deus perſpicuè loquatur, & ſimulachra fieri ad religioſum cultum omnino prohibeat, & quod ille ſimpliciter dixit & mandavit, non eſt humanis aſtutiis eludendum.

Rom. 12. 10. Luc. 16. 2.

ὑπερδουλείας nomen.

Illiciti cultus habiti creaturis & ſtatuis.

D 14 Attamen operæpretium eſt aliquantiſper audire, quibus foliis & pampinis illa ſua pudenda contegant. Primùm ſtatuunt eandem nec diverſam eſſe cogitationem, qua in imaginem & rem ab illa expreſſam ferimur: quare is honos, qui exhibetur imagini, rei per ipſam expreſſæ impenditur. Quare concludunt tantum ac talem honorem imagini deberi, quantus eſt is, qui repræſentatæ rei eſt impendendus. Vnde ſignum crucis λατρείας cultu docent adorandum, quod Chriſtus ipſe in cruce pependerit: & E inquiunt, ſi marmor, argentum & aurum ſeorſim conſiderentur, nullus religioſus honos eis debetur, quandoquidem ad creaturæ rationalis dignitatem nõ pertingunt: at ſi accipiantur ut ſigna, ille honos ei debetur, qui rei ſignatæ impenditur. Quin & Baſilium afferunt in libro de Spiritu Sancto cap. 27. qui ait: Honor ſigno exhibitus ad πρωτότυπον refertur. Adhæc, repetam quòd ſemel & iterum iam dixi, diſtinctionibus hujuſcemodi minimè Deo ſatisfieri, qui ſimpliciter dixit: imagines & ſtatuas non eſſe co- F lendas. Cruces item partiuntur nova diviſione, quòd earum una ſit vera, cui Chriſtus fuit affixus, eámque contendunt ſumma veneratione adorandam, quòd eam Chriſtus contactu ſuo ſanctificarit: deinde quia ipſum Dominum crucifixum repræſentat. Cæterum ſi contactus tanta ratio habeatur, cur ipſam beatam virginem latria colendam non cẽſent, quæ Chriſtum novem menſes in utero geſtavit, eique ubera diu præbuit? præſertim cùm ille contactus naturalis, alter verò violentus fuerit. Atqui cauſa ejuſdem con- G tactus, ſpinas & lanceam latria oporteret colere. Crucem verò in alia materia etiam volunt adorari, quòd referat veram: ſed id abſurdiſſimum eſt. Sic enim omnia præſepia oporteret adorare, omnes item ſpinas, clavos, naves & aſinos, qui referunt illa, quæ Chriſtus attigit. Hoc ſanè argumento Claudius Epiſcopus Taurinenſis uſus eſt adverſus imaginum cultum. Vnde liquet ſemper fuiſſe qui deteſtati fuerint imagines, ſacris honoribus ornatas. Verùm ſuperſtitioſi, numero, vi, & armis fuerunt ſuperiores, nec tantùm H defendunt perverſum cultum, ſed latriam cruci re ipſa impendunt, nec pudet illos ad hunc modum in Eccleſiis canere: O crux ave ſpes unica, Hoc paſſionis tempore, Auge piis iuſtitiam, Reiſque dona veniam. Cantant etiam: Ecce lignum crucis, venite adoremus. Dicunt item: Crucem tuam adoramus Domine, reſurrectionem tuam ſanctam glorificamus, ubi longè plus cruci, quàm reſurrectioni tribuunt. Quin & Gregorius Rom. patronus ſuperſtitionum, in ſuis precibus ait: Concede nobis Domine, ut qui I ad ſanctam crucem tuam adorandam veniunt, nexibus peccatorum liberentur. Durandus attamen inter Scholaſticos, hanc ſententiam non probavit, ut

Idololatrarũ argumenta. 1

2 Reſponſio.

Reſponſio.

3

Reſponſio.

Cantica de ſ. cruce.

Gregorius ſuperſtit. omnium patronus. Durandus.

ſumma adoratione crux Domini coleretur. Sed ab aliis refellitur ſophiſtis, hac utique ratione, quòd Eccleſiaſticis traditionibus parum detulerit. Pereſius quoque Durandum ſequi videtur, tribuens cruci neſcio quam aliam adorationem, idque multis rationibus.

Pereſii de crucis adoratione rationes. Inf. Sect. 20.

1 Primùm, quòd falſo dicatur ſigni ac rei ſignificatæ cogitationem ſeu notitiam eandem eſſe, cum ſint duæ, quæ à ſe invicem diſtinguuntur. Primum quippe apprehenditur hoc aut illud ſignum eſſe, deinde rem intuemur, quam ſignificat. Fiunt quidem ſimul tempore, ſed natura & ratione, unum eorum alterum præcedit. Deinde, quamvis lapis, marmor, aut metallum fiat ſignum, non tamen idcirco ſuam naturam cõmutat, neque limitem ſuperat inſenſibilium rerũ, neque dignitatẽ rationalis creaturę attingit, vel habet ſecum conjunctam rem, quam ſignificat. Regem quidem adoramus in purpura ſua, quæ ſi ab eo ſejungatur, nequaquam illi Regis honorem exhiberemus. Auguſt. Hom. 58. de verbis Domini, Chriſti humanitatem latria ſcribit adorandam, quia conjunctam habet ſecum divinitatem, quę ſi abjungeretur (quod tamen faciendum non eſt) latria non adoraretur: quanto ergo minus crux, quæ revera ſeparata eſt à Chriſto, latria coli non debet? Proinde repudiat eam ſententiam, qua ſtatuitur, & ſignum & rem ſignificatam, eadem cultus ratione adorandum eſſe. Proinde affirmat, rei ſignificatæ, hoc eſt, ipſi Chriſto, ſummam deberi adorationem: cruci verò illum honorem, qui tantis rebus tribuitur, quocunque tandem modo vocetur.

Reſponſio.

Pereſius nonnihil rectè dicit, in eo tamen errat, quod cruci adorationem qualemcunque tribuit. Miror verò illum & hoc uti argumento: omnes aſſentiunt Spiritum Sanctum baptiſmo adeſſe, nec tamen ullus reperitur, qui latria baptiſmum adoret: ergo multo minus cruci dandum eſt id honoris genus.

2 Nam videtur evitare non poſſe, quin malè faciant, qui Euchariſtiam adorant, etiamſi Chriſtum ſentiant adeſſe, vel quoad naturam divinam. Subjicit præterea: Si deberetur imaginibus ille idem cultus, qui rei ſignificatæ attribuitur, jam imaginibus liceret dare tẽpla, ſacrificia & altaria, cùm tamen Auguſtinus, ut recitatum eſt, hæc illis ademerit.

Reſponſio.

Lucis aliquid videtur habuiſſe Pereſius, ſed in eo tenebris involvitur, quod ſignis hujuſcemodi, qualemcunque tribuit adorationem.

Eraſmi de imaginibus judiciũ prudens.

Eraſmus inter cætera id mihi videtur prudentiſſimè ſcripſiſſe: Multò faciliùs imagines poſſe removeri, quàm ratio & modus cultus earum definiri. Idcirco Pereſius cùm voluerit modum ſtatuere, ſecus, quam à Scholaſticis poſitus fuerat, inutiliter ac fruſtra laboravit.

15 Proinde nos ex divinarum literarum ſententia confirmamus, idolis, ſtatuis, ac ſignis nullum religioſum cultum exhibendum eſſe.

Deut. 6. locus explicatur.

Divina quippe, ut jam retulimus, Lex inquit, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies: Nec adverſarios relevat, quod in cap. 6. Deuter. illa particula, Soli, non habetur: quoniam Chriſtus, ut habetur apud Matthæum, ſuæ Legis juſtus & verus interpres, illam adjecit.

Deut. 6. 13. Mat. 4. 10.

Atque in eodem libro Deuteron. habetur; Non facies imagines, neque coles.

Deut. 5. 9.

Quid vero eſt adorare imagines? Fiduciam in eas ponere, amare, invocare, genu flectere, procumbere, ſuffitum facere, cereos accendere, quæ omnia imaginib. hodie cernimus exhiberi. Deus, ut homines à tam perverſo cultu averteret, ſe prædicavit zelotem, id eſt, qui magno ſtudio tantum nefas vellet ulciſci. Oſtendant, ſi poſſint in Veteri Teſt. à piis hominibus Patriarcharum, Prophetarum, piorúmve Principum imagines fuiſſe cultas & adoratas.

Gregorii de cultu imaginum locus.

Quin ipſe Gregorius, ſuperſtitionum pater, ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum, qui dejecerat imagines ſcribit: Quod eas vetueris adorari, probamus: quod verò ſuſtuleris improbamus. Noluit ergo & ipſe Imagines coli & adorari. Ionas etiam Epiſcopus Aurelianenſis, adverſus Claudium Taurinenſem Epiſcopum, de quo ſupra mentionem fecimus, dicit habendas eſſe imagines, non tamen adorandas. Hodie vero utrumque faciunt, & ſervant & adorant.

Cultus imaginum adverſarius charitati.

Alia quoque ratione cultus imaginum repudiandus eſt, quòd eo charitas erga pauperes imminuatur. Siquidem illarum cultores monilibus precioſis, gemmis, peplis, veſtimentis & corollis ornant quàm ſumptuoſiſſimè, & anathemata infinita congerunt & appendunt, quæ omnia ſumma pietate poterant in pauperes Chriſti erogari. Profectò ſancti piique viri, dum fuerunt in carne, modeſtè ac frugaliter vixerunt, atque id genus vitæ, cùm doctrina, tum exemplo commendarunt: nunc vero qui ſigna & imagines illorum adorant, in eis luxum & vana ornamenta non verentur affingere, à quib. illi ſemper abhorruerunt. Sed aiunt, pompas & ornamenta hujus generis nobis indicare gloriam, ſplendorem & dignitatem, qua nunc in cœlis potiuntur: quaſi ſcriptura non ſatis hiſce de rebus erudiat. Is addas, ab iſtis hominib. cupiditatem furum & ſacrilegorum irritari.

Luxus idolorum irritamẽtum furum.

Quo enim ditiora circumponuntur eis ornamenta, illi eo magis incenduntur ad ea compilanda. Deinde rogandi eſſent, cur ſuis idolis in patria relictis, ad alia colenda tam longis itineribus peregrinentur? Si Deum colere volunt in eius imaginibus, cur non id potius faciunt in hominibus viventibus, qui, ut ſacræ literæ monent, conditi ſunt ad ejus imaginem?

Cur homines viventes non colant.

Reſpondent, id non fieri in viventibus, ne ibi mentes adorantium fortè conſiſtant, neque ſe altius attollant, ut de Deo & Chriſto cogitent: quaſi etiam ſua cogitatione non poſſint in imaginibus verſari, aut propter artificii excellentiam, aut propter ditiſſima ornamenta, quæ homines conſueverunt magna voluptate contemplari. Vidi equidem, præſertim Romæ, imagines quaſdam tanto artificio elaboratas, ut permulti, qui periti erant earum artium, multas horas conſumpſerint in eis quàm diligentiſſime ſpectandis.

Imagines Romæ poſitæ artificioſiſſimè factæ.

Deus hominibus propoſuit omnes creaturas, ut ſigna quædam & indicia eſſent ſuæ bonitatis & excellentiæ, nec vetitus eſt, ne homines in illis intuendis conſiſterent. Iuſſit præterea, ut quiſque proximum amet, eumque beneficiis afficiat, neque timuit, ne quis ipſo deſerto tantum circa proximos laboraret.

16 Cùm deinde illis objicimus teſtimonium Ioannis Epiſt. 1. cap. 5. ubi ſcribit: Fugite ſimulachra: inquiunt, noſtra ſigna non eſſe deorum alienorum, ſed hominum ſanctorum, fidelium inquam, & membrorum Chriſti. 1. Ioan. 5. 21.

At non vident, qui ſibi videntur ſapientiſſimi omnium, quòd ſi hominum ſunt, neque coli neque adorari debent: ſiquidem homines ipſi non poſſunt religioſo cultu adorari. Quod ſi eis adimitur multò minus eorum ſtatuis concedi poteſt. Auguſtinus ad Deogratias ait: Nullum hominem, quantumvis ſanctum, adorandum eſſe. August.

Adhæc non ſemper fuerunt ſcelerati homines, quos iſti putant Deos alienos fuiſſe. Nam excellentes viri, de rebus humanis bene meriti, ſæpe in Deos referebantur. Præterea quid ii norunt omnes quos arbitrantur ſanctos, & imaginibus colunt, fuiſſe revera bonos & pios viros? Auguſtini ſententia circumfertur: Multorum corpora in terris coli, quorum animæ cruciantur in infernis. Verbum Dei cùm deteſtatur & prohibet ſimulachra nationum, quarum rerum ſimulachra fuerunt, non exponit: tantummodo inquit, opera ſunt manuum, oculos habent, & non vident, &c. Pſal. 115. 4.

Nunc attendamus, num ſtatuæ Papiſtarum tales ſint, nónne illas manus hominum ſunt architectatæ? nónne carent omni ſenſu & motu? cùm itaque illis hæc omnia conveniant, ſimulachra ſunt à Scripturis damnata.

Statuę & imagines Papiſtarum quales.

Paulus item priori ad Cor. 10. inquit: Fugite idola. Et 1. Pet. cap. 4. Cultus idolorum appellat nefarios. 1. Cor. 10. 15. 1. Pet. 4. 3.

Sed hìc adverſarii rurſus ineptiunt, & diſcrimen inter idolum & ſimulachrum ponere conantur, dicentes: Idola prohiberi, non autem ſimulachra: nec animadvertunt, inter hæc nullum aliud eſſe diſcrimen, niſi quòd altera vox Latina eſt, altera verò Græca.

Diſcrimen inter idolum & ſimulachrum quale.

Vnde ſcribit Lactantius, ſimulachrum ſcriptum à ſimulando, cujus teſtimonio ſeu authoritate ſi non ſunt contenti, Plinium legant lib. 43. cap. 4. ubi ait: Primum ſimulachrum, æreum factum eſſe Cereri, ex peculio Spurii Caſſii. Hic videmus hunc ſcriptorem, idolum Cereris ſimulachrum appellaſſe. Vitruvius Dianæ imaginem ſimulachrum appellat, lib. 2. cap. 11. ubi agit de cædenda materia. Septuaginta interpretes ubi textus Hebraicè habet *Atſabbim*, ibi εἴδωλα vertunt: Latinus verò textus, habet ſimulachra. Et in pleriſque aliis locis id obſeruandum eſt, ubi ſeptuaginta ponunt εἴδωλα. Latinum ſimulachra vertiſſe. Quin & Ioannes loco iam adducto ait, φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων, quod in Latino Codice legimus; Fugite ſimulachra. Hieronymus 1. Ioa. 5. 21.

Digitized by Google

A nymus in undecimum caput Eſaiæ tradit,idola imagi-
nes eſſe mortuorum. Vnde apparet vanas & ridiculas

Idolorum cultus unde in Eccleſiã Chriſti tranſlatus.

iſtos comminiſci diſtinctiones. Poſtea conſideran-
dum hunc imaginum cultum, quo exterius utuntur,
repetitum eſſe cum Hebræis, tum etiam à Gentibus,
in tabernaculo quippe Moſaico candelabrum erat &
altare, necnon ſuffitus, quæ iſtis ſuis imaginibus ap-
ponunt, licèt jam Chriſtus venerit, & ceremonias
Moſaicas abrogarit. Cicero, lib.3.de Officiis:Statuis,
B inquit,cerei & ſuffitus apponuntur. Quare tã à Gen-
tibus, quàm ab Hebræis hujuſmodi ritus dimana-
runt. Verùm quòd gravius eſt,eò res tandem perve-

Idolis virtutem divinam tribui à quibuſdam etiam qui Chriſtiani nominãtur.

nit, ut in ſimulachris aliquid virtutis divinæ jam in-
eſſe opinentur, qui Chriſtiani dicuntur. Qua in re
non video quid ab Ethnicis differant.Illi quidem exi-
ſtimabant, eos qui uterentur imagine Alexandri,for-
tunatos præ cęteris fuiſſe. Vnde Auguſtus,qui Sphin-
ge prius utebatur, ſigno Alexandri poſtea eſt uſus.
Marius aquila argentea delectabatur, quæ deinde ad
C Catilinam pervenit, qui & ipſe coluit eam, & ab ipſa
victoriam poſtulavit. Sic hodie varias facultates ima-
ginibus tribuunt, ſacra eis faciunt, & ab ipſis plurima
petunt.Hieronymus in Eſaia cap.57.tradit,Romæ ſuo

Tutelæ ſimulachrum cultum tempore Hieronymi.

tempore ſimulachrum Tutelæ in oſtiis domorum
fuiſſe cultum cereis & lucernis. At nos ſi verè Chri-
ſtiani ſumus, non decet ritus & ceremonias vel à Iu-
dæis,vel à nationibus aliis accipere:ſed tantùm ea de-
bemus uſurpare, quæ nobis mandata ſunt in divinis.

1.Cor 11.23. Pauli dictum præclarè accommodatũ.

Vnde Paulus volens uſum cœnæ Domini commen-
D dare,inquit,ſe Corinth. tradere,quæ à Deo accepiſſet.

17 Quocirca cùm ex Dei verbo manifeſtè habea-
mus,non eſſe colendas imagines: parcamus oportet,
ferentes nos divina Lege, non inventis hominum
gubernari.Scimus adhæc Deum in ſpiritu & veritate

Ioan.4.23.

adorandum:nemo autem ignorat,ſimulachra non eſ-
ſe ſpiritum & veritatem,cùm ſint res aſpectabiles. Et
Paulus aiebat, Chriſtum non ampliùs cognoſcimus

2.Cor.5.16.

ſecundùm carnem, ergo multò minus ſecundùm ſi-
mulachrum. Conferamus obſecro ſtatum Eccleſiæ

Eccleſia primitiva non habuit imagines.

E primitivæ, ubi ad cultum divinum imagines haud-
quaquam adhibebantur,cum poſteriori, quo ſunt ap-
probatæ,apparebitque luculentiſſimè omnia facta eſ-
ſe corruptiora. Auguſtinus deinde prudentiſſimè
ſcripſit in libro de Quantitate animæ: Oportere ut

Statuæ inferiores ſis, à quibus coluntur.

qui adoratur, longè ſit eo melior, qui adorat: ſtatuas
autem non eſſe meliores hominibus, omnes intelli-
gunt. Quin ſi daretur ipſis vita & ratio,ſuos opifices
adorarent,quorum manibus fabricatæ fuerunt. Cum
iſto cultu homines peccant, nihil aliud agunt, niſi
F quod, ut Paulus docuit ad Romanos, gloriam Dei

Rom.1.23.

transmittunt in ſimilitudinem mortalis hominis, vo-
lucrum,quadrupedum,& ſerpentum.Qui tales cultus

Idolorum cultus quale peccatum.

defendunt, ac tuentur, à vero Deo adorando abſtra-
hunt homines. Etenim Ieroboamus cùm Iſraelitas à

1.Reg.12.28.

veri Dei cultu niteretur abſtrahere, duo ſigna vitulo-
rum, alterum in Dan, alterum in Bethel conſtituit.
Hac præterea in re perverſitatem hominum agnoſ-
cimus:cùm enim Chriſtus mandarit, ut crucem ſuam

Chriſti crucis ſigno, quando abuti cœptum.

feramus, nos illam adorare malumus, ac ipſa pectus
G ac frontem bene munire, quod ipſe non præcepit.
Neque diſſimulandum eſt Chriſtianos,ut ex Tertul-
liano licet cognoſcere, jam inde ab initio ſigno cru-
cis munire ſe cœpiſſe. Diabolus enim ſtatim cœ-

Matt.13.25.

pit ſuper bono Eccleſiæ ſemine zizanium ſemina-
re. Paulus etiam Corinthios admonet, quòd o-

1.Cor.12.2.

lim fuiſſent abducti ad muta ſimulachra, quod
idem hodie paſſim fieri videmus. In primitiva
Eccleſia nuſquam legimus, fideles & pios viros,
preces ad ſigna & ſtatuas direxiſſe. Nunc verò id
H paſſim uſurpatur, & eo ventum eſt, ut homines plus
honoris deferant ſimulachris, quàm divinis literis.
Non enim quiſquam hodie reperitur, qui Biblia ſa-
cra veneretur & adoret. Chriſtus cùm eſſet in terris,

Si carnis Chriſti aſpectus impedit quominus ſpiritus eius accipiatur, quãto magis idola?

quod jam abiturus eſſet, conſolabatur Apoſtolos,
quod niſi diſcederet Spiritus paracletus non eſſet il-
lis mittendus: quod interpretes exponunt,idcirco di-
ctum fuiſſe, quòd præſentia Chriſti, quoad carnem
illos impediret, ne idonei eſſent ad ſpiritum acci-
piendum. Quod ſi verè dicitur de carne Domini,
I quantò magis de imaginibus & ſtatuis ejus affirman-

Ioan. 16. 7. Act.10.20.

dum erit?Nec dubium eſt Petrum noluiſſe à Corne-
lio Centurione adorari,qui non eſt credendus latriam

A voluiſſe ei impendere. Quo igitur animo eum puta-
mus ferre, ut ſuæ imagines & ſtatuæ nunc inter ho-
mines adorentur? Quod ſi dixerint, Non adoratio-

Si Petrus ſe noluit adorari,quanto minus vult adorari ipſius imaginem?

ne ſumma illas proſequimur, ſciant nec Cornelium
ſic Petrum voluiſſe adorare.

18 Nec debet nos latere angelum in Apocal. bis
reprehendiſſe Ioannem, quòd ſe voluerit adorare.
Quòd ſi neque angeli, neque homines adorãdi ſunt,

Si angeli non adorandi, quãto minus ſtatuę?

multò minus eorum ſtatuæ ac imagines. Nec ange-
B lus abſque ratione id prohibuit: Etenim, inquit, ſi-
milis tui ſum, & fratrum tuorum qui teſtimonium
habent Ieſu Chriſti, hoc eſt qui ei credunt. Cùm
itaque ſimus eodem gradu, nec alter præſtet alteri,
adoratio nequit inter nos locum habere. Argumen-
tum quamvis eſt evidens, non tamen ſcrupulo peni-
tus caret. Quia ſi non licuit angelorum adoratio,cur
in Veteri Teſt. qui ſe patefaciebant ſanctis, adora-
bantur: neque veteres ea de cauſa reprehenſi legun-
tur? Ad hanc objectionem multa reſponderi poſ-
C ſunt. Etenim quidam aiunt: Filius Dei tunc non-
dum naturam humanam induerat, quare homines
multò infra angelos jacebant, ideóque licuit, ut eos
venerarentur & colerent. Nunc vero propter novam

Angelorum & hominum cõparatio.

conjunctionem Verbi cum carne, facta eſt inter ho-
mines & angelos quædam æqualitas. Quare fas non
eſt adorationem inter haſce naturas interponere.

Objectio. 1

Allata ratio ſatis infirma eſt, quoniam etſi Chriſtus
iam incarnatus eſt, cæteri tamen homines multò ſunt
angelis inferiores. Alii vero aiunt, adoratos fuiſſe
D tum angelos, quòd Filius Dei eorum nomine atque
appellatione Patribus apparuerit. Sed hæc ratio non

Reſponſio. 2

eſt vera in univerſum. Apparuit ſiquidem Patriar-

Filius Dei nomine angeli Patriarchis in cedum apparuit.

chis Filius Dei nomine angeli, ſed non ſemper, nec
ita,quin & alii angeli ſe patefecerint: Certum ſiqui-
dem eſt, Danieli oſtenſum fuiſſe antiquum dierum
ſub Dei Patris Perſona, nec non & Filium hominis,
cùm ſimul & angelus adeſſet,quem Daniel adorabat.

Dan.9.7.& 19.

3

At facilius reſponderi poteſt, veteres Patres cùm an-
gelos ipſos aliquo honore afficiebant, ſe intra fines
E civilis honoris continuiſſe, neque religioſam adora-
tionem illis præbuiſſe. Sed tamen quia ea res videri
potuit ad religionem ſpectare, ideo reprimendi tan-
dem fuerunt homines, ne ſpecie divini cultus ange-
los venerarẽtur. Et nobis debet ſatis eſſe rẽ aliquãdo
fuiſſe reprehẽſam. Cur autem Deus hoc magis quàm
illo tẽpore voluerit id reprehẽdere, noſtrùm non eſt
inquirere. Nec dicere oportet modò licere, quòd tũc
aliquo modo toleratũ fuit: quæ ratio eadẽ afferri de-
bet de polygamia,divortio & cõſimilibus, quæ poſtea

Polygamia illicita.

F per Chriſtum ſublata ſunt, cùm antea utcunque fer-
rentur. Neque nobis eſt neceſſe,ut Patres ab omni vi-
tio ſemper liberemus. Dici adhæc poſſet illam ado-

4

rationem tum fuiſſe toleratam: quoniam etſi He-
bræi labebantur crebrò in idololatriam, ſciebant at-
tamen ex divina Lege rem eſſe illicitam, ad quam
deflectebant. Sed cùm Evangelium propagaretur ad
Gentes, opus fuit, ut idololatria & ſpecies eius o-
mnis reprimeretur, in qua nationes erant educatæ,
ne rem exiſtimarent conceſſam, atque ita radices al-
G tiores ageret. Conſimili cauſa Paulus vehementius
laboravit, ut Corinthiis perſuaderet, ſcortationem

1.Cor.6.15.

eſſe peccatum, quàm ſit in veteri Teſtamento la-
boratum: quòd Ethnici non exiſtimaverint eam pec-
catum eſſe, ſed habuerint pro re tolerabili ac licita:
Quare opus fuit,ut illi ſceleri multis rationib. occur-
reret.Cùm itaque dicũt adverſarii: Patres ita venerã-

Adverſariorũ pro adoratione angelorum dilemma.

dis angelis vel peccabãt, vel non peccabant:ſi pecca-
bant quare non reprehendebantur:ſi non peccabant,
cur Ioannes ita reprimitur? Vtrumque poſſem fate-
H ri: Primùm eos aliquid vitii admiſiſſe, aut non eſſe
lapſos, quòd ſe in reverentia & honore civili conti-
nuerint. Sed quia periculoſum erat, Deum tandem
voluiſſe morem illum emendari, ne fortaſſe minus
rectè inſtituti offenderentur eo exemplo, & in ido-
lolatriam facilè abducerentur.

19 Deinde 1. Ioannis 2. ſcribitur: Si peccamus,

1.Ioan.2.1. Ioannis locus pulcherrimè explicatus cõtra invocationem divorũ.

advocatum habemus Ieſum Chriſtum. Quo loco
Auguſtinus dixit, non ait Apoſt. Advocatum habe-
tis me, ſed eorum numero ſe inſerit, quibus ſit opus
I advocato. Quòd ſi Apoſtolis advocatis non licet uti,
quãto minus eorum imaginibus? nec prætereundum

Gal.5.20.

eſt, Paulum cultũ ſimulachrorum, carnis operibus

Digitized by Google

accenſere & inter ea connumerare, quę à regno cœlo-
rum excludunt. Vnde cùm Hebræi ſimulachrum ſer-
2.Reg. 18.4.
pentis cœpiſſent adorare, ſanctus Rex Ezechias illud
Si Apoſtoli non adorandi, quantò minus eorum imagines?
confregit. Hodie verò pugnant uſque ad flammas &
ignes, pro adoratione illarum imaginum quas ipſi fe-
cerunt, non juſſu Dei, quemadmodum ſerpens ille
fuerat olim conflatus. Et ſanè quotquot reges pieta-
tis nomine collaudantur, imagines abſtulerũt: qui verò
è diverſo vituperantur, ſimulachrorum numerum &
Idololatria annumeratur operibus carnis.
B cultum auxerunt. Profectò ſi quæpiam mulier virum
haberet abſentem, & alium ſibi aſciſceret, quem am-
plecteretur, impudicitiæ crimen haudquaquam eva-
2.Cor. 11. 2.
deret. Paulus autem affirmat, nos ut ſponſam caſtam
cum Chriſto eſſe conjunctos: cur igitur ſtatuas & ima-
gines illi ſupponimus, quas pro eo amplectamur, co-
lamus & adoremus? Cæterum dicunt: ſe id facere,
quod hęc ſigna & ſtatuę, Chriſtum ſimilitudine qua-
dam referant. Idem quoque mulier illa pro ſe afferret
dicendo, ſuppoſititium virum, ætate, ſpecie, moribus,
C & conditione maritum ſuum repræſentare. Fingunt
etiam ſe non facere ſacrificia ſtatuis, quaſi preces non
ſint juſtum Chriſtianorum ſacrificium. Sunt utique
ſacrificium, quod veteribus ceremoniis antiquatis
nobis relictum eſt. Tertullianus utique ac Hierony-
Idola à piis regibus everſa, quando cœperunt coli
mus, verba Malachiæ interpretantes, precum ſacrifi-
cium inquiunt, jam poſt Chriſti adventum offerri
Deo ab oriente ad occaſum. Damnatur item ad Col.
Col.2 23.
ἐθελοθρησκεία, etiamſi Angelis offeratur. Neque illud
Claudii Epiſcopi in idololatras ſcitè dictum.
omittam, quod à Claudio Taurinenſi epiſcopo di-
D ctum eſt, in eos qui procumbebant ad imaginem a-
gni, quem Iohannes Baptiſta digito demonſtrabat.
Iſti, ait, pictos agnos adorant, vivos autem devorant:
necnon pictos agnos adorant, veros autem Chriſti a-
Sancti non adorandi, quãto minus eorum ſtatuæ.
gnos deglubunt & expilant. Ad hæc, pii qui obierunt,
beati ſunt, non tamen evaſerunt dii, ut colantur & a-
dorentur, multò minus eorum ſimulachra. At Deus,
inquiunt, ornat ſanctos, idem ergo nos decet facere.
Verum quidem eſt, Deum ſanctos ſuos honore affi-
cere, ac præmio immarceſſibili, cùm dat eis æternam
E vitam. Nos item faciamus idem, de ipſis bene loquen-
do, eoſque imitandos Eccleſiæ proponendo. Cogite-
mus præterea, Deum ſanctos cohoneſtare: non tamen
eos vel adorare, vel adorandos proponere. Verùm à
Chriſto dicitur, quod uni ex minimis meis feciſtis,
mihi feciſtis. Sed hæc accipienda ſunt, quoad chari-
tatis obſequia, non quoad cultum & adorationem.
Matt.25. 40.
Et ſane, quid ſibi voluerit Chriſtus, ipſe diligenter
explicuit, cùm diceret. Eſurivi, & dediſtis mihi cibum:
Ibid. 35
Sitivi, & dediſtis potum. Origenes lib.8. contra Cel-
Chriſtiani cur debeant abhorrere à cultu ſimulachrorum.
F ſum reddit rationem, quare Chriſtiani abhorrerent à
cultu ſimulachrorum, dicitque: Nos habere ſimula-
chra, non quidem externa, quæ à viliſſimis fabris fa-
cta fuerint, ſed mentes fidelium, ac ſanctorum homi-
num, unde proficiſcantur ceu ab ara Dei, ſuaviſſimi
precum odores, qui uſque ad cœlum pertingunt. Id-
Apoc.5.8.
circo in Apocalypſi, ſanctorum preces, odoramenta
Pſal.141.2.
eſſe dicuntur: & David cecinit: Oratio mea ſit inſtar
incenſi in conſpectu tuo. Deinde ſubjicit: A ſimula-
chrorum cultu abhorremus, quia ſenſum non habent.
G Solet etiam id opponi: Si mortuo Imperatori ſucceſ-
ſit novus, imagines eius per provincias imperii fuiſſe
deletas, quib. honos tanquam imperatori habebatur,
qui præſens non aderat. Id fateor, ſed ille honos tan-
tummodo civilis erat, quo teſtabantur, ſeſe illi ſub-
jici, & fauſtis acclamationibus novum Imperatorem
Idololatria omnibus ſeculis oppugnata.
excipiebant. Illud etiam diligenter expendendum e-
rat, omni ætate ſemper fuiſſe aliquos homines, qui
adverſus cultum ſimulachrorum liberè clamarunt. Et
ſanè permulti ex Græcis Imperatoribus, ea de cauſa
H Rom. Pontificibus reſtiterunt, hoc eſt, Philippici,
Conſtantini, Leones: quibus è diverſo Rom. Epiſco-
pi, odio quodam ſe oppoſuerunt, quod jugum eorum
excutere vehementer cuperent. Qua de cauſa, ſe unà
cum Francis conjunxerunt, atque ita Romanum
Imperium dilacerarunt. Non itaque mirandum, ſi ho-
die quoque propter ſimulachra vana excitentur cer-
Objiciuntur miracula ad tuendam idololatriam.
tamina. Objiciunt ad hæc prodigia ſeu miracula, quæ
ad imagines eduntur. Verum dicant annon Petrus
dum eſſet in terris, miranda & ſtupenda opera fece-
rit? Id negari minimè poteſt, nec tamen ſe paſſus eſt
I adorari. Argumentum itaque infirmiſſimum eſt:
Ad ſtatuas vel ſigna fiunt aliqua miracula, propterea

2. Theſſ.2.
A ſunt colenda ac adoranda. Antichriſtus etiam cum
prodigiis multis veniet, quem tamen ſequi & adorare
2.Reg. 18.4.
nefas eſt. Et ſerpens æneus læſus in deſerto ſana-
bat, qui tamen cùm adoraretur ab Ezechia ſublatus
eſt. Ethnici quoque permulta ſigna & miracula pro-
tuliſſent ad ſua idola conſtabilienda, ut videre eſt a-
pud Valerium Maximum, Livium, & alios veteres
Objiciuntur Eccleſiæ traditiones pro idolis.
ſcriptores. Ad extremum, cum aliud non habeant,
cultus iſte, inquiunt, eſt Eccleſiæ traditio: ergo retine-
B ri debet. Nos utique omnes Eccleſiæ traditiones
minimè rejicimus, ſed eas abſque controverſia reti-
nemus, quæ cum verbo Dei conſentiunt, quæque mi-
nimè ſuperfluæ ſunt, & novum cultum non indu-
cunt: ſi quæ verò pugnent cum verbo Dei, aut gra- 1
vent Eccleſiam Dei, vel quid novi cultus important,
Reſponſio.
meritò eas rejicimus. Deinde, quomodo adoratio i- 2
maginũ traditio eſt Apoſtolica, cùm primitiva Eccle-
ſia talibus non fuerit uſa? Imo, quemadmodum antea
recitavimus, aliqui ex veteribus Patribus, non modò
C ſtatuas, verumetiam opifices earum damnarunt: &
multò vaniſſimum eſt, quod iſti ſemper in ore ha-
bent: Traditio eſt, non inquiras. At ego viciſſim dico
Traditio eſt, ergo diligenter inquiras, an cùm verbo
Dei conſentiat, an ab omnibus Patribus fuerit olim
probata. Quod verò attinet ad miracula, quæ nobis
objiciuntur, ſciendum eſt, diabolum ſe non rarò in-
terponere, qui nihil magis, quàm ſuperſtitiones, &
idololatriam conſtabilire ſolet. Deinde prodigia ejus
generis juſto Dei judicio fiunt. Quod homines dile-
D ctionem veritatis à ſe rejiciunt, quemadmodum ad 2. Theſ.2. 12.
Theſſal. habetur.

20 Diabolus conſpecto ſigno crucis fingit ſe fu-
Cur Satan fugiat ſignum crucis.
gere, cùm tamen ea fictione, ſeſe magis ac magis no-
bis inſinuet. Vis & poteſtas crucis, non ſita eſt in ſigno
ſed in vera ſolidaque fide crucifixi. Ferunt itaque ſa-
crificuli, ſe omnia fermè ſignaculo crucis ſanctificare.
Verùm ſcripturæ longè aliter loquuntur, ut quæ te- 1.Tim.4-5.
ſtentur, ſanctificari cibos per fidem, preces, & verbum
Dei: cui dum aſſentimur, & rogamus pro rerum uſu,
E mundo omnia munda redduntur. Non inficior quæ-
dam miracula interdum conſignatione crucis edita
fuiſſe, ut Auguſtinus de Civitate Dei refert libro vi-
geſimo ſecundo capite octavo. Sed ejus rei cauſam
jam retuli, quæ repetenda minimè videtur. Id tantùm
referam, diabolum paſci & oblectari mirum in mo-
Ficta ac falſa miracula.
dum erroribus humanis. Et adjiciendum eſt, permul-
ta ex iis miraculis mentita eſſe. Nam ſacrifici & mo
Cruce cur priſci frontem ſignaverint.
nachi quæſtum ſequentes multa ſpargũt omnino fal-
ſa, quæ nuſquam facta, vel dicta fuerunt. Cur autem
Exod.12. 22.
F veteres, ut ſuperius diximus, frontem ſignarint cruce,
Sup ſect.14.
cauſam certè aſſignare non eſt facilè. Attamen illam
duplicem fuiſſe opinor. Prima, quòd teſtarentur ſe
Chriſtianos, quaſi eos crucis Chriſti minimè pude- 1
ret. Atque hanc ex Auguſtino de verbis Apoſtoli
Serm. 8. colligo. Etenim inſultabant Ethnici Chri-
ſtianis, fatuitatem eis exprobrando, qui Chriſtum affi-
xum cruci adorarent: quibus reſpondit is Pater, Cor
quidem habemus, non tamen quale vos habetis.
Nec pudet nos crucifixi, ſed in parte vbi ſignum pu-
G doris eſt, ſignum crucis ejus habemus. Alia eſt, quòd 2
voluerint quadam κακοζηλίᾳ ceremonias legales imi-
tari, & quia poſt Chriſti adventum ſacrificare non li-
cet, Hebræorum more, qui ſanguine agni paſchalis
juſſi erant illinere poſtes domorum, noſtri ad eam ſi-
militudinem cruce frontem ſignarunt, ut perhibet
idem Auguſtinus, de catechizandis rudibus, capite
vigeſimo. Ad hæc ſibi perſuaſerunt, ut jam narratum
eſt, ejuſmodi ſigno cacodæmonas fugari. Quin &
Hiſtoria mirabilis de Iudæo qui in idolorum templo pernoctavit.
Gregorius Rom. lib. Dialogorum 3. ſcribit, Iudæum
H noctu ingreſſum templum idoli, ut ibi dormiret, viſis
noctu permultis cacodæmonibus eo in loco, cùm ve-
hementer expaviſſet, ſe muniviſſe ſigno crucis: cúm-
que princeps malorum ſpirituum hominem cogno-
viſſet adeſſe, diabolo cuidam juſſit ut illum accede-
ret, ac exploraret, quiſnam eſſet: qui cùm eum con-
templatus eſſet, rediit, ac dixit; Vas quidem inveni
vacuum, ſed ſignatum, Iudæumque reliquit prorſus
illęſum. Quod ille ſecum reputans, ad Chriſti religio-
Gregorii dialogorum liber qualis.
nem acceſſit. Sed in eum librum Gregorius multa
fabuloſa & vana congeſſit: quæ non tantùm riſum
I movere poſſunt lectoribus, verumetiam à Chriſtiana
religione plurimum ſunt aliena. Citra ſuperſtitionem
ſignum

ſignum crucis à principibus in coronis geſtatur, quoniam eo ſigno tantummodo profitentur ac teſtantur, ſe Chriſtianam religionem colere ac tueri. Porrò ſi licet inſigia propriæ familiæ geſtare, licet etiam ſigno crucis Chriſtianam religionem profiteri. Conſtantino autem Magno apparuit olim ſignum crucis in cœlo, inſcriptio addebatur; In hoc ſigno vinces: quoniam Deus eum miraculo in Chriſti cultu, quem recens acceperat, confirmare voluit. Neque damnari poteſt, quod illud ſignum in vexillo, quo erat uſurus, exprimi curavit. Sed quod poſtea hujuſmodi ſignum aureum fecerit, minime probo, quod eo facto ſuperſtitionibus non parvam feneſtram aperuerit. De ipſius autem crucis Domini per Helenam inventione, prudentes mirantur Euſebium Cæſarienſem, qui Conſtantino fuit perfamiliaris, & vitam ejus edidit, nihil ſcribere. Theodoretus attamen & Sozomenus de illa quidem re nonnihil ſcribunt: ſed potius ex relatione aliorum, quàm ipſi eam compertam habuerint. Tamen in ea Hiſtoria legenda, nulla deprehendetur adorationis mentio. Dicitur nihilominus in templo collocata. Deinde quanti Helena clavos fecerit, quos reperiſſe dicitur, ex eo liquet, quod unum eorum ſcribitur in fræno poſuiſſe illius equi, quo filius utebatur, alterum in ejus galea, tertium verò projeciſſe in mare ad ſedandas tempeſtates. Hodie quoque lanceam, qua dictitant Chriſti latus in cruce fuiſſe perfoſſum, Romæ adoratione ſumma colunt & venerantur. Hæc diaboli eſt verſutia, ut homines perpetuò impellat ulterius, donec tandem in barathrum impietatis præcipitentur.

Crucis ſignum Conſtantino viſum.

Crucis ſignum aureum à Cõſtantino factũ.

Crux inventa per Helenam.

Lancea qua latus Chriſti perfoſſum.

21 Taxant nos adverſarii, quaſi nimis duros & acerbos, aiuntque: Si fortè quiſpiam ambulans viderit elegantem plantam, non modò viridem, ſed etiam fructibus onuſtam, accenſuſque affectu vehementi erga liberaliſſimam Dei bonitatem, ſentiatq; animum ſuum incitari ad ipſum Deum adorãdum pulcherrimi operis authorem: quid prohibet, quin juxta proſpectam arborem procumbat, Deumque ibi adoret, eique pro ſummis beneficiis in homines collatis gratias agat? Nihil ut opinor. Proinde ad eundem modum, ſi quis imaginem Chriſti conſpexerit, & erga beneficiũ mortis ejus vehemẽter afficiatur: quare juxta illam Chriſtum authorem vitæ ſuæ non poterit adorare? Ad hęc reſpondeo, verbum Dei eſſe habendũ ſemper in conſpectu, quo prohibetur, religionis ergò procumbere ante creaturam. Hoc firmum perpetuo manere debet, ſuamque vim habere, ita ut nec ad arborem, nec ad imaginem procumbamus. Neque licet hæc excuſare, dicendo; Se non colere materiam externam, non figuram, nec lineamenta Quid igitur? Rem ſignificatã, inquiunt. Sic etiam excuſaſſent Ethnici ſuam idololatriam, quod non venerarentur ſaxa, ligna, metalla, ſed tantùm proprietates, quæ talibus ſignis referrẽtur. Symmachus profectò ſcribit Epiſtolam ad Imperatores, ut ſimulachra Romanorum tandem reſtituerent, & ibi talibus argumentis & conſimilibus admodum Rhetoricè utitur. Sed Ambroſius ea omnia validiſſimè confutavit. Utriuſq; ſcripta inter epiſtolas Ambroſii adhuc hodie reperiuntur. Deus mandavit ſimpliciter, ne imagines adorentur: quare verbo ejus potius quàm ſophiſmatis hominum, eſt parendum. Auguſtinus in Pſal. 113. hoc argumentum ſcripſit: Pauli ſententia dictum eſt; Gloriam & veritatem Dei mutarunt in mendacium, & creaturã potius quàm Creatorem colere maluerunt. Paulinę ſententię, prior pars damnat ſimulachra, quòd ſint mendacia, cum veritate ac gloria Dei pugnantia. Altera verò aufert omnem excuſationem, quod ibi, non Deum, ſed creaturas adorent. Et Claudius Taurinenſis Epiſcopus dicebat, Si habes in pariete Martem, Venerem, Mercurium, non habes veros Deos: & cùm illic habes Paulum, Petrum & Iohannem, veros homines minimè habes: quare non eſt ſublatus error, ſed commutatus. Paulus etiam Corinthiis dixit: Scimus quod idolum nihil eſt. Sed quæ Gentes immolant, dæmonibus immolant. Certè ſi excuſatio jam ab adverſariis allata alicujus eſſet momenti, Ethnici Apoſtolo facilè dixiſſent: Fit nobis abs te luculenta injuria, ſiquidem conſilium noſtrum eſt, victimas, quas mactamus, Numini offerre, non dæmonibus. Occurrunt item alii ſtultiores, qui aiunt: Hebræis datum fuiſſe illud præce-

Symmachi epiſtola de reſtituendis ſimulachris, ab Ambroſio cõfutata.

Rom. 1. 25. Pauli de idolis in epiſt. ad Ro locus explicatus.

Claudii Epiſcopi de imaginibus dictũ. Objectio.

1. Cor. 10. 19.

A ptum, quod inter ceremonialia debet accenſeri, ſed nunc abrogatis ceremoniis nos eo minimè teneri. Nec animadvertunt in Decalogo nihil mandatum fuiſſe, quod ad ceremonias pertineret, una excepta Sabbathi obſervatione: In qua tamen diligenter intuentibus, aliquid morale occurrit. Auguſtinus Epiſt. 119. ad Ianuarium hoc idem agnoſcit. Conſiderent obſecro ii ſapientes homines, ſi ceremoniis hoc fuiſſet annumeratum, Ethnici ſimulachris adorandis & B colendis minimè peccaſſent, quia ceremoniis Iudaicis minimè erant aſtricti. Præterea conſtat, ceremonias Veteris Teſtamenti non fuiſſe per Apoſtolos revocatas, neque jugum earum Gentibus impoſitum: qui tamen diſertis verbis præceperunt, idola & ſimulachra fugienda eſſe.

Reſponſio 1. 2 3

22 Cùm itaque ſatis copioſè affirmatum ſit, non eſſe colendas vel adorandas imagines, nunc id ſupereſt excutiendum. An eas liceat in ſacris locis, ubi cœtus fidelium habentur, collocare? Aliqui affirmant C licere, modò illarum adoratio prohibeatur. Meo autem judicio id committendum non eſt, ut in templis habeantur. Primùm, quia res plena eſt periculi, & experientia docuit, quo tandem homines ex earum aſpectu, cum eas in templis viderunt poſitas, prolapſi fuerint. Illas utique adorarunt Debet utique via, quæ ducit ad idololatriam, fidelibus præcidi. Auguſtinus hac de re in Pſalm. centeſimo decimo tertio, religioſè ac pulcherrimè ſcribit: Quando imagines in loco ſublimi ponuntur, ceu in quodam ſuggeſtu, procreatur D affectus pravus in animis, quo invitatur Diabolus ut ſe admiſceat. Epiſt. item 49. ad Deogratias, ejuſdem ſententiæ fuit. Et ſane hoc eveniſſe cernimus. Nec prætermiſerim eundem patrem in Serm. 6. de Verbis Domini in monte; Declarant, inquit, quo loco & exiſtimatione ſimulachrũ habeant, cùm illi aram ponãt. Niſi enim putarent aut numen, aut divinitatis aliquid in ſe habere, aram utique illi non erigerent. Proinde hac Auguſtini ſententia, omnia fermè Papiſtarum templa damnantur, ubi aræ ferè ſemper cum iE dolis conjunguntur. Adhæc, ſancti Epiphanii exemplo, eas in templis non eſſe habendas, probari poteſt. Is cùm iter faceret, & in quandam villam incidiſſet, quæ dicebatur Anablatha, vidiſſetque præteriens ardentem lucernam, & rogaſſet, quiſnam locus eſſet, audivit Eccleſiam vel oratorium eſſe fidelium: quare ingreſſus eſt, ut ibi Deum precaretur. Vidit autem velum pendens, in quo picta erat hominis imago, quaſi vel Chriſti vel ſancti hominis. Proinde cùm vidiſſet in Eccleſia, contra Scripturarum authoritatem F ſignum hominis pendere: velum hujuſmodi & detraxit & laceravit, ac æditiuis conſilium dedit, ut pauperem mortuum eo involverent, & efferrent. Deinde ſcripſit ad Iohannem Hieroſolymitanum Epiſcopum, ad quem cura ejus loci pertinebat, ut deinceps caveret, ne in Eccleſia Chriſti vela hujus generis, contra quam religio patiatur, haberentur. Tantique ponderis ea epiſt. viſa fuit Hieronymo, ut eam non dedignaretur latinam facere: quod niſi fuiſſet noſtræ ſententiæ, minimè commiſiſſet. Synodus etiam EG pheſina poſterior, imagines damnauit. Verùm ea non recipitur, & quidem jure, quandoquidem Neſtorio & Eutycheti favit. Hæc ſors eſt non tantùm rerum humanarum, ſed etiam frequenter Eccleſiaſticorum, ut mala bonis habeant admixta: Unde poſtea conſequitur, ut non tantum mala, ſed bona ſimul rejiciantur. Ita videmus aliquot Græcis Imperatoribus, eveniſſe, qui deleverunt imagines. Etenim Philippicus I. Leo III. Conſtantinus, & Leo IV. quia Monothelitæ fuerunt, quod ex altera parte bene ſtatuebant H de imaginibus, repudiatum eſt. Quod etiam hodie uſuvenit, quando propter corruptos mores Euangelicorum, pura eorum doctrina exploditur. Synodus quoque Elibertina imagines damnavit, in qua decretum eſt, ne in parietibus templorum, ulla imago fingatur: ne id pictum extet, quod adoratur. Pereſius eorum patrum ſententia, cùm ſe in anguſtias cogi videret, fortè infit: Non omnes imagines tolli voluerunt, ſed quæ deformes jam fiebant in parietibus, non item in pannis, & tabulis. Verùm poſtea, cùm & hoc frivolum eſſe animadverteret, comminiſI citur picturas ejuſmodi rectè potuiſſe ad tempus auferri, quod homines tunc adoratione latriæ ipſas

An ponendæ in templis ſtatuæ. 1 2

Epiphanius. 3 4

Synodus Epheſina.

Imperatores Monothelitæ. 5 6

Pereſii effugia.

perne atque omnibus in locis illis utemur? An Senator prudens habebitur, ſi digitis & nutibus in curia ſententiam dicat? Nec dubium eſt, aquæ uſum eſſe ad ſitim extinguendam, verùm ſi eam convivis tuis apponas, & ſtultus & ſordidus habeberis. Ita etiam imagines, etſi alicubi ſuam habent commoditatem, in templis nihilominus ferri non debent, ubi cum Deo longè melioribus viis & rationibus agere poſſumus: & præſertim, cùm ibi nō ſine periculo haberi queant.

Similis.

Jer. 10. 14. Hab. 2. 18. Simulachra fallunt.

Nam Ieremias ait capite 10. Simulachra oſtendere mendacia: Quod idem Habacuc 2. affirmat, & in lib. Sapiētię ca. 13. & 14. ſcribitur, homines ab eis decipi. Vtque res clarius pateat, ſciendum eſt, tunc frequentem uſum ſimulachrorum in Eccleſiam irrepſiſſe, quando Epiſcopi cœperunt otio indulgere, & cùm deſierunt Eccleſiam ſibi commiſſam docere, illamque verbo & Sacramentis paſcere: tunc inquam, imagines ſubſtituerunt, tanquam ſui ipſorum vicarias.

Simulachrorum uſus quādo cœperit maximè.

Conſulamus obſecro aliquantiſper experientiam, videamuſque ab eo tempore, quo templa fuerunt contaminata ſimulachris, an ruſtici & imperiti eorum uſu doctiores facti ſint, & magis divinarum rerum ſcientes evaſerint? Certè multo minus, quàm antea, Chriſtus & Deus cognoſcitur. An ignoravit Deus hanc imaginum commoditatem.

Ezec. 1. 5. Ex 28. 14. & 16. Eze. 25. 18. 1. Reg. 6. 23.

29 Porro non potuit eum latere, qui oculo ſuo luſtrat omnia, & cuncta cognoſcit. Si vidit, & interdixit, paterna benevolentia nos minimè complectitur, qui videatur hominibus tantum bonum invidiſſe. Deinde Apoſtoli, qui nihil omiſerunt, quod ad ſalutem hominum faceret, nuſquam tantæ utilitatis meminerunt. Cæterum ſuis actionibus produnt ſeipſos. Ea etenim ſigna, ad quæ catervatim ſtulti peregrinantur, magna religione plerunque ſunt velata, magnaque diligentia operta, ut vix magnatibus, Cardinalibus & principibus aperiantur: rudis autem popellus, in cujus gratiam ea ſimulachra volunt eſſe conficta, ſemper habebit ante ſe libros illos clauſos.

Nicenę ſecundæ Synodo oppoſita Eliberina.

Neque curanda eſt quicquam Nicena Synodus 2. Nam ſi quis expendat mediocri diligentia rationes illorum Epiſcoporum, quibus imagines conſtabiliverunt, riſum tenere non poterit. Propterea illi Synodo Eliberinam opponimus, in qua, ut ſuperius expoſui, picturę & ſigna prohibentur. Mirum ad hæc, iſtos non pudere, locum Pauli nobis objicere, quo dixit omnia munda mundis: cùm ibi tantùm de rebus mediis ac indifferentibus agat, non de periculoſis aut prohibitis. Cumque jam dixerimus de natura & vetuſtate imaginum, eáſque diſtinxerimus per ſignificata, quòd aliæ Deum referunt, aliæ Dei creaturas: & oſtenderimus, quid moverit homines, quòd conati ſint ſignis Deum exprimere: demonſtraverimuſque non licere Deum ſignis referre: partim, quod fieri non poſſit, partim quod ipſe pr… ibuerit: docuerimuſque res conditas nihil prohibere, quin imaginibus referantur, modò nulla eis exhibeatur adoratio: & ad extremum, in ſacris locis non eſſe habendas, confirmaverimus: De illis nos jam ſatis dixiſſe arbitramur.

De Cherubim.

In 1. Reg. 6. Cherubim nomen & forma.

30 Quod attinet ad nomen, ſcribit Aben-Ezra nonnullos eam vocem omnibus ſculpturis ac imaginibus communem facere: ita nihilominus, ut quæ in Lege depinguntur humanam figuram habuiſſe dicantur. Sed in Ezechiele, formæ illorum deſcribuntur, ut leonis, bovis & aquilæ, non tantùm humanæ.

Ezech. 28. 14. 16.

Apud eundem Prophetam, Rex appellatur *Cherub*, quod magna fuerit dignitate, ſplendore, atque opibus cumulatus. Scribitur ea vox interdum plena, id eſt, cum *vau*: nonnunquam vero loco ejus habetur *Kibbutz*. At Salomon videtur Moſen æmulatus, nam & ille in ſuo tabernaculo, duos Cherubim fuſiles habuit. Quin & ipſa cortina intima, quæ fuit inſtar parietis tabernaculi habuit Cherubim acu pictos. Vnde nomen mirum ſi Salomon & duos fecit ſculptos, & per parietes cælaturis elegantibus plures expreſſit. Non me fugit, ex veteribus interpretibus Hebræis, nonnullos fuiſſe qui vocem *Cherubim* exiſtimarint compoſitam eſſe, ut primum elementum *Caph* ſit nota ſimilitudinis: deinde ut verbum addatur *Rab*, quod eſt alere, ſeu creſcere, unde nomē fiat *Rabē* & *Rabi*, quod pueros & adoleſcentes ſignificat: quia ſtatura creſcant & augeantur. Verùm id non eſt ſimile veri, ut etymologia nominis Hebraici à Chaldaico ſumatur. Quod ad materiam eorum attinet, ſatis conſtat, ea quæ in tabernaculo Moſaico fuerunt, ex auro ſolido fuiſſe, ſiquidem aſſurgebant ex utroque propitiatorii latere, ac ſeſe mutuo reſpiciebant.

Propitiatoriū.

Propitiatorium verò tabula fuit ejuſdem cum arca fœderis, & longitudinis & latitudinis, quæ auro ſolido & puro conſtabat, & ex ea ſicuti dictum eſt, duo Cherubim aſſurgebant. Materies verò Salomonicorum, fuit lignum oleæ, quod ſanè duriſſimum eſt, unde in eo cælando vel ſculpendo artifices plurimùm laborant, diutiſſimè attamen durat.

Quo jure Salomon oleas exciderit. Deut. 20. 19.

31 Quærit hoc loco Rabi David Kimhi, quomodo Salomoni licuerit arbores olearum excindere, quòd fructiferæ ſint, & in Deuter. ſtatuatur, ne vel in ſolo hoſtili eæ arbores incidantur? A quibuſdam reſpondetur, illum non excidiſſe niſi vetuſtate jam exhauſtas, & ita effœtas, ut fructum non amplius ferrent. Alii verò putant eum non oleis, verùm oleaſtris eſſe uſum, ex quibus fructus nullus habetur. Nec deſunt, qui ſcribunt, hæc ligna non excisa in ditione Iudæorum, ſed ab Hiramo fuiſſe miſſa. Verùm commodius dici poſſet, extra ordinem hæc geſta fuiſſe, & inſtinctu divino de Lege aliquid eſſe remiſſum, præſertim, quòd ad bellum magis, quàm ad pacem ſpectaverit. Quidam etiam fuerunt, qui hoc lignum propriè fuiſſe olivam negarint: Nam ut inquiunt, alia quoque genera ſunt arborum, quæ oleum quoddam producunt, ut cedri, pinus & abietes, quæ cùm ferant pinguedinem ſeu reſinam, arbores olei dici poſſunt. Locum adducunt ex capite 8. Nehemiæ, ubi ſcribitur: Feſtum Tabernaculorum fuiſſe celebratum, quo dicebatur populo, Afferte folia olivi & folia arboris olei: quibus verbis hæc maniſeſtiſſimè à ſe invicem diſtinguebantur.

Nehem. 8. 15.

Quin & Legis præceptor non tantùm folia olearum, ſed etiā cedri geſtare jubebat. Græca verſio cupreſſum habet, Eſaiæ cap. 41. hàc voce lignum cupreſſi videtur exprimi, quanquam locus eſt perobſcurus.

Levit. 23. 40.

Eſa. 41. 19.

Altitudo Cherubim decem habuit cubitos, verum ita, ut faciem juvenilem referrent. Quod etiam in Coloſſis à peritis artificibus nonnunquam eſt factitatum. Ioſephus attamen iſtos Cherubim quinque cubitorum tantummodo fecit, & materiem habuiſſe purum & ſolidum aurum teſtatur. Verùm fides penes divinas literas eſſe debet.

Cherubim ſitus & habitus.

32 De ſitu verò & habitu Cherubim hæc referri poſſunt, R. Salomonem ſcripſiſſe, plantis pedum adhæſiſſe pavimentum, & vultum converſum habuiſſe verſus orientem, quaſi venientes ac ingredientes aſpicerēt. Alter eorum ala ſua contingebat Meridianum parietem, alter Aquilonarem, mediis alis ſeſe mutuò attingentibus. Diſtabant itaque à ſe invicem decem cubitis. Liber Paralip. affirmat, has imagines vultus adoleſcentum habuiſſe. Ioſephus contra ſcribit, neminem poſſe dicere, quales vultus illorum fuerint.

2. Par. 3. 10.

Quod verò ad Orientem & Sanctum ipſum intuerentur, liber Paral. teſtatur; Cùm apertis eſſent alis, earum apertio tota conſtabat decem cubitis, atque adeo totam latitudinem Sancti ſanctorum occupabant, nimirum viginti cubitos.

Ibid. v. 13.

Proinde in eis deprehenditur juſta corporis humani dimenſio, quantam aiunt conſtare, cùm proceritas tanta eſt quæ manus expanſas adæquet. At dixeris, ſi utraque ala tot habuit cubitos, quis dabatur locus trunco totius corporis? Kimhi ſcribit, corpora eorum ſub alis fuiſſe, quòd alarum capita conjungerentur ad ſpinam dorſi. Quare illorum corpora extabant ab anteriori parte poſita extra alas, ac ubi eminebant ſub iſtis duobus Cherubim, vel inter eos Arca fœderis jacebat, quę illorū expāſis alis obumbrabatur. Arcę lōgitudo, ut deſcribitur 25. Exo. fuit duorum cubitorum cū dimidio, totidē habuit in latitudine: altitudo verò illius unius cubiti cū dimidio fuit.

Arcæ dimenſio. Exod. 25. 10.

Vectes aurei adjuncti erāt, qui annulis aureis inſerebātur, nec inde amovebantur unquam. Longitudinis erant quatuor cubitorum, ſuper Arca in Propitiatorio, quo alia Cherubim erant à Moſe fabricata. Et hac ratione fiebat, ut in Sancto ſanctorum Salomonico quatuor fuerint Cherubim, duo ſcilicet Salomonici, ac duo minores tempore Moſis conflati. Sed majores, quos poſuit Salomon, Sanctum

ctum & orientalem partem intuebantur. Moſaici vero ſtabant ab utraque parte propitiatorii, & ſeſe mutuo aſpiciebant, quaſi Propitiatorium ſuis manibus ſuſtentarent. In tabernaculo Moſaico, apertura duarum alarum decem cubitorum erat, aliſque parietem attingebant: verum diverſa ratione quàm Salomonici, quia Moſaici tangebant Orientalem & Occidentalem: Salomonici vero, Aquilonarem & Auſtralem. Moſaici autem conſtituti in Salomonico templo, ſuis alis parietes non attingebant, quia locus erat amplior quàm in tabernaculo fuerit. In Eſaia tamen diſpoſitionem Cherubim legimus aliquando diverſam: nam ſex alæ cuique eorum fuerant. Nam ſuperioribus vultum inferioribus pedes operiebant, intermediis autem volantes, clamabant; Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Eſa. 6. 2.

33 Non eſt exiſtimandum Salomonem tranſgreſſum eſſe Legem, quòd Cherubim poſuerit in penetralibus templi: ſecutus enim eſt Moſis exemplum, qui à Deo juſſus eſt idem facere. Præterea cum David omnem ſacræ fabricæ formam & delineationem demonſtrarit, non eſt dubium, quin & Cherubim ſigna oſtenderit: quare hoc exemplo adduci non debent idololatræ, ut in ſuis templis imagines habeant. Poſtremo reſtat, ut de ſignificatione harum imaginum quantum videbitur ſatis, referam. Adumbrabant porro ſpiritus adminiſtratorios, de quibus in epiſt. ad Heb. cap. 1. ait, quorum Daniel tantum numerum prodit, ut eſſe ſcribat decies centena millia, hoc eſt, innumerabilem multitudinem: Certum quippe numerum pro definito poſuit. Miniſteria eorum varia ſunt. Quandoque ſeveritatis: Nam cum Deus Adamum è paradiſo pepuliſſet, Cherub ante paradiſum collocatus eſt cum flammea romphæa, ut inde miſeros homines arceret. Ægyptii percuſſi ſunt angelorum miniſterio, necnon exercitus Sennacherib. David etiam vidit Angelum, ſtricto gladio urbi Hieroſolymitanæ imminere. Angelus quoque in itinere Bileamo reſtitit. Nec dubium eſt, miniſterio angelorum, Pentapolim fuiſſe ignibus abſumptā. Interdum vero, defendendis hominibus Deo inſerviunt: Angelus quippe inter caſtra Ægyptiorum & Iſraelitarum ſe interpoſuit, ea utique nocte, quando mare rubrum tranſmittendum erat. Lothus etiam ſervatus eſt angelorum opera. Petrus item eductus è carcere: & Chriſto affuerunt angeli, cùm à diabolo tentaretur in deſerto. Quin regna & provincias tuentur, quemadmodum in Daniele ſcribitur: Et illorum manibus Lazari ſpiritus ad ſinum Abrahæ deductus prædicatur. Et in Pſalmo canitur: Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Viſi ſunt etiam ſtare pro Heliſæo tuendo, adverſus hoſtes, ut ſacra hiſtoria refert & teſtatur. Utitur præterea illis Deus ad homines docendos, ut in Daniele & Zacharia legimus: Maria edocta eſt per Gabrielem de ſalutifero partu. Ioſephus de aſſumenda conjuge, à qua divertere ſtatuerat, nec non de fuga in Ægyptum ac reditu. Quid plura? Legati ſunt Dei, ad illius voluntatem patefaciendam.

Cherubim quid repræſentarint. Heb. 1. 14. Dan. 7. 10. Gen. 3. 24. Pſ. 78. 49. 2. Reg. 19. 35. 2. Sam. 24. 17. Num. 22. 24. Gen. 19. 25. Exod. 14. 19. Gen. 19. 16. Act. 12. 7. Luc. 16. 22. Pſal. 91. 11. 2. Reg. 6. 17. Dan. 10. 5. Zach. 1. 14. Matt. 1. 20. Matt. 2. 13. Luc. 1. 26. Heb. 1. 14. Apoc. 1. 1.

34 Quin & Miniſtri Eccleſiarum angeli dicti ſunt, & illis adumbrantur. Sanctum quippe Dei verbum apud homines promovent. Idcirco Ezechiel vidit machinam, qua & Cherubim vehebantur: quibus, ut docti & ſapientes interpretantur, Prophetæ, Apoſtoli & Miniſtri Eccleſiarum exprimuntur: à quibus Deus, hoc eſt, Ieſus Chriſtus Servator noſter, per verbum ipſius, vehitur ad omnes mundi partes. Et ubi ubi poſſunt, divinas laudes inter homines, quemadmodum Seraphim Eſaiæ, celebrant. Multa præter hæc afferri poſſunt, quibus amplificaretur Allegoria inter miniſtros & Angelos, ſed paucis hiſce contenti erimus. Redeo itaque ad ipſos angelos, quorum etiam miniſterio Deum aſſero Phyſica, hoc eſt naturalia gubernare. Illorum quippe opera dubium non eſt, orbes cœleſtes converti, & admiranda in natura produci. Qua de cauſa eleganter ſcribitur, Deum ipſum vehi per Cherubim. Et divinos hoſce ſpiritus tantæ dignitatis atque excellentiæ, Scripturæ eſſe demonſtrant, ut illos nobis proponant non modò alatos, verumetiam oculorum plenos. Quod videlicet munia ſibi à Deo impoſita cùm ſapientiſſimè tum celerrimè obeant.

Ez. 10. 6. Eſ. 6. 15. Pſal. 18. 11.

A Quæ duo in miniſtris & legatis meritiſſimè collaudantur. Nam tum rectè ſuo funguntur officio, ſi cum prudentia, celeritatem conjungant. Et de Cherubim ſatis hæc ſunto.

Ezech. 1. 18.

35 Sed jam de voce Teraphim aliquid videamus. Quidam volunt inſtrumenta fuiſſe ad horas deprehendendas, vel regiones, ſtationes, & gradus aſtrorum, unde poſtea e futuris eventis ex Aſtrologica peritia divinaretur. Sed hoc non multum probatur, B quia potius erant ſtatuæ, ut in hiſtoria Davidis apertè videtur: quando Michol Saulis filia, in lecto Teraphim collocavit, aſſimulans ibi Davidem cubare, quem tamen ipſa clàm emiſerat. illud autem ad commentum non fuiſſet veriſimile, niſi humanam Teraphim habuiſſent effigiem. Quare ab aliis dicitur illas eſſe ſtatuas ita factas, obſervatione aſtrorum, ut reſpondere valerent, & reddere oracula quando conſulebantur: cujus ſententiæ inter cæteros eſt Aben-Ezra. At contra hanc opinionem, objici poſſe videtur, C id quod in Pſalmo de idolis canitur; Os habent, & non loquuntur. Quod ſi reſpondent: Quomodo id locum habebit? In illo eodem Pſalmo quæſtio ſolvitur: Non loquuntur in gutture ſuo, quod ſcilicet, naturali vi ſpiritus per arteriam pulmonis edatur: ſed in ejuſmodi imaginibus, non anima, ſed diabolus loquitur. Unde Iudæi ejuſmodi alioqui immerſi ſuperſtitionibus, perhibent, conſueviſſe à maleficis puerum aliquem ſacrificari, quem primogenitum eſſe noverint: cujus præciſum caput ſale & aromati- D bus condiunt, ut duret incorruptum: ſub hujus lingua laminam collocant auream, in qua deſcribunt nomen impuri dæmonis, quem invocant: accenſiſque luminibus, hujuſmodi nefarium caput, adorant & conſulunt, atque inde reſponſa habent, diabolo ejus linguam movente. In Zacharia dicitur, Teraphim loquuti ſunt mendacia. Et non mireris in Hoſea haberi, quod populus videatur relinquendus ſine Ephod & Teraphim, quaſi ad Deum colendum pertinerent Teraphim, quemadmodum Ephod: hoc enim minimè E eſt verum: Semper vocula Teraphim in ſacris literis capitur in malam partem: ſed ibi ſenſus eſt, à Deo diſſipandum & affligendum populum Dei, ut nec verum Dei cultum retinere poſſint, neque illis vacaturum ſit idola colere. Ephod ibi refertur ad ſanam religionem, Teraphim verò ad impiam, quarum neutram captivi & afflicti retinebunt. Miror vero quónam pacto quidam dicere audeant, Labanum ejuſmodi Teraphim ſive imagines non coluiſſe, cùm ipſe apertè dicat, eſſe deos ſuos. Illum ego exiſtimo, & F Deum & idola ſimul adoraſſe. Idololatriæ quippe incolarum Meſopotamiæ, ut veriſimile eſt acceſſit, & nonnihil retinuit eorum quæ de vero Deo Nahor pater ei fortè tradiderat. Quamvis & Nahorum fuiſſe idololatram, non eſt apud Iudæos abſimile vero, ut Bileam ariolum, qui dicit ſe à Balac vocatum, ex illa eadem regione. Sed de idololatria hoc tantummodo dicam, & de hoc idolorum & imaginum ſtudio, unde futura cognoſcerentur, illa ex curioſitate ortum habuiſſe: cùm enim homines tanta futurarum rerum G ſciendarum anxietate tenerentur, nihil intentatum reliquerunt, ut id conſequerentur: & tunc diabolus ſe facilè videt admittendum, quando tanta alicujus rei æſtuamus cupiditate, quare & ſuas artes adhibet, operamque libenter impendit, ut deludamur, abſtrahamurque à vera & ſolida noſtra ſalute. Chriſto autem debemus, quòd modò iſta non adeo publicè habeantur per orbem recepta, ut ante ejus adventum: etſi privatim non ſunt prorſus ablata, nulla tamen eſt bene civitas inſtituta legibus, quæ hujuſmodi artes male- H ficas & incantationum ſtudia vel non graviter puniat, vel perpetua notet infamia. Dicant Plutarchus & alij quicquid velint, de cauſa cur oracula reddi ceſſarint, cùm nos ſciamus Domino noſtro Ieſu Chriſto hoc eſſe acceptum referendum.

Teraphim in Gen. 31. 19. 1. Sam. 19. 13. Diabolus in idolis loquitur. Pſal. 115. 7. Zach. 10. 2. Oſ. 3. 4. Teraphim in malam partem ſumuntur. Gen. 31. 30. Laban coluit Teraphim. Curioſitas origo idolorū per quę futura cognoſcuntur. Num. 24. 4.

De victimis humanis.

36 Ex hiſtoria ſacra manifeſtè apparet eò dementiæ ventum eſſe, ut victimis humanis & oblatione liberorum homines voluerint Deum ſibi propitium I reddere. Qua autem ex origine ſeu principio, malum hoc habuerit initium, varij comminiſcuntur varia,

Digitized by Google

canr. Hæc hominum audacia ſeu temeritas,Deo ve-
hementer diſplicuit,nec immeritò. Etenim princeps
indignè ferret, ſi honor ſibi uni debitus, famulis de-
Eſ.42.8.
ferretur. Vnde apud Eſaiam ipſe Deus ait; Honorem
meum alteri non dabo.

6 Cæterùm dixerit quiſpiam, hujus inventionis
malum conſilium non fuit, ſed potius intentio, ut il-
lam vocant,recta & bona. At illa perſæpe omnia cor-
rumpit, neque ſatis eſt, ad rectitudinem concilian-
dam humanis operibus, niſi adjecta ea fuerint, de
quibus aliàs dictum eſt ſatis. Athanaſius contra idola
Ethnicorum excuſatio circa ſimulachrorum cultum.
ſcripſit, ac inter cætera inquit; Veteres ideo ſimula-
chra finxiſſe, ut ex eis oracula redderentur. Et quod
non poſſit Deus cognoſci, niſi per ſpectabilia ſigna,
& idcirco exiſtimarunt Deum ad imagines invocan-
dum, quòd cœleſtes virtutes eis adeſſent. Et Arnob.
lib.6. contra gentes refert, Nationes dixiſſe, minime
ſe colere lapides: ſed præſentiam Dei ad illas imagi-
nes exhibitam. Nam arbitrabantur,imagines dedica-
tionibus quibuſdam ita ornari atque purgari, ut vir-
tus Dei omnino ad illas accederet. Atque dedicandis
illis,ſacras,ut vocabant unctiones adjiciebant, καυζ-
σις quadam veterum Patrum. Nam & Iacobus lapi-
Gen.28.18. Exod.20.9.
dem inunxit,& Moſes juſſus eſt omnia fermè taber-
naculi utenſilia chriſmate inungere. Euſebius item
lib.9 3. & 11. cap. ſcribit; eò acceſſiſſe dæmonum ex-
cantationes,& maleficia incredibilia,quandoquidem
fiebant ad ſtatuas mira quotidie. Vnde popellus va-
riis modis,& magno Eccleſię damno,ſeducebatur. De
Doli mali & falſa miracula circa ſtatuas.
Theotechno hiſtoriam prodit, qui ſuorum ſcelerum
pœnas dederit. Quin & Theodoretus lib.5. cap.22.
maleficorum aſtutiam inquit,acceſſiſſe,qui ſtatuas ad
parietes erigebant,quibus perforatis reſponſa dabant:
Quocirca populus mirum in modum ſtupebat, cùm
opinaretur ſtatuas ipſas loqui. Vix credi poteſt,quan-
to labore ac difficultate homines revocari potuerint,
ab imaginum cultu. Euſeb.in vita Conſtant.lib.3. in-
quit, Cùm everterentur imagines, in illis deprehen-
ſa fuiſſe mortuorum oſſa, arida crania, ſordidos pan-
nos & ſtipularum faſciculos, quibus oſtenſis populo
noſtri dicebant: Spectate obſecro, quidnam hacte-
nus colueritis, affirmátque iis demonſtrationibus a-
pud plebem fuiſſe permultum effectum.

7 Cùm expoſitæ cauſæ iam ſint, cur homines co-
nati ſint Deum imaginibus affingere, iam diſputan-
dum videtur, an illis Deum liceat repræſentare. Ac
ſtatuendum eſt,& quidem liberè citra exceptionem,
Deut.4.12.
id minimè licere. Deus quippe mandavit populo Iſ-
raelitico,ut meminerint ſe in monte Horebo nullam
vidiſſe imaginem, ideóque prohibuit, ne tales face-
rent. Quamvis locus amplius patet,ſi diligenter ex-
An liceat Deũ repræſentare imaginibus.
cutiatur. Etenim ibi præcepit, ne ullas facerent pe-
nitus imagines ad eas colendas. Et in Eſaia 40. cap.
Eſ.40.18.
ait: Cui aſſimulabitis Deum, aut qua ſimilitudine il-
Eſ.44.10.
lum exprimetis? Et 44.cap.idem confirmavit dicen-
do:Quis audebit effingere Deum,aut fuſile,aut ſcul-
ptile facere, quod nihil prodeſt? Miror itaque Papi-
Aſoti objectio, de imaginibus humanis refutata.
ſtas recentiores, Dominicum Aſotum in Epiſt. ad
Rom.1.cap. auſum fuiſſe ſcribere, illo Dei præcepto
non interdici Chriſtianis imagines facere,humanam
formam referentes: cùm ibi tantum reptilium,volu-
crum, & piſcium Lex meminerit. Cùm tamen ibi
diſertis verbis prohibeatur; ne imagines aut maſcu-
Pſ.115.4.
linas, aut fœmininas fabricentur. Deinde in Pſalmo
habetur, Os habent,& non loquuntur;pedes habent
& non ambulant; aures habent, & non audiunt; na-
tes & non odorantur. Et quamvis cætera membra
poſſunt de brutis intelligi, illud tamen, quòd os ha-
beant,& non loquantur, peculiariter ad homines at-
tinet, cùm ſermo brutis minimè datus fuerit. Vnde
Lucretius ea vocavit inora. Quam interpretatio-
Eſ.44.13.14. & 15.
nem Auguſtinus eo loco induxit. Deinde Eſai.44.
faber irridetur, qui ex una parte ſuccisæ arboris, fe-
cit ſimulachrum, ex altera verò ignem excitavit, eó-
que panem & carnes coxit. Sculpit, inquit, & mi-
rificè laborat, ut viri ſimilitudinem exprimat. Ex iis
omnibus patet, etiam imagines hominum interdi-
ctas, quæ inſtituuntur ad cultum religioſum. Con-
ficitur itaque prohibitas eſſe imagines teſtimoniis
Ioan.4.24.
divinarum literarum, quæ Deum ipſum referant.
Ioan.1.18.
Et addendum eſt, eorundem teſtimonio doceri,
2
Deum ſpiritum eſſe: unde conſequitur ipſum lineis

A & coloribus non poſſe demonſtrari. Adhæc ibidem
ſcribitur; Deum nemo vidit unquam. Vnde ſi à ne-
mine videtur, & lucem habitat inacceſſibilem, quo-
modo pictura ſeu ſculptura proponetur videndus?
Eſt præterea immenſus: quæ vero pinguntur, ſcul-
puntur, aut funduntur, contracta ſunt & finita, imo
artificio ipſo circunſcribuntur. Adhæc, imagines
plerunque fiunt ab hominibus,ut abſentes quodam-
modo præſentes habeantur: at Deus eſt ubique, nec
B ab ulla re abeſt. Vnde in Pſalmo ſcribitur, Si aſcen- Pſal.139.8.
dero in cœlum, tu illic es, &c. Non itaque oportet
imaginibus præſentem reddere, cùm ſemper & om-
nibus adſit. Illis addas oportere imaginem ſimilibus
aptis id exprimere, quod eſt repræſentandum. At 3
cùm Deus imagine aliqua refertur, diſſimilia & op-
poſita magis quàm ſimilia & conſentanea ei affin-
guntur. Poſtea, ut omnes fateri neceſſe eſt, Deus 4
principio caret: omnes verò imagines ab opificibus
confinguntur. Eo accedit, Deum, quantus quantus 5
C eſt, actum eſſe, nec unquam otiari, cùm imagines
torpeant, & prorſus nihil agant. Deinde ipſe Deus 6
totus eſt notitia & intelligentia, ſtatuæ autem nihil
ſentiunt,& prorſus nihil intelligunt. Præterea,Deus
non modo ipſe conſtat,ſed omnia verbo ſuo ſtare fa-
cit: ſimulachra verò conſiſtere non poſſunt, nam ab
artificioſis vectibus, & magnis moliminibus conſta-
biliuntur. Quin ipſe Deus naturæ ſuæ ac vitæ nul-
lum terminum habet,ſtatuæ veteraſcunt,& ad extre-
mum intereunt. Cúmque Numen ſit natura inviſi-
D bile, ut ſuperius confirmatum eſt, eo fingendo &
pingendo ſuas cogitationes artifices perſequuntur,
non autem naturam divinam, quam videre non poſ-
ſunt, & audent ſuis illis cogitationibus & animi con-
ceptionibus Dei nomen affingere, quod omnino
impium & ſacrilegum eſt. Ita uſuvenit, cùm Iſraë- 7
litæ dixerunt Aaroni, Fac nobis Deos, qui nos præ-
cedant. Ille autem vitulum eis conflavit, appellavít-
que nomine Iehovæ: Cras enim, inquit, eſt feſtum Vide in 1.Reg.
Iehovæ. Ieroboam item, quando vitulos aureos fe- 12.28.
E cit, nomine Iehovæ præcepit ut colerentur. Vnde Exod.32.1.
Sap.14.cap. ſcribitur, Nomen ſanctum & incommu- 1.Reg.12.28.
tabile accommodarunt ad Idola. Et Act. 17. Paulus Sap.14.21.
ait: Non exiſtimandum Numen ſimile auro, aut ar- Act.19.29.
gento ſculpto & artificibus. Quod ſi non eſt in ſi-
mulachris Dei ſimilitudo, quæ ſunt hujus generis
prorſus debent repudiari. Pervulgata eſt querela Se-
necæ,cujus meminit Auguſt. de Civit.Dei lib 6.cap.
10. ex libro de Superſtitione, quia amiſſus eſt, nec
hodie uſquam reperitur. Verba Auguſt. ſunt hæc,
F Cùm enim de ſimulachris ageret, ſacros(inquit) im-
mortales inviolabiléſque deos in materia viliſſima
atque immobili dedicat. habitus illis hominum fe-
rarúmque & piſcium. Quidam vero miſto ſexu di-
verſis corporibus induunt. Numina vocant, quæ ſi
ſpiritu accepto,ſubitò occurrerent,monſtra haberen-
tur. Sed & divinæ literæ hanc hominum audaciam
& ſtultitiam irriſerunt, præſertim Eſa.cap.44. ut jam
ſuperius audivimus. Quibus addendum eſt, Ariſtot. 8
lib. 2. de Phyſico auditu induxiſſe Protarchi Philo-
G ſophi ſententiam, qui aiebat, Lapides illos fortuna-
tos eſſe, ex quibus fiant ſimulachra: ponuntur enim
ſuper altaria, & ab hominibus reverentia & honore
afficiuntur, cùm alii non diſſimiles eorum in pavi-
mento jaceant, conculcentur pedibus & conſpuan-
tur. Veniat prætere in mentem, opera ipſa Dei 9
quæ in rerum natura extant non poſſe illum plenè
ac perfectè oſtendere. Ideò cùm artificia hominum
longè ſint imperfectiora, quòd ars à natura ſemper
deficiat, quomodo licebit ſperare, ut opificum indu-
H ſtria ipſe Deus exprimatur? Non prætereundum eſt, 10
Scripturam,cùm de ſimulachris agit,ut ab eis homi-
nes abſterreat, illa vocare ſordes, mendacia, res nihi-
li,abominationem,& afflictionem. Attamen diſſimu- 11
landum non eſt, Deum voluiſſe habere nonnulla ſi- Quibus ſignis Deus ſe patefecerit hominibus.
gna, quibus patefaceret ſeipſum hominibus, utpote
arcam fœderis,tabernaculum Moſaicum, tẽplum So-
lomonicum,nec non ignis & nubis columnam. Sed Deut.7.26.
cogitandum eſt, illum ipſum talia ſigna ſibi adinve- Ier.10.8.
niſſe atque inſtituiſſe,nec quantum Deo,tantum ho- Hab.2.18.
I minibus liceret. Aug.de Fide & ſymbolo,cum articu-
lũ exponeret, quo Chriſtus dicitur ſedere ad dexte-
ram Patris, ait; Non debetis imaginari Deum eſſe 12
huma-

Digitized by Google

humana forma prędıtum, Chriſtum incurvare popli-
tes, & à dextera eius parte ſedere: nefas eſt talia ſi-
13 mulachra habere. Sed idem clarius expreſſit, lib. 4.
cap. 9. & 31. de Civit. Dei: ubi commendat Varro-
nem, qui ſcripſerit in ſua Theologia, illos qui pri-
mum omnium ſimulachra diis fecerunt, ademiſſe ti-
morem eorum hominibus, nimirum propter vilem
materiam qua formabantur, & quia ſe non commo-
vebant. Et addiderunt errorem, quia ſimulachra fa-
cientes, illum non correxerunt, ſed potius auxerunt.
Collaudat item Varronem, qui populum Rom. ve-
tuſtum eo nomine probarit, quòd per 170. annos abſ-
que ſimulachris Deum coluerit. Nec veritus eſt Var-
ro Iudæorum populum teſtem adducere. Quin &
adjecit populum Romanum, dum abſque imagini-
bus coluit Deum, multò caſtius quàm poſtea coluiſ-
ſe. Nec tantùm hæc ab Auguſtino referuntur & à
Varrone, ſed Plutarchus in vita Numæ Pompilii,
14 Dionyſius Halicarnaſſeus, Clemens Alexandrinus,
ut apud Euſebium recitatur, nec non Tertullianus
idem prodiderunt. Quin Herodotus lib. 1. Strabo lib.
15. Perſas antiquitus imagines non feciſſe perhibent.
Regnante itaque Romæ Tarquinio Priſco, qui fuit
15 imbutus Græcis & Hetruſcis diſciplinis, invecta ſunt
in urbem ſimulachra, quod factum improbat mirum
in modum Auguſtinus, qui apertiſſimè demonſtrat,
non licere imaginibus Deum effingere, libr. de Civ.
Dei, 8. cap. 23. & 24. Hermetem quoque Triſmegiſtũ
grauiſſimè taxat, qui dicere auſus ſit, homines rectè
feciſſe imagines: quod quemadmodum Deus cœle-
ſtes Deos fecit, ita homini dederit ut Deos terrenos
faceret.

8 Hodie tamen in Chriſtianiſmo eius generis fe-
S. Trinitatis Imago. runtur imagines, quibus Deus ipſe repræſentatur:
nam ad exprimendam beatiſſimam Trinitatem, vi-
deas paſſim in templis hominem pingi tricipitem: a-
libi ponunt procerum ſenem loco Dei Patris, qui ha-
beat ſtantem ante ſe juvenem, id eſt Filium, & in-
ter utrumque columbam loco Spiritus ſancti. Neque
tollunt hæc præfecti Eccleſiarum, ſed comprobant:
ſed ineptiſſimis argumentis, quæ recenſere operæ
pretium eſt, ne quid videamur diſſimulaſſe. Septi-
ma Synodus, quæ Niceæ habita eſt, imperantibus
Synodi ſeptimę decretum de imaginibus. Conſtantino & Irene, ita concluſit: Nam Deus eſt,
quod imago docet, ſed non Deus ipſa. Hanc videas,
ſed mente colas, quod cernis in ipſa. Verùm de hac
Synodo quid ſtatuendum ſit, ſuo loco videbimus.
Interea ſunt audiendæ adverſariorum objectiones.
Primùm, inquiunt, divinas literas fingendarum ima-
Imaginem Dei ponentiũ ratiocinationes. ginum dediſſe occaſionem: cùm enim Deo mem-
bra humana tribuerint, oculos, aures, caput, nares,
pedes, &c. cauſa non videtur cur pictores & ſculpto-
Oſe. 12. 10. res hæc eadem illi non poſſint affingere. In Hoſea
quoque ſcribitur, Manibus prophetarum ſum aſſi-
Dan. 7. 9. milatus. Et Dan. cap. 7. Prophetæ oſtenditur anti-
quus dierum, qui capillos habuerit candidos inſtar
Eze. 1. 26. lanæ. Ezech. etiam demonſtratur ſpecies hominis.
Eſ. 6. 1. Quin & Eſaias ait, ſe vidiſſe Dominum ſedentem
Exod. 24. 10. ſuper ſolium, &c. Moſes item cum ſenioribus Deum
& 33. 2. vidit in throno ſedentem, & in monte contemplatus
eſt Dei poſteriora inſtar hominis abeuntis: itaque a-
iunt, cùm hæc demonſtrata ſint, & viſa fuerint
à prophetis, cur nefas exiſtimabitur eadem colori-
bus & cælaturis delineare? Reſpondetur à nonnul-
lis, membrorum diverſitatem, quæ in ſacris literis
Reſponſio. Deo adſcribitur, ſacramento quodam oſtendiſſe, na-
1 turam divinam, fuiſſe humanam olim aſſumpturam.
Sed hoc reſponſum in pręſentia miſſum faciam, aſſe-
2 rendo ſpectandam hic eſſe Dei bonitatem, quâ ita ſe
ad infirmitatem noſtram demiſit, ut cùm ipſius
naturam intelligere nequeamus, quaſdam ſuas pro-
prietates membrorum nomine patefacere, ſeu potius
adumbrare voluerit. Providentiam quippe oculo de-
ſcripſit, fortitudinem brachio, artificia manibus, na-
3 ribus iram, & cætera hujus generis. Cùm poſtea
dicitur, nobis etiam licere ad illud exprimendum
iiſdem lineamentis coloribus & cælaturis uti, mi-
nimè conſequitur. Quia Deo non eſt impoſita Lex,
Deut. 23. 35. neque omnia licent hominibus, quæ ipſe juſtè
& rectè facit. Deus quippe ultionem capit de
Gen. 21. 1. ſuis hoſtibus, parenti mandat ut filium interficiat,
& vult Hebræos auferre ſecum bona Ægyptio-

A rum: quæ tamen hominibus nefas eſt vel face-
re, vel præcipere. Hominibus quippe ille, non
ſibi ipſi leges impoſuit. Quique cùm ſit Le- *Exod. 11. 8.*
gis author, poteſt interdum ab ea nonnulla exci- 4
pere. Itaque ſtatuendum eſt, illum non ſine ra-
tione feciſſe quod fecit. Expreſſit quidem ille ſeipſum
quandoque ſpectris quibuſdam, ſed in eis periculum
nullũ erat idololatriæ. Quis etenim eſt, qui ſermones
aut dictos, aut ſcriptos, adoret, aut eis offerat ſacrifi-
B cia? Prætereunt ſiquidem verba, notitiæ quoque, ac
mentis conceptiones ex animo delentur. At ſi res ipſę 5
pingantur, vel ſculpantur exterius, facilè homines
ipſas adorabunt, ſuffitum eis facient & invocabunt.
Conſideremus ad hæc Prophetas, qui ſpecies hujuſ- 6
modi habuerunt in animo, nunquam eas pinxiſſe ne-
que feciſſe illarum ſtatuas, quandoquidem norant
Deum vetuiſſe talia fieri. Neque ſecum ad iſtum mo-
dum argumentabantur: Deus ita ſe nobis patefecit, 7
ergo nobis licet ita eum imaginib. exprimere. Adhæc
C Deus mandavit, ut ſibi fieret propitiatorium ſuper ar- *Ex. 25. 17.*
cam, quaſi ſedes ejus ibi eſſet. At id vacuum erat, ne-
que imago Dei ulla in eo fuit. Adhæc, Scripturæ, quę
Deum variis modis adumbrant, ſi attentè legantur,
docebunt nos, Deum eſſe ſpiritum & incorporeum,
atque ita occurrent errori, qui poſſet in animis no-
ſtris oriri: ſed pictura ſeu imago etiamſi eam millies
intueamur, nihil aliud referet, quam quod primo a-
ſpectu indicavit. Quare utrinque non eſt æqua ratio, *Eorundem ratio ſecunda.*
D & verè conficitur, Deum non eſſe imaginib. expri-
mendum. At conqueruntur, & aiunt, quid igitur fa-
ciemus? Nónne Deus aliquo modo effingetur, ut
mentes noſtræ inde ad ſublimia cogitanda evehan-
tur? Reſpondemus imaginum eius ſatis jam extare. 1 *Reſponſio.*
Etenim viva ejus imago eſt Chriſtus. Illum igitur, &
facta ejus contemplemur, & in ipſo Deum abundè
cognoſcemus. Adeſt præterea Sancta Scriptura, quæ
nobis Deum, quantum ſatis eſt perfectiſſimè pingit.
Quid opus ad ejus picturam ligno, ære, auro, argento,
aliave ſenſibili materia? Deinde ſi nos juvat, vivas e- 2
E jus imagines contemplari, ſanctos homines intuea-
mur, qui modò ſunt, & olim fuerunt in Eccleſia: illi e- 3
tenim & ab initio creati fuerunt, & poſtea inſtaurati
ſunt ad imaginem Dei. Habemus præterea, ut ſupe- 4
rius dictum eſt, omnia opera naturę, in quibus expreſ-
ſa virtutum Dei apparent veſtigia. Habemus deinde 5
aſpectabilia ſacramenta, cum quibus verbum Dei
conjungitur. Profectò iſta ſufficere poſſunt, & ſatis 6
eſſe debent ad mentes hominum attollẽdas, ut Deum
& proprietates ejus contemplentur. Sed curioſi & im-
F portuni præter illa quæ commemoravi, adhuc mar-
mora, æra & ligna in Eccleſiam importaut. Cæte-
rùm, qui hæc faciunt, reprehenduntur in ſacris lite-
ris, & ſcortationis graviſſimè coarguuntur, quòd non
ſint contenti Deo, cui omnes fideles nupſerunt: ſed
viros alios, hoc eſt imagines & idola ſibi acceſſant, &
cum eis turpiſſimo adulterio mœchentur. Damaſce- 7
nus, qui alioqui multis modis defendit imagines, ta- *Damaſceni*
men libro quarto cap. octavo ſcribit: Conari Deum *iudicium de*
effingere velle, rem cùm inſipientem, tum etiam im- *imaginibus.*
G piam eſſe: nec imagines Dei admittit.

9 Cæterùm, cum Eccleſia papiſtica omnia fermè
genera imaginum recipiat, nec excludat Trinitatis &
Dei ſimulachra: ſophiſtas habet aſſentatores, qui mi-
ris modis hæc omnia tuentur. Cardinalis Caietanus *Cardinalis*
in Thomam 3. parte, quæſt. 25. Poſſunt, ſcribit, eo con- *Caietanus pro*
ſilio quandoque fieri tales imagines, ut indicetur & *imaginib.*
aſſeratur, Deum habere corporis formam ſeu figu-
ram: quique ſunt hujus animi, & ſtultè faciunt, & cum
divinis literis pugnant, quæ Deum Spiritum eſſe a-
H pertiſſimè docent. Verùm ſi vel pictores, vel ſtatuarii
Deum non credunt eſſe corporeum, & tamen ea ſi-
gna pingunt, quibus Deus in Scriptura ſe declaravit,
non ſunt improbandi, vel impediendi, ne ſua perſe-
quantur opera. Et rurſus, Deo ſi affingant ſimilitudi-
nem vel figuram, non quòd illum eſſe talem exiſti-
ment, ſed quod ea ratione velint homines incitare ad
altiora contemplanda, quam in imagine Dei ſint ex-
preſſa, recipiendi ſunt. Itaque in diſtinctionibus, quas
inducit, prius membrorum explodit, alterum verò *Reſponſio ad*
I approbat. At Deus non ita ſophiſticatur, verum aper- *Caietani ar-*
tè ac rotundè loquutus eſt, mandavitque ne facerent *gumenta.*
imagines, quas religioſè colerent. Quin & Prophetæ

N 4

Digitized by Google

divinæ Legis interpretes, eas ubique ſunt deteſtati.
Qui autem Deo & Prophetis ejus volunt ſapientio-
res eſſe, minimè ſunt admittendi. Adjecit idem au-
thor, duos illos modos imaginum, quos approbavit,
non ſimpliciter ac nudè recipiendos eſſe, verùm qui-
buſdam circumſtantiis veſtitos. Prima eſt, ut certi ſi-
mus non imminere periculum ab erroribus, & com-
pertum ſatis habeamus Eccleſiam bene inſtructam
non credere talia de Deo. Altera eſt, ne talia fiant ex
hominum capite, ſed quaſi expreſſiones dogmatum
& traditionum ab Eccleſia receptarum. At libenter
de eo quærerem de Eccleſia, quænam ea fuerit, à qua
hæc tradita, vel inſtituta ſint? Non ſanè primitiva,
quoniam Apoſtoli talia non docuerunt: nec media,
quia boni Patres tales picturas & imagines Dei non
recipiunt, ut jam ex Auguſtino probavimus. Reſtat
fuiſſe poſtremam, in qua jam Antichriſtus & diabo-
lus unà tyrannidem exercent. Deinde, quo pacto cer-
ti erunt de recta inſtitutione ſimplicium, qui ſunt in
Eccleſia, ut certo ſciatur, illos videndo tales imagines
non eſſe in errorem prolapſuros? Certe hæc commen-
ta non ad veritatem promovendam, ſed ad tuendos
abuſus per Sophiſtas confinguntur. Quin & ipſe

Thomæ Aquinatis argumentum.

Thomas Aquinas mirandus eſt, qui ait Deum Iu-
dæos prohibuiſſe ne facerent imagines, quod eo tem-
pore Verbum naturam humanam non aſſumpſiſſet.
Quid hoc ad rhombum: cùm in præſentia loquamur
de ipſius naturæ divinæ picturis & ſignis, quæ citra

Reſponſio.

colores & lineamenta deſcribi non poſſunt? Quocir-
ca tam veterum Hebræorum quàm Chriſtianorum
eadem eſt ratio. Quia per viciſſitudines temporis,
Deus naturam ſuam nõ mutavit, ut nunc demum ta-
lem habeat, quæ poſſit exprimi, tunc vero longè a-
liam habuerit. Alii vero ſubtiliori utuntur ſophiſma-
te, aiuntque, Deum ſuo præcepto hanc ſubjeciſſe ra-
tionem: Quia in monte nullam vidiſtis imaginem. Si

Eorundem argumentum aliud.
Deut.4.12.

hæc vera, inquiunt, & juſta cauſa eſt, cur non poſtea
exprimendus eſt, quando ſe tot figuris oſtendit? Et ſe
conficere opinantur, illum poſſe pingi & ſculpi ſimi-
litudinibus, quibus temporis progreſſu ſe patefecit.

Reſponſio.

Sciant iſti mandatum ſimpliciter & abſolute fuiſſe
propoſitum, ne ſcilicet, imaginibus Deum fingant: ne-
que quod ſubjicitur, eſt tota cauſa præcepti, ſed ut
probabile quippiam fuit, adjectum ad ſuadendum
quod mandabatur. Præcipua vero cauſa in Prophetis
habetur, quòd natura divina exprimi niſi falſo & in-
digniſſime non poſſit, & quia Deus prohibuit. Iure
itaque ſtatuendum eſt, tales imagines non ferendas.

Imagines creatarum rerum auferendæ.

10 Iam de illis imaginibus quæ res creatas refe-
runt, quomodo ferri aut non ferri poſſint, videamus.
Et ſane primo loco ipſe Chriſtus occurrit, quatenus

Chriſti imago.

homo eſt, ita enim & fingi & pingi poteſt. Non enim
id pugnat cum rei natura, cùm homo verè fuerit, ne-
que cum arte pingendi, quæ corpora imitari poteſt.

Decretū ſeptimæ ſynodi, de imagine Chriſti.

Verum quidem eſt in Synodo 7. quam Papiſtæ non
recipiunt (habita vero à Conſtantino & filio ejus)
decretum fuiſſe, ne Chriſtus pingeretur, aut fingere-
tur etiam quoad naturam humanam: & ratio aſſigna-
tur, quia exprimi non poteſt arte, niſi ejus humani-
tas. Vnde qui talia faciunt, videntur Neſtorianum er-
rorem amplecti, qui humanam naturam à divina ſe-
jungebat. At mihi, ut verum dicam, parum hæc ratio
probatur: quæ ſi vera eſſet, non liceret ullum homi-
nem pingere, quod anima, quæ ſpiritus eſt, nequeat
exprimi. Et illi, qui naturam humanam Domini pin-
gunt, divinam ab intelligentia non excludunt, neque
demonſtrant aut probant humanitatem Chriſti fuiſ-

Explicatio l. unicæ. C. ne cui liceat ſignum ſalut.

ſe vel eſſe divinitate ſua deſtitutam. Quamvis Theo-
doſius & Valentinianus mandaſſe videntur, ne Chri-
ſti ſignum pingeretur in metallis, ſilicibus, aut ligneis
tabulis, ut in libro 1.tit.8. habetur in Codice. Lex eſt
ambigua, quia videtur ſignificare, ne in pavimento
exprimatur, quo ſcilicet, pedibus non calcetur, néve
conſpuatur. Sed Petrus Crinitus, inquit, ſe vidiſſe le-
gem illam ſimpliciter ſcriptam, qua mandatur, ut i-
mago Chriſti non fiat ex ulla materia. Cæterum,
quod fingi non poſſit quoad naturam humanam ra-
tiones firmæ nullæ afferuntur.

Angelorum imagines.

11 Angeli, quoad ſubſtantiam & naturam ſuam,
cùm ſint ſpiritus, exprimi nequeunt, licet attamen
eos interdum pingere, prout ſe hominib. patefecerunt.
Non enim, uti Deus, infiniti ſunt, verùm finiti & cir-
cumſcripti. Neque Dei præceptum id vetat, niſi fie-
rent eorum ſigna, ut religioſe ac ſanctè colerentur.

Hominum imagines.
Crucis Chriſti imago.

Homines item pingi & fingi poſſunt, cùm id neque
rei, neque arti, neque Dei præcepto repugnet. Cru-
cem item Domini, arbores, fructus & alia corpora ſen-
ſibilia ſeu aſpectabilia fingere ac pingere licet. Quo-
niam artes pingendi & fingendi, dona Dei utique

Pictura donū Dei.

ſunt, igitur ea oporteret aliquem uſum habere. Dona
Dei verò eſſe inde colligo, quoniam ille architectos
Moſaici tabernaculi ornavit ſpiritu ſuo, Bezeleelem
inquam ac Aholiabum. Nec dicere fas eſt, Deum ma- 1

Exo.31.2.& 6.

la ſpiritu ſuo afflare, quæque ſuæ Legi adverſentur.
Deinde ipſa vis imitandi cùm homini ſit naturalis, 2
eam utique à Deo, non à ſeipſo habuit: & rectè con-
ſequitur ejus oportere aliquem eſſe uſum, quia nul-
las facultates Deus creaturis dedit, hominibus præ-
ſertim, quibus aliquando uti non liceret. Neque u- 3
ſum tollit earum facultatum, quòd permulti eis abu-
tantur, quod ſimilibus permultis facilè confirma-
tur. Data eſt hominibus vis procreandi, licet
quidam ea turpiter ad libidines abutantur. Ita etiam 4
viſus conceſſus eſt, quo perversè utuntur ii, qui mu-
lieres non ſuas, ad concupiſcendum intuentur, atque
ita de aliis poſſet dici. Deinde novimus Regem Salo- 5

1.Re.19.16.

monem voluiſſe affingi ſolio ſuo imagines, quæ leun-
culorum formas haberent, neque illam ob rem, à quo-
quam Propheta reprehenſus eſt. Ergo in re propha-
na, picturas & ſculpturas habere licet. Non me latet
veteres, in primis autem Clementem & Tertullia-
num, artes pictorum & ſtatuariorum fuiſſe deteſta-
tos. Verùm id accipio, quatenus illi opifices Chri-
ſtum profitebantur, & tamen ſtatuas & ſigna facie-
bant, quæ facilè coli potuerunt, & eas fortaſſis idolo-
latris diſtrahebant, putantes ad ſalutem ſatis eſſe,

Turcarum de imaginibus opinio.

modò ipſi eas non colerent. Turcæ verò in ea ſenten-
tia ſunt, ne ullæ prorſus imagines fiant, unde in ſuis
monetis tantummodo literas habent, ac eas Arabicas.
Et in tapetibus, nodos quoſdam intexere conſueve-

Imaginum uſus bonus & malus.

runt. Bonus imaginum uſus eſſe poteſt, ad rerum me-
moriam conſervandam, ad ornandas ædes, præſertim
Optimatum, Regum, & ad aliquam honeſtam volu-
ptatem, qua nonnunquam ſeſe homines & oblectent,
& recreent. Sed tamen commodis adeo levibus, multa
vitia ſæpe inhærent. Nam falſæ imagines non rarò
pro veris obtruduntur, ut ſi natio vel populus refe-
ratur ab hoſtibus victus, qui tamen victor fuerit. Non
poteſt id non reprehendi, cùm injuriam aliis infe-
rat. Si quis item pingatur feciſſe ſcelus, quod revera
non admiſit. Nec tollerari debent qui falſa miracula
delineant, quo idololatriæ authoritas concilietur. Et
ſanè temporibus noſtris non defuerunt, qui miracu-
la infantiæ Chriſti conati ſint pingere, quæ nuſquam
ſcripta reperiuntur, & fabuloſa omnino eſſe viden-
tur. Ita etiam quidam Chriſtophorum & Georgium
paſſim pingunt, potius monſtroſè quàm verè. Caven-
dum itaque, ne homines falſis imaginibus pernicio-
ſè ſeducantur. Ea verò de cauſa perniciosè adjeci,
quòd Centauri & alia id genus, abſque ſpectatorum
damno poſſunt ornatus cauſa exprimi. Alii tentant

Imagines virtutum.

pingere virtutes, quæ corpora non habent, ſed ad ani-
mum, qui ſpiritus eſt, pertinent. Fingunt autem illas
inſtar virginum ſeu matronarum: nec ibi puto dece-
ptionem, qua ſeducãtur ſpectatores. Id tamen videtur
conſultiſſimum, ut ſi quæ pingendæ ſint, utiles & ſa-
cræ hiſtoriæ præſertim pingantur, unde ſpectatores
aliquam ædificationem queant percipere. Deinde à
profuſione pecuniarum cavendum eſt. Nam ſunt qui
ſignis ac ſtatuis comparandis prorſus inſaniunt. Non
ſunt hi ſumptus præferendi neceſſitatibus pauperum.
Quàm verò hac in re peccatum ſit à majoribus, tem-

Imagines obſcœnæ.

pla quæ adhuc extant, luculenter demonſtrant. Ad-
hæc magna diligentia videndum eſt, ne obſcœna fin-

Imaginum uſus ſuperſtitioſus.

gantur. Alioqui ſatis inſenſi ſumus ad libidines, no-
ſtro vitio & naturæ corruptela. Si verè dictum eſt:
Corrumpunt bonos mores colloquia mala: obſcœnæ

1.Cor.15.33.

quoque imagines, non minus corrumpent ſpectato-
res. Tertullianus in ſuo Apologetico ſcribit; Ethnicos
Chriſti imaginem auriculis aſininis finxiſſe, in Chri-
ſti Servatoris noſtri contumeliam: unde pro blaſphe-
mia debuit haberi talis imago. Poſtremò ab eis remo-
vendus eſt omnis religioſus cultus, qui ut non adhi-
beatur, providendum eſt, ne in templis collocentur.

12 Cùm

Digitized by Google

An imaginibus cultus adhiberi poſſit.

12 Cùm ergo jam ſit expoſitum, quas res pingere liceat, deinceps diligenter oportet inquirere, an ſtatuis vel adoratio, vel cultus impendi licitè poſſit. In qua diſputatione, priori loco recitabimus, quidnam ſenſerint adverſarii, & de quo genere cultus diſputetur.

Cultus ſacer quid.

Cultum ſacrum Græci dixerunt εὐσέβειαν, Latini verò pietatem, quæ tamen ad parentes, & ad patriam extenditur. Sed nunc tantùm de religioſo cultu loquimur, & quærimus, an imaginibus deferri poſſit. Hebræis, divinus cultus duobus verbis exprimitur, à *Iare* verbo, quod eſt timere, & *Avad*, quod eſt ſervire Ac ſanè timoris vocabulo, tota religio quæ ſita eſt in animo, comprehenditur. Per *Avad* autem demonſtratur, præter cultum interiorem, externa ſervitus, quæ ceremoniis continetur.

Deut. 6. 13. Mat. 4. 20. Vide Rom. 1. ca. in hæc verba: cui ſervio.

Vnde rectè dictum eſt; Dominum Deum tuum timeas, & illi ſervias. Hoc porrò loco Chriſtus adverſus diabolum pugnavit dicens; Dominum Deum tuum adorabis, & ſoli illi ſervies. Vnde Auguſt. diſtinctionem commentus inter cultus religioſos, eum qui debetur uni Deo λατρείαν vocavit: δουλείαν verò nominavit eum, quem etiam creaturis licet impendere.

Cultus ſacri diſtinctio. λατρείας & δουλείας diſtinctio.

In Epiſt. 49. ad Deo gratias, & contra Fauſtum 20. libr. cap. 21. λατρείαν vocat eam ſervitutem, quæ Deitati ſolùm exhibetur, & illam addit uno vocabulo à Latinis enunciari non poſſe. Item de Civ. Dei lib. 20. cap. 1. de iis reb. permulta præſcripſit. Ego profectò ante Auguſtinum talem diſtinctionem in Patrib. non legi. Et ſanè Laurentius Valla in Matth. cap. 4. illam diſtinctionem, quoad vocabula, nullam eſſe contendit, quod verbum λατρεύειν tam Deo quàm hominibus inſervire ſignificet. Et locum ex Xenophonte adducit, apud quem Maritus inquit, ſe anima, hoc eſt, vita paratum eſſe redimere ne uxor cuipiam ſerviat, & ibi verbo λατρεύειν utitur. Vxor viciſſim dicit, ſe vita redimere velle, ne ſuus vir ſerviat: ubi verbum δουλεύειν ſcribitur. Et Suidas λατρεύειν eſſe ait mercede ſervire, atque hoc porro ſenſu ſacræ literæ λατρεύειν interpretantur. Vbi enim præcipitur; Ne ſervile opus die Sabbati fiat λατρευτὸν in Græco ſcribitur. Et λάτρις, ancillam ſignificat Græcis, λάτρης verò famulum, λάτρον verò mercedem: unde latrones antiquitus, mercenarii milites dicebantur, quos, neſcio quàm rectè aliqui ſic dictos putarunt quaſi laterones, ut qui Regum & principum latera ſtiparent.

Luc. 6. 13. Rom. 1. 1. &c. Phil. 1. 1. Act. 20. 9. Col. 1. 24.

In Luca ſcribitur; Non poteſtis Deo & Mammonæ ſervire, ubi verbum δουλεύειν ſcribitur, ut commune utrique cultui. Paulus quoque vocat ſe paſſim δοῦλον Chriſti. Et in Actis ait, ſe apud Epheſios perſeveraſſe δουλεύοντα Θεῷ. Et ad Coloſſ. inquit δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Quin ipſemet Auguſtinus non videtur conſtanter eam diſtinctionem retinuiſſe.

Ex. 23. 33.

Etenim quæſt. in Exo. 94. tractans in 23. cap. verba hæc: Si ſerviens diis alienis, tibi erunt offendiculum. Hoc loco inquit, δουλεύσῃς, & non λατρεύσῃς. Etenim debetur δουλεία ipſi Deo, quatenus & noſter Dominus, & λατρεία quatenus eſt Deus noſter.

Honos alius hominibus, alius Deo perhibetur.

13 At miſſis vocabulis de re ipſa potius agamus: inficiandum non eſt alium eſſe honorem, quem Deo tribuimus & quem hominibus exhibemus. Etenim ſupremus is eſt, qui uni Deo tantùm exhibetur, ac iis rebus potiſſimum conſtat. Primùm, ut in ipſo noſtræ ſalutis omnem ſpem collocemus, eum pro ſummo noſtro bono habeamus, noſipſos ei ſubjiciendo, nulla conditione adjecta, verùm nudè ac ſimpliciter: principibus autem ita ſubjiciamus, & nos & noſtra, modò ea non imperent, quæ cum verbo Dei pugnent. At Deo citra ullam conditionem vel exceptionem ſubjicimur. Oportet deinde ut illi ſimpliciter & abſolutè credamus, eúmque ut fontem omnium bonorum prædicemus, gratias agendo ei de bonis omnibus, quæ nobis quotidie obveniunt. Atque honorem externa invocatione declarare oportet:

Sanctis habendus honor quis.

creaturis autem excellentibus, ut ſunt principes, prophetæ, necnon ſancti viri, aliquis honos debetur. Vnde Auguſtinus de Civitate Dei libro 22. cap. 10. ſcribit, eos eſſe colendos jure charitatis & ſocietatis. Nam illos habemus pro ſociis & fratribus, atque idcirco illos amamus, illis bene cupimus, & felicitatem eis gratulamur. Ad hęc in libro de vera religione ca. 25. inquit; Excellentes viros honore afficiendos imitationis cauſa, premendo bonę vitę illorũ veſtigia,

A cùm tamen religionis cauſa non ſint adorandi. Et de hoc honoris genere ſcripſit Paulus dicens, Honore vos mutuo prævenientes.

Rom. 12. 10. Luc. 16. 1.

Deinde, ut fratres juvandi ſunt mutuis officiis. Adhæc in Eccleſiis rectè collaudantur ſancti, & illuſtria dona quæ Deus illis contulit celebrantur eodem modo, quo Chriſtus probat ſervum fidelem & induſtrium, qui ſolerter & rectè ſe geſſerat in tractandis pecuniis acceptis. Quòd ſi velint in hoc genere cultus, verbo δουλείας uti, conce-

B demus ut id retineant, modò ſciant eam diſtinctioné ſacris literis non contineri. Adinvenerunt etiam vocem ὑπερδουλείας, quam excellentiſſimis creaturis attribui volunt, Mariæ, inquam, & humanæ Chriſti naturæ.

ὑπερδουλείας nomen.

Diſtinctionem honorum non improbamus: ſed ea quæ tantùm ſummi Dei ſunt, ut creaturis impendantur, ferre non poſſumus, quod illi proculdubio faciunt. Nam proſternuntur coram imaginibus, cereos illis accendunt, & apud eas illos mortuos invocant, qui ab iis referuntur. Auguſtinus in pleriſ-

C que locis templa, ſacerdotia, ſacrificia & aras, omni creaturæ adimit. Preces verò ſacrificia eſſe Chriſtianorum nemo ambigit. At Papiſtæ communicarunt omnia hæc non tantùm hominibus vita functis, verùm etiam ſtatuis ac picturis, & ad ſuum factum defendendum multa ſophiſticantur: cùm tamen Deus perſpicuè loquatur, & ſimulachra fieri ad religioſum cultum omnino prohibeat, & quod ille ſimpliciter dixit & mandavit, non eſt humanis aſtutiis eludendum.

Illiciti cultus habiti creaturis & ſtatuis.

D 14 Attamen operæpretium eſt aliquantiſper audire, quibus foliis & pampinis illa ſua pudenda contegant.

Idololatrarũ argumenta. 1

Primùm ſtatuunt eandem nec diverſam eſſe cogitationem, qua in imaginem & rem ab illa expreſſam ferimur: quare is honos, qui exhibetur imagini, rei per ipſam expreſſæ impenditur. Quare concludunt tantum ac talem honorem imagini deberi, quantus eſt is, qui repræſentatæ rei eſt impendendus. Vnde ſignum crucis λατρείας cultu docent adorandum, quod Chriſtus ipſe in cruce pependerit: &

E inquiunt, ſi marmor, argentum & aurum ſeorſim conſiderentur, nullus religioſus honos eis debetur, quandoquidem ad creaturæ rationalis dignitatem nõ pertingunt: at ſi accipiantur ut ſigna, ille honos ei debetur, qui rei ſignatæ impenditur. Quin & Baſilium afferunt in libro de Spiritu Sancto cap. 27. qui ait: Honor ſigno exhibitus ad πρωτότυπον refertur.

2 Reſponſio.

Adhæc, repetam quod ſemel & iterum iam dixi, diſtinctionibus hujuſcemodi minimè Deo ſatisfieri, qui ſimpliciter dixit: imagines & ſtatuas non eſſe co-

F lendas. Cruces item partiuntur nova diviſione, quòd earum una ſit vera, cui Chriſtus fuit affixus, eámque contendunt ſumma veneratione adorandam, quòd eam Chriſtus contactu ſuo ſanctificarit: deinde quia ipſum Dominum crucifixum repræſentat.

Reſponſio.

Cæterum ſi contactus tanta ratio habeatur, cur ipſam beatam virginem latria colendam non cẽſent, quæ Chriſtum novem menſes in utero geſtavit, eíque ubera diu præbuit? præſertim cùm ille contactus naturalis, alter verò violentus fuerit. Atqui cauſa ejuſdem con-

G tactus, ſpinas & lanceam latria oporteret colere. Crucem verò in alia materia etiam volunt adorari, quòd referat veram: ſed id abſurdiſſimum eſt.

3

Sic enim omnia præſepia oporteret adorare, omnes item ſpinas, clavos, naves & aſinos, qui referunt illa, quæ Chriſtus attigit.

Reſponſio.

Hoc ſanè argumento Claudius Epiſcopus Taurinenſis uſus eſt adverſus imaginum cultum. Vnde liquet ſemper fuiſſe qui deteſtati fuerint imagines, ſacris honoribus ornatas. Verùm ſuperſtitioſi, numero, vi, & armis fuerunt ſuperiores, nec tantùm

H defendunt perverſum cultum, ſed latriam cruci re ipſa impendunt, nec pudet illos ad hunc modum in Eccleſiis canere: O crux ave ſpes unica, Hoc paſſionis tempore, Auge piis iuſtitiam, Reiſque dona veniam.

Cantica de S. cruce.

Cantant etiam: Ecce lignum crucis, venite adoremus. Dicunt item: Crucem tuam adoramus Domine, reſurrectionem tuam ſanctam glorificamus, ubi longè plus cruci, quàm reſurrectioni tribuunt. Quin & Gregorius Rom. patronus ſuperſtitionum, in ſuis precibus ait: Concede nobis Domine, ut qui

Gregorius ſuperſtitionum patronus. Durandus.

I ad ſanctam crucem tuam adorandam veniunt, nexibus peccatorum liberentur. Durandus attamen inter Scholaſticos, hanc ſententiam non probavit, ut

ſumma adoratione crux Domini coleretur. Sed ab
aliis refellitur ſophiſtis, hac utique ratione, quòd Ec-
cleſiaſticis traditionibus parum detulerit. Pereſius
quoque Durandum ſequi videtur, tribuens cruci ne-
ſcio quam aliam adorationem, idque multis rationi-
bus. Primùm, quòd falſo dicatur ſigni ac rei ſignifica-
1 tæ cogitationem ſeu notitiam eandem eſſe, cum ſint
duæ, quæ à ſe invicem diſtinguuntur. Primum quip-
pe apprehenditur hoc aut illud ſignum eſſe, deinde
rem intuemur, quam ſignificat. Fiunt quidem ſimul
tempore, ſed natura & ratione, unum eorum alterum
præcedit. Deinde, quamvis lapis, marmor, aut metal-
lum fiat ſignum, non tamen idcirco ſuam naturam
cõmutat, neque limitem ſuperat inſenſibilium rerũ,
neque dignitatẽ rationalis creaturę attingit, vel habet
ſecum conjunctam rem, quam ſignificat. Regem qui-
dem adoramus in purpura ſua, quæ ſi ab eo ſejunga-
tur, nequaquam illi Regis honorem exhibebemus.
Auguſt. Hom. 58. de verbis Domini, Chriſti humani-
tatem latria ſcribit adorandam, quia conjunctam ha-
bet ſecum divinitatem, quę ſi abjungeretur (quod ta-
men faciendum non eſt) latria non adoraretur: quanto
ergo minus crux, quæ revera ſeparata eſt à Chriſto, la-
tria coli non debet? Proinde repudiat eam ſenten-
tiam, qua ſtatuitur, & ſignum & rem ſignificatam, ea-
dem cultus ratione adorandum eſſe. Proinde affirmat,
rei ſignificatæ, hoc eſt, ipſi Chriſto, ſummam deberi
adorationem: cruci verò illum honorem, qui tantis
rebus tribuitur, quocunque tandem modo vocetur.
Pereſius nonnihil recte dicit, in eo tamen errat, quod
cruci adorationem qualemcunque tribuit. Miror verò
illum & hoc uti argumento: omnes aſſentiunt Spiri-
tum Sanctum baptiſmo adeſſe, nec tamen ullus repe-
ritur, qui latria baptiſmum adoret: ergo multo minùs
cruci dandum eſt id honoris genus. Nam videtur e-
2 vitare non poſſe, quin male faciant, qui Euchariſtiam
adorant, etiamſi Chriſtum ſentiant adeſſe, vel quoad
naturam divinam. Subjicit præterea: Si deberetur i-
maginibus ille idem cultus, qui rei ſignificatæ attri-
buitur, jam imaginibus liceret dare tẽpla, ſacrificia &
altaria, cùm tamen Auguſtinus, ut recitatum eſt, hæc
illis ademerit. Lucis aliquid videtur habuiſſe Pere-
ſius, ſed in eo tenebris involvitur, quod ſignis hujuſ-
cemodi, qualemcunque tribuit adorationem. Eraſ-
mus inter cætera id mihi videtur prudentiſſimè ſcri-
pſiſſe: Multò faciliùs imagines poſſe removeri, quàm
ratio & modus cultus earum definiri. Idcirco Pere-
ſius cùm voluerit modum ſtatuere, ſecus, quàm à
Scholaſticis poſitus fuerat, inutiliter ac fruſtra labo-
ravit.

Pereſii de crucis adoratione rationes. Inf. Sect. 20.

Reſponſio.

Reſponſio.

Eraſmi de imaginibus iudiciũ prudens.

15 Proinde nos ex divinarum literarum ſenten-
tia confirmamus, idolis, ſtatuis, ac ſignis nullum reli-
gioſum cultum exhibendum eſſe. Divina quippe, ut
jam retulimus, Lex inquit, Dominum Deum tuum
adorabis, & illi ſoli ſervies: Nec adverſarios relevat,
quod in cap. 6. Deuter. illa particula, Soli, non habe-
tur: quoniam Chriſtus, ut habetur apud Matthæum,
ſuæ Legis juſtus & vetus interpres, illam adjecit.
Atque in eodem libro Deuteron. habetur; Non fa-
cies imagines, neque coles. Quid vero eſt adorare i-
magines? Fiduciam in eas ponere, amare, invocare,
genu flectere, procumbere, ſuffitum facere, cereos ac-
cendere, quæ omnia imaginib. hodie cernimus exhi-
beri. Deus, ut homines à tam perverſo cultu averre-
ret, ſe prædicavit zelotem, id eſt, qui magno ſtu-
dio tantum nefas vellet ulciſci. Oſtendant, ſi poſ-
ſint in Veteri Teſt. à piis hominibus Patriarcharum,
Prophetarum, piorúmve Principum imagines fuiſſe
cultas & adoratas. Quin ipſe Gregorius, ſuperſtitio-
num pater, ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum, qui
dejecerat imagines ſcribit: Quod eas vetueris adorari,
probamus: quod verò ſuſtuleris improbamus. Noluit
ergo & ipſe Imagines coli & adorari. Ionas etiam E-
piſcopus Aurelianenſis, adverſus Claudium Tauri-
nenſem Epiſcopum, de quo ſupra mentionem feci-
mus, dicit habendas eſſe imagines, non tamen ado-
randas. Hodie vero utrumque faciunt, & ſervant & a-
dorant. Alia quoque ratione cultus imaginum repu-
diandus eſt, quòd eo charitas erga pauperes immi-
nuatur. Siquidem illarum cultores monilibus precio-
ſis, gemmis, peplis, veſtimentis & corollis ornant quàm
ſumptuoſiſſime, & anathemata infinita congerunt &

Deut. 6. locus explicatur.

Deut. 6. 13. Matt. 4. 10.

Deut. 5. 9.

Gregorii de cultu imaginum locus.

Cultus imaginum adverſarius charitati.

A appendunt, quæ omnia ſumma pietate poterant in
pauperes Chriſti erogari. Profectò ſancti piique viri,
dum fuerunt in carne, modeſtè ac frugaliter vixerunt,
atque id genus vitæ, cùm doctrina, tum exemplo
commendarunt: nunc verò qui ſigna & imagines illo-
rum adorant, in eis luxum & vana ornamenta non
verentur affingere, à quib. illi ſemper abhorruerunt.
Sed aiunt, pompas & ornamenta hujus generis nobis
indicare gloriam, ſplendorem & dignitatem, qua nunc
B in cœlis potiuntur: quaſi ſcriptura non ſatis hiſce de
rebus erudiat. Iis addas, ab iſtis hominib. cupiditatem
furum & ſacrilegorum irritati. Quo enim ditiora cir-
cumponuntur eis ornamenta, illi eo magis incendun-
tur ad ea compilanda. Deinde rogandi eſſent, cur ſuis
idolis in patria relictis, ad alia colenda tam longis iti-
neribus peregrinentur? Si Deum colere volunt in
eius imaginibus, cur non id potius faciunt in homi-
nibus viventibus, qui, ut ſacræ literæ monent, con-
diti ſunt ad ejus imaginem? Reſpondent, id non fieri
C in viventibus, ne ibi mentes adorantium fortè conſi-
ſtant, neque ſe altius attollant, ut de Deo & Chriſto
cogitent: quaſi etiam ſua cogitatione non poſſint in
imaginibus verſari, aut propter artificii excellentiam,
aut propter ditiſſima ornamenta, quæ homines con-
ſueverunt magna voluptate contemplari. Vidi equi-
dem, præſertim Romæ, imagines quaſdam tanto ar-
tificio elaboratas, ut permulti, qui periti erant earum
artium, multas horas conſumpſerint in eis quàm dili-
gentiſſime ſpectandis. Deus hominibus propoſuit
D omnes creaturas, ut ſigna quædam & indicia eſſent
ſuæ bonitatis & excellentiæ, nec veritus eſt, ne homi-
nes in illis intuendis conſiſterent. Iuſſit præterea, ut
quiſque proximum amet, eumque beneficiis afficiat,
neque timuit, ne quis ipſo deſerto tantum circa pro-
ximos laboraret.

Luxus idolorum irritamẽtum furum.

Cur homines viventes non colant.

Imagines Romæ potius artificioſiſſimè factæ.

16 Cùm deinde illis objicimus teſtimonium Io-
annis Epiſt. 1. cap. 5. ubi ſcribit: Fugite ſimulachra: in-
quiunt, noſtra ſigna non eſſe deorum alienorum, ſed
hominum ſanctorum, fidelium inquam, & membro-
E rum Chriſti. At non vident, qui ſibi videntur ſapien-
tiſſimi omnium, quòd ſi hominum ſunt, neque coli
neque adorari debent: ſiquidem homines ipſi non
poſſunt religioſo cultu adorari. Quod ſi eis adimitur
multo minus eorum ſtatuis concedi poteſt. Auguſti-
nus ad Deogratias ait: Nullum hominem, quantum-
vis ſanctum, adorandum eſſe. Adhæc non ſemper fue-
runt ſcelerati homines, quos iſti putant Deos alienos
fuiſſe. Nam excellentes viri, de rebus humanis bene
meriti, ſæpe in Deos referebantur. Præterea quid ii
F norunt omnes quos arbitrantur ſanctos, & imagini-
bus colunt, fuiſſe revera bonos & pios viros? Auguſti-
ni ſententia circumfertur: Multorum corpora in terris
coli, quorum animæ cruciantur in infernis. Verbum
Dei cùm deteſtatur & prohibet ſimulachra natio-
num, quarum rerum ſimulachra fuerunt, non expo-
nit: tantummodo inquit, opera ſunt manuum, oculos
habent, & non vident, &c. Nunc attendamus, num
ſtatuæ Papiſtarum tales ſint, nónne illas manus ho-
minum ſunt architectatæ? nónne carent omni ſenſu
G & motu? cùm itaque illis hæc omnia conveniant, ſi-
mulachra ſunt à Scripturis damnata. Paulus item
priori ad Cor. 10. inquit: Fugite idola. Et 1. Pet. cap. 4.
Cultus idolorum appellat nefarios. Sed hic adverſa-
rii rurſus ineptiunt, & diſcrimen inter idolum & ſi-
mulachrum ponere conantur, dicentes: Idola prohi-
beri, non autem ſimulachra: nec animadvertunt, inter
hæc nullum aliud eſſe diſcrimen, niſi quòd altera vox
Latina eſt, altera verò Græca. Vnde ſcribit Lactan-
tius, ſimulachrum ſcriptum à ſimulando, cujus teſti-
H monio ſeu authoritate ſi non ſunt contenti, Plinium
legant lib. 43. cap. 4. ubi ait: Primum ſimulachrum, æ-
reum factum eſſe Cereri, ex peculio Spurii Caſſii.
Hic videmus hunc ſcriptorem, idolum Cereris ſimu-
lachrum appellaſſe. Vitruvius Dianæ imaginem ſi-
mulachrum appellat, lib. 2. cap. 11. ubi agit de cædenda
materia. Septuaginta interpretes ubi textus Hebraicè
habet *Atſabbim*, ibi εἴδωλα vertunt: Latinus verò tex-
tus, habet ſimulachra. Et in pleriſque aliis locis id
obſeruandum eſt, ubi ſeptuaginta ponunt εἴδωλα. La-
tinum ſimulachra vertiſſe. Quin & Ioannes loco iam
I adducto ait, φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων, quod in
Latino Codice legimus; Fugite ſimulachra. Hiero-
nymus

1. Ioan. 5. 21.

August.

Pſal. 115. 4.

Statuę & imagines Papiſtarum quales.

1. Cor. 10. 15. 1. Pet. 4. 3.

Diſcrimen inter idolum & ſimulachrum quale.

1. Ioa. 5. 21.

Digitized by Google

Idolorum cultus unde in Eccleſiā Chriſti tranſlatus.

A nymus in undecimum caput Eſaiæ tradit, idola imagines eſſe mortuorum. Vnde apparet vanas & ridiculas iſtos comminiſci diſtinctiones. Poſtea conſiderandum hunc imaginum cultum, quo exterius utuntur, repetitum eſſe cum Hebræis, tum etiam à Gentibus, in tabernaculo quippe Moſaico candelabrum erat & altare, necnon ſuffitus, quæ iſtis ſuis imaginibus apponunt, licèt jam Chriſtus venerit, & ceremonias Moſaicas abrogarit. Cicero, lib.3.de Officiis: Statuis, inquit, cerei & ſuffitus apponuntur. Quare tā à Gen- B tibus, quàm ab Hebræis hujuſmodi ritus dimanarunt. Verùm quòd gravius eſt, eò res tandem pervenit, ut in ſimulachris aliquid virtutis divinæ jam ineſſe opinentur, qui Chriſtiani dicuntur. Qua in re non video quid ab Ethnicis differant. Illi quidem exiſtimabant, eos qui uterentur imagine Alexandri, fortunatos præ cæteris fuiſſe. Vnde Auguſtus, qui Sphinge prius utebatur, ſigno Alexandri poſtea eſt uſus. Marius aquila argentea delectabatur, quæ deinde ad C Catilinam pervenit, qui & ipſe coluit eam, & ab ipſa victoriam poſtulavit. Sic hodie varias facultates imaginibus tribuunt, ſacra eis faciunt, & ab ipſis plurima petunt. Hieronymus in Eſaia cap.57. tradit, Romæ ſuo tempore ſimulachrum Tutelæ in oſtiis domorum fuiſſe cultum cereis & lucernis. At nos ſi verè Chriſtiani ſumus, non decet ritus & ceremonias vel à Iudæis, vel à nationibus aliis accipere: ſed tantùm ea debemus uſurpare, quæ nobis mandata ſunt in divinis. Vnde Paulus volens uſum cœnæ Domini commen- D date, inquit, ſe Corinth. tradere, quæ à Deo accepiſſet.

Idolis virtutem divinam tribui à quibuſdam etiam qui Chriſtiani nominatur.

Tutelæ ſimulachrum cultum tempore Hieronymi.

1.Cor 11.23. Pauli dictum præclarè accommodatū.

17 Quocirca cùm ex Dei verbo manifeſtè habeamus, non eſſe colendas imagines: pareamus oportet, ferentes nos divina Lege, nòn inventis hominum gubernari. Scimus adhæc Deum in ſpiritu & veritate adorandum: nemo autem ignorat, ſimulachra non eſſe ſpiritum & veritatem, cùm ſint res aſpectabiles. Et Paulus aiebat, Chriſtum non ampliùs cognoſcimus ſecundùm carnem, ergo multò minus ſecundum ſimulachrum. Conferamus obſecro ſtatum Eccleſiæ E primitivæ, ubi ad cultum divinum imagines haudquaquam adhibebantur, cum poſteriori, quo ſunt approbatæ, apparebitque luculentiſſimè omnia facta eſſe corruptiora. Auguſtinus deinde prudentiſſimè ſcripſit in libro de Quantitate animæ: Oportere ut qui adoratur, longè ſit eo melior, qui adorat: ſtatuas autem non eſſe meliores hominibus, omnes intelligunt. Quin ſi daretur ipſis vita & ratio, ſuos opifices adorarent, quorum manibus fabricatæ fuerunt. Cum iſto cultu homines peccant, nihil aliud agunt, niſi F quod, ut Paulus docuit ad Romanos, gloriam Dei tranſmittunt in ſimilitudinem mortalis hominis, volucrum, quadrupedum, & ſerpentum. Qui tales cultus defendunt, ac tuentur, à vero Deo adorando abſtrahunt homines. Etenim Ieroboamus cùm Iſraelitas à veri Dei cultu niteretur abſtrahere, duo ſigna vitulorum, alterum in Dan, alterum in Bethel conſtituit. Hac præterea in re perverſitatem hominum agnoſcimus: cùm enim Chriſtus mandarit, ut crucem ſuam feramus, nos illam adorare malumus, ac ipſa pectus G ac frontem bene munire, quod ipſe non præcepit. Neque diſſimulandum eſt Chriſtianos, ut ex Tertulliano licet cognoſcere, jam inde ab initio ſigno crucis munire ſe cœpiſſe. Diabolus enim ſtatim cœpit ſuper bono Eccleſiæ ſemine zizanium ſeminare. Paulus etiam Corinthios admonet, quòd olim fuiſſent abducti ad muta ſimulachra, quod idem hodie paſſim fieri videmus. In primitiva Eccleſia nuſquam legimus, fideles & pios viros, preces ad ſigna & ſtatuas direxiſſe. Nunc verò id H paſſim uſurpatur, & eo ventum eſt, ut homines plus honoris deferant ſimulachris, quàm divinis literis. Non enim quiſquam hodie reperitur, qui Biblia ſacra veneretur & adoret. Chriſtus cùm eſſet in terris, quod jam abiturus eſſet, conſolabatur Apoſtolos, quod niſi diſcederet Spiritus paracletus non eſſet illis mittendus: quod interpretes exponunt, idcirco dictum fuiſſe, quòd præſentia Chriſti, quoad carnem illos impediret, ne idonei eſſent ad ſpiritum accipiendum. Quod ſi verè dicitur de carne Domini, I quantò magis de imaginibus & ſtatuis ejus affirmandum erit? Nec dubium eſt Petrum noluiſſe à Cornelio Centurione adorari, qui non eſt credendus latriam

Ioan.4.23.

2.Cor.5.16.

Eccleſia primitiva non habuit imagines.

Statuæ inferiores iis, à quibus coluntur.

Rom.1.23.

Idolorum cultus quale peccatum.

1.Reg.12.28.

Chriſti crucis ſigno, quando abuti cœptum.

Matt.13.25.

1.Cor.12.2.

Si carnis Chriſti aſpectus impedit quominus ſpiritus eius accipiatur, quātò magis idola?

Ioan.16.7.

Act.10.20.

A voluiſſe ei impendere. Quo igitur animo eum putamus ferre, ut ſuæ imagines & ſtatuæ nunc inter homines adorentur? Quod ſi dixerint, Non adoratione ſumma illas proſequimur, ſciant nec Cornelium ſic Petrum voluiſſe adorare.

Si Petrus ſe noluit adorari, quanto minus vult adorari ipſius imaginem?

18 Nec debet nos latere angelum in Apocal. bis reprehendiſſe Ioannem, quòd ſe voluerit adorare. Quòd ſi neque angeli, neque homines adorādi ſunt, multò minus eorum ſtatuæ ac imagines. Nec ange- B lus abſque ratione id prohibuit: Etenim, inquit, ſimilis tui ſum, & fratrum tuorum qui teſtimonium habent Ieſu Chriſti, hoc eſt qui ei credunt. Cùm itaque ſimus eodem gradu, nec alter præſtet alteri, adoratio nequit inter nos locum habere. Argumentum quamvis eſt evidens, non tamen ſcrupulo penitus caret. Quia ſi non licuit angelorum adoratio, cur in Veteri Teſt. qui ſe patefaciebant ſanctis, adorabantur: neque veteres ea de cauſa reprehenſi leguntur? Ad hanc objectionem multa reſponderi poſ- C ſunt. Etenim quidam aiunt: Filius Dei tunc nondum naturam humanam induerat, quare homines multò infra angelos jacebant, ideóque licuit, ut eos venerarentur & colerent. Nunc vero propter novam conjunctionem Verbi cum carne, facta eſt inter homines & angelos quædam æqualitas. Quare fas non eſt adorationem inter haſce naturas interponere. Allata ratio ſatis infirma eſt, quoniam etſi Chriſtus iam incarnatus eſt, cæteri tamen homines multò ſunt angelis inferiores. Alii verò aiunt, adoratos fuiſſe D tum angelos, quòd Filius Dei eorum nomine atque appellatione Patribus apparuerit. Sed hæc ratio non eſt vera in univerſum. Apparuit ſiquidem Patriarchis Filius Dei nomine angeli, ſed non ſemper, nec ita, quin & alii angeli ſe patefecerint: Certum ſiquidem eſt, Danieli oſtenſum fuiſſe antiquum dierum ſub Dei Patris Perſona, nec non & Filium hominis, cùm ſimul & angelus adeſſet, quem Daniel adorabat. At facilius reſponderi poteſt, veteres Patres cùm angelos ipſos aliquo honore afficiebant, ſe intra fines E civilis honoris continuiſſe, neque religioſam adorationem illis præbuiſſe. Sed tamen quia ea res videri potuit ad religionem ſpectare, ideo reprimendi tandem fuerunt homines, ne ſpecie divini cultus angelos venerarētur. Et nobis debet ſatis eſſe rē aliquādo fuiſſe reprehēſam. Cur autem Deus hoc magis quàm illo tēpore voluerit id reprehēdere, noſtrùm non eſt inquirere. Nec dicere oportet modò licere, quòd tūc aliquo modo toleratū fuit: quæ ratio eadē afferri debet de polygamia, divortio & cōſimilibus, quæ poſtea F per Chriſtum ſublata ſunt; cùm antea utcunque ferrentur. Neque nobis eſt neceſſe, ut Patres ab omni vitio ſemper liberemus. Dici adhæc poſſet illam adorationem tum fuiſſe toleratam: quoniam etſi Hebræi labebantur crebrò in idololatriam, ſciebant attamen ex divina Lege rem eſſe illicitam, ad quam deflectebant. Sed cùm Evangelium propagaretur ad Gentes, opus fuit, ut idololatria & ſpecies eius omnis reprimeretur, in qua nationes erant educatæ, ne rem exiſtimarent conceſſam, atque ita radices al- G tiores ageret. Conſimili cauſa Paulus vehementius laboravit, ut Corinthiis perſuaderet, ſcortationem eſſe peccatum, quàm ſit in veteri Teſtamento laboratum: quòd Ethnici non exiſtimaverint eam peccatum eſſe, ſed habuerint pro re tolerabili ac licita: Quare opus fuit, ut illi ſceleri multis rationib. occurreret. Cùm itaque dicūt adverſarii: Patres ita venerādis angelis vel peccabāt, vel non peccabant: ſi peccabant quare non reprehendebantur: ſi non peccabant, cur Ioannes ita reprimitur? Vtrumque poſſem fate- H ri: Primùm eos aliquid vitii admiſiſſe, aut non eſſe lapſos, quòd ſe in reverentia & honore civili continuerint. Sed quia periculoſum erat, Deum tandem voluiſſe morem illum emendari, ne fortaſſe minus rectè inſtituti offenderentur eo exemplo, & in idololatriam facilè abducerentur.

Si angeli non adorandi, quātò minus ſtatuæ?

Angelorum & hominum cōparatio.

Objectio. 1

Reſponſio. 2

Filius Dei nomine angeli Patriarchis interdum apparuit.

Dan.9.7.& 13.

3

Polygamia illicita.

4

1.Cor.6.15.

Adverſariorū pro adoratione angelorum dilemma.

19 Deinde 1. Ioannis 2. ſcribitur: Si peccamus, advocatum habemus Ieſum Chriſtum. Quo loco Auguſtinus dixit, non ait Apoſt. Advocatum habetis me, ſed eorum numero ſe inſerit, quibus ſit opus I advocato. Quòd ſi Apoſtolis advocatis non licet uti, quāto minus eorum imaginibus? nec prætereundum eſt, Paulum cultū ſimulachrorum, carnis operibus

1.Ioan.2.1. Ioannis locus pulcherrimè explicatus cōtra invocationem divorū.

Gal.5.20.

Digitized by Google

accenſere & inter ea connumerare, quę à regno cœlorum excludunt. Vnde cùm Hebræi ſimulachrum ſerpentis cœpiſſent adorare, ſanctus Rex Ezechias illud confregit.

2. Reg. 18. 4.

Si Apoſtoli non adorandi, quantò minus eorum imagines?

Hodie verò pugnant uſque ad flammas & ignes, pro adoratione illarum imaginum quas ipſi fecerunt, non juſſu Dei, quemadmodum ſerpens ille fuerat olim conflatus. Et ſanè quotquot reges pietatis nomine collaudantur, imagines abſtulerũt: qui verò è diverſo vituperantur, ſimulachrorum numerum & cultum auxerunt. Profectò ſi quæpiam mulier virum haberet abſentem, & alium ſibi aſciſceret, quem amplecteretur, impudicitiæ crimen haudquaquam evaderet.

Idololatria annumeratur operibus carnis.

2. Cor. 11. 2.

Paulus autem affirmat, nos ut ſponſam caſtam cum Chriſto eſſe conjunctos: cur igitur ſtatuas & imagines illi ſupponimus, quas pro eo amplectamur, colamus & adoremus? Cæterum dicunt: ſe id facere, quod hęc ſigna & ſtatuę, Chriſtum ſimilitudine quadam referant. Idem quoque mulier illa pro ſe afferret dicendo, ſuppoſititium virum, ætate, ſpecie, moribus, & conditione maritum ſuum repræſentare. Fingunt etiam ſe non facere ſacrificia ſtatuis, quaſi preces non ſint juſtum Chriſtianorum ſacrificium. Sunt utique ſacrificium, quod veteribus ceremoniis antiquatis nobis relictum eſt.

Idola à piis regibus everſa, quando cœperunt coli.

Col. 2. 23.

Claudii Epiſcopi in idololatras ſcitè dictum.

Tertullianus utique ac Hieronymus, verba Malachiæ interpretantes, precum ſacrificium inquiunt, jam poſt Chriſti adventum offerri Deo ab oriente ad occaſum. Damnatur item ad Col. ἐθελοθρησκεία, etiamſi Angelis offeratur. Neque illud omittam, quod à Claudio Taurinenſi epiſcopo dictum eſt, in eos qui procumbebant ad imaginem agni, quem Iohannes Baptiſta digito demonſtrabat. Iſti, ait, pictos agnos adorant, vivos autem devorant: necnon pictos agnos adorant, veros autem Chriſti agnos deglubunt & expilant.

Sancti non adorandi, quãto minus eorum ſtatuæ.

Ad hæc, pii qui obierunt, beati ſunt, non tamen evaſerunt dii, ut colantur & adorentur, multò minus eorum ſimulachra. At Deus, inquiunt, ornat ſanctos, idem ergo nos decet facere. Verum quidem eſt, Deum ſanctos ſuos honore afficere, ac præmio immarceſſibili, cùm dat eis æternam vitam. Nos item faciamus idem, de ipſis bene loquendo, eoſque imitandos Eccleſiæ proponendo. Cogitemus præterea, Deum ſanctos cohoneſtare: non tamen eos vel adorare, vel adorandos proponere. Verùm à Chriſto dicitur, quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Sed hæc accipienda ſunt, quoad charitatis obſequia, non quo ad cultum & adorationem.

Matt. 25. 40.

Ibid. 35

Chriſtiani cur debeant abhorrere à cultu ſimulachrorum.

Et ſanè, quid ſibi voluerit Chriſtus, ipſe diligenter explicuit, cùm diceret: Eſurivi, & dediſtis mihi cibum: Sitivi, & dediſtis mihi potum. Origenes lib. 8. contra Celſum reddit rationem, quare Chriſtiani abhorrerent à cultu ſimulachrorum, dicitque: Nos habere ſimulachra, non quidem externa, quæ à viliſſimis fabris facta fuerint, ſed mentes fidelium, ac ſanctorum hominum, unde proficiſcantur ceu ab ara Dei, ſuaviſſimi precum odores, qui uſque ad cœlum pertingunt. Idcirco in Apocalypſi, ſanctorum preces, odoramenta eſſe dicuntur: & David cecinit: Oratio mea ſit inſtar incenſi in conſpectu tuo. Deinde ſubjicit: A ſimulachrorum cultu abhorremus, quia ſenſum non habent.

Apoc. 5. 8.
Pſal. 141. 2.

Solet etiam id opponi: Si mortuo Imperatori ſucceſſit novus, imagines eius per provincias imperii fuiſſe deletas, quib. honos tanquam imperatori habebatur, qui præſens non aderat. Id fateor, ſed ille honos tantummodo civilis erat, quo teſtabantur, ſeſe illi ſubjici, & fauſtis acclamationibus novum Imperatorem excipiebant.

Idololatria omnibus ſeculis oppugnata.

Illud etiam diligenter expendendum erat, omni ætate ſemper fuiſſe aliquos homines, qui adverſus cultum ſimulachrorum liberè clamarunt. Et ſanè permulti ex Græcis Imperatoribus, ea de cauſa Rom. Pontificibus reſtiterunt, hoc eſt, Philippici, Conſtantini, Leones: quibus è diverſo Rom. Epiſcopi, odio quodam ſe oppoſuerunt, quod jugum eorum excutere vehementer cuperent. Qua de cauſa, ſe unà cum Francis conjunxerunt, atque ita Romanum Imperium dilacerarunt. Non itaque mirandum, ſi hodie quoque propter ſimulachra vana excitentur certamina.

Objiciuntur miracula ad tuendam idololatriam.

Objiciunt ad hæc prodigia ſeu miracula, quæ ad imagines eduntur. Verum dicant annon Petrus dum eſſet in terris, miranda & ſtupenda opera fecerit? Id negari minimè poteſt, nec tamen ſe paſſus eſt adorari. Argumentum itaque infirmiſſimum eſt: Ad ſtatuas vel ſigna fiunt aliqua miracula, propterea

A ſunt colenda ac adoranda. Antichriſtus etiam cum prodigiis multis veniet, quem tamen ſequi & adorare nefas eſt. Et ſerpens æneus læſos in deſerto ſanabat, qui tamen cùm adoraretur ab Ezechia ſublatus eſt. Ethnici quoque permulta ſigna & miracula protuliſſent ad ſua idola conſtabilienda, ut videre eſt apud Valerium Maximum, Livium, & alios veteres ſcriptores.

2. Theſſ. 2.
2. Reg. 18. 4.

Objiciuntur Eccleſiæ traditiones pro idolis.

Ad extremum, cum aliud non habeant, cultus iſte, inquiunt, eſt Eccleſiæ traditio: ergo retineri debet. B Nos utique omnes Eccleſiæ traditiones minimè rejicimus, ſed eas abſque controverſia retinemus, quæ cum verbo Dei conſentiunt, quæque minimè ſuperfluæ ſunt, & novum cultum non inducunt: ſi quæ verò pugnent cum verbo Dei, aut gravent Eccleſiam Dei, vel quid novi cultus important, meritò eas rejicimus.

Reſponſio. 1 2

Deinde, quomodo adoratio imaginũ traditio eſt Apoſtolica, cùm primitiva Eccleſia talibus non fuerit uſa? Imo, quemadmodum antea recitavimus, aliqui ex veteribus Patribus, non modò C ſtatuas, verumetiam opifices earum damnarunt: & multò vaniſſimum eſt, quod iſti ſemper in ore habent: Traditio eſt, non inquiras. At ego viciſſim dico Traditio eſt, ergo diligenter inquiras, an cùm verbo Dei conſentiat, an ab omnibus Patribus fuerit olim probata. Quod verò attinet ad miracula, quæ nobis objiciuntur, ſciendum eſt, diabolum ſe non rarò interponere, qui nihil magis, quàm ſuperſtitiones, & idololatriam conſtabilire ſolet. Deinde prodigia ejus generis juſto Dei judicio fiunt. Quod homines dilectionem D veritatis à ſe rejiciunt, quemadmodum ad Theſſal. habetur.

2. Theſ. 2. 12.

Cur Satan fugiat ſignum crucis.

20 Diabolus conſpecto ſigno crucis fingit ſe fugere, cùm tamen ea fictione, ſeſe magis ac magis nobis inſinuet. Vis & poteſtas crucis, non ſita eſt in ſigno ſed in vera ſolidaque fide crucifixi. Ferunt itaque ſacrificuli, ſe omnia fermè ſignaculo crucis ſanctificare. Verùm ſcripturæ longè aliter loquuntur, ut quæ teſtentur, ſanctificari cibos per fidem, preces, & verbum Dei: cui dum aſſentimur, & rogamus pro rerum uſu, E mundo omnia munda redduntur.

1. Tim. 4. 5.

Non inficior quædam miracula interdum conſignatione crucis edita fuiſſe, ut Auguſtinus de Civitate Dei refert libro vigeſimo ſecundo capite octavo. Sed ejus rei cauſam jam retuli, quæ repetenda minimè videtur. Id tantùm referam, diabolum paſci & oblectari mirum in modum erroribus humanis. Et adjiciendum eſt, permulta ex iis miraculis mentita eſſe. Nam ſacrifici & monachi quæſtum ſequentes multa ſpargũt omnino falſa, quæ nuſquam facta, vel dicta fuerunt.

Ficta ac falſa miracula.

Cruce cur priſci frõtem ſignaverint.

Exod. 12. 22.
Sup. ſect. 14.

Cur autem F veteres, ut ſuperius diximus, frontem ſignarint cruce, cauſam certè aſſignare non eſt facile. Attamen illam duplicem fuiſſe opinor. Prima, quòd teſtarentur ſe Chriſtianos, quaſi eos crucis Chriſti minimè puderet. 1 Atque hanc ex Auguſtino de verbis Apoſtoli Serm. 8. colligo. Etenim inſultabant Ethnici Chriſtianis, fatuitatem eis exprobrando, qui Chriſtum affixum cruci adorarent: quibus reſpondit is Pater, Cor quidem habemus, non tamen quale vos habetis. Nec pudet nos crucifixi, ſed in parte vbi ſignum pudoris eſt, ſignum crucis ejus habemus. G Alia eſt, quòd 2 voluerint quadam κακοζηλίᾳ ceremonias legales imitari, & quia poſt Chriſti adventum ſacrificare non licet, Hebræorum more, qui ſanguine agni paſchalis juſſi erant illiuere poſtes domorum, noſtri ad eam ſimilitudinem cruce frontem ſignarunt, ut perhibet idem Auguſtinus, de catechizandis rudibus, capite vigeſimo. Ad hæc ſibi perſuaſerunt, ut jam narratum eſt, ejuſmodi ſigno cacodæmonas fugari.

Hiſtoria mirabilis de Iudæo qui in idolorum templo pernoctavit.

Quin & Gregorius Rom. lib. Dialogorum 3. ſcribit, Iudæum H noctu ingreſſum templum idoli, ut ibi dormiret, viſis noctu permultis cacodæmonibus eo in loco, cùm vehementer expaviſſet, ſe muniviſſe ſigno crucis: cùmque princeps malorum ſpirituum hominem cognoviſſet adeſſe, diabolo cuidam juſſit ut illum accederet, ac exploraret, quiſnam eſſet: qui cùm eum contemplatus eſſet, rediit, ac dixit; Vas quidem inveni vacuum, ſed ſignatum, Iudæumque reliquit prorſus illæſum. Quod ille ſecum reputans, ad Chriſti religionem acceſſit.

Gregorii dialogorum libri quales.

Sed in eum librum Gregorius multa I fabuloſa & vana congeſſit: quæ non tantùm riſum movere poſſunt lectoribus, verumetiam à Chriſtiana religione plurimum ſunt aliena. Citra ſuperſtitionem ſignum

Digitized by Google

ſignum crucis à principibus in coronis geſtatur, quoniam eo ſigno tantummodo profitentur ac teſtantur, ſe Chriſtianam religionem colere ac tueri. Porrò ſi licet inſignia propriæ familiæ geſtare, licet etiam ſigno crucis Chriſtianam religionem profiteri.

Crucis ſignum Conſtantino viſum.

Conſtantino autem Magno apparuit olim ſignum crucis in cœlo, inſcriptio addebatur; In hoc ſigno vinces: quoniam Deus eum miraculo in Chriſti cultu, quem recens acceperat, confirmare voluit. Neque damnari poteſt, quod illud ſignum in vexillo, quo erat uſurus, exprimi curavit.

Crucis ſignum aureum à Cōſtantino factū.

Sed quòd poſtea hujuſmodi ſignum aureum fecerit, minime probo, quod eo facto ſuperſtitionibus non parvam feneſtram aperuerit.

Crux inventa per Helenam.

De ipſius autem crucis Domini per Helenam inventione, prudentes mirantur Euſebium Cæſarienſem, qui Conſtantino fuit perfamiliaris, & vitam ejus edidit, nihil ſcribere. Theodoretus attamen & Sozomenus de illa quidem re nonnihil ſcribunt: ſed potius ex relatione aliorum, quàm ipſi eam compertam habuerint. Tamen in ea Hiſtoria legenda, nulla deprehendetur adorationis mentio. Dicitur nihilominus in templo collocata. Deinde quando Helena clavos fecerit, quos reperiſſe dicitur, ex eo liquet, quod unum eorum ſcribitur in fræno poſuiſſe illius equi, quo filius utebatur, alterum in ejus galea, tertium verò projeciſſe in mare ad ſedandas tempeſtates.

Lancea qua latus Chriſti perfoſſum.

Hodie quoque lanceam, qua dictitant Chriſti latus in cruce fuiſſe perfoſſum, Romæ adoratione ſumma colunt & venerantur. Hæc diaboli eſt verſutia, ut homines perpetuo impellat ulterius, donec tandem in barathrum impietatis præcipitentur.

21 Taxant nos adverſarii, quaſi nimis duros & acerbos, aiuntque: Si forte quiſpiam ambulans viderit elegantem plantam, non modo viridem, ſed etiam fructibus onuſtam, accenſuſque affectu vehementi erga liberaliſſimam Dei bonitatem, ſentiatq́; animum ſuum incitari ad ipſum Deum adorādum pulcherrimi operis authorem: quid prohibet, quin juxta proſpectam arborem procumbat, Deumque ibi adoret, eique pro ſummis beneficiis in homines collatis gratias agat? Nihil ut opinor. Proinde ad eundem modum, ſi quis imaginem Chriſti conſpexerit, & erga beneficiū mortis ejus vehemēter afficiatur: quare juxta illam Chriſtum authorem vitæ ſuæ non poterit adorare? Ad hęc reſpondeo, verbum Dei eſſe habendū ſemper in conſpectu, quo prohibetur, religionis ergò procumbere ante creaturam. Hoc firmum perpetuo manere debet, ſuamque vim habere, ita ut nec ad arborem, nec ad imaginem procumbamus. Neque licet hæc excuſare, dicendo; Se non colere materiam externam, non figuram, nec lineamenta. Quid igitur? Rem ſignificatā, inquiunt. Sic etiam excuſaſſent Ethnici ſuam idololatriam, quod non venerarentur ſaxa, ligna, metalla, ſed tantum proprietates, quæ talibus ſignis referrētur.

Symmachi epiſtola de reſtituendis ſimulachris, ab Ambroſio cōfutata.

Symmachus profecto ſcribit Epiſtolam ad Imperatores, ut ſimulachra Romanorum tandem reſtituerent, & ibi talibus argumentis & conſimilibus admodum Rhetoricè utitur. Sed Ambroſius ea omnia validiſſimè confutavit. Utriuſq́; ſcripta inter epiſtolas Ambroſii adhuc hodie reperiuntur. Deus mandavit ſimpliciter, ne imagines adorentur: quare verbo ejus potius quàm ſophiſmatis hominum, eſt parendum. Auguſtinus in Pſal. 113. hoc argumentum ſcripſit: Pauli ſententia dictum eſt; Gloriam & veritatem Dei mutarunt in mendacium, & creaturā potius quàm Creatorem colere maluerunt.

Rom. 1. 25. Pauli de idolis in epiſt. ad Ro. locus explicatus.

Paulinę ſententię prior pars damnat ſimulachra, quòd ſint mendacia, cum veritate ac gloria Dei pugnantia. Altera verò aufert omnem excuſationem, quod ibi, non Deum, ſed creaturas adorent.

Claudii Epiſcopi de imaginibus dictū. Objectio.

Et Claudius Taurinenſis Epiſcopus dicebat, Si habes in pariete Martem, Venerem, Mercurium, non habes veros Deos: & cùm illic habes Paulum, Petrum & Iohannem, veros homines minimè habes: quare non eſt ſublatus error, ſed commutatus.

1. Cor. 10. 19.

Paulus etiam Corinthiis dixit: Scimus quod idolum nihil eſt. Sed quæ Gentes immolant, dæmonibus immolant. Certè ſi excuſatio jam ab adverſariis allata alicujus eſſet momenti, Ethnici Apoſtolo facilè dixiſſent: Fit nobis abs te luculenta injuria, ſiquidem conſilium noſtrum eſt, victimas, quas mactamus, Numini offerre, non dæmonibus. Occurrunt item alii ſtultiores, qui aiunt: Hebræis datum fuiſſe illud præceptum, quod inter ceremonialia debet accenſeri, ſed nunc abrogatis ceremoniis nos eo minimè teneri.

Reſponſio 1.

Nec animadvertunt in Decalogo nihil mandatum fuiſſe, quod ad ceremonias pertineret, una excepta Sabbathi obſervatione: In qua tamen diligenter intuentibus, aliquid morale occurrit. Auguſtinus Epiſt. 119. ad Ianuarium hoc idem agnoſcit. 2 Conſiderent obſecro ii ſapientes homines, ſi ceremoniis hoc fuiſſet annumeratum, Ethnici ſimulachris adorandis & colendis minimè peccaſſent, quia ceremoniis Iudaicis minimè erant aſtricti. 3 Præterea conſtat, ceremonias Veteris Teſtamenti non fuiſſe per Apoſtolos revocatas, neque jugum earum Gentibus impoſitum: qui tamen diſertis verbis præceperunt, idola & ſimulachra fugienda eſſe.

An ponendæ in templis ſtatuæ.

22 Cùm itaque ſatis copioſè affirmatum ſit, non eſſe colendas vel adorandas imagines, nunc id ſupereſt excutiendum. An eas liceat in ſacris locis, ubi cœtus fidelium habentur, collocare? Aliqui affirmant licere, modò illarum adoratio prohibeatur. Meo autem judicio id committendum non eſt, ut in templis habeantur. 1 Primùm, quia res plena eſt periculi, & experientia docuit, quo tandem homines ex earum aſpectu, cùm eas in templis viderunt poſitas, prolapſi fuerint. Illas utique adoraturi Debet unique via, quæ ducit ad idololatriam, fidelibus præcidi. Auguſtinus hac de re in Pſalm. centeſimo decimo tertio, religioſè ac pulcherrime ſcribit: Quando imagines in loco ſublimi ponuntur, ceu in quodam ſuggeſtu, procreatur affectus pravus in animis, quo invitatur Diabolus ut ſe admiſceat. Epiſt. item 49. ad Deogratias, ejuſdem ſententiæ fuit. 2 Et ſane hoc eveniſſe cernimus. Nec prætermiſerim eundem patrem in Serm. 6. de Verbis Domini in monte; Declarant, inquit, quo loco & exiſtimatione ſimulachrū habeant, cùm illi aram ponāt. Niſi enim putarent aut numen, aut divinitatis aliquid in ſe habere, aram utique illi non erigerent. Proinde hac Auguſtini ſententia, omnia fermè Papiſtarum templa damnantur, ubi aræ ferè ſemper cum idolis conjunguntur.

Epiphanius.

3 Adhæc, ſancti Epiphanii exemplo, eas in templis non eſſe habendas, probari poteſt. Is cùm iter faceret, & in quandam villam incidiſſet, quæ dicebatur Anablatha, vidiſſetque præteriens ardentem lucernam, & rogaſſet, quiſnam locus eſſet, audivit Eccleſiam vel oratorium eſſe fidelium: quare ingreſſus eſt, ut ibi Deum precaretur. Vidit autem velum pendens, in quo picta erat hominis imago, quaſi vel Chriſti vel ſancti hominis. Proinde cùm vidiſſet in Eccleſia, contra Scripturarum authoritatem ſignum hominis pendere: velum hujuſmodi & detraxit & laceravit, ac æditui conſilium dedit, ut pauperem mortuum eo involverent, & efferrent. Deinde ſcripſit ad Iohannem Hieroſolymitanum Epiſcopum; ad quem cura ejus loci pertinebat, ut deinceps caveret, ne in Eccleſia Chriſti vela hujus generis, contra quam religio patiatur, haberentur. 4 Tantique ponderis ea epiſt. viſa fuit Hieronymo, ut eam non dedignaretur latinam facere: quod niſi fuiſſet noſtræ ſententiæ, minimè commiſiſſet.

Synodus Epheſina.

Synodus etiam Epheſina poſterior, imagines damnavit. Verùm ea non recipitur, & quidem jure, quandoquidem Neſtorio & Eutycheti favit. Hæc ſors eſt non tantùm rerum humanarum, ſed etiam frequenter Eccleſiaſticorum, ut mala bonis habeant admixta; Vnde poſtea conſequitur, ut non tantum mala, ſed bona ſimul rejiciantur.

Imperatores Monothelitæ.

Ita videmus aliquot Græcis Imperatoribus, eveniſſe, qui deleverunt imagines. 5 Etenim Philippicus I. Leo III. Conſtantinus, & Leo IV. quia Monothelitæ fuerunt, quod ex altera parte bene ſtatuebant de imaginibus, repudiatum eſt. 6 Quod etiam hodie uſuvenit, quando propter corruptos mores Euangelicorum, pura eorum doctrina exploditur. Synodus quoque Elibertina imagines damnavit, in qua decretum eſt, ne in parietibus templorum, ulla imago fingatur: ne id pictum extet, quod adoratur.

Pereſii effugia.

Pereſius eorum patrum ſententia, cùm ſe in anguſtias cogi videret, fortè infit: Non omnes imagines tolli voluerunt, ſed quæ deformes jam fiebant in parietibus, non item in pannis, & tabulis. Verùm poſtea, cùm & hoc frivolum eſſe animadverteret, comminiſcitur picturas ejuſmodi rectè potuiſſe ad tempus auferri, quòd homines tunc adoratione latriæ ipſas

coluerint, ſuaque ſententia Gregorio adverſatur, qui
ſanxit illas non propterea tollendas, ſed potius homines commonefaciendos, ne illas adorarent. Statuit
item Peteſius eadem ratione ac modo, Epiphanium
excuſandum.

1. Reg. 18.
Exod 32. 20.
Qui ſtatuas everterint.

23 Cùm poſtea quærunt de nobis adverſarii, quos
viderimus laudabiles viros εἰκονοκλάστας? Reſpondemus,
Ezechiam ſanctiſſimum Regem, qui ſerpentem æneum comminuit: Moſen etiam, qui vitulum conflatum fregit: principes item bonos, & Serenum Maſſilienſem Epiſcopum: Nec unquam animadvertimus
ſcripturam εἰκονοκλάστας, ſed potius εἰκονολάτρας damnaſſe.

Eccleſia à quo primùm depicta.

Pinxit Eccleſiam, fortaſſe primus, Paulinus Epiſcopus Nolanus, qui facti cauſam hujuſcemodi reddidit. Cùm fideles die feſto convenirent ad celebrandum Felicis martyris memoriam, religioſo excipiebantur convivio, & cùm plus æquo epulis indulgerent, pingi curavit ille pater in parietibus templi veteris Teſtamenti hiſtorias, nec non & Novi, quò populus illis intuendis, frugalius in convivio ſe gereret.
Cæterum, utut ille pater ſanctus & pius in aliis rebus
fuerit, in hac re tamen bis peccavit. Primùm etenim
plebi epulum in templo dare non debuit: Cùm in

1. Cor. 11. 22.

Eccleſia Corinthiorum multa ſciamus in illis conviviis reprehenſa fuiſſe ab Apoſtolo. Deinde in eo erravit, quod homines crediderit, magis inſtitui mutis picturis, quàm vivo Dei verbo. Cur viva voce
potius non docebat, ut parcè ac frugaliter communium ſacrum agitarent? Hæc via & ratio fuiſſet ordinaria, & periculo prorſus vacaſſet.

Prudentius.

Prudentius etiam,
qui temporibus Honorii & Theodoſii vixit, canens
paſſionem Caſſiani martyris, in templo hiſtoriam ejus fuiſſe pictam dixit. Et in Synodo ſeptima, quæ ſub

Nilus Epiſcopus.

Conſtantino & Irene habita eſt, Nilus quidam Epiſcopus inducitur, qui extruenti novum templum
conſuluit, ut parietes undique ſignis & picturis ornaret. Quis verò Epiſcopus ille fuerit, non eſt compertum. Martyr quidem eſt dictus hoc nomine, qui pro
Chriſto tempore Diocletiani extitit. Verùm is eſſe
non poteſt, quod tunc non fuerit permiſſum Chriſtianis, publicè templa ædificare.

Synodus Nicena ſecunda.

Deinde in illa Synodo Nicena ſecunda, multa ficta leguntur: & quæ citata fuerunt ab illis Patribus, majori ex parte in libris
orthodoxorum non extant. Ibi etiam refertur Gregorium Niſſenum collachrymatum eſſe, dum juxta
ſimulachrum Abraham tranſiret. Cæterum an illud ſimulachrum in via fuerit, an in templo minimè conſtat. Habetur etiam illic martyrium Euphemiæ virginis, in templo urbis Chalcedonenſis fuiſſe depictum,
ſed quantum conjicio, in porticu fuerunt illæ picturæ.

Auguſtini templum nullas habuit imagines.

Auguſtinum autem in ſuo templo non habuiſſe imagines, inde liquet, quòd verba Pſalmi 113. illa explicans. Simulachra Gentium, argentum & aurum opera manuum hominum ſcribit: Opera inquit manuum hominum. Hoc enim venerantur quod ipſi ex
auro argentoque fecerunt: Sed enim & nos pleraque
inſtrumenta & vaſa ex hujuſcemodi materia vel metallo habemus, in uſum celebrandorum Sacramentorum: quæ ipſo miniſterio conſecrata, ſancta dicuntur,
in ejus honorem cui pro ſalute noſtra inde ſervitur.
Et ſunt profectò etiam iſta inſtrumenta vel vaſa, quid
aliud, quàm opera manuum hominum? Veruntamen,
nunquid os habent & non loquuntur? Nunquid oculos habent & non videbunt? Nunquid eis ſupplicamus, quia per ea ſupplicamus Deo? Illa cauſa eſt
maxima impietatis inſania, &c. Patet itaq; ſimulachra
ibi non fuiſſe, alioqui ſe fateretur inexcuſabilem eſſe.

Locus orationis Baſilii explicatus.

24 Præterea in ea Synodo, citant Baſilium in oratione de quadraginta Martyribus: Sed quod referunt, ad rem præſentem nihil facit. Non enim Baſilius affirmat, Martyrum illorum geſta, picta fuiſſe in
templo: ſed cùm eos oratione ſua collaudaturus eſſet:
Se inquit, rectè atque ordine facturum, quò alij etiam atque etiam in fide corroborentur: Quia pictores, dum fortium virorum facta depingunt, alios ad

Imagines Divorum quomodo ſenſim in templa irrepſerint.

facta laudabilia incitant. Cœperunt homines ab initio, amore ſatis propenſo erga Chriſtum & Apoſtolos, aliquas imagines illorum domi habere. Deinde
non contenti privato earum uſu, non quidē in templis, verum in porticibus eas collocarunt. Deinde
ſecum reputarunt, quid ſi ponerentur in templis,
nonne revocarent & hæc & illa nobis in memoriam?
Denique ſequuta eſt adoratio. Conſtantinus cum filio Iuſtiniano, ad templum Sophiæ picturas fecit,
quas Philippicus poſtea ſuſtulit. Qua de cauſa contentiones vehemēter rabidæ ſunt conſequutæ. Cúmque Paulus dicat: Quid templo Dei cum ſimulachris: Nónne pudendum templa hodie imaginibus

2. Cor. 6. 16.

eſſe referta? Quomodo veteres ſuis in precibus egerint, Tertullianus exprimit cap. 30. in Apologetico.

Alia argumenta quibus probatur, Chriſtianis priſcis idola nulla fuiſſe.

Nos, inquit, adoramus oculis ad cœlum ſublatis, non
ad picturas. Lactantius lib. Inſtitut. 2. cap. 2. Ethnicos
reprehendens, inquit: Si putatis eos quos referunt
ſimulachra in cœlis eſſe, cur non oculos in cœlum
attollitis? Proinde ſic dicere libet adverſariis: Si arbitramini ſanctos in cœlo eſſe, cur ad eos non erigitis oculos, quos in templis ad ſimulachra convertitis? Alio item argumento probare licet, Chriſtianos in templis non habuiſſe imagines. Ælius quippe Lampridius, deſcribens vitas triginta tyrannorum inter cætera inquit: Adrianum Imperatorem
decreviſſe Chriſtianis dare templa, ſed quendam illum fuiſſe dehortatum, ne id faceret. Quoniam, dicebat, ſi hoc perfeceris, deſerentur templa & ſimulachra, omnéſque fient Chriſtiani. Etenim quæ Imperator illis ſtatuerat dare, abſque ſimulachris extruebat: Ita, ut quæ poſtea abſque imaginibus fiebant, Adriani templa vocarentur.

Adriani templa.

Dehinc expendendum eſt, ea in templis non eſſe habenda, quæ à
Chriſti religione homines revocant. Verùm cùm

Idolis offenſi Turcæ & Iudæi à religione Chriſtiana aſſenſionem cohibent.

plures cùm ex Turcis, tum ex Iudæis, Chriſtianiſmo
ſe paterentur initiari, niſi ſimulachris noſtris vehementer offenderentur. Vnde Paulus Ricius doctiſſimus Hebræus, qui Papiæ Chriſto nomen dedit, expedire plurimùm dicebat, ut imagines è templis amoverentur, quòd multi Hebræorum ea de cauſa revocentur à Chriſti confeſſione.

Paulus Ricius Hebræus doctiſſimus.

Et Eraſmus in ſua
Catecheſi permulta ſcripſit in hanc ſententiam, &
denique ſtatuit, non eſſe pro hæreticis eos habendos

Eraſmi de Imaginibus judicium.

qui careant ſimulachris, nec ea velint recipere. Atque in ſuo Eccleſiaſte illos concionatores minimè
probat, qui dum in ſuggeſtu cum populo agunt, imaginibus vel ſtatuis utuntur. Id enim, ut inquit,
minimè dignum eſt eo loco. Certè Paulus 1. Corin.

1. Cor. 8. 10. & 10. 19. & 25.

fideles hortatur, & quidem multis, ut caveant ab infirmorum offenſione. Ideo licet permulti ſint, qui dicant, ſe ſcire imagines & ſimulachra non eſſe adoranda. Id tamen cogitent, non omnes ſatis id noſſe. Ac

Idolorum & idolothytorū eadem ratio.

ſanè ratio eadem videtur imaginum & idolothytorū,
quæ ſapientes Corinthiorum dicebant, ſe ſcire, quid
eſſent. Et nihilominus Paulus mandavit, ne comederent: dicitque, Carnes emite in macello, edite domi, non autem in idolothytis. Ita nobis licet dicere:
ſi vultis habere ſimulachra, domi habete, non in tēplis. Neque imagines in templis minus Eccleſiæ nocent, quàm Petri ſimulatio. Nam is tolerando ceremonias Iudæorum, pravam de illis opinionem fovebat.

Petri ſimulatio cum idolorum uſu comparata.
Gal. 2. 13.

Sic infirmorum lapſus & adoratio perverſa confirmatur, cùm ſimulachra in templis tolerantur. Rectè, inquiunt, ſentimus de illis: Cur ergo nòn amovetis? rectam fidem oportet factis teſtari. Et ſi quando removeantur è templis, cavendum cenſeo, ne ſanæ ac integræ conſerventur. Quia ſi mutatio rerum

Imagines cum removendæ è templis tum confringendæ.

fiat, denuo ſuis locis facilè reſtituentur. Conſtantinus Magnus converſus ad Chriſtum, templa deorum
clauſit, non delevit: quæ poſtea Iulianus defector
rurſus aperuit: quæ ſi fuiſſent everſa, non tam facilè reædificari potuiſſent. Quod poſtea Theodoſius, &
alii Chriſtiani principes animadvertentes, vel ea planè diruerſit, vel uſibus Chriſtianorum conceſſerunt.

Simulachra quorum ſit demoliri.

25 Sciendum attamen eſt, non eſſe privatorum
hominum ſimulachra demoliri. Debet itaque fieri
publica magiſtratus authoritate. Scribit Sozomenus
lib. 5. ſub Iuliano, cùm aperuiſſet idolorum templa,
quoſdam Chriſtianos dejeciſſe imagines. Vnde præfecti eius Imperatoris aliquot ſuſpectos eius criminis
comprehenderunt, eóſque tormentis & quæſtionibus
ſubjecerunt, cùm tamen inſontes eſſent. Sed facti authores, cùm eos pœniteret, dolerentque de aliorum
cruciatibus, ſe id admiſiſſe confeſſi ſunt, & exuſti ſunt.
Hac de re Auguſtinus Hom. 6. de Serm. Domini in
monte pulcherrimè ſcripſit, ubi locum ex Deutero.

Deut. 7. locus egregiè explicatus.
Deut. 7. 5.

ſeptimo capite adducit, Cùm terra veſtra fuerit, evertetis aras eorum & imagines. Prius, inquit, oportet poſſi-

Digitized by Google

tet poſſidere terram, & in ſua poteſtate habere, quàm ſimulachra ejus evertere. Conſtat vero templa, loca eſſe publica, non privatorum hominum poſſeſſiones: ideo cujuslibet non eſt ibi aliquid vel extruere, vel demoliri. Qui ergo rebus præſunt cùm civilibus, tum Eccleſiaſticis, eas in templis ferre non deberent. Alioqui ſimplices, cùm ipſas tolerari animadvertunt, eo nomine illis plus tribuunt, quod principes, epiſcopos & paſtores vident eas non abjicere. Et frivolum eſt, quod ſemper in ore habent, imagines eſſe quædam aſpectabilia verba Dei, quæ fidem rudium adjuvent, quoniam Paulus teſtatus eſt, fidem ex auditu eſſe, auditum verò ex verbo Dei, non è ſignis aut ſtatuis.

Rom. 10. 17.
An idola fidē adjuvent.

Si quis voluerit Chriſtum pictum habere, legat ſacras literas: in manibus habeat Evangelia, Epiſtolas Apoſtolicas, & Apoſtolorum Acta, & frequenter verſetur in ſacris concionibus.

Gal. 3. 1.
Chriſtus quomodo pictus ab Apoſtolis.

Vnde Paulus ad Galatas, Chriſtum ob oculos eorum depictum fuiſſe, nimirum & ſua & aliorum prædicatione, per quam illi tam fideliter Chriſto adhæſerunt, ut ſibi viderentur illum cruci affixum intueri. Cæterùm dicere ſolent, ſi removeantur hæc ſigna, infirmorum animi offenduntur, nec vident ſe, dum levius vitare ſtudent, incidere in gravius. Quia dum ſigna in templis ferunt, offenduntur infirmi, & in ſua pietate confirmantur impii, & pii læduntur. Attendendum præterea eſt, importunè ac ſine fine adverſarios urgere traditionem Eccleſiaſticam eſſe, ideo non poſſe nec debere mutari.

Traditiones Eccleſiaſticæ quando poſſint mutari.

Sed longè ſecus res habet, cùm traditiones Eccleſiaſticæ mutari ac tolli poſſint, ſi ædificatio id poſtulet. Quocirca, ſi faterentur Eccleſiaſticam eſſe traditionem, liceret eam commutare.

Trina tinctio in Baptiſmo.

Olim pueri trina merſione tingebantur, quam traditionem ſeu conſuetudinem, Gregorius ad Leandrum ſcribit ſublatam fuiſſe, cauſa quorundam hæreticorum, qui prædicabant citra illam ternam immerſionem pueros non fuiſſe baptizatos. Cur eadem ratione non ejiciuntur è templis imagines, ne videantur conſentire cum idololatris? At Pereſius ait; ſimulachra tollendo nos adverſari ſenſui naturæ humanæ, ac ipſi Deo. Verùm jam reſpondimus à nobis omnia genera ſignorum minimè tolli, ſed ea nolumus adorari, nec in templis eſſe, ubi adoratio facile poſſet impendi. Deinde ſi ratio Pereſii firma eſſet, Deum evinceremus contra ſeipſum facere, qui prohibuit ſua lege, ne homines ante imagines procumberent.

Cur Patres non tolerarint imagines.

Alii ſunt, qui dicant, patres in Eccleſia primitiva non tuliſſe imagines, quod homines tunc proni fuerunt ad idololatriam. Sed qui tandem hoc ſciunt vel affirmare poſſunt? an non eadem eſt hominum corruptio, quæ tunc fuit? Nonne hac noſtra ætate imagines paſſim coluntur & adorantur.

Argumentum à Cherubim ad ſimulachra noſtra.
Exod. 25. 18.
1. Reg. 6. 23.
Exod. 25. 31.
1. Reg. 7. 29.
1. Reg. 7. 25.

26 Ad extremum eò veniunt, cujus cauſa potiſſimum hanc tractationem ſuſcepimus: aiuntque Deum tempore Moſis & Salomonis, in tabernaculo ac templo, Cherubim atque alia ſigna voluiſſe habere. Ad hoc quidam inquiunt, imagines illas fuiſſe poſitas in Adyto, ut nemo videre poſſet. Infirma eſt reſponſio, quoniam & in atrio ſacerdotum fuerunt, ubi victimæ ac holocauſta fiebant. In machinis etiam, quæ ſuſtinebant conchas, utique fuerunt Cherubim, leones & boves: quin mare æneum bobus æneis impoſitum erat. Vnde alii reſpondent, ſigna hæc non ibi fuiſſe, ut colerentur, ſed inſtar cujuſdam pedagogiæ, & ut ſacrum templum ornarent. Verùm Papiſtæ ad eundem modum ſuas imagines excuſarent. Idcirco reſpondetur commodius, Deum non ſibi, verùm nobis Legem præſcripſiſſe, quare nos eam ſequi debemus. Nec illum redigere poſſumus in ordinem, ſi quid prærogativa ſingulari nonnunquam voluerit. Ille ſinendus eſt agere pro ſuo arbitrio, nos autem Legi latæ pareamus oportet. Typicum quiddam illa ſigna profectò habuerunt: ſed in exemplum quòd imitemur, non ſunt propoſita. Cum eis verbum Dei fuit conjunctum, quo deſtituuntur, quæ in noſtris templis collocantur. Et cùm res eſſent externæ, ac verbum adjectum haberent, fuerunt quodammodo ſacramenta eorum temporum, non autem homines, ſed tantùm Deus ſacramenta poteſt efficere. Et attendendum eſt, Solomonem & Moſen, qui fecerunt Cherubim, non fuiſſe auſos alia effingere, tantum id quod commendarat illis Deus, hoc fecerunt. Non Abrahami geſta, neque Adami, aut Moſis, vel aliorum Patrum geſta in parietibus depinxerunt.

An Chriſti imago ponenda, propterea ut credatur verum corpus habuiſſe.

Solent etiam quoque dicere, imagines Chriſti habemus, ut Marcionitæ ac Valentiniani convincantur, qui Chriſtum verum corpus habuiſſe inficiabantur. Plauſibile utique & acutum argumentum: at velim reſponderent, cur aliorum ſanctorum habent ſtatuas? an verò quiſpiam fuit, qui vera corpora illis detraxerit? Aliæ porrò adhibendæ ſunt rationes ad convincendos hæreticos, qui ſi Scripturæ teſtimoniis, & rebus à Chriſto geſtis non moventur, imaginibus proculdubio minimè confutabuntur. Ideo quæ ab adverſariis afferuntur, tantummodo ſunt prætextus, folia ficus, & pampini, quibus tamen pudenda non tegunt. Si voluerunt videri abhorrere à Marcione, cur identidem non declarant, ſe idololatriam deteſtari? Neque id prætereundum eſt, ipſam imaginem Chriſti, ſi habeatur in templis, longè periculoſiorem cæteris eſſe, ob perſonæ, quam refert & dignitatem & excellentiam.

Alexandri Severi imagines.

27 Frivolum etiam id eſt, quod Alexandrum Severum Imperatorem in ſuo larario dicunt, imagines habuiſſe, quoniam eas minimè à Chriſtianis accepit. Ethnicus erat, ideo non mirum, ſi oblectabat ſe imaginibus. Non ſunt ab eo, neq; à ſimilibus ejus exempla petenda.

Imago ærea Cæſareæ poſita.

Objiciunt poſthæc, imaginem æream, quæ in Cæſarea Philippi olim poſita dicitur. Cæterùm ſi paulò diligentius hiſtoriam Euſebii legant, eam intelligent, non fuiſſe in templo, ſed pro foribus domus ejus mulieris, quæ à Chriſto ſanitatem receperat. Fuit apud Ethnicos mos, ut ſi quis beneficium ingens à quopiam recepiſſet, imaginem illi poneret à quo fuiſſet magno bono affectus. Sic illa erga Chriſtum ſe geſſit.

Crucifixi Chriſti ſigna.

Signa præterea Chriſti affixi cruci hoc nomine tuentur, quod niſi paſſim cernantur, noſtra redemptio, id eſt, mors filii Dei, oblivioni tradenda ſit. Certè ſi doceatur in concionibus & crebrò inculcetur, fideles eam non obliviſcentur. Primitiva ſiquidem Eccleſia ſemper ob oculos habuit Chriſtum crucifixum, licet idolis & imaginibus uſa non fuiſſet.

Athanaſii ſcriptum de confoſſa ab Iudæis Chriſti imagine.

Scriptum verò Athanaſii de imagine à Iudæis confoſſa & fabuloſum & ineptum videtur. Etenim vixerunt eo tempore multi præclari & docti Epiſcopi, quorum ſcripta noſtra ætate adhuc extant, qui ſi tanta res eo tempore contigiſſet, ejus profectò mentionem in ſuis libris ac hiſtoriis feciſſent. Euſebius, Sozomenus, ac Theodoretus, qui de Athanaſio multa ſcripſerunt: hoc tamen, quod ab iſtis jactatur, omnino præterierunt.

Imagines docere quale figmentum.

Doctrinam, quam iſti aiunt ex iſtis colligi, nihil morari debemus, cùm Deus, Chriſtus, Spiritus ſanctus ſatis abundè loquantur nobis, in templis, divinis literis, concionibus & ſacramentis. Quid igitur iis oportuit ſimulachra ſuperinducere, quæ nos ab illis percipiendis potius avocant, quàm juvant? Non eſt Chriſtianorum ideò accedere templa, ut oculos paſcant picturis & imaginibus: ſed ut orent, audiant verbum Dei, percipiant Sacramenta, gratias agant Deo, & ejus auguſtiſſimum nomen celebrent.

Curia Laconica nullas imagines habuit.

Lacedæmonii conſtituerunt, ut in curia Senatoria nullum ſimulachrum poneretur, quo Senatores ibi eſſent animo præſenti, & de rebus in medio propoſitis quàm attentiſſimè cogitarent.

28 Quare fruſtra dictitant adverſarii ſigna & imagines libros eſſe laicorum, quod dum ſignificant ſanctorum geſta, imperitos & ruſticos erudiant. Nos verò fatemur picturis aliquid ſignificari: ſed admodum tenuiter: at imperitorum animi adeo ſunt rudes, ut miniſterio verbi opus habeant. Ac plerunque fit, ut potius adducantur in errorem per imagines, quam verè doceantur. Redeat idiota vel imperitus ad picturam quoties voluerit, ſemper idem refert: & ſi quid ſpectanti ſe in dubium venerit, ad illud explicandum nihil unquam reſpondebit. At in divinis literis & ſacris cócionibus, quod fuerit in aliquo loco ſubobſcurum, in altero clarè & liquido explicatur. In pictura, certè cum ſemel erraveris, illa nunquam te corriget.

Simulachris rerum geſtarum, memoria quomodo refricetur.

Fatemur attamen, ſimulachra bonum uſum poſſe habere, nempe ut refricent rerum geſtarum memoriam. Quod licet non ubique in quibuſdam tamen locis commodo uſuvenit, ſicuti nonnulla interdum loquimur nutibus, & muti geſtibus permulta exprimũt. Verùm cùm hoc aliquãdo & alicubi facere liceat, ſem-

Digitized by Google

perne atque omnibus in locis illis utemur? An Senator prudens habebitur, ſi digitis & nutibus in curia ſententiam dicat? Nec dubium eſt, aquæ uſum eſſe ad ſitim extinguendam, verùm ſi eam convivis tuis apponas, & ſtultus & ſordidus habeberis.

Similis.

Ita etiam imagines, etſi alicubi ſuam habent commoditatem, in templis nihilominus ferri non debent, ubi cum Deo longè melioribus viis & rationibus agere poſſumus: & præſertim, cùm ibi nō ſine periculo haberi queant. Nam Ieremias ait capite 10. Simulachra oſtendere mendacia: Quod idem Habacuc 2. affirmat, & in lib. Sapiétię ca. 13. & 14. ſcribitur, homines ab eis decipi.

Ier. 10. 14. Hab. 2. 18. Simulachra fallunt.

Vtque res clarius pateat, ſciendum eſt, tunc frequentem uſum ſimulachrorum in Eccleſiam irrepſiſſe, quando Epiſcopi cœperunt otio indulgere, cùm deſierunt Eccleſiam ſibi commiſſam docere, illamque verbo & Sacramentis paſcere: tunc inquam, imagines ſubſtituerunt, tanquam ſui ipſorum vicarias.

Simulachrorum uſus quādo cœperit maximè.

Conſulamus obſecro aliquantiſper experientiam, videamuſque ab eo tempore, quo templa fuerunt contaminata ſimulachris, an ruſtici & imperiti eorum uſu doctiores facti ſint, & magis divinarum rerum ſcientes evaſerint? Certè multo minus, quàm antea, Chriſtus & Deus cognoſcitur. An ignoravit Deus hanc imaginum commoditatem.

Ezec. 1. 5. Ex 28. 14. & 16. Exo. 25. 18. 1. Reg. 6. 23.

29 Porro non potuit eum latere, qui oculo ſuo luſtrat omnia, & cuncta cognoſcit. Si vidit, & interdixit, paterna benevolentia nos minimè complectitur, qui videatur hominibus tantum bonum invidiſſe. Deinde Apoſtoli, qui nihil omiſerunt, quod ad ſalutem hominum faceret, nuſquam tantæ utilitatis meminerunt. Cæterum ſuis actionibus produnt ſeipſos. Ea etenim ſigna, ad quæ catervatim ſtulti peregrinantur, magna religione plerunque ſunt velata, magnaque diligentia operta, ut vix magnatibus, Cardinalibus & principibus aperiantur: rudis autem popellus, in cujus gratiam ea ſimulachra volunt eſſe conficta, ſemper habebit ante ſe libros illos clauſos. Neque curanda eſt quicquam Nicena Synodus 2.

Nicenę ſecundæ Synodo oppoſita Eliberina.

Nam ſi quis expendat mediocri diligentia rationes illorum Epiſcoporum, quibus imagines conſtabiliverunt, riſum tenere non poterit. Propterea illi Synodo Eliberinam opponimus, in qua, ut ſuperius expoſui, picturę & ſigna prohibentur. Mirum ad hæc, iſtos non pudere, locum Pauli nobis objicere, quo dixit omnia munda mundis: cùm ibi tantùm de rebus mediis ac indifferentibus agat, non de periculoſis aut prohibitis. Cumque jam dixerimus de natura & vetuſtate imaginum, eáſque diſtinxerimus per ſignificata, quòd aliæ Deum referunt, aliæ Dei creaturas: & oſtenderimus, quid moverit homines, quòd conati ſint ſignis Deum exprimere: demonſtraverimuſque non licere Deum ſignis referre: partim, quod fieri non poſſit, partim quod ipſe pr[…]ibuerit: docuerimuſque res conditas nihil prohibere, quin imaginibus referantur, modò nulla eis exhibeatur adoratio: & ad extremum, in ſacris locis non eſſe habendas, confirmaverimus: De illis nos jam ſatis dixiſſe arbitramur.

De Cherubim.

In 1. Reg. 6. Cherubim nomen & forma.

30 Quod attinet ad nomen, ſcribit Aben-Ezra nonnullos eam vocem omnibus ſculpturis ac imaginibus communem facere: ita nihilominus, ut quæ in Lege depinguntur humanam figuram habuiſſe dicantur. Sed in Ezechiele, formæ illorum deſcribuntur, ut leonis, bovis & aquilæ, non tantùm humanæ.

Ezech. 28. 14. 16.

Apud eundem Prophetam, Rex appellatur *Cherub*, quod magna fuerit dignitate, ſplendore, atque opibus cumulatus. Scribitur ea vox interdum plena, id eſt, cum *vau*: nonnunquam vero loco ejus habetur *Kibbutz*. At Salomon videtur Moſen æmulatus, nam & ille in ſuo tabernaculo, duos Cherubim fuſiles habuit. Quin & ipſa cortina intima, quæ fuit inſtar parietis tabernaculi habuit Cherubim acu pictos. Vnde nomen mirum ſi Salomon & duos fecit ſculptos, & per parietes cælaturis elegantibus plures expreſſit. Non me fugit, ex veteribus interpretibus Hebræis, nonnullos fuiſſe qui vocem *Cherubim* exiſtimarint compoſitam eſſe, ut primum elementum *Caph* ſit nota ſimilitudinis: deinde ut verbum addatur *Rab*, quod eſt alere, ſeu creſcere, unde nomé fiat *Rabil* & *Rabi*, quod pueros & adoleſcentes ſignificat: quia ſtatura creſcant & augeantur. Verùm id non eſt ſimile veri, ut etymologia nominis Hebraici à Chaldaico ſumatur. Quod ad materiam eorum attinet, ſatis conſtat, ea quæ in tabernaculo Moſaico fuerunt, ex auro ſolido fuiſſe, ſiquidem aſſurgebant ex utroque propitiatorii latere, ac ſeſe mutuo reſpiciebant.

Propitiatoriū.

Propitiatorium verò tabula fuit ejuſdem cum arca fœderis, & longitudinis & latitudinis, quæ auro ſolido & puro conſtabat, & ex ea ſicuti dictum eſt, duo Cherubim aſſurgebant. Materies verò Salomonicorum, fuit lignum oleæ, quod ſanè duriſſimum eſt, unde in eo cælando vel ſculpendo artifices plurimùm laborant, diutiſſimè attamen durat.

Quo jure Salomon oleas exciderit. Deut. 20. 19.

31 Quærit hoc loco Rabi David Kimhi, quomodo Salomoni licuerit arbores olearum excindere, quòd fructiferæ ſint, & in Deuter. ſtatuatur, ne vel in ſolo hoſtili eæ arbores incidantur? A quibuſdam reſpondetur, illum non excidiſſe niſi vetuſtate iam exhauſtas, & ita effœtas, ut fructum non amplius ferrent. Alii verò putant eum non oleis, verùm oleaſtris eſſe uſum, ex quibus fructus nullus habetur. Nec deſunt, qui ſcribunt, hæc ligna non exciſa in ditione Iudæorum, ſed ab Hiramo fuiſſe miſſa. Verùm commodius dici poſſet, extra ordinem hæc geſta fuiſſe, & inſtinctu divino de Lege aliquid eſſe remiſſum, præſertim, quod ad bellum magis, quàm ad pacem ſpectaverit. Quidam etiam fuerunt, qui hoc lignum propriè fuiſſe olivam negarint: Nam ut inquiunt, alia quoque genera ſunt arborum, quæ oleum quoddam producunt, ut cedri, pinus & abietes, quæ cùm ferant pinguedinem ſeu reſinam, arbores olei dici poſſunt. Locum adducunt ex capite 8. Nehemiæ, ubi ſcribitur: Feſtum Tabernaculorum fuiſſe celebratum, quo dicebatur populo, Afferte folia olivi & folia arboris olei: quibus verbis hæc maniſeſtiſſimè à ſe invicem diſtinguebantur.

Nehem. 8. 15.

Quin & Legis præceptor non tantùm folia olearum, ſed etiā cedri geſtare jubebat.

Leuit. 23. 40.

Græca verſio cupreſſum habet, Eſaiæ cap. 41. hàc voce lignum cupreſſi videtur exprimi, quanquam locus eſt perobſcurus.

Eſa. 41. 19.

Altitudo Cherubim decem habuit cubitos, verum ita, ut faciem juvenilem referrent. Quod etiam in Coloſſis à peritis artificibus nonnunquam eſt factitatum. Ioſephus attamen iſtos Cherubim quinque cubitorum tantummodo fecit, & materiem habuiſſe purum & ſolidum aurum teſtatur. Verùm fides penes divinas literas eſſe debet.

Cherubim ſitus & habitus.

32 De ſitu verò & habitu Cherubim hæc referri poſſunt, R. Salomonem ſcripſiſſe, plantis pedum adhæſiſſe pavimentum, & vultum converſum habuiſſe verſus orientem, quaſi venientes ac ingredientes aſpicerét. Alter eorum ala ſua contingebat Meridianum parietem, alter Aquilonarem, mediis alis ſeſe mutuò attingentibus. Diſtabant itaque à ſe invicem decem cubitis. Liber Paralip. affirmat, has imagines vultus adoleſcentum habuiſſe.

2. Par. 8. 10.

Ioſephus contra ſcribit, neminem poſſe dicere, quales vultus illorum fuerint. Quod verò ad Orientem & Sanctum ipſum intuerentur, liber Paral. teſtatur; Cùm apertis eſſent alis, earum apertio tota conſtabat decem cubitis, atque adeo totam latitudinem Sancti ſanctorum occupabant, nimirum viginti cubitos.

Ibid. v. 19.

Proinde in eis deprehenditur iuſta corporis humani dimenſio, quantam aiunt conſtare, cùm proceritas tanta eſt quæ manus expanſas adæquet. At dixeris, ſi utraque ala tot habuit cubitos, quis dabatur locus trunco totius corporis? Kimhi ſcribit, corpora eorum ſub alis fuiſſe, quòd alarum capita conjungerentur ad ſpinam dorſi. Quare illorum corpora extabant ab anteriori parte poſita extra alas, ac ubi eminebant ſub iſtis duobus Cherubim, vel inter eos Arca fœderis iacebat, quę illorū expāſis alis obumbrabatur.

Arcæ dimenſio. Exod. 25. 10.

Arcę lōgitudo, ut deſcribitur 25. Exo. fuit duorum cubitorum cū dimidio, totidé habuit in latitudine: altitudo verò illius unius cubiti cū dimidio fuit. Vectes aurei adjuncti erāt, qui annulis aureis inſerebātur, nec inde amovebantur unquam. Longitudinis erant quatuor cubitorum, ſuper Arca in Propitiatorio, quo alii Cherubim erant à Moſe fabricata. Et hac ratione fiebat, ut in Sancto ſanctorum Salomonico quatuor fuerint Cherubim, duo ſcilicet Salomonici, ac duo minores tempore Moſis conflati. Sed majores, quos poſuit Salomon, Sanctum

A ctum & orientalem partem intuebantur. Moſaici vero ſtabant ab utraque parte propitiatorii, & ſeſe mutuo aſpiciebant, quaſi Propitiatorium ſuis manibus ſuſtentarent. [Eſa. 6.2.] In tabernaculo Moſaico, apertura duarum alarum decem cubitorum erat, aliſque parietem attingebant: verum diverſa ratione quàm Salomonici, quia Moſaici tangebant Orientalem & Occidentalem: Salomonici vero, Aquilonarem & Auſtralem. Moſaici autem conſtituti in Salomonico templo, ſuis alis parietes non attingebant, B quia locus erat amplior quam in tabernaculo fuerit. In Eſaia tamen diſpoſitionem Cherubim legimus aliquando diverſam: nam ſex alæ cuique eorum fuerant. Nam ſuperioribus vultum inferioribus pedes operiebant, intermediis autem volantes, clamabant; Sanctus, Sanctus, Sanctus.

33 Non eſt exiſtimandum Salomonem tranſgreſſum eſſe Legem, quòd Cherubim poſuerit in penetralibus templi: ſecutus enim eſt Moſis exemplum, qui à Deo juſſus eſt idem facere. C Præterea cum David omnem ſacræ fabricæ formam & delineationem demonſtrarit, non eſt dubium, quin & Cherubim ſigna oſtenderit: [Cherubim quid repreſentarint.] quare hoc exemplo adduci non debent idololatræ, ut in ſuis templis imagines habeant. Poſtremo teſtat, ut de ſignificatione harum imaginum quantum videbitur ſatis, referam. Adumbrabant porro ſpiritus adminiſtratorios, de quibus 1. epiſt. ad Heb. [Heb. 1. 14.] cap. 1. ait, quorum Daniel [Dan. 7. 10.] tantum numerum prodit, ut eſſe ſcribat decies centena millia, hoc eſt, innumerabilem D multitudinem: Certum quippe numerum pro definito poſuit. Miniſteria eorum varia ſunt. Quandoque ſeveritatis: [Gen. 3. 24.] Nam cum Deus Adamum è paradiſo pepuliſſet, Cherub ante paradiſum collocatus eſt cum flammea romphæa, ut inde miſeros homines arceret. Ægyptii percuſſi ſunt angelorum miniſterio, [Pſ. 78. 49.] necnon exercitus Sennacherib. David etiam vidit Angelum, ſtricto gladio urbi Hieroſolymitanæ imminere. [2. Reg. 19. 35.] [2. Sam. 24. 17.] Angelus quoque in itinere Bileamo reſtitit. [Num. 22. 24.] Nec dubium eſt, miniſterio angelorum, Pentapolim [Gen. 19. 13.] E fuiſſe ignibus abſumptã. Interdum vero, defendendis hominibus Deo inſerviunt: Angelus quippe inter caſtra Ægyptiorum & Iſraelitarum ſe interpoſuit, [Exod. 14. 19.] ea utique nocte, quando mare rubrum tranſmittendum erat. Lothus etiam ſervatus eſt angelorum opera. [Gen. 19. 16.] Petrus item eductus e carcere: [Act. 12. 7.] & Chriſto affuerunt angeli, cùm à diabolo tentaretur in deſerto. Quin regna & provincias tuentur, quemadmodum in Daniele ſcribitur: Et illorum manibus Lazari ſpiritus ad ſinum Abrahæ deductus prædicatur. [Luc. 16. 22.] Et in Pſalmo canitur: [Pſal. 91. 11.] F Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Viſi ſunt etiam ſtare pro Heliſæo tuendo, [2. Reg. 6. 17.] adverſus hoſtes, ut ſacra hiſtoria refert & teſtatur. Vtitur præterea illis Deus ad homines docendos, ut in Daniele & Zacharia legimus: [Dan. 10. 5.] [Zach. 1. 14.] Maria edocta eſt per Gabrielem de ſalutifero partu. [Matt. 1. 20.] Ioſephus de aſſumenda conjuge, à qua divertere ſtatuerat, nec non de fuga in Ægyptum ac reditu. [Matt. 2. 13.] [Luc. 1. 26.] Quid plura? Legati ſunt Dei, ad illius voluntatem patefaciendam. [Heb. 1. 14.]

34 G Quin & Miniſtri Eccleſiarum angeli dicti ſunt, [Apoc. 2. 1.] & illis adumbrantur. Sanctum quippe Dei verbum apud homines promovent. Idcirco Ezechiel vidit machinam, [Ez. 10. 8.] qua & Cherubim vehebantur: quibus, ut docti & ſapientes interpretantur, Prophetæ, Apoſtoli & Miniſtri Eccleſiarum exprimuntur: à quibus Deus, hoc eſt, Ieſus Chriſtus Servator noſter, per verbum ipſius, vehitur ad omnes mundi partes. Et ubi ubi poſſunt, divinas laudes inter homines, quemadmodum Seraphim Eſaiæ, [Eſ. 6. 3.] celebrant. H Multa præter hæc afferri poſſunt, quibus ampliſicaretur Allegoria inter miniſtros & Angelos, ſed paucis hiſce contenti erimus. Redeo itaque ad ipſos angelos, quorum etiam miniſterio Deum aſſero Phyſica, hoc eſt naturalia gubernare. Illorum quippe opera dubium non eſt, orbes cœleſtes converti, & admiranda in natura produci. Qua de cauſa eleganter ſcribitur, [Pſal. 18. 11.] Deum ipſum vehi per Cherubim. Et divinos hoſce ſpiritus tantæ dignitatis atque excellentiæ, Scripturæ eſſe demonſtrant, ut illos nobis proponant, I non modò alatos, verumetiam oculorum plenos. Quod videlicet munia ſibi à Deo impoſita cùm ſapientiſſimè tum celerrimè obeant. A Quæ duo in miniſtris & legatis meritiſſimè collaudantur. Nam tum rectè ſuo funguntur officio, ſi cum prudentia, celeritatem conjungant. [Ezech. 1. 18.] Et de Cherubim ſatis hæc ſunto.

35 Sed jam de voce Teraphim aliquid videamus. [Teraphim in Gen. 31. v. 19.] Quidam volunt inſtrumenta fuiſſe ad horas deprehendendas, vel regiones, ſtationes, & gradus aſtrorum, unde poſtea e futuris eventis ex Aſtrologica peritia divinaretur. Sed hoc non multum probatur, B quia potius erant ſtatuæ, ut in hiſtoria Davidis apertè videtur: [1. Sam. 19. 13.] quando Michol Saulis filia, in lecto Teraphim collocavit, aſſimulans ibi Davidem cubare, quem tamen ipſa clàm emiſerat: illud autem ad commentum non fuiſſet veriſimile, niſi humanam Teraphim habuiſſent effigiem. Quare ab aliis dicitur illas [Diabolus in idolis loquitur.] eſſe ſtatuas ita factas, obſervatione aſtrorum, ut reſpondere valerent, & reddere oracula quando conſulebantur: cujus ſententiæ inter cæteros eſt Aben-Ezra. At contra hanc opinionem, objici poſſe videtur, C id quod in Pſalmo de idolis canitur; [Pſal. 115. 5.] Os habent, & non loquuntur. Quod ſi reſpondent: Quomodo id locum habebit? In illo eodem Pſalmo quæſtio ſolvitur: Non loquuntur in gutture ſuo, quòd ſcilicet, naturali vi ſpiritus per arteriam pulmonis edatur: ſed in ejuſmodi imaginibus, non anima, ſed diabolus loquitur. Vnde Iudæi ejuſmodi alioqui immerſi ſuperſtitionibus, perhibent, conſueviſſe à maleficis puerum aliquem ſacrificari, quem primogenitum eſſe noverint: D cujus præciſum caput ſale & aromatibus condiunt, ut duret incorruptum: ſub hujus lingua laminam collocant auream, in qua deſcribunt nomen impuri dæmonis, quem invocant: accenſiſque luminibus, hujuſmodi nefarium caput, adorant & conſulunt, atque inde reſponſa habent, diabolo ejus linguam movente. In Zacharia dicitur, [Zach. 10. 2.] Teraphim loquuti ſunt mendacia. Et non mireris in Hoſea haberi, [Oſ. 3. 4.] quod populus videatur relinquendus ſine Ephod & Teraphim, quaſi ad Deum colendum pertinerent Teraphim, quemadmodum Ephod: hoc enim minimè E eſt verum: Semper vocula Teraphim in ſacris literis capitur in malam partem: [Teraphim in malam partem ſumuntur.] ſed ibi ſenſus eſt, à Deo diſſipandum & affligendum populum Dei, ut nec verum Dei cultum retinere poſſint, neque illis vacaturum ſit idola colere. Ephod ibi refertur ad ſanam religionem, Teraphim verò ad impiam, quarum neutram captivi & afflicti retinebunt. [Gen. 31. 30.] Miror verò quónam pacto quidam dicere audeant, Labanum ejuſmodi Teraphim ſive imagines non coluiſſe, [Laban coluit Teraphim.] cùm ipſe apertè dicat, eſſe deos ſuos. Illum ego exiſtimo, & F Deum & idola ſimul adoraſſe. [Curioſitas origo idolorū per quę futura cognoſcuntur.] Idololatriæ quippe incolarum Meſopotamiæ, ut veriſimile eſt acceſſit, & nonnihil retinuit eorum quæ de vero Deo Nahor pater ei fortè tradiderat. Quamvis & Nahorum fuiſſe idololatram, non eſt apud Iudæos abſimile vero, ut Bileam ariolum, [Num. 24. 4.] qui dicit ſe à Balac vocatum, ex illa eadem regione. Sed de idololatria hoc tantummodo dicam, & de hoc idolorum & imaginum ſtudio, unde futura cognoſcerentur, illa ex curioſitate ortum habuiſſe: cùm enim homines tanta futurarum rerum G ſciendarum anxietate tenerentur, nihil intentatum reliquerunt, ut id conſequerentur: & tunc diabolus ſe facilè videt admittendum, quando tanta alicujus rei æſtuamus cupiditate, quare & ſuas artes adhibet, operamque libenter impendit, ut deludamur, abſtrahamurque à vera & ſolida noſtra ſalute. Chriſto autem debemus, quòd modò iſta non adeo publicè habeantur per orbem recepta, ut ante ejus adventum: etſi privatim non ſunt prorſus ablata, nulla tamen eſt bene civitas inſtituta legibus, quæ hujuſmodi artes male- H ficas & incantationum ſtudia vel non graviter puniat, vel perpetua notet infamia. Dicant Plutarchus & alij quicquid velint, de cauſa cur oracula reddi ceſſarint, cùm nos ſciamus Domino noſtro Ieſu Chriſto hoc eſſe acceptum referendum.

De victimis humanis.

36 Ex hiſtoria ſacra manifeſtè apparet eò dementiæ ventum eſſe, ut victimis humanis & oblatione liberorum homines voluerint Deum ſibi propitium I reddere. Qua autem ex origine ſeu principio, malum hoc habuerit initium, varij comminiſcuntur varia,

Gen. 22. 2.

Nam ſunt qui arbitrantur κακοζηλίᾳ quadam Abrahami eam fuiſſe inductam conſuetudinem. Audiverunt enim homines Deum talem victimam petiiſſe, atque ideo concluſerunt ei eſſe gratiſſimam. Et ſperarunt ſe fore felices, divites ac potentes inſtar Abrahami, ſi talem oblationem exhibuiſſent. At non eſt ſimile veri, Ethnicos tanti feciſſe Abrahamum privatum hominem, ut ejus exemplo ſe tam graviter mulctare voluerint. Deinde ad premenda ejus facti veſtigia, ſatis erat animi præparatio, neque oportebat rem ipſam perficere: Nam Deus, qui juſſerat, ut id fieret, ne fieret prohibuit. Quocirca illud inventum non poſſum aſcribere certiori authori quàm Satanæ, qui homicida fuit ab initio, nec alia re magis delectatur quàm cædibus & humano ſanguine. Vnde pulchrè in Pſ. 106. dicitur: Immolaverunt filios ſuos dæmonibus. Id autem non feciſſent, niſi certiores facti eorum oraculis fuiſſent ipſos hoc genere victimarum delectari. Nec ſolùm in Palæſtina vel Syria is mos obtinuit, verùm & ad exteras nationes pervenit.

Pſal. 106. v. 37.

37 Plutarchus in Parallelis, capite ſexageſimo ſexto, ſcribit Lacedæmonios, cùm peſte affligerentur, reſponſum ab Apolline accepiſſe, luem reſtinguendam, ſi virgo aliqua mactaretur, ſorte delecta ex prima nobilitate. Et capite ſequenti, ſcribit idem accidiſſe Pheræis. Eſt præterea decantatum apud omnes Poëtas, Polyxenam Priami filiam oblatam fuiſſe manibus Achillis, & Iphigeniam ſeu Iphianaſſam (utroque ſiquidem nomine vocabatur) filiam Agamemnonis in Aulide ſacrificatam: Vnde Virgilius cecinit:

Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa.

Quin & Tertullianus in ſuo Scorpiaco adverſus Gnoſticos memorat Scythas Dianę ſacrificaſſe homines, nimirum in Taurica regione, atque Gallos idem feciſſe Mercurio ſuo: Afros etiam Saturno. Et ne videatur exoleta ſeu vetuſtiſſima referre, teſtatur illud crudeliſſimum inſtitutum publicè duraſſe uſque ad Tyberii proconſulatum. Is tantum facinus è medio ſuſtulit, & Sacerdotes qui hæc fuerant exequuti, ſuſpendit in arboribus, quę templum Saturni obumbrabant. Verùm addit ab eo tempore ſæviſſima illa ſacra, etſi non publicè, privatim ſaltem, fuiſſe peracta. Quin & in ipſa, inquit, urbe piorum Æneadum, idem conſuevit fieri, ut cuidam Iovi ſanguis humanus aſpergeretur. Nec refert, quod beſtiariorum, hoc eſt, eorum hominum, qui ob varia facinora damnati erant ad beſtias, ille cruor fuerit, quia etſi malefici erant, homines tamen erant. Hæc ille ſcribit in ſuo Apologetico, aſſerens hoc genus oblationis pulchrè Saturno conveniſſe, qui ut ſuis natis non pepercerat, ita cæde aliorum delectaretur. Hoc numen Saturni, ut Hebræorum interpretes affirmant, Moloch apud Iudæos appellabatur, cui parentes idololatræ ſacrificabant ſuos liberos. Nec ignoratur conſueviſſe Romanos antiquitus duos homines annuatim ſacrificare, illos de ponte Milvio in Tiberim dejiciendo, quod poſtea inſtitutum mitigarunt, non ipſos homines, verum illorum imagines è ſcirpo in fluvium pręcipitantes. Meminit Livius Decade quarta, libro quarto, Veris ſacri, quo vovit populus Romanus in ſacrificium animantia omnia quæ naſcerentur à Kalendis Martiis, uſque ad Idus Maias: atque, ut Feſtus tradidit, etiam pueros convoverunt. Et in Cypro, Apollini hominem ſacrificabant. Nam Teucrus, qui primus id egit, ritum poſteris per manum tradidit, duravitque illud ſacrum uſque ad Imperatoris Adriani tempora. Et Philo qui Phœnicum ſcripſit hiſtoriam, tradidit illos in ſummis diſcriminibus filios immolare conſuevaſſe, quod narrationi hujus hiſtoriæ pulcherrimè congruit. Omnibus præterea notum eſt Decios ſeipſos devoviſſe, pro ſui exercitus ſalute, & Curtium ſe dejeciſſe in vaſtum hiatum terræ, ut urbs à lue, qua laborabat, eriperetur.

Humanarum victimarum abrogatio.

38 Laudantur utique iſti judicio mundi & carnis, cùm judicio Dei & ſpiritus, digni ſint vituperatione, unde Chriſtus nos monuit quàm ſapientiſſimè illa quæ coram hominibus excellunt, abjectiſſima eſſe in cōſpectu Dei. Proinde, ut dixi, à Diabolo profectū eſt hoc teterrimū ſacrificii genus. Sed quibus rationibus eò pellexerit homines, videndum eſt. Vnam puto fuiſſe ad hunc modum confectam. Quæ ſunt pretioſiſſima, quæque nobis maximè placent, Deo ſunt

Quibus rationibus humanę victimæ commendatæ fuerint.

Luc. 16. 15.

A offerenda, pręſertim cùm extremis jactamur periculis. At liberi noſtri multò præſtant pecudibus, neque illis quicquam dulcius habemus, ergo illi offerendi ſunt numini, cùm in graviſſimis periculis verſamur. Paralogiſmus eſt, à dicto ſimpliciter, ad ſecundum quid: quia & nos confitemur parentes debere ſuos liberos offerre Deo, illis piè ac religioſè educandis, at non in holocauſtum. Alia fortaſſis ratione ſunt impulſi, quod à majoribus, id eſt à ſanctis
B Patriarchis acceperint, fore, ut quandoque Deus humano generi humana victima placaretur, quod, ut illi de Meſſia peculiariter intellexerunt, ita impii magiſterio Diaboli edocti, de ſingulis quibuſque hominibus acceperunt. Mira porrò fuit mentis eorum excæcatio, ut non horruerint ſuos liberos mactare dæmonibus, & pluſquam vanus erat religionis prætextus, quæ non verbo Domini, ſed humano ac diabolico figmento conſtabat. Et ſanè quo magis homines fervent ſuperſtitionibus à ſeipſis excogitatis, eò in
C abſurdiora magis præcipites feruntur. Sicubi autem bona intentio fuiſſet commendanda, hîc maximè locum habuiſſet: nam qui ſuos filios immolabant, non tantùm videbantur humanos affectus mortificare, ſed illos penitus exuere. Ita homines faciunt, dum ſuo rapiuntur arbitrio. Quid hoc porrò erat, quàm in ſuum ipſius ſævire ſanguinem? Feræ omnino deſtitutæ ratione, talia non committerent, quæ pro ſuis fœtibus dimicant, & ſe pro earum ſalute ad mortem oppetendam offerunt. Hinc intelligimus, quæ miſeri
D idololatræ numina coluerint, quæ propitia eis eſſe nolebant, niſi antea maximè nocuiſſent. Specie pietatis polluebatur terra ſanguine innocenti, quo infelicior ei acceſſeretur vaſtatio. Et ita videmus plura & longè graviora idololatriam extorquere ab hominibus, quàm vera pietas & verbum Dei poſſint obtinere. Iſti filios jugulare non gravabantur, qui autem profitentur Evangelium, illos nec quidem leviter caſtigare ſuſtinent. Sacerdotes Baal ſua corpora tam crudeliter incidebāt, ut ſanguis ex eorum cor-
E pore undique proflueret, & qui Chriſtiani dici volunt, ſuum corpus à noxiis voluptatibus minimè avocant.

1. Reg. 18. 28.

39 Quod ſi rogaremus, an aliqua humana victima Deum unquam oblectarit: id minimè negabimus. Nam Chriſti morte placatus eſt Deus humano generi. Et quod paſſim in Lege ſcribitur de ſacrificiis, Deum illa odoratum eſſe odorem ſuavitatis, id non ad pecudes, quæ immolabantur, verùm ad Archetypum, quod ipſis adumbrabatur, id eſt, ad Chriſtum
F referri debet. Cujus attamen mors nudè & per ſe non placuit Deo, ſed quatenus à vera Filii obedientia, perfecto animo, & ſumma charitate proficiſcebatur. Et ſi quæras, unde illa obedientia & charitas ſuam dignitatem & excellentiam ſortita fuerint, dicetur à perſona divina, in qua natura humana ſuſtentabatur, dum Chriſtus noſtræ ſalutis opera, quatenus homo erat pateretur. Eſt etiam chariſſima Deo ſanctorum Martyrum victima, qua ſe Dei nomine cædi permittunt. Nec tamen crudelis eſt Deus, qui
G ſanguine ac morte hominum gaudeat: non enim mortes & cædes Martyrum ex ſe ipſis & natura ſua illi placent, niſi quatenus offeruntur ad ſuam veritatem conteſtandam. Deinde ſic patientes non reſpicit, quâ ſunt puri homines & filii Adami, ſed ut ad corpus Chriſti attinent, & jam ejus membra per regenerationem evaſerunt, & juxta Pauli dicendi formulam, homines Dei vocantur.

Quæ victima humana Deū oblectarit.

Gen. 8. 21.
Exod. 29.
Levit. 1. & 2. & 3.
Num. 15. & 28. & paſſim.

2. Tim. 3. 17.

40 Potuiſſet utique Deus humanas victimas jure ſuo ab hominibus requirere. Cùm enim ſit homi-
H num conditor, de illis arbitrio ſuo ſtatuere poteſt: quod adhuc ei magis licet, cùm omnes Adami poſteri obnoxii morti redditi fuerint. Quod ergo ſingula quaque hora debebant, Deus ab illis exigere poterat, quandocunque libuiſſet: ſiquidem illorum obitu ad ſua decreta implenda, nulla juſtitia prohibebat quin abuteretur. Exigendo genere hoc oblationum, non feciſſet illis injuriam. Nam pro jactura hujus caducę & fragilis vitę, beatam & ęternā rependiſſet, quod lucrum & quidem luculentum exiſtimari
I debuit. Quare potuiſſent offerendi homines in holocauſtum, hac ſolida conſolatione ſuos animos erigere. At cùm licuiſſet ei hoc facere, noluit, imò, ne

Humanas victimas, Deus iure requireret.

fieret,

Gen.22.12. fieret, vetuit. Primùm ante latam legem, quando A- A
Lev.18.21. brahamum cohibuit, ne Iſaacum perimeret. Poſtea
Deut.12.31. in ipſa lege duobus aut tribus locis cavit, ne filios
Deut.31.17. ſuos homines offerrent, inſtar gentinm Cananaica-
Pſal.6.36. rum immolarent. Et poſt legem latam crebrò incre-
Ier.32.35. puit Iſraelitas oraculis prophetarum, cùm talia com-
Pſal.6.37. mitterent. Loco autem humanæ victimæ ſubſtituit
cædes pecudum, id eſt, taurorum, vitulorum, ovium,
caprarum & volucrum, quæ tamen poſtea removit,
cùm Ieſus Chriſtus fuiſſet immolatus. Cur verò ad B
Cur ſacrificia pecudũ Deus requiſiverit. tempus ſacrificia ejus generis tulerit, in ſecundo li-
bro contra Marcionem Tertullianus exponit. Pri-
mùm, quòd Hebræos videret ad ſacra idololatrarum
proclives, ubi hæc animalia fiebant in ſacrificiis: qua-
re potius voluit ut illa ſibi facerent, quàm vanis gen-
tium Diis, imò dæmonibus. Deinde ſumma diligen-
tia, & exquiſitis præceptionibus diſtinxit ſacrificio-
rum genera, de locis etiam, vaſis, & ritibus infinita
quodammodo præſcripſit, ut illos patres exerceret o-
perosè admodum ſuo cultu, quò cogerentur in lege C
ſua diu noctúque meditari, atque id ex vera fide, alio-
quin odioſa fuiſſent ei ſacrificia eorum, ut per Iſaiam
Iſa.1.11. dixit: Quò mihi multitudo victimarum veſtrarum?
An hæc requiſivi de manib. veſtris? &c. Erat etiam ille
cultus pædagogia quædam: docebantur etiam patres
mortem, quam ſibi peccatis acciverant, Dei beni-
gnitate ab ipſis in victimas translatam fuiſſe. Et Chri-
ſtus liquido monſtrabatur, qui omnium noſtrûm
peccata, & mortem in ſeipſum recepit, & ideò mor-
tuus eſt, ut nos abſolveremur. Hæc fuit ſacrificiorum D
Moſaicorum pædagogia. Nec tamen dicendum eſt
nobis in univerſum deeſſe humanas hoſtias, quas
Deo immolemus, nam quiſque ſeipſum poteſt & de-
Rom.12.1. bet ſacrificare, ut Paulus ad Romanos docuit capite
duodecimo ſcribens: Obſecro vos per miſericordiam
Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam ſanctam,
Pſ.19.51. &c. Et David cecinit: Sacrificium Deo ſpiritus con-
tribulatus, cor contritum, &c. Filios item noſtros li-
cet offerre Deo ſi piè ac ſanctè inſtituantur ad cul-
tum veri Dei, qui non ex hominum inventis, verùm E
ex ejus verbo exhibeatur. Atque hæc de humanis
victimis nunc ſufficiant.

2.Reg.3.27. 41 Cæterùm ſcrupulus non minor ſe offert, quod
horrendum ſacrificium Regis Moab, illi videatur
non parum profuiſſe. Nam è veſtigio ſoluta eſt ob-
ſidio, & exercitu ſic recedente, data eſt occaſio per-
verſi ritus exercendi. Quid ergo? Deum accuſabi-
mus, qui ſucceſſum hujuſmodi conceſſerit? Nequa-
quam: Legem ei nemo poteſt nec debet imponere,
quis eis præſcribet cùm ſit omnium rerum cauſa? Ea- F
dem ratione cum ipſo expoſtulemus, quòd ſit paſſus
Magos Pharaonis Moſi reſiſtere, & multa ſigna &
Exod.7.& 8. miracula contra ipſum edere. Ibi quoque dabatur oc-
caſio reſpuendi verbi Dei. Poſſemus item conqueri
de Antichriſto, quòd miraculis ac prodigiis, ut ſcribi-
2.Theſſ.2.9. tur ad Theſſalonicenſes, homines ad defectionem ſit
impulſurus. Poſtremis quoque hiſce temporibus mi-
racula ſeu præſtigiæ fiunt ad ſtatuas, reliquias & ſe-
pulchra ſanctorum, unde ſuperſtitiones & cultus ido-
lolatrici confirmantur. At iis de cauſis non poſſumus G
de Deo jure conqueri, cùm ſit ipſiſſima juſtitia, & o-
mnia juſtè faciat. Qui enim propter hujuſmodi oc-
caſiones ad mala impelluntur, ii ſicut ſcribitur ad
Theſſalonicenſes, dilectionem veritatis non recepe-
2.Theſſ.2.10. runt, & ideo traduntur in errores & Antichriſti ſedu-
ctiones. Admonemur ergo hîc dum aliud aggrediun-
tur, ſucceſſus & eventa non eſſe ſpectanda, nam faci-
lè deciperemur. Sæpius enim videmus pios homines
anguſtiis premi, ac è diverſo impios florere, nec non
opibus ac terrena felicitate perfrui. Dei voluntas u- H
nicè ſpectanda eſt, quam ipſe nobis patefecit in divi-
nis literis, juxta quas expendendum eſt, quid ſit per-
ſequendum, quidve fugiendum.

*Secundi præcepti ſanctio: An filius ferat ini-
quitatem patris.*

42 Sed eſt hoc loco graviſſima quæſtio, & longè
difficillima, qua videtur filius portare iniquitatem
Deut.5.9. patris. Nam in Deut. ſcribitur quod idem habetur in I
Exod.20.5.& 34.7. Exodo: Reddam peccata patrum in filios, in tertiam
& quartam generationem. Ac idem repetit Deus Mo-
ſi, cùm ante eum tranſiret. Nam inter cætera ejus In Iud.11. initio.
Epitheta, idem adjectum eſt: Reddens iniquitatem
patrum in filios tertios inquam & quartos. Atque mi- Vide Cl.2. c.5. ſect. 35. & in Gen.19. 29. in 2.Sa.21. initio in 2.Reg 5.25.
rum videtur, quo pacto id potuerit inter miſericordiæ
titulos commemorari. Hoc non tacuerunt Hæretici,
Marcionitæ, Valentiniani, Carpocratiani, qui ob id
vetus Teſtamentum abjecerunt, & ejus authorem af- Quid Hæretici reprehendunt in veteri Teſtamento.
firmarunt Deum eſſe malum, ut qui parceret patri-
bus peccantibus, & plecteret filios innocentes: adeó-
que ſit alienus à miſericordia, ut peccati nequeat o-
bliviſci, ſed reſervet iram in tertiam & quartam ge-
nerationem. Iudæi quoque id malè ferebant, qui a- Ezech.18.2.4.
pud Ezechielem, Patres (aiebant) comederunt uvas
acerbas, & dentes filiorum obſtupuerunt. Id erat ac
ſi dicerent, Ieroboam erexit vitulos, Manaſſes pro-
movit idololatriam, oportuitne ut eorum pœnas nos
lueremus? At Dominus reſpondit per Prophetam:
Mea eſt omnis anima, tam anima patris, quàm anima
filii. Anima quæ peccaverit, ipſa morietur, & filius
non portabit iniquitatem patris. Hæc videntur non
ſatis inter ſe congruere.

43 Quidam arbitrati ſunt, diſtinctione de malis & Diſtinctio pœnarum.
pœnis eſſe utendum: alias enim pœnas aiunt eſſe,
quæ ad æternam damnationem pertineant, alias ve-
rò temporarias. Et locum Ezechielis adductum, in-
telligunt de priori pœnarum genere: nam quòd atti-
net ad æternam ſalutem, ſeu damnationem, quiſque
onus ſuum portabit: & Anima quæ peccaverit, ipſa
morietur: nec aliter locum Ieremiæ cap. 31. intelli- Ier.31.29.
gunt. Quod autem ad temporarias pœnas attinet,
cujus generis ſunt, morbus, egeſtas, exilium, mors,
&c. affirmant non eſſe alienum à juſtitia Dei, quin
hiſce pœnis involvatur ſimul pater & filius, & popu-
lus cum principibus. Atque ita exponunt quod in
Lege dicitur: Rependam peccata patrum in filios in
tertiam & quartam generationem. Auguſtinus ali-
quando videtur hanc diſtinctionem probaſſe. Nam
quæſtionibus in Ieboſuam, quæſtione 8. cùm de A- Ioſ.7.14.
chan diſputat, qui nonnihil anathematis occultave-
rat, propter cujus peccatum omnes Iſraelitæ miſerè
ſunt afflicti, & ob id ſupplicium non tantùm ſum-
ptum eſt de Achan, ſed filii & filiæ ejus unà dediti
ſunt neci, Auguſtinus inquam ibi ait, pœnas illas
poſſe cùm prodeſſe tum etiam obeſſe, quod ipſe
Deus novit, & idcirco eas ab illo pro ſua juſtitia
temperari. Sic enim illas Deus moderatur, ut & ma-
los affligant, & bonis non obſint. Ea enim eſt provi-
dentia ejus ut quæ mala videntur, ea poſſit facere
bona: quod autem ad pœnas æternas ſpectat, quo-
niam illæ ſemper obſunt, eas quiſque pro ſuo malo
merito ſubit. Nemo, inquit, has pœnas luit ob alie-
nam culpam. Idem ſcribit contra adverſarium Legis
& Prophetarum, libro primo, capite decimo ſexto.
Non dubium inquit eſt, quin in hac vita alius pro
alio divexetur. Et contra Iulianum Pelagianum, lib.
6.cap.12. diſtinguit ſtatum populi, & alios ait regene- Hominum diſtinctio in regeneratos, & nondum renatos.
ratos in Chriſto eſſe, alios verò nondum renatos. Eo-
rum autem, qui regenerati non ſunt, peccata viſitan-
tur in tertiam & quartam generationem, hoc eſt, in
omnem poſteritatem. Alludit autem ad peccatum
originis, quod ab Adamo in omnes poſteros eſt diſ-
ſeminatum. Sed cur, inquies in tertiam & quartam
generationem? Reſpondet idem pater, quæſt.42. in
Deuter. quia tria conjuncta cum quaternio, ſeptena- Numerus Septenarius eſt plenitudinis indicium.
rium efficiunt, qui numerus eſt plenitudinis, ut in
tertiam & quartam generationem idem ſit, ac ſi dixiſ-
ſet in omnem generationem. Quo genere dicendi u-
ſus eſt Amos: Super tribus inquiens, ſceleribus & ſu- Am.1.3.
per quatuor non converram. Auguſtinus igitur verba
Legis intelligit, de reddendis iniquitatibus patrum
in filios in tertiam & quartam generationem, quoad
non renatos. Lex enim, inquit, de illis egit, qui erant
ſub Lege. Sed Ezechiel & Ieremias de hominibus
renatis egerunt, & de dono regenerationis per Chri-
ſtum conferendo. Homines autem renati judicandi
ſunt de ſuis quiſque meritis, non de alienis peccatis.
Atque ita filius non portabit iniquitatem patris, ſed
anima quæ peccaverit, ipſa morietur. Ante regenera-
tionem verò, peccatum originis omnem poſterita-
tem inficit ac perdit.

44 Hanc ego diſtinctionem Auguſtini non im-
probo, verùm dubito an ſit ſatis ad ſenſum Ezechie-

Ezechiel & Ierem. eadem verba ſcripſerunt in diverſis locis.

lis & Ieremiæ accommodata. Ambo illi Prophetæ ſcripſerunt eadem verba: Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: cùm tamen alter eſſet in Iudæa, & alter in Babylonem abductus: quod eſt argumento, illos eodem ſpiritu eſſe locutos. Sed Auguſtinus inquit, Ezechielis expoſitionem ex Ieremiæ cap 31. eſſe perendam. Ibi enim poſt ea verba ſubjicitur: Ecce dies venient, & diſponam pactum, &c. Locus itaque ille totus ad regenerationem eſt accommodandus: quare per hæc verba Ieremiæ dicta, Ezechielis de regeneratis interpretanda ſunt. Hoc pacto is pater, quæſtioni ſatisfactum exiſtimat. At ego cùm illud caput Ezechielis attentius expendo, videtur mihi de pœnis & afflictionibus hujus vitæ loqui: Cur enim conqueſtus eſt populus, dicendo, Patres uvas acerbas comediſſe, obſtupuiſſe autem dentes filiorum? Num conqueſti ſunt de pœna gehennæ? Non ſanè, ſed quòd in Babylonem captivi abducti fuiſſent, & in ſervitute viverent. Queruntur Deum videri nimis duriter agere: quòd cum patres ipſorum fuiſſent idololatræ, ipſi tamen qui non deliquiſſent, plecterentur. De iis pœnis populus lamentabatur: quare neceſſe fuit, ut Propheta de iiſdem reſponderet. Anima patris mea eſt, & anima filii mea eſt. Anima quæ peccaverit, ipſa morietur. Hæc ergo pœnas hujus vitæ reſpiciunt. Quamvis non inficior, ad pœnas etiam ſpirituales transferri poſſe: at non niſi per argumentum à minore ad majus: Idque ad hunc modum, Deus non inflixit temporarias pœnas prorſus innocentibus ob alienum peccatum: Ergo multò minus ſpirituales & æternas.

45 Hieronymus dum interpretatur Ezechielem, ſolutionem habet, quam etiam Auguſtinus poſtea ſequutus eſt, ut ſuo loco dicemus. Variant autem interpretationes, quod res obſcura ſit, & difficultas inde oritur, quia negari non poteſt, Deum aliquos aliorum cauſa di exare. Cùm enim Cham patris turpitudinem retexiſſet, execratio tamen translata eſt in Chenaan ejus filium. Et cùm Sodomitæ graviter peccaſſent, filii quoque unà cum patribus combuſti ſunt. Et cùm David adulterium admiſiſſet, Deus effecit, ut filius ex illo adulterio ſuſceptus, moreretur. Proinde in re tam obſcura, Hieronymus ſuam quidem interpretationem affert: ſed etiam quid alii de hac quæſtione ſenſerint, exponit. Primùm ait permultos fuiſſe, qui locum illum Legis, Deum iniquitatem patrum in filios perſequi in tertiam & quartam generationem, de ſingula quaque anima, vel homine qui peccet ἀλληγορικῶς intelligant. Sunt enim nobis quædam προπάθειαι impulſiones & impetus quidam ad malum: vel ut alii dicunt, primi motus. Deinde ſequitur deliberatio, cùm quis apud ſe ſtatuit velle malè facere. Tertiò, quod eſt decretum perficitur. Quartò, ſequitur gloriatio de ſcelere, cùm in peccatis bene ſibi placet & ſatisfacit. Ita quodammodo numerantur quatuor generationes: verùm Deus adeò clemens eſt, ut in prima & ſecunda generatione, hoc eſt, in προπαθείᾳ & deliberatione taceat ac ſimulet: tertiam autem & quartam, hoc eſt, perpetrationem & gloriationem puniat, dum quis & malè facit, & de peccatis gloriatur, nec velit reſipiſcere. Quare aiunt Deum in ramos, non in radices vindicare. Homo enim, ut putant, ſi nec egerit malè, nec glorioſus de malo fuerit, ſervari poteſt: quamvis alioqui & concupiverit, & deliberarit mala perpetrare. Nec ſecus Paulus ad Timoth. interpretatur, cùm ait, Mulierem ſalvam fore per filiorum procreationem, ſi modò in fide permanſerit, &c. hoc eſt, Anima ſalva erit, ſi bene operetur, quamvis impetus & cogitationes pravas habeat. Hæc interpretatio mihi non probatur: Primùm, quia eſt allegorica, cùm Deus præſertim in Lege, ſimpliciter ac apertè loquatur. Dein, ſermones Dei, ſi revocentur ad allegorias, prorſus reddentur incerti. Poſtremò, quia nec verum quidem eſt, quod dicitur: nam impetus illi & primi motus, peccata ſunt, quoniam & adverſantur legi Dei, & à Chriſto damnantur, cùm in Evangelio ait; Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, mœchatus eſt eam in corde ſuo. Et qui fratri ſuo iraſcitur, dignus eſt judicio. Deus quippe non ſic attendit facta, ut non multò magis reſpiciat animum. Moſes ad aquas contradictionis graviter peccavit, & tamen ſi eam Hiſtoriam excutiamus, nihil reperiemus quod exterius ipſe malè commiſerit. Verùm Deus incredulitatem animi ejus vidit, ac illum graviter ultus eſt. Quare illi animi motus & deliberationes, non tantùm peccata ſunt, ſed etiam à Deo graviter puniuntur. Mittamus itaque hanc interpretationem, quam etiam Hieronymus ut ſuam non attulit.

Gen.9.25. Gen.19. 2.Sam 15.15.

Expoſitio allegorica quorundam.

Quatuor gradus peccati. 1 2 3 4

1.Tim.2.15.

Allegoriæ parum firmæ.

Impetus animi, & primi motus peccata ſunt. Mat.5.28. Ibid.v.22. Num.20.9.

46 Sed jam ut rem ipſam explanem, quod ad pœnas etiam hujus vitæ attinet, nemo dici poteſt id pati, quod non mereatur: quia nemo purus eſt, ne infans quidem unius diei: nemo eſt, qui vel mortem ipſam ſit non commeritus. Quid igitur dicant homines; Patres noſtri comederunt uvam acerbam, & cætera, cùm quiſque portat onus ſuum, vel quoad hanc vitam, vel quoad æternam? Verùm hæc temporaria mala Deus non ſemper infligit, ut pœnas & ſupplicia, ſed alios fines non rarò ſpectat, ut Chriſtus in Ioanne de cæco nato reſpondit; Neque hic peccavit, neque parentes ejus, ut cæcus naſceretur, ſed ut manifeſtetur gloria Dei. Etiam Petrus & Paulus, cùm afficiebantur morte, conqueri non poterant ſe non eſſe illam commeritos: etſi Deus, cùm occiderentur, non id ſpectabat, ut ſupplicium de illis ſumeret, ſed ut illorum ſanguine teſtatum filii ſui Evangelium relinqueretur. Quare cùm ita res ſe habeat, & omnes obnoxii ſimus peccatis, non eſt quod quiritemur, Deum nimium ſeverè nobiſcum agere, ſi ob peccata parentum affligamur. Deus enim poteſt illas moleſtias ita dirigere, ut non tantùm ad gloriam ſuam, verùm etiam ad parentum ſalutem pertineant. Crebrò enim punit parentes in liberis, & in populo principem. Etenim parentibus non minus dolet ſupplicium liberorum, quàm ſi ipſimet affligerentur. Quod ſi filii parentum cauſa moriantur, non afficiuntur injuria: nam & ipſis mors debetur, & ſunt alioqui morituri. Quare ſi Deus ita velit eorum morte abuti, jure ſuo id poteſt facere. Quod item de aliis calamitatibus affirmari poteſt. Nam ſi filius crucietur morbo, morbum commeritus erat: & ſi pecunias amiſit, res fluxas & inſtabiles perdidit, & quas ea conditione habuit, illas facile poſſet amittere. Idcirco ſi calamitatibus hujus generis Deus vult parentes in filiis punire, non poteſt injuſtitiæ accuſari.

Quoad pœnas temporarias nemo patitur, quod non mereatur.

Mala temporaria Deus nō infligit ſemper ut pœnas. Ioan.9.3.

Quid ſpectet Deus in martyrio ſanctorū.

Flagella filiorum interdum proſunt parentibus.

Dolores filiorum ſunt parentum dolores.

47 Vnde Auguſtinus in quæſt. in Iehoſuam q.8. Per originale, inquit, peccatum, debitores ſumus multarum pœnarum: quas tamen Deus in medicinas quaſdam convertit, & efficit ut vehementer proſint, licet nobis malæ eſſe videantur. Nam ſi vixiſſet filius, fortaſſis veſtigia patris mala preſſiſſet, aut deteriora commiſiſſet. Quare ſi Deus è vita eum tollat, non poteſt conqueri ſecum malè actum. Nam Dei beneficio mors in ejus commodum redundat. Raptus enim eſt, ne malitia cor ejus immutaret. Et certè nobis ferenda ſunt leviora mala, ut majora bona conſequamur. Ita enim medici amaro pharmaco turbant fauces, ut ægrotus priſtinæ ſanitati reſtituatur. Eodem modo cum pœnas meriti ſimus, Deus tamen eas in bonum convertit. Atque hoc pacto, inquit Auguſtinus diſciplina quædam in mundo conſtabilitur. Niſi enim ita fieret, homines perpetuò deteriores evaderent. Declaratur etiam conjunctio quædam & ſocietas humani generis, cùm alter alterius hoc modo peccatum luit. Nam qui ad idem regnum vel civitatem, vel Eccleſiam pertinent, unum inter ſe corpus quodammodo ſunt. In corpore autem unum membrum pro alio membro patitur. Quare cùm id in corpore fiat, non eſt abſurdum ut idem contingat in hominum ſocietate. Plutarchus in libello de ſera Numinis vindicta, id pulchrè docuit. Laborat, inquit, oculus, & vena brachii ſecatur. Ita pater peccavit, & plectitur filius: princeps malè ſe geſſit, & populus vexatur, atque hujuſmodi ſυμπάθεια eſt in humanis rebus. Iure accuſat is author hominum temeritatem, qui quoties hæc accidunt, queruntur Deum crudeliter agere. Nam pater, ut inquit, vel bonus eſt, vel malus. Quod ſi boni patris filius forte malo afficiatur, ſtatim exclamant Deum injuſtè facere, neque par eſſe filium ita miſerè tractari, qui patrem tam bonum habuerit. Sin verò pater ſit malus, & filius in calamitatem venerit, rurſus exclamant: Hic quoque iniquum eſſe Deum. Non enim oportuiſſe filium affici ſupplicio, cùm pater peccarit. Quare videtur

Deus pœnas, quo ad renatos in medicinas convertit.

Diſciplina hoc pacto in mundo ſervatur.

Plutarchus.

vulgò

Digitized by Google

vulgò filius nullo modo affligendus. Verùm, quid ſi pater malus ſit, & tamen filio cedant omnia feliciter? hic etiam queruntur, ut inquit, de iniquitate Dei. Negant enim æquum eſſe filium feliciter vivere, qui tam malum patrem habuerit. Hæc ille, quamvis Ethnicus, ſatis piè.

Filii partes quædam ſunt parentum.

48 Conſiderandum præterea eſt, filios veluti partes quaſdam eſſe parentum, & aliquid eorum in ſe habere. Vnde abſurdum non eſt, ſi Deus patrem illam parentum in liberis puniat. Cæterùm ad Auguſtinum redeo, qui ait, Deum hoc pacto diſciplinam in mundo, in Repub. in Eccleſia, & in familia ſtatuere. Cujus dictum meo judicio improbari non poteſt: nam ſi filii pœnas luant pro parentum peccatis, nihil habent quod queri poſſint. Debent profectò parentibus hoc officium: nam ab illis hoc ipſum quod ſunt, habuerunt. Quare ſi pro eis vitam relinquant, injuria minimè afficiuntur. Eis quippe id reddunt quod ab ipſis acceperunt. Si Deus eis dixerit, veſtro ſupplicio ad ſalutem parentis uti volo, nullo jure id poſſent recuſare. Ioannes docet, quenque debere ſic fratrem amare, ut paratus ſit pro eo etiam vitam ponere. Quod ſi vita pro fratre ponenda eſt, quantò magis pro patre? Deus utitur variis inſtrumentis, quib. homines ad ſe pertrahit. Cur ergo non utatur filiorum, aut morbo, aut morte, vel ad caſtigationem, vel ad ſalutem parentum? Auguſtinus in quæſtione 8. in Ieboſuam, Æquum eſt, inquit, ut minor pars pro majore ſupplicium luat, ut in illa hiſtoria contigit propter ſacrilegium quod Achan commiſerat. In acie pauci ceciderunt, & univerſa multitudo eſt abſoluta. Hinc intelligitur quanta futura fuiſſet ira & vindicta Dei, ſi univerſa multitudo peccaſſet, cùm peccatum unius tam magno conſtiterit. Et Plutarchus in eo libello, quem paulò antè adduxi: hoc, inquit, faciunt etiam Imperatores in caſtris. Nam ſi quid communiter ab omnibus peccatum eſt, multitudinem declinant, ut paucorum ſupplicio cæteri abſolvantur: atque ita alter alterius culpam luit. Deus attamen, ut dictum eſt, injuriam nemini facit: nam is qui moritur, erat morti obnoxius, & Deus ejus mortem in bonum finem dirigit, nempe ut ſubveniat aliis: hoc eſt, ut hac ratione, aut parentes, aut principes ad pœnitentiam revocet, vel ut diſciplinam conſtabiliat. Quæ autem dicta ſunt, de ſpiritualibus & æternis pœnis intelligi nequaquam debent. Quo enim ad illas, quiſque culpam ſuam luet.

1. Ioan. 3. 16.

Ioſ. 7. 5. Minor pars pro majori juſtè ſupplicium luit.

Mos deciman di milites.

49 Nunc verba Legis exponenda ſunt. Ego, inquit, ſum Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, iis qui oderunt me. Hæc poſtrema verba Hieronymus in Ezechielis cap. 18. diligenter annotavit. Et Auguſtinus in Ieboſuam, quæſtione jam adducta: Eorum, inquit, Deus, qui me oderunt: ac ſi diceret, Non attingam innocentes, ſed eorum iniquitatem vindicabo, qui malos patres imitantur & me oderunt. Ad eundem modum pollicetur, ſe benefacturum filiis & nepotibus, in mille generationes. Sed quibus? Iis, inquit, qui diligunt me. Quare ſi pater impius fuerit, & filius probus, nihil ei patris iniquitas oberit. Sin pater bonus fuerit, & filius impius, nihil ei pietas patris proderit. Eóque ait Hieron. Vindicat iniquitatem patrum in filios, non quòd malos patres habuerint, ſed quòd imitati ſint patres. Verba ipſa ſatis declarant, Legem non de Originali peccato intelligendam, ſed de eo quod actuale vocant. Tum enim filius portabit iniquitatem patris, quando ille itidem peccavit ut Pater. Ezechielis quoque verba, de originali culpa non poſſunt accipi, quemadmodum conſequentia facilè oſtendunt. Quamvis id quod dicitur, animam quæ peccaverit eſſe morituram, de originali etiam peccato intelligi poſſit. Nam quiſque in ſe habet naturam vitiatam & pronitatem ad malum. Vnde quiſque peccatum ſuum portat: Etſi enim per originem contractum eſt à parentibus id vitium, tamen jam factum eſt noſtrum. At dices: Cùm in Lege habeatur, Iis qui oderunt me: Infantes cùm Deum non oderint, idcirco non poſſe ad eos pertinere. Reſpondeo: Actu quidem non oderunt, ſed nativa corruptela & propenſione ad malum. Ita lupus adultus ovem devorat: Lupinus catulus id minimè facit, non quòd ingenium patris non habeat, ſed quia non poteſt.

Quiſque habet in ſe vitium propriũ originis.

Atque hæc de verbis Legis. Cur autem dicatur in tertiam & quartam generationem, & non in quintam & ſextam, audivimus quid Auguſtinus reſponderit: Sed meo judicio poſſemus dicere multò commodius, parentes uſque ad tertiam & quartam generationem poſſe vivere. Voluit ergo Deus ita de patribus ſumere ſupplicium in tertia & quarta generatione, ut ex illa poſterorum pœna ſenſus aliquis ad eos perveniret, dum eſſent adhuc ſuperſtites, & nepotum & pronepotum calamitates videre poſſent. Iſta de cauſa Scriptura ſancta generationes illas, non ulterius produxit. Cùm poſteri mali ſunt, & à Deo puniuntur, parentes in illis puniri non eſt dubium. Chryſoſtomus in Gen. Homil. 29. cùm interpretatur illa verba, Maledictus Chenaan, &c. At non ille peccaverat, inquit, ſed ejus pater Cham. Verùm quidem eſt, reſpondet: ſed Cham multò acerbiùs tulit eam maledictionem, quàm ſi ſibiipſi fuiſſet inflicta. Hæc eſt vis & στοργὴ paterna, ut magis filiorum quàm ſuis afflictionibus crucientur. Cham ita vidit non tantùm filium ſuum fore malum, exectationi obnoxium, verumetiam ſe in eo punitum iri.

Gen. 9. 25. Quare quartæ generationis meminerit ſcriptura. Chryſoſt.

50 Illud modò reſtat explicandum, cur inter Epitheta miſericordiæ Dei, recitatum quoque id fuerit coram Moſe, Reddens iniquitatem patrum in filios, cùm hoc ad ſeveritatem ſpectare videatur? At non ita eſt: imò ſi preſſius locus reſpiciatur, id eſſe miſericordiæ intelligemus. Nam ubi primùm peccatum eſt, poſſet Deus jure ſuo ſtatim ulciſci. Eſt autem adeo bonus, ut ultionem in tertiam & quartam generationem velit differre, atque interim revocat patrem ad reſipiſcentiam: Prophetarum monitis, concionibus & beneficiis, multiſque aliis modis. Poſtremò, ubi ad tertiam & quartam generationem perventum eſt, & ille nihilo factus eſt melior, ad verbera ſe confert, ac ne tum quidem afflictione utitur, ut extremo ſupplicio, ſed potius ut medicina. Quis non videat totum hoc magnæ miſericordiæ opus eſſe? Iure igitur ac meritò hæc verba inter ἐπίθετα miſericordiæ cenſentur. Negari autem non poteſt, Prophetas unà cum populo ſæpe fuiſſe afflictos. Nam Ezechiel & Daniel in captivitatem fuerunt abducti, & Ieremias conjectus in carcerem, ac miris modis exagitatus, obſidionis tempore, deinde in Ægyptum cum Hebræis profectus, occiſus eſt. Vult enim Deus hoc pacto rem geri, ut homines boni, non tantùm vitam ſuam rectè inſtituant: ſed etiam ut malos, gravia patiendo, admoneant & emendent. Simul enim cum eis verſantur in eadem Republica & Eccleſia, & ſunt quodammodo ejuſdem corporis membra. Quare bonos ita ſecum oportet cogitare: Si Deus illos afflixerit, nos quoque unà vexabimur, omnes eodem ſupplicio involvemur. Idcirco videndũ eſt, ut pro eis laboremus, arguendo & orando: nam eorum ſalus neglecta, mala etiam nobis apportabit. Hoc modo intelligendus eſt Auguſtinus, quando ait Deum inter homines hoc pacto diſciplinam ſtabilire. Quia ſi pro Regibus populus affligitur, & pro patre filius: igitur oportet, ut pro ſe invicem, omnes laborent & ſatagant. Nec boni tamen interea ſine peccato vivunt, ut Deus non poſſit in eis invenire quod puniat. Quanquam dura quæ piis eveniunt, non queant propriè, ut dictum eſt, pœnæ vocari: ſed potius fidei exercitia. Ita enim Deus illorum fidem explorat: & quicquid in eos agit, ipſis in bonum cedit. Vult præterea illos in ſeipſis fratrem primogenitum Chriſtum Ieſum exprimere, qui aliorum peccata in ſeipſo pertulit. Nam & hæc portio quædam eſt crucis Chriſti, quamvis ipſi non ita ſunt innocentes, ut Chriſtus fuit, neque illorum crux ad redimenda peccata quicquam efficit. Daniel in captivitate, ad hunc modum peccata confitebatur: Peccavimus, inquit, & injuſtè egimus, &c. Non ait, Illi peccarunt, ſed Nos. Et Eſaias ait: Omnes juſtitiæ noſtræ ſunt ut pannus mulieris menſtruatæ. Eſt quidem in ſanctis quædam juſtitia, ſed non quam jactare poſſint ad tribunal Dei. Proinde ſi aliqua patiuntur, non habent juſtam conquerendi cauſam.

Denunciatio iſta ad miſericordiam pertinet. Exod. 34. 7.

Ezech. 1. 1. Dan. 1. 6. Ier. 37. 15.

Iuſtis prodeſt quod iiſdem pœnis cum impiis involvantur.

Piorum afflictiones, propriè non ſunt pœnæ.

Dan. 9. 5. Eſa. 64. 6.

51 At dixeris, Cur dicitur in illis Deus aliorum peccata vindicare, cùm & ipſi peccent? Dicendus eſſet potius illorum peccata punire, non parentum. Re. Quia cùm Deus multum diuque expectaſſet, ut pa-

Digitized by Google

treſ reſipiſcerent, nec quicquam proficeretur, & interea perventum eſſet ad tertiam & quartam generationem: tandem effundit iram in filios, qui ob id pati dicuntur pro patribus, quia niſi patrum malitia præceſſiſſet, potuiſſet illorum afflictio longius differri. (A) Nunc autem quoniam inciderũt in tertiam vel quartam generationem, juſtitiæ divinæ ratio non patitur, ut pœna ulterius proferatur. Et quamvis ipſi quoque commeriti ſunt ea mala, tamen quod ſic in tertia aut quarta generatione corripiuntur, id parentibus debent. (B) Atque ita Deus perterrefacit parentes, ut ſibi temperent à ſceleribus: ſi non Dei, aut ſua ipſorum cauſa, at ſaltem poſteritatis. Perterrefacit etiam filios, ne imitentur parentum peccata, ut ne pœnâ patribus debita ab ipſis repetatur. Nec injuſtum eſt, filios aliquid pro patribus ferre: nam & patrum cauſa hæreditates accipiunt, & honore ac gloria præ aliis afficiuntur. Etenim Deus non tantùm Davidem fortunavit, ſed etiam propter illum poſteritati ejus favit. (C) Nam ad quadringentos annos, regnum in ejus familia perſeveravit. Quo verò ad æternam ſalutem, nec patres luent filiorum peccata nec filii patrum. Attamen multa ſpiritualia dona, per bonos Patres filiis impetrantur. Dixit enim Paulus 1.Cor.7. Alioqui filii veſtri immundi eſſent: nunc autem ſancti ſunt. A ſanctis ergo parentibus, filii habent aliquam ſanctitatem, & aliquod ſpirituale donum, ut locus ille docet. Et contra per malos parentes, multa hujuſcemodi bona impediuntur: neque cùm mali ſint, nec eos pœniteat, à Deo audiuntur, cùm liberis ſuis petunt ſpiritualia bona. (D) Attamen Dei providentia ſæpe fit, ut ex bonis parentibus naſcantur mali filii; & ex malis boni; ut Ezechias rex bonus patrem habuit Achazum regem impium. Econtra vero, idem Ezechias pius admodum princeps, Manaſſem procreavit valde impium & crudelem Regem. Idémque poſſem dicere de Ioſia. Hoc ideo fit, ne ſcelera creſcant in immenſum, ſi ex malis parentibus perpetuo mali filii procreentur. Interponit ſe Deus, & filium ex malo patre natum, facit membrum Chriſti. (E) Et unà oſtendit bonitatem ſuam à parentibus, quantumvis malis, non poſſe impediri. Deinde naſcuntur mali è bonis, ut aſſeratur gratia, & ne probitas filiorum naturæ tribuatur, quam à parentibus traxerint. Vult enim Deus agnoſci ſuum donum eſſe, quòd ſervemur.

Quoad æternam ſalutem filii non luunt peccata parentum.
1.Cor.7.14.
Filii aliqua ſpiritualia dona conſequuntur ob parentes.
Mali parentes impediunt filiis aliquando dona ſpiritualia.
Cur boni filii ex malis naſcantur, & mali ex bonis.

52 Vnum tantùm addendum eſt quæſtioni propoſitæ, Deo quidem licere peccata patrum in filiis, ut dictum eſt, punire: at id hominibus minime licet. In Deuteronomio quippe edicitur, Patres pro filiis non puniantur, nec filii pro parentibus: Quod intel- (F) ligendum eſt, ſi pater non conſenſerit filio, aut filius patri. Vnde Achan ſi in forum & tribunal vocatus fuiſſet, jure ordinario ſolus periiſſet, non unà cum liberis. At Deus hoc ſuum proprium jus habet, qui aliter fieri voluit, quamvis interdum & hoc obſervet. Num. quippe 16. Core cum in Moſen conſpiraſſet, malè periit: at filii unà cum patre non ſunt deleti, imo ſervati ſunt ad ſacrum miniſterium, & ex eorum poſteritate natus eſt Samuel. Laudatus eſt Amaſias rex, qui ſicarios occidit, à quibus peremptus fuerat (G) pater ſuus, filios eorum non interfecit: Legis quippe Dei rationem habuit. Cauſam hujus interdicti, Auguſtinus affert: Deus poteſt, inquit, filium punire pro patre, quia etſi eum affligit in hoc ſeculo, poteſt eundem in altero ſervare. Id autem homo præſtare non poteſt. Adhæc Deus videt filios non eſſe innocentes: homo autem id non videt. Quanquam leges civiles agunt hîc multo ſeveriùs, & filium puniunt cauſa patris, ut in ff. & C. habetur ad l. Iuliam majeſtatis: non tamen morte afficiunt filium pro patre, ſed eum bo- (H) nis omnibus paternis expoliant, & dignitatibus, & honoribus: Filiabus tamen ab eis pars aliqua relinquitur, quæ Falcidia vocabatur, ut nubere poſſent. Alioqui leges civiles cum lege Dei conveniunt. Nam in C. de pœnis l. Sancimus, jubetur, ne pœna transferatur in alios, vel affines, vel cognatos, ſed tantùm teneat authorem peccati: & tamen tam hæc lex, quàm illa ſuperior, ſunt ab iiſdem Imperatoribus, Arcadio & Honorio latæ. Cur verò adeo ſeveriter decretum (I) ſit in reos læſæ majeſtatis, idcirco videtur factum, ut homines ab eo genere ſceleris deterrerentur. Divinæ tamen leges ea de re nihil tale decreverunt: verùm (A) id verbis diſertis præcipiunt, ne filius occidatur pro patre. De bonis autem nihil ſtatuunt. Adverſarii autem noſtri, hanc legem civilem Majeſtatis, ad hæreticos tranſtulerunt. Non enim ſolum de hæretico patre ſupplicium ſumunt, ſed etiam liberos omnibus ejus fortunis exuunt: quàm juſtè, nunc non dico.

Hominib. non licet peccata parentum à filiis exigere.
Deut.24.16.
Num.16.3.
Samuel ex poſteritate Core.
1.Par.6.22.
2.Par.26.4.
In crimine læſæ majeſtatis filii pro patribus puniuntur.

CAPVT VI. (B)

Præceptum tertium, De ſanctificatione nominis Dei.

NISCHBA Hebræi dicunt, nomine derivato à *Schaba*, quod eſt ſeptem; quo numero, Spiritus ſancti vis exprimitur, cùm quicunque jurat, ſe obſtringi & implicari illo ſacramento intelligat. Definitio eſt, illud eſſe confirmationem veritatis, teſtimonio Dei vel divinarum rerum. Ex genere ſuo, eſt bo- (C) num, cujus tamen abuſus poſſet officere, ut Euchariſtiæ, cibi & potus. Ex fine, bonum etiam, eſſe oſtenditur: inſtitutum quippe eſt, ut quis eo ſe purget atque juſtificet, ut fides fiat dictorum, quod ſæpe admodum conducit, & ad finiendas controverſias, quod ad Hebræos 6. c. ſcribitur. Præterea ortùm habet ex recta fide in Deum, quod ſcilicet exiſtimemus omnia illi comperta eſſe. Deinde, illum amantem veritatis judicamus, & vindicem perjurii: quæ omnia pietatis membra ſunt non contemnenda. Facit etiam jura- (D) mentum ad Dei cultum, quia illius nomen efferimus, Deúmque in eo fatemur majorem & præſtantiorem, cùm ut habetur ad Heb. 6. cap. per majus ſemper juretur. Eſt juramentum quædam confeſſio divinæ excellentiæ. Vnde non ab re in Lege dicitur, *Lo Tiſa*, Ne feras nomen Dei in mendacium: *Naſa* ſignificat efferre, quaſi jurantes nomen Dei ſuo juramento extollant. Neque idcirco inferendum eſt, ſi bonum, ſi ad Dei cultum facit, ergo frequenter illo utendum: quia etſi juramentum eſt ad Dei cultum (E) pertinens, ejus tamen inſtitutio eſt, ad ſublevandum fratrum defectum: ſi minus credant nobis, aut alicui minus ab alio viciſſim credatur, ut ubi hujuſmodi defectus non acciderit, neque juramentum locum habeat. Quemadmodum pharmacum planè eſt utile, at ubi non ægrotantis oportunitas urgeat, minimè eſt adhibendum. Bonitati autem juramenti, non obſtat quod in Evangelio dicitur, juramentum à malo eſſe; nihil enim impedit aliqua orta eſſe ex mala occaſione, quæ tamen bona ſunt, ut pharmaca, ut virtutes, ci- (F) bus & potus.

In Gen.21.23.
Gen.21.23.
Definitio juramenti.
Bonum eſſe.
Heb.6.16.
Ibidem.
Mat.5.37.

2 Fuit in Lege veteri ſæpe deferendum juſiurandum, quod ſi verum, ſalvum & integrum conſervetur, fides quoque inter homines integra & illibata permanet: eo violato, vix poteſt fides ipſa manere incolumis. Neque obſcurum eſt, multis de cauſis homines ad perjuria incitari. Primùm, quod eum, quem oderint mirificè cupiunt lædere, ac è diverſo modis omnibus amicis gratificari. Moventur interdum avaritia & cupiditate, nolentes perſolvere quod debent, (G) depoſita reſtituere, aut damna data compenſare. In Exodo cap. 22. præcipit Deus, ut juſiurandum in cauſa depoſiti deferretur, nec non in cauſa furti ac rapinæ. In libro Numerorum, execrationes Zelotypiæ præcipiuntur: & ad Hebræos epiſtola docet, permultas lites jurejurando finiri: Nam quando aliter fieri non poteſt, ad ipſum Deum confugiendum eſt, qui eſt cordium & renum ſcrutator, ejúſque oculis omnia quantumvis arcana, ſunt aperta. Quando verò judices aliter queunt cauſas definire, juſiurandum (H) minimè litigantibus eſt deferendum. At ſæpe deſunt probationes, neque teſtes præſentes adſunt, aut duntaxat unus reperitur, vel qui reus peragitur, fama ſolùm gravatur, & ſuſpicionibus parum certis: Iis porrò caſibus juſiurandum eſt deferendum. Cæterùm hac in re id non eſt prætereundum, à Iuriſperitis tria vel quatuor juriſiurandi genera conſtitui: ut eſt volun- 1 tarium, quod inter privatos homines & defertur, & præſtatur, idque in conventionibus, pactis & particularibus tranſactionibus: cujus generis juſiuran- (I) dum, vel præſtare vel rejicere, cuique liberum eſt. A- 2 liud neceſſarium appellatur, quod recuſari minimè poteſt abſque maximis & graviſſimis cauſis: Nam à judice

Ex 1.Reg.8. v.31.
Petitionum Salomonis partitio quid inſtituat.
Iuſiurandum in quibus caſibus deferendum, &c.
Exo.22.8.&11.
Num.5.14.
Heb 6.16.
Iuriſiurandi religio ut ſit integra enitendum.
Iuriſiurandi genera.

Digitized by Google

3 judice ſeu magiſtratu defertur. Tertium judiciale ap- A
pellant, quod una pars litigantium alteri debet.
Quod cùm à parte provocata, provocanti defertur,
eſt neceſſarium: alioqui ſæpe recuſari poteſt. Eſt item
4 juſiurandum aſſertorium, quod ad tempus præſens
& præteritum attinet: non enim futura poſſunt aſſe-
ri cùm ignorentur, licet promiſſorium ad futurum
ſpectet, ac tum præſtetur, quando nos ad aliquid fa-
ciendum, vel non faciendum obſtringimus. In quo-
libet autem jurejurando teſtis Deus invocatur, B
quod interdum fit ſimpliciter ac nudè, aliquando
verò, ut vindex & ultor contra mentientem appel-
latur.

Quomodo Deum teſtentur qui jurant.

3 Supereſt ut videamus, utrum Chriſtiano homi-
ni liceat juramento uti. Sunt qui prorſus negent, &
illud deteſtentur, propter Domini verba: Ego au-
tem dico vobis, non jurate omnino: ſit ſermo veſter,
eſt eſt, non non. Sed Pater non pugnat cum Filio.
Dominus in Exo.22. jubet magiſtratum Iſraeliticum,
certo quodam caſu, juramentum accipere & exigere: C
igitur licet. Eſa.65. & Hierem.4. pollicentur Dei no-
mine populo ſancto, quòd ſint juraturi per Deum
verum. Deus juravit. Chriſtus, Amen amen adjicit
ſuis ſermonibus. Adjuratus à Pontifice ſummo, id
non ſprevit: non reprehendit factum quaſi rem ma-
lam, ſed paruit. Paulus ad Corinth.1.cap.15. jurat: &
2. ad Corinth. vocat Deum teſtem in animam ſuam.
Angeli jurant. Præterea juramentum ſæpe cedit ad
utilitatem proximi, & habet conjunctum honorem
erga Deum. ergo non deteſtandum. D

Matt.5.34. An Chriſtiano liceat jurare. Exo.22.8.& 11. Eſa 65.19. Hierem.4.2. Joh.3 & 6. Matt.26.63. 1.Cor.15.31. Apoc.10.5.

4 Iſtóſque id parum adjuvat quod dicunt, Legis
& Prophetarum ſententias nihil evincere, cùm nos
ſimus novus populus, longè magis eximia quàm ibi
contineantur, debere præſtari: quia Chriſti adventus
nil novi quoad opera attinet attulit, tantummodo
largiorem ſpiritum & uberiorem gratiam attulit. In
Lege verò & Prophetis habetur quicquid bonum
& ſalutare poſſumus agere, utinámque tot & tanta
poſſemus efficere, quot ibi nobis ſancta opera Deus E
curavit exprimi. Cùm itaque nemo melius Deo va-
leat politias ordinare atque Reſpublicas, iſque jura-
mentum ibi vigere voluerit, nos quoque ibi ſinamus:
non enim venit Chriſtus Reſpublicas & politias con-
vellere, imò ſuo reliquit ordine. Quare cùm magi-
ſtratui ſæpe res ſit cum hominibus perfidis, cur debi-
to remedio & à Deo inſtituto non utatur? Chriſti
verba Matth.5. ſunt interpretanda, neque ita rigidè
ut ſonant intelligenda. Eſt verborum Chriſti ſenten-
tia, Legem à nobis exigere, ut ita fideliter & ex cha-
ritate ſimul vivamus, quò nobis non opus ſit jura- F
mento. Caveat ergo ſibi unusquiſque, ne ſuo vitio
accerſatur, & ſatisfaciet quoad hoc verbis Chriſti,
qui propter hoc non ſtatuit, ut ſi incidamus in homi-
nes non ita affectos, aut tanta pietate præditos, quos
tamen nobis aliquid credere expediat, potiſſimùm u-
bi promovetur gloria Domini, quin jurare liceat.
Neque te moveat quod Chriſtus in verbis ſuis ha-
beat, Omnino, quia potiſſimùm eius ſermo ferebatur
contra Scribas & Phariſæos, qui audebant dicere,
rata & firma eſſe juramenta quæ per nomen Dei ex- G
hiberentur: quæ verò per cœlum, terrã, templum,
& huiuſmodi, non eſſe valida, & ideo licere illa trãſ-
gredi. Chriſtus iſta refutat, & juramenta huiuſmodi
omnia vult eſſe magni momenti: & idcirco ſuadet
quantum in nobis eſt, ut ita vivamus, ſimusq; eo pa-
cto comparati, ut noſtro vitio juramentum non ac-
cerſatur. Neq; iuramenta per creaturas, ut illi facie-
bant, contemnenda ſunt, cùm non conditæ ſint ad
hoc, ut illis abutamur tanquam teſtibus noſtri men-
dacii: debent eſſe organa virtutum non vitiorum, illis H
quæ ſi hoc pacto abutamur, fit non levis iniuria, idq;
maximè, quia cùm in iuramento ut teſtes vocantur,
in eas noſter refertur animus, quòd ipſæ ad Deum
pertinent, viſque divina in illis elucet. Iuramentum
enim ſemper fit per quidpiam maius iurante, ut ha-
betur ad Hebræos: creaturæ verò ſunt hominibus in-
feriores, niſi ſpectentur quò ſunt exercitus Dei, &
illi inſerviunt: & ita per creaturas iurare non eſt in-
terdictum: unde utimur ſacris Evangeliis, corpore
Chriſti, fide, & aliis eiuſmodi verbis cùm iuramus. I
Ioſephus per ſalutem Pharaonis iuravit. Et Moſes
atque Prophetæ, vocant teſtes cœlum & terram,

In novo fœdere majora requiruntur quã in veteri. Matt.5.34. Chriſtus non vetat juſiurandum. Iuramenta per creaturas. Heb.6.16. Gen.42.15. Deut.32.1.

A eorum verborum quæ populo erant loquuturi. Sint Eſa.
ergo iſta iuramenta contra Scribarum & Phariſæo-
rum ſententiam rata & firma, & quod ad noſtram cõ-
verſationem attinet ita vivamus, ut neq; per Deum,
neq; omnino per quidpiam aliud iurare opus ſit: Hoc
eſt quod Chriſtus dicebat: Omnino. Dantur etiam exe-
crationum iuramenta, ut Paulus qui 2. ad Corinthios Execrationum iuramenta.
Deum vocat teſtem in animam ſuam. Et in ſacris li- 2.Cor.1.23.
teris Veteris inſtrumenti, ſemper fermè iuratur per Pſal.44.21.&
B illam particulam: Si, & deeſt execrationis expreſſio, 95.11.
ſemper à nobis ſupplenda. Corrupta fuit ita Phari-
ſæorum doctrina, ut iudicarent ſe plenè Legi ſatis-
feciſſe, ſi quod iuraverunt præſtitiſſent: at Chriſtus
ſecus eſſe oſtendit, ſcilicet, nos tantæ integritatis eſ-
ſe debere, ut iuramenta ſint ſuperflua & abolenda. Et
iſta eadémque ratione debemus interpretari verba
Iacobi, quibus dicit: Ne juremus ullum juramen- Iac.5.12.
tum, neque per cœlum, neque per terram: quo pacto
negatur juramentum per Deum piis debere uſui eſ-
C ſe, ita & per creaturas.

5 Alio argumento utuntur Anabaptiſtæ: Futura Futura non ſunt in noſtra poteſtate ideoque non jurandum.
non ſita ſunt in noſtra poteſtate ut fiant, Deúſque
poſſet impedire quod nos facturos eſſe pollicemur:
ergo præſtat non jurare quàm dubia polliceri, hoc
enim eſt ſe prudenter pejerandi periculo objicere.
At ſi iſta eorum ratio valet, auferet ſimul omnes pa-
ctiones, omnia promiſſa, fœdera, vota, imo & ipſum
baptiſmum, quo Chriſto damus nomen illique nos
obſtringimus victuros eſſe, & diabolo peccatiſque re-
D nunciaturos: quæ tamen omnia ſunt divinis oraculis
approbata, quæ unquam commemoravi. Neque ut
putant, pejerandi periculo nos exponimus. Satis e-
nim eſt quando juramus, nos habere hanc volunta-
tem illa exequendi quæ pollicemur: quòd ſi Deus
ſecus oſtenderit faciendum, nobisque declaratum
fuerit id quod promiſimus divinæ voluntati adver-
ſari, jam neque ille cui juravimus ea à nobis debet e-
xigere: quod ſi fortè faciat, jus ejus nullum eſſe cen-
E ſetur, quoniam nullus ſervus poteſt ſe alicui obſtrin-
gere contra voluntatem Domini ſui. Quis verò igno-
rat Deum nobis Dominum eſſe, nóſque teneri il-
lum amare omnibus viribus, toto corde & toto ani-
mo? Idcirco quoties juramus, ſemper illius volunta-
tem & obedientiam ſalvam volumus. Vnde patet
monaſticorum votorum irritatio: illa enim ibi ho-
mines jurant, quæ divinæ voluntati repugnant, ideo
abroganda ſunt & abolenda. Verum de his votis in-
fra dicemus latius. Nunc ſatis ſit huic Anabaptiſta-
rum argumento reſpondiſſe.

F 6 At jam deſcendamus ad juramentorum vitia Iuramentorum vitia.
deſcribenda, ſitque primum iſtud, ſi aliquid juremus 1. Iurare quod
quod repugnat divinæ voluntati, bis ibi peccatur. repugnet vo-
Primò temerè jurando; deinde ſi præſtamus malè luntati Dei.
jurata, uti Herodes fecit, cùm tradidit caput Ioannis Matt.14.7.
nephandiſſimæ pſaltriæ. Multò ſapientius David re- 1.Sam.25.22.
ſcidit ſacramentum, juraverat enim ſe interfecturum Iuramẽta Deo
eſſe Nabal Carmeli, edoctus tamen atque emollitus repugnantia
verbis Abigail, malè jurata retractavit: dixerat enim, non præſtanda.
ſic faciat Deus hoſtibus David, & quæ prætereà ibi
G habentur. Quo loco notandum, quòd nos debemus
nil velle promittere aut jurare, quod minus Deo
probetur. Id nobis indicant verba divinę Legis, quan-
do imperatur ut diligamus Deum toto corde, totis Deut.6.5.
viribus & tota anima: idque in Baptiſmo nos eſſe fa-
cturos recepimus, quare neque jurati neque injurati
unquam tenemur aliquo jure quippiam agere quod
adverſetur divinæ voluntati. Quod ſi quid tale jura-
vimus, id non eſt præſtandum, neque quis putare de-
bet, quod ibi juramentum ſolvat, cùm illud non ju-
H ramenti loco ſit habendum: non enim latius patet
jurandi facultas, quàm Deus ipſe liberam illam fece-
rit. Quicquid ergo divino beneplacito repugnat, id
non habile eſt ut pro eo juremus. Caveat nihilomi-
nus ſibi quiſque, ne unquam ſe juramento abſolvi
putet, niſi res pro qua juravit impoſſibilis reddita
fuerit, aut is certo animadverterit, illam cum divinis
verbis pugnare, etiamſi centies Papa diſpenſaret:
non valet Antichriſtus verbum Dei irritum facere.
At quæ per ſe juramenta irrita ſunt & caſſa, quod pu-
I gnent cum Lege Dei, per ſeſe ſunt diſpenſata, neque
Apoſtolica, imò potius diabolica poteſtate opus eſt
ad ea irritanda.

Digitized by Google

Ioſ.9.15. Gabaonitarum fœdus.

7 Quòd ſi mihi objicias juramentum Gabaonitarum, quo filii Iſrael id polliciti erant, quod adverſabatur divinæ ſententiæ, ut ſcilicet fœdus initent cum hominibus illius provinciæ, & tamen Deus ratum illud voluit, quia Saulis ſtirpem voluit mulctari ob illud violatum à Saule ſacramentum:

2.Sam.21.2.

Reſpondemus, juramentum ſive fœdus naturâ ſua fuiſſe caſſum & irritum, ſed illud habuiſſe Deum pro rato, quòd voluit in Iudæos animadvertere, cùm nimium præcipitanter inconſulto verbo eis juraſſent, ideo illos poſtea neceſſe fuit ut inter ſe ſuſtinerent, & quia Deus juramentum approbavit, ideo illius ſententia robur poſtea habuit, quamvis ſtatim ut factum fuit, irritum eſſet. Atque iſtud demum ceſſit in populi decus & commodum, ut ſcilicet illos alienigenas lignorum inciſores haberent, quique miniſtris Domini perpetuò aquas haurirent.

2.Pejerare. Exod.20.7.

8 Aliud juramenti vitium eſt, ſi quis non juret ſed pejeret, quod peccatum adeò grave eſt, ut de illo ſolo inter decem verba ſcriptum reperias *Ienakke*, Non expiabit, non innocentem faciet. Læditur enim Deus non vulgariter, quando ejus nomine abutimur ad noſtra mendacia confirmanda. Quod ſi viliſſimi homines ſæpe hoc non patiuntur, ut teſtes habeantur mendacii, quanto minus hoc feret Deus? Læditur ad hæc proximus graviſſimo dammo, haud corporis, ſubſtantiæ, vel nominis, ſed animi, id eſt rationis, ſemper enim perjurius decipit & fallit, quod eſt humanam rationem ſeducere.

Perjurii gravitas.

Politiæ item & Reſpublicæ evertuntur, niſi ſtetur juramentis & fœderibus, quod Hebræi quodam apologo declarant: qui ſcribunt, cùm in Sina darentur tabulæ, ſtatim ut lata Lex eſt de perjurio, totus orbis eſt concuſſus.

Fides etiam hoſtibus ſervanda.

Caveat ergo ſibi quiſque ab eo, & fidem ſervet etiam hoſtibus, latronibus & ſicariis, cum jactura pecuniæ vel vitæ. Vnde Regulus laudatur, qui rediit ad Carthaginenſes, etiam ſi ſciebat dandas eſſe graviſſimas pœnas in ſuo reditu: voluit enim ſatisfacere juramento. Auguſtin. non immeritò de civit. Dei celebrat ejus laudes, quamvis conſilium quo pacem impedivit, laudari vel approbari minimè poſſit: ſed quod Sacramentum ſalvum omnino voluit etiam vitæ ſuæ periculo, nónne id eſt omni admiratione dignum? Neque obſtat quòd nonnulli dicunt, redeundo ad latrones, ſicarios aut carnifices, ſi certò ſciat ſe occidendum, eſt exponere ſe periculo & tentare Deum. Quoniam iſte, jam volente Deo, in manus hoſtium traditus erat: neque inde evaſit, niſi interpoſito divini nominis teſtimonio, quare debuit redire, ne Deus ludibrio haberetur, niſi illi fuerit revelatum, id adverſari divinis verbis.

3.Doloſè jurare.

9 Peccatur deinde juramento, ſi quis doloſis aut fraudulentis verbis agat, volens illa ſumere prout ipſe in animo illa intelligit, non prout auribus adſtantium indicatur: is à perjurio non eximitur, juramentum ad finiendas controverſias eſt inventum ad Hebræos 6. non ad ſeminandas & magis intentandas: neque iſto Dei remedio quod facit ad firmandos animos, debemus uti ad illos decipiendos & fallendos: abſit fraus inde ubi veritas maximè debet elucere.

4.Temere jurare.

10 Caveamus & alium in jurando defectum, ne ſcilicet ſæpius pro rebus levibus & temere, nulla neceſſitate adacti juremus; ita nomen Dei vileſcit: rarò ergo eſt jurandum & gravibus de cauſis, & ita facilius cavetur perjurium. Imo Auguſtinus de verbis Apoſtoli, Sermone 28. ſcribit, ideo Chriſtum & Iacobum Apoſtolum prohibuiſſe juramentum, non ut illud prorſus è rebus humanis tollerent, ſed quo caveremus à perjurio, non facile jurando.

5.Per idolorũ nomina jurare vide in 2. Sam.23.12. Exod.23.13. Ioſ 23.7.

11 Poſtremò id in juramento vitabimus, ne per nomina idolorum illud exhibeamus, quando quidem eſt interdictum Exod.23. & Ioſuæ 23. Deúſque per ſuum nomen jurari vult. Hic enim Dei cultus admiſcetur, qui idolis non eſt tribuendus. Tamen Auguſtinus in Epiſtola ad Publicolam, concedit fidelibus, ut juramentum, cùm opus fuerit, ſumant à Paganis ſub nomine idolorum, alioquin nullæ cum eis induciæ aut pax firmari poſſet. In juramento eſt primum iſta voluntatis confirmatio, quæ eſt quoddam bonum, quo nos cum egeamus, uti poſſumus: quod vero illi non offerunt ipſum niſi ſub nomine idolorum, nobis dolet; & ſi poſſemus emendare, libenter id faceremus. Semel id factum inquit legimus in Scripturis à Iacobo, quando juramentum à Labano ſumpſit. Iuravit per Deum Abraham, & Deum Nachor patris ſui, & patrum eorum, cùm autem illi idololatræ fuerint in Babel & in Meſopotamia, manifeſtum, illud juramentum fuiſſe celebratum per alienos deos, ut eo loco teſtatur Aben-Ezra.

Gen.31.53.

Quod ſi dicas, ibi nomen Abrahami fidelis eſſe admixtum, nihil refert, quia illi adjungit Nachor eorum patrem: ut intelligas ibi comprehendi Abrahamum, illius cultus nomine, ſub quo vixerat in terra ſua, cum ſuis parentibus qui idololatræ erant, ut Ioſuæ ultimo habetur. Iacobus autem juravit per Deum verum, quem appellat Iſaaci timorem: quiſque igitur ibi juravit è ſua religione. Hæc probabiliter dicuntur: aliquos tamen ſcio Patres voluiſſe illic per verum Deum fuiſſe juratum à Labano: ſed mecum facit Auguſtinus jam adducto loco.

Ibid.v.2.

1.Sam.25.v.15. An liceat jurare per ſanctos.

12 Videtur tamen Abigail jurare per creaturam. Atque hinc Papiſtæ colligunt, fas eſſe jurare per ſanctos. Nos autem ut intelligamus, quanta illi cum ratione dicant, meminiſſe debemus, quid ſit juſiurandum. Eſt ergo juſiurandum atteſtatio divini nominis, ad confirmationem eorum, quæ aut diximus aut promiſimus.

Vide quæſtiones poſt locum de Miſſa ad finem hujus operis.

Cùm Deus advocetur teſtis, defertur illi cultus, iſque ſummus & ſingularis. Ita enim teſtamur, Deum præſentem eſſe ubique & omnia videre & vindicare velle ſi quis delinquat. Hæc non conveniunt, niſi in ſolum Deum: nam ſancti, nec ubique ſunt, nec vident omnia. Cultum autem omnem proficiſci oportet à fide: eam verò, quoniam de ſanctorum præſentia nihil ex ſacris literis ſcire poſſumus, neceſſe eſt nullam eſſe. Quid ergo illos advocamus teſtes, à quibus neſcimus an audiamur? Deinde illi punire non poſſunt, quos volunt. Quare iſta pertinent ad ſolum Deum. Ita ſcribitur in Deut. 6. capite, Diliges Dominum Deum tuum, & illum ſolum coles, & jurabis per nomen ejus.

Deut.6.5.

Socratis juramentum.

Hìc juſiurandum adjungitur ad cultum Dei. Stultè ergo & impiè fecit Socrates, cùm juraret per canem & anſerem: & Manichæi, cùm jurarent per lumen.

Manichæorũ juramentum. B.ſaria Deus vocatur teſtis.

Hieronymus in illa verba Chriſti apud Matthæum; Non jurabitis neque per cœlum, neque per terram: Non prohibet, inquit, ne juremus, ſed ne juremus per creaturas. Et in Concilio Carthaginenſi 4. qui locus etiam citatur 22. quæſtione 1. tit. Clericus. Vetitum eſt, ne quis juret per creaturas. Et additur: Si Clericus ita juraverit, ut excommunicetur & deponatur. Sed annotare debemus, Deum advocari teſtem interdum non ſimpliciter, ſed vel cum votis & precibus, vel cum diris & execrationibus. Cum precibus, ut cùm dicimus: Ita vivam, ita me Deus adjuvet. Sic Ioſeph juravit; Vivat Pharao: ac ſi diceret, Ita vivat Pharao, ut hoc verum eſt quod dico. Et conſueverunt olim jurare per genium Cæſaris, & per ſalutem filiorum ejus. Sed ea formula ſublata eſt in Codice. Diræ autem ſunt hujuſmodi: Malè mihi ſit: aut diſpeream. Ita David in Pſal. Si feci, inquit, iſtud, & ſi eſt iniquitas in manibus meis, auferat hoſtis gloriam meam, & conculcet ad terram vitam meam. In iſtis duabus formulis, nihil obſtat quò minus interponi poſſit nomen alicujus creaturæ, cui aut bene velimus aut malè. Nomen autem illud creaturæ, obliquè tantùm interponitur: Neque enim eſt directum aut plenum juſiurandum. Ita enim reſolvi poteſt: Ita vivam, hoc eſt: Ita Deus det mihi vitam: aut ita diſpeream, hoc eſt, Ita me perdat Deus. Hic nomen Dei ſupprimitur, cùm revera univerſa vis & atteſtatio juſiurandi ad illum ſolum referatur. Vt è diverſo cùm dicimus; Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, exprimitur nomen Dei, res autem ipſæ reticentur. Hæc ergo Papiſtas nihil juvant, ut hinc efficiant, licere divos mortuos adhibere ad juſiurandum.

In 2.Sam.19.v.16. An rectè juravit Simei David.

13 Sed videndum eſt, quàm bene David juraverit Simei, illum non moriturum, cùm poſtea moribundus inſtituerit Salomonem de rebus agendis, & inter cætera dixerit, ut occidat Simei. Videtur non ſtare juramento, aut non bene juraſſe, quod ſervare nolebat. Si juravit, ſtare ſacramento debuit; ſi noluit ſervare, jurare non debuit. Aliqui dicunt ſic intelligendum, non occidendum ſe vivo; ſi poſt mortem curavit occidi, non violaſſe juramentum. Sed hæc exceptio,

Digitized by Google

ceptio, non exprimitur in formula juramenti: Quod quis facit per alterum, videtur ipſe facere. Qui aliquid pollicetur, non tantùm id præſtare debet, ſed danda illi eſt opera, ut fiat id quod promiſſum fuit. Non ergo David, filium Salomonem in Semei incitare debuit, ſed deterrere, ne fides ab eo data violaretur. Si quis dicat; Etſi conditio non expreſſa fuit, attamen in animo eam habuit dum juravit: videndum eſt, quomodo interpretandum ſit juramentum, an ad ſenſum jurantis, an illius cui juratur. Videntur hac de re fuiſſe contrariæ ſententiæ. Iſidorus in Decretis, cauſa 22. qu. 5. ca. Quacunque arte, ſcribit: Quavis arte librent homines voces jurando, Deus, qui eſt teſtis conſcientiarum, accipit ea verba ut ille cui juratur intelligit. Sentit juramentum penes ſenſum ejus cui præſtatur, intelligendum eſſe. Gregorius in Moralibus lib. 26. ſecus habet. Humanæ aures talia verba noſtra judicant, ut foris ſonant: judicia verò Dei talia foris audiunt, ut ex intimis proferuntur. Atque ita videri vult, ut verba jurantium intelligantur ex animo illius qui juramentum præſtat. Conciliantur hæ duæ ſententiæ etiam à Scholaſticis, & inter cæteros à Thoma Aquinate. Aut agitur quoad conſcientiam, vel forum externum. Si de conſcientia loquamur, ille qui jurat, aut ſimpliciter & candidè agit, aut dolosè & fraudulenter. Si candidè, tum non aſtringitur ad ſervandum, niſi ea quæ cogitavit. Si verò fraudulenter, tum ſciat ſe aſtringi ad ſenſum ejus, quem fallere voluit. At ſi foro civili agatur, verba jurantium accipienda ſunt, ut vulgo intelliguntur. Si contingat ambiguitas, magiſtratus erit arbiter. Sed redeamus ad Davidem: Si candidè egit, & illam conditionem in animo habuit, non aſtringebatur Simei quoad conſcientiam. Si inſervire tempori voluit, & illum quoquo modo fallere, non rectè juravit. Vtamur ergo hoc dilemmate: Aut ſervare voluit, aut noluit: ſi noluit, jurare non debuit, ſi voluit, præſtare debuit, ſi fuit licitum. Si juramentum rem injuſtam confirmat, minimè ſervandum eſt, nunc promittere homini ſcelerato, qui legem Domini violavit (habet enim Lex: Principi populi tui ne maledixeris) impunitatem, non eſt juſtum: quod ergo juravit, præſtare non debuit. Quæ incogitanter jurantur, non debent perfici. Sunt hæc de genere illarum rerum, quæ malum ſemper exitum habent, quocunque te vertas. Si non præſtas, male juraſti: ſi præſtas, bis peccas. Neque hic valet inſtantia facti Iſraelitarum cum Gabaonitis. Videntur juraſſe quod licitum non erat: tamen arbitrantur ſe aſtringi. Dicemus revera non aſtrictos fuiſſe: nam ſimulationem interpoſuerunt. Cùm decipitur qui jurat, non aſtringitur. At Iſraelitæ cogitarunt inurendam maculam nomini Dei, ſi non ſtetiſſent pactis, & id quod jurarunt, non pugnare cum verbo Dei. Nolebat Deus ut ultro pacem facerent cum Chananæis: ſed additur; Niſi pacem petiiſſent. Vni autem illi petierunt, non ergo adverſatur hoc præcepto divino: præſertim cùm non tantùm reciperent religionem Iſraelitarum, ſed addicti ſint in perpetuam ſervitutem ad tabernaculum. Cogitabant item ſe deceptos ſua culpa, quòd non conſuluiſſent os Domini. David rem non licitam promiſerat, nempe ut homini ſcelerato parceretur: mirum ergo non eſt, ſi poſtea monuit Salomonem, ut hoc malum corrigeretur.

Quomodo ſint interpretanda juramenta; an ad ſenſum jurantis.

Quæ malè jurantur nõ ſunt ſervanda.
Exod. 22. 28.

Ioſ. 9. 15.

14 Sed permulti dubitant, an ei juſiurandum liceat deferre, qui perjurii ſuſpectus eſt, & magnis conjecturis pejeraturus exiſtimatur: Quia non tantùm peccata ſunt evitanda, ſed etiam proximis occaſiones peccandi objici non debent. Ad hoc reſpondeo: Neceſſe eſt ut cogitemus, eos, qui deferunt juſiurandum, non eſſe unius ejuſdémque generis. Vnde ſi judices fuerint, & ordo juris exigat ut deferatur juſjurandum, parendo legibus non peccant: Deo committant, & illum officii diligenter admoneant, cui deferunt juſiurandum. Lex utique Dei mandabat, uti dictum eſt in Exodo, certis caſibus deferri juſiurandum. Id judex obſervans, juſtè dici non potuit, veram perjurii occaſionem præbere. At ſi juramentum voluntarium fuerit, hoc eſt inter privatas perſonas, deferri ei homini minimè debet, qui meritò ſit perjurii ſuſpectus: quia non licet compendii ſui cauſa quenquam ad peccandum incitare. Commercia, pacta, & conventiones potius omittantur, quàm noſtra cauſa Dei nomen ludibrio exponatur. Proinde quod Salomon poſtulat, ſanctum & juſtum eſt, nempe ut malum auferatur de populo ſuo, & ut homines à nomine Dei ſumendo in vanum deterreantur, vel negando verum, vel affirmando falſum, nominis ejus teſtimonio. Non poſtulat Salomon rex, niſi quod ipſum Deum velle novit. Etenim in Decalogo habetur: Non aſſumes Dei nomen in vanum: quia Deus eum qui ſic egerit, pro innocente non habebit, ſed veluti ſontem graviter puniet. Hoc ut fiat, Salomon poſtulat, ab iis præſertim, qui pejeraverint in ea domo, quam recens extruxerat. Iuramenta, quæ (ſicuti dictum eſt) deferebantur, è regione aræ victimariæ præſtari conſueverunt, id eſt, in atrio mundorum hominum, ſed prophanorum (quos vulgo laicos vocant) nimirum ad parietem, quo atrium ſacerdotum ab eo diſtinguebatur. Iuſiurandum verò ad honorem & gloriam nominis Dei repertum fuit, & in Lege præceptum. Quare boni principis intereſt diligenter proſpicere, ne in diverſum cadat, nempe in Dei contumeliam atq; injuriam. Et idcirco Salomon laudandus eſt, dum petit, ut ſuus honos Dei nomini ſalvus maneat, & res unicuique, quoad fieri poteſt, ipſi reddantur, & jus depoſiti aut furti, aut damni dati, conſervetur inviolatum. At prima fronte videtur Salomon officio pii Regis minimè defungi, quia judicium & damnationem peccantibus imprecatur. Ad hoc reſpondetur, illum etiam è diverſo precari bona inſontibus, nempe ut illis jus dicatur, utque Deus eorum cauſam tueatur. Deinde conſiderandum, gloriam Dei & ſalutem publicam, omnibus privatorum hominum commodis eſſe præferendam. Quin Deus multò ſeverius egit contra perjurium, ut Lev. cap. 6. habetur: Quia ibi non tantùm hominem perjurum damnavit, ſed omnes eos qui perjurii conſcii tacuiſſent. Mandabat quippe Lex, ut qui ſcirent certò falſum jurari, ſeſe interponendo id patefacerent, ut nomen Dei non haberetur ludibrio. Deum itaque rogat Salomon ut de cœlis audiat.

In 1. Reg. 8. 31. Sitne ei deferendum juſiurandum qui perjurii ſuſpectus ſit, &c.

1. Reg. 8. 31.

Iuriſiurandi religio quare ſalva conſervanda.

Quo jure Salomon peccantibus imprecetur.

Perjurii ſevera caſtigatio.

CAPVT VII.

Præceptum quartum. De ſanctificatione Sabbathi.

PERFECIT Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat. Non quod ſeptimo die aliquid creaverit, ſed quoad noſtram notitiam, die ſeptimo ſciri potuit illum omnia perfeciſſe, quando nihil eo effectum eſſe ab illo cognovimus. Aliqui eam literam *Caph* quæ additur *Iod* putant ſignificare antea, & locum citant Deuteronom. 25. Non alligabis os bovi ante trituram. Sed non evincit, quia hic quoque poſſumus id accipere in tritura. Sed hic revera nulla eſt quæſtio, nam illa conſummatio ſive perfectio, vel abſolutio creaturarum, non eſt opus aliquod creatis ſexta die additum: ſed iſta die ſeptima res denotantur extitiſſe abſolutæ atque perfectæ, quòd quievit Deus die ſeptimo, ne intelligas à labore, ſed à creandi opificio: nam requies duo nobis poteſt inſinuare, vel finem terminúmque actionis, atque ita hîc ſumitur: vel ut refrigerium poſt laborem, quod Deo minimè eſt tribuendum. Nullo enim labore mundum creavit, ſed ut Hebræi dicunt in litera *He*, quæ tantum flatu profertur: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis militia eorum. Pſal. 33. Septenarii numeri myſteria hîc omittantur, quo Deus proculdubio videtur delectatus, cum magna & eximia quæ fecit & præcepit, illo concluſerit: idque tantùm advertamus, e ſeptem quibúſque diebus unum eſſe Deo ſervandum. Quomodo ceſſavit ab opere Deus, cùm nunc quoque operetur? Ioan. 5. Imò purus & ſimplex eſt actus, neq; unquam ſiſtitur feliciſſima ejus actio. Dicimus hoc eſſe intelligendum de novis aliis creaturis, quas nullas Deus poſthac condidit: tamen ſemper agit hæc regendo, ſervando: Quia in ipſo vivimus, movemur & ſumus: Actor. 17. dumque ſeipſo æterna felicitate fruitur. Abeant igitur illi qui plures mundos poſt hunc noſtrum expectant,

In Gen. 2. initio.

Deut. 25. 4.

Requies.

Pſal. 33. 6.
Septenarius numerus.

Quomodo Deus ceſſarit cùm nunc quoque operetur.
Ibid. 5. 17.

Act. 17. 28.

Digitized by Google

Mundus unus tantùm.

unus dun taxat eſt & is creaturarum finis, quemadmodum hîc deſcribitur. Neque eſt quod homo timeat ullam aliam præ ſe condendam eſſe creaturam. Nec minima eſt hæc hominis gloria poſt illius creationem quieviſſe Deum, atque in illo toti orbi extremam manum eſſe impoſitam. Dicitur Deus benedixiſſe diei ſeptimo. Benedicere autem, eſt aliquid donare & elargiri. Quid nobis hac die ſeptima donavit Deus? Multum, hunc mundum plenum & refertum omnibus bonis. Quid mirum ſi poſtea hoc eodem coli maximè fuit illi gratum? Cùm ſcriptum ſit: In quo tibi benedixit, de illo ei da. Benedixit diei ſeptimo, hoc præceptum illi dedit, ut in ipſo homines quieſcerent, & divino cultui vacarent. Rabbi Agnon dicit, hanc benedictionem tranſire ſuper obſervantes & ſanctificantes ipſum ſabbatum. Nec ejus obſervatio cœpit lege data in Sina, ſed ante celebrabatur, ut apparet in Mannæ pluvia, Exod. 16.

Septimæ diei benedictio. Gen. 2. v. 3. Septimæ diei obſervatio ante legem. Deut. 15. 14.

Sanctificatio ſabbati.

Exod. 16. 23. Quomodo ſeſtandum.

2 Sanctificare autem, eſt divino cultui aliquid deputare, ut hîc ſumitur, quia alibi varia ſignificat. Et Deus ſabbatum ſanctificavit facto ipſo, quando is quievit à ſuo opere. Quam ſanctificationem non modò poſtea replicavit in lege, ſed facto obſervavit, cùm ea die non daret populo Man in deſerto. Sed num eo die vel ullo alio populus Dei futurus eſt otioſus? Minimè, ſed quemadmodum Deus non deſtitit ab omni actione, ſed tantùm à rerum naturalium productione: ita nos quoque à noſtræ vitiatæ naturæ factis debemus temperare, non etiam deterreri, quin Dei pateamus impulſibus, imò debemus magis diebus ſacris uni huic operi inſiſtere. Atque ita exponit Paulus ad Heb. c. 4. Vt temperemus non à quibuſvis operibus, ſed à noſtris, quod perpetua vita debet Chriſtianus facere. Vnde non ſumus in Chriſtianiſmo accuſandi, quod Sabbatum non cuſtodiamus, cùm omne tempus vitæ noſtræ in Sabbatum conſecraverimus. Et ideo allegoricès intelligatis, hæc dies ſeptima nec mane nec veſperam habere nominatur, quia verè filiis Dei perpetua eſt hæc requies. Tu hîc ordinem conſidera, alia creantur propter hominem, ideo poſt illa conditur homo: homo verò ad Dei cultum, ideo ſtatim poſt illius creationem, Sabbati benedictio & ſanctificatio inducitur. Hinc homines admonentur, ut ſi illis præcipitur ab Eccleſia ut aliquo die in hebdomada cultui divino vacent, hoc non eſſe prorſus humanum commentum, nec tantùm pertinere ad legem Moſaicam: ſed initium quoque habuiſſe hinc, & facere ad imitationem Dei. Quòd ſi quæras, cur non hic retentus eſt dies obſervationis in noſtra Eccleſia? Reſpondeo, nos maximè illum retinuiſſe, ita ut omnes dies tales debeamus habere, ut à noſtris operibus quieſcamus. Sed quod is magis quàm ille eligatur ad Dei externum cultum, liberum fuit Eccleſiæ per Chriſtum, ut id conſuleret, quod magis ex re judicaret. Nec illa peſſimè judicavit, ſi memoriam inſtaurationis perfectæ, id eſt, reſurrectionis Chriſti, in obſervatione diei Dominici, prætulit huic abſolutioni mundanæ fabricæ.

Heb. 4. 10.

Aliquo die ſeptimanæ cultui Dei vacandum.

Sabbati abrogatio.

3 Cæterum Paulus per unam Sabbatorum, deſignat diem ſacri cœtus. Poterat ſane Deus omnes vel multos dies cultui ſuo deputare, ſed cùm ſciret ex præcepto, nobis in ſudore vultus comedendum panem, unum in hebdomada requiſivit, in quo reliquis operibus valedicentes, uni illi tantùm incumberemus. Prout autem in aliis ceremoniis aliquid eſt perpetuum & æternum, & aliquid mutabile ac temporarium, (quemadmodum in Circumciſione atque Baptiſmo perenne eſt, ut qui ad fœdus pertinent divinum & populo Dei ſunt adjuncti, notentur aliquo ſigno externo) mutabile tamen fuit ac temporarium genus ſigni: nam id vel per abſciſionem præputii, vel per ablutionem aquę ut fieret, Deus arbitrio ſuo conſtituit. Perpetuum item eſt ac æternum, ut quam diu Eccleſia hîc agit in terris, miniſtris ejus victus debeatur. Vtrum verò per decimas, vel certos agros, aut ex pecunia deſumpta ex fiſco fiat, variè conſtitui poteſt, prout regionibus & temporibus magis expedit: ita quod unus dies certus in hebdomada cultui divino mancipetur, ſtabile ac firmum eſt: an verò hic vel alius conſtituatur, temporarium eſt ac mutabile. Antiquitus ex diſpoſitione Legis ſabbatum obſervabatur, ad refricandam memoriam conditi orbis: nunc verò in uſu eſt dies Dominicus, ad refricandam memoriam reſurrectionis Chriſti, atque propterea confirmandam ſpem noſtræ reſurrectionis futuræ. Quando autem facta ſit hæc mutatio, in ſacris literis expreſſum non habemus. In Apocalypſi tamen Ioannis, Dominici diei expreſſam mentionem habemus, & veriſimile eſt, aliquandiu primos Chriſtianos morem Iudaicum retinuiſſe, ut in die ſabbati convenirent: poſtea verò, ut videmus, res eſt mutata.

In 1. Cor. 15. 2. Cur Deus unum tantùm diem in hebdomada elegerit. In ceremoniis aliquid perpetuum, aliquid mutabile.

Quando facta ſit mutatio diei ſabbati in diem dominicum. Apoc. 1. 10.

4 Vt autem eo loco diem Dominicum intelligi exiſtimem, adducor Hebraica phraſi, qua unum ſignificat primum, ut in libro Geneſeos; Et factus eſt veſperè & mane dies unus: hoc eſt primus. Item alibi, cùm ſcribitur, In una menſis, intelligitur primus dies menſis. Et cùm ſcribitur unus menſis, intelligendus eſt primus menſis. In Evangelio etiam Marci cap. 16. legimus; Et valdè manè una ſabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam Sole: ibi apertè per unam ſabbatorum, dies Dominicus accipitur. Matthæi 28. Veſpera autem ſabbatorum quæ luceſcit in prima ſabbati. Ita Lucas 24. & Iohan. 20. Ad inflammandos autem animos noſtros, ad erogandas eleemoſynas in pauperes, percommodè delegit Paulus diem ſacri cœtus, propter verbum Dei, publicas preces & ſacras lectiones, quæ habentur ea die. Quibus omnibus admonemur beneficiorum, quæ nobis contulit Deus pro ſua miſericordia: percipimus etiam Sacramenta, quibus refricatur memoria præclariſſimi illius beneficii, mortis inquam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et quem animum porro non permoveat ad benefaciendum proximo, pia tanti beneficii recordatio? Quis eſt qui nolit, cùm pia mente ſecum revolvit, Filium Dei, ſeipſum pro eo tradidiſſe in mortem, & mortem crucis, qui nolit, inquam, nedum ex bonis terrenis ſibi collatis aliquid impartire, imò ſeipſum pro fratribus impendere? Profitemur etiam communionem ſanctorum, quæ aut perlevis, aut nulla erit, niſi beneficentia in pauperes confirmetur. Nullum autem illuſtrius indicium pietatis ac communionis Chriſtianorum quàm charitas. Neque propterea ſumus accuſandi, ut obſervatores dierum & temporum, quemadmodum Galatæ, quaſi plus ſanctitatis tribuamus uni diei, quàm alteri. Tantùm enim propter ordinem & quandam civilem rationem Eccleſiæ, eo die magis quàm alio convenimus. A Paulo autem ad Galatas reprehenduntur, vel qui Iudaica feſta revocabant, vel Ethnici, qui dies Ægyptiacos aut Mathematicos ſuperſtitioſè obſervabant.

Hebraicè unus dicitur primus. Gen. 1. 5.

Mar. 16. 2.

Matt. 28. 1. Luc 24. 1. Ioan 20. 1. Cur Paulus ad eleemoſynas eligat diem ſacri cœtus.

Gal. 4. 10.

5 Multæ porrò cauſæ referri poſſunt, quamobrem præter ſabbatum Deus voluerit populum ſuum quotannis aſcendere ad locum, quem delegiſſet, religionis ergo. Primùm id ſtatuit, ne memoria beneficiorum ſuorum excideret, ſed refricaretur annuis peregrinationibus: ſiquidem in Paſchate memoria liberationis ex Ægypto celebrabatur: in Pentecoſte verò, legis per Moſem latæ: Deinde in utraque ſolennitate gratiæ de novis frugibus agebantur. Quia in Paſchate offerebant hordei primitias, in Pentecoſte panem ex novo tritico factum: poſtremò in feſto Tabernaculorum, beneficium commemorabatur, quo Deus patres in deſerto ſuſtentavit per annos 40. & gratiæ agebantur, quod omne genus fructuum jam collegiſſent. Rectè autem tria hæc præcipua capita donorum Dei, tribus hiſce peregrinationibus memorabantur. Nam ſunt præcipua bona, quibus conſtat humana ſocietas. Etenim prima gentis alicujus felicitas eſt, ut Reſpubl. ſit & libera, quod Iudæi obtinuerunt, cùm ex dura ſervitute Ægypti aſſerti fuerunt. Proxima eſt, ut habeat leges & ſacra propria, ſiquidem nulla Reſpubl. conſtat ſine legibus & ſacris. Tertia, ne quid ad victum deſit. Proinde horum beneficiorum quotannis memoria Dei juſſu repetebatur. Alia deinde cauſa hujuſmodi aſcenſus fuit, ut populi conjunctio in cultu & religione conſervaretur. Nam cùm ſemel collecti eſſent Iudæi, atque uno eodémque ritu ſacrificarent, cavebatur prudentiſſimè, ne diverſæ religiones orirentur. Quinta, ut eos ſacerdotes & Levitæ de lege ac ſacris publicè docerent, unde populus redibat multo melius inſtructus, quàm acceſſiſſet. Sexta

Exod. 13. 15. In 1. Sam. 1. 3. Quare Deus populum voluerit quotannis venire ad locum à ſe electum. Tres præcipuè feſti dies.

item

item affertur cauſa, ut in eo conventu & aſpectu mutuo charitas inter tribus magis coaleſceret & augeretur. Etenim ſe mutuo videbant, alloquebantur, & convivia ſimul agitabant; & quod præcipuum eſt, conjungebant publicas & ſolennes preces. Deinde conſequebatur has peregrinationes miniſterii ſacri neceſſaria ſuſtentatio. Multiplicabantur quippe oblationes & ſacrificia, quorum maxima pars cedebat Sacerdotibus & Levitis. Adhæc animus precantium confirmabatur de precibus à Deo exaudiendis. Nam promiſerat, ſe velle in eo loco vota populi complere: quæ ſanè cauſa debet etiam nos movere ad ſacros cœtus celebrandos. Quia licet Deũ poſſimus orare domi, quia tamen pollicitus eſt, ſe noſtras preces admiſſurum, ubi duo vel tres congregati fuerint in ejus nomine, idcirco non ſunt prætermittendæ conventus Eccleſiaſtici ſtatę celebrationes. Dehinc voluit Deus, ut ſacris peregrinationibus obedientiam teſtarentur, eo præſertim, quod locum ad quem accederent, non ipſi eligebant, ſed arbitrio Dei conſtituebatur. Nec prætereundum eſt, locum illum patribus Meſſiam retuliſſe, citra quem nulla hominum opera, quamvis pulchra & ſpecioſa, Deo placere poſſunt. Poſtremò erat illud opus, præclarum fidei exercitium: quoties enim aſcendendum erat ad locum ſacris deſtinatum, cogebantur Hebræi omnia ſua domi vacua & incuſtodita relinquere. Licuiſſet enim hoſtibus interea irrumpere atque omnia populari: verùm illi dicto Dei auſcultabant, & quicquid accideret, parvi pendebant, omnia ſua divinæ fidei committentes. Et eorum tanta fuit erga numen fiducia, ut illud non dubitarent ſuos fines quamvis deſertos eſſe defenſurum. Ter autem in ſingulos annos oportebat omnes mares oſtendere ſeſe coram Domino, idque ſtatis certiſque ſolennitatibus quas ante commemoravimus. Fœminæ verò hac Lege, quoniam aut gravidæ eſſent, aut aliis juſtis cauſis impediri facilè poterant, minime tenebantur: Sed tamen quando nil erat impedimenti, ultro veniebant.

Quare ſacri cœtus à nobis celebrandi.

6 Diem vero natalitium ſolenniter celebrare, fuit mos omnium gentium, nec meo judicio id fit vitioſè, modò pia adhibeatur modeſtia. Fuit ſanè inſigne donum, ut inter Dei creaturas poſſimus commemorari: & de eo Deo gratias agere, & hilaritatem animi teſtari in gratiis agendis externo ſymbolo alicujus modeſti convivii, quis ambigit rectè fieri? iſte eſt uſus honeſtarum voluptatum, ut ſemper adjunctam habeant pietatem. Memores interim ſimus ejus quod videmus incidiſſe in Herodis convivio, quando diem ſui ortus celebrabat: quia adhibuit quæ non decebant, ſaltationes puellarum, & temeraria juramenta, funeſtum illud exemplum eſt ſubſequutum ut caput Iohannis præcideret. Hoc non eſt pro magno beneficio gratias Deo agere, ſed ventri & cupiditatibus inſervire. Neque illud præterea probandum in Chriſtianis, ut tantopere carnis ortum recolant, & regenerationis in Chriſto obliviſcantur. Hoc potiſſimè deberet in animis noſtris beneficium inhærere, quòd Chriſto ſimus inſerti & initiati.

In Gen. 40. ſub finem.

Matt.14.6.

CAPUT VIII.

Præceptum quintum: De honorandis Superioribus.

HONOR accipitur hìc non tantùm pro externa quadam reverentia, qua veneramur proximi dignitatem: ſed etiam pro externo auxilio & ſuſtentatione, & ope qua juvamus eos qui opus habent, ſed & alia ſignificata habet. Sic igitur parentes ſunt honorandi, cui facto non modò præmia proponuntur, imò & redduntur: contrà, pœnas ſcimus Chamum dediſſe qui patrem ſuum ludibrio habuit. In illis ergo honos eſt habendus imagini Dei. Quamobrem Salomon quamprimum audit matrem adeſſe, ſurgit & in occurſum ejus veniens, illam reverenter excipit: rationem habens divini mandati, Honora patrem tuum & matrem tuam. At quiſpiam dixerit, cùm rex eſſet, decebàtne ut illam adoraret? Aulus Gellius lib. 2. cap. 2. Noctium Atticarum hac de re diſputans, ait: Semel veniſſe præſidem Cretæ cum patre ſuo Athenas, atque Taurum philoſophum acceſſiſſe, ac ſellam fuiſſe allatam: quæ cùm appoſita fuiſſet, philoſophus juſſit præſidis patrem ſedere: qui reſpondit, ſedeat hic potius, filium ſuum deſignans: Quoniam inquit, populi Rom. eſt magiſtratus. Taurus autem ait; Interea tu ſedeas, donec inter nos excutiamus, utrum te potius an illum ſedere deceat: cùm tu ſis ejus pater & ille magiſtratus Reipub. Romanæ. Sedit itaque Pater, quin & filius etiam ſedit, allato pro eo alio ſedili. Deinde poſt multa, ſententia Tauri fuit, in locis & muneribus publicis, jura parentum collata cum filiis in magiſtratu collocatis, paululum interquieſcere atque ad tempus cedere. Sed extra publicas actiones & publica loca, publicos honores inter eos ceſſare, ac filium oportere ſuo parenti cedere. Deindè is author, exemplum ſubjicit Quinti Fabii Maximi, qui conſul factus patrem ſibi venientem obviam in equo, per lictorem juſſit deſcendere: quod pater non modò non ægrè tulit, ſed filio gratulatus eſt, qui noverit magiſtratum ſibi mandatum à populo Romano cum autoritate fortiter gerere. Salomon itaque ſi privatus agens matrem ſuam adoravit, nihil ſe indignum commiſit. Honori matri ſuæ juſto exhibito, in ſolio conſedit, & matrem honeſtiſſimo loco ſibi juſſit aſſidere. Verùm de iis quæ ab ipſa proponebantur, non ei detulit ut judicaret: verum ipſe tulit ſententiam non expectans matris ſuffragium. Proinde quando componuntur ſimul filii qui ſunt in Magiſtratu cum parentibus, duo genera paternitatis comparantur: ſiquidem filius, qua princeps eſt, pater etiam ſui patris exiſtit, quum tamen quoad naturam ſit filius. Quare de iis quæ à patre ſuo vel dicuntur vel proponuntur, debet judicare.

Gen.9.27.

1.Reg.2.22.
Ex 2.Reg.15.22.

Patris & magiſtratus collatio.

2 Porro parentes in liberos, lenes nimium ne ſunto. Sunt quidem filii viſcera parentum, unde ab eis non poſſunt citra ſuum gravem dolorem corripi, qui tamen devorandus eſt divini honoris & ſalutis liberorum cauſa, quod Eli non præſtitit, nimis indulgenter filios corripiens. Oportuit etiam ſingula eorum ſcelera efficaciter ob oculos ponere. Nam generatim vitia commemorare levius eſt, & auditu facilius, quàm ſi cum authoritate ſingula exprobrentur: & quæ ſeorſim exaggerantur, vehementius commovent. Deinde, non eos affirmando reprehendit, ſed tantum ex conditione. Sic dicunt, inquit, ſic ad me perfertur: ac ſi diceret, ſi vera ſunt quæ audio, graviter peccatis. At dicere oportuit, hæc veſtra ſunt ſcelera, hæc flagitia committitis, hæc nefariè peccatis. Certè qui frigidè ac leniter monent, nil aliud quærunt, quam declinare invidiam. Non ſatisfeciſſe autem Eli pravitati diſciplinæ inde colligitur, quod poſtea & à viro Dei, & à Samuele ob eandem cauſam reprehenſus fuit: quod minimè contigiſſet, ſi reprehendendo liberos, authoritate Pontificia non paterna lenitate fuiſſet uſus. Erat ſenex, & ea ætate ſolent homines ad miſericordiam eſſe propenſiores. Ioſephus inquit, illum ab eo tempore fere ſemper fleviſſe, quod in filios ſuos Dei vindictam certiſſimam expectaret: Chryſoſtomus contra vituperatores vitæ monaſticæ ſcribit, illum oportuiſſe liberos non tantummodo verbis caſtigare, ſed verberare, abdicare, nec non ſacerdotio exuere, nec debuiſſe nebulones tam perditos in ſacro miniſterio ferre. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, non dico filios, ſed ipſum Theodoſium Imperatorem, ad publicam pœnitentiam adegit. Martion quoque cùm puellam violaſſet, à patre ſuo Epiſcopo pulſus eſt ex Eccleſia, qui veniens Romam, cùm & ibi ad pacem & communionem recipi non poſſet, ſceleratam commentus eſt hæreſin. Fortaſſe iſte ſenex Eli fuit paulo ambitioſior, & conatus eſt ſacerdotium in familia ſua retinere: interea loci ea ratione in ſeipſum, in filios ſuos & familiam, peſſimè conſuluit. Attendendum præterea, Eli non ſua ſponte atque ultro filios reprehendiſſe, ſed populi querelis & clamoribus quodammodo coactum. Vtique omnes ob vitiatam & corruptam naturam ita ſumus comparati, ut alios inviti corripiamus. Vellemus enim placere omnibus, & nemini diſplicere. Etenim homo eſt animal ſociabile, itaque ferè ſemper veretur, ne ſi alium arguat, aut liberius moneat, ſocietate indignus habeatur, néve homo σκυθρωπὸς aut furioſus appelletur

Ex 1.Sam.2.22.

Eli nimis indulget liberis. 1.Sam 2.23. & 3.13.

Chryſoſt.

Ambroſius.

In Martionem patris animadverſio.

Quare alienos inviti corripiamus.

Tales enim exiſtimantur, qui liberè ac verè loqui ſolent. Idque Prophetis maximè uſu veniebat, ut hominum vitia dum reprehenderent, à pleriſque furioſi haberentur. Sic enim principes exercitus de diſcipulo Eliſæi percontati ſunt Iehu: Quid venit inſanus iſte ad te? Veriſſimè porrò è Comico dictum conſtat; Veritatem odium parere. Sic etiam Paulus ad Galatas dixit, Num inimicus vobis factus ſum, verum dicens? Noluit itaque odioſam provinciam Eli ſuſcipere, ſed inſtar boni Mitionis in corrigendis filiis egit. Adulatio placet omnibus, verbaque mollia facilè ac citra ſtomachum audiuntur. Quidam etiam reperiuntur, quia à monendis & corrigendis hominibus adeo abhorrent, quod ſint malè ſibi conſcii, atque intelligant, ſe quoque non immeritò poſſe argui, & verentur ne illud audiant; Hypocrita, prius tolle trabem ex oculo tuo. Cicero in Verr. ſcribit, ſibi ipſi legem indicere innocentiæ, qui paratus eſt in alium dicere.

2. Reg. 9. 11.

Gal. 4. 16.

Mat. 7. 5.

Ex Gen. 37. 4.

Liberos æque diligendos eſſe.

3 Porrò Ambroſius annotavit & non malè, Primùm debere cavere patrem, ne ſi plures filios habeat, unius aut alterius magis ſe declaret amantem: nam ita illum quem præ cæteris complectitur, facilè corrumpet: licentiam enim ſibi peccandi ex patris benevolentia facilè comparabit. Adhæc facile odio aut invidia cæteri fratres in illum inflammabuntur, quod facias non eventurum: Iſte ſaltem ipſe qui pluris aliis à patre ſe fieri animadvertit, dum faſtu turget, ob id & ſuperbia ſe effert, divellitur à fratribus, quibus illum oportuit eſſe conjunctiſſimum. Si verò pater filium ſuum amat, conciliet illi cæterorum fratrum benevolentiam: & quos natura conjunxit, gratia paterna non dividat. Ad familiæ pacem inter fratres ἰσονομία requiritur. In Iacobo Patriarcha vides quantum hinc mali eruperit: & ſi ob peculiarem veſtem ita fratres iraſcuntur datam uni & non cæteris, quid putas facturos eſſe, ſi villa, fundus uni præ aliis à patre vel matre legatus fuerit? Quod ſi pater interdum excuſet, hunc ſuum amorem magis in unum ex filiis propenſum quàm in alium, dicendo: Virtutem ſequor, illum magis amo qui plus virtutis & induſtriæ cæteris ſibi comparat. Probo, plus ames, verùm eximia iſtius amoris ſigna debes cavere ne facilè prodas. Parcendum eſt ætati, juvenes affectibus indulgent, iræ & odii quæ affectiones à prudenti patre potius ſunt cohibendæ & retundendæ quàm irritandæ.

In familia æquabilis tributio requiritur.

1. Cor. 11. 13.

An mulier ante peccatum viro ſubjecta fuerit.

Gen. 2. 35.

Gen. 3. 16.

4 Cæterùm de viro, & muliere, Chryſoſtomus ambigit, an priuſquam peccarent, unus alteri præfuerit, ita ut rebus adhuc integris, mulier viro ſubjecta fuerit. Quod ille negat & ſacris literis videtur inniti: quia cùm Deus Evam finxiſſet, ita de illa ſcriptum eſt, Os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, & quæ ſequuntur. Neque ulla ſanè mentio eſt ſubjectionis. Poſt peccatum verò, illud adjectum eſt: Ad virum converſio tua, & ipſe dominabitur tibi. Ego tamen exiſtimarim etiam in natura integra, cùm mulier fuerit imperfectior viro, debuiſſe ab eo quodammodo regi: quoniam facta eſt propter illum, & ut eſſet ei adjutorium. Sed cùm peccatum jam noſtrum genus corrupiſſet, mulieris imperfectio graviter collapſa eſt, ideo ſæviori dominatu viri opus habuit. Itaque ut res modò habent, Ariſtot. alioquin Ethnicus, viſus eſt non malè ſenſiſſe, qui ait; Nequaquam convenire, ut uxor à ſervo non differat, quia hoc barbarum eſt. Barbari, cùm habeant incultam partem animi, quæ imperare debuit (quoniam bonis artibus ac virtutibus non ſunt inſtituti) ideo videntur facti ad ſerviendum, neq; aliter habent conjuges ſuas, quàm pro mancipiis. Quod à natura eſt alienum, quæ non conſuevit unicum inſtrumentum duobus aut plurib. adducere operibus, unum uni commodè inſervit: Ideo non eſt æquum, ut eadem mulier ſit alicui & uxor & ancilla. Atqui in 9. Ethicorum ponit inter virum & uxorem dominatum Ariſtocratiæ, in quo is præeſt qui virtute ac dignitate præſtat. Vnde liquet, virum caput eſſe uxoris, quod virtutibus & ſapientia debeat ei antecellere. Idque etſi non ſemper uſuveniat, tamen ratio exigit ut frequentiſſimè ſic habeat. Verùm ex ſacris literis jubet Paulus viros diligere uxores, ut Chriſtus Eccleſiam dilexit. Sed Chriſtus ita eam dilexit, ut & purgaverit, & ſalvam fecerit.

Vxor debet à ſervo differre.

Inter virum & uxorem dominatus Ariſtocraticus.

Eph. 5. 25.

Viri diligant xores.

A Vt in dominatu optimorum, qui præſunt, non ſuum tantùm commodum reſpiciunt, ſed publicam utilitatem: & caput, in membra tyrannidem non exercet, ita inter virum & uxorem, violentia non deberet opus eſſe. Quod non idcirco dixerim, quaſi viri non teneantur peccantes uxores emendare & coercere. Nam Chriſtus Eccleſiam ſuam interdum & caſtigat, & verberat, ſed hoc ut melior fiat: ita viri ſi uxores interdum corripiant & caſtigent, id oportet ut eadem charitate faciant, qua Chriſtus Eccleſiam emendat. B Quod illi non agunt, qui tantum per furorem & ſuas cupiditates illas miſerè tractant. Et certè propter gradum ac naturalem dignitatem, multa Deus per manus & opera virorum mulieribus confert. Quòd ſi quando agatur ſecus, ut viri per mulieres aut inſtituantur melius, aut aliqua Dei dona conſequantur, id raro fit, & ordini à Deo poſito nihil præjudicat.

Vxores corripiendæ, ut Chriſtus Eccleſiam corripit peccantem.

Ex 1. Reg. 17. 15.

Suos cuique curæ eſſe par eſt.

1. Reg. 17. 15.

5 Videndum inſuper quid cui debeatur. Niſi C clarè noviſſet vidua Sareptana, hanc eſſe peculiarem Dei voluntatem, hoc præſtare non debuit, ut ſeipſam & filium reliquo cibo fraudaret, ut hominem peregrinum aleret. Nec Prophetæ aut viri Dei uſitata regula pietatis, à quoquam debent hoc poſcere, ut poſthabita cura ſui & aliorum, ſe alant. Quin Apoſtolus ad Timoth. manifeſtè pronunciavit, eos qui ſuorum, & præſertim domeſticorum non habent curam, abnegaſſe fidem, & deteriores infidelibus evaſiſſe: ideoque voluit ut viduæ à ſuis cognatis alerentur. D Sed cùm jam vidua certior facta ſit de peculiari voluntate Dei, non eſt ei ſpectandum, quid communi lege præcipiatur. Nec locum habere potuit, quod vulgo jactatur: Prima charitas incipit à ſeipſo. Quo tamen ad communem curſum, ut diſpiciamus perſpicaciter, cui plus minúſve debeamus, nec fallamur, ſtatuendum eſt, varia eſſe genera ſocietatum, conjunctionum & neceſſitudinum. Alia eſt ſpiritualis, alia corporea ſeu ſtirpis, alia civilis & hujuſmodi. Proinde, cùm de dilectione ſeu beneficentia erga E proximos diſputatur, comparatio debet fieri de rebus quæ ad eundem ordinem pertinent. Quòd ſi non fiat, error facilè continget. Exemplis illuſtrabo quod jam dixi, ut res clarior evadat. Si quis à pio paſtore ac doctore verbi Dei fuerit inſtitutus, & perductus ad regenerationem, idémque ſimul habeat patrem, à quo fuerit procreatus, aut liberos, & quæratur, paſtorine ſuo, an patri & liberis debeat: non eſt reſpondendum ſimpliciter, quia uno reſponſo res non explicaretur. Verùm dicemus, in iis quæ atti- F nent ad ſpiritualem neceſſitudinem, plus eſſe parendum miniſtro verbi, rectè docenti ac monenti ex divinis literis, quàm liberis aut patri, ſi diverſa & pugnantia ſuadeant: ſin verò de rebus alterius generis quæratur, de alimentis & ſuſtentatione, plus debetur parentibus & liberis, quàm aliis, quantumvis miniſtris verbi Dei. Qua in re Scribæ & Phariſæi & Pontifices peccabant, cùm docerent filios, ut parentibus dicerent; Munus quod eſt ex me, tibi proderit: atque ita offerendo ſua bona ſacro miniſterio, fraudarent G parentes juſtis alimoniis. Sunt quidem & miniſtri verbi alendi, ſed non ita ut quis vel ſe vel ſuos fraudet neceſſario victu. Alio ſimili utar: Sit quiſpiam in caſtris cùm juſtum bellum geritur, cùm imperator ei quiſpiam mandat de rebus bellicis, & pater adſit & de iiſdem rebus contraria præcipiat: filius ibi deferet magis imperatori, quàm parenti: ſin verò de rebus domeſticis, & victu & alimentis conſtituendum ſit, parens audietur, non imperator. Huc reſpexit Ambroſius, cùm dixit, lib. 1. de Officiis: Non H vos minus diligo (alloquebatur ſuos Mediolanenſes) quos per Evangelium regeneravi, quàm ſi ex conjugio ſuſcepiſſem. Verè quidem ita loquutus eſt: nam quoad impendenda ſpiritualia, doctrinam, admonitionem, correctionem, Sacramenta, non minus illis debebat, quàm filiis carnis. At ſi negotium fuiſſet de alimentis & ſuſtentatione corporum (quamvis nec alios debeat deſerere) ſuis tamen ea ſubminiſtrare priori loco eum oportuit. Aliud præterea oportet ut in mentem veniat, bonum publicum, pri- I vatæ commoditati eſſe anteferendum. Quod illi præſtiterunt de quibus loquitur Paulus ad Roman. cap. 16. qui ſuas cervices pro ſalute Apoſtoli poſuerunt.

1 Tim. 5. 8.

Ibid. v. 4.

Quid cuique debeatur videndum.

Comparatio fieri debet de rebus ejuſdem ordinis.

Matt. 15. 5.

Simile.

Rom. 16. 4.

ſuerunt. Ii porrò de Eccleſiis Chriſti bene meruerunt, & idcirco ab eis eximiè laudabantur. Poteſt etiam huc pertrahi quod Paulus de Galatis teſtatur, [*Gal. 4.15.*] quod voluerint ſibiipſis effodere oculos, ac ei dare, ſi fieri potuiſſet. Boni etiam cives, ſi boni eorum magiſtratus in periculum veniant, nec quidem vitæ ſuæ parcere debent, ut publicum bonum ac ſalutem defendant. Et ſanè utrumque genus hominum ex privatorum facultatibus alendi ſunt: Magiſtratus inquam, & Eccleſiæ miniſtri, ſed non ita ut parentes liberive deſtituantur. Valere quippe debet ante omnia mandatum Dei, quod per Moſen præcepit, ut parentes honore afficiamus. Is autem non in eo tantummodo ſitus eſt, ut aperiamus eis caput, aut de via cedamus, ſed ali vult & ſuſtentari à liberis. Quantum vero cæteris proximis aſtringamur, quoad bona communicanda, Paulus declaravit 2. ad Corinth. cap. 8. [*2. Cor. 8.13.*] ubi ſcripſit, communicandas eſſe opes egenis, ſed non ita, ut laxitas eis ſit & diffluant, erogantibus autem ſit anguſtia. Deo ſanè debemus & nos & omnia noſtra: verum ille nobiſcum agit ex æquo & bono. Et ut lenis eſt pater, hanc adhibet ἐπιείκειαν. Proinde ita res terminanda eſt, ut quod petit Elias, quódque illi vidua præſtat, intelligamus prærogativam eſſe ſeu privilegium extra communem legem, neque debere à nobis in exemplum trahi.

6 Sed Chriſtus Matth. 23. [*v. 7. & 9.*] ſicuti vetuit ne plures magiſtros vocaremus nobis in terris, quod unum Magiſtrum Ieſum Chriſtum habeamus, ita enim interdixit, ne præter unum patrem cœleſtem nobis in terris alios patres aſciſcamus. [*Ex 1. Reg. 5. v. 13.*] [*Quatenus patres & magiſtri vocari prohibeamur.*] Quare non videtur mos ille probandus, quo ſervi Naamanem Dominum ſuum patrem appellarunt. Ad hoc dicimus, non ſimpliciter expendenda eſſe verba Domini, ſed mentem & ſententiam attendendam. Dubium enim eſſe non debet, Chriſtum ipſum inſtituiſſe Apoſtolos, ut docerent & inſtituerent cùm Iudæos tum nationes. [*Matt. 28.19.*] Eſſet autem perridiculum, ne dixerim, ineptum, rem ipſam tribuere, titulum verò & nomen auferre. Neque Paulus poteſt ſacrilegii accuſari, cum dicit ſe à Deo [*Rom. 15.16.*] poſitum doctorem & magiſtrum gentium. Quin etenim Corinthiorum patrem ſe facit: patrem item [*1. Cor. 4.15.*] Timoth. 2. cap. ad Philipp. [*Ver. 12.*] Et quamvis non ignorabat Chriſtum eſſe Paſtorem gregis fidelium, in Eccleſia tradit eſſe paſtores & doctores. [*Eph. 4.11.*] Neque homines arroganter vel ſuperbè patris nomen ſibi vendicarunt, ſed titulum hujuſcemodi oblatum divinitus acceperunt. Lex enim graviter mandat, ut filii patres [*Exod. 20 12.*] honore afficiant. [*Deut. 27.16.*] Quod ſi fecerint, non vulgaria promittit. At ſi viciſſim neglexerint, execrationibus & diris graviſſimis addicit. Quod ergo Chriſtus pronunciavit apud Matthæum vel hominum ambitionem repriınit, qui hujuſmodi titulos inaniter & ambitioſe captabant: vel magiſtros, & patres fieri vetat, qui honorem Dei & ſuum obſcurent, cum alia docent ac prædicant, quam Deus & Chriſtus vel docuerit, vel prædicaverit, & honorem parentum ac magiſtrorum ſejungunt à Dei & Chriſti honore. Sunt alioqui patres & magiſtri, ſed in Deo, necnon in Chriſto. Quemadmodum enim à Chriſto omnis pendet cognatio & paternitas, ut dicitur in Epiſtola ad Eph. cap. 3. [*Ver. 15.*] ita omnis doctrina magiſtrorum Eccleſiæ pendere debet ab unius Chriſti magiſterio. Quantum attamen poſſum meminiſſe, in hiſtoria Evangelica, Chriſtus nuſquam vocatus eſt Pater: [*Ioan. 13.13.*] Dominus quidem & magiſter nominabatur: Pater autem nunquam. Vnde apud Ioannem ait, vos me vocatis Magiſter & Domine: & rectè; ſum etenim. Apoſtoli etiam, ut in Actis legimus, Patres minimè dicebantur, niſi quod Paulus, ut ſuperius monui, Patrem ſe nominavit. Hodie vero apud eos qui Eccleſiæ gubernatores eſſe atque haberi volunt, nullus eſt modus aut finis titulorum. Non modò Patres vocantur, ſed Reverendiſſimi, Illuſtriſſimi, Ampliſſimi, Sanctiſſimi, & Beatiſſimi. Sed quò magnis inſigniuntur ab inſano mundo, eò ſunt in conſpectu Dei abjectiores, imò infelicium omnium miſerrimi.

De Ambitione.

7 Ambitio eſt nimia honoris cupiditas. [*Ambitio quid.*] Honos [*Quid ſit honos.*] verò eſt, ea reverentia, quæ ad perhibendum teſtimonium de illius excellentia cuipiam adhibetur. [*Ex 9. c. v. 5. lib. Iud.*] Teſtimonium verò illi fertur, ex juſtitia: quoniam par eſt, ut eis, qui nos juvant & fovent, & Dei donis inſtructi ſunt, aliquid rependamus. [*Homines excellentes juſtè honorantur.*] Honore autem dignius aut melius nihil habemus. Deinde, ut ipſi & illorum ſimiles pergant ſe diutius atque conſtantius exercere in aliis adjuvandis & conſervandis. Adhæc, ut addita hujuſmodi reverentia, authoritatem illis conciliemus, quo aptius & commodius queant ſuo fungi munere. Hinc liquet ſanctis etiam hominibus licere interdum honores ſibi exhibitos virtutis, doctrinæ, ac pietatis ergo amplecti. [*Licet piis hominibus oblatos honores accipere.*] Nam quæ juſta ſunt, & volunt & approbant, gaudéntque homines id præſtare, quod lege ſua Deus fieri voluit. Is autem patrem, matrem, magiſtratum, & conſimiles juſſit honore affici: Quocirca, ſi homines præceptis ejus pareant, non queunt ſancti viri non accipere id grato animo. Addas, niſi hoc pacto ageretur, eorum miniſterium fore contemptui, quod omnibus modis eſt fugiendum. At quoniam proni ſumus ad ſuperbiam, faſtum, & arrogantiam: ideo videndum eſt etiam atque etiam, ut ne honoris deſiderio, quod utcunque juſtum eſſe poſſet, abutamur. Propterea notare ſtatui, quæ hac in re cavenda judicem. [*Quid cavendum, cùm honores admittuntur.*] Primùm, ne in hoc boni genere tanquam in ultimo fine acquieſcamus, dirigendum eſt quicquid agimus in Deum, & ipſe præſertim honos, qui nobis exhibetur, dum rectè atque ordine obimus noſtras functiones: quò & ipſi ſciamus, & alios doceamus, Deum non homines, in bonis operibus glorificandum. Hoc porrò Chriſtus mandavit, ut ſic opera noſtra inſtituamus, quò ea videntes, Deum cœleſtem Patrem glorificent. [*Matt. 5 16.*] Neque nos movere debet, quod vulgo dicitur; Honorem eſſe præmium virtutum. Nam id neque accipiendum eſt, quo ad ipſas virtutes, nec quo ad homines qui eis ornati fuerint. [*Honos non eſt reverà præmium virtutum.*] Peſſimè quippe cum utriſque ageretur, ſi non alium finem, quàm honorem præſtitutum haberent. Finis bonorum virorum, eſt æterna vita & regnum cœleſte: virtutum autem, ut nos ad gloriam Dei parent atque inſtaurent. Cæterùm honos præmium virtutum dicitur, quoad alios, qui Dei dona in hominibus probis & ſanctis cernunt atque admirantur: [*Honos quoquo modo eſt præmium virtutis.*] cúmque illis cupiant aliquid offerre, ſeu rependere, ac nihil habeant honore præſtantius, illum exhibent. Ad hunc itaque modum, Honos præmium virtutis habetur. Altera cautio eſt, 2 ne quis ita flagret honoris cupiditate, ut illum quolibet modo velit conſequi, quo jure, quáve injuria. Salluſtius præclaram hac de re ſententiam dixit. Gloriam, honorem, & imperium bonus & ignavus æque ſibi expetunt: ille vera via: hic, quoniam bonæ artes deſunt, dolis ac fallaciis contendit. Tertio, cavendum, 3 ne quis plus honoris exigat, quàm ſua merita & virtutes poſtulent: vel dignitatē & honores extorqueat, cum potius vituperatione ſit dignus. Hoc n. & abſurdum eſſet, & omni juſtitiæ ratione careret. Abimelechus ea quę recēſui minimè cavit, ſed in ea omnia incurrit. [*Abimelechus ambitioſus.*] Regiam enim poteſtatē, ſeu magis tyrannidem, ut extremum finem ſibi propoſuit: omnia quippe ſua facta & cogitata eò direxit: deinde fallaciis ac dolis, non bona via & juſtis modis eò contendebat: imo videtur concedere in ſentētiam Euripidis, Ius ipſum regnandi cauſa violandū. Cúmq; meritis careret, honorem (qui tāquam virtutum teſtimoniū confertur) potius extorquebat, quàm ſibi honeſta ratione compararet. Circūvenit ſuos cives genere largitionis minimè obſcuro: nam blandè petebat ab eis regnum, quod magna & ampliſſima eſſet in eos collaturus beneficia, quum ipſis propinquus eſſet. Leges etiam Ethnicorum talem ambitum damnant. [*Leges Ethnicę damnant ambitum.*] Siquidem ad l. Iuliam de ambitu ſtatuitur, ut qui largitione honores [*Ex 11. c. 2. Reg.*] aſſequutus eſſet, & pecuniaria mulcta, id eſt, centum aureis damnaretur, & unà efficeretur infamis. Vt autem ambitio impellere ſoleat ad cædes, nullo habito reſpectu alicujus neceſſitudinis, hiſtoriæ cùm ſacræ tum prophanæ ſatis docent. [*Ambitio impellit ad cædes.*] Cain veritus ne ſibi frater præferretur, illum occidit. Romulus eadem cauſa Remum interemit. Domitianus Tito inſidiabatur, & Antonius Caracalla Getam fratrem interfecit. Filii quoque reperti ſunt adeo regnandi cupidi, ut non potuerint parentum fatalem mortem

expectare. Et viciſſim patres veriti ne filii res novas A molirentur, illos peremerunt: ut Herodes fecit, de quo Auguſt. ait, ſe malle porcum ejus, quam filium eſſe, quòd à porcis Iudaica religione abſtineret, non autem à cæde liberorum ſibi temperaret. Mitto ſæviſſimas proſcriptiones Romanorum, in quibus poſthabita eſt neceſſitudinum omnium ratio. Vt etiam ſtudium perverſæ religionis vel idololatriæ graſſetur & ſæviat, non eſt quod veteres hiſtorias repetamus, cùm exemplorum ſatis ſupérque noſtra ætas B habeat.

De appetitione laudis.

Ex epiſt. 1. ad Cor. 4. v. 5.

8 Habent pii luculenter unde ſeipſos ex hac Apoſtoli ſententia (Quum Dominus venerit, erit unicuique laus à Deo,) conſolentur, quando nomini eorum detrahitur, fama obſcuratur, & eorum bene geſtis rebus à malevolis obtrectatur. Docemur enim à Chriſto expectare laudem, & humanam (quæ ple- C runque vana eſt) fortiter contemnere. Homo eſt ſanè laudis natura ſatis appetens. Vnde Auguſt. 13. de Trinitate citat Ennianum carmen: *Omnes mortales ſeſe laudari exoptant.* Neque mirum, cùm homo ſit ad imaginem Dei conditus, atque Deus laudes ſuas celebrari velit maximè. Attamen corrigendus eſt is appetitus, ne ſaluti officiat noſtro abuſu: quòd fiet ſi Pauli conſilium ſequamur, ut laudem expectemus à Deo, unde ſolida & ſincera poteſt haberi. Auguſtinus 13. Confeſſio, ſcribit, ſe quoad hoc multum ha- D buiſſe quod vehementer doleret, (non enim raro commendabatur, neque facilè animi titillationem erat ſuperare) verùm hac dicit ſe uſum conſolatione, quod noverit à Deo firmiſſimè conſtitutum, ut laus caſtæ puræque vitæ perpetua ſit comes. Quod Ethnici non ignorarunt, cùm poſuiſſent laudem inſtar umbræ quæ ſequatur corpus, virtutem perpetuò comitari. Non debeo (inquit) ob eam cauſam turpiter vivere, ut me omnes deteſtentur è veſtigio, cùm mentio mei facta fuerit. Sed cùm nos audimus lau- E dari, duplex remedium adhibendum eſt. Cùm primis gratulemur proximis noſtris, quod ita ſint à Deo inſtituti, & ſpiritu ejus afflati: ut laudare & probare velint quæ digna eſſe laude judicaverint, quod non eſt vulgare Dei beneficium. Remedium alterum eſt, ut quicquid in nos laudis confertur, id totum in ipſum Deum torqueamus, omnium bonorum authorem, cavendo cùm primis ne ſimus humanæ laudis appetentes. Quoniam cupiditas hæc tam eſt perniTioſa, ut quandoque homines ad inſaniam redigat. F Iulianus apoſtata, ut legimus in hiſtoria Tripartita, lib. 6. vir alioquin licet impius, humana philoſophia & ſcholaſticis facultatibus eruditiſſimus, cùm bellum moviſſet in Perſas, fuit uſque eo gloriæ cupidus, ut animo elatus, gloriam jam ſibi fingere ac ſomniare inciperet, qua poſſet Alexandrum Macedonem æquare: imò in tantam ſtultitiam prolapſus eſt, ut animum Alexandri per μετεμψύχωσιν dixerit in ſe commigraſſe. Docemur ad Rom. laudem veram à Deo expectandam, ubi cùm loqueretur Apoſtolus de G Circumciſione, quæ in ſpiritu eſt, non in carne neque in litera, ſtatim adjecit; Cujus laus non eſt ex hominibus, ſed ex Deo. Et 2. Corint. ait: Non qui ſeipſum commendat, is probatus eſt, ſed quem Deus commendat. Si futura eſt cuique laus à Deo, de vituperio quoque idem ſentiendum eſt, quoniam Dei in judicio ſicut plerique laudabuntur, ita viciſſim multi, prout commeriti fuerint, vituperabuntur.

Quare homo natura ſit cupidus laudis.

Remedia contra laudes humanas.

Amor gloriæ quandoque ad inſaniam adigit.

Rom. 2. 29.
2. Cor. 10. 18.

Ex 1. Sam. 12. 5.
Sancti quomodo ſe laudent.

9 Sed quoniam homines pii videntur interdum obliti eſſe ſui, cùm ſuas virtutes magnificè prædi- H cant, id quemadmodum liceat, dicemus paucis. Primùm non oſtentant aut venditant homines pii virtutes ſuas: Sciunt enim, eas eſſe dona Dei, ſe autem ipſos vitiatos, & multis modis corruptos eſſe. Deinde, agnoſcunt eas ſibi datas eſſe, non tantùm ſua ipſorum cauſa, ſed etiam populi: ut provideant & curent, quæ ſint aliis neceſſaria. Tertio, vident ſe non ſatisfeciſſe legi Dei, ſed ſæpe labi & cadere, nec poſſe coram Deo in judicio conſiſtere. At ſi cum adverſariis ſuis conferantur, non dubitant ſe etiam coram I Deo fore illis ſuperiores. Deinde, volunt ſua vitia illuſtrare gloriam Dei, & ſuo exemplo alios incitari ad A piè tectéque vivendum. Adhæc commemorant facta ſua, non ut ſe prædicent apud alios, ſed ut pondus addant doctrinæ ſuæ. Non enim ſunt illorum aut falſæ, aut vanæ, aut ventoſæ orationes. Vt in loco exponunt bona ſua, ita alias non diſſimulant mala ſua. Verùm hîc cavendum eſt diligenter, ne nobis imponatur à carne noſtra. Nam quod ad rem ipſam attinet, idem fit & à pio & impio: quod tamen ab illo piè fit, ab iſto impiè. Samuel & Ezechias, & alii, com- B mendant facta ſua: idem facit Phariſæus, ſed non eodem animo. Deus autem eſt καρδιογνώστης, & videt quo quidque animo, à quoquo fiat. Deinde pii agunt Deo gratias de bonis ſuis quotieſcunque ea in mentem revocant, toties incipiunt eſſe ſpe confirmatiore, Deum ita ſibi perpetuò ad futurum. Poſtremò, nolunt illam lucem, quàm vident in ſe à Deo accenſam eſſe, abdi ſub modium, aut civitatem collocari in obſcuro, ubi videri non poſſit. Hæc probabile eſt ſpectaſſe Samuelem: nihil tamen magis, quàm ut popu- C lus agnoſceret peccatum ſuum.

Idem fit nonnunquam à pio & impio.

Eſ. 38. 3.
Luc 18. 11.

Matt. 5. 14.

De honore.
Quid ſit honor.

10 Sed ut quod tractatur liquidius patefiat, de natura honoris & quæ ad ipſum attinent nonnulla dicam. Ante omnia ejus explicetur definitio. Ariſto. 1. Rhetor. vult ſignificationem eſſe opinionis quæ de probitate alicujus habeatur, & ea ſignis externis conſtat. Huic definitioni, quo perfecta ſit, addendam cenſeo cauſam finis, quam cùm ex philoſophis haurire nequeam, ex noſtra theologia mutuabor. Ideo teſtamur ſignis apertis ut bene de probis viris D ſentiamus, ut in ipſis Deus honoretur, omnis juſtitiæ ac probitatis author, deinde quo illorum authoritas & exemplum aliis proſit. Iam omnes honoris cauſas complectimur: forma eſt ſignificatio, declaratio, teſtimoniumque noſtri ſenſus de bonis viris. Efficiens attingitur, cùm probitatem cujuſpiam adjecimus: etenim illa incitantur homines ad bene ſentiendum. Materia verò, in his omnibus erit ſignis, quibus juſtis & bonis viris teſtimonium damus. Atque iſta cùm ſint multiplicia, ut monimenta, imagines, præ- E ſidentiæ, carmina, ſepulchra, victus ex publico, dona: nos etiam addimus, aperire caput, loco cedere, aſſurgere, &c. Vtque omnia iſta multa numero ſunt, honoris partes formæ aut ſpecies totidem conſtituentur, eritque diſtinctio penes materiam. Fines utique nos adjecimus, ut in Deum redundet hoc noſtrum teſtimonium, &, ut bona exempla juſtorum reddamus honoribus noſtris magis illuſtria, quóve his qui bene ſe gerunt addatur authoritas, & illa complures alii juventur. A ſenſu definitionis hujus F non longè diſceſſit Auguſtinus, qui ait: Gloriam eſſe judicium hominum bene de hominibus opinantium. His addimus judicii hujus externa teſtimonia, & quibus hominibus ea danda ſint expreſſimus, probis inquam & rectè ſe gerentibus. Deſideratur autem, ut in Ariſtotele, ita etiam in Auguſtino, qui debeant eſſe hi opinantes qui ſuam opinionem ſignificent. Eos certè decet, ut ex Ethicis deprehendimus, prudentes & qui nos bene cognorint. Quintil. adhuc brevius & compendio quodam ſic rem explicuit: G Gloria, inquit, eſt conſentiens laus bonorum: ubi ea vox bonorum tam laudatis quam laudantibus conjungi poteſt, nam utroſque bonos eſſe oportet. Quod ut magis perſpicuum fiat, honores ita ſecabimus, ut eorum quoſdam leves & adumbratos faciamus, qui populari duntaxat rumore conflantur, & hi cùm à ſano judicio non proveniant, neque firmi ſunt, neque illis habentur, quibus præſtandi eſſent. Alii verò (ut aiebat Quintilianus) ex bonorum conſenſu prodeunt, quare ſolidi ſunt, & illis probi duntaxat H honeſtantur. Priores aut illos adeo leves & inconſtantes experimur, ut eodem propemodum die nonnullos & probari & condemnari à populo videas. Quare id genus boni qui vitreum appellavit, quod caducum admodum ſit & fragile, non multum à vero aberravit.

Cauſæ honoris.

Auguſtini definitio gloriæ.

Quintiliani definitio.

Honor an bonum ſit honorantis vel honorati.

11 Verùm quæſtio ſe nunc offert an honos ut de illo ſincero & conſtanti loquamur, bonum ſit honorantis, vel ejus cui adhibetur? Hoc Seneca tractavit ad Lucilum Epiſt. 103. Vtriuſque bonum eſſe af- I firmo. Et ſanè laudantis, cùm ejus juſta & recta ſit actio. Nec dubium arbitror, omnem actionem probam ejus eſſe bonum, cujus fuerit actio. Deinde

quoniam

quoniam is qui honore afficitur, in ſeipſo probitatem habet, juſtitiam & rectitudinem, quibus & boni & prudentes alliciuntur & provocantur ad eum commendandum, ideo ejus quoque bonum dicitur honos, nam ejus initium & cauſam in ſe habet. Præterea illius honoris ipſe fructum percipit, quando authoritas ejus creſcit, fitque validior, ad ſuadendum aliis quæ decent, & illos in officio continendos. Tertiò quoque ob id illius bonum eſt, quoniam dum bonos rectos & gratos judices animadvertit, de rebus à ſe præclarè geſtis juſtè ſentire, vehementer lætatur. Rationem itaque attuli cur tam laudati quam laudantis bonum eſſe honorē judicē. Neque propterea pugno cū Ariſtotele, qui eū ait in illo eſſe qui honorē afficit, nō in eo qui honorē recipit. Quoniā ipſe (ut in definitione jam allatū eſt) honorē dicit ſignificationē opinionis & ſenſus, ideoque rectè judicat, cùm tā opinio quàm ſignificatio ejus ab honorante proficiſcantur, & illo ut fundamento quodam & ſubjecto nitantur. Ego verò principium, quo cietur hæc opinio, & is excitatur ſenſus in animis prudentium, ſpecto, & ad hæc opinionis iſtius fructus, & ea in homine laudato eſſe video, major inquam authoritas & lætitia. Neq; mea hæc definitio rārùm in honoribus locum habet, verum non aliter de probato judicio prætoris, juſtaq; ſententia quando jus dicit, exiſtimandum eſt: nam hæc propria ſunt illius bona, quæ ſimul ei bono ſunt ſecundùm quem judicatur, & de juſtitia non ſecus dicere debemus, ea ſane bonum eſt ejus qui fit iuſtus, at etiam illi bono eſt, cui ex ipſa iuſtitia redditur & ſolvitur quantum debetur. His exemplis liquidò apparet quomodo ſit honor bonum quoddam tam ad eum qui habetur in pretio, quàm ad illum qui ipſum tribuit attinens.

An ad ſolidū honorem ſufficiat unius boni viri teſtimonium.

12 Dubitant identidem an ad verum ſolidúmque honorem ſufficiat, unius probi & prudentis viri teſtimonium, an potius complurium ſignificatio exigatur. Dicendum arbitror, juxta naturam honoris veri atque ſinceri unius prudentis & probi viri, quique nos rectè norit, teſtimonium eſſe ſatis, quoniam in uno qui ſit in hujuſmodi, omnes alios ſimiles ejus habemus. Vna enim eſt vox, & unum judicium omnium prudentium, & proborum virorum. At ad id ut illuſtretur exemplum, utque authoritas creſcat & confirmetur laudati, unius teſtimonium minime vavalet, quoniam ad hoc plurimum fama & nomen proficit, quæ multorum teſtimonia requirunt. Id modo videndum eſt, an unquam à virtutibus & rectè factis diſiungatur honos? aliqui affirmant & aliqui negant. Certè vulgatiſſima eſt inter doctos ſententia, honorem ſequi virtutem, ut umbram corpus. Quod ſimile judicio meo quæſtionem explicat. Vmbra quidem corpus comitatur: at non ſemper eodem modo, nonnunquam antecedit, aliquando jungitur à latere atque incedit unà, interdum verò pone ſequitur. Ita quorundam virtus ſub ipſis ejus initiis habetur in honore, aliorum non ſuſpicitur niſi cum aucta eſt, & perfecta. Denique videas aliquos non prius honoratos quàm eſſe deſierint: nam tunc ſentire homines aliquando conſueverunt licet ſerò, quantum bonum amiſerint. Quod antiquitus prophetis & Apoſtolis, noſtris quoque temporibus multis juſtiſſimis principibus, bonis paſtoribus, & piis concionatoribus eveniſſe ſcimus: dum eorum fuit copia contemnebantur: cum vero ſublati jam eſſent, tum incredibile ſui deſiderium excitarunt. Comitatur ita honos virtutem, at non ſemper eodem gradu: interdum ante, nonnunquam ſimul & ſæpius pone. Et ad hæc teſtimonium & ſignificatio prudentium veræ virtuti, & juſtis actionibus nunquam deeſt, niſi cùm prudentes & qui iſta viderint & noverint eſſe deſierint.

An honor ſemper coniungatur cum rectè factis.

Deſiderium honoris, an in bonis vel malis reb. ponendum.

13 Nunc tandem ad rem propius accedamus, & mecum unà cogitate, An deſiderium honoris in bonis an in malis ponendum ſit? Nonne commendabimus ipſum, cum à Deo & natura ſit inſitum? cum Deus ipſum promittat ſuis, & quidem non parum ſæpe. Glorificantes me, glorificabo, inquit. Et presbyteri Paulo duplici honore digni pronuntiantur. Et ideo videtur Deus in animis noſtris hunc appetitum inſeviſſe, ut ad bene rectéque vivendum magis ac magis incitemur. Nec temerè adjiciendum eſt

1. Sam. 2. 30.

1. Tim. 5. 17.

A vulgatum proverbium: Honos alit artes, & virtus laudata creſcit. Deinde nullus, qui vel micam pietatis habet, inficiari poteſt, omnia noſtra opera ſic eſſe inſtituenda, ut cùm Deo tum hominibus probari poſſint, nempe ut homines, illis viſis, Deum (quemadmodum par eſt) glorificent. Quare, cùm honos ob res bene geſtas in nobis nō reſideat, ſed in ipſum Deum redundet, quotquot ejus gloriæ cupidi ſunt, ut omnes eſſe debemus, hoc ſaltem nomine honorem
B poſſumus expetere. Præterea, quis non debeat cupere, ut omnes fratres in ſuo fungendo munere atque officio non deſint? Deus vero id omnibus præcepit ut honore proſequantur parentes, ac eadem cauſa magiſtratus, mandatque per Paulum: Honore vos invicem prævenientes. &, Honora viduas, quæ verè viduæ ſunt. Omnes honorate, fraternitatem diligite, ac de Epaphrodito, &c. Et qui hujuſmodi ſunt in honore habetote. Poſſum adducere loca ſimilia non pauca, ſed cùm iſta ſint ſatis, patet cum ho-
C nore afficitur quiſpiam eo dignus, divinis mandatis obtemperari: quod ut fiat, qui probi ſunt & bene ſe gerunt, nónne debent commendare, ac ea re lætari, nec non optare ut fiat? Cur, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, oramus? His adde homines honore proſequendo bonos præmia & bona conſequi: Vt ſis, inquit Deus, longævus ſuper terram: & viciſſim contemnendo, malam ſibi rem accerſunt, ut pueri qui deriſerunt prophetam Heliſæum ab urſis diſcerpti ſunt. Quod cùm ita ſit, proximum non dili-
D git, qui non cupiat illum has vitare pœnas, & iſta commoda & premia conſequi. Vt itaque dilectione Dei optare poſſumus debitos honores, ita impellimur ad iſtud idem ea charitate qua proximum debemus complecti. Quod id vel maximè confirmat David Pſ. 15. cùm de illo ageret, qui locum in domo Dei ac æterno habitaculo eſſet habiturus, inter cæteras ejus virtutes id commemorat: In cujus oculis deſpicitur reprobus, & qui timentes Dei glorificat. Proinde cùm vita æterna citra controverſiam proximis o-
E ptanda, id experendum eſt ardentiſſimis votis, ut pii, quique Deum reverentur, habeantur in honore, quod eſt hoc honoris genus, illos in pretio habere, illorum commercio delectari, exiſtimationem ipſorum tueri, & illorum neceſſitatibus alacriter ſuccurrere. Quæ omnia cùm hodie à tam multis frigidè fiant, qui pii ſunt, non poſſunt non vehementer dolere, atque optare ut tandem, quemadmodum juſſit Deus, efficiatur. Auguſtinus in Soliloquiis libro 1. cap. 11. ſentit, Authoritas cùm ex honoribus creſcat, eáque
F multum faciat ad perſuadenda honeſta & pelliciendos homines cùm ad vera dogmata, tum ad vitę ſanctitatem, ſunt optandi. Quin & propter illos quos debemus noſtro miniſterio juvare, ſi viderimus noſtram authoritatem vileſcere, illam juſtis honeſtiſque rationibus debemus tueri, ne ſcilicet reddatur inutilis. Hùc illud ſpectat quod Paulus ad Timoth. ſcribebat: Iuventutem tùam nemo contemnat. Nec parum proficit ad nos confirmandos cùm rectè agimus, commendatio proborum ſi acceſſerit. Vt enim phi-
G lautia laboramus plerique omnes, in rebus & actionibus facilè decipimur, & quæ minus laudabilia facimus, plurimi æſtimamus. Idque quia non rarò accidit, in agendo rudiores magis dubios & ambiguos reddit. Quibus iiſdem, honos, laus, & approbatio, ſi externis ſignis exhibita fuerit, vehementer prodeſt. Etenim his rebus eorum ſtabilitur animus & judicium. Qui verò dubii non ſunt, imò quæ agunt, recta eſſe compertum habent, cùm ornantur juſto genere honoris à prudentibus & bonis viris, non poſ-
H ſunt non mirificè gaudere ac ſibi gratulari, quòd tam bonos & rectos judices nacti fuerint. Quamobrem his quoque honores proſunt. Nec ab Ariſtotelis ſententia noſta hæc diſcrepant: quanquam enim is honorem ſummum bonum eſſe neget, non tamen ipſum à bonorum cenſu excludit. Et his quæ diximus de firmo & ſolido honore nil eſt tam conſentaneum, quàm illum fore ſummum, quem fideles extremi judicii tempore à Chriſto ſunt habituri, cùm ipſis dicet: Venite benedicti patris mei, &c. Nam ea laus
I à Iudice ſapientiſſimo proficiſcetur, cui omnis juſtitia eſt notiſſima: neque noſtra, ulla ex parte, queunt ipſum latere.

Exod. 20. 12.

Rom 12. 10 & 13. 7.

1. Timoth 5. 3.

1 Petr. 2. 17.

Philipp. 2. 25. 29.

Dei mandatis obtemperatur cùm honore afficitur quiſpiam eo dignus.

Honore proſequendo honos, præmia conſequimur, ut contemnendo, pœnas.

Exod. 20. 12.

2. Reg. 2. 24.

Pſ. 15. 4.

1. Timoth. 4. 12.

Honores quid proſint rectè agentibus.

Summum honorem habebunt fideles in extremo judicio

Matth. 25. 34.

Honor non expetendus propter ſeipſum.

Honor non eſt anxiè & ſollicitè expetendus.

14 Proinde is jam concluſum & demonſtratum ſatis puto, moderatum honorem appetitum non eſſe vitio vertendum: quia tamen facilè in hoc à multis erratur, & locus eſt lubricus, idcirco nonnulla ſunt explicanda quæ oportet cavere, ne dum virtutem ſectamur in vitia turpiter incidamus. Id inprimis videndum eſt, quod Ariſtoteles Ethnicus vidit, ne honorem propter ſeipſum expetamus: hoc enim eſſet ex medio bono extremum facere, atque is frui quibus debemus uti. Tendat itaque hic appetitus tum ad gloriam Dei, tum ad fratrum ædificationem. Proximè caveamus, ne anxia cura ſollicitemur honoris cauſa, quia facilè perturbaretur animus. Quod multi, qui civiles habiti ſunt, cùm non vitarint, præ laudum cupiditate quodammodo inſanierunt. Scimus quo furore Alexander Macedo per univerſum orbem ferè actus fuerit, abſque modo & ratione gloriam quærens, qui tandem eò eſt adductus ut alios mundos præter hunc expugnandos exiſtimaret: *Vnus Pellæo iuveni non ſufficit orbis.* Quo eodem morbo laborans Iulius Cæſar, manus injecit patriæ, ac ejus jura, & libertatem temere violavit. Sit igitur moderatum hoc deſiderium, & certis juſtiſque terminis finiatur. In honoribus percipiendis Auguſtini ſequamur conſilium: Neque totum accipias, inquit, quod offertur, nec totum reſpuas: nam qui rejicit quicquid honoris defertur pro rebus à ſe rectè ac præclarè geſtis, dona Dei videtur quaſi deprimere ac nolle agnoſci, quod ſanè à vera pietate alienum eſt. Et viciſſim qui amplectitur, quantum oblatum fuerit non parum ſæpe limites modeſtiæ tranſgreditur. Eſt præterea ſpectandum, ne delatum honoris genus majus ſit quàm hominum dignitas queat ferre. Quod ubi accidit, non eſt tolerandum: ibi enim Deus iraſcitur, ſevereque vindicat ſuos honores ab hominibus uſurpatos. Herodes eſt graviſſimè punitus, cùm populus ei voces non homine dignas acclamaſſet, ſed quæ Deo convenirent. Eademque culpa meritò damnatur Domitianus, Nero, & plerique alii Cæſares inſolentiſſimi, qui jam non ut principes, ſed inſtar Dei ſe voluerunt coli. Quæ ſunt Dei reddantur Deo, & honores humanos rectè ac moderatè boni viri cùm offeruntur percipiant. Servetur etiam juſtus & rectus modus in honoribus aſſequendis, tantum una commendatur via & ratio, eaque ex bonis affectionibus, quas Græci dicunt κατορθώματα. Quæ hypocritæ aſſimulant, dumque ſe pios & ſanctos conantur declarare ſignis externis, à populo habentur in pretio. Verum de illis Chriſtus dixit: Receperunt mercedem ſuam. Alii verò feruntur eo uſque, ut emant honores: quod ſane vitium omnibus legibus juſtis damnatur: & à Latinis dicitur ambitus: eſt enim turpiſſimũ largitione corrogare populi ſuffragia. Hac de re in ff. extant multa ad legem Iuliam de ambitu. Convicti damnabantur infamia & mulcta etiam pecuniaria. Suntque pœnæ hujus vitii nonnunquam in Romana Repub. auctæ: quoniam vitium ſine modo graſſabatur. Quin & Eccleſiaſtici Canones leges Romanas imitati ſunt: & quia iſtud vitium in Eccleſia inolevit plurimum, & hodie paſſim regnat, multa fuerunt ſancita quæ habentur prima quæſtion. 1. per totam quæſt. & lib. 5. decretalium, de ſimonia, & in alio titulo, ne prælati vices ſuas vel Eccleſiæ ſub annuo cenſu conſedant. Qui dignitates Eccleſiaſticas vendunt, Guebazi puerum Helizæi ſectantur, & qui emunt, Simonem magum referunt. Neque pretium eſt ſolùm pecunia, ſed verba & cujuſvis generis obſequia, ſi præſtentur in eum finem, ut Eccleſiaſtici honores obtineantur. Adeóque patres hoc vitium ſunt perſequuti, ut contra Simoniacos admiſerint accuſatores quoſvis, etiam infames, turpes, meretrices, & alios id genus homines, quod in aliis criminibus deferendis minimè toleratur. Eſt poſtremò conſiderandum, ut honoribus adeptis bene utamur: quod idcirco dixerim, quia paſſim aliquos videre licet, qui iis abutantur ad potentiam obtinendam, ad opes comparandas, aut voluptates conſequendas, ad quæ omnia viam ſibi per dignitates & honores tam civiles quàm Eccleſiaſticos patefaciunt.

Honores non ſint maiores hominum dignitate.
Act. 12. 22. 23.

Recta via aſſequendi honores.
Matth. 6. 5.

Ambitus.

Simonia.

2. Reg. 5. 20. 27
Act. 8. 19.

Honoribus adeptis bene utendum.

Quomodo peccetur ab his quorum eſt alios honore afficere.

15 Hæc viſa ſunt recenſenda, quoad eos qui honores percipiunt. Nunc paucis de his eſt dicendum, quorum intereſt alios honore afficere: nam hi quoque monendi ſunt, quandoquidem variè ac multipliciter in hoc peccari poteſt. Nullos arbitror ambigere, ut hi graviter errent, qui iuſtos & convenientes honores probè ac rectè ſe gerentibus denegant: quos tamen complures eſſe videmus, hiſque illi ſunt multò deteriores, qui honoris loco invidia illos proſequuntur, detrahunt etiam meritis: torquentur & dolent ſi eis bene procedere quicquam viderint. Hi ſanè injuſti & ingratiſſimi habendi ſunt. Nonnulli verò ſatis liberaliter honore bonos viros afficiũt, ſed id agunt ab eis quærentes viciſſim aliquod beneficium, favorem, aut auxilium. Ii proborum virorum benefacta non multùm curant, ſed tantùm illorum bona quærunt. Vnde ſuum honorem potius vendunt, quàm pro virtutibus rependant. Alios novimus, qui honores probis exhibere ſatis parati ſunt, ſed perverſo judicio id faciendo utuntur: nam bona illa quæ ſuſcipere deberent, negligũt, & quæ minoris momenti ſunt, admirantur. Si quis bene curet Eccleſiam, ſanam doctrinam afferat, ſanctè vivat, & bona paſſim edat exempla, hoc nomine parvi faciunt: ſed idem ſi callidum aut prudens conſilium det ad rem augendam, vel quippiam ignotum monſtret in agricultura vel in re medica, ibi eum mirantur, & laudibus in cœlum evehunt: ſunt etiam qui adulentur, & quidem turpiſſima vitia nominibus virtutum ornantes. Neque deſunt qui dandis honoribus modum non ſervant, ſed illos vel malignè deferunt, vel maiores quàm oporteat. Hæc omnia quæ recenſui ſunt diligenter cavenda: quæ cum fuſè ſatis recenſuerim, nunc ſupereſt ut oſtendam quomodo Ariſtotelis doctrina literis divinis conſentiat, vel ab ipſis diſcrepet. Principio quidem cum honos dicitur non eſſe ſummum bonum, eum ſacris literis nullum eſſe diſſidium: quia ſummum bonum plus æquo non poteſt appeti. At in honoribus expetendis moderandum eſt appetitui. Nolite, inquit Dominus Apoſtolis vocari Rabbi, aut magiſtri, aut patres, verum id potius curare ut aliis inſerviatis, idque ſubmiſſo & moderato animo. Deinde Servator noſter non pateretur ſuos fraudari ſummo bono, cùm ad id venerit ut nos felices faciat. Sed nos quodammodo opprobriis exponit, & ſuos prędixit fore contumeliis afficiendos: quos exemplo ſuo conſolatur, qui ſemetipſum exinaniverit, & forma ſervi aſſumpta factus fuerit obediens uſque ad mortem, & mortem crucis. Quódque ſtatuitur noſtrum ſummum bonum debere firmum eſſe, proprium, & non facile mobile, cum eo facit quod Paulus inquit, ideo ſalutem noſtram & iuſtificationem conſtare gratia & fide, non autem operibus, ut firma ſit promiſſio. Honores verò facilè auferri, teſtantur divinæ literæ: nam Chriſtus dixit: Nullum prophetam cum honore in patria ſua eſſe. Videmúſque ſanctos nonnunquam honore affectos, à populo, mox ad ſupplicium poſtulatos & raptos. Demumque honorem ex illorum bonorum eſſe genere quæ alio referantur, divina oracula tradunt: quoniam ſicut iubet Dominus, bona opera veſtra videant alii & glorificent patrem veſtrum. Vbi videmus gloriam & honorem non tantùm in nobis debere quieſcere, ſed ad divinos honores & laudes referri.

Quomodo hæc cum ſacris literis conſentiant, vel ab ipſis diſſentiant.

Matth. 23. 8.

Matth. 5. 11. 12.
Ioan. 16. 1. 33.

Rom. 4. 16.
Galat. 3. 22.

Matth. 13. 57.

Matth. 5. 16.

De Adulatione.

Ex Sam. 29. verſ. 8.

16 Adulatores ſunt, qui verba ſua attemperant ad gratiam ejus cui adulantur, commodi alius cauſa. Eſt enim adulatio, cùm dictis factiſque nos accommodamus ad alterius voluntatem, idque fictè non verè, ut aliquid ab eo commodi conſequamur. Qui ita ſunt, omnia ſimulant & prorſus pendent ex vultu & voluntate alterius. Neque tantùm loquendo peccant, ſed etiam ſæpe tacendo. Ducitur vocis etymologia à δούλῳ: eſt enim prorſus ſervile & illiberale. Chryſoſtomus Homil. 5. ad Philippenſ. Adulatio, inquit eſt, cùm colimus aliquem, propter quæ colendus non eſt, ut auferamus ab eo aliquid boni temporarii. Idem Hom. 20. in primam ad Theſſ. Adulationem ait eſſe, cùm aliquid parum virile facimus mali alicuius cauſa. Nam ſi quid loquamur ad gratiam, non tamen ſimulatè aut fictè, ut aliquem lucrifacia-

Adulatio quid.

Non omnis loquutio ad gratiam eſt adulatio.

Digitized by Google

Gal. 1. 10.
1. Thes. 2. 5.
1. Cor. 9. 20.

crifaciamus Chriſto, ea non eſt adulatio. Nam Paulus ipſe, quamvis dicat ſe non cupere hominibus placere, ſed Deo: & addat, ſermonem ſuum non fuiſſe per κολακείαν: tamen ad Corinth. ait, ſe omnibus omnia factum eſſe: Iudæis, Iudæum: illis qui erant ſub Lege, tanquam ſi ipſe quoque ſub Lege eſſet: denique omnia omnibus ut omnes lucrifaceret. Sed ea non erat adulatio. Ea enim eſt, vt dixi, cùm non verè ſed fictè accommodamus nos ad alterius voluntatem, ut reportemus aliquid commodi temporarii. Atque ita adulatio diſtinguitur à comitate Chriſtianâ. David ergo turpiter adulatur Achi, idque aſtutiſſimo genere adulationis. Nam Plutarchus in libello, Quomodo diſcernendus ſit adulator ab amico, eum ait eſſe tectiſſimum adulatorem: qui cùm maximè aduletur, tamen eam præ ſe ferat ſpeciem libertatis, ut poſſit videri non adulari, ſed potius refragari. Nam illa craſſa, Ait, aio: negat, nego, omnes facilè adulantur. Plato ait, nocentiſſimum eſſe genus injuſtitiæ, ſi quis injuſtitiam ſuam ita tegat, ut videri poſſit juſtus. David ita adulatur, ut videri poſſit velle refragari Regi, & vel invito reponere gratiam: hoc eſt, in te injuſta ſpeciem præ ſe gerere juſtitiæ. Fingit enim ſe velle omnem ſuam operam & induſtriam navare Regi, & animo iniquiſſimo accipere, quod ita dimitteretur. Hodie in aulis Principû, maximè verò in Romanenſi curia, nulla eſt via proclivior ad honores, quàm ſi quis ita ſe inſtituat, ut omnia omnibus aduletur. David ſimulat ſe & moleſtè diſcedere, & cupidè voluiſſe manere: Simulat inquam, neque enim ita ſenſit. Nam ſi pugnaſſet, fuiſſet impius erga ſuos: ſi non pugnaſſet, fuiſſet ingratus erga hoſpitem. R. Ben Gerſon ait, eum manere voluiſſe in caſtris, ut fruſtraretur conſilium Palæſtinorum, idque indicaret ſuis. Et certè poſtea, cùm Abſalon concitaſſet ſeditionem contra eum, ſummiſit Chuſai Arachitem, qui conſilium Achitophelis eluderet. An autem David illius conſilium ſequutus fuerit, viderit Ben Gerſon. Veriſimilius autem eſt, Davidem, cùm videret ſe iam eſſe extra periculum, tanto confidentius iſta de ſe prædicaſſe. Nam cùm neſciret Saulem tam citò eſſe moriturum, & videret fieri poſſe ut Palæſtini vincerentur, ut ipſi neceſſe eſſet diutius hærere in exilio: omnino judicavit, gratiam Achis Regis eſſe retinendam.

Genus adulandi ſolertiſſimum.

2. Sam. 15. 34.

An David voluerit manere in caſtris.

CAPVT IX.

Præceptum ſextum, ubi primùm De Amicitia.

Amicitia autem ab amore dicta eſt, ut ait Auguſt. contra epiſt. Parmeniani libr. 1. cap. 1. Ea autem in ſolo Chriſto fidelis eſſe poteſt & ſempiterna. Nexum amicitiæ oportet conſtantem eſſe & durabilem. Conciliator autem amicorum, oportet, ut eos ducat ad felicitatem, eámque æternam & veram. Nam aliæ felicitates incertæ ſunt & caducæ. Hæc autem nemo præſtare poteſt, niſi Chriſtus. Iam videndum eſt, quid proprie ſit amare. Ariſtoteles ait: Amare eſſe bene velle, & ſi poſſit benefacere alicui, ipſius gratia, non ſua. Hæc definitio, etſi videri poſſit probabilis, tamen corrigenda eſt. Nemini enim debemus ipſius cauſa bene velle, ſed propter Deum. Sed philoſophi in ſecundis cauſis conſiſtebant, ut ſi quem viderent pium & bonum, eum amandum eſſe dicerent propter ſeipſum. Nos autem altius oportet aſcendere, & in Deo cauſas rerum conſtituere. Cicero definit, amicitiam eſſe divinarum & humanarum rerum cum benevolentia & charitate conſenſionem. Sed Ariſtoteles in Ethicis loquitur paulò diſtinctiùs. Ait enim amicitiam eſſe benevolentiam. Sed fit ſæpe, ut aliquis amet ingratum, nec redametur. Addit ergo mutuam. Sed quidam amant ſeſe mutuò: qui tamen ſeſe mutuò redamari neſciant. Oportet ergo utrumque benevolentiam ſuam alteri patefacere: Deinde benevolentiam oportet commoveri propter certum aliquod bonum. Non enim diligimus, niſi certa de cauſa. Bona autem referunt vel ad utilitatem, vel ad voluptatem, vel ad honeſtatem. Sed qui aut voluptate, aut vtilitate inducuntur ad amandum, temere amãt & per accidens. Nam ſi voluptatis aut lucri cauſa definerer,

A amicitia confeſtim ſolveretur. Amicitia autem, quam virtus copulavit, conſtans eſt nec unquam ſolvitur. Virtus eſt enim habitus longa aſſuetudine comparatus, qui removeri non poteſt. Fuit ejuſmodi inter Davidem & Ionathanem conſtans amicitia. Seneca Epiſt. 9. ad Lucilium reprehendit Epicurum, quòd dixiſſet amicum quærendum eſſe, ut ſi opus ſit, habeas, qui juvet: ſi ægrotes, habeas qui aſſideat. Nam longè ſuavior eſt amicitia, inquit Seneca, quæ pro-
B deſt alteri, quàm quæ juvatur ab alio. Quærendus ergo, inquit amicus eſt, ut habeas cui prodeſſe poſſis, ut habeas cui tu, ſi ægrotet poſſis aſſidere. Nam Apelles, inquit, & Praxiteles majorem voluptatem capiebant ex operibus ſuis, cùm ea jam fingerent & haberent in manibus, quàm cùm ea haberent poſtea facta & perpolita in cubiculo. Ita verus amicus magis delectatur, ſi quid ipſe alteri benefaciat, quàm ſi beneficium recipiat ab alio. Sic Ionathas (Davidis cauſa) nullum vidit periculum, quod non ſubierit.
C Saul etiam amavit Davidem: ſed longè alio modo, quàm Ionathas. Neque verò Ionathan amavit Davidem tantùm ex generali illo præcepto, diliges proximum tuum ſicut teipſum: ſed propter inſigne ſtudium quod in eo deprehendit erga Rempublicam & pietatem. Deinde videbat regnum eripiendum eſſe Sauli, & dandum eſſe alteri illo meliori. Et illum alterum poſtea ſuſpicatus eſt fore Davidem: quemadmodum colligere licet ex hiſtoria. Ita tamen illum ardenter amavit, ut hac cauſa nihil in-
D videret.

Simile.

Levit. 19. 18.
Mat. 22. 39.

De Homicidio.

2 Duo hîc tractabo, primum, quodnam ſit homicidium damnatum verbo Dei, & à Magiſtratibus puniendum. Deinde quinam hoc crimine teneantur. Quod ad primum, ſciendum eſt, non quamcunque hominis cędem eſſe damnatam. Nam ſi quis caſu quempiam interimat, dum rem honeſtam &
E conceſſam exercet, pœnam homicidarum non incurrit. Vnde in Lege veteri datæ ſunt civitates refugii: Nam revera is non occidit, ſed ut ibidem ſcribitur, Deus (abſque cujus voluntate nihil caſu agitur) tradidit eum ut ſic perimeretur: Iudex item ſeu Magiſtratus, quando in homines facinoroſos animadvertit, non eſt utique homicida, quia ipſe non interficit: ſed Lex, imo ipſe Deus, qui ſic fieri voluit, & ita mandavit. Præterea qui loco ſolitario, vel ubi non poteſt ab aliis juvari, à latronibus vel hoſtibus
F invaditur: ſi defendendo ſeipſum, & juxta leges vim vi repellendo, graſſatorem aut latronem ſe invadentem perimât, non eſt homicidii reus: quandoquidem eo caſu, & à legibus & à Magiſtratu armatur. Non enim vult Reſpublica ut civis ita pereat: ideo concedit ei, ut ſeſe armis tueatur. Hac ratione Cicero Milonem defendit, quòd interemiſſet Clodium, qui ſe prior ex inſidiis invaſiſſet. Item mulier Thecoites à Davide impetravit, ne à magiſtratu ſuus filius occideretur, qui fratrem ſuum in agro rixando
G peremerat. Soli erant, inquit, & idcirco neſciebatur uter eorum prior alterum invaſiſſet. Milites item cũ juſto bello interficiunt hoſtes, nihil injuſti admittunt: Quamobrem homicidium, quod puniendum eſt, & damnatur legibus, tum cenſetur committi, cùm data opera homo à privatis hominibus occiditur. Et qui criminis hujus damnandi ſunt, Romano jure, non homicidæ, verùm ſicarii appellantur. Ad l. Corneliam inſcriptio eſt de ſicariis, non de homicidis. Illi verò ita dicuntur, qui ſicam occidendi
H hominis cauſa ſecum geſtant, & per συνεκδοχὴν vocabulo ſicæ intelligitur omne genus teli. Neque ſolum iſto crimine tenentur, qui occidunt, ſed etiam qui vel facto, vel conſilio juvant, & eò ſuis dictis aut auxiliis reſpiciunt, ut quiſpiam interimatur. Imò voluntas punitur, tametſi ea ſucceſſum non habuerit: quod utique judicio civili, ſolùm in tribus criminum generibus uſuvenit, nempe ſicariorum, raptorum & lædentiũm Majeſtatem. Idcirco puniendus eſt ſicarius, qui telum in aliquem jecit ut occi-
I deret, aut eadem voluntate vulnerarit, licet mors non fuerit conſecuta, ut in ff. eodem Tit. habetur l. Divus. ubi reſpondet Adrianus Imperator, voluntatem

Ex Iud. 9. 24.

Num. 35. 6.

Cicero.

2. Sa. 14. 6.

Sicarii.

Voluntas in hoc genere ſ[illegible] ſceleris punitur.

tatem, non eventum, eſſe ſpectandam. Id verò intelligitur, quando voluntas aliquo indicio ſe patefecerit. Dixi autem non ſine cauſa iſta ſic habere, quoad civile judicium: quoniam alioqui coram Deo cupiditas & animi decretum, quoad omnia peccatorum genera, pro peccato damnantur. Chriſtus ait, qui libidinoſe mulierē ſpectarit, is iam mœchatus eſt in corde ſuo. Voluntatem in iis criminibus pro facto haberi, etiam ſancti Patres & Canones decernunt. Hieronymus in Eſaiam, ut habetur de pœnitentia diſt.1.cap. Omnis habet: Non interfeciſti gladio; ſed voluntate occidiſti. Quin Cyprianus in ſermone de Mortalitate ſcribit, eum qui Martyrium cupit, quoad Deum eſſe martyrem. Aliud eſt, inquit, martyrio animum deeſſe, & aliud animo defuiſſe martyrium. Habentur hæc in eadem diſtinct. cap. Nunquid. Et ibid. cap. Periculoſè. Auguſtinus inducitur, qui ait, Iudæos non minus occidiſſe Chriſtum quàm Romanos, tametſi manibus eum non invaſerint. Hac diſtinctione duos Evangeliſtas conciliat, qui de hora mortis Domini videntur diſſentire. Vnus eorum dicit illum hora 3. alter verò 6. cruci fuiſſe affixum. Vtrumque verum perhibet Auguſtinus: Iudæi enim hora 3. Crucifige, Crucifige acclamarunt: unde quod ad illos attinet, Dominum tunc occiderunt, qui tamen poſtea hora 6. per ſatellites Pilati eſt crucifixus.

Mat.5.28. Hieronymus. Cyprianus. Mar.15.25. Luc.23.44. Auguſt. Locorum conciliatio.

Rectène Elias Baalitas interfecerit.

In 1.Reg.18. ver.40. Cur Baalitæ cæſi.

3 Dum calet populus & fervet in cōfeſſione veræ fidei, Elias occaſione utitur, & Regis mandatū antevertit: & curat, ut Prophetæ Baalis capiantur & occidātur. Non, inquit, oportere illos melius doceri, & ad reſipiſcentiā provocari, ſed illicò vult interfici: nā certus erat ſpiritu Dei, eos non eſſe convertendos aut immutandos. Cúmque iam multos à vero Deo abduxiſſent & eſſent adhuc impoſituri multis, ſi fuiſſent ſuperſtites: iuſtum eſſe duxit, ut cum illorum vita finiretur illorum impietas. Potuiſſet utique Deus alia ratione, modo ac via, Baalitas confutare, atque perdere: ſed quando ei viſum eſt ſic agendum eſſe, nos oportet cenſere, hanc viam fuiſſe optimam. Sed quiſpiam dicet: Elias interea videtur cædis teneri: nam interficit vel curat occidi quadringentos quadraginta viros. Chryſoſtomus hanc rem tractat ſuper Epiſt. ad Galat. dum locum illum exponit, quo dixit: Non acceſſi ad Apoſtolos qui me præceſſerunt. Prima inquit, fronte, videtur aliorum Apoſtolorum authoritatem elevare, & ſeipſum extollere, quod vitio non careret: verum ad hoc reſpondet, dicta & facta ſanctorum non eſſe nudè ac ſimpliciter expendenda: nam alioqui potuiſſet videri Samuel homicida, qui Agagum interfecerit, & Pinehas, nec non Elias. Oportet, inquit, cauſas intueri, & conſiderare, cur, & in quem finem, illa vel dicta vel facta fuerint. Paulus inquit, non ita fuit arrogans, ut alios Apoſtolos præ ſe contemneret: voluit ſolùm vendicare authoritatem Evangelio quod à ſe prædicabatur. Erat quippe illi negotium cum pſeudoapoſtolis, qui aiebant, non eſſe credendum Paulo, qui Moſaicas ceremonias prohibebat: ſed majoribus Apoſtolis, qui eas tolerabant. In ſumma, conficere voluit, de rebus nobis à Deo manifeſtè patefactis, hominum authoritate nihil eſſe detrahendum aut immutandum. Proinde ſtatuere videtur, intentionem ſeu finem cumprimis eſſe perſpiciendam, quaſi opus: quod abſurdum videtur, intentione (ut vulgo loquuntur) bonum & ſanctum reddatur. Id ego (pace tanti viri ſit dictum) non facilè recipio, quia multa ſunt opera ita prava & corrupta, ut quantumcunque bona intentio acceſſerit, non propterea corrigantur ut bona fiant. Nemo dixerit eo prætextu furandum eſſe, ut eleemoſynæ pauperibus dentur: nec abſolvetur quiſquam, ſi adulterium commiſerit, dicendo, ſe id recto animo & bona fide perpetraſſe. Non enim, ut dixit Apoſtolus, committenda ſunt mala, ut inde bona eliciantur. In rebus porro adiaphoris, quæ interdum benè, interdum malè poſſunt fieri, aliquid poteſt intentio. In quo rerum genere, facilè reponitur cædes: etenim quandoque occiduntur homines iuſtè, quandoque verò iniuſtè.

Rectène Elias Baalitas trucidarit. Chryſoſtomi locus explicatus. Gal.1.17. 1.Sam.15.33. Num.25.7. 1.Reg.18.40. Rom.3.8.

Magiſtratus enim gladium habet, & illi à Deo præſcribitur, ut ſontes interimat. Quod ſi bono animo, rectoque conſilio agat, opus eius & bonum & ſanctum cenſetur: ſin verò id fecerit ad explendum odium, & perſequēdas inimicitias, vel ut ſævitiæ atque crudelitati obſequatur, non rectè agit. Privatus item homo qui gladii jure deſtituitur, ſi quempiam interimat, perperam agit: niſi fuerit à Deo impulſus prærogativa quadam, ſeu privilegio, quo derogetur communi legi: ſed tum oportet eum qui ſit divinitus incitatus, certum admodum eſſe de ſuo impulſu: & idcirco non eſt agendum iis rebus præcipitanter, ſed expectanda eſt firma & ſolida certitudo. Quocirca ego ſtatuerem, quæ prima fronte videntur abſurda, fide reddi honeſta & recta. Deo ſiquidem probantur, quod ex præſcripto verbi ſui fiant, cùm illi efficacitet per fidem homines adhærent, nec refert, an illud verbum ſit communis legis aut peculiaris afflatus. Quamobrem operum bonitas à fide pendet: ſic ut quemadmodum dicitur; Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt: Ita viciſſim inferatur. Quod ex fide, juſtum eſt: nam fides ipſa iuſtificat, ut Apoſtolicæ literæ teſtantur. Pendet item bonitas operum à ſpiritu impellente: nam ſi quis agatur ſpiritu carnis, iniuſtè agit: ſin verò divini ſpiritus impulſu, iuſtè operatur. Atque huc reſpexit Dominus, quum prohibendo Apoſtolis, ne ignem elicerent: contra Samaritanos, ait: Neſcitis cujus ſpiritus eſtis. Excuſabitur & Elias non modo intentione, fide, ac ſpiritu, ſed quòd illi Deus tradiderit ſua judicia exequenda, & Baalitarum iudicem conſtituerit: unde non erit cenſendus vir privatus, ſed vir Dei, qui ſicut in terris ordinaria via Magiſtratus voluit eſſe ſuos Vicarios, ita etiam poteſt quoſcunque viſum fuerit, eò dignitatis provehere.

Rom.14.23. Operum bonitas, unde exiſtat. Luc.9.55.

4 Verum iis omiſſis excuſationibus, ex Lege dico eſſe actum: nam in Deut. cap. 18. decernit Deus interficiendum eſſe Prophetam, qui falſa loquitur in nomine Dei, vel qui nomine aliorum deorum prophetat: & 17. ca. Idem habetur, etiam de privatis hominibus & mulieribus, quæ idola coluerunt. Sed 13. eiuſdem libri, non tantum ſeductori prophetæ, mors irrogatur: ſed additur mandatum, ut nemo parcat fratri ſuo, vel filio matris ſuæ, non filio, neque filiæ, neque ſervis, neque ſibi chariſſimis & intimis. Tertiò mandatur, ut tota civitas, cùm laborat idololatria, excindatur ferro & igne. Deinde in Levit. cap. 24. ſancitur, ut blaſphemus non ſinatur vivere. Accedit adhæc iuſtitia talionis. Etenim Baalis prophetæ, miniſtros veri Dei curaverant interfici, tum à Iezabele, tum à Rege Achabo. Verum dixerit quiſpiam, iſtis legibus & rationibus convincitur, iſtos Baalitas, mortem quidem fuiſſe commeritos: ſed per Prophetam non erant fortè occidendi, ut homicidii ſuſpicio evitaretur. Ad hoc reſpondeo, Regem quoque adfuiſſe, & cædi aſſenſum eſſe. Elias quidem, regiam ſententiam antevertit, ſed contra eam feciſſe non videtur, quia Rex, cùm eſſet præſens, minimè reclamavit. Cur autem ſiluerit, multæ poſſent rationes afferri. Primùm, fieri non potuit, quin viſo tanto prodigio ipſe quoque non fuerit perculſus, & vehementer obſtupuerit: quare non poterat recalcitrare, niſi contra ſtimulum. Huc accedebat, tanto conſenſui populi Regem non auſum fuiſſe obſiſtere. Potuit etiam fieri, ut magno deſiderio teneretur pluviarum: quare ne fruſtraretur, aſſenſum qualemcunque huic cædi præbuiſſe. Deduci curavit pſeudoprophetas ad torrentem Ciſon, nempe, ut eorum cadavera in eum projicerentur. Eſt nobilis ille torrens, alioqui victoria parta de Iabino & Siſara, ductu & auſpicio Baracchi & Deboræ, ut in lib. Iud. ſcribitur, & à Davide in Pſalmis commemoratur. At quibuſdam videtur indignum & truculentum, quod ipſe Propheta manu ſua, ut præ ſe fert Hiſtoria, nonnullos ex eis occiderit: quaſi Samuel non legatur percuſſiſſe Agagum Regem Amalech. Moſes item cum Levitis, multa millia perdidit idololatrarum. Quòd ſi dixeris, Moſem fuiſſe principem populi, & ut legitimum magiſtratum, Levitas habuiſſe inſtar ſatellitum. Aſſentior. At quid dicemus de Pinehas? qui cùm eſſet privatus, Zimbri & Cosbi ſcortantes peremit? Moſes quoque ante acceptum

ver.10. ver.21. verſ.5. ver.16. 1.Reg.18.4. & 13. An ſi mortem commeriti Baalitæ per Prophetam trucidandi fuerint. Iud.4.15. Pſal.83.10. 1.Sam.15.33. Exo.32.27. Num.25.7. Exo.2.12. Act.7.24. Act.5.5. Act.13.11. 1.Reg.18.22.

Digitized by Google

ceptum principatum, nónne occidit hominem Ægyptium? nec licet illud factum accuſare, cùm Stephanus in Actis Apoſt. approbet atque commendet. Scimus quidem miniſtrorum eſſe ac prophetarum verbo agere, non vi ac ferro. Vnde Petrus & Paulus, ſi quos vel morte vel pœnis affecerunt, vſi ſunt verbo, non gladio. Verùm, dicimus, hæc quæ geſſerunt Elias & Moſes, non fuiſſe ordinaria, ſed facta quædam extra uſum & ordinem communem: Quin & Auguſt. in Levit. q. 56. quod Elias egerit Sacerdotem, & ſacrificarit extra locum à Deo electum, eadem excuſat ratione, qua & factum Abrahami, qui filium ſuum voluerit mactare. Omnia hæc privato inſtinctu Dei agebantur, contra legem in communi propoſitam. Ipſe Legislator, cùm aliquid contra ſuas leges jubet, mandatum ejus pro lege habendum eſt.

Gen. 22. 3.

Aliud factum Eliæ; in eoque κακοζηλία vitanda.

Ex 2. Reg. cap 1. v 9. Cur Heliæ datum hos duces unà cum turmis ſuis perdere: & idem negatum Apoſtolis. Luc 9. 54. Vide in 2. Reg. 2. 23.

5 Nunc reſtat videndum, quare datum ſit Eliæ, ut iſtos principes cum ſuis militibus igne de cœlo elicito perderet, Apoſtolis verò ſit negatum, qui tantundem petebant, ut ſibi liceret adverſus Samaritanos, qui Ieſum hoſpitio excluſerant crudeliſſimè, cùm ex Galilæa proficiſceretur Hieroſolymam. Iacobus enim & Ioannes hoc à Ieſu Chriſto petierunt. Aliqui diverſitatem ex eo aſſignant, quod ſint admodum contrarii ſpiritus Legis & Evangelii. Etenim Legis eſt damnare, punire, atque occidere: ſed Evangelii condonare, ſervare ac vivificare. Idcirco Eliæ fuit iſtos interficere, qui legem Dei apertè violabant. Apoſtolorum autem munus fuit homines iuvare, ac ſanare: non autem perdere. Vnde ſubjecit Dominus: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Hæc non ita judico accipienda, quaſi Elias ita legalis fuerit, ut nihil habuerit commune cum Evangelio. Nam & ipſe opem interdum hominibus tulit. Nam cùm graviſſima eſſet annona, viduam Sareptanam unà cum filio & familia eius pavit. Quin & extinctum filium ejus excitavit à mortuis, & aperto cœlo largiſſimas pluvias dedit. Apoſtoli etiam Ieſu Chriſti, non ſic bonitati fuerunt addicti, ut nunquam aliquos læſerint. Petrus quippe verbo ſuo Ananiam & Sapphiram perdidit. Paulus Elymam magum excæcavit, & Satanæ permultos tradidit, ut ſecundùm carnem affligerentur. Confiteor attamen, ſpiritum clementiæ ac benignitatis magis viguiſſe in Apoſtolis Chriſti, quàm in veteribus prophetis: & viciſſim ſpiritum ſeveritatis & ultionis exertum fuiſſe in Elia & collegis, magis quàm in diſcipulis Evangelicis. Verùm cenſeo addendum, à Domino fuiſſe Apoſtolos idcirco monitos, quod eſſent in Samaritanos commoti humana iracundia, non divina ſuggeſtione, ut malè cuperent Samaritanis. At veriſimile eſt, illos ex loci ſitu fuiſſe impulſos, ut id peterent: quoniam Elias ibi contra iſtos principes ignem elicuit è cœlo. Nam Rex Ahazjah in Samaria erat, cùm ſibi Eliam adduci præciperet. Fuit itaque Apoſtolorum quædam κακοζηλία, qua Eliam imitari ambiebant. Nec interea inter genera vocationum diſtinguebant. Ad id enim vocatus erat Elias, ut judicia divinæ ſeveritatis exequeretur. Nec ex ſeipſo, verùm ex Deo & angeli monitu, ita duriter ſe gerebat. Potuit quidem ſpecietenus homicida videri: nec tamen pro tali habendus eſt, cùm ſolùm fuerit Dei miniſter. Quare nobis cavendum eſt, ne illa quæ vehementer & extraordinariè cupimus, aliquo exemplo majorum velimus conſtabilire. Ita profectò Samaritis muliercula, quæ cum Chriſto ad puteum diſputabat, confirmare nitebatur in illo monte fuiſſe adorandum: quod ibi Iacobus adoraverit. Fecit quidem ille quod ſua ætate facere licuit, ſed poſtea lata Lege ad tabernaculum Domini, & poſtea in templo Solomonico erat adorandum. Nam exempla maiorum contra datam Legem, non ſunt in conſequentiam & imitationem trahenda. Quod ſi fecerimus, non pro imitatoribus Patrum, ſed pro eorum ſimiis habebimur. Quamobrem cùm inuſitata volumus aggredi contra ordinaria præcepta Dei, non eſt ſatis exemplum adduxiſſe majorum: ſed oportet ut in noſipſos deſcendamus, excutiendo ſpiritum quo ducimur, ne ſpecioſo quodam prætextu, carnis affectum & prudentiam ſequamur. Idcirco Ieſus dixit Apoſtolis; Neſcitis cujus ſpiritus eſtis. Eliam vobis proponitis imitandum, ſed non ejus agimini ſpiritu. Noſtra ætate, bis hoc modo peccari videmus. Chriſtiani principes arma ſumpſerunt non ſemel adverſus Turcas, juſtam cauſam prætexentes: quòd recuperandas ducerent eas terras, quas Barbari & impii tyranni à Chriſtianis abſtulerunt, ſed an bono ſpiritu incitarentur, dubium admodum eſt. Impellebantur fortaſſis regnandi cupiditate, aut mundana gloria, aut aliis humana prudentia inventis, & ideo raro feliciter ceſſit. Fuerunt etiam, qui conati ſint armis & potentia humana Evangelium & propagationem Eccleſiarum propagare, qui fortaſſe non bene habebant exploratum, quo ſpiritu id facerent. Hoc eſt, quod Chriſtus Apoſtolos monuit, ut in ſeipſos deſcenderent, & diligenter excuterent, quo ſpiritu agerentur, an ſcilicet Eliam poſſent referre. Cumque illi à præceptore ſuo petierint, ut id ſibi liceret ejus voluntate facere, negavit ſe id conceſſurum, quòd non ad id miſſus fuiſſet, ut homines affligeret aut perderet, ſed potius ut juvaret: & idcirco ſe nolle vagari extra ſuæ vocationis limites. Quo etiam monebat illos, ne talia ſtuderent ſibi temere arrogare. Chriſtum verò non fuiſſe legatum ad puniendum, & ſumendas pœnas de facinoroſis, eius vita & actiones teſtantur. Nam omnibus adiumento fuit, & opem tulit miſeris, quoties occaſio ferebat. Et cùm proſcinderetur acerbiſſimis convitiis, maledicta non rependebat, atque in crucem adactus, pro inimicis placidiſſimè orabat. Quare compoſita ſunt loca, quæ primo aſpectu videbantur pugnare. Ac omnes monemur, ut cùm aliquid aggrediendum eſt inuſitatum & extra ordinem, prius diligenter videamus, cujus ſpiritu & inſtinctu moveamur. Nec Eliam ulciſcendo imitari velimus, niſi certò intelligamus Eliæ ſpiritu nos agitari. Nec propterea Magiſtratui facultas eripitur iuſtæ ultionis. Etenim is præſcriptas ſibi habet à Deo leges, quas debet ſequi. Quæ autem dicta ſunt, ad privatas perſonas pertinent.

1 Reg. 17. 16.

Act 5. 5. Act 13. 11. 1. Cor. 5. 5.

Extraordinaria vota. Noſtra non defendenda maiorum exemplis.

Ioan. 4. 20.

Bella Chriſtianorum in Turcas.

De Parricidio.

Ex Iud. 9. vers. 5.

6 De parricidii ſcelere, in civilibus legibus ad l. Corneliam de parricidiis multa ſcribuntur. Et quantum ex legibus atque hiſtoriis colligitur, antiquitus nomen ejus criminis interfectoribus parentum, avorum, abavorum, &c. filiorum quoque, nepotum, & abnepotum, &c. tribuebatur. Poſtea verò per Pompeium ſignificatio latius patuit, & parricidæ ſunt dicti etiam fratrum interemptores, generi, nurus, ſoceri aut ſocrus, & conſimilium. Quamquam lex antiqua ſit & à Numa Pompilio lata: ***Si quis liberum hominem morti ſciens duit; parricida eſto.*** Et ſanè Auguſtinus lib. 3. de Civ. Dei cap. 6. Romulum parricidii reum facit ob fratris necem. Ibi etiam ridet Ethnicos, qui ſuos deos affirmant paſſos fuiſſe Troiam vaſtari, quòd Paridis adulterium ulciſci voluerint. At quomodo, inquit, Romæ iidem propitii fuerunt cùm ejus conditor ſtatim ab initio parricidium commiſerit? Verùm idem Auguſtinus in lib. de Patientia (qui tamen ejus non exiſtimatur) cap. 13. latitudinem quandam ſeu gradus inter Parricidas conſtituit: gravius enim, ut inquit, is peccat, qui parentes vel filios, quàm qui fratres interemerit. Et qui fratres occidit, magis delinquit, quàm qui longius à ſe remotos cognatione peremerit. Scelus autem perimendi parentes aut majores adeo viſum eſt horrendum, ut Romæ per ſexcentos annos totos ab urbe condita, non fuerit admiſſum. Quin Romulus, cùm in ſuis legibus mentionem ejus non feciſſet, rogatus cur id prætermiſſet? Reſpondit; Quòd in mentem ſibi non venerit quippiam hujuſmodi poſſe hominibus accidere. Solon item rogatus, cur ipſe quoque parricidium ſuis legibus non coërcuit? reſpondit, ſe noluiſſe occaſione ſuarum legum homines admonere de tam horrendo ſcelere, atque illos quodammodo ſuo monitu ad id incitare. Nam ſæpe fieri, ut qui nonnulla vitia prohibent, homines ad ea impellant, quæ ſæpiſſimè in vetita nituntur. Cædes verò fratrum & propinquorum, iam inde ab initio uſitatæ fuerunt, ut omnes hiſtoriæ teſtantur. Eorum

Lex Numæ Pompilii.

Romulus otii ſit parricidas in ſuis legibus.

autem particidarum, qui parentes aut filios interemiſſent, pœna ex legibus erat, ut habetur ad l. Corneliam de Parricidiis: ut culeo, id eſt, coriaceo ſacco inſuerentur, unà cum ſimia, gallo gallinaceo & vipera, projicerentúrque in profundum maris, aut viciniorìs fluvii. At qui cæteros propinquos aut cognatos occidiſſent, gladio tantummodo plectebantur. Supplicia hæc, ſi quando vel præterita, vel diſſimulata fuerint à Magiſtratibus, Deus ipſe animadvertit: ut Samuelis hiſtoria tradit de Abſalomo, qui fratrem interfecerat, & patrem invaſerat quàm crudeliſſimè. Percutit etiam furore atque amentia, eos qui tam immania ſcelera committunt, ut de Nerone atque Oreſte cùm à Poetis tum ab hiſtoricis traditur. Nam eorum uterque matrem cùm interemiſſet, furiis agitabatur. Et vulgò receptum eſt illos, qui tantum ſcelus admiſerunt, non poſſe animo quieſcere. Quamobrem Cicero in oratione pro Roſcio ait, quoſdam adoleſcentes Terracinenſes, qui paternæ cędis accuſabãtur, hac ratione fuiſſe abſolutos, quòd manè dormientes deprehenſi fuerint, quia judices non crediderunt illos potuiſſe dormire, qui tam grave ſcelus commiſiſſent. Domitianus, item ultore Deo, peremptus eſt, qui Titum fratrem ſuum occiderat. Nec non Baſſianus Caracalla, cùm fratrem ſuum Getam ſuſtuliſſet. Et ut Abimelechum non prætercam, Deus inter eum & Sichemitarum principes, malum ſpiritum immiſit, & quodam furore utraque pars agi cœpit, ita ut ſibi invicem excidio denique fuerint.

Pœna parricidarum. 2.Sam.18.14. Abſolom. Nero. Oreſtes. Cicero. Domitianus. Caracalla. Abimelechus.

De gladiatura.

Ex 2. Sa.ca.2. ver.12. Gladiatoris certamina reprehendenda.

7 Quum Deus graviſſimis verbis edixiſſet, ne ſanguis humanus funderetur, id gladiatura apud veteres Romanos, pro ludo habuit, quod illorum inſtitutum, non poteſt ullo pacto excuſari. L. Florus ait, D. Iunium Brutum in funere patris exhibuiſſe viginti duo paria gladiatorum, hoc videlicet erat expiare manes patris, vel potius placare diabolum. Sed pulcherrimum erat illud dictum Theodoſii Imperatoris. Nam cùm populus in theatro peteret ab eo gladiatores, ille reſpondit, Pium Principem oportere non tantùm regnare, ſed etiam ſpectare clementer. Et Athenis, cùm populus deliberaret de exhibendis publicè gladiatoribus, quod id fieri ſoleret à Barbaris: Demonax reſpondit, prius evertendam eſſe aram Miſericordiæ, quàm tanta atrocitas publicè reciperetur. Auguſtinus Confeſſ. lib. 6. cap. 4. ait, Alypium ſuum, bonum alioqui virum, cùm eſſet Romæ, incredibiliter captum fuiſſe ſtudio gladiatorum, & libenter paviſſe oculos humano ſanguine. Sed quid ibi eſſe potuit voluptatis? An ut videret homines fortiter morientes? Sed ea non erat vera fortitudo: nam ea rationem habet loci & temporis. Hoc autem erat prorſus inſanire, & prodigum eſſe vitæ ſuæ. Seneca de Tranquillitate libr. 1. cap. 10. ait, Ciceronem ſcribere, Gladiatores inviſos eſſe populo, qui velint ab eo à quo victi ſint, vitam precari: illis autem favere populum, qui præ ſe ferant, ſe poſſe mortem contemnere. Verùm hoc non hominum erat, ſed potius beſtiarum. Reprehendendi ergo erant & Abner & Ioab, qui ſuos ita inter ſe commiſerint. Sed longè adhuc ſceleratius eſt genus aliud gladiaturæ. Sunt enim quidam, qui non veritatis, ſed rixandi ſtudio, homines doctos accendunt ad pugnam, idque de graviſſimis religionis noſtræ dogmatibus. Ibi clamatur, certatur, violatur charitas. Multitudo autem ita ſæpe diſcedit, ut neſciat jam quid debeat credere. Hoc longè omnium deterrimum eſt genus gladiaturæ. Colloquia quidem de religione moderata non improbo: rixas autem & clamores de rebus abſtruſis & reconditis, reprehendo.

An liceat cuiquam ſibi adferre manus.

Ex 1. Sam. c. 31 ver. 11. Mors eſt natura ſua mala. 1. Cor. 15 26.

8 Nunc excutienda eſt mihi quæſtio, uti ſpero, non inutilis: An liceat cuiquam ſibi adferre manus. Et ne ſim prolixus, primùm dico, mortem ſua natura malam eſſe. Deus enim eam minatur, & infligit ut pœnam. Deinde opponitur vitæ, quam non dubitamus eſſe bonam. Et Paulus 1. Cor. 15. eam appellat hoſtem Dei. Noviſſimus, inquit, hoſtis, debellabitur mors. Poſſem item aliis rationibus probare, ſi eſſet opus. Nunc autem hoc tantùm quæro, ſi mors mala, quomodo interdum expetatur. Nihil enim expeti poteſt, quod non habeat aliquam rationem boni. Sed dices, eam tum habere rationem aliquam boni, cùm homines per eam liberantur à gravibus malis, quæ putent ſe aut non poſſe ferre, aut graviſſimè laboraturos in eis perferendis, vel cùm per eam eximium quoddam aſſequuntur bonum. Vnde, etſi liqueat interdum ob alterutrum iſtorum fas eſſe mortem optare, dubium tamen eſt, an propter hæc liceat ſe occidere. Nunc ea de re agam. Nihil autem hìc dico de illis, qui per phreneſin aut furorem ſe occidunt. Etſi enim illi damnari poſſint propter alia peccata, quæ commiſerunt cùm eſſent ſani, tamen hìc videntur digni potius miſericordia: non enim habent liberam rerum electionem. Quemadmodum ſcribitur 15. q. 1. cap. Inſanientes. Neque de iis diſputabo, qui caſu vel aliud agentes, in mortem incidunt præter animi ſentẽtiam. Vtemur autem hac propoſitione: Propter neutrũ illorum quæ propoſuimus, licet ſe occidere. Id probo ex Lege Dei, illa inquam Lege, quæ lata eſt multò antequam Moſes naſceretur, Nam in 9. cap. Gen. Deus poſt diluvium ita loquitur: Requiram ſanguinem veſtrum de manibus veſtris, de manu hominis, de manu proximi, & de manu beſtiarum. De manibus, inquit, veſtris, hoc eſt, ſi quis ſeipſum occiderit. In Lege autem Moſis ita ſcribitur, Non occides. Id autem pronunciatur in univerſum, non tantùm ne alium, ſed ne teipſum quidem interficias. Deinde inſita eſt cuique στοργὴ quædam à natura ut quiſque vitam ſuam defenſam & conſervatam cupiat. Qui ergo ſibi conſciſcit mortem, pugnat cum Deo authore naturæ. Adhæc, vita eſt donum Dei: itaque non poteſt profundi ſine ſcelere. Et qui ſe occidit, injuriam facit humano generi, & communi hominum ſocietati: tollit enim civem de Repub. Huc adde, nec Prophetas, nec Apoſtolos, nec Patriarchas, de ſe ſtatuere unquam voluiſſe. Iob, cùm eſſet miſerrimè afflictus, Suſpendium, inquit, elegit anima mea: nec tamen ſe unquam occidit. Chriſtus emiſit Apoſtolos, tanquam oves inter lupos: tamen eos juſſit fugere ex alia civitate in aliam, non autem ſeipſos perimere. Et Chriſtus ipſe, quamvis morte ſua liberaturus eſſet humanum genus, tamen nunquam ſibi admovit manum, ſed expectavit, ut ab aliis occideretur. Et, cùm ille Amalechita dixiſſet, ſe ſtetiſſe ſuper corpore Saulis moribundi, & eum compreſſiſſe, quo facilius moreretur: David reſpondit, Filius mortis es. Quòd ſi licuiſſet Sauli ſe occidere, quomodo potuiſſet iuvenis, qui eius mortem acceleraſſet, dignus eſſe morte? Licet enim iuvare alterum in re honeſta, & ſuum præſertim Principem. Et ſi Lex prohibet, ne occidas alterum, multo magis prohibet, ne occidas teipſum. Quod enim non licet in alterum, id in teipſum non licet. Regula enim charitatis ſumenda eſt ab ea charitate, qua diligimus noſipſos. Adhæc, vel nocentem occidis, vel innocentem. Si innocentem, injuriam facis Legi: ſi nocentem, nihilominus injurius es in Legem. Præripis enim tibi tempus pœnitentiæ. Quòd ſi Deus te ferre voluit ut ageres pœnitentiam, certè teipſum ferre debes, qui non ſis magiſtratus. Hæc ex ſacris literis.

Gen. 9. 5. Non licet ſe occidere. Argumenta ex ſcripturis. Vide in Gen. 9 5. Exod. 20. 13. Iob. 7. 15. Matt. 10. 16. & 23. 2. Sam. 1. 16. Regula charitatis.

Argumenta ex Patribus. Matt. 17. 5.

9 Auguſtinus lib. 1. de Civ. Dei, à cap. 6. uſque ad 20. hac de re fusè diſputat. Cauſa autem, cur ea ita multis ſcriberet erat, quòd capta Roma, cùm Barbari iniuriam facerent puellis & matronis, multæ potius quàm ut ea paterentur, ſeipſas occiderunt. Auguſtinus verò author erat, ne ita facerent. Et cap. 17. Nec propter bona inquit, aſſequenda, nec propter mala vitanda licet ſe interficere: eſt enim homicidium quod prohibetur lege Dei. Et Iudas, cùm occideret ſeipſum, certè ſceleratum occidit. Tamen reus eſt, inquit, non tantùm mortis Chriſti, ſed etjam ſuæ ipſius. Idem contra Petilianum libr. 2. cap. 49. Tu dicis, inquit, Traditor laqueo periit, & laqueum reliquit talibus. Ac ſi Petilianus diceret, licere homini Chriſtiano vendicare peccatum ſuum in ſeipſo: & qui ita facerent, habendos eſſe pro martyribus. Sed nos, inquit Auguſtinus, tales pro marty-

ribus

ribus non habemus. Idem Epiſt.60.& 204. multò diſputat de hac re copioſius. Hieronymus in Epiſt.ad Marcellam de obitu Bleſillæ, ſub perſona Dei.: Non recipio,inquit,tales animas,quę me nolente exierunt è corpore. Et Philoſophos,qui ita fecerunt,appellat martyres ſtultæ philoſophiæ. Idem in Ionam,Non eſt,inquit,noſtrùm,mortem arripere, ſed oblatam patienter ferre: abſque eo inquit,ubi periclitatur caſtitas. Chryſoſtomus in illa verba cap.1.ad Galat. Eripuit nos ex hoc ſeculo nequam: Si ita eſſet;inquit, non malefacerent, qui ſeipſos occidunt, ſi hæc vita eſſet mala. At nos eos dicimus ſceleratos eſſe,& pejores homicidis. Canones damnant eos quoque qui

Ex Canonib.

caſtrant ſeipſos: eóſque Canones illi, qui appellantur Apoſtolorum, vocant ſui ipſorum homicidas. Quòd ſi caſtrare ſeipſum non licet, occidere ſeipſum multò minus licet. Annotandum tamen eſt, non agi ibi de illis, qui morbi cauſa ſecantur à medico.

Argumenta ex Philoſophis & Poetis.

10 Huc accedunt Philoſophi etiam meliores. Meliores dico,quòd ſciam fuiſſe multos,ut Cleanthem, Empædoclem, Zenonem & alios,qui ſeipſos interfecerint. Id Plato in Phędone ait duabus de cauſis non licere. Primum, quod non liceat occidere alienum ſervum: omnes autem nos eſſe ſervos Dei. Deinde, quòd milites damnentur,ſi injuſſu Imperatoris reliquerint ſtationem. Deum autem nos tanquàm in ſtatione collocaſſe: quare,qui ejus injuſſu velit locum ſuum relinquere, proditorem eſſe. Ariſt.3. Ethicorum, Non licet, inquit, civem tollere injuſſu legis & magiſtratus,& ideò qui ſe interfecerint, graviter puniendos: infamia enim eos notari. Hæc ille; etſi eum tradant, poſtea fugiendi periculi cauſa, mortem ſibi ipſi conſciviſſe. Virgilius hoc genus hominum collocat apud inferos in gravi cruciatu:

Qui ſibi letum
Inſontes peperere manu: Lucémque peroſi
Proiecere animas. Quam vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores?
Fata obſtant triſtique palus innabilis unda
Alligat, & novies ſtyx interfuſa coercet.

Et Epigrammatarius:

Rebus in adverſis facile eſt contemnere mortem.
Fortiter ille facit qui miſer eſſe poteſt.

Argumenta ex legibus.

11 In ff. de bonis illorum,qui antè ſententiam ſibi manus intulerunt, aut corruperunt accuſatores. L. Qui rei,ſtatuitur, ut qui ſe occiderint, illorum bona confiſcentur. Et ratio eſt,quòd habendi ſint pro confeſſis. Mitigatur tamen ejus legis acerbitas per Antoninum Imp. Ille enim decrevit,legem illam valere oportere,ſi crimen dignum ſit aut morte, aut deportatione. Itaque qui propter furtum ſeipſos occiderunt, excipiuntur. Excipiuntur etiam,qui tædio vitæ,aut impatientia doloris ſibi manus attulerunt. Adrianus etiam excipit patrem, qui ſuſpectus occidiſſe filium ſuum,ſeipſum occiderit. Videri enim,inquit,debet feciſſe id, deſiderio magis filii, quàm conſcientia ſceleris. Et,ſi cùm voluiſſet ſeipſum quiſpiam occidere, intervenientibus aliis fuerit impeditus, modò id impatientia doloris aut tædio vitæ fecerit,eum quoque Adrianus excipit: at ſi alia ulla cauſa fecerit, decernit eſſe plectendum. Nam qui ſibi,inquit,ipſi non parcit,quomodo parcet aliis? In ff. de jure fiſci,l. in fraude, §. ſi quis. Si quis pudore æris alieni ſe occiderit, illi quoque parcitur. Et in C. de illis,qui poſſunt facere teſtam. Si quis teſtamentum legitimè fecerit,& ſe poſtea interfecerit, dubitatur an illud teſtamentum valere debeat. Et reſpondetur eodem modo. At ſi deprehenſus fuerit in crimine, aut factus reus,non valebit. Vt que habetur in ff. de re militari,cap. Omne delictum: ſi miles voluerit ſeipſum occidere,ſed non potuerit,ſi id aut tædio vitæ,aut impatientia doloris fecerit,aut pudore,illi quoque parcitur: ita tamen,ut exauthoretur & dimittatur cum ignominia. At ſi ſe non poſſit excuſare,plectitur capite: in ff. de injuſto & fracto teſtam. l. ſi exhæredato filio. §. Irritum. Omnes iſti viderunt peccatum eſſe,ſe occidere. Athenienſes tamen ſeverius de hac re ſtatuerunt. Decreverunt enim,ne, qui ita fuiſſet mortuus, in agro Attico ſepeliretur. Non tantùm confiſcarunt ejus bo-

A na, ſed etiam cadaver ipſum exportari voluerunt è ſuis finibus. Cur autem Romani mitius egerint,non video, niſi fortè, quòd meminiſſent, ſe habuiſſe in ſua civitate Lucretias, Catones, Curtios,quos nollent numerare inter viros facinoroſos. Ex his tot argumentis ſatis liquere arbitror, non licere ut quiſquam ſeipſum interficiat, vt effugiat tyrannidem, nec (quod Cleombrotus Ambraciota fecit) ut immortalitatem aſſequatur.

Exempla contraria eorum qui ſe interfecerunt.

B 12 Sed objiciuntur nobis exempla Catonis, Curtii, Lucretiæ, & Ionæ, qui ſe juſſit abjici in mare, & Raziæ ex libris Machabæorum, & ſanctarum quarundam mulierum, quarum memoria frequentatur in Eccleſia, quæ ad defendendam caſtitatem atque religionem ſemetipſas interfecerunt. Cato, ne veniret in poteſtatem tyranni,ſemetipſum interfecit. At ſi exempla valere debent, nos quoque objicere poſſumus exempla Patriarcharum, Apoſtolorum, Martyrum: qui cùm omnia graviſſima perpaterentur, C nunquam tamen manum ſibi attulerunt. Iſti autem, quoniam ſunt cives noſtri, magis nos exemplo ſuo movere debent,quàm exteri & alieni: maximè verò cùm iſtorum facta nitantur æterna Lege & expreſſa voluntate Dei.

De Catone.

Quod autem ad Catonem ipſum propriè pertinet, Auguſtinus reſpondet in primo de Civ. Dei,non fuiſſe eam fortitudinem,ſed mollitiem. Illum enim non potuiſſe ferre res adverſas. Idem Auguſt. lib.19.cap.4. miratur Stoicos,qui cùm vitam beatam in virtute collocent, adverſos autem caſus D non numerent in malis,tamen eos vel morte fugiendos arbitrentur. Nam,quæ,inquit,eſt iſta ratio, calamitates non eſſe malas: & tamen vel morte eſſe fugiendas? O præclaram,inquit,felicitatem,quæ mortis auxilio ſit perficienda! Quòd ſi vita beata eſt, manendum eſt in ea: at ſi eam morte finire vultis & perficere,non eſt beata. Nam quæ eſt iſta felicitas,quæ vinci poſſit ab illis, quæ negetis eſſe mala? Attulit, inquit,ſibi manus M. Cato: patientiáne,an impatientia? Certè impatientia & acerbitate animi. Nam ejus E patientia Cæſaris dominatu vincebatur. Alii eum ita excuſant,quaſi exemplo ſuo docere voluerit, quantum malum in Rep. libera tyrannis eſſet: & communem patriæ libertatem vita ipſa videri oportere antiquiorem. Vita quidem noſtra profundenda eſt pro libertate civium,ſed in acie & dimicatione. Sua autem manu nemini licet ſeipſum conficere. Populum autem omnibus juſtis rationibus officii ſui monere licet: malis verò exemplis docere non licet. Quòd ſi Cato ita erat ſtudioſus patriæ, quid illi profuit mo- F riendo? Vivus prodeſſe fortaſſe potuiſſet: mortuus autem nullo modo. Infinitis partibus melius fecit noſter Paulus. Is enim cùm eſſet in carcere,& multa acerbiſſima pateretur, & pro magno lucro habiturus eſſet, ſi poſſet mori, tamen quia ſe videbat prodeſſe poſſe aliis,poſtpoſuit ſua commoda,& aliorum cauſa cupiebat manere in vita. Hoc videlicet eſt boni civis, de communi civium ſuorum utilitate cogitare. Cato autem,antequàm moreretur,monuit filium ſuum,ut de Cæſare benè ſperaret, & ſe ad illum adjungeret. G Id ſi turpe erat, quomodo ſuadebat filio? Si honeſtum,cur non cœpit ipſe conſilium,quod dabat filio? Sed Cæſar videtur ſatis ſenſiſſe, quo id animo Cato fecerit. Nam cùm eum audiviſſet eſſe mortuum, Invidit,inquit gloriæ meæ. Noluit me habere authorem ſalutis ſuæ. Sed pudebat eum in ea civitate vivere,quæ tyranni dominatu teneretur. Atqui cogitare debebat,illud peccatum,non ſuum eſſe,ſed alienum. Pudere autem nos debet noſtrorum peccatorum,non alienorum, niſi ſi quæ fortè noſtra culpa H contracta ſint. Cùm Cato non conciliarit Cæſari illam tyrannidem,ſed illi creſcenti ſemper ſe oppoſuerit,nihil erat quod eum alieni vitii puderet. Sed res, inquiunt,eſt ingens,poſſe ſeipſum occidere. Fateor: ſed peccata etiam ſunt ingentia. Nam magnitudo non minus in vitiis ſpectari poteſt,quàm in virtutib. Verùm iſti, quoniam ſunt Ethnici, ſi moveri non poſſunt exemplis noſtris, agnoſcant ſaltem exempla ſua. M. Attilius Regulus noluit ſibi adferre manus: ſed Carthaginem redire maluit, cùm ſciret ſe ad ex- I quiſitiſſima ſupplicia proficiſci. Vter horum videtur fortior? Certè Regulus. Nam Cato victus eſt impatientia. Objicitur etiam Lucretia. Sed illam Au-

Q

guſtinus ait, non potuiſſe ferre notam impudicitiæ, & ea cauſa ſeipſam occidit. Sextus enim Tarquinius cùm noctu ingreſſus eſſet in ejus cubiculum, ſtricto ferro minatus eſt, ſe illam niſi pareret interfecturum: & ſervum, quaſi in adulterio deprehenſum, cum illa in eodem lecto interfectum collocaturum. Hîc illa primùm deliberare cœpit: deinde paruit. Hinc, inquit

De Lucretia.

Auguſtinus, magna oblata eſt ſylva rhetoribus: cùm alij factum iſtud Lucretiæ laudare vellent, alij reprehendere. Et laudatores quidem dicere ſolebant, duos quidem fuiſſe in turpi facto, ſed unum tantùm fuiſſe adulterum. Atqui, inquit Auguſtinus, laudari non poteſt caſtitas Lucretiæ, niſi ejus damnetur homicidium. Nam ſi adultera erat, cur laudatur? Sin caſta, cur occiditur? Concludit itaque, fuiſſe eam in Lucretia, non fortitudinem, ſed imbecillitatem, quòd ferre non poſſet iniquam de ſe populi ſuſpicionem. Erat autem hoc proprium vitium Romani nominis, ut ſupra modum laudis cupiditate tangerentur. Itaque Virgilius præclarè ſcripſit:

Vicit amor patriæ, laudúmque immenſa cupido.

Lucretiam fuiſſe adulteram.

At ſi quæras fueritne Lucretia adultera nécne, reſpondeo fuiſſe. Nam Ariſt. in 3. Ethic. cùm diſputat de quibuſdam actionibus, ſintne voluntariæ, an involuntariæ: quærit, ſi quis in tempeſtate merces ſuas abjiciat, potius quàm ut tota navis pereat, quænam illa actio cenſenda ſit. Et reſpondet eſſe mixtam. Habere enim eam partem aliquam voluntarii, & partem etiam involuntarii. At ſi exquiſitius ſit reſpondendum, ait, actionem eſſe voluntariam. Pro illo enim tempore Mercatorem hoc maluiſſe: Actionem autem æſtimandam eſſe ex eo tempore, quo ſuſcipitur. Et addit aliam rationem quòd hujuſmodi actio cadat ſub electionem: Mercator enim deliberavit ſecum, deinde elegit, & ſtatuit omnino hoc eſſe faciendum. Quoniam ergo Lucretia elegit potius illud ſtuprum, quàm ut poſtea mortua infamia notaretur, neceſſe eſt actionem fuiſſe voluntariam. Maluit enim vivens eſſe adultera, quàm ita haberi mortua. Habuit quidem illa actio aliquid mixti. Fateor: Sed eam, ut dixi, metiri debemus, ex tempore eo, quo ſuſcepta eſt. Sed huic exemplo nos viciſſim objiciemus exemplum de Suſanna. Scio equidem illam hiſtoriam non eſſe in Canone. Tamen, quicquid eſt, exemplum non eſt contemnendum. Cùm ſenes illi eam circunſtarent in horto, & minarentur niſi obtemperaret, ſe illam accuſaturos adulterii, illa reſpondit malle ſe incidere in manus hominum, quàm in manus Dei. Sic nos quoque oportet in hujuſmodi anguſtiis, non niti noſtris bonis intentionibus, & cogitare quid in alterutram partem poſſit accidere, ſed attemperare nos ad voluntatem Dei, & eventum omnem ejus arbitrio relinquere.

De Curtio.

Curtius quoque objicitur, qui, cùm terra deſediſſet in medio foro, nec hiatus ullo modo repleri poſſet, & reſponſum eſſet ab aruſpicibus: Terram mare petere id, quod eſſet in civitate preſtantiſſimũ, venit eques & armatus in forum: Et dubitatis, inquit Romanam civitatem, quicquam habere præſtantius, quàm arma & viros? Et incitato equo deſiluit in hiatum: & ſtatim terra rediit in naturam ſuam. Quid hic dicere poſſumus, niſi iſta facta fuiſſe aſtutia & fraude dæmonum? Si tamen Curtium iſtum conferre velimus cum Catone, videbimus eum multò fuiſſe fortiorem. Non enim ille impatientia ſe occidit, ſed ſtudio & amore patriæ. Deinde etiam ferebatur ſenſu aliquo religionis. Hoc autem malum erat, quòd credidit diabolo: quem putabat eſſe Deum.

Virgines Lemniæ.

Neque aliunde erat illud, quod Plutarchus narrat de virginibus Lemniis. Illæ enim nulla certa de cauſa ſeipſas ſuſpenderunt. Cúmque nullus finis illi furori imponeretur, ex conſenſu publico civitatis, quæ ita fuiſſent mortuæ, unco impacto, nudæ ſumma cum ignominia trahebantur per publicum: poſtea deſierunt ſe ſuſpendere.

De Iona. Ion. 1. 12.

13 Sed, ut à prophanis exemplis diſcedamus, Ionam etiam aiunt, juſſiſſe ſe abjici in mare. Hoc autem nihil aliud fuiſſe, quàm ſibi ipſi mortem conſciſcere. Sed meminiſſe debemus, Ionam fuiſſe Prophetam, & vidiſſe voluntatem Dei, & ejus inſtinctu juſſiſſe iſta fieri. Deinde etiam Deus voluit in illo extare typum de Chriſto: ut quemadmodum ille fuiſſet triduum in ventre piſcis, ita Chriſtus futurus eſſet triduum in corde terræ.

De Razia. 2. Mac. 14. 37.

Razias quoque in hiſtoria Machabæorum ſeipſum occidit. Nam cùm ſe videret undique concluſum à Nicanore, nec poſſe evadere, trajecit ſe gladio: deinde cùm videret vulnus nõ eſſe lethale, dedit etiã ſe præcipitem. Hic Auguſtinus ſe vehementer torquet: Nam hoc exemplum arripere ſolebant Donatiſtæ. Primùm tamen ita reſpondet, fortaſſe quædam licuiſſe illis, quæ noſtro tempore non liceant. Sed hoc infirmũ eſt: Lex enim Dei, præſertim moralis, æterna eſt. Sed addit quædam facta commemorari quidem in ſacris literis, ſed non probari: qualia ſunt, Ebrietas Noe, Inceſtus Lothi, Venditio Ioſephi, Adulteriũ Davidis, & alia ſimilia. Verùm huic reſponſo illud objicitur, quod in cap. 14. hoc factum ab authore commendatur. Ita etiam ſcribit: Voluit potius nobiliter mori, quàm aliquid indignum ſuis natalibus committere. Sed hoc me non multum movet. Author enim fortaſſe iſta loquitur ex opinione Raziæ, qui putarit ſummã eam fore generis & nominis ſui turpitudinem, ſi ita viveret. Alia tamẽ reſponſio eſt multò melior, lib. eos non eſſe in Canone, nec dogma aliquod ex illis poſſe conſtitui. At legebantur, inquies, in Eccleſia. Fateor: Auguſtinus ait, libros illos legi conſuevisſe propter heroicam illam virtutem martyrum, ut homines pii animarentur contra tyrannos.

Donatiſtæ cupidi mortis voluntariæ.

Incredibile autem eſt, quàm cupidi illi Donatiſtæ fuerint mortis voluntariæ. Id fecerunt, ut Epiſcopos noſtros traherent in invidiam. Nam illi contra eos impetraverant auxilium Imperatorum. Quare ut illi mitius agerent, Donatiſtæ minabantur, ſe ſibi allaturos eſſe manus. Cúmque objiceretur à noſtris, id non licere, illi confugere ſolebãt ad illud exemplum, quod commemoravimus de Razia, & ad locum ex Epiſt. ad Cor. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatẽ autẽ non habeã, nihil mihi prodeſt.

Argumenta Donatiſtarum ex 1. Cor. cap. 13.

Ergo, inquiunt, licet, modò fiat in charitate. Nam Paulus id non reprehendit, niſi ubi deſit charitas. Cæterùm illi imperitè & ſtultè Pauli verba pervertebant. Ea enim, ut Auguſtinus ait, ſic intelligenda ſunt: ſi aut mors neceſſario oppetenda ſit, aut ſcelus aliquod admittendum, homini pio multò potius eſſe moriendum: non ita tamen, ut quiſquam debeat eſſe author mortis ſuæ, ſed ut paratus ſit à tyranno & carnifice quidvis perpeti. Ita ſocii illi Danielis videri poſſunt ſeipſos tradidiſſe, cùm dicerent ſe mori potius velle, quàm ſtatuam Nebucadnezaris adorare.

Dan. 3. 18.

Et Chriſtus dicitur, ſeipſum pro noſtra ſalute tradidiſſe. Tamen, inquit Paulus, ſi quis vel ita tradat ſe, ut à tyranno comburatur, ſi non ſit in charitate, nihil illi proderit.

Rom. 5. 8.

Sed Donatiſtæ hoc etiam jactabant, arbitrium hominis in ſuis rebus eſſe liberum: Ergo fas cuique eſſe, ut ſeipſum occidere poſſit, ſi velit. Sed hoc ridiculum & vanum eſt. Voluntas enim noſtra ſemper retrahenda eſt à peccatis. Id enim & Scripturæ ſuadent, & magiſtratus boni, & pii parentes in ſubditis, & liberis ſuis faciunt.

An caſtitatis ſervandæ cauſa liceat ſe occidere.

14 Sed Hieronymus in Ionam ait: Noſtrum eſt non arripere mortem, ſed oblatam fortiter tolerare: niſi forte caſtitas periclitetur, Ac ſi diceret, caſtitatis ſervandæ cauſa licere ſeipſum interficere. Idem ſentire videtur Ambr. libr. 3. de Virginibus.

Exempla.

Ita enim ſcribit de Pelagia virgine, carnifices minatos illi, ni vellet colere idola, ſe velle illam conſtuprare. Illam autem ut utrumque effugeret, dediſſe ſe præcipitem. Illud factum Ambroſius laudat: & addit, matrem ejus fugiſſe cum aliis duabus filiabus: cúmque fugientibus obſtaret flumen, illas ultrò ſeſe in illud præcipitaſſe, atque ita fuiſſe ſuffocatas. Euſebius quoque lib. 8. cap. 15. cùm recenſet libidines Maxentii, ait, cùm deperiret matronam quandam Romanam, mulierem ſingularis formæ, ſubmiſiſſe miniſtros libidinis, qui illam adferrent. Illos cùm eius maritum vinxiſſent & omnia illi minarentur, poſtremo ab illo impetraſſe, ut uxorem ſuam tyranni libidini permitteret. Illam autem, quaſi quæ ſignificaret ſe parituram, ſumpto ſpatio, ad ſe ornandam, cùm in conclave receſſiſſet, ſe ipſam gladio trajeciſſe. Idque factum non reprehenditur, ſed potius probatur.

Auguſtini ſententia de his exemplis.

Hic Auguſtinus nonnihil hæret, quid reſpondeat. Primùm ait, ſe videre ex una parte legem illam Dei; Non occides: ex altera

autem

A autem illas celebrari in Eccleſia tanquam martyres. Certum eſſe ſe de verbo Dei. Quòd autem ad Eccleſiæ judicium attinet, potuiſſe fieri, ut Deus aliqua revelatione pateſeceerit, illarum facta ſibi placuiſſe: illáſque impulſas fuiſſe impetu & inſtinctu Spiritus, & ſingulari conſilio Dei: & ſimile eſt illud, quod legimus factum à Simſone in lib. Iud. Sed pace Auguſtini dixerim, hæc collatio non ſatis convenit. Nam de Simſone illum impulſum fuiſſe Spiritu Dei, certum eſt. Deus etiam illi reſtituit vires quas antea abſtulerat. B Et Simſon moriens invocavit Dominum. Et Epiſt. ad Hebr. teſtimonium illi fert fidei & pietatis, cúmque in albo ſanctorum numerat. Non idem dici poteſt de iſtis virginibus. Neque enim habent teſtimonium ex verbo Dei. Addit Auguſt. Legem illam illuſtrem & certam eſſe: Non occides. Inſtinctu autem divino neminem adduci debere ut ſe occidat, niſi certum & exploratum habeat, illum eſſe inſtinctum Dei. Fateor equidem, Deum aliquando aliqua C extraordinaria ratione facere. Iuſſit enim Hebræos ſpoliare Ægyptios, & Abrahamum mactare filium ſuum. Nos tamen nihil poſſumus de hujuſmodi factis pronunciare, niſi quantum conſtare videmus è ſacris literis. Ego quidem hæc facta iſtarum virginum probare non poſſum. An enim actæ fuerint inſtinctu Dei, neſcio. Neque id ſatis certo à quoquam ſciri poſſe arbitror. Fieri tamen poteſt, ut illæ, antequàm migrarent è vita, peccatum ſuum agnoverint, & Deus illis condonarit. Studium quidem laudabile eſt tuendæ caſtitatis & religionis: D tamen videndum eſt, ut cum bono modo & rectis rationibus defendamus. Laudantur iſtæ virgines, quæ iſta fecerint. Eſto: Sed interdum laudantur etiam errata. Vnum eſt verbum Dei, in quo laudando falli non poſſumus.

Iud.16.28.
Heb.11.32.
Exo 20.13.
Exo.21.2.
Gen.22.2.

15 Scio eſſe quoſdam ex recentioribus, qui ita ſtatuant: ſi quis ſua ipſius cauſa, quod aut pœnarum acerbitatem, aut dedecus ferre non poſſit, conſciſcat ſibi mortem, eum vehementer peccare. At ſi ille proponat ſibi tantùm gloriam Dei, quòd videat ea, quæ E ipſe paſſurus ſit, redundare in ejus dedecus, ita eum poſſe excuſari. Ita enim Simſonem attuliſſe ſibi manus, quòd videret miſeriam ſuam pertinere ad ignominiam Dei: ita Raziam quoque & iſtas mulieres, de quibus nunc loquimur. Sed iſta diſtinctio non labefactat veritatem, quam nos defendimus. Eſt enim conſtans & æterna regula, non eſſe faciendum malum, ut eveniat ex eo bonum. Imò martyres quoque videre facilè potuerunt, mortem ſuam redundaturam ad gloriam divini nominis, tamen nemo erat F illorum, qui ſe occideret. Imò Amalechita ille, qui juvit Saulem morientem, ita excuſari potuiſſet. Palæſtini enim inſultaturi erant, non tantùm Sauli, ſi illum vivum capere potuiſſent, ſed etiam ipſi Deo. Tamen David eum juſſit occidi. Imò huic rationi Auguſtinus ipſe occurrit. Quodnam, inquit, peccatum timebant? Certè peccatum, quod videbatur inſtare, non illarum erat, ſed nebulonum. Quòd ſi noſtri peccati fugiendi cauſa licet nobis nos ipſos occidere, oporteret quemque ſibi ipſi manus injicere ſta- G tim à Baptiſmo. Ex his omnibus rationibus hoc conficitur, Saulem, quod ſe occiderit, non poſſe excuſari. At Hebræi eum ita defendunt, quod cum ſciret ſeſe eſſe moriturum, tamen fortiter redierit ad caſtra, & nulla in parte officio ſuo defuerit, ſed ſententiæ Dei patefactæ per Samuelem ſe ſummiſerit. Imò ea ipſa in re bis graviter peccavit. Primùm, quòd conſuluerit magam: deinde, quòd illi vel potius diabolo crediderit. Vtrunque enim fecit contra Legem Dei. Hæc ego pluribus quidem diſputavi: non tamen, ut ſpero, H inutiliter. Difficillima enim ſunt iſta noſtra tempora: & vita piorum carceribus, exiliis, crucibus, incendiis, & omnibus denique malorum generibus eſt expoſita. Tamen quamvis omne genus malorum nobis ſubeundum ſit, nemo debet ſua manu ſe conficere. Suggeruntur etiam ſæpe perplexæ cogitationes à diabolo, de peccato aliquo noſtro, de offenſione Dei, de dedecore aut infamia. Sed iſtis inſultibus nos oportet fortiter reſiſtere, nec pati, ut ullo ſuaſu diaboli auferamur à Deo.

An cauſa gloriæ Dei, ſe occidere liceat.
Iud 16 1
2.Mac.14.41.
Rom.3.8.
2.Sa.1.16.
De Saule.
Concluſio hujus loci.

I

De vi repellenda.

Ex Epiſt. ad Roma.12.v.8.

16 Chriſtiano autem homini interdictum non eſt, quin vim vi repellere liceat, quum aut ſubitò invaditur in ſolitudine, aut alioqui non poteſt magiſtratus opem implorare. Nam cùm leges à iuſto magiſtratu latæ hoc illi concedant, non id facit, ut privatus, ſed tanquàm publicus miniſter à juſtis & publicis legibus armatus. Chriſtus quidem dixit, Si quis tibi alapam impegerit in dexteram maxillam, obvertè illi alteram. Sed id faciendum eſt quum videas, te fratri tuo eo modo prodeſſe poſſe, aut id conducere ad gloriam Dei illuſtrandam. Extra autem iſtos caſus, non eſt neceſſe ita facere: quemadmodum & Chriſtus, & Paulus, exemplo ſuo docuerunt. Dum autem vis vi repellitur, moderatio inculpatæ tutelæ, ut Iuriſperiti loquuntur, ſervanda eſt: ut ne quæras eum, qui invadit, lædere aut occidere. Atque id in primis videndum eſt, ut quàm minimo poſſis ejus damno, impetum ejus à te depellas. Certè niſi vim vi repellere licuiſſet, Apoſtoli ſequentes Chriſtum, gladios ſecum non geſtaſſent, gladios autem habuerunt. Dixerunt enim Chriſto in ultima illa cœna; Ecce duo gladii hic. Et Petrus, cùm Chriſtus caperetur, An inquit, percutiemus gladio? Hinc ſatis liquet, Apoſtolos in hunc uſum geſtaſſe gladios. Id ſi pugnaſſet cum lege Dei, Chriſtus nunquam fuiſſet paſſus. Fuit enim mandatorum Patris ſui aſſertor acerrimus.

An liceat vim vi repellere.
Mat.5.39.
Ioan.18.23.
Act.21 3.
Luc.22.38.
Ibid.v.49.

De Diris & imprecationibus.

17 Operæpretium eſt autem jam de imprecationibus & diris nonnihil agere. Vetuſtiſſimus eſt in Scripturis mos execrandi, & maledicendi. Noha Chanaan ſuum nepotem eſt execratus. Maledictus Chanaan, ſit ſervus fratrum ſuorum. Balác etiam filius Zippor advocavit Balahamum, qui mala imprecaretur Iſraeli. In Deut. Maledictus in civitate, in agro, in horreo, in reliquiis, maledictus fructus ventris. Iſtæ execrationes in monte Hebal erant recitandæ. Lex zelotypiæ, in Numeris, habet quoque ſuas imprecationes, ut uterus intumeſceret & diſrumperetur, ac marceſcerent femora; quæ omnia mulieri nocere non poterant, ſi fuiſſet innocens; at adulteræ, non citrà vim & effectum recitabantur. Ioſué imprecatus eſt illi, qui reſtitueret Iericho, mortem liberorum; quæ contigit ſub Achab, ut tradit Regum hiſtoria. Et Nehemias ait, ſe non ſolùm increpaſſe illos qui uxores alienigenas duxerunt, ſed illos execratum eſſe. In Novo Teſt. non deſunt exempla, quæ poſtea referentur. Quin & Ethnici etiam uſi ſunt diris. Actius tribunus plebis Romæ, uti refert Plutarchus in vita M. Craſſi, cum non poſſet aliter ab expeditione Parthica illum revocare, in via ſaltem qua erat egreſſurus urbem, Cratem incendit, ibique horrendis & atrociſſimis diris, Imperatorem & exercitum ejus devóvit: quas execrationes haud fuiſſe vanas, eventus ſatis ſupérque demonſtravit. Diris apud Poetas agit Oedipus, qui filios ſuos Adraſtum & Polynicem execratus eſt, nempe ut abſque civitate domóque eſſent, ut pauperes vagi, & ita inter ſe diſcordes, ut alter alterum occideret: quæ ut optaverat, evenerunt. Et Horatius, diris vos agam, dira deprecatio, nulla expiatur victima. Neque tacendum eſt, quod Auguſtinus de Paulo & Palladia cõmemorat: quum enim à matre diris eſſent devoti, miſerè circumibant diverſas regiones, donec tandem ad memoriam Divi Stephani fuerunt liberati.

Ex Epiſt. ad Rom.c.12.7.
Vide 1. Cor. 16. in fine, & Iud.5.23.
Execrationes in Scripturis frequẽter occurrunt.
Gen.9.25.
Num.22.5.
Deut.27.13.
Nu.5.19.
Ioſ.6 26.
1.Reg.6.14.
Neh.13.28.

18 Cùm itaque tanta ſemper fuerit copia, cùm apud Iudæos, tum Ethnicos dirarum & execrationum, fierine poteſt, ut prorſus injuſtum aut peccatum ſit execrari, vel imprecari cuiquam mala, ita ut nunquam liceat? Senſit plane Auguſtinus non licere, atque iſtam rem de Sermone Domini in monte libro primo, tractat ſub finem: ſcribens eas, quæ in Prophetis leguntur imprecationes, tantùm pertinere ad vaticinia, ita ut ſub illa orationis forma tantùm prædixerint, quæ viderint eventura. Et quod optativo modo pro indicativo ſint uſi, hoc apud Hebræos inquit non eſſe mirum, cùm illi figuris hujuſmodi ſæpe utantur in ſuis ſermonibus: nam & non rarò tempus uſurpant pro tempore, quando præteritũ pro futuro ponũt. Quare fremuerũt Gẽtes & populi meditati ſũt inania? &, diviſerũt ſibi veſtimẽta mea.

Diræ in Prophetis, ſunt prædictiones.
Pſ.2.1.
Pſ.22.19.

Hæc futura erant,& de Chriſto prædicabantur, cùm tamen ſcribantur quaſi præterita. Nihilominus fatetur quandoque orari pœnas aut caſtigationes aliquibus,ut corrigantur : quod inquit non eſſe contra illos orare,ſed pro illis. Et locum ex Apoc.citat ca.6. ubi martyres clamant ſub altari : Vindica ſanguinem noſtrum de terra,qui effuſus eſt:videtúrque illi,martyres iſtos oraſſe contra regnum peccati. Bifariam verò peccatum everti poteſt : Primùm,ſi contrarius inducatur habitus,& peccato ſuccedat mortificatio cupiditatum,juſtitia,probitas, & omne virtutum genus. Deinde peccatum ſubjicitur Deo, quando pœna illi adjungitur:dum enim impunitum eſt, nihil boni ſecum habet,inflicto verò ſupplicio, cùm ipſum ſit juſtitiæ pars, aliqua ſaltem fit contemperatio,modúſq. peccato imponitur ne latius graſſetur, quod etiam miſeris peccatoribus utile eſt:adeóque ſi rectè judicare velimus,potius pro illis,quàm contra illos,martyres orarunt. Nec etiam eſſet abſurdum ſi pro fine ſeculi precentur, in quo tam gravia fuerant paſſi, quo tandem aliquando ceſſet impietas. Quanquam non puto omnes veteres in hoc facilè conſentire, ut pro fine ſeculi oremus : cùm potius e diverſo Tertull. in ſuo Apologetico dicat, Chriſtianos in ſuis cœtibus orare pro mora finis. Et habet ibidem non tantùm noſtros oraſſe pro Imperatoribus ex divinarum literarum præſcripto,ſed etiam ut diutiùs conſervaretur orbis. Nam poſt hanc Romanorum monarchiam,ut Paulus ad Theſſ.ſcripſit, Erit Antichriſtus, & finis. Cupierunt igitur nonnulli ex ſanctis prorogari tempus: partim ut Antichriſti tribulatio differretur, partim ut filij electionis congregarentur. Scholia Græca tradunt, ſanctos illos martyres contra diabolum ipſum oraſſe, ut ejus poteſtas demum frenetur aut finiatur. Atque hæc de Auguſtini ſententia,qui non diſſimiliter ſenſit contra Fauſtum, aitque, Iſta quæ legimus in Prophetis, videntur execrationis verba eſſe prædicentium,non vota imprecantium. Ego vero de iſta re ſic iudicarem ſtatuendum,ut cùm inimicus ſit qui nobis & malè vult, & pro viribus malè facitante omnia diſtinguamus de cauſa, qua nos odio proſequitur:nam ea vel eſt noſtra propria,humana & civilis,aut quia Deum aut veritatem ejus inſectatur. Proximè diſtinguamus de hominibus, aliqui enim affectu conſueto agunt & ſuo, alij à Deo aguntur, qui eis revelat & quæ vult facere, quiſve ſit impiorum ſtatus,& incitat,ut dicant quæ loquuntur:ut interim taceam,quæ mala imprecamur, vel temporaria eſſe,vel æterna. Poſt has diſtinctiones ita videtur dicendum,ut ſi noſtra duntaxat agatur cauſa, ibi ſimus patientes,longanimes & benigni. Benedicite & nolite maledicere, jubet Scriptura. Orare item debemus pro perſequentibus. Homines à Deo conditi ſumus, non evomamus virus ſerpentium: & quia ſumus homines,haud patiamur nos in feras mutari. Qui nos lædunt,inſaniunt, furore aguntur ; ideóque potius miſericordia digni ſunt, quàm ultione vel imprecationibus. Os nobis datum eſt ut eo medeamur,non ut illo imprecemur vel execremur. Alioquin dicet Deus ad hujuſmodi diras : Ego tibi mandavi,ut pro hoſtibus orares, quid nunc tu me contra illos irritas? an vis me adjutorem habere transgreſſionis mearum legum,& carnificem tuum? Sacerdos quidam Athenienſis non potuit adduci, ut Alcibiadem execraretur : dixit enim ſe conſtitutum in ſacerdotio ut pro hominibus intercederet,non ut illos execraretur. Et apud Rom. Flamen Dialis jurare non potuit,quia finis aut concluſio jurandi, eſt plerunque execratio: aiunt enim,hæc & illa mihi accidant, niſi hoc aut illud præſtitero. At cùm Flamini non liceret execrari ſeipſum, multò minus alios. Quapropter ſi noſtra ipſorum agatur cauſa, non eſt utendum execrationibus,ſed potius precibus,miſericordia & benedictione: at ſi Dei cauſa tractetur, & ob impietatem & ſcelera ipſa indignatio obrepat, imprecatione uti aliquando pios eo modo,quem exprimemus,nihil prohibet. Et ſæpe fit,ut cum noſtra ipſorum cauſa juncta ſit gloria Dei,& ita ſit juncta,ut ſolùm diligenti & attenta cogitatione diſcernatur. Quēadmodum ſi miniſter Eccleſiæ ſe contemni videat,& rideri(licet ſæpe ſuā dignitatem negligat)verbi tamen Dei quod ipſe miniſtrat contemptum, neque poteſt, neque debet æquo

Licet orare pœnas quibuſdam,ut corrigantur. Apo.6.10.

Peccatum bifariam poteſt everti.

Pro fine ſæculi orant animæ martyrū.

Tertullianus putat orandū pro mora finis ſeculi.

Cur orabant pro dilatione finis.

2.Th.2.8.

Diſtinguendum eſt de cauſa qua nos hoſtes odio proſequūtur.

Diſtinctio imprecantium.

Diſtinctio malorum quæ imprecamur.

In cauſa propria oportet eſſe patientes. Ro.12.14. Mat.5.44.

In Dei cauſa licet quandoque imprecari malum.

Noſtra cauſa interdum eſt arctè conjuncta cum cauſa Dei.

A animo ferre. Ob id Prophetæ non ſemel videbantur excandeſcere,quòd eorum vaticinia vana viderentur. Fateor itaque juſtè hîc & imprecationes & diras fuiſſe admiſſas.

19 Id tamen cenſeo monendum ut cautè admodum agatur : quoniam ſæpe caro noſtra conſuevit prætextu divinæ gloriæ atque honoris, pro ſua dignitate ac exiſtimatione ſuſcipere bella & rixas. Deinde non id negligendum, ut quàm diligenter B peccata ſejungamus à naturis, & cumprimis naturæ ipſi, hoc eſt, hominibus, bene cupiamus, vitia verò execremur & inſectemur. Et quoniam ſæpe fit, ut homines aliquibus flagellis & pœnis correpti reſipiſcant, ideo ſi hominibus pravis à Deo remotis, & trāſgreſſoribus legū ejus interdū imprecemur aliqua incommoda & adverſa carnis, quo ſentiant iram Dei, nihil video quod obſtet. Hoc citra controverſiam nobis ipſis imprecari poſſumus, & quidem juſtè, ut potius Deus non affligat & divexet, quàm C ut ſinat in peccata ruere, aut ſi peccaverimus, ſaltem his mediis ad ſe revocet. Quòd ſi nobis ipſis hæc optare licet & conſimilia, cur non aliis, cùm proximos diligere jubeamur, quantum nos ipſos? Ita Helias claudebat cœlum. Sic Deus ex ſuis electis nonnullos errantes ad ſe retraxit : nam quædam ſunt ingenia hominum adeo ſtupida, ut in viam niſi hac ratione non revocentur. Unde Pſal. dicit; Imple facies eorum ignominia, ut nomen tuum inquirant. Crucem optare proinde tum nobis, tum aliis ad e- D mendationem & correctionem poſſumus. Qua tamen in re nihil eſt præcipitanter agendum: quoniam ſæpe fit, ut aliqui flagellis non emendentur, ſed potius fiant deteriores. Ideo conſultius eſſet Deum orare ut eos corriperet, non autem eis adverſa imprecari,niſi ea conditione ſi convertendi eſſent, aut gloria Dei ſucceſſura. Et hac ratione haud contra illos, verùm ut Auguſtinus dicit pro eis oraremus. Verùm ſciendum eſt, inter homines aliquos qui legatione Dei funguntur, qui non privatos homines agunt, E ſed extraordinarium miniſterium exequuntur. Hique de voluntate Dei Prophetico ſpiritu nil dubitāt: nam in ſuis precibus loquuntur unà cum Deo, & in eo colloquio multa, quoad animum, vident & intelligunt,atque miris modis afficiuntur. Cùm itaque Deus eis oſtendit aliquibus pœnis emendandos eſſe peccantes,& ſe deſtinaſſe illos puniri:aut aliquos deploratæ iam eſſe ſalutis, & omnino perpetua miſeria puniendos : cùm inquam talia ſanctis hujuſcemodi oſtenduntur,& ab optimo Deo talia decreta eſſe nō F dubitant,quæ cum ab ipſo eligantur bona eſſe neceſſe eſt,quomodo non poſſunt illis placere? quómodo non poſſunt illa non optare, quandoquidem ſemper orant,Fiat voluntas tua? Proinde quando iſta vidēt, orant, imprecantur, canunt hujuſmodi execrationes & diras,quales in Prophetis legimus & ſacris hiſtoriis.

20 Unde conſolationem capiunt pij, qui ex eo intelligunt, qualiter ſcelerati denique ſint accipiendi,& infirmiores ac errantes,qui ad gregem Dei pertinent, his corripiuntur, cavéntque ſibi, ne prome- G reantur conſimilia. Propterea Gregorius prudenter ſupra illa verba Iobi, quibus maledixit diei ſuæ nativitatis, ſcripſit, ſanctorum execrationes haud proficiſci ex livore,hoc eſt,à carnis affectu & mundi odio: ſed ex juſto examine, quo ſcilicet Dei voluntate approbari hæc vident. At inquit, ex voto ac deſiderio hæc non orari:cui dicto ejus poſtremo ego non ſubſcribo:quoniam,ut jam dixi,non poſſunt ſancti, quæ vident Deum velle,non probare, & non vehementer optare,modò illis manifeſtè conſtet, ſic Deum firmi- H ter conſtituiſſe. Hoc modo Paulus excæcavit Elymam magum : Petrus interfecit Ananiam & Saphiram:ita dixit idem Petrus Simoni Mago ; Pecunia tua tecum ſit in perditionem : Paulus tradebat ſatanæ ac dicebat; utinam excindantur qui vos conturbant. Neque aliter Helias juſſit ignem deſcendere, qui devotavit quinquagenarios cum ſuis quinquaginta militibus. Heliſæus quoque pueros qui ſe deridebant, execratus eſt, & dilacerati ſunt ab urſis. Quid intereſt, an Deus per ſeipſum agat, an per a- I lios quos ſibi delegit miniſtros ? Quod ergo per ſe facit, per ſanctos & Prophetas identidem poteſt facere.

21 Deinde,

Diſtinguenda peccatum à natura peccātis.

Afflictiones temporarias, quomodo peccātibus liceat optare.

1.Reg.17.1.

Pſal.83.17.

In hoc tamen graviter ac prudenter agendum.

Mat.6.10.

Ex diris Prophetarum, quæ conſolatio capiatur.

Act.13.11.

Act.5.5.& 9.

Act.8.20.

1.Cor.5.5.

Gal.5.12.

2.Reg.1.10.

2.Reg.2.24.

Qui Prophetas imitari volunt, videant an ſpiritum illorum habeant.

Gladius vindictæ ac execratio conferuntur.

21 Deinde, ſi quem inceſſat voluntas execrandi alios, imitationémque Prophetarum & Apoſtolorum prætexat, videat prius, an illorum ſpiritum habeat. Sicuti enim gladio non debet uti, niſi magiſtratus: ita his execrationibus non utantur, niſi divinæ voluntatis conſcii, quique ſpiritu moventur ad eas infligendas. Locus iſte affinis eſt, imò conjunctus, cum loco de vindicta. Privata ultio interdicitur, non tamen publica, & quæ per principes fiat, ita qui ſortis communis ſunt, abſtineant ab execrationibus, præſertim quoad æternam condemnationem, crucem non imprecentur, niſi ex conditione, ſi ſit profutura: & agnoſcant ſe regula teneri communi: Benedicite ac nolite maledicere: &, Orate pro perſequentibus vos. Et qui Dei impulſu execrantur aut imprecantur quippiam, ſemper ob oculos habeant emendationem peccati aut ſaltem malitiæ ejus imminutionem per punitiones & ſupplicia, quo juſti non impediantur à cultu Dei, & non extendant ad iniquitates manus ſuas: & denique tantum quærant, ut Dei voluntas locum habeat, non autem ſint ſtudioſi ſuarum commoditatum. Neque mirum cuiquam eſſe debet, regulam illam communem, qua præſcribitur ut benedicamus, & non maledicamus, & bene precemur nos perſequentibus, exceptiones aliquas admittere, quoniam id & in aliis uſuvenit. Nónne conſtituitur alibi, ut oremus pro omnibus? & ad Timoth. ratio additur, quòd omnes Deus velit ſalvos fieri. Et tamen Ioan. ait, peccare nonnullos ad mortem, pro his dicit non orandum: quod tamen intelligere debemus, quando nobis fuerit compertum, illos ad mortem peccaſſe. Proinde Auguſt. tropum quo dicit imprecationes iſtas ſanctorum fuiſſe prædictiones, ut non rejicimus in totum, ita dicimus non eſſe neceſſarium. Neque concedimus in execrationibus Prophetarum & Apoſtolorum, vota & deſideria non fuiſſe: quomodo enim tandem potuerunt non deſiderare, quod viderunt Deum voluiſſe ac decreviſſe? niſi fortaſſe per votum aut deſiderium intelligatur ſenſus carnis, aut rationis, prout humanis conſiliis ducitur. Annotandum poſtremo non eſſe abſurdum, in eadem voluntate piorum hominum contrarios eſſe motus, cùm illi non contingant ejuſdem reſpectu ſed diverſorum. Quà enim voluntatem ac decretum Dei, peccati deſtructionem, & ſimilia intuentur, non poſſunt non gaudere ſuppliciis impiorum. Quà vero ut homines illos reſpiciunt, natura ſibi conjunctos, ejuſdem carnis atque maſſæ, de illorum perditione vehementer dolent, quemadmodum Samuel lugebat Saulem à Deo rejectum, ut habetur 1. Sam. cap. 15.

Rom. 12. 14. Mat. 5. 24.

Pſal. 125. 5.

1. Timot. 2. 1. 1. Ioan. 5. 16

Pro hoſtibus non eſt ſemper orandum. Pro peccato ad mortem, non orandum.

Contrarii motus eſſe poſſunt in voluntate humana.

1. Sam. 15. 11.

Quatenus liceat de perditis hoſtibus gaudere.

Ex 1. Sam. 8. v. 9.

22 Ergo ſi quæratur; Liceátne voluptatem capere ex calamitate inimici? Hoc primum in univerſum reſpondeo: De ruina in peccatum, non tantùm non gaudendum, ſed etiam vehementer lugendum eſſe: De adverſis autem rebus poteſt nonnihil dubitari. Salomon ait in Prov. cap. 24. Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina ejus ne exultet cor tuum: ne videat Dominus, & diſpliceat illi, & auferat iram ſuam ab illo. Quomodo ergo, inquies, Moſes perdito & mortuo Pharaone, cecinit triumphale illud carmen, Cantemus Domino? Nec tantùm animo lætatus eſt, ſed etiam inſtituit choreas, & tripudia. Quidam hanc quæſtionem ita diſtinguunt: quoad hoſtis affligitur, quod incertum ſit de voluntate Dei, non eſſe gaudendum. Oportere enim quemque meminiſſe, ſe quoque eſſe hominem: eadem ſibi quoque poſſe accidere: nihil enim humani à ſe alienum eſſe. At poſtquam occiſione & exitio hoſtis noſtri, Deus voluntatem & conſilium ſuum declaravit, ibi eſſe exultandum. Hæc illi. Ego vero dico, cùm ita gaudeas videndum eſſe, tuáne an non tua quæras. Sunt enim, qui de ſuis tantum rebus cogitent, & cùm hoſtis affligitur, putant ſuas injurias à Deo vindicari. At ſi animum abducas ab his cogitationibus ad gloriam Dei, & conſideres Deum idcirco ulciſci cauſam ſuam, ut inimicus tuus fiat melior, ut peccata impediantur, ne amplius turbetur Evangelium, aut reprimatur verbum Dei, ibi ſeriò atque ex animo gaudendum eſt. Neque vero in hac re exempla à ſanctis viris ducenda ſunt, ſed à lege Dei. Nam David in morte Abſolonis, Abneri, Saulis flevit: in morte Nabalis exultavit. Samuel Saulem luxit, Agabum non luxit. Ita enim in piis hominibus ſequuntur varii affectus, prout illi variè incitantur à ſpiritu Dei. Omnino in iſtis affectibus quærendum eſt, non quid nobis ex uſu ſit, ſed quid faciat ad ſalutem proximi, & ad gloriam Dei. Imo iſti duo affectus ſæpe conjunguntur in uno homine. Quatenus enim videmus inimicum noſtrum hominem, humanitas ipſa facit, ut ejus calamitatem lugeamus: at ſi ex altera parte oculos adjiciamus ad voluntatem Dei, pietas faciet, ut ejus judiciis applaudamus.

Exod. 15.

2. Sam. 8. 35. 2. Sam. 3. 3. 2. Sam. 1. 12. 1. Sam. 25. 38. 1. Sam. 16. 1.

Nemo autem inveniri poteſt ita malæ & profligatæ naturæ, quin juſtus æſtimator aliqua in eo Dei dona poſſit videre. Erit enim aut induſtrius, aut robuſtus, aut doctus, aut nobilis, aut eloquens, aut ingenioſus. Iſta non quantumuis provocati injuriis, nos debemus obſcurare, aut tacere, ſi qua ſe opportunitas obtulerit, ut de inimicis noſtris bene loquamur. Æſchines Ethnicus, acerrimi hoſtis ſui Demoſthenis eloquentiam, apud Rhodios non diſſimulavit aut imminuit, ſed potius quantum potuit amplificavit, & illis orationem ejus virulentiſſimam contra ſe ſcriptam recitavit: adjecitque, id nihil eſſe abſque oratoris illius actione, atque pronunciatione. David hoſtem ſuum Saulem, quod eſſet Chriſtus Domini, & verbis & reipſa reverebatur. Hoc vero idem Apoſtolus idcirco præcipit, quia mundus longè aliter judicat eſſe faciendum. Aut enim delectatur maledicis & hoſtibus veritatis: aut acceptas injurias arbitratur honeſtum eſſe retaliare. Itaque Veſpaſianus, quum jurgium ortum eſſet inter Senatorem quendam, & equitem Rom. hac ſententia litem diremit: Maledicere quidem non oportere Senatori: remaledicere autem & fas eſſe, & civile: quod qui prior laceſſivit, ſeipſum prærogativa dignitatis privaverit. Longè autem ſecus Paulus mandat. Non enim videndum eſt, quid adverſarius mereatur, ſed quid nos deceat. Nec requirit Apoſtolus tantum ut bene loquamur de inimicis noſtris, ſed etiam ut illis bene precemur. Sic enim mihi videtur accipiendum, quod ſecundo loco dicit, εὐλογεῖτε, ut ἀντίθεσιν habeat ad id quod ſequitur. Et ne imprecemini. Quidam putant, tantum eſſe repetitionem ad majorem ἔμφασιν. Melius autem mihi quadrare videtur, ut prius jubeamur de hoſtibus bene loqui: deinde precari illis bona, nullo autem modo eos diris devovere, ut vulgus ſolet. Quod ſi videatur factu eſſe difficile, meminerimus nos ejus eſſe filios, qui Solem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos: & illius diſcipulos, qui reſpondit ſuis petentibus ignem de cœlo, quo Samaritani conflagrarent: Neſcitis cujus ſitis ſpiritus: illius videlicet, qui venit non ad perdendum, ſed ad ſervandum: illius qui eos ſanabat qui eum inſectabantur: illius qui Malcho reſtituit auriculam, qui una cum aliis principum ſatellitibus venerat, ut illum caperet: illius qui proditorem ſuum Iudam & amicum ſalutavit, & excepit oſculo: illius denique, qui ignovit malefico latroni, & ei promiſit æternam felicitatem: qui oravit pro illis, à quibus ſuffigebatur in crucem: quippe pro hoſtibus ſuis ultro occubuit. Nihil profuerit, ſi injurias injuriis, & convicia conviciis compenſes: potius debes rem Deo committere, qui juſtiſſimus erit arbiter, neque aliqua perturbatione abduci poteſt à juſtitia.

Ex Epiſtol. ad Rom. cap. 12. v. 14.

Quo pacto de inimicis poſſimus bene loqui.

1. Sam. 26. 9.

Veſpaſiani judicium.

Mat. 5. 45. Luc 9. 54. Luc 22. 51. Matt. 26. 59. Luc 23. 43. Luc 23. 34. Rom. 5. 8.

24 Hinc præterea debes colligere, de nemine licere malè loqui, nec fas eſſe quenquam diris devovere. Nam ſi hæc facere prohibemur in hoſtes, quod alioqui humano judicio videri poſſes tolerabile, multo minus id nobis permittere poſſumus in alios. Chryſoſtomus quo perſuaderet, obediendum eſſe his verbis Pauli: Benedicite illis qui vos inſectantur: recenſuit commoda, quæ adverſariorum maledicta & inſectationes piis hominibus adferre ſoleant. Primum, inquit, nos egregie adjuvant ad adipiſcendum regnum cœlorum. Chriſtus enim ait; Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Et adjecit; Beati eſtis, cùm probra jecerint in vos, & inſectati fuerint, & dixerint omne malum verbum adverſum vos,

Si hoſtibus nõ eſt maledicendum, multo minus aliis.

Quàm variè nobis proſint adverſariorum inſectationes.

Mat. 5. 19. & 11.

Digitized by Google

mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis, &c. Deinde ſunt materia pulcherrimarum virtutum. Nam, ut Paulus docet, tribulatio patientiam operatur: patientia probationem: probatio autem ſpem. Vbi autem eſt ſanctorum patientia? ubi probatio? ubi ſpes? ſi inimicorum improbos adverſus nos conatus removeas? Adhæc, nulla ex re alia majoris gloriæ proventus redundat ad Deum, quàm ſi nos fortiter & ſtrenuè geramus in illis, quæ pro ejus nomine ferenda ſunt. Neque enim difficile eſt adhærere Deo, dum omnia ſecunda & tranquilla ſunt, & ad votum noſtrum fluunt. At cùm omnia adverſa cadunt, tamen conſtanter manere in ejus obſervantia, id demum eſt virilis & robuſtæ fidei. Atque idcirco dictum arbitror à Iacobo; Patientiam habere opus perfectum: niſi quis id ita velit intelligere, quòd perfectio non ſit in opere aliquo, niſi in eo perſeveretur. Nam cùm deſiſtimus, opus ad finem non perducimus: atque ita illud ſine patientia relinquitur imperfectum. Huc adde, inimicos noſtros hac potiſſimum ratione deterreri, ne pergant nos inſectari. Cùm enim videant, nos ſuis injuriis non commoveri, arbitrantur ſe operam ludere. Itaque non tantam capiunt voluptatem ex conviciis, quibus nos exercuerunt. At ſi ſenſerint nos perturbari, & indignè ferre, putabunt ſe fructum cœpiſſe injuriarum ſuarum, & erunt poſtea in pravo ſtudio audaciores. Ex his videre poſſumus, cur Dominus dixerit: Beati eſtis, quum probra jecerint adverſus vos, & inſectati fuerint, & dixerint omne malum verbum adverſum vos, mentientes propter me: gaudete & exultate: quia merces veſtra multa eſt in cœlis. Hoc Chriſti mandatum, Apoſtoli exequuti ſunt: redierũt enim gaudentes à conſpectu concilii, quod digni eſſent habiti, ut pro eius nomine afficerentur contumelia. Et Paulus in priori ad Cor. ait: Maledicimur, & benedicimus. Græcè eſt, λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν.

Rom.5.3.
Iac.5.4.
Matt.5.11.
1.Cor.4.11.

Paulus non ſemper bona hoſtibus optavit.
Gal.5.12.
Pſa.69.12.

25 Hanc tamen perſuaſionem Paulus non ſemper obſervavit. Ad Galat. enim ait. Vtinam excindantur qui vos conturbant. Et David, Fiat menſa eorum coram eis in laqueum: obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum illorum ſemper incurva. Aliique paſſim libri Prophetarum ſcatent diris & imprecationibus, quibus devovent inimicos populi Dei. Hîc, ut mea quidem fert ſententia, dicendum eſt ſic agi oportere, ut Paulus monet, quandiu reſpicimus injurias noſtras, & ingredimur ordinario communique curſu, quo ex charitate aſtringimur proximis noſtris bene velle. At ſi Deus patefaciat nobis arcanam ſuam voluntatem, & oſtendat quid prorſus decreverit futurum de hoſtibus noſtris, & illis qui nos inſectantur, ſi illum ſincera & vera dilectione proſequimur, profecto ejus conſilio & voluntati omnino debemus acquieſcere. Hæc tamen adhibenda eſt cautio, ut prius exploratum habeamus, an ea quæ Deus nobis patefecit, tantum ad comminationem valeant, an prorſus ad definitam & certam ejus voluntatem indicandam. Vbi enim ſuſpicamur, Deum tantum comminari, ut inducat ad pœnitentiam, nõ debemus deſiſtere à precibus pro impiis. Ita ſe geſſit Moſes cum pro ſua gente Deo ſupplicaret: ita Abraham pro Sodomitis: ita Samuel pro Saule: ita Hieremias pro populo. Quum autem conſtet, fixum & certum eſſe decretum Dei, non ſolum orant contra impios vaticinando (ut Auguſt. putat contra Fauſtum li. 6. ca. 22. ubi ſic ſcribit: Maledicta verò cum ex Prophetia dicuntur, non ſunt de malo voto imprecantis, ſed de præſcio ſpiritu denuntiantis) verùm etiam ex animo jam Deo conſentiente, & eadem cum ipſo operante. David cũ alioqui tam clemens eſſet in Semei, in Abſalonem, in Saulem, & in alios inimicos, interdum tamen ita imprecationibus & diris defigit impios, ut horrorem legentibus incutiat. Chriſtus etiam primum deflet infelicitatem civitatis Hieroſolymorum, quòd non agnoſceret tempus viſitationis ſuæ: atque, Quoties volui congregare filios tuos, ut gallina pullos ſub alis ſuis, & noluiſti? Idem tamen agnita Dei certa & immobili voluntate, erupit in hæc verba: Gratias tibi ago Pater cœli & terræ, quoniam abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudẽtibus, & revelaſti ea parvulis: ita Domine, quoniam ita placitũ eſt corã te. Deinde homines Dei, cùm huc veniunt, non reſpiciunt cauſam ſuam, aut ſuas morantur injurias: ſed conſiderant, pravis operibus impiorum lædi Eccleſiam Dei, interverti ſpirituales ejus progreſſus, impediri curſum Evangelii. Ipſi autem ardentiſſimè cupiunt, ut nomen Dei ſanctificetur, & ejus regnum propagetur quàm latiſſimè. Atque hinc fit, ut cùm pii orant contra ſceleratos, non ſuos hoſtes inſectentur, ſed Dei, quem puriſſimè coli cupiunt. David videbat ſe à Deo vocatum fuiſſe ad regnum, & intelligebat, conatus impiorum non tam ſuæ dignitati adverſari, quàm voluntati Dei. Meritò ergo in ſuis precibus mavult illos perire, idque indignis modis, quàm de juſtiſſima voluntate Dei quicquam labefactari. Quare & in hoc loco, & in aliis ſimilibus, prohibemur non tantùm imprecari, ſed etiam malè loqui, victi contumeliis & injuriis improborum: à quibus non eſt par, ut ſinamus animos noſtros frangi & deduci à regula charitatis. In hoc certè ſita eſt magnanimitas Chriſtianorum, & animorum incredibile robur, ut non ſolùm ſe inſectantes non proſcindant maledictis, verùm etiam de illis bene loquantur, & pro illis Deum orent.

An liceat unquam hoſtibus maledicere.
Exod.32.11.
Gen.18.23.&c.
1.Sam.15.11.
Iere.10.24.
Luc.19.41.
Matth.11.25.

In quo ſita ſit magnanimitas Chriſtianorum.

26 Non poſſum tamen ſatis mirari: Aquinatem dicere ex Pauli verbis, non adigi homines Chriſtianos vi præcepti, ut hoſtibus ſuis affectum charitatis ſingulariter demonſtrent, vel (quemadmodum loquuntur) ut ſigna benevolentiæ illis citra caſum neceſſitatis oſtendant. Satis enim eſſe, ſi illos non excludant à generali complexu charitatis, qua proſequi debemus proximos: nec neceſſe ait eſſe, ut peculiariter pro illis oremus: id autem ſufficere, ſi illos à communibus ſuffragiis, quæ pro omnibus habeamus, non excludamus. Quod ſi quis, inquit, extra caſum neceſſitatis inimico indicia ſingularis dilectionis exhibeat, aut pro eo ſingulariter intercedat, is obſequitur cõſilio, non paret præcepto. Atqui Chriſtus & Paulus, cùm de his loquerentur, hanc diſtinctionem non docuerunt. Hæc certè doctrina ſuccidit nervos Chriſtianæ religionis: comprimit vehementiam divini ſpiritus: & ejus divinæ legis vim & acrimoniam diluit. Eant modò iſti, & clament, nos eos eſſe, qui diſſolvimus ſtudium bonorum operum, & aperimus feneſtram ad vitam laxiorem: cùm negare non poſſint, ſe eos eſſe, qui certa & ſevera præcepta Dei pro ſua libidine mutent in conſilia. Certè Chriſtus & Paulus præcipiunt iſta, non ſolùm conſulunt. Sed hoc vehementer dolendum eſt, hæc mandata, ferrea iſta ætate noſtra, facta eſſe inſtar legum Atticarum. Illæ enim cùm eſſent prudenter excogitatæ, & promulgatæ, tamen jacebant neglectæ, & paſſim ac vulgò violatæ. Id autem non alia de cauſa exiſtimandum eſt eveniſſe, niſi quòd omnis ſuccus & ſanguis Chriſtianæ pietatis penè exaruit.

Error Aquinatis.
Matt.5.44.
Rom.12.14.
Leges Atticæ.

De Anathemate.

27 Hebræi quaſdam civitates à ſe occupatas, non diruebant neque vaſtabant funditus, verùm eas habitabant: alias verò diris devoverunt, eaſque penitus eradicarunt. Votum autem eorum à re quæ promittebatur, dictum eſt Hebraicè *Cherem*, à verbo *Charam*, quod eſt, vaſtare, perdere, occidere, delere, atque anathemati ſubjicere. Græci vocem illam *Cherem* ἀνάθεμα dixerunt. Ἀναθήματα verò appellarunt etiam ἀνακείμενα & ἀφωρισμένα, quaſi conſecrata & ſepoſita: & fieri poteſt ut ita vocarint, quod in fanis ſuſpenderentur, ſemoverentúrque ab hominum uſu, neque liceret ea dimoveri loco. Quin & homines interdum ea voce ſunt appellati. Paulus utique non ſemel eo vocabulo eſt uſus. Ad Galatas ait, Anathema eſto, quicunque ſecus evangelizaverit. Et ad Romanos ἀνάθεμα optat fieri pro fratribus. Et priore ad Corinthios ait, Qui non diligit Dominum Ieſum, ſit ἀνάθεμα Maranatha: ubi accipit ἀνάθεμα pro *Cherem*, id eſt, re ſeparata & diſiuncta prorſus ab humano commercio atque uſu, ita ut eam ſit nefas aut contingere aut uſurpare. Cujus rei teſtimonium habemus in libro Iehoſua, cap. 6. de civitate Ierechuntina. Ea verò ſic devota fuiſſe videtur, quod eſſet quodammodo urbium captarum primitiæ. Nam Iordane tranſmiſſo, prima omnium eſt expugnata. Nulla vero

humana

Ex Iud. c. 1. v. 17.
Vide 1. Cor. 16. in fine.
Votum Cherem, id eſt, anathematis.
Gal.1.8.
Rom.9.3.
1.Cor.16.22.
Ioſ.6.17.
Cur civitas Hiericho facta ſit ἀνάθεμα.

Digitized by Google

humana ope, cùm ejus muri ſponte nutúque divino corruerint: ideoque congruebat, ut illius manubiæ Deo in univerſum conſecrarentur.

An excidia urbium pertineant ad cultum Dei.

28 At videtur id à Dei cultu prorſus alienum, ut civitates & homines excindantur, & crudelitatis potius quam religionis hæc ſpeciem habent. Reſpondeo, excidia ipſa natura quidem ſua, neque ad religionem, neque ad pietatem pertinere, niſi quatenus ad gloriam Dei referuntur. Poteſt autem bifariam id accidere, ut cùm excidium illud, ceu monimentum quoddam ſeveritatis & juſtitiæ Dei adverſus eos populos habetur, quos ipſe ob eorum ſcelera perditos voluit. Aut quoddam teſtimonium divinæ bonitatis atque miſericordiæ in Iſraelitas, quibus in ea expeditione opem clementer tulerit. Itaque civitatis, domorum, hominum, & animalium everſio, juſtitiam & ſeveritatem Dei demonſtrabat. Conſecratio verò bonitatem, auxilium & miſericordiam illi populo exhibitam, indicabat. Deinde populi ſui Deus ea ratione probare obedientiam voluit, in abſtinendo à ſpoliis Deo devotis. Novimus quippe, ut milites potiti victoria difficulter à præda cohibeantur. Qui autem indicato ἀνάθεμα non paruiſſent, graviſſimè puniebantur: quod Acham eveniſſe, narrat ſacra hiſtoria libro Iehoſuæ, cùm ſibi de ſpoliis Ierechuntinis nonnihil uſurpaſſet. Novimus item Saulem hoc nomine à regno dejectum, quòd Agagum regem, boves item & greges pinguiores ex præda reſervaſſet, quæ jam voto anathematis erant obligata.

Deus illis anathematiſmis probabat ſuũ populum.

Ioſ.7.11.
1.Sam.15.11.

Anathematis forma.

29 De anathematis forma & fine ſatis eſt dictum. Illa quidem eſt, exitium civitatum, hominum & jumentorum: auri verò, argenti, ferri, æris, gemmarum, & rerum pretioſarum conſecratio, quæ ſcilicet uſui tabernaculi tantum cederent. Finis autem, ut monimenta eſſent divinæ bonitatis ac juſtitiæ, necnon exercitium & probatio Iſraelitarum. Nunc reſtat, ut de materia & cauſa efficiente aliqua dicantur. Materia quidem erat, quicquid in illis urbibus inveniretur vivum: nam totum id interfici debuit. Ædificia verò & alios urbis cultus oportuit diruere: ornamenta verò & divitias, ut dictum eſt, cultui Dei conſecrari. Ibi tamen obſervandum fuit, ut exitio tam horrendo, non niſi hoſtes Dei jam declarati & aperti devoverentur: ſiquidem fas non eſt innocentes occidi. Quare illi graviſſimè peccarunt, qui Pauli caput ita morti devoverunt, ut nollent edere aut bibere, niſi cum interfeciſſent. Atque hodie pluſquam impiè ſe gerunt, qui ſe voviſſe aiunt, omnes Evangelii profeſſores crudeliſſimè occidere. Quin & Iephte citra controverſiam deceptus eſt, qui ob devotionem hujus generis, filiam vel occidendam, vel adigendam ad perpetuam virginitatem putavit. Agamemnon etiam damnandus eſt, qui, ut refert Cicero de Offic. Dianæ devovit, quod natum eſſet pulcherrimum in ſuo regno. Quod ſtultum votum ut redderet, filiam Iphigeniam ſacrificavit. Efficiens autem cauſa voti *Cherem*, interdum eſt Deus, ut Deuteron.7.& 12.cap. habetur. Siquidem ibi præcipitur, ut loca dedicata idolis, aræ, ſtatuæ, luci ac tituli prorſus excinderentur, idque in terra Chenaan perpetuum fuit ἀνάθεμα, & ſemper obſervari debuit. Aliquando tale votum princeps nuncupavit, ut de Iehoſua legimus: nonnunquam populus, quemadmodum Numerorum 21.cap. habetur. Propheta interdum hoc fecit, & ita Samuel mandavit Sauli, ut omnia quæ Amalechitarum erant, extirparet. Nomen hujus urbis, de qua Iudic.1. 17. poſtea dictum eſt Horma, cùm antea non ſic appellaretur, & à vocabulo *Cherem* ſic eſt dicta. Locis enim ex devotione perditis & vaſtatis, tale nomen indere ſolebant. In lib. Numer. cap.21. Chenanæorum quædam portio, quam Iſraelitæ vi occupaverant, ob hujuſmodi votum, dicta eſt Horma.

Ejuſdem finis.
Materia ejuſdem.
Act.23.14.
Iephte.
Agamemnon.
Iud.11.39.
Efficiens cauſa Anathematis.
Deut.7.25.& 12.30.
Ioſ.6.17.
Num.21.2.
1.Sam.15.3.
Num.21.3.

Excidia iſta urbium charitati non adverſabantur.

30 Sed quærendum videtur, an iſta excidia charitati adverſarentur? Nequaquam. Quippe Dei judicio, non ex libidine hominum tales hoſtes deligebantur, quos Iudæi funditus perderent. Quod verò attinet ad hoſtium dilectionem vel odium, ſciendum eſt Auguſtinum de Serm. Domini in monte, libro priori, circa finem ſcripſiſſe, aſcendere aliquem gradum juſtitiæ, qui proximum diligit, quamvis adhuc oderit inimicum. Ejus autem imperio, qui venit Legem implere, non ſolvere, perficiet benevolentiam & benignitatem, cùm eam uſque ad inimici dilectionem perduxerit. Nam ille gradus, quamvis nonnullus ſit, tam parvus tamen eſt, ut cum publicanis etiam poſſit eſſe communis. Nec quod in Lege dictum eſt; Oderis inimicum tuum, vox jubentis juſto accipienda eſt, ſed permittentis infirmo. Hæc ille: cui (ut quod eſt, dicam) minimè aſſentior, ſed certò mihi perſuadeo, inimicorum odium ne imperfectis quidem eſſe à Deo permiſſum. Æternum enim præceptum eſt, ut proximum tanquam nos ipſos diligamus. Proximus autem eſt, in quem quacunque ratione incurrimus, ut Chriſtus in Parabola de Iudæis & Samaritano declaravit. Ii ſanè ut inimici ſibi mutuò comparabantur: quare inimicitiarum conditio cùm intervenerit, efficere non poteſt, quin proximi ſint ſibi mutuò inimici. Deinde, cùm videamus Davidem atque alios prophetas non raro execratos fuiſſe hoſtes, quo pacto illos dicemus infirmos, quibus Deus odium inimicorum indulſerit? Porrò ſancti viri fuerunt & admodum perfecti. Nec ad rem multum videtur facere, quod ipſe Auguſtinus dicit, loquutiones horum ſanctorum, non vota & deſideria, ſed potius prædictiones & vaticinia illorum fuiſſe, qui cum ſub Veteri Teſt. degerent, futurarum rerum eventum frequenter prophetabant. Nam & Apoſtoli deprehenduntur in Novo Teſtam. non tantùm verba execrantia protuliſſe, ut Paulus, cùm inquit; Vtinam excindantur qui vos conturbant: ſed etiam pœnas graviſſimas irrogaſſe. Quandoquidem, ut in Actis Apoſt. habetur, idem Paulus Elymam Magum luminibus orbavit: Petrus verò Ananiam & Sapphiram interfecit. Quare potius dicendum, non ex odio imperfectis hominibus conceſſo, magnos iſtos viros talia feciſſe, verùm alia quadam ratione impulſos. Quapropter ita diſtinguendum videtur, eos nonnunquam ſuam ipſorum egiſſe cauſam, interdum verò Dei. Proinde cùm de ſuis rebus ageretur, omni modeſtia & manſuetudine ſuas actiones condiebant. Vt Davidem feciſſe videmus, qui Sauli hoſti ſuo capitali non ſemel pepercit. Moſes præterea & alii ſancti viri, alto & erecto animo, gravia ſæpiſſimè tulerunt. Sed cùm Dei negotium tractandum eſſet, iidem ſeveriter ac heroicè ſe gerebant. Id autem ſi feciſſent, dum ſua curabant, videri potuiſſent gladium è manu Dei ac magiſtratus extorquere: quod ii faciunt, qui ſuas ipſorum ulciſcuntur injurias.

Auguſt.
Matt.5.43.
Inimicos odiſſe ne imperfectis quidem licet.
Luc.10.30. Quis ſit proximus.
Pſal.109.toto Pſalm.
Auguſt.
Gal.5.12.
Act.13.11.
Act.5.5.& 9.
1.Sam.26.9.
Quid maximè cavendum, cùm Dei negotium geritur.

An liceat contra tyrannos orare ac eos devovere.

31 Addendum præterea eſt, homines deſtinatos ad id, ut cauſam Dei agant & tueantur, quamvis illis aſperè ac ſeveriter tum liceat agere, nihilominus oportere, ut accuratè diligentérque caveant, ne illo prætextu ſuis ipſorum affectibus indulgeant. Apoſtoli cùm Chriſtum rogarent ut ignem de cœlo in Samaritanos demitteret, ut olim ad preces Heliæ factum ſciebant, à Domino ſunt increpati quod ignorarent cujus ſpiritus eſſent: quod aptiſſimum, proculdubio, reſponſum fuit. Nam ii quos Deus ad hæc munera obeunda mittit, jam non homines privati aut ſimplices haberi debent, ſed ab eo parati atque inſtructi, ut ſuas vices in terra ſuſtineant. An verò liceat privatis adverſus impios crudeléſque tyrannos, à quibus verus Dei cultus impeditur, orare ac eos devovere? Auguſtin. reſpondet, ſemper fas eſſe piis hominibus Deum contra peccati regnum interpellare. Id autem poteſt è medio tolli, cùm impii à ſua impietate deſciſcunt, pro quorum fideli reſipiſcentia, Deum ſemper orare oportet. Sin verò deploratæ ſpei appareant, precari licet ut eorum peccata tandem aliquando finiantur: quo videlicet è medio ſublati, deſinant, & Dei cultum impedire, & ſanctis negotium faceſſere. Siquidem non expedit, ut peccatum eorum impune graſſetur: nam cùm abſque pœna relinquitur, mera eſt injuſtitia. Sed cum Dei ſupplicium ei adjunctum eſt, minus in ſeipſo deformitatis habet. Quare ab eodem Auguſtino, Deus pulcherrimè dicitur non crudelis tortor, ſed juſtus corrector. Adhæc quia ſancti homines Deo admodum ſunt familiares, & idcirco ubi ex aliqua cœleſti revelatione de illius voluntate redduntur certiores, quia illum vehementer amant, ſententiam ejus non poſſunt non approbare, imò pro ea ut compleatur, fideliter orant. Quamvis (ut homines ſunt) & doleant & graviter ſe-

Sancti quandoque de impiorum exitio gaudent & ſimul dolent.

Digitized by Google

rant ſuos proximos divexari. Qua ratione Samuel Saulem Regem lugebat, quem tamen haud ignoravit à Deo eſſe rejectum. Ieremias quoque ob imminentem captivitatem lachrymabatur, & Chriſtus ob civitatem Hieroſolymitanam perdendam flevit. Etenim qui verè ſunt homines, fieri non poteſt, quin proximos, & carnem ſuam, cùm affligitur, doleant. Nec ἀπάθειαν Stoicam à nobis exigit. Cæterùm hac de re, ſi lector plura deſiderat, meos commentarios ad Corinth. percurrat. Quòd verò ad rem præſentem facit, id eſt, populum Iſraeliticum in iis populis excindendis aut devovendis; non ſuum odium, ſed inſtinctum Dei ſecutum eſſe. Nam ejus vices agebant, & illíus operæ dici potuerunt, quando eos vaſtabant, quos ipſe Deus hoſtes declaraverat, & ab illis perdi juſſerat.

Deus non exigit ἀπάθειαν Stoicam.

De Affectibus aliquot ſigillatim.

In Iud. 8. 2. Vide ſupr. Cl. 2. ca. 2. ſect. 41. &c.

32 Verùm de affectibus, ſigillatim perpauca videtur dicenda. Affectus, quemadmodum conſtat, ad qualitatis genus pertinent, & in ea continentur ſpecie, quæ vulgo Paſſio & Paſſibilis qualitas nominatur. Inter eos verò duo quidam ſunt craſſiores & admodum communes, Delectatio inquam, & Dolor. In nervis præcipuè locum habent, per corpus propemodum univerſum diffuſis: Ad quos cum vel conſentanea naturæ, vel aliena fuerint admota, tum aut delectamur, aut dolemus. Alii deinde ſunt affectus, qui notitiam ipſam conſequuntur, per quos ut illorum natura eſt, cor vel συστολῇ vel διαστολῇ motum ſuum commutat, prout bonum malúmve apprehenſum notitia fuerit, ídque aut præſens aut imminens. 1 Nam cùm bonum ſentimus adeſſe, illo cor jucundè 2 fruitur, ac ſuaviter afficitur: Iſque affectus lætitia vo- 3 catur. At ſi bonum animadvertatur non quidem adeſſe, verùm non procul abeſſe, imò in proclivi & prope fore ut ipſum obtineamus, tum ſpe ad illud proſequendum incitamur, & cor itidem jucundè movetur. Malum autem cùm cernimus adeſſe, refugit cor triſti motu, contrahitur enim, horret, & diſcruciatur: íſque affectus, cùm Dolor, tum Ægritudo ſolet appellari, Græcè eſt λύπη, ſic dicta ut Stoici opinantur, quaſi λύσις: nam quemadmodum corpus ægrotantis morbo ſolvitur, ſic animus triſtitia videtur quodammodo confici. Supereſt alia mali cognitio, non quidem præſentis, at ejus quod jamjam immineat. Illud refugit cor, & ab eo ſuo motu reſilit ſatis evidenter: & metus hujuſmodi affectus appellatur. Ex iis qua- 4 tuor præcipuis affectibus, illi nunc tractandi ſunt, quorum Triſtitia vel Ægritudine ortus incipit. Et ii ſimiliter quatuor numerantur, Miſericordia, Nemeſis, Invidia, Æmulatio, de quibus Ariſt. multa in Rhetoricis pulchrè ſcripſit. At priuſquam de ſingulis agam, unum quærendum eſt, an Affectus in cenſu bonorum vel malorum habendi ſint. Stoici malis annumerarunt, & affectus in univerſum damnarunt hac ratione adducti, quod illis mens, judicium, & ſanum conſilium perturbetur. Animum quippe ſeu rationem ita diſtrahunt & concutiunt, ut non queat placidè ac tranquillè naturalia & divina contemplari, neque de rebus agendis ordine rectéque ſtatuere. Deinde quod ſuo pondere homines ad turpia & injuſta perpetranda crebrò impellant, quin & ſeipſum corpus, quando fuerint vehementiores, lædant. Hæ fermè rationes erant Stoicorum. Peripatetici multò ſecus docent, id eſt, non eſſe vera quæ Stoici tradunt: niſi quando affectus non ſunt ratione caſtigati & repreſſi, verùm immodicè ferri ſinuntur. Nam iidem, ſi quibuſdam finibus circumſcribantur, ſunt & boni & utiles, utpote materiâ virtutum, & qui pro illarum cote à natura fuerint adhibiti. Fortitudo enim ab ira non mediocriter juvatur, & miſericordia virtuti clementiæ ſubſternitur. Et eadem ratione de pleriſque dici poſſet. Verùm inter hos Philoſophos ita diſcrepantes, arbitrio divinarum literarum ſententia ferenda eſt. Illæ tradunt, hominem & quoad animum & quoad corpus, à Deo eſſe conditum. Et adjiciunt, omnia fuiſſe bona quæcunque Deus creavit. Proinde, cùm ipſe homini affectus inſeruerit, non quidem pravos & corruptos, ut nunc eos habemus: ſed rectos atque ſanos, qui rationi obſequerentur & inſervirent, illos bonos eſſe neceſſe eſt. Commendat nobis præterea divina Lex paſſim miſericordiam, prædicat pœnitentiam, quæ abſque animi dolore ac ægritudine conſiſtere non poteſt. David quoque ſcripſit, & Paulus repetit; Iraſcimini & nolite peccare. Quin eouſque res proceſſit, ut vel ipſi Deo affectus tribuantur: Ira, inquam, Miſericordia, Dolor, Pœnitentia, &c. quæ tametſi de illo propriè non dicuntur, attamen id obſervare oportet, nunquam quod in homine per ſe vitium eſt, & natura ſua peccatum, à ſacris literis Deo attribui.

Quatuor præcipui affectus, qui notitiam conſequuntur.

Quatuor affectus qui ab ægritudine oriuntur.

Affectus an boni ſint an mali.

Peripatetici.

Quid ſacræ literæ ſtatuant de affectibus. Gen. 1. 31.

Pſal. 4. 5. Eph. 4. 26.

De Miſericordia & Nemeſi.

In Iud. 8. 2.

33 Miſericordia autem eſt animi ægritudo, quam propter adverſos caſus aliorum capimus: vel, ut Cicero inquit, Ægritudo ſuſcepta ob miſeriam alienam. Ariſtoteles docuit excitari Miſericordiam, ſi aliquos videamus gravia pati, quæ non fuerint commeriti, nam ſi ſcelerati juſtas pœnas luant, non excitari propterea Miſericordiam. Adhæc exiſtimat, caſus illos quos miſeramur eſſe atroces, alioquin ſi leves fuerint, nihil aut parum commovemur. Poſtremò illos miſericordiâ tangi, qui cogitant vel ſibiipſis, vel cuipiam ſuorum talia quandoque poſſe evenire. Qui fit, ut arbitretur, eos, qui rebus ſecundis fruuntur, & ſeſe beatos judicant, ad miſericordiam non eſſe pronos, imò conſueviſſe miſeris inſultare, ut qui arbitrentur nihil ſibi poſſe nocere. Similiter hunc affectum à perditis & miſerrimis removet, quòd ipſi nihil ſibi peius quàm habeant evenire poſſe metuant. Quare in illo deſperata fortuna ſtupidi videntur evaſiſſe. Cæterùm ſi hoc verum eſſet, ambigeret quiſpiam, quo pacto miſericordia queat Deo aſcribi, cum ipſe citra controverſiam ſit beatiſſimus, & nihil ei omnino poſſit obeſſe. Verùm ad hoc reſpondetur: Miſericordiam non propriè, ſed per ἀνθρωποπάθειαν Deo attribui, quòd illa faciat, quæ miſericordes agere conſueverunt. Illi ſiquidem afflictos juvant, quod idem & Deus facit. In hoc tamen Ariſtoteli non ſubſcriberem, miſericordiam iis impendendam non eſſe, qui juſtè dant pœnas. Etenim Samuel diu Saulem deflevit, à Deo, non ſane immeritò, ſed juſtiſſime rejectum. Nec minus Chriſtus ſuper excidio Hieroſolymorum lachrymatus eſt, quod procul dubio non immeritò, ſed jure imminebat illi urbi. Nec etiam recipimus, peccata, quæ ab aliquibus committuntur, miſericordiam non excitare, ſed tantùm calamitates atque adverſos caſus. Nam ſancti non minus dolent aliorum vices, cum in gravia ſcelera incidunt, atque cùm iniqua fortuna premuntur: imò eò magis, quoid malum & pernicioſius eſt & minus curari poteſt. Negare proinde non licet, miſericordiam bonum eſſe affectum, cum verbo Dei & rationi obſequitur, præſertim cùm Dominus ore ſuo pronunciaverit beatos miſericordes: quod & ipſi miſericordiam ſint conſequuturi.

Miſericordia etiam illis impendenda eſt, qui juſtè dant pœnas.

1. Sam. 15. 12.

Luc 19. 41.

Mat. 5. 7.

34 Alter effectus qui ex triſtitia ſeu ægritudine oritur, eſt Nemeſis: ea Latinum vocabulum non habet, quamvis à nonnullis indignatio appellatur, qui ea voce totum illum affectum non exprimunt: latius enim Indignatio patet quàm Nemeſis. At voce miſſa, rem ita definiemus. Nemeſis triſtitia eſt, quæ capitur ex proſperitate improborum hominum, quòd ea fortuna videantur indigni. Eo affectu plerunque juſti & ſancti homines laborant. David cùm videret impios florentes ait; Mei penè moti ſunt pedes. Habakuk item ægre ferebat impios tantum poſſe, ut ſanctos opprimerent, juſtóſque devorarent. Neque Iobus aliud propemodum videtur cum ſuis amicis conqueri. Plutarchus adhæc in vita Homeri, affectum hunc prædicat, & illius occaſione Peripateticos in diſceptatione de Affectibus longè Stoicis præfert, judicio præſertim Homeri, qui Deum tandem νεμεσᾶν inquit, cum improbi aliquandiu floruerint. Obſervandum attamen, hoc affectu non dolere homines ea ratione, quòd ob ſecundam fortunam ſceleratorum ſint aliquam jacturam facturi, vel eo nomine, quòd illi ſua potentia queant ſibi nocere. Nam ſi hoc pacto dolerent, minimè Nemeſi, verùm potius metu perturbarentur. At Nemeſis tum eſt, cum ſtomacho atque odio indignitatis quiſpiam ob fortunam proſperam

Sancti Nemeſi frequenter laborant.

Pſal. 73. 2. Hab. 1. 1. Iob. 21. 1.

Plutarch.

Digitized by Google

ſperam ſceleratorum commovetur.

Communia & differentia inter Miſericordiam & Nemeſin.

35 Is affectus cum Miſericordia duabus rebus communicat: primò, quòd eorum uterque triſtitia eſt: deinde, quod uterque indignitate rei excitatur. Miſericordia, quòd probi graventur & premantur: Nemeſis verò, quod improbi feliciter agant. Sed in eo poſtea diſcrepant, quòd Nemeſis proſperam fortunam ſpectet: Miſericordia verò acerbam. Proinde Nemeſis quodammodo eſt medius affectus inter Invidiam & Miſericordiam: nam ab utroque videtur aliquid accipere: à Miſericordia indignitatem: ab Invidia proſperitatem, quæ ſpectet. Docet deinde Ariſtoteles, nullos Nemeſi affici propter aliorum virtutes: nam ſi alioqui ex vitioſis & corruptis juſti, moderati, fortes ac temperantes evadant, non indignamur, quia cùm virtutibus ornantur, non amplius accenſentur improbis. Sed tum demum Nemeſi laboratur, quando ſceleratis ea bona obveniunt, quibus putatur probitas remunerari, ut ſunt opes, honores, potentia, gratia, & conſimilia. Oporteret attamen pios homines cum hoc affectu prudenter agere, ut cum ſubit eorum animos ob felicitatem impiorum, ad Deum reſpiciant, qui bonorum omnium verus eſt gubernator & diſtributor. Vnde ſi ab hominibus hæc externa bona indignis conferrentur, eorum injuſtitia poſſet jure taxari. At ejuſmodi reprehenſio in Deo locum non habet, quod ipſe omnia juſtiſſimè faciat. Hoc David cùm non rectè caviſſet, aiebat: Mei pene moti ſunt pedes: Ac ſi diceret, ob hanc Nemeſin propemodum ſum graviter lapſus. Raro itaque huic affectui eſt indulgendum, ne videamur providentiam Dei reprehendere.

Ariſtot.

Pſal 73.2.

Raro Nemeſi eſt dandus locus.

In Iud.1 7.
Miſericordia eſt utilis affectus.
Præpoſtera miſericordia damnatur in ſacris literis.
3.Reg.20.42.
1.Sam.15.29.

36 Miſericordia autem eſt affectus à Deo noſtris animis utiliter inſitus, quo incitamur ad alios juvandos atque tuendos. At non committendum, ut eo ſic molleſcamus & effœminemur, quo adverſus Dei mandata & voluntatem quicquam committamus. Reprehendunt ſacræ literæ Achabum regem Samariæ, quod Benadado regi Syriæ pepercerit. De eo quippe dixit; Si vivit, frater meus eſt. Damnarunt item Saulem voce Prophetæ Samuelis, quòd Agagum regem Amalek vivum conſervarit. Et quemadmodum alteri dictum eſt à Dei nuncio; Anima tua erit pro anima ejus: ita Saul regno ſibi paulo ante divinitus collato abdicatus eſt. Quid igitur? nónne venia peccatis danda? Seneca in lib.2. de Clementia cap.6. Venia, inquit, eſt pœnæ debitæ remiſſio, qua ignoſcitur ei qui puniri debuit. Quocirca exiſtimat non eſſe viri ſapientis veniam dare, quia nihil unquam committit ſapiens quod fieri non debeat: nihilve prætetit, quod fieri debeat. Specioſa ſatis & efficax illa ejus ratio videtur. Sed ne ea decipiamur, eſt interponenda utilis diſtinctio perſonarum, Dei ſanè, Principum, & privatorum hominum. Deum poſſe ignoſcere cui voluerit, neminem dubitare oportet, cùm ipſe nullius alterius legibus aſtringatur. Vnde ignoſcendo non dicitur id remittere, quod punire debuiſſet. Adhæc, non ita condonat hominum culpas, quin eas in Chriſto unigenito Filio ſuo non punierit. De Magiſtratu verò ſecus eſt conſtituendum, cui non eſt fas pœnas delictorum condonare: quandoquidem illi mandatum eſt, ut ex legibus judicet. Quibus nihilominus ei conceditur, ut pro criminum pondere ſeu modo, pœnas aut relaxet, aut aggravet. Quapropter cùm reus eſt ſanabilis, nec graviſſimè peccavit, leviori pœna interdum contentus eſt, & quandoque reprehenſionem vel admonitionem aſperiorem adhibet. Proinde nunquam peccata relinquit impunita, idémque puniendo non eſt crudelis, imò potius corrigit, emendat & ſanat: quod opus tum juſtum eſt, tum clementiſſimum: tantùm abeſt ut ſævitiæ aut crudelitati aſcribatur. Id quoque obiter addam, quod ab eodem Seneca ſcribitur: Magiſtratibus non minus eſſe dedecori multa ſupplicia, quàm medicis multa funera. At de privatis hominibus ita reſpondendum videtur. Eorum porrò eſt proprias condonare injurias, neque poteſt in eis locum habere quod Seneca dixerat, videlicet non permiſſurum ſapientem quod fieri debuit, quandoquidem ex Lege Dei Opt. Max. ultio ejus interdicitur. Iiſdémque mandatur, ut peccantes in ſe aliquo modo puniant, monendo inquam & reprehendendo: eáque

An venia danda ſit peccantibus.
Deo licet condemnare peccatum.

Magiſtratus non debet delicta ſinere impunita.

Multa ſupplicia ſunt magiſtratui dedecoroſa.

Quomodo privatorum ſit injurias condonare.

A pœna jubentur eſſe contenti, cùm ii, qui peccaverant, emendati ac ſanati fuerint. Quos è diverſo cum pervicaces eſſe intellexerint, Dei juſſu Eccleſiæ deferunt, à qua tandem excluduntur, niſi dicto ejus audientes fuerint. Excluſi verò ab Eccleſia, nihil obſtat quin apud Magiſtratum accuſentur: qua in re propterea nihil adverſus clementiam committitur, quod accuſantium ea mens eſt atque conſilium, ut quacunque ratione fieri poteſt, quemadmodum juſſit Deus, malum è medio tollatur.

B

De Crudelitate.

37 Quod autem ad crudelitatem attinet, facilè poſſumus colligere, ex ſupplicio ſumpto de Adonibezeko, nimiam crudelitatem Deo vehementer diſplicere: atque inde factum arbitror, ut legibus tam divinis quam humanis (de iis tamén loquor, quæ juſtæ atque honeſtæ habitæ ſunt) præſcripta certa
C ſupplicia fuerint criminibus pro eorum gravitate, quo judicibus licentia ſæviendi minor concederetur. Quin & Iuriſperiti regulam adhibuerunt, ut pœnæ à judicibus minuerentur potius quàm augerentur: quod tamen accipiendum eſt, quantum delicti natura, & commoditas Reipubl. patitur. Quod idcirco interpono, quia nonnunquam conditiones eæ, quas vulgo circumſtantias vocant, crimen tam atrox & horrendum efficiunt, ut ibi judices oporteat, ad cæteros abſterrendos à tam gravibus flagitiis, pœnas au-
D gere, quæ à legibus præſcriptæ fuerint. Atque ita David, cùm ſibi Nathan Propheta rem & execrandam & horribilem propoſuiſſet, gravius contra reum decrevit ſupplicium quam Lex furibus & abigeis vulgaribus conſtituiſſet. Hæc idcirco memoravi, quia cum in Lege tria mortis genera contra maleficos eſſent ſancita, ſuſpendium inquam, lapidatio, & combuſtio, quibus nonnulli Hebræi quartum addunt, nempe gladii animadverſionem: ſed quia ejus, quod ſciam in lege non habetur uſquam mentio, ideirco
E illud prætetii, Legimus quidem Adoniam, Ioabum & Agagum Regem Amalek, atque nonnullos alios, gladio fuiſſe confoſſos. At id in nulla lege, ſeu præcepto conſtitutum habemus, ut vita ſontibus gladio auferretur. Cùm ita inquam ſe res habeat, filios Iſrael tamen cernimus in caſtris extraordinario quodam ſupplicii genere uſos adverſus Regem Adonibezekum. Nec eos id feciſſe crediderim, abſque divino inſtinctu, voluit quippe Deus exquiſita pœna, quæ tamen fuit talionis, crudelitatem hujus Tyranni per-
F ſequi. Quod ſane ſceleris genus ut nos facilius evitemus, de eo quædam dicere non gravabimur.

In Iudic.1.

Pœnæ minuendæ potius quàm augendæ.

2.Sam.12.5.
Tria mortis genera in lege Dei.

Hebræi uſi ſunt in caſtris extraordinario ſupplicio.
1.Reg.2.25. 34.
1.Sam.15.33.
1.Reg.18.40. & 2.Reg.11.16

Iud.1.6.

38 Vocabulum crudelitatis, vel à cruore, quo ſævi homines inſtar ferarum delectantur, vel à crudis carnibus, quibus immanes & barbari quandoque veſcuntur, definiri poſſet: Vt ſit habitus vitioſus, quo ad aſpera & dura citra rationem inclinamus. Ac ſæpe interdum fit, ut ipſa crudelitas pro voluptate habeatur, quo pravo affectu ſeu habitu, ut laborent nonnunquam Tyranni, multis conſtat exemplis. Adoni-
G bezekum enim ſacra hiſtoria ob oculos ponit, & Evangelica Herodem commemorat. Decantarunt Ethnicorum poetæ Atrei atque Thyeſtis immanitatem: & à Seneca in lib.3. de Ira cap.17. Xerxis Perſarum regis atrociſſimum facinus exponitur. Is Pythium quendam hominem de ſe bene meritum, poſtulantem ab eo unius filii ex quinque quos habuit, vacationem, juſſit quaſi daturus quod poſtulabatur, ut quem vellet relinqui ſibi domi, eum deligeret. Paruit ille: at crudeliſſimus Tyrannus juvenem indica-
H tum, ex utroque latere vehementiſſimè trahi curavit, ita ut tandem in duas partes diſcinderetur: quarum unam in altero angulo viæ, per quam milites erant profecturi & alteram in altero affigi mandavit, prædicans hoc pacto exercitum ſe luſtraſſe. At non multò poſt à Græcis turpiſſimè victus & cæſus, per ſtragem & cadavera ſuorum coactus eſt fugere. Sylla proſcripſit innumerabilem turbam civium Romanorum, ſed ad extremum pediculari morbo eſt fœdiſſimè abſumptus. Nec abſimili ratione crudeliſſimus
I Herodes obiit, quemadmodum à Ioſepho luculenter exponitur. Huic graviſſimo ſceleri clementia opponitur, quæ ut virtus eximia principes admodum de-

Vnde dicitur crudelitas.
Definitio crudelitatis.

Iud.1.7.
Mat.2.16.

Sævitia Xerxis regis.

Sylla.

Digitized by Google

Quid ſit clementia.

cet, & Chriſtianorum hominum eſt ornamentum ſingulare. Auguſtinus in lib.3. Quæſt.quæſt.31. illam definit ad hunc modum; Eſt habitus, quo incitati ad odium contra quempiam, bonitate retinemur. Media eſt hæc virtus inter Crudelitatem & Miſericordiam ineptam. Sic autem eam voco, qua ob miſerias alienas ita noſter animus perturbatur, ut à ſano conſilio & juſta ratione deflectamus. Et hoc affectu ea de cauſa vincimur, quia nunquam talia vellemus pati, qualibus alios videmus jure meritóque eſſe affligendos: & quia ipſi à talibus abhorremus, ideo ſontes punire deſiſtimus.

Miſericordia quædam inepta.

39 David hoſtibus potitus, ſumit gravia ſupplicia de eis: eduxit Ammonitas extra urbem, atque eos occidit, non vulgari ratione, ſed habuit ſerras quibus eos diſſecuit: quod & Eſaiæ contigiſſe traditur: & Heb.11.de ſanctis dicitur, Quòd ſecti ſint. Hoc ſupplicium forte illis in partibus uſitatum erat. Deinde carpenta ac trahas adduxit, ut traherentur ſuper eos: ſecuribus & aſciis quoque eos incidit: in fornaces lateritias vel tegularias eos conjecit, quæ omnia ſæva ſunt. David fortaſſis videri poteſt, in iſtis ſuppliciis à ſua natura diſcedere. Erat enim lenis & mitis, hæc verò videntur ſummæ crudelitatis: an evaſerat in Phalarim? At ſi ex rebus geſtis judicare velimus, multa in ſcripturis crudelia videri poterunt. Etenim Adonibezek regem Iudæi punierunt, ut ſummitates pedum & manuum præciderentur. Ioſua Reges qui ſe in ſpeluncam conjecerant eduxit, & proſtratos ad terram calcari voluit à filiis Iſrael, ita ut pedes collo cujuſque eorum imponerent: deinde in quinque arbores ſuſpendit eos. Gedeon 8.cap. Iudicum, ſeniores Succoth ſpinis & tribulis occidit. Filii Saulis Domino volente & jubente, affixi ſunt cruci. Crudelia hæc videntur primo aſpectu, at non ita ſunt. Quod ut videatur, ita cogitato: circa pœnas inferendas habitus inveniri in animis hominum virtutis & vitiorum. Clemẽtia reddit animos proclives ad mitigationem pœnarum, ſecundùm rectam rationem. Vitium deficiens, eſt remiſſio quædam & diſſolutio: multos enim videas qui facinora ne attingunt quidem. Ex altera verò parte, habitus eſt exuperans feritatis & ſævitiæ cujuſquam. Crudeles illi dicuntur, ſi credamus Senecæ lib.2. de Clementia, qui modum excedunt in infligẽdis pœnis peccantium. Crudeléſque dicuntur, ut attigimus vel à cruore quaſi eo delectentur: vel à cruditate. Sicuti enim quæ cocta ſunt, ſuavem habẽt ſaporem, ſic cruda aſperitatem ſecum conjunctam habent, cum horribili quodam ſapore. Feri & ſævi ſunt, qui cruciatus infligunt ſine cauſa, quaſi tantum cruciatibus aliorum delectentur, ſicut belluæ quæ bonum & honeſtum non agnoſcunt, ſed tantum ad utile & ſuave tendunt: vel quod jucundus ſit aſpectus ſanguinis, vel quia carne paſci volunt. Cùm crudelitas in eo ſita ſit, ut modus rectæ rationis excedatur, videndum an David & alii rationem exceſſerint. Certè ſecuti ſunt mediocritatem, & quæ geſſerunt, ad punientem juſtitiam pertinebant. Nam illi maximis pœnis digni erant. David rationem ſequitur, ſed divinam, quæ una ratio recta dicitur. Deus incitabat eum ad iſta, non ſine cauſa. Oportuit autem, cùm fuerit Imperator, rationem à Deo oſtenſam ſequeretur.

Heb.11.37.
Ex 2.Sam.c.12. ver.31.
An David fuerit crudelis.
Iud.1.6.
Ioſ.10.24.
Iud.8.16.
2.Sam.21.9.

40 Ammonitas ſceleratiſſimos fuiſſe, multis de cauſis agnoſcere poſſumus. Primùm, contra jus gentium violarunt legatos Davidis; barbas & veſtes eorum præcidendo. Malum judicium fecerunt de ſanctiſſimo Rege Davide: nempe quòd ficto animo illam legationem miſiſſet: non ut defuncti Regis Ammonitarum filium conſolaretur, ſed perderet. Deinde cum metropolis obſideretur, interfeciſſéntque Vriam & alios ſtrenuos viros, inſultarunt etiam Deo. Id Nathan oſtendit. Quoniam provocaſti, inquit, inimicos meos, ut mihi maledicerent, filius qui tibi natus eſt, occidetur. Si Deus filium Davidis occidit, quod ipſe maledictis occaſionem dederit, quanto gravius puniendi erant qui hoc fecerunt? Præterea cùm injuriis affeciſſent Davidem, primi arma moverunt in eum. Nec ſolum Davidem voluerunt lædere, ſed alios ejus ſubditos ac tributarios ad defectionem ſolicitarunt. Conturbarunt univerſas illas regiones Syriæ & Meſopotamiæ. Quódque maximum eſt, in gratiam idoli ſui quod celebrabant, filios ſuos comburebant. Quid ergo mirum, ſi in eaſdem fornaces conjiciantur, in quas filios ſuos conjiciebant? Pœna hæc fuit talionis. Semper autem in illis ſuppliciis quæ non reprehenduntur in ſcripturis, eo confugiendum eſt, Deum gubernaſſe illos Patres. Quidam ut leniant iſta ſupplicia, dicunt non omnes ita tractatos eſſe, ſed tantum ſeniores & principes qui erant quaſi præſidium & columen populi. Sed Ioſephus omnes dicit ita ſublatos eſſe: Scriptura quoque illa ſupplicia videtur communia facere. Sed ego aliquos exceptos crediderim: cap. enim 17. audimus, Sobi, filium Nahas Regis, Davidi auxiliatum fuiſſe, quando ab Abſalone regno pellitur. Vnde colligitur alterum filium Regis Nahas occiſum, alterum verò regioni à Davide præfectum fuiſſe. Iſta non ſunt ita in eo miranda, cùm ipſe veri Davidis typum gerat, qui dicturus eſt omnibus impiis extremo die; Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus. Non ſunt crudelia quæ Deus ſceleratis infliget in gehenna. Erunt intolerabiles quodammodo pœnæ, proficiſcuntur tamen à juſtitia recte puniente. In Evangelio dicit; Adducite ad me omnes qui noluerunt me regnare ſuper eos, & occidite eos in conſpectu meo. Hic magiſtratus diſcant, cùm ſontes illis puniendi offeruntur, rectam rationem reſpicere. Animus eorum à pœnis juſtis & imperatis non abhorrere debet.

Ammonitas fuiſſe ſceleratiſſimos.
2.Sam.12.14.
Pœna talionis.
An aliqui excepti ſint ab iſtis ſuppliciis.
2.Sam.16.27.
Matt.22.41.

De Invidia.

41 Invidia jam occurrit. Eam Cicero potius Invidentiam putavit appellandam, quòd apud Latinos hi dicantur Invidia laborare, quibus invidetur. At invidentia eſt illorum, qui hac ægritudine tabeſcunt. Et idcirco arbitratur, Invidiam, ſeu Invidentiam ideo eſſe dictam, quòd qui ſunt Invidi, nimium in alienam fortunam intueantur. Eſt itaque Invidia, ægritudo, quæ ex aliena proſperitate ſuſcipitur, eorum præſertim qui nobis pares & ſimiles fuerint. Non enim pauper invidet Regi, neque nobilibus mendici. Paribus & ſimilibus invidetur. Similitudo verò attenditur, penes genus, divitias, formam, ætatem, ingenium, dignitatem, & cætera hujuſmodi. Cauſa invidentiæ non eſt, quod nocumentum ab his vereamur nobis imminere, quibus invidemus: nam id eſſet metus. Verùm odio & ſtomacho quodam ferre non poſſe aliorum, præſertim parium & ſimilium, ſecundam fortunam: Id efficit invidiam. Semper Invidia eſt habita in malis, & à Sacris literis graviter perſtringitur. Nam cum ipſa charitate quam apertiſſimè pugnat. Dixit enim Apoſtolus ad Cor.cap.13. Charitas οὐ ζηλοῖ. Non enim Paulus ibi ζηλοῦν propriè accepit. Cæterùm ad Galat. apertius invidiam prohibuit, ſcribens; Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, mutuò provocantes, ac invicem invidentes. Vbi non tantùm Invidia reprehenditur, ſed mater ejus indicatur, nimirum gloriæ cupiditas. Quemadmodum & in hiſtoria Iud. licet animadvertere. Gideoni quippe invidebant Ephraitæ, quod ipſi gloria tantæ victoriæ ceſſiſſe videretur. Viget autem is affectus in omnibus illis rebus, quibus excellere cupimus. Nec etiam à virtutibus abſtinet: nollet enim invidus pares ac ſimiles ſui ullo virtutum ornamento excellere. Cur verò inter ſimiles verſetur invidia, ea cauſa eſt, quod tametſi fortuna proſpera ſimilium vel parium nihil de bonis noſtris detrahat, neque nos minores efficiat quàm ſimus: attamen Invidus ita de alienis bonis cogitat, ceu per illa ſuus honos ac dignitas, lucrum, & cętera ornamenta ſint offuſcanda. Neque id tacendum, quemlibet invidum ἐπιχαιρέκακον eſſe: nam æqualium adverſis caſibus gaudet. Non tamen pro eodem vitio hæc habenda ſunt, cùm ad contrarios motus animi pertineant. Invidentia ſiquidem ægritudo eſt ſive triſtitia, cùm ἐπιχαιρέκακος voluptate afficiatur. Sunt cæteroqui hæc vitia licet diverſa, ita ſimul conjuncta, ut nullus reperiatur Invidus, qui non ἐπιχαιρεκακίᾳ moveatur. Atque hic dilucidè conſtat, Invidentiam cum miſericordia dilucidè pugnare. Nam ea dolet ob alienam miſeriam, Invidus autem illa gaudet, ob ἐπιχαιρεκακίαν qua laborat. Hoc quoque motu animi νεμεσητικὸς nequaquam vacat. Etenim qui pro-

Cicero.
Quomodo differant invidia & invidentia.
Definitio Invidiæ.
1.Cor.13.4.
Gal.5.26.
Invidiæ mater eſt cupiditas gloriæ.
Iud.8.1.
Vide in Gen. 26.14.& 2. Reg 6.16.
De ἐπιχαιρεκακίᾳ.
Omnis invidus eſt ἐπιχαιρέκακος.
Nemeſis etiam juncta eſt cum ἐπιχαιρεκακίᾳ.

Digitized by Google

qui propter hominum improborum ſucceſſus, triſtitiam capit, ipſe idem voluptate afficitur, quando illos reprimi ac divexari animadvertit. Latinis attamen vocabulum nullum extat, quo hæc notetur, qua tàm invidus quàm νεμεσητικὸς afficitur, alienam proſperitatem intuendo.

De Æmulatione.

De Æmulatione.

42 Ad extremum tractanda eſt Æmulatio, animi videlicet ægritudo, quam ob aliena bona incurrimus, quibus ipſi careamus: cùm ea nos deceant, & ſimus acquirendo. Non optamus hoc motu animi alios exui ſuis ornamentis, verùm id nos malè habet, quòd ipſi eis deſtituamur. Eſt verò bonæ indolis hoc pacto affici: idcirco Æmulatio laudabilibus affectibus connumeratur. Cicero in Tuſculanis definit, ægritudinem eſſe profectam ex eo, quòd alius bono potiatur, quod ipſi cupimus. Obſervavit idem ſcriptor, Æmulationem interdum ſic accipi, ut ab invidentia nihil differat: quare nonnunquam reprehenditur. At ſi notio ejus, ut jam eſt allata recipiatur, affectus eſt laudabilis, quòd homines faciat meliores: conſuevit enim bonarum rerum imitationem parere. Ad cavendum, quod ſanè in proclivi eſt, ut ne in invidiam degeneret, & eò Æmulatio progrediatur, ut fortunatos & illuſtres viros, necnon probos, ornamentis & bonis expoliari optemus. Vnde Cicero aiebat, illam Æmulationem eſſe laudabilem, quæ non ſit rivalitati ſimilis. Nam rivalium hoc eſt ingenium, ut ſuis deliciis ita potiri velint, ut alios prorſus excludant. His autem adhibitis cautionibus, bona & ſancta eſt Æmulatio. Propterea Paulus Corinth. adhortabatur, ut charitatem & meliora chariſmata æmularentur. Verſatur is affectus præſertim circa virtutes, & omnia quæ in honore atque admiratione habentur. Quod enim quis contemnit & aſpernatur, minimè ſolet æmulari. Habet Æmulatio Spem ſecum perpetuò conjunctam, id aſſequendi quod deſideratur. Nam ſi quis deſperet, fieri non poteſt ut æmuletur. Et tot de his affectibus.

Æmulatio laudabilibus affectibus connumerantur.

Videndum ne æmulatio in invidiam degeneret.

Materia circa quam verſabatur æmulatio.

1. Cor. 1. 31.

Æmulatio habet ſpem ſibi conjunctam.

De Vltione.

43 Duplex eſt ultio, publica una, privata altera. Interdicitur privata: publica verò, quæ exerceri debet per Magiſtratum, tantùm abeſt ut prohibeatur, ut Deus illam præcipiat, ſemper admonendo magiſtratus, ut juſtitiam faciant & judicium, nec ſcelera dimittant impunita. Privatis autem ulciſci non licet, niſi, prout vulgò dicitur, vim vi repellant: hoc illis non prohibetur, quando Magiſtratus non poteſt illis opem ferre. Caſus enim quandoque adeò repentinus eſt, ut non poſſit ſtatim occurri præſidio publicæ poteſtatis: tunc ergò poſſumus nos tueri, adhibita nihilominus magna moderatione, ut nos & nobis commiſſos tantummodo tueri ſtudeamus, non ſatagentes adverſarios lædere ulciſcendi animo, ita ut illa actio non ex odio, ſed ex charitate proficiſcatur. Sed uti diximus, publica ultio à Deo præcipitur, quo præcepto, non modò tenentur Magiſtratus, ſed & rei, ut æquo animo mulctam & pœnas, quæ à ſuperiori poteſtate propter admiſſum crimen infligantur, ferant. Quod ſi faciant, ad juſtitiæ laudem id pertinere ſciant. Neque mihi objicias Ariſtot. dictum in Rhetoricis, quòd ſecundum alias virtutes honeſtum ſit & laudabile, non ſolùm agere, ſed & pati, ſolámque juſtitiam excipit, nam inquit; Qui puniuntur & patiuntur juſtè, illi potius vituperandi ſunt quàm laudandi: nam quod iſte dicit, verum eſt, ſi reſpicias cauſam propter quam puniuntur: illa ſanè non eſt laudabilis, plectuntur enim propter vitia. Sed ſi reſpicias deinde in patiendo animum illius, qui propter mandatum Dei, ut illi pareat, & ad deteſtationem admiſſi ſceleris, ob publicum bonum atque ad aliorum inſtructionem libenter ſubit pœnas à legibus decretas, non debet inficiari talem juſtè agere, & laudandum in hujuſmodi conſtantia & juſto propoſito. Videntur tamen preces Simſonis primo aſpectu non admodum piæ. Orat quippe ut ſibi concedatur ultionem ſumere de hoſtibus, quod ſibi ambos oculos effoderint. Certè ſi ſtomacho ſuo & bili voluiſſet indulge-

Ex Gen. cap. 42. 7.
Vide Claſſ. 4. c. 15. Sect. 8. Vltio.
Vim vi repellere licet.

Iud. 16. 28.
Quales fuerint preces Simſonis in Iud. 16. ſub finem.

A re, non poſſemus ejus preces jure defendere. Non enim magis potuiſſet Deo probari, quàm ſi expreſsè dixiſſet; Quæſo Domine, bene fortunes vel furtum, vel adulterium meum. Auguſtinus ait, Simſonem hæc geſſiſſe, non ſua ſponte, ſed impetu atque conſilio Spiritus S. Deinde de Simſone cogitandum non eſt, ut de homine privato, ſed ut Magiſtratu, quem ipſe Deus conſtituerit. Et ſanè, ut privatus homo, ei non licuit ſuas injurias ulciſci: ut verò Magiſtratus, &

B potuit, & debuit. Si agatur privata cauſa, valere debet quod Paulus ait, Locum date iræ. Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. At in cauſa publica, Dei juſſu & authoritate, Magiſtratus debet ſuam injuriam ulciſci, quoniam vices Dei agit in terris: & Deus ipſe, licet crebro per ſeipſum, & ut dicitur, immediatè peccata ulciſcatur, plerunque tamen ſumit pœnas per Magiſtratus. Quocirca verba illa, Mihi vindictam, & ego retribuam, minimè impediunt ſeveritatem Magiſtratuum, qua de ſontibus pœnas

C ſumant. Dei quippe miniſtri ſunt: &, quod ipſi faciunt, Deus ipſe per eos facit.

Rom. 12. 19.

CAPVT X.

Præceptum ſeptimum: Non mœchaberis. Ac primùm, de Matrimonio & Concubinatu.

MAtrimonium, conjugium, nuptiæ, atque connubium, idem ſignificant. Matrimonium verò,

D ut habetur in lib. 1. Inſtit. Iuſtinian. cùm de patria poteſtate agitur, & in ff. de ritu nuptiarum, definitur eſſe conjunctio maris & fœminæ, individua vitæ conſuetudo, communicatióque juris divini atque humani. At iſta definitio ex divinis literis abſolvenda eſt. Proinde addatur, hanc maris & fœminæ conjunctionem à Deo fuiſſe inſtitutam, ut liberi propagarentur, ſcortatio tolleretur, & auxilia commodáque humanæ vitæ inde haberentur. In hac ſanè definitione, conjunctio maris & fœminæ locum materiæ

E obtinet. Ad formam pertinet, individua vitæ conſuetudo: nam iſto propoſito ac voluntate, oportet ut conjuges matrimonium ineant. Licet enim per adulterium ea copula dirimatur, attamen quando matrimonium contrahitur, id in animo habere debent conjuges, ut conjuncti & maneant & vivant. Ad formam quoque id ſpectat, ut communicatio juris divini atque humani habeatur inter eos. Oportet ſiquidem ut ejuſdem ſint religionis, & ut humana inter ſeſe communicent. Vxor enim tranſit in viri fa-

F miliam, & cum viro eadem caro habetur. Quin facultates conjugis utriuſque quoquo modo fiunt communes. Efficiens autem cauſa hujus inventi, Deus ipſe ab initio fuit, qui Adamo adjutorium fecit. Finis verò, ut diximus, liberorum procreatio eſt. Dixit enim Deus; Creſcite & multiplicamini. De altero verò fine, ſcortatione videlicet evitanda, Paulus 1. Corinth. pulcherrimè ac luculentiſſimè ſcripſit. Si quæras: An tabulæ ſeu ſcripta exigantur ad matrimonium contrahendum, reſpondebitur, non exigi.

G Satis enim eſt utriuſque partis conſenſus, quod in Authenticis, & in Codice habetur, ubi de nuptiis agitur. Quod autem Hieronymus ad Oceanum ſcribit, hoc nomine uxorem à concubina diſcerni, quod uxori tabulis opus ſit, & jure dotali, quæ concubinæ minimè habuerint, non eſt in univerſum recipiendum. Nam ſententia ejus ad eam uxorem contrahenda eſt, quæ prius concubina fuerit. Quo ad eam tabulis opus fuit, ut ne amplius haberetur concubina, & nati ex ea vel naſcituri eſſent legitimi. Dos ve-

H rò neceſſariò minimè requiritur: quia ut vulgò ſententia recepta eſt, dos abſque matrimonio locum non habet, ſed matrimonium abſque dote conſtare poteſt. Datur verò dos ad onera matrimonii facilius toleranda. Canones adjecerunt, & quidem utiliter, ut nuptiæ clam non contrahantur. Nam ſi conjugum aſſenſus occultus fuerit, & abſque teſtibus, judices de tali matrimonio contracto nihil queunt pronunciare. Vnde ſi mutentur voluntates, & poſt occulta illa matrimonia, ſolennes & publicæ contrahantur nu-

I ptiæ, priora illis cedunt, & conſcientia cùm perplexa tum vulnerata retinetur.

2 Sed ut de Concubinatu loquamur, duo viden-

Ex Iudic. c. 13. v. 8.
De matrimonio.
Matrimonii definitio.
Vide in 1. Sam. 18. 20.

Gen. 1. 28.
1. Cor. 7. 2.

An tabulæ ſeu ſcripta exigantur ad matrimonium contrahendum.

Dos neceſſaria non eſt ad matrimonium contrahendum.

Contra nuptias clandeſtinas.

De Concubinatu.

Concubinatus Romanis eſſe videbatur ſpecies matrimonii.

da ſunt. Primum, quid leges Romanæ de illo ſtatuerint: deinde, qualis apud Hebræos fuerit, quídve intelligendum ſit, cùm Patres concubinas habuiſſe leguntur. Quod ad primum attinet, concubinatus jure civili ſpecies quædam matrimonii erat: concubina quippe ſcortum non fuit, quod multis proſtitueretur, nec etiam pellex, quæ unà cum juſta uxore haberetur. Quantum vero diſtarit ab uxore, ex definitione Concubinæ parebit.

Concubinæ definitio.

Concubina ſiquidem eſt, quę cùm cœlibe conſuetudinem conjugalem habet, ſed quia ea non eſt individua, quoniam ita conjuncti facilè ſeparantur, ideo concubina plurimum à vera uxore diſtat: deindo cum ea humana jura non communicantur: non enim concubina in familiam ejus tranſit cum quo conſuevit. Quin & res & facultates minimè communicantur, nec filii ex ea conjunctione orti, legitimi & juſti hæredes habentur, niſi beneficio principis legitimati fuerint. Eſt tamen Romano jure cautum, ne quis plures concubinas ſimul habeat, & prohibetur unà cum uxore concubinam habere. Adhæc legibus Romanis illæ non poſſunt ut concubinæ haberi, in quas ſtuprum committatur, virgo ingenua & vidua minor 25. annis. Nam ſi quis cum iis conſueverit, aut matrimonium erit, aut ſtuprum judicabitur. Vidua tamen concubina erit, ſi coram teſtibus declaratum fuerit, eam non in uxorem, ſed in concubinam accipi. Et denique nulla poteſt eſſe concubina, quæ non poſſit uxor fieri, etſi non eo loco ubi agit, ſaltem alibi: quod idcirco adjeci, quia Romano jure Præſidi non licuit provincialem uxorem ducere, quam tamen ut concubinam habere licuit.

An jus Romanum concubinas probarit.

Quod ſi quæſiveris, an jus Romanum concubinas probet: reſpondeo, abſolutè quidem probare, quia concubinatum ut rem illicitam non damnat, modò, quemadmodum jam dictum eſt, agatur. Illam tamen conjunctionem obliquè taxat, quando non patitur filios ex concubinis ſuſceptos, legitimos ac juſtos hæredes eſſe, niſi tandem ex concubina fiat uxor, aut niſi principis authoritas interponatur. Sciendum tamen filios concubinæ, ad parvam quandam hæreditatis portionem admitti, non tamen ad parem & æquam cum legitimis. Quin & filii ex concubina ſuſcepti, non ſunt in poteſtate patris. At cum fit uxor ex concubina, conjugales tabulas intercedere oportet. Si Romanum jus velimus retinere, ancilla non poterit concubina fieri: nam eo jure ancilla non poterat uxor eſſe. Conjunctionem quippe liberi cum ancilla, Romanæ leges Contubernium vocabant, nec pro juſto conjugio habuerunt. Ancillas tamen, Romani haudquaquam mercenarias intellexerunt, verum emptitias: quod idcirco dixerim, quòd noſtræ mercenariæ ancillæ liberæ perſonæ ſint, & ideo cum eis liceat juſtum matrimonium contrahere.

Concubinæ Patrum, erant uxores.
Vide in Gen. 16. ſub finem, & 25. initio.

3 Sed jam de jure videamus Hebraico, & quid ſentiendum ſit de Patrum concubinis. Erant revera uxores, tametſi crebrò ancillæ fuerint, ut Agar, Bala, Zilpha, & concubinæ Gedeonis. In foro quidem, & quoad civiles rationes locorum, in quibus illi patres verſabantur, non videntur liberi homines potuiſſe cum eis contrahere matrimonium, & idcirco fortaſſis in ſacris literis concubinæ appellabantur. Sed tamen apud Deum, id eſt, jure matrimonii ab eo inſtituti, uxores erant.

Gen. 19. 3.

Vnde in lib. Gen. Agar quæ appellatur concubina, etiam uxor dicitur. Duo itaque diſcrimina erant inter leges Hebraicas & Romanas, quod illis concubinatus non erat matrimonium: Iudæis autem coram Deo erat: licet in foro & ratione civili, propter ſervilem conditionem mulieris, pro matrimonio fortè non agnoſceretur. Deinde, quòd Iudæi concubinas habuerint ancillas: id autem Romanis haudquaquam licuit, ſi jus illud ſequamur, ut ea ſit concubina, quæ poſſit uxor fieri: Cùm Romanæ leges pro conjugio non habuerint, quod cum ancilla contraheretur. Verùm hoc civile jus in orbe Romano Hieron. ætate, vel quod Eccleſiaſtici canones illud mitigarint, vel quæcunque alia cauſa fuerit, non retinebatur. In Epiſt. quippe ad Oceanum de quibuſdam loquitur, qui ancillas uxorum loco habebant, idcirco nomen uxoris declinantes, & onera & impenſas evitarent, qui tamen ſi ditati fuiſſent, ancillas uxores faciebant. Sciendum tamen præterea, ubi videntur in Decretis concubinæ approbari & concedi, accipiendum id eſſe de iis quæ revera uxores eſſent, quamvis Romanis legibus, & in foro pro concubinis haberentur, quod mulier illa non fuerit ſolenniter ducta, quamvis mutuus conſenſus in matrimonium interceſſerit. Legitur quod adduxi, diſt. 34. cap. Is qui, & Chriſtiano, quorum primum decretum eſt Concilii Toletani: alterum eſt Iſidori teſtimonium in lib. de Diſtantia Novi & Veteris Teſt.

Qua ratione decreta concubinas concedant.
Vide in Gen. 16. ſub finem, & 21. initio.

At cùm de concubinis in Decretis agitur, quæ revera non ſunt uxores, in univerſum prohibentur. Id vero eſt, quando utraque pars non vult perpetuò ſimul agere, neque ſe mutuò ut conjuges agnoſcere.

De Polygamia.

In 2. Sa. 15. 42.

4 Hìc jam mihi nodus ſatis difficilis explicandus eſt de Polygamia. Occurrit ſæpe iſte locus in ſacris literis. Itaque operæpretium eſt aliquando, quid de eo ſentiendum ſit, intelligere. Ego quidem dicam, ut in re obſcurá, quid mihi videatur: nihil interim præſcribens cuiquam, ſi quis meliora docuerit.

Duplex Polygamia.
Partitio hujus quæſtionis.

Duplex eſt ratio Polygamiæ. Prior, cùm mortua priori conjuge, ſecunda aut tertia ducitur. De ea, quoniam nihil hodie ambigitur, nihil dicam. Altera eſt, cùm duæ pluréſve uxores ſimul habentur in matrimonio. Vtrum autem liceat uni mulieri ſimul habere duos viros, ne quærendum quidem arbitror. Certum eſt enim, id nullis unquam bonis legibus licuiſſe: res iſta vel ſimpliciter & abſolutè conſiderari poteſt, vel pro ratione temporis & loci. Primùm ergo quæremus, ut Polygamia ſimpliciter & abſolutè probari poſſit. Deinde, quo jure ea in uſu fuerit apud veteres in lege Moſaica. Poſtremò, utrum ea libertas ad nos quoque transferri poſſit.

Argumenta pro Polygamia.

5 Quod ad primum attinet, videntur eſſe argumenta ſatis firma in utramque partem. Ego primùm afferam in medium illorum argumenta, qui volunt polygamiam licere. Deinde proponam, quid in alteram partem dici poſſit. Poſtea ſuperiora argumenta
diſſolvam. Primum ergo dicunt, ſe habere exempla 1
virorum non vulgarium, ſed ſanctiſſimorum, Abrahami, Iobi, Helcanæ, Davidis. Eos, inquiunt, in aliis rebus ſequimur: cur hac etiam in re non liceat? Deinde ſi illi hac in re peccaſſent, non eſt veriſimile Deum *1. Sam. 12. 1.*
illud peccatum voluiſſe diſſimulare. Miſit enim Na- *Ibi. 24. 12.*
thanem ad Davidem, qui illum reprehenderet de a- 2
dulterio: & Gaddem qui eum increparet de cenſu populi, & alia populi vitia ſemper reprehenſa ſunt à
Prophetis. Præterea Patres, de hujuſmodi Polyga- 3
mia, non leguntur egiſſe pœnitentiam. Quare ſi erat 4
peccatum, mortui ſunt impœnitentes. Adhæc, cùm
Nathan Davidem reprehenderet, ita ad eum verba *Ibid. 12. 8.*
fecit ſub perſona Dei; Ego te unxi Regem, & dedi tibi domum domini tui, & uxores domini tui in ſinum
tuum. Intellexit autem Eglam & Riſpham uxores *Ex. 21. 27.*
Saulis: Et pollicetur illi plures, ſi iſtæ non videantur 5
ſatis. Huc adde, quod Deus, cùm in Exodo caveret nominatim de bove cornupeta, de excuſſo dente, déque omnibus rebus leviſſimis, nihil unquam cavit de Polygamia: imò contra ex hypotheſi videri poteſt
Polygamiam permittere. Nam cap. 21. Deut. ita ſta- *Deut. 21. 15.*
tuit: Si quis habeat duas uxores, alteram dilectam, al- 6
teram odioſam, ne filium dilectæ præferat filio odioſæ. Quanquam hic locus non ita multum probat. Poterat enim altera uxor eſſe repudiata. Deinde, ſi quis
moriatur abſque liberis, Deus jubet ut frater ejus u- *Deut. 25. 2.*
xorem ducat: nec additur exceptio, niſi ille habeat an-
tea uxorem ſuam. Deus ergo non tantùm permittit, 7
ſed etiam præcipit Polygamiam. Si permitteretur 8
Polygamia, non ita crebra eſſent divortia. Ideo enim mariti priores repudiant, ut ducere poſſint alias. Fœcunditas etiam, quæ primum ſpectatur in matrimonio, major eſſet ex pluribus uxoribus, quàm ex una.
Atque hac ratione Turcæ hodie defendunt Polyga- 9
miam: quia unicè ſtudent propagationi & ſoboli. Deinde, quid faciemus de veteribus illis Patriarchis, quibus Iudæi ſemper tantum tribuerunt? Certe niſi recipimus Polygamiam, ſuſcepti ſunt vel ex ſcorta-
tione, vel ex adulterio. Non enim videri poteſt legi- 10
timum matrimonium. Atque ita illi Patres & autho-
res generis ac nominis Iudaici, erunt ſpurii. Vbi ergo 11

erit illa toties jactata nobilitas? Sola enim Rachel e-
rat uxor Iacobi legitima. Et ex ea ſuſcepti ſunt tan-
tùm duo, Ioſeph & Benjamin: & ex Ioſepho nati ſunt
Ephraim & Manaſſe. Nam Lea uxor quidem erat,
ſed ſuppoſititia: hoc eſt, concubina, aut pellex potius
quam uxor. Cæteri ergo omnes Patriarchæ erant
ſpurii. Adhæc Valentinianus ſuperior, pius Impera-
tor & Chriſtianus, habuit ſimul uxores duas: ut au-
thor eſt Socrates lib. 4. Nam cum Severa ejus uxor
vehementer apud illum commendaſſet formam &
ſpeciem Iuſtinæ puellæ, quam habebat in comitatu:
tucenſus Imperator, omnino eam voluit uxorem du-
cere, nec tamen Severam repudiavit. Nam ex illa ſu-
12 ſceperat Gratianum, qui poſtea imperavit. Nullus
tamen Patrum, qui illo tempore vixerunt, quamvis
eſſent liberrimi & præſtantiſſimi, eum hoc nomine
reprehendit. Imò ex iſto ſecundo matrimonio na-
tus eſt Valentinianus ſecundus, & Galla, quæ po-
ſtea nupſit Theodoſio Imperatori. Idem à quibuſ-
13 dam aſſeritur de Carolo Magno, quanquam alii ſcri-
bant, eum filiam Deſiderii Longobardorum Regis
repudiaſſe, non publicata cauſa, deinde Suevam no-
bili loco natam puellam, uxorem duxiſſe. Quicquid
14 eſt, tamen omnes fatentur, eum præter uxores ha-
buiſſe quatuor concubinas. Chryſoſtomus in illum
1. Cor. 3. 2. locum Pauli; Vnius uxoris vir, id ait Paulum addi-
diſſe propter eos, qui ex Iudaiſmo veniebant ad
Chriſtum. Illis enim licebat habere plures uxores:
ex illis tamen ait, Paulum caviſſe, ne deligeretur E-
piſcopus. Atque eam ſententiam ſequitur etiam
Hieronymus. Ferebantur ergo illis temporibus in-
15 ter Chriſtianos Polygami. Et hodie ſi Turca aut Iu-
dæus veniret ad Chriſtum cum duabus uxoribus,
quid de illis fieret? Alterutram eripere invitam invi-
16 to, crudele eſt. An ergo utramque permiſerimus?
17 Adhæc, cùm ſterilitas ſit maledictio Dei, ſi quis ex
priori conjuge non poſſit ſuſcipere liberos, mane-
bitne ita maledictus, an potius ducet alteram? Au-
guſtin. lib. 22. contra Fauſtum Manichæum, cùm age-
ret de hoc negotio, ita diſtribuit peccatum, ut diceret
aliud eſſe contra naturam, aliud contra morem, aliud
contra legem. Polygamiam ait non eſſe contra natu-
ram, facit enim ad fœcunditatem: nec contra morem,
erat enim jam publicè recepta: nec contra Legem,
18 nihil enim erat de ea cautum legibus. Quare conclu-
dit, Polygamiam licuiſſe. Solet etiam concedi jus ſe-
cundarum nuptiarum, ſi cujus uxor facta ſit leproſa.
Conceditur etiam illis uxoribus, quarum mariti per-
egrè profecti ſint aut fugerint, de quibus quid factum
ſit, ad aliquod certum ſpatium, nec literis, nec nun-
ciis quicquam ſciri aut audiri poſſit. In utroque ta-
men manet vinculum matrimonii. Nam ſi prior ma-
ritus peregrè redeat, cogitur uxorem ſuam accipere,
quamvis ea nupſerit alteri. Atque ita permittitur Po-
19 lygamia. Quanquam hoc ad rem non multum facit.
Nos enim hic de illis loquimur, qui ſimul utantur
20 duabus uxoribus. Præterea, ſi mulier quavis de cauſa
repudietur à marito, manet vinculum conjugii indiſ-
ſolutum. Non tamen redire poteſt ad maritum, à quo
coacta eſt divertere. Illi enim jam facta eſt profana:
nubere tamen poteſt alteri. Ita uxor habere poteſt
21 duos viros. Originem Polygamiæ referre ſolent ad
Gen. 4. 19. Lamechum. At, quicquid alii de eo ſentiant, Chry-
ſoſt. ait, eum fuiſſe virum bonum & pium. Videtur
etiam rationi conſentaneum, ut quivis, ſi velit, cede-
re poſſit de jure ſuo. Id cur non liceat in matrimonio,
ſi uxor velit marito permittere? Ita enim nemini fit
injuria. Ita enim Sara Agaram permiſit Abrahamo.
Nec ſolum factum illud mariti non indignè tulit, ſed
22 etiam illum ultrò provocavit. Cajetanus etiam in
Gen. Conſideret, inquit, pius lector, de Polygamia
nullam disertis verbis ſcriptam eſſe Legem.

Argumenta contra Polygamiam.
1
Gen. 2. 23.
6 Contra vero, ſi ſimpliciter de re ipſa dicendum
eſt, ego dicam Polygamiam non licere. Idque ut pro-
bem, primum argumentor ab inſtitutione matrimo-
nii. Nam ſi formam aut modum rei alicujus ſcire vo-
lumus, recurrendum eſt ad initia. Deus ab initio
creavit non tres, aut quatuor, ſed duos: & Adami i-
pſius ore pronunciavit legem conjugalem: Hoc
nunc os, ex oſſibus meis. Propter hoc relinquet ho-
mo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: & erunt
duo in carnem unam: hoc eſt, ita coaleſcent, ut ſint

A una caro. Si quid collapſum videamus in matrimo-
nio, id revocandum eſt ad hunc archetypum. Quod
ſi dicas, leges poſteriores, ut Iuriſperiti dicunt, præ-
judicare prioribus: Reſp. Si qua poſtea invecta aut
uſurpata ſunt, ea eſſe inventa humana, priorem au-
tem inſtitutionem eſſe legem Dei. Et ſi de tempo-
re quoque velis contendere, illa etiam tempore eſt
poſterior. Chriſtus enim eam quaſi poſtliminio re- Matt. 19. 4.
vocavit. Neſcitis inquit, quod qui à principio fecit Marc 10. 5.
illos, is dixit; Propter hoc relinquet homo patrem &
B matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in car-
nem unam? Quos ergo Deus conjunxit, homo non
ſeparet. His verbis prior lex Dei reperitur & inſtau-
ratur. Quòd ſi Chriſtus pati noluit, ut repudiata prio-
ri uxore duceretur altera, quanto minus credibile eſt 2
eum voluiſſe pati, ut aliquis plures haberet uxores
eodem tempore? Imò quod gravius eſt, ait, cum qui
ducit aliam, committere adulterium. Neque tanti Matt. 5. 32. & 19. 9.
eſt, quod quidam hic objiciunt, Marcum dicere, A- Marc 10. 11.
C dulterium committit adverſus eam: quaſi non ſim-
pliciter ſit adulter, ſed tantùm injuriam faciat priori
uxori. Imo bis peccat; primùm, quia eſt adulter: de-
inde, quia injurius eſt uxori ſuæ. Hieronymus plu- 3
ribus locis expendit illa verba; Erunt duo in carne u- Gen. 2. 23.
na, contra Iovinianum. In una, inquit, carne, ſcriptum
eſt: non in duabus, aut tribus. Et addit, Lamechum
improbum fuiſſe virum, qui unam coſtam diſtraxe-
rit in duas. Sed pœnas, inquit, dedit nequitiæ ſuæ
in cataclyſmo. Idem ait in Epiſtol. ad Salvinam.
D Quanquam hoc non poſſum diſſimulare, iſtas ratio-
nes inſtitutum Hieronymi non probare. Nam ad Gen. 2. 23.
Salvinam & Gerontiam invehitur in ſecundas nu- Repetitæ nuptiæ.
ptias. In quem errorem lapſus etiam fuerat Tertull.
cum defeciſſet ad Montaniſtas. Nobis tamen illæ ra-
tiones hoc loco rectè inſerviunt. Sed addit, Hiero-
nymus; Et adhærebit uxori: non inquit uxoribus.
Ego verò cum expendo mecum verba illa; In unam
carnem, video eſſe in illis magnam emphaſim. Eſt
autem caro una, vel colligatione, quemadmodum
E membra omnia inter ſe connectuntur; vel continua-
tione. Vtraque ratio efficit, ut omnes corporis par-
tes ſibi mutuò inſerviant. Ita manus operam ſuam
præſtat ori, os ventriculo, ventriculus toti corpori:
quemadmodum fuſius deſcribitur à Galeno de uſu
partium. Hujuſmodi caro eſt incommunicabilis,
ut tranſire non poſſit ab uno animali ad aliud animal.
Videmus ergo horum verborum vi, tolli & adulte-
rium, & Polygamiam. Sed objicies: Cur ergo in Objectio.
divortio propter adulterium, permittitur alterum
F conjugium? Reſpondeo: quia unitatis cauſa ſub-
lata eſt. Ea autem eſt adhæſio. Ideoque dicitur;
adhærebit uxori ſuæ; & erunt duo in carnem unam.
Is autem, qui ſcortatur non adhæret uxori ſuæ: non
eſt ergo una cùm illa caro. Idem ſentiendum eſt,
ſi conjux fidelis propter fidem abjiciatur à con- Fidelem partem repudiatam liberam eſſe.
juge infideli. Ibi enim etiam tollitur adhæſio, hoc
eſt, cauſa unitatis. Itaque Paulus ait; Non in ſer-
vitutem vocavit nos Dominus. Neque morari
debemus, quod in Geneſi non adſcribatur: Duo.
G Satis eſt, quòd Chriſtus vocem eam addiderit. Altera object.
Et ea omnino ſupplenda eſt in Geneſi. Nam cùm
ea dicerentur, erant tantùm duo, Adam & Eva.
Sed hic objicitur nobis gravis ſcrupulus. Nam ſi
ea ratio de unitate carnis valere debeat, erit etiam
firma in ſcortatione & adulterio: non ut liceat ſcor-
tatorem divelli ab ea, qua cum ſcortatus fuerit. Pau-
lus enim cùm contra ſcortationem diſputaret: Tol-
lam, inquit, membrum Chriſti, & faciam illud mem-
brum meretricis? Scriptum enim eſt, inquit: Erunt
H duo in carne una. Iam ea ratio vel firma eſt, vel non
eſt firma: Si enim firma valebit etiam in ſcortatio-
ne: ſi non eſt, nec in conjugio quidem erit firma.
Quidam reſpondent, Paulum dicere, ſcortatorum 1. Cor. 6. 15.
eſſe quidem eandem carnem, verum non in perpe- An ſcortator fiat unum cum ſcorto. Claſ. 2. cap. 11. ſect. 4.
tuum, ſed tantùm ad tempus. Atqui id nihil eſt. Pau-
lus enim citat locum illum ex Geneſi, nec de carne
una aut altera loquitur, ſed ſimpliciter. Videtur ita
poſſe melius reſponderi: Quod ad rei ipſius naturam
attinet, eandem omnino eſſe firmam. Sed quoniam
I ſcortatores non conveniunt ex inſtituto Domini con-
junctionem eam non eſſe firmam, ſed poſſe diſſolvi.
Fiunt quidem eadem & una caro de facto, ut ſolent

Digitized by Google

loqui : ſed furtim nec legitimè. In conjugio verò u- A
trumque bonum eſt, & conjunctio, & præſcriptum
Domini. Paulus id arripuit, quòd videbat ad rem fa-
cere. Hoc enim commune habet ſcortatio cum ma-
trimonio. Id ex eo apparet, quòd ex hujuſmodi con-
greſſu meretricio naſcitur affinitas: ut non liceat po-
ſtea cum parentibus, aut filiis, aut fratribus ejus ma-
trimonium contrahere, qua cum antea conſueveris.
2.Sam.20.3. Id conſtat ex Scripturis. Nam cùm Abſolom habuiſ-
ſet rem cum uxoribus patris ſui, David poſtea reſtitu- B
tus, noluit eas ad ſe recipere : quod videret eo con-
greſſu affinitatem jam aliquam contractam eſſe. Ius
tamen ea re nullum acquiritur, ut ſcortator cogere
poſſit ſcortum, ut apud ſe maneat.
1.Cor.7.2. 7 Paulus ad Corinthios pulcherrimè de hac re
4 ſcribit. Primùm enim propter ſcortationem ἕκαστος
τὴν ἑαυτοῦ ἐχέτω. Et mulier quæque τὸν ἴδιον ἄνδρα. ἴδιον
autem opponitur τῷ κοινῷ. At ſi vir habeat plures u-
xores, eam neceſſe eſt habere maritum cum aliis com-
munem, non proprium. Dialectici autem optimè id C
definierunt eſſe proprium, quod uni, ſemper, & ſoli
1.Cor.7.5. conveniat. Addit: Nolite fraudare vos invicem. At
5 in Polygamia neceſſe eſt alicui fraudem fieri. Non
Gen.30.15. enim poteſt maritus ſimul verſari cum omnibus. I-
taque Iacobus coactus eſt ita rem decidere, ut per vi-
ces, modò cum Rachele eſſet, modò cum Lea. Hinc
enim oriuntur perpetuæ, inter uxores, contentiones
& rixæ. Nullum enim videmus eſſe animal tam igna-
vum, quin & in cibis, & in propagatione velit liberè
agere : & pugnare malit, quàm ab iſtis rebus prohi- D
beri. In Polygamia autem etſi mulieres ad caſtra non
veniant, tamen interdum rixis & jurgiis, ſæpe etiam
6 pugnis & unguibus dimicant. Qui ducit uxorem,
corpus ſuum illi tradit. Quomodo ergo poteſt illud
poſtea tradere alteri? Magna eſt injuſtitia, nolle ſtare
pactis. Sed dices; Tradit quidem corpus ſuum, ſed
7 non in univerſum. Audio. Sed cur ergo vult uxo-
rem ſuam ſibi tradere ſuum corpus univerſum? O-
portet in contractibus parem eſſe utrinque ratio-
nem. Adhæc caput matrimonii eſt amicitia. Ami- E
1.Cor.7.4. citia autem maximè nititur juſtitia. Ea ſi claudicet,
neceſſe eſt claudum eſſe matrimoniū. Addit Paulus,
virum non habere poteſtatem ſui corporis, ſed uxo-
rem : nec uxorem ſui, ſed maritum. Vir ergo non
poteſt ſecundam uxorem ducere ſine injuria prioris.
1.Cor.7.28. Aſſerit etiam magnas eſſe moleſtias in matrimo-
nio. Tribulationem enim carnis habebunt hujuſ-
modi. Non eſt autem prudentis viri, augere ſibi
moleſtias, ubi nihil ſit opus. Nam vix pauci ſunt,
qui poſſint vel unam hujuſmodi crucem rectè ſuſti- F
nere.
8
Eph.5.25. 8 Alia ratio ducitur à ſignificatione, aut ſacra-
mento. Paulus ait ad Epheſ. Viri, diligite uxores ve-
ſtras, quemadmodum Chriſtus dilexit Eccleſiam, &c.
Et erunt duo in carnem unam. Magnum inquit, hoc
ſacramentum, aut myſterium eſt, in Chriſto dico &
Eccleſia. At Chriſtus habet unam tantùm Eccle-
ſiam. Quare ſi noſtræ actiones debent reſpondere
archetypo, non licebit nobis ducere plures uxores.
Hanc rationem Hieronymus ſequutus eſt contra Io- G
vinianum. Quo in loco vehementer invehitur in La-
mech, quem ait unam coſtam diviſiſſe in duas. At-
que ita ait: Hæreticos ſcindere Eccleſiam in conven-
ticula. Hoc me non multùm movet. Iſta enim ratio
1.Reg.11. conſtare poſſet cum Polygamia. Nam Salomon ha-
buit ſeptingentas reginas & trecentes concubinas.
Cant.6.7.& 8. Et in Canticis legitur habuiſſe 60. reginas, & 80. con-
cubinas. Vna tamen ex illis erat columba, una per-
fecta. Id Auguſtinus ita interpretatur de bono con-
jugali, cap.18. Chriſtum ex omnibus Eccleſiis parti- H
cularibus per totum orbem terrarum, collegiſſe ſibi
unam Eccleſiam. Mitto, quod alii interpretantur
Rachelem Eccleſiam, & Leam ſynagogam. Re enim
vera una tantum erat columba, hoc eſt, una perfecta
Eccleſia. Scholaſtici aiunt, tria maximè ſpectari in
conjugio, fœcunditatem, cohabitationem, ut vir &
mulier ſeſe mutuò juvent, & ſacramentum, ut illi
9 vocant, hoc eſt, ſignificationem. Primùm, illud bo-
num fœcunditatem, Polygamia nihil impedit, imò
auget potius. Vt autem cohabitent, & vir uxores I
ſuas omnes ex æquo juvet in Polygamia, vix poteſt
10 fieri. In matrimonio ſummam oportet eſſe charita-

tem. Et ratio ipſa, ut Ariſtoteles in 8. Ethicor. docet,
ſummam amicitiam non poſſe conſtare inter plures.
Quò enim in plures amicitia ſpargitur, eò neceſſe
eſt eam remiſſiorem eſſe in ſingulos. Summam etiam
oportet in conjugio eſſe unitatem. Sunt enim duo 11
in carnem unam. Et Paulus ait; Os ex oſſibus ejus, Eph.5.30.
& caro de carne ejus. At nemo unus poteſt idem
eſſe erga plures. Adhæc in Polygamia ſæpe præ una
cæteræ omnes contemnuntur, & ancillarum haben-
tur loco. Illa autem una dominatur, & imperat re-
liquis. Nec ibi conſiſtit malitia. Sæpe enim in illius
unius gratiam cæteræ miſere affliguntur. Id apparet
ex capit. 2. Malachiæ. Ibi enim uxores jam vetulæ, Mal.2.14.
cùm inductis aliis, à maritis ſuis faſtidirentur, & affi-
cerentur injuriis, venerunt in atrium, & conqueſtæ
ſunt coram Domino. Quare mariti illi bis pecca-
bant, & quòd alias ducerent, & quòd priores afflige-
rent. Videtur etiam Polygamia facere contra bonos 12
mores. Odia enim non tantùm naſcuntur inter u-
xores, ſed etiam aluntur & propagantur inter libe- Gen.16.24.
ros. Nam Agar cum ſe videret eſſe gravidam, contem-
pſit dominam ſuam, deinde fugit, poſtea cùm rediſ-
ſet, & convenire non poſſet cum Sara, Abraham co- Ibid.21.14.
actus eſt illam ejicere. De Iacobo nota eſt hiſtoria. Gen.31.33.
De Helcana & ejus uxoribus, diximus in 1. lib. Sam.
Epiphanius contra Meſſalianos ait; Veteres cùm ha- Epiphanius.
berent plures uxores, nunquam illas aluiſſe ſimul in
una domo. Vnde id habuerit, neſcio. Inde tamen
ſuſpicor, quod Laban, cùm perſequeretur Iacobum,
& quæreret idola ſua, ſcribitur primum ingreſſus in
tabernaculum Rachelis, deinde Leæ. Vnde apparet,
illas ſeorſim disjunctas habitaſſe. Salomon etſi ma- Prov.5.19.
lè ſibi conſuluit, tamen inſtinctu Spiritus S. rectè 13
monuit alios. Nam in Proverb. Oblecta, inquit, te
cum uxore pubertatis tuæ. Sit illa cerva tua, ſit hin-
nulus. Illius uberibus ſemper te inebria. Id autem 14
non poteſt, qui plures uxores habet. Nec tantùm
Salomon hoc vidit, ſed etiam Laban. Ille enim
quamvis Iacobo duas ſorores obtruſiſſet, tamen cùm
eum fugientem apprehendiſſet in Gilead, & fœdus
cum eo percuſſiſſet, hoc adjecit : Ne affligas filias
meas, néve alias uxores ſuperinducas. Vidit enim id Gen.31.50.
non poſſe fieri, niſi ut illæ graviter affligerentur. La- Gen.4.19.
mech habuit duas, Ada & Sela : Sela autem Latinè
redditur, umbra ejus, quòd ea umbra potius videre-
tur uxoris, quàm vera uxor.
9 Imò etiam Comœdia docet, Polygamiam ma- 15
gnam eſſe corruptelam matrimonii. In Phorm. enim
ſenex Chremes, cùm uxorem haberet Athenis divi-
tem, & aliam ducere vellet in Lemno, cogebatur mu-
tare nomen, & ſe Sulphonem appellare. Niſi enim
ita feciſſet, fortaſſe ſecunda illa Lemnienſis illi non
nupſiſſet. Imò Chremes à paraſito Phormione ac-
cuſatur de Polygamia, quaſi de gravi crimine. Roma-
næ leges Polygamiam nunquam ferre potuerunt.
Nam in Codice de inceſtis & inutilibus nuptiis, Dio- 16
cletianus & Maximianus decernunt, ne quis habeat
plures uxores; & ſi quis contra faciat, ut puniatur. Et
addunt, id receptum fuiſſe antea in edictis Prætoriis.
In ff. de iis, qui notantur infamia, l.1. §. fin. Infames
judicantur, qui habent ſimul duas uxores, aut duo
ſponſalia. Idem habetur in C. ad legem Iuliam de a-
dulteriis, leg. Eum qui. Quódque magis etiam miran-
dum eſt, in Codice de Iudæis, l. Nemo, Theodoſius,
Arcadius & Honorius decreverunt, ne Iudæis qui vi- Iudæis prohibita polygamia.
verent ſub Romano imperio, liceret plures uxores du-
cere. Ita pii Imperatores, quamvis alia multa in illa 17
natione ferrent, hoc tamen ferre noluerunt. Con. E-
liberino, quod etiam citatur 31. qu. cap. de iis decerni- Quo ſenſu ſecundæ nuptiæ damnentur.
tur, ne clerici hujuſmodi nuptiis benedicant. Malè
iſte locus & perversè torqueri ſolet ad ſecundas nu-
ptias. Nam Concilium non obſcurè loquitur de Po-
lygamia, quod etiam gloſſator vidit. Ratio autem ad-
fertur : quia ſacerdotem oportet illis potius ſuadere Concluſio horum rationum.
pœnitentiam, quàm bene ominari. Idem habetur
Extra, de ſecundis nuptiis, leg.1. His ego rationibus
moveor, ut putem ſimpliciter non licere Polyga-
miam. Multò autem illos minus probo, qui putant,
nuptias oportere communes eſſe: quales erant Gno-
ſtici, Valentiniani, Secundiani, quod etiam à quibuſ-
dam traditur de Platone.
10 Iam accedo ad ſecundum articulum. Quid ergo,

Digitized by Google

Vide in Gen. c. 29. v. 17.

Quid ſentiendum ſit de Patrum Polygamia.

inquies, ſentiendum eſt de Patribus? Hoc ſcilicet, illos duabus rationibus defendi poſſe. Primùm enim dico, Deum pro conditione illorum temporum remiſiſſe illis Legem, quam tulerat ab initio. Deinde quidam addunt ſignificationem. Quod ad primum attinet, potuiſſet Deus homines ex limo excitare. Sed cum decreviſſet, ut humanum genus procreatione propagaretur, neceſſaria erat Polygamia. Atque hanc rationem ſequitur Magiſter Sent. Nam propagatio carnis erat propagatio pietatis. Deus enim voluit populum, in quo vera religio eſſet conſtituta, durare uſque ad Chriſtum. Licuit ergo illis uti pluribus uxoribus, ut populus ille eſſet numeroſior.

Lex à Deo fuit remiſſa propagationis cauſa.

An peccarint ita faciendo.

Neque illi, cum ita facerent, videri poſſunt peccaſſe. Sed hic diſtinguendum eſt peccatum. Nam ſi peccare ſit à perfectiſſima ratione aberrare, certè peccarunt. At ſi peccatum id eſſe ſtatuamus quo Deus offenditur & ad vindictam provocatur, non peccarunt. Deus enim remiſerat Legem ſuam, ut populus frequentior eſſet à quo coleretur. Etſi enim in aliis nationibus aliqui fortè erant viri boni, publicus tamen cultus Dei nuſquam erat alibi, niſi in Iudæa. Deinde nihil ab illis novi importari videbatur. Totus enim Oriens utebatur Polygamia. Deus ergo curavit ut quo alii utebantur vitioſè, Iudæi ſine peccato uterentur.

Cur Deus toleravit hanc imperfectionem in Eccleſia ſua.

Sed objicies. Cùm fateamur eſſe in hac re aliquam imperfectionem, cur tulit eam Deus in Eccleſia ſua, quam oportuit eſſe perfectiſſimam? Reſpondeo, perfectam quidem fuiſſe illam Eccleſiam, ſed prout illa tempora ferebant. Habebant enim adhuc lanienam pecudum & pingues victimas. Nam qui Patres ita defendunt, ſolent dicere, ætatem totius mundi ita conſiderandam eſſe, ut ætatem unius hominis, in quo ſit pueritia, juventus, virilis ætas, & ſenectus. Multa autem licent pueris, quæ in grandiore ætate non licerent. Auguſt. notat, uti manicatis aut talaribus veſtibus, apud veteres fuiſſe argumentum mollitiei. At nunc, inquit, notaretur, ſi quis uteretur brevi veſte, & ſine manicis.

Patres quomodo perfecti fuerint.

Sed dices, Patres illos fuiſſe perfectiſſimos, ut Abrahamum, ut Iacobum, ut Davidem, & alios. Fateor: Sed aliud eſt conſiderare hominem in ſeipſo, aliud pro ratione temporum. Patres illi in ſe perfecti erant: pro tempore tamen habebant nonnihil imperfectionis. Nam aiunt illa tempora tenebras fuiſſe, ſi conferantur cum noſtra luce. Iudæi quidem illo tempore collati ad Gentes, erant quodammodo lux orbis terrarum. Nihil autem erant ad noſtrum ſtatum, poſtquam datus eſt Spiritus ſanctus, & propagatum eſt Evangelium. Multa autem in tenebris rectè fiunt, quæ non ferentur in luce.

Unde conſtat Deum legem remiſiſſe.

11 Adhuc tamen quæres, ex quibus Scripturis conſtare poſſit, Deum ita remiſiſſe Legem ſuam. Reſpondeo: ſatis id poſſe conſtare ex exemplis Abrahami, Iacobi, Davidis, Helcanæ, & aliorum piorum Patrum. At illi, inquies, errare potuerunt, nec illorum factum ſatis eſt ad confirmandam conſcientiam aliorum. Imo id nobis ſatis videri debet, quod eos non videmus uſpiam ea cauſa à Prophetis reprehendi. Huc adde, quòd Deus, cùm ferret legem, ſi quid antea à Patribus peccatum eſſet, emendavit.

Levit. 18. 18.

Antea enim Iacobo licuit habere in matrimonio duas ſorores. Id autem Deus in Lege vetuit, & diſtinxit gradus, non tamen revocavit Polygamiam: quamvis locus videatur id maximè poſtulaſſe.

2. Sam. 12. 8.

Idque magis etiam probat, quod Deus ait, ſe Saulis uxores Davidi dediſſe in ſinum. Non ergo peccarunt Patres in ea re, ſiquidem id fecerunt citra libidinem: quod dubitandum non eſt, multos fuiſſe. Servabant autem fidem thori ſatis religioſe: ad nullas enim accedebant, niſi ad ſuas. Atque hoc pacto conſulebatur ſoboli.

Cur non Adamo remiſſa fuerit hæc lex.

Adhuc tamen objicies: Si lex Dei prolis ſuſcipiendæ cauſa remiſſa fuerit, eam maximè remittendam fuiſſe Adamo. Auguſt. de Nuptiis & Concup. lib. 1. c. 9. reſpondet, Deum in Adamo proponere voluiſſe formam perfecti matrimonii. Deinde addit, nullam illo tempore fuiſſe idololatriam. Poſtea tamen cùm idololatræ creviſſent, neceſſe fuit, ut creſcerent et am pij: & ea cauſa Deum remiſiſſe Legem ſuam.

An ſit perverſio naturæ.

Imo inquies, eſt perverſio naturæ: Itaque non eſt adſcribenda Deo. Philippus Melanchthon, quem ego honoris cauſa nomino, in Epitome Ethicorum, diſtinguit honeſtum naturale. Aliud enim ait, æternum eſ-

A ſe, ut Deum colendum eſſe: idem faciendum eſſe aliis, quod velis tibi fieri. Nam hæc æterna ſunt, nec ſine magna perturbatione mutari poſſunt. Aliud quod paulum inflectitur à perfecto: non ita tamen ut magna aliqua perverſitas aut confuſio conſequatur. Atque hoc loco numerat Polygamiam, quam ait Deum inter Iſraelitas probaſſe. Ita licebat ducere uxorem fratris: quod pro illo tempore Deus non tantùm probavit, ſed etiam juſſit.

Ducere uxorem fratris licuit.

Quidam ex patribus B addunt, Deum remiſiſſe Legem ſuam, non tantum propagationis cauſa, ſed etiam ut id aliquo modo adumbraret, quod erat poſtea futurum.

Lex remiſſa fuit propter myſterium.

Patrum judicia de Polygamia veterum.

Ambroſius de Abrahamo Patriarcha, lib. 1. cap. 4. quod ille filium ſuſcepit primum ex Agara, deinde ex Sara, ait in ea re latuiſſe magnum myſterium. Quod idem Hieronymus etiam ait ad Gerontiam: Saram enim repræſentaſſe Eccleſiam, Agaram autem Synagogam. Idem ſentiunt de Rachele & Lea, idem de Anna & Peninna. Eandem ſententiam Iuſtinus martyr ſequitur in C colloquio cum Tryphone: videlicet, non licuiſſe Patribus habere ſimul plures uxores, niſi ad delineandum myſterium. Quid autem Patres ipſi ſenſerint de Polygamia veterum, facilè liquere poteſt ex ipſorum teſtimoniis. Clemens Alexand. στρωματ. lib. 4. ait, Deum primis illis temporibus exegiſſe Polygamiam: Chryſoſtomus ait, Deum illis Polygamiam conceſſiſſe. Hieronymus ad Gerontiam ait, id factum fuiſſe pro varietate temporum. Auguſtinus de Doctr. Chriſtiana lib. 3. cap. 12. ait, Factum illud Patrum, non D eſſe ſpectandum ex actione ipſa externa, ſed ex modo appetendi. Ideoque ait, eos, ſi ſobolis tantùm cauſa hoc fecerint, non peccaſſe: at ſi qui fuerint, qui libidinem in ea re quæſierint, eos non poſſe excuſari. Agebat quidem eo loco Auguſtinus de cibis: ſed hoc addidit ad extremum de Polygamia, cámque ait ſufficiendæ prolis cauſa fuiſſe inculpabilem. Idem contra Fauſtum Manichæum: Quoniam cum, inquit, mos erat, peccatum non erat. Et in eod. lib. de Doctr. Chriſtiana, c. 18. Potuerunt, inquit, & plures caſtè ha- E bere, & unam cum libidine. Et addit; Eos qui plures habuerunt propter aliud, hoc eſt, propagationis cauſa, præferendos eſſe illis, qui unam tantùm habuerunt propter ipſam. Ambroſius de Abrahamo Patriarcha ait, eum nihil feciſſe propter libidinem, ideoque poſſe excuſari. Idem poſtremò aſſerit Magiſter Sententiarum lib. 4. diſtinct. 33.

Defenſio veterum.

12 Sic ergo defendi poſſunt facta Patrum; primùm, quòd antiquiſſimi illi ſpiritu Dei quo erant præditi, intellexerint Deum remiſiſſe Legem ſuam: F deinde, quòd poſteriores ſequuti ſint exempla ſuperiorum: maximè cum viderent illud factum nec reprehenſum uſpiam fuiſſe à Deo, nec poſtea lege ulla. Alii ſunt, qui illud putent fuiſſe peccatum, etſi non ita grave, & illis remiſſum fuiſſe propter fidem. Putant autem illud peccatum elevari potuiſſe in eis propter probabilem ignorantiam. Nam ignorantia probabilis, poteſt excuſare peccatum ex aliqua parte: qui novit enim voluntatem domini ſui, & eam non facit, vapulabit plagis multis.

Luc. 12. 47.

Fortaſſe in illis te- G nebris, aut non cogitabant de Lege, aut eam non intelligebant. Deinde videbant, Polygamiam uſu jam receptam eſſe per totum Orientem. Itaque putabant nihil in ea aliud eſſe, quàm inſtitutum politicum. Deus autem diſſimulavit, quicquid erat in eo peccati, & propter propagationem, quòd vellet ex illo genere populum numeroſum ſuſcitare, & propter populi ipſius ruditatem: non enim adhuc erant aliter inſtituti: & poſtremò propter typum & myſterium. Hæc alia ratio eſt hominum recentiorum, qua Pa- H trum Polygamia defendi poſſit. Utraque mihi videtur eſſe probabilis: & ita probabilis, ut videam eſſe doctos & pios viros, qui modò iſtam ſequantur, modò alteram.

Melanchthonis ſententia de hac re.

Nam Philippus Melancht. (cujus ego multiplici doctrinæ & pietati omnino tribuo) etſi in Ethicis ſuis (quem ego locum ſupra citavi) dicat, Deum in Iſraelitis probaſſe Polygamiam, tamen in libro de Conjugio apertiſſimè ſcribit, matrimonium eſſe oportere conjunctionem unius ad unam. In Patribus autem ait, Deum eam imperfectionem toleraſſe: I illos enim etſi alioqui perfecti eſſent, tamen non caruiſſe ſuis nævis. Sed idem de arbore conſanguinitatis apertius ait, peccatum illud fuiſſe ignorantiæ: ſed

Digitized by Google

addit, Probabilis, quòd ea de re Lex adhuc non extaret. Quod autem dicat Legem adhuc non extitiſſe, ego non video: nam Lex data Adamo multò ante præceſſerat, niſi fortè intelligat Legem patefactam per Chriſtum: aut Moſen, qui Legem eam commiſit literis, nondum fuiſſe natum. Nam antea per traditionem tantùm ſervabatur. An fortaſſe hoc ſenſit, morem eum fuiſſe politicum, in hujuſmodi autem inſtitutis civilibus, ſemper fere ſolet aliquid vitii? Id tamen ait, Deum condonaſſe illorum fidei, quòd non eſſet factum contra expreſſam Legem. Quod autem vir doctiſſimus deflexerit ad alteram iſtam rationem, non erat inconſtantiæ: ſed quòd videret utramque eſſe probabilem. Niſi ille fortè ſemper fuerit in hac ſententia: & in Ethicis, quod ait Deum probaſſe, intellexerit eum condonaſſe. Tibi, lector, optio erit, utram rationem malis ſequi. Vtraque probabilis: neutra impia.

Martyris ſententia.

Mihi quidem prior magis placet. Video enim, Deum omnino voluiſſe augeri populum ſuum. Deinde, etſi non dubito Patres illos non caruiſſe peccatis: tamen, ubi commodè defendi poſſint, nolim eos nimiùm aggravare.

Ambroſii & Hieronymi ſententiæ.

Ambroſius tamen de hac re quiddam ſcribit, quod non video quomodo probari poſſit. Excuſat enim Abrahamum, primùm propter prolem: deinde propter typum: poſtremò, quod profectus è Chaldæa retineret aliquid Gentile. Hæc poſtrema ratio non eſt ita magni momenti: Abraham enim diu jam abſtinuerat, neque ſua ſponte adjunxit ſibi Agaram, ſed ab uxore Sara provocatus. Idem tamen Hieronymus ait ad Gerontiam de Iacobo. Objicitur, inquit, Iacobum habuiſſe duas uxores. Habuit quidem, inquit: ſed in Meſopotamia, & ſub Labano. Sed quid reſpondebit de Abrahamo? Nam ille certè non erat in Meſopotamia. Quid de Davide? Nam ille uxores ſuas habuit in media Iudæa.

Hanc veterum libertatem ad nos transferri non poſſe.

13 Quod autem ad tertiam partem inſtitutæ orationis attinet, utrum ea libertas ad nos quoq; transferri poſſit: Reſpondeo, planè non licere. Ita enim Chriſtus declaravit Legem illam Dei, eámque ad primam inſtitutionem revocavit. Itaque qui eam jam transgreditur, facit contra apertum verbum Dei. Deinde ſublata cauſa, neceſſe eſt tolli effectum. Cauſa autem erat propagatio. Ea nunc nihil opus eſt. Deus enim habet jam cultores per univerſum orbem terrarum. Antea verò oportuit cultum Dei retineri in uno populo uſque ad adventum Chriſti. Commodiſſimè autem factum eſt, ut Lex ea per Chriſtum explicaretur. Cùm enim Adam primus fuiſſet monogamus, par erat ut Chriſtus ſecundus Adam, cujus ille primus typus fuerat, inter ſuos monogamiam inſtitueret.

Chriſtus non fuit legiſlator, igitur non debuit tollere polygamiam.

Sed Chriſtus, inquies, non venit ut leges ferret, ſed ut Evangelium prædicaret, & redimeret humanum genus. Itaque matrimonium oportuit eum relinquere loco ſuo, ut ſolem, aſtra, & alias res externas. Reſpondeo, Chriſtum non tuliſſe novam legem, ſed tantùm revocaſſe veterem. Tantùm enim indicavit voluntatem Patris, nihil autem inſtituit novi. Deinde ſuſtulit ſacrificia, ut jam impius ſit, ſi quis velit mactare pecudes: infregit etiam vim judicialium, ut nemo ſanus velit ea magiſtratibus invitis obtrudere. Neque Chriſtus per ſe tantùm hoc fecit, ſed etiam per Apoſtolum ſuum Paulum.

1. Cor. 7. 2.
Veteres videbantur fuiſſe adulteri.

Revocavit etiam illud de repudio in integrum, ut ſi quis divertat ab uxore ſua & ducat alteram, committat adulterium. Sed objicies: Ita veteres videbuntur fuiſſe adulteri. Reſpondeo, Deum, ut ſupra dixi, remiſiſſe Legem ſuam, itaque illos non peccaſſe. Re autem tunc expoſita & declarata, quicunque ſecus fecerit, graviter peccat. Revocatio autem ſemper ſpectat poſterum tempus, non præteritum. Ea enim eſt conditio omnium Legum: alioqui, quod attinet ad naturam facti, illud certè pertinebat ad adulterium. Nam decem præcepta ita habent ſe ad virtutes & vitia, ut decem prædicamenta ad omne genus rerum. Vt enim res nulla eſt, quæ reduci non poſſit ad aliquod prædicamentum: ita nulla eſt virtus, nec ullum vitium, quod non poſſit revocari ad aliquod præceptum. Ita ſi ſtatuimus cum ſecunda illa opinione, quam expoſuimus, aliquod in Polygamia fuiſſe vitium, neceſſe eſt illud fuiſſe adulterium. Et quamvis id non fuerit perfecta ratione peccatum, ut in priore ſententia diximus, tamen erat aliqua defectio à perfecto. Panormitanus in titulo de Divortiis, cap. Gaudemus, ait, veteres; cùm darent libellum repudii, & ducerent aliam, ſatis excuſatos fuiſſe ab adulterio: quod adulterium non poſſit committi, niſi dolo malo. Idque declarat ex duabus legibus, altera Eccleſiaſtica, altera Civili. Eccleſiaſtica eſt ex Concilio Triburienſi, ut habetur 34. q. 2. cap. In lectum. Vir uxorem habuit & illa ſororem in iiſdem ædibus. Cùm uxor abeſſet, illa ſoror ingreſſa eſt in ejus lectum. Venit poſtea maritus, & ratus eſſe uxorem ſuam, cum ea rem habuit. Concilium virum abſolvit, modo ne id dolo malo fecerit. Ille tamen coactus eſt jurare, ſe illud ſcelus inſcium & imprudentem admiſiſſe. Scelus autem appellatur, non quod revera ſcelus eſſet, ſed quòd materia pertineret ad ſcelus. Ita Patres excuſantur, quod ſecundam uxorem non duxerint dolo malo. Videbant enim id eſſe in more, & fieri ab omnibus. Altera autem lex Civilis eſt in ff. ad legem Iuliam de Adult. l. penult. Quidam repudiavit uxorem, ſed non dedit illi juſtum libellum repudii. Alter repudiatam ducit, accuſatur adulterii. Excuſatur autem, quod neſciret aliquid ad juſtum repudium defuiſſe. Hæc dico, ne Chriſtus videatur cuiquam accuſaſſe Patres adulterii.

An hodie poſſit lex remitti cùm pauci ſint Evangelici.

Sed ſi Deus propagationis cauſa remiſit legem ſuam veteribus Patribus, cur inquies, non licet eam hodie remitti Evangelicis? Pauci enim ſunt, ſi cum Papiſtis & Atheis conferantur. Sed non eſt ſimilis ratio: Nam religionem Dei uſq; ad Chriſtum oportuit retineri tantùm in una gente. Nunc ſucceſſio pietatis non quæritur ex una ſtirpe aut linea, ſed propagatur in totum orbem terrarum.

Patrum ſententiæ.

14 Huic ſententiæ meæ ſubſcribunt omnes Patres. Nam Chryſoſtomus homil. 56. in Matthæum: Non judicandum eſt, inquit, de Patribus pro noſtra ratione: tum enim licebat, modò non licet. Et addit, Chriſtum veniſſe, ut traduceret nos ad ſtatum angelorum. Nunc enim conceditur una, donec veniamus eò, ubi nec nuptiæ ſint, nec ducturi uxores. Idem in Oratione de Libello repudii ait, Chriſtum idcirco veniſſe ut nos traduceret ad altiorem Philoſophiam. Veram religionem appellat Philoſophiam, ut Græcorum tolleret ſupercilium, qui ſuæ Philoſophiæ tantùm tribuebant. Hieronymus multa paſſim de hac re ſcribit ad Gerontiam, ad Euſtochium, & contra Iovinianum. Inter cætera autem ſcribit, Chriſtum fuiſſe α & ω. Cùmque res jam veniſſet ad ω, hoc eſt, ad extremum, eam à Chriſto revocatam fuiſſe ad α, hoc eſt, ad initia. Deo enim placuiſſe, ut Paulus ait ad Epheſios, omnia ἀνακεφαλαιώσασθαι, & inſtaurare in Chriſto: ut quæ imperfecta adhuc eſſent, ad perfectionem reducerentur.

Apoc. 1. 8.
Eph. 1. 10.

Ad Euſtochium ait, Orbem antea fuiſſe vacuum. Cùm autem jam eſſet matura meſſis, Deum immiſiſſe falcem, hoc eſt, hujuſmodi libertatem reſecaſſe. Valentiniani & Martionitæ ex hoc facto veterum Patrum accuſabant Deum veteris Teſtamenti, Chriſtum autem filium boni Dei, dicebant promiſſionem iſtam mali Dei revocaſſe. Hieronymus reſpondet: Nos non dividimus Legem & Evangelium: neque Chriſtum opponimus Patri ſuo: ſed unum colimus Deum, qui pro tempore illud voluit: nunc autem contra iſtud ſtatuit: tum enim fuiſſe tempus ſpargendi lapides, nunc eſſe colligendi: tum fuiſſe tempus amplexandi; nunc eſſe tempus abſtinendi ab amplexibus. In ſumma ait, Patres inſerviſſe temporibus ſuis. Et illud, Creſcite, & multiplicamini, hoc tempore non æquè vigere. Nam olim virginitatem fuiſſe probro, nunc Paulum ſcribere, Tempus in contracto eſt: quare, qui habent uxores, ſint tanquam non habentes. Et addit, Chriſtum probare illos, qui caſtraverunt ſeipſos propter regnum cœlorum.

Mat. 19. 12.
Gen. 1. 28.
1. Cor. 7. 29.

Auguſtinus quoque de Doctr. Chriſt. lib. 3. c. 13. ait, illos veteres ita caſtos fuiſſe, ut ſi in noſtra tempora incidiſſent, ſeſe caſtraturi fuiſſent propter regnũ cœlorum. Iſta apud Patres aliquo cum judicio legenda ſunt, etenim virginitatem & cœlibatum omnibus modis efferre voluerunt. Laudat quidem Paulus virginitatem: ſed ita, ſi quis videat eo modo propagari poſſe regnum Dei: aut, ſi ſecus faciat, poſſe impediri. Laudat inquam, non ut rem quæ ſua vi & ex ſe placeat Deum, ſed ut ſtatum in quo commodius & expeditius poſſimus Evangelium propagare.

Auguſt.

Auguſtin. ait, nunc non poſſe haberi plures uxores,
niſi cum libidine: quòd id futurum ſit contra leges &
mores, qui violari non poſſint citra libidinem. Idem
contra Fauſtum: Quia tum mos erat, inquit, pecca-
tum non erat: nunc autem, quia mos non eſt, pecca-
tum eſt. Clemens in Stromatis, quem locum ſupra ci-
tavi, cùm dixiſſet, Deum in lege exegiſſe Polyga-
miam: adjecit poſtea eam nunc non licere. Et Iuſti-
nus contra Tryphonem ait; Nunc quemque lætari
ſub vite ſua: hoc eſt, quenque habere uxorem ſuam,
eámque unam. Et reprehendit Rabbinos, qui adhuc
ſibi permitterent plures. Ex Origene nihil poſſumus
habere certi. Ita ludit in ſuis allegoriis, & plures u-
xores facit plures virtutes; & eum eſſe feliciſſimum,
qui habeat plurimas. Ex his omnibus apparet, nobis
hodie Polygamiam prohiberi. Atque his omnibus

Leges Romanæ.

hoc etiam addo: Romanas leges nunquam permiſiſ-
ſe Polygamiam: & boni civis eſſe bonis legibus ob-
temperare. Imò Plutarchus ait, graviſſimam inſecu-
tam fuiſſe per turbationem Reipubl. & orbis terra-
rum, cùm ea lex infringeretur. Poſtquam enim An-
tonius, qui Octaviam jam Cæſaris Octavii ſororem
habebat matrimonio, duxiſſet etiam Cleopatram, tu-
lit id indignè populus, & Auguſtus indigniſſimè. Ita-
que magnis ſtudiis & viribus utrinque cõcurſum eſt.

Reſponſio ad argumenta contraria. Ad 1.

15 Nunc diſſolvenda mihi ſunt argumenta ea,
quæ à principio adduximus pro Polygamia. Abra-
ham, inquiunt, & alii Patres erant ſancti, & habebant
plures uxores. Hîc uno verbo reſpondere poſſem:
Legibus vivendum eſſe, non exemplis. Sed addo in-
ſuper, Deum id aut voluiſſe, aut toleraſſe. Eſt ergo
1 paralogiſmus à ſecundùm quid ad ſimpliciter: Deus
remiſit illis, An ergo etiam nobis? Aut, In illis erat
bonum: Ergo eſt ne per ſe bonum? At Prophetæ il-
2 lud factum non reprehenderunt. Quid mirum? Vide-
bant enim id aut concedi à Deo, aut certè permitti.
Eſt autem hîc paralogiſmus à non cauſa ut cauſa.
Propagationis enim aut typi cauſa permiſſum eſt il-
lis. Nunc nec propagatione tam numeroſa opus
eſt, nec hujuſmodi typo. Non egerunt pœnitentiam.
Non mirum. Neminem enim pœnitere poteſt ejus
facti, quod ignoret. Erat enim ea probabilis ignoran-
3 tia. Aut, quod ego magis credo, videbant ſibi id lice-
1.Sam.12.8. re. Dederat Deus uxores Saulis Davidi in ſinum. Li-
4 cebat: remiſerat enim Legem. Aut ſi dicere quis velit,
Deum id Davidi permiſiſſe tantùm, hic erit ſenſus:
Deum dediſſe Davidi regnum, deinde ſequutum eſ-
ſe, ut duceret Saulis uxores, ſi vellet: Nemo enim jam
5 poterat impedire. Sed prior reſponſio mihi magis
placet. Deus non tulit legem contra Polygamiam:
Nimium, quia voluit illum populum in immenſum
propagari. Poſtea per Chriſtum rem eam revocavit
ad primam inſtitutionem. Ita quod deerat in Moſe,
ſuppletum eſt per Chriſtum. Frater etiam ſi haberet
uxorem, cogebatur ducere uxorem fratris demortui.
Caſus eſt peculiaris, & prærogativæ non ſunt trahen-
dæ ad exemplum. Id Deus certis de cauſis fieri vo-
luit: nec tantùm in Lege, ſed etiam ante Legem, ut
apparet de filiis Iudæ & Thamaræ. Deinde Rabbini
6 aiunt, illam uxorem non habitam fuiſſe pro uxore
fratris illius ſuperſtitis, ſed mariti demortui: & liberis
qui ex illa ſuſciperentur, impoſitum fuiſſe nomen
prioris mariti. Frater ergo ſuperſtes non erat propriè
ejus conjux, ſed tantùm acceſſit ad eam ut ſuſcitaret
ex ea ſobolem. Minus eſſe divortiorum, & ſcortatio-
7 num. Neutrum verum eſt: Nam qui oderunt uxores
ſuas, volunt eas extrudere foras, ut qui non poſſint ne
conſpectum quidem illarum ferre. Nec ea cauſa fuit,
cur Deus permitteret plures uxores. Quod autem ad
ſcortationem attinet, certè David, cùm haberet com-
plures, tamen non potuit ſibi temperare à Bethſa-
8 bæa. Major eſſet fœcunditas. Fateor: Et idcirco Deus
legem ſuam remiſit. Nunc autem poſtquam religio
non hæret tantum in una gente, ſed ſparſa eſt per
mundum univerſum, hujuſmodi fœcunditate non
eſt opus. Nunc enim Eccleſia habet hoſpitia ſua, et-
ſi non ſemper eodem loco, tamen ubicunque Deus
9 obtulerit occaſionem. Sed conjugia Patrum videri
poſſent adulteria. Minime: cùm id Deus aut conce-
deret, aut toleraret. Nam uti diximus, è Panormita-
no, adulterium non committitur, niſi dolo malo. Id-
que probavit duabus legibus, altera Civili, altera

A Eccleſiaſtica. Erant quidem ea conjugia, etſi non ita
perfecta, ut eſt unius ad unam. Sed ubi erit illa no-
bilitas Iudæorum? Ea conſtabit ſuo loco: Veteres e-
nim illi Patriarchæ nati ſunt è legitimo conjugio. 10
Nam Zilpha & Bala, etſi erant ſervili conditione &
appellentur concubinæ, tamen revera erant conju-
ges: quamvis non fuerint matresfamiliâs, nec Iacobo
in manum convenerint. Nec nobilitas illa pendebat 11
à matribus, ſed à benedictione & promiſſione Dei.
B Valentinianus habuit duas. Eſto: ſed videndum eſt;
an rectè habuerit. Etſi enim erat bonus Imperator,
tamen non erat is, qui non poſſet peccare. Claudius
Cæſar, cùm videret non licere ſibi per leges ducere
filiam fratris ſui, tulit legem ut liceret. Sed vix unus
aut alter paraſitus inventus eſt, qui illud factum ſe-
qui vellet. Vtræque jam iſtæ leges prorſus extinctæ 12
& ſepultæ ſunt. Neque enim aut in Pandectis extant;
aut in Digeſtis, aut in Codice. At Patres id in Valen-
tiniano non reprehenderunt. Quî ſcis? Certè in ſcri-
C ptis ſuis, ut oſtendimus, ſatis ſignificaverunt quid
ſentirent. Sed ſpectemus eventum. Iuſtina illa ſe-
cunda uxor evaſit Ariana, & graviter afflixit Ambro-
ſium. Iunior Valentiniani, qui natus eſt ex Galla Iu-
ſtinæ filia, ſecutus religionem aviæ, vehementer op-
preſſit Eccleſias. Occubuit autem miſerè occiſus in
lectica. Chryſoſtomus ait, Paulum addidiſſe, Vnius 13
uxoris virum; propter illos, qui cum pluribus uxori-
bus ex Iudaiſmo convertebantur ad Chriſtum. Et ex
D eo apparet, Polygamiam etiam in Eccleſia fuiſſe to-
leratam. Reſpondeo, eam idcirco fuiſſe toleratam,
quòd declaratio illa Legis per Chriſtum in poſterum
tempus valebat, non in præteritum. Tolerabatur ta-
men ut aliqua infirmitas, quòd illi bona fide inter ſe
conveniſſent. Ego tamen locum illum Pauli aliter
intelligo, Eum enim puto Paulum appellaſſe, Vnius
uxoris virum, qui caſtè vivat cum ſua, & alienas uxo-
res non ſequatur, ſed omnino ſit integræ & bonæ fa-
mæ. Inducor autem, ut ita ſentiam, quòd idem Pau-
lus dicat; Viduas quoque eligi oportere, quæ fuerint
E unius mariti uxores. At nullis unquam legibus licuit
mulieri habere duos maritos. Paulus eam voluit eſſe
viduā, quę caſta eſſet & bene audiret. Si Turca hodie 14
converteretur ad Chriſtum cum duabus uxoribus, an
ferri poſſet ea Polygamia in religione Chriſtiana?
Certe ferri poſſet pro tempore. Bona enim fide inter
ſe convenerunt. Nec injuria facienda eſt illis uxori-
bus. Quæque enim illarum habet jus in maritum
ſuum. Lex autem illa, quam Chriſtus tulit, valere de-
bet in futurum, ut diximus. Nunc quod bona fide &
F ignorantia probabili factum eſt, non poteſt reſcindi.
Aliter tamen de hac re reſpondetur in Decretis, de
Divortiis l.ult. Si prima velit cohabitare cum viro,
eam habendam eſſe pro uxore: cæteras autem eſſe di-
mittendas. Si illa nolit, proximam habendam eſſe u-
xoris locu: & ita deinceps. Ego hîc non contendo:
Miror tamen iſtos. Nam in eodem titulo idem Inno-
centius, conſultus de Iudęo, qui haberet in matrimo-
nio uxorem fratris, reſpondet eam retineri poſſe,
poſtquam bona fide contraxerint. Si hoc licet, cur il-
G lud alterum non liceat? Nam Chriſtus utrumque ſu-
ſtulit. Sed fortaſſe poſſent reſpondere, quòd Iudæi
de ducenda uxore fratris haberent expreſſam legem,
nullam autem de Polygamia. Aut quod Romanæ le-
ges non ferrent plures uxores: unam autem ferrent,
etſi illa non ita ritè nupſerit. Fœcunditas eſt benedi-
ctio Dei. Eſto: ſed nunc ea, ut ſæpe diximus, non eſt 15
ita neceſſaria. Eſt quidem ea benedictio, non ita ta-
men, ut qui non filios habeat, ſit maledictus. Augu-
ſtinus ait, non fuiſſe nec contra morem, nec contra
H legem, nec contra naturam. At nunc eſt contra le- 16
gem & morem. Ea quæ de leproſo, & abſentibus ad-
ferebantur, nihil faciunt ad hoc inſtitutum. Nec e-
nim hic loquitur de eo, qui eodem tempore unà ha-
bitet & verſetur cum pluribus uxoribus. Dimiſſa nu- 17
bebat alteri, cùm interim vinculum non ſolveretur.
Reſpondeo: Libellus repudii ſatis eam excuſabat ab
adulterio: maximè, cùm accederet etiam ignoran- Gen.4.19.
tia probabilis. Lamech commendatur à Chryſoſto- 18
mo, verùm non de Polygamia, ſed de pœnitentia. At
I quicquid eſt, alii eum non ita laudant. Vxor, ſi ve-
lit, poteſt cedere de jure ſuo. Atqui hoc non eſt de 19
ſuo jure cedere, ſed de jure Dei. Videndum autem eſt,

Digitized by Google

20 non quid uxor, ſed quid Deus velit. Quod autem
Sara fecit, fecit impulſu & ſuaſu Spiritus ſancti: quo
non dubium eſt eam aliáſque pias mulieres fuiſſe
21 prædiſtas. Scholaſtici, è quorum numero citavimus
Caietanum, dicunt non extare legem ullam, quæ
prohibeat expreſsè Polygamiam. Id etſi illi dicunt,
tamen alii certè non dicunt. Formula quidem diſertis
verbis concepta non invenitur: ea tamen & ex
Chriſto, & ex Paulo neceſſariò colligitur. Et hæc de
hac quæſtione.

De Sterilitate.

Gen.1.28. 16 Apud Iudæos ſterilitas contumelioſa erat &
Gen.9.7. pro graviſſimo probro habebatur, idque multis de
Gen.15.5. cauſis. Primum quod videtur pugnare cum eo præ-
Ex 1.Sam.4. v.5. cepto, quo Deus mandavit cùm ſtatim ab orbe con-
dito, tum mox poſt diluvium dicens; Creſcite, & mul-
tiplicamini. Deinde quod ſteriles illam Dei benedi-
ctionem non aſſequerentur, qua pollicitus eſt Abra-
hamo, ſemen ejus fore, ut ſtellas cœli, & arenam
maris. Adhæc ii qui liberis carebant, quodammodo
videbantur Deo exoſi, quòd eorum genus & ſtirpem
Gen.49.10. nollet ulterius propagari. Alii vero ſterilitatem adeò
Mich.5.2. apud Iudæos fuiſſe infamem arbitrantur, quod Meſ-
2.Sam.7.12. ſias proditurus eſſet ex illorum poſteritate, quare ſtu-
debat quiſque plures conſequi filios, ut ex proſapia
ſua Meſſias aliquando naſceretur. Sed ille tribui Iu-
dæ tantùm & familiæ Davidis promiſſus erat, quare
iſtos duntaxat ea de re oportuit eſſe ſoliciros. Cæte-
rùm alia ratio multò verior afferri poteſt ejus cupi-
ditatis. Vera quippe religio & purus Dei cultus an-
te Chriſti adventum, ſolùm inter Iudæos publica ſal-
tem profeſſione retinebatur. Quanto itaque Iudæi
magis numero augebantur, tanto numeroſior futura
erat cultorum Dei multitudo. Proinde ſancti viri id-
circo ſtudebant ampliſſimam poſteritatem habere,
ut verus Deus à quàm plurimis coleretur. Quod ſi
cui liberi minimè contigiſſent, is probro & infamia
Gen.30.23. quodammodo notabatur. Vnde Rachel cùm tandem
uterum gereret: Abſtulit, inquit, Dominus oppro-
Eſa.4.1. brium meum. Et Iſaias inquit: Septem mulieres
complectentur virum unum in die illo, & dicent;
Panem noſtrum comedemus, & veſtibus noſtris o-
periemur, tantùm aufer à nobis opprobrium no-
ſtrum. Quin & apud Ethnicos probroſum fuit, liberis
caruiſſe: & jure civili apud Romanos à curatione at-
que à publicis muneribus excuſabantur, qui plures
liberos ſuſcepiſſent, quemadmodum Tit. de iis, qui
numero liberorum ſe excuſant, manifeſte habetur.
Romæ utique tres erant ſatis ad excuſationem, in Ita-
lia requirebantur quatuor, in provincia quinque:
modo non eſſent adoptati, neque ab hoſtibus capti,
neque mortui extra bellum. Hic autem numerus li-
berorum, tantùm à perſonalibus muneribus, non au-
tem à patrimonialibus excuſabat. At filii numero
ſedecim, ab utroque genere munerum excuſabant,
quemadmodum habetur in ff. de Iure immunitatis. l.
Semper, quæ à Pertinace lata fuit. Poſtea etiam duo-
decim excuſabant, ut apparet in Codice de Decurio-
nibus, l. ſi quis decurio. In ſumma procreaſſe multos
liberos apud omnes nationes fuit ſemper honorifi-
cum. Lacedæmonius quidam ſenex & cœlebs cùm
per publicum incederet, quendam vidit honoris cau-
ſa non aſſurgere, rogavítque illum, cur ita faceret? Is
autem reſpondit: Quia tu neminem Reipub. reliqui-
ſti, qui mihi, ubi conſenuero, aſſurgat. Et quamvis
in Chriſtianiſmo videatur ſublatum hoc genus op-
probrii, tamen pro viribus adnitendum eſt, ut Eccle-
ſiæ liberos quam plurimos poſt nos relinquamus.
Cæterum exemplo Hannæ monemur, & orbitatem
& fœcunditatem non tantum è ſecundis cauſis eſſe
petendam, cùm ab ipſo Deo cum primis proficiſcan-
Gen.20.17. & 18. tur. Etenim in familia regis Abimelech Deus con-
cluſit uteros mulierum, ne poſſent parere. Deinde
Gen.30.1. & 2. per preces Abrahami liberatæ fuerunt, ut parerent.
Idcirco Rachel, cùm ſe miſerè affligeret, atque mari-
to diceret; Da mihi liberos, alioqui moriar: ille iratus
inquit, An ego tibi ſum pro Deo? Si Deus concluſit
uterum tuum, quid ad me clamas? Sic è diverſo, fœ-
Eſa.66.9. cunditas donum Dei eſt, idcirco apud Iſaiam 66. cap.
dicit; An ego qui alias facio parere, ipſe non pariam?

A Et David in Pſalmo cecinit; Deus qui facit ſterilem Pſal.113.9.
habitare in domo, & abundare liberis.

An liceat filiis matrimonium inire abſque conſenſu parentum.

17 Operæ precium nunc erit videre, an liceat fi- Ex Iud.c.14. v.5.
liis matrimonium inire abſque conſenſu parentum.
Certè Simſon noluit: & ſanè plenum eſt honeſtatis & Exempla veterum.
gratitudinis erga parentes, ſi abſque illorum con-
ſenſu & ſcitu, matrimonium non contrahatur. Ab ini-
B tio Adamus non delegit ſibi conjugem. Deus illi pa- Gen.2.22.
ter fuit, & Evam ei adduxit. Abrahamus cum Iſaacus
jam vir eſſet, miſit ſervum ad cognationem ſuam, qui Gen.24.4.
ei uxorem inde inveniret. Iſaacus item miſit Iaco-
bum in Meſopotamiam ad avunculum ſuum, eo ni- Gen.25.1.
mirum conſilio, ut inde ſibi uxorem nanciſceretur.
Poſtea ſucceſſit Lex, à Deo per Moſen lata, ut filii
ſuos parentes honorarent. Honor autem exhiben- Lex divina. Honor quid.
dus, non tantùm eſt aperire caput, de via cedere, at-
que aſſurgere (licet iſta quoque præſtanda ſint, ſed
C non ſunt ſatis) verùm oportet etiam progenitores a-
lere, ſi opus fuerit, & ſe erga eos officioſos præbere.
Vnde patria poteſtas definitur, vinculum pietatis, Quid ſit patria poteſtas.
quo filii parentibus obſtringuntur, ad præſtanda of-
ficia humanitatis & gratitudinis. Quod ſi aliis in re-
bus filii parentibus debent obtemperare, certè in ma-
trimonio contrahendo maximè debent. Hac de re,
Lex peculiaris in cap. 22. Exod. Si puella quæ non ſit Exod.22.16.
deſponſata ſeducta fuerit, debet violator dare dotem,
& eam accipere uxorem. Verùm adjicitur; Si pater
D voluerit: alioqui dotem tantùm dabit, nec puellam
uxorem habebit invito patre. Et lib. Numer. cap. 30. Num.30.4.
Si puella voverit votum, & pater audierit, neque ob-
ſtiterit, firmum erit votum: ſin verò contradixerit, ir-
ritum erit. Quid autem eſt votum? Promiſſio facta
Deo. Matrimonium autem promiſſio eſt quæ fit ho-
mini: quod ſi Deus votum ſibi factum permittit ju-
dicio patris, multo magis matrimonium ei permittet,
cùm ſit promiſſio facta inter homines. In 2. lib. Sam. 2.Sam.13.13.
Thamar Amnoni fratri ſuo reſpondit; Si me petie-
E ris à patre meo, minimè tibi negabit. Conſuetudo
tum erat, ut filiæ à parentibus peterentur. Hic non
diſputo, an Davidi licuerit Amnoni dare ſororem
ſuam in uxorem. Hoc ſuo loco tractatur. Præterea
Paulus ad Epheſios ait, Filii, obedite parentibus in Eph.6.1.
omnibus. Nihil excipit ita ſcribens, ſed in omnibus
ait: quæ ſcilicet contra verbum Dei non imperave-
rint. Et in Epiſt. ad Corinth. 1. cap. 7. quàm apertiſſi- 1.Cor.7.36.
mè demonſtratur, parentum eſſe filias maritis collo-
care. Nec id tantum lege Dei, ſed etiam naturæ lu-
F mine cognitum eſt: quod etiam Comœdiæ Teren- Comici.
tii & Plauti clarè docent. Et apud Euripidem puella Euripides.
reſpondet:

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quod ſanè carmen adeò placuit Ambroſio, ut in li-
brum de Patriarchis ipſum retulerit. Adhæc facit
quàm maximè ad pacem domeſticam: nurus enim a-
pud ſocerum eſſe debet filiæ loco. Contrà, ex nuptiis
G temerariis domi oriuntur magna diſſidia. Et cùm pa-
ter juvare debeat filium re ſua familiari, æquum eſt
ut in conſtituendo matrimonio, filius ei viciſſim ob-
temperet. In aliis contractibus civilibus, filius abſ-
que conſenſu patris nihil poteſt: ut apparet in ff. de
Mutuo ad Senatuſconſultum Macedonianum. Qua-
re in re longè maxima, par eſt ut judicium patris ex-
pectetur. Leges civiles hoc idem ſtatuerunt. Iuſti- Quid leges civiles.
nianus in Inſtit. tit. de Nuptiis, non vult ut conſtent
matrimonia ſine aſſenſu patris. Et in ff. De ſtatu ho-
H minum l. Paulus. Si filius uxorem duxerit invitis pa-
rentibus, filius qui naſcitur ex illis nuptiis, non erit
legitimus, &c. Et in C. de Nuptiis. l. Si proponis: caſus
eſt diligenter annotandus. Filia patris voluntate nu-
bit, ea poſtea conqueritur de marito, & ab eo divertit.
Deinde in gratiam redit, & invito patre iterum ei-
dem nubit. Reſpondetur, illud non eſſe legitimum
matrimonium. Apparet hinc, quanti leges illæ fece-
rint patriam poteſtatem. Poſtea in l. Si furioſi. Filii
ſi fortè parentes furioſos habeant & mente captos,
I quoniam illorum conſenſu uti non poſſunt in con-
trahendo matrimonio, curatorum ſuorum conſen-
ſum adhibebunt.

18 Qua-

Quid Canones.

18 Quare mirum videtur, quòd hodie decernant
Chriſtiani, ſine parentum conſenſu legitimas eſſe
nuptias, & ea in re Canones obtendunt: de quibus
viſum eſt quædam paucis referre. Priori loco melio-
res commemorabo, qui fuerunt antiquiores: nam quo
poſterius decreti ſunt, corruptiores fuerunt. In De-
cretis 30. q. 5. cap. Aliter: Matrimonia tunc ſunt legiti-
ma, quando ſponſæ petuntur à parentibus, & tradun-
tur publicè. Alioqui non ſunt matrimonia, ſed ſtupra,
contubernia, adulteria, fornicationes. Ita ſanxit Eva-

Evariſtus.

riſtus. Nicolaus item ad conſulta Bulgarorum 30.

Nicolaus.

quæſt. 5. cap. Noſtrates. Ea firma ſunt matrimonia,
quæ junguntur conſenſu contrahentium, & eorum
in quorum ſunt poteſtate. Leo item primus 30. qu. 5.

Leo.

cap. Qualis. Tunc intelligendum eſt matrimonium,
cùm puella à parentibus traditur ſponſo. Et 31. qu. 2.
cap. Non omnis. Mulier quæ nupſit arbitrio patris,
eſt extra culpam, ſi quis poſteà illi matrimonio de-
trahat. Atque ita Gratianus concludit illum locum,

Gratianus.

ut dicat in matrimonio contrahendo, requiri omni-
no conſenſum parentum. Deinde Ambroſius tra-

Ambroſius. Gen. 24. 47.

ctans locum Geneſeos, ubi ſcribitur, ſervum Abraha-
mi veniſſe in Meſopotamiam, & filio herili uxorem
inveniſſe: parentes puellæ cùm illum diutiùs retine-
re conarentur, & is nollet manere, illi vocant puel-
lam, & interrogant eam an vellet cum eo ire. Ad
hunc modum ait, ut etiam refertur 23. quæſt. 2. cap.
Honorandum. Non interrogabant eam, inquit, de
ſponſalibus, ſed tantùm de profectione. Non enim
eſt, inquit, virginalis pudoris, deligere ſibi maritum.
Atque idem ſtatuit de viduis juvenculis. Quan-
quam, ut verum fatear, non poſſum hac in re conce-
dere Ambroſio, puellam de matrimonió non eſſe in-
terrogatam, nec dubito eam de utraque re fuiſſe ro-
gatam. Etenim 30. quæſt. 2 cap. Vbi non eſt: habetur,
non poſſe matrimonium eſſe, ubi non eſt conſenſus

Conſenſus impuberum exigitur in ſponſalibus.

contrahentium: imò in ſponſalibus impuberum, qui
ſunt ſeptem annos nati, quoniam ea ætate aliquid
intelligere creduntur de matrimonio, neceſſarius eſt
contrahentium conſenſus. Et quoniam ſponſalium
mentiò facta eſt, hoc videtur obiter annotare, pueros
ita contrahentes oportere ſeptennes eſſe, alioqui pa-
rentes pro eis nihil queunt ſpondere. Iidem, ſi poſteà
facti adultiores contraxerint aliud matrimonium, il-
lud valere, non ſponſalia: quod tamen intelligendum
eſt, ſi parentes in ſecundum matrimonium conſen-
ſerint. Ad hæc 31. quæſt. 2. ca. Tua: Hormiſdas reſpon-
det, impuberes cùm hoc pacto contraxerint, ſtare o-
portere voluntati parentum. Et extra, de Sponſatio-
ne impuberum, cap. Tua: ſancitur, filios, cùm venerint
ad ætatem adultam, debere parentibus obedire, cùm
& illi fidem ſuam interpoſuerint, & ipſi conſenſe-
rint.

Concilia.

19 De conciliis etiam duxi nonnihil adferendum.
Toletanum 4. 2?. quæſtione 2. cap. Hoc ſanctum de-
cernit: Si viduæ nolint caſtitatem profiteri, nubant
quibus voluerint: idémque ſtatuit de puella, ſed ad-
dit, modò ne citra voluntatem parentum, vel ſuam.
Talem quoque additionem videmus adhibuiſſe Ni-
colaum 1. ut habetur 17. quæſtione 2. cap. Sufficiat:
ubi ad hunc modum ſcribit: Ad matrimonium jun-
gendum ſatis eſt conſenſus contrahentium, & ſequi-
tur, ſecundùm leges: quod additum eſt, quoniam à
legibus civilibus matrimonia liberorum non agno-
ſcuntur, ſi citra conſenſum parentum inita fuerint.
Gloſſa tamen ea verba non ad leges civiles refert,
ſed ad Canones, quoniam (ut dicunt Canoniſtæ) le-
ges civiles per Canones interdum corriguntur. At
ſæpe fit ut illi Canones revera ſint ἀκανόνιστοι, hoc eſt,
Regulæ ſine regula; ut extra de conjugiis ſervorum
cap. 1. ſi ſervi contrahant, etiam invitis dominis, rata
erunt hujuſmodi matrimonia. Ecce, inquit Gloſſa,
Canones leges civiles emendant. Nam illis cautum

Diſcordia Canonum & legum civilium de matrimonio ſervorum.

eſt, ne quis ſervus invito domino uxorem ducat; imò
ſi vir liber accedat frequentius ad alienam ſervam,
efficitur ſervus; & libera mulier, ſi frequentius acceſ-
ſerit ad alienum ſervum, ipſa quoque libertatem a-
mittit. Dicit prætereà gloſſa, plus tribui matrimonio
quàm ſacro ordini, quia non licet ordinare ſervum
alienum, & licet cum eo matrimonium contrahere.
Liquidò ergo apparet, Canones poſteriores vitioſos
& depravatos eſſe, qui conſenſum parentum ut non

A neceſſarium è nuptiis ſuſtulerint. Sed videndum eſt
quas rationes prætexant. Extrà de ſponſalibus. cap.
Cùm locum: dicitur, Oportere in contrahendo ma-
trimonio, pleniſſimam eſſe libertatem. Et ibidem, ca-
pite Veniens: Si metus interceſſerit, irritum debet
eſſe matrimonium: & ratio ſubjicitur, quia non po-
teſt ea diu placere quam odio habeat. Et quia hujuſ-
modi contractus frequenter habent infelicem exi-
tum, & facilè contemnitur quod non amatur. Imò
B videntur Canones adeo amaſſe libertatem in con-
trahendo matrimonio, ut Concilium Pariſienſe (ſi-
cut habetur 30. quæſtione 2.) decreverit, Non licere
petere conjugem ex reſcripto Regis. Quamvis idem

Nuptiæ ex reſcripto Regis.

etiam ſtatuitur in Cod. de Nuptiis lege prima, cap.
Si nuptias ex reſcripto. Ratio eſt, quia principum re-
ſcripta, quodammodo juſſa ſunt & imperia. Neque
ego id improbo, quamvis non parum miror, quòd eò
progreſſi fuerint Canones, ut inter raptorem, & ra-
ptam decreverint poſſe coire matrimonium. Extrà,
C de Raptoribus & Incendiariis, capite, Cum cauſa.

De raptis.

Puella rapta ex ædibus patris, matrimonium cum ra-
ptore contraxerat, pater hujuſmodi nuptiis reclamat.
Hic bonus Papa reſpondet, cùm puella conſenſerit,
non poſſe videri raptam. Quare illud matrimonium
ſtatuit eſſe ratum. Et capite proximo, Accedens, Si
quis puellam rapuiſſet, non ſolùm invitis parentibus,
ſed etiam ipſa nolente, quæ tamen ſi deinde cum ra-
ptore conſenſerit, poſſe firmum inter eos matrimo-
nium contrahi ſanxit. Idem ſtatui videtur 36. qu. 2.
D cap. In ſumma. Vbi de raptore agitur & rapta, decer-
nitur: Si rapta conſenſerit cum raptore, poſſe inter
eos matrimonium iniri: ſic tamen, ut prius aliquam
pœnitentiam agant. Cæterùm, quia contra hoc de-
cretum, nonnulli Canones faciunt, idcircò rem ita
moderantur, ut ubicunque legunt, non poſſe con-
trahi matrimonium inter hujuſmodi perſonas: id in-
telligant dici propter aliquod horum trium, vel
quia non conſenſu rapta, vel quia deſponſa fuit
prius alteri per verba (ut loquuntur) de præſen-
E ti (non enim dico de futuro, quia maritus non
aſtringebatur vitiatam ducere) vel quia non erat nu-
bilis.

20 At in C. de Raptoribus virginum, longè aliter
ſtatuitur: nimirum, nullo modo contrahi poſſe ma-
trimonium inter haſce perſonas, etiam ſi pater raptæ
conſenſerit. Quin & Iuſtinianus in Authenticis, col-
latione 9. tit. Quæ raptoribus nubunt, idem conſti-
tuit, ad deteſtationem tanti criminis. At noſtri Cano-
niſtæ, ſi Deo placet, vel invitis parentibus, putant le-
F gitima eſſe matrimonia. Vnde 32. quæſt. 2. cap. Mu-
lier, gloſſa ait, patriam poteſtatem ſolvi, adveniente
adulta ætate, quoad juramentum & matrimonium:
quam ſententiam Scholaſtici quoque ſunt ſequuti.
Hac de re in 4. Sentent. diſtinct. 28. diſputant, ubi de-
cernunt, hominem etiam filium familiâs habere do-
minium quoddam in ſuum corpus, nec parentibus
ita eſſe obſtrictum, quin poſſit ſuo arbitrio per ma-
trimonium de illo tranſigere. Cumque legunt in Ca-

Quomodo Papiſtæ conſenſum parentum exigant.

nonibus, ad matrimonium conciliandum requiri
G conſenſum parentum: eos interpretando depravant,
& ajunt Evariſtum, Nicolaum, Leonem, cùm ita ſan-
cirent, ſenſiſſe parentum conſenſum exigi, quoad
honeſtatem matrimonii, non quoad neceſſitatem:
quod fortaſſis hauſerunt ex gloſſa Extra, de Deſponſ.
impuberum, l. Tua, quæ ſic habet: Parentum quidem
voluntatem requiri, ſed ad decorum nuptiarum ma-
gis quàm neceſſariò: ita ut ſi parentes nolint aſſenti-
ri, filii tamen ſint liberi, & pro ſuo arbitrio poſſint
contrahere matrimonium. Quin & ipſe Magiſter

Magiſter Sententiarum.

H ſententiarum, diſtinct. 28. Conſenſus, inquit, paren-
tum, facit ad decorem & honeſtatem nuptiarum, non
ad neceſſitatem. Adducit autem verba Evariſti, & ait
alia eſſe quæ ad ſubſtantiam faciunt nuptiarum, alia
quæ ad honeſtatem. Et parentum voluntas, ut ille ait,
ad ſubſtantiam minimè pertinet nuptiarum, putatq́;
ſine illa filios poſſe legitimè contrahere. Atque cùm
matrimonium faciat ſacramentum, vult in hujuſmo-
di nuptiis, virtutem eſſe matrimonii, non autem ho-
neſtatem.

I 21 Verùm, quia verba Evariſti vehementer pre-
munt, cùm ſcribat nuptias citra parentum volunta-
tem contractas eſſe ſtupra, fornicationes, & adulteria;

reſpondet Magiſter, verum id eſſe, non quòd hujuſmodi nuptiæ revera id ſint, ſed quòd illi convenientes inter ſe occulte, & clam parentibus, ut ſcortatores & adulteri haberi ſolent: matrimonium tamen conſtare ratum, & firmum eſſe propter verba de præſenti quæ interceſſerunt.

Thomas Aquinas. **Eph.6.1.**

Thomas item Aquinas in eo loco idem ſenſit, & ad id quod affertur ex Paulo ad Epheſios dicente, Filii, obedite parentibus veſtris in omnibus: Reſpondet id eſſe intelligendum, de iis rebus in quibus filii non habent aliquam libertatem, nempe quoad familiaria & domeſtica. Et hanc rationem addit: quia matrimonium genus eſt quoddam ſervitutis, quam filius nôn cogitur ſubire invitus.

Gen.24.3.

Et quod ſcribitur de Abrahamo, qui filio ſuo quæſierit uxorem e ſua cognatione, reſpondet id contigiſſe, quòd ille ſciverit eam terram ſuæ poſteritati promiſſam, Deúmque ſtatuiſſe, illam eripere Chenanæis. Quare noluit filium ſuum cum illis matrimonium contrahere. Multa quidem iſti dicunt, ſed nè unum quidem verbum è divinis literis proferunt: ſemper contendunt liberis eſſe pleniſſimam poteſtatem quoad nuptias contrahendas. Id autem eſt merum eorum inventum, quod verbo Dei nullo modo nititur.

Quid veteres Patres.

22 Veteres Patres in ſententia noſtra fuerunt: ſed de illis accidit ut de Canonibus, quanto ſunt antiquiores, tantò meliores: & quò ſunt recentiores, eò corruptiores.

Tertullianus.

Tertullianus, lib.2. ad uxorem de conjugiis Chriſtianorum cum Ethnicis benè ſcribit, neque probat nuptias in religione diſpari. Deus, inquit, te tradit ſponſo. Et addit; Ne in terris quidem filiæ ritè ac jure contrahere poſſunt matrimonium ſine conſenſu parentum. Quomodo ergo tu nuptias inibis ſine conſenſu Patris tui cœleſtis?

Chryſoſt.

Chryſoſtomus in Geneſin, & ſuper Matthæum, cùm de nuptiis agitur, ad exempla remittit patrum in veteri Teſtamento: nec ejus verba operæpretium eſt afferre, cùm idem pater in Epiſtolam priorem ad Timotheum, Homilia 9. clarius de ea re agat: ibi hortatur parentes propter liberorum lubricam ætatem, ut eos matrimonio jungant: non autem liberos hortatur, ut ipſi deligant ſibi conjuges, ſed per apoſtrophen orationem convertit ad parentes, ut ipſi eis proſpiciant de nuptiis: & pulcherrimam ſententiam adjecit, Si anteà, inquit, cœperint ſcortari quàm fiant conjuges, nunquam in matrimonio fidem colent. Obiter etiam annotabo, quid eo loco de nuptialibus coronis tradat: Nam etiam tum coronis utebantur in nuptiis.

Coronæ in nuptiis adhibitæ.

Quid inquit, ſibi vult corona? Ut oſtendant ſe conjuges, uſque ad id tempus victores fuiſſe cupiditatum: quod ſi fuiſti adulter, aut ſcortator, quomodo coronam geſtas?

Auguſt.

Auguſt. Epiſt. 133. rogatus ut conciliaret nuptias inter puerum & puellam: Facerem inquit, ſed mater pueri non adeſt, & tu ſcis ad nuptias contrahendas ejus voluntatem eſſe neceſſariam. Hoc loco Auguſt. agit ſeverius, quàm leges civiles. Nam illæ nolunt filium eſſe in poteſtate matris. De Ambroſio nihil modo referam: ſatis antè de illo dixi.

Conſultum eſt liberis, ut aſſenſum parentum quærant.

Quare cum lex Dei, naturæ, politica, œconomica, Patres & Canones rectiores, ſtatuant conſenſum parentum eſſe neceſſarium, & exempla ſanctorum idem oſtendant, quid obſtat quò minus etiam nos idem ſentiamus? Neque debet hoc moleſtum videri liberis nam & à Deo & à legibus, in eorum commodum, ita conſtitutum fuit. Etenim juvenes in hujuſcemodi rebus & præſertim mulieres, peſſimè ſibi conſulunt. Unde ſcribitur in C. de Sponſa. libr.5. Si Pater. Cùm filiam ſuam pater deſponderit, ſi poſteà moriatur, non poteſt curator aut tutor patris pactum reſcindere: & ratio additur, quia tutores interdum redimuntur pecunia, & mulieres laborant in ſuum commodum. Debet etiam nos movere Chriſti exemplum, qui à Patre ſuo datus eſt maritus Eccleſiæ, ac ſemper dicebat ſe non facere voluntatem ſuam, ſed Patris à quo miſſus erat.

Joan.6.38.

Deinde quanta in Rebuſp. naſcitur ex hac depravatione ἀταξία? quanta feneſtra aperitur ad libidines? Qui primus cum puella dormire poteſt, eâ in aliquibus locis, vel invitis parentibus, ſperat ſe potiturum uxore.

Ad rationes adverſariorũ.

23 Sed nunc de illis videndum eſt quæ contrà ſentientes pro ſe afferunt. Primum, ut dicebamus antea, clamitant in contrahendo matrimonio, ſummam

1

A eſſe oportere libertatem. Sed quam obſecro libertatem? Carníſne, an Spiritus? Certè libertas Spiritus ea maxima eſt, cùm obtemperamus mandatis Dei, qui ſi voluit in cæteris rebus nos morigeros eſſe parentibus, cur non etiam in matrimonio contrahendo?

Summa libertas eſt obtemperare divinis mandatis.

Proinde legem Dei ſolvunt, qui etiam hac in re parentibus non obediunt. Adhæc ſi tantam eſſe volunt matrimonij contrahendi libertatem, cur ipſi tot gradus cognationis prohibent, quos Deus nunquam B prohibuit? Olim uſque ad ſeptimum gradum non ſinebant Papæ matrimonium coire: Nunc autem ſe intra quartum continent. Deinde cur ipſi omnibus Eccleſiæ miniſtris nuptias interdicunt? Præterea cur ipſe Deus vetuit matrimonia in religione diſſimili, ſi tantam oportet eſſe in nuptiis libertatem, quantam iſti fingunt? Sed addunt: Filii metu parentum dicent ſibi placere matrimonium, quod non placeat. Filius utique non cogitur ita dicere: nihil prohibet quin reſpondeat uxorem illam non placere, tale matrimo- C nium ſibi non fore cordi. Et ſanè citra conſenſum ejus, nullo modo contrahetur matrimonium. In ff. de ritu nuptiarum, l. Non cogitur, legimus filium non adigi ut uxorem ducat, & de ſponſal. l. Sed ea ſi; filia taceat, videtur patri conſentire: ac duæ adſcribuntur cauſæ quamobrem filia poſſet patri refragari: ſi ei vel improbus maritus à patre offeratur, vel turpis. Alioqui, ſi nihil horum erit, ab ea requiritur ut eum amet quem pater delegit. Quod ſi nollet aſſentiri, cùm maritus ſit, nec pravis moribus, nec turpis, incurrit D crimen ingratitudinis: quod tantum eſt, ut pater eam poſſit exhæredare.

Pœna ingratitudinis.

Et tit. de ritu nupt. l. Si cogente patre: Quamvis filius aſſenſus ſit metu patris, tamen quia maluit aſſentiri quàm patrem offendere, firmum & ratum eſſe debere ejuſmodi matrimonium.

Quid adverſus parentes duriores fieri poſſit.

Ego ſuperioribus cauſis tertiam adderem, ſi à patre offeratur maritus diſparis religionis: & ſemper author eſſem parentibus ut filiis gratificarentur, niſi animadverterent eos admodum acerbè ac injuſtè agere. E Quando autem cum filiis tyrannicè ſe gerunt, & adigunt, ut ducant uxores quas ferre non poſſint, res ad Magiſtratum deducenda eſſet, ejus eſt audire cauſam, & filium ſi nimis acerbe prematur, ab injuria vindicare. Tum ſi filius Magiſtratus authoritate uxorem duxerit, etiam invito patre, non poteſt videri prorſus injuſſu parentis duxiſſe. Nam magiſtratus eſt pater patriæ.

Magiſtratus eſt pater patriæ.

Idem ſtatui videtur de ritu nuptiarum, l. Qui liberos. Nec mihi videntur Scholaſtici rectè dixiſſe filiosfamilias dominium habere in corpus ſuum. Quandoquidem & parentibus idipſum de- F bent, quod ſunt. Cogi quidem ad nuptias inviti non debent, verùm ut ſine conſenſu parentum contrahant, non poteſt eis dari. Et cum toties nobis obtruditur libertas, & occinitur dominium corporis, regeramus Dei reſponſum de filiabus Zalphead, qui de illis ait, Habeant hæreditatem inter fratres, ſed nubant in ſua tribu.

Filiæ Zalphead **Num.36.6.**

Coguntur iſtæ nubere propinquioribus, nec eam habuerunt, quam iſti fingunt libertatem. Et frater interdum cogebatur ducere relictam fratris, nec ea poterat alteri nubere: non ergo neceſ- G ſaria eſt tanta libertas in nuptiis, quantum iſti prætexunt.

Deut.25.5.

Et lege civili tanta eſt poteſtas patris in filium, ut eum poſſit vendere, ſi in gravem neceſſitatem inciderit. Idque ne cui barbarum videatur, idem lege Dei Exod.21. permittitur, certis tamen cautionibus adhibitis, quas hic repetere non eſt operæpretium.

Conceditur parentibus ut vendant liberos. **Exod.21.7.**

Non ergo rectè argumentabantur, cùm dicerent matrimonium eſſe genus ſervitutis, quam filius ad arbitrium patris non deberet ſubire.

24 Et quod aiunt, conſenſum parentum ad hone- H ſtatem requiri matrimonii, non ad neceſſitatem, frivolum eſt ac inane. Nam quæ poteſt eſſe major neceſſitas ea, quam lex & mandata Dei ſecum afferant? Iubentur filii honorare parentes. Apoſt. quoque eis præſcribit, ut parentibus in omnibus obtemperent. Et ad Phil. c.4. Quod reliquum eſt fratres, Quæcunque ſunt vera, quæcunque honeſta, quæcunque juſta, quæcunque pura, quæcunque accommoda, quæcunque boni nominis, hæc facite, &c. Iis verbis apparet, quæ honeſta ſunt, non eſſe à mandatis divinis ſeparanda.

Exod.20.12. **Eph.6.1.** **Philip.4.8.**

I Quam ergo neceſſe eſt parere mandatis Dei, tam eſt neceſſe citra parentum voluntatem non inire matrimonia. Et quod adjiciunt conſenſum

quidem

Digitized by Google

quidem parentum exigi, ſed tamen ſi conſentire nolint, conſtare poſſe matrimonium: Id nihil aliud eſt, quàm parentes ipſos irridere. Quæ enim contumelia eſt, filium ita patris conſenſum petere, ut eo invito, & reclamante, nihilominus in ſuo propoſito velit manere, ac illud exequi? Multò ſatius eſſet non petere, quàm illo animo petere. Id quoque mirum mihi viſum eſt, Magiſtrum ita Evariſti verba invertere: ut cùm dicit matrimonia ſine conſenſu parentum contracta, ſtupra, fornicationes, non matrimonia eſſe, ipſe audeat exponere, non ita rem habere, ſed quod ſic inter ſe conveniant, ut ſolent ſcortatores & adulteri. At ſententia Evariſti perſpicua eſt. Non ſunt inquit, matrimonia. & addit quid revera ſint, fornicationes, adulteria, & ſtupra. Neque hæc ait videri, ſed eſſe.

Conjugia Eſau. Gen. 28. 8.

25 Sunt alii, qui nobis objiciunt lib. Gen. ubi Eſau ſcribitur duxiſſe uxores Chenaanæas, quod parentes indigne tulerunt: nam illorum injuſſu eas duxerat. Et tamen Scriptura illas uxores vocat. Videtur ergo etiam refragantibus parentibus contrahi poſſe matrimonium. Fateor quidem eas in divinis literis uxores appellari: Verùm ea de cauſa, quia ſic ab eo habebantur, & quia nationes inter quas degebat illas pro uxoribus habebant. At hinc non colligitur, Scripturas tale matrimonium ratum habuiſſe. Eadem formula dicendi uſus eſt Paulus 1. ad Corint. cap. 8. Quemadmodum ſunt dii multi, & domini multi.

1. Cor. 8. 5.

Deos, inquit, multos eſſe, non quòd revera ſic habeat (unus enim Deus eſt) ſed quia vulgò ita credebatur, & publica perſuaſio cenſuerit infinitum deorum eſſe numerum. Ideò dii, inquit, multi, ſed nobis rectè ſentientibus unus eſt Deus, & unus Dominus Ieſus Chriſtus. Non eſt inſolens, neque alienum à Scripturis ita res appellare, ut homines vulgo loqui ſolent: alias tamen cùm propriè loquuntur, rem quamque ſuo nomine appellant. Verùm dixeris, filios Eſau nuſquam legimus non fuiſſe legitimos. Reſpondeo, habuiſſe quidem Eſau magnam poſteritatem, ſed legitimmáne an ſecus, à Scriptura non traditur. Quibus adde, apud eas nationes inter quas vivebat, illos fuiſſe habitos legitimos. Non enim illæ verbum Dei habebant, quo mandatur ne id fiat: & legem naturæ mirum in modum corruperant.

Scriptura ita res appellat ut vulgò ab hominibus appellantur.

Nuptiæ contra conſenſum parentum quo loco habendæ.

26 Alii clamitant, Quid faciemus de majoribus noſtris: quid etiam de multis qui nunc vivunt, & ſine conſenſu parentum contraxerunt matrimonia? Appellabimúſne illa conjugia, an adulteria? & filios inde natos, pro legitimiſne an pro nothis habebimus? Reſpondeo, cum ante novam Evangelii lucem in illis tenebris tales nuptiæ haberentur, excuſationem quidem à peccato illi homines non habuerunt (non enim licuit eis legem Dei ignorare) qui tamen publicè ac permittente Magiſtratu ea fiebant, contractus ejuſmodi firmos & ratos fuiſſe mihi perſuadeo. Quòd ſi objiciatur ejuſmodi nuptiis defuiſſe conſenſum parentum, reſpondebo illum & interveniſſe, & non interveniſſe. Nam Magiſtratus, leges civiles ſubjecerant canonibus: quòd ſanè facere non debuerant. Et in hoc ab omnibus conſenſum eſt. Cúmque Magiſtratus habeat authoritatem populi, ſi quam in rem ille conſentiat, ibi quodammodo eſt publicus populi conſenſus. Quemadmodum hodie in comitiis, quando convenitur ut ſolvatur aliqua ſumma, quamvis id privatus quiſpiam è populo ægre ferat, tamen quia à Magiſtratu conſenſum eſt, ipſe quoque videri debet conſenſiſſe. Sic pater quidem nollet matrimonium filii citra ſuum conſenſum eſſe firmum: quia tamen voluntatem ſuam Magiſtratus judicio ſubjecit, debet videri aliquo modo conſenſiſſe. At nunc Magiſtratus oporteret veritate rei cognita, errorem revocare. Proinde matrimonia quæ hactenus, id eſt, in tenebris contracta fuerunt citra parentum voluntatem, firma eſſe debent, & filii ex illis nati pro legitimis habendi ſunt. At ſi lex poſteà revocaretur, tunc non eſſent matrimonia, niſi tantum præſumpta, re autem ipſa ſtupra, ſcortationes, & adulteria, quemadmodum Evariſtus rectè ſenſit. Dum verò leges quæ nunc vigent, non antiquantur, matrimonia quæ interdum ſic ineuntur, ego minimè diſſolvo, nec filios qui naſcuntur ex illis conjugiis dico nothos: verum oſtendo quid magis conſentaneam verbo Dei & honeſtati videatur. Evariſtus autem jure potuit ita ſcribere, quoniam ejus ætate vigebant Romanæ leges, quæ tales conjunctiones pro matrimoniis non habebant. Deinde, addo Patres non eſſe audiendos, quando nuptiis filiorum obſtant, ſolum religionis ergo; quoniam eo caſu Deus præ omnibus eſt audiendus, qui omnium eſt ſupremus pater. Vide 1. Cor. 7. v. 37.

De Raptu.

In lib. Iud. ſub finem.

27 Vox raptus Hebraicè eſt à *Chataph*: Græci dicunt ἁρπάζειν, Latini rapere, quod eſt per vim tollere, non omni modo, ſed quaſi furore quodam & magna incitatione. Vnde Raptus à furto differt: quia furtum clàm committi poteſt, & citra violentiam. Quare in ff. de jurejurando l. Duobus reis, habetur: Si quis juraverit ſe aliquid non rapuiſſe, non tamen ſtatim liber eſt à furto. Quamvis enim raptus non ſit de quo agitur, furtum attamen potuiſſet eſſe. Ita lex Civilis furtum à raptu diſtinguit. Quas autem ad res pertineat raptus, habetur in ff. de Conditione triticearia l. 1. Res immobiles, ut ædes, agri, prædia invaduntur. Res autem mobiles, inanimatæ inquam, bruta, homines, rapiuntur. At nos hoc loco agimus de raptu mobilium rerum, nec tamen omnium, ſed humanorum corporum, quæ vi tolluntur cauſa libidinis.

Quid inter furtum & raptum.

De quo raptu hic agatur.

Aliud genus eſt raptus, at non proprium: quod ab Auguſtino attingitur Serm. 19. de Verbis Apoſtoli, & habetur in Decret. 14. quæſt. 5. cap. Si quid inveniſti, ubi dicit, quæ inveniuntur eſſe reddenda. Quòd ſi non feceris, ea rapuiſti, cùm feceris quantum potueris, ut ſi plus inveniſſes, plus rapuiſſes, &c. Ibi gloſſator pulchrè dicit, quid faciendum ſit de rebus inventis. Vel, inquit, ea pro derelictis habentur, ut ſi poſſeſſor quippiam projecerit, id ſi quis retineat cùm invenerit, non committit furtum. Verum ſi quod invenitur non ſit derelictum, nec putetur à domino projectum (ut cùm reperitur annulus, crumena, vel tale quippiam, quod non ſoleat abjici,) Id ſi retineas, furtum eſt, niſi apud te habeas voluntate atque animo reddendi. Quocirca oportet ut publicè teſteris, illa te inveniſſe, quò dominus valeat ad rem ſuam pervenire, ut ſtatuitur in ff de Furtis. l. Falſus. §. Qui alienum. Verum ſi apud te habeas, ut nolis reddere, furtum eſt. Quod Auguſt. loco jam adducto reprehendit. Idem ſtatuitur in C. de Theſauro. l. Nemo. Et in Inſtit. de Rerum diviſione, ubi ſancitur, ut ſi quis in domo aut fundo ſuo theſaurum invenerit, ſit inventoris: Sin verò in alieno ſolo invenerit, vel caſu adeptus eſt, vel quærebat. Si caſu, inter inventorem & poſſeſſorem dividatur: ſin quærebat, totum cedere oportuit poſſeſſori. Si locus eſſet ſacer, & theſaurus caſu inventus fuiſſet, erat inventoris. Additur, ſi quis theſaurum quærat in ſuo fundo, & adhibeat magiam & artes vetitas, inventum redigi oportere in fiſcum. Is enim qui malis rationibus rem quæſivit, indignus videtur eſſe qui poſſideat. Sed ut ad Auguſt. redeam, quod ſuperius dixi, affirmo non eſſe propriè raptum, ſi quis rem alienam inventam retineat. Quod Origenes luculenter declaravit Hom. 4. in Leviticum: Quidam, inquit, quod invenerunt, nolunt reddere. Dicunt enim, Deum id ſibi dediſſe. Sed quicquid dicant, eſt crimen ſimile rapinæ. Non dicit rapinam eſſe, verum quiddam ejus ſimile. Licet furtum à Raptu diſtinxerimus ex lege Civili, poteſt attamen raptus dici furtum. ſed ita ut addatur violentia. In ff. de Furtis, l. Si vendidero. ita ſcribitur: Raptor omnibus modis furtum facit, & eſt fur manifeſtus. Cæterùm iis omiſſis, ad genus de quo nunc agimus, revertamur. Aliqui dixerunt, nihil aliud eſſe rapere, quàm violenter abducere puellam à domo patris, ut eam corruptam poſteà uxorem habeat. Sed hæc definitio non eſt plena & abſoluta, quamvis à Canoniſtis uſurpetur, in 36. q. 1. cap. Lex illa. §. Cum ergo. Nam in hiſtoria Iudic. puellæ raptæ ſunt, non tamen abductæ à parentum ædibus, ſed è campo, ſeu ex vineis. Et ne id quidem verum eſt, quod additur, ut corruptam ducat vel habeat in uxorem. Poteſt enim raptor eam velle habere pro concubina, vel abuti ad voluntatem, quamvis non ducat in uxorem. Adhæc allata definitio tantùm meminit

De rebus inventis, quid ſit faciendum.

Contra magiam & artes vetitas.

puellarum,cùm tamen & nuptæ,& viduæ, & libertinæ,& ancillæ, necnon & pueri aliquando rapiantur. Quare latius patet crimen, quàm ea definitio præ ſe ferat. Meretrices tantùm videntur eximendæ: Nam illæ rapi non dicuntur, etiamſi vi tollantur. Et ſanè tunc non eſt actio raptus, ſed tantum injuriarum. Intelliguntur autem rapi hujuſmodi perſonæ à cuſtodia vel parentis vel tutoris, vel curatoris, vel patroni,vel domini, ut illegitimi congreſſus habeantur, ſive ſequatur, ſive non ſequatur matrimonium.

De pœnis raptorum.

28 Nunc dicendum eſt,quæ pœnæ ſint raptoribus conſtitutæ.In C.de Raptu Virginum & viduarum, L. Vnica. Iuſtinianus ea de re agit ſatis prolixe,ac raptum perſonarum,quas anteà recenſui,capitalem fecit,ita, ut etiam ſocii, & qui raptori opem tulerunt, eadem pœna comprehendantur. Neque id viſum eſt ſufficere,ſed inventa ſunt alia graviora morte. Decernitur quippe, ut non tantùm à Iudicibus & Magiſtratibus, verumetiam ſi raptor deprehendatur in flagranti crimine à parentibus, fratribus, cognatis, tutore,curatore,domino,patrono,aut omnino ab eo in cujus eſt poteſtate rapta, impunè poſſit interfici. Sancitur etiam,ut illi qui raptori adſunt, & illum in turpi actione defendunt,impune occidantur. Addit præterea, Raptum quandoque committi in ſponſam propriam,ut ſi eam, quam nondum uxorem duxerit, per vim auferat. Etſi quis alterius uxorem abducat, non tantum adulterium committit, ſed etiam raptum. Quòd ſi raptor in flagranti,ut loquuntur,crimine occiſus non fuerit, à Iudice ſeu à Magiſtratu poſtea debet interimi, & ita ut ſi provocet ad ſuperiorem magiſtratum,non audiatur. Idque Iuſtinianus ait, lege Conſtantiniana fuiſſe conſtitutum. Grave profectò eſt,non audiri ſi appelles: quod hic decernitur. Tanti leges civiles raptum fecerunt. In libertabus & ancillis morte ſupplicium finitur: verùm ſi mulier ingenua rapiatur,. bona raptoris,& eorum qui illi adfuerunt,cedebant raptæ. Neque integrum erat raptori donare bona ſua, vel ex Teſtamento legare, ſed ea raptæ cedebant, non modò ad tempus,verùm etiam in perpetuum, ità ut ea vendere,alienare,aut pro dote dare poſſet. Vnum tantùm excipitur, niſi rapta nubat raptori: ea conditione illi dabantur bona raptoris,ne illi nuberet. Et legis ratio ſubjicitur, quoniam in Republ.noſtra non patimur, ut quis hoſtili more uxorem ducat. Cives enim ducere ſolent uxores,non rapere. Sed quid de illis fiebat, qui cum in raptu non adfuerint, tamen conſuluerunt,aut cum eſſent conſcii,non prodiderunt,aut poſteà raptorem in domum ſuam receperunt? Sanxit Iuſtinianus, ut illi bona quidem ſua non admittant, ſed tantum capite plectantur. Verùm in hoc crimine vel patrando vel juvando, ſi ſervus aut ancilla deprehenderentur, ignibus cremari jubebantur.

Raptus quandoque committitur in propriam ſponſam.

Raptoribus vis provocandi aufertur.

29 Sed quid ſi puella ipſa ſponte velit rapi? Nihil tamen, inquit Iuſtinianus, de pœna minui debet, omnino eadem eſt, ſive mulier velit,ſive nolit. Et ratio additur, quia ſi raptor ſibi temperet à raptu, non eſt veriſimile aliquam mulierem ſe ultrò rapiendam oblaturam. Idcirco probabile videtur blanditiis & dolis expugnatam fuiſſe. Quin & parentes puellæ,ſi raptui conſenſerint, jubentur deportari. Hæc Iuſtinia.in C. qui poſteà in Authenticis, ubi agitur de mulieribus raptis, quæ nubunt raptoribus, coactus eſt legem illam innovare, quòd eſſent qui cavillarentur, ſi rapta conſentiret in matrimonium, eam poſſe bona raptoris poſſidere. Si enim priorem legem interpretabantur: raptoris bona oportere pervenire ad raptam, ſi ei nuberet,aut ille teſtamento eam ad hæredem ſcribere. Nos verò,inquit Iuſtinianus,nihil tale ſenſimus: non enim leges noſtræ præmia ſceleri ſtatuunt. Deinde nec ille teſtari poteſt, cum ſit jam capitis damnatus, nec leges noſtræ patiuntur tale matrimonium conſiſtere. Quòd ſi matrimonium non eſt, quomodo poteſt illa raptoris bona poſſidere dotis nomine? Statuit igitur non poſſe coire talia matrimonia. Quid ergo de raptoris bonis fiet? Si puella,inquit,parentes habeat, qui non conſenſerint, ad illos ea bona pervenient. Sin verò conſenſerint,ut jam dictum eſt, deportabantur: quod ſupplicij genus multò gravius erat exilio. Quòd ſi vel puella nullos haberet parentes, vel eos haberet qui conſenſerint, bona raptoris in fiſcum redigebantur. Ex his apparet illis temporibus viſum fuiſſe raptum crimen deteſtabile. Quibus & hoc addam, ſi qua filia nupſiſſet invitis parentibus, aut alioqui ſe petulanter & impudicè geſſiſſet, parentibus jus erat eam exhæredare,ut in C. habetur de Inofficioſo Teſtamento,l.Si filiam. Hoc unum excipitur: Si pater ſciverit tranſiſſe juſtum tempus matrimonii, & filiam noluerit elocare, tum nihil habet quod agat adverſus filiam, ſi eo inſcio vel invito nupſerit: imò cogitur illi dotem dare, ut eſt in Cod. ibidem. Si poſt vigintiquinque annos. Vnde apparet matrimonii plus æquo dilati tempus eſſe annum vigeſimum quintum. Idem habetur in ff. de Ritu nuptiarum,l.Qui liberos. Alii Iuriſperiti decernunt item, ſi mulier rapiat virum: quanquam id aiunt raro accidere.

Quid ſi mulier virum rapiat.

Sententię Canoniſtarum.

30 Nunc addendum eſt,quid Canoniſtæ ſentiant, & quid ex Scripturis afferant.36.quęſt.1. Gratianus definitionem raptus eam affert, quam ſuperius oppugnavimus. Verùm hoc addit;In raptu puellæ injuriam quandoque fieri,non parentibus: interdum parentibus, non puellæ: aliquando verò utriſque. Nam ſi puella ſponte rapi velit, ei non fit injuria,ſed parentibus.At ſi parentes faciant viro poteſtatem,ut filiam rapiat,quòd ea conſentire nolit in ejus matrimonium,non illis fit injuria,ſed filiæ. Vtriſque verò injuria fit,cùm invita puella abducitur ab invitis parentibus. Et in eodem loco Concilium adducit Aurelianenſe, in capite de Raptoribus, ubi etiam fatetur raptum conſueviſſe pœna capitis puniri. Verum additur; Si raptor ad Eccleſiam ſe receperit, pœna mortis evitatur. Quid ergo fiet? Si puella,inquit, conſenſerit raptori, primùm auferetur ab eo, & parentibus reſtituetur: ſed excuſata, id eſt,cautione accepta, ne occidatur vel exhæredetur. At ſi non conſenſerit, eſt per ſe ſatis purgata: raptor autem ad publicam pœnitentiam adigetur,ut habetur 36. q.2. ca. Raptores. Sed quid ſi nolit agere pœnitentiam? Excommunicabitur juxta Concilium Chalcedonenſe & Cabilonenſe:ſin verò pœnitentiam egerit,mulcta pecuniaria imponitur. Et in hoc ſe aiunt verbum Dei ſequi,quod in Deut.22.c.habetur: Si quis puellam vitiarit, dabit patri ejus quinquaginta ſiclos, & eam ducet uxorem. Atque ita condemnant raptorem, ad certam pecuniæ ſummam parenti puellæ, ſolvendam. Quam ſi nolit ſolvere,aut non habeat unde ſolvat, adigitur ad ſerviendum parenti puellæ per aliquot annos, quos Gloſſa contrahit ad quinque: hac lege, ut interim ſe poſſit redimere, ſi velit: Adjicitur item: Si conſenſerint inter ſe, matrimonium conſtare, modò accedat conſenſus patris. Et firma eſſe poſſe iſta connubia inter raptorem & raptam, etiam apparet ex decretalibus, de Raptoribus & Incendiariis,cap.Cum cauſa,& ſequenti. Quod utique legibus civilibus adverſatur, & canonibus melioribus. At concilium Meldenſe longè aliter decrevit. Primùm enim ſanxit,ut raptor & rapta pœnitentiam publicam agant: deinde permittit matrimonium,non tamen inter ſe,verùm cum aliis. Et additur:Si conjux alterius moriatur,ne is,qui raptum admiſit vel raptori conſenſit, poſteà unquam ineat novum matrimonium, niſi Epiſcopus relaxet. Adhæc ſtatuitur, nullo modo placere, ut tale matrimonium coeat:ne ſi parentes quidem conſenſerint. Quin & Gratianus fatetur idem fuiſſe decretum in Concilio, quod habitum eſt Aquiſgrani. Poſteà tamen & ipſe aliter definit,nec non decretales Paparum. Quid ergo faciunt de illis conciliis? Reſpondent, hoc illa concilia ſenſiſſe, non licere matrimonium contrahere illo caſu, niſi publica pœnitentia præceſſerit, & conſenſus parentum. Et in eam ſententiam Gratianus 36.q.1.cap.Tria. citat Hieronymum,qui videtur agnoſcere tria genera matrimonii licita. Vnum,cùm puella traditur à parentibus aut tutoribus viro in matrimonium. Alterum,ſi puella oppreſſa fuerit à viro,& pater deinde conſentiat, ut ei locetur in matrimonium. Tertium,ſi pater in ejuſmodi nuptias non conſentiat,ſed eam alteri viro tradit. Hæc tria matrimonia dicit eſſe licita in ſacris literis. Sed 27.q.2.cap. additur,

Concilium Aurelianenſe.

Concilium Chalcedonenſe & Cabilonenſe.

Concilium Meldenſe.

Concilium Aquiſgranenſe.

Digitized by Google

additur, teſtimonio Hieronymi adjicitur aliud genus
matrimonii licitum, nimirùm cùm vidua, quæ ſub
poteſtate parentum non fuerit, nubit in Domino.
Colligit hinc Gratianus, Hieronymum agnoſcere
matrimonium inter raptorem & raptam. Aſt ego vi-
deo in cap. Exo. 22. nihil agi de raptu, tantum ibi ſer-
mo eſt de ſtupro illato, non de rapina. Nam dicitur:
Si eam pellexerit blanditiis ad concubitum, tum da-
tur facultas, ut eam poſſit uxorem ducere, conſenſu
parentum accedente. Verùm ſi quis puellam rapuiſ-
ſet aut marem, agendum erat, lege plagii, quæ in
Deuter. habetur, & teſtatur id morte puniendum,
quicunque in Iſrael mulierem aut virum furatus
eſſet. Quare nihil habetur è ſacris literis, quan-
tum video, de firmitate ſeu conſtantia talis matrimo-
nij.

De Raptu Dinæ.

31 Verum hic aliquis objiciet, Iacobum & filios
ejus conſenſiſſe, ut Sichem filius Hemor, Dinam fi-
liam ſuam ab illo raptam haberet in matrimonium, ſi
modo ſubditi ejus paterentur ſe circuncidi. Fateor:
ſed hoc factum eſt antequàm lex per Moſen lata eſ-
ſet: neque legimus verbum Dei ullum hac de re fa-
ctum ad Patriarchas. Neque poteſt negari, antequàm
Lex eſſet promulgata, contra eam permulta eſſe
commiſſa. Iacobus, de quo nunc agitur, habuit eo-
dem tempore duas ſorores in matrimonium. Amram
uxorem habuit amitam ſuam, ex qua ſuſcepit Mo-
ſen, Aaronem, & Mariam, quæ matrimonia Lege da-
ta non licuerunt. Quare adductum exemplum nihil
probat. At ſi ſpes conjugii hac raptoribus, feneſtra ſa-
tis ampla furioſis juventibus ad rapinas aperietur.
Non enim dubitabunt rapere, ſi ſperent ſe poſſe ra-
ptam habere uxorem. Omnes autem mali occaſiones
e Repub. & Eccleſia tollendæ ſunt. Præterea, cùm
parentes honore ſummoperè afficiendi ſint, ſi eis in-
vitis matrimonia contrahantur inter raptorem & ra-
ptam, magnam patientur contumeliam. Hoc etiam
videtur addendum, Lucium Papam ſcribere ad Bur-
genſem Epiſcopum, ut habetur Extra de Raptoribus
& Incendiariis. cap. Cùm cauſa. ſtatuere, ſi puella di-
cat priuſquàm raperetur, verba interveniſſe de nu-
ptiis, raptum non poſſe propriè appellari. Quid ergo
fiet? An invitis parentibus poteſt raptori nubere? In-
nocentius 3. cap. ſequenti decernit: Si puella invita
rapta fuerit, & poſteà conſentiat matrimonio rapto-
ris, nuptiæ contractæ ſunt etiam invitis parentibus. Et
addit hoc fieri in honorem matrimonii, cùm apertè
ad ejus contumeliam pertineat, ſi quis rem totam
propius conſideret. 27. q. 2. cap. Raptor. habetur: ſi
puella rapta, ſit alteri deſponſa per verba de futuro,
reddendam eſſe illi, modo eam velit recipere. Sin ve-
ro nolit, puellæ quæ rapta fuit, liberum eſſe alij nu-
bere. Verùm ſi deſponſa fuerit per verba de præſenti,
& probari queat invitam fuiſſe raptam, ſponſum ſi
nolit eam recipere, oportere cogi.

Quid ſentiant Scholaſtici. Thomas Aquinas.

32 Theologi Scholaſtici, non multùm ab his di-
verſa ſcribunt. Thomas in 22. quæſtione hanc attin-
git, ſcribendo raptum oriri ex vehementi cupiditate,
qua raptor ita turbatur, ut omnia pericula negligat.
Vultque raptam eſſe reddendam ſuo ſponſo, ſi ha-
beat quo ſi careat, parentibus, aut illis in quorum eſt
poteſtate, ſi orba fuerit. Tum ſi illi conſenſerint, eam
poſſe raptori nubere: ſed ita ut prius fiat reſtitutio,
quia in omni furto & rapina requiritur in primis
reſtitutio: tamen, inquit, raptum ante conſti-
tutionem, matrimonium contrahendum impedire,
id eſt, illos peccare, ſi contrahant: at contractum non
dirimere. Canonibus autem, qui contrà ſtatuunt, re-
ſpondet, illos fuiſſe latos ad criminis deteſtationem.
Sed Papam rem deinde melius conſideraſſe. At hoc
non erat, ſancti viri, Papam pro Deo colere, atque il-
li ſerviliter adulari. Vtque rectè dicere videatur,
verba Hieronymi adfert, quæ apud Gratianum etiam
extant, de tribus matrimonij generibus. Is autem lo-
cus, ut ad præſentem rem faciat, ſuperius dixi. Poſtre-
mo, ſibi opponit Meldenſe Concilium, & illud intel-
ligendũ eſſe ait: Si quis eã rapuerit, quæ alteri nupta
fuerit. Quaſi vero id aut obſcurum aut dubium fue-
rit. Vt hoc intelligeremus, nihil opus erat Canoni-
bus. Thomæ de hac re, quidam Theologus non ine-
ptus graviter ſe opponit: & ubi Thomas dixit, Ra-
ptum non impedire contractum matrimonium, re-
A ſpondet, contrà eam ſententiam multa decreta face-
re. Deinde rationem affert, excommunicatum, capa-
cem non eſſe Sacramentorum. Subjicit deinde ra-
ptorem excommunicatum eſſe: quare niſi publica
pœnitentia intervenerit, & Eccleſiæ ſe reconciliave-
rit, matrimonij non eſſe capacem. Cajetanus ibi

Cajetanus.

ſuum Thomam vult omnino tueri, & negat excom-
municatum non eſſe capacem Sacramentorum. Hoc
tamen fatetur; Excommunicatum peccare, ſi Sacra-
B menta perceperit. Et adjicit, Si excommunicatus ad
confirmationem, vel ad ſacros ordines admittatur,
negari non poſſe illum hæc Sacramenta percepiſſe,
nec ei licere, ſi poſtea egerit pœnitentiam, ea repete-
re. Dicit præterea Magiſtrum Sentent. in 4. ubi re-
cenſet impedimenta, quæ matrimonium contractum
dirimant, raptum minimè numerare. Docet adhæc,
Raptorem & raptam, non eſſe ipſo facto excommu-
nicatos, ſed excommunicandos. At quia vidit in Ca-
nonibus Chalcedonenſis & Cabilonenſis Concilij
C eſſe, Raptor & rapta anathema ſunto; reſpondet, gloſ-
ſam dictum illud interpretari: ut valeat, fiant anathe-
ma. Reſpondet deinde ad alia duo de Reſtitutione
& Pœnitentia, & ait, non oportere ut rapta reſtitua-
tur, verum ſufficere, ſi patri aliquo modo ſatisfiat,
quamvis in manus ei non reddatur: quemadmodum
in furto non eſt ſemper neceſſe, ut ſublata reſtituan-
tur, ſed interdum ſatis eſſe, ut vel precio, vel obliga-
tione injuria compenſetur. De pœnitentia verò ait:
D Raptor ſi abſque illa contrahat, peccat quidem, atta-
men poſtquam contraxerit, firmum eſt matrimo-
nium. Poſtremo Canones, qui contra decernunt, aut
abrogatas eſſe inquit, aut loqui de ſponſis. Ad hunc
modum Thomas, Cajetanus, Theologi Eccleſiaſtici,
& Canoniſtæ, inter ſe colludunt, & Papæ deo ſuo
paraſitantur.

Sententia divinarum literarum. Gen. 6. 2.

33 Nunc dicam, quid ſacræ literæ de raptu ſta-
tuant, quidve de illo judicandum cenſeant. Primus
locus occurrit ex lib. Gen. cap. 6. ubi ſcribitur: Viden-
tes filii Dei filias hominum, quod eſſent pulchræ;
E acceperunt eas in uxores quaſcunque delegiſſent.
Scio ejus loci varias interpretationes afferri. Aliqui
filios Dei exponunt angelos, qui forma pulchrarum
mulierum accenſi, conſuetudinem cum eis habue-
rint. Expoſitio hæc aliena eſt, nam cùm angeli non
habeant corpora, non poſſunt hujuſcemodi cupidi-
tatibus flagrare. Alii verò filios Dei, oriundos à Se-
tho intelligunt, & in vero Dei cultu educatos, qui ca-
pti forma & pulchritudine, cum filiabus Cain, id eſt,
cum idololatris & infidelibus matrimonia contra-
F xerunt. Vnde jam nihil ſani & integri ſupererat, &
propterea Deus diluvio immiſſo perdidit orbem ter-
rarum. Chaldaicus interpres, filios Dei ait fuiſſe ho-
mines potentes & Magiſtratus, qui cùm hominum
vilium filias uxores cepiſſent, omnia repleta ſunt vi-
tiis. Hic ego video raptum interceſſiſſe, quod innuit
Chaldaicus Paraphraſtes, cujus apud Hebræos eſt

Chaldaicus interpres.

incredibilis authoritas. Et ſanè Moſes non ait, eos
petiiſſe illas uxores à parentibus, ſed tantùm accepiſ-
ſe, quas judicaſſent habendas. Ex eo loco facilè anno-
G tari poteſt, curſus & quaſi gradus humanæ perverſi-
tatis. Primùm enim illi viderunt, deinde cupierunt,
ad extremum rapuerunt: neque moribus illarum ca-
pti ſunt, ſed tantum forma corporis. Itaque Deus il-
lud peccatum perſecutus eſt diluvio. Cúmque alia
vitia permulta eſſent in hominibus, tamen hoc unum
magna emphaſi exprimitur: Adhæc 34. cap. ejuſdem

Gen. 34. 2.

libri, Sichem filius Hemor, Dinam filiam Iacobi ra-
puit. Sed quem exitum raptus habuerit, non opus eſt
ut jam commemoremus. Cur autem Dina rapta ſit,

Cauſa raptus Dinæ fuit curioſitas. Vide in Gen. 34. initio.

H curioſitas ejus in cauſa fuit: puella egredi voluit, &
mores aliarum mulierum cognoſcere. Curioſitas ei
tum nocuit, & mulieribus ſemper nocebit. Nam ſi
familiæ Iacobi tanti Patriarchæ damnoſum fuit
puellam foris vagari, quanto periculoſius eſt aliis fa-
miliis non adeo ſanctis, nec tam Deo gratis? attamen
ingenium muliebre hoc vitio maximè laborat: &
idcò Paulus ad Tit. eas monet, ut maritos ament, e-

Tit. 2. 5. 1. Tim. 5. 13.

ducent liberos, & ſint οἰκουργοί. Et ad Tim. cùm agit de
laſcivis & adoleſcentibus viduis: Vagantur, inquit, &
I circumcurſant domos, & ad extremum poſt Satanam
eunt. Quin & virgines, de quibus agitur, Iudic. 21.

Iud. 21. 21.

cùm vagarentur per vineas, & ſe ſaltationibus ocioſè

dediſſent, interceptæ ſunt à Benjamitis. Dicet quiſ-
Gen.34.7. piam, fratres Dinæ oppreſſiſſe dolo Hemorræos. Ve-
rum quidem eſt, ſed reprehenſi à patre, dixerunt; An
illi debuerunt facere *Nebala*, hoc eſt, rem ſtultam &
ſceleratam in Iſrael? Dinam verò non ſua voluntate,
ſed invitam fuiſſe raptam, ex eo apparet, quòd Si-
chem ſcribitur poſt illius oppreſſionem locutum
fuiſſe ad cor ejus. Quod nihil eſt aliud, quàm blan-
ditiis eam voluiſſe conſolari. At poteſt videri mirum,
Benjamitæ nõ propriè commiſerunt raptum. iſtos Benjamitas non fuiſſe ob raptum ſupplicio af-
fectos: ſed expendendum eſt illos non commiſiſſe
propriè raptum, quia puellas abduxerunt non ſuo
Raptuum infauſti exitus. tantùm conſilio, ſed voluntate Seniorum. Cætero-
qui verus & proprius raptus, infauſtum exitum ſem-
per habuit. Io Argus abducta eſt à Phœnicibus, Eu-
ropa à Cretenſibus, Medea à Iaſone, Helena à Pari-
de: quæ omnia excitarunt diſſidia & bella, nec non
Rerump. & regnorum everſiones. Etiam Sabinę, cùm
ſpectaculis voluiſſent curioſè intereſſe, raptæ ſunt à
Romanis: unde talia bella conſecuta ſunt, ut uterque
populus ferè conciderit, ut à Tito Livio, & Auguſt.
de Civit. Dei ſcribitur. Quare cùm Deus hæc ſcelera
noluerit eſſe impunita, talia matrimonia conveniret
poſthac evitare. Non ſum in ea ſententia, ut matri-
monia quæ hactenus eo modo contracta ſunt, ne-
gem eſſe matrimonia. Non enim animus eſt confu-
ſionem rerum inducere. Sed hæc duo affirmo, pri-
mùm in contrahendo peccatum eſſe, præſertim ſi
hoc fiat invitis parentibus. Deinde leges eas, quibus
matrimonia hujuſmodi conceduntur, eſſe corrigen-
das, ut ne poſthac id facere liceat. Videmus enim or-
dinem poſitum à Deo perverti, cùm parentes, quo-
rum conſilio matrimonia contrahenda ſunt, negli-
guntur. Et in hac via iuvenes ad rapinas animantur,
cum ſperent ſe poſſe raptas uxores ducere. Adhæc
quod à me dicitur, legi Dei conſentaneum eſt, natu-
ræ quoque ac civilibus legibus. Quare videant Ca-
noniſtæ atque Scholaſtici, qua ratione contra ſen-
tiant.

An licita ſint nuptia in religione diſpari.

In 1. Reg.3. init. 34 Sunt qui hoc nuptiarum genus tueantur, eáſq;
licitas eſſe contendant. Nam etſi Deus Exod. 23.
Exo.23 32. Deut.7. & pleriſque aliis locis earum contractum
Deut.7.3. prohibuit: id intelligendum, inquiunt, ſolùm quoad
Nuptias in religione diſpari conſtare. ſeptem populos, qui terræ Chenaan fuerant inquili-
ni: nec opinantur Deum vetuiſſe, quin cum aliis na-
tionibus Hebræi matrimonia contraherent. Addunt
Mat 1.5. etiam, quod attinet ad Chenanæos, legem illam po-
Gen.38.2. tuiſſe aliquando relaxari. Etenim Rahab Chenanæa
1 quoniam pia fuit, & Iſraelitis favit, Salmoni facta eſt
2 uxor, qui non modò Hebræus erat, ſed princeps tri-
bus Iudæ. Mitto Iudam, qui ad uxorem Chenaniti-
dem ingreſſus eſt, quia fuit alioquin impurus, quare
ab ejus exemplo non licet argumentum ducere. Pro-
Deut.21.11. babilius eſt id, quod Deut. cap. 21. habetur, ubi Deus
Iſraelitis ducendæ alienigenæ captivæ, ſi placuiſſet
poteſtatem fecit: ſed prius voluit caput ejus radi, un-
gues non reſecare, mutare veſtem, atque illam per
triginta dies deflere ſuos parentes. Colligunt hinc
3 tales nuptias non fuiſſe omnibus modis prohibitas.
4 Quin & Boaz Rutham Moabitidem uxorem duxit:
Rut 4.13. & David Maacham filiam Thalmai Regis Geſſur.
2.Sam.3.3. Salomon quoque filiam habuit Pharaonis, neque
1.Reg.3.1.& 3. hoc nomine à quoquam reprehenſus eſt, imò com-
5 mendari videtur, quòd amavit Iehovam. Mitto
6 Simpſonem, de cujus matrimonio cum alienigena in
Iud.14.1. libro Iudicum luculenter ſcribitur. Adducitur præ-
terea locus ex Paulo prima Corinth. quo ſtatuitur,
1.Cor.7.12. licere fideli manere cum infideli conjuge: unde con-
ficiunt religionis diverſitatem non efficere, ut nu-
ptiæ non conſtent. Quin & Auguſtinus de Adulteri-
7 nis conjugiis ad Pollentium 23. cap. nec non de Fide
8 & operibus 19. cap. affirmat, non extare locum aper-
9 tum in novo Teſtamento, de nuptiis hujuſcemodi
10 non contrahendis. Hieronymus verò libro 1. contra
Contrariæ ſententiæ D. Hier & Auguſtini. Iovinianum, hoc genus matrimonii inſectatur acri-
ter, vehementérque deteſtatur & conqueritur, quòd
ætate ſua tales nuptiæ non caverentur. Ipſe item Au-
guſtinus loco jam allato de Fide & operibus, dolet
homines non exiſtimaſſe peccatum, contrahere nu-

A ptias ubi diſpar eſſet religio. Verùm de Salomone
ſcrupulus injicitur, quia non videtur prorſus à pec-
cato immunis harum nuptiarum cauſa. Nam Deut. Deut.23.3.&8.
23. cap. habetur, aliquot nationes à commercio Iſrae-
litarum excludendas omnino fuiſſe, ſiquidem Am-
monitæ & Moabitæ, in perpetuum arcendi erant ab
Eccleſia Iudæorum: Idumæi verò & Ægyptii, tantùm
uſque ad tertiam generationem. At Salomon ſtatim
prima generatione in Eccleſiam Hebræorum ad- Deut.7.4.
B mittit Ægyptiam.

35 Nunc è diverſo producamus rationes, quæ
damnant & prohibent hoc genus matrimonii. Et Matrimonii contractum in religione diſpari damnari.
conficitur non eſſe licitum, niſi ea pars quæ damna-
tæ religionis fuerit, ab ea defecerit. Deus quippe,
cùm toties hæc matrimonia vetuit, cauſam adjecit,
ne pars infidelis ad idololatriam fidelem illiciat. Vide in 1. Reg 11 v.1. & Gen.24. ſub finem.
Nam ſi conjux infidelis in ſua religione permanſe-
rit, alter ſe graviſſimo periculo exponit: quod cæle-
ſtis Pater voluit à ſuis filiis prorſus averſum. Quare
C ſi fidelis ſe conſtantem fore arbitretur in hoc genere
conjugii, videtur proculdubio tentare Deum. Dein-
de Salomonis exemplo diſcimus (qui ſuis peregrinis 1. Reg.11.4.
uxoribus tandem idola & fana extruxit) quomodo
talia matrimonia cedant. Et Ioſaphatus hac in parte 2.Par.18.
graviter peccavit. Ahabus etiam, etſi malus erat prin-
ceps, per Iezabelem tamen longè deterior evaſit. & 21 6.
Quid præterea Iſraelitis acciderit, cum turpiter com- 1.Reg.16 31.
mixti ſunt puellis Moabitis in lib. Numer. pluſquam Num.25.1.
notum eſt. Iacobus & Rebecca indignè admodum Gen.27.46.
D tulerunt, Eſau alienigenas uxores duxiſſe. Et Ezra Eſd.10.10.
poſt reditum e Babylone, cùm Iſraelitas animadver-
teret ſe copulaſſe Moabitis & alienigenis diverſi cul-
tus, ea conjugia diſſolvit, quæ ſi per legem Dei fuiſ-
ſent rata, non licuiſſet haſce perſonas disjungere.
Adhæc Paulus ad Corinth. poſteriori epiſtola cap. 6. 2.Cor.6.14.
cùm ſcribit; Ne ducatis jugum cum incredulis, hoc
vetuiſſe poteſt videri, & creditur alluſiſſe ad Moſis
legem, quæ vetuit, ne bove ſimul atque aſino ara- Deut.22.10.
rent. Nam quando jugum animalibus diverſæ natu-
E ræ ſeu formæ ſuperimponitur, opus non benè proce-
dit. Deinde adjecit Apoſtolus: Quod enim conſor- 7
tium juſtitiæ cum injuſtitia, aut quæ communio lu- 8
cis cum tenebris? Dixerit quiſpiam; Iſte locus non vi-
detur ad matrimonia contrahendus, cùm Paulus ibi
Corinthios arguat, quod ſibi perſuaderent in rebus
externis, licere cum Ethnicis converſari citra pecca-
tum. Proinde Paulus vult, ut ſeſe, quantum fieri po-
teſt, ſeparent ab illis: ſententiámque protulit καθο-
λικῶς, non privatim de matrimoniis. At ſi generalis
F fuit ſententia, & de aliis commerciis pronunciavit,
quantò magis de nuptiis unà cum illis contrahendis
valebit? Eraſmus quoque in annotationibus, Apoſto-
lum inquit, non tantùm commercia externa, ſed
etiam nuptias illum prohibêre. Profectò & ratio
idem ſuadet, quia proprietas matrimonii eſt, ut di-
vinarum & humanarum rerum ſit communicatio.
Etenim ſi hoc amicitiæ tribuitur, multò magis pro-
prium erit conjugio, cum ſit amicitia longe arctiſ-
ſima.

G 36 Cyprianus qui ab Auguſtino in locis jam ci-
tatis adducitur, in Epiſtola de Lapſis, hoc deteſtabili 9
vitio deplorat Eccleſiam eo tempore laboraſſe, 10
quemadmodum Hieronymi & Auguſtini ætate fie- 11
bat. Proſtituunt inquit, membra Dei gentibus. Et
Hieronymus libro 1. contra Iovinianum ſcribit, Pa-
rentes Chriſtianos, membra ſua idolis proſtituere.
Adjicítque mulieres Chriſtianas quæ ſic nubunt,
coſtas fieri Diaboli. Quin & Ambroſius Epiſtola 70.
ad Vigilium admodum fusè hac de re ſcripſit, ubi
H præter decreta Veteris legis, alia duo producit argu-
menta: Primùm, oportere conjuges ſub velo ſacerdo- Matrimonii conſecrandi ritus.
tali benedictionem accipere, quod ſi diverſæ religio-
nis fuerint, quomodo in Eccleſia Chriſti ſub eodem
velo contegentur? Ex illis verbis intelligimus fuiſſe
tunc morem, ut matrimonia in templis conſecraren-
tur, & velo conjuges eodem per miniſtrum fuiſſe
coopertos, ut aſtantes viderent, illos tunc fuiſſe con-
junctos. Quæ conſuetudo vehementer oppugnat Clandeſtina matrimonia.
clandeſtina matrimonia. Poſſidonius in vita Auguſt.
I ſcribit, illum Ambroſii conſilium vehementer pro-
baſſe, qui cenſuit, ut ſi conjuges in matrimonium
conſenſiſſent, miniſter Eccleſiæ accerſeretur, quo
ſtabilientur

Digitized by Google

Velum quo tegebantur conjuges. Ruthæ pallium. Ruth.3.9.

ſtabilirentur pacta connubialia, & matrimonium
confirmaretur. De velo autem, quo tegebantur novi
conjuges, nihil aliud habeo affirmare, quàm ſymbo-
lum externum fuiſſe à Iudæis (ut opinor) acceptum,
qui etiam hodie illud retinent. Et Rutha fortaſſis eò
reſpexit, cùm petiit à Boazo, ut eam ſuo pallio con-
tegeret, hoc eſt, ut ipſam pro juſta conjuge agnoſce-
ret. Alterum argumentum Ambroſii fuit, oportere
conjuges nonnunquam ſimul precari, & fortaſſis de
illo genere precum agit, quæ publice in Eccleſiis ali-
quando indicuntur: at ſi Deo eidem non adhæreant
conjuges, quomodo poterunt ſimul precari? Imò fa-
cile continget, ut cùm alter eorum precari ſtatuerit,
alter velit convivari. Idem Pater in libro de Patriar-
cha Abrahamo cap. 9. fideles admonet, ut diligenter
12 caveant, ne ſuas filias Iudæis aut Ethnicis collocent,
aut ex eis uxores ducant. Et verba ejus adducuntur
in Decretis 28. quæſt. 1. cap. Non oportet: & in eadem
13 quæſt. 8. Ex iis citatur Ambroſ. qui affirmat non eſſe
conjugium, quod extra decretum Dei eſt initum, &
idcircò emendandum eſſe. Gratianus ea dicta inter-
pretatur, aitque, Non decerni matrimonium inter in-
fideles nullum eſſe: verum affirmari conjugium non
eſſe legitimum, cùm adverſus mandatum Dei con-
trahitur, hoc eſt, inter eas perſonas, quas Deus con-
jungi noluerit, hoc eſt, quæ ſe cognatione attingant,
certis gradibus in Lege prohibitis: vel cùm altera
pars fuerit infidelis. Collaudat deinde Ambroſius
veteres Patriarchas qui uxores ex proſapia ſua re-
quirebant. Nec non Tertullianus in lib. de Corona
militis ait, Nos Ethnicis minimè nubimus, ne con-
juges ad idololatriam pelliciant, à qua ſuas nuptias
14 auſpicantur. Dúmque probare nititur iis nuptiis à
15 Deo eſſe interdictum, locum Pauli affert, quo dixit
1. Cor. 7. 39.
1. ad Cor. Si vult nubere, nubat in Domino: quod ta-
men ejus dictum nonnulli generaliter intelligunt,
ac ſi dixiſſet Apoſtolus: Religioſè nubat, ſalva pieta-
te, in timore Domini, quaſi non prohibuerit iis ver-
bis paucis hoc genus matrimonii. Et fieri potuit, ut
Auguſt. in ea ſententia fuerit. At ego ſentio, ſermo-
nem Apoſtoli generaliter enunciatum, eſſe contra-
hendum, ut eo prohibeantur etiam nuptiæ cum infi-
delibus: quomodo enim fieri poteſt, ut religioſè ac in
timore Domini fidelis copuletur cum hoſte Chriſti?
Et ſanè Tertullianus, Hieronymus & Ambroſius ad
hunc modum locum illum intellexerunt. Porrò Ter-
tullianus ipſe ad uxorem ſuam ſcripſit: Nullis divinis
literis talia conjugia poſſe probari. Et adjecit ibi
16 permulta eſſe pericula, nec non vulnera fidei: pericu-
la, ne incidant in idololatriam: fidei autem vulnera,
quia, cùm ſit alioquin debilis, fulcris potius opus ha-
beat. Verùm altera pars cùm ſit infidelis, minimè ju-
vabit, & fidelis conjux multa ſubinde cogetur audi-
re, quæ diſpliceant. Deinde audacius ac liberius lo-
17 quitur, dicens, Conjugia ejuſmodi facere homines
reos ſtupri, & communione fraternitatis non eſſe cũ
eis communicandum. Vnde facile apparet, eos, qui
matrimonium ita contraxiſſent, excommunicatos il-
la ætate fuiſſe. Cur autem rei ſtupri fuerint, ad hunc
modum oſtendit. Lege ſua Deus talia matrimonia
prohibuit, igitur perſona infidelis, quæ aſſumitur, in-
habilis eſt ad illud conjugium. Quare cùm illæ non
ſint nuptiæ, ſtuprum committetur. Aliena perſona
inducitur, per quam templum Dei violatur: Deinde
18 hoc peccatum ideò redditur gravius, quia Chriſtia-
nis difficile non eſt, aliam conjugem invenire. Ad-
hæc ſubjicit, ſi verum eſt, quod Menander & Apoſto-
1. Cor. 15. 33.
lus admonuerunt, colloquia prava bonos mores cor-
rumpere, quantò magis conjugia tam diſparia illos
vitiabunt? Profectò alienus à Chriſto nihil boni de
19 eo loquitur. Eſt prætereà longè duriſſimum, habere
ad latus ſervum Diaboli. Vtque ſervi principum qui
fideles haberi volunt, nullo modo pati poſſunt, ut cũ
inimicis eorum ſocietatem habeant, aut cum eorum
ſervis. Nec poteſt negari, eos qui ſibi hujuſmodi
20 uxores jungebant, parum curaſſe hoſtes Chriſti.
Prætereà cogitandum eſt ea ætate ſacros cœtus fuiſ-
21 ſe noctu habitos. Proinde qui maritus infidelis, uxo-
22 rem abnoctare paſſus eſſet? Deinde ſatis conſtat,
Deum ſancta matrimonia conciliare, talia verò pro-
curantur à malo, id eſt, Diabolo. Exemplum adhæc
Tertullianus adducit à rebus civilibus deſumptum.

A Lex enim vetuſta fuit, ut ſi qua mulier ſervo ſeſe ad-
miſceret, & monita non reſipiſceret, ancilla fieret
tandem heri, ſervi ejus, quem turpiter adamaſſet. Nec
patiebantur leges Romanæ, ut ſervi jungerentur in-
ter ſeſe matrimonio, citrà dominorum arbitrium.
Quid itaque de Chriſto faciemus, qui verus Domi-
nus noſter eſt omnium? Porrò ſi accedamus ad alie-
nas, in poteſtatem denique heri earum, id eſt, diabo-
li, perveniemus. Sunt quidem rationes hujus ſcripto-
B ris admodum firmæ, quæ tamen mulieribus præſer-
tim ditioribus eo tempore non perſuadebant, quòd
noluerint pauperibus Chriſtianis jungi matrimonio.
Verùm è diverſo domos amplas quærebant, quæ ca- 23
paces eſſent ſuarum divitiarum. Subjicit poſteà præ-
claram ſententiam, aitque petendas eſſe nuptias fi-
delibus hominibus ab Eccleſia, ut ſit unum votum,
una fides, ſpes item & diſciplina inter conjuges.
Chriſtus hæc videns gaudebit, atque illis pacem im-
mittet: è diverſo autem abſque hoc nunquam pacifi-
C cè degent. Ad extremum ſuum concludit judicium, 24
affirmans hujuſcemodi nuptias minimè licere: & ad-
dit, Etiamſi licerent, non expedire. In aliis profectò
rebus & proprietatibus celebratur admodum ea ſen-
tentia, Tu tibi ſume parem: quantò magis in matri-
monio ſequendus eſt de religione conſenſus?

Conciliorum decreta de nuptiis.

37 Poſſent alii etiam ex Patribus adduci: verùm
illis præteritis, affirmo Concilia idem ſenſiſſe. Con-
cilium quippe Agathenſe non ſolum prohibet nu-
ptias cum infidelibus, verùm interdicit etiam eas 25
D cum hæreticis. Vrbanenſe quoque Concilium,
quemadmodum inducitur 28. quæſtione 1. in cap. Si
Iudaicæ, &c. idem ſtatuit. Nec non Laodicenſe, Can.
10. & 21. Miror vero plurimùm Canoniſtas audere
ſcribere, Papam hoc jus poſſe relaxare, quòd ſit, ut

Conjugia diſparium quo jure vetita videantur, poſitivóne an divino.

loquuntur, poſitivum, id eſt, malum. Falluntur ſanè,
quod (ut probatum eſt) divinum ſit hoc inſtitutum,
nec licet hominibus relaxare, quod ipſe Deus man-
davit. Addendum nihilominus, cum Ethnicis matri-
monia licere, modò ad Chriſtum & cultum veri Dei
E convertantur. Sic Moſem, arbitror ſuam Æthiopiſ-
ſam duxiſſe, atque Iacobum Labani filias. Cæterùm,

Num. 12. 1. Gen. 29. 23. & 28.

quia matrimonii cum hæreticis mentio facta eſt, 26
quid hodie dicemus faciendum eſſe, cùm Papiſtæ

Matrimonia quibus Papiſtæ cum Evangelicis conjunguntur an rata.

aliquando conjungantur Evangelicis, & Evangelici
cum Papiſtis contrahant? Hoſtienſis dixit, non debe-
re id fieri, attamen ſi tales matrimonio jungantur,
eſſe conjuges, & nuptias valere. Quin & Thomas
quarto Sententiarum ab hac ſententia non videtur
abhorrere. Sed ii homines facilè pronunciant quid
F videatur, at ſententiam ſuam minimè probant, &
dum ſic ſtatuunt, in abſurdum graviſſimum ſe deji-
ciunt. Nam ſi pars hæretica incitet ad hæreſin fide-
lem & integrum conjugem, & ſi nolit ei aſſentiri nec
velit cum eo habitare, vel cohabitet, id non faciet
abſque Chriſti perpetua contumelia, quid fiet? Illi
reſpondent, ſi res eò deveniat ſeparentur; verùm à

Divortium Papiſticum.

thoro, ſed non à conjugii vinculo: atque ita divortii
genus confingunt, Scripturis divinis prorſus incogni-
tum. Quamobrem ego in diverſam partem inclino,
G atque iis rationibus adducor: In hiſtoria Regum &

Ioſaphati exemplum. 1. Reg. 22. 2. 2. Paral. 18. 1. Ibid. 19. 2. 2. Reg. 8. 15.

poſteriori libr. Paralip. cap. 18. Ioſaphatus, princeps
alioqui laudatiſſimus, accuſatur ex verbo Dei, quod
affinitatem inierit cum Achabo Rege idolola-
tra: quoniam Athaliam filiam ejus filio ſuo co-
pulavit. Vnde poſteà à Iehu filio Anani, ut illic
habetur, decimonono capite, acerrimè reprehenſus 27
eſt.

38 Conſideremus prætereà, quantum inde mali
ſequutum ſit. Ioramus boni patris filius, nempe
H Ioſaphati, rejecto cultu veri Dei, imitatus eſt reges
Iſrael, Athalia uxore ipſum impellente. Compona- 28
mus nunc ſimul Iſraelitas, & Iudæos, qui rationem
inter ſeſe habent hæreticorum Chriſtianorum. Ete- 29
nim Iſraelitæ legem Moyſis profitebantur, habebant
circuncifionem, nec erant omnibus modis alieni à
fide Iudæorum, & nihilominus amicitia Regum

2. Paral. 20. 36. & 37.

Iuda cum eis reprehenditur, & Dei voluntate fran-
guntur eorum naves, dum commercium ſimul ha-
buerunt: quid igitur de hæreticis dicemus? ad Titum

Tit. 3. 10.

I tertio ſcribitur; Hæreticum poſt unam atque alteram 30
admonitionem devita. Auſcultas Apoſtolo, ſi eum
in matrimonium aſſumis? Quales olim Iſraelitæ

Digitized by Google

fuerunt cum Iudæis collati, tales hodie Papiſtæ ſunt A & Anabaptiſtæ, ſi cum Evangelicis conferantur. Iis addas, in Ioannis quarto capite ſcribi, Samaritanos non habuiſſe commercium cum Iudęis. Hæ rationes me permultùm movent. Verùm ſententiam ita mitigari velim, ut de levioribus diſſentionibus & diſcriminibus, non ſimus plus æquo ſoliciti, ſed maximè apud nos expendamus: an conjungendi matrimonio de ſummis capitibus religionis conveniant. Vtpote, B an credant in unum verum Deum, quo ad eſſentiam, & tres perſonas conſubſtantiales: an credant, propter noſtra peccata, opus habere nos Chriſto unico mediatore, in quo ſint duæ naturæ, divina & humana integræ, ſalvis earum proprietatibus: an credant, nos juſtificari ex fide ſine operibus: fore cùm reſurrectionem, tum judicium univerſale, atque alia hujus generis. Quod ideò interpono, quoniam deſcendere ad magis particularia, infinita res eſſet. Verùm facito, quando matrimonium initur, conjuges in religione C conſentire, quid poſteà faciendum, ſi alter eorum in hæreſim inciderit? Reſpondent Papiſtæ ſeparandos eſſe à thoro, quemadmodum priùs diximus, at non à vinculo matrimonii. Verùm Cœleſtinus cenſuit, illa matrimonia prorſus dirimenda, & concedendum jus novi conjugii. Innocentius, qui ſecutus eſt, reſcidit hoc decretum, dicens: Poſſe fieri, ut qui liberari cuperent ab inviſo connubio, uxores ut hæreticas accuſarent, vel ſeipſos hæreticos fingerent: ut habetur extrà de Divortiis cap. Quando te, &c. Ego vero non D agnoſco divortium niſi liberum, quo parti ſaltem læſæ copia fiat novi conjugii: neque ſacræ literæ aliud genus divortii commonſtrant. Innocentio autem reſponderem, non credendum alteri conjugi, ſi alterum hæreſeos accuſet, niſi juſto & legitimo examine probata res fuerit. Deinde tales pœnas infligendas hæreticis cenſeo, ut nemo facilè induci poſſit ad hæreſeos profeſſionem. Conſtituendum itaque videtur, tutiſſimum eſſe, ut ab initio tales nuptiæ caveantur, & ſi poſteà contingat, ut hæreſis interveniat magni momenti, quę legitimo examine deprehendatur, E viæ ac modi tententur, quibus infecta pars reſipiſcat. Quòd ſi non ſucceſſerit, & pars infecta nolit habitare cum fideli conjuge, vel non ſit parata hoc facere, niſi cum blaſphemiis & contumeliis Chriſti, libero divortio ſejungendos eſſe. Modò ſupereſt, ut argumentis reſpondeatur, quæ contra noſtram ſententiam facere videbantur.

Ioan. 4. 9.

31 Matrimoniū cum diſpari contrahente, quid obſervādum.

Matrimonio tunc contracto cū conſentirent: quid ſi poſt diſſentiant, faciendum.

Divortium liberum.

39 Primùm dicebatur, Deum tātummodo quoad ſeptem populos terræ Chenaan, talia matrimonia intellexiſſe. Reſpondeo; Cauſam quæ ſubjicitur, gene- F ralem eſſe, ne ſcilicet homines avertātur à vero Deo & recto illius cultu. Verùm hic rogabimus; Si converſio interceſſiſſet ad verum Deum, an licuerit Hebræis cum illis nationibus contrahere? Opinor minimè licuiſſe, niſi aliqua Dei ſingulari diſpenſatione, quoniam Deus jam illas gentes omninò proſcripſerat. Ad id verò quod afferebatur de conceſſo matrimonio cum muliere captiva: primùm dico, ſi quis eā legem preſſius contempletur, facilè viſurum, Deo tale matrimonium parum fuiſſe probatum: quod tamē G conceſſerit Hebræis, ob incredibilem eorum petulantiam. Id autem ex eo colligo, quòd alienigenæ captivæ radi caput voluerit, ut ſi fortè ob crines pulchros Hebræo placuiſſet, jam raſa inciperet diſplicere. Statuit etiam ut veſtes mutaret, quòd & ipſæ potuerint, ut ſæpe fit, amorem illum conciliare. Mandavit etiam, ut nutriret ungues, ut deformior evaderet. Præcepit etiam luctum interponi triginta dierum, ut ſi anteà ob hilaritatem & comitatem diligeretur, jam in luctu & ſqualore minus placeat. Hiſce conditio- H nibus, Deus inſanò amori ſtudebat medicinam facere. Adjicitur adhæc grave onus, ut ſi cœperit diſplicere, non liceat illam habere pro mancipio, aut eam alteri vendere, ſed jubebatur dimitti libera, divortio interpoſito. Iis obſervatis conditionibus tandem concedebat ut fieret uxor: quod intelligendum eſt, licet non exprimatur, ut prius benè inſtrueretur de religione, atque converteretur ad verum Deum. At de illis exemplis eorum adductis, qui tales olim duxerunt, fateor ductas fuiſſe nonnullas, quæ tamen I prius & veram & ſanam religionem admiſerint. Salomonem autem judico fortè melius feciſſe, ſi abſti-

1 Deut. 7. 3. Matrimoniū inter diſparis religionis cōjuges probantia argumenta diluuntur. Reſponſio. Deut. 21. 12.

2

3 Mat. 1. 5. Rut. 4. 13. 1. Sam. 3. 3. 2. Reg. 11. 1.

A nuiſſet à filia Ægyptii: quia non arbitror Pharaonem Ahabo multò meliorem fuiſſe, cum quo junctum matrimonium divinitus reprehenditur. Quod verò in hiſtoria ſcribitur, Salomonem dilexiſſe Iehovam, id intelligo factum ab initio, dum adhuc nondum fuit corruptus: nam poſteà cùm jam ſenex eſſet, cor ejus per mulieres alienigenas à Deo eſt alienatum. Auguſtino autem qui dixerit in novo Teſtamento mandatum expreſſum nullum extare, quo nuptiæ B hujuſcemodi prohibeantur, Tertullianum, Hieron. & alios Patres oppono, qui verba Pauli ad Cor. epiſtola priore cap. 6. quæ prius adduximus, & quod ſcripſit epiſtola priori, Nubat in Domino, huc referunt, & contra hoc genus matrimonii dicta fuiſſe perhibent. Et quod affertur multos antiquitus non abſtinuiſſe ab iſtis nuptiis, neque putaſſe in eo ſe peccare, id noſtra minimè refert: quoniam vivo Paulo multi etiam accedebant ad idolothyta, nec arbitrabantur in eo ſe malè agere, ſicut nec arbitraban- C tur nonnulli ſcortationem vitio dandam: quæ tamen Apoſtolus vehementer coarguit, & peccata eſſe demonſtrat. Quod verò ad Corinthios ab eodem Apoſtolo decernitur, ut fidelis conjux cum infideli habitet, ſi hoc ille ferat & velit, reſpondetur: Nos hoc loco agere de conficiendis nuptiis, non de iis quæ jam extent. Vnde Apoſtolus ibi ait, Qui vel quæ habuerit conjugem infidelem: unde apparet eum loqui de matrimonio jam anteà contracto. De Salomone D verò an legem violarit, quæ in Deuteron. habetur de quibuſdam nationibus, vel nunquam, vel poſt aliquot generationes non inducendis in Eccleſiam Iudæorum: dico legem illam eſſe diligentius expendendam, & videndum preſſius, quid ſit in Eccleſiam ingredi: quoniam, ut arbitror, non eſt credendum, hominem proſelytum, & ad verum Deum converſum, ac circumciſum, debuiſſe tam diu expectare, cùm eſſet juſtificatus, ut admitteretur ad ſacrificia offerenda & communes preces. Vnde veriſimile eſt, in lege ſtatui de jure civitatis donando, quo publicas fun- E ctiones gererę poſſent, & jus haberent uxorum ducendarum ex tribubus Iſraeliticis. Proinde quoad hoc, non eſt accuſandus Salomon violatæ legis, cùm ea de maribus ſtatuat, non de fœminis. Puto itaque matrimonia hujus generis non eſſe ineunda, quòd potius laquei ſint, quàm nuptiæ.

Salomon dilexiſſe Iehovam quomodo dicatur.

1. Cor. 6. 14.

1. Cor. 7. 12.

4

5 An Salomon cōtracto cum Ægyptia matrimonio legē Deut. violaverit.

Deut. 23. 3. & 8.

Ingredi in Eccleſiam quid. In Iud. 1. Vide in Gen. 19. ſub finem, & 18. 11. & 2. Sam. 13. initio.

De Gradibus prohibitis in matrimoniis contrahendis.

40 Primùm videtur id conſtituendum eſſe, in 18. F & 20. cap. Levitici, non recenſeri omnes perſonas aut gradus in quibus matrimonia prohibentur: ibi quippe nulla mentio fit aviæ, cùm tamen omnes conſiteantur eſſe turpiſſimum, ſi quis aviam ſuam uxorem duceret, cùm ætate multum ſuperet. Præteritur item uxor avi: & cùm patrui conjux nominetur, reticetur uxor avunculi: quódque magis miremur, nequaquam cavetur, ut ne pater filiam ducat, cùm eas nuptias omnes fateantur maximè inceſtas. Quamobrem ſentiendum videtur, ibi à Spiritu Sancto non- G nullos exprimi gradus prohibitos, haud ſanè multos, verùm tales, ut ipſis quibuſdam ſeu regulis exquiſitis atque perſpicuis queamus conſimiles judicare. Quæ porro de matre dicta ſunt, ea de avo & avia ſeu avi uxore mandata fuiſſe oportet exiſtimare, cùm iſti omnes ſint parentibus adnumerandi. Illa item quæ de patrui uxore præcipiuntur, clarè oſtendunt, quid cum uxore avunculi ſit agendum, ſiquidem iſtæ neceſſitudines aut gradus eodem ſpacio ſeu diſtantia ſeſe mutuò reſpiciunt. Quocircà in hanc H ego diſcedo ſententiam, ut prohibitiones in Lege commemoratas ideò proponi exiſtimem, ut ex illis evidenter intelligamus, quid in conſimilibus gradibus facere deceat. Fateor nihilominus quod ad Pauli Burgen. rationem attinet, eos longè magis violare Legem, qui matrimonia contrahunt cum perſonis interdictis, & unà etiam neceſſitudinum ordinem pervertunt. Mihi enim videtur facere longè turpius, qui ſuam amitam, quàm qui neptem ex fratre duxerit, licet utrunque matrimonium arbitrer I minimè licere. Quid Hebræi noſtra tempeſtate faciant, non multum laboro: imò de eo vehementer ambigo quod Burgenſis tanquàm perſpicuum

In Lege non recenſentur omnes gradus in quibus matrimonia prohibentur. Lev. 18. & 20.

Qui gravius aliis peccent contra gradus prohibitos.

& mani-

& manifeſtum ſibi ſumit, Iudæos videlicet ſuarum externarum legum eſſe hodie obſervantiſſimos. Mihi quippe videor juſtè facturus ſi plus dignitatis & religionis illis non tribuam quàm Chriſtianis. Quare cùm ſatis conſtet nos à recta obſervatione mandatorum Dei propter humanas traditiones permultum deſciviſſe, nec non à legitima Scripturarum notitia: ita eſt veriſimile Iudæis, hac noſtra præſertim ætate, contigiſſe. Non igitur ſum adverſus eos injurius quando illis nolo plus quàm nobis tribuere. Non tamen omittam, Rabbinos eorum, gradibus in Lege prohibitis, multò plures tam deſcendendo, quàm aſcendendo, adjeciſſe: quod video in ſuis annotationibus Levitici doctiſſimum virum Paulum Fagium retuliſſe: nec mihi perſuadeo illos alia de cauſa fuiſſe ab eis adjectos, niſi quòd exiſtimarint, illos ab iis fuiſſe comprehenſos, quos Deus expreſſerat. Vnde ad judicandum aliquas nuptias legitimas, non fuerit id meo judicio ſatis, ſi gradus in quo contrahantur, verbis manifeſtis & propriis in Lege non fuerit prohibitus, neque ordo neceſſitudinis perverſus: nam fieri etiam poteſt, ut conſimilis pariſque diſtantiæ ſit jure Legis interdictus. Nec Scriptura, quantum ego viderim, illam rationem quæ ad perverſitatem ordinis attinet, uſquam adduxit: tametſi eam, ut ſuperius conſtitui non penitus abjiciam.

Iudæi gradib. à Deo expreſſis multos alios addiderunt.

Ad gradus dijudicandos quid ſit reſpiciendum.

Scriptura non tradit apertis verbis perverſitatem ordinis in matrimoniis cavendam.

41 Dixerit fortaſſe quiſpiam; Quid ſeculi hujus intereſt, præcepta ea vel noſſe, vel obſervare quæ decimooctavo & vigeſimo capite continentur, quandoquidem nos poſt Chriſti adventum Iudæorum legibus civilibus non amplius obſtringimur? Fateor Chriſtianos præceptis civilibus non eſſe aſtrictos: verùm quæ ibi de nuptiis traduntur, ea non civilibus, ſed moralibus potius legibus accenſeo, & meæ ſententiæ rationem ex eodem loco elici poſſe arbitror. Deus enim cùm illas tuliſſet leges ita ſubjecit; Cavete igitur ne ſtupris & inceſtibus hujuſcemodi voſipſos contaminetis, inſtar gentium, quas ex iis regionibus, à me jam vobis conceſſis expuli. Quia enim tam gravibus facinoribus eæ nationes pollutæ fuerunt, ideò ſic eas perdidi, facturus vobis paria, niſi quæ mando, quoad iſta, ſummo ſtudio evitaveritis. Nemini dubium eſſe arbitror, Chenaanæos, qui legem per Moſen non acceperant, neque cives Reipublicæ Iſraeliticæ fuerant, eo jure non potuiſſe damnari, quòd legibus Hebræorum non obtemperarint. Legi tantùm, quæ moralis vocatur, fuerunt obnoxii. Quamobrem cùm Deus illos eo nomine coarguat, quod hujuſcemodi libidinibus & inceſtibus contaminati fuerint, & affirmet ea de cauſa ſe illos & terra ſua & vita mulctaſſe: non obſcurum eſt, has leges non civilibus præceptis, verùm moralibus, quæ omnes homines obſtringant, eſſe conjungendas. Huic tamen ſententiæ id primo aſpectu videtur obſiſtere, quod Abrahamus, vir alioqui ſanctiſſimus, filiam fratris nempe Saram, exiſtimatur duxiſſe. Amram quoque Iochabed uxorem habuit amitam ſuam, unde Moſes, Aaron, & Maria ſunt procreati. Hoc autem non videntur fuiſſe facturi homines tam pii atque ſancti, ſi lex moralis, uti ſtatuimus, reclamaſſet. Ad hoc primùm reſpondemus, legem naturæ fuiſſe non nihil jam inde poſt peccatum, ex corruptione ac pravitate in univerſum noſtrum genus inductum, mirum in modum obfuſcatam: proptereà qui ſua matrimonia contrahebant, fortaſſe putarunt ea licere, atque ideo licet prorſus excuſari non poſſint ea ignorantia, attamen levius peccaſſe credendi ſunt, quàm qui poſt legem latam hæc facere audent. Deinde adjicio, inter facta Patrum quædam nonnunquam recenſeri, quæ non oporteat ab aliis in exemplum trahi, cùm ea ſint aliquando, ut eorum prærogativæ ſeu privilegia quædam, interpretanda. Sed quicquid ſit, non multùm laborandum arbitror, ut Patres in omnibus excuſemus. Quanquam ſcio eſſe qui dicant, Saram non fuiſſe filiam fratris Abrahami, ſed alia ratione cognatam, & idcircò potuiſſe vetuſto more loquendi ſororem ejus appellari, quaſi fuerit ei ſanguine juncta, non tamen ita, ut juſtis nuptiis convenire ſimul non poſſent. Neque ſecus de propinquitate Amram & Iochabedæ ſtatuunt. Sed hæc omittam, cùm duabus jam allatis reſpondendi formis tota res poſſit explicari.

Levitic. 18. 24. & 20. 23.

Chenanæi coarguuntur quod ſeſe inceſtibus polluerint.

Gen. 10. 12. Exod 6. 20.

Abrahamus & Amram videntur prohibitas duxiſſe.

Lex naturæ à peccato fuit obſcurata.

Patres non ſunt in omnibus à peccato excuſandi.

Non eſt certũ Abrahamum & Amram duxiſſe prohibitas.

42 Poſſet etiam venire in mentem, ſi præcepta de conjugiis moralia ſunt, & ad ejus naturam attinent, quare Deus ea ſuis legibus ſancire voluit? Quia naturæ lumen eò venerat, ut non ſufficeret: ſplendor ejus in cordibus hominum, quotidie magis ac magis obliterabatur: id quod non modò in iis, verumetiam in Decalogi præceptis manifeſtè apparet. Ibi mandatur, ut à furto, & à cædibus homines ſibi temperent, & tamen legimus in hiſtoriis piraticam & latrocinia ſic obtinuiſſe, ut honoris & dignitatis plena viderentur? Plato 5. de legibus exiſtimavit, quoad procreationem ſobolis, à matribus, aviis, & ſuperioribus abſtinendum: turſùmque à filiis, nepotibus & poſteris inferioribus: cæteras verò perſonas liberas fecit. Hieronymus contrà Iovinianum libr. 2. teſtatur, Scotos ætate ſua habuiſſe certa conjugia, verùm ſuis fœminis paſſim congreſſos, ut eas ſors offerebat. Additque, Medos, Indos, Æthiopas, & Perſas conjugia cum matribus, ſororibus, filiabus, & neptibus promiſcuè iniiſſe: quod tamen cum iis pugnare videtur, quæ refert Herodotus de Perſis. Cambyſes enim, ut ille teſtatur, ſororem cupiebat ducere: qua de re ſuos Iuriſperitos ac ſapientes conſuluit, rogando an ſibi hoc liceret: cui reſponderunt, nullam ſanè legem ſe habere, qua fratri liceret ſororem ducere: ſed alteram apud ipſos extare, qua liceret Perſarum regi quicquid libuiſſet. Reſponderunt ſanè rectè priori ſui reſponſi parte, poſteriori verò, Tyranno ſunt adulati quàm turpiſſimè. Verùm quæ ab hoc Hiſtorico ſcribuntur, licet interdum fabuloſo, quæque Hieronymus attulit, minimè pugnant. Siquidem vulgus jam turpi & depravata conſuetudine corruptum illa connubia inibat: prudentiores tamen, quibus naturæ lux prælucebat, ea intellexerunt non eſſe legitima, quamvis cupiditate victi, ſibi ab eis minime temperarent: quos Paulus ad Romanos graviter perſtrinxit, dicendo; Qui cùm juſtitiam Dei cognoviſſent, non modò ea faciunt, verùm etiam conſentiunt facientibus. Adeóque iſta tanquam illicita natura ſua cognoſcuntur, ut iis qui audiunt referri quòd geſta fuerint, horror non vulgaris incutiatur: qui & illi ipſi qui ea commiſerunt, concupiſcentia effervеſcente, ab iis quas polluerunt videntur horrere. Poetæ produnt de Cynara & Myrrha ejus filia, cum qua pater intelligens ſe vel imprudenter conſuetudinem habuiſſe, quòd incenſus odio eam ſit pro viribus perſecutus. Amnon ſororem ſuam Thamaram, quam violarat, adeò cœpit odiſſe, ut illam à conſpectu ſuo juſſerit violenter abduci. Nec fermè unquam, ſi conſulas Hiſtorias, nuptiæ vel congreſſus inceſtuoſi lętum exitum habuerunt. Ptolemæus rex Ægypti, ſororem Euridicem fraudibus & dolo uxorem duxit: quæ poſteà ſecuta ſint mala, Hiſtorici, Iuſtinus præſertim luculenter prodiderunt. Antoninus Caracalla, qui novercam uxorem duxit, & Nero qui matri ſtuprum intulit, non tantùm infeliciſſimè perierunt, verum ut erant commeriti, à populis odio mirificè ſunt habiti, palamque appellabantur naturæ humanæ portenta. Proinde utrumque recipimus, quę illa prohibent, ad legem naturę pertinere, atque à Deo juſta ratione in legibus ſuis moralibus fuiſſe renovata.

Decalogi pręcepta obſcurata erant ante legem in cordibus hominum.

Rom. 1. 32.

Inceſtuoſi eas quas polluerunt, poſteà horrent.

Cynara & Myrrha.

2. Sam. 13. 15.

Inceſtus habuerunt ferè ſemper horribiles exitus.

43 Poteſt alia quoque ratione ſatis luculenter demonſtrari, naturæ luce inceſtas nuptias prohiberi: quandoquidem Romanis legibus, quę inter egregias & honeſtiſſimas recenſentur, magna diligentia fuerunt interdictæ, atque illæ nominatim, quibus neptem ex fratre quis duxiſſet. Quamvis Claudius Cęſar cùm filiam fratris Agrippinam vellet ducere, curarit priori lege ſoluta conſtitui, ut liceret filias fratrum habere uxores. At illius exemplum nulli, excepto uno vel altero, Romæ ſequi voluerunt. Lex verò prior, quæ honeſtiſſima erat ſalva Romanis manſit. Non tamen oportet nos latêre, quaſdã perſonas Romanorũ legib. fuiſſe prohibitas, quarũ divina Lex nullã mentionẽ fecit, nec tamen illarũ interdicta, ratione caruerunt: Vnde Romani cives ad ea conſervanda obſtringebantur, quamvis naturæ lumine minimè conſtaret ſic fuiſſe agendum. Quod ſanè genus legum, municipale vocari ſolet, ſiquidem privatum videtur eſſe certorum locorum. Exemplis rem illuſtrabo: Noluerunt Romani, ut habetur in C. matrimonia

Romanę leges vetuerunt ne filia fratris duceretur.

Romani leges de nuptiis prohibendis quaſdam habuerunt à Deo prętermiſſas.

Digitized by Google

A conſtare inter tutorem & pupillam fidei ejus commiſſam: quòd viderent facilè futurum, ut is tutor, qui bona pupillæ dilapidaſſet: ne cogeretur eorum poſt tutelam rationem reddere, puellam ſolicitaret ad conjugium: quo impetrato, liberaretur à rationibus bonorum adminiſtratorum reddendis. Bona ſanè lex erat, non tamen integrè ſervabatur. Cicero, alioquin vir gravis, ob eam cauſam malè audivit: etenim cùm eſſet multò ære alieno obſtrictus, poſt repudiatam Terentiam, pupillam duxit, cujus anteà res & negotia B tanquàm tutor procuraverat. Sanxerunt item Romani, ut ne præſes in provincia quam adminiſtraret, vel ſibi vel ſuis uxores acciperet ex Provincialibus. Non enim latebat eos, poſſe fieri ut Prætor, Proconſul, aut Præſes in Provincia fretus familiis & cognatis uxoris à ſe ductæ, novas res quæreret & à Republica tandem alienaretur. Periculum quoque viderunt imminere, ne parum eſſet æquus & ſeverus in jure dicendo, ut qui ſuis affinibus magis quàm aliis vellet gratificari. Poſtremò matrimonia minimè libera manſiſſent in provinciis, quia C Magiſtratus quodammodo provinciales cogere poſſent ad matrimonia, vel ſecum vel cum ſuis ineunda. Hanc quoque honeſtiſſimam legem violatam animadvertimus: Felix quippe qui ſub Nerone Iudæam regebat, ut in Act. Apoſtol. habetur cap. 24. Druſillam, Iudæam uxorem habuit. Sed quid memoro leges iſtas minoris momenti non fuiſſe obſervatas, cùm ipſas leges, quas morales dicebamus, & lege naturæ cognitas, populus ille abjecerit? Refert Cicero in oratione pro Cluentio, D Saſſiam quandam improbiſſimam fœminam, ita libidine fuiſſe incitatam, ut Aurium Melinum generum ſuum impulerit, ad filiam quam illi anteà in uxorem collocaverat repudiandam, quò ſeipſam loco filiæ uxorem duceret: quod tandem ut fieret, obtinuit. Cumque id factum plenum dedecoris exiſtimaretur, non tamen legibus in illud eſt animadverſum, neque matrimonium, quod Cicero contendit nullis auſpiciis, nullis authoribus, omnino malis ominibus contractum, vi & juſſu Magiſtratus legimus fuiſſe E diſſolutum. Quamobrem hinc quoque ratio ſe offert, quare Deus, quæ naturæ luce honeſta judicabantur, lege lata denuo voluerit inculcare. Naturæ quippe vincula, clauſtra & repagula frangebantur ab impotenti hominum cupiditate, idcirco fuerunt alio vinculo conſtringenda. Non enim magis prudentes & verecundi erant Iſraelitæ in conſervanda naturali honeſtate, quàm Romani fuerunt.

Præſidi provinciæ non licuit provincialem uxorem ducere.

Felix uxorem Iudæam habuit. Act. 24. 25.

Saſſiæ prodigioſa libido.

44 Nec illud tacendum eſt Deum quoque in ſua Lege quædam habuiſſe propria, quæ municipalia li- F ceret appellare: non enim jure naturæ omnes obſtringebant, ſed tantùm Hebræos obnoxios habuerũt. Noluit quippe ut cum Chenanæis, Hamorrhæis, Iebuſæis, &c. matrimonia contraherent. Illi quippe legi alii populi non videntur fuiſſe obſtricti, neque nos hodie, ſi adhuc extarent illæ nationes, impediremur, quin cum eis matrimonio jungeremur. Quamvis legis illius cauſa, hodie quoque ſalva & conſtans retineri debeat, ea verò eſt, ut in cultu diſpari matrimonia non ineantur. Non enim committendum eſt, G ut pius cum impio conjungatur. Scio quidem Auguſtinum de Adulterinis conjugiis ad Pollentium, lib. 2. & de Sermone Domini in monte, ſcribere, non eſſe in novo teſtamento locum ubi disertis verbis matrimonia cum infidelibus prohibeantur. Verùm hac de re in præſentia nolo plura ſcribere, cùm in Epiſtola ad Corinth. eam ſatis fusè tractarim. Addendum prætereà videtur, bonum virum debere in matrimoniis contrahendis, quod honeſtum eſt in primis ſequi, & à laudatis moribus atque recepta conſuetudine, quæ H verbo Dei non adverſetur, nequaquam facilè diſcedere: at ſi quis incidat fortaſſis ſcrupulus, non gravetur ſuum Magiſtratum conſulere, alioquin ſe, uxorem & prolem, periculo temerè exponet. Nam ſi nuptiis implicetur gradibus lege municipali prohibitis, non maritus, verùm ſcortator, & uxor ejus meretrix habebitur, & proles inde ſuſcepta, eo nomine cenſebitur notha. Magiſtratus tamen, etſi quædam ultrà ea quæ Deus vetuit circa matrimonia interdicere poteſt, de iis tamen quæ Deus mandavit, quæque Lege I ſua prohibuit, nihil poteſt aut debet remittere: quin etiam videat quàm diligentiſſimè, ne nimium & abſque gravi cauſa populos oneret, ut Papam feciſſe animadvertimus, qui bis in hac re peccavit. Primùm, quòd auſus ſit ſibi munus uſurpare condendarum legum in Republica, quod planè ad eum non pertinet: deinde quòd ſuis legibus non eſt ſequutus verbum Dei, ſed abſque ratione primùm gradus omnes uſque ad ſeptimum interdixit: quod poſteà non obſervari animadvertens atque omnia confuſione impleri, ad quartum ſuas prohibitiones contraxit. Qua in re conſtans eſt atque obfirmatus, cùm non numeratur: ſin verò pecuniæ offerantur, quas ad ejus lacunas explendas permultas adferre oportet, pro libidine relaxat & ſuas leges & verbum Dei.

Ex. 34. 16.

Matrimonia in diſpari cultu non ineunda.

Papa circa iſtas leges graviter peccavit.

45 Sciendum etiam illud eſt, Deum in ſuis legibus alterum habere divortium, quod municipale jus poſſumus dicere, cùm ad alias nationes haudquaquam extenderetur, neque omni tempore debuerit valere. Id verò erat, ut cùm quiſpiam conjux abſque liberis deceſſiſſet, frater qui ſuperſtes fuiſſet, aut quicunque alius magis conjunctus, relictam duceret: ita ut primus qui ex eo conjugio procrearetur, defuncti haberetur filius, ac in ſolidum quo ad hæreditatem ei ſuccederet. Noluit quippe Deus in ea Republica homines omnibus modis extingui, & providerat ut eadem quantum fieri poſſet, agrorum diſtinctio ſervaretur. Id autem noſtris Rebuſp. cùm uſui non ſit, nec Deus id mandarit, ad nos nihil attinet. Proptereà ſub generali ac communi lege nos contineamus oportet, ne ſcilicet quiſquam audeat fratris defuncti, quamvis orbi, uxorem ducere. Nec nos lateat, primo tempore quando ſola in orbe Adami familia degebat, fratres non fuiſſe, quemadmodum poſteà interdictos. Fratres enim adigebantur neceſſitate ut ſorores ducerent: ſed poſteà cùm homines aucti numero fuerunt, exeruit ſeſe pudor, & inſtinctu Dei ſeu naturæ cœperunt à prohibitis perſonis vel abſtinere, vel ſaltem agnoſcere conjunctiones ejuſcemodi eſſe plenas ignominia. Quo verò tempore abſtinere cœperint ex Hiſtoria minimè conſtat. Illam antiquorum neceſſitatem, quæ familiam primorum parentum ad fraternos congreſſus urſit, Ethnicorum Poetæ fortaſſis indicarunt, cùm deos fabulentur ſorores uxores habuiſſe: nam princeps eorum, nimirùm Iupiter, Iunonem habuit, quæ de ſe apud Virgilium inquit,

Derelicta propinqui ducenda.

Deut. 25. 5.

Dii Ethnicorum ſorores duxerunt.

Aſt ego quæ divûm incedo Regina, Ioviſque
Et ſoror, & conjux.

46 Vt autem abſtineamus à conjunctionibus prædictis, etſi Dei verbum ac naturæ inſtinctus per ſe ſufficeret, cauſæ tamen ſatis idoneæ prohibitionis à diverſis ſcriptoribus afferuntur. Auguſtinus 15. de Civitate Dei cap. 16. eam abſtinentiam ſcribit permultum conducere, ut vincula humanæ ſocietatis latius propagentur. Nam ſi nuptiæ concluderentur inter parentes unius familiæ, nullæ cum aliis neceſſitudines intercederent. Deinde minimè convenit, ut unus atque idem homo, variarum neceſſitudinum perſonas ſuſtineat: nimirùm, ut idem ſit alicujus mulieris patruus & maritus, & eadem mulier cujuſpiam amita & uxor. Quam rationem Cicero quoque in libro de Finibus 5. attigit, necnon Plutarchus 108. Problemate. Et cùm uterque illorum Ethnici fuerint, hoc videre non poterant, niſi luce naturæ illuſtrati. Tertia quoque ratio ſubjicitur, quoniam hæ perſonæ à quibus abſtinendum eſt, ſimul plerumque in domo eadem commorantur. Quocircà ſi copia inter eas conjugii fieret, non tam graviter atque ſeverè inter ſeſe converſarentur, quàm domeſticus pudor exigit. Plutarchus adducto jam loco ad has rationes quas poſuimus, alias duas prodidit: unam, quòd inter cognatos metuenda fuiſſent diſſidia. Facilè quippe conquererentur jura cognationis ablata: quod ego dictum ſic intelligo, ſi nuptura vel ducturus prætcriiſſet propinquiorem, & nuptiis cum remotiori implicaretur, tum qui propinquior erat ſibi factam injuriam arbitraretur, quaſi ſe prætereundo ipſum voluiſſet pudefacere: quemadmodum in teſtamentis uſuvenit, ubi qui ſunt conjunctiores, ab eo qui teſtamentum facit, nec poſſunt nec debent præteriri.

Vide in 2. Sam. 13. v. 1.

Cauſæ cur in nuptiis multi gradus prohibeantur.

Præcidendæ ſunt cauſæ diſſidiorum inter cognatos.

Atque

Digitized by Google

Atque in lege, de ſuſcitando ſemine fratris jam defuncti, prior locus dandus erat propinquiori, qui ſi jure ſuo noluiſſet uti, pudore ſuffundebatur, ut ea lex fuſius exponit. Igitur cùm inter omnes diſſidia vituperentur, inter cognatos deteſtanda omnino ſunt. Alteram quoque rationem Plutarchus adfert, quod mulieres infirmæ ſint, & idcirco multis variiſque patronis indigeant: quare cum alienis viris nupſerint, ſi ab eis ut fit, affligantur, omnes cognatos ſuos facilè patronos habent: verùm ſi cognatis ſuis uxores ſiant, maléque ab eis tractentur, paucos eſſent habituræ, qui ſuam cauſam defenderent. Non enim proclives eſſent alii cognati, ut cauſa earum vellent cum ſuis propinquis inimicitias ſuſcipere, quod non gravarentur cum alienis præſtare.

Mulieribus, cùm infirmæ ſint, non minui ſed augeri patrocinia debent.

47 Sed quando jam Plutarchus in manus incurrit, ejus recordor, quod Problemate 6. ſcripſit, ac id referre non arbitrabor inutile, quando cum iis pugnare videtur, quæ Auguſt. libr. 15. de Civitate Dei cap. 16. habet, De matrimonio patruelium vel conſobrinorum. Affirmat enim ibi, ante ſua tempora id licitum fuiſſe, tametſi videbantur admodum rara ejus generis conjugia, quod homines quodammodo refugerent cum tam proximis perſonis contrahere: poſteà verò ait, licentiam illam fuiſſe ſublatam. Quod ego ſanè in Romanis legibus publicè receptis & approbatis non animadverti: quæ tamen per Aphricam vigebat. Quare videri poſſet cuipiam obſcurum, de quib. legib. Auguſtinus loquatur, quib. dicit ſuo tempore matrimonia hujus generis fuiſſe prohibita. Verùm ſciendum eſt, ejus ætate valuiſſe legem Theodoſii majoris, qui primus inter Cæſares, quod ego ſciam, hujus gradus matrimonium prohibuit, quod etiam Aurelius Victor, & Paulus Diaconus teſtantur. Idque hodie habetur in Codice Theodoſiano, De inceſtis nuptiis, iis verbis, manente circa eos ſententia: Poſthac qui conſobrinæ ſuæ, vel ſororis aut fratris filiæ, uxorîſve ejus, poſtremo cujus vetitum damnatúmque conjugium eſt, ſeſe nuptiis funeſtarit. Sed in ff. & in C. necnon in Authenticis lex illa hodie non extat, quam tamen Clotharius rex eſt ſequutus, ut legitur in Alemanorum legibus, Tit. de illicitis nuptiis: quin & Canonibus Eccleſiaſticis, ac ſanctionibus confirmata eſt apud Gratianum 35. quæſt. 2. & 3. ex Agathenſi Concilio, Canone 61. Et Gregorius primus eodem loco idem ſenſiſſe deprehenditur, cap. Quædam lex Romana, &c. Hæc reſpondit ad ſextam interrogationem Auguſt. Cantuarienſis Epiſc. affirmátque illos qui gradu conſobrinorum ſunt conjuncti, debere à conjugio inter ſeſe contrahendo abſtinere. Sed etiam longè antè Gregorium Ambroſius in Epiſt. 66. ad Paternum, patruelium damnavit conjugium, ac teſtatur lege Theodoſii fuiſſe prohibitum, quòd ego quoque jam adduxi: & ſi libeat conjecturæ indulgere, id arbitror Theodoſium ſuaſu Ambroſii feciſſe, qui honeſtatis publicæ mirum in modum rationem habuit. Nec tamen eo tempore lex illa tam ſevera fuit, quin aliquando relaxaretur, ut eadem Epiſtola ad Paternum indicat. Quod verò Ambr. ibi affirmat, ejuſmodi conjugium lege divina fuiſſe prohibitum, nullis qui verba legis Dei & facta patrum attentius conſiderent, probari poterit. Romani verò antiquioribus temporibus, ut erga conſobrinas, quoad matrimonia ſe habuerint, ſic obſervavi. Liguſtinus apud Livium libro 2. Decadis 5. ait patrem ſibi uxorem patrui ſui filiam dediſſe. Cicero item in Oratione pro Cluentio ſcribit, Cluentiam ritè nupſiſſe M. Aurio conſobrino ſuo: & M. Antonius philoſophus Fauſtinam conſobrinam ſuam uxorem duxit, ut Iulius Capitolinus teſtatur. Et antè Romam conditam, de Turni & Laviniæ nuptiis agebatur, qui ex duabus ſororibus prognati erant. Plutarchus tamen, loco ſuperius citato ſcribit, prioribus temporibus, Romæ fuiſſe lege cautum, ne propinqui conjugio inter ſeſe jungerentur. Attamen poſteà legem de conſobrinis, tali occaſione fuiſſe relaxatam, quòd vir quidam cùm probus, tum etiam populo Romano admodum acceptus, cùm egeſtate vehementer premeretur, conſobrinam ſuam divitem & opulentam uxorem duxit. Qua de cauſa inceſtus accuſatus fuit. Verùm dicta cauſa, judicio populi Romani eſt abſolutus: magna ſiquidem gratia in urbe pollebat. Plebiſcitum inde factum eſt, quo deinceps conſobrinas liceret ducere. Hęc de illo genere connubii referre libuit, ex legibus divinis, Romanis vetuſtis & recentioribus, necnon ex Patribus & Canonibus Eccleſ. Quibus addam permultas eſſe civitates Evangel. quæ conſobrinorum & patruelium nuptias non admittant, nempe Tigurum, Berna, Baſilea, Schaphuſium, Sangallum, Bienna, &c. In Regno quoque Angliæ cùm ibi eſſem, is gradus à conjugio excludebatur. Quare in locis ubi magiſtratus conjugia hæc interdicit, fideles propter illas rationes, quas anteà oſtendi, ab eis debent ſibi temperare. Cæterùm Othniel, ſi fuit Achſæ conſobrinus, lege Dei potuit eam ducere: Sin verò patruus: non licuit communi lege. Duxit tamen. Vnde alterum duorum oportet dicere, aut lapſum eſſe: non enim patres, ut jam præfati ſumus, à peccato ſemper fuerunt immunes: aut Deum privilegio ſeu prærogativa quadam voluiſſe hoc fieri, quod tamen in exemplum trahi non debet. Nec omittendum eſt, conſuetudine Scripturarum ſatis uſitata, eos qui ſanguine quoquo modo inter ſeſe conjuncti fuerint, fratres appellari, quemadmodum Lothus Abrahami frater vocatur, & cognati Ieſu Chriſti filii Dei appellantur in Evang. Hiſt. ejus fratres. Ita etiam hoc loco fieri poteſt, ut Othniel frater Calebi vocetur, cùm tantùm fuerit ei aliqua propinquitate conjunctus. Et hac plerunq. interpretes expoſitione utuntur, quę mihi non improbaretur, niſi viderem in textu particulam additam; Minor, quæ non ſolet adjici, niſi quando verè fratres aut ſorores inter ſe comparantur.

De matrimonio conſobrinorum.

In Scripturis cognati dicuntur fratres.

An diſpenſatio aliqua poſſit fieri in gradibus cognationis à Deo prohibitis.

48 Nunc exponamus, an aliquid in gradibus prohibitis Lege divina relaxari poſſit. Hodie enim qui Chriſtiani volunt haberi, gradibus prohibitis conjuncti, dicunt, Eamus ad Papam, loquamur cum eo, diſpenſabit, modo pecuniam numeremus. Nec vulgares tantùm hoc dicunt, ſed magiſtri noſtri Theologi in 4. Sentent. diſtinct. 34. De matrimonio, ſcribunt Papam relaxare poſſe: Eúmque poſſe hoc facere, nituntur oſtendere. Nam dicunt præcepta illa quę ſunt Levit. 18. & 20. de gradibus prohibitis, partim moralia, partim judicialia eſſe. Moralia & naturalia eſſe, ne pater filiam ducat, aut filius matrem. Hic talem eſſe indecentiam, ut nullo modo queat tolli, perpetuum impedimentum eſſe: Nam ſunt una caro, inquiunt, pater & filia, filius & mater ejus. In matrimonio verò oportet una caro altera efficiatur, at illi non ſunt diſiuncti. Sed ſi ratio firma eſſet, Adamus Evam ducere non potuiſſet. Caro ejus erat: dicit enim, Nunc caro de carne mea. Reſpondent, Evam carnem Adami fuiſſe non via naturæ, ſed miraculo. Deus enim coſtam Adami ita ædificaverat, ut facta fuerit mulier. At cùm definitur conſanguinitas, non confugitur ad miracula: ſed dicitur vinculum earum perſonarum quæ derivantur ex uno principio per procreationem. Sic Eva non dici potuit conſanguinea Adami. Dicunt ergo in illis præceptis quæ habentur in Levitico indecentiam naturalem, moralem & perpetuam eſſe inter patrem & filiam, filium & matrem, cæteros gradus ad leges judiciales pertinere. Volunt ibi aliquam eſſe indecentiam, ſed non tantam, quæ ſemper interdicta fuerit. Nam fratres & ſorores, primo tempore, matrimonium contraxerunt. Quin & ſoror defuncti fratris, ducebatur in lege, ad excitandum ſemen. Iacob duas ſorores in matrimonio habuit, Amram amitam ſuam, Abraham Saram, quam ſororem appellat. Quamobrem, aiunt, naturæ quodammodo & morali lege interdicuntur perpetuò iſti gradus, pater & filia, filius & mater. Aliæ verò perſonæ quæ prohibentur à Deo, à nuptiis remotæ fuerunt, ſed legibus Iudicialibus. At eæ tantiſper durarunt, quandiu politia iſta Iſraelitica manſit: poſtquã verò cecidit, legibus illis non aſtringimur, niſi quantum Eccleſia eas admiſit: Ita ut nobis ſint leges Eccleſiæ, nõ morales, neq. ſint de jure divino nobis, ſed Eccleſiaſtico & poſitivo. Cumq. Papam toti Eccleſię prę́ſidere faciant, jam in manu ejus poſitũ eſſe dicũt,

In 2. Sam. 13. verſ. 6.

Scholaſticorum de gradibus ſententia.

Levitic. 18. & 20.

Gen. 2. 23.

Deut. 25. 5.

Gen. 29. 23. Exod. 6. 20. Gen. 20. 12.

S 3

A

ut iſta impedimenta relaxet juſtis quibuſdam de cauſis. Adeò adulantur Papæ, ut Cajetanus ſecunda ſecundæ Thomæ, quæſt.154. articul.9. Papam dicat, juſtis de cauſis in omnibus iſtis gradibus relaxare: præterquàm in connubio patris & filiæ, filii & matris: non jure communi jam conſtituto, ſed ſi Papæ accedat relaxatio. Cauſam hanc aſſignat, quòd ſint judicialia. Experientia docet interdum iſta accidiſſe. Emanuel Rex Portugaliæ, duas ſorores habuit: Catharina regina Angliæ, duos fratres: Ferdinandus Rex Neapolitanus, amitam ſuam, approbante Alexandro ſexto. Legi Martinum V. relaxaſſe matrimonium cum ſorore germana, qua de re multi Canoniſtæ dicunt, dubium fuiſſe an licuerit. Licentia hæc eſt horribilis: videtis quanta iſti ſibi vendicarint. Ego ſecus arbitror, & illa quæ in Levitico de prohibitis gradibus continentur, arbitror moralia eſſe. Caninæ potius quàm humanæ, tales videntur nuptiæ. Illa verò naturalia ac moralia potius eſſe, ex ipſiſmet verbis illarum legum convincemus. Cùm Deus has leges tulit, hæc dixit: Vos hæc obſervate, nec polluatis vos iſtis ſceleribus, quemadmodum Chananæi, qui fuerunt antè vos & ego ejeci eos. Si imitati eos fueritis, & polluatis vos, evomet vos quoque terra. Sic argumentor, Chananæi non erant populus Iſraeliticus: Deus per Moſem non tulerat leges illis, tamen propter iſtas conjunctiones puniti ſunt: Ergo aſtringebantur iſtis præceptis. Si aſtringebantur, lumine naturæ aſtringebantur, & ad alias etiam nationes pertinebant. Natura benè inſtituta illam turpitudinem videre potuit. Dominus dixit, ſe propterea odiſſe Chananæos. Quare non conſentaneum nobis eſſe debet, levicula fuiſſe præcepta, quæ unà cum politica adminiſtratione Iſraelitici populi interciderint. Quid referunt filios Adami? Non eſt noſtra & illorum cauſa eadem, fuit illa neceſſitas ſumma. Præterea Deus relaxavit, dicens, Creſcite, multiplicamini, & implete terram. Deus autem relaxare poteſt quando vult: non eſt ei viſum alias fœminas producere. Quod hoc faciendum ſit ſine illa neceſſitate, nullo verbo poſſumus oſtendere. Quod ſemel factum fuit, non imitari debent homines, Iacobum duas ſorores habuiſſe verum eſt: ſed honeſtas publica utcunque obliterata erat in Meſopotamia, & alibi. Nec omnia rectè facta ſunt, quæ patres fecerunt, niſi dicamus ſpiritum Dei peculiariter hoc fieri voluiſſe. De communi lege & curſu uſitato loquimur. Invitus habuit duas ſorores, unam tantùm volebat. Sed Labani dolis altera fuit ei obtruſa, & altera mortua eſt in itinere priuſquam terram promiſſam ingrederetur. Hebræi dicunt, Deum noluiſſe tantum nefas haberi in terra ſancta. Opponimus illi exemplo legem Dei. Non vivendum eſt exemplis, ſed legibus. Fuerunt talia in aliis quoque gentibus, ſed non propterea probanda. Euſebius Cæſar. in Præparat. Evangelica ſcribit, Perſas inter patrem & filiam, filium & matrem nuptias habuiſſe. Beroſus ſcribit, Gigantes antè diluvium non abſtinuiſſe ab illis nuptiis. Caracalla dicit novercæ ſuæ, ſi liceret: impudens mulier reſpondit, Si libet, licet: Imperator dat leges, non accipit. Apud Athenienſes licuit ſorores ducere: turpia ſunt iſta. Opponamus turpibus illis rebus, honeſtas leges Romanorum. Videmus admodum pugnantia in relaxationibus Paparum, quoad hanc materiam. Communi lege & interdicto contrahunt licentiam nuptiarum, & plures gradus prohibent quàm Deus: quandóque ſeptimum gradum prohibuerunt, mox quartum. Poſteà pro ſua libidine ita laxant, ut primum gradum tantùm excipiant:

Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.

Non inficior in iſtis conjunctionibus, majorem eſſe inceſtum in una propinquitate, quàm in altera, ſed quæcunque Deus prohibuit, inhoneſta ſunt. Si dicunt, ſe hoc facere de plenitudine poteſtatis, dicant, ait Baldus, de plenitudine tempeſtatis, qua Eccleſia turbatur & corrumpitur. Ne puteris quenquam hominum (Deum exceptum volo) relaxare potuiſſe, ut frater duceret ſororem.

Cajetanus.

Conjugia inceſta.

Levitic.18. 24.

Prohibitio graduum eſt moralis.

De filiis Adami.

Iacobi exemplum. Gen.29. 23. & 29.

Exempla quædam non probanda.

Pugnantia in relaxatione Paparum.

Baldus.

B C D E F G H

De Dotibus in Iud. 1. cap verſ. 14.

49 An verò mariti antè legem dotes ab uxoribus acceperint, incertum eſt. Servus Abrahami, Rebeccæ potius dedit munera, quàm acceperit: quandoquidem nomine Abrahami & Izaaci aurea vaſa & argentea, quæ ſponſæ donarentur, protulit: de puellæ verò dote nulla fit mentio. Iacobus item ſervivit pro uxoribus, tantùm abfuit ut nomine dotis quicquam ab eis acceperit. Sichem etiam filius Hemorrhis, cùm Dinam Iacobi filiam, cui ſtuprum intulerat, afflictim deperiret, Iacobi filiis dicebat: Augete dotem ut vultis, nullam repudiabo conditionem, modò ſororem veſtram liceat uxorem habere. Morem vero illum patrum vetuſtiſſimorum, non accipiendi, ſed dandi dotem uxoribus quas ducerent, ut laudari debeat, ignoto: dignum tamen duxi, ea referre, quæ hac de re obiter legi. Megadorus, ut inde incipiam, apud Plautum in Aulularia, ducturus uxorem filiam pauperis, eámque indotatam, conſilium ſuum iis verbis commendat. Si meo, inquit, exemplo cæteri agant, concordior erit civitas, & invidia minori utemur, quàm utimur. Illæ nos magis metuent, ac ipſas minori ſumptu alemus, &c. Dum iſta conſidero, videntur ſatis prudenter dicta. Nam paſſim fit, ut una civitas quodammodo in duas dividatur, dum pauperum hominum filiæ potentiorum connubia, vel ob tenuitatem dotis, vel quod prorſus indotatæ ſint, ſperare nequeunt. Siquidem eo, niſi caſu quodam & admodum rarò perveniunt. Vnde qui ſunt ditiores ac potentiores, majorem invidiam & odium grave pauperiorum ſubeunt. Adhæc benè dotatæ uxores maritos minus metuunt, imò eos contemnunt & aſpernantur, ut quos dicant ſuo matrimonio fuiſſe indignos. Poſtremò earum ornamentis atque cupiditatibus non poteſt niſi maximis ſumptibus ſatisfieri. Plutarchus in Apophthegmatis Lycurgi ait, cùm rogaretur: Cur virgines indotatas nubere lege præcepiſſet, reſpondit: Vt neque propter egeſtatem aliquæ relinquantur innuptæ, neque propter opulentiam aliquæ nimium ambiantur & colantur, ſed unuſquiſque puellarum mores expendens, electionem conjugis ex virtute faciat. Refert idem Probl.30. ſponſam colum & fuſum ad domum ſponſi duntaxat ſecum geſtaſſe. Decem viri quoque ſtatuerunt ex legibus Solonis, ut mulier dote careret, ſolúmque tres veſtes, nec non vaſa quædam parvo empta, domo paterna efferret, quòd judicaverint ſocietatem conjugii non precio, ſed charitate liberorum confirmari. Hæc ſanè cum iis pulcherrimè quadrant, quæ in Pandectis, de Donatione inter virum & uxorem à Paulo & Vlpiano habentur. De Ægyptiis prætereà ſcribitur, quòd ſi dotem ab uxoribus accepiſſent, uti mancipia illis addicerentur. Quæ conſuetudo ſatis docebat, & ignominioſum & inutile videri ab uxoribus dotem quærere, cùm libertate nihil ſit præclarius: & natura inſtituerit, ut vir uxori præſit. Iberis autem mos traditur fuiſſe, ut loco dotis colum cum ſtamine uxores ad viros adducerent. Multa prætereà liceret commemorare, quibus oſtenderetur, non fuiſſe omnibus veteribus probatum, ut maritis, cùm ſponſas ducerent, dotes attribuerentur. Verùm enim verò divinæ leges dotis non ſemel, ſed crebrius mentionem faciunt. Nec dubitarim antè Legem alicubi fuiſſe in uſu. In Exodo, qui vitium intuliſſet virgini, debuit etiam ducere, ſi modò pater voluiſſet: quòd ſi nollet, numerare dotem cogebatur, quemadmodum inquit lex eſt dos virginum. Deinde lib. 1. Melachim cap. 9. Pharao Gazar civitatem, quam Chenaanæis eripuerat, Solomoni, qui ejus filiam duxerat, dotem dedit. Romanorum prætereà leges, quæ alioqui cæterarum omnium ſunt æquiſſimæ, de dotibus mentionem prolixè faciunt, & plures habent integros titulos, in quibus hac de re tantùm agitur.

50 Sed quando ſumus huc digreſſi, opportunum videtur, ut dotis ipſius definitio proferatur, quo facilè poſſimus cognoſcere, quantum ei à piis viris tribuendum ſit in matrimoniis contrahendis. Dos eſt jus utendi rebus, quæ marito ab vxore, vel ejus nomine ab aliis datæ fuerint, ad matrimonii onera ſuſtinenda. Et quamvis dos propriè dicatur jus utendi, attamen ipſæ res, quæ viro traduntur, Dotis vocabulo non rarò appellantur. At finis in hac definitione cum primis notanda eſt, nimirùm ad ſuſtinenda matrimonii onera. Viſum porro eſt, cùm vir in alenda uxore

Vide in 1. Sa. 18. verſ. 23.

An mariti antiquitus dotes acceperint ab uxoribus.

Megadorus. Plautinus.

Decemvirorum lex.

Ægyptiorum mos.

Iberorum mos.

Definitio dotis.

A B C D E F G H I

Digitized by Google

uxore atque honeſte ſovenda permulta impendat, juſtitiam & æquitatem id exigere ut ei viciſſim aliquid reponatur. Quamobrem cum dos hoc fundamentum juſtitiæ habeat, quin res licita ſit, dubitari non poteſt. At in eo error eſt non ferendus, quòd nonnulli dicere auſi ſint, dote concordiam thalami inter virum & uxorem facilius conciliari. Hoc & ratio & experientia falſiſſimum indicat. Quis neſciat, eam amicitiæ ſpeciem quæ utili duntaxat nititur, unà cum ea quæ in voluptate fundatur, fragilem & caducam admodum eſſe? Deinde uſus docet, nuptias ita contractas, ut nihil aliud ſpectetur, quàm ſponſæ forma & dos, parum feliciter cadere. Vnde vulgato proverbio ii perſtringuntur, qui uxores oculis & digitis ducunt: id eſt, qui forma duntaxat & pecuniis moventur. Quocirca juſtas leges docet, dotes quidem non auferre, ſed id ſeveriter cavere, ut ne nimium augeantur, néve ſint inofficioſæ. Propterea Romana jura dotes reſcindi jubebant, quæ majores eſſent quàm facultates dantis paterentur, ut in ff. habetur, de jure dotium. Eſt etiam è diverſo cavendum, ne parentes aut tutores victi avaritia, minus dent quàm honeſtas requirat, ut in Tit. habetur de Dote inofficioſa. Et quia dantur dotes ad onera matrimonii ſuſtinenda, illi excuſari minimè poſſunt, qui cùm eas ab uxoribus acceperint, illas deinde non verentur indignè habere. Ii præterea quia legem Dei violant, qua ſuas uxores ut ſeipſos propriúmque corpus debent amare, injuſti ſunt, quando illis nolunt ex ſuis ipſarum rebus commodè ſubvenire: Imò nonnulli ſunt, qui niſi publicis legibus impedirentur, dotes uxorum diſtrahere, vendere, ac funditus alienare vellent. Id autem ne fiat, leges præſertim Romanæ, graviſſimè caverunt: etenim ſanciunt, ut dotis dominium ſit penes uxores, quamvis maritorum ſit fructus & uſus, quoad matrimonium conſtiterit. Atquid obſecro, de illis dicemus, qui matrimonii onera tam gravia & intolerabilia indies patiuntur augeri, dum nimium uxoribus blandiuntur & adulantur? Certè graviſſimè peccant, quandoquidem jam neque ſuum ipſorum patrimonium, neque uxorum dotes pares eſſe poſſunt, adeò volunt ornamenta & luxum ex omnibus partibus redundare. Omnia ſanè inter pios viros & ſanctos conjuges, moderatè oporteret inſtitui. Cur autem putamus leges tam multa, & adeò multis de dotibus ſanxiſſe? Quoniam volunt cives, quando nuptias contrahunt, & matrimonio junguntur, indemnes ſervare. Expedit enim Reipub. ut ſi vir moriatur, uxori dos remaneat ſalva, quo, ſi voluerit, poſſit rurſus nubere. Vel ſi prius uxor obeat, ut dos valeat ad liberos ex matrimonio ſuſceptos, alendos, ornandos, & inſtituendos.

Error circa dotem.

Amicitia utilis & voluptuaria eſt infirma.

Contra dotes nimium magnas & inofficioſas.

Quare dos uxoribus debeat ſalva remanere.

51 Si quæras; Cur hoc titulo dicantur dare dotes ad onera matrimonii ſuſtinenda? R. Ne ea putetur precium eſſe, quaſi uxores & matrimonia ſint venalia: qua eadem ratione in ff. donationes inter virum & uxorem prohibentur, videlicet, ut ne in matrimoniis jam contractis dona inter conjuges captarentur. Deinde, cùm divortia jure illo civili paſſim darentur, ſi licuiſſent dona inter conjuges, matrimonia facillimè diſtracta fuiſſent. Nam ſi alter conjugum alteri quantum peteret dare noluiſſet, fuiſſet illicò repudiatus. Licebat quidem viris donationes quaſdam uxoribus ante nuptias facere, quas ἀντίφερνα dixerunt, quaſi eſſent certæ quædam compenſationes dotis. At cùm jam eſſent conjuncti conjuges inter ſeſe, non patiebantur Romanæ leges, ut invicem ſibi donarent. Qua de re Plutarchus etiam meminit, à quo tamen ratio alia affertur, atque ego ex ipſis legibus deſumptam retulerim. Illius in 36. præcepto connubiali, & in 35. hæc verba ſunt; Corpora quædam dicuntur ex diſcretis rebus conſtare, ut exercitus & claſſes: alia ex conjunctis, ut domus & navis: quædam verò unita ſunt & concreta, ut ſingula animalia. Vnde connubium quod ex animantibus conſtat, unitum & concretum: quod vero conſtat aut propter dotem, aut propter liberos, eſt ex conjunctis. At quod voluptatis cauſa ſeu concubitus conſtat, dixeris ex diſcretis. Nam ibi conjuges dici poſſunt ſimul habitare, ſed non ſimul vivere. Vtque in animantibus, humorum temperationes per omnes partes fiunt, ita conjugum corpora, pecunias, & amicos atque propinquos invicem miſceri oportet. Et Romanorum legumlator munera viciſſim dare & accipere conjuges vetuit, non quidem ne rei cujuſquam participes forent, verùm ut omnia communia eſſe exiſtimarent, &c. Cæterùm hæc de donationibus, non autem de dotibus intelligenda ſunt, cùm ipſæ alioquin & licitæ fuerint, & in Repub. Romana uſitatiſſimæ. Etenim filiæ Scipionis, Curii & Cincinnati ex fiſco dotatæ ſunt, ob parentum inopiam, ut ne indotatæ nuberent. Quin & concilium Arelatenſe, ut citatur 30. quæſtione 5. cap. Nullum ſine, ſtatuit, ut abſque dote nullum conjugium contrahatur. Iuxta facultatem, inquit, fiat dos: nec ſine publicis nuptiis quiſquam nubere vel uxorem ducere præſumat. Hunc ego Canonem libenter, & (ut dicitur) ambabus complector, quatenus clancularias nuptias damnat: ſed ut ſtatuit matrimonia ſine dote coire non poſſe, cum id teſtimonio verbi Dei non confirmetur, eum minimè admiſerim. Permulti quippe ſunt & fuerunt, qui omnino indotatas duxerunt, & quidem tantæ probitatis & authoritatis, ut eorum facta damnare, cùm ſacræ literæ non obſtent, videatur admodum temerarium: neque mulieribus, quæ indotatæ fuerint, matrimonium, ſi opus eo habeant, negandum ullo modo cenſeo. Paulus deinde teſtatur, matrimonium, Chriſti cum Eccleſia conjunctionem, adumbrare: unde ſi veritas ejus reſpiciatur, Eccleſia nihil habuit quod Chriſto nomine dotis offerret: imò potius, quemadmodum Ezechiel docet, à Deo reperta eſt in ſanguinibus & cœno volutata. Patres item in veteri Teſtamento ſuas uxores videntur quandoque indotatas habuiſſe. Itaque ſtatuendum videtur, poſſe ac licere dotes accipere, cùm dotatæ fuerint: cámque honeſtam eſſe conſuetudinem, ſi tamen juſtus modus non excedatur, & qui ducit, non alliciatur ad matrimoniũ tanquam præcipua cauſa nomine dotis. Mores cumprimis & pietas conjugis debent expendi: nec ſtatim ſibi perſuadere quiſpiam debet, ſi duxero indotatam, illam propterea meliorem & pacatam habebo, cùm ſicuti contra Iovinianum libro primo Hieronymus refert, Cato Cenſorius Actoriam Paulam uxorem habuerit, humili natam loco, pauperem, ac indotatam, quæ tamen vinolenta, impotens, & ipſi Catoni ſuperba erat.

Dos non eſt precium matrimonii.

Donationes inter conjuges. ἀντίφερνα.

Quædam puellæ fuerunt ex fiſco dotatæ.

Concilium Arelatenſe.

Falſum eſt, matrimonia abſque dote coire non poſſe.

Epheſ. 5. 23. Ezech. 16. 30.

De Divortiis, & Repudiis.

52 Hebræis & Ethnicis fuit leve dimittere uxores, & licuit quavis de cauſa, at Chriſtianis non ita eſſe debet. Chriſtus hoc tractavit Mathæi quinto & decimonono, ubi cùm dicit, Moſes dedit vobis libellum repudii, nequaquam id ſic accipi debet, quaſi Moſes id per ſeipſum abſque juſſu Dei egerit. Quia fuit, ut illi divinitus teſtimonium datur, fideliſſimus. Et quod in Lege ſtatuitur de divortio, poſtea in Malachia præcipitur: Si odio habueris, nimirum uxorem tuam, dimitte illam. Nolebat quippe Dominus, odia & inimicitias in tanta neceſſitudine retineri. Revocat itaque nos Chriſtus in novo teſtamento ad priſtinam inſtitutionem: Quia cùm modò ſit ſpiritus copioſior & largior gratia, viri majorem patientiam & charitatem erga uxores præſtare debent, ut non quavis de cauſa ſic adverſus illas offendantur, ut abjiciant. Similiter ab uxoribus, major obedientia & modeſtia requiritur.

In 1. Cor. 7. 10. Mat. 5. 31 & 19. 7. Heb. 3. 2. Deut. 24. 1. Mal. 2. 16.

Cur Deus divortium in lege voluerit?

Chriſtus nos revocavit ad priſtinam inſtitutionem.

53 Hic mihi dices: Quid ſi hodie inveneris inter Chriſtianos, tam duros corde & pervicaces, ad inimicitias & odia retinenda in conjugiis, ut Iudæos vincant, nedum illis æquentur, Quare cùm ſit idem morbus, idem remedium non relinquitur? Reſpondeo, qui ſunt ejuſmodi, à Chriſto alieni ſunt. Idcirco eos Reipublicæ committimus, ut ſtatuat de illis prout melius viſum fuerit. Quando enim ab eccleſia emendari non poſſunt, illos ut Ethnicos & publicanos habemus. Agatur cum eis legibus civilibus. Ex verbo Chriſti ſatis explicatè habemus, id fieri non debere, ut citra cauſam adulterii divortium fiat: quæ exceptio non eſt mirum ſi à Paulo intermittatur. Quia cùm Paulus dicat, ſe non iſta dicere, ſed Dominum, nos ad ejus verba remittit, neque mandato illius quippiam detrahit. Et cùm inquit ſe non dicere, ſed Dominum, minimè reddit infirma quæ ſuperius

Quid faciendum de illis qui pervicacia vincunt Iudæos?

Cur Paulus intermittat exceptionem adulterii.

Digitized by Google

Etiam quæ prius dixerat à Domino erāt.

tradiderat, cùm à Chriſto dicta non legantur. Quoniam & illa ſunt à Domino. Dicit quippe: Puto autem quod & ego ſpiritum Dei habeam. Sed mandatum Chriſti ideo memorat, ut leniat verborum ſuorum acerbitatem. Carni quippe videtur intolerabile, matrimonium non poſſe diſſolvi. Eſt ac ſi Paulus dixiſſet; Non propono vobis vel aliena, vel nova, & quæ ante me inaudita fuerint. Hoc mandavit Dominus. Alioquin & iſta, & quæ ſuperius ſcripſit Apoſto- B lus, firma ſunt & authoritatis plena. Sed hoc intereſt, quòd iſta Dominus per ſeipſum loquutus eſt, & ea repetit per Paulum, illa verò tantummodo per Apoſtolum proferri voluit. Atque ſuam ſententiam de non diſſolvendo conjugio, Chriſtus probavit ex teſtimonio libri Geneſeos, ubi dicitur: Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam & adhærebit uxori ſuæ. Duæ neceſſitudines his verbis conferuntur: una eſt inter parentes & liberos, altera inter virum & uxorem. Cúmque neceſſitudo paterna C vel filiorum ejuſmodi ſit, ut divelli ac diſcuti non poſſit, multò minus iſta conjugalis: atque durat perpetuò neceſſitas inter filium & parentes, ita conjunctio inter virum & uxorem. Hæc eſt Chriſti interpretatio illius loci, & argumentatio quam inde producit. Vult attamen exceptam cauſam ſtupri. Et Paulus (per quem loquitur Chriſtus) aliud excipit, ſi alter conjugum, quod ſit infidelis, nolit habitare cum fideli, ut ſuo loco dicetur.

Chriſti ratio qua oſtendit non diſſolvendum connubium.
Gen. 2. 24.

An cauſa ſtupri ſola dirimat?

54 Verùm de ſtupri cauſa, quam Chriſtus excipit, nonnulli addubitant an ea ſit ſola, & dicere au- D dent, Chriſtum in illa complecti voluiſſe alia omnia ſcelera, quæ ſtuprum gravitate aut æquant, aut ſuperant, moréinque aiunt eſſe divinarum literarum, ut in una cauſa commemorata alias conſimiles includant. Vti habetur in Deuteronomio de homicidio, quod caſu & contra voluntatem admittitur: Vbi tantummodo una ratio deſcribitur, quando ſecuris è manubrio exilierit. Sed quid? Nônne idem judicabimus, ſi ædificando, vel aliquid convehendo, quiſpiam no- E lens, alterum occiderit? Ita dicunt in præſentia, ſunt pleráque crimina paria, & fortè graviora, quàm ſit adulterium; quamobrem exiſtimant illa quoque crimina facere copiam divortii. Quem ſenſum fortaſſis Imperatores nonnulli, alioquin pii & Chriſtianiſmi ſtudioſi, multa crimina in ſuis legibus expreſſerunt, propter quæ liceret divortium facere, quòd illa judicaverint non leviora eſſe ſtupro. Et alias quoque cauſas extra crimen adulterii admittendas eſſe, inde poteſt apparere, quòd Paulus adjecit de conjuge infi- F deli, qui nolit cum altero habitare, quem caſum Chriſtus recitaverat. Quin & hodie, ſi deprehendatur in matrimonio jam contracto, ut loquuntur, frigiditas, vel ſimile impedimentum, juſtum divortium permittitur. Et nihilominus Chriſtus cauſam tantùm ſtupri excepit: Imò ſi velimus inſpicere, quantum ſibi pontifices Romani hac in re permiſerint, videbimus illos apertè ſibi facultatem arrogaſſe, modò non eſſet (ut loquuntur) ſecuta copula, matrimonium jam contractum diſſolvendi. Imò fertur diploma G fuiſſe conſpectum Papæ dirimentis matrimonium non tantùm contractum, ſed ut dicunt, conſummatum. Et Zacharias Papa, ut in quarto Sententiarum ſcribitur, cùm quidam polluiſſet adulterio ſororem uxoris ſuæ, reſcripſit: Cùm hoc facinus admiſeris, neutram illarum habebis uxorem, erisque tu & illa, quam adulterio polluiſti, ſine ſpe conjugii: uxor verò tua cui voluerit, nubat in Domino. Quo caſu apertè vides, judicatum eſſe ab ipſo Epiſcopo, divortium propter ſtuprum admittere alias nuptias. Volunt præ- H terea matrimonium diſſolvi, ſi erretur in perſona vel conditione, ut ſi qua putaverit ſe habere quempiam maritum, & deprehendet alterum eſſe ab eo quem habere voluerat, vel, ſi liberum & ingenuum ſibi aſcivit, quem comperiat ſervum eſſe. Accedit & cauſa gradus propinquitatis, etiam divina Lege non prohibiti, ubi voluerunt matrimonium contractum reſcindendum eſſe. Quare apparet, non adeo ſeveriter judicatum fuiſſe, unam tantummodo cauſam, quam Chriſtus expreſſerit, divortium facere. Alioquin cùm I Chriſtus unam tantummodo cauſam expreſſerit, quomodo Imperatores, & quidem Chriſtiani, atque viri Eccleſiaſtici, tot alias adjeciſſent? Certè hoc fuit,

Deut. 19. 5.

Sacræ literæ in una cauſa non ſimiles intelligunt.

Imperatores.

1. Cor. 7. 15.

Frigiditas.

Multum ſibi arrogarunt Romani Pontifices.

Zacharias papa judicavit licere in cauſa adulterii mulieri nubere alteri.

Error conditionis.

Gradus propinquitatis.

A quod arbitrati ſunt, in illa una Chriſtum voluiſſe, & pares & graviores culpas contineri. Adjecit Eraſmus, qui hanc rem copioſè tractavit; Cùm Dominus præcipit ne jures, ne iraſcaris, ne dixeris Racha: ſi quis te percuſſerit in una maxilla, obverte illi alteram: ſi quis vult auferre pallium, da illi & tunicam, & alia id genus: admittimus interpretationes, ut hæc ſæpe intelligamus de animi præparatione, ut non fiat leviter aut temere, non ſine juſta cauſa: & hîc erimus tam B duri & aſperi, ut nullam vel interpretationem, vel expoſitionem admittamus?

Eraſmus.

Matt. 5. 22.

55 Cur verò Chriſtus unam duntaxat adulterii cauſam expreſſerit, ea videtur eſſe ratio, quod nihil magis atque hujuſmodi ſcelus matrimonio adverſetur. Erunt (inquit ſcriptura) in carnem unam. Qui verò ſtuprum admittit, ſe alteri carni adjungit, ut à ſua uxore avellatur: Num Paulus, Tollam membrum Chriſti, & faciam membrum meretricis? Hæc eſt, ut expoſui, quorundam ſententia; quæ licet im- C pia non ſit, & fortaſſe non facilè refelli poſſit: ego & cauſas in ſcripturis expreſſas libenter amplector, ita etiam ultra illas difficilè patior divortium ſuos fines proferre. Et profectò quoad hujuſmodi crimina quæ Scriptura commemorat, ſi magiſtratus, cùm ſit Chriſtianus, uteretur ſeveritate, quam & divinæ leges & Romanæ juſtiſſimam decreverunt, his moleſtiis non laboraretur. Non autem loquor in præſentia de impedimentis naturæ, quæ ita poſſunt accidere, & à Deo immitti, ut matrimonium ulterius non poſſit D conſtare, tantum quod protuli, ad ſcelera contractum velim, quæ à multis putantur matrimonium reſcindere. Ea, inquam, non facilè conſuluerim aliunde accipi, quàm è ſacris literis.

Cur Chriſtus adulterium præcipuè expreſſerit.
Gen. 2. 23.
1. Cor. 6. 15.

Equidem nolim divortium extra cauſas in ſcripturis expreſſas proferri.

Eveniunt naturalia impedimenta.

56 Quin & in his quæ Scriptura expreſſit, nihil abſque magiſtratus approbatione audendum judico. Etenim matrimonium, quanquam res eſt divinitus inſtituta, quo tamen ad circumſtantias, habet permulta quæ ad civiles leges & mores attinent. Vnde qui novum matrimonium contrahunt, dimiſſa priori E uxore invitis magiſtratibus, & publicis legibus prohibentibus, graviſſima incurrunt damna. Liberos enim quos ſuſcipiunt ex recenti matrimonio, ea infamia notant, ut pro ſpuriis publicè habeantur, & uxorem quam ducunt probro exponunt, ut adultera & meretrix exiſtimetur, ſeipſos quoque turpitudini eidem faciunt haberi obnoxios. Quamobrem rogandus eſſet & obteſtandus magiſtratus omnibus modis, cùm ſit fidelis, ut hac de re ſtatueret, & ſuas leges verbo Dei accommodaret. Eſtque providen- F dum, ut ita conſtituatur, ne feneſtra magnis flagitiis pateſiat, per quæ paſſim ac temerè matrimonia diſſolvantur. Et ex altera parte cavendum, ne dum ita factum divortium tueri volunt, de quo nunquam ſacræ Scripturæ quidpiam habent, ut vinculum conjugii maneat, viro & uxore à ſe invicem disjunctis, ac ita disjunctis, ut nequaquam ſimul habitare poſſint: videndum inquam, ne vagis libidinibus & ſcortationibus occaſio præbeatur. Si quis autem propter ſtuprum, aut quod nolit conjux ullo pacto ſecum ha- G bitare, ut Paulus de infideli ſcribit, ſolus cogatur degere, & abſque conjuge perpetuò vivere, cùm ei facere nolint leges copiam ſecundarum nuptiarum, ſit anceps, & neſciat quid agere debeat, certè non poſſunt ei occurrere niſi duo remedia: ut vel in iſta neceſſitate poſitus, jam arbitretur ſe à Deo vocationem habere ad cœlibatum, quem precibus aſſiduis & pulſare debet & ſolicitare ut ſibi adſit, quò caſtè & purè vivat: & cùm videat ſibi à legibus injuriam fieri, cauſam ſuam Deo commendet, quòd non ipſe ultro aut H volens in hunc ſtatum ſe conjecerit, ſed neceſſitate adactus, cogatur hanc ſortem retinere. Quòdſi omnino viderit ſibi non ſuccedere, ut caſte vivat aut contineat, & in animum ſuum non poteſt inducere ut ſit cœlebs & abſque uxore vivat, putétque ſibi expedire ut libertate à Deo conceſſa utatur, ne id invito magiſtratu ſuo & publicis legibus vetantibus committat, diſcedat & ſe conferat in regiones ubi hoc liceat, ibi uxorem ducat, & ei ſe Reipublicæ addicat, per cujus leges hoc ei permittatur. Hæc à me ſic tra- I duntur, ut melius ac ſanius conſilium perpetuò ſim paratus & audire atque admittere.

Sine magiſtratus conſenſu matrimonium non eſt ita reſcindendū ut aliud contrahatur.

Orandus eſt magiſtratus ut hac de re ſtatuat.

Conſilium, quid ſit agendum, ubi leges à juſto divortio aliarum nuptiarum copiam facere nolunt.

57 Id autem mecum ſæpenumero ſum miratus, quomodo

Digitized by Google

Mirum quomodo à ſanctis Epiſcopis non fuerit Imperatoribus reclamatum quando leges de divortiis ferebant.

quomodo Valentinianus, Theodoſius & Iuſtinianus,
alioquin Chriſtianiſſimi principes, leges de divortiis,
partim ipſi tulerint, partim antiquitùs latas authori-
tate ſua roboraverint, & à ſanctiſſimis epiſcopis, qui
tum temporis vivebant, legibus hujuſmodi reclama-
tum non fuerit, cùm alioquin Ambroſius Theodo-
ſium adegerit, ut legem conderet de pœna capitis in
aliquot dies proferenda, & ſua authoritate effecerit,
ut decreta quæ Symmachus ſancire voluiſſet, locum
non habuerint. Cùm itaque illi principes admodum
pii hujuſmodi ſtatuere ſuis legibus auſi ſint, & Ec-
cleſia non reclamarit, quid hodie tantopere magi-
ſtratus cunctantur hac de re decernere? Sunt fortaſſe
dicturi: Quoniam omnia divortiorum plena erunt.
Quod veriſimile non eſt, cùm apud Hebræos, Græ-
cos & Romanos, ubi divortia licuerunt, non legamus
uſque adeò multa extitiſſe. Quod ſi putent noſtros
homines deteriores jam eſſe, quàm vel Hebræi vel
Ethnici antiquitùs fuerint, & nomini Chriſtiano in-
juriam facient, & hac ratione adducentur, ut potius
divortium concedant, quod ut remedium improbi-
tatis permiſſum fuerat. Quis enim medicinam abla-
tam velit, cùm morbum adhuc graſſari videat?

Ambroſius adegit Theodoſium, ad novam legem condendam.

Timent omnia divortiis impleri.

58 Hoc deinde certum eſſe debet, Chriſtum cùm
excepit adulterii cauſam, nequaquam intellexiſſe di-
vortium, quo uxor & vir à menſa tantùm, ut loquun-
tur, & à thoro dividerentur, manerétque adhuc ſal-
vum conjugii vinculum. Loquebatur Dominus cum
Hebræis: quare ſermones illius de uſitato apud eam
gentem divortio intelligendi ſunt. Ethnici quoque
tam Romani quàm Græci, hanc ſolam divortii ra-
tionem cognitam habuerunt, ut ſic unus conjugum
ab altero ſolutus eſſet, quò novæ nuptiæ licerent.
Quod ſi Chriſtus aliter intellexiſſet, potuiſſet videri
ad quæſtionem ſibi propoſitam non reſpondiſſe: quia
de divortii genere tunc agebatur, propter quod li-
bellus repudii à Lege conceſſus fuerat. De eo diſpu-
tatum eſt: quare de eo verba Chriſti intelligi de-
bent. Quid enim veriſimilius eſt, Iudæos interrogaſ-
ſe de divortio quod ignorabant, an de eo quod Mo-
ſes in Lege illis conceſſerat? Non arbitror eſſe du-
bium cuiquam, de re uſitata illos interrogaſſe.

Chriſtus quando excepit ſcortationem, de uſitato genere divortii locutus eſt, non de hoc ficto ab Eccleſiaſticis.

59 Quid autem ſenſerint veteres in Eccleſia hac
de re, non eſt difficile videre. Origenes fatetur, ali-
quos epiſcopos dediſſe facultatem uxoribus diſſiſſis
à viris ſuis, ut aliis nuberent: quod eorum factum
inquit adverſari Scripturis, & tamen Epiſcopos excu-
ſat, quòd non ſine ratione fecerint. Idem videas Hie-
ronymum ſenſiſſe in Epitaphio Fabiolæ, quæ alteri
nupſerat, adhuc vivente priori viro. Fatetur ibi Hie-
ronymus, eam non rectè feciſſe, ſed ejus factum in-
terim variis multiplicibúſque rationibus excuſat. Et
apertè videtur, alterum hujus mulieris conjugium
non fuiſſe reſciſſum. Epiſcopi eorum temporum ita-
que non conſulebant novas nuptias: verùm ſi inter-
ceſſiſſent, videntur toleraſſe. Quamvis, ut recitavimus
ex Origene, quidam eorum facultatem novi matri-
monii fecerunt. Sed credendum eſt majorem partem
potius toleraſſe, quàm ſuaſiſſe. Vnde canonem con-
cilii Neocæſarienſis, quo prohibentur miniſtri Ec-
cleſiæ vel intereſſe, vel benedicere ſecundis nuptiis,
ego de iſtis accipio, non de illis quæ repetuntur alte-
ro conjuge jam defuncto. Quandoquidem iſtæ bo-
næ, & ſanctæ, & à Paulo præceptæ ſunt, quibuſcun-
que fuerint neceſſariæ, cùm dicit ad Timotheum, ſe
velle juniores viduas nubere, filios procreare. Illæ
verò, cùm alter conjux eſſet ſuperſtes, ſuſpectæ ha-
bebantur, quanquam tolerarentur. Idcirco eccleſia-
ſtica benedictio non adhibebatur. Et ratio quæ cano-
ni ſubjicitur, hoc indicat: Nam dicitur: Quomodo e-
nim pro illis pœnitentiam imponent? cùm ob ſecun-
das nuptias poſt obitum conjugis, nulla pœnitentia
unquam legatur impoſita, quaſi peccatum eſſent: ſed
pro matrimonio inito, conjuge adhuc ſuperſtite, in
epiſtola Hieronymi quam modò citavimus, apertè
narratur, Fabiolæ pœnitentiam fuiſſe impoſitam,
quanquam, ut dixi, matrimonium illud neque re-
ſciſſum neque illegitimum habitum eſſe legamus.
Fuit quippe illa mulier cum viro poſteriori quoad il-
le vixit.

Patres nõ ſuadebant novas nuptias in divortiis, verùm ſi interceſſiſſent, illas tolerabant.

Canon concilii Neocæſarienſis declaratur.

1.Tim.5.14.

60 De Ambroſio autem quàm non abhorruerit
à ſecundis nuptiis adhuc ſuperſtite conjuge, expoſi-

Ambroſius tribus de cauſis admittit diſceſſum uxoris à viro,

A tio ejus in 1.Cor.7. manifeſtiſſimè teſtatur: Vbi mu-
lierem diſcedere à viro accipit licere tribus de cauſis:
una, ſi adulter fuerit: altera, ſi apoſtata, quoad reli-
gionem: tertia, ſi uxore per libidinem abuti voluerit,
& juſtum naturalémque uſum ejus invertere. Iſtis,
inquit, de cauſis diſcedat mulier, ſed innupta maneat,
quia non ei licet quod viro. Etenim ſi vir dimiſerit
uxorem cauſa ſcortationis, poteſt aliam ducere. Et ait
apertiſſimè, potiorem eſſe cauſam viri, quàm ſit uxo-
ris in hoc negotio: ac rationem adfert, quia vir eſt
B caput mulieris. Quare non convenit, ut legibus
tam arctis conſtringatur. Fortaſſe præter hanc ratio-
nem quam attulit, reſpexit legem veteris Teſtamen-
ti, qua viris tantùm licuiſſe videtur dare libellum re-
pudii, quod inde probatur, quia nunquam mentio
fit in Scripturis de mulieribus, quòd libellum repu-
dii ſuis viris mitterent. Et in Malachia propheta cùm
Deus conqueritur de virorum crudelitate erga uxo-
res, quæ lamentabantur quotidie in templo, & fle-
C bant in ſuis precibus, referendo quæ à ſuis viris pa-
terentur: jubet ut qui habet conjugem ſuam odio,
eam dimittat. Quòd ſi mulieribus permiſſum fuiſſet
mittere viris libellum repudii, nequaquam eam cru-
delitatem, atque tam duram conditionem voluiſſent
perferre. Diſceſſiſſent per ſeipſas, neque expectanda
fuiſſet admonitio Domini, qui per Prophetam dicit;
Si odio habueris uxorem dimittas. Et ſanè videtur
Deus in Teſtamento veteri, propter peccatum mu-
lierem viro ſubjeciſſe quodam genere ſervitutis, ità
D ut in multis ejus conditio deterior eſſet quàm viri.
Marito licuit ſi zelotypia laboraſſet, publica & ſo-
lenni ceremonia contra uxorem agere, quod uxori-
bus adverſus maritos non licuit. Conceſſa eſt quan-
doque viris πολυγαμία, quod jus nunquam mulieri-
bus permiſſum fuit: & hujus generis permulta liceret
commemorare, quæ tamen ſine ratione minimè di-
vina Lege decreta ſunt, quæ modò adferre longum
eſſet. Quin & apud Romanos, in libidinibus non ſic
animadvertebatur quoad viros atque in mulieres.
E Mulier adulterii rea peragebatur, cuicunque viro fuiſ-
ſet commixta: verùm de viro non ſumebatur ſuppli-
cium, niſi cùm violaſſet alienum thorum, aut conſtu-
praſſet ingenuas. At ſi per lupanaria vel in ancillas
ſuas fuiſſet debacchatus, ei erat impune.

1.Cor.11.3. Deut.24.1.

Facit viri cauſam potiorem, ita ut illi concedatur aliud matrimonium, non uxori.

Mal.3.16.

Mulieres in veteri lege nõ dabant libellum repudii,

Num.5.12.

Marito licuit contra uxores agere lege zelotypiæ, quod uxoribus nõ licuit contra viros.

Apud Romanos etiam plus licuit viris quàm mulieribus.

61 Verùm Hieronymus diverſum habet in epiſto-
la ad Oceanum, & inquit: Quod ſacræ literæ viro
præcipiunt, in mulierem quoque redundat, & de u-
troque vult pariter & identidem ſtatui. Deinde quoad
leges Romanas ait: Aliter loquitur Cæſar, aliter Chri-
F ſtus, aliter Paulus, aliter Papinianus. Ego quoq; licet
diffiteri nõ poſſim, in lege Moſaica quoad multa fuiſ-
ſe diſparem conditionem fœminarum & virorum, in
iſta tamen cauſa, quoad noſtra tempora, Ambroſio
non ſubſcriberem: adverſus quem & Auguſtinus fa-
cit, qui ne adulterinis conjugiis ad Pollentium lib.2.
cap.8. parem facit conditionem utrique. Frivolum au-
tem maximè eſt, quod Magiſter Sententiarum ad-
fert, qui vult hæc in Ambroſianos codices ab hæreti-
cis conjecta eſſe. Verùm ſic omnes controverſiæ fa-
G cilè diſſolverentur, & diceremus quæ in Patribus
contra nos faciunt, ab hæreticis fuiſſe obtruſa. Atta-
men idem Ambroſius poſtea facit etiam fœminis co-
piam novarum nuptiarum in cauſa religionis, ſi no-
lit infidelis cohabitare. Quod ſanè mihi argumento
eſt, utrinque facultatem eandem ponendam eſſe.
Nam ſi cauſa quam tradit Apoſtolus, ad utrumque
ſe extendit conjugum, non minus id in cauſa ſtupri,
quam Chriſtus expreſſit, concedendum erit. Deinde
quod viro permittatur, non erit aliunde, niſi quod
H per ſtuprum diſſolvitur matrimonium. Quod ſi ſol-
vitur, & mulieri eo ſoluto, cur alteri non licebit nu-
bere? Poſtremò videmus Pontificios divortium ſuum
concedere mulieri, ſi virum probaverit in ſe acerbè
ſævire. Quod cùm de ſuo divortio faciant, cur id ve-
rò ne fiat negare audent? In veteri Lege non licuit
uxoribus dare libellum repudii, quoniam dabatur
quavis de cauſa: cúmque mulieres ſint leves, non
convenit ut à viris quavis de cauſa poſſint diſcedere.
Sed nunc ſi certæ cauſæ fuerint definitæ, illo incom-
I modo facilè liberabimur. Addam quoque non facilè
conſtare tempus, quo apud Romanos mulieribus li-
cere cœperit repudiare viros, niſi quod in illis quæ-

Frivolum commentum magiſtri Sententiarum.

Digitized by Google

ſtionibus quæ Auguſtino inſcribuntur, de veteri Teſtamento & novo mixtim, quæſtione 115. ſcribitur, ſub Iuliano cœpiſſe illis hoc licere. Tum enim data eſt copia mulieribus, ut viros poſſent repudiare. Sed quiſnam iſte Iulianus fuerit, non liquet, cùm duo Imperatores ejuſdem nominis legantur.

Sub Iuliano cœpit apud Romanos licere fœminis quoque repudiare viros.

Rationes cur quidam novas nuptias nolint poſt divortiũ in cauſa ſcortationis.

62 Cauſa verò cur Patres voluerint non licere novas nuptias à divortio ſtupri cauſa facto, iſtæ ſolent adduci. Primò, quòd poſſet videri maritus cupiditate novæ uxoris adductus, in priorem adulterii confictum crimen intendere. Deinde, quòd videatur parum ſani capitis eſſe, cùm malè ceſſerit in priori conjugio denuò velle tentare eandem fortunam, ac eandem quodammodo infelicitatem quærere. Inducuntur ad hæc loca, tum ad Romanos tum ad Corinthios, ubi videtur Apoſtolus ſentire, uxorem quam diu vir ejus vixerit, legi ejus alligatam eſſe. Cavillantur quoque recentiores, matrimonium ſacramentum eſſe, & ideo non poſſe irritum fieri. Et Innocentius cùm ſtatuit non licere alteri conjugi novum inire matrimonium, ſi alter fuerit in hæreſin prolapſus, hanc rationem ſubdit: Quia gravibus malis daretur aditus. Fingeret quippe facilè quiſpiam ſe hæreticum, ut ab uxore liberaretur, & aliam conſequi poſſet. Solent præterea illud etiam urgere: Quod Deus conjunxit, homo ne ſeparet. Rationes iſtas Eraſmus perſpicuè diluit. Quoad primam, ſi per Epiſcopos & Magiſtratus grave inſtituatur judiciũ, facilè calumniis occurretur, neque divortii copia fiet, niſi ſtuprum liquidò & planè probatum fuerit. De altero dicitur, perridiculum eſſe quod objicitur: cùm videamus perſæpe illos qui ſemel infeliciter navigarunt, & naufragium paſſi ſunt: navigationem denuò repetere. Et pars innocens, dum ſtimulos & aduſtiones patitur, neque facilè poteſt continere, quid eſt mirum ſi de connubio rurſus ineundo cogitet? De loco ad Romanos facilè eſt reſpondere. Non diſputabat illic Apoſtolus, an repudia ullo modo eſſent admittenda, ſed illi fuit ſatis oſtendiſſe Iudæis credentibus, & ad noſtram religionem converſis, jam licere ad novum Chriſti conjugium tranſire, cùm mors interveniſſet: quæ certa eſt ac indubitata cauſa diſſolutionis matrimonii in quo licet ſumma conjunctio & pax inter conjuges fuerit, morte tamen ſolvitur. Prudenter itaque Paulus tantummodo illic eam ſolutionis cauſam poſuit, quæ ſibi neceſſariò concedenda eſſet, quanquam nulla alia interceſſiſſet. Ita ad Corinthios oſtendere voluit, jam viduæ licere, ſi velit, novas nuptias contrahere, quòd priſtinus maritus mortuus fuerit. Non contendit ibi, num aliis de cauſis divortium fieri poſſit, ſed tantùm declarat non eſſe cauſam cur ſecundæ nuptiæ liceant, cùm mors conjugis intervenerit.

Rom. 7. 2.
1. Cor. 7. 11.
Mat. 19. 6.
1. Cor. 7. 8. 9.

Matrimonium an Sacramentum.
Infra Cl. 3. c. 8. ſect. 15.

63 De matrimonio verò num ſacramentum ſit, non eſt difficile reſpondere. Si fusè latéque ſacramenti nomen accipias, pro omni eo quod aliquam rem ſanctam ſignificat, matrimonium ſacramentum eſſe non negabimus: quandoquidem nobis refert conjunctionem Chriſti cum Eccleſia. Qua de re teſtimonium extat in epiſtola ad Epheſios. Verùm hac ratione non tantum ſeptem, ſed infinita ſacramenta ponere cogeris: ut lotionem pedum, excuſſionem pulveris à pedibus, complexum puerorum in ulnis, & omnes fermè Chriſti actiones. Sin verò nomen ſacramenti contraxeris ad ea, quæ non tantùm ſpiritualia ſignificant, verumetiam certis verbis exercentur, & de quibus præceptum extat ut fiant, matrimonium in hoc ſenſu non poteris collocare. Mitto quod Dionyſius de eccleſiaſtica Hierarchia, nequaquam ipſum inter cætera ſacramenta enumerat. Neque Iovinianus argumentum hujuſmodi prætериiſſet, qui nullum non movit lapidem, ut matrimonium celebraret. Adhæc hujus qualiſcunque ſacramenti ratio non conducit adverſariorum propoſito. Quia Chriſtus, quem ſignificari volunt Eccleſiæ conjunctum, à ſynagoga divortium fecit, & noſtram ſibi copulavit Eccleſiam. Quod ſi fortaſſe dixerint, hoc non factum eſſe, niſi quia mors interceſſit: Reſpondebo, naturam divinam in Chriſto, propter quam maximè illi convenit hoc matrimonium, neque mortuam eſſe, neque poſſe mori: & tamen ut Eſaias ſcribit, libellum dedit Deus repudii populo Iſrael, & propter peccata eorum illos à ſuo conſortio ejecit.

Eph. 5. 31.
Dionyſius.
Iovinianus.
Eſa. 50. 1.

64 Leve quoque eſt quod Innocentius attulit, quia pari eademque ratione poſſet quiſpiam ſe fingere ſervum, cùm alioquin eſſet liber, ut reſcinderet matrimonium contractum, & aliam uxorem ſibi vendicaret. Quòd ſi tantùm apud eos valuerit conditionis error, ut matrimonium reſciderit, cur non magis id poterit quod ipſe Chriſtus & Apoſtolus exceperunt. Neque multum id nos turbat, quod extremo loco dictitabant, non eſſe hominis eos divellere, quos Deus conjunxiſſet. Quia cùm hujuſmodi cauſæ interveniunt, Deus eſt qui dividit, non homines. Quandoquidem ipſe ex verbo ſuo hanc poteſtatem fecit. Tunc ſanè homines dividerent, ſi quacunque de cauſa à Deo non expreſſa tentarent conjugia reſcindere, Paulus autem cum inquit. Innupta maneat, de his loquitur, quæ levibus de cauſis adductæ à viris diſcedebant. Hebræis quavis de cauſa mos fuit libellum repudii dare. Et Ethnicis divortia tam erant familiaria & uſitata, ut Iuvenalis diceret. Sic fiunt octo mariti, Quinque per autumnum, &c. Quare non immeritò hæc Apoſtolus ad Corinthios ſcribit: Romani non erant ad repudia tam faciles. Primus enim qui Romæ divortium fecit, ducenteſimo & trigeſimo anno ab urbe condita, idque ob ſterilitatem uxoris, Spurius Servilius in vita Romuli à Plutarcho memoratur. Non agit itaque Paulus de cauſa ſtupri: Nam quoad illam, à Chriſto non diſſentit, qui (ut probavimus) juſtum divortium ibi conceſſit. Neque intelligendus eſt Apoſtolus, quaſi diſceſſiones illas conjugum à ſe mutuò probet. Damnat quidem, & eos ita levibus de cauſis atque temere nollet diſceſſionem facere. Sed ut bonus miniſter providet, ne ſi fortaſſe in hoc vitium inciderint, aliud quod gravius eſt admittant, nimirum ut alteri nubant. Maneat (inquit) innupta, vel reconcilietur viro. Videtúrque iſto loco crimen diſceſſionis non adeò reprehendere & caſtigare, ut eſſet dignum. Quia vidit quandoque fieri, ut mulieres non ſponte ſeparentur, ſed à viris ejiciantur, ita ut etiamſi redire velint, non ſtatim illis acceſſus pateat. Sed magiſtratus his miſeris deberet & probatis & bonis legibus proſpicere.

1. Cor. 7. 11.
Paulus loquitur de illa quæ levi de cauſa diſceſſit, non ob adulterium.
Paulus non probat iſtas diſceſſiones.
Cur illas non taxat hoc loco acrius.

65 Verùm nunc expendenda quædam eſſe exiſtimavi, quæ ab Auguſtino in duobus libellis de Adulterinis conjugiis ad Pollentium dicuntur, prout ad propoſitum hujus loci ea facere judicavero. Putabat ille quidem repudianti uxorem ſtupri cauſa, non licere alteram ſuperinducere. Sed cùm apud Matthæum ea cauſa excipiatur, is reſpondet utrumque eſſe mœchum, & qui propter adulterium, & qui extra illam cauſam uxorem à ſe repellit, atque alteram ducit. Et Matthæum (inquit) alterum eorum tantummodo expreſſiſſe, ut illum notaret qui gravius peccat. Ambo quidem mœchantur, uxorem dimittendo, & alteram ducendo. Sed gravius, qui hoc extra cauſam fornicationis fecerit. Atque ita vult eam exceptionem tantummodo valere ad crimen adulterii leniendum, non tamen ad hoc ut prorſus tollatur. Atque id putat ſe poſſe oſtendere ex verbo Dei. Quoniam Lucas & Marcus eam ſententiam abſolutè, & abſque ulla exceptione protulerunt. Aiunt: Omnis qui uxorem dimiſerit, & alteram duxerit, mœchatur. Concludit itaque generaliter Chriſti dictum accipiendum, ut Lucas & Marcus ſcripſerunt. Matthæus verò (inquit) illum notat, qui cauſa ſtupri hoc fecerit, ut intelligatur levius peccare. Verùm hoc genus argumenti, equidem judicarem infirmiſſimum. Quia potius videtur dicendum, Lucam & Marcum non completam ſeu perfectam ſcripſiſſe Domini ſententiam, quam oporteat ex Matthæo contrahere, & definitè accipere. Quam regulam ipſe tradit, & non ſemel utitur in libro de Conſenſu Evangeliſtarum, ubi apertè dicit, in aliis Evangeliſtis perſæpe minus explicatè ac integrè quædam dici, quæ ex Matthæo perfectius colligi debeant. Et eſt mirandum, quomodo is videatur ſemper accipere iſtam diſceſſionem, de qua loquitur Apoſtolus, pro ea quæ liceat, cùm Apoſtolus apertè dixerit: Vxor à viro non ſeparetur. Quare conſtat eum agere de illa quæ non liceat, cum eam prohibeat. Vnde facilè apparet, non eſſe hic ſermonem de cauſa ſtupri. Quia eo caſu non mandaret Apoſtolus, ut uxor à viro non diſcedat: quippe id eſſet

Auguſtinus ad Pollentium de adulterinis conjugiis.
Mat. 5. 32.
Luc. 16. 18.
Mar. 10. 4.
Quod à Luca & Marco obſcurius dictum fuit Matthæus explicat.
Probatur iſta ſeceſſio de qua modò agimus, non intelligenda in cauſa ſtupri.

fovere

Digitized by Google

fovere lenocinium, ſi adulteria fieri ſe præſente atque morante apud virum pateretur. Iubet itaque Paulus ut non diſcedat propter iſtas leviores cauſas, cùm id non liceat. Et ſi fortaſſe diſceſſerit, ut innupta maneat præcipit, aut reconcilietur viro. Tenetur quiſque auferre malum è ſua familia. Qui poſſet vir non ejicere uxorem, cùm in adulterio eam deprehenderit? & tamen Apoſtolus ait: Vir uxorem non dimittat. Debet igitur ejus adulteria fovere? Hæc ſatis oſtendunt, de qua ſeceſſione ſeu ejectione hæc ſint intelligenda. Et Chryſoſtomum habes hoc loco, noſtræ huic ſententiæ faventem: nam inquit: Diſcedunt quandoque propter contentiones, propter puſillanimitatem, vel propter continentiam, aut alios prætextus, neque adulterii ullam mentionem facit. Tertullianus libro quarto contra Marcionem inquit: Iuſtitiam habere Dominum aſſertorem divortii. Quibus verbis facit Chriſtum confirmaſſe divortium, non prorſus ſuſtuliſſe. Nam hoc nomine probare nitebantur hæretici, Chriſtum pugnare cum Deo veteris Teſtamenti, quòd ea damnaret quæ ille inſtituerit. Quæ Tertulliani ſententia vera non eſſet, ſi juſta divortia, prout Hebræi habebant, inter Chriſtianos minimè darentur.

Ibid. v. 11.

Chryſoſtomus ut nos hunc locum interpretatur.

Tertullianus admittit juſta divortia.

66 Neque oportet ut hoc multum nos turbet, quod in veteri Teſtamento libellus repudii ſit permiſſus quavis de cauſa, cùm modò Chriſtus rem adeo in anguſtum contrahat. Ob id non eſt quod exiſtimes illum cum decretis & legibus paternis pugnare: Sed hoc tibi videndum eſt, tum temporis legem illam de libello repudii, quæ lata eſt Deut. 24. civilem fuiſſe. Chriſtus autem non egit de rationibus civilibus. Qui rempub. adminiſtrant, ejuſmodi ſcopum ſibi proponunt, ut ſi duo mala ſive incommoda offerantur, id quod levius eſt permittant, ne incurratur in gravius. Quod facile demonſtrari poteſt in meretricibus, quas in civitatibus permittunt, ne graviora facinora perpetrentur, quod tamen lex Domini in ſua Repub. non permiſit. Sed nunc iſtud ut exemplum affero, quod licet minus Chriſtianè fiat, in multis tamen Reſp. paſſim cernitur. Sic quoad matrimonii negotium, quando ſunt conjunctiones infelices, alterum duorum incommodorum videbatur neceſſarium, ut qui odio habebant uxores, vel perpetuò eas affligerent atque demum occiderent, vel divortii facultas erat danda. Hoc poſterius viſum eſt magis tolerabile: quamobrem id in Republica ſua Deus conceſſit: ſed ita conceſſit, ut ſcriberetur libellus, quo vir aſper & immitis, vel illum ſcribendo utcunque moveretur, & gravius expenderet, quam indignum eſſet illam à ſe abigere, cum qua jam inde ab initio conjunctiſſimè vixiſſet: Attentius enim ſolemus ea ponderare quæ ſcribimus, quàm illa quæ loquimur. Deinde præcipiebat, ut cùm ejecta eſſet per libellum repudii nunquam deinceps à priori viro in matrimonium recipi poſſet. In his itaque politicis legibus, Chriſtianus & pius vir ita ſe geret, ut hac facultate, quam videt conceſſam, ne incidamus in atrociora mala, non utatur: cùm eam quoque ſecum habere conjunctum malum videat quanquam levius. Suis itaque redemptor noſter & pietatis & religionis decreta propoſuit. Non interim damnabat Dei conſilium, quo in Republica Hebræorum uſus fuit ad graviora peccata coercenda.

Chriſtus non adverſatur Patri, ſi prohibet quacunque de cauſa repudiũ.

Deut. 24. 1.

Chriſtus non egit de ratione civili.

Quid ſpectetur in re civili.

Simile.

Quibus cautionibus Deus in lege conceſſit divortium.

67 Non reperies in veteri Teſtamento ullos celebres aut laudatos viros divortio uſos eſſe, quantum hiſtoriæ ſacræ referant. Non mihi Abrahamum opponas, qui Agaram & Iſmaelem filium à ſe repulerit: quia hoc non volens egit, ſed poſtulante uxore, & juſſu Dei accedente. Scribit etiam Auguſtinus eo loco, quem ſuperius citavimus, indignum eſſe Chriſtianos maritos adeò moleſtè ferre, ut uxoribus in adulterium lapſis reconcilientur, quando eas pœniteat, & emendandæ vitæ ſpem faciant. Oporteret eos cogitare (inquit) ſe Chriſtianos eſſe, quos ad miſericordiam pronos eſſe, non ita obdurari deceat: David, inquit, ad ſe accepit rurſus Michol, quæ tamen alteri viro copulata fuerat. Sed hoc ejus exemplum non admodum videtur efficax, quia Michol non admiſit complectum & juſtum adulterium: Nam puella à patre coacta eſt, qui Rex erat, ut alteri viro jungeretur. Ita ut ad illud matrimonium poſterius, lege non modò patria, ſed regia ſit adacta. Adducit ſecundo loco Chriſti exemplum, qui adulteræ videtur ignoviſſe. Quod ſanè valet ad permovendum animos maritorum ad miſericordiam erga pœnitentes uxores: non tamen id conficit, ne adulteri, per leges & magiſtratus capitali pœna plectantur. Non enim actione illa Chriſtus detraxit quicquam civilibus legibus, aut judiciorum publicorum ſeveritati. Illud caput Ioannis (inquit Auguſtinus) acerbi viri tanto odio proſequuti ſunt, ut ex ſuo loco expunxerint. Quibus verbis innuere videtur, quod res ipſa indicat, illud caput non reperiri in omnibus exemplaribus. Certè oportuit iſtos cogitare de ſua ipſorum infirmitate, & animadvertere quoties ipſi ſint in diverſa ſcelera prolapſi, & fortè nonnunquam in illud idem peccati genus, ut fidem conjugalem violaverint.

Nulli celebres viri ſanctitate, repudium leguntur dediſſe uxoribus.

Gen. 21. 14.

2. Sam. 3. 14.

Chriſtus pepercit adulteræ.

Ioan. 8. 11.

68 Qui ſuas uxores deinde tam pertinaci odio proſequuntur, aiunt, non eſſe par, ut eodem jure viri qui præſunt, atque mulieres teneantur. Imo (inquit Auguſtinus) quia vir eſt caput mulieris, ejus dux atque rector, ideo æquum fuerat ut illam virtute antecelleret. Et citat Antonini Imperatoris legem, quam ſe inquit in Gregoriano legiſſe, quæ ſic habet: Periniquum judico, ut vir exigat ab uxore pudicitiam, quam ipſe illi non exhibet. Vnde ſtatuit illam adulteram non damnandam eſſe, quæ oſtenderit maritum vel ejuſdem criminis reum, vel lapſus occaſionem ſibi dediſſe. His & conſimilibus hortatur Auguſtinus viros, ut lapſis uxoribus ignoſcant. Quod mihi vehementer probatur, quando ſpes eſt veræ pœnitentiæ ac mutationis vitæ. Quamobrem ſi magiſtratus appulerit ſemel animum ad iſta mala tollenda, & vitia matrimoniorum reformanda, caveat ne mariti, qui de adulteriis uxorum conqueruntur, deprehenſi in eodem crimine, impuniti abeant, & bonis legibus provideant, ne viri dent uxoribus peccandi occaſiones.

Quidam hiſtoriam adulteræ ex Evangelio removerunt.

Antonini lex. Gregor. codex. In legibus cõtra adulteros quæ maximè debeant cavere magiſtratus.

69 Cæterum cùm Apoſtolus ait: Reliquis autem ego dico, non Dominus: ſi quis frater uxorem habeat infidelem, & hæc aſſentitur ut habitet cum illo, ne dimittat eam, &c. Notabis cohabitationem ad juſtum matrimonium requiri. Quare Dominus dixit, ſe velle facere homini uxorem, quæ eſſet ejus adjutorium coram eo. Quæ non eò dico, quaſi nunquam liceat conjugibus quandoque à ſe invicem dividi, vel per aliquas graves incidentes neceſſitates: ſed ut conjuges intelligant, nil per ſuam voluntatem debere obſtare, qui ſimul habitent, neque refugere debent, ut unà vivant. Rogabis forſitan: Si conjux infidelis deprehendatur omnino ἄθεος, Epicurus, & qui religionem nihil penſi habeat, ita ut de ſalute illius deſperetur: num eo caſu debet pars fidelis in conjugio manere? Reſpondemus. Quando certò deſperaretur de ſalute conjugis, poſſet fieri diſceſſus: quia ſublato effectu, cauſæ non relinquitur locus. Tota ratio manendi erat ex charitate, ut fidelis conjugem Chriſto lucrifaceret. Verùm quia non licet de quopiam, dum vivit, animum deſpondere, & qui hodie ἄθεος eſt, Epicurus, & religionis contemptor, fortaſſe cras idem non erit, cùm Deus hominum corda in ſua manu habeat: idcirco niſi manifeſta & præcipua revelatio de damnatione illius interceſſerit, non eſt diſcedendum. At ſi eſt interim blaſphemus & Chriſtum execratur, ita ut non poſſit fidelis in eo matrimonio eſſe abſque Chriſti contumelia (non enim fortaſſe patietur maritus, ut de blaſphemiis reprehendatur, vel ut Chriſti veritas confeſſione defendatur) licétne diſcedere? Maximè: Qui enim Chriſtum colit, ſi ejus cùm poteſt, nomen aut à contumelia non vindicat, aut ſalutem curare negligit, ut ejus injuriæ non videatur conſentire, graviter peccat, & fruſtra ſe Chriſtianum exiſtimat. Vnde Apoſtolus prudenter ſcribit: Si velit infidelis cohabitare: Quod non judicatur is velle, qui conjugis religionem execratur, qui ejus Deum blaſphemiis proſcindit, quique non patitur ut quieta ſit ac tranquilla ejus conſcientia. Hoc non eſt cohabitare, ſed alteram partem affligere, certamina inſtituere, ac omnem pacem domeſticam funditùs evertere.

In 1. Cor. 7. ver. 12.

Cohabitatio requiritur ad juſtum matrimonium.

Si deſperetur de ſalute conjugis an manendum in connubio.

Dum vivimus de nemine deſperandum.

Tum licet diſcedere, quando non licet cohabitare abſque Chriſti contumelia.

70 Item ſi contingat, ut conjunx fidelis debilis ſit & ſentiat ex eo matrimonio ſe de religione Chriſtiana paulatim dejici, ita ut abducantur quodammodo

Si fidelis ſit infirmus & ex convictu infidelis ſe labaſci ſentiat, non eſt manendum.

à fide, ac in idololatriam ex idololatrarum convictu in proclivi ſit ut ruat, quid ei agendum erit? Non oportet ut maneat: Firma enim & inconcuſſa retineatur ea ſententia neceſſe eſt, non eſſe facienda mala, ut bona eveniant. Neque tunc ſupereſt ſpes, ut pars infidelis convertatur, quæ fuerat cauſa matrimonii retinendi, imò potius jam in diverſum cecidit, ut pars fidelis periclitetur, ne ad infidelitatem vergat. Et hæc ratio fuit propter quam Deus in veteri Teſtamento, matrimonia diſſolvi ſtatuit per Eſdram, quæ cum infidelibus contracta fuerant: quod viri propter ea in prohibitos cultus incitabantur, tantùm aberat, ut ſuas Iudaicæ religioni lucrificarent. Auguſtinus loco jam citato ſic ratiocinatur: Paulus hæc ideo ſcripſit, quia fuit pertimeſcendum, ne ſi per Evangelium ſuſceptum matrimonia contracta redderentur irrita: Chriſtiana religio damnaretur, quaſi Reſpub. perturbaret, & contractus honeſtos atque legitimos reſcinderet. Accedebat & aliud incommodum, quòd pars infidelis paſſa repulſam à conjuge religionis cauſa, ſe implicaſſet novis nuptiis, quibus animus ejus vehementius in infidelitate obfirmaretur, atque magis magíſque à religione Chriſtiana redderetur alienus: quod non accidiſſet, ſi fidelis conjunx cum eo habitare vellet. Quare omnia viſa ſunt prius tentanda, quàm diſceſſus fiat. Videmus itaque hinc Paulum facere copiam abeundi, non religionis cauſa tantummodò, ſed ſi infidelis cohabitare noluerit, ita ut potius diſceſſus cauſam faciat obſtinatam voluntatem non habitandi cum conjuge, quàm religionis diſparitatem. Quandoquidem illam docet utcunque ferri potuiſſe. Et apparet ſententiam Chriſti, qua tantùm excipit ſcortationem, non eſſe completam, cùm hic Apoſtolus alteram adjecerit.

Rom.3.8.

Eſd.10.11.

Cauſa diſceſſus eſt nolle cohabitare, non diſparitas conjugii.

Matt.5.32.

71 Tria hic nobis occurrunt gravia dubia: Primùm, videtur Paulus conjugem fidelem exponere gravi periculo: Nam ſuadet illi ut maneat cum infideli, unde fortaſſe incidet in idololatriam. Etenim facile eſt ut ab infideli parte ſeducatur. Sed reſpõdetur, nõ ita eſſe. Quia tunc Deus fidelem conjugẽ pulſatus precibus adjuvabit, cùm videat eum ſuam vocationem ſequi, neque ultro ac volentem acceſſiviſſe ſibi hæc pericula, quod fuiſſet Deum tentare. Videt illum non manere in hoc genere conjugii, ſua voluntate aut proprii commodi cauſa, ſed ut præcepto Dei obtemperet: quamobrem illi aderit. Deinde ſi eveniat, ut fidelis infirmior factus à Chriſto ſe abduci ſentiat, uti præmonuimus, copia ei fit abeundi. Alter ſcrupulus eſt, quod in ſcortatione ideo peccemus, quia membrum Chriſti accipimus, & illud facimus membrum meretricis. Quomodo hic non peccabitur, quando membrum Chriſti, fidelem inquam partem, faciamus membrum idololatræ? Occurritur, quia hoc nos non facimus, antea erat membrum ſui conjugis. Tantummodo ſtatuitur, non oportere ob Evangelium diſceſſum fieri. Non datur facultas ei qui jam Chriſti membrum eſt, ut idololatræ membrum fiat, & conjugium cum infideli parte ineat: ſed tantùm dicitur, ut non temerè diſcedat. At in ſcortatione, nos qui jam ſumus Chriſti membra, ab eo divellimur, & membra meretricis nos facimus. Vides rationem eſſe diſparem. Deinde accedit, quòd in conjunctione cum ſcorto utraque pars eſt impura tam meretrix, quàm is qui ei commiſcetur: non item hic in diſpari matrimonio, ubi una pars, nimirum fidelis, eſt pura. Nam qui ſcortatur, non tantùm corpore miſcetur meretrici, ſed etiam prava ſcortandi voluntate cum ea conſentit, ita ut utrique tam quoad animum, quàm quoad corpus vitiati ſint. At hic in matrimonio diſpari conjuges non miſcentur, quoad fidem, ſed tantummodo corporibus, & à corpore infidelis Paulus teſtatur immunditiem auferri, ut altera pars non contaminetur. Fides interim manet ſalva & animus purus in conjuge ſancta, quæ in ſcortatione locum non habet. Poſtrema dubitatio eſt, ſi Chriſtianus maritus maneat cum infideli & idololatra uxore, neque debeat temerè diſcedere, & tamen ab adultera poſſit diſcedere: videtur conſequi, adulterium eſſe gravius peccatum & magis intolerabile, quàm ſit idololatria. Reſpondet Chryſoſtomus, Deum eſſe adeo bonum, ut quandóque ſua poſtponat noſtris commodis: Nam vult relinqui ſacrificium ad altare,

Tria gravia dubia.

1.Cor.6.15.

A & prius quàm ſacrificemus, reconciliationem cum proximo inſtaurari. Patitur debitum quandoque ſibi non ſolvi, & condonat: ſed nos non vult abſolvere, niſi proximo ſatisfecerimus. Unde argumentum infirmum eſt, quo colligebas idololatriam eſſe levius peccatum adulterio, quod cum idololatra conjunx permittatur, & ab adulterio liceat diſcedere. Sed expeditius videtur poſſe reſponderi: Idololatriam quidem natura ſua gravius eſſe peccatum adulterio, ſed adulterium magis quàm idololatriam repugnare matrimonio, B in quo vir & uxor una caro eſſe debeant, & per adulterium à ſe invicem abſtrahuntur. Deo quippe idololatria magis repugnat quàm adulterium, ſed adulterium magis quàm idololatria matrimonio adverſatur: Quod inde patet, quòd inter idololatras & Machumetanos habentur matrimonia.

Mat.5.23.

Adulterium magis quàm idololatria repugnat matrimonio.

72 An autem rectè fecerit David, Sunamitidem in uxorem accipiendo, quibuſdam videtur ambiguum. Etenim frigidi cùm uxores ducunt, videntur C nihil agere: quia juxta humanas leges hujuſcemodi nuptiæ non ſunt firmæ. Nam ſe obſtringunt frigidi ad id præſtandum quod non poſſunt. Multa ſanè in legibus civilibus & Pontificiis hac de re ſunt decreta. Primùm ſtatuunt, ſi perpetuus fuerit defectus, eos qui contraxerunt, ſeparandos eſſe, modò ea pars, quæ ſeparationem poſtulat, morbum illum neſciverit: quia ſi mulier contrahens cum malè affecto, id antea norit, minimè poteſt à marito ea de cauſa reſilire. Lex habetur de ſponſalibus, in l. mulier, quæ ita ſta- D tuit: ſi novit uxor ante matrimonium contractum infamiam viri vel impotentiam, imputet ſibi: non poteſt divortium quærere. In ff. ad legem Iuliam de adulteriis. l. Si uxor circa finem dicitur, ſi quis mulierem ſciat commiſiſſe adulterium, & poſtea eam duxerit non poteſt eam adulterii accuſare. Nam cùm in uxorem duxit & ſcivit, probaſſe videtur ejus mores. Idem Pontificii ſenſerunt: veluti 33. quæſt. 1. capite requiſiſti, gloſſa dicit: Si mulier novit impedimentum viri, & contrahit, non poteſt reſilire. Sed facito neſciviſſe. E Firmúmne matrimonium erit? Gregorius in Canone adducto conſulit, ut maneant ſimul: ut mulier, ſi non poſſit uxor eſſe, ſit ſoror. At in conſulendo ait, non præcipiendo. Nam ſi reclamet & dicat: Volo mater fieri, & liberos parere, auditur. Conditionem tamen adhibent, ut intra duos menſes reclamet ut habetur Extra, de Frigidis & Maleficiatis, Canone 1. Nam ſi diu maneat, videtur ſuo conſenſu firmaſſe matrimonium. Sed hodie rigor hujus legis minimè ſervatur, ſed longius conceditur ſpacium, & juſtè F quidem: nam fortè ab initio videtur frigidus, qui poſtea non erit. Quid fiet igitur, ſi reclamaverit & probarit? Si maritus neget, ei credendum eſt: verùm ſi confiteatur, ſeparabuntur, & mulieri datur facultas ut alias nuptias adipiſcatur, quod tamen fieri præproperè non debet. Volunt quippe triennium expectari, ut diuturnior, & certior habeatur experientia. Leges civiles idem cenſuerunt. Iuſtinianus de Repudiis in l. In cauſis primum dat biennium: verùm ibidem, §. Sed hodie dat triennium & eum Pontificiis Canonibus G ei bene convenit. Idem habet in Authent. in Collatione 4. §. per occaſionem. triennium dari. Verum intelligendum eſt, niſi ante poſſit haberi manifeſta probatio: quia tum non oporteret deferri. Cæterùm quidem aiunt, poſſe fieri, ut judices fallantur, quod morbus quandoque curetur, nec expectatio triennii ad id videtur ſufficere. Et is poſſet cum alia contrahere ac liberos procreare, ac ſimul colludendo poſſent quandóque ambo confiteri frigiditatem, quo ſeparationem impetrarent. Hoc ſi accidat, volunt ut vir poſtea H deprehenſus aptus ad procreandum, repetat priſtinum conjugium. At id non ſervatur. Eadem ſtatuunt de illis qui maleficiis impediuntur. At quia diabolus quandóque impedit, ut quiſpiam cum una, ſed non cum altera poſſit rem habere, ideò matrimonium datur cum ea, à qua non prohibetur. Hæc de mulieribus.

In 1.Reg 1.initio.

Rectène David frigidus Sunamitidem uxorem duxerit.

Matrimoniũ an reſcindendum ob viri impotentiam.

73 Verùm ſi vir aut ſciat aut ignoret ſe frigidum eſſe, quid fiet? ſi ignorat, quoquomodo excuſatur, & ei licet divortium petere, quo à ſumptibus conjugii I relevetur. Quod ſi ante norit ſe frigore laborare, adigitur ad ſumptus & alimenta uxoris, quam decepit. Pontificii volunt, ut non amplius contrahat, ut habetur de

Maritus ſciens ſe frigidum, ſi nihilominus uxorẽ ducat, quid juris?

Digitized by Google

tur de Frigidis & maleficiatis, loco jam prius adducto.
Sunt attamen qui dicant, ſi aliquam reperiat, quæ il-
lum velit maritum habere, cognito ſcilicet ejus vi-
tio, illum poſſe cum ea nuptias contrahere. At qua-
le connubium erit, cùm neque ad procreandos libe-
ros, neque ad repellendam ſcortationem inſtituatur?
Reſpondent ad hoc de Auguſtini ſententia quæ. 27.
quæſtione prima capite Nuptiarum, habetur, ſcribi-
túrque de bono Conjugali capite octavo. Contra-
here antiquitùs fuit obſequium legis, nunc eſt in-
firmitatis remedium, & ad humanitatis ſolatium.
Cæterùm locus eſt ambiguus, quia ſolatium hu-
manitatis, poteſt liberorum procreationem reſpice-
re: Nam ibi parentes habent non vulgarem jucun-
ditatem qua ſe oblectent: Dant attamen hodie iſtam
contrahendi facultatem, & deprehenduntur non ra-
rò tales inter ſeſe pacatè vivere. Conſiderarunt, qui
hæc tractant diverſam eſſe frigiditatis & ſenectutis
rationem. Et definiunt ſenilem ætatem non eſſe un-

Senilis ætas an arceatur à matrimonio.

quam à matrimonio arcendam. Antiquitùs fuit Pa-
pia, ſeu Papæa lex, ſub Tiberio Cæſare lata, cujus
Tranquillus in Claudio meminit, nec non Lactan-
tius, qua cavebatur, ne majores ſexaginta annis, du-
cerent uxores: & mulieres minime nuberent, quæ
quinquageſimum exceſſiſſent. Sed per Iuſtinianum
hæ leges abolitæ fuerũt, quod habetur C. De nuptiis,
in lege ſancimus, quia nequaquam in omnibus ea-

Spadonibus interdictum matrimonium

dem eſt frigiditas. Veris autem ſpadonibus, neq; Cæ-
ſareæ neque Pontificiæ leges nuptias conceſſerunt.
Quæ verò frigiditas aut quæ maleficia matrimonia
dirimant, perpetua ſint oportet. Nã temporarii me-

Matrimonii impedimenta quæ vera.

dicinam aliquando periti homines faciunt. Adhæc
neceſſarium eſt ut vitium anteverrat matrimonii
contractum: quia ſi fuerint ſemel facti una caro, ma-
trimonia minimè ſolvuntur. Hac de re ſcripſit etiam
Magiſter Sentent. libr. 4. diſtinct. 34.

74 Nunc reſtat, ut de hoc matrimonio Davidis
agatur ſpeciatim. Atque id primùm annotabimus,
illum non ſponté nec ex libidine ſeu pravo affectu
ad illud conjugium incitari, verùm ex procerum ſuo-
rum voluntate, ac medicorum prudenti conſilio. At
dixeris, voluntas quæ non ſit recta & pravum conſi-
lium, non eſt admittendum. Verum quidem id eſt,
ſed hac in re neque malitia, neque pravitas, quantum
apparet, convinci poteſt. Primùm ſenilis ætas nihil
obſtat quin Rex matrimonium poſſit contrahere, qui
etiam fortaſſis credebatur quoad frigiditatem poſſe
reſtitui, & ſi nõn priſtinis viribus, attamen illis quæ
ſenile corpus decent. Certè Abrahamus centena-
rius jam reſtitutus fuit, ita ut etiam poſt mortem Sa-
ræ alteram duxerit, & ex ea liberos procrearit. Nec
deerant adjumenta naturalia, quibus medici putarint
eum poſſe curari. Deinde ſi puellæ, vitium ſenis o-
ſtenderunt, & eo cognito, & præbuit aſſenſum, nul-
lam patiebatur injuriam. Poſſet addi animum ejus à
Deo fuiſſe inductum ut aſſentiretur, ob totius regni
commoditatem. Ea tamen ſi ambitione ad id impul-
ſa fuiſſet, conſilium ejus non eſſet laudandum. Cæ-
terùm de iis temerè judicare, non eſt pietatis & au-
thoritatis noſtræ: Cùm hæc potuerint bono animo
fieri, & nutu Dei, arbitror ea potius in bonam partem
rapienda. Id hiſtoria docet, puellam iſtam non diu
cum Rege fuiſſe: quia non poſt multum ſpatium
temporis deceſſit. Attamen vita ejus, quæ Reipubl.

Patrum excuſatio non magnopere quærenda.

pernecceſſaria, aliquantiſper eſt prorogata. Id tamen
admonebo, non eſſe tam multum laborandum ut Pa-
tres à culpa ſemper eximamus, qui etiam gravandi
non ſunt, niſi cogat hiſtoria. Nec id prætenibimus,

1. Reg. 2. 17.

Deum iſtius puellæ occaſione uſum eſſe ad oppri-
mendum Adoniam, & ad conſtabiliendum regnum
Salomoni.

CAPVT XI.

De Scortatione, Adulterio, & aliis corruptelis quæ pugnant cum ſeptimo præcepto.

In Iud. 16. v. 4.

NVnc mihi operæpretium videtur, dicere aliqua
de Scorratione: Nam ut olim permulti, ſic ho-
die non pauci, eam peccatum non eſſe affirmant. Ego
verò e Scripturis & ex rationibus certiſſimis docebo,
eam grave peccatum eſſe. Qui hoc ſcelus extenuant,

Act. 15. 20.

variis nituntur argumentis. Primùm in Actis Apo-
A ſtolicis, capite decimoquinto cùm diſſidium primis
illis temporibus ortum eſſet inter Iudæos & Græcos,
communi aſſenſu decretum eſt, ut ethnici ſibi tem-
perarent à ſanguine, à ſuffocato, ab idolothytis, &
à Scortatione. Hic, inquiunt, Scortatio iis rebus
annumeratur, quę ſua natura non ſunt peccata. Qua-
re apparet, eam per ſe non eſſe peccatum: nam hæc
tum pro tempore fuerunt ab Apoſtolis decreta, ut in-
ter Chriſtianos pacatè viverentur. Nulla enim Dei
B creatura mala eſt, ut inquit Paulus ad Timotheum. **1. Tim. 4. 4.**
Ad hæc inquiunt, Deus non juberet, quod per ſe
peccatum eſſet. At juſſit prophetam Hoſeam aſci- **Oſe 1. 1.**
ſcere ſibi meretricem, & filios ex fornicatione pro-
creare: Quare ſua natura non videtur mala. Præter-
ea, omne peccatum adverſatur charitati, quam de-
bemus, vel Deo vel proximo. At in ſcortatione ad-
verſus Deum nihil videtur committi: ejus enim cul-
tus & religio non læditur. Nec etiam contra proxi-
mum: vis enim ejus uxori non affertur, neque vio-
C lenta intercedit oppreſſio. Deinde Auguſtinus libro **Auguſt.**
de Bono conjugali ſcribit: Quod cibus eſt corpori,
concubitus eſt ad procreationem. Sed ſi quis paulò
plus aut ederit aut biberit quàm oportuerit, non ac-
cuſatur peccati: Ergo etiam ſi quis in coitu paulùm
aberrarit, non eſt reus peccati peragendus. Poſtremò,
ea quæ Deus, ut peccata prohibuit, tam clara ſunt &
perſpicua, ut lumine naturæ quilibet intelligere poſ-
ſit ea eſſe peccata: ſed fornicatio humano judicio
non ita judicatur, & multi arbitrantur eam non eſſe
D peccatum. Mitio apud Terentium in Comœdia ſic
ait: Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum
ſcortari. Et in Eccleſia Corinthiaca, non defuerunt
qui ſic opinarentur. Iis itaque rationibus, ita elevatur
ſcortationis turpitudo, vel ut non habeatur pro pec-
cato, vel inter levia exiſtimetur annumeranda.

2 Nobis non rationes humanæ, ſed verbum Dei **Teſtimoniis legis prohibetur ſcortatio.**
ſpectandum eſt: non quid homines ſentiant aut ju-
dicent, ſed quid ſpiritus ſanctus in divinis literis lo-
quatur. In Prophetis autem & in Salomone paſſim
E occurrit deteſtatio ſcortationis. Sed in Lege, in-
quiunt, nihil adverſus eam ſancitum eſt. Quando ex
Lege volunt agere, inde quoque proferantr teſtimo-
nia, ex quibus intelligi poſſit, ſcortationem eſſe pro-
hibitam. In Levitic. in lib. Numeror. in Deuteronom.
Iudæi prohibentur adjungere ſibi mulieres alieni-
genas. Rurſus in Deuteronom. cap. 22. præcipitur, **Deut. 22. 17.**
ne ſit ulla meretrix aut proſtituta in Iſrael. Hæc lo-
ca inter ſe conjungantur. Non licebat habere mere- **Iud. 16. 1.**
trices, nec alienigenas, neque Iſraeliticas: igitur om-
F nes interdicebantur. Verùm dicet quiſpiam; Quo-
modo ergo Simſon verſatus eſt cum meretrice? Re-
ſpondent aliqui ex Hebræis, eam non fuiſſe meretri-
cem, cum qua Simſon conſuetudinem habuit: ſed
cauponam: ſed cùm infirma ſit hujuſcemodi reſpon-
ſio, mihi videtur aliter occurrendum. Fuit eo tempo-
re Reſpublic. Hebræorum depravata. Nam ſub Pa-
læſtinis jam agebant: nec mirum videri debet, ſi ex
illorum vitiis & corruptis moribus aliquid imbi-
berint. Habuerunt ergo aliqua ſcorra, verùm non
G ex ſuis legibus, ſed ex uſu & conſuetudine Palæſti-
norum.

3 At in novo Teſtamento, Scortatio apertè & **Heb. 13. 14.**
perſpicuè prohibetur. Ad Hebræos in hunc modum **Teſtimonio novi Teſtamenti.**
deſcribitur, Adulatores & ſcortatores Dominus ju-
dicabit. Dominus autem non dicitur judicare & vin-
dicare, niſi gravia peccata. Et ad Epheſ. non tantùm **Eph 5. 5.**
avari & idololatræ, ſed etiam ſcortatores excluduntur
à Regno Dei. Ad Corint. item, ubi Paulus de excom- **1. Cor. 5. 11.**
municatione ſcribit, non de quibuſvis, inquit, ſcorta-
H toribus loquor: ſed ſi quis frater nominatur ſcorta-
tor, cum ejuſmodi ne quidem cibum ſumere. Sed
multò luculentius in eadem Epiſtola capite 6. de to-
ta iſta re agit, & quidem ex profeſſo: quia multi de
hoc genere ſceleris, ut dictum eſt, malè perſuaſi e-
rant: Primum, inquit, eſca ventri & venter eſcę: verùm **1. Cor. 6. 13. &c.**
& hunc & hanc deſtruet Dominus. Corpus autem
non ſcortationi, ſed Domino. Porrò quævis eſca na-
tura pura eſt: ſed propter offenſionem proximi, eſt
nonnunquam abſtinendum. At poſſet quiſpiam di-
I cere: Eſca neceſſaria eſt ad vitam degendam: Eſt, in-
quit Paulus in hac vita, ſed in beata reſurrectione,
Deus & eſcam & ventrem deſtruet. Quare non eſt ea

Digitized by Google

tanti, ut ejus cauſa fratrem offendas. Non percipitur ut in univerſum ab omni eſca tibi temperes, ſed ab ea tantùm, qua frater infirmus offenditur. At de ſcortatione, inquit, quam vos contemnitis, longè alia ratio eſt. Corpus veſtrum non eſt datum ſcortationi, ſed Domino. Nec prætereas, Paulum magna prudentia, non dixiſſe non procreationi, ſed non ſcortationi: Nam corpus etiam procreationis cauſa datum eſt. Sæpe homines conſueverunt vitia ſua excuſare, & in naturam ea rejicere. Natura inquit, corporis eſt, ut datum ſit Domino. Quare inde regula vitæ petenda eſt, non à malis exemplis. Hæc vis eſt relativorum, nec tantùm eorum, quæ hoc ipſum quod ſunt, aliorum ſunt: verùm & eorum, quæ aliquo modo referuntur ad aliud, ut caput ad corpus, & corpus viciſſim ad caput. Nam cùm videmus caput, ſtatim corpus requirimus: & rurſum caput, cùm videmus corpus. Talia relativa ſunt, ut inquiunt dialectici, ſecundùm dici. Dominus eſt caput corporis Eccleſiæ, & ea corpus eſt ejus capitis. Quocirca Paulus & prudenter & acutè diſputat, dum inquit, Corpus non eſt factum ad hoc, ut ſeſe libidinibus polluat, ſed ut capiti reſpondeat, & ad ipſum conformetur. Et addit: Deus qui excitavit Chriſtum, excitabit & nos per potentiam ſuam. Primum argumentum ſumebatur à relativis. Proximum ducitur ab ipſo Deo: Nam ſi noſtra corpora eſt excitaturus, ut excitavit Chriſtum, cur ea nos afficimus ignominia? Pergit deinde, atque ait: An neſcitis quod corpora veſtra membra ſint Chriſti? Tollam ergo membrum Chriſti, ut faciam membrum meretricis? Grave profectò argumentum, quod concluditur: Tollámne, inquit membrum Chriſti? Ac ſi diceret, non ſanè: quia hoc eſſet corpus Chriſti dilacerare. Crudeliſſimum verò eſt membra corpori detrahere, & ea corpori putri aut mortuo adjungere. Vis autem rationis in eo ſita eſt. Chriſtus ſcortari non poteſt, quare ſi tu ſcortari velis, prius oportet à Chriſto divellaris. Oſtenditur hîc, ſcortationem non tantùm eſſe peccatum, ſed etiam lethiferum atque graviſſimum, quod avellat à Chriſto.

Vis relativorum.

In ſcortatione utrum duo ſint una caro. Sup. cap. 10. ſect. 6.

4 Subjicit poſtea: Qui adhæret ſcorto, unum corpus efficitur. Erunt enim duo in carnem unam: Et, qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. Hic locus pleniſſimus eſt conſolationis: ſiquidem indicat, nos Chriſto eſſe quam conjunctiſſimos, à quo neceſſe ſit ut prius avellamur, quàm efficiamur membra meretricis. Qui adhæret ſcorto, unum corpus efficitur. Erunt enim duo in carnem unam. Videtur Apoſtolus prima fronte, verbis Geneſeos abuti: Nam ea transfert ad ſcortationem, quæ dicta ſunt de matrimonio. Hæc ſiquidem primùm de Adamo & Heva prolata ſunt: quòd caro Hevæ, in carne antea fuerit Adami, cui Deus coſtam detraxit, & ex ea mulierem fecerit, quam rurſus Adamo conjunxit, ut cum eo eſſet una caro. At revera non abutitur Apoſtolus hac ſententia; quandoquidem ſcortatio, corruptela quædam eſt matrimonii, nam una res utrique communis eſt, nimirum carnis conjunctio. Tam enim hîc quàm ibi communicantur corpora: Paulus ergo id reſpexit, quod eſt utrinque commune: cùm tamen hoc interponatur diſcrimen, quod in ſcortatione conjunctio eſt adverſus Legem Dei, & idcirco ſcortantes à ſe invicem ſunt avellendi, alioqui ſpes ſalutis eis non relinquitur. In matrimonio verò, conjunctio eſt à Deo conciliata, & idcirco reddita nodus indiſſolubilis. Cùm igitur conjunctio utrinque ſit eadem, rectè Paulus accommodavit illam ſententiam & ſcortationem: Qui adhæret Deo unus ſpiritus eſt. Faciunt hæc verba multum ad rem præſentem: Nam ſi cum Deo ſumus unus ſpiritus, ea ſummo ſtudio fugere debemus, quæ ille prohibuit. Proinde appoſitè ſubjecit Apoſtolus: Fugite ſcortationem. Dicit prætereà: Omne peccatum quod homo committit extra corpus eſt: qui autem ſcortatur, in corpus ſuum peccat. Si priora quæ adduxi argumenta vos non movent, habete ſaltem rationem corporis veſtri, quod ſcortando videmini odiſſe atque contemnere. Sed quæri poteſt, quomodo alia peccata ſint extra corpus, ſcortatione verò in proprium corpus peccetur? Non enim dubitamus, eum qui vehementer iraſcitur, bilem alere atque augere: qua corpus non parum læditur. Ægritudo etiam, corpus magnopere debilitat, unde Salomon ait: Spiritus triſtis exſiccat oſſa. Ebrietas item & crapula infirmat valetudinem, & corpus ipſum propemodum funditùs perdit. Quin & invidi peccare videntur in proprium corpus. Videas enim eos aridos, luridos & macie quodammodo enectos. Quomodo ergo conſtabit, alia peccata extra corpus eſſe? Quidam aiunt, in corpus ſuum peccare ſcortatores, quod ſæpius ex conſuetudine quam habent cum meretricibus, ſcabie ſeu lepra inficiantur. Cæterùm dicant alii quicquid velint, ego potius exiſtimo: Apoſtolum ad ea reſpexiſſe, quæ præceſſerant. Dixerat enim, ſcortationem fieri cum meretrice unum corpus: graviter autem videtur peccare in ſui corporis dignitatem, qui illud facit unum cum fœdiſſimo & ſpurciſſimo ſcorti corpore. Porrò ſi rex aliquis aut princeps ducat uxorem tenuis & obſcuræ ſortis, dicetur ſuum genus contaminaſſe. Scio eſſe alios qui verba illa ὑπερβολικῶς dicta putent, quod alia quoque peccata reperiantur, quæ corpus lædant, ſed hoc graviſſimè & maximè.

Scortatione quomodo in proprium corpus peccetur.

Prov. 19. 25.

5 Argumentatur adhuc idem Paulus: An ignoratis, quod corpora veſtra templum ſunt ſpiritus ſancti? Et ſanè qui deſtruit templum Dei, deſtruet illum Deus: Ac ſi diceret: Non habetis à vobis ipſis corpora veſtra, ſed à Deo. Deus ea fecit templum ſuum, & Spiritus ſanctus in illis habitat. Non eſtis veſtri: quapropter juſtitiam non mediocriter violatis, contaminando rem alienam. Empti eſtis precio magno: quocirca glorificate Deum in corpore veſtro. Hæc Pauli argumenta, & pulcherrima ſunt & graviſſima: quæ ſi cui parum ſatisfaciunt, Simſonem intueatur. Is non erat idololatra, non ſicarius, non latro: tamen capitur, vincitur, privatur oculis, & in carcere molere cogitur, non ſecus quàm ſi eſſet quadrupes. Laborat Paulus multis argumentis, ut probet ſcortationem eſſe peccatum. Nec mirum: quia tum ſcribebat ad Corinthios, qui ea ætate præ cæteris abundabant ſcortis. Vnde proverbium natum eſt: Non quivis Corinthum. Et in univerſum, omnes Ethnici, malè de hoc vitio erant perſuaſi. Quam ob cauſam, naſcente adhuc Eccleſia, ut Euſebius author eſt lib. 3. ſuæ Hiſtoriæ cap. 29. Nicoalitæ palam & apertè ſcortabantur, & ſui flagitii conſuetudinem in Nicolaum diaconum referebant: quanquam Clemens Alexandrinus in Stromatis, Nicolaum excuſat. Ait enim, illum nihil tale ſenſiſſe, aut docuiſſe. Verùm cùm haberet uxorem pulcherrimam, & zelotypia laborare crederetur, illam adduxiſſe in medium, & addidiſſe: Hæc eſt uxor mea: Et ut ſciatis, quam non ſim zelotypus, licebit per me cuivis illam in uxorem habere. Quod etiam intelligebat, quantum per legem Dei concederetur. Qui autem poſtea dicti ſunt Nicolaitæ, verba ejus perperam intelligentes cùm ſenſiſſe putarunt, uxores inter Chriſtianos communes eſſe oportere. De hac ſecta in Apoc. ſcribitur. Sed hoc habes quod odiſti facta Nicolaitarum, quæ ego odi. Quamobrem non eſt mirum, ſi Paulus tantam operam ſumpſerit, docere ſcortationem eſſe peccatum.

Euſebius.

Clemens Alexandrinus. Hiſtoria Nicolai diaconi.

Apoc. 2.

6 Adverſatur hoc ſcelus matrimonio: Nam qui vagas libidines & ſcorta ſectantur, à matrimonio contrahendo ſunt alieni: unde Comicus ait: Qui amant, ægre ſibi ferunt uxorem dari. Vnde Clemens ait: Scortatio abducit ab uno matrimonio ad multa, hoc eſt, ab una legitima conjunctione, ad multas illegitimas & nefarias. Epiſtola ad Hebræos, ſcortatores cum adulteris conjungit, & Deum teſtatur eos judicaturum. Atque adeò conjunguntur ea duo vitia ut ſub eodem præcepto comprehendantur, quo dictum eſt: Non mœchaberis. Adverſatur item hæc peſtis, & charitati, & Reipub. Charitati ſanè, quod injuriam ſcortatores faciant ſuis liberis, qui cùm legitimè non procreentur, vix unquam ingenuè ac liberaliter educantur. Rempubl. verò lædunt, quod eam fraudent bonis civibus. Manzer enim, ſpurius inquam, & ex ſcorto natus, in Eccleſiam recipi prohibetur, non quòd communione ſacra, vel à myſteriis ſalutis arceatur, ſed quod illi non liceat Rempub. gerere, ac cæteris annumerari civibus. Huic malo quidam putant occurri poſſe, ſi domi alatur concubina. Ita, inquiunt, certa erit proles. Certa fortaſſis eſſe poterit, at legitima non erit. Cùm itaq; ſcelus hoc, & matrimonio, charitati, & Reip. adverſetur graviſſimum

Scortatio adverſatur matrimonio.

Heb. 13. 14. Exod. 20. 14.

Scortatio adverſatur charitati, & Reipublicæ. Deut. 23. 2.

Magiſtratus Chriſtianos non debet ſcorta ferre.
mum peccatum eſſe, non poteſt negari. Hæc cùm ita A
ſint, cur hodie in civitatibus palàm feruntur ſcorta?
Non loquor de Ethnicis: de Chriſtianis loquor, & de
iis Chriſtianis, qui ſe ſolos videri & dici volunt ſuc-
ceſſores Chriſti. Fovetur in illorum ditione quam
imprudentiſſimè ſcortatio, illis non ſolùm volenti-
bus, ſed etiam fructum & vectigal ex ea cupientibus.
Aut peccatum non eſt quod pugnat cum verbo Dei,
cum matrimonio, cum charitate, cum Repub. aut in-
ſigne peccatum eſt. Quod ſi eſt peccatum, cur non B
tollitur & extirpatur? Sed ſcio quid oggamiant. Au-
guſtinum proferunt, qui lib. de Ordine ita ſcribit:
Tolle meretrices, & omnia implebuntur libidinibus.
August.
At conſideremus, quo tempore Auguſtinus hunc li-
brum ſcripſerit. Certè cùm adhuc eſſet Catechume-
nus, nec ſatis in religione inſtitutus. Et quamvis non
fuiſſet Catechumenus, tamen hoc ejus dictum cum
verbo Dei non conſentit, neque cum ipſo eodem
Auguſtino, qui alibi affirmat, delictorum compenſa-
tionem non eſſe admittendam. Quod & Paulus do- C
Rom. 3. 8.
cuit ad Romanos: Quemadmodum ſolent de nobis
dicere: Faciamus mala, ut eveniant bona, quorum
damnatio juſta eſt. Nunquam oportet exitium & e-
ventum ſpectare, quando præcepto Dei urgemur.
Dicitur nobis aliquando: Niſi peccatum admittas
hoc aut illud malum ſuccedet. At nos reſpondere o-
portet: Faciemus quod juſſit Deus, illi erit curæ de
ſucceſſu. Nec par eſt, ut Auguſtini ſententia unica,
tot rationibus, quas adduximus, & tot clariſſimis ver-
bis Dei præponderetur. D

7 Diſertè ac expreſſis verbis Deus mandavit, ut
non eſſet meretrix in Iſrael. Sed hunc locum non-
nulli conantur nobis è manibus extorquere, dum
Hebraica vocabula *Kedeſcha* & *Kedaſchim* non eſſe
ſcorta ſeu meretrices, imo ſacerdotes Priapi rebus
turpiſſimis devotos & conſecratos. Ego contra ſentio,
Kedeſcha meretricem ſignificare, *Kedeſchim* verò, cy-
nædos & effœminatos. Neutrum horum Deus vo-
luit in populo ſuo tolerari. Quod autem objiciunt de
ſacris Priapi, nihil agunt. Satis enim ante cautum fue- E
rat de idololatria: quid oportuit nunc id repetere?
Sed ut apertius intelligatur, *Kedeſcha* eſſe meretricem,
Gen. 38. 15. &c. Deut. 23. 17.
hiſtoria de Iuda & Thamarrha in libro Geneſeos le-
gatur, & ibi videbimus *zona*, & *Kedeſcha* pro eadem re
Quædam vocabula cum in bonam tum in malam partè accipiuntur.
accipi. Qua de cauſa notandum eſt, quaſdam eſſe vo-
ces, quæ in bonam & malam partem poſſunt accipi:
quo in genere apud Hebræos eſt *Kedeſcha*, quod ſan-
ctam & meretricem ſignificat: quemadmodum apud
Virgilius.
Latinos ſacrum, unde Vergilius,

Auri ſacra fames.

Verbum Hebraicum *Kedes*, eſt preparare, aut paratum F
eſſe. Vnde vox illa derivatur, quæ meretricem ſigni-
ficat, quòd tales mulieres paratæ ſint & expoſitæ o-
mnibus, vel quòd ornatæ ac fucatæ ſoleant incedere.
Clemens.
Idcirco ait Clemens, Lacedæmonios meretricibus
permiſiſſe veſtes floridas, mundum muliebrem, & au-
Deut. 23. 18.
rum quibus rebus matronis uti non licuit. Nunc vi-
deamus in Deut. quid ſequatur: Et merces meretricis
non infertur in ſanctuarium. Hic rurſus Lex vocat
zona, quam ante appellaverat *Kedeſcha*. Verùm dixe- G
ris: Si Lex nolebat ferri meretrices, quid cavere opor-
tuit de illarum oblationibus? Quid opus fuit hac le-
ge? Qui hoc dicunt, videntur quidem acute dicere,
ſatis tamen non dicunt: Nam ad ornamenta & uſus
templi, etiam exteræ nationes dona mittebant. Eunu-
chus reginæ Æthiopum venit Hieroſolymam, ut of-
ferret in templo: Macedones & Romani dabant vi-
ctimas & ſacrificia templi annuatim. Cavet itaque
Lex, ut ſi quid è meretricio quæſtu ab alienigenis of- H
ferretur, ne illud admitterent in ſanctuarium. Ad hæc
edixerat Deus quidem, ne meretrices eſſent in Iſrael,
ſed ſciebat eos Legem illam non eſſe obſervaturos.
Nam cùm illis Palæſtini, Macedones & Romani do-
minarentur, meretrices habuerunt. Quin & Chriſtus
Matt. 21. 31.
meretricum & publicanorum ſimul fecit mentionem.
Rectè itaque Deus primum cavit, ne meretrices inter
Hebræos eſſent. Deinde ſtatuit, ut ſi aliquo caſu ha-
berentur, quæſtus earum ad ſanctuarium non admit-
teretur. Quod proculdubiò mandavit propter quæ-
ſtus fœditatem & turpitudinem. In eodem loco adje- I
cit: Ne pretium quoque carnis inferretur in ſanctua-
rium, quod illud animal immundum & fœdum ſit.

8 Caligula, fœdum alioqui monſtrum, edixit (ut
Suetonius. Hoſtienſis.
eſt apud Suetonium) ut quæ meretricium aut leno-
cinium faceret, publico tenerentur. Hæc Hoſtienſis
ridiculè ſcribit. Meretrices quidem aſtringuntur, in-
quit, ſolvere ac offerre, ſed Eccleſia non poteſt nec
debet accipere. Multò melius gloſſa in Decr. diſt. 90.
cap. Oblationis: decernit, non eſſe quicquam omni-
no in Eccleſia offerendum, è quæſtu meretricio. Sa-
cerdotes autem & monachi, cùm vererentur ne de
ſua utilitate quicquam diſcederet, aliam rationem
commenti ſunt. Quamvis enim, aiunt, meretricium
pro oblatione accipi non poteſt, attamen pro elee-
moſyna nihil vetat quin accipiatur. Sed Papa quo-
Papa injuſtè quæſtum facit ex meretricibus
nam modo meretriciam pecuniam accipit? Non ſanè
ut oblationem, quia non poteſt: non ut eleemoſy-
nam, quia non eſt pauper: quare ſupereſt ut accipiat,
Vide in Gen. 38. 11.
tanquam princeps. Dominus habere noluit hoc ge-
nus pecuniæ in ſanctuario ſuo: Papa verò in fiſco ſuo
vult habere, atque habet & facit ex eo maximum
quæſtum. Cujus ergo vicarius eſt Papa? Dei? Deus
hujuſcemodi lucrum repudiat. Chriſti? Chriſtus
nunquam diſcedit à voluntate Patris. Supereſt ergo
ut ſit Antichriſtus, cùm & doceat & faciat, quæ cum
verbo Dei & cum Chriſto ex profeſſo pugnant. At
dicet, ſe hanc pecuniam exigere ut principem. Sit ſa-
nè princeps. At quæram, malúſne vel bonus? Bono
minimè licet à divinis legibus diſcedere. Sit ergo ma-
lus princeps, ſit etiam Caligula. Fortaſſe reſpondebit,
ſe quatenus princeps eſt, agere legibus, quæ meretri-
ces non auferunt è Romana ditione, imo de precio
ſeu mercede illarum non ſunt dedignatæ aliqua ſta-
tuere. In ff. de Condict. ob turpem cauſam. l. Idem et-
ſi: decernitur, non eſſe repetitionem, ſi quid meretri-
ci dederis. Et ratio additur: quoniam etſi meretrix
turpiter facit quod meretrix eſt, tamen turpiter non
accipit quod meretrix. Obſcura ſunt verba, ut quæ
Num liceat dare inhoneſtè.
videri poſſint ænigma. Adhæc in ff. Tit. de Donatio-
nib. l. Affectionis gratia: ſancitur, licere tam honeſtè,
quàm inhoneſtè donare. Honeſtè licet parentibus,
cognatis, amicis, &c. Inhoneſtè, ut meretricibus. At
ſcire velim, qua licentia id liceat? Dedítne Deus bona
hominibus, ut ea in meretrices conjicerent? Verùm
hic fatentur eſſe aliquam turpitudinem: nam quam-
vis liceat dare, tamen ſi quid meretrici promiſeris, o-
bligatio non tenet, nec eſt meretrici petitio promiſſi,
ut habetur in gloſſa tit. de Donat. l. ea quæ. At du-
bium eſt, ſi non turpiter accipit, cur non liceat ſine
turpitudine petere? reſpondent. Id non ſequi: quo-
niam multa honeſtè capiuntur, quæ honeſtè non pe-
tuntur. Et ea de re citat l. de Variis & extraordinariis
cognationibus. Vellet itaque Papa legibus civilibus
meretrices non auferre, ſed ab eis pecuniam accipere,
quod divinis legibus fieri non poſſe animadvertit. At
illum hîc libet convenire. Certè profitetur ſe legibus
civilibus præeſſe, ac re ipſa multas ex eis immutavit:
quaſi vellet eas emendare, cùm tamen ſublatis bonis,
malas interdum ſubſtituerit. Quare iſtas non emen-
davit de meretricibus ferendis, cùm divinæ legi ad-
verſentur? Vera profectò cauſa, cur meretricias leges
non ſuſtulerit, ea eſt, quo papali fiſco nimis detri-
mentoſum id fuiſſet. Romæ quippe leges ſuas me-
tiuntur, non honeſtate, ſed utilitate.

9 Cæterùm quo jure civili pecunias à meretri-
cibus extorquent? Reſpondent: Pro vectigali. Sed
cur non potius aiunt pro lenocinio? Profectò ſi verè
loqui volumus, non ſunt Papæ, quoad hoc, à lenoci-
Quid leges de lenocinio ſtatuant.
nio alieni. Attendant leges civiles, quibus modo ſe
tueri conantur, & quibus ſe præeſſe gloriantur, & vi-
deant quid ſentiant de lenocinio. in ff. de Ritu nu-
ptiarum. l. palàm: ita ſcribitur: Qui habet mancipia
quæſtuaria, & ea proſtituit, ac particeps eſt quæſtus
lenocinium facit. Nunc quæro de iſtis, quo loco ha-
beant meretrices urbis? Pro civibus? Nihil minus:
Habent ergo quodammodo pro mancipiis, & ex illis
quæſtum faciunt: ſunt ergo propemodum lenones.
Tantundem poſſet dici de uſuris. Ferunt in ſuis di-
tionibus Iudæos fœnerantes, & fructum ex illorum u-
ſura capiunt, in ſingulos annos certam partem, mini-
mum vigeſimam. Papa ergo non tantùm eſt leno, ſed
etiam fœnerator. Et quod affirmo de Papa, videant e-
tiā prophani principes, ne de ſe dici poſſit, qui de Iu-
dæis hoc genus quæſtus exercēt. In eos profectò illud

Digitized by Google

convenit Davidis. Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuã ponebas. Cæterùm, dicunt hæc eſſe vectigalia. Sed in C. de vectigalibus & commiſſis. leg. ex proteſtatione, & leg. allegatis: Vectigal definitur, ut ſit quod ſolvitur pro illis rebus quæ importantur in Rempub. ab exteris nationibus. Dicuntur enim vectigalia à vehendo. Pendebatur autem vectigalis nomine, octava pars cujuſque rei, unde Publicani dicebantur Octavarii. At meretrices quid quæſo in Rempub. invehunt? Spurcitiem & libidines, ex quibus rebus aulici & ſacrifici Papæ, non octavam partem, ſed totum colligunt. Vectigalia etiam & tributa dicuntur, quæ capiuntur ex agris & fundis: At meretrices quos agros habent? quos fundos? Nullos. Deſinant igitur excuſare turpiſſimam rem honeſto titulo. Scio dicturus, ſi meretrices immunes & liberæ ferrentur, laxius peccarent. O pulchrum genus correctionis! Nullo ergo alio modo poſſent meretrices coerceri? Edicerent potius ne eſſent in urbe, ut domos haberent ſordidas & tenebricoſas, ut abjicerent omnia corporis ornamenta, nec venirent in publicum, & notis aliquibus turpitudinis dehoneſtarentur, quò eſſent omnibus ludibrio. Hoc pacto fortaſſe revocari poſſent in viam. Nunc, bone Deus, quomodo coercentur? Habent ornatiſſimas domos, vehuntur per publicum habitu principum, inſidunt equis gradariis, habent ſecum torquatos & larvatos comites, interdum & Cardinales, præſertim noctu, & ancillarum ſumptuoſiſſimum gregem. Negabunt hæc ita eſſe? Dicant ergo viri graves & ſinceri, qui aliquando Romę fuerunt, an ita res habeat. Quod ſi mihi non creditur, uti poſſem teſtibus Cardinalibus & Prælatis Romanis.

Pſal. 50. 18.

Quid ſit vectigal.

Octavarii.

10 Paulus III. olim oſtendebat ſe aliquam Eccleſiæ meditari emendationem: dedit negotium quibuſdam Cardinalibus & Epiſcopis, qui cæteris habebantur puriores. Quid autem illi ſenſerint, extat in 3. volumine Conciliorum. Quæruntur autem tantam Romæ eſſe potentiam meretricum, quanta aliàs nuſquam. An Paulus ille III. hoc emendavit? In Tridentina quoque Synodo, polliciti ſunt Romanenſes, magnam aliquam emendationem: Sed nec effecerunt, nec quicquam conati ſunt. Cur non imitantur potius & ſequuntur Iuſtiniani leges? Is in Auth. tit. de Lenonibus, vult meretrices prorſus eliminatas è civitatibus: nec aſtringi aut teneri, ſi quid lenonibus promiſerint: Imò ſi juraverint ſe fore meretrices ad aliquod tempus, eas abſolvit à jurejurando. Hæc iſti diſſimulant, & meretrices ferunt ac fovent. Quod tamen non debet eſſe mirum. Cùm enim ſpiritualem fornicationem animorum, hoc eſt, ſuperſtitionem & idololatriam tantopere ſecum retineant & augeant, cur etiam non adjungant corporum ſcortationem? Sed cùm ſacrificis ſuis uxores eripuerint, difficilè fuit, imò nec poſſibile, carere lupanaribus. Doluit Iuſtiniano, quòd proſtibula videret prope Eccleſias Dei, nunc verò habitant in mediis civitatibus, nec procul à domibus ſacris, & Papæ nihil dolet. At illarum ædium quas meretrices habitant, domini ſuam cauſam agent. Pertinent autem domus ejuſmodi non rarò ad Epiſcopos & Eccleſias: dicúntque, Nos minimè capimus partem quæſtus meretricii, ſed ut æquum eſt, pro domibus noſtris penſiones accipimus, quod per leges civiles non prohibetur. Nam in ff. de Petitione hæreditatis. l. Ancillarum, dicitur, quòd in prædiis urbanis honeſtorum hominum lupanaria exercentur. Et in eodem Tit. l. Si poſſeſſor. ſtatuitur, ut ſi quis inhoneſtos quæſtus habuerit, eos etiam reſtituere cogatur, ne honeſta interpretatio non honeſto quęſtu, lucrum poſſeſſori faciat. Sed quoniam agere volunt legibus, cur earum legum non ſpectant interpretationem? Ea eſt, ſi hoc genus quæſtus ſemel exactum ſit à meretricibus, oportere id reddi hæredi: alioqui non licere exigere. Nec alia ratione vitari poteſt antinomia. Non enim hæ leges congruerent cum illis Iuſtiniani, quæ in Authenticis de Lenonibus & ſcenicis mulieribus habentur. Sed attendantur obſecro, quæ de ritu nuptiarum habentur, l. palàm, & in Tit. de iis qui notantur infamia, Lathletas, infamem eſſe mulierem quæ ſeipſam proſtituit, & eum etiam qui particeps eſt lucri. Atque in univerſum, lenones omnes eſſe infames. Spectemus item,

Luxus meretricum Romanarum.

A quod multo gravius eſt, verba Dei præcipientis: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. Quid ex iis colligimus? Id non eſſe ferendum inter Chriſtianos, unde homines reddantur infames: tollantur ergo lenones & meretrices, cum hæc hominum genera, legum civilium teſtimonio, infamia notentur. At dicent: Homines labuntur ſæpius, & quandoque illa committunt, unde redduntur infames. Audio: non tamen id ferẽdum eſt, unde velint nolint infames fiant. Sed etſi mille ſtarent ab eis leges civiles, nobis tamen
B pluris eſſe oportet verbum Dei. Pulchrè Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ, cùm hac ipſa de re loqueretur, ſcribit: Non tam ſtudioſè citanda ſunt jura civilia: Alia ſcribit Papinianus, alia Paulus. Et ante Hieronymum, Tertullianus de Anima: Lupanaria execrabilia ſunt coram Deo.

Lev. 11. 44.

Hieronym.

Tertullian.

11 Verùm ſi tolerentur, inquiunt, meretrices, aliqua ſpes eſt converſionis earum. Chriſtus enim ait; Meretrices & publicani vos præcedent in regno Dei.
C Sed mihi dicant, nulláne alia ratione poſſunt in viam revocari, quàm ut ferantur? Verùm quidem eſt Chriſtum dixiſſe; Meretrices & publicani vos præcedent in regno Dei. Sed meretrices non intelligit quandiu ſunt meretrices, & non convertuntur. Qua ergo de cauſa dicuntur præcedere Phariſæos & Scribas in regno Dei? Quia converſæ agnoſcunt & deflent peccata ſua: Phariſæi verò & Scribæ flagitia ſua non attendebant, ſed videri volebant quàm ſanctiſſimi. Quòd ſi meretrices ea cauſa ferendæ ſint, quòd poſſint
D converti, nullum erit tam grave peccatum quod puniri debeat: nemo etiam tam perditus eſt quin ſpes aliqua ſit eum poſſe in viam revocari: atque ita leges omnes dormient. Addunt præterea, Deus prohibuit meretrices, ut in Deuter. habetur, quæ poſtea tamen tolerabantur: Salomon enim jus dixit duabus meretricibus. Primùm reſpondeo, non conſtare illas fuiſſe meretrices, cùm vocabulum *Zona* ſignificet etiam cauponam, & eam quæ ſibi victum quæritat vario quæſtus genere. Deinde, ſi meretrices fuerunt, ar-
E gumentum eſt adhuc frivolum & infirmiſſimum. Non enim licet ratiocinari ab eo quod fit, ad id quod fieri oportet. Deus quidem prohibuit meretrices, ſed poſtea diſciplina collapſa eſt, & multa contra Legem committebantur. Nos autem ſpectare debemus non quid fiat, ſed quid Deus fieri juſſerit: alioqui ſi volumus ad exempla vivere, ſatis eſt ubique malorum exemplorum. Nam Papæ & Cardinales non tantùm ferunt meretrices, ſed etiam eas habent in deliciis. Nec feruntur Canones, qui ſtatuunt ſacerdotes pro-
F pter ſcortationes eſſe dejiciendos: diſtinct. 82. capit. Presbyter. cùm tamen ibi gloſſa dicat: Hodie ob ſcortationem nemo deponitur. Idem habetur in 2. quæſtion. 7. cap. Lator. Apoſtolus excludit ſcortatores è regno Dei: at iſti eos non excludunt ex Eccleſia nec putant eſſe deponendos. At mirum non eſt, quandoquidem aiunt Epiſcopum poſſe diſpenſare de adulteriis & aliis criminibus levioribus, quemadmodum habetur Extra de Iudiciis. leg. ad Cleric. verba ſunt Alexandri III. ex quo apparet, iſtos habere adulte-
G ria pro levioribus criminibus. Quid ergo nos pendere oportet ab eorum exemplis? Philo Iudæus ait: in Republica Iſraelitarum non potuiſſe tolerari meretrices. Omnes enim cùm ad maturam ętatem perveniſſent, vel maritos eſſe oportuit, vel uxores. Viduæ quidem erant aliquæ, ſed ætatis provectæ atque probatæ caſtitatis. Hoc exemplum ſequendum eſt, nimirum ſanctæ Reipublicæ, non aulæ Papiſticæ. Cùm Romæ aliquando eſſem, in mentem venit apophthegmatis Cratetis. Is cùm veniſſet Delphos, & in templo A-
H pollinis vidiſſet Phrynis meretricis nobiliſſimæ imaginem auream, acclamavit: Ecce Trophæum petulantiæ Græcorum. Sic ipſe conſiderans ibi meretrices ſumptuoſas & magnificè ornatas: dicebam; Ecce Trophæum petulantiæ Pontificiorum prælatorum. Mittamus igitur eos, & verba Dei rationéſque ductas inde perſequamur. Baſilius in 1. lib. Pſalm. cùm verba illa exponit; In cathedra peſtilentiæ non ſedit, pulchrè ſcribit: Scortatio, inquit, non ſiſtit in uno homine, ſed totam civitatem pervadit. Acce-
I dit enim ad ſcortum unus quiſquam juvenis, ille adſciſcit ſibi ſocium, & ille item alterum. Vnde ſicut ignis accenſus in civitate, ſi ventus graviter incubuerit,

Quomodo meretrices præcedant Scribas & Phariſæos in regno cœlorum.

Matt. 21. 31.

1. Reg. 3. 16. Tempore Salomonis erant meretrices in Iſrael.

Adulteria ſunt papiſtis crimina leviora.

Cratetis apophthegma.

Baſilius.

Simile.

A buerit, non ſiſtit incendium in una vel altera domo, ſed longè latéque vagatur, & magnam ſecum ruinam trahit: ita hoc malum ſemel accenſum, per omnes partes urbis graſſatur. Ambroſius item prudenter ſcribit in Pſalm. 119. adducens verba 6. cap. Proverbiorum: Quis poteſt fovere carbones in ſinu ſuo, ut non ardeat? Quis inquit, exiſtimet meretrices foveri poſſe in civitate, ut juvenes non ſcortentur? Atque ita poterimus commodè invertere illam Auguſti ſententiam: Si tollas meretrices, implebis omnia libi- B dinibus. Nos contra potius: Ale meretrices, & implebis omnia libidinibus. Objiciunt iterum Compenſationem delictorum, & ferenda eſſe volunt lupanaria, ne vis fiat honeſtis matronis. Reſpondi antea, non eſſe facienda mala ut bona eveniant. Imo inquiunt, ipſe Deus compenſationem delictorum ſtatuit. Nam ob duritiem cordis Hebræorum, ut ne ſequerentur graviora mala, conceſſit libellum repudii. Sed iſti cogitent, Deum non eſſe in jus vocandum, nec licere ab eo rationem legum ejus repoſce- C re. Quare non eſt firma connexio, Deus ita fecit: ergo nobis tantundem licet facere. Non eſt videndum quid fecerit Deus, ſed quid nos juſſerit facere. Vidit autem Deus intervenire ſæpe odium inter conjuges, & periculum eſſe ab homicidio: quod potius quàm accideret, conceſſit libellum repudii. Sed paralogiſmus eſt, Deus libellum repudii dedit: ergo nobis licet retinere proſtibula.

Ambroſius. Pſal. 119. 7.

Sententia Auguſtini inverſa.

Compenſatio peccatorum non admittenda.

Rom. 3. 8.

Mat. 19. 8.

Nō licere ſemper argumentari ab exemplo Dei.

12 Nunc adverſariorum objecta ſuperſunt refutanda. Primùm dicebant: Scortatio in Actis Apoſtol. D illis rebus accenſetur, quæ ſua natura non ſunt malæ, ut ſanguini, ſuffocato, Idolothytis. Nulla enim creatura Dei mala eſt quæ cum gratiarum actione percipitur: quare ſcortatio non erit peccatum, cùm iis rebus annumeretur. Sed ratio hæc infirma eſt: non enim hæc ab Apoſtolis recenſentur, quòd in omnibus ſit par ratio culpæ, ſed quòd ea omnia uſurpata facerent eo tempore ad Eccleſiam perturbandam. Iudæi ex conſuetudine ſuæ legis abſtinebant à ſanguine & E ſuffocato: Ethnici verò, nihil faciebant ſcortationem. Quare ut inter omnes pax coaleſceret, decreverunt ut ab hiſce rebus abſtinerent. Ex quo non ſequitur, hæc omnia eſſe paris culpæ, ſed potius id licet inferre, omnia hæc feciſſe ad labefactandam Eccleſiæ concordiam. Adhæc objiciebant Deum non jubere peccata, ſed Hoſeæ prophetæ mandavit, ut conſuetudinem haberet cum ſcorto. Reſpondeo, Omne peccatum, eo ipſo peccatum eſt, quod verbo Dei adverſatur. At ſi Deus jubeat aliquid privatim F fieri, quod alioquin à verbo ſcripto diſſideat, id profectò non eſt peccatum, quia non pugnat in univerſum cum verbo Dei, quoniam etſi diſſideat à ſcripto, non diſcrepat à revelato. Peccatum eſt, rem alienam auferre. At Deus Hebræis egreſſuris ex Ægypto, imperavit, ut ſupellectilem & argentea vaſa mutuò ſumerent ab Ægyptiis, & ſecum auferrent, quod illi citra peccatum fecerunt. Homicidium quoque peccatum eſſe nemo ambigit, & tamen Abrahamus, ſi filium ſuum Dei mandato ſacrificaſſet, quod facere pa- G ratus erat, minime peccaſſet. Ita dicemus de Hoſea propheta: Si Dei juſſu ſcortatus eſt, ſcortationem ejus non fuiſſe peccatum. Scio fuiſſe qui putarint Hoſeam non eſſe juſſum ſcortari, ſed ſcortum uxorem ducere. Id non convenit, nam ſequitur: Et ſuſcipias ex ea filios fornicationum. Filii eo modo ſuſcepti, nimirum ex legitima uxore, non fuiſſent filii ſcortationum. Melius iſta Hieronymus interpretatur ἀλληγορικῶς, atque ait, hac imagine expreſſam nequitiam Iudæorum, qui Deum communem maritum deſeruiſ- H ſent, & cum idolis gentium ſcortati eſſent, & filios procreaſſent nothos & ſpurios, quod ad cultum & religionem Dei attinet. Falſum præterea eſt, quod aſſumebant, ſcortationem neque cum religione, neque cum charitate pugnare. Iam enim antea ſecus eſſe oſtendimus, neque dicta repetenda ſunt. Adducebatur Auguſtinus, dicens quod cibus eſt corpori, concubitus eſt ad procreationem, ſed pluſculum comedere aut bibere, non eſt grave peccatum: ergo nec ſcortatio. Similitudo ex omni parte non convenit, ſed tan- I tum ex parte valet ad quam ſuſcipitur. Et ſanè qui paulò plus quàm oportet comedit & bibit, non ſtatim valetudinem corporis amittit, ſed qui aberrat in

Ad rationes adverſariorum.

Act. 15. 21.

1

Oſe. 1.

2

Quæ ſit propria ratio peccati.

Exod. 11. 2.

Gen. 22.

Hieronymus.

3

4

A concubitu & ſcortatur, facile poteſt è veſtigio filium procreare, quem afficit injuria, quòd ejus culpa nothus edatur in lucem. Deinde prava educatio procedit, & ita charitas læditur. Poſſet etiam dicere, ut malus & vitioſus cibus perdit corpus (imò Adamus eſu prohibiti fructus poſteritatem ſuam vitiavit) ita ſcortatio animam perimit. Poſtremo, quod afferebant ſcortationem idcirco non eſſe peccatum, quòd naturæ lumine id non poſſit deprehendi, nil eſt: Nam B Dei præcepta, juſta eſſe à natura cognoſci poſſunt, ſed incorrupta & integra, cùm vitioſa non rarò peccata pro virtutibus probet. Etenim apud Lacedæmonios furtum laudabatur, & ut Thucydides author eſt, apud Græcos veteres Piratica, virtus putabatur. Propterea ergo, Dei juſta & honeſta poſſunt à natura cognoſci, ſed inſtructa & formata verbo ac ſpiritu Dei. Alioqui, ut teſtatur Paulus, homo animalis non cognoſcit quę Dei ſunt. *Vide quæſtionū quarundam explicationem locis communibus ad finem huius operis ſubiectam.*

5

Thucydides.

C

De Spuriis & illegitimè natis.

13 Cùm Iiphtath patrem nobilem habuerit, id ei nihil proderat, quod eſſet vulgò quæſitus, neque natus ex juſtis nuptiis. Proinde jure civili Hebræorum, ei non licebat in Iſraelitica concione locum habere. In Deut. quippe ſcribitur; Non ingredietur in concionem aut in cœtum Manzer. *zar*, eſt Hebraicè, extraneus. Et ſpurius ita vocatur, quòd ad patrisfami- D liam non pertineat. Non fuit uxor quę peperit Iiphtath, ſed ſcortum. Vox Hebræa *zona*, duo ſignificat: Primum cauponam, quæ ſcilicet vendat ad victum pertinentia. *zon* enim eſt, cibavit, aluit. Deinde ſignificat ſcortum, fortaſſis ob id, quòd cauponæ, quoad pudicitiam ſæpè malè audiant: ut apparet ex quadam lege Conſtantini, quæ in C. Habetur, ad l. Iuliam de Adulteriis. Et ſane utraque ſignificatio rectè poteſt ad hunc locum accommodari. Quidam ex Hebræis putant Iiphtham non fuiſſe filium ſcorti, ſed tantùm E concubinæ, quæ nuptialibus tabulis & dote non fuerit deſponſata. Verùm id non videtur bene congruere. Nam Hebręis concubina minimè appellatur *Zona*: neque fratribus licuiſſet expellere Iiphtah ut extraneum, ſi fuiſſet concubinæ filius. Etenim concubinatus ejus generis apud Iudæos verum matrimonium erat. At cur nolebat Deus, ut ſpurius veniret in concionem? Non quod ipſe vir eſſet deterior, ſi rectè vixiſſet: ſed ut populus noſceret Deum ſcortationem deteſtari. Nec aliud erat in concionem non ingredi, F quàm ad fungendum officio vel civili vel ſacro inhabilem reddi: Quamvis alioqui patrem habuiſſet vel ſacerdotem vel principem. Proinde ſpuriis non licuit vel tribunatum, vel præturam, vel præfecturam, vel ſacerdotium gerere. Cur ergo præficit Deus populo ſuo ſpurium hominem? Quia non ſibi, verùm hominibus legem præſcripſit. Alia cauſa eſt, ne qui ſic nati eſſent ſtatim idcirco animos deſponderent. Deinde, ut cogitarent ſe non ſuo vitio, ſed patris, excluſos eſſe. Sed ut redeamus ad Iiphtham, non potuiſſet do- G mo à fratribus ejici, niſi fuiſſet ex ſcorto natus. Alioqui concubina erat uxor legitima, & filii Iacobi e concubinis orti, manſerunt cum cæteris fratribus, & unà cum illis hæredes fuerunt. Sed Abraham, inquies, ejecit Iſmaelem. Id factum eſt ante legem, & ſingulari Dei voluntate, ut ſolida & integra hæreditas ad Iſaacum perveniret. Alioqui jure ordinario apud Hebræos, concubinarum filii, non prorſus ab omni hæreditate excludebantur.

In Iud. 11. initio.

Spurii nō habebant locum in concione Iſraelitica.

Deut. 23. 1.

Mater Iiphtha non fuit concubina.

Quid eſſet non ingredi concionem.

Gen. 21. 14.

14 Vt autem res dilucidior fiat, ita diſtinguendi H videntur filii, ut aliqui legitimi ſint & non naturales, ut arrogati & adoptivi. Alii naturales quidem & non legitimi, ut qui e concubinis ſuſcipiebantur (loquor autem de concubinis hic, Romanorum more. Nam quo ad Hebræos, ex iis nati erant legitimi.) Alii verò ſunt, & legitimi & naturales, ut qui ex juſtis nuptiis naſcuntur. Alii denique nec legitimi nec naturales, quales ſunt vulgò quæſiti. Vulgo autem quæſitus eſt, qui non poteſt patrem oſtendere, aut qui oſtendere quidem poteſt, ſed eum, quem non li- I ceat patrem habere, ut in ff. de Statu perſonarum ſcribitur, l. Vulgò concepti. Magnum eſt diſcrimen inter conditiones liberorum: nos verò, quod attinet

Diſtinctio liberorum.

Quis filius dicatur vulgò quæſitus.

Digitized by Google

ad hanc tractationem, nec de adoptivis aut arrogatis filiis agemus, nec de legitimis naturalibus, ſed tantùm de naturalibus & vulgò conceptis, qui cæteris videntur obſcuriores eſſe. Naturales non legitimi, poſſunt fieri legitimi, ut in C. traditur de Naturalibus filiis, Lege Anaſtaſii. Et modi quibus fiunt, ibidem in l. Si quis. deſcribuntur. Vulgò autem concepti, non poſſunt fieri legitimi. Quod ſi loqui velimus de concubinarum filiis more Iudaico, erant legitimi, quemadmodum ante docuimus. Romani autem eos non habuerunt pro legitimis, tantùm id conſtituerunt, ut poſſent legitimari. Adhæc vulgò concepti non ſunt in poteſtate patris, nec eſſe poſſunt: at naturales poſſunt ſi legitimentur. Hæc dico, ut intelligamus, in quanta calamitate ſint ſpurii. Iephte igitur non poterat hæreditatem patris adire. Hæ autem leges ferebantur, ut homines vel filiorum ignominiâ retraherentur à ſcortatione. Dum enim ſpurios gignunt, illos abſque ſpe recuperationis lædunt. Vnde Chryſoſt. in Epiſt. ad Rom. dum ea verba interpretatur: Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere, vehementer in ſcortatores invehit. Quid ſeminas, inquit, quod non licet metere, aut ſi colligas, ſit ignominioſum? infame enim erit & illi qui naſcetur, & tibi. Ille enim quoad vixerit ignominioſus erit, & tibi cum vivo, tum etiam mortuo extabit ſemper turpis nota libidinis, &c. Ideóque legibus conſtitutum eſt, ne ſpurii adeant patris hæreditatem.

Chryſoſt. Rom. 13. 11.

15 Naturalibus liberis, pater moriens, aliquid poteſt dare: imò ſuccedunt ab inteſtato, quando non ſunt alii liberi. Nec tamen in totum ſuccedunt, ſed in duas tantùm uncias: in C. de naturalibus liberis, l. Licet patri. At ſpurius tantùm abfuit, ut poſſet patri ſuccedere, ut ne alimenta quidem ab eo petere potuerit, in C. de Inceſtis nuptiis, l. Ex complexu. Canones tamen Eccleſiaſtici paulò clementius agunt: permittunt enim ut ſpurio detur aliquid alimenti nomine, ut habetur Extra. De eo qui duxit in matrimonium, eam quam antea polluerat adulterio, capite, Cum haberet. Atque ita divinæ leges atque humanæ conſentiunt. Nec, ut prius dixi, odio ſeu crudelitate contra ſpurios iſtæ leges ſcribebantur, ſed ut ſaltem hac ratione, libidines hominum coercerentur. Id tamen non prætéribo, ſpurium legibus Romanis potuiſſe matri ſuccedere, ut in ff. habetur ad Senatuſconſultum Tertul. lib. 1. Poteſt etiam conqueri de matre, ſi ſe in teſtamento præterierit, ut habetur in ff. de Inofficioſo teſtamento l. 29. quod eſt intelligendum, niſi mater illuſtris fuerit. Cur autem ſpurii non habeantur loco filiorum, & priventur hæreditate patris, præter eas rationes quas prius attuli, Auguſt. adfert aliam ex divinis literis. Levit. 20. ſcribitur: Qui acceſſerit ad uxorem patrui, orbus morietur. At, inquit, multi naſcuntur etiam ex inceſtu, quorum parentes non ſunt orbi. Reſpondet, Dominum idcirco in lege ſic loqui, quod tales non habeantur pro filiis. Itaque Patres eorum jure dicuntur orbi, quamvis filios habeant: quod perinde ſit, ac ſi nullos haberent. Et quia ejuſmodi filii à patre contemnuntur, nec rectè educantur, nec caſtigantur, ſæpe deteriores cæteris evadunt. Chryſoſtomus in Epiſt. ad Hebræos, ca. 12. Homil. 29. populum adhortatur, ut putent Deum paternè agere, quando nos caſtigat: nam patres, nothos & ſpurios negligunt. Ergo Deus quando caſtigat, agit verum & legitimum Patrem. Plutarchus in Problem. Problemate 103. ait Romanos habuiſſe prænomina, ut alii Cnæii, alii Caii dicerentur, eáque ferè duabus tantùm literis vel tribus notabant. Proinde quærit, cur Spurius ſcribatur duabus hiſce literis Sp. quoniam prior litera, inquit S. ſignificat Sine: P. Patre, quòd natus eſſet incerto Patre. Quamvis id transferri etiam poſſit ad Poſthumos: in iis tamen contumelioſum non erat dici ſpurium. Fuerunt enim Clariſſimi cives Sp. Melius, Sp. Caſſius, & alii eo nomine. Habemus legem Dei, necnon jus civile: reſtat ut videamus Canones.

Canones Eccleſiaſtici.

Auguſt. Spurii ſæpe deteriores cæteris liberis evadunt. Lev. 20. 20.

16 In Decretis diſt. 56. cap. Presbyterorum, non patiuntur ſpurios admitti ad ſacros ordines niſi prius educati fuerint in monaſteriis, quaſi hoc pacto queant corrigi. Verùm Canones qui deinde ſequuntur, aliquanto ſunt mitiores. Chryſoſt. in Matt. Hom. 4. ut recitatur ibidem, cap. Nunquam, docet hujuſmodi natales fraudi eſſe non debere liberis. Nam ſi quis vel fur, vel adulter, vel homicida fuerit & egerit pœnitentiam, prior vita non erit illi fraudi, multò minus patris peccatum fraudi eſſe debet filio: imò ſi rectè ſe gerat filius, erit tantò illuſtrior, & dignus majori laude, quòd patrem non ſecutus fuerit. Hieronymus in epiſt. contra Ioannem Hieroſol. ad Pammachium: ut ibidem habetur in cap. Naſcitur. Spurios ait non eſſe contemnendos: habuerunt enim manum Dei opificis, nec Deus dedignatus eſt illos fingere, & animam dare, &c. Gregorius etiam eodem loco in cap. Satis perverſum: indignum ait eſſe filium ita mulctari propter patris voluptatem, ut non poſſit ad ſacrum miniſterium promoveri. Ibidem Hieronymus in cap. Dominus. Si Chriſtus dignatus eſt ſpurios in ſua genealogia recenſeri, cur nos eos non admittemus ad miniſterium? &c. Poſt hos Canones qui ſunt in ſpurios mitiores, ex illis adducitur vehemens argumentum in contrarium. Scortatores, inquiunt, videntur quandam vim transfundere in ſemen, quæ etiam trâſeat in filios, unde malæ ſequuntur inclinationes, atque hinc judicantur eſſe cæteris deteriores, præſertim quòd puerili ætate non corrigantur. Quare ſi promoveantur ad ſacrum miniſterium, Eccleſia detrimentum capiet. Ad extremum tamen additur, in Ca. Cenomanenſis. Si qui eximii fuerint, ad ſacros ordines admitti poſſunt: non tamen ut regula ſit in omnes, ſed tantùm privilegium. Atque hæc in Decretis. In Decretalibus autem de filiis presbyterorum habetur; Spurii ſi fiant monachi, poſſunt ad ordines accedere: ſed ita, ne etiam ad dignitates promoveantur, & vel Abbates, vel Priores fiant. Sed ſi extra monaſterium vivant, Epiſcopo licet eos ordinare, atque illis minora beneficia conferre, ſed interponendo authoritatem ſuam, & (ut vulgò aiunt) diſpenſando. Dignitates autem Eccleſiaſticæ illis non dabuntur niſi à Papa: id enim poteſtatis ſibi ſoli retinuit. Sed hujuſmodi relaxationes Paparum & Epiſcoporum, lucrum tantummodo ſpectant. Iudicium harum rerum Eccleſiæ relinquendum fuerat, quam duo ſpectare hic oportuit, & ſuam neceſſitatem, & ejus quem promovere vult excellentiam & probitatem. Quod ſi opus omnino erit Eccleſiæ, ac virtutibus præſtet, natales nihil oberunt. Paulus enim ad Timo. & ad Tit. cùm de Epiſcoporum & presbyterorum electione diligenter ſcriberet, de hoc hominum genere nihil cavit. At inquies, in veteri lege excludebantur ſpurii à miniſterio. Fateor, ſed ea lege nunc minimè aſtringimur, & ea lata eſt tantùm ad ſcortationis deteſtationem. Nunc verò ſi Eccleſiæ poſſint vehemementer prodeſſe, non eſt illorum electio prohibenda. Et vanum eſt, quod ſcribitur in Decret. legitimos eligi poſſe, ſpurios autem oportere poſtulari, quemadmodum habetur in titul. de Electionibus. Hos enim fucos & impoſturas commenti ſunt Romani Pontifices, ad ſuam ditionem amplificandam. Sententia verò, quam approbavi, cum charitate conſentit: & ſimilem ejus ex jure civili poſſumus elicere, ubi de Decurionibus agitur: ii autem, erant judices municipales. Decernitur itaque ſpurios Decuriones poſſe fieri, ſi neceſſitas id poſtulatit. In ff. de Decurionibus, l. generaliter. §. Debet enim. Vult itaque lex illum ordinem ſcilicet Decurion. eſſe plenum: attamen ſi alius legitimè natus competitor fuerit, is erit ſpurio præferendus. Ita ego in Eccleſia faciendum cenſeo, ut ſi quiſquam æquè bonus & æquè aptus fuerit ad miniſterium, legitimè natus, ratio ſpurii non habeatur, quem oportet eo caſu legitimo cedere. Additur in lege: Si honeſti erunt ac probi, nihil impediet vitium natalium. In eodem tit. l. Spurios, & in l. ſequenti. Hæc idcirco memoravi, ut intelligeremus quo jure Iiphtah fuerit à fratribus ejectus, & ut videretur conſenſus legum civilium cum lege Dei.

Quid Canones de ſpuriis.

Chryſoſt.

Hieronym.

Gregorius.

Quid pater obſit ſpuriis.

Iudicium de ſpuriis promovendis. Eccleſiæ relinquendum eſt.

1. Tim. 3. 2. Tit. 1. 6.

Frivola diſtinctio Decretalium.

Spurii poterant fieri Decuriones.

De Adulterio.

17 Adulterium certè grave peccatum eſt. Cujuſmodi ſit, ut colligit Tertull. lib. de Monogamia, ex antitheſi ad matrimonium videre poſſumus. Conſiderandum eſt qua in re matrimonium ſitum ſit. Deus condidit marem & fœminam, junxit eos in unam carnem,

In 2. Sam. 12. ver. 26.

Adulterium quàm grave peccatum ſit.

carnem, ubi ſitum eſt matrimonium: quòd ſi vna illa caro ſcinditur ac divellitur, ita ut aliena caro admiſceatur & interponatur, adulterium committitur. Prohibetur verò ſcelus hoc jam inde ab initio generis humani, ut multi ex patribus argumentati ſunt. Deus fecit maſculum & fœminam, non mares & fœminas, ut quiſque ſua & quælibet ſuo contenta ſit: ſi nunc mas ſua non contentus eſt, non habebit fœminam, ſed fœminas. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ: ſi divellitur, non certè adhæret. Chryſoſtomus in Pſal. 51. Hom. 1. Fructum adulterii dicit eſſe homicidium & veneficium. Hom. 42. in Matth. Mulieres adulteras dicit, frequentiſſimè homicidium moliri. Nec tantùm unius hominis, ſed omnium illorum ad quos infamiam ſuam putant poſſe pervenire, ut Herodias. Hieronymus adverſus Iovinianum in l. 1. circa finem: Quicquid tument Tragœdiæ, inquit, eſt contemptus uxorum & pellicum. Deinde Agamemnon occiſus eſt ab adultero Ægyſto. Atreus & Thyeſtes, ob adulterium, ad illa ſæviſſima deſcenderunt. Raptus Helenæ, commovit atrociſſimum bellum Trojanum. Eſt ibi lerna quædam malorum. Cyprianus lib. 4. epiſt. 2. ad Antonium ſcribit, primis temporibus Epiſcopos fuiſſe, qui nunquam voluerint pacem dare adulteris. Erant tamen alij Epiſcopi, qui poſt longum tempus, ſi pœnitentiæ fructus edidiſſent, utcunque eos reconciliabant. D. Auguſt. 42. epiſt. ad Vincentium Donat. adducit hanc epiſtolam, & dixit hunc diverſum morem habuiſſe Epiſcopos: & tamen unitatem Eccleſiæ conſervaſſe. Chriſtus vult, ne matrimonia abrumpantur: tamen tanti pendit adulterium, ut cauſam ponat ob quam matrimonium ſolvi debeat. Adulterio turbantur familiæ, thorus ipſe, liberis magna fit injuria. Nam aut ſpurii ſunt, aut tanquàm ſpurii habentur. Barthelus ad legem Iuliam de adulteriis in Pandect. ſcribit circa titulum, adulterium graviſſimum eſſe crimen, præter crimen læſæ majeſtatis, nempe quoad Politiam. Thales Myleſius cenſuit perjurium non gravius peccatum eſſe, quàm adulterium. Nam quidam mœchus paratus erat jurare, quòd non commiſiſſet adulterium, & ille μοιχεία, inquit, τῆς μοιχίας ... Chryſoſt. hom. 62. in Ioann. auſus eſt ſcribere, adulterium gravius eſſe ſcelus idololatria: & affert duas rationes, quæ tamen ambæ deducuntur à conjugio & natura ejus, quæ ſcribitur à Paulo in priore ad Corinth. ubi ſtatuit conjugem fidelem poſſe manere cum ſuo conjuge infideli, modò unà habitare velit: ſed non conceditur ut adulter cum adultera maneat, gravius ergo ſcelus exiſtit. Altera ratio: Conjux fidelis, non contaminatur commixtione idololatræ mariti ſui: at adultera ſemper polluitur ſi mœcho conjungatur: ergo concludit, adulterium gravius quid eſſe quàm idololatriam: Sed, pace tanti viri dixerim, argumenta ſunt infirma. Non oportet matrimonium cum idololatria conferre: ſed matrimonium & adulterium inter ſe comparanda ſunt. Iſta duo ſic habent, ut alterum natura ſua & inſtituto Domini bonum ſit, alterum verò peccatum. Quod autem in matrimonio interdum una pars ſit infidelis, per accidens ſit. Gravitas autem peccati, non ex illis quæ ſe fortuitò interponunt, vel ut in ſcholis loquuntur, quæ per accidens fiunt, eſt judicanda. Conjux fidelis cum infideli verſari poteſt, modò ille velit. Quia res bona eſt matrimonium, idololatria alterius partis non ita polluitur, ut credenti in Chriſtum non poſſit bona eſſe. At adulterium ſemper res mala eſt, nemo eo rectè & benè poteſt uti. Licet autem ratio partis illius non ſit firma, nec verum ſit idololatriam levius eſſe peccatum adulterio (idololatria enim ſummum crimen eſt) attamen peccatum adulterii tam propè accedit ad idololatriam, ut in ſacris literis cum idololatria conferatur. Idololatræ dicuntur ſcortatores & adulteri. Violatur enim connubium Dei cum hominibus.

[Margin: Vide initium ejuſdem cap. — Gen. 2. 21. — Chryſoſt. — Cyprianus. — Auguſt. — Barthelus. — Thales. An adulteriũ gravius ſit idololatria. — 1. Cor. 7. 12. — Paralogiſmus. — Adulterium propè accedit ad idololatriam.]

18 Sed dubitare poſſemus, an liceat cuiquam in uxorem ducere illam quam antè adulterio polluit. Si leges civiles vel Iudaicæ in uſu eſſent, iſte caſus non tam frequenter accideret. Capitale fuit adulterium: ſi mœchus & mœcha occiderentur, quomodo matrimonium contrahere poſſent? Non certè in altero ſeculo, ubi nuptiæ non erunt. At fortaſſis aliquis in-

[Margin: In 2. Sam. 11. 26. — An mœchus poſſit ducere mœcham.]

A terdum pœnas evadit aut adulteria commiſſa non ſunt publica, quid debet fieri? Levitic. 18. & 20. cap. multa ponuntur impedimenta, multi gradus, ubi matrimonia prohibentur, iſte tamen ibi non cenſetur. Fortaſſis ob cauſam jam dictam, quòd nempe adulterium capitale eſſet, vel crimen occultum. Eo caſu non videntur eſſe leges divinæ quæ prohibeant. Pontificiæ tamen hoc poſteà ſtatuerunt, ut ſi alter conjugum mortem machinatus eſt alteri, quò optato
B matrimonio potiatur, irritum ſit. Id habetur Extrà in pleriſque locis, in titulo ubi diſputatur de eo, qui duxerat uxorem quam prius polluerat per adulterium. Et in titulo de Converſione infidelium: Canone qui incipit, Laudabilem: Si maritus vivente priore uxore committit adulterium cum altera, & contrahant inter ſe, aut mutuò dent fidem, non valet hoc matrimonium: quod & Concilium Triburienſe decrevit can. 40. Auguſt. de Nuptiis & concupiſcentia lib. 1. cap. 10. videtur improbare matrimonium inter adulteros.
C In authen. nihil de hac re extat: negant quidem conjugium inter raptorem & raptam coaleſcere: ſed David propriè non eſt raptor, commiſit adulterium, &c. Iſta res tractatur apud Magiſtrum Sententiarum libr. 4. diſtinct. 35. Humanis legibus iſta colligi poſſunt. Deus tamen Davidem & Bathſabam non ſeparat, ſinit conjunctos, ſed magna cruce. Pontificii adducti videntur, ut leges has conſtituerent, ne homines verterentur ad cædes maritorum, ut conjugibus eorum potirentur.

[Margin: Levitic. 18. & 20.]

D

De pœnis Adulterij.

19 De pœnis adulterii quædam hoc loco afferemus, quod non immeritò mihi facere poſſe videor, ſiquidem ex gravitate pœnarum pondus peccatorum agnoſcimus. Reſpub. præmiis & pœnis continentur. Pœnæ verò gravitati facinorum ſunt accommodandæ. Benè ſcribitur 24. q. 1. in capitulo: Non afferamus (quæ verba Hieronymo aſcribuntur, ſed po-
E tius Auguſtini ſunt.) Quam grave ſit peccatum ſchiſmatis, ex pœnis aliis gravibus peccatis irrogatis, oſtenditur. Idololatriam conflati vituli puniebat Deus cæde aliqua: quòd Zedechias librum prophetæ exuſſit, ultus eſt Deus captivitate: at ſchiſma adverſus Moſen & Aaronem gravius punivit: miſſus eſt ignis quò conjuratio Core abſumebatur, terra ſeditioſos abſorbuit. Conſideranda itaque eſt primò loco pœna adulterii ut gravitatem ejus intelligamus. Deinde videbimus num adulter & adultera ſint pari modo
F puniendi, & an ad eadem aſtringãtur, ac uter illorum magis peccet. Tertio loco, quæ mala eveniant ob iſtas pœnas, aut neglectas, aut prorſus abolitas. Quod attinet ad primum, quærendum eſt ex ſacris literis, quid deprehendi poſſit de pœnis adulterii. Deinde ad variarum gentium ſupplicia enumeranda deſcendemus: mox ad Leges Romanas, poſtremò ad Canonicas & Eccleſiaſticas veniemus. Quod ad primum attinet, ſciendum eſt, divinas literas nos docere, peccati ſtipendium eſſe mortem. Cùm itaque peccatis
G mors debeatur, illico ut quis eſt tranſgreſſus, ſtricto iure occidi poſſet. At Deus non adeò durus eſt exactor, concedit aliquod adhuc ſpacium vitæ, quod tamen gladio magiſtratuum interdum abrumpitur, ſi gravia ſcelera committantur, quæ nullo modo ferri poſſunt. Alia verò leviora feruntur, nec fas eſt peccantes è medio tollere. Porrò an adulterium inter illa cenſeatur quibus mors debetur, videndum. Certum eſt fuiſſe capitale, ut ex divinis literis cognoſcimus, nec immeritò: Nã ea ſocietas hoc ſcelere læditur,
H unde fons omnium humanarum neceſſitudinum oritur. In libro Geneſ. cùm Abimelechus Rex Gerar vidiſſet Iſaacum familiarius cum Rebecca ludentem, agnovit maritum eſſe, non fratrem: itaque capitale illis fecit, qui illam mulierem attigiſſent. Proinde videmus antè legem Moſis, ab Ethnicis adulterium capitale conſtitui. Ioſephus in Ægypto cùm inſimulatus eſſet adulterii cum domina, traditus eſt Præfecto rerum capitalium, & in vincula conjectus. Thamar cùm duo ejus viri obiiſſent, & tertium ex-
I pectaret unde ſponſa erat, adulterium commiſit, & flammis adjudicatur. Sponſam verò ſi violetur, adulterium committere certũ eſt. Etſi enim non plenum

[Margin: In 2. Sam. 12. 13. 14. — Partitio hujus loci. — Schiſmatis crimen. Exo. 32. 27. Ierem. 36. 29. Num. 16. 31. — Pœnæ adulterii ex divinis legibus. Rom. 6. 23. — Gen. 26. 10. Gen. 38. 24. Gen. 39. 20. — Antè Legem. — Sponſæ corruptio adulterium.]

Digitized by Google

ſit conjugium, ſpecies tamen eſt cōjugii, quam nō oportet inquinare. Severus Imperator id vidit: lex habetur ad legem Iuliam de Adulterio in ff. l. Si uxor. §. Divus. Deut. 22. Levit. 20. jam Lege lata adulter & adultera jubentur interfici. Quam ſententiam Ezec. 16. c. Deus confirmat, ubi dicit, ſe de Iſraelitis adulteris ſupplicium ſumpturum. Ioan. 8. cap. confirmatur eadem Lex. Cùm Scribæ & Phariſæi ad Chriſtum mulierem in adulterio deprehenſam adduxiſſent, dixerunt, In Lege, Moſes præcepit nobis, ut hujuſmodi lapidarentur, &c. Adeò cultor fuit Deus pudicitiæ & caſtitatis conjugalis, ut ſuſpicionis etiam conjugiorum rationem habere voluerit. Nam in libro Numerorum, lex conſtituitur de Zelotypia. Suſpecta de adulterio, deducebatur ad ſacerdotem, fiebant imprecationes, dabatur ei potio, & ſtatim adultera eſſet néene, deprehendebatur. Et ſi quis duxiſſet uxorem, & certis ſignis deprehendere ac probare potuiſſet non eſſe virginem, ſumebatur de ea ſupplicium. Sponſa ſi in agro oppreſſa erat, ſumebatur pœna capitalis de oppreſſore: ſi in civitate, etiam de ſponſa. Deut. 22. Severiſſimè ergo actum eſt. Non tamen privatis hominibus ultio committebatur: maritus uxorem aut pater filiam non occidebat, ſed judicio agebatur res. Sic in Suſanna (quanquam hiſtoria apocrypha ſit) legimus factum. Nabuchadnezer apud Ieremiam aſſavit Zedechiam & Achabum, impudicos presbyteros. Iſta de divinis Scripturis, præſertim veteris Teſtamenti habemus.

In lege. Deut. 21. 22. Lev. 20. 10. Exod. 1. 16. 38. Ioan. 8. 5. Num. 5. 14. Zelotypiæ lex. Pœnæ virginis corruptæ. Deut. 22. 13. & 25. verſ. 27. Ier. 29. 22.

20 Ethnicæ quoque leges, non ſinebant impunitum hoc malum. Si credimus Straboni libr. 16. Geographiæ; Arabes fecerunt capitale. In Arabia aromatifera idem ſupplicium adulteris erat conſtitutum, teſte Euſebio de Præparatione Evangelica, lib. 6. cap. 8. Ægyptii verò, quemadmodum refert Diodorus Siculus in libro primo ſuæ Bibliothecæ, trūcabant nares mulieris adulteræ, ut facies ejus quæ placuerat, deformaretur: mille plagis adulter ferè ad necem verberabatur. Ælianus in Varia hiſtoria lib. 13. ſcribit: Zaleucum Locrenſium Legiſlatorem conſtituiſſe ut adulter ambobus oculis caperetur. Videbatur ea dura lex. Paulò poſt contigit, ut in adulterio filius ejus deprehenderetur, populus remittere ei pœnam voluit, ſed pater noluit: utque lex illa aliquo modo ſervaretur, filio oculum unum, & ſibi alterum erui voluit. Fuerunt etiam Laciadæ populi, ſic Suidas appellat, alii Placiadas vocant apud quos pœnis & ignominiis circa pudenda adulteri afficiebantur. Germani verò, ſi Cornelio Tacito credimus, ſeveriſſimi vindices fuerunt adulteriorum. Nam adultera deprehenſa, nuda ponebatur in conſpectu cognatorum, præcidebantur ei crines, poſteà fuſtibus per pagum à marito agitabatur. Plutarchus in ſuis Problem. ſcribit Gortinæos deprehenſum in adulterium produxiſſe in publicum, & coronaſſe lana, ut oſtenderent mollem & effœminatum eſſe. Perpetuò deinceps apud eos erat infamis. Cumæi verò adulteram collocabant in foro ſuper lapide infami, ibi à populo ignominia afficiebatur, mox aſino impoſita per urbē vehebatur, poſteà dicebatur ignominiæ gratia ὀνοβάτις. Saletus qui fuit Crotoniata (ſcribit Lucianus de illis qui mercede conducti ſerviunt) legem tulerat, ut adulteri vivi comburerentur. Paulo poſt ipſe deprehenſus eſt in adulterio cum uxore fratris. Habuit orationem cùm accuſaretur, qua ſe ita defendit, ut omnium ad parcendum animos inclinaſſet: ſed ipſe cogitans quàm turpe ſcelus perpetraſſet, ſpontè in flammas inſiliit. Ex Philoſophis autem, Plato, libr. 8. de legibus dicit: Magnum ſcelus eſſe adulterium, ſi maritus eat ad non ſuam, vel uxor ad non ſuum, debere ſemen religioſè conſervari, non ſcortis aut pellicibus committi; qui hoc fecerint, perpetuò, inquit, ſunt infames. Ariſtoteles 7. lib. Politicorum, cap. penultimo, habet: Si quis cum alia, aut ſi quę cum alio rem habuerit, id ſit in turpiſſimis rebus: notabant ergo infamiæ adulteros & adulteras. Diogenes Cynicus alterius fuit ſententiæ, accidit enim Didymum quendam in adulterio deprehendi, ac interrogatus quid fieri de eo deberet, reſpondit ex nomine ſuo ſuſpendi debet: Δίδυμοι enim Græcis ſunt teſticuli. Apud Athenienſes olim fuit adulterium capitale, ut Pauſanias in ſuis Bœoticis habet, & citat legem Draconis: licuitque apud Athenienſes adulterum deprehenſum ἐπ' αὐτοφώρῳ, interficere, id quod teſtatur Lyſiæ oratio, in qua de Eratoſthenis adulteri nece agitur. Adulteram non ſtatim occidebant: ſed loca ſacra ei attingere non licebat. Alioqui à quovis omni genere ignominiæ affici poterat, excepto mortis ſupplicio: non quod mivererentur illius, ſed ut diutius excruciarent: Id quod ex oratione Demoſthenis adverſus Neæram (ſi tamen ejus eſt) colligitur. Polybius hiſtor. lib. 2. Si Mœchus interficiatur, inquit, eſto impunè. Ex legibus Græcorum hoc videtur dicere: fuit enim homo Græcus. Quàm commoti fuerint Græci propter adulterium & raptum Helenæ, omnes norunt, qui vel primoribus labris Poetas guſtarunt. Mahumet, quemadmodum apparet ex ipſius legibus, adulteros multis plagis quodammodo confici voluit. Gothi adulterium capitale fecerunt, quemadmodum apud Procopium, libro primo de bello Gothico legitur. Plura de variis gentibus commemorari poſſent, ſed iis nunc contenti ſimus.

Variarum gētium ſupplicia adult. Arabum. Ægyptiorum. Locrenſium. Laciadarum. Germanorum. Gortinæorum. Cumæorum. Crotoniatarum. Platonis lex. Ariſtotelis. Diogenis. Athenienſium. Græcorum. Mahumetis. Gothorum.

21 Venio ad Romanas leges. Dionyſius Halicarn. laudat Romulum primum Regem Romanorum, quòd ſuis legibus matrimonia inviolata voluerit. Attamen quantum reperire licet, adulterium non capitale fecit: divortium permiſſum erat cauſa adulterii. Poſteà etiam propter ſuſpicionem adulterii, dabatur repudium adulteræ. Quod fecit Cæſar, uxorem enim Pompeiam repudiavit, deprehenſam cum Clodio in domo Pontificis: ſed poſteà juſſus contra eam teſtimonium dicere de adulterio, noluit. Interrogatus cur ergo eam repudiaſſet, reſpondit: Domum ſuam non tantum à fœditate adulterii, ſed etiam ſuſpicione immunem eſſe debere. Legibus 12. tabularum, mœchus interficiebatur. Sed quod attinet ad pœnas publicas, videntur ſub illis principiis leviores fuiſſe. Tacitus libr. 2. prodit, læſæ majeſtatis & adulterii quendam accuſatum eſſe Tiberii Cæſaris tempore, ac de adulterio ſatis cautum videbatur lege Iulia. At Tiberius (qui circa initia ſui imperii mitis fuit) deprecatus eſt graviora illa ſupplicia, ac dixit: More majorum, adultera illa ducenta millia paſſuum removeatur ab urbe: adultero verò, Italiam & Africam interdixit. Apud Livium lib. 10. traditur Fabius quidam Gurges, qui Cenſor erat, multas matronas adulterii damnaſſe, mulctam fuiſſe pecuniariam: ex qua pecunia, poſteà templum Veneri ædificarit. Ex oratione M. Catonis, quæ refertur ab Aulo Gellio libro 10. & titulum habet de Dote: intelligi poteſt, antè legem Iuliam latam licuiſſe occidere adulterum & adulteram. Auguſtinus de Civitate Dei, lib. 3. cap. 5. dicit, veteres Romanos, virgines Veſtales ſi pollutæ fuiſſent, obruiſſe vivas: non autem adeò ſeveros fuiſſe in vindicandis adulteriis. Magis adyta dicit idolorum tuebantur, quàm ſua conjugia: nec mirum, quia Deos adulteros colebant, Iovem, Martem, Venerem. Poſt illa tempora lata eſt Lex Iulia, cujus mentio eſt in ff. & in Cod. Multi falſo putarunt à Iulio Cæſare latam eſſe, ab Auguſto lata eſt, qui etiam Iulius dicebatur, eo quòd filius adoptivus & hæres eſſet Iulii Cæſaris. Suetonius dicit eum iſtam legem tuliſſe: & juſtè fecit, nam Iuliam filiam habebat & neptem, libidinoſiſſima monſtra: Imperator vomicas ſuas appellare conſueverat. Cùm legem ſtatuiſſet, deferebatur juvenis apud eum adulterii cum filia ſua Iulia; Imperator adeò indignè tulit, ut involaret pugnis in eum, juvenis clamabat, [illegible]. Cæſar quia tanquàm inconſtans redargutus eſſet, prę triſtitia cœnare noluit. Illa lege tum (cùm prius tempore Catonis licuiſſet adulteros & adulteras confodere) hæc poteſtas marito ſublata fuit; licuit adulterum tantùm interficere; in ff. ad legem Iuliam in l. Marito. & in C. eod. tit. in l. Gracchus. Lego tamen apud Suetonium, Claudium Cæſarem interfeciſſe Meſſalinam nomine adulterii; ſed quia Imperator erat, fecit quod voluit. Licuit marito adulterum occidere, at non ſimpliciter; ſed deprehenſum in turpitudine & in domo ſua: nec quemvis, ſed plebeium. Si clarus fuiſſet, cui deberet reverentiam, non licuit: potuit tamen eum viginti quatuor horis in domo clauſum ſervare, quoad teſtes adduceret. Videmus aliquam acceptionem perſonarum fuiſſe. Cur facultas marito adempta fuerit

Romanæ leges de adulteriis. Leges 12. tabularum. Aliæ leges veteres. Lex Iulia. Adulterum, an & quomodo interficere licuerit.

fuerit occidendi uxorem, ratio aſſignari poteſt. Mariti uxores interdum odio habent, quòd rixoſæ vel deformes ſint, poſſent cupere dotem lucrari & aliam ducere, noluit ergo lex concedere, ut uxor occideretur. Patri tamen adulteræ licuit utrunque occidere, & in domo generi, & in domo ſua, ut habetur in ff. ad legem Iuliam. At non licuit ei adulterum occidere, niſi filiam ſimul quoque occidiſſet. Ratio hæc fuit, quod natura docet parentes filias vehementer diligere: unde probabile eſt, eum filiam noluiſſe occidere, niſi deprehenſam in adulterio.

22 Seneca prima Declamatione ſua, videtur ſtatuere utrunque licuiſſe occidere. Ponit enim hujuſcemodi caſum: Miles quidam amiſerat in bello manus, is deprehendit uxorem cum mœcho ἐπ' αὐτοφώρῳ, vocavit filium, ut eos jugularet: Filius renuit, Pater filium abdicavit: quæritur, an jure hoc fecerit. Sed fortè Seneca tempus Catonis reſpexit. Sin verò maritus iracundia ductus, etiam uxorem adulteram occidiſſet, Romanis legibus mitius puniebatur, quàm ſi ſimpliciter fuiſſet homicida. Non enim incidebat in leg. Corneliam de Sicariis, deportabatur, quæ habetur in Pandectis ad l. Corneliam de Sicariis. l. 1. & l. 3. Vnde cùm à Canoniſtis 33. quæſt. 2. ca. Inter hæc dicatur, quandoque legibus Romanis licere occidere uxorem in adulterio deprehenſam, non autem legibus Eccleſiaſticis, intelligere debetis non ſimpliciter eſſe verum, ſed quia levis erat pœna, utcunque dicitur licuiſſe. Vel fortaſſe qui eos canones condiderunt, reſpexerunt ad leges Longobardicas, ex quibus licuit. Addendum, maritum legibus Romanis adulterum occidere potuiſſe, non tantum ἐπ' αὐτοφώρῳ, ſed etiam extrà domum, hoc caſu, ſi ſuſpectus erat, & maritus ſemel, iterum, tertiò, etiam adhibitis teſtibus, dixiſſet, caveret à colloquio cum uxore: ſed ſi deprehendiſſet eos in templo vel oratorio familiarius colloquentes non licebat: Epiſcopo aut defenſori Eccleſiæ dabantur. Epiſcopi tamen contenderunt multis modis ne capite plecterentur, nec voluerunt licere eos occidere. Priores illi, ſtudio ſalutis animarum videntur adducti, ne ſubito nulla intercedente pœnitentia, opprimerentur. Poſteriores Canoniſtæ foverunt iſtam rem, fortè quia præ aliis alienarum pudicitiæ inſidiabantur. Fuerunt ergo multæ pœnæ adulterii ex iſta lege Iulia.

Summa legis Iuliæ de adult.

Primum crimen efficiebatur publicum: accuſatio admittebatur, non quidem temerè, ſed ordine quodam. Vxor non audiebatur, ſi accuſaſſet maritum adulterii, ſed ipſa accuſabatur: primus locus dabatur marito, ſecundus patri: accuſare etiam poterant fratres & avunculi: poſteà etiam extraneis, certis temporibus locus dabatur: interveniebat repudium, amittebant dotem & donationem cauſa nuptiarum: efficiebantur infames adulter & adultera, ſed variis modis: adulter non niſi condemnatus, adultera ſtatim deprehenſa. Erátque peculiare quiddam in iſto crimine, quod cum accuſatore tranſigi non poterat, quemadmodum patet in C. de Tranſactionibus. in l. Tranſigere. Lex eſt Diocletiani & Maximiani: nolebant paciſci ut data pecunia accuſatori deſiſteret ab hoc probro, quod in aliis criminibus capitalibus licuit: nempe animam redimere pecunia, & quavis alia re.

Accuſatori in hoc crimine non licebat paciſci.

Præterea maritus adulteram non potuit retinere, nec revocare repudiatam, alioqui crimen lenocinii incurriſſet. Adhæc ita convinctam, nemo alius in uxorem ducere potuit. Ad odium iſtius criminis acceſſit etiam hoc, quòd non tantùm puniti ſunt qui adulterium commiſerunt, ſed qui fœminam aliquam ſolicitaſſent, licet voto potiri non potuiſſent. In ff. de criminibus extraordinariis, l. prima habetur, quod puniri debeat extrà ordinem ſolicitator.

Solicitatoris pœna.

Præterea milites ſi convicti fuiſſent adulterii, ſolvebantur juramento militari, & ignominioſè exauthorabantur: teſtantur Iuriſconſulti in ff. de re militari. Plinius ſecundus libro epiſtolarum ſexto, in epiſtola ad Cornelianum, tradit Trajanum ſtatim ſolviſſe juramento, & turpiter dimiſiſſe militem, propter adulterium. Sed pœnæ iſtæ quandoque fuerunt remiſſæ, & eo ventum erat, ut vulgò diceretur (ut ſcribit Iuvenalis) Lex Iulia dormis? pro ludibrio habebatur. Contenti aliquando erant ea ignominia, ut

Militum adulterorum pœna.
Pœna adulterii.

A adultera toga viri in publicum produceretur, unde Martialis:

> *Talem viderat in toga ſpadonem,*
> *Damnatam Numa dixit eſſe mœcham:*

Romæ ætate Theodoſii fuit mos turpior, adultera deprehenſa & damnata, ad proſtibulum deducebatur, ut ſcribit Socrates libro hiſtoriarum 5. cap. 3. Theodoſius Romam veniens, turpiſſimum hunc morem ſuſtulit, ne peccata peccatis adderentur.

Lex Conſtantini.

B Conſtantinus Magnus, quemadmodum in lege Iulia de adulteriis habetur, in C. l. Quamvis adulterii: ſeveriſſimam pœnam adulterii conſtituit: adulteros ſacrilegos nuptiarum vocat: ideóque indignos putat, qui hanc lucem aſpiciant. Tunc recepta eſt lex illa, quæ duravit ad ætatem Hieronymi, ut habetur in Epiſtola ad Innocentium, de Muliere ſepties icta Vercellis.

An adulterium antè Conſtant. capitale fuerit Romæ.

Sunt qui contendunt adulterium etiam antè Conſtantinum capitale fuiſſe Romanis legibus, & adducunt legem cognitu dignam, quæ eſt Alexandri Se-
C veri filii Mammeæ, in Codice ad l. Iuliam de Adulteriis, quæ incipit, Caſtitati meorum temporum: convenire dicit, ut adulteros coerceat. Si aliqua pœnam capitis quoquo modo evaſerit, ſtatuit ne quis eam ducat. Alexander tamen ille longo tempore præceſſit Conſtantinum.

23 Quærunt quidam hoc ſuffugium & dicunt, per pœnam capitis, juxta antiquas leges deportationem intelligi. Sed parum prodeſt, quia altera eſt lex Diocletiani & Maximiani, qui antè Conſtantinum fuerunt, quanquam non diu, de Tranſactionibus. in
D Codice, in l. Tranſigere. ubi ſic habetur: De criminibus capitalibus tranſigere nihil prohibet, excepto adulterio. In criminibus capitalibus, permittunt leges, ut ſanguinem redimat pecunia, ſi opus eſt, ac tranſigat cum accuſatore ut deſiſtat. Si per caput dicas deportationem intelligi, ſequentia verba prohibent: in reliquis dicit: Quæ pœnam ſanguinis non infligunt, non licet tranſigere: tamen communis ſententia Iuriſperitorum eſt, ut non ſit capitale crimen, lege Digeſtorum; ſed lege Codicis, propter illam
E Conſtantini legem. Quam ſententiam ſi ſequamur, & dicamus; Legem Iuliam graues pœnas conſtituiſſe, non tamen ſupplicium capitale: monſtrabo in hiſtoriis ſecus actum. Iulius Cæſar libertum chariſſimum habuit, quem cùm deprehendiſſet matronæ equitis cujuſdam ſtuprum intuliſſe, capitali ſupplicio eum affecit. Opilius Macrinus, ut ſcribit Iulius Capitolinus, adulterum cum adultera, junctis corporibus, igne comburere ſolebat. Aurelianus, ut Vopi-
F ſcus teſtatur, militem ſuum qui uxorem hoſpitis conſtupraverat, cacuminibus duarum arborum quas inflexerat alligavit, quæ cum magna vi remitterentur, corpus in duas partes diſcerpſerunt. Auguſtus Proclum libertum ſuum, propter adulterium interfecit. Si igitur lex Iulia adulteros capitis non damnabat, hinc patet Imperatores pro ratione circunſtantiarum, pœnas augere potuiſſe. Lex illa Conſtantini, quæ pœnam capitalem ſtatuit in adulteros, ut habetur in Authenticis, refertur in Codice ad legem
G Iuliam de Adulteriis. incipit: Sed hodie. Iuſtinianus emollivit aliquantulum illam ſeveritatem: ſivit pœnam manere quoad adulteros, ſed quoad adulteras aliquid clementius egit: vitam eis permiſit, ſed ita ut fuſtibus cæſæ, in monaſterium detruderentur, unde intra biennium à marito repeti potuit. Si maritus eam non repetebat, vel intereà temporis moriebatur, perpetuo ibi manere cogebatur. Poſthæc, res adeò contemptim habita eſt, ut adulterium rideretur, & induſtria quodammodo haberetur: alicubi pecu-
H niaria pœna conſtituebatur, qua pauperes quidem coerceri poterant, ſed divites majorem peccandi occaſionem habebant: ut cùm lex lata eſſet (quemadmodum eſt apud Gellium) ut numerata certa pecunia, quis alterum percutere poſſet: quidam civi in via ſibi occurrenti alapam dedit, ac ſervo qui ſequebatur, juſſit ut certam illam pecuniam judici numeraret. Quo factum eſt ut dicant, utilem eſſe hominem, qui petat à Prætore, ſibi dici jus de Adulterio: quaſi dicant, eſt minimi animi, qui adulterum cum adultera
I non confodit. Sed quamvis ſileant leges, tamen juſtitia Dei non quieſcit: punit adulteros amentiâ, furore, & aliis graviſſimis pœnis, quemadmodum in Da-

Lex Conſtantini mitigata à Iuſtiniano.

Neglectio hatum legum.

Digitized by Google

Pœnarum abuſio.

vide videmus. Hæc habui de civilibus pœnis, quæ ſi certa methodo diſtribuantur, aut erant capitales, ita ut magiſtratus ipſe puniret, aut concedebatur privatis nimirum marito & patri adulteræ: aut ſi evadebant pœnam mortis, aliqua infamia notabantur. Infamia aliquando nuda fuit, aliquando externa quædam habuit. Adultera aliquando aſino imponebatur, coronabatur lana. Accedebat aliquando caſtigatio corporis. Fuſtibus uxores cædebantur, truncabantur nares. Vel res ſpectabat ad alia, ut ſolum verterent, pecuniam numerarent, dotem amitterent, repudiarentur, & duci amplius non poſſent.

Quid improbent Patres in legibus civilibus.

1

24 Nunc de Eccleſiaſticis pœnis dicemus. Cùmque multa à Patribus & Conciliis dicantur, hac methodo utemur: ut primùm dicamus, quid in legibus civilibus improbarint: deinde quas pœnas Eccleſiaſticas ipſi adulteris inflixerint. Primum pœna capitalis non placuit.

Capitalem pœnam non probant.

In Concilio Tributienſi can. 46. conſtituitur ut ſi adultera confugerit ad Eccleſiam, non tradatur marito, aut judici, aut præſidi. Concilium Aurelianenſe primum, quod celebratum eſt ſub Clodovæo: Canone 3. idem ferè habet, ut adulteri tuti ſint, ſi confugiant ad eccleſiam, nec tradantur: vel ſi tradantur, interponant illi juramentum non violaturos eſſe. Si verò non ſtetiſſent juramento, ſed violaſſent, excommunicabantur. Eò tandem ventum eſt, ut Epiſcopi ne occiderentur, cognitionem ejus criminis, ad ſuum forũ voluerint pertinere. Cauſam ejus rei hanc afferunt. Si iſta cognitio permittatur laicis, nimis negligenter acturos eſſe: quaſi verò ipſi ſint ſeveriſſimi. Quid quæſo in epiſcopalibus cognitionibus faciunt? pecunia eos mulctant, ſeparant à thoro: hinc infinita ſtupra. Ipſi quoque interdum nebulones, abutuntur ſeparatis iſtis uxoribus. Prætereà

2. Vetant ne adultera à marito occidatur.

non probant, adulterum vel adulteram occidi, vel à marito, vel patre. Hujus ſententiæ fuit Auguſtinus, de Adulterinis conjugiis ad Pollent. libr. 2. in multis locis vult ut à privatis illis hominibus adulteris ignoſcatur. Has rationes affert: Sumus omnes peccatis infecti, opus habemus miſericordia, peccantibus itaque illam debemus impendere: & uſurpat dictum

Ioan 8.7.

Chriſti Ioan. 8. cap. Qui veſtrûm immunis eſt à peccato, primus in adulteram illam lapidem jaciat. Qui ſic incitatur, cogitet an peccato ſit obnoxius. Remittite, dicit Servator, & remittetur vobis. Oramus: Re-

Matt 6.12.

mitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debentibus nobis. Qua fronte hæc dicere poſſumus, ſi adeò crudeliter nos vindicamus? Deus non vult

Ezec. 18.32.

mortem peccatoris, ſed ut reſipiſcat & vivat, cur tu mortem ejus vis?

Objectio.

Hæ rationes ſimpliciter non ſunt firmæ: Nam ſi de publicis magiſtratibus intelligantur, nemo maleficus puniretur: quorſum geſtarent gladium? De privatis autem hominibus aſſentior Auguſtino, non ſumere ſibi debere illam facultatem, ut adulteram & adulterum interficiant. Si quis dicat: Leges publicæ ibi armant maritum, non eſt privatus: ut cùm jubent militibus ut pugnent, aut carnificibus ut aliquem e medio tollant, qui privati ſunt, ſed ſi juſſu magiſtratuum imperata faciunt, non amplius ſunt privati. Liceat viatori ſe defendere contra latrones, ſi eum adoriantur, ſi eos occidat, impunè facit, magiſtratus illum tum temporis armat, publicum jus adire non poteſt, princeps non vult ut civis ſuus pereat. Reſpondeo: Leges civiles reverà maritum & patrem adulteræ non armaſſe, ſed tantum ignoviſſe dolori ipſorum: non jubent hoc fiat, mandant autem militibus & carnificibus, ergo ſimilitudo non eſt par. Ita etiam reſpondetur de viatore qui invaditur à latronibus. Si ſe defendat, animo occidendi latronem, nõ abſolvitur: at ſi caſu eũ interimat, vel vt loquũtur, per accidens, ibi abſolvitur: caſus nõ eſt ſimilis, quoniã ille tempus advocãdi magiſtratus non habet, trahere eum in jus non poteſt. At maritus concludere in domo adulterum potuit, teſtes advocare, ac jure cum

3. & 4. Non probant rationem accuſandi: acceptatione perſonarum.

eo agere. Non probant etiam Eccleſiaſtici & Canoniſtæ, ut in accuſatione adulterii viri audiantur, & non uxores, nec probarent acceptationem perſonarum, ut plebei tantum, non generoſi occidantur.

De reconciliatione diſſentiunt. Infrà ſect. 39.

25 Oppugnant item illam rigiditatem, ut ſi evadant, adultera vel adulter, reconciliatio fieri non poſſit. Auguſtinus libro paulò antè adducto, ſecus vult. Si pœniteat inquit mulierem, reconciliatio fiat.

A Rationes aſſignat: Deus eſt imitandus: Eccleſia ejus ſæpe ſcortatur, quemadmodum ſæpius factum tempore Iudicum & Regum: tamen per Ieremiam dicit:

Ier. 3.1.

Vos uxores adulteras non reciperetis, ego ſecus facio. Idem Oſeas nomine Dei contendit.

Oſ. 3.4. & 2. 3.

Si contendendum ſit exemplis, David hoc fecit: Michol filia Saulis alteri data erat, quod commiſſum fuit, erat adulterium (non enim repudium interceſſerat) David eam repetiit.

2. Sam. 3.14.

Iuſtinianus quoque illam duritiem emollivit. B Nam cum rejecta fuiſſet adultera in monaſterium, maritus eam intra biennium repetere potuit. Sed inquies, dicit Auguſt. eſt indigna meo conjugio, eſt impura & polluta. Quid tu dicis impuram, quæ pœnitentiam egit? Per claves regni cœlorum eſt reſtituta & non poteſt tuo thoro reſtitui? Tibine hoc velles fieri? idem ſenſit Arelatenſe concilium, quod habetur Extrà de Adulteriis, can. Si vir ſciens. Verba ſunt concilii: Si adulteram pœnituerit, debet vir eam recipere. Gloſſa dicit. Eſtne debitum hone- C ſtatis, an neceſſitatis? dicit honeſtatis. Ego inſero, ſi honeſtatis, quoad pietatem, eſt etiam neceſſitatis. Debemus enim omnia facere quæ ſunt honeſtatis. ad Phil. 4. cap. Quæcunque ſunt vera, quæcunque honeſta, quæcunque juſta, hæc cogitate.

Phil. 4.8.

Ille dicit non eſſe neceſſitatis, quia externo jure cogi non poteſt. Subjicitur: At non ſæpe. Gloſſa: Videtur inquit, cum Evangelio pugnare quod dicit, Septuagies ſepties.

Mat. 18.22.

Reſpondet: Poteſt ignoſcere illi quoties voluerit: ſed Eccleſia pro iſta reconciliatione impetranda, ſe non ſæpe interponet, ne videatur feneſtram D nequitiæ aperire. Eccleſia prætereà fictam pœnitentiam fuiſſe putat, ſi ſæpe hoc fiat ſubdit, Fortaſſis hæc ad terrorem dicuntur. Si verò non pœniteat eam, conjugium manere non debet: videretur enim maritus patronus eſſe adulterii. Et ut in concilio Arelatenſi dicitur, videretur particeps iniquitatis. Hieronymus ſcribit in 19. cap. Matth. Quæ unam carnem in aliam diviſit, retineri non debet, ne maritus fiat

Hieronymus.

ſub maledicto. Qui enim adulteram retinet, fatuus E eſt. Si injuſtus eſt qui innocentem accuſat, ſtultus videtur, qui retinet nocentem. Sed iſta intelligenda ſunt, niſi pœnitentia intercedat.

An adultera dimiſſa à marito accuſari debeat.

Porrò debetne maritus accuſare uxorem adulteram, ſi dimiſerit? Putant aliqui ex charitate accuſandam non eſſe, ſi reſipiſcat. Alii verò dicunt, crimen non ferendum, privatóſque magiſtratus juvare debere in extirpandis ſceleribus. Nec conſiſtere Reſpublicas, niſi crimina puniantur. Dei quoque legem velle, ut malum è medio auferatur.

Deut. 19.5.

Certum quidem eſt, ſi adulterium perſeveret, o- F portere adulterum accuſari, ut ſaltem eo modo emẽdetur, ſi prius adhibita fuerint congrua remedia, ut ſi per amicos fuerit admonitus. Sed facito reſipiſcere partem quæ peccaverat, an adhuc debet accuſari? Certè, ſi crimen publicum fuit, & innocens pars adulteram propter pœnitentiam in gratiam receperit, videtur fovere peccatum. Homines ſciunt adulterium, pœnitentiam ignorant: putabunt eum lenocinium facere. Si accuſarit eam, ſaltem ſeipſum purgabit & non infamabitur. Facito crimen non adeò publicum G eſſe, & partem nocentem pœnitentiam agere: ſed concepit & eſt paritura: ſi non accuſet maritus, hæres erit ſuppoſititius, non licebit eum abdicare, liberis legitimis fiet injuria. Quid erit agendum? Iſtis duobus poſterioribus caſibus, nempe ſi publicum ſit crimen, & conceptus ſit fœtus, conſilium datur à peritioribus, ut maritus non eat ad magiſtratum, quo petat pœnas ſumi de reſipiſcente: ſed ut infamia vitetur, Eccleſiam accedat, rem indicet, ut intelligat peccantem partem pœnitentiam agere. Item, ſi certis H perſonis res indicetur, non ad ſupplicium, ſed vt cognoſcant fœtum conceptum ex adulterio, quem & poſteà liceat abdicare: ſubvenitur his malis. Ioſephus cum virginem Mariam gravidam videret non ex ſe, perturbatus eſt, nolebat eam traducere, cùm eſſet juſtus,

Mat. 1.19.

ex vna parte videbatur ad juſtitiam pertinere ut eam accuſaret, ex altera parte, non ſine providentia Dei turbabatur. Cùm utrinque premeretur, Deus ei adfuit. Sic etiam faciet piis in iſtis caſibus, aderit ipſis, eoſque conſolabitur. In iſtas quæſtiones incidimus, I quia adulterium non punitur capitali ſupplicio.

Eccleſiaſticæ pœnæ adulterii.

26 Vidimus quæ improbarint Patres in civilibus legibus: nunc deinceps videamus, quas Eccleſiaſticas

pœnas

pœnas adulteris infligere conſueverint. Cyprian. lib. 4. Epiſt. 2. ad Antonianum: Epiſcopos fuiſſe ſcribit, qui adulteris non dederint pacem, hoc eſt, ad communionem eos non admiſerint, ſed perpetuò excluſos voluerint. Alii dabant pacem, ſed poſt aliquod tempus. Cyprianus exiſtimat temperamentum adhibendum, ne prorſus à Chriſto excludantur, & omnem amorem religionis abjiciant. Probandam item dicit illorum pœnitentiam aliquanto tempore, ſpacium non definit. Ancyrana Synodus XIX. can. Septennium definit. Quod temporis ſpatium, Elibertinum concilium contraxit ad quinquennium. Ex quibus videre licet, rem arbitrariam fuiſſe præſulibus Eccleſiarum. Concilium Neocæſarienſe de clericis ſtatuit, ſi uxor clerici lapſa fuerit in adulterium, datur optio ut eam ſtatim repudiet, vel à miniſterio diſcedat. Non videntur reconciliationem admittere in clericis: Cauſa videtur, quòd miniſtri familiam oportet bene audire.

Reconciliatio non admiſſa in clericis.
1.Tim.3.4.

Deinde adjecerunt, laicum cujus uxor lapſa erat in adulterium, non ordinandum ad miniſterium. Puto hanc fuiſſe cauſam, quòd prius domui ſuæ bene præfuiſſe debuit: ſuſpicio autem erat negligentię, quòd uxor adulterium incurrit. Si clericus uxorem lapſam in adulterium non rejeciſſet, concilium Elibertinum non dabat illi pacem aut communionem, vel in fine vitæ. Concilium Toletanum ſecus decrevit, quemadmodum habetur in Decret. 32. qu. 6. cap. Placuit, ut clericus cujus uxor lapſa erat in adulterium, eam domi, ſed vinctam tenere poſſet, jejunio ſalutari, non autem lethali uſque ad aliquot annos. In Decret. 81. diſtinct. cap. Roman. cap. Presbyt. cap. Diaconus, miniſtri adulteri prorſus à miniſterio removentur. Elibertinum concilium, Epiſcop. Presbyt. aut Diaconis lapſis in adulterium, pacem nec in fine dabat. Item communibus hominibus, qui non ſemel, ſed iterum, & tertiò lapſi eſſent in adulterium. Invenerunt & aliud remedii genus, ſed in ſuſpicione: id habetur Extra de Iudiciis can. Significaſti.

Canonica purgatio.

Si ſuſpectus eſſet miniſter de adulterio, nec crimen probari poſſet, canonicam purgationem adhibuerunt. Nempe ut inveniret quinque alios presbyteros, qui ſacramento contenderent, ſe non poſſe hoc credere de illo: ſed oportebat eſſe tales, quos crederent non velle pejerare. Adhibuerunt etiam illud, ne adulter contraheret matrimonium cum adultera, ſi mortuus fuiſſet prior conjux. Sed hoc intellexerunt, ſi contraxiſſent ſuperſtite altero conjuge, aut mortem conjugis machinati fuiſſent.

De conſtitutione Iuſtiniani.

Supereſt ut de conſtitutione Iuſtiniani referam quid videatur. Quoad id, ut mulier in monaſterium cæſa detruderetur, non autem plecteretur capite, ut vir adulter, neſcio qua ratione probari poſſit. Vtriuſque tam viri quàm mulieris crimen eſt idem, cur eſt diſpar pœna? Peccatum mulieris non minus fœdat familiam, quàm viri, imò gravius. Dicetur fortè, infirma eſt. At ſi ratio illa valere debet, nulla mulier ſupplicio capitis afficietur. Pace igitur illius viri dixerim, inæqualitas pœnæ vix probari poteſt. Sed puto illum iſta feciſſe in gratiam Epiſcoporum. Reprehenditur præterea in eo quod ſtatuit, ſi maritus uxorem intra biennium non repeteret, aut ipſe moriatur, perpetuò in monaſterio eſſe cogatur abſque ſpe matrimonii. Id certè adverſatur ſacris literis. Quid ſi ſit incontinens, ut ſpecimen dedit crimine adulterii? Si magiſtratus malefico concedit vitam, debet illi etiam concedere, quæ ad ſanctam vitam faciant. Alioqui quid prodeſt illam dimiſiſſe, niſi ut fiat deterior? dixi quid mihi videatur de ſententia Iuſtiniani.

Adulterio fœminas gravius peccare quàm viros.

27 Nunc veniendum eſt ad alteram quæſtionem, an vir & mulier in adulterii cauſa peccent æquè graviter, & ad eaſdem pœnas adigendi ſint, ita ut omnia utrinque ſint paria. Non eſt ita viſum permultis, & quidem variis rationibus. Voluerunt graviorem eſſe cauſam fœminarum quàm virorum. Adducuntur verò his de cauſis, quod animadverterunt leges civiles, mariti contra uxorem, vel patris contra filiam accuſationem admittere, mulieris non, etſi deprehendat maritum in turpitudine, & teſtes habeat, ut habetur
1 in Codice ad legem Iuliam de adulteriis. 2. Veteres
2 ergo pro graviore habuerunt. Ponderant etiam illud, quod mulier deprehenſa, ſtatim ſit infamis: vir oportet prius accuſetur & damnetur, priuſquam in-

A famiam incurrat. Tertiò licuit aliquando maritis uxores deprehenſas interficere, ante legem Iuliam, ut Cato teſtatus eſt (loco ſupra citato) Ius eſt, inquit, deprehenſam occidere, illi non licet vel digito te attingere, ſi videar te adulterantem. Huc alluſit Plautus in Mercatore: 3

Enimvero nimis dura lege hic agunt mulieres.

Vt Plutarchus in vita Romuli refert, licuit marito uxori adulteræ repudium dare, non autem è contra. 4 Quæ lex etiam videtur Conſtantino placuiſſe. Is ut B habetur in Codice Theodoſiano de Adulteriis, cap. Placuit, inquit: Det repudium maritus uxori adulteræ, illa verò non det marito, etſi fuerit mulierculárius, utitur enim hac voce. 5 Diſparitatem quoque in eo conſiderant, quòd mulier ſi admiſcuerit ſe alicui ſervo alieno, efficitur ancilla: at non id traditur de viris ſi peccent in ancillas. Adhæc libidinem ſemper in mulieribus fœdiorem habitam, 6 ergo in hoc crimine magis eſſe gravādas. Opinātur prętcrea virum quan- C tumvis in matrimonio agentem, 7 ſi cum aliis mulieribus ut vocant, ſolutis, rem habeat, adulterium non committere. Cùm è diverſo mulier nupta, cum nullo poſſit rem habere, quin adulterium incurrat. Refertur & illud quod Suetonius tradit in vita Veſpaſiani, authorem fuiſſe Senatui ut decerneret, mulierem liberam quæ ſe adjungeret ſervis, in ſervitutem ut redigeretur: non autem de maribus hoc ſtatuit. Sed hoc cum quinto argumento idem eſt. 8 Aliud argumentum deſumitur ex Theodoſiano Codice in l. Illuſtris: D longè fœdius eſſe mulierem ſuſcipere liberos naturales, hoc eſt, ex non legitimo, quàm ſit viro habere naturales. Adducitur Eccleſiaſticus, qui multa memorat de cuſtodia quam pater filiabus debet impendere, ut earum caſtitatem conſervet; de maribus liberis nihil attingitur. Eccl.7.26.& 14.11. 9 Spectant etiam id quod uxor deprehenſa in adulterio amittit dotem & donationem factam propter nuptias: adultero nihil infligitur. 10 Habetur extra de Donationibus inter virum & uxorem, can. Plerunque. Ad extremum Eva & Adamus in eo- E dem genere peccati deprehenſi, non eandem punitionem habent. Eva gravius punitur.

11 Viros adulterio gravius peccare fœminis.

28 E diverſo videntur graves cauſæ, quæ ſuadent ſecus. Prima imperfectior & debilior eſt mulier, deficit mente & judicio. Iſta videntur facere ad culpam imminuendam. Et rationem ſexus habendam in infligendis pœnis, 1 multæ leges ſuadent, aliquas commemorabo. In ff. ad legem Iuliam peculatus, ratio ſexus in punitione habenda eſſe dicitur. Lex incipit: Sacrilegii pœnam. Item ad legem Iuliam de Adulteriis, l. Si adulterium, §. fratres, & §. inceſtam: volunt di- F verſam eſſe rationem ſexus: quod illæ non coguntur tenere jura: falluntur interdum, putant licere quod non licet. Leges quoque Eccleſiaſticæ ſtatuunt ut ratio ſexus habeatur. Extra de Homicidio in ca. Si dignum. in Codice ad legem Iuliam majeſtatis, l. Quiſquis. §. filiæ. cum filiabus conjuratorum mitius agitur, quàm cum filiis. In Decret. 32. qu. 6. can. Indignantur: ratio habetur fœminarum, in hac eadem cauſa adulterii. 2 Sunt etiam in eandem ſententiam dicta cla- G riſſimorum virorum. Aug. de Adulterinis conjugiis, ad Pollentium, citat reſcriptum Antonini Pii, quod habetur in Codice Gregoriano: 3 id periniquum eſſe, ut viri exigant à mulierib. fidem, quam illi præſtare nolunt. In ff. de Adulterio, in l. ſi uxor, in §. ſi judex mandatur, ut ſi judex cognoſcit de adulterio, videat an maritus caſtè vixerit. 4 Elevatur ergo crimen mulieris, quòd ipſi viri cauſæ ſint impudicitiæ ipſarum, malè vivendo. 5 Vnde Seneca ad Lucilium epiſtola 94. dicit, 6 injuſtiſſimum eſſe, quòd viri exigant fidem à mu- H lieribus, cùm ipſi ſint corruptores alienarum uxorum. Nec Auguſt. id tacuit, qui dicebat, virum nomen habere à virtute, 7 ideóque uxori omnibus virtutibus, etiam caſtitate antecellere debere. In libello de decem chordis 8 (& habetur 32. qu. 5. in cap. Non mœchaberis) Vir eſt caput uxoris: ſi caput labatur in adulterium, & uxor caſta ſit, eſt homo inverſus, caput eſt infra pedes. Sæpe fit ut uxoris adulteria mœchantis mariti ſint ultiones. De Clytemneſtra dicitur, quòd Ægyſto ſui corporis poteſtatem fecerit, quia Agamem- I nonem Chryſeida audierat ſibi prætuliſſe. Talem pœnam judicio divino infligi, Iobus videtur intellexiſſe, qui 31. cap. ait: Si ſeductum eſt cor meum ſuper Iob.31.9.

Digitized by Google

mulier,& ad oſtium proximi mei inſidias poſui,mo-
lat alteri uxor mea,& ſuper ea incurvent ſe alii. Sunt
Quæſtionis explicatio. ergo rationes ad utramque partem. Quid dicendum
erit? Si Theologis ſcholaſticis credamus, diſtinctio
eſt adhibenda, quam commemorant in 4. libro Sen-
tent. diſtinct. 35. Si fides conjugii attendatur, utrin-
que par eſt peccatum, uterque alteri obſtringitur: ſi-
ve illa admiſceat alienam carnem, ſive vir adulterium
committat. Si conditio perſonæ attenditur, quoniam
vir perfectior eſt, firmius habet judicium, & uxori
prælucere debet, gravius peccat. Sin verò attenda-
mus confuſionem rerum, ſuppoſititios hæredes,
ignominiam quæ familiæ infertur: mulier præ viro
gravatur. Quod verò attinet ad jus ipſum conjugale,
rectè dicunt par eſſe vinculum, utrinque peccari: ad
par redigi debent. Paritatem probamus ex ſacris lite-
Gen. 2. 24. ris. Vni Adamo, unam Evam dedit Dominus: uni E-
væ, unum Adamum, & dixit: Erunt duo in carnem u-
1. Cor. 7. 4. nam. Paulus quando iſta tractat 1. Cor. 7. Vxor proprii
corporis poteſtatem non habet inquit, ſed maritus:
& è diverſo, par utrinque facit hoc jus. Neque de u-
no dicit, ut debitam benevolentiam reddat: ſed utrin-
que. Quòd ſi viſum fuerit ſecubare propter oratio-
nem, vult ut ex communi conſenſu fiat. In cauſa re-
ligionis, ſi nolint cohabitare, uterque conjunx libe-
ratur. De marito infideli, ibi etiam dicitur. Lex Dei
jubet, ut uterque tam adulter quàm adultera interfi-
ciantur. Cùm ergo hanc paritatem faciat, nos quoque
deberemus illam ſequi.

Reſponſio ad argumenta contraria. 29 Nunc ſupereſt ut argumenta diſſolvamus. Di-
cebatur mulierem non audiendam. Hæc lex civilis
1 eſt, repudiatur ab Eccleſiaſticis, & jure quidem. Scri-
pſit Hieronymus in epiſtola ad Oceanum, de o-
bitu Fabiolæ, pulcherrimam ſententiam. Quæ
præcipiuntur viris in ſacris literis, in mulieres re-
dundant. Vnde ſi licet viro divertere ab uxore cau-
ſa adulterii, licet etiam uxori: apud nos eſt utrin-
que idem jus & eadem ſervitus: corrigendo quo-
2 dammodo civiles leges. Vtraque pars audiri debet.
De infamia item eſt humanum ſtatutum. Sicut laus,
virtutum alienarum celebratio dicitur: Ita infamia eſt
aliena vituperare: & poteſt fieri, ut de mulieribus
plus loquantur quàm de viris; ſed quoad Deum, fama
iſta nihil habet momenti. Propter damnum quod
dant, & quia confundunt familias, plus loquuntur de
illis. Quo ad illud, quòd viris licuerit uxores occide-
3 re, non contrà: reſpondeo, Si licuit, non benè licuit
ſecundùm Patres. Addo non mirum, mulieribus non
licuiſſe. Non enim illæ tractant arma, ſed ſubjiciun-
4 tur viris. Quo ad iſta, eſt aliqua diſparitas. De repu-
dio autem quòd à viro mulieri dabatur, dico fuiſſe
hominum decretum, ut Hieronymus in adducta jam
ſententia citat: utrinque par eſt arbitrium & pote-
ſtas. Sanè Theodoſius ut C. de Repudiis, in l. Con-
ſenſus, habetur, dat facultatem uxoribus repudiandi
viros: & multas cauſas recenſet. Locus præclarus eſt
hac de re in Decret. 32. qu. 5. can. Chriſt. religio. ubi
ſcribitur, adulterium in utroque ſexu pari ratione
damnari. Et quoniam offendebantur nonnulli, quòd
ſæpius viderent viros repudiare uxores, & uxores ex-
communicari ſæpius ob adulteria quàm viros: reſpon-
detur, cauſam non eſſe, quòd peccatum ſit levius in
viro quàm in muliere, ſed quòd viri liberius age-
rent contra mulieres. Ideóque cùm Eccleſia non ju-
dicet niſi de rebus manifeſtis, fieri ut ſæpius mulie-
res quàm viri deprehendantur excommunicari, aut
Deut. 24. 1. repudium pati. Scimus item in veteri lege, licuiſſe
viris libellum repudii mulieribus dare, at non contrà
id licuit mulieribus. Ergo videtur Deus aliquid ma-
gis tribuiſſe viris. Reſpondeo, cauſam eſſe expenden-
dam, propter quam Deus hoc voluerit, ut daretur li-
bellus repudii. Facilè erat, ut viri occiderent uxores,
cùm non poſſent eas à ſe alienare: ſed id minus erat
metuendum de mulieribus, quia hoc rarius evenit.
5 Aliud argumentum erat, cautum eſſe legibus, ut ſi
mulier conjungatur ſervo alieno & ſe commiſceat
illi turpiter, in ſervitutem redigatur: at non ita agatur
cum viris, ut ſervi fiant, ſicut Veſpaſianus Romano
ſenatui perſuaſit, autore Suetonio. Sed reſpondetur,
viros hoc decreviſſe: quòd ſi mulieres fuiſſent decre-
turæ, aliter ſtatuiſſent. Præterea conſtat Platonem
2. de leg. eodem loco habuiſſe, illos qui miſcerentur

A cum ancillis, & mulieres quæ idem facerent cum
ſervis. Adhæc qui volunt facere diſcrimen, incidunt
in illud Pauli: In quo alterum judicas, teipſum con- **Rom. 2. 1.**
demnas: eadem enim facis, quæ judicas. Sed addeba- 6
tur libidinem ſemper habitam fœdiorem in mulieri-
bus, quàm in viris. A quibus habita eſt? A viris. Sed ſi
reſpiciamus voluntatem & præceptum Dei, an dice-
mus ita eſſe? Certè vir & mulier ſunt ex eadem maſ-
ſa. Deinde mulieres ſunt imperfectiores & minoris
B judicii, viri eſt eas ducere & præeſſe, cur erit magis
fœda libido in muliere, quàm in viro? Niſi forraſſe id
reſpiciamus, quòd mulieres fœditatem habent aper-
tiorem, fiunt gravidæ, res apparet, conſtat magis de
illis, legem tamen & Dei mandatum, ſi ſpectemus,
perinde eſt.

30 At dicunt, opinantur vulgò homines, cùm vir 7
junctus matrimonio rem habet cum muliere ſoluta
& libera, non committere adulterium: at mulier ſem-
per cùm commiſcetur alteri, adultera habetur, ſi ſit in
C matrimonio. Igitur eſt diſcrimen. Vt hoc argumen-
tum diluatur, multa ſunt dicenda. Primùm, ſi quæra-
mus etymon adulterii, vox ea ſignificat alterius adire
thorum. Vnde quocunque modo id fiat, ſive ſit vir, **Adulterii etymon.**
ſive mulier, perinde eſt. Scio quidem civiles leges
hoc ſtatuiſſe ac ſenſiſſe, ut adulterium ſit, quando
res habetur cum nupta. Nam ſi ea mulier fuerit vi-
dua aut virgo, dicunt ſtuprum eſſe: adulterium verò
tantum, ſi cum ea quæ nupta fuerit, res habeatur. Hoc
D iuriſperiti volunt, quemadmodum patet ad l. Iuliam
de Adulteriis, in l. quæ incipit, Inter liberas perſonas.
Vnde Azo, ſatis nobilis Iuriſperitus, definivit adul- **Adulterium quid ſit.**
terium quod eſſet concubitus cum uxore, vel cum
ſponſa aliena: idque ſi propriè loqui velimus (quod
addo, quoniam Hieronymus ſcribit in ſecundo con-
tra Iovinianum, circa finem, Pythagorici Xyſti ſen-
tentiam, quòd maritus cum uxore ſua, ſi nimis ar-
denter agat, adulterium committat, ſed hoc non eſt
proprium.) Violatio verò concubinarum aut ancil-
larum, quæ ſunt conjunctæ matrimonio cum ſervis,
E non habetur pro adulterio: peccatum quidem erat,
& dabatur actio, vel legis Aquiliæ, vel injuriarum,
aut de ſervo corrupto, non autem de adulterio. Sed
nobis ex divinis literis aliter judicandum eſt. Non
benè definiverunt Iuriſconſulti (pace eorum dixe-
rim) adulterium. Chryſoſtomus hoc animadvertit,
qui in Epiſtola ad Theſſalonicenſes ſic ſcribit: Ro-
manæ leges, mulieres deprehenſas in adulterio pu-
niunt, at viros non puniunt, ſed Deus puniet eos,
quoniam revera eſt adulterium. Auguſtinus in libro
F de Fide & Operibus, capite decimo octavo dicit,
Adulteros eſſe, qui alienas uxores pro ſuis habent,
vel quæ alienos. Vnde mulier ſoluta, quæ abutitur
viro alieno pro ſuo, committit adulterium. Idem
Auguſtinus de bono Conjugali contra Iovinianum
capite quarto ſcribit: Adulterium eſſe violationem
fidei conjugalis. Cùm ergo vir ad alienam accedit
uxorem, ſive ſit libera, ſive ſit conjuncta, adulterium
committitur ab eo qui eſt maritus. Et paulò poſt
inquit, Adulterium eſſe, quando cum alio vel alia
G concumbitur, contra pactum conjugale. Quoties er-
go fit contra hujuſmodi pactum, adulterium eſt, te-
ſte Auguſtino. Si meo judicio definiendum eſſet, ita
dicerem, Adulterium eſſe actionem Veneream, qua **Definitio alia adulterii.**
res habetur cum ea carne, quæ non ſibi, ſed alteri
aſtricta eſt jure conjugali. Videamus jam partes de-
finitionis. Actio eſt genus. Quoniam autem variæ
ſunt actiones hominum, differentia additur, Vene-
rea. Rurſus alia differentia, qua res habetur cum car-
ne, quæ fide conjugali obſtricta eſt alteri. Cur dici-
H tur, Non ſibi, ſed alteri? Vt intelligamus in Polyga-
mia veteri, non fuiſſe verè adulterium. Nam una ex
uxoribus, quando jungebatur cum marito, cum ea
carne jungebatur, quæ erat obſtricta alteri etiam mu-
lieri. Idem dicitur, quæ non ſibi ſed alteri juncta eſt
fide conjugali. Adhæc, ſi ſubtilius velimus excutere,
particula illa, Res habetur, vel actu, vel cogitatione
poteſt intelligi. Nam Chriſtus inquit, qui aſpexerit **Matth. 5. 28.**
alienam uxorem ad concupiſcendam eam, jam mœ-
chatus eſt in corde ſuo. Sed hic agitur de adulte-
I rio, quod erumpit in actum, non quod adhuc in cor-
de eſt.

31 Dicebatur deinde turpius eſſe fœminis habere
liberos

liberos naturales, quàm ſit viris. Id quoque ab humana ratione profectum eſt. Turpitudo eſt hinc, & inde, ſed fortaſſe magis apparet in mulieribus, quàm viris. Loca illa Eccleſiaſtici, quæ urgent parentes, ut cuſtodiant filias vel corpora filiarum ſuarum, non huc ſpectant. Sed magis conſiderat ſapiens, quòd ſi corrumpantur filiæ, ſint magnum daturæ damnum & ignominiam in domo paterna, & accuſetur pater negligentiæ. Sed mares quoque ſunt bene educandi, at in iſto crimine fœditas rei alibi apparet, non in domo paterna. Sed hæc non perficiuntur, quin pec-
10 cetur utrinque. Aliud argumentum: Sed uxores amittunt dotem, adulteri vero non ita puniuntur. Id falſum eſt: Quemadmodum enim ſi culpa mulieris ſolvatur matrimonium, amittit dotem & donationes factas nuptiarum cauſa: ita ſi viri culpa ſit, amittit dotem ipſam & donationes, & oportet ut reddat ei.
11 Sed nonnihil de Adamo & Eva dicebatur, quòd in crimine pari fuerint: tamen gravius punita eſt Eva quàm adamus. Hîc alterutrum duorum eſt dicendum, vel quòd non ſit par peccatum, vel quòd non fuerit gravior pœna Evę. Excuſatur à nonnullis, viri pœnam fuiſſe graviorem. Dicitur enim: Terra maledicta eſt propter te, in dolore comedes ex ea: ſpinam atque tribulum producet tibi, & herbam agri comedes. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, &c. Iſta mala erant perpetua homini, oportebat ut laboraret, & magno ſudore & labore comederet, & terra non dabat ei fructum expectatum. Mulieres videntur levius puniri, tantum dolores partus & conceptus eis infliguntur, at illi non ſunt perpetui: virorum vero labores ſemper durant. Deinde vir non ſibi tantùm, ſed etiam uxori, liberis, & toti familiæ debet proſpicere. Quod ſi dixeris, uxor ſubiicitur viro, & ſub dominatu ejus eſſe debet: hoc non eſt tanti, quia ex ipſa conſtitutione eſt inferior viro. Itaque hoc pacto poſſet negari, mulierem gravius punitam viro. Sed ſi vellemus hoc dare, poſſemus etiam ex altera parte dicere, peccatum in muliere fuiſſe aliquanto gravius: nempe quòd illa ſeducta fuerit à diabolo, & ita ſeducta, ut crediderit ſe futuram æqualem Deo, & hoc etiam expetiverit. Adamus verò id non credidit, quia videbat id fieri non poſſe: & idcirco dicit Apoſtolus, eum non fuiſſe ſeductum, ſed comedit tantum, ut morem gereret uxori, & prætulit uxorem Deo. Non eſt ergo eo genere ſeductionis deceptus. Deinde mulier non tantùm peccavit, ſed induxit etiam virum ad peccandum. Relevatur tamen ex altera parte nonnihil, quòd fuerit imperfectio & ſeducta fuerit, ſed tamen ſi qua ſit gravitas major, illa eſt expendenda. Hæc eſt ſententia Magiſtri Sētētiarū in 2. diſtinctione 12. & adducit multa loca Auguſtini. Sed ego quod ad me attinet, dicerem virum gravius peccaſſe, & fuiſſe gravius punitū propter perfectionē & excellētiā Itaq; nihil hoc ad rem facit, aut erat æqualis pœna, & circūſtantiæ nō erāt utrinque æquè graves ad aggravādū. Circūſtātiæ erant multæ, aliæ in Adamo, aliæ in Eva graviores.

Peccati Adami & Evę cōparatio.

32 Adducebatur etiam à cōtraria parte, mulierum peccatum levius eſſe, nam rationem habendam eſſe ſexus. Eſt quidem id concedendum. Sed perſcrutanda cauſa eſt, cur illæ leges parcant ſexui. Affertur autem ab ipſis legibus cauſa, quod mulieres non adigātur ad cognitionem omnium legum & iuris: ideoque facilius errare poſſunt, & errori attribuitur aliqua levatio. Sed iſte error non habet hic locum. Nulla enim eſt tam ſtulta mulier, quæ neſciat fidem eſſe ſervandam marito ſuo. Sed in inceſtu quandoque ignoverunt magis mulieribus quàm viris, quia neſciverunt gradus illos, quibus liceret aut non liceret coniungi, & ideo non ita graviter puniebantur. Quod verò adducebatur, per adulteria mulierum ſæpe puniri adulteria virorum, ut dictum eſt de Agamemnone & Clytemneſtra. Reſpondemus, tales ultiones non eſſe concedendas, pugnare enim cum verbo Dei, & ideo non probamus tales formas ulciſcendi. Verum quidem eſt, peccata peccatis puniri: & qui fidem non ſervat, non debere eam expectare ab altero: Sed hoc fit providentia & ordine Dei, Nemini licet malum facere, eo quod alter peccaverit, ſic enim malum progrederetur in infinitum. Quòd parcatur nonnihil mulieribus in crimine læſæ

Ratio ſexus cur habenda.

Adulteriis mulierum, an virorum adulteria punienda.

majeſtatis, non eſt mirum. Quare enim filii conjuratorum, qui peccarunt in magiſtratum ita puniantur, ratio redditur: ne, ſi retineant vires & facultates parentum, poſſint imitari peccatum eorum, aut ulciſci eorum mortem. In filiabus vero hoc non eſt timendum. Ideo tamen non concluditur, differentiam eſſe quoad crimina. In ſumma, ego probo ſatis illam diſtinctionem Scholaſticorum, ut ſi conſideretur fides conjugalis, par ſit delictum in adultero & adultera. Si ſtatus conſideretur, vir gravius peccerat ſi damnum ſpectetur, quod detur familiæ, mulier gravanda eſt. Virum autem, quod ad ſtatum & gradum attinet, gravius peccare oſtendit: non tantum id, quod ſit majoris judicij, ſed poſſumus etiam ex hiſtoria ſacra cognoſcere. Non mittitur Nathan ad Bathſabam, ſed ad Davidem.

33 Atque hæc quidem de ſecunda quæſtione: nūc de tertia, nempe quid conſtituendum ſit de illis pœnis intermiſſis. Equidem ſi debeā libere dicere quod ſentio, parum videtur ordine agi, quod pœna capitalis non ſit in uſu, quoniam ea conſentit cum verbo Dei & Legibus divinis, quod nobis maximi momēti eſſe debet. Deus conſtituit in Levitico & Deuteronomio, ut adulter & adultera interficerentur. Secundo, id probo ex ordine ipſo mandatorum Dei. Proponamus ob oculos Decalogum. De colendo vero Deo, pertinet ad primum mandatum, erat capitale, ſi quis ſecus feciſſet. De nomine Dei non accipiendo in vanum dicitur: Si quis fuerit blaſphemus morte moriatur. De ſanctificatione Sabbathi, vir qui collegit ligna in die Sabbathi, juſſu eſt interfici. De quinto præcepto ſtatuitur, ut ſi quis eſſet rebellis in parentes, adduceretur ad judices, & occideretur. De ſexto præcepto, qui interficit alium pereat, abripiatur etiam ab altari. Sequitur adulterium: ibi gladius ſiſtit ſuam actionem, neque progreditur ulterius. De furto non eſt capitalis pœna, neque de falſo teſtimonio. Concupiſcentia etiam, non habet pœnam ſanguinis. Cùm talis ſit ordo, velim ſcire, quare invertant noſtri hunc ordinem? Sed dicunt, à furibus magis perturbatur Reſpublica quàm adulteris: oportet enim habere rationem boni publici. Sed ego nego fures magis perturbare Rempublicam. Si noctu graſſentur & inſidientur vitæ hominum, facile conceſſerim: ſed ſimpliciter de furto, non ita dixerim. Certe ſi rectum ſit judicium, quis nolit potius aliquid amittere rerum & facultatum, quā violari uxorem ſuam? Sed hodie, ea eſt inſita hominibus avaritia, ut pluris fiant pecuniæ, quàm honeſtas uxorum. Dico igitur, injuriam aliquam fieri furibus, cùm ipſi ſuſpenduntur: & adulteri qui peccant gravius, relinquuntur vivi. Quarta ratio eſt, quod mittendo vivos adulteros, implicemus nos quæſtionibus inextricabilibus: Primùm inducitur divortium à Papiſtis, à thoro, ſed nō à vinculo conjugii. Deinde diſputatur an innocens pars poſſit contrahere matrimonium vivo altero. Et controverſia eſt an adultera, cui relinquitur vita, poſſit rurſus contrahere cum alio. Diſputatur præterea de reconciliatione inter adulteros, & iſta facilitate implentur civitates adulteriis & ſpurcitie. Voluntque homines, clementiores eſſe quodammodo ipſo Deo.

Pœnam capitalem non rectè eſſe intermiſſam.

Lev 20.10.
Deut.22.22.
Deut.13.5.
Lev 24.14.16.
Num. 15. 32. 35
Deut.21.18 21.
Exod.21.12. 14.
Lev.24.17.

34 Obiicitur, quòd Chriſtus adulteram non ſiverit lapidari, Ioannis octavo. Vnde colligunt, Dominum in ſtatu Evangelij hoc noluiſſe fieri, ideoque hodie parci adulteris. Ioſephum etiam aiunt hujus criminis peractum reum, non fuiſſe occiſum. Reſpondendum eſt ad hæc duo. Principio non latet me hiſtoriam illam Ioannis octavo capite repudiatam fuiſſe à nonnullis, quòd viſa fuerit potius aſſuta, quàm conſcripta à Ioanne. Hieronymus lib.2. adverſus Pelagium de hac re ſcribit. Attingit idem Euſebius Cæſarienſis lib.3. qui ait, exiſtimari deſumtam ex Evangelio Nazaræorum. Auguſt.2. libr. de Adulterinis conjugiis ad Pollentium, arbitratur hiſtoriam revera Ioannis fuiſſe, ſed curatum à crudelibus maritis ut expungeretur, quò uxores adulteræ occiderentur. Hinc factum, ut in quibuſdam exemplaribus legatur, in quibuſdam non. Quàm hoc ſit veriſimile, alii judicent: quicquid ſit, an ſit vel fuerit Ioannis, parum refert: quia nihil cōtinet contra ſententiā quā propoſui, quod oſtendā aliquātò fuſius. Cogitare

Ioan.8.6.
De hiſtoria Adulteræ.

V

Digitized by Google

debetis apud vos, Phariſæos non adduxiſſe adulteram ad Chriſtum, tanquam ad judicem aut regem, quia talem nunquam eum agnoverunt, neque Chriſtus tale munus unquam ſibi uſurpavit: ſubduxit ſe cùm Regem creare vellent, nec voluit dividere hæreditatem, & pronunciavit regnum ſuum ex hoc mundo non eſſe. Cur igitur adducunt, ut captione illum tenerent, & ut dicitur, medium tenerent? Commendabatur vulgò clementiæ nomine, amabatur à plebe. Tum iſti cogitabant intra ſe: Si dixerit illam occidendam, cadet iſta gratia populi, ut qui rigorem legis revocare velit: Si dicat dimittendam, repugnabit legibus Moſis, imò ipſius Dei. At Chriſtus illorum vafritiem optimè repreſſit. Neutrum fecit illorum quæ acturum ſperabant: interim officio ſuo egregiè functus eſt. Non erat politicus magiſtratus, ſed miniſter Eccleſiæ: ejus erat Evangelium prædicare & pœnitentiam, utrunque fecit. Ideo Phariſæis dixit; Qui veſtrûm immunis eſt à peccato, primus in illam lapidem jaciat. Non dixit, non occidatur: ſed videre quid ipſi egeritis, & reſipiſcite. Hoc etiam admonendi ſunt judices, ne in quo alios damnant, ipſi rei ſint. Sed propterea non dicitur; Si vos peccaſtis, aliis parcite: nam dupliciter peccarent: cùm quia ipſi ſceleribus eſſent obnoxii, tum quòd alios iiſdem obnoxios non punirent. Hoc monuit quod ad ſe pertinebat. Idem poſtea egit cum muliere: Vade inquiês, & poſthac ne peccaveris. Abſolvit ergo eam. Dixit enim: Quoniam nemo te condemnavit, nec ego te condemno. Vidit animum ejus pœnitentem. Quo genere abſolutionis eam abſolvit? non à ſupplicio capitis: permiſit hoc Reipublicæ. At non accuſavit eam. Non potuit Chriſtus. Non hoc quidem nomine, quòd erat miniſter Eccleſiæ: ſed quia non viderat, non deprehenderat eam: teſtis eſſe non poterat, neque ad id venerat in hunc mundum. Cæterùm dicet quiſpiam: illa tamen propter verba Chriſti evaſit: hoc per accidens fit, Chriſtus aliud agebat: Scribarum hæc culpa fuit, qui ſermonem Chriſti de pœnitentia ferre non poterant, ſingulatim alius poſt alium exibant, & eam ibi relinquebant. Nec valet iſta conſequutio: Chriſtus primo ſuo adventu non damnavit adulteram, ergo non punit adulteria. Sæpe punit, quum gladius magiſtratus ceſſat, fungitur & fungetur ſuo officio. Nec bona eſt ratio, Eccleſia non habet gladium, non punit adulteria capitali ſupplicio: ergo nec politicus magiſtratus debet id facere. Eccleſia magiſtratum civilem non impedit, quin ſuum faciat officium. De Ioſepho, levius allatum eſt argumentum. Nam certè Præfecto rerum capitalium traditus eſt. Crimen igitur erat capitale, neci dabantur qui in illo carcere erant, ut piſtor ille: cognitio autem cauſæ Ioſephi, fuit extracta. Adhæc non accuſabatur, quòd adulterium commiſiſſet, ſed quòd voluiſſet. Et iſta ſint ſatis de iis objectionibus.

Ioan. 6. 15.
Luc. 12. 13.
Ioan. 18. 36.

Iudices peccato obnoxii nõ debent aliis parcere.
Claſ. 4. c. 14. Sect. 25.

De Ioſepho.

Concluſio hujus loci.

35 Nunc concludo me non id agere, ut convellam magiſtratuum authoritatem: ſcio crimina eſſe punienda, hoc eſſe conſtitutum Lege divina, modum verò committi magiſtratibus: nec vigere oportere eaſdem leges. Novi etiam illas leges civiles traditas per Moſen, non magis nos aſtringere quàm ceremoniales. Ceremoniæ manſerunt uſque ad adventum Chriſti: Civiles ſuum uſum habuerunt quamdiu manebat illa Reſpublica, conveniebant illi populo. Attamen audeo dicere, congruum eſſe, ut juſtitia quæ conſpicitur in illis legibus, non negligatur, ſed ut res utilis à magiſtratibus accipiatur. Quoad pœnas Eccleſiaſticas, cenſeo curandum, ut adulteri qui ſint convicti, nec pœnitentiam agant, ita tractentur, ut ſaltem in Eccleſia non ita impunè verſentur, ut participent Sacramentis: nam crimen graviſſimum eſt, vulnerant conſcientiam piorum. Quàm autem grave ſit, in lapſi Davidis ſpectaculo proponitur. Sed quæ cauſa eſt quod David non ſit damnatus? Non tribunal altius ſuo habuit: non niſi Deum ſupra ſe habuit, qui vitam ei donavit: ſed plenam multis crucibus, ut potius ad miſerias, quàm ad vivendum feliciter, ſervatus videretur.

Leges civiles abolitæ.

Quare David non ſit damnatus.

De Reconciliatione conjugum poſt adulterium admiſſum.

36 Reconciliationi conjugum poſt adulterium, leges civiles admodum refragantur. Nam in C. ad legem Iuliam de Adulteriis leg. Caſtitati noſtrorum temporum, ſtatuitur, ut ſi quis uxorem damnatam adulterii reduxerit, incurrat in crimen lenocinii. Et in tit. leg. Crimen: habetur qui uxorem adulteram in conjugio retinuerit, non poteſt eam adulterii accuſare. Quamvis poſtea novo jure aliter cautum ſit. Neque leve fuit lenocinii damnari, ſed perinde grave erat, atque ſi quis adulterii damnaretur. Quin ſi quis retinet damnatam adulterii, poteſt ipſe ſine accuſatore damnari adulterii. Et ſi quis à ſe repudiatã reduxerit, non poteſt eam accuſare adulterii prius admiſſi. De alio vero poteſt: quia reducendo eam, videtur probaſſe mores illius. Et ſi qua fuerit adulterii damnata, nemo eam poteſt uxorem ducere. Civiles itaque leges abhorrent à reconciliatione poſt adulterium, ſi modo fuerit convictum & damnatum. Nam ſi tantum ſuſpicio ejus eſſet, licet marito ſuſpectam apud ſe retinere & accuſare: qui ſi poſtea viderit ſe vana ſuſpicione ductum fuiſſe ad accuſandum, poteſt ab inſtituto deſiſtere, modo prius à Iudice abolitionem impetrarit. Hieronymus in decimo nono cap. Matth. poteſt videri cum legibus Civilib. feciſſe. Nam ſcribit: Illa quæ unam carnem diviſit in alium vel alios, retineri non debet, ne maritus fiat ſub maledicto. Nam ut ſcribitur Proverbiis, qui retinet adulteram, impius eſt & fatuus. Ita quidem reddiderunt LXX. ſed veritas Hebraica id non habet. Idem ait: Si inciderit aliquod peccatum, non infuſcat matrimonium. At ſi adulterium inciderit, jam uxor non eſt licita. Et 32. quæſt. 1. recitantur verba Chryſoſtomi: Si quis rem habeat cum uxore adultera, agat pœnitentiam. Idémque in 26. capite Matth. Quemadmodum injuſtus eſt qui accuſat innocentem, ita ſtultus eſt qui retinet adulteram. Idem habetur in Decretalibus de Adulterio, can. Si vir ſciens. Et Arelatenſe Concilium, Vir qui retinet adulteram, particeps eſt criminis. Et ſi repudiata mulier nupſiſſet alteri, mortuo poſteriore marito non poteſt redire ad priorem. Iam enim illi immunda eſt, ut in Deut. habetur.

In Iud. 19. 10.

Leges civiles abhorrent à reconciliatione poſt adulterium.
Vide ſupra Sect. 27. & 28.
Prov. 18. 23.

37 Sed jam iis omiſſis, videamus rationes quæ pro reconciliatione faciunt. Deus ipſe Optimus Maximus voluit Eccleſiæ ſponſum agere, nec id tantùm noſtra ætate, verumetiam temporibus Patrum. Sed Eccleſia, præſertim antiqua, ſæpe deflexit ad idololatriam, & ſcortata eſt cum diis gentium, ut paſſim in libro Iudicum habetur, necnon in hiſtoria Regum & in Prophetis: nihilominus tamen Ieremias Dei nomine illam revocabat, ut rediret ad virum. Quod idem Hoſeas Propheta egit, & quidem multis. Quòd ſi Deus uxorem ſuam adulteram paratus eſt recipere, homo quoque debet cum ſua redire in gratiam, præſertim ſi reſipuerit, & pœnitentiam egerit. Quotquot enim Chriſtiani ſunt, imitationem Dei profitentur. Extat enim Davidis exemplum qui uxorem ſuam Michol reduxit, quamvis alteri viro à patre fuiſſet elocata. Iuſtinianus item in Authenticis, cùm jubeat adulteram verberari, & in monaſterium concludi, viro tamen poteſtatem facit eam repetendi, ſi velit, intra biennium, atque ita reconciliationem manifeſtiſſimè approbat. Auguſtinus libr. 2. ad Pollentium, multus in eo eſt, ut reconcilientur. Multi enim ejus ætate, uxores adulteras, ut quæ jam eſſent pollutæ atque contaminatæ, recipere nolebant. Vnde ſcripſit. An tu pollutam exiſtimas, quam Baptiſmus & Pœnitentia purgavit? quam Deus emundavit? Ea tibi non debet videri polluta. Et ſi clavibus Eccleſiæ jam eſt reconciliata, & admiſſa in regnum cœlorum, quo jure tu eam potes à te repellere? 32. quæſt. 1. hæc etiam habentur: Si lapſa eſt, ſcias humanum fuiſſe labi, & impendendam ei eſſe miſericordiam, ſi ſurrexit: Idem enim vellemus nobis fieri. Summum autem jus, eſt ſumma injuria. in Decretalibus de Adulteriis & Stupris, in ca. Si vir ſciens habetur ex concilio Arelatenſi, Adultera ſi pœnitentiam egerit, debet recipi. Gloſſa in eo loco quærit, quo jure ſeu debito ſit recipienda? Reſpondet, Non neceſſitatis: quia vir, ſi nolit, cogi non poteſt, ut eam recipiat. Iure igitur honeſtatis debet eam reducere. Sed ego rogarẽ: Nónne debito etiam pietatis, & divini præcepti, cùm Paulus dicat ad Phil. Hæc facite quæcunq; honeſta ſunt & juſta? Intercedit igitur neceſſitas

Deut. 24. 4.
Reconciliatio quibus rationibus ſuadeatur.

Ierem. 3. 1.
Oſ. 2. 19.

2. Sam. 3. 14.

Iuſtinianus.

Auguſtinus.

neceſſitas mandati. Sed Gloſſator ibi agebat de foro externo, quo nemo poteſt cogi ut recipiat adulteram. Verùm in canone jam citato additur: non ſæpius. Nam ſi crebrò in adulterium labatur, non eſt recipiẽda. Gloſſa ſibi objicit Chriſtum, qui rogatus, quoties ignoſcendum eſſet fratri cùm in nos peccaverit: reſpondit, non tantum ſepties, imò ſeptuagies ſepties. Ad hoc dicit, verba Canonis intelligenda eſſe, quod cùm toties erratur ab adultera, non intercedet Eccleſia pro reconciliatione, partim quòd aperiretur feneſtra ad nequitiam, partim quòd opinatur fictam & ſimulatam eſſe pœnitentiam. Additur etiam alia reſponſio, dici hoc ad terrorem, ne laxius & confidentius peccetur. Hinc elicitur, Eccleſiam debere pro reconciliatione pœnitentium intercedere, ut reconcilientur. Adultera igitur, vel edit ſigna pœnitentiæ, vel non edit. Si ediderit, Eccleſia debet pro ea intercedere, ut fiat reconciliatio. Sin verò non edat, Eccleſiæ interceſſio non adhibebitur. Alioqui videretur peccatis patrocinari.

Mat. 18.21.

Quando Eccleſia debeat pro lapſis intercedere.

38 Nunc eſt reſpondendum argumentis, quæ recõciliationi videbãtur obſtare. Quod ad leges civiles attinet, illæ verbo Dei ſunt corrigendæ. Hieronymus & Chryſoſtomus de adultera loquuntur, quæ pœnitentiam non egerit, quod idem ex Arelatenſi Concilio perſpicuè intelligetur. Ita enim habet: Qui retinet adulteram, particeps eſt criminis: ſed ſi pœnitentiam egerit recipiatur: Cur autem lex Moſaica non pateretur, ut repudiata uxor poſt mortem viri poſterioris rediret ad priorem, cauſa facilè aſſignari poteſt. Si enim id permiſiſſet, facilè divortia fuiſſent admiſſa, ſpe recuperandæ aliquando uxoris. Voluit Deus dimiſſam non amplius redire poſſe, ne facilè dimitteretur. Potuiſſent etiam inſidiæ fieri poſteriori marito, ut uxor eo ſublato rediret ad priorem. Fuit ergo lex Dei æquiſſima, quæ non pertinet ad adulteras, quas juxta præceptum Dei oportuit lapidare. Ex his jam liquet, marito licere cum uxore adultera in gratiam redire, modò pœnitentiam egerit: quem tamen oportet uxorem accuſare adulterii, ſi crimẽ publicum fuerit, aut ſi perſeveret in ſcelere, aut ſi proles ex adulterio ſuſcepta fuerit, ne fraus fiat legitimis hæredibus: niſi enim accuſatio intercederet, vir non poſſet filium ex adulterio natum hæreditate privare. Deinde intercedat Eccleſia, & cum eo agat, ut pœnitentem reducat. Levita igitur noſter reprehendi non debet, quòd uxorem adulteram in gratiam receperit, ſi modo illam adulterii pœnituit.

Reſpondetur rationibus in contrarium.

Arelatenſe Concilium.

Cauſa cur lex Moſis prohiberi: reditum uxoris repudiatæ ad priorem virum.

Deut. 24.4.

De Voluptate.

Ex comm. in ethic. Ariſt.

39 Iam eò vocamur, ut nonnulla de voluptate diſſeramus, quod à nobis reſtrictè admodum & parcè fiet. Aliqua tamen ut dicamus neceſſe eſt, ut non putemus omne voluptatis genus à ſummo bono ſeu felicitate ſecludi: nam revera felicitas noſtra, ſeu naturalem ſpectes ſeu theologicam, aut voluptas eſt: aut cum illa copulata, ut à ſe mutuo divelli nequeãt. Primùm quæ ex Platonis doctrina hinc inde collegerim, proferam. Deinceps comprehendam ſummatim quid in Ariſtotele habeatur. Plato non ſemel noſtrum animum in duas minimùm partes diduxit, mẽtem inquam & ſenſus: harum partium, ut una ſublimis eſt & præſtantiſſima, quáque ad Deum quàm proximè accedimus, ita craſſa & penè bruta eſt altera, eámque cum pecudibus communicamus. Hac enim diſtinctione poſita & confirmata, tribuit menti lætitiam & gaudium, ſenſui autem voluptatem. Quid autem interſit inter gaudium & lætitiam, ex ejus opinione, ut mihi videor deprehendere, patefaciam. Lætitiam vult interdum bonam atque laudabilem, nõnunquam verò ſi limites fuerit prætergreſſa, vitioſam affirmat & vituperandam. Quod magis perſpicuè apparebit ſi definiatur. Eſt enim quædam animi elatio ex alicujus boni præſentia. Nemo autem non videt, rectam eſſe lætitiam, ſi pro ratione præſentis boni efferamur, id eſt non minus neque magis atque ipſum mereatur. Sunt itaque inepti qui efferuntur ob falſa bona, vel nimium ſublevantur adeptione vilium & minutorum bonorum. Sed illi deteſtabiles, qui exultant ob admiſſa ſcelera, quæ animis illorum per judicii corruptionem bona videantur. Sed viciſſim tum laudatur & commendatur lætitia, cùm animus non plus exhilaratur & effertur, quàm adepto bono conveniat. Et Cicero 2. de finibus lætitiam vitioſam his verbis complexus eſt, ut à Stoicis accepit: Illam dicẽs ſublationem animi ſine ratione opinantis ſe magno bono frui.

Lætitia quid ſit.

40 Sed ad Platonem redeo, qui gaudium etiam menti aſcribit, ſed ita ut ei vitium non poſſit hærere, quod illud definiat Iucũditatem, quæ vel à contemplatione ſapientis, aut virtutum actionibus fluat. Hęc jucunditas vitioſum exceſſum pati non poteſt: nam quæ juſta recta & decẽtia ſunt, non queunt cuipiam nimis placere. Gaudiúmque ita commendavit, ut in libro de pulchro, cùm de vita cœleſti & verè beata loqueretur, eo affirmavit animos felicium ali. Atque vult poetas hoc genus cibi artificiosè appellaſſe ambroſiam & nectar. Voluptas autem qua ſenſus, ut putat, ſolum perfunduntur, ſuavis eſt motio quæ ſenſus titillat. A qua ſententia nil Cicero diſſentit, qui ſecundo de finibus ait: Voluptatem hanc eſſe ſentiunt omnes, quam ſenſus accipiens movetur, & jucunditate quadam perfunditur. Et paucis interjectis idem non piguit illum repetere: Omnes jucundum motum quo ſenſus hilaretur, Græcè ἡδονήν Latinè voluptatem vocant. Ex his quæ nunc trado, vos oportet id obſervare, tam Platonem quàm Stoicos, cæteróſque veteres, voluptatem cenſere motum ſeu actionem eſſe: nam poſtea viſuri ſumus quid hoc in ſe veritatis habeat. Arbitratur Plato hanc ſenſuum voluptatem ab indigentia naturæ oriri: nam ea ſi fuerit exhauſta, incipit appetere illa quibus reſarciri & inſtaurari ſe poſſe cenſet: dumque naturali indigentiæ ſatisfacimus, ſenſus & titillantur & perfunduntur jucunditate. Ac è diverſo, dum natura quibus eget non poteſt aſſequi, & deficit, & ex defectu mirificè dolet. Vnde idem author in Philebo, voluptates dixit eſſe dolorum effugia: & inde concludit, ægrotantium majores vehemẽtioreſque voluptates eſſe quàm bene valentium: quia cum doloribus admodum crucientur, cupiditate medicamẽtorum, voluptatum inquam, flagrant maximè omnium, ideóque cùm eas aſſequuntur, illis impenſiſſimè delectantur, ut in his videre licet, qui acutiſſimis febribus laborant, & ſiti propemodum intolerabili conficiuntur, quibus dum conceditur à medico, ut frigida vel alio genere potus ſatisfaciant, dici non poteſt quanta perfundantur voluptate. His addit in eodem loco, voluptates iſtas craſſiores, quæ ad ſenſus pertinent, minimè ſimplices eſſe, ſed mixtas, nã ſemper aliquid doloris conjunctum habent, ſi quidem naturæ indigentia (ut diximus) dolores parit. Neque voluptates hujus generis ulterius proferuntur cum indigentia naturalis expleta fuerit. Saturis enim & repletis abunde non placet cibus: neque potus eſt gratus his qui affatim ſunt irrigati. Quod ſi quandoque ſecus accidat, ut inebrioſis & phagonibus interdum fieri videmus, alia cauſa eſt ejus voluptatis, quàm naturæ indigentia, nimirum perverſus habitus, vel aliquid aliud, quod modo exponere non eſt opportunum, cùm de naturalibus voluptatibus agatur.

Gaudium quid ſit.

Voluptas quid ſit.

Voluptas unde oriatur.

Voluptates ſenſuum ſunt mixtæ.

Naturali indigentia expleta ceſſat voluptas.

41 Ariſtoteles verò non hęc poſuit vocum diſcrimina, ſed illas delectationes, tam quæ ad mentem ſeu rationem pertinent, quàm quæ ſunt ſenſuum, Voluptates, id eſt ἡδονάς appellavit. Quin in 7. cap. 11. μακάριον, dici vult, ἀπὸ τοῦ χαίρειν, quod eſt gaudere, atque ibi de voluptate loquitur, quam cum beatitudine cõjungat, certum eſt non de hac loqui, qua ſenſus & animi craſſior pars perfunditur. Ea enim tantum cum felicitate copulatur, quæ animi fuerit, quæ, ut dixi, promiſcua voce nominatur voluptas. Et fortè noluit Ariſt. nomina variare, quod ſibi loquendum ut plures exiſtimarit, quamvis de rei diſcrimine cum Platone conſentiret. Hoc tamen inter ſe differunt, quod Ariſtot. ut Plato & priſci philoſophi, non arbitratur voluptatem eſſe motum vel actionem, ſed potius eſt affectus motui ſeu operationi adhæreſcens. Vnde iſta ratione differunt, licet ſubjecto conveniãt: & ſi quando ipſe Ariſtoteles, aut ullus Peripateticus voluptatẽ dixerit motum, ea prædicatio illis eſt accẽſẽda, quam vulgò in ſcholis idẽticam vocant: nã ut eſt dictum, & affectus & motus vel actio, idem ſubjecto ſunt. Genus itaq; illius eſt prędicamentũ qualitatis, &

Voluptatis nomen quomodo ab Ariſtotele accipiatur.

Quid differat Ariſtotelis ſententia de voluptate à Platone.

Voluptatis genus.

Digitized by Google

A ad ejus tertiam ſpeciem attinet voluptas eáque nuncupatur paſſio & paſſibilis qualitas, πάθος dicitur, qua ſuaviter afficimur ex alicujus boni congruenti cum natura noſtra præſentia. Vtque pulchritudo qualitas eſt, quæ reſultat ex juſto rectóque temperaméto corporis, congrua figura, & colore decenti, ſic voluptas ex motu & actione congrua oritur. Quamobré ſic eam licebit definire: Voluptas eſt affectus, quo ſuaviter afficimur propter actionem quæ à natura proficiſcatur bene conſtituta, vel habitu ſecundum naturam abſque impedimento. B Actiones quippe tum edendi tum bibédi & procreandi cùm à natura oriuntur, rectè habenti ſemper voluptatem afferunt, nam per morbum aut debilitatem non impediuntur neque per ſaturitatem & repletionem. Ita contemplationes & virtutum actiones, quandoquidem ab habitu naſcuntur, promptæ ſunt & faciles, súntque bonum præſens, quod cum natura congruit hominis: ideò ſemper annexam habent voluptatem. Probat C Ariſtoteles voluptatem non eſſe motum, in 10. Ethicorum: quoniam tota eſt ſimul, ut viſio: & voluptas non habet ſucceſſionem niſi per accidens. Si enim conſequatur actiones quæ ſucceſſum habeant, illa itidem extenditur, ut fit in edendo & bibendo, ſed ſi actio momentanea ſit, ut viſio, auditus, intelligentia, tum voluptas illicò habetur tota. Vt viſio tota eſt ſimul, & vis & facultas videndi ſit integra, ſi viſibile totum ſimul proponatur, ſi medium non ſit obfuſcatum, & diſtantia congrua interponatur. Motus non eſt perfectus in ſuis partibus, voluptas tota ſi- D mul, igitur non eſt motus: Iſque in momento ſeu inſtanti eſſe non poteſt, at voluptas poteſt. Proprietates motus ſunt velocitas & tarditas, & hæc voluptati non conveniunt, dum enim quis lætatur, neque velocius neque tardius gaudet. Si enim voluptas per horam duret, in omni parte horæ tota eſt ſimul.

Voluptatis definitio.

Voluptatem non eſſe motum.

Quamdiu poſſit voluptas durare.

42 Ex definitione jam adducta, cum habeamus oportere vim eſſe integram, & habitum firmum, utque actio ſit abſque impedimento, & objectum ſit egregium atque præſtantiſſimum, colligitur quàm E diu poſſit voluptas durare. Tantiſper manet quoad objectum & facultas ſeu vis agendi manent integra: nam ſi objectum à ſua præſtantia cadat, vel facultas non ſit acris & attenta, non ſequitur delectatio. Hinc fit, ut cùm homines operando fatigentur, ſæpe imminuantur voluptates: quod idem fit cùm aliquid ab objecto de ſua excellentia detrahitur. Apparet etiam quare tantopere novæ res placeant, quoniam mens cùm primum quippiam nobile ac præſtans of- F fert ſe contemplandum, acriter & attentè ipſum intuetur, quo cognito de ſtudio remittit, ideò voluptas deſinit: verùm ſi priori objecto aliquid aliud recens ſuponatur, denuò intelligentia contendit ſtudium ea contemplando, & voluptas redit, atque hoc pacto ſemper rebus novis nos oblectamus. Oſtenditur præterea hinc actiones, quę fiunt priuſquam habitum adipiſcamur, voluptatem non parere, quoniam non ſunt faciles & expeditæ, verum cum aliqua dfficultate ac labore fiunt. Hæc ex illa definitione G patefiunt.

Quare novæ res tantopere placeant.

Voluptas ſpecie differt.

43 Nunc per ſuas formas ac ſpecies eſt voluptas diducenda. Neque dubium eſt quin ſpecie diſtinguantur inter ſe voluptates cum actiones diſcrepent: Voluptas verò (ut ſcimus) actionis eſt perfectio, mutatáque re perficienda, ejus quoque perfectio mutatur: ſunt enim hæc ex his quæ inter ſe conferuntur: neque ullus ignorat, aliam eſſe perfectionem arcæ, aliam domus, aliam ſtirpis, aliam hominis. Quare cum actiones inter ſe diviſæ ſint, ita voluptates different à quibus perficiuntur. Præterea inter ſe pugnant & H una extinguit ſeu impedit alteram, unde fit ut diſtinguantur. Quæ fuerit ex muſica, illam tollit quæ fluit ex ſermonibus: quæque ſunt craſſiores, adverſantur & impediunt intelligentiæ ac rationis delectationes. Deinde actionum aliæ pravæ ſunt, aliæ rectæ, aliæ mediæ. Vnde efficitur, ut voluptates, quæ ſequuntur eas, varietatem & diſtinctionem habeant. Quod etiã ex eo fit, quia cupiditates actionum variæ ſunt: nam ſi cupiditates variantur, multò magis voluptates, quę plus coniunctæ ſunt cum actionibus quàm deſideria: I nam deſideria ſæpe ab opere divelluntur, cùm voluptates à ſuis actionibus non queant ſeparari. Certæ A aliæ ſunt voluptates equorum, aliæ leonum, aliæ urſorum, ergo & aliæ ſunt hominum, neque ſolùm eas habent diverſas ab aliis animãribus, verùm etiam inter ſeſe homines ipſi non habent eaſdē: nã quę pravę ſunt, pravis placent, & quę honeſtę, probis arrident.

44 Proinde jam ſatis (ut arbitror) confirmatum eſt, voluptates eſſe diſtinguendas. Quare prima eſto hęc diſtinctio. Voluptatum quędam ſunt puræ, quędam verò impuræ. Sumitúrque diviſio hæc ab ope- B ribus & actionibus, ut eorum aliquæ ſunt circa objecta magis à materia ſecreta, vel magis cum ea conjũcta. Quod ut ſit verum, à Galeno pulcherrimè declaratur in li. 12. de cauſis ſymptomatum. Inveniuntur, inquit, dolores & voluptates in omnibus ſenſibus. Dolores (ut dicit) ex eo fiunt quòd ſenſus à ſua conſtitutione ac naturali ſtatu dimoventur, voluptates autem cùm ad illam redeunt. Id verò ut liquidò magis pateat, per ſingulos ita excurrit ſenſus. Tactus dimovetur à ſuo ſtatu, ſi nimii calores aut nimia frigo- C ra incidant, vel ſi ea incurrant quæ contundunt, arrodunt, rumpunt, &c. hinc illi dolores oriuntur. Guſtus his iiſdem dolet, quá cum tactu communicat: ut verò guſtus eſt, ſaporibus nimis acidis, acerbis, acribus & amaris dolet, nam his naturalis ejus conſtitutio turbatur, & ſolvitur continuum. Olfactus turbatur ex diſſolutione vaporum nimis acrium: nam illis continuum ſolvitur. Et auditus dejicitur à ſuo ſtatu, voce aſpera, gravi, maxima & celerrima, necnon quovis ſtrepitu violento. Viſus deniq; cùm incurrit in ſplen- D didiſſima lumina & colores: nam iſta vim ejus diſgregant & diſpergunt. Iſtis omnibus ſenſus dolent, quod per illa diſcedunt ab æquabili & quieto ſuo ſtatu. Viciſſim delectantur & voluptatem capiunt, quando ad ſuum proprium naturalémque ſtatum reducuntur. Quod viſus experitur, quando ſe convertit ad fuſcum colorem, quo vis ejus congregatur in unúmque magis cogitur, vel cùm intuetur blandos colores, ut viridem, aureum & ceruleum ſeu cœleſtem. Auditus leni & tarda voce. Olfactus cùm vapores hi reſolvun- E tur qui ſuavitate quadam roborant & confirmant organa olfaciendi. Guſtui ſunt voluptati pingues & dulces ſapores: oblectatur, etiamſi nõnihil ægrotemus, ſubacidis, & aliquantiſper acerbis. Tactum juvant qualitates temperatæ, lenes, tepidæ. Sic delectantur ſenſus & voluptatem capiunt, cùm reducuntur ad naturalem propriámque conſtitutionem. Sed ſciendum illos etiam voluptatem capere, licet offenſi prius non fuerint, aut remoti à naturali ſtatu. Nam ſi offerat ſe blandus color aut jucunda vox, delectatur F viſus & auditus, licet prius à ſua conſtitutione dimotus non fuerit. Pergit Galenus in his quę dicit, atque oſtendit gradus eſſe majoris aut minoris puritatis in his actionibus ſenſuum & voluptatibus, eámque penes media quibus utuntur ſenſibus explicat. Lumen eſt per quod viſus agit, auditus per aerem, olfactus p ſaporem. Subtilia iſta ſunt, & minus habent craſſioris & feculentæ materiæ. Infimum locum tenent ea circa quæ verſatur tactus, craſſa ea ſunt & terreſtria. Aſcenditur ad guſtum: is quoque circa humores a- G queos verſatur, ſatis craſſos. Olfactus elevatur ad vapores, aquá longè ſubtiliores. Auditus proprius eſt aer & quidem purus. Venitur poſtremò ad lumen, quod inter ea quę ſentiuntur eſt ſubtiliſſimũ, ac multum habet puritatis: ſed non ibi ſiſtendum eſt, verùm poſt iſta occurrunt imaginatio, cogitatio, memoria, intelligentia, quæ verſantur circa ſimilitudines & imagines rerum longè puriores. Proinde apparet ex his prima illa diſtinctio voluptatum, quod alia eſt purior, & alia craſſior: & ex Galeno diviſionis funda- H mentum explicuimus.

Prima diviſio voluptatum.

Secunda diviſio voluptatum.

45 Ad hanc deinceps diſtinctionem ſequitur alia, quòd nonnullæ voluptates corporeæ ſunt, & alię incorporeæ. De corporeis in genere hoc affirmamus, quod neq; bonæ ſunt neq; malę, ut actiones etiã ſe habent, circa potum cibum & venerea. Quo verò ad ſpecies & partes, dicẽdum eſt, quòd ſi modum excedunt, pravę ſunt: ſin verò contineãt ſe juſtis ac debitis terminis, medię ſunt: quãdo quidē illis homines & rectè poſsũt uti, hoc eſt, ex virtute, atq; ad bonas & lau- I dabiles fines. Illis etiã nõnũquã abutũtur, nēpe malo cõſil. & ex vitio, ut Catilina, cũ à delitiis & voluptatib. tēperabat, nimirũ ut patriã perderet. Naturã tamē ſua

ſi æſti-

ſi æſtimentur, potius bonæ ſunt civili bonitate quàm malæ. Tertia iam occurrit voluptatum diſtinctio. Aliquæ ſunt in quibus locum habet exceſſus, in aliis verò eſſe non poteſt, ut etiam evenit in actionibus. Quis enim unquam rectè aut iuſtè plus quàm par ſit fecit? Ita & contemplationibus veritatis vel in phyſicis, vel in mathematicis, vel in divinis, nemo poteſt plus quàm par ſit lætari, ac de ipſis voluptatem capere: nec itidem de recte factis & juſtitiæ operibus. Excedere autem poſſumus, iraſcendo, ambiendo, dando, audendo, non minus quàm edendo, bibendo & procreando. Quarta denique diſtinctio eſt, quòd voluptatum nonnullæ dicuntur, ſimpliciter & per ſe, quòd non habeant dolores admixtos, neq; ſunt dulces ex eo quod expleant & inſtaurent naturam exhauſtam & deficientem: neque ſunt uno tempore jucūdę alio inſuaves, at ſēper expetēdę atque deſiderabiles natura ſua, & hæ potiſſimum ſunt quæ mente percipiuntur. Aliæ vero mixtæ ſunt, nempe cum doloribus, & ob id, jucundæ ſunt, quòd naturam fatiſcentem reficiant & inſtaurent, ideóque non ſemper omníque tempore ſunt optabiles.

Voluptatum tertia diſtinctio.

Voluptatum quarta diſtinctio.

Quęnam voluptates & quare ſint fugiendę?

46 His ita conſtitutis ſumamus voluptates impuras, corporeas, quæ habent exceſſum, quęque ſunt mixtæ. Atque de illis hæc prior eſto propoſitio: Si modum excedant, omnino ſunt fugiendæ: nam tales aut à prava natura oriuntur. Sunt enim proprietate naturæ quidam immanes, efferati & crudeles: alii verò immundi & omnibus modis intemperantes. Aut proveniunt hæ pravæ actiones & voluptates à vitioſo habitu improba conſuetudine inducto, ut in ebrioſis, phagonibus & libidinoſis videmus. A turpibus itaque ac improbis hujuſmodi cauſa nil evenire poteſt, quod ut (diximus) non ſit fugiendum. Adhæc, cùm voluptates hujus generis, quemadmoadmodum jam eſt poſitum, adinventæ ſunt ut nobis inſtar medicinarum ſint, cùm ſinimus eas modum egredi, tantum abſunt ut medicinæ ſint, ut vehementer nos lædant, & quidem in omni bonorum genere, primúmque fortunæ. Etenim quod ſunt aſoti, qui ſuis patrimoniis quāvis amplis & magnis abſumptis coguntur infeliciter egere? Nil dico de bonis corporis, cùm gula & venus lōgè plures interficiat quàm gladius vel ordinarius aliquis naturæ morbus aut defectus. Quin Galenus de ſemine li. 1. ſcripſit, voluptas nonnunquam eſt per ſeipſam cauſa diſſolvendi vitalem vigorem, & firmitudinem, ac reperti ſunt nōnulli, qui animam exhalarunt ob nimiam voluptaté. Quòd ſi omnis rerum abuſus eſt vitandus, immoderatę voluptates hujus generis prorſus fugiendæ ſunt, cùm jam hoc modo non medeantur corpori, ſed illud vehementiſſimè deſtruant. Taceo de bonis animi, cùm nihil magis noceat prudentiæ, nilque plus labefactet judicium rectum agendarum rerum, quàm hæ immodicæ voluptates. Ratio quam adduxi, quòd his craſſis & immoderatis voluptatibus omnia genera bonorum hominis labefactentur, à Cicerone ſcripta eſt in ſuo Hortenſio, qui liber deſideratur. Ejus tamen verba referam ut ab Auguſtino recitantur, li. 4. contra Iulianum, cap. 14. An vero voluptates corporis expetendæ, quæ verè & graviter à Platone dictæ ſunt illecebrę eſſe atque eſcę malorum? Quæ enim confectio inquit valetudinis, quæ deformatio coloris & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non evocetur, atque eliciatur voluptate? Cujus motus ut quiſque eſt maximus, ita eſt inimiciſſimus philoſophię. Congruere enim cum cogitatione magna voluptas corporis nō poteſt. Quis enim cùm utatur voluptate ea, qua nulla poſſit major eſſe, attēdere animo, inire rationem, cogitare omnino quicquam poteſt? Quis autem tantus eſt gurges, qui dies ac noctes, ſine illa minimi temporis intermiſſione, velit ita moveri ſuos ſenſus, ut moventur in ſummis voluptatibus? Quis autem bona mente prędītus, non mallet nullas omnino nobis à natura voluptates datas? Hæc ille. Qua ejus ſententia comprehenduntur damna, quæ ab his voluptatibus corporis modum excedentibus inferri ſolent.

Voluptates craſſę quantū lędant hominem.

Ciceronis verba de malis quę ex voluptate oriuntur.

An voluptates quę ex contemplatione aut juſtis actionibus oriuntur lędāt?

47 Sed dixeris: Iſta ratio ſi valeat, damnabit voluptates quę oriuntur ex contemplatione, nec non illam quę naſcitur ex juſtis actionibus, quoniam & corpus lęditur nimio ſtudio & contemplatione: atque ob ſuam probitatem Socrates periit, necnon & Ariſtides. Reſpondetur, hoc eſſe per accidens: quoniam in malos viros incurrebat Socrates. Et ſpiritus capitis, qui cogitationi ſerviunt, aliquādo nimis conſumi. Sed reperat argutus quiſpiam, iſtud item eſſe per accidens quoad corporis voluptates quę ſcilicet ex his actionibus naſcuntur, quę corpus labefactant & noſtra bona, quod ipſæ per ſeipſas non facerent. Verùm ad hoc reſpondetur, non ſemper fieri ut ob juſtitiam quis pereat, neq; ſemper contemplationem lędere. At hæ voluptates craſſę ac mixtę quoties modum excedant, fieri non poteſt quin dent damnum: itaque non utrinque par habetur ſimilitudinis læſio. Sed nonnullis videtur difficile, quòd ſint hæ voluptates fugiendę, cùm voluptas per ſeipſam bona ſit & optabilis. Quare ut hoc effugiant, dicere ſolent revera non eſſe voluptates, ſed tantùm videri, & licet appareant, non tamen à prudentibus voluptates debere exiſtimari. Quemadmodum alba nō dicuntur quæ talia lippis apparent, neque dulcia vel amara quæ ſic eſſe pronunciant ægroti. Mihi nihilominus non videtur ita reſpondendum, quoniam & Plato & Ariſtoteles illas voluptates appellant, eiſque definitio ſuperius allata revera convenit. Ideò potius ad argumentum dicerem, voluptatem quidem natura ſua bonam & expetendam, at non ex omnibus rebus, ut famem cupimus explere, at non ex quovis cibo. Ditari quoque vellent juſti homines, at non ex quovis lucri genere. Sanitatem quoque deſideramus, verùm non ex quovis medicamenti genere. Ita & voluptates volumus, at non eas quę oriuntur ex inhoneſtis, turpibus, & corpus omniaq; noſtra bona lædētibus actionibus.

An voluptates quę fugiēdę ſunt ſint revera voluptates?

Quare hę voluptates quę lędunt & fugiendę ſunt, à multis expetantur?

48 At cùm hoc voluptatum genus & damnoſum ſit & fugiendum, quî fit ut à tam multis expetatur? Quia voluptas ſua natura quid habet in ſe divinum, & ab omnibus expetitur. Verùm uſu venit, ut, cùm multis natura non ſit adhuc abſoluta & confirmata, ut in pueris, vel cùm malis & pravis habitibus ſint prædīti, ut ebrioſi & libidinoſi, fallantur, & voluptates quærant vbi non deberent. Quare mirandus eſt Epicurus, à pueris argumentum ſumens, qui naturæ adhuc ſunt imperfectæ atque nulla virtute præditi, ideóque facilè poſſunt decipi. Deinde, cogitandum eſt, homines perpetuò laborare atque diverſis exercitiis fatigari, ideóque ut reficiantur ac recreentur, ad voluptates ſe convertunt, cumque honeſtas, puras ac ſimplices habere non poſſint, his craſſioribus & damnoſis volunt expleri. Et homines compoſitam habent naturam, neque unam & ſimplicem, ideò fit ut varia genera voluptatum amplectantur: illas quandoque captāt, quæ ad animum pertinent, interdum illas quę ſunt corporis, quandoquidem tam ex animo quàm corpore conſtant. Quin & ipſum corpus, quia plures habet humores, incitant, vel ut varia objecta in ſenſus incurrunt, Deus verò cùm ſit unus & ſimpliciſſimus, una eadémq; ſimplici & æterna voluptate fruitur. Ad has vero corporis maximè propenſi ſunt juvenes & melancholici: illi, quoniam dum augetur ſtatura eorum, perturbantur humores, & natura fatigatur atque convellitur, ideóque tanquam ad medicinā quandam & recreationem confugiunt ad voluptates. Melancholicos identidem atra bilis divexat, mordicat & non ſinit quieſcere: ideo fatigati, ad voluptates, quibus ſeſe nonnihil inſtaurēt & exhilarent, convertuntur. Vnde apparet naturam & Deum ipſum non inutiliter has voluptates, ut earum immoderatus uſus ſit evitandus, noſtro generi dediſſe. Nam vita per illas ducitur commodiùs, & opera vitæ neceſſaria & conſervationem generis libentiùs obimus, medicamúrque promptiùs noſtris quotidianis defectis. Quin juvenes honeſtis & moderatis quibuſdam voluptatibus ad honeſta officia & pręclaras virtutes incitantur, doloribus verò à vitiis & ſceleribus abſterrentur. Et Auguſtinus addit, has infimas voluptates Dei quędam eſſe veſtigia, & naturæ felicitatis ac ſummi boni tenuem umbram, qua poſſumus incitari ad illius vehemens deſiderium. Valent itaque ad nos expergefaciendos, in quibus tamen inſiſtendum non eſt, verùm, ad meliora potius aſſurgendum. Vtque in his non maneamus, Deus adeò bonus eſt ut arma permulta his voluptatum generibus aſperſerit.

Qui maximè propenſi ſint ad voluptates corporis?

Quę voluptates à Deo hominibus datę ſint?

49 De illis voluptatibus puris, ſimplicibus, incorpo-

Quæ voluptates non ſint repudiandæ & quare?

reis, quæque non habent exceſſum, hæc eſto pro- A
poſitio. Repudiari non debent, ſed cùm ſint præ-
ſtantiores, ad ſummi boni naturam non parùm acce-
dunt: nam per ſe ipſæ non per aliud expetuntur.
Dixi accedere propemodum ad ſummi boni ratio-
nem, quia revera in voluptate etiam huius generis
non eſt ſummum bonum: id enim in actione perfe-
ctiſſima ſitum eſt, ad illam autem perpetua comes
adiungitur voluptas. Vnde à ſummo bono divelli
non poteſt, ut non comprehendatur in eius ratione.
B Concedimus planè illam ab omnibus expeti, quando
nullus eſt qui non appetat & viuere, & benè viuere.
Vtque viuere eſt operari, ſic benè viuere eſt in opti-
ma verſari actione, ad quam cùm adiuncta ſit volu-
ptas præſtantiſſima, omnes illam expetunt, quando
id optant cuius eſt perpetua comes. Optima verò a-
ctio eſſe non poteſt, niſi circa nobiliſſimum verſetur
objectum à quo noſtra perfectio ut à fonte pendet.
Quod ut perſpicuè videatur, ſciendum eſt, objecto
prę ſtantiſſimo nos perfici, ut ab efficiente cauſa, qua
C noſtra mens & voluntas impellitur, ſeu ad ipſum al-
licitur: rurſus voluptate perficimur, quæ affectus eſt
& qualitas, qua noſter animus perfunditur. At in

An voluptas propter vitã expetatur an contra?

dubium nonnulli revocant, An voluptas propter
vitam ſeu vita propter voluptatem ſit expetenda. Et
ut quæ dicantur ex altera parte omittam, quod mi-
hi videtur ſic expono. Voluptas propter vitam ex-
petitur, non è diverſo: quoniam voluptas oritur ex
eo, quòd actio cum natura congruit, & id ſentimus
atque cognoſcimus: quare id ante omnia expeten-
D dum eſt, ut actio habeatur perfectiſſima. Nec igno-
rat quiſquam perfectionem inſtitutam propter id
quod perficit, pręſertim cùm ſua natura nullam con-
ſtantiam habeat. Et omnes vident cibum ipſum
præſtabiliorem eſſe ſuo condimento. Ac de volu-
ptate tot atque huiuſmodi ſint dicta.

Quomodo Ariſtotelis ſententia cum ſacris literis cõgruat.

50 Quomodo verò, quæ effert Ariſtoteles, cum
ſacris conveniant, facilè eſt videre. Inquit primò
hujuſmodi opinionem de craſſioribus voluptatibus
plurium eſſe ac vulgarium hominum, quod idem
Mat. 7. 13. Chriſtus docuit, affirmans viam perditionis latam E
eſſe, ac multos per eam ire. Addit præterea ſic o-
Eſa. 7. 13. pinantes eſſe φορτικωτάτους. Et in Iſaia ſcimus ad A-
chazum impium regem dictum: An parum eſt vo-
bis moleſtos eſſe hominibus, quòd moleſti eſtis &
Deo meo? Sunt, ait Ariſtoteles, mancipia. Et Do-
Ioan. 8. 34. minus: Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati. Nec
2. Pet. 2. 9. non Petrus: Quiſque ſervus eius efficitur à quo eſt
victus. Belluinam vitam inquit illos deligere. Atq;
Pſal. 49. 13. in ſacris Pſalmis habetur: Homo cùm in honore eſ-
F ſet, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis
Ierem. 5. 8. factus eſt illis. Hieremias quoque: Hinniebat quiſ-
que ad uxorem proximi ſui. Et rurſus in Pſalmo:
Pſal. 32. 9. Nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt in-
tellectus. Qui ſic putant, ſcribit Philoſophus, tuen-
tur ſe authoritate principum, qui vivunt more Sar-
danapali. Neque à divinis literis hoc diſcrepat, in
quibus legimus ferè ſemper talem fuiſſe populum,
Oſe. 4. 9. quales habuiſſet reges. Et in Oſea dicitur: Qualis
Prov. 29. 16. populus, talis ſacerdos. In Prov. cap. 29. Cùm regna-
G verit impius, multiplicatur tranſgreſſio. Atque in E-
Mat. 2. 3. vangelio de Herode, cum Magi veniſſent Hieroſo-
lymam, habemus non tantum illum fuiſſe turbatum,
ſed cũ eo univerſam urbem. Poſtremò concluditur in
his craſſioribus voluptatibus non poſſe reponi ſum-
1. Cor. 6. 13. mum bonum: quod & Apoſtolus confirmat ad Co-
rinth. Eſca ventri & venter eſcis, hunc & has de-
Mat. 22. 30. ſtruet Deus. Ipſe verò Chriſtus de voluptate pro-
creandi ait: In regeneratione non nubent neque u-
xores ducent, verum ſicut angeli Dei erunt.

H

De vino & Ebrietate.

In Iud. cap. 9. v. 21.

51 Iam quia permulti ſunt homines intemperan-
tes, qui cùm ebrietatis arguuntur, peccatum ſuum
alioqui fœdiſſimum excuſare ſolent, dicendo, ſe non
abuti vino, quandoquidem illud ad id adhibent, cu-
jus cauſa fuit inventum, & à Deo conditum, nimi-
rum ut ſeſe mortales eo exhilarent: idcirco viſum eſt

Partitio tractationis.

eorum petulantiam refellere. Primò itaque loco,
I juſtum vini uſum oſtendam. Poſtea declarabo eius
abuſum, docenseum divinæ legi adverſari. Dehinc
afferentur exempla, quibus liquidò patefiet, eius
abuſum rem eſſe cùm damnoſam, tum fœdam & de-
teſtabibem. Recenſebo deinceps hujus mali horri-
bilia effecta. Et denique reſpondebo his cavillis &
ſophiſmatibus, quibus ebrietas & vini abuſus ab E-

Salutares & honeſti uſus vini.

picuræis defenditur. Quod ad primum attinet, non 1
inficior præclaras eſſe vires vini. Quandoquidem ſi-
tim reſtinguit: quod etiam aqua fieri poſſet, verùm
non ita commodè, quia vinum ſitim extinguendo
confirmat homines, & ſpiritus gignit, quibus natu-
ra plurimùm recreatur. Deinde medetur frigori & 2
imbecillitati, cùm ventriculi tum etiam cæterarum
faculatum, quæ humanę vitę inſerviunt. Vnde Pau- 1. Tim. 5. 23.
lus ad Tim. ſcripſit, ut vino uteretur, propter ſtoma-
chum & frequentes ejus morbos. Exterius etiam ad 3
vulnera non inutiliter quandoque apponitur. Vnde
Luc. 10. ſcribitur: Samaritanum alligaſſe vulnera e- Luc. 10. 34.
jus quem ſemivivum repererat, & illis oleum ac vi-
num infudiſſe. Exhilarat præterea vinum, nec pa- 4
rum facit ad triſtitiam ac mœrorem animi depellen-
dum. Et idcirco Salomon in Prov. ca. 31. ſcripſit, Da- Prov. 31. 6.
te ſiceram mœrentibus, & vinum iis qui amaro ſunt
animo. Bibant, & obliviſcantur egeſtatis ſuæ, & do-
loris ſui non recordentur amplius. Et Pſal. 104. Vi- Pſal. 104. 15.
num exhilarat cor hominis. Tanta porrò fuit Dei

Mira Dei liberalitas in homines.

bonitas erga homines, ut illis non tantùm ad victum
neceſſaria dare voluerit; ſed etiam delitias largitus
ſit: quia propriè ac per ſe non delectatur ſqualore,
triſtitia, & mœrore hominum, ſed eos cupit ſanctè ac
piè vivere honeſta & ſancta cordis hilaritate. Quo-
circa non tantùm vini uſum illis conceſſit, ſed etiã
oleum, & fragrantiſſimos odores: carnes item nec
non diverſa & multiplicia ciborum genera. Eſt ſanè
utilis nonnunquam vini uſus iis qui à morbis conva-
leſcunt, & reſtituendi ſunt priſtinæ valetudini, atque
Philoſophus quidam rettulit, triſtitia & amaritudo
quædam ſenum eo perinde mitigatur & lenitur, atq;
lupini alioquin amariſſimi dulceſcunt aqua macera-
ti. At videndum eſt, ut modus adhibeatur, alioqui

Vino adhibendus eſt modus.

lætitia, quæ ex vino quæritur, facilè abit in ſummam
triſtitiam. Nam intemperantia vini, utilitatem facilè
perdit. Imò ſi ad ebrietatem perveniatur, uſus vini
res triſtiſſima eſt, & damni plena. Proindę oportet re-
ctè diſtinguere inter vini uſum atque abuſum.

Diſtinctio ebrietatis. Marſilius Ficinus.

52 Addendum prętereà eſt, nimium potum ſeu
ebrietatem duplicem eſſe: propriam & metaphori-
cam. Hoc diſcrimen attigit luculenter Marſilius Fi-
cinus in argumento Dialogi 2. de Iuſto, & unam fe-
cit ebrietatem ſuper lunam ſeu cœleſtem, excitatam
nectaris potione, per quam animus extra ſe ac ſupra
ſe poſitus, morborum mortalium obliviſcitur, & di-
vina ſuſcipit, quorum ſplendore primùm caligat, ſed
illorum ſaporem guſtans, calore novo à priore habi-
tu permutatur: unde mox perſpicuè cernit ſpiritua-
lia, & illa dum ſalubriter guſtat, ſummo cum fructu
nutritur. Vnde in Pſalmo ſcriptum eſt: Inebriabimur Pſal. 36. 9.
ab ubertate domus tuæ. Quin & Muſæus, antiquus
Poeta, virtutis pręmium dixit eſſe, perpetuam ebrie- Muſæus.
tatem. Et Orpheus ante Muſæum, illam ſignificari Orpheus.
dixit per ceremonias & ſacra Dionyſii. Alteram ve-
ro facit ebrietatem ſub luna & mundanam, quę lętęo
potu, id eſt, carnali excitatur, per quam anima extra
ſe poſita & infra ſe, divinarum rerum obliviſcitur &
delirat. Nec ambigendum eſt hoc genus ebrietatis
prorſus evitandum. Prioris ebrietatis, quæ μεταφορικὰ
eſt, luculenta mentio fit in Prov. Solomonis, ubi ſa- Prov. 9. 5.
pientia invitat homines ad vinum bibendum, quod
in menſa ſua copioſè ac affatim miſcuit. Quin & à
Chriſto ſervatore noſtro, qui vera ſapientia eſt, nobis Mat. 26. 29.
tale vinum promittitur in regno cœlorum. Per tranſ-
lationem quoque vinum compunctionis & furoris
deſcribitur à Deo propinandum impiis, quo inſaniãt,
& ut merentur, in furorem vertantur. Sed iis meta-
phoris relictis, ad ebrietatem propriè ſumptam, de
qua nunc agimus, redeundum eſt, atque oſtenden-

Ebrietas à divinis literis damnatur.

dum teſtimoniis divinarum literarum, talẽ vini abu-
ſum eſſe prohibitum atque interdictum. Ad Epheſ.
Paulus ait: Nolite inebriari vino, in quo eſt ἀσωτία: Eph. 5. 18.
ſed implemini ſpiritu, loquentes vobiſmetipſis per
Pſalmos, Hymnos & cantiones ſpirituales. Quo in
loco Hieronymus ait, Non poſſumus impleri ſimul Hieronymus.
vino & ſpiritu ſancto: nam Apoſtolus hęc ut ἀντίθετα
poſuit,

Digitized by Google

poſuit, quemadmodum duobus dominis ſervire non valemus. Qui ſpiritu impletur, habet prudentiam, manſuetudinem, verecundiam, & caſtitatem: qui vino, inſipientiam, furorem, procacitatem & libidinem. Qui non implétur vino, facilè poſſunt Pſalmos, Hymnos & cantica ſpiritualia tractare: quod illi facere nequeunt, qui ſeſe vino ingurgitarunt. Scripſit idem Paulus; carnis curam ne feceritis pro ejus deſideriis.

Rom. 13.14.
Luc. 21.34.

At Chriſtus expreſſè ait ſuis diſcipulis: Cavete ne corda veſtra graventur crapula & ebrietate. Atque in veteri Teſtamento Proverb. 31. ſcribitur; Nolite vinum dare Regibus. Et cap. 23. Ne intuearis vinum cùm rubeſcit, & cũ in calice diffundit colorem ſuum, atque rectè ingreditur.

Prov. 31.4. & 23.31.

Et cap. 2. Eccleſiaſt. ait Salomon, ſe cogitaſſe trahere in vinum & delicias cor ſuum, ac tandem hoc ſtudium atque inſtitutum deprehendiſſe meram eſſe vanitatem. Riſum, inquit, putavi errorem: & gaudio dixi, Quid fruſtra decipis? Hęc hilaritas vini & deliciarum non debet ſanctis eſſe frequens, cùm Chriſtus docuerit, beatos eſſe qui lugent: ipſi, ait, conſolabuntur, apud Matthæum. In Luca vero additur, quia ridebunt. Satius autem eſt, ut aliqua in præſentia careamus lætitia, ut perpetuò rideamus.

Eccl. 2.3.
Matth. 5.4.
Luc. 6.21.
Eſa. 5.11.

Eſaiæ quinto habetur: Væ qui conſurgitis manè ad potum ſpectandum, & bibendum uſque ad veſperam, ut vino æſtuetis: & cithara & lyra, tympanum & tibia, vinum in conviviis veſtris, &c. Et rurſus in eodem capite: Væ vobis qui potentes eſtis ad bibendum vinum, quique viri ſunt robuſti ad miſcendam ebrietatem. Ioel adhæc primo capite ſcribit: Expergiſcimini, qui ebrii eſtis à vino. Nec illud prætereundum eſt, quod in Levit. præcipitur Aaroni & filiis ejus, ne vinum bibant, quoties ſacrificatum coram Domino accedunt. Et Paulus bis juſſit, ut Eccleſiæ miniſtri non ſint multo vino dediti. Et cum Timotheo ſuo conſuleret, ut ventriculi & morborum cauſa vino uteretur, modico adjecit, ne fræna laxaret ebrietati. In veteri etiam lege, Nazaræis vini uſus interdicebatur: & Rechabitę apud Ieremiam commendantur, quòd paterno juſſu à vino abſtinerent: qua tamen ætate ſciebant hæc ſcripta eſſe, quæ in Hiſt. Iudicum de vino habemus, nimirum quòd eo & dii & homines lætificentur, & quæ in Pſal. 104. habentur: Vinum lætificare cor hominum. Proinde colligamus iſta non pugnare, ut vino temperanter ac parce utamur; & illud à Deo eſſe datum, ut nos opportuno tempore ac juſto uſu exhilaret.

Eſa. 5.22.
Ioel. 1.5.
Lev. 10.9.
1. Tim. 3.3. & Tit. 1.7.
1. Tim. 5.
Num. 6.3.
Ierem. 35.5.
Pſal. 104.15.

Quædam tempora ſunt quibus non congruit hilaritas.

53 Nec debet nos latere, quædam nonnunquam incidere tempora, quibus non liceat Chriſtianis & piis viris indulgere hilaritati: lugendum interea eſt ob admiſſa peccata, verſamúrque nonnunquam in graviſſimis calamitatibus: & ſub manu virgæ Dei vehementius orandum eſt, ad quod plurimum jejunia & corporis caſtigatio conducit: quod Paulus oſtendit Epiſt. ad Corinth. 1. quando ait, conjugibus interdum licere, ſed tamen communi conſenſu, ut ſecubent ad tempus, quo jejuniis & orationibus vacent: quamvis huiuſmodi abſtinentiæ aſſignandi non ſunt anniverſarii ac ſtati dies, ſed tempora prudentiæ ſpiritus relinquenda ſunt. Facit attamen hęc ratio multum contra eos, qui contendunt perpetuo eſſe bibendum, ut ne unquam hilaritate careant. Quin idem Apoſtolus de ſeipſo dicebat: Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo. Quo dicto admonebat Corinth. ut ſuo exemplo cupiditates frænarent. Poſſent ex divinis literis multò plura teſtimonia commemorari, quibus dilucidè oſtenderetur, & ebrietatem & nimium vini uſum prohiberi. Sed hæc ſatis eſſe in pręſentia volo.

1. Cor. 7.5.
1. Cor. 9.27.
Ethnicorum teſtimonia.

Atque id tãtummodo addam, Ethnicos etiam idem ſenſiſſe. Plato lib. 7. de Legibus ad finem habet, Minoa ſuis legibus prohibuiſſe Cretenſibus, ne ſimul compotarent ad ebrietatem. Et Seneca epiſt. 84. inquit: Nihil aliud eſt ebrietas, quàm voluntaria inſania. Et mox: Habitus ebrietatis extenſus in plures dies, eſt furor. Adhęc qui certant poculis, etſi vincunt alios plus vini capiendo, vincuntur attamen velint nolint à doliis. Et turpe eſt quempiã ſibi plus ingerere quàm capiat, & ſtomachi ſui non noſſe menſuram.

54 Hucuſque ſatis oſtenſum eſt, vini abuſum, & cum divinis literis & cum humana ratione pugnare. Nunc exemplis idem convincemus, ut qui non credunt ſententiis prius allatis, ſaltem illis doceantur.

Ebrietas Noæ.
Gen. 9.21.

Noach vir magnus, juſtus, & Deo gratus, qui duplicem vidit mundi conſtitutionem (etenim ante & poſt diluvium vixit) propoſitus nobis eſt, ut exemplũ ebrietatis prorſus evitandæ: cùm bibendo plus vini quàm par eſſet, jacuit in tabernaculo nudatus quàm fœdiſſimè, atque pudenda, quę ſolent contegi, aperta & denudata præbuit ſpectanda: & qui ſolebat eſſe magiſter virtutum, magno fuit ſcandalo ſuis liberis. Cham irriſit eum: reliqui duo filii melioris ac ſanctioris ingenii dolore affecti ſunt, & eos paternæ turpitudinis vehemẽter puduit. Satis declaratur ex hac re geſta, pudorem, irriſionem, & ſcandalum ebrietatem comitari.

Lothi ebrietas.
Gen. 19.33.

Sed huius peccati habemus illuſtrius exemplum in Lotho, qui ſanè non bibit immodicè, ut filiabus abuteretur, & ut fieret inceſtuoſus: ſed ut curas deponeret & moleſtias, quas conceperat ex quinque urbium everſione, amiſſione chariſſimæ uxoris ac ſuarum facultatum. Volebat etiam ſuas natas conſolari, ne triſtitia nimia conficerentur, præſertim ob dolorem amiſſæ matris: quamvis aliam conſolationum rationem excogitare debuit. Sed tantùm hoc dixi, ne quis putet illum ex voluntate plus ęquo bibiſſe, ut libidine turpiſſima ſe pollueret: nihilominus tamen, potus nimia copia impulit in fœdiſſimũ concubitum, hominem alioqui ſenem, & alieno admodum tempore, cùm judicia Dei adverſus libidinẽ quinque urbium ſeſe declarabant. Et quod mirum eſt, vinum ita Lothum à ſeipſo alienavit, ut non intelligeret cum quibus mulierculis miſceretur.

Senec. 4.

Vnde rectè dixit Senec. in Epiſt. 84. ſuperius adducta: Multa faciunt ebrii, quorum poſtea ſobrios pudet. Quæſivit Lothus vino exhilarari, & mœrorem perpetuum incurrit. Diſcant igitur qui ex vino immodico hilaritatem captant, ſe pręſentiſſimo periculo exponere, ac facilè poſſe fieri, ut ea via in graviſſima facinora ſe præcipitent. Nec eſt quod aliqui excuſent, eventus hujuſmodi eſſe ignotos, ita ut ſtatui non poſſit, an qui plus ęquo biberit, in hęc turpia ſit lapſurus: quandoquidem res tam nota eſt, ut vel ipſæ filiæ Lothi, virgines adhuc, id intellexerint, nempe ſenem vino poſſe impelli ad libidinem, & ita decipi, ut etiam cum filiabus rem haberet. Quod itaque illæ intellexerunt, quis dicet ſe ignorare? Lothus paſſus eſt inſidias à filiabus, ſed nimis amantes hilaritatis, hoc eſt, ebrioſi, ſeipſos invitant & aperte adoriuntur.

Deus punit ebrietates graviſſimis pœnis.
Cur divinæ literæ hiſtoriam Lothi referant.

Neque cogitant ſecum, Deum ebrietatem graviſſimis pœnis ulciſci, nec ferre diutius abuſum ſui precioſiſſimi doni. Solent bibones nonnũquam producere Lothum, ceu patronum ſuę intemperantię. Neque attendunt divinas literas eius Hiſtoriam tradere, ut horribile ac penè tragicum exemplum. Punivit non leviter Deus illius hominis ebrietatem: eſt quippe conjunctus cũ filiabus, conceperunt ex eo, non potuit res diſſimulari: nati ſunt inceſtuoſi filii Ammon & Moab, unde nationes ortæ ſunt Ammonitæ ac Moabitæ, odioſæ Deo, & Iſraelitis infeſtæ. Loth ipſe, ut credendum eſt, ob admiſſum facinus vehementer & ſemper doluit: factus eſt hominum fabula. Et cùm teſtimonium ſacrarum literarum extat, & ad finem mundi ſit duraturum: illæ quoties leguntur, toties notatur & aſpergitur infamiã. Quod ſi Deus non pepercit homini alioqui ſancto, nepoti Abrahami, hoſpiti angelorum: quid faciet helluonibus & porcis, qui nulla præditi virtute, diu ac noctu vel jacent vel ſedent ebrii? quod Lotho ſemel accidiſſe legimus, illi quotidie patiuntur.

Catoni objecta ebrietas.

55 Sed quod ebrii noſtri de Lotho faciunt, Romani de Catone olim fecerunt, ſuam excuſantes ebrietatem, quod ille vir graviſſimis interdum noctu relaxaret animum: non quidem ſeſe ingurgitando, ſed pitiſſando, bonis ſermonibus interpoſitis. Neque attẽdebant virum illum toto die ſobrium fuiſſe, laboraſſe multum in cauſis dicendis & cognoſcendis, in conſultando cum cæteris Senatoribus de Republica, agendo cum populo, gerendo Magiſtratu, legendo, ſcribendo. Hæc illos bona & honeſta ſtudia imitari oportuit. Sed pergamus exempla commemorando.

2. Sam. 13.28.
1. Mach. 16.16.

Amnon filius Davidis, occiſus eſt ab Abſolomo, non utiq; ſobrius, verùm ubi in convivio eſſet plus ęquo hilaris, vino liberalius ſumto. Vtque refertur in calce lib. 1. Machab. Simon ſummus Pontifex cum duobus

Digitized by Google

filiis Mattathiæ & Iuda, occiſus eſt à genero, cùm in A convivio propemodum ebrii eſſent, multo hauſto vino. Et hiſtoria Iudith, quamvis in canone Iudæorum non habeatur, oſtendit Holofernem, alioqui feròciſſimum exercitus Imperatorem, vino ita fuiſſe obrutum, ut à muliercula nullo negotio fuerit obtruncatus. Poſſem adjicere Siſeram ebrium à Iahele occiſum, quàvis potus ejus lac fuerit, non vinum. Quòd ſi velimus adhæc Hiſtorias Ethnicorum evolvere, non deſunt illuſtria & magna exempla eorum, qui ex ebrietate graviſſimè ſunt læſi. Alexander ille Macedo, victor orbis, à vino ſuperatus eſt turpiſſimè: Clytum fortiſſimum & fideliſſimum amicum ebrius interfecit, cujus opera, induſtria, labore, prudentia, & fortitudine, diu in bellis magno ſuo commodo uſus fuerat. Vnde cùm poſtea vinum edormiviſſet, & facinus à ſe admiſſum cogitaret, adeò erubuit & doluit, ut mori voluerit. Cæterum vitium ebrietatis non emendavit: imò ſemel poſtea tantum vini hauſit una nocte, ut in febrim inciderit, & cùm à vino temperare nollet, intra paucos dies extinctus eſt. Vnde Seneca Epiſtola 84. jam adducta ſcribit: Alexandrum qui tot pericula evaſerat, & ſuperaverat difficilima, intèperantia bibendi, ille Herculaneus ac fatalis ſcyphus perdidit. Marcus Antonius, alioqui ſtrenuus & fortiſſimus Imperator, victor in multis prœliis, ita ſe quandoque oneravit mero, ut in ipſo tribunali manè coram populo Romano, dum jus diceret, coactus fuerit vomere. Et in Ægypto multus erat in compotationibus. Vnde nihil potuit egregiè facere, ſed in fugam turpiſſimè actus eſt ab Octavio. Quid Poetæ ſcribant de convivio Lapitharum & Centaurorum, notius eſt, quàm ut nunc à me recitetur. Et exemplorum ſatis jam eſſe adductum arbitror: quæ conſiderata diligentius, multùm faciunt ad ebrietatis deteſtationem.

Iudit. 13. 10. — Iudic. 4. 19. — Alexander Macedo. — M. Antonius. — Convivium Lapitharum & Centaurorum.

56 Sed qui non deterrentur ab ejus fœditate, verbis Dei quæ primo loco poſuimus, & illam nõ abjiciunt exemplis jam allatis perſuaſi: fortaſſe vincentur & abducentur, eorum conſideratione malorum, quæ oriuntur ex vini abuſu. Expedit ut arbor cognoſcatur ex fructibus. Et ſanè talis æſtimanda erit ebrietas, quales eſſe cognoſcuntur fructus ex ea propagati. Sed ut ordine agatur, mala ejus diſtribuemus per ſubjecta: lædit enim corpus, animum quoque divexat, fortunas profundit, & proximis eſt infeſta. Quod attinet ad corpus, ex ebrietate non raræ ſunt mortes repentinæ, diſſolutiones membrorum, apoplexiæ, varii & miſerandi caſus. Nam terra æquabilis & plana, ebriis eſt fovea: cadunt enim, frãgunt crura, brachia, nonnunquã cervices, & comburuntur, dum in ignem cadunt. Inflammatur epar ex nimio potu, caput dolet, membra langueſiunt & tremunt, corrumpuntur ſenſus: calor naturalis obruitur nimio vino, cruditate ac doloribus non ferendis laborat ſtomachus, qui plus æquo diſtenditur: inflammatur penè totum corpus, & ſitis augetur. Iacent proſtrati tanquam ſtipites ebrii, & ita deſtituuntur viribus, ut nec pes, nec caput, officium faciant. Vnde Proverb. 23. ſcribitur, Cui eſt væ? cui anxietas? cui rixæ? cui gemitus, & cui vulnera ſine cauſa? aut cui eſt ſuffuſio oculorum? Reſpondet: His qui moram trahunt juxta vinum, & qui veniunt ut ſcrutentur largam infuſionem. Non intuearis vinum cum flaveſcit, & cùm in calice diffundit colorem ſuum, atque rectè ingreditur: noviſſimum enim ejus mordet velut ſerpens, & veluti aſpis ſtimulum immittit. Oculi tui contemplabuntur aliena, & cor tuum loquetur perverſa. Et eris veluti qui jacet in corde maris, & veluti qui dormit in ſummitate mali navis. Percuſſerunt me, non dolui: conquaſſaverunt me, & non ſenſi. Quando evigilavero, rurſum inquiram ipſum, &c. Et ecce quot pœnas Deus ebriis infligit. Conſentit Salomoni Eſaias cap. 5. Nam & ipſe væ imprecatur illis, qui potentes & fortes ſunt ad bibendum vinum. Ac in eodem cap. 5. Ebrios ait, non reſpicere opus Domini, nec opus manuum ejus conſiderare. Porrò talibus hominibus eſt væ: quia (ut ibi ſcripſit Hieronymus) infeliciſſimi ſunt, qui de mane uſque ad veſperam ebrietate, gula, & diverſis voluptatibus occupati, non intelligunt in ſe opera Domini: nec conſiderantes cur ſint creati, edormiunt fermè totam vitam. Vnde Ioel ad eos clamabat: Ex-

Effecta ebrietatis. — Damna & læſiones ebrietatis. — Prov. 23. 29. — Eſa. 5. 11. & 12. — Hieronymus. — Ioel. 1. 5.

pergiſcimini ebrii, flete, & ululate omnes qui bibitis vinum. At iis clamoribus non excitãtur ebrioſi, quia non tantùm dormiunt, ſed quodammodo ſepulti eſſe videntur. Vnde Virgilius appoſitè Troiam appellavit urbem

Somno vinoq́ ſepultam.

Virgilius.

57 Cæterùm jam videndum eſt, animus ipſe aut mens quantum ebrietate lædatur. Percutiuntur ebrii pleríſque ſpiritu ſtuporis, & in furorem quodammodo vertuntur: bruteſcunt, ita ut nihil intelligentiæ videatur in eis reliquum. Grave quidem eſt ſeipſum vulnerare aut mutilare aliquo membro, ſed mentem ſibiipſi ultrò auferre malum eſt intolerabile. In Hoſ. ca. 4. meritò ſcriptum eſt, Vinum & ebrietas auferunt cor. Et Eccleſ. 19. habetur, Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, id eſt, à rectis inſtitutis diſcedere, ita ut ſibi non conſtent: abducuntur enim ab officio & virtute, necnon à juſta ratione vitæ deficiunt. Et in eodem lib. ca. 31. habetur; Vinum copioſius ſumptum acerbitatem animi parit cum rixis & contumacia. Animum ſtulti ebrietas majorem efficit ad offendiculum, vires autem enervat. Eſt in iis verbis elegans ἀντίθεσις, nempe quòd vinum augeat animos & ſpiritus, atque majorem inſerat audaciã, vires autem imminuat ac debilitet. Vnde Plato in 6. Dialogo de Iuſto, ab initio: Ebrium inquit habere animum tyrannicum, quòd omnibus pro libidine, non ex ulla ratione ſeu lege velit imperare. Inducit etiam ebrietas oblivionem legum & juris. Vnde in Prov. dicitur à Salomone, Regibus non eſſe dandum vinũ ne fortè bibant & obliviſcantur conſtitutæ legis, mutentque judicium cunctorum filiorum pauperum. Plato etiam de Repub. li. 3. ſcribit, cuivis magis concedendam ebrietatem, quàm magiſtratui: nam ebrius, ubi terrarum ſit, neſcit: quòd ſi Magiſtratus inebrietur, cuſtos habebit opus cuſtode. Huc accedit, nũllum arcanum tegi ubi viget ebrietas: Quia non tantùm corporis, verùm etiam animi aperit pudenda. Et verba impudica, ſtulta, inepta, & ſceleſta inter bibendum effunduntur. Vnde Horatius ebrietatis effecta deſcribens ait:

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.
Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem.
Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.
Fœcundi calices, quem non fecere diſertum?
Contra quem non in paupertate ſolutum?

Et Plato in 1. libro de Legibus circa finem ſic ait: Cùm quis biberit vinum, primò alacrior fit: deinde quo plus biberit, eſt majori & meliori ſpe, & fortius de ſe ſentit. Deinde quaſi ſapiens, ea homo confidentia, libertate, audatiáq; repletur, ut intrepidè & dicat & faciat quicquid placet. Idem in Dialogo 6. de Legibus: Qui vino refertus eſt, tam animi quàm corporis rabie concitatus, quovis & trahit & trahitur. Et eſt ebrius tanquam mente captus. Seneca lib. 3. Naturalium quæſt. cap. 20. Ebrietas donec exiccetur, dementia eſt, & nimia gravitate fertur in ſomnum. Et in epiſt. 60. ad Lucilium circa finem, Ebrietas unius horæ, liberam inſaniam longi temporis tædio penſat. Et in Epiſt. 84. Ebrietas omne vitium eruit, & incèdit, & detegit. Obſtantem verecundiam, malis conatibus removet. Vbi poſſedit animum nimia vis vini, quicquid malè latebat emergit. Ebrietas non facit vitia, ſed in lucem protrahit. In ebrietate creſcit inſolenti ſuperbia, crudelitas ſævo, malignitas livido, omne vitium detegitur & prodit. Adjice ignorationem ſui, dubia & parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipſa mobilia velut aliquo turbine circumagente totam domum, ſtomachi tormenta cùm efferveſcit merum ac viſcera ipſa diſtendit. Ferè crudelitas vinolentiam ſequitur. Etenim M. Antonius in convivio allatis capitibus & membris proſcriptorum, mirificè gaudebat. In lib. item Prov. 20. cap. ſcribitur: Vinum fecit deriſorem, & ſicera turbulentum. Quicunque errat in eo, nunquam ſapiet. Sed quoniam aliqui ſunt qui jactant ſe poſſe multo etiam hauſto vino, eſſe compotes mentis, & integri judicii, rogo eos ut audiant Senecam, epiſtola jam adducta, qui ait: Dicant etiam tales veneno hauſto ſe non morituros, nec oppio ſumpto dormituros, nec elleboro accepto quicquid in viſceribus hærebit ejecturos dejecturóſque.

Quantum ipſa mens vino lædatur. — Oſ. 4. 11. — Eccl. 19. 2. — Eccl. 31. 30. — Plato. — Prov. 31. 4. — Horatius. — Plato. — Seneca. — Prov. 20. 1.

58 Quæ

Digitized by Google

58 Quæ hactenus retulimus incommoda vini, ſi nimium hauriatur, cùm ad corpus, tum ad animum pertinent. At nunc addendum eſt, ut damnum inferat ſubſtantiæ ac facultatibus. In Proverb. cap. 21. habetur. Qui amat vinum & pinguia, non diteſcet. Et in eodem lib. cap. 23. ſic ſcribitur: Non ſis inter potatores vini, & cum illis qui devorant carnes. Potator enim & commeſſator ad inopiam redigetur, & laceris veſtibus induet ſe, qui aſſuevit dormitationi. Quantum verò deditì ebrietati proximis incommodent, facilè eſt videre. Sunt injurioſi, & ſibi obvios contumeliis afficiunt. Et cùm in libidines furibūdi ruant, facilè polluant ſponſas uxoreſque alienas, & in familias proximorum horrendis modis debachantur. Malo ſunt exemplo, imò ſcandalo aliis civibus. Et dum ſuas facultates in vinum & ebrietatem conſumunt, domui ſuæ non proſpiciunt de rebus neceſſariis. Imò dum ebrio furore aguntur, & uxorem & liberos innocentes malè accipiunt, & pauperes defraudant eleemoſynis, quas parciùs viventes, illis poſſent impartiri. Reddunt ſe inutiles Reipublicæ, quando nec Magiſtratus poſſunt gerere homines ebrioſi, nec bene imperantibus valent obſequi. Eccleſiam etiam turbant & infamant: unde ab ea ſeparantur. Paulus enim 1. ad Corinth. cap. 5. ebrioſos iis annumeravit, cum quibus nec quidem cibum ſumere debemus. Vix relinquitur quid mali poſſit adjici pernicioſis effectis ebrietatis.

Ebrietas vertit facultates. Prov. 21. 17. — Prov. 23. 20. — *Ebrii proximis incommodant.* — 1 Cor. 5. 11.

59 Sed ut rem concludamus, illis qui vini præſtantiam & uſum vitio ebrietatis prætexunt, primùm concedimus vino licere uti ad neceſſitatem, ad medicinam, & etiam ad hilaritatem: ſed quæ temperetur ſobrietate, nec modum excedat, imo tempori, loco, gradui, ætati & ſexui conveniant. Hoc pacto lætantur ſancti coram Deo ſuo, nimirum cum gratiarum actione, ac celebratione divinarum laudum. Nec Salomon, Proverb. capite 23. Væ dixit eſſe iis qui bibunt vinum, ſed illis qui juxta illud moram traxerint, & in id incumbunt ut bibant, calicibus certent, ſe mutuò provocent, & aliòs ad bibendum cogant. Ii reprehenduntur, non qui dono Dei modeſtè utuntur. Ita ſe vino exhilarent homines, ut poſtea ſint alacriores ad obſequia Dei, & ad triſtia perferenda ſi oportuerit: caveántque homines ne ſui obliviſcantur, ne ſenſus obruant, ne vires ſuffocent. Nec doctrina ſacra eſt arripienda impiè ad licentiam carnis. Imo debemus ita eſſe parati, ut Apoſtolo pareamus, qui dixit, Bonum eſt non commedere carnem, nec bibere vinum, ſi id ceſſerit ad offenſionem fratrum infirmorum. Meminerimus etiam regnum Dei non eſcam & potum, neque Deo illos commendari, qui præ cæteris vinum hauſerint. Verba Dei non patrocinantur ebrietati, ſed illam deteſtantur. Perorabimus itaque adverſus iſtos doctrinâ Eccleſiaſtici, cap. 31. ubi dicitur: In vino virum ne te exhibeas, id eſt, ne tuas oſtendas vires bibendo. Sunt enim qui hac intemperantia quàm ſint fortes ac valentes experiuntur, atque item omnem vim, tum animi, tum corporis, nimio potu vini opprimunt. Pergit ſapiens, & inquit, Vinum enim multos perdidit. Ut fornax probat duritiem mucronis, dum mergitur, ita vinum cor ſuperborum cum inebriantur. Vinum humanæ vitæ accommodatum eſt, ſi moderatè bibatur. Quænam vita eſt ejus, qui vino victus eſt? Atqui ipſum ad exhilarandos homines creatum eſt: lætitiam animi & hilaritatem parit potus vini, juſtus atque opportunus, &c. Hæc facilè doceri poſſunt & reſponderi illis hominibus, qui prætextu hilaritatis captandæ, tueri ac defendere nituntur ebrietatem. Cogitent apud ſe, dona Dei nunquam eſſe à regula moderationis ac temperantiæ ſeparanda. Nec obliviſcātur Apoſtolum in Epiſtola ad Galatas ebrietatem recenſuiſſe inter opera carnis. Idem quoque Romanos admonuit ne verſarentur in cubilibus, comeſſationibus & ebrietatibus. Et ad Theſſalonicenſes fœditatem ejus vitii oſtendit, cùm ad noctem pertinere dicit; Qui ebrii ſunt, inquit, noctu ebrii ſunt: quaſi affirmet rem eſſe indignam quæ luce diei conſpiciatur.

Reſpondetur defendētibus largiorem potum. — Prov. 23. 30. — 1. Cor. 8. 13. Rom. 14. 17. — Eccl. 31. 30. — Gal. 5. 21. Rom. 14. 13. 1. Theſſ. 5. 7.

***

De Otio, & aliis ad ſcortationes illecebris.

60 Quibus veſtigiis & modis David impulſus ſit in adulterium, ut videamus, obſervandæ ſunt loci & temporis circumſtantiæ. Dormivit ſecurus à meridie in cœnaculo. Erat hoc argumentum hominis ſecuri & otioſi. Isboſethus, cùm ita dormiret à meridie, occiſus eſt. David cùm in eodem otio verſaretur, tantùm non funditus interiit. Quòd ſi ſeriò cogitaſſet de lege, de beneficiis Dei quibus erat affectus maximis, de bello quod tum gerebatur, de periculo Reipublicę, nunquam in hæc mala incidiſſet: Tanti fuit eſſe otioſum. Et certè otium omnium ſapientum judicio condemnatur. Seneca cùm iter faceret per villam Vaciæ civis Romani, hominis otioſi & ignavi: Hic, inquit, ſitus eſt Vacia. Senſit hominem deſidem & inutilem Reipub. quodammodo ſepultum eſſe. Sed ego hoc quoque etiam addo, hujuſmodi cadavera & graviſſimè fœtere, & putredines & vermes procreare. Scio equidem eſſe honeſtum quoddam genus otii, unde homines boni paratiores redire ſolent ad obeunda munera vel privata vel publica. Ita Chriſtus ſæpe pernoctavit ſolus in monte, ſed ita ut manè rediret ad conciones. Sæpe verſabatur ſeorſim in receſſu, ſed ita ut inſtitueret diſcipulos. Eſt etiam aliud otium ſanctum & laudabile, quo Sabbatum celebrantur à peccatis: illud nobis ſemper colendum eſt. Damnamus autem otium iners, ignavum, quo ingenia atque animi hebetantur. Cato in Originibus pulcherrimè ſcripſit: Præclaro viro non minus otii quàm negotii reddendam eſſe rationem. Chriſtiani autem cogitare debent, ſe præclaros illos viros eſſe: & ad illam rationem eſſe aliquando revocandos. Ezechiel. cap. 16. Hæc inquit, fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ: Superbia, ſaturitas panis, & abundantia & otium. Quamvis autem otium alat alioqui multa mala, nihil tamen aut faciliùs aut magis alit quàm libidinem. Id Poetæ viderunt:

Quæritur (inquit Ovidius) *Ægiſthus, quare ſit factus adulter?*
In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat.
Et alio loco,
Otia ſi tollas periere Cupidinis arcus.

Ambroſius habet pulcherrimum ſimile de cancro & oſtreo. Cancer, inquit, libentiſſimè veſcitur carnibus oſtreorum. Sed quoniam illa bene munita ſunt firmis utrinque teſtis, ut vi perfringi non poſſint, obſervat callidè, dum ſe exponant ad ſolem. Ibi dum ſe aperiunt & captant auram, cancer immittit hiantibus in os lapillum ut teſtas reducere non poſſint, poſtea ſatis tutò introducit chelam & carnes depaſcitur. Ita, inquit, cùm homines ſeſe dedunt otio, & animum aperiunt voluptatibus, venit diabolus, immittit fœdas cogitationes: atque ita cùm illi teſtam qua antè muniebantur non poſſint retrahere, devorantur.

Otium Davidis. — 1. Sa. 4. 5. — *Otium honeſtum.* — Luc. 21. 37. Mar. 1. 1. Ioan. 6. 1. Eſa. 58. 13. — Ezech. 16. 49. — *Ambroſii ſimile.*

61 David ambulabat ſecurus atque otioſus ab animo. Atqui reges non creantur ut in otio vitam agant. Subjecti enim ſunt illi legi, quæ olim dicta eſt Adamo: In ſudore vultus tui cōmedes panem tuum. Non illi quidem arant aut fodiunt, tamen vigilare debent & ſtudere Reipubl. cognoſcere cauſas, dicere jus, ſcribere bonas leges. Non tamen Reges ſoli otioſi eſſe volunt, ſed etiam Epiſcopi atque omnium hominum maximè monachi. Illi ab initio vivebant è ſuis laboribus, poſtea, pertæſi credo bonorum operum, impetrarunt, ut otioſi alerentur ex ſtipendiis eccleſiæ. Cùm autem ab hominibus piis revocarentur ad labores: Atqui non licet, inquiunt. Hoc enim non eſſet Evangelicum. Nam Chriſtus monuit ne ſimus ſoliciti de craſtino, ſed conſideremus lilia agri & volucres cœli. Illis ſe objecit Auguſtinus, in libro de Opere Monachorum. Si vultis, inquit, imitari volucres & lilia, cur hic quoque illa non imitamini? Lilia non commedunt aut bibunt, volucres non recondunt in craſtinum: Et vos editis & bibitis, & ſtudioſè reconditis. Et rectiſſimè expoſuit ſententiam illam Domini, ne ſitis ſoliciti in craſtinum. Ait enim Dominum tantùm prohibere anxiam ſolicitudinem conjunctam cum infidelitate: quaſi non Dei providentia alamur, ſed ex noſtra ipſorum induſtria. David cùm eſſet otioſus, lapſus eſt in adulterium.

Otium lege prohibitum. — Gen. 3. 19. — *Chriſtus non ſuaſit otium.* Mat. 6. 25.

Digitized by Google

Dan.4.26. Nebucadnezar quoque cum pacatis rebus indulgeret otio, ſublatus eſt in ſuperbiam. Et non eſt hæc, inquit, Babylon illa magna? tanquam illam tantam potentiam à ſeipſo nactus eſſet non à Deo. Multa mala, inquit Eccleſiaſticus, docuit otium. Quare in primis nobis cavendum eſt ab hoc malo. Hoſtis enim noſter diabolus, ambulat rugiens & quærens quem devoret. Si ille ſemper excubat in inſidiis intentus & paratus in noſtrum exitium, nos quoque par eſt perpetuo vigilare & ſemper paratos eſſe ad reſiſtendum. Latimerus, aliquando Epiſcopus Vigornenſis in Anglia, & poſtea conſtantiſſimus Chriſti teſtis & martyr, cum vellet Epiſcopos cohortari ad officium faciendum, inter alia dixit, nullum eſſe in Anglia diligentiorem Epiſcopum quàm diabolum: Illum enim docere ſemper, monere, inſtituere, ornare eccleſiam ſuam. Hortatus itaque eſt ut ſi Deum audire & ſequi nollent, ſaltem imitarentur diabolum. Sed ille ſurdis cecinit: Pleique enim tum Epiſcopi ita erant comparati, ut nec diabolum ſequi vellent nec Deum. Prudenter monuit Hieronymus ad Ruſticum: Semper age aliquid ut diabolus adveniens, ſemper te inveniat occupatum.

Eccl.33.29. Latimerus.

62 David ambulans in tecto, vidit mulierem pulcherrimam ſe lavantem. Sed quid illum oportuit curioſius ita contemplari, quod extra ſuas ædes ageretur? Aut quid illam mulierculam oportuit lavare ſub dio, ubi nuda ſpectari poſſet à variis? Quod ſeſe laverit, non erat reprehendendum. Erant enim mulieres immunditiæ legales, quas oportuit tum temporis hujuſmodi purificationibus abluere: ſed intus & ſub tecto lavare oportuit. David vidit & raptus eſt. Videre, inquiunt, eſt primum limen amantium. Ego autem verius dicam, videre, eſt primum limen pereuntium. Nam David, non vidit iſtam oculo ſimplici, ſed impuro & malo. Statim ejecit ex animo ſalutare illud verbum Dei: Non mœchaberis. Quo uno verbo, nullum eſt aliud præſentius aut melius remedium, ſi quando nos ſentiamus voluptatibus titillari. Atrocius videbatur hoc ſcelus Davidis, ſi illum conferamus cum adoleſcente caſtiſſimo Ioſepho: ille adoleſcens erat, David ſenex: ille cœlebs, David maritus, idque ne quid deeſſet ad explendas voluptates, multarum uxorum: ille provocabatur: idque à domina, quæ illi potuiſſet aliquo modo imperare. David ultro provocat, & provocat ſubditam ſuam, cujus pudicitiam omni ratione tueri debuit. Erat mulier elegans & forma bona, non tamen ex eo colligere debemus formam eſſe rem malam. Apta enim conjunctio membrorum, cum ſuavitate coloris: (quam definiunt pulchritudinem) eſt artificium creatoris & imago Dei, neque obeſſe poteſt, niſi incurrat in oculos vitiatos: ut lumen ſolis, licet alioqui gratum & jucundum, tamen lippis oculis moleſtum eſt. Nos autem corrupti ſumus non tantum vitio originis, ſed etiam aliis peccatis, uſu & conſuetudine acceſſitis. Chryſoſtomus Hom.1. in Pſal.51. Hoc, inquit, exemplo omnes moveri debent ne accedant ad turpia ſpectacula, ubi meretrices exhibeantur & omnes geſtus libidinis exprimantur. Ridiculum enim eſt quod quidnam reſpondent, ſe illis ſpectaculis non moveri. Quid enim an ferrei, an ſaxei, an adamantini ſunt? An ſapientiores, fortiores quàm David? Scintilla ſi conjiciatur in fœnum, nónne concipiet flammam? Caro noſtra fœnum eſt, inquit, & facile incendi poteſt, & Spiritus ſanctus ea cauſa, proponit nobis ruinam Davidis, ut nos ejus exemplo, à ſimili contagione caveremus. Medici ſi quando forte incidant in aliquem graviter & periculoſe laborantem, adhibere ſolent diſcipulos ſuos, ut illi facilius & vim morbi intelligant & rationem curationis. Secundus eſt rex David. Attentè ergo conſiderare debemus, quo artificio à Domino curetur. Videamus primum, quo pacto impulſus ſit in lapſum. Non cohibuit oculos: itaque ſublatus ipſe à ſe, facilè abreptus eſt in præcipitium. Ita in lib. Gen. Filii Dei, qui oriundi erant e Setho, cum vidiſſent filias hominum, natas videlicet ex poſteris Caini, cœperunt eas amare perditè, atque ita capti oculis, à veteri pietate, quàm à proavo uſque Setho retinuerant, cœperunt degenerare. Paulus ad Corinthios, jubet mulieres velatas eſſe in ſacro cœtu, ſaltem propter angelos. Quemadmodum autem mulieres debent faciem obnubere ne videantur, ita viciſſim viri ſibi temperare debent, ne eas curioſius contemplentur. Qua de re Tertullianus pulcherrimè multa ſcripſit, in libro de Virginibus velandis. Et Salomon prudenter monuit, Pulchritudinem ejus ne concupieris. Et Gregorius I. Qui externo, inquit, abutuntur, digni ſunt quibus externus oculus effuſcetur. Pepigi, inquit Iobus, fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Non ſolum (inquit) ut ne viderem, ſed ut ne ſpeciem quidem ejus in animum admitterem. Id David cum non feciſſet, ſeſe conjecit in periculum, à quo omnes ſedulò ſibi cavere debent.

Exod.20.14. Gen.39.7. Forma. Turpia ſpectacula vitanda. Simile. Simile. Oculos eſſe cohibendos. Gen.6.1. 1.Cor.11.7. Prov.6.25. Iob 31.1.

De Choreis.

63 Chorea, ut Plato ait, dicitur ἀπὸ χαρᾶς, quòd ea ſit quædam gaudij teſtificatio. Et Servius, dum interpretatur illud carmen Vergilij: In lib.2. libri extremo epp. Vide 1.Cor. 10.7.

Omnia quam Chorus & ſocii comitantur ovantes:

ait, chorum eſſe coævorum cantum & ſaltum. Unde vero choreæ ortum habuerint, variæ ſunt opiniones. Alij putant, homines, cùm ſpectarent diverſos motus ſtellarum errantium & fixarum, ſaltationem inveniſſe, qua illa motuum varietas repræſentaretur. Alij arbitrantur, choreas potius ductas fuiſſe à religione, quoniam apud veteres Ethnicos, nulla erant ferè ſacra, quibus non ſaltaretur. Ducebant quippe tripudia à ſiniſtra parte altaris ad dextram, quo motum cœli ab Oriente in Occidentem referrent: poſtea redibant à dextra ad ſiniſtram, ut errantium ſtellarum curſum exprimerent, quod fortè ſignificavit Vergilius, cùm diceret: De ortu choreārum.

Instaurántque choros, mixtique altaria circum, &c.

Quin & Salij Sacerdotes Martis apud Romanos in ſummo precio habebantur. Nec deſunt, qui ſaltationis originem ad Hieronem Siculum tyrannum referant. Eum quippe ait, ut ſuam tyrannidem ſtabiliret, populo interdixiſſe mutuis colloquiis. Quare cœpiſſe homines in Sicilia ſenſus & cogitationes nutibus & geſtibus corporis exprimere, idq; poſtea in uſum & conſuetudinem abijſſe. Sed quicquid hac de re ſit, non fuerūt ſaltationes antiquitus à religione alienæ: quamvis poſtea ſint ad publicam lætitiam accommodatę. Fuit adhæc aliud ſaltationis genus, quo juvenes ad rem bellicam exercebantur. Mandabatur quippe illis, geſticulari ac ſaltare ſub armis, ut poſtea inſtructiores eſſent ad pugnam, cum uſus Reipub. id poſtularet. Appellabatur hujuſmodi ſaltatio Pyrrhica, & quod in armis exerceretur ἐνόπλιος. Saltationis hujus mentio eſt in legibus Civilibus, nimirum, in ff. de Pœnis, l. Ad damnum. Et quandoq; juvenes cùm deliquiſſent, non ſtatim capite plectebantur, ſed vel ad venationem in theatro damnabantur, vel ut ſaltarent in armis. Et ij appellebantur Pyrrhicarij. Aliud item ſaltationis genus erat quod tantùm voluptatis & quidem laſciviæ cauſa inſtituebatur: idque à Græcis κόρδαξ & κυβιστητικὴ dictum eſt. Verùm de illis qui geſtibus corporis, animi ſenſa exprimerent, ſcribit Lucianus περὶ ὀρχήσεως, & Athenæus. Quo in genere tandem eo profectum eſt, ut cùm Romæ Demetrius Cynicus Mimicam ſaltationem irriſerit, eam appellando rem vanam & nihili; ſaltator nobilis, qui tum Romæ in honore fuit, hortatus eſt eum, ut ſemel tantùm ſe ſpectaret ſaltantem, deinde indicaret, & diceret pro arbitrio quicquid vellet. Venit ille ad theatrum, ſaltator Mimicus cœpit geſtibus referre vulgatam fabulam de Marte deprehenſo in adulterio cum Venere. Qua in re ita expreſſit Solem indicantem, Vulcanum retia nectentem, Venerem ſuffuſam pudore, Martem ſupplicem, ut Demetrius attonitus exclamarit: ἀκούω, ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν. Eodem forte tempore Romam venit rex Ponti, cumque vidiſſet hunc ſaltatorem geſtum in theatro agere, juſſus poſtea petere à Nerone, qua maxime re à ſe donari vellet, Mimum illū petijt. Miratus eſt Nero, cùm alia potuiſſet poſcere multo majoris precij, cauſam poſtulationis ejus percontatus eſt. Ille reſpondit, quoniam varias gentes habeo mihi ſubjectas, quas citra interpretem nequeo intelligere, & ſæpe fit, ut interpretes nō ſatis fideliter mea dicta illis referant, nec illorum viciſſim mihi reddant. Hic verò ſuis geſtibus exprimet omnia quàm fideliſſime.

Salij Sacerdotes Martis. Hieronis conſilium. Saltatio Pyrrhica. Saltatio laſciva. Athenæus. Lucianus. Demetrij Cynici dictum.

64 Plato

64 Plato in 3.de Legibus, duo facit ſaltationum A genera, alterum πολεμικὴν, quod ſupra pyrrhicum appellavimus, alterum εἰρηνικὴν, quod nominat ἐμμέλειαν. De obſcœno ſaltandi genere omitto dicere, quoniam legibus apertè damnatum eſt. Pyrrhica & geſticulatoria ſaltatio, poſſunt ad aliquos uſus Reipublic. locum habere, ſed ad noſtrum inſtitutum non pertinent. Quare de ἐμμελείᾳ quatenus liceat, cùm lætitiæ cauſa exercetur, hoc loco dicendum eſt. Mihi ſanè non videtur hoc ſaltationis genus eſſe natura ſua vitioſum aut prohibitum, quoniam agilitas corporis B eſt donum Dei, & ſi accedit aliquid, nimirum ut corpus ordine, aptè, numero, & cum decoro moveatur, non video cur debeat reprehendi, modò in tempore, moderatè, ac citra offenſionem fiat. Quemadmodum enim canere licet, & ad gratias Deo agendas & laudes ejus celebrandas poſſumus uti cantu, ita etiam moderata ſaltatione, gaudium & lætitiam animi teſtari poſſumus. David porrò coram arca Domini publicè ſaltavit: & puellę victoriam ejus de Go- C liatho choreis & cantibus celebraverunt. Maria item ſoror Moſis, ſtrato & interfecto Pharaone, cũ aliis mulieribus choreas duxit, & ἐπινίκιον cecinit. Quare cùm ſancti viri & caſtæ mulieres uſi ſint choreis, non poſſumus eas natura ſua vitioſas dicere. Sed quod hodie fit, ut viri unà cum mulieribus permiſta ſaltent, ferri non debet: quoniam hæc fomenta & incitamenta ſunt laſciviæ ac libidinum. Maria ſoror Moſis non ſaltavit cum juvenibus, verùm ſeorſim inter mulieres. Neque David cum mulieribus choreas duxit: & D puellæ quæ victoriam ejus celebrabant, inter ſeſe, non cum viris ſaltabant. Iam verò qui toto animo atque omnibus viribus Deum amant, non ſolùm debent mandata ejus obſervare, ſed etiam omnes vias præcidere, quibus illorum obſervatio impediatur. Noſtræ autem choreæ, evidentiſſimæ ſunt occaſiones tranſgreſſionum divinæ legis. Laquei ſunt & ſcandala, non tantùm ſaltatoribus, verumetiam ſpectatoribus: irritant quippe atque inflammant cor hominum, ſatis alioqui pravum ab ipſa origine: quódque magno ſtudio & induſtria reprimendum eſt, id E chorearum illecebris excitatur. Si quis profectò aut ſeipſum velit conſulere, aut experientiam, aut rationem, inveniet hujuſmodi ſpectaculis animi cupiditates non parum accendi & inflammari, & animadvertet viros ab illis minus bonos, & mulieres minus caſtas domum redire. Adhæc pericula potius cavenda ſunt, quàm alenda. Nam ut Salomon ait, Qui periculum amat, in illud incidet.

Saltatio per ſe ac natura ſua non eſt vitioſa.

2.Sam.6.16.

1.Sam.18.7.
Exod.15.20.

Saltationes hodiernæ vitioſæ ſunt.

Rationes contra choreas noſtrorum temporum.

Eccl.3 27.

65 Verùm aliquis objiciet, quod adeò obſint F choreæ moribus, & libidinem accendant, id temerè ac per accidens fieri: judicium verò de unaquaque re faciendum eſſe, non ex his quæ per accidens acceſſerint, ſed ex iis quæ per ſe inſunt. Reperiuntur quidam tam caſti & incorrupti, ut hæc ſpectacula poſſint animo integro & caſto ſpectare. Id confiteor nonnunquam evenire poſſe, verùm addo non eſſe accidentia omnia ejuſdem generis. Quædam enim ſunt, quæ admodum raro contingunt, quædam ἐνδεχόμενα, quæ tam adeſſe poſſunt alicui rei natura ſua, G quàm abeſſe. Quædam verò ſunt quæ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, hoc eſt, ſæpe ac ex majori parte ſolent evenire. Hæc poſtrema in omni re debent conſiderari ac æſtimari quàm diligentiſſimè: nec attendendum eſt quid poſſit, ſed quid liceat fieri. Ariſtippus in purpura ſaltavit: & reprehenſus, excuſavit, ſe illa ſaltatione nihilo factum fuiſſe deteriorem, ſed potuiſſe in illa mollitie animum philoſophorum retinere. Sed tales voces non ſunt audiendæ, quia ut Demoſthenes ait, & à H Iuriſperitis citatur, non eſt conſiderandum, quid interdum quiſpiam faciat, ſed quid ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ fieri conſueverit. Facito aliquem adeò caſtum, ut illecebris hujuſmodi nihil moveatur, quomodo interim conſulitur populo & multitudini? An ſinemus alios omnes propter unius aut alterius integritatem periclitari? Sed ita, inquiet aliquis, aufer etiam conciones, & ſacramenta: multi enim audiunt quandoque verbum Dei ad ſuam condemnationem, & multi ad judicium ſuum edunt & bibunt ſacra myſteria. Hic ſcire oportet quædam ad ſalutem hominum conduce- I re, ac verbo Dei præcepta eſſe, quæ nullo modo auferri debeant. Quædam verò eſſe ἀδιάφορα, quæ ſi videamus ad perniciem vergere, non ſunt ferenda. Legem Dei habemus de concionibus audiendis, & Sacramentis percipiendis: de choreis verò ducendis, nihil præcipitur: quamobrem hæc non ſunt inter ſe conferenda. Sed choreis & ſaltationibus, nonnulli aiunt permulta honeſta matrimonia conciliari. Fieri nonnunquam poteſt, ſed ego nunquam in ea ſententia fui, ut vellem matrimonia his artibus coire, quibus tantummodo corporis agilitas & forma ſpectatur. Sunt aliæ rationes multò honeſtiores, illis utamur: & iſta, ut parum caſta & pudica, relinquamus. Cogitemus nobiſcum, honeſta conjugia, etſi nonnunquam ſaltationibus concilientur, multò tamen ſæpius adulteria & ſtupra ex his ſpectaculis ſolere conſequi. Piorum patrum exempla ſequi oporteret, qui ſaltationibus interdum uſi ſunt, at moderatis & caſtis; ita ut ſeorſim viri, & mulieres, choreas duxerint: hujuſmodi tripudiis animorum lætitiam teſtabantur, Deo laudes canebant & illi de aliquo inſigni beneficio accepto gratias agebant. Promiſcuas verò ſaltationes virorum & mulierum, in divinis literis non legimus. At noſtri dicunt, Quis ad hunc modum ſaltet? Hæc dum aiunt, ſeipſos produnt, quid in ſaltando quærant. Huc accedunt effecta ſaltationis, ut habetur in Matthæo, filia Herodiadis in regio convivio ſaltavit. Rex voluptatem cœpit ex ea, quam non potuiſſet citra pudorem palàm videre: nam erat luculentiſſimum teſtimonium prohibiti conjugii & adulterii. Herodes enim ejus puellæ matrem, fratris ſui uxorem duxerat. Ex ea ſaltatione ſecutum eſt, ut Ioanni caput amputaretur. Multi ſuccenſent nobis, quòd clamemus in ſaltationes, tanquam in res natura ſua prohibitas & malas. Nos viciſſim dicimus, res non eſſe perpetuò ex natura ſua æſtimandas, ſed ex ingenio & abuſu noſtræ carnis. Vinum ſua natura negare non poſſumus eſſe bonum, quod tamen febricitanti non datur: non quòd malum ſit, ſed quod corpori ſic affecto non conveniat. In Exodo, cùm populus vitulum ſibi feciſſet, quem coleret, ſedit, manducavit, bibit, & ſurrexit ut luderet. Quo loco nihil aliud videtur fuiſſe ludere, quàm ſaltare.

Cauſa per ſe & per accidens.
Diſcrimen accidentium.

Ariſtippus.

Demoſthenes.

Multa quædam rerum diſtinctio.

Quæ ſint honeſtæ ſaltationes.

Mat.14.6.

Effecta chorearum improbatarum.

Exod.32.6.

66 Sed ne ſolus hæc dicere ac ſentire videar, addam nonnulla teſtimonia Patrum. Auguſtinus contra Petilianum cap.6. Nugaces, inquit, & laſcivas ſaltationes, Epiſcopi ſemper ſolebant coercere. At hodie nonnulli ſunt Epiſcopi, qui choreis interſunt, & unà ſaltant cum mulierculis, tantùm abeſt, ut hoc vitium coerceant. Idem Auguſt. in Pſalm.32. dum ea verba exponit; In pſalterio decem chordarum pſallam tibi: decem illas chordas facit decem mandata, & cum de ſingulis aliquid dixiſſet, poſtremò venit ad Sabbathum, de quo ſcribitur, Memento ut diem Sabbathi ſanctifices. Non dico, inquit, ut delitieris, quemadmodum Iudæi ſolent. Melius eſt enim toto die fodere, quàm ſaltare die Sabbathi. Chryſoſtomus Homilia 56. ſuper Geneſin, cùm ageret de nuptiis Iacobi, Nuptias, inquit, audiſtis, ſed non choreas, quas ibi appellat, diabolicas: & multa in eodem loco habet pro noſtra ſententia. Et inter cætera ſcribit, Sponſus & ſponſa corrumpitur ſaltando, & tota familia fœdatur. Rurſus Homilia 48. Vides, inquit, nuptias, choreas non vides. Nam illa tempeſtate non perinde atque hodie laſciviebant. Et multò plura habet in 14.cap. Matthæi, ubi de ſaltatione filiæ Herodiadis ad populum loquebatur: & inter cætera dicit, Hodie Chriſtiani homines non dimidium ſui regni, non caput alienum, ſed ſuam ipſorum animam tradunt in perniciem. Et ſubdit, Vbi laſciva ſaltatio inſtituitur, ibi diabolum unà ſaltare. In Concilio Laodiceno ſcribitur, Non convenit hominibus Chriſtianis, ſaltare in ſuis nuptiis. Prandeant & cœnent graviter & moderatè, gratias Deo agentes de nuptiarum beneficio. In eodem Concilio etiam habetur, Clerici non accedant ad ſpectacula vel in theatro, vel in nuptiis. Poſſunt quidem nuptiis intereſſe: at poſtquàm acceſſerint θυμελικοί, hoc eſt, cantores & citharœdi, qui ſaltationibus inſerviant, ſurgant & abeant, ne ſua præſentia videantur eam laſciviam probare. In Ilerdenſi Concilio, quod habitum eſt ſub Symmacho & Hormiſda Papis, ac Rege Theodorico, idem ſtatuitur, ne Chriſtiani ſaltent in nuptiis. In Altiſſiodorenſi verò Concilio, quod fuit ſub Papa

Auguſt.

Exod.20.10.

Matt.14.6.

Concilium Laodicenum.

Concilium Ilerdenſe.
Concilium Altiſſidorenſe.

Deus dedit, hoc videtur ad clericos contrahi. Ibi e-
nim cavetur, ne clerici in convivio vel cantent, vel
ſaltent, quaſi cęteris aliquo modo id liceat. Idem ſen-
Scholaſtici.
tiunt quidam Theologi Scholaſtici in 3. Sentent. di-
ſtinct. 37. qui prohibitiones iſtas tantum referunt ad
dies feſtos. Richardus de Media villa, choreas duce-
rere in diebus feſtis graviſſimum ait eſſe peccatum,
quaſi aliis diebus permittatur. Sed longè gravior eſt
ſententia Patrum, & ſanorum Conciliorum, quàm
iſtorum hominum, qui perniciosè relaxant, quę con-
trahenda eſſent, cùm habeant periculum animarum
conjunctum: nec tantùm periculum, ſed lapſus graviſ-
ſimè dolendos. Videntur attamen iſti hanc ſuam ſen-
tentiam, qua prohibent ſaltationes diebus feſtis, mu-
tuari ex ll. Civilibus. In C. quippe tit. De feriis L.
Dies feſtos. Relaxamus quidem otium diebus feſtis,
ſed nolumus homines detineri voluptatibus. Proin-
de ſaltationibus ſive libidinoſæ fuerint, ſive compa-
ratæ ad voluptatem, non licebit uti diebus feſtis.

Æmilius Probus.
67 Sed videamus quid Ethnici homines hac de
re ſenſerint. Æmilius Probus in vita Epaminondæ
ait, Canere & ſaltare apud Romanos parum honori-
ficum fuiſſe, cùm apud Græcos ſummo in precio ha-
Saluſtius.
beretur. Saluſtius in Catilinaria ſcripſit, Semproniam
quandam mulierem laſcivam & impudicam, canere
& ſaltare fuiſſe doctam, elegantius quàm honeſtæ
matronæ conveniret. Atque ibi duo hæc inſtrumen-
Cicero.
ta luxuriæ appellat. Cic. in 2. de Offic. habet, virum
honeſtum & probum nolle in foro ſaltare, etiam ſi
eo modo poſſit ad maximum patrimonium perveni-
re. Et in Oratione quam habuit poſt reditum in Se-
natum, Aulum Gabinium inimicum ſuum, vocat ſal-
tatorem calamiſtratum, contumeliæ cauſa. Lucio
Murenæ criminis loco eſt objectum, quòd in Aſia
ſaltaſſet. Regi quoque Deiotaro, idem objectum eſt.
Cicero pro Murena reſpondet, Nemo ſaltat ſobrius,
niſi forte inſaniat, neque in ſolitudine, neque in con-
vivio moderato atque honeſto. In Philippenſ.
idem Cicero exprobrat Antonio inter cætera vitia
ſaltationem. Apparet autem non idem fuiſſe
Orientalium & Occidentaliũ hominum diverſitas temperamenti.
Orientalium hominum ingenium atque Occiden-
talium: illi animo alacri ſunt, & agilibus corporibus
utuntur, eoque ſaltationibus magis delectantur.
Nam, ut alios taceam, David rex publicè ſaltavit. Et
2. Sam. 6. 16.
qui hodie ad nos veniunt è Syria, teſtantur Chriſtia-
nos, qui degunt in illis regionibus, die Reſurrectionis
Domini, nec non aliis celebribus feſtis, venire in
templum cum lyris & citharis, & Pſalmos inter ſeſe
cantare, ac unà ſaltare. Spiritus quippe illorum ſunt
agiliores, noſtratium vero graviores. Sobriè tamen
& modeſtè ſaltare illos aiunt, ſeorſim viros, & ſeorſim
mulieres.

De Veſtibus & Ornatu.

In Gen. 3. 21.
68 Dominum videmus veſtes primò frugales &
modeſtas hominibus dediſſe, quæ uſum, non delitias
aut luxum reſpiciant. Cum autem in omnibus juſti-
tia, decorum & modeſtia ſit obſervanda, hic docemur
idem in veſtibus agendum, quarum finis eſt utilitas
& honeſtas. Id eſt obſervandum, ne ibi aut quoad ma-
teriam vel quoad modum & formam, debiti limites
excedantur. Quod hi ſint fines veſtium patet: Adam
primo fecit ſubligacula, quia eum puduit nuditatis,
ergo honeſtas. Deus ideo veſtivit, quia Adamum erat
objecturus inclementiæ cœli, ergo utilitas. Iudæi
fimbrias habuerunt, & ſacerdotes proprium genus
veſtium. Adhæc æquum eſt, ut inſtitutum, ætas &
ſexus in hoc diligenter expendantur, nec temerè à
patrio more diſcedatur. Quod inſtitutum ſit ſervan-
Deut 22. 5.
Num 15. 35.
dum, demonſtrant variæ veſtes ſacerdotibus deputa-
tæ, quodque diverſimodè prophetæ veſtiebantur
quàm plebei: ſexus item, quia mulier non debet uti
virili veſte, neque vir muliebri: ætas, aliter juvenes,
aliter ſenes: Patrius mos, quia Iudæi fimbriis uteban-
tur. Quàm verò peccetur laſcivo habitu à viris, con-
1. Pet 3. 3.
1. Tim. 2. 2.
jectemus ex Apoſtolis Petro & Paulo, qui mulieri-
bus interdicunt uſum pretioſarum veſtium, ſuper-
fluum crinium ornatum, ut auro vel gemmis impli-
centur aut texantur, quarum tamen ſatis eſt colorata
excuſatio, ut viris placeant: igitur quanto magis hæc
in maribus ſunt reprehendenda? Si ideo introductus

A eſt uſus veſtium, ut cohiberetur irritatio ad laſciviam,
unde pudor fuerat à Deo datus: illi admodum ſunt
arguendi, qui veſtium forma exquiſita, munditie, aut
mollitie, vel vanitate idem malum provocant. Cavea-
tur etiam omnis ſuperſtitio, vel veſtibus ulla tribua-
tur ſanctificationis vis. Attendatur hic & Dei boni-
tas, qui ut hominem jam ſuo vitio inclementiæ cœli,
frigori & pluviis factum obnoxium juvaret, munivit
veſtibus.

69 Quod autem ſcribitur, Eam quæ nupta eſt, In 1. Cor. 7. 34.
B curare ut placeat viro: aliqui ad cultum & ornatum
Ornatus mulierum, quandoque eſt bonus, quandoque malus.
referunt, qui revera ſi ſe intra fines contineat, ut A-
poſtoli dixerunt, ne ſit intortis crinibus, auro, gem-
mis, vel precioſa veſte, verbo Domini non adverſa-
tur. Atque ſua natura neque bona res eſt, neque ma-
la. Nam poſſumus eo cùm benè tum malè uti. Bonus
perſæpe eſt adhibendus, verùm non per ſeipſum, ſed
alterius conjugis vitio. Sunt infirmiores mariti, qui
uxorem non cultam neque amabunt, neque illa una
C erunt contenti. Heſter ornabat ſe, ac in ſacris literis Heſt. 5. 1.
non arguitur. Non ſua vanitate aut inani deſiderio
placendi ea faciebat, ſed mariti vitio. Sic etiam ma-
ter, quando puer non vult à fletu deſiſtere, ſubinde
cantillat, & interdum ſaltat: non quòd illam hæc per
ſe delectent, ſed pueri culpa, videt hæc adhibenda eſ-
ſe. Cavenda tamen ſunt peccata, quæ in hujuſmodi
cultum poſſunt incidere: Ne quo ad ſumptum mo-
dus excedatur, ne affectu vano et fortaſſe inhæreatur
pravo exemplo, & ad ſolicitandam ſpectantium libi-
D dinem. Idcirco Heſter dicebat, ornatum ejuſmodi Heſt. 14. 6.
ſibi eſſe inſtar panni mulieris menſtruatæ. Vel his
Contra uxorios.
verbis, Vt placeat conjugi, molliores notantur mari-
ti, quòd nimium ſint uxorii, & ideo non rarò ea de
cauſa peccent. Proinde ab Auguſtino dicti ſunt non
mariti, ſed ardentes amatores. Non tamen creden-
dum eſt vitio verti, quo ad honeſta, uxoribus nonni-
hil concedere: cùm præcipiatur ad Epheſios, Viri di- Eph. 5. 25.
ligite uxores veſtras, quemadmodum Chriſtus dile-
xit Eccleſiam, qui ſemetipſum pro ea tradidit. Vxoris
Vxoribus non nihil concedendum.
E viciſſim eſt, ut ea facere ſtudeat quæ vir imperat: quo
pacto ſi ei placere cupiat, non vituperatione, ſed lau-
de proſequenda eſt. Omnia quæ commemoravimus
poſſunt Apoſtoli verbis denotari, quòd in matrimo-
nio uterque conjugum alteri curet placere. Sed rur-
ſus moneo, iſta matrimonio minimè convenire per ſe
ac ſua natura, quando fuerint vitioſa: ſed tunc ei te-
merè, vel (ut dicunt) per accidens conjungi.

De Fuco.

F 70 Nunc operæpretium erit aliqua de fucis diſ- In 2. Reg. c. 9.
Tractatus de fuco, partitio, Nominis interpretatio.
ſerere, an liceant. Primò à nomine auſpicabimur: po-
ſtea de re ipſa docebimus: deinde rationes adduce-
mus, quibus aliqui conantur uſum medicaminum
hujus generis approbare: mox contrarium & affirma-
bitur & probabitur: Ad extremum rationes prius ad-
ductæ ſolventur. Quod ad primum attinet, Fucus
Latinis eſt inſectum perſimile apis, imò putatur à
nonnullis apis eſſe imperfecta, nec plenè abſoluta.
Caret aculeis, neque mellificat, ſed mel apum ſtre-
G nuè comedit. Vnde per translationem fuci dicuntur,
otioſi & ignavi homines, qui cùm laborem omnem
exhorreant, affatim nihilominus & bibunt & come-
dunt. Vnde quidam opinati ſunt vocem deductam
ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, quod eſt comedere. Propter hoc vitium,
apes illos ab alveariis abigunt. Vnde Virgilius, in-
quit, in Georgicis:

Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent.

Accipitur item fucus pro colore, quo panni & lanæ
inficiuntur. Quemadmodum habetur in l. 1. C. quæ
H res vend. non poſſ. Qua lege ſtatuunt Gratianus, Va-
lentinianus & Theodoſius, quod capitale ſit, vẽdere
lanam aut pannum purpura infectum: quia ſolus Im-
perator eo amictu voluit uti. At nos hic agimus de eo
fuci genere, quod eſt medicamentum ſeu color, quo
facies pingitur, ut ſpecioſior videatur. Ab Hebræis
appellatur *Puc* à verbo *haphac* quod eſt invertere, vel
immutare. Et ſanè vera & elegans eſt etymologia:
quoniam picturis hujuſcemodi, vultus & facies ver-
tuntur ac immutantur, cum longè aliæ appareant,
I quàm ſint naturali conſtitutione. Græce autem ge-
nerali vocabulo hæc appellantur καλλωπίσματα, quod
faciunt ad ornamenta & mundum muliebrem.
Dicunt

Digitized by Google

Dicunt etiam φῦκος unde Latinis fucum deductum arbitror:non autem ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, uti ſuperius ex aliorum ſententia retuli. Speciatim verò Ceruſſam vocant ψιμύθιον & στίμμι, quod nos ſtibium nominamus: purpuriſſum verò ἐρυθρὸν. Habent & aliam vocem, cujus meminit Plin. lib. 23. cap. 4. nec non Tertullianus in libro de cultu fœminarum, nempe Calliblepharum ex eo dictum, quòd palpebras reddat & ſupercilia venuſtiora: Et hæc de nominibus. Nunc ad rem ipſam veniendum eſt, quæ non poteſt melius cognoſci, quàm ex propriis cauſis.

Fuci finis quis.

71 Finis hujuſmodi lenocinii eſt, conciliare pulchritudinem, ac faciem immutare, quò videatur ornatior, & tegantur vitia, vel inducatur melior forma, quàm à natura habetur. Colores vero præcipui, quibus artifices harum rerum maximè ſtudent, ſunt: aut albor, quem præbet ceruſſa: aut rubor, qui purpuriſſo quæritur: vel nigror uſitatus ad palpebras & ſupercilia, quem præbet ſtibium: croco etiam colorant interdum capillos. Atque ſic ſpectatores fallunt & miro aſtu decipiunt. Hinc loquutio deducitur ſatis familiaris, cùm aliquis dicitur fucum facere. Et in contractibus, pactis & tranſactionibus apponi ſolet: Abſque fuco: id eſt, liberè, candidè, ſimpliciter & apertè. Atq. hæc de fine.

Fuci cauſa efficiens.

Cauſa efficiens & propria, eſt vitioſa cupiditas placendi, quæ interdum à ſuperbia, nonnunquam à libidine incitatur. A ſuperbia, quia nolunt forma ſuperari ab aliis, ſed cæteris longè ſpecioſiores apparere. A libidine, quod magis magiſque velint pulchræ videri, quàm pro modo naturalis formæ: & ita homines, ut ſuam expleant libidinem, allicere. Non me latet vetuſtiſſimos patres, Cyprianum præſertim in libello de Velandis virginibus, tradere, diabolum hujuſmodi ornamentorum fuiſſe inventorem. Cùm enim, ut arbitratur, angeli mali exarſiſſent in fœminas, carúmque corporibus abuterentur, pro turpi mercede permiſſę libidinis, malas haſce artes & fœda ornamenta demonſtrarunt. Vnde ſcribit Cyprianus, Hæc non ſunt membra quæ Deus fecit, ſed quæ diabolus infecit. Satis de cauſa efficienti eſt dictum.

Materia fuci.

At materia nihil fermè aliud eſt, niſi ſordes, hoc eſt, fumus, fuligo, ſpuma, ſputum, & majori ex parte ea, quæ attingere citra faſtidium ægrè quis velit. Quinetiam venena ſæpius admiſcentur, ita ut fucis non tantùm ſpectantium vulnerent animos, veruметiam corpora lædant.

Forma fuci.

De forma nihil eſt quod dicam, quia hæc infinitis modis temperantur, & quot fermè ſunt fucatæ fœminæ, totidem ſpecies fucorum inveniuntur. Dicuntur igitur inficere vultum, quod eſt, ipſum tam colorare, quàm deformare. Dicitur hoc vitium impendiò magis mulieribus ineſſe, quàm viris, quòd mulier ex vitiata & corrupta natura, ſit ſtudioſa formæ & φιλόκοσμος, ut Græci dicunt.

Paulus 2. Papa fuco uſus.

Paulus attamen ſecundus, Romanorum Pontifex, ut Platina ſcribit, à fuco non abſtinuit, cùm eſſet proditurus in publicum, quò etiam facie videretur melior, ſicuti ſtatura fuit admodum procera. Quàm verò id turpe fuerit vicario Chriſti, ut ſe venditabat, alii judicent. Certè Poeta Ethnicus cecinit,

Forma viros neglecta decet. Et,
Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina, compti.

Cæſar.

Cupiebat enim Iulius Cæſar calvitium ſuum occultare, & idcircò ex honoribus, quos ei permultos ſenatus decrevit, recepit lauream animo libentiſſimo, quam ferè hac de cauſa perpetuò uſurpabat.

Maximilla.

Et Hieronymus tradit, Montani prophetidem Maximillam uſam fuiſſe ſtibio: quod nobis indicio eſſe poteſt, quonam illa ſpiritu ageretur. Genus hujuſmodi vitii eſt fictio, nec non mendacium: nam vultum ſibi ad arbitrium fingunt, & pulchritudinem mentiuntur, nec à lenocinio abeſt. Nam cùm dignitatem formæ naturaliter minimè habeant, iſtam, uti poſſunt, aſſimulant. Nec prætereundum eſt, fuiſſe nonnullos, qui faciem aliquando pinxerint, non quò venuſtiores aut pulchriores apparerent, ſed quò magis truculenti, efferati, atque horribiles viderentur, ut de Britannis dicitur, qui glaſto ſuos vultus inficiebant, ut Cæſar lib. 5. belli Gallici refert. Et in India, ubi gemmarum non eſt parva copia, ſolent excavare ſibi carnes, ut loco earum includant precioſos lapides, idque tam in fronte, quàm in genis. Hæc ad naturam fuci

A explicandam ſufficiant; nunc dicendum reſtat, an eo liceat uti.

Fuco uti licere quibus argumentis aliqui probent.

Sunt qui affirment licere, ut multi præſertim ex Scholaſticis, qui potius palpant & adulantur vitiis, quàm ea inſectentur ac extirpare nitantur. Primùm adducunt literarum divinarum quædam teſtimonia, quæ illis favere primo aſpectu videntur: deinde rationibus pugnant.

72 Afferunt ex divina Scriptura primo loco, id quod habetur in 1. ad Cor. cap. 7. Qui eſt cœlebs, cu- 1 1. Cor. 7. 34.
B rat ea quæ ſunt Domini, quomodo placiturus ſit Domino: qui autem duxit uxorem, ſolicitus eſt de iis, quæ ſunt mundi, & quomodo placeat uxori. Innupta curat, quæ ſunt Domini, ut ſit ſancta corpore & ſpiritu: ſed quæ nupta eſt, curat ea, quæ ſunt mundi, & quomodo placitura ſit viro. Licet igitur mulieribus curare, ut ſuis viris placeant, quò illos retinere poſſint, ut ſua uxore contenti ſint. Nam ſi aſpernentur eas, facilè deflectent ad ſcortationes & adulteria. Quare inquiunt, etiam fuci bonus poteſt eſſe uſus.
C Id prætereà huc trahunt, quod in 1. Tim. cap. 2. ſcribitur, ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, hoc eſt, in habitu ornato, & 2 1. Tim. 2. 9.
hoc inquiunt, dicit Apoſtolus, cùm de mulieribus ageret. Prætereà inquiunt, ad Corint. priori cap. 12. 1. Cor. 12. 23.
ſcribi, Membra quæ putamus minus honeſta eſſe 3
corporis, iis honorem uberiorem apponimus: & indecora noſtra copioſiorem decorem habent. Idcircò, inquiunt, Si aliqua ſit deformitas aut in vultu aut in oculis, congruit ut illa impenſius ornemus. Et quia nō ſunt adeò cæci & ſtupidi, quin videant id ſibi val-
D de obſtare, quòd pigmentis & fucis iſtis homines ad libidinem incitantur, aſtutas & ſubtiles quaſdam ſtrophas adinvenerunt, quò ſophiſmatis errorem ſuum pingerent & fucarent.

Quibus rationibus hi, qui fucum tuentur, oppugnent eos qui damnant.

73 Primùm aiunt nos incurrere paralogiſmum à ſecundùm quid, ad ſimpliciter. Cùm enim aliqua 1
quæ ſolicitant homines ad libidinem, peccata ſint, putamus omnia damnanda quæ concupiſcentiam excitant: Quod non ita ſe habet. Et ἴτερον afferunt naturalis pulchritudinis, quæ proculdubiò ipſo a-
E ſpectu incendit pravam concupiſcentiam: nemo tamen dixerit ſpeciem formæ naturalem, ut peccatum Simile.
eſſe traducendam. Dant quidam peccatum interve- 2
nire poſſe: ſed non ex natura ipſius rei, ſed ex adjectis 3
circumſtantiis, hoc eſt, ſi pingentes faciem ſtudeant, ſit cupiant à ſpectantibus turpiter appeti. Vel ſi adeò ſuperbiant & efferantur, ut iis rationibus velint & ſtudeant cæteras mulieres antecellere forma. Tum (aiunt) ex accidente obrepit vitium, non ex fuci natura: Quare provocationem ad laſciviam duplicem
F ſtatuunt, ut ſit vel ſecundùm naturalem conditionem, vel ex vitio intentionis & cupiditatis. Et in iis peccatum concedunt quoad vitiatam voluntatem ac turpe ſtudium: ſed non admittunt peccatum eſſe ex naturali conditione fuci. Addunt prætereà, effectum ejuſdem rationis eſſe, ſive à natura, ſive ab arte 4
proficiſcatur. Vnde nituntur conficere, ſi vitium non eſt in ſpecie naturali, nec etiam eſſe in artificioſa. Simile afferunt de ſanitate, quòd ſit ejuſdem naturę Simile.
G ac rationis, ſive oriatur ex temperamento, & æqualitate humorum naturali, ſive poſtquàm vitiata fuerit, medicorum artificio reſtituatur. Diſtinguunt prætereà inter cauſam & occaſionem: Aiúntque fucatas 5
non eſſe cauſas ruinæ ac ſcandali ſpectatorum, ſed tantùm occaſionem, res autem non ex occaſione, ſed ex propria natura eſſe judicandas: alioqui nihil fermè poſſemus agere, quod non accuſaretur peccati. Nam quæ vel optima ſunt, aliquibus eſſe poſſunt occaſiones lapſus. Nec liceret cuipiam oſtendere vel aurum vel argentum, vel gemmas, quia occaſio præ-
H beretur earum rerum concupiſcendarum: & inde ſequeretur ſpecioſam mulierem nunquam debere pedem efferre domo, ne occaſio eſſet pravæ concupiſcentiæ. Rejiciamus igitur aiunt, quæ ſunt per accidens, & quæ ſunt occaſiones, & ſolùm ſpectemus quæ ſunt per ſe ac juſtæ cauſæ, & ceu vitium peccatúmq; traducamus vitiatam naturam & pravam concupiſcētiam, quæ ſunt veræ cauſę turpium amorum & inſanę libidinis: neque fucos accuſemus, vel naturalem pulchritudinem. Poſtremo aiunt, Naturam colorum & 6
I pigmentorum inficiari non poſſumus, quin Deus crearit: necnon fatendum omnem creaturam Dei bonam eſſe: ideóque ſequi, Chriſtianas mulieres illis

Digitized by Google

poſſe liberè uti. Hęc ſunt, quę ab iſtis afferuntur. Nos
autem è diverſo judicamus iſta minimè licere, quod
tum Scripturis, tum veriſimilibus argumentis probabimus.
Gal.1.10. 74 Paulus cùm cæremonias Moſaicas doceret non
1 Rationes quibus fucus dãnatur. eſſe ad ſalutem neceſſarias, à Iudæis & pſeudoapo-
ſtolis malè audiebat, quod etiam ei ſæpius objiciebatur.
Verùm ille reſpondit, ſi hominibus placerem,
Chriſti ſervus non eſſem. Quã ſententiã oſtendit,
non eſſe laborandum tantopere, ut hominibus placeamus.
At quæ fucantur, in eo videntur proram &
puppim collocare, ut nimirùm hominibus placeant.
Quod ſi non licuit Paulo in cæremoniis, quæ non
fuerunt inventa humana, ſed à verbo Dei ortum habuerunt,
quantò minus iſtis dandum erit, in re pro-
fecta ex humana ineptia, prava cupiditate: vel (ut Cy-
2 prianus voluit) à diabolo? Deinde Chriſtianis maximè
commendatur, ut ſinceritatem & veritatem co-
lant. Etenim debemus epulari in azymis ſinceritatis
& veritatis, ut Paulus pulchrè admonuit. Sed in fu-
1.Cor.5.8. co, neque ſinceritas, neque veritas, locum poſſunt ha-
3 bere. Et Chriſtus ait Matt.5. Non poſſe homines vel
Mat.5.36. unum capillum ſuum facere atrum vel album. At
qui fucis operam dant, nituntur ſuo artificio id oppugnare,
cùm, ad ſuum arbitrium, coloribus vultus &
1.Tim.2.9. capillos inficiant. Paulus quoq. vetuit ad Timotheũ,
4 ne mulieres ornarent ſe intortis crinibus, auro & lapi-
1.Pet.3.3. dibus precioſis. Quòd idem Petrus in ſua Epiſtola
5 cavit. Officium itaque Chriſtianorum eſt, parẽte tã-
tis magiſtris Eccleſiæ. Quòd ſi dixeris, Non memine-
runt fuci aut colorum. At reſpondeo, minus eſſe vitii
in auro, argento, & lapidibus pretioſis, quàm in fuco:
quod ego non ſolus dico, ſed aſſertorem habeo Au-
guſt. in Epiſt. ad Poſſidium, nec non Chryſoſtomum
6 in Mat. Hom.31. Cùm itaque Apoſtoli prohibuerunt,
quod minus malum eſt, id etiam removiſſe intelli-
guntur, quod pro culpa graviori habetur. In Deut.
Deut.22.5. item legitur cap.22. Deum nolle, ut viri muliebri ve-
ſte utantur, nec mulieres virili habitu: hoc enim eſt
ſexum datum à natura diſſimulare, & ſe oſtendere a-
lios eſſe quàm à Deo conditi fuerint. Cùm igitur hęc
diſſimulatio prohibeatur in veſtibus, quare concede-
tur, ut fucis & coloribus propriam formam & figuram
7 vultus fingamus & immutemus? His adjicias, Paulũ
1.Cor.11.5. vetuiſſe mulieres Chriſtianas retecto capite incede-
re, ne ſcilicet decoro & ſpecie capillorum, homines
8 offenderent. Proinde cùm vetuerit ne formam, quam
habebant in capillis, objicerent, quantò magis intel-
ligitur prohibuiſſe, ne pulchritudinem oſtentarent,
qua naturaliter deſtituuntur? Et cùm divinis oraculis
jubeamur, non modò noſtram, ſed aliorum etiam ſa-
lutem providere, quomodo fucis tutò licebit uti, qui
ſunt gladii, venena & ignes juvenum aſpectantium?
9 Vbi eſt obſervantia ejus præcepti, Diligas proximũ
1.Cor.6.20. tuum ſicut teipſum? Paulus cùm apud Cor. multis de
ſcortatione diſputaſſet, ad extremum concludit, Ma-
gnificate ſeu glorificate Deum in corporibus veſtris.
Magnificatur autem Deus de noſtris corporibus, nõ
tantùm caſtitate, verùm etiam ipſius caſtitatis habi-
10 tu. Poſthæc exploranda eſt nobis ratio creationis:
Homines Deus ab initio fecit tantùm naturali cultu
ornatos, ita ut nudi prorſus incederent. Ipſi verò poſt
peccatum ſibi addiderunt ex foliis perizomata, quos
deinde operuit Deus non purpura vel byſſo, ſed ve-
11 ſte pellicea quàm ſimpliciſſima. Vnde videri poteſt,
ſuperflua ornamenta non ex Deo eſſe profecta. Co-
gitemus dehinc fucis tolli picturam Dei, & meretricis
Ibid. verſ.15. aſſumi. At Paulus dicebat, An tollam membrũ Chri-
ſti, & faciam membrum meretricis? Sic & nos inferre
poſſumus, an tollam faciem, figuram, lineamentáque
Dei, & inducam lineamenta, colores & ſpeciem me-
12 retricis? Sic Chriſtus etiam coarguebat hypocritas,
Mat.5.16. quòd facies ſuas deturparent, deformarẽntq. vultum,
ut viderentur jejunaſſe: cùm tamen jejunium, quod
ſimulabant, res juſta eſſet & honeſta ſuo genere.
Quantò minus probari poterit, ut iſtæ ſuas facies cõ-
13 mutent, quò ad turpia poſſint illicere? In Eſa. quoque
Eſa.3.16. 3. cap. Deus vehementer arguit filias Zion, ob nimia
ornamenta, & illas comminatur graviſſimas daturas
eſſe pœnas, ita ut omnia ea convertenda ſint in gra-
14 viſſimam ignominiam. Poſtremò Chriſtianorum non
eſt in carne gloriari: at iſti ſeſe fucando, quid aliud
A quęrunt, quàm voluptatem, & gloriam carnis? Lice-
ret alia permulta ex divinis literis adducere teſtimo-
nia, ſed hęc mentibus piis & non pęſtractis arbitror Argumenta alia ex Patrib. contra fucum.
ſufficere. Nunc argumenta inducam probabilia, quo-
rum, ne ipſe prorſus videar author, carreferam, quæ
Patres hac de re ſcripſerint.
75 Tertullianus duos conſcripſit libellos, unum 1. Ex Tertull.
de cultu, alterum de habitu muliebri. Et in priori
ſcribit, homines fucis ad libidinem invitari, & aperiri
B viam tentationibus, quam potius occluſam oportuit.
Coarguit præterea fucatas mulieres ineptiæ, quòd
turpitudo quò magis occultatur, eò plus detegitur.
Et cùm teſtatus eſt, Deum non condidiſſe prius ho-
mines pictos aut fucatos: interrogat, an cum iſtis co-
loribus & fucis demum ſint à mortuis excitandæ?
Quòd cùm credibile non ſit, monet ut abſtineant,
cùm talia neque cum reſurrectione, neque cum pri-
ma formatione conſentiant. An Deo inquit, excide-
runt iſta genera ornamentorum, qui ea in creatione
C non dederit? Certè potuit ille iſta vidiſſe, quæ vos in-
veniſtis, ſed ea non dedit, quia diſplicuerunt. Non
ſuadet quidem Tertullianus, ut mulier tota ſqualeat
ac ſit immũda: verùm docet mulierũ cultum ſimplici
munditie conſtare. Et ſanè Chriſtiani, ut inquit, mo-
deſtiam & humilitatem profitentur: Hæc verò gene-
ra ornamentorum, omnino ad ſuperbiam ſpectant.
Nulla etiam (inquit) mulier ſancta, quæque in divi-
nis literis commendetur, poteſt monſtrari ad hunc
modum ſe ornaſſe: quocircà reſtat vitium eſſe, quod
D nullo præclaro exemplo defendi poteſt. Vtque Pau- 1.Cor.7.34.
lus dicebat, diſcrimen eſſe inter nuptam & virginem:
ſic licet nobis dicere, diſcrimen eſſe debere inter an-
cillas Chriſti, & ancillas diaboli. Ancillæ diaboli, cùm
impudicæ ſint, iſtis picturis utuntur. Quare ancillæ
Chriſti, ab illis refugere debent, quò ſe magis oſten-
dant earum diſſimiles. Certè ſi Chriſtianæ mulieres
ita ſe velint colorare ac fucare, quid obſecro matrona
differet à meretricibus? Nam & illæ cum primis iis fi-
ctionibus & mendaciis formam ſuam commendant.
E Docet præterea Chriſtianæ pudicitiæ non ſufficere,
ut re ipſa exiſtat & habeatur, ſed etiam requiri, ut
ipſo habitu ac vultu appareat. Et tantam oportere
vim eſſe fidei, ut ab animo eructet in habitum. Atque
idcircò mulieres Chriſtianas ait eſſe delapſas ad fu-
cos & colores, quia fides in eis emollita eſt & effœmi-
nata. Origenes Tom.2. Hom.4. ex variis locis Scriptu-
ræ, hoc nomine, inter alia, fucatas mulieres taxat, 2. Ex Origen.
quòd mortuis coloribus vivam faciem delineant:
& affirmat eas hæc facere in contumeliam Crea-
F toris.
76 Cyprianus etiam hac de re ſcribit ſermone 5. 3. Ex Cyprian.
de Lapſis, & in libro de Habitu virginum, Tertul-
lianum imitatus, à quo etiam plurima deſumpſit ad
verbum: quamvis diverſo propoſito ſcripſiſſe videa-
tur. Quoniam ipſe tantùm de ſacris virginibus ait,
Tertullianus verò generatim eſt loquutus, nimirùm
de cultu fœminarum, & habitu mulierum omnium.
Adduxit is pater in hoc taxãdo vitio admodum ele- Simile.
gans ſimile à pictore deductum, qui ſi aliquod ſi-
G gnum elaborarit, aliúſque ſupervenerit qui alios co-
lores & lineas adjecerit, id cùm deprehenderit, quàm
indigniſſimè ferat. Ita inquit, Deus, cùm pro ſuo ar-
bitrio noſtra corpora finxerit, fucos & alienos colo-
res, quia ab hominibus ſuperinducuntur, ægrè fert &
deteſtatur, quòd iſta videantur ad ſui operis emen-
dationem, vel potius impugnationem, ſpectare. Ni-
gro inquit pulvere lineamenta oculorum pingis,
cùm te Deus aliter fecerit: & quod acerbius eſt, ad-
dit: Quæ ſe ita pingunt, Chriſtum induere non poſ-
H ſunt. Facit illas utique à ſalute alienas, cùm à ſan-
cta Chriſti unctione ſeparet. Et contra eas quæ per-
hibent ſe caſtum & pudicum habere animum, ſcri-
bit; An ſi ſcires venenatum eſſe potum aut cibum,
& quempiam videres comedere aut bibere nihil Simile.
citra peccatum ſileres? Veruntamen non modò ſi-
les, verumetiam venenata & lethalia propinas, &
oculis haurienda exponis. Alia præterea ſunt hu-
jus generis apud Cyprianum, quæ brevitati conſu-
lens prætereo. Ambroſius in libro de Virginibus, 4. Ex Ambroſ.
I hoc vitium reprehendens inquit: De adulterio
vultus meditantur adulterium caſtitatis. Illa-
rum etiam reprehendit amentiam, cùm ſubdit;
Dum

Digitized by Google

Dum maritale judicium verentur, ſuum ipſarum
produnt: & quæ aliis placere ſtudent, ſe priores ſibi
diſplicuiſſe teſtatur. Niſi enim ſibi diſplicuiſſent, &
aliquid in ſeipſis deſideraſſent, non quæſiviſſent ſuas
facies meliores fucis reddere. Poſteà ſubjicit, quid-
dam ut exiſtimo hyperbolicum, quia ut verba ſonant
minimè verum eſt. Dicit enim adulteria externa, id
eſt, corporis, magis eſſe tolerabilia, quàm adulteria
vultus: quòd hic pudicitia, ibi verò natura adultere-
tur. Et in lib. 6. ſcribit, Eſt pictura vitii, non decoris:
fraudis, non ſimplicitatis: fallit & decipit. Et quæ ſic
ornatur, viro non placet, qui alienum eſſe decorem
intelligit, non ſuæ uxoris proprium.

5. Ex Chryſoſt. 77 Et Chryſoſtomus Homil. 31. in Matth. virum
hortatur, ut uxorem ab hoc vitio deterreat, oſtenden-
do placidis verbis, fucatas facies minimè ſibi place-
re, ſed illas ſupra modum averſari, quod id ſit hujuſ-
modi pigmentorum, ut venuſtas mulieres deturpet
potius quàm ornet. Et porrò inquit, magna voluptas
eſt, faciem talem videre, qualem Deus creavit: Cum è
diverſo improbetur vultus alienus à natura ſua, ru-
brica & ceruſſa plenus. Deformitatem autem induci
ſic demonſtrat, quòd labia purpuriſſo tincta, rictum
urſæ cruentum referant: atrà ſupercilia ſint, quaſi ad
ollam culinariam fuerint attrita: albæ genæ, ut parie-
tes dealbati ſepulchri. Quòd ſi quis dixerit, aliquas
mulieres ita fœdas eſſe, ut abſque fucis prodire non
audeant: reſpondet, fruſtrà eis utuntur, quia natura
ſuperat artem. Quod ſi ſpecie ſunt fœda, non id con-
ſequentur e ſua pictura, ut tandem quales ſint, non
agnoſcantur. Adhæc, ipſa deformitas probro caret, fu-
catio verò deprehenſa, ignominiâ ſemper notatur.
Eccleſ. 11.2. Scriptum eſt Eccleſ. cap. 11. Ne vituperes virum in
aſpectu ſuo, neque laudaveris virum in ſpecie ſua.
Quare macula ſeu fœditas aliqua in vultu, non ita
exhorreſcenda: quia, ut inquit, ſi formoſa mulier &
fœda æquis lancibus expendantur, & incommoda
hinc inde penſentur, non facilè plura deprehende-
tur habere deformis quàm formoſa. Deinde ſi mari-
tos doceant mulieres ita fucatas adamare, non eos ad
ſe allicient: ſed potius ad meretrices impellent, quæ
impendio talibus artibus ſunt inſtructæ. Perinde
Simile. facere ſcribit mulieres, quæ ſuas facies pingunt, at-
que ſi ſtatuam auream cœno aut limo aſpergerent.
Certe non poteſt fucis & coloribus externis effingi
forma quæ Dei ſimilis ſit, cujus proculdubiò colo-
res aliunde, quàm à ſtibio vel ceruſſa, vel purpuriſſo
petendi ſunt: Cùm ipſas merces fucare non liceat,
quanto minus vultum? Ac ſi poſt emptionem depre-
hendatur vitium, contractus rumpitur, & datur actio
redhibitoria: certè ſi quis emerit virginem, alioquin
non empturus, ſi poſteà deprehendatur vitiata, em-
ptio reſcinditur, & datur actio redhibitoria. Iſtæ au-
tem ſe credunt impunè viros eos fallere, qui fucis de-
cepti ſe putant pulchras ducere, cùm deformes uxo-
res accipiant.

6. Ex Hieron. 78 Hieronymus contra Helvid. ſcribit. Hæc ad
ſpeculum pingitur, & in contumeliam creatoris co-
natur eſſe pulchrior, quàm nata eſt. Et in Epiſt. ad
Lætam de inſtitutione filiæ, ubi hiſtoriam cujuſ-
dam mulieris graviter percuſſæ retulit, quod filiam
fucis illiniverit, eos, qui talia faciunt, violatores tem-
pli Chriſti appellat. In Epiſt. verò ad Furiam de vi-
duitate ſervanda, fucationem oſtendit adverſari pœ-
nitentiæ, cui debent Chriſtiani tota vita ſua incum-
bere. Et affert exemplum peccatricis mulieris, quæ
lachrymis ubertim fluentibus, Domini pedes abluit,
cóſque crinibus abſterſit. Non habuit inquit, eos ſti-
bio fuliginatos. Deinde ceruſſam & purpuriſſum vo-
cat ignes juvenum, fomenta libidinum, impudicæ
7. Ex Auguſt. mentis indicia. Sed ad Auguſtinum venio, qui hanc
rem in Epiſt. ad Poſſidium ex profeſſo tractavit. Ille
quæſtionem ei propoſuerat: An interdicenda eſſent
mulieribus omnis generis ornamenta: huic reſpon-
det, ſe nolle ut de ornamentis auri, aut veſtis precio-
ſæ præproperam habeat ſententiam, ut ſcilicet, ea o-
mnibus interdicat. Sed fucari inquit pigmentis, quò
mulier vel candidior, vel rubicundior appareat, adul-
terina fallacia eſt, qua etiam ipſos maritos non dubi-
to nolle decipi. Hinc facilè colligimus, non licere ta-
libus uti picturis, cùm ſint adulterinæ fallaciæ, nec
tantùm adulterinæ, ſed etiam pernicioſæ, quia in

A fraudem ſpectantium proponuntur. Deinde in fœ-
mina non poteſt non eſſe vitioſum, quòd virum de-
cipiat. Hæc Auguſtinus. Quibus addemus ex Pauli 1. Theſ. 5. 22.
ſententia, non tantùm à malo cavendum eſſe, verùm
etiam à ſpecie mali. In fucis autem adeò perſpicua
eſt mali ſpecies, ut negari non poſſit. Certè in divinis
literis, nunquam ſtibium accipitur in bonam partem. Stibii nomen in ſacris literis infame.
Hieremiæ 4. cap. & Ezechiel 23. cùm Deus traducit
idololatriam Iudæorum, metaphora ſcortationis uti- Ier. 4. 30.
B tur, aitque ſe adducturum hoſtes adverſus illum po- Eze. 23. 44.
pulum, qui gratia eorum anteà ſtibio ſe pingebat, ut
cum eis turpiter ſcortaretur. Cùm itaque Scripturæ
teſtentur, colores iſtos comparari ſcortationis cauſa,
non ſunt audiendæ mulierculæ fucatæ, quæ ſe præ- Quid de fuco ſtatuendum.
dicant cor & animum caſtum habere. Iam ſatis ad-
duximus teſtimoniorum ex verbo Dei, & ſatis ſupér-
que rationum probabilium ex Patribus. Quid ergo
concludemus? Non omnem prorſus ornatum aufe-
rendum mulieribus: ſtudeant per nos viris ſuis ho-
C neſtè placere, non ſint totæ ſqualidæ & in ſordibus,
abluant immunditiem, expurgent ſordes, at non ſint
ceruſſatæ, purpuriſſatæ, ſtibiatæ, ac denique fucatæ:
Nam id eſt larvas agere, perſonatas incedere, fallere,
decipere, nec non ad libidines provocare. Quid verò
ſentiam de auro, margaritis, & precioſis veſtibus, in De aureis & argenteis ornamentis, itémque de gemmis quid ſtatuendum.
præſentia non ſtatueram diſputare: ſed tamen quia
res conjunctæ ſunt, ſtrictim aliqua de illis perſtrin-
gam. Ex Auguſtini ſententia jam allata, conſtat ea
ornamenta præproperè non eſſe damnanda, atque
D in univerſum tollenda: quia ſunt diverſi gradus, &
variæ hominum conditiones. Non tantùm ſunt in
mundo plebei & vulgares homines, verumetiam Im-
peratores, Auguſtæ, Reges, Reginæ, Principes, Do-
mini & Dominæ, quibus hæc ornamenta quodam-
modo ſunt neceſſaria.

79 Verùm dices, Petrus & Paulus hæc videntur Apoſtolorum ſcopus in reprehendendo faſtu muliebri.
prohibuiſſe: at quid illi ſibi voluerint, perpenden-
dum eſt. Mens eorum fuit mulieres Chriſtianas à va-
nitate, ſuperbia, luxu & nimio ſumptu revocare: & ab
E illa ſententia abducere, quia judicabant, iſta eſſe pro- 1. Tim. 2. 9.
pria, vera & præcipua ornamenta fœminarum: ut 1. Pet. 3. 3.
cùm ita eſſent compoſitæ, non aliud eſſet quæren-
dum, quaſi poſita eſſet in eis prora & puppis. Prohi-
bent ergo iſta non ſimpliciter, ſed ex collatione.
Quemadmodum cùm idem Paulus dicit, non eſſe Eph. 6. 12.
nobis colluctationem adverſus carnem & ſangui-
nem, minimè inficiatur, etiam contra iſta pugnan-
dum. Sed hæc longè minora eſſe indicat, præ pote-
ſtatibus adverſariis, quæ perpetuò nos oppugnant.
F Veluti etiam Chriſtus, cùm de Ioanne loqueretur; Matth. 11. 8.
Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt;
molles & precioſas veſtes minimè ſuſtulit à mundo;
ſed oſtendit, quibus convenirent. Nobis deinde co-
gitandum eſt quibus hominibus ſcripſerint, nimi-
rùm tenuibus, plebeiis, obſcuris, & abjectis: quoniam
ex talibus perſonis Eccleſia plerunque illo tempore
conſtabat: Unde Paulus inquit ad Corinth. priori, 1. Cor. 1. 26.
Videte vocationem veſtram, fratres, non multi nobi-
les, &c. Ut ergo Chriſtianæ mulieres luxum & ni-
G mium ſumptum vitarent, & talia ornamenta pro re-
bus indifferentibus non haberent, ducerentque ſúſ-
que déque uſurpanda, illas ab eis revocant: quo,
miſſo affectu erga illa, quærerent potiora, quæ modò
commemorare longum eſſet. Ea enim in ipſis ſcri-
ptis Apoſtolicis, & in univerſa propemodum ſcriptu-
ra, facilè poſſunt reperiri. Iis ad hunc modum conſti-
tutis, argumenta ſuperius allata ex Scripturis ab ad-
verſariis diſſolvemus.

80 Primum ex Epiſt. ad Cor. 1. ſumebatur, nuptas 1. Cor. 7. 34.
H mulieres curare illa quæ ſunt mundi, ut placeant vi-
ris. At nos id nõ inficiamur: curẽt, ut velint placere vi-
ris, modò id faciãt citra fictionẽ ac mendacium, & de
ſeipſis cogitẽt, an ita vellẽt decipi & falli, ut pro viro 1
pulchro & formoſo, ducerẽt fœdũ ac deformem. Di- Argumentorum fucum approbantium confutatio.
cebant item, Si viri alienentur ab uxorib. ob defor-
mitatẽ, facilè in adulteria incidẽr. Ad hoc reſponſum
eſt, fucis probos maritos potiùs alienari, quàm conci-
liari uxoribus. Deinde ſi non abſtinent ab adulteriis
metu Dei, & authoritate verbi ejus impulſi, nec non 2
I humanis legibus moti, & periculis gravibus deterriti,
multò minus temperabunt ſibi propter fucos indu- 1. Tim. 2. 9.
ctos. Quódq. adducebatur ex Epiſtola ad Tim. licere 3

mulieribus eſſe ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, non rectè ab adverſariis exponitur, Quia αἰδοῦς ibi eſt modeſtum & honeſtum, quod ſequens verbum indicat, quia ſubjicitur, In verecundia. In fucis autem nulla eſt verecundia, imò potius impudentia minimè tolerabilis. Locus præterea proponebatur ex 1. ad Corinth. quòd membris quæ turpiora ſunt, honorem abundantiorem impendamus. Vnde concludebatur, ſi qua ſit macula in corpore ſeu vultu, licere illam ornare & fucare. Primùm ſpectanda nobis eſt mens Apoſtolica, cùm hæc ſcriberet. Equidem nihil aliud ſibi voluit, quàm firmiores in Eccleſia, qui membra Chriſti videntur indigniora & obſcuriora, non eſſe abjiciendos & calcandos, ſed potius fovendos atque ornandos: ex eo deducto ſimili, quod in externo corpore ita fieri conſueverit. Quod dicit Apoſtolus, honorem apponi turpioribus membris, ad fucos pertinere non poteſt, quia illi nequaquam ſunt ornamenta, ſed potius fictiones ac fallaciæ. Quis deinde quæſo honos adhibetur membris turpioribus? is nimirùm ut contegantur. Nam cavemus, ne videri poſſint, vel aliis pateſiant. Contegant ergo & illæ vultum, ſi fœdum putant, minúſve decorum. At dixerint, non in omnibus regionibus ea conſuetudo, ut facie contecta mulieres incedant. Hoc ſi fieri non poteſt, æquo animo ferant fœditatem aut turpitudinem ſibi divinitùs inflictam. Quid ſi natæ fuiſſent claudæ, aut gibboſæ? Certè non poſſent hæc emendari, ſed ferenda eſſent. Studeant itaque naturaliter deformes, virtutibus & moribus quàm honeſtiſſimis ſe commendare, atque approbare. Hæc ad loca ſcripturæ: nunc ſophiſmata ſunt diluenda.

1.Cor.12.23.

4

1

Adverſariorum confutationes explosæ.

81 Primùm dicebant, nos paralogiſmo peccare, à ſecundùm quid, ad ſimpliciter. Etenim quia nonnulla reperiuntur ad libidines incitantia, quæ non poſſunt negari eſſe peccata, ideò nos arbitrari, omnia vitioſa eſſe, quæ pravas concupiſcentias excitent. Sed hoc falſum eſſe affirmant & [illegible] afferunt naturalis formæ, quæ inflammat intuentes, nec tamen in ea quis dixerit vitium ineſſe. Ad iſtam calumniam reſpondemus, non eſſe parem eandémque rationem formæ naturalis & fucatæ. Quia ſpecies naturalis peccati accuſari non poteſt, cùm ſit opus Dei. Deinde, quæ natura formoſa eſt, non dedit operam, ut hoc donum aſſequeretur. At quæ vultum fucant, id maximè quærunt, ut cùm pulchræ non ſint, nihilominus tales videantur, & ſimul detegunt ſuum corruptum animum, & dant indicia pravæ concupiſcentiæ. Aiebant præterea nos uti paralogiſmo accidentis, quòd judicemus de actione minime ſecundùm ejus naturam, ſed ex accidente, quòd eam conſequitur, hoc eſt, ex circumſtantiis, quæ circà rem ponuntur, & illi accidunt. At hoc dicitur, cùm accidentium ſive circumſtãtiarum duplex ſit genus: unum cõmune, quòd à re vel plerũque, vel quandoque ſeparatur; aliqua verò ita fixa & conſtantia, ut minimè abjungantur, ex his quæ ſunt hujus ſecundi generis, actiones humanas jure meritóque probari vel improbari. Vt quia crapulæ id firmiſſimè connexum eſt, ut cor aggravet, ideò, ut peccatum condemnatur. Ebrietas etiam, quia amovet homines à mente, ad libidinem incitat, nonnunquam etiam ad furorem concitat, proptereà peccatis accenſetur. Id etiam attulerunt, peccatum eſſe in rebus, vel ex naturali conditione, vel ex utentium affectu: ait in fuco ex naturali conditione nihil ineſſe mali, ſed tantùm incidere peccatum ex corrupta utentium voluntate. At ſi hanc regulam ſequeremur, uti perpetuam & certam, multa ſceleratè facta defenderemus, ut indifferentia, quę tamen à Scripturis & à judicio ſanorum virorum condemnantur. Nam ſi reſpicias in adulterio naturæ conditionem, quid aliud obſecro ibi eſt, quàm conjunctio maris & fœminæ? Dicemus itaque talem conjunctionem peccatum non eſſe? Imò eſt graviſſimum ſcelus, quòd ibi homines haudquaquam ſuis, verum alienis conjungantur. Quæ conditio ſic annexa eſt adulterio, ut citra illam committi non poſſit. Furtum quoque, ſi naturalem intuearis actionem, eſt rem de loco ad locum aſportare, & à perſona quapiam in aliam transferre. Sed non committitur furtum in hiſce actionibus, niſi res fuerit aliena, & Domino invito attrectetur. Quare circumſtantię vel accidentia fixa, tanti momenti ſunt, ut penes illa peccatum eſſe judicetur, id quod agitur. Imò penes illa ſæpe commutatur peccatorum forma. Nam ſi quod alienum eſt, auferatur invito Domino, furtum committitur: quòd ſi rem ſacram tollis, vel de loco ſacro amoveas, jam non furtum, ſed ſacrilegium perpetratur. Dehinc aſſumebant, rem, ſive proficiſcatur à natura, ſive ab artificio, ejuſdem eſſe rationis. Proinde cùm detur & naturalis forma, & artificioſa, quoniam altera reprehendi non poſſit, quaſi peccatum ſit, nec etiam altera improbanda erit. Artificioſa verò & naturalia ejuſdem eſſe rationis ex eo probant, quòd ſanitas, quæ naturalis eſt, & ea quam medici ſuo artificio reſtituunt, ejuſdem ſunt conditionis & proprietatis. Verùm ſic argumentando falluntur. Nam falſum eſt ejuſdem eſſe conditionis artificioſa & naturalia, & ſimile adductum minimè conducit: quia non artificioſa, verùm naturalis eſt ſanitas, quæ per medicos reſtituitur. Ipſa natura eſt, quæ ipſam producit adjuta medicinis & pharmacis, unde medicus miniſter naturæ appellatur. Et ſi natura ita ægrotat, & prorſus deſtituta ſit viribus, nihil medicus poteſt efficere. Sed ne videar cavillari, facito ejuſdem eſſe conditionis, tum rogabo, an quia forma naturalis provocat ad libidines, ideò ſtudendum erit, ut fucis & picturis id vehementius fiat? Deinde non eſt verum, eadem utrinque effecta produci, quia naturale temperamentum veram efficit pulchritudinem: fuci verò & pigmenta, parant aſſimulatam, fictam, & ementitam.

2

3

Accidentium diſcrimen.

Ebrietas.

4

Naturalium ab Artificioſis diſcrimen.

82 Contendebant iidem, diſtinguendam ſeparandámq. veram cauſam ob occaſione. Id utiq. facilè dabimus, negantes attamen id quod aſſerunt, de actionib. minimè judicandum eſſe juxta occaſiones: quoniam id, etſi aliquando, non tamen ſemper verũ eſt: quandoquidem occaſiones magnam vim habent, & juxta illarum differentiam multa probantur, necnon vituperantur. Tantam habuit Deus rationem occaſionum ut propter eas, leges permultas ediderit. Cur voluit univerſum populum Iſraeliticum ad unũ convenire locum, ſacrificiorum & adorationis ergo? Certè ne daretur occaſio ſchiſmatis in religione, ſi pro ſuo arbitrio ad loca diverſa homines conveniſſent. Nam in variis locis quiſq. pro ſuo arbitrio rem ſacrã feciſſet, non ad præſcriptum divinę legis. Neque alia de cauſa repudium conceſſit, niſi ut viris truculentioribus trucidandarum uxorum occaſio auferretur. Vetuit etiam matrimonia cum idololatris & alienigenis, ne occaſio daretur corrumpẽdæ ſanę religionis. Hinc facile cognoſcimus, quanti Deus occaſiones fecerit: apparetque non eſſe verum quod iſti ſumunt, de actionibus humanis judicandum non eſſe iuxta occaſiones. Quanti etiam faciendæ ſint occaſiones, Rom. leges docent. Siquidem in libro ff. titulo, Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, ſtatuitur, ut dominus quadrupedis, aut animal id dedat quod nocuit, aut æſtimationem damni perſolvat. Et in Tit. ad legem Aquiliam, multæ pœnæ infliguntur occaſionibus, & iis quæ per accidens conſequuntur, ſi præceptor nimis in diſcipulum ſævierit, ita ut poſteà de ſalute periclitetur, ea lege tenetur, cùm tamen ipſe voluerit docere, non lædere aut vulnerare. Tenetur item medicus, ſi non rectè nervum ſecuerit, cùm de voluntate illius non ſit dubitandum. Is quoque punitur, qui mulas gerendas & gubernandas acceperit, & poſteà illarum impetum, vel per inſcitiam vel per infirmitatem non valuerit ſuſtinere, unde damnum fuerit conſequutũ, cùm tamen infirmitas & imperitia culpam utcunque relevent. Verùm leges attendunt, illum ſibi conſcium infirmitatis & imperitiæ, non debuiſſe illam provinciam ſuſcipere. Et jaculatores per luſum, ſi occiderint ſervum tranſeuntem per viam publicam, lege Aquilia tenentur: nec non ii qui foveas faciunt, ut Cervos aut Vrſos capiant, ſi fortè homines aut jumenta in eas ceciderint, puniuntur. Item ille dat pœnas, qui appoſitus cuſtos inflammatæ fornaci obdormierit, & ignis extra fornacem excitarit incendium: quamvis occaſio non cauſa fuerit incendii. Hinc ergo ſatis liquet, peccata judicari etiam occaſiones damnorum. Vnde vulgò ſententia decantatur, qui cauſam dat, damnum videtur dediſſe. At dicent adverſarii, nos de cauſa non agimus, ſed de occaſione.

5

Occaſiones quanti momenti videantur.

Occaſio quid differat à cauſa.

At di-

Occaſio duplex.

At dicant iſti obſecro, quidnam ſit occaſio? Ea certè quoque cauſa eſt, etſi non integra & perfecta. Portò quemadmodum ſcandalum eſt duplex, datum inquam, & acceptum: ita & occaſionem dicemus duplicem, acceptam inquam, & datam. Occaſio accepta dicetur, ex eo quod cùm quiſpiam dat operam, ut rectè agat operetúrque ad præſcriptum legis, alii occaſionem arripiunt obtrectandi & detrahendi bonis ejus inſtitutis. Hoc caſu qui rectè facit, minimè peccati eſt inſimulandus, neque propter obloquentes à bono incœpto debet deſiſtere. At ille occaſionem dare dicitur, qui aut malè agendo, aut non abſtinendo à quibus poſſet, vel ſuo exemplo, vel alia ratione quẽpiam incitat ad peccandum. In hac porrò claſſe fucatrices mulieres reponendæ ſunt: quoniam ſcandalizant & offendunt parum honeſtè agendo, & ab eo non deſiſtendo, à quo ſibi poſſent facile temperare. Cùm enim eas non lateat multos è ſpectatoribus eorum fucis inflammari & perire, nolunt tamen ſibi ab illis temperare: præſertim cùm in iis rebus & levis culpa, imo quandoque leviſſima damnetur. Veluti quod herum, ſi ſervum ſuum videat alium percutere aut occidere, Aquilia teneri dubium non eſt, ut ait Vlpianus l. in lege Aquilia, ff. eodem titulo. Etenim ſcientiam & viſum pro patientia accipi, quòd ſcilicet non prohibent cum potuerint: Paulus Iureconſul indicat in l. ſeq. ff. eod. tit. Non eſt itaq; verum, quod iſti ſumunt, nunquam eſſe judicandum ex occaſionibus: cùm omnia evitari debeant, quæ ſcandalo & occaſioni eſſe poſſunt, juxta eam quam adduxi declarationem.

6

83 Dicebatur prætereà non poſſe licere juxta noſtram ſententiam, vel aurum, vel gemmas oſtendere, ne ſpectatores earum rerum in pravas cupiditates incidant, illáſque optent vel per injuriam ſuas fieri. Ad hoc reſponſum eſt, magnum eſſe diſcrimen inter fucos & ſpeciem naturalem, cujuſmodi eſt in auro, argento & gemmis, quæ interdum eſt neceſſe, ut videnda exponantur: ut in regia corona, principalibus conviviis, & certis aliis de cauſis. Ad hæc objiciebatur, ſi hoc pacto res ſe haberet, nunquam poſſe licere mulieri præditæ naturali forma pedem domo efferre, ne occaſio fiat pravarum cupiditatum. Ad hoc reſpondemus, optimum eſſe factu, ſi puellæ ſpecioſæ, ac decoræ matronæ, ſeſe, quantum fieri poteſt, domi contineant. Vnde ſymbolum aut ἱερογλυφικὸν ſignum honeſtæ matronæ fuit apud Ethnicos, teſtudo, eò quòd illud animal in ſua cruſta perpetuò lateat. Et Paulus taxavit viduas, quæ per domos vagantur. Meminerint, Dinæ male cecidiſſe, quæ diſcurrerit ut indigenarum mulierum cognoſceret mores & habitus. Salomon quoque mulierem impudicam eſſe vagabundam ait, honeſtam verò, quæ domi deſideat. At dixeris, eſt quandoque progrediendum ad ſacras conciones, ad conſolandos afflictos & ægrotos, præſertim ſi cognati fuerint. Fateor hæc neceſſaria eſſe officia, in quibus obeundis mulieres ita prudenter ſe gerant, ut ſuam formam non jactent, ſed modeſtè potius diſſimulent: quòd ſi poſteà contingat aliquid mali: excuſabuntur quòd non pravæ aut interdictæ rei operam dederint. Objiciebatur ad extremum, has Dei creaturas eſſe, & idcircò indifferentes, unde concludebatur, nos illis poſſe uti: ſed regerimus rectè quidem uti licere, ſed non abuti. Si firmum eſſet hoc argumentum, epulones & ebrioſi excuſarentur. Dicerent enim: panis & alii cibi, necnon vinum, Dei ſunt opera, igitur eis pro noſtro arbitrio utamur: & fabricatores idolorum prætexerent, marmor, ebur, aurum, argentum, ligna, eſſe Dei creaturas, & hinc dicerent ſibi licere pro ſua voluntate illis uti. Dicebat Paulus. Omnia mihi licent, non tamen omnia expediunt. Etenim quicquid agimus, ad gloriam nominis Dei, & ad proximorum ædificationem conducat, oportet. Et hæc ad argumenta & ſophiſticas rationes adverſariorum reſpondiſſe ſufficiat.

7 **Formoſæ matronæ manus.**

1. Cor. 6. 12.

Capvt XII.

Præceptum octavum: Non furtum facies. Ac primùm de furto, ſacrilegio, plagio, &c.

In Roman. 2. verſ. 21. **Furtum quid.**

A QVOD attinet ad furtum, i. quando aliena detinemus invito domino, vel aliena per injuriã ad nos pertrahimus, vel noſtra, cùm opus eſt, non diſtribuimus. Ac multæ aliæ ſunt furti ſpecies. Sed in decalogo illud ſervatur inſtitutum, ut ſumma tantùm proponatur, eáque pinguior & craſſior, in qua intelligere debemus omnes ejus partes. Caput & ſumma furtorum eſt πλεονεξία: quemadmodum in voluptatibus turpioribus exprimitur tantùm adulterium: ſub quo B ſpecies omnes immunditiæ comprehenduntur. Sic quod attinet ad idololatriam, interdicitur omne genus falſi cultus: cùm tantùm exprimatur is: qui craſſior eſt. Prohibetur enim alienus Deus & interdicuntur ſculptilia, & varia ſigna. Quare noſtrûm eſt, cum præceptum ex Decalogo nobis effertur, ut videamus quæ ſub illo vitio comprehendantur. Deinde radix perquirenda eſt, & contra eam pro viribus pugnandum. πλεονεξία vel furtum inde oritur, quòd Deo diffidimus, veremúrque ſemper, ne quippiam deſit. C Adulterium verò, omniſque carnis immunditia ex cupiditate voluptatum oritur: ut Chriſtus expreſſit, cùm diceret: Si quis viderit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt in corde ſuo. Et adverſus iſtam concupiſcentiam luctari nos oportet: atque de homicidio Chriſtus itidem nos monuit, ut iram, quaſi ejus radicem excinderemus. Sacrilegium autem eſt ſacra temerè attrectare aut, uſurpare ſibi, quæ Deo ſunt dicata, aut nomine voti, ſeu anathematis debita. Edictum erat Iudæis lege, ne parcerent D idolis: Nam omnia debuerunt evertere & demoliri. At illi ducti avaritia, ſibi ea reſervabant, atque in propria compendia vertebant. Ita peccavit Acham, necnon & Saul cùm viciſſet Amalek. Contra Moſes, dedit virtutis præclarum exemplum, quando vitulum aureum non ſolùm confregit, ſed etiam comminuit in pulverem, atque projecit in torrentem. Nam ſi reliquiæ idoli extitiſſent, fortaſſis Iſraelitæ, ut inſaniebant, eas coluiſſent. Poteſt quidem Reſpublica & magiſtratus noſter, ea quæ ſuperſtitio- E ſa ſunt auferre, & eorum precia in uſus pios & bonos convertere: Privatis verò hominibus, hoc minimè conceditur. Sed Hebræis generaliter interdictum fuit, ne res hujuſmodi conſervarent, & præſertim quas anathemati devoviſſent.

Quid in quoque præcepto Decalogi ſpectandum ſit.

Mat. 5. 28.

Sacrilegium quid.

Lex lata Iudæis de idolis demoliendis. **Deut. 12. 3.** **Ioſ. 7. 1.** **1. Sam. 15. 8.** **Exod. 32. 20.**

Magiſtratus noſtri quid facere poſſint de ſuperſtitioſis donariis.

2 Furtum non erat capitale: ſed ſi reperiebatur furtum in manu furis, reddebat furtum: ſin verò mactaſſet vel vendidiſſet, quatuor boves pro uno reddebat, & quinque oves pro una. David tamen F capitale fecit: meretur mortem inquit, & vult octo reddat iuxta grammaticas regulas (eſt enim *Arbathaiim* dualis numeri) quanquam Chaldæus interpres, & aliquot ex Hebræis, pro quadruplo accipiant. Quid reſpondebimus? duplex affertur reſponſio. Prima eſt, legem communi & æquabili ratione ſervari debuiſſe: at in manu Iudicum poſitum fuiſſe, ut pœnas augerent vel imminuerent pro ratione circumſtantiarum. Circumſtantiæ quæ fuerunt, propter quas David pœnam au- G xit? Qui furatus eſt, fuit dives: prætereà furatus eſt pauperi, quod etiam cauſam aggravat. Ex magnis cumulis, aliquid auferre non tantùm eſt: Aufert illi unum quod in omnibus chariſſimum habuit. Quare? ut hoſpitem ſuum, fortè malum virum benè accipiat, & lautè cum eo epuletur: non ergo mirum videri debet, ſi pœnas auxit. Imò dicis, hoc eſt mutare legem Dei, de qua Deus dicit, ne quid addas aut detrahas. Dicunt: Non adduntur verba, manet lex ſalva. H Sed quia Legiſlator omnes caſus exprimere non poteſt, factum eſt, ut in manu relictum ſit Iudicum, vel aggravare vel imminuere ſententiam. Illud autem grave eſt, quòd augetur eò uſque ut quod capitale non eſt, capitale faciat. Dicere potuiſſet: Si non ſatis eſt ſolvere quatuor vel octo, ſolvat decem, viginti, &c. Altera reſponſio eſt, quòd dicunt iſtam dicendi formulam Davidis, non ſic accipiendam quaſi plecti capite voluerit, ſed ad emphaſim exprimendam hyperbolè uſum eſſe: quaſi I dicat, poſſet videri reus mortis, non quòd capitali ſupplicio eum affici vellet. Iudex audito aliquo gravi facinore dicit: Is meretur mille mortes, cùm

2. Sam. 12. 5.

Deut. 4. 5. & 12. 32.

An ſententia Davidis pugnet cum lege. **Exod. 22.**

A tantùm una ex legibus poſſit infligi. Facit iſtud ad
exaggerandum crimen : non reddit orationem fal-
ſam,ſciunt enim omnes quid ſibi velit. Hoc ideò li-
benter dico, quia ſi dicimus in ſacramento Euchari-
ſtiæ tropum eſſe,dicunt nos propoſitionem; Hoc eſt
corpus meum,falſam reddere. At tropus orationem
falſam non reddit. Tam verus eſt tropus quo hic Da-
vid utitur,ut juramentum etiam interponat. Vtra-
que reſponſio eſt probabilis. Eo loco video Spiritum
B Sanctum eſſe abuſum lingua Davidis, quemadmo-
Lex quandoq. furem occidit. dum proverbio dicitur, ἡ γλῶσσα ἁμαρτάνουσα τ' ἀληθῆ
λέγει. Filius mortis erat, nam erant capitalia flagitia
quæ commiſerat : & octuplum erat reddendum,hoc
eſt,multùm erat perſolvendum. Durum ſanè vide-
tur, ut peccatum furti damnetur morte : attamen co-
Exod.22.2 gitare debemus in lege illa Exodi idem conſtitutum
fuiſſe, ut ſi noctu fur veniſſet armatus, velletque ali-
quid rapere, impunè eſſet eum occidere. Hoc caſu
cùm ponatur dives pauperi rapere unicam agnam,
C videtur vis adhiberi, non dolus, non ergo mirum ſi
augetur pœna,ac morte dignus judicatur. De qua-
Reſtitutio quadrupli. Luc.19.8. druplo autem reddendo, non modò legem habe-
mus, ſed etiam exemplum Zachæi, Luc 16. Si quid
aliquem defraudavi, dicit ad Chriſtum, reddo qua-
druplum. Non dicit ſe reddere duplum:ſed quò ma-
gis officium præſtaret, pœnam ſibi duriorem delige-
Proverb 6.30. Septupli reſtitutio. bat. Rurſus locus eſt Prov.6. ubi Salomon dicit : Fur
deprehenſus reddet ſeptuplum. Quo in loco videtur
poſſe colligi, in manu judicum fuiſſe ut pœnam au-
gerent, ſiquidem hoc tempore fures ſeptuplum red-
D debant. Aliqui reſpondent, ibi non accipi præcisè
numerum reſtituendæ ablatæ rei, ſed cogendum fu-
rem,ut perfectam faciat reſtitutionem. Ibi compo
nebat peccatum furti & adulterium:declarare voluit
gravius eſſe adulterium. Si fur non quærit aliud
quàm ut famem expleat,non eſt ei ignominioſum;ſi
deprehenditur, cogitur ablatum reddere : adulter ſi
deprehendatur, capitali ſupplicio afficitur. Quod ad
An David plus quàm quadruplo punitus? 2.Sam.16.22. 2.Sam.12.19. & 13.28.& 18.14. & 1.Reg.2.25. Deut.24.7. Exod.20.16. Gen.37.28. Mat.27.5. Deut.24.7. In Gen.37. verſ.25. Plagii crimen capitale. reſtitutionem quadrupli,videtur David non tantùm
punitus, quoad quaternarium, ſed ultra octona-
E rium : Nam decem ejus concubinæ ab Abſalomo
conſtupratæ ſunt:quanquam verò ipſe non eſt inter-
fectus, videtur tamen ad magnas cruces reſervatus.
Quatuor filii ſunt abſumpti, is quem ex Bethſaba
ſuſtulit. Deinde Ammon,poſteà Abſalon,tandem
Adonias.

3. Plagii verò crimen in lege civili,ut Digeſt.libr.
48.habet,fuit capitale:& in Deut. idem legis. Crimi-
nis gravitatem adhuc declarant pœnæ à Deo pro-
F pterea adhibitæ. Hac culpa fatentur Hebræi, ſe in
Ægypto per multos annos fuiſſe à Pharaone vexa-
tos. Chriſti verò venditio,ad ſuſpendium adegit Iu-
dam,& ejus emptores tandem cum toto regno malè
perdidit. In libr.Zahor, ubi preces habentur, quas
Iudæi repetunt in die Chippurim, quando pro
expiatione jejunatur, mentio fit decem Rabbino-
rum agni nominis, qui ab Adriano Cæſare ſunt in-
terfecti : Interrogavit enim illos Cæſar,quam pœ-
nam ſumeret illorum lex de eo qui Plagii tenere-
G tur:illi prudenter reſponderunt ex Deuter. crimen
hujuſmodi eſſe capitale. Tunc Cæſar illos intere-
mit, inſimulans quod hujus criminis tenerentur.
Quem verò ſit cauſatus illos vendidiſſe liberum ho-
minem, ibi non exprimitur, ſed in Thalmud ut
Chriſto detrahant, quando narrant id factum, di-
cunt fuiſſe Ioſephum : & ne abſurda videantur dice-
re,ſcilicet, poſt tot tempora fuiſſe iſtos punitos pro-
pter ſcelus tam antiquum,abſurdiora proferunt,ſcili-
cet μετεμψύχωσιν: volúntque animas decem fratrum
H Ioſephi migraſſe in iſtos decem Rabinos. & ideò ſic
illos eſſe punitos.

De Beneficentia & Hoſpitalitate.

4 Inſignis eſt locus 1. Cor. 16. quo libertatem &
In 1.Cor.16.4. beneficentiam docemur, ex quo & conſimilibus re-
felluntur Anabaptiſtæ,qui prædicant inter Chriſtia-
nos omnia eſſe debere communia. Quia juxta ſen-
Rerum communitas exploditur. Vide libr. de votis. tentiam illorum, non opus fuiſſet adhortari fideles
ad eleemoſynas erogandas : nam quiſque acciperet
I unde liberet. Sed cùm ſacræ literæ nobis eleemoſy-
nas commendent, apertè indicant unumquemque
ſuarum rerum poſſeſſorem eſſe, licet fructum & u-

A ſum inde provenientem, proximis qui egent, com-
municare teneatur. Videmus etiam eo loco non re-
ſtitiſſe Paulo Eccleſiam Corinthiorum, dicendo:
Quid tu nobis narras de Hieroſolymitanis? Nónne
habemus noſtros pauperes, quos alere debeamus?
Sinas ut noſtra erogemus noſtris. Sed cum Paulum
audiviſſent ſtatuere,non ſatis eſſe cuique Eccleſiæ ut
ſuos paſcat, quin teneatur & fratribus qui ſunt ex a-
liis Eccleſiis ſubvenire modò facultas detur,id facilè
B acquieverunt : Nam etſi ordinata debeat eſſe chari- *Ordinata debet eſſe charitas, non tamen in anguſtum contrahenda.*
tas,non tamen ita contrahenda eſt, ut eam ſuis tan-
tummodò proſpicere oporteat. A ſuis quidem inci-
piendum eſt, ſed non oportet ibi ſiſtere. Deinde in
eleemoſynis diſtribuendis, attendenda eſt pietas in-
digentium. Vnde Paulus ad Gal. dicebat: Operemur *Gal.6.10.*
bonum ad omnes, maximè verò ad domeſticos fidei.
Adhæc habenda præſertim ratio eſt eorum, de qui- *Quis ordo ſit obſervandus in eleemoſynis.*
bus verbum Dei disertè præcipit : ut ſunt pater, ma-
ter,uxor,liberi,atque miniſtri Eccleſiæ. Tertio loco,
C ſpectanda eſt neceſſitas : Nam aliqui caſus interdum
occurrunt,ubi ſalva conſcientia non poteſt auxilium
differri, quo tempore pater, mater, & reliqui quibus
tenemur ex verbo Dei, atque pii homines utcunque
ferre poſſent.ſed alienus qui occurrit,ea premitur an-
guſtia,& in eo eſt diſcrimine,ut præteriri non poſſit.

5 At extra hujuſmodi neceſſitatis caſus, ordo ſer-
vandus eſt,ut eis in primis benefaciamus,quos Deus
nobis conjunxit quavis neceſſitudinis ratione. Vnde
Auguſt.lib.1.de Doctrina Chriſtiana inquit; Si fortè
D fortuna duos haberes obvios æqualis pietatis, atque
neceſſitatis, & tantùm haberes quo ſolùm alteri eo-
rum ſubvenire poſſes, ita conſtitutus in ancipiti ni-
hil melius ageres, quàm ut ſortitò deligeres utri be-
nefaceres. Sic inquit exiſtimabis,quadam ſorte hunc
vel illum ex Dei voluntate tibi adjunctum eſſe ali-
quo neceſſitudinis gradu. Quia cùm naſcimur,nemo
noſtrûm ſibi deligit quos collegas, amicos,inimicos,
parentes aut propinquos habere debeat : ſortitò cui-
que iſta veniunt, & tenetur quiſque ſibi conjunctis
E benefacere, atque illi dicuntur proximi. Quæ vox
non eſt contrahenda tantummodò ad generis, pa-
triæ aut locorum conjunctionem. Nam quod
Græci dixerunt πλησίον, Hebræi *Rehe*, & Latini
proximum, intelligendum eſt de his qui nobis qua- *Proximus quiſnam intelligatur.*
cunque occaſione Deo volente occurrunt ac jun-
guntur, & ad nos referuntur, ſive hoc fiat cognatio-
ne,ſive amicitia,ſive itineris occurſu:illis proximi de-
putamur, quibus quocunque modo nos Deus aſſo-
ciat,& adjungit. Quod patet in eo homine,qui de-
F ſcribitur in parabola Domini ab Hieruſalem deſcen- *Luc.10.36.*
diſſe in Iericho. Is malè acceptus eſt à latronibus,qui
cùm eſſet Hieroſolymitanus,proximus ejus pronun-
ciatus eſt à Domino Samaritanus,qui tamen diverſæ
religionis ab eo erat, & ad regnum diverſum perti-
nebat. Fuit ei proximus, quia Deus ipſum illi occur-
rere voluit. Eo itaque caſu,cùm præſens eſſet neceſſi-
tas, quæ differri non poterat, nec alius eſſet qui ſub-
veniret:is fuit proximus, qui auxilium non diſtulit.
Probatur etiam proximi nomen, non tantummodo
G genus atque cognationem ſpectare : quoniam Elias
ivit in Sareptam Sidoniorum, & à vidua panem pe- *1.Reg.17.11. Exemplum Eliæ.*
tiit & aquam. Illa voluiſſet ordine charitatis uſitato
agere, ut illud parum quod ſupererat, & ſibi & filio
reſervaret : verùm propheta inquit : Abeas,& mihi
primùm facito. Mulier itaque cum vellet ratione
conſueta charitatis agere, privata verbi Dei admo-
nitio impedivit : quæ tamen non fuit injuſta : quan-
doquidem illum & prophetam, & virum Dei vi-
dua cognovit. Quòd ſi quæſiveris, undenam
H cùm eſſet alienigena, id intellexerit? Non poſ-
ſumus dicere aliud, quàm divino impulſu id a-
ctum fuiſſe, quod ex eodem capite apparet. Nam
Dominus Eliæ dixit : Præcipiam viduæ ut te paſcat.
Quamobrem pro ſalute animæ proximorum po- *1.Reg.17.9.*
nere tenemur, non tantùm facultates, verùm & a-
nimas : hoc eſt vitam, ut Ioannes teſtatus eſt cùm
diceret, nos debere pro fratribus animam ponere:
quemadmodum & Chriſtus. Sed quod attinet ad *1.Ioan.3.16.*
corporum ſuſtentationem, primùm oportet ut glo-
I ria Dei ob oculos incurrat, quam prout exiſti-
maverimus alicujus opera promovendam eſſe,
ita oportet noſtras largitiones eſſe propenſiores.

Quamobrem

Digitized by Google

Quamobrem videmus hanc viduam, pio inſtituto ſe ac filium primùm reſpexiſſe, ſed poſtea cum intelligeret hunc eſſe prophetam, & ad gloriam Dei maximè ſpectare ut ſuſtentaretur, primas ei partes conceſſit: cùm tamen ex promiſſione audiviſſet, neque ſibi, neque filio defuturum unde alerentur. Ex dictis jam liquet, charitatem habere ordinem, neque tamen intra limites anguſtos contrahendam eſſe.

6 Sed cùm de eleemoſynis agatur, occurri debet errori, tam craſſo quàm vulgari, quo putant homines, etiamſi gravibus criminibus involvantur, nec pœnitentiam agant, æternam vitam conſequi poſſe, modò eleemoſynas liberaliter diſtribuant. Illud autem ſubinde obtrudunt, quod habetur in Luca 11. ca. Date eleemoſynas, & omnia munda ſunt vobis. Qui locus diligentem excuſſionem requirit: Nam illud verbum ἐστὶ & indicativi modi eſſe poteſt, nec non imperantis. Si modo indicativo accipiatur, dicemus, Datis eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis: id eſt, cum ſitis pleni ſcelerum, rapinæ dediti, & interim aliquid eleemoſynæ pauperibus datis, omnia vobis putatis munda eſſe, quaſi locutio iſta ſit ironica: Sin verò legamus, ut vulgò interpretantur, per modum imperativum, affert nobis Auguſt. in Enchiridio ad Laurentium interpretationem hujuſmodi: ut cùm dicitur Date eleemoſynam, id faciendum intelligamus, incipiendo à nobiſipſis, ut primùm convertamur ad Deum, atque tunc omnia erunt munda? Nam dicitur: Miſerearis animæ tuæ placens Deo. Ita ut in danda eleemoſyna, in primis nosipſos Deo elargiamur, atque tunc omnia munda erunt, juxta id quod alibi docuit: Facite arborem bonam & fructus ejus bonos. Tertia eſt interpretatio, ut dicamus Chriſtum ſermonem conſeruiſſe inter Scribas & Phariſæos, cum quibus prandebat: Hi autem calices & patinas ante omnia curabant, ut eſſent mundæ. Suadebat Chriſtus è diverſo, ut externam munditiem parum curarent; & inquit: Cùm rapina & fraudibus graviter onerati ſitis, ea mundate quæ ſunt intus, purgate corda & conſcientiam, quod fieri non poteſt, niſi fide adhibita. Scriptum eſt enim: Fide purificans corda eorum. Quod verò attinet ad externas actiones, eleemoſynas date, atque tunc omnia vobis erunt munda. Non quoad externa, ſive patinæ mundæ fuerint, ſive calices abluti, ſive non non, conſcientia nil melius aut deterius habet: Quare vobis conſcientiæ ſunt abluendæ fide, atque in proximos vos oportet eſſe liberales. Objicitur & in epiſtola ad Hebræos 13. cap. quod hoſtiis hujuſmodi promereamur Deum. Sed Græcè habetur εὐαρεστεῖται quod ſignificat hilariter afficitur, aut placidè habet. Et hoc facilè damus opera miſericordiæ grata eſſe Deo, atque illi benè placere: ita ut ipſis libenter oblectetur, quando à piis exercentur. Non tamen his operibus tribuendum eſt, ut vel Deum placent, vel nobis eum propitium reddant: nam hoc eſſet ſacrificio mortis & paſſionis Chriſti detrahere.

Luc 11.41.
Eccl 30.24.
Matt. 12.33.
Act. 15.9.
Heb. 13.16.

7 Atque nunc de eleemoſynis hæc poſſent ſufficere, niſi quod videmus ſtudium in pauperes erogandi nimium frigeſcere: quòd mendicitas vagabundorum hominum ſatis declarat, quæ inter Chriſtianos homines minimè ferri deberet. In qualibet Eccleſia deceret, ut eſſet delecti viri, qui nomina deſcripta omnium pauperum haberent, diligentérque inſpicerent, & quanta egeſtate premerentur, & quibus laboribus pares eſſent, & ita eleemoſynas diſtribuerent, ut otioſos non alerent, & iis qui laborare nollent, eleemoſynas detraherent. Atque conſultum eſſet, ut publicum in eccleſiis gazophylacium haberetur, in quod eleemoſynæ publicè deponerentur, & quiſque pro ſua tenuitate, non ſolum offerret ſingulo quoque conventu ſacro, ſed ter aut quater in anno adornaret aliquam honeſtam oblationem: & qui præeſſent gazophylacio, non ſolùm oporteret ut hæc diſtribuerent, ſed expenſi & accepti rationem Eccleſiæ redderent. Neque eſt quòd quiſquam prætexat, ſe velle ſuas res pro ſuo arbitrio diſtribuere: quoniam eſt difficile, ut aliquis omnes norit, & per homines ad hoc deputatos res facilius explorantur: ac magis expetendum eſt, ut omnia fiant ordine, quàm temerè. Potuerunt hactenus multa homines impendere in ligna, in ſaxa, & in extructiones inſanas templorũ, in oſſa mortuorum, in peregrinationes, in ſtationes & indulgentias, quæ omnino ſuperſtitioſa erant: qui tamen hodie beneficio Evangelii Chriſti, ab his impoſturis liberati, in pauperes, (viva Chriſti templa) adeo ſunt parci.

De mendicis vagabundis non ferendis.
Remedium quod adhiberi poſſit.

8 Paulus autem ſanctorum in primis meminit: quòd illi inter cæteros maximè egeant, utpote quos mundus odio proſequitur. Rectè etiam addit: Peregrinos: quoniam illo tempore ſancti everſi fortunis omnibus, ſæpe vagi & extorres exulabant. Paulus ergo hortatur Romanos, ut ejuſmodi homines gratis animis, & benigna hoſpitalitate excipiant. Caro non eſt propenſa ad huic hominum generi benefaciendum. Cùm enim videat eſſe miſeros, judicat, nullam ſibi ab illis gratiam rependi poſſe: eóque quicquid confertur in illos, periiſſe putat. Et qui ſequuntur hunc affectum, nihil ducunt eſſe beatius, quàm accipere. Et idcirco nihil libenter dant, niſi unde putent, an tantumdem ad ſe, aut etiam plus eſſet redditurum. Deus in Lege ſæpe commendat peregrinos. Exo. 22. mandat Iſraelitis, ne peregrinos vexent, ſed eos humaniter tractent, quòd ipſi quoque fuiſſent peregrini in Ægypto. Quod illis in memoriam revocat præterita, id nobis quoque prodeſſe poteſt, ſi cogitemus de futuris. Quis enim ita eſt nunc domi ſuæ, ut certò ſciat, ſibi non eſſe aliquando peregrinandum? Et cap. 19. Levitici, præcipitur meſſoribus & vindemiatoribus, ne omnia colligant, ſed aliquid relinquant pauperibus & peregrinis: eóſque Deus jubet à populo ſuo æquè ac ſeipſos diligi. Et cap. 10. Deuter. Deus ſe aſſerit protectorem eſſe ac vindicem orphanorum, viduarum & peregrinorum. Hæc enim genera hominum, illius curæ relicta ſunt. Omnibus quidem hujuſmodi hominibus debemus benevolentiam noſtram: maximè verò, ſi ſint domeſtici fidei. Hæc tanti fuerunt Apoſtolis, Petro, Iacobo & Ioanni, ut quum Paulum dimitterent ad Gentes, & ipſi miniſtraturi eſſent in Circunciſione: pauperes, qui agebant Hieroſolymis, ejus curæ commendarint. Atque illud negotium teſtatur ad Galatas, ſe magno ſtudio procuraſſe. Quod autem eſt in Latino codice: Neceſſitatibus non bene redditur: Nam hac voce Sophiſtæ abuti ſolent: ut doceant, hominem Chriſtianum non aſtringi præcepto Dei, ut opem ferat miſeris, niſi ſint in maxima, vel, ut ipſi loquuntur, in extrema neceſſitate. Paulus autem dixit, uſibus potius communicandum eſt, quàm neceſſitatibus, Neque enim ut benefacias proximo, expectandum eſt dum illa ſumma neceſſitate urgeatur. Nemo enim vellet ſecum ita fieri. Nec tacendum eſt aliquos codices pro χρείαις habuiſſe μνείαις, hoc eſt, memoriis. Atque hujus lectionis Origenes, vel ejus potius interpres meminit. Et Ambroſius ita & legit & interpretatur. Senſus autem erit: Non tantùm pauperibus qui adſint, eſſe benefaciendum, ſed illis etiam qui abſint. Thales enim Mileſius ſolebat dicere: Meminiſſe oportere amicorum non tantùm præſentium, ſed etiam abſentium. Et Apoſtolus inprimis curabat, ut ſanctis qui agebant Hieroſolymis, eleemoſynæ ſuppeditarentur à Gentibus. Nos tamen ſequemur uſitatam lectionem χρείαις: dicimúſque ſanctorum uſibus eſſe communicandum, uſibus inquam, non autem voluptatibus aut delitiis, his enim homines ſæpe redduntur deteriores: deinde etiam ſumptibus hujuſmodi ſupervacaneis, poſſet aliis quoque pauperibus ſubveniri.

In Rom. 12.13.
Sancti præ cæteris egent.
Caro cur à pauperibus abhorreat?
De pauperib. & peregrinis.
Exod. 22.21.
Lev. 19.9.
Deut. 10.18.
Gal. 2.10.
An expectanda ſit extrema neceſſitas in juvandis pauperibus?
Non tantùm præſentium, ſed etiam abſentium miſerendum eſt.
Vſibus pauperum non deliciis eſt communicandum.

9 Neque dantes inquit, aut largientes, ſed κοινωνοῦντες. Eſt enim in eleemoſynis quædam communicatio. Nam ſi ſermo ſit de pauperibus qui erant Hieroſolymis: Gentes ab illis acceperant ſpiritualia, Siquidem verbum Domini è Zion, & lex Dei è Hieruſalem, & ſalus ex Hebræis: ex illa enim gente in orbem terrarum deſtinati ſunt prædicatores Evangelii. Itaque Paulus 2. ad Corinth. capite 8. ait: Vt veſtra copia illorum ſuccurrat inopiæ: útque veſtræ inopiæ viciſſim ſuccurrat illorum copia. Sin autem de aliis pauperibus ſermo ſit, etiam quum illos juvamus eleemoſynis, non parum commodi & utilitatis ad nos redit. Chriſtus enim monet, ut habet Lucas: Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis: ut quum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Sed quid ſi pauperes mali ſint, & ipſi excludantur è regno cœlorum? Hæc intelligenda non ſunt de

In eleemoſynis eſt communicatio.
Eſa. 2.3.
Ioan. 4.22.
2. Cor. 8.13.
Eleemoſynarum remuneratio.
Luc 16.9.

Digitized by Google

hominibus, ſed de operibus. At ſic etiam ſequitur aliud abſurdum, ut vi operum noſtrorum aſſequamur regnum Dei. Reſpondeo: Vt negamus opera eſſe cauſas æternæ vitæ, ſic non inficiamur, Deum remunerari opera bona fidelium, qui jam per Chriſtum ſunt renati. Scimus enim judicaturum eſſe quęque juxta opera ſua. Dicturus enim eſt: Eſurivi, & paviſtis me: ſitivi, & dediſtis mihi potum: peregrinus fui, & collegiſtis me. Datur quidem regnum Dei propter electionem & promiſſa, quæ ſancti percipiunt per fidem: ſed quoniam hæc recondita ſunt ab humanis oculis: ideo proferuntur opera bona, quæ propria ſunt & manifeſta effecta & fidei noſtræ, & electionis divinæ. Hoſpitalitatem inquit, διώκοντες. Id non dicitur, ſine emphaſi. Longè enim majus eſt perſequi hoſpitalitatem, quàm eſſe hoſpitalem. Abrahamus non expectabat dum peregrini domum ad ſe venirent, ut peterent admitti, ut hoſpitium poſcerent: ſed ipſe ultrò egreſſus è tabernaculo circumſpectabat, num alicunde ſeſe offerret aliquis peregrinus, quem ad ſe reciperet domum. Et ſi quis eſſet, accurrebat, orabat ne ſe præteriret. Si inveni inquit, gratiam in oculis veſtris, obſecro, divertite ad ſervum veſtrum. Eodem ſtudio atque animo fuit Lothus, & ferè omnes Patres veteres. Non imponit nobis Paulus his verbis opera vilia & indigna, ſed nobilia & admodum generoſa. Nullus enim unquam fuit vir clarus & princeps inſignis, quin fuerit cupidus benefaciendi aliis, & ſtudioſus hoſpitum. Titus Veſpaſianus ſub noctem quum ſuccurreret, nullum ſe eo die beneficium in quenquam contuliſſe, mœſtus aiebat: Amici diem perdidimus. Et Chriſtus: Reges inquit, gentium dominantur eis, & qui poteſtatem habent in eos, dicuntur benefici: Græcè εὐεργέται. Ethnici quoque videbant, hoſpites Deo eſſe curæ: ideóque Δία ξένιον colebant, hoc eſt, Iovem hoſpitalem. Hanc Dei vim Homerus deſcribit in 2. Odyſſeas. Et Vergilius pulchrè cecinit,

Iupiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

Et naturales affectus erga cives ſolet unumquenque extimulare, ut ſi quis illi occurrat egenus & peregrinus, pro viribus velit opitulari, & illi de hoſpitio providere: Ita nos quoque, ſi fortè ſancti, qui quod ad æternam patriam attinet, cives noſtri ſunt, nobis occurrant, juvare eos debemus & humaniter excipere.

10 Sed quia Iahel viſa eſt jura hoſpitalia & fœdus violaſſe, dubium eſt an illam vel damnemus, vel abſolvamus. Cæterùm, quia omnis controverſia non parum ἐν περιστάσει, hoc eſt, circumſtantia perſonarum pendet, ideo eam ob oculos revocabimus, ac nobiſcum repetemus quinam Kenæi fuerint. Ii ſanè juncti erant ſanguine cum Iſraelitis. Poſteri quippe Hobabi ſoceri Moſis fuiſſe, ſcribuntur. Deinde pietatis & legis divinæ ſtudio cum Hebræis puriſſimè conſentiebant. Nec otioſa fuit eorum fides, imò efficax & actuoſa. Relicta enim patria, per deſerta loca, Iſraelitas, & Deum illorum ducem ſecuti ſunt. Quare tandem unà cum illis hæreditatem in terra Chenaan, cum agri diſtribuerentur nacti ſunt. Iis de cauſis, Iahel ſi conata eſt Iudæos in libertatem aſſerere, officium fecit, nec alieno negotio ſe immiſcuit. E diverſo ita de Siſara cogitemus. Oppreſſor populi Dei erat, jámque divinitus cæſus, ac omnino fractus, nec in ipſo reſipiſcentiæ ullum indicium apparebat: ſed potius idcirco latere voluit, ut conſervatus ex tam præſenti periculo, vires ad perdendos Hebræos rurſus colligeret. Cum Hebero quidem Kenæo ſocietatem utcunque coluit: verùm (ut credendum eſt) parum ſincero animo, nempe ut ipſum à cæteris Iudæis divelleret, quò pauciores hoſtes haberet, neque cum tot inimicis eodem tempore pugnare cogeretur. Aut quo grave tributum, ſeu aliquid optati commodi ab eo ferret. Adhæc ſuo infelici caſu, nullum invocat Numen, preces aliorum non implorat, latibula tantummodo quærit, ubi tantiſper celetur, dum calor & ſtudium victorum aliquantulum remitteret: humaniſque duntaxat auxiliis & fœderibus confidit. Iis ex rebus facile conficitur, & Iahelem officio functam, & Siſaram ita meruiſſe necari.

11 Quod verò attinet ad hoſpitalia jura, nos quoque illa per ſe ac natura ſua, & ſacra & inviolata eſſe debere cenſemus. Hoc Lothus intellexit, quando ſuas filias contumeliis petulantium Sodomitarum exponere voluit, ut ne illis qui ad ſe diverterant, injuriam facerent. Nec ab ejus exemplo diſceſſit ille ſenex, qui Levitam cum uxore hoſpites ad ſe receperat, ut in hiſtoria Iudicum fuſiùs exponitur. Quorum conſilium de prodendis filiabus, quamvis improbo, defenſionem tamen hoſpitum, vehementer laudo. Quin & Gentes Iovem hoſpitalem coluerunt, naturæ lumine agnoſcentes, peregrinos & hoſpites curæ Deo ſingulariter eſſe. Pythagoras quoque hirundines improbavit hoc nomine, quòd ſub hominum tectis aſſiduè hoſpitentur, neque familiares aut domeſticæ ſuis hoſpitibus unquam reddantur. Fuerunt etiam nonnullæ domus aliquando ſceleſtæ, quas non licuit amplius habitare (ut probati ſcriptores tradiderunt) quòd ibi violata fuerint hoſpitia. E diverſo autem ubi Hoſpitalitas benè ac fideliter culta eſt, non tantùm angeli, verùm ipſe Deus aliquando fuit commodiſſimus hoſpes. Chriſtus item ad extremum ſeculi dicturus eſt: Hoſpes fui, & me collegiſtis: ſuos in conſpectu univerſi orbis ab hoſpitalitatis virtute commendans. Neque obſcurum eſt, voluiſſe antiquos, ut inter hoſpites graviſſima neceſſitas intercederet. Ad extremum, Deus in Lege juſſit, ut Hebræi Ægyptios non faſtidirent, aut omnino à ſe repellerent: hoc utique nomine, quod ab initio ſuis majoribus hoſpitium præbuerint. Proinde ſtatuendum eſt, lege univerſali ac ordinaria; jura hoſpitii debere inviolata ſervari. Cæterùm id quoque firmum eſſe oportet, nulla jura, nulláſque neceſſitudines, tam honeſtas, adeóque juſtas eſſe, quin ſi Deus aliter jubeat, ſolvendæ ſint: Nam omnia iſta tantiſper valere debent, quàm diu voluntati divinæ probatur. Quamobrem, cùm Deus hunc Siſaram & Chenaanæos proſcripſerit, volueritque perditos, non potuerunt illis ulla jura juſtè ſervari: Deo enim potius quam humanis rationibus eſt parendum. Hujus autem divinæ voluntatis, Deborah & vates & interpres fuit. Illa proſcriptum oſtenderat à Deo jam Siſaram, & in manum fœminæ vendendum publicè prædixerat.

12 Ad hunc modum Levitæ interficiendis amicis & cognatis Moſen ſecuti ſunt: quibus à Moſe Dei nomine dictum eſt: Conſecraſtis manus veſtras, tantùm abfuit, ut violatarum neceſſitudinum arguerentur. Ieremias item cum Dei juſſu Moabitas occidendos pronuntiaſſet, illos deteſtatus eſt, qui ſeſe ab ea cæde ſubduxiſſent. Maledictus ait, qui facit opus Dei fraudulenter. In Lege quoque mandatum eſt, ut nemini qui ad εἰδωλολατρείαν induxerit parcatur: non patri, non matri, non ei etiam quæ cubat in ſinu tuo. Quis hic non videat neceſſitudines quàm arctiſſimas eſſe contemnendas, ſi voluntas & verbum Dei ſeſe interpoſuerit? Abrahamus filium juſſus eſt mactare, unicum ſanè, de quo promiſſionem ampliſſimam acceperat. Præcepto videbatur obſtare divina promiſſio & neceſſitudo paterna, & nihilominus adverſus iſta, urgente verbo Dei, filium occidere debuit. Ita putandum eſt, omnes homines quamvis conjunctos, victimas eſſe Deo, quotquot ille interfici juſſerit. Quocirca in Eſaia 34. ſcribitur, victima eſt Domino in Bozra. Qui verò præpoſtera clementia contra verbum Dei volunt eſſe miſericordes, id in mentem revocent quod regi Samariæ accidit. Is cùm Benhadado regi Syriæ contra mandatum Dei pepercisset, ad hunc modum nomine Dei à Propheta correptus eſt: Anima tua pro anima illius erit.

De Beneficio & Ingratitudine.

13 Beneficiorum gradus ſunt multiplices, primùm quippe aliquos videas qui dum beneficia conferunt, ſeipſos tantùm reſpiciunt. Sic opiliones, bubulci & ſubulci faciunt, dum animantibus, quæ curant, pabulum ſufficiunt: ibi enim ſuum quæſtum & lucrum tantummodo venantur. Alioqui boves, oves & ſues, amore non proſequuntur. Alii ſunt qui benefaciendo, & ſeipſos reſpiciunt, & illos quos juvant. Nam pauperes divitibus & principibus inſerviunt, partim quod eos ament, partim verò, & ex illis aliquid commodi nanciſcantur. Tertio gradu illi ſunt collocandi, qui ſic beneficio quempiam afficiunt, ut ab illo nullam compenſationem expectent. Sæpe fit ut miſe-

rum

Rom. 3. 6.
Mat. 25. 35.
Quid ſit hoſpitalitatem ſectari.
Gen. 18. 2.
Vide in Iud. 19. 11.
Gen 19. 2.
Nobilium opus eſt hoſpitalitas.
Luc 22. 25.
Iupiter hoſpitalis.
In Iud. 4. v. 21.
An Iahel jura hoſpitalia violando rectè fecerit?
Qui fuerint Kenæi.
Quis Siſara.
Iura hoſpitalia ordinariè debent inviolata ſervari.
Gen. 19. 8.
Iud. 19. 23.
Domus ſceleſtæ.
Gen. 18.
Mat. 25. 35.
Deut. 23. 7.
Deo jubente, omnia jura neceſſitudinum ſolvenda.
Exo. 32. 29.
Ier. 48. 10.
Deut 13. 6.
Gen 22. 2.
Eſa 34. 6.
1. Reg. 20. 19.
Quid accidat præpoſterè clementibus.
In Iud. 12. 1.
Gradus multiplices beneficiorum.

rum videntes miſericordia tangamur, & eum adjuvemus: quod ſanè ab humanitate proficiſcitur. Nam cùm ſimus homines, nihil humani à nobis alienum putamus. Vltimo ſummóque loco illi habentur, qui alios etiam cum ſua moleſtia, damno & jactura, beneficio proſequuntur. Quo pacto Chriſtus erga nos egit: redemit humanum genus vitæ ſuæ diſpendio: Cujus Iiphtah quodammodo ſimilis fuit, qui aſſeruit Iſraelitas in libertatem, idque magno ſuo diſcrimine, quod oſtendit ea quam uſurpavit loquendi formula: Poſui animam meam in manibus meis, id eſt, de vita periclitari non recuſavi. Ephraitæ igitur erga tantam benevolentiam fuerunt ingratiſſimi. Ingratorum primus locus eſt, cùm de ſe benemeritis bona vieiſſim non rependunt. Secundus, quando non laudant neque probant, quæ ſibi à bonis viris benefiunt. Tertius eſt eorum, qui accepta beneficia obliviſcuntur. Quartus & peſſimus omnium eſt, cùm pro beneficiis injuria ac damna reponuntur. Ad hunc modum Ephraitæ ſe adverſus Iiphtham geſſerunt, qui pro victoria parta, ipſum unà cum ſuis volebant comburere. Quid hoc aliud eſt quàm & beneficia collata, & benefactorem contemnere? Id autem maximè ingratorum eſt, quando neque homines, neque aliæ creaturæ ſic agendo ſpernuntur, verùm ipſe Deus contemnitur. Quicquid enim beneficiorum ab hominibus accipimus, à Deo habemus, qui hominum opera utitur ad miſeros & afflictos relevandos. Quocirca ingrati, cùm erga Deum, tum erga homines, charitate vacui ſunt. At dixeris, cùm benefici homines aliquando in ingratos incidát, quid agere debent? An beneficia illis è veſtigio ſubducent? Certè ipſi hoc merentur: at id ſtatim committendum non eſt, quia homines ob vitiatam naturam tardi ſunt, neque citra difficultatem moventur ad officium faciendum, Idcirco pergendum eſt benefaciendo: nam qui primo beneficio non adducitur ut ſit gratus, altero, tertio, quarto, quintóve fortaſſis excitabitur. Verùm ſi omnino hæreat in ſua ingratitudine, beneficia illi juſtè ſubtrahemus, non quidem odio vel ultionis cupiditate impulſi, verùm ut corrigatur, & ne beneficia, quæ Dei dona ſunt, contumeliis perpetuò afficiat. Hoc etiam Deus facit, qui dixit per Oſeam Prophetam ingratis Hebræis: dabo vobis cœlum æneum, & terram ferream. Auferam à vobis lanam meam & linum meum, &c. quandoquidem illa feciſtis Baal.

Iud. 12. 3.

Ingratorum varia genera.

Quomodo in ingratos gerere nos debeamus.

Oſ. 2. 8.

14 Rogabis forſan, cur præcepit nobis Chriſtus, ut inſtar patris cœleſtis perfecti ſimus: qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, útque ſcribitur Luc. 6. Bonus eſt contra ingratos? Reſpondeo, ſententiam Domini allatam definitioni jam expoſitæ nòn adverſari. Deus quippe duo habet genera beneficiorum. Quædam præcipua ſunt, ut Evangelii revelatio, fides, juſtificatio, & denique glorificatio, ſeu æterna vita. Hæc tantummodo ſuis elargitur. Alia quędam temporaria ſunt & communia, quæ tamen ſpeciatim pro electis impartitur: ſed quia citra miraculum fieri non poteſt ut ad bonos perveniant, niſi mali quoque participes efficiantur, ideo illa promiſcuè largitur. Quomodo imber prohiberetur, ne agros impiorum madefaceret? Poſſet quidem & id à Deo fieri: at non citra miraculum. Cúmque ſemper non velit edere miracula, vult potius, ut etiam impii horum beneficiorum ſint participes quàm bonos iis commodis ad victum neceſſariis deſtitui. Reges item præfecturas, præturas, & reliquos magiſtratus non quibuſvis civibus mandant, ſed tantùm juſtis & prudentibus: quod ſi non fecerint, ſuo non funguntur munere. At cùm populo ſuo dant convivarium, aut epulum aut frumentum diſtribuunt, quia ſine maximo labore ac moleſtia non poſſunt bonos cives à malis diſcernere, idcò promiſcuè omnibus, quæ ſunt hujus generis, largiuntur & potius eligunt de malis civibus benè mereri, quàm bonos liberalitate fraudare, propter quos maximè adducuntur, ut munifici ſint erga populum. Nos etiam id imitemur, ut quando privata conferimus, quamvis in ingratum incidamus, non ſtatim ab eo ſubducamus noſtram humanitatem, ſed modo jam ſuperius expoſito nos geramus, ut ſi pertinaciter ingratus eſſe pergat, ad ejus tandem correctionem beneficium largiri deſinamus. Quæ ve-

Mat. 5. 48.

Luc 6. 3.

A rò communia & publica beneficia ſunt, vel ingratis aſſiduè præſtemus, ut à Deo nobis præcipitur, ac eligamus noſtra bona ad pios & ſanctos potius derivari, quàm deſiſtere à benefaciendo, ne mali ſint eorum participes.

De Ludis.

15 Quidam ex Patribus abhorrere videntur ab o-
B mni ludorum genere. Ambroſius libro 1. de Officiis cap. 33. Ioca videntur, inquit, dulcia & ſuavia, cùm tamen in Chriſtiana regula ſint aliena. Non enim in divinis literis invenitur, quemadmodum ea debeant uſurpari. Chryſoſtomus in Matthæum Homilia ſexta inquit, Deum non inveniſſe ludum, ſed diabolum. Sedit enim populus ad manducandum & bibendum, & ſurrexerunt ad ludendum in honorem idoli turpiſſimi. Nam cùm adoraſſent vitulum & idololatriam incurriſſent, hoc à diabolo videntur præmium con-
C ſecuti, ut luderent. Alluſit fortaſſe Chryſoſtomus ad id quod Plato in Phædro ſcripſit: Theut dæmonium Ægyptiorum, Numeros, Geometriam, Aſtrologiam, literas & aleam inveniſſe. Verùm Auguſtinus in 2. li. de Muſica, ſapientis ait eſſe interdum animum à ſeriis rebus revocare: id autem maximè fit ludo. Quàre videtur licere. Vnde autem oblectatio tanta oriatur ex ludo, non eſt difficile intelligere. Ariſtoteles in Rhet. inter cauſas oblectationis, ponit victoriam aut ſpem victoriæ. At cùm ludimus, vel ipſa potimur vi-
D ctoria, vel ſpe aliqua ejus retinemur. Qui ergo tuentur ludum, ſecum ſtatuunt oportere, non minus animum quàm corpus interdum refici: & ut corpus otio ſeu quiete inſtauratur, ſic animum aiunt ludo recreari. Qua ratione ſe confidunt efficere, ut ludis aliquis locus relinquatur, quibuſdam tamen cautionibus adjectis. Primùm, ne verba turpia & inhoneſta ludis admiſceantur. 1 Non rarò cernitur inter ludendum, tum obſcœna, tum blaſphema verba excidere. Videndum item eſt, 2 ne levitas nimia & diſſolutio de-
E cori & gravitatis interponatur. Nam crebrò fit, ut homines ita ſe prorſus effundant in ludos, ut deinceps nihil poſſint graviter cogitare. Sunt præterea circumſtantiæ diligenter attendendæ, 3 perſonæ inquam, loci & temporis. Certum quidem eſt in divinis literis nullam de ludis aut regulam aut formam præſcribi, quamvis in eis multa ludorum genera leguntur. In Gen. angelus totam noctem luctatus eſt cum Iacobo. Sara vidit Iſaacum ludere cum Iſmaele, quod indignè tulit: non ſanè quòd luderet, ſed quod unà
F cum ſervæ filio luderet. David quoque ſaltabat & ludebat ante arcam Domini. Et puellæ canebant in ſuis choreis. Vicit Saul in millibus ſuis, & David in decem millibus ſuis. Et Chriſtus conquerebatur Iudæos ſimiles eſſe pueris ludentibus in plateis & dicentibus: Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentavimus, & non planxiſtis, &c. Et quamvis de his rebus nullæ certæ regulæ in divinis literis manifeſtè ſcribantur, tamen ea in civilibus legibus traduntur.

In Iud. 12.
Ambroſius.
1. Cor. 10. 7.

Chryſoſt.
Vide 1. Cor. 9. 24. & 10. 7.

Cauſa delectationis luſus.

Cur ludus videatur licere?

Cautiones adhibendæ honeſtæ in ludis.

Lex divina nihil egit de ludis.

Gen. 32. 24.
Gen. 21. 9.
2. Sam. 6. 14.
1. Sam. 18. 6.
Matt. 11. 16.

16 Sed antequam de illis dicam, commodum erit
G ludos in ſuas formas ac ſpecies diſtribuere. Alii ſunt, qui prorſus in caſum referuntur, ut qui plura puncta, vel iſta, vel illa jecerit, præmium auferat. Alii quibus vires exercentur, vel corporis, vel animi: Ejuſmodi ludi, qui pendent à caſu, aleæ nomine intelliguntur, & à legibus & à Patribus damnantur. In ff. de Aleat. dicit Prætor: Si aleator à ſocio ſuo injuria affectus fuerit non dabo illi judicium. Sin alter alteri rapinam aut vim intulerit, reddam quidem jus, quamvis ſint indigni. Et poſtea: Si quis alterum coegerit ad lu-
H dum, ſumetur de illo ſupplicium, ut vel in latumias, vel in publicos carceres conjiciatur. Apparet ex his, jure civili alea ludere, odioſum admodum fuiſſe. Cicero 2. Philippicarum in Antonium. Domus inquit ejus, plena eſt aleatoribus & ebrioſis. Adhæc addunt leges, ſi aleatores fecerint inter ſe ſponſiones, ne ſint ratæ. Familiæ tamen conceditur, ut inter ſe ludant de eo, quod poſtea in convivio comedatur. Verùm in C. de Religioſis ſumptibus funerum, de luſu, alea, & aleatoribus, gravius ſtatuitur. Antiquitùs militibus
I permittebatur, extra operas ludere alea: Sed Imperator quæritur, eo tempore omnes ludere, & puncta quædam numerando, exhaurire patrimonium, &

Diſtinctio ludorum.

De alea.

Alea damnatur civilibus legibus.

Digitized by Google

blaſphemias poſtremò in Deum addere. Itaque decrevit, nemini licere ludere, nec ſpectare ludentem: & Epiſcopos monet, ut iſta diligenter curent obſervari. Idem Iuſtinianus Imperator in Authenticis, tit. de Sacroſanctis Epiſcopis, §. Interdicimus, nominatim prohibet, ne Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus, vel ipſi ludant, vel aſpiciant ludentes. Sin verò ſecus fecerint, mandat ut in monaſterium ad tres annos detrudantur. Eant nunc Papæ, ac dicant, non licere Imperatorem ſtatuere de rebus Eccleſiaſticis. De exceſſu Prælatorum, capite inter dilectos: quoniam quidam Canonicus deprehenſus erat aleator, & in ludo pecunias ad uſuram dederat, ut pro undecim nummis, duodecim reciperet, depoſitus eſt. Itē de vita & honeſtate Clericorum, capite clerici. Ad aleas & taxillos non ludant, nec hujuſmodi ludis interſint. Idem diſtinctione trigeſima quinta cap. 1. habetur, aut deſinant ludere, aut damnentur. Verùm qui hoc genus ludi tuentur, dicere ſolent, Quid ſi volumus pecuniam noſtram ita collocare? Nónne ſumus domini rerum noſtrarum? Non inferimus injuriam proximo, non auferimus aliena. Hæc illi habent in ore. At eos oportuit intelligere; Magiſtratus eſſe providere, ut quiſque re ſua bene utatur. Altius præterea ſpectandum eſt, Deum iſtis dediſſe pecunias, quo habeant unde familiam alant, unde pauperibus conſulant: non quas conjiciant in caſum, & fortunæ ludibrio exponant. Adhæc oportet præſertim Chriſtianos imaginem Dei repræſentare, qui omnia ratione gubernat & regit. Ita verò pecunias diſſipare, non eſt eſſe dominum ſuarum rerum, ſed tyrannum. Iſtis etiam addito, ſi quid hac ratione acceſſerit, id turpe lucrum eſt & appellatur.

Contra eos qui aleam tuentur.

An quæ amiſſa ſunt aleâ poſſint recuperari?

17. Sed quando pro turpi lucro habetur, meritò quæri poteſt: An quæ aleâ ſunt amiſſa, jure poſſint repeti. Reſpondeo, ſi non in ſua, ſed in aliena poteſtate fuerit, qui perdidit, quemadmodum ſunt filii familiâs & ſervi, leges dant recuperationem, idque uſque ad annos quinquaginta. Sin verò fuerit ſui juris, non datur recuperatio: aſſignatur cauſa, quia turpitudo eſt utrinque. Quo caſu melior eſt cauſa poſſidentis, l. ff. tit. de Conditione ob turpem cauſam. l. Vbi autem. Cùm turpitudo utrinque eſt conditio datur. Quid ergo fiet de pecunia? Erogandam eſſe dicunt in pauperes, ut qui perdidit afficiatur damno: & qui lucratus eſt, non fruatur malè partis. Id faciendum eſt cùm transfertur dominium. Idem ſenſit Auguſtinus in Epiſt. 45. ad Macedonium. Vbi transfertur dominium, detur inquit pecunia pauperibus. Vbi verò non transfertur, ut ſi quis aliquid furto ſuſtulerit in aleam, reſtituatur. Proinde ſtatuendum, ludos ejuſmodi non debere ferri, qui caſu & temeritate reguntur, ita ut in eis bona & pecuniæ periclitentur: quia Reipub. intereſt, ut res bene adminiſtrentur, & Deus fortunas concedit, ut inſinuentur in bonos uſus. Et quia inde horribiles blaſphemiæ ſæpe naſcuntur, expilationes familiarum, & cupiditas rerum alienarum incitatur, & magna fit jactura temporis. Hæc viderunt leges tum civiles, tum Eccleſiaſticæ: at hodie non curantur: Nam Canonicæ leges à clericis, & civiles à Principibus contemnuntur. Nuſquam enim, aut ſæpius aut turpiùs luditur, quàm inter Principes & Eccleſiaſticos: qui rectè quidem ſenſerunt, cùm leges ejuſmodi ſcriberent, ſed & vixerunt, & vivunt turpiſſimè.

Auguſt.

Qui ludi concedantur.

18 Aliud genus ludi, quod ad exercendas facultates, vel corporis vel animi pertinet, non penitus interdicitur. Iuſtinianus in l. jam adducta, cùm luſus qui à caſu pendent, ſuſtuliſſet, hoc aliud genus ludorum ſubſtituit, diſcum, haſtam, curſum & conſimilia. Quin & Ariſtoteles in Rhetoricis hæc exercitia corporis commendat. Et ſanè cùm homo aliqua remiſſione ac voluptate opus habeat unde recreetur: quæ ſunt honeſtæ, videntur ei concedendæ. Ita hodie à Reſpublicis præmia interdum jaculatoribus proponuntur, ut cives magis exercitatos habere queant. Cavendum attamen eſt, ne genera ludorum ſint noxia & exitioſa, ita ut periculum ſit, ne in ipſo ludo, qui ſe exercent, vel qui ad ſpectandum convenerunt interficiantur, vel miſerè lacerentur ac mutilentur. Et ſanè hoc de genere ludorum, cavetur ad leg. Aquiliam. l. Nam ludus. & in Decretis. De Tormentis, quæ natura ſua mala non ſunt, verùm propter ea quæ ſæpius conſequuntur, prohiberi debent. Olim præmia proponebantur cantoribus, oratoribus, poetis, recitatoribus, quæ in univerſum improbanda non ſunt, ſi juſtè ac moderatè fiant. Additi ſunt poſtea ludi ſcenici, de quibus hoc loco nihil dicam. Choreæ quoque acceſſerunt, de quibus ſuo loco diximus. Sed homines his ludis contenti eſſe non potuerunt, quod etiam animi, qui corporis vires non queunt variis de cauſis exercere, aliqua voluptate ſint recreandi: propterea genus aliud repererunt, ſcilicet latrunculorum, quos vulgò Schaecos vocant: nec exiſtimatur hoc genus damnandum. Eſt præterea quædam alia ratio ludendi, quæ partim caſu, partim induſtria nititur, ut eſt teſſera, & conſimilia, ubi jacitur quidem caſu, ſed jactis induſtria reguntur, unde Plato vitam hominum ſimilem teſſerarum ludo pronunciavit. Quemadmodum enim in teſſeris, ita etiam in vita, ſi quid minus aptè cecidit, id arte corrigendum eſt. Ad quam ſententiam, Terentius quoque in Adelphis alluſit: & ſanè iſta genera ludorum videntur quandoque poſſe concedi, modò ne afferant damnum: reficiant vires, & cum honeſtate ſint conjuncta, nec tempus melioribus rebus inſumendum in hæc impendatur.

Teſſera.

19 Sed quid Ambroſio reſpondebimus? Hoc ſanè, locum illum de officiis, ad ludos non pertinere, cùm ibi de ſalibus agatur, dicteriis, & ſcommatis, præſertim ſcurrilibus. In Pſalmum 119. in hæc verba. Averte oculos meos ne videant vanitatem, ludos theatricos vanitatem appellat, unà cum Auguſtino, Lactantio, Hieronymo, & aliis Patribus. Ea quippe multum obſcœnitatis habebant, & in honorem idolorum ab initio fuerunt inſtituta, & idcirco Patribus atque Chriſtianis erant odioſa. Sed ratio quam priori loco attexuit Ambroſius fuit, quòd nihil inveniatur in Scripturis, quemadmodum iſta debeant uſurpari. Ad eam reſpondebimus, in divinis literis haberi generatim poſitum: Sive editis, ſive bibitis, ſive quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. Quare ita corpus & animus interdum reficienda ſunt ludis, ut poſtea eſſe poſſimus alacriores ad graviora. Deinde nec de piſtoribus, nec de coquis, nec de nautis quicquam in divinis literis peculiariter habetur, & nihilominus iſtorum exercitia nō ſunt omnino excludenda. Chryſoſtomus aiebat, diabolum inveniſſe ludum, & id allegavit: Sedit populus ad manducandum & bibendum, & reſurrexerunt ad ludendum. Si quis locum hujus patris penitius inſpiciat, videbit eum agere de iis hominibus qui pœnitentiam agere nolebant, ſed conſueverunt dicere: Vtinam nunquam fleam, ſed ſemper ludam & rideam: Ad quos ille dicit, Chriſtus prædicavit, Beati qui lugent. Et cùm toties peccemus, & Deum tam graviter offendamus, quomodo vacat ludere? Ludos etiam damnant quibus ad bona opera ignavi & inepti reddantur. Non imitamur luſu & riſu vel Chriſtum vel Apoſtolos, nam eos nunquam luſiſſe aut riſiſſe legimus. Moderationem attamen adhibet, quandoquidem ſubjicit: Non tollo in univerſum omnem riſum, ſed profuſum & immoderatum. Poſtremò ſe convertit ad ludos theatrales, illos ait à diabolo eſſe inventos: continent enim flagitia & ſtupra deorum, quibus piorum hominum conſcientiæ graviter vulnerantur, & pravæ cupiditates multis modis accenduntur. Et iſta cùm à diabolo inventa dicit, nihil à vero alienum dicit: quia, ut admonui, ea in honorem deorum inſtituta fuerunt. Quin & illud adjecit, diabolum in civitatibus theatra exædificaſſe. Verùm ut ad ſummam veniam, mihi videtur ludorum genera quum ad reparandas vires faciant, non eſſe prorſus interdicenda. Nec facilè debemus offendi, ſi quem videamus latrunculis ludere, quo luſu vires corporis nihil juvantur, ſed tantùm induſtria animi exercetur: Nam ſi vires per ætatem deſint, ut ſe alia ratione exercere non poſſint, aut corporis valetudine ſint afflictæ, cur eis permittendum non eſt, ut hoc genere ludi ſe moderatè oblectent? Nec etiam ſtatim damnandus eſt, ſi quis dum ægrotat aut debilitatur, eo genere ludi ſe recreet, quod à fortuna vel caſu pendeat, modò ibi pecuniæ non periclitentur. Spectandum enim eſt in primis quis fuerit legum ſcopus,

Pſ. 119. 37.

Cur ludi theatrales à Patribus damnati ſint?

1. Cor. 10. 31.

1. Cor. 10. 7. Chryſoſt.

Matt. 5. 4.

De ludis quid ſtatuendum.

quæ

Digitized by Google

Quis fuerit ſcopus legum in reſtringendis vel prohibendis ludis?

quæ id interdixerunt. Fuit porrò, ne quis bona ſua profunderet, eóque cautum eſt lege, ne quis periclitetur ultra ſolidum, ut habetur in Codice, loco jam adducto. Hoc fuit conſilium legis, ne pecuniæ malè perirent.

20 At nonnulli dicunt, ſe non oblectari ludo, niſi pro pecunia ludant. Verùm eam pecuniam rogandi ſunt in quem uſum velint inſumi. Fortè dicent, in convivium. Cur non potius in pauperes? Ego verò dico, multò melius & tutius eſſe, ne interponatur pecunia: Etſi enim fieri poteſt, ut tu cupiditate non tangaris, alter tamen cum quo ludis fortaſſe tangatur: tollantur occaſiones, quæ alioqui ſatis multæ ſunt ad malum. Etſi nihil eſſet aliud, quod nos abſterreret à ludis, obſecro id perpendamus, quanta ſit penuria temporis. Tot officia requirit à nobis Lex divina, ut ne tota quidem vita ſit perſolvendo: & tamen collocabimus tempus in ludis? Satis alioqui laboramus cupiditate pecuniæ, ambitione vincendi ac excellendi. Quid hos morbos ludis excitamus? At inquies: Nunc in me iſta non excitantur. Sed cogites excitari facilè poſſe. Ac videndum eſt, non tantùm de nobiſipſis, verùm ut ne alios in hoc inducamus. Hæc dicta ſunto de ludis honeſtioribus. Quod ſi qui ſunt qui avaritia inducti ludunt, ii ſciant ſe potius malè mercari, quàm ludere. Nihil enim aliud quærunt, quàm turpe lucrum. Nec voluptatem quærunt, quæ in ludis honeſtis præcipua eſt: verùm ſua quærunt, & quidem turpi ratione. Cùm autem dicunt, qui ludis impenſiùs delectantur, aliquid oportet voluptatis eſſe in vita, quo recreemur: dandum eſt quod poſcunt. Sed interea monendi ſunt, alias eſſe voluptates honeſtiores. Paulus ad Epheſios cap. 5. ait: Loquimini vobiſmetipſis in Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris. Et idem ad Coloſſenſes tertio habet. Tertullianus in Apologetico docet Chriſtianos fuiſſe ſolitos convenire ad ſuas frugales cœnulas, qui cum cibo refecti eſſent, divinas laudes canebant, vel aliquid ex divinis literis recitabant, ſeſe mutuò in iis provocando. Atque hoc pacto ſobrii domum revertebantur. Sunt etiam problemata, quibus ingenia exerceri ac refici poſſint: quæ ſi difficiliora videantur, ſunt hiſtoriæ, quæ majori negotio addiſci poſſunt. Cur non adhibentur ἀναγνῶσται, qui eas legant? Nulla eſt hiſtoria tam frigida, quæ non ad aliquam vitæ partem ſit magnopere utilis. Sunt & hiſtoriæ de plantis, de herbis, de lapidibus. Sunt & piorum hominum colloquia inter ſe dulcia & ſuavia, quibus animi reficiuntur, & unà ædificantur. Ludos ut jam dixi, non tollo funditùs: verùm hæc, ut multo utiliora & honeſtiora præfero. Simſonis ludus, licet honeſtus & liberalis fuerit, exitum attamen funeſtum habuit. Quod ſi ludus hic tam malè cecidit, quid ſperandum eſt de illis qui legibus prohibentur? Erant illi, qui has leges tulerunt viri prudentes in Republica gerenda, quibus fides in aliis rebus cùm habeatur, quare hac una in re non habetur?

Eph. 5. 9. Col. 3. 16.

Aliæ honeſtæ voluptates præter ludos.

CAPUT XIII.

Præceptum nonum, Non falſum teſtimonium dices. Ac primùm de Contumelia.

In 2. Sam. cap. 16. v. 21.

QUOD ad hunc locum attinet, exiſtimo quatuor eſſe videnda. Primùm, quid ſit contumelia: deinde, unde oriatur: hinc, an peccatum ſit: poſtremò, an ferenda. Iis capitibus excuſſis, ad Davidem rem applicabimus, conſiderando an rectè fecerit eam ferendo in Semei. Quid ſit, hoc pacto cognoſcemus: primùm, etymon ſpectabimus, deinde definitionem proponemus. Contumelia, ſi credamus Vlpiano Iuriſconſulto, in titulo de injuriis, in ff. l. 1. dicitur à contemnendo: & revera ortum habet ex contemptione. Illos afficimus contumelia, quos deſpicimus. Quod ad definitionem ex lib. 2. Rhetor. Ariſtot. colligimus, malum hoc habere genus ſuum quod eſt ὀλιγωρία contemptio: quid ſit definitur, ἐστιν ἐνέργεια δόξης περὶ τὸ μηδενὸς ἄξιον φαινόμενον. Eſt actio quædam, & verſatur in opinione, & eſt de ea re quæ apparet nobis nullius pretii. Nos mente & cogitatione noſtra contemnimus quæ nullius pretii videntur. Hujus contem-

Contumeliæ etymon.

Contumeliæ definitio.

A ptionis tres facit ſpecies: καταφρόνησιν deſpicientiam, ſecundo ἐπηρεασμὸν, eſt incommodatio quædam, ſi ita affecti ſumus erga alios, ut impediendo commoda eorum voluptatem capiamus. Reperiuntur ſuperba ingenia, quæ per ſe aliquo bono homines indignos putant. Tertia ſpecies eſt de qua nunc agimus ὕβρις, conſiſtet ea in dictis & factis: Si acerbioribus dictis & factis utimur, ad deformandum honorem cujuſpiam, & ex ea re voluptatem capimus. Vnde Cicero pro M. Cælio dixit, maledicta nil propoſiti B habent præter contumeliam, quæ ſi petulantius jactetur, convitium: ſin verò facetius, urbanitas nominatur. Vt melius cognoſcas, ſcire debes antitheſin habere, contumelia afficere & honore afficere: ſunt in eodem genere, & ut adverſa maximè diſtant. Verſantur in ſignificatione honoris: Si honore afficimus quempiam, ſignificamus nos bene exiſtimare de eo: ſi contumelia, aliquo ſigno, verbis vel factis, oſtendimus nos male ſentire de illo. Et ideo oportet, ut ſi C quis afficiat, vel afficiatur contumelia, ſemper iſta intercedat ſignificatio. Nam ſi aliquid gereretur quod indignum eſſet aliquo homine, tamen non exiſtimationem malam ſignificaremus, propriè non diceretur contumelia. Rem exemplis declarabo: Aliquis effringit fores alterius ut furetur, admittat adulterium, aut occidat aliquẽ: fractio illa januæ eſt indigna, non autem fit eo fine ut dehoneſtetur, eſt tamẽ injuria: ſi effringit ut opprobrio ſit illi, contumelia eũ afficit. Abſolomus corrupit uxores patris ſui, ſi ex libidine feD ciſſet, eſſet inceſtus tantùm, non contumelia, ſed quando hæc fecit non captus amore earum ' forma, ſed tantùm odio patris, ut eum dehoneſtet, jam contumelia dicitur. Cùm jaciuntur probra in iſtis contumeliis adverſus quempiam, ea interdum peccata ſunt, interdum non. Vt ſi quis alicui exprobret, quod ſit ſtrumoſus, claudus, cæcus. Quandoque peccata ſunt, ut cùm Semei Davidem virum ſanguinis vocat.

Species contumeliæ.

Contumeliæ contrarium.

Probrorum diviſio.

2. Sam. 16. 20.

2 Adhibetur etiam alia diſtinctio: Scelera hæc inE terdum vera ſunt, interdum falſa. In Davidem falſa erant, non affectarat regnum, non commiſerat iniquas cædes. Peccata ea interdum occulta ſunt, interdum manifeſta: hinc ſumitur gravitas contumeliarum. Quandóque à ratione perſonæ, ut ſi ille cui fit contumelia, non ſit privata ſed publica perſona, ut magiſtratus, concionator. Et ſemper exigitur intentio & conſilium dehoneſtandi famam aut dignitatem alterius. Quod idcirco dico, quoniam ſi jaciantur probra non iſto fine, ſed ut homines corrigantur, non F ſunt propriè contumeliæ. Vnde ſi qui præpoſiti ſcholæ, aut miniſtri Eccleſiæ amaris dictis utuntur, ut revocent homines à peccatis, non contumelioſi dici poſſunt. Diſciplinæ cauſa interdum homines licet ita tractare. Id argumento à majore colligitur: Si licet uti verberibus, etiam acerbis dictis licet uti. Sic Paulus Galatas ſtultos vocavit: & Chriſtus, ô ſtulti & tardi ad credendum. Spectabatur emendatio, contumelia non erat. Prophetæ etiam in eo ſunt, ut interdum acerbiſſimè agant contra Iſraelem, appellant G meretricem: Sodomiam: non ut infamia aſpergerent populum Dei, ſed ut ab idololatria & ſceleribus revocarent. Paulus quoque acerrimè in Cretenſes videtur invectus, ad Titum 1. cap. adducit carmen Epimenidis Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Videtur fuiſſe durum tanta infamia notare univerſam gentem Cretenſium. Non tamen hoc ſpectabat Apoſtolus, ſed admonebat Titum, ut intelligeret, quàm urgere populum illum deberet. Advertendum tamen, non eſſe à paſtoris aut præceptoribus ſine judiH cio admovendas contumelias. Nam ſi frequenter utantur acerbioribus dictis, qui reprehenduntur, incipiunt odiſſe illos quos amare debebant, atque hoc pacto admonitiones parum procedunt: aut alterum ſequitur, ut non moveantur, ſed callum obducant, ſi ſæpe acerbiora audiverint. Vnde Auguſtinus in ſermone Domini in monte, rarò hoc dicit faciendum eſſe, & cum judicio. Finitimum eſt, quod dictis ſalſis, quæ plus amaritudinis quàm ſalis habent, fieri ſolet. Qui his utuntur, ſunt de numero aliorum qui maI lunt amicum amittere, quàm bonum dictum. Cavendum eſt ne homines temerè lædantur. Hæc de natura, ac definitione, proprietate & uſu contumeliæ.

Probra aliquando non ſunt contumelia.

Gal. 3. 1. Luc. 24. 25.

Eſa. 1. &c. Ezech. 16. & paſſim.

Tit. 1. 12.

Cauſæ contumeliarum.

3 De cauſis nunc 2. loco pauco dicenda ſunt: Oriuntur plerunque ex iracundia. Sunt genus quoddam ultionis quòd ſanè ad manus eſt. Facilè ſeſe ita ulciſcuntur homines, præſertim plebei ac muliérculæ: & in ſumma, qui viribus aut armis non valent, contumeliis utuntur.

Iracundia. 2.Sam.16.7.

Ex iracundia quadam execrabatur Semei Davidem, volebat ulciſci injurias, quas putabat eum familiæ Saulinæ intuliſſe. Oriuntur etiam ex quadam ſuperbia: ſunt qui homines alios nihil præ ſe faciunt, idcirco proni ſunt ad contumelias.

Prov.11.2. Superbia. 2.Reg.18.30.

Ideò rectè dixit Salomon: Vbi ſuperbia, ibi contumeliæ. Maledicta quæ Rabſaces jaciebat in Deum, non alium ortum habuerunt. Naſcuntur item ex quadam ſtultitia.

Stultitia. 1.Sam.25.10. Prov.20.30.

Sic Nabal Carmelus maledixit Davidi. Salomon dixit, honorificum eſſe homini, ut ſeſe ſubducat à contentionibus: ſtultos autem, contumeliis miſceri.

An contumelia ſit peccatum.

Tertio loco, an peccatum ſit, eſt videndum. Diſtinctionem adhiberi oportet, ſi ad correctionem referatur, vitioſa res non eſt, ſed ſi tantùm ſpectamus ut dehoneſtetur honor & dignitas proximi, C id peccatum eſſe non debemus diffiteri, adverſatur enim charitati.

Prov.10.12.

Salomon ait: Odium rixas excitat: charitas verò operit multitudinem peccatorum: omnia boni conſulit, ſtudet emendare juſtis rationibus, non ſe convertit ad contumelias. Charitas eſt virtus, ergo contumeliam peccatum eſſe oportet. Contumeliæ inferunt dolorem proximo, famam imminuunt, iſta mala ſunt. Sic Chriſtus dicit Matth.5.cap.

Matt.5.22.

Quicunque fratri ſuo dixerit racha, obnoxius erit concilio. Quiſquis autem dixerit fatue, obnoxius D erit gehennæ incendio. Contumelia malum atrocius eſt ipſo furto:

Gravitas vitiorum ex objectis conſideranda.

Nam gravitas vitiorum, penes objecta, conſideratur. Furtum circa bona fortunæ verſatur: ſed inter hæc bona, fama eſt res præſtantiſſima. Cùm ergo contumelioſi famam imminuant, gravius peccant quàm fures.

Prov.22.1.

Melius eſt nomen bonum inquit Sapiens, divitiis multis. Honor autem potiſſimum ſitus eſt in excellentia virtutis: ergo qui virtutes auferunt, quantum ad eos attinet, ac vitia & ſæpe falſa affigunt, peccant. E Huc accedit, quod vix unquam fama rependitur, ut tantum reddatur, quantum ablatum eſt. Poſſunt aliqui dicere, ut honori alicujus conſulant: res nòn ita habet, ſemper tamen reliqua nota relinquitur.

An ferendæ ſint contumeliæ?

4 Quartum caput, an ferendæ ſint contumeliæ an potius ſtatim reprimendæ. Primùm hoc dico, judicium idem eſſe contumeliis perferendis ac injuriis: quod de genere dicimus, de ſpecie intelligimus. In Evangelio mandavit Chriſtus, ut feramus injurias: Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, obverte F illi & alteram: & ei qui te velit in jus trahere, ac tunicam tuam tollere, permitte & pallium: & qui te adegerit ad milliare unum, abi cum illo duo: Matt.5.cap.

Matt 5.30.

Præcepta hæc quandoque non rectè intelligentes, graviter offenderunt. Hinc objectum eſt Auguſtino, Chriſtianam religionem parum facere ad Rempub. Romanam, Rempub. imminui iſtis rationibus. Ille reſpondet, quo ad animi præparationem, oportere pios ita eſſe factos, ut velint perferre omne genus injuriarum pro Chriſti nomine, modò videant G id expedire ad honorem Dei & ſalutem proximorum: quòd ſi non cedat ad gloriam Dei, & illi noxium ſit qui facit injuriam, non neceſſe eſſe ut actu perferatur.

Joan.18.23.

Exemplum in Chriſto habemus, cùm cæderetur à ſervo pontificis, non ſtatim alteram adhibet maxillam: ſed repreſſit eum, quia videbat non expedire gloriæ Dei, ut videretur malè loquutus, deinde non erat utile ſervo illi, ut foveretur in ſuo peccato. Qui ita ferunt contumelias, animos addunt impiis H ut majora audeant, & perſeverent in peccatis, quod non eſt committendum, potius amputare peccata debemus.

Prov.26.10. Ibid.v.6.

Vnde Salomon: Qui imponit ſtulto ſilentium, mitigat iras. Imminui repreſſione peccatum poteſt. Iuxta quam ſententiam idem Salomon dixit: Reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne videatur ſapiens. Hoc conducit ei, niſi dicas aliquid, perget in malitia ſua. Deinde ſi non debemus contumelias ferre in proximo, etiam pati non debemus, ut dicantur in nos: debemus enim proximum diligere, ſicut I noſmetipſos. Et, qui contemnit famam ſuam crudelis eſt.

Contumeliæ cur reprimendæ?

Reprimendæ ergo ſunt contumeliæ in gratiam ejus qui eas facit, ut peccare ſe agnoſcat & deſinat.

A Deinde in aliorum gratiam qui impetuntur, & noſtra cauſa, ne authoritatem amittamus quæ ſit utilis Eccleſiæ & Reipub. Nam qui tacet conſentire videtur. Qui aſtant, talem te judicabunt eſſe: tua functio in Eccleſia & Repub. erit poſthac deſpicabilior. Dignitas autem publicarum perſonarum, utilis eſt & retinenda. Iſtis ergo caſibus, licet reprimere contumelias.

Quando contumeliæ ſint ferendæ.

Quandoque verò ferre oportet, ne quicquam retaliandum eſt: nempe ſi videamus nos nihil pro B fecturos eſſe, hominem illum fortè adeò malum eſſe, ut repreſſione deterior fiat, etſi excitandus ſit ex parva ſcintilla magnus ignis.

Eſa.36.21.

Qua ratione juſſit Ezec. nihil reſpondere Rabſaci: Nihil enim fuiſſet profectum aliqua reſponſione. Feruntur etiam noſtra ipſorum cauſa, ſi ſentimus nos commotos, & increpando exceſſuros fines.

Prov.26 4.

Ita intelligendum eſt quod Salomon ait: Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne & tu ei ſimilis efficiaris. Sunt qui dum ulterius inſaniam reprimere volunt, ipſi magis inſaniant. C Si videant in proclivi eſſe, abſtinere debent, ne Deum offendant. Quod item faciemus, ſi videamus nos non ideo adduci, quod doleamus dehoneſtari nomen Dei: ſed tantùm quia noſtra quærimus.

Quid vitandum in ferendis contumeliis?

Videndum item ne feramus contumeliam hujus generis hoc nomine, ut adverſarium noſtrum magis excruciemus. Sunt qui putant præclarum genus vindictæ eſſe, ſi contemnant prorſus quæ in eos dicuntur, ut ille videat ſe nihil fieri. Sunt qui taceant & ferre volunt, quod ſibi laudi ducendum exiſtimant. Seneca D dicebat, vituperari ab improbis, eſt laudari. Et attendendum ad extremum, ne diſſimulatio contumeliæ ex ignavia oriatur. Sunt multi amantes altæ pacis, qui nihil ſuſcipere volunt, quod moleſtum ſit & conjunctum cum periculo. Addendum etiam hoc, ferendas eſſe quando aliter non poſſumus.

Quid agendum quando contumeliam ſtatuimus non ferendam eſſe?

5 Si autem judicaverimus non tolerandam contumeliam, duplex ratio eſt agendi: aut privata, ut nos eum corripiamus, aut juridica. Poſſumus ire ad judices, hoc enim licet, & curare ne ſuſpicione laboret E munus noſtrum. Si privatim agatur, conſultum eſt, ut lenioribus verbis loquamur, quod Apoſtolus docuit ad Gal.

Gal.6.1.

Fratres, inquit, ſi occupatus quis fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtaurate hujuſmodi ſpiritu manſuetudinis, &c. 6.cap. Non quod interdum acerbius non ſit agendum: Cùm igitur de dogmatis, cùm honor Dei, cùm fides orthodoxa periclitatur, vel cùm homines ita ſunt præfracti, ut lenioribus verbis emendari non poſſint, auſteriora ſunt adhibenda. Videndum tamen ne in authorem F contumeliarum rejiciamus aliquod falſum crimen, quia tunc mendacium eſſet. Quod autem juſtum eſt, juſtè agere oportet. Ipſe inquis, mentitur: non oportet ei ſimilis efficiaris. Si non reprimatur contumelia, in iis caſibus quos expreſſi, ſaltem rectè vivendo, ipſiſque factis oſtendamus, quod verbis non poſſumus, illum eſſe mentitum. Multi contenti fuerunt generali ratione, quando ferenda ſit injuria, & quando non, ſpiritum nos docturum: capere conſilium in arena nos debere. Ethnici prudentiam & G rationem ſequendam eſſe dicerent. Volui tamen hæc paulò diſtinctius explicare.

Rationes Davidis expenduntur.

6 Supereſt ut deſcendamus ad Davidem. Vſus eſt tribus rationibus, quæ tantùm valere debent iſtis caſibus quibus ferenda eſt injuria & contumelia, non in univerſum: quia quandoque non eſt ferenda. Prima ratio fuit: Ne impediatis Dei conſilium: Deus præcepit ei ut mihi maledicat, &c. Ad hanc dicemus, in eo caſu bonam eſſe: nec tamen in univerſum concludere, alioqui nulla ſcelera punirentur. Semper H diceremus, Dei eſt conſilium, ipſe tollet cùm viſum ei fuerit. Secunda ratio, à filio meo graviora patior, & non feram iſta? Valet iſta ratio, ut nos in afflictione conſolemur, & videamus quid fecerimus: in univerſum non valet. Si magiſtratus dicat propter temporis neceſſitatem in hoc tuli, leviùs ergo mala feram, impunita dimittet ſcelera.

An David rectè has contumelias tulerit.

Tertia item ratio non eſt univerſalis, hanc afflictionem Deus videt, & reponet mihi bonum. Id quidem in mentem nobis venire debet, ſi cogimur contumeliam ferre, non tamen I ſemper ferre tenemur: Hæc de rationibus Davidis diximus. Nunc quare diſſimulaverit, & an bene fecerit, eſt dicendum. Meo judicio ſanctè fecit, & proba-

Digitized by Google

tum fuit conſilium ejus militibus & proceribus quos A ſecum habuit: occupabatur aliis rebus, erat in ipſa fuga, tunc conſiderabat peccatum ſuum, & referebat ad vindictam, quam prædixerat Deus per Prophetam eum laturum eſſe: non quidem prorſus pepercit, diſtulit ſupplicium. Omnia ſuum tempus habent: nunc opus erat reſipiſcentia, flebat. Altera cauſa quæ potuit ei hoc ſuadere fuit, ne forte ipſe aliqua ira raperetur, & atrocius commoveretur, ac tunc ſatis erat continere ſe intra fines. Tertia ratio, ſpiritu vidit (Propheta enim fuit) Deum velle, ipſum hoc articulo hanc contumeliam ferre. Hæc hactenus.

In 1. Cor. c. 4. v. 5.

7 Nunc videndum eſt, quomodo Paulus judicium interdicat, cùm ſæpiſſimè dum hic vivimus judicandum ſit. Etenim quilibet oportet ut ſeipſum judicet ac exploret, imo & alios cum opus fuerit, ut admoneantur & corrigantur. Eccleſia, in eos qui ſunt excommunicandi, ſententiam judicii profert. Sunt & politica judicia: & in re domeſtica deligimus nobis uxores, ancillas & ſervos. Et in Eccleſia C eliguntur Diaconi, Parochi & Epiſcopi: quod electionum genus abſque judicio procedere non poteſt. Itaque reſpondemus, judicia eſſe duûm generum, vel privata, vel publica: & quæ publica ſunt, vel ad Politiam vel ad Eccleſiam pertinent. Civilia judicia, minime ſublata ſunt per Evangelium, ſed potius emendata & correcta, ut infra ſuo loco videbimus. Eccleſiaſtica verò, nulla poſſunt authoritate humana removeri. Nam Chriſtus cum de correctione fraterna ſermonem faceret, illam præcipit. Privata vero judicia, vel D à charitate rectâque ratione, vel à malis affectibus erumpunt, qui ſunt invidia & ſuperbia, ut Auguſtinus habet in ſecundo libro de Sermone Domini in monte, dum ea verba tractaret, quæ apud Matthæum leguntur: Nolite judicare, ut non judicemini: quo Chriſti dicto ſententia Pauli metienda eſt. Et in his judiciis quæ per charitatem exercemus, in primis videndum eſt, ut peccata quę vel judicamus vel arguimus, nobis perſpecta ſint, nec temere rumori aut delationibus credamus. Deinde non abſque dolore atque E miſericordia judicandum eſt. Faceſſat inſultatio, illuſio, contumeliæ atque ludibria removeantur. Quod maximè fiet, ſi veniret in mentem nos quoque homines eſſe, atque natura pronos ad eadem vitia, neq; adhuc certos, quin ſimus quandoque in illa eadem prolapſuri. Ideo Paulus dicebat ad Galatas: Conſiderans teipſum, ne & tu tenteris. Atque Auguſtinus ſcripſit in Confeſſionibus, non ſolum gratias Deo agendas de peccatis condonatis, verùm etiam de his quæ Deo duce non admiſimus. Nec non ad Hie- F ronymum Epiſt. 15. cum eſſet conqueſtus de diſſidiis quæ inter illum & Ruffinum acciderant, ait ſe neſcire quidnam ipſe egiſſet, ſi eadem quæ in Hieronymum ſcripta fuerant in ſe ſcripta fuiſſent. Addas his, nunquam judicando ſic firmiter ſtatuendum eſſe, quaſi non poſſet is qui lapſus eſt denuo reparari.

Judicia in Republica, in familia, & in Eccleſia, ſunt neceſſaria.

Judiciorum duplex genus.

Judicia civilia & Eccleſiaſtica non auferuntur.

Matt. 18. 15.

Privata judicia duûm generum.

Matt. 7. 1.

Non temerè credendum de aliena culpa.

Cum miſericordi judicandum.

Gal. 6. 1.

8 Et à judicio facili, præcipiti ac temerario commemorat Chryſoſtomus quæ nos maximè revocare debeant. Primum cum noſtra ſint nobis maximè ignota, cogitare debemus, aliena quoque difficillima G eſſe cognitu. Deinde multas eſſe circumſtantias quibus humanæ actiones definiuntur, quas non ſemper videre poſſumus, licet rem geſtam habeamus ob oculos: quare non eſt facile pronunciandum. Præterea quæ videmus, interdum ſic dubia ſunt, ut ea non minus in bonam, quàm in malam partem poſſimus interpretari. Igitur præſtat in re ancipiti judicium ſuſpendere. Accedit denique, oportere eum qui judicat ſpiritualem eſſe, cum in Epiſtola ad Corin. ſcribatur: Spiritualis judicat omnia. Idcirco cum ſæpenu- H mero non agamur ſpiritu, ſed pravis affectionibus, judicari potius deberemus, quàm adverſus alios judicium exercere. Auguſtinus in lib. 10. Confeſſionum cap. 23. tria vult excipi, de quibus nos judicare non oporteat, quantumvis ſpirituales habeamur & ſimus. Primum eſt arcanum divinæ providentiæ & prædeſtinationis, & Dei conſilia quo ad ea quæ cernuntur quotidie fieri ſecus, quàm vel juſtitia, vel ratio pati videatur. Eſaias dicebat, æquum non eſſe, ut vas fictile adverſus fictorem ſuum diſputaret, quare hoc I vel illo modo fictum eſſet: teſta item non eſt par ut cum aliis teſtis diſceptet, an prudenter vel imprudenter figulus egerit. E quibus locis Paulus deſumpſit quod ad Rom. habet: Nónne poteſtatem habet figulus luti, aliud facere vas in honorem & aliud in contumeliam? Alterum quod ibi ſubducit Auguſtinus à noſtro judicio, eſt liber ſanctæ ſcripturæ, quam non debemus ideo legere, ut ibi aliquid condemnemus, aut ad noſtrum affectum ſenſúmve torqueamus: ſed potius ut illi nos omnino ſubjiciamus. Vnde ſcribens epiſt. 19. ad Hieron. Si quid (ait) nos in Scripturis of- B fenderit, id in codicem referamus, quaſi parum ſit emendatus, aut interpretem, qui non tam dextrè commodeque verterit, ut in proprio idiomate habetur, & in noſtram denique ipſorum ignorationem. Poſtremo loco excipit à noſtro judicio, eos homines qui ſunt foris: ne ſtatuamus ita deploratæ ſalutis eſſe, ut ad illam converti non poſſint. Et ne videbatur obſtare his quæ dixit, quod à Paulo habetur, ſpiritualem omnia judicare, illam ſententiam in eodem libro cap. 22. ſic interpretatus eſt: Iudicat omnia quæ ſunt judi- C canda. Eadem nos expoſuimus univerſaliter, quæ faciunt ad ædificationem, aut ſaluti noſtræ obeſſe poſſunt. Dehinc annotandum eſt, maxima diligentia & gravitate opus eſſe ad judicandum, ne concedamus, quæ nondum cognita & perſpecta habemus. In lib. Gen. Deus ipſe ſcribitur deſcendiſſe, ut civitatem ac turrim inſpiceret quæ ædificabatur. Et ad Sodomam narratur profectus ut videret num juxta famam quæ ad ipſum pervenerat, ſe gererent. Quæ ideo ſic traduntur, ut doceamur quam ſit diligenter excutienda D res, priuſquam de illa feratur ſententia.

Quæ nos revocent à temerario judicio?

1. Cor. 2. 15.

Tria de quibus non debemus judicare.

Eſa. 45. 9.

Rom. 9. 20.

Quæ offendũt in Scripturis ſanctis quò referre debeamus?

Gen. 11. 5.

Gen. 18. 21.

9 Auguſtinus item de ſermone Domini in monte, 2. lib. Actionum genera diducit in duas partes. Quædam ejus naturæ ſunt, ut tam bono quàm malo animo fieri poſſint. Et de his (inquit) nobis præcipitur, ne illas in malam partem accipiamus. Aliæ verò bono animo fieri nõ poſſunt, ut ſcortationes, adulteria, & quæ ſunt hujus notæ. Atque in his cavendum eſt, ne de authore malè judicemus, apud nos ipſos conſtituendo, eum non poſſe mutari. Sed verba Chriſti atque Pauli quibus judicium interdicitur, ad E primum operum genus refert, quæ vel bono vel malo conſilio fieri poſſunt. Et ut probet ſuam diſtinctionem quam adduxit de duplici actionum genere, locum adfert ex epiſt. ad Timot. ubi dicitur, quædam peccata eſſe manifeſta, & quæ præcedant judicium, alia verò quæ conſequantur. Etenim ſunt nonnulla tam aperta, ut ea ſine judicii examine poſſis deprehendere: & nonnulla idcirco dicuntur ſequi, quod ſint occultiora, neque perveſtigentur, niſi diſcuſſione F judicii. Quanquam ſcholia Græca velint id ad ordinationem miniſtrorum referri. Dixerat quippe Apoſtolus: Nemini cito manum impoſueris, neque peccatis alienis communicaveris. Quod ſi dixiſſet ejus diſcipulus: Cum permulta eſſe poſſint hominum peccata quæ me lateant, quomodo ab illis cavere potero? Deinde non illa poſſum devitare, quæ ab eis fortaſſe committentur, poſteaquam ordinati fuerint. Reſpondet Apoſtolus: Præcedunt aliqua peccata, quæ niſi expenderis, & æſtimatione juſta conſideraveris, atque indignum ſacris ordinibus admiſeris, te G alienis peccatis commaculabis. Alia verò ſequuntur: nam ſi promoveris quempiam ad ordines, quem tuo judicio idoneum repereras, poſtea ſi lapſus fuerit, id nequaquam tibi jure poterit imputari.

Quæ tam bono quàm malo animo fieri poſſunt non ſunt judicanda.

Vt judicari debeant quæ non poſſunt bono animo fieri.

Mat. 7. 1.

1. Cor. 4. 5.

1. Tim. 5. 24.

Ibid. v. 22.

10 Neque omittendum eſt, Chriſtum, ut nos avocaret à judicio temerario, comminationem adjeciſſe: Nolite (inquit) judicare, ut non judicemini. Nam quo judicio judicaveritis, judicabimini. Quod non ſic accipiendum eſt, quaſi ſimus à Deo temere H judicandi, ſi temere ipſi judicaverimus. Nam ut Auguſt. eodem in loco dicit, intelligenda eſt Chriſti ſententia, cum aliquis iniquo judicio quempiam judicaverit, ipſe condemnabitur à Deo, & pœnas ideo luet, quòd temere ac iniquè judicaverit. Sed cùm aliqui reperiantur pii homines, qui ſibi in hoc genere peccati prorſus temperant, & nihilominus cum de aliis temerè non judicent, de ipſis inique admodum judicatur, occurrit idem Pater, quod ἐπὶ τὸ πολὺ non ita evenit. Quia homines conſueverunt admo- I dum cõtra illos irritari, quos noverint de ſe malè ſentire, & de illis nituntur viciſſim & iniqua judicia facere & malè loqui. Vnde in eos id uſurpari ſolet, quod

Mat. 7. 2.

Auguſt.

Gen.16.12. ſcribitur de Iſmaele : Manus ejus contra omnes , &
manus omnium contra eum. Sed tamen reſponſio
eſt firmior, pios homines qui alienos temerè non ju-
dicant, licet ab hominibus par jus & recompenſatio-
nem haud obtineant, à Deo citra controverſiam im-
petrant, qui non ſolùm de illis rectè judicat , verùm
etiam prava judicia quæ de illis fiunt ab hominibus
corrigit.

De Suſpicionibus.

In 1.Sam.29.3. 11 Verùm hic quoque meritò quæri poſſit , qua-
tenus indulgendum ſit ſuſpicionibus. Suſpiciones
pendent à conjecturis, quibus inquirimus , vel quid
factum ſit , vel quid poſſit evenire. Suſpicio verò eſt
notitia obſcura de aliquo impendente malo, unde na-
ſcitur timor. In ſuſpicionem autem facilè inducun-
tur homines malevoli & ſenes, & qui ſæpe læſi fue-
rint , & inimici. Et interdum juſtæ ſunt cauſæ ſuſpi-
cionum. Vt in ff. de Suſpectis, l. tutor & curator. Su-
ſpectus eſt , qui talis eſt moribus. Et quamvis re ipſa
talis non ſit, tamen ſatis eſt, ſi talis videri poſſit. Nam
etſi David non erat proditor, tamen ex eo, quod vul-
gò de illo ferebatur, eum eſſe proditorem & affectaſſe
regnum, prudeuter fecerunt Palæſtini, qui ſibi ab il-
lo cavendum putarunt. Nam quin ſuſpiciones in ani-
mis noſtris interdum exoriantur, nos quidem cavere
non poſſumus. Non enim ſunt in noſtra poteſtate.
Sed non debemus illis temerè aſſentiri , aut de illis
judicare. Auguſtinus in epiſt. 54. ad Macedonium:
Homines , inquit , ex quadam philautia facilè indu-
cuntur ad judicandum. Quiſque enim amat cogita-
tiones ſuas, & arbitratur ſe prudenter ſuſpicari. Nihil
tamen, inquit, hîc temerè agendum eſt, quamvis cau-
ſa maximè videatur eſſe probabilis. Nam & multa
credibilia ſunt, & tamen falſa : & multa rurſus incredi-
bilia, & tamen vera. Sed dices: Quid ſi quis præficia-
tur Eccleſiæ, aut Reipub. nónne debet proſpicere in
tempore , ſi quid mali ſuſpicetur impendere ? Debet
quidem: ſed ſine odio & damno alterius. Itaque Iudi-
ces cavere debent , ne quem de levi ſuſpicione tor-
queant. Miſeri enim ſæpè in cruciatu victi magnitu-
dine doloris , ea fatentur , quæ nunquam cogitave-
rant. Sed hæc obiter.

De Ironia & ſalibus.

In 1.Reg.18. v.17. 12 Ex Eliæ verò ſubſannatione in Baalitas liquet
ironias & ſales , nec non venuſtas irriſiones, feſtivóſ-
Feſtivos ſermones non eſſe illicitos. que ſermones uſui eſſe poſſe piis & ſanctis viris: dum-
modo illis utantur non ad ulriones vel ad odium ex-
plendum adverſus inimicos , verùm ad pravum cul-
Eſa.44.12.&c. tum damnandum & improbandum. Eſa.44.ca. quàm
feſtivè irridet fabrum idoli , quòd ex dimidio arboris
ignem paret, unde ſeſe calefaciat aſſétque carnes : ex
reliquo verò trunco , elaboret ſimulachrum ad quod
poſtea ſe proſternat, illud colat, veneretur, invocet &
toto cap. adoret. Idem præſtitit cap.46. Baruch. Ieremiæ Ama-
nuenſis , idola irriſit lepidiſſime. Suo illo ironico ſer-
mone docuit Elias, Baalem non eſſe Deum, non au-
dire, non ſentire, neque curare quicquam. Sannæ ita-
que ac irriſiones & prophetis & miniſtris verbi Dei
poſſunt aliquando commodè inſervire. Etenim quo-
modo potuit manifeſtius doceri homines in colen-
do Baale operam ludere? Paulus autem ſcribendo ad
Eph.5.4. Epheſios videtur Chriſtianis hoc ſermonum genus
interdicere. Non ſit in vobis, inquit, αἰσχρότης id eſt,
ſermo turpis atque obſcœnus, μωρολογία verba inepta
& ſtulta, & εὐτραπελία, id eſt, urbanitas & comitas, quæ
alioqui loco virtutis habetur , qua triſtes & ægroti
nonnunquam exhilarantur , quod minimè peccatis
accenſendum eſt, cùm ad charitatem pertineat. Sed
ibi ſciendum eſt Paulum vocabulo εὐτραπελίας nota-
re βωμολοχίας , id eſt , ſcurrilitatem , qua ſcommata &
maledicta in alios temerè jaciuntur , potius cum of-
fenſione piorum audientium , quàm cum ulla ædifi-
catione. Non licet Chriſtianis temerè nugari.

De Dolo.

In Iud.3. 13 Vt primùm de voce dicamus: Quod Latinis eſt
dolus, Græci dicunt δόλον, ita ut vox eorum & noſtra,

A propemodum ſit eadem. Hebræi verò dicunt *Mirma*
vel *Remija*. Deinde hoc ſciendum eſt, dolum ibi eſ-
ſe prohibitum, ubi aliquid ſubeſt latens quod occul-
tetur, ne dolus pateat aut facilè videatur. Vnde Plau- *Definitio doli.*
tus aiebat : Doli , niſi aſtu colantur , non ſunt doli.
Tantùm de nomine. Nunc ad definitionem venio. In
ff. de Dolo malo l. 1. Servius Iuriſconſultus dolum
malum ita definivit : Machinationem quandam eſſe
alterius decipiendi cauſa , cùm aliud agitur , & aliud
ſimulatur. Vbicunque igitur dolus eſt , deceptio in-
B tervenit per aliquam ſimulationem. Verum quidem
eſt Labeonem Iuriſperitum definitionem allatam à
Servio reprehendiſſe, & quidem duobus argumentis:
Quorum unum eſt, quandoque fieri poſſe, ut aliquis
abſque ſimulatione ſeu dolo malo circumveniatur.
Quocirca definitio anguſtior & contractior, atque id
quod definitur, eſſet. Id autem ut vitioſum ab omni-
bus reprehenditur. Alterum eſt, qua nonnulli quan- *Alia definitio doli.*
doque per diſſimulationem ſua vel aliena ſervant
C ac tuentur, nullum autem circumveniunt, & nemini
nocent. Quare definitio præter id quod definitur,
ad alia poſſet applicari: quod item, ut vitioſum repre-
henditur. Quamobrem ipſe ita definit: Dolum ma-
lum eſſe, omnem calliditatem, fallaciam , machina-
tionem , ad circumveniendum , fallendum , deci-
piendum alterum exhibitam. Vlpianus eodem loco
ſententiam Labeonis probat. Sed pace tanti viri di-
xerim , à doli ratione Labeo non rectè fictionem re-
movit. Ad primum verò ipſius argumentum , aſ-
D ſumptum nego , homines nimirum citra ſimulatio-
nem circumveniri: quia niſi ſtupidi omnino fuerint,
non facilè adducentur ad recipiendum & acceptan-
dum , quod ſibi damnoſum fore apertè viderint.
Ideo neceſſe eſt , ut ſpecies aliqua & fucus accedat,
quæ per diſſimulationem omnino fiunt. Deinde,
cùm ait multos eſſe , qui vel ſua vel aliena per ſimu-
lationem tueantur: id fateor, ſed hoc ipſum dolum
eſſe affirmo, licet bonum, ut poſtea dilucidius oſten-
dam. Ad rationem itaque doli , fictio vel ſimulatio
E ſemper videtur adhibenda. Quamobrem Servii de-
finitio mihi magis arridet , quam tamen ipſe ad do-
lum generaliter potius , quàm ad dolum malum ac-
commodarem, ut ille fecit. Et fortaſſe ratione addu-
ctus, quia deceptionem eam intellexit, quæ damno-
ſa eſſet.

14 Cicero de Offic. lib.1. ſimulationem ſeu fictio-
nem , ad naturam doli maximè pertinere teſtatur.
Scribit enim Aquilium familiarem ſuum interro-
gatum, quid eſſet dolus: reſpondiſſe; Vbi aliud eſt
F actum , & aliud ſimulatum. Huic ſententiæ Augu-
ſtinus aſtipulatur , qui ſuper Ioannem tract.7. ea ver- *Ioan.1.48.*
ba exponens , quæ Chriſtus de Nathanaele protulit:
Ecce verus Iſraelita , in quo non eſt dolus, ait: Tum
dolus eſt, cùm aliud agitur & aliud fingitur , &c. Vt-
que id obiter dicam , ex eo loco facilè colligitur,
Auguſtinum conciones ad populnm ſermone Lati-
no habuiſſe , quòd Afri Romana lingua uterentur, *Auguſt. populo concionabatur Latinè.*
quamvis non pura, ſed in aliquibus vocibus corrupta.
Nam ibi Auguſtinus plebem admonuit, dolum non
G ſignificare dolorem, ut multi corruptè loquebantur,
dicentes : Dolus illum torquet, cùm dicendum fuerit
dolor: ut itaque ambiguitatem tolleret: dolus, inquit,
fictio & ſimulatio eſt. Atque ibidem, ut fictionem do-
loſam exprimeret , adjecit , eam à duplicitate cordis *Dolus à duplicitate cordis proficiſcitur.*
proficiſci. Pſal. adducit 12. ubi cùm agitur de doloſis, ii *Pſal.12.3.*
corde & corde à Davide locuti eſſe dicuntur: hoc eſt,
ut ille interpretatur , una parte cordis veritatem , &
quomodo res habeat, perſpiciunt : altera verò ſimu-
lationem ac fraudem deponunt. In illis verò, inquit,
H non eſt dolus , qui cùm ſe peccatores videant, ſe pro
talibus habent, neque juſtitiam ſimulant vel jactant,
ut Phariſæus agebat, cùm juxta Publicanum oraret,
utq; cæteri faciunt hypocritę. Nathanael in ſe dolum
non habuit , non quidem in univerſum, quoniam o-
mnis homo eſt mendax : & , ſicuti ſcribit Paulus, in *Rom.3.8.*
carne noſtra non habitat bonum, cùm tota ſit doloſa *Rom.7.18.*
& fraudulenta. De Chriſto tantùm dici potuit in uni- *1.Pet.2.22.*
verſum, quòd careret dolo. Sed tamen illi ſunt beati,
ut cecinit David , quibus Dominus non imputavit *Pſal.32.2.*
I peccatum, & in quorum ſpiritu non eſt dolus. Quia n.
ſunt regenerati , præſertim quoad ſpiritum , candidè
ac ſimpliciter agunt: talémq; fuiſſe Nathanaelē Chri-
ſtus

Auguſt.
ſtus perhibet. Idem Auguſt. Tomo 10. in lib. 50. Hom.
homil. 1. id exponit quod in Davide Pſal. 33. habetur:
Quis eſt homo qui vult vitam, & diligit dies videre
bonos? Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne
loquantur dolum. Tum, inquit, dolum eſſe, cùm aliud
in pectore clauſum habetur, & aliud promitur, aut
Adulatores.
verbo aut actione, quemadmodum adulatores fa-
ciunt, qui contra quam ſentiant, aliquos commen-
dant, ut vel frui eorum cibo, vel aliquo beneficio
queant ab illis affici. Quod autem ipſe de adulato-
ribus ait, de inimicis & detractoribus poteſt accipi.
Ut verò deceat homines candide ac ſimpliciter age-
Homer.
re, vel Ethnici viderunt. Unde apud Homerum Achil-
les inquit: Se non minus ac mortem eos homines o-
diſſe, qui aliter loquantur quàm ſentiant. Proinde in
hac definitione doli pro genere, non malè poni exi-
ſtimamus, machinationem ad aliquem decipiendum,
cùm aliud agitur & aliud ſimulatur.

15 At poſt definitionem adhibenda eſt diſtinctio.
Dolus bonus & dolus malus.
Dolus quippe alius eſt bonus, & alius eſt malus. Bo-
num illum vocamus, qui eſt innoxius: cùmque nulli
noceat, interdum prodeſt. At malus dolus noxius eſt,
& ſemper alicui officit. Poſita membra facilè poſſunt
exemplis illuſtrari. Dolo bono, nutrices erga parvu-
los quos placeare & oblectare ſtudent, ſubinde utun-
tur: nam cum eis permulta & ſimulant & fingunt.
Medici quoque ſic decipiunt ægrotos, ut ſanentur.
Chryſoſt.
Quin & Chryſoſtomus de Sacerdotio lib. 1. ſcribit,
quendam medicum febricitantem hominem ita cir-
cumveniſſe, ut bibendo aquam putaverit ſe vinum
1.Sam.21.23.
bibere. Ac idem Chryſoſtomus teſtatur, ſe bono do-
lo uſum eſſe, ut Baſilium induceret ad Epiſcopatum
ſuſcipiendum eum ab eo inſtituto eſſet alienus. Da-
vid hoc genere doli, manus evaſit Regis Palæſtino-
rum: Se quippe ſtultum finxit, ita ut Rex illum indi-
gnum judicaverit, in quem animadverteret. De dolo
autem malo complura exempla in divinis literis ex-
Iud.3 9.
tant inter quæ eſt Ehudi factum, quod in libro Iudi-
cum ſumus interpretati. Et id præterea, quod Hebræi
Exod.12.35.
fecerunt cùm Ægyptum egrederentur, ut precioſas
veſtes, aurea & argentea vaſa, cùm à vicinis, tum ab a-
micis mutuò peterent, quæ tamen ab eis penitùs
auferre volebant. Huc etiam pertinet, quod Chu-
2 Sam.17.7.
ſei Arachites in Abſalômo decipiendo fecit. Ad hoc
Gen.34.25.
item genus id ſpectat, quod Simeō & Levi perpetra-
rūt adverſus Æmor & Sichemitas. Poſſent & alia per-
multa referri, ſi velim in re dilucida fruſtra laborare.

Dolus malus contra hoſtes non prohibetur.
16 De primo genere doli, quod bonum appella-
tur, & innoxium eſt, quin eo liceat uti, minimè ver-
titur in controverſiam. De altero ambigitur: de quo ſi
rogarer, ita reſpondendum cenſerem: Dolo malo
cum amicis non eſſe agendum, ſed contra hoſtes
Qui ſint veri hoſtes.
non prohibêri, quòd inſtar armorum ſit. Unde ſi ad-
verſus eos liceat armis juſtis bella gerere, doli quo-
que admittentur, juxta illud Poetæ,

Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?

Obſervandum tamen de iis hoſtibus nos loqui, quos
vel Deus ipſe: vel Reſpub. vel juſtus Magiſtratus de-
claraverit, non quos privatus quiſque ſibi odio ha-
bendos ſuſceperit. Adhæc non dubito, quin cùm li-
ceat vim vi repellere, quando alia via evadendi non
conceditur, fas quoque ſit dolis contra dolos abuti.
Nam qui vim vi repellit, ut leges concedunt, non eſt
habendus privatus, cùm à Magiſtratu armatur. Unde
non contra legem, ſed ex lege agere convincitur.
Ita illi qui repentè opprimitur, dolo malo evadere ſi
poſſit, conceditur. Docent præterea Scripturæ, hoc
Hieronym.
doli genus juſtum eſſe. Hieronymus quippe ait, ha-
2.Reg 10.21.
betúrque in Decretis 22. quæſt. 2. can. Utilem. Iehu
probè ſimulaſſe cùm Sacerdotibus Baal, quia eum
potuiſſet omnes interficere, ſi ab aliquibus eorum,
cædem fuiſſet auſpicatus. Quare ut eos omnes ſimul
haberet, ſe finxit velle colere Baal, multò ſtudioſius
quàm alij, atque ita omnes ad unum interemit.
Sed hoc videtur obſervandum, ut qui ſic per dolum
perduntur, criminoſi admodum ſint, atque (ut vul-
gò dicitur) notorii: taléſque, ut ordinaria via coerce-
Factum Regis Daniæ.
ri nequeant. Qua ratione à nonnullis Rex Daniæ
commendatur, qui pernicioſiſſimos latrones, quos
capere non poterat, dolo perdiderit. Is enim bello
ſimulato, ad quod omnes convocabat, ut ſibi ſtipen-
dia facerent, iis quoque latronibus impunitatem fa-

A cinorum hactenus commiſſorum, promiſit. Ego ve-
rò hæc exempla, ut poſtea ſum dicturus, non ita ſim-
Auguſt.
pliciter probarem. Auguſtinus, ut habetur 14. quæſt.
5. in can. Dixit. (éſtque locus in quæſtionibus ejus
Exod.12.35.
ſuper Exodum,) oſtendit deceptos ab Iſraelitis Æ-
gyptios, cum vaſa aurea & argentea mutuò ab eis
acceperunt, nec tamen id eis vitio vertendum fuiſſe,
cum tamen dubium nemini ſit eos dolo malo egiſſe.
Ioſ. 8 4.
Idem 23. quæſt. 2. can. Dominus, quod eſt ex illius
B quæſt. ſuper librum Ieoſuæ deſumptum, id com-
memorat, quod Deus præcepiſſe dicitur, ut Hebræi
omnes civitatem Hai ex inſidiis pugnarent, quod
minime dubium eſt ad dolum pertinere. Hierony-
mus ſuper 17. cap. Ezechielis, ſententiam illam, ut ſe-
cularem adducit:

Dolus an virtus, quis in hoſte requirat?

Sed tamen acquieſcit, licet ibi locum habere poſſe
neget, ubi juramentum interpoſitum fuerit. Sed id
mox explicabo: Ambroſius 14 quæſt. 4 Dolum ſeu
C fraudem uſurariam adverſus hoſtes concedit, & lo-
Deut.23.20.
cum Deut. quo Deus Iudæis largitur, ut exteris fœ-
neratentur, hoc modo interpretatur, quod ubi jus
belli datur, ibidem uſura quoque locum poſſit habe-
re. Bona quippe hoſtium noſtra ſunt & ab eis poſ-
ſunt legitimè auferri. Id autem ſeu vi ſeu fraude fiat,
nihil refert. Sunt qui & illud poſterioris Epiſtol. ad
2.Cor.12 16.
Corin. adducant cap. 12. Cùm aſtutus eſſem, dolo vos
cepi. Sed ad rem non facit, cùm ibi Apoſtolus *εἰρωνείᾳ*
quàm manifeſtiſſimè utatur. Inſimulabatur enim ac
D ſi per alios pecunias à Corinthiis accepiſſet, quas
per ſeipſum recuſaviſſet accipere, quod ſtatim diluit.
Quæ verò prius adduximus, liquidò probant adverſus
hoſtes dolo & quidem malo fas eſſe uti, nimirum ce-
lando conſilia & actiones, operibus & dictis figuratis
utendo. Nec jura civilia ſecus tradunt. In C. de Com-
Leges civiles dolum in hoſtes concedunt.
merciis & mercatoribus. l. non ſolùm. Imperatur non
modò ut aurum ad barbaros. Reipub. hoſtes non per-
feratur, ſed ut ſubtili dolo ſive ingenio, ſi quod ha-
beant, ab eis auferatur. Et in ff. de Captivis & poſtli-
E minio reverſis, l. nihil intereſt, decernitur, ut captivi
quocunque modò in patriam redeant, & ſua bona, &
ſtatum priſtinum recuperent, ſeu miſſi fiant, ſeu vi,
ſeu per fallaciam evaſerint. Quamvis poſtea in l. poſt-
liminii. §. Captivus id contrahatur, ſi redierint animo
permanendi. Nam ſi promiſiſſent aut juraſſent ho-
ſtibus reditum, non fruuntur jure poſtliminii. Qua-
re Attilius Regulus non eo beneficio eſt affectus, qui
miſſus Romam fuerat ut Senatui permutationem ca-
ptivorum ſuaderet. Quamobrem cùm promiſerit &
F in animo habuerit ut reverteretur, dolo malo ei juxta
leges uti non licuit.

Diſtinctio juriſiurandi.
17 Hinc quoque apparet id verùm eſſe, quod
paulò antè dicebatur, non licere dolo malo adver-
ſus hoſtem uti, ſi juramentum interpoſitum fuerit.
Quod ut apertius intelligatur, diſtinguendum eſt
juſiurandum, quemadmodum etiam Iuriſperiti fa-
ciunt, ut aliud ſtatuatur aſſerens, aliud promittens:
vel ut ipſi loquuntur, aliud aſſertivum, aliud promiſ-
ſorium. Nam cum juramus, aut quippiam eſſe vel
G fuiſſe affirmamus aut negamus, quod interpoſito ju-
ramento nunquam dolo malo facere debemus. Aut
promittimus quippiam nos præſtituros, & cum fides
etiam hoſti ſervanda ſit, ea quoque dolo malo non
eſt violanda. Quapropter ſi ea quæ juravimus hoſti
ſervanda, bona temporaria ſint, ut pecuniæ, honores,
& vita corporis, propter illa Dei nomen haudqua-
Pſal.15.4.
quam eſt prophanandum. Propterea David Pſal. 15.
cecinit: Qui jurat malum inferre, & non mutat. He-
braicè ſic habetur *Niſchbach. Leharah Velo lamir.*
H Quem locum ſcio Kimhi de iis expoſuiſſe, qui dura
Kimhi.
& aſpera quædam ad carnis macerationem facientia
Deo voverint, nec id commutant, quod promiſe-
runt. Mihi verò ſimplicior ſententia videtur, ſi latius
pateat, nimirum de jurejurando nobis damnoſo,
quod vir pius minimè abrogat aut immutat. Hiero-
Ezec.17.15.
nymus item in Ezechielem cap. 17. in hac ſententia
eſt. Nam ibi Dominus contra Zedechiam vehemen-
ter ſe iratum affirmat, quod juſiurandum Nebucad-
Nezar regi Babyloniæ præſtitum violarit. Quamvis
I enim cum Iudæi, hoſtis loco haberent, attamen, ſicut
Hieronymus.
Hieron. docet, jam ut amicus erat, cùm jurejurando
interpoſito fidem Zedechiæ habuiſſet. Hoc enim

Digitized by Google

Auguſt.

Ambroſius.

Iuramentum de re injuſta reſcindendum.

Ioſ 9. 4.

Papa juramẽta & licita & illicita reſcindit.

eſt amicorum, ſibi mutuò fidere. Quamobrem non A debuit illic dolo malo patere locus. Et Auguſtinus 32. quæſt. 1. cap. Noli exiſtimare, ſcribens ad Bonifacium, illum admonet hoſti quoque ſervandam fidem. Et Ambroſius 22. quæſt. quarta, capite, Innocens, idem monet, eámque ſententiam habet in ſuo libro de Officiis, ubi exemplum Ichoſuæ in Gabaonitas affert, qui licet juramentum præſtitum irritare potuiſſet, attamen Dei conſenſu voluit id conſervari ac ratum eſſe. Neque paſſus eſt Gabaonitas interfici, B quos tamen ob fraudem adhibitam utcunque multavit. Sin verò juramentum de re juſta vel impia datum fuerit, prorſus irritum habẽdum eſt, quia juſiurandum vinculum iniquitatis eſſe non oportet. Neque ad id ut aliquis ab hoc juramenti genere abſolvatur, neceſſe eſt aliquod tribunal accedere. Quod idcirco dixerim, quoniam Papa ſibi hoc jus vendicat, ut in juramentis hujuſcemodi obligationem relaxet, & ut vulgò aiunt, diſpenſet, ut patet decimaquinta quæſtione ſexta, ubi Nicolaus Treverenſem C abſolvit. Et eò tandem ſuperbia ejus & arrogantia ſuum jus protulit, ut non tantum juramenta illicita ſolvat, ſed etiam juſta & legitima, cum viſum fuerit, abroget. Ita Zacharias Francos, quo ſuo Regi aſtricti erant, ſacramento ſolvit, regémque dejecit, & Pipinum ejus loco ſurrogavit. At id non mirandum eſt, cùm in aula Romana hodie vulgò dicatur: Non eſſe Regum & Magiſtratuum, ſed mercatorum ſtare juramentis.

Proverbium aulæ Romanæ.

18 Interpoſito itaque jurejurando, non eſt dolo D utendum, niſi fortaſſis altera pars, cui juratum eſt, à conditionibus & pactis prior diſceſſerit: ſiquidem tunc ſententiâ vulgò jactata locum habet: Frangenti fidem, fides frangatur eidem. Quamobrem Hieronymus ad Nepotianum, Oratoris Domitii dictum ad Philippum celebrat: Quando tu me non habes pro ſenatore, nec ego te pro conſule habeo. Verùm de hoc ex divinis literis teſtimonium habemus: nam Paulus 1. ad Corint. cap. 7. ſcribit de fide in conjugio data: Si diſcedat infidelis, diſcedat: Non eſt ſervituti E ſubjectus frater aut ſoror in hujuſmodi, ſed in pace vocavit nos Deus. Quæque allata ſunt de jurejurando, intelligo identidem valere de promiſſionibus atque pactis: In quibus affirmo, piorum ac juſtorum hominum eſſe, cùm ut planis atque ſimplicibus verbis utantur, tum etiam ut bona fide agant. Quocirca Thraces jure ac meritò damnantur, qui poſt inducias 30. dierum noctu prædabantur: factum excuſantes, quod non de nocte, verùm de die pepigiſſent. Nec legatus Romanorum candide, imò ſophiſticè ſe F geſſit cum Antiocho, qui cùm navium dimidium Romanis & Regi conſtituiſſet dandum, eas omnes reipſa dividi ac ſecari juſſit: Id autem fecit, ut Rex navali præſidio funditùs deſtitueretur. Proinde quæcunque pius vir promiſſurus eſt, debet antea ſecum graviter expendere, ut poſtea dictis & promiſſis ſtare valeat. Vnde Hieronymus ad Celantiam ſcripſit: Quæ dixeris putes jurata.

1. Cor. 7. 15.

Thracum ſophiſtica.

Dolus legati Romanorum adverſus Antiochum.

19 Ad finem quæſtionis, quo res fiat dilucidior, id reſtat, ut dubia quædam excutiantur. Primum eſt, G ſi quis promiſerit cuipiam arma & auxilia, ídque ad trium aut quatuor annorum ſpacium: interea verò ille perfidus in patriam efficiatur, & contra eam bella inferat: an eo caſu data fides præſtanda eſt, an dolo malo violanda? Reſpondeo, neque hoc caſu, neque conſimilibus, fidem ſervandam eſſe: quoniam, ut liquet, ſcelerata res intercedit, cui ſalva conſcientia non poſſumus auxilio eſſe. Neque revera hic aut dolus malus aut perjurium committitur. Non enim qui juravit mutatus eſt, ſed is cui juſiurandum præ- H ſtitum fuit. Iuramenta quippe de iis obligationibus quæ anteceſſerunt, nihil detrahere ac imminuere poſſunt. Cùm itaque verbo Dei & ſaluti patriæ quilibet prius obſtrictus eſſet, quàm aliquid juraret: id quod poſtea juratur, ſalvis prioribus obligationibus intelligendum eſt. Quod etiam quoad vota nuncupata locum habet. Nam licet quis cœlibatum voverit, cùm prius verbò Dei eſſet aſtrictus, quo melius eſſe nubere quàm uri dicitur, & qui non continent nubant: ob votum quod eſt conſecutum, priorem I obligationem minimè tollit. Quare ſi continet, aut ſi uritur, juxta divinum præceptum debet nubere:

Cùm juramẽtum ex licito fit illicitum, non eſt ſervandum.

1. Cor. 7. 5.

Iuramentum priores obligationes minimè diſſolvit.

neque votum aut juſiurandum ullum, quod interpoſitum fuerit, vim ac robur divini præcepti poteſt auferre.

Obligationem divinorum præceptorum nullum juramentum aut votum tollit.

An hæreticis fides ſervanda ſit.

20 Alterum dubium occurrit, de iis Principibus, qui hæreticis, ut ad conſilia vel colloquia veniant, fidem publicam dederunt: an datæ fidei ſtare, an violato jurejurando hæreticos apud ſe retinere, ac eos plectere debeant? Reſpondeo, debent illis datam fidem integram & illibatam ſervare. Sed aiunt: Facilè quidem largiemur, tum peccatum fuiſſe, cùm de re mala datur fides. Ac ſi poſtquam data eſt, eam ſervemus & promiſſis maneamus, in aliud grave crimen incidimus. Munus quippe nobis commiſſum non obimus, neque Deo auſcultamus. Noſtrûm ſiquidem eſt, quemadmodum præcepit Deus, Hæreticos punire atque coercere, ne vaſtent Eccleſiam, & pergant inter pios doctrinam ſuam peſtiferam tueri. Neque dubitat quiſpiam à Magiſtratibus Eccleſias eſſe defendendas. Quamobrem hæretici dimittendi non videntur, quos jam in noſtra manu habemus. Reſpondeo, Regum quidem hoc eſſe munus, ut Hæreticos reprimant & coerceant, ſed tum profectò, cùm illos in ſua poteſtate habuerint. At data fide publica, ſi ad eos veniant, illos non dicuntur in ſua poteſtate habere. Venerũnt quippe promiſſo & jurejurando freti, alioqui non venturi. Cùm itaque promiſſio interpoſita fuerit, eam violare non licet. Atque hæc cauſa eſt, cur ſuperius dixerim, me non facilè poſſe probare factum Regis Daniæ. Nec etiam Iehu à peccato abſolverem, cùm promiſit ſe Baalem velle colere, quò Baalitas omnes unà comprehenderet: niſi fortaſſis manifeſtè cognoverit, ſe ad hoc faciendum fuiſſe à Deo impulſum. Sed hac de re paulò poſt. Deſinant igitur, qui Concilium Conſtantienſe defendunt, id prætexere, ſalva conſcientia Ioannem Huſs non potuiſſe dimitti, quod grave ſit principum omnium peccatum, ſi hæreticos liberè vagari ſinant: quoniam id tantiſper verum eſt quod aiunt, quoad illi fuerunt in eorum poteſtate. At quando fide publica venerunt, liberi ſunt, nec in poteſtate principum, qui ſe vocarunt, eſſe dicuntur.

Qui accepta fide ad reges & principes veniunt, non ſunt in eorum poteſtate.

21 Ambigunt alii, an ſit fas dolo malo uti contra latrones, ita ut ſi quis in eorum manus inciderit, & ab eis jurejurando præſtito, domum ea lege dimittatur, ut ibi pecunias pro ſe redimendo colligat, ad eos redire cum pecuniis debeat: aut abſque illis, ſi non potuerit eas corradere, ut ſperabat: præſertim ſi quodammodo certus fuerit, aut de perpetua ſervitute, aut de morte crudeliſſimè obeunda. Reſpondeo, me arbitrari eum debere ad eos redire: ſiquidem ibi non niſi de bonis hujus mundi agitur, de nummis inquam, libertate atque vita corporis, quæ non tanti ſunt facienda, ut eorum cauſa juſiurandum & nomen Dei ſit violandum. Et carmen Davidis jam ſuperius adductum, huc appoſite facit. Atque adeo firma & vera eſt hæc ſententia, ut illam vir Ethnicus, Marcus, inquam, Attilius Regulus, agnoverit: Is enim Carthaginem rediit, ubi certò ſciebat aut perpetuò ſerviendum, aut vitam, & quidem crudeliſſimè, amittendam. Nec mihi dixeris, eum deſipuiſſe: quoniam Romanæ leges (ut prius diximus) de captivis, & poſtliminio reverſis, in l. Poſtliminii. §. Captivus. illud ſtatuunt & ſanctè decernunt, ne ille ut poſtliminio reverſus putetur, qui redire promiſerit. Deinde hoc natura hominis perſuadet, ea quippe civilis & ſocialis eſt. Quare poſt Deum & pietatem erga illum, nihil ei ſupereſt quod magis colat, quàm fides, quæ humanam ſocietatem mirificè juvat. Quippe ſine ulla, ut ſimul homines vivant, fieri non poteſt. Quis præterea non dixerit, pecuniarum, libertatis, atque vitæ unius hominis jacturam potius faciendam, quàm innumerabilium? Porrò ſi cum iis latronibus pactis & promiſſis non ſtetur, dehinc nemini captivorum credent, nullos domum ad redemptionem quærendam remittent: ſed quotquot cœperint, aut occident, aut miſera & perpetua ſervitute apud ſeſe detinebunt. Poſtremò, id monere operæpretium eſſe arbitror, ut in juramentis, neminem ſigna moveant univerſitatis adjecta. Vt ſi quis amico ſuo promiſerit ac juraverit ſe illi fore in omnibus adjutorem, aut ſcholæ vel Eccleſiæ, ſe omnia facturum & obſervaturum quæ ſtatuerint. Nam omnes ejuſmodi locutiones (ut ex

An fides latronibus data ſit ſervanda.

Attilius Reg.

dictis

Digitized by Google

Quomodo liceat quædam univerſaliter jurare.

dictis apparet) ſalva obedientia verbi Dei ſunt acci-
piendæ. Et eam ſanè clauſulam, etſi ex natura jura-
menti, ſemper adjecta intelligatur, nihilominus pio-
rum hominum eſt exprimere, dum in aliquam uni-
verſitat, n, collegium, munus, corpus, aut ſocietatem
recipiuntur, & de more ſtatuta, leges & decreta co-
guntur jurare. Tutum inquam eſt, ut diſertis ver-
bis teſtentur, ſe illa omnia velle ſervare, niſi quip-
piam eorum deprehenderint verbo Dei adverſari: ac
iſta de re jam ſatis dictum arbitror. Ehud dolo malo
eſt uſus. Fateor: at contra hoſtem. Nec ſcriptura juſ-
jurandum ullum, inter ipſum & Æglonem regem,
commemorat interveniſſe. Quod etiam ſi fuiſſet in-
terpoſitum, cùm afflatus Dei, quo ſuam voluntatem
ei patefecit, illud abrogarit, ſua obligatione ſolutus
eſt.

Dolus ad extirpandam idololatriam & hæreſes, an liceat.
In 2. Reg. Cap. 10. verſ. 17.

Iehu factum.

22 Iehu per fraudem illicere voluit Baalitas in
extremum capitis diſcrimen. Edixit populo ſe futu-
rum inſignem Baalis cultorem, & velle quàm pri-
mùm ei offerre nobile ſacrificium: ideo congregari
juſſit omnes Baalitas ad cœtum ſacrum, ut Baalem
ſacro magnifico proſequerentur. Dubitant aliqui an
Iehu mentiendo ita peccaverit. Qui cauſam ejus
tuentur, inquiunt, hoc genus mendacii fuiſſe offi-
cioſum, atque ideo non damnandum. Officioſum

Officioſum mendacium.

verò mendacium definiunt id eſſe, quo nemo lædi-
tur, & aliquis juvatur. Sed attendendum inter cætera
eſt, hoc Iehu mendacium non temere illi excidiſſe,
cùm fuerit illo itinere animo conceptum, & mente
verſatum. Nec meo judicio poteſt officioſum appel-
lari, quia ratione ſcandali permultos læſit. Nam exi-
ſtimabat populus ex una parte ſe pium ſanctúmque
Regem adeptum: verùm ex altera parte ejus edictum
intuentes, ſuſpicatur illum deleviſſe Achabum cùm
ſuis, non pietatis ergò, ſed regnandi cauſa. Iure igitur

Rom. 3. 6.

hypocriſcos damnant. Alii tuentur prolatum men-
dacium, quod recta intentione dicentis eſſet corre-
ctum. At bona intentio non reddit bonam actionem,
quando natura ſua eſt mala, nec juxta doctrinam

Matt. 5. 16.

Apoſtolicam, mala committenda ſunt, ut bona pro-
veniant. Pergunt, & aiunt ſatis eſſe, Deum ipſum cor
loquentis agnoſcere. Nec id eſt ſatis, quia non tan-
tùm Deo neceſſe eſt, ut noſipſos approbemus: ve-
rumetiam, quoad ejus fieri poteſt, hominibus, quò
videntes opera noſtra bona, celebrent & glorificent
Patrem celeſtem. Nec illud magni æſtimandum eſt,
quod aiunt, hoc mendacium brevi tempore fuiſſe
duraturum, quoniam inter paucos dies futurum erat,
ut animus dicentis patefieret. Erat enim Iehu inter-
fecturus Baalitas: Vnde populus erat cogniturus, quàm
eſſet alienus ab eo genere idololatriæ. Errãt enim iſti
vehementer, qui peccata opinantur metienda ſpacio
temporis, cùm brevi momento poſſit perpetrari gra-
viſſimum ſcelus. Nec dubium eſt, quin Baalitæ hoc
facto Iehu, pro eo tempore ſeſe confirmarint in ſua
perverſa idololatria. Deinde, cùm ſeſe pararent ad ſa-
crificandum, non leviter peccabant. Et ad id impelle-
bantur authoritate Regis, qui edicto propoſito illos
convocaret, qui etiam juſſit veſtiario, ut illis præberet
ſolita indumenta, quæ illi accipientes & induentes
legem Dei proculdubio violabant. Ex quo loco ſatis
liquet illos habuiſſe in ſacris, veſtes peculiares di-
ſcretas à prophanis & uſitatis. Nititur quippe diabo-
lus in quibuſcunque rebus poteſt Deum imitari, qui
Lege ſanxerat, ut Aaron coram ſe miniſtraturus, ve-
ſtes haberet egregiè paratas. Iuſſerat item, ut filii e-
jus, hoc eſt, minores ſacerdotes, ſua quædam geſtarent
indumenta: Similiter Baalitæ fieri curarunt in ſua
idololatria.

Exod. 28. 2. Reg. 10. 22. Priſcillianiſtarum perſecutioni dolus Iehu adhibitus.

23 Tale genus mendacii ac impoſturæ olim fuit
Auguſtini ætate adhibitum, ad retegendum Priſcil-
lianiſtarum errorem. Iſti ſcelerati hæretici, multos
clanculum corrumpebant. Et interim in jus vocari
vel ibi damnari vix poterant, qui ſuã hæreſin aſſimu-
labant, accuſati deteſtabantur & abjurabant, licet in
animo peſtiferum ſenſum retinerent, nec à ſeductio-
ne deſiſterent. Vnde multi ex fidelibus ægreferentes
eos latere, ut eos in lucem protraherent, ac retege-
A rent, aliquos interdum ex eis accedebant, & aſſimula-
bant ſe quoque Priſcillianiſtarum ſtudioſos eſſe. Vn-
de illi hoc audito, arcana ſua eis proferebant. Auguſt.
Catholicos reprehendit, ſuadebátque, ut hoc genere
mendacii abſtinerent, eáque de cauſa conſcripſit pul-
cherrimum libellum de mendacio ad Conſentium.
Rurſus qui defendunt Iehu, nobis objiciunt He-
liam, qui videtur incitaſſe Baalitas in monte Car- **1. Reg. 18. 25.**
melo, ad ſacrificium idolo faciundum. Sed inter hoc
non leve diſcrimen eſt, quia Helias per ſe ac ſimpli-
B citer non incitabat eos ad ſacrificandum: ſed ad pa-
trandum miraculum provocabat, nempe ut expe-
rientia tentaretur, uter de cœlo ignem eliceret. De-
inde illo tempore Baalitæ parati erant ad quotidiana
ſacrificia, imò Deo ſuo victimas faciebant ſingulo
quóque die, ac eum perpetuò quodammodo invoca-
bant. Quod nunc Baalitis non accidebat: metu quip-
pe novi regis Iehu non audebant ſuo idolo ſacra fa-
cere. Quare non oportet, ut his argumentis ſeſe con-
C firment, qui Evangelium profitentur & interea ſe
polluunt in Papatu abjurationibus & ſceleratis miſ-
ſis. Non ſufficit cor habere ſincerum, ſed etiam exter-
nas actiones Deus requirit, quia cùm totius homi-
nis ſit conditor, etiam totum ſibi vendicat. Proinde
mihi dicendum videtur, juſtum quidem ac bonum
fuiſſe, ut Achabitæ & Baalitæ perderentur: circum-
ſtantias vero omnes adhibitas, non eſſe omnino pro- **2. Reg. 10. 31.**
bandas. Nec debemus admodum ſolicitari, ut Iehum
à peccato aſſeramus, cùm alioqui fuerit vitulorum
D cultor: neque ut ſacra narrat hiſtoria, in lege Dei per-
fectè ambularit. Erat ſanè deſtinatus ad evertendum
cultum Baal, non autem ad illum promovendum vel
ſimulandum. Quare hoc genus mendacii non video
cur excuſetur, niſi fortaſſe dicatur, illum non ſuo ar-
bitrio & judicio eſſe mentitum, ſed impulſu Dei, qui
ad tale mendacium illum inſtigarit. Quemadmo-
dum juſſit, ut populus acciperet ab Ægyptiis mutuò
veſtes precioſas & aurea & argentea vaſa, cùm tamen **Exod. 11. 2. & 12. 35.**
Hebræi probè ſcirent, hæc non eſſe danda mutuò,
E ſed prorſus à dominis auferenda. Cæterum ut ita fie-
ret, Deus mandaverat, ut in Exodo habetur. De Iehu
verò id affirmari nõ poteſt. Merebantur quidem Baa-
litæ, ut hac fraude ſeducerentur, cùm ipſi populum
deceperint, & quidem in re graviſſima. Et qui ſolici-
taverant ac inflammaverant Reges ac Reginam, con-
tra prophetas & viros Dei, nunc & ipſi merentur
fraudulentam ac doloſam circumventionem: ſeú in-
terea Iehu à pernicioſo mendacio non excuſatur.
Non me latet, eſſe dolum bonum, & dolum malum,
F & dolo bono interdum licere uti: ſed hîc, de quo mo- **Dolus & bonus & malus.**
do agimus, dolum malum eſſe aio, & idcirco illici-
tum. Mandavit quidem Lex, ut idololatræ occide-
rentur; ſed hoc genere impoſturæ ac mendacii non **Deut. 13. 1. & 6.**
juſſit id fieri.
24 Iehu ſtudium ſuum erga Baalem compara-
tione amplificat. Viſus erat Achabus in eo cultu o-
mnium ſuperſtitioſiſſimus, at dicitur præ Iehu parum **Cur Iehu præ ſe tulerit obſervantiam & cultum Baalis?**
coluiſſe Baalem. Eſt perinde ac ſi diceret, illa fuerunt
jocus & ludus præ illis, quæ ego ſum daturus. Te-
G ſtatur ſacra hiſtoria hæc illum feciſſe doloſè, quòd
omnes Baalitas vellet in unum contrahere, ac ſimul
omnes conficere, quod ei aliter non facilè ſucceſſiſ-
ſet. Permulti quippe Baalitæ audita cæde Acha-
bi & Ochoziæ, nec non liberorum Achabi & co-
gnatorum Ochoziæ metu aufugerant, & ſeſe in
latebris abſconderant. Ideo Iehu hæc ſimulavit, ac
propoſuit edictum, quod Baalitis mirum in modum
favebat. Deinde fortaſſe veritus eſt, ne ſi per vim &
apertè voluiſſet agere, ſeditio in populo excitaretur
H ad res novas moliendas. At tam blandè ac ſtudioſè
Baalitæ invitati redierunt, & ſeſe ultrò in capitis pe-
riculum præcipitarunt, cùm alioquin aſtuti & vafri
eſſent. Verùm ad hunc modum tales homines
Deus infatuat, & in ſua ipſorum aſtutia eos com- **Impios Deus in caſſes mirabiliter allicit.**
prehendit. Sicuti etiam factum videmus in Pha-
raone, qui ultro ac ſponte ingreſſus rubrum ma- **Exod. 14. 23.**
re, unà cum ſuo exercitu ſubmerſus eſt. Hoc ge-
nere doli ac mendacii uſus eſt olim Conſtantius **Conſtantii Cæſaris factum.**
Magni Conſtantini pater, qui cùm amplecteretur
I Chriſtum, edictum propoſuit ſuæ voluntati longè
contrarium, quaſi nollet in aula ſua Chriſtianos
ferre. Proinde edicto juſſit, ut qui Chriſtianam

Digitized by Google

religionem profiterentur, ſe acceptis honoribus abdicarent, cingulúmque militare deponerent. Qui ſinceriter Chriſtum amplexi erant, ſpretis dignitatibus ac aula, à comitatu Imperatoris diſceſſerunt: qui è diverſo nominetenus Chriſtiani erant, ut priorem locum & gradum retinerent, à Chriſto defecerunt. At res in diverſum abiit. Nam Imperator illos revocavit, qui abierant, & priſtinis juſſit frui commodis ac honoribus. Illos vero à ſe abegit, qui Chriſtum repudiarant, hac uſus ratione: Si fidi non fuerunt Numini, hoc eſt, Chriſto quem colebant, neque mihi fidem præſtabunt, neque certam operam navabunt ad me ac imperium meum tuendum. Iulianus verò defector, quem Apoſtatam vocant, diverſa ratione mentitus eſt. Nam ut Ammianus Marcellinus refert, cùm exercitum duceret adverſus Conſtantium ſuum fratrem patruelem, veritus ne milites offenderet, qui maxima ex parte Chriſtiani erant, aſſimulavit ſe quoque Chriſtum colere, cùm ab eo defeciſſet. Proinde ſolenni die Epiphaniorum cum Chriſtianis unà ingreſſus eſt templum. Et alioquin permultæ in hiſtoriis, quod ad religionem attinet, deprehenduntur ſimulationes.

Iuliani Apoſtatæ factum.

De Veritate & Mendacio, Qui locus etiam tractatur 1. Sam. 21. verſ. 12.

In Iud. 3. De veritate.

25 Nunc alteram quæſtionem tractemus, nempe: An viro bono & pio mentiri liceat. At de Veritate, præclara ſanè virtute, prius aliqua dicenda cenſeo quàm de Mendacio agam. Ea, ut Tullius inquit, de Inventione, eſt, per quam immutata quæ ſunt, quę fuerunt, & futura ſunt, dicuntur. Vbi primùm annotabimus, eam verſari circa verba: nam inquit, Dicuntur. Non ſanè quòd ignorem, & mutos, & alios homines quandoque nutibus loqui: ſed quia (ut ait Auguſt. lib. 1. de Doctrina Chriſtiana) verba inter cætera ſigna, & præcipua ſunt & magis dilucida. Deinde hinc docemur: Veritatem non tantùm circa unam temporis differentiam, ſed circa tres attendi. Ait ſiquidem: Et quæ ſunt & quæ fuerunt, & quæ futura ſunt. Hæc ſanè, tum verè dicuntur, cum immutata efferuntur, id eſt, quemadmodum ſe habent, neque ampliora, neque minora quàm ſint loquendo fiunt. Hoc idem propemodum Auguſt. dixit: de vera Religio. cap. 36. ubi ſcripſit, veritatem eſſe, qua id quod eſt ſignificatur. Eſt autem virtus, quia homines per eam ad verum dicendum propenſi ac proclivos redduntur. Ejus genus ſi requiras, æqualitas eſt, cui adjungitur loco differentiæ, vocum nempe, ad res quæ ſignificantur. Vt autem omnibus conſtat, virtutes omnes ad medium collimant & extrema refugiunt. Quapropter in genere locutionum, duo vitia deprehendes, nimirum, ſi plus quàm res patiatur, aut ſi minus quàm ſe habeat dixeris. Neque virtus medio ſolo contenta eſt: nam & circunſtantias adhibeamus oportet, quæ ſolent eam perpetuò comitari. Quamobrem non cuivis, non quovis tempore, non de re qualibet: verum ſemper dicendum eſt, non quidem mentiri debemus: at ſapientiæ interdum eſt ea celare, quæ juſta ratione cognoſci nolumus. Qui dona ſibi à Deo collata paſſim & apud omnes prædicaret, ineptus ac putidus haberetur: ut viciſſim, qui crimen jactaret, in quod humana infirmitate fuiſſet prolapſus, jure meritóque reprehenderetur. Exigit ita veritas, ut de noſtro ſenſu & voluntate, quæ intus habemus, id quod eſt à nobis prudenter ſignificetur. Adhæc virtus, de qua loquimur, cum ſimplicitate maximè conjuncta eſt, & duplicitati plurimùm adverſatur. Iis adde, illam partem eſſe juſtitiæ. Nam & rebus ſuas voces reddit, & proximo verum quod ei debet, ſine quo ſocietas humana conſiſtere non poteſt: Nam ſi quis perpetuò ſe ab aliquo decipiendum ſuſpicetur, nunquam ei quicquam credet. Vnde inter homines omnia commercia & ſocietates peribunt. Ariſtoteles in Ethicis, Veritatem nonnihil ad defectum declinare affirmat præſertim cùm quiſpiam de ſeipſo loquitur. Id enim prudentia exigit, ut ne quiſquam ſeipſum jactet. Quocirca Paulus Epiſt. 2. ad Corinth. 12. cap. ſcripſit: Si gloriari voluero, non ero inſipiens: parcam verò, ne quis de me exiſtimet, ultra quod videt in me, aut quod ex me audit. Iis verbis, ut ineptos & inſipientes eos taxat, qui gloriantur etiam de iis bonis quæ habent: Aitque ſe ab eo velle abſtinere. Nec, inquit, id exigo, ut quis de me plus exiſtimet, quàm in me videat aut audiat. Nec qui minus de ſe dixit quàm ſit, illico eſt ut mendax accuſandus: Nam quod plus eſt, id quod minus fuerit in ſeſe comprehendit & continet. Quicunque enim habuerit quinquaginta, is verè dicere poteſt ſe viginti habere, quamvis non totum quod habet proferat. Idem tamen, ſi tantùm viginti ſe habere affirmaret, aut negaret ſe quicquam habere, proculdubio mentiretur: quod minimè committendum eſt, vel modeſtiæ cauſa, ſeu, quemadmodum loquuntur, humilitatis.

Veritas eſt virtus. Genus veritatis æqualitas.

Duo vitia loquutionum.

Quid veritas exigat.

Quando Ironia ſit licita.

2. Cor. 12. 6.

Qui de ſe minora dicit quã habeat, non mentitur.

Non eſt mentiendum, cauſa humilitatis.

26 Quòd verò teſtimonia divinarum literarum nos ad veritatem dicendam incitent, permulta ſanè poſſent coacervari: ſed paucis ero contentus. Habetur in Decalogo: Ne falſum teſtimonium dixeris: quod non ſolùm in judicio eſt obſervandum, ſed in omnibus, quæ aut vera, aut falſa eſſe, noſtro ſermone teſtamur. Deus præterea nobis imitandus proponitur, quem Scripturæ veracem paſſim prædicant. Quare nos etiam veri eſſe debemus quàm amantiſſimi. Idcirco in Exodo capite 18. Iethro Moſi conſuluit, ut populo viri præficerentur timentes Deum, fortes, amantes veritatis, & qui avaritiam odio haberent. David etiam cecinit: Ecce veritatem dilexiſti, ideóque in intimis & in penetrali animi ſapientiam mihi manifeſtaſti. Verba hæc ſatis indicant, nos propterea doceri à Deo, cùm afflatu interiori, tum doctrina externa: quoniam ille veritatis eſt amans, neque ſuos filios, aut errare, aut decipi mendaciis facile patitur. In Zacharia cap. 8. ſcribitur: Loquimini veritatem quiſque cum proximo ſuo. Quam eandem ſententiam Paulus ad Epheſios uſurpat, & ad Coloſſ. idem præcipit. Ad Corinthios autem poſteriori, de ſe cæteriſque Apoſtolis inquit, eos nihil poſſe adverſus veritatem. Quin Scribæ & Phariſæi cum Herodianis conjuncti, Chriſto, quem ſatagebant in ſermone capere, ad hunc modum adulabantur: Magiſter, ſcimus te non acceptare perſonas, imò viam Dei in veritate docere. Hanc innuebant præclari ac illuſtris hominis virtutem ſingularem eſſe, ut veritatem omnibus præferat. Sed jam divinorum teſtimoniorum ſatis eſt.

Exod. 20 16. Rom. 3. 4.

Exod. 18 21.

Pſal. 51. 8.

Zach. 8. 16.

Epheſ. 4. 25. Col. 3. 9.

2. Cor. 3. 9.

Matt. 22. 16.

27 Reſtat ut ad tractandum Mendacium me conferam. Auguſtinus qui de eo ad Conſentium ſcripſit, mendacium teſtatur eſſe falſam vocis ſignificationem. Et ſanè de hoc vitio ea omnia per ἀντίθεσιν dicere poſſumus, quæ prius de Veritate fuerunt expoſita. Et primùm contra id, quod M. Tullius de vero ſtatuerat, verum id eſſe, per quod immutata quæ ſunt, quæ fuerunt, quæ futura ſunt dicuntur. Et mendacium eſſe, quo id quod non eſt, eſſe ſignificatur. Nam Auguſtinus è contra de veritate protulerat. Eſt hoc vitium adeò noxium, ut hominem, qui eo afficitur, gaudere ac lætari falſis efficiat. Genus veritatis erat æqualitas: vitii erit, inæqualitas. Vtque illa cum ſimplicitate admodum conjuncta eſt: ita mendacium ad duplicitatem pertinet. Veritas, pars eſt juſtitiæ. Mendacium verò, injuſtitiæ. Illâ conſervatur humana ſocietas, hoc verò læditur ac evertitur. Sed ad Auguſtinum redeo, qui ſcribit eum dici mentiri, qui voluntate fallendi, quod falſum eſt protulerit: & nihil aliud eſſe mentiri, quàm adverſus mentem ire: mentientes quippe aliud quàm in mente habeant eloquuntur. Cupiditas autem fallendi, juſtitiæ, dilectioni atque amicitiæ, quam nobis mutuò debemus, omnino adverſatur. Tria itaque mendacio inſunt: primùm, dicere falſum: adhæc, ejus dicendi voluntas: tertiò verò, fallendi cupiditas. Primùm ſanè ad materiam ſpectat: alia verò duo ad formam pertinent.

De mendacio.

Mendacii genus inæqualitas.

Tria concurrunt ad mendacium.

28 Diſtinguunt mendacium in Officioſum, Iocoſum, & Pernicioſum. Nec aliunde ſumitur hæc diviſio, quàm ab effectis, vel à finibus. Hoc enim perpetuò verum eſt, ipſos fines, tum cauſæ, tum effecti poſſe rationem habere. Mendacia porrò, vel proſunt, vel delectant, vel nocent. Finis pernicioſi eſt lædere: Iocoſi, delectare: Officioſi prodeſſe. Ariſtoteles autem, quoniam in virtute medium præcipuè attendit, ideo ſi loquendo ipſum exceſſeris, jactantiam ſin verò defeceris, εἰρωνείαν ponit. Atque in hoc malo id potiſſimum eſt noxiũ, quod prava ſeu falſa opinio in

Mendacii diſtinctio. Vide in 2. Sa. 15. 33.

Digitized by Google

Mendacium & pravum & fugiendum.

mente proximi gignitur. Qua de cauſa rectè dixiſſe videtur idem Ariſtoteles, mendacium eſſe pravum & fugiendum. Quod idem teſtimoniis divinarum literarum probare licet: Nam ea omnia huc ſpectant, quæ prius, ut ad veritatem dicendam incitantia, produximus. Et alia complura paſſim occurrunt, quæ mendacium deteſtantur. David cecinit: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Rationes prætereà id ſuadent: quarum una eſt, in mendacio ſignorum eſſe abuſum. Cùm autem donis Dei abuti non liceat, mendacium quoque prohibitum intelligitur. Deinde, quemadmodum anteà dictum eſt, mendacium humanæ ſocietati adverſatur: non enim animi ſenſa, ſed mendacia fratribus mentiendo communicantur. Ideò cùm homo naturâ factus ſit ad ſocietatem & communicationem, dum falſa loquitur, cum ſua ipſius natura pugnat. Vtque Auguſtinus ait, Fides in eo læditur; nam qui audit, iis quæ dicuntur credit. Quare fides ea, quam alienis dictis adhibet, fruſtratur. Nec citra culpam tanta res lædi poteſt. Et Denique mentiendo quiſque ſibiipſi authoritatem abrogat: nam deprehenſus in mendacio, ſemper ejus habebitur ſuſpectus: Quare, nec (etiamſi voluerit) monitione aut correctione licebit ei juvare proximos. Vitium proinde quod eſt in mendacio, non tantùm ad proximi damnum ſeu læſionem ſpectat: verum in eo ex ipſo genere ineſt, ut ex jam dictis liquido apparet. Inter mẽdacia verò illud videtur graviſſimum, quod circa religionem, doctrinam, & pietatem committitur, quia in alia nulla re dolus magis noxius & perniciosus adhiberi poteſt. Nam ibi ſi erraverimus, ab æterna felicitate deturbamur. Quamobrem Auguſtinus in Enchiridio cap. 18. rectè ſcripſit, Peccare quidem illos graviter, qui viatores decipiunt, iter perperam oſtendendo: at illos multò deteſtabiliores eſſe, qui circà pietatem mentiendo, in errorem homines abducunt.

Pſal. 5. 6. — *In mendacio eſt ſignorum abuſus.* — *Quodnam mendacium ſit graviſſimum.*

In mendacio pernicioſo duo mala. Iocoſum.

29 Si conferantur inter ſe tria mendaciorum genera: Pernicioſum inquam: Iocoſum, & Officioſum: Pernicioſum jure deteſtabilius cenſetur, quòd in eo duo mala inſint. Vnum eſt, ſignorum abuſus: alterum verò, proximi damnum: Idque mentis quæ decipitur, quod eſt omnibus mendaciis commune; & rei quæ amittitur. Cætera verò mendacia, licet abſque vitio non ſint, id tamen bono vel delectationis, vel auxilii adjecto, non leviter imminuitur. Et quidem Iocoſum, parvam tenuémque rationem mendacii retinet: quandoquidem falſitas illicò deprehenditur, nec diu audientes latet. Imò ſcripſit Auguſtinus, talia ferè pro mendaciis non haberi. De officioſo autem, obſcurior difficultas oritur. Nonnulli enim peccatum id eſſe negant: nam id eò ſpectare dicunt, ut proximus juvetur, quem dictis & factis pro eo quod poſſumus, relevare debemus. Quocirca exiſtimant nullum ibi ſignorum abuſum intercedere, quandoquidem noſtra omnia debent ad fratrum commodum ſpectare. Neque illic arbitrantur in ſocietatem humanam peccari, cùm per hoc mendacii genus homines reddantur incolumes, & indemnes conſerventur. Adhæc aiunt in divinis literis, cùm aſſerunt Deum perdere omnes qui loquuntur mendacium, non de quolibet eorum genere id eſſe accipiendum, ſed tantùm de pernicioſo. Quod etiam Auguſtinus in Enchiridio cap. 18. fateri videtur. Platonis quoque ſententiam de Republ. producunt, qui ut plebem à mendaciis abſterruerit, mentiendi tamen facultatem Magiſtratibus, præſertim in legibus ferendis, conceſſit. Sed meo judicio res multò aliter eſt, neque facilè dederim mendacium officioſum abuſu ſignorum carere. Ariſtoteles quippe in libro περὶ ἑρμηνείας definiens voces, illas eſſe ait notas earum affectionum, quas in animo habemus. Vnde conſequitur, ut omnes iis vocibus abutantur, quicunque res aliter ſe habere ſignificant, atque ipſi in animo ſentiant. Deinde, quod afferunt de dilectione, admodum infirmum eſt. Debemus enim proximos juvare: at juſtis & rectis mediis: alioqui permittemus nobis furta, eleemoſynæ erogandæ cauſa. At firmam ſtabilémque Apoſtolicam ſententiam manere oportet, nimirùm, ut ne mala fiant, quò bona eveniant. Neque id verum puto, iis mendaciis humanam ſocietatem non lædi, quandoquidem ſublata fide, nihil propemodùm inter homines commercii ſupereſt.

An officioſum mendacium ſit peccatum. — *Pſal. 5. 6.* — *Plato.* — *Ariſtot.* — *Rom. 3. 8.*

30 Quod verò ad ſententiam divinarum literarum attinet, quâ dicitur: Perdes omnes qui loquuntur mendacium: Fatemur cùm Auguſtino, id minimè in univerſum dici, quia dum fidei vis & conjunctio cum Chriſto manet, peccata quæ natura ſua perderent, non imputantur. Atque hoc de Officioſis & Iocoſis mendaciis facilè dederim, quia non ita charitati adverſantur, quemadmodum Pernicioſa. At illud inficiari nemo poteſt, mentiendo contra fidem agi. Et omnino dandum eſt, eum, qui mentitur, authoritatem ſibiipſi abrogare, ut poſteà non queat utiliter admonere, arguere, aut conſilium (quemadmodum oportet) cum fructu dare: Nam audientes facilè putabunt eum officioſè mentiri, ut ipſos in viam revocet, non quòd in veritate ita ſe res habeat. Hæc ſanè cauſa fuit ut Auguſtinus Hieronymo ſit adverſatus, qui mendacium Officioſum quodammodo ſacris literis attribuebat. Si hoc inquit ita eſſet, divinorum librorum authoritas labefactaretur. Facilè quippe legentes dixerint, rem non ſic habere, verùm ita ſcribit, ut homines in officio contineantur. Nec authoritas Platonis multùm nos debet movere, cùm in eo loco graviter aberrarit, concedendo ut de rebus divinis fabellæ confingerentur, quæ ad opinionem ſanam de illis gignendam & conſervandam facerent. Non eſt profectò in divinis rebus ludendum. Adhæc lex Dei æquo eſt, & eadem: ut non vult plebeios mentiri, ſic etiam in magiſtratibus prohibet. Non tamen poſſunt juſtè mendacii accuſari, qui dum loquuntur, à duplicitate longè abſunt: Nam quandoque fit, ut aliqui falſum proferant, quod tamen verum eſſe arbitrabantur, cum quibus & illi vnà excuſantur, qui aliquid ſe facturos promiſerunt, quod poſteà non valent præſtare. Quoniam dum ab initio promittebant, in animo habuerunt id facere quod pollicebantur, & idcircò non ſunt mentiti. Quod ſi poſteà non complent ea quæ dixerant, id aliundè accidit. Et quandoque fit, ut qui gladium ſuum cuipiam ſervandum dederit, poſteà furioſus evadat: quare gladium ei reddere non debet, qui eum apud ſe depoſitum habuit, quia novus caſus, ut Iuriſperiti loquuntur, novum auxilium requirit. Qua eadem ratione Paulus excuſatur, qui dixerit ſe in Hiſpaniam iturum, cùm eò non fuerit profectus. Idem quoque pollicitus eſt Corinthiis, ſe illos acceſſurum, quod minimè præſtitit: at mentitus non eſt, quia cùm ea dicebat, ita facere decreverat, rem verò Deus aliter inſtituit, ut Gelaſius rectè ſcripſit, quemadmodum 22. quæſt. 2. cap. Beatus, habetur. Diſpoſitio ſanè divina, omnia diſſolvit ac frangit vincula, ut habetur 19. quæſt. 2. cap. Duæ ſunt.

Pſal. 5. 6. — *Contentio inter Hieronymum & Auguſtinum.* — *Error Platonis.* — *Qui excuſentur à mendacio.* — *Rom. 15. 24. & 28.* — *2. Cor. 1. 15.*

31 Verùm quid dicemus de locutionibus Hyperbolicis divinarum literarum, quæ primo aſpectu mendacia videntur? Reſpondeo, licet ibi oratio in ſignificando medium quo ad quantitatem non retineat, attamen illud quo ad rationem conſervat. Hyperbolæ quippe illæ rem exaggerant, quia non modò eam indicare volunt, ſed etiam homines in admirationem adducere, quòd illa ratione loquendi quàm commodiſſimè aſſequuntur. Nec mendacia ibi locum habent, cùm pravum ſenſum aut falſum in animo audientium & legentium non gignant. Medium itaque ibi retinetur, non ſanè rei, ſed rationis. Evangeliſtæ quoque mendacii non tenentur, cùm eadem geſta Chriſti referentes, non omnes iiſdem verbis utantur. Nam ad veritatem ſatis id eſt, ut res, quemadmodum fuit, exponatur: non autem exigitur, ut iiſdem verbis referatur. Imò ſpiritus beneficio id ſæpe agitur, ut forma narrationis varietur. Nam ſic minus ab uno expreſſa, luculentius ab altero indicantur.

Hyperbole non ſemper ad mendacium pertinent.

32 At ſolent Hebræorum obſtetrices objici, quæ licet mentitæ fuerint, præmio tamen illas Deus affecit: idémque Rahab meretrici, ſeu cauponæ uſu venit. Auguſtinus reſpondet, in obſtetricibus, non mendacium, ſed fidem & timorem erga Deum, ac miſericordiam, quam Iſraelitis impenderunt, Domino placuiſſe. Idque ſacra Hiſtoria diſertis verbis atteſtatur. Nec ſecus de Rahab ſentiendum eſt. Gregorii verò ſententia mihi nunquam arriſit, qui ait, propter

Exod. 1. 19. — *De obſtetricibus Hebræorum & Rahab.* — *Ioſ. 2. 5.*

mendacium interpoſitum, æternam mercedem in temporariam fuiſſe commutatam, quia pro cœleſti beatitudine, Deus eis dicitur domos ædificaſſe. Ego verò ſentio, propter veram fidem quæ fuit in eis efficax, ita ut charitatem ac timorem Dei, juſtos & legitimos fructus protulerit, id quod ex infirmitate mentitæ ſunt, æternam felicitatem eis non eripuiſſe.

Gen. 12. 19. Vide Gen. 12. ſub finem. & 19. 5.

An Abrahamus ſit mentitus de Sarah.

33 Objicitur item Abrahamus, qui Saram ſororem ſuam dixerit. At in eo, quemadmodum Auguſtinus docet, non eſt mentitus: id quod erat dixit, non tamen totum protulit. A nemine autem id exigitur, ut verum univerſum, quod novit, depromat. Conjugē ſuam fuiſſe tacuit: ſed quia cognata ejus erat, juxta Hebræorum conſuetudinem, verè potuit ſororem appellare. At non videtur prorſus excuſari poſſe: quia licet mentitus non ſit, eam vocando ſororem ſuam, ibi tamen lapſus videtur, quòd tacendo conjugium, illam periculo adulterii exponebat. Nam eo illam denudavit præſidio, quo uno defendi poterat, ne in alienos amplexus veniret. Nec mihi laborandum videtur ut omnino Abrahamum defendamus: homo enim fuit, & nimio timore facilè potuit labi. Auguſtinus tamen comminiſcitur, duo tunc fuiſſe pericula, quibus Abrahamus conſtringebatur: unum, ut ne ipſe interficeretur: alterum, uxoris adulterium erat. Prius evitare potuit, dum eam ſororem ſuam appellaret: alterum verò, ne pollueretur, propulſare non valuit, quia etiamſi maritum ſe dixiſſet, non propterea eam liberaſſet ab Ægyptiorum libidine. Quamobrem Deo commiſit, quod ipſe avertere non potuit. Et in eo quod in ſua poteſtate habuit, illum tentare noluit. Hæc Auguſtini ſententia fuiſſe videtur: At quid ipſe judicem, antea expoſui.

Gen. 22. 6.

34 Cæterùm idem Abrahamus nónne mentitus eſt, cùm ſervis diceret: Expectate hìc, & ad vos revertemur: cùm tamē filium ſacrificare in animo haberet: quòd ſi feciſſet, non utique cum filio, ſed ſolus fuiſſet reverſus? Iacobus etiam expreſsè mentitus eſt, cùm patri ſuo dixit: Ego ſum Eſau filius tuus. Paulus item, ut in Actis habetur, ait ſe neſciviſſe illum fuiſſe principem ſacerdotum, qui ſe percuti juſſerat: cùm tamen (ut Auguſtinus teſtatur in Sermone de puero Centurionis, utque habetur 13. quæſtio. 1. capite Paratus) illum non ignoraſſet. Creverat inquit Paulus inter Iudæos: Legem ad pedes Gamalielis didicerat, quare Pontificem ab aliis probe internoſcebat. Iehu quoque luculenter eſt mentitus, quando Baalem ſe dixit velle colere. Auguſtinus tradit, duo in divinis literis hominum genera commemorari. Nam aliquos adeò fuiſſe perfectos inde conſtat, ut quamvis abſque peccato non erant, illis tamen haud temerè nota ſit inurenda: ſed potius videndum quomodo ea poſſimus tueri, quæ in eorum operibus peccati ſpeciem præ ſe ferunt. Ii ſæpenumero Dei ſpiritu ſic acti fuerunt, ut Deus eorum verbis & factis arcana quædam voluerit patefacere. Vnde perſæpe credendi ſunt Propheticè nonnulla cùm dixiſſe, tum etiam egiſſe. Sic Abrahamus cùm diceret, Ad vos revertemur, imprudens, quod erat futurum, vaticinatus eſt. Nam cum Iſaaco incolumi de monte rediit. Iacobus item dicendo, Ego ſum Eſau filius tuus, nihil aliud indicare voluit, quàm ſe illum eſſe, cui gradus, benedictio, & dignitas deberetur, quæ ad Eſau primogenitum pertinere videbatur. Paulus quoque divinabatur quid tandem futurum eſſet de ſummo ſacerdote: nempe id, inſtar parietis albati, & ut rem prorſus fictam ac hypocriticam è medio tollendum eſſe. Alii præterea, inquit Auguſtinus, viri fuerunt non adeò perfecti, ſed pravi, qui commemorantur in veteri Teſtamento aut mentiri, aut aliquid feciſſe quod peccatum videatur. De iis autem non ita laborandum exiſtimat, quò famam & opinionem bonam de illis tueamur. Hujus monetæ fuit Iehu. nam ut Deo ea cædes placuerit, quam in Achabum & ejus familiam exercuit, necnon Baalis ac ejus cultorum extirpatio, is attamen impius fuit, neque ab adoratione vitulorum aureorum diſceſſit. Quare licebit nobis fateri, eum mentiendo peccaſſe. Cæterùm (quemadmodum puto, ac ſuperius innuebam) unica diſtinctione hunc nodum facilè poſſumus diſſolvere. Ii homines vel humano ſpiritu ad mentiendum incitabantur, vel divino impulſu. Quando ut homines egerunt, eos peccaſſe non diffitebimur: cùm verò Dei afflatu ſic locuti ſunt, eorum dicta & facta mirabimur: ſed in exemplum & conſequentiam nequaquam trahemus.

Gen. 27. 29. Vide in Gen. 27. verſ. 19.

Acto. 23. 5.

2. Reg. 10. 18.

Diſtinctio notanda.

De Simulatione.

In Iud. 3. ſub finem

Duplex ſimulatio.

35 De ſimulatione verò quid ſtatuemus? Reſpondeo, eam duplicem eſſe. Vnam, quæ deceptionem tantummodò ſpectat. Ea verò, cum à mendacio non diſtet, utique peccatum eſt. Qui, cùm pravus fuerit, ſe probum ac ſanctum fingit, is procul dubiò hypocrita eſt: & in eo quod ſimulat, haud vulgariter peccat. Adhæc quicunque animum infeſtum ac odioſum erga quempiam habens, illi blanditur, & ſe amicum ejus aſſimulat, à peccato non abſolvitur, imò deteſtabili ſimulatione laborat. Cæterùm aliud eſt ſimulationis genus, quo non eò tenditur, ut aliquis fallatur, ſed tantùm ad occultanda conſilia valet, ut ne impediantur. Atque hæc ſimulatio repudianda, vel damnanda non eſt ceu peccatum, quandoquidem (ut jam expoſuimus) non ſemper id exigitur, ut quicquid veri novimus, patefaciamus. Ita Chriſtus, cùm eſſet innocentiſſimus, carnem peccati circumtulit, & ſuam innocentiam naturámque divinam occultavit. Idque, non ut mortales falleret, ſed ut pro ſalute hominum pateretur: nam ſi Dominus gloriæ fuiſſet agnitus, nunquam (ut dicit Apoſtolus) cruci fuiſſet affixus. Idem quoque Chriſtus coram duobus diſcipulis finxit ſe longius profecturum: Non id ſtudebat, ut eos deciperet, verum ſe idcircò aliquantiſper occuluit, ut eos incredulitatis argueret, & ex Scripturarum teſtimoniis erudiret. Vnà etiam ſignificabat, quàm procul à cordibus eorum eſſet: Vel, ſicut Auguſtinus interpretatus eſt, eis abitum ſuum ad cœlos adumbravit. Vnde ſatis apparet, in iis fictionibus non eſſe mendacium, cùm rei ſignificatæ ſermones probè adæquentur.

Quid ſibi voluerit Chriſti ſimulatio.

1. Cor. 2. 8.

Luc. 24. 25.

1. Sam. 21. 13.

De ſimulatione Davidis.

Vide in 1. Sam. 21. ſub finem.

Pſal. 34. 1.

36 David autem, cùm in graviſſimum diſcrimen apud Achin regem Geth incidiſſet, faciem mutavit, ſéque ſtultum finxit, cúmque talis videretur, evaſit. Hic nonnulli aiunt ipſum nullam ſimulationem admiſiſſe, ſed Deum quò illum eriperet ita eum terrore perculiſſe, ut à mente alienaretur, & ea faceret, quæ in 1. Samuelis de ipſo narrantur. Propterea in Pſalmo, cujus initium eſt: Benedicam Dominum in omni tempore, de tanto beneficio gratias Deo egit. Et unà ſuo facto adumbravit afflatu divino, quid Chriſtus noſtrâ cauſâ eſſet paſſurus, nimirùm ut ſtultus atque inſanus haberetur. Aut reſpondendum eſt, Davidem non eſſe omnino à peccato excuſandum, ſi ut homo plus æquo territus, ad hoc auxilii genus confugerit. Sin verò Dei nutu prudens ac ſciens id fecit, eum peccati non accuſabimus, licet noſtra imitatione, ſecuturi eum non ſimus. Neque fas eſt, ut quiſquam fingat, ſe aliquod crimen, quod non perpetraverit, commiſiſſe, quamvis Gregorius dixerit, bonarum eſſe mentium ibi culpam agnoſcere, ubi nulla fuerit. Auguſtinus ea de re, in Sermone de verbis Apoſtoli vigeſimo nono, verius ac ſolidius tradidit: ſcribit enim: Ita fingendo ſi prius non eras peccator, efficieris peccator, nempe dicendo, te commiſiſſe quod non admiſeris. Licet quidem cuique in univerſum fateri ſeſe peccatorem eſſe. At hoc vel illud crimen ſpecialiter in ſe recipere nemo debet, quod verè non commiſerit. Notandum præterea, verum quidem eſſe, id non requiri, ut verum ubique patefaciamus, totúmque quod novimus paſſim dicamus: attamen id minime ſibi permittendum eſt in judicio. Dum enim tanquam teſtes examinamur, ibi ad id teſtandum aſtringimur, quod ad eam rem facere novimus, de qua tunc temporis interrogamur.

An liceat mentiri pro vita proximi conſervanda. Ibidem.

Auguſtinus. Vide in 2. Sam. 15. 38.

37 At difficilius nobis dubium ſe offert: An pro vita proximi conſervanda mentiri liceat. Auguſtinus de Mendacio ad Conſentium ait: Si quis periculoſiſſimè

loſiſſimè laboret, idémque filium ſuum norit in extremo verſari diſcrimine, quem te conſcio mori contingat: cùm parens te rogavit: Vivítne filius? túque ſis certus, eum quoque moriturum, ſi filium deceſſiſſe nunciaveris, quid ibi facias? Sive dixeris, vivit: ſive dixeris, neſcio, mentiris. Sin autem reſponderis, mortuus eſt, omnes exclamabunt in te, quaſi homicidium admiſeris, & patrem illum ægrotantem, qui jam ferè animum extremum trahebat, tuo acerbo nuncio coegeris mori. Fatetur Auguſtinus rem duram eſſe, nec diffitetur ſe, ut hominem promoveri, & forſan poſſe contingere, ut affectus non ſinat id quod juſtum & rectum eſt ad effectum perduci. Sed tandem ait, non eſſe mentiendum: Additque ſi noveris aliquam impudicam mulierem te deperire, quæque minetur ſibi manus afferre, & id reipſa facturа ſit, niſi libidini ejus perverſæ aſſenſus fueris: an propterea debes adduci, ut quicquam turpe adverſus caſtitatem committas? Non arbitror: Ita inquit, & pro vita proximi conſervanda, non debes in ipſam veritatem peccare. Cæteroqui mendaciis quanta feneſtra patefiet, ſi aliter faciendum ſtatuerimus? Certè quod unus pro vita licere putaverit, alter pro pecunia, alius pro exiſtimatione, aut pro agris & prædiis tuendis ſibi permittet. Atque ita fiet, ut mendaciorum nullus modus, aut terminus ſit futurus. Non eſt, inquit Auguſtinus, id committendum, ut pro alterius corporali vita quiſpiam ſuum ipſius occidat animum. Quinetiam pro ſalute animi cujuſquam, non eſſe mentiendum affirmat. Omne mendacium, inquit Ioannes, non eſt ex Deo: at nos, quæ non fuerunt ex Deo, minimè debemus loqui.

Simile.

38 Quid ſi aliquis ad mortem quæratur à ſicariis, túque ſis conſcius eum ibi latere, ubi præſens ades, rogéntque an ſcias eum ibi eſſe? Reſpondet: Si forti animo, & ut Chriſtianum decet fueris, inquies, Vbi quidem ille ſit, novi, at non prodam: vos facite, quod volueritis. At cùm eo ventum eſt, ut pro alicujus tuenda vita ſit mentiendum, ſcito rem oportere Deo committere, téque jam ibi nihil amplius habere quod agas. Aut reſpondeas te nolle prodere, aut taceas. Verùm ex tuo ſilentio præſumet ſicarius eum domi tuæ eſſe, túque videberis occaſionem ut deprehendatur dediſſe. At revera non dediſti. Non enim obſtare potes, quin ille opinetur, quod voluit. Quare res potius Deo committenda, quàm ut mentiare. Attamen conſilium capiendum eſt in arena, nempe, ut ita loquaris, ut ne totum dixeris, nec tamen falſa profetas. Interdictum autem minimè putarim, imò quàm maximè licere, in hiſce caſibus ambiguè loqui. Hac de quæſtione ſatis.

An modeſtia causâ liceat mentiri. In 2. Sam. cap. 9. verſ. 8.

Vide in 1. Reg. 17. v. 18. Matth. 20. 12. Humilitas ſeu modeſtia.

39 Sunt quidam ita importuni, ut quamvis cumulentur à Deo omnibus beneficiis, tamen ſemper querantur: Nos portavimus pondus diei & æſtum, & nos illis pares facis? Quidam ita ſunt modeſti, ut etiam bonis rebus animos dejiciant: alii calamitate franguntur, & redduntur demiſſiores. Qui autem etiam perditis & acciſis rebus, ferociam retinent, nimis inſolentes & præfracti ſunt. Humilitas eſt tanquam frænum quoddam, quo oportet animorum noſtrorum inſolentiam contineri in officio. Maximè autem revocantur homines ad modeſtiam, cum incipiunt cogitare, quantula illa ſunt, quæ habent ex ſeipſis. Ea tamen abjectio, conjuncta eſſe debet cum notitia beneficiorum Dei. Multi enim cùm ea aut ignorent, aut diſſimulent, efficiuntur beſtiæ: ut qui nihil intelligant, quibus beneficiis à Deo affecti ſint. Sed videndum eſt in primis, ne ſimuletur illa modeſtia, néve ea in verbis tantùm ſit, non etiam in animo. Modeſtiæ autem cauſa, ut virtutem illam retineas, mentiri de te ipſo non licet. Ariſtoteles enim ipſe in Ethicis numerat mendacium inter res turpes. Et ut Paulus ait: Non eſt faciendum malum, ut eveniat bonum. Auguſt. Epiſtola 8. ad Hieronymum de hac re citat verba Pauli ad Corinth. Si Chriſtus non reſurrexit, vana eſt prædicatio noſtra, & vana etiam eſt fides veſtra. Reperimur enim falſi teſtes Dei, cùm dicamus, Deum reſuſcitaſſe Chriſtum à mortuis, quem non reſuſcitaverit, ſi mortui non reſurgunt. Hic Auguſtinus: At dicere quiſpiam Paulo potuiſſet, cur tu tantopere abhorres ab hoc mendacio, cùm faciat ad illuſtrandam gloriam Dei? Facit autem Paulum reſpondere, ſe deteſtari hujuſmodi mendacia: nec minus malum eſſe falſa laudare de Deo, quàm de eo vera non credere: Hinc nos ita colligimus: Si non licet mentiri ob honorem Dei, propter virtutem aliquam retinendam; multò minus licet: Imò non minus malum eſt, aſcribere tibi malum, quod non admiſeris, quàm arrogare tibi bonum aliquod, quod non feceris.

Modeſtiæ cauſa non licet mentiri.

Rom. 3. 8.

1. Cor. 15. 14.

40 Contrà tamen Paulus ad Timoth. videtur de ipſo nonnihil mentiri: Chriſtus, inquit, venit ad ſervandum peccatores, quorum ego ſum primus. Non enim erat Paulus præcipuus aut maximus peccator. Et in Proverb. cap. 30. Agur propheta, ſive ille Salomon ipſe fuerit, ſive alius quiſpiam: Stultior inquit ſum omnibus hominibus, & ſapientia hominis non eſt in me. Non didici ſcientiam, neque intelligentiam ſanctorum habeo. Tamen & propheta erat, & ſapiens, & ad interrogata prudenter reſpondit. Et Chriſtus ipſe de ſe; Vermis inquit ſum, & non homo: opprobrium hominum, & abjectio plebis. Quidam iſtas loquutiones ita tuentur: Eos, qui ſua peccata ita amplificarunt, tantùm ſpectaſſe vires ſuas, quas haberent ipſi ex ſe, & innatam quandam proclivitatem ſuam ad malum. Vidiſſe enim illos, ſe graviter fuiſſe lapſuros, niſi Deus obſtitiſſet. Sunt quidem iſta incitamenta non parva, ut ſubmiſsè & humiliter de nobiſipſis ſentiamus. Sed aliud eſt dicere, ſe proclivem eſſe & propenſum ad malum, aliud fateri ſe aliquid feciſſe, quod non fecerit. Iſta enim differunt tantum, quantum actus & potentia. Poſſumus quidem omnes labi: dicere tamen ſe lapſum eſſe, qui lapſus non ſit, nemo debet. Omnes fateri debemus nos eſſe peccatores, nemo tamen debet ſibi aliquid nominatim aſcribere, quòd non admiſerit. Dico ergo, loquutiones illas, quas commemoravi, ſi penitus excutiantur, veras eſſe. Quædam enim ad illum modum proferuntur, quòd ſimpliciter ita ſint: quædam quòd efferantur per hyperbolen: quædam quòd per contentionem cum alio conferantur. Paulus appellat ſe primum peccatorum, vel quòd ex illis, qui perſequuti fuiſſent Eccleſiam Dei, primus acceſſiſſet ad Chriſtum, vel, quòd re ipſa ſe judicaret eſſe præcipuum & maximum peccatorem: non quidem quòd nemo gravius peccaſſet: erant enim qui peccarant in Spiritum ſanctum, erant qui peccarant ſine aliqua pœnitentia: ſed quòd ex illis omnibus, qui redempti eſſent per Chriſtum, & aſſequuti eſſent miſericordiam Dei, putaret ſe graviſſime peccaſſe. Alii enim peccaverant ex infirmitate: alii ex ſimplici errore & incredulitate: alii eò uſque progreſſi fuerant, ut Chriſtum affigerent ad crucem, qui tamen poſtea prædicatione verbi Dei revocati ſunt ad pœnitentiam. Itaque Petrus in Actis: Scio, inquit, fratres, vos per ignorantiam feciſſe, quemadmodum & principes veſtri. At Paulus non acceſſit ad conciones Apoſtolorum: opus erat majoribus vinculis, ut ille ad Chriſtum attraheretur. Itaque Chriſtus ita eum affatus eſt de cœlo; Saule, Saule, quid me perſequeris? Cum his ergo ſeſe confert, & horum ſe dicit primum. Itaque Chryſoſtomus in hunc locum ait, iſta pugnare cum aliis ejus verbis in Epiſtola ad Philipp. Ibi enim ait, ſe verſatum eſſe in Iudaiſmo ſine crimine & ſine querela. Verùm iſta, inquit, pugnant: Nam illi ipſi, qui abſolverant juſtitiam Legis, nihilominus erant peccatores. Et quamvis Paulus hæc de ſe modeſte dicat, nihil tamen ſibi aſcribit falſi. Etſi enim fatetur ſe fuiſſe perſequutorem & blaſphemum, non tamen ait ſe fuiſſe adulterum, aut ſcortatorem, aut latronem, illa enim non fuiſſent vera. Ea quæ objiciuntur ex Proverbiis de Agure propheta, vera erant ex collatione ad ea, de quibus interrogabatur. Dicit, ſe non habere ſapientiam, non quòd re vera illa quam habebat, nulla eſſet, ſed quòd ad res tantas collata, videri poſſet nulla. Ita Socrates dicere ſolebat: Hoc tantùm ſcio, quòd nihil ſcio, quòd ſcientia illa quam habebat, nihil eſſet ad multitudinem eorum, quæ neſciret. Ita Chriſtus ſe appellavit vermem, & opprobrium plebis, quòd propter afflictiones & cruces,

Objectio.

Paulus quomodo primus peccatorum.

Act. 3. 17.

Act. 9. 4.

Phil. 3. 6.

Agur quomodo non habuerit ſapientiam.

Pſal. 22. 6.

Digitized by Google

homines vulgò ita de illo judicarent. Incurrit etiam nonnunquam in dicendo hyperbole, non quidem quæ conjuncta ſit cum mendacio, ſed quæ faciat ad rem magis illuſtrandam.

Fides an ſervanda fidem frangenti.

2. Sam. 9. An licuerit benefacere propter Ionathanem.

41 David 2 Sam. 9. initio quærit: Ecquis ſuperſit ex familia Saulis, cui poſſet benefacere propter Ionathanem, non excludit Deum: imo quod Ionathanis cauſa fecit, pietatis maximè & Dei cauſa fecit. Ita Deus dicit, ſe velle benefacere populo Iudaico propter fœdus quod pepigerat cum Abrahamo. Non tamen excludit bonitatem ſuam: Imo maximè includit. Fœdus enim illud, profectum erat ex mera bonitate & miſericordia Dei. Sed cur inquies dicit ſe velle benefacere alicubi ex Saulina ſtirpe propter Ionathanem, ac non etiam propter ipſum Saulem? Nam cap. 24. libri prioris, cum fimbriam chlamydis Saulinæ præcidiſſet, adactus jurejurando à Saule promiſit, ſe nolle ejus ſemen excindere. Obſtringebatur ergo non tantùm Ionathani, ſed etiam Sauli.

1. Sam. 24. 22. Quare non dicit propter Saulem cui juraverat.

Quidam reſpondent, Davidem ſolutum jam fuiſſe jurejurando ſuo, quòd Saul fidem illi non ſervaſſet, ſed eum maximis injuriis affeciſſet. Nam frangenti, inquiunt, fidem, fides frangatur eidem. Et Cicero in tertio de Officiis, citat carmen ex Accio veteri Poeta,

Fregiſtine fidem?

Reſpondet Atreus, quem ille loquentem inducit:

Neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam.

Verùm hoc non ſemper tutum eſt. Nam ſi alter ſit impius & perfidus, tu tamen non debes eâ cauſâ diſcedere à promiſſis tuis. Deus enim ſæpe ſervat fidem nobis, etiam malè facientibus. Promiſit ſe velle continuare regnum, aut magnam aliquam dignitatem in familia Davidis uſque ad Meſſiam: promiſit ſe daturum eſſe Filium, qui redimeret humanum genus. Homines quidem erant mali, & perfidi, & indigni quibus promiſſa ſervarentur, tamen hæc illis optima fide præſtitit. Quidam ita reſpondent, præſtari quidem oportere à nobis fidem, etiam homini malo & perfido, modò ille erga alium quemvis, non autem erga nos ipſos ſit perfidus: aut etiam nos ipſos lædat, modò ne in illa ipſa re, qua de inter nos convenerit. Imò etiam ſi in eo ipſo, quod conventum ſit, fallat, tamen à nobis ſervandam eſſe fidem, modò ne illa ratione, aut ejus malitia augeatur, aut illi major lædendi facultas offeratur. Abſolvimur ergo promiſſione noſtra, ſi fieri nō poſſit quod promiſimus, aut ſi illi ipſi malè caſurum ſit, cui facta ſit promiſſio: ut ſi tradas gladium furioſo, quem promiſeris ſobrio, aut ſi ille pergat eſſe deterior, quaſi fructum capturus perfidiæ ſuæ ex tua patientia: aut ſi id promiſeris quod pugnet cum verbo Dei, vel cum commodo Eccleſiæ aut Reipublicæ. Itaque 22 quæſt. ſcribitur, In malis promiſſis reſcinde fidem. Maximè verò abſolvimur, ſi fraude aliqua circumventi promiſerimus aliquid quod non oportuerit, aut ſi res ipſæ jam mutatæ ſint. Addiderunt quidam: Si vi & metu adactus promiſeris aliquid, quod nolueris. Sed vix videtur, tantam vim & metum incidere poſſe in virum fortem & bonum, ut promittat id, quod ſit contra aut officium, aut verbum Dei. Tamen ſi quis ita lapſus ſit, abſolvitur. In primis autem videndum eſt, ne aſtutè promiſſa noſtra coloremus, & per fucum & fraudem quæramus nos ipſos explicare. Fraus enim, ut rectiſſimè dixit Cicero, non diſſolvit, ſed aſtringit perjurium. David, cùm fortaſſe multa poſſet, nihil tamen voluit comminiſci, quo infirmaret promiſſa ſua: Nam cùm eſſet pius princeps, maluit veritatem ſequi & fidem.

Veritas & fides quid diſcrepent.

42 Similis quidem eſt harum duarum virtutum natura & ratio, non tamen prorſus eadem. Quid autem inter eas conveniat, quidque diſcrepet, paucis dicam. Veritas eſt virtus, qua propenſi ſumus ad dicendum ea, quæ animi noſtri ſenſa & cogitata exprimant. Ex eo enim quod illa dicimus quæ ſentimus, appellamur veridici & veraces. Fides autem eſt virtus, qua efficitur, ut facta noſtra promiſſis reſpondeant. Utrunque eſt aliqua conformatio, in veritate quidem, verborum cum ſenſis animi: in fide autem, factorum cum promiſſis. Itaque veritati opponitur mendacium, fidei perfidia. Nam Cicero fidem ex eo dictam putat, quod fiat id quod dictum eſt. Definit autem eam utcunque ad hunc modum: Fidem eſſe dictorum & conventorum conſtantiam. Alibi ait, fidem eſſe veritatem dicti. Plenior autem definitio erit illa, Fides eſt habitus bonus ſecundum rectam rationem, qua proclives ſumus ad faciendum ea, quæ promiſimus.

Fidei definitio.

Hæc definitio, ut dixi, plenior eſt, conſtatque ex genere & differentia. Pertinet autem fides ad juſtitiam: Ea enim efficit, ut reddamus cuique quod ſuum eſt. Quod enim alicui promiſeris, id ejus jam efficitur cui promiſeris: Idque niſi præſtes in tempore, retines alienum. Tanta autem eſt vis fidei, ut unà complectatur omnes partes humanæ vitæ. Nam nec matrimonia, nec contractus civium inter ſe, nec ulla pars Reipublicæ conſtare poteſt ſine fide. Differt, ut dixi, à veritate, etſi multa habeat cum ea ſimilia. Materia enim veritatis infinita eſt. Omnia enim quæ dicimus, aut vera, aut falſa ſunt, ſive ea præterita ſint, ſive præſentia, ſive futura. Fides autem tantum verſatur in promiſſis. Sed promiſſa ea oportet eſſe de re bona, non autem de re mala, aut impediente bonum. Alioqui non debent eſſe firma. Fides ergo eoſdem habere debet comites quos juſjurandum: nimirum veritatem, juſtitiam, & judicium. Quare qui promiſſum violat, non tantùm in eo ipſo peccat, ſed etiam reſtituere debet damnum, quod ejus perfidia, alter, cui promiſit, acceperit. David quoniam in primis ornatus erat iſtis virtutibus, noluit à promiſſis ſuis diſcedere. Nam & ſpontè promiſerat, nulla adactus vi aut metu, & quod promiſerat, nec pugnabat cum verbo Dei, nec erat obfuturum Reipublicæ. Erat etiam res boni exempli, ut tantus rex promiſſum faceret: nec periculum erat, ne illi, quibus promiſerat, fierent ejus fide deteriores: erant enim jam mortui. Nihil ergo erat, quod poſſet tergiverſari. Et quia volebat etiam Sauli præſtare promiſſa, ideò quærebat, ecquiſnam extaret ex ejus familia, cui poſſet benefacere? Nominatim autem dicit Ionathanem, quòd illi non tantùm promiſſi, ſed etiam amicitiæ & arctiſſimæ neceſſitudinis vinculo obſtrictus eſſet. Ille quidem qui fallit fidem, indignus eſt cui à nobis ſervetur fides. Nos tamen inprimis ſpectare debemus iſtas circumſtantias, ne propter alterius malitiam nos quoque efficiamur mali, néve quæramus latebras ad perjuria.

De Fabula & Apologo.

In Iud. 9. Quid ſit fabula.

43 Apologum aiunt ſpeciem eſſe Fabulæ. Fabulam verò definiunt, eſſe narrationem falſæ rei, ad utilitatem, oblectationémve confictam. Vel ſicut Aug. libr. 2. cap. 11. Soliloquiorum ait, Fabula eſt mendacium compoſitum ad oblectationem, quamvis mendacium propriè dici non poſſit. Falſitas enim ejus ilicò deprehenditur, & præſertim in Apologis. Siquidem inducuntur inanima ſeu rationis expertia inter ſeſe loqui, ac de graviſſimis rebus tractare. Id cùm auditor animadvertit, è veſtigio ſentit rem fingi, non ita geſtam eſſe. Et ſanè fabularum quædam ſunt veriſimiles: quædam verò à probabilitate longiſſimè diſtant. Nam eſt veriſimile, ortam aliquando contentionem inter Ajacem & Vlyſſem de armis Achillis, quæ tandem Vlyſſi adjudicata fuerint, atque ob id Ajacem tantùm doloris cœpiſſe, ut actus in furorem ſeipſum occiderit. E diverſo autem omni caret probabilitate, mulierem converſam fuiſſe in plantam ſeu in lapidem. Apologus igitur in Fabulam minimè veriſimilem refertur.

Fabularum quædam ſunt veriſimiles, quædam con.

Apologus.

Species fabulæ.

Quæ fabulæ ſint repudiandæ, quæve admittendæ.

44 Species fabulæ ſunt, Comœdiæ, Tragœdiæ, Satyræ, Narrationéſque Lyricorum & Heroicorum poetarum, necnon Apologi. At quæ iſtarum fictionum liceant, quæve non liceant, ita definiri poteſt. Quæ obſcœnitatem habent atque ſcurrilitatem, hoc eſt, jocum unà cum turpitudine conjunctum, minimè debent admitti. Quæ verò ſunt honeſtè ac verecundè conſcriptæ, ita ut voluptate aliqua poſſint animum reficere, ac ſint utiles ad mores formandos, minimè aſpernandæ ſunt. Obſcœnas eſſe repudiandas, duplici teſtimonio Apoſtoli confirmatur. Ad Cor. ſcribit,

Obſcœnæ fabulæ repudiandæ.

1.Cor.15.33. Eph.5.3.& 4.

ſcribit. Corrumpunt bonos mores colloquia mala, Et ad Eph.cap.5. Scortatio & omnis immunditia,& avaritia minimè in vobis nominetur, ut ſanctos decet: deinde additur αἰσχρότης, μωρολογία, ἢ εὐτραπελία, & quæ non decent. Iis verbis omnes illos ſermones reprehendit, qui vel turpitudine vel obſcœnitate ſunt contaminati. Idem Plato vidit in libr.3.de Repub. ubi poetas excludit loquentes de diis, perinde atque de hominibus: quia ita ſcribendo,& naturam Dei, quæ optima & ſuprema eſt, indignè tractant: & hominum vulgarium peccata excuſant, cùm & deos & Heroas eadem feciſſe teſtentur. Quod ſanè deprehendimus in Terentii Eunucho, ubi Chærea flagitioſus adoleſcens,in domo meretricia laſcivam tabulam intuitus,qua pictus erat Iuppiter ad Danaen per impluvium penetrans, ſibiipſi placere cœpit, quòd homuncio faceret,quæ ſummum Deum commiſiſſe olim ex tabula cognoſcebat. Feci,inquit, & lubens feci. Nec non Cicero. Fingebat hæc,inquit Homerus, humanáque in Deos transferebat:maluiſſem potius, ut divina ad nos.

45 Auguſtinus in Confeſſ. libr. 2. cap. 15. & 16. conqueritur, dolétque ſe puerum atque adoleſcentem,verba utilia,ſed in rebus vanis,didiciſſe. Vtinam, inquit,inſtitutus fuiſſem ſcriptis utilibus: audiebam Iovem tonantem,atque unà adulterantem. Satis hominum mentes & affectus ad vitia ſunt proclives, quocircà peſſimè agitur, ut pueri ac adoleſcentes ea ætate obſcœnis & turpibus fabulis ad peccata incitentur. Apologi verò ſunt utiles,qui honeſtis & verbis & argumentis conſtantes, rectè primam illam ætatem informant. Æſopus antiquus ſcriptor,in hoc genere ſe feliciter exercuit, tametſi nonnulli reperiuntur, qui ad Heſiodum ejus Apologos referunt, qui fuerit Æſopo vetuſtior. Sed noſter iſte, de quo nunc agimus,longè ante Æſopum & Heſiodum fuit conſcriptus. Nam tempora Iudicum,& nominatim Gedeonis,centum annos & vltra bellum Trojanum præceſſerunt. Alius quoque habetur Apologus in 2. Melachim,cap.14 ubi Amaſias victoria de Ædomęis parta, regem Iſrael incitavit, ut ſecum manus conſereret. Cui rex Ioas ita reſpondit: Carduus Libani miſit ad Cedrum Libani,atque ait, Da filiam tuam filio meo uxorem. Et exivit fera Libani,& Carduum conculcavit. Quo Apologo ſe tantò majorem Amaſia rege Iuda prædicavit, quantò Cedrus Carduo præſtat, monebátque ipſum à ſuo exercitu non aliter conculcandum & opprimendum, atque pereat Carduus à feris protritus.

2.Reg.14.9. Mat.21.33.

46 Hæc idcirco retuli,ne Græci Ethnicique ſcriptores,primi exiſtimentur harum utilium fictionum authores. Convenit apud omnes Apologorum uſum tum maximè adhibendum, quando cum rudibus agitur. Ii enim ſyllogiſmos & Enthymemata non intelligunt,nec valent inductiones abſolvere, ita ut è ſingulis univerſalia colligant. Et exempla illuſtrium virorum,cùm ipſi abjecti ſint & humiles,non morantur.

Apologorum uſus.

1 Vnde cùm iis viis parum feliciter doceantur,ſuperſunt Apologi, ubi rei novitate illecti, iis quæ dicuntur admodum attendunt, & aliquando tandem perſuadentur.

2 Valent deinde ad juvandam memoriam:nam quæ tam nova ſunt & lepida,non vulgariter oblectant: & quæ ita dulcia ſunt, facilè non exci-

3 dunt. Adhæc homines per Apologos facilius ſe reprehendi patiuntur, quàm per apertum ſermonem: nam plana veritas odium parit. Verùm Apologis aut ænigmatis operta,ferri poteſt. Ab initio neſciunt auditores,quò res tendant: cùm ignorent quidnam dicatur, uſque ad finem expectant, & fortaſſis tandem perſuadentur. Chriſtus parabolam vineæ totam abſolvit ad finem:denique Phariſæi atque Scribæ illam in ſe dici ſenſerunt. Ita etiam apud Romanos impetravit Menenius Agrippa Apologos à plebe quæ ſeceſſerat,ut ad Patritios denuò ſeſe adjungerent. Iis de cauſis, Parabolarum,ſomniorum,& viſionum propheticarum, in divinis literis, uſus eſt frequentiſſimus.

CAPUT XIV.

Præceptum ultimum, Non concupiſces: ubi de præceptorum collatione & nexu. Item, De ſumma Legis, quæ in Charitate ſita eſt.

A DE notitia peccati Paulus diſputans, inter alia omnia præcepta, hoc tantùm unum adducit, *Non concupiſces.* Quod quidem Apoſtolus,ut alia omnia,prudentiſſimè fecit. Illud enim genus pravitatis maximè arripere voluit, quod hominum judicium maximè latet,& in aliis legibus minimè indicatur. Innata enim cupiditas & corruptela,quæ ad omnia impellit, hoc loco attingitur,& proditur ut fons & caput omnium malorum. Itaque Auguſtinus rectè

In Rom.7. verſ.7.
Cur præceptũ de non concupiſcendo præ cæteris adducatur?

B dixit,peccatum nullum admitti ſine concupiſcentia. Noluit ergo Paulus loqui de craſſioribus vitiis externis, quòd ea videret ad diſciplinam pertinere, & à civilibus legibus non tantùm iudicari, verùm etiam puniri, nec de pravis affectibus & perturbationibus, quòd ea à Philoſophis & Morali diſciplina videret damnari,& ab illis præcipi, ut ad mediocritatem redigantur. Ad radicem potius ipſam omnium peccatorum ſeſe contulit, & illam latentem & abditam prodi per Legem Dei,& in lucem protrahi oſtendit. Quod

Concupiſcentia hîc attingitur quoniã eſt caput aliorum malorũ.

C ut apertius explicemus, obſervare debemus, omnia mandata Dei, vel præcipere aliquid, vel interdicere. Præcipiunt autem, non tantùm vt leviter fiat aliquid, ſed etiam ut tota anima,toto corde, omnibus viribus,& accuratiſſimè fiat:ut nihil prorſus in nobis ſit, quod divinæ voluntati non obſequatur. Quod autem vetant, id non ita tantum vetant, ut in nobis ne ſit,ſed etiam ut ne affectus quidem aut propenſio ulla,ad id in nobis relinquatur. Atque idcirco Deus edixit, Non concupiſces,ut mente,voluntate,& prorſus

Præcepta Dei diſtinguuntur in præcipientia & prohibentia.

D ſus omnibus partibus & animi & corporis, ab illis quæ Deus prohibuit,abhorreamus. Et ad hunc modum mutuò ſibi reſpondent hæc duo mandata, Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua,ex toto corde,&c. quod in omnibus præceptis aliquid jubentibus eſt repetendum: & ultimum, Non concupiſces, quod viciſſim in omnibus, quæ interdicuntur eſt intelligendum. Quare in his duobus mandatis, energia,&(ut ita dicam)anima Legis eſſe intelligitur,ut ſine quibus,cætera Dei mandata plena & per-

Exod.20.17.
Quę fieri mãdantur, omnibus viribus fieri debent.
Quę prohibẽtur abſque vlla propenſione ad ea, vitari debent.
Duo mandata ſumma legis.

E fecta eſſe non poſſunt. Omnes autem mortales, quantumvis ſancti,tamen ab utroque hoc præcepto accuſantur,convincuntur,damnantur. Niſi enim Dei gratia per Chriſtũ ſubveniret, nihil haberemus ante oculos,niſi certũ exitium. Nam quãdiu hîc vivimus, quàm non ſimus liberi à concupiſcentia, Auguſtinus apertè docet pluribus locis, præſertim verò in Epiſtola ducenteſima ad Aſellicum Epiſcopum. Sic enim ait, Incipit homo ſecundùm gratiam in interiori homine renovari;ut mente agat quod amat,nec

F carni conſentiat agenti quod odit, id eſt, ut non omninò concupiſcat, ſed ut poſt concupiſcentias ſuas non abeat. Et mox: In juſtitia nondum conſummata perſeveranter proficientes, ad ejus conſummationem quandoque veniemus, vbi peccati concupiſcentia non cohibenda,atque frænanda,ſed nulla ſit. Hoc enim Lex poſuit dicendo: Non concupiſces: non quòd hîc valeamus, ſed ad quod proficiendo tendamus. Et contra Iulianum libr.6 cap.5. Concupiſcentiam verò quis ambigat, in hac vita poſſe minui, non

G poſſe conſumi?

2 Sunt autem qui putant præceptum illud, Non concupiſces, non interdicere pravitatem & vitium naturæ, aut primos motus, quibus afficimur erga ea quæ Deus prohibuit. Verùm eo mandato aiunt, tantùm prohiberi voluntatis atque animi conſenſum. Et tum demum fatentur nos peccare,cùm primis illis motibus concedimus, & peccatum in nobis regnare ſinimus. Sed ea, quæ in eo ipſo capite ſequuntur, eos apertiſſimè coarguunt. Paulus enim oſtendit ſe

Quid prohibeatur illo mandato, Nõ concupiſces.

Rom.7.15.

H agere de ea cupiditate, quæ moleſta ſit menti ſervienti Legi Dei. Et addit,ſe per illam facere malum, quod oderit. Atqui iſta locum non habent, vbi animi conſenſus interceſſit. Et de hoc genere cupiditatis clamat, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Et addit,ſe invitum & reclamantem ab illa captivum trahi. Quum ergo iſta concupiſcentia ſit hujus generis, nil cauſæ erat, cur ad animi conſenſum detorqueretur. Sed in hoc adverſarii vehementer falluntur,quòd putant,hoc præceptum

I fruſtra dari, ſi id prohibeat, quod in hac vita caveri non poſſit. Et ridiculum aiunt eſſe,velle aliquid præcipere brutæ & ſtolidæ carni, & irrationalibus animi

Præceptum quod impleri non poſſit, nõ fruſtrà datur.

partibus, quæ nihil hujuſmodi intelligant, & neceſſariò moveantur, & agant id ad quod ſunt inſtitutæ. Sed eos cogitare oportuit, præceptum hoc datum fuiſſe homini ratione prædito idque non fruſtra, nec abs re. Condiderat enim Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Quare nihil eum in ſe habere oportuit, quod cum voluntate Dei non congrueret. Neque vero fruſtrà data ſunt mandata, ut iſti fingunt, quæ in hac vita perfici non poſſint. Lex enim Dei longè alium habet finem, quàm ut à nobis abſolutè præſtetur, aut ex ejus obſervatione juſtitiam aſſequamur.

Duplex cupiditas.

Duplex ergo eſt cupiditas: altera conſenſus animi manifeſta, quæ in ſingula Dei mandata conſumitur. Nam ira & odium, ad præceptum pertinet, Non occides. Libido & turpe deſiderium ad præceptum: Non committes adulterium. altera generalis, quæ eſt propenſio contra voluntatē Dei, & cum omnibus ſuis motibus, in ultimo præcepto exprimitur, Non concupiſces. At ſupereſt adhuc ſcrupulus, Moſes enim illud præceptum non ita ſimpliciter proponit ut Paulus: ſed, Non concupiſces, inquit, domum, agrum, ſervum, ancillam, bovem, uxorem proximi. Hujus diverſitatis cauſa eſt, quòd cùm Moſes hominibus rudioribus Legem ferret, cupiditatem per objecta, in quæ ea fertur, apertius & planius deſcribere voluit, quò ab illis facilius intelligeretur.

Conciliatur Paulus cum Moſe.

Paulus autem, qui ſibi videbatur cum ſcientibus Legem agere, ſatis putavit eſſe præcisè dicere, Non concupiſces, nihil ratus majore explicatione opus eſſe.

Moſes non recenſuit omnia in quę fertur cupiditas.

3 Imò ne Moſes quidem omnia recenſuit, in quę per concupiſcentiam abducimur. Satis putavit pauca quædam numerare, quæ ut craſſiora & manifeſtiora ſtatim occurrerent. Atque ita videmus Deum eadem ratione in reliquis etiam mandatis ferè ſynecdochen adhibuiſſe. Idque nos Chriſtus apud Matthæum luculenter docuit, cùm adverſus Scribarum & Phariſæorum traditiones, veram Legis ſententiam aſſereret. Nam illo præcepto, Non occides, non tantùm manum cohibere docuit, verùm etiam contumeliam, odium, indignationem. Et illo mandato; Non committes adulterium, non tantùm impuram actionem prohiberi, ſed etiam libidinoſum aſpectum, omnémque inflammationem animi erga mulierem alienam.

Deus in mandatis uſus eſt ſynecdoche.

Eodem modo poſſemus facilè oſtendere, in reliquis omnibus mandatis eſſe ſynecdochen. Deinde in ſingulis mandatis commendantur virtutes, quæ illi vitio, quod ibi prohibetur, adverſantur.

In omnibus mandatis cōmendantur virtutes oppoſitæ.

Nam dum interdicitur, Ne feramus falſum teſtimonium adverſus proximum, ſimul etiam præcipitur, ut veritatem tueamur, & proximi famam ſtudiosè propugnemus. Cúmque interdicitur, Ne furemur, præcipitur, ut benigni ſimus erga proximos, & noſtra egentibus communicemus.

Decalogus inſtar categoriarum Ariſtotelis, quæ ſunt decem.

Et ut dicam quod mihi quandoque in mentem venit, decem mandata Decalogi, æquè latè mihi patere videntur in omnem partem quod attinet ad honeſtum, turpe, virtutem, vitium, atque decem Ariſtotelis categorię Quemadmodum enim nihil inveniri poteſt in rerum natura, quòd ad illa prædicamenta non pertineat: ita nulla eſt virtus, nullum vitium, nihil honeſtum, nihil turpe, quòd ad aliquod decem præceptorum non poſſit referri. Utque omnia genera & ſpecies aliorum prædicamentorum reſolvuntur in ſubſtantiam, ita omnia externa peccata reſolvi poſſunt in cupiditatem. Utque prædicamentum ſubſtantiæ materiam & formam habet, ut prima & ſumma principia: ita omnis animi noſtri conſenſus ad peccandum reſolvitur in pravitatem naturæ. Quare licet in lege quæ nota & craſſa ſunt proponantur, in illis tamen Deus exigit id, quod in primo ultimóque mandato requiritur, ut bonos & purgatos habeamus animi corporiſque motus, utque ab his omnibus quæ Deus nobis interdixit, abhorreamus.

Pręceptum contra concupiſcentiam nō rectè diſtinguitur.

Adhæc annotare debemus, Paulum quaſi unicum præceptum extuliſſe, Non concupiſces. Unde miror quoſdam, inter quos etiam eſt Auguſtinus, ex uno mandato duo facere voluiſſe: quaſi in altero prohibeatur adulterium, cùm dicitur, Non concupiſces uxetem proximi tui: in altero prohibeatur, ne agrum, domum, bovem, ſervum, ancillam alterius appetamus. At ſi ad numerum earum rerum, quas concupiſcimus, multiplicanda ſint præcepta, ex

A uno infinita quodammodo faciemus. Poteſt enim fieri, ut honores proximi, dignitates, vaſa, pecunias, veſtes, & infinita id genus alia appetamus.

Exod. 20. 3. & 4.

Alii verò ut in præceptis denarium numerum conſervarent, præceptum iſtud, Non concupiſces, indiſtinctum reliquerunt: primum autem in duas partes diviſerunt, ut in priori ponerent, Non habebis deos alienos: in altera, Non facies tibi ſculptile, &c. Ego verò utrunque puto ad idem præceptum pertinere.

Quodnam ſit primum pręceptum.

Primum
B autem mandatum eſſe arbitror, quod quaſi procemii loco cæteris præponitur: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Nam his verbis ſancitur, ut illum pro vero Deo habeamus. Ne autem eum putaremus unà cum aliis diis colendum eſſe, ſtatim adjectum eſt ſecundum præceptum, quo Deos alienos, & ſculptilia, & imagines colere prohibemur.

In primo mandato nobis offertur Evangelium.

Et ſi quis penitius rem ipſam velit intueri, videbit unà cum hoc primo mandato offerri nobis Evangelium. Deus enim in eo pollicetur, ſe velle eſſe
C noſtrum Deum. Et in eo quod commemoratur liberatio ex Ægypto, promiſſio de Chriſto continetur. Sed ut eò redeamus unde digreſſi ſumus, ſtatuere debemus, iſto præcepto, Non concupiſces, & ptavam inclinationem, & malos animi motus prohiberi: quæ non agnoſceremus peccata eſſe, niſi ea Lex nobis indicaſſet. Ariſtoteles, Pighius, & alii ſimiles, quia Legem Dei ignorant, contendunt iſta non eſſe præcepta.

D

Peccatorum collatio.

In 1. Reg. 16. verſ. 26.

Peccatorū collatio ſecūdum verbum Dei inſtituenda.

4 Quod autem attinet ad collationem peccatorum, multis modis, unum poteſt dici gravius altero. Ratio autem diſcriminis, petenda non eſt aliunde quàm à verbo Dei. Quemadmodum enim corporum vitia & morbi ſunt in eo ſita, quòd à temperamento humorum diſceditur, quod animanti congruit, utque magis minúſve proportio conſervatur, morbi dicuntur graviores & leviores: ita etiam de peccato uſuve-
E nit, quoniam ut magis minúſve aberrant ab inſtitutis Dei, graviora & leviora prædicantur. Certum verò id eſt, duas latas fuiſſe tabulas, priorem inquam & poſteriorem, quo fit, ut peccata, quæ contra priorem tabulam admittuntur, magis damnentur iis quæ adverſantur poſteriori tabulæ. Id autem non ſic velim accipi, quaſi omnia quæ committuntur in priorem tabulam, ſceleſtiora ſint habenda iis, quæ pugnant contra poſteriorem. Fieri enim poteſt, ut aliquis violet aliquam ceremoniam non magni momenti, quæ
F pertinet ad priorem tabulam: qui tamen minime gravius peccabit eo, qui vel homicidium vel adulterium perpetrarit. Sed collatio facienda eſt in iis quæ ſunt paris gradus & magnitudinis. Conſtituatur ex una parte ſummum peccatum in priorem tabulam, & ex altera ſummum adverſus poſteriorem: tum gravius judicabitur, quo prior tabula violatur, quàm id quo agitur contra poſteriorem.

Peccati magnitudo quibus rebus creſcat.

Iſtud idem conſtituatur de mediocri genere peccatorum, nec non de infimo, ita ut ſemper paria cum paribus componantur. Acci-
G dit etiam nonnunquam, ut quis vehementiori commoveatur impetu ad peccandum, quàm alius. Et ſanè gravius peccatum judicabitur ejus, qui leviori inſultu labitur, eo, qui majori vi fuerit impulſus ad tranſgreſſionem divinæ legis. Gravitas etiam nonnunquam expenditur penes faciliorem difficilorémve condonationem, Chriſtus quippe dixit, eis condonandum eſſe, qui contra Filium hominis locuti fuerint: illis vero noxam remittendam non eſſe, qui convitium Spiritui ſancto feciſſent.

Matth. 12. 32.

Præterea gravius
H tranſgrediuntur, qui luculentiori ſciētia pollent. Servus quippe ſciens voluntatem domini ſui, nec eam complens, longè magis vapulat eo qui prævaricatur ignorans. Addit etiam pondus beneficiorum cumulus. Qui enim multis ornati ſunt donis, cùm trāſgrediuntur, gravius peccant, quandoquidem vitium ingratitudinis peccato eorum accedit. Conſideratur deinde perſonæ dignitas: Nam Principes, nec non Epiſcopi & verbi Dei miniſtri, multò gravius peccant, quàm plebeii & vulgares homines. Nam illi ſedent
I ad puppim, & clavum aut Reipublicæ, aut Eccleſiæ tenent. Qui fit, ut omnes inde petant exemplum vivendi. Quædam etiam peccata idcircò habentur

graviora

Digitized by Google

graviora, quòd non ſint ſola, ſed alia multa ſecum trahant ſcelera. Qua de cauſa peccatum Davidis admodum reprehenditur, quòd eius adulterium conjunctam ſecum habuerit cædem boni ac fidelis viri, nempe Vriæ. Acceſſit deinde interfectio multorum ſtrenuorum militum, & victoria prodita eſt, atque translata ad hoſtes nominis Dei. Quocirca gravius æſtimatum eſt illud peccatum, quàm ſi unus & ſimplex lapſus fuiſſet. Illud etiam crimen damnatur magis, quòd majorem infert læſionem. Etenim plus damni dat, qui vitam cuipiam aufert, quàm ſi vulneret, vel aliquo membro ſeu parte corporis mutilet. Conſideratur adhæc voluntatis ardor & vehementia, qua ruitur ad peccandum. Qui enim laxatis prorſus habenis, & plano velo ruunt in ſcelera, magis reprehendendi ſunt iis, qui ceu in viti & reluctantes, magnáque conſcientiæ lucta Legem Dei tranſgrediuntur. Eorum quoque relevatur culpa, qui vehementi cruciatus metu & infirmitate quodammodo adacti labuntur, quàm ſi ſponte atque volentes ac ultro laberentur. Et contemptio verbi Dei peccatum mirificè gravat. Deinde quæ publicè committuntur, quia offenſioni & ſcandalo ſunt, ideo magis damnantur iis, quæ privatim & occultè fiunt. Et quæ committuntur in ſanctos viros, ut ſunt Prophetæ ac miniſtri Eccleſiæ, horribilia ſunt, quòd injuria & contumelia illa in Deum evidentius redundet. Idcirco ſcribitur, Qui vos lædit, eſt ac ſi pupillam oculi mei attingat. Qui vos ſpernit, dicebat Chriſtus, me unà ſpernit. Admonebat item Deus, hujus mundi principes, ne chriſtis, id eſt, unctis ſuis, vim facerent. In rebus etiam civilibus, dignitas perſonæ læſæ penditur. Pejus quippe facit, qui patrem ſuum violat, & filia quæ in ſuam matrem inſurgit, quàm ſi debaccharentur in quoſvis alios homines, ut Micheas Propheta cap. 7. teſtatur. Item reprehenditur acrius qui magiſtratum & publicam poteſtatem lædit, eo qui privatos homines afficit injuria. Quare diſertis verbis à Deo mandatur, Principi gentis tuæ ne maledixeris. Fit etiam peccatum deteſtabilius, continuatione. Et ſanè Deus gravius illos punit, qui computreſcunt in ſuis ſceleribus, atque illos qui ſemel aut iterum labuntur. Vnde Amos Propheta id nomine Dei ſæpius repetit; Super tribus ſceleribus & ſuper quatuor non convertam eum. Quin & Deus in Lege teſtatus eſt, ſe ulturum peccata in tertiam & quartam generationem, cùm per tot gradus continuata fuerint. Adhæc locus, tempus, & ætas multum ponderis ſecum trahunt. Et innumera fermè alia poſſent colligi, quæ peccata vel aggravant, vel elevant; quæ volens & ſciens prætermitto.

2. Sam. 11.

Zach. 2. 8.
Luc. 10. 16.
Pſal. 105. 16.
Mich. 7. 6.
Exod. 22. 28.
Amos 1. 3. 6. 9. 11. 13. & 2. v. 1. 4. 6.
Exod. 20. 4.

5 Annotavit Chryſoſtomus non eſſe colligendum peccata omnia eſſe paria, quanquam habeatur, etiam quæ videntur leviora tanti eſſe momenti, ut à regno Dei non excludant. Hoc inter ſe commune habent, ut feliciſſima hæreditate homines expolient, non tamen paribus pœnis punienda erunt. Auguſtinus contra Donatiſtas de Baptiſmo lib. 4. ait, non eſſe verba Pauli ſic accipienda, quaſi non excludamur à regno Dei, niſi qui fuerint omnibus peccatis unà conjunctis obnoxii: ſed intelligendum eſt à regno Chriſti exulaturum, quicunque vel uno eorum contaminatus fuerit. Fatetur quidem non poſſe fieri, ut unum duntaxat peccatum admittatur, quin aliquo alio comitetur. Licet non ſit neceſſarium, ut ubi fuerit unquam unum vitium, alia omnia conſequantur. Quia peccata non ſunt ut virtutes inter ſe connexa, quod oſtenditur duplici ratione. Quarum prima eſt, quòd uni virtuti duo vitia repugnant, quæ diſtantia extrema inter ſe diſſident. Vnde qui uno eorum laborat, non poteſt altero ſemper contaminari, ita ut idem ſit unà timidus & audax. Deinde ſæpe accidit, ut unum peccatum alterum depellat, ut ambitio avaritiam, avaritia ebrietatem & crapulam. Quare non poſſumus dicere vitia inter ſe conjuncta.

In 1. Cor. 6. verſ. 9.
Peccata non ſunt paria.

Peccatum nõ eſt unum, ſemper ad junguntur alia.
Peccata non ſunt inter ſe connexa ut ubi ſit unum, omnia inveniantur.

6 De virtutibus autem an ſint conjunctæ inter ſe, Philoſophi non dubitant, ut Auguſtinus in Epiſt. ad Hieronymum ſcripſit. Quia non invenitur prudentia, quæ ſit injuſta & intemperans, neque rurſus temperantia imprudens aut ignava. Verùm Ariſtoteles in 5. libro Ethicorum id lucidius explicat, quod

Virtutes conjunctæ ſecundùm Philoſophos.

A non poſſumus prudentiam conſtituere, ubi deſint aliæ morales virtutes. Quia tunc à pravis affectionibus ratio turbaretur, neque rectitudinem ſuam retineret. Atque viciſſim reliquæ virtutes abſque prudentia locum habere non poſſunt, cùm earum unaquæque ſit habitus ſecundùm rectam rationem. Rationis autem probitas & rectitudo non alibi quàm in ipſa prudentia conſiſtit: Hæc Philoſophi ſtatuunt. Sed homini Chriſtiano non eſt adeò facilè his B aſſentiri, quòd negare non poſſit, ſanctos viros multis & præſtantiſſimis virtutibus eſſe præditos, & tamen idem oportet fateatur, ſubinde illos peccare. Nam Iacobus inquit, In multis offendimus omnes. Atque alter Apoſtolus, Si dixerimus, quia peccata non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Sed qui habet peccata, quomodo poteſt eſſe ornatus omnibus virtutibus, quandoquidem peccatum virtuti opponitur? Vnde videtur hac in re Chriſtianus à Philoſopho diſſentire. Auguſtinus in eadem C Epiſt. hunc nodum ita conatur diſſolvere: quòd in religione Chriſtiana unica virtus conſtituatur Charitas, quæ reliquas omnes in ſe contineat, & ea ſi perfectiſſime haberetur, nullum planè ſecum peccatum ferret, quandoquidem charitas eſt plenitudo Legis: ubi Lex completa & perfecta fuerit, peccato non relinquitur locus. Sed quia dum hîc vivimus infirmam charitatem & imperfectam obtinemus, ideo facilè fit, ut multos defectus atque peccata ſecum patiatur. Quod idem in calore ac cæteris ejus generis quali- D tatibus evenire conſpicimus: quæ cùm fuerint ſummæ, contraria nullo pacto admittunt, ſin verò debiliores fuerint & remiſſæ, perpetuò nonnihil ſuorum contrariorum recipiunt. Sed meo judicio rem poſſemus citius expedire, ſi dixerimus, quæ à Philoſophis traduntur, vera eſſe de moralibus virtutibus & peccatis, quæ illi in ſuis libris tantummodo tractant. Sed Chriſtianam fidem acurius intueri naturam peccati, quàm illi videre potuerint. Et quæ nos peccata eſſe ſtatuimus, illi judicant cum ſuis virtutibus non E pugnare: per conſequens loco peccatorum non habent.

Chriſtianus non dicet virtutes prorſus conjunctas.
Iac. 3. 2.
1. Ioan. 1. 10.

7 Sed ut redeamus ad inſtitutum, dubium videtur ſupereſſe, contra id quod ſtatuimus de peccatis, cùm diceremus ea non eſſe inter ſe neceſſario connexa. Etenim Iacobus ſcripſit; Qui in uno offendit, factus eſt omnium reus. Idcirco videtur unum peccatum admiſſum, omnia ſecum alia trahere. Sed Apoſtoli ſententia videtur intelligere de charitate, quæ per quodlibet peccatum violatur, qua ſublata F omnia vitia erumpunt. Vel accipiemus dictum ejus in hunc ſenſum, cùm quis unum mandatum tranſgreditur, ſi eodem impetu tentationis incitaretur contra reliqua præcepta, identidem illa tranſgrederetur. Sed prior expoſitio magis videtur ad veritatem accedere. Nam apertè Iacobus quæcunque dicit, ad charitatem refert. Qui enim labitur in aliquod peccatum contra proximum, ſtatim convincitur ut reus violatæ dilectionis. Quamobrem, cùm non ſit neceſſarium, ut qui uno peccato gravatur, omnibus G intelligatur obnoxius: Pauli verba 1. Corint. 6. verſ. 9. non ſunt accipienda (ut dicebamus) quaſi peccata quæ recenſuit non excludant à regno cœlorum, niſi omnia ſimul in eodem homine conjuncta fuerint. Vnum ſatis eſt ad perniciem. Et quæ dicuntur ab Apoſtolo, eos reprimunt qui de profeſſione fidei blandiuntur ſibi, neque curant ut juſtè ac ſanctè vitam exigant. Pulchrè ſcripſit Auguſtinus de Baptiſmo contra Donatiſtas, libro 4. Infidelis diſputat contra fidem, ſed improbus Chriſtianus vivit contra fidem. H Vnde cùm uterque adverſetur fidei, per illam non poteſt habere ſalutem. Contra infideles Chriſtus dicebat, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Atque pravis Chriſtianis id viciſſim proponendum eſt, niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quamobrem, ſicut infideles non habent, quod ſibi de morali probitate placeant: ita baptizati, ſi malè vixerint, æternam felicitatem ſibi polliceri non I poſſunt, præſertim ſi flagitiis ab Apoſtolo enumeratis laborent. Quomodo enim cum illis in regno Dei eſſe poſſunt? Siquidem verbo & ſpiritu Deus

Locus Iacobi excuſſus.
Iac. 2. 10.
1. Cor. 6. 9.
Ioan. 3. 5.

Digitized by Google

regnum ſuum adminiſtrat: At iſti neque ex verbo, neque ex ſpiritu, ſed potius ex carne atque diaboli ſuggeſtionibus iſta faciunt.

Mat.22.37. Marc.12.30. Luc.10,27. In 1.Reg.2. initio. Verba Chriſti, Diliges Dominum Deum tuum,&c. explicata.

8 Servator autem noſter Matth.22. Marc. 12. & Luc.10. ita mandatorum ſummam refert, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tuâ, & ex omnibus viribus tuis: Dúmque interpoſuit mentem, quod vocabulum in Hebræo non habetur, jure ſuo id fecit. Nam cùm fuerit Legiſlator, illã ei licuit interpretari. Auguſtinus de Origine Animæ, libr.4. cap.6. Cor docuit non eſſe accipiendum pro ea particula corporis quæ ſub coſtis latet, ſed intelligi vult eam poteſtatem animi ex qua proficiſcuntur cogitationes. Et ſanè quemadmodum Cor nunquam conquieſcit, ita & animus à cogitationibus nunquam ceſſat. Alii deinde ſunt, qui Cor interpretantur facultatem animi appetentem, & ideo Chriſtum inquiunt mentem adjeciſſe. Placet aliis: Cor totum deſiderium continere, animam verò partem iraſcentem, mentem autem poteſtatem cognoſcentem: & denique virium nomine omnes alias facultates animi comprehendit. Vel adjectum eſt ad omnia prius commemorata vehementius exaggeranda, hoc eſt, Deum non vulgariter eſſe diligendum, verùm ſummo conatu. Quare Bernardus inquit, In diligendo Deo, modus eſt non habere modum. Et Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana lib.1.cap.22.ſcripſit, Cùm dicitur toto corde, jam nulla pars nobis relinquitur, cui vacare aut cedere aliis deſideriis liceat. Et quæ veniunt amanda, huc trahantur oportet, quo fert impetus dilectionis noſtræ, hoc eſt in Deum. Si verba Legis & Davidis expenderentur juſto ſenſu, opera ſupererogationis prorſus jugularentur, periréntque noſtrorum meritorum rationes. Quid enim supereſt nobis quod non ſit obſtrictum Deo? Porrò ſi rectè facimus, quod debueramus præſtitimus.

Cor.

Rom.12.19. In Rom.12. Quid στοργὴ.

9 Paulus autem de charitate diſſerens, Fraterna, inquit, charitate propenſi eſtote ad vos mutuò diligendos. Græcè eſt, τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι: quibus verbis declaratur, quod ejuſmodi affectus ſit charitas, nimirum fraternus. Et dicitur στοργὴ: quæ vox ſignificat affectum non profectum ex electione, quales ſunt amicitiæ quæ ineuntur, ſed natura inſitum: atque idcirco ita conjunctum animis noſtris, ut nunquam propè excuti poſſit funditùs. Porrò autem, quoniam naturales iſtæ affectiones varias habent formas: nam vel inter parentes & liberos reperiuntur, vel inter virum & uxorem, vel inter fratres: illam ſpeciem Apoſtolus exprimit, quæ maximè convenit cum propoſitâ exhortatione, videlicet, ut intelligamus charitatem noſtram erga alios oportere eſſe fraternam: quæ ideo videri poteſt vehementior, quàm ſunt vulgares amicitiæ, quoniam iſtæ ſolvuntur ab honeſtis viris, cùm ſentiunt amicos ſuos deſciviſſe à juſtitia, & homines pravos & corruptos evaſiſſe. At parentes, fratres, liberos dolemus quidem, ſi eos aliter ſe gerere videamus, quàm velimus: non tamen propterea extinguitur animi noſtri propenſio erga illos. Deinde in iſtis neceſſitudinibus non expectamus ut in amando mutuis beneficiis afficiamur. Vltrò enim & filios & fratres diligimus, etſi illi nos ſibi nullo ſuo beneficio obſtrinxerint. Quoniam autem hæc in charitate Chriſtiana retineri debent, idcirco illam Paulus στοργὴν appellat, etſi non à natura, ſed à Dei ſpiritu & gratia profecta ſit. Quantum autem ad excitandum amorem inter homines Chriſtianos valeat ratio fraternitatis, docemur exemplo Moſis: is enim poſtridie ejus diei, quo Ægyptium occiderat, quum diverteret ad Hebræos, & videret Hebræum quendam alteri Hebræo facientem injuriam, ut Divus Stephanus recitat, ait illis: Fratres eſtis, cur vos ita mutuò afficitis injuriis? vim hujus affectus, declaravit etiam Ioſephus. Is enim fratres ſuos, à quibus fuerat divenditus in ſervitutem, quum vellet ſibi ex inſperato conciliare: Ego, inquit, ſum Ioſeph frater veſter. Eóque dicto, lachrymas cohibere non potuit, tanta eſt apud pios vis hujus neceſſitudinis. Nec injuriâ fraternus dicitur Chriſtianorum mutuus inter ipſos amor: Chriſtus enim diſcipulos ſuos fratres appellavit, idque eo maximè tempore, quum poſt reſurrectionem eſſet

Exod.2.13. Neceſſitudo fraterna eſt efficaciſſima. Act.7.26.

Vnde fraternus amor oriatur? Gen.45.4. Ioan.20.17.

A jam immortalitate donatus. Ariſtoteles in nono Ethicorum, quum agit de Amicitia: In fratribus, inquit, idem diſtributum eſt per diverſos: atque idcirco, quum in eadem re inter ſe communicent, inter ſe amant. Illud idem, in quo fratres communicant, intelligit ſubſtantiam patris & matris, quæ illis impertita eſt. Ita ſe habent inter ſe fideles: Nam, ut Petrus ait, participes effecti ſunt divinæ naturæ. 2.Petr.1.4.
Quare amare ſe debent ut fratres. Quod niſi præ-
B ſtent, meritò dici debent ἄστοργοι. Quod vitium, ut gravissimum, Paulus in 1. cap. Epiſtolæ ad Romanos attribuit illis, qui defecerant à vero cultu Dei: & propterea ab eo in reprobam mentem fuerant traditi. Rom.1.31.

10 De charitate autem ſtatuimus, eam eſſe liberale divinæ bonitatis donum, & veræ fidei quâ juſtificamur perpetuò conjunctam. Quare nullus qui reipſa Chriſtianus ſit, ea prorſus eſt deſtitutus. Verùm ut in nobis augeatur, ſi fortè infirmior fuerit,
C aut languida frigeat, ut acceſſiones habere poſſit, iis uti poterimus auxiliis. Primùm, ut diligenter nobiſcum repetamus & expendamus beneficia per Chriſtum à Deo accepta. Filium dedit pro nobis unigenitum, à peccato, à morte, ab inferno & à diabolo nos aſſeruit, in filios adoptavit, & hæredes vitæ æternæ inſtituit. Nunc vero paſcit, fovet atque ut pater clementiſſimus, omni cura & benevolentia nos proſequitur. Hæc ſi nobiſipſis ſubinde inculcemus, ad Chriſtum amandum, & Deum creatorem noſtrum,
D vehementer animum poſſunt accendere. Dignitatem præterea proximi noſtri æſtimemus, qui utut infimus ſit, & vitiis obnoxius, à Deo tamen fertur, ſuſtentatur atque multis beneficiis afficitur. Non negat illi Solem, ſuper eum benignè pluit, ſanitatem & divitias hujus mundi elargitur, neque ab eo ſuam imaginem, ut mereretur, aufert. Quid cauſæ itaque poruerit eſſe, ut illum tu non feras? Dixeris fortaſſe, Sceleratus eſt. Rogabo ex te, num tu magis peccatum deteſteris & horreas, quàm Deus? Vbi certè
E non poteris reſpondere, niſi quod eſt, Deum longè præ te peccata & malitiam deteſtari. Et nihilominus, cùm videas eum non ſtatim ulciſci, verùm diutius pœnitentiæ tempus prorogare & ſuſtinere pœnam: cur illum non imitaris, & proximum tuum quanta potes cum patientia emendas? Quòd ſi fortè inſanabilis videatur, id pro viribus cavere debes, ne multum noceat, ejus pravitatem ſubinde coercendo. Videmus leones, ferociſſimas alioquin & immanes beſtias, à ſuis magiſtris, ferreis catenis & clauſtris, ne
F lædant, aſſervari; idque ad voluptatem dominorum, qui cupiunt in eis & artificium naturæ, & robur hujus generis animantium intueri. Quin tu quoque in gratiam Dei, proximum tuum, quantumvis malum, cuſtodis & adverſas, ne cæteris noceat, quo in eo conſpicua ſit & ſpectetur divina patientia? Quod ſi dixeris, eo illum perveniſſe pravitatis, ut compeſci non valeat ne multum noceat, atque omnino conficiendum eſſe. Tunc authoritas publica, magiſtratus inquam, ſuo fungantur officio. Nam ſi privata libidine
G ulciſci voluerimus cauſam noſtram, ex bona malam faciemus. Quòd ſi pateris indignè contumelias & injurias tibi illatas, & ideò te putas juſtè commoveri, mutes perſonam, & fac quæ in te commiſſa ſunt, in alios facta eſſe, tunc videbis leniorem commotionem tuam fore, & hac perſonarum commutatione facilè ſenties quanta labores φιλαυτίᾳ. Valet & ad charitatem retinendam id frequenter cogitare, univerſam Legem per illam impleri: conducit etiam ſi memoria refricemus, quot & quantis ipſi debitis ob-
H ſtricti ſimus: nec ejus obliviſcamur, quòd excidendo à charitate nihil erimus.

1.Cor.13. verſ. 13. Quid charitas? Quibus rationibus charitas augeri conſueverit.

Beneficia Dei recolantur.

Dignitas proximi æſtimetur.

Simile.

Mutatio perſonæ multum prodeſt.

Cogites per charitatem univerſam Legem impleri, &c.

11 His fomentis & conſimilibus, charitas erga proximos multum adjumenti habet, ut conſervetur & augeatur, quamvis à mera Dei liberalitate proveniat. De illa Paulus dicit ad Cor. *Et adhuc excellentiorem viam vobis oſtendo*. Eſt ac ſi dixerit, Video vos teneri quadam cupiditate excellendi alios. Iam viam vobis oſtendam: ea eſt Charitas. Quæ quod attinet ad vocem affinis eſt dilectioni & amori, à quibus
I tamen ita differt, quod dilectio eſt lenior affectus, amor vehementior: charitas verò ibi ſtatuitur, ubi conjunctio & neceſſitudo quædam interceſſerit.

1.Cor.12.31. Quid interſit inter dilectionem, amorem, & charitatem. Charitas est ubi neceſſitudo quædam intercedit.

Vnde

Quid ſit amare?

Charitas quomodo ab amore vel amicitia morali diſtet?

A Vnde dicitur charitatem in parentes, in patriam, in cognatos, quòd ipſum Chriſtianæ dilectioni admodum conſentit. Habemus quippe omnes credentes eundem patrem Deum, & Chriſtum primogenitum fratrem. Ideo quàm arctiſſima neceſſitudine conjuncti ſumus. Poſt vocis notitiam, ſupereſt ut nonnihil de natura ejus, pinguiori ſaltem Minerva explicemus. Multa tradidit Ariſtoteles in ſuis Ethicis de amicitia, & in Rhetoricis de eadem pluribus egit: ac in B ſumma vult, amare quempiam in eo poſitum eſſe, ut ei cùm bene cupiamus, tum bene faciamus, idque propter ipſum, non noſtra cauſa. Hic humana prudentia gradum ſiſtit, ſed Chriſtiana pietas altius effertur: Quia & bene vult, & bene facit proximo, non quidem propter ſuum ipſius compendium, verùm Dei & Chriſti nomine: quia proximum agnoſcit à Deo communi patre conditum, & Chriſti ſanguine redemptum. Definietur ergo charitas, quod ſit facultas animis noſtris cœleſti ſpiritu afflata, quâ proximis C benecupimus, & illis pro viribus benefacimus, idque Dei & Chriſti nomine.

Definitio charitatis.

12 Auguſtinus in Epiſt. 29. ad Hieronymum inquit, de virtute ſe hanc habere notitiam, quòd ſit charitas, qua diligenda diligimus, eámque dicit in quibuſdam eſſe majorem, in quibuſdam minorem, & in aliquibus nullam: perfectiſſima verò, cui non poſſit addi, in nemine conceditur dum hîc vivimus. Et ſubdit, ei poſſe ideo addi dum hîc vivimus, quia illi quippiam deeſt, quod & vitium & imperfectionem ejus teſtatur: & inde fit, ut ait, quòd non eſt ho- D mo qui faciat bonum, & non peccet. Et ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Et à Davide ſcribitur, Non intres in judicium cum ſervo tuo. Et omnes in oratione Dominica dicimus, Remitte nobis debita noſtra. Patet itaque hunc virum Dei, perfectam charitatem in hac vita concedere nemini: imò ſemper addendum ei eſſe dum vivimus, quod & vitium & imperfectionem ejus declarat. Quod idem de omni no- E ſtro bono opere ſtatuere debemus. Attendendum tamen eſt, quæ à Paulo dicuntur de charitate, & definitionem quam attulimus, ad eam pertinere, quam habemus erga proximum. Dúmque illam commendat, per antitheſin damnat odium, factiones, diſſidia, demúmque omnia peccata, quæ illi adverſantur. Viam ejus excellentem appellat non immeritò, quia ſæpius per ipſam benefaciendum eſt improbis, invitis atque ingratis: in quibus inſtaurandis, pro gratia ſancti viri odium & perſequutiones repor- F tant.

Perfectiſſima charitas, dum hîc vivitur nemini datur.

Pſal. 14. 1.

1. Ioan. 1. 10.

Pſal. 143. 3.

Mat. 6. 12.

Hîc agitur de charitate quã habemus erga proximum.

Cur excellens via.

Ex Rom. 9. 3.

13 Iam quod ad gradus in charitate attinet, Neceſſitudo carnis, ſæpenumero eſt ratio diligendi proximi, idque ex charitate. Paulus ait ad Timotheum: Qui ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, abnegavit fidem, & eſt infideli deterior: quoniam prætextu religionis, pejus vivit quàm infideles, qui ſolius naturæ ductu, erga cognatos ſuos ſunt benevoli, & illis de rebus neceſſariis proſpiciunt. Sentire ergo debemus carnis & cogna- G tionis conjunctionem nobis à Deo dari, tanquam ſtimulum charitatis, non quod res ejuſmodi ſpectare debeamus tanquam noſtras, ſed tanquam à Deo nobis adjunctas. Alioqui enim nemo eſt qui ſibi parentes, fratres, patriam delegerit. Curare ergo debemus ea quæ nobis data ſunt à Deo, non autem operam noſtram collocare pro libidine abſque delectu: non quòd non debeamus omnes quicunque ſunt, charitate & benevolentia proſequi. Nunc tantùm agitur de gradibus, & oſtenditur or- H dinaria & uſitata unde ſit incipiendum: niſi fortè nos aliò trahat accidens aliquod magis neceſſarium.

Neceſſitudo ex carne, ratio eſt honeſta diligendi proximum.

1. Tim. 5. 8.

14 Sed quoniam Paulus videtur moveri ſtudio & εὐδοκίᾳ in Iudæos ob zelum ſine ſcientia, quæſtio incidit; An ulla peccata ſic placere poſſint, ut ex illis voluptatem capiamus, vel ulla benevolẽtia propterea concilietur. Peccata ſunt diſcernenda, cùm ſint quædam enormia & craſſa, quæ omnes intelligunt eſſe peccata, & alia ſint, quæ licet damnentur coram I Deo, & verè peccata ſint, quòd à non regeneratis committantur: quia adhuc ſunt malæ arbores, neque opera ſua dirigunt in Deum quemadmodum oportet, attamen ex genere morali bona ſunt. Quare ſi de craſſis agimus, & per ſe loquamur, propriè ac verè nullus pius hoc peccati genere delectabitur. Nam ſi Deum toto pectore quiſpiam diligat, ab omnibus neceſſe eſt ut peccatis abhorreat, quæ voluntati Dei ac Legi ejus manifeſtè adverſantur. Sed per accidens fieri poteſt, ut aliqua voluptas capiatur, ut ſi liberati jam fuerimus, quo facinora quæ admiſimus plura fuerunt & graviora, eo magis gaudebimus: & ſi quis anteà ſuperbus & arrogans fuerit, ſed poſt aliquem lapſum reſpiciens modeſtius agat ob ſuum delictum nonnihil gaudebit: Id quod accidit etiam, ſi poſt aliqua errata bonæ leges ferantur, & ordo conſtituatur, ne ulterius hujuſmodi committantur. Lætamur enim talem occaſionem fuiſſe oblatam: & quoniam, ſicut dicit Paulus, ubi delictum exuberavit, exuberavit & gratia, & diligentibus eum omnia cooperantur in bonum: loquutione minus propria & per accidens fatebimur, ex peccatis aliquid voluptatis accedere piis hominibus. At ſi de operibus moralibus quæ à non regeneratis fiunt, loquamur, intuendo ſimplici notitia, non poterimus illis non gaudere. Quemadmodum enim voluptas eſt, & quidem non prava, contemplari herbarum vires, proprietates animalium, gemmarum, & aſtrorum: ita etiam delectat geſta videre illuſtrium virorum, quæ Deus in natura humana extare voluit, ut Reſpublicę conſervarentur, & diſciplina civilis. Quis non capiat voluptatem, Socratis legendo honeſtam vitam, & probas actiones? Vel ſecum, repetendo Scipionis Africani res geſtas? necnon videndo quæ noſtra tempeſtate ſæpe fiunt ab heroicis viris, cum tamen à Chriſtiana religione ſint alieni? Imò cùm ſpeciem quandam & aſſimulationem habeant ſolidarum virtutũ, adeo illis delectantur pii, ut ſolicitentur nõ raró ad orãdum vehementer pro ſalute illorum virorum: ſic ſecũ loquẽtes; Si Deus hos dignaretur immutare, ac trahere ad Chriſtũ, magno Eccleſiæ ornamento & adjumẽto eſſent, neq; facile de illorum ſalute deſperant. Veluti peritus agricola, ſi fortaſſe conſpicatus fuerit locum filice ac malis herbis copiosè luxuriantem, cupit illum emere, nam cogitat: Si herbæ vitioſæ fuerint extirpatæ, & filix aratro manſueſcat: fruges ibi feliciſſimè proventuras. Idemque faciet ſi labruſcas aut oleaſtros viderit ſponte alicubi naſci, locum enim judicabit aptum & vineis & pinguibus oleis, modò cultus acceſſerit. Chriſtus etiam Servator noſter, cùm juvenis eum conſuleret, Quid faciendo æternam vitam haberet? & reſpondiſſet, Serva mandata: atque ſubjeciſſet juvenis, Hoc jam inde ab adoleſcentia ſe ſtuduiſſe, id quod tamen haudquaquam verum erat, illo nihilominus quocunque illius ſtudio de ſalute percunctandi: &, ut poterat, obediendi mandatis Dei, Ieſus delectatus eſt. Hoc enim ſibi vult quod Marc. ſcribit 10. cap. Chriſtum eum dilexiſſe: miſericordia nempe motus eſt ob illius præſentem calamitatem, quod cum ſtuderet & conaretur juſtitiam operum aſſequi, eâ excideret. Idémque Dominus cum reſpondiſſet, Mandatum maximum eſſe ut diligatur Deus toto corde, tota anima, & omnibus viribus: & alterum, ut diligamus proximum ſicut noſipſos: & Scriba quidam hanc reſponſionem Domini approbaſſet, dixit ei, Non procul es à regno Dei, quamvis ille nondum crederet, neque per Chriſtum eſſet juſtificatus. Sed oſtendere voluit Dominus, hunc illius erga veritatem aſſenſum, aliquam ſpeciem referre pietatis & officii. Quare in hujuſmodi operibus, quæ moraliter bona dicuntur, piorum animus delectatur: licet unà etiam doleat ea non fieri quemadmodum oporteret. Et quod attinet ad Apoſtoli ſententiam non eſt colligendum ex peccato, id eſt, zelo ſine vera notitia, eum concepiſſe dilectionem & benevolentiam erga Iudæos: quia non argumentatur ex cauſa, imò potius ab effectu, demonſtrat ſuam in illos charitatem, nempe, quòd non ſolùm precetur illis ſalutem, verùm etiam crimen quo gravabantur, non exaggeret, ſed potius quantum res patitur excuſet. Eſſet paralogiſmus non cauſæ ut cauſæ, ſi quis vellet hinc demonſtrare, Paulum eſſe delectatum Iudæorũ peccatis. Quòd ſi quis acrius contendere velit, argumentum hoc eſſe à cauſa, dicemus εὐδοκίαν hoc loco affectũ eſſe, qui pertinet

In Rom. 10. 2.

An ex peccato liceat voluptatem capere?

Diſtinctio peccatorum.

Peccatis gaudemus per accidens, bona opera moralia nos oblectant, licet ſint peccata.

Simile.

Mar. 19. 16.

Mar. 12. 14.

Ob opera moralia Ethnicorum etiam dolemus.

Paulus non amavit Iudęos de illorum malo zelo. Rom. 10. 2.

Quid ζῆλος. Hoc loco zelus Iudæorum erat peccatũ.

ad miſericordiam: & ita Paulum miſertum eſſe Iudæorum, quod videret Iudæos adeò miſerè erraſſe.

De Salutationibus.

In 2. Reg. 4. verſ. 29. Salutationis officium quale.

15 Quod in Scripturis mandatur, de prohibendis mutuis ſalutationibus, durum & inſolens admodum videtur: quandoquidem ſalutatio nihil aliud eſt, quàm fauſta & felix precatio, & charitatis eſt erga proximos non poſtremum opus. Et Hebræis exprimitur vocabulo *Berac*, quod eſt (ut vulgò loquuntur) benedictio, ſeu bona & læta precatio. Et à Græcis εὐλογία dicitur. Deinde reſalutare, proficiſcitur ex grato animo, & ad juſtitiam attinet commutantem ſeu rependentem. Siquidem par & æquum eſt, ut viciſſim bona precemur iis, qui nobis priores benedixerunt. Nec dubium eſt, ſalutationes mutuas facere plurimùm ad animorum conjunctiones: quæ ut ſint neceſſariæ atque utiles in Chriſtiana Republica & Eccleſia Filii Dei, omnes intelligunt. Dicebat Auguſtinus, Serm. 20. de Sanctis, Si quis obvium hominem ſibi non ſalutarit, aut ſalutanti non reddiderit ſalutem, à viatore non habetur homo, ſed truncus, lapis, aut Mercurius, qui ſtans in via monſtrat iter, & nihil loquitur. Nec jure poteſt ſalutatio mutua prohiberi, cùm ad illam præcepto aſtringamur. Præcipitur enim, ut oremus non modò pro amicis, verùm etiam pro eis qui nobis adverſantur. Quare illis etiam debemus fauſta & bona precari. Vnde Chriſtus Matth. 5. ait, Si tantùm ſalutaveritis eos qui ſalutant vos, quam mercedem habebitis? Nónne publicani hoc faciunt? Nec ſunt inutiles hujuſmodi ſalutationes, verùm ſi fiant ex fide gratæ ſunt Deo, atque ab illo placidè ac benignè audiuntur. Patres veteres ex hac vita diſceſſuri, ſalutem dixerunt ſuis magno cum fructu: ut Moſes Iſraelitis, Iacobus liberis ſuis, & Iſaacus ſuis. Et in eo ſalutationum genere, à Spiritu Sancto multa ſunt patefacta myſteria. Chriſtus etiam ſuis Apoſtolis mandavit, ut ſalutem dicerent familiæ ad quam acceſſiſſent, quemadmodum ſcribitur Matth. 10. Aſcribitur ſalutationis formula, nempe ut dicant, Pax huic domui. Et quod mandavit Chriſtus, exemplo expreſſit: Salutavit quippe Apoſtolos, dicens, Pax vobis. Et cùm eſſet à mortuis excitatus, dixit mulieribus quæ à ſepulchro redibant, Avete. Videtur item fuiſſe inter Apoſtolos conſuetudo, ut accedentes & revertentes mutuò ſeſe ſalutarent, ac etiam præceptorem. Vnde Iudas qui Chriſtum prodebat, cùm accederet ad illum, ait, Ave Rabbi, & oſculum adjecit, quod ſymbolum erat fauſtæ precationis. Quin & Paulus ſcribendis Epiſtolis, cùm in exordio tum etiam in fine, ſalutationes affigebat. Et Corinthiis mandavit, ut inter ſeſe mutuò ſalutarent oſculo ſancto. Et in Eccleſia mos fuit, cùm haberetur ſancta cœna, ut ſe mutuò fratres oſcularentur: qui mos in Papatu deformatus eſt, & loco ejus oſculi, imagunculas circunferunt oſculandas. Angeli quoque ſanctos viros interdum ſalutarunt, ut Gabriel Mariam dicens, χαῖρε κεχαριτωμένη. Et Angelus Gideonem ſalvere juſſit, dicens, Dominus tecum. Et mater Simſonis audivit ex angelo ſalutem. Deus attamen quenquam ſalutaſſe non legitur, quandoquidem ejus eſt dare non precari ſalutem. Nam cùm ſit natura ſuprema, nequaquam ei preces conveniũt.

Matth. 5. 44.
Ibid. verſ. 47.
Salutationes utiles.
Deut. 33.
Gen. 48. & 49.
Matth. 10. 12.
Luc. 10. 12.
Luc. 10. 5.
Salutationes uſitatæ Chriſto & Apoſtolis.
Ioan. 20. 19.
Mat. 26. 49.
Paſſim.
2. Cor. 13. 12.
Luc. 1. 28.
Iud. 6. 12.
Salutationes angelis uſitatæ.
Deus unus nõ precatur, ſed dat ſalutem.

16 Nec ſolùm inter Hebræos fuerunt ſalutationes frequentes & in pretio, verùm etiam apud Ethnicos. Romani etenim pro magno habuerunt honore ſalutari, & inter præcipua officia numerabantur ſalutationes. Vnde ſalutantibus diſtribuebantur ſportulæ, ſive pecuniarum, ſive quotidiani cibi. Et proceres ejus Reipublicæ pro foribus ædificarunt veſtibula, ubi manerent & quodammodo ſtabularentur matutino tempore ſalutantes, priuſquam ad illos admitterentur. Formæ autem ſalutandi variæ fuerunt, χαίρειν, εὖ πράττειν, ἐῤῥῶσθαι. Hebræis *Schalom* atque conſimilia. Quin & veteres dixerunt, deos etiam ſalutandos. Vnde apud Terentium dicit quidam: Hinc domum deos ſalutatum pergam. Et arbitrantur nonnulli in ea & ſimilibus dicendi formulis, ſalutare eſſe venerari: quod mihi videtur non rectè dici, cùm etiam ibi propria ſignificatio retineri poſſit: quandoquidem licet Deo bene precari, nõ quaſi re quapiam indigeat: ſed orare poſſumus, ut ejus gloria, majeſtas, nomen & imperium ſemper celebre ſit & auguſtum, ut Chriſtus docuit in prioribus ſuæ orationis poſtulatis. Dicuntur etiam aliquando ſalutari & Reges & Imperatores, cùm primùm illis ii honores ac dignitates decernuntur. Solebat enim exercitus interdum ſuum ducem ſalutare Imperatorem, cùm bene rem geſſiſſet. Verùm & hìc à propria verbi ſignificatione minimè diſceditur: quoniam in promovendis hominibus ad excelſas dignitates, precabantur, ut eas Deus illis fortunaret. Sunt præterea ſalutationes gratulatoriæ, vel de parta victoria, vel de reditu in patriam, vel de aliqua bonorum conſecutione: ubi etiam nihil aliud agitur, quàm ut oretur Deus, quò hæc bona illis bene cedant, quibus favemus. Proinde ſalutationes horum generum minimè damnari queunt, ſed admodum probandæ ſunt: niſi quòd etiam ſuperſtitio, quæ omnia vitiat, ſeſe non raro admiſcuit. Veteres enim Ethnici, animos defunctorum ſalutabant in exequiis, dicentes illis extremum vale. Quin & cineres defunctorum, exuvias, reliquias & ſepulchra viſitabant, bene precantes defunctis. Vnde apud Virgilium Æneas inquit, Salve ſancte parens: iterum ſalvete recepti, Ne quicquam cineres, &c. Et ab Ethnicis ritus ii ſuperſtitioſi migrarunt ad Chriſtianos. Nam in Papatu defunctorum animas ſalutant, dum eis precantur quietem & liberationem à Purgatorii pœnis. Eunt etiam ſalutatum divos, nempe Antonium, Iacobum, Petrum, Paulum & Mariam.

Salutationes Ethnicis uſitatæ.
Salutationum forma.
Salutare Deũ quid ſit.
Mat. 6. 9. & 10.
Mortuorum animas ſalutare quale.

17 Abjiciantur ergo hæc ſuperſtitioſa. Interea tamen ſalvæ maneant utiles & honeſtæ ſalutationes, quas Eliſæus præcepto ſuo minimè ſuſtulit. Non enim quod imperavit Gehazi famulo ſuo, accipiendum eſt ut verba primo aſpectu ſignificant, cùm ſit locutio Tropica, quemadmodum omnes aliæ quæ charitati videntur adverſari, ut docuit Auguſtinus. Mens quippe Vatis magis quàm verba ſpectanda eſt. Non enim aliud ſibi voluit, ut Kimhi eleganter expreſſit, quàm ut feſtinaret, nec moras in via necteret: ſed animus & cogitatio tantummodò eſſet intenta uni rei ad quam mittebatur: nec reſpiceret cor ejus ad aliud quippiam, vel in opere, vel in ore, vel in ſermone. Quo eodem ſenſu, Chriſtus etiam Apoſtolis (ut habetur Luc. 10.) præcepit, cùm eos ad prædicandum amandaret, ut neminem in via ſalutarent: quia nolebat ut confabulationibus & ſermonibus alienis, animi eorum à prædicando Evangelio diſtraherentur. Diabolus quippe nihil magis ſatagit, quàm ut moras & impedimenta vocationibus exequendis interponat: verùm nos è diverſo omnia poſtponere debemus impoſitæ vocationi. Quod veteres Ethnicos non latuit, qui ſacerdoti, dum ſacris operaretur dicebant, Hoc age. Et Auguſtinus loco ſuperius adducto locutionis hujus vim expreſſit, dicendo, Verbis hujuſcemodi exaggerationem ſignificari feſtinationis. Interpretationem addit præterea ſatis acutam, ſed quæ ad hiſtoriam non multum facit. Nos populo inquit, dum prædicamus Evangelium, vobis utique ſalutem dicimus: nulla quippe alia re, quàm Evangelio filii Dei poteſtis fieri ſalvi. Proinde ſalutandi eſtis hoc genere ſalutis, at non in via, id eſt, obiter vel obliquè: quod alii faciunt, qui non ex animo prædicant veritatem, ſed ad quæſtum prædicant, ad honores, vel ad invidiam & odium alicui conflandum: non ut auditores Domino lucrifiant, ut illi faciebant, de quibus Paulus Philip. monuit. Nam qui viatorem ſalutant, non accedunt illum hac de cauſa, non ad ejus domum proficiſcuntur, ut bene illi precentur, ſed obiter id faciunt, & in via. Vera quidem hæc ſunt quæ tradit Auguſtinus, ſed ad mentem Prophetæ aut Chriſti non pertinent. Vterque illorum voluit, ut animus obeundæ vocationi attentus eſſet: non diſtraheretur variis curis, careret mora, & ut contentiſſimis precibus munus commendatum perficeretur.

Cur Heliſæus famulo præcepit, ne aliquẽ in via ſalutaret.
Luc. 10. 4.
Phil. 1. 15.

18 Quòd ſi cuipiam locutio tropica non probatur, nihil erit incommodi, ſi mandatum juxta literæ ſenſum exponat, quoniam affirmantia præcepta, etiamſi ad Charitatem pertineant, aſtringunt homines ad ea obeunda, ſed certis locis, temporibus ac circunſtantiis. Mandatur quippe nobis, ut Sacramenta percipiamus. At id non ſemper & ubique fieri debet, ſed tantùm cùm in ſacro cœtu convenimus, atq;

ubi

ubi & quemadmodum Chriſtus mandavit, diſtribuuntur. Eleemoſynarum etiam præcipitur diſtributio, at non erga omnes. Quis enim eleemoſynas opulentis diſtribuat? Nec ſemper dandum eſt: nam qui egent, vtique dare non poſſunt. Ita etiam præceptum ſalutandi poteſt differri aut ſuſpendi, cum alia graviora officia ſunt obeunda. Nec etiam ſalutatio impendenda excommunicatis, vel iis qui cum doctrina vitiata & corrupta nos accedunt. Nam iis vt (Ioannes mandavit) non eſt dicendum, Ave, Atque hæc de ſalutationibus.

2. Ioan. v. 10.

CAPVT XV.

An Dei mandatum ſic expoſitum in hac vita ſervari queat: Adhuc de Vſu & Abrogatione Legis.

2. Tim. 1. 3.

QVI illud affirmant, Pauli locum adferre ſolent ad Timotheum poſteriore Epiſtola, vbi ait ſe gratias agere Deo, quod ei a progenitoribus conſcientia purâ ſervierit. Quare obedientiæ ſeu cultui ejus nihil defuiſſe videtur. David præterea cecinit, ſe Deum confiteri ex toto corde. Sacra deinde hiſtoria quibuſdam Regibus teſtimonium perhibet; quod toto corde quæſierint Dominum. At e diverſo cogitandum eſt, Deum toto corde, totáque anima non diligi, niſi cor omnibus pravis cogitationibus prorſus evacuetur. Videamus itaque an corda pravis motibus repurgata & cogitationes puras habeamus, dum hic in carne agitur. Quocirca dum ſumus in hac vita, ſtatuendum eſt, nos huic mandato ſatisfacere non poſſe. Ad Rom quippe 8. cap. ſcribitur; Quod legi fuit impoſſibile, quatenus imbecilla erat per carnem, Deus mittens Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, &c. Ideò ſi jam regenerati carnem adhuc habemus, Lex infirma eſt, illam non implemus, & tamen juſtitia ejus in nobis impleri dicitur, quòd Chriſtus effecerit, ut quæ ſua erat nobis communicaretur. Ad Galatas quoque habetur: Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem, ut non quæ vultis ea faciatis. Cæterùm aliqui cavillantur longè aliud eſſe de ſtatu hominum loqui in univerſum, & aliud agere de una eadémque ſingulari actione. Quærunt itaque, an unum aliquod opus, ut Lex requirit, præſtare valeamus. Iis ego reſpondeo, non tantùm plenam illam juſtitiam negandam eſſe hominibus in univerſum, quoad omnia opera, ſecundum ſtatum præſentis vitæ, ſed etiam quoad ſingulas actiones opera eorum à Lege deficere. Bona tamen eſſe concedo, quatenus habent in renatis quandam inchoatam obedientiam, cum tamen ſint mala, & quatenus à regula divinorum mandatorum deficiunt, & quatenus à carne proficiſcuntur. Neque abſurdum eſt, unum idémque opus & bonum & pravum dici. Siquidem contradictoria locum non habent, cùm ad diverſa capita reſpicitur. At nos piorum opera pronunciamus bona, ut à Spiritu Dei ortum habent: Injuſta verò, ut à nobiſipſis emanant. Vnde Eſaias habet, Omnes juſtitias noſtras eſſe inſtar centonis & panni mulieris pollutæ. Nec ibi agit de craſſis & manifeſtis peccatis, verùm de illis actionibus, quæ ſpeciem juſtitiæ habent. Et Hieronymus hunc locum tractans, inquit, Quæ videntur eſſe noſtræ juſtitiæ, cum panno mulieris pollutæ conferri. Et rectè quidem hoc dicit, quamvis ad alia poſteà labitur. Deinde cùm habetur; Ne intres in judicium cum ſervo tuo ſecundùm juſtitiam tuam: Et, remittas nobis debita noſtra, & ſimilia dicta; intelligo in univerſum, non autem peculiariter de iis quæ manifeſta ſunt peccata, verùm & de actionibus quantumvis bonis ac ſpecioſis. Nam eæ ſi ad normam Legis examinentur, ab ea ſemper deficient. Quare Auguſt. libr. Confeſſion. 10. cap. 13. Væ inquit hominum vitæ, quantumvis laudabili, ſi remota miſericordia judicetur. De ſpiritu item & litera cap poſtremo ſcripſit, Illa quæ non cognoſcimus non poſſe à nobis amari, deinde quæ amamus, juxta modum cognitionis à nobis amari. Vnde conſequitur cùm imperfecta ſit Dei notitia, quam hic habemus, amorem quoque noſtrum erga illum perfectum eſſe non poſſe. Cùm

Pſal. 9. 2.
1. Reg. 15. 3. & 14.
2. Reg. 13. 3.
In 1. Reg. 2. ...
Obedientiam perfectam præſtari poſſe Deo qui loci innuant.
Obedientia hæc ua imperfecta.
Rom. 8. 3.
Gal. 5. 17.
An unum aliquod opus à Lege præceptū præſtare poſſimus.
Opera humana qua enus bona aut mala.
Eſ. 64. 6.
Pſal. 143. 3.
Mat. 6. 12.

A verò in patria cum ſicuti eſt, viſuri ſimus, ibi perfectè illum diligemus. Et ſanè tunc, ut ait; Quid plus faciemus, quàm ut amemus ex toto corde, ex tota anima? &c. Nunc autem quando hebes eſt cognitio, amor quoque imperfectior eſt. Quare dum hic vivitur, non quantum Lex exigit, Deum amamus. Et qui præ cæteris Deo amando profecerunt, agnoſcunt quantum à ratione veræ dilectionis remoti ſint. Eſt attamen quidam modus amoris divini B congruens huic vitæ, qui eſt in eo ſitus, ut cupiditates non ſequamur, ſed eis etiam atque etiam reluctemur. Addit præterea, negandum non eſſe, Deum, ſi vellet, efficere hoc poſſe, tantúmque largiri ſui ſpiritus & gratiæ, ut omne vitium removeatur. At id nunquam fecit, neque ſe facturum promiſit. Nam ſi ei hoc licet ſanctis dare in patria, hic quoque, ſi liberet, poſſet concedere. Nec rectè videntur docere, qui potentiam à voluntate in Deo negant eſſe diſtinguendam. Chriſtus quippe ait, Nónne C poſſem rogare Patrem meum, qui mihi pluſquam duodecim legiones angelorum poſſet exhibere?

Diſtinguendū inter potentiam & voluntatem Dei.
Mat. 26. 53.

2 Hæc Auguſtini ratio utique ſatis eſſet, verùm ſolidiores adhuc & plures habeo confirmationes. Paulus enim ad Rom. cap. 7. luculenter explicat, quid in ipſo, cùm à carne tum à ſpiritu fieret. Quamvis ſcio, non deeſſe, qui velint Apoſtolum ibi non de ſeipſo, neque de renatis agere, ſed in ſua perſona ſuſtinere impiorum ſermones. In qua ſententia Chry- D ſoſtomus fuit. Auguſt. item, cum etiam tunc eſſet junior. In lib. enim 83. quæſt. 66. id ſentit. Verùm in lib. contra Iulianum Pelagianum 6. cap. 11. re melius perpenſa, Paulum aſſerit de renatis eſſe loquutum. Et in libr. Retract. cap. 23. ſuam priorem opinionem correxit. Ambroſius in libr. de Paradiſo, nec non in libr. de Sacramento, ut ab Auguſtino citatur, ea dicta Pauli refert ad pios, & iam renatos. Quod etiam fecit Hilarius & Gregorius Nazianzenus. Et profectò locus ille ſic intellectus, piis magnam conſolatio- E nem affert. Etenim quamvis Chriſti ſunt, affectibus & motibus pravis vehementer ſe concuti experiuntur. Quibus tentationibus exerciti, facilè ſe putarent ad electos non pertinere. Huc accedit eundem Apoſtolum ſcribere ad Galatas, Spiritus pugnat adverſus carnem, & caro adverſus ſpiritum, ut non quæ vultis ea faciatis. Quo in loco citra controverſiam de renatis loquitur. Ad Romanos autem loco jam adducto, ſcilicet cap. 7. quæ ſcribuntur, ad ſanctos referenda eſſe inde probatur, quod ait, ſe delectari mente lege F Dei, quod non renatis minimè convenit, qui divinam Legem pro re ſuavi non habent, cùm ſit piis jucundior melle atque auro & gemmis pretioſior. Addit etiam voces interioris hominis. Nemo autem ignorat interiorem hominem piis attribui, quatenus renati ſunt. In iis autem qui non ſunt regenerati, aut novi aut interioris hominis nulla fit mentio. Exclamat præterea ibi Paulus; Infelix ego homo, &c. Id autem ad non renatos accommodari non poteſt, ſiquidem ii non ſe idcirco arbitrantur infelices quòd G à Lege divina retrahantur. Adjecit etiam: Quis me liberabit? &c. Vbi primæ perſonæ pronomen emphaſim efficacem habet, nec leviter probat illum de ſeipſo ſcribere. Et eodem cap. dicit, Velle quidem adjacet mihi, perficere autem non invenio. Hic mihi reſponderi velim, quomodo non regeneratis adjacet velle bona. Iuſtificatis certum eſt Deum, ut bene velint, elargiri. Poſteà inquit, Facio malum, quod odi: non bonum, quod volo. At odiſſe malum, & bonum velle, non aliorum eſt quàm renatorum. Subjecit H etiam, Mente ſervio legi Dei: quare oportet illum jam de ſe regenerato ſcribere, alioquin hęc de ſeipſo prędicare non ei licuiſſet. Dicit ad extremum In legem peccati ſe trahi captivum, cùm impij & à Chriſto alieni, ultrò ad mala eant, ad quæ non abducuntur, nec eis reluctantur.

Rom. 7. 7.
Gal. 5. 17.
Rom. 7. 14.
Ibid. verſ. 18.
Ibid. verſ. 15.
Ibid. verſ. 23.

3 Verùm expoſitioni allatæ, id obſtare videtur: quoniam inquit ſe carnalem eſſe. Ad hoc reſpondemus, quod etſi renati ſumus, in nobis attamen ſupereſt adhuc permultum carnis. Vnde ad Corinthios I idem Apoſtolus inquit, Non potui vobis loqui vt ſpiritualibus, ſed ut carnalibus: & eos nonnunquam propemodum animales vocat, cùm tamen jam eſſent

Renatos non omnino vacare carne.
Ibid. verſ. 14.
1. Cor. 3. 1.

Digitized by Google

A regenerati. Non defuerunt, qui Apoſtolum exiſtimarint ibi loquutum Philoſophica ratione, qua noſter animus in facultatem rationalem & vires craſſiores, concupiſcentem inquam & iraſcentem, diſſecatur, ita ut Apoſtolus quoad mentẽ etiam in hominib. nondũ renatis aliquam integritatem ponere voluerit, cui reclament & adverſentur bruti affectus. Et hanc ſententiam ex illis verbis elicere conantur, quibus dicit, Mente ſervio Legi, & legem mentis à lege

Rom. 7. 25. & 23.
Hominis inſtauratio unde inchoatur.
Regeneratio in hac vita imperfecta.

B membrorum diſtinguit. Sed Paulus eo porrò in loco philoſophatur, nec mentem ſimpliciter intelligit, ſed regenerationem cum ea conjungit. Nam hominis credentis inſtauratio à mente primùm initium facit, & inde ad omnes hominis partes derivantur. Quare ſi facultates craſſiores animi non omnino regenerantur, & aliquanto minus quàm mens innovantur, attamen per ſpiritum Chriſti nonnihil franguntur & cicurantur. Sed ut res magis perſpicua fiat, totum ſpectemus hominem, eúmque dicamus, quoad omnes partes, aliquatenus inſtauratum eſſe, & aliquate-

Simile

C nus non eſſe quia noſtra regeneratio in hac vita non eſt abſoluta. Neque iſta de re ita loquor, quaſi homo ſit ſecandus & ex una parte renaſcatur, ex altera verò minimè, ſicuti Pighius ineptè ac impudenter nobis objicit. Sed affirmo totum hominem quoad omnes ſuas partes aliquid novitatis habere, aliquid item non habere. Vt ſi vinum aquæ miſceatur, in ſingulis ejus partibus & vinum eſt & aqua: ſic in toto homine renato conditiones regenerationis & veteris ho-

Ariſtotelis locus de mente aſpirante ad meliora.
Nondum renatorum mẽs qualis?

D minis reperiuntur. Ariſtoteles in ſuis Ethicis docuit, mentem perpetuò meliora precari, ſed inferiores vires, quas vulgò ſenſualitatem vocant, illi perpetuò reluctari. Nos verò facilè dabimus, mentem nondum renatorum uſque adeò vitiatam non eſſe, quin adhuc retineat civiles & morales noticias, & quędam honeſta in ſpeciem deſideria. Verùm Paulus iſta de re non agit: verùm de Lege ſcribit, quam ſpiritualem, bonam & ſanctam appellat, quæ revera fuit ignota philoſophis. Carnales enim id haudquaquam perci-

E piunt. Quare dicat Ariſtoteles de rebus civilibus quicquid libuerit, ad Paulum nihil attinet ejus diſputatio, cùm ſcribit mentem precari meliora. Deus longę diverſam ab eo ſententiam profert ac teſtatur, figmentum humani cordis à pueritia malum eſ-

Ratio ipſa in non regeneratis corrupta.

ſe. Quo in loco interpres Latinus, Dei enunciatum nonnihil voluit emollire dicens, Humanum figmentum propenſum eſſe ad malum. Quin ipſam mentem & rationem, ſi regeneratio non acceſſerit, corru-

Eph. 2. 2. & 3.

F ptam eſſe probari poteſt. Ad Eph. cap. 2. ſcripſit Apoſtolus, Nos alioqui verſati ſumus in concupiſcentiis, facientes voluntatem & carnis & rationum. Aſſerit itaque non tantum carnem, ſed etiam rationem fuiſſe corruptam. Et cap. 4. ejuſdem Epiſtolæ, impios ait

Eph. 4. 17.
Col. 1. 21.

ambulare in vanitate mentis ſuæ. Item ad Coloſſenſes, Aliquando fuiſtis alieni à Deo, & quoad mentem illius hoſtes. Et ad Rom. 8. Prudentia carnis eſt

Rom. 8. 7.

inimicitia adverſus Deum. Quibus in verbis φρόνημα referendum eſt ad mentem, quæ non eſt renata. Proinde, non loquitur Apoſtolus philoſophicè, ut nonnulli cavillantur.

Rom. 7. 14.
Lex quomodo ſpiritualis dicatur?

G 4 Sed redeamus ad illud ſeptimum caput Epiſt. ad Rom. ibi ait, Scimus Legem ſpiritualem eſſe, cum ego ſim carnalis. Spiritualis dicitur Lex, tum quòd à Spiritu Dei ſit profecta, tum quod ad ſpiritum maximè pertineat: quandoquidem externis actionibus non eſt contenta. Se verò carnalem appellat, quòd licet renatus eſſet, attamen cum Lege divina collatus, ex parte carnalis deprehendebatur. Vnde colligere poſſumus, duplicem eſſe carnalium hominum

H formam. Aliqui enim quanti quanti ſunt, nihil aliud ſunt quàm caro, ut qui nihil Chriſti penitus habeant. Alii verò quamvis renati ſunt, attamen etiam nunc permultum carnis habent. Atque ita Corinthii adhuc in Paulo dicebantur carnales. Dixerit verò quiſ-

1. Cor. 3. 3.
Regeneratos non omnes pariter ſe habere.

piam, Corinthios non fuiſſe renatos, quòd ſectę necnon gravia peccata inter eos fuerint. Sed reſpondendum eſt, etiam regeneratos omnes non eadem ratione ſe habere. Nam aliqui eorum pravis quidem affectibus incitantur quibus ſtrenuè reſiſtunt, ita ut in

I craſſa vitia non labantur. Alii verò in ea quidem ruunt, ſed tamen utcunque reluctantur, quamvis in tentatione ſuccumbant. Siquidem Apoſtoli renati

A erant, nihilominus tamen inter ſeſe ambitioſè rixabantur, quiſnam eorum major eſſet evaſurus in regno

Mar. 9. 34.
Matth. 20. 21.
Matth. 26. 69.
2. Sam. 11. 4.
Rom. 7. 14.

Chriſti. Duo item ex eis ad dexteram & ad ſiniſtram in regno Domini ſedere malè cupiverunt. Neque obſcurum eſt, Petrum abnegaſſe Chriſtum. David factus eſt adulter. Ii renati fuerant, quando tam graviter peccarunt: ſed cùm ad electos pertinerent, pœnitentia ſunt inſtaurati. Deinde cùm inquit Paulus ſe venundatum ſub peccatum, veterem hominem

B adhuc in ſe habuiſſe indicat. Vbi ſciendum eſt, tam renatos quàm non renatos ſub peccato venundatos eſſe, quamvis ratione longè diverſa: quandoquidem non renati ſponte atque ultro in gravia peccata ſeſe demittunt: renati autem dum hic vivunt, quandoque reluctantes, ſed victi gravia committunt: nec fomes, id eſt prava cupiditas, ab eis eſt ſublata, ſed illis diſplicet, & graviter eſt moleſta. Longè quoque diverſum eſt, ita ſervire peccato, ut in ſe regnare ſinatur, & cogi aliquam ſervitutem perferre, cùm ipſam non

2. Tit. 2. 26.

C poſſimus non habere in animi penetralibus. Vnde Paulus in Poſteriori ad Timoth. ſcribit de impiis; Satanam illos captivos detinere ad ſuæ voluntatis beneplacitum, quod in electos & renatos minimè quadrat. Proinde reluctati peccato iuſtificati poſſunt, illud autem penitus auferre non poſſunt.

Rom. 7. 15.
Homines non eſſe dominos ſuarum actionum.

5 *Quod facio, inquit, non cognoſco.* Id verò non dixit, quaſi prorſus ignoraret quid ageret, ſed cognitionem loco approbationis uſurpavit. Senſus igitur eſt; Quæ

D à me fiunt, quà non ſum adhuc regeneratus, minimè probo. Et inde colligimus, propter fomitem ſeu peccatum originis, nos minimè dominos eſſe noſtrarum actionum, affectuum & inclinationum. Vnde Ambroſius ſuper Lucam vere ſcripſit; Cor noſtrum non eſſe in poteſtate noſtra. Sæpe quidem cùm oramus,

Animi humani motus, ſecundum quid cenſeantur?

attenti eſſe cupimus: verùm cogitationes variæ ac multiplices animum ſubeunt, cúmque diſtrahentes huc & illuc nobis invitis rapiunt: Atque tales motus difficile eſt, ut inquit, frænare, tollere verò impoſſibi-

Ibid.

E le. Auguſtinus hoc Ambroſii dictum quandoque citavit. Sed ad Paulum redeo, qui ſubjicit ſe non facere quod vellet bonum, ſed malum quod odit. Vbi ſciendum eſt, impetus animi, qui contra Dei mandata nos incitant, nec bonos nec malos dici poſſe, niſi quatenus cum divina Lege conferuntur: tunc ſi ei repugnent, mali: ſin verò conſentiant, boni appellantur. Nec illi ſunt audiendi, qui primos impetus animi negligunt, neque arbitrantur attendendos eſſe. Verum contra iſtos hoc pacto agendum eſt. Motus

Primi motus ad malum ſunt peccata.
Cl. 2. ca. 1. ſect. 21.

F hujus generis, aut bonos, aut malos, aut neutros conſtituemus. Boni eſſe non poſſunt, cùm à Scriptura jubeantur mortificari ac repelli: quod bonis rebus minimè congruit, quæ nec repellendæ, nec mortificandæ ſunt, ſed potius vivificandæ, ac excitandæ. Nec rurſus neutri ſtatuendi ſunt. quoniam Lex divina id non patitur. Nulla quippe animi pars, neque actio, neque motus, neutra ſeu libera nobis relinquuntur: quandoquidem toto corde, tota anima, & omnibus viribus Deum jubemur diligere. Quare malis rebus

G & peccatis annumerabuntur. Cùm itaque Paulus dicat, id ſe facere quod minimè vellet, colligitur ipſum nec quidem ſibi ſatisfacere: quare multo minus divinæ Legi. Et quiſque de ſeipſo facilè judicat, longè minus à ſe præſtari quàm oporteat, & ſi quid boni quandoque faciat, non abſque certamine & lucta id præſtare: quo indicatur in nobis adhuc ſupereſſe facultates, quæ Deo repugnent. Vnde infert: Iam non

Rom. 7. 17.

ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Dicit verò ſe non operari, nempè quà renatus eſt.

H Quis ergo peccatum operatur? Ipſum peccatum, hoc eſt, malus fomes, & corruptæ naturæ vitium. Ideò conficiemus, Paulum non facere peccatum, quò ad omnes animi ſui partes: neque totus facit, quod malè admittit. Quódque de peccato concluſum eſt, etiam de obſervantia & dilectione Dei affirmandum eſt: quoniam in Paulo & aliis renatis ſuperſunt adhuc aliquæ partes, quæ Deum non diligunt. Quare non ex toto corde, tota anima, & omnibus viribus illum amamus. Et cùm inquit, in ſe habi-

I tare, docet homines quantumvis pios, cum hoc perverſo inquilino multa omittere quæ lex præcipit, & contraria eis admittere.

6 Sequitur

Digitized by Google

Rom.7.18.

Hominis velle & perficere pariter à Deo dari.

A 6 Sequitur, Velle adjacet mihi, perficere autem non invenio: id eſt, A regeneratione mihi jam habeo collatam bonam voluntatem, quam ex meipſo non habui. Erraruntque hîc vehementer Pelagiani, qui docebant nos debere incipere, Dei verò eſſe inſtituta noſtra fortunare. Paulus autem è diverſo tradit, nos, ex nobiſipſis, minimè idoneos eſſe vel cogitare aliquid boni. Dúmque ait, Perficere non invenio, ſibiipſi pulchrè conſentit, qui ad Philipp. tradit, Deum eſſe qui operetur in nobis cùm velle, tum etiam perficere, Neque pugnant quæ modò ſcribit, cum illis

Phil.2.13.

B Nam perficere ad amuſſim quod Lex mandat, in nobis minimè invenimus: ſed quadantenus perficere, non quidem ex nobis, verùm ex Deo habemus: & quod rectà velle nobis regeneratis adjaceat, item divinitus contingit. Nobis etiam adjacet & bonum & malum: & qua bonum obtinet, luctantur contra peccatum: quà verò etiam malum ineſt, à recto propoſito impedimur. Ea eſt noſtra conditio, dum hîc vivitur. C Quare Auguſtinus de Nuptiis & Concupiſcentia lib.1. cap. 29. tunc dicit perfici dilectionem, quando abſunt impedimenta. Nam cum impedimur, non poteſt res eſſe perfecta, ſed mixtio quædam ex contrariis conflatur. Annotavit præterea locutionem Apoſtoli, qui ait: Perficere non invenio: nec ſimpliciter facere, nam aliquatenus (ut dictum eſt) rectè facere conceditur. Addit deinde Auguſt. Mandatum ne concupiſcas, in hac vita non poſſe impleri. Verùm de hoc alias. Sed rogaverit quiſpiam, Si Lex abſolutè D impleri non poteſt cur nobis proponitur? Ad hoc reſpondeo. Ex lege colligendum non eſſe quantum poſſimus, ſed quantum facere debeamus. Præterea legem multos habere fines, dubium non eſt. Primùm quidem, peccatum oſtendit. Nam ſcribitur, Per Legem cognitio peccati. Et ad Galatas habetur; Ingreſſa eſt Lex propter tranſgreſſiones, nimirum patefaciendas. Et ad Romanos: Ingreſſa eſt ut delictum magis abundaret. Adhæc pædagogus noſter eſt ad Chriſtum. E Et eſt concionatrix, quæ rectitudinem oſtendit, & ad eam exhortatur, necnon dilucidiſſimè indicat quò ſit collimandum. Quare non eſt inutilis, quamvis non poſſit ad vivum præſtari. Nonnulli etiam ſunt qui rogant; An Deus impoſſibilia præcepetit? Quibus reſpondendum eſt, quoad non renatos, præcepta eſſe impoſſibilia: verùm ſi de renatis agatur, tum vel ſpectamus plenam Legis obſervationem, quàm (ut diximus) nemo eſt ex nobis, qui perficiat. Vel de inchoata obedientia loquimur, & quo ad illa præcepta Legis poſſibilia eſſe ſtatuitur. Sed ad Paulum revertor, qui loco jam adducto præterea ſcripſit: F Sentio aliam legem in membris meis. Vnde colligitur; Si lex membrorum pugnat cum lege mentis, Paulus non toto corde, tota anima, & omnibus viribus Deum dilexit. Vnde clamat; Infelix ego homo? &c. Quaſi motibus alienis, a lege non tantùm concutiatur, ſed propemodum obruatur. Et concludit; Servio legi ſecundum interiorem hominem, ſéque indicat utcunque diviſum, ut qui partim habeat ſpiritum Dei ac illi ſerviat: partim verò ſit carnalis, & G carni obſequatur. Ex jam dictis conſtare arbitror, jam renatos magnum illud præceptum non implere. Adhęc, non eſt quiſquam noſtrum, niſi velit ſibi nimium blandiri, qui non ſentiat in ſuis actionibus quamlibet ſpecioſis, aliquem defectum: quod utique non eveniret, ſi Deum totó corde amaremus. Cum ad cœleſtem patriam ventum fuerit, tum acta noſtra perfecta erunt: Quia Deum toto corde amabimus, non ſane quantum ipſe amabilis eſt (quia cùm ſit immenſus, & animi noſtri finiantur, non infinitæ dilectionis H capaces) verum id ſatis erit, ſi eum toto corde, tota anima, & omnibus viribus amabimus? Dum autem hîc vivitur, non vincemus Apoſtoli conditionem, qui cap.3. ad Philip. ait: Non quòd aſſequutus ſim, vel jam ſim perfectus. Nec dubium eſt, illum de ſeipſo jam regenerato ſcribere, cúmque ſe perfectum eſſe neget, & dicat ſe ad altiora perpetuò tendere; quis noſtrum ſibi tribuet abſolutam præceptorum Dei obſervationem? perſequor tamen ſi comprehendam, quatenus & ipſe apprehenſus ſum à Chriſto Ieſu. Ad id verò I me comprehendit Chriſtus, ut curram in via ejus, & ſemper ad ulteriora pergam. Nec eſt quòd quiſquam cavilletur, ibi ſermonem tantùm fieri de Reſurrectione.

Cur Lex data ſit, cùm impleri non poſſit.

Gal.3.19.

Rom.5.20.

Gal.3.24.

Rom 7.23.

Ibid.v.24.

Ibid.v.22.

In operibus hominum etiam ſpecioſiſſimis defectum aliquem ſentiri.

Phil.3.10.

ne. Etenim attendendum eſt quod ſubjicitur: Vt agnoſcam Chriſtum & potentiam reſurrectionis ejus, nec non communionem afflictionum ejus, dum ipſius morti reddor conformis. Nec dubitabat quiſquam illum nondum reſurrexiſſe: quandoquidem mortuus non erat. Præterea loquitur ibi de reſurrectione ſpirituali, quæ mortificationem pravorum affectuum & motuum comitatur. Hoc ſi pii jam eſſent in terra conſecuti, profectò non dicerent; Ne intres in judicium cum ſervo tuo: Et: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me. Si iniquitates obſervaveris, quis ſuſtinebit? Et non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis caro. Propterea, cum pietate valde conſentit, ut in omnibus & actionibus & motibus noſtris Mediatore opus habeamus, per quem defectus quibus inquinamur condonentur. Nec eorum interpretationem admitto, qui aiunt, Diligere Deum toto corde, tota anima, &c. nihil aliud eſſe, quàm illum diligere ſuper omnia, ita ut neque noſipſos, neque aliud quippiam ei præferamus. Nam verba Dei attento animo expendo, quibus non dicitur ſuper omnia: ſed toto corde, tota anima, & omnibus viribus. Fieri enim poteſt, ut quiſpiam Deum præ omnibus rebus diligat, nec tamen totus illum amet: verùm in diligendo multis impedimentis diſtrahatur, cogatúrque cum ſua ipſius carne luctari.

Reſurrectio ſpiritualis.

Pſal.143.2.

Pſal 19 13.

Pſal.130.3.

Diligere Deũ ex toto corde quomodo ſit intelligendum?

7 In quo autem dilectio Dei præcipuè ſita ſit, hac ratione cognoſcere poſſumus, quòd (ut vulgo receptum eſt) is amari dicitur, cui & bene volumus & benefacimus, non quidem noſtrâ ſed illius causâ. At Deo nos minimè poſſumus benefacere, cùm ille ſit perfectus, neque aliorum bonis opus habeat. Sed tum illum diligimus, quando & cupimus & ſatagimus ut gloria ejus magnificè illuſtretur. Atque hoc eſt, quod ex ejus præcepto, toto corde, tota anima, & omnibus viribus facere debemus. Qua in re nunquam adeò proficimus, quin multum adhuc proficere nos oporteat. Vnde Paulus poſter. ad Corint. cap. 4. ſcripſit, noſtrum interiorem hominem renovari de die in diem. Vbi apertè docet, reliquias veteris Adami ſemper ineſſe, quas evacuari oporteat, ut plenè tandem reſtituamur. Poſſem & illud Petri addere, qui ait in lib. Act. cap. 15. Quid tentatis Deum, ut imponatur jugum ſuper cervices diſcipulorum, quod neque nos, neque patres noſtri portare potuerunt? Iis quippe verbis docuit, Legem non poſſe ferri neque impleri abſque tranſgreſſionibus. Nec recipiendum eſt, quod aliqui affirmant, hoc illum intellexiſſe de cæremoniis, quoniam etſi hoc verum eſt, inde firma connexione ſequitur, nec Decalogum poſſe ferri & impleri abſque tranſgreſſionibus, cùm ſit multò facilius ritus externos & cęremonias perficere, quàm Decalogi mandata præſtare. Sed præter jam adductas rationes, videndum reſtat, quomodo Paulus Charitatem deſcribat ad Corinth. Ibi ad hunc modum ſcribit: Charitas non inflatur, non irritatur, non quærit quæ ſua ſunt: omnia fert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, &c. Quis omnia hæc præſtat? Profectò nullus. Sed hæc jam ſatis eſſe cum videam, ad probandum quod ab initio propoſui, nunc ſupereſt ut ea diſſolvam, quæ ſolent ab adverſariis objici.

Dei dilectio in quo ſita ſit?

2.Cor.4.16.

Act.15.10.

1.Cor.13.4.

Charitatis deſcriptio.

8 Paulum inquiunt ad Timotheum poſter. Epiſt. gratias Deo agere, quod ei ſervierit à progenitoribus, & quidem conſcientiâ pura. Verùm hæc nos minimè gravant: Nam ab Apoſtolo in eum finem ſunt allata, ut ſe purgaret & tueretur. Objiciebant quippe illi adverſarii, quòd à Lege defeciſſet, & ſe à Deo Iſraelis alienaſſet. Et idcirco Iudæis cavendum ab illo eſſe, tanquam impoſtore. Is autem reſpondet, ſe verum Deum colere, atque adeo illum quem ſui maiores coluiſſent. nec facere id quod agebat, prædicando filio Dei, vel per ſimulationem, vel ulla impoſtura, ſed pura & fideli conſcientia. Neq; poteſt hinc elici, cum iactaſſe plenam ſeu perfectam Legis mandatorum obſervationem. Opponebatur præterea, Davidem (ut ipſe teſtatur) confeſſum eſſe toto corde & mandata Dei exquiſiviſſe toto corde; cuius item perfectionis teſtimonium, aliquot regibus in ſacra Hiſtoria datum eſt, nimirum, quod toto corde quæſiverunt Deum. Reſpondetur: Opera noſtra, ſi ex natura propria & ex ſe ipſis attendantur, non tam eſſe

2.Tit 1.3.

Rationes eorum qui putant Legem impleri poſſe.

1. Quomodo Paulus Deo ſervierit conſcientia vera?

2. Quomodo David & alii perfecti dicantur.

Pſal 9 2.

1 Reg 15.3.

& 14

2.Reg.23.3.

ut Legi divinę per omnia reſpondeant. Sin vero con-
ſiderentur, ut ex divina miſericordia & per Chriſtum
à cœleſti Patre acceptantur, dici poſſunt ex toto cor-
de, tota anima, & omnibus viribus fieri. At dices:
Deúſne judicio perverſo utitur, ut res aliter accipiat,
quàm revera ſint? Dico abeſſe à Deo prorſus iniqui-
tatem: quoniam opera noſtra, quando jam renati ſu-
mus, illi nuda, & ut ſunt ex natura ſua, minimè offe-
runtur, ſed conjuncta unà cum Chriſto. Quare cùm
illis adjuncta ſit dilectio & obedientia Chriſti, quæ
fuit ex toto corde, tota anima, & omnibus viribus:
Deus res oblatas non pluris facit quàm ſint. Et idcir-
co per Mediatorem condonatur & reſarcitur quic-
quid noſtris actionibus defuerit. Neque quod affero
à me confingitur, cùm id Scriptura teſtetur. Nam ad
1.Cor.1.30. Corinth. 1 epiſt. ſcribitur de Chriſto illum factum eſ-
ſe nobis ſapientiam, juſtitiam, ſanctitatem, & redem-
ptionem. Poſſumus adhæc dici toto corde, tota ani-
ma & omnibus viribus Deum amare, quod eò tenda-
mus, & id quandoque futurum ſperemus. Et non rarò
fit, ut motus nomen habeat ab eo termino ſeu fine,
quò vergit. Neque Scriptura ab hiſce dicendi formu-
Rom.8.24. lis abhorret: Nam ad Romanos dicimur ſpe ſervati,
cùm tamen adhuc in ærumnis & peccatis verſemur,
& ſalutem ipſam non re, ſed ſpe teneamus. Scribitur
Eph.2.1. etiam ad Epheſios, Deum nos jam unà vivificaſſe
cum Chriſto, & ſimul cum eo ſedere feciſſe ad dex-
teram in cœleſtibus, cùm tamen ſimus in terris. Ve-
rùm hæc jam habuiſſe perhibemur, quoniam id fide
Ioan 6.47. ac ſpe tanquam præſens tenemus. Chriſtus quoque
aiebat: Qui credit in me, habet vitam æternam: cùm
tamen fideles ejus & morbis laborent, & quo ad cor-
pus moriantur. Sed verè dicuntur vitam æternam a-
depti, quòd ea jã ſit in eis inchoata. Dixit item filius
Mat.5.10. Dei; Beati qui perſecutionem patiuntur. Quæ verò
eſt hæc beatitas? Certè non alia quàm ſummæ feli-
Rom.6.4. citatis initium. Ad Romanos item habetur: Nos unà
cum Chriſto ſepultos eſſe in Baptiſmo, quamvis ad-
huc pravi noſtri affectus, & vetus homo non ſint à
Gal.5.24. nobis amoti, nedum ſepulti vel mortui. Ad Galatas
ait Apoſtolus: Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam cruci-
Rom.6.6. fixerunt cum ſuis deſideriis. Et ad Rom. Vetus homo
noſter crucifixus eſt, ut aboleretur corpus peccati. O-
mnia hæc porrò facta dicuntur, licet fomes, pravæ
cupiditates, & peccatum ipſum non ſint adhuc pror-
ſus extincta: quia hæc etſi non perfecta, inchoata poſ-
ſidemus, & quæ initium habent, ſeu jam perfecta ſint
deſcribuntur. Quod idem Auguſtinus etiam vidit,
qui de Peccatorum meritis & remiſſ. lib.2. cap.15. ait;
Perfectum aliquem dici nonnunquam, quod magna
ex parte profecerit.

Ezec.36.26. 9 Deinde argumentantur, Deum apud Ezech. te-
3. Quomodo Deus det ut in præceptis ejus ambulemus? ſtari, ſe daturum cor carneum ac ſpiritum, ita ut in
cordibus noſtris inſcribat ſuam legem, quò in præce-
ptis ejus ambulemus. In Deut. quoque cap.30. Cir-
Deut 30.6. cuncidam, inquit præputium cordis tui ut me diligas
toto corde, tota anima, &c. Hæc promiſſa Dei extare
fateor: ſed quæ accipienda ſint, quemadmodum an-
tea expreſſi, nempe noſtram dilectionem à Deo per
Chriſtum recipi, ut ſarcta & completa eſt ipſius Chri-
ſti perfectione atque obedientia. Prætereà quod pol-
licitus eſt Dominus, partim in hac vita ſuis elargitur,
partim in futuro ſeculo implebit atque perficiet.
Matt.5.8. Quod ex alio Chriſti dicto confirmatur: Beatos enim
pronunciavit mundos corde, quod Deum videbunt.
1 Cor.13.9. Hoc promiſſum, an totum præſtat in hac vita? Mini-
mè. Nunc enim tantùm ex parte cognoſcimus per
ſpeculum & in ænigmate, ſed in patria plenè, ac ſicu-
ti eſt videbimus. Dum hic ſumus, juſtitiam eſurimus
& ſitimus, cum eam perfectam & abſolutam nondum
habeamus. Id etiam obſtare nobis aiunt, quod à Pau-
Rom.13.10. & 8. lo ſcribitur: Plenitudo Legis, eſt dilectio. Et, Qui di-
ligit proximum, Legem implevit. Hæc porro vera
ſunt, nec dubitaneum eſt, quemlibet fidelem pro ea
menſura charitatis quam habet, Legem implere. Sed
interea cogitandum eſt, neminem eſſe in hac vita,
qui perfectam & abſolutam charitatem habeat. Ete-
nim ſi quis eam adeptus eſſet, ulterius proficere non
poſſet. Verùm ut res magis perſpicua evadat, Ioannis
1.Ioan.3.16. verba expendamus: In hoc inquit dilectionem novi-
mus, quòd animam ſuam pro nobis poſuit, & nos de-
bemus animam ponere pro fratribus, ſicut ipſe po-
A ſuit. Hæc ſatis indicant, non vulgarem à nobis exigi
dilectionem, ſed eam, quæ pro aliis animam ponat:
nec id quoquomodo, verùm ſicut ipſe Chriſtus po-
ſuit. At nulli ſunt, qui charitatem Chriſti aſſequan-
tur, cùm tamen ea (ut Apoſt. inquit) exigatur, & qui-
dem vi Legis, quia non aliunde quàm ex ea obliga-
tio naſcitur. Nec diſſimili expoſitione accipiendus
eſt locus, qui ad Gal. habetur, Alter alterius onera Gal.6.2.
portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ea
portare neceſſe eſt, ſicuti noſtra vellemus ferri, & uti
B Chriſtus ea pertulit, quod nulli præſtant. Liceret e-
tiam ad hoc dicere, quod ſuperius eſt allatum de
Chriſti dilectione, quæ noſtræ conjungatur, acce-
pteturque à Deo, quaſi completa fuerit. Opponitur
etiam eundem Ioannem ſcribere, illum qui diligat 4. Quomodo Deum diligẽtes ſervare mandata dicamur?
Deum, ejus mandata ſervare. Verùm addendum eſt,
tantam obſervationem divinorum præceptorum fu-
re: quanta dilectio fuerit. Cæterùm cùm eam perfe-
ctam non habemus, ideò plene atque abſolute man- 1.Ioa.2.4. & 5.
C data non ſervamus. Verum addunt poſt hæc, eundem
Apoſt. affirmare, præcepta Dei eſſe facilia. Verùm ad
id reſpondeo: Si ea proponantur non adhuc renatis 1.Ioan.5.3.
impoſſibilia eſſe, nedum facilia. Deinde ſi renatis of-
ferantur, facilia non eſſe prout in Lege deſcribun-
tur: ſed facilia dici poſſe, cùm ſpiritus Chriſti talibus
adſit, & eis communicetur illius juſtitia. Nam per
eam ſarciuntur defectus noſtrorum operum, & dum
ſpiritu afflamur, alacriter & ſponte obedimus. Atque
hac ratione præcepta Dei cum dulcia tum etiam fa-
D cilia redduntur, nimirum pro ea gratiæ portione,
quam Deus impertitur. Hac eadem expoſitione Matt.11.30.
verba Chriſti accipienda ſunt, quibus ait; Iugum
meum ſuave eſt, & onus meum leve. Mandata verò,
ut in lege ſunt expreſſa, ob noſtram imbecillitatem,
potius maledictionem afferunt quàm jucunditatem,
niſi ſic à nobis præſtentur, quemadmodum conſcri-
pta ſunt.

10 Illud etiam contra nos affertur, quod Chriſtus 6. Quomodo Chriſtus dicat cùm feceritis omnia, &c.
ait Apoſtolis; Cùm feceritis hæc omnia, dicite; Ser-
E vi inutiles ſumus. At id exponendum eſt de inchoata
obedientia, quemadmodum jam docuimus. Vnde Luc 17.10.
Augu. in 3 lib. contra duas epiſt. Pelag. cap.9. ſcripſit:
Perfectionem ſanctorum ſemper intelligendam eſſe
pro modo & capacitate hujus vitæ. Prætereà illud
urgent, Scripturas appellare quandoque nonnullos 1.Cor.2.6.
homines perfectos. Dicebat enim Paulus; Sapien-
tiam loquimur inter perfectos. Et ad Philip. habetur;
Quotquot perfecti eſtis, hoc idem ſentiatis. Ad hoc Phil.3.19.
dico: Modum quendam eſſe perfectionis, quo ſancti
F viri ſui imperfectionem agnoſcant, neque circa eam
hallucinentur. Quod non minus rectè quàm pru-
denter Auguſt. tradidit lib.3. contra duas epiſt. Pelag. M.t.5.45.48.
Et de peccat. meritis & Remiſſ. lib.1. cap.7. Dicuntur
etiam perfecti quoquo modo, qui perfectionem Pa-
tris cœleſtis imitantur, qui ſuper juſtos & injuſtos
pluit, & tam ſuper bonos quàm ſuper malos oriri fa-
cit Solem ſuum. Alii verò perfecti dicuntur, quòd
rerum ſpiritualium idonei ſunt auditores, quales
non erant adhuc Corinthii. Hebræi verò tales erant, Heb.6.1.
G ut ad eos cap.6. ſcribitur. Et hoc imperfectionis ge-
nus, oportet ſanctos non tantum agnoſcere ac ſenti-
re, verumetiam fateri. Quin Hieron. 1. Dial. contra Pe-
lag. habet: Tum juſti ſumus, quando nos peccatores
fatemur. Et ad Cteſiphonem ſcripſit: Hæc homini-
bus ſola perfectio eſt, ſi ſe imperfectos noverint. Ber- 7. Sanctorum & nefariorum diſcrimen in quo poſitum.
nardus in Cantica Cantic. Serm.50. & 51. de hac re
ſcripſit admodum eleganter, nec non Auguſt. in Epi-
ſtol. ad Xyſtum, & in aliis pleriſque locis. Cæterùm
Pelagiani cùm adverſarentur Auguſtino, ut habetur
H in libro ejus contra illorum Epiſtol. cap 5. dicebant
illum non ponere diſcrimen inter ſceleratiſſimos ho-
mines & ſanctos, niſi ex collatione: quod affirmaret
juſtos propterea eſſe ſanctos, quò minus quàm illi
peccent. Ad hoc vir ſanctus reſpondet, nefarios ho-
mines & ſanctos, ex fide, non ex operibus à ſe invi-
cem diſtare, quòd iſti credant in Chriſtum, per quem
ſi labantur, condonationem peccatorum accipiant
nec non per ſpiritum & gratiam ejus releventur: im-
pii verò non credentes toti jacent in peccatis, à qui-
I bus nec reſipiſcunt, nec illorum condonationem ob-
tinent. Sibi etiam objicit idem Pater lib.2. de Pec-
cat. meritis & Remiſſ. cap.7. quod in Apocal. habe- Apo.14.3.& 4.

Digitized by Google

8. Exemplum ſanctorum in Apocalypſi in quibus non fuit mendacium, quomodo accipiendum.

tur cap. 14. ubi deſcribuntur 144000. ſanctorum qui ſequantur agnum, fuerint virgines, nec ſe contaminaverint cum mulieribus, & in quorum ore non fuerit mendacium. Subjicit reſponſionem, tales eo nomine fuiſſe irreprehenſibiles, quòd veraciter ſeipſos reprehenderint, & in ore eorum non fuiſſe mendacium, quod non dixerint ſe peccatum non habere: nam ſi hoc dixiſſent, mendacium in eis fuiſſet. Pergit idem Pater, & ca. 12. ejuſdem libri locum ſibiipſi objicit ex Luca, quo ſcribitur Zachariam & Elizabetham fuiſſe juſtos coram Deo, verſantes in omnibus præceptis & juſtificationibus Domini irreprehenſibiles, quod ex iis verbis elici videatur plena Legis obſervatio. At reſpondet eos non plus habuiſſe, quàm Paulum, qui ſe negavit perfectum eſſe. Iuſti quidem fuerunt coram Deo, quemadmodum ille dicebat, ſe illi ſerviviſſe à ſuis progenitoribus pura conſcientia, hoc eſt, ex animo, non ficte aut per ſimulationem. Verùm aliud eſt ex animo agere, aliud ex toto animo. In omnibus autem præceptis verſari dicebantur, quia cùm eſſent ex fide juſtificati, fructus fidei juxta Legem vivendo proferebant: quos attamen cùm in carne agerent, perfectos & abſolutos non edebant. Quod verò adjicitur, eos fuiſſe irreprehenſibiles, exponit idem Pater de gratia Chriſti contra Pelagium & Celeſtinum, lib. 1. capit. 48. juxta converſationem inter homines probabilem atque laudabilem, quæ in criminationis querelam vocari nõ poſſet. Etenim quædam adeo gravia crimina ſunt, de quibus Apoſtolus ait; Qui talia committunt, regnum Dei non poſſidebunt. Et ſanè ab iis renati homines cavere ſibi poſſunt. Dicitur autem coram Deo: quia illos Deo tales eſſe probabat, quales coram hominibus habebantur. Magna ſane laus fuit horum conjugum, quòd non traditiones hominum, ſed opera in Lege præſcripta exequerentur. Prius itaque cùm ex fide juſtificati eſſent, adjecerunt deinde probam & ſanctam vitam unà conjunctam cum juſtitia Chriſti. Quare Deus opera eorum hiſce laudibus & encomiis dignatus eſt, nec tamen inde confici poteſt, eos divinam Legem ad amuſſim expreſſiſſe. Illud etiam expoſuit Aug. quod Paulus de ſeipſo ait, Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi, &c. Extrema, inquit, pugna teſtabat: Nam cùm hæc ſcriberet, nondum mortuus erat. Sed quia ſpe tenebat fore, ut in fide conſtans moreretur, ideò tam audacter ſcripſit. Curſum abſolverat non adhuc plenè atque perfectè, verùm obedientia pluſquam inchoata. Neque ſcripſit ſe non peccaſſe: quod tamen ſi ſcripſiſſet, ſpe tantùm diceremus id ei contigiſſe. Nam quod ſperatur certò futurum, id habetur pro facto. Nec dubium eſt, eo tempore illum unà cum cæteris Apoſtolis, opus habuiſſe juxta magiſterium Chriſti orare; Remitte nobis debita noſtra, ſicut nos remittimus debitoribus noſtris.

Luc 1.6.

9. Zacharias & Elizabeth quomodo juſti coram Domino?

1. Cor. 6. 10.

10. Quomodo Paulus curſum conſummarit?

2. Tim. 4. 7. 8.

11. An affectus pravi non ſint peccata ni cõſenſus acceſſerit?

Claſſ. hujus Cap. 1 & 2.

Concupitum quid?

11 Docent tamen adverſarii noſtri, ea quæ commemoravimus impedimenta, nimirum corruptas affectiones & pravos impetus ad malum, non eſſe peccata, niſi conſenſus acceſſerit. Quæ ſententia eorum protſus repellenda eſt. Verùm quidem eſt Aug. definiendo peccatum, ſcripſiſſe id eſſe dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei. Cæterùm, ea definitio ambigua eſt. Nam ſi concupitum accipiatur juxta conſenſum voluntatis, peccata (ut vocant) actualia ſolùm comprehenduntur. Originale autẽ vitium & pravi motus animi excluduntur. Vnde Petrus Lombardus lib. 2. diſtinct. 35. hanc definitionem tum inducit ab orig. peccato cum ad actualia tractanda ſe confert. At ſi per vocabulum concupitum & Originale peccatum & pravos motus complectatur, definitio erit univerſalis: Ambroſius autem; Peccatum, inquit, eſſe tranſgreſſionem legis, vel mandatorum cœleſtium inobedientiam. Sed iis omiſſis, audiendæ ſunt divinæ Scripturæ. In 1. Ioan. 3. cap. habetur, ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. Vox ἀνομία (ut omnibus notum eſt) ab α privandi particula, & νόμος componitur. Vnde conſequens eſt, peccatum eſſe, cùm rectitudine illa privatur, quàm lex requirit. Corruptos autem motus noſtros & pravos affectus, negabimúſne pugnare cum divina Lege? Certè Paulus id affirmat, cùm ſcribit ſe aliam legem ſentire in membris ſuis pugnantem cum lege mentis. Cui ſi repugnat, eſt profectò ἀνομία. Nec ſentit diverſum, cùm ait; Non ego operor illud, ſed habitans in me peccatum. Neque tantùm agimus nunc de primis illis motibus concupiſcentis & iraſcentis facultatis, ſed etiam rationis ad peccatum incitantis. Nam dicitur, φρόνημα, hoc eſt, ſapientia carnis, inimicitia eſt adverſus Deum. Omnia profectò hæc peccata ſunt, & deformant imaginem Dei. Non conditus eſt homo ut legi Dei adverſaretur, ſed ut omnes motus animi ejus illi ſtimuli eſſent ad acuendam pietatem. Tertull. ait: Imaginem Dei in eo ſitam eſſe, ut eoſdem motus animi & eaſdem voluntates cum Deo habeamus. Quin & ipſe Paulus hoc docuit ſcribens ad Philipp. Hoc ſentite in vobis, quod fuit in Chriſto Ieſu. Proinde cùm hæc mala deforment atque corrumpant hunc ſtatum ſeu conditionem animi noſtri, non poſſunt dici non eſſe peccata.

Peccatum quid?

1. Ioan. 3. 6.

ἀνομία.

Rom. 7. 23.

Ibid. v. 17.

Phil. 2. 2 & 5.

Adamus quomodo lapſus ſit cùm pravos animi motus non habuerit?

12 At rogarit fortè quiſpiam, cùm Adamus à ſua creatione, affectus, & motus animi corruptos non habuerit, quomodo tam graviter eſt lapſus? Hoc quæritur, quaſi ſola voluntate peccari non poſſit: Certè lapſi ſunt angeli, qui perturbationibus hujus generis caruerunt. Verùm quidem eſt, nos & crebrius & vehementius ad peccandum impelli, quàm Adamum; qui malos impulſus & incitationes pravas habemus ad peccata, quæ ille niſi poſt lapſum non habuit: Quod ſi nonnulli Patres interdum negant eſſe peccata hoſce motus, de quibus agimus, quòd ſecum obligationem ad æternam pœnam conjunctam non habeant, cùm ea per Chriſtum auferatur: negari attamen à quoquam non poteſt, deformitatem ab illis inductam in animo manere. Deinde per collationem ab eis ita ſcribitur. Nam ſi conferantur hæc mala cum actualibus peccatis, non tam vehementer atque apertè contra legem Dei pugnant. Docent etiam iidem Patres, hæc non dici peccata, niſi quatenus cauſæ vel effecta ſunt peccatorum, ut cùm quiſpiam de ſuo chirographo inquit; Hæc eſt manus mea, nempe quòd ab ea conſcriptum fuerit. Et frigus appellant pigrum, quod nos pigros reddat. Similibus hujuſcemodi quandoque uſus eſt Auguſtinus: ſed tunc conferebat hoc peccati genus cum actualibus. Quocirca præſtat eundem Patrem audire, cùm ea per ſeipſa expendit. Contra Iul. lib. 7. cap. 8. Non eſt, inquit, nulla iniquitas, quando ſuperiores partes inferioribus turpiter cedunt, & inferiores ſuperioribus turpiter reluctantur, etiamſi vincere non ſinantur. Et lib. 5. cap. 3. habetur, Concupiſcentia carnis, contra quam pugnat bonus ſpiritus, peccatum eſt: quia ineſt ei inobedientia contra dominatum rationis. Et pœna peccati eſt; quia redditur meritis inobedientis. Eſt etiam cauſa peccati, propter defectionem conſentientis. Conſiderat itaque hujuſmodi concupiſcentiam juxta tres gradus. Primùm effectum, & pœnam inflictam peccato. Ad extremum, ut ejus cauſam. Adhæc de libero arbitrio lib. 3. cap. 18. ad hunc modum ſcribit; Hæc ideò peccatis accenſeri, quòd per ea diſcedatur à modo, quo ab initio conditus eſt homo.

Qua ratione Patres interdum negent eſſe peccata pravos illos animi motus?

Concupiſcentia conſideranda ſecundùm tres gradus.

Ieſus quomodo creverit ſapientiâ & gratiâ Dei?

Luc 2. 52.

Ibid. v. 40.

13 Vtque oſtendant adhuc hoſce defectus ad peccatum non pertinere, producunt infantiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, de qua Luc. 2. ſcribitur, Ieſus autem proficiebat ætate, ſapientia & gratia apud Deum & apud homines. Et paulò ſuperius, Creſcebat autem puer, corroborabaturque ſpiritu; implebatur ſapientia, & gratia Dei erat cum illo. Si proficiebat, inquiunt, ſingulo quoque die, conſequitur eum prius habuiſſe defectus, nec tam ſapientem antea fuiſſe, ut poſtea evadebat. Nonnulli hæc interpretati ſunt, quoad ſpiritum, qui ſeſe indies exerebat, quem arbitrantur ab initio fuiſſe perfectiſſimum, & Scripturam conſueviſſe dicere tunc aliqua fieri, cùm primùm apparent. Ego verò facilè darem (ut omnino dandum video) Chriſtum humanas infirmitates noſtra cauſa ſuſcepiſſe. Nec diffiteor ejus animum ad ætatis proportionem ſapientiæ acceſſiones habuiſſe. At defectus ejus infantiæ, non eſt noſtrorum ſimilis. Nam quod ad ignorantiam attinet, non eſt conſtituendum quamlibet eſſe peccatum. Etenim angeli permulta ignorant, ſaltem id quando ſit futurus ultimus dies. Hócne dicemus eſſe illis peccatum? Deinde, an primum Adamum arbitrabimur ſtatim omnia cognoviſſe? Minimè. Quamobrem ignorantiam, quæ ad pec-

Ignorantia non quævis peccatum.

catum pertinet, mentis cæcitatem eſſe dicemus, qua illa ignorantur, quæ ſcire oportuit, & qua ſentiuntur contraria veritati. Ariſtot. in ſuis Poſter. Analyticis ignorantiam ita diſtinguit, ut aliam vocet negationis, aliam verò contrariæ diſpoſitionis. Prioris exemplum eſt, agreſtis & ruſtici hominis, qui mathematicas rationes prorſus ignorat, quòd illas nunquam didicerit. Altera vero ignoratio illi tribuitur, qui mathematicis quandoque operam dedit, ſed pravè, quæ ſibi tradebantur percepit, ita ut iis quæ vera ſunt oppoſita ſentiat, & lineam curvam eſſe putat, quæ recta eſt. Liceret itaque dicere negationis ignorantiam non eſſe peccatum, niſi quoad homines adultos, cùm ea ignorant quæ ad ſalutem conſequendam ſunt neceſſaria. Proinde Chriſtus aſſumendis noſtris infirmitatibus, peccata in ſe non recepit. Unde moriturus naturales motus ſenſit, quibus mortem cohorruit: ſed eæ commotiones integræ ac perfectę naturę fuerunt, non ex vitioſo & corrupto fomite. Quare à noſtris infirmitatibus multùm erant diſſitæ. Et ideo ad Heb. 4. cap. ſcribitur, Dominum ſicut nos fuiſſe tentatum per omnia: verùm exceptio additur, ſine peccato. Quódque Paulus ait; Cum eram parvulus, loquebar ut parvulus: eo ſpectat, ut oſtendatur aliquando evacuandum eſſe quod prius erat imperfectum, & denique veniendum ad æternam vitam, ubi omnia erunt abſoluta. In ſumma, expendendum eſt, pravos noſtros motus, quantumvis primos, non eſſe tantùm rudes & imperfectas res, ſed certam pugnam contra legem Dei, ut ad Romanos cap. 7. habetur: ubi non ſunt audiendi homines, qui talem putant ibi depingi ab Apoſtolo, qualis à Poetis Medea deſcribitur, quæ dicebat,

Heb. 4. 15.

1. Cor. 13. 11.

Rom. 7. 14.

--- Video meliora proboque,
Deteriora ſequor.

Nam ut paulò ſuperius docui, non diſputabat illic Apoſtolus de civili honeſtate: verùm de Lege divina, quam ſanctam, juſtam & honeſtam appellavit: cujus rectitudinem animalis homo non percipit.

Matt. 5. 48.

12. Quomodo Chriſtus poſtulet, ut perfecti ſimus ſicuti Pater Cœleſtis?

14 Obſtrepitur etiam nobis, quod Chriſtus dixerit, Eſtote perfecti, ſicut Pater cœleſtis perfectus eſt, cùm tamen abſurdum videatur, probitatem infinitam, uti divina eſt, nobis præcipi. Ad hoc reſpondeo; Exemplum familiare, quod pro viribus imitari debemus, propoſitum eſſe Chriſtum. Nec de illo & de Patre cœleſti ſimpliciter cogitato eandem eſſe rationem, quòd anima Chriſti, quæ pars fuit ejus humanitatis, non erat immenſa, cùm fuerit creatura. Quare amor, qui ex ea eliciebatur, terminatus erat, non infinitus, & idcirco aſtringimur, ut diligendo Deum illum imitemur. Pater verò cœleſtis etſi natura ſua eſt infinitus, ejus tamen charitatis effecta, bona ſcilicet quæ nobis elargitur, finita ſunt, quod rerum creatarum ordinem non excedant. Præterea non diſputo, An adverbium Sicut, æqualitatem an ſimilitudinem exprimat: Id aliis cogitandum relinquo. Adhuc nos premunt, quaſi aliquod opus reperiatur humanum, quod perfecte Deo placeat, cum in poſteriori lib. Melachim Deus pronunciet de Iehu, quando familiam Ahabi everterat; Feciſti quod rectum eſt, juxta omne id quod in corde meo habui. Abrahamo item dictum eſt; Quia feciſti hoc, agnoſco te me diligere, &c. De Abrahamo liceret dicere, quod ante de juſtificatis aſſeruimus, nimirum opus ejus cum juſtitia Chriſti conjunctum fuiſſe, Deo gratum & acceptum: quandoquidem jam crediderat in Chriſtum, & reputatum ei fuerat ad juſtitiam. Quare Deus præclaris illum promiſſionibus ornare voluit. De Iehu vero non eſt tam facilè reſpondere, quòd non fuerit vere bonus, nec illum opinor juſto zelo motum ad familiam Ahabi extinguendam, & ad perdendos Baalitas. Etenim fidei ſinceritas non fert ſecum idololatriam. Ambiguum vero non eſt, illum retinuiſſe cultum Ieroboamicum, ut qui vitulos aureos cum Iſraele coluerit. Cæterùm, quemadmodum Ahabo dictum eſt, propter externam ejus demiſſionem & pœnitentiæ ſpeciem, ſupplicium eſſe mitigatum: ita & de Iehu eſt veriſimile pronunciata fuiſſe quæ afferuntur. Quædam enim Deus elargitur, & quædam teſtimonia commendat, non quòd bona ſint, quatenus à malis proficiſcuntur, ſed ut connexio rerum de civili & naturali connexione quàm ipſe inſtituit con-

13. Quomodo Iehu rectum fecerit ſecundùm omne quod Deus in corde ſuo habuit?

2. Reg. 10. 30.

14. Abrahami exemplum.

Quomodo Deus ſuo teſtimonio commendet opera quorundam non bonorum hominum?

A ſervetur. Quòd ſi quis verba urſerit, quibus Iehu dicitur omnia feciſſe quæ Deus in corde habebat, dicemus, id referendum eſſe ad inſtitutum & decretum Dei, quo conſtanter diſpoſitum erat domum Ahabi perdendam. Fecit itaque Iehu quod fieri Deus voluit, quemadmodum Nebucad-nezar quod in corde Deus habuit, perdens Iſraelitas, complevit, licet ambitione atque crudelitate ad illud excidium impelleretur. Dicas fortaſſis: Non ſolùm verba expendo, ſed B eo præſertim moveor, quòd merces Iehu reddita eſt, quaſi re bene geſta, ego verò exemplum non abſimile affero ex propheta Ezech. qui cap. 29. ſcribit de Nebucad-nezare, Dixit Dominus, Is cum ſuo exercitu mihi ſervivit adverſus Tyrum. Quare mercedem illi dabo terram Ægypti. Nec dubium eſt, ambitione ac cupiditate propagandi regni Regem illum pugnaſſe adverſus Tyrios: nihilominus tamen Deus, Ægypti dominatum illi dedit, quem pro mercede ille habuit.

Ezec. 29. 19.

Eorum quę dicta ſunt ſumma ac diſtributio.

C 15 Quæ hucuſque diſputata ſunt, ne disjecta ſeu confuſa jaceant, quinque præcipuis capitibus ea comprehendemus: quorum primum eſt: Præceptum de diligendo Deo ex toto corde, ex tota anima, & omnibus viribus, non ſervari dum hic vivimus. 1
Alterum, non eſſe negandum tãtum gratiæ ac virium poſſe à Deo alicui dari, ut illud præceptum valeat implere. 2
Etenim cùm ſanctis qui ſunt in patria, id elargiatur, quid ei obſtaret, quin peregrinantibus concederet? Verum id non fecit hactenus, neque videtur D facturus, ideò hac de re loquendum & ſtatuendum eſt ex ordine ac ratione communi. Tertium: Eos 3
qui renati ſunt, aliquo modo poſſe affirmari præceptum illud implere. Quartum: Propoſita eſt ratio in- 4
terpretandi promiſſiones, quæ de hac re nonnunquam factæ leguntur. Quintum ac poſtremum: Pra- 5
vos motus, quibus ad peccandum incitamur, eſſe peccata.

An præmiis ad Dei obſequium permoveri debeamus.

E

16 Sciendum eſt, actiones quidem bonas & honeſtas ſatis per ſeipſas expetendas eſſe, quandoquidem in mundo nihil dulcius poteſt contingere, quàm Deo parere, ac illi, vivendo rectè, juxta ejus mandata bona conſcientia jungi. Quare ut aliud non eſſemus conſecuturi, ſatis mercedis & præmii redditum eſſet, ſi pacatam & tranquillam per Chriſtum haberemus conſcientiam & ſpirituali gaudio interius per- F funderemur. At Deus, quæ illius bonitas eſt, voluit præterea mercedes & præmia nobis proponere. Etenim ingenium naturámque hominum ad omnia quę recta, ſalutaria & honeſta ſunt, languidam & tardam vidit; ideóque voluit eam propoſitis multiplicibus & variis præmiis incitare: quo ſanè remedii genere opus non fuiſſet, ſi perfecti & abſoluti, quemadmodum fuimus conditi, permanſiſſemus. Quis, obſecro, invitandus eſt præmio ad bibendum cùm ſitit, vel ad comedendum cùm eſurit? Certè nemo. Quocirca G nec homines, ſi juſtitiam eſurirent & ſitirent, quemadmodum oporteret, ad eam eſſent mercede incitandi. Mater quoque ad ſuum lactandum, paſcendum & curandum infantem ne pereat, nullis præmiis induci ſolet. Sunt itaque promiſſiones Dei propterea hominibus neceſſariæ, quod ab affectu & impulſu vehementi erga pia & ſancta opera propter peccatum refriguerint. Torpemus planè omnes, & ad officia pietatis & juſtitiæ ſumus ignavi: quamobrem calcaria promiſſionum Deus pro ſua clementia voluit adhi- H bere: quod in lege clariſſime apparet, ubi ad mandata propemodum ſingula, cùm minæ tum promiſſiones adduntur. Itaque cùm ſancti viri hoc ſæpius faciant, nec non lex Dei ſic fecerit, & in novo teſtamento idem reperiatur, concludemus abſque dubio id licitum eſſe. Tum enim quod agimus probandum eſt, quando ad ipſius Dei exemplum ac normam ſcripturarum, vel ad ſanctorum virorum egregia facta conformatur.

In lege ad mãdata promiſſiones ac minę adduntur.

17 At nunc videndum eſt, an is qui bona opera I facit, idque præſtat, ad quod lege Dei faciendum obſtringitur, debeat ſpe præmii commoveri, an ipſi potius ſpectanda tantummodo ſit rectitudo, juſtitia & Dei

An ob præmium liceat bene agere?

Dei placitum? ut ad propoſitam quæſtionem reſpondeam, id mihi primùm ſumendum cenſeo, hominem non tantùm ad certum aliquem finem deſtinatum, cùm Deus nihil temere vel caſu faciat, ſed etiam plures ejus fines eſſe poſſe, qui tamen inter ſeſe ita conjuncti ſint, ut ordine quodam ſibi mutuò ſerviant

Quomodo ad finem homo ſit deſtinatus?

& invicem juvent. Primùm itaque ad illuſtrandam gloriam Dei conditi ſumus: deinde ut Dei conſpectu & abſoluta notitiâ felices evadamus: átque dum hîc vivimus, grata Deo ſocietate unâ inter nos ipſos degamus. Milites ideo arma tractant & bella gerunt, ut honeſtas juſtáſque cauſas tueantur, ea ſanè ratione qua ſuis legibus Deus illas juſſit defendi, quæ præterea ſic animati eſſe debent ad hóc præſtandum, ut licet aliud præmium aliáve merces ad eos non rediret, id tamen vellent obire. Pugnare præterea ſolent, ut patriæ, uxoribus, liberis, cognatis, amicis patrocinentur. Quòd ſi præterea ſtipendia juſta, quo & ſe & ſuos honeſtè alant, expectaverint, id eis nemo

Propter quæ liceat evitare ſcelera?

vitio verterit. Dixit enim Apoſtolus ad Corint. priori, Quis militat ſuis ſtipendiis? Vt verò magis ad ſingula deſcendamus, cùm quiſpiam ab aliquo gravi ſcelere temperat, id primùm facere poteſt, ut Dei mandatis quemadmodum par eſt, obſequatur. Deinceps, quo vel æternas vel civiles pœnas effugiat. Adhæc ut ne fratrum animos offendat, eóſque ſuo pravo exemplo à ſancta converſatione puráque vita revocet. Et denique, ut ſuo ſcelere iram Dei, vel contra ſe, vel familiam, vel populum non concitet. Igitur conſtat noſtrarum actionum finem ſimplicem non eſſe, imò varium ac multiplicem.

Quis finis præferendus ſit cæteris?

18 Hoc autem ita perfecto & concluſo, id cùm primis curandum eſt, ut inter fines, quando ſe permulti offerunt, illum cæteris præferamus, qui reliquis optimo jure præſtat. Nam ſi ageretur ſecus & quæ poſteriora ſunt, minoriſque momenti, melioribus anteponerentur, jure perturbati ordinis rerum damnaremur. Idcirco non eſt committendum, ut Deum ipſum ejúſve cultum, vel ad noſtra commoda vel ad alios fines dirigamus. Profectò id nobis tum

Auguſt. **Quæ ſit actionum humanarum ſumma perverſitas?**

accideret quod Auguſtinus vehementer deteſtatur, ut iis frueremur, quibus uti deberemus: & iis viciſſim uteremur, quibus fruendum eſſet: qua ſanè perverſitate in actionibus humanis deterius nihil poteſt excogitari. Proinde cùm quæritur, an bene agendo

Nec ſola merces eſt expetenda, nec illi dandæ ſunt primæ partes.

præmia ſeu mercedem reſpicere liceat: Non poſſumus jure inficiari, quin liceat: quandoquidem ipſe Deus piè viventibus mercedem propoſuit: neque id alia de cauſa fecit, quàm ut homines ad juſta, recta, pia, ſanctáque opera ſuis donis & invitationibus inflammaret. Verùm, etſi non injuſtè agimus in tuendo mercedem à Deo nobis oblatam, dum in bonis operibus laboramus: id attentius videndum eſt, ne ſolùm cauſa oblati præmii commoveamur. Neque hoc ſatis eſt, ut enim quis dixerit, ſe velle rectè agendo, & præmium conſequi propoſitum, & Deo eadem opera parere, videat oportet, ne mercedi ſeu præmio primas partes dederit, quia ſemper, quemadmodum jam ſumpſimus, inter fines, ut earum quæque natura ſua præſtantior eſt, illa priori loco haberi debet. Atque in hoc opus eſt diligentia non vulgari: quoniam ſæpe fit, ut nobiſipſis libenter imponamus, falsò exiſtimando animis noſtris nihil prius aut charius eſſe Deo, à quo nihilominus mercedis aut præmii nimia cupiditate ſeu oblectatione ſenſim avellimur &

Si alia Deo præferamus, in graves pœnas incurrimus.

diſtrahimur. Quocirca poſtea fit, ut multas nobis calamitates accerſamus: dum enim Deus animadvertit à nobis ea pluris fieri, quæ minoris eſſe debuerant, illa ſubtrahit, ne pergant nos à ſe avertere: quod non ſemel Iſraelitis contigit, quibus Deus opes, libertatem, & promiſſam terram interdum eripuit: ut ad ſe, quem illi cùm divitiis, tum agris, tum verò idolis poſthabuerant, revocaret. Itaque iis obſervatis atque animadverſis quæ retuli, poſt Dei ſyncerum & ſummum ſtudium piis viris licere propter mercedem & præmia rectè agere, non dubito.

Bernardus.

19 Neque ſum neſcius Bernardum in libello de diligendo Deo ſcribere, charitatem per ſeipſam vacuam eſſe non poſſe, licet nullum præmium intueatur, &c. Iis porro verbis duo innuit: & charitatis opera in ſeipſis tantum jucunditatis, delectationis, & fructus habere, quantum rectè viventibus ſatis eſſe poſ-

A ſit, quamvis inde nihil aliud eis à Deo reddendum eſſet. Et ut nos diligendo Deo nihil præter id præmii expectaremus, eum pro ſua bonitate non eſſe commiſſurum, ut quæ reddenda ſunt, bona fide non reddat: ideóque non oportere, ut quiſpiam deſiderio

Collatio amoris liberorũ & uxorũ.

mercedis impellatur. Et adjicit, ſe amorem uxoris erga virum, charitati atque obſervantiæ, qua liberi patrem proſequuntur, longè præferre. Quandoquidem filii ſic patrem amant, ut ſe ab eo hæreditate ditatum iri ſperent: unde charitas eorum, ut ipſe arbitratur, B minus pura efficitur. Vxor verò, ſi ea fuerit quæ eſſe debet, ſuo viro ejus cauſa & nomine bene cupit, utut ab eo nihil boni ſperet aut expectet ſe conſecuturam. Sententiæ hujus Patris exiſtimarunt nonnulli ſubſcribendum, ac eam diſtinctione quadam explicare conati ſunt, ab ipſis, ut opinor, parum prudenter conficta: affirmant quippe nos Deum ſeu naturam ejus ex dignitate poſſe metiri, aut illum, prout noſtra eſt perfectio & abſolutio, intueri. Deinde inquiunt, C propter ipſum, ratione priori facere oportere quæcunque agimus: at non quatenus noſtrum bonum eſt & noſtra beatitudo. Atque hoc Bernardum jam allatis verbis exiſtimant ſibi voluiſſe. Etenim illum adducunt, qui ad hunc modum alibi ſcribat, ſuſpectum ſibi eſſe omnem eum amorem, quo aliquid præter Deum diligamus. Verùm hac diſtinctione, quæ

Deum etiam quæ noſtra felicitas & beatitudo eſt, colere debemus. Gen. 17. a.

potius ad hominum arbitrium, quàm ad ſcripturarum veritatem reperta eſt, ii homines Dei ſententiæ ſe adverſari non animadvertunt. Is quippe Abrahamo D dixit, ut in Geneſi habetur: Ego ſum merces tua magna admodum: coram me itaque ambulato, & eſto perfectus. Profectò iis verbis ſeipſum Deus nobis offert, non per ſe cogitatum, vel à noſtris commodis avulſum, imo quatenus merces noſtra eſt. Adhæc, ut jam ab initio dicebam, Deus non inaniter aut fruſtra, ſed conſultò & ſapientiſſimè, ad ſua mandata, promiſſiones, mercedes & præmia voluit adjungere. Id obſecro, an idcirco fecit, ut ea clauſis oculis à nobis prætereirentur? Non opinor. Nec mihi dixeris, ad ru-

Mercedem à Deo nobis propoſitam intueri non eſt ſolùm imperfectorum.

E diores, neque dum abſolutos atque perfectos illa faciunt: quoniam ſtatim de te quæram An Abrahamus, Moſes, David, Prophetæ atque Apoſtoli minus abſoluti fuerint, quàm vel hominum natura in hac vita ferat, vel à nobis requiratur? Si eos dixeris imperfectos, neſcio quam præſtantiam ſeu perfectionem hominum tibi fingas. Paulus certè ſeipſum ut perfectum, quatenus in hac vita eſſe licet, aliis proponebat. Taceo ſcripturam, imò Deum ipſum prædicare, Moſen tanquam mitiſſimum, Davidem quoque com-

Phil. 3. 15. Col. 4. 12.

F mendare quod ad ſuam voluntatem & cor factus eſſet. Hos igitur viros, ſi præſtantes, egregios, & abſolutos, & in hoc ſeculo poſſunt eſſe homines, fatearis, ne valeas promiſſiones atque mercedes illis oblatas à Deo inficiari: id proculdubiò conſequitur, hominibus præſtantioris notæ licere bene vivendo atque agendo ad mercedem oculos attollere.

Auguſt. **Licet mercedes & præmia Dei cauſa diligere.**

20 Cæterùm exiſtimo totam hanc rem pulchrè Auguſtinum enucleaſſe, cùm in ſuis confeſſ. dixit, Minus te diligit (loquebatur enim Deo) qui præter G te aliquid diligit, quod propter te non diligit. Ex iis colligit, nos præmia & mercedes poſſe Dei cauſa diligere: nam licet medios fines propter extremum & ſummum bonum amplecti. Nec interdicitur, qui cibum, potum, veſtes, & quæ ad hanc vitam pertinent, interdum optemus: quin Chriſtus, ut ea poſcamus, diſertis verbis mandavit, atque illa regnum Dei quærentibus promiſit: dixit enim, Primum quærite regnum Dei, & hæc vobis adiicientur, Proinde verum eſt, hæc ita ſperari, expectari, & accipi à Deo poſſe, ut

Matt. 6. 33.

H præmia & mercedes, non utique ſummas. Nam & ea in ulteriorem finem ſunt referenda, juxta Pauli admonitionem ſaluberrimam, qui ſcripſit: Sive edimus, ſive bibimus, ſive quippiam aliud agimus, ad gloriam Dei facimus. Et denique ipſe Deus, gloria ejus, benevolentia & favor, cùm ſint radix, fundamentúmque aliarum promiſſionum & cujuſvis mercedis, quoties alia hæc intuemur, cùm in illis prioribus comprehendantur, nunquam committendum eſt, ut à ſe invicem ea divellamus, ſed in poſterioribus illa I priora perpetuò ſpectabimus: unde quemadmodum Auguſtinus conſuluit, nihil præter Deum amabimus, quod propter ipſum non diligamus.

1. Cor. 10. 31.

Quod non ſit fundamentum promiſſionum terrenarum.

In poſterioribus promiſſionibus priores perpetuò ſunt intuendæ.

Digitized by Google

De Vſu & Abrogatione Legis. Vide in Rom. cap. 3.

In Rom. 3. 20. Divina mens fons legum omnium.

21 Principium omnium Legum, divina mens cenſenda eſt. Quicquid enim aut juſti aut honeſti in ullis decretis habetur, in univerſum inde profluxit: ut dicere poſſimus, omnes Leges dictata divinæ mentis eſſe. Vnde fit ut Leges quæ juſtæ non ſunt, pro legibus haberi non debeant.

Duplex cognitio peccati.

Duplex eſt notitia peccati, quæ habetur à Lege: una prorſus inefficax ac debilis, qua non perterreſiunt animi, neq; conſcientiæ proſternuntur: ut quandoque videmus ebrios, qui inter ipſa pocula damnent ebrietatis vitium. Poëtæ quoque graphicè admodum ſuis carminibus & Satyris vitia traduxerunt: ſed tamen ipſi nihilo magis, quàm cæteri, ab illis abhorrebant. Quæ verò terrifica eſt agnitio peccatorum, ſalutem non ſemper affert. Quia ſi ſpe remedii fruſtretur, pernicioſa eſt, ut in Iuda, Eſau & Cain uſuvenit: qui cùm ſcelus ſuum cognoviſſent, deſperarunt: ſed quoad electos, notitiæ peccatorum adjungitur ut comes perpetua, ſpes de ſalute conſequenda per Chriſtum.

Quotuplex ſit peccatū quod per Legem agnoſcitur. Pſa. 51. 7.

Peccata quæ cognoſcuntur per Legem, ſi per capita recenſere volumus, occurrit primo loco ingenitum nobis, quod originale vocatur: éſtque totius noſtræ naturæ vitium atque corruptio, de qua in Pſalmo edocemur: In iniquitatibus conceptus ſum, & in iniquitatibus concepit me mater mea: deinde motus atque impetus, quos Græci [illegible] vocant, perpetuò ex eo dimanant, adverſantúrque divinæ Legi.

Rom. 7. 23.

De quibus habet Paulus, quod ſentiret aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, & captivum ſe abducentem in legem peccati. Deinde in tertio loco adjungit ſe conſenſus voluntatis, redditúrque peccatum gravius.

Rom. 6. 12.

Et de hoc legimus: Ne regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Succedit præterea conſuetudo, atque ejus vinculis arctius obſtringimur ſub ditione peccati: ita ut impoſſibile quodammodo ſit, uſum jam inductum vincere, cùm Ierem. dixerit, Æthiopem non poſſe mutare pellem ſuam.

Ier. 13. 23. Mat. 12. 31. & 32. Ier. 7. 16. & 11. 14. & 14. 11.

Detruduntur poſtremò impii nonnunquam eò, ut peccent in ſpiritum ſanctum: cujus criminis condonatio prorſus negatur, ut Chriſtus in Evangelio docuit. Et Hieremiæ præceptum fuit, ne pro populo ulterius oraret.

Quid peccatum. Ab imagine Dei recedere peccatum eſt.

Poſſet etiam diſtingui peccatum in cogitata, dicta & facta contra legem Dei. Atque de his omnibus Lex nos inſtituit: Eſtque peccatum in genere, à Legis inſtituto aberrare: ut ſagitantes cùm à ſcopo diſcedunt, quamcunque in partem id contingat, aberrant, & peccant. Quare cùm homo factus ſit ad imaginem Dei, ut naturam ejus & ingenium vita & moribus exprimat, quicquid hinc aberratur, peccatum eſt. Sed hoc beneficium, ut moneamur, accuſemurque de noſtris flagitiis, non habet abſolutam utilitatem: cùm per noſipſos non valeamus evitare ea, quæ accuſantur, vel ea de quibus monemur perſequi. Ideo videndum eſt, ut ad Chriſtum reſpiciamus, ad quem per Legem adducimur. Et animadvertendum eſt, hæc præcipuè de Lege ſcribi per [illegible] ad fidem. Nam ſi per ſeipſam ſumatur, tantùm abeſt, ut juſtitiam & honorem nobis elargiatur, ut denudet & aperiat quicquid fœdè admiſimus: ita ut nil inde, niſi confuſionem hauriamus. Quod nequaquam culpa Legis accidit, ſed vitio animi noſtri: qua Lex in illum incurrit, & corruptum & in mala propenſum. Proclives enim ſumus ad omnia facienda, quæ divinæ Legi adverſantur. Siquidem illa jubet, ut Deo fidamus: at nos nobiſipſis innitimur. Illa mandat ut proximo noſtro obſequamur: at nos cupimus, ut omnes nobis inſerviant. Cúmque in hæc ſimiliáque laxis habenis irruamus, opponit ſe divina Lex, ut obex valido torrēti, qui ejus occurſu magis intumeſcit, & fit violentior. Vt enim dicitur; Nitimur in vetitum ſemper, cupimusque negata. Quibus tamen non obſtantibus, eximium eſt Dei beneficium, quod nobis per illam exhibetur, ne ignoremus noſipſos.

Beneficium legis non vulgare.

22 Neque putandum eſt, nos ea jam carere, quia dicimur in Sacris literis per Chriſtum à Lege liberati. Id enim nequaquam ſimpliciter accipiendum eſt,

Duplex abrogatio Legis.

nam duplex eſt abrogatio Legis. Vna, quâ non obſtringimur præſtare ea, quæ mandantur: ſicut factum videmus de judicialibus præceptis & cæremoniis. A Quod de moralibus intelligendum non eſt. Chriſtus ait, ſe non veniſſe ad Legem diſſolvendam, ſed magis ut illam impleret. Et Paulus inquit: Quid igitur? Num legem per fidem abolemus? Abſit: imò Legem conſtabilimus.

Mat. 5. 17. Rom. 3. 31.

Quo ſenſu lex dicatur abrogata?

Alia eſt abrogatio, qua lex impeditur, ne peragat nos reos. Et ſic etiam moralis pars intelligitur antiquata. Verùm, ſi rectius loqui velimus, non Lex abrogata eſt, ſed dominatio, quæ illam conſequitur: ut potius aculeus ei excuſſus intelligatur, B quàm ipſa ſublata exiſtimetur.

1. Tim. 1. 9. Iuſto non eſt Lex poſita, quomodo? Conciliatio.

Verùm quidem eſt, quod ad Timoth. ſcribitur, Legem juſto non eſſe poſitam. Quia, ut Auguſtinus in lib. de Spiritu & litera ſcripſit: Quis legem imponat ei, qui ſponte facit, & ultrò exequitur quod ad juſtitiam pertinet? Vnde ille ſentit, juſtos homines uti lege erga alios quos inſtituunt dum illam inculcant, & diligenter proponunt ad pœnitentiam excitandam.

1. Tim. 1. 9. Rom. 7. 12. 16.

Cumque videatur Apoſtolus dixiſſe pugnantia (nam ex una parte aſſerit, juſto legem non eſſe poſitam, ex altera verò C dicit, illam bonam eſſe, modò quis ea legitimè utatur. At nullus ea, niſi juſtus legitimè utitur) ea Auguſtinus ad hunc modum componit, quod legis bonum uſum habeat quis, non adhuc juſtificatus, ſed qui ad juſtificationem tendat ejus auxilio. Idque duobus ſimilibus conatur patefacere. Accidit, inquit, ut aliquis ad aliquem locum tendens, vehatur curru, quò cùm pervenit, vehiculum relinquit: Et pædagogum damus rudibus pueris; cæterum quum eruditi fuerint, illum removemus. Ita, inquit, dum aliquis à peccatis D revocatur, & ad juſtitiam progreditur, lex ei prodeſt. At quum juſtitiam fuerit aſſecutus, ea abſolvitur, & erga alios uſum ejus extendit.

Etiam ipſi juſtificati lege divina erudiuntur.

Sed tamen inficiari non debemus, etiam converſos ad Chriſtum per legem magis ac magis perpetuò erudiri. Adhuc multum ſupereſt carnis, & tenebrarum plus ſatis ſenſib. & menti offunditur, dum hîc vivimus. Idcirco non ſuperfluit uſus legis, etiam quoad juſtificatos. Et cùm non toti ſimus inſtaurati, qua parte ſupereſt nonnihil veteris hominis, & lapſus obrepunt & nolentibus E & imprudentibus: invenit in nobis Lex & quod reprehendat & quod accuſet: licet beneficio Chriſti progredi ad damnationem non poſſit. Quod ſanè faceret, quod ad ipſam quidem attinet, niſi jam per fidem eſſemus juſtificati.

Rom. 3. 31.

23 Opportunè igitur quærit Paulus, ad Rom. 3. Legem igitur irritam facimus per fidem? Abſit. Imo legem ſtabilimus. Eſt [illegible], vel occupatio. Potuiſſet enim quiſpiam dicere; Si Lex ad juſtitiam non confert, quid eam tulit Deus? Cur non liceat laxè vivere, F & cupiditatibus obtemperare? Minimè verò, inquit Paulus; Siquidem Lex non aboletur per fidem, ſed potius confirmatur. Opinabantur iſti à Paulo ſolvi Legem, cùm ceremonias abrogaret. Ille verò eas abolendo fruebatur libertate ſibi conceſſa in Evangelio: Legi verò non faciebat injuriam. Nam Deus revera cæremonias veteres noluit ulterius perſeverare. Attamen Paulus non mentitur, quando ait, ſe nequaquam Legem irritam facere per fidem.

Paralogiſmus accidentis. Cæremoniæ accidentia Legis.

Et qui argumentantur eam aboleri, quòd cæremoniæ irritentur, G admittunt paralogiſmum accidentis. Nam ſi accidentia cujuſpiam rei tollantur, nō conſequitur, rem ipſam ſtatim aboleri. Id autem cenſetur accidens Legis, quod non, quoad omnia loca, & omnia tempora, & omnes homines, habeat vim ſuam.

Deus ipſe cæremonias abolevit, non Paulus. Pſal. 137. 4. In Cant. v. 38.

At cæremonias ita eſſe, non eſt dubium. In captivitate enim non ſervabantur. Vnde Iſraelitæ inter Chaldæos dicebant, ſe non poſſe canticum dicere in terra aliena. Et Daniel conquerebatur, in ea captivitate & ducem, & ſacrificium populo deeſſe. Circuncíſio per deſertum H non obſervabatur: & Sabbatho pugnatum eſt, ut in libris Machabæorum legimus.

Ioſ. 5. 58. 1. Mac. 2. 41.

Quos ſi rejicias, in libro Ioſua ruſſus habes juſſiſſe Deum Iſraelitas, ut per ſeptem dies circumirent Hierichuntinam civitatem, & ſecum arcam geſtarent, & tubis clangerent. Ad quæ opera neceſſe fuit, & Sabbathi diem decerni.

Aliquid ſolidi erat in cæremoniis quod ſemper manere oportuit. In omnibus rebus Deus eſt agnoſcendus.

Sed ſi quæſiveris: Si hæc accidentia ſunt Legis, quidnam fuit in his cæremoniis præcipuum, firmum & ſolidum, quod ſemper manere oporteat? Ad ſingula reſpondere prolixum eſſet, in genere hoc dicam; I Voluit Deus, ne homines ſui obliviſcerentur. Ideo curavit per quædam externa ſigna, ut ſemper illis in oculos, & in cogitationes incurreret, quò eum ſemper & colerent.

Digitized by Google

colerent,& invocarent. Si corpus ſuum reſpexiſſent, A occurrebat Circunciſio: ſi veſtem, habuerunt fimbria: ſi ad menſam acceſſiſſent, offerebatur delectus ciborum: ſi domum ingrederentur, ſuperliminaria,& poſtes inſcribebantur Dei mandatis: ſi procreaſſent liberos, primogenitus fuit redimendus, & puerpera diutius erat immunda: ſi ad armentum aut greges ſe convertiſſent, primogenita Deo fuerunt offerenda: ſi ad agros iviſſent, primi fructus & decimæ colligendæ erant,& offerendæ: ſi fructus collecti reponerentur, feſtum tabernaculorum celebrabant: ſi hebdomada, menſis, aut annus, aut ſeptimus annus, aut quinquageſimus revolutus eſſet, ritus certi deſignabantur. Quod itaque præcipuum in Lege, ac ſummum fuit, fide confirmabant,& nunc etiam retinetur à piis hominibus, ut in quaque re Dei meminerint, & de illo cogitent: quod nunc ſine ſignis externis ſervari debet, neque à Paulo, vel à fide abrogatur.

Vnde colligatur Deum ſuas cæremonias amplius noluiſſe obſervari?

24 Quod verò Deus noluerit ulterius externas cæremonias obſervari, ex eo colligi poteſt quòd politiam Iudaicam evertit, & Hieroſolymorum civitatem diruі fecit, ita ut jam neque templum, neque tabernaculum extet, nec inveniatur propitiatorium, unde vox divina ſolebat dare oracula: & pectorale amiſſum ſit, ubi lapides erant pretioſi ex quibus de futuris reſpondebatur: unctio etiam periit, quæ homines nonnunquam immutabat, cum ad functiones inaugurarentur. Nam Saul prophetavit, cùm jam eſſet unctus. Nec ignis nunc habetur de cœlo, quo ſacrificia devorabantur: & prophetiæ jam prorſus obliteratæ ſunt, quod non ſiviſſet Deus, ſi cæremonias Moſaicas diutius voluiſſet prorogatas. Et durationi earum id potiſſimùm obſtat, quod tantum in terra Patribus promiſſa illas exercere licuit. Et quando Apoſtolus prædicat, ſe Legem conſtabilire fide, hoc intelligit potiſſimum quoad partes morales. Quia fides obedientiam Legis ſecum affert. Quare hoc animo infigendum eſt: Legem non poſſe abſque fide obſervari: ac è diverſo per fidem inchoata obedientia poſſe compleri. Quod rationibus ita poteſt confirmari. Præcipit Lex, ut amemus Deum, idque toto corde, tota anima, & omnibus viribus. At quis hoc præſtare poſſit, niſi cum bene agnoſcat, quod citra fidem non contingit? Si quis Deum ſibi proponat ut Legiſlatorem, ſeveriſſimum judicem, & ultorem, ab eo potius abhorrebit & refugiet ex odio, tanquam à carnifice, quàm ut animum inducere poſſit, ut eum diligat. Atqui Deum ut Patrem, vel propitium, vel clementem ſine fide in Chriſtum quis poſſit ſibi perſuadere? Præcipit deinde Lex, ut invocemus: quod ſi fide fuerimus deſtituti, nunquam præſtare poſſimus. Nam dicitur: Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Adhæc præcipitur, ut proximos diligamus, tanquam noſipſos. Quod cum ſit difficillimum factu, non complemus, imò ſæpe deficimus. Vnde ergo habebimus condonationem ut nobis imputetur ex Chriſti juſtitia, quod noſtræ deeſt, niſi utamur beneficio fidei? Auguſtinus duobus modis cenſuit, fide Legem conſtabiliri: Primo, quia per eam Spiritum ſanctum adipiſcimur: unde vires nobis ad obediendum Legi ſuppetunt. At poſſet quiſpiam ambigere, qui hoc fiat, ut per fidem habeamus ſpiritum ſanctum, cùm is neceſſario præcedat fidem? Quandoquidem fides & donum ejus eſt & ab eo in nos proficiſcitur. Sed reſpondemus, inter cauſas & effecta quoſdam videri circuitus, ut patet de nubibus & pluviis. Ex nubibus pluviæ exprimuntur, & ex aquis, quæ ſunt in inferioribus locis vapores aſſumuntur à cœleſti calore, qui concreſcunt in nubes: ex quibus rurſus aquæ in terram depluunt. Sed in iſto circuitu ad primum juxta naturæ ordinem recurrendum eſt, quod fit, cum ſtatuitur humor, unde nubes concreſcere poſſint. Ita hic faciendum eſt: Concedemus, beneficio Spiritus ſancti fidem in nobis oriri, per quam copia ejuſdem ſpiritus augetur, cujus incrementum fides anterior prævenit: & ex fide majori adhuc major acceſſio fit ſpiritus. Sed tamen unum cumprimis ſtatuimus, unde omnia hæc bona fluunt, nimirũ Sp. ſanctũ. Deinde ait Auguſt. fidei ope aliter confirmatur Lex: Quoniam per fidem precamur, & precibus invocando, non ſolum remiſſionem peccatorum, verum etiam tantam ſpiritus & gratiæ portionem impetramus, ut vires habeamus ad obedientiam Legis. Certè Lex ſi per ſeipſam accipiatur, & nos incertos reddit de benevolentia Dei, & quodammodo affert deſperationem, niſi ſuccedat fides, quæ & certos nos reddat, Deum nobis placatum eſſe & propitium, & vitium per gratiam inſtaurationem impetret. Et Apoſtoli phraſis, qua dicit ſe per fidem conſtabilire Legem, notanda eſt: Quia illa innuitur, Legem, ſi relinquatur ſibi ipſi, abſque fide debilem eſſe, ita ut B conſiſtere non poſſit. Ideirco niſi per fidem ſuffulciatur, facilè cadet. Et hoc eſt ſingularis artificis, non tantùm id quod objicitur à ſe depellere, ſed etiam illud ipſum oſtendere maximè conducere ſuo propoſito. Lex & fides juvant ſe mutuò, utque dicitur, mutuò dant ſibi manus. Quoniam Lex ut pædagogus ad fidem Chriſti homines adducit, & contrà fides illud efficit, ut Lex quoquo modo impleri poſſit. Statim enim ut quis Chriſto crediderit, juſtificationem aſſequitur, & copia ſpiritus, & gratia liberaliter C donatur. Conſilium & propoſitum Legis fuerat, ut homo & fieret bonus, & ſervaretur. Verum id præſtare ea nequit. Succeſſit fides, & juvit: quia per illam inſtauratur homo, ut Deo, & mandatis ejus obediat. Chryſoſtomus ait, tria eo loco à Paulo agi. Primùm, poſſe hominem juſtificari abſque Lege: ſecundo, Legem juſtificare non poſſe: tertiò, fidem & Legem inter ſeſe non pugnare.

1.Sam.10.10.

Lex non poteſt abſque fide obſervari.
Rom.3.31.

Deut.6.5.

Spiritus ſanctus in nobis præcedit fidem.
Simile.

Inter cauſas & effecta eſt circuitus.

Spiritus ſanctus & antecedit fidem & ſequitur.

Lex nos incertos de benevolentia Dei reddit.

Lex abſque fide debilis eſt, & conſiſtere non poteſt.

Lex & fides mutuo ſe juvant.

25 Docet Ambroſius idcirco fide Legem ſtabiliri, quoniam quæ in Lege dicta ſunt facienda, per fi- D dem oſtenduntur facta. Et ſcimus juſtitiam hanc, quam Paulus prædicat, habere teſtimonium cùm à Lege, tum à Prophetis. Et ſi quis objecerit, idcirco Legem irritari fide, quòd per illam aboleantur cæremoniæ: reſpondet, ideo illud contigiſſe, quod Lex ipſa ita fieri voluerit, & ſic faciendum prædixerit. In Daniele habemus, poſt adventum Chriſti, atque illius occaſione juge ſacrificium debuiſſe tolli, & ſacram unctionem, & alias hujus generis cæremonias. Vnde non immeritò Chriſtus dicebat: Lex & Prophetæ uſque ad Ioannem Baptiſtam. Hieremias E quàm apertiſſime dicebat, aliud fœdus ineundum longè diverſum, atque fuerit illud antiquum. Epiſt. ad Heb. inde concludit, id quod erat vetus, & ſic appellabatur, quandoque fuiſſe antiquandum. Zacharias Propheta ſecundo capite dicebat, civitatem Hieroſolymorum abſque muris habitandam. Quod ſignificabat, credentium Eccleſiam ita fore fuſam, & latam per univerſum orbem, ut nullis terminis, aut limitibus finiretur. Quod idem Eſaias videtur atteſtatus, F cùm diceret, fore mõtem Sion, & domum Domini in vertice montium, ita ut Gentes ex omnibus locis ad eam venirent. Et Malachias Propheta denunciabat, invocandum eſſe nomen Domini ab ortu Solis uſq; ad occaſum, ita ut *Mincha* ubique Domino offerretur: quod multi tranſtulerunt ad Euchariſtiam, quaſi ea ſit ſacrificium: cum tamen Propheta per id intelligat preces & noſtram ipſorum oblationem, ut Tertullian. teſtatur in libro ſuo contra Iudæos. Nec non Hieronymus cum eum locum interpretatur. Quare G cum Prophetæ videntur aſſerere, cæremonias ad Ethnicos eſſe transferendas, accipiendi ſunt, quaſi pro ſignis res ipſas intelligant. Susceperunt Ethnici ad Chriſtum converſi, id quod Hebræorum cæremoniis repræſentabatur. Signa verò externa rejecerunt: & hoc fuit Legem per fidem confirmare, cúmq; Prophetæ cæremonias abolendas prædixerint, id accipiendum eſt ut à Lege dictum, cùm Prophetæ Legis interpretes fuerint. Chriſtum verò cùm veniſſet, mutaturum eſſe cæremonias Iudæi ipſi non dubitabant, H quod patet ex Ioan. Baptiſt. hiſtoria, quæ legitur in Evang. Cùm enim homines ad Deum converſos expiare vellet, non eos remittebat ad ſacrificia, & cæremonias Moſaicas, quibus peccata dicebantur expiari: ſed baptizabat eos in pœnitentiam ad remiſſionem peccatorum, doctrina adhibita, in qua & Patris, & Filii, & Spiritus ſancti mentionem faciebat. Quod proculdubiò videbatur & Pontificibus, & Scribis, & Phariſæis intolerabile, ut rejectis cæremoniis, quæ receptæ fuerant, pro illis aliam rationem ſubſtitue- I ret. Vnde legationem mittebat ad illum, qua rogabant, num Meſſias eſſet, aut Elias, aut Propheta, quaſi fatentes ſub Meſſia futurum eſſe, ut Legales cære-

Lex voluit & prædixit irritandas cæremonias.
Dan.9.27.
Matt.11.13.

Ier.31.33.

Heb.10.16.
Zach.2.2.
Teſtimonia perhibentia cæremonias Hebræorum deſituras.
Eſa.1.2.

Mal.1.11.

Quomodo Ethnici Hebræorum cæremonias receperint?
Mat.3.1.& 6.

Ioannes Baptiſta cæremonias abrogandas oſtendit.

Digitized by Google

moniæ mutarentur: at id aliis non licere.

Cur cæremonias Deus dederit?

26 Quòd ſi quæſiveris, cur Deus cæremonias dederit, quæ poſtea eſſent abrogandæ, habet Chryſoſtomus pulcherrimum ſimile: Si quis uxorem habeat propenſam ad impudicitiam, eam certis locis concludit, cubiculis inquam, & conclavibus, ut ei non liceat vagari pro arbitrio. Addit præterea Eunuchos, pediſſequas, & ancillas, qui eam diligentiſſimè cuſtodiant. Ita Deus egit cum Iudæis. Sibi eos ab initio ut ſponſam adjunxit, ut in Propheta dicitur: Deſponſavi te mihi in miſericordia & dilectione. Voluitque tempore congruo per hanc gentem univerſum orbem inſtituere: quod per Apoſtolos factum eſt, cùm jam Chriſtus è terris abiiſſet. Verùm ille populus admodum fuit infirmus ac debilis, & ad adulteria idololatriæ ultra modum proclivis. Quare Deus eum ſeparavit à cæteris nationibus, & in terra Chenaan ſeorſim habitare voluit, & cæremoniis ac ritibus undique ceu à pædagogis cuſtodiri, quoad ea ſponſa roboraretur & confirmaretur, ut fides ejus non amplius eſſet ſuſpecta. Qui in uxore ſua ubi mariti deprehenderint, jam ſinunt illas pro ſuo arbitratu ire, quò libuerit, & cum hominibus converſari, neque amplius cuſtodes adhibent. Ita Deus cùm jam Spiritum ſanctum per Chriſtum Eccleſiæ donaſſet, cuſtodiam cæremoniarum ab ea removit, & ſuos fideles per univerſum orbem prædicatum dimiſit. Probat idem pater alibi, cæremonias & ritus Iudaicos non fuiſſe à Deo inſtitutos præcipuo conſilio atque propoſito. Voluiſſet enim Deus habere populum, qui ſe coleret in ſpiritu & veritate. Sed Iſraelitæ qui verſati fuerant in Ægypto, & ſe idololatria contaminaverant, omnino ſacrificia & cæremonias habere voluerunt: ita, ut ſi illis hæc permiſſa non fuiſſent, parati fuerint ad idololatriam ſe conferre. Quare Deus ita ſe geſſit, ut ſapiens medicus ſolet, qui nactus ęgrotum febricitantem, qui præ nimio æſtu omnino frigidam petat, & niſi ea detur, paratus ſit ad laqueum fugere, vel ſeipſum aliquo modo perdere: ibi medicus neceſſitate coactus, phialam aquæ plenam à ſe præparatæ jubet afferri, & mandat ægroto, ut bibat: ſed caveat, ne aliunde quàm ex ea phiala potum hauriat. Sic Deus Hebræis conceſſit ſacrificia & cæremonias, ſed ita ut ea non aliter, quàm ipſe mandaſſet, exercerent. Rem autem ſic habere, ex eo probat, quòd Deus cęremonias non preſcripſerit, niſi cùm furorem ſuum patefeciſſet in Iſraelitas, qui projiciendo monilia, inaures, & annulos, curarant ut vitulus ſibi conflaretur, quem adorarent. Quod cùm ita ſit, Paulo concedendum eſt, Legem per fidem non aboleri, quamvis ſublatæ ſint illæ cæremoniæ. Cui ſententiæ Chriſtus quoque ſubſcripſit, cùm diceret; ſe non veniſſe ut legem tolleret, ſed ut impleret. Quorum verborum ſenſus ex his, quæ ſuperius dicta ſunt, facilè poteſt elici.

Oſ.2.19.

Simile.

Deus non dedit cæremonias, niſi poſt vitulum conflatum.

Mat.5.17.

In 1.Cor.5 v.8.
In qualibet cæremonia tria.

27 Porrò conſideremus in qualibet cæremonia veteris Legis tria fuiſſe. Primùm, alicujus accepti beneficii commendationem: Chriſti deinde ſignum atque umbram: Poſtremò verò documentum probitatis, & ſanctę vitæ inſtituendæ. Quoad ſolennitatem paſchalem, hæc ſunt maximè perſpicua. In primis fuit ibi μνημόσυνον liberationis ex Ægypto: umbra mortis Chriſti, qua ſumus ab æterna damnatione per gratiam erepti: demum pura vita ob oculos ponebatur in azymis panibus. Hoc idem cerni poterat in ritu primitiarum. Erat illic gratiarum actio de novis frugibus: & Chriſtus deſignabatur primitiæ dormientium, & primogenitus in multis fratribus: tandem admonebantur primitias actionum ſuarum Deo ita deberi, ut propter illum omnia ſua negotia inſtituerent. Atque in unaquaque ſolennitate per mortem victimarum, fide apprehendebatur Chriſti ſacrificium: unde in illum credentes juſtificabantur. Fuit etiam in eis celebratio divinarum laudum, cœtus ſacer, adminiſtratio verbi Dei, communio fidelium, & peccatorum confeſſio. In hujuſmodi exercitiis, jam tota Chriſtianorum vita exigitur.

In Rom.10.v.4.
Chriſtus cur finis Legis?
τέλος duo ſignificat.

28 Ergo finis Legis Chriſtus eſt ad juſtitiam omni credenti. Chriſtus autem finis Legis dicitur, quia perfectionem & abſolutionem ejus adfert. Notanda verò proprietas vocis, τέλος: duo enim ſignificat, rerum videlicet extremam partem, ſeu terminum. Et A hac ratione mors dicitur finis animantium, non ſanè quia vivamus, ut moriamur: quod enim eſt deterius, non poteſt eſſe cauſa melioris. Significat præterea cujuslibet rei perfectionem & abſolutionem, quæ provenire ſolet ad motus & productionis extremum. Iam quamvis quoad primum ſignificatum ſuo adventu Chriſtus Legi terminum impoſuerit, ſuſtulit enim cæremonias, & maledictum ejus: eo loco tamen, non ita τέλος Chriſtum intelligit Paulus, ſed alterum hujus verbi ſignificatum ſpectat, nempe B perfectionem, & abſolutionem, quandoquidem Chriſtus perfecit & abſolvit, quod Lex præſtare non poterat. Quod ut melius intelligatur, conſiderandus eſt ſcopus & finis Legum. Feruntur leges, ut homines bonos & juſtos efficiant: neque enim alia de cauſa recta & honeſta proponunt, niſi ut præſtentur. Inter alias verò potiſſimum Leges, hæc quę Dei eſt, hominum juſtitiam & ſanctitatem exigit: ſed eam conſequi non poteſt, non ſuo quidem vitio, ſed noſtra C corruptione. Quod tamen poteſt, urget nos, accuſat & damnat, ut vel ſaltem pondere preſſi, cogitemus de liberatore: Ideóque ad Chriſtum convertamur, per quem & à peccatis abſolvamur, & per ſpiritum & gratiam, ejus Legi nobis propoſitæ valeamus pro conditione hujus vitæ obtemperare: quæ duo Chriſtus in ſe credentibus liberaliſſimè donat, & ſic dicitur finis, id eſt, conſummatio & perfectio Legis. Hoc Paulus expreſſit diſertis verbis, cùm diceret: Quod impoſſibile erat Legi, in quo infirmabatur per carnem, D Deus mittens Filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum, ut juſtitia Legis impleretur in nobis. Huc quoque reſpexit Ambroſius, qui locum Pauli interpretatur, Chriſtum dici finem Legis: quia Deus per illum efficit, quæ præmiſerat & juſſerat. Docent hæc Apoſtoli verba: Legis hoc eſſe præcipuum munus, ut nos ad Chriſtum dirigat: unde ad Galatas pædagogus appellatur. Accuſandi ergo ſunt illi, qui ex pædagogo patrem faciunt, à Lege juſtitiam petentes, quæ ab uno E Chriſto expectari debet. Diſcamus igitur hinc in omni legis præcepto duo cogitare: ſcilicet peccata noſtra, & Chriſtum liberatorem, quem omnia præcepta demonſtrant, aliâs enim de Lege inutiliter cogitabimus. Et Iudæi, cùm Chriſtum excluderent, Legem fruſtra jactabant, ut qui non eam, ſed umbram ipſius habuerint.

Scopus & finis Legum.

Lex finem ſuū per ſeſe aſſequi non poteſt.

Rom.8.3.

Gal.3.24.

In Rom.3.21.
Ioan.5.39.
Luc.24.27.

29 Sed jam videndum eſt, quæ ſint ex Lege ac Prophetis teſtimonia hujus juſtitię, quam Paulus aſſerit in Chriſto manifeſtatam fuiſſe. Et licet Chriſtus F generaliter dixerit, Moſen de ſe ſcripſiſſe, & à Luca narretur, quòd habitu peregrini, dum in itinere confabularetur cum duobus diſcipulis, à Moſe cœperit, & deinde per Prophetas & Pſalmos illos docuerit: nullus tamen certus locus producitur in quo de Meſſia diſertè fiat mentio. De Chriſto nihilominus, ſi peculiariter dicendum ſit, habemus ex Geneſi, mulieris ſemen contriturum caput ſerpentis. Et Abrahamo dictum eſt; In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Et de eodem ſcribitur, Credidit Abraham G Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. Accedit adhęc, quod etiam Paulus citat; Ne dixeris in corde tuo, Quis aſcendet in cœlum, aut quis deſcendet in abyſſum? Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo. Addit Paulus, Et hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus: Si corde credideris, & ore confeſſus fueris. Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda, neque dux de femore ejus, donec venerit, qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentiū. Hieremias habet de Chriſto, Ipſe vocabitur Deus juſtitia noſtra. Et in eodem pro- H pheta legimus, Deum inſtituiſſe dare novum Teſtamentum: non juxta illud, quod cum patribus pepigerat, ſed in ſcribendo Legem ſuam in cordib. & viſceribus eorū. Habacuc ait, Iuſtus ex fide vivet. Eſaias ait, Inventus ſum à non quærentibus me. Item, Deus in eo poſuit iniquitates omnium noſtrûm. Et David, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum. Aliud quoq; genus teſtimoniorum habetur ex antiquorum patrum geſtis, quę preludia I quędam fuerunt Chriſti venturi ad humani generis redemptionem. Vti enim dicitur in nobis vivere (ſumus enim membra ejus) ita in veteribus Patribus

Teſtimonia peculiaria, de Chriſto & illius fide juſtificante.
Gen.3.15. & 22.18. & 15.6.
Deut.30.12.

Rom.10.6.

Gen.49.10.

Ier.23.6.
Ier.31.33.

Hab.2.4.
Eſ.65.1.& 53.6.

Pſ.32.1.2.

Aliud genus teſtimoniorum, ſunt patrum geſta.

& fuit

& fuit & vixit. Vnde illi non minus quàm nos membra ejus fuerunt. Caput autem quemadmodum patiatur, & recreetur in ſuis membris, multò apertiſſimè indicatum Paulo, cùm diceretur; Saule, Saule, quid me perſequeris? Et in ultimo judicio Chriſtus profitebitur, præſtitum eſſe ſibi, quicquid ſuis minimis datum fuerit. Quare, quoties legimus, veteres victos, in captivitatem abductos, calamitatibus oppreſſos, iſta eadem Chriſtum in eis paſſum fuiſſe intelligamus. Et rurſus, cùm vincentes, reſtitutos & liberatos audimus, Chriſtum quoque in eis affectum itidem credamus. In altero habebimus ſpeciem inchoatæ mortis illius, in altero verò umbram atque initium reſurrectionis. Quod ita eſſe, docemur ex eo, quod Chriſtus dixit, futurum ſe in corde terræ tribus diebus, tribúſque noctibus inſtar Ionæ prophetæ. Aſſimilavit etiam ſe æneo ſerpenti à Moſe ſublato, in quem reſpicientes aſſequerentur ſanitatem, alioqui è veneno interituri. Et in Oſea propheta legimus; Ex Ægypto vocavi filium meum. Quod oraculum Hebræi contendunt, torquendum eſſe ad Pharaonem deletum, & populum Iſraeliticum à tyrannide ipſius ereptum. Quod interim ut demus, tamen rogandi ſunt, unde nam ea gens habuerit, ut nomine filii Dei cenſeretur? Id profectò non aliunde poterit oſtendi, niſi per Chriſtum, qui filius eſt Dei primogenitus in multis fratribus. Per quem alii, quotquot filii Dei numerantur, ad ejuſmodi adoptionem divinam aſpirant. Quare Apoſtolus Chriſtum dixit primitias, eúmque prædicavit in omnibus primatum habere. Ideóq; non immeritò noſter Evangeliſta hunc prophetæ locum de Domino citavit, cùm is quoque monitu angeli ex Ægypto revocatus fuerit. Poſtremò, teſtabantur hoc genus juſtitiæ ſacrificia, & victimæ ceremoniæque veteres. Nam in his animantibus, quæ occidebantur, Chriſti mors conſpicua fuit Patrum fidei. Vt enim victima, quæ alioqui non peccaverat, occidebatur pro alterius peccato, qui evadebat incolumis, ita demonſtrabatur Chriſtus pro nobis, qui rei mortis eramus, occidendus, ut per cœleſtis Patris placationem, ipſi ſupplicia commerita effugeremus.

Act. 9. 4. Mat. 25. 35.

Vmbræ mortis & reſurrectionis Chriſti. Mat. 12. 40. Ioan. 3. 14.

Oſe. 11. 1.

Veteres non erant filii Dei, niſi per Chriſtum.

1. Cor. 15. 20. & 23.

Tertium genus teſtimoniorum ſunt ſacrificia.

30 Cæterùm quæret aliquis, qua ratione conſtet nobis, in veterum ſacrificiis mortem Chriſti fuiſſe adumbratam? Reſpondeo, primùm Deus ait, ſe Iudæis dediſſe ſanguinem, quo uterentur ad altare atque ad expiationes, non ut eo veſcerentur: adjecitque rationem, quòd animalium anima ſit. Proinde illo ritu ſignificari voluit, peccatum expiari non poſſe, niſi mors intercesſerit. Cùm itaque mors deberetur peccato, ut rectè Paulus dixit, Stipendium peccati eſt mors: & Deus in Gen. monuit Adamum, dicens; Quocunque die comederitis ex eo, morte moriemini. Qui autem offerebant victimas pro peccatis ipſi mori nolebant: idcirco loco ſuo animalia, nempe vitulum, hircum aut capram, mactanda ſupponebant, manus imponendo eorum capitibus: ac ſi declararent ſe quidem peccaſſe, verùm peccatum ſuum velle in victimam derivare, ita ut ea pro ſe lueret ſupplicium. Cæterùm compenſatio iſta juſta non erat: quia multò majoris pretii eſt hominis vita, quàm pecudis. Docebatur itaque hac cæremonia populus expectandam eſſe illam victimam, quæ omnium eſſet perfectiſſima, hoc eſt, Chriſtum Ieſum Servatorem noſtrum, de quo Ioan. teſtatus eſt diſertis verbis, Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Et Eſaias vaticinatus eſt de eo, Tanquam ovis ad macellum ducetur. Ad hunc itaque modum Chriſtus in veteribus hoſtiis notabatur. Sed quæres adhæc, an vetus Eccleſia hoc intellexerit? Equidem non dubito eo tempore id fuiſſe cognitum: quod tamen intelligo de piis hominibus & ſtudioſis divinæ Legis, non autem de otioſis & contemptoribus. Nam cogitare poterant, Deum prius dixiſſe placari ſe velle ſanguine victimarum, qui tamen poſtea in Pſalmis & in Prophetis conteſtatur, ſe illis ſacrificiis non delectari. Hæc duo loca ſpecietenus pugnantia ſic inter ſe oportuit componere, ut populus doceretur poſteriori ſententia, ſacrificia illa ſua vi & natura nihil ad placandum Deum valuiſſe, qui ſe tantummodo per Chriſtum benevolum præbet & propitium, ipſum autem (qui expectabatur) Meſſiam in illis victimis conſpiciendũ proponit. At nõ omnes eum videbant, inquies. De otioſis & negligentibus id fatebor, cùm tamen & ipſis à Prophetis id inculcaretur, cùm ab eis repeteretur ſæpe Meſſias & promiſſio facta olim Abrahamo. Quotquot igitur ex eis eam doctrinam ſeriò conſiderabant, in illis ſacrificiis Chriſtum facilè videre poterant. Cæterùm adhuc objicitur, cur nunquam expreſsè Chriſtum invocabant? quare condonationem peccatorum propter Meſſiam non orabant? Reſpondeo illos hæc abunde præſtitiſſe, cùm dicerent, Memento Domine fœderis, quod cum Abrahamo, Iſaaco & Iacobo pepigiſti: necnon cum Davide. Iſtis utique Patribus de ſemine, in quo benedicerentur omnes gentes, promiſſio facta erat, hoc eſt, de Chriſto, quemadmodum Paulus ad Galatas interpretatur. Ideo quoties iſta veteres commemorabant, non minus Chriſtum ſuis precibus admiſcebant, quàm nos hodie, cùm aliquid nobis concedi precamur nomine Ieſu Chriſti.

In 1. Sam. 3. 14. Chriſti mortem adumbratam fuiſſe ſacrificiis veterum.

Gen. 9. 4. Rom. 6. 23. Gen. 2. 17.

Ioan. 1. 29.

Eſa. 53. 7.

An veteres intellexerint ſacrificiis mortem Chriſti adumbrari.

Lev. 1. 4. & paſſim. Pſ. 50. 8. Eſa. 1. 11. Ier 6. 20. & 7. 22. Am. 5. 22.

An Chriſtum veteres expreſsè invocaverint, & per iſtum veniam peccatorum petierint.

Cau Dan. v. 31 Pſ. 132. 2. Gal. 3. 16.

CAPUT XVI.

De ſimilitudine & diſſimilitudine veteris & novi Fœderis.

VOx Fœderis deducitur à feriendo, quod Feciales utrinque porcam mactarent, à qua fortaſſis etymologia non multum Hebraica vox *Berith* aberrat: quo porrò ſymbolo illi parti exitium imprecabantur, quæ fœdus violaſſet, ut ex Livio, lib. 1. ab urbe condita, licet colligere. Vtque idem author habet lib. 4. de bello Macedonico, Fœderum tria ſunt genera. Primum cùm victores leges imponunt, illos mulctando & eis imperando, quid poſthac illos velint facere. Alterum genus eſt, quando rebus adhuc integris, & neutra parte victa convenitur, ut rapta utrinque reſtituantur, conventionéſque de pace firmentur. Tertium genus illud eſt, quando nullum interceſſit bellum, & aliqui principes aut civitates inter ſeſe pactis aliquibus junguntur, vel ut pacatius vivant, vel aliquod negotium commune ſuſcipiunt. Iis autem ita poſitis, jam quid ſit fœdus aperiamus. Eſt utique obligatio ea inter homines, qua viciſſim & verbis & ſignis teſtantur, ſe ad aliqua præſtanda obſtringi, quoad mutuò bona fide agatur. Quòd ſi obligatio eſt, & ad relata pertinet, in actione humana fundatur, & ad ea refertur, quæ partes confœderatæ ſibi mutuò præſtare debent. Verbis explicatur & ſigna plerumque adduntur. Deus quando fœdus poſt diluvium cum humano genere fecit, non ſolum oratione obligationis formam protulit, ſed etiam in nubibus itidem ceu teſtem poſuit. Et in fœdere cum Abrahamo inito, ſignum circunciſionis interceſſit. Deinde in eo, quod ad montem Sina per Moſen ictum eſt, erectæ duodecim columnæ fuerunt, & populus aſperſus eſt ſanguine. Iehoſua item dum moreretur, prægrandi erecto lapide, fœdus inter Deum & populum renovatum conſignari voluit. Quæ autem promiſſa utrinque ſervanda fuerint, ſcriptura non ſemel docet. Deus enim pollicitus eſt, ſe futurum populi ſui Deum, nempe qui adſit ei juvando, eripiendo, & modis omnibus quoad omnia bonorum genera ornando. Populus viciſſim recepit ſe Dominum Iehovam pro Deo ſuo, credendo, colendo & obediendo, habiturum. Chriſtus autem in fœdere, tanquam mediator in utranque partem intercedit. Hæc eſt fœderis inter Deum & homines initi explicatio & natura.

In Iud. 2. ſub finem.

Quid ſit fœdus?

Fœdera & verbis & ſignis exprimuntur.

Gen. 9. 9. & 13.

Gen 17. 10.

Ex. 24. 4. & 8.

Ioſ. 24. 26.

Quæ promittantur in fœdere Dei cum hominibus?

Chriſtus mediator in fœdere ineundo.

2 Diſtinguitur in Novum & Vetus. Quæ ſanè partitio, non eſt generis in ſpecies, verùm ſubjecti in accidentia: quandoquidem in utroque fœdere res ipſa & ſubſtantia omnino eadem eſt, qualitates tantummodo quædam variant. Antiquum quippe, quod ad unam ſolùm gentem Iudæorum initum fuit, & additamenta quædam poſſeſſionem inquam terræ Chenaan, regnum Iudaicum & ſacerdotium Aharonicum, necnon Meſſiæ, juxta nativitatem carnis, ac propriæ miniſterium perſonæ, promiſſionem habuit. Deinde permulta ſigna cæremoniarum & ſacrificiorum, illi ætati admodum conſentanea. Myſteria item ſalutis, & promiſſiones æternæ vitæ ibi quoque fuerunt: quamvis longè obſcuriores, quàm nobis poſtea traditæ fuerint. E diverſo autem, in fœdere

Quomodo fœdus in novum & vetus diſtinguatur?

Digitized by Google

novo proprietates contrariæ propemodum inſunt. Non enim ad certam aliquam nationem pertinet, ſed ad omnes gentes, quàm latè orbis patet ac diffunditur. Nec aliqua peculiaris adminiſtratio civilis eſt illi adhibita. Cæremoniæ præterea & externa ſigna pauca & ſimplicia ſunt ei adjecta. Et denique omnia magis aperta, dilucida & perſpicua in novo Teſtamento continentur, atque in veteri. Iis planè qualitatibus fœdus novum ac vetus inter ſe diſtant, res tamen ipſa & ſubſtantia eadem manet. Vt enim tunc Iehova Hebræorum Deus eſſe voluit, ita modò erga Chriſtianos ſe habere decrevit. Quódque illi tunc temporis polliciti ſunt, nempe ut Deo vero crederent, & eum ex ipſius præſcripto colerent, nos quoque præſtare oportet. Chriſtus utrinque tanquam Mediator intercedit, & condonatio peccatorum, necnon æterna vita per illum promittitur. Morum etiam eædem leges permanent.

Veteris & novi fœderis eadem eſt res & ſubſtantia.

Rom.11.16.

3 Paulus ad Romanos, fœdus antiquorum & noſtrum idem eſſe pulcherrimè demonſtravit, quando Eccleſiam cum arbore contulit, quæ Chriſtum tanquam radicem habeat. Deinde adjecit ab hujuſcemodi arbore ramos nonnullos excisos, Hebræos nimirum incredulos: Nos autem gentes eorum loco inſitas fuiſſe, hoc eſt, in idem fœdus cooptatas quo ipſi comprehendebantur. Eandem aſſerit arborem permanere, in quam alii per fidem inſerantur, & unde alii per incredulitatem excindantur. Proinde utrunque fœdus & Legem & Evangelium continet. Súntque in utroque Teſtamento Sacramenta eadem, ut in Epiſt.1.ad Corin.cap.10.habetur. Patres enim omnes ſub nube fuerunt, & in mari baptizati ſunt, & eſcam eandem ſpiritualem manducaverunt: biberuntque de ſpirituali conſequente eos petra, & Petra erat Chriſtus. Concedimus porrò, quoad ſigna externa, in Sacramentis eorum & noſtris, aliquam eſſe varietatem: quæ tamen, quoad ſignificatas res per Sacramenta, nulla utique reperitur. Alioqui Pauli argumentum Corinthiis non perſuaſiſſet, eos iiſdem pœnis unà cum Hebræis fore obnoxios. Nam dixiſſent, ſe longè meliora ſacramenta quàm Hebræos habuiſſe, & idcirco non ſibi adeò timendum, ut ne conſimilia paterentur: ſiquidem excellentia ſacramentorum illa infortunia poſſent evadere, à quibus Hebræi per legalia ſacramenta non potuerunt eripi. Quamobrem Apoſtolus hoc ſuffugium illis intercipit: & noſtra & illorum ſacramenta, quoad ipſas res, adæquat & paria facit. Item ad Rom.cap.1.de Evangelio ſcribit, id per prophetas divinis literis antiquitùs fuiſſe promiſſum. Et cap.3.ad hunc modum loquitur: Nunc autem juſtitia Dei manifeſta eſt, teſtificata à Lege & prophetis.

1.Cor.10.1.

Sacramenta eadem in utroque Teſtamento.

Rom.1.2.

Rom.3.21.

4 Nec mihi dixeris, iſta quidem in divinis literis veteris teſtamenti fuiſſe promiſſa, ſed non ut illis hominibus, qui tum viverent, præſtarentur. Quoniam huic ſenſui Apoſtolus prudentiſſimè occurrit, cùm ait quamlibet legem illis hominibus loqui, qui ſub ea degant. Nec dubitandum eſt, quin Patres juſtitiam eadem ratione aſſecuti fuerint, atque nos in præſentia illam conſequamur. Nam & illi non minus atque nos per ſolam fidem in Chriſtum juſtificabantur, unde in libr. Geneſ. de Abrahamo ſcribitur, quòd crediderit, & id ei ad juſtitiam imputatum fuerit. Ioannes item de Abrahamo Chriſtum dixiſſe ait, eum diem ſuum vidiſſe, ac propterea fuiſſe gaviſum. Epiſtola ad Hebræos cap.13. Chriſtum heri & hodie, atq; in ſecula, manere aſſerit. Quamobrem ut nos modo ſervari dicimur non ex operibus, ſed ex mera Dei miſericordia per fidem in Chriſtum: ita quoad Patres tum temporis eveniebat: nullis enim meritis, verùm per fidem ſolam in Chriſtum juſtificabantur. Adhæc Patrum obedientia, qualis qualis fuerit erga Dei præcepta, necnon fides erga promiſſiones, ab eorum viribus & facultatibus nequaquam derivabantur, ſed (quemadmodum nobis uſuvenit) ex gratia Dei & Chriſti eis contingebant.

Ibid.v.19.

Patres eodem modo ut nos per ſolam fidem juſtificabantur.

Gen.15.6.

Ioan.8.56.

Heb.13.8.

Ier.31.33.
Heb.8.8.

5 Verùm quidem eſt, Ieremiam cap.31.(quemadmodum ad Hebræos 8.cap. adducitur) ſcribere, aliud fœdus nomine Dei faciendum, non quemadmodum cum Patribus olim initum fuit. Et inter cætera inquit, Deum leges ſuas in cordibus & viſceribus hominum daturum, ita ut non oporteat amplius quem-

A piam proximum ſuum docere, quòd omnes à minori uſque ad majorem notitiam Dei ſint habituri. Et adjicitur ſub Dei perſona: Peccatis eorum propitius ero, & iniquitatum ipſorum amplius non recordabor, &c. Quo ad hæc verba, cùm Ieremiæ, tum Epiſtolæ ad Heb. intelligendum eſt, ea non teſtificari utriuſque Teſtamenti diſcrimen penes ipſam rem atque ſubſtantiam eſſe: ſed quoad proprietates vel qualitates, ùt antea diximus. Nec inducere in animum debe-
B mus, veteres Patres, qui obediendo mandatis Dei, & rectè credendo purè illum coluerunt, hæc ſuis viribus vel naturali facultate valuiſſe præſtare. Niſi enim in animo ac mente ſua per ſpiritum ſanctum conſcriptas divinas leges ac promiſſiones habuiſſent, necnon voluntatem per gratiam Dei ad parendum imperio ejus propenſam, nequaquam talia obire valuiſſent. Non itaque defuit eis divina lex, quæ ipſi ad credendum præluceret. Quin & peccata illis per Chriſtum condonata fuerunt. Quamobrem illi etiam
C iis fruebantur, quæ Deus in fœdere novo ſe daturum pollicebatur. Diſcrimen tantùm in eo fuit, quoad amplitudinem & perſpicuitatem: nam tum temporis ad paucos admodum ea dona contracta erant, nunc verò gentibus vulgò ſunt communicata. Erant ea ætate nonnihil obſcura, nobis autem ita reddita ſunt perſpicua & clara, ut veteri παιδαγωγίᾳ non amplius opus habeamus. Hinc liquet, ut illi à vero aberrent, qui fœdus antiquum ſtatuunt promiſſiones tantummodo de terra Chenaan poſſidenda, & mundana felici-
D tate habuiſſe. Et populum Hebræorum ſolùm ad obſervationem externam quorundam rituum & operum fuiſſe aſtrictum, non autem ad bonos & rectos animi motus erga Deum proferendos. Non ita prophetæ rem habuiſſe interpretantur, imò Deum negant abſque interiori pietate opera externa quicquã morari. Paſſimq; clamitant, cæremonias fide nudatas, ac timore Dei vacuas, illi oneri graviſſimo atque ita moleſtas eſſe, ut eas ferre nequeat. Quin & lex ipſa circuncisionis cordis expreſsè meminit, &
E Deus ubique id exigit, ut ſua vox audiatur: quod planè aliud non eſt, quàm ut fide cum illo agamus. Quapropter fides, promiſſionum & mandatorum Dei tanquam radix eſt & fundamentum. Quod perpetuò maneat, haberi debet, cùm ſacrificia externa & ritus aſpectabiles tandem aliquando mutandi eſſent. Quocirca ſatis liquet, Deum illos per ſeipſos non voluiſſe. Tantiſper attamen durarunt, quoad homines ſpiritu puerili, ut loquitur Paulus ad Galatas, præditi e-
F rant, dum ſub tutoribus agerent, & parum adhuc à ſervis differrent. Verùm cùm adultiorem ſpiritum acceperunt, tum ſacramenta & ritus pueriles, ut Auguſtinus ait, fuerunt ſublati. Conſtat itaque diſtinctionem inter duo fœdera, non à re vel ſubſtantia, ſed à qualitatibus & proprietatibus eſſe ſumendam.

Error eorum qui in veteri fœdere tantùm agnoſcunt temporaria.

Eſa.1.11.
Am.5.22.
Deut.10.16.
1.Sam.15.22.

Deus quæ mutanda erant ſimpliciter non voluit.

Gal.4.3.

6 Deſinant itaque turpiter errare, qui Deum ſentiunt in antiquo fœdere terrena duntaxat promiſiſſe, quaſi curator ſolùm corporum, non autem animorum, eo tempore fuerit: quemadmodum opiliones, bubulci, ac ſubulci agunt, qui ovium, ſuum, &
G boum corpora & carnes tantummodo curant: nec aliud ſatagunt, quàm ut illæ animantes validæ ac pingues evadant. Non ita porrò de Deo ſtatuendum eſt, qui cum veteribus ita fœdus iniit: ut eis felicitatem ſummam polliceretur, quæ cùm primis ad animum pertinet. Idcirco 144. Pſal. ſcribitur: Beata gens cui Iehova Deus eſt: In Deuteron. etiam recipit Deus ſe id effecturum, ut in præceptis ſuis ambularent. Sed quid plura? Servator noſter, ex verbis ipſis fœderis antiqui, reſurrectionem mortuorum pulcherrimè do-
H cuit. Cùm enim Iehova receperit ſe fore Abrahami, Iſaaci, ac Iacobi Deum, illique jam obiiſſent, inferebat Chriſtus eos non eſſe mortuos, verùm adhuc vivere ſuáq; corpora, nimirum in beata reſurrectione, receptum iri. Huc inde accedit, id quod Abrahamo Deus affirmavit, ſeipſum illius mercedẽ eſſe, nos docere luculenter, in eo fœdere non tantùm carnalia & terrena bona fuiſſe promiſſa. Profectò vel ipſos reges ac principes, qui collati cum Deo, nihil aliud ſunt quàm caro & ſanguis, admodum puderet ſi Reſpub.
I adminiſtrare duntaxat quoad corpora ſubditorum exiſtimarentur: ut qui profiteantur ſe idcirco ſuis civibus externa commoda, otium, & pacem provi-

Deus veteribus patribus ſummam felicitatem promiſit.

Pſal. 144.15.
Deut.10.6.
Matt.22.

Gen.15.1.

Finis politicæ adminiſtrationis.

dere,

dere, ut feliciter & ex virtute vivant. Quocirca ſi animi bona ſuis civibus terreni principes quærunt, nónne conſentaneum eſt, Deum ipſum Reipublicæ Iſraeliticæ, quam bona fide regebat, longè potiora providiſſe? Taceo præterea, ut ſit ſtultum credere, antiquos Patres ex fœdere ſe aſtrinxiſſe tantùm ad externos ritus & aſpectabiles ceremonias, quibus Deum colerent: cùm vel ipſi Ethnici non ignorarint, imò quàm apertiſſimè teſtati ſint, nequaquam in iis rebus cultum Dei ſitum eſſe. Plautus enim in Rudente ita ſcribit; Exiſtimant ſe Deum placare donis & hoſtiis: at operam & ſumptum perdunt. Ea prætereo, quę hac de re Plato in Alcibiade ſcripſit. Quin (ut jam antea docui) Lex ipſa & prophetæ rem multo ſecus habuiſſe demonſtrant.

Cultus Dei nō conſiſtit ſolùm in externis ritibus.

7 Annotabimus præterea Patres fœdus cum Deo non tantùm pro ſeipſis feciſſe, verumetiam pro ſuis poſteris. Sicuti Deus viciſſim eis promiſit, ſe fore non tantùm illorum Deum, ſed etiam ſeminis ac poſteritatis eorum. Quamobrem licuit eis filios adhuc infantes circuncidere. Nec minus etiam nobis licet parvulos noſtros adhuc infantes tingere, cum & ipſi fœdere ſint comprehenſi. Nam qui rem ipſam jam habent, nihil vetat quin ſignum ejus accipiant. In Deuter. capite vigeſimo nono, apertè ſcribitur, fœdus non tantum cum præſentibus iniri, ſed etiam cum abſentibus, qui nondum nati eſſent. At nonnulli dubitant, an poſteri à majoribus obligari queant? Reſpondemus, quæ promittebantur à majoribus, juſta & honeſta videndum eſſe an fuerint. Deinde attendendum, an ad civilia vel ad pietatem promiſſa ea ſpectarint. Cum de civilibus agitur, firma eſt obligatio, quia poſteris, majorum contractus, ut ſunt emptiones, venditiones ſtipulationes, & hujuſmodi, ſi nihil turpis, inhoneſti, aut injuſti contineant, minimè licet infringere. Sin verò conventa & obligationes ad pietatem ſeu fidem rectam ſpectaverint, valida eſt obligatio, cùm ad veram pietatem & ſolidam fidem omnes aſtricti ſimus, vel nullo interveniente fœdere. At ſi majores ad turpia vel impia obligarunt ſe ac poſteros obligatio eſt nulla. Deum verò ad fœdus ineundum cum hominibus ſe demiſiſſe, mera ejus benevolentia & miſericordia contigit, quo ad præſtanda quæ alioqui debeamus magis ac magis incitaremur.

Fœdus veteres inierunt cum Deo etiam pro ſuis poſteris.

Parvulos olim circuncidere licuit, & hodie licet baptizare.

Deut. 29. 15.

An poſteri à majoribus obligari queāt?

8 Sed aſſerunt nonnulli Paulum detrahere veteri Teſtamento, cùm in altera epiſtola ad Corint. illud appellet miniſterium mortis. Et ad Gal. ſcripſit. Spiritu cœpiſtis, videte ne carne conſummemini: ubi legem veterem carnem appellat. Et in eadem epiſtola facit eos qui ſunt ſub lege, perſequi illos qui ad Evangelium pertinent. Verùm in hujuſmodi locis, Paulus de veteri Teſtamento loquitur, prout à pſeudoapoſtolis obtrudebatur abſque Chriſto & fide. Tunc eſt, ceu animam illi detraxeris, ita ut nil ſuperſit niſi mors & noxa carnalis. At cùm de lege Apoſtolus per ſeipſam ſequitur, longè aliter ſcribit. Ad Rom. habetur, Lex quidem ſpiritualis, mandatum ſanctum, juſtum & bonum, ego autem carnalis, &c. Et ad Timoth. Scimus quoniam lex Dei bona eſt, ſi quis ea legitimè utatur. Vnde cùm videtur à Paulo vel imminui vel laxari, hoc non eſt propter ſeipſam, verùm noſtro vitio: nam in vitiatos & renitentes incurrit, ideo patit ea incommoda. Aut de illa loquitur, quatenus pſeudoapoſtoli, ut diximus, Chriſtum ab ea ſejungebant. Inſtabis fortaſſe, pſeudoapoſtolos non removiſſe Chriſtum, ſed potius cum eo legem unà prædicaſſe. Verùm cùm illum docerent ad ſalutem non eſſe ſatis, eum proculdubio tollebant. Nam qui opus habet lege ad ſervandos homines, non eſt vere Chriſtus repromiſſus.

In 2 Cor. 3. verſ. 7.

Gal. 3. 3.

Gal. 4. 29.

Aliter Paulus loquitur, quā do ſcribit de lege per ſeipſum.

Quomodo pſeudoapoſtoli Chriſtum à Lege auferant?

Rom. 7. 12.

1. Tim. 1. 8.

In Rom. cap. 11. v. 17.

9 Sed quia Paulus dixit ex teſtimonio Eſaiæ, hoc eſſe Teſtamentum: idémque in Hieremia trigeſimoprimo legimus, novum fœdus in eo ſitum, ut liberator veniat, & propitietur iniquitatibus: in dubium revocari ſolet, an Teſtamentum novum & vetus diverſa ſint. Qua de re ſuperius nō nihil dixi, ſed nunc explicatius agere ſtatui. Et primo aſpectu omnino videntur diſtincta, ſic ut unum prorſus ab altero ſit diviſum: nam in Hieremia dicitur novum futurum Teſtamentum, & non juxta illud quod pepigit cum Patribus. Et Epiſtola ad Hebræos addit, Cùm dicitur

An Teſtamentum vetus & novum diverſa omnino ſint.

Ier. 31. 34.

Eadem iuſtificationis ratio eſt utrinque.

Heb. 8. 13.

A novum, id quod prius erat, antiquari: at quis non videat, unum, ſi antiquet & mutet alterum, ab eo prorſus differre? Aliud eſt adhuc argumentum, quod in veteri aiunt non fuiſſe peccatorum condonationem. Dicit enim Epiſtola ad Hebræos capite decimo; Sanguinem hircorum, taurorum, & vitulorum, non potuiſſe auferre peccata. In Teſtamento autem novo nemo dubitat remiſſionem eſſe peccatorum: quæ igitur ſic in tanta re diſcrepent, nullus videtur dicturus, non eſſe diverſa. Verùm ex altera parte conſiderandum B eſt, fidem in utroque Teſtamento unam eſſe, qua juſtificatio conſtat: ab hinc eundem eſſe Mediatorem Chriſtum Ieſum, eandem promiſſionem remiſſionis peccatorum, & æternæ vitæ per illum: eadem præcepta ſaltem moralia, eandem ſignificationem ſacramentorum, eandem radicem & plantam, ex qua nonnulli Iudæi ſunt deciſi, & loco illorum nos inſiti. Quæ omnia ſatis demonſtrant Teſtamentum utrunque eſſe quo ad eſſentiam, ut ita dicam, i- C dem, quamvis nonnullæ concedantur differentiæ propter accidentia, quæ ſunt, Chriſtum fuiſſe ibi cognitum, ut venturum, apud nos verò, ut qui jam venerit. Nec non ſymbola eorum à noſtris diverſa fuerunt ſpecie, ſed ſignificatione paria, ut dicit Auguſtinus. Adhæc Reſpublica illis certa fuit, propter quam habuerunt civilia præcepta ſibi tradita, quæ nos non habemus. Ac denique promiſſioni de remiſſione peccatorum per Meſſiam aliæ antiquitus promiſſiones erant additæ complures de poſteritate pro- D paganda & conſervanda, atque poſſeſſione terræ Chanaan, quas nos minimè habemus. Quibus addas noſtra ſacramenta magis facilia eſſe, pauciora, apertiora item, & latiu patentia, quando non ſunt concluſa in angulo, ut illa fuerunt in Iudæa, ſed per totum orbem fuſa. Vnde licet affirmare novum & vetus Teſtamentum revera unum eſſe quoad ſubſtantiam, quibuſdam tantum accidentibus jam enumeratis differre.

Heb. 10. 4.

Idem mediator.

Promiſſio condonationis peccatorum & æternæ vitæ utrinque.

Eadem præcepta moralia, eadem ſignificatio ſacramentorum.

Eadem radix & planta.

Subſtantia utriuſque Teſtamenti eadē eſt: accidentia differunt.

10 At ſupereſt nunc, ut duobus allatis argumen- E tis reſpondeamus. De remiſſione peccatorum inficiamur eam in veteri Teſtamento non fuiſſe, quoniam ſi conſideremus promiſſionem, quæ ibi quoque viguit, ea veteres juſtificabantur. Dictum quippe eſt de Abrahamo: Credidiſſe Deo, & imputatum eſt illi ad juſtitiam, ut Apoſtolus declaravit. Et David inquit, Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Sin verò ſpectes ſacramenta ſeu ceremonias, non quidem remittebant peccata quoad opus, verùm neque noſtra ſacramenta id præſtant. F Quod verò Paulus dicat ad Hebræos ſanguinem hircorum, taurorum & vitulorum non potuiſſe auferre peccata, non negamus verum, at neque Paulus interim negat fidem veterum, qua Chriſtum ſpectabant & amplectebantur, in ſignificatione illorum ſacrificiorum juſtificaſſe, atque condonationem peccatorum obtinuiſſe. Non utique ſanguis illarum victimarum peccata mundi abluit, ſed ſolùm ſanguis Chriſti, ut ille dixit: Hic calix novum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, quod pro vobis & pro mul- G tis effunderetur in remiſſionem peccatorum. Quod autem dicamur baptizati in remiſſionem peccatorum, id eſt, quoniam eo ſacramento in nobis obſignatur ſignificatúrque remiſſio peccatorum, quam per ſanguinem Chriſti jam obtinuimus (quod idem fit in Euchariſtia) ſemperque fides antecedere debet Sacramentorum perceptionem, ſi ritè illa ſumamus, & ordo non invertatur, ut enim ſine fide manducatur & bibitur indignè, ita etiam citra fidem Baptiſmus indignè ſuſcipitur. Quod tamen accipi volo H de adultis: quod enim ad parvulos, quomodo res habeat, aliàs dicemus. Vnde ſi fides præeat, jam manifeſtum eſt condonata eſſe peccata, quod Sacramenta quæ ſequūtur, obſignant, & nos confirmant de voluntate Dei: atque dum nobis proponuntur, ſæpenumerò, fidem excitant, non aliter atque verbum Dei, dum auditur. Vnde fieri non poteſt, quin fide recens exſuſcitata, magis magiſque juſtificatio apprehendatur, & novæ inſtaurationis vires apprehendantur: ideóque quum Chryſoſtomus hic dicit inter- I pretando ea verba; Quum abſtulero peccata eorum, nondum circunciduntur, nondum offerunt, dum qua alia faciunt legalia, tolluntur peccata: ſanè

In veteri Teſtamento fuit juſtificatio, id eſt condonatio peccatorum.

Gen. 15. 6.

Pſal. 32. 1.

Heb. 10. 4.

Luc 22. 20.

Sanguis Chriſti, non victimarum, abluit peccata.

Quomodo baptizemur in remiſſionem peccatorum?

Fides præcedat oportet ſacramentorum perceptionem.

intelligendus eſt, non quòd antiqui hæc faciendo & A exercendo ſuam fidem, cùm in his Chriſtum viderent ſignificari, fructum, ut nos non habuerint, ſed quod jam poſt Chriſtum paſſum hæc inutilia ſint, & antiquitùs ex ipſo opere, quod Iudæi ſomniabant, minimè gratiam conferrent. Qua in re hodie quoque Theologi ſophiſtæ decipiuntur, quoad noſtra Sacramenta.

Heb. 8.13. Ier. 31.33.

11 Quo verò ad alterum, quod in Epiſtola ad Hebræos dicatur vetus antiquari, & ſeneſcere novo ſuc- B cedente, & quod Hieronymus habeat, velle Deum inire fœdus novum, non juxta fœdus quod pepigit cum Patribus, quando illos educebat è terra Ægypti: reſpondemus, ibi accipi fœdus pro lege, ut contra Evangelium diſtinguitur: quod ex eo patet, quoniam dicit ſe ſcripturum leges in cordibus eorum, & daturum eas in interioribus illorum exſculptas: quod minimè Legi convenit, quæ tantùm peccata demonſtrat, damnat & accuſat, neque dat vires, quin potius quodammodo infinita præcipit, & farcinam impor- C tabilem nobis imponit: ideo illic dicitur à Propheta, eos non permanſiſſe in ſuo Teſtamento. Quare non ita ibi ſumitur fœdus, aut Teſtamentum, prout modò à nobis ſumitur: ut enim hîc de eo tractamus, & Legem & Evangelium unà complectitur. Hócque modo nulla eſt differentia inter vetus & novum Teſtamentum, niſi ut diximus. Quòd ſi velis Prophetam ibi quoque Teſtamentum intelligere, prout ipſi nunc de eo loquimur, adhuc concedemus aliquam factam abrogationem per Chriſti adventum, D quando accidentia illa, conditiones & qualitates, quas in veteri fuiſſe oſtendimus, abrogatæ ſunt. Erit igitur figura ſynecdoche, qua ſimpliciter aliquid antiquari, vel aboleri dicitur: quum ſolùm tollatur quoad aliquam ſui partem. Iudæi laborant in iſta Prophetæ ſententia, & vix habent quid dicant: nam dum volunt Legem veterem tueri, & ita tueri, ut nil dicant inde mutandum, nóſque inſectentur, quòd Circuncisionem mutaverimus in Baptiſmum, & E diem Sabbathi in Dominicum, aliáque permulta rejecerimus: quomodo ipſi affirmare poſſunt novum fœdus ineundum, & non ſecundum illud initum quum educerentur ex Ægypto? vix habent quid comminiſcantur. Attamen ut ne videantur cedere, ſolùm aiunt modum fore varium, idem putantes quoad rem pactum futurum, niſi quod firmius & ſtabilius inibitur ſub Meſſia. Sed nos verius hoc factum ab initio Eccleſiæ teſtari poſſumus, quando tanta copia Spiritus ſancti fuit effuſa in credentes, ut non ſolùm per univerſum orbem propagaverint Evange- F lium, ſed nullis perſequutionibus, nulliſque acerbiſſimis tormentis, & ne morte quidem quamvis atroci diſceſſerint à fœdere, quod jam per Chriſtum cum Deo inierant. Et quotquot fideles verè ſunt, ultrò ac ſponte veritati ac ſanctitati adhærent. Cúmque mentio hîc fiat fœderis, ſciendum id plerunque vocari à Latinis Teſtamentum, à Græcis διαθήκην, ab Hebræis *Berith*, quæ omnes voces ipſum commodè exprimunt.

Synecdoche admittenda, cùm vetus Teſtamentum dicitur abrogatum.

Diverticulum Iudæorum.

Quibus vocabulis appelletur Teſtamentum?

In 1 Sa. 2. v. 4. Quomodo veteres carnem Chriſti comederint ipſo nondum incarnato? Apoc. 13. 8. Vide in 1. Cor. 10. v. 4. & Cl. 4. c. 7. ſect. 7. &c.

12 Verùm rurſus ſcrupulus hîc ſe offert, quia ſi G res utrinque ſit eadem in ſacramentis utriuſque Teſtamenti, quomodo noſtra dicuntur eſſe virtute majora? Deinde, quo pacto fieri potuit ut illi carnem Domini comederint, cùm illam filius Dei adhuc minimè ſuſcepiſſet? Ad interrogationem poſteriorem dico, in Apocalypſi haberi, agnum fuiſſe immolatum ab origine mundi. Quia divinæ præſcientiæ, omnia etiam quæ longiſſime abſunt, præſentia ſunt. Vnde Chriſtus cùm eſſet venturus, & ſeipſum pro nobis oblaturus in cruce, fide à majoribus hoc reſpectu com- H prehendebatur, & cibus eorum animis erat ad æternam vitam. Nam quæ longiſſimè remota ſunt à nobis, fides ea facit præſentia. Quare illi eundem Chriſtum percipiebant, quo & nos in præſentia fruimur. Diſcrimen autem in tempore ſitum eſt: nam illi naſciturum, nos verò natum credimus: illi moriturum, nos mortuum affirmamus. Vnde Auguſtinus libro decimoſexto contra Fauſtum, illum (ait) vehementer errare, qui putet in religione Chriſtiana retineri oportere ſacramenta Iudæorum, quoniam Dominus I jam perfecit quod voluit, erátque neceſſe ut alia ſigna inſtitueret, neque id abſurdum videri debeat. A Nam cùm aliquid factum, aut factum iri ſignificamus, aliis atque aliis verbis utimur. Idem ait ad Ianuarium, ad Optatum, & ſæpe aliâs. Nec obſtat, quod idem Pater in Pſalmum ſeptuageſimum tertium ita loquitur: Illorum Sacramenta promittebant ſalutem, noſtra exhibent Salvatorem. Hæc Papiſtæ jactant mirificè, clamántque noſtra Sacramenta gratiam conferre, quod Hebraica præſtare non poterant. Verùm quid ibi ſibi voluerit Auguſtinus, ignorant, qui nihil B aliud ſenſit, quàm quod adverſus Fauſtum docuit, noſtra videlicet Sacramenta dare ac exhibere Chriſtum, hoc eſt, datum & exhibitum declarari ac teſtari. Etenim addit, non dico, quod jam habeat ſalutem, ſed quia jam venit Chriſtus. Et ſi quando Auguſtinus dicit, non eſſe rem eandem quæ modò nobis, & quæ olim Iudæis promittebatur, de aliis utique rebus agit, non autem de eo quod in promiſſionibus Dei erat præcipuum. Siquidem illis promittebatur citra Chriſtum regnum terrenum, necnon regio Chenanæa ter- C ra fluens lacte & melle, atque conſimilia: Quæ res aliæ diverſæque ſunt ab Evangelicis promiſſionibus. At Chriſtus & nobis & illis communis, non alius eſt nobis, quàm illis fuerit.

Quomodo Sacramenta noſtra dicantur ſalutem exhibere.

13 Nunc ad priorem interrogationem accedo, qua rogabatur, ſacramenta noſtra quomodo poſſint eſſe virtute majora, ſi utrinque res eadem fuerit? Ad hoc reſpondeo, cùm res eadem proponitur, de qua plus alius ſumit quàm alter, in reipſa non eſt diſcrimen, ſed in inſtrumento quo ſumitur. Vt ſi appona- D tur aliquibus cumulus argenti, unde cuique liceat capere quantum manu complecti queat, quanto quiſque fuerit latiori firmiorique manu, tantò plus de appoſito argento capiet. Ita cùm fides noſtra, qua Chriſtum complectimur, major & firmior ſit, quàm Iudæorum fuerit, plus de Chriſto percipimus, quàm ipſi olim ſumpſerint. Verùm dixeris, quomodo fides noſtra major eſt quàm Iudæorum fuerit? Hic oportet caute reſpondere: nam inter Hebræos nonnulli fuerunt egregia fide præditi: Prophetæ in- E quam, & Patriarchæ, quorum nonnulli, vitam etiam religionis ergo profuderunt. Neque à nobis plura creduntur quàm illi crediderint, quandoquidem noſtra & illorum eadem eſt Eccleſia, & idem Chriſtus. Cæterùm diverſitas eſt in perſpicuitate rerum credendarum. Nobis etenim in præſentia omnia ſunt clariora & magis perſpicua, quàm illis fuerint. Nobis Chriſtus natus eſt, mortuus, excitatus è ſepulchro, & in cœlum ſublatus, quæ omnia & illi habuerunt, ſed obſcuriora, & quodammodo in umbra. Cùm itaque F nobis iſta ſint apertiora magiſque dilucida, fides etiam noſtra & major & firmior dici poteſt: quia magis rebus perſpicuis, quàm obſcuris excitatur. Vnde antiquitus fides in Chriſtum ultra Iudæam parum admodum proferebatur, nunc verò per univerſum orbem eſt propagata. Cúmque dico noſtram fidem majorem quàm Iudæorum eſſe, loquor de univerſo ſtatu, & ut plerunque ac paſſim contingebat, non autem de ſingulis hominibus. Non enim affirmare auſim fidem cujuſvis firmiorem eſſe, quàm Abrahami, Da- G vidis, Eſaiæ, atque conſimilium. Etenim Chriſtus de Abrahamo teſtatus eſt, quòd ſuum diem viderit, & ſit lætatus. Eſaias quoque capite quinquageſimo tertio univerſum Chriſti regnum ac ejus mortem ſic expreſſit, ut eum Hieronymus potius Evangeliſtam, quàm Prophetam fuiſſe prædicet. Et David in Pſalmis multa de Chriſto quàm clariſſimè vaticinatur.

Sacramenta noſtra quomodo ſint virtute majora?

Simile.

An fides noſtra ſit major quàm Hebræorum?

Ioan. 8. 56. toto cap.

Pſal. 2. & 22. & paſſim.

14 Sed pugna videtur, & non levis, inter ea quæ 1. Cor. 10. habentur, & quæ Chriſtus Ioan. 6. docuit, u- H bi cibum quem ipſe inſtituebat, longè præſtare dixit ei quem Patres per Moſen in deſerto habuerunt, quos ait fuiſſe mortuos quanquam eo cibo uſi fuerint: prædicavit autem non morituros eſſe, qui ſeverum panem comederent. Addit præterea, Moſen eis non dediſſe panem de cœlo, ſe autem panem eſſe, quem Deus Pater de cœlo miſiſſet. Hæc demonſtrant inter noſtrum ſacramentum & ſacramentum veterum, Chriſtum non leve diſcrimen ponere, cùm Paulus conetur idem facere. Verùm in ſacris literis, I quandoque tractatur de rebus prout eſt earum natura: interdum verò quatenus de illis exiſtimant homines cum quibus agitur. Paulus de Sacramento veterum

In 1. Cor. 10. 3. Ioa. 6. 32. & 49. In S. literis quandoque de rebus agitur ut de illis homines exiſtimant.

Digitized by Google

Qui acceſſerant ad Chriſtum tantùm in ſacramento veterum attéderunt externam ſubſtantiam.

veterum ita ſcribit, ut fuit ejus natura, & ut à Deo conceſſum erat. Chriſtus verò judicium & ingenium reſpicit illorum hominum qui ad ſe venerant, qui non alia de cauſa ad eum acceſſerunt, niſi ut ſaturarentur pane. Nam viderant eum non multis antè diebus maximam turbam paucis panibus ſatiaſſe: quare dixerunt, Quódnam tu ſignum facis, ut credamus tibi? Moſes enim dedit Manna patribus in deſerto; ac ſi dicerent, Oportet quoque te, ſi vis habere multitudinem obſequentem, non minus eam alere, atque Moſen. Cùm itaque Chriſtus præſentiret, iſtos in cibo, quem Patres acceperant in deſerto, nihil ſuſpicere aut amplecti preter externam ſubſtantiam, quæ ventrem implebat, ad hunc eorum humilem & abjectum ſenſum arguendum ſuam doctrinam attemperavit, & loquitur de externa ſubſtantia ejus cibi, non autem de re ſpirituali quæ per ipſam repræſentabatur, & quemadmodum poterat, eorum mentes ab illo terreno cibo, ad ſpiritualem revocavit.

Quomodo Chriſtus negaverit Man fuiſſe de cœlo?

Negavitque Man, quoad corporalem ſubſtantiam, fuiſſe de cœlo. Nam ut ab illis intelligebatur, divina & cœleſtis Chriſti natura erat inde ſecluſa. Quare concluſit, eos qui fuerunt iſtorum ſimiles, non potuiſſe eo cibo vivificari. Mortui ſunt (inquit) quod eis non eveniſſet, ſi me qui verè ſum panis è cœlo miſſus, per fidem unà cum illo ſymbolo comediſſent.

Rom. 4. 12. Col. 2. 11. Gal. 5. verſ. 3. 4. & 5.

Paulus quoq; aliter de circuncisione loquitur per ſeipſam, & aliter prout à pſeudoapoſtolis obtrudebatur.

Phil. 3. 2. 2. Cor. 3.

15 Paulus eadem ratione, cùm Circunciſio tractanda ei occurrit, juxta ſuam naturam de illa honorificè loquitur. Ad Romanos eam appellat ſignaculum juſtitiæ fidei, & noſipſos Chriſti fideles dicit in Baptiſmo circunciſos, circunciſione non manufacta. E diverſo autem, cùm de illa ſcribit, quatenus à Pſeudoapoſtolis obtrudebatur. Si circuncidamini (inquit ad Galatas) Chriſtus vobis nihil prodeſt; excidiſtis à gratia, & debitores facti eſtis totius Legis ſervandæ. Et ad Phil. adeo loquitur de illa contemptim, ut appellet Conciſionem. Idem agit, cùm de veteri Teſtamento ſcribit, de quo juxta diſtinctionem inductam diverſa pronunciat. Chriſtus non aliter Iudæis dicebat, Vos tantùm reſpicitis carnalem eſcam, ventrem tantùm curatis, otium præcipuè ſequimini: ideò Moſen mihi prefertis, à quo Patres qui erant veſtri ſimiles, non habuerunt niſi terrenum cibum: ego autem ſum datus cœleſtem, ſi fides adhibeatur.

Veteres habuerunt ſigna diverſa, ſed ſignificata paria.

16 Vtque res magis pateat, ab Auguſtino accipimus ſuper Ioannem tractatu 26. veterum ſacramenta, quoad ſigna, fuiſſe à noſtris diverſa, verùm quoad ſignificata, fuiſſe paria. Ex his cognoſcitur, quotquot ex Patribus pii erant, tametſi alia ſymbola, quàm nos perceperint: attamen rem habuiſſe nobiſcum eandem, atque identidem ut nos Chriſti fuiſſe participes: qui verò impii erant ac deſtituti fide, rem quidem externam ſumebant, verùm ſpiritualis doni & gratiæ prorſus erant expertes. De illis Chriſtus loquitur, quia ipſi turbę infideli, cum qua tunc agebat, conferri poterant. De illis Chriſtus loquitur, quia ipſi turbæ infideli, cum qua tunc agebat, conferri poterant.

Ioan. 9. 49.

In noſtra Euchariſtia idem accidit quod in ſacramentis veterum.

Dices, hoc idem in Euchariſtia contingit. Nam impii accedentes, panem quidem & vinum ſumunt, nihil autem fructus habent, ſed ad exitium manducant & bibunt. Pii verò ac fideles, non ſimplicia & nuda ſigna uſurpant, ſed unà corporis & ſanguinis Chriſti credendo fiunt participes. Quamobrem quod ait Chriſtum cum his hominibus egiſſe, nobis quoque & noſtro ſacramento uſuvenit. Quare non debuit poni ab eo tantùm diſcriminis, cùm utrinque idem accidat.

Chriſtus cap. 6. Ioann. de manducatione prorſus ſpirituali egit, quæ fit abſque ſymbolis.

At illud expendi oportuit: Chriſtum cùm hæc loquebatur apud Ioannem cap. 6. tantùm egiſſe de ſpirituali manducatione, quæ fide peragitur. De ea quippe dicit Auguſtinus: Quid paras dentem & ventrem? crede & manducaſti. Symbolorum inſtitutio longè poſtea tradita eſt in extrema cœna quam habuit cum Apoſtolis, ubi nihil novi adjecit his quæ dicta erant in ſexto Ioannis, niſi externa ſymbola panis & vini. Proinde quemadmodum Chriſtus de ſpirituali ſolùm manducatione, quæ tum temporis extabat locutus eſt: ita Iudæi, contra quos diſputabat, manducationis externæ tantummodò ſenſum habuerunt. Ideo revocavit illos Chriſtus à craſſa & terrena manducatione ad illam merè ſpiritualem, de qua tunc ſermonem inſtituerat: & inquit, Patres, qui erant ſimiles eorum, fuiſſe mortuos in deſerto, neque adjutos oblato cibo per Moſen: illos verò non mortuos, qui manducationem ſpiritualem, quam tunc tractabat, admiſiſſent.

Mors de qua Chriſtus egit 6. Ioannis, eſt æterna, non temporaria.

Et mors de qua ibi agitur, non eſt hæc temporaria, ſed æterna.

Mors noſtra ſi fideles ſimus non poteſt verè dici mors.

Quanquam noſtra mors corporis, modò ſimus fideles, non poteſt verè mors dici, cùm ab ea pateat reditus ad vitam, & quidem ad vitam fœlicem.

Man quoad ſuam inſtitutionem, fuit ſpiritualis cibus.

Itaque Manna in veteri teſtamento, quoad ſuam inſtitutionem, fuit cœleſtis & ſpiritualis cibus. At non omnes manducantes ſpiritualiter ipſum accipiebant, niſi tantummodo hi qui comediſſent per fidem.

Non negat Chriſtus aliquos pios Man ad vitam manducaſſe.

Neque Chriſtus intotum negat fuiſſe multos ex Patribus, ut Moſen, Aaronem, Ioſuam, Calebum, & alios, qui fideliter & ad vitam cibum illum ſumpſerint. Sed id negat, externum cibum vel ſignum, ſi ſolum & per ſe capiatur, ut ipſum illi ſpectabant cum quibus loquebatur, vim habuiſſe, aut utilitatem ullam, quod attinet ad ſpiritum. Quare cavendum eſt, ne quod rei convenit, ſigno ſeorſim attribuamus.

Pſal. 78. 24. & 25.

Man è cœlo fuit dupliciter.

17 David Pſalmo 78. alimoniæ conceſſæ Patribus in deſerto luculenter meminit, dicens: mandavit Deus nubibus, aperuitque portas cœli, &c. Vbi audis Prophetam dicere panem tunc fuiſſe datum è cœlo: quod tam potes ad externum ſymbolum referre, quàm ad rem ſpiritualem; ad Chriſtum inquam ibi repræſentatum. Nam ſubſtantia Man, ex aere vel nubibus data eſt, & in Scripturis ea regio cœlum frequenter appellatur. In Evangelio habemus, Reſpicite volucres cœli.

Mat. 6. 26.

Et ſæpe occurrit, de cœlo pluere, & alia complura hujuſcemodi.

Chriſtus quoad utramque naturam poteſt intelligi è cœlo veniſſe.

1. Cor. 15. 47.

Chriſtus verò cùm naturam divinam habuerit è cœlis, verè dicitur deſcendiſſe, cujus etiam corpus à Paulo cœleſte appellatur. Subjecit prætereà David eodem loco, Panem *Gaborim* manducavit homo: quæ vox poteſt reddi, principum, aut heroum. Septuaginta interpretes verterunt angelorum, quod paraphraſtes Chaldaicus videtur exponere, niſi Man dimiſſum fuerit ex loco habitationis angelorum. Alii ſentiunt ideo panem angelorum appellatum, ut eorum opera in nubibus productum fuerit. Et ego libenter hîc tropum agnoſcerem, quaſi dicantur Hebræi manducaſſe nobiliſſimum panem, quo Angeli uti potuiſſent, ſi pane veſcerentur, ut vulgo dicimus de præſtantiſſimis epulis, dominorum & principum cibum eſſe. Cúmque à Paulo cibus iſte appelletur ſpiritualis, indicatur ſacramenta non eſſe vulgaria ſigna, quaſi nihil ibi percipiatur earum rerum quæ ſignificantur: eſſent enim alioquin externus tantùm & terrenus cibus, non autem ſpiritualis. Deus prætereà non illudit neque decipit, ut aliquid polliceatur in ſacramentis, quod nullo modo præſtet.

Non opus eſt tranſubſtantiatione.

Non ſunt confundenda ſigna cum rebus.

Neque tamen ut ſacramentum ſit ſpiritualis cibus, metamorphoſi opus eſt, quam tranſubſtantiationem vocant. Non oportet ſimul confundere naturam ſignorum & rerum ſignificatarum. Sectemur mediam ſanámque rationem, & de ſacramentis honorificè ſentiamus, nequaquam putantes eſſe res omnino vacuas ſpiritualium bonorum. Neque ita conjungamus ſigna cum rebus, quaſi prorſus in eas tranſeant. Satis eſt ibi ſtatuere utilem præſtantiſſimámque ſignificationem, qua fidelis animus reddatur credendo ſignificatarum rerum particeps.

Man quid ſignificet Hebraicè?

18 Man, vox Hebraica, poteſt ſignificare donum ſive portionem ac partem, eo quod res illa fuerit prorſus à Deo Iſraelitis donata. Aut ſignificat aliquid præparatum, non labore acquiſitum, ſed id quo poſſimus uti ſine ulla noſtra induſtria.

Man Hebraicum non eſt. Manna Galeni ac Dioſcoridis.

Arabes philoſophi mel aereum appellāt manna.

Sed voce omiſſa, dicimus id non fuiſſe, quoad naturam, eandem rem cum ea quæ à Galeno & Dioſcoride vocatur Manna. Quia ſic illi appellant fruſtula quædam & fragmenta thuris. A philoſophis autem Arabibus, hoc nomine dictum eſt mel aereum, quod Græci appellant ἀερόμελι. Neque dubito Arabes uſos voce Man, ad imitationem ſacrarum literarum: linguam etenim habent ſatis Hebraicæ affinem.

Differentia inter man, quod eſt mel aereum, & Man ſacrum.

Aben-ezra ſuper caput decimum ſextum Exodi, multa miracula ſive proprietates recenſet hujus Man ſacri, longè diverſas à natura Man Arabum philoſophorum. Quoniam illud naturale in monte Sina & circa deſerta

Digitized by Google

non habetur. Præterea non ſemper pluit,ſed tantùm vere & autumno. Sacrum verò dabatur perpetuò totos quadraginta annos, die ante ſabbathum largius cadebat, ut poſſet duplum colligi pro ea die & pro ſabbatho: quoniam die ſabbathi non inveniebatur. Liqueſiebat à Sole pomeridiano tempore quod in noſtro naturali non accidit. Mola tūdebatur,ita ut in formam placentarum pinſeretur: noſtrum verò eſt ſatis molle. Illud alebat, noſtrum vero pro pharmaco accipitur,& bilem ac pituitam ſubducit. Illud conſervatum in craſtinum ebulliebat vermes: noſtrum ſervatur,& quidem ultra annum. Noſtrum item certos habet locos,in quibus cadit: at illud Hebræorum: quocunque iviſſent eos comitabatur. Noſtrum habet certum ſaporem: de illo verò non idem prædicatur,ſed potius ut habetur in libro Sapientiæ,omnem delectationem in ſe habuit. Hæc ego idcirco retuli, ut intelligatur illud ſymbolum multas habuiſſe proprietates, quibus appoſitiſſimè potuit exprimere quod ſignificabat. Vt enim verba ad ſignificandum impoſita ſunt, partim naturaliter, & partim ex arbitrio eorum qui primùm nominarunt, indita ſunt, quia illi curarunt, cùm totam rei naturam & omnes ejus proprietates non poſſent exprimere, ut ſaltem unam aliquam, eámque illuſtriorem & notiorem indicarent, unde à natura nuncupandarum rerum non multum diſcedebant. Quia tamen fuit eis liberum, ut ſibi deligerent, ex multis proprietatibus, quam ſignificare mallent, ideo ex voluntate & arbitrio eorum nomina dicuntur profecta. Adde quod in Cratylo atteſtatur Plato, primos inventores nominum adeò fuiſſe prudentes,ut pro qualitatibus rerum nominandarum,delegerint ſyllabarum ac elementorum qualitates quæ convenirent, ut molles adaptarentur mollibus, & aſpera aſperis, & alia id genus.

Sap.16.20.
Man habuit proprietates quibus appoſitè ſignificare potuit rem ſacramenti.
Nomina rerum partim naturaliter, partim ex arbitrio nominantium poſita ſunt.

19 Ita Deus egit in Sacramentis, quæ ſunt nomina & verba viſibilia, quibus ipſe ſuas promiſſiones efficaciter exprimit. Curavit enim,ut ſignorum proprietates deſignandis rebus quàm optimè convenirent,quod nunc in Man contigiſſe videmus. Vt itaque citra laborem atque induſtriam Iſraelitarum dabatur: ſignificavit Chriſtum non ex oneribus aut meritis, ſed gratis, & ex mera bonitate hominibus concedendum. De cœlo pluebat Man,idque non ſine miraculo. Chriſtus item naturam divinam habuit, & corpus, quod illi aptavit, citra operam ſeminis virilis ex Virgine matre aſſumpſit. Man æquabiliter omnibus diſtribuebatur, neque ex eo plus unus quàm alter habuit: ita Chriſtus impertit ſe fidelibus,communis eſt omnibus abſque perſonarum acceptione,in eo non eſt maſculus, neque fœmina, neque ſervus,neque liber. Man ab initio fuit ignotum; nam cùm Hebræi id vidiſſent, dixerunt *Manhu* quid eſt hoc? Sic enim quidam interpretantur, quaſi dictum ſit *Mahhu* & elementum *Nun* ſit interpoſitum vitandæ κακοφωνίας cauſa,ne duæ aſpirationes concurrerent. Chriſtus quoque fuit ignotus in terris: quia ſi eum cognoviſſent, ut dicit Paulus, nunquam gloriæ dominum crucifixiſſent. Alebat Man,& copioſè dabatur: Chriſtus quoque cibus noſter eſt,& ſufficit ad multos,imò ad omnes alendos. Habuit Man ſuaves & admirandos ſapores: Chriſtus quoque dixit ſe habere jugum ſuave & onus leve. Atque de illo commodè ſcribitur; Guſtate & videte,quoniam ſuavis eſt Dominus. Candidum fuit Man: Chriſtus neque peccatum admiſit, neque dolus inventus eſt in ore ejus. Man contundebatur mola & pilo: Chriſtus ut noſter eſſet cibus, in cruce contuſus eſt & mortuus. In itinere deſerti Man dabatur: & nobis cibus Chriſti in Euchariſtia conceditur, dum per hoc ſeculum,quod eſt ad exemplum deſerti,iter facimus. Man in terra promiſſionis eſſe deſiit, & nos in cœlo ſacramentis non opus habebimus: nam Chriſtus erit nobis coràm,atque Deum videbimus ſicuti eſt. Omnia hæc nobis indicant, quàm appoſitè hoc ſymbolum ad rem ſignificatam fuerit accommodatum. In deſerto voluit Deus hunc cibum Hebræis dare: Primùm,ut vim ſuam declararet,quod non in ſolo pane vivit homo, ſed omni re alit[illegible], quam Deus juſſerit hominem paſcere. Deinde voluit Moſi & Aaroni conciliare authoritatem, ne populus ille putaret ſe

Deus in ſymbolis ſacramentorum quæ ſunt verba viſibilia, obſervavit ſimilitudinem proprietatū, ut rebus ſignificatis convenirent.
1.Cor.2.8.
Analogia inter Man & Chriſtum.
Mat.11.39.
Pſal 34 39.
1.Pet.2.22.
1.Joan.3 2.
Quare Deus in deſerto dederit hunc cibum Iudæis.
Deut.8.3.

A ab eis decepti: id enim jam ſuſpicabantur. At cibus ita conceſſus, promiſſionum & voluntatis Dei fidem fecit, quare Moſes & Aaron deſierunt eſſe ſuſpecti falſi. Adhæc oſtendit Deus ſe fœderis eſſe obſervantiſſimum, quo ſe promiſerat fore illis Deum,hoc eſt, ut eis opem ferret quoties opus habuiſſent. Poſtremo,nos omnes ei credentes docere voluit, non eſſe à ſe deſerendos, quando ſequimur ejus vocationem. Confirmatur hoc pacto Chriſti B promiſſio: Primum quærite regnum Dei,& hæc adjicientur vobis. Illi ſequebantur Deum vocantem: non defuit eis: ideo & nobis minimè deerit. Poteris addere ex Pauli ſententia, Deum providiſſe, ut non tantùm cibum, ſed etiam ſacramentum haberent. Ambroſius dicit, Man habuiſſe figuram myſterii, quod nunc nos percipimus in Domini commemorationem. Vbi pulchrè admonet,ut nos modo in Euchariſtia commemoramus Domini mortem præteritam: ita in Man & aliis ſacrificiis veterum,eadem C adumbrabantur futura. Inſuper ſcribit idem, Man fuiſſe datum die Dominico, quod ego neſcio unde colligat.

Mat.6.33.
Man an datum fuerit die Dominico?

20 Verùm cùm dicit Paulus; Iſta fuerunt typi noſtri,nonnulli ex his verbis inferunt ſacramenta veterum fuiſſe umbras noſtrorum, non tamen eadem cum ipſis: quaſi vero fieri non poſſit,ut & figuræ fuerint noſtrorum, & tamen rem eandem cum illis habuerint. Vtrúmque profectò eſſe poteſt. Nam ſacramentorum res non poteſt alia conſtitui, quàm ipſe D Chriſtus, quem veteres habuiſſe Paulus diſertis verbis affirmavit. Sed noſtrorum umbræ dici potuerunt, quia non tam clarè atque perſpicuè myſteria ſalutis humanæ,quemadmodum noſtra expreſſerunt. Objicitur præterea nobis locus ad Coloſſenſes, in quo cùm Paulus recenſuiſſet quæ ad vetus Teſtamentum pertinebant, adjecit: Quæ ſunt umbræ futurorum, corpus autem Chriſti. Ad hæc reſpondemus,ſacramenta veterum jure poſſe dici umbras & typos,ſi reſpicias ea, quæ ſuo tempore præſtita ſunt, mortem E inquam, & paſſionem Chriſti, quæ omnia illic ut exhibenda repræſentabantur. Offerebant nihilominus interim antiqui hujuſmodi res per fidem accipiendas,quantum ad eorum ſalutem ſatis erat. Addas præterea illic fuiſſe quandoque abroganda, non item noſtra ſacramentis recentioribus cedent. Et quod ceſſatur & abrogatur, umbræ rationem poteſt habere, quæ præterit: manentia verò & firma, cùm ſint ſolida, corpori conferuntur. Abrogationem autem ſacramentorum veterum, quoad ſymbola tan- F tummodo accipere debes. Poſtremò,cùm legeris inter Patres ſacramenta veterum cum noſtris ita conferri, ut illi dicantur habuiſſe liberationem ex Ægypto,nos verò à peccatis: illos terram Chanaan obtinuiſſe, nos cœlum, illos regna temporalia: nos gratiam & Spiritum ſanctum,& alia hujus generis: oportet ut intelligas,iſtos viros Dei accepiſſe quæ veteres Iudæi habuerunt externa ac viſibilia,& noſtros comparare donis ſpiritualibus atque cœleſtibus: non quòd apud antiquos iſta nulla fuerint, ſed quòd in G veteri Teſtamento in his externis ac temporalibus ea legantur involuta. Neque etiam ita dicunt,quaſi apud nos nulla temporalia & viſibilia extent: ſed quod illa ſpiritualia magis expreſſa ac fuſius tractata in novo Teſtamento habeamus: externa verò,quòd attinet ad ſymbola longè pauciora,& quoad promiſſiones admodum contracta. Chryſoſtomus in Homilia, quam ſcripſit ſeorſim de his Pauli verbis, quæ modo tractamus, confert vetera cum novis quopiam ſimili,hoc pacto: Regem expreſſurus pictor cum ſuo H equitatu & hoſtibus victis in triumpho, adhuc rudi operi lineas tenues & obſcuras inducit, quæ tamen totum complectuntur, quod erat affingendum: ea tamen ita picta non diſcernuntur, niſi à peritiſſimis. Sed cùm poſtea colores & ſplendidos & florentes obduxerit,tunc omnia fiunt illuſtria,& accedentibus facilè cognita & perſpecta redduntur. Sacramenta itaque veterum illi priori componit delineationi, noſtra verò poſteriori. Vnde ſicut in utroque ſimili continetur idem, licet claritatis & obſcuritatis I diſcrimen aliquod intercedat: ſic in utroque Sacramentorum genere paritas eſt cum aliqua differentia.

1.Cor.10.6. & 11.
In 1 Cor.11.6.
Sacramenta veterum & typi noſtrorū & eadem cum illis eſſe potuerunt.
Col.2.17.
Veterum ſacramēta quomodo umbræ dicantur?
Veterum ſacramenta ſolùm ſymbolis ſunt abrogata.
Quomodo patres intelligendi quando veteribus tantum externa bona tribuunt à Deo fuiſſe conceſſa?
Simile.

21 Sed

Digitized by Google

In Rom 8. v. 15.

De ſpiritu quo ſub Evangelio agimur, quóve Patres agebantur ſub Lege.

21 Sed rurſus quoniam ſignificari videtur differentia veteris & novi Teſtamenti, his verbis: Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis ad timorem: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis, per quem clamamus, Abba pater, operæpretium eſt videre, quo ſpiritu nos nunc agamur in Evangelio: deinde quo Patres in lege acti fuerint. Certè Chryſoſtomus hoc loco ea de re complura ſcribit, quibus ego non poſſim aſſentiri. Primùm enim ſtatuit, Iudæos veteres non habuiſſe Spiritum ſanctum. Quoniam autem videt hoc loco Apoſtolum diſertè facere mentionem ſpiritus, hoc ideo ait fieri, quòd Lex veterum, cùm lata eſſet à ſpiritu Dei, idcirco appellata fuerit ſpiritualis & quoniam illi homines ea lege inſtituti fuerunt, idcirco hic fieri mentionem ſpiritus. Et cùm in cap. 10. prioris ad Corinthios, Patres illi dicantur comediſſe eundem cibum ſpiritualem, & bibiſſe eundem potum de ſpirituali petra, non vult tamen Chryſoſtomus concedere, illos fuiſſe participes ſpiritus: ſed ea idcirco ait ſpiritualia fuiſſe appellata, quòd non humanis aut naturæ viribus, ſed potentia Dei conceſſa fuerint. Et mirum quidem eſt iſtum Patrem judicaſſe, veterem populum excluſum fuiſſe à ſpiritu Dei: cùm in Exodo cap. 31. legamus, Bezelcel & Aholiam repletos fuiſſe Spiritu ſancto, ſapientia item, atque intelligentia, ut omnia facerent, quæ Deus in opere tabernaculi facienda juſſerat: & ſeptuaginta ſeniores, qui Moſi dati fuerant adjutores, ita ejus ſpiritus fuiſſe participes, ut etiam prophetaverint: & Ioſuam Spiritu ſancto fuiſſe præditum: & eundem ſpiritum Gedeonem induiſſe: & ſanctum eundem ſpiritum à Saule receſſiſſe: quod fieri non potuit, niſi eum antea habuiſſet. Quid, quod David ait in Pſal. Spiritum tuum ne auferas à me, & Spiritus tuus me deducat, & Spiritu principali confirma me? Nec Eliam, aut Elizæum Dei ſpiritum habuiſſe negare poſſumus, cùm alter ſibi optaverit duplicem alterius dari ſpiritum. Daniel etiam legitur habuiſſe ſpiritum ſanctorum. Verùm ad hæc tot oracula addemus etiam firmam rationem. Patres juſtificatos fuiſſe, non dubitamus: juſtificari autem non potuerunt ſine fide in Chriſtum: at fides ſine Spiritu ſancto, nec haberi, nec retineri poteſt. Quod autem Chryſoſtomus ait, ideo Apoſtolum facere mentionem ſpiritus, quòd illi gubernarentur lege, quæ lata fuerat à ſpiritu, frivolum eſt: quandoquidem Lex facere non poteſt officium ſuum, ut homines ad Chriſtum perducat jam perterrefactos, niſi vis ejus juvetur ſpiritu. Quod enim ſunt Epicurei, & ἄθεοι, qui Lege audita neque ad Chriſtum adducuntur, neque ob admiſſa ſcelora conſternantur.

1. Cor. 10. 3.

Probatur veteres non caruiſſe ſpiritu Dei.

Exod. 31. 3.

Num. 11. 17. & 24.

Deut. 34. 9.

Iud. 6. 41.

2. Sam. 16. 14.

Pſal. 51. 11. & 143. 10. & 51. 14.

2. Reg. 2. 9.

Dan. 4. 5.

Lex non poteſt ſuum officium facere, niſi juvetur ſpiritu.

1. Cor. 10. 3.

22 Et ille locus in capite decimo prioris ad Corinthios, non ita intelligendus eſt ut ille putat. Paulus enim ait, veterum ſacramenta eadem fuiſſe cum noſtris. Nam niſi ita eſſet, infirmari ut dictum eſt facilè poſſet ratio Pauli. Potuiſſent enim Corinthii exiſtimare, Iudæos ideo tot ſuppliciis fuiſſe affectos, quòd ſacramenta non haberent noſtris ſacramentis paria: & è diverſo, ſe quamvis peccarent, non eſſe caſtigandos, quòd ſacramenta haberent perfectiora, quæ Deum, quantumvis iratum placare poſſent, & omnia adverſa, quæ impenderent, propulſare. Verùm cùm Paulus dicat, illorum ſacramenta eadem fuiſſe, quæ noſtra, hoc præſidium illis præripitur. Et huc ſpectaſſe Paulum, ſine dubitatione ideo credendum eſt, quòd tantùm illorum ſacramentorum veteris Teſtamenti meminerit, quæ noſtris duobus reſpondent, cæteris omnibus, quæ innumera fuerunt, prætermiſſis. Illos enim baptizatos fuiſſe affirmat, ut nos baptizati ſumus: & addit, eos eundem cibum & potum ſpiritualem percepiſſe, quem nos hodie percipimus, ut noſtram Euchariſtiam, aut cœnam Dominicam inſinuaret. Si hanc cauſam tollas, aliam nullam reperies, propter quam iſtorum duorum ſacramentorum ſolùm meminerit. Adhæc quid nos habemus in ſacramentis noſtris, quod ſummum atque præcipuum accipere dicamur? Nónne Chriſtum? At Apoſtolus teſtatur veteres eum in ſuis ſacramentis accepiſſe. Ait enim, Bibebant de ſpirituali conſequente eos petra: Petra autem erat Chriſtus. Chriſtum vero bibere nullo modo poſſumus, niſi unà ſpiritum etiam ejus hauriamus. Quare putare non debemus, veteres non habuiſſe ſpiritum Dei: habuiſſe autem eos mercedes, & caſtigationes, fortaſſe dixeris, quaſi ea nos non habeamus. Quid enim? Nónne Paulus graviter minatur Corinth. ſi ſequantur ea peccata, quæ veteres in deſerto admiſerant? Nónne ait, multos imbecilles eſſe, & multos dormire, quòd fœdum in modum abuſi fuiſſent Euchariſtiâ? Et nónne ait; Cùm judicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur? Quid quod ne mercedes quidem piis hominibus in novo Teſtamento deſunt? Nam ſi quid damus in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipimus. Et qui ſua relinquit propter Chriſtum, centuplum accipiet etiam in hoc ſeculo. Sed addit Chryſoſtomus, illis promiſſam fuiſſe terram lacte & melle manantem: nobis autem regnum cœlorum. Fateor equidem veteres plures habuiſſe promiſſiones temporarias: non ita tamen, ut illis de vita æterna mentio non ſit facta. Nam Chriſtus de reſurrectione teſtimonium adducit ex Lege: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Et Deus ait Abrahamo, Ego ſum protector tuus, & merces tua magna valde. Et Daniel ait, Reſurrecturos eos, qui dormierint in pulvere terræ: alios ad vitam æternam, alios ad condemnationem ſempiternam. Eſaias ait de damnatis; Ignis eorum non extinguetur, & vermis eorum non morietur. Vtque cætera omnia, quæ infinita ſunt, taceam, in lege Chriſtus ipſe promiſſus eſt. Ipſe enim ait, Moſen de ſe ſcripſiſſe: & Paulus ait, eum finem fuiſſe Legis. Adhæc multa alia ſunt ejuſmodi teſtimonia, & in Evangeliis, & in Epiſtolis Pauli: quæ omnia petita ſunt è veteri Teſtamento.

1. Cor. 10. 4.

Chriſtum bibere non poſſumus abſque illius ſpiritu.

Ibid. verſ. 6.

1 Cor. 11. 30.

Ibid. verſ. 32.

Mat. 10 14.

Mat. 19 29.

Veteribus nō modò temporaria, ſed etiam æterna vita promiſſa eſt.

Mat. 22. 32.

Exod. 3. 6.

Gen. 15. 1.

Dan. 12. 2.

Eſ. 66. 24.

Ioan. 5. 46.

Rom. 10. 4.

23 Addit Chryſoſtomus, veteres uſos fuiſſe externis purificationibus. Neque nos inficiamur, eos longè pluribus & gravioribus cæremoniis obſtrictos fuiſſe, quam nos ſumus: qui tamen omnino ſymbolis externis non caremus. Habemus enim nos quoque panem, vinum & aquam, ſacramentorum noſtrorum elementa: Chriſtus autem idem & noſtris & illorum ſacramentis communis fuit. Negare enim nemo poteſt: Circuncisionem ſacramentum fuiſſe regenerationis, quemadmodum eſt etiam Baptiſmus noſter. Imò etiam Scholaſtici ipſi fatentur, peccatum originis condonatum fuiſſe veteribus in Circuncisione. Quare non ita facilè pronunciandum erat, illos tantùm habuiſſe externas purificationes. Longè verò gravius eſt, quòd addit, illos manus cohibuiſſe à pravis operibus: nos vero mentem & conſcientiam. Videtur Chryſoſtomus, ſemper eſſe in ea ſententia, ut dicat, Legem tantùm opus externum prohibuiſſe: poſtea autem Evangelium prohibuiſſe iram, odium, & animi libidinem: & non animadvertit, etiam veteres habuiſſe præceptum illud, Non concupiſces: & Prophetas ubique requirere circuncisionem cordis: & in primo mandato comprehendi fidem, ſpem, charitatem, & quæcunque ad ſpirituales animi motus pertinent. Quod autem ait, illos impulſos fuiſſe timore, nos autem dilectione, verùm id quidem aliquo modo eſt: at non ita, ut illi prorſus expertes dilectionis fuerint, nos autem prorſus abſque timore ſimus. Minimè vero omnium verum eſt, quod ait, illos feciſſe Legem: nos autem ea ſuperare quæ lege mandantur. Nam, ut aliàs probavimus, ne regenerati quidem ita poſſunt opera ſua inſtituere, ut Legi divinæ omni ex parte ſatisfaciant. Addit præterea, illos emendari non potuiſſe; niſi lapidatione, mutilatione, aduſtione, & aliis hoc genus pœnis: nos autem excommunicari tantùm, cum extremum Eccleſiæ ſupplicium ſubeundum ſit. Sed meminiſſe eum oportuit, pœnas illas, quas commemoravit, fuiſſe civiles, quas noſtri etiam Chriſtiani magiſtratus hominibus maleficis irrogant. Sed illi, inquit, habuerunt honorem adoptionis & filiorum tantùm nomine tenus: nos autem reipſa. Certè negari non poteſt, Deum in veteri Teſtamento appellatum fuiſſe patrem populi ſui. De eo enim ait, ſe ex Ægypto vocaſſe filium ſuum primogenitum. Et Moſes ait in Deuteronomio, Deum qui te genuit dereliquiſti. Et Malachias in 2. cap. Vnus eſt Deus, & pater omnium noſtrûm. Et Eſaias, Filios enutrivi, & exaltavi, illi autem ſpreverunt me. Paulus etiam

Pluribus cæremoniis quàm nos erant obſtricti veteres.

Circuncisio ſacramentum regenerationis ut baptiſmus.

Lapſus Chryſoſtomi, quod veteribus tantùm prohibitum fuerit opus externum.

Exod. 20. 17.

Deut. 10. 16.

Ier. 4. 4.

Vt nos timoris non ſumus prorſus expertes, ita veteres non fuerunt omnino abſq; dilectione.

Oſ. 11. 1.

Deut. 32. 18.

Mal. 2. 10.

Eſ. 1. 2.

Etiam veteres fuerunt filii Dei per adoptionem.

Rom. 9. 4.

Digitized by Google

A nónne ait : Quorum ſunt teſtamenta & adoptio? Loquebatur autem de patribus Iſraelitarum : ex quibus erat Chriſtus ſecundùm carnem. Ego dixi, Dii eſtis & filii excelſi omnes. Illi etiam ipſi Deum patrem invocaverunt, cùm dicerent, apud Eſaiam, Tu es Pater noſter : Abraham enim ignoravit nos, & Iſrael nos non cognovit. Tanto verò affectu Deus pater fuit erga eos, ut dicat, Nunquid poteſt mater oblivíſci filii ſui? Sed quamvis B illa poſſit, tamen ego non obliviſcar tui. Hæc illo loco ita ſcribuntur à Chryſoſtomo, ut habeat aliás multa ſimilia : quæ ut dixi, cautè, & cum judicio legenda ſunt.

Pſal. 82. 6.

Eſ. 63. 16.

Eſ. 49. 15.

24 Auguſtinus tractans illum locum ait, diſcrimen poni veteris & novi Teſtamenti : quorúm alterum in timore, alterum in dilectione ſitum ſit. Addit prætetea, extra controverſiam eſſe, ſpiritum adoptionis eſſe Spiritum ſanctum. Spiritum verò ſervitutis opinarur illum eſſe, qui habet poteſtatem mortis, hoc eſt, ſatanam. Sub malo enim ſpiritu te- C nentur, qui deſtituti gratia, & non regenerati vivunt ſub Lege. Rebus enim temporariis dediti ſunt, & ſuis cupiditatibus obtemperant : non quidem vitio Legis, ſed quòd ipſi à Chriſto & Deo ſint alieni. Non enim poſſum ſervare legem Dei. Ideo & involvuntur peccatis & perpetuis furoribus incitantur. Subinnuit etiam, hic interpretationem eſſe aliam: quaſi ſpiritus hoc loco animum noſtrum ſignificet, qui interdum ſit ſervus cupiditatum; interdum verò D agat ſub libertate filiorum Dei. Sed hanc ſententiam ait non poſſe conſiſtere, quòd ſpiritus adoptionis paulò pòſt apertè dicatur externus, & aſcititius, nimirum afflatus divinus. Ita enim Paulus ſcribit : Spiritus eſt, qui teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſimus filii Dei. Quæ verba ſatis declarant, inter ſpiritum illum, qui ſuadet, & illum cui ſuadetur, diſcrimen conſtituendum eſſe. Quod inquit ſi verum eſt de ſpiritu adoptionis, etiam de ſpiritu ſervitutis, idem ſentiendum eſt. In eo itaq; Auguſtinus E cõvenit cum Chryſoſtomo, eos quos judicat ſub ſpiritu ſervitutis eſſe conſtitutos, expoliatos eſſe ſpiritu Dei. Eos enim facit homines non regeneratos, & à Deo alienos, imò addictos ſpiritui Satanæ : de quibus non poſſumus intelligere Chryſoſtomum. Is enim rationem adfert cur veteres caruerint ſpiritu, ex Lege, & ſacramentis. Auguſtinus verò id vitio legis factum fuiſſe negat. Quare ejus ſententia probabilior eſt, quàm Chryſoſtomi. Ego tamen in eo cum Auguſtino non facio, ut ſpiritum ſervitutis putem, F intelligendum eſſe ſatanam. Duo enim hic, ut dixi, effecta Spiritus ſancti intelligenda ſunt. Primum eſt, cùm legis notitia & peccatorum conſcientia percellimur, ut ſalute deſperata, niſi ad Chriſtum acceſſerimus, de nobis actum eſſe intelligamus. Quare duce eodem ſpiritu ad Chriſtum accedimus, & illum promiſſionémque divinæ miſericordiæ fide complectimur : unde nobis peccata condonantur, nóſque in adoptionem filiorum Dei aſciſcimur. Vult igitur Paulus oſtendere Romanis, eos jam G extra primum illum gradum poſitos, & in Chriſto regeneratos habere adoptionem : atque idcirco eos oportere, non tantùm ſanctè vivere, ſed etiam ultrò ac ſponte juſtè operari. Huic noſtræ interpretationi Ambroſius aſtipulatur. Ait enim, Apoſtolum hic docere Romanos, eos non amplius ſub Lege eſſe, ſed jam ſub Fide agere. Itaque ego cum illo ſtatuo, duos gradus converſionis his verbis demonſtrati.

Spiritus adoptionis non eſt animus noſter, ſed afflatus divinus.

Rom. 8. 16.

Spiritus adoptionis & ſpiritus timoris.

Duo gradus converſionis.

25 Quòd ſi quæratur de veteri populo, quomo- H do ſe habuerit ad ſpiritum Chriſti, jam rem explicari poſſe arbitror, ut Iudæos in tres partes diducamus. Alii enim ex illis prorſus impii erant, & ἄθεοι, qui cum populo Dei, præter nomen, habitationem, & circuncíſionem externam, nihil commune habuerunt. Atque iſtos fateor, prorſus alienos fuiſſe à ſpiritu Chriſti, imò ſub ſpiritu Satanæ vixiſſe. E diverſo alii fuerunt præclari & ſancti viri, ut David, Ezechias, Ioſias, Elias, Daniel, & alii complures hujus generis : quos ſpiritum Evangelicum habuiſſe, nullo I modo negare poſſumus : quamvis pro ratione temporis multis cæremoniis & ritibus legalibus coacti fuerint ſervire. Fuerunt rurſus alii infirmi, qui

Iudaici populi tres ordines.

quamvis cum iſtis quos commemoravimus, conferri non poſſent: tamen pii eſſent, in Meſſiam venturum crederent, eáque fide juſtificarentur, eos non debemus putare alienos fuiſſe à ſpiritu Chriſti, quamvis propter illorum imperfectionem, Lex in eos magnam poteſtatem ſibi vendicaret, illíque cum aliis cogerentur, prout illa tempora ferebant, infinitis cæremoniis ſubjici. Atque hæc ratio eſt, cur veteres dicantur vixiſſe ſub Lege, & ſub ſpiritu ſervitutis. Non habuerunt perſpicua & clara, qualia nunc ſunt, ſacramenta ſalutis ſuæ, nec myſteria de Chriſto ita vulgò habebant revelata, ut nos nunc habemus in Evangelio. Idcirco quamvis inter noſtros multi verſentur impii, & magna turba ſit infirmorum, tamen dicimur abſoluti à Lege, & quia abſoluti ſumus à cæremoniis, & quia ſacramenta & myſteria ſalutis per Chriſtum partæ habemus explanatiora, & magis, quàm illorum erant vulgò patefacta. Vocantur etiam veteres à Paulo parvuli, quòd ſub tutoribus & actoribus viverent, & lege, tanquam à pædagogo, inſtituerentur. Et cùm appellantur ſervi, eos intelligere debemus, fuiſſe frugi. Hujuſmodi enim ſervi heros ſuos magna benevolentia & charitate complectuntur: perſuaſúmque habent domini ſui honorem ſibi quoque honori fore. Nequam autem ſervi nunquam abſtinent à vitiis, neque aliquid rectè faciunt, niſi verberibus adigantur. Duos iſtos illorum titulos, quos commemoravi, Paulus conjungit in Epiſtola ad Galatas. Sic enim ait, Hæres, dum parvulus eſt, ſub tutoribus & actoribus vivit, nihilque differt à ſervo, cùm tamen ſit dominus omnium. Quibus verbis oſtendit, veteres electos Dei, revera fuiſſe hæredes : quamvis pro ratione temporis ſub Legis pædagogia, & elementis hujus mundi, tanquam parvuli, ſub forma ſervorum continerentur. Ita ego ſentiendum exiſtimo de veteribus.

Sancti veteres erant quidem ſervi, ſed frugi.

Gal. 3. 4. & 4. 1.

26 Iam verò expendenda ſunt diligenter quæ paulò ante breviter attigimus, à rebus temporariis ad æterna & cœleſtia mentes attollendas eſſe, quandoquidem in hac mortali vita interdum ab afflictionibus liberamur, ſed imperfectè. Nam per Chriſtum, & juſtitiam & multa præclara dona Dei ſortimur, ſed ea omnia tantùm inchoata poſſidemus. At quando cornu Chriſti exaltabitur, ut loquitur Anna, tum demum iſta omnia in nobis perficientur. Id verò tum fiet, cùm Dominus judicabit omnes fines terræ, tradétque (ut ait Paulus) regnum Deo & Patri. Cæterum dicet quiſpiam, hoc expoſitionis genus non eſt proprium, cùm ſpectet ad allegoriam, nec juſtus haberi debet ſcripturarum ſenſus. Atqui ſtatuendum eſt, ea quæ in veteri Teſtamento de rebus temporariis conſcripta fuerunt ad res æternas pertinere. Promiſit olim Deus patriarchis, Davidi, & ejus poſteritati regnum tradendum, id autem non tantùm eſt intelligendum de Solomone, verùm etiam de Chriſto. Quare angelus, cùm de ſeipſo loqueretur, inquit, Dabit Deus illi regnum David Patris ſui, & regnabit in domo Iacobi in æternum. In Deut. quoque Deus edicit populo ſuo: ne magos aut ariolos conſulant. Excitabit enim inquit, Deus prophetam inter vos : Quod etſi de prophetis intelligi poteſt, qui nunquam eſſent defuturi, ut à populo conſulerentur, Petrus tamen in Actis Apoſtolicis illud ad Chriſtum transfert, affirmátque regnum promiſſum Davidi, fuiſſe in Chriſto perfectum. Ita enim promiſſio in Geneſi Abrahamo facta de ſemine, quamvis poteſt ad Iſaacum referri, à Paulo tamen ad Chriſtum applicatur, qui ait : Dictum eſt, non in ſeminibus ceu in multis, ſed in uno, qui eſt Chriſtus. Itaque dum Hannæ carmen ad res altiores transferimus, nihil alienum ab Apoſtolica doctrina committimus. Cur autem ita fiat, ratio facilè reddetur. In omnibus Dei beneficiis expendendis ad fontem ipſum & caput, unde ea dimanant, decet redire. Summum verò Dei beneficium erga humanum genus eſt Chriſtus : quare alia omnia ſunt ad hanc radicem prorſus revocanda. Unde Paulus ad Roman. ratiocinatur ad hunc modum : Si Deus filium ſuum nobis dedit, quomodo non cum eo ſimul omnia donabit?

In 1. Sam. 2. v. 6.

2. Cor. 15. 24.

Temporaria in veteri Teſtamento pertinent ad res æternas.

Pſal. 89. 31.

Luc. 1. 33.

Deut. 18. 10. & 15.

Act. 3. 22.

Gen. 22. 18.

Gal. 3. 16.

Quare temporaria ad res æternas transferantur.

Rom. 8. 32.

27 Verùm dixeris, multa beneficia in pios conferuntur,

Digitized by Google

runtur, qui tamen Chriſtum pro capite nec habent
neque agnoſcunt. Fateor, ſed ea ſunt ἄδωρα δῶρα,
quemadmodum Tragicus inquit, & non ad eorum
Phil.3.7.&8.
ſalutem,ſed potius ad exitium faciunt.Sic Paulus ad
Philippenſes, quamvis multa dona, nec ea contem-
nenda, prius quàm veniret ad Chriſtum, habuit: ta-
men ea inquit, ſe pro damnis & ſtercoribus ducere.
Siquidem impii, cùm omnibus opibus & copiis
florent,inſtar victimarum ſunt,quæ ubi pinguiſſimę
fuerint,in macello jugulantur. Sed quo iſta melius
adhuc intelligantur, ſic rationem concludamus: Be-
neficia ſua Deus,vel iratus, vel placatus, hominibus
confert. Ab irato nemo vellet accipere,quia benefi-
cia non eſſent: quia facerent ad exitium, non ad ſa-
lutem. Optandum igitur eſt,ut ea placatus & propi-
tius largiatur. Atqui non placatur niſi per Chriſtum:
igitur nihil ſolidi beneficii à Deo in nos confertur,
quòd non in Chriſto ſuas radices habeat. Deinde
In 1.Cor.10.3. Idem fœdus eſt veteris & novi Teſtamenti.
omnino ſtatuendum eſt, veteris & noui Teſtamenti
unum atque idem inter Deum & homines eſſe fœ-
dus, quo Deus promiſit ſe illis futurum pro Deo, il-
lóſque pro ſuo populo habiturum. Hoc illi pactum
in veteri Teſtamento,non minus quàm nos in novo
Rom.11.16.
habuerunt. Et Paulus cap.11.ad Romanos,fœdus il-
lud tanquam plantam ſeu arborem deſcribit, cujus
tam Iudæi quàm Chriſtiani ſint brachia & rami. Id-
circo inquit. Si quidam ex ramis defracti ſunt, atque
tu cùm oleaſter eſſes illorum loco es inſitus, parti-
cépſque factus radicis,& pinguedinis olivæ,&c. Ea-
dem ergo eſt arbor,idem ſtipes, eadem planta, quæ
tam nos quàm illos geſtat. Sed hoc intereſt,quòd
nos rami ſumus inſititii,cùm illi ſint nativi. In ſum-
ma quicquid eſt diſcriminis inter utrumque Teſta-
mentum,iorum id non in ſubſtantia fœderis, verùm
Heb.9.7.&c.
in accidentibus verſatur. Nam antiquitùs fœderis
caput ſummum erat, Deum verum fore nobis verè
Ibid.v.24.
Deum. Acceſſerunt deinde aliæ promiſſiones nimi-
rùm de regno in ſtirpe Davidis, de poſſeſſione terræ
Chenaan, de ſacerdotio externo, necnon præcepta
de cæremoniis & judiciis. Verùm folia illa cæremo-
niarum,flores regni,& ſacerdotii cortex,ſublata jam
ſunt per Chriſtum, qui eis referebatur,ut in cap. 9.
ad Hebræos diligenter expenditur, ubi ſummum
ſacerdotem, habetur ſemel oportuiſſe quotannis in-
gredi in ſanctum ſanctorum per ſanguinem. Quo
ritu mors Chriſti adumbrabatur, qui non per alie-
num ſanguinem, ſed per ſe ipſum in vera & propria
ſancta eſt ingreſſus. Ideo Apoſtolus omnem illam
ſcenam cæremoniarum & ſacrificiorum ἀντίτυπα
Chriſti appellat:quoniam Iudæis pro temporis ejus
ratione Chriſtum effigiabant. Eodem modo in illa
epiſtola de terra promiſſionis loquitur:Hodie inquit,
Heb.4.7.
ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda ve-
ſtra,ut in exacerbatione, in die tentationis in de-
ſerto.

Prophetæ quomodo ſuā doctrinam Chriſto accommodent.
28 Hujus rei non ignari veteres Prophetæ, tra-
ctant ſic res ſuorum temporum, ut maximam ſuæ
doctrinæ partem ad Chriſtum accommodent,& ideò
nonnunquam pro illis rebus, de quibus agunt, ni-
In 1.Cor.10.3.
mis videntur magnificè ſcribere, ac facile quiſpiam
judicaret, eventus rerum dictis illorum quandoque
Zach.2.5.
non reſpondiſſe. In Zacharia Propheta Deus polli-
cetur ſe fore murum igneum civitati Hieroſolymo-
rum:quod poſt templum reſtitutum nunquam acci-
dit.Sed non multò poſtea everſi quodammodo ſunt
Hebræi à Macedonibus, ut nunquam antea ferè ca-
lamitoſius.In Pſal.72.vaticinium de regno Solomo-
Pſal.72.9.&c.
nis tale continetur: Proſternentur coram ipſo om-
nes Reges,& omnes nationes ſervient ei, & omnes
gentes in ejus nomine benedicentur.Iſta nunquam
Solomoni contigerunt,neque omnino intelligi poſ-
Eſa.4.& 11.6.
ſunt,niſi de Chriſto. Eſ.quoque ait, tantam fore pa-
cem, ut lanceæ in ligones ab hominibus commu-
tentur,& lupus agnúſque unà cubent: quæ ſi refe-
rantur ad illa tempora, ſunt prorſus hyperbolica, in
Chriſtum autem propriè ac verè quadrant. Idcirco
nemo conqueri jure poteſt, ſi hæc & ſimilia à nobis
torquentur ad Chriſtum, quandoquidem hæc eſt
vera & juſta Scripturarum interpretatio. Nec mi-
nus hujuſmodi oracula in Chriſtum, quàm in illa
ipſa tempora conveniunt, de quibus ſcribi videban-
tur. Et ne quis opinetur Apoſtolos tantùm aut E-

A vangeliſtas hoc audere, ſciat Chaldaicum interpre-
Chaldæus interpres & Rabbini hunc locum & plurimos alios Meſſię accommodant.
tem iſtud idem feciſſe, qui verba prophetidis, Exal-
tabitur cornu Chriſti ejus, de Meſſia intelligenda
eſſe perhibet.Cæteri quoque Rabbini Hebrçorum,
non modò illum locum, verùm & alia multò plura
ad Meſſiam accommodant, præſertim antiquiores,
quàm Apoſtoli & Evangeliſtæ, quibus fuit ſatis ra-
tionem tantùm indicare, quomodo multa dicta fa-
ctáque in veteri Teſtamento ad Chriſtum eſſent re-
B ferenda. Nec putarunt neceſſarium eſſe omnia per-
Luc.1.69.
ſequi. Zacharias quoque pater Ioannis Baptiſtæ ſa-
tis vidit, & teſtatus eſt hanc veram & genuinam eſ-
ſe veteris Teſtamenti expoſitionem, cùm in ſuo
Cantico ait; Erexit cornu ſalutis in domo David
pueri ſui, quemadmodum loquutus eſt per os ſan-
ctorum, qui à ſeculo ſunt, prophetarum ejus. Iam
Heb.10.13.
tandem, inquit, Deus excitavit cornu tamdiu
expectatum in domo Davidis: quod ideo dicit,
1.Cor.15.25.
quoniam Chriſtus ſtirpem ex Davidis familia du-
Cornu Chriſti quando exaltandum?
C cebat. At quando erigetur hoc cornu? Certè etiam
nunc ſublatum eſt in ſublime,quia Chriſtus in prę-
ſentia quoque regnat ad dexteram Patris. Sed
tum demum perſpicuè magnificéque attolletur,
cùm orbem terrarum judicabit, cúmque regnum
tradet Deo patri,cùm omnia ſubjicientur pedibus
ejus. Etenim ut inquit author Epiſtolæ ad He-
bræos, nondum illi ſubjecta ſunt omnia; ſed tum
ſubjicientur, quando mors noviſſimus hoſtis de-
ſtruetur.

In Gen.27. verſ.28. Temporalibus bonis cur cœleſtia adumbrantur.
D 29 Ergo ſub benedictionibus temporalibus,
comprehendebatur ſumma totius felicitatis, per
Chriſtum piis hominibus expectanda:ita autem de-
ſcribitur,quoniam exprimi debet cùm nobis promit-
titur: deſunt autem verba: quia cùm humano ſenſu
non percipiatur, nulla vox illi deſignandæ propriè
eſt attributa:neque humanorum ſermonum facultas
eſt ejuſmodi,ut valeat nobis illa divina & cœleſtia
explicare, tamen ut ad illam appetendam incitare-
mur, hic vocabulis terrenæ felicitatis eam Spiritus
E Sanctus curavit nobis proponi, humano captui pro
ſua miſericordia condeſcendens. Quod fieri fermè
Pſal.2.8. Eſ.9.7. & 2.4. & 11.6. & 60.18.& 65.10. & 25.8.
videas in omnibus prophetis, cùm ad Chriſti re-
gnum deſcribendum ventum fuerit,ibi enim appin-
gunt omnium bonorum affluentiam. Quorum ut
quædam commemoremus, dicunt illius ditionem
regni ampliſſimè dilatandam, pacis nullum fore fi-
nem,gentes & populos non amplius adverſus ſe in-
vicem pugnaturos, ut qui conflaturi ſint lanceas &
enſes in vomeres, falces & ligones: imò addunt lu-
F pum & agnum ſimul eſſe commoraturos: item con-
tritio & vaſtitas non erit ultra,infans & ſenex imple-
bunt dies ſuos:dolores auferentur, imò lachrymas &
fletus omnes Deus abſterget.Quæ prophetarum di-
Oracula de regno Chriſti quomodo accipienda?
cta cùm nobis à Iudæis objiciuntur, qui volunt hu-
juſmodi argumentis evincere noſtrum Ieſum Ser-
vatorem non eſſe Meſſiam, nos ita debemus accipe-
re, ut cogitemus adventum Chriſti duplicem eſſe,
priorem inquam & poſteriorem. Deinde quædam
haberi plena ac juſta poſſeſſione, aut participatione
G ſolummodo & inchoato quodam illorum guſtu ac
ſenſu. Quo ergo ad primum adventum,reſpondebi-
mus,non debere nobis iſta ſecunda & proſpera,imò
ſecus nobis per Chriſtum ipſum fuiſſe prædictum,
Mat.10.17.
in Synagogis ſuis tradendos, ſiſtendos ante Reges
2.Tim.3.12.
& Præſides: utque Paulus aiebat, Omnes qui vo-
lunt piè vivere in Chriſto Ieſu perſecutiones pa-
tientur. Secundo verò Chriſti adventu plenam &
abſolutam habebimus fœlicitatem,quæ cœleſtis pla-
Mat.22.30.
nè erit,nam Chriſtus teſtatur nos in regno futuros
H inſtar angelorum, qui non nubunt, neque nuptui
locantur,& tamen nobis deſcribitur, ac ſi terrena eſ-
ſet & temporalis, neque id modò in veteri Teſta-
mento, ſed in novo,ubi Chriſtus dicit ſe curaturum
ut ſui accumbant, ipſeque tranſiens miniſtrabit eis.
Luc.12.37.
Et Luc.12. dicebat nos ſimiles hominibus expectan-
tibus Dominum ſuum quando revertatur à nuptiis,
Ibid.v.36.
ubi Chriſtus pingitur abiiſſe ad Patrem,ſed quaſi ad
nuptiale convivium: nos itaque modo illum expe-
ctamus uſque ad alterum ejus adventum, felicitas
I verò qua modo fruitur, convivium & nuptiæ ab illo
appellantur. Iſtam felicitatem attamen,quam mo-
do Chriſtus habet & nos habituri ſumus, interea

Digitized by Google

A dum hîc vivimus, habemus participatione quadam: nam Paulus dicit, ſpe nos ſervatos eſſe, fruimur igitur modo inchoata, & habemus conſcientiæ tranquillitatem. ſcimus enim quòd his qui ſunt in Chriſto Ieſu, nil eſt damnationis. Habemus prætereа pacem erga Deum, cui fuimus antea infenſiſſimi, de qua re Paulus nos ad Romanos admonet, Iuſtificati gratis pacem habemus ad Deum. Percepimus etiam per Spiritum ſanctum chariſma tum dona & inſignes virtutes, charitatem fraternam qua nil in orbe B præclarius, divitias verbi Dei & ſanctorum Sacramentorum, & generalem Evangelii publicationem, qua declaramur Deo reconciliari, & à peccatis abſolvimur.

Rom.8.23. Rom 8.1. Rom.5.1.

Deus non deſtituet nos bonis temporariis neceſſariis.

30 Hac verò deſcriptione, qua utitur ſancta Scriptura, ut his temporalibus bonis cœleſtia quæ expectamus adumbret, non modò fruimur iſta commoditate, ut ad illorum notitiam manu ducamur, ſed agnoſcimus interim Deum eſſe non modo illius felicitatis, ſed iſtorum quoque bonorum temporalium C diſtributorem: cui doctrinæ ſi adjungas illum Dei præclarum titulum, quòd eſt adjutor in neceſſitatibus, efficaciſſimè concludes & nobis ſperandum eſſe, his etiam temporalibus bonis non eſſe deſtituendos, cùm nobis opportuna fuerint, quare ex Petri & Davidis admonitione, omnem noſtram curam & ſolicitudinem in Deum rejiciemus. Quod ni faciamus, à ſacrilegii ſcelere non multùm aberimus. Id enim erit ea nobis vendicare, quæ ſibi Deus repoſita & integra voluit. Si Dei munus eſt noſtrū ... D curam gerere, qui eam illi aufert, rei ſaciæ furti accuſari poteſt. Non tamen ſecuri hac argumentatione deſiſtemus orare ferventiſſimè pro illis a Deo impetrandis: qui enim pollicitus eſt, is idem juſſit ut panem noſtrum quotidianum poſceremus à Patre. Laborabimus adhæc, neque injuncta nobis opera intermittemus, quod faciendo, ex promiſſo Chriſti certi erimus, & hæc nobis eſſe adjicienda. Quærite enim, inquit, primùm regnum Dei, & iſta vobis adjicientur. Regnum Dei omnes illi quærunt, qui ſuæ E vocationi inſerviunt, omnes enim Chriſtianorum vocationes pro ſuo munere habent, ut quàm latè Chriſti ditionem & propagari & confirmari velint: quibuſcunque in hoc incumbentibus, teſtatur Chriſtus omnia hæc alia ad victum facientia eſſe adjicienda; nec id ſolùm intelligendum eſt, de his qui laborant Evangelio prædicando, quod Apoſtolorum & miniſtrorum Eccleſiæ eſt præcipuum officium, ſed quoad omnes qui Chriſto in ſua vocatione ſerviunt. Vides itaque ut commode temporali- F bus bonis æterna deſcribuntur, quod identidem accipias fieri de ſuppliciis. Luc. 19. habetur dictum de his improbis hominibus, qui Chriſtum Regem ſuper ſe regnare noluerunt, Adducite illos & interficite coram me: at certum eſt judicii die, neque animos in nihilum convertendos, neque reſuſcitatos homines corporali vita mulctandos, verum illa deſcriptione nobis explanatur extrema condemnandorum ſententia: quod idem intelligas cùm dicitur de gehennæ ſtatu, ibi fletum & ſtridorem dentium eſſe, G cum modò ſpiritus qui apud inferos cruciantur, nec dentes nec oculos habeant, in quibus ſtridor aut lachrymæ locum habere valeant. Nec minus ita debemus accipere quod ſcribitur de illo divite luxurioſo, cujus lingua in flammis cruciabatur extrema pœna: iſta omnia metaphoricè accipienda eſſe non dubitamus. Divina autem bonitas hujuſmodi benedictionem (cùm ſpiritualem felicitatem & cœleſtem beatitudinem, tum etiam temporalium rerum neceſſarium uſum) quam Chriſti dignitate & meritis per- H cipimus, non modò apud ſeipſam habuit in ſuis theſauris ab æterno conditam, nobiſque ſubminiſtrat illam opportuno tempore: ſed etiam curavit nobis per Prophetas & ſanctas Scripturas depromi commodis verbis & figuris efficaciſſimis, atque ad docendum utiliſſimis.

Pſal.46.2. 1.Pet.5.7. Mat.6.11. Mat.6.36. Luc.19.17. Mat.11.13. Suppliciis terrenis æterna deſcribi. Luc.16.24.

In Gen.13. ſub finem. Vtrum Iudæi hodie contineantur fœdere Abrahami? Sup.cap.4. Sect.46.

31 Videtur autem adhuc dubitandum, Vtrum Iudæi noſtræ tempeſtatis, qui Chriſto minimè credunt, in hoc fœdere inito cum Abrahamo & I poſteris ejus, habeant aliquod jus, ita ut illo contineantur, vel potius eo intelligantur prorſus excluſi. Hoc ita mihi videtur explicandum. Si fœdus A ſuum habet fundamentum ac ſubſtantiam Chriſtum, jam illi ex hypotheſi ab eo ſunt alieni. Deinde in fœdere iſto conſiderantur illius cæremoniæ & ſacri ritus, qui cùm jam poſt Chriſti adventum ſint aboliti, etiamſi hodie à Iudæis retinerentur, nihil ad hoc fœdus faciunt: imò potius ſi ſerventur, illi adverſantur, quod ſcilicet præcipuæ rei fœderis, id eſt, Chriſto contradicant. Quare actu & reipſa negamus illos adhuc hodie contineri in hoc B fœdere. Quibus tamen non negamus quod illis Paulus dat, ſcilicet eis eloquia Dei credita eſſe. Videmus enim quadam admirabili Dei providentia, ſacra Biblia apud eos conſervari: quòd ſi non credunt, id non aufert quin ſuſpiciendi ſint adcò præclaro Dei beneficio adhuc inſigniti. Præterea cùm ad Romanos 11. vaticinetur de illis Paulus, quòd convertendi ſint ingreſſa plenitudine gentium, illóſque dicat inimicos propter nos, at dilectos propter Patres, & de illis loquatur cùm jam C excidiſſent de Chriſto: id quoque mihi videtur illis tribuendum, quòd non ſit adhuc exhauſta Dei promiſſio erga illud genus, ex vi enim promiſſionis Deus aliquot aſſiduè ex illis vocat, & in poſterum creditur plenius vocaturus. Ruſus agnoſcimus cum Paulo illam bonam olivam cui exciſi inſerantur, eſſe illis propriam magis quàm nobis, quia non modò inſeruntur ex Dei prædeſtinatione ut nos, ſed Chriſto ſecundùm carnem ſunt magis D proximi, atque illorum genus quàm noſtrum eſt adſcitum, unde Paulus ait, Iudæo primùm & Græco. Quibus rationibus de illis loquens Apoſtolus, etiam cùm prævaricati eſſent, dicebat ſe admodum dolere de illorum interitu, illorum eſſent patres, adoptio, gloria & teſtamentum, αἱ διαθῆκαι: quæ omnia interpretanda ſunt non ita, ut nunc actu ad fœdus pertineant, ſed quoad illos qui ex illorum genere ſunt in illud cooptandi. Et dicta hæc de eorum genere, id eſt, de gente prout veteres habuit patres, Apoſtolos, & crediturос, non privatim pro E unoquóque Iudæo, ita ut de incredulis & obſtinatis verificentur.

Rom.3.2. Rom.11.13. Rom.11.16. Rom.9.2.& 4.

In Rom. 11. v. 30. Opera Dei ſeſe mutuò juvant.

32 Opera autem Dei ſunt ita comparata, ut facile ſeſe juvent, nullo modo unum alteri eſt impedimento. Ideóque Iudæorum excæcatio licet ſit eis peccatum, attamen quà Dei eſt opus, habuit bonum exitum, nempe Gentium converſionem, & converſio Gentium adjuvabit ſalutem, quæ danda eſt Iudæis: nam illos ad æmulationem provocabit: Dum verò hoc non ſit, expendamus apud noſmet- F ipſos admirandum opus Dei: adhuc in tam adverſis caſibus, adeóque varia & gravi captivitate ſeu diſperſione perſtant & ſervantur: ſua quantum poſſunt retinent: in divinis libris exercent ſeſe, licet pravè omnia intelligant. Profectò nulli antiqui Trojani, Longobardi, Hunni aut Vandali, ſic ſua retinuerunt, ut à cunctis populis civili victu & religione ſejungerentur, & ſuam originem atque hiſtoriam certis conſignatam literis oſtenderent, atque ſic ubique diſperſi à ſuis inſtitutis non diſcederent. Quod cùm G in Iudæis accidat, eſt porrò Dei opus ſingulare, atque nobis non vulgariter commodat: ſunt enim teſtes noſtrorum librorum: eóſque ut ſuos & authenticos circunferunt, quod & Auguſtinus annotavit. Niſi enim adhuc is populus extaret, conficta eſſe à nobis Ethnici Philoſophi poſſent ſuſpicari quæ de orbe condito, de Adamo, de Noha, de Abrahamo, Patriarchis, Regibus & Prophetis credimus, & prædicamus. Servantur itaque perpetuò hoc tempore à Deo, indubitatò, ad aliquam futuram ſa- H lutem.

Opus Dei eſt ſingulare quod Iudæi uſque ad hanc ætatem perdurent.

Iudæi ſunt noſtri teſtes.

CAPVT XVII.

De Chriſto eiúſque in carne manifeſtatione, & qua ratione ſalutis noſtræ partes omnes impleverit.

In 2.Sam.7. v. 18. De incarnatione ſeu adventu Filii Dei.

VERE quidem Deus ad nos venire dicitur, multis modis. Propriè tamen & ſingulariter venit Fi- I lius Dei, qui ipſe eſt verè Deus, in natura humana ad ſervandum humanum genus. Etſi enim Deus ſit ubique tamen eum veniſſe dicimus, quoniam induit

naturam

naturam humanam : atque ita dicimus veniſſe ad nos,& ſeſe nobis repræſentaſſe,& Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum. Etſi enim opera Trinitatis, quod ad interna attinet, ſint ſingularia, qualia ſunt generare,ſpirare,procedere,iſta enim fiunt à vi divina, quæ tribus perſonis eſt communis, tamen ea, quod ad externa attinet,ſunt indiviſa. Cur ergo, inquies,ſolus Filius dicitur incarnatus? Hic duo conſideranda nobis ſunt, Actio & opus. Quod ad opus ipſum attinet,Chriſtus ſolus aſſumpſit humanam naturam:nam illa natura conjuncta eſt cum ſola hypoſtaſi filii. Ad actionem autem acceſſit & Pater & Spiritus ſanctus.Efficiens enim cauſa & actio,ad tres perſonas pertinuit:idque probari poteſt è Scripturis.

Eſa.48.16. Eſaias enim ait, Miſit me Dominus,& Spiritus ejus.
Gal 4.4. Et Paulus ad Galatas, cùm veniſſet plenitudo temporis,miſit Deus Filium ſuum.
Luc.1.35. Et apud Lucam Angelus ait,Spiritus ſanctus ſuperveniet in te,& virtus Altiſſimi obumbrabit tibi:
Mat 1.18. & poſtea apud Matthæū, Inventa eſt gravida è Spiritu ſancto. Ex his teſtimoniis apparet, Chriſtum & à Patre miſſum fuiſſe, & à Spiritu ſancto. Adhæc Filius ipſe cauſa fuit adventus ſui. Durum quidem illud videri poteſt,idem eſſe & efficientem cauſam, & effectum : probari tamen poteſt multis modis. Primùm enim quod ad ſanctificationem attinet,in 10.cap.Ioannis.
Ioan.10.36. Quem miſit pater & ſanctificavit, vos dicitis, quòd blaſphemat, quia dicit,Filius Dei ſum? Poſtea in capite 17.
Ioan.17.19. Chriſtus idem ait, Ego pro illis ſanctifico meipſum. Idem dici poteſt de morte Chriſti.
Rom 8.32. Paulus enim ad Romanos ſcribit : Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Ad Galatas autem ait :
Gal. 2.20. Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum propter me. Idem de reſurrectione. Nam Paulus ad Romanos ſcribit :
Rom.8.11. Qui ſuſcitavit Ieſum Chriſtum à mortuis,reſuſcitabit & mortalia corpora veſtra. Chriſtus tamen ipſe apud Ioannem ait:
Ioan.10.18. Solvite templum hoc,& ego in triduo reædificabo illud. Et habeo poteſtatem ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam.
Ioan.1.3. Et, Omnia per ipſum facta ſunt. Idem etiam dicere poſſumus de Incarnatione Chriſti. Nam Paulus ad Galatas ait :
Gal.4.4. Cùm veniſſet plenitudo temporis,miſit Deus Filium ſuum.
Phil.2.7. Idem ad Philippenſes ait, Exinanivit ſemetipſum,formam ſervi accipiens. Videmus ergo, ſatis conſtare ex ſacris literis, Chriſtum fuiſſe,& efficientem cauſam,& effectum. Venerunt ergo tres, quod ad cauſam efficientem attinet: quamvis opus ipſum pertineret ad ſolum Filium. Scribit hac de re Auguſtinus fuſè lib.2.de Trinitate cap.4.& contra Felicem Arrianum cap.24. ut probet Chriſtum & efficientem eſſe cauſam,& opus. Illud autem,quòd Chriſtus apud Ioannem de ſe loquitur,
Ioan.7.19. Ego non veni à meipſo, vel explendum eſt adjectione unius vocis,Solùm : quaſi ita dicat, Ego non ſolum à meipſo veni,vel intelligendum eſt de natura humana.

2 Paulus ad Rom.9. eximiam Chriſti commendationem habet, quæ duas in eo naturas disertè cōfitetur conjunctas in eadem perſona, ut ex utriſque conſtituatur Chriſtus.
In Rom.9.v.5. Sup Claſſ. 1. cap 11.Sect.4. In 1.Cor. 11.3. Ex quibus inquit,eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula. Humana natura indicatur his verbis. *Ex Iudæis ſecundùm carnem* : Nam per carnem phraſi Hebraica totus homo intelligitur: Divina natura apertiſſimè deſcribitur his verbis, *Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.* Significatur etiam ea non obſcurè in eo,quod adjectum eſt, *Secundùm carnem.* Ea enim particula ponenda non erat, niſi ille ſupra carnem aliquid aliud habuiſſet. Cum hac ſententia pugnant Arriani,Mahumetiſtæ,& quicunque ſtatuunt Chriſtum eſſe purum hominem:quibus etiam accedunt Rabbini Hebræorum.
Rabbini, Mahumetiſtæ & Arriani confutantur. Nam quemadmodum vitiata interpretatione corruperant legem quoad mores & vitam attinet : quod apparet ex eo, quòd Chriſtus legem interpretatur, & eorum commenta reprehendit:ſic etiam fidem ſynceram de Meſſia venturo depravaverant, ut eum purum ſimplicémque hominem fore exiſtimarent. Interrogati enim à
Mat.22 42. Chriſto,quidnam ſentirent de Meſſia:reſponderunt, eum futurum eſſe filium Davidis, nihil de eo altius aut ſublimius cogitantes. Quamobrem Chriſtus illis
Pſal.110.1. objecit Pſalm. 110. ubi David appellat Meſſiam Dominum ſuum, quòd minimè conveniret puro ſimplicique homini ex illius poſteritate prognato,quēadmodum illi malè ſuſpicabantur. Ambroſius exponens hunc locum contendit, hæc verba omnino applicanda eſſe ad Chriſtum,quòd nullius alterius perſonæ mentio fiat,cui poſſint aptè accommodari. Si nolunt, inquit, iſta intelligi de Chriſto, oſtendant perſonam aliam commemoratam à Paulo, cui poſſent attribui. Quòd ſi præter Chriſtum,nihil aliud poſſunt invenire, relinquant Chriſto gloriam, quæ illi à Paulo tribuitur.
Pater appellatur Deus, & Filius Dominus in ſcripturis,quando ſimul conjunguntur. Fatetur quidem Ambroſius, cùm Pater & Filius unà in Scripturis conjunguntur, Patrem Deum appellari,Filium verò Dominum: idque ait fieri,quòd prædicemus nos unum Deum colere. Quòd ſi repeteremus nomen Dei,poſſe nos fortaſſe videri ab illa unitate nonnihil diſcedere:atque ea cauſa ſic epitheta variari.
Regula illa non videtur perpetua. Ego verò video id in Scripturis non eſſe perpetuum. Legitur enim in Pſalmo,ut citatur in Epiſtola ad Hebræos,
Pſal.45.8. Heb.1.9. Propterea unxit te,Deus,Deus tuus,oleo lætitiæ. Hic quum agatur de Patre & Filio,Dei nomen bis repetitur. Ait præterea, Chriſtum eſſe ſuper omnia, haberi etiam in epiſtola ad Philipp.
Phil.2.10. Ibi enim ſcribitur, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium,& infernorum.
Adoratio Chriſto exhibita,divinitatis ejus eſt teſtimonium. Ex quo loco non minus quàm ex iſto, quem hic tractamus, colligit divinam naturam in Chriſto. Non enim ab omnibus adoraretur, niſi eſſet Deus.
Apoc.19 10.& 22.8. Nam Ioannes prohibitus eſt ab angelo ne ſe adoraret. Conſervus inquit ſum tuus,cave feceris.
Mat.8.2. & 9.18.& paſſim. At Chriſtus,cùm ſe ſæpius permitteret adorari,apertè teſtatus eſt,ſe verum eſſe Deum. Nam cùm divini, ſynceri,& puri cultus aſſertor eſſet acerrimus,nunquam tuliſſet,ſe Dei loco adorari,ſi reipſa Deus non fuiſſet. Imò inquit Paulus adeò voluit aſſerere,Chriſtum eſſe Deum,ut verbis ſuis ſubjecerit, Amen:
Amen vocabulum valdè aſſeverat. quæ particula citra controverſiam facit ad magnam aſſeverationem. Chryſoſtomus etiam videtur iſta adſcribere filio. Ait enim,Paulum,cùm recenſuiſſet ingentia beneficia,quæ Deus in Hebræos contulerat,quæ tanta fuerunt,ut Salvator noſter ex ea gente carnem aſſumpſerit:hac exclamatione, & gratias egiſſe, & laudem in Filium Dei rejeciſſe: neque id immerito, præſertim cùm ſciret, Chriſtum à Iudæis paſſim blaſphemari,& contumeliis affici, maximè verò cùm ejus Evangelium & prædicationem à ſe repellerent.

3 Nos aliàs docuimus teſtimoniis adductis è Scripturis, & quidem certiſſimis, Chriſtum eſſe Deum: ea non eſt neceſſe hoc loco repetere.
1.Ioan.5.20. Ioannes in capite quinto primæ Epiſtolæ disertè pronuntiat, Chriſtum eſſe verum Deum,& vitam æternam. Id nunc ſatis erit annotaſſe, Apoſtoli ſententia, quam tractamus,multas hæreſes perſtringi,& confutari.
Manichæi. Manichæi docuerunt,Chriſtum non habuiſſe verum corpus, ſed tantùm phantaſma & illuſionem oculorum fuiſſe, quicquid in eo corpus humanum præ ſe ferebat. At Chriſtum Paulus ait habuiſſe carnem, eámque ex Hebraica gente fuiſſe ſumptam. Quæ Pauli verba contra illos etiam faciunt, qui fatentur, Chriſtum habuiſſe quidem verum corpus, ſed illud allatum fuiſſe è cœlo, non ſumptum ex Maria virgine. Nugantur enim Chriſtum corpus ſuum per illam traduxiſſe, non aliter quàm aqua derivatur per canalem, aut per fiſtulam. Paulus autem apertè prædicat, carnem Chriſti fuiſſe factam, non per Hebræos, ſed ex Hebræis.
Arrius. Arrius etiam his verbis confutatur; qui auſus eſt impudenter affirmare, Chriſtum tantùm fuiſſe creaturam, & ore blaſphemo filium Dei negare eſſe Deum.
Neſtorius. Huc acceſſit Neſtorius qui utramque in Chriſto naturam confeſſus eſt, ſed eas ita inter ſe disjunxit, ut ſtatueret, conjunctionem inter eas tantum eſſe per gratiam; unam autem perſonam ex illis duabus non conſtitui. Itaque inficiatus eſt beatam virginem poſſe dici Θεοτόκον: eam enim tantùm appellandā eſſe hominis matrem:divinæ enim naturæ nō poſſe cōvenire, ut denuò generetur. At non vidit,Paulū hìc dicere, Chriſtū eſſe ex Iudæis,quod attinet ad carnē. Fatemur quidē ea,quæ in univerſum dicūtur de Chriſto,modò de hac natura,modò de altera eſſe intelligenda, cùm tamen ipſe Chriſtus una tantùm ſit perſona & hypoſtaſis. Ita Deum immortalē dicimus natū,crucifixū,mortuum,

Communicatio idiomatũ. Vide Dialogum de utraque in Chriſto natura.

Eſt enim communicatio quædam idiomatum, ſeu proprietatum, ex admirabili connexione duarum naturarum: quam Neſtorius diſſociare & divellere conatus eſt. Non tamen ſum neſcius, Eraſmum hoc loco alias duas lectiones comminiſci, præter iſtam receptam, quam nos ſequimur. Earum altera eſt, ut ita legamus: Ex quibus Chriſtum ſecundùm carnem, ut ibi ponatur ſtigma: deinde ſequatur quod ſupereſt, ut θεολόγημα avulſum, quo Paulus dicat, Deum, qui eſt ſuper omnia laudandum in ſecula: ut Deus vel Patrem ſignificet, vel totam Triadem. Altera eſt, ut ita legamus, Ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia, atque ibi punctum affigamus: deinde ſubdamus, ut membrum per ſemetipſum comprehenſum, Deus benedictus in ſecula. Has ego lectiones non video, cur debeam recipere. Cum enim communis & recepta lectio perſpicua & plana ſit, eam potius ſequendam cenſeo. Nam iſtæ lectiones interponunt novam apoſtrophen, vel ad Deum Patrem, vel ad ſacram Triadem, cùm nihil ſit neceſſe. Deinde Paulus videtur idem facere, quod Hebræi Prophetæ & Pſalmi ſæpe facere conſueverunt, ut poſterior pars periodi idem repetat, quod in priori dictum fuerat. Id autem multo clarius & efficacius facit in præſentia. Prius enim attigit divinitatem Chriſti, cùm diceret, ſecundùm carnem: ea enim particula non erat neceſſaria, ſi præter naturam humanam in Chriſto nihil fuerit. Et addit, *Qui eſt ſuper omnia:* quod uni tantùm Deo convenit. Quod ergo his clauſulis dictum fuerat obſcurius, id altera parte periodi profert explicatius. Ait enim, *Qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula, Amen.*

Mos Prophetarum & Pſalmorum.

Ter probatur ex hoc loco divinitas Chriſti.

4 Neque levis eſt ratio Ambroſii: Non eſſe quęrendam hoc loco rem, aut perſonam aliam, cùm tantùm de Filio ſermo fuerit inſtitutus. Eraſmus excuſat hoc ſuum inventum, quod nihil divinæ naturæ, quã in Chriſto ſtatuimus, præjudicet, præſertim cùm ea ex aliis locis Scripturarum abundè convincatur. Reſpondemus, nos etiam probè ſcire, naturam divinam in Chriſto permultis aliis ſcripturarum locis ſatis eſſe teſtatam: ſed hunc tamen judicamus cum cæteris eſſe retinendum: nam id videmus factum eſſe ab omnibus Patribus. Neque convenit ut Eccleſię armamentarium ſine cauſa exhauriatur: quod potius implendum nobis eſt quotidie, & inſtaurãdum. Sed dicet, fortaſſe, Aliis locis parùm confidũt, qui pro iſto uno tantopere contendunt. Nos certè aliis locis nõ parùm fidimus, ſed cùm hic ſatis firmus & clarus ſit, eũ amittere noluimus. Cõmentaria Origenis teſtantur hęc dici de Chriſto: quaſi Paulus his verbis refellat eos, qui ea tempeſtate non audebãt apertè Chriſtum appellare Deum: quod mirum eſt audiri ex Origene, cùm ille alioqui de Filio Dei non rectè ſenſerit. Sed Eraſmus putat, hanc partem in illis commentariis ad Romanos eſſe adjectitiam. Ait enim Ruffinum, aut eum quicunque fuerit, qui vertit Origenem, quædam de induſtria emendaſſe, ne lectores nimiùm offenderentur. Et Hieronymus contra Ruffinum teſtatur, Origenem in aliis libris nunquam benè ſcripſiſſe de illis, de quibus erraſſet in libris περὶ ἀρχῶν. Quòd ſi verum eſt, quum in illis peſſime ſenſerit de Filio, facile evincitur in commentariis ad Romanos, hæc ab eo non potuiſſe ſcribi. Sed quicquid ſit de Origene (ejus commentaria ad Romanos non extant Græcè, ut de illis judicare poſſimus aliquid) certum eſt Cyprianum ſcriptorem antiquiſſimum in lib. 2. contra Iudæos cap. 5. uti hoc teſtimonio ad aſſerendam Chriſti divinitatem: quamvis, quum citet Pauli verba, vocem illam, Deus, intermittat. Quod idem videmus factum ab Hilario in Pſalm. 1. 22. Verùm id videri poteſt accidiſſe librariorum incuria, ut Eraſmus ipſe confitetur. Neque omittendum eſt, particulam illam, *Super omnia*, poſſe adjungi ad illam particulam quæ ſequitur, εὐλογητὸς: ut ſenſus ſit, Deus qui laudandus eſt ſuper omnia.

Eraſmus.

Simile.

Origenis ſcripta.

Origenis commentaria ad Romanos.

Cyprianus.

Hilarius.

In 1. Cor. 15. verſ. 47.

5 In ea verò Pauli ſententia quæ ſcribitur, 1. Corinth. 15. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo ipſe Dominus è cœlo: putarunt nonnulli, ad hoc ut antitheſis perfecta ſit, intelligendum eſſe: Quemadmodum primus homo ſuũ corpus de terra

A fictum habuit: ita ſecundum hominem, Chriſtum inquam, de cœlo corpus ſuum attuliſſe. Hinc Valentinus, Marcion, & inter Modernos Schuenckfeldius ejúſque ſectatores, non conſentiunt Chriſtum aſſumpſiſſe carnem ex Virgine, ſed è cœlo ſecum attuliſſe corpus arbitrantur. At non eſt neceſſarium, ut collatio, quoad omnes partes, omninò reſpondeat. Hæc Apoſtoli alluſio quædam potius eſt, in qua non ſubſtantia rerum compararum expenditur, ſed e- B jus qualitates, conditiones & dotes conferuntur. Neque aliud vult Apoſtolus, quàm Adamum noſtræ hujus vitæ fuiſſe typum: poſteriorem verò, Chriſtum inquam, formam eſſe futuræ, quam expectamus. Neque hìc mentionem facit corporis: imò cùm dixiſſet, primum hominem de terra terrenum, adjecit, Secundus verò Dominus de cœlo. A piis non negatur Chriſtum eſſe de cœlo, cùm naturam divinam illi tribuant: non autem ob id fit, ut quicquid habuit Dominus, qui de cœlo venit, vel ſit cœleſtis naturę, C vel de cœlo allatum. Nam ſi velimus eodem modo ratiocinari de priori Adamo, eum non dicemus prorſus è terra terrenum, cùm præter corpus & animam habuerit, quæ res divina eſt, neque fuit è limo deſumpta. Quare juxta rationem hanc dicemus, Ut Adamus habuit non ſolùm corpus è limo fictum, ſed etiam cœleſtem animum: ita Chriſtus non ſolùm complectitur naturam divinam, quæ fuit è cœlo, ſed etiam corpus animale, quod è terra ſumpſit in utero Virginis. Atque Auguſtinus 13. De Civitate Dei, ho- D mini Chriſto tribuere corpus animale utcunque nõ veretur: alioquin ſi Chriſto demus corpus è cœlo allatum, non erit homo, cùm cœleſtia differant à terreſtribus maximè. Chriſtum autem vere fuiſſe hominem, Scriptura cum paſſim atteſtatur, tum Paulus hoc loco illum diſertè appellat hominem. Quanquam & quoad humanitatem Chriſtus è cœlo dici poſſit: quandoquidem ejus corpus originem ex viri ſemine minimè habuit, ſed à Spiritu ſancto, ut Angelus Virgini promiſit, cùm diceret, Spiritus altiſſimi E obumbrabit tibi. Præterea, quoad effectus & actiones converſationis humanæ, potuit è cœlo dici, cùm moribus & ſanctitate vitę prorſus cœlitus atque divinitus ageret. Præterea loquitur de Chriſto Apoſtolus, quoad ſtatum reſurrectionis, ad quem & nos perducemur. Neque dubium eſt reſurrectionis conditionem, non naturaliter, ſed vi divina illum ſibi vendicaſſe.

Schuenckfeldius.

Dominus è cœlo venit, licet corpus habuerit è terra.

Si Chriſtus haberet corpus è cœlo, non eſſet verè homo.

Quomodo Chriſtus etiam quoad corpus dici poſſit è cœlo. Luc. 1. 35.

6 Sed cùm jam pateat loci hujus expoſitio, ſupereſt nunc, ut illi arguantur, qui ſecus exiſtimarunt, F dicentes Chriſtum minimè ſumpſiſſe corpus è Virgine, verùm è cœlo ſecum tuliſſe, quod per Mariam virginem quaſi per fiſtulam tranſierit. Sed ante omnia videndum eſt, quibus rationibus innitantur. Primùm inquiunt, ſi corpus Chriſti non ſit res divina & cœleſtis, verùm creatura de utero Virginis aſſumpta, cùm Paulus dicat, Chriſtum in cordibus noſtris habitare, ut habetur ad Epheſios, eum non habebimus niſi dimidium: nam id non fiet niſi quoad naturam divinam. Verùm iſtis reſpondendum eſt, ipſum eun- G dem Apoſtolum, quomodo Chriſtus habitet in cordibus noſtris, luculenter exponere. Nam adjecit, *Per fidem:* Ipſa non partem Chriſti, ſed totum apprehendit, tum in Sacramento Euchariſtiæ, tum in verbis Dei, quę nobis de noſtra ſalute proponuntur. Atque ut hoc ſpiritualiter judicandum ſit, patet ex collatione locorum aliorum. Ad Romanos cap. 8. dicitur, Si Chriſtus habitat in vobis, Deus qui excitavit illum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora veſtra, propter ſpiritum ejus, qui habitat in vobis. Hìc H jam apertè audimus per ſpiritum ſuum Chriſtum in nobis habitare. Et in tertio capite prioris ad Corinthios, non alia ratione templa Dei aſſerimur, niſi quòd Spiritus ſanctus habitet in nobis. Nec exigitur ad conjunctionem quam habemus cum Chriſto, ut corpus ejus reipſa penetret noſtra pectora vel animos. Fide atque Spiritu totus Chriſtus à nobis apprehenditur, tum quoad naturam divinam, tum quoad naturam humanam. Et cùm ponamus divinam Chriſti naturam eſſe ubique, non tamen humanam, I haudquaquam putandi ſumus Chriſtum dividere cum Neſtorio. Nam fatemur totum Chriſtum, ſi perſonaliter (ut ita dicam) intelligas, eſſe ubique:

Quibus rationibus utantur, qui dicunt Chriſtum è cœlo attuliſſe. Eph. 3. 17.

Rom. 8. 11.

Ratio 1.

1. Cor. 3. 16.

non

Digitized by Google

non tamen totum quod eſt Chriſti, eſſe ubique cō-
cedimus. Vbicunque enim Filius Dei ſit, is nimirum
eſt, qui naturam humanam conjunctam habet, licet
non ubicunque ipſe eſt, præſentem reipſa illam fa-
ciat: quandoquidem neceſſe eſt ad ejus veritatem, ut
ſuis finibus circumſcripta ſit, & loco certo continea-
2 tur. Argumentatur præterea, in extrema die judicii,
Act. 24. 30. corpus Chriſti ab omnibus videndum eſſe, qui ju-
dicabuntur: qui cum maximo numero futuri ſint, ita
ut bonam partem univerſi occupent, niſi Chriſto
concesſerimus corpus ingentis molis, ut eſt Sol, vel
aliqua ſtella inſignis, non poterit omnibus eſſe con-
ſpicuus. Hic nos dicimus, omnes qui judicabuntur,
fore immutatos, ut non amplius animale corpus ha-
beant. Et quanquam impii non abituri ſint in muta-
tionem gloriæ, attamen corpus ita inſtauratum ha-
bebunt, ut neque cibo, neque potu ampliùs egeant.
Quare poterunt eo acumine ſenſus prædıti eſſe, ut
à partibus quàm longinquis judicem ſuum conſpi-
cere valeant.
3 7 Dicunt etiam, juxta noſtram ſententiam, Chri-
ſtum non eſſe adorandum, niſi dimidiatum: ſiqui-
dem manifeſtè conſtat, nullam creaturam adoran-
dam eſſe. Nam ſi Chriſtus corpus ex Virgine ha-
buit, indubitatò fuerit creatum: quare adorari jure
non poterit. Cæterùm ad hoc jam diximus, nequa-
quam cum Neſtorio diducendas eſſe Chriſti natu-
ras, unitas perſonæ ſpectari debet, totúſque Chriſtus
à nobis adoratur, id eſt, ea perſona divina, quæ ubi-
cunque ſit, vel adoretur, conjunctam habet humani-
tatem, quæ à natura minime divelli poteſt. Verùm ſi
adorationis ratio exploretur, ea non ab humanitate,
verùm à divinitate petenda eſt. Item aiunt, Corpus
4 humanum, quandoquidem creatura conſtituitur à
nobis, maledicto & peccato eſt obnoxium: quamob-
rem non decet, ut ipſum Filio Dei adjungamus. At
nos quod iſti dicunt, fatemur de carne & corpore hu-
mano verum eſſe, niſi Spiritu ſancto præveniatur at-
que ſanctificetur. Sed negamus quod ſibi ſumunt,
humanam carnem non poſſe adeò ſanctificari, ut ſit
abſque labe, & maledictione. Dicant nobis iſta, num
exiſtiment primi hominis corpus, cùm à Deo fuit ef-
fictum, & animo vegetatum, ſub maledicto & pecca-
to fuiſſe? Nefas eſt ita ſentire, nam quæ condidit
Deus, valde bona erant. Proinde cùm legamus Spi-
Luc. 1. 35. ritum ſanctum obumbraſſe Mariæ antequam conci-
peret: cur inficiabimur ſanctificatam carnem & ma-
5 teriam quam Chriſtus inde aſſumpſit? Solent & non-
nulla Scripturæ loca, ut ſuum figmentum confir-
Mat. 1. 02. ment, adducere: Vt illud Matthæi, Quod in ea na-
tum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Vnde volūt, Chriſtum
in Maria natum, non ex Maria, quaſi materiam inde
ſumpſerit. Cæterùm iſte locus illos maximè confu-
tat, nam Chriſto attribuitur quod naſcatur in Virgi-
ne. At naſci, non eſt per fiſtulam aut canalem tranſi-
re, ſed materiam corporis verè inde ſumere, unde
6 naſci dicitur. Quódque urgent ſcriptum eſſe, In ea,
ſemel id duntaxat oſtendunt; cùm e diverſo habea-
Rom. 1. 3. mus infinitis locis, Chriſtum eſſe ex ſemine David:
quod iſti hæretici cùm animadverterint, tantæ im-
pudentiæ fuerunt, ut quemadmodum Tertullianus
refert, ubicunque habetur Ex, præpoſitione illa ex-
puncta, Per, ſubſtituerunt, ut ſuum dogma confir-
marent. Citant & illud Ioannis: Verbum caro factum
Ioan. 1. 14. eſt: quaſi Chriſti corpus non de materia deſumpta
ex utero Virginis conſtaret, ſed potius ex Dei ver-
bo. videre tamen iſti debuerant, qui hæc dicunt,
quàm ſit abſurdum ut Deus ponatur mutari, & in a-
7 liam ſpeciem verti. Opponunt adhuc, quod in Ioan-
Ioan. 10. 23. ne legimus, Vos de terra eſtis, ego ſum de ſupernis.
Quod eorum inſtituto quàm parum proſit, commu-
nis & vulgaris interpretatio docet. E ſupernis Chri-
ſtus eſt, quoad naturam divinam: deinde illius actio-
nes non terrenis affectibus, verùm ſuperno ac divino
ſpiritu regebantur. In Iudæis verò quos arguebat, ſe-
cus fuit: nam ut puri ac nudi homines erant, ita e-
tiam carnalibus atque terrenis cupiditatibus duce-
bantur.
8 8 Præterea commemorant, Chriſtum negaſſe ma-
trem ſe habere. Vnde cùm in ſynagoga doceret, &
quiſpiam diceret, Mater tua & fratres tui foris ſtant
Mat. 12. 48. quærentes te: Reſpondet illis Quæ eſt mater mea,

A & qui ſunt fratres mei? &c. Cæterùm hîc ut in aliis,
longè falluntur. Quidam enim locum expoſuerunt,
quaſi nuncius is qui hæc dicebat, naturam ejus divi-
nam irrideret, ac ſi diceret, Profitetur iſte ſe Deum
eſſe, & neſcio quam divinitatem jactat, cùm tamen
fratres ejus & mater illum ſubinde quærirent. Ideò
Chriſtus hanc tentationem repellens, quoad natu-
ram divinam reſpondet: Quæ eſt mater mea, & qui
ſunt fratres mei; ac ſi diceret, Quà ſum Deus, nec
B matrem, nec fratres habeo. Aut locum interpretabi-
mur verius & facilius, quòd Chriſtus tunc docuerit,
docendi functionem ſibi à Patre commiſſam, ideo
ſe non debere ab illa, vel matris, vel fratrum cauſa
impediri. Nam quoad hujuſmodi negotia, matrem,
fratres, & humanas affectiones, ignorare oportet. Re-
gnum quippe Dei primo loco quærendum eſt. Vn-
de Chriſtus identidem ait (cùm inventus fuiſſet in
templo, reſpondens, & interrogans inter doctores)
parentibus: An neſciebatis, quòd in his quæ Patris Luc. 2. 40.
C mei ſunt, oportet me eſſe? Afferunt & illud ex Luca, 9
quòd cùm mulier quædam dixiſſet, Beatus venter Luc. 11. 27.
qui te portavit & ubera quæ ſuxiſti: Chriſtus reſpon-
derit: Imò beati qui audiunt verbum Dei, & cuſto-
diunt illud. Sed hac reſponſione Chriſtus nequaquā
matris neceſſitudinem rejecit: verùm oſtendit, quis
potior ſit habendus felicitatis gradus. Adhæc oppo- 10
nunt, quòd angeli potuerint in veteri Teſtamento 11
humanam carnem ſumere, ac noſtra corpora indue-
re, qui tamen ex mulieribus minimè naſcebantur.
D Quid itaque (aiunt) obſtabit, quin de Chriſto idem
dicamus, quod humanam induerit formam, nec ta-
men illam ex Maria ſumpſerit? Reſpondemus, juxta
Dei potentiam id non fuiſſe difficile factu, ut Chri-
ſto aliunde quàm ex utero Virginis, corpus humanū
aptaretur. Verum ſimilitudo angelorum apparentiū
humana forma, cum incarnatione Domini non eſt
conferenda. Non enim illi aſſumebant corpora, ut
crucifigerentur, ut morerentur, & hominem redime-
rent, ſed ut exequerentur, legationem ſibi commiſ-
E ſam. At Chriſtus, ut homines redimeret, verè homo
fieri voluit, quod non ſucceſſiſſet allato corpore de
cœlo, cùm cœleſtis & terreſtris natura plus quàm ge-
nere differant. Hilarium quoque arbitrantur iſti ſe-
cū facere, qui de Trinitate ſcripſerit, quòd Maria vir- 12
go carni & corpori Chriſti nihil de ſuo addidit, præ-
ter concipiendi, geſtandi & pariendi miniſterium:
cùm tamen hæc ſententia parum illos juvet. Nam
Hilarius corpus Chriſti creaturam eſſe multò aper-
tiſſimè atteſtatur: ſed ait, Mariam nihil addidiſſe de Chriſtum ve-
F ſuo, quoad illa tria miniſteria quæ commemorat, rè habuiſſe
cancipiendi, geſtandi, & pariendi, nam quartum mi- humanū cor-
niſterium fuiſſet, cum viro congredi, cum eo mi- pus multis
ſceri, & ſemen ejus admittere, quæ Maria de ſuo non modis proba-
adjecit. tur.
9 At è diverſo verè habuiſſe humanum corpus, Vide Claſſ. 1.
multis modis probatur: Nam deſcribitur ab Evange- cap. 12. ſect. 15.
liſtis ejus genealogia, quæ à Luca in Adamum ſol- Luc. 3. 28.
vitur, apud Matthæum ab Abrahamo initium ſumit. Matt. 1. 1.
Neque obſtat, quod Ioſephum nominat ut patrem Mat 8. 20. & 9. 6. & paſſim.
G Chriſti, quia Maria & Ioſeph ejuſdem cognationis
erant, unde utriúſque linea eorum conjungitur:
quod an fiat in atavo, vel tritavo, non eſt præſentis Ratio.
loci inquiſitio. Deinde Chriſtus paſſim ſe filium ho- 1
minis prædicat. Et Hevæ promiſſum eſt ſemen, quo Gen. 3. 15.
caput ſerpentis confringatur. Et Abrahamo item ſe- Gen. 22. 18.
men in quo benedicendæ eſſent omnes gentes, pro- 2
mittebatur. Atque Paulus ad Romanos 1. ſcribit de Rom. 1. 3.
Chriſto, qui factus eſt ex ſemine David ſecundùm 3
carnem. Necnon ad Romanos cap. 9. Quorum ſunt Rom. 9. 5.
H Patres, ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, qui
eſt ſuper omnia Deus, benedictus in ſecula. Ad Ga- 4
latas præterea legitur. Quando venit plenitudo tem- Gal. 4. 4.
poris, miſit Deus Filium ſuum, in ſimilitudinem car-
nis peccati, factum ex muliere, factum ſub Lege.
Necnon agitur in eadem epiſtola de ſemine Abra- 5
hami, per quod futura eſſet benedictio: & urget Apo- 6
ſtolus vocem ſeminis, quòd non ſit dictum multitu- Gal 3. 16.
dinis numero, ſeminibus, quaſi de multis nos id in- 7
telligere oporteret, ſed numero ſingulari utitur Scri- 8
I ptura, ut ad unum Chriſtum ſpectemus. Ad Timo-
theum habemus: Memor eſto, Dominum noſtrum 2. Tit. 2. 8.
Ieſum Chriſtū ex ſemine David ſecūdum Evangeliū 9

Digitized by Google

10 meum,à mortuis reſurrexiſſe. Sed omnium eviden-
11 tiſſimè probat hanc ſententiam epiſtola ad He-
Heb.2.16. brços, ubi dicitur ſemen Abrahami, non angelos,
12 Deum apprehendiſſe, aſſeritúrque: Chriſtus nobis
per omnia ſimilis, & per omnia tentatus: & cùm
pueri ejus commercium haberent carnis & ſangui-
nis,is quoque factus eſt particeps illorum, carnis in-
Heb.5.1. quam & ſanguinis. Perhibetúrque fuiſſe Pontifex
noſter, qui potuerit infirmitatibus compati, & ex
Heb.2.11. hominibus aſſumptus. Et rurſus, Qui ſanctificat, &
qui ſanctificantur, ex eodem ſunt, atque nos verè
fratres ejus commemoramur.

Corpus eſſe terrenum multa indicia demonſtrant.

10 Tertullianus aliud affert argumentum, quo
probet Chriſtum verè habuiſſe humanum corpus.
Nihil(inquit)ex aliqua materia deſumitur, quin e-
jus indicia & veſtigia nonnulla conſervet. Quoniam
corpus primi hominis ex luto confictum eſt, idcirco
duorum elementorum ſpeciem retinuit: nam caro
terram, ſanguis verò aquam refert, & nos terrenos
eſſe quoad corpus multa demonſtrant. In terra vi-
deas glebas,in noſtro corpore muſculos: habet illa
ſaxa, noſtrum corpus oſſa: rivuli & flumina in terra
conſpiciuntur, diducuntur autem per noſtrum cor-
pus in univerſum venæ,quæ omnia membra ſangui-
ne rigant: in terra ſunt diſperſæ plantarum & ſtir-
pium radices, corpus habet nervos in omnibus ſuis
partibus:lapilli reperiuntur in terris: neque in cor-
pore noſtro calculi, ungues & alia id genus deſunt:
terra in viſceribus & reconditis locis habet metalla,
corpus noſtrum in cavernis oſſium continet medul-
las:muſcum videmus & herbas in terra germinare,in
noſtro quoque corpore pili creſcunt, barba & coma.
Quæ omnia in Chriſti corpore cùm locum habue-
rint,non eſt quòd adverſarii nitantur ipſum ex natu-
ra cœleſti facere,cùm hæc ſint veſtigia terrenæ ma-
teriæ. Probabilis videretur eorum ſententia,ſi ali-
quid Vergiliarum,Orionis, Luciferi, aut Arcturi o-
ſtenderent in corpore Chriſti: nam tunc materiam
ejus de cœlo allatam utcúnque probarent.

Mat.1.21.
In 1. Cor. c.1 v.3.
Ieſus Chriſtus.
Quare ungebantur Prophetæ, Sacerdotes & Reges.

11 Ieſus eſt Latinè Servator,ab Hebraica voce de-
ducitur *Ieſchuah*. Et cur ſic appellatus fuerit,expoſuit
Angelus: Ipſe enim inquit, ſalvum faciet populum
à peccatis eorum. Chriſtus vox eſt Græca. Hebraicè
dicitur,*Meſchiah*,id eſt,unctus. Antiquitus in populo
Dei, Reges, Prophetæ ac Sacerdotes ungebantur.
Etenim illos qui deſtinantur his muneribus,manent
duriſſima certamina. Quamobrem ex ſymbolo admo-
nentur,quod inſtar athletarum futuri ſint,modò ſuę
vocationi reſpondere velint. Nemo autem ignorat,
conſueviſſe athletas ante pugnam membra ungere.
Aut, quod eſt veri multò ſimilius, unctione ſignifi-
cabatur copia ſpiritus, qua iſta tria hominum gene-
ra perfunduntur. Nam Prophetę, Reges,& Sacerdo-
tes in ſuarum functionum adminiſtratione, opulen-
Vnctio afflatus Spiritus ſancti.
tiſſimo ſpiritu opus habent,atque Sancti Spiritus af-
flatum appellari unctionem in ſacris literis, nequa-
Eſa.65.1. quam ambigimus. Eſaias habet,ſpiritus Domini ſu-
per me,ideo unxit me: quem locum Chriſtus de
Luc.4.18. ſeipſo interpretatus eſt, idcircò minus eget noſtra
Pſal.45.8. expoſitione. Et in Pſalmis,teſtimonio epiſtolæ ad
Heb.1.9. Heb.de ſervatore noſtro canitur:Propterea unxit te,
Deus,Deus tuus,oleo lætitiæ,præ participibus tuis.
Act.10.38. Atque in Actis Apoſtolicis,Petrus Cornelio Centu-
rioni concionatus eſt de Ieſu Nazareno,quòd illum
Deus unxerit ſpiritu & virtute,cap.10.Et in Epiſtola
1.Ioan.2.20. Ioannis habetur, Vnctio de omnibus vos docebit:
Pſal.105.15. nec non Pſal.105. cùm ſermo haberetur de Abraha-
mo, Iſaaco, Iacobo, &c. ſcribitur, Nolite attingere
Chriſtos meos. Neque potuit illos appellare unctos
(quod ex ſacris literis habeatur)externa aut ſymbo-
lica unctione. Quare totum id referendum eſt ad
Spiritus ſancti inſtinctum. Neque prætereundum,
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum nactum eſſe
tam uberem opulentámque ſpiritus unctionem, ut
ea in nos etiam qui ei credimus, per illum dimana-
2.Cor.1.21 verit,quod in Epiſtola 2.ad Cor.c.1.ſcribitur his ver-
bis,Porrò qui confirmat nos,unà vobiſcum in Chri-
Fideles appellãtur Chriſti & Chriſtiani.
ſtum & qui unxit nos Deus eſt,qui etiam obſignavit
nos, dediſque arrham ſpiritus in cordibus noſtris.
Quo fit,ut non abſurdè, quotquot verè credunt, &
In 1. Sam. 10. initio. Chriſti & Chriſtiani appellentur.

12 Hoc autem animadvertere debemus,legalia il-
A la adventu Chriſti evanuiſſe.Itaque Papiſtæ,& qui-
dam etiam è Patribus, cacozelia quadam inducti
De Chriſmate, Vide in 1.Reg. 14.
ſunt,ut Chriſma ſuum nobis obtruderent. Tam au-
tem operoſè, tanta pompa & tanto ſtrepitu oleum
illud ſuum ornari volunt, quanto non aliud ullum
ſacramentorum nobis à Chriſto commendatur.Hoc
eſt ingenium hominum,ut ſemper ſua inventa plu-
ris faciant,quàm præcepta Dei. Sed iſti in oleo ſuo
ſomniant, præterea neſcio quam notam indelebi-
B lem:quam tamen ipſi, quæ ſit non intelligunt, nec
rogati quid ſibi velit,poſsũt docere alios.Verùm hęc
omnia Chriſtus adventu ſuo abrogavit. Quare jam
Claſ.4.c.1. Sect.24.
nihil opus eſt oleo:ſatis eſt ut miniſtri legitimè eli-
gantur,ut cum aliqua authoritate poſſint docere po-
pulum. Neque neceſſe nunc eſt,ut Reges & Princi-
pes inungantur. Quòd ſi qui ſunt,qui hodie inun-
gantur,ea omnis ratio,meo quidem judicio,ad civi-
le inſtitutum pertinet,non ad religionem.Quanquã
in eo quoque videtur eſſe nonnulla cacozelia Iu-
Quare omnes Chriſtiani uncti dicantur?
C dæorum. Omnes enim jam uncti & Chriſtiani ſu-
mus: & ſatis eſt rem ipſam habere,nihil eſt opus ſi-
gno,poſtquam Chriſto nomen dedimus. Dicimur
autem uncti,non quod oleo delibuti ſimus,ſed quòd
illud ſimus aſſequuti,quod olim oleum ſignificabat.
Res enim ſæpe pro ſigno ponitur, & ſignum pro re.
Chriſtus non fuit unctus oleo.
Chriſtus nunquam unctus fuit oleo, quod legimus.
Tamen(uti diximus)Eſa.ita de illo ſcribit, Spiritus
ſanctus ſuper me,eò quod unxit me. Pſal.105. David Pſal.61.1.
ait de Abrahamo,Iſaaco,Iacobo,cùm pauci numero Pſal.105.15.
Patriarchæ dicũtur uncti, licet oleum non eſſet adhibitum.
D eſſent, & Deus illos circunduceret, defendebat eos,
& caſtigabat propter illos Reges: Nolite inquiens,
tangere Chriſtos meos.Non legimus Abrahamum,
Iſaacum, Iacobum fuiſſe unctos oleo. Qui tamen
conſecrati erant ad inſtituendum populum Dei,di-
cti ſunt Chriſti & uncti. Res enim uſurpatur pro
ſigno.

In Rom.cap.1. verſ.7.
Quare Chriſtus dicatur Dominus?

13 Chriſtus autem Dominus appellatur, quod ei
pulchrè convenit. Omnia enim illi data ſunt à Pa-
tre,& precium pro noſtra ſalute ipſe perſolvit: idcir-
E cò jure dicitur Dominus. Quam appellationem in-
de licet ſuſpicari eum nactum eſſe,quod Hebręi no-
men ſanctum Tetragrammaton, quod eſt *Iehova*,
nunquam pronunciatione expediunt, ſed per alias
voces efferunt,id eſt,per *Elohim* & *Adonai*,quæ po-
tentiam & dominatum ſignificant. Vnde factum vi-
detur,ut Septuaginta interpretes, quum occurrebat
nomen Tetragrammaton, illud reddiderint per vo-
cem *κύριος*, ut multis locis apparet, ex quibus unum
proferemus.Dixit Dominus Domino meo. Vbi pri- Pſal.110.1.
F mo loco habetur *Iehova*, quod illi reddiderunt, Do-
minus. Idcircò cùm Chriſtus appellatur Dominus,
perinde eſt ac ſi Deus vocetur: quamvis Tertullia-
nus adverſus Praxeam dicat, Dominum appellari
Chriſtum, quando conjungitur cum Patre:Tunc e-
nim Pater Deus appellatur. Quòd ſi Filius adjun-
ctus item,diceretur Deus,Ethnici exiſtimare potuiſ-
ſent,nos plures deos ponere. Vt itaque obſiſtatur
eorum ſuperſtitioni,epitheton Filii,Dominum faci-
mus. Sed ſi per ſeipſum ac ſolitariè nominemus Ie-
G ſum Chriſtum,facilè appellatur Deus,ut liquet ple-
riſque Scripturarum locis. Et utitur quodam ſimili, Simile.
quod radium ſolis, quum ejus ſit mentio ſeorſim,
ſolem appellamus: & dicimus ſolem ingredi noſtras
feneſtras.Sed quum incidet,ut ſol quoque unà cum
radio ſit nominandus, nequaquam appellamus ra-
dium, ſolis nomine, ſed eſſe dicimus ſolis radium.
Verùm prima ratio firmior eſt, quod & paulò ante
obſervavimus.

In 1. Cor. c.15. verſ.24.
Quomodo Chriſti regnũ ſit æternum, ſi eſt finiendũ?

14 Quòd ad Chriſti regnum attinet, nonnihil
H difficultatis habere videtur,quòd in ſacris literis fre-
quenter mentio fit æterni regni Chriſti. Quod ſi fi-
nem habiturum ſit, ut Pauli verba 1.Corinth.15. in-
nuere videntur, in ſacris literis aliqua pugna videbi-
tur excitari.Gabriel dixit ad Mariam, Dabit ei Deus Luc.1.32.
ſedem David patris ſui, regnabit in domo Iacob in
æternum,& regni ejus non erit finis. Atque Daniel Dan.2.44.
cùm de Monarchiis vaticinium texeret, de regno
Chriſti non tacuit,ſed illud regnum omnium ſeculo-
rum,& æternum fore prædicavit.Hunc nodum ſolvit
I Ambroſius,non eſſe credendum ita Filium traditurũ
eſſe regnum Patri, ut regnare deſinat: ſed quia tunc
declarabit omnibus,ſe nequaquã ex ſeipſo regnare,
ſed

ſed ex Patre omnes ſuas vires & actiones eſſe, à quo ſit omnis paternitas, & in cœlo, & in terra: atque ſic publice ipſum glorificabit, quod erit regnum Deo & Patri tradere, hoc eſt, non ſibiipſi tantum uſurpare. Auguſtinus ubicunque tractat hunc locum, conſentit cum Ambroſio. Sed aliter interpretari poſſumus, atque (ut judico) conſentanea expoſitione, his quæ ſequuntur: ut dicamus regnare interdum accipi, quaſi ſit excellere, eminere præ cæteris, & ſummũ locum tenere. Ac iſta ſignificatione Chriſtus perpetuo regnabit. Sin verò dicamus, regnare idem eſſe quod officia regis exercere, pugnare, tueri, vincere, atque alia hujus generis, Chriſtus non ſemper regnabit: nam cùm perfecti & abſoluti fuerimus, his auxiliis Chriſti non erit opus. Cùm venit in mundum, prædicavit, docuit, mortuus eſt pro noſtra ſalute: non quoque pro nobis apud Patrem intercedit, nos tuetur à malis imminentibus, nec unquam ab officiis & actionibus Mediatoris deſiſtit: verùm ad finem omnibus pacatis, iſta officia Patri reſignabit, cùm non amplius illis locus pateat. Veluti ſi potentiſſimus Rex unicum filium, ad aliquam provinciam ſui regni mittat, quæ laboret ſeditionibus, tumultibus atque rebellione, filiúſque proficiſcatur cum imperio & forti exercitu: qui cùm omnia ſedaverit, & rebelles in poteſtatem redegerit, ad patrem revertitur victor, triumphat, ac tradit ei pacatam provinciam, neque ulterius imperio militari aut legionibus utitur. Romæ ſic agebatur. Dictator debellatis hoſtibus ſeſe abdicabat, & privatus effectus ad conſueta negotia redibat. Sed inter hæc ſimilia, & quod modo agimus, id intereſt, quod filius Dei non ita ſe abdicabit, ut honore privetur: ſed quoniam (ut dixi) ab officiis regnandi poſtremo tempore reſiſtet, dicetúrque tradere Deo Patri regnum pacatum atque tranquillum, devictis hoſtibus.

Quid ſit Regnum tradere Patri.

Regnare ſumitur dupliciter.

Simile.

Romanorum mos.

15 De morte & reſurrectione Domini, ſcribit Apoſtolus ſe in primis Corinthios inſtituiſſe, quoniam hæc duo præcipua & ſumma ſunt capita noſtræ religionis, ad quæ citra cõtroverſiam omnia referuntur. Deinde ſe docuiſſe ait, quemadmodum acceperat à Deo, & Chriſto Ieſu Domino noſtro, ut ad Galatas teſtatur, & in Actis habetur. Non vult ut humanæ authoritati innitamur, ſed ad divinam revocat, cujus inſtituto advertantur, qui jubent nos ea tantùm credere, quæ Romana Eccleſia credat. Hi neque Deo, neque Scripturis locum faciunt: Papam unum præ omnibus habent. Sed Apoſtolus non tantùm ſe accepiſſe fatetur, quæ docuit, imo bis Scripturarum meminit, cùm Chriſtum juxta illas mortuum, & juxta illas reſurrexiſſe ſcribit. Et cùm per Scripturas vetus inſtrumentum intelligat, hinc facile colligimus, qua ratione, quóve conſilio ipſum legere debeamus, ut multiplicibus & variis teſtimoniis novum confirmemus. Debemus etiam nobiſcum cogitare, quando Chriſtum audimus mortuum eſſe pro peccatis noſtris, quanti ſit peccati immanitas, & atrocitas, cum filium Dei propterea in mortem crucis tradi oportuerit. Neque mihi quiſpiam dixerit, potuiſſe Deum alia ratione mundum redimere, neque fuiſſe omnino neceſſarium ad hominum ſalutem, ut filius Dei cruci affigeretur. Quia ſi ſemel conſtituerimus, Deum ſapientiſſimum juſtúmque rerum æſtimatorem, agnoſcemus illum, quando hoc medium noſtræ ſalutis elegit, naturam peccati vehementiſſimè deteſtatum eſſe, cùm decreverit Filium ſuum dare in mortem, & quidem ignominioſam, ut à ſuis electis peccatum depelleret. Nec immerito id factum judicabimus, ſi venerit in mentem, peccatum id unũ eſſe quo Deo repugnamus. Nihil in orbe vel in rerum natura eſt, citra peccatum, quòd voluntati Dei reſiſtat. Quæ proprietas tam late patet, ut non ſolùm quæ vocantur actualia peccata, complectatur, verùm etiam originale, & primos animi motus. Peccatũ originis ut Deo repugnet, ex eo declaratur, quod hominem ad imaginem ſuam condidit, in juſtitia, ſanctitate, & veritate. Modò contra hoc inſtitutũ naſcimur iræ filii, à Deo alieni, totique facti ad mendacia & impietatem: Reluctatur igitur originale peccatum inſtitutioni Dei. Hæc ideo nunc attulimus, quo totum integrumq; Chriſti beneficiũ agnoſcamus. Nõ oportet donũ ejus quaſi dimidiatũ perpendere. Cùm

In 1. Cor. c. 15. verſ. 3.

Gal. 1. 12. Act. 9. 20.

Quomodo legendum vetus Teſtamẽtum?

Quid occurrere debeat dum cogitamus mortem Chriſti?

Peccatum ſolum eſt quod reſiſtit Deo.

Originale peccatum quomodo adverſetur Deo?

Qui dicant hæc non eſſe peccata, integrum Chriſti beneficium nõ agnoſcunt.

A illum audis mortuum eſſe pro peccatis noſtris, id non tantum de culpa originis intelligas, ſed ſententiam hanc extendas etiam ad innatas & inſitas cupiditates, nec non ad ea peccata quæ per conſenſum rationis admittimus. Certe noſipſos quoq. Chriſto debemus, ob tam inſignia dona. Tribuebat immenſas laudes Romanus populus Curtio & Deciis, quod ſeipſos pro ſalute publica devoviſſent. Verùm hæc ad Chriſtum collata nihil ſunt. Nam illi homines morituri B alioquin erant, qua lege Chriſtus non tenebatur, quia in eo ſitum erat, tam ponere, quàm reſumere animam. Illis præſens gloria, & laus humana, ob egregium facinus quod aggrediebantur, propoſita erat. Sed Chriſti mors, quod attinet ad humana judicia, ignominiam conjunctam undique habuit. Illi pro dulci patria ſuiſque neceſſariis mortem oppetebant: at Chriſtus, ut ad Romanos habetur, pro infirmis, pro iniquis, pro peccatoribus, & pro inimicis eſt mortuus, quod omne genus charitatis exuperat.

Romanus populus multò Curtiis & Deciis tribuit, nos plura debemus Chriſto.

Ioan. 10. 18.

C 16 Et cùm inquit, Secundùm Scripturas: hoc nõ ad mortem eſt referendum, quæ ſatis conſtabat. Senſus, humana ratio, multiq. hiſtorici hoc atteſtantur, Ieſum Nazarenum, ſupplicio crucis fuiſſe mortuum: ſed quod pro peccatis noſtris victima factus fuerat, hac ratione aut ſenſu humani judicii non convincitur. Adjecit etiã mentionem ſepulturæ, quæ ad mortem pertinet. Nam quod ſepultus fuerit, certius ejus mortẽ declaravit. Et licet hic nõ addatur, Secundùm Scripturas: tamen à communi accipitur. De reſurre-D ctione quoque addit, quòd juxta Scripturas facta fuerit; Ideò nunc ſupereſt, ut videamus quibus Scripturis mors Chriſti & reſurrectio probentur. Loca ſanè multa ſunt, quæ omnia recenſere non eſt operæpretium, tantùm hoc monebo, quòd ſi quando Hebræi reſiſtant his teſtimoniis, quæ Chriſtus & Apoſtoli pro his articulis confirmandis adducunt, non multum moveamur. Quia dubitandum non eſt, Apoſtolos & Chriſtum in primis, ſecutos eſſe vulgatas & receptas expoſitiones à Patribus. Nam ea loca E ita receptum erat eo tempore, de Meſſia intelligenda fuiſſe, ut qui aderant, ea ſalvo pudore & conſcientia negare non potuerint. Ideò non legimus in Evangeliis eos reclamaſſe, quòd Scripturæ quæ adducebantur, de Meſſia non eſſent intelligendæ: ſed potius ita videmus oppilatum illis fuiſſe os, ut non haberent quod reſponderent. At nunc quando inter Hebræos illæ receptæ expoſitiones deſierunt, illis non videntur commenta deeſſe. Itaque nos, cùm audiverimus, Chriſtum aut Apoſtolos interpretatos aliquem lo-F cum, illis indubitatò fidem habeamus. Attamen reperiuntur in Scripturis quædam loca tam perſpicua, & adeo manifeſta, ut illis reluctari vel ipſi Hebræi ſi velint, non poſſint. In Pſal. 22. & mors, & reſurrectio Chriſti dilucidè prædicuntur. Ad quem Pſalmum de induſtria Chriſtus cùm in cruce moreretur, videtur nos remiſiſſe. Et Eſaiæ 53. caput adeò eſt apertum, ut non prophetiam videaris tibi legere, ſed Evangeliſtæ hiſtoriam. Conſueverunt item Apoſtoli, ad reſurrectionis confirmationem, ea Prophetarum loca indu-G cere, quæ de regno Davidis reſtituendo agunt. Nam cùm externum illud non ſit reſtitutum, nec expectari debeat ut reſtituatur, ad Chriſtum reſpiciendũ eſt, qui & in cœlis & in ſuis regnat, æternúmque regnabit. Chriſtus typum Ionæ Prophetæ, de ſua morte & reſurrectione attulit: & in pleriſque aliis conſimilibus, Chriſti mors & reſurrectio adumbrabantur. Et notandum, iſta quæ ſic præceſſerunt, non tantùm umbras & typos fuiſſe mortis aut reſurrectionis Domini, ſed earum quoque rerum veritatem in ſe utcũ-H que habuiſſe. Dum enim illi ſancti viri, multa & quidem gravia patiebantur, & auxilium ac liberatio mox divinitùs accedebat, cùm eſſent membra Chriſti, & Chriſtum caput haberent, conſequitur, ut Chriſtus in illis & pateretur, & liberaretur. Unde Chriſti paſſionem & reſurrectionem dicimus, à primis uſque temporibus incœpiſſe, verum poſtea in ipſo Chriſto manifeſtius habuiſſe locum. Et adhuc magis patefiunt præſenti morte Eccleſiæ, quam in laboribus & ærumnis quotidie tolerat, expectando felicem I carnis reſurrectionem. Tunc ſane iſta duo capita noſtræ religionis vere completa & manifeſtiſſima erunt.

Rom. 5. v. 6. 8. & 10.

Quibus locis mors & reſurrectio Chriſti probentur?

Quomodo cũ Rabbinis agẽdum?

Quædam loca de his in Scripturis habentur evidentiſſima.

Pſal. 22. toto.

De regno Davidis reſtituẽdo.

Eſa. 53.

Notæ de typis mortis & reſurrectionis Chriſti.

Act. 15. 16.

Mat. 12. 39. & 16.

Chriſtus in veteribus & patiebatur & liberabatur.

17 Auguſtinus in libro decimo quarto contra Fauſtum, agit contra hæreticum qui repudiabat Moſen, quaſi ille contumelioſus fuerit in Chriſtum, cùm ſcriberet: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Cui Auguſtinus reſpondet, Si hac ratione damnas Moſen, repudiabis etiam Paulum: Nam is ad Gal. ſcribit, Chriſtum factum eſſe maledictum pro nobis. Idémque in 2. Epiſt. ad Corinth. ait, Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis factum eſſe peccatum. Deinde citat locum ad Roman. [B] Deum miſiſſe Filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati, & de peccato damnaſſe peccatum. Adfert etiam rationem, cur caro Chriſti dicatur peccatum: nimirum, quòd mortalis fuerit, & mortem experta ſit, quæ neceſſariò conſequitur peccatum. Vúltque figuratam eſſe iſtam loquutionem, qua per id, quod antecedit, exprimitur conſequens. Sed præter hanc interpretationem Auguſtini, alia etiam ſe nobis offert, quam idem Auguſtinus ſequitur, quam etiam videtur didiciſſe ex Origene. [C] Deſumpta autem ea eſt ex Levitico, ubi cùm diverſa genera ſacrificiorum inſtituantur, mentio fit hoſtiæ pro peccato: quæ hoſtia, ipſa paſſim appellatur peccatum. Voci vero illi, ſæpe additur præpoſitio & Hebraicè ſcribitur, *lechataath* & *leaſchma*, hoc eſt, pro delicto: ut hinc videamus, Sacramenta habere nomina earum rerum, quas ſignificant. Et in hac loquendi forma conſpiraſſe videntur etiam aliæ linguæ & Latina, & Græca: Latini enim appellant piaculum, aut piacularem hoſtiam, quæ offertur ad avertendam iram Numinis. [D] Idem Græcè appellant κάθαρμα ab expurgando, & ἀνάθεμα. Atque hoc eſt, quòd Paulus nonnunquam appellat peccatum & maledictum. Hic igitur erit ſenſus: Chriſtum damnaſſe peccatum, quod erat in carne noſtra, de peccato, hoc eſt, ea victima, quæ fuit pro peccato, hoc eſt, carne ſua quæ appellatur, περὶ ἁμαρτίας, quod eſt, Hebraica conſuetudine loquendi, ſacrificium pro peccato. Condemnare verò illo loco eſt auferre & exauthorare ea, quæ conſequi ſolent damnatos. Vtque facilius intelligatur, [E] quomodo Chriſtus moriendo damnaverit peccatum, fide ſtatuere debemus, illum nobis impetraſſe Spiritum, quo peccata condonantur, quóque cupiditas, quæ omnium peccatorum radix eſt, retunditur.

Deut. 21. 23.
Gal. 3. 13.
2. Cor. 5. 21.
Caro Chriſti cur dicatur peccatum?
Hoſtia pro peccato dicitur peccatum
Sacramenta habent nomina rerum ſignificatarum.

18 Verùm hîc ſcrupulus occurrit, quónam pacto videatur Apoſtolus hæc à ſe invicem diſtrahere atque avellere, nimirum peccatorum condonationem & juſtificationem atque altera ex parte, fidem mortis à fide reſurrectionis: cùm videatur ex fide utriuſque partis, mortis inquam, & reſurrectionis, dari non [F] ſolùm remiſſionem peccatorum, verum etiam juſtificationem? Auguſtinus contra Fauſtum libro decimo ſexto videtur afferre hanc interpretationem: Quòd fides noſtra in reſurrectionem Chriſti potiſſimum dirigatur. Mortuum enim illum fuiſſe, Ethnici quoque fatentur, reſurrexiſſe autem pernegant. Atque ideo cùm fides id eſſe dicatur, per quod juſtificamur, id Paulus commemorare voluit, in quo ea præcipuè verſatur. Vtque ſententiam ſuam confirmet, locum ex decimo capite ad Romanos citat: [G] Si ore confitearis Dominum Ieſum Chriſtum, & corde credideris illum excitatum fuiſſe à mortuis, ſalvus eris. Ex quibus verbis apparet, ſalutem & juſtificationem attribui fidei reſurrectionis Chriſti. Verùm hæc non ita ſunt accipienda, quaſi fides noſtra non dirigatur etiam in mortem Domini. Verum quidem illud eſt, Ethnicos fateri, Chriſtum fuiſſe occiſum. At non credunt id propter hominum peccata fuiſſe factum: ſed aut propter aliquod ejus crimen, aut per [H] injuriam. Nos verò credimus, eum propter ſalutem & redemptionem humani generis fuiſſe crucifixum. Quare, non tam in reſurrectione, quàm in morte Chriſti fides noſtra exercetur. Quod autem ex decimo capite ad Romanos adducit, nihil adverſus noſtram ſententiam facit. Quis enim non intelligat, in fide reſurrectionis Chriſti, includi eam etiam, quam habemus de illius morte atque cruce? Superſunt itaque duæ aliæ interpretationes admodum veriſimiles. Quarum prior eſt, revera Chriſti morte, redemptionis pretium fuiſſe perſolutum. [I] Verùm ad hoc, ut illud nobis applicetur, Spiritu ſancto opus fuiſſe, quo adduceremur ad credendum Chriſtum, ut eum

In Rom. 4. 25.
Fides in reſurrectionem Domini præcipuè fertur.
Rom. 10. 9.
Etiam in mortem Domini fertur noſtra fides.
In fide reſurrectionis comprehenditur fides mortis.
Præter ſolutionem pretii opus fuit ut nobis redemptio applicaretur.

[A] nobis ſuppeditaret, à morte ſurrexiſſe: Apoſtolos ad prædicandum, in omnes partes dimiſiſſe, nunc quoque apud Patrem Interceſſorem & Pontificem agere. Idcircò reſurrexiſſe dicitur, ut nos juvaret ad juſtificationem adipiſcendam. Ad hanc expoſitionem accedere videtur Chryſoſtomus. Altera expoſitio eſt, fidem mortis reſurrectionis juſtificationem afferre, ſed Paulum hæc disjunxiſſe, ut eleganter analogiam atque proportionem inter hæc oſtenderet. [B] Morti Chriſti optimè reſpondet condonatio peccatorum: quoniam propter illa nos mori debuimus. Vtque Chriſtus, quòd ad corruptibilem vitam attinet, mortuus eſt, ita nos oportet cùm juſtificamur, mori peccato. Rurſus, quia juſtificatio in eo videtur declarari, quòd incipimus novam vitam, ideò ea ad Chriſti reſurrectionem refertur: quoniam ille tum viſus eſt, cœleſtem & felicem vitam inchoaſſe. Vſus eſt Paulus eadem fermè forma verborum, cùm ait; Corde creditur ad Iuſtitiam, ore autem fit confeſſio [C] ad ſalutem. Nam fides cordis & juſtitiam facit, & ſalutem affert. Sed quia ſalus & inſtauratio maximè declaratur actione, ideo illam aſcripſit confeſſioni. Vtra autem iſtarum expoſitionum verior ſit, neque pugno, neque facilè dixerim.

Rom. 10. 10.

19 Rectè dicitur ergo, Deus dilectionem erga nos ſuam commendaſſe, cùm traderet Filium ſuum in crucem pro nobis. Nihil enim videntur homines habere charius, aut antiquius, quàm filios. Itaque legimus, impias matres, cùm vellent adulteris, arden[D]tiſſimi amoris & perpetuæ conſuetudinis fidem facere, filios ſuos occidiſſe, quòd viderent, ſe non habere aliud pignus certius, quo ſuum illis animum teſtarentur. Ita Deus, cùm Filium ſuum pro nobis ad mortem, eámque ignominioſam traderet, ſatis immenſam illam ſuam erga nos charitatem comprobavit. Orbem quidem noſtra cauſa condidiſſe, ſummum fuit illius erga nos benevolentiæ argumentum. Quanquam in eo potentia ejus, & vis divina, & ſapientia magis enituit. Eſt enim liberalium & gene[E]roſorum dominorum, multa donare ac largiri ſubditis. Hoc tamen domini nunquam committunt, ut pro ſervis ſuis velint periclitari. Quare cùm Deus filium ſuum daret pro nobis in mortem, ibi, ut ait Paulus, in primis ſuam erga nos charitatem commendavit. Quod ideò ab illo factum eſt, ut nos ad eum redamandum incenderemur. Præceperat Deus in Lege, ut ſe toto corde, tota anima, & omnibus viribus diligeremus. Id quò libentius præſtaremus, voluit ipſe prior ſuam erga nos benevolentiam decla[F]rare: ut nos magis, quàm ſeipſum amare & curare videretur. Nam pro noſtra ſalute mori etiam voluit: quam tamen nos ita contemnimus, ut nihil pro ea velimus pati, aut ab ullis corporis commodis, aut carni deliciis temperare. Voluit ille, ut omnes bene haberent, unus interim pati: at nos volumus ſoli benè habere, etiamſi aliis omnibus ſit pereundum. Non autem poſſet fieri, ut tanta & noſtræ & aliorum ſalutis neglectio in nobis eſſet, niſi tantùm Dei beneficium, vel non crederemus, vel non ſatis ſeriò [G] perpenderemus. Nullus unquam procus tota ambitione, támque flagranti amore ſibi ſponſam adjũxit, atq. Chriſtus ſibi Eccleſiam ſuam acquiſivit. Nec ullus uxorẽ unquã tã disparẽ, & ſuo conjugio indignã duxit, atq. Chriſtus Eccleſiam. Cujuſmodi enim ea fuerit, antequam Chriſto in manum conveniret, ab Ezechiele deſcribitur in 16. cap. Projectam ait illam jacuiſſe in terra, nec illi præciſum fuiſſe umbilicum, nec eam aqua fuiſſe ablutam, nec ſale ſalitam: nec fuiſſe oculum, qui eam miſeraretur. Paulus quoque [H] quæ conditio noſtra fuerit antequam ad Chriſtum veniremus, cùm ad Romanos tum etiam alibi ſæpe fusè declarat. Ad Epheſios non ſolùm ait, nos fuiſſe naturâ filios iræ, ſed etiam addit; Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ad Titum ait, Eramus ut ſtulti, non obedientes, ſed errantes, & inſervientes variis concupiſcentiis, in malitia & invidia degentes, odioſi & odio invicem proſequentes. In priore ad Cor. cùm graviſſimorum ſcelerum catalogum recenſuiſſet; Hæc quidem, inquit aliquando [I] fuiſtis, ſed abluti eſtis ſed ſanctificati eſtis. Quare dilectionis divinæ obſidem habemus filium Dei, nobis datum. Non ſuppoſuit Angelum, non Archangelũ,

In Rom. 5. v. 8.
Dei charitas in Chriſti morte maximè eluceſcit.
Quare Deus tantam charitatem in nos oſtendit.
Deut. 6. 5.
Eccleſia Chriſto diſpar conjux.
Ezec. 16. 4.
Rom. 3. 22.
Epheſ. 2. 1.
Tit. 3. 3.
1. Cor. 6. 11.

Digitized by Google

Quid requiratur in pretio noſtræ redemptionis?

cùm tamen potuiſſet. Ipſe venire voluit, & mortem A acerbiſſimam in cruce ſuſtinere. Oportebat ut ad nos redimendos, bonum aliquod offerretur Deo, quod aut æquè, aut etiam magis placere poſſet, quàm omnia mundi peccata diſplicuiſſent. Illud pro nobis Chriſtus obtulit. Quod ſi quæras, cur Chriſti mors Deo tam grata fuerit, alia nulla ratio invenire poteſt, quàm ejus immenſa charitas & dilectio. Potuiſſet quidem Deus alia quapiam re contentus eſſe: ſed hanc potius voluit: non quò oculos, aut animum B Chriſti afflictione & ſuppliciis paſceret: id enim fuiſſet immitis Patris, neque quòd prævideret magnam in Filio charitatem & modeſtiam: quamvis etiam hæc in Chriſto ſumma fuerint, & apud patrem ſummè valuerint: ſed ut ego quidem judico quòd hac una ratione videret, amorem ſuum erga nos perfectiſſime poſſe declarari, & exemplum ſanctiſſimè vivendi proponi hominibus ad imitandum. Nam ſi quæſiveris, utrum neceſſarium fuerit, ut filius Dei ſic moreretur? reſpondeo, neceſſitatem coactionis nullam C hîc eſſe ſtatuendam: nihil enim eſt in Deo violentum. Neque etiam naturæ neceſſitas ulla fuit. Quamvis enim in natura divina multa ſint neceſſaria, quale eſt, ut ſit unus, trinus, Filium genuerit, & cætera id genus: tamen nefas eſt exiſtimare, ullum effectum externum ab eo neceſſitate naturali proficiſci: cùm quicquid facit, liberè atque ultrò facit, & illi, quod nolit, liberum ſit non facere. Neque hîc ſtatuimus neceſſitatem ex hypotheſi finis. Nam ſalus humana, multis aliis rationibus & viis, modò ille voluiſſet, pa- D rari poterat. Sed neceſſarium fuit, Chriſtum mori ex hypotheſi divinæ providentiæ, atque conſilii: quòd Deus ita fore decreviſſet. Id autem fecit potiſſimùm ad ſuam infinitam dilectionem declarandam.

Cur mors Chriſti adeò grata fuerit Patri?

An fuerit neceſſarium Chriſtum mori?

20 Nunc reſtat videndum quid hæc tanta Dei erga nos dilectio viciſſim à nobis poſtulet. Sunt autem ea multa: Primùm enim, quemadmodum Chriſtus omnem ſuam voluntatem & operam impendit ad nos redimendos, ita noſtrum eſt viciſſim illi nos penitus totoſque addicere. Utque ille poſtpoſitis re- E bus omnibus unicè curavit ſalutem noſtram, ita nos debemus animum à rebus omnibus abducere, non amplius noſtra, ſed tantùm quæ Chriſti ſunt, quærere. Illi nobis exemplo eſſe poſſunt, qui cum inimicis redierunt in gratiam. Nam illi ne id ſimulatè aut fictè feciſſe videantur, nihil prætermittunt officii, quod non in amicos reconciliatos conferant: idque in primis cavent, ne quas reliquias inimicitiarum aut ſimultatis in animo clauſas retinere putentur: quod de Cicerone, Craſſo, Pompeio, aliiſque multis legimus. F Deinde videndum eſt, ut, cùm Dei miſericordia per mortem Chriſti tam ſtabili in loco collocati ſimus, ne inde nos per flagitia & ſcelera præcipitemus. Nam qui pergunt ſe vitiis contaminare, poſtquam ſemel fuerunt reconciliati, non ſolùm præcipites ruunt è ſua præſtantiſſima conditione, verum etiam (ut ſcribitur ad Hebræos) filium Dei conculcant, & ſanguinem ejus pro ſe fuſum polluunt. Docemur etiam diligere inimicos non ea vulgari ratione, qua dicere ſolent homines, ſe inimico bene cupere ſatis eſſe, ſi eum non proſequantur odio: interim tamen ut eum aut emendent, aut ſervent, nullum officium volunt interponere. Quódque eſt gravius non ſolùm in hoſtes non ſunt benefici, verumetiam ſua ignavia fratres infirmos perire ſinunt, ad eorum peccata connivent, nec adhibent admonitiones, aut reprehenſiones, ut corrigantur. Sunt præterea alia infinita documenta, quæ dilectio Dei nos docet. Nullum enim habemus librum uberiori doctrina refertum, quàm mortem Chriſti. Eam ſi diligenter excutiamus, omnia fermè officia, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, edocebimur.

In Rom. 5. 9. Quid tanta dilectio Dei à nobis repoſcat?

Heb 10. 29.

Dei dilectio multa uberrimè docet.

21 Porrò quæ dicuntur de morte & reſurrectione Chriſti, ſunt manifeſtiſſima. Quid autem ſit ſedere ad dextram Dei, non perinde liquet. Sermo eſt metaphoricus, ductus à Principibus & Regibus, qui eos, quos in ſummo honore ac pretio habent, ad dextram ſuam collocant. In Pſal. 110. ſcribitur; Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Et Solomon quum vellet matrem ſuam Bethſabam afficere ſummo honore, juſſit illi poni thronum ad dextram ſuam. Filii etiam Zebedæi poſtularunt à Chriſto, ut ſibi liceret ſedere, alteri ad dextram, alteri ad ſiniſtram. De hoc ſummo honore ſibi à Patre conceſſo, Chriſtus ipſe ait, Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo: &, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Et Ioannes Evangeliſta ait: Sciens Ieſus, quòd omnia ſibi tradita eſſent. Et Paulus ad Epheſ. ait. Poſitus ſuper omnem principatum, poteſtatem, virtutem, dominationem, & ſuper omne nomen, quod nominatur ſive in hoc ſeculo, ſive in futuro. Et ad Philipp. Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et ad Coloſſenſes, Qui eſt principium, primogenitus ex mortuis, ut ſit in omnibus primas tenens. Quoniam in illo complacitum eſt Patri, univerſam plenitudinem inhabitare. Et quamvis dextera Dei, ut diximus, ſummum honorem, & ſummam dignitatem ſignificet, non tamen ſentiendum eſt, corpus Chriſti tam late fundi, quàm latè patet ejus divinitas, & Patris dextera. Illud enim, ut humanæ naturæ conditio requirit, certo ac definito loco continetur, qui eſt cœlum, ut Petrus in Actis Apoſtolicis atteſtatur: ut articulus de aſcenſione fidem facit: útque Auguſtinus, & multi alii Patres docuerunt. *Vide Dialogum de utraque in Chriſto natura ſuo loco deſcriptum. De Chriſti perſona, morte & reſurrectione, vide Conciones tres & Epiſt. 21. ad Polonos fratres.*

In Rom. 8 ſub finem.

Quid ſit ſedere ad dextram Dei?

Pſal 110. 1.

1. Reg. 2. 19.

Matt. 20. 21.

Matt. 11. 27. & 28. 18.

Ioan. 13. 3.

Eph. 1. 20.

Philip. 2. 9.

Col. 1. 19.

Corpus Chriſti non tam latè funditur, quam latè patet natura divina.

Act. 3. 21.

Quum hucúſque perveniſſem, incidit in manus meas, diu fruſtra quæſita authoris noſtri expoſitio in Symbolum Apoſtolicum, patrio ſermone conſcripta, quam ipſe Papatui ἀποστάσιον remittens, edidit, quum Italia cederet: ut in ejus vita teſtatur D. Ioſias Simlerus. Eam quia nondum Latinè (quod ſciam) extabat, ſic deſcriptam, in lucem prodire, lectoribus & jucundum & utile fore exiſtimavi. Paucis tamen deciſis, quòd & fuſiùs & exactius alio loco tractarentur. Porrò, ſeceſſionis à Papatu cauſas, vide in Epiſt. prima, cujus initium, Diuturna.

Digitized by Google

D. PETRI MARTYRIS VERMILII SIMPLEX DUODECIM FIDEI ARTICULORUM EXPOSITIO:

ſeu

CAPUT XVIII.

FIDEI noſtræ articuli, nihil nobis proponunt, niſi Dei cognitionem. Vt autem eum penitùs comprehendere nequimus (ut qui ſit natura perfectus & integer) ita illius nobis particulatim datur, modo tenuis unus quidam ſenſus & guſtus, modò verò alter.

Eſſentia tribus perſonis comunis.

Cùm autem ſint in natura divina, tres perſonæ,
B ejuſdem (ut credimus) eſſentiæ, Pater videlicet, Filius, & Spiritus ſanctus, ad eorum quemlibet tota pertinet eſſentia.

De perſona Patris 4. obſervanda.

Iam vero primum hoc caput quod ad Patrem propriè ſpectat, quatuor obſervanda proponit. Primùm enim in quem credimus, verum eſſe Deum: Deinde eundem eſſe Patrem: tertiò Omnipotentem: poſtremò verò, authorem ac principium rerum omnium creatarum. Age, ſigillatim videamus,

Credere quid ſit.
Vide in 1 Cor. 10.2.

quid propriè hoc ſibi velit, *Credo in Deum*: Hoc certè aliter explanare non poſſumus, quàm ſi dicamus, eum eſſe agnoſcendum uti Deum: ita ut ſi quis àbs te quærat quid ſit Deus, oporteat te (omni humana ſubtilitate valere juſſa, profundiſſimáque atque infinita abyſſo quæ hac quæſtione tegitur rejecta) confidenter ac ſimpliciter, abſque hæſitariono reſpondere, Deum eſſe æternum, bonum, ex quo bonum aliud quodvis oritur: unde patet eum qui quippiam tanti aut pluris faciat quàm Deum ipſum, dicere verè non poſſe: Credo in Deum. Si enim eum ut ſummum bonum agnoſcas, nihil ei unquam antepoſueris. Neque etiam is hoc rectè credat, qui uſquam alibi ſpem ſuam collocet: quum ſpes non ſit, niſi boni cujuſdam. Si ergo Deus ſit (ut diximus bonum, unde bonum quodvis defluat, quicunque aliunde boni quidpiam expectarit, in eum verè non crediderit. Præterea, qui bona quibus fruuntur, ſuæ juſtitiæ, induſtriæ, factis, ſibi denique ipſis accepta ferunt: ſenſum utrumque (ut ſic dicam) guſtum hujus primi noſtræ fidei capitis non habent. Quid ergo de iis dicas, qui ex conſilii ſui vanitate, & Philoſophorum aut civilium hominum decretis, imò potius brutarum animantium ſenſu, ſibi quoſdam bonorum fines conſtituerunt, in quibus (quantumvis mali adferant) reipſa tamen acquieſcant? proculdubio ejuſmodi homines, non Deum propriè, ſed Dei loco phantaſmata & ſui cerebri inventa colunt. Res (mihi crede) maximi momenti eſt, verum Deum pro ſuo habere, Propheta David, beatum prædicat populum, cujus verus Deus, Deus ſit.

Pſ. 144.15.

2 Sed jam viſum eſt, quid ſit in Deum credere: nondum tamen cur *Pater* à nobis appelletur, ſic autem vocatur duabus præcipue de cauſis. una, quòd ſit Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti (quæ ſecunda eſt in divina natura perſona) altera, quòd ei etiam placuit noſtrum eſſe Patrem. Itaque vocari quod ſuam nobis hæreditatem diſtribuat, ſuámque adeò nobiſcum communicet naturam, ut Paulus ad Romanos, nos Dei hæredes nuncupet, & Petrus dicat: Divinam nos participare naturam: hæc enim præcipuè duo, ſolent parentes in filios conferre. Primùm enim eos ſibi pro viribus conſimiles reddere conantur, quod ad indolem vivendique rationem attinet: deinde hæredes factos, ſuis eos omnibus opibus ditare cupiunt.

Cur Pater appelletur.

Rom 8.17.
2. Pet. 1 4.

A Similitudo verò quam cum Deo Patre ſuo habent, qui regenerati ſunt, eſt poſita in ſapientia, juſtitia, animi ſimplicitate, magnanimitate atque charitate aliiſque ejuſmodi cœleſtibus ac divinis animi affectionibus, quibus indicant ſe ad Dei imaginem, ut initio creati fuerant eſſe conditos.

Similitudo cum Deo in quo ſita.

Hæreditas verò, quam à tanto Patre expectant, vita eſt æterna atque beatiſſima. Hæc porrò generatio, quantum quæſo ab ea diſtat, qua ſecundùm carnem & oſſa generati ſumus? & quantum eſt diſcrimen, inter illam ipſius vi-
B tæ æternæ hæreditatem, & donationes quæ inter vivos, aut teſtamentis fieri ſolent, agrorum, vinearum, ædium, animalium, pecuniæ aut cujuſvis alius rei? Quamvis enim ne hæc quidem aliunde quàm ab illo & per illum habeamus in præſentia, tamen de eo tantùm loquimur, cujus gratia regeneratorum in Chriſto Pater peculiariter vocatur. Si homines hanc rem, fide animíque propenſione uti decet amplexarentur, non ita à Dei Patris noſtri proprietatibus & ſimilitudine aberrarent, neque turpibus ſuis actionibus, &
C improbè factis ſpuriorum indolem referrent, ut hoc tempore ſolent quamplurimi.

Piorum generatio.

Hæc illa eſt paterna imago atque effigies, ad quam nos invitabat Chriſtus his verbis, Eſtote perfecti, ut Pater veſter qui in cœlis eſt, perfectus eſt. Neque etiam de ſplendida & opulenta illa hæreditate tacuit, quum Petro dixerit: Quicunque ſua dereliquerit propter nomen meum, non centum modò pro uno accipiet, ſed præterea vitam æternam etiam habebit. Quicunque ergo fide tantam hæreditatem expectat, quemadmodum re-

Mat. 5.48.
Mat. 19.29.

D bus proſperis non effertur, ſic neque propter adverſas præter modum dejicitur, quin intentum ſemper ad majora habeat animum, nec is ſibi inquam perſuaſerit labores & ærumnas, quibus eſt in hac vita obnoxius, æquales eſſe mercedi quam expectat.

3 Iam verò veniendum ad tertium caput, quo illum credimus *Omnipotentem*. Id autem primùm hoc ſignificat, cum ſua unius virtute producere potuiſſe (ut poſt dicetur) quicquid cœlo & terra continetur. Deinde, quum me velit ab omni malo protegere,

Omnipotentia Dei.

E omníque bono cumulare (quum ſim illius opus) multis id modis enim præſtare, poſſe, facilè ſublato, quum ſit ille (ut credimus) omnipotens, omni obſtaculo: hinc pendet tanquam à firmiſſimo fundamento, tota fidei noſtræ præſtantia & dignitas. Quicquid enim poſſunt humana prudentia, mundus, caro, ipſe noſter ſenſus, aut diaboli tentatio, Dei promiſſionibus ſacris literis contentis opponere, hoc articulo retunditur. Hinc eſt quod Paulus ad Romanos ait, Abrahamum dediſſe gloriam Deo,

Rom. 4.20.

F quum perfectè credidit, præſtare eum poſſe quòd eſſet pollicitus: quamvis humana vi atque ratione, concedi id non poſſet. Igitur nec quod importuni homines ſubjecerint, nec moleſtas cogitationes animum ſubeuntes, & iis adverſarias quæ Sacris oraculis diviniſque promiſſionibus continentur, magni facere debes: quum ſit tibi perſpecta, & potentia Dei infinita, & paterna illius in quem te credere profiteris voluntas. Memineris etiam nec edi miracula, nec preces exaudiri, niſi plenè fides adhibeatur huic Dei

Mar. 9 22.

G omnipotentiæ, & amori, quo nos ipſe proſequitur, hac de cauſa dicebat Chriſtus: Omnia credenti eſſe poſſibilia.

4 Nunc exponenda ſupereſt ultima hujus articuli

Digitized by Google

Deus cœli & terræ creator.

culi pars: *Creatorem cœli & terræ.* Quo refellitur error quem Philoſophorum ſcholæ perſuadere conantur, mundum ſcilicet ab æterno fuiſſe, ſierique nulla ratione poſſe, ut ex nihilo ſit. Hîc etenim omnes nos qui fide ſumus donati, acutius multò videmus, quàm illi viderint. Abſurdum enim fuerit certè naturalium operum modulo, Dei omnipotentis opera metiri. Deinde, hinc etiam credimus, Deum perpetuum eſſe conſervatorem rerum quas condidit, ſiquidem niſi eadem illa virtute qua omnia condidit, ea etiam regeret, in nihilo proculdubio cuncta redigerentur, quæ initio ex nihilo ab eo ſunt producta ut eſſent. Vnde etiam aliud concludere licet, nempe ſi omnia à Deo ſunt condita, qui (ut ante prædicabas) & verè tibi Pater ſit, & adeo manſuetus: quicquid ab eo factum eſt, in tuum uſum cedet. Adamo totius humani generis parenti omnia ferè ſubjecta fuerunt. Verum quum ingrato eſſet ille animo, ſeipſum, noſque adeò omnes, ſua gravi culpa tam pretioſa & ampla hæreditate ſpoliavit, quam apertè Paulus oſtendit nobis per Chriſtum fuiſſe reſtitutam, magnis omnino, maximéque urgentibus rationibus docens, Chriſti beneficium potentius & efficacius eſſe Adami malitia & improbitate. Ad eoſdem etiam ideò ſcribit: Omnia iis in bonum cedere qui Deum verè diligunt. Itaque noſtrum etiam officium eſt, rebus creatis & rectè ac juſtè in noſtrum uſum & commodum uti, ut pro earum uſu, & dulci quem ex iis percipimus fructu, celebretur divina bonitas, illique agantur gratiæ. Etenim ut idem Apoſtolus ad Timot. ſcribens, ait, A Deo res creatæ ſunt bonæ, ut iis fideles utantur, & Deo convenienter gratias agant, ſic ut nulla earum ſit rejicienda quaſi ſit mala. Quin etſi licet vitium aliquod contraxiſſet, ſancta tamen verbo & precatione redditur. Imò res creatæ non minus ſuſtentandæ hominum vitæ inſerviunt, quàm nobis idoneum perhibent teſtimonium, de perfecta & ſingulari bonitate clementiſſimi noſtri Patris, quod quemadmodum eſt veriſſimum, ita contemni nequaquam debet.

A B C D E (margin letters) — Rom.5.17. — Rom.8.27. — 1.Tim.4.4.

Quinque alia capita, ad Filij perſonam ſpectantia.

De perſona filii quinque animadvertenda.

5 Credo in Ieſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum, conceptum ex Spiritu ſancto, natum ex Maria virgine, paſſum ſub Pontio Pilato, crucifixum, mortuum, ſepultum, qui deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit ex mortuis, aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde venturus ad judicandos vivos & mortuos. Hiſce capitibus, quibus ad ea credendum adducimur, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria, de altera in divinis perſona, quæ (ut ſupra oſtendimus) Filius dicitur, quinque maximi momenti ſunt nobis attingenda. Primùm hunc Dei Filium Ieſum Chriſtum, noſtrum eſſe verum & legitimum Dominum: Deinde in uſum rémque noſtram talem eſſe factum: Tertiò quicquid paſſus eſt, noſtri cauſa paſſum eſſe: Quartò, ſupra omnes cœlos, in noſtrum etiam commodum fuiſſe exaltatum: Denique ultimo eum dic venturum nobis in auxilium. Iam ergo de primo videndum, Ieſum videlicet Chriſtum filium Dei unicum, noſtrum propriè ac verè Dominum eſſe: qua in re, ut ordine procedat oratio, prius videndum quiſnam ille ſit, quem Domini titulo adornamus: poſt enim facilè dijudicari poterit, utrum ei tam inſignis prærogativa conveniat, necne: cogimur autem (id fide ipſa nobis teſtificante) confiteri, hunc Chriſtum nihil aliud eſſe, niſi ſingularem perſonam, in qua divina & humana natura, indiſſolubili nexu conjuncta ſint: quod Ioannes capite primo apertè demonſtrat, dicens, Sermonem factum fuiſſe carnem: ubi per Sermonis & Carnis nomina, nihil intelligit, præter has duas naturas, Deum nempe & hominem, in Chriſti perſona in perpetuum ſociatas. At quod ad Sermonem attinet, facilè id cognoſci poteſt, ex eo quod ante ſcriptum eſt, & Sermo erat apud Deum, & idem Sermo erat Deus. Carnem verò in Sacris literis, humanam naturam ſignificare perſpicuum eſt, ei qui eas non ſemel, ſed ſæpius ac diligenter evolverit. Ac ne ulterius progrediamur, nullo producto in hujus rei teſtimonium loco, duos

F G H I (margin letters) — Chriſtus Dominus. — Ioan.1.14. — Chriſtus Deus & homo. — Carnis nomen pro humana natura. — Ioan.1.1.

proferam, quorum prior eſt apud Eſaiam, ubi ſic loquitur: Et videbit omnis caro Deum eſſe locutum. Poſterior verò, in eo quod eſt à Ioele dictum, Effundam è Spiritu meo, ſuper omnem carnem. Quibus in locis, palàm eſt, carnis nomine ſignificari homines. Hinc ergo conſtat Evangeliſtam, quum dixit Sermonem factum fuiſſe carnem, non aliud ſenſiſſe, quàm quod prius indicarat, nempe naturas, divinam & humanam ſimul in Chriſto fuiſſe unitas. Eſa.40.5. Ioel.2.28.

6 Porrò humanam naturam in eo fuiſſe, quæ in hoc loco ſequuntur, ſatis apertè declarant, quòd videlicet mortem ſit paſſus, ac quòd fuerit ſepultus. Itaque hoſtes Chriſtianæ religionis (ſubtiliores dico & acutiores) non multum (ut plurimum) ſeſe humanæ Chriſti naturæ opponunt: & qui aliquando periclitari voluerunt, convicti facilè & refutati ſunt. Eorum autem numerus major fuit, & cum majore impetu, qui ſæpe tumultus excitarunt de Chriſti deitate: neceſſe tamen fuit, falſam ac perverſam eorum opinionem cum magno eorum dedecore, cedere perſpicuæ & ſalvanti Sacrarum literarum luci. Nam præter illud Ioannis, jam citatum teſtimonium, & Sermo erat Deus, in manibus eſt illud Apoſtoli ad Romanos ſcribentis: Chriſtum ſecundum carnem ex populo Iudaico oriundum eſſe: Simulque addit, Qui eſt Deus benedictus in æternum. Hi duo loci quum ita ſint aperti, confirmandis in Dei veritate fidelium animis, ſatis quidem eſſe debent: verum Sanctæ literæ alios præterea multos nobis ſuppeditant, ſi eos expendere velimus: Idcirco totum id judicio & prudentiæ eorum relinquo, qui modeſtè in Bibliorum lectione verſantur. Mihi hæc una ratio, quam ſilentio prætermittere nolui, ſufficit: eſt enim ſatis idonea, non ſolùm ad evincendum, ſed etiam confiteri cogendum, Chriſtum eſſe verum Deum. Extat multis in locis diſertis verbis expreſſa hæc prohibitio, ne ulli rei creatæ confidamus, ac ne homini quidem nominatim, ut apud Ieremiam apertè hoc habetur: Maledictus qui confidit in homine, & qui carnem ponit brachium ſuum. Præterea David graviter fiduciam reprehendit, quam in hominibus & principibus Iudæi ponebat. Itaque ſi Chriſtus purus homo ſit, nec ullo modo Deus, in eo ſperare nequaquam nobis liceat: quod tamen Sacræ literæ non tantùm permittunt, quin nominatim etiam jubent, ut noſtra cum viva ſpe, fides in Chriſto, aut in Meſſia (ſi ita eum cum Iudæis appellare velis) nitatur: ut è contrario, quicunque in eum nec credit nec ſperat, maledictioni eſt obnoxius. Hinc ergo confidenter concludimus, ſingularem hanc perſonam, de qua nunc eſt quæſtio, verè in ſe habere naturam & divinam & humanam. Ioan.1.1. Rom.9.5. Rom.9.8. Ier.17.5. Pſ.46.3.

7 Qua de cauſa, non fruſtra in libris ſacris duplici hac celebri appellatione, Ieſus Chriſtus, exactè nobis depingitur: quorum alterum, nempe Ieſus, nihil aliud ſignificat, quàm Servatorem, qui filios Dei liberarit à peccatis eorum, ac proinde ab omni malo. Iuſſus enim fuit ab Angelo, vir Mariæ Ioſephus, eum appellare Ieſum: quia, inquit, populum ſuum ſervabit à peccatis eorum. Ego verò præterea addidi: Ab omni malo, quòd nullum ſit malum, à peccato ortum non habens: ita ut qui gloriari poſſit, mali radicem eſſe à ſe ablatam, jure etiam poſſit affirmare, ſe omne malum ſuſtuliſſe. Hoc autem ſi perfectè adhuc non ſentimus, tandem tamen in fœlici illa reſurrectione experiemur. Alterum verò nomen, ſcilicet Chriſtus, Dei unctum & ſacratum Regem notat: quod ei probè convenit, quum ſui Spiritus atque verbi ductu, Dei filios ad vitam æternam dirigat deducátque. Ex duabus ergo illis quibus conſtat naturis illiſque appellationibus duabus, facilè intelligitur: titulum quo à nobis ornatur, eum Dominum noſtrum vocantes, optimè ei convenire. Ioſua appellatio. Matt.1.21. Chriſti nomen.

8 Primùm enim quod ad naturam divinam attinet, ambigi non poteſt, quin in veteri Teſtamento, Deus ſæpe vocetur Dominus: quippe qui ſit rebus omnibus longè ſuperior, quum earum ſit conditor. Hic verò titulus ad hominem etiam pertinet, qui in hujus, de quo agimus perſona, fuit cum Deo unitus: quia ab omni peccato immunis, omni autem bono repletus fuit. Si quis igitur in hoc mundo talis ſit (quamvis præter ipſum nullus unquam fuerit) an Chriſtus Dominus etiam ſecundum humanam naturam.

Digitized by Google

non videatur iis dotibus exornatus, propter quas Domini nomen in meritò conveniat? Ita mihi quidem videtur, quum qui liber eſt à peccato, nullo modo ſit ſervus: prima enim ſervitus, per peccatum eſt in mundum ingreſſa, & qui divinis proprietatibus eſt donatus, is citra dubium poteſt aliis opitulari. Hinc eſt quòd domini, & qui aliis præſunt, ſi legitimè vocentur, non alium in finem reliquis præficiantur, quàm ne ſuis ſubditis incommodent: atque omni vitio carentes, ita fortitudine & robore ſint muniti, ut poſſint omnibus opem ferre, qui eorum poteſtati ſubjacent.

Chriſtus à peccato immunis.
Mat. 1. 18.

Chriſtum vero ſine peccato fuiſſe, nullis probandum opus eſſe opinor, quum, ut teſtis eſt Matthæus, conceptus ſit ex Spiritu ſancto, ut hoc modo à peccato originis eſſet immunis: quod etiam conſtitit, quum hìc inter nos degens, peccarit ipſe nunquam.

1. Pet. 2. 22.
2. Cor. 5. 21.
Ioan. 1. 29.

Et Petrus ſcribit: Eum peccatum non feciſſe: Cui aſtipulatur Paulus, quum ait: Eum qui peccatum non novit, pro nobis peccatum factum fuiſſe. Ioannes etiam Baptiſta, cum ſuis diſcipulis ut puriſſimum Dei agnum demonſtrabat, qui ablaturus eſſet peccata mundi: conveniebat enim, eum ab omni macula purum eſſe, tanquam hoſtiam quæ Deo offerretur. Deinde pater cœleſtis, non ſine miraculo, ſua ipſius voce teſtatus eſt, ſe in eo acquieſcere: nempe quòd innocens ac purus eſſet ab omni macula, hoc námque eſt Deo acceptum. Quis enim dubitet, eum divinis proprietatibus ornatum fuiſſe,

Col. 1. 15.
Chriſtus Dei imago.

quum Paulus ad Coloſſ. eum vocet inviſibilis Dei imaginem, quia illum verè exprimat, & omnia quæ in eo ſunt: ita ut nullus unquam fuerit, nec jam ſit, aut in poſterum ſit futurus Filius, qui melius ſuum Patrem quàm hic referat? Quapropter à nobis omnibus, tam Deus quàm homo vocatur: cúmque confitemur unicum eſſe Dei filium,

Filius unicus.

quippe qui nullos in natura divina alios habeat fratres, quum ſit unicus Dei Sermo, de quo nunc loquimur. Inter homines vero (quamvis multos habeat adoptivos fratres) poteſt merito unicus etiam dici, propter gratiarum ex Dei εὐδοκίᾳ cumulum, ac propter imaginem & ſimilitudinem æterni Patris. Æquum eſt igitur, eum tam propterea quòd ſit abſque peccato, quàm propter divinorum donorum cumulum, Dominum noſtrum vocari.

9 Illud omitto, quòd qui pro captivo redimendo pretium perſolvit, ſit ejus Dominus: quod Chriſtum pro nobis miſeris ac peccati & Satanæ mancipiis feciſſe nemini (de fidelibus loquor) dubium eſſe debet, Paulo & ad Rom. & ad Eph. affirmante, nos per Chriſtum peccatorum remiſſionem obtinuiſſe, nimirum per ſanguinem ipſius, quem copioſè ac liberaliter pro nobis effudit in cruce, ſic itaque optimo jure Dominus noſter eſt vocandus.

Rom. 3. 6. 10.
Eph. 1. 7.

Eſt præterea inter legitimos Regum & principum filios, longo uſu recepta conſuetudo, ut in fratres natu minores, primogenitus dominium obtineat. Quodquidem iis dubium eſſe non poteſt, qui vel ſacras aut prophanas hiſtorias legerunt, vel reipſa quæ ſit in regnis & mundi principatibus gubernandi ratio obſervarunt. Planè autem & ad Rom. & ad Gal. perhibetur, Omnes fideles eſſe Dei filios.

Rom. 8. 14.
Gal. 4. 7.

Ad Rom. ſcribitur, Ejus Spiritum noſtro teſtificari, nos eſſe Dei filios. Ad Gal. verò ait, Quia eſtis filii Dei, immiſit in corda veſtra Filii ſui ſpiritum. Hac de cauſa, nos omnes qui credimus, jam fratres propter divinam illam adoptionem ſumus:

Chriſtus primogenitus.
Rom. 8. 28.
In ſalutationibus & paſſim.

ſed inter omnes Chriſtus eſt primogenitus, conſimiles (ut ad Rom. legitur) imagini Filii ejus, ut ſit primogenitus inter multos fratres. Ne igitur miremur, ſi Paulus in ſuis epiſt. Deum ferè vocet Patrem: deinde quum ad Chriſtum venit, eum Dominum appellet: quem etiam morem Eccleſia retinuit, quum inter precandum, & quod petimus, & quod obtinemus, totum Deo per Chriſtum Dominum noſtrum acceptum ferimus. Iam verò quum explanato eo quod propoſitum fuerat, tam ſit manifeſtus Ieſu Chriſti principatus: quis noſtrum patiatur ſe, ſpreto tanto Domino, qui & idem frater ſit, in ullius tyranni poteſtatem redigi? quis (inquam) noſtrûm, repudiato hoc tanto Duce, ſeſe illius hoſtibus jam ab ipſo fuſis ac fugatis addicat, quum illi nobiſipſis ſint capitales hoſtes? invenietur ullus qui tam benigni Domini jugum excutiat? ut ſe ſubmittat ei, qui nihil magis optat, niſi ut còrpus & animam perdat? Quod ad me attinet neminem puto inveniri poſſe, ex iis qui tam gratæ dominationis dulcedinem guſtarint, de qua meminit Chriſtus, cùm ait; Iugum meum ſuave eſt, & onus meum leve.

Matt. 11. 30.
Pſa. 110. 3.
Rom. 6. 14.

Hæc ſubjectio voluntaria eſt, ut Propheta (ſi veritas Hebræa ſpectetur) declarat Pſa. quo dicitur Meſſię, Populus tuus ſpontaneus: Apoſtolus vero etiam ait: Vos non eſtis amplius ſub Lege, ſed ſub gratia. Tota igitur hujus principatus gravitas, totumque pondus, impoſitum fuit non noſtris, ſed Ieſu Chriſti humeris, ut de eo ab Eſaia prædictum fuerat: Humeris ſuis principatum geret.

Eſ. 9. 9.

Obſervato Prophetam non dicere, illius principatum impoſitum fore miſerorum ſubditorum humeris, ſed ſuis. Si itaque Chriſtiani principes in animum inducerent, populum ſibi commiſſum, non ita tyrannicè opprimere, ſed gubernationis exemplum à Chriſti tam miti facilique principatu ſumere deberent. Sed illis omiſſis, exultemus ipſi inter nos, quòd effectum ſit divina bonitate, ut in tam felici cœtu cenſeamur, ſub principis adeò nobilis magnanimique fratris vexillo, cui nec voluntas nec potentia nobis ſuccurrendi unquam ſit defutura. Nos illi fiducia dedamus, quandoquidem alibi bene (melius enim dici non poteſt) noſtras locare operas non poſſumus, ei diligenter totóque corde ſerviamus, ex animo eum colamus & revereamur. Hoc enim & noſtri eſt officij, & his ipſe dignus eſt.

Conceptus è Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine.

10 Benedictus hic Deus & homo Ieſus Chriſtus, qui, ut ante audivimus ex ſacris oraculis, noſter eſt legitimus Dominus: quamvis quod ad divinam eſſentiam attinet, fuerit heri, hodie, & in ſecula, ut ad Hebræos ſcribitur.

Heb. 13. 8.

Humanæ tamen naturæ reſpectu, ſine principio non fuit, ita ut hujus rei gratia, eum dicamus eſſe factum, cum Paulo qui ad Gal. ait, Eum à Deo miſſum fuiſſe, & ex muliere factum ac ſub lege.

Gal. 4. 4.
Rom. 1. 3.

Idem quoque ad Rom. Qui ex ſemine Davidis factus eſt ſecundum carnem. Ne autem quoad hanc procreationem vel hæſitemus, vel aliter quàm decet ſentiamus, nos fides ad hæc duo dirigit, hiſque aſtringit: unum eſt, quòd conceptus eſt è Spiritu ſancto: alterum, quòd natus ſit: utrunque autem è Maria virgine, quod etiam ſpeciatim confitemur: idque diſtinctè ab Evangeliſtis ſcriptum eſt, ut intelligamus eum etiam ſecundum carnem à maledictione & peccato fuiſſe immunem.

Chriſti conceptio à ſpiritu.
Matt. 1. 20.
Luc 1. 31.
Eph. 2. 3.

Vnde etiam apertiſſimè conſtat, omnes Adami poſteros, ita fuiſſe Dei maledictioni peccato obnoxios, ut nullus fuerit exemptioni locus. Ergo ad Chriſtum (ſecundum carnem) ex communi totius humani generis labe eximendum, ſic ut ſuam ſemper retineret naturam, divina ſapientia admirabili conſilio decrevit hominem, qui eſſet in unitate perſonæ aſſumendus, initium habere debere & divinum & humanum. Hanc ob cauſam, ut ab angelo prædictum fuerat Mariæ, ita Spiritus ſanctus in eam deſcendit, & principali ſua vi, ex illius jam gratia purificato ſanguine ſingularem perfectúmque hominem creavit, qui miraculosè fuit à Deo miſericorde, ab æterno nimirùm, Sermone aſſumptus:

Luc 1. 30.

Ita ut Mariæ virginis ſanctæque matris uterus, divina fuerit fornax, unde Spiritus ſanctus ex bene purgata materia, hoc unicum corpus extruxit, quod inſtrumentum fuit obſequentiſſimum animæ nobilis. Atque hoc modo omnes veteris Adami maculæ à Chriſto fuerunt alienæ, quamvis hujus corpus ab illius corpore quod ad formam & creationis rationem attinet, non fuerit ita diſſimile. Nam primus noſter parens, miraculosè etiam, & virtute divina, fuit è terra citra conſuetum ſemen creatus. Neque verò opus eſt longiori oratione, ut oſtendam quantum Chriſtus, quatenus homo, omnibus dotibus Adamo præſtiterit, quum in Evangelio ſeries & ratio nativitatis deſcribatur, humilis ſcilicet & abjecta illius paupertas: quæ tamen à divina majeſtate, angelicáque natura, magnificum atque glorioſum habuit teſtimonium.

Chriſti nativitas.

11 His itaque omiſſis, tota noſtra oratio in hac utili conſideratione verſabitur: quemque nempe qui per Chriſtum eſt regeneratus, in mentem revocare debere,

Chriſti nativitatis fructus.

Digitized by Google

debere, qualis & quantus fuerit Dei erga nos amor, qui ſordidam atque immundam noſtram naturam non ſit dedignatus, ſed eam purgando ipſe induit, ut divinæ nos participes efficeret. Verum quidem eſt, diabolum mendaci ſuo ſpiritu finxiſſe, & idololatras perſuadere conatos fuiſſe, deos quos colebant, formam aliquando humanam aſſumpſiſſe: at non ut naturam noſtram ſanctificarent, verùm ut infinitis & ſpurcis eam ſordibus contaminarint, ita ut nulli ex hujuſmodi apparitionibus quæ in Poetarum ſcriptis leguntur, quicquam aliud reportent, quàm ut & corpora turpiter fœdent, & animi infamibus exemplis ad malum alliciantur. Nam ſi vitam ſuam ad eorum exemplum inſtituere voluiſſent, laxandæ eis ſimul erant cupiditatis habenæ ad adulteria, ſcortationes, & alia turpia flagitia. Contra verò divinus Sermo noſtram mundavit naturam, divinis eam donis cumulando: quod de eo homine quem aſſumpſit non eſt tantùm intelligendum, ſed de omnibus qui cum illo, vera fide, tanquam ejus membra conjuncti ſunt. Atque ille ſub ea deliteſcens, tectus tanta juſtitia, patientia, temperantia, prudentia, ſapientia & animi ſubmiſſione, tam inſignis juſtitiæ exempla perfectiſſima exhibuit, &c. ut ſola ejus vita (ſi rectè ſpectetur) ſit ſatis idonea ad bene agendum magiſtra.

Fictitiorum Deorum apparitiones.

12 Eant ergo diſſoluti laſcivíque Chriſtiani, & parvi eſſe ducant impurè vivere: parvi faciant naturam ac membra quæ Chriſtus induendo ſanctificavit: contemnant præclarum illud ſanctitatis & juſtitiæ exemplar, quod Chriſtus dum in carne vixit, præbuit: ceſſent etiam factis exprimere, quam naturæ divinæ participationem in Chriſto impetrarunt: nequaquam vero hic finis eſt, quem ſibi Deus propoſuit, quum homo factus eſt. Neque certè hoc conſilio inter nos tres & triginta annos vixit. Itaque filios Dei, divinam vitam vivere eſſet conſentaneum, cùm eorum natura facta ſit divina. Brutorum verò atque hominum vita, iis eſſet relinquenda, qui ſua incredulitate vel impuri homines remanſerunt, vel impiis ſuis factis degenerarunt, atque in beſtias ſunt quaſi commutati. Hinc præterea habemus unde conſolationem arripiamus, ſi quando carnis ſenſu impellamur ad ægreferendum & conquerendum quòd humanis infirmitatibus obnoxii ſimus: ſi nempe verè credamus eas Chriſtum pro nobis tuliſſe: hac enim ratione leviores multò nobis videbuntur, quàm earum natura ferat: præterea ſi ſe ita pro nobis dejecit, ut quum Dominus eſſet, apparuerit tamen in forma ſervi: nobis tam durum videri non debet, vela quandoque contrahere, animíque altitudinem demittere, ob infirmorum, egenorumque fratrum ſalutem. Ideò Paulus meritò Philippenſes hortabatur, ut inter illos eſſet ille ipſe affectus, qui in Chriſto fuerat: qui quum in forma Dei eſſet, ſervi tamen formam induere non ſit dedignatus. Atque hactenus de origine, conceptione, & nativitate Chriſti ſecundùm humanam naturam. Iam progrediamur.

Chriſtus ſanctitatis & juſtitiæ exemplar.

Ferendæ Chriſti exemplo afflictiones.

Phil. 2. 5.

Paſſus eſt ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, ſepultus, deſcendit ad inferos.

13 Ante poſitus à nobis ordo, poſtulat, ut primùm dicamus de Chriſti morte: deinde de eo ſtatu in quo poſt mortem fuit, tam quod ad corpus attinet, quàm quod ad animum. Primùm ergo hæc Chriſti mors, quæ nunquam à nobis ſatis laudari attendive poteſt, duo habuit: unum quòd valdè fuerit ignominioſa: alterum, quòd ſupra modum acerba. Opprobria quæ Chriſtus paſſus eſt, quamvis permulta fuerint, & toleratu per quam difficilia, ſpectanda tamen ſunt, ut à duobus præcipuis capitibus pendentia. Vnum eſt, infamis illa peccatorum, quæ illi erant impoſita, qualitas & natura. Alterum autem, vitæ illius integra innocentia puráque juſtitia. Nam quemadmodum ſordidum & impurum quidpiam, ſi in publico vico conſpiciatur, non tam malè quadrat minuſque offendit, quàm ſi in nobilem & pretioſam quandam depictam tabulam ſit alicujus invidia & improbitate injectum: ita multò minùs convenit, hominem, qui cæteris rebus creatis longè præſtat, infamia, & dedecore eſſe infectum. Quantum verò ad Chriſtum, hominum caput, angelorum principem, Deíque unicum filium (qui non ſolùm juſtus & innocens erat, ſed ipſa etiam innocentia & juſtitia) nimis certè turpe atque probroſum fuit tam gravibus criminibus oneratum eſſe, idque in judicio, nec coram unius urbis civibus tantùm, ſed coram toto totius Iudaici regni populo, qui tum pro more Hieroſolymis coactus, Paſcha celebrabat. Nec illis fuit ſatis, eum ſæpe convitiis proſcidiſſe, dæmoniacum vocitaſſe, magum, diabolorum familiarem, quorum opera miracula ederet: cúmque vocitaſſe guloſum, ebrioſum, ex quo ſanæ doctrinæ prodire nihil poſſet: eum appellaſſe ſocium publicanorum, peccatorum, infamium denique & nequam hominum: ex quo non prodirent niſi ſcandala & pernicioſa exempla: eum appellaſſe Samaritanum, à vero cultu Dei alienum, à quo veluti à prophano quopiam, atque extra Eccleſiæ communionem depulſo, ſecedere omnes oporteret. Iſtis inquam calumniis non contenti, ut eum mortis reum peragerent, hoc ei coram Pilato atque Herode objiciebant: nempe quòd blaſphemiam intolerabilem in Dei legem protuliſſet, ſibi filii Dei nomen arrogando, hominem eſſe ſeditioſum, non ſolùm in ſuas ipſorum leges, ſed etiam in communem imperii Romani ſtatum: commovendo populum ad deneganda Cæſari tributa: & hoc unum ſtudioſè perſequendo, ut præter ordinem & citra Romanorum conſenſum, ſibi Regiam dignitatem vendicaret.

Duo in Chriſti morte ſpectanda.

Opprobrium Chriſti.

Simile.

Convitia & calumniæ in Chriſtum.

14 Atque hac ratione, in eam vituperationem atque opprobrium venit, ut Barrabas (quantumlibet improbus & inſignis latro) eo juſtior fuerit judicatus: atque ita ejuſmodi homine abſoluto, Chriſtus noſter condemnatus eſt. Injuſtæ autem ejus damnationis ſignum, atque palàm eſſet, eum præ reliquis omnibus qui vulgò improbi judicantur, cruce dignum eſſe: inter duos latrones ex Iudicis decreto fuit ſuſpenſus, quaſi inter nequiſſimos & ſceleratiſſimos quoſque præcipuus. Tunc autem impleta eſt prophetia illa quæ habetur apud Eſaiam, quæ Chriſtum ait contemptum fuiſſe, & nihil æſtimatum ab hominibus, à cujus conſpectu quiſque ſe ſubduceret, & tandem cum ſceleratis numeratum fuiſſe. Neque verò ejus ſententiæ malè convenit quod ſcribit Paulus in epiſtol. ad Gal. ubi dicit: Illum factum eſſe pro nobis maledictionem, ut nos à Legis maledictione liberaret. Scriptum enim eſſe, Maledictus quiſquis pendet in ligno. Hîc autem ſubit, divinam juſtitiam, quantumcunque ea ſummè ſevera ſit, paucis compellare. Dic inquam, quæſo, ſi ignominia atque confuſio peccatis meritò debetur, quænam tandem gravior reperiri, aut cumulatior menſura quàm ea quam noſtro nomine Chriſtus pertulit? Num ſatis ſupérque errata humana in Chriſto traducta ſunt, omníque probro atque dedecore affecta? Regeret forſan aliquis illud, opprobria minus gravia fuiſſe, propter inſitam illi innocentiam. Atque hac quidem ex parte, aliquod probris illis levamen afferri potuerat, ſiquidem ea innocentia omnium oculis patuiſſet. At verò eo die quo Chriſtus in crucem ſublatus eſt, ita ſub magna proborum falſorúmque ſcelerum congerie oppreſſus eſt, ut populus eum miſerè cruci ſuffixum conſpiceret, agitando caput: non quòd ullo afflictionum illius ſenſu afficeretur, ſed quod languentem ignominia & maledictis inſectaretur, veluti omnes illas tribulationes atque anguſtias, quibus undique cingebatur, ſuo veluti judicio comprobaret. Iure igitur lætari poſſumus, tanti beneficii per fidem effecti participes, quum omnia probra atque ignominiæ, quæ peccatis noſtris deberentur, in ſe ſuſceperit Chriſtus caput noſtrum, ac planè aboleverit. Imò verò hujus ignominiæ loco, illo Chriſti merito, gloriam & honorem in Dei conſpectu, quaſi nobis debitum, ſpe poſſidemus.

Chriſtus Barrabæ poſtpoſitus.

Eſa. 53. 3.

Gal. 3. 13.

Innocentia Chriſti obſcurata.

15 Verùm quoniam non tantùm dedecus ac ignominia, juſto Dei judicio peccato debetur, ſed etiam pœnæ quæ ad delicti modum atque menſuram infliguntur: propterea Chriſtus hac vita exceſſit, non tantùm probris & contumeliis oneratus, ſed graviſſimarum pœnarum ſæviſſimorúmque ſuppliciorum vi ab ea veluti extractus, quæ quum abundè Evangeliſtæ commemorent, non eſt noſtri inſtituti in iis ſigillatim perſequendis, longius immorari. Veruntamen

Pœnarum quas Chriſtus perpeſſus eſt quatuor capita.

Digitized by Google

omnes ex Chriſti pœnæ, quæ certè innumeræ ſunt,
in quatuor præcipua capita recte contrahi poſſe vi-
Ludibria. dentur. Inter quę primùm occurrunt varia illa ludi-
bria, quibus non ſemel eſt impetitus, qualia ſunt in
faciem conſpui, ſalutari atq; Regem inſcribi, veſti-
bus propriis exui, atque aliis inſolitis indui: quum
nunc morionem aliquem, nunc verò Principem re-
ferret, velo oculis obducto, Regium ſceptrum (quod
tamen eſſet arundo) manibus illius imponi: juberi ita
compoſitum, ab iis qui ei illudebant, vaticinari. Co-
ram omni populo nudum ſiſti, denique ipſius veſti-
menta à peſſimis nebulonibus diviſa, & ſorte ſuper
iis projecta, intueri. Omitto quod ab Herode quaſi
publicus quidam morio habitus fuerit, & alia infini-
ta ludibria, quibus illum vexatum fuiſſe, ex ſacra hi-
ſtoria prudens lector ſatis intelliget. Quòd ſi quis
quærat, probra & inflictæ Chriſto ignominiæ, de qui-
bus ſuperius dictum eſt, qua in re ab his poſteriori-
bus differant? Reſpondeo, Illas ad juſtam infamiam,
ad accuſationem ac injuſtam condemnationem per-
tinere. Hæ autem in eorum delictorum quæ ei ca-
lumnioſè eſſent impoſita pœnam, additæ fuerunt.
Ictus & plagæ. 16 Præter hæc probra, expendendi ſunt ictus &
ſanioſæ plagæ, quas toto corpore pertulit, colaphi,
flagra, percuſſiones ex arundine, punctiones ex ſpi-
nis, alia infinita, quæ in Sacerdotum ac Presbytero-
rum conſeſſu, in prætorio, in vicis, & paſſim in aliis
Ioan.22,27. diverſis locis perpeſſus eſt. Duras has afflictiones ex-
cepit crux, quam humeris magno cum labore geſta-
vit, priuſquam illa eum toto corpore in ſe extenſum
ſuſtineret, ipſe autem nullis vinculis conſtrictus,
Crux. quemadmodum forſan reliqui in crucem actus eſt,
ſed clavis in ligno pedibus manibúſque ſuffixus.
Quemadmodum ejus rei ipſemet à ſua reſurrectio-
Pſal.22.17. ne fidem fecit, dum Thomæ diceret, Infer digitum
tuum huc, & vide manus meas, & profer manum
tuam, & immitte lateri meo. Quod addidit propter
vulnus quod in latere à morte ſua à milite quodam
excepit, id ipſum David prophetiæ ſpiritu prædixe-
verſ.22. rat in Pſal. Manus, inquit, & pedes, mihi perfoderunt.
Idem etiam ſilentio non præterit inſuavem illum
myrrhæ guſtum, quæ aceto permixta, Chriſto in po-
tum fuerat exhibita. Scribit enim Pſal. 69. Dederunt
mihi in eſcam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto.
Mors. Quarta atque ultima pœna, quam noſtro nomine
ſubiit Chriſtus, fuit illa animæ à pretioſo corpore
ſeparatio, quam, ut qui eam plene in poteſtate ſua
haberet, quique omnia quæ de ſe prædicta erant à
Prophetis, impleta conſpiceret, ultro magno edito
clamore efflavit.
17 Hic autem, quum ſingula ſint animadverſio-
ne digniſſima, dubius hæreo, in quo primùm expen-
dendo, pedem figam. Ex multis tamen, iſtud quod
proximè ſubjiciam, nunc quàm breviſſimè fieri pote-
rit pertractabo. Primùm hoc à vobis ſciſcitari libet:
Quare Deus hanc ſervandi generis humani rationem elegerit. Num vobis maximè alienum videtur, ut Deus qui a-
lia faciliori ratione genus humanum ſibi reconcilia-
re poterat, id efficere tot & tam duris proprii filii pœ-
nis atque laboribus aggreſſus ſit? Hoc enim conſtat
illum noſtræ ſecum reconciliationis aliam quamcun-
que adlibuiſſet viam inire potuiſſe. Cur igitur tot op-
probriis atque miſeriis illum ſubjecit? Hic poſſem
reſpondere, divinæ juſtitiæ, non alia ratione ſatisfie-
ri potuiſſe. Quod reſponſum, ut verum, ita vulgò re-
ceptum eſt. Propterea tria hîc cognitu utiliſſima ad-
notanda cenſeo. Primum id erit, quod ratione illa
tam dura quàm procurandæ ſaluti noſtræ iniit Deus,
ſatis intelligere poſſumus, quanta eſſet in nos juſto
Dei judicio è peccatis noſtris enata obligatio, quàm
grave illorum onus, quanta eſſet ira, inimicitia atque
odium, quod Deus in nos conceperat, & quàm hor-
renda vindicta cervicibus noſtris imminebat. Quod
ſi ſatis diligenter expendatur, nunquid erit frænum
aptiſſimum ad coercendas noſtras cupiditates atque
ad nos cohibendos, ne in turpes & fœdas actiones,
aut immunda tenebratum mundi ac carnis opera
prolabamur? Certè fidei oculis animadvertentes,
quam ſeveriter atque acerbè eas Deus in Chriſto
vindicaverit, ſinguli de iis prudenter fugiendis debe-
mus eſſe ſoliciti. Alterum, quòd hîc adnotari conve-
nit, iſtud eſt, nempe quod hominum conſcientiæ, quę
carnis infirmitate ſubinde labaſcunt, nunquam à da-
A mnatione, quam continuis, iiſdémque fœdis lapſibus
eſſent promeritæ, ſecuræ eſſe poſſunt: maximè quum
perpetuò obſervetur ob oculos Deus juſtiſſimus ju-
dex, qui delicta noſtra nunquam relinquit impunita:
niſi ſevera iſta in Chriſtum ſententia præceſſiſſet.
Nunquam, inquam, hominum animi, peccatorum
ſenſu perculſi, conſolationem admittere potuiſſent.
Verùm ubi animadvertimus Dei filium tam dura at-
que acerba caſtigatione, omnium peccatorum no-
ſtrorum pœnas luiſſe, præterquam quòd hinc plena
B animis noſtris oboritur ſecuritas, in agendis divinæ
clementiæ gratiis, non poſſumus nobis ſatisfacere,
quòd in Chriſtum omnes iniquitates noſtras rejece-
rit, quemadmodum prædictum fuerat ab Eſaia, ut ita *Eſa.53.6.*
propter peccata noſtra graves has afflictiones ac vul-
nera perpeſſus ſit. Atque iſtud eſt quod Paulus 8. *Rom.8.32.*
ad Roman. capit. commemorat, Deum proprio Filio
non pepercisse, ſed pro nobis omnibus tradidiſſe i-
pſum.
C 18 Verùm jam ad tertium doctrinæ caput acce- *Patientiæ & conſtantiæ efficaciſſimum exemplum.*
damus, quod attentè nos expendere convenit. In iis
Chriſti perpeſſionibus, præter utiliſſimos uſus ſupra
deſignatos, hîc ſeſe nobis exhibet exemplum, atque
viva omnis perfectionis imago, quum hîc liceat in-
tueri qualem patientiam, obedientiam ac charita-
tem, Chriſtus noſter pro nobis moriendo nos docue-
rit. Certè hæc doctrina aptiſſimum eſt ad conſtan-
tiam, in omnibus afflictionibus retinendam adinven-
tum. Anne quiſquam erit, ſive adverſis hic prematur,
D ſive diaboli tentationibus impetatur, ſive quaſcun-
que alias miſerias incurrat: qui ad Chriſtum è cruce
pendentem oculos convertens, hoc ſe ſolatio in ma-
ximis quibuſcunque tribulationibus atque anguſtiis
non conſoletur? Audacter hic affirmo, ejuſmodi ho-
minem, præ reliquis omnibus, quietem ac tranquilli-
tatem animi ſervaturum, quum ſe hac ratione agno-
ſcat, clariſſimi præceptoris atque unici redemptoris
Ieſu Chriſti ſemita incedere, atquę veſtigiis inſiſtere:
nulla erit illi gravis afflictio, neque moleſtum erit ad-
E verſa quælibet & duras quantumvis perſecutiones,
pro Dei honore atque Evangelii gloria ſuſtinere.
Quis in poſterum ex hoc afflictionum calice bibere
recuſabit, quum caput & Princeps noſter Chriſtus,
ex eo ad ſalutem aliis comparandam tam alacriter bi-
berit? Hæc inquam, unuſquiſque fidelis, ſi probè a-
pud ſe reputet, carnis concupiſcentias in mentibus
ſuis amplius vigere ac dominari non ſinet: verùm hoc
crucis aculeo noctes diéſque extimulabitur, & utili-
ter impelletur ad earum mortificationem, dum ani-
F mo conſiderabit Chriſti carnem in ligno Patris im-
perio ſubmiſſam, eámque obedientem ad mortem uſ-
que non minùs crudelem quàm ignominioſam. Ita-
que ex Chriſti paſſione, non tantum conſolationem
elicimus in noſtris miſeriis, infortuniis ac calamita-
tibus, quæ ſubinde occurrunt: ſed & vivam exhorta-
tionem, ut cum eo crucifigamur, quantum ad vete-
rem hominem & carnem noſtram attinet, juxta id
quod Paulus ad Gal. docebat; Qui ſunt Chriſti, in- *Gal.5.24.*
quit, carnem crucifixerunt cum affectibus & concu- *Gal.5.17.*
G piſcentiis. Propterea idem Apoſtolus ſuas afflictio- *Vera Chriſti ſtigmata.*
nes appellare conſueerat ſtigmata, id eſt, characteres
& ſigilla Chriſti, in corpore ſuo inſculpta. Qua ra-
tione mirari ſatis non poſſumus, Chriſtianorum
quorundam vecordiam atque etiam amentiam, qui
peregrinationis ergo huc & illuc curſitant, Hieſam
aut Averniam uſque propter ſtigmata quibus Franci-
ſcum ſuum inſignitum fuiſſe deprædicant. At perſe-
cutiones potius, infamias ac damna, quæ ſive in bo-
nis, ſive in ipſis corporibus pro Chriſtiana religione,
H aut præſtanda Deo obedientia, ſuſtinenda ſunt, ea
reſpuunt, aut certè ſingulis momentis de iis indignè
quiritantur. Ex his omnibus conſequitur, nos plu-
rimi æſtimare oportere afflictiones, pœnas ac tribu-
lationes, quas Dei voluntate pro Chriſti gloria per-
petimur, quaſi eorum omnium ſigilla ac ſtigmata,
quæ filius Dei unicus, ac redemptor noſter Chriſtus,
pro nobis in cruce pertulit. Quamvis autem hujus
ſubjecti majeſtas atque amplitudo me non leviter ad
ſe alliciat, vixque permittat hinc me aliò tam cito ab-
I duci: tamen dum expendo me hîc catechiſmum dare
rudioribus, non plenam doctrinam provectioribus
Chriſtianis, hinc pedem referam, atque ad deſcriben-
dum

Digitized by Google

dum aggrediar ſtatum illum, quem corpus & anima Chriſti à morte experta ſunt.

Sepultus eſt: deſcendit ad inferos.

Chriſti ſepultura.

19 Hominis à verbo in perſonæ unitatem aſſumpti, duę ſunt partes, anima & corpus: quemadmodum etiam cæteri homines anima & corpore conſtant. Disjuncta autem illa fuerunt in cruce atque ſeparata. Corpus, quemadmodum teſtantur Evangeliſtæ, depoſitum fuit in ſepulchro, in quo ad tertium uſque diem permanſit, quod fuerat tempus ab æterno Patre feliciſſimæ Chriſti reſurrectioni conſtitutum. De quo myſterio quum agit Paulus in epiſt. ad Rom. ait, Fideles qui in Chriſtum Ieſum baptizati ſunt, ſepultos eſſe in baptiſmo. Quod ſic accipi debet: nos in Chriſto ita peccato mortuos eſſe, ut nihil ſit amplius nobis cum eo negotii, quum Chriſtus moriens illud delevit, ut poſtea nobis non imputetur ad mortem: ita ut quemadmodum demortuorum corpora in ſepulchro recondita ſunt, nec ex hinc hominum oculis patent, non quod in mundo non ſint, ſed quia, quod in iis corruptum eſt atque putrefactum non conſpicitur; ſic peccatum noſtrum, perverſa voluntas, atque improba concupiſcentia, utcunque cruce Chriſti confecta ſint, in nobis tamen eſſe non deſinunt: verùm obtecta eſt eorum fœditas atque turpitudo in Dei conſpectu. Non quòd ea ſatis Deus noverit, cujus oculis omnia nuda ſunt & patentia. Verùm ea benignè diſſimulat, non vindicat, neque ita iraſcitur, ut ob ea mortem infligat. Itaque caro Chriſti poſt mortem ſepulta, ſignificavit, peccatum noſtrum coram juſto Deo tribunali, veluti ſepultum eſſe. Significavit etiam, Legis vim contractam, denique ſignificavit, veteres Legis umbras ac cæremonias, penitùs eſſe abolitas.

Rom 6.4.

Chriſti deſcenſus ad inferos.

20 Quantum ad animam ipſam attinet, ſtatim atque è corpore exceſſit, non manſit otioſa, verùm deſcendit ad inferos. Quod nihil aliud indicat, niſi quod eundem ſubiit ſtatum, quem reliquæ animæ à corpore ſejunctæ experiuntur, quæ aut in ſanctorum ſocietatem cooptantur, aut cum damnatorum ſpiritibus in æternum exitium detruduntur. Et vero una atque altera tum piorum ſpirituum, tum eorum qui damnati eſſent ſocietas, animæ Chriſti præſentiam perſenſit. Etenim fidelium ſpiritus, qui (ut ait Chriſtus apud Luc. dum verba facit de infelici illo divite, & feliciſſimo Lazaro) in loco tranquillo quieſcebant, qui illic Abrahæ ſinus appoſitè dicitur, ut cum ſancto illo Patriarcha eadem fide præditi, expectarent ſalutem per Chriſtum, quæ ab Abrahamo denominabatur: Spiritus inquam illi magna conſolatione exhilarati ſunt, egeruntque Deo opt. gratias, qui Mediatoris illius manu eos liberaſſet, & quæ tanto tempore ante promiſerat, ea fuiſſet exequutus. Alii etiam ſpiritus, æternæ damnationi addicti, animæ Chriſti adventum perſenſerunt. Nam ut habetur apud Pet. 1. epiſt. cap. 3. Illis ſpiritus Chriſti prædicavit: quod eo ſenſu poteſt intelligi, nempe ut eis exprobraret obſtinationem atque incredulitatem, qua obdurati eſſent adverſus Dei verbum, ſanctiſque admonitionės, quæ illis dum viverent, ſubinde fuerant propoſitæ: vel quòd tunc etiam eis, verbum illud ſalutiferum, idemque veriſſimum annunciarit: quod quum ſibi ſemper ſimiles pertinaciter rejicerent, candémque mortui quàm vivi incredulitatė retinerent, juſtiſſimæ ſuæ condemnationis apertiſſimum ipſi in ſeipſos teſtimonium reddidere, maximè quum nullam amplius ignorantiam poſſent prætexere. Ita divina ſapientia perfectam ex ſuis judiciis laudem refert. Hic autem rogandus eſt Deus, ut nobis eum effectum impertiatur, ne perverſas noſtras cupiditates pluris faciamus quàm fœtidum aliquod cadaver, quod in ſepulchro jam eſt reconditum: útque ita cor noſtrum ad excipiendas ſanctas ſuas promiſſiones aperiat, ne dum ex externo ſono aures noſtras ferient, earum veritati ac certitudini impiè reſiſtamus. Noſtrum eſt etiam, quum Chriſtus tot operibus atque perpeſſionibus, ſe verum eſſe hominem certò convicerit, ut hoc ſubſidio adjuti, divinam ac cœleſtem vitam planè meditemur. Tanto autem beneficio à Deo in Chriſti morte & ſepultura donati, non levi illum afficiemus injuria, ſiquidem ad noſtram cum eo reconciliatio-

Luc 16.22.

1. Pet. 3. 19.

A nem, opera noſtra aliquid conducere arbitraremur, quum eum potius generi humano peccatum, unica Chriſti morte, atque acerba cruce, in hoc fidei articulo profiteamur.

Reſurrexit tertia die: Aſcendit in cœlum: Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis Vide Dialogum de utraque in Chriſto natura.

Chriſti reſurrectio fidei victoria.

21 Si Chriſtus filius ille Dei unicus, qui ad nos deſcendit, & in noſtram ſalutem acerbiſſima crucis B morte interemptus eſt, morti ſuccubuiſſet, atque e ſepulchro concluſus, ut reliqui homines, corruptionis vim perſenſiſſet: qui confidere poſſemus, nos ab eo ſervari, qui ſeipſum ſervare non potuiſſet? Quemadmodum ſi quis in aquis pereunti, laturus ſuppetias, animosè in aquas inſiliat, ipſe tamen dum alium ſervare ſtudet, aquarum gurgite abſorptus occumbat: num pereunti, ipſe periens, aliquo fuerit adjumento? Certè non aliud inde ſequatur commodi, quàm ut C damnum in duplum augeatur, ſi ad prioris mortem alterius etiam interitus accedat, qui eo futurus fuerit damnoſior, quo purior ac ſanctior fuerit ejus vita. Plane igitur noſtrę ſalutis intererat, primum, ut Chriſtus ſe à morte vindicaret: deinde, ut per fidem in ipſum, partam nobis eſſe ſalutem pleniſſimè perſuaderet. Propterea qui eum in cruce pendentem contuebantur, contumelioſè iſta ei exprobrabant; Servet ſemetipſum, & nos ei credemus: Alios ſervavit, ſeipſum ſervare non poteſt. Atqui à morte reſurrexit, in quo D majorem potentiam exeruit, quam ſi tunc è cruce deſcendiſſet. Ita cum morte conflictatus eſt, ut ab ea magnificè devicta, atque deſtructa, retineri non potuerit. Propterea hic confitemur, illum excitatum eſſe tertio die; ſecundùm Scripturas, idque ex Patris decreto, aſcendiſſe in cœlos, ac ſedere ad dextram Patris. Ex quo fidei noſtræ articulo, ſuaviſſimam tunc conſolationem elicimus, Chriſtum in ſalutem noſtram excitatum eſſe. Atque hic duo occurrunt notatu digniſſima. Prius; Quænam fuerit exaltatio illa, & E nova Chriſti gloria? poſterius, Quænam inde utilitas ad fideles redeat?

Simile.

Mat. 27. 41. 42.
Phil 2. 7.

Chriſti gloria.

22 Quiſquis rectè percipere cupit in quantam altitudinem Chriſtus excitatus eſt, primum expendat oportet in quam abjectam conditionem ſeſe prius ultrò noſtri cauſa demiſerit. Quod paucis perſtringit Paulus in epiſt. ad Philipp. Ipſe exinanivit ſe, inquit, forma ſervi accepta, ſimilis hominibus factus, & habitu compertus ut homo. Ipſe ſe ſummiſit, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis, F quemadmodum etiam ſupra pluribus oſtendimus. Corpus ejus ſepulchro conditum fuit, anima autem eam conditionem experta eſt, quam ſubeunt hominum ſpiritus, quum morte à corporibus ſeparantur: Quanto igitur iſta in ſpeciem viliora atque abjectiora fuerunt, tanto magnificentius fuit hinc emergere, & ad res planè contrarias conſcendere. Quum autem variis miſeriis paſſim obnoxium ſit hominum genus, eæ quidém haud leves ſunt, quas etiam vulgo perpetiuntur ii, qui divitiis abundantes, feliciorem con- G ditionem ſortiri videntur. Pauperum autem miſeriæ, graviores ſunt, tum ſi ſervitutem ſerviunt, multò duriores. At ſi magno vir quiſpiam & excelſo animo, hoſtibus ſuis non tantùm infimæ ſortis hominibus, ſed etiam pravis ac ſceleratis in ſervitutem dedatur, ejus demum calamitoſa ac miſera conditio videtur planè intolerabilis. At verò hæc omnia Chriſto contigerunt, qui ut verè naturam humanam induit, ita ſervus fuit, non tantùm diſcipulorum ſuorum quibus dixerat; Se in mundum veniſſe non ut H ei miniſtraretur, ſed ut aliis miniſtraret (quod res ipſa oſtendit, quam in terram uſque demiſit ſe ad lavandos illorum pedes) verùm quod longè durius eſt, propriis hoſtibus veluti ſe ſervum præbuit, nempe impiis, & iis qui toti in ſcelerum colluvie demerſi erant: erga quos, ita ſervi partibus defunctus eſt, ut pro eorum ſalute propriam vitam effuderit. Atque iſtud eſt quod Paulus ſcribit in epiſt. ad Rom. Quum adhuc infirmi eſſemus, inquit, peccatores, inimici atque impii, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Hic igitur ita I demiſſus atq; abjectus, ut à Propheta non homo, ſed vermis appelletur, quum à tam infima ſervitute ad tam ſublimem ac excelſum dignitatis gradum, è con-

Chriſti exinanitio.

Simile.

Matt. 20. 28.
Ioan. 13. 5.

Ro. 5. v. 6. 8. 10.

Pſal. 22. 7.

Digitized by Google

ditione terrena ad cœleſtem gloriam, è ſtatu multis infirmitatibus ac tribulationibus obnoxio, in ſtatum firmum & ab ærumnis liberum, à mortali carne in corpus immortale: denique ut ita depreſſus, ad ſummum excellentiſſimæ monarchiæ ſtatum conſcenderit, num vobis nobili progreſſu in altum evectus videtur?

Chriſti ſublimitas.
Eph.1.20.

23 Quod verò ipſe à mortuis excitatus, ſummum principatum adeptus ſit, aptè docebat Paulus in epiſt. ad Eph. Quem Deus, inquit, collocavit ad dexteram ſuam in cœlis, longè ſupra omne imperium ac poteſtatem, & potentiam & dominium, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in hoc ſeculo, verùm etiam in futuro. Et omnia ſubjecit ejus pedibus, eúmque conſtituit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ. Eadem etiam idem Apoſtolus inculcat in epi. ad Phil. ubi ex voluntariæ exinanitionis Chriſti ad ſublimem illius gloriam progreſſu, utilem ac præclaram doctrinam colligit, iis verbis: Quoniam ipſe ſe ſummiſit, inquit, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis: idcirco Deus in ſummam eum extulit ſublimitatem, & donavit ei nomen, quod eſt ſupra omne nomen: ut ad nomen Ieſu omne genu ſe flectat, cœleſtium ac terreſtrium & ſubterraneorum. Quod optimo quidem jure ei competit, juxta regulam ab ipſomet alibi præſcriptam: Qui ſe demiſerit, extolletur. Vnde etiam colligi poteſt, pro voluntariæ demiſſionis ratione, magnificam ac ſublimem oportere eſſe gloriam. Quum autem nulla unquam fuerit, neque futura ſit, ſpontanea demiſſio tam abjecta, qualis in Chriſto apparuit: hinc ſequitur, illum meritiſſimo jure, ſupra quamcunque vel ſublimiſſimam creaturam evectum eſſe. Multas afflictiones ac ærumnas dum hic inter homines ageret, perpeſſus eſt. Nunc feliciſſima quiete fruitur, atque corpore ſimul & anima, ab omni tribulatione ac moleſtia tutus eſt. Ita ex probroſa ac ignominioſa morte in excellentiſſimam vitam pertranſiit, ut qui nunc totus ſit beatus ac immortalis. Propterea in epiſt. ad Roman. Chriſtus, inquit, excitatus à mortuis non amplius moritur, mors ei non amplius dominatur. Itaque ſi planè liber eſt à morte, ab omnibus etiam infirmitatibus ac perpeſſionibus immunem eſſe neceſſe eſt, quæ totidem ſunt mortis ſatellites & miniſtri. Nemo eſt qui ſatis non intelligat, quàm longo cœlum à terra diſtet intervallo: ſic etiam cogitare nos oportet, ſublimem illum, in quem Chriſtus nunc evectus eſt, ſtatum, tantundem diſtare ab eo, cui ſe, dum hîc inter homines ageret, ſummiſit.

Phil.2.7.
Rom.6.9.

24 Quantumcunque autem latum videatur illud diſcrimen inter ſtatum terrenum & cœleſtem, hoc tamen certum eſt, me nimius his verbis efferre, quàm Paulus, qui in 1. ad Corinth. epiſt. Corpus illud quod nobis in ultima reſurrectione reſtituetur, non cœleſte ſed ſpirituale appellat. Seminatur, inquit, corpus animale, excitabitur corpus ſpirituale. Non vult intelligi, Chriſtum reliquóſque ſanctos qui cum eo reſurgent, non habituros carnem, oſſa, ſanguinem, membra diſtincta, denique verum corpus. Proculdubiò enim naturæ humanæ veritas ac proprietas permanebit. Verum ſpirituale vocat corpus, quoniam nobilis illa hypoſtaſis ac forma in quam reſtituetur, non è terreno principio, quale eſt humanum ſemen, ſed à ſpiritus Dei virtute promanabit. Præterea excitatum corpus novis qualitatibus ornabitur, quæ ad ſpiritus, non ad terræ naturam accedent, proptereáque jure ſpirituale vocabitur. Ita qui rectè Apoſtoli verba expendet, dum corpus ſpirituale vocat, illud non corporali, ſed terreno & mortali corruptibilique opponet. Quamobrem iſta connectit: Seminatur in ignominioſum, excitatur glorioſum: ſeminatur infirmum, excitatur potens: ſeminatur corpus animale, excitatur corpus ſpirituale. Nullæ ſunt in corpore excitato infirmitates aut animales motus, qui ſpiritui reluctentur, nulla tanta gravedo aut craſſities, ut alacriter rectis ſpiritus affectibus non pareat. Vtut ſit, ex iis quæ dicta ſunt ſatis confirmatum eſt, ſpiritualis elogium, quod majus eſt aliquid quàm ſi cœleſte dicas, Chriſti corpori excitato, optimo jure competere. Propterea Chriſtus à reſurrectione, quemadmodum in hoc ſymbolo ſubjicitur, non tantùm aſcendit in cœlum, ſed ſupra ipſum evectus eſt, illícque ſedet ad dextram Dei Patris omnipotentis. Quæ loquendi ratio, quum humanam quandam formam oculis ſubjiciat, diſpiciendum eſt unde petita ſit. Dico igitur non alios ad Principum latus conſtitui, niſi quos Principes favore complexi, in ſublimem aliquem dignitatis gradum extulerint. Atque inter eos qui hoc honore ornati ſunt, non alii ad dexteram collocantur, niſi qui ad ſupremum poſt Principem honoris aut poteſtatis faſtigium ſunt evecti. Hoc verò quod de Chriſto hîc prædicatur, figuratè dictum planè intelligi debet, quum Deus expers ſit corporis, manum lateráque nec etiam dexteram aut ſiniſtram habeat. Sed hac loquendi ratione datur intelligi, Chriſtum, quatenus homo eſt, poſt reſurrectionem eo honore ac dignitate à Deo donatum eſſe, ut nihil in toto ipſius imperio, ei non modò non præferri, ſed ne conferri quidem poſſit.

1.Cor.15.44.
Dextra Dei.

25 Verùm hoc jam expoſito, nempe in quam ſublimem gloriam Chriſtus reſurrectione ſua conſcenderit, & ſatis illuſtrato pro eorum captu quibus hæc ſcribuntur, & pro ratione otii mihi nunc conceſſa, operæpretium facturus videor, ſi quid illa nobis afferat commodi ſubjiciam, unde etiam intelligetis, in quem nos uſum illam referre oporteat. Quum enim nulla ſit Chriſti actio, quæ ad promovendam noſtram ſalutem non maximi ſit momenti, iſtud reputare nos oportet ex hac, quæ inter cæteras facilè eminet, maximas ac præcipuas utilitates ad nos redire. Primum igitur hæc cogitatio animum ſubeat, quum Chriſtus à morte devinci non potuerit, nunc noſtræ neceſſitati longè melius poſſe illum ſubvenire, idque favore & potentia Patris, ad quem tam familiaris ei patet acceſſus, quemadmodum dictum eſt, continuo ſummæ efficacitatis preces pro nobis efferens gratiam illius nobis conciliat, viréſque impetrat, quas alia ratione nunquam poſſemus nobis comparare. Deinde Chriſto à mortuis excitato, qui caput noſtrum eſt, nos etiam in illo excitamur. Dicite, quæſo, ſi quis in rapidum flumen illapſus, è profundis ac periculoſis illius aquis totum caput exerit, etiamſi cætera membra adhuc aquis immerſa ſint, non eum mortis periculum evaſiſſe cenſebitis? Ita nos qui unum ſumus corpus in Chriſto, quum ipſe qui caput noſtrum eſt è profunda mortis abyſſo emerſerit, utcunque ea adhuc operti ſimus in hoc mortali ſtatu, cur non etiam optimo jure nos à morte excitati dicamur? aut certè illum caput nobis eſſe negandum eſt. Quod ſi nos illius eſſe membra profitemur, etiam agnoſcamus neceſſe eſt, noſtram reſurrectionem illius reſurrectione eſſe quodammodo inchoatam. Si hyeme arborem videamus nudam, foliis, floribúſq; ac fructibus vacuam, ut ex cortice, arida judicari poſſit, attamen quandiu viva radix terræ infixa hæret, mortua illa non cenſetur. Quod ſi quis id ſibi perſuaderi non patitur, expectetur vernum tempus, & tunc ex foliis & floribus renaſcentibus, rei detegetur veritas. Etenim ex manifeſtis effectibus, palàm fiet arboris illius vitam prius fuiſſe abſconditam. Ita nos, qui hic veluti mortis præda videmur, & in quibus nulla ſolidæ vitæ indicia apparent, ſi Chriſto, qui noſtra eſt radix, vivo & pro nobis excitato inſiti ſumus, quid jam de futura noſtra reſurrectione dubitamus? Atque iſtud eſt quod Paulus ſcribit in epiſt. ad Col. Vos mortui eſtis, inquit, & vita veſtra abſcondita eſt in Chriſto cum Deo. Quum Chriſtus vita noſtra patefactus fuerit, tum & vos cum eo patefietis glorioſi. Præterea Chriſtus in cœlum abiens, ſingulare illud ſpiritus donum nobis gratificatus eſt, cui quemadmodum animarum noſtrarum origo & vita regenerationiſque Chriſtianæ principium debetur, ita etiam reſurrectionis corporum: ſicut teſtatur Paulus in epiſt. ad Epheſ. videlicet, pro efficacitate fortis illius roboris, quam exeruit Deus in Chriſto, quum excitavit eum à mortuis, & collocavit ad dextram ſuam in cœlis, nos ad fidem adduci. Quum igitur primitias Spiritus, cujus virtute Chriſtus reſurrexit à mortuis habeamus, quem jam ad glorioſum illum, ad quem contendebat, finem ſcimus perveniſſe, animo hilari eſſe nos oportet, atque in conceſſo nobis dono acquieſcere. Quænam igitur nobis in hac vita degentibus, tanta rerum perturbatio incidere poteſt, ut nos in mœſtitia ac animi anxietate retineat? Iam ſalvi facti ſumus, inquit Paulus in epiſt. ad Rom.

Reſurrectionis & gloriæ fructus.
Simile.
Simile.
Col.3.3.
Dona ſpiritus.
Eph 1.19.
Rom.8.24.

Profecto

Digitized by Google

Ibid.30.

Profectò parvo in lucro non deputandum eſt, nos per Chriſtum à morte liberari, ut jam non tantùm ei, ſed reliquis etiam calamitatibus ac infortuniis, quæ ſunt veluti illius ſatellites, audacter inſultare poſſimus, atque adverſus carnis noſtræ impetus, animum erigere ac conſolari, quæ hujuſmodi anguſtiis conſtricta, perpetuò obmurmurat: quum novæ vitæ non tantum facta ſit nobis promiſſio, ſed certum ipſius ac firmum arrhabonem in Chriſto habeamus.

Iuſtificatio ex reſurrectione pendet.

26 Præterea etiam, nobilis illa reſurrectio, plurimùm proculdubio ſalutem noſtram promovet. Nam etſi morte Chriſti, atque unico illo & acceptiſſimo ſacrificio peccata remiſſa ſint; ac in ipſius carne, omnia delicta noſtra debitas pœnas cruci affixa pependerint: attamen vitæ illius ſpiritualis typus, illic non deprehenditur, quam vivere nos oportet, non amplius carni, ſed ſpiritui: non veteri Adamo, ſed Chriſto: non nobiſipſis, ſed Deo Patri noſtro. Ad hoc poſtea in vita illa apparuit, quam Chriſtus potentiſſima ſua reſurrectione recipit. Propterea ſcribit Paulus in epiſt. ad Rom. Chriſtum mortuum eſſe propter offenſas noſtras, excitatum propter noſtri juſtificationem. Morte quidem Chriſti, reconciliati fuimus Deo: attamen futuri noſtri ſtatus exemplar, illic non agnoſcitur. At verò in reſurrectione, conſpicue elucet. Neque enim præter naturam fuit, carnem Chriſti, quæ iiſdem nobiſcum infirmitatibus eſſet obnoxia, mori. Verùm reſurrectio, ita naturam ipſam ſuperavit, ut quum caro, nulla ex ſe virtute eſſet inſtructa, qua ſeipſam in novam vitam aſſereret, id totum mera Dei gratia ac benignitate ei fuerit conceſſum. Nos etiam quantum ad novam illam & juſtificatam regenerationem attinet, nulla noſtrorum operum virtute aut merito eam nobis comparare poſſumus: ſed eam nobis Deus nullo meritorum noſtrorum reſpectu, gratia ſua ac bonitate largitus eſt. Præterea quemadmodum Chriſtus excitatus à mortuis aſcendit in cœlum: ſic nos ejus gratia juſtificati, tota noſtra vita, non amplius res terrenas, ſed cœleſtes meditari par eſt. Iſtud nos docet Paulus in epiſt. ad Coloſſen. Si reſurrexiſtis cum Chriſto, inquit, ſuperna quærite, non terreſtria. Adhæc, ut Chriſtus à mortuis excitatus, non amplius moritur: ita qui fide regeneratus eſt, caveat ne denuo in miſeram ac perniciosſam infidelitatem recidat. Propterea monebat Timotheum Paulus: Meminiſſet Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe ex mortuis: quoniam reſurrectionis Chriſti recordatio, non levis eſt ad vitam piè innocentérque traducendam aculeus, ut ita Chriſtum imitemur, qui ſemel mortuus, ſe à morte in perpetuum vindicavit. Sic etiam nos à peccato ipſius gratia liberati, ejus peccati jugo, denuò nos implicari non convenit. Quod recte monet idem Apoſtolus in epiſt. ad Rom. Sicut excitatus eſt Chriſtus ex mortuis in gloriam Patris, inquit, ita & nos nova vita ambulemus: In idque nos ſummo ſtudio incumbere oportet, ſemper promovendo, quemadmodum Paulus de ſeipſo loquitur ad Philip. nempe: Quod obliviſcens ea quæ à tergo eſſent, & ad ea quæ eſſent à fronte contendens, ſcopum verſus ferretur ad palmam ſupernæ vocationis, quo nondum pervenerat. Hoc verò erat noſſe Chriſtum, ac reſurrectionis ipſius vim. Dixerat autem paulò antè: Experiar ecquo modo perveniam ad reſurrectionem mortuorum. In hoc tota Chriſtianiſmi ſumma verſatur, ut interius ſemper renovemur: exterius autem, proximos quoſque pro virili, officiis beneficiiſque proſequamur: quum Chriſtus excitatus à mortuis, perpetuis nos beneficiis uſque fuerit proſequutus, impertito ſuis ab eo tempore pretioſo illo Spiritus ſancti dono: atque prior ad Patrem profectus eſt, ubi nos perpetuò tuetur, & acceptiſſimas Deo Patri pro nobis preces offert. Renovata in ſe per reſurrectionem vita, liberaliter in electis ſuis dona ſua cumulatè adauget: in excellentiſſimam illam poteſtatem evectus, ab omni malo nunc nos protegit, atque omni bono implet. Propterea noſtrum eſt in id omni cura ac ſolicitudine incumbere, ut eum piè colamus, non terrenis cæremoniis ac variis hominum commentis, ſed ſpirituali cultu, quique cœleſti illi ac ſpirituali ſtatui, in quem nunc Chriſtus receptus eſt, conveniat. Priuſquam ad nos ille veniſſet, & quandiu

Rom.4.25.

Reſurrectio Chriſti fons ſanctificationis.

Col.3.1.

2.Tim.2.8.

Rom.6.5.

Phil.3.14.

A in mundo humano more verſatus eſt, umbræ ac figuræ Legis cultus corporales, ac mundanæ cæremoniæ vigebant: nunc autem excitati cum Chriſto, quemadmodum eum & loco & gradu, in quo nunc conſtitutus eſt, contemplamur, ita etiam æquum eſt, nos erectis ſurſum mentis oculis ſpem noſtram in eo defigere.

Inde venturus eſt ad iudicandos vivos & mortuos.

B

Extremum judicium.

27 Non perpetuò pervicaciter exprobrabit caro noſtra, humana ratio & tota impiorum cohors nos Deum nobis Dominum ac Principem effinxiſſe, qui nunquam ſe conſpiciendum, aut ſenſibus humanis percipiendum exhibeat: Chriſtum intelligo Servatorem noſtrum. Etenim poſtquam confeſſi ſumus eum glorioſe ſedere ad Patris dextram, ſubjicimus eundem tandem perſpicue ſe exhibiturum mundo, quum in regnum ſuum venturus eſt Iudicis partibus
C defuncturus. Æquiſſimum enim fuerit, ut qui judicis ſententia injuſtè condemnatus eſt, tandem toti mundo patefaciat excellentiſſimam illam authoritatem ſuam atque juſtitiam, quæ non tantùm ubi mortis ſententiam ſubiit Chriſtus, damnata fuit, ſed poſterioribus ætatibus veluti continuo ſucceſſu, ab humana ſapientia & carne eadem judicia pertulit: neque tantum in perſona Chriſti, verùm etiam in ſanctis illius membris ac fratribus, ſive ii mortem jam obierint, ſive adhuc in hac terra peregrinentur, qui
D variis probris ac contumeliis impetuntur, perſequutiones ac omnis generis injurias ſuſtinent, ut nullus ſit penè mundi angulus, qui piorum gemitus non perſonet. Verùm quoniam omnia hujuſmodi judicia penitùs corrupta ſunt ac perverſa, tandem ultimum illud judicium prodibit, à quo nulla erit provocatio: quódq; priora hominum placita ac decreta, quæ quidem æquitati ac juſtitiæ fuerint adverſa, corriget atque reformabit: utpote quod vires ac qualitates habiturum ſit, iniquis illis judiciis planè contrarias.
E Chriſtus judex exquiſitiſſimus, ſapientia pollebit, ut non tantum in ea quæ manifeſta ſint & hominibus conſpicua, ſed in obſcuriſſima quæq; atque occultiſſima æquè penetraturus ſit: ſecundum id quod Paulus in epiſt. ad Rom. enunciat: Illum judicaturum de hominum occultis. Nihil tunc illi opus erit auditoribus, advocatis aut inquiſitoribus. At è contrario, me tacente, quilibet ex fidelibus ſatis intelligit, in perverſis illis judiciis, quæ ſubinde impii de Chriſto ac illius membris ſtatuunt, quàm apertè ſtultitiam ſuam
F ac terram mentis caliginem prodant, Chriſtus dum ultimo illo die judicium exercebit, jus unicuique æquiſſimè reddet, ſuámque ſententiam ſumma juſtitia temperabit, neque huc vel illuc declinabit, ut qui nec perverſis affectibus, nec donis ullis à recto dimoveri poſſit.

Iudicii & judicii deſcriptio.

Rom.2.16.

Rom.2.11.

28 Propterea iſtud de eo prædicatur, quod apud eum non ſit acceptio perſonarum. Quod vitium non pariter veræ pietatis hoſtes rectè aut ſentire aut loqui de Chriſtianiſmo. Verùm hic privati commodi
G ſtudio commotus, ille abreptus perverſis aliis affectibus, Chriſtum cum ſuis temerè condemnat, variiſque conviciis laceſſit. Propterea dicitur in Evangelio: Quomodo poſſitis bona loqui, quum ſitis mali? Supremus ille Iudex, nulla deſtituitur vi aut facultate, ad exequendum ea quæ ſive in piorum gratiam, ſive in impiorum exitium ipſe ſi ſtatuerit, quum ipſemet dicat: Omnis poteſtas mihi data eſt. Scriptum eſt quoque in epiſt. ad 1. Theſſ. de impiis: Quum dicent pax & tuta omnia, tunc repentinum eis imminere exi-
H tium, ſicut dolorem partus mulieri uterum ferenti, ut non effugiant. In perverſis tyrannorum hujus mundi judiciis, quæ in religionem Chriſtianam ſubeundi edunt, contrarium deprehenditur: aut enim hujuſmodi placita nullum ſortiuntur effectum, aut in ipſorum & tyrannorum caput recidunt, ut iis quàm Chriſtianis magis ſint noxia. Sed ut quæ iniquè ſtatuerint ad effectum perducant, ea non ultra fortunas aut corporalem hanc vitam protenduntur, quæ ſpirituali homini, & ei qui per Chriſtum renovatus eſt, le-
I viora ſunt, quemadmodum reſtatur Chriſtus, qui diſcipulos alloquens: Ne timete, inquit, ab iis qui trucidant corpus, animam autem non poſſunt trucidare:

Matt.12.34.
Mat.28.18.

1.Theſſ.5.3.

Mat.10.28

Oſtendam autem vobis quem potius timere vos oporteat, nempe Deum, qui poſtquam occiderit corpus, animam poteſt perdere in gehennam. Quis igitur noſtrûm, chariſſimi in Chriſto fratres, non ita ſe comparet, ut alacri animo hujuſmodi Iudicem excipiat, cujus ſententia omnibus injuriis quæ nobis injuſtè inferuntur, finem impoſitura ſit? Luc 12.15. Mat.25.14. Mat.25.1. Mat.3.12. Mat.25.32. Mat.13.49. Ibid.v.37. Tit.1.[illegible] Hic eſt ſummus ille paterfamiliâs, qui tandem omnes ſervos ſuos luſtrabit, ab eis commiſſæ negotiationis rationem repoſciturus. Hic eſt mercator ille præpotens, qui redibit B ingentis ſuæ pecuniæ quam fœnerandam dederat, fructum repeciturus. Hic eſt novus ille ſponſus, qui prudentes virgines à fatuis juſto delectu ſegregabit. Hic eſt prudens ille ac expertus œconomus, qui purum triticum in horreum recondere, paleam verò igni exurere novit: quique velut bonus paſtor oves ab hœdis, & velut cautus piſcator bonos piſces à malis ſeparabit. Denique qui veluti ſapiens agricola zizania in ignem projiciet, utile verò ac pretioſum ſemen, prudenter conſervabit. C Quicunque igitur puram Eccleſiam ſitit, ſincerúmve Chriſti regnum, integrámq; ac perfectam electorum ſocietatem, aut præſtantiſſimam illam ſponſam ſine macula videre expetit, non poteſt non ſuaviſſima ac gratiſſima illius diei recordatione, gaudio perfundi: ut propterea mirum non ſit, ſi illa à Paulo beata ſpes appelletur. Luc 21.28. Et Chriſtus apud Lucam, poſtquam varia adventus illius diei indicia recenſuit, ſubjicit: Ubi hæc ſigna videritis, erigite & attollite capita veſtra, quoniam redemptio veſtra appropinquat.

D Quinam Chriſti judicium ſint ſubituri.

29 Sed ne concepta ex futuro illo adventu lætitia, turbetur diffidentia ſalutis, quæ animum veſtrum ſubire poſſet, dum intelligitis ſupremum illum Iudicem in hominum opera inquiſiturum eſſe (hæc autem dico, quoniam nemo futurus eſt, mihi credire, quantacunque demum probitate ſit præditus, qui defixus in expendendis ſuis operibus, fiduciam iſtam retinere poſſit: atque ita ſi hæc à vobis rectè non intelligātur, felici illo die, non niſi horroris ac ingentis mortis æternæ timoris argumentum ſeſe vobis offerret) E omnino videndum eſt ac diligenter excutiendum, quid ultimo illo die in examen venire debeat. Qua in re primùm illud ſtatuo: In infideles nullo opus eſſe examine, ut qui propter ſuam infidelitatem jam condemnati ſint. Quod apertè docet Chriſtus apud Ioannem: Ioan.3.18. Quicunque inquit non credit, jam condemnatus eſt. Verùm quoniam multorum mentibus obrepere poſſet hæc dubitatio, unde fiat, ut ex iis qui Chriſtianorum nomine ac elogio æquè fuerunt inſigniti, alii ſaluti, alii verò damnationi æternæ F addicantur: propterea juſtiſſimus noſter Chriſtus vult hujus diſcriminis rationem toti mundo apparere, ut qui nunquam paſſurus eſt juſtitiam ſuam in poſterum obtectam eſſe mundo, qualiter fuit, quum primum in mundum venit nobiſcum verſaturus. Vult inquam, ſecundo illo adventu, juſtitiam ſuam omnibus innoteſcere, ut palam fiat, quis verè aut ſimulatè ac per hypocriſim in hoc ſeculo ejus nomen ac titulos induerit.

30 Tandem etiam hîc moneamur, non tantum G mortuos, ſed etiam vivos, Chriſti judicium eſſe ſubituros. Quod intelligendum eſt, quemadmodum docet Paulus in epiſtola ad Corint. 1.Cor.15.21. ut non omnes quidem morituri ſimus, ſed omnes ſimus immutandi. Et ad Theſſ. 1.Theſſ.4.15. Nos qui vivemus & reliqui erimus, rapiemur ſimul cum eis in nubes, in occurſum Domini in aëra, & ita ſemper cum Domino erimus. Hinc colligitur ex iis qui ad ſupremum illud Iudicium ſiſtentur, alios à morte & pulvere eſſe excitandos, alios verò non morituros quidem, ſed fore ut in ſtatum H meliorem, nulliſque obnoxium infirmitatibus Dei gratia tranſmutentur. Hi erunt electi, qui tunc vivi repe rientur. Neque enim eos corporibus ſuis exui neceſſe erit, verùm erit corporea illorum moles adepta gloriam, ut ab illis eam mors non auferat. Inter eos annumerari expetebat Paulus, quemadmodum in epiſt. ad Corinth. ſcribitur: 1.Cor.15.2. Nos cum eo, idem majore etiam deſiderio expectemus. Veruntamen hac in re, ſicut & in reliquis omnibus ita nos geramus, ut totum in Dei gloriam cedat.

I

Credo in Spiritum ſanctum.

Spiritus vocabulum πολύσημον.

31 Quoniam vocabulum Spiritus eſt πολύσημον, ut A facilius id quod credimus percipere poſſimus, operæpretium erit in diverſas primùm partes ſecernere atque diſtinguere, quicquid eo nomine nobis ſignificatur. E quibus ſignificationibus, nos eam ſeligemus quæ inſtituto noſtro convenit, eámque fuſius proſequemur. Vox illa ſpiritus, in genere, vim ſemper quandam occultam exprimit, quæ & movere & impellere poſſit. Propterea venti ſimúlque organa illa quibus anima regit, movet atque agitat corpus, ſpiritus vocantur. Quamvis autem hæc vis incluſa ſit & B naturæ corporeæ permixta, tamen cùm corpora in quibus agit ſubtilia ſint, ut videri ut plurimùm non poſſint, iſtud vocabulum eò etiam deductum eſt, ut ſignificet naturas atque eſſentias nudas atque varias, qualis eſt Deus ac angelici chori, ſimúlque hominum animæ jam à corpore ſeparatæ, ut propterea divina natura Spiritus appellatur. Quod apertè exprimit Chriſtus apud Ioannem: Ioan.4.24. Quoniam Deus Spiritus eſt, coli vult in ſpiritu: neque hoc reſpectu ulla inter C Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum differentia eſt. Denique vox illa Spiritus, non tantùm naturam divinam inviſibilem, ac corpoream ſignificat, ſed etiam ſpeciatim, tertiam divinitatis perſonam denotat, à Patre ac Filio diſtinctam. Atque ita Spiritus ſpeciali nomine appellatur, ratione ſuæ proprietatis: Quoniam ipſius eſt movere, impellere, perſuadere, conſolari ac illuminare ſpiritus & corda hominum, ac tandem in iis operari ea quæ ad noſtram ſanctificationem pertinent. Atque admiranda ejus effecta ita D ſancti experiuntur, ut neque ratio, neque humana ſapientia ea comprehendere poſſit, nec etiam hominum oculis conſpici poſſint. Propterea jure hîc dicimus, Credo in Spiritum ſanctum: quaſi in rem quæ naturæ noſtræ captum longe excedat, & tamen diſtinctè nobis in ſacra Scriptura proponatur. Mat.28.19. Spiritum autem illum, tertiam eſſe in divina natura perſonam, ſatis expreſſit Chriſtus iis verbis, quibus Apoſtolos ſuos alloquutus eſt: Ite, & baptizate in nomen Patris, Filii, & Spiritus ſancti. Baptizare in nomen alicujus quid. Quod non aliud ſignifi E cat, quàm eos qui baptiſmo tincti ſunt, ad hanc confeſſionem obligari: nempe, Patrem, Filium & Spiritum ſanctum ſalutem eis conferre. En profectò quid ſit baptizari in nomen trium divinitatis perſonarum. Atque tertiæ hujus perſonæ diſtinctio, non tantùm hîc ab aliis duabus dignoſcitur, ſed etiam illinc elicitur, ubi æternus Pater, de Spiritu ſancto verba facit Ioanni Baptiſtæ, quaſi de re à ſe atque à Filio diſtincta. Ioan.1.33. Ipſe eſt (quod de Chriſto intelligit) ſuper quem videbis Spiritum in columbæ ſpecie deſcendentem: F non loquitur quaſi de ſeipſo, ſuper quem deſcendam, ſed ſuper quem deſcendet, de alio agendo. Conſtat etiam, eum non fuiſſe Filium, quoniam Spiritus tanquam columba in Chriſtum, qui propriè Filius dicitur, erat illapſurus. Perſonarum diſtinctio. Imò verò, Chriſtus apud Ioannem de eo Spiritu dicit, E meo accipiet, atque in nomine meo veniet: Ioan.16.14. Illicque ſubjicit, Pater alium vobis Conſolatorem dabit, id eſt alium à me & à ſeipſo. Ioan.14.16. Ex quibus locis certiſſimè evincitur, Spiritum ſanctum diſtinctam eſſe perſonam in ſanctiſſi G ma Trinitate, quam conſtanter credimus atque confitemur.

32 Hoc etiam reputare nos convenit, ipſum Spiritum, alium eſſe à ſuis donis atque operibus, Spiritus eſt alius à donis. 1.Cor.12.1. quum Paulus in priore ad Corinthios epiſtola, enumeratis variis ipſius effectis, poſtea ſubjicit; Hæc autem omnia efficit, unus ille & idem ſpiritus, diſtribuens privatim illa ſingulis ſicut vult, ut ſatis perſpicuum ſit, nos hîc tertiam divinitatis perſonam confiteri, cujus vi in Chriſto renovamur, atque ideo Chriſto ſimiles H ſimus. Quemadmodum enim abſque hominis ſemine genitus eſt, ita nos in novam vitam renaſcimur opera divini Spiritus, ſicut teſtatur Ioannes quum dicit: Ioan.1.13. Eum qui credit factum eſſe Filium Dei: neque natum eſſe ex ſanguine, neque ex libidine carnis, neque ex libidine viri, ſed ex Deo. Quod ſpeciatim tertiæ huic perſonæ tribuitur, quum Chriſtus diſertè dicat: Eum qui genitus non ſit ex aqua & ſpiritu, non ingreſſurum in regnum cœlorum. Ioan.3.5. Ab eodem etiam remiſſio peccatorum dicitur promanare: I Propterea Chriſtus efflavit in Apoſtolorum faciem, Ioan.20.22. dixitque, Accipite Spiritum ſanctum, Quorum remiſeritis peccata, remittuntur: & quorum retinueritis, retenta

Digitized by Google

A ſetenta ſunt. Atque ideo quicunque peccat in Spiritum ſanctum, ejus peccati remiſſionem non obtinet, utpote quòd directè in eum feratur, à quo remiſſio peccatorum procedit. Neque tantùm id ei tribuimus, ſed quum ea nos gravitate laboremus, ut è terra vix poſſimus aſſurgere, ſemper mole carnis noſtræ & corporeis ſenſibus depreſſi in terra jaceremus, niſi ab eo Spiritu erigeremur, qui mentes noſtras, quæ innato vitio totæ carnis affectibus immerſæ ſunt, ad cœlum reflectit atque erigit: quemadmodum caducum ac fragile corpus anima ſuſtinet erectúmque

Spiritus beneficio in novam vitam aſſurgimus.

B ſtatuit: ut in hac vita ferè idem electi experiantur, quod in utribus deprehenditur, qui vacui in aquam projecti, in fundum deſcendunt: Quod ſi vento inflentur, atque impleantur, ſupernatant. Sic humanę mentes Spiritu illo vacuæ, à propriis affectibus atque cupiditatibus ſubmerguntur. Verùm ubi à Spiritu illo ſanctæ impleтæ ſint, peccato evadunt ſuperiores, neque unquam ſe ab illo vinci patiuntur. Ejuſdem etiam Spiritus beneficio iſtud aſſequimur, ut

Simile.

C & recta velimus, & juſta operemur. Etenim natura noſtra, ut corrupta eſt ac perverſa, nunquam ex ſe vellet aut verè proferret ullas actiones, quæ vel Deo per ſe non ingratæ eſſent, vel quas, quatenus à nobis ipſius hoſtibus proficiſcerentur, non reſpueret atque condemnaret. Verùm Spiritus ille Dei hîc ſe interponens, ita animos noſtros conformat, ut quicquid ejus opera à nobis profluit, ſit præcipuè gratum & acceptum Deo: idque quia intus reformat nos, ut Deo fiamus amici gratiſſimi, imò potius filii chariſ-

D ſimi.

33 Hîc videtis quantos fructus hic fidei articulus agnitus atque intellectus proferat. At verò affectus noſtri, mens, atque adeo ipſius corporis membra, ipſius ſpiritus organa ſint. Propterea Paulus ad Rom. ſcribit, Eos demum qui Dei ſpiritu agantur, eſſe filios Dei. Quemadmodum autem is homo dici non poteſt, qui humana mente deſtituitur, neque canis, qui nullam canis formam aut animam gerit: ita ne-

Rom 8.14.

E que is naturæ divinæ eſt particeps qui vacuus eſt ſpiritu Dei. Atque ideo ſatis mirari non poſſum quorundam imprudentiam, qui ſi quis eos Chriſtianos non eſſe dictitet, convitium id ferre non poſſint: neque tamen interim videri volunt eo ſpiritu eſſe præditi, neque ſibi perſuaderi aut ipſi fateri volunt, neminem abſque eo Chriſtianum eſſe poſſe. Paulus tamen in epiſtola ad Romanos confidenter aſſerit: Qui Chriſti ſpiritum non habeat, illum filium non eſſe. Eant igitur qui tales ſunt, atque eadem infidelitate ſe Chriſtianos eſſe dubitent, quâ diffidunt ſe

Pios ſpiritu Chriſti agi.

Rom.8.9.

F Spiritum ſanctum poſſidere. Quod ſi quis quærat, quî eum habeamus? Reſpondeo, Optimus ille Pater, eum ad nos propter Chriſtum mittit, ſicuti ipſe Chriſtus in Apoſtolorum perſona nobis promiſit: Conſolator, inquit ille, Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo. Imò iſtud confidenter ſubjicere poſſum, Chriſtum ipſum à Patre ad nos eum demittere, quemadmodum alibi dicit, Spiritus quem ad vos mittam à Patre meo. Neque verò nobis, ſive à

Spiritus effectus.

Joan.14.26.

G Patre ſive à Filio, in alium finem conceditur, niſi ut nos donis illis atque opibus verè eximiis abundè locupletet. Veruntamen præcipuum ipſius opus, in docendo potiſſimùm verſari, Scriptura commemorat. Chriſtus promittebat diſcipulis ſuis ſe miſſurum eſſe ſpiritum ſanctum, qui doceret eos & deduceret in omnem veritatem quam eis annunciaverat. Monuit etiam, cùm coram Principibus ſiſterentur, ne ſolliciti eſſent: quoniam non ipſi eſſent qui loquerentur ſed, Spiritus Patris ipſorum qui loqueretur

Joan.16.13.

Mat.10.19.19.

H in ipſis. Ac certè non prius ad prædicandum Evangelium Apoſtoli in mundum diſperſi ſunt, quàm ex alto virtute illa cœleſti induti eſſent: cujus ope non tantùm Evangelium potenter prædicabant, ut homines in Chriſti obſequium adducerent, ſed etiam ſtupendis ſignis ac miraculis doctrinæ ſuæ veritatem ſanciebant. Atque ea docendi ratio, qua ſpiritus ille erga nos defungitur, intus in animo conſideranda eſt, quem non tantùm luce ſua perfundit, ſed etiam benignè allicit, perſuadétq; ac grata reddit ea à quib. alioqui pro ingenita nobis vitioſitate penitùs abhor-

I ſemus. Ita miram in electorũ mentibus transformationem operatur, dum eos ad bonorum operum ſtu-

A dium ſanctáſque actiones excitat, quas naturæ ductu præſtare non poſſent.

34 Neque tamen vi ad eas cogit, quin potius intus efficaciter perſuadet. Atque hæc eſt felix illa libertas, qua Chriſti electi præditi ſunt, qui vi ac perſuaſione ipſis Spiritus in ejuſmodi actiones totis nervis incumbunt, quæ natura ſola duce, neque ab iis preſtari poſſunt, neque etiam Deo eſſent acceptæ. Atque ab ea doctrina ſpirituali, quæ intus viget, certa deinde tam in mente quàm in carne promanat

B mortificatio, teſte Paulo in epiſtola ad Romanos, quos monebat: Siquidem Spiritu actiones corporis mortificaſſent, fore ut viverent. His adde, ſi placet conſolationem, quæ ex ſalutis noſtræ πληροφορίᾳ profluit, tantam eſſe, ut in mediis hujus mundi tribulationibus, miſeriis, calamitatibus, anxietatibúſque, vitam lætam atque hilarem traducamus. Neque id abſque cauſa, quum donum illud ſingulare atque eximium, quod Paulus ad Epheſios noſtræ ſalutis ar-

Rom.8.13.

C rhabonem vocat, in nobis ſentiamus. Non video audeo autem qui poſſit ullus meritò dubitare, ſe in felicem illum Chriſti ſtatum aliquando perventurum eſſe, quum jam eodem Chriſti ſpiritu animum ſuum intus vivere perſentiat. Quod ſi quis quærat; Qui ſcitis animum veſtrum eo ſpiritu vivificari? Pauli verbis reſponderi poteſt, Non amplius vivo ego, inquit ille ad Galatas, ſed Chriſtus vivit in me. Et ad Philippenſes, Chriſtus mihi eſt vita. Quæ dicta non aliud exponunt, quàm pios in Chriſto vivere, atque Chri-

Eph.1.14.

Gal.2.20.

Philip.1.21.

D ſtum in ipſis, idque ſuo Spiritu. Scribitur etiam in epiſt. ad Romanos, Spiritum illum Dei teſtari ſpiritui noſtro, nos eſſe filios Dei. Neque fas eſt ullo modo tam certum teſtimonium repellere. Quicunque verò interius illud teſtimonium in ſe non habet, indignus eſt qui Chriſtianus appelletur. Quod ſi quis opponat; Etſi Paulus hac πληροφορίᾳ præditus fuerit, & interius illud teſtimonium in ſe perſenſerit, non ſequi, aliis iſtud idem concedi oportere. Reſpondeo, Paulum hæc omnia ſcripſiſſe Romanis, qui longè

Rom.8.16.

Fidei πληροφορία.

E adhuc à perfectione aberant, neque tantum promoverant quantum Paulus, quod teſtantur eorum contentiones, ſuſpiciones ac temeraria judicia, atque etiam conſcientiæ maximè infirmæ ac imbecilles, quæ in illis omnia ſubinde ſcriptis ſuis Apoſtolus reprehendit. Nihilominus tamen, quum tales eſſent Romani, illis ſcribebat de ea adoptione, qua illos Deus Chriſtianam religionem amplexos, ſibi filios conſtituerat. Exuamus igitur, chariſſimi fratres, ſpiritum illum de ſalute noſtra anxiè dubitantem, quum fidei noſtræ nihil magis adverſetur, quæ totius noſtræ fe-

F licitatis, vivum eſt ac certiſſimum fundamentum. Quis non ſatis intelligit, quantum credere ac dubitare contraria ſint, ſibiq; invicem repugnent? Ego certè non video, qui iſta convenire poſſint, verè credere in Chriſtum, unicum meum ac verum Servatorem, ac ſimul dubium hærere, utrum me ſervare velit, quum me in fidem ſuam receperit, atque adeo animo meo ſuavem illum ac benignum ſuum in me affectum, Spiritui ſuo teſtetur. Quod ſi hominum, qui natura

G ſua ſunt mendaces & ad fallendum propenſi, teſtimonia admittimus, ut iis adhæreamus iidem, quantò magis in iis omnibus acquieſcere nos oportet, quæ bonus & verax ille Dei Spiritus, ſuo teſtimonio confirmat? Niſi forſan nobis perſuadere patimur, plus in hominibus quàm in Deo ipſo eſſe veritatis ac fidei. Quod ſi quis dicere audeat, hoc ipſo ſolo, ſe talem qualis eſt ſatis ſupérque prodet. Propterea Deo ſummè benigno ac miſericordi, tantas quantas poſſumus agamus gratias, qui non angelorum aut alterius cu-

H juſcunque creaturæ miniſterio, ſed ſui ipſius Spiritus vi, nos Chriſto vero ac naturali ipſius Filio inſervit, per eundemque renovavit atque ſanctificavit: ſicque ſui cognitione ac aliis donis cœleſtibus ditavit, ut jam nec robore, nec vi, nec luce, nec facultate ulla deſtituamur, quò minùs recta & velimus & operemur: atque ita in mediis quas ſubinde mundus ac Satanas ſuſcitant perſequutionibus, lætam ac tranquillam vitam retineamus, utpote ab ipſo ſancto Spiritu pleniſſimè perſuaſi, nos vitam æternam adepturos. Idque non noſtris meritis, ſed gratia Domini noſtri

I Ieſu Chriſti, qui vivit & regnat in æternum, Amen.

Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam, Communionem ſanctorum.

Eccleſia radix ſpiritus.

35 Hic fidei articulus tam aptè præcedenti conneſtitur, ut cuilibet ſani judicii homini, prior ille, poſterioris radix, aut vero truncus videri poſſit, ex quo poſterior hic aſſurgit ac germinat, quaſi convenientiſſimus ramus. Quod ita nobis oſtenditur: Quocunque in corpore anima conſtituta ſit, ejus vis & robur eſt, ut regat atque etiam arctiſſimo vinculo uniat omnes totius corporis partes, quantocunque à ſe invicem diſtent intervallo. Sic fidelium cœtus, qui vulgò Eccleſia dicitur, quantumcunque ex diverſis populis conflatus ſit, & partes habeat longo inter ſe terrarum ſpatio diſſitas (ſi credentes quatenus terreni ſunt homines conſiderentur) idque quantum ultima mundi plaga, ab alia orbis parte regionam intervallis diſtet, interea tamen conjunctus, colligatus, atque coagmentatus eſt. Atque ea ratione, aptè à Paulo corpori confertur, idque ſæpe in Epiſt. ad Epheſios atque ad Corinthios. Verùm quo tandem vinculo Chriſtiani qui tantoperè ſive conditionem, ſive linguam, ſive regionem ſpectes, inter ſe differunt, ita arctè invicem devinciantur, ex ordine, qui poſteriorem hunc fidei noſtræ articulum priori ſubnectit, ſatis intelligitur. Illic enim fides noſtra Spiritum ſanctum confitetur. Hic autem agitur de corpore fidelium, quod fide ſyncera, Chriſti doctrinam amplexum, ab eo in unum congregatur. Atque hæc congregatio, nomine Græco Eccleſia appellatur, quæ nihil aliud ſignificat, quàm multitudinem convocatam: quoniam compoſita eſt ex iis, qui per Spiritum ſanctum, ad Chriſtianam fidem vocantur, à qua excluduntur qui humano quodam motu aut perſuaſione, corde duplici, aut alia quacunque occaſione, nullo divini ſpiritus inſtinctu ei ſe adjungunt. Quemadmodum, ſi quis corpori humano, partem aliquam oſſis, nervi, cartilaginis, aut etiam carnis artificioſè inſuat: non propterea iſta corporis illius partes cenſeantur, quum ab ejus anima non moveantur, ſed ab iſto artificio tota pendeant. Ita hic quidem in terra, ſanctorum communionem reperiri agnoſcimus, id eſt, fidelium congregationem, quæ non humana voluntate, aut mundano ullo artificio, ſed unius Chriſti ſpiritu in unum recollecta ſit: non quidem ut eodem ſimul loco contineatur, ſed ut eundem fidei ſenſum retineat.

Simile. — *Simile.* — *Eph. 4. 12. & 5. 23.* — *1. Cor. 12. 12.* — **Eccleſiæ vinculum ſpiritus.** — **Eccleſiæ etymon.** — *Simile.*

Eccleſiæ myſticum corpus.

36 Ex iis igitur intelligitis, Eccleſiam myſticum eſſe corpus, quod à Spiritu ſancto regatur. Hinc etiam ſatis perſpicuum eſt, qui ad eam pertineant, quive extra ipſius communionem agant. Præterea non eſt obſcurum, quàm aptè Eccleſiæ nomen illi conveniat. Primùm, admirandum illud corpus à divino Spiritu gubernari, ex iis quæ Paulus docet in Epiſtola ad Epheſios, dilucidè probatur. Nos, inquit, ſumus idem corpus, & unus ſpiritus. Deinde etiam magis perſpicuè in Epiſtola ad Corinthios priore: Nos in idem corpus eodem ſpiritu baptizati ſumus, & omnes ex uno ſpiritu potum hauſimus. Vnde ſequitur, quicunque eo ſpiritu vacui ſunt, non pertinere ad iſtud corpus. Etenim qui ſpiritum Chriſti non habet, qui confidet ſe eſſe ipſius corporis membrum, cujus Chriſtus caput eſt, & cui nulla alia anima ineſt; quàm divinus ipſe Spiritus? Certè non ſufficit, non ſufficit inquam prætextus quoſdam induere, quibus illius corporis membra hominum judicio æſtimemur. Petrus à Chriſto beatus dictus eſt, non quod externa voce illum filium Dei eſſet confeſſus: verùm quoniam neque caro neque ſanguis, aut humana ulla ratio tantùm ei myſterium revelaſſet, ſed ſolummodo Pater cœleſtis. Paulus etiam priore ad Corinthios epiſtola loco ſupra citato, ſcribit, Neminem poſſe dicere Dominum Ieſum, niſi per Spiritum ſanctum. Ex quibus locis manifeſtum fit, quæ demum confeſſio in Eccleſia requiratur: nempe, non quæ ex humano ſenſu prodeat, ſed quæ à Dei ſpiritu excitetur atque producatur. Alioqui enim diaboli ipſi, atque etiam Mahumetani in ſuo Alcorano, quendam Chriſto honorem deferunt, dum ejus laudes confitentur.

Eph. 4. 4. — *1. Cor. 12. 13.* — *Matth. 16. 17.* — *1. Cor. 12. 3.*

Eccleſia an & quatenus ſit inviſibilis.

37 Verùm hic aliqua ſuboriri poſſet difficultas. Quid? Anne Eccleſia inviſibilis eſt, ut in mundo corporeis oculis cerni non poſſit? Nunquid ipſe etiam
A ſenſus dictat, cœtus hominum illic colligi ad celebrandum atque invocandum nomen Chriſti? Quomodo igitur quod videtur, creditur? Anne fides in ea fertur quæ manifeſtiſſima ſunt, atque etiam ſenſibus ipſis ſubjiciuntur? His reſpondemus, hominum multitudinem qui exterius Chriſtum profitentur à nobis quidem videri, ſed non credi: quoniam id ſenſu apprehendimus, quemadmodum dictum eſt. Sed credimus quidem iſtam hominum ſocietatem ita coire,
B ut tamen humanum minimè ſit opus. Philoſophus aut alius quiſpiam gentilis objiceret, hujuſmodi cœtus humanas eſſe ſectas, quæ ex variis ac diverſis hominum ſenſibus enatæ eſſent, & pro ratione locorum ac temporum in lucem productæ. Nos verò vivimus, non hominum induſtria, ſed uni Dei ſpiritui, quem ſupra confeſſi ſumus, id opus eſt adſcribendum. Neque etiam prætereundum eſt, quamobrem Eccleſia Catholica appelletur, quæ vox Græca eſt, nihilque aliud ſignificat, quàm ſi Vniverſalem dicas: quoniam
C non uni potius quàm alteri loco alligata eſt, verùm quemadmodum Deus univerſi terrarum orbis Deus eſt, ita etiam corpus Filii ſui, quod eſt Eccleſia, in quemvis locum vult prætendi, non eſt apud eum acceptio perſonarum. Neque rationem habuit, utrum ii, quos in Eccleſiam ſuam vocat, ſint vel agricolæ vel fabri, mares vel fœminæ, principes aut ſervi, divites aut pauperes, barbari, cives, gentileſve: quaſi propter res iſtas externas, ad eos eligendos excitetur, ſed ex omni natione eos eligit quos viſum eſt. Itaque Ec-
D cleſia eſt univerſale corpus, quod ex omnis generis ac conditionis hominibus componitur. Verùm præterea nobiliori etiam ſocietate præſtat, quæ hujuſmodi eſt, ut quicunque verè in id corpus aggregati ſunt, eodem fidei ſenſu ſunt præditi. Et ſane inanis fuerit quælibet alia conſenſio, ſi in doctrina fidei animi diſſentiant. Neque quicquam unquam huic fidei unitati majus adfert detrimentum quàm hominum commenta. Hinc profluxerunt quæcunque unquam extiterunt hæreſes, quæ verè nihil aliud ſunt
E quàm hominum opiniones præter Scripturæ ſententiam conceptæ, ac inter varios populos diſſeminatæ, quaſi divina quædam myſteria, quæ ſalutem conferant, aut verò opera Deo acceptiſſima. Quoniam autem hujuſmodi doctrinæ nihil aliud ſunt quàm humana commenta, quibus authores privatum lucrum aut commodum captavere, primùm mera mendacia ſunt, fallaciæ atque impiæ impoſturæ. Deinde, quum ex hominum mente prodeant, non poſſunt omnibus ſatisfacere: etenim quot homines tot ſententiæ. Vt alii in illo fidei articulo, alii in alio diſſentiant: quod
F in Græcis ac cæteris Chriſtianis qui Orientem verſus habitant, reipſa contigit. Quos ſi excutias, comperies quidem communi conſenſu ſanctas Scripturas approbaſſe, verùm in variis illis ſuperſtitionibus, quas ſubinde commenti ſunt, magna ſe prodet diſſenſio.

Catholica cur dicatur.

Romanæ Eccleſiæ ſuperſtitiones.

38 In quibus tamen ſuperſtitionum commentis, Eccleſia Romana facilè palmam refert. Etenim dum puro ac ſimplici Chriſti cultui infinitas abominationes è paganiſmi lacunis depromptas inſerere curat eas reformando, ac meliori formę reſtituendo (quem-
G admodum ipſi dicunt, ſeu mentiuntur potius) omnia peſſundedit atque ſubvertit. Iſtud etiam pertinaciter urget, ut cujuſque fides in placitis ejuſmodi acquieſcat, & hominum commenta pluris æſtimentur, quàm legitima, atque ex ſacris Scripturæ fontibus hauſta veritatis doctrina. Quod alii qui ſuis itidem ſuperſtitionibus imbuti ſunt, ferre non potuerunt, ut qui non minus quàm Romani, fictitios ſuos cultus, & humana commenta mordicus retineant
H atque tueantur. Qui autem primam ac ſynceram Chriſti doctrinam amplexi ſunt, ſuperſtitiones illas planè averſantur, quum iis videant Chriſti gloriam ac merita penitus obſcurari, Dei honorem in creaturas transferri, cultum Deo exhiberi abſque ipſius verbo, qui ab hominibus ſolus prodierit: ita ut Eccleſia, quæ ſola hodie ſibi Catholicæ nomen ſuperbe arrogat, ipſa inquam ſola plus cæteris, communem illam ac univerſalem fidelium ſocietatem diſciderit, atque etiam diſcerpſerit. Etenim ſi in ea reli-
I gione ac cultu, quem nobis Sacræ literæ perſcribunt acquieviſſet, non tot inde ſchiſmata prodiiſſent, verùm novis ſuis commentis, nullum hucuſque modum

Digitized by Google

dum impoſuit. Atque etiam vi & armis, ad ea excipienda unumquemque adigere conata eſt. Hinc infinita profluxere diſſidia, è quibus, quę in hodiernum uſque diem perdurant, eorum ipſa nobis experientia plenam facit fidem: quæ verò prioribus ſeculis extiterunt, quicunque pervolutandis hiſtoriis animum ſeriò applicabit, ea facilè deprehendet. Verùm quicquid hucúſque ſuis artibus Satan molitus ſit, Eccleſia Catholica invicta atque immota perſtat, ac in ultimum uſque ſupremi judicii diem perſtabit. Etenim nihil aliud ea denotat, quàm univerſale corpus, ex omnis generis ac conditionis hominibus collectum, qui quamcunque terrarum partem incolant, eandem retinent fidem atque gratiam, juſtitiam, ſanctitatem, beatitudinem, omne denique bonum in Chriſto oblatum amplexantur: atque ita, ut ab ea veritate quàm nobis Dei Spiritus in literis Sacris patefecit, ne latum quidem unguem ſe abduci patiuntur: Verùm unicum illum cultum legitimum, Deóque acceptum ſtatuunt, quem divinis illis Scripturis præſcripſit.

Eccleſia perſtat.

39 Neque in alium finem hac invicem ſocietate colligantur, quàm ut ſeſe mutuò pro virili ædificent, quemadmodum quæ in humani corporis membris conjunctio ineſt, in ſingulorum ſubſidium ac conſervationem maximè eſt conſtituta. Non eò contendit Eccleſia, ut ſibi ſummum aliquod imperium aut juriſdictionem temporalem vendicet: non eum ſibi proponit finem, ut ingentes theſauros ac terrenas opes accumulet. Is ei ſcopus non eſt, ut populos regat, bella adminiſtret, occupet civitates, regna ac provincias debellet. Iſtud quidem corpus armis ſuis non deſtituitur: verùm ea ſpiritualia ſunt, non carnalia, nempe Verbum & Spiritus, per quę humanam prudentiam expugnat, atque in terram dejicit, mentem ac cogitationem captivam ducit ad obediendum Chriſto: neque verò corpora ſervitute tyrannica opprimit, aut facultates gravibus vectigalibus exhaurit. Hanc ipſam doctrinam, pluribus inculcat Paulus in poſteriore ad Corinthios Epiſtola, ubi ſanctæ hujus congregationis luctas ſcitè deſcribit, atque in eadem Epiſtola de ſua aliorúmque Apoſtolorum authoritate agens, eam ait ſibi conceſſam eſſe ad ædificationem, non verò ad deſtructionem, in quam tamen unicè incumbunt ii, qui ſoli capita Eccleſiæ atque Apoſtolici dici volunt. Qui interim Dei verbum totis viribus oppugnant, neque ſolidam juſtificationis noſtræ rationem prædicari patiuntur, verùm potius humanis ſuis decretis & conſtitutionibus, miſeris populorum ſibi concreditorum animabus infinitos laqueos induunt, quæ tamen precioſo Chriſti ſanguine ſunt redempræ. Atque etiam inſtituta à Deo Sacramenta, variis ſordibus inquinant, præcipuè autem ſacram Domini cœnam, quam in craſſam ac fœdam idololatriam converterunt, atque e duobus ipſius ſymbolis, ad unius tantùm participationem miſeras oves admittunt, quaſi in eorum poteſtate ſitum ſit, ordinem à Domino conſtitutum invertere. Non contenti, inquam, Chriſti oves priore illo animarum cibo fraudare, quod eſt verbum Dei, ipſum etiam Sacramentum, quod eſt quaſi verbum viſibile atque apertum benignitatis, charitatis, atque ardentis Chriſti in nos affectus teſtimonium, μνημόσυνον mortis ipſius, efficaciſſima teſſera ejus, unionis, qua ſub ipſo Chriſto capite in ſanctum Eccleſiæ corpus ſimul coaleſcunt, media ex parte abſcindunt. Sed de his alias. Hoc tamen hîc addam, iſtud unum eos ſuis traditionibus moliri, ut tyrannidem illam ſuam ſtabiliant, latiúſque protendant. Spes tamen eſt fore, ut ſui tam nobilis corporis Chriſtus tandem miſereatur, neque hominem mortalem ita ſuperbè ejus ſe caput jactitare diutius patiatur. Chriſtus ille ſolus, Chriſtus inquam, caput eſt Eccleſiæ.

Communio Eccleſiæ ſpiritualis.

2. Cor. 10. v. 3. & 4.

40 Qui autem Papam caput Eccleſiæ dictitant, qualis vulgo haberi vult, quod etiam impuri illius aſſentatores palàm & voce & ſcriptis prædicare non verentur, ſimiles mihi videntur Iudæis illis impiis, qui eadem voce & Chriſtum Regem ſuum abnegabant, & Cæſarem principem ſuum profitebantur. Quemadmodum corpori benè conſtituto unum caput ineſt, ita Eccleſiam, niſi in monſtrum quodpiam transformetur, uno tantùm capite præditam eſſe oportet, quod quidem eſt Chriſtus. Nec ulla ratione nititur, quod referunt Romanum Pontificem alterum eſſe caput, ſub Chriſto priore capite conſtitutum: cujus pontificem, alterum illud ſcilicet caput, neceſſarium volunt eſſe inſtrumentum. Neque enim unquam in corpore benè compoſito, viſa eſt hujuſmodi ἀταξία, ut ei duo capita adjuncta eſſent, quorum alterum alteri ſubeſſet, quum capitis appellatio rem corporis ſupremam ſignificet. Chriſtus autem ſolus ſuper Eccleſiam ſummus eminet, qui miro prorſus modo atque ineffabili, naturæ divinæ humanam conjunxit. En caput illud quod Deus dilecto corpori conſtituit, quemadmodum ſcriptum eſt in Epiſtola ad Epheſios. Fatemur quidem in eo corpore varia eſſe membra, quorum aliud alio ſit præſtantius. Verum hac in re, ea omnia conſpirant, ut capiti illi ſubjiciantur, atque fideliter ſubſerviant. Itaque plura capita uni corpori affingere fas non eſt, & certe intolerabilis planè eſt ſuperbiæ, ita ſibi Chriſti honorem arrogare. Verum, ſit ſanè quemadmodum iſti volunt, Papa ſub Chriſto capite præcipue, alterum caput cenſeatur. Attamen qua fide, quaſi idoneum organum Chriſto ſubſit, experientia ipſa loquitur, quæ illum non tantùm non adhærere Chriſto, ſed illi planè, operibus, factis, ac conſiliis adverſari teſtatur. Neque ad id comprobandum latius ſtylum protendere animus eſt, quum D. Bernardus ea expoſuerit, non quidem plenè, veruntamen ita, ut ſatis aſtuta & ſubtilis illorum exceptio detegi poſſit. Propterea utili ipſius enarratione contentus, plura nunc hîc non addam, niſi quod denuo concludo corpus illud unicum Chriſtum habere caput, non verum homuncionem quempiam, qui ſua ſola authoritate torqueat, corrũpat, pervertat atque etiam diſcerpat verba Scripturæ, cujus ſe plenam cognitionem, ſolidámque interpretationem, in ſcrinio pectoris habere inter ſuos jactitat: non homuncionem, qui quoſlibet pro nudo voluntatis ſuæ arbitrio extra Eccleſiæ communionem depellat, diris devoveat atque condemnet: non homuncionem, qui ſuo unius nutu, Eccleſiis Paſtores, Rectores, ac Epiſcopos conſtituat, quibus nec propriarum quidem facultatum cuſtodiam velit committere, quod eorum ingenio ac induſtriæ diffidat, quam ne minimum quidem exploratam habet. Propterea uno capite, nempe Chriſto contenti ſumus, Spiritu ſancto gubernatore, ſacra Scriptura, veluti externo voluntatis Dei teſtimonio, cujus πληροφορίᾳ Spiritus ſancti vis intus obſignat.

Papam non eſſe caput Eccleſiæ.

Epheſ. 1. 22.

Bernardus.

Caput Eccleſiæ Chriſtus.

41 Verùm expendamus, quæſo, quibúſnam rationibus ſanctiſſimum illud Eccleſiæ corpus ſtabiliatur, ædificetur, atque accreſcat. Hic autem aſſero præter internam gratiam, fidem ac Scripturam externam, admonitionibus, & ſacris ex Dei verbo concionibus non indigere: quæ hodie apud eos qui Chriſtiani dici volunt miſerè intermiſſæ ſunt. Iſtud tamen eſt ſummum ac præcipuum officii Apoſtolici munus, quòd quaſi Pontificis dignitate indignum, nova iſta, ſcilicet Eccleſiæ capita, Monachis quibuſdam famelicis commendarunt: quibus tamen remos, carceres perpetuos, ac crudeliſſimam quamque mortem minitantur, ſi præſcriptos à ſe limites tranſgrediantur. Officio quidem ſuo oneri ac labori ſe ſubducere ſcitè illi noverunt. Verùm ut nunquam apud populum de rebus ſacris concionantur, quicunque tamen id onus ſuſcipiunt, volunt eos ex præſcriptis à ſe legibus concionari: inde fit, ut miſeræ Chriſti oviculæ, vel fame pereant, vel parcè quidem ac tenuiter paſcantur. Vulgò quidem ſolo, quadrageſimæ tempore, & paucis aliis diebus, de rebus ſacris conciones fiunt. Idque vel ab indoctis quibuſdam & fatuis, qui ne ea quidem quæ dicunt ſatis ſciant, vel ab iis qui plus æquo reverentur eos, quos ita metuere non debuerant, vel qui dignitates, divitias atque favores aucupantur, qui eorum conditioni minimè conveniant. Itaque eo tempore conciones habent, ſed quibus meras nugas effutiunt, aut craſſas ignorantiæ tenebras produnt. Quòd ſi aliquando veritatis quiddam afferant, id fit verbis ita tectis, implicitis, decurtatis ac mollibus, ut auditores potius deſtruant quàm ædificent, aut aſſentationes proferunt

Ædificandæ Eccleſiæ ratio.

Conciones Papiſticæ.

Digitized by Google

ſanis ac piis omnibus planè intolerandas, atque ii ſunt, qui ambitionis aut privati commodi ſtudio concionantur. Reliquum anni tempus, in Eccleſiis inſumitur deambulando, vociferando, cantando, ſonando. In quibus omnibus, nec vocula quidem intelligitur, quæ populi ædificationi ſubſervire poſſit. Quo tempore ſummi illi Pontifices Epiſcopi & cæteri prælati, majoribus ut dicunt, negotiis occupantur, qualia ſunt Rerumpublicarum adminiſtrationem invadere, rationes redditas excurere: exquirere annuos fundorum reditus, & novas ſubinde regni vias indagare. Omitto quæ atrociora ſunt, non quòd iſta audire eis grave ſit: ſed partim, quòd me eorum pudet, partim, quòd ea quibuſlibet ſatis nota & perfecta ſint. Ad eorum officium pertinebat, ſiquidem ſunt Apoſtoli, prædicare: ſi Paſtores, paſcere: ſi Eccleſiæ præceptores, docere: ſi diſpenſatores theſaurorum Chriſti, iis oves ſuas ditare. Non dico indulgentiis, bullis aut benedictionibus, ſed verbo Dei, admonitionibus ac correctionibus aſſiduis, quibus mediis, infideles ad Deum convertuntur, fideles ex pigritia & torpore excitantur, & in afflictionum æſtu conſolationem accipiunt.

42 Eæ ſunt exquiſitæ illæ artes, quibus Chriſti corpus conſervatur, quibus adjici debet Sacramentorum uſus, verùm integer, & ab hominum commentis repurgatus. O ſacra illa Domini Cœna: quot modis & quàm miſerè hic fœdata & contaminata es? O Miſſa, Miſſa, Miſſa: quid hic integrum remanſit? Verùm hîc cohibendus eſt ſtylus, quum Catechiſmum, non plenum de Sacramentis tractatum ſcribam: Quod tamen breui me effecturum ſpero, ſi vitam mihi Dominus conceſſerit. Paucula hæc in hûc tantùm finem ſcripſi, ut oſtendam, quæ ad augmentum ac utilitatem Eccleſiæ conferebant, quàm male fuerint habita. De Baptiſmo nihil dicam, quum Dei miſericordia minoribus aliquantum ſordibus inquinatus fuerit: & quamvis purus non ſit neque integer, tamen hîc eſt quod minus doleas. Itaque Sacramentorum uſus, Eccleſiæ utiliſſimus, eſt quum veluti verba viſibilia ſint, quæ in iis ſignis conſpicuis aquæ, panis ac vini conſiſtunt. Quibus ſignis quaſi verbis efficaciter nobis divinæ miſericordiæ promiſſiones repræſentantur: atque hîc non tantùm nobis promiſſiones exhibentur, ſed ipſiuſmet rei ferè ſimus participes, ut propterea nobis Sacramenta illa valdè neceſſaria ſint, neque minimum ad ſalutem conducant. Quibus adjungi debet fraterna correctio, quæ hiſce temporibus ita neglecta eſt, ut nemo eam, aut in uſum ullum adhibere, aut ei ſubjici velit, tam probè in Chriſti ſchola profecimus. Quin imò ii potius vulgò pii & tantùm non ſancti habentur, qui ad rem ſuam attenti ſunt, quod tamen ita indecorum eſt & turpe, ut ne ipſis quidem gentium Philoſophis probetur, quum hominem non ſibi ſoli natum eſſe ultrò fateantur. Imò boves ipſi, aut oves, aut aſini, ſi per viam deciderint, ſibi mutuo ſuppetias ferunt. Nos autem nulla fratrum noſtrorum cura afficiemur, ut cùm ſub delictorum ſuorum onere fatiſcunt, ſanctæ correctionis ſubſidio, eos non juvemus? Quòd ſi ea minus proficiat, excommunicatio ſuccedat oportet, veluti poſtremum remedium, quod nobis Deus contra præfractos reliquit.

Sacramentorũ uſus.

Fraterna correctio.

43 Denique ſanctum illud corpus, æquis rectiſque legibus conſervatur, quibus, quantum ad externa illa exercitia attinet, regi atque gubernari debet, qualia ſunt, commodis locis ac temporibus convenire ad preces publicas, canendas Deo laudes, agendas Chriſto gratias atque ad Sacramentorum adminiſtrationem, quæ omnia ordine, decenter ac honeſtè fieri debent, quemadmodum docet Paulus in priore ad Corinthios Epiſtola. Quæ leges, ex unius voluntate atque arbitrio conſtitui non debent, neque eo loco haberi, ut ea, quæ nobis Dominus ſacris ſcripturis revelavit. Atque ita conſtitui debent, ut eæ non ex unius, ſed ex Eccleſiæ conſenſu remitti ac immutari poſſint; ſiquidem ex iis aliquod Eccleſiæ accedat detrimentum. Præterea ne quis in iis rebus, quaſi quæ juſtitiam vel ſalutem conferant, ſpem ſuam defigat, ſed eas humanas eſſe conſtitutiones meminerit. Deinde, non de annuis reditibus, de quæſtu, de privatis cujuſquam commodis agere, verùm in Dei gloriam & proximorum utilitatem totas collimare? Ne ita adaugeatur earum numerus, ut vel malè comprehendi poſſint, aut graviori onere populum opprimant: ne conceſſa in Chriſto libertate eum ſpolient: ne æternæ mortis terrore conſcientias obligent. His inquã conditionibus, leges ab Eccleſia conſtitutas, Chriſtiani excipiant, iis pareant ac reverenter obſequãtur. Vbi ita ſe res habet, leges hac ratione conſtitutæ, non ſine gravi delicto ſperni aut contemni poſſunt. Huc uſque ſatis fusè diſſeruimus quale ſit ſanctum illud Eccleſiæ corpus, qua ratione in unum conveniat, quòd ſit illius caput, quibus mediis foveatur, augeatur aut conſervetur. Quod ſi hîc præter meum morem diutius hæſerim, id non vanæ ulli loquacitati, ſed rei naturæ ac conditioni totum imputari debet, quæ ea copia atque ubertate abundat, ut rerum capita attigerim potius quàm ſatis pro dignitate explanarim. Verùm quæ nunc deeſſe poſſunt, nos alio loco copioſius perſequemur.

Eccleſiaſticæ Leges.

1. Cor.14.14.

Peccatorum Remiſſionem.

44 Ad ſuperiorem articulum de conjunctione & unione fidelium in unum corpus Eccleſiæ nunc appoſitè fidei doctrina de remiſſione peccatorum adjicitur, quæ nuſquam alibi, quàm in Eccleſia ſperari debet. Quamvis enim nobis ſola Dei gratia & libertate concedatur, eam tamen, ſolo Chriſti nomine conſequi poſſumus. Quiſquis igitur in hujus ſocietatem non venerit, illius eſſe particeps nullo modo poterit: quandoquidem iis ſolis donatur, qui fide, Chriſto Eccleſiæ capiti, uniti ſunt. Vnde poteſt ſolide concludi, eorum eſſe peculiare donum, qui vera ſunt ſub Chriſto capite hujus corporis membra. Atque hanc de remiſſione tractationem, quò facilius intelligatur, in tres conſiderationes partiemur. Quarum prima erit, nos gratia & Spiritu Chriſti, remiſſionis peccatorum noſtrorum participes fieri. Sed hîc videndum eſt, qua via & ratione ſoleat Dominus hanc gratiam & Spiritum largiri, quam aliter non poſſumus niſi fide definire. Etenim quæ nobis ipſe offert beneficia, par eſt eum qui frui velit, excipere. Fides autem nihil aliud eſſe poteſt, quàm divinæ miſericordiæ, quæ nobis ab ipſo offertur, acceptio. Quam ad rem, duo neceſſariò requiruntur. Vnum, ut quod nobis bonum eſt offeratur: alterum, ut aſſentiamur. Ad acceptationem autem & conſenſum neceſſarius eſt ſpiritus, qui intrinſecus animum moveat: is enim alioqui propter innatam corruptionem ſeipſum averteret, ut cui hæ Dei promiſſiones, hæc oblata miſericordia, hæc peccatorum remiſſio & parvi momenti, & naturaliter parum veriſimiles videantur, & à quibus perſpiciendis multum abſit: quum ut ipſi etiam Philoſophi fatentur, non ſecus ad res divinas, quàm talpa ad lumen Solis cæcutiat: cujus rei clarius apud Paulum teſtimonium extat ad Corinthios: Animalis inquit homo, non eſt capax eorum quæ ſunt Dei: ſunt enim ei ſtultitia, ut opus habeamus interiore illo motu, ne oblatum beneficium repudiemus. Ac duo quidem ſunt in hoc motu eximia dona. Primum, ut oblatum nobis Dei donum & miſericordiam agnoſcamus. Deinde, ut oblata placeant, eàque aſſentiendo excipiamus. Quod nobis ut plurimum non aliter fruendum conceditur, niſi quum nobis ex verbo Dei proponitur, qualis & quanta eſt illa Dei miſericordia, qua nobis per Chriſtum gratis peccata noſtra remittit. Vnde in Actis Apoſtolicis dicitur; Petro adhuc loquente, Spiritum ſanctum illapſum fuiſſe in eos qui audiebant. Et à Paulo ad Romanos, Fidem eſſe ex auditu, auditum autem per verbum Dei. Eccleſia igitur continuo per ſuos miniſtros verbum Dei prædicans, atque in ſuis concionibus reconciliationem per Chriſtum offerens, remiſſionem peccatorum donat, quatenus illam externo miniſterio ex verbis Scripturæ proponit, quibus perattentas aures, tanquam per canalem, gratia & ſpiritus Chriſti ad cor uſque noſtrum influunt. Firmiſſimè igitur concluditur, verbum Dei eo quo diximus modo remiſſionis peccatorum eſſe initium, quod quum in Eccleſia ſola proponatur, nuſquam

Remiſſio peccatorum eſt Eccleſiæ peculium.

Fides quid & unde.

1.Cor.2.14.

Act.10.44.

Rom.10.17.

Digitized by Google

nuſquam alibi peccata remitti.

Sacramenta verba viſibilia.

45 Addenda eſt altera de Sacramentis conſideratio, quæ ſunt hujus abſolutionis verba viſibilia. Quemadmodum enim verbum in voce reſonat & auditur, ſic in ſigno viſibili & conſpicuo, loquitur atque nos admonet Sacramentum, cui fidem habentes, id quod promittit & ſignificat reipſa obtinemus. Nec aliter huic ſignificationi fidem adhibemus quàm ejuſdem Chriſti Spiritus motu, quem ſupra expoſuimus. Neque verò exiſtimatote operis operati virtute, ex Sacramentis perceptione nobis peccata remitti. Id enim fide conſequimur: dum quod nos docet viſibiliter ex Chriſti inſtituto, credimus: ut tantundem Sacramentum, quantum Dei verbum valeat. Quemadmodum enim hoc credentibus reipſa ſignificat & donat quicquid pollicetur: ſic Baptiſmus fide perceptus, remiſſionem peccatorum, quam viſibiliter loquendo promittit. & ſignificat & exhibet credenti. Sed enim mihi objici poſſet, ſi verbo Chriſti credentibus, quod nobis prædicatione proponitur, peccata uti dictum eſt remittuntur, qui poſſunt iterum deinde Baptiſmo remitti? Reſpondeo; Quòd ad Deum attinet, unam eandémque eſſe abſolutionem, & hanc & illam: & quòd ad peccata noſtra ſpectat, eandem quoque eſſe remiſſionem, quæ tamen in nobis toties confirmatur & renovatur, quoties verbis quibus ea nobis ſignificatur, fidem habemus: ſive id voce fiat, ſive ſigno viſibili perinde eſt. Quotieſcunque igitur aut verbum audimus, aut Sacramenta fide percipimus, ſancitur nobis peccatorum remiſſio: unde gaudio non vulgari intus perfundimur. Nec mirum cuiquam videri debet, quare Sacramenta à Chriſto conſtituta ſint: Quum iis non ſecus atque externo Scripturæ verbo ſpiritus efficacitatem in credentibus permanere velit, ut ipſi quotidiana experientia docemur. Sed ita ut neutrum horum ſine fide cuiquam prodeſſe poſſit. Duo igitur media hactenus explicavimus, quibus extat in Eccleſia peccatorum remiſſio, pro duplici ratione, qua verbum Dei credentibus proponitur. Quòd ſi quæras, utrum Sacramentorum hanc remiſſionem nominatim in Eccleſia ſignificet? Reſpondeo, Baptiſmum eſſe: qui, cùm aqua viſibili abluimur, ſignum eſt efficax, nos per Chriſtum ſpiritualem purgationem conſequi. Atque illud eſt quod docet Paulus ad Epheſios, Chriſtum purgaſſe Eccleſiam lavacro aquę in verbo vitæ.

Operis operati figmentum.

Verbo & Sacramentis idē offertur.

Baptiſmus remiſſionis ſymbolum.
Eph. 5. 26.

46 Sed jam videamus, quodnam ſit tertium hujus remiſſionis medium: Habet Eccleſia, ex Chriſti dono & gratia ſingulari, jus & authoritatem, ut à ſe contumaces excommunicatione exſcindat, ſicuti jam dictum eſt: cujus ordinem Chriſtus ei deſcriptum tradidit apud Matthæum, ubi agit de fraterna correctione, qua admoniti, niſi reſipiſcerent, ad extremam uſque ſeparationis animadverſionem procederet, quæ tam diu vim ſuam retineat, quamdiu pœnitentiam & μετάνοιαν admiſſorum peccatorum differt. Perfecta verò pœnitentia, tum quoque finis excommunicationis pœnæ imponitur. Qua de cauſa, rogatus à Petro Chriſtus, quoties peccantibus eſſet condonandum, an (quod plurimum videbatur) uſque ſepties? Reſpondit, quoties ad meliorem vitam redibunt. Id enim denotat, quum dicit, Septuagies ſepties, ſiquidem numerum infinitum complectitur. Semper igitur admittendi ſunt, qui per pœnitentiam ad Eccleſiam redeunt. Et ne tam frequens fortaſſe adverſus eundem, tum ſeparatio tum receptio, hominum miniſterio repetita, parvi momenti videretur, & tanquam à voluntate humana profecta jocoſa & ludicra haberetur; addit, ſe tradere claves Eccleſiæ, eam videlicet poteſtatem, ut quæ vel ligaret vel ſolveret in terris, rata haberentur in cœlis: quod eo modo intelligit, quod ſcribit ſanctus Evangeliſta. Hoc igitur articulo credimus, divinam ejuſmodi authoritatem Eccleſiæ commiſſam, ut excommunicatos, qui ab admiſſis peccatis reſipiſcunt, abſolvat & liberet, ſibique reconciliet, ut in eum ſanati corporis locum cujus Chriſtus eſt caput, reſtituantur. Qua abſolutione cum votis & precibus publicis in Eccleſia peracta admiſſa quoque peccata, illis proculdubio remittit. Quamobrem poſt conceſſam ejuſmodi clavium authoritatem, Chriſtus non fruſtra adjicit,

Excommunicatio.

Matt. 18. 17.

Ibid. verſ. 21.

Claves Eccleſiæ.

A quodcunque petieritis in nomine meo, dabitur vobis. Et, ubi duo vel tres convenerint in nomine meo, in medio eorum ſum. Vnde colligitur, Eccleſiam nunquam vel excommunicare, vel excommunicatos ſibi reconciliare, quin ipſe etiam Chriſtus adſit. Quo fit ut Paulus, ſecunda ad Corinthios, ſcribat ad Eccleſiam, ut condonata culpa peccatoris illius, cujus meminerat priore Epiſtola, ratam facerent erga eum charitatem, repetita cum illo priſtina conſuetudine. B En quomodo Eccleſiæ authoritatem non contemnimus: ſed penes unius voluntatem & tyrannidem eſſe negamus. Fatemur igitur hanc poteſtatem in terris eſſe inter pios. Sed quemadmodum ſola credentium multitudo in Chriſto congregata excommunicationis, ſic reconciliandi & admitendi jus habet: & quod ita peragit, à Deo quoque fieri, ratúmque in cœlis haberi credimus. Verùm obſerva, hoc tertio medio, ſolas peccatorum publicorum abſolutiones contineri: quod autem ad ſuperiora duo attinet, C Eccleſia penes ſe generaliter remiſſionem habet omnium peccatorum. Hìc tantùm ea locū obtinet, quæ ad publica ſcelera pertinet, quę pravo exemplo, eos ad quos notitia pervenerit, offenderint, iiſque ſcandalo fuerint. Toto igitur corde & pleno ore gratias Deo agamus, qui nobis in terris tantum conceſſerit beneficium, majoráque nobis in cœlo repoſuerit, ut deinceps videbimus.

Matt. 18. 19. & c.

2. Cor. 2. 1. & c.

Non eſſe penes unum jus excommunicationis.

D

Carnis Reſurrectionem.

De hoc Capitulo fuſius Claſſ. 3. Capitulo 15.

47 Qua poſſint aptiore methodo iſti articuli ſimul conjungi, ipſe non video: peccatum homini fuit (ut notum eſt) unica & integra mortis cauſa: pauló ante profeſſi fuimus, nos per Chriſtum peccatorum remiſſionem conſequi. Hoc unum igitur ſupereſt, ut à morte per eum liberemur, & ab illius tyrannide vindicemur, quàm primum ad Chriſtum per fidem E acceſſerimus: tum enim ſuum illius æternum jus quod in nobis obtinet deperit. Quum enim hujus vis nativa tanta ſit, ut quod ſemel arripuit, mordicus retineat: idcirco Philoſophi ſcribunt non dari, ubi ab ejuſmodi privatione ad priſtinum habitum redeatur. Qua quidem in re minimè falluntur, ſiquidem vim tantùm naturæ conſideres. At nos qui fide donati ſumus ſic mortem guſtamus, ut hujus operationi, finem & terminum conſtitutum eſſe ſciamus, ipſius Chriſti promiſſione confirmati; qui Ioannis F ſexto, ſe nullum eorum perditurum eſſe dicit, quos illi Pater donaverit, ſed ultimo die ſuſcitaturum. Quòd ſi abjicias, non modò pios excitatum iri, ſed etiam incredulos: Ecquid igitur (quod ad reſurrectionem attinet) profutura ſit fides in Chriſtum? Reſpondeo ad nudam & ſolam reſurrectionem, fiduciam in Chriſtum nihil prodeſſe: eum enim gradum, tum boni tum mali conſequuturi ſunt: Sed ad felicitatem, vitam æternam & cœleſtem beatitatem reſurrectio, ſolùm iis conceditur, qui per fidem uniti G ſunt Chriſto. Hoc tamen minimè prætereundum videtur, quòd impii reſurrecturi ſunt, id minimè vi ipſius naturæ, ſed per Chriſtum obtinere. Quum enim fateamur primi unius hominis morte, nos omnes morti obnoxios redditos fuiſſe, hoc quoque par eſt nos admittere, ut quotquot ſecundæ hujus vitæ fiunt participes per unum etiam Chriſtum, qui primus excitatus eſt, id conſequantur. Quapropter impii, velint nolint, Chriſti virtutem in ſe ipſis ſentient. Sed quod iſti magno ſuo malo: id juſti ſummo H bono adepturi ſunt. Ea eſt Pauli doctrina ad Corinthios quum dicit, Sed ut per unum hominem mors, ita & per unum hominem reſurrectio mortuorum. Et quemadmodum per Adamum omnes moriuntur, ſic per Chriſtum omnes vivificabuntur: ſed quiſque ſuo ordine, primitiæ Chriſtus: deinde qui ſunt Chriſti: poſtremo & infeliciſſimo gradu, qui à Chriſto alieni fuerint. Quemadmodum autem in ſtatu & conditione, ſic etiam in loco diſcrimen erit. Sancti enim excitati cum bonis, qui fortaſſe tum temporis I ſuperſtites erunt, rapientur in aera, in occurſum ſummi illius Regis Domini noſtri Ieſu Chriſti: qui quidem ut jam profeſſi ſumus, veniet judicaturus vivos

Remiſſionem peccatorum vita conſequitur.

Mortis vis.

Ioan. 6. 39.

Pii & impii reſurrecturi, idque Chriſti virtute.

1. Cor. 15. 21.

1. Theſ. 4.

& mortuos, ſicuti expreſſum eſſe oſtendimus in articulo de judicio extremo. Chriſtus ergo generaliter vim ſuam exercet, in omnes tum bonos tum malos, non modò in judicio illo, ſed etiam in reſurrectione. Primus ergo reſurrexit, & nos illum, tempore ſtatuto ſequuturi ſumus. Eccleſia corpus eſt à Dei Spiritu animatum, quod gradatim augeſcit, non ſecus atque corpus animale naturaliter ſenſim formatur. Ex vi enim formari, quæ ſemini ineſt, primum aliquod in maſſa membrum formatur, & producitur, ſeu cor ſit, ſeu quodvis aliud, nihil refert: ſufficit uni alicui motum & ſenſum dari: idem deinde Spiritus alia membra formando ſenſim procedit. Idem evenit in ſancto credentium corpore, in quo Dei Spiritus, Chriſtum verum omnium caput excitavit. Idem poſtea ſpiritus, eadem vi qua Chriſtum excitavit, in nobis omnibus, qui chara ſumus corporis ipſius membra, eadem reſurrectionis effecta producet, ut habetur Epheſ. 1. & eodem articulo explicavimus, quo de reſurrectione Chriſti agebatur.

Simile. — *Epheſ. 1. 19.*

Ex reſurrectione conſolatio ſumma.

48 Quantam autem conſolationem piis ſpes illa beata adferat, vel ii ipſi judicent, qui tam ambitioſè, tantàque pompa diem ſuum natalem, magna alacritate celebrant: vel cum quoad aliquem dignitatis gradum evecti ſunt, ſicque læta memoria recolunt, initia tantarum calamitatum & miſeriarum, quibus hæc vita eſt obnoxia: & quæ ad principatus & dignitates mundanas accedunt. Hæc vera eſt ſanctorum Chriſti nativitas, hic verus triumphus, hic cœleſtis eorum receptio. Tum nobis feneſtræ, aut portæ potius, gloriæ reſerabuntur. Hic ſpes omnes noſtræ reviviſcere debent: ſi quando (quod ſæpe accidit) propter carnis pondus, quod nobis incumbit, ſegneſcere, & lento gradu in via Domini incedere videamur. Sic roborari debent animi noſtri ad perferendas moleſtias, quæ corpori, naturæ ſenſui, duræ difficileſque videntur. Sic in mortificandis ſenſibus & concupiſcentiis confirmari debemus: quum ſciamus ex Paulo, Nos qui participes fuimus mortis Chriſti futuros quoque & reſurrectionis: tum enim vitæ hujus laboribus, miſeriis, doloribus & tormentis liberabimur: corpus autem tanto excellentius habituri ſumus, quanto cœleſte & ſpirituale, terreno & carnali præſtat. Neque verò hoc à me dicitur, quaſi tantum carnis, ſanguinis & oſſium, quantum ſatis erit ad corporalem conſtitutionem, non reciperemus: ſed multo præſtantiorem fore credimus, quod cœleſtis & ſpiritualis naturæ nomina ſignificant, quas prærogativas & elogia tribuit Paulus 1. ad Corinthios corporibus noſtris per reſurrectionem renovatis. Et Chriſtus apud Matthæum, cùm à Sadducæis tentaretur, promiſit nos ſimiles Angelis futuros: ut matrimonii nullus ſuperfuturus ſit uſus. Quum enim mors nullum habitura ſit imperium, generationi etiam, quæ nobis, ad ſupplendum eorum qui in dies intereunt numerum conceſſa eſt, nullus erit locus: quod idem de fame, ſiti, & toto illo maligno ſatellitio affirmatur. Quiſquis igitur, ad tam glorioſam & nobilem conditionem contendit, parvi facere debet moleſtias omnes & ſudores quos Chriſti nomine perfert. Hoc vero ſcelerati non attendunt, ſed quaſi leve videatur, quòd animam in hac vita ſcelerum infinitorum ſervituti ſubjiciant, & cupiditatum flammis domari permittant: pro nihilo ducunt, ut aliquando corpus habeant liberum, & à neceſſitatibus naturalibus ſolutum, ut qui id eſſe impoſſibile judicant: quia Dei potentiam metiuntur ex earum rerum curſu, quæ continuò inter nos hic fiunt & producuntur. Contra verò pii, qui ex reſurrectione maximum illud donum ſperant, ut nec mors nec aliæ naturales infirmitates amplius poſſint corpori moleſtiam exhibere, totis viribus adniti debent, ut animos ſuos à tyrannide vitiorum & affectionum liberent: quo magis ac magis confirmentur in ſpe recuperandi corporis liberi, quo ſuperinduatur animus, jam per Chriſtum victoriam ex cupiditatibus & peccatis adeptus, quæ per corpus & carnem ſpiritum opprimunt. Quod quidem, Deum æternum & patrem clementiſſimum rogamus, ut nobis ſuo tempore largiri velit: Idque per meritum Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro eo deſiderio immortali, quo regnum ipſius optamus. Quod quamprimùm fieri cupimus, modò hinc illius honor & gloria illuſtrior redditur.

Rom. 5. 6. — *1. Cor. 15. 24.* — *Mat. 22. 56.*

Vitam æternam.

49 Per Chriſti ſpiritum hîc in Eccleſia degentes, peccatorum remiſſionem conſecuti, ubi regenerationem in felicitate & gloria fuerimus adepti: quid deinceps aliud velle aut debemus aut poſſumus, niſi ut in Deo per Chriſtum, lætis, contentis, felicibus, æternùm vivere nobis concedatur? Quamvis autem ejuſmodi ſtatus, multis de cauſis magnopere ſit expetendus, omnes tamen partes beatæ illius vitæ, ad duo bonorum genera referri debent. Prior, animum; altera, corpus reſpicit, de quo hæc paucis dicamus: futurum ut faceſſant ab illo labores omnes, moleſtiæ, miſeriæ, dolores, quos in hac infelici valle perferre cogimur. Atque id eſt quod in Apocalypſi dicitur, Deum abſterſurum omnes lachrymas ex oculis ſanctorum, nec ullos ſuperfuturos dolores, planctus, ſuſpiria, gemitus. Corpus igitur noſtrum plane renovabitur, ut in articulo de reſurrectione tractatum fuit: quibus expoſitis ſententiis hoc addimus, nobis vivum exemplum & efficax in reſurrectione Chriſti extare, quales futuræ ſint corporum noſtrorum cœleſtes proprietates. Extat & in nonnullis ipſius actionibus, quum in hoc ſtatu vitæ paſſibili degeret, ubi in ſuo etiam corpore miracula edidit. In eum locum intravit clauſis janius, ubi Apoſtoli congregati erant; inambulavit aquas maris, nec immergebatur: in aera ſublatus eſt, aut potius aſcendit in cœlum, ut ſupra profeſſi fuimus: ſeſe videndum & palpandum obtulit diſcipulis. Adhæc quum nec videri nec capi voluit, ſic corpori ſuo moderatus eſt, ut neque hoc neque illud uſquam præter voluntatem ipſi acciderit: veluti in Nazareth, ubi e monte præcipitem dandum, aut in templo lapidandum eum curarunt, & quum excitatus exiit è monumento, quod milites aſſervabant, noluit videri. Ac ne in monte quidem Thabor, in quo corpus ipſius transformatum, inſtar Solis lucidum evaſit: quibus qualitatibus quin probabiliter corpora noſtra exornanda ſperemus, in vita illa æterna, nulla ratione prohibemur. Suo enim capiti membra eſſe ſimilia, omnino æquum videtur. Quapropter ſi quis carnalem corporis ſui curam habet, imperitè facit, qui illi morem gerat, in iis, quæ cum tam beato fine pugnare conſtet. Pro eo potius, quo à divina gratia donatur favore, omnino illud in obſequium ſpiritus tradere debet, à quo tandem vivificandum, & in tam eximium gradum evehendum eſt. Qua ratione Paulus, ea quæ præſenti tempore perpetimur, ſtatuit minimè eſſe paria futuræ gloriæ in nobis retegendæ. Vtque eodem ſenſu differens de vita æterna Chriſtus, Qui, inquit, invenerit animam ſuam, perdet eam: quo loco, animæ nomine, naturalem hanc vitam intelligit: quam quiſquis à mortificatione & cruce à Deo immiſſa ſubducit, tentátque cum ſummo Chriſti & nominis ipſius dedecore, periculum ab ea & mortem temporaneam propellere: tunc eam verè perdit, licet eam ſe reperturum & recuperaturum conſtituat. Eam enim iis proprietatibus ſpoliat, quas alioqui, perpetuò, infelicitate illa æterna, cum Chriſto, habitura eſſet. At ſpirituales & verè Chriſtiani, qui mundi judicio propriam vitam prodere exiſtimantur, dum eam minoris quàm par eſt faciunt, pro Chriſto magna & infinita pericula, atque adeò mortem ipſam ultrò ſubeuntes: Ii inquam, ut veriſſimus Chriſtus teſtatur, animam perdendo, reipſa inveniunt & certiſſimè acquirunt. Idque grani ſimilitudine, quàm aptiſſime exprimitur, quod niſi prius in terra putreſceret, nunquam aut florem, aut frugem, ſpicæ ordine ſtructam, funderet.

Vitæ æternæ partes duæ. — *Apoc. 21. 4.* — *Corporum in reſurrectione qualitates.* — *Ioan. 20. 19.* — *Ioan 6. 19.* — *Act. 1. 9.* — *Luc. 24. 33.* — *Luc. 4. 30.* — *Ioan 8. 19.* — *Mat. 28. 1.* — *Mat. 17. 2.* — *Corporis cura abjicienda.* — *Rom. 8. 18.* — *Mat. 10. 39.* — *Ioan. 12. 24.*

50 Sed pergamus & videamus qua in re beatorum ſpiritus, in eo de quo diximus ſtatu, acquieſcant. Qui per Chriſtum juſtificati ſunt, ſi in hac etiam vita Deum Patrem ſuum toto corde, tota anima, totis viribus diligendi, ſummo deſiderio tenentur: & quamdiu ab eo quod præſtare debent, ſe longiſſimè abeſſe agnoſcunt, neceſſe eſt ut maximo dolore

A peccato liberatio.

Digitized by Google

Vitæ æternæ felicitas. dolore afficiantur: quàm jucundum illis fore exiſtimamus quòd tam juſto, ſummo, magno, & longo deſiderio ſatisfacere poterunt? Tum præditi erimus hoc dono, ut deinceps illum non offendamus, à peccandi ſervitute & domeſtico hoſte, carnis nimirum inſultibus, cùm pacem colet cum ſpiritu, liberabimur. Hujus vinculis conſtricti, nunc non poſſumus Dei legem adimplere. Verùm in eo ſtatu, Deum

Dei dilectio. totis viribus & pluſquam aut noſipſos, aut quicquid extat in rerum natura, diligemus. Neque nos illa, à B vero & ſincero proximi amore, remorabitur. Huic quidem hujus vitæ officiis nihil opus erit. Attamen illum amabimus, quatenus illius felicitate, non ſecus ac noſtra afficiemur. Faceſſent à nobis motus invidiæ, ..., & aliarum cupiditatum, quę nobis ut plurimum ſunt inimicæ, & ad diligendos proximos remiſſiores reddunt. Quod autem eſt maximi momenti & ab omnibus magnopere expetitur, qui quidem ratione & pietate aliqua ſunt præditi, id vera

Dei notitia. eſt Dei notitia, quæ tum demum nobis concedetur. C Nunc quidem aliquatenus datur hominibus, ex rerum creatarum indiciis, ex Scripturæ teſtimoniis & interiore ſpiritus revelatione, Deum agnoſcere: tum verò plena & aperta erit cognitio. Quapropter Paulus ad Corinth.

1.Cor.13.12. Videmus inquit, per ſpeculum quaſi in imagine. Nunc nobis obſcuræ quædam ſententiæ ſunt propoſitæ, quæ Græci αἰνίγματα dicunt. Tunc reipſa qualis eſt, exhibebitur conſpiciendi, vela ac integumenta omnia removebuntur, ut ad Dei ipſius faciem penetremus, quæ in hac vita percipi non poteſt: D ut Deus ipſe Moſi fideli ſervo confirmavit his

Exod.33.20. verbis. Fieri non poteſt, ut me videat homo & vivat. Proinde faciem meam non videbis, ſed efficiam ut humeros & dorſum, me prætereunte, videas. At iſta mortali conditione ſoluti, tanti doni proculdubio capaces erimus. Qua in re præcipuè vita illa æterna ſita eſt, ut Servator noſter Ieſus docet apud Ioan-

Ioan.17.3. nem: Hæc eſt vita æterna, ut te ſolum agnoſcant verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Et

Ioſ.8.56. idem; Abrahamum dicit deſideraſſe videre diem E Domini, vidiſſe & exultaſſe. Et Apoſtolis, Beati, in-

Mat.13.16. quit, ſunt oculi qui vident quod vos videtis: Dico vobis, multos Reges & Prophetas optaſſe ut viderent quæ vos videtis, nec tamen eis conceſſum eſt. Quo loco attendere oportet, Chriſtum, de priore ſuo adventu diſſerere. In quo naturæ humanæ proprietates habuit mortales & paſſibiles. Quòd ſi illos objicias, poſt reſurrectionem etiam eum vidiſſe, quum jam immortali & impaſſibili vita præditus eſſet: Reſpondeo, ne tum quidem, plenam de omni- F bus ſuis hoſtibus victoriam reportaſſe, nec regnum

A perfectum, pacificum, & ab omnibus adverſariis tutum, adeptum fuiſſe: quale erit, ex Pauli ſententia in Epiſtola ad Corinthios priore, quum inimicos omnes pedibus ſuis ſubjecerit. 1.Cor.15.25.

51 Quivis ergo apud ſe reputet, qualis nos felicitas maneat, cùm nobis dabitur ut illum videamus, & fratrem primogenitum in gloria illa & triumpho experiamur, ubi non cum illo tantùm, ſed etiam cum Patre æterno, unum erimus: cui nos, ut regnum ſua B victoria partum, benéque adminiſtratum, ſiſtet: Ut Deus ille Pater (quod & Paulus eodem loco teſtatur) omnia ſit in omnibus nobis. Ibid.v.28. Quid igitur, fratres, melius optare poſſumus? Quàm nobis utile, jucundum, glorioſum, honeſtum, pulchrum, omníque ex parte bonum erit, quòd Pater ille & Deus benedictus, omnia in omnibus futurus eſt? Iſta non aliunde quærenda ſunt, ut nec aliunde conſequuturi ſumus. Illius noſtræ beatitatis umbram, experimentum aliquod & ſcintillulam, Petrus in monte guſtavit: Ita- Mat.17.4. C que illic perpetuam ſibi habitationem optaſſet. Eam Paulus in tertium uſque cœlum raptus, expertus eſt: 2.Cor.12.4. ubi tanta audivit myſteria, à ſenſu hominum remota, ut ineffabilia eſſent. Moſis facies, propter eam Exod.34.35. quam cum divina gloria habuit conſuetudinem, ſic reſplenduit, ut eum Iſraelitæ intueri nullo modo poſſent. Quid ergo nobis futurum eſt, ubi æternum, apud illum, filiorum & domeſticorum locum obtinuerimus? Si quando contingat, ut hîc cum aliquo ſpiritus motu, Scripturas legamus, ſi preces D attentas ad Deum fundimus: ſi apud illum pro malis quæ patimur, magno affectu ingemiſcimus: aut ex verbi prædicatione efficaci, intus permovemur: annon gaudium, delectationem, conſolationem percipimus, quæ delitias omnes, luſus, voluptates mundi ſuperet? Atqui hoc tantùm eſt initium vitæ æternæ, ex quo tamen conjicere poſſumus, qualis ſit futura, pura illa, integra & numeris omnibus abſoluta felicitas. De qua multa plura diſſeri poſſent: ſed amplificationes iſtas, magis convenit pii lectoris fidei E relinquere, quæ quum donum Dei, quod à nobis minimè proficiſcitur, quatenus nos hujus Deus capaces reddit, ita pro acceſſionis in nobis modulo, plura quoque concipere ſolemus. Atque ſuaves iſtæ animi comprehenſiones, non in hujus vitæ calamitatibus ſolantur & recreant, in mediis hujus mundi procellis, tantæ felicitatis portum indicantes. Ad quam nos omnes perducat, is qui nobis eam peperit morte ſua pretioſa: Eóque per ſpiritum ſuum deducat, quotquot per eum, ab æterno Patre regenerati F ſunt: cum quo vivit, triumphat, & regnat in perpetuum, Amen.

Habetis, Fratres, brevem Articulorum, qui fidem noſtram ſpectant, expoſitionem. Quod autem ad ea quæ deeſſe videbitis, amabo, has excuſationes accipite. Vnam, quòd mihi tenuis eſt & curta ſuppellex. Alteram, quòd in libro, quem præ manibus habeo, de vero cultu Dei, multa ſupplebo, quæ hic brevitatis cauſa, prætermiſſa ſunt.

Deus ac Pater, gratiæ ſuæ vos magis ac magis participes faciat, in Chriſto Ieſu Domino noſtro:

Amen.

Digitized by Google

D. PETRI MARTYRIS VERMILII FLORENTINI DIVINARUM LITERARUM IN SCHOLA TIGURINA PROFESSORIS, LOCORUM COMMUNIUM CLASSIS TERTIA.

In qua de cauſis & ratione univerſa, qua in Chriſti & ſalutis poſſeſsionem mittimur: déque Chriſti in nobis manentis effectis agitur.

CAPUT PRIMUM.

De Prædeſtinatione. In Rom. nonum caput uſque ad finem.

Vide in Gen. 25. & in totum caput 9 ad Rom. & in 11. verſ. 8.

Partitio quæſtionis.

NE in diſputando vagetur A oratio, quod facile fieri poſſet in tam lato campo de Divina prædeſtinatione, cujus valde ſinuoſa eſt tractatio, omnia quę dicturi ſumus, in quatuor capita diſtribuemus: videlicet, ut Primo excutiamus ejus naturam & definitionem. Deinde, quæ ſint B illius cauſæ: nihil enim ſciri poteſt, quòd non cognoſcatur per cauſas. Tertio, quæ effecta prædeſtinatio pariat in hominibus: multa enim ſunt, quæ ſatis perſpicuè intelliguntur ex effectis. Poſtremò, utrum vis ejus ea ſit, ut hominibus neceſſitatem adferat: & utrum libertatem voluntatis humanæ vel auferat, vel impediat, & utrum ea mutari poſſit. His partibus excuſſis, diſputationi finem imponemus. Non polliceor tamen me omnia, quæ dici poſſint eſſe dictu- C rum. Infinita enim ſunt, quæ occurrunt de hoc negotio cogitantibus. Ea tantum attingam in præſentia, quæ magis videbuntur neceſſaria, & poſita in acriori controverſia: quibus ita congeſtis, non erit difficile aliis, plura ſibi aliunde corrogare. Antequam autem definitionem prædeſtinationis accedamus, duo mihi expedienda ſunt. Primùm, an ſalva pietate Chriſtiana, liceat de prædeſtinatione aut diſputare, aut concionari, ne, ſi id non liceat, impiè facere videamur. Alterum, quoniam ut Dialectici tradunt D quæſtio, An aliquid ſit, naturaliter præcedit eam quâ quæritur, Quid quidque ſit, ne illum ordinem perturbemus, videndum eſt, ſit ne aliqua prędeſtinatio, quo eam poſtea poſſimus ſecurius definire. Quod ad priorem quæſtionem attinet, ſcire debemus, varias eſſe electiones Dei. Quædam enim ſunt ad certum munus obeundum, ut ad Regnum, aut ad Apoſtolatum: aliæ autem ſunt, ad vitam æternam. Atque iſtæ interdum disjunguntur: ſit enim ſæpe, ut qui eligitur ad regnum, non ſtatim eligatur ad E vitam æternam: Quod etiam accidit de Apoſtolatu, ut in Iuda. Interdum tamen conjunguntur, ut ubi agitur de electione temporaria, intelligamus agi etiam de æterna. Sic Paulus ait, ſe vocatum eſſe Apoſtolum, & ſegregatum fuiſſe ab utero matris, videlicet ad Apoſtolatum & prædicationem Evangelii: ſimul tamen intelligit, ſe prædeſtinatum fuiſſe ad æternam ſalutem. Chriſtus etiam dixit, ſe elegiſſe diſcipulos, ut irent & fructum afferrent, & fructus eorum maneret: ſimul autem eos juſſit eſſe bono animo, quòd nomina illorum eſſent ſcripta in cœlis. Eſt igitur inter iſtas electiones magnum quoddam diſcrimen: eſt etiam inter eas magna conjunctio, ut una ſæpe pro altera accipiatur. Ita Paulus ea, quæ de Iacobo & Eſau in Geneſi & Malachia prædicta videntur eſſe temporaria, mira prudentia tranſtulit ad ſpiritualia.

An ſalva pietate liceat de prędeſtinatione diſputare?

Ioan. 6. 70.

Electionis Dei varietas.

Gal. 1. 15.

Ioan. 15. 16.

Luc. 10. 10.

Rom. 9. 10. Gen. 25. 21. Mal. 1. 2.

2 Iam, quòd ad hanc poſteriorem electionem attinet, video multos fuiſſe, qui hanc diſputationem minimè judicarint attingendam: quorum rationes explicat Proſperus, & Hilarius Epiſcopus Arelatenſis, olim Auguſtini diſcipulus, in duabus Epiſtolis, quæ præfiguntur libris de Prædeſtinatione ſanctorum. Scriptæ autem illæ ſunt ex hac occaſione: quòd cùm Auguſtinus ſcribens contra Pelagianos de gratia Chriſti, multa in ſuis libris inculcaſſet de prædeſtinatione, multi ex fratribus, & quidem non obſcuris, per Gallias fuiſſent perturbati, & mirificè offenſi, aſſerebant enim hac prædicatione proſtratis adimi conatum reſurgendi: ſtantibus autem torporem afferri: quòd utrique judicarent ſupervacaneam eſſe diligentiam, cùm Dei prædeſtinatione conſtitutum jam de ipſis eſſet, ut reprobati non poſſent reſtitui; electi autem nullo modo poſſent excidere: neque tamen curſum conſtantem & firmum poſſent retinere, cùm eſſent incerti de ſua prædeſtinatione. Itaque cùm hac doctrina tollatur induſtria, & tantùm ſuperſit fatalis quædam neceſſitas, præſtare, ut de ea ſuperſedeatur. Addunt præterea ſuperfluam eſſe diſputationem, de re quæ non poſſit comprehendi. Scriptum enim eſſe: Quis cognovit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit? Putabant ergo docendum eſſe: Deum ex ſua bonitate velle omnes homines ſalvos fieri: quòd autem omnes non ſerventur, id ex eo fieri, quòd omnes nolint ſalvi fieri. Atque hanc doctrinam aiunt tutam eſſe: contra autem doctrinam iſtam de prædeſtinatione auferre omnem vim & uſum & prædicationum, & admonitionum, & correctionum. Nam ſi certus conſtituatur numerus electorum, qui nec imminui, nec augeri poſſit, fruſtra laboraturos eſſe concionatores. Nam ſi diffinitio Dei ſit immobilis, erit chaos impenetrabile inter electos & reprobatos, ut nullus ex iſtis migrare poſſit ad illos, aut ab illis tranſire ad iſtos. Itaque caſſus & inutilis erit omnis labor docentium. Viſa etiam illis eſt hæc doctrina recens, quòd veteres Patres aut nihil, aut parum admodum de ea re tradidiſſent, aut alia ratione diſſeruiſſent. Cumq; uſque ad Auguſtini tempora Eccleſia contra hæreticos fidei dogmata defendiſſet abſque iſta doctrina, ſe quoque etiam tum ea carere poſſe. Nihil enim aliud facere eos, qui iſta docent, niſi ut homines revocent ad incertum divinæ voluntatis: id autem nihil eſſe aliud, quàm illos adigere ad deſperationem. Hæc omnia objecta ſunt Auguſtino: quæ ſi vera eſſent, nos iſtam nunc quæſtionem temerè & inconſultò ſuſciperemus. At rationes, quibus Auguſtinus ſe defendit, noſtrum quoq; inſtitutum tueri poſſunt. Quare, quæ hoc loco dicturi ſumus, ea ex duobus ejus libris breviter colligemus: quorum alter inſcribitur; De Bono perſeverantiæ: quo in libro cap. 14. 15. & 20. refutat illas objectiones, quas commemoravimus: alter de Correptione & Gratia, ubi capit. 5. 14. 15. & 16. idem tractat.

Rationes dicentium, de prędeſtinatione haud eſſe diſputandum.

Rationes quibus Auguſtinus defendit tractationes & diſputationes de prædeſtinatione.

3 Primùm

Doctrinam de prędeſtinatione. Chriſtus & Apoſtoli inculcant.
Rom. 8. 9. &c.
Eph. 4. 1
2. Tim. 2. 19.
Act. 3. 48.
Ioan. 10. 10.
Mat. 20. 16.
Mat. 25. 34.
Mat. 11. 25.
Ioan. 13. 18.
Ioan. 15. 16.
Phil. 2. 13.
Phil. 1. 6.
Ioan. 14. 1.
Ioan. 6. 44.
Mat. 13. 9.
Deut. 30. 6.

3 Primùm quidem miratur, iſtos arbitrari, doctrinam de prædeſtinatione ſubvertere commoda prędicationum: præſertim cùm Paulus doctor Gentium, & prædicator orbis terrarum: eam doctrinam in ſuis epiſtolis, & ſæpe, & luculenter, & ex profeſſo inculcet: ut in Epiſtola ad Romanos, ad Epheſios, ad Timotheum. Imò Lucam quoque in Actis Apoſtolicis, & Chriſtum ipſum in ſuis concionibus ait ejus mentionem facere. Chriſtus enim ait: Quos Pater dedit mihi, eos nemo poteſt rapere de manu mea: Et multos vocatos eſſe, paucos electos: Et ultimo in illo die ait ſe reſponſurum piis, Venite benedicti Patris mei: poſſidete regnum paratum vobis ab origine mundi: Et agit gratias Patri, quòd abſcondiſſet ea ſapientibus, & revelaſſet parvulis, quod ſic ei placitum eſſet. Alio etiam loco: Ego, inquit, ſcio, quos elegerim. &, Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Quod ſi Chriſtus & Apoſtoli hac de re ſæpè in concionibus ſuis verba fecerint: nemo inquit putare debet, hanc noſtram adverſari prædicationibus.

Salus & bona opera noſtra pendent à Deo, nec tamen ſtudium rectè vivendi abjiciendum eſt.

Negat etiam eſſe conſentaneum, ſi voluntas, ſalus & bona opera noſtra pendeant à voluntate & definitione Dei: idcirco ſtudium, & conatum, & ſolicitudinem noſtram abjiciendam eſſe. Paulus enim cùm dixiſſet, Deum operari in nobis, & velle & perficere, tamen non deſtitit rectè monere. Cúmque ſcripſiſſet ad Philippenſes, Deum, qui cœperat in illis, perfecturum eſſe opus quod inchoaverat, ut inculpati eſſent in die Domini, quibus verbis tribuit Deo & initium & ſucceſſum bonorum operum, tamen eos in eadem Epiſtola mirificè adhortatur ad ſanctitatem. Chriſtus etiam juſſit Apoſtolos credere: & tamen ex altera parte ait: Neminem poſſe ad ſe venire, niſi quem Pater traxerit. Ait etiam, Qui habet aures audiendi, audiat. Tamen Deus in Scripturis ait, ſe daturum cor divinitus, ut intelligant: oculos, ut videant: aures ut audiant. Iſta igitur inter ſe non pugnant, videlicet, definitionem bonorum operum penes Deum eſſe, eorúmque donum tantùm à Deo eſſe ſperandum, & ſtudium, ſolicitudinem rectè & ſanctè vivendi à nobis eſſe adhibendum: nam ut diximus, Divinæ literæ utrunque tradunt. Præterea ſi prædeſtinationem hac de cauſa negare volumus,

Tam pręſcientia Dei quàm prædeſtinatio certa eſt. Auguſtinus.

cùm eodem modo præſcientia Dei certa ſit & falli non poſſit, an ideo negabimus, Deum omnia præſcire, ſi qui fortè ſint, qui hac doctrina offendantur? Et de Bono perſeverantiæ cap. 15. profert exemplum, quod ſuo tempore accidit. Ait ſecum fuiſſe quendam in eodem monaſterio, hominem parum probatæ vitæ. Ille, cùm moneretur erroris, dicere ſolebat, Talis ego ero qualem me Deus præſcivit futurum. At iſta cùm diceret, inquit Auguſtinus, vera quidem dixit, ſed quamvis verè ſentiret, tamen factus eſt indies pejor: denique etiam ad vomitum, inquit, reverſus eſt: qualis tamen inquit, adhuc futurus ſit, Deus novit.

Res non redditur mala ex ejus abuſu.
Mat. 6. 9.
Ibid verſ. 32.

Si iſte abuſus ſit veritate, non propterea quiſpiam pius negabit, Deum omnia præſcire. Atque hanc Dei præſcientiam nihilo obeſſe bonis operibus, Chriſtus oſtendit: cùm diſcipulos ſuos juberet orare, & interim admoneret, Deum probè ſcire, quibus rebus illis opus eſſet.

Præſcientia Dei nos à ſtudio precum revocare non debet.

Præſcientia ergo Dei non revocat nos à ſtudio precum. Utilia enim & neceſſaria, quæ Deus decrevit ſe daturum, per hoc medium ſe decrevit daturum eſſe. Falluntur etiam, qui hanc doctrinam putant eſſe inutilem: imò parum vident, & ejus utilitatem non intelligunt. Piis vehementer expedit, ut néve aliis hominibus, néve ſibiipſis fidant: ſed in uno Deo omnem ſpem ſuam & fiduciam collocent. Quod certè, verè atque ex animo facere non poſſunt, niſi quibus perſuaſum eſt, & ſalutem ſuam, & omnia bona, non à ſeipſis pendere, ſed à Deo.

Dona Dei non agnoſcuntur niſi cognito eorum fonte.

Ne dona quidem Dei intelligimus, niſi ex quo fonte manent intelligamus. Fons autem & liberale propoſitum, & miſericordia Dei exhibita illis, quos elegit, ante mundi conſtitutionem. Qui hoc non videt, Dei erga ſe bonitatem non videt. Hac doctrina adduci poſſunt homines, ut ne in ſeipſis, ſed in Domino glorientur: quod illi facere non poſſunt, qui illud parum, quantulumcunque eſt, propter quod affirmant ſe à Deo eligi, arbitrio ſuo aſcribunt. Habent enim in ſeipſis, de quo poſſint gloriari. Ad hæc Scriptura vult nos mortificari, A & demiſsè agere, id nihil faciliùs efficit, quàm hæc doctrina. Certitudo etiam ſalutis, quam defendimus, nulla alia ratione magis conſtat: & in Epiſtolà poſteriori ad Theſſalonicenſes, Paulus jubet nos debere gratias agere Deo, quòd à Deo ſimus electi.

2. Theſſ. 2. 13.

Jubemur gratias agere de electione.

Atqui id facere non poſſumus, niſi & res tota nobis ſit perſpecta & cognita. Nec ſine hac doctrina ſatis defendi poteſt gratia Dei contra Pelagianos: illi enim docebant, electionem Dei contingere ex no- B ſtris meritis. Periret etiam gratuita juſtificatio, niſi de prędeſtinatione rectè ſentiremus. Cùm igitur iſta doctrina ſanè intellecta ad tam multa valeat, non debeat cuiquam videri infructuoſa. Et cùm prodita ſit in Sacris literis, certè dici non poteſt nova.

Hæreſes cauſæ fuerunt dogmatum diligentius tractandorum.

4 Quòd ſi Patres ante Auguſtinum de ea minus diligenter loquuti fuerint, non debet videri mirum: occaſiones enim, cur dogmata diligentius excuterentur, erant hæreſes, quæ in Eccleſia ſubinde novæ C pullulabant. Et cùm ante Pelagium nemo Dei gratiam oppugnaſſet, nihil opus erat, ut eam quiſquam defenderet: ſed cùm novus error eſſet excitatus, neceſſe erat, ut iſta doctrina diligentius expenderetur.

Patres Auguſtino antiquiores hanc doctrinam tractarunt.

Neque tamen Patres, qui Auguſtinum ætate præceſſerant, ſemper de hac re tacuerunt. Id enim Auguſtinus ipſe probat cap. 19. de Bono perſeverantiæ. Ambroſius in Lucam ait, Deum potuiſſe, ſi voluiſſet, ex indevotis facere devotos. Et rurſus ait, Deum illos vocare quos dignatur: & illum, quem voluerit, D facere religioſum. Iſta ſcribit in eum locum, ubi ſcribitur, Samaritanos noluiſſe Chriſtum admittere. Citat etiam Gregorium Nazianzenum, qui ait, Deum utrumque dare, ut fideles credant beatam Trinitatem, & illam confiteantur. Quòd autem cauſabantur, hanc rem obſcuriſſimam eſſe, nec poſſe intelligi, ſed potius homines ad incerta divinæ voluntatis revocare: Reſpondet obſcuritatem eſſe impenetrabilem, ſi quis velit quærere rationes judiciorum Dei, cur aliis præteritis, iſte aut ille eligatur.

Prædeſtinatio quomodo ſit obſcura & non obſcura.

Cum acturi quippiam ſumus, non eſt conſulenda prędeſtinatio, ſed Scriptura.

At ſi tantùm de E Prædeſtinatione doceatur, quantum Sacræ literæ tradunt, ea non ſunt ita obſcura, quin fidei noſtræ ſatis perſpicua eſſe poſſint. Neque conſulimus, ut, qui ſit aliquid acturus, ſecum de prędeſtinatione deliberet: ſed potius, ut ad voluntatem Dei in Scripturis expreſſam ſeſe referat: quémque item confidere oportet ſe prędeſtinatione non eſſe excluſum.

Definitus numerus electorum prædeſtinationem non impedit.

Neque quicquam obeſt prædicationi, quòd certus ſit & immobilis, ut re vera eſt, numerus electorum. Non enim id agimus prædicando, ut transferamus homi- F nes ex albo reproborum in album electorum: ſed quò, qui ad electos pertinent, miniſterio verbi ad deſtinatum ſibi finem adducantur: quod idem miniſterium, ut iſtis eſt utile, ita cæteris exitioſum eſt, & illis omnes adimit excuſationem.

Multæ conſolationes ex doctrina prędeſtinationis.

Omnibus eſt prędicanda, ſed non eodem modo, prędeſtinatio.

Cavenda, in prędicanda prędeſtinatione.

An verò prędeſtinatio & electio ad ſalutem dici poſſit omnibus convenire, ut Deus velit omnes homines ſalvos fieri, poſtea dicemus ſuo loco: interim tamen Auguſtinus monet tacendam non eſſe veritatem de prædeſtinatione, quòd periculum immineat, ne ex pravo ejus G intellectu confirmetur pravum dogma: neque propter eos, qui non ſunt capaces, fraudandi ſunt capaciores. Cúmque ex hac doctrina multæ conſolationes peti poſſint, ea promiſcuè doctis & indoctis eſt proponenda: etſi non ſemper eodem modo. Quibuſdam enim lac convenit, quibuſdam ſolidus cibus. Eadem autem res poteſt ita commodè tractari, ut & doctis & indoctis ſatisfiat: id quod Auguſtinus ipſe prudenter præſtitit, qui non ſolum de hac re contra Pela- H gianos acutiſſimè diſputavit, ſed etiam in homiliis & familiaribus concionibus de eadem re planè & facilè tractavit ad populum. Quid, inquit, eſt profundius illa ſententia Ioannis: In principio erat Verbum? aut iſta altera: Verbum caro factum eſt? Quibus in ſententiis multi hallucinari poſſent, & pernicioſè errare: non tamen deſiſtimus illa & doctis, & indoctis proponere: diverſa tamen adhibita loquendi ratione. Non ita debet prędeſtinatio proponi populo Dei, ut dicamus, ſive hoc I feceris, ſive non feceris, mutare non potes definitionem Dei: & ſi ſis electus, quicquid feceris, non potes à ſalute removeri. Hæc enim homines infirmos

Digitized by Google

Simile.

& rudes facilè poſſent lædere. Imperiti medici eſt, vel potius malitioſi, pharmacum alioqui bonum, ita ineptè & indecenter applicare, ut obſit valetudini. Vt autem hæc doctrina commodè, & cum fructu proponatur, ſpectari debent fines, & utilitates, quas prius expoſuimus. Eò autem dirigatur omnis oratio, ut qui ſunt Chriſti, ne ſuis viribus fidant, ſed Deo: & ejus agnoſcant dona, & in Deo glorientur, non in ſeipſis, & gratiam, & miſericordiam ſibi exhibitam ſentiant, & ſe gratis per Chriſtum juſtificari. Intelligunt etiam ſe eſſe prædeſtinatos, ut efficiantur conformes imagini filii Dei, in adoptionem filiorum, utque ambulent in operibus bonis. Poſtremò, ut teſtata illis ſit certitudo divinæ erga ipſos benevolentiæ. Adhæc quævis res habet anſas, quibus commodè capi poſſit: quæ ſi alio modo, aut aliis partibus arripiatur, vel elabetur è manibus, vel apprehendentem lædet. Colligimus iſta ex illis Auguſtini libris, quos modò citavimus, quibus reſpondet ad objectiones Hilarii & Proſperi.

An ex iſta doctrina conſtituatur fatalis neceſſitas?

5 Nunc duo ſuperſunt diſſolvenda. Primùm, quòd aiunt, nos conſtituere neceſſitatem quandam fatalem: deinde, quod putant, homines hoc pacto adduci ad deſperationem. Quod ad primum attinet, ſi per fatum intelligant vim quandam manantem ex aſtris, & connexionem cauſarum inexpugnabilem, qua etiam ipſe Deus cogatur in ordinem, nomen fati non injuria repudiabimus. At ſi eo nomine intelligant ordinem cauſarum, qui Dei voluntate gubernetur, ea res videri non poteſt à pietate aliena: quamvis ab eo nomine judicem eſſe abſtinendum, ne rudiores putent, nos probare fictiones Ethnicorum. Hac de re præclarè Auguſtinus in 5. de civitate Dei, capite octavo. Neque hac prædeſtinatione mutantur naturæ rerum, quod attinet ad neceſſitatem & contingentiam, ut in tractatione de Providentia diximus. Imò affectu prędeſtinationis, hoc eſt, gratiâ, efficimur liberi à peccato, & ſervi reddimur juſtitiæ: quæ ſervitus ſancta eſt, & in Domino verè amabilis. Tantùm autem abeſt, ut ſpes noſtra propter prædeſtinationem frangatur, aut imminuatur, ut etiam multò maximè confirmetur. Paulus enim cùm dixiſſet, Spes non confundit, & adjeciſſet, Diligentibus Deum omnia cooperari in bonum: id confirmavit ex prędeſtinatione: Quos enim Deus pręſcivit inquit, eos prædeſtinavit. Et addit poſtea: Quis nos ſeparabit à dilectione Dei, An tribulatio? an anguſtia? Et mox: Neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, &c. Non igitur ad deſperationem adigimur hac doctrina, ſed multo potius in ſpe confirmamur, & magnam ex ea conſolationem accipimus. Et certè multò tutius eſt, ſalutem noſtram Dei curæ & providentiæ committere, quàm judicio noſtro. Nos enim, ut ſumus mutabiles, noſipſos indies, imò in horas ſingulas perderemus. At ſalus noſtra, cùm in Dei manu ſit collocata, ſalva eſt, & ſarta tecta. Addo poſtremò, id magis etiam facere ad gloriam Dei. Quare non debemus abhorrere à doctrina de Prædeſtinatione, & præſertim cùm ſit pars quædam Evangelii: quod non ex aliqua parte, ſed integrum & totum recipiendum eſt. Atque hæc hactenus de prima parte exordii.

A fati nomine abſtinendum, licet res bene intellecta non ſit mala.

Prędeſtinatione efficimur liberi.

Rom. 5. 5. & 8. 23. & verſ. 27. 34. 37.

Cogitatio de prędeſtinatione ſpem confirmat.

Noſtra ſalus tutius Deo quàm nobis committitur.

Prędeſtinationis notitia facit ad gloriã Dei.

Prædeſtinatio pars Evangelii.

6 In altera parte videndum eſt, ſitne aliqua prędeſtinatio: ne videamur velle rem fictam & commentitiam definire: non quòd aliqui unquam apertè, & ex profeſſo, Dei prædeſtinationem auſi fuerint negare: ſed quòd quidam fuerint, qui ea poſuerint, quibus datis, conſiſtere non poſſit prædeſtinatio. Dicunt enim quidam, & inter eos in primis Pighius, non eſſe in Deo præteritum, nec futurum: idcóque eum in præſentia, hoc eſt, ſemper prædeſtinare, atque pręſcire. Nóſque aiunt ex eo falli, quòd putemus, Deum jam antè, & in præterito aliquos prædeſtinaſſe. Vnde multa abſurda colliguntur. Deo inquit, omnia ſunt præſentia: ergo ſemper præſcit & prædeſtinat. Et idcirco infert, in unoquoque eſſe poſitum, qualis à Deo præſciatur: & in manu noſtra ſitum eſſe, ut prædeſtinemur, quales velimus. Verùm hæc ſententia longè aberrat à vero. Etſi enim in Deo non eſt viciſſitudo tempo-

Nemo Dei prędeſtinationem ſimpliciter negavit.

Licet in Deo non ſit viciſſitudo temporum, attamen ipſæ creaturæ non carent initio, quę prędeſtinatę ſunt priuſquã eſſe incipiant.

A rum, nec aliquid aut prætereat eum, aut ab eo expectetur, creatura tamen ea, quam Deus præſcit & prædeſtinat, non caret initio. Quare cùm ea non ſit Deo creatori coæterna, neceſſe eſt, ut Deus eam prius prædeſtinarit, quàm illa naſceretur. Nam prędeſtinatio eſt ex illo genere divinarum actionum, quæ reſpiciunt aliud. Non ergo oportet confugere ad æternitatem Dei: in ea enim homines cum Deo creatore non communicant. Id melius & clarius in-
B telligi poteſt ex tempore præterito. Sic ergo dicit: Quidam homines jam mortui ſunt, & præterierunt. Deo autem omnia ſunt præſentia. Ergo Deus nunc illos prędeſtinat, & nunc etiam in illorum manu ſitum eſt, quomodo prædeſtinentur. Hic nemo tam hebes eſt, quin abſurditatem ſentiat. Non enim illi nunc prædeſtinantur, cùm ad finem jam pervenerint: nec in illorum poteſtate ſitum eſt, aut ut ne ſit, aut etiam quomodo ſit, quod jam receperint. Quod ſi ratio tam eſt infirma de præterito, quomodo po-
C teſt eſſe firma de futuro? Sed mittamus hoc argumentum, quod tamen eſt firmiſſimum: & expendamus loquutionem Scripturarum. Nónne à Paulo de illis geminis, priuſquam nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent boni aut mali, dictum eſt: Major ſerviet minori? Et ad Epheſios nónne aſſerit, nos prædeſtinatos fuiſſe ante jacta fundamenta mundi? Hæc loca & alia ſimilia permulta manifeſtiſſimè declarant, homines prædeſtinari antequam incipiant eſſe? Quod qui nobis aufert, magnam nobis eripit con-
D ſolationem, quam ex eo percipimus, quod à Deo ſcimus nos prædeſtinatos eſſe ad gloriam ante omnem ęternitatem. Sed videamus, quorſum Pighius ſic iſta torqueat, horſum videlicet, ut confutet, res noſtras eſſe definitas & deſtinatas à Deo antequam fiant. Tum enim ejus judicio periret libertas humani arbitrii, & homines ſub neceſſitate relinquerentur. Huic malo ita putat poſſe occurri, ſi dicamus, Deum omnia facere in prępenti. Sed cogitare debuit, in Prophetis, atque aliis Scripturis multa legi vati-
E cinia: in quibus longe antequam fierent, multa erant determinata, & pręfinita, quomodo fierent. Quid hic faciemus? Cenſebimúſne illa vaticinia nihil horum præceſſiſſe, quę erant futura? Chriſtus ait: Oportet impleri Scripturas. Quare iſtæ fictiones nihil promovent. Tantùm ſtudent iſti homines, rem claram & perſpicuam ſuis commentis offuſcare, ut ſepię atramentum ſuum effundunt, ne capiantur.

Mortui nunc non prędeſtinantur, cùm ad finem pervenerint.

Rom 9.11.

Epheſ. 1. 4.

Concluditur homines prędeſtinari priuſquam eſſe incipiant.

Vaticinia pręceſſerunt futura, & tamen hominum libertatem non corruperunt.

Ioan. 7. 44. & 10. 35 & 13. 18. Act. 1. 16.

7 Longius etiam progreditur Pighius, atque,
F non eſſe hominibus præfixum à providentia Dei tempus, genus, vel vitę vel mortis: imò ait, multos fuiſſe, qui quod ad Dei providentiam attinet diutius vivere potuiſſent, niſi vel negligentia, vel intemperantia vitam ſuam imminuiſſent. Nam ſi hęc ita definita eſſent, inquit, ſicarius, cùm hominem interficit, poſſet excuſari, quod executus eſſet voluntatem Dei. Miror equidem, homini Theologo tam anile commentum potuiſſe excidere. Quaſi verò ſicarius, cùm aliquem occidit, ſpectet quid placeat Deo? Id
G illi curę eſt, tantum ut latrocinetur, & aut odium, aut inimicitias ſuas expleat. Vnde enim ille ſcire potuit, hanc eſſe voluntatem Dei, cùm Deus in Legibus ſuis contra juſſerit? An putat, Iudam excuſari poſſe facinoroſę proditionis, quòd audiſſet à Domino prędici ſcelus ſuum? Et an idcirco excuſabitur Pharao, quod Deus prędixiſſet, cor ejus obſirmatum iri? Stultum ergo eſt, ex definitione rerum, quam in Deo collocamus, inferre excuſationem peccatorum. Sed addit Pighius aliud etiam
H. argumentum. Si res noſtræ ita eſſent à Deo definitæ, tolleretur omnis noſtra ſolicitudo, cura & ſtudium. Nam quid prodeſſet, inquit, vitare itinera infeſta & periculoſa, aut navigationem hyemalem, aut crapulam, aut cibos inſalubres, ſi & genus & tempus mortis & alia id genus ſint apud Deum jam antè certò conſtituta? Hic mihi venit in mentem, quod Origenes habet libro ſecundo, contra Celſum: ubi recitat ſophiſma jactatum inter eos, qui diſſerebant de Fato. Quidam ſuaſit ægroto,
I non eſſe advocandum medicum: quoniam, inquit, Fato jam antea conſtitutum eſt, te vel convaliturum ex hoc morbo, vel non convaliturum.

Quando ſicarius quempiã interficit, non ſpectat Dei voluntatem.

Ioan. 13. 21.

Exod. 4. 21.

Ex prædeſtinatione non infertur excuſatio peccatorum.

Si eſt

Digitized by Google

Si eſt in fatis te eſſe convaliturum, nihil opus eſt medico: ſi non eſt, nihil juvabit medicus. Sive ergo fatum decreverit te convaliturum ſive non convaliturum, fruſtra advocabitur medicus. Alter amico ſuo ſimili argumento diſſuadet nuptias. Duces, inquit, uxorem, ut liberos procrees. Atqui ſi eſt in fatis ut ſuſcipias liberos, eos etiam ſine uxore ſuſcipies. Si non eſt, uxorem ducere ad eam rem nihil proderit. Quicquid ergo fatum decreverit, fruſtra uxorem duces. Ita illi irridebant, & exagitabant fatum. Oſtendere enim volebant, in quæ abſurda homines inciderent, ſi fatum tueri vellent. Contrà, qui fatum defendebant, has rationes diſſolvebant: oſtendebántque eis, homines nihil impedire. Fingebant ergo ægrotum ita reſpondere: Imò ſi fato conſtitutum eſt ut convaleſcam, advocabo medicum: quoniam ægrotis ille profitetur valetudinem reſtituere, ut ejus opera fati decretum aſſequar. Illum autem alterum, qui deliberabat de ducenda uxore, ita fingebant reſpondere: Si definitum eſt ut ſuſcipiam liberos, quoniam id nulla alia ratione fieri poteſt, quàm conjunctione maris & fœminæ, volo uxorem ducere, ut locus eſſe poſſit fato. Hæc ſibi etiam reſponſa Pighius arbitratur. Nam illum etiam Scripturæ ſacræ aperte redarguunt. Ezechiæ enim vitæ additi ſunt quindecim anni. Et captivitati Babylonicæ præſcriptum eſt ſeptuaginta annorum tempus. Et Chriſtus ait pilos omnes capitis noſtri numeratos eſſe: nec paſſerculum caſurum eſſe ad terram ſine voluntate Dei.

2. Reg. 20. 6.
Jer. 25. 11.
Mat. 10. 30.

8 Illud quoq. futile eſt, quod addit, preces noſtras fore inanes, ſi definita ſint rerũ eventa. *Hac de re diximus alias*: Deum non tantum decreviſſe, quid nobis velit dare, ſed etiam media determinaſſe, per quæ velit nos ad ea pervenire. Et Chriſtus ait Deum ſcire quid nobis opus ſit, & tamen nihilominus monet ut oremus. Hoc nihil aliud eſt, quàm hominem ſubducere à divina providentia. Ea enim non eſt nova, ſed æterna diſpoſitio rerum. Morti Chriſti ita erat & locus, & tempus, & modus pręſcriptus, & in Prophetarum vaticiniis revelatus, ut aliter fieri non poſſet. Chriſtus ipſe ait; Nondum venit hora mea. Et quod verum erat in Chriſto, quomodo negari poteſt in aliis? Fatetur in ſyderibus longe antè videri rationes & cauſas venturum, imbrium, tempeſtatum, ſerenitatis, & ſiccitatis: & eas non ponemus in Deo, qui infinitis partibus plura complectitur, quàm cœlum? Scripturæ non tantum id aperte loquuntur, quod paulò antè diximus de illis geminis, priuſquam nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent aut boni, aut mali, dictum fuiſſe; Major ſerviet minori. Iacob dilexi; Eſau autem odio habui: ſed etiam in futurum, Miſerebor, cujus miſerebor, & non ex operibus, ſed ex vocante, ut maneat propoſitum ſecundum electionem. Et in Deuteronomio, Elegit ſemen eorum poſt eos. Davidi definita eſt poſteritas uſque ad Chriſtum, cumque peccaſſet audivit, Gladium non receſſurum à domo ſua, & uxores ſuas à proximo ſuo conſtuprandas eſſe palàm. Et de Hieremia: Priuſquam formarem te in utero novi te. Chriſtus ait, electos etiam ſeducendos eſſe: ſi fieri poſſit: &, quicunque ſibi dati eſſent à Patre, neminem eos poſſe extorquere de manu ſua. Et in Actis legitur: Crediderunt quotquot ordinati erant ad vitam æternam. Deus etiam confertur cum figulo, qui certe, antequam operetur, deſignat in animo, quod genus vaſis velit fingere. Et paulò ſuprà, quos præſcivit, eos etiam pędeſtinavit conformes fieri imagini filii ſui: Hic priori loco prædeſtinatio ponitur, poſtea ſequitur conformitas ad imaginem Filii Dei. In Actis quoque legimus: Iudæos cœpiſſe Chriſtum, & eum crucifixiſſe juxta præſcientiam & definitum conſilium Dei. Quid plura? Paulus ad Epheſios ait, nos fuiſſe electos ante jacta fundamenta mundi. Hæc ſatis docent, nos minimè falli cum docemus, præſcientiam & pędeſtinationem Dei ante omnem æternitatem præcedere ea, quæ præſcita ſunt, & prædeſtinata: neque huic definitioni quicquam obeſſe, quod in actione divina nihil ſit aut præteritum, aut futurum. Ex his quæ adduximus è Sacris literis, ſatis apparet eſſe aliquam pędeſtinationem Dei, quod etiam docebunt ea, quæ poſtea dicturi ſumus. Id nunc interim ra-

Preces non ſunt vanæ ſi definita ſint rerum eventa.
Mat. 6. 32.
Ibid. verſ. 9.
Joan. 2. 4.
De Chriſto definita erant omnia certiſſimè.
Non Deo negandum quod cœlo & aſtris tribuimus.
Rom. 9. v. 11. 12. & 15.
Deut. 4. 36.
Pſal. 89. 37.
2. Sam. 12. 10.
Jer. 1. 5.
Matt. 24. 24.
Joan. 10. 12.
Act. 13. 48.
Rom. 8. 28.
Act. 2. 31. & 4. 28.
Eph. 1. 4.
Probatur iis locis, prædeſtinationem ante omnem æternitatem creaturas pręceſſiſſe.

A tione confirmabitur, & ea ſanè, quæ meo quidem judicio [illegible] videri debeat. Finis ad quem facti ſumus, naturam longè ſuperat, ita ut ad illum noſtris viribus pervenire non poſſimus. Deo ergo præparatore & ductore opus eſt. Itaque Paulus ait ad Corinthios, Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Cùm ergo ad finem deducendi ſimus à Deo, id fieri non poteſt caſu, aut temerè:
B ſed conſilio Dei, idque ab æterno deſtinato & conſtituto.

1. Cor. 2. 9.

9 Nunc cùm tuto poſſimus accedere ad definitionem, incipiendum exiſtimo ab eo, quod dialectici appellant, Quid nominis. Græci prædeſtinationem dicunt προορισμὸν, ἀπὸ τοῦ προορίζειν, quod eſt antè determinare, & definire. ὅρος enim eſt terminus. Diſterminantur igitur electi à non electis. Latini dixerunt pędeſtinationem. Nam deſtinare nihil aliud eſt, quàm in animo quippiam deſignare, firmiter &
C conſtanter ſtatuere, aut aliquid firmo animi decreto aliquò dirigere. Sed prædeſtinatio, quam dicimus, poteſt bifariam accipi: vel quatenus ad executionem perducitur, ut quod Paulus proficiſcens Damaſcum, convertitur ad Chriſtum, atque ita ſeparatur ab incredulis: vel quatenus apud Deum ab æterno eſt, antequam homines naſcantur. De hac Paulus loquitur ad Galatas, ſe ſegregatum fuiſſe in Evangelium ſcribens, ab utero matris, longè antequam converteretur. Ad Epheſios item cùm inquit,
D nos pędeſtinatos ante jacta mundi fundamenta. Et ad Romanos de geminis ait, Antequam aliquid boni feciſſent aut mali, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Nóſque in præſentia de hac æterna Dei pędeſtinatione loquimur. Altera enim nihil aliud eſt, quàm hujus declaratio. Poteſt igitur pędeſtinatio & communiter accipi, & propriè. Quoniam autem Deus omnia deſtinato conſilio facit, nihil caſu aut fortuitò: proculdubio quicquid creat, & facit, aliquem ad finem & uſum deſtinat. Hac ratione nec
E impii, nec diabolus ipſe, neque peccata excludi poſſunt à prædeſtinatione: omnibus enim iis rebus Deus utitur, quomodo voluerit. Itaque Paulus impios homines devotos ad extremam damnationem appellavit σκεύη, hoc eſt, vaſa Dei, quibus iram patefacit. Et Salomon in Proverbiis ait, Deum omnia feciſſe propter ſeipſum, & impium etiam ad diem malum. Et de Pharaone dicitur, In hoc ipſum excitavi te, ut oſtenderem in te potentiam meam. Imò ſi ita accipiatur pędeſtinatio, erit rebus omnibus
F communis. Neque aliud iſta vox ſignificabit, quàm Dei de creaturis ſuis ęternam diſpoſitionem ad uſum aliquem ſuum. Cæterum Sacræ literæ hanc vocem non facilè uſurpant, niſi de electis: quamvis in 4. cap. Actorum legatur: Convenerunt ad faciendum, quodcunque manus tua, & conſilium pędeſtinaverat, ut fieret: quę tamen verba ſi ad mortem Chriſti, & humani generis redemptionem referantur, extra ſalutarem electionem non egrediuntur. Sed ſi ad illos quoque ſpectent, qui adverſus Do-
G minum convenerunt, reprobos etiam comprehendunt. Nunc autem nos iudicabimus de Scripturis, quemadmodum illæ plerunque loqui ſolent. Itaque Theologi etiam Scholaſtici, electos tantùm, non autem reprobos, aiunt pędeſtinari. Eam ſententiam nos quoque in pręſentia ſequemur, non ſanè propter rationem, quam adducunt: illa enim valdè infirma eſt, ut poſtea docebimus ſuo loco, ſed quoniam video Scripturas plerunque ita loqui. Quare in hac tractatione ſanctos tantùm ſub nomine pędeſtina-
H tionis comprehendemus. Atque hac de cauſa puto Auguſtinum librum ſuum inſcripſiſſe, de prædeſtinatione ſanctorum, quæ ſignificat decretum Dei, quo ſancti inſtituti ſunt ad communionem ſalutis: prædeſtinationi verò, per antitheſin, reprobationem opponemus. Hęc hactenus de nomine.

10 Nunc antequam perveniamus ad veram & propriam definitionem, oportet quędam [illegible]: quorum primum pertinet ad pręſcientiam Dei, quæ, ut Paulus teſtatur, conjuncta eſt cum pręde-
I ſtinatione. Quos enim pręſcivit, inquit, hos pędeſtinavit. Etſi omnia in Deo ſint unum, & idem, tamen ea ad captum & intelligentiam noſtram ejus

De definitione prædeſtinationis.
Quid nominis. Deſtinare.
Prædeſtinatio duplici modo accipitur.
Alia diſtinctio pędeſtinationis.
Act. 9. 5.
Gal. 1. 15.
Eph. 1. 4.
Rom. 9. 11.
Rom. 9. 22.
Prov. 16. 4.
Rom. 9. 16.
Act. 4. 28.
De pędeſtinatione ſanctorum tantùm tractatur.
Quid ſignificet pędeſtinatio?
Rom. 8. 29.

Digitized by Google

attributa aliqua ratione ſunt diſtinguenda. Primùm ergo ſcire debemus, notitiam Dei latius patere, quàm ejus præſcientiam. Nam notitia porrigitur non tantùm ad præſentia, præterita & futura: ſed etiam ad ea, quæ nunquam futura ſunt, ſive poſſibilia ea ſint, ſive, ut loquuntur, impoſſibilia: præſcientia autem eſt, non niſi de illis quæ futura ſunt. Et idcirco præſcientia requirit voluntatem, quæ præcedat: nihil enim futurum eſt, niſi Deus id eſſe vèlit, Nam alioqui impediret. Præſcit ergo Deus ea, quæ vult eſſe futura. Deinde non omnes quos Deus præſcit, eos etiam prædeſtinat: præſcit enim etiam reprobos, quos ſcit eſſe damnandos. Sed quemadmodum pręſcientia Dei voluntatem conjunctam habet, & tamen ad notitiam ſeu intelligentiam Dei pertinet: ita è diverſo prędeſtinatio, etſi abſque præſcientia eſſe non poſſit, tamen propriè ad voluntatem pertinet. Id Paulus oſtendit ad Epheſios, cùm docet, nos prædeſtinatos eſſe juxta decretum voluntatis ſuæ. Ex his utcunque videre poſſumus, quomodo prædeſtinatio jungatur cum præſcientia, quidq; ab ea differat. Iam videamus, quid ea cum providentia aut commune, aut diverſum habeat. Hoc habet commune cum providentia, quòd utraque requirit notitiam & refertur ad voluntatem, quódque utraq; ſpectat futura. In eo autem differunt, quod providétia omnes creaturas complectitur: prędeſtinatio autem, quemadmodum nos de ea loquimur, ſanctis tantùm & electis convenit. Deinde providentia dirigit res ad naturales fines: prædeſtinatio autem ducit ad ea, quæ naturam ſuperant: quale eſt, adoptari in filium Dei, regenerari, imbui gratia rectè vivendi, poſtremò pervenire ad gloriam. Itaque non dicimus bruta prædeſtinari: finis enim iſtius ſupernaturalis non ſunt capacia. Ne Angeli quidem modò prædeſtinantur: illi enim jam aſſequuti ſunt finem ſuum: prædeſtinatio autem, futura reſpicit. Quòd diximus, providentiam ad omnia pertinere, id ſic probari poteſt, quia Deum nihil latet: alioqui non eſſet ſapientiſſimus. Quòd ſi omnia novit, vel ea regit omnia, vel multorum curam abjicit. Si quarum rerum curam abjiciat, id idcirco facit, vel quia non poteſt, vel quia non vult curam earum gerere. Si non poteſt, non eſt potentiſſimus: ſi nolit, non eſt optimus. Negare autem Deum ſapientiſſimum, potentiſſimum, optimum eſſe, id eſt planè eum negare eſſe Deum. Supereſt ergo, ut Deus omnibus rebus provideat: quod Scripturæ infinitis in locis apertiſſimè teſtantur. Docent enim Dei curam extendi uſque ad arborum folia, uſque ad capillos capitis, uſque ad paſſeres. Obiter ſic definiri poteſt providentia, Eſt Dei ordinata, immobilis & perpetua univerſarum rerum adminiſtratio. Cùm Deum dico, magna eum authoritate præditum, & potentem dico. Adminiſtratio ſignificat non eſſe tyrannicam gubernationem, ſed placidam, ſuavem, paternam. Nam tyranni violenter opprimunt ſubditos, & ad ſuum commodum & libidinem omnia referunt. Deus autem neminē violenter premit: neque ex hac gubernatione, quicquam ipſe commodi capit: ſed tantùm creaturis bonitatem ſuam communicat: Eſt hæc adminiſtratio univerſarum rerum. Nulla enim res eam ſubterfugit, nec poteſt abſque ea durare. Dicitur ordinata: quia conjuncta eſt cum ſumma ſapientia, ut nihil admittat confuſionis. Immobilis eſt: quia ſcientia hujus adminiſtratoris non fallitur, nec ejus potentia fruſtratur. Eſt etiam perpetua: quoniam Deus ipſe rebus adeſt. Neque enim cùm creaſſet res, eas ſibiipſis reliquit, imò ipſe in illis eſt, eáſque perpetuò agitat. In ipſo enim vivimus, movemur, & ſumus. Tantùm de providentia. His reb. fatū etiā eſt affine. A quo, ſi accipiatur ut ſupra diximus, pro neceſſitate quadā inevitabili, quę à viaſtrorū pēdeat, Patres meritò abſtinuerūt. Sed ſi nihil aliud ſignificat, quàm certam connexionem cauſarum ſecundarum, quæ non feratur temerè aut fortuitò, ſed Dei providentia gubernetur, próque ejus voluntate mutari poſſit, non video cur res ipſa debeat à quoquam reſpui. Quoniam tamen periculum eſt, ne aliquando erretur: Auguſtinus judicat, ab ea voce eſſe temperandum. Meminiſſe enim debemus, amorem, electionem & prædeſtinationem Dei, ita inter ſe ordinari, ut ſeſe certa ra-

Notitia Dei latius patet quàm præſcientia.
Præſcientia Dei latius patet quàm prędeſtinatio.
Præſcientiam Dei antecedit voluntas.
Pręſcientia pertinet ad intelligētiam, prędeſtinatio ad voluntatem.
Eph.1.11.
Quibus rebus prędeſtinatio conſentit cum providentia.
Differentia prędeſtinationis & providentię.
Bruta nō prędeſtinantur.
Cur Dei providentia dicatur omnibus communis.
Mat.6.28.
Mat.10.29.
Definitio providentiæ Dei.
Dei gubernatio non eſt tyrannis.
Cur providētia ſit immutabilis.
Act.17.28.
Amor, electio, prædeſtinatio, quomodo ſint conjuncta?

A tione conſequantur. Primùm notitiæ Dei offeruntur omnes homines non felices, imò egeni & miſeri, quos Deus pura ſimpliciſque miſericordia diligit, eis benè vult, illóſque diſcernit ab aliis, quos præterit, & ſua benevolentia non complectitur, atque illi hac diſcretione dicuntur eligi: electi autem ad finem deſtinantur.

11 Auguſtinus de Prædeſtinatione ſanctorum, capite duodecimo, prædeſtinationem ſic definit, ut
B eam dicat eſſe præparationem gratiæ, capite duodecimo ait, eam eſſe præſcientiam, & præparationem donorum Dei, quibus certò liberantur, qui liberantur: cæteri verò in maſſa perditionis relinquuntur. Alibi etiam appellat propoſitum miſericordiæ. Magiſter ſententiarum in primo, diſtinctione quadrageſima, definit eſſe præparationem gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Has ego definitiones non rejicio: quia tamen rem univerſam non complectuntur, pleniorem aliam, qualem potero, afferam.
C Dico igitur, Prædeſtinationem eſſe ſapientiſſimum propoſitum Dei, quo ante omnem æternitatem decrevit conſtanter, eos, quos dilexit in Chriſto, vocare ad adoptionem filiorum, ad juſtificationem ex fide, & tandem ad gloriam per opera bona, quò conformes fiant imagini filii Dei, utque in illis declaretur gloria & miſericordia Creatoris. Hæc definitio complectitur, ut opinor, omnia quæ ad naturam prædeſtinationis pertinent. Ejus ſingulæ partes poſſunt ex Sacris literis demonſtrari. Primùm, acci-
D pimus propoſitum pro genere. Nam vox ea communis eſt & prædeſtinationi & reprobationi. Paulus ad Epheſios ait, nos eſſe prædeſtinatos juxta propoſitum, Dei. Et in Epiſtola ad Romanos ait; Ut maneat propoſitum juxta electionem. Quid autem ſit propoſitum, intelligimus ex primo capite ad Epheſios. Ita enim ſcribitur, Deum prædeſtinaſſe nos juxta ſuum beneplacitum. Ex his verbis apparet, id appellari beneplacitum, quod Paulus poſtea vocavit propoſitum. Id autem pertinere ad voluntatem, ea de-
E clarant quæ ſequuntur. Cujus vi, inquit, Deus operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ. Hanc autem voluntatem intelligere debemus eſſe illam efficaciam, quam appellant conſequentis: qua efficitur, ut Dei prædeſtinatione fruſtretur. Appellamus hoc propoſitum ſapientiſſimum: quoniam Deus nihil agit temerè aut fortuitò, verùm omnia ſumma cum ſapientia. Itaque Apoſtolus prædeſtinationem conjunxit cum præſcientia. Quos præſcivit, inquiens, hos prædeſtinavit. Quos propoſuit
F Deus ab æterno. Hoc ideo additur, quia prædeſtinatio non eſt res nova, neque ejuſmodi quæ, ut multi fingunt, non antecedat res priuſquam fiant. Paulus ait in poſteriori ad Timotheum: Qui vocavit nos vocatione ſua ſancta, non ex operibus noſtris, ſed juxta ſuum propoſitum & gratiam, quam accepimus, ante tempora ſecularia, in Chriſto Ieſu. Hîc apertè videmus, cùm prædeſtinatione Dei conjungi ſeculorum æternitatem. Et ad Epheſios, dicimur electi ante jacta fundamenta mundi: Quo de-
G crevit conſtanter. His verbis docemur, Dei prędeſtinationem eſſe immutabilem. Paulus enim ait in poſteriori ad Timotheum. Firmum ſtat fundamentum: Novit Dominus qui ſint ſui. Et capite 8. ad Romanos, Apoſtolus cùm vellet docere, ſpem non pudefacere, & ſperantes certo ſervandos eſſe, attulit probationem ex prędeſtinatione: Quos pręſcivit, hos etiam prędeſtinavit inquiens. Et ſubjecit: Quis nos ſeparabit à charitate Dei? An tribulatio? an anguſtia? Et Iacobus ait, a-
H pud Deum non eſſe mutationem, aut viciſſitudinum varietatem. Et apud Eſaiam Deus clamat. Ego ſum Deus, & non mutor. Et in Epiſtola ad Romanos capite undecimo cùm ageretur de prędeſtinatione, Paulus ait: Abſque pœnitentia ſunt dona, & vocatio Dei. Quòd autem Deus apud Hieremiam capite 18. dicit ſe mutaturum ſententiam, quam eſſet alicui genti comminatus, ſi modò illi agere voluiſſent pœnitentiam: id non eſt intelligendum de prędeſtinatione, ſed de illis quę prędicuntur even-
I tura ex voluntate Dei, quam appellant ſigni: videlicet, cùm hominibus denuntiat per Prophetas, vel quid illorum peccata ſint promerita,

vel

Prędeſtinationis plena definitio.
Propoſitum eſt commune prędeſtinationi & reprobationi.
Eph.1.6.
Rom.9.11.
Propoſitum Dei, eſt ejus beneplacitū.
Propoſitum pertinet ad voluntatem.
Voluntas Dei efficax.
Rom.9.28.
Prædeſtinatio non eſt res nova.
2.Tim.1.9.
Eph.1.4.
Prędeſtinatio Dei eſt immutabilis.
2.Tim.2.19.
Rom.8.18.34. &c.
Iac.1.17.
Eſa.46.9.
Rom.11.29.
Iere.18.18.
Quandoque promiſſa Dei & minæ immutantur.

vel quid illis ex naturalibus cauſis immineat.

Dona Dei veniunt ad nos per Chriſtum.

12 *Quos dilexit in Chriſto:* Hoc addimus, quia quicquid Deus donat, aut ſe decrevit donaturum, dat id & daturus eſt per Chriſtum. Vtque ſæpe citavimus, Paulus ad Epheſios ait, nos electos & prædeſtinatos eſſe in Chriſto. Is enim Princeps eſt, & caput omnium prædeſtinatorum: Imò nemo prædeſtinatur niſi ad id, ut efficiatur membrum Chriſti. *Vocare in adoptionem filiorum.* Ita Paulus ferè ubique loquitur, præſertim verò capite primo ad Epheſios. Ibi enim ait, nos eſſe prædeſtinatos in adoptionem filiorum. Vocationem autem ſequi ſtatim ad prædeſtinationem, oſtendunt illa verba jam adducta: Quos prædeſtinavit, eos & vocavit. *Ad juſtificationem ex fide.* Ad vocationem adjungendam eſſe juſtificationem, his iiſdem verbis Paulus docet: Quos vocavit, hos & juſtificavit. Per fidem verò nos juſtificari perſpicuè loco ſuo demonſtrabimus. *Ad gloriam per opera bona.* Hoc enim Paulus docet eodem loco: Quos juſtificavit inquit, hos & glorificavit. Hanc autem gloriam per bona opera conſequuturam, nóſque eſſe ad illa prædeſtinatos, locus ille ad Epheſios ſæpius jam citatus apertè probat. Primùm enim ait, nos prædeſtinatos eſſe, ut ſancti & inculpati ſimus coram Deo. Poſtea ait, Deum præparaſſe opera bona in quibus ambulemus. *Quò conformes fiant imagini filij Dei.* Inchoatur quidem in nobis hæc imago per regenerationem cum juſtificamur: perficitur, quotidie per opera bona in adultis: abſolvitur in æterna gloria. In parvulis verò locum habet hæc conformatio, dum inchoatur per regenerationem, & abſolvitur in extrema illa gloria. In ipſis tamen propter ætatis defectum, bona opera non exiguntur, ut in eis declaretur miſericordia & bonitas Creatoris. Hic eſt finis prædeſtinationis extremus, nobis à Paulo in ſimilitudine figuli adumbratus: qui poteſtatem habet fingendi vas aliud in honorem, aliud in contumeliam: ita Deus præparavit vaſa ſua in gloriam, ut in illis gloriam ſuam declararet. Ex hac definitione colligimus? Deum electis prædeſtinaſſe non tantum gloriam, ſed etiam bona opera, hoc eſt, media, per quæ vult electos ſuos ad gloriam pervenire. Ex eo videre poſſumus, quàm turpiter fallantur illi, qui flagitiosè vivunt, & interim tamen jactant, ſe eſſe prædeſtinatos. Scripturæ enim docent, iuxta Dei prædeſtinationem homines non perduci ad gloriam per ſcelera & flagitia, ſed per vitæ ac morum probitatem. Nec illi audiendi ſunt, qui clamant, Quocunque modo vixero, Dei prædeſtinatio locum obtinebit. Hoc enim prorſus eſt ignorare quid ſit prædeſtinatio, & ea velle impudenter abuti.

Eph. 1. 4 & 5.

Rom. 8. 29.

Ibid.

Eph. 1. 4.

Eph. 2. 10.

Non poteſt qui malè vivit, ſuam jactare prædeſtinationem.

13 Iam examinata ad hunc modum definitione, ſigillatim per ſingulas partes colligemus quędam non inutilia. Primum illud, prędeſtinationem eſſe opus Dei: & in divina mente eſſe collocandam. Nam etſi homines dicantur eſſe prædeſtinati, non tamen in illis ſtatuenda eſt prædeſtinatio. Ita etiam res dicuntur ſcitę & cognitę, cùm tamen in ipſis nulla ſit cognitio, aut ſcientia, ſed tantùm in homine cognoſcente. Quare, quemadmodum nos prævidere poſſumus aut pluviam, aut frigus, aut fructus futuros: ita Deus homines prędeſtinat, qui nondum exiſtunt. Ex illis enim quędā referuntur ad aliud, quædā neceſſariò exiſtunt ſimul, ut pater & filius: quędam autem non ſunt ſimul, ut prius & poſterius, ſcientia & ſcibile. Prędeſtinatio ergo refertur ad hoc poſterius genus relativorum. Quę tamen cum ſint, ut diximus, in mente prędeſtinantis, illa, ad quæ prædeſtinati diriguntur, ſunt in eis: nimirum gratia, juſtificatio, bona opera, & glorificatio. Hęc enim locum non habent, niſi in ſanctis. Quod autem effecta prędeſtinationis in ejus definitione expoſita ſint nihil eſt mirum. Hęc enim definitio dari non poteſt, niſi correlatiua, ut vocant, exprimantur. Definitur quidem prędeſtinatio: ſed neceſſariò exprimuntur, & notantur fines ad quos homines per illam diriguntur: & idcircò cum pręſcientia conjunguntur; quoniam Deus & initia, & media, & fines ſalutis noſtrę novit. Sciendum prętęrea cùm apud Patres, ut fit interdum, prędeſtinatio appelletur pręſcientia, eam tum ſignificare non tantùm notitiam, ſed etiam approba-

Prædeſtinatio non in rebus eſt, ſed in mēte Dei.

Prędeſtinatio eſt priuſquam prędeſtinati.

Fines prędeſtinationis ſūt in prędeſtinatis.

Cur effecta in iſta definitione poſita fuerint.

Quomodo prędeſtinatio interdum pręſcientia vocetur.

Vide Rom. 9. Ego in hoc te excitavi.

A tionemque, ut declaravimus, pertinet ad propoſitū. Quare nos, ne iſta confunderentur, propriè loqui voluimus. Poſtremò, videndum etiam eſt, quonam pacto in prędeſtinatione, bonitas, ſapientia & potentia Dei, quę ejus ſunt pręcipuę proprietates conjungantur. Propoſitum ipſum quod eſt ex bonitate, collocatur in divina voluntate, pręſcientia oſtendit ſapientem præparationem, quia voluntas nihil proponit, quòd antea non ſit notum: denique quum ad

B executionem venitur, adeſt potentia.

14 Nunc verò, quia eadem eſt ſcientia oppoſitorum, & unum illorum vehementer facit ad cognitionem alterius: quemadmodum definimus prædeſtinationem, ita definiemus etiam reprobationem. Dixi ſupra, me ſentire cum Scholaſticis, reprobatos nnn eſſe prædeſtinatos: non quòd rationem illorum ita firmam eſſe judicem, ſed quia Scripturæ ita plerumque loqui ſolent. Hæc eſt illorum ratio: quia prædeſtinatio non tantùm ad finem dirigit, ſed etiam

C ad media, quæ ducunt ad finem. Sed cùm peccata ſint media, propter quæ homines damnantur, aiunt, Deum non poſſe conſtitui illorum cauſam. Certè, non poteſt Deus, ſi rectè ac propriè loqui velimus, cauſa peccatorum pronunciari: quem tamen à peccatorum gubernatione ac regimine haudquaquam poſſumus prorſus excludere, cauſa quippe illarum actionum eſt, quæ nobis peccata ſunt, quamvis ut ſunt à Deo, ſint mera juſtitia. Deus enim peccata aliis peccatis punit. Peccata ergo, quatenus ſunt pœ-

D næ, hominibus à Deo, ut à juſto judice infliguntur. Deinde Deus eſt, qui gratiam ſuam hominibus ſubducit: qua ſubtracta, neceſſe eſt ut illi labantur. Cumque illius agitatione omnes & vivamus, & moveamur: opera certè omnia quæ facimus, neceſſe eſt, ut quoquo modo ejus impulſu fiant. Quanquam nihil opus eſt, ut ab illo nobis infundatur nova malitia. Eam enim tum propter labem originis ſatis abundè habemus ex nobis ipſis: tum etiam propterea quòd creatura ſi à Deo nō juvetur, per ſeipsā in deterius

E vergit ſine modo & fine. Deus præterea, & quidem juſtè ſubminiſtrat reprobis & impiis occaſiones peccandi, & mirabiliter inclinat hominum corda, non tantùm ad bona, ſed etiam ut Auguſtinus ait, juſto judicio ad mala. Imò etiam abutitur hominum malitia, velint nolint, ad eos fines, quos ſibi propoſuit. Et ſacræ literæ non dubitant dicere, Deum tradere homines in reprobum ſenſum, & eos excæcare, & ſeducere, & alia multa ſimilia. Nec tamen propter hæc omnia, peccatorum noſtrorum verè cauſa dici poteſt,

F cùm veram peccatorum cauſam ſatis in nobiſipſis habeamus. Quare illa ratio Scholaſticorum non eſt firma, nec ſatis certo fundamento nititur. Reprobatos tamen ſeparo idcirco à prædeſtinatis, quod Scripturæ homines damnandos nuſquam, quod ego ſciam, appellent prædeſtinatos. Quam ego ſententiam, etſi rationem non viderem, tamen ſequendam eſſe judicarem, propter authoritatem verbi Dei. Puto tamen ſacram Scripturam ita loqui, quod quemadmodum ante dixi-

G mus, prædeſtinatio ſpectet ad illos fines, quos natura non poſſumus aſſequi: quales ſunt, juſtificatio, bona vita, glorificatio: per quæ Deus nos extollit longè ſupra omnem vim naturæ. Peccata autem, propter quæ damnamur, etſi non effugiunt Dei gubernationem, eo nimirum modo, quo jam diximus, tamen vires noſtræ non ſuperant. Quivis enim ex ſeipſo ſatis proclivis eſt ad peccandum.

Deus non eſt cauſa peccatorum ſi propriè loquamur.

Peccata non ſunt omnibus modis extra ordinem providentię Dei.

Exod. 33. 19. Rom. 1. 24. & 28. Ezec. 14. 9: Locutione Scripturarum reprobi ſunt à prędeſtinatis ſeparandi.

Reprobati quare non dicantur prędeſtinati?

15 Sit igitur reprobatio, ſapientiſſimum Dei pro-

H poſitum, quo ante omnem æternitatem decrevit conſtanter, abſque ulla injuſtitia eorum non miſereri, quos non dilexit, ſed præteriit: quo juſta illorum condemnatione iram ſuam erga peccata & gloriam declararet. Priores partes hujus definitionis jam declaratæ ſunt, cum prædeſtinationem definiremus, uſque ad illam partem: *Abſque injuſtitia.* Ea pars idcirco adjicitur, quia Deus nemini facit injuriam, etſi aliquibus miſericordiam ſuam non impendat. Non enim obſtringitur cuiquam ullo jure, aut tenetur ex

I debito cujuſquam miſereri. Itaq. reſpondet Deus in Evangelio; An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? Nónne licet mihi facere quod volo de meo?

Definitio reprobationis.

Deus illis non facit injuriam quorum non miſeretur. Mat. 20. 15.

Digitized by Google

Rom.9.20.
Ibid.15.

A Idem Paulus docuit ex poteſtate figuli. Aſſerit tamen nullam eá cauſâ injuſtitiam cadere in Deum. Hic enim agitur de miſericordia, non de juſtitia. Et Moſi reſponſum eſt in Exodo, Miſerebor cujus miſerebor, &c. *Eorum non miſereri*, &c. His verbis ſignificatur, omnes homines naturâ ſuá eſſe in miſeria.

Homines natura ſua ſunt in miſeria.

Miſericordia enim nô impéditur, niſi miſeris. Ex hac miſeria Deus aliquos liberat, & hos dicitur diligere. Alios præterit, & illos odiſſe dicitur, cùm eorum non miſereatur, quò juſta illorum condemnatione B iram ſuam erga peccata, & juſtitiam declararet. Iuſta dicitur horum damnatio, quoniam propter peccata illis infligitur.

Reprobi damnantur, propter eorum peccata.
Peccata præviſa, non ſunt cauſa cur reprobetur quis.

Neque tamen hinc inferre debemus, peccata præviſa cauſam eſſe cur quiſquam reprobetur. Ea enim non efficiunt, ut Deus propoſuerit nolle miſereri. Cauſa tamen ſunt damnationis, quæ ſequitur ultimo tempore, non autem reprobationis, quæ fuerit ab æterno. Finis extremus reprobationis, eſt declaratio potentis juſtitiæ Dei, ut Paulus docuit: C vaſa iſta ſcilicet eſſe aptata ad iram, quia Deus voluit oſtendere in illis potentiam ſuam. Et Deus reſpondit de Pharaone; In hoc ipſum excitavi te, ut oſtenderem in te potentiam meam.

Rom.9.17.
Exod.9.16.

Finis propinquior eſt damnatio: quæ quatenus eſt juſta, ita Deo probatur. Propinquior autem finis ſunt peccata. Deus enim juſſit, ut populus excæcaretur, ut ne intelligerent, ut ne audirent: ne fortè inquit, convertantur, & ſanem eos. Nam peccata, etſi ut peccata ſunt, à Deo legibus condemnentur: quatenus tamen ſunt juſtæ pœnæ, D ab eo irrogantur pro malis impiorum meritis. Cæterùm gradus ſiſtendus non eſt in finibus iſtis propinquioribus. Progrediendum eſt longius, ut tandem ad illum finem perveniamus, quem Paulus propoſuit: nimirum, ut oſtendatur juſtitia Dei. Atque hæc hactenus de primo articulo.

Pſal.6.10.
De cauſa prędeſtinationis divinæ voluntatis, quandoque ratio non poteſt aſſignari, ſed nunquã cauſa, præſertim efficient.

16 Veniamus jam ad ſecundum: in quo de prædeſtinationis cauſa quæritur. Cùm prædeſtinatio ſit propoſitum ſeu voluntas Dei, ea autem ſit omnium rerum prima cauſa, E quæ idem eſt cum ſubſtantia Dei, fieri non poteſt, ut ejus ſit ulla cauſa. Non tamen idcirco inficiamur, divinæ voluntatis interdum aliquas aſſignari poſſe rationes: quæ quamvis dici poſſint rationes, non tamen ſunt appellandæ cauſæ, pręſertim efficiendi.

Rationes divinæ voluntatis tantùm aſſignare poſſumus, quas divinæ literæ ſubminiſtrant.
Exod.13.17.
Gen.2.8.
Gen.15.16.

In Scripturis autem quandoque aſſignari rationes voluntatis Dei, ex multis locis colligi poteſt. Dominus dicit, ſe ideo circunduxiſſe filios Iſrael per deſertum, potius quàm per compendia, per quæ eos ducere potuiſſet, ne ſubitò haberent F hoſtes obvios. Adamus etiam collocatus eſt in paradiſo, ut eam coleret, & cuſtodiret. Et Deus teſtatur, ſe nolle adhuc Chananæos expellere è terra Chanaan, quòd menſuram peccatorum ſuorum nondum explevisſent. Quamvis autem, ut dictum eſt; Scripturæ interdum rationes divinæ voluntatis afferre ſoleant: nemo tamen audere debet, de illa certa, certam rationem reddere, niſi quam collegerit è Scripturis. Nam, ut ſumus obtuſæ intelligentiæ, facilè noſtra ſomnia pro veris rationibus uſurpare-G mus.

Prædeſtinatio poteſt habere finalem cauſam.
Rom.9.17.
Ibid. verſ.23.
Materialis cauſa utcũque in prędeſtinatione reperitur.

Finales autem cauſas divinæ prædeſtinationis eſſe, non inficiamur. Diſertè enim ponuntur à Paulo, & præſertim, cùm illud citat de Pharaone: In hoc ipſum excitavi te, ut oſtendam in te potentiam meam. de electis autem inquit, Deum voluiſſe in illis oſtendere gloriam ſuam. Materialis etiam cauſa utcunque poteſt aſſignari. Homines enim, qui prædeſtinantur: & ea, quæ Deus decrevit largiri electis ex prędeſtinatione; qualia ſunt, vocatio, juſtificatio, glorificatio: dici poſſunt materia, circa quam prædeſtinatio verſatur.

Duplici ratione conſideratur finis.

H Annotandum præterea, finem interdum poſſe accipi prout à nobis mente & deſiderio concipitur: habétque tum rationem efficientis, quia ſic animo comprehenſus, impellit homines ad agendum. Aliàs autem accipitur, ut eſt in ipſis rebus, utque nos illum poſt labores conſequimur. Et tum propriè dicitur finis: quòd tum abſolutum ſit opus, & nos conquieſcamus, ut qui finem conſilii noſtri adepti ſimus. Propterea autem ponimus hanc diſtinctionem, ut ſi quando interrogamur, an Deus I prędeſtinet homines propter opera, ne temerè vel affirmando, vel negando præcipitemus ſententiam. Nam ambiguitas eſt in illa voce, *Propter*, quomo-A do ea ſit intelligenda. Nam ſi bona opera accipiantur, prout reipſa ſunt, & fiunt, quia Deus ad hunc finem nos prędeſtinat, ut rectè vivamus, quemadmodum habet Epiſtola ad Epheſios: nos nimirum electos eſſe, ut ſancti & immaculati ſimus, & Deũ præparaſſe bona opera, ut in illis ambulemus: quod ad hanc ſententiam attinet, propoſitio eſt affirmanda.

Nos prędeſtinari propter bona opera & verum & falſum eſſe poteſt.
Epheſ.1.4. & 2.10.

Sin illa vox *Propter*, referatur ad cauſam efficientem, quaſi bona opera, quæ Deus prævi-B dit nos facturos, tanquam merita quædam ſint & cauſæ, quæ Deum movere poſſint, ut nos prædeſtinet. Hunc ſenſum non admittimus ullo modo. Fieri quidem poteſt, ut effecta prædeſtinationis ſic inter ſe conferantur, ut unum ſit cauſa alterius. Divini autem propoſiti non poſſunt eſſe cauſæ.

Vnum effectũ prędeſtinationis cauſâ poteſt eſſe alterius: at divini propoſiti cauſâ eſſe non poſſunt.

Nam vocatio, quæ eſt effectum prędeſtinationis, cauſa eſt ut juſtificemur. Iuſtificatio etiam cauſa eſt bonorum operum: & bona opera, tametſi cauſę non ſunt, media tamen ſunt, per quę deus nos traducit C ad vitam ęternam. Nihil tamen horum cauſa eſt, aut medium cur à Deo eligamur: ut è diverſo, peccata cauſę quidem ſunt, cur damnemur, non tamen cur à Deo reprobemur. Nam ſi eſſent cauſæ reprobationis, nemo poſſet elegi.

Si peccata eſſent cauſa reprobationis, nemo eligeretur.

Par enim eſt omnium conditio: Etenim omnes naſcimur in peccato. Quòd ſi quando Auguſtinus dicat, homines juſtè reprobari propter peccata, unà cum reprobatione ſumit extremum ejus exemplum, videlicet damnationem. Non autem ita D dicendum eſt, ſi per reprobationem intelligamus Dei propoſitum non miſerendi. Illud enim non minus liberum eſt, quàm propoſitum liberandi.

Dei propoſitũ miſerendi ęque liberum eſt, atque non miſerendi.

17 His ita jam conſtitutis, reddendæ ſunt rationes, propter quas negamus, bona opera pręviſa eſſe cauſas prędeſtinationis. Prima eſt, quoniam Scripturę hoc nuſquam docent. Tanta autem de re nihil debemus conſtituere ſine ſcripturis.

Quare bona opera pręviſa non ſint cauſa prędeſtinationis.
2.Tit.2.20.

Scio tamen, quoſdam id voluiſſe colligere ex poſteriori Epiſt. ad Tim. ubi ita ſcribitur: In magna domo ſunt vaſa au-E rea, argentea & lignea: Quòd ſi quis ſe emundaverit ab his, erit vas honorificum, & ad omne bonum opus idoneum. Ex his concludunt, quoſdam idcirco deſtinari, ut ſint vaſa honorifica, quòd ſeſe expurgaverint à ſordibus peccatorum, & corrupta doctrina. Et quia dicuntur poſſe id pręſtare, aiunt in unoquoque poſitum eſſe, ut à Deo feliciter prędeſtinetur. At illi non rectè colligunt: ſententia enim Pauli eo loco ſic accipienda eſt. Dixerat antea, Firmum ſtat fundamentum: Novit Dominus qui ſint ſui: ac ſi diceret, F homines quandoque falli poſſunt, eos enim ſępe judicant eſſe pios, qui longè abſunt à pietate. Quibus verbis perſtrinxit Hymenæum & Philetum. Paulò enim ante de perverſa illorum doctrina ſermonem fecerat. Illi autem docuerant, reſurrectionem jam eſſe factam. Paulus ergo non vult homines judicari, prout apparent primo aſpectu. Deus enim in hoc mundo, tanquam in magna domo, habet vaſa alia aurea, alia argentea, alia lignea, alia fictilia. Et ille optimè ſcit quę ex illis ſint honorifica, & quæ fa-G cta in contumeliam. Nos autem, qui arcanum voluntatis ejus non habemus perceptum & cognitum, de illis judicare poſſumus, tantùm ex effectis: quòd quicunque fuerit mundus à vicioſa doctrina, & piè vivat, ille ſit vas in honorem. Neque probatur ex hoc loco, homines poſſe mundare ſeipſos, aut ſeſe efficere vaſa honorifica. Nam, ut Paulus nos docuit in epiſtola ad Romanos, Dei ſolius eſt hoc efficere. Is enim tanquam figulus, habet poteſtatem ex eadem maſſa faciendi vas aliud ad honorem, aliud ad contume-H liam. Iſte ergo locus alterum interpretatur.

Rom.9.21.

Quare nô debemus plus colligere ex illis Pauli verbis, quàm ejuſmodi expurgationẽ eſſe indiciũ, quo nos de dignitate, aut indignitate vaſorum in Eccleſia judicemus. Deus eſt qui verè novit, qualis quiſque ſit: & firmũ ſtat ejus fundamentũ, quia falli nô poteſt. Nos autem per quędã tantùm judicia & effecta de aliis poſſumus judicare. Atq. hoc illud eſt, quod Chriſtus monet: Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. Neq. rectè intelligunt Apoſtolum, qui ex illis verbis, Si quis I ſeipſum emundaverit ab his, docere volunt, poſitum eſſe in noſtro arbitrio, ut nosipſos faciamus vaſa honorifica. Non n. vires arbitrii noſtri deprehenduntur

Mat.7.15.
2.Tit.2 21.
An homo per ſeipſum facere ſe poſſit vas honorificum?

ex pro-

Digitized by Google

Ex propoſitionibus hypotheticis non probatur liberum arbitrium. Eſa.42.16.

ex propoſitionibus hypotheticis, ut ita inferamus: Sacræ literæ monent, ſi hoc aut illud feceritis, aut ſi credideritis, habebitis ſalutem: ergo ex nobiſipſis poſſumus credere, aut ſanctè vivere. Infirmæ ſunt hujuſmodi connexiones. Quia Deus alibi docet, ſe facturum eſſe, ut in viis ejus ambulemus. Præcepta ergo & adhortationes, & conditiones adhibentur, ut intelligamus, quid à nobis requiratur, qualéſque futuri ſint, qui ad Deum pertinent, & æternam vitam ſint conſequuturi. Quare non debemus, ex iſtis locis elicere, quid poſſint vires noſtræ. Facilè autem eſt explicatu, cur homines, qui purgantur à Deo, tamen dicantur purgare ſeipſos. Quia Deus non agit in hominibus, tanquam in ſtipitibus. Lapides enim moventur ſine ſenſu & voluntate: Deus autem cùm homines regenerat, eos ita mundat & renovat, ut ipſi & intelligant ea quæ faciunt, & ea maximè cupiant & velint, poſtquam ſemel pro corde lapideo acceperint cor carneum. Itaque poſtquam ſemel ſunt regenerati, fiunt cooperatores Dei, & ultrò ſanctitati vitæque puritati incumbunt. Deus per Moſen præcepit Iſraelitis, ut ſeſe ſanctificarent. Et tamen apertè alibi teſtatur ſeſe eum eſſe, qui ſanctificet populum. Et Paulus ad Corinth. ait, Chriſtum factum eſſe nobis ſapientiam, juſtitiam, redemptionem, & ſanctificationem. Deus etiam jubet, ut credamus: tamen Scripturæ alibi teſtantur, fidem eſſe donum Dei.

Deus purgat pios, & ipſi purgare ſeipſos dicuntur. Exod.19.18. Eſa.8.14. 1 Cor.1.30. Marc.1.15. Eph.2.8.

18 Ex his ergo omnibus conſtat, quàm parum iſte locus faciat pro adverſariis, quocunque illi ſe converterint. Huc adde: Scripturas non tantum nos docere prædeſtinationem non eſſe ex operibus prævisis, ſed planè contrarium tradere. Nam Paulus pronuntiat de illis geminis, antequam nati fuiſſent, aut aliquid feciſſent, vel boni vel mali, dictum fuiſſe, Major ſerviet minori. Et, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui: ut non ſit ex operibus, ſed ex vocante. Negat ergo vel dilectionem vel odium Dei proficiſci ex operibus. Ridiculi autem ſunt, qui cavillantur, Paulum explodere quidem opera jam facta, non autem facienda. Non enim vident Paulum hoc loco removere voluiſſe omne genus diſcriminis ab illis duobus fratribus, ut prorſus intelligantur fuiſſe pares, quod quidem ad ipſos attinet. Nam cùm diceret, illos natos fuiſſe eodem patre, eadem matre, editos etiam eodem partu: nihil aliud ſpectare voluit, niſi ut ex illorum paritate oſtenderet, Dei electionem eſſe liberam, ut alterum illorum eligere potuit, alterum autem rejicere. Quòd ſi tantum relinqueretur diſcrimen in operibus prævisis, fruſtra à Paulo conſtituta fuiſſet tanta æqualitas. Paulus ergo in univerſum ait, Non ex operibus: qua voce opera tam facienda, quàm facta complectitur. Idque ut certius intelligeremus, ſubjecit; Sed ex vocante. Relegat ergo nos Paulus ad Deum, non ad opera. Et ſi diligenter ſpectes omnia ea quæ ſequuntur in hoc capite, videbis Apoſtolum, ea quæ tradit de prædeſtinatione, revocare ad iſta capita, videlicet, ad potentiam: ait enim, Nónne poteſtatem habet figulus? Ad propoſitum, ſeu beneplacitum: nam ad Epheſios utitur utraque voce. Ad voluntatem: nam ait, Cujus vult miſeretur, & quem vult indurat. Ad miſericordiam ſeu dilectionem: ait enim, Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei: &, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Cùm Paulus, quicquid cauſæ vel hic, vel alibi de prædeſtinatione tradit, revocet ad hæc quatuor capita, dubitaréne poſſumus de ejus ſententia, aut aliter audebimus pronunciare? De operibus autem ne verbum quidem unum facit, ubicunq; hoc negotium tractat, niſi ut ea excludat. Deinde conſidera mihi, id Pauli ſcopo quàm maxime adverſari, ut opera prævisa ſtatuat eſſe cauſas prædeſtinationis. Ita enim opera forent cauſæ juſtificationis. Atqui Apoſtolus eam doctrinam omnibus modis oppugnat. Rationem firmam eſſe ex eo demonſtro, quoniam Apoſtolus facit prędeſtinationem cauſam vocationis, vocationem juſtificationis. Quare ſi opera ſint cauſæ prædeſtinationis, erunt etiam cauſæ juſtificationis. Conſtans enim eſt regula Dialecticorum: Quicquid cauſa eſt cauſæ alicujus, eſt etiam cauſa effecti. Præterea nemo inficiari poteſt, bona opera proficiſci ex prædeſtinatione. Dicimur enim prædeſtinati, ut ſimus ſancti & inculpati. Et Deus prædeſtinatione præparavit

Scriptura docet prædeſtinationem non eſſe ex prævisis operibus. Rom.9.11.

Rom.9.21.

Eph.1.8. Ad quæ capita revocetur Dei prædeſtinatio. Rom.9.18. Ibid v.16. Ibid.v.13.

Eph.1.4. Eph.2.10. 1.Cor 7.25. Iuſtificatio erit ex operibus ſi ab operibus prævisis electio pendeat.

A opera bona, in quibus ambularemus. Et Paulus ipſe fatetur ſe conſequutum eſſe miſericordiam, ut eſſet fidelis. Quamobrem ſi opera ſunt effecta prædeſtinationis, quomodo ea dicemus eſſe ejus cauſas? maximè verò illius generis, nimirum efficientis? Nullus enim eſt hic uſus liberi arbitrii, quem toties jactitant, quaſi eum habeamus ex nobiſipſis, & non ex miſericordia Dei. Paulus enim ait, Deum eſſe qui operatur in nobis, & velle & perficere. Et Deus apud Ezechie-
B lem ait, Ego auferam illis cor lapideum, & dabo illis cor carneum. Non poſſumus, inquit Paulus, aliquid cogitare ex nobis, tãquam ex nobis. Et ſi illum quem dicunt, bonum uſum haberemus ex nobis, quid obſtaret, quò minus poſſemus de eo gloriari? Certè Dominus ait; Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum. Et Hieronymus contra Pelagianos pulchrè ſcribit, eos qui dicuntur trahi, ſignificari hac voce, antea fuiſſe averſos, & reluctantes, & invitos; fieri verò poſtea, ut à Deo immutentur. Idem etiam pro-
C bat natura gratiæ. Paulus enim ait, ut reliquiæ juxta electionem gratiæ ſalvæ fiant: hoc eſt, ſecundum electionem gratuitam. Sic enim Hebraica phraſi reſolvendus eſt genitivus.

Phil.2.13. Bona opera ſunt effecta prædeſtinationis. Contra bonum uſum liberi arbitrii. Ezech.11.19. 2.Cor.3.5. Ioan.6.44. Qui trahitur, prius nolebat. Rom.11.5.

19 Adhæc in definitione prædeſtinationis primo loco habemus propoſitum: quod, cùm non aliud ſit, ut docuimus ex Epiſtola ad Epheſios, quàm beneplacitum Dei, ex eo videnter apparet non aliunde petendam eſſe rationem prædeſtinationis. Deinde opera non poſſunt eſſe cauſæ vocationis noſtræ: multo
D ergo minus prædeſtinationis. Nam prædeſtinatio præcedit vocationem. Non eſſe autem opera cauſas vocationis, oſtenditur ex Epiſt. ad Timoth. Vocavit nos Deus, vocatione ſua ſancta, non ex operibus noſtris, ſed juxta propoſitum ſuum, & gratiam, quam habemus in Chriſto ante tempora ſecularia. Hinc clariſſimè apparet, opera non eſſe cauſas vocationis noſtræ. Imò ne ſalutis quidem noſtra opera cauſæ ſunt: quod tamen longè erat veriſimilius. nam per bona opera Deus nos perducit ad felicitatem. At Paulus ad
E Titum ait, Deum feciſſe nos ſalvos, non ex operibus juſtitiæ, ſed juxta ſuam miſericordiam. Pręterea quid opus erat ut Paulus poſt hanc diſpoſitionem exclamaret: O altitudinem divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quàm inveſtigabilia ſunt judicia ejus, & imperveſtigabiles viæ ejus! Nam ſi iſtorum ſententiam ſequi voluiſſet, uno verbulo ſe potuiſſet expedire: alios prædeſtinatos eſſe, alios rejectos propter opera, quæ Deus in utriſque fore prævidit. Hos Auguſtinus ironicè acutos vocat, quòd tam bellè támque fa-
F cilè viderint ea, quæ Paulus videre non potuerit. Verùm aiunt, Apoſtolum hoc loco non ſolviſſe quæſtionem. Sed id abſurdum eſt dicere: præſertim cùm eam ex profeſſo induxerit, & ſolutio ad ejus inſtitutum vehementer faciat. Et quomodo tandem videri poteſt, non ſolviſſe, cùm eam deduxerit uſque ad ſupremam cauſam? nimirum ad voluntatem Dei, oſtendátque non eſſe progrediendum longius? Cùm Deus poſuiſſet terminos ad radices montis Sinai, ſi quis eos fuiſſet transgreſſus, legibus dediſſet pœnas. Videant
G ergo iſti, qua audacia longius auſint progredi, quàm Paulus voluerit. At aiunt Apoſtolum objurgare impudentes. Eſto: Sed iſta objurgatio veriſſima eſt ſolutio quæſtionis. Prohibet enim Paulus nos hac reprehenſione, ne quicquam ultra Dei miſericordiam & voluntatem inquiramus. Quod ſi iſti ejuſmodi ſolutionem intelligant, cui acquieſcere poſſit humana prudentia, facilè dabo, quæſtionem ita non eſſe diſſolutam. At ſi quærant eam quam fides amplecti debeat, & in ea conquieſcere, cæci ſunt, ſi non videant
H ſolutionem:

Eph.1.5. 2.Tim.1.9. Opera non poſſunt eſſe cauſa vocationis. Tit.3.4. Rom.11.33. Si ex operibus prædeſtinaremur, Pauli exclamatio locum non haberet. Quæſtio ſoluta eſt, quando ad ſupremam cauſam eſt revocata. Exod.19.13. Quomodo quæſtio dicatur ſoluta & non ſoluta.

20 Sed ſpectemus, quidnam iſtos moverit, ut opera prævisa dixerint eſſe cauſas prædeſtinationis. Nihil id certè erat aliud, quàm ut humano judicio ſatisfieret: quod tamen ipſum non ſunt aſſequuti. Neque enim quicquam habent, quod reſpondeant de parvulo, qui inſertus in Chriſtum infantuli adhuc ætate moriatur. Nam ſi eum volunt eſſe ſervatum, neceſſe eſt, ut fateantur, eum fuiſſe prædeſtinatum: At cùm in illo nulla opera bona ſequuta fuerint,
I Deus ea prævidere certè non potuit. Imò hoc potius prævidit, nihil illum ſuo arbitratu fuiſſe facturum. Ridiculum autem eſt, quod objiciunt, Deum prævidiſſe

quid ille fuiſſet facturus, ſi diutius vivere contigiſſet.

Adverſarii nõ ſatisfaciunt humano judicio.

Sic enim humano judicio non fiet ſatis. Ratio enim quæretur, alios eſſe præteritos & rejectos ob ea peccata, quæ non fecerint, eo præſertim nomine, quod ea fuiſſent facturi, ſi vixiſſent. Iudices enim civiles non puniunt quenquam propter ea peccata quæ perpetraſſet, niſi fuiſſet impeditus. Et Deum non moveri

Mat.11.21. &c.

illis operibus, quæ homines facturi eſſent, Chriſtus ſatis docet, cùm agit de Corazim Bethſaida, & Capernaum Si in Tyro, inquit, & Sidone hæc facta fuiſſent, quæ facta ſunt in te, utique egiſſent pœnitentiam, & hodie civitates illæ extarent. Ecce Deus prævidit, iſtas Gentes acturas fuiſſe pœnitentiam, ſi ea vidiſſent & audiſſent, quæ illis civitatibus fuerant conceſſa & prædicata. Cùm ergò illæ perierint, manifeſtum eſt, Deum in prædeſtinando non ſequi opera illa, quæ homines facturi fuiſſent, ſi vixiſſent, Neque tamen quiſquam colligere debet ex hac ſententia Chriſti, per illos ſe, vi ipſa liberi arbitrii, potuiſſe agere pœnitentiam. Nam pœnitentia eſt donum Dei.

Deus quibuſdam non adhibet media quibus ad ſalutem moveri potuiſſent.

Senſus autem hujus loci eſt, Deum non adhibuiſſe ea media ad iſtos convertendos, quibus illi moveri potuiſſent. Iſti ſupponunt, naturá ipſa eſſe in hominibus diſtinctionem, quam ſequatur electio Dei. Nec vident, omnes homines naſci filios iræ: ut, quod

Rom.9.7.

attinet ad maſſam, unde ſumuntur, nulla poſſit in eis aſſignari diſtinctio: nam quicquid boni accedit, id citra controverſiam ex Deo & gratia accedit.

In hominibus ex natura unde ſumuntur, non eſt diſtinctio.

Ex hominum autem natura diſcrimen petendum non eſſe, Apoſtolus indicat. Nam cùm vellet oſtendere, alterum ex duobus fratribus aſſumi, alterum rejici, libera tantùm Dei voluntate, primùm uſus eſt exemplo Iſaaci & Iſmaelis. Sed cùm in illis duobus objici poſſet eſſe aliquid diſcriminis, quòd alter ex libera natus eſſet, alter ex ancilla: poſtea produxit duos gemellos,

Ibid.v 10. Ibid.v.11.

Iacobum & Eſau, qui non ſolùm eoſdem parentes habuiſſent, verumetiam eodem tempore & partu editi fuiſſent in lucem. Quod autem ad opera attinet, nihil erat inter illos differentiæ. Nam, ut Apoſtolus ait, priuſquam aliquid egiſſent, aut boni aut mali, dictum eſt, Major ſerviet minori: &, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Quid neceſſe erat, Paulum iſta tam diligenter commemorare, niſi ut illos duos fratres, quod ad naturam attinet, inter ſe æquaret per omnia, quòd certè ſupervacaneum fuiſſet, ſi adhuc tantùm diſcriminis ſupereſſet in operibus prævifis? Supereſt ergo, quicquid eſt differentiæ in hominibus, id pendere à ſola voluntate Dei. Omnes enim alioqui naſcuntur peccato obſtricti.

Fides prævifa, Deum non movet ut nos prædeſtinet.

21 Præterea, ſi quid eſſet ex nobiſipſis, quod poſſet movere Deum ad prædeſtinandum, id maximè eſſet fides. Nam etiam Auguſtinus, cùm eſſet adhuc junior, nec in hac quæſtione ita multum ac diligenter verſatus, exiſtimavit, Deum in prædeſtinando & reprobando, fidem atque infidelitatem reſpicere: quam ſententiam antea Ambroſius & Chryſoſtomus amplexi fuerant. Re autem vera, hoc ne fidei quidem tribuendum eſt. Nam ea quoque à prædeſtinatione proficiſcitur. Non enim ea ex nobis eſt, ſed datur à

Ex Scripturis probatur fides ex Deo eſſe.

Deo: idque non temere, ſed deſtinato conſilio: quod multis ex locis Scripturarum facile probari poteſt.

Eph.2.8. Eph.6.23.

Nam Paulus ad Epheſios ſcribit, Gratia ſervati eſtis per fidem: & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt, ne quis glorietur. Et iterum in eadem epiſtola, Charitas, & fides à Deo Patre per Ieſum Chriſtum. Et in

Rom.12.3.

Epiſtola ad Romanos: Sicut diviſit unicuique Deus menſuram fidei.

1.Cor.7.25. Phil.1 29.

Et ad Corinthios, Miſericordiam conſequutus ſum, ut ſim fidelis. Ad Philippenſes; Vobis datum eſt, non ſolùm, ut in Chriſtum credatis, verumetiam ut pro eo patiamini.

Act 16.14.

In Actis, Deus aperuit cor mulieri purpurariæ, ut attenderet illis,

Act.13.48.

quæ à Paulo dicebantur. Et capite decimotertio: Crediderunt quotquot præordinati fuerant ad vitam æternam.

Matt.11.25. Mat 13.13.

Chriſtus etiam ait in Evangelio; Confiteor tibi Pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Ita

Mat.16.17.

Pater, quoniam ſic placitum eſt ante te. Et alibi: Illis inquit, loquor in parabolis, ut audientes non audiant, & videntes non videant. Vobis autem datum eſt noſſe. Et Petro: Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi. Et multa alia extant teſtimonia in Sacris literis, quibus probatur fidem

Si fides non eſt cauſa prædeſtinationis multò minus alia opera.

dari & diſtribui à ſolo Deo. Quare non poteſt ea cauſa eſſe prædeſtinationis. Quod ſi fides non poteſt, certè opera multò minus poſſunt.

2.Tim.1.9. Eph 1 4.

Quod eſt prius non poteſt habere cauſam ſe poſteriorem.

22 Adhæc inficiari nemo poteſt, Dei prædeſtinationem æternam eſſe. Paulus enim ad Timotheum ait, Deum elegiſſe nos ante tempora ſecularia. Et ad Epheſios; Ante jacta fundamenta mundi. At opera noſtra temporaria ſunt: quare id quod æternum eſt, ab illis non poteſt proficiſci. Sed ſolent cavillari, opera illa, quorum reſpectu prædeſtinamur, ita accipi, ut à Deo prævifa ſunt: atque hoc pacto ea non poſſe videri temporaria. Eſto ſanè, accipiantur ad eum modum: tamen negari non poteſt, ea poſteriora eſſe prædeſtinatione: pendent enim ex ea, & ejus ſunt effecta, ut ſupra docuimus. Quare juxta horum doctrinam, id quod eſt poſterius, eſſet cauſa efficiens ejus, quod prius anteceſſit. Quod quam ſit abſurdum, facile quivis intelligit. Deinde cauſa efficiens natura ſua dignior eſt & præſtantior quam effectum, præſertim quatenus eſt ejuſmodi cauſa.

Opera noſtra non poſſunt eſſe digniora prædeſtinatione.

Quare, ſi opera ſint cauſæ prædeſtinationis, ſunt etiam digniora & præſtantiora, quam prædeſtinatio. Deinde prædeſtinatio eſt certa, conſtans, & infallibilis. Quomodo igitur ſtatuemus illam pendere ab operibus liberi arbitrii, quæ incerta & inconſtantia ſunt, & huc atque illuc flecti poſſunt, ſi de illis agunt ſpeciatim? Homines enim ad hoc aut illud genus peccati æque propenſi ſunt, prout ſeſe occaſiones offerunt. Nam alioqui, ſi loqui velimus generaliter, propter vitium primorum parentum, ante regenerationem, liberum arbitrium nihil aliud poteſt, quàm peccare.

Quod eſt conſtans & certũ, non pendet ab incerto & inconſtanti.

Quare ex iſtorum ſententia, neceſſe eſt prædeſtinationem Dei, quæ certa eſt, pendere ab operibus hominum, quæ non tantùm incerta ſunt, ſed etiam peccata. Nec poſſunt dicere, ſe de illis operibus agere, quæ ſequuntur regenerationem. Ea enim uti docuimus, à gratia & à prædeſtinatione oriuntur.

Non eſt ita noſtra libertas tuenda, ut Deum ſua expoliemus.

Nec animadvertunt iſti, ſe, ut ſatisfaciant humanæ rationi, & libertatem neſcio quam, hominibus aſſerant, Deum ſua legitima poteſtate & libertate in eligendo expoliare: quam tamen Apoſtolus prædicat, aitque non minus Deo juris eſſe in homines quàm figulo in vaſa fictilia. Vt autem iſti ſtatuunt, Deus non poteſt eligere, niſi eum quem ſciat ſe eſſe bene geſturum: nec quenquam rejicere, niſi quem videat fore malum. Atqui hoc eſt, velle Deum in ordinem redigere, & eum noſtræ rationis legibus ſubjicere. Eraſmus verò huic rationi fruſtra obſtrepit.

Deo tribuenda eſt ea libertas quam de illo Scriptura prædicat.

Ait enim, non eſt abſurdum, eam poteſtatem adimere Deo, quam ipſe nolit ſibi tribui, nimirum ut aliquid injuſte faciat. Dicimus enim, Paulum hanc Dei libertatem fruſtra, imo falsò prædicaſſe: ſi ille eam nec habeat nec velit ſibi tribui.

Rom.5.8.

Quemadmodum autem Paulus hujuſmodi libertatem Deo tribuerit, locus quem citavimus, apertiſſime indicat. Fruſtra etiam objiciunt nobis Dei juſtitiam: hic enim tantum agitur de ejus miſericordia. Nec negare poſſunt, ſe iſta ſua ſententia de charitate & benevolentia Dei erga homines multum detrahere. Nam Scriptura ſancta, cùm vellet nobis commendare paternam dilectionem Dei, affirmavit eum dediſſe Filium ſuum, idque ad mortem, atque id eo tempore, cùm nos adhuc eſſemus peccatores, inimici, filii iræ. Iſti autem nolunt quenquam prædeſtinari, qui non habeat opera bona prævifa in mente Dei. Atque ita quiſque dicere poteſt apud ſe, Si ſum prædeſtinatus, ex meipſo pendet ejus rei cauſa.

Charitas erga Deum accenditur ex vero ſenſu prædeſtinationis.

Alter autem, qui in animo verè ſentiat, ſe gratis à Deo electum eſſe propter Chriſtum, cùm ipſe per ſe omnibus modis tanta charitate eſſet indignus, mirabiliter haud dubiè accendetur ad Deum redamandum.

23 Vtile etiam nobis eſt, ut ne ab operibus noſtris pendeat noſtra ſalus. Nos enim ſæpe fluctuamus, & in rectè vivendo ſumus parum conſtantes. Certè, ſi nos oporteret fidere noſtris viribus, deſpondendus eſſet animus. At ſi credimus, ſalutem noſtram in Deo manere fixam & certam propter Chriſtum, non poſſumus non animo eſſe bono. Adhæc, ſi prædeſtinatio contingeret ex operibus noſtris prævifis, initium ſalutis noſtrę eſſet ex nobiſipſis, cui ſententiæ Scripturæ ubique reclamant. Id enim eſſet idolum in nobiſipſis excitare. Deinde etiam juſtitia

Dei

Digitized by Google

Ioan.15.19.
Electionis divinæ atque humanæ diverſa eſt ratio.

Dei opus haberet externa regula noſtrorum operum. A At Chriſtus ait, Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Neque ratio ea eſt in Deo quæ in hominibus, cùm incipiunt aliquem amare, & amicum deligunt. Homines enim moventur egregiis dotibus, quibus aliquem vident eſſe excultum. Deus autem nihil boni invenire poteſt in nobis, quod ab ipſo non ſit profectum. Et Cyprianus ait, quemadmodum non ſemel refert Auguſtinus, nos ideo gloriari non poſſe, quòd nihil ſit noſtrum: itaque Auguſtinus concludit, non eſſe partiendum inter nos & Deum, ut B partem illi, partem nobis tribuamus ad conſequendam ſalutem, totum illi citra controverſiam adſcribendum eſt.

Deo totum eſt adſcribendum.

Apoſtolus cùm ſcribit de prædeſtinatione, eò ſemper ſpectat, ut noſtram fiduciam confirmet, & præſertim in afflictionibus, ex quibus ait, Deum nos velle liberare. At ſi ratio divini propoſiti ad noſtra opera, tanquam ad cauſas referatur, ejuſmodi fiducia à nobis concipi nulla poteſt. Nos enim ſæpe labimur, & juſtitia noſtrorum operum ita eſt tenuis, C ut ad Dei tribunal non poſſit conſiſtere. Apoſtolum autem hac præcipuè de cauſa mentionem feciſſe prædeſtinationis, ex octavo capite Epiſt. ad Rom. intelligere poſſumus.

Rom 11. & 8.
Si prædeſtinatio pendet ab operibus, non ſperabimus, ſed deſperabimus.

Nam cùm deſcriberet effecta juſtificationis, inter cætera ait, nos per illam adeptos eſſe adoptionem filiorum, & agi divino ſpiritu, tanquam filios Dei. Ideóque à nobis forti animo perferri res adverſas: & idcirco omnem creaturam ingemiſcere & vehementer deſiderare, ut aliquando liberemur. Ipſum etiam ſpiritum pro nobis poſtulare. Addit D poſtremò, Diligentibus Deum omnia cooperari in bonum. Qui autem ſint qui diligunt Deum, oſtendit ſtatim: Qui vocati, inquit, ſunt juxta propoſitum. Hos Paulus vult ſecuros reddere, ne putent ſe læſum iri, cùm rebus adverſis exercentur: quòd ſint præſciti, prædeſtinati, vocati, juſtificati.

In quibus Pauli verbis hallucinentur adverſarii?

Atque hanc illam ſecuritatem reſpexiſſe, ea indicant quæ ſequuntur: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quis accuſabit adverſus electos Dei? Primùm colligitur ex hac methodo adverſarios multum errare, cùm ſe putent ex hoc E loco conficere poſſe prædeſtinationem ex operibus prævîſis proficiſci. Paulus enim ante illam gradationem ſcripſerat illa verba, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: quaſi præſcientia & prædeſtinatio, de quibus poſtea meminit, ex illa ſententia pendeant. Atque in hunc ſenſum citant illud è Proverbiis Salomonis, ego diligentes me diligo.

Prov.8.17.

Neque conſiderant, ut diximus, Paulum in eo loco exponere voluiſſe quinam illi ſunt, quibus detur ut Deum diligant, & omnia cooperentur in bonum. Illos au- F tem eſſe, ait, qui à Deo prædeſtinatione aſciti ſint. Quod ad Solomonem attinet, nos quoque fatemur, eos, qui Deum diligunt, ab eo viciſſim diligi. Sed hoc nunc controvertitur, utrum ex noſtra dilectione naſcatur dilectio Dei, qua nos complectitur. Id Ioannes in epiſt. ſua diſertis verbis explicat: Non inquit, quod nos illum dilexerimus: ille prior dilexit nos.

1.Ioan 4.10.
Dilectio Dei non naſcitur ex dilectione noſtra, ſed contrà.

Alterum, quod ex verbis Pauli colligimus, eſt, divinam prædeſtinationem, ſi debeat eſſe ejuſmodi, ut nos confirmet de benevolentia & charitate Dei erga nos, G non poſſe pendere ab operibus noſtris. Ea enim & infirma ſunt, & leviſſimæ juſtitiæ. Deinde conſiderandum eſt, Paulum non tacuiſſe cauſas quæ aſſignari poterant. Expreſsè enim ponit finem, ut pateſiat miſericordia & juſtitia Dei. Cùm autem venitur ad cauſam efficientem, ita prorſus vult nos acquieſcere voluntati Dei, ut Deum conferat cum figulo, nos verò cum luto.

De collatione Dei cum figulo.

Qua collatione oſtendit, nihil eſſe, quod propterea inquiri debeat. Scio adverſarios dicere, illam collationem allatam eſſe tantùm ad repri- H mendam interrogantis petulantiam: non quod res utrinque revera ſic habeat. Deum enim eligere homines ex operibus prævîſis. At ſi ita ſit, quomodo hac ſimilitudine oppilabitur os obmurmurantibus? Dicent enim, Si juſtitia Dei hoc requirit, ut electio ſit ex prævîſis operibus, quid oportuit Paulum dicere: Priuſquàm aliquid egiſſent aut boni aut mali, dictum eſt, Major ſerviet minori? Iacob dilexi: Eſau autem odio habui. Et, Non ex operibus, ſed ex vocante, ut electio maneat ſecundum propoſitum. Et cur adfertur I hæc ſimilitudo de figulo, cùm res ipſa longè ſecus habeat, & Deus tanquam figulus, omnia pro arbitratu

A ſuo faciat: nec nos tanquam lutum, ſimus prorſus abſque diſcrimine? Profectò hac iſtorum ratione petulans interrogator minimè reprimitur: imò potius anſa offertur, obtrectandi, quod ſimilitudo, quæ affertur, non quadret ad inſtitutum.

24 Eſt etiam alia ſententia Pauli ad Epheſios, quâ noſtra iſta ſententia vehementer confirmatur. Nam cùm dixiſſet, nos prædeſtinatos eſſe juxta propoſitum Dei, adjecit: Cujus vi operatur omnia juxta conſilium voluntatis ſuæ.

Eph 1.11.
Deus operatur ex voluntate ſua non ex voluntate noſtra.

At ſi ita eſſet, ut iſti fin- B gunt, Deus non operaretur juxta ſuam voluntatem, ſed juxta alienam. Prout enim nos inſtitueremus noſtra opera, ita ille electionem ſuam temperaret. Id autem eſt, aliena duci voluntate, non ſua. Idem teſtatur Paulus ad Corinthios, Deus inquiens, elegit ſtulta, infirma, & ignobilia hujus mundi, ut ſapientes, & fortes, & nobiles pudefaceret.

1.Cor.1.26.

Videte, inquit, vocationem veſtram fratres: non multi ſapientes, non multi potentes, non multi nobiles. Et in eadem Epi- C ſtola, cum deſcripſiſſet conditionem priſtinam electorum, & multa & gravia vitia enumeraſſet, ſubjecit ad extremum. Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis.

1.Cor.6.11.

Et ad Epheſios, Fuiſtis, inquit, aliquando abſque Deo ſine ſpe in mundo.

Eph.2.12.

Hæc probant vocationem, & prædeſtinationem Dei non pendere ex noſtris meritis. Verùm, ut Auguſtinus ſcribit ad Simplicianum, Deus præteriit multos Philoſophos, homines acuti ingenii & eximiæ eruditionis: præteriit etiam multos, qui ſi mores civiles ſpectes, D innocentes erant, & vitæ ſatis probatæ. Neque ſanè mirum. Nam ſi Deus ad hoc prædeſtinet, ut divitias miſericordiæ ſuæ patefaciat, id magis conſequitur, ſi eos adducat ad ſalutem, qui & magis reluctentur, & propter vitæ merita ab ea magis ſint alieni: quàm ſi eos eligat, quos humana ratio judicare poſſit eſſe aptiores.

Magis declaratur Dei miſericordia, ſi gratis prædeſtinemur, quàm ſi ex operibus.

Atque hinc eſt, quòd Chriſtus cohortem ſuorum diſcipulorum ex peccatoribus, publicanis & abjectis hominibus conflavit: nec dedignatus eſt vocare ad ſe latrones & meretrices: In quibus omnibus, E quæ quæſo habita eſt ratio meritorum?

Mat.9.9.
Luc 23.43.
Luc 7.37.

Scribit etiam Paulus ad Corinthios, Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Græcis autem ſtultitiam: vocatis verò, & Iudæis, & Gentibus, Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam.

1.Cor.1.23.

Videmus etiam hoc loco, unde Apoſtolus diſcrimen petat, cùm aſſerat alios de Chriſto prædicato bene ſentire, alios malè. Totum enim hoc ex vocatione ait provenire. Dicit enim, Vocatis vero: ac ſi diceret; Qui vocati non ſunt, habent Chriſtum pro ſcandalo & pro ſtultitia. F Vocati verò, eum & ſequuntur, & pro Dei potentia & ſapientia complectuntur.

Diſcrimen credentium & nõ credentium à vocatione petitur.

In prophetis etiam, cum Deus pollicetur ſe liberaturum eſſe populum ſuum, non ait, ſe id facturum eſſe propter illorum opera, aut merita: ſed faciam, inquit, propter nomen meum.

Deus dicebat ſe liberaturũ non propter opera, ſed propter nomen ſuum.

Ab hac ratione Paulus non diſcedit. Oſtendit enim, Deum per prædeſtinationem velle patefacere divitias gloriæ ſuæ, ut omnes ſcirent, quàm parum Iudæi hanc Dei electionem fuiſſent promeriti, ut prætermiſſis aliis nationibus, illi ſoli haberentur pro popu- G lo Dei. Id Stephanus exponit in Actis Apoſtolicis, cùm ait, eos ſemper reſtitiſſe Deo, & ſemper fuiſſe dura cervice.

Actis 7.51.

Quid ergo vidit in illis Deus bonorum operum, ut eam gentem aliis omnibus nationibus anteponeret? Pulchre deſcribit Ezechiel, cap. 16.3. quemadmodum Deus populum Iudaicum ab initio reſpexerit: nempe ut puellam nudam, fœdatam undique, & in ſanguinibus turpiter provolutam. Tranſivi, inquit Dominus: cùmque te ita habitam viderem, miſertus ſum tui.

Iudęi non ſunt à Deo prælati gentibus, propter illorum opera.

H 25 Præterea veniat nobis in mentem, quis ſit ſcopus Apoſtoli in epiſt. ad Rom. Nam ſi de controverſiis rectè volumus judicare, à ſcopo non debemus oculos dejicere. Id egit Apoſtolus, ut Chriſti gratiam omnibus modis commendaret. Huic autem propoſito nihil poteſt magis obeſſe, quàm ſi prædeſtinationem Dei, hoc eſt, caput & fontem gratiæ, ſtatuat ab operibus hominum proficiſci. Quod ſi oratoribus vitio vertitur, ſi qua inter dicendum forte inculcent, quæ cauſæ ſuſceptæ vehementer obſint: quomodo I ſuſpicari poſſumus, Spiritum ſanctum in incepto non perſiſtere, ſed aliena ab eo dicere quod inſtituit? Nec ſane alia ratio inſtitui poteſt de membris quàm de

Digitized by Google

Humana natura gratis à filio Dei aſſumpta eſt.

capite, quod eſt Chriſtus Ieſus. Cùm ergo nemini dubium eſſe poſſit, humanam naturam gratis aſſumptam eſſe à filio Dei: nam ſi rogaretur, cur magis aſſumpſerit hominem ex Maria virgine, quàm alium quemvis hominem? nulla poſſet aſſignari ratio, niſi quòd ſic libuerit. Nam quod attinet ad opera, ea quivis alius habere potuiſſet, natus ex alia Virgine, non minùs quàm ille, qui aſſumptus eſt ex Maria. Nam quicunque divinitatem habuiſſet, ut Chriſtus habuit, eadem prorſus feciſſet opera quæ Chriſtus. Cùm ergo gratis, & ex pura meráque Dei miſericordia, illa humanitas à filio Dei aſſumpta fuerit, eadem omnino ratione quicunque ſunt membra Chriſti, gratis & abſque ullis meritis operum eliguntur. Denique omnes illæ rationes, quæ probant juſtificationem non conſtare ex operibus, eædem etiam probant, prædeſtinationem non pendere ex operibus. Nunc ſupereſt ut dicamus, utrum Chriſtus & ejus mors dici poſſit cauſa prædeſtinationis. Hîc nos reſpondemus, Chriſtum, & ejus mortem prædeſtinationis primum & præcipuum effectum eſſe: nam inter ea quæ electis à Deo conceduntur, Chriſtus ipſe eſt, & fructus mortis ejus. Quicquid enim nobis donatur, per hanc viam & quaſi canalem, ad nos à Deo derivatur. Et quoniam conſtat, effecta prædeſtinationis, ita inter ſeſe poſſe conferri, ut unum ſit alterius cauſa, nulli autem illorum conveniat, ut principium ſit prædeſtinationis, idcirco negamus Chriſtum, quod ad ejus humanitatem aut mortem attinet, eſſe cauſam prædeſtinationis noſtræ. quamvis principium & cauſa ſit omnium bonorum, quæ nobis ex Dei propoſito eveniunt.

Vt juſtificatio non eſt ex operibus, ita prædeſtinatio. Chriſtus, & mors ejus, eſt primus effectus prædeſtinationis.

Chriſtus quo ad naturam humanam, & mortem, non eſt cauſa prædeſtinationis.

26 Non me latet fuiſſe quoſdam, qui voluerint ſententias Patrum conciliare cum hoc dogmate veriſſimo, quod multis jam rationibus probavimus. Aiunt enim, illos, cùm ſcribunt prædeſtinationem eſſe ex operibus præviſis, nomine prædeſtinationis non intelligere opus aut actionem Dei, qua eligit, aut prædeſtinat aliquem, ſed finem potius, & quædam media: illorum autem nihil obſtare, quin opera poſſint eſſe cauſæ. Extra dubium enim eſt, ultimam damnationem ab operibus, tanquam à cauſa proficiſci: & bona opera à fide oriri, tanquam à ſuo principio. Video equidem, non improbandum eſſe iſtorum conſilium, quo ſtudent, ſententias Patrum ad veritatem, quàm maxime fieri poteſt, accommodare. Id tamen quod afferunt verum eſſe, non poſſum affirmare. Sunt enim quædam ſententiæ Patrum ita duræ, ut trahi huc nullo modo poſſint. Nam ut defendant arbitrii noſtri libertatem, nolunt omnia pendere à prædeſtinatione Dei. Et ex profeſſo dicunt, totum non eſſe Dei, ſed à nobis etiam requiri aliquid. Et diſertè ſcribunt, Deum eligere quoſdam, quòd eos prævidèrit eſſe credituros. Habent etiam alia paſſim multa ſimilia, ut ego planè non videam, quemadmodum illorum ſententiæ cum noſtra, in hac doctrina, poſſint convenire. Auguſtinus tamen in eam apertè concedit. Hieronymus etiam ab ea non abhorret, quamvis multis ſæpe in locis cum Origene aliiſque conſentiat. Verum contra Pelagianos plurimùm in hac re commendat ſententiam Auguſtini, ejúſque contra illam hæreſin ſcripta, vehementer probat. Cùm ergo Auguſtinus contra Pelagianos ſæpe uſus ſit hoc argumento, neceſſe eſt, illud Hieronymo jam ſeni placuiſſe. Cyprianus etiam, ut ſupra diximus, manifeſtè ſcribit, Nihil eſſe noſtrum. Conficitur ergo neceſſariò, totum eſſe Dei. Sed quicquid ſit, de Patribus nihil eſt quòd multùm in præſentia diſputemus. Nam cùm textum ipſum interpretarer ad Romanos, pro loci opportunitate de illis abundè dixi. Vt de aliis rebus omnibus quæ ad fidem pertinent, ita de hac quoque quæſtione, ſecundum Scripturas pronunciandum eſt, non ſecundum Patres. Atque hoc ipſum Patres etiam ipſi à nobis poſtulant. Quod nos in adducendis argumentis, pro viribus arbitror præſtitiſſe.

Sententiæ multorum Patrum non conſentiunt prorſus cum explicato dogmate.

Alienum eſt quod aiunt totum non eſſe Dei.

Alienum itē, Deum eligere propter fidem præviſam.

27 Inter poſteriores autem ſcriptores Pighius, qui vi ſcripturarum adigitur, dat nobis, opera non eſſe cauſas prædeſtinationis: fatetur enim eam gratis conſtare, & ex mera Dei miſericordia, cùm reſpectu tamen, inquit, ad opera opinor, ne videretur tam multis fruſtra contendiſſe. At ſi prædeſtinatio eſt

Pronunciandum è Scripturis non ex Patribus.

A gratuita, & à mera Dei voluntate pendet & miſericordia, ut Scripturæ teſtantur: cur iſte auſus eſt hunc novum reſpectum operum affingere de ſuo? Nam ſacra Scriptura, & præſertim Paulus ab hoc negotio opera prorſus excludit. Pighius autem, ut ſuam illam contendendi libidinem magis prodat, argumenta quædam affert prorſus ad rem nihil facientia. Quod in beata Deipara Virgine, inquit, contingit, quod ad electionem attinet, id in illis etiam locum habere B debet. ea autem non gratis prædeſtinata fuit, ſed propter humilitatem. Cecinit enim, Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ergo idem accidere debet in aliis. Neſcio equidem, quomodo iſte non viderit, magnum diſcrimen eſſe inter ταπείνωσιν, & ταπεινοφροσύνην. Nam ταπεινοφροσύνη eſt virtus, quam Latini appellant modeſtiam: qua homines de ſeipſis demiſsè & moderatè ſentiunt, cui virtuti ſuperbia opponitur, aut arrogantia. ταπείνωσις autem eſt vilitas & abjectio, quæ hominibus accidit, vel propter pauperta- C tem, vel propter obſcurum genus, vel propter alia ſimilia. Exultabat ergo beata Virgo, & Deum laudibus efferebat, quòd ſe ad tantum honorem evexiſſet, quamvis alioqui vilem, obſcuram, indignam. Non enim fuit, ut iſte ſomniat, meritorum & virtutum ſuarum prædicatrix: ut diceret, ſe idcirco electam eſſe à Deo, quod id ſua modeſtia promeruiſſet. Et ſi diligenter inſpicias ejus Cantici progreſſum, facilè videbis, eam omnia ſua bona aſcribere Deo. Miſericordia inquit, ejus à progenie in progeniem. Et addit; D Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ. Poſtea cum miſericordia conjungit promiſſiones: Sicut locutus eſt inquit, ad Abraham patrem noſtrum. Sed cur non vidit iſte bonus vir, imaginem prædeſtinationis noſtræ in Chriſto magis ponendam eſſe, quàm in Virgine? At Auguſtinus ait, humanitatem Chriſti prorſus gratis, & ſine ullo omnino reſpectu bonorum operum, & prædeſtinatam fuiſſe & aſſumptam.

Si gratuita eſt electio, cur additur reſpectus ad opera?

Luc. 1. 48.

ταπεινοφροσύνη.

ταπείνωσις.

Non ſenſit Maria ſe ullo ſuo merito electam.

Ibid. v. 50.

v. 54.

v. 55.

Canticum Mariæ prædicat Dei miſericordiam, non merita humana.

Imago noſtræ prædeſtinationis in Chriſto apparet.

28 Objiciunt etiam nobis verba Domini ad Samuelem. Nam cùm ille uncturus eſſet in Regem unum ex filiis Iſai, & ad eum primus acceſſiſſet Aoliab E primogenitus, Dominus dixit illi: Non eſt hic quem elegi. Ne reſpicias ſtaturæ proceritatem. Vident enim homines ea quæ apparent; ego autem intueor corda. Ecce inquit Pighius, hic locus docet, Deum moveri perfectione cordis, non autem externis conditionibus. Verùm in illa hiſtoria non agitur de æterna Dei prædeſtinatione, qua elegit nos ad perpetuam fœlicitatem: agitur tantùm de homine promovendo ad regnum. Qua in re Deus propoſuit nobis F exemplum inſigne, ut cùm velimus munus aliquod mandare alicui, in primis rationem habeamus virium & facultatum quæ ad illam functionem obeundam requiruntur: juxta quam doctrinam Paulus quoque ad Timotheum proponit nobis quæ requirantur in eo, qui deligendus ſit Presbyter aut Epiſcopus, Deus etiam ipſe in veteri Teſtamento, multis deſcripſit, quibus conditionibus eum eſſe oporteret, quem vellet renunciari principem. Ad quem ſenſum Petrus quoque videtur reſpexiſſe, cùm propoſitis duobus, G quorum alter ſurrogandus eſſet in locum Iudæ: Deum invocavit καρδιογνώστην, quòd ille ſolus noſſet mentem atque animum ejus quem vellet eligi. Non tamen exiſtimare debemus, Deum in omnibus ipſis invenire illud cor quod reſpicit. Ipſe potius quos vult ad aliquod munus deſtinare, immutat & efficit idoneos: quemadmodum factum ſcimus de Saule, quem ita legimus fuiſſe immutatum, ut prorſus evaſerit in virum alium. Nam cùm prius fuiſſet ſimplex & rudis, poſtea potuit inter Prophetas Prophetare. H Quæ res cùm eſſet nova & ſtupenda, proverbio dedit occaſionem: Nunquid & Saul inter Prophetas? Cauſatur inſuper Pighius, ſequi tutum ex noſtra doctrina, ut homines velint quærere cauſas ſuæ damnationis, non in ſeipſis, ſed in Deo: quod & abſurdum eſt, & impium. Sed videat iſte, quomodo hoc ex noſtra ſententia inferri poſſit. Nos enim docemus, quemlibet hominem peccato eſſe obnoxium, & propterea mereri damnationem. Neque cuiquam unquam diximus, eum non habere in ſeipſo cauſam juſtiſſimam con- I demnationis ſuæ: imò & ſumus, & ſemper fuimus authores omnibus, ut cùm aliquid velint ſuſcipere, conſilium non aliunde quàm ex voluntate Dei revelata, hoc

Vide in 1. Sam. cap. 16. v. 7.

In functionib. mundanis conditionem perſonæ debemus attendere.

1. Tim. 3. 2.

Act. 1. 24.

Deus non invenit bonum cor in hominibus, ſed facit.

1. Sam. 19. 24.

Cauſa noſtræ damnationis quærenda non eſt ex Deo.

Digitized by Google

Quis uſus prædeſtinationis.

hoc eſt, è ſacra Scriptura petant, non tamen ex arcano divinæ prædeſtinationis. Non ſequitur tamen propterea, ex hac forma docendi, nullum eſſe uſum doctrinæ de prædeſtinatione. Ad eam enim tum maximè oportet reſpicere, cùm jactamur rebus adverſis, & vi ipſa afflictionum ſentimus fiduciam noſtram debilitari. Hoc Paulus docuit cap. 8. epiſt. ad Rom & propterea ſubjecit, Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quis nos ſeparabit à charitate Dei? Tribulatio, an anguſtia? Non eſt ergo hæc doctrina ita relinquenda, quaſi eam ſibi nemo poſſit applicare: conſervanda potius eſt ad uſum opportunum. Neque arrogantiæ eſt, ſed ſpiritualis ſapientiæ, eam ſibi uſurpare, cum opus poſtulat.

Rom. 8. 30.

29 Adhæc Pighius calumniatur, ea quæ dicimus adverſari bonitati Dei: quaſi iniquum videatur, ut Deus paucos quoſdam ſibi deligat, & interim alios innumeros prætereat. Hoc enim indicare (inquit) poſſet, aliquam in Deo crudelitatem: præſertim, ſi illum dicamus offendi antequam quicquam adverſus eum committatur. Conſentaneum autem eſt, inquit, propoſitum Dei eſſe rationabile: nec tamen ejus juſtitiæ ullas adferri poſſe rationes, niſi opera illorum qui prædeſtinantur, neq; ullo alio pacto defendi poſſe juſtitiam Dei. Specioſa quidem iſta ſunt, ſed non multum conducunt ad evertendum id, quod nos probavimus. Nam ut primum agamus de bonitate Dei, nulla eſt creatura, quæ illius videri poſſit expers. Deus enim multa perpetuò bona confert, etiam impiis. Solem enim ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Quod ſi non omnibus ex æquo dividat, jure tamen non poteſt accuſari. Chriſtus enim reſpondet in Evangelio: Num poſſum facere de meo, quod volo? Si tamen Pighius indignum eſſe putat paucos eligi de multis, non nobis litem iſtam moveat, ſed Deo. Nam Scripturæ apertè docent, Multos eſſe vocatos, paucos verò electos: & ex multis nationibus unum tantùm Iudæorum populum in peculium Domini fuiſſe aſſcriptum: & in illo ipſo populo, quamvis ita numeroſus eſſet, ut cum arena maris conferri poſſet, tamen reliquias tantùm fore ſalvas. Contra iſta teſtimonia tam perſpicua, quid rixari poteſt Pighius? Quid? quod etiam in rebus naturalibus videmus præclariſſima quæque eſſe rariſſima. Magna enim eſt copia vulgarium lapidum, gemmarum autem mira paucitas. Inutiles herbæ ubique creſcunt, cùm frugum ferè magna ſit caritas. Quod cur Deus faciat, illi ſatis compertum eſt. Id nos opinari fortaſſe poſſumus idcirco fieri, ut dona Dei hominibus magis commendentur. Sumus enim ita ſtupidi, ut nunquam admiremur ea, quæ frequenter fiunt. Verùm hæc humana tantum eſt conjectura. Cùm autem Deus conſilii cur in hac re rationem non reddiderit, non puto eam à nobis curioſius eſſe inquirendam. Illud unum addam: Deum non tantum bonum eſſe erga nos & benignum, ſed ne ſpeciem quidem ullam in eo deprehendi poſſe crudelitatis. Nam ſævitiæ ea natura eſt ut ſuppliciis aliorum gaudeat, maximè vero, ſi innocentes affligantur. Non voluptatem capere ex eo, quod videas exerceri juſtitiam contra malos, aut dolere ſi videas eos feliciter agere, nec invidiæ aſcribi poteſt, nec crudelitati. In prophetis enim & in primis in Pſal. videmus hujuſmodi affectus: qui certè ad νέμεσιν pertinent, non ad crudelitatem, aut invidiam. Et quamvis propoſitum Dei ſit rationale, imò ipſa ratio, non tamen ejus rationes petendæ ſunt ab illis qui eliguntur, cum eæ lateant in profundiſſima Dei ſapientia. Eo nos Paulus revocat, cùm exclamat: O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei? Quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus? Quis cognovit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit? nihil aliud docet Paulus his verbis, quàm non deeſſe quidem Deo rationes, ex ipſius multiplici infinitáque ſapientia: ſed eas tamen hominibus eſſe inperveſtigabiles, quod ab illo non revelentur. Miror etiam Pighium voluiſſe conqueri de violata juſtitia Dei. Illud enim Paulus objicit ſibiipſi, nec tamen mutat ſententiam. Nec mirum, ut enim Paulus ipſe teſtatur, hoc omne negotium ad miſericordiam pertinet, non ad juſtitiam. Qua tamen etiam in re, quemadmodum Auguſtinus docet, de-

Nulla creatura expers eſt divinæ bonitatis.

Mat. 20. 15. Ibid. v. 16. Deut. 32. 8. Rom. 9. 27.

Multi vocati, pauci electi. Multi populi præteriti, una gens Hebræa electa. Iudæi multi, ſed reliquiæ tantùm ſalvæ. In natura, pretioſa rara ſunt. Non miramur niſi rara.

Quid proprium ſit crudelitatis.

Ier. 12. 1. Hab. 1. 13 & 17. Aliud eſt νέμεσις, aliud crudelitas.

Rom. 11. 33.

Rom. 9. 19. Quomodo juſtitia Dei ſit defendenda?

A fendere pulchrè poſſumus, Deum nihil injuſte facere. Quicquid enim donat electis, non ex alieno, ſed ex ſuo donat. Et quicquid exigit à reprobis, id rectè atque optimo jure exigit. Hæc Pighius nobis non objeciſſet, ſi apud ſe diligenter expendiſſet ἀντίθεσιν quam Paulus conſtituit inter opera noſtra, & propoſitum Dei. Ait enim, Non ex operibus, ſed ex vocante, ut maneat electio juxta propoſitum.

Rom. 9. 11. 12.

30 Putat etiam abſurdum eſſe prædeſtinationem Dei conſtitui ſic liberam: nam ita imponi hominibus B neceſſitatem exiſtimat, & omnem culpæ rationem tolli. Verùm hoc argumentum pertinet ad quartum noſtrum articulum, ubi de hac neceſſitate diſputabimus. Miror tamen hoc illi in mentem venire potuiſſe, tolli rationem peccati, ſi ſtatuatur neceſſitas. Quaſi verò quiſquam evitare poſſit peccatum originis: nec tamen ex eo ſequitur, peccatum ejuſmodi non eſſe peccatum. Addit præterea, nos non poſſe effugere, quin conſtituamus Deum acceptatorem perſonarum. C Verùm ſi conſideraret hoc peccatum tum demum admitti, cùm movemur ad diſtribuendum, aut indicandum, ex circunſtantiis & conditionibus, quæ ad cauſam non faciunt, nunquam iſta diceret: hoc enim in Deum non poteſt cadere. Ille enim has circunſtantias & conditiones in hominibus non invenit, ſed imponit quales ipſe vult. Itaque nemo poteſt illi objicere, quo ad electionem, eum ſuæ perſonæ non tribuiſſe quod conveniebat. Deus enim eſt omnium perſonarum, & omnis decori author. Sed aufertur inquit ſolicitudo & ſtudium rectè vivendi: quaſi D nos hac doctrina efficiamus homines deteriores, & feneſtram aperiamus ad licentiam & ad diſſolutè vivendum. Verùm, quàm hæc aliena & falſa ſint, ex eo liquere arbitror, quòd nos ſemper docemus, prædeſtinationem non tantùm finis eſſe, ſed etiam mediorum. Neq; enim tantùm ad felicitatē prædeſtinamur, ſed etiam ad bona opera: nimirum, ut in illis ambulemus, & conformes efficiamur imagini filii Dei. Impii hæc non curant, & etiam abſque iſta doctrina flaE gitiosè vivunt. Pii verò, quoniam confidunt ſe eſſe prædeſtinatos, ſtudent certam facere vocationem ſuam operibus ſanctis. Atque illis ex hac doctrina aperitur feneſtra ad modeſtiam, atque tolerantiam in afflictionibus, ad gratitudinem & amorem erga Deum ſingularem. Sublata autem hac doctrina, patefit, non feneſtra, ſed decumana porta ad ſuperbiam, ad ignorationem donorum Dei, ad incertitudinem & hæſitationem de ſalute in rebus adverſis, & ad infirmandam charitatem noſtram erga Deum.

Neceſſitas non tollit peccati rationem.

Acceptio perſonarum. Vide in Rom. cap. 2. Non enim eſt reſpectus, &c.

Prædeſtinationis doctrina feneſtram bonis operibus aperit, non ſceleribus.

Adverſariorū ſententia multis malis viam aperit.

F 31 Sed addunt iſti, hoc etiam vehementer contra nos facere, quod nihil cadere poſſit ſub prædeſtinationem aut reprobationem, niſi quod Deus velit. Deum autem velle peccata, pro abſurdiſſimo habendum eſt & blaſphemo dogmate. Adjiciunt etiam, Deum non poſſe juſte punire, ſi ea committamus quæ ipſe & velit & facit. Hoc autem nos dicere neceſſe eſſe, ſi conſtituamus ex propoſito Dei, non tantum fines noſtros pendere, ſed etiam media. Ut huic difficultati ſatisfiat, primùm meminiſſe debebant, neG gari non poſſe, Deum quoquo modo velle, aut quemadmodum alii dicunt, permittere peccatum. Sed cùm id fiat abſque ulla animi noſtri coactione, idcirco nemo cum peccat, poteſt excuſari. Volens enim & ſua ſponte committit ea peccata, propter quæ debeat condemnari, eorúmque in ſeipſo veram cauſam habet, & idcirco non opus eſt ut illam in Deo quærat. Deinde non eſt juſta collatio, quam iſti faciunt inter bona opera & peccata. Si enim Deus facit in nobis opera bona, ut nobis gratiam & ſpiritum H ſuppeditet, quibus illa fiant: nam ea bonorum operum ſunt principia, quæ profectò ex nobiſipſis non habemus.) Peccata autem ita gubernat & quodammodo vult, ut nihilominus illorum principia, hoc eſt, caro corrupta & vitiata natura, non in Deo ſint, ſed in nobis: neceſſe non eſt, ut ea in nobis ab aliquo externo movente infundantur. Dicitúrque Deus utcunque vel peccata, vel quòd cum poſſit ea prohibere non prohibeat, vel quod ea pro ſua ſapientia ad fines quoſdam ſuos dirigat, vel quòd ea non patiatur erumpere, niſi & quando, & quomodo, & ad quæ ipſe I voluerit: vel denique, quòd illis alia peccata velit punire. Sed addūt: Deum nullo modo velle peccatum.

Quomodo Deus utcunque dicatur velle peccata.

Digitized by Google

Ezec.33.11.

Ita enim ſcriptum eſſe in Ezechiele; Vivo ego dicit Dominus: Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat. Sed reſpondemus, Prophetam eo loco non agere de potenti, arcana & efficaci voluntate Dei. Illa enim Deus voluntate omnia quæ vult efficit, & in cœlo & in terra. Agit autem de illa voluntate quam appellant ſigni. Nemo enim ex ſignis illis & indiciis, quæ expreſſa ſunt in Lege, colligere poteſt, Deum velle mortem aut condemnationem ſuam. Dominus enim juſſit ut lex ſua prædicaretur omnibus: omnibus propoſuit ea quæ futura eſſent utilia & ſalutaria, poſtremo in omnes promiſcuè magna effundit beneficia. Iſta ergo voluntate, quam appellamus ſigni, non vult mortem peccatoris, imò eos potius provocat ad pœnitentiam. Altera autem voluntate, quam appellant beneplaciti, ſi neminem vellet perire, certè nemo perire poſſet, nullàque tam perverſa voluntas eſt, ut inquit Auguſtinus, quam Deus nequeat bonam facere ſi velit. Iuxta hanc igitur voluntatem, omnia quæcunque voluit facit. Hæc facilis eſt, & plana interpretatio: quam ſi adverſarii non admittant, & omnino pugnent verba Prophetæ de voluntate Dei efficaci & beneplaciti eſſe intelligenda, tum reſpondebimus, ſententiam Prophetæ non in univerſum ad omnes peccatores, ſed ad illos tantùm qui agunt pœnitentiam, pertinere. Illi autem ſunt electi & prædeſtinati, quibus Deus ut fidem & vocationem juxta propoſitum, ita etiam pœnitentiam elargitur. Vtrumvis ergo ſenſum ſequi velint, nunquam ex illis verbis concludent, Deum penitùs & nullo modo velle mortem peccatorum, aut peccatum.

Pſal.115.3. Vide in 1.Sam. cap.2 v.12.

Prima reſponſio.

Altera reſponſio.

Sap.1.13.

32 Sed objiciuntur verba quædam ex primo capite libri Sapientiæ, Deus non lætatur in perditione viventium. At ſi nullo modo velit peccatum, vel ejus pœnam, inquiunt, non poteſt dici, non lætari. Gaudet enim certè eo quod vult factum. Primùm reſpondeo, librum illum non haberi in Canone: itaque ejus authoritatem poſſe repudiari. Sed eſto, librum eſſe Canonicum: tamen ea verba nihil faciunt contra nos. Nihil enim aliud ille voluit, quiſquis erat author ejus libri, quàm removere à Deo illam ingenii pravitatem, qua homines flagitioſi ex malis capiunt voluptatem. Nec tamen ſenſit, Deum animo invito punire flagitia. Nam alioqui, quiſquis eſt ſub nomine Solomonis, pugnaret cum vero Salomone. Is enim in Proverbiis ſub perſona Sapientiæ, de impiis & incredulis ita ſcribit: Ego quoque in interitu veſtro ridebo. Quibus verbis oſtenditur, Deum ridenti, hoc eſt, alacri animo, juſtitiam adminiſtrare. Ad Eccleſiaſtici autem verba quæ habentur cap.15. Neminem oportere de Deo dicere, αὐτός με ἐπλάνησε: quo loco verſio Latina habet; Me implanavit. Niſi velimus hîc ex diametro pugnare cum aliis multis ſcripturæ locis, in quibus Deus dicitur ſeduxiſſe populum per falſos Prophetas, mandaſſe ut Rex Achab deciperetur, excæcaſſe cor populi ne viderent, oportebit ea verba exponere ad hunc modum: Neminem debere ita culpam rejicere in Deum, quaſi velit ſeipſum excuſari. Achab, ſi erat deceptus, jure optimo meritus erat ut deciperetur, quod vera Dei oracula contemneret, & ſeſe Pſeudoprophetis oblectaret. Perfidia etiam Iſraelitici populi & impietas, Dei vindictam & excæcationem acceſſebat, ut cùm eſſent decepti, nullo modo poſſent excuſari. Videntur etiam adverſarii noſtri ſuboffendi, quòd aſſeramus, homines habere in ſeipſis cauſam peccatorum, hoc eſt naturam corruptam & vitiatam. Nam in primo illo capite libri Sapientiæ, generationes mundi dicuntur eſſe bonæ, nec habere in ſe φάρμακον ὀλέθρου, id eſt, medicamentum exitioſum. Verum quidem hoc eſt, modò de prima rerum inſtitutione, & præſertim de creatione hominis, qui à Deo rectus creatus eſt, intelligatur. Sed ille poſtea ſuo lapſu & ſe & ſuum genus perdidit.

Deus non invitus punit flagitia.

Prov.1.26.

Eccl.15 11. Ezech 14 9.

1 Reg 22. Eſa 6.10.

Quomodo intelligendum ſit Deum neminem ſeducere?

Qui decipiuntur, jure decipiuntur.

Sap.1.14.

33 Calumniatur Pighius inſuper doctrinam noſtram, quaſi homines incitemus, ut Deum odio proſequantur. Nam Chriſtus de Iuda ita loquitur: Væ homini illi, melius ei fuiſſet ſi nunquam fuiſſet natus. Rejectus & reprobatus, neceſſe eſt ut Deum oderit, cum illum Deus prius oderit. Cum autem pars major ſit reprobatorum, quivis (inquiunt) facilè poterit ſuſpicari, ſe eſſe ex illorum numero, atque ita futurum eſſe, ut multi à Deo abhorreant. Verùm nos reſpondemus, Chriſtum rectè dixiſſe, melius fuiſſe futurum illi homini ſi natus non fuiſſet. Cuivis enim noſtrum potius & antiquius eſſe debet vel in nihilum redigi, quàm ut peccando velit Deum offendere. Chriſtus ergo verè ac ſignificanter dixit, Melius fuiſſe Iudæ, ut nunquam fuiſſet natus. Simpliciter tamen, & quod ad Deum attinet, non erat melius: nam per illum & conſilium Dei, quod attinet ad noſtram redemptionem, impletum fuit: & ex ſupplicio illi inflicto, & juſtitia & potentia Dei manifeſtior apparuit. Vanum autem eſt, quod aiunt multos poſſe in ſuſpicionem venire de reprobatione ſua. Nam ex ſacris literis nemo poteſt argumenta efficacia colligere reprobationis ſuæ. Quod ſi Deus aliquando velit eam ſecreto quodam judicio revelare, id non poteſt trahi ad communem regulam: Noſtra quidem tempeſtate accidit, ut quidam in Italia Franciſcus Spieta intimè ſentiret hoc malum ſibi à Deo eſſe irrogatum. Sed id ego ad aliorum terrorem factum arbitror. Is cum ab initio veritatem Evangelicam noviſſet, & non obſcurè profeſſus eſſet, adductus Venetias ad Legatum Pontificium eam publicè abjuravit. Perculſus deinde gravi vulnere conſcientiæ, perſuaſit ſibi ſe peccaſſe in Spiritum ſanctum. Qua ex re in tantam deſperationem conjectus eſt, ut nullam poſtea conſolationem admittere voluerit, aſſiſtentibus illi vel eximiis atque religioſis viris, qui adhortabantur ut de Chriſto ac illius morte bonam ſpem haberet. Dicere verò ſolebat hæc rectè quidem aliis proponi, at ſibi nihil planè conducere, quod certò certius videret ſe peccaſſe in Spiritum ſanctum: & nullum damnationis remedium ſupereſſe, itaque in hac deſperatione conſtitutus obiit. Voluit porro Deus in hoc homine, ſingulari quadam & inuſitata diſpenſatione, alios abſterrere ab hujuſmodi ſcelere & impietate. Veruntamen iſtud neque frequenter evenit, ut ex hiſtoriis colligitur, & nullus poterit ex ſacris literis hanc deſperationem cernere. Atque non Deus ipſi Spieræ, ſed diabolus hoc ſuggeſſit, cujus mancipium erat abnegata pietate, quo in deſperationem extremam illum adigeret. Diſtinguendum eſt igitur, ut ſuperius monuimus, vel de piis & jam vocatis. Si de alienis, illi vel nihil curant hæc Dei conſilia, ut jam de ſeipſis deſperarunt. Si de piis agatur, illi non permittent ſe hac ſuſpicione divexari diutius, quod jam videant ſe vocatos, fidem conſequutos, proindéque iuſtificatos, quæ omnia confidere ac ſperare iubent eos in albo electorum eſſe cooptatos.

Natura noſtra ut à Deo inſtituta vitio caret.

Matt.26.24.

An fuerit melius Iudam non eſſe natum?

Non habet certum & infallibile argumentum reprobationis.

Exemplum Franciſci Spieræ.

Pii non ſuſpicantur ſe ad reprobatorum numerum pertinere.

34 Fingit poſtremo loco Pighius abſurda à nobis dici, quòd homines doceamus prius eſſe in maſſa viriata & corrupta peccato originis, quàm à Deo prædeſtinentur, quaſi velimus hîc Dei propoſitum iuſtificare, cum tamen in conſilio prædeſtinationis prius ponamus condemnationem & æternam infelicitatem, quam ipſa peccata & vitiatam noſtram originem, atque ita iuſtificamus quod eſt prius per poſterius. Addit etiam ita quo ad Dei propoſitum noſtra ipſorum ſententia finem præſtitui, & ea quæ ad finem perducunt, unde cum peccatum originis unum ſit ex mediis quo condemnamur, non poſſe, quemadmodum fingimus, reprobationem antecedere: cum ſub illa cadat & comprehendatur quaſi medium ad æternam condemnationem. Verùm hæc oſtēdunt hominem iſtum non intelligere quid à nobis dicatur. Nec Auguſtinus, neq; nos unquam diximus originalem culpam anteceſſiſſe prædeſtinationem, cum prædeſtinatio ſit ante omnem æternitatem, & Adamus in tempore lapſus fuerit. Neque adeò abſurdum eſt, ut ipſe fingit, peccata cadere ſub reprobationem: non quidem ut ejus cauſam, ſed ut condemnationis & æternæ miſeriæ cauſam. Et quod ipſe ait, ſi ita eſſet, ſequi Deum velle peccata: Iam expoſuimus quomodo ad hoc ſit reſpondendum. Nec is poterit inficiari Deum uti peccatis, quæ ſubinde committuntur, ad fines quos ipſe decrevit. Quod cùm non temerè, ſed conſilio deſtinato ab illo fiat, quid fieri poteſt, ut aliquo modo peccata ſub reprobatione non comprehendantur? Iam ſi contendat, non eodem modo Deum velle, & cauſam eſſe pecca-

Pighius noſtram ſententiam non intelligit.

Originalis culpa nō antecedit juſtificationem.

Peccata quomodo cadant ſub reprobationem.

Digitized by Google

peccatorum ac bonorum operum, nos quoque idem aſſerimus. Sed interim deſinat pro abſurdo habere, tam finem quàm media ſive prædeſtinationis ſive reprobationis comprehendi, quanquam diverſo modo, ſub Dei propoſito. Et quod attinet ad peccatum originis, intelligimus & nos ipſum prædeſtinationem ſeu reprobationem non antecedere, ſed neceſſariò conſecutum eſſe: quia Deus noluit homines ex alia ſtirpe, vel alia materia producere, quàm ex Adami progenie, unde labe corruptionis omnes naſcimur infecti. Quod cùm non latuerit Deum, idcircò Auguſtinus, & nos cum eo dicimus, Deum ab æterno propoſuiſſe miſereri eorum quos amaverat, & non miſereri aliorum quos non dilexit: unde ſi deſerti ſunt ea miſericordia quæ aliis impenditur, degunt in originali culpa, & ubi ad ætatem uſumque rationis pervenerint, multò plura illi adjiciunt, juſte ac meritò damnantur. Atque id poteſt efficaciter dici ad occurrendum illis qui fortè damnationis cauſam non in culpam ſuam, ſed in Deum rejicere auſi fuerint. Ortum itaque omnium hominum antecedit originale peccatum, modò ſingulos quoſque reſpicias: antecedit etiam omnium impiorum condemnationem, licet non eſſe potuerit ante Dei æternum propoſitum, niſi quoad præſcientiam.

Peccata quomodo cadant ſub reprobationem.

Peccatum originis antecedit cujuſque damnationem.

35 Hæc uti poſuimus, ut minimè ſunt abſurda, ita etiam percipi queunt, ſi à Scripturarum ſenſu non diſceſſerimus: quem ut hic Pighius tranſgrediatur in ſuo figmento paucis attingam. Multos diſtribuit gradus vel actus in mente divina, quos inter ſeſe ordinat, non quidem per temporis diſtinctionem, ſed naturæ, atque ideo hujuſmodi actus ſignà appellat: nec tamen id à Sacris literis, ſed à Scoto mutuo ſumens. In primo ſigno inquit, conſtituit Deus producere omnes homines ad æternam ſalutem, qua ſecum unà fruerentur, idque ſine ullo diſcrimine: ac illis præeſſe Chriſtum voluit, quem ſentit eam in carne venturum fuiſſe, licet primus homo non peccaſſet. In ſecundo ſigno ait, Deum prævidiſſe hominis lapſum, per quem jam non poſſet fieri, ut homines ad ſalutem pervenirent: hoc eſt, ad finem quem Deus propoſuerat ſibi, dum hominē principio condere decreviſſet. Sed tamen ut poſſet res procedere, poſuiſſe in tertio ſigno ait, remedia in Chriſto, gratiæ videlicet ac ſpiritus, & alia id genus: quibus adjuvarentur, qui ea vellent recipere, ac defererentur, qui ea repudiarent. Poſtremo in quarto ſigno, quia multos prævidet hæc auxilio amplexaturos, & illis benè ac ſtrenuè uſuros, propterea illos ad ſalutem prædeſtinavit: alios autem, quos vidit his Dei beneficiis repulſam daturos, ad extremum exitium devovit, hæc ille de adultis adfert. De parvulis qui pereunt antequam poſſint habere uſum arbitrii, cùm per hanc fictionem ſatisfacere non poſſit, aſſuit alteram fabulam, videlicet, illos poſt judicium fore in hoc mundo felices naturali quadam beatitudine, in qua perpetuò Deum celebrent & illi gratias agant de ſuo ſtatu non pœnitendo. Sic iſte dogma fingit, quod per nullum Scripturæ verbum poteſt comprobare. Quomodo tribuit Deo, quod in primo ſigno decreverit ea quæ non erant habitura ſucceſſum, nimirum ut omnes homines felicitate potirentur? Eſt ne ſapientis hominis, Dei ne dixerim, ea decernere, aut velle, quæ caſſa ſint futura? Proferat deinde obſecro Oracula divina, quibus nobis oſtendat filium Dei humanam carnem fuiſſe ſuſcepturum, ſi homo non peccaſſet. At nullibi hoc demonſtrabit, cùm ſcripturæ ſanctæ ubique nobis prædicent datum in redemptionem & peccatorum remiſſionem: quod etiam illum docere potuerat, ſi attendiſſet, peccatum originis præceſſiſſe omnia prædeſtinationis effecta, una excepta creatione. Cùm Chriſtus ad hoc ſit prædeſtinatus ac nobis conceſſus, ut noſtrorum lapſuum haberemus remedium, quorum omnium caput eſt originale peccatum, porrò non ſumpſiſſet humanam carnem, ſi nulla culpa interveniſſet. Abſque Scripturis item fingit in poteſtate noſtri arbitrii eſſe, ut auxilia generaliter propoſita recipiat, cùm hoc abſolutiſſimum ſit Dei munus. Poſtremum verò, ſcilicet de naturali felicitate puerorum, non ſolum citra Scripturam aſſeritur, ſed etiam contra illam, quæ perire omnes in Adamo ſtatuit, niſi per Mediatorem inſtaurentur. Peri-

Pighii figmentum.

Deus non deſtinat quę non ſunt habitura ſucceſſum.

Chriſtus non veniſſet niſi peccatum intercesſiſſet.

Parvuli pereunt, ſi per mediatorem non inſtaurantur.

A re autem ſeu mori, quàm pugnet cum felicitate, omnes intelligunt. Nullum præterea ex patribus habet, qui ſit auſus talia comminiſci. Nec mihi perſuadeo Pelagium ipſum, ſi rediret, ſuam opinionem fuiſſe diligentius coloraturum, atque iſte pinxerit & ornaverit.

36 Quod hactenus probavimus de prædeſtinatione, eam videlicet ab operibus præviſis non pendere; idem etiam de reprobatione aſſerimus, quoniam nec ipſa pendet à præviſis peccatis, modo in- B telligas per reprobationem non extremam damnationem, ſed illud imum æternum Dei propoſitum non miſerendi: Nam Paulus perinde de Eſau atque Iacob ſcribit: Priuſquam aliquid boni egiſſent aut mali, dictum eſt; Major ſerviet minori: Iacob dilexi, Eſau odio habui, ut non ſit ex operibus, ſed ex vocante. Laborat autem fruſtra Pighius, ut hæc Pauli ſententia de altero tantum intelligatur, hoc eſt, de Iacobo, cùm Apoſtolus utrumque illorum ſub eadem C conditione conjunxerit. Et idem manifeſtius oſtendit inferius, dicens, Cujus vult miſeretur, & quem vult indurat. Ad hæc ſi peccatum eſſet vera cauſa reprobationis, tum nullus eligeretur, cùm præſciat Deus omnes eo contaminatos. Quod idem probat Aug. ad Simplicianum.

Si peccatum eſſet cauſa reprobationis, nullus eligeretur.

Rom. 9. 11.

Ibid. v. 18.

37 Sed jam de tertio articulo eſt dicendum, ut videamus quæ ſint effecta prædeſtinationis ac reprobationis. Breviores autem erimus, quod quæ dicenda ſunt jam ex dictis multum lucis habuerint. Pri- D mum igitur prædeſtinationis effectum eſt ipſe Chriſtus, quia nihil donorum Dei poſſunt habere electi, quod per Servatorem noſtrum non fuerit tranſmiſſum. Deinde, ponenda ſunt illa quæ Paulus deſcripſit 8. capitul. ad Roman. cùm diceret: Quos præſcivit, hos & prædeſtinavit, quos prædeſtinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, juſtificavit, & quos juſtificavit, hos glorificavit: unde apparet effecta prædeſtinationis quoq; eſſe vocationem, juſtificationem, & glorificationem, quibus etiam additur conformitas E imaginis Filii Dei, cùm Paulus eam recenſeat ut prædeſtinationis effectum. Adduntur etiam bona opera, cùm ea Deus præparaſſe dicatur, ut in illis ambulemus: conſequitur & certitudo, ſeu confirmatio de noſtra ſalute. Poſtremò eſt declaratio divitiarum gloriæ Dei, quem finem in cap. 9. apertè tradidit & ad Epheſios ſcripſit: Vt ſimus in laudem gratiæ ac gloriæ ipſius. Reprobatio verò, ſi comparetur primo homini, Deus illum ab æterno decrevit producendum, ut libero arbitrio & aliqua gratia ſibi adjuncta ſtare F poſſet, ſi vellet; potuiſſétque illi majorem conferre gratiam, ita ut neque cadere poſſet, verùm noluit. An autem judicandus Adam ſit ex numero reprobatorum, aut prædeſtinatorum, ex Scripturis divinis colligi non poteſt: quanquam omnes fermè Patres conſentiant, eum ſervatum eſſe, & ideo pertinuiſſe ad numerum prædeſtinatorum. Cæteri vero homines qui reprobati fuerunt, offeruntur Deo in maſſa perdita & corrupta. Siquidem aliundè non ſtatuit Deus eos producere, quàm ex G Adami ſemine, & cùm propoſito ſuo libero multis noluerit miſericordiam impendere, quod eſt reprobare: ſecuta eſt deſertio, qua relicti ſunt in ſuo nativo peccato. Deinde, quum non ſinat Deus creaturas otioſas, illi quoque perpetuo incitantur ut agant: & cùm ſanati non fuerint, ex principio ſuo corrupto faciunt omnia: quæ licet interdum ſpecioſa opera videantur, nihilominus coram Deo ſunt peccata. Præterea, ut merentur eorum ſcelera, ſubinde peccata in eis Deus punit aliis peccatis, quem- H admodum ad Romanos permulti dicuntur traditi in reprobam mentem, quia cùm Deum cognoviſſent, non ſicut Deum glorificaverunt. Quò tamen ad peccatum primi hominis, animadvertendum eſt, illud non potuiſſe dici alterius peccati pœnam. Si enim primum fuit, aliud ante ſe non habuit. Deum verò peccatum illud prorſus noluiſſe, minimè dici poteſt, eo enim invito quî committi potuit? Porro videbat illum caſurum, ſi ſpiritu & gratia opulentiori non confirmaretur: non occurrit, non ſuppoſuit ma- I num ſuam ne caderet. Diabolus præterea, niſi Deus voluiſſet, illum non auſus eſſet tentare. Deſtinaverat præterea ſuam bonitatem & ſeveritatem

Effecta prædeſtinationis.

Chriſtus primum effectum eſt prædeſtinationis.

Rom. 8. 28.

Effecta reprobationis.

Eph. 2. 10.

Rom. 9. 23.

Eph. 1. 6.

De ſtatu primi hominis.

An primus homo fuerit prædeſtinatus, vel reprobatus.

Rom. 1. 24. & 26.

ex illo declarare: occaſionem dedit, Legem dum poſuit, quam ſciebat non ſervandam, nec non uxorem dando, quæ alliceret. Et denique actio ipſa, quam privationem rectitudinis ut ſubjectum ſuſtinuit, citra Dei vim & virtutem produci non potuit. Vnde apparet Deum illud peccatum quodammodo voluiſſe, ac ejus quadantenus fuiſſe authorem, licet non fuerit pœna præcedentis peccati. E contra verò id noluiſſe, ac eius author non fuiſſe dicitur, quia prohibuit, punivit, non id ſimpliciter, ſed propter aliud voluit: pravitatem ex ſe ipſo non ſuggeſſit, nec inſpiravit, ſed Adami voluntas non impedita potentiori gratia, ultrò deflexit à recto. Adducitur etiam ut reprobationis effectum ex Eſaia, excæcari & incraſſari cor populi ut non intelligant. Et ſæpè Deus vel per ſeipſum, vel per angelos malos immittit cogitationes, & offert occaſiones, quæ, ſi renati eſſemus, in bonam partem poſſent accipi: ſed quum non ſimus renovati, ab eis in malum propellimur: poſtea jure ac meritò damnatio ſequitur propter peccata: denique reprobationis extremum effectum eſt declaratio potentiæ ac juſtitiæ divinæ. Sequunturque omnia hæc reprobationem, quamvis non omnium iſtorum Deus ex æquo ſit cauſa, ut ſuperius eſt demonſtratum.

Eſa.6.10.

Omnium effectorum prædeſtinationis Deus ex æquo non eſt cauſa.

An gratia Dei communis omnibus proponatur?

38 Cæterùm quia omnia Dei beneficia, quæ prædeſtinatis conceduntur, ad gratiam tanquam ad caput & fontem recurrunt: ideo videndum eſt, an is præcipuus effectus divinæ prædeſtinationis, ut quidam imaginati ſunt omnibus hominibus à Deo proponatur communis: quoniam ſi ita eſſet, jam omnes homines eſſent prædeſtinati, & in poteſtate ſua, vel in manibus, ut dicitur, haberent, ut prædeſtinarentur, modò vellent oblatam gratiam admittere. Nos nequaquam dicimus omnium communem eſſe gratiam, ſed aliquibus concedi, aliis verò Dei arbitratu non dari. Atque pro iſta ſententia hæc ſcripturæ loca adducimus. Ioan.6. dicitur: Nemo venit ad me, niſi Pater traxerit eum. Miror que adverſarios dicere omnes homines à Deo trahi, ſed nõ omnes homines velle accedere. Quẽadmodũ ſi quis diceret, nemo doctrinas, vel bonas artes ſibi vẽdicare poteſt, qui non fuerit ratione & ingenio præditus. Non tamen inde ſequitur, ut ſi omnes rationem habeant & ingenium, omnes acquirant bonas artes, quum præter illa principium, ſtudium & voluntas requirantur. Ita inquiunt, trahuntur omnes à Deo, ſed præter Dei tractum exigitur, ut ipſi velimus & aſſentiamur, alioquin ad Chriſtum non adducimur. Sed certè non effici poteſt, ut in omnibus his propoſitionibus, quæ cum exceptione fuerint enunciatæ, illa exceptio conveniat omnibus. Dixit enim Chriſtus Pilato. Poteſtatem non haberes adverſus me, niſi tibi datum eſſet deſuper, audebimúſne dicere omnibus datam fuiſſe poteſtatem contra Chriſtum? Et cùm ſcribitur; Neminem intraturum in regnum cœlorum, niſi renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, inde non deducemus omnes ex aqua & ſpiritu renaſci. Et quando ait Dominus; Non habebitis vitam in vobis, niſi ederitis carnem Filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem: an accipiemus omnes edere carnem, & bibere ſanguinem Domini? Quòd ſi non ita fieri debet, cur volunt iſti, quando nos dicimus; Nemo venit ad me, niſi Pater traxerit eum, omnes homines trahi ad Patrem? Certè ſi quis conſideret ſeriem textus, videbit hunc ſenſum non poſſe convenire. Vbi ſermonem fecerat de carne ſua edenda, & ſanguine ſuo bibendo, ea de cauſa Iudæi offenſi ſunt, & diſcipuli abierunt. Vnde Chriſtus ait; Nemo venit ad me, niſi Pater traxerit eum: quod minimè dicere debuerat, ſi tantùm eos taxare voluiſſet infidelitatis. Non facienda erat utique mentio Patris, quaſi non eos traheret, ſi omnibus hominibus hoc impenderet. Et Auguſt. cùm hunc locum interpretaretur ait, Quare hunc trahat, & illum non trahat, noli judicare, ſi non vis errare. Quibus verbis declarat, non omnes à Deo trahi. Et in eodem cap. ſcribitur: Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: quare ſi traherentur omnes, omnes ad Chriſtum venirent. Atque ibidẽ ſcribitur, Omnis qui audivit à Patre meo, & didicit, ad me venit. Cum itaq; multi ad Chriſtum non veniant, multi demonſtrantur nec audiviſſe, nec didiciſſe. Atque in cap.10. cum Chriſtus dixiſſet, ſe paſtorem eſſe, ac ſuas habere oves, inter alia inquit; Quos dedit mihi Pater, nemo poteſt rapere de manu mea. Verùm multos videmus excidere à ſalute: igitur illos putare debemus, à Patre Chriſto non eſſe datos.

Ioan.6.44.

An omnes à Deo trahantur?

Ioan.19.11.

Ioan.3.5.

Ioan.6.53.

Auguſt.tr. 26. in Ioan.

Ibi.v.37. v.45.

Ioan.10.11.

Ibid.v.28.

39 Verùm & hic adverſarii cavillantur: Quòd licet nemo rapere poſſit, valeant nihilominus homines ſponte diſcedere. Quemadmodum ſi quiſpiam haberet famulos, quum eſſet Dominus potentiſſimus, dicere ſanè poſſet, nemo poteſt iſtos à me abſtrahere: verùm illi poſſent ab eo ſponte abire. Cæterùm ut iſta horum cavillatio ſit inutilis, verba quæ ſequuntur, oſtendunt. Quoniam ſubjecit Chriſtus: Pater meus qui eos mihi dedit, major eſt omnibus. Quibus verbis declaravit, idcircò, à ſe non poſſe rapi, quos à Patre accepiſſet, quòd eſſet potentiſſimus: unde ſi non poſſunt ab iis rapi, qui in Chriſto ſunt, neque ſeipſos valent ſubducere, non quòd vi cogantur, ſed vi perſuaſionis neceſſarium ſit ut maneant. Quod & de tentatione, tempore extremo, idem Dominus dicebat, nimirum electos ſeducendos, ſi fieri poſſet. In eodem cap.6. Ioan. dicebat Chriſtus, Neminem ad ſe venire, niſi cui à Patre datum eſſet. Qui locus habet ad eundem ſenſum cum alia illa ſententia, qua dixit: Nemo venit ad me, niſi Pater traxerit eum. Atque Ioannes Baptiſta, ut ſcribitur 3.ca. Ioan. cùm audiviſſet à ſuis diſcipulis, Chriſtum multos baptizare, reſpondit; Neminem quicquam poſſe accipere, niſi de cœlo ei datum eſſet. Et capite eodem; Spiritus ubi vult ſpirat: quod tametſi de vento dicitur, attamen ad Spiritum ſanctum regenerantem accommodatur. Quoniam ſimilitudo ad ejus vim explicandam ſumpta eſt ex venti natura. Verùm id apertius habetur in Matthæo, quum dicitur: Nemo novit Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Quo loco inſtruimur, Chriſti revelationem minimè concedi omnibus: quod in eodem Evangeliſta Chriſtus demonſtravit, cùm ad Patrem converſus diceret; Gratias tibi ago, Rex cœli & terræ, quoniam hæc abſcondiſti à prudentibus & ſapientibus, ac revelaſti ea parvulis. Sic quoque oſtenditur, non eſſe communem omnibus verè doctrinæ revelationem: quod ſi dixeris, idcirco non revelatur ſapientibus, quoniam illi capaces eſſe nolunt, verba quæ ſequuntur, non hanc cauſam reddunt, ſed potius Dei voluntatem hoc decreviſſe monſtrant. Subditur enim: Quoniam ſic placitum eſt ante te. Et rurſus cùm Apoſtoli quæſiviſſent, quare in parabolis ageret cum populo, reſpondit; Vobis datum eſt noſſe myſteria, illis autem non eſt datum: & aiebat ſe ita loqui cum eis, ut videntes non viderent, & audientes non intelligerent. Ac vaticinium Eſaiæ cap.6. citavit, quo jubebatur populus excæcari, & cor illius incraſſari, ne forte converterentur, & Deus eos ſanaret. Apoſtolus adhæc citat ex lib. Exod. Deum dicentem, Miſerebor cujus miſerebor, & miſericordiam præſtabo, cui miſericordiam præſtabo. Item illud ſcriptum de Pharaone: In hoc ipſum excitavi te, ut oſtendam in te potentiam meam. Et dicit, alia quidem vaſa in honorem facta, & alia in contumeliam: quæ demonſtrant apertiſſimè gratiam non eſſe omnibus in communi propoſitam. Petrus quoque dixit Simoni Mago, Pœnitentiam agas, ſi fortè Deus remittat tibi cogitationem iſtam. Sed aiunt hoc loco, Petrum non dubitaſſe communem gratiam omnibus, ſed incertum fuiſſe, an Simon eam vellet admittere, atque ſeriò pœnitentiam agere. Sed ſtropha hæc nihil juvat, quoniam, ut Apoſtolus docet ad Timoth. ipſa quoque pœnitentia eſt donum Dei. Monet enim Epiſcopum, ut ſit doctrinæ ſanæ tenax, & arguat repugnantes, ſi fortè Deus illis det ut reſipiſcant. Vnde concluditur, non eſſe in manib. omnium poſitum, ut in viam redeant, niſi Deus id conceſſerit. Aliqui præterea peccãt in Sp. ſanctum, quib. neq; in hoc ſeculo, neque in alio condonatur. Quare patet iſtis gratiam non eſſe amplius propoſitam, & communem, & in Actis Apoſt. dicitur Deus aperuiſſe cor mulieris purpurariæ, ut attenderet his, quæ dicebantur à Paulo: quod ponitur, ut quid peculiariter illi mulieri datum. Iſque locus declarat, quod in Apoc. ſcribitur: Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis aperuerit mihi, &c. Nos enim dicimur aperire, quatenus Deus id in nobis facit: nam is efficit, ut aperiamus,

Cavillum.

Ioan.10.29.

Matt.24.24.

Ioan.6.37.

Ibid.v.44.

Ioan.3.27.

Ibid.v 8.

Neceſſe eſt prædeſtinati maneant.

Matt.11.27.

Chriſti revelatio non eſt communis omnibus.

Ibid.v.25.

Matt.13.10.

Eſa.6.9.

Rom.9.15.

Exod.33.19.

Rom.9.17.

Rom.9.22.

Act.8.22.

2.Tim.2.25.

Mat.12.31.

Pœnitentia donum Dei.

Act.16.14.

A isque eſt qui dat ut operemur noſtram ſalutem, quemadmodum ad Phil. dicitur. Et Evangelium non ſemel habet multos vocatos, verùm paucos electos. Paulus etiam demonſtrat ſpiritus libertatem in ſuis donis diſtribuendis, cùm ait ad Cor. unum & eundem ſpiritum diſtribuere omnibus ut vult. Quod licet accipiatur de chariſmatibus & donis, ut loquuntur gratuitis, non minus transferri poteſt ad gratiam qua inſtaurantur ad ſalutem, cùm Deus ex æquo ſit liber in uno atque in altero.

Phil. 2. 12.
Matt. 20. 21. & 14.
1. Cor. 12. 11.

B 40 Poſtremò, dum iſti ſic gratiam faciunt omnibus communem, illam convertunt in naturam, quod minimè conſentit doctrinæ Sacrarum literarum. Et quàm fallantur, ex eo poteſt facilè demonſtrari, quòd volunt ex his conſtituere, poſitum in manu cujuſque ut gratiam ſibi oblatam recipiat, quod nequaquam Sacris literis congruit. Dicit Paulus, nos haud poſſe cogitare aliquid ex nobis; atque omnem ſufficientiam noſtram ex Deo eſſe. Et ad Phil. habet, Deum operari in nobis, & velle & perficere, pro ſua C bona voluntate. Idémque ad Corinth. cùm ſe multum laboraſſe dixiſſet, adjecit: Non ego, ſed gratia Dei quæ eſt in me. In epiſtola etiam ad Rom. ſcripſit non eſſe volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. Quod non poteſt conſiſtere, ſi noſtri arbitrii ſit, ut gratiam oblatam recipiamus. De quo loco Auguſt. ad Simplicianum, in lib. 1. quæſt. 2. inquit, non eſt verborum ſenſus, quaſi nobis haud ſufficiat velle, niſi Deus adſit gratia ſua, quoniam ita licuiſſet ſecus dicere, non eſſe miſerentis Dei, ſed volentis hominis. D At ſenſus eſt, ut ad Phil. dicitur, Deum eſſe, qui operetur in nobis velle & perficere. Ac verum eſt, nos fruſtra velle, niſi Deus miſereatur & juvet. At quis dixerit, Deum fruſtra miſereri, ſi nos nolimus? In Ezechiele propheta dicuntur ab ipſo Deo immutanda corda noſtra, ita ut pro lapideis carnea reponantur. Et David in Pſal. canit, Inclina cor meum Deus, in teſtimonia tua, ut oſtenderet ad Deum pertinere, ut noſtras flectat voluntates, quod alibi ſenſit, quum diceret, Cor mundum crea in me Deus. Et in libro Sa- E pientiæ habetur: Neminem poſſe caſtum cor habere, niſi cui Deus dederit. Et Chriſtus manifeſtiſſimè docuit, arborem malam, non poſſe fructus bonos facere. Quamobrem dum homines non ſunt regenerati, dare nequeunt fructum adeò bonum, ut gratiæ pulſanti aſſentiantur: quare prius eſt neceſſarium, ut ab ea immutentur, & ex malis plantis efficiantur bonæ. Quemadmodum in generatione carnis, nemo qui procreetur ad eam quicquam confert: ita in regeneratione, quia & ibi renaſcimur per Chriſtum & in Chri- F ſto. Præterea ſi aſſentiremur iſtorum ſententiæ, non eſſet gloriatio remota: poſſet enim quilibet ſuum illum actum jactare, quo oblatam gratiam admiſiſſet. Deinde, cùm iſta apprehenſio per fidem fiat juxta noſtram ſententiam, ut verò ipſi exiſtimant per charitatem, quid facient? Negabúntne fidem & charitatem Dei dona eſſe? Argumentatur etiam Auguſtinus, quòd ut in Chriſto natura divina humanam aſſumpſit gratis non expectato ejus conſenſu: ita qui juſtificantur, non ex voluntate ſua vel aſſenſu juſtifican- G tur. Obſervavit etiam idem Pater, vitam æternam in Scripturis quidem aliquando mercedis nomine inſigniri, propterea quòd bona opera illam antecedant. At gratia inquit, & juſtitia nuſquam in Sacris literis mercedis nomine appellantur, quoniam ea nihil boni operis, quod Deo placeat, antecedit. Atque ad Rom. Paulus ſcribit: Scio quòd non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum: ubi per carnem intelligit quicquid eſt hominis adhuc non regenerati. Et H audent nihilominus iſti tribuere homini, adhuc in carne poſito, id eſt, nondum renato, tantum bonum, ut ſibi ipſi valeat ſalutem applicare. Ad Cor. autem: Quid inquit habes, quod non acceperis? & ſi accepiſti, quid glorIaris quaſi non acceperis? Neque permittemus illis, ut ad creationem confugiant: quoniam hìc non loquimur de animo, vel facultatibus ejus, hoc eſt, voluntate vel intelligentia, quæ à Deo per creationem habuimus: ſed de ipſa actione vel opere quod ipſi volunt ex libero arbitrio elicere ad capeſ- I ſendam gratiam. Hoc cùm à ſeipſis haberi dicant, manifeſtè Apoſtolo contradicunt. Potuiſſent enim Corinthii reſpondiſſe, Tu quæris quid nos diſcreverit, quid habeamus, quod non acceperimus. Ecce jam tibi demonſtramus illum actum & aſſenſum, quo liberè, ac ex noſtra facultate gratiam, quam nobis prædicas, admittimus. Hoc nos diſcernit ab aliis, & ita fruſtra Paulus eos redarguiſſet. Præterea, ſi propoſita eſſet quaſi omnibus communis gratia, ut prædicant, quid oraremus Deum pro converſione infidelium? Sane id facimus, quia credimus in manu Dei poſitum, ut eorum corda, ſi voluerit, aperiat.

Oratio non eſt ponenda ut natura.
2. Cor. 3. 5.
Phil. 2. 13.
1. Cor. 5. 10.
Rom. 9. 16.
Non eſt in noſtra manu recipere oblatam gratiam.
Phil. 2. 11.
Ez. 11. 19.
Pſ. 119. 36.
Pſ. 51. 12.
Sap. 8. 20.
Mat. 7. 8.
Simile.
Gratia & juſtitia, nuſquam dicitur merces.
Rom. 7. 18.
Caro quid in ſacris literis?
1. Cor. 4. 7.
Quare oremus pro infidelibus?

B 41 Nec exiſtimandum eſt, ut ſibi fingunt, à Deo cuilibet concedi tantum gratiæ, quantum ſatis eſſet ad nos movendos: quia ſi illud ſatis foret, proculdubiò moverentur. Si enim conſtituatur aliqua moles, & volenti eam movere, tantum virium adjungatur, quantum ſufficiat, id eſt, vincat pondus quod eſt agitandum, ſine dubio motus conſequeretur. Ita ſi Deus (ut aiunt) teipſa movere vellet impiorum corda, & tantum adhiberet virium, hoc eſt, gratiæ, quantum ſatis eſſet, imò quantum excederet duritiem pravi C cordis, nihil obſtare poſſet, quin flecteretur, non quidem coactione, ſed perſuaſione efficaciſſima. Aug. ad Simplicianum lib. 1. quæſt. 2. inquit, duplicem eſſe vocationem; unam communem, qua vocantur homines, at non eodem modo quo apti ſunt moveri atque converti: alii vocantur, ut moveri apti ſunt: nec exiſtimandum ait, Deum non potuiſſe ita Eſau vocare, ut poterat moveri, utque aptus erat: non enim omnes eodem modo alliciuntur & moventur ad Deum. Certè is cum ſit omnipotens, impulſu ſuo il- D lam inſitam duritiem poſſet amovere. Sed aiunt, ſi vellet, poſſet: non tamen vult Deus agere ſemper quod poteſt. Sic eſto, nos hoc ipſum dicimus, Deum quoſdam præterire ac eorum miſereri nolle, atque ideo non omnibus tribuere, quantum ad eorum ſalutem ſatis eſſet. Et in illos quos præterit, finem quem vult aſſequitur: ut de Pharaone ſcribitur: In hoc ipſum excitavi te, ut in te declararem potentiam meam, & nomen meum annuntiaretur in univerſa terra. Optimè ſciebat Chriſtus, ut eſt teſtatus, Tyrum, Sido- E nem, & Sodomam fuiſſe permovendas ad pœnitentiam, ſi adhibuiſſet miracula & doctrinam, quæ Judæis conceſſit: unde cùm illis hæc non dederit, illis defuit quod ad ſalutem ſufficiebat. Dicebat etiam Dominus Apoſtolis; Ego vos elegi, non vos me elegiſtis. At ex adverſariorum ſententia, poſita illa gratia univerſali, nemo eligeretur à Deo, ſiquidem eodem modo erga omnes ſe haberet: imò nos Deum eligeremus, oblatam illius gratiam recipiendo, & eſſemus electionis Dei figuli, non ab ipſo fingeremur. F Ego plantavi inquit Paulus, Apollo rigavit, Deus verò incrementum dedit, hoc eſt, Vitam & Spiritum. Verùm ſi hæc ponantur omnibus communia; dicendum potius fuit: Ipſi vobis accepiſtis ſpiritum, vitam & gratiam. Dixit idem Apoſtolus, Deum incepiſſe in Philippenſibus bonum opus, & illud etiam perfecturum in diem Domini. Quæ verba ſatis oſtendunt, totum Deo transſcribendum, videlicet, ut incipiat, & perficiat. Atque ad Epheſios, Operatur omnia ſecundùm conſilium voluntatis ſuæ: non in- G quit, juxta conſilium voluntatis alienæ: quod ſanè dicendum fuit, ſi quiſque haberet in ſeipſo poſitum, ut ſalutem acciperet, vel non acciperet. Item ad Galatas; Quando autem placuit ei, qui me ſegregavit ex utero matris, &c. Si eſſet ut iſti aſſerunt, oportuit Paulum dicere, Quando mihi viſum eſt. Nam quod attinet ad Deum, ſtatuunt gratiam eſſe paratam ſemper, & omnibus expoſitam. Quare converſio eveniet, ex illorum ſententia, quando nobis libuerit.

An detur cuique tantum gratiæ, quantum ſatis eſt?
Rom. 9. 17.
Mat. 11. 21.
Tyro & Sydoni defuit, quod ſufficiebat.
Ioan. 15. 16.
Adverſarii coguntur dicere, neminem à Deo eligi.
1. Cor. 3. 6.
Phil. 1. 6.
Eph. 1. 2.
Gal. 1. 15.

H 42 Hæc argumenta, licet multò plura adferri potuiſſent, ſufficere volo. Tantum ſupereſt modo, ut quæ videntur contra nos facere, diluamus. Sed antea præfatum illud volo, minimè nos inficiari Deum externa vocatione per Prophetas, Apoſtolos, Concionatores, & ſcripturas, omnes vocare. Non enim à promiſſionibus, vel minis, iſte magis excluditur quàm ille, ſed omnibus ex æquo iſta proponuntur: quanquam non omnes prædeſtinati ſint, ut horum fructum aſſequantur. Id notandum eſt diligenter, ſi ve- I limus facilè occurrere his quæ objiciuntur. Quúmque nobis opponunt, quod frequentiſſimè faciunt, promiſſiones eſſe communes, ac univerſaliter pro-

Ad argumenta adverſariorum.
Vocatio externa eſt communis prædeſtinatis & reprobis.

Digitized by Google

poni, neceſſe eſt, vel ad iſtos, vel ad illos contrahere,
& Deum in iis non ludere, verùm ſeriò agere. Pri-
mùm, quod ad univerſalitatem attinet, accipiam alias
Luc 3.6. Ioan.6.45. Ier 31.34. Ioel.2.28.
propoſitiones non minus univerſales: Omnis caro
videbit ſalutare Dei: Omnes erunt docti à Deo. Om-
nes me cognoſcent à minori uſque ad majorem: Su-
per omnem carnem de ſpiritu meo effundam. Dice-
mus ne vera hæc eſſe quo ad omnes homines? non
utique, niſi redeat fabula Origenis, ut omnes ad ex-
tremum ſerventur. Reſpondebunt contrahendas eſſe
B propoſitiones ad credentes & volentes, ad reſpicien-
tes gratiam Dei. Et nos item dicimus contrahendas
eſſe, verum altius noſtram contractionem repetimus,
aſcendimúſque ad electionem Dei, ac reprobatio-
nem: utra quæſo analyſis eſt perfectior? utra æquior
eſt contractio: Nec tamen dicimus Deum ludere in
iis univerſalibus promiſſionibus, quia cùm ſimul vi-
tam agant prædeſtinati & reprobi, neque ſint notit
par eſt, ut omnibus ſimul prædicetur, ne ob repro-
C bos electi fraudentur, qui prædicatione verbi Dei
ſunt profecturi. Atque hac univerſali prædicatione,
Deus quem vult finem aſſequitur: nam pii dum cer-
nunt reprobos in ſenſu ſuo relinqui, neq; credere, in-
telligunt gratiam nō eſſe naturam & in illis animad-
vertunt, quod ipſis quoque accidiſſet citra Dei mi-
ſericordiam, cujus donum eſt converſio, non huma-
narum vitium. Impii vero inexcuſabiles redduntur,
Rom 1.& 2.
quando nec etiam externa præſtiterunt, quæ facere
poterant, ut ad Romanos capite 1.& 2. monſtratur.

Vera ſententia plus divinæ miſericordiæ tribuat?
D 43 Primùm fingunt adverſarii ſe divinæ miſeri-
cordiæ prædicatores, quod illam ponant omnibus
communem. At ſi rem penitùs inſpiciamus nos lon-
gè magis miſericordiæ tribuimus, quàm ipſi. Siqui-
dem aſſerimus ab illa totum pendere, quod interim
ab illis negatur, dum in noſtra manu poſitum volunt,
& Dei gratiam admittamus. Quòd ſi dicimus non
omnibus tantundem miſericordiæ impendi, non
propterea reprehendi poſſumus, quandoquidem
Scripturæ id manifeſtè teſtantur. Sed iſti quum in
E noſtra voluntate ponant, ut gratiam recipiamus,
quantumvis id extenuent, re tamen ipſa multum
eſſe comprobatur: quid enim prodeſſet gratiam vul-
gò omnibus proponi, niſi quis eam propria volunta-
te applicaret ſibi? Deſinant igitur ſuam hanc opinio-
nem titulo divinæ miſericordiæ ornare. Aliud adfe-
runt argumentum. Quòd quum Deus omnibus pro-
ſpiciat, quæ ſunt ſatis ad corporalem vitam, non eſt
veriſimile, ut deficiat quoad æternam ſalutem paran-
dam, quod non eſſet, niſi cuilibet gratia Dei quan-
F tum ſatis eſt, exponeretur. Sed hac cauſa, ſimilitudi-
ne ipſimet redarguuntur: ut enim Deus cuique mor-
talium largitur corporalem vitam abſque ſuo aſſen-
ſu, ita etiam concludere illos oporteret de vita ſpiri-
tuali, quod tamen concedere omnibus modis relu-
Matt.5.45. Reprobati non carent omnibus Dei beneficiis.
ctantur. Fatemur quidem miſericordiâ ſuâ Deum fa-
cere oriri Solem ſuper bonos & ſuper malos: atque
item concedimus, & prædeſtinatos & reprobatos ali-
quorum beneficiorum Dei eſſe participes. Et quem-
admodum in hac vita, non omnibus, corporis & vitæ
G commoditates ex æquo conceduntur: ita etiam præ-
deſtinatio ad æternam felicitatem non eſt omnibus
Gen.1.27. Ad felicitatem naturalem permulti naſcuntur inepti.
communis. Naſcuntur aliqui leproſi, cæci, ſurdi, ſtu-
pidi, pauperrimi, & prorſus ad omnem felicitatem na-
turalem inepti, nec ad eam unquam perveniunt. Col-
latio igitur allata maximè contra eos facit. Sed in-
quiunt Deum omnes homines ad ſuam imaginem
condidiſſe, atque ob id ad beatitudinem omnes de-
ſtinaſſe, quare non oportere iſtos prædeſtinatos, &
illos reprobatos ponere. Homines factos ad imagi-
H nem Dei fateor, capacéſque beatitudinis: at poſt la-
pſum natura eſt vitiata, imagóque Dei multum labe-
factata: quare ad felicitatem homines per ſeipſos ve-
nire nequeant, ſed à miſeria eximantur oportet: nunc
vero Deum ſtatuiſſe omnes à calamitate liberare, ac
per Chriſtum beare, Scripturæ non docent: quare
non immeritò dicimus ipſum decreviſſe quoſdam e-
ximere, alios autem relinquere, idque juſtè: cujus
tamen juſtitiæ cauſæ non ſunt ex operibus noſtris
quærendæ, quum ipſi Deo conſtent ex ejus arcana
I ineffabilique ſapientia.

Ioan.1.12. An omnes habeant poteſtatem, ut filii Dei fiant?
44 Arripiunt ex Ioanne illud; Dedit eis poteſta-
tem filios Dei fieri. Quaſi poſſint inde inferre, poſſe
A quemlibet hominem fieri Dei filium, ſi voluerit. Ve-
rùm non attendunt his quæ ſequuntur: additur nem-
pe, His qui crediderunt in eum, qui non ex ſan-
guinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex
voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Hæc ſi re-
ctè perpendantur, demonſtrant credentibus & re-
generatis, hanc dignitatem atque privilegium con-
cedi: nihil enim aliud ſignificat; Eſſe datam pote-
1.Tim.2.6.
ſtatem, ut ſint filii Dei. Statuitur itaque, hanc digni-
tatem effectum regenerationis, & fidei eſſe, non ejus
Quomodo Chriſtus intelligatur pro omnibus mortuus?
B principium, ut iſti ſomniant. Accipiunt etiam Chri-
ſtum pro nobis omnibus mortuum fuiſſe: atque infe-
runt inde, beneficium ejus omnibus eſſe commune.
Quod & nos quoque facilè dabimus, ſi dignitas tan-
tum mortis Chriſti conſideretur. Nam quantum ad
ipſam attinet, poſſet univerſi orbis peccatoribus eſſe
ſatis. Verum etſi in ſe ſufficiat, non tamen in omnibus
habuit, vel habet, vel habitura eſt efficaciam, id quod
etiam Scholaſtici fatentur, aſſerentes Chriſtum rede-
C miſſe omnes quidem ſufficienter, ſed non efficaciter.
Eſt enim neceſſe, adhoc ut mors Chriſti ſit ſalutifera
nobis, ut illam apprehendamus, quod aliter quàm fi-
de fieri non poteſt, quàm donum Dei eſſe, neque o-
mnibus dari, ſuperius abundè eſt demonſtratum. Il-
Collatio Adami cum Chriſto quomodo accipienda. Rom.5.17. 1.Cor.15.22.
lud etiam nobis opponitur, quòd Apoſtolus contu-
lerit Adamum cum Chriſto, & dixerit ad Romanos,
quod quemadmodum in Adamo omnes morimur,
ita omnes in Chriſto vivificamur. Quare ita, aiunt, o-
mnibus in univerſum debere patere Chriſti gratiam.
D At ſi velint ita ſumere iſtam collationem, cogentur
dare, omnes eſſe ad felicitatem per Chriſtum addu-
cendos, ſicuti per Adamum omnes in peccatum &
mortem ſunt præcipitati. Sed quum res ipſa eos re-
darguat, facile poſſunt agnoſcere, non quoad omnes
partes eſſe hanc ſimilitudinem accipiendam, præſer-
tim quum nulli, ſuo conſenſu labantur in peccatum
originis, & iſti velint non admitti gratiam niſi proprio
conſenſu. Quare ſi hoc diſcrimen ſibi permittunt,
quomodo ſtatuere audent rem utrinque ſe habere ſi-
E militer? Scopus ipſe in hac collatione Apoſtoli eſt
reſpiciendus, & præter ſcopum nihil inferendum.
Porrò nihil aliud hac voluit collatione Paulus quàm
Chriſtum, iis qui regenerantur, eſſe principium vitæ
ac beatitudinis: quemadmodum Adamus ex ſe deri-
vatis cauſa eſt mortis & peccati. Iam quicquid poſtea
præter hunc ſcopum, de multitudinis æqualitate, aut
de modo colligitur, per accidens eſt, & ad ſcopum ſi-
militudinis non pertinet.

1.Tim.2.4. Quomodo Deus velit omnes homines ſalvos fieri?
45 Objiciunt etiam eam ſententiam ad Timoth.
F Deus vult omnes homines ſalvos fieri. Hanc enim
ſententiam perpetuò Pighius inculcat, quaſi ſit invi-
cta, quum tamen eam non ſemel Auguſtinus ita poſ-
ſe exponi docuerit, ut nihil adferat momenti ad ho-
rum figmentum comprobandum. Primùm, accipere
poſſumus hoc dici de ſingulis hominum ſtatibus ac
generibus: quòd nimirum velit Deus de quibuſque
eorum nonnullos ſervari: quæ interpretatio Apoſto-
li propoſito perbellè convenit. Iuſſerat ille fieri
preces & orationes pro omnibus, maximè autem
G pro Principibus, & his qui publicam habent poteſta-
tem, ut ſub eis tranquillam vitam agamus in omni
pietate & caſtitate. Ideóque ut nullam ſortem ho-
minum & genus oſtenderet excludendum, ſubjecit,
Deum velle omnes homines ſalvos fieri, ac ſi dice-
ret; Nemini obſtat vocatio & gradus in quo eſt con-
ſtitutus, modò non pugnet cum verbo Dei, quin
ſit capax ſalutis: & idcirco pro omni hominum ge-
nere orandum eſt. Sed hinc non efficitur, Deum ſi-
gillatim quemque hominem gratia donare, vel ad
Gen.8.9.
H ſalutem prædeſtinaſſe: quemadmodum & in Arca,
diluvii tempore, omnia animantia dicuntur ſervata
cum Noe: quum tantùm aliquot ex quolibet genere
in ea fuerint collecta. Vel intelligemus, velle Deum
omnes homines ſalvos fieri: quia quicunque ſervan-
Simile.
tur, ejus voluntate ſervantur. Veluti ſi quis dicat
de aliquo rhetore cujuſpiam civitatis, illum doce-
re omnes. Quo loquendi genere non innuitur, o-
mnes cives eſſe rhetorices auditores, ſed quòd quot-
quot diſcunt, ab eo doceantur. Illud etiam eſt ſi-
I mile: Si quis alicujus domus januam oſtendens
dicat, omnes per hanc ingrediuntur: non eſt intel-
ligendum, omnes eam domum ingredi, ſed quot-
quot

Digitized by Google

quot ingrediuntur, unica tantùm illa ingredi januâ. Adhuc tertiò ſunt, qui interpretentur hæc Apoſtoli verba de voluntate ſigni, ſeu antecedentis: quòd omnes invitentur, quia prædicatio omnibus promiſcuè proponitur, nec eſt ullus ferè, qui non ſentiat interius aliquem ſtimulum, quo ſubinde ad bene vivendum incitetur. Vnde ſi hanc Dei voluntatem reſpiciamus, illum facilè dicemus velle omnes homines ſalvos. At de arcana & efficaci voluntate, quam appellant conſequentem, accipi nolunt: & hoc modo poſſunt illæ locutiones intelligi: Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. Siquidem oraculis divinis omnes provocantur, & omnes interius aliquo ſtimulo moventur. Sunt omnes ſanè hæ interpretationes veriſimiles, & quæ conveniant. Et tamen etiam alia ab his eſt facilis & plana.

Ioan.1.9.
Matt.11.28.

Duæ hominũ ſocietates, quarum utraque ſuam habet univerſalitatem.

Quòd Scripturæ divinæ conſtituant duas hominum ſocietates: hanc piorum, illam impiorum, conſueverintque de utraque ſocietate propoſitiones univerſales enunciare, quæ à prudenti lectore contrahi debeant ad ſuum genus. Dicitur à Prophetis, & ab ipſo Chriſto citatur: Erunt omnes θεοδίδακτοι. Et cognoſcent me omnes à minori uſque ad majorem. Item: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Hæ univerſales enunciationes, niſi intelligantur de piis electis, veræ non erunt. Sicut & illæ: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Atque, omnis caro veniet in conſpectu meo, & adorabit in Hieruſalem. Rurſus: Et videbit omnis caro ſalutare Dei. Item: Allevat Deus omnes corruentes. Iam quis non animadvertat hæc tantum non de ſanctis intelligenda? E diverſo, ad ſodalitium impiorum illæ pertinent: Nemo accipiet teſtimonium ejus, & tamen multi crediderunt. Eritis odio omnibus hominibus. Item; Omnes quærunt quæ ſua ſunt. Rurſus, Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Quum tam ſancti homines, & tam regenerati, Deo ſint grati, atque ſtudeant illi aliquam obedientiam Legis præſtare. Verùm hæc univerſalia dicta extra ſuum cœtum non debent extendi. Hanc diſtinctionem reſpexit Auguſtinus de Civitat. Dei, ubi declaravit, oſtenditque perpetuò extitiſſe duas civitates, Dei videlicet, atque diaboli. Spectandum ergo ſemper in his propoſitionibus generalibus, ad quem ordinem, ſeu ſocietatem hominum pertineant. Quod ſi in præſenti loco fecerimus, iſtam quam præ manibus habemus, Deus vult omnes homines ſalvos fieri, ſanctis & electis accommodabimus: atque ita omnis auferetur ſcrupulus: alioquin Deum efficaciter non velle ſalutem omnium, demonſtrant infantes plurimi, qui pereunt extra Chriſtum; multi etiam qui naſcuntur ſtulti & ſurdi, & in vita ſua nunquam rectum juſtúmque rationis uſum habuerunt. Et ſæpe accidit, ut aliqui diu ſatis honeſtè ac fideliter vixerint, interim tamen ad extremum labantur, ſublatique de mundo æternùm pereant; & è contra alii, qui perpetuò in flagitiis vitam traduxerunt ad extremum vitæ repentina fide ac pœnitentia donati, ſerventur: Cùm tamen illi priores potuerint de medio tolli, ne malitia mutaret animum eorum. Quis dicat in his exemplis, Deum velle efficaciter perinde omnium ſalutem?

Ioan.6.45.
Ier.31.33.
Ioan.12.32.
Ioel.2.28.
Eſa 66.23.
Luc.3.6.
Pſ.145.14.
Ioan.3.32.
Matt.10.22.
Phil.2.21.
Pſ.14.3.

Duæ civitates.

Variæ inconſtantiæ contra adverſarios.

46 Adducitur & Chriſti ſententia: Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos, & noluiſti? Verùm hic quoque ſermo fit de voluntate antecedentis ſigni, qua Deus per Prophetas, concionatores, Apoſtolos, & Scripturas, invitabat ſubinde Iudæos, ut ad ſe confugerent per pœnitentiam, id quod illi facere recuſarunt. Sed tamen Deus voluntate efficaci, quam appellant conſequentem, perpetuò ſuos attrahebat: nec fuit ulla ætas unquam, in qua non collegerit ex Hebræis quotquot prædeſtinaverat. Ideo Aug. dixit: Sed quos volui, te nolente congregavi. Pro ſe item facere putant, quod ab initio Epiſt. ad Rom. conſcribitur de gentibus, videlicet, quod eſſent inexcuſabiles, quod volunt non potuiſſe dici, niſi cuilibet daretur tantum gratiæ atque auxilii, quantum ſatis eſſe poſſet ad ſalutem. Sed ſciendum eſt, eo loco Apoſtolum tantummodo egiſſe de notitia, nempe, ut gentiles peccata ſua non excuſarent, quòd legem à Deo non habuerint, quemadmodum Iudæi: neque Deus ita ſe manifeſtaverit ipſis, ut in populo Iudaico ſe patefecit. Noviſtis, inquit, Deum ex creaturis, & naturæ lumine, haudquaquam fuiſtis abſque cognitione recti & injuſti: eſtis igitur inexcuſabiles. Non eſt itaque committendum, ut latius hæc particula extendatur, quàm Paulus eam protulerit. Quòd ſi etiam rem melius expendas, videbis ethnicos homines & impios, contra quos ſcribit Apoſtolus, non ſtatuere ſe viribus deſtitui ad ea præſtanda quæ recta noverint, quandoquidem libero arbitrio omnia tribuunt. Quamobrem optimè concluditur ab Apoſtolo contra eos, quaſi dicat: Putatis vos habere ſatis virium, ita ut Chriſto vobis non opus eſſe exiſtimetis? at ego quum oſtendam, vos notitia non fuiſſe deſtitutos, & perditè nihilominus vivatis, inexcuſabiles evinco. Ad hæc infirmitas, & vitium defectus non excuſat, cùm non ſit in nobis ex ipſa creatione ac inſtitutione prima, ſed ex lapſu & culpa, quæ in noſtrum genus invecta fuit per primos homines. Fuerunt etiam Ethnici inexcuſabiles: quòd id, quod ab illis præſtari potuit in civili juſtitia, non fecerunt. Quare nihil ex illo loco deducitur, quod adverſariorum ſententiam queat comprobare. Putarunt etiam à ſe ſtare, quod in eadem Epiſt. ad Rom. dicitur: Nunquid Iudæorum Deus tantum? nónne & gentium? imò & gentium. Nituntur ex hoc loco inferre, Deum omnibus elargiri ſatis auxilii, quòd omnium ſit Deus. At cogitent, Paulum hic Iudæos redarguere, quòd ſic putarent ſibi addictam benevolentiam & gratiam Dei, ut gentes prorſus excluderentur. Docuit itaque, non tantùm ex Iudæis aliquos Deum elegiſſe, verumetiam inter gentes habere ſuos. Nec eſt neceſſe propterea, ut omnibus gentilibus conferretur gratia, quæ ſatis eſſet ad ſalutem, quum nec omnes Iudæi illius fuerint participes. Dicimus autem hæc, non quaſi diffiteamur, Deum eſſe omnium: novimus enim & impios, velint nolint, ei ſubjici, nec illius providentiam poſſe effugere: quos tametſi ad æternam ſalutem non adducit, ſaltem pro malis meritis punit. Peculiariter verò dicitur illorum Deus, quibus contulit, ut ipſum pro Deo agnoſcerent, agnitúmque colerent.

Mat.23.37.
An Chriſtus impeditus fuerit, quin ſuos congregarit?

Rom.1.20.
Quomodo Gentes dictæ ſint excuſabiles.

Deus eſt Deus omnium.
Quorum Deus peculiariter eſſe dicatur?

47 Difficilior verò videtur ille locus ad Timoth. Deus qui eſt ſervator omnium hominum, & maximè fidelium. In quibus verbis hæc vox, πάντων, eſt exponenda, non tanquam largiatur Deus omnibus ſalutem æternam, ſed ceu ſignificet eum conſervare, tuerique omnes homines à multis malis quæ diabolus alioquin illis molitur. Tanta enim illius rabies eſt in genus humanum, ut niſi à Deo compeſceretur, omnia perderet; nullas ſineret Reſpublicas, nullam eccleſiam, quin & fortunas, & omnia quæ pertinent ad victum, peſſundaret. Ita ergo omnium eſt ſervator Deus, qui tanta mala propulſat ab hominum genere. Quo verò ad æternam ſalutem, de electis illud eſt accipiendum, ideo ſubditur; Et maximè fidelium: equum enim iſti ſint prædeſtinati, hoc beneficium præ cæteris conſequuntur. Item ex propheta Eſaia id detorquent, quòd paulo poſt in eadem epiſtola habetur; Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, ſed contradicentem mihi. Ex quo loco nihil amplius habere poſſunt, quàm id quod ſæpius dictum eſt, ſcilicet, invitari omnes à Deo in univerſum; Prophetas promiſcuè ad omnes miſſos: libros etiam ſacros omnibus propoſitos: ſed hoc nihil ad illam gratiam efficacem de qua loquimur. Fatemur etiam illum ſtare ad oſtium, & pulſare, ingreſſurúmque ſi quis admiſerit: ſed addant, neminem eſſe, qui per ſeipſum poſſit aperire, ſed oportere id ſibi concedi ex mera pulſantis bonitate, ut etiam commendent miſericordiam Dei. Eſaiæ ſententiam in ſuccunt: Si mater poteſt filiorum oblivisci, ego tui non obliviſcar. Quæ ſententia profectò parum aut nihil pertinet ad hanc rem, de qua nunc agitur. Quis unquam negaverit Deum eſſe conſtantis fidei, & pactis atq; fœderibus ſtare? Id eo loco de ſe pollicetur Deus, non ſe obliturum ſuarum promiſſionum, & nos ubiq; hactenus etiam prædeſtinationem Dei eſſe conſtantiſſimam docuimus. Sive igitur de illa, ſive de fœderibus & promiſſis hic locus Eſaiæ accipiatur, non ſequitur ea de omnibus eſſe intelligenda. Explodit etia

1 Tim.4.10.
Quomodo Deus ut omnium hominum ſervator?

Rom.10.21.
Eſa 65.2.

Apoc.3.20.
Eſa.49.15.

An reprobi divino propoſito inſerviant?

Pighius, quod ab Auguſtino & à nobis dicitur: Reprobatos inſervire divino propoſito, ad illuſtrandam & declarandam potentiam ſeveritatis Dei: aſſerens, Deo non opus eſſe iſta carnificina ad ſuum nomen illuſtrandum, id quod ex libri Eccleſiaſtici ſententiâ quadam comprobare nititur. Sed ita interpretanda ea eſt, Noſtrûm nemini in mentem venire debere, hominum factis Deum egere, quoniam ejus felicitas abſque ope vel auxilio cujusvis creaturæ perfecta & abſoluta eſt: ſed ex perfidia, & hominum flagitiis, dum ulciſcitur illa Deus, manifeſtari ejus juſtitiam quis negare audeat: cùm Paulus hoc perſpicuè & evidenter tradat? Citat quoque ex eodem libro Eccleſiaſtici: Miſeretur Deus omnium, & diſſimulat omnium peccata propter pœnitentiam. Sed facilè hujus objectionis diſſolutio patet ex dictis, nempe de univerſitate electorum hæc eſſe exponenda. Quandoquidem ex vitiorum diſſimulatione, impii, tantùm abeſt ut ad pœnitentiam aſpirent, ut potius indies deteriores facti, in peccata graviora præcipitentur. Eſt autem prædeſtinatorum, ut in viam redeant, ubi Deus illos aliquantiſper ſuſtinuerit.

Rom. 9.17. & 13. Eccl. 12. 3.

Reprobi poſſunt aliquo uſque bona opera facere, & prædeſtinati viciſſim in graviſſima labi peccata.

48 Et objectis reſpondendi hic ſit finis unà, & hujus tertii articuli. Illud tamen interim monebimus, & reprobatos poſſe interdum aliquo uſque bona opera facere, prædeſtinatóſque viciſſim in graviſſima labi peccata. Prioris ſententiæ exemplo, & ſymo poteſt eſſe teſtimonio Saul: fuit enim ille ab initio moderatus, de ſe modicè ſentiens, ut Scriptura loquitur. Solomon etiam, ad extremum ætatis graviter lapſus eſt, imò defecit: cùm tamen initiò ſanctiſſimus fuerit, & ea petierit in ſuis precibus dum inaugurarettur, quæ ſummopere Deo placuerunt: unde etiam auditus eſt. Achab item pœnitentiam egit, quam Deus loquens cum Helia comprobavit. Nec non Ioas Rex, quandiu vixit Iojada ſacerdos, rectè ſe geſſit, Ezechiel item iſtud idem docet ſcribens; Si juſtus à ſua juſtitia diſceſſerit, & impiè vixerit, omnis juſtitiæ illius non recordabor. Quin ipſa experientia teſtatur, complures inveniri, qui ſatis honeſtè vixerint & extremo vitæ tempore denique pereant. Ex quo conſtat; in reprobatis nonnunquam bona opera habere locum, quæ tamen à fide proficiſcantur non ſyncera & perfecta, ſed temporaria, & ideo bona ſimpliciter dici non poſſunt, neque Deo revera placent, ſed ſpeciem bonitatis habent, & quoad æternam diſciplinam probari poſſunt. Quod verò prædeſtinati aliquando graviſſimè peccent, teſtis eſt David, qui adulterium & homicidium admiſit. teſtis Petrus, qui Servatorem abjuravit, teſtes item Moſes & Aaron, qui teſte ſcriptura non leviter peccarunt. Subinde etiam videmus eos, qui fortaſſe in prædeſtinatorum albo ſunt poſiti, in horribilia crimina incidere. Ideòque ſtatuere poſſumus, bona opera prædeſtinationis quandoque etiam reprobationi inſervire. Prædeſtinatio per illa ad vitam æternam electos adducit: & quoad reprobationem, ſunt nonnunquam rationes, quare gravior reddatur lapſus: qui enim à Deo deficiunt, quum ab illo fuerint ornati bonis operibus, & gravius peccant, ita etiam acerbius puniuntur. Peccata etiam cum ad reprobationem, tum ad prædeſtinationem faciunt: qui enim ſunt reprobati, per ea ad æternum exitium adducuntur: qui ſunt prædeſtinati, per illa magis illuſtrant Dei gloriam, quando ex illis eripiuntur. Inde quoque illis ſubminiſtratur occaſio, ut ſeſe magis ac magis agnoſcant, beneficiaſque à Deo ſibi data intelligant, & de illis gratias agant, eúmque invocent in auxilium. Non tamen eò rapienda ſunt iſta, & propterea quòd ſumma ſua ſapientia Deus iſtis rectiſſimè utatur ad ſalutem noſtram, peccare velimus: ſequenda enim eſt nobis Scriptura ſancta quæ præcipit, non eſſe facienda mala, ut eveniant bona.

1. Sam. 9. 21. 1. Reg. 11. 4. 1. Reg. 3. 2. &c. 1. Reg. 21. 27. & 29. 2. Reg. 12. 2. Ezech. 18. 24. 2. Sam. 11. 4. Matt. 26. 24. Pſ. 106. 33. Exod. 32. 21.

Bona opera & prædeſtinationi & reprobationi inſerviunt.

Peccata item propoſito Dei ſerviunt.

Vide Cl. 1. ca. 13. ſect. 11.

An ex prædeſtinatione inferatur neceſſitas.

49 Iam tandem ad quartum articulum accedamus, cujus tria præcipuè examinanda proponimus. Primum, an ex Dei prædeſtinatione, ſeu reprobatione ulla neceſſitas nobis inferatur. Deinde ſi aliqua detur, num illa impediat liberum arbitrium. Poſtremò, an ex Dei præſcientia vel prædeſtinatione, juſtitia tollatur, qua dicitur in Scripturis reddere unicuique ſecundùm opera ſua. His enucleatis, propoſito articulo, ni fallor, ſatisfiet. De primo hæc præfari volumus, Neceſſarium definiri, quod non poſſit aliter ſe

Quid ſit neceſſarium.

A habere: ſed principia neceſſitatis quandoque ſunt intrinſeca, interdum admoventur exterius. Quæ neceſſaria ſua naturâ ſunt, & interiori principio, vel ſimpliciter ſunt neceſſaria, ut Deus & quæcunque ſi mutantur, contradictionem, ut aiunt, implicant: ut, Quatuor non eſſe parem numerum, vel, Quatuor & tria non eſſe ſeptem. Dicitur autem hæc geometrica neceſſitas, quia nullam varietatem patitur. Alia ſunt quidem neceſſaria ex intrinſeco principio, ſed tamen B haudquaquam abſolutè & ſimpliciter, niſi ſequantur rerum conſuetum curſum. Neceſſariò dicitur ignis urere, quod aptum eſt ut comburatur: & Sol etiam perpetuò moveri, ſed non ſunt hæc ſimpliciter neceſſaria, quia Deus poteſt impedire ac efficere, ut phyſica iſta & naturalia quandoque à propria operatione deſiſtant: ut patet de tribus pueris in camino ignis collocatis, qui non combuſti ſunt, quamvis maxima eſſet flamma. Sol etiam conſtitit à ſuo curſu, donec perſequeretur Ioſua hoſtes. Item Heliæ tempore, veri- C ſimile eſt quidem vapores à terra & mari exhalaſſe, nec tamen propterea è nubibus ros aut pluvia toto triennio deſcendit. Illud etiam manifeſtum eſt de Ezechia, morbum ejus natura ſua fuiſſe lethalem. Et hæc ſint ſatis de neceſſitate intrinſeca. Quæ verò adhibetur exterius, eſt etiam duplex: altera violenta, quum aliqua præter ſeu contra naturam coguntur manere, vel agere. Altera eſt ex hypotheſi: unde Scholaſtici dixerunt, aliam eſſe neceſſitatem conſequentiæ, aliam conſequentis. Qua diſtinctione nihil D aliud voluerunt, quàm interdum eſſe connexionem neceſſariam, etiam ſi illud quod infertur ex ſe non ſit neceſſarium. Dialectici quoque ſic diſtinxerunt, ut appellarint hunc ſenſum compoſitum, illum verò diviſum: ut ſi dixeris fieri non poſſe, ut album ſit nigrum, id concedetur, ſi hæc duo conjunctim & ſimul accipiantur: nempe ut idem ſimul ſit album & nigrum, quod nullo modo fieri poteſt: at ſi ſeorſim iſta ſumantur, non dicetur eſſe impoſſibile. Quod eſt enim album modò, mutari poteſt, & effici nigrum. In neceſſitate igitur conſequentiæ & conſequentis: in E ſenſu compoſito & diviſo, à Scholaſticis exiſtimatur totam hujus controverſiæ difficultatem ſitam eſſe. Verùm nos ad majorem perſpicuitatem addimus aliam diſtinctionem: quandam eſſe neceſſitatem certitudinis vel infallibilitatis, aliam verò coactionis.

Diſtinctio neceſſitatis.

Dan. 3. 22. Ioſ. 10. 12. 1. Reg. 17. 1. 2. Reg. 20. 1.

Neceſſitas extrinſecus adhibita.

Hujus neceſſitatis diſtinctio.

Senſus compoſitus & diviſus.

Neceſſitas coactionis & certitudinis.

50 Nunc quoquomodo præſenti negocio inſerviant hæ neceſſarii diſtinctiones, propius indagemus. Dico igitur noſtras actiones non habere neceſſitatem ex interiori principio: nam illud eſt voluntas, quæ F ſuâ natura, hoc eſt, ut Deus eam condidit, mutabilis eſt & vertibilis ad utramque partem neceſſitatem tamen ex hypotheſi habere. Quia ut primùm Dei præſcientiam vel prædeſtinationem reſpicit, neceſſariò ſequitur ita futurum, ut à Deo & præſcitum eſt & prædeſtinatum. Habet ſane aptitudinem noſtra voluntas, ut in utramque partem perinde verti poſſit: ſed illius actionem, converſionem ſcilicet, non habebit niſi ad eam partem, quam Deus præſcivit. Cadit ergo neceſſitas ſuper connexionem atque conjun- G ctionem divinæ prædeſtinationis cum noſtris operibus: quod illi intellexerunt per ſenſum compoſitum, & per neceſſitatem conſequentiæ. Non enim opera noſtra, ſi ſeorſim conſiderentur, & ſolùm ſpectemus proximum eorum principium, hoc eſt, voluntatem, ſunt neceſſaria. Conceditur etiam hîc neceſſitas certitudinis ſeu infallibilitatis: quia Deus nec mutari nec falli poteſt. Non concedimus planè ex prædeſtinatione neceſſitatem coactionis: repugnant enim voluntati coactio & violentia. Nam ſi nolens ageret, H jam non voluntas, ſed noluntas (ut ita dicam) diceretur, quod eſſet eam evertere. Scio Scholaſticos inter ſe contendere, An Deus præſciat ea, quæ præſcit, neceſſariò vel contingenter. Sed huic pugnæ nolo me inſerere, quoniam ex ſacris literis nihil iſtiuſmodi traditur. Satis mihi fuerit, Deum ipſum à mutatione ac viciſſitudine quavis liberare: eſt enim in ipſis rebus contingentia & novitas, ut Deus ſemper idem, & idem perpetuò manet. Quod verò hujuſmodi neceſſitas, conſequentiæ videlicet, ſeu ſenſus compoſiti I aut infallibilitatis in ſacris literis inveniatur, proferemus quædam loca quæ apertè illam evincunt, ne alicui figmentum videatur. Dicebat Chriſtus, oportere

Neceſſitatem ex hypotheſi noſtræ actiones habent.

Actiones noſtræ non habent neceſſitatem interiorum principiorum.

Voluntas cogi non poteſt.

Probatio neceſſitatis ex hypotheſi.

ut tra-

Digitized by Google

Mat.10.19. ut traderetur Iudæis ad illudendum. Hæc neceſſitas
non poteſt aliunde inferri, quàm ex definito conſilio
Act.2.23. Dei: quod Petrus docet in ſua concione in Actis A-
Luc.22.37. poſtolicis. Idem dixit Chriſtus, oportere impleri ſcri-
Act.1.16. pturas. In Ioanne, Non poteſt ſolvi Scriptura, quod
Ioan.10.35. eſt, minime fieri poſſe, quin impleatur. Ad Hebræos,
Heb.6.4. Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati, &c. Quo
loco de peccato in Spiritum ſanctum traditur, im-
poſſibile eſſe, ut eo conſtricti emergant: quia Deus
conſtituit omnino eos qui ſic peccarunt, in perpe-
Mat.24.24. tuum deſerere. Aiebat item Chriſtus de tentatio-
nibus extremorum temporum, Electos quoque ſi
Ibid, verſ 35. fieri poſſet, eſſe ſeducendos. Item, Cœlum & terra
tranſibunt, ſed verba mea non tranſibunt. Quibus
verbis denotatur, omnia illa quæ Deus eſt loquutus
vel in Scripturis, vel in ſua externa definitione, non
poſſe ullo modo caſſari. Reſpondit etiam parenti-
Luc.2.49. bus, An neſciebatis, quòd in his quæ Patris mei
2.Tim.2.19. ſunt, oportet me eſſe? Ad Timotheum ſcripſit Pau-
lus, Firmum ſtat fundamentum, Novit Deus qui
Ioan.10.29. ſint ſui. Et in Ioanne, Quos dedit mihi Pater, nemo
poteſt rapere de manu mea. Poſtremò, Omnia quæ-
Pſal.115.3. cunque voluit fecit, in cœlo & in terra. Colligitur
ergo ex his omnibus, quàm apertiſſimè, iſtam certi-
tudinis vel infallibilitatis neceſſitatem à Scripturis
poni, nec eſſe, ut aliqui putant humanum commen-
tum.

Hæc etiam ad providentiam ſpectant.

51 Et hæc quæ diximus de præſcientia, pertinent
etiam ad providentiam: quia tametſi in hac rerum
universitate, multa dicantur fieri contingenter: atta-
men quia nihil tam minimum eſt, quin divinæ pro-
videntiæ ſubjiciatur, ideo neceſſitatem habet, quam
nos certitudinis, vel conſequentiæ appellamus. Quod

An actiones noſtræ dicendæ ſint neceſſariæ vel contingentes?

ſi dixeris, cùm res partim neceſſariæ dici poſſint, par-
tim etiam contingentes aut liberæ, quemadmodum
eſt declaratum, utra conditio magis ei convenit?
Reſpondeo, illam convenire magis, quæ naturalis
eſt & intrinſeca. Quocirca quoniam neceſſitas, de
qua nunc agimus, exterius provenit, & tantum eſt
ex hypotheſi, ideo haudquaquam ſecundùm illam
res ſunt judicandæ, ſed ſecundùm illa principia, quæ
à nobis intelliguntur: & ita opera noſtra, quæ volun-
tate proficiſcuntur, libera ſtatuentur: & quæ ita pro-
ducuntur in natura, ut etiam oppoſitum eorum fieri
potuerit, ponentur contingentia. Nunquam tamen
ea neceſſitas, quam ponimus certitudinis ſeu conſe-
quentiæ, neganda eſt: neque committendum, ut o-
pera noſtra vel naturæ, aut præſcientiæ, aut provi-
dentiæ divinæ ſubducamus. Atque de voluntate di-
vina cogitandum eſt, eam revera omnia gubernare
ac moderari, id quod vulgò eſt receptum. Quia licet
homines experiantur, & ſentiant voluntate ſe decer-
nere ac eligere quæ inſtituunt, ſi tamen pii fuerint,
ſemper dicent, hoc vel illud faciam, ſi Deus voluerit.
Sin verò adhuc abſque religione Chriſti fuerint, ut
erant Ethnici, paſſim nihilominus Fati, aut Parca-
rum, aut Sortis mentionem faciunt, id quod in Poe-
tis frequenter legitur. Qui ſi per fatum & conſimi-
lia, ut ſuperius diximus, intellexerint connexionem
cauſarum, cui Deus ipſe præſit, eámque regat & gu-
bernet: in opinione nihil eſt vitii: quamvis propter
abuſum vocis, ſatius ſit ab illa temperare. Sunt enim
qui ſomnient fatalem quandam neceſſitatem fer-
ream, vel adamantinam, ſideribus, & cauſis naturali-
bus affixam, quam nec Deus immutare poſſit: quod
eſt erroneum, impium, & etiam à veteribus ſapienti-
bus alienum, qui diſertè oſtendunt, ſe per fatum in-
tellexiſſe voluntatem, & adminiſtrationem divi-
nam. Carmina Cleanthis Stoici, quæ de hac re ſcri-
pſit, Seneca in libr.18. Epiſt. fecit Latina. Illa verò
ſunt hujuſmodi,

Carmina Cleantis de Fato.

Duc me, Parens, celſique Dominator poli,
Quocúnque placuit, nulla parendi mora eſt,
Adſum impiger, fac nolle, comitabor gemens,
Ducunt volentem Fata, nolentem trahunt.
Malúſque patiar, pati licuit bono.

Quum his carminibus Fatum ſtatuatur, ejus tamen
gubernatio in manu Dei ponitur: nam invocat ſum-
mum Patrem, ab eóque duci cupit. Cujus tamen
voluntatem ſimúlque certam fore ac infallibilem
demonſtrat. Idem Homerus in Odyſſea videtur vo-

A luiſſe his carminibus:

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Dum verò de præſcientia loquimur, non exclu- Præſcientia Dei non eſt à voluntate ſeparanda.
dimus voluntatem, quia ut ab initio monuimus, non
poteſt Deus præſcire aliquid futurum eſſe, niſi velit
id eſſe futurum: nihil enim poteſt extare, niſi quod
Deus voluerit, & quod Deus vult, id nobis efficit.
B Vt enim Paulus dicit, operatur in nobis velle & per-
ficere.

52 Sed hæc voluntas præſcientiæ conjuncta, na- Præſcientia Dei naturas non invertit.
turas nec invertit nec deſtruit, ſed ita agit in illis
quemadmodum illis eſt conſentaneum: ideóque
quum natura & ingenium humanæ voluntatis ſit,
ut ultrò agat ex electione, præſcientia & voluntas
Dei hanc facultatem ei non eripit, quanquam ejus
prædeſtinatio ſit cauſa omnium bonarum actio- Prædeſtinatio cauſa eſt omnium bonarum actionum noſtrarum.
C num, quæ ab electis, & in electis fiunt: id quod non
ſolùm Scripturarum teſtimoniis probatum eſt, imò
etiam conſenſus Eccleſiæ in ſuis precibus affirmat:
ita enim illa orat; Deus, à quo ſancta deſideria, recta Preces Eccleſiæ.
conſilia, & juſta ſunt opera. Peccata verò, tametſi vo-
luntati divinæ utcunque ſubjiciantur, non eo modo
tamen, ac bonæ actiones ex illa producuntur. Illud
tamen teſtatum eſſe debet ea quoque non fieri om-
nino abſque Dei aliqua voluntate. Nam permiſſio, Permiſſio ad voluntatem pertinet.
quam nonnulli ponunt, à voluntate non differt: per-
mittit enim Deus, quod vult non impedire: neque
D dici debet nolens permittere, ſed volens, ut Augu-
ſtinus dixit. In utroque igitur operum genere ſic ſe
habet divina voluntas & præſcientia, ut humani ar-
bitrii facultatem non evertat. Cavet equidem in præ-
deſtinatis, ne quid ab eis committatur, quod æter-
nam illorum ſalutem evertat. Reprobis verò nullam Nota de Reprobis.
vim naturalem aufert, quæ ad illorum eſſentiam, ſeu
naturam pertineat, nec invitos cogit ad quippiam
tentandum: at non impendit illis tantum miſericor-
diæ, neque tantum gratiæ, quantum electis: quan-
E túmque opus foret ad eos ſervandos. Complures au-
tem in eo impingunt, quod apud ſe cogitant: Si
Deus præſcivit nos velle cras convenire, jam opor- An voluntas noſtra ſit ad unam partem definita?
tebit noſtram voluntatem fuiſſe ad hanc partem o-
mnino definitam, alioquin id præcognoſci non po-
tuiſſet. At reſpondemus, ut jam annotatum eſt,
eam determinationem ſic eſſe apud Deum, ut inge-
nio ſeu naturæ voluntatis convenit. Sed illi pro-
prium eſt, ut ita unam partem velit, ut etiam alteram
natura ſua velle poſſit. Fatemur ergo, ſi Deum ſpe-
F ctes eſſe conſtitutum ac decretum, quod à nobis fie-
ri debet. Nam ejus notitia non fruſtra vocatur præ-
ſcientia: nec enim de rebus opinatur ita ut mutari
poſſit ejus notitia, ſed certam habet ſcientiam, &
ſcientia eſſe non poteſt, niſi fuerit, ut diximus, certa
& firma. Hanc autem definitionem & certitudinem
ejus, diximus & dicimus non invertere rerum natu-
ram, nec à natura noſtra libertatem auferre. Quod
hoc argumento probabitur, Deus præſcivit multa eſ- Multa ſunt poſſibilia, quæ nunquam erunt.
ſe poſſibilia, quæ revera nunquam erunt: & licet
G nunquam futura ſint, Dei tamen præſcientia illis
non aufert quin ſint poſſibilia. Id quod exemplo
ſanctæ Scripturæ declarabitur. Chriſtus dum cape-
retur ait, Potuiſſem rogare Patrem, & is mihi dediſ- Mat.26.53.
ſet undecim legiones Angelorum, qui me defende-
rent ab his ſatellitibus. Affirmat ergo Chriſtus, fuiſſe
poſſibile ut rogaret, & ut ſibi concederentur tot
Angelorum legiones: quod tamen neque factum
ſit, neque ullo modo futurum erat. Atque id tamen
potuiſſe fieri præſcivit Deus, & licet nunquam fu-
H turum fuiſſet, non tamen præſcientia ſublatum eſt,
quin eſſet poſſibile. Vt igitur præſcientia Dei non
impedit poſſibilitatem, ita etiam contingentiam &
libertatem non tollit.

53 Neceſſitatem hanc infallibilitatis, non ſolùm
oſtendunt & probant Sacræ literæ & rationes, ut o-
ſtendi: ſed Patres etiam agnoverunt. Origenes con-
tra Celſum lib.2. Celſi argumentum quo inſectaba-
tur Chriſtianos dicens, Chriſtus veſter in cœna po-
ſtrema, ut dicitis, prædixit ſe prodendum ab uno ex
I diſcipulis: ſi Deus erat, ut contenditis, nónne potuit
impedire id, ne fieret? Miratur Origenes, atque re-
ſpondet, hanc objectionem eſſe ridiculam: quia

Digitized by Google

Mat.26.21.

cùm prædixiſſet id futurum, adhibendo impedimentum, non fuiſſet veridicus: idcirco ſubdit, neceſſe fuiſſe, neque aliter fieri potuiſſe, quin id ſuccederet quod erat prædictum. Quia tamen iſta prędictio voluntatem Iudæ non immutavit, ideò ille immeritò accuſatur, neque culpa in Chriſtum prædicentem rejici debet. Vtrunque eo in loco agnoſcit Origenes, videlicet certitudinis neceſſitatem, & voluntatis naturam non impeditam. Ambroſius quoque quum ea Pauli verba interpretatur, Iacob dilexi, & Eſau odio habui: refert Apoſtoli ſententiam ad opera prævisa, & interim addit, non aliter evenire poſſe, quàm Deus prævidit futurum. Chryſoſtomus item exponens quod habetur ad Corinthios; Oportet hæreſes eſſe: neceſſitatem hanc fatetur eſſe prædictionis, quæ facultati noſtræ voluntatis atque arbitrii nihil præjudicet. Neque hanc neceſſitatem auferunt loca quædam in Scripturis, quæ alioquin prima fronte videntur ponere mutationem divinæ ſententiæ ut eſt illud Eſaiæ, quando regi Ezechiæ comminatus eſt præſentem mortem. Quod vaticinium viſus eſt Deus immutare, quindecim annos vitam illi producendo. Et civitati Ninive prædicta eſt everſio intra quadraginta dies, quæ nequaquam ſucceſſum habuit. Hæc revera nihil faciunt contra veritatem propoſitam. Etenim Ezechiæ Deus prædixit mortem impendentem ei ex cauſis morbi quo laborabat, nullúmque ibi fuit mendacium. Sed quod attinet ad præſcientiam, ut Deus præſciverat Regem morbo lethali periclitaturum, ita etiam præſcivit quindecim annos ejus vitæ prorogandos. Et ut præſcivit peccata Ninivitarum mereri præſentem everſionem: ſic etiam præſcivit ex ſua miſericordia illis concedendum, ut pœnitentiam agerent, & ſervarentur. Qua eadem regula exponendus eſt locus Hier. 18. in quo Deus ait, ſe quoque mutaturum ſententiam, vel pœnitentiam acturum de calamitate, quam fuiſſet comminatus alicui civitati, genti, aut regno, ſi pœnitentiam egerint. Quid vero dicemus de Paulo, qui ad Corinthios ſcribit, ſe caſtigare ſuum corpus, & in ſervitutem redigere, ne reprobus efficeretur? Num ille voluit mutare illud Dei firmum propoſitum? Certè non cogitavit Paulus, ſe poſſe prędeſtinationis vel reprobationis ordinem invertere: atque ideo non dixit, Ne reprobatus efficiar, ſed, ne reprobus. Voluit enim ſuo ſtudio ac ſolicitudine prædeſtinationi divinæ inſervire: qui enim ad vitam ęternam ſunt prædeſtinati, mortificare carnem ſtudent. Dicebat verò ſe nolle fieri reprobum, hoc eſt, deprehendi ac accuſari, quod aliter viveret atque prædicaret, quod genus vitii omnes reprobant, deteſtantur atque condemnant. Non fuit ergo ibi ſermo de reprobatione divina, ſed de eo improbitatis genere, quo tenentur, quicunque recta monent, & interim peſſimè vivunt. Quanquam ſi quis hæc ad judicium Dei velit omnino referre, id poſſemus concedere juxta præſentem juſtitiam vel injuſtitiam, non ſecundùm firmum propoſitum, de quo in præſentia tractamus.

Rom.9.13.

1.Cor.11.19.

2.Reg.20.8. & 51.

Ioan.3 4. & 10.

Certitudo divinę pręſcientiæ conſtans eſt, nec mutatur.

Ier.18 8.

2.Cor.9.27.

Sancti bene operantur, ut prędeſtinationi ſerviant.

Cur Paulus corpus ſuum caſtigarit.

Pravitas eſt, bene monere, ac turpiter vivere.

54 Cicero, alioquin ingenioſus, & de bonis literis optime meritus, in iſta quæſtione vehementer eſt hallucinatus, ut patet ex 2. libr. de Divinatione, quod Auguſtinus docet in lib. 5. de Civitate Dei, cap. 9. & 10. Putavit enim fieri non poſſe, ut præſcientia futurorum non everteret humanæ voluntatis facultatem: idcirco omnem prædeſtinationem penitus ſuſtulit, ut quod noſtræ adverſetur religioni, omnes intelligunt, quum tanquam fundamentis innitatur oraculis Prophetarum. Nihilque Deus ſcribitur unquam feciſſe, quod alicujus momenti eſſet, niſi Prophetis id prius revelaſſet. Diluvii perniciem Noe oſtendit, longè priuſquam eveniret: Sodomæ incendium Abrahamo pronuntiavit, & eidem ſuorum poſterorum in Ægypto ſignificavit oppreſſionem & liberationem. Captivitatem Babylonicam, & reditum ex ea, iiſdem fermè Prophetis prędicenda commiſit. Chriſtum item venturum, omnes Prophetas vaticinari juſſit. Ideóque nobis adeò conſtans eſt authoritas vaticiniorum, ut eam negare, ſit univerſam penitus religionem evertere. Quamobrem non immeritò Auguſtinus ait, fuiſſe adhuc tolerabiliore Cicerone Genethliacos, qui aſtrorum fatales neceſ-

Cicero hallucinatus eſt.

Deus magna opera, quæ facturus eſt, Prophetis revelat.

Amos 3.7.

Gen.6.3.

Gen.18 17.

Gen.15 13.

Ier.25.8. & 12.

Conſtans eſt authoritas Prophetarum.

A ſitates aſtruebant: nam ipſi Deo aliquem locum fecerunt. At ſi negetur pręſcire futura, eadem opera negatur eſſe Deus. David inquit: Dicit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Quam impiorum ſententiam ex eo declarat, quod illi cùm flagitia perpetrant, opinantur Deum non viſurum, & ea nunquam puniturum: & hac impietate ſe utcunque aſperſum fuiſſe Cicero ſuſpicionem dedit, quod in libro de Natura deorum, Cottam, & quidem Pontificem, inducit ita diſputantem, ut dicat cupere ſibi probari ad veritatem deos eſſe. Attamen, qui vidit rem eſſe odioſam & invidioſam, ac pene infamem, ſi negaretur Numen: adeo ad finem libri ſententiam tulit pro Balbo, qui deos eſſe tuebatur, & ita tamen tulit, ut Velleio ſententiam Cottæ diceret magis veriſimilem fuiſſe uiſam. Sanè pius homo, & in religione confirmatus, nunquam eam ſententiam veriſimilem diceret, qua divinitas in dubium revocetur. Sed hi ſunt dialogiſmi rationis noſtræ, de quibus Paulus in 1. cap. ad Romanos copioſe ſcripſit. Sed poſtea in libr. de Divinatione, ſub perſona ſua, ipſe Cicero à Deo etiam futurorum præſcientiam abſtulit: reſpondétque Quinto fratri ſuos qui toto curſu primi libri vaticinia & oracula confirmaverat. Cur vero præſcientiam negat? propterea ad id impellitur, quia ſentit dandum ordinem cauſarum & effectorum qui ſit immobilis & conſtans: alioquin futura prædici non poſſent. Iam ſi talis ordo concedatur, in noſtra manu & poteſtate nihil remanere arbitratur. Sed in Deo ponenda eſt ſumma voluntas cum ſumma potentia, ita etiam omnium rerum notitia illi tribuenda: neque metuendum propterea, quin ex voluntate & arbitrio agamus, quæ agimus. Stoici, qui fatum poſuerunt ipſi quoque nonnihil moti videntur ratione Ciceronis, quia motus voluntatis humanæ, extra fatum vel cauſarum connexionem poſuerunt. Non quidem quod prorſus humanam voluntatem liberarint: ſed tantum in ea poſitum voluerunt, ut quædam attingeret, vel non attingeret ſuo arbitratu: quæ ſi attigiſſet, ſtatim involveretur fati neceſſitate. Exemplo res illuſtrari poteſt. In Oedipi poteſtate dicunt fuiſſe ut mulieri admiſceretur, vel temperaret: ſed ſi admiſceretur, non potuiſſe evitari quin committeret inceſtum, ex quo inceſtu filii procrearentur, qui fraterna cæde ſe pollucrent, & paternum regnum everterent. Antiquiores philoſophi, ut Democritus & Empedocles, voluntatem etiam ſubjecerunt fato, ſeu connexioni cauſarum. Sed Chryſippus Stoicus potius eò inclinavit, ut humanam voluntatem eximeret: quemadmodum Oenomaus Cynicus, ut refert Euſebius Cæſarienſis de Præparatione Evangelica, inquit, Democritum feciſſe homines ſervos, Chryſippum ſemiſervos.

Si Deus negatur pręſcire futura, negatur eſſe Deus.

Pſal.14.1.

Rom.1.21.

Cur Cicero præſcientiam Dei negarit.

Stoici quomodo abſolverint voluntatem humanam à fato?

Oenomaus Cynicus.

55 Verùm iſtis relictis ad Ciceronem revertamur, qui aiebat, Si eſt præſcientia, res eodem modo evenient, quo ſunt præſcitæ, nec prævíſus eventus poterit evitari: igitur prorſus hominum libertas interiit. Fruſtra leges, fruſtra monitiones, præmia, pœnæ, atque alia id genus. Quare optionem proponit, ut quis eligat utrum voluerit, præſcientiam aut voluntatis libertatem, quod ſimul utrunque eſſe non poſſit, quantum ipſe judicavit. Et quia civilis homo fuit, legéſque & judicia tractavit, potius rejecit Dei præſcientiam, quàm libertatem humanæ voluntatis amittere voluerit. Propterea de illo inquit Auguſtinus, Eos qui liberi eſſe volunt, ſacrilegos facit, ita ut pro ſua libertate tuenda, Deum præſcientia ſua exſpolient. Ratio Ciceronis erat, Si libera eſt voluntas, non poteſt eſſe certa cauſarum connexio: quia ſi certa eſſet, à noſtra voluntate non poſſet ſolvi; & ſi non fuerit certa connexio, pręſcientia non poterit conſtitui: idcirco ipſum quoque Deum poſuit non præſcire quæ ſunt futura: quia ſi ea præſciret, tunc certus & firmus eſſet cauſarum ordo, quo dato, nihil in poteſtate noſtræ voluntatis reſiduum eſſet. At nos utrumque iſtorum debemus retinere, quoniam alterum ſenſu experimur. Poteſt enim quiſque in ſeipſo animadvertere, ut agat conſiliis & deliberatione, atque quod viſum fuerit, eligat. Alterum verò, id eſt, præſcientiam Dei, tenemus fide, quę perceptio non eſt debilior apprehenſione cum ſenſus, tum rationis. Itaque negabimus Ciceroni conſequen-

Auguſtini de Ciceronis ſententia judicium.

Electiones & conſilia humana cum Dei providentia non pugnant.

Voluntas humana in ordine cauſarum collocatur.

quentiam illam. Eſt ordo cauſarum certus & conſtans, quem Deus præſcivit. Igitur nihil eſt in noſtra voluntate. Ideo autem negatur argumentum, quoniam & voluntates noſtræ inter cauſas rerum ſunt collocandæ, imò inter eas non indignum locum occupant. Quemadmodum itaque Deus præſcire poteſt, quid ex aliis cauſis eventurum ſit, identidem valet perſpicuè videre quid noſtræ voluntates ſint electuræ.

Deus præſcientia ſua non mutat naturas cauſarum.

Atque ut alias cauſas & eorum effecta prævidendo eorum naturas minimè perdit aut immutat: ſic quoque relinquit ſalvas hominum voluntates. Movit etiam Ciceronem tunc nulla fortuitò eventura: at cùm permulta fiant caſu, & fortuna eveniant, manifeſtum eſt certum ordinem cauſarum & præſcientiam eſſe non poſſe, ita ille ratiocinabatur. At nos reſpondemus: Ea quæ caſu dicuntur fieri, ſic

Fortuna & caſus ad nos referuntur, non ad Deum.

appellari fortuita, ut referantur ad noſtram intelligentiam, quæ cùm infirma ſit, præ ſua hebetudine curſum vel nexum cauſarum non videt: at ſi comparentur divinæ menti (quam nihil latet) minimè fortuita vel temeraria dici poſſunt. Infirmitas humanæ mentis, fecit locum fortunæ ſeu caſui, quod exemplo demonſtrabimus. Si dominus ad macellum mittat ſervum ſuum, jubeátque illum ibi eſſe ad horam ſextam: idémque ſeorſim villico jubeat, certè mutuò ſibi obviabunt & villicus & ſervus, quod utrique illorum fortuitò accidet, quod juſſionis domini conſcii non fuerint: verùm ipſe dominus qui rem tenet, nihil in iſta re judicabit fortuitum: quod etiam hinc patere poteſt. Fac me noſſe aliquo in loco theſaurum conditum, & jubere alicui ut ibi fodiat, cùm reperiret ille theſaurum, fortunam clamaret: at ego qui rem callebam, nihil haberem quod fortunæ tribuerem. Ita Deus cùm noverit cauſarum omnium concurſum atque nexum, nihil fortunæ unquam experitur. Proinde ſubjiciamus omnia divino propoſito, nec minus inter cætera noſtras voluntates, quas conſtituemus eam habere poteſtatem quam Deus voluit, qui rerum omnium vires temperat. Cauſa quædam, ut inquit Auguſtinus, eſt, qui ſic facit, ut nullo modo fiat, atque talis eſt Deus. Alia verò cauſa eſt, quæ ut facit, ita etiam fit ab alio: cujus generis eſt voluntas noſtra, quæ ita vult & facit, quatenus & ipſa eſt à Deo. Non igitur aut Ciceroni aut Stoicis

Non ſunt liberandæ noſtræ voluntates à divina.

aſſentiendum eſt, quia ut nihil oportet à divina præſcientia ſubtrahere, ita voluntates noſtræ minimè omnium ab ea ſunt liberandæ: pertinent enim ad meliorem orbis partem. Quid curaret aut quid præſciret, ſi negligeret homines? Valent quidem noſtræ voluntates, ut inquit Auguſtinus, quantum voluit & præſcivit Deus illas valituras: & ideo quicquid va-

Duplex neceſſitas.

lent, certiſſimè valent, & quod facturæ ſunt, omninò facturæ ſunt, quia valituras atque facturas ille præſcivit, cujus præſcientia falli non poteſt. Et in cap. 10. libr. 5. jam citato, diſtinxit, quemadmodum nos, duplicem neceſſitatem: alteram, qua cogimur pati quæ nolumus, ut eſt mortis neceſſitas, cui, velimus nolimus, ſuccumbere oportet: alteram facit, ſecundùm quam aliquid dicitur neceſſarium, hoc eſt, omnino futurum. Et ab hac non eſt quod voluntati noſtræ timeamus, quoniam ea non imminuitur. Prior quidem illi repugnat, quia fieri non poteſt, ut velit quippiam invita. Hæc verò poſterior naturæ voluntatis haudquaquam adverſatur. Vita Dei & præſcientia, quanquam neceſſariò illi tribuantur, nihil tamen ejus naturam & voluntatem lædunt: non

Non quævis neceſſitas lædit voluntatem.

poteſt neque falli neque mori, minimè tamen aliquid patitur quod non velit. Ita etiam dicimus, cùm volumus quidpiam, id neceſſariò voluntate nos velle, nec eo tamen putamus noſtrum arbitrium violari.

56 Et quomodo præſcientia Dei non corrumpat noſtram voluntatem, Auguſtinus de Libero arbitrio lib. 3. cap. 2. & 3. pulchrè demonſtrat. In primis verò dicit, hac quæſtione occupari vehementer permul-

Impiorum operata in iſta quæſtione.

tos impios, qui aut vellent, ſi ſit voluntas libera, nullam eſſe Dei providentiam & curam rerum mortalium, quo ſeſe libidinibus majori licentia dederent, negando judicia divina & humana, & pro viribus fallendo: vel ſi evitari non poſſit, quin videlicet ponatur Deum providere atque intelligere quæ à nobis fiunt, ſaltem vellent obtinere illius providen- A tiam ſic voluntates hominum cogere, ut à culpa ſcelerum excuſari poſſent. Porrò quam horum conatus fallantur, declarat facilè exponendo, qui præſcientia Dei cum voluntate, & quidem libera poſſit conſiſtere. Rogat illum cum quo diſputat, an ſciret ſe cras habiturum voluntatem rectam an pravam? Reſpondet ille ſe neſcire. Arbitraris, inquit Auguſtinus, Deum hoc noſſe? Fatetur alter, ſe putare. Igitur inquit Auguſtinus, cùm Deus hoc præſciat, præſcit B etiam quid de te ſit facturus, hoc eſt, an te ad finem vitæ ſit glorificaturus: quod ſi præſcit, & falli nõ poteſt, neceſſariò te glorificabit. Sed tu interim dic, Glorificaberis invitus an volens? Sanè ait ille, haudquaquam invitus, quia id maximopere cupio. Concluditur autem hinc, id quod Deus neceſſariò facturũ eſt in nobis, voluntatem non impedire. Oſtendit etiam id fore apertius, ſi de præſcientia cogitemus, quaſi ſit noſtra. Fac me præſcire aliquem in craſtinum ad me venturum, num hæc mea præſcientia volun- C tatem ab illo auferet, quin ſi veniat, propria electione veniat? Equidem id aſſeri non poteſt, nam ille volens accedet, neque mea præſcientia aliquid imminuet de illius arbitrio.

Memoria noſtra non cogit præterita eſſe præterita.

Ac veluti memoria noſtra non cogit præterita eſſe præterita, ſic præſcientia non cogit ea quæ futura ſunt ut eveniant. Poteſt item hoc aliter declarari. Si quis videat Platonem diſputantem cum Socrate, aut Solem Lunámve eclipſari: viſus ſpectantis non facit, vel ut qui ſimul diſputant, neceſſariò diſputent, aut inviti: neque item efficit ut D Sol aut Luna deficiant contingenter, cùm iſta deliquia luminarium cœleſtium cauſas habeant neceſſarias: proinde qui videt utrumque minimè ſuo aſpectu quod eſt contingens facit neceſſarium, aut quod neceſſarium eſt reddit contingens. Neque oportet fingamus præſcientiam Dei nanciſci ſuam certitudinem ex rerum neceſſitate, quia tanta eſt perſpicacia divinæ mentis, ut etiam contingentia poſſit certiſſimè tenere. Neque huic rationi obeſt, quod ſuperius frequenter monuimus, nimirum Dei præſcientiam E ſemper ſibi voluntatem ſecum habere conjunctam, cùm nihil poſſit à Deo præſciri futurum, quod ipſe non velit eſſe.

Quomodo voluntas Dei nõ inferat rebus neceſſitatem?

Veruntamen iſta voluntas qua Deus efficit omnia in omnibus, ſeſe accommodat rerum naturis. Nam in cibo alit, in ſole illuſtrat, in vite vinum producit, & in voluntate hominum efficit, ut ſpontè ac liberè velint quæ volunt. Citavit Paulus, ut in Actis legimus; illud Arati: In ipſo vivimus, movemur & ſumus. Ex quo ſequitur, ut voluntas humana, ſuos motus habeat ex Deo. Quòd ſi F quis dicat, eam tales accipere à Deo motus quales ipſa voluerit, abſurda ſtatuet: nam tum noſtra voluntas metiretur & gubernaret influxus Dei: id quod alieniſſimum eſt à vero.

Voluntas à Deo tales accipit motus quales ipſe vult.

Quin potius dicamus, eam tales accipere à Deo impulſus & agitationes, quales ipſe voluerit dare. Et animadvertamus interim Deum ita operari in noſtra voluntate, ut ea libens, volens, ac ultrò excipiat, quas Deus immiſerit incitationes.

Cauſæ ſecundæ poſſunt eſſe ancipites, cùm voluntas Dei ſit certa.

57 Qui verò fiat, ut Deus certiſſimè res futuras G prævideat, cùm tamen voluntates hominum, & multæ cauſæ naturales ſint ancipites, & contingenter agant, ſic poteſt declarari. Verum quidem eſt, eos qui res tantùm in ſuis cauſis contemplantur, perſæpe falli, quia non omnes cauſæ neceſſariò ſuos effectus producant: impediuntur enim quandoque, & aliò inclinant quàm putabantur. Idcircò non falluntur homines cùm jam conſpiciunt effectum in lucem editum: at decipiuntur, cùm de latentibus effectis in ſuis cauſis judicant. Præſcientia verò Dei non ſo- H lùm cognoſcit quæ ſunt futura in cauſis, verùm quoque illa habet perſpecta, ut jam educta, & à ſuis cauſis perfecta: atque hinc fit, ut poſſimus ex Dei præſcientia inferre, neceſſitatem certitudinis & infallibilitatis, non autem ex proximis cauſis. Quia cùm dicimus, Deus præſcivit hoc aut illud cras futurum, jure addimus, ergo id neceſſariò erit. Neceſſitas non applicetur rei cognitæ, niſi quo à Deo præſcitur tanquam præſens & jam producta, quod non tantùm facit ad perſpicuitatem, ſed etiam neceſſitatem. Eſt e- I nim quodlibet neceſſarium dum eſt, neque poſtea concedendum eſt rem illam eſſe neceſſariam, cùm non accipitur eo modo quo eſt à Deo præcognita.

Omnia ſunt neceſſaria dũ ſunt.

Digitized by Google

A Aſſerta eſt hucúſque voluntatis humanæ poteſtas, quod tamen nequaquam volumus accipiendum in univerſum, ſed tantùm quoad præſcientiam & prædeſtinationem. Quamvis enim inde (ut probatum eſt) non impediatur liberum arbitrium, illi tamen aliunde impedimenta non deſunt. Siquidem in peccatis naſcimur, velimus nolimúſque culpâ involvimur originis, nec ex peccatis nos poſſumus explicare. Ante regenerationem verò, qualemcunque poteſtatem humano arbitrio in rebus indifferentibus & civilibus dederimus, hoc primum cenſendum eſt, ipſum quocunque ſe verterit, neceſſariò peccare, nec quicquam agere poſſe, quod ſit verè Deo gratum, neque poſſe operibus civilibus, quæ inſtituit, dare ſucceſſum. Vnde Auguſtinus meritò ſcripſit in Enchiridio, primum hominem peccando libertatem arbitrii amiſiſſe. Conſiderandum præterea hominum etiam nondum regeneratorum voluntates, animi motus & actiones dirigi à Deo: & ita dirigi, ut ab ejus providentia in fines ab ipſo præfixos ac determinatos adducantur. Imò etiam cum regenerati ſumus, licet quadantenus libertate potiamur per Chriſtum, non ea tamen plena eſt, ſed inchoata. Primi enim motus incitantes ad peccandum, invitis obrepunt: quos peccata eſſe demonſtravimus. Et Ambroſius apertè confeſſus eſt, noſtra corda non eſſe in noſtra poteſtate: nec eſt quiſquam credentium qui non ſubinde labatur, cùm tamen ſtare vellet. Vnde omnes orare debemus; Remitte nobis debita noſtra. Et Paulus ad Galatas dicebat, Spiritus pugnat adverſus carnem, & caro adverſus Spiritum, ut non quæ vultis illa faciatis. Et in Epiſtola ad Romanos habetur, Quod odi malum hoc facio: & ſentio aliam legem in membris meis reluctantem legi mentis meæ, & me captivum abducentem in legem peccati. Quæ non poſſunt intelligi niſi de homine renato. Dixerat enim, Mente ſervio legi Dei, carne autem legi peccati: id quod minimè ineſſe vel tribui poteſt homini nondum juſtificato. Fatemur quidem poſſe Deum, ſi vellet, hominibus tantum auxilii ſuppeditare, ut nihil peccarent: ſed hoc hactenus nunquam fecit, nec unquam ſe facturum recepit. Quamobrem noſtra voluntas adhuc jacet in aliqua ſervitute: quod ut nos manere volumus certum & indubitatum, ita ex altera parte affirmamus, ex Dei præſcientia atque prædeſtinatione voluntatem non impediri.

Non aſſerimus liberum arbitrium.

Mat. 6. 12.
Gal. 5. 17.

Rom. 7. 15. 22. & 23.

Poſſet Deus nos ab omni peccato ſervare, ſed non facit.

58 Viſum eſt hactenus in hoc tertio articulo, quæ neceſſitas inde proveniat: ea nempe, quæ non eſt abſoluta, ſed ex hypotheſi, quam dicere poſſumus conſequentiæ infallibilitatis & certitudinis, nullo autem modo coactionis. Quæ cùm ita ſint, jam apparet, nullam à Deo injuſtitiam committi, quando peccatores damnat, & juſtos glorificat. Redditur enim unicuique ſecundùm opera ſua, ut nemo dicere poſſit ſua peccata non eſſe ſua opera, cùm ad ea perpetranda non cogatur, ſed illa maximè probet & velit. Neque ut objiciebatur, fruſtra ſunt leges, monitiones, promiſſa & pœnæ; valent enim quantum Deus valere decrevit, ut ſcribit Auguſtinus quinto de Civitate Dei, capite jam citato. Vult enim Deus illis uti ad multorum hominum ſalutem, etſi quibus non proſunt, haud tamen ſuo fine carent: conducunt enim ad impiorum condemnationem. Preces quoque non redduntur inutiles, quia illis impetramus, quæ illis Deus per ipſas decrevit donare. Proinde rectè illud quidem ſcripſit Gregorius in Dialogis: Non poſſe precibus impetrari, niſi quæ Deus prædeſtinavit ſe daturum. Vt autem prædeſtinatione aut præſcientia vel prædictionibus peccata non excuſentur, permultis teſtimoniis Divinarum literarum inſtruimur. Prædixit Chriſtus Iudam ſe proditurum: certè illa prædictio, Iudæ neque abſtulit improbitatem, neque injecit. Sequutus eſt ille avaritiæ ſtimulos: non prodidit Dominum, ut vaticinio ejus obtemperaret. Chriſtus quoque Dei voluntate eſt occiſus. Dicebat enim in horto, Tranſeat à me calix iſte, ſi fieri poſſit, non autem mea, ſed tua fiat voluntas. Et de ſeipſo prædicabat, Animam pro meis ovibus ponam. Imò Pilatus & Herodes conveniſſe dicuntur in Actis Apoſtolicis, ut ea facerent quæ conſilium Dei ſtatuerat. An propter hæc vel Iudæi, vel iſti principes, à peccato ſunt abſolvendi, cùm hominem innocentem condemnaverint & occiderint? Quis hoc dixerit? Num etiam liberabit quis fratres Ioſephi à ſcelere, cùm fratrem vendiderunt, licet Deus voluerit ea ratione Ioſephum in Ægyptum pervenire? Neque crudelitas Regis Babyloniæ excuſabitur, quanquam divina juſtitia ſic decreverit puniendos Iudæos. Is qui occiditur, dictus eſt ab eo tradi in manum inimici ſui. Idémque dicitur tradere civitatem, cùm expugnatur ab obſidentibus. Atque Iobus quæ ſibi per vim & latrocinia à Chaldæis & Sabæis erepta fuerant, à Deo aiebat eſſe ſubrepta. Dominus (inquit) dedit, & Dominus abſtulit. Ex conſilio igitur Dei, quo peccatis abutitur ad conſtitutos fines, non poſſunt deduci juſtæ excuſationes peccatorum. Iudicantur enim & condemnantur prava opera, propter vitiatum & pravum cor ex quo derivantur. Nemo itaque doctrinâ prædeſtinationis offendatur, cùm potius inducamur illâ ad cognoſcendum beneficia Dei, & gratias illi uni agendas. Item docemur, ut non plus quàm oportet noſtris viribus tribuamus? afferatur certa perſuaſio divinæ in nos benevolentiæ, qua ſuos voluerit eligere antè jacta mundi fundamenta: confirmemur præterea in adverſis, certo ſcientes quicquid acciderit calamitatis, fieri ex divino conſilio & voluntate, eſſeque moderatione prædeſtinationis in bonum & æternam ſalutem denique ceſſurum.

Monitiones, leges & pœnæ non ſunt fruſtra.

Preces non ſunt vanæ.

Ex prædeſtinatione atque Dei conſilio peccata non excuſantur.
Mat. 26. 20.

Ibid. verſ. 39.

Ioan. 10. 11.
Act. 4. 27.

Gen. 4. 5. 6.
Eſa. 10. 7.
Exod. 23. 4.
Ioſ. 6. 16.

Iob. 1. 21.

D *Vtrùm Deus aliquem velit occidere ſeu perdere.*

59 Cæterùm ſe dubium offert, utrùm Deus aliquem velit occidere ſeu perdere, ſiquidem ſcribitur filios Eli non audiviſſe patris vocem, quòd Deus voluerit eos occidere. Ezech. cap. 18. & 33. cap. (ſiquidem utriuſque capitis idem eſt argumentum; quamvis Hieronymus aliquod inter ea diſcrimen indicaverit, ſed tam parvum, ut nihil propemodum referat) ſub perſona Dei ait: Vivo ego, nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat, &c. Apud Eſa. cap. 28. legitur: Ego faciam, inquit Dominus, opus alienum, nimirum ut vos puniam. Vnde colligitur, à natura Dei alienum eſſe, ut pœnas pro peccatis infligat. Quare ab Eccleſia paſſim canitur, Dei proprium eſſe parcere & miſereri. Et cap. 1. Sap. habetur (ſi tamen in librum recipimus) Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione vivorum. Adhæc nomen ipſius Dei Iehova in Sacris literis prædicatur, quod nihil aliud ſonat, quàm eſſentiam vel eſſe. Propterea in libro de vera Religione cap. 12. Auguſtinus ait: natura Dei eſt, eſſe. Quandoquidem omnia inde habent illud ipſum, quod extant. Mors verò efficit, ut res eſſe deſinant: unde non videtur à Deo proficiſci. Et in Gen. ſcribitur, Deum feciſſe hominem in animam viventem. Vnde conſequitur, non ſic feciſſe, ut illum perderet, ſed potius ut viveret. Et Hierem. 29. cap. dicitur: Ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis, ait Dominus. Cæterùm, è diverſo hîc audimus, illum voluiſſe perdere filios Eli. Et Hierem. in Threnis ait, Deum cogitaſſe, ut everteret murum Zion. Et in Zach. dicitur: Quemadmodum cogitavit Deus facere malum, cum irritarent eum patres veſtri: ſic modò vobis cogitat benefacere. Extat item locus 14. Eſaiæ, quo apertiſſimis verbis refertur Deum apud ſe conſultaſſe ac decreviſſe omnino perdere Babylonios & Aſſyrios: ac teſtimonia complura in hanc ſententiam facilè poſſent è divinis literis colligi, ſed cùm paſſim obvia ſint, ſuperſedebo.

In 1. Sam. 2. 25.
Ezech. 18. 25.
Ezech. 33. 11.

Eſa. 28. 21.

verſ. 13.
Mors non eſt à Deo.
Nomen Iehovah.

Gen. 2. 7.
Ier. 29. 11.

Thr. 2. 8.
Zach. 8. 14.

Eſa. 14. 24.

H 60 De propoſita diſputatione primùm aliquid certi ſtatuendum, deinde occurrendum teſtimoniis & rationibus, quæ poſitæ definitioni reſiſtere videntur. Ante omnia ratio mortis eſt diſtinguenda, quòd alia ſit animi, & alia corporis. De illa quæ pertinet ad corpus aliqua dicere ſupervacaneum eſſet, cùm ſenſu percipiamus eam nil aliud eſſe, quàm diſceſſum animi à carne. Vnde viciſſim ſtatuimus mortem animi tum accidere, cùm à Deo peccati ergò ſeparamur. Id quoque iis adjiciendum eſt, corporis mortem à morte animi pendere: niſi enim ea præceſſiſſet, hæc non ſequeretur. Vnde Paulus veriſſimè ſcripſit, per peccatum mortem ingreſſam in mundum.

Rom. 5. 12.

Vnde

Digitized by Google

Vnde Chriſtus hîc excipiendus eſt, qui ſolus citra A peccatum mortem obiit. Quanquam ne is quidem prorſus abſque peccato eſt mortuus, quandoquidem peccata noſtra in ſuo corpore ſuper lignum pertulit.

1.Pet.2.24.

Conciliatorem verò mortis Auguſtinus de Civitate Dei lib.4. cap.12. ait fuiſſe Diabolum. Is enim à Ioanne idcirco dictus eſt homicida jam inde ab initio, quòd primis hominibus peccatum ſuaſerit.

Ioan.8.44.

Vt itaque Chriſtus Mediator eſt vitæ, ita diabolus mortis, & peccatum ſcribitur ingreſſum in mundum per B unum hominem, quòd ille unus, id eſt, primus homo à diabolo corruptus fuerit. Proinde, inquit Auguſtinus, Deus mortem ſimpliciter ac per ſe non fecit, ſed eam ex retributione juſta peccantibus irrogavit.

Mala quatenus bona dici poſſint?

Aliud ſiquidem eſt, ſimpliciter ac per ſe aliquid producere, aliud juſtè infligere. Omnia enim, quæ per ſe fiunt, à Deo bona utique ſunt. Vidit enim Deus omnia quæ fecerat, & erant admodum bona.

Gen.1.31.

Illa etiam, quæ meritò peccatorum infliguntur, etſi naturâ ſuâ mala ſunt, hoc eſt, naturæ noſtræ C adverſantia, tamen quatenus rationem juſtitiæ ſubeunt, pro bonis debent haberi. Ad quam rem dilucidius expediendam Auguſtinus ſimile quàm elegantiſſimum adhibet. Cùm Iudex reum ſupplicio damnat, non dicitur propriè ſupplicium feciſſe, cùm reus illud ſibi acceſſiverit. Eſt ergo Dei voluntas quædã ſimplex: altera verò (ut Auguſt. appellat) retribuens.

Voluntatis in Deo diſtinctiones.

Ad utrã earum præſens locus pertinet, quo Deus voluiſſe dicitur perdere filios Eli? an de ſimplici an de retribuente iſta intelligemus? certè de D retribuente, quia de ſimplici voluntate accipi non debet. Propterea, inquit Auguſtinus, æquiſſimum eſſe, ut cùm animus noſter ſua voluntate diſceſſerit à Deo, nolens & invitus à corpore ſuo abjungatur. Diſcernendæ itidem ſunt peccantium conditiones: quidam enim eorum ſunt, qui ſe peccaſſe dolent, & quos pœnitet admiſſorum ſcelerum: ii ut ad electionem pertinent, ita etiam fidem, qua ſunt ornati, exercent.

5 De hoc peccantium genere Deus loquitur, E cùm apud Ezech. inquit, nolo mortem peccatoris.

Ezech.33.11.

Atque hæc Dei voluntas ita firma & ſtabilis eſt, ut eam jurando confirmet: Vivo ego, inquit, nolo mortem peccatoris. Alii verò ſic in ſuis flagitiis hærent, ut nulla unquam reſipiſcentia ducantur, quandoquidem ad reprobatorum numerum pertinent. Iſtos utique Deus vult mori. Et ſanè poſtquam impleverint menſuram ſuorum flagitiorum, expedit ut moriantur, quò finem peccandi tandem aliquando faciant. Proinde quòd Propheta inquit, ſub Dei per- F ſona, ſe nolle mortem peccatoris, non in univerſum de omnibus, verùm de quibuſdam eſt accipiendum. Poſſem item cum pleriſque Theologis addere, quandam eſſe Dei voluntatem, quam efficacem appellant, necnon aliam ſigni: dantur quippe omnibus promiſcuè ſigna quædam ſalutis, cujuſmodi ſunt externa vocatio, quæ præcipuè conſtat verbi Dei prædicatione, atque ſacramentorum adminiſtratione. Altera voluntas Dei arcana eſt, quæ vocatur efficax, & ad omnes promiſcuè non pertinet. G Nam ſi omnes complecteretur, omnes proculdubiò ſervarentur. Nam ea eſt Dei vis & potentia, ut de illo Scriptura prædicet, Omnia quæcunque voluit fecit.

Pſal.115.6.
Ezech.33.11.

Sentit igitur Ezech. Propheta, non eſſe Deo aſcribendas noſtras pœnas, ſed noſtris potius ipſorum peccatis. Et cùm ſubjicit, Deum velle, ut homines convertantur & vivant, id non ſic intepretandum eſt, quaſi ex virtute & merito pœnitentiæ vitam æternam aſſequamur, cùm illam adipiſcamur ſola fide per Chriſtum, Dei miſericordiam nobis concilian- H tem. Nec minus pœnitentia, quàm fides noſtra, inter dona Dei eſt annumeranda. Et ſanè de pœnitentia Paulus inquit ad Timotheum, ſi fortè Deus det illis reſipiſcentiam.

2.Tim.2.25.
Phil.1.29.

De fide verò ſcribitur ad Philip. Deus dedit vobis non ſolùm ut credatis in illum, ſed etiam ut pro eo patiamini. Ad Epheſios item: fide ſervati eſtis, & hoc non ex vobis: donum enim Dei eſt.

Eph.2.8.

Ex Dei utique liberalitate, non autem ex noſtris viribus hæc habemus, quia ſufficientes non ſumus ex nobis tanquam ex nobis aliquid ad ſalutem no- I ſtram conferre. Deus etenim eſt, qui operatur in nobis tam velle, quàm efficere.

2.Cor.3.5.
Phil.2.13.

Quocirca non aliqua pars noſtræ ſalutis, verùm univerſa pendet à Deo. Quòd ſi quæſiveris, cur Deus hæc ſua dona iſti, & non illi elargiatur, id eſt, ἀνεξερεύνητον. Hoc nobis debet ſufficere, ut illum profiteamur, quicquid facit, rectè ac juſtè facere.

6 Quod verò Eſaias inquit, Deum facere opus alienum, cùm ſceleratos juſtis pœnis afficit, non eſt difficile ad ſententiam, quam propoſuimus accommodare, cùm Deus ſponte ſua & abſque juſta cauſa malum non inferat. Provocatur quippe noſtris peccatis & ſceleribus juſtam damnationem rependit. Mihi tamen eo loco ſignificare videtur, opus alienum, opus inuſitatum, non antea viſum, & inauditum: ac ſi diceret Deus, non aliquo vulgari & quotidiano ſupplicio, verùm inſigni & ſtupendo vos afficiam. Qui ad hunc modum verba Prophetæ acceperit, me judice, à ſententia ejus genuina minimè aberrabit.

Eſa.28.21.

Quódque in primo capite Sapientiæ legitur, Deum non feciſſe mortem, nec lætari perditione viventium, ex iis, quæ jam dicta ſunt, ſatis liquere arbitror.

Sap.1.13.

Quia Deum non feciſſe mortem intelligemus, quod nos eam peccatis noſtris attraxerimus. Nec tamen propterea ſtatuendum eſt, eam à Deo nulla ratione derivari, τὸ ῥητὸν ibi non vehementer urgendum eſt, alioqui regereretur ex 11.c. Eccleſiaſtici, mortem & vitam, bona & mala, paupertatem & divitias eſſe à Deo.

Eccl.11.14.

Et quod ſubjicitur Deum perditione viventium non lætari, verum id eſt, quoad prædeſtinatos, quandoquidem ex illis neminem patitur interire, cùm è diverſo de reprobis primo capite Proverbior. dicatur: Ego quoque in interitu veſtro ridebo.

Prov.1.26.

Non enim Deus nolens aut violenter, ſed ſponte ſua & alacriter, ad perdendos impios adducitur. Deinde verum eſt, hominem ab initio creatum eſſe in animam viventem, Deumque poſſe videri ob id non eſſe authorem mortis, quòd hominem creavit, ut viveret, qui poſtea ſibi vitio ſuo mortem peperit, ſed tamen iis addo, non potuiſſe hominem vitam habere, niſi Dei ſingulari beneficio: nam ille dat, quibus viſum fuerit, pro ſuo arbitrio.

Gen.2.7.

Et profectò verum eſt, quod ipſe inquit apud Hieremiam, ſe cogitare cogitationes pacis & non afflictionis.

Ier.29.11.

Primùm quòd mors & ſatellites ejus à nobis ipſis, ut ſæpe dictum eſt, attrahantur. Deinde, non leviter expendendum, quod in Propheta ſubjicitur, domui Iſrael, hoc eſt, electis & ad ſalutem prædeſtinatis. Nam de illis Deus nihil cogitat, niſi ad eorum ſalutem. Quod attinet ad nomen Iehova, quo Deus præcipuè nuncupatur, quod ab eo res omnes idipſum quod ſunt nanciſcantur, & idcircò mortem, cùm homines ad nihilum redigat, non poſſe videri à Deo habere cauſam, ſciendum eſt, mortem hominibus irrogari, ut peccati ſupplicium, & merentibus infligi. Nec inficiamur, Deum per ſe vitam eſſe, cùm ab eo eſſentia omnium rerum tanquam à fonte pendeat. Quod tamen non ita eſt, quin eam poſſit retrahere, quoties viſum fuerit. Nam quicquid facit, voluntariè ac ſua ſponte facit, non ut ſol, aſtra, luna & ignis, ac cætera Phyſica, quæ naturaliter & quadam neceſſitate operantur. Idcirco David ſapienter cecinit: Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate, quam ſi retraxeris & ſemel clauſeris, omnia ſtatim deſtruentur. Sed manum ſuam non claudit, niſi malis noſtris meritis provocatus. *Vide Theſes de Prædeſtinatione & Providentia ad finem locorum Communium.*

Pſal.104.28.

CAPVT II.

De vocatione Dei & Gratia.

VOCATIO divina eò dirigitur, ut illi credamus, & præterea ejus ſervemur beneficio: cùm ergo ſalus noſtra & fides, bona ea ſint quæ Dei vocatio ſpectat, hanc naturam ſortita ſunt, ut fides alteri fini inſerviat, noſtræ inquam ſaluti: geminus planè finis, qui tamen unus videri poſſit, cùm unus abſque controverſia ad alterum faciat.

In Gen.12.1.
Finis vocationis.

At non ſemper eadem eſt vocationis forma: fit enim nonnunquam duntaxat interno ſpiritus afflatu, interdum externis Dei verbis, ſcripto vel voce nobis propoſitis. Illa autem verba Dei quibus vocamur, verſantur partim in

Forma vocationis.

Digitized by Google

Act. 3. 3.

A pollicitationibus, partim verò in doctrina, quibus interdum & minæ adhibentur. Vt etiam quadam nonnullos legimus vocatos eſſe, ut in Actis Apoſtolicis de Paulo ſancta narrat hiſtoria. Beneficiis item hoc non ſemel factum legimus, imò eo ſpectaſſe videntur ſanitatum dona Apoſtolis collata. Vocat adverſis rebus Deus aliquando filios ſuos, quod filii Iſrael ſæpenumero experti ſunt.

Mat. 10. 8.
Eſa. 22. 12.
Vocatio communis & privata.

Nec reticendum hanc vocationem quandoque intelligi quoad ſalutem, cum Deus ideo nos ad ſe vocet ut ſervemur. B Eſt & privata quædam alia vocatio, ad certum obeundum munus, puta ſacerdotii, regni, patrisfamiliâs, & alia id generis. Quæ geminæ vocationes, non idcirco ſunt idem genus, quia ſejungi poſſunt. Nam ita vocatus eſt Saulus ad regnum, at non ad ſalutem: & Iudas quamvis ad Apoſtolatum adſcitus eſt, non tamen redemptionis per Chriſtum particeps fuit.

2. Sam. 12. 11.
Ioan. 6. 10.
Vocatio efficax & inefficax.

Vocatio item duplex, alia efficax dicitur, alia verò inefficax. Inefficax eſt, ubi quibuſdam ſignis aut indiciis C quidam judicantur vocati, & ad Deum atque Eccleſiam pertinere, quod tamen revera non ſuccedit. Et de hac Matthæi vigeſimo & vigeſimoſecundo, Multi ſunt vocati, pauci vero electi.

Mat. 20. 16. & 22. 14.
Rom. 8. 17.

At efficax illa dicitur, quæ nullo pacto debito fine ſalutis caret. De qua Paulus ad Romanos capite octavo loquitur, cùm dicit, Omnia in bonum cedunt, his qui ſecundùm propoſitum vocati ſunt. Quos enim præſcivit, hos & prædeſtinavit conformes fieri imagini Filii ejus, ut ipſe ſit primogenitus in multis fratribus. Quos prædeſtinavit, hos & vocavit: quos vero vocavit, hos & D glorificavit. Vides ex his Pauli verbis, vocatos eſſe prædeſtinatos, atque illos eoſdem glorificandos. Solvitur itaque apparens pugna in Scripturis: nam cum ſemel dicitur quoſdam vocatos & non electos, illa eſt vocatio inefficax: cùm rurſus vocati perhibentur juſtificati & glorificandi, ſermo ibi fit de vocatione efficaci. Hanc efficacem vocationem, Paulus appellat ſecundum propoſitum: at illud Dei propoſitum, refertur ad prædeſtinationem & præſcientiam. E Illud quoque eſt addendum, vocationem fidem antecedere, quod ex decimo capite ad Romanos patet, cùm dicit Apoſtolus, Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent ei, de quo non audierunt? quomodo audient, ſine prædicante? quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Ecce hic reſolutionis methodo vides fidem pendere à vocatione bifariam. Primo, quia concionatori & legati oportet ut vocentur, deſtinentúrque ad Dei verbum proponendum: ipſi deinde dum concionantur, populum Dei vocant: cujus fides, ita jam ut vi- F des, à vocatione Dei pendet.

Rom. 10. 14.
Vocatio fidem antecedit.

Quòd ſi eſt vocatio ante fidem, eſt etiam ante omnia merita: quia bona opera noſtra quibus aliquid meremur, è fide emanant, uti ad Galatas 5. cap. dicitur, Fides quæ per dilectionem operatur. Cum ergo fides antecedat opera & merita, fidem verò vocatio, hinc liquet vocationem non dari ullis meritis noſtris, ſed gratuita ſolummodo Dei miſericordia.

Gal. 5. 6.
Vocatio eſt gratuita.

Tempus vocationis.
Mat. 20. 1.

2 Iam vero ſi de tempore vocationis rogeris G quando illa fiat, reſpondere debes, nullas Deo præfixas eſſe leges: illum ſua diſpenſatione ſapientiſſima, quoſdam hora prima, alios ſecunda, alios tertia in vineam vocare, & rurſus nonnullos ſub veſperam. Licet enim, quoad illius præcognitionem ſive prædeſtinationem, omnes ab æterno ſimul vocati fuerint: tamen declaratio vel executio vocationis à Deo fit, prout ejus gloriæ & decori, vel utilitati Eccleſiæ conducit.

Dignitas vocationis.

Tantáque eſt divinæ vocationis dignitas, ut Eccleſia inde nomen ſortita ſit ἀπὸ τοῦ καλεῖν, nil enim ſanè ipſa eſt aliud quàm vocatorum H cœtus.

Parendum vocationi.
Mat. 11. 28.

Supereſt ergo ut cùm vocamur, pareamus omni ſtudio vocanti, in primis id cogitantes, quod noſtro vocamur commodo: non enim vocat nos Deus, niſi in bonum, Vnde Chriſtus dicebat; Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Longinqui enim à Deo, cura & ſolicitudine victus laboramus: onuſti præterea multis & gravibus ſceleribus, deprimimur. Cogitandum inſuper nobis eſt quale ſit, utque ſingulare & eximium I hoc Dei beneficium, quod non omnibus impertit: tot enim præteritis hominibus, quorum natura & noſtra eadem eſt, nos aſcivit: oblatum ergo nobis beneficium quodque aliis denegatur, ſi non excipiamus, rei erimus pœnarum non vulgarium, imò nobis theſaurizabimus, ut ad Romanos habetur, iram in die iræ.

Rom. 2. 5.
Matt. 8. 21.

Neque ulla excuſatio debet prætexi vel poteſt legitima, ut vocati Deo non obſequamur, quantumvis illa ſpecie fuerit pia, quod in Evangelio octavo capite Matthæi ſatis oſtenditur, cùm vocanti Domino ille obtendebat parentis ſui ſepulturam: id proculdubiò videbatur pietatem ſpectare: At Chriſtus illi dicit, Sine ut mortui ſuos mortuos ſepeliant, ac ſi dicat, Quando à me vocaris, omnia poſthabeto officia, & vocantem ſequere.

Vis divinæ vocationis.
Ibid. v. 19.

Eáque eſt vis divinæ vocationis, ut ſine illa omnes noſtri conatus efficiantur irriti, Deóque minimè probentur, ut in eodem capite apertiſſimè videmus Chriſto non placuiſſe illum, qui ultrò quodammodo ſe offerebat ut illum ſequeretur: verùm quia vocatione caruit, non recto animo ad Chriſtum ſectandum ſeſe ingerebat, unde repulſus eſt.

Rom. 6. 16. 17.
In Rom. 8. cap. verſ. 17.
Ante regenerationem omnes eramus ſervi peccati.
Dei vocatio nullos reperit ſanctos.

3 Paulus autem, de vocatione diſſerens, non ſatis habuit, redigere nobis in memoriam, quòd ſimus traducti ad obedientiam: ſed etiam inſuper monere voluit; quales anteà fuerimus, nimirum ſervi peccati. Hæc noſtra fuit omnium conditio, antequam ad Chriſtum converteremur. Divina enim vocatio nullos ſanctos aut juſtos reperit. Nec ſatis erat dicere, nos jam ſervos eſſe juſtitiæ, ſed addidit, ex corde. Qui verè ſunt renati in Chriſto, & in eo inſerti: non coacti aut ex hypocriſi, ſed ultro ac ſponte faciunt, quod intelligunt placere Deo. Itaque Paulus cùm hoc commemorat, agit Deo gratias, quòd id intelligat ſummum ac ſingulare eſſe Dei beneficium, non autem in noſtra manu poſitum, ut à multis fingitur.

Tracti ſumus à Deo, quòd id non ſit in noſtra manu: ideo ei gratias agimus.
Ioan. 6. 46.

Eoque adjecit ſignificatione paſſiva, Traditi eſtis. Quibus verbis nihil aliud ſenſit, quàm quod Chriſtus cùm diceret, Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit illum. Quis autem ſit ille tractus, quamque explicatu difficilis, ſi quis expendat Chriſti verba, facile poterit intelligere. Scriptum eſt inquit in Prophetis, Erunt omnes docti à Deo: quod Chriſtus adhuc clarius exponit.

Ibid.

Qui audierit inquiens à Patre meo, & didicerit, venit ad me. Quibus verbis oſtendit, non ſatis eſſe vocationem externam, niſi intus & in animo addatur à Deo plena perſuaſio. Poſtquam enim Deus inclinavit & flexit animum noſtrum, tùm demum venimus ad Chriſtum. Et annotavit Auguſtinus, libro primo ad Bonifacium, contra duas epiſtolas Pelagianorum, Dominum dixiſſe, Niſi Pater meus traxerit, non duxerit: quaſi noſipſi ex nobis aliquid velimus & aſſentiamur vocanti. Nam qui vult, non trahitur, ſed ducitur: non quòd Pater trahat niſi volentes. Fieri enim non poteſt ut credamus, niſi velimus. Sed Deus mirabiliter in cordibus noſtris agit, ut ex nolentibus efficiamur volentes. Et idem Auguſtinus ſuper Ioannem exponens hunc locum, credentem confert cum ovicula, quam paſtor protenſo viridi ramuſculo trahat poſt ſe, non quidem vi, ſed ultrò & cupientem. Habet enim ovis intus appetitum extimulantem, ut ramum ſequatur.

Niſi prius efficiamur oves, non ſequemur invitantem Deum.
Dei tractus eſt cum voluptate.

Qua in collatione hoc debemus annotare, id proprium eſſe ovis. Aliud enim animal, quantumvis invites frondibus, non ſequetur. Ita nos oportet per regenerationem renovari, & oves Chriſti fieri, antequam eum poſſimus ſequi. Nam alioqui omnes ramos & vocationes aſpernamur. Addit præterea Auguſtinus hunc tractum eſſe cum quadam oblectatione & voluptate, ut verum ſit quod Poeta canit,

Trahit ſua quemque voluptas:

Vinculis autem non corporis, ſed cordis adducimur, & ſancta voluptate incitamur. Sed definitio ipſa voluptatis ſatis docet, ante neceſſariam eſſe corruptæ noſtræ naturæ immutationem. Nihil enim eſt voluptas, niſi affectus & motus in nobis excitatus à rebus noſtræ naturæ conſentientibus: ut contra dolor efficitur, ex rebus naturæ noſtræ repugnantibus. Iam verò ex Dei monitis, & cœleſtibus concionibus ut voluptatem aliquam capiamus, opus eſt ut illa cum noſtra natura conſentiant. Atqui cùm illa ſit depravata, fieri id nullo modo poteſt. Paulus enim ait ad Corinthios, Animalis homo, non percipit ea quæ ſunt

1. Cor. 2. 14.

Digitized by Google

1.Cor.2.14.

ſunt ſpiritus Dei. Videntur enim illi ſtulta, ideoque ea repudiat ut ſibi contraria.

Ut lex Dei nobis placeat, non ipſa immutanda eſt: ſed natura noſtra invertenda.

In Iud.9.23.
Rom.6.17.

4 Quid igitur faciendum eſt, ut ea nobis placere poſſint? Num Dei mandata mutanda ſunt, & ad noſtras cupiditates inflectenda? Minimè. Naturam potius noſtram oportet immutari, & à Deo regenerari. Id autem Deus in nobis efficit, cùm nos donat juſtitia ſua per fidem, atque ita nos ad Chriſtum trahit. Ideoque Paulus, cùm uſus eſſet verbis activæ ſignificationis, obediendi & exhibendi membra, &c. poſtea paſſiva ſignificatione ſubdidit. Traditi eſtis & liberati à peccato, ſervi facti eſtis juſtitiæ. Quibus verbis indicatur, aliunde provenire, ut rectè agamus, & ſequamur Deum. Per formam doctrinæ intelligit Evangelium. Non enim eſt ſimplex doctrina ut Philoſophia aut Lex, ſed ejuſmodi ut offerat nobis Chriſtum, & ejus ſpiritum & gratiam, unde vires ſuppeditantur ad ea præſtanda quæ jubentur. Et quanquam iſte tractus opus ſit Dei, concionatores tamen & paſtores, illi tanquam miniſtri ſervire debent. Cúmque eum ipſum tractum appellemus motum, terminus & à quo incipit, & in quem fertur, indicatur à Paulo cùm ita ſcribit, Servi fuiſtis peccati. Quibus verbis oſtendit, undenam tracti ſimus. Cùm vero addit, nos traditos eſſe ut obediamus Evangelio, mutationis noſtræ finem demonſtrat: idcirco enim regeneramur, & ad Chriſtum adducimur, ut verbo eius obediamus. Neque ſatis putavit eſſe Paulus mutationem iſtam ita propoſuiſſe, niſi etiam mutationis modum oſtenderet. Nam cùm ait, nos ex corde obedire, ſatis docet motum hunc non eſſe coactum aut violentum, ſed ſpontaneum.

Tractus licet ſit opus Dei, tamen Verbi miniſtri ſerviunt.

Terminus à quo & ad quẽ divini tractus.

5 Cæterum occurrit dubium, quoad naturam noſtram, ut modò lapſa eſt & corrupta: num poſſit gratiæ Dei ac ſpiritui ejus præſenti reſiſtere? Arbitror ſtatuendum eſſe auxilii divini ſeu gratiæ varios eſſe gradus: nam ejus quandoque tanta potentia & ubertas eſt, ut voluntatem omnino flectat humanam, nec tantùm ſuadet, ſed perſuadet. Dúmque res eo pacto habet, non poſſumus à recto diſcedere, ſed in Dei partes ac ſententiam tranſimus. Unde Paulo dictum eſt, Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Nec tamen ſentiendum eſt, ullam violentiam aut coactionem, dum ſic agitur, inferri humanæ voluntati: ſuavi quippe motu atque converſione immutatur, volentis utique, ſed ita volens, ut ejus velle à Deo eliciatur: nam ipſa eſt quæ vult, ſed Deus efficaci & potentiſſima perſuaſione facit ut velit. At nonnunquam vis illa Dei & ſpiritus eſt remiſſior: cui tamen (ſi ſtudium vellemus adjungere, ac noſtram voluntatem applicare) non reſiſteremus, imò perſequeremur ejus monita & afflatus: cumq; id non faciamus, ideo illi reſiſtere dicimur, & ſubinde labimur. Nec tamen hoc accipiendum eſt de prima regeneratione, ſed quoad renatos, qui jam gratia & ſpiritu ſunt præditi. Nam voluntas impiorum adeo corrupta & vitiata eſt, ut niſi renovetur afflatibus Dei, & Spiritus ſancti monitis, cedere neſciat: eáque in prima immutatione converſionis tantum paſſive ſe habet, & ante renovationem, ſpiritui Dei (quantum in ipſa eſt) perpetuo reſiſtit. Primi autem parentes dum integri erant, cum auxilio gratiæ utcunque remiſſo, ſi adjunxiſſent ſtudium ſuum, potuiſſent mandatis Dei perfectè obtemperare. Nos vero quamvis renati, cùm gratia fuerit paulò remiſſior, modo non remittamus de noſtro ſtudio, non quidem valebimus conſtanter ac perfectè parere, ſed tamen intra limites inchoatæ obedientiæ nos continere: quod, quia non facimus, ideo ſubinde peccamus, atque graviter labimur. Cur verò Deus eodem tenore atque contentione ſuam gratiam electis perpetuò non ſuppeditet, ſed modò valentius, modò remiſſius in eis agat, duplex ratio afferri poteſt. Primùm, ne putemus Dei gratiam naturales eſſe vires, quæ ſemper eodẽ modo ſe habeãt. Voluit itaq; Deus juſtiſſima ratione gradũ & efficaciã auxilii ſui variare: quò intelligerem^ voluñtate ſua, nõ arbitrio noſtro gubernari. Deinde ſæpè fit, ut noſtra negligẽtia & ſocordia eã varietatẽ commereatur.

Act.9.5.

Motus divini tractus non eſt coactus.

Gratiæ Dei unde varii gradus.

Violentia ſeu coactio non infertur humanæ voluntati.

Gratia Dei cur in nobis eodem tenore non ſemper agat.

In 1.Cor.1.9.

6 Cùm autem Scriptura Deum prædicat fidelem, oſtendit ipſum nullo vitio noſtro reddi poſſe A mendacem. Ideo ſi nos vocavit juſta & efficaci vocatione, non eſt dubium quin ſit perfecturus opus quod inchoavit, ut in die Domini (ſive is ſit tempus obitus, ſive extremi examinis, quo de omnibus mortalibus feretur ſententia) ſervandi ſimus ab eo inculpati: quanquam ſæpius, quæ noſtra eſt infirmitas, hîc vivendo, lapſi fuerimus. De hac Dei fide ſcribitur ad Romanos, Quid enim, ſi quidam illorum non crediderunt? nunquid incredulitas illorum fidem B Dei faciet irritam? Abſit. Videtur Paulus ad Corinthios prima, capite primo, ita ratiocinari, Gratiam per Chriſtum jam obtinuiſtis, & complura dona per illum eundem nacti eſtis. illud itaque quod ſupereſt habebitis, ut in die Domini ſitis inculpati. Neque alio ſenſu ſcripſit idem ad Romanos, Abſque pœnitentia ſunt dona Dei & vocatio. Quamobrem & nos hoc argumenti genere utamur, ſi quando fuerimus (ut fit) dejecto animo. Vocati ſumus ad ſalutem, vocanti credidimus, remiſſionem peccatorum conC ſequuti ſumus, & adepti non vulgaria dona: ſervabimur igitur, neque Deus opus manuum ſuarum abjiciet. Quæras, de vocatione num ſit efficax, an ſecus, & de fide qua præditus es, num temporaria ſit, quid poſſim ſtatuere? Aio, Spiritum Chriſti perhibere teſtimonium ſpiritui noſtro, quòd ſimus filii Dei: quam electorum notam Paulus ad Romanos Eccleſiam docuit. Secundo loco ex effectis, & ut loquuntur à poſteriori: Bona opera vocationem noſtram & electionem certam reddunt. Petrus enim Epiſtola D poſteriore capite primo, cùm de bonis operibus copiosè meminiſſet, ſubjecit: Quapropter fratres, potius operam date, ut vocationem & electionem veſtram firmam faciatis. Quod ſi denuò percontaris, Cùm ſpiritus proximi minime nobis innoteſcat, poterimúſne de illo judicare alia ratione, quàm ex operibus? Certè Chriſtus alia indicia, quibus judicemus de proximis, non reliquit. Nam dicebat, A fructibus ipſorum cognoſcetis eos: & charitas debet cuique ſuadere, ut cùm fratrem videris in Eccleſia E verſari, probatam vitam degere, ac orthodoxam fidem tueri, de illo bene ſperes. Paulus autem de Corinthiis bene ſperabat, partim ex charitate, qua eos complectebatur: partim ex operibus & Spiritus ſancti donis, quæ multa in eorum Eccleſia extabant: partim adducebatur Spiritu, quo monitus erat, plurimum ibi eſſe populum, qui ad Deum pertineret.

Rom.3.3.
Ratiocinatio Pauli.
1 Cor.1.8.
Conſolatio inſignis.

Rom.11.29.

Reſponſio ad objectionem.
Rom 8.16.

1.Pet.1.10.

De proximo quomodo poſſimus judicare?
Mat.7.16.

1.Cor.1.5.

Cur Paulus benè de Corinthiis ſperarit?
Act.18.10.

De Gratia.

7 Hic locus admonet, ut de Gratia aliquid amF plius dicendum videatur. Nomina quæ abſtractè ponuntur, ut Dialectici dicunt, per concreta, quorum ſignificata ſenſui præſentiora ſunt, declarari ſolent. Quare hoc primum videndum eſt, quid apud Latinos ſonet vox iſta Gratioſus. Is autem apud omnes dicitur eſſe gratioſus, cui omnes favent, & quem vulgò benevolentia proſequuntur. Ita in ſacris literis homines dicuntur gratioſi, qui apud Deum gratiam invenerunt. Sic enim Scriptura loqui ſolet de iis quibus Deus favet, quóſG que dilectione proſequitur. Cæterùm, quod ad hoc attinet, inter Deum & homines magnum eſt diſcrimen. Nam homines nemini favent, niſi in quo ea deprehenderint, quibus allici & pertrahi poſſint ad amandum. Oportet ergo, qui ab hominibus velit amari, ut in ſe habeat amoris & benevolentiæ cauſas. Deus autem è diverſo, nihil in hominibus invenit amabile, quo adduci poſſit ad amandum. Ipſe enim prior dilexit nos, & ex ea dilectione in nos contulit quicquid habemus, quod illi placere poſſit. Quare H nomen Gratiæ in ſacris literis bifariam accipitur. Primùm quidem & præcipuè ſignificat Dei erga homines benevolentiam, & gratuitum favorem quo proſequitur electos. Deinde, quia Deus electos ſuos præclaris donis afficit, Gratia interdum ſignificat etiam ea dona, quæ nobis à Deo gratis conferuntur. Iſta duplex ſignificatio gratiæ benè cognita, demonſtrat quanto diſcrimine adverſarii, & nos eandem ſententiam affirmemus. Utrique enim dicimus, hominem gratiâ juſtificari, ſed hoc intereſt: I Illi nomine Gratiæ intelligunt dona ea, quæ illis qui juſtificantur, conferuntur: nimirum habitus infuſos, deinde bona opera, & alia id genus,

De Gratia.
Ex Epiſt. ad Rom.5.21.ſup. Ca.1.ſect 18.
Abſtracta cognoſcuntur per concreta.
Quid ſit gratioſum eſſe.

Aliter gratioſi ſumus apud homines, & aliter apud Deum.

Gratia Dei bifariam accipitur.

Digitized by Google

quæ Deus in electis operatur. Nos verò, cùm videamus hæc dona, quàm diu vivimus, noſtro vitio imperfecta eſſe: negamus nos illis poſſe juſtificari, ut nullo modo per ea divino judicio ſatisfiat. Quare intelligimus, juſtificari per Gratiam, juſtificari per ſolam, meram & ſinceram Dei benevolentiam, quam habet erga nos ex ſola ſua miſericordia. Dicimus etiam nos juſtificari per gratiam Chriſti, qua flagrat apud Patrem. Cùm enim maximè ſit apud illum gratioſus, efficitur ut nos quoque in ſe amet, ut ejus membra & fratres cooptatos per fidem.

Quid ſit juſtificari per gratiam, & per gratiam Chriſti.

Scholaſticorũ figmentum ex Ethicis Ariſt. ortum.

8 Scholaſtici verò finxerunt ſibi gratiam eſſe habitum infuſum in animam, quo anima facilius poſſit exurgere, & bona opera expeditius facere. Quod ſuum inventum ex ſacris literis nullo pacto poſſunt confirmare. Videntur autem id à Philoſopho arripuiſſe, qui in Ethicis docet, facultates & potentias animi habitu roborari, ut poſſint ea præſtare quæ antea non potuerunt: aut ſi potuerunt, tamen non abſque magna difficultate potuerunt. Idem iſti judicant de animo: quod cùm non poſſit naturâ ſuâ eò evehi, ut Deo ſit gratus, & opera faciat quæ illi placeant, opus habet cœleſti & ſpirituali habitu, quò iſta poſſit efficere. Dumque ita ſuam Philoſophiam ſectantur, à vulgari & recepto ſenſu diſcedunt. Cùm enim dicimus, militem Regi aut Imperatori gratum eſſe, non dicimus in milite eſſe gratiam, ſed potius in Rege aut Imperatore, qui militem gratia complectitur. Ita hic ſi rectè loqui volumus, non dicemus, nobis infundi aut dari Gratiam, ſed potius nos à Deo recipi in gratiam, qui antea ejus fueramus inimici. Sed ut melius deprehendatur error Scholaſticorum, eorum definitionem proponemus. Definiunt enim Gratiam eſſe habitum à Deo infuſum bonitatis & charitatis ejus ſimilem, quo illum habens gratus Deo redditur, & opera facit illi grata & meritoria. Cùm habitum dicunt infuſum à Deo, à virtutibus naturalibus eum ſeparant. Deinde cùm faciunt eum ſimilem bonitatis & charitatis Dei, putant ſe rationem adferre, cur ornati hoc habitu Deo ſint grati, nempe quod ſimilitudo ea intercedat. Et cùm Gratiam rem creatam eſſe in anima non poſſint ex ſcripturis probare, id rationibus aſſerere nituntur. Nam Thomas ait, Benevolentiam Dei non eſſe ocioſam. Deum enim dici diligere, quando aliquid boni confert. Itaque ait, Deum benè velle aliquibus, aut aliquos benevolentia proſequi, eſſe illis dare aut infundere talem habitum qualem jam deſcripſimus. Sed hoc argumentum eſt infirmiſſimum. Fatemur enim Dei benevolentiam non ſtertere ocioſam, ſed beneficiis & illis quidem multiplicibus afficere. Sed quomodo ſequitur hoc argumentum: Deus largitur complura munera, ergo creat aut infundit ejuſmodi habitum? Deinde non parvus eſt error, quod volunt nos hoc habitu, ſeu creatura, reddi gratos Deo. Neceſſarium enim eſt, cùm ille nos hujuſmodi dono affecerit, eum nos amaſſe prius: Amor enim Dei præcedit omnia ejus dona. Poſſunt quidem virtutes, quæ ſequuntur, rationem aliquam habere cur donentur, non tamen poſſunt eam vim habere, ut Deum ad nos amandum alliciant. Eum enim, cùm nobis iſta contulerit, jam ante habuimus benevolum. Alia autem illorum ratio hæc eſt. Si Spiritum ſanctum habent (inquiunt) ad Chriſtum converſi, quem antea non habuerunt, neceſſe eſt, ut aliqua mutatio interceſſerit. At ea in Deo nulla eſt. Quare oportet eam in nobis conſtituere, nempe ut habitum gratiæ habeamus, quem prius non habuimus. Sed hoc quoque nullius eſt momenti. Quoniam Deus auxilia ſua differt prout illi videtur: & hominum corda movet certo tempore, cùm ea anteà non moverit: quod tamen ab eo abſque ſui mutatione fieri non dubitamus. Scimus enim eum certo tempore orbem creaſſe, qui prius non extiterat, neque tamen propterea Deum mutatum eſſe dicimus.

Simile.

Gratiam à Deo habere eſt ab illo in gratiam recipi.

Definitio quã Scholaſtici gratiæ aſſignant.

Benevolentia Dei erga electos non eſt ocioſa.

Dei amor erga nos præcedit omnia ejus dona.

Deus non mutatur, licet nũc faciat quod antea non faciebat.

Probatur gratiam Dei favorem eſſe quo nos proſequitur.

9 Nunc ſupereſt, ut è Scripturis confirmemus, Gratiam Dei ſignificare ultroneam & gratuitam ejus benevolentiam: deinde munera, ſeu dona, quæ conferuntur ſanctis: tertiò, Gratiam Chriſti eſſe illam, qua pollet apud Patrem, & propter quam nos à Patre diligimur. De primo, Paulus ait ad Epheſios, nos electos eſſe à Deo ante jacta fundamenta mundi, ſecundùm beneplacitum ejus, in laudem gloriæ gratiæ ejus. Quo loco videmus, cauſam noſtræ electionis eſſe ut Dei erga nos benevolentia & gratia commendetur. Et in poſteriori Epiſtola ad Timotheum ait, Qui vocavit nos vocatione ſua ſancta, non ex operibus, ſed ſecundùm ſuum propoſitum & gratiam. Et Petrus hortatur, ut ſperemus in eam gratiam, quæ oblata eſt. Sperare autem non licet in re creata. De Chriſto autem Paulus ait ad Epheſios, Deum nos gratos reddidiſſe in dilecto, hoc eſt, in Chriſto, quem unicè & maximè amat. Et in Epiſtola ad Romanos, Gratiam vocat vitam æternam. Hæc igitur erit vera definitio Gratiæ, & ſacris literis conſentanea: Eſt benevolentia Dei ultronea, qua nos charos habet in Chriſto Ieſu, & condonat nobis peccata, dat Spiritum ſanctum, vitam integram, & æternam felicitatem. Habes ex hac definitione, non tantùm quid appellemus gratiam, ſed etiam per quem illam habeamus, quæque ejus ſint effecta præcipua.

Eph.1.4.

2.Tim.1.9.

1.Pet.1.13.

Eph.1.6.

Rom.6.23.

Vera gratiæ definitio.

10 Nunc videndum eſt, qua ratione Deus tam præclara bona in nobis operetur. Primùm promiſſiones harum rerum offert: deinde afflatu ſuo cor aperit, ut illæ admitti poſſint. Quod niſi ille faceret, nunquam illa bona locum in nobis invenirent. Cor enim hominis obfirmatum eſt, & averſatur ſpiritualia: eóque in Eccleſia ſemper opus eſt miniſterio. Nam paſtorum eſt promiſſiones Dei populo proponere, eáſque non tantùm verbis urgere, ſed etiam Sacramentis, quæ verba quædam viſibilia ſunt, obſignare. In primis verò illorum eſt duo impedimenta removere, quæ homines maximè à promiſſionibus Dei abducunt. Ex altera enim parte homines putant, ſe non poſſe pervenire ad promiſſiones Dei, quòd illis indigni ſint. Hic oportet fidelem miniſtrum ſedulò inſtare, & docere, hæc à Deo gratis conferri, non ex operibus aut aliqua dignitate accipientium. Ex altera parte ambigere ſolent homines, an ipſi Dei electione ab iſtis promiſſionibus ſint excluſi. Hic docere oportet, fidelium eſſe, promiſſiones Dei generaliter accipere, ut nobis in Sacris literis à Spiritu ſancto traditæ ſunt: neque oportere de arcana Dei voluntate eſſe ſollicitos. Nam eam proculdubio Deus revelaſſet, & indicaſſet quinam ſint electi, quive reprobi, ſi ſciviſſet ad ſalutem fore utilem. Quare cùm Scripturæ neminem privatim à promiſſionibus rejiciant, ſic eas quiſque debet accipere, ac ſi ad ſe peculiariter pertinerent. Et ſanè cum fide unà credentibus perſuaſio ſpiritus datur, ut verè ſe ad electos attinere non dubitent. Hac ratione miniſterium Eccleſiæ Dei inſervit, & illi cooperatur ad noſtram ſalutem: non quòd ſine eo divina bonitas & potentia, non poſſit & promiſſiones ſuas nobis offerre, & animos noſtros ad eas recipiendas inclinare. Neque enim Gratia Dei, aut miniſterio, aut Sacramentis, aut verbo externo neceſſariò eſt alligata. Cæterùm nos nunc loquimur de uſitata ratione, qua Deus homines ad ſalutem ducit. Cùm autem promiſſiones Dei ſemel admiſimus, qui antea fuimus mortui peccato, ſtatim incipimus reviviſcere: atque ita reſtitui vitæ, ex aliqua parte Legi Dei obtemperamus: non quidem perfectâ, ſed tantùm inchoatâ obedientiâ. Deinde contra hoſtes, carnem & ſatanam, habemus præſens auxilium Dei, & admirabilem conſolationem in afflictionibus, & vires ac facultates animi & corporis inſtauratas. Vtque uno verbo dicam, gratia Dei, quam deſcripſimus, eſt omnium bonorum ſcaturigo.

Qua ratione Deus in nobis operetur bona ſua.

Cur in Eccleſia ſit opus miniſterio externo.

Duo miniſtri debent in docendo curare.

Gratia Dei rebus externis non eſt alligata.

11 Hoc tamen unum videmur aſſumpſiſſe, quod adhuc è Scripturis non ſit comprobatum: videlicet, Deum non tantùm offerre promiſſiones, quas jam diximus, ex mera ſua gratia & benevolentia, verùm etiam ſpiritu ſuo cor flectere, ut illas recipiat. Priorem partem etiam Pelagiani admittebant: ſcilicet, requiri gratiam doctrinæ, atque illuſtrationis. Alterum autem putabant ſitum eſſe in libero arbitrio, ut promiſſiones oblatas vel reciperet, vel repudiaret. At Scriptura longè ſecus docet.

Deus non tantùm offert promiſſiones, ſed cor flectit ad eas amplectendas.

Pelagiani quã gratiam concedebant.

Nam

Nam Ezechiel, capite undecimo ait, Deum dare vel-
le ſuis fidelibus cor novum, & ſpiritum novum: & ab-
laturum illis cor lapideum, & daturum cor carneum.
Hęc apertiſſime docent, mutationem fieri oportere
in animis noſtris. Quare cùm aut apud Auguſtinum,

Patrum ſenſus.

aut apud alios Patres legimus, Gratiam primum ac-
cedere, quàm voluntas noſtra ceu ancilla comitatur,

Voluntati nō ſatis eſt exci tari niſi moveatur.

id non ita accipiendum eſt, quaſi voluntas noſtra
ſuis viribus ſequatur, excitata tantùm atque admo-
nita à gratia. Niſi ea mutata eſſet, nunquam ſeque-
retur. Id ergo requiritur primùm, ut immutetur vo-
luntas, deinde ut pareat. Prudenter quoque audien-
dus eſt Chryſoſtomus, qui in concione de inventio-
ne crucis ait: Nec gratiam Dei quicquam ſine no-
ſtra voluntate poſſe, nec voluntatem noſtram
ſine gratia. Non enim in univerſum verum eſt,
Gratiam nihil poſſe ſine noſtra voluntate: niſi
ita intelligas, voluntatem eſſe, circa quam gra-

Gratiam non oportet expectare conſenſum noſtrum quæ illum facit.

tia operetur. At gratiam oportere expectare con-
ſenſum voluntatis, id non eſt verum; Gratia
enim voluntatem immutat, antequam illa ullum
conſenſum præbere poſſit. Itaque David orat, Cor

Pſal. 51. 12.

mundum crea in me Deus. Et Salomon, Inclina Do-

1. Reg. 8. 58.

mine, cor populi hujus, ut exequantur mandata tua.
Et rurſus David, Inclina cor meum in teſtimonia tua.

Pelagianorum ſententia.

Pelagiani docebant, initium bonorum operum à
nobis eſſe, videlicet à libero arbitrio: Gratiam
vero juvare, ut ea facilius & expeditius perfician
tur.

Scholaſticorum ſententia.

12 Recentiores autem Theologi vel Sophiſtę, ne
prorſus viderentur cum Pelagio convenire, ita ſta-
tuerunt, Gratiam quidem primùm accedere: ſed no-
ſtrum eſſe, eam aut recipere, aut reſpuere. Atque hoc
nihilo verius eſt, quàm illud Pelagii. Unde enim ha-
bemus nos, ut gratiam ipſam admittamus? Si hoc ve-

1. Cor. 4. 7.

rum eſſet, ſalus eſſet ex nobis. Sed Paulus ait, Quid
habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid
gloriaris, quaſi non acceperis? Et contra iſtos Augu-

Rom. 9. 16.

ſtinus citat verba Pauli, Non eſt volentis, neque cur-
rentis, ſed miſerentis Dei. Si vera inquit eſſet iſto-
rum ſententia, pari ratione Apoſtolus dicere potuiſ-
ſet, Non eſt miſerentis Dei, ſed volentis, atque cur-
rentis. Nam ut iſti docent, negotium diſtribui vide-
tur, ut pars altera Deo permittatur, altera nobis relin-
quatur. Atque ita non eſſe ſatis gratiam Dei, niſi nos
etiam annitamur, velimus, curramus. Verùm longè
aliter Apoſtolus, Non eſſe, inquiens, volentis aut
currentis, ſed miſerentis Dei. Et alibi de ſeipſo ait,

1. Cor. 15. 10.

plus omnibus laboravi: non ego autem, ſed gratia
Dei quæ eſt in me. Quibus verbis totum eripit ſibi,
& id univerſum tribuit gratiæ Dei. Et Auguſtinus
addit, Oramus pro inimicis, qui adhuc mali ſunt, &
nolunt obtemperare Deo, & ejus promiſſa reſpuunt.
Quod cum facimus, quid petimus, niſi ut Deus mu-
tet eorum voluntates? Quod niſi eſſet in manu Dei,

2. Cor. 3. 5.

fruſtra ab eo peteretur. Et Paulus alibi, Non quòd
idonei ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex no-
bis. Quòd ſi ne cogitare quidem poſſumus, velle
certè minus poſſumus. Nam voluntas notitiam &

Voluntas à Deo mutata non eſt otioſa. Regenerati cooperantur Deo.

cogitationem ſequitur. Neque hæc dico, quaſi vo-
luntas, mutata à Deo, otioſa jacere debeat, & nihil
agere. Inſtaurata enim, unà cum gratia debebit co-
operari, ut quod Bernardus ait de libero arbitrio,
quod ab uno cœptum eſt, ab utroque perficiatur.
Tum enim non tantum ſumus puri aut nudi homi-
nes, ſed effecti ſumus filii Dei, & conjunctum
habemus motum Spiritus ſancti. Et Paulus ad

2. Tim. 3. 17.

Timotheum ait: Virum Dei ſacris literis inſtru-
ctum, jam ad omnia bona idoneum & aptum
eſſe.

An gratia Dei expoſita ſit omnibus?

13 Verùm dicere & vulgò jactare ſolent, Gra-
tiam Dei expoſitam eſſe omnibus. Itaque niſi ea ad-
mittatur, id noſtro vitio fieri: Quemvis enim poſſe
eam adipiſci ſi velit. Hanc nebulam oportet paucis
diſpellere. Gratiam quidem omnibus propoſitam
eſſe, hoc modo poſſumus concedere: quia pro-
miſſiones Dei generales omnibus promiſcuè offe-
runtur & prædicantur. Nec concionatores, qui eas
invulgant, quicquam morantur occultam Dei vo-
luntatem: aut ita cogitant; Fortaſſe iſte non eſt
prædeſtinatus, aut nihil opera mea promovebo.
Nihil hujuſmodi cogitant, ſed omnibus in uni-
A verſum proponunt verbum Dei. Hoc pacto, gra-
tia aut vocatio Dei, dici poteſt communis omni-

Quando quis admittit gratiam, non vi ſuæ voluntatis id facit.

bus. Veruntamen cùm quiſpiam recipit oblatas
promiſſiones: id non ſua vi aut voluntate facit.
Neceſſe enim eſt, ut illi cor aperiatur, quod de
muliere purpuraria Lucas in Actis commemorat.

Act. 16. 14.

Neque enim omnes efficaciter vocantur, & ſecun-

Simile.

dùm propoſitum. Sed iſti videntur fingere ſibi
gratiam, tanquam veſtem aliquam, quæ pendeat
B in aere, quam ſi quis induere poſſit qui velit. Ve-
rùm iſta ſunt inventa humanæ prudentiæ, ſacræ

Gratia operans & cooperans.

Scripturæ aliter loquuntur. Solent etiam ita gra-
tiam diſtinguere, ut aliam faciant operantem, a-
liam cooperantem: à qua diſtinctione Auguſtinus
non abhorruit. Videtur enim ea deducta eſſe ex

Phil. 2. 13.

his Apoſtoli verbis, Deus eſt, qui operatur in no-
bis & velle & perficere. Itaque gratia operans eſt,
quæ ab initio voluntatem ſanat, & immutat: dein-
de efficit, ut ea immutata, & ſanata rectè agat.
C Et primùm quidem dicitur operans gratia: dein-

Una eademque gratia eſt operans & cooperans.

de cooperans. Atque hæc una eademque eſt gra-
tia, non duæ. Diſtinctio autem ſumitur ab ejus
effectis. Primùm enim voluntas cùm ſanatur, con-
currit cum gratia paſſivè. Nam ea immutari dici-
tur, & nos dicimur regenerari. Poſtea verò, & acti-
vè & paſſivè ſe habet. Nam à Deo impulſa, ipſa
quoque vult & eligit. Et in hanc ſententiam ve-

Heb. 12. 15.

rum eſt, quod ad Hebræos ſcribitur, Ne deſitis
gratiæ Dei. Nam regenerati, non debemus ſedere
D otioſi: ſed juxta gratiam comitantem vivere, & o-
perari. Illi vero vehementer errant, qui exiſtimant,

Voluntas per ſeipſam non poteſt bona velle.

voluntatem quidem per ſeipſam poſſe bona velle.
Gratia autem, & ſpiritu effici tantùm ut efficaciter
velit, utque ea quæ velit conſequatur. Hoc ut jam
oſtendimus, alienum eſt à Sacris literis. Quærunt
præterea, num quid per priorem illam gratiam me-
reamur: Id adverſarii quidem noſtri aiunt, nos nega-
mus, & omnem prorſus meriti rationem explodi-
mus. Quod quàm juſtis rationibus faciamus, aliàs
E dabitur opportunior dicendi locus. Fatemur qui-
dem Deum ſolere ex ſua liberalitate, & miſericor-

Poſt dona priora, non meremur poſteriora.

dia, poſt alia beneficia, alia concedere: non tamen
quod priora quæque dona Dei alia dona poſterio-
ra poſſint promereri. Et ſic intelligenda ſunt illa

Mat. 25. 26.

loca ex Evangelio, Habenti dabitur: &, Euge ſerve

Ibid. verſ. 23.

bone, qui in paucis fuiſti fidelis, ſupra multa te con-
ſtituam.

Gratia præveniens & ſubſequens.

14 Adhæc faciunt aliam gratiam prævenien-
tem, aliam ſubſequentem. Quam diviſionem Au-
F guſtinus videtur probare, ex verbis Davidis è

Pſal. 59. 15.

Pſalmo quinquageſimo nono: Miſericordia ejus
præveniet me, & miſericordia ejus ſubſequetur
me. Verùm hæc diſtinctio ita recipienda eſt, ut de

Eadem eſt gratia, ſed varietas eſt in effectis. Ordo effectorum gratiæ.

una eademque gratia intelligatur: varietas autem
conſiſtat in effectis. Multa enim & diverſa ſunt
munera, quibus nos ornat miſericordia Dei. Pri-
mùm enim ſanatur voluntas, ea ſanata incipit be-
nè velle: poſt, quæ bene voluerit, incipit exequi:
deinde in benè agendo perſeverat. Poſtremò co-
G ronatur. Prævenit ergo gratia voluntatem no-
ſtram ſanando: eadem ſequitur efficiendo, ut
quæ recta ſunt placeant. Prævenit, ut velimus:
ſubſequitur impellendo, ut quæ volumus perfi-
ciamus. Prævenit, movendo ad bona opera: ſub-
ſequitur, donando perſeverantiam. Prævenit per-
ſeverantiam largiendo: ſubſequitur, eam coro-
nando. Et quemadmodum eadem eſt lux Solis,
quæ fovet & præparat terram ad excipienda ſemi-
na, quàque ea cùm terræ commiſſa fuerint, efficit
H ut naſcantur, & jam enata ſic alit, ut fructum fe-
rant: ita eadem prorſus eſt gratia Dei, & quæ præ-
venit voluntatem noſtram, & quæ ſubſequitur.
Itaque Auguſtinus ait, prævenit gratia, ut ſane-
mur: eadem ſubſequitur, ut vegetemur. Prævenit,
ut vocemur; ſubſequitur, ut glorificemur. Quare
non rectè ſentiunt, qui gratiam prævenientem
putant eſſe communem quendam motum, quo
Deus pulſet hominum corda, ea ad benè agen-
dum invitando: quaſi poſitum ſit in illorum ma-
nu, ut vel accedant, vel rejiciant invitantem.
I Nec minus errant, qui garriunt in ſcholis, aliam
eſſe gratiam gratis datam, aliam gratos facientem.

Digitized by Google

Omnem gratiam oportet gratis dari. Rom. 11. 6.

Non per dona & habitus efficimur grati Deo, ſed ex mera ejus gratia & miſericordia.

Sunt multa chariſmata, quibus pii ab impiis non poſſunt diſcerni.

Dotes quędam propriè Sanctorum ſunt.

Omnem enim gratiam oportet gratis dari: nam alioqui ut Paulus ait, non eſſet gratia. Cumque per gratiam gratum facientem intelligunt habitum, ut ſupra docuimus, malè ſtatuunt, homines per hujuſmodi dona apud Deum gratos effici. Nam apud eum per ſolam eius miſericordiam, & propter Chriſtum, recipimur in gratiam. Non autem convenit, ut quod ſolius eſt Chriſti & divinæ bonitatis, id aliis creaturis tribuamus. Adhæc prius grati ſumus Deo, ex eius gratuita electione, quàm ulla hujuſmodi dona nobis concedantur. Fateor quidem, multa eſſe chariſmata, quibus pii ab impiis diſcerni non poſſint: qualia ſunt, donum linguarum, Prophetia, donum ſanationum, & alia hoc genus, quæ non minus malis contingunt, quàm bonis. E diverſo, Fides, Spes, Charitas, tantummodo piorum ſunt. Naturales etiam dotes quandoque gratiæ dicuntur, ut acumen ingenii vires corporis. Atq; hoc pacto Pelagiani callidè fatebantur, hominibus ad rectè vivendum opus eſſe gratia. Intellexerunt autem per gratiam, liberum arbitrium, rationem, voluntatem. Hæc à Deo gratis concedi non inficiamur. Negamus tamen eas eſſe gratias, quę per Chriſti redemptionem electis eveniunt. Et cum Eccleſia errorem Pelagii refutaret, de hoc genere gratiæ non agebatur, ſed de ea gratia qua regeneramur & juſtificamur, ſine qua nemo poteſt aut Deo gratus eſſe, aut rectè vivere. Interdum humana voluntas cum equo confertur: Gratia cum ſeſſore, quæ collatio, quod ad multas conditiones attinet, non diſplicet. Id verò in primis obſervandum eſt, ut quacunque ratione gratiam accipiamus, ſemper eam ſtatuamus gratis dari, non ex operibus. Neque ullo modo gratum facit, niſi quatenus accipitur pro benevolentia Dei. Atque hactenus de gratia.

Quomodo Gratia & Opera ſe habeant ad vitam æternam.

In Rom. 6. 22. Militantibus datur ſtipendium.

Diſcrimen inter cauſam & media. Rom. 8. 29.

Contra meritum.

Ratio meriti.

15 Nunc verò id in primis videndum eſt, quónam pacto gratia & opera habeant ſe ad vitam æternam. Quantum aut ex Sacris literis, aut ex illis, quæ hac de re ab Auguſtino ſcripta ſunt licet colligere, docebimus, quantum in hoc negotio adverſarii noſtri à nobis diſſentiant. Quod ad primum attinet, ſi per gratiam, Dei favorem & miſericordiam intelligamus, ea unica cauſa eſt per Ieſum Chriſtum cur vitam æternam habeamus. Opera verò noſtra felicitatis noſtræ cauſæ nullo modo eſſe poſſunt: media tamen quædam ſunt, per quæ Deus ad felicitatem nos perducit. Vt via non eſt cauſa ſui finis, neque ſtadium cauſa eſt metæ. Per iſta tamen homines ducuntur & ad finem viæ, & ad metam: ita nos Deus per bona opera traducit ad æternam vitam: cùm tamen eius cauſa unica ſit electio Dei, ut Paulus clariſſime docet in Epiſtola ad Romanos, Quos prædeſtinavit, inquit, hos & vocavit: quos vocavit, hos & juſtificavit: quos autem juſtificavit: hos etiam glorificabit. Hæc declarant, iſta omnia ita proficiſci à gratia Dei, ut ſeſe mutuò conſequantur. Et Deus, qui unum largitur, alia quoque liberaliter & gratis conceder. Quare omnis prorſus auferenda eſt ratio meriti. Quod enim propriè mereatur aliquid, neceſſe eſt, ut in eo libera ſit oblatio, neque id alia ulla de cauſa debeatur. Itaque cùm nos omnia noſtra debeamus Deo, quicquid facimus, mereri certè nihil poteſt. Deinde noſtra ea eſſe oportet, quibus aliquid mereri volumus: bona autem opera noſtra non ſunt, ſed à Deo. Tum removeri neceſſe eſt omnem imperfectionem & immunditiem: alioqui opera noſtra contaminata ſunt, neque quadrare poſſunt ad regulam, quæ à Deo præſcribitur. Quare venia potius oranda eſt, quàm de mercede aut præmio cogitandum. Adhæc inter meritum & præmium oportet eſſe aliquam proportionem. At nulla poteſt eſſe proportio inter opera noſtra, & æternam felicitatem. Ideoque non poſſunt proprie appellari merita. Præterea Deus vult nobis ereptam omnem materiam gloriandi. Id autem fieri non poſſet, ſi noſtris operibus vitam æternam mereremur. Cumque Paulus vitam æternam deſcribat nomine gratiæ, ea certè non poteſt eſſe ex operibus. Atque hæc de primo ſint ſatis.

Rom. 6. 23.

Cùm vita ęterna datur poſt opera, eſt gratia pro gratia. Ioan. 1. 16.

Rom. 12. 3.

Apoſtolus dicere potuit, & quidem juſtè, Vitam ęternam ſtipendium juſtitię.

Pſal. 103. 4. Phil. 2. 13. Ibid. verſ. 12.

Sancta vita eſt gratia.

Vita ęterna redditur operibus.

A 16 Iam quid de hoc loco Auguſtinus ſcripſerit, paucis referam. In Enchiridio ad Laurentium capite centeſimo ſeptimo, Stipendium, inquit, pro opere militiæ debitum redditur, non donatur. Ideo dixit Paulus, Stipendium peccati, mors: ut mortem peccato non immeritò illatam, ſed debitam demonſtraret. Gratia vero, niſi gratis ſit, gratia non eſt. Quare hominis bona opera, cum Dei ſint munera, quibus vita æterna redditur, gratia pro gratia recompenſantur. B Idem in libro de Gratia & libero Arbitrio, capite nono. In Evangelio, inquit, Ioannis ſcriptum eſt, nos omnes de plenitudine ejus accepiſſe, gratiam pro gratia, quemque prout Deus partitus eſt menſuram fidei. Nam unuſquiſque proprium donum habet à Deo, alius ſic, alius verò ſic. Vnde cùm redditur vita æterna, gratia pro gratia redditur. At non ita eſt de morte: quia ea militiæ diabolicæ ut debita redditur. Vnde cùm Apoſtolus poſſet dicere, & rectè dicere, Stipendium juſtitiæ eſt vita æterna, maluit dicere, C Gratia autem Dei, vita æterna: ut hinc intelligeremus, Deum nos ad æternam vitam non pro noſtris meritis, ſed pro ſua miſeratione producere. Vnde ſcribitur in Pſalmo centeſimo tertio: Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Quoniam is eſt, qui operatur in nobis & velle, & perficere. Dixerat prius Apoſtolus, Operamini ſalutem veſtram cum timore & tremore. Poſtea ne hoc nobis tribueremus, ait, Deum hæc in nobis operari idque non pro noſtris meritis, ſed pro ſuo beneplacito. Et in eodem D libro, capite octavo, Non parvam ait eſſe ambiguitatem, quomodo vita æterna reddatur bonis operibus. Scripturam enim dicere, unumquemque habiturum eſſe ſecundum opera ſua. Tamen ex altera parte Paulum appellare gratiam, vitam æternam. Proprium autem eſſe gratiæ, ut reddatur gratis: Paulum etiam dicere, Ei qui operatur, mercedem non imputari ſecundum gratiam, ſed ſecundùm debitum: &, Gratiam ſi ſit ex operibus, non eſſe gratiam: &, Reliquias per electionem gratiæ ſalvas factas eſ- E ſe: & ad Epheſios, Gratia nos ſalvos factos eſſe per fidem: idque non poſſe dicit, niſi fateamur ſanctam vitam eſſe gratiam. Ita enim utrunque locum habere poſſe. Nam vitam æternam reddi operibus. Quoniam autem opera nobis à Deo gratis conceduntur, idcirco etiam vitam æternam dici gratiam. Et in libro de Correctione & Gratia, capite decimotertio, ait, Iacobum ſcribere, Iudicium ſine miſericordia fore illi, qui non facit miſericordiam. Ex quibus verbis, inquit, apparet eos qui rectè vixerint, cum miſe- F ricordia, eos verò qui pravè, ſine miſericordia in extremo judicio fore judicandos. Quod ſi miſericordia opus eſt in judicando, jam pro meritis non agitur. Et in eundem ſenſum adducit matrem Machabæorum: quæ, ut habetur libro ſecundo, capite ſeptimo, ſic affatur filium ſuum: Vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam: quo in loco diem judicii miſerationem appellat. Et certè, cùm ventum fuerit ad tribunal Dei, quis gloriabitur, caſtum ſe habere cor? Aut quis gloriabitur, ſeſe mundum eſſe à pec- G cato? Quare ibi quoque miſericordia neceſſaria eſt, qua fiat beatus, cui non imputavit Dominus peccatum. Idem in epiſtola 105. ad Sixtum: Cùm dixiſſet Apoſtolus, Stipendium peccati mors, quis non congruentiſſimè, & conſequenter addendum judicaret, Stipendium autem juſtitiæ vita æterna? Et verum eſt: quia ſicut merito peccati tanquam ſtipendium redditur mors, ita merito juſtitiæ, tanquam ſtipendium redditur vita æterna. Sed beatus Apoſtolus, adverſus elationem vigilantiſſimè militans, cùm di- H xiſſet, ſtipendium peccati mors, ne juſtitia de humano bono ſeſe extolleret, non retulit ex contrario, Stipendium juſtitiæ vita æterna, ſed gratia, inquit, Dei vita ęterna. Verùm non ſatis eſt putare, hęc propter humilitatem & moderationem eſſe dicta: re enim vera ſic ſe habent. Nam opera noſtra non habẽt pro juſto & merito ſtipendio vitam æternam: ideóque ait, humanam juſtitiam eſſe ſuperbiam, quæque nomine tantùm appelletur juſtitia. Veram autem oportet eſſe eã juſtitiam, cui debeatur vita æterna: quę I ſi non eſt ex te, deſurſum eſt, deſcendens à patre luminũ. Quapropter, ô homo, ſi accepturus es vitã æternã, juſtitiæ quidẽ ſtipendiũ eſt: ſed tibi gratia eſt, cui

2. Cor. 5. 10.

Rom. 4. 4. Rom. 11. 6. Rom. 11. 5. Eph. 2. 8.

Bona opera ſunt nobis ex gratia donata, ideo vita ęterna datur ex gratia.

Miſericordia nobis opus erit in judicio. Dies judicij miſeratio dicitur. Iac. 2. 13.

2. Mac. 7. 29.

Prov. 20. 9. Pſal. 32. 2.

Vita æterna ſtipendium eſt juſtitiæ, ſed hominis eſt gratia.

Iac. 1. 17.

Digitized by Google

Si juſtitia eſſet ex nobis vitam æternã ut debitam haberemus.

cui gratia eſt & ipſa juſtitia. Tibi enim tanquam debita redderetur, ſi ex te tibi eſſet juſtitia, cui debetur. Ex his omnibus colligitur, apud Auguſtinum ideo vitam æternam appellari gratiam, quod opera, quæ eam antecedunt, gratis concedantur. Deinde fatetur, in extremo judicio, quando ea Deus remunerabitur, miſericordia & miſeratione opus fore: tum etiam nobis ſemper eadem opus eſſe miſericordia, ne peccata nobis imputentur. Poſtremò, vitam æternam, quamvis ſtipendium eſſe poſſit juſtitiæ per ſe acceptæ, tamen nobis eſſe gratiam: partim, quòd ea non ſit ex nobis, partim etiam, quòd imperfecta ſit.

Cùm Deus remuneratur opera, agit ex miſericordia.

Vita æterna poteſt eſſe ſtipendium juſtitiæ per ſe acceptæ.

Nobis eſt gratia quòd opera bona non ſunt ex nobis, & quòd ſunt imperfecta.

17 Hilarius etiam ſcribit in Pſalmum 50. Spes in miſericordia Dei in ſeculum, & in ſeculum ſeculi eſt. Non enim ipſa illa juſtitiæ opera ſufficiunt ad perfectæ beatitudinis meritum, niſi miſericordia Dei in hac juſtitiæ voluntate humanarum demutationum, & motuum non reputet vitia. Et Hieronymus in Eſaiam, capite quadrageſimo ſexto, Si noſtra merita conſideremus, deſperandum eſt. Inter nos & adverſarios non controvertitur, utrum ex gratia Dei bona opera regeneratis concedantur: quanquam ne hic quidem protſus cum illis conſentiemus. Illi enim putant, in noſtra manu poſitum eſſe, ut bona opera oblata recipiamus. Nos autem dicimus, opus eſſe, ut gratia & ſpiritu Dei noſtra voluntas immutetur: alioqui à donis Dei, quod ad hoc genus attinet, abhorremus. Sed de hac re ſatis ſuprà dictum eſt, cum ageretur de gratia: quare id nunc non proſequar longius. Eſt autem aliud, de quo gravior eſt hodie controverſia. Qui merita tueri volunt, exiſtimant bona opera, quæ à Deo hominibus conceduntur, ſatis eſſe ad vitam æternam. Id verò nos pernegamus. Et noſtræ quidem ſententiæ pulchrè favet id, quod paulo ante diximus ex Auguſtino: In extremo judicio Dei miſericordiam nobis fore neceſſariam: non ſolùm quod opera bona ab eo gratis conceſſa fuerint, ſed etiam quòd, cùm ſederit in throno ſuo juſtus judex, nemo gloriari poterit ſe caſtum habere cor, aut ſe mundum eſſe à peccato. Itaque neceſſe eſſe, ut ei, qui ad felicitatem venturus ſit, peccata, ut ait David, ne imputentur. Quare cùm opus ſit miſericordia, conſtat bona opera noſtra non fore ſatis. Idem Auguſtinus alibi ſcripſit, perfectionem ſanctorum in eo ſitam eſſe, ut agnoſcant quantum adhuc ſibi deſit ad perfectionem. Et illam Pauli ſententiam, Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi; ſic exponit, ut ſentiat Apoſtolum non dicere, ſe planè eſſe abſque peccato: ſed eum fide ac ſpe ſua fretum omnino ſtatuere, fore ut in extremo agone, qui jam jámque imminebat, quicquid vitii aut peccati obrepſiſſet, id omne Dei miſericordia per Chriſtum condonatum iri, quemadmodum ipſe remiſerat aliis offenſiones ſuas. Tantum autem abeſt, ut Auguſtinus ſenſerit Paulum fuiſſe abſque peccato, ut locum illum ad Philippenſes (quin etiam arbitror omnia damnum eſſe, propter excellentiam cognitionis Ieſu Chriſti Domini mei: propter quem omnia duxi damnum eſſe: & reputo ſtercora) interpretetur de operibus in Chriſtianiſmo factis. Nam cùm prius, commemoratis operibus Iudaiſmi, dixiſſet, Sed quæ erant lucra, ea arbitratus ſum propter Chriſtum damnum eſſe; quæ poſtea ſubduntur, adjecit per correctionem, oſtendens non ſolùm opera Iudaiſmi, ſed etiam reliqua omnia, pro damnis & rebus immundis docenda eſſe. Etenim animadvertebat, in omnibus vitium & defectum inveniri. Et de peccatis, quæ noſtris operibus admiſcentur, Scripturæ apertiſſimè docent, cùm aiunt, neminem poſſe juſtificari in conſpectu Dei. Et ſancti deprecantur rigidum illud examen juſtitiæ, Ne intres, inquiunt, in judicium cum ſervo tuo, Domine. Et Ioannes ait, Si quis dicat ſe peccatum non habere, decipit ſe ipſum, & veritas in eo non eſt. Et Solomon ait in libris Regum, non eſſe hominem ſuper terram ita juſtum, ut non peccet. Quæ verba Auguſtinus expendens, ea accommodat ad formam præſentis temporis: ne quis eam ſententiam Solomonis referat ad ea, quæ ante regenerationem admiſimus. Omnes orare debemus, ut debita noſtra nobis remittantur: ut qui juſtitiam in

Bona opera ex gratia dari nos & adverſarii concedimus: verùm cum diſcrimine.

Qui tuentur merita, inquiunt bona opera eſſe ſatis ad vitam conſequẽdam, quod à nobis negatur.

2. Tim. 4. 7.

Auguſtinus minimè ait Paulum abſque peccato, ſed contrariũ ſtatuit.

Phil. 3. 8.

Ibid. 7.

Nota de iſto loco ad Philippenſes quid Auguſtinus putat.

Peccatum admiſcetur noſtris bonis operibus.

Pſal 143. 2.

1. Ioan 1. 8.

3. Reg. 8. 46.

Mat. 6. 12.

A hac vita ſitire potius poſſimus, quàm perfectam & abſolutam aſſequi. Præceptum enim illud Domini, quo jubemur amare Deum ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus, tum demum perficietur, cùm pervenerimus eo, ut Deum videamus facie ad faciem ſicuti eſt: ut Auguſtinus ſcribit de Spiritu & Litera, ad finem. Quo etiam in loco quærit, cur hoc mandatum ſit poſitum, ſi perfici non poſſit in hac vita? Reſpondet, Deum id præcepiſſe, ut nos ſciremus B quid fide petendum ſit, quo ſpes prætendenda, quid in noſtris actionibus perpetuo conandum. Atque illum exiſtimat multum profeciſſe in hac vita, qui videre tandem poſſit quàm procul abſit ab eo, quod perfectum eſt. Idem libro ſecundo, de Peccatorum meritis & remiſſione, capite decimo ſexto, decimo ſeptimo, decimo octavo, de hac re multa ſcribens, ait, In ſcripturis homines interdum dici perfectos, non quod prorſus peccato careant, ſed quod in vitæ innocentia multum profecerint, & quod ad aſſequen- C dam ſummam ſemper conatum & ſtudium intendant, quódque Deus illis errata condonet, & quod illis ad juſtitiam deeſt, id ex plenitudine juſtitiæ Chriſti imputet. Negat autem, putãdum eſſe Deum ab hominibus non requirere, ut ſint protſus abſque peccato. Exiſtere enim peccatum non poſſe, niſi lex fuerit, quam peccando tranſgrediamur. Deinde quærit, cur Deus tulerit eam legem, quam ſatis viderit ſervari nullo modo poſſe? Id reſpondet ideo eſſe fa- D ctum, ut eos, qui illam contempſerint, & per contemptionem tranſgreſſi fuerint, pro meritis condemnet: eorum autem qui ejus fint ſtudioſi, preces exaudiat, eóſque ad eam abſolvendam indies magis magiſque adjuvet. Huc illud adducit, quod ſcribitur, Deum illos quos diligit, corripere & caſtigare, non tamen furore aut vindicta, ſed paterna correctione. Nemo autem caſtigatur aut affligitur expers peccati. Hoc enim ſervator noſter ſolus pertulit, ut abſque ulla ſua culpa pœnas atrociſſimas ſuſtineret. Quare cùm omnes, qui amantur à Deo, rebus adverſis corripian- E tur, neceſſe eſt eos omnes peccato eſſe obnoxios. Id Paulus ad Galatas de ſanctis certiſſimè affirmat. Ait enim, in illis carnem ita adverſari ſpiritui, ut non faciant quæ velint. Et ad Rom. 7. capite ſcribit, ſe ipſum facere malum, quod oderit. Ex his omnibus perſpicuè colligitur, hominem quantalibet ſanctitate præditum, dum hic vivit, ſemper habere quod à Deo oporteat condonari: quod Auguſtinus etiam teſtatur ad finem libri de Spiritu & Litera.

18 Atque hinc evidentiſſime conficitur, noſtra F bona opera non eſſe ſatis ad æternam vitam. At adverſarii jactare ſolent, regeneratos non eſſe viles in conſpectu Dei. Nos vero dicimus, nos coram Deo eſſe miſeros. Nam ni ita eſſet, Deus non poſſet erga nos uti miſericordia, qua tamen Auguſtinus omnino opus eſſe ſcribit, ſi velimus coronari. Nam miſericordia eſt affectio, qua movemur erga miſeros. Quare, ſi ex miſericordia nobis danda eſt vita æterna, omninò oportet nos coram Deo eſſe miſeros. Sed ſi intelligant, regeneratos non eſſe viles in conſpectu G Dei, quod à Deo multis donis & ornamentis cohoneſtentur, id fatemur. Non tamen illa munera, quæcunque, aut quantacunque ſunt, tanta videri debent, ut ad æternam vitam ſint ſatis. Id autem non munerum ipſorum vitio fit, ſed noſtro, qui illis per omnia non obtemperamus. Multum enim adhuc veteris Adami, & innatæ pravitatis in carne noſtra circumferimus. Adhæc diſtinguunt adverſarii bona opera hominum regeneratorum: quòd ea partim ex nobis eſſe dicant, partim ex Deo. Ea quà ſunt ex nobis, ni- H hil mereri aiunt: quà autem ſunt ex Deo, mereri, & cauſas eſſe vitæ æternæ. Atque hac diſtinctione putant, rem planè eſſe expeditam. Sed nos hoc illis non concedimus. Nam ſi bonum opus diligenter & penitius conſideremus, neceſſe erit, ut illud fateamur eſſe ex gratia Dei, & ejus laudis ne minimam quidem partem nobis eſſe relinquendam. Sed quia Deus nobis utitur ad agendum quoad hîc vivimus, non planè repurgatis, inde eſt, quòd opera noſtra ſemper ſunt imperfecta. Deinde ſi ea eſſent cauſa I ac materia æternæ vitæ, poſſemus illis ſecurè confidere: verùm id Scripturæ ſacræ non ferunt. Paulus enim in Epiſtola ad Romanos ait: Reputo,

Deut. 6. 5.

Prov 3. 12.

Præceptũ quo mandatur, ut diligamus Deum toto corde hîc perficitur.

Cur poſitum præceptum, ſi perfici non poteſt in hac vita?

Quare Sancti dicantur perfecti, ſi mandata non ſervant?

Deus requirit ab hominibus, ut ſint abſque peccato.

Cur Deus legem tulit, quã ſciebat ſervari non poſſe?

Nemo affligitur abſque peccato.

Qui amantur à Deo, non ſunt abſque peccato.

Gal. 5. 17.

Rom 7. 19.

Semper habemus in nobis quod Deum oporteat condonare.

Niſi miſeri eſſemus coram Deo, ille miſericordia erga nos non uteretur.

Quid miſericordia?

Quomodo renati viles non ſint coram Deo?

Nota diſtinctionem quorundam.

Quare opera noſtra ſemper ſint imperfecta.

Non licet operibus fidere.

Rom. 8. 18.

non eſſe dignas paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Hoc loco Paulus bona opera conſiderat, quatenus ſunt à Deo. Ex nobis enim ipſis non habemus, ut propter Chriſtum adverſa patiamur. Deus enim eſt, qui illam tolerantiam in nobis operatur. Eam tamen Paulus, quantumvis magna ſit, imparem eſſe ait ad futuram gloriam. At iſti ſtatuunt in ea meritum, ut loquuntur de Condigno. Tertio adverſarii contendunt, bona opera eſſe cauſam æternæ vitæ ſine qua non. Quæ ſententia quàm ſit ridicula, infantes parvuli quos ſcimus ſervari ſine operibus, teſtari poſſunt. Illi enim, cùm per ætatem nihil boni facere potuerint, tamen aſſequuntur æternam vitam. Hæc ergo cauſa non eſt tanti, ut ſine illa nemo ſervari poſſit. In adultis autem, ſi propriè loqui volumus, bona opera non poſſunt habere rationem cauſæ. Ea enim in illis nihil aliud ſunt, quàm æternæ vitæ inchoatio. Quare cùm ea ſint pars quædam vitæ æternæ, non poſſunt videri ejus cauſæ. Neque aliud ſenſi, cùm ſupra dicerem, opera bona eſſe media, & quaſi gradus quoſdam, per quos Deus ſuos perducit ad æternam vitam. Fateor, apud Patres ſæpè occurrere nomen Meriti: quo utinam illi parcius & conſideratius fuiſſent uſi. Ea enim vox fœdiſſimos errores peperit. Quanquam patres ipſi multis in locis eam vocem expoſitionibus leniunt: ut intelligeremus eos non conſtituere juſtam ac propriam rationem meriti. Semper enim admonent, Vitam æternam gratis dari: & ſanctos miſericordia & miſeratione Dei coronari: & fidendum non eſſe meritis, quod ea conſiſtere non poſſint ad tribunal Dei: & alia hujuſmodi. Quæ ſi adverſarii ſerio expenderent, merita illa quæ vocant ex Condigno, minus pertinaciter tuerentur. Sed ut dixi, tutiſſimum eſt à voce abſtinere, præſertim nunquam in omnibus Sacris literis uſurpata. Sed ſolent objicere ex Epiſtola ad Hebræos cap. 13. Talibus hoſtiis promeretur Deus. At in Græco ſcribitur, εὐαρεστεῖται, hoc eſt, delectari, ut eas gratas habeat. Objiciunt etiam ex cap. 16. Eccleſiaſtici: Omnis miſericordia faciet locum unicuique ſecundùm meritum operũ ſuorum. At primùm ille liber non eſt in Can. deinde locus malè citatur. Græcus enim ſic habet: πάσῃ ἐλεημοσύνῃ ποιήσει τόπον· ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ εὑρήσει. Quibus in verbis nulla fit mentio meriti. Nunc expendendum eſt id, quod Auguſtinum ſcripſiſſe ſuprà diximus, Apoſtolum potuiſſe vere dicere, Vitam æternam ſtipendium eſſe juſtitiæ, ſed noluiſſe. Hic primùm dico, argumenta ſumi oportere ab eo, quod in Scripturis docemur: non ex eo, quod potuerit in Scripturis aliter tradi. Quare infirmum eſt argumentum, ſi quis ita dicat, Apoſtolus potuiſſet dicere, Vitam æternam eſſe ſtipendium juſtitiæ: ergo juſtitia vitam æternam promeretur: quia argumentum ſumendum erat ex verbis Pauli. Nam ſi ad hunc modum liceret ratiocinari, prorſus debilitarentur ſolida argumenta, quæ nituntur verbo Dei. Semper enim poſſet objici: Quamvis ſcriptura ita habeat, tamen id potuiſſet alio modo dici. Atque ita nihil haberemus certi. Et quamvis oſtenderim quid ſibi illis verbis Auguſtinus voluerit, non tamen propterea facilè adducor, ut putem, Apoſtolum aliter potuiſſe ſcribere, quàm ſcripſerit. Nam ſi altera locutio datura erat occaſionem elationis & ſuperbiæ, non potuiſſet ædificare, oportuitque illum Spiritus Sancti ſequi dictata. Et quamvis id de juſtitia per ſe accepta fortè poſſit intelligi, de nobis tamen & de noſtra juſtitia dici non poteſt. Quare, cùm ea ſententia nec ædificare poſſet, nec ad inſtitutum faceret, non video, quomodo Paulus ita ſcribere potuerit. Nolim tamen de hac re plus æquo cum Auguſtino contendere.

Non habemus ex nobis, ut pro Chriſto patiamur.

Opera nõ ſunt cauſa, ſine qua non, æternæ vitæ.

Bona opera ſunt æternæ vitæ inchoatio.

Quomodo bona opera dicantur media per quæ Deus perducit ſuos ad æternam vitam.

Vox meriti apud Patres.

Tutiſſimum eſt à vocabulo meriti abſtinere.

Vox meriti non eſt in Sacris literis.

Locus ad Hebræos. Heb. 13. 16.

Locus Eccleſiaſtici. Eccl. 16. 15.

De eo quod Auguſtinus dicit Paulum potuiſſe dicere vitam æternam ſtipendiũ juſtitiæ.

Argumenta ex eo quod in Scripturis habetur, non ex eo quod ſcribi potuerit.

Paulus non potuit aliter ſcribere quàm ſcripſerit.

CAPUT III.

De Fide, ejuſque certitudine, & oppoſitis timoris & ſecuritatis vitiis. Adhæc de noſtra cum Chriſto unionis, adoptionis & ſpei natura.

Rom. 3. verſ. 22.

NUNC quid ſit fides, convenit exponere. Eſt ergo fides aſſenſus, & quidem firmus, verbis Dei, A non ex ratione, aut evidentia naturali, ſed ab authoritate dicentis, vi Spiritus ſancti afflatus. Neque diſcrepat hæc definitio ab illis, quæ Paulus tradidit in 11. Hebr. Cernere licet ex his circa quæ verſetur fides, nimirum circa ſermones Dei. Et patet, quodnam ſit primum principium, ad quod omnia Theologica reſolvuntur. Id autem eſt, Dominus dixit. Sed authoritas dicentis non poteſt apud nos valere quantum oportet, niſi Spiritus ſancti ſuaſio interveniat. B Græcè dicitur πίστις, quæ vox à πείθεσθαι deducitur. Quia non ſolemus credere, niſi quod habemus perſuaſiſſimum. De fide ſcribit Baſilius, exponens illum locum Pſalmi, Credidi, propter quod locutus ſum: Ne contende jam videre ea, quæ procul repoſita ſunt: neque ea quæ ſperantur, ambigua ſtatuas. In quibus verbis duo indicat præcipitia cavenda: unum eſt, ne curioſitate nimia incitemur ad quærendam evidentiam credendarum rerum, quæ dum hìc vivimus, haberi non poſſit: alterum eſt, ne, quoniam C obſcura ſunt, ambigui ſimus de illorum veritate. Idemque ſcriptor, de Fidei confeſſione agens, ita loquitur, Manifeſta eſt elapſio à fide, & ſuperbiæ crimen, aut reprobare ex his quæ ſcripta ſunt, aut ſuperinducere aliquid ex non ſcriptis: cùm Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixerit, Oves meæ vocem meam audiunt: & ante hoc retulerit, Alienum autem non ſequentur, ſed fugient ab ipſo, quia non noverunt vocem ejus: & Apoſtolus in exemplo humano vehementer interdixe- D rat, apponere aut detrahere aliquid Divinis Scripturis, dum ait, Tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo reprobat, aut aliquid addit. Quo in loco animadvertis, quàm cautè iſte vir, quoad fidem, aſſerat nil aut addendum aut detrahendum Sacris literis. Quod potiſſimum facit adverſus eos, qui humana commenta & traditiones neceſſariò credendas obtrudunt. Præterea non tacuit ipſe idem fidei certitudinem, quando tradit ejus proprium in Moral. 80. Summa 22. ca. ubi ſcribit, Quid eſt pro- E prium fidei? Reſpondet, Indiſcreta certitudo veritatis verborum Dei, quæ nulla ratiocinatione, neque ex naturali neceſſitate inducta, neque ad pietatem efformata concutitur. Et addit, Credentis eſſe in tali certitudine coaffici ad potentiam dictorum, & nihil audere reprobare, aut inſuper addere. Si enim omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ut ait Apoſtolus, fides autem ex auditu eſt, auditus autem per verbum Dei, omne, quod extra divinitus inſpiratam Scripturam non ex fide eſt, peccatum eſt. F Aſtruit hic Pater unà nobiſcum fidei certitudinem, & oſtendit unde ea pendeat, cùm eam appellat indiſcretam: quod credendo non examinemus noſtris ratiocinationibus, quid poſſit, quidve non poſſit fieri: & alludere videtur ad ea quæ dicuntur à Paulo de Abrahami fide, quòd non hæſitarit ob incredulitatem. Vbi verbo διεκρίθη uſus eſt. Quare indiſcretio erit oppoſitum hæſitationi, quæ contingit ex humanæ rationis examine. Deinde rurſus, quod in alia ſententia monuerat, planè repetiit, quæ extra Scri- G pturam ſunt, non eſſe credenda. Et locum Pauli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, nativo & proprio ſenſu uſurpavit, ut nos quoque utimur, quod adverſarii noſtri ferre non poſſunt. Diſtat fides ab opinione: nam ea etſi propendere nos faciat in alteram partem, attamen id & cum ratione facit, & non ſine metu veritatis alterius partis. Et ſuſpicio debiliorem adhuc aſſenſum parit: quia & ratione caret: & ambiguos de veritate alterius partis relinquit. Scientiam quidem verum eſt firmum aſſenſum ge- H nerare: ſed id efficit demonſtrationibus adhibitis. Cùm itaque jam conſtet, & quid ſit fides, & quo pacto diſtet ab opinione, ſcientia & ſuſpicione, videndum nunc eſt, quàm ſit multiplex. Vna enim eſt potens, integra & efficax, qua juſtificamur: altera verò inanis, temporaria & vana, quæ juſtificationem non affert. Quod ſatis patet ex Evangelii parabola, ubi ſemen, Verbum inquam Dei, cadere ſcribitur nonnunquam in terram bonam: interdum verò in petroſam, in ſpinas, & ſecus viam, ubi perit, & I fructum non adfert. Rurſus quæ bona eſt, & utilis fides, non eſt in omnibus æqualis: ſed pro majore, aut minore carnis infirmitate gradus habet.

Vnde

Heb. 11. 1.

πίστις unde.

Pſal. 116. 10.

Duo præcipitia cavenda.

Baſilius inquit eos à fide aberrare qui aliquid addunt Scripturis.

Ioan. 10. 4. & 5.

Gal. 3. 18.

Rom. 14. 23.

Rom. 10. 17.

Baſilius peccatum eſſe inquit, quod extra fidem eſt & Scripturas.

Rom. 4. 20.

Rom. 14. 23.

Nota ut Baſilius intelligat, Omne quod non eſt ex fide peccatum eſſe.

Fides ab opinione & ſuſpicione diſtat.

Quotuplex fides.

Mat. 13. 19.

Fides juſtificãs non eſt æqualis in omnibus.

Digitized by Google

Rom.12.3. Matt.13.23.

Vnde Paulus ait, Sicut unicuique diviſit Deus menſuram fidei. Et in eadem parabola ſemen in terram bonam cadens, non eam ſortitur æqualem in omnibus partibus. Verum alibi dat fructum trigeſimum, alibi ſexageſimum, alibi centeſimum.

In Rom.4. v.18. Vide Rom.3. v.31. Fidei natura & ingenium. Eph.2.8.

2 In Abrahami autem exemplo quod Apoſtolus tractandum ſuſcepit ad Rom.4. & natura & ingenium fidei apposite deſcribitur. Eſt enim fides donum Dei, quo promiſſionibus ejus firmiter aſſentimur, carni & humanæ prudentiæ reluctantes. Donum Dei eſſe, Paulus ad Epheſios diſertis verbis teſtatur, cùm ait, Fide nos ſervatos eſſe, atque id non ex nobis, donum enim inquit Dei eſt.

Simile. Inf.c.4. ſect.3.

Et quemadmodum Philoſophi non arbitrati ſunt, facultates & vires hominis eſſe ſatis ad abſolutè perfectéque agendum, & idcirco habitibus opus eſſe ſtatuerunt, ut in repentinis caſibus expediti eſſe poſſimus ad rectè faciendum, ita ut diuturna deliberatione non egeamus, utque quod facimus, facile & jucundè faciamus: ita nos quoque oportet ad percipienda ea, quæ Dei ſunt, vi aliqua externa & ſuperaddita, mentem ac intellectum noſtrum habere corroboratum: cùm ad Dei arcana vitio primi lapſus redditi ſimus multò ineptiſſimi. Cúmque illa quæ fides noſtra reſpicit, divina ſint omnino, ut ad ea percipiéda divino etiam afflatu juvemur, neceſſe eſt. Verùm quid in primis illud ſit, in quo fides noſtra fertur, dicendum eſt. Id autem ſi uno verbo dicendum ſit, eſt promiſſio Dei, cui credendo aſſentimur. Eſt ea in primis promiſſio, qua pollicetur, ſe nobis fore placatum atque propitium per Chriſtum. Et licet in Sacris literis permultæ legantur, nobiſque offerantur Dei promiſſiones, una tamen eſt præcipua, propter quam cæteræ nobis præſtantur, ad quam eandem omnes aliæ cogendæ ſunt. Ea eſt, quam modò diximus, placatum fore nobis Deum propter Chriſtum. Et quamvis permulta ſint, quæ debemus credere, ut comminationes, hiſtoriæ, adhortationes, laudes Dei & alia id genus, tamen hæc omnia ad illam unicam promiſſionem perſuadendum referri debent.

Quodnam ſit primum objectum fidei. Objectum fidei commune adæquatum. Rom.10.17.

Hinc patet, quodnam ſit objectum præcipuum fidei. Commune autem objectum, ſive, ut loquuntur, adæquatum eſt verbum Dei nobis in Sacris literis declaratum. Vltra hoc objectum, fides ſe non extendit. Nam ut Paulus ait, fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei.

Veritates non ſcriptas & tamen credendas objiciunt Papiſtæ.

Hoc adverſarii noſtri ferre nullo modo poſſunt: Contendunt enim eſſe quædam, neſcio quæ credenda quæ in Sacris literis non contineantur. Nos autem dicimus fidem eſſe aſſenſum, qui exhibetur Scripturæ ſanctæ, & in his quæ neceſſariò & evidenter per illam concluduntur. Solent nobis inter alia objicere, perpetuam virginitatem matris Chriſti: quam aiunt credendam eſſe, cùm in Sacris literis non habeatur. Objiciunt inſuper authoritatem ſanctæ Scripturæ eſſe ab Eccleſia, & ex ipſis Scripturis non poſſe probari.

Matth.1. & Luc.1. Perpetua virginitas Mariæ.

3 Quod ad primum attinet, ſatis nobis eſt edoceri ex ſacris literis, Chriſtum ex virgine & conceptum fuiſſe, & natum. Præter hoc autem aſſerere velle, beatam Virginem fuiſſe conjunctam viro commixtione carnis, temerarium eſt. Id enim cùm nec habeant ſacræ literæ niſi ſit veriſimile, cur tandem à nobis credi debet vel affirmari? Contra antè quòd Virgo perpetuo manſerit, cùm id ſacræ literæ diſertè non affirment, non recipiendũ eſt inter ea quæ neceſſariò credi debeant, qualia illa ſunt quę in ſacris literis expreſſè continentur. Hieronymus hac de re ſcripſit adverſus Helvidium. Is enim meritò damnandus erat, quod temerariè diceret, eam perpetuò Virginem non fuiſſe.

Auguſtini argumentum.

Et Auguſtinus pulchre monet: cùm ad ea venitur, ubi ſenſus Scripturæ non poteſt certò colligi, ne ſententiam alterutram in partem præcipitemus.

Scriptura non habet authoritatem ab Eccleſia.

Quod ad alteram objectionem attinet, ſæpius dictum eſt, id non eſſe verum quod aſſumunt, Scripturam habere authoritatem ab Eccleſia. Ejus enim firmitas à Deo pendet, non ab hominibus: & prius eſt Verbum & quidem firmum ac certum, quàm Eccleſia. Nam Eccleſia per verbum vocata fuit. Et ſpiritus Dei egit in cordibus audientium verbum, & illud legentium: ut agnoſcerent, non eſſe humanum ſermonem, ſed prorſus divinum. A Spiritu itaque acceſſit authoritas verbo Dei, non ab Eccleſia.

Non crederem Evangelio, niſi eccleſiæ authoritas me commoveret.

Sed aiunt, Auguſtinum ſcribere adverſus Epiſtolam fundamenti: Non crederem Evangelio, niſi me Eccleſiæ authoritas commoveret. Atqui his verbis Auguſtinus nil aliud ſignificare voluit, quàm multum tribuendum eſſet miniſterio Eccleſiæ, quæ fidelibus proponit, prædicat, inculcat Evangelium. Quis enim noſtrûm acceſſit ad Chriſtum, aut credidit Evangelio, quin excitatus fuerit prædicatione Evangelii, quæ fit in Eccleſia? Non tamen inde colligi poteſt, authoritatem Evangelii pendere ab Eccleſia apud animos audientium: Nam ſi in ea poſitum eſſet, ut Scriptura reciperetur, certè illam jam olim & Epicureis & Turcis perſuaſiſſet. Verùm longè ſecus eſt: Quicquid enim authoritatis habet Eccleſia, aut miniſtri ejus, id totum pendet à verbo Dei. Nam ſi quæras ex illis, unde probent authoritatem Eccleſiæ, aut unde certi ſint, eam non errare in intelligendis ſacris literis, diſcernendis ab aliis, dicent, quoniam regitur à Spiritu ſancto. At hoc ipſum, ô boni, unde noſtis?

Matt.28.20. Matt.18.20. Ioan.6.13.

Quoniam Chriſtus, inquient, promiſit ſe cum ea futurum uſque ad conſummationem ſæculi: & quoniam idem dixit, ubicunque fuerint duo aut tres congregati in nomine meo, ibi ſum ego in medio eorum: &, Mittam ſpiritum Paracletum, qui vos deducet in omnem veritatem. Hæc inquiunt ea ſunt, quæ nobis perſuadent Eccleſiæ authoritatem.

E diverſo Eccleſia ſuam authoritatem habet à ſcriptura.

Sed iſta, unde quæſo accipitis, niſi ex ſacris literis? Quare è diverſo potius concluditur, Eccleſiam authoritatem ſuam habere à Scriptura.

Fides eſt firma.

4 Adhæc ex eo loco Pauli declaratur alia differentia fidei: nimirum, quod ſit aſſenſus firmus. Prædicat enim de Abrahamo, nihil eum hæſitaſſe. Et utitur verbo διακρίνεσθαι, quod eſt ſecum diſceptare, atque ambigere.

Rom.4.20. Act.10.20.

In quam ſignificationem Acta quoque Apoſtolica eodem verbo utuntur. Sic enim Petro dicitur, ut ad Cornelium Centurionem eat, μηδὲν διακρινόμενος, hoc eſt, nihil ambigens. Reſpexit Abrahamus ad voluntatem & potentiam Dei promittentis: non ad ſuam aut uxoris infirmitatem. Extra Deum nihil habuit, unde poſſet ſibi quippiam hujuſmodi promittere. Quare ut inquit Apoſtolus roboratus eſt fide, nec hæſitavit incredulitate. Quod perinde eſt ac ſi dixiſſet: Ex omni alia parte, incredulitas & dubitatio illi ſe offerebant. Neque reprehendi debet hæc ſententia, quòd non ita in nobis fieri experiamur. Nullus enim eſt, in cujus animo non ſuboriatur interdum aliqua dubitatio, de his quæ credimus: Quia hoc non à fide, ſed ex noſtra infirmitate provenit. Id nos facilè docere poteſt, quod videmus in habitu ſcientiæ præſertim mathematicæ contingere. Ibi enim certitudo eſt, & quidem maxima. Nam concluſiones ex præmiſſis, neceſſariò & evidentiſſimè conſequuntur. Verùm ſi quis non perfectè didicerit, nec abſolutè ſcientiam fuerit aſſecutus, interdum dubitabit. Id autem fit, non propter ſcientiam, ſed propter defectum ejus, qui ſcientia utitur.

Cur nobis credentibus emergant dubitationes?

Ita quia nos dum hìc vivimus infirmi ſumus, neque plenam perfectámque fidem habere poſſumus, ideo emergunt ſæpe etiam nolentibus nobis dubitationes. Verùm ſecus eſſe videas de natura opinionis, quæ talis eſt, ut nobis imputari minimè debeat, ſi nonnihil inclinamus in alteram partem, ab ea quam opinamur eſſe veram.

Duplex fidei defectus.

Infirmitas autem quæ nobis circa fidem accidit, duplex eſſe poteſt. Quandoque enim firmiter quidem adhæremus his quæ credimus: ſed alia tamen adhuc ſuperſunt credenda, quæ nondum percepimus. Et hoc pacto qui adhuc ſervabant ciborum delectum, & alias cæremonias unà cum Evangelio, à Paulo in Epiſtola ad Romanos dicuntur infirmi fide: quod nondum noviſſent per Chriſtum abrogatas eſſe cæremonias Iudæorum.

Rom.14.1.

Aliquando fit ut fidamus quidem quæ credenda ſint: fide tamen non ita ſimus perfecta, ut firmiter & conſtanter in illis hæreamus.

Mat.8.26. & 14.31. Deus rogandus ut fidem augeat.

Ita Chriſtus Apoſtolos appellavit Modicæ fidei, & præſertim Petrum, cùm fluctibus jam ferè mergeretur hæſitando. Quare ſemper de utraq; parte Deus rogãdus eſt, ut nobis fidem augeat.

In aſſenſu fidei quæ ſint examinanda?

5 Obſervandum eſt etiam, vim credendi eſſe à Spiritu ſancto: cùm tot ac tantis fluctibus dubitationum animum impetentibus, non ſuccumbimus, ſed illos denique ſuperamus: quod ſine cœleſti & ſupernaturali quadam vi fieri non poſſet. In iſto autem aſſenſu fidei, examinandum eſt diligenter, & quis ille

ſit qui dixerit, & quidnam illud ſit quod dicitur, nobiſque ad credendum proponitur. Quia diabolus nihil magis curat, quàm ut Deus credatur dixiſſe quod non dixerit. Sæpe etiam illa quæ ab ipſo Deo dicta ſunt, ab impoſtoribus torquentur in diverſum ſenſum, & depravantur, atque ita credenda obtruduntur. Quare quum opus ſit revelatione, quod ad utrunque caput attinet, Deus orandus eſt, ne nobis imponi ſinat. Putavit quidam ex Sentétiariis, ſi certò conſtaret Deum quippiam dixiſſe, in eo fidem non poſſe habere locum. Nam illico, inquit, naturali lumine cognoſceremus, verum eſſe oportere quod Deus dixerit: niſi eum velimus mendacem exiſtimare. Sed iſte inſigniter errat: Non enim dubitamus, Prophetas certò cognoviſſe Deum in ſe loqui, & tamen his quæ prædicabant, fidem habuerunt. Nos etiam certò novimus, Deum dixiſſe ea quæ habentur in Sacris literis, & tamen illis fidem habemus. Apoſtoli noverunt ſe accepiſſe Spiritum ſanctum, non tamen ob id carebant fide. Quod autem iſte dicit, tum eſſet verum, ſi Deum hæc dixiſſe ratione aut ſenſu evidenter cognoſceremus: quod fieri omnino non poteſt. Non enim iſta nobis innoteſcunt, niſi revelatione. Iſte verò pro evidentia poſuit certitudinem. Poſtrema pars, quæ eſt in definitione, qua dicitur hanc aſſenſionem luctari cum ſenſu & prudentia carnis, non tantùm hoc exemplo Abrahami perſpicuè monſtratur, ſed aliis etiam permultis. Liberationem Deus promittebat Iſraelitis: interim tamen augebatur afflictio: major numerus laterum imponebatur: paleæ ad opus non dabantur: acerbè & crudeliter cædebantur. Quúmque jam eſſent egreſſi Ægyptum; ſe illis objiciebat mare, & ex altera parte rupes inſuperabiles à tergo autem, magno cum exercitu imminebat Pharao, quibus obſtaculis carnem oportuit reluctari. Promiſſioni factæ Davidi multa identidem refragabantur, ne unctioni Samuelis fidem haberet; adverſus quæ neceſſe fuit ut corroboraretur fide. Apoſtoli quoque multa in Chriſto deprehendebant infirmitatis indicia, quæ illos oportuit fide ſuperare. Quare concluditur, eam eſſe fidei noſtræ naturam, ut ſemper cum aliqua dubitatione certet.

Orandus Deus ne ſinat nobis imponi.

Qui certò noverunt Deum quippiam dixiſſe, an ſequatur illos credere?

Exod. 3. 8.

Exod. 5. 6.

Fides cum aliqua dubitatione perpetuò certat.

1. Sam. 16. 12.

6 Quum verò additur, dans gloriam Deo, finis proponitur, quem fides ſpectat: nimirum, ut gloria Dei conſtet & augeatur: quæ in eo ſita eſt, ut æſtimationem Deo dignam concipiamus. Abrahamus dicitur fuiſſe ferè centenarius. Nam, ut habet hiſtoria Geneſeos capite decimo ſeptimo, nonageſimum nonum annum agebat, cùm hæc promiſſio illi offerretur. Neque ante ſe habuit exemplum ſimile, quod intuendo confirmaretur. Ille enim primus eſt, cui in Scripturis legimus reſtitutam fuiſſe vim ad prolem ſuſcipiendam. Neque mirum eſt, ex opere fidei afferri gloriam Deo: quandoquidem ibi meliorem noſtri partem in gratiam ejus abnegamus: ea autem eſt mens & ratio, qua propoſitis rebus, vel aſſentimur, vel diſſentimus. Vnde apparet, nihil præclarius à nobis Deo offerri poſſe. Eſt enim hæc ingens teſtificatio divinæ potentiæ ac bonitatis, ut ejus cauſa videamur naturæ ſenſum in nobis extinguere. Mirum verò eſt, eos qui opera tam libenter commendant, quique tam multi ſunt in caſtitate, cælibatu, & aliis operibus efferendis, in ornanda fide tantopere frigere: cùm ab ea ſit victoria, qua & noſipſos, & mundum univerſum vincimus. Sic enim Ioannes ait: Hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra. Quod non eo dico, quòd putem nos juſtificari fide, quatenus ea opus eſt. Variis enim infirmitatis noſtræ maculis inquinatur. Et Auguſtinus ait, non eſſe admittendam hanc ſententiam: Fidem nobis mereri juſtificationem. Ea enim inquit, non eſt ex nobis: ſed, ut Paulus ad Epheſios diſertè teſtatur, eſt donum Dei. Attamen quatenus opus eſt multis partibus, alia opera vincit. Neque dici poteſt, quàm hallucinentur Scholaſtici, dum illam abſque bonis operibus extare poſſe confingunt. Nam juxta illorum ſententiam, fides non accederet ad dignitatem prudentiæ: quæ ut & philoſophi ſcribunt, & ipſi fatentur, abſque cæteris virtutibus haberi non poteſt. Quæ igitur erit fides theologica, ſi prudentiæ perfectionem non attingit? Deinde cùm virtus non patiatur unà ſecum conjungi vitium, & ipſi fidem virtutem eſſe contendant: quo-

Fides finis. Gloria Dei in quo ſita?

Gen. 17. 1.

Fide abnegamus noſtri meliorem partem.

Non juſtificamur fide, quà eſt opus.

1. Ioan. 5. 4.

Fides non meretur nobis juſtificationem.

Eph. 2. 8.

Fides quà opus eſt, alia opera vincit.

Probatur, fidem eſſe non poſſe abſque operibus.

A modo in peccatoribus, & alienis à Deo, veram fidem eſſe volunt? At dicent, ſe illam conſtituere virtutem intellectus: cui generi virtutum, vitia non repugnant. Siquidem in ſceleſtiſſimis hominibus, ſcientiæ inſignes interdum conſpiciuntur. Sed ne hoc illos juvet, ſua ipſorum obſtat fictio. Imaginantur enim ea, quæ noſtro intellectui proponunt, ſi obſcura ſint, nec evidentiam habeant, aſſenſum illis non præberi, niſi quia voluntas intellectui præcipit ut conſentiat, atque in hoc ſe divinæ veritati ſubjiciat. Interrogabi- B mus ergo iſtos: An opus voluntatis, quo mandat intellectui ut credat, & aſſentiatur verbis Dei, bonum ſit, anne malum? Certè velint nolint, cogentur fateri bonum eſſe. At abſque charitate fieri non poteſt, ut voluntas adducat intellectum in ſententiam rerum credendarum. Quare pugnant inter ſeſe iſtorum commenta. Nos verò non ita fieri docemus, ut fides à præcepto voluntatis pendeat. Vnde enim illa moveretur, ut res credendas recipi juberet tanquam bonas & dignas fide, niſi id prius per intellectum percepiſ- C ſet? Obſcura quidem & parum evidentia humanæ rationi fatemur eſſe ea quæ credimus: Sed ea intellectui conſpicua fiunt, lumine divinæ revelationis & fulgore Spiritus ſancti. Quare à judicio rationis apprehenduntur, atque admittuntur ſumma certitudine, quibus ita cognitis atque receptis, ut conſequens eſt, voluntas ſeſe oblectat, & eam tam vehementer complectitur, ut cæteris animi facultatibus opera præcipiat, ei veritati cùm mens credidit, conſentanea. Atque hoc pacto ex fide oritur charitas, & illas D ſpes conſequitur. Quæ enim credimus, & vehementer amamus, ea forti & patienti animo præſtolamur: quod ad ſpem potiſſimum attinet. Nec ſuſpicetur quiſquam, id aut rationi obeſſe, aut naturam hominis extinguere, quod credendo videamur ſenſum humanum abnegare: quaſi hoc ſit inſanire, ut Feſtus dicebat Paulo, cum fidem Chriſti prædicaret: Multæ literæ te ad inſaniam adegerunt. Non ita eſt: ſed potius efficitur per fidem, ut ratio noſtra, doctrinæ Dei E & ejus revelationi ſe ſubjiciat, potius quàm inferioribus ratiocinius & perſuaſionibus: quæ cùm ſint inferiores divinis Scripturis, evehitur illis potius homo, quàm dejicitur. Et ſi quis dicat, inſanire homines credendo, addemus id maximè cum ratione fieri.

Virtutes intellectus non pugnant cum vitiis.

Sine charitate non poteſt intellectus juberi, ut credat.

Fidei à præcepto voluntatis non pendet.

Divina revelatio facit conſpicua, quæ alioquin erant aliena.

Fide naturam hominis, neq; rationem extinguit.

Act. 26. 24.

7 Memorat Apoſtolus, Deum mortuos vivificare, & emortuum fuiſſe corpus Abrahami, atque etiam uterum Saræ. Quibus verbis Chryſoſtomus ait jaci fundamenta noſtræ reſurrectionis, quam futuram credimus. Nam ſi Deus hæc facere potuit, illi F nec modus deerit, nec facultas, qua reſtituat mortuos. Atque equidem mihi perſuadeo, hanc fidem non parvo præſidio Abrahamo fuiſſe, ut animum induceret ſacrificare filium ſuum, uti Deus ab ipſo poſtulaverat. Licet enim promiſſionem de poſteritate ſuſcipienda per Iſaacum accepiſſet, tamen illo occiſo, videbat adhuc locum eidem promiſſioni ſupereſſe: Deum enim poſſe etiam mactatum excitare credebat, ut iterum viveret. Quámque laudabilis fuerit G hujus Patriarchæ fides, Paulus indicat, cùm illum ait, non ſpectaſſe corpus ſuum emortuum, aut effœtum uterum Saræ, ſed gloriam dediſſe Deo: id certiſſimè perſuaſus, Deum poſſe præſtare atque efficere quæcunque promiſerat. Ambroſius *ἐν ἀνδρείαις* declarat excellentiam hujus fidei, nam eam confert cum incredulitate Zachariæ: cui cùm Angelus denuntiaret Ioannis Baptiſtæ generationem, tamen perſtitit incredulus. Et idcirco correptus eſt à Domino, & lingua ejus ita impedita, ut eam explicare non poſſet. H Quæ pœna ſatis fuit illi peccato congrua. Nam qui non credunt, iidem neque loquuntur, neque confitentur. Cogitavit ſecum Abrahamus, quanquam natura jam effœtus & ſterilis effectus ſim, tamen Dei vis & potentia non ſubjicitur creaturarum impedimentis. Poteſt enim Deus, citra conſuetam rationem & curſum naturæ, quicquid voluerit efficere. Quare, licet meis viribus procreare non poſſim, tamen Deus poteſt ornare promiſſionem ſuam miraculo, quod ſuperet naturæ ordinem. Rabbini He- I bræorum aiunt, Abram non generat, verùm Abraham generat. Quoniam inquiunt *He* aſpiratio interponitur, quod eſt elementum pertinens ad nomen

Fundamenta noſtræ reſurrectionis.

Luc. 1. 18.

Quæ fides Abrahamum confirmaverit ad obediendum Deo.

Tetra-

Tetragrãmaton: Ac ſi diceretur, adjecta vi divina, qui procreare non poterat, liberos jam ſuſcipit. Auguſtinus in quæſtionibus ſuper Geneſin illum locum Apoſtoli arbitratur non ſimpliciter intelligendum eſſe: Quia poſt mortem Saræ, legimus Abrahamum ex Cethura uxore ſuperinducta, multos filios habuiſſe. Et addit, Phyſicorum eſſe ſententiam, viros adultioris ætatis, ex mulieribus natu grandioribus, non poſſe liberos procreare: eoſdem tamen ex puellis poſſe. Quare vult corpus Abrahami hoc loco intelligi emortuum, quo ad Saram uxorem, quæ jam erat nonagenaria. Sed hæc expoſitio non habet cauſam tam firmam, ut nos poſſit ad ſe compellere. Nam quod Abrahamus ſuſceperit liberos ex Cethura, Sara cùm jam eſſet mortua, id ex eo fieri potuit, quod illi Deus jam ultra naturæ ordinem, vim procreandi reſtituiſſet. Neque ad rem facit, quod affert Origenes, qui hoc loco ſcribit, emortuum intelligi corpus Abrahami, quod jam cum uxore ſua caſtè viveret, neque amplius cum ea commiſceretur. Commendat autem eum, quòd accepto Dei mandato de prole ſibi futura ex conjuge, rurſus ad illam acceſſerit. Iſta ut videtur, ab eo ſunt excogitata, nec ex hiſtoria poſſunt elici. Nunc id agit Apoſtolus, ut Abrahami fidem commendet, quod promiſſioni Dei conſtanter aſſenſus fuerit, licet reclamante & ſua & uxoris natura.

Gen. 15. 1.

An Abrahamus dubitarit, quum ſibi filius promitteretur? Gen. 17. 17.

8 An verò Abrahamus quippiam dubitaverit, quum illi Deus promitteret filium, Scriptura videtur in ſuſpicione relinquere. Nam cap. 17. Geneſeos riſiſſe dicitur, & dixiſſe, num centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Vtinam vivat Iſmael in conſpectu tuo. Verba hæc, & lætitiam & admirationem præ ſe ferunt, conjunctam nihilominus cum aliqua dubitatione. Atque hæc Scriptura idcirco commemorat, ut fides Abrahami, quæ tantopere laudatur, nequaquam exiſtimetur fuiſſe abſque dubitationibus, quæ à carne & humano ſenſu oriri conſueverunt. Quoniam autem fides Patriarchæ illas vicit, idcirco laudatur. Neque illic legitur Abrahamus accuſatus à Deo incredulitatis, quemadmodum Sara, quæ itidem riſit. Quod ſi riſum externum expendas, ambo pares fuerunt. Verùm Deus, qui eſt καρδιογνώστης, optime intellexit utriuſque fidem. Sancti viri, quamvis Dei promiſſionibus crederent, tamen interdum ex humana infirmitate ſubdubitabant. Idcirco ſæpius factum eſt, ut ſigna & miracula petierint, ad cõfirmandam ſuam imbecillitatem, quod à Gedeone & Ezechia Rege factum legimus. At hoc loco remedium oſtenditur adverſus hujuſmodi tentationes: nimirum, ut revocemus cogitationes ab humanis obſtaculis, & ſolùm contemplemur potentiam Dei. Hoc Angelus monuit beatam Virginem: non eſt, inquiens, impoſſibile apud Deum omne verbum. Quanquam ex verbis Virginis non apparet, eam dubitaſſe, ſed tantùm petiiſſe, quomodo id futurum eſſet. Non enim dubitabat, ſe, ut Angelus dixerat, concepturam, idque ſtatim: ſed quum animadverteret ſe nondum matrimonio eſſe conjunctam, quamvis eſſet deſponſata, interrogavit quónam modo id fieret: expectandáne eſſet conjunctio, an id alio pacto futurum eſſet. Angelus igitur reſponſo ſuo duo capita complectitur. Alterum, quo dubitationem removeret, ſi qua fortè in Virginis animo hæſiſſet: ait enim; Non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum: alterum de concipiendi modo. Spiritus inquit ſanctus, ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Quod autem quidam comminiſcuntur, eam ſic interrogaſſe, quod voviſſet Deo virginitatem, nihil opus eſt ut multis refutemus: præſertim quum ex ipſa hiſtoria doceamur, eam deſponſatam fuiſſe viro, neque tum temporis conſuetudo illa fuerit, ut Virginitas Deo voveretur. Sed ut ad inſtitutum redeamus, dubitationibus, quæ fidei reluctantur, occurrendum eſt, conſideratione divinæ potentiæ. Non enim ulla dubitatio ex Dei voluntate oritur. Nam ultro pollicetur, quicquid credendum proponit: neque certè id faceret, ſi dare nollet. Supereſt igitur: ut qui hujuſmodi dubitatione tentantur, de ejus ambigant potentia. Hinc factum arbitror, ut Eccleſiæ preces tam frequenter initium ſumant ab omnipotentia Dei, ut animi precantium confirmentur, neque quum publicè oretur, quicquam cum hæſitatione petant. Ex his

Gen. 18. 12.

Ambo riſerunt Abrahamus & Sara.

Ad ſuam fidẽ cõfirmandam ſancti miracula interdum petebant. Iud. 6. 17. 2. Reg. 20. 8. Luc. 1. 37.

Remedium contra imbecillam fidem.

An beata Virgo dubitarit.

Beata Virgo non vovit.

Preces Eccleſiæ ab omni potentia Dei incipiunt.

conſtat, quàm grave ſit peccatum, de promiſſionibus Dei dubitare. Id enim non aliud eſt, quàm Deum vel mendacem, vel infirmum facere. Et qui ita ſentiunt, Deum nec invocare poſſunt, nec aliquid ab eo vel petere, vel expectare. Iam vero quum hoc ſit ingenium fidei, quod Apoſtolus deſcribit, ſatis apparet, Diabolum non habere fidem. Non enim fidere poteſt ſe Deo eſſe gratum, prætereà illum omnipotentem eſſe acumine intellectus naturali ſatis novit. Quod autem Iacobus ait, Diabolum credere, & contremiſcere: Credere poſuit pro Noſſe. Fides vero, quæ hic deſcribitur, ad homines tantùm, eóſque non niſi pios pertinet.

Grave peccatum de promiſſis Dei dubitare.

Diabolus non habet fidem.

Iac. 2.

Fides quæ hîc tractatur, ſolùm ad homines pios pertinet.

9 Cæterum ſe offert dubium: Quia ſi tantùm verbum Dei credendum eſt, ut paulo ante dictum eſt: cur dicebat Chriſtus, ut ſi non crederent ſibi, ſaltem operibus crederent? Videtur enim ex hac ſententia miraculis etiam credendum. Sed reſpondemus, miracula eſſe quaſi teſtimonia, per quæ adducantur homines, ut facilius credant, ita ut ſint per quæ credatur, non quòd fides in illa feratur tanquam in ſuum objectum, quamvis de Chriſti & Apoſtolorum miraculis credendum eſt, quòd à Deo fuerint, non à Beel-zebub, vel à Diabolo, quemadmodum Phariſæi calumniabantur, atque hoc in verbo Dei continetur, quia teſtimonium perhibet, hæc miracula edenda fuiſſe ac edita denique ſuo tempore, nimirum in prædicatione ſanæ doctrinæ. Sacramenta etiam creduntur, at illa nihil aliud ſunt, quàm verba Dei viſibilia, quibus etiam verbum quod auditur, adjunctum eſt, prout Auguſtinus dixit: Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. Iudicium tamen eſt adhibendum, quum verbo Dei credimus, ne vitioſa & corrupta ſententia eliciatur: probatione etiam opus ad miracula diſcernenda, & in ſacramentis animadvertendum, ut ritè, id eſt, ſicuti à Deo inſtituta fuerunt, adminiſtrentur. Et judicio ſano removenda ſunt ac ſeparanda hominum inventa, ne illis credatur, tanquam ſermonibus Dei: & quum Baſilius, vel alii Patres dicant, abſque examine, ſeu judicio credendum eſſe, quod videtur deſumptum ex eo quod Paulus in Epiſtola ad Rom. dicit Abrahamum credidiſſe, nec judicaſſe, Græcè id verbum eſt διεκρίθη. Vt huic dubio ſatisfaciamus, intelligendum eſt eſſe duplex judicium: alterum, quando imus in conſilium cum ſenſibus & humana ratione, & iſtud planè removetur à fide: nam ſemper ea verbo Dei reſiſtit. Aliud verò eſt judicium ſpiritus, quod neceſſariò adhibetur: atque hoc eſt quod Paulus aiebat, Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Et ad Cor. Spiritualia ſpiritualibus comparantur: & hoc judicio, neceſſarium eſt, locum unum in divinis literis obſcuriorem cum altero manifeſtiori conferre. Authoritas Eccleſiæ non dominatur fidei, ut nonnulli malè ſentiunt. Officium ejus eſt prædicare, monere, arguere, teſtari, atque ob oculos ponere Sacras literas, neque ſibi credi poſtulat, niſi quà verba Dei loquitur. Paulus priuſquam verbi meminiſſet, per quod fides procreetur, mentionem fecit Evangelizantium, id eſt, miniſtrorum qui à Deo mittuntur, in quibus deſcripſit Eccleſiæ miniſterium, quod nimirum in Evangelizando conſiſtat. Prætereà ſi fides, ut ſcribitur, eſt ex auditu, hoc eſt ut ſubditur, per verbum Dei, neceſſarium eſt nihil eſſe, quo magis alatur, foveatur & confirmetur fides, quàm aſſidua lectione ac repetitione verbi Dei. Hoc Tertullianus eſt atteſtatus in Apologetico, cùm inquit, ad hoc ſacros cœtus cogi, ut verbum Dei audiatur. Dicunt Philoſophi ex iiſdem eſſe, atque nutriri: quare conſimiliter fit, ut ſi fides ex verbo Dei eſt, ex eodem alatur. Scimus prætereà ex operibus frequentibus confirmari habitus: & ſi deſiſtatur ab actionibus, eos debilitari. Quare ſi quis deſinat legere, audire, ſeu repetere Sacras literas, languet in eo fides. Et qui putant vivam puràmque fidem in Eccleſiis conſervari abſque frequentibus concionibus, vehementer errant. Chryſoſtomus habet pulcherrimum ſimile de lucerna, ſeu lampade accenſa, quæ facilè extinguitur, niſi ſubinde infundatur oleum. Per lampadem ſeu lucernam, fidem intelligit: oleum vero, verbum Dei. Atque hoc ſcribit, ubi tractat parabolam virginum ſapientum & ſtultarum.

Ioan. 8. 3.

In Rom. 10. v. 12.

An miraculis ſit credendum?

Matt. 12. 24.

Sacramenta creduntur.

An ſit credendum cum judicio, vel citra judicium.

Rom. 4. 20.

Diſtinctio de judicio.

1. Theſ. 5. 21. 1. Cor. 2. 13.

Authoritas Eccleſiæ non dominatur fidei.

Rom. 10. 14.

Ibid. v. 17. Fides quomodo alatur.

Digitized by Google

Quatenus fidei cum timore conveniat.

In Rom.11.v 21
Nemo pius incertus eſt de ſalute ſua.
Ioan.5.24.
Vnde dicatur fides?

10 Certitudini porrò fidei adverſari videtur quod à Paulo dicitur: Alioqui & tu excidêris. Nullus qui credit, quo ad ſeipſum ſibi perſuadere debet quod ſit excindendus: non enim patitur fides hanc perſuaſionem. Dominus ait eum qui credit, de morte ad vitam tranſire, non quamlibet, ſed æternam quæ nunc eſt inchoata, perficietur autem in futuro ſeculo. Cùm igitur promittatur æterna vita, diffidere minimè debemus. Quiſque fidelium ſe credit à Deo adoptatum in filium, & electum ad vitam æternam: fiet igitur illi ſicut credit. Nam & etymologia fidei à multis inde trahitur, quaſi fiat quod eſt dictum. Qui tamen ita credit, de perſeverantia ſemper debet cogitare, neque remiſsè vivere, atque à Deo, permanendo in bonitate illius, donum atque gratiam implorare, de qua obtinenda minimè dubitare oportet, cùm & promiſerit eam ſuis Deus, & oratio fidelis non poſſit cum hæſitatione fundi, ut Apoſtolus Iacobus teſtatus eſt.

Iac.1,6.
Caro noſtra obſervanda eſt, cùm ſit infirma & immunda.

Prodeſt nihilominus attente noſtram carnem obſervare, quæ infirma eſt, & undique immunda, neque illi natura ſua repugnat, quin damnetur. Vnde his Apoſtoli verbis frænanda eſt ejus ſuperbia, frangenda ſecuritas, & ignavia excitanda. Pro certitudine tamen retinenda, confugiendum ad id eſt, quod mox adducit, dona Dei & vocationem eſſe abſque pœnitentia. Vtque videamus quàm utilis ſit fidelibus, neque ullo modo ſupervacanea hæc Apoſtoli monitio, ſic rem diſtribuemus, ut primum de Eccleſia videamus quid nobis timendum ſit. Si de tota agamus, nequaquam timendum eſt eam unquam defecturam eſſe: promiſit enim Chriſtus futurum ſe cum ea uſque ad conſummationem ſeculi. Tentari quidem poteſt, cribrari & concuti, ſed everti non poteſt. Oramus igitur, ut crux ejus, tentationes & perſequutiones eleventur, & illi cedant in bonum. De particularibus autem Eccleſiis, quoniam fieri poteſt ut transferantur, precamur ut pro aſſiduis earum tentationibus, & ut apud illas & præſertim noſtram maneat regnum Dei. Quoad poſteros noſtros, eſt etiam quod timeamus, quoniam promiſſio indefinite propoſita eſt, & niſi contrahatur per electionem & prædeſtinationem, fieri poteſt ut illos non complectatur, quemadmodum omnes Iudæi non erant comprehenſi in promiſſione. Ac de infantibus conſtituendum eſt idem. Fœdus quidem & promiſſio eos non excludit, imò generaliter ſunt his verbis denotati, cum dixit Dominus, Ero Deus tuus, & Deus ſeminis tui. Sub qua promiſſione illos tingimus, & Eccleſiæ viſibiliter incorporamus, qui tamen cum adoleverint, poſſunt reſpuere fœdus, & Evangelium contemnere: unde palam fit, eos ad electionem & promiſſiones re vera non pertinuiſſe: idcirco jure timere poſſumus, ne ſtent, ut contigiſſe videmus Iſmaeli & Eſau. Sunt præterea in Eccleſia nonnulli πρόσκαιροι, hoc eſt temporarii, qui ad tempus credunt, & in tentatione recedunt, quemadmodum fecit Iudas, & qui Chriſtum in perſecutionibus abnegarunt: quare his quoque maximè timendum eſt. His vero qui Chriſto ſynceriter credunt, licet de ſalute confidant, & certi ſint, attamen imminent ſemper, dum hic vivimus, permulti lapſus, & quidem graves, ut Petro, ut Davidi. Vnde licet non timeant æternum damnari, ſed certo ſperent ſe vel à Deo tuendos ne labantur, vel ſi lapſi fuerint, ut reſtituantur, (ut quemadmodum & nos de his confidimus, qui excommunicantur: non enim ejiciuntur ab Eccleſia, ut pereant: ſed ut denique ſpiritus eorum ſalvus fiat) Attamen & electi atque ſynceriter credentes, timere perpetuo ſibi debent à lapſibus, & ne à Chriſto excindantur ſaltem ad tempus. Et de hac reſtitutione lapſorum, mentio fit etiam apud Hier. 3. cap. Fornicata es, cum amatoribus tuis: attamen redeas. Omnia illa nobis demonſtrant, non inutilem eſſe hanc Pauli adhortationem ad timorem, quum & pro nobiſipſis, & pro aliis tot modis nos oporteat eſſe ſollicitos. Addit præterea his Chryſoſtomus abuſum divinæ gratiæ, quo laboramus, debere nobis eſſe magno timori & horrori, quoties illum conſideramus.

Rom.11.29.
Quid eccleſiæ timendum ſit.
Mat.28.20.
Fieri non poteſt, ut Eccleſia pereat.
Particulares eccleſiæ poſſunt deficere.
Poſteris noſtris jure timemus.
Gen.17.7.
Fidelibus multi lapſus imminent.
Confidimus poſſe reſtitui, quos excommunicamus.
Mat.26.70.
2.Sam.11.4.
Ier.3.1.
Habent & pii homines quod timeant.

In Rom.11.20.
2.Cor.1.24.

11 Quod ſpectat quod dicitur, tum ad Romanos tum ad Corinthios: Pios fide ſtare; Neque repugnat, quod in eadem Epiſtola habetur, Corinthios in Evangelio ſtetiſſe, quia fides ad Evangelium refertur, tanquam ad proprium objectum, imò quodammodo ab eo naſcitur, ut ſuperius vidimus. Neque hic ſermo eſt de ſingulis hominibus, ſed de cœtu & corpore credentium: meritò igitur admonet: Noli autem ſapere, ſed time. Nam quemadmodum Eccleſia Iudaica eſſe deſiit: Africa item, Græcia & Aſia multas Eccleſias amiſerunt: ita metuendum eſt, ne idem contingat nunc Eccleſiis, quæ ſtare videntur: non ergo efferant ſeſe. Quiſque autem ex fidelibus hominibus minime dubitare debet de propria ſalute. Eſt enim ingenium fidei, certos homines reddere de divina promiſſione. Sciendum tamen, fieri non poſſe, quandiu hic vivimus, ut prorſus omnem metum exuamus. Verſamur namque perpetuo inter duas cogitationes: alteram de bonitate, fide & conſtantia Dei, alteram de corruptione, infirmitate & propenſione noſtra ad malum. Conſideramus enim, quàm ſimus infirmi, & ad mala proni, noſtrorúmque operum, quantumvis bonorum, ſordes & imperfectionem, atque una legis ſeveritatem, in exigendo quæcunque præcipit ad amuſſim. Iam hujuſmodi cogitatio vehemens non poteſt non vehementer animũ perterrefacere, eumq; dejicere. At ex altera parte, dum clementiam, bonitatem, miſericordiam Dei, & ejus in promiſſionibus conſtantiam attendimus: ſimulque occurrit, omnia Chriſti merita nobis communicata, reficimur, recreamur, metúſque aut lenitur, aut planè quandoque deponitur. Siquidem effectus iſti, ubi perfecti fuerint & intenſi, mutuò ſibi ſuccedunt: nec enim ſimul eſſe poſſunt, vel ſi unà fuerint, eſſe remiſſum utrunque conſtat. Verum quonam pacto ſibi mutuo viciſſim dent locum, quotidiano experimento experiri licet. Nam ſi collocetur quis in altiſſima turri, & nihil aliud verſet anim[o], quam altitudinem loci, & inde caſum exitialem cogitet: fieri non poterit, quin totus horrore concutiatur: at ſi convertat oculos ad repagulum oppoſitum, quo plane à caſu prohibeatur, certè animum eriget, & à metu liberabitur. Nec mirum cuiquam videri debet, quòd ſtatuimus, fidem illum timorem depellere, cui cum dubitatione de ſalute conjunctus, quum in Iohanne dicatur, charitatem foras mittere metum. Quod enim Scriptura tribuit charitati, multo magis fidei tribuendum eſſe certiſſimum eſt: oritur enim hæc ex illa. Sed ut jam diximus, de ſingularibus hominibus non agitur à Paulo, ſed de publica profeſſione Chriſti, Evangelica prædicatione, ac ejus cultu recepto in tota aliqua gente ac provincia. Et quod hic dicitur, homines pios excitare deberet ad preces quàm ardentiſſimas, pro Eccleſiarum conſervatione.

1.Cor.15.1.
Collatio exprimitur.
Rom.11.20.
Singulis de propria ſalute non eſt dubitandum.
Dum hic vivitur non poſſumus omnem metum exuere.
Simile.
1.Ioan.4.18.
Fides non minus quàm charitas timorem ejicit.

In Rom.8 v.15
An adoptati liberi ſint ab omni timore Dei.

12 Sed quoniam ad Rom. ſcribit Apoſtolus, Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum ad timorem: non erit abs re videre planius, num Paulus nos ab omni timoris genere velit eſſe liberatos. Hoc primum conſtet: Timorem nihil aliud eſſe, quàm animi affectum, quo percellimur ob imminens aliquod magnum & exitioſum malum. Non ſolemus commoveri periculis quæ procul abſint, ſed illis quæ jamjam impendere videntur. Neque nos levia ea quæ parvi momenti ſunt, perterrefaciunt. Timor itaque, quatenus ſpectat ad Theologum, reſpicit peccatum, iram Dei, caſtigationes, flagella, & ipſam denique gehennam. Sed duo numerantur genera timoris, quorum alter filialis appellari ſolet, alter ſervilis. Et ſervilem quidem eſſe aiunt, qui tantum pœnarum & gehennæ metu, vel à ſcelere retrahit, vel ad benefaciendum impellit. Id ſignificavit Ethnicus poeta, cùm ſcriberet,

Oderunt peccare mali, formidine pœnæ.

Filialis autem eſt, quo homines rectè vivunt, & flagitia fugiunt, quod cupiant illuſtrare gloriam Dei, quódque juſtitiam ipſam per ſe probent. Vnde idem poëta ait;

Oderunt peccare boni, virtutis amore.

De hoc duplici genere timoris, multa paſſim traduntur ab Auguſtino multis in locis, & præſertim Tract. 9. in Epiſt. Ioann. & habetur apud Magiſtrum Sent. in 3. diſtinct. 36. ubi Auguſtinus duo loca e Sacris literis profert, quæ videntur pugnare. Alter eſt ex Ioanne, perfecta charitas foras pellit timorem. Alter è Pſal. 19. Timor Domini manet in æternum. Manere.

Definitio timoris.
Duo genera timoris.
Quomodo timor foras pellatur, & in æternum maneat?
1.Ioan.4.18.
Pſal.19.10.

& pelli

& pelli foras, non conſentiunt. Hanc ille pugnam componit, & ea ait revera non diſcrepare. Vt enim duæ tibiæ eodem ſpiritu inflatæ non diſcordant, ita ait, Duo corda Davidis & Ioannis, inflammata eodem ſpiritu Dei, non poſſe inter ſe diſſidere: verum æquum & attentum auditorem requirere. Nam Ioannes agit de timore ſervili, & perfecta charitate: David autem agit de timore filiali. Itaque ait: Timor Domini caſtus aut mundus (nam Hebr. ſcribitur: *Iireah, Iehova, tehorah*) manet in æternum. Sic ille hanc ſpeciem pugnæ componi poſſe arbitratur. Vtitur tamen de utroque timore tali ſimili. Conſtituamus, inquit, eſſe duas mulieres, unam caſtam, alteram impudicam & adulteram. Vtraque certè harum timebit virum ſuum. Adultera timet abſentem, ne redeat: præſentem autem, ne ſuum ſcelus intelligat. Caſta verò uxor maritum timet præſentem ne diſcedat, aut ſe minus amet, & aliqua offenſione alienetur. Hoc ſimili Aug. putat, utrumque hunc timorem diſcerni poſſe. Alii præterea aiunt, ſervilem hunc timorem non prorſus eſſe inutilem: eum enim viam charitati præparare. Primum enim inquiunt, animum pervadit, & homines abſterret à peccatis, incitátque ad juſtitiam metu pœnarum. Recta autem via paulatim tranſit in uſum, & efficitur dulcis conſuetudine. Atque ita tandem homines incipiunt facta ſua referre in Deum, & juſtitiam propter ſeipſam colere. Quemadmodum enim ſeta, cùm aliquid conſuendum eſt, prima ingreditur, & ſecum filum annexum inducit, ipſa autem in eo quod ſuitur, non manet: Ita inquiunt, primum nobis timor ſervilis ſeſe inſinuat, excludendus poſtea, ubi charitas & caſtus timor acceſſerit. Cæterum, quid ſentiendum ſit de illis terroribus, qui in animis noſtris fidem antecedunt, conſtat nempe peccata eſſe ea coram Domino: ſi quid autem illos utilitatis aut commodi conſequatur, id non illorum naturæ, ſed bonitati Spiritus ſancti tribuendum eſſe. Is enim ad juſtificationem noſtram illis tanquam mediis abutitur. Magiſter Sententiarum pro duobus generibus timoris, quæ Auguſt. commemoravit, ſubjecit quatuor. Primum mundanum, quo homines, ne opes, voluptates, honores amittant, deficiunt potius à Chriſto. Eſt iſte timor pernicioſiſſimus, & ab omni pietate remotiſſimus. Alterum ſervilem, quem modò deſcripſimus. Tertium initialem, quo homines ita moventur metu pœnarum, ut unà etiam Deum reſpiciant, & aliquo juſtitiæ ejus, & voluntatis amore capiantur. Hic timor ex ejus ſententia permixtus eſt ex timore ſervili & filiali. Poſtremo, purum illum timorem filialem cum perfecta charitate conjungit. Scholaſtici autem, qui Magiſtr. ſecuti ſunt, ut ipſi quoque aliquid adderent de ſuo, timorem alium naturalem pepererunt, quo ea quæ naturæ conſtitutioni adverſantur, naturæ ipſius impulſu refugimus.

An timor ſervilis ſit utilis?

Magiſter Sententiarum facit quatuor timores.

Scholaſtici addiderunt quintum timorem.

13 His breviter & fideliter ex Auguſtino, Magiſtro, & Scholaſticis expoſitis, quid ſentiendum ſit paucis exponam. Principio fateor, non unum eſſe timoris genus: ſcio enim aliter Petrum, aliter Iudam timuiſſe. Nam Iudas quidem ita timuit, ut deſperaret: Petrus autem ita, ut ad Chriſtum ſe reciperet, quem prius negando deſeruerat. Dicimus itaque ſervilem timorem eſſe, quo Deum iratum ita horremus & fugimus, ut prorſus fide deſtituamur. Filialem autem quo in mediis terroribus ſublevamur per fidem, nec nos ſinimus pavore abſorberi. In piis ergo hominibus, nunquam timor diſtrahitur à fide. Hæc enim duo ita ſunt conjungenda, ut ſemper fides timori moderetur: quod niſi fieret, facile ſuccederet deſperatio. Vt enim Lex ſemper conjungi debet cum Evangelio, ita timor cum fide. Non ita complectimur Evangelium, quin ſemper meditemur obedientiam mandatorum Dei. Cúmque videmus, quàm ſæpe, quámque graviter deficiamus, noſipſos revocamus ad pœnitentiam. E diverſo: Lex recipienda non eſt abſque Evangelio. Id enim ſi fieret, nec illi ſine Chriſto poſſemus obedire, nec illorum, quæ in illam admiſiſſemus, veniam impetrare. Paulus itaque non avocat nos prorſus ab omni timore Dei: ſed ab eo tantùm, qui vacet fide, quique à Deo, tanquam ab hoſte, & à crudeli carnifice fugiat: ille autem timor, qui moderatricem habeat fidem, reprehendi non poteſt. Eſt enim donum Spiritus ſancti ut habetur in cap. 11. Eſaiæ. Proprium autem eſt donorum Spiritus ſancti ut per ipſa omnes noſtras virtutes, & affectus fidei moderationi ſubjiciamus, eáque Deo verè ac ſincerè ſervire faciamus. Hæc autem dona vulgò putant eſſe ſeptem. Quòd ſi quæras, id unde conſtet, ſtatim citatur cap. 11. Eſaiæ. At ſi locum illum ad Hebraicam veritatem exigas, ſex ibi tantùm dona reperies: nimirum, Spiritum ſapientiæ, intelligentiæ, conſilii, fortitudinis, ſcientiæ & timoris Domini. Sed iſtos in errorem induxit Latina verſio: quæ non Hebraicam veritatem ſequuta eſt, ſed Septuaginta interpretes. Illi inter ſpiritum ſcientiæ & timoris, interpoſuerunt ſpiritum pietatis εὐσεβείας. Quo videntur interpretari voluiſſe, quis ille eſſet timor Dei, qui cadere poſſet in Meſſiam, de quo in eo loco ſermo eſt. Timor enim ille nec ſervilis eſt, nec filialis: ſed tantùm obſervantia, pietas, & reverentia erga Deum Patrem. Nec ſemel tantùm hoc faciunt Septuaginta, ut ita interpretentur timorem Dei. Nam in lib. Iobi, ubi legitur: Timens Deum, illi tranſtulerunt, θεοσεβής. Neque verò dona ſpiritus in tam anguſtum numerum contrahenda ſunt, ut ea ſex tantùm, aut ſeptem eſſe arbitremur. Nam præter illa omnia, quæ in eo cap. numerantur, idem Eſaias alibi recenſet ſpiritum judicii & ardoris; & Zacharias ſpiritum gratiæ; & Paulus ſpiritum ſanctificationis; & Ioannes ſpiritum veritatis; & Paulus iterum ſpiritum adoptionis; & ad Epheſ. ſpiritum promiſſionis: & alia plura hujus generis.

Mat. 27. 5. & 26. 75. Petrus & Iudas timuerunt diverſo modo.

Vera diſtinctio timoris ſervilis & filialis.

In hominibus piis timor nunquam ſeparatur à fide.

Vt lex cum Evangelio, ita timor cum fide jungitur.

Paulus nos avocat à timore qui fide vacet.

Eſa. 11. 2. Donorum Spiritus ſancti proprietas.

Quod ſint dona Spiritus ſancti.

Eſa. 11. 2.

Qualis fuerit Chriſti timor?

Iob. 1. 1.

Magnus eſt numerus donorum ſpiritus ſancti.

Eſa. 4. 4. Zac. 12. 10. Ro. 1. 4. & 8. 15. Ioan. 14. 17. Epheſ. 1. 13.

14 His ita conſtitutis, jam videamus, quomodo & in hac vita, & in altera timor poſſit habere locum. Sancti in patria, quia habebunt perfectam charitatem; ſi propriè volumus loqui de timore, ut eſt motus de aliquo impendente gravi malo excitatus, nihil timebunt. Id Auguſt. fatetur in Pſal. 5. in illa verba, Adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. In illis autem tantùm eſſe poteſt illa εὐσέβεια, hoc eſt, obſervantia, reverentia, cultus, pietas erga Deum: ut Septuaginta expoſuerunt ſpiritum timoris Domini. Atque ita tale donum potuit in Chriſto inveniri: qui alioqui neque peccatum, neque gehennam, neque paternas à Deo caſtigationes metuere potuiſſet. Quod ſi dicas, eum timuiſſe mortem, id intelligere debes de naturali timore, de quo in præſentia non agimus. Atque hoc pacto intelligo Ambroſium, cùm in libro de Spiritu S. affirmat, dona Spiritus S. eſſe in Angelis. Ex quibus verbis Scholaſtici eliciunt, eſſe in illis timorem Dei: nam certè cùm beati ſint, id aliter intelligi non poteſt, quàm quomodo à me jam dictum eſt. De piis autem in hac vita ſic ſtatuendum eſt, ut eos ne putemus filiali timore carere poſſe: modò ille timor ita intelligatur, ut ſupra docui, ut non ſolùm Dei offenſam caveant, & lapſus ejus contra ejus voluntatem vereantur, ſed etiam gehennæ atque iræ Dei, & pœnarum timore moveantur: cui tamen timori fides tranquilla conſolatrix adeſt, & fiducia de miſericordia Dei. Nam minas in Sacris literis non debemus putare eſſe otioſas: piis enim etiam inſerviunt, præſertim cùm perfectam charitatem, & abſolutam regenerationem nondum ſint conſecuti. Chriſtus ait Apoſtolis: Oſtendam vobis, quem timeatis: illum nempe, qui cum occiderit corpus, animam quoque mittere poſſit in gehennam. Et Paulus ad Corinth. profert exempla veterum Hebræorum quibus oſtendit illos, cùm Dei ſacramentis abuterentur, proſtratos fuiſſe in deſerto: quibus ille exemplis Corinth. movere voluit, ut caverent ſimilem ultionem. Multi, inquit, ſunt imbecilles, & dormiunt multi. Quòd ſi noſipſos judicaremus, non utique judicaremur. Nunc autem, cùm judicamur, à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Et ad Philip. Cum timore & tremore operemini ſalutem veſtram. Et ad Rom. Noli altum ſapere, ſed time. Ex his videmus homines pios non degere in terris abſque timore Dei. Hic autem timor ſpectat multa malorum genera. Timent enim pii peccatum, lapſus frequentes, iram Dei, paternas caſtigationes, flagella, quæ Deus etiam ſuis infligit, cùm peccant: denique gehennam quam ſe vident eſſe commeritos, niſi Deus miſericordia ſua, & Chriſtus ſacrificio quod obtulit in cruce, nobis ſuccurrat. Sed quid eſt quod Ioannes ait;

Qualis timor in ſanctis qui obierunt eſſe poſſit?

Pſal. 5. 8.

Quomodo Chriſtus mortem timuerit?

Sancti dum hic vivunt non poſſunt carere filiali timore.

Minæ in lege conſcriptæ non ſunt otioſæ: verùm ſanctis etiam proſunt.

Luc. 12. 5.

1. Cor. 10. 11.

Phil. 2. 12.

Rom. 11. 20.

1. Ioan. 4. 18.

Perfecta charitas, foras mittit timorem? Scio eſſe quoſdam, qui ea verba interpretentur in hunc ſenſum: Eos qui verè Deum diligunt, non vereri propter pietatem ſubire omnia pericula, nec formidare perſecutiones, ſed in omnibus rebus adverſis fortiter perſtare: quod Paulus in poſteriori ad Timotheum alius verbis ſcripſit: Non accepimus inquiens, ſpiritum δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως καὶ ἀγάπης. Itaque adhortatur Timotheum, ne erubeſcat teſtimonium Domini, nec ſe vinctum ejus: ſed fortiter perferat labores pro Evangelio. Hæc quamvis ſunt vera, tamen locus Ioannis hoc non docet. Facit enim ibi mentionem judicii Domini, quo non vult pios, qui Deum diligunt, perterrefieri. Et reddit rationem, quod timor non habeat cruciatum. Itaque libenter aſſentior Auguſt. qui ait, Ioannem loqui de perfecta charitate. Quæ cùm haberi non poſſit in hac vita, non eſt expectandum ut eſſe poſſimus abſque aliquo timore. Deinde poſſemus hoc loco intelligere illum timorem, qui diſiunctus ſit a fiducia, eóque homines facile adigit ad deſperationem. Nam qui credunt, & Deum verè diligunt, illi timorem ſuum viva fide ſuſtentant.

[2. Tim. 1. 7.] [Ibid. v. 8.]

De Securitate.

25 Securitas videtur eſſe contemptio divinæ juſtitiæ, qua peccata puniuntur. Si de hac loquamur, nunquam non poteſt eſſe vitioſa. Cæterùm alia reperitur, probanda ſane ac laudabilis. Verùm ut res magis perſpicua fiat, tria nobis proponamus, id eſt: Securitatem, Spem & Deſperationē. Media Spes eſt, quæ ſemper debet commendari: Securitas eſt exceſſus: Deſperatio verò defectus. Nam ut ſeponendo miſericordiam Dei reddimur deſperati, ſic juſtitiam contemnendo efficimur ſecuri. Vnde poſſumus concludere, Securitatem eſſe ſpem quandam immoderatam. Naſcitur autem ex eo, quod aut nimium tribuimus viribus & prudentiæ noſtræ, quaſi per noſipſos opinemur quidvis poſſe conſequi: aut ſi arbitremur id quoque in Dei miſericordia poſitum, tamen putamus illum propter noſtram dignitatem debere id efficere. Ita faciunt illi, qui ſibi remiſſionem peccatorum pollicentur, vel æternam fœlicitatem, quamvis pœnitentiam non agant, ſed impure ac flagitioſè vivant. Vel ex eo naſcitur, quòd in Deo non credimus ullam eſſe juſtitiæ exequutionem. Opponitur autem Securitas, de qua loquimur, non tantum Deſperationi, verumetiam timori Dei. Nam Deſperatio naſcitur ex nimio timore juſtitiæ divinæ erga peccata. Securitas verò, de tali juſtitia nihil cogitat. Quare Bernardus rectè dixit: Quemadmodum timor Dei eſt initium ſapientiæ, ita ſecuritas eſt fundamentum omnis impietatis, & initium ſtultitiæ. Nam timor Dei (ut Sacræ literæ de eo loquuntur) ad pietatem & religionem maximè pertinet. Vnde in Act. cap. 10. Cornelius prædicatur religioſus & timens Deum. Iure itaque ſecuritas conjunctam habet ſecum impietatem utque à malo principio naſcitur, ita fructus etiam malos & vitioſos edit, ignaviam, torporem, & deſidiam. Ideo qui ſibi fidunt, nec præſidium à Deo, nec auxilium ab hominibus quærunt.

[In Iud. 18. ad finem.] [Spes eſt media inter ſecuritatem & deſperationem.] [Securitas unde naſcatur.] [Timor Dei opponitur deſperationi.] [Act. 10. 2.]

26 Lajenſes illi, de quibus Iud. 18. ſecurè vivebant, quamvis cum finitimis populis nullo fœdere aut ſocietate conjuncti erant: laborabant etiam negligentia, quæ nihil aliud eſt, quàm ſtudii ejus privatio, quod ad res gerendas adhibere debemus. Ibi voluntas debilitatur, & corporis alacritas minuitur. Hoc ſecuritatis genus periculum ſemper habet ſecum adjunctum. Non enim propulſantur, quæ nocere poſſunt. Qui enim id fieret, cum ſecuri ſint incogitantes, nec de ſuis viribus, neque de miſericordia Dei rectè ſentientes, imo ſibiipſis ſint prorſus ignoti? Si enim ſeipſos noſſent, non ita ſecure agerent. Auguſt. in Pſ. 99. ſcribit: Vbi maxima eſt ſecuritas, ibi maximum eſt periculum. Atque addit, navem cùm in portum ſubducta eſt, putes eſſe in tuto? Verum qua navis ingreſſa eſt, ventus quoque ingreditur, & eam ſæpe impellit, & allidit in ſcopulū: Vbi ergo poteſt eſſe ſecuritas? Adā cecidit in paradiſo, Iudas in ſocietate Chriſti, Cham in contubernio Noe, multi in Lege, multi in Evangelio. Vbi ergo licet ſecurè vivere? Certè nuſquam. Idcirco Eccleſiaſticus rectè monuit, Fili, ſta in timore Domini, & animam tuam præpara ad tentationem. Iſraelitæ viderunt Ægyptios in mari rubro ſuffocatos: Ergóne licuit illis eſſe ſecuros? Nequaquam: Imò paulo poſt tentati ſunt in deſerto. Chriſtus baptizatus eſt à Ioanne, an idcirco redditus eſt ſecurus? Minimè. Statim à diabolo tentatus eſt. Quare tum maximè debemus eſſe ſolliciti, cùm in gratiam Dei recepti ſumus, tum diabolus maximè noſtro exitio advigilat, & nos quærit labefactare. Proinde nihil loci eſt ſecuritati.

[Quid ſit negligentia.] [Auguſt. Simile.] [Eccl. 2. 1.] [Exod. 14. 21.] [Mat. 3. 16. Mat. 4. 1.]

27 Verum, itáne à Deo facti ſumus, ut nuſquam ſecuri eſſe poſſimus? Nequaquam. Eſt enim alia bona & laudabilis ſecuritas, quæ (ut ait Auguſt.) in promiſſionibus Dei ſita eſt, & fide apprehenditur. Hæc non torporem aut ignaviam, ſed alacritatem gignit & induſtriam. De illa David pulcherrimè cecinit in Pſal. 91. Qui habitat in adjutorio Altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Vbi Latinè ſcribitur; Adjutorio: vox Hebraica ſignificat latibulum aut occultum; quod nemo apprehendit, niſi qui divinis promiſſionibus fidem habet. Illo ſcuto defendimur, illa umbra regimur adverſus omne incommodum: hæc ſecuritas eſt fidei & ſpiritus, quæ nititur verbo Dei, & idcirco non poteſt non laudari. Altera verò eſt carnis, & ideo execranda & deteſtabilis. Adverſus eam extant apertiſſima Chriſti mandata, nempe ut ſemper oremus, pulſemus, quæramus, & vigilemus: Dies enim Domini ut fur veniet. Si ſciret paterfamilias quo tempore fur venturus eſſet, vigilaret utique, nec ſineret perfodi domum ſuam. Orare debemus & vigilare, quod licet ſpiritus ſit promptus, caro eſt infirma. Paulus admonet, ut induamus πανοπλίαν Dei, ut poſſimus reſiſtere in die malo. State, inquit, ſuccinctis lumbis, baltheo veritatis, induti juſtitiæ thoracem & calceati pedibus, ut parati ſitis ad Evangelium pacis, aſſumpto ſuper omnia ſcuto fidei, quo poſſitis omnia jacula mali illius ignita extinguere: galeamque ſalutis accipite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Ita etiam Petrus nos armat contra ſecuritatem in 1. Epiſt. cap. 5. Diabolus inquit, inimicus veſter, circuit rugiens & quærens quem devoret: reſiſtite illi ſolidi fide. Cæterum quia dixi opponi Timori ſecuritatem, nolim quiſquam putet omnem timorem eſſe laudandum. Quia & malus timor invenitur. Is autem oritur ex prava exiſtimatione bonorum & malorum. Vt ſi quis adverſitates hujus mundi & cruces quas electi ferunt, & omnino malas & prorſus reformidandas putet. Adverſus iſta nos oportet unà cum Davide canere: Non timebo quid faciat mihi homo. Eſt & alius reprehendendus timor impiorum quem prava conſcientia gignit. Nam qui turpiter & ſceleratè vivunt, ii vindictam cœleſtem ſibi ſemper impendere verentur. Timores hujuſcemodi Plutarchus in libello περὶ εὐθυμίας vocat animi ulcera. Sunt, inquit, ulcera non minus in animo quam in corpore. Et pulchrum ſimile adjicit: Vt qui in febri aut frigent aut calent, quia intus algent aut uruntur, gravius laborant quam ſi vel calor vel frigus foris ad corpus adhiberetur: Ita qui animo cruciantur, multò gravius torquentur, quàm qui excruciantur corpore. Ad eundem modum, nos dicere poſſumus, ſemper ii trepidant & pavent, quorum conſcientia turbatur. Quare David aiebat: Trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Ita Cain, ita Iudas mirabiliter expaveſcebant. Seneca ad Lucilium Epiſt. 106. Pravum hominem nullus locus reddit tranquillum. Sic enim ſemper cogitat, ſi adhuc deprehenſus non ſum, poſſum tamen deprehendi: quodque hactenus deprehenſus non fuerim, fortunæ magis fuit quàm fiduciæ. Illi etiam vehementer timent, qui ſunt horribiles & formidabiles aliis: Nam neceſſe eſt, ut multos metuat, quem metuunt multi.

[Quæ ſit bona & laudabilis ſecuritas.] [Pſ. 91. 1.] [Securitas carnis] [Mat. 7. 7 & 25. 13 & 24. 4. & 26. 41.] [Eph. 6. 13.] [1. Pet. 5. 8.] [Eſt quidam timor malus.] [Pſal. 56. 5.] [Animi ulcera. Simile.] [Pſ. 53. 6.] [Gen. 4. 14.] [Mat. 26. 3.]

28 Adverſus timores hujuſmodi, Seneca remedia excogitavit, ut juſtè vivamus, nec unquam quicquam iniqui committamus. Verùm hac ratione, quis unquam erit ſecurus? Quis enim eſt, qui non peccet? Nos multò melius in fide Chriſti acquieſcimus, & in ejus unius miſericordia omnem fiduciam noſtram & ſecuritatem collocamus. Ad hunc modum Paulus nos docet, Iuſtificati, inquit fide, pacem habemus apud Deum. Valet hoc pharmacum contra omnes timores. Etiam Sollicitudo, quæ Securitati videtur opponi,

[Remedia contra malum timorem.] [Rom. 5. 1.] [Sollicitudo nō ſēper eſt laudabilis.]

Digitized by Google

poni, non ſemper eſt laudanda: quoniam in eo duo vitia ſunt cavenda. Prius eſt, ne illa impulſi quæramus impendenti malo iniquis rationibus mederi, quemadmodum Iudæi fecerunt, cùm dicerent, ſi hunc ſinamus vivere, Romani venient, & locum ac gentem noſtram evertent. Quare decreverunt eum tollere. Cavendum prætereà eſt, ut de rebus temporariis non ita commoveamur, ut ſpem ac fiduciam de bonitate ac providentia Dei abjiciamus. Itaque vera ſecuritas eſt, quæ fide percipitur, & ex divinis promiſſionibus conſtat. Paulus eam ſuggerebat, cùm ſcriberet ad Romanos. Si Deus filium ſuum pro nobis dedit, quomodo non omnia cum eo nobis donabit? Quis adverſus electos Dei crimina intentabit? Deus eſt qui juſtificat. Quis igitur condemnabit? Chriſtus eſt qui mortuus eſt, imò qui & ſurrexit, qui etiam eſt ad dextram Dei, & intercedit pro nobis. Quis nos ſeparabit à dilectione Dei? Num afflictio? num anguſtia? num perſequutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? Perſuaſum mihi habeo, quòd neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque ulla alia creatura poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Iam ſatis liquet, ut arbitror, quæ ſecuritas probetur, quæve damnetur.

Ioan. 11. 48.

Quæ ſit vera & laudabilis ſecuritas.

Rom. 8. 31.

An vera fides à Charitate ſeparetur.

19 Nunc verò tria proponamus inquirenda. Primùm an vera fides à charitate valeat ſeparari, quemadmodum adverſarii perſuaſum habent. Alterum eſt, an charitas forma ſit fidei, veluti ſcholæ tradunt. Poſtremò, videndum erit, quænam charitas præ fide habeat, & viciſſim quid fides charitati præſtet. Quoad primum, erit ante omnia opportunum, ut certa aliqua definitione de natura fidei ſtatuamus: Tunc enim facilè videri poterimus, quantum charitati conjuncta ſit. Res altius eſt repetenda. In primis diſcrimen conſtituatur inter opinari & credere, inter δοξάζειν & πιστεύειν. Aliquis dum uni parti controverſiæ aſſentitur, dicitur opinari, quod non eſt abſque ſuſpicione & animo dubio, ne fortaſſe res aliter habeat. Sed credere non dicimur, niſi cùm jam firmum & certum aſſenſum uni parti præſtamus, ita ut nihil de alterius partis veritate ſuſpicemur. Quamobrem credere, prout ad rem noſtram facit, eſt afflatus Spiritus ſancti verbo divino aſſenſum firmum præbere, idque ipſius Dei authoritate. Afflatum Dei requiri dicimus, quia in iis rebus humanæ rationes deficiunt, & ea quæ Dei ſunt, animalis homo non percipit: ſtultitiam enim illa exiſtimat, neque poteſt illis credere. Ac in vera fide aſſenſum firmum exigi, Auguſtinus oſtendit ſuper Ioannem Tract. 100. quando inquit, Credere oportet inconcuſſè, firmiter, ſtabiliter, & fortiter, ne quis in propria diſpergatur, & Chriſtum relinquat. Aſſentiendum verò eſt verbo Dei, quod eſt duplex, ſcriptum & non ſcriptum. Nam quæ Deus prophetis loquebatur, Prophetæ crediderunt, quæ tamen ab aliis ante ipſos ſcripta non erant. Abraham credidit ſe benedicendum, ita ut omnes gentes in ſemine ipſius benedictionem aſſequerentur. Credidit item obediendum Deo, quando filius ad ſacrificium poſcebatur. Nihil tamen hujuſmodi ſcriptum legerat. Quod itaque diximus de fide, nequaquam illis adverſatur, qui dicunt eam eſſe aſſenſum Evangelio Chriſti exhibitum, ſeu divinæ miſericordiæ nobis per Chriſtum donatæ, ſeu remiſſioni peccatorum nobis per eundem oblatæ. Quoniam hæc in verbo Dei ſumma ſunt & præcipua, ad quæ diriguntur Lex, Prophetæ, minæ, promiſſiones & hiſtoriæ, quotquot habentur in Sacris literis. Vnde nequaquam ab illis diſcedo. Sed quæ ipſi complexi ſunt Evangelio & remiſſione peccatorum per Chriſtum, ego quoque in verbo Dei contineri ſtatuo.

In 1. Cor. 13. v. 3.

Diſcrimen inter opinari & credere.

Quid ſit credere? 1. Cor. 2. 14.

Verbum Dei duplex.

Gen. 15. 6. Gen. 22. 3.

20 Epiſtola ad Hebr. cap. 11. definitionem fidei luculentiſſimam habet: ubi eſſe dicitur ὑπόστασις, quæ eſt baſis vel exiſtentia rerum quæ ſperantur, ἐλπιζομένων. Et hac ſanè parte complectitur fides, Evangelium, vitam æternam, Chriſti conſortium, & per illud remiſſionem peccatorum. Nam hæc ſunt quæ ſperamus. Sed cùm ea naturali evidentia non conſtent, neque in animis noſtris hærere, aut opera noſtræ rationis, vel ope humanæ ſcientiæ firmari poſſunt, fide opus habent, ut fulcro ac ὑποστάσει, cui videlicet innitantur. Adjicitur deinde ἔλεγχος, hoc eſt, index vel argumentum earum rerum quæ non apparent. Nam quæ traduntur nobis in Scripturis, niſi fide admiſſa fuerint, per ſeſe noſtræ rationi minimè ſunt veriſimilia. Atque dum commemorantur ὑπόστασις aut ἔλεγχος, ille firmus aſſenſus demonſtratur, quo nos ad credendum opus eſſe dicimus. Cui non obſtat, quod nobis carne circundatis, nutatio & infirmitas nonnulla perſæpe in credendo negocium faceſſit. Quandoquidem id non fidei vitio, ſed noſtra culpa evenit. Nos igitur fidem per ſeſe, ut eſt in natura ſua, definivimus, non autem qua in nobis debilitatur. Vnde nutatio & imbecillitas hujuſmodi aſſenſus, cauſa eſt lapſuum memorabilium, qui ſanctis hominibus contigerunt, & ſingulo quoque die accidere videmus. Nam quicquid pravitatis admittunt homines, ex defectu & vitio fidei peccant: quia vel non credunt Deum ſtatuiſſe leges adverſus peccata quæ committunt: vel quas credunt leges latas, non conſiderant ut debuerant: vel interdum lectis ac expenſis parum firmiter aſſentiuntur.

Hebr. 11. 1. Definitio fidei, quæ eſt in Epiſtola ad Hebr.

Si quandoque nutamus in fide, hoc non eſt ejus vitio, ſed noſtro.

Infirmitas aſſenſus eſt cauſa peccatorum.

21 Ariſtoteles in Ethicis inveſtigat, qui fieri poſſit, ut cùm ſcientia de rebus agendis maneat, quippiam adverſus eam committatur: Atque ait, poſſe fieri, ut generalis tantum notitia retineatur: ſed cùm ſingularia impellant maximè, facilè impetum rei ſingularis quæ objicitur, univerſalem cognitionem vincere, & eam reddere imbecilliorem. Si ſtatuerit quiſpiam apud ſeſe, omne furtum rem eſſe injuſtam & infamem, & ex altera parte ſentiat, omne ſuum commodum eſſe perſequendum: facilè poteſt fieri ut ſingularem ſententiæ prioris non inducat, ita ut ſecum attente reputet: Quod modò tentas furtum eſt, res injuſta & infamis. Nam ſi has conditiones vehementer in animo verſaret, & oculos in eas defigeret, minimè furaretur. Verùm frequenter his relictis, neque productis in medium, tantùm reſpicit ſingularem alterius propoſitionis, hanc pecuniam, hanc veſtem, hanc ſupellectilem & commodum & magno uſui fore. Circa quæ occupatus atque intentus facilè capitur: quia vera notitia, dum ab eo minùs attenditur, & manca eſt, & ferè obliterata. Ita David, quoad fidem, optimè noverat, omne adulterium & peccatum eſſe, & Deo vehementer diſplicere. Sed quando illud admiſit, jam dictæ ſententiæ notitiam duntaxat univerſalem habuit, quæ infirma & inefficax admodum fuit: cogitationes autem ſuas fermè omnes ad ſingulares & præſentes illecebras convertit. Tantùm animo ejus obſervabatur conſpectæ mulieris elegantia, quibus oblectationibus plus eſt aſſentitus, quàm generali ſententiæ hauſtæ à verbo Dei, & ex fide perceptæ. Vnde vides ex imbecillitate fidei conſecutum eſſe lapſum. Et Petrus notitia univerſali ſciebat, libertatem Evangelicam fuiſſe conſervandam, & ſuo exemplo non eſſe inducenda prava dogmata. Ex altera parte videbat fratribus infirmioribus, offenſionem ſubducendam. Itaque cùm veniſſent Iudæi ad ipſum, cœpit ſe ab Ethnicis abducere, neque cum eis comedebat. Quia non repetebat ſecum, quantum debuerat, hoc facto prava dogmata ſubrepere, & ob id libertatem Evangelicam everti. Sed in animo verſabat maximè ſuos fratres Iudæos infirmos, erga quos vehementius quàm oportuit afficiebatur. Et ideo lapſus eſt, quòd eos nullo modo judicaverit offendendos. Quamobrem à Paulo jure eſt reprehenſus, quod non recto pede ambulaverit. Ex his apparet quanti ſit momenti, conſtantia & robur aſſenſus fidei, quem antea inculcabam.

2. Sam. 11. 4.

Gal. 2. 11.

22 Fateor dum hic vivimus, eum perfectè haberi non poſſe: quia nunc ſolùm ex parte cognoſcimus, cùm ad aſſentiendum fortiter plena cognitio requiratur. Attamen ut cupiditas nos tranſverſos non rapiat, néve affectus judicium fidei perturbet, remedium hoc præclarum habemus, ut verbum Dei fixo & attento animo nobiſcum frequentiſſimè reperamus, atque ad illud actiones noſtras examinemus, ibi nos exerceamus, ibi negociemur, & intentè nos

Firmus omnino aſſenſus non habetur dum hic vivimus.

1. Cor. 13. 9.

Remedium adverſus hanc infirmitatem fidei.

Digitized by Google

A totos impendamus. Non ſunt ſpectanda oculis, neque animo cogitanda, quæ cum divinis mandatis pugnant, & verbum Dei reddunt incredibile. Abraham jam centenarius filium audivit ſe ſuſcepturum. Suum corpus, ut Apoſtolus dicit, emortuum non reſpexit, dedit gloriam Deo: ſecum repetendo, id ſibi eum promittere, qui poteſt omnia, quique non fallit, nec poteſt fallere. Hinc factum eſt, ut nec hæſitaverit, neque fuerit diffiſus. Hæc de firmitate ac conſtantia fidei aſſenſus. Et quàm efficax iſtud fidei robur ſit in

Gen.17.1.
Rom.4.19.

B credentibus, Aug. ſuper Ioan. Tract. declaravit, cùm diceret, Credere in Chriſtum eſſe, credendo amare, credendo ad illum ire, & membrum ejus effici. Iam colligamus, fidem eſſe donum ſive facultatem nobis divino ſpiritu afflatam, qua verbo Domini, ejus authoritate, firmum conſtantémque præbemus aſſenſum. Definitionem hanc ex his quæ diximus jam, explanatam eſſe non dubito.

Definitio fidei.

23 Iacobus Apoſtolus, ut me non latet, mortuæ fidei meminit, quæ operibus bonis deſtituta ſit.

Iac.2.10.

C Verùm ea non eſt fides, cum mortua prædicetur. Sicut homo, cum mortuus fuerit, homo dici non poteſt, niſi tropica locutione adhibita. Et qui dicunt ſe hominem ſepeliri, de cadavere id intelligunt. Quemadmodum hæc non fides, verùm fidei cadaver potius habenda eſt, neque naturâ illi convenit cum vera fide, ſed tantum nomine. Paulus quoque illam appellavit fictam, cum ad Timot. ſcribit, Charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Et Chriſtus in Evangelio quoſdam deſcripſit credentes

Mortua fides, non eſt fides, ſed cadaver fidei.

Paulus illam appellavit fictam.
1.Tim.1.5.
Mat 13.17.
Credentes πρόσκαιροι.

D πρόσκαιρους, id eſt, temporarios. Quare cùm in Scripturis de juſtificatione per fidem & alia id genus tractantur, non mortuæ, ſed vivæ fidei ea ſunt aſcribenda: qua ratione nunc ego de illa ſermonem facio. Inter Scholaſticos, fides formata & informis jactatur (ita enim loquuntur) cæterùm illam paulo poſt excutiemus. Tantùm nunc id referam, Thomam Aquinatem ſenſiſſe, fidem formatam & informem habitum eundem eſſe, quia ut exiſtimat, ad naturam fidei parum pertinet aut nihil, ſive charitas adſit, ſive non

Thomas Aquinas, fidem formatam & informem aut habitum eundem eſſe.

E adſit: nam hoc temerè, vel (ut dicunt) per accidens fieri arbitratur. Eſt ſane mirandum, tantum virum ſic impegiſſe, ut iſta duo noluerit ſua naturâ diſtingui, cum una ſit mortua, & altera viva: una faciat ad æternam vitam, altera verò ad condemnationem. Fides enim mortua, aliquam illuſtrationem ponit in mente, ſed quæ, cùm non juſtificet aut regeneret, tantùm excuſationem ignorationis auferat, ut Paulus ad Romanos docet & Chriſtus in Ioanne, Si non veniſſem

Fidei informis eſt mortua, quia tantùm excuſationem adimit.
Rom.1.20.
Ioan.15.22.

F (inquit) & cum eis locutus non fuiſſem, peccatum non haberent.

24 Fidem, ſpem, & charitatem, tres res diſtinctas ponimus, nec eas permiſcemus aut ſimul confundimus, ut adverſarii nos inſimulant: verùm eas indivulſas comites dicimus, ita ut ubi fides vera fuerit, & ſpes & charitas unà quoque adſint, ſalvis nihilominus & impermixtis earum naturis. Neque unquam concederemus charitatem eſſe accidens fidei, niſi fortaſſe adverſarii accidentis nomine proprium intellexerint. Non enim minus charitas fidem comitatur,

Quod fides non ſeparetur à charitate. Prima ratio.

G quàm lux perſequitur ſolem, quod ex Scripturæ authoritatibus & multiplici ratione demonſtrabitur. Paulus ad Heb. in definitione fidei, ut prius oſtendimus, ponit, quod ſit ὑπόστασις earum rerũ quæ ſperantur. Hic jam vides unà ſpem & fidem adjungi. Nam è veſtigio ut ſumus aſſenſi promiſſionibus de miſericordia Dei & remiſſione peccatorum, ea ſperamus. Confidimus enim aſſecuturos nos eſſe quæ Deus promiſit. Neque fieri poteſt, quin illa quoque amemus, quæ ſumma bona eſſe jam novimus & ſpera-

Heb.11.1.

H mus. Deinde fidei vis eſt, qua Chriſtum apprehendimus, qui factus eſt nobis à Deo ſapientia, juſtitia, ſanctificatio & redemptio. Verùm quæ nobis poteſt eſſe juſtitia, quæve ſanctificatio, ſi charitas abſit? Ad hæc fides efficit ut Deum apprehendamus, non modo quatenus bonum, ſed ut noſtrum extremum bonum, quod neceſſarium eſt, ut amore atque charitate, illico ut fuerit perſpectum, proſequamur. Equidem ſpinoſis illis ſophiſtis nunquam aſſentiri potui,

2
3

I qui dicunt fieri poſſe, ut beati ſupremum bonum intelligant, & nihilominus voluntatem ab ejus complexu & amore ſuſtineant.

A 25 Veniamus nunc ad Patres. Auguſt. de Fide & operibus cap.16. ſcribit, eam quæ ſine charitate eſt fidem, eſſe dæmoniorum, non Chriſtianorum. Atque vult, credere in Chriſtum, tantummodo ad veram fidem pertinere, de qua in præſentia loquimur. Et illam eſſe prædicat, quæ per dilectionem operetur. Ac in proximo cap. quàm apertiſſime ſcribit, eos adulteros, qui adhuc volunt in incœpta ſpurcitie pergere, non eſſe ad Baptiſmum admittendos, quod neget

Auguſt.

B eos in Chriſtum credere. Aut enim (inquit) exiſtimant adverſus hæc facinora Deum non tuliſſe Legem, aut putant ſe unà poſſe & Chriſti membra eſſe & meretricis. Atque ita convincit iſtos, quoquo modo alicubi verbo Dei minus credere. Fides autem vera neceſſarium eſt, ut omni verbo Dei parem aſſenſum præbeat. Chryſoſt. in Sermon. qui inſcribitur de Fide, lege naturæ, & Spiritu S. ſcribit: Quam primum credideris, bonis operibus eris ornatus. Et addit, Fidem per ſeipſam plenam eſſe bonis operibus

Chryſoſt.

C Hieronymus adverſus Luciferianos: Ardua res eſt (inquit) fides & indubitata. Adſiſto orans, at non orarem niſi crederem: quòd ſi crederem, cor illud emundarem quo videtur Deus, lachrymis rigarentur genæ, tunderem pectus, inhorreſceret corpus, palleret vultus, & ad pedes crucifixi jacerem, &c. In his vides fidei multa bona opera conjungi. Liber de vocatione Gentium, qui Ambroſio aſcribitur, habet fidem genitricem eſſe bonæ voluntatis & juſtæ actionis. Gregorius hom.12. ſuper Ezech. ait, Quantum

Hieronym.
Ambroſ.
Gregorius.

D credimus, tantum diligimus. Verùm hoc teſtimonio Sacrarum literarum certius probatur. Cùm Apoſtoli à Chriſto interrogarentur: num & ipſi vellent abire? Petrus reſpondit, Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes: Novimus enim & credimus, quod tu es Chriſtus filius Dei vivi. Hic apparet notitiæ ac fidei vivæ adjunctam fuiſſe charitatem, qua noluerunt Apoſtoli Chriſtum relinquere. Chriſtus aiebat, Omnis qui credit in me, habet vitam æternam. Ioannes Bapt. idem prædicavit, cùm diceret, Qui

4
Ioan.6.67.
Ioan.6 46.
Ioan 3 36.

E credit filio, habet vitam æternam. Verum eſt, dum hic vivimus, nos illam non abſolutam, ſed inchoatam habere: attamen qualis qualis eſt, abſque charitate non poteſt conſiſtere. Abacuc Propheta inquit, Iuſtus ex fide vivit. Paulus ad Galatas, Omnes filii Dei eſtis per fidem. Et in Ioanne, Omnis qui audivit à Patre meo, & didicit, & credidit, venit ad me. Et rurſum, Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Hæc omnia quæ commemoravimus, cùm habeantur

5
6
Abac 2 4.
7
Gal 3 26.
Ioan.6 46.& 17.3.
8
9

F per fidem, & ſine charitate locum non habeant, oſtendunt neceſſariò veram fidem cum charitate conjungi.

26 In Epiſtol.1. Iohan. Omnis qui credit Ieſum Chriſtum eſſe, natus eſt ex Deo. Sunt qui dicant, eos qui fidem habent, non ſtatim filios Dei eſſe, ſed poſſe facile fieri, eo quod jam ad id aliquam præparationem ſint adepti. Et Pighius, qui tuetur inter cæteros hanc ſententiam, Evangelium Ioannis adducit; Quotquot autem receperunt eum, dedit eis pote-

1.Ioan.5.1.

G ſtatem filios Dei fieri. Ecce (inquit) Evangeliſta, credẽtibus tantummodo tribuit poteſtatem ad filiorum adoptionem conſequendam. Verùm is cautè debuit expendere quæ ſequuntur: Nam addit Evangeliſta, poteſtatem hanc datam iis qui crediderunt in nomine ejus, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Proinde hi qui receperunt eum & crediderunt in nomen ejus, dicuntur nati ex Deo, atque ideo regenerati & juſtificati, quæ ſine charitate habere non

Quomodo credentes habeãt poteſtatem ut filii Dei fiant.

H poſſunt. Et cùm dicuntur accepiſſe poteſtatem, perinde eſt ac ſi diceretur, eos accepiſſe donum & gratiam ut ſint filii Dei. Non eſt intelligenda hic ea poteſtas, quæ à reipſa & effectu disjungatur. Vnde Hilarius 1. de Trinit. ait: Qui recepere, aucti ſunt in filios Dei, non ortu carnis, ſed fidei. Deinde, ſi vellemus dare, poteſtatem eo loco aliquid oſtendere adhuc expectandum, & quod effectum non habuerit, adhuc non obtinent quod moliuntur, ut charitatem aut juſtificationem poſt fidem expectanda interpre-

I tentur, quaſi aliquo ſpacio temporis hæc differantur à fide ſuſcepta: ſed potius id referendum eſſet ad perfectam adoptionem. Eſt enim duplex υἱοθεσία,

ut lo-

Digitized by Google

ut loquitur Paulus, unam habemus in præſentia, de
qua dicitur ad Rom. Non enim accepiſtis ſpiritum
ſeruitutis iterum in timore, ſed ſpiritum adoptionis

Rom. 8. 15.
Duplex adoptatio.

filiorum, in quo clamamus, Abba Pater. Atque illam
adoptionem, qui Chriſtum receperunt per fidem,
iam obtinuerunt, utque dicit Evangeliſta, nati ſunt
ex Deo, & hi iidem charitate ornati. Alia vero eſt
adoptio perfecta, quæ in reſurrectione dabitur, cùm
ab omni moleſtia & corruptione liberi erimus. Cu-
jus in eodem cap. ad Rom. fit luculenta mentio, cum
dicitur, Omnis creatura ingemiſcit, & expectat fi-
liorum Dei revelationem. Sed & nosipſi ſpiritus pri-
mitias habentes: gemimus intra nos, expectantes
adoptionem & redemptionem corporis noſtri. Di-
cemus itaque, credentes & iuſtificatos natoſque ex
Deo, poteſtatem habere, ius inquam ad illam per-
fectam adoptionem, quam expectamus tempore ſuo

Ibid. v. 19.

conſequendam. Idcirco vocem illam Poteſtatem,
quocunque modo acceperint, nihil adverſum nos
efficiunt.

Quid dicendũ de his qui vivunt impure, ac tamen articulos fidei veros eſſe fatentur?

27 Verùm conſueverunt eos nobis objicere, qui
vivunt impure, & in grauibus ſceleribus verſantur,
qui tamen omnibus articulis fidei, quos nos credi-
mus, aſſentiuntur, & nihilominus certum eſt, eos cum
tam indigne agant, charitate deſtitutos eſſe. Quam-
obrem negari non poteſt (inquiunt) ſaltem in illis
fidem à charitate ſejungi. Reſpondeo, iſtorum fi-
dem poſſe quidem veram appellari, quoad ea quæ
fatentur: ſed quoad ipſam fidem, ſi naturam ipſius
excutiamus, non eſt germana, & legitima fides. Vt-

Simile.

que hoc manifeſtum fiat, exemplis utar: Si quis con-
cludat eclipſin fore, quæ eventura eſt: ſed utatur pa-
ralogiſmo, neque iuſta demonſtratione illam oſten-
dat: ſcientia eius, quoad concluſionem quam intulit,
poteſt dici vera: quia tamen utitur mala ratione, nun-
quam appellabitur ſenſus ejus vera ſcientia, ſed fal-

Turcæ.

ſa atque ſophiſtica. Permulti quoque Turcæ multa
fatentur, quæ nos credimus, creationem mundi, re-
ſurrectionem mortuorum, Chriſtum natum ex vir-
gine Maria, quos tamen vera fide præditos nunquam
appellabimus. Opponunt rurſus quod habetur in

Io. 12. 40.

Ioanne, Principes quoſdam credidiſſe in Chriſtum,
qui tamen confiteri nomen eius minimè audebant.

Io. 2. 23.

Et rurſus quoſdam crediſſe, quibus tamen Chri-
ſtus non credebat ſeipſum. Iam inquiunt hæc decla-
rant, fidem ipſos abſque charitate habuiſſe. Verùm

Io. 5. 44.

quod ſibi aſſumunt, non damus, iſtos principes ve-
ram habuiſſe fidem. Et Chriſtus docuit, eos non ve-
rè crediſſe. Quomodo poteſtis (inquit) credere,

Nota Chriſti teſtimonium

qui à vobisipſis gloriam quæritis? Certum autem
eſt, principes qui de Chriſto non male iudicabant,
ideo noluiſſe illum confiteri, quod timerent ne fie-
rent ἀποσυνάγωγοι. Dumque ſuam dignitatem & ho-
norem nimis retinere cupiebant, à Chriſti confeſſio-
ne avertebantur. Vnde illos Chriſtus pronunciavit,
non credere. Adhæc ajunt, Qui vere credunt, cùm
labuntur in gravia peccata, & nihilominus eadem
credunt quæ prius, abſque fide dici non poterunt,
cùm tamen charitate ſint expoliati. Cæterum non

Tit. 1. 16.
Cũ fide Chriſti non ſtat ejus negatio.
Habent ſimulachrum fidei non fidem.
Prima ratio.

admittimus dum in ſuis peccatis verſantur, eos fi-
dem habere. Illis Apoſtolus teſtimonium defert,
quod fateantur ſe noſſe Deum, ſed illum factis ne-
gent. At cum ſolida & vera fide, negatio Dei minimè
conſentit. Ideo iſti ſimulachrum potius & ſpectacu-
lum fidei, non autem veram, de qua modo agimus,
retinere dicentur. Atque hæc de prima quæſtione
ſint in præſentia ſatis.

An charitas dicatur forma fidei.

28 Quod alteram, excutiendum erat an charitas
forma ſit fidei, ut Scholaſtici loquuntur. Et primum
quod occurrit eſt, illos ita loqui parum proprie, imò
inepte. Non enim convenit: ut una qualitas eiuſ-
dem generis, forma ſit alterius. Non enim concedi-
tur unum accidens inhærere inſtar formæ alteri acci-
denti, idque potiſſimum inter qualitates. Dicitur de
figuris, quod quantitati accidant, cùm tamen ſint
qualitates. Sed an vere ac propriè ad genus qualita-
tis figuræ pertineant, nolo in præſentia diſputare. Sa-
tis eſt, quod ad noſtrum propoſitum attinet, unam
qualitatem formam alterius dici non poſſe. Verùm

A Scholaſtici ſua illa locutione nihil aliud voluerunt,
quàm fidem à charitate perfici, veluti materia con-
ſuevit à ſua forma abſolvi. Quæ illorum fictio non

Fictio Scholaſticorum.

eſt admittenda. Nam ſi fides ad ſpem & charitatem
conferatur, ſe ad illas habet ut ſapientia ad eas virtu-
tes quas intellectuales appellant, utque prudentia
erga illas quas vocant morales. Quemadmodum e-
nim connectuntur morales virtutes in ipſa prudẽtia,
ita & quę ad intelligentiam attinent in ſapientia iun-
B guntur. At nemo dixerit, alias virtutes mentis for-
mas eſſe ſapientiæ, neque virtutes morales formas
prudentiæ. Quare neque ſpes, neque charitas, forma
fidei poterit appellari. Collatio fidei ad prudentiam,
quam mihi aſſumo, in Chryſoſt. habetur, ſuper Epiſt.
ad Tit. Hom. 3. ubi ait, fidem non minus valere ad no-
ſtram regendam vitam, quam prudentiam. Deinde
in fide noſtram ſapientiam poſitam eſſe, dubitare ne-
minem exiſtimo. Et quod ſpes ac charitas unà conne-
ctantur in fide, hoc declarat, quòd ea poſita ſimul iſtę
C adſunt. Præterea, ſi de formula loquamur ut eius eſt 2
natura, illum facimus principium actionis. Verùm fi-
des ex ingenio ſuo & propria vi, ut apprehendamus
verbum Dei efficit: neque charitas eò ſpectat, quę po-
tius nos ad amandum impellit, quem iam fide cogno-
vimus. Igitur charitas erga fidem rationem formæ
non habebit: cùm non ſit ei principium ſuæ actionis,
quæ maximè in credendo conſiſtit. Deinde materia
formæ obſequitur, ab illa contrahitur & continetur,
non è diverſo. Sed charitas fidei obſequitur, illi fides
D moderatur. Quicquid enim rectè diligimus, oportet 3
ut fide cognoſcatur diligendum. Nam id in natura
videmus, amorem ſequi iudicium partis cognoſcen-
tis. Adhęc id quod gignit, perfectius eſt eo quod pro- 4
creatur. At ſpem & charitatem gigni ex fide non du-
bitamus. Quare neque ſpes, neque charitas, poſſunt
eſſe formæ fidei. Quod à fide gignantur bona opera,
David oſtendit cum inquit: Credidi, propterea ſum

Pſal. 116. 10.
Pſal. 119. 102.

locutus. Vnde patet confeſſionem ex fide prodire. I-
dem ait: A iudiciis tuis non declinavi, quoniam tu me
E docuiſti. Apparet hinc rectitudinem vitæ ab aſſenſu
fidei profectam eſſe.

Quomodo ſpes & charitas ex fide gignantur.
Rom. 5. 1.

29 Sed videamus quanam ratione ſpes & chari-
tas ex fide gignantur. In Epiſt. ad Rom. legimus, Iu-
ſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum per Chri-
ſtum, per quem & acceſſum habemus fide in gratiã,
in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ Dei. Ecce
Apoſtolus diſertè ponit, nos pacem & acceſſum ad
Deum, & ſpem gloriæ per fidem habere. Idem aper-

Eph. 3. 12.

tius docet in Epiſt. ad Eph. c. 3. ubi ſcribit, nos habere
F acceſſum in fiducia, quæ eſt per fidem. Hic rurſus vi-
des, fiduciam, quæ eſt ſpes, à fide naſci. Quòd autem
charitas illinc derivetur, teſtatus eſt idem Apoſtolus

1. Tim. 1. 5.

ad Timoth. cum inquit; Charitas de corde puro, con-
ſcientia bona, & fide non ficta. Et ratio, quam ſupe-
rius attigimus, id ſuadet. Cùm enim fide Deum, ut
ſummum bonum, apprehendamus, potentem, ſapien-
tem, & noſtri amantiſſimum, qui Filium dederit pro
nobis in mortem, atque omnia cum eo donaverit:
quomodo poteſt non erumpere amor erga eundem,
G & omnia quæ ad illum pertinent? De ordine tamen
ſciendum eſt, ſpem priorem oriri. Cùm enim per fi-
dem promiſſionem de vita æterna admiſimus, ſpes
eam aſſequendi concipitur, atque hinc tertio loco a-
mor oritur. Non enim amamus, quæ non ſperamus
nos poſſe adipiſci.

Figmentum Sophiſtarum.
Galat. 5. 6.

30 Veniamus nunc ad argumenta quibus utun-
tur aduerſarij, ad probandum, charitatem formam
fidei eſſe. Adducunt illud ad Galatas: Fides quæ di-
lectionem operatur. Cùm (inquiunt) fides per cha-
H ritatem operetur, eam loco formæ habebit. Error
iſtorum inde naſcitur, quòd ſibi fingunt quiddam
ex fide & charitate compoſitum, quo totum ex his
conflatum, ſuæ operationis, à charitate, velut à for-
ma, principium habeat. Sed inane eſt hoc totum
commentum. Nam cùm fides & charitas diſtinctæ
ſint virtutes, nec una qualitas (vt prius diximus) for-
ma ſit alterius, nihil unum ex his duabus facultati-

Non ſemper id per quod aliquid operatur eſt ejus forma, poteſt eſſe illius inſtrumentum.

bus conflabitur. Præterea iſta locutio, quippiam per
aliud operari, non ſemper formam reſpicit, ſed quan-
I doque inſtrumenta. Scriba per calamum ſcribit, mi-
les per arma certat, & anima per corpus agit. Hæc au-
tem omnia minime formæ, verùm inſtrumenta eſſe

Digitized by Google

2.Cor.5.10.

agnoſcuntur. Et Paulus dicebat, Nos omnes ſtare oportet ante tribunal Chriſti, ut auferat quiſque pro ut geſſit per corpus ſive bonum ſive malum. Dicimus etiam prudentiam operari per morales virtutes, quæ tamen ejus formæ non cenſentur. Objiciunt etiam charitatem ideirco rationem formæ habere, quòd ſit finis præcepti,& quicquid extra eam agitur, neque Deo placeat,ſed ut peccatum damnetur. Verùm ſi hoc argumentum valeat, nos quoque per id evincemus, fidem eſſe formam aliarum virtutum,cùm Paulus dixerit; Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Ex qua ſententia docuit Auguſtinus in libro 4. contra Iulianum cap. 4. omnia opera infidelium eſſe peccata. Afferunt & dictum Iacobi, fidem perfici ex operibus. Quod nihil adverſum nos facit,nam tantùm docetur, tunc fidem eſſe perfectam cum operatur. Quemadmodum philoſophi docent formã non eſſe perfectam, cùm accipitur ut actus primus (ita enim loquuntur) ſed quando ſpectatur ut actus ſecundus. Nam operando exerit vires ſuas, ac ſeſe declarat. Concedimus itaque hoc modo,fidem operibus perfici, non quòd vi operum vel augeatur vel reddatur contentior, ſed ob Spiritus ſancti majorem energiam,quæ ſe declarat in opere,& in otio latebat. Neque hoc ſolum eſt proprium charitatis,ſed omnibus virtutibus commune. Nam in hunc finem attributæ ſunt animo, ut actiones ex illis depromantur.

Rom.14.23.

Iac.2.22.

Quomodo fides charitate perficiatur.

31 Deinde ajunt charitatem ideo formam eſſe fidei, quòd per eam principium ſit dignoſcendi ſanctos ab impiis: quod ex eo loco Evangelij probant, quo Chriſtus inducitur in extremo iudicio dicens: Eſurivi,& paviſtis me: ſitivi,& potaſtis me:&c. Ad hæc reſpondemus, diſcretionem atque notitiam rerum quandoque haberi per cauſas ad earum principia, quam vulgò appellant à priori: aliam verò accipi ex effectis & proprietatibus, quam à poſteriori nominant. Charitatem itaque id eſſe quo ſancti ab impiis dignoſcuntur cognitione poſteriori & ex effectis, facilè admitto Sed iſta notitia pertinet ad nos:Chriſtus alioquin abſque illa ſuos probè agnoſcit atq; diſtinguit, nimirum ex electione atque prædeſtinatione, quæ ferè principia ſunt & cauſæ noſtræ ſalutis. Quare quod aſſumunt,non eſt dandum,cognitionem per effecta haberi ex forma rerum. Neque dubium eſt, in extremo iudicio ex operibus & effectis diſcernendos eſſe ſanctos ab impiis, ut verba oſtendunt quæ ab iſtis adducuntur. Sed ſi ſpectare velint, quæ iudex antea pronunciabit, cùm dicet; Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi: facile intelligent nobiliorem ac potentiorem notitiam præponi ſalutis concedendæ, quàm ea ſit quæ poſtea ſubditur ex operibus.Fidei autem forma, ſi qua inducenda eſſet, quod propriè facere non licet, ſpiritus conſtitueretur. Nam pro eius portione fidem habemus, & quo major eſt ſpiritus, eò largior fides adeſt: & quo ſpiritus eſt anguſtior, eò fides habetur infirmior.

Mat.25.35.

Cognitionis alia ex rerum principiis alia ex effectis.

Sententia iudicij extremi.

Ibid.34.

Spiritus utcunque dici poſſet forma fidei.

Quæ fides habeat præ charitate,ac è diverſo.

32 Nunc extremum ſupereſt, ut videamus quidnam Fides præ charitate habeat,quidve charitati magis quàm fidei tribuatur. Primùm fidei convenit iuſtificatio, quam minimè concedendam charitati ſtatuimus. Dum enim vivitur hîc, charitas imperfecta ſemper eſt. Ideirco non poſſumus, quoad iudicium Dei, vel charitati vel operibus ex ea proficiſcentibus inniti,quaſi per iſta juſtificemur & abſolvamur. Præterea in Epiſt. Pauli ad Rom. & ad Gal. fide nos iuſtificari, & non ex operibus luculentiſſimè docemur. Quod idem oſtendit cùm fidei tum charitatis ingenium, ſi prudenter expendatur. Iuvat enim fides mentem piorum, ad Chriſtum, & promiſſiones de illo factas, & percipiendas & admittendas. Quod fieri per aſſenſum animi,perſpicuum eſt: Dumque cognoſcimus vel intelligimus quippiam, idipſum in nos recipimus. Contra verò charitatis munus eſt, ut extimulet voluntatem atque impellat, ut bona iam à mente percepta proferat in actionem, atque in lucem exprimat. Quod ſitum eſt in eo,ut quæ habemus, aliis & communicemus & erogemus. Et iuſtificatiò cùm ſit iuſtitiam per imputationem recipere, ſatis conſtare poteſt, magis per fidem quam per charitatem obvenire. Huc accedit,quòd ſi charitatem ponemus id eſſe quo iuſtitia comprehendatur, concedendum eſſet, nos cum in gratiam redimus cum Deo,& illi reconciliamur,nõ eſſe inimicos, ut Epiſt. ad Rom.docet. Nam charitas amicos Dei facit quoſcunque ornaverit, & nemo Deum amat, quin prius ab eo dilectus fuerit. Habet itaque fides præ charitate,quod per illam iuſtificamur. Poſſunt addi quæ ſupra commemoravimus, ex fide gigni charitatẽ,non e diverſo. Adhæc modum fidei ſequitur charitas,& ejus menſura æſtimatur,ut Gregorius dicebat,nos tantùm credere,quantum amamus.

Fide iuſtificamur, non charitate.

Compendio traditur cur fide iuſtificemur.

Charitas ex fide gignitur, nõ è diverſo.

Rom 5.10.

Vide ad Eph. cap. 1. ſub finem. Charitas ſequitur modum fidei.

33 Quæ iam ſunt enumerata,fidei conveniunt præ charitate. Nunc videamus quænam charitas præ fide ſibi vendicet. Primum durat vel in futuro ſeculo,in quo fides locum non habebit. Atque ita eſt, quoniam fides non claram, ſed obſcuram notitiam nobis adfert (nunc enim per ænigma & ex parte cognoſcimus) notitia verò quam in regno cœlorum habituri ſumus abſoluta erit. Cedet itaque fides meliori ſtatui. Sed charitas cùm erga Deum, tum erga proximum,in futuro ſæculo extabit maximè. Dixeris forraſſe:Nonne in patria ea quoque perficietur? Quod ſi concedatur, non magis quam fides permanſura eſt. Reſpondemus diſcrimen hîc eſſe, quod fides, cum tranſit in apertam notitiam, & rei præſentis revelatum aſpectum,ſpeciem mutat atque naturam. Quod charitati non uſuvenit.Nam licet maior fiat ac vehementior,tamen eandem ſubſtantiam retinet. Quanquam & ipſa ibi non ſit habitura omnia opera, quæ modo exercet. Non erunt in æterna fœlicitate paſcendi eſurientes, nec ſitientes potandi,& alia hujus generis. Charitati deinde tribuitur,quod noſtræ iuſtificationis teſtimonium reddat, ut ſcribit Ioannes in Epiſt. Scimus,quod ſi fratres diligamus,de morte ad vitam tranſlati ſumus. Et Petrus videtur præcipere,ut per bona opera noſtram vocationem certam faciamus. Neque tacendum eſt, quod Paulus habet charitatem majorem eſſe fide atque ſpe. Quod nos bifariam interpretamur.Primùm,quia Dominus ajebat,Beatius eſſe dare quam accipere. Modo verò demonſtravimus, fidem exercere ſe accipiendo, charitatem vero dando ac erogando. Exponitur deinde, quod iuſtitiam duplicem habere dicamur: Vnam inquam, à Deo nobis imputatam, qua revera iuſtificamur,& eam ex operibus (vt dictum eſt) minimè obtinemus,verum fide apprehendimus. Altera vero iuſtitia eſt,quæ nobis inhæret,conſtatque fide,ſpe,charitate,omnibuſque bonis operibus,quę nunquam(ut iam diximus) ad perfectam obedientiam Legis perueniunt,ſed inchoata tantummodo reſtabit: quæ nihil aliud eſt,quam ſtudio tam vehementi quam poſſumus divinis mandatis obſequi. Facile itaque fatebor, in hoc iuſtitiæ genere charitatem potiores partes habere. Quia noſtra exercitatio, licet à fide incipiat,non ibi ſiſtit pedem: ſed ad ſpem,ad charitatem, ad reliquas virtutes & omnia bona opera pergit. Vt itaque in iuſtificatione coram Deo fides prima eſt ac præcipua, ſic in iſta iuſtitia inchoata, charitas eſt potior.

1.Cor.13.10.

Fides quando tranſit in apertam notitiam, & ſpeciem & naturam mutat.

Charitas non habebit in patria omnia ea de opera quæ nunc habet.

1.Ioa.3.14.

2.Pet.1.10.

1.Cor.13.13.

Quomodo charitas dicatur maior fide.

Duplicem habemus iuſtitiam. Quoad iuſtitiã nobis inhærentẽ atque inchoatã charitas præſtat fidei.

34 Quod ſi quis rogaverit, cur duplicem ponamus iuſtitiam, ut præfati ſumus? Reſpondebimus, id è ſacris literis nos didiciſſe. Ad Rom. habetur: Sicut per inobedientiam unius peccatores conſtituti ſunt multi, ita per obedientiam unius iuſti conſtituuntur multi. Et in eadem Epiſt. inquit Apoſtolus: Ei autem qui non operatur, credenti vero in illum qui iuſtificat impium, fides imputatur ad iuſtitiam. Et fermè per totum illud caput, huius imputatæ iuſtitiæ per fidem Paulus meminit. Et in 1.ad Corint. dixit; Chriſtum nobis factum eſſe à Deo ſapientiã, iuſtitiam, ſanctitatem atque redemptionem. Inhærentem verò iuſtitiam in nobis ad Eph. demonſtrat, cùm iubet ut induamus novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.Item ad Heb. cùm ait ſanctos operatos eſſe iuſtitiam.Et ad vtramque probandam,pene immenſum eſſet, ſi omnia teſtimonia quæ occurrunt, velimus coacervare. Sed id operępretium eſt videre, quando Apoſtolus utramque ſimul confert:nã ibi facilè intelligitur,

Duplicẽ hanc iuſtitiam ponendã habemus e ſacris literis.

Rom.5.19.

Rom.4.5.

1.Cor.1.30.

Eph 4.24.

Heb.11.33.

Paulus unam iuſtitiam alteri confert.

Digitized by Google

Phil. 3.9.
Ibid. v. 5.

ligitur, quidnam una alteri præſtet. Ad Philip. habetur: Vt inveniar in illo, non habens juſtitiam meam quæ eſt ex Lege, ſed eam quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti. Recenſuerat ante quæ in Iudaiſmo illi obtigerāt, de quibus potuiſſet juxta carnem gloriari, quæ jam ſe habere dicebat pro nihilo & æſtimare damna eſſe atque ſtercora, idque propter excellentiam cogitationis Ieſu Chriſti, &c. Quo loco etiam videbis bona opera quæ jam converſus ad Chriſtum exercebat, ab eo nihili fieri ex collatione juſtitię illius quæ per fidem nobis conceditur. Habetur eadem collatio item

B ad Rom. ubi ſic legimus; Gentes quæ non ſequebantur juſtitiam, ad Legém juſtitiæ pervenerunt: quia non ex operibus, ſed ex fide. Iſrael autem qui ſequebatur juſtitiam, ad Legem juſtitiæ non pervenit: quoniam ex operibus, & non ex fide. Item dicitur in eadem Epiſt. Ignorantes enim Dei juſtitiā, & ſuam volentes ſtatuere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti.

Rom. 9.30.

Rom. 10.3.

Quomodo juſtitia, quam non habemus, nobis imputetur.

35 Cæterùm adverſus hanc diſtinctionem aliqui dicunt: Qui fieri poteſt ut juſtitia, quam non habemus, imputetur nobis? Reſpondemus, non eſſe fin-

C gendum Chriſtum & ejus juſtitiam à ſanctis alienam eſſe. Nam Chriſtum ipſum per Baptiſmum induimus; & ut ſcribitur ad Epheſ. Deus nos gratos & acceptos habet in dilecto. Sed inquiunt, judicia Dei vera eſſe oportere. Sed quomodo poteſt verum judicium fieri, quando juſtitia quam non habemus, nobis imputatur, & peccatum quod habemus, non imputatur? utrumque nihilominus à Scriptura dicitur. Nam de peccato David (ut Paulus aiebat) retulit,

Gal. 3.27.
Eph. 1.6.

Pſ. 32.1.
Rom. 4.6.
Ibid. v. 5.

D fœlicem eſſe virum, cui Deus peccatum non imputavit: & de juſtitia ſubditur: Ei autem qui non operatur: credenti verò in illum qui juſtificat impium, fides ad juſtitiam imputatur. Atque hæc quæ Scriptura prædicat, ratione non carent. Cùm enim juſtitia nobis imputatur, nequaquam ea prorſus caremus. Non quod in nobis inhæreat, ſed quia fide eam percipimus, ideo fide illam verè habere dicimur. Non enim fidei apprehenſio de veritate rei quicquam de-

Apprehenſio fidei nihil detrahit de veritate rerum.

E rogat. Quo permulti in negotio Euchariſtico hallucinantur, Quando enim aſſerimus, carnem Chriſti nos per fidem manducare, atque ſanguinem potare, illud ſubdunt: igitur non verè iſthæc habemus, quaſi per fidem apprehendamus carnem Chriſti falſam, aut ſanguinem ejus confictum. Nec etiam verum eſt quod aſſumebatur, nos omnino peccatum habere, quod nobis non imputatur. Quandoquidem juſtificati reluctantur ei, neque ipſum ſibi dominari permittunt: Idcirco judicantur quodammodo peccatum non habere. Pro charitate, quod juſtificet, ſolet id

F opponi quod legimus in Ioanne, Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Sed hoc non eſt uſque adeo proprium charitati. Nam & alibi ſcribitur. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo. Et rurſus: Qui manet in me, & ego in eo, hic multum fructum affert. De his etiam, qui obſervant mandata dicit ſe venturum cum Patre ad eos, atque manſurum in ipſis. Vnde vides hanc manſionem quam nobis opponunt, per multa inſtrumenta ſive media nobis

1. Ioan. 4.8.

Ioan. 6.54.
Ioan. 15.5.
Ioan. 14.23.

G contingere. Neque tamen inde ſtatueret quiſpiam, nos per omnia iſta juſtificari. Idcirco non laborandum eſt, per quænam contingat ut Chriſtus & Pater in nobis maneant, & nos in ipſis: ac potius videndum eſt, quid ſit illud per quod primum ac præcipuum in nobis maneat. Et certum eſt, conjunctionem hujuſmodi non aliunde oriri, quàm ex electione, prædeſtinatione, atque vocatione, ſecundùm propoſitum, ut hæc Apoſtolus ad Rom. contexuit.

Non omnia illa per quę Deus & Chriſtus in nobis manent, nos juſtificant.

Rom. 8.28.

H Nec eſt dubitandum, vocationi Dei nos reſpondere primum omnium per fidem. Neque aliter experientia docet. Cùm nobis aliquid à quopiam promittitur, tum primùm ei adhæremus, cùm à nobis dictis illius fides habetur. Quare Paulus alibi rectè ſcripſit Chriſtum in cordibus noſtris per fidem habitare.

Per fidem nos primum reſpondemus divinæ vocationi.
Eph. 3.17.

Quæ ſit piorum unio cum Chriſto.

In Rom. 8. initio.
Quæ ſit conjunctio quam habemus cum Chriſto.

36 Videre jam oportet, quid ſit eſſe in Chriſto. Primum id occurrit, quod omnibus mortalibus eſt

I commune. Dei enim filius, quia ſuſcepit humanam naturam, cum omnibus hominibus conjunctus eſt.

A Nam cùm ipſi commercium habeant cum carne & ſanguine, ut teſtatur Epiſtola ad Hebr. ipſe quoque carnis & ſanguinis factus eſt particeps. Sed iſta conjunctio generalis eſt & infirma, tantùm, ut ita dicam, juxta materiam. Natura enim hominum ab ea natura quam Chriſtus ſuſcepit, longè diſiuncta eſt. Natura enim humana in Chriſto & immortalis eſt, & exempta à peccato, & omni puritate ornata: noſtra verò impura, corruptibilis, & peccato miſerè contaminatā. At ſi ea donetur ſpiritu Chriſti, ita re-

Heb. 2.14.

B paratur, ut à Chriſti natura non multùm abſit. Imò tanta fit acceſſio, ut Paulus in Epiſt. ad Epheſ. dicat, Nos eſſe carnes de carnibus ejus, & oſſa de oſſibus ejus. Quæ loquendi forma ex literis Veteris Teſtam. videtur eſſe deſumpta. Ibi enim fratres & cognati ita de ſe mutuò loqui ſolent: Os meum eſt, & caro mea. Videntur enim ex eodem ſemine patris, & eodem utero matris, unam ſibi communem materiam agnoſcere. Ad quod etiam accedit, quod filii à parentibus non ſolùm trahunt carnalem & corpulentam ſub-

Eph. 5.30.
Phraſis Hebraica.
Os noſtrum & caro noſtra.

C ſtantiam, ſed etiam ingenium, affectus, indolem. Hoc idem in nobis uſuvenit, cùm donamur ſpiritu Chriſti. Nam præter naturam, quam habemus cum illo communem, mentem quoque ejus habemus, ut Paulus monet in priori ad Corinthios, & eundem ſenſum, quemadmodum requirit ad Philipp. Idem, inquiens, ſenſus ſit in vobis, qui & in Chriſto Ieſu. Hanc conjunctionem noſtram cum Chriſto Paulus expreſſit per inſitionem: in qua duo ea, quæ jam commemoravimus, optimè deprehenduntur. Quia

1. Cor. 2.16.
Phil. 2.5.

D ſurculus, qui inſeritur, & planta in quam inſeritur, unum quiddam efficiuntur: nec tantùm materiæ quæ diverſæ fuerant, conjunguntur, ſed etiam eodem ſucco, ſpiritu & vita ſimul vegetantur. Hoc idem in nobis Apoſtolus fieri teſtatus eſt, cùm nos ait inſertos eſſe in Chriſtum. Idem etiam Chriſtus docet in Evangelio Ioannis, cùm ſe appellat vitem, & nos palmites. Palmites enim vitam eandem communem habent cum vite, eodem ſpiritu pullulant, & fructum

Rom. 6.5.
Ioan. 15.5.

E eundem ferunt. Et Paulus in Epiſtol. ad Epheſ. conjunctionem noſtram cum Chriſto contulit cum matrimonio. Ait enim illud magnum eſſe ſacramentum in Chriſtum & Eccleſiam. Nam quemadmodum in conjugio, non ſolùm corpora communicantur, ſed etiam affectus & voluntates conjunguntur, ita certa & ſua ratione fit inter Chriſtum & Eccleſiam. Eos itaque Apoſtolus pronunciat liberatos eſſe à peccato, qui manent in Chriſto, & in eo ſunt eo modo, quo jam expoſuimus, ut vitam ejus vivant, idem cum eo ſentiant, & fructus operum non diver-

Eph. 5.32.
Conjunctio noſtra cum Chriſto confertur matrimonio.

F ſos à fructibus ejus edant. Et qui ſunt hujuſmodi, illi timere non poſſunt condemnationem, aut judicium. Dominus enim Ieſus eſt ſalus ipſa, quemadmodum nomen ejus ſatis indicat. Quare qui ſunt in eo illis nihil periculi eſt ne condemnentur. Huc addimus, eos etiam eſſe in Chriſto, qui in omnibus rebus ſuis pendent ab eo: quique quicquid ſuſcipiunt aut agunt, ab ejus ſpiritu impelluntur. Ab eo pendere nihil aliud eſt, quàm quicquid inſtituimus,

Qui ſint in Chriſto?

G ad eum reſpicere, & ejus ſolius gloriam quærere. Qui autem aguntur ejus ſpiritu, affectus & incitationes cupiditatum non ſequuntur. Ex his apparet, quomodo fideles homines & pii ſint in Chriſto: idque per omnia cauſarum genera. Materiam enim habemus eandem, inchoationes etiam formæ eaſdem: donati enim ſumus eiſdem notis, proprietatibus & conditionibus quas ille habuit. Efficiens cauſa qua impellimur ad agendum, eſt idem ſpiritus quo ipſe agebatur. Poſtremò, finis etiam idem eſt, nimi-

In Chriſto nos eſſe probatur ex omni genere cauſarum.

H rum, ut illuſtretur gloria Dei.

37 Porrò cœtus omnis & hominum congregatio, quæ tendat in definitum & certum finem, regatúrque præſcriptis legibus, corpus appellari poteſt. Vnde Civitas, Reſp. & Regnum corpora quædam vocantur, quoniam certum habent finem, ut homines & bene habeant quoad corpus, & ex virtute vivant. Sed corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, non ſolùm hoc reſpicit, ſed etiam æternam vitam, habétq; communia hæc omnia, Deum, Chriſtum, Spiritum S. ver-

In 1. Cor. 12. v. 12.
Quæ ſocietates dicantur unum corpus?

Declaratio corporis Chriſti quod eſt Eccleſia.

I bum Dei, gratiam, Sacramenta, & etiam in rebus hujus mundi quæ pertinent ad mutuum auxilium: regitúrque hoc corpus inſtitutis & dictis Scriptu-

De hoc corpore habemus articulū fidei.

ratum ſanctarum, ac vivit ſpiritu Chriſti. Et hac de re præclarum habemus fidei noſtræ articulum, quo Catholicam Eccleſiam confitemur, ſanctorum communionem. Duplex autem conjunctio in membris hujus corporis obſervatur. Vna eſt, quam retinere debent inter ſeſe: altera, quam cum & in Chriſto habeant oportet. De hoc inſtruimur pulcherrimè ad Epheſ. cap. 4. ubi ſcribitur, à capite Chriſto ſuppeditari ſpiritum & vitam per commiſſuras & ligamenta membrorum in totum corpus: ita ut juxta menſuram unicujuſque partis augmentum fiat in corpore. Nec non ad Coloſſ. cap. 2. idem exponitur. Ex quibus liquet, impios homines non verè eſſe de Eccleſia, cùm à capite Chriſto ſpiritus ejus nô inſtilletur. In Eccleſia quidem verſari poſſunt: verum de illa eſſe nô poſſunt. Merum eſt figmentum quod afferunt adverſarii, poſſe in corpore Chriſti membra arida & mortua eſſe, quæ valeant denuò vivificari. Membrum quod eſt mortuum non amplius membrum eſt, neque ſic appellari debet, niſi volueris homonymiam admittere. Et Paulus dicebat in Epiſt. ad Corinth. Num accipiam membrum Chriſti, & faciam membrum meretricis? ac ſi dieeret: Hæc inter ſe pugnant, ut utriuſque membrum ſimus. Declarat itaque iſtud ſimile, qualis conjunctio eſſe debeat inter nos atque cùm Chriſto. Et certè uti diximus cum Chriſto ita conjungimur, ut dicamur caro ex carnibus ejus, & os ex oſſibus ejus: Quia per illius incarnationem, ejuſdem generis atque ſpeciei effecti ſumus cum illo: poſtea verò accedente ſpiritu ejus & gratia, ſpiritualium ejus conditionum atque proprietatum participes reddimur, ut ſuperius explicatum fuit. Vnde Cyrillus ſcribens ad Reginas de fide orthodoxa, dixit, carnem noſtram conſubſtantialem carnem Chriſti: & eos qni aliter ſentiunt, habet pro anathemate.

Duplex conjunctio membrorum.

Eph. 4. 16.

Col 2. 19.

Impii non ſunt verè de corpore Chriſti quod eſt Eccleſia.

Pars corporis mortua, non dicitur amplius membrum ejus.

1. Cor. 6. 15.

Maxima conjunctio inter nos & Chriſtum.

Simile.

38 Atque pro tanta conjunctione aſſerenda inter nos & Chriſtum, non opus eſt præſentia corporali aut ſubſtantiali corporis Chriſti, quam ſtatuere multi conantur in Euchariſtia. Nam ex ea nil plus vel commodi vel utilitatis habebimus, quàm ſi Chriſtum quoad corpus, ſuo loco ſinamus in cœlis. Videmus enim Chriſtianos poſſe eſſe invicem mẽbra, & quidem conjunctiſſima, tametſi aliquis eorum degat in Britãnia, alius in Gallia, & alius in Hiſpania. Quod ſi de membris ipſis conceditur, cur de capite idem fateri erit abſurdum, ut hæc ſpirituali conjunctione ſimul poſſit in cœlis eſſe, ac ſpiritualiter nobiſcum conjungi? Quod idem in matrimonio uſuvenire intelligimus, ubi Sancta Scriptura prædicat, virum & uxorem unam carnem eſſe: quod non minus verum fateri coguntur adverſarii, cùm unà conjuges habitant, quàm ſi locorum intervallo nonnunquam disjungantur. Quod ſi ita in eis eſt, cur negabimus poſſe corpus Chriſti nobis conjungi, ut ſimus unum cum eo, licet ſubſtantiali & corporali præſentia in Euchariſtia à nobis abſit? Semper confugiunt ad illam Domini ſententiam: Hoc eſt corpus meum. Quaſi non poſſit aliter intelligi, niſi ſubſtantialis præſentia conſtituatur, cùm tam nos prædicemur eſſe corpus Chriſti, in quod neque tranſſubſtantiamur, neque requiritur ut quiſque noſtrûm præſentia corporali, alteri, quoad locum, conjungatur. Sed alibi de his fuſiſſimè dicetur.

Mat. 19. 6.

Simile.

Ad hanc conjunctionem inter nos & Chriſtum non opus eſt ejus præſentia corporali.

De adoptione filiorum Dei. Ex Rom. cap. 8. verſic. 15.

39 Hic locus videtur poſtulare, ut de adoptione quoque filiorum Dei aliquid dicatur. Iuriſperiti, ut habetur in Inſtitutionibus definiunt adoptionem, eſſe actum legitimum, imitantem naturam, repertum ad illorum ſolatium, qui liberos non habeant. Adhæc illi diſtinguunt adoptionem ab arrogatione. Nam arrogationem eſſe aiunt, cum is qui ſit ſui juris, recipitur in locum filii. Adoptionem verò, cum is qui ſit ſub aliena poteſtate aſciſcitur. Cavetur autem legibus ne major natu adoptetur à minore. Monſtri enim ſimile videbatur, ut filius patrem ætate ſuperaret. Atque idcirco Cicero adoptionem illam Clodii ſæpe graviter exagitat. Nam Deus adoptat ſibi electos ſuos, non quod filium alium non haberet: habuit enim Chriſtum unigenitum, in quo ſibi optimè complacuit: ſed quòd in omni natura humana, nullos adhuc haberet filios. Per Adamum enim omnes ab eo fueramus abalienati. Quare Deus naturalem & legitimum Filium ſuum ea de cauſa miſit in mundum, ut per illum alios multos ex noſtro genere ſibi filios cooptaret. Id autem vulgò non ſolet fieri. Nam qui unicum habent filium non quærunt ſibi alios: imò lætantur, filium illum ſuum non eſſe cogendum, ut cum fratribus hæreditatem partiatur. Sed tanta fuit Dei & Chriſti erga nos charitas, ut nos, quamvis immeritos, ad tantam dignitatem voluerit adſciſcere. Neque hæreditas illa cœleſtis ejus eſt naturę, ut pluribus communicata imminuatur. Iam videndum eſt, quomodo nobis hæc adoptio contingat. Eam Paulus dicere videtur, nobis communicatam eſſe per ſpiritum Chriſti. Ex eo enim habemus fidem, qua Chriſtum pro nobis mortuum, & Dei promiſſiones complectitur: atque ita à Deo adoptamur in filios. Hoc nobis Ioan. pulchre indicavit, ab initio Evangelii ſui ita ſcribens, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Ex his verbis intelligimus, nos fieri filios Dei, quando recipimus Chriſtum. Id autem non fit, vel per circunciſionem, vel per alias legales ceremonias, vel per opera bona moralia, ſed tantùm per fidem. Eóque Ioannes ſubjecit, His qui crediderunt in nomine ejus. Cùm autem illis dicitur poteſtas eſſe data ut efficiantur filii Dei, non debemus putare, ut multi Sophiſtæ inculcant, nos prius credere, deinde accipere poteſtatem, ut aſſcribamur ad numerum filiorum Dei. Nam poteſtas illo loco nihil aliud eſt quàm jus & prærogativa: Ac ſi diceretur, eos qui Dominum receperunt, & in ejus nomen crediderunt, habere jus & prærogativam, ut tranſeant in adoptionem filiorum Dei. Sed addit Ioannes, Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. Primùm, cùm dicit, Non ex ſanguinibus, intelligit hanc adoptionem non contingere ordine naturæ, ut in hac generatione commiſcentur ſemina maris & fœminæ. Quam ſententiam exprimit proximis verbis apertius: Ait enim, Non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. Per carnem enim eum intelligere fœminam, ex duobus locis probari poteſt. Dicit enim Adamus de uxore ſibi à Deo tradita, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Et Paulus ad Epheſ. Qui diligit inquit uxorem ſuam, ſeipſum diligit. Nemo unquam carnem ſuam odio habuit. Atque hanc interpretationem Auguſt. ſequitur. Quanquam video aliter etiam hunc locum exponi poſſe: ut cùm dicitur, Non ex ſanguinibus, intelligamus, non perveniri ad hanc adoptionem vi aliqua cognationis, aut ſtirpis. Nam id ſibi Hebræi perſuaſerant. Semper enim importunè jactabant, ſe eſſe ſemen Abrahæ. Nec voluntate carnis, ad hanc adoptionem pervenitur. Ad eam enim aſſequendam non juvamur illis bonis quæ caro ſolet appetere, opibus inquam, potentia, robore corporis, forma, & aliis rebus id genus. Nec ex voluntate viri, nimirum illis bonis quæ ſunt præſtantioris notæ, & maximè putantur decere viros, qualia ſunt ſapientia, prudentia, & opera virtutum moralium. Hæc enim omnia efficere non poſſunt, ut ſimus filii Dei. Sed ex Deo, inquit, nati ſunt. Hoc omne habemus tantùm ex bonitate Dei, ejúſque mera miſericordia. Itaque Paulus ait ad Epheſ. Qui nos prædeſtinavit in adoptionem filiorum Dei.

Definitio adoptionis.

Arrogatio quid ab adoptione differat?

Deus nos adoptavit, cùm Filium haberet.

Rom. 8. 14.

Ioan. 1. 12.

Per ſpiritum & fidem adoptamur in filios.

Ibid.

Contra Sophiſtas.

Ibid. v. 13.

Gen. 2. 23.

Eph. 5. 28

Vocabulo carnis fœmina interdum ſignificatur.

Eph. 1. 5.

40 Ex ejus igitur electione & prædeſtinatione, omnis ratio adoptionis noſtræ pendet. Illius autem divinæ voluntatis, nulla à nobis ratio vel intelligi, vel reddi poteſt. Atque hinc illud eſt quod Chriſtus apud Ioan. ait, oportere nos naſci ἄνωθεν, id eſt, divinitus, & ex ſupernis. Confert autem Chriſtus hanc regenerationem cum vento. Spiritum, inquit audis, & neſcis unde veniat, aut quò vadat. Itaque Deus per Chriſtum, gratuitò largitur nobis Spiritum ſuum. Vtitur autem verbo tanquam inſtrumento, idque dicitur ſemen quo renaſcimur. Donat enim fidem, qua propoſitum nobis verbum promiſſionis recipiamus. Et ita juſtificamur, & adoptionem filiorum Dei adipiſcimur, quæ tamen dum hìc vivimus, non poteſt eſſe perfecta. Quare Paulus dicit aliquanto poſt, nos expectare adoptionem filiorum, & redemptionem

Ad prædeſtinationem pendet adoptio noſtra.

Ioan. 3. 5. 27. & 53.

Quibus gradibus perveniatur ad filiorum adoptionem.

Rom. 8 23.

Adoptio quam nunc habemus non eſt perfecta.

corporis.

corporis : quæ nobis non contingent, niſi in beata
Gal.4.4.
illa reſurrectione. Iſta eadem Paulus ſcribit ad Gal.
Cùm autem (inquit) venit plenitudo temporis, miſit
Deus filium ſuum, natum ex muliere, factum ſub
Lege, ut qui ſub Lege ſunt liberaret, ut acciperemus
adoptionem filiorum. Quoniam autem ſumus filii,
miſit Deus ſpiritum Filii ſui in corda noſtra, per
quem clamamus: Abba, Pater. Hæc verba oſtendunt,
ante plenitudinem temporis fuiſſe ſervitutem quã-
dam Legis, poſtea datum fuiſſe Filium, per quem
plenius acciperemus & Spiritum & adoptionem,
qui deſignati ſumus & deſtinati, ut efficiamur filii
Dei. Hanc adoptionem, Chriſtus videtur ſacramen-
Mat.1.cap. Luc.3.
to quodam in ſua genealogia conſecraſſe. Nam cùm
in Luca & in Matthæo varientur nomina progeni-
torum, adoptio miſcetur, ut ſæpe unus idémque ho-
mo unum habuerit patrem per naturam, alterum au-
In Veteri Teſtamento frequens uſus adoptionis. Gen 48.5. Deut.25.5.
tem per adoptionem. Fuit etiam in Veteri Teſt. ſatis
frequens uſus adoptionis. Nam & Iacobus adopta-
vit ſibi nepotes ſuos, Ephraim & Manaſſen, ut ſibi
eſſent aliorum filiorum loco: & ea ratio tantùm va-
luit eo tempore, ut etiam mortuis adoptarentur li-
beri. Fratri enim defuncto, ſuperſtes frater ex ejus
uxore ſuſcipiebat filios, & ſemen ſuſcitabat in Iſrael.
Hæc quaſi umbra quædam, noſtram iſtam adoptio-
nem in filios Dei figurabant. Vulgata editio habet,
Adoptionem filiorum Dei: cùm in Græco vox illa Dei,
non legatur: Eſt enim tantùm υἱοθεσία.

In adoptione iſta videndum unde & quò transferamur.
41 Sed diligenter conſiderandum eſt, & unde per
hanc adoptionem educamur, & quò transferamur.
Eramus antea filii diaboli, iræ, incredulitatis, diffidẽ-
tiæ, hujus ſeculi, perditionis, noctis, tenebrarum.
1 Ioan.3.9.
Transferimur autem eo, ut dicamur & ſimus filii
Dei, conſortes divinæ naturæ, fratres Chriſti, filii lu-
Mat.5.45.
cis, & ut ne peccemus (nam qui ex Deo natus eſt, nõ
peccat) ut proximos & inimicos noſtros diligamus,
Ibid.verſ.9.
quo Patrem noſtrum cœleſtem referamus, qui facit
ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper
juſtós & injuſtos: denique ut ſimus pacifici: illi enim
Non ſumus filii Dei, quaſi ex illius ſubſtantia procreati.
filii Dei vocabuntur. Non autem ea eſt noſtra ado-
ptio, ut intelligamur nati ex ſubſtantia Dei. Hoc e-
nim proprium eſt unius Ieſu Chriſti. Verbum enim
Dei per naturam ex patre natum eſt: quod tamen
Arriani negaverunt. Nam cùm Filium Dei facerent
creaturam, neceſſe erat ut eum non per naturam, ſed
per adoptionem filium Dei eſſe dicerent. Magna ſa-
nè eſt dignitas noſtra: Provecti enim ſumus eo, non
tantum ut filii Dei vocemur & ſimus, verumetiam
ut Chriſtum fratrem habeamus. Itaque Chriſtus
quum reſurrexiſſet, dixit mulieribus: Ite & dicite
Chriſtus Apoſtolos vocavit fratres.
fratribus meis. Et quamvis veteres non fuerint ex-
pertes hujus dignitatis, eam tamen non habebant ita
publicè declaratam. Nihil autem obſtat, quod multi
inter eos fuerint infirmi: Nos enim etiam habemus
Mat.28.10. 1.Cor.3.1.
multos infirmos in Evangelio. Paulus enim ad Cor.
ait; Non potuiſſe ſe loqui illis tanquam ſpiritualib.
cùm eſſent carnales, ideóq; lacte illos aluiſſe. Quod
Heb.5.12.
idem ad Hebr. ſcribitur. Et è diverſo, habuerunt illi
nobiles in fide viros, quos non dubitamus in hac a-
doptione admodum fuiſſe inſignes. Quod etiam illo
Rom.9.4.
tempore fuiſſe, Apoſtolus teſtatur in Epiſt. ad Rom.
c.9. ait enim: Quorum eſt adoptio, & gloria, & teſta-
mentum, & legiſlatio, & cultus, & promiſſiones, &
Patres antiqui adoptionem filiorum habuerunt.
quorum ſunt patres. Hic videmus, adoptionem ad il-
los quoque pertinuiſſe. Ambroſius eo loco docuit,
ex hac adoptione in hominibus piis magnam ſecu-
ritatem exoriri. Et certè cum id nobis contingat per
Certiores ſumus hac adoptione quàm de patre carnis.
ſpiritum, quo interius agitamur, longè certius nos
ſcire oportet, nos eſſe filios Dei, quàm filii huius ſe-
culi ſcire poſſint ſe eſſe filios eorum quos appellant
patres. Sæpe enim matres & viros & filios ſuos fal-
lunt: ſpiritus autem Dei neminem decipit. Olim a-
Alexander Magnus.
dulatores perſuadere voluerunt Alexandro, non
fuiſſe illum Philippi Regis filium, ſed Iovis. Poſtea
verò, cùm videret ſanguinem ſibi manare ex vulnere,
ridens dixit, id ſibi αἷμα videri, non ἰχῶρ. Nos verò,
quamvis multa patiamur, & vitam etiam ponamus
pro Chriſto, nihilo tamen minus perſuaſi eſſe debe-
Chriſtus docuit nos Deum invocare patrem. Mat.6.8.
mus, eſſe nos filios Dei. Nam, ne quid ea de re dubi-
temus, non tantùm habemus teſtimonium ſpiritus,
verumetiam ipſe Filius Dei docuit nos, Deum ap-
pellare & invocare Patrem. Atque ea forma precum,

A debet nos ab omni ſcelere & turpi facto revocare, ac
etiam commonefacere, néve degeneremus à nobili-
tate tanti Patris, néve eum ignominia afficiamus.
Patribus enim magno videtur eſſe dedecori, ſi ha-
beant flagitioſos filios. Cumque ad hanc adoptio-
nem, ut dictum eſt: pervenire non poſſumus niſi per
Chriſtum, & ejus ſpiritum: nec Iudęi, nec Turcę, nec
homines à Chriſto alieni, invocare poſſunt Deum
Patrem ſuum.

B 42 His deinde verbis: *Quod ſi filij, igitur & hæredes:
hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti*: Apoſtolus Rom.9.8.
oſtendit, quidnam per hanc adoptionem conſequa-
mur: id nimirum, ut ſimus hæredes Dei. Quod ſanè
leve videri non poteſt. Neque enim quicunque filii Non omnes filii ſunt hæredes.
ſunt alicujus, ſtatim etiam ſunt hæredes. Eum enim
locum ſoli obtinent primogeniti, quod hodie mul-
tis in regnis fieri videmus: & in ſacris literis apparet,
Eſau & Iſmael hæredes non fuiſſe. Nos itaque ſu-
mus hæredes, & quidem non pauperis cujuſpiam
C hominis, aut levium rerum: Dei enim hæreditatem
conſecuti ſumus, & facti ſumus cohæredes Chriſti.
Cum Chriſto communem habemus hæreditatem
Patris, illíque ita prorſus ſumus inſiti, penitúſque
conjuncti, ut ejus vivamus ſpiritu. Tum autem adi-
bimus hanc hæreditatem cùm dicetur nobis, Venite Matt.25.34.
benedicti Patris mei, percipite regnum præparatum
vobis ab origine mundi. Cohæredes autem ſumus
Chriſti: quoniam ut ait Ioann. Cùm apparuerit, ſi- Ioan 3.2.
miles ei erimus. Et Paulus ait ad Coloſſ. Mortui eſtis, Col.3.3.
D & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.
Cùm autem apparuerit Chriſtus vita veſtra, tunc &
vos ſimul apparebitis cum eo in gloria. Hæreditas, ut Quid ſit hæreditas.
à Iuriſperitis definitur, eſt ſucceſſio in univerſum jus
defuncti. An hoc cuiquam parum videri poteſt uni-
verſi diuini juris fieri participes? Certè Petrus ait: 2.Pet.1.4.
Nos fieri conſortes divinæ naturæ. Hìc annotavit
Ambroſius, non fieri in hoc negotio, quod in mundo
videmus uſuvenire. Mori enim prius oportet teſta-
torem, quàm ſucceſſor hæreditatem adire poſſit.
E Deus autem non moritur, imò nos qui ejus hære- Deus non moritur, & nihilominus hæreditatem ejus nobis; licet adire.
des inſtituti ſumus, prius morimur, quàm poſſeſſio
nobis tradi poſſit. Chriſtus quoque prius mortuus
eſt, quàm ad gloriam ſibi deſtinatam perveniret.
Prætetea, quòd attinet ad civiles leges, hæres cum
eo qui eum hæredem inſtituit, una eadémque per- Hæres cum eo qui ſe inſtituit pro eadem habetur perſona.
ſona reputatur. Ita nos per Chriſtum tam arctè con-
juncti ſumus cum Deo, ut jam unum cum eo ſi-
mus, quemadmodum Chriſtus oravit: ut ſint unum
quemadmodum tu & ego unum ſumus. Omnia e- Ioan.17.21.
F nim noſtra ſunt, nos Chriſti, & Chriſtus Dei. Hanc
hæreditatem per ſpiritum Chriſti gratis obtinemus. Gratis hanc hæreditatem conſequimur.
Quare impiè faciunt Romani Pontifices, & eorum
ſatellites Cardinales & Pſeudoepiſcopi, qui hanc
hæreditatem remiſſionis peccatorum, & acceſſionis
ad regnum Dei, ſub ſuis adulterinis clavibus conclu-
ſerunt, ut eam pro libidine venderent: & quem vel-
lent, vel ad inferos detruderent, vel in cœlum tranſ-
mitterent.

G *Spei Chriſtianæ deſcriptio. In Rom. cap. 5. verſ. 5.*

43 Quod ad ſpem attinet, hæc eſt præclara cate- Catena Chriſtiana.
na, & inſignis Chriſtianorum graduum nexus, qui
deſcribitur à Paulo Rom.5. Hujus catenę primus an- In Rom.cap.5. verſ.5. & 1.Cor.13. ſub finem.
nulus clavo afflictionum in hoc ſeculo affigitur. In-
de pii aſcendunt ad patientiam: à patientia, ad pro-
bationem: à probatione, ad ſpem. Quæ ſpes quum
non pudefaciat, ſed aſſequatur indubitatò Deum
H ſummam noſtram fœlicitatem, illi tanquam ſupre-
mus annulus annectitur. Hæc eadem proprietas non
confundendi, eſt etiam fidei. Omnis enim qui credit
in eum, non confundetur. Et meritò: Quid enim fi-
dei conjunctius eſſe poteſt, quàm ſpes? Latinus in-
terpres vertit; Non confundit: Magis tamen propriè
redderetur; Non pudefacit. Eſt autem Tropica locu- Tropica locutio.
tio: Voluit enim Paulus ſignificare, pios ſua ſpe non
poſſe fruſtrari. Solent enim qui fruſtrantur, cùm res
longe aliter acciderint quàm ſperatint, pudore ſuf-
I fundi. Quare Paulus per pudorem intelligit fruſtra-
tionem, quoniam eam ſemper conſequitur. Latinus
verò interpres ſpectavit eam perturbationem animi,

Digitized by Google

quæ ſequitur pudoris ſuffuſionem. Nihil enim aliud eſt confundere, quàm perturbare. Iam ſi vera eſt hæc ſententia, ut eſt veriſſima, hanc ſcilicet ſpem non confundere, conſequitur illam non pendere à noſtris operibus. Alioqui enim ſæpe falleret. Verùm autem eam & certam eſſe, non uno verbo Paulus, ſed tribus valde ſignificantibus oſtendit. Primùm enim utitur verbo Sciendi, quod certam rei cognitionem indicat. Meminit etiam gloriationis, quæ locum non habet apud Sanctos & prudentes viros, niſi de illis bonis, quæ certò & firmiter poſſidemur. Poſtremò addit: Spem non pudefacere. Meritò autem iſtius certitudinis perſuaſionem ſæpius inducit, quòd hinc potiſſimùm in afflictionibus petenda ſit conſolatio. Chriſto in cruce pendenti inſultabant impii dicentes; Speravit in Deum, ſalvum faciat eum, ſiquidem vult eum: Deſcendat de cruce, &c. Eadem objiciunt nobis tantùm externi hoſtes, ſed etiam caro noſtra, ſenſus videlicet exteriores, & humana prudentia. His quomodo occurri poteſt, niſi hac Apoſtolica doctrina, ſpes non confundit: num pudefaciet ſpes, quam in Domino collocavimus?

Spes non pendet à noſtris operibus.

Spes eſt certiſſima.

Mat. 27. 43.

Remedium adverſus inſultationes.

44 Sophiſtæ ex hoc loco contendunt, ſpem naſci ex meritis, quod Paulus eam dicat naſci ex patientia: quaſi intelligendum ſit, ſpem dari nobis ex merito patientiæ. Sed interim non animadvertunt ea, quæ hic à Paulo ordine quodam diſponuntur, nequaquam ut effecta & cauſas inter ſe componi. Quis enim dixerit, afflictiones cauſas eſſe patientiæ? Quòd ſi ita non eſt, cur magis aſſerunt, patientiam, cauſam eſſe ſpei? Scriptura diſertiſſimè docet, illum qui in homine, aut in ulla creatura confidat, execrandum eſſe. Homo enim, de quo nobis aliquid promittimus, poteſt vel mori, vel ſententiam mutare, vel etiam impediri, ne bona fide præſtet quod promiſerat. Fidere autẽ vel propter merita, vel propter opera, eſt ſpem locare in homine. Quare hujuſmodi ſpes meritò pudefacit: illa verò quæ in Deo figitur, certa eſt, nec falli poteſt. Conãtur Sophiſtæ hãc ſententiam eludere ex duob. locis Pauli, altero ad Rom. altero ad Timoth. Locus ad Tim. ſic habet, Scio cui credidi, & certus ſum. Alter autem ad Romanos ſic: Certus ſum, quòd neque mors, neque vita, neque angeli, &c. Ex his locis putant ſententiam noſtram convelli, quòd opinentur hæc verba intelligenda eſſe, non in univerſum de omnibus credentibus, ſed tantùm de Paulo & aliis ſimilibus, qui de ſalute conſequenda peculiarem habuerint revelationem. Verùm illi hæc fruſtra conantur. Agitur enim in præſentia de natura & ingenio ſpei, ex qua evincitur omnes qui ea ſunt præditi, de ſalute ſua certos eſſe: ut omnino fatendum ſit, vel eos ſpem Chriſtianam non habere, qui de ſalute ſua dubitent: vel ſi ſpem habeant, eos omnino de ſalute certos eſſe. At dixerit aliquis: Quid ſi fuero indignus, ac propterea Deus nolit me donare ſummo præmio? Reſpondeo, hanc eſſe luctam conſcientiæ vincendam certa ſpe: Quod ut conſequatur, nitendum eſt verbo Dei. Cujuſmodi eſt illud, Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ultra quàm poſſitis, ſed faciet cum tentatione exitum: & ſimiles loci ſacræ Scripturæ, quibus Deus pollicetur ſe daturum perſeverantiam ſuis uſque ad finem. Utque breviter dicam, ſpes piorum, uni tantùm Dei bonitati, potentiæ & miſericordiæ innititur. Hoc Baſilius optimè intellexit in expoſitione Pſal. 33. cùm interpretatur illa verba, Sperantes in miſericordia ejus. Qui, inquit, non confidit in propriis ſuis factis, nec ſperat juſtificari ex operibus, ſolam ſalutis ſpem habet in miſeratione Dei: nempe ubi cogitaverit hæc ſecum, Ecce Deus, & merces ipſius.

Spem non pendere ex meritis.

2. Tim. 1. 12.
Rom. 8. 37.

Hic agitur de natura ſpei in univerſum.

Qui dubitat de ſalute, ſpem Chriſtianam non habet.

1. Cor. 10. 13.

Pſal. 33. 18.

45 Verùm Scholaſtici longè ſecus docuerunt. Nam Magiſter ſententiarum in tertio ita ſpem definit, Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex Dei gratia & ex meritis præcedentibus. Quæ definitio quàm ſit abſurda, præſertim quod ad poſteriorem partem attinet, ſatis patet in his, qui recens ad Chriſtum convertuntur, ex graviſſimis & turpiſſimis vitiis. Nam illi certè nullo modo habere poſſunt merita bona, cùm antea fuerint deſtituti charitate, ex qua ſtatuunt omnia noſtra merita pro-

A ficiſci. Certo tamen certius eſt, eos qui ad Chriſtum converſi ſunt, non poſſe carere ſpe. Imò Auguſtinus in Pſalmum de Profundis, hortatur lapſos, & eos qui verſantur in profundis malis, ne ſpem abjiciant, exemplo Latronis, & multorum aliorum. Percontabimur ergo ex quib. meritis in hujuſmodi hominibus ſpes conſtituatur. Solent reſpondere. Merita non ſemper ſpem præcedere, ſed rem ſperatam ſemper. Atque ita ſententiam ſuam explicant de hac re, ut B ſtatuant merita præcedere ſpem, vel reipſa vel certè cogitatione. Solent enim homines recens converſi dum concipiunt ſpem ſalutis, animo & cogitatione deſignare bona opera, quibus velint mereri præmium extremum. At quam poſſunt ſpem reipſa extantem iſta bona opera animo deſignata producere, quæ nondum extent? A cauſa enim quæ non ſit, effectum qui exiſtat non producitur. E diverſo potius ſtatuendum eſt, hanc ſcilicet ſanctam voluntatem ex fide ac ſpe oriri, quam ſpem aut fidem, ex illa tan- C quam ex cauſa proficiſci. Sed operæ pretium eſt videre, quomodo iſti ſeſe induant, quum ex una parte dicant, ſpem eſſe certam expectationem, ex altera tamen velint eſſe dogma firmiſſimum, neminem poſſe certum eſſe de ſalute ſua, niſi id fuerit ſingulariter revelatum à Deo. Hic ſentiunt ſe teneri, fatentúrque difficile eſſe videre, quænam ſit ea certitudo ſpei. Hic miſeri æſtuant, ſudant & multa comminiſcuntur. Primùm ſtatuunt, omnẽ ſpei certitudinem manare ex certitudine fidei, atque id quidem D rectè. Ideo enim certò ſperamus, quia fide certiſſimã Dei promiſſionem complectimur. Sed progrediũtur longius, & aiunt, nos fide generaliter & abſolutè credere, omnes electos & prædeſtinatos eſſe ſervandos: ſpem autem efficere, ut confidamus, nos eſſe ex electorum numero, quaſi ſpes habeat particularem cognitionem ſub fide, ut quod per fidem generaliter comprehenſum fuerit, id per ſpem nobis ſeorſim applicetur. Proinde aſſerunt, hanc certitudinem ſpei eſſe ex hypotheſi, ſi ſimus ex electis, & ſi uſque ad finem perſtiterimus. Conſtare autem voluit hoc ge- E nus certitudinis, ex veriſimilibus conjecturis. Poſtremò concludunt, minorem eſſe certitudinem ſpei, quàm fidei.

Qui convertuntur ad Chriſtum non carent ſpe, cùm tamen operibus & meritis deſtituantur.
Pſal. 130. 1.

Certitudo ſpei ex fidei certitudine.

46 Nos contrà parem facimus utriuſque certitudinem. Quantum enim habemus fidei, tantundem etiam habemus ſpei. Neque enim fides retinet ſibi aliquid certitudinis quod ad ſpem non tranſmittat. Figmentum eſt illud quod aſſerunt de applicatione, quo per ſpem nobis privatim accommodent ea, quæ F per fidem generaliter atque abſolutè credidimus. Nõ enim tantùm credimus Deum bonũ eſſe aut Patrem, aut authorẽ humanæ felicitatis: ſed etiã quivis pius ſecũ ſtatuit per fidem, Deum ſibi bonũ, ſibi Patrem, ſibi authorem felicitatis & eſſe & fore. Hinc eſt illa certitudo ſpei: hinc Paulus ſcribit, eam non poſſe confundere. Cúmque fides Deum reſpiciat ut veridicum, ſpes ut fidelem promptiſſimúmque ad reddenda promiſſa, ipſeque Deus non minus fidelis ſit in præſtando, quàm verax in promittendo: perſpicuè G conficitur, tantùm certitudinis habere ſpẽ, quantùm habet fides. Nec magis eos juvat, quod poſtremò argutantur: Spem videlicet habere certitudinem, quod ad objectum attinet, non quod ad ſubjectum. Cùm enim inquiunt, reſpiciat Dei clementiam, bonitatem, gratiam, potentiam, nihil per iſta ſtabit, quin unuſquiſque ſervetur: Itaque ex hac parte ponunt ſolidam certitudinem. At ſi ſubjectum conſideres, animum inquam & voluntatem ſperantis, quum illa ſit flexibilis, & nutet & mutetur, nunquam certa eſſe H poteſt, aut ſecura de ſalute. Verùm iſti mihi perinde facere videntur, atque illi quum civitatẽ in obſidione defendunt, alias portas omnes diligẽter claudunt & muniunt, unã tamen interim relinquunt apertam: per quã cùm hoſtes ingrediuntur, & omnia diripiunt, illi ſe intelligunt luſiſſe operã. Ita iſti valdè quidem laborãt, ne qua eſſe videatur incertitudo ex bonitate, potentia & clemẽtia Dei, aut merito Chriſti. Interim tamen noſtrã voluntatem mutationi ita obnoxiã eſſe ſtatuunt, ut perſeverantiam ſibi polliceri, ne ex Dei I quidẽ verbo poſſit aut debeat. Atq. ita certitudinem omnem prorſus tollunt, ut locum habere non poſſit Pauli dictũ, Spes non cõfundit, neq. certitudo quam conantur.

Par eſt certitudo ſpei & fidei.

Fides ea quæ credit, ei applicat in quo eſt.

Certitudo quoad objectum & ſubjectum.

Simile.

Digitized by Google

conantur ſtabilire, quicqam prodeſt. Equidem, ſi conſulamus ſacras literas, non tantum intelligemus, Deũ generaliter bonum eſſe & potentem, ſed etiam eum nobiſipſis eſſe bonum & propitium: ideóque confirmaturum noſtram voluntatem, ne unquam ab eo deficiat. Nam, ut paulò ante commemoravimus, Non patietur nos tentari ſupra id ꝙ poſſimus ſuſtinere, ſed faciet cum tentatione exitum. Et 1. ad Cor. c. 1. Confirmabit vos uſque ad finem inculpatos in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Fidelis enim Deus, per quẽ vocati eſtis. Sunt præterea alia permulta teſtimonia in ſacris literis, quę nobis pollicẽtur & perſeverãtiã, & confirmationem voluntatis per Chriſtum. Quamobrem certitudinem iſtam ſpei dicimus eſſe adhæſionem firmam in promiſſionibus nobis oblatis, & fide receptis, quòd ab extremo fine conſequendo non ſumus aberraturi.

1. Cor. 10. 13. — *1. Cor. 1. 8.* — *Ibid. 1. 9.* — *Divina teſtimonia pollicentur nobis perſeverantiam.* — *Quid ſit certitudo ſpei.*

47 Tantæ autem virtutis eſt hæc ſpes, ut teſte Auguſtino ad Dardanum, & in aliis permultis locis, ea quæ futura ſint, facta dicat: ut ipſe Auguſtinus pulchrè ex multis locis divi Pauli, maximè verò ad Romanos, ad Eph. ad Coloſſ. oſtendit. Nam ad Epheſios dicimur jam excitati à mortuis, jamque ad dextram Dei, unà cum Chriſto in cœleſtibus conſediſſe. Ad Coloſſ. Si conſurrexiſtis cum Chriſto, &c. Et alibi: Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Ad Romanos autem: Spe ſalvi facti ſumus. Oritur iſta certitudo maximè ex digna exiſtimatione, quam per fidem concipimus de conſtantia Dei, quam nulla noſtra indignitas poteſt dejicere, in quam ab hac fiducia nos abſtrahentem ſi reſpicimus, debemus contra ſpem in ſpem credere, & illa quantumvis reclamante confidere, nos per Chriſtum eſſe ſervandos: proponentes nobis patrem noſtrum Abrahamum, cujus veſtigiis per fidem nos oportet inhęrere. Ille ad promiſſionem de prole non habuit rationem ſuæ ætatis, aut effœtæ conjugis, ſed promittentem ſolum reſpexit, & illius potentiæ habuit rationem. Ideóq; ſecum firmiſſimè ſtatuit, futurum id eſſe quod Deus promiſit. Ita nos quamvis ſimus indigni & obſtent nobis ſordes & peccata, tamen ſervandos eſſe nos per Chriſtum nõ diffidamus, niſi velimus infidelitate laborare, quam Abrahamus maximè abhorruit. Non enim hæſitavit ἀπιστίᾳ, inquit Apoſtolus. Vnde prorſus tollitur adverſariorum incertitudo à piis animis. Propterea enim Deus, ut teſtis eſt Apoſtolus, voluit nos juſtificare ex fide, non autem ex operibus, ut certa & inconcuſſa maneret promiſſio. Atque id eſt verè dare gloriam Deo, quod Abrahamus fecit. Nihil enim obſtantibus maximis impedimentis indubitato ſperavit futurum, quod Deus eſſet pollicitus. Iobus etiam adeò nihili fecit hæc impedimenta, ut diceret, Etiamſi me occiderit, ſperabo in eum. Quibus verbis oſtendit piorum eſſe, quamvis à Deo ſeverius affligantur, & illi odio eſſe videri poſſint, tamen ſpem non abjicere. Quare hunc imitemur: etſi lapſus indignitáſque noſtra ſeſe nobis offerent, non tamen diffidamus. Deteſtemur interea vitia noſtra, eaque, quantum poſſumus, emendemus: propter illa tamẽ à ſpe ſalutis nullo modo dejiciamur. Nam, ſi cum promiſſiones Dei offeruntur, noſtram dignitatem ſpectare vellemus, ad deſperationem potius quàm ad ſpem ullam incitaremur. Nemo enim eſt cuius animus multis & gravibus peccatis non oneretur. Adhæc Paulus nos docet, pacem erga Deum per Chriſtum haberi, & per fidem quæ eſt erga illum: quæ certè vel prorſus nulla, vel admodum turbulenta eſſet, ſi perpetuò de illius erga nos voluntate dubitaremus. Nonne eum ſemper in precibus noſtris Patrem invocamus? At nullus filius, qui naturalem affectionem ſequatur, de ſui erga ſe voluntate patris dubitat. Quomodo ergo eum patrem appellamus, quem nobis hoſtem eſſe ſuſpicamur.

Spes quæ futura ſint dicit jam facta. — *Eph. 2. 5.* — *Col. 3. 1.* — *Rom. 8. 24.* — *Vnde oriatur certitudo ſpei.* — *Rom. 4. 20.* — *Rom. 4. 16.* — *Quid ſit gloriam dare Deo.* — *Iob. 13. 15.* — *Cum dubitatione de ſalute nulla eſt pax.* — *Rom. 5. 1.*

48 Poſſent multæ aliæ rationes hujus generis pro Spei certitudine afferri, Sed nunc oſtendam paucis, Patres quoque eandem certitudinem in ſuis ſcriptis ſtatuiſſe. Chryſoſtomus in illum locum ad Romanos ita ſcribit: Noli itaque, etiamſi non admodum dignus fueris, animum deſpondere, cùm habeas tam ingens patrocinium, videlicet judicis dilectionem, ſeu favorem. Et idem paulò poſt: Propterea ipſe Apoſtolus cùm dicit, Spes non confundit: non rectè factis noſtris, ſed dilectioni Dei rem omnem fert acceptam. Ambroſius quoque ait: Vt quia charos falli impoſſibile eſt, ſecuros nos faceret de promiſſione: quia & Deus eſt qui promiſit, & his quos charos habere vult promiſit. Auguſtinus in ſermone habito feria 2. in Rogationibus: Quare inquit, trepidat pulſando manus veſtra, & dormitat in mendicitate conſcientia veſtra? Ego ſum janua vitæ, non horreſco ſordidum pulſatorem. Idemque in Pſal. 41. Noli inquit, ſperare de te, ſed de Deo tuo: Nam ſi ſperas de te, anima tua conturbatur à te, quia nondum invenit unde ſit ſecura de te. His verbis indicat, ſecuritatem quam habemus, non ex nobiſipſis, ſed ex Deo proficiſci. Idem Pſal. 27. exponens verba Pauli ex 2. cap. ad Eph. Fuimus & nos natura filii iræ, ſicut cæteri. Quare dicit, Fuimus? Quia ſpe inquit, jam non ſumus, nam re adhuc ſumus. Sed illud melius dicimus, quod ſpe ſumus, qui certi ſumus de ſpe. Non enim incerta eſt ſpes noſtra, ut de illa dubitemus. Et Chryſoſtomus in 5. cap. ad Romanos ait, nos non minus oportere πληροφορεῖσθαι de his quæ accepturi ſumus, quã de his quæ jam recepimus. Cyprianus quoque in ſermone de Peſtilentia, cùm pios videret mortem obire trepidos, multis eos confirmat, ut de ſalute ſint ſecuri: & inter alia dicit, eos trepidare & horrere mortem, qui ſpe aut fide careant. Et Bernhardus de morte Chriſti, de ejus vulneribus & cruce, mirum in modum exultat. In ea petra ait ſe ſtare, neque caſurum ad ullos impetus. Multa etiam commemorat præclariſſima, de hac firma & conſtanti certitudine. Quare quæ attulimus de conſtantia & ſecuritate ſpei, non tantùm cum ſcripturis & certis rationibus, verumetiam cum Patrum ſententiis, conveniunt.

Patres certitudinem ſalutis docuerunt.

49 Nunc operæpretium erit ſpem definire, quò magis perſpicuè ejus certitudo cognoſcatur: Eſt ergo SPES, facultas à Spiritu Sancto afflata, qua certo & æquo animo expectamus, ut ſalus inchoata per Chriſtum, & per fidem percepta, in nobis aliquando perficiatur, non ex noſtris meritis, ſed ex miſericordia Dei. Primum à Spiritu ſancto dicitur inſtillari, quod à natura aut ab aſſiduis actionibus non oriatur. Fide poſterior eſt, etſi non tempore, tamen natura: quod intelligi poteſt ex Epiſt. ad Hebr. ubi ſcribitur fidem eſſe ὑπόστασιν rerum ſperandarum. Cùm enim res quas ſperamus, non ſint evidentes & claræ, ſed procul à nobis remotæ, niti debent fide, qua velut fulcro aut baſi quadam ſuſtineantur. Spem autem continere expectationem, diſertè docet Epiſt. Rom. Spes quæ videtur non eſt ſpes. Quod enim videt quis, quomodo ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, id per patientiam expectamus. Neque prætermittendum eſt, bonum illud quod ſpes reſpicit arduum eſſe atque difficile. Etenim naturaliter in animantibus, affectio ſpei penes partem animi craſſiorem, quam iraſcentem vocant, conſiſtit: qua erigitur animus, ut bonum ſibi propoſitum perſequatur, licet aliquid videatur obſtare. Incitatur enim hujuſmodi affectione ad ſuperandum quicquid impediat. Lupo eſurienti occurrit taurus, ille appetendi facultate cupit eam prædam. Sed eum videat gravem difficultatem imminere ſibi pugnæ atque certaminis, ab iraſcente animi vi incitatur per ſpem, audétque ſe mittere in diſcrimen & dimicare. Atque ita poſtremo, remoto omni obſtaculo, præda potitur. Sic Deus in animi noſtri parte nobiliori conſtituit ſpem, qua efficitur, ut cùm offertur nobis bonum ſummæ felicitatis, quod & arduum eſt & longe à nobis poſitum, non deterreamur, ſed audaciam habeamus & acceſſum ad Deum per fidem, ut Paulus ait. Et quatenus quidem hoc bonum in immenſum diſtat à Sanctis, fieri non poteſt, quin ſperando aliqua triſtitia afficiantur, & in ſeipſis doleant præſentem conditionem à felicitate adeò remotam. Verùm ex altera parte cùm certi redduntur ſe illum finem eſſe aſſequuturos, non poſſunt non affici incredibili gaudio. Atque ita facultas iſta ſpei, lætitiæ & doloris affectibus circumfunditur. Et aliquam quidem ejus triſtitiam Apoſtolus ſignificavit ad Romanos, eo loco quem jam citavimus, cùm ſcribit, Omnis creatura ingemiſcit, & ſimul nobiſcum parturit uſque ad hoc tempus: non ſolùm autem illa, ſed & nosipſi qui primitias ſpiritus accepimus, & nos in nobiſipſis gemimus adoptionem ex-

Definitio ſpei. — *Hebr. 11. 1.* — *Spes comprehendit expectationem.* — *Rom. 8. 24.* — *Spes eſt circa difficilia.* — *In parte nobiliori animi ſpes ponitur.* — *Eph. 3. 12.* — *In ſpe triſtitia cum lætitia conjungitur.* — *Rom. 8. 22.*

Digitized by Google

pectantes redemptionem corporis noſtri. Lætitiam
Rom.12.12.
autem cum eadem ſpe coniunctam eſſe, cap.12. eiuſ-
dem epiſtolæ docet: Spe inquiens gaudentes.

Expectationē aliæ virtutes habent à ſpe.

50 Quamvis autem fortitudo & longanimitas vi-
deantur expectationem animis noſtris adferre, eam
tamen virtutes illæ non habent, niſi à ſpe quam de-
ſcripſimus. Nec mirum videri debet, ſi virtus aliqua
ab alia virtute aliquid accipiat. Norint enim qui ſunt
in Ethicis paulùm exercitati, liberalitatem, tempe-
rantiam, & id genus alias virtutes, à prudentia plu-
rimum habere adiumenti. Eius enim beneficio, me-
diocritatem conſtitutam habent, quam ſequantur.
Diſcrimen fidei & ſpei. Cur data ſit ſpes.
Hoc diſcrimine maxime diſtinguitur ſpes à fide,
quod promiſſiones nobis oblatas à Deo, per fidem
admittimus atque complectimur: opera vero ſpei
patienter expectamus, ut illæ nobis aliquando red-
dantur. Neque alia de cauſa ſpes data eſt à Deo, ni-
ſi ut ne deſiſtamus à perſequutione ejus boni, quod
intelligimus noſtris actionibus non poſſe obtineri.
Neque enim ullo modo ſunt cum eo conferendæ.
Rom.8.18.
Nam, ut ait Apoſtolus, non ſunt condignæ paſſio-
nes huius temporis ad futuram gloriam quæ reve-
labitur in nobis. Siquidem qui ſpe præditi ſunt,
ſtatuunt ſecum, quod naturæ viribus & operibus
noſtris deeſt, id ex Dei miſericordia & Chriſti obe-
Ad certitudinē ſpei opera nonnihil faciunt.
dientia compenſatum iri. Quod ſi quis quærat, num
pura vita & ſancta opera poſſint aliquid conducere
ad ſpei certitudinem, id facilè dabimus, modò ſe-
ponatur meritorum nundinatio. Quippe opera no-
ſtra, ex ſeipſis, nihil prorſus habent unde ſpem pro-
ducant. Fidei tamen perſuaſio, ex illis ſumere poteſt
argumentum ad ſpem confirmandam, & ſic ratioci-
nari: iam Deus ex ſua mera liberalitate dedit mihi,
ut hoc aut illud opus præclarum fecerim, ut hoc
vel illud vitium ex animo depulerim: Quare adhuc
etiam maiora dabit, & quæ ad ſalutem ſuperſunt,
non denegabit. Si Sophiſtæ hoc dixiſſent, ferri po-
tuiſſent, neque enim alienum eſt ab Apoſtoli ratio-
ne. Nam ex his quæ Deus iam nobis conceſſit, nos
certo vult eſſe perſuaſos de illius erga nos perpetua
dilectione. Iſti verò & ſcripſerunt & docuerunt,
Spem ipſam ex meritis pendere, atque ita pendere,
vt ſperare ſine illis, præſumptionem eſſe dicant & te-
meritatem.

51 Cæterùm, videtur aliquid obiici poſſe ex Sa-
2.Ti.4.16.
cris literis, quod Pauli ſententiæ adverſetur, qua ait;
Spem non confundere. Nam ad Timoth. ſcribitur;
In priore mea defenſione nemo adfuit mihi: omnes
me deſeruerunt, ne illis imputetur. Sed Dominus
mihi adfuit, & ereptus fui ex ore leonis, & eripiet
me Dominus ex omni opere malo. Hîc Paulus ſpe-
An Paulus unquā ſit fruſtratus ſpe ſua? Phil.1.23.
ravit ſe evaſurum Neronis perſecutionem: ſed fal-
ſus eſt. Nam ſub eo occubuit. Idem ad Philip. cum
dixiſſet; ſe coartari ex his duobus, quod ex altera
parte deſideraret diſſolvi & eſſe cum Chriſto: ex al-
tera autem videret neceſſe eſſe ut maneret in carne
propter illos: addidit; Et certè ſcio, quod manſurus
ſim, & cum omnibus vobis permanſurus, in veſtrum
profectum & gaudium fidei. Hinc etiam rurſus ap-
paret, ſperaſſe Apoſtolum, ſe liberandum eſſe ex illa
captivitate, quod tamen non eſt ſequutum: Vnde
ſpes ea videri poteſt illum confudiſſe. Vt ad hæc reſ-
pondeamus, repetimus id quod ante dictum eſt,
Spem ſuam certitudinem à fide recipere: fidem au-
tem habere certitudinem ſuam ex verbo Dei. Qua-
Simplex eſt promiſſio de condonatione peccatorum & de vita æterna.
re conſentaneum eſt, utramque tam eſſe certam,
quàm ſunt promiſſa, quæ offeruntur. Deus autem
remiſſionem peccatorum, & vitam æternam promi-
ſit nobis ſimpliciter, iuſſitque ut ea ſine omni dubi-
tatione & crederemus & ſperaremus. In his ergo nec
De periculis huius vitæ, nō habemus promiſſionem abſolutam.
fides, nec ſpes poteſt fallere. Verùm de periculis &
aduerſis caſibus huius vitæ, non habemus promiſſio-
nem ſimplicem & abſolutam, ſed ut loquuntur, ſub
disjunctione. Pollicitus enim eſt Deus, ſe nos vel li-
beraturum, vel in ipſis periculis conſolaturum, ne
deficiamus, ſed illum conſtanter confiteamur: vel ſi
Cur Paulus quandoque ſit falſus ſpe ſua.
lapſi fuerimus, ut reſtituamur, & ad æternam vitam
pertingamus. Quare non oportet, ut certitudo ſpei
in altera tantum parte figatur. Quod ſi quandoque
homines ſancti faciunt, id ex affectione humana
naſcitur, non ex ſpe Chriſtiana: eoque mirum non
eſt, ſi interdum fallantur. Vt autem ad Paulum re-
A deamus, is ex magna quadam charitate ſperabat ſe
poſſe adhuc diutius manere cum Philip. & illos æ-
dificare. Quod cùm non haberet ex verbo Dei, faci-
lè contigit, ut falleretur. Summa verò Euangelicæ
pietatis eſt, ut certò ſtatuamus, Deum nos amare,
noſque tandem felices eſſe facturum. Quod ſi quan-
doque animi ſanctorum perturbantur, quaſi de pro-
miſſionibus Dei aut ſalute ſua dubitent, id non aut
fidei, aut ſpei vitio accidit: ſed quòd, dum hîc vivi-
B mus, non ſimus perfectè reformati. Itaque à carne
& humana prudentia hæc dubitatio naſcitur. Con-
ſentimus quidem cum adverſariis, hæſitationes
In ſanctis quędam hęſitationes de ſalute oriuntur.
quaſdam de ſalute suboriri etiam in ſanctis. Verum
in hoc ab illis diſcrepamus, quod illi id ſpei ipſi tri-
buunt: nos autem id humanæ tantum infirmitatis eſ-
ſe dicimus, idque indies eſſe corrigendum, ut ſe quiſ-
que intelligat tantùm fide ac ſpe profeciſſe, quantò
ſe conſtantiorem & firmiorem eſſe ſentiat. Quemad-
modum autem hæc mala non à fide aut ſpe, ſed à
C corruptione noſtra oriantur, appoſito ſimili declara-
vimus ante, ac modò repetemus. Nemo negare po-
teſt, ſcientias mathematicas eſſe certiſſimas. Itaque
qui eas abſolutè novit, audacter pronuntiat, & de il-
larum concluſionibus nihil hæſitat. At qui candida-
tus tantum eſt hujus facultatis, ſæpe vacillat, & hæ-
ret perplexus, quod eas ſcientias nondum perfectè
ſit aſſequutus. Ita nos non ex fide aut ſpe, ſed ex eo
quod non ſperamus aut credimus, quantum opus eſt,
ideo dubitationibus iactamur.

D 52 Sed dicet aliquis, Nobis fortaſſe ex eo impo-
Quomodo vera fides & ſpes à fictis diſcernuntur.
netur, quod loco veræ fidei aut ſpei, umbras tantum
earum habeamus. Non enim facile veram ſpem &
fidem à fucatis & fictis diſcernere poſſumus. Reſpon-
deo, hac inſtantia non auferri proprietates fidei aut
ſpei. Quamvis enim unus aut alter eas diſcernere
non poſſit, illæ tamen ſuo loco permanent. Quem-
admodum videmus fieri de liberalitate & prodigali-
tate. Permulti enim ſunt, qui eas à ſe mutuo diſtin-
guere non poſſunt: nec tamen propterea illarum no-
E tæ & conditiones tolluntur. Agit Paulus de ingenio
& proprietate ſpei. Quòd ſi poſtea inquiras, quem-
admodum iſtæ facultates à fictis diſcernantur, dici-
Spiritus non alia re, ſed ſeipſo cognoſcitur.
mus eas vi & numine Spiritus S. prodi; qui ſpiritus
in genere ſpiritualium rerum nullum habet aliud lu-
men ſeipſo clarius, quo illuſtretur. Quod in ſole ex-
terno videmus uſuvenire: Is enim non declaratur eſ-
ſe ſol: niſi ſua ipſius luce. Quamobrem Paulus
Rom.8.16.
ad Rom. appoſite dixit, Spiritus eſt qui teſtimonium
Noſtra etiam requiritur examinatio, ad fidem & ſpem probandam.
reddit ſpiritui noſtro, quod ſimus filii Dei. Sed præ-
F ter hanc Spiritus S. lucem, noſtra quoque requiritur
examinatio: de qua Paulus ita loquitur in 2. ad Cor.
Voſmetipſos probate, an ſitis in fide. In qua proba-
2.Cor.13.5.
tione diſtinguenda eſt ſpes. Alia enim eſt ſpes, quæ
ſemper coniunctam habet pœnitentiam, & ſtudium
emendatè vivendi: de quo genere Apoſtolus loqui-
Noſtra certitudo non aperit viam peccatis.
tur, cum eam ait non confundere. Habet enim per-
petuos comites, fidem & charitatem. Vnde cùm ejus
certitudinem docemus, non aperimus feneſtram vi-
tiis, ut adverſarii noſtri calumniantur, aut homines ad
G vitam ſolutiorem adhortamur. Neque enim ad iſta
Noſtra certitudo non eſt ſecuritas carnis.
ſpes vera nos incitat, ſed potius ut illa digne viuamus
impellit. Alia eſt ſpes, quam potius carnis ſecuritatem
dicere poſſumus: de qua Auguſt. ita rectè loquitur;
Ea freti ſperando pereunt. Illi autē ſunt qui dicunt,
Deus bonus eſt, & nos amat: Chriſtus pro ſalute no-
ſtra obiit: quocunque modo vixerimus, conſeque-
mur ſalutem. Ab iſta ſpe in primis cavendum eſt. ea e-
nim à pœnitentia, & à ſtudio bonæ vitæ remota eſt:
cúmque ſit eiuſmodi, fidem & charitatem à ſe procul
H ablegant. Hæc homines miſere fallit: quare de ea
Paulus non loquitur.

53 Nunc videndum supereſt, an hac vera ſpe, qua
ſancti nunc ornantur, ſpiritus beati in patria uti poſ-
ſint. Nam ex una parte ſcimus, eos expectare corpo-
rum reſurrectionem, & extremum iudicium, quæ il-
lis grata futura ſunt. Ideoque hactenus non viden-
tur prorſus remota eſſe à ſpe. Ex altera verò parte A-
1.Cor.13.8. & 13.
poſtolus deſcribit ad Corinthios fidem, ſpem, & cha-
An Chriſtus & ſancti adhuc ſpem habeāt?
ritatem: ſed ex his tribus ſolam charitatem dicit non
I excidere. Quibus verbis apertè docet, veræ ſpei lo-
cum non eſſe in patria. Quodque de Sanctis dixi-
mus, de Chriſto quoque poteſt vocari in dubium.

•.• Nam

Nam is quoque videtur ſperaſſe, ſeſe reſurrecturum, & naturam ſuam humanam in cœlum eſſe ſummovendam. Ad hæc reſpondeo, non oportere negari, & Chriſtum ſperaſſe, & animos beatorum adhuc aliquo modo ſperare. Talem autem negamus eſſe eam ſpem, qualis eſt noſtra, qua utimur in hac vita. Quoniam, ut antea docuimus ex Apoſtoli verbis, ſpes noſtra comites habet gemitum & triſtitiam quæ in æterna felicitate, qua beati fruuntur in cœlo, eſſe certè non poſſunt. Ad hæc noſtra ſpes nititur fide, quæ parit cognitionem imperfectam & obſcuram. Nam ut Paulus ait ad Corinthios, videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, & cognoſcimus ex parte. Sancti autem in cœlo perfectiſſimè, lucidiſſiméque cognoſcunt. Præterea cùm ſpes in primis reſpicit extremum ſummúmque bonum, in beatis, qui illud jam tenent & poſſident, poni ſpes talis qualis eſt noſtra, non debet. Vera enim & propria ſpes, in æterna felicitate non invenitur. Ea tantùm dum hic ſumus, data nobis eſt anchora. Ita enim appellat Epiſtola, quæ ſcribitur ad Hebræos, Dum enim fluctibus & tempeſtatibus hujus mundi perpellimur, niſi animus noſter firmetur & ſtabiliatur anchora ſpei, facilè navis noſtra in ſyrtes & ſcopulos illi detur.

Ibid. 3. 12.

Spes in hac vita eſt ut anchora. Heb. 6. 19.

54 Chryſoſtomus eam appellavit catenam auream è cœlo demiſſam, quam apprehendentes, in cœlum trahimur. Ideo curandum eſt, ut ea nobis magis magiſque confirmetur. Hoc autem maximè fiet, ſi expenderimus ſingularia Dei beneficia. Quæ cùm in ſacris literis luculentiſſimè contineantur, earum lectione, ſpes noſtra maximè roborabitur. Quod Paulus in Epiſt. ad Romanos clariſſimè docuit, cùm diceret: Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationē Scripturarū ſpem habeamus. Quod idem David etiā dicit; Sperant in te, qui noverunt nomen tuum. Cùm itaque Dei natura & nomen nullibi melius quàm in Sacris literis intelligatur, ſupereſt, ut illis in primis ſpem noſtram confirmemus. Quòd ſi diligenter fecerimus, animus noſter non conſternabitur, cùm Deus, ut ſæpe conſuevit, res noſtras uſque ad pudorem cadere permiſerit, quod in Chriſto Servatore noſtro videmus contigiſſe. Is enim ita à Deo prorſus derelictus fuit, ut in crucem ageretur, & inter duos latrones mortem ignominioſiſſimam oppeteret. David etiam eò redigebatur, ut non ſolum expulſus è regno Iſrael, vagaretur per deſerta: ſed etiam propè in manibus Saulis jam concluſus undique teneretur. Idem in aliis ſanctis perſæpe videmus accidiſſe, ut propè falſi judicarentur, & de ſpe ſua decidiſſe. Sed Spiritus Chriſti addit robur, ut homines in mediis calamitatibus poſſint exultare, & dicere; Hæc in nobis poteſtatem non habent, niſi ea deſuper conceſſa fuerit. Quàm ſententiam Chriſtus Pilato cùm ſuam potentiam jactaret, objecit. Pſal. etiam 42. nos pulchrè docuit, quemadmodum noſipſos debeamus conſolari, & ſpe bona animum erigere. Nam ita ſcribitur; Quare dejecta es, ô anima mea? Cur ita conſternaris? Spera in Deo, quoniam adhuc ei confitebor: Salus mea in vultu ejus. Neque alia de cauſa, Deus frequenter ſuos exſpoliat terrenis opibus, & auxiliis hujus mundi, quam ut colligat diſperſam eorum ſpem, neque eam ſinat niti multis auxiliis. Auxilia autem hæc varia & multiplicia non præcipuo & eodem firmiſſimo commutat, ut toti ab illo diſcamus pendere. Hoc diſcrimine firmæ ſpei, Chriſtiani ab Epicureis & Ethnicis multum differunt. Nam cùm gravis aliqua calamitas objicitur, illos audias vociferantes; Si quis Deus hæc curet: Si quis Deus hæc videat: ita Deum non invocant, ſed deſperabundi animum deſpondent. E diverſo verò, homines pii conſtantiſſimè ad Deum clamant, neque dubitant preces ſuas ad cœlum uſque pertingere: ſéque & omnia ſua Deo curæ eſſe.

Spes eſt uti catena.

Spes corroboratur beneficiorum cogitatione.

Rom. 15. 4.

Pſal. 9. 11.

Deus interdū ſuos videtur deſerere.

Matt. 27. 38.

1. Sam. 21. 14.

Mat. 19. 11.

Pſal. 42. 11.

Quare ſuos Deus externis auxiliis ſpoliet?

Ethnici ut ſpe deſtituantur?

SPES, Hebr. *Buthah, Biltach* & *Bittachon*, fiducia, ſpes, confidentia, Pſal. 65. 6. & 71. 5. Eſai. 30. 15. & 37. 4. à verbo *Batach*, confiſus eſt, fiduciam habuit, ſperavit fiducialiter. Cognationem habet cum *Nabhat*, aſpexit confidenter. Nam qui ſperant & confidunt ſe aliquid recepturos, datorem fixis oculis intuentur. Hinc [illegible], fido, confido. Spes igitur & fiducia reciprocantur. Eſt autem Spes animi motus aut affectus durabilis, quo aliqua bona expectamus. Differt autem bona piáque ſpes à fide. 1. fides prior eſt, ac velut mater ſpei. 2. fides propriè apprehendit Chriſtum, ad thronum gratiæ audacter accedit, ſoláque cum Deo agit, & nos cū ipſo reconciliat, ac omnino omnia bona impetrat. Spes autem bona illa promiſſa expectat, & deſiderare pergit. 3. fides propriè præſentia bona complectitur: ſpes futura præſtolatur, certò ventura. Ipſam fidem ſpes denotare videtur: ut 2. Reg. 18. 5. 2. Chr. 13. 18. Pſal. 7. 2. & 9. 11. Rom. 8. 24. Aliquando pro ſperatis bonis, per metonymiam ponitur: Eſai. 28. 15. 17. Spes ſi cernitur, non eſt ſpes: Rom. 8. 24. id eſt præſens bonum habetur, non ſperatur. Proverb. 13. 12. Spes protracta excruciatio cordis eſt: at lignum vitæ eſt res deſiderata, quoties contingit: i. eſt apprimè grata ac ſalutaris. Sic ſæpe ſpes impiorum & hypocritarum peritura dicitur. Iob. 8. 13. & 27. 8. & 40. 28. Prov. 24. 20. Ezech. 37. 11. Contrà piorum & afflictorum ſpes dicitur non peritura, Prov. 24. 14. Aliquando longius adhuc progreditur hic tropus in eum à quo ſperantur illa bona. Sic Deus dicitur ſpes pauperis, Pſalm. 14. 6. omnium finium terræ, Pſalm. 65. 6. Davidis, Pſalm. 141. 6. Homines potentes dicuntur aliorum ſpes: quoniam ab eis bona ſperantur: Eſai. 20. 5. 6.

Spes in Deum, & ſperantes in Deum, ſæpe ſynecdochicè pro tota pietate ponuntur: ſicut & credentes aut timentes, item invocantes: cujus ſignificationis innumera ſunt exempla. Spe ſalvamur, Rom. 8. 24. ac ſi diceret Apoſtolus, ſperata ſalute fruimur, quamvis non jam poſſeſſa, ſeu nobis præſenti. Vicinum huic eſt, quod Gal. 5. verſ. 5. ſcribit, Nos Spiritu ex fide ſpem juſtitiæ expectare. Act. 2. 26. ex Pſalm. 16. 9. Caro mea requieſcet in ſpe: id eſt, ſperando Reſurrectionem: Spes Iſraelis ſignificat ipſum expectatum aut ſperatum Meſſiam cum ſuis beneficiis. vide Act. 26. 6. 7. & 28. 20. Abrahamus præter ſpem in ſpe credidit ſe fore patrem multarum gentium. Præter ſpem ſignificat, contra naturam illius rei ſperandæ: ac ſi diceret Apoſtolus, In re deſperatâ ſperando credidit. Quomodo autem fuerit res deſperata contextus proximè ſequens exponit: nempe quia jamjam erat emortua vulva Saræ, & ipſe quoque Abrahamus præ ſenio effœtus erat. Quomodo item præter ſpem ſperando crediderit, declaratur ibidem: quia non dubitavit, ſed robuſtus fide factus gloriam omnipotentiæ ac veritatis Deo tribuit: quum omnes ſecundæ cauſę eum ad deſperationem ſolicitarent, omnemque ſpem procreationis ei auferrent. Experientia parit ſpem: ſpes autem non confundit: Rom. 5. verſ. 4. & 5. Oritur enim certè & confirmatur ſpes ex multis experimentis præſentiæ & benevolentiæ Divinæ in tot liberationibus toties támque evidenter manifeſtatæ. Cogitur enim vir pius inde colligere atque dicere, Quandoquidem Deus omnipotens adeò propitium ſe mihi præbuit & ubique auxilium dedit opportunum: haud dubiò in poſterum mihi præſens & propitius feret opem.

Deus Spei, ſicut & Conſolationis Deus, dicitur dupliciter: 1. quia facit nos ſperare promittendo, & per Spiritum ſuum in nobis excitando affectum aut virtutem ſpei. 2. offerendo ac dando res ipſas ſperatas, ſeu compotes nos ſpei vel ſperatarum rerum faciendo. Rom. 15. 13. Deus ſpei impleat vos omni gaudio & pace, in credendo, ut ſpe abundetis per virtutem Spiritus Sancti. Ipſa ſalus & gloria æterna ſubinde ſpes piorum, & beata ſpes nominatur: Eph. 2. 12. Col. 1. 5. Tit. 2. 13. Petrus ex 1. c. 3. v. 15. jubet nos paratos eſſe ad reddendam rationem de ea ſpe quæ in nobis eſt: id eſt, cur ac quomodo expectemus vitam & gloriam ęternam: nec non quàm firma teſtimonia aut fundamenta ejus ſpei habeamus. Spes ſynecdochicè totam religionem complectitur: Epheſ. 1. 18. Apoſtolus, 1. Theſ. 5. Spem vocat galeam ſalutis, aut ſalutarem: propterea quod ſicut galea, ipſum caput tuetur ac ſervat, ſic & ſpes ſervat ac retinet nos in vera pietate: quam ſi amitteremus, mox etiam à vera religione deficeremus & vita beata privaremur. Petrus, cap. 1. Epiſt. 1. verſ. 3. ſpem vivam vocat, bona

Digitized by Google

ſperata, quæ ſunt perpetuò viventia, virentia, atque duratura, &c. Vincti Spei, dicuntur pii ſpem liberationis habentes: Zachar. 9.12. Sperare, verbum, aliquando pro metuere uſurpatur, nota etiam Latinis catachreſi, apud Evangeliſtas Dominus dicitur venturus ea hora, qua hora famulus non ſperabat eum venturum. Sperare in Moſe Ioann. 5.45. Iudæi, qui ſtatuebant ſe per religionem à Moſe præſcriptam conſecuturos omnia bona divinitùs promiſſa, temporaria & æterna.

CAPVT IV.

DE IVSTIFICATIONE FIDEI.

In Geneſ. Cap. 15. verſ. 6.

Credidit Abram Deo, & reputatum illi ad juſtitiam.

In Epiſt. ad Romanos, Capit. 3. verſ. 20. 21. 22. 23. 24. ad finem uſque.

20 *Quia ex operibus legis non juſtificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.*

21 *Nunc autem ſine lege juſtitia Dei manifeſtata eſt: teſtificata à Lege & Prophetis.*

22 *Iuſtitia autem Dei per fidem IESV Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum. non enim eſt diſtinctio.*

23 *Omnes enim peccaverunt: & egent gloria Dei.*

24 *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem qua eſt in Chriſto IESV,*

25 *Quem propoſuit Deus propitiatorem, per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem juſtitiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum,*

26 *In ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem juſtitiæ ejus in hoc tempore: ut ſit ipſe juſtus & juſtificans eum qui eſt ex fide IESV Chriſti.*

27 *Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? factorum? Non: ſed per legem fidei.*

28 *Arbitramur enim juſtificari hominem per fidem ſine operibus legis.*

29 *An Iudæorum Deus tantùm? nónne & Gentium? Imò & Gentium.*

30 *Quoniam quidem unus eſt Deus, qui juſtificat circuncifionem ex fide, & præputium per fidem.*

31 *Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: ſed legem ſtatuimus.*

Et in Epiſtola prima ad Corinthios, Capite primo ſub finem.

30 *Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto IESV, qui factus eſt nobis ſapientia & juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio:*

31 *Vt quemadmodum ſcriptum eſt, Qui gloriatur, in Domino glorietur.*

Proponitur quæſtio.

NVNC erit operæpretium de juſtificatione, quæ ſcopus eſt & finis omnium quæ docet ad Romanos Paulus, tractare. Hæc quæſtio his verbis proponetur: Iuſtificentúrne homines operibus an fide? Sed ante omnia videndum eſt, ut voces propoſitæ quæſtionis excutiantur, & à juſtificatione auſpicabimur. *Tſadac* verbum eſt apud Hebræos, idem quod juſtus fuit, in prima conjugatione: at ſi ad tertiam fuerit tranſlatum, juſtitiam ſignificat in alterum tranſmitti: hæc enim vis eſt formæ illorum verborum, quam *Hiphil* appellant. Quemadmodum *Amad* ſignificat ſtare, ita *Heemid* ſignificat conſtituere, hoc eſt, ut aliquid conſiſtat efficere.

Significatio verbi juſtificandi.

Quare

Quare pro *Hitſdic*, erit Hebraice juſtificare, hoc eſt, aliquem juſtum facere: quod cùm à Deo fiat, id bifariam à Deo agi, ſcire oportet. Interdum enim reipſa in hominibus parit bona parte nativæ labis humanas facultates aſſerendo: atque hæc prima eſt juſtitia, quæ animis noſtris Dei beneficio per Chriſtum ineſt & adhæret. Deinde, cùm jam ipſos ſic reſtituit ac refinxit, opera largitur recta & ſancta, quorum uſu atque frequentia paritur in animo noſtro qualitas, vel ut dicunt habitus, quo propenſi efficimur ad probè ſanctéque vivendum, atque hoc genus juſtitiæ, in animis renatorum eſſe non inficiamur. Interdum verò juſtificat Deus abſolvendo à peccatis, adſcribendo & imputando juſtitiam. Atque tunc *Hitſdic* verbum eſt forenſe, quod ad judicia ſpectat, quemadmodum & *Hirſchiah*, quod eſt impium & nocentem declarare. Eſtque juſtificare judicio, verbis, teſtimonio & aſſertione, aliquem pro juſto habere. Cúmque ſint duo hæc ſignificata juſtificandi, ſcilicet aut re, aut exiſtimatione, ac utriuſque Deus idem ſit author: utrum ex duobus in diſputatione propoſita ſequemur? Poſterius, idque propterea quòd renovatio Dei ſpiritu afflata, & juſtitia noſtra quoad habitum ex bonis operibus acquiſitum, adeo ſunt, dum hîc vivimus, imperfecta & manca, ut per ea ſi diſceptandum ſit ad tribunal divinum, minimè poſſimus perſiſtere. Deinde Paulus de hac re diſputans, & Davidis authoritate ac hiſtoriæ Geneſeos de Abrahamo teſtimonio adducto, utitur imputandi verbo, & ex ejus propria ſignificatione, ad propoſitam cauſam ſeu quæſtionem argumentatur. Atque hæc quoad primæ vocis declarationem, videlicet juſtificationis, arbitror ſatis eſſe.

Bifariam Deus juſtificare dicitur.

De poſtrema forma juſtificandi, modo agimus.

Rom. 4. 5.

2 Nunc de fide agamus. *Aman* Hebræis, conjugatione prima, eſt firmum eſſe: quod idem verbum in tertia conjugatione, quæ dicitur, ut jam retuli, *Hiphil*, ſignificat conſtantiam & firmitatem cuipiam ſermoni aut rei tribuere. Vnde Latini dicunt, fidem homini aut verbis tribuere, atque idem ſignificant quod credere. Verbum itaque Hebraicum eſt *Heemin*, quod non aliud ſignificat, quàm firmum, conſtans & certum arbitrari. Et quod attinet ad Deum, qui ei non credit, illum facit mendacem. Ioannes enim inquit in Epiſtol. ſua priori, cap. 5. Qui non credit Deo, mendacem facit eum. Quod ut grave ſit peccatum, quilibet apud ſe cogitet. E diverſo autem qui Deo credit, illum gloria & decore afficit. Scribitur enim de Abrahamo in Epiſt. ad Rom. quod non hæſitavit dubitatione, attendendo ſuum effœtum corpus, aut pene mortuum ventrem Saræ, ſed gloriam Deo dedit fide roboratus, perſuaſúſque firmiter eſt, quod poſſit efficere quicquid voluerit. Proinde videtur eſſe quædam analogia ſeu proportio inter hoc verbum credere ac juſtificare, ut id in præſentia ſumimus: nam ut juſtificare eſt judicio ac exiſtimatione juſtitiam alicui tribuere, non autem reipſa efficere ut ſit juſtus: ita credere non eſt reipſa efficere ut ſermones & promiſſa cujuſpiam certa ſint & firma, ſed id putare atque apud ſe ſtatuere. Habet autem credendi actio, de qua modò agimus, firmitatem & certitudinem duplicem. Principio quidem à rebus ipſis, nempe divinis verbis atque promiſſionibus, quæ multò firmius cœlo ac terra manent: deinde quoad ipſam perſuaſionem, quæ cùm vi divina fiat, ipſa quoque firma eſt atque certiſſima, certæque perſuaſionis, id eſt, ut nunquam ſit nuda, ſed trahat ſecum ſemper multos ac varios animi motus. Docet enim experientia & quotidianus uſus, in rebus humanis, aliquem bene firmiterque perſuaſum promiſſionibus læta fiducia impleri, exhilarari, frontem exporrigere, exultare, geſtire, atque promittenti adniti ut ſe omnibus modis approbet. Et è diverſo cùm non credit perſuaſioni, ridet, negligit, contemnit, aut friget, ac contrahit frontem. Propterea nunquam ſit, ut qui verè credit, affectibus careat, qui perſuaſionem efficacem ſolent conſequi. Iure igitur à promiſſionibus purioribus Evangelii ſtatuitur, credere, cum actione ſeu motu fiduciæ, ſpei & ſimilibus affectibus maximam habere conjunctionem: ſed potiſſimum cum ſyncera firmáque fiducia, quam ſemper ſecum trahit. Quo factum eſt, ut videas in

Quid vocabulum fidei ſibi velit?

Analogia inter credere & juſtificare.

Duplex certitudo fidei.

1. Ioan. 5. 10.

Rom. 4. 20.

Certa perſuaſio non eſt nuda, trahit ſecum & alios animi motus.

Vera fidei cōjuncta eſt ſumma fiducia.

Promiſſiones in Scripturis tam fidei quā etiam fiduciæ tribuuntur.

A Sacris literis, tam fidei quàm fiduciæ, promiſſiones eſſe factas. Vt enim dicitur, Iuſtus ex fide vivit, &: Qui credit in illum, non confundetur: & in Novo Teſtam. Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Et, arbitramur hominem juſtificari ex fide: ita etiam ſcribitur in Pſalmo, Beati omnes qui confidunt in eo. Et in Eſaia. Servabit pacem, quoniam in eo ſperatum eſt. Rurſus in Novo: Spes non confundit. Atque ad Titum, Vt ſimus hæredes ſecundùm ſpem vitæ B æternæ: Quamvis in Veteri Teſtament. ſæpius deprehendantur promiſſiones fieri ſpei quàm fidei, at in Novo è diverſo: cujus ratio ea eſſe poteſt, quod antiquitùs Hebræi non errabant credulitate unius Dei, imò cultum ejus tantùm profitebantur: ſed hoc malè agebatur inter eos, quòd non habuerunt vivam fidem quæ ſecum traheret fiduciam, ſed tantùm ex educatione quandam conceperant ſeu opinionem, ſeu notitiam: ideo ad id Scriptura hortatur eos, ut verè crederent & efficaciter, quod exprimebatur ex C affectu nomine fiduciæ. At in Novo in ipſa errabatur ſententia, cùm à Gentibus (quæ idolorum ac multorum Numinum erant cultrices) tum à Iudæis quo ad Meſſiæ conditiones, illum ſiquidem expectabant regali pompa, & mundano imperio illuſtrem, unde fides incuſabatur, qua Dei conſequerentur promiſſiones: erat enim valde neceſſarium, ut de ſumma rei credendæ probè ſentirent.

Quare in Veteri Teſt. frequentius exprimatur ſpes & fiducia, in novo autem fides?

Heb. 2. 4.

Rom. 8 (?) 11.

Eſa 28. 16.

Ioan. 3. 36.

Rom. 3. 28.

Pſal. 2. 12.

Eſa 26 3.

Rom. 5. 5.

Tit. 3. 7.

3 Ab Hebraico autem verbo *Aman*, fit nomen D derivatum *Emuna*, quod eſt fides: & ſignificat interdum firmitatem conſtantiámque dictorum & promiſſorum. Vnde in Sacris literis Deus frequenter appellatur fidelis, ejúſque opera fidelia, quòd firma ſint & conſtanter permaneant. Et in Epiſt. ad Rom. habemus, Quid ſi quidam illorum non crediderunt? an illorum incredulitas fidem Dei abrogavit? Imo & fides nomine Latino, ſi Ciceroni credimus, inde dicitur, quod fiat quod dictum eſt. Interdum verò, demonſtrat noſtrum aſſenſum animi, quo dicta quæ proponuntur recipimus, ut de Abrahamo dicitur, E Credidit Deo, & imputatum illi eſt ad juſtitiam. Et cùm hoc modo nunc fidem intelligamus in iſta diſputatione, ab re non erit ut illam definiamus. Eſt itaque fides firmus certúſque animi aſſenſus, verbis Dei à Spiritu divino, afflatus ad ſalutem credentium. In animo igitur eſt, & circa verba Dei verſatur, unde illius habemus materiam. De forma etiam non ambigitur, quia definitur eſſe aſſenſus. Cauſa efficiens ponitur, Spiritus ſancti afflatus. Et finis poF ſtremo loco declaratur, cùm ad ſalutem credentium iſtum aſſenſum à Spiritu ſancto afflari dicimus. His propriè non ſunt abſimilia, quæ ad Hebræos capit. 11. de fide ſcribuntur, quæ ſpectant ad definitionem, videlicet, quod fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium. Vbi quod Latinus interpres ſubſtantiam vertit, Græcè habetur, ὑπόστασις quam vocem doctiſſimè Budæus in ſuis commentariis vertit audaciam, fortitudinem, ſeu animi præſentiam. Deducitur verò G à verbo ὑφίσταμαι, quod eſt ſuſtineo, excipio, non cedo irruenti: hinc miles ὑποστατικὸς, qui fidens eſt, atque adverſariis haud terga vertit, ſed it obviam & reſiſtit. Et quidem in credendo eſt opus hac fortitudine & tolerantia, propter gravem luctam quam ibi experimur. Eſt enim carni reſiſtendum, vincenda ratio, quæ plurimum reclamat. Eſt etiam reſiſtendum noſtræ conſcientiæ, peccato & iræ Dei: multáque præterea ſunt, à quibus aſſenſus fidelis & impeditur & oppugnatur. Quàm pulH cherrimè verò inter ſe comparantur hæc ὑπόστασις, & ea quæ ſperantur: nam pollicetur Deus reſurrectionem, ſed mortuis: pollicetur æternam vitam, ſed putreſcentibus: prædicat beatos, ſed eos qui abundè ſitiunt, eſuriunt, & undique premuntur: juſtificatos pronunciat, ſed peccatis & ſordibus coopertos. Quocirca cùm hæc à nobis tam procul eſſe videantur, neceſſaria eſt audacia, fortitudo & præſentia firmiſſimi aſſenſus, qui faciat hæc ſubſiſtere, atque nobis ut perſuaſiſſima conſtare. Hujuſmodi clyI peo [illegible] nos oportet eſſe armatos; quò poſſimus omnia tela diaboli ignita excepta extinguere, quo etiam mundum ipſum vincemus. Nam

Fides ſignificat firmitatem.

1 Cor. 1. 9. & 10. 13.

1. Cor. 12. 8.

1. Theſſ. 5. 24.

Pſa. 11. 7.

Rom. 3 3.

Gen. 15. 6.

Quomodo in hac diſputatione fides accipiatur?

Definitio fidei.

Definitio fidei quæ habetur ad Heb. 11. declaratur.

Quid hypoſtaſis?

Fortitudine opus eſt in credendo.

Eph. 6. 16.

1. Ioan. 5. 4.

1. Ioan. 5. 4.

teſte Ioanne, Hæc eſt victoria quæ vincit mundum A fides noſtra. Notandum præterea vocem illam, argumentum, quæ Græcè ſcribitur ἔλεγχος, à nonnullis demonſtrationem verti, quod ſcilicet per fidem indicentur & oſtendantur quæ non apparent: verum mihi videtur Auguſtinus (tametſi forte parum Latine) fideliter tamen vertiſſe, Convictionem. Convincitur enim fide mens noſtra, ut aſſentiatur iis quæ Deus vel dicit vel pollicetur.

4 Hoſtienſis autem de ſumma Trinitate & Fide B Catholica, duabus rationibus nititur oſtendere, Fidem, his verbis Apoſtoli haud definiri, quod illa ὑπόστασις vel ſubſtantia, ſpei etiam conveniat. Cùm itaque haudquaquam ſit fidei propria, ad eam definiendam adhibere non poſſe: deinde quod fides non ſpectet tantùm futura, & ea quæ ſperantur, ſed etiam ad præterita referatur. Creditur enim Deum creaſſe cœlum & terram, Chriſtum eſſe natum ex Virgine, pro nobis paſſum, & à mortuis excitatum: ad hæc omnia præterierunt, nec ut rurſus futura ſint, ſperan- C tur. Duæ iſtæ Hoſtienſis rationes admodum ſunt infirmæ, nec probant illa verba ad Hebræos, ad definitionem fidei non poſſe facere. Conceſſero ſanè Apoſtolum, ſeu alium quiſquis Epiſtolę habeatur author, non ibi habuiſſe in animo ut definiret fidem, quia de patientia tum potiſſimum agebatur, volueratque oſtendere illam fidei maxime eſſe conjunctam, quod fides ſit ὑπόστασις, &c. Sed hac ejus ratione, attinguntur omnia quæ fidei naturam explicant. Atque ad primam objectionem dicimus, ſpei quidem attri- D buendum eſſe ὑπόστασιν, ſed quam à fide traxerit, non quam ex ſeipſa habeat. Neque novum videri debet, ſi ea quæ ſunt diverſæ naturæ, in definitionibus, aliquid habeant commune: nam leo, canis & homo, cùm naturâ plurimum diſſent, conveniunt tamen in eo, quod ſunt animalia: ideóque in definitionibus eorum, ponitur aliquid quod ſit omnibus commune, cum & corpora ſint & animata, ſenſibúſque prædita. Mirum itaque videri non debet, ſi fides & ſpes conveniant in illa ὑποστάσει, quandoquidem aliis diffe- E rentiis diſtinguuntur. Nam in fide ὑπόστασις refertur ad aſſenſum, in ſpe verò ad expectationem quam ſuſtinemus æquo animo, quoad reddantur promiſſa & fide percepta. Ad alteram rationem reſpondemus, Paulum præter ea etiam quæ fide nobis conſtant non tacuiſſe: quia non ſolùm dicit ſubſtantiam eſſe ſperandarum rerum, ſed addidit argumentum ſeu convictionem non apparentium. Iam illa etiam quæ præterierunt, non apparent: complectitur enim hac voce Paulus vel alius quiſpiam, quicquid creditur non e- F videns, ſive illud præterierit, ſive futurum ſit, aut nunc exiſtat. Sed quæras fortaſſis, cur primo loco eorum quæ ſperantur meminerit? Rectè id factum reſpondetur, quòd meritò prius ponantur, quæ difficiliora ſunt creditu. Nam reperies fortè, qui non difficulter dabunt omnia eſſe à Deo producta, Chriſtum Dei filium veniſſe in mundum, natum ex Virgine, & hujuſmodi: atqui de remiſſione peccatorum ſuorum, de futura carnis reſurrectione, & æterna gloria juſtis reddenda, haud parum hæſitant: rectè ergo & ordine po- G ſita ſunt, quæ in Epiſtola ad Hebræos leguntur.

An in eo loco ad Hebræos definitur fides?

Spei etiam tribuitur ὑπόστασις.

Naturę diverſæ aliquid habent commune in ſuis definitionibus.

ὑπόστασις quid in fide, quidve in ſpe reſpiciat?

Fides miraculorum.

Fides etiam præterita reſpicit, & præſentia, modò ſint occulta.

Eſa 26. 1.

5 Quod verò ſit fidei ingenium, Eſaias Propheta appoſite expreſſit, cap. 26. quo in loco deſcribitur Eccleſia quaſi civitas à Deo extructa. Clamat Propheta, Aperite portas, & intrabit gens juſta. Et ejus juſtitiæ cauſam ſubjicit, *Schomer emunim*, ſervans aut cuſtodiens fidem: ubi vides ex fide credentes juſtificari. Deinde addit quanam in re conſiſtat fides hujuſmodi, qua Dei populus eſt juſtus, quia ſcilicet *Ietſer ſamus thitſor ſchalom*, affectu firmo ſervabis pacem. Hæc H eſt vera fides, qua juſtificamur, nempe quod credamus Deum fore nobis pacis & fœlicitatis authorem, ſuæque promiſſionis fidelem cuſtodem. Auguſtinus vero in Ioannem, Tract. 40. ait, Quid eſt fides, niſi credere quod non vides? Quod idem ſcripſit de verbis Apoſtoli, Sermon. 27. At de Spiritu & Litera, cap 31. habet, Credere, non eſt niſi conſentire, verum eſſe quod dicitur. Magiſter Sententiarum in 3. diſt. 23. dicit, fidem interdum eſſe id, quod credimus. In Symbolo enim Athanaſii, dicitur, Hæc eſt autem fi- I des Catholica, ut credamus, &c. Interdû verò eſſe id, quo credimus, & hoc poſteriori modo, fidem nos intelligimus in hac diſputatione. Diſtinguit item fidem vivam à mortua: quæ diſtinctio placet, quia fidei mortuæ meminit Iacobus. Sed ſciendum, fidem mortuam nomine tantùm eſſe fidem, neque magis eſſe fidem, quàm mortuus homo ſit homo. Vt enim mortuus homo dicitur homo cùm non ſit, ita mortua quæ dicitur fides, naturam fidei non habet. Eſt & aliud fidei genus, quod ad miracula edenda facit, atque diſtinguitur à juſtificante, éſtque tam piis quàm impiis communis. Hujus meminit Paulus in priore ad Corinth. cùm diceret, Alii datum ſermonem ſapientiæ, alii ſcientiæ, alii ſubjicit fidem eſſe conceſſam: non autem conſentaneum eſt, in illo albo donorum ſeu chariſmatum poni fidem aliam, quàm radicem miraculorum, præſertim cùm ſtatim addantur ſanationes & δυνάμεις. Hujuſque generis fidei cum Chryſoſtomus, tum Theophylactus meminerunt in eadem Epiſtola priore ad Corinth. cùm 13. capit. dicitur, Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam. Impiis autem hoc genus fidei quandoque concedi id teſtatur, quòd ab illis & prophetias & miracula edi conſtet. Vnde Chriſtus illis dicit, Non novi vòs, quamvis pleno jactent ore: Nónne in nomine tuo prophetavimus, dæmonia ejecimus? Secernenda quoque eſt fides temporaria, cujus fecit Dominus mentionem in parabola ſeminis, quod in agrum jacitur: non enim totum cadit in terram bonam, ſed pars ejus in petroſa, cúmque fuerit natum ſatis feliciter, illos indicat qui verbum Dei læto atque gaudenti animo percipiunt: at cùm æſtus fervórque perſecutionis incaluerit, à propoſito excidunt, ideóque vocantur, πρόσκαιροι, id eſt, temporarii. Omnibus igitur ſignificationibus his abjectis, in hac diſceptatione fidem intelligimus, firmum illum aſſenſum qui tantarum ſit virium ac efficaciæ, ut ſecum trahat effectum fiduciæ, ſpei, charitatis, & omnia tandem bona opera, ut præſentis vitæ infirmitas patitur.

Auguſtini dicta de fide.

Symbolum Athanaſii.

Diſtinctio fidei.

Iac. 2. 20.

Fides viva & mortua.

Fides mortua reipſa non eſt fides.

1. Cor. 12. 8.

1. Cor. 13. 2.

Mat. 7. 22.

Fides temporaria.

Mat. 13. 21.

6 Idcirco Smitthæus, qui librum contra me ſcripſit de Iuſtificatione (quamvis in Lutherum antea illum ediderat, & in ipſum Melanchthonem, atque omnes alios dicat, meíque raiò admodum faciat mentionem) in eo vehementer eſt hallucinatus, qui reprehendendos acriter eos judicet, qui fidem dicant eſſe fiduciam. Adducítque locum ex Epiſt. ad Epheſ. cap. 3. ubi ſcribitur, Per quem ſcilicet Chriſtum Ieſum habemus παῤῥησίαν, hoc eſt, loquendi audaciam, & προσαγωγὴν, id eſt, acceſſum, ἐν πεποιθήσει, id eſt, in fiducia quæ eſt per fidem. Cùm igitur fiducia inquit, ſit per fidem, non eſt fides. O elegantem hominem, & acutum Theologum: qui has duas res, nempe fidem atque fiduciam ſolus viderit duas res eſſe diſtinctas: quid aliud fermè ſibi vult Philippus, aliique noſtri fideles doctores, cùm fidem qua juſtificamur, appellant fiduciam, niſi eam non eſſe mortuam, non ignavam, non humanam perſuaſionem, ſed tam vehementem aſſenſum, ut ipſam fiduciam habeat quàm intimam & conjunctiſſimam? Verùm cum homine iſto non libet multis luctari, omnia quæ effutit, ſolùm ex Ecciis, Pighiis, cæteriſque pecudibus Antichriſti Romani corradit, & quaſi ſua venditat. Fides quæ fiduciam non trahit ſecum cæteróſque ſanctos animi motus, homines adigit in deſperationem, tantùm abeſt ut juſtificet, quod & Caini & Iudæ teſtantur exitus calamitoſi. Quæ verò firma eſt fides, perpetuò fidit, imo noſtras in Eccleſia obſignat preces vulgata illa & recepta inter fideles voce, Amen. Quod à voce Hebraica, quam ſuperius retuli *Aman*, eſt derivatum: utque David Chimhi teſtatur, ſignificat ratum, firmum erit, ſic à Domino fiet: qui abſque hujuſmodi fide orant, operam ludunt. In hac ſanè fide acquieſcunt homines, tranquillitate ac pace ineffabili, ſúntque inſtar illius qui ampliſſimum theſaurum & pretioſam margaritam invenit, in quo ſic acquieſcit, ut omnia ſua diſtrahat, quo illud emere ſibi valeat. Hinc eſt quod Eſaias capit. 7. dicebat Achazo regi parum pio, illum hortando ad veram fidem, *Hiſſchamer Vehaſchket*, id eſt, cave, & acquieſce: volebat porrò Vates, ut Rex caveret ſibi ab incredulitate, ac verbo Domini acquieſceret, quod eſt fidei proprium ac genuinum: quemadmodum è diverſo, eſt infidelitatis nutare ac inconſtanter agere. Nam qui non credunt, omni doctrinæ atque opi-

Smitthæus Anglus impudens Sophiſta.

Eph. 3. 12.

Fides mortua non juſtificat, ſed in deſperationem adigit.

Aman vox obſignat preces.

Qui abſque fide orant, operam ludunt.

Eſa. 7. 4.

Simile.

Quid fidei proprium.

atque opinionum vento agitantur, & ſemper effluunt ac pendent animo. Vnde in Ioſue capit. 7. populus arguitur, quòd ejus cor, ut aqua diffluxerit, idque ſanè tantùm factum eſt ob incredulitatem.

Ioſ.7.5.

Diſtinctio operum.

7 Ex his cùm jam appareat quid per fidem intelligamus, quámque ſignificationem hujus vocis ex multis in iſta quæſtione amplectamur, de operibus aliquid eſt dicendum. Quoddam eſt opus, quod poſt actionem motúmque foris extat & confectum apparet, ut ſtatua Phidiæ opus dicitur, & Hieroſolymis templum dictum eſt Solomonis opus. Aliter autem opera dicuntur actiones ipſæ hominum, & eorum voluntarii atque rationabiles motus. Atque hoc modo nunc accipimus opera, quæ item modis variis adhuc inter ſeſe diſtinguuntur. Alia enim ſunt interiora, ut credere, amare, timere, miſereri: alia externa, peregrinari, eleemoſynas dare, concionari, docere & ſimilia. De utroque autem operum genere, quæſtio noſtra intelligitur: ſecant etiam opera in illa quæ pertinent ad ceremonias, & quæ, ut inquiunt, ſunt moralia, nóſque utrumque ſimiliter genus complectimur. Adhæc tempus quo eduntur opera, eſt diſtinguendum: nam quædam fiunt antequam juſtificemus, ſimúlque beneficium regenerationis ſimus conſequuti: alia verò ſequuntur habentúrque ut fructus novæ vitæ atque juſtitiæ inchoatæ. Cúmque non poſſimus agere de his poſterioribus, ut quæ ſequantur juſtificationem, tantùm de prioribus loquemur: id enim ſolùm vocatur in controverſiam, an opera nos juſtificent, etenim quæ ſequuntur juſtificationem, illam parere nequeunt, cùm jam habeatur.

Opera interna & externa.

Opera moralia & ceremonialia.

Opera vel præcedunt, vel ſequuntur juſtificationem.

Tribus propoſitionibus cōprehenditur quæſtio.

8 His hypotheſibus ita conſtitutis, propoſitionibus tribus totam hanc quæſtionem diſſolvemus. Hæ autem ſunt, Iuſtificatio non eſt ex operibus, Iuſtificatio per fidem habetur, Iuſtificatio datur ſola fide. Hæc tria ſi rationibus ex divinis oraculis acceptis confirmemus, & ab oppoſitionibus cavilliſque adverſariorum defendamus, nos arbitrabimur ſatisfeciſſe: adſit Deus, faxitque, ut ad vota ſuccedat quod optamus. Quòd ad primam propoſitionem, cùm aſſerimus operibus homines non juſtificari, nequaquam id intelligendum eſt, evenire bonorum operum vitio: nam illa ſi à nobis præſtarentur, ut Lex imperat, illis juſtificaremur. Deus enim cùm ſit juſtus, ut nocentes non abſolvit, ita ſatisfacientes Legi juſtificaret ſua ſententia: ſed nullus eſt qui poſſit ad amuſſim opera habere cujuſmodi Lex jubet. Vt ſi quis debitor eſſet mille coronatorum aureorum, & ſolum reddere poſſit mille plumbeos, aut æreos nummos, certè à debito non liberaretur, neque pronunciari poſſet abſolutus: quòd non fieret vitio aureorum coronatorum, ſed ſuæ malæ monetæ, & quòd aurea careat: ſic nos dicimus Legem quidem ſpiritualem eſſe, & juſtam & ſanctam, & qui faceret omnia quæ præcipit, ut eis viveret. Eſt enim propoſita nobis ut vita, ſed cùm nemo noſtrûm eam, ut à Deo lata eſt, aut faciat aut facere poſſit, ex opere non juſtificamur. Quinetiam ſi fides ipſa quà noſtrûm opus eſt conſideretur, eâ juſtificari non poſſumus, cùm opus ſit & mancum & imperfectum, longè deterius quàm Lex requirat. Sed illa juſtificari dicimur, quia promiſſiones Dei & Chriſti juſtitiam meritáque per ipſam apprehendimus, & nobis applicamus. Fingas tibi mendici hominis fœdiſſimam & leproſam manum, qua capiat eleemoſynam ab offerente: certè mendicus ille à fœditate ſeu lepra ſuæ manus haudquaquam juvatur, ſed eleemoſyna, quam manu qualicunque accipit. Nemo vera pietate præditus, non poteſt non graviter deplorare, quando à multis qui Chriſtiani dicuntur, ignorari video, an opera juſtificent. Cùm hoc dogma caput ſit, fons & columen totius pietatis, propterea oporteret de illo omnium maximè conſtare. Verùm hodie non ſolùm vocatur in controverſiam, ſed multi ab aliis diſſentiunt, & à vera doctrina pernicioſè aberrant. Atque ſi quiritando profici quippiam poſſe animadverterem, multis de hac indignitate conquererer: cæterùm quando ſic eſt, quin ita ſe habeat efficere non poſſumus, tantùm id providere curabo, ut in illas opiniones non incidamus, quæ Dei gloriam

Si bona opera non juſtificāt, id non fit eorum vitio.

Simile.

Fides quà opus eſt, non juſtificat.

Dogma juſtificationis, caput eſt pietatis.

A imminuant, literis Divinis repugnent, & noſtram conſcientiam lædant. Expectabunt fortè aliqui, ut cum primis maledictis, calumniis & convitiis reſpondeam, quibus adverſarii quo ad hoc negotium nos importunè ac tragicè proſcindunt: at non ita inſanio, ut hæc anteferenda cenſeam veritati exponendæ ac defendendæ. Ad rem igitur primum omnium deſcendam, deinde ſententia noſtra confirmata, illa deligam, quæ objiciuntur minus indigna, & B pro viribus à Deo conceſſis diluam. Vt autem liqueat, non juſtificari homines ex operibus, quod primo loco propoſuimus rationum Pauli ſeriem, ex Epiſtola ad Romanos ordine juſto referam, quò facilè intelligatur, ut ego cum illo faciam, neque ab ejus doctrina quicquam diſcedam.

Rom.1.18.&c.

Prima ratio pro prima propoſitione.

9 Primo cap. cœpit Gentes arguere, quòd ante Chriſti notitiam, licèt per ſuam philoſophiam verum Deum noviſſent, illum tamen quemadmodum decuerat, non coluerint, neque illi tanquam C bonorum omnium authori gratias egerint: ſed infatuati fruſtrati ſunt ſuis rationibus & cogitatis, mutaverunt gloriam Dei, & tranſtulerunt illam ab eo, & non tantùm imaginibus hominum, ſed volucribus, quadrupedibus & ſerpentibus attribuerunt. Vnde illos Deus affectionibus & deſideriis cordium eorum tradidit: quamobrem fœdiſſimè vixerunt, & facti ſunt, ut ibi ſcribitur, pleni iniquitate, malitia, ſcortatione, avaritia, &c. Quòd ſi tales fuerunt, ac vixerunt, certè non poterant ex ſuis operi- D bus juſtificari, neque Pauli ratio adverſus Gentes efficeret, ut illis neceſſarium eſſe demonſtraret Chriſti religionem ſuſcipere, ut juſtificarentur, niſi tales fuiſſe in univerſum docuiſſet, quales primo illo cap. depinxit. Quis enim rationem efficacem exiſtimet, quæ ſolùm de aliquibus vera eſſe appareat, & non de omnibus? In capite autem ſecundo, fermè ſcribit eadem de Iudæis, Ecce tu Iudæus cognominaris, requieſcis in Lege, gloriaris in Deo, agnoſcis voluntatem, probas utilia, inſtructus per E Legem jactas te ducem cæcorum, lumen eorum qui ſunt in tenebris, eruditorem inſipientium, inſtitutorem infantium, ut qui habeas doctrinæ formam ex Lege: qui ergo alium doces, teipſum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? non mœchandum, mœcharis? qui abominaris idola, ſacrilegium facis? Quique gloriaris in Lege, per tranſgreſſionem Legis Deum inhonoras? nomen enim Dei, ſicut ſcriptum eſt, per vos blaſphematur inter Gentes. Iudæi ergo tales fuerunt ſine Chriſto: quare nullo pa- F cto ex ſuis operibus, valuerunt juſtificari, vel Paulo reſpondere potuerunt, ſe injuſtè tam graviter accuſari.

2 Rom.2.17.

10 Sed quales homines ante Chriſti fidem ſuſceptam ſint, apertius cap.3. demonſtratur: ibi enim legimus: Non eſt juſtus quiſquam, non eſt intelligens aut requirens Deum: omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, venenum G aſpidum ſub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem, contritio & infœlicitas in viis eorum, viam pacis non cognoverunt, non eſt timor Dei ante oculos eorum, &c. Teſtimonia hæc ex variis locis Sacræ Scripturæ conſarcinavit Paulus, quibus ingenium humanum, Dei gratia deſtitutum, ſuis coloribus deſcribitur. Et ne quis diceret, Gentes idololatræ ac vitioſæ verbis his notantur, quod facile erat videre, demonſtrat Apoſtolus ad Iudæos H quoque hæc extendi, qui ſibi præ cæteris videbantur ſancti: ſubditque; Scimus autem quòd quæcunque Lex loquitur, his qui ſunt ſub Lege loquitur. Et ne ambigas voluiſſe eum rationem univerſalem afferre; adjecit, Quia ex operibus Legis, non juſtificabitur omnis caro. Atque per carnem intelligit hominem adhuc non regeneratum. Scio fuiſſe aliquos qui per carnem interpretati ſint has animi partes inferiores, quæ craſſæ ſunt, & ſordidioribus cupiditatibus implicantur. Sed hunc in- I tellectum Paulus excludit, cùm inquit, Ex operibus Legis, id eſt, à Deo in Lege mandatis, quas à ratione proficiſci oportet, non à virib. animæ inferioris.

3 Rom.3.10.

Ibid verſ.19. & verſ.20.

Digitized by Google

Legem: quòd ſi mortuus fuerit vir, liberata eſt à Le-
ge viri, proinde vivente viro adultera vocabitur, ſi
ſeſe jũxerit alteri viro: ſin autem mortuus fuerit vir,
libera eſt à jure viri, ut non ſit adultera ſi juncta fue-
rit alteri viro. Itaque fratres mei, vos quoque mortui
eſtis Legi per corpus Chriſti, ut jungeremini alteri,
nimirùm ei qui ex mortuis ſurrexit, ut fructificemus
Deo. Ratione hac vult oſtendere Paulus, nos ante fi-
dem in Chriſtum copulatos fuiſſe tanquam viris
Legi, & carni, ex qua conjunctione fructus non po-
tuerunt provenire, niſi lethales & mortiferi. Sed jam
nunc liberati Dei gratia Chriſto per ſpiritum copu-
Rom. 7. 5. lamur, Chriſto inquam, excitato à mortuis, ex qua
conjunctione jam Deo fructificabimus, non am-
plius morti & damnationi. Atque idem dicit, ſeu
potius explicat ubi ſubdit: quum enim eſſemus in
carne, affectus peccatorum, qui ſunt per Legem, vi-
gebant in membris noſtris ad fructificandum morti.
Hic notabis nos quandiu fuimus in carne, fuiſſe
ſubjectos pravis affectibus, qui per Legem vigebant
in membris noſtris: quomodo igitur noſtris operi-
18 bus juſtificari potuimus? Præterea in eodem capite
Rom. 7. 15. habetur, Quod enim ago, non probo. Non enim
quod volo hoc facio, ſed quod odi hoc ago, Si verò
quod non volo facio, jam non ego operor illud,
ſed quod habitat in me peccatum. Novi enim quod
non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum.
Hic, ut liquet, de humanis operibus agitur, & quam-
vis iſta interpretando probaverim efficaciter, acci-
pienda ea eſſe de operibus quæ ſunt à ſanctis qui
juſtificationem ſunt aſſequuti: attamen nunc libe-
rum facio adverſariis ut utram voluerint partem ac-
cipiant: & ſi dederint hæc intelligi oportere de o-
peribus ante juſtificationem, quum nec probentur,
nec bonæ ſint, quomodo merebuntur juſtitiam?
etenim appellantur malæ: at actione mala nemo
juſtificatur. Sin verò ſumamus opera, quæ hic de-
ſcribuntur eſſe juſtificatorum, argumentabor à
majori. Si ea opera quæ magis videntur Deo eſſe
grata & juſta & ſancta, dicuntur mala, & judicio
reſtitutæ rationis non probantur: quomodo quæ
fiunt à peccatoribus talia ponentur, ut valeant ju-
ſtificare?

19 13 Et ne quis dixerit, nos tantùm argumentari,
de eo quod fiat ignavia hominum, quum diſputetur
de eo, quod fieri poſſet, ſi homines adniti velint:
multi enim ſuis bonis operibus non juſtificantur:
cùm illis attamen ſi vellent juſtificari poſſent. His
Rom. 8. 3. reſpondemus per Apoſtolum in cap. 8. qui ait, Ete-
nim quod Lex præſtare non poterat, qua imbecillis
erat per carnem, hoc Deus proprio Filio, miſſo ſub
ſpecie carnis peccato obnoxiæ, præſtitit, ac de pec-
cato condemnavit peccatum per carnem. Monet
nos iſte locus, juſtitiam à Deo præceptam in man-
datis, non potuiſſe præſtari Legis adminiculo, ob
vitium & infirmitatem carnis, ideóque Chriſtum
fuiſſe miſſum à Patre, ut perficeret quod à nobis
Ibid 5. 6. impleri non poterat. Idémque non multò poſt do-
20 cet: nam quum dixiſſet, affectus carnis mors eſt, de
eo rurſus adjecit, inimicitia eſt adverſus Deum, nam
Lege Dei non ſubditur, ſiquidem non poteſt. Quic-
quid igitur naturalibus viribus agimus, quódque
caro appellatur, adverſatur Deo: nam vitiata natura
noſtra divinæ Legi non poteſt ſubdi. Quod quum
ita ſit, ex ejus actionibus non poterimus juſtificari.
Ibid. verſ. 27. In eodem cap. legimus, Diligentibus Deum omnia
21 cooperantur in bonum, his qui ſecundùm propoſi-
tum vocati ſunt. Quibus verbis attingit Apoſtolus
principium, caputque omnium bonorum noſtro-
rum, nempe Dei propoſitum, quod ita eſt noſtræ
ſalutis cauſa, ut noſtra alia bona inde pendeant, id
verò à noſtris nullis bonis moveatur. Verùm cauſæ
ipſæ humanæ felicitatis, ordine diſtinctionéque
poſtea deſcribuntur: in quibus opera noſtra minimè
Ibid, v. 28. leguntur. Quos præſcivit, hos prædeſtinavit: & quos
prædeſtinavit, hos & vocavit: quos vocavit, juſtifica-
vit: quos juſtificavit, hos & glorificabit. Contexta eſt
catena hæc omnibus mediis & auxiliis, quibus Deus
nos perducit ad ſalutem. Atque cùm operum Legis
& meritorum non fiat mentio, ſatis oſtenditur, nos
22 ex his minimè juſtificari. Deinde, quum dicitur,
Quis cauſabit adverſus electos Dei? Deus eſt qui

A juſtificat: quis condemnabit? Chriſtus eſt qui mor- & verſ. 33.
tuus eſt, imò qui & ſuſcitatus eſt, qui etiam eſt ad
dextram Dei & qui intercedit pro nobis, ſi Dei ju-
dicio ex operibus juſtificaremur, ſatis fuiſſet dicere,
fruſtra electi accuſabuntur, cùm merita bona ha-
beant, cum ſuis operibus probis & ſanctis, impetra-
turi ſint abſolutionem. Hoc non dicitur, ſed Deus
eſt qui juſtificat. Et reſponderi poterat, Nemo con-
demnabit electos, cùm talia ſint eorum opera, ut ab-
B ſolutionem & præmium mereantur. Verum non ita
reſpondit, ſed Chriſtus qui mortuus eſt, &c. Quid
nos admiſcere volumus opera noſtra, quum id ne
fiat, Scriptura ſingulariter caveat.

14 Ad cap. 9. jam veniendum eſt, in quo de pro-
videntia deſtinatrice agitur, non alio ſane conſilio,
niſi quòd ejus & juſtificationis eandem rationem
putare debemus: utraque enim conſtat gratis, & non
ex operibus. Scribit enim Apoſtolus de duobus fra- Rom. 9. 11.
tribus qui cùm nondum nati eſſent, cúmque nihil 13
C boni egiſſent aut mali, quò maneret electio Dei
juxta propoſitum, non ex operibus, ſed ex vocante,
dictum eſſe, Major ſerviet minori, ſicut ſcriptum eſt:
Iacob dilexi, & Eſau odio habui: Hic, ut videmus, 14
quàm manifeſtiſſime opera excluduntur. Moſi quo-
que reſponſum eſt Miſerebor, cujus miſereor; & mi-
ſericordiam præſtabo, cui miſericordiam præſto.
Verba etiam illa demonſtrant, condonationem pec-
catorum, utque homines in gratiam recipiantur,
non pendere ab illorum operibus, ſed à mera pro-
D pitiáque Dei benevolentia. Nec ſecus verba ſe- 25
quentia demonſtrant, non eſt volentis, neque cur- Rom 9. 16.
rentis, ſed miſerentis Dei. Et, Cujus vult miſeretur, verſ. 18.
& quem vult indurat. Quod ſi à noſtra voluntate
vel operibus, juſtificatio poſſet acquiri, & volentis
eſſet & currentis, neque converterentur illi, quorum
Deus miſereretur, ſed qui ſui ipſorum inprimis miſe-
rerentur: neque Deus quempiam induraret, cùm o-
mnibus in promptu eſſet, facilè ac expoſitum per o-
pera bona Deo reconciliari & juſtificari. At longè
E ſecus eſt: nam qui fidunt operibus, à juſtitia vera, de
qua nunc loquimur, aberrant longius. Dicit ad finem 26
cap. 9. Apoſtolus, Iſrael qui ſectabatur Legem juſti- verſ. 31.
tiæ, ad Legem juſtitiæ non pervenit. Propter quid?
quia non ex fide, ſed tanquam ex operibus Legis.
Quod ſi opera Legis impedimento fuerunt Iu-
dæis ad juſtificationem conſequendam, quid nos
debemus inde ſperare? Hoc idem dicet aliis verbis
Apoſtolus cap. 10. inquit, Ignorantes Dei juſtitiam, Rom. 10. 3.
& ſuam volentes ſtatuere, juſtitiæ Dei non fuerunt
F ſubditi. Hæc ſibi nil aliud volunt niſi eos à juſtitia 27
Dei excedere, qui ſuæ, nempe operibus nimium tri-
buunt. Tantáque eſt pugna inter gratiam & opera, 28
ut effectum quod ab uno proficiſcitur, ab altero
provenire non poſſe. Paulus enim dicit, Reliquiæ Rom. 11. 5.
ſecundùm electionem gratiæ fuerunt. Quòd ſi per
gratiam, non ex operibus: gratia enim jam non eſſet
gratia, & ſi ex operibus, jam non eſt gratia. Hoc eſt
enim gratiæ proprium, ut liberè ac ex vera detur be-
nevolentia: operis verò, ut merces ex debito, & ipſo
G jure tribuatur. Quid poſtremo ſumus dicturi, quum 29
Apoſtolus exclamet, O altitudo divitiarum ſapien- verſ. 33.
tiæ & ſcientiæ Dei? Profectò Paulus iſto affectu de-
clarat, rem eſſe difficillimam cognitu, an Deus juſtè
agat, qui quos voluerit prædeſtinet, & quos voluerit
juſtificet, ad conditiones & merita non reſpiciens:
ibi humana ratio plurimùm offenditur, ibi noſtra
caro non deſinit reclamare: Quòd ſi ex operibus &
meritis utrumque contingeret, nempe juſtificatio &
electio, nil eſſe turbæ, nulla offenſio, nullúmque
H ſcandalum nobis objiceretur. At quum longe ſit ſe-
cus, & divinæ voluntatis ratio à nobis reddi non poſ-
ſit, iure meritóque Paulus exclamat, atque ſententiæ
illius omnes convenit, ſi ſapiant, acquieſcere. In cap.
14. habemus, Beatus, qui non iudicat ſeipſum, in eo Rom. 14. 22.
quod probat. At qui judicat, ſi ederit, condemnatus 30
eſt, quoniam non edit ex fide. Porrò quicquid ex fi-
de non eſt, peccatum eſt. Hinc docemur, carentes
vera fide nil poſſe facere aut præſtare, quòd non
ſit peccatum. Scio quidem adverſarios, illa de
I conſcientia interpretari, ſed neque fidem ſignificare
conſcientiam unquam demonſtrabunt. Et licet
fortaſſe Paulus ab initio id tradat, nimirum

quicquam non eſſe agendum adverſante conſcien-
tia : tamen poſtea quodammodo ſententiam gene-
ralem inducit ſcribendo, Omne quod non eſt ex fi-
de,peccatum eſt. Ac ſi diceret,hæc generalis eſt re-
gula,in rebus agendis oportere homines eſſe ſpiritu
& verbo Dei perſuaſos,ea quæ ſunt acturi, Deo fore
grata, illique placitura , quàm ſi perſuaſionem non
habeant , agendo quæ agunt proculdubio peccant.
Atque ſi concederem , hoc loco fidem ſignificare
conſcientiam , judicarem quoque addendum , non
oportere credi conſcientiæ , niſi Dei verbo eſſet in-
ſtructa. Quandoquidem multi reperiuntur , adeò
ſuperſtitioſa conſcientia prædiri, ut ſive illi non pa-
reant, ſive pareant, graviſſimè peccent : ſed in hoc
loco enucleando in præſentia nimium immorari
1.Cor.4.4. nolo. Proinde ad Corinthios Epiſtol. prior eſt au-
dienda,cap.4. ubi ſcribitur, Nil mihi conſcius ſum,
31 ſed in hoc non ſum juſtificatus. Hæc Paulus de ſuo
miniſterio loquebatur, jam ad Chriſtum converſus,
jam Apoſtolus, & quem in functione ſua nullus ho-
minum poſſet arguere. Quòd ſi tantus Dei amicus
hoc de ſe prædicabat, & ſuis operibus : quid nos
tribuere volumus operibus nondum renatorum
juſtificationem ? Illam non merentur opera ſan-
ctorum:& præcipui Chriſti Apoſtoli : quomodo er-
go concedi poterit his , qui adhuc à Chriſto ſunt
alieni ?

Gal.2.16. 15 Ad Galatas capit.2. reperit Paulus illam ſen-
tentiam,quam ad Romanos cap.3. poſuerat, ſcilicet,
Ex operibus Legis non juſtificabitur omnis caro:
quæ quum ſit clara , & jam ſuperius fuerit recitata,
32 non opus habet expoſitione. At in eodem cap.ha-
Gal.2.21. betur ; Si ex Lege eſt juſtitia, Chriſtus gratis mor-
tuus eſt. Nec aliud hoc loco ſignificat gratis,quàm
33 vanè ac fruſtra,quod certè veriſſimum eſſet.Nam ſi
aliter hominibus juſtitia vera coram Deo potuit
conſtare,cur ille mortuus eſt & crucifixus?Et rurſus,
Gal.3.2. Hoc ſolùm cupio diſcere à vobis , ex operibus Le-
gis Spiritum accepiſtis,an ex prædicatione fidei? Et
& verſ.5. mox, Qui igitur ſubminiſtrat vobis ſpiritum,& ope-
ratur virtutes in vobis, utrum ex operibus Legis, an
ex prædicatione fidei hoc facit ? Qui juſtificantur,
Spiritum ſanctum accipiunt:nam juſtificari abſque
illo prorſus eſt impoſſibile:quòd ſi ex operibus non
datur,neque juſtificatio proveniet ex operibus In-
ſuper nemini dubium eſt , ex Dei benevolentia &
favore juſtificationem haberi , cùm homines ibi re-
cipiantur in gratiam , adoptentur in filios , & hære-
34 des conſtituantur æternæ vitæ. Sed qui verſantur in
operibus Legis ante juſtificationem , ſub maledi-
ctione conſtringuntur , tantùm abeſt,ut Dei bene-
verſ.10. volentia fruantur. Subdit enim Apoſtolus:Quot-
quot ſunt ex Lege,hi ſunt ſub maledictione. At ne
verſ.11. credamus id ejus eſſe inventum inquit , ſicut ſcri-
ptum eſt, Maledictus qui non permanſerit in omni-
bus,quæ ſcripta ſunt in libro Legis. Argumentatur
35 poſt hæc à tempore,juxta hominem dico, Hominis
licet teſtamentum ſi ſit confirmatum , nemo rejicit,
aut addit quippiam. Porrò Abrahæ dictæ ſunt pro-
miſſiones,& ſemini ejus:non dicit,& ſeminibus,tan-
quam de multis, ſed tanquam de uno , & ſemine
tuo,qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum
ante comprobatum à Deo erga Chriſtum , Lex quæ
poſt quadringentos annos & triginta cœpit , non fa-
cit irritum,ut abroget promiſſiones.Primùm inquit,
Teſtamentum Dei , primáque promiſſio juſtifica-
36 tionem offert abſque operibus. Non ergo Teſta-
mentum iſtud confirmatum , receptum & approba-
tum coarctatur per Legem , quæ tandiu poſtea fuit
lata : Si data eſt Lex, quæ poſſet vivificare, ex Lege
verſ.21. eſſet juſtitia. Ratio hæc Apoſtoli non abſolvitur,
quoniam addenda eſt antecedentis negatio, nempe
verſ.23. Legem non poſſe vivificare. Nam,ut ad Romanos
declaratum eſt , per carnem debilitabatur , licet
quoad ſeipſam mandata contineret , quæ ad vitam
pertinebant : quare cùm definitum ſit, Legem vim
non habere vivificandi , neque juſtificare poterit.
37 Cæterùm antequam veniſſet fides , ſub Lege cuſto-
diebamur, concluſi in eam fidem, quæ erat revelan-
da. Itaque Lex pædagogus noſter fuit ad Chriſtum,
ut ex fide juſtificaremur. Si Lex ut pædagogus ſe
habet,magnam injuriam Deo & Chriſto faceremus,

A qui ſunt nobis loco parentum , ſi quod eorum pro-
prium eſt,pædagogo adſcriberemus. Non eſt ſanè
pædagogus, qui facit hæredes, qui adoptat, qui om-
nia confert,ſed pater.Igitur Deo & Chriſto noſtram
juſtificationem adſcribamus, non Legi, non operi- Gal.4.21.
bus,aut meritis noſtris. Dicite mihi, qui ſub Lege
vultis eſſe, Legem ipſam non auditis? Scriptum eſt 38
enim, quòd Abraham duos filios habuit, unum de
ancilla,& unum de libera : & qui de ancilla, ſecun-
B dùm carnem natus eſt: qui verò de libera,juxta pro-
miſſionem, quæ per allegoriam dicuntur : nam hæc
ſunt duo Teſtamenta, unum quidem à monte Sina
in ſervitutem generans,qui eſt Agar : nam Agar, Si-
na mons eſt in Arabia , conjungitur autem ei , quæ
nunc eſt Hieruſalem , ſervit autem cum filiis ſuis.
At quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt
mater omnium noſtrûm. In his verbis illud præci-
puè notandum , Legem ipſam non generare , niſi
quemadmodum Agar,in ſervitutem. Quòd ſi cum
C operibus ſuis juſtificare poſſet, generaret in liberta-
tem (nam quid eſt aliud juſtificatio, quàm libertas
quædam à peccato?) ſed quum & ſerva dicatur,& in
ſervitutem generare, inde non eſt expectanda juſti-
ficatio. In quinto ſcribitur,Si circumcidamini,Chri- Gal.5.2.
ſtus vobis nil proderit. Et ſententiæ prolatæ ratio- 39
nem affert : Qui enim inquit, circumciditur debitor
eſt totius Legis ſervandæ. Adeò Paulus aufert à cir- verſ.3.
cumciſione, ac operibus juſtificationem : ut dicat
Chriſtum nihil prodeſſe, ſi modò credentes circun-
D cidantur. Atque adhuc magis quod dictum eſt,con- 40
firmavit,Chriſtus vobis factus eſt ocioſus:nam ſi ju-
ſtificationem haberis , ut fructum operum veſtro-
rum,Chriſti adventus,mors & ſanguinis effuſio non
fuerunt neceſſaria. Et ego ſi circumciſionem prędi- verſ.11.
co,ut quid perſequutionem patior ? Abolitum eſt
ſcandalum crucis : offenſio & ſcandalum crucis eſt,
homines vitioſos & alioquin peccatores, pro juſtis
haberi à Deo,per Chriſtum cruci ſuffixum, & fidem
in illum : hic offenditur caro,hic ratio prorſus recla-
E mat, quod non accidit, quum prędicatur juſtificatio
ex operibus,aut cęremonialibus,aut moralibus. At
Deus vult hoc manere ſcandalum , quia illi placuit 1.Cor.1.21.
per ſtultitiam prędicationis ſalvos facere credentes.

16 Ad Epheſios cap.2.habes, Et vos cùm mortui Eph.2.1.
eſſetis delictis ac peccatis, in quibus aliquando am- 41
bulaſtis juxta ſeculum hujus mundi, juxta princi-
pem poteſtatis aeris, & ſpiritus nunc agentis in filiis
incredulitatis : inter quos & nos omnes converſaba-
mur aliquando in concupiſcentiis carnis noſtrę, fa-
F cientes quæ ſunt carnis, & cogitationum , utque
Græcè habetur , ϗ τῶν διανοιῶν, & eramus natura filii
iræ,ſicut cęteri. Annotemus in his verbis,homines
ab initio, priuſquàm ad Chriſtum veniant, mortuos
eſſe in peccatis,& ideo non ſe moveri ad id poſſe, ut
vivant & juſtificentur:quis unquam vidit mortuum
ſeipſum juvantem ? Oſtenduntur pręterea fuiſſe in
poteſtate principis tenebrarum,qui operatur & effi-
cax eſt in filiis incredulitatis. Cùm ergo ab illo agi-
tarentur,quomodo ad juſtificationem per ſua opera
G tendere poterant ? Ac ne putes tantùm de aliis qui-
buſdam impiis inſtitutum ſermonem, adjecit , Nos
omnes,complectens etiam Apoſtolos, inter illos in-
quit,eramus. Et quid tunc à nobis agebatur?in con-
cupiſcentiis carnis noſtrę verſabamur. Vtque intelli-
gatur iſtas cupiditates , non ſolùm eſſe pravos affe-
ctus craſſiores animę,ſequitur, Facientes voluntates
carnis,& mentis,aut rationis,& cogitata, aut inventa
humanę rationis perſequebamur. Si tales eramus
omnes,unde provenit ſalus & juſtificatio?Sed Deus,
H qui dives eſt in miſericordia, propter multam chari-
tatem ſuam,qua dilexit nos,etiam cùm eſſemus mor-
tui in delictis,convivificavit cum Chriſto. At quo 42
inſtrumento eſt uſus , ut noſtram ſalutem nobis
conferret ? Gratia enim , inquit, ſervati eſtis per fi- Eph.2.8.
dem,idque non ex vobis, Dei donum eſt. Non ex
operibus,ne quis glorietur. Potueráne apertius
opera excludi ? Quo igitur loco illa ponemus ? Iu- 43
ſtificationem ſequuntur. Subjecit enim Apoſtolus, verſ.16.
I Nam ipſius ſumus opus conditi in Chriſto Ieſu , ad 44
opera bona,quæ pręparavit Deus,ut in eis ambula-
remus : antea verò non potuerunt in nobis extare,
quod pulchrè ſic deſcribitur : Eratis in tempore
illo

Digitized by Google

illo ſine Chriſto, abalienati à Repub. Iſraelis, extra- A
nei à Teſtamento promiſſionis, ſpem non habentes,
& Deo carentes in mundo. In hoc ſtatu quis bona
opera ſibi fingat, quibus homines juſtificationem
verſ.12. promereantur? Et ad Philipp. cap.3. Si quiſquam a-
liùs videtur in carne fiduciam habere, ego magis ha-
beo, circunciſus 8. die, Iſraelita, ex tribu Benjamin,
Hebræus ex Hebræis, juxta Legem Phariſæus, ſe-
cundùm æmulationem perſequens Eccleſiam Dei,
juxta juſtitiam, quæ eſt in Lege, factus irreprehen- B
ſibilis. Quum tot & tanta Paulus habuerit ante
converſionem, poſſetque in carne fidere ac gloriari,
videamus obſecro, quid tandem pronunciet de his
Phil.3.4. omnibus. Hæc inquit, ſi conferantur ad juſtitiam ve-
ram, quæ eſt per fidem Chriſti, damna arbitror, reje-
ctamenta & ſtercora: ſi juſtificationem inde aſſe-
queremur, eſſéntne pro damnis habenda tam utilia,
pro rejectamentis adeo precioſa & ſancta, pro ſter-
coribus quæ Deo probarentur & placerent? Videat
Paulus quid hîc dixerit, aut videant potius lectores, C
Col.1.21. ne Sophiſtis magis quàm Paulo credant. Ad Coloſſ.
cap.1. Et vos, qui quondam eratis abalienati, & ini-
mici mente in operibus malis, nunc tamen recon-
45 ciliavit in corpore carnis ſuæ per mortem. Hic ſin-
gula verba ſunt notanda, ut videamus alienatis à
Deo non expectanda illa per quæ in gratiam re-
deant: ab inimicis mente, non haberi poſſe pacem,
quæ conjuncta eſt cum juſtificatione: ab his, qui di-
cuntur eſſe in operibus malis, priuſquam mutentur,
46 non eſſe poſſe bona opera. Sed cujuſmodi ea fue- D
Col.2.13. rint, cap. 2. aperitur, quum ſcriptum ibi ſit, Et vos
47 cùm eſſetis mortui per delicta, & per præputium
carnis veſtræ, ſimul cum illo vivificavit, condonans
omnia delicta, deleto quod adverſus nos erat chiro-
2.Tim.1.9. grapho. Ad Timoth.2.cap.1. Qui vocavit nos voca-
tione ſancta, non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecun-
dùm propoſitum & gratiam, quæ data eſt nobis per
Chriſtum Ieſum. De vocatione hîc agitur efficaci,
qua homines juſtificantur, non de vulgari: quoad
prædicationem verbi Dei, quæ omnibus exponitur. E
Cúmque iſta non conſtet, ut dicit Paulus meritis aut
operibus, ex illis neque juſtificatio prodibit. Ad Ti-
Tit.3.4. tum habetur, Bonitas & amor erga nos apparuit Ser-
vatoris noſtri Dei, non ex operibus juſtitiæ, quæ fe-
cerimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſal-
48 vos nos fecit. Nec non ad Hebræos unicum ſacrifi-
Heb.9 & 10. cium conſtituitur, & una hoſtia, nempe Chriſti mors,
per quam deleantur peccata, & homines expientur.
Quare ab operibus non eſt juſtificatio expectanda,
49 ſatiſque nobis eſſe oportet, opera bona, quæ facimus F
poſt juſtificationem, ſacrificia eſſe εὐχαριστικά, ne illa
conſtituamus propitiatoria, quod in Chriſti maxi-
mam injuriam vergeret.
50 17 Cæterum ſepoſitis Paulinis Epiſtolis, ex aliis
divinarum literarum locis teſtimonia petemus.
Mat.7.17. Chriſtus Matth.7. inquit, Omnis arbor bona fructus
& verſ.18. bonos facit: putris autem arbor fructus malos facit.
Et quo magis non regeneratorum ingenium decla-
retur, additum eſt: Non poteſt arbor bona fructus
malos facere: neque arbor putris fructus bonos face- G
verſ.31. re. Quum igitur Chriſtus dicat, hoc non poſſe fie-
ri: quomodo iſti hoc ſtatuunt eſſe poſſibile, atque
aiunt ex operibus poſſe homines juſtificari? Vtitur
Chriſtus eadem ratione Matth. 12. Aut facite arbo-
rem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite a-
borem vitioſam, & fructum ejus malum: nam è
verſ.35. fructu arbor cognoſcitur. Progenies viperarum,
quomodo poteſtis bona loqui, quum ſitis mali? ſi-
quidem ex abundantia cordis os loquitur. Bonus
51 homo è bono theſauro cordis exprimit bona: & H
malus homo ex malo theſauro deprimit mala.
Indicant iſta Chriſti verba, homines nondum rege-
neratos, malas eſſe arbores, quæ neque bonum
fructum faciant, neque facere poſſint: & impios
teſtatur non bona poſſe loqui, nedum operari: atque
ſemper ex malo theſauro cordis expectanda tan-
tùm eſſe mala. Quòd cùm ita ſit, videatis an
non mali dici debeant, qui à Chriſto ſunt alieni.
Certè niſi illi mali ſint, nullus noſtrûm Chriſto
Luc.17.7. adhærens dici poterit bonus. Et Lucæ 17. Quis au- I
tem veſtrûm habens ſervum arantem aut paſcen-
tem, qui regreſſo ab agro dicat ſtatim, tranſi & accu-

be: ac non potius dicat illi, para quod cœnem, præ-
cinge te & miniſtra mihi, donec edero & bibero; &
poſthæc edito & bibito tu. Num gratiam habet ſer- 52
vo illi, quia facit quæ ei imperata fuerant? non pu-
to. Sic & vos, quum feceritis omnia quæ præcepta
ſunt vobis, dicite, ſervi inutiles ſumus, quod debui-
mus facere fecimus. Hæc Chriſtus loquitur ſuis diſ-
cipulis, Apoſtolis inquam, & iam ad ſalutem con-
verſis: qui ſi opera faciant inutilia, quid cenſebimus
de his, qui nondum fidem Chriſti ſuſceperunt? Ve-
rùm Sophiſtæ adeo mundum infatuarunt, ut & ope-
ra ante iuſtificationem dixerint aliquo modo eam
promereri, & quæ ſequuntur utiliſſima dixerint:
unde iam homines quodammodo voluerunt cum
Deo inire rationem, & globulis numerum precum
ſupputare. Illis enim quid aliud ſibi voluerunt, quàm
certo numero ſignare, quoties Pater noſter, aut Ave
Maria recitaverint, ut certo certius Deum ſibi obſtri-
ctum ex illa recitatione haberent? Ioan. 15. Chri- Ioan. 15.5.
ſtus confertur viti, & nos palmitibus. Vnde ait, Si-
cut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi
manſerit in vite; ſic nec vos, niſi in me manſeritis.
Ego ſum vitis, & vos palmites, qui manet in me, & 53
ego in eo, hic fert fructum multum. Et ſi qui in me
non manſerint, eiiciuntur foras, ſicut palmites, aut
ſarmenta, & colligent eos, & in ignem conijcient.
Verbis Domini iam recitatis, quomodo congruit
homines à Chriſto alienos, nec dum regeneratos,
bona facere opera quibus iuſtificari poſſint? quum
dicantur aridi palmites, qui in ignem conijcientur,
& affirmetur ſolos poſſe ferre fructum eos, qui Chri-
ſto adhærent, ut palmites viti? Vtque melius Chriſti
voluntas intelligatur, adiectum eſt, Sine me nihil Ibid. v.5.
poteſtis facere. Quam ſententiam quidam volunt 54
offuſcare, dicendo, Nihil ſine Chriſto, quà Deus eſt,
poſſe fieri, cùm ſit prima omnium rerum cauſa: quaſi
Dominus tum diſputaret de generali rerum natu-
ralium conſervatione ac vi qua Deus cuncta in uni-
verſum producit. Non venit Chriſtus in mundum,
ut hanc doceret philoſophiam: agebat ſanè de
fructu ſalutis & æternæ vitæ: ac de his loqueba-
tur, qui ſuæ doctrinæ adhærerent, vel ab illo eſſent
alieni.
18 Iuſſit adhæc filius Dei, ut in ſuis precibus cre- 55
dentes dicerent, Remittas nobis debita noſtra. Si- Mat.6.12.
gnificans etiam fideles opus habere, in his quæ a-
gunt, condonatione: ſunt enim opera noſtra im-
perfecta, neque ſatisfaciunt. Quare ſi merito Chri-
ſti opera noſtra quæ facimus renati, ſunt expianda,
& id precamur, quomodo ipſa poterunt eſſe propi-
tiatoria? Multò itaque minus de his quæ ante rege-
nerationem fiunt, ſentire licet, ea Deo placere. Nul-
lus præterea iure poteſt dicere, ſe in hoc numero
non eſſe, quum Deus omnibus præceperit ſic orare,
ac neminem voluerit orando mentiri. Quin & Ioan- 1. Ioan.1.8.
nes ſcripſit, Si dixerimus, quia peccatum non ha-
bemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non
eſt. Nullúmque arbitror iudicaturum par eſſe, ut 56
plures mediatores inducantur, quum unus ſit Media-
tor Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. At ſi
præter illũ & merita eius nos iuſtificarent opera no-
ſtra, illa inter nos & Deũ intercederẽt, neq; Chriſtus
unicus eſſet Mediator. Orant præterea Prophetæ Mal 1.1.
paſſim, ac David, ut Deus lavet, mundet, expiet & Pſal.51.4.
purget ſua peccata, ſcilicet condonando & remit- 57
tendo: quod ſi operibus ſuis id poſſent acquirere,
non eſſet petendum, aut non ſaltem tanta inſtantia.
Et in Iobo 15. ſcribitur, neque cœlos mundos eſſe Iob.15.15.
coram Deo. Et in cap. 4. Angelos prædicat non eſſe Iob.4.18.
puros. Quales igitur homines erunt, priuſquam iu- 58
ſtificationem obtineant? David etiam clamabat, Si Pſal.130.3.
iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſu-
ſtinebit? Eſaias vocat ſitientes ad aquas, iubétque ut Eſa.55.1.
emant abſque argento. At noſtri & meritis, operibus 59
& argento, mereri ac iuſtificari volunt. Deinde c.40. Eſa.40.6.
idem cum vocem audiret, qua ſibi dicebatur, Cla-
ma, reſpondit, Quid clamabo? & dictum eſt illi,
ut clamaret, Omnis caro fœnum; & *Chaſdo*, pie- 60
tas ſeu religio, aut miſericordia eius, qua proximo
ſubvenitur, ſicut flos agri, hoc eſt, res evanida,
quæ ſtatim flacceſcit, neque poteſt ſubſiſtere. I-
demque ſenſit cap. 64. ubi ait, Omnes iuſtitiæ noſtræ, Eſa.64.6.

HH 2

61 ut pannus menſtruatæ. Quam ſententiam ſi quis
applicet operibus factis poſt regenerationem, ſive
antea, mea non refert. Vtrunque enim pro me fa-
Ibid. verſ. 8. & verſ. 20. ciet. Et in eodem capite ſubdit, Deus noſter, nos lu-
tum ſumus, tu fictor noſter, & nos opus manuum
62 tuarum. Eadémque ſimilitudine luti & figuli, Pau-
lus eſt uſus ad Romanos cap. 9. qua pulchrè declara-
tur, nos tantùm poſſe ad noſtram juſtificationem
conferre, quantum poteſt lutum erga figulum, ut ſe
hoc vel illo modo fingat. Poſſumus etiam comme-
morare, quæ de pravitate cordis noſtri traduntur,
Gen. 6. 5. & 8. 21. cùm in Geneſi, tum in Hieremia: ſed puto jam ſatis
Ier. 17. 9. pro noſtra propoſitione confirmanda teſtimonio-
rum eſſe adductum. Nunc tantummodò hæc dicam,
63 fuiſſe homines adeò temerarios, ut honeſtis non ſo-
lùm operibus, quæque, ut dicunt, moraliter bona
ſunt, meritum aliquod juſtificationis tribuerint, ve-
rumetiam ſuperſtitionibus à ſe inventis atque con-
fictis. Quis enim ignorat, rithmos publicè jactatos
Aqua luſtrali conceſſa eſt remiſſio peccatorum & ſalus anguis. de aqua luſtrali? Aquâ benedicta, deleantur tua de-
licta, ſit tibi laus & vita. Cucullis etiam, uſui cande-
larum, & ramorum oleæ & palmæ cineribus, & pere-
grinationibus, affixæ ſunt peccatorum condonatio-
nes. Ex his igitur, quæ malè ſunt interpretati in Sa-
cris literis de meritis, progreſſi ſunt ad tam ſtulta &
Difficillimum eſt acquieſcere promiſſionibus Dei. impia. Certè non intelligunt, niſi qui experiuntur,
longè difficillimum eſſe, ut cor contritum, dejectum
& feſſum onere peccatorum, quum ingemiſcit &
premitur, in promiſſionibus Dei gratuitis per Chri-
ſtum acquieſcat. Ibi enim plurimùm laborat, ut fide
ſolida tandem aliquando ſtabiliatur. Quòd ſi juſſe-
rimus cum Sophiſtis, ut ad ſua opera reſpiciat,
quieſcet nunquam, excruciabitur ſemper, & de ſalu-
te ſemper dubitabit, & denique abſorbebitur deſpe-
ratione. Nemo arbitretur, cùm hac de re diſputamus,
tractationem vanam, aut λογομαχίαν inſtitui, res eſt
Quis ſit finis & fructus hujus diſputationis. qua vendicatur honor Chriſti, & quod ejus eſt pro-
prium, ut juſtificet, & peccata condonet. Quæri-
mus, ut operibus aut cuivis alii noſtræ rei minimè
tribuatur: quærimus, ut firma ſit promiſſio, & ut affli-
ctæ conſcientiæ in verbis & promiſſis Dei conſo-
lationem recipiant. Quærimus demùm, ut Evan-
gelium à Lege diſtinguatur, & Lex ab Evangelio:
quod illi facere non poſſunt, qui juſtificationem
operibus adſcribunt, & hæc ſimul confundunt
& perniciosè admiſcent. Atque pro iſta confir-
manda propoſitione, quamvis per multas alias
rationes, ac penè infinitas poſſem adducere: at-
tamen jam allatis contentus, aliis ſuperſedebo:
etenim qui non moventur his, neque tangentur
aliis.

An de ceremoniis ſolis negetur juſtificatio. 19 Non tamen diſſimulandum eſt, quibúſnam
ſuffugiis aut ſtrophis conſueverint Sophiſtæ hanc
propoſitam doctrinam eludere ac obſcurare. Pri-
mùm dicunt, Sacras literas quoties operibus vim ju-
ſtificandi adimunt, id ſolum facere quoad ceremo-
nias veteris Legis, non tamen quoad opera juſta ac
recta, quæ vulgo ab illis moralia vocantur. Qua in
re, ut homines fallantur, ipſamet Scripturarum teſti-
monia, & præſertim Pauli, de quo id maximè affir-
mant, evincent facillimè. Nam licet multa dicantur
ab hoc Apoſtolo, quæ cùm ritus, tum ceremonias
Legis videantur ſpectare: plurima tamen alia diſpu-
tando ſcribit, quibus non tantùm de ceremoniis, ve-
rùm etiam de ipſis aliis Legibus juſtitiæ ac probita-
tis monſtrat ſe loqui, imò prorſus de his, quæ ad mo-
Rom. 1. 21. res, & ad ipſum Decalogum pertinent. Et in cap. 1.
Teſtimonia Pauli, quibus evincitur moralia opera excludi à vi juſtificandi. arguens Gentes, quòd abſque fide Chriſti non eſ-
ſent juſtificatæ, illarum ponit ob oculos opera, ſcili-
cet idololatriam, fœdas libidines, & bene longum ad
finem capitis retexit catalogum vitiorum, quibus
laborabant, nilque de Moſaicis loquitur ceremo-
niis. Vnde cùm illa quæ commemorat, Decalogo
& morali adverſentur Legi, de ea etiam credendum
Rom. 2. 21. eſt illum intelligere quæ ſcribit. Et in capit. 2. ar-
guit Iudæos peccatorum ejuſdem generis: Nam
dicit: Qui doces alium, teipſum non doces?
Rom. 3. 11. Qui prædicas non furandum, furaris? non mœchan-
dum, mœcharis? quique deteſtaris idola, ſacrilegium
facis? Quis non animadvertit, hæc in Lege Deca-
Rom. 3. 10. logi haberi? Et in tertio adhuc manifeſtius de eadem
agit, cùm ſcribit, Non eſt juſtus quiſquam, non eſt

A intelligens aut requirens Deum: omnes declinave-
runt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bo-
num, non eſt uſque ad unum. Hæc ut videmus, ejuſ-
dem ſunt farinæ, atque ad mores attinent. Quòd ſi
de ceremonialibus Legibus tantùm loqui voluiſſet
Apoſtolus, hæc non moviſſet. Idque colligitur evi-
dentius, quia cùm dixiſſet, ex operibus Legis non
juſtificari omnem carnem, addidit, Per Legem enim
cognitio peccati. Hæc itaque Lex non juſtificat, per
B quam cognoſcimus peccatum. Iuxta quod etiam
dixit in cap. 4. Lex iram operatur, tantùm abeſt, ut Rom. 4. 15.
juſtificet: at omnes apertè ſatis cognoſcunt magis
per Decalogum, quàm per ceremoniarum præcepta,
intelligi peccata, & iram Dei adverſus tranſgreſſo-
res irritari. Mitto etiam generalem eſſe illam ſen-
tentiam, qua dicitur in 4. Ei qui operatur, mercedem Rom. 4. 4.
non imputari ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm de-
bitum. Atque voluiſſe Deum ex gratia hæreditatem
conſtare, ut firma promiſſio permaneret, & non nu-
C taret, ut gloriatio noſtra excluderetur, quæ non mi-
nor eſt de bonis operibus moralibus, quàm de cere-
moniis. Habetur etiam in cap. 5. Legem ſubintraſſe, Rom. 5. 20.
ut abundaret peccatum, & ubi abundavit peccatum
ſuperabundavit & gratia. Hæc quoque non tantùm
ad ceremonias trahi poſſunt. Deinde in 6. cùm illi Rom. 6. 1.
objiceretur, ſic deprimendo opera & Legem, videri
eum aperire januam laxæ vitæ atque ſocordiæ &
peccatis, quemadmodum nobis quotidie opponi-
tur, reſpondit: Nobis non eſſe manendum in pecca-
D to, cùm illi ſimus jam mortui. Per baptiſmum in-
quit, ſepulti ſumus cum Chriſto, ut ſicut ipſe mor-
tuus eſt, & reſurrexit, ita & nos in novitate vitæ am-
bulemus. Admonétque, ut ſicut Chriſtus ſemel eſt
mortuus, & non amplius moritur, ſic nos exiſtime-
mus mortuos peccato, viventes autem Deo. Et ad-
dit, Curandum eſſe, ne peccatum regnet in noſtro
mortali corpore: néve exhibeamus membra noſtra
arma iniquitatis peccato, ſed noſipſos exhibeamus
Deo, tanquàm ex mortuis viventes, & membra no-
E ſtra juſtitiæ in ſanctificationem.

20 Iſta quæ recenſuimus, cæteráque quæ ſe-
quuntur ferè uſque ad finem capitis, videntúrne ad
ceremonias Moſaicas ſpectare, an potius ad vitam
juſtam, ſinceram & moralem? Res tam aperta eſt;
ut nihil ſit opus quæſtione? tamen quæ ſcribuntur
in 7. cap. multò adhuc ſunt clariora. Affectus, inquit, Rom. 7. 5.
qui ſunt in membris, per Legem vigebant, ut fructi-
ficaremus morti. Qui autem ſunt iſti affectus, niſi
cupiditates, libidines, iræ, odia, invidiæ, quæ ad Ga-
F latas in illo catalogo recenſentur, ubi opera carnis Gal. 5. 19.
ab operibus Spiritus diſtinguuntur? Atque hæc
omnia nihil dubium eſt ad Decalogum pertinere:
Quod ut magis intelligeremus, Paulus ſubjecit, Rom. 7. 7.
Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit: ſed
peccatum non cognovi, niſi per Legem. Nam con-
cupiſcentiam ignorabam, niſi Lex dixiſſet, Non con-
cupiſces. Et Lex quidem ſancta, mandatum ſanctum Ibid. v. 12.
& juſtum & bonum. Et Lex quidem ſpiritualis eſt,
ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.
G Quod enim facio, non probo. Non enim quod volo
bonum hoc ago, ſed quod nolo malum illud facio:
unde jam non ego operor illud, ſed quod habitat in
me peccatum. Non enim habitat in me, hoc eſt, in
carne mea, bonum. Condelector Lege Dei ſecun-
dùm interiorem hominem: & ſentio aliam Legem
in membris meis, reſiſtentem Legi mentis meæ. In-
felix ego homo, quis me liberabit de Lege peccati
& mortis? Igitur mente quidem ſervio Legi Dei,
carne autem Legi peccati. Quicunque hæc teſtimo-
H nia ſingula expenderit, facilè videbit, ſermonem
ab Apoſtolo inſtitutum eſſe de Decalogo, cujus
etiam in his verbis aperta ſit mentio. Iſta autem
verba, quæ poſtea ſequuntur cap. 8. Quod impoſſi- Rom. 8. 3.
bile erat Legi, quatenus infirmabatur per carnem,
Deus mittens filium ſuum in ſimilitudinem carnis
peccati, de peccato damnavit peccatum in carne: iſta
inquam verba, non poſſunt exponi de Lege cere-
moniarum, multò verò minus ea quæ ſequuntur in
eodem capite, Debitores ſumus non carni, ut ſecun- Ibid. v. 12.
I dùm carnem vivamus: ſi enim ſecundùm carnem vi-
xeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mor-
tificaveritis, vivetis. Ne hoc quidem referri poteſt
ad cere-

Digitized by Google

ad ceremonias, quemadmodum ne illud quidem ad Galatas, Lex propter tranſgreſſiones poſita eſt: ubi enim non eſt Lex, ibi non eſt tranſgreſſio. Et certum eſt, neque glorificationem excludi; neque firmam fore promiſſionem, ſi juſtificatio noſtra pendeat ab obſervatione Decalogi, & moralium præceptorum: quantumvis removeas ritus & ceremonias Moſaicas. Sed longè firmiſſimus locus ex capit. 11. Epiſtolæ ad Romanos, Quòd ſi ex operibus, non ex gratia: ſi ex gratia, non ex operibus. Hæc ἀπόφασις univerſalis eſt, nec ullo modo contrahi poteſt ad ceremonias. Mitto enim id, quod Paulus habet ad Philipp. ſe, præter illa Moſaica, etiam quod attinet ad juſtitiam, quæ eſt ex Lege, verſatum fuiſſe ſine querela. Nam quod ad Epheſios capit. 2. ſcribit, Non ex operibus, ne quis glorietur, ſcribit ad Gentes. Quare opera ea, quæ excludit à juſtificatione, non poſſumus intelligere fuiſſe ceremonias: nam illæ à Gentibus non colebantur. Sed quid dicent de Epiſtola ad Timoth. ubi cap. 2. ſimpliciter & abſolutè dicimur vocati, non propter opera noſtra, ſed juxta propoſitum & gratiam. Et ad Tit. Non ex operibus (inquit) juſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit.

Gal. 3. 19. — Rom. 11. 6. — Phil. 3. 6. — Eph. 2. 9. — 2. Tim. 1. 2. — Tit. 3. 5.

21 Hæc omnia ita ſunt perſpicua, ut nulla egeant interpretatione. Nemo enim tam hebes eſt, quin ubi iſta ſemel audierit, facilè intelligat, ea ad ceremonias & Moſaica ſacra torqueri, ſine injuria non poſſe. Sed velim ex iſtis intelligere, cur operibus ceremoniarum vim juſtificandi auferant, eam autem moralibus operibus tam facilè tribuant. Nónne Deum colere ſtatis & certis ritibus ab ipſo præceptis, ad bonos & laudabiles mores pertinet? Nónne ritus & ſacra, quæ pro illo tempore populo Iudaico imponebantur, mandabantur in Decalogo? Certe ubi Sabbathum jubetur obſervari, ibi hæc omnia continentur. Et illi ipſi Sophiſtæ, nónne hodie ſuis ſacramentis, & olim in Veteri Teſtamento, circumciſioni attribuunt condonationem peccatorum, & collationem gratiæ? Quæ eſt iſta nova inconſtantia, modò dicere, ritus Moſaicos nullam habuiſſe vim ad juſtificandum, modo fateri, illa fuiſſe veterum Patrum Sacramenta, & originale peccatum parvulis in circumciſione fuiſſe condonatum? Atqui id nos non affirmamus, imò prorſus negamus, ulla ſacramenta conferre gratiam. offerunt quidem eam illa, ſed in ſignificatione: Nam in ſacramentis, & verbis & viſibilibus ſignis proponitur nobis promiſſio Dei per Chriſtum facta: quam ſi fide apprehendimus, & gratiam conſequimur majorem, quàm ea fuit quam ante habuimus, & donum Dei quòd fide complexi ſumus, ſigillo Sacramentorum obſignamus. Iſtos autem ſatis mirari non poſſum, qui candem rem & affirment & negent. Occurrunt verò parum prudenter, ut ſolent, ſe non adimere Sacris veterum, & præſertim circumciſioni, vim juſtificandi in univerſum: ſed tantùm ab eo tempore, ex quo promulgatum eſt Evangelium, de quo tempore ſolo, natam aiunt Pauli contentionem, ne ritus Moſaici amplius retinerentur. Sed hîc quoque pro more ſuo, & falluntur & fallunt. Quum enim Apoſtolus doceat, Abrahamum non fuiſſe juſtificatum ex circumciſione, ſed eam poſtea recepiſſe juſtificatum ex fide: certe illi ceremoniæ etiam pro tempore Abrahami, quo primùm inſtituta fuit, aufert vim juſtificandi. Et David, quum prædicat beatitudinem in eo ſitam eſſe, ut peccata non imputentur, quod, ut nunc quidem diſputamus, nihil aliud eſt, quàm juſtificari: de ſuóne tempore loquitur, an de alieno? Abacuc etiam dum ait, Iuſtum ex fide ſua vivere, quemadmodum Paulus luculenter exponit, opera excludit à juſtificando: loquitúrne eſt de ſuo tempore? Certè & de noſtro, & de ſuo. Denique, quum Paulus dilertè ſcribat ad Galat. cap. 3. Quotquot ſunt ex Lege, illi ſub maledictione ſunt, & eam ſententiam probare pergat: unde quæſo, petit teſtimonium? Certe ex Lege, Maledictus, inquit, qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis. Quum ergo Lex ita loquatur, & ſicuti Paulus ait, Maledictione involvat omnes ſuorum præceptorum tranſgreſſores, concluditur neceſſariò, ex illis operibus quæ ad eam pertinent, neminem poſſe juſtificari.

Inconſtantia Sophiſtarum. — Sacramenta non conferunt gratiam. — Rom. 4. 10. — Pſal. 32. 1. — Abac. 2. 4. — Gal. 3. 10. — Rom. 1. 17.

22 Sed iſti ſeſe aliò convertunt: aiunt enim, omnes qui ſunt juſtificandi, non eſſe ejuſdem ordinis. Quoſdam enim aut ex Hebreis, aut ex Gentibus accedere ad Chriſtianiſmum: quoſdam item, poſtquam Chriſtum ſemel receperint, labi in gravia ſcelera, & rurſus eſſe inſtaurandos. Neque par, inquiunt, eſt utrinque ratio: illi enim, qui ſemel nomen dederunt Chriſto, ubi lapſi fuerint, non poſſunt recuperare juſtitiam, niſi per bona opera: puta per eleemoſynas, lachrymas, jejunia, confeſſiones, & alia ſimilia: quæ præparationes & merita non requiruntur ab illis, qui ex infidelitate ad Chriſtum primùm convertuntur. Sed primùm ego ex iſtis hominibus ſapientiſſimis audire velim, ex quonam tandem loco divinarum Scripturarum ſuam iſtã diſtinctionem invenerint? Et quum eadem prorſus atque una ſit ratio juſtificationis, eáque tam ad iſtos quàm ad illos pertineat: cur iſti alia via debeãt ad eam pervenire, illi autem alia? Deinde, cur hoc tribuunt lapſis in Chriſtianiſmo, ut ſuis operibus mereri poſſint ſibi juſtificationem: illis autem qui ab infidelitate veniunt, idem non tribuunt? An illi qui fidem non ſervaverunt, quum eſſent in Eccleſia, meliores ſunt, quàm Ethnici? Non arbitror: nam qui ſemel guſtaverunt bonum Dei verbum, & poſtea prolabuntur, deteriori conditione ſunt quàm alii. Et ſervus ſciens voluntatem domini ſui, & non faciens, gravius punietur: Et, Qui ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem abnegavit, & eſt infideli deterior. Sed aiunt, non negare ſe, eos qui ab infidelitate convertuntur, poſſe aliqua bona opera facere, imò poſſe, & ſi ea aliquo modo faciant, eos promereri juſtificationem, ſaltem de congruo, ea tamen nõ æquè ab illis, atque ab aliis exigi. Sed quum omnia illorum opera, ut aliàs docuimus, ſint peccata, quomodo poſſunt rectè operari coram Deo? Deinde, quomodo ab illis non exiguntur bona opera, antequã ad Chriſtum veniant, & tingantur: quum nemo ferè credat ex iis, qui regenerantur per Chriſtum, quin eum de vita perditè acta mirum in modum pœniteat? Vbertim enim deflet amiſſa ſuperioris vitæ, & ſe graviter erraſſe confitetur. Quod niſi faceret, proculdubio fideliter & verè non crederet. Hæc Auguſtinus in libro Confeſſionum ipſe de ſe ſcribit. Et in Actis Apoſtolorum, Epheſii, quum ſe ad Chriſtum contuliſſent, non modò peccata ſua confitebantur, verùm etiam libros, quibus antea ad ſuperſtitionem uſi fuerant, comburebant. Verùm, dicam quid iſtis hominibus impoſuerit. Legerunt fortaſſe apud Patres multum tributum fuiſſe lachrymis, jejuniis, eleemoſynis, aliiſque piis operibus pœnitentium. Sed iſti non intelligunt, quid in illis locis Patres ſibi voluerint. Illi enim agebant de ſatisfactionibus Eccleſiaſticis, non de noſtris operibus, quibus Deus placandus ſit, aut condonatio peccatorum promerenda. Eccleſia enim quum lapſorum fidem interiorem non videat, multi autem ſint, qui pudorem excommunicationis non ferentes, ſpeciem aliquam converſionis, aut pœnitentiæ interdum ſimulant, quo facilius reconcilientur, & ad communionem aliorum fratrum recipiantur: id ne accideret, fidem illorum & converſionem probare voluit, nec lapſos ad fidelium conſortium admittere, niſi illi lachrymas, jejunia, confeſſiones, eleemoſynas haberent, quaſi teſtes veræ ac ſolidæ mutationis. Hæc illi non intelligentes confundunt omnia, & indigniſſimam hypocriſin adſtruunt.

Diſcrimen ponunt inter eos qui primùm ad Chriſtum convertuntur, & eos qui lapſi reſtituuntur. — Lapſi à Chriſtianiſmo deterioris conditionis ſunt, quàm infideles. — Heb. 6. 4. — Luc 12. 47. — 1. Tim. 5. 8. — Act. 19. 19. — Quo ſenſu Patres tam multum precibus, jejuniis & lachrymis tribuerint.

23 Sed iſti rurſus aliò ſe ſubducunt: aiunt enim, opera hominum infidelium non eſſe peccata, quamvis fiant extra fidem Chriſti. Fingunt enim eſſe generalem quandam & confuſam fidem erga Deum: qua præditi, quamvis non credant in Chriſtum, tamen multa efficere poſſint opera egregia, quæ propter illam ipſam fidem placeant Deo, & juſtificationem utcunque promereantur. Dant (inquiunt) largas eleemoſynas, venerantur parentes, patriam magna charitate complectuntur, ſi quid malè admiſerint, ducuntur pœnitudine: vivunt frugaliter, & alia multa ſimilia faciunt, non quidẽ temere, ſed quòd unũ aliquẽ credant eſſe Deum, qui hujuſmodi officiis gaudeat. Itaq; in illa incũbunt, ut ei ſeſe approbent,

Opera infidelium an ſint peccata?

deinde pingunt & colorant ſuum commentum pul-
chro ſimili. Truncus (inquiunt) aut palus defoſſus in
terram, ſæpe etſi radicem non agat aut vivat, tamen
è terra aliquid ſucci haurit, atque ita folia aliqua e-
mittit ac germinat, ac ſi revera viveret. Ita homines à
Chriſto alieni, quãvis ſpiritu cœleſti non vigeant, ta-
men afflatu aliquo Spiritus, præclara illa opera effi-
ciũt quæ deſcripſimus. Nos verò divinis literis inſti-
tuti, nullã agnoſcimus fidẽ, quâ Deo placeamus, niſi
eam ſolam, quæ ſit in Chriſtum Ieſum. Neque enim
aliud nomen ſub cœlo datum eſt hominibus, quo
poſſimus ſalvi fieri, niſi unius Chriſti Servatoris no-
ſtri. Et Paulus, quoties mentionem facit fidei juſtifi-
cantis, ſemper oſtendit eſſe eam, quâ adverſus Chri-
ſtum, & ejus Evangelium piè afficimur. Verùm ne
Paulus hoc ſolus, & privatim videatur facere, rem
omnem paulò altius repetam. Credidit Abraham
Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. At ille quid
credidit? Hoc ſcilicet ſemen ſibi dandum eſſe, uni-
cum, videlicet illud, ut Paulus interpretatur, in quo
omnes nationes eſſent benedicendæ, quod eſt Chri-
ſtus Ieſus. Hoc teſtamentum illi à Deo confirma-
tum fuit in Chriſto, imò Dominus ipſe quum de illo
loqueretur: Vidit, inquit, diem meum, & gaviſus eſt.
Et Iobus, capit. 19. Ego inquit ſcio, quòd Redemptor
meus vivit, qui in noviſſimo die conſurget jacentes
in pulvere. Et poſtquam vermes corroſerint corpus
iſtud, videbo Dominum de carne mea: quem ego
videbo pro me, & oculi mei viſuri ſunt, & non alius.
Hæc fides his verbis expoſita, minimè generalis
eſt, aut confuſa. In ea enim capita graphicè deſcri-
pta ſunt, quæ ad Chriſtum pertinent. Primùm enim
vocatur Redemptor, in quo prædicatur condonatio
delictorum. Deinde, proponitur adventus ejus ad
judicium, & reſurrectio mortuorum: in qua non alia
corpora, ſed ea ipſa, quæ ante habuerint, ſint homi-
nibus reſtituenda. Additur etiam humana Chriſti
natura, quæ corporeis oculis videri poſſit. Adhæc,
quam fidem iſti nobis obſecro proponunt homi-
num adhuc infidelium? Nam vera & firma perſuaſio
& conſtans, ac certus aſſenſus promiſſionibus Dei,
trahit ſecum, ut ab initio diximus, omnes bonos a-
nimi motus. Quomodo igitur dicunt, iſtos habere
fidem, qui in idololatria & vitiis turpiſſimis & craſſiſ-
ſimis hæreant? Credulitatem quidem aliquam, vel
educatione, vel ex humana perſuaſione, vel ex opi-
nione utcunque imbibita habere poſſunt: veram
autem ut fidem habeant, quoad ſic vivant, non po-
teſt ullo modo fieri: niſi fateri volunt, Turcas etiam
habere fidem. Illi enim multis rebus aſſentiuntur,
quas nos profitemur & credimus. Sed iſti locum il-
lum Pauli ex priori ad Corinthios, Si habuero om-
nem fidem, ita ut montes transferam, charitatem au-
tem non habuero, nihil ſum: non modò intelligi vo-
lunt de vera fide, ſed etiam aiunt eam ſejungi poſſe
à charitate: verùm, ſi fiat, illam fatentur nihil eſſe
profuturam. Quum ergo illum locum ita exponant,
quomodo Paulo ſuffragantur, quum dicant fidem
generalem & confuſam, quâ homines adhuc à
Chriſto alieni prædıti ſint, elicere poſſe opera bo-
na, quæ mereantur de congruo juſtificationem, &
placeant Deo: quum ille dicat, etiam veram fidem,
ut illi interpretantur, ſine charitate nihil prodeſſe?
Simile vero illud, quod adferunt de trunco, aut palo
in terram defixo, illorum ſententiam protſus ever-
tit. Nam etſi, quum ſit mortuus, videatur vivere, ta-
men revera non vivit. Et ſapiens agricola videt il-
lam generationem inutilem eſſe, & ejuſmodi folia,
ut vana & craſſa abjicit & perdit. Non alio loco ſunt
apud Deum opera illa, quæ iſti ita colorant & or-
nant.

Nulla fide placemus Deo, niſi quæ ſit in Chriſtũ. Act. 4. 12.

Rom. 3. 23. & 4. 24. Gal. 2. 20. Eph. 2. 13. & 15.

Gen. 15. 6. Gal. 3. 16. Abrahamus juſtificatus eſt fide in Chriſtum.

Ioan. 8. 56. Iob. 19. 25.

Vera fides trahit ſecum omnes bonos animi motus.

Alieni à Chriſto poſſunt habere credulitatem, at non veram fidem. Turcæ non habent veram fidem licet multa nobiſcũ credant. 1. Cor. 13. 2.

24 Comminiſcuntur etiam fictionem aliam à
priori non multum abhorrentem: aiunt enim, ope-
ra illa infidelium non fieri abſque gratia. Eſt enim
inquiunt, gratia quædam generalis omnibus expo-
ſita, & communis etiam hominibus non regenera-
tis, qua utcunque adjuti, poſſint mereri juſtificatio-
nem, & facere opera, quæ placeant Deo. Sed hoc
quum dicunt, incidunt in hæreſin Pelagii. Is enim
etiam docuit homines abſque gratia Chriſti, naturæ
ipſius viribus, & doctrina Legis poſſe edere opera
bona, per quæ juſtificentur. Neque iſtorum cauſam

Ponunt in infidelibus gratiam, ex qua bona opera faciant.

A quicquam levat, quod dicunt, ſe iſta non referre
ad naturam, ſed ad gratiam, quam Pelagiani
prorſus negabant: verbis enim videri volunt ab
illis diſſentire, quum revera cum illis maximè
conſentiant. Non ſtatuendo gratiam, quâ juſti-
tiam ſibi comparent ſine Chriſto, adverſantur &
illi, & Milevitano concilio, & Sacris literis. Deinde,
quum gratiam faciunt omnibus communem, eam
vertunt in naturam, eâque dicunt alios uti velle,
B alios nolle. Atque hanc gratiam Prævenientem
vocant, illam alteram abſolutiorem appellant Sub-
ſequentem. Id nos, ſi rectè intelligatur, non infi-
ciamur. Fatemur enim eſſe aliam gratiam præve-
nientem, aliam ſubſequentem: verùm idem eſt Dei
favor per Chriſtum, quo & prævenimur, ut rectè
velimus, & poſtea regenerati juvamur, & accendi-
mur, ut rectè vivamus. Nam quis unquam dubita-
vit, nos, ut immutemur & reparemur in Chriſto, à
Deo præveniri? Deſiperet ſupra modum, qui dice-
C ret, nos ad noſtram converſionem prævenire auxi-
lium Dei. Ille prius nos diligit, quàm à nobis diligi
incipiat: ille prius favore ac Spiritu ſuo nos inſti-
gat, quàm nos boni quicquam aut velle, aut co-
gitare poſſimus. Sed in hoc eſt error, ſi putemus
homines præditos eſſe gratia Chriſti, quum adhuc
non renaſcantur, nec renoventur in Chriſto. Dan-
tur quidem illis interdum illuſtrationes aliquæ: at
ſi illæ non ita ſint vehementes & efficaces, ut immu-
tent eorum animos, ad judicium & condemnatio-
D nem illorum, non autem ad ſalutem faciunt: quòd
illorum ipſorum peccata, qui ita illuminantur, cre-
denda ſunt promereri. Et ne quis neſciat quid iſti
ſentiant, ſcire debemus, illos affirmare, Paulum ex-
cludere à juſtificatione illa tantùm opera, quæ ab
illis fiunt per ſolum liberum arbitrium & admini-
culum Legis. Sed ſcire ex iſtis velim, quænam tan-
dem ſint iſta opera, quæ ita fiant ab hominibus?
Num certè ſunt craſſa & ſordida vitia, qualia ſunt,
homicidia, ſcortationes, adulteria, furta & alia ſi-
E milia. Hæc enim non adminiculo Legis fiunt, ſed
impulſu potius carnis & diaboli. Nec ſunt opera
naturalia, ut ludere, arare, metere, navigare: de his
enim rebus in Lege nihil præcipitur. Superſunt er-
go tantùm honeſta opera civilia, ſive moralia: ut
venerari parentes, juvare pauperes, dolere de tur-
piter admiſſis. Iſta enim & præcipiuntur in Lege,
& ab arbitrio libero, ut iſti putant, poſſunt effici:
hic omnibus inquiunt, Paulus adimit vim juſtifi-
candi. At quænam ſuperſunt alia bona opera? ego
F certè nulla video, & ſi ea fortè intelligant, quæ
fiunt ab hominibus jam juſtificatis: nam ante ju-
ſtificationem alia habemus nulla, præter jam com-
memorata. Quum ergo iſti excludant & peccata, &
opera naturalia, & iſta moralia, de quibus Lex præ-
cipit, excludunt omnia: Dicant ergo, ex quibus tan-
dem operibus velint homines juſtificari? Quòd ſi
ſaperent, hoc ſemper haberent ante oculos: Si ex
gratia, non ex operibus: & ſi ex operibus, non
ex gratia: neque ad iſtam tam ineptam & falſam &
G frigidam cavillationem refugerent, ut dicerent,
Paulum intelligendum eſſe de ſolis operibus, quæ
fide & gratia qualicunque ſint deſtituta. Quomodo
iſti audent hæc dicere, quum ferre non poſſint, ſi
quis dicat, homines juſtificari ſola fide? Additis, in-
quiunt, vocem illam, Solam, de veſtro: non extat in
Sacris literis. Hoc ſi rectè jaciunt contra nos, cur
idem ipſi committunt? Cur id ſibi licere volunt,
quod nolunt aliis? Quum ergo Paulus adimat ope-
ribus vim juſtificandi, non adjiciat, Solis: quomodo
H eam vocem illis licuit addere? Nos verò, ut ad fi-
dem addamus, Solam, argumenta habemus è Sacris
literis firmiſſima: & ſermone utimur, quemadmo-
dum docebimus, apud omnes Patres recepto & uſi-
tato. Verùm audiamus, quid etiam hac de re gar-
riant. Paulo inquiunt, negotium maximè fuit
cum Iudæis, qui putaverunt, ſe ita juſtificari poſ-
ſe operibus, præſertim Legis, ut nihil opus foret
Chriſto: in hoc unum ergo incumbit Apoſtolus.
Atqui quæcunque ſcribit, ea ego illum arbitror
I ſcripſiſſe ad Eccleſiam, quæ & ex Iudæis, &
ex Gentibus unà Chriſtum confitentibus, con-
flata erat. Ecquos ex iſtis fuiſſe putant, qui
ſalutem

Hæreſis Pelagii.

Gratia præveniens & ſubſequens.

Quædam concedenda ſunt in fidelium illuſtratione.

Rom. 11. 6.

Cur dicamus nos juſtificari fide ac ea ſola.

Paulus de juſtificatione ſcripſit ad totam Eccleſiam quæ Iudæis & Gentibus conſtabat.

ſalutem ſibi pollicerentur ſine Chriſto? Certè, ſi A qui fuiſſent, eos Eccleſia non tuliſſet. Erant tamen, qui unà cum Chriſto retinere vellent ceremonias, quibus nimium tribuebant: fuiſſe autem qui Chriſtum excluderent, non eſt credibile. Adhæc Paulus cum iſta docet, non tantùm Iudæos inſtituit, ſed etiam Gentes: ut clariſſimè apparet ex Epiſt. ad Epheſ. ubi ait, hominem juſtificari ex fide: idque inquit, non ex nobis, ne quis glorietur: & illo loco nominatim illos appellat Gentes, ad quos ſcribit, maximè verò cap. 2. Quare hoc commentum vanum eſt & ridi- B culum.

25 Sed nunc veniemus ad illorum Sacram ancoram. Duplex inquiunt eſt meritum, aliud congrui, aliud condigni. Fatentur autem opera, quæ præcedunt juſtificationem, non mereri de condigno juſtificationem, ſed tantùm de congruo. Si quæras, quidnam ſibi velint, quum dicunt meritum congrui: reſpondebunt, ſe illud tribuere illis operibus, quæ ſua natura revera non merentur ſalutem, niſi quantum illis ex quadam Dei bonitate promittitur. Et tales eſ- C ſe volunt actiones morales, quæ à multis fiunt ante juſtificationem. Illud autem ſtatuunt eſſe meritum de condigno, cujus cauſa omnino debetur merces: idque adſcribunt operibus, quæ fiunt à piis poſt regenerationem. Hanc illi diſtinctionem prorſus putant eſſe palmariam: verùm quum illam non habeant ex Sacris literis, nihil eſt quod ſibi de ea tantopere placeant. Quid ſi nos contra docemus, eam apertè & ex diametro pugnare cum verbo Dei? nónne fatebuntur, hoc ſuum tantum inventum fuiſſe à ſe reper- D tum & excogitatum, ut noſtra argumenta eluderent? Paulus quum loqueretur de hominibus juſtificatis, imò de ipſis Chriſti martyribus, qui illa tempeſtate perſequutiones & graviſſimas calamitates tolerabant, ut eos conſolaretur, ita ſcripſit: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Iſti aiunt, paſſiones ejuſmodi eſſe condignas. Paulus autem negat eſſe condignas. Quæ hic eſt conſenſio? vel potius quàm a- E perta pugna? Et quoniam dicunt in merito congrui tantùm ſpectari promiſſiones Dei, non autem dignitatem aut naturam actionis: oſtendant, quid unquam Deus promiſerit his operibus, quæ fiunt extra fidem & religionem Chriſti. Adhæc, quis non videat, quàm inepta iſta ſit forma loquutionis? Certè qui digni ſunt aliqua re, ea illis congruit: & quibus recto ſanóque judicio aliquid congruit, eo illi judicandi ſunt digni. Satis ergo liquet, iſtam diſtinctionem & malè fabricatam eſſe, & ad eludendas noſtras rationes maliotiosè excogitatam. F

Opera præparatoria non ſunt abſolutè neganda.

26 Accuſant tamen iſti nos, quaſi opera, quæ appellant præparatoria, negligamus, vel potius prorſus inficiemur: quod certe non facimus. Etſi enim illorum præparationes non admittimus, aliquas tamen & fatemur, & probamus. Deus enim author ſalutis noſtræ per Chriſtum, multis & variis mediis gradibus & viis utitur, quibus nos adducat ad ſalutem, quæ propter ejus providentiam, & miram vim, & incredibilem erga nos charitatem dici poſſunt præparato- G ria: quamvis ſi naturam rerum ipſarum, & animum noſtrum & voluntatem in illis gerendis conſideres, nihil habeant cur noſtra ſalus illis adſcribi debeat: imò ea ſaluti noſtræ potius adverſantur. Splendidæ enim illæ actiones, quæ ab illis appellantur morales, impiis materiam præbent ſeſe efferendi, & ſunt occaſiones ut ſibi placeant, neque ullam à Chriſto, aut à ſyncera pietate ſalutem quærant. Contra verò videmus ſæpe accidere, ut qui lapſi fuerint in vitia craſſiora, facilius tangantur ſalubri pœnitentia, & ad H Chriſtum promptius accedant. Itaque Chriſtus ait Scribis & Phariſæis; Meretrices & publicani antevertent vos in regno Dei. Neque vero pius quiſquam dixerit, homines aut ſcelerum vitio, aut virtutum civilium vi, aut arceri à juſtificatione, aut ad eam promoveri. Totum autem in eo ſitum eſt, quod hæc media aliquando Dei gratia deſtituuntur, interdum autem ab eo ad noſtram ſalutem convertuntur: ut quamvis, quod attinet ad nos, peccata ſint, & ſua natura nihil juvent, tamen gubernatione Dei ſemper I adducuntur ad optabilem finem. Videas interdum quoſdam, hominum quidem judicio optimè atque

Matt. 21. 31.

Media quibus adducimur ad ſalutem ex Chriſti gratia redduntur efficatia.

A honeſtiſſimè viventes: qui tamen quum intus faſtu & ſuperbia flagrent, ita deſtituantur à Deo, ut in fœdiſſimos lapſus & peccata graviſſima ſeſe præcipitent: ac ex eo tamen fieri, ut ſeſe facilius agnoſcant, & emendentur, & ad ovium Chriſti caulam redeant. Hoc nobis perſpicuè proponitur in Evangelio. Filius prodigus relicto patre, profuſo & perdito matrimonio, eo poſtremo redactus eſt, ut ſe in ſervitutem addiceret, & ſubulcum ageret: quod ſanè ſine ſummo probro facere non potuit: nam quum eſſet ea nobi- B litate natus, nunquam ad ejuſmodi ſordes debuiſſet ſe demittere. Cæterùm eo loco poſitus, præclare ſecum actum putabat, ſi vel cum porcis poſſet ſiliquas comedere: quarum tamen ipſarum non habuit copiam: hæc illi omnia vitio haud dubiè danda erant. Hinc tamen factum eſt, ut ipſe ſecum cœperit cogitare: Ah! quot mercenarii ſunt in ædibus patris mei, qui pane opimiſque cibis abundant, ego autem hic pereo fame! Hoc pacto in illo excitata eſt juſta pœnitentia: itaque ſeſe prudenter & piè ad patrem reci- C pit, à quo temerè diſceſſerat. Quis enim novit arcana Dei conſilia, & illius providentiæ abyſſum profundiſſimam? Homines ſæpe per ea præparat ad ſalutem, quæ ſua natura noxia eſſent, & lethalia, niſi ille pro ſua bonitate eis abuteretur. Id ſimili ita claro & perſpicuo oſtendemus, ut à quovis poſſit intelligi. Medicus interdum videt aliquem habere crus putre, quod curare nullo modo poſſit, niſi ſecetur. Secat, deinde adhibet fomenta & medicamenta, & ad extremum, hominem reſtituit. Hic quære, illa ſectio D poſſitne videri præparatio ad recuperandum ſanitatem? Poteſt, inquies, ſed id ſuave natura habet, an vi aliqua & conditione ægrotantis; Non certè natura ſua: nam ſi ægrotus ita ſectus relictus fuiſſet à medico, haud dubiè periiſſet. Neque enim qui ita laboraret, ſuo ingenio aut ſuis viribus poſſet convaleſcere, imò potius præ dolore & cruciatu moreretur. Quare quod ſectio ſit præparatio ad ſanitatem, id acceptum ferendũ eſt medico, & ejus arti. Ita ſi Deus relinqueret hominem in iis viis & gradibus, per quos nõnul- E li adducuntur ad ſalutem, in eis miſerè periret. Sed quia illis Deus arte ſua ſalutari, & ſapientia abutatur, fiunt præparationes ad juſtificationem: quavis ea nos nec ſua natura quicquã levent, & noſtro vitio corruptóque ingenio vehementer lædant, niſi accedat gratia Dei. Hoc autem ſimile hac in parte deficit, quòd medicus ægrotum ſine illa ſectione fortaſſe curare non poſſet: Deus autem infinitis aliis viis & rationibus poteſt nos ad ſalutem adducere. Idem nunc exemplis exponemus: Iudas cùm Chriſtum prodidiſ- F ſet, peccatum ſuum agnovit, & illud publicè confeſſus eſt: Dixit enim palam, ſe peccaſſe, & tradidiſſe ſanguinem juſtum. Hæc agnitio & confeſſio peccati, haud dubiè fuiſſent præparationes ad juſtificationem, ſi illis Deus uti voluiſſet. Verùm cùm Deus illis non uteretur, quid aliud putabimus Iudam in eo promeritum, niſi damnationem? Certè ſeſe poſtea ſuſpendit, & æternùm periit. Idem videmus contigiſſe in Caino. Nam ille quoque & confeſſus eſt peccatum ſuum, & tamen abſorptus eſt deſperatione. G Hæc eſt vis & natura iſtarum rerum, ſi abſit Dei gubernatio.

27 Præterea criminantur nos adverſarii, quòd inſigni contumelia afficiamus legem Dei, eámque inutilem faciamus, cùm eam aſſerimus non poſſe ab hominibus naturalibus viribus obſervari. Sed iſti ſatis declarant, ſe nunquam conſideraſſe in Scripturis, quæ ſint officia Legis. Ea enim ſi viderent, nunquam illam judicarent inutilem, etſi plenè obſervari non H poſſit. Primum ejus officium eſt, ut Paulus docet, ut indicet peccatum: Per Legem enim cognitio peccati. Deinde provocat iram Dei: Lex enim iram operatur. Adhæc auget magnitudinem peccati: Lex enim ſubingreſſa eſt, ut abundaret delictum. Maledictionem etiam adducit: Quotquot enim ſunt ſub Lege, ſub maledictione ſunt. Sed quorſum iſta? Vt quaſi pædagogus noſter ſit ad Chriſtum. Nam qui agnoſcunt peccata ſua, vident imminere iram Dei, & vitia ſua ſentiunt indies creſcere, & ſe ſemper maledictio- I ni magis magiſque fieri obnoxios: tandem afflante Dei ſpiritu, ad Chriſtum incipiunt anhelare, ut ab illo ex tantis malis eripiantur. Atque hæc eſt pæda-

Luc 15. 11.

Exemplum filii prodigi.

Simile.

Media & præparationes natura ſua nil juvant, niſi Dei gratia intercedat

Diſcrimen inter Deum & medicos.

Exemplum Iudæ.

Mat. 27. 4.

Gen 4. 14.

Lex non eſt inutilis, etſi non poteſt impleri.

Rom. 3. 20.
Ibid. 4. 15.
Ibid. 5. 20.

Gal. 3. 10.
Ibid. v. 24.

Digitized by Google

gogia Legis ad Chriſtum. Quæ cùm ita ſint, an po-
Exemplum Ariſtotelis.
teſt Lex cuiquam videri parum utilis? Deinde quis
dicat, Ariſtotelem inutiliter laboraſſe, cùm tanto ar-
tificio traderet rationem ſyllogiſmi demonſtrativi in
ſuis Analyticis poſteriotibus: cum tamen vix ullæ re-
periantur rationes, tanto artificio contextæ in ullis
facultatibus aut ſcientiis ſapientum? Nam cùm i-
gnoremus extremas rerum differentias, non poſſu-
mus perfectè definire, aut ἀπόδειξιν perfectam inſti-
tuere. Atqui Ariſtoteles nihilominus optimam na-
vavit operam: Suis enim illis præclariſſimis regulis
oſtendit, ſaltem quo eſſet collimandum, ſi quis ali-
quid conſtanter & firmiter probare vellet. Et Cicero
cùm talem nobis adumbrat Oratorem, qualis nemo
unquam nec fuit, nec futurus eſt, non tamen ludit o-
peram. Hoc enim ſaltem oſtendit, quid ille ſibi debe-
ret proponere, qui in ea arte cuperet excellere. Ita
A piis Lex Dei quadantenus obſervatur.
Deus propoſuit Leges ſuas, ut mortales ſemper ha-
berent exemplum ante oculos, ad quod vitam ſuam
componerent. Huc adde hominibus regeneratis in
Chriſto, leges Dei non eſſe obſervatu prorſus impoſ-
ſibiles. Cum enim illi divino Spiritu vires habeant
utcunque reparatas, impetum autem carnis nonni-
hil repreſſum, multa præſtare poſſunt, quæ ſint grata
& accepta Deo. Prætereà etiam homines nondum
regenerati: tamen quod attinet ad externam diſcipli-
nam, poſſunt ſe utcunque ad leges Dei accommoda-
Diſciplina civili, flagella iræ Dei evitantur.
re. Quod ubi fit, florent Reſpub. & ira Dei in homi-
nes minus accenditur, & ſupplicia quæ in palam pec-
cantes divinitùs effundi ſolent, ad aliquod tempus
evitantur.

28 Atque iſtæ ſunt non leves aut vulgares utili-
tates Legis, quas illi, qui iſta nobis objiciunt, viden-
Æquitatem Legi Dei affingere, non eſt hominum.
tur ignorare. Verùm illi iſtis non contenti, addunt
Legem ipſam ab hominibus non renatis poſſe ſerva-
ri. Quod ſi quis ejus ſublimitatem & difficultatem
Legum humanarum ſarta tecta authoritas.
objiciat, reſpondent, Iuſtitiam noſtram, ſi cum Dei
juſtitia quæ undique abſoluta eſt conferatur, aut ad
Legem per ſeipſam acceptam applicetur, nullam eſ-
ſe. Verùm ſi juſtitia noſtra ita comparetur cum Lege,
ut Deus pro ſua bonitate condeſcendit ad noſtram
infirmitatem, ita nos poſſe eam obſervare, & bonis o-
peribus juſtificari. Hæc ut ne ſis neſcius, eſt ſophi-
ſtica diſtinctio Pighii, qua ſibi auſus eſt uſurpare au-
thoritatem divinæ Legis temperandæ: quæ ſanè au-
thoritas, nulli mortalium convenire poteſt: Idque &
ex humano, & è divino jure probare poſſumus. Ha-
betur enim in Digeſtis, de Legibus & Senatuſcon-
ſultis: De his quæ primò conſtituuntur, aut interpre-
tatione, aut conſtitutione optimi principis certius
ſtatuendum eſt: nempe ut non ſit in manu cujuſ-
quam hominis aut judicis, leges pro arbitrio mitiga-
re, aut nomine alicujus æquitatis tranſgredi. Sic e-
nim leges efficerentur Lesbia regula: & omnia pro
hominis libidine cõfunderentur. Imò potius hæc re-
gula idcirco traditur, ut ſi ſummum jus in aliqua le-
ge ſcriptum fuerit, æquitas autem & moderatio illius
ſummi juris nullibi exprimatur, judex jus ſummum
ſequi debeat, nec adhibere æquitatem: quum tamen
ita demum ſequi poſſit, ſi in aliqua lege exprimatur.
Argumentum ab humano.
Exempli gratia: Omnes leges conſentiunt, ſi debitor
pecuniam non ſolvat ad diem, & creditor propterea
jacturam faciat, debitorem aſtringi ad illam jacturam
ſarciendam. Atque id appellant ſolvere quod inter-
eſt, vel ut alii loquuntur, intereſſe. Sed quoniam in
Digeſt. de regulis juris habetur, in omnibus cauſis
pro facto accipitur id, in quo per alium mora eſt quin
fiat, idcirco ſi debitor probare poſſit, non ſtetiſſe per
ſe quin ſolveret, ſe enim habuiſſe pecuniam paratam,
& obtuliſſe: per creditorem autem ſtetiſſe quo minus
fieret ſolutio: etiamſi creditor mille jacturas fecerit
propter dilatam ſolutionem, tamen debitor non a-
ſtringitur ad compenſandum ex æquitate. Nam ex
æquitate ſcripta, pro facto habetur, cùm penes alium
mora fuerit. Apparet igitur, non eſſe in poteſtate ju-
dicis, aut hominis cujuſquam, ut pro ſuo arbitratu le-
ges temperet. Quòd ſi ita habet in jure Romano ab
hominibus invento & promulgato, quid ſentiendum
Ius divinum firmius eſt humano.
eſt de jure divino? Illud enim infinitis partibus fir-
mius eſſe debet, quàm jus humanum. Nec in eo li-
cet nobis æquitatem ullam fingere, niſi cùm eam vi-
demus expreſſam in ſcripto. Exempli cauſa, lex eſt:

A Qui effuderit humanum ſanguinem, ejus etiam ſan- Gen. 9. 6.
guis effundatur. Hîc habemus ſummum jus: quod
certè ſemper oporteret ſequi, niſi id alibi æquitas
quandoque temperandum eſſe docuiſſet. Sed alibi
ita ſcribitur: Si duo ſimul proficiſcantur in ſylvam ad Deut. 19. 5.
ligna cædenda, & ſecuris caſu ex alterius manu ela-
pſa, alterum prope aſtantem interficiat, ſunto civita-
tes aliquot perfugii, ad quas iſte homicida ſe reci-
piat, & in quibus ſecurus degat, quoad cauſa cogno-
ſcatur: ut ſi probare poſſit innocentiam ſuam, in ſum-
B mi Pontificis morte dimittatur liber. Hac æquitate,
quoniam ſcribebatur in legibus Dei, judices uti po-
terant, imò debebant etiam, quoties id viderent ne-
gotium quod agebatur, poſtulare. Ius autem illis
fuiſſe pro ſua authoritate leges divinas inflectere, aut
mitigare, nullo teſtimonio Sacrarum literarum pro-
bari poteſt. Imo contra potius jubebantur, ut neve
Legi Dei neque addi poterat neque detrahi.
ad ſiniſtram, neve ad dextram declinarent: & neve
adderent quicquam legi Dei, néve detraherent. Vt-
C que doceamus, Legem eſſe impoſſibilem, quod ad
noſtras vires attinet, maxime verò antequam ſimus Deut. 4. 2.
regenerati, non eſt opus longa oratione: id enim
Scriptura ipſa apertè teſtatur. Paulus enim ita ſcribit Rom. 8. 3.
Lex Dei humanis viribus impoſſibilis eſt obſervatu.
cap. 8. ad Romanos; Quod impoſſibile erat Legi, qua-
tenus infirmabatur per carnem. Et in eodem capite;
Prudentia carnis, inimicitia eſt adverſus Deum: Legi
enim Dei non eſt ſubjecta, imo ne poteſt quidem. Rom. 8. 7.
Et in priori ad Corinthios; Animalis homo, non 1. Cor. 2. 14.
percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: nec enim poteſt,
D nam illi ſtultitia ſunt. Et Chriſtus; Arbor inquit ma- Mat. 7. 18.
la, non poteſt facere fructus bonos. Et; Quomodo Mat. 12. 34.
poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali? Hæc omnia ſatis
docent, fieri non poſſe, ut humanis viribus, quemad-
modum nunc ſunt, corruptis & vitiatis, Lex divina 1 Reg. 21. 27. & 29.
obſervetur, ſed de iſtis Papiſtarum ſuffugiis & cre-
ſphygetis ſint iſta ſatis.

29 Nunc ad ſingulares quaſdam illorum obje-
ctiones veniamus, quibus ſtudent & nobis faceſſere
Inſtantia de Achabi pœnitentia.
negotium, & ſua mendacia conſtituere. Aiunt, Acha-
E bum impium Regem, ad minas Eliæ laceraſſe ve-
ſtem, induiſſe ſaccum, ita cubuiſſe & jejunaſſe, & nu-
dis pedibus inceſſiſſe: ac propterea Dominum dixiſſe
Achabus ut coram Deo dicatur humiliatus.
Prophetæ, An non vidiſti Achab humiliatum coram
me? In diebus ejus non inducam malum, ſed in die-
bus filii ejus. Ecce inquiunt, opera Regis impii &
nondum juſtificati, ita placent Deo, ut Deum ſibi
reddiderit placatum. Nos vero contendimus, Acha-
bum his factis non fuiſſe juſtificatum. Nam ſi veram
illam fidem habuiſſet, quæ homines juſtificat, in ido-
F lolatriis, & in aliis craſſiſſimis vitiis non hæſiſſet: mi-
nis quidem Prophetæ nonnihil commotus eſt: quod
autem fecit, ad externam & civilem quandam diſci-
Ob ſervatam externam diſciplinam, ſuſtinentur à Deo flagella.
plinam pertinuit, magis quàm ad veram pœniten-
tiam. At Deus fatetur, eum coram ſe fuiſſe humilia-
tum. Reſpondeo, illud Coram, referri poteſt vel ad
verba Dei, quæ Achabo denuntiata fuerant per Pro-
phetam, ut ſenſus ſit, Coram me, id eſt, ad verba mea:
vel Coram me, id eſt, in Eccleſia Iſraelitica. Facto au-
tem illo, Achabus teſtatus eſt flagitium quod patra-
G verat, ſibi diſplicere: idque fuit boni & ſani exempli
apud multitudinem. Verum Deus, qui in cor ejus in-
timum intuebatur, vidit pœnitentiam illam ſimula-
tam eſſe & infrugiferam. Ideóque pollicitus eſt, ſe
tantummodo dilaturum eſſe ſupplicium: ut quod a-
lioqui in ejus diebus eſſet eventurum, id in diebus
filii ejus eveniret. Neque id novum eſt, nec nobis
debet eſſe ignotum, propter diſciplinam externam
conſervatam, flagella ſuſtineri, & præſentis vitæ gra-
viſſimas pœnas evitari. Non enim docemus, peccata
H omnia eſſe paria. Et Deus expectare voluit, dum pec-
cata Amorrhæorum implerentur. Tum autem de- Gen. 15. 16.
mùm ira ejus ſolet effundi, cùm impudenter, & abſ-
que ullis frænis, indulgetur libidinibus & ſceleribus.
Imò ſi externa diſciplina conſervetur, ſæpe à Deo
multa felicia tribuuntur: non quidem factorum
Deus vult ordinem in externis rebus conſervatum.
ipſorum merito, ſed ex ordine à Deo in rerum
natura conſtituto. Vult enim Deus ad conſer-
vationem rerum, & εὐταξίαν, ut hoc ex illo certa
connexione conſequatur. Miror autem, quid iſti ſibi 2. Par. 12. 14.
Quomodo Roboam dicatur non præparaſſe cor ſuum?
I velint, cùm ex libris Paralipom. dicant Roboamum
filium Solomonis malum feciſſe, quod non præpara-
vit cor ſuum ad inquirendum Dominum. Facilè vi-
dere

Digitized by Google

dere potuiſſent, hoc ad præſens inſtitutum nihil fa-
cere, niſi eſſent doctores, ut ita dicam, tabularii, pluſ-
que ex indicibus ſaperent, quam ex libris. Quoties
enim in indice ſacrorum librorum inveniunt præpa-
rare, aut præparatio, id ſtatim quicquid eſt arripiunt,
& arbitrantur pro ſe facere, atque ad præparatoria
ſua opera pertinere. Sacra autem hiſtoria cùm nar-
raſſet, Regem illum malè ſe geſſiſſe, ſubjecit per ex-
poſitionem, ut ſæpe ſolet, illum non habuiſſe cor re-
ctum & promptum ad quærendum Dominum. Ne-
que quicquam magis juvat illorum cauſam, quàm
Prov. 16. 1. Cur dicatur hominis eſſe cor præparare?
quod habetur cap. 16. Prov. Hominis eſſe præparare
cor, Domini autem eſſe reſponſionẽ linguæ. Nihil e-
nim aliud ex illis verbis debemus intelligere, quàm
homines quidem ſolere multa ſibiipſis proponere
facienda: eventum autem ac ſucceſſum, in ipſorum
poteſtate non eſſe, ſed pendere à Deo. Sæpe apud
ſe conſtituunt homines, quid in ſenatu, in judicio,
apud Regem, ad milites, ad populum dicturi ſint:
Quid autem futurum ſit, ſitum eſt in arbitrio Dei.
Illi quidem parant cor, ſed reſponſionem linguæ
Deus temperat pro ſua providentia. Alia etiam ci-
Pſal. 10. 17. Præparatio cordis pauperum.
tant ejuſdem omnino ponderis ex Pſalm. 10. Deſide-
rium pauperum exaudivit Dominus, præparationem
cordis illorum audivit auris tua. Verùm, hoc loco
boni magiſtri bis errant: Primùm ea quæ dicunt non
intelligunt, deinde locum ipſum non citant ad He-
braicam veritatem. Senſus enim eſt, Deum non a-
ſpernari vota pauperum, ſed illis pro magna ſua bo-
nitate efficere, quæ in animo ſuo ſtatuerint ab illo
petere. Atque hæc eſt præparatio cordis. Nemo e-
nim pius quicquam petit à Deo, quin prius in corde
ſuo deliberet, id eſſe petendum. Alioqui temere ac-
cederet ad Deum, & ſtulte precaretur. At iſti ubicun-
que in divinis literis occurrit vox illa, Præparare, ſta-
tim eam vel invitam rapiunt ad conſtituenda opera
præparatoria. Sed jam videamus Hebraicam verita-
tem: *Thaavah Anavim ſchamata Iehovah T-kin libbom
taſchif oſnecca:* Hoc eſt; Deſiderium pauperum exau-
diſti, Domine: paraſti, vel parabis cor illorum: audiet
Deus cor ſanctorum præparat.
auris tua. Hic videmus Davidem ſtatuere, deſideria
ſanctorum, quos appellat pauperes, audiri à Deo:
cauſa ſubjicitur, quod Deus illorum cor præpararit
ad ea poſtulanda, quæ faciant ad illorum ſalutem, &
Deo placeant. Per quem autem Deus efficiat hujuſ-
modi præparationem in cordibus fidelium, Paulus
Rom 8. 25. Deus præparat corda Spiritu ſancto.
docet in Epiſt. ad Rom. cùm ita ſcribit: Quid peta-
mus, quemadmodum oporteat, neſcimus. Spiritus
autem orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus,
Deus autem, qui ſcrutatur corda, videt quid ſpiritus
poſtulet pro ſanctis. Videmus ergo & ex Davide,
& ex Paulo, ea vota precantium audiri à Deo, quæ
ſpiritus ejus impulſu excitantur. Scimus autem ab
Ethnicis philoſophis, non uno loco reprehendi eos,
qui inconſideratè & temerè poſtulant aliquid à
Deo. Qui verò Chriſtum profitentur, quemadmo-
dum credunt illum eſſe authorem ſuarum precum,
ita illos claudunt in hanc ſententiam, Fiat voluntas
Mat. 6. 10.
tua.

30 Sed Ezechiel inquiunt, ait cap. 18. Ambulate
Conciliatio locorum Hieremiæ & Ezechiel s. Ezec. 18. 31.
in viis meis, & facite vobis cor novum. Et Hierem.
Convertimini ad me, dicit Dominus. Quare homo,
inquiunt, poteſt per ſeipſum præparare ſe ad obti-
nendam juſtitiam. Sed iſtos oportuit cogitare, ini-
quum eſſe, certa aliqua loca Scripturarum citare,
præteritis & diſſimulatis aliis. Eant ergo & videant,
Ez. 36. 16.
quid Ezech. habet cap. 36. Ego, inquit Dominus, fa-
ciam ut ambuleris in viis meis. Et: Dabo vobis cor
Ier. 31. 18. Ioan. 3. 10.
carneum, & auferam vobis cor lapideum. Et Hierem.
cap. 31. Converte me Domine, & convertar. Vnde
Auguſtinus pulchrè dixit: Da quod jubes, & jube
quod vis. Abutuntur etiam alio loco ex Propheta
Iona, ad confirmandum errorem ſuum. In eo enim
ſcribitur, Deum reſpexiſſe opera Ninivitarum. Ecce,
inquiunt, afflictio Ninivitarum, qua ſeipſos confe-
cerunt jejuniis, & clamaverunt ad Dominum: præ-
paravit animos illorum, & aptos fecit, ut veniam im-
De facto Ninivitarum.
petrarent. Quaſi verò non oportuerit Ninivitas
prius credere verbo Dei, quàm aut orare ſalubriter
potuerint, aut agere pœnitentiam. Cùm ergo credi-
derint ante omnia opera, juſtificati ſunt ex fide: non
autem ex operibus quę conſequuta ſunt poſtea. Deus

A autem dicitur reſpexiſſe ad opera illorum, quoniam
illi placebant. Neque nos unquam negavimus, ope-
ra, hominum juſtificatorum grata eſſe Deo. Quoties
nobis in Scripturis occurrunt hujuſmodi loca, quæ
videantur juſtitiam tribuere operibus noſtris, ſpe-
ctandum eſt juxta doctrinam Auguſtini, quónam ex
Auguſtini Regula.
fundamento ea proficiſcantur. Cùmque ea videamus
naſci ex fide, illi radici adſcribere debemus, quod po-
ſtea ſubjungitur de juſtitia. Quàm autem turpiter
B iſti argumentando peccent, ex eo animadvertere
poſſumus, quod quæ ſunt propria uni generi homi-
num, transferre audent ad aliud, quod leges humanæ
minimè fieri patiuntur. Vt enim habetur in Cod. de
Teſtamentis, ſi ruſtici homines, & illiterati, qui extra
civitates habitant, neque copiam habent ſapientum,
& doctorum virorum, condant teſtamenta ſua abſq;
ſolennitate requiſita, & numero teſtium præſcripto,
qui tamen alioqui eſſet neceſſarius, ejuſmodi teſta-
menta debent recipi. Hanc prærogativam ſi quis
Simile.
C transferre velit ad cives, qui, cùm verſentur in oppi-
dis, habent copiam virorum intelligentium, vehe-
menter erret. Illorum enim teſtamenta ſi ita fiant,
reſpuuntur, nec habentur pro ratis. Ita nos dicimus
hominum juſtificatorum opera poſſe placere Deo:
quod tamen concedi illis, qui à fide & Chriſto alieni
ſunt, nec poteſt, nec debet.

31 Adhæc obſervandum eſt, familiare ſophiſma
adverſariorum, quod à Dialecticis appellatur, à non
cauſa, ut cauſa. Illi enim ſemper ſtatuunt bona ope-
D ra cauſas eſſe juſtitiæ: cum ea revera juſtitiæ effecta
ſint, non cauſæ. Perinde enim eſt, ac ſi quis diceret,
ignem idcirco eſſe calidum, quia calefacit. Contra
enim ſe res habet: Nam quia ignis calidus eſt, idcirco
Simile. 2. Cor. 5. 10.
calefacit. Ita nos quoque quia ſumus juſtificati, id-
circo juſta facimus: non autem quia juſta facimus, id-
circo juſtificamur. Objiciunt etiam interdum, Deum
Deus reddit cuique ſecundùm opera ſua, quomodo intelligatur.
redditurum unicuique ſecundùm opera ſua. Quare
opera inquiunt, ſunt cauſæ noſtræ felicitatis. Sed hìc
quoque, ut ſolent, longè decipiuntur. Niſi enim illi
novam aliquam ſibi grammaticam pepererint, certè
E juxta non ſignificat cauſam. Sed Chriſtus aiunt, in
Mat. 25. 35. Cur Chriſtus in judicio commemorabit externa opera?
extremo illo ſuo judicio videtur hæc proferre tan-
quam cauſas collati cœleſtis regni. Ita enim dicturus
eſt, Eſurivi, & paviſtis me: ſitivi, & potaſtis me. Sed
illa revera non commemorantur à Chriſto ut cauſæ,
verùm illa potius quæ anteceſſerant: Venite benedi-
cti Patris mei, poſſidete regnum, quod vobis paratum
eſt ab origine mundi. Vera enim cauſa felicitatis no-
ſtræ eſt, quod ſimus electi & prædeſtinati à Deo ad
F æternam illam hæreditatem. Nam qui ſunt in hoc
ordine, ſuo tempore ornantur fide, qua juſtificati ha-
bent jus ad vitam æternam. Sed quoniam hæc fides
occulta eſt, nec poteſt conſpici, Chriſtus autem vult
omnes intelligere, non niſi juſtos recipi in regnum
cœlorum, idcirco commemoranda erant opera exter-
na, ut ex illis juſtitia per fidem perſpicuè intelligatur
Duo ſunt rerum principia.
hominibus collata. Nemo enim neſcire poteſt, duo
eſſe rerum principia: alterum, ut ſint: alterum, ut co-
gnoſcantur. Ruſſus objiciunt: Ego honorantes me
1. Sam. 2. 30.
G honoro, & diligentes me diligo, ex 1. Sam. Hic in-
quiunt, promiſſio fit operi. Cæterùm ſi diſtinguerent
promiſſiones Evangelicas à legalibus, illum locum
facile intelligerent, nihil noſtræ ſententiæ adverſari.
Nam ſi à nobis Legis mandato ſatisfieret, poſſet ea
eſſe cauſa, cur nobis promiſſio redderetur. Sed cùm
hoc nemo præſtare poſſit, omnes confugiunt ad
Chriſtum, & per fidem erga illum juſtificantur. De-
inde inchoata quadam obedientia, opus aggredimur:
quod quamvis exactum non ſit ad mandati regulam,
H tamen placet Deo. Et ille ex mera ſua liberalitate
promiſſionem præſtat, quæ illi operi adjuncta fue-
rat. Atque ita conditiones illæ, quæ adjunctæ ſunt ad
præcepta non ſunt inutiles: Eas enim juſtificati aſſe-
Pſal. 25. 18.
quuntur. Nec pudet iſtos citare hæc verba ex Pſalm.
25. Vide laborem meum & humilitatem meam, & di-
mitte omnia delicta mea: quaſi labores noſtri aut af-
flictiones ſint cauſæ remiſſionis peccatorum. Atque
hoc loco David in graviſſimis calamitatibus poſitus,
precatur Deum, ut ſibi peccata condonet: ut ſi iratus
I eſſet propter peccata, cauſa pœnarum tolleretur. Hìc
enim non agitur de laboribus ultrò ſuſceptis, ſed de
ſuppliciis à Deo inflictis. Videmus etiam pueros, in-

terim dum cæduntur à preceptoribus, miſericordiam & indulgentiam implorare. A Si homini leproſo des eleemoſynam, lepra non poteſt propria dici cauſa tuæ miſericordiæ, nam alioqui omnes tranſeuntes idem facerent. Vera autem cauſa eſt, benignus affectus in animo tuo.

52 Sed addunt in Sacris Scripturis multum tribui pœnitentiæ: Id nos non negamus. Verùm illos viciſſim velim intelligere, illam eſſe fructum fidei: & neminem poſſe utiliter agere pœnitentiam ſuorum peccatorum niſi prius credat. B Multa etiam fruſtra jactant de confeſſione: ſed eam nos diſtinguimus.

Mat. 18. 4 Diſtinctio confeſſionis.

Etenim vel disjuncta eſt à ſpe & fide, ut in Iuda, qui confeſſus eſt ſe peccaſſe tradendo ſanguinem juſtum, eáque tantùm abeſt ut adferat aliquam utilitatem, ut ad deſperationem etiam præparet & exitium: vel cum fide & ſpe conjuncta eſt, ut in Davide & Petro, & ſic non cauſa eſt, ſed effectus juſtificationis. Sequitur enim fidem, non præcedit. Auricularis autem Papiſtarum confeſſio, prorſus ſuperſtitioſa eſt.

Confeſſio auricularis.

Quare illam omnino explodimus. C Obtruditur enim ab illis, ut neceſſaria ad ſalutem, & ut cauſa cur peccata condonentur, quod nullo teſtimonio Divinarum literarum queunt probare. Illud etiam arripiunt ex oratione Dominica: Remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris: &, Remitte, & remittetur vobis.

Mat. 6. 12. Ibid 5. 14. Remitte nobis debita noſtra exponitur.

Ergo, inquiunt, condonatio injuriarũ, cauſa eſt cur nobis noſtra peccata remittatur. Hæc ratio iſtorum, ut dici ſolet, altera manu ſcalpit caput, altera ferit malam. Nam ſi condonatio injuriarum, D ut illi volunt, meretur remiſſionem peccatorum, jam illa remiſſio non eſſet remiſſio. Poſtquam enim ſemel ſolviſti pretium, nihil eſt quod tibi remitti poſſit: tunc autem locus eſt remiſſioni, quando pretium non perſolvitur. Quod autem ad locum illum attinet, primùm petimus, ut nobis peccata dimittantur: Et quoniam ex perceptis beneficiis animus hominibus addi ſolet, ut ſperent ſe alia majora accepturos, idcirco ejus dicti hæc eſt ſententia. O pater, qui pro tua bonitate dediſti nobis ut debitoribus noſtris in- E jurias remiſerimus, noſtra quoque nobis peccata condona. Significatur item his verbis, non cauſa, ſed ſimilitudo: quamvis ne ea quidem perfecta & abſoluta ſit. Nemo n. ſapiens, vult ita peccata ſua remitti à Deo, ut ille proximo injurias condonavit. Quivis enim propter carnem, & eã infirmitatem quã circumfert, multò minus ignoſcit fratri ſuo, quàm oporteat. Semper enim in animo hæret aliquid offenſionis: quod quamvis non erumpat, tamen ipſe ſatis ſibi eſt conſcius, ſe erga eum à quo læſus fuit, animo eſſe non ſatis candido. F Sed ſuperior expoſitio, docet ſimilitudinem referendam non ad remiſſionem, ſed ad liberalitatem Dei: ut quemadmodum dedit unum, ita dignetur dare etiam alterum. Quod autem dicitur; Remittite & remittetur, præceptum eſt, atque ideo ad Legem pertinet. At objicies, Haberi illam ſententiam in Evangelio, non in Lege. Id nihil eſt: Evangelium enim & Lex non diſtinguuntur voluminibus. Nam & in Veteri Teſt. Evangelicæ promiſſiones continentur: G & in Evangelio, Lex non tantum comprehenditur: ſed etiam à Chriſto perfectiſſime declaratur.

Lex & Evangelium non diſtinguuntur voluminibus. Quæ formula condonandæ ſint injuriæ.

Quare illis verbis nobis mandatur, ut injurias acceptas condonemus. Id autem cùm facere oporteat ad præſcriptum Legis, illa vero pendeat ex illo ſummo præcepto; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus tuis, ad illam utique formam ignoſcere oportet inimicis: quod quia nunquam quiſquam aut præſtitit, aut præſtare poteſt, nihil ſupereſt, niſi ut confugiamus ad Chriſtum, à quo per fidem juſti- H ficemur: deinde juſtificati id quod præcipitur incipiamus utcunque efficere. Quod quamvis perfectè expletum non ſit, tamen placet Deo. Iſque non ex cauſa operum noſtrorum, aut merito, ſed tantùm propter Chriſtum adjectam promiſſionem elargitur. Fucum etiam facere conantur ex verbis Danielis, quibus ille hortatus eſt Regem, ut eleemoſynis redimeret peccata ſua.

Dan. 4. 24. Eleemoſynis redimas peccata tua exponitur.

Verum illo loco per peccata, pœnas & ſupplicia peccatis debita intelligere poſſumus. Nam ita ſcripturæ non raro loquuntur, idque I nos nunquam negavimus: imò ultro damus, operibus, quæ proficiſcuntur ex fide, Deum ſolere multa tribuere, præſertim quoad flagella & pœnas leniendas.

53 Objiciunt etiam illud ex cap. 1. Ioann. Dedit illis poteſtatem filios Dei fieri.

Ioan. 1. 12.

Statuunt ergo eos, qui jam receperunt Chriſtum, hoc eſt, in eum crediderunt, nondum eſſe juſtificatos & regeneratos, & filios Dei; ſed tantùm habere poteſtatem, ut poſſint effici filii Dei: videlicet, ut illi putant, per bona opera. Atque huic argumento Pighius, propugnator & Achilles Papiſtarum, valde confidit: ſed fruſtra. Putat enim neceſſe eſſe, cui poteſtas ſit aliquid habendi, id eum nondum habere. Quaſi verò hic agendum ſit philoſophicè, quòd potentia excludat actum. Quod tamen etiam apud ipſos philoſophos non eſt verum in univerſum. Quum enim definiunt animam, aiunt, eam eſſe actum corporis phyſici, organici, potentiâ habentis vitam.

Animæ definitio.

Ex qua definitione apparet, corpus noſtrum habere vitam potentiâ, quum tamen eam re ipſa jam habeat. Verum vox illa, Potentia, hoc ſignificat, illud ex ſeipſo non habere vitam, ſed ab alio, nimirum ab anima. Quod in præſentia nos quoque poſſemus dicere, nempe eos, qui receperunt Dominum, & in illum crediderunt, regeneratos eſſe, & filios Dei: non tamen ex ipſis, verum aliunde, nimirum ex ſpiritu & gratia Dei. Id enim ſonat, poteſtas: Quanquam Evangeliſta illo loco non peripateticè, ſed ſimpliciter & planiſſimè loquutus eſt. Dixerat enim paulo antè, Sui eum non receperunt.

Ibid. v. 11.

Suos autem dicebat Iudæos, qui peculiariter veri Dei notitiam profitebantur. Quum autem illi veritatem oblatam repudiaſſent, Deus noluit eſſe abſque populo: ſed illos aſcripſit in peculium ſuum, qui crederent & reciperent Chriſtum. Itaque dedit illis poteſtatem, hoc eſt, jus & prærogativam, ut, cùm recepiſſent Dominum per fidem, fierent & eſſent filii Dei. Et idcirco Cyrillus exponens hunc locum ait, hanc poteſtatem eſſe adoptionem, & gratiam.

Poteſtas illa eſt adoptio & gratia.

Adhæc Pighius, quamvis ſe putet acutum, tamen non videt ſe, cùm ita argutatur, dicere pugnantia. Quî enim poteſt fieri, ut aliquis in ſeipſo vitam habeat, & nondum vivat? Certè ſi credendo receperunt Chriſtum, neceſſe eſt, ut ſtatim habuerint juſtitiam. Nam ut Paulus habet in Epiſt. priori ad Corin. Ipſe factus eſt nobis à Deo ſapientia, juſtitia, ſanctitas & redemptio.

1. Cor. 1. 30.

Sed quid multa? Ipſe nobis Evangeliſta declarat, qui nam iſti ſint, qui talem poteſtatem acceperunt: nimirum, qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſint. Quòd ſi nati ſunt ex Deo, neceſſe eſt eos juſtificatos & regeneratos eſſe. Objiciunt etiam nobis timorem ſervilem, qui præcedit charitatem, quaſi eo præparemur ad juſtificationem, & ad charitatem facilius recipiendam. Quibus nos reſpondemus, hujuſmodi timorem ſine charitate peccatum eſſe. Regerunt, Chriſtum illum præcepiſſe: Deum autem non præcipere peccatum. Præcepit autem inquiunt, hujuſmodi timorem, cùm diceret, Oſtendam vobis, quem timeatis: timete illum, qui cum occiderit corpus, animam quoque mittere poſſit in gehennam.

Matt. 10. 28.

Hunc autem timorem præparare ad juſtificationem, putant ex eo probari poſſe, quod Auguſt. exponens illud ex Epiſt. priori Ioannis, Perfecta charitas foras mittit timorem, dicat, ſervilem iſtum timorem non eſſe inutilem: quemadmodum enim ſeta præmiſſa à calceario inducit filum, ita hunc timorem ſecum trahere charitatem.

1 Ioan. 4. 18. Simile.

Quod ad primum attinet, reſpondeo, illos falſum aſſumere: nimirum, Deum ullo unquam loco præcepiſſe hujuſmodi timorem, qui vacet charitate & fide: Idque, ſat ſcio, iſti nunquam invenient. Quod autem ad Auguſtinum attinet, reſpondemus, in illo loco Ioannis, (In hoc perfecta eſt charitas nobiſcum, ut in die judicii fiduciam habeamus, quod ſicut ille eſt, & nos ſimus: in hoc mundo timor non eſt in charitate, ſed perfecta charitas foras ejicit timorem) charitatem intelligendam eſſe, non noſtram erga Deum, ſed Dei erga nos. Loquitur enim de perfecta charitate, qualem nos non habemus in hac vita. Senſus autem Ioannis eſt, poſtquam perſuaſi ſumus de perfecta charitate Dei, quâ nos complectitur, habemus fiduciam, in die judicii nos fore in tuto. Et iſta Dei charitas perfecta, poſtquam eam habemus cognitam, foras extrudit timorem, quia non patitur

Digitized by Google

Charitas non perpetuò ſequitur timorem ſervilem. Quomodo timor ſervilis dicatur utilis.

titur nos timere. Quare interpretatio illa Auguſtini de charitate noſtra erga Deum, ad rem nihil facit. Sed fingamus Ioannem loqui de charitate noſtra erga Deum, quemadmodũ locus ille communiter accipitur: Ita verba Auguſtini erunt vera, non quidẽ in univerſum, ut ſemper ejuſmodi timorẽ ſequatur charitas: (ſcimus enim) ſecus accidiſſe in Caino & Iuda,) ſed tantùm in hominibus juſtificandis. Deus enim utitur hoc medio, ut prius eos percellat magno timore ſuorum peccatorum: deinde per illum deducat ad fidem & charitatem. Interim tamen illam conſternationem peccatum eſſe nihil dubitamus. Dici tamen poteſt ille timor utilis, non merito, aut natura ſua, ſed propter ordinem inſtitutum à Deo, qui ſic eo vult abuti ad ſalutem noſtram. Atque etiam hoc addimus, charitatem eam, quò magis in nobis creſcit, eò magis magiſque ejicere timorem, non ſolùm ſervilem, ſed etiam hominum juſtificatorum. Quiſquis enim verè perſuaſus eſt de charitate Dei erga ſe, ſuam damnationem timere non poteſt. Dubitatio autem illa, qua timemus æternum ſupplicium, peccatum eſt. Ea tamen in animis noſtris ſemper utcunque hæret: quia nunquam in hac vita tantum, quantum debemus, aut quantum oportet, credimus. Et propter iſtam charitatis, qua proximus diligendus eſt, debilitatem: & propter perſuaſionis, qua Deo credendum eſt, infirmitatem, dum hîc ſumus, nunquam omnem vitioſum timorem exuimus.

Matt. 7. 7. Petite & accipietis quo pacto intelligendum?

34 Illud etiam iſti arripiunt, & nobis objiciunt; Petite, & accipietis: Quærite, & invenietis: Pulſate, & aperietur vobis. Sed meminiſſe eos oportuit, preces ex fide proficiſci, & ea ſola niti. Alioqui enim audire non poſſunt. Verùm cur ita tacitè præterierunt illud, Quicquid petieritis credentes, dabitur vobis? Ex illis enim verbis apparet, quicquid petentibus datur, dari fidei. Huc etiam addunt illud Lucæ, Date eleemoſynam: & omnia munda ſunt vobis. Cæterùm, hæc verba tribus modis exponi poſſunt, quorum tamen nullus pro iſtis facit. Primus modus eſt, vt ſtatuamus, orationem illam eſſe ironicam: veluti ſi Chriſtus ita dixerit Phariſæis, Vos datis eleemoſynã, & ſtatim putatis omnia munda eſſe vobis, quod non ita habet. Oportet enim ea primùm mundare, quæ ſunt intus. Alter modus eſt, quem Auguſtinus ſequitur in Enchiridio ad Laurentium. Quidam perſuaſerant ſibi ſe, ſi darent eleemoſynas, ſalvos fore, quamvis à peccando non deſiſterent. Nitebantur autem maximè his verbis Chriſti. Reſpondit Auguſt. verba illa Chriſti intelligenda eſſe de vera & probata eleemoſyna, de qua ſcriptum ſit Eccleſ. cap. 30. Miſerere animæ tuæ, placens Deo. Iuſtam ergo eleemoſynam primùm incipere debes à teipſo: vt miſertus tui ipſius converraris ad Deum, & deſiſtas à peccatis, ac poſtea miſerearis aliorum. Tertius autem modus iſte eſt, magis, vt mihi quidem videtur, ad rem appoſitus. Chriſtus cum eſſet in prandio cum Phariſæis, cœpit comedere illotis manib. Cùm illi ea re offenderẽtur, Chriſtus cœpit arguere illorum inſcitiã: qui patinas, manus, & omnia externa purgata eſſe vellent & nitentia: de eo verò, quòd intus habebant, hoc eſt de animo ſuo, nihil eſſent ſolliciti. Primũ ergo hortatur eos, vt animũ, qui intus eſſet, purgarent. Id autem fit per fidem. Nam in Actis ſcribitur, Fide purificans corda illorum. Deinde quod ad externa attinet addit: Date eleemoſynam, & ita omnia vobis erunt munda. Præterea vt in ſuis adnotationibus Th. Beza, doctiſſimus vir & acutiſſimus, prudenter admodum conſideravit, non de quavis munditia Chriſtus loquebatur: verùm de illa, quæ ad cibum pertinet, ad quem Chriſtus duplicem accommodat præceptionem: vna eſt, ne quæ comedũt, rapto ſint parta: altera eſt, vt de iis quæ ſunt intus, id eſt, quæ in patinis continentur, aliquid in pauperum eleemoſynam decerpatur, qua quicquid eſt reliqui, mundetur ac ſanctificetur. Ex his autem omnibus nihil eſt, quod adverſariorum ſententiam adjuvet.

Luc. 11. 4. Date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis.

Eccl. 30. 24.

Act. 15. 9.

Theodorus Beza.

35 Sunt alii, qui putant, ſe errorem ſuum confirmare poſſe miniſterio clavium: per quas arbitrantur, homines abſolvi à peccatis. Sed longè decipiuntur: non enim intelligunt, quænam illæ claves ſint, quas Chriſtus commendavit Eccleſiæ. Prædicatio verbi Dei, de remiſſione peccatorum impetranda per Chriſtum, vnica clavis eſt, ad aperiendum regnum cœlorum. Quòd ſi is qui audit, adjungat etiam veram fidem, & illis verbis verè aſſentiatur, accedit etiam clavis altera. His duab. clavibus recluditur regnum cœlorum, & impetratur condonatio peccatorum. Itaque Chriſtus emittens Apoſtolos, Euntes inquit, prædicate Evangelium. Deinde adjecit, Qui crediderit, ſalvus erit. His paucis verbis expreſſit claves, quas tradidit Eccleſiæ. Quibus in verbis nullum invenies opus, ut iſti dicunt, operatum. Chriſtus enim tantùm complexus eſt fidem auditorum & verbum Dei, quod prædicatur. Illud autem quomodo tandem refutabimus, quod ſemper habent in ore: Remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum? Si locum attente conſideres, nihil eſt negotii. Scire enim debemus, rationes alias duci à cauſis, alias ab effectis. Chriſtus paucis poſt verbis cauſam ſalutis oſtendit, quum diceret illi mulieri, Fides tua te ſalvam fecit. Sed quoniam fides illa erat abdita in animo, nec ab illis qui aderant cerni poterat, idcirco propoſita parabola oſtendit, illos plus diligere, qui majora ab aliquo dona receperint. Iſtam autem mulierem maximum donum, hoc eſt, juſtificationem accepiſſe. Oſtendit ex effectis: videlicet quod ſibi pedes lachrymis ablueret, eóſque capillis extergeret, quod oſcularetur, quòd ungeret. Quæ cùm ille Phariſæus non feciſſet, ſatis id magno argumento eſſe potuit, illum eiuſmodi donum non accepiſſe. Citant etiam ex Epiſt. ad Rom. Non auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur. Verùm Paulus eo loco quum reprehenderet Iudæos, quod cùm Legem accepiſſent, & de ea gloriarentur, tamen contra Legem viverent: nihil aliud ſibi voluit, niſi, ſi juſtitia petenda ſit ex Lege, nõ eſſe ſatis eam aut habere aut audire; ſed oportere factis & operibus eam præſtare. Id autem nos nunquã inficiati ſumus, poſſe aliquem iuſtificari ex Lege, ſi perfectè illi ſatisfaciat. Sed quum id fieri nullo modo poſſit, dicimus ex ea ſperari non poſſe juſtitiam. Quod autem objiciunt ex Epiſtola ad Philipp. Cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operemini, nihil eos juvat. Certè qui intelligunt, omnia ſua habere à Deo, animo ſunt moderato & demiſſo, ſemper ſibi à ſeipſis timent. Vident enim in ſe nihil eſſe boni, ſed auxilium tantũ expectandum eſſe à Deo. Et idcirco Paulus jubet hominẽ pium ſemper timere, & tremere. Illi autem qui putant in ſua manu ſitum eſſe, ut ſeipſos juſtificent & ſervent, quales illi ſunt, qui ſeſe in hac cauſa nobis opponunt, nihil habent quod timeant, aut tremant. Iactant enim ſalutẽ ſuam in ſeipſis eſſe poſitam. Quam ſalutem Paulus cum nominet hoc loco, non intelligit juſtificationem. Scribit enim ad eos, qui jam antea fuerant juſtificati. Hic ergo locus pro iſtis nihil facit. Salutem autem Paulus appellat inſtaurationem, qua ſemper ad meliora proficimus. Vltimo loco quaſi colophonis vice objiciunt illud è cap. 3. Apoc. Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo. Quod ſi quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum eo. Nos verò prorſus aſſentimur, ſignificari his verbis, Deum à principio nos vocare & excitare, atque inſtigare ad ſalutem: ad quam nemo ipſe per ſe ſuis viribus, ſine impulſu Dei, ferri poſſet. Nos autem noſtra ſponte, & abſque Dei gratia penetrante, & animum immutante, poſſe Deo cor noſtrum aperire pernegamus: neque id iſti unquam ex ſacris literis confirmabunt.

Quæ ſint claves eccleſiæ traditæ?

Matt. 28. 19.

Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Luc. 7. 47.

Rom. 2. 13. Non auditores Legis, ſed factores juſtificabuntur.

Phil. 2. 12. Cum timore ac tremore veſtram ſalutem operemini, ut intelligendum?

Apoc. 3. 20. Locus Apoc. Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo.

36 Sed quoniam quoſdam habemus adverſarios, qui aut parum aut nihil à Scripturis pendeant, omnem autem ſuam pietatem Patribus & Conciliis metiantur, ut magis Patrologi, quàm Theologi dici poſſint: quódque intolerabilius etiam eſt, ex ſcriptis Patrum ſententiolas quaſdam colligunt & obtrudunt populo, & quo facilius veritatem obſcurent, & ſimplicibus hominibus fucum faciant, aculeatas orationes adhibent: præſertim cùm quidam ex illis ſibi videantur magni dicendi artifices, & in eo genere ſtudii magnam ætatis ſuæ partem contriverint, orandus mihi eſt candidus Lector, ne quid temerè contra veritatem ſtatuat, ſed ea pótius attentè conſideret, quæ nos quoque ex Patribus afferemus: ita enim facilè intelliget, Patres non tam ab adverſariis noſtris, quàm à nobis ſtare. Verùm ne confuſè ac temerè Patrum ſententiam referamus, utemur methodo: quæ

ut facilius intelligatur, operæpretium erit, prius ex illis teſtimoniis divinarum literarum, quæ ſupra citavimus, proponere demonſtrationem, ſeu ἀπόδειξιν. Ea autem hæc erit, Qui faciunt opera ex præſcripto Legis, hoc eſt, ut Lex ipſa requirit, illi juſtificantur ex operibus. Sed nulli, præſertim verò ante regenerationem opera ejuſmodi faciunt, qualia Lex requirit: Quare nulli juſtificantur ex operibus. Major propoſitio tam eſt clara, ut nulla egeat expoſitione. Nam qui facit aliquid contra quam Lex præſcribit, certè peccat: tantum abeſt, ut ex eo juſtus videri poſſit. Minor verò propoſitio etſi ſcripturarum teſtimonio ſit comprobata, tamen explicabitur etiam ex Patribus. Deinde, quia concluſum eſt juſtificationem non eſſe ex operibus, neceſſe eſt illam eſſe ex gratia. Quare ſecundo loco oſtendemus ex Patribus, homines juſtificari gratis, & abſque omni ratione meritorum. Et quoniam opera bona non rejicimus, ſed ea ſuo loco colenda dicimus, ut quæ arctiſſima neceſſitudine adeptam jam juſtificationem conſequuntur, hoc poſtremò etiam docebimus ex dictis Patrum, Bona opera ſequi, non autem antecedere juſtificationem. Illa autem in primis loca citabimus ex Patribus, quæ firmamentum habent e ſacris literis.

Ἀπόδειξις Methodus in Patribus citandus.

37 Primo loco occurrit Baſilius, qui in lib. 1. de Baptiſmo, adducit illa verba ex Evangelio: Multos in illo die eſſe dicturos, Domine, in nomine tuo prophetavimus, dæmonia ejecimus, virtutes multas fecimus. Sed iſtos, inquit, Deus non tantùm ejiciet è regno ſuo, ſed etiam appellabit operarios iniquitatis. Quare, qui miracula faciunt, & mandata Dei ac juſtificationes videntur obſervare, ſi affectum ſuum & finem alibi conſtituant quàm oporteat, dicuntur peccare: videlicet, quia non ſequuntur præceptum Dei per Paulum Apoſtolum promulgatum, Sive editis, ſive bibitis, ſive aliud quippiam facitis, omnia ad gloriam Dei facite. Hoc autem certum eſt, non poſſe fieri ſine fide & charitate. Quibus quum homines nondum juſtificati careant, neceſſario ſequitur ex verbis Baſilii, illorum opera eſſe peccata. De qua eadem ſententia idem ſcribit in lib. 2. de Baptiſmo, qu. 7. & ex profeſſo quærit, An aliquis, quoad in peccato maneat, poſſit aliquid facere, quod gratum ſit Deo. Quod negat poſſe fieri, idque rationibus multis, & petitis è Sacris literis. Primum inquit Spiritus S. teſtatur, quod qui facit peccatum, ſervus eſt peccati: deinde Chriſtus ait, Non poteſtis ſervire Deo, & Mammonæ: neminem enim poſſe duobus dominis inſervire, Paulus etiam ait, nullum eſſe commercium luci cum tenebris: aut conventionem Deo cum Beliale. Idem porro probat ex lib. Gen. quamvis ſequatur interpretationem 70. Ita inquit, Deus affatus eſt Cainum, ſi bene offeras, & male dividas, peccaſti: quieſce. Senſus inquit eſt, ſi quod attinet ad externam ſpeciem, ſacrificia facias, animus autem tuus non ſit rectus, neque finem ſpectes eum quem oporteat, oblatio tua peccatum eſt. In quam ſententiam Eſaias quoque ſcribit cap. 66. Qui mactat bovem, erit quaſi qui interficiat hominem: & qui ſacrificat pecus, quaſi qui occidat canem. Non ſatis eſt, ſi opus facias ſpecioſum & pulchrum: oportet etiam ut illud accommodes ad præſcriptum Legis Dei quod eſt, illis quidque modis, & illis conditionibus facere, quas Lex requirit. Et idcirco ait, Paulum dixiſſe, Non coronandum, niſi qui legitime certaverit. Non autem ſatis eſt certare, niſi etiam legitimè certes. Et Chriſtus in Evangelio ait, Beatus ſervus ille, quem cùm venerit dominus, invenerit ſic facientem. Ex quibus verbis apparet, non eſſe ſatis, facere: ſed oportere etiam ſic facere, nimirum ut ille juſſit. Adhæc oſtendit ex Veteri Teſtamento, illum peccaſſe, qui feciſſet ſacrificium vero Deo, verum extra templum, aut non eo loco, ubi eſſet tabernaculum. Etſi enim ſacrificaretur id, quod Lege jubebatur, tamen aberat conditio loci, quam Lex omnino requirebat. Et ſi quis aut in templo, aut in eo loco in quo eſſet tabernaculum, mactaſſet victimam, quæ haberet aliquid maculæ, peccaſſet is quoque, quod conditionem neceſſariam neglexiſſet. Citat etiam illud Evangelii, quod petitum fuerat ex Propheta: Populus iſte labiis me honorat, cor autem illorum longè eſt à me. Eodem etiam ſpectare putat, quod Paulus habet in Epiſtola ad Rom. Zelum quidem Dei habent, ſed non ſecundùm ſcientiam: quódque de ſeipſo ſcribit ad Philip. ſe omnia illa opera ſua, quæ fecerat, cùm in lege verſaretur, idque ſine querela, habere pro rejectamentis, & ſtercoribus, & damnis. Cùm igitur operibus adimitur affectus, qui illis debetur, & ſcopus: quid ſupereſt, niſi ut ea peccata ſint, & Deo diſpliceant? Huc etiam facere putat illud Pauli ad Corinth. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, & ſi facultates meas omnes diſtribuero pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil ſum. Quamobrem niſi iſti velint, charitatem & fidem dare hominibus nondum juſtificatis, neceſſe eſt fateantur, eos nihil poſſe facere, quod peccatum non ſit, aut non diſpliceat Deo. Hæc hactenus ex Baſilio. Gregorius autem Nazianzenus, in ea oratione quam habuit poſtquam reverſus eſſet ex agro, poſt illa quæ facta fuerunt contra Maximum, ait, Nullum eſſe opus gratum aut probatum Deo, ſine fide: ſive fiat inanis gloriæ cupiditate, ſive inſtinctu naturæ, quod illud judicet quiſpiam honeſtum eſſe. Hic annotatione dignum eſt, quod ait, opus quod fiat inſtinctu naturæ, hoc eſt, eo reſpectu, quod videatur eſſe honeſtum, mortuum eſſe, nec poſſe placere Deo. Eandem ſententiam habet in oratione de ſancto Lavacro ad finem. Et in utroque loco addit, quemadmodum fides abſque operibus eſt mortua, ita etiam opus abſque fide eſſe mortuum. Quod ſi eſt mortuum, quomodo, ut iſti volunt, mereri poteſt juſtificationem? Ex his intelligimus, duos hoſce Patres, quamvis alioqui magni fuerint [illegible], ac liberi arbitrii patroni, tamen idem prorſus quoad hoc ſenſiſſe nobiſcum.

Baſilius. Mat. 7. 22.

1. Cor. 10. 31. Ante regenerationem nulla bona opera. Infidelium bona opera quæ.

Ioan. 8. 34. Matt. 6. 24. 2. Cor. 6. 14. Gen. 4. 7. Eſa. 66. 3. 2. Tim. 2. 5. Matt. 24. 46. Deut. 12. 5. Mat. 15. 8. Eſa. 29. 13. Rom. 10. 2. Phil. 3. 7. 1. Cor. 13. 3. Gregorius Nazianzenus.

38 Auguſtinus verò longè omnium luculentiſſime idem docet in lib. 4. contra Iulianum cap. 3. Quo in loco tractat hæc verba Apoſtoli, Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. Vult autem ea verba intelligi, aut de Gentilibus ad Chriſtum converſis, qui jam faciebant legem ex gratia Evangelii: atque ita, quod dicit naturaliter, non aliter eſt accipiendum, quàm ut excludatur Lex: natura autem intelligitur correcta jam, & emendata à ſpiritu regenerante. Vel ſi ea, inquit, verba velis intelligi de Gentibus adhuc incredulis, dicas, eas naturaliter feciſſe Legem, non quidem quantum illa requirebat, ſed utcunque, neque aliud quicquam profuiſſe illis eam juſtitiam externam & civilem, niſi ut tolerabilius punirentur, quàm alii, qui abjecta prorſus omni diſciplina perditè & profligatè vixerunt: minus enim Fabricium puniri, quàm Catilinam credimus: niſi fortè, inquit, Pelagiani, Fabriciis, Regulis, Fabiis, Camillis & Scipionibus medium aliquem locum præparaverint inter regnum cœlorum, & infernum damnatorum: qualem locum ait illos fabricatos eſſe parvulis infantibus, qui ſine Chriſto diſceſſiſſent. In ſumma concludit, cùm impoſſibile ſit abſque fide placere Deo, infideles nullo modo habere poſſe veras virtutes. Quam ſententiam Pelagiani ita riſerunt, ut dicerent, ſi caſtitas infidelium non ſit vera caſtitas, nec corpora quidem illorum erant vera corpora: nec fruges quæ naſcebantur in illorum agris, erant veræ fruges. Auguſtinus eos refutat, oſtenditque ſimilitudinem iſtam non convenire: corpus enim hominum infidelium, quum factum ſit à Deo, eſſe verum corpus, fruges etiam illorum, quum ſint ejus opera, veras eſſe fruges: caſtitatem autem illam, cùm ab illorum voluntate corrupta & vitiata profecta ſit, nullo modo poſſe eſſe veram. Et adjungit univerſalem illam ſententiam, de qua ſupra multis diximus, Omne quod non ſit ex fide, peccatum eſſe. Idem Auguſt. in Pſalmum 30. exponens illa verba, Erue me in juſtitia tua, Quis inquit eſt, qui ſervatur gratis? Is, in quo non invenit Servator quod coronet, ſed quod damnet: non merita bonorum, ſed merita ſuppliciorum. Hinc videmus qualis ſit natura humanorum operum ante juſtificationem. Idem lib. 1. qu. 30. ad Simplicianum, Præcipitur ut rectè vivamus, idque mercede propoſita, ut in æternum beatè vivere mereamur. Sed quis inquit, poteſt rectè vivere, & bene operari, niſi juſtificatus ex fide? Docemur hic, potuiſſe in hominibus eſſe meritum beatæ & æternæ vitæ, ſi poſſent id efficere, quod præcipitur: Quoniam autem id non poſſumus, idcirco excidimus à merito. Idem in Enchiti-

Auguſtinus. Rom. 2. 14. Similia. Heb. 11. 6. Ro. 14. 23. Pſal. 30. 2.

Enchiridio ad Laurentium cap. 121. Finis inquit præcepti, eſt charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Omnis præcepti finis eſt charitas, & ad charitatem refertur: Et quicquid fit extra hujuſmodi charitatem, non fit quemadmodum fieri oportuit. Quare ſi non fiat quemadmodum fieri oportuit, recuſari non poteſt quin ſit peccatum.

1.Tim.1.5.

39 Chryſoſtomus exponens illa verba Pauli, Finis Legis Chriſtus eſt. Si finis inquit Legis eſt Chriſtus, ſequitur eum qui Chriſtum non habeat, etiamſi Legis juſtitiam habere videatur, eam tamen revera non habere. Ex his verbis colligimus, eum qui ſit extra Chriſtum, poſſe quidem habere opera quæ videantur bona, quæ tamen revera juſta eſſe non poſſunt. Et mox, Fidem quiſquis habet, is etiam fidem Legis habet: extra autem fidem quiſquis eſt, ab utraque alienus eſt. Hinc colligimus, eos qui fidem non habent, alienos eſſe non tantum à Chriſto, ſed etiam à juſtitia Legis: quæ in eo ſita eſt, ut fiat quod præcipitur. Et mox, Quid enim Lex vult? Hominem juſtum facere, ſed non poteſt. Nemo enim eam implevit. Sed quoniam poſſet aliquis objicere, Etſi homo non regeneratus implere non poſſit Legem, tamen ſi in ea laboret, & conetur & ſudet, poteſt aſſequi juſtitiam, hoc quoque Chryſoſtomus excluſit. Et paulò antè cùm exponeret illa verba, Ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes ſtatuere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti: Hanc inquit Dei juſtitiam vocat, quæ eſt ex fide, quòd ea omnino ſit ex ſuperna gratia, in qua non laboribus, ſed Dei dono juſtificamur. Idem hoc ſcribit etiam Ambroſ. exponens illa verba Davidis, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatos inquit appellat eos, de quibus Deus hoc ſanxit, ut ſine labore & aliqua obſervatione ſola fide juſtificentur. Et in illa verba Pauli, Juſtificati gratis per gratiam ipſius: juſtificati, inquit, ſunt gratis, quia nihil operantes, neque vicem reddentes, ſola fide juſtificati ſunt dono Dei. Idem in hæc verba Pauli, Regnavit igitur mors in eos qui non peccaverunt, in ſimilitudinem prævaricationis Adæ: ſcripſit inquit hoc, quia impoſſibile erat hominem non peccare. Quod cùm ille fortaſſe dixerit de hominibus regeneratis, quid ſentiendum eſt de hominibus à Chriſto alienis? Cyprianus etiam ad Quirinum. In nullo inquit eſt gloriandum, quia nihil eſt noſtrum. Satis jam opinor apparet, verum eſſe quod aſſumpſimus, Homines ante juſtificationem, non poſſe facere opera ſua ad præſcriptum legis, eóque ea peccata eſſe, nec poſſe mereri juſtificationem. Quod ſi adverſarii noſtri objiciant, ſe non conſtituere opera illa, quæ vocant præparatoria, mereri juſtificationem, ſed tantùm præparationes quaſdam eſſe, quibus homines efficiantur aptiores ad juſtificationem aſſequendam, ſic illis occurri poteſt, Si non merentur, cur illis affingitis veſtrum illud meritum de congruo? Deinde, cur ea appellatis bona, quum, uti jam docuimus, neque Deo placeant, neque facta ſint ad præſcriptum Legis? Poſtremò, quum deſtituta ſint fine ſuo, & non tantùm ſint, ſed etiam jure optimo dicantur peccata, quomodo docebitis: homines per ea præparari ad juſtitiam, quum multò potius per ea præparentur ad ſupplicia? Deſinant ergo aliquando ea ornare ſpecioſis iſtis titulis. Nam ſi forte Deus aliquando per iſta opera deducat homines ad ſalutem, id fit propter ejus erga homines miſericordiam: quæ tanta eſt, ut operibus ſua ſponte malis, & peccatis, abuti velit ad illorum bonum.

Chryſoſt. Rom.10.4. — Rom.10.3. — Ambroſius. Pſal.32.1. — Rom.3.24. — Rom.5.14. — Cyprian.

40 Nunc videndum eſt, ſi juſtificatio non detur operibus: quomodo ea conferatur. Datur ea gratis, & omnino pendet ex mera Dei gratia. Nullo enim pacto pendet ex meritis. Id vidit Origenes: nam is in Epiſtola ad Romanos exponens ea verba Pauli, Qui autem operatur, illi merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ego verò inquit, quum deſidero ſermonis eminentiam, quod dicit, Operanti reddi debitum, vix mihi perſuadeo poſſe ullum opus eſſe, quod ex debito poſſit remunerationem à Deo depoſcere: quum etiam hoc ipſum, quòd agere aliquid poſſumus, aut cogitare, aut proloqui, ipſius dono & largitione faciamus. Quodnam ergo erit debitum illius, cujus gratia nos præceſſit? Paulò autem poſt dicti ſui hanc affert

Origenes. Rom.4.4.

A rationem, qua ſæpe uſus eſt Auguſtinus. Adducit enim locum illum Pauli, Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Hic enim Apoſtolus non ſubjecit, Stipendia autem juſtitiæ, vita æterna: quod tamen requirebatur ex antitheſi. Oſtendere enim Paulus voluit, prava noſtra opera ex debito mereri mortem, eámque ſempiternam: æternam autem vitam non dari, niſi ex gratia. Ideóque in ſecundo membro omiſit nomen ſtipendii & juſtitiæ, & illis
B ſubſtituit nomen gratiæ. Neque verò multum moror, quod Auguſtinus alibi ſcripſit, Paulum potuiſſe dicere, ſtipendium juſtitiæ vita æterna: id tamen dicere noluiſſe, ne occaſionem daret errandi. Quomodo enim Auguſt. exiſtimaverit, Paulum id dicere potuiſſe, equidem non video: niſi forte per juſtitiam, intelligat opera hominum renatorum, quatenus cum illis Chriſti merita conjunguntur. Ita enim poſſet eſſe verum, hujuſmodi juſtitiæ ſtipendium eſſe vitam æternam. Pergit porrò Origenes, & oſtendit
C ita juſtificati homines gratis, ut non requirantur opera bona, quæ præcedant. Exponens enim illud, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates; Anima inquit, cui remiſſa ſunt peccata, jam in bonis ſit oportet: Appellatur enim beata. Habet ergo juſtitiā quam illi Deus imputat, quamvis nondum fecerit opera juſtitiæ: ſed pro eo tantum quod credidit in eum qui juſtificat impium. Ex his verbis multa colligimus. Primum, Deum propter opera non reddi cuiquam debitorem. Alterum, non tantùm juſtificationem,
D ſed etiam vitam æternam dari gratis. Poſtremò, juſtitiam imputari animis credentium, licet bona in illis opera nulla præceſſerint. Baſilius in illa verba Pſal.116. Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: Propoſita, inquit, eſt æterna requies illis, qui in hac vita legitimè decertarint: quæ tamen non ſecundùm meritum operum tribuitur, ſed ſecundùm magnificentiſſimi Dei gratiam, illis qui in eum ſperaverunt, exhibetur. Cùm iſta dicantur de operibus hominum jam juſtificatorum, quod attinet ad æternam felicitatem, multò magis vera videri debent de operibus illorum, qui ad-
E huc à Chriſto ſunt alieni. Quare, quemadmodum illa non merentur æternum præmium, ita iſta non merentur juſtificationem. Utrunque enim contingit gratis.

Rom.6.23. — Quomodo vita æterna ſtipendium juſtitiæ dici poſſit. — Pſal.32.1. — Baſilius. Pſal.116.7.

41 Auguſt. de Dogmatibus Eccl. cap.8. Si per Legem, inquit, juſtitia, Chriſtus gratis mortuus eſt. Iſta dicuntur contra Pelagianos, qui ſtatuerunt tantam eſſe hominis libertatem, ut ex ſola natura facere
F poſſet ea quæ placerent Deo. Et Auguſt. prudenter quod Paulus dixerat de lege, transfert ad naturam: docétque ad utrunque ſequi idem abſurdum, videlicet, otioſam eſſe mortem Chriſti. Re enim vera, quod Lex non adferat juſtitiam, non alia cauſa fit, niſi quod natura ſua vitiata & debilis ſit. Quare quod de altera dictum eſt, poteſt etiam rectè convenire in alteram. Idem in cap.1. Ioan. exponens iſta verba, Gratia pro gratia: quid inquit eſt Gratia? Reſpondet, gratis data. Quid eſt gratia gratis data? Non reddita, in-
G quit. Nam ſi tibi debebatur, merces reddita eſt. Si debebatur, antea fuiſti bonus. Et de Prædeſtinatione ſanctorum ca.7. Ne quis extollatur: Ut ſolet dici, Ideo credere meruit, quia vir bonus erat, & antequam crederet: quod videtur ſcribi de Cornelio, cùm ille fidem habuerit, quando fecit opera bona. Hæc ita ſunt perſpicua, ut nulla opus ſit declaratione. Chryſoſtomus in Hom.2. in Epiſt. priorem ad Cor. Ubi inquit gratia eſt, ibi non ſunt opera: ubi opera ibi non eſt gratia. Si ergo gratia eſt, quid ſuperbitis? qua ratione infla-
H ti eſtis? Chryſoſtomus juxta rationem Pauli ita opponit gratiam operibus, ut ſeſe mutuo excludant: tantum abeſt, ut velit gratiam dari ex operibus. Hieronymus in Epiſt. ad Philemonem, Gratia inquit eſt, qua nullo merito aut opere ſervamini. Idem in Epiſt. ad Epheſ. exponens illa verba, Gratia ſervati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis; donum Dei eſt: Ideo inquit hoc Paulus dixit, ne nobis occulta cogitatio ſurreperet ſi per opera noſtra ſervati non ſumus, certè vel per fidem ſervati ſumus: ita alio genere
I noſtrum eſt, quo ſervamur. Hæc omnia teſtimonia ſatis declarant, juſtificationem gratis dari, neque eam per merita ulla aut opera præcedentia poſſe

Auguſtinus. Gal.2.21. — Quod ſtatuitur de ſe quo ad juſtificationem, de natura cenſeri debet. — Ioan.1.16. — Chryſoſt. — Eph.2.8.

Digitized by Google

acquiri. Nunc ſupereſt, ut ex Patribus oſtendamus, quo loco bona opera habenda ſint. Sequuntur ea omnino juſtificationem, tanquam ejus fructus, qui naſcantur & pullulent ex vera fide. Itaque Origenes ait, eo loco quem ſupra citavimus, exponens illud ad Romanos; Rom.4.4. Ei autem qui operatur merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum: Non igitur, inquit, ex operib. radix juſtitiæ, ſed ex radice juſtitiæ creſcit fructus operum. Quod idem Auguſt. affirmat ad Honoratum: Ex hoc, inquiens, incipiunt bona opera, ex quo juſtificamur, non autem quia illa præceſſerunt, juſtificamur. Et lib.1. quæſt.2. ad Simplicianum. Quin & opera, inquis, ſi qua ſunt bona, conſequuntur, ut dictum eſt, illam gratiam, non præcedunt: Ideo autem ſubjecit, Si qua ſunt bona: quoniam etiam regeneratorum facta multa habent in ſe imperfectionis, & niſi cum illis conjungeretur Chriſti juſtitia, quæ credentibus imputatur, non eſſent revera bona. Idem cap.26. de Spiritu & litera, prolixe tractat illum locũ ad Rom. Rom.2.13. Non auditores legis, ſed factores juſtificabuntur: & multis rationibus probat, opera bona ſequi juſtificationem, non autem præcedere. Huc etiam ſpectat, quod Baſilius lib.2. de Spiritu S. cap. 7. ſcribit, ex verbis Domini, prius oportere fieri arborem bonam, deinde fructus ejus bonos: & redarguendos fuiſſe Phariſæos, qui in patinis & calicibus id emundarent, quod foris eſſet. Mundate, inquit, quod intra eſt, & quod foris reddetur mundum, alioqui comparabimini ſepulchris de albatis, quæ foris quidem videntur ſpecioſa, intus vero immunda ſunt & plena oſſibus mortuorum.

42 Nunc veniemus ad Concilia, quæ tamen ſine delectu & judicio audienda non ſunt. *Quæ concilia ſint audienda.* Illa tantùm recipere & colere debemus, quæ dogmata ſua temperarunt ad normam Sacrarum literarum. Demoſthenes in orat. contra Androtionem ait, Senatuſconſulta non debere fieri, niſi ad præſcriptum illorum, quæ in legibus jam ſint definita. Ita in Eccleſ. conciliis non oportet nova decreta fieri, quæ faciant ad dogmata, niſi de illis tantùm, quæ vel in verbo Dei habeantur expreſſa, vel ex eo poſſint efficaciter & evidenter colligi. Primùm occurrit concilium Aphricanum, in quo, can.80. anathema pronunciatur adverſus Pelagianos, *Concilium Aphricanum.* qui dicebant, ideo dari gratiam juſtificationis, ut quod facere jubemur facilius poſſimus implere per gratiam: Ioan.15.5. quaſi etiam ſine gratia, licet difficilius, per liberum arbitrium implere poſſimus mandata Dei, cùm tamen Dominus de fructibus mandatorum loquens non dixerit, Sine me difficilius poteſtis facere, ſed prorſus, Sine me nihil poteſtis facere. His verbis perſtringuntur Papiſtæ noſtrorum temporum, qui non verentur dicere, hominem ante juſtificationem facere poſſe opera quæ mandantur in Lege, quæque Deo placeant & præparent ad regenerationem. Quid enim hoc aliud eſt, quàm dicere cum Pelagianis, poſſe quidem hominem etiam ante juſtificationem præſtare Legem: etſi non ita planè ac facilè, ut poſtquam eſt juſtificatus. Nihil autem eſt, quod dicunt ſe ponere gratiam quandam prævenientem, qua homines nondum regenerati, opera illa quæ vocant præparatoria, facere poſſint. Nam cùm iſta dicunt, nomine tantùm differunt à Pelagianis. Illi enim docebant, non minus quàm iſti, antecedere gratiam quandam Legis, & cognitionis divinæ voluntatis & illuminationis, qua intelligatur, quid oporteat fieri. Quod autem ſupererat, tribuebant libero arbitrio, quod iſti etiam faciunt. Pelagianos autem ita ſenſiſſe, declarat Concilium Milevitanum, in quo ita ſcribitur cap 4. *Concilium Milevitanum.* Anathematizamus eos, qui dicunt, gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum propter hoc tantùm nos adjuvare, quia per ipſam nobis revelatur, & aperitur intelligentia mandatorum Dei, ut ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus: non autem per illam præſtari, ut quod faciendum cognovimus facere etiam ut diligamus & valeamus. Cum enim Apoſtolus dicat, Scientia inflat, Charitas verò ædificat, valdè impium eſt credere, ut ad eam quæ inflat, gratiam Chriſti habeamus: ad eam vero quæ ædificat, non habeamus: præſertim cum ſcriptum ſit in cap.4. 1. Ioannis, 1.Ioan.4.16. Charitas ex Deo eſt.

43 *Concilium Arauſicanum.* In Concilio etiam Arauſicano ſecundo, cap.4. ita ſcribitur, Eos reſiſtere Spiritui S. qui dicunt, Dominum expectare voluntatem noſtram, cùm Salomon dicat, Prov.16.1. Præparatur voluntas à Domino: cúmque Paulus dicat ad Philip. Phil.2.13. Deus eſt qui operatur in nobis, & velle & perficere pro ſua bona voluntate. Quinto autem capit. illi exploduntur, qui aiunt à gratia Chriſti conferri augmentum fidei, non autem initium. Nam etiam initium fidei eſt ab inſpiratione Spiritus Sancti corrigentis infidelitatem noſtram ab infidelitate ad fidem, & ab impietate ad pietatem. Probatio autem adducitur ex variis locis Scripturarum. Paulus enim ait ad Philip. Phil.1.6. Confido, quod qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet uſque in diem Domini. Et iterum in eadem Epiſtola, Ibid.v.29. Vobis datum eſt, non tantùm ut in eum credatis, ſed etiam ut pro eo patiamini. Et ad Epheſios, Eph.2.8. Gratia ſervati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis: donum enim Dei eſt. Deinde, ſubjecti ſunt anathemati, qui dicerent; Miſericordiam & gratiam Dei concedi volentibus, credentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, ſtudentibus, petentibus, quærentibus, pulſantibus: non autem faterentur per infuſionem & inſpirationem Spiritus S. & divino munere dari nobis, ut velimus, credamus, conemur, laboremus. Citant teſtimonia è Scripturis; 1.Cor.4.7. Quid habes, quod non accepiſti? Et ſi accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Et Apoſtolus de ſeipſo ſcribit, 1.Cor.15.10. Gratia Dei ſum, id quod ſum. In cap.7. damnantur illi, qui putant nos naturæ viribus poſſe aliquid cogitare, aut invenire, quod ad ſalutem faciat: aut poſſe ſacræ prædicationi aſſentiri, ſine illuminatione Spiritus ſancti. Hæc confirmari poſſunt è Scripturis: Paulus enim ait, 2.Cor.3.5. Nos non poſſe cogitare aliquid à nobiſipſis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientiam noſtram eſſe ex Deo. Et Chriſtus: Ioan.15.5. Sine me inquit, nihil poteſtis facere: Et, Mat.16.17. Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi. Anathematizantur etiam illi, qui fatentur quidem liberum arbitrium aliquo modo infirmatum & læſum eſſe: non ita tamen, quin homines per illud ad ſalutem converti queant. Iſtis, Scripturæ apertè reclamant: Ioan.6.44. Dominus enim ait, Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum. Et Paulus ad Corinth. 1.Cor.12.3. Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu Dei. Præclara eſt hæc ſententia: Tales amat nos Deus, quales futuri ſumus ipſius dono, non quales ſumus noſtro merito. Decimo tertio autem capit. ita ſcribitur, Arbitrium voluntatis in primo homine amiſſum, non poteſt reparari: & quia eſt amiſſum, non poteſt reddi, niſi ab illo à quo datum fuit ab initio. Vnde ipſa veritas dicit, Ioan.8.36. Si filius vos liberaverit, tum verè liberi eritis. Deinde cap. 17. ſtatuitur fortitudinem Ethnicorum eſſe ex mundana cupiditate: quæ verba oſtendunt, illorum virtutes, ut ſupra ex Auguſtino & aliis Patribus oſtenſum eſt, non fuiſſe veras, maximè cùm à malo principio natæ fuerint. Humana autem cupiditas complectitur, quicquid invenire poteſt in hominibus non regeneratis. Sequitur in eodem capite, Fortitudinem Chriſtianorum facit charitas Dei, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris, non per liberum arbitrium, ſed per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis, nullis meritis gratiam prævenientibus. Et cap.25. Prædicare debemus, & credere, per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum eſſe liberum arbitrium, ut nemo poſtea vel diligere Deum ſicut oportet, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum eſt poſſit, niſi gratia eum & miſericordia divina præveniat. Vnde Abel juſtus, Noe, Abraham, Iſaac & Iacob, omniſque ſancta antiquitas, in Epiſtol. ad Hebr. Heb.11.1.&c. dicuntur per fidem ea feciſſe, quæ ab illis facta commemorantur in Sacris literis. Eam fidem, ſuprà docuimus eſſe ex Deo: Et Paulus de ſeipſo ſcribit, 1.Cor.7.25. Miſericordiam conſecutus ſum, ut ſim fidelis. Non autem ait, conſequutus ſum miſericordiam quòd fuiſſem antea fidelis, ſed contrà. Et in eodem capit. Hoc etiam ſalubriter profitemur, & credimus, quod in omni opere bono non noſipſi primùm incipimus, & poſtea Dei miſericordia adjuvamur: ſed quòd ipſe nobis, nullis præcedentibus meritis, & fidem & amorem ſui

prius

prius inſpirat. Itaque manifeſtiſſimè credendum eſt & Zachæum, & Latronem, & Cornelium, non natura credidiſſe, ſed divinæ largitionis dono.

Concilia quæ audienda?

44 Hæc ex Arauſicana Synodo adducta ſunt, prolixius fortaſſe, quàm huic loco videri poſſit convenire: ſed ea cauſa id feci libentius, quod viderem ea omnia quæ ibi affirmantur, ex Divinis literis confirmari, & noſtrum inſtitutum quàm optimè conſtituere. Talia, mihi crede candide Lector, conſilia audienda ſunt, quæ nituntur verbo Dei. Quicquid enim aut commodi aut calamitatis habet Eccleſia, id omne verbo Dei aut obſervato, aut neglecto adſcribi debet. Quomodo enim antiquioribus Conciliis victi ſunt Arrius, Eunomius, Neſtorius, Eutyches, & aliæ peſtes, niſi verbo Dei? Nam certè aliis machinis vinci ac ſuperari non potuerunt. E diverſo, quando cœpit Eccleſia ſuccumbere abuſibus & ſuperſtitionibus, niſi cùm verbum Dei negligeretur? Et noſtris temporibus, niſi repetitum, & quodammodo poſtliminio revocatum fuiſſet verbum Dei, quomodo unquam potuiſſemus à Paparum tyrannide liberari? His paucis admoniti, ne temerè cuivis Concilio aſſentiamur, ſed ea ſola recipiamus, quæ decreta ſuorum dogmatum è Scripturis ſolidè confirmarunt. Verùm, ut quod dico magis etiam eluceſcat, Tridentinum Concilium proferamus, ut ex contrario veritas magis intelligatur. In illo Concilio ſeſſ. 6. c. 5. uſque ad cap. 11. agitur de Iuſtificatione. Ibi beatiſſimi illi, ſcilicet, Patres, mancipia Papæ, ſic definiunt, Initium Iuſtificationis eſſe à gratia: Quam autem gratiam intelligant, mox aperiunt. Ita enim aiunt, Vocat, & excitat: ſic ab ea juvantur juſtificandi, ut vocati & excitati, huic gratiæ aſſentiantur & cooperentur, diſponantſque ad regenerationem: aſſenſum autem & cooperationem fieri volunt, ut verba indicant, à libero arbitrio. Quid aliud dicere poſſit Pelagius, ſi viveret? Nam, ne ille quidem negavit gratiam, ſi eam accipias pro admonitione, vocatione, excitatione. Ille quoque hoc tribuebat libero arbitrio, ut aſſentiri poſſet, & parere mandatis Dei. Atqui gratia quam nobis proponunt Sacræ literæ, intellectum noſtrum & voluntatem renovat, & pro corde lapideo reponit cor carneum. Non enim tantùm ſuadet rationem, ſed prorſus perſuadet, & flectit atque immutat voluntatem. Fatentur quidem Tridentini noſtri, Deum tangere cor hominis per illuminationem Spiritus S. ſed addunt: Ne homo ipſe nihil omnino agat, recipit inſpirationem, ut qui eam poſſet etiam abjicere. Volunt itaque omnino, hominis eſſe recipere, quamvis fateantur id eum facere non poſſe, niſi vocetur & excitetur à gratia. Sed animus humanus, niſi innovetur ſpiritu & gratia Dei, quomodo ea recipiet, quibus propter naturam ſuam adhuc corruptam & vitiatam adverſatur? Certè, quantumvis excitetur, doceatur, moveatur, niſi penitus immutetur, ea perpetuo reſpuet. Itaque Auguſtinus ad Simplicianum rectè ſcribit, non eſſe in poteſtate noſtra, ut ea quæ occurrunt nobis, grata ſint & placeant. Quod autem gratum non eſt, neque placet, eligimus, quantumvis moniſtores extimulent. Ut ſi homini ægroto cibos maximè ſalubres & ſuaviſſimè conditi offerantur, tamen quia non placent nec grati ſunt, reſpuuntur, quantumvis multi aſſiſtant, qui dicant eſſe cibos illos ſalutares & egregiè paratos. Idem prorſus accidit animo non regenerato, præterquam quod ad ſentiendam gratiam Dei, vis illi fieri non poteſt, ægroto, ut cibos ingratos admittat, poteſt. Quare quoad voluntas & intelligentia noſtra immutata non eſt ſpiritu Dei, monita ſalutaria non admittet. Et quemadmodum ægrotus, priuſquam reſtituatur ſanitati, cibos oblatos non approbat, nec libenter ſumit: ita etiam mens humana, niſi mutetur ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem (ut ait Synodus Arauſicana) non obſequitur, nec obtemperat gratiæ vocanti & excitanti, quod tamen à Patribus Tridentinis aſſeritur.

Tridentinum Concilium.

Quod ſit opus gratiæ in iuſtificatione?

Non poſſumus efficere, ut quæ occurrunt nobis placeant.

Zach. 1. 3.

45 Sed ne viderentur ſine Scripturis loqui, duo teſtimonia protulerunt: alterum è cap. 1. Zach. Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Hoc inquiunt, hominem reſpicit, cui præcipitur, ut in ipſa juſtificatione aliquid agat. Hieremias autem ait, Converte nos Domine, & convertemur: quibus verbis indicatur, ad iſtam converſionem requiri etiam auxilium Dei. Atque hoc pacto rem totam partiuntur inter Deum & hominem. At Auguſtinus, & alii multi ex Patribus univerſum negotium juſtificationis noſtræ adſcribunt ſoli Deo. Cæterùm, quod ad locum Zachariæ attinet, duplex occurrit ejus expoſitio. Prior eſt, eſſe ea verba Legis præcipientis: non tamen ex illis probari, hominem converti poſſe, niſi Deus illum converteret. De eo enim Auguſtinus ita ſcribit, Domine, da quod jubes & jube quod vis. Altera expoſitio eſt hæc. In Iuſtificatione, duos eſſe interiores motus: quorum alter ad rationem pertinet, quæ, uti diximus, non tantùm docenda ſit, ſed etiam perſuadenda, traducendáque in ſententiam Spiritus ſancti: alter autem ad voluntatem, ut illa flectatur ad ea omnia ſuſcipienda, quæ Spiritus ſanctus promittit & offert. Ea eſt fides qua juſtificamur, & per quam peccata nobis noſtra condonantur. Verùm cùm iſta occulte fiant in penetralibus animi, Propheta de illis non loquitur: verùm de iis potius ſermonem habuit, quæ ſequuntur. Homo enim ſemel juſtificatus, incipit converti ad bona opera. Quare qui antea diſſolute ac perditè vixerat, jam rectè atque ordine ſe gerit: & gratia atque ſpiritu inſtauratus, cum divina virtute unà cooperatur. De hac converſione Propheta loquitur quum ait, Convertimini ad me: Et Deus pollicetur ſe illos cumulaturum magnis beneficiis, quod eſt, Et ego convertar ad vos. Antea enim, quum illis bona ſubtraheret, eóſque captivitatibus aliiſque miſeriis affligeret, videbatur ab eis averſus eſſe. Non ergo loquutus eſt Propheta de interiori juſtificatione, verùm de exteriori converſione ad bona opera. Hieremias autem quum dicit, Converte nos Domine, & convertemur: ad motus illos animi reſpexit interiores, quos jam deſcripſimus. Tridentini autem noſtri, quum iſta dicunt, etſi fingant ſe à Pelagianis diſſentire, tamen id reipſa probare nunquam poterunt. Dicunt ſe non negare gratiam: ſed eam revera ponunt, quam Pelagiani eandem nunquam negaviſſent.

In juſtificatione quot ſint interiores motus?

Gradus juſtificationis ex Tridentina Synodo.

46 Sed videamus, quos iſti gradus & quas præparationes ſternant ad juſtificationem. Primum requirunt, homo juſtificandus à Dei gratia vocatus & excitatus, incipit ea credere, quæ habentur in Sacris literis: deinde concutitur timore peccatorum, quæ admiſit: poſtea reſpiciens ad miſericordiam Dei, incipit bene ſperare: concepta hac fiducia amat Deum: ex qua dilectione, naſcitur in eo quædam peccatorum deteſtatio, propoſitúmque rectè vivendi: poſtremò, recipitur Baptiſmus, ut ſacramentum pœnitentiæ: atque hic ſitam eſſe aiunt juſtificationem. Nam alia omnia quæ præceſſerunt, fuiſſe tantum præparatoria. Non autem vident iſti, longe ſecus ſtatuendum eſſe de Baptiſmo. Nam Sacræ literæ docent, Abrahamum prius juſtificatum fuiſſe ex fide in præputio: deinde accepiſſe Circumciſionem, tanquam σφραγῖδα juſtitiæ jam perceptæ. Hæc eadem ratio iuxta analogiam ſervanda eſt etiam in Baptiſmo. Noſter enim Baptiſmus, veterum Circumciſioni reſpondet. Quum iſti ponant fidem, timorem Dei, ſpem, charitatem, deteſtationem peccati, & novum propoſitum rectè vivendi, tantùm eſſe præparationes quaſdam ad juſtificationem: ſtatuunt, hominem poſſe eſſe perfectum antequam juſtificetur. Deinde reddunt cauſas juſtificationis, incipiúntque à finali: eámque aiunt gloriam eſſe Dei, & noſtram ſalutem. Efficientem ſtatuunt eſſe, Deum ipſum ex ipſius miſericordia. Meritoriam, ut loquuntur, cauſam ponunt eſſe Chriſtum Ieſum per que mortem in cruce, & ſanguinis effuſionem: Atque huc quidem uſque non malè. Cauſam formalem dicunt eſſe iuſtitiam Dei, non eam qua ipſe iuſtus eſt, ſed quam nobis cómunicat, qua ipſi verè & habeamur, & ſimus iuſti. Per quæ verba intelligunt, Inſtaurationem hominis jam regenerati, & novam ejus fictionem per gratiam & Spiritum ſanctum. Quæ nos fieri in homine iam iuſtificato non negámus, ſed in eo ſitam eſſe iuſtificationem concedere non poſſumus. Illa enim Paulus in eo conſtituit, ut peccata nobis condonentur, néve nobis amplius imputentur. Et ad id confirmandum, citat Davidis teſtimonium, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & illud è Geneſ. Credidit Abraham

Rom. 4. 10.

Confutantur adducti gradus Tridentini.

Quas cauſas juſtificationis aſſignent Tridentini.

Rom. 4. 5. & 6.

Pſal. 32. 1. Gen. 15. 6.

Digitized by Google

In quo proprie ſita ſit juſtificatio.

Deo, & reputatum eſt illi ad juſtitiam. Vtque rem clarius explicet, ſæpe in illo eodem loco utitur verbo, Imperandi. Idcirco autem dicimus, in ea juſtitia & inſtauratione qua reformamur à Deo, non poſſe eſſe juſtificationem, quod ea noſtra vitio imperfecta ſit, ne poſſimus cum ea ad tribunal Chriſti conſiſtere. Adhæc, hanc juſtitiam, qua iſti nos volunt juſtificari, dicunt diſtribui unicuique per Spiritum S. prout ille velit. Id quidem fieri poteſt: Eſt enim Spiritus S. arbiter in diſtributione donorum Dei. Sed pergunt porrò, & addunt, *Iuxta modulum præparationis.* Hoc rurſus fieri nullo modo poteſt. Suprà enim oſtendimus ex Patribus, & in primis ex Sacris literis, ea quæ ante juſtificationem fiunt, peccata eſſe, tantùm abeſt ut mereri poſſint, & juſtificationem diſponere. Præterea iſti conſtituunt, percepta juſtificatione, homines de ea nunquam eſſe ſecuros & certos: ſed ſemper oportere eſſe ambiguos atque anxios. Quúmque nos objicimus, hoc eſſe detrahere veritati promiſſionum Dei, & dignitati gratiæ, negant id verum eſſe. Se enim de promiſſionibus Dei non dubitare, cùm ſpectent ſuas, ut loquuntur, indiſpoſitiones, tum demum incipere ſe neceſſariò ambigere. Hoc equidem nihil miror: nam ſi quis reſpiciat indignitatem ſuam, non ſolùm de promiſſionibus Dei dubitabit, ſed etiam certus erit, ſe non poſſe juſtificari. Longè autem aliter Sacræ literæ tradunt: Proponunt enim nobis exemplum Abrahami, illum contra ſpem in ſpem credidiſſe: cumque jam propè centenarius eſſet, non reſpexiſſe effœtum corpus ſuum, ait emortuum uterum Saræ: non hæſitaſſe eum diffidentia, ſed confirmatum fuiſſe fide, & certiſſime perſuaſum, quòd Deus præſtare poſſit quicquid promiſerit. Hoc exemplum docet nos, non eſſe reſpicienda ea, quæ aut poſſint, aut videantur impedire juſtificationem noſtram, ſed fidem noſtram prorſus in verbis & promiſſionibus Dei figendam eſſe. Contra, iſti nos revocare volunt ad noſtras, ut loquuntur indiſpoſitiones, & propterea, de juſtificatione noſtra ſemper ambigere. Nos quidem diſſimulare non debemus, quicquid eſt in nobis imperfectionis aut vitii: idque ea cauſa, ut quotidie emendetur & corrigatur. Non tamen propterea debemus de juſtificatione noſtra & gratia Dei incerti eſſe, ac fluctuare.

Iuſtificatio nõ eſt ſita in ea juſtitia quæ nobis inhæreat.

Homo juſtificatus, de ſua juſtificatione non dubitabat.

Rom 4.18.

Confirmatur nos ex fide juſtificari.

47 Secunda propoſitio à nobis modò confirmanda eſt, hominem juſtificari ex fide. Id primum probare inſtituemus teſtimoniis Divinarum literarum. Paulus in cap. 1. Epiſt. ad Rom. definit Evangelium, eſſe vim Dei ad ſalutem omni credenti. Illis verbis attingitur cauſa efficiens juſtificationis, nempe potentia Dei: & finis, ſalus videlicet noſtra: & inſtrumentum quo percipitur fides: addit enim, Omni credenti. Idque confirmat teſtimonio Abacuc Prophetæ, quod illi adeo placuit, ut eo ad Galatas & ad Hebr. uſus ſit eodem ſenſu. Additur præterea, iram Dei revelatam fuiſſe de cœlo propter notitiam Philoſophorum, qui veritatem Dei in injuſtitia detinebant: quique quum Deum cognoviſſent, eum tanquam Deum non glorificabant, ſed ad cultum idolorum prolabebantur. E diverſo autem in Evangelio revelatam eſſe juſtitiam Dei, eam nimirum qua homines juſtificantur, ex fide in fidem, eam locutionem ſuo loco ſatis explicavimus. In capit. 3. Nunc juſtitia inquit Dei, abſque Lege manifeſtata eſt: juſtitia inquam Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum. Et paulò poſt, Iuſtificati ergo gratis, per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu: quem Deus propoſuit propitiatorium per fidem in ſanguine ipſius. Hic quoque non ſolum indicatur gratia, per quam Deus nos gratis juſtificat, ſed etiam Chriſtus, & ejus mors proponitur, ut appareat eum eſſe reconciliatorem & mediatorem: adiecta eſt etiam fides, qua fructum redemptionis ejus percipimus, ad oſtenſionem etiam juſtitiæ ejus in hoc tempore, ut ſit ipſe juſtus, juſtificans eum, qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. Si homines ex ſuis operibus juſtitiam ſibi compararent, non ita declararetur juſtitia Dei. Cùm autem intelligatur communicari eam nobis per fidem, abſque ulla præparatione operum, neceſſe eſt eam videri maximam. Inter alia autem, quæ Deus requirit ab hominibus,

Rom.1.16.
Hab.2.4.
Gal.3.11.
Heb.10.38.
Rom.1.18.
Ibid.v.17.
Rom.3.21.
Ibid.v.24.

A illud eſt præcipuum, ne quid de ſe glorientur. At ſi juſtificatio conſtaret ex operibus, homines jactare poſſent ſtudium ſuum & induſtriam. Cum autem juſtificemur gratis ex fide, nihil loci relictum eſt gloriationi. Itaque Paulus ait, Excluſa eſt gloriatio tua: per quam legem? Factorum? Non: ſed per Legem fidei. Quare concludit ad hunc modum: Contendimus, juſtificari hominem abſque operibus per fidem. Néve putes propoſitionem eam eſſe particularem, B declarat eam univerſalem eſſe. Nunquid, inquit, Iudæorum Deus tantùm? nónne & Gentium? imò & Gentium. Eſt enim unus Deus, qui juſtificat præputium per fidem, & Circunciſionem ex fide. Quemadmodum ergo unus eſt omnium Deus, ita omnes juſtificat eadem via.

Rom.3.27. Rom.3.28. Ibid.v.29.

48 Et in cap. 4. ait, Ei autem qui non operatur, credenti verò in eum qui juſtificat impium, fides ei imputatur ad juſtitiam. Hâc ſententia & opera excluduntur, & fides indicatur, per quam iuſtitia hominibus imputatur. Et ſtatim ſubiungit de Abrahamo C ut ſit pater omnium credentium per præputium, ut illis quoque imputetur, & ſit pater circunciſionis, non illis ſolùm qui ſunt ex circunciſione, ſed etiam ambulantibus per veſtigia fidei, quæ fuit in præputio Abrahami patris noſtri. Poſtea ex natura promiſſionis, oſtendit iuſtificationem eſſe per fidem. Ait enim, Per Legem non eſt promiſſio facta Abrahamo & ſemini eius, ut hæres eſſet mundi, ſed per iuſtitiam fidei: nam ſi illi qui ſunt ex Lege eſſent hæredes, abolita eſſet fides, & irrita eſſet promiſſio. In his D verbis duo præclara annotanda ſunt. Primum eſt, promiſſionem eſſe liberam, neque coniunctam eſſe cum conditione operum: & idcirco quia fides tanquam correlativum refertur ad promiſſionem, neceſſe eſt eam talem eſſe, qualis eſt promiſſio: atque idcirco promiſſionem reſpicit per ſeipſam, non autem conditiones indiſpoſitionis noſtræ, quemadmodum Tridentini docuerunt. Alterum eſt, ſi ex illa conditione operum penderet hæreditas & iuſtitia, nihil opus fuiſſet promiſſione. Dixiſſent enim homines: E Quid aliud nobis promittitur gratuitò, quod poſſimus noſtro ſtudio & labore vendicare? Aut quid ita neceſſe eſt ut credamus, cùm operibus noſtris poſſimus ad juſtitiam pervenire? Poſtea Paulus addit cauſam finalem, cur iuſtificatio ſit ex fide: Ex gratia inquit, quo firma ſit promiſſio: nam ſi noſtris operibus & præparationibus iuſtificaremur, ſemper nutaret promiſſio: neque quicquam certi de ea poſſemus conſtituere, poſtea ſubiicitur exemplum Abrahami, F qui, ut ſupra dictum eſt, contra ſpem in ſpem credidit, neque ea reſpexit, quæ ex ipſius parte promiſſioni divinæ obſtare poterant, nimirum corpus ſuum effœtum iam & centenarium, & ætatem Saræ coniugis. Hæc ſatis declarant, cuiuſmodi fuerit illa fides, per quam Abrahamo imputata eſt iuſtitia, ut ex eo nos quoque intelligere poſſimus, vim & naturam fidei iuſtificantis. Addit etiam Paulus, ex eiuſmodi fide multum efferri gloriam Dei. Nam cùm noſtris meritis & operibus nihil tribuatur, neceſſe eſt, gloriam univerſam cedere Deo. Itaque Paulus ait de Abraha- G mo, Dedit gloriam Deo: id pleniſſimè ſciens, quod quicquid pollicitus eſſet, poſſet etiã præſtare. Vtque magis exprimeret certitudinẽ fidei, uſus eſt participio πληροφορηθεὶς: quo ſignificat Abrahamum pleniſſimo quodam aſſenſu, amplexum fuiſſe promiſſionẽ Dei. Et ne quis exiſtimet hanc prærogativam propriam & peculiarem datam fuiſſe Abrahamo, Apoſtolus ſubiecit regulam univerſalem: aitque, non tantùm propter illum ſcriptum eſt, fuiſſe illi imputatum ad iuſtitiam, ſed etiam propter nos, quibus imputabitur H credentibus in eum qui excitavit Ieſum Chriſtum à mortuis, qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Adhæc ex cap. 5. aliud etiam habemus teſtimonium: iuſtificati inquit ex fide, pacem habemus erga Deum per Ieſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus. Hic duo annotanda ſunt, alterum, nos fide iuſtificari, idque ex gratia: alterum, ad iſtam gratiam non patere nobis adi- I tum ex præparationibus, aut ex operibus diſponentibus, ſed tantùm per fidem. In cap. 8. proponuntur ſcalæ quaſi quædam & gradus, per quos veniendum,

Rom.4.4. Ibid.11. Ibid.13. Rom.4.17. Ibid.v.8. Ibid.20. Ibid.23. Rom.5.1.

dum ſit ad æternam ſalutem. Quos præſcivit inquit, hos & prædeſtinavit, conformes fieri imaginis Filii ſui, ut ipſe ſit primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit: quos vocavit, hos & juſtificavit: quos juſtificavit, hos & glorificavit. Hic enumerati ſunt quinque gradus, præſcientia, prædeſtinatio, vocatio, juſtificatio, glorificatio: in quibus, quod ad rem facit, ſpectemus quid inter vocationem & juſtificationem intercedat. Nihil autem occurrit, niſi fides. Nam quum vocatio fiat per promiſſionem juſtificationis & ſalutis, ea per fidem aſſentientem recipitur.

Rom. 9. 30.

49 Ad finem cap. 9. proponitur diſcrimen inter Iudæos & Gentes: & ratio redditur, cur Gentes adeptæ ſint juſtitiam, non autem Iudæi. Sic enim ait Paulus, Quid igitur dicemus? Gentes quæ non ſectabantur juſtitiam, apprehendiſſe juſtitiam, quæ eſt per fidem; Iſraelem autem qui ſectabatur juſtitiam, ad legem juſtitiæ non perveniſſe? quare: quia non ex fide, ſed tanquam ex operibus nihil poteſt his verbis eſſe apertius: docent enim eos qui volunt juſtificari fide, aſſequi juſtitiam: eos verò qui ad id aſpirare volunt per opera, fruſtrà contendere. Hoc idem probat ab initio cap. 10. ubi geminam deſcribit juſtitiam: alteram, quam appellat noſtram, quæ conſtat operibus: alteram, quam dicit Dei, quæ apprehenditur fide, ſic autem loquitur: Ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti. Hinc apparet eos qui ſuam, hoc eſt, operum juſtitiam volunt ſtabilire, excidere à juſtitia Dei. Pergit Paulus, & hujus geminæ juſtitiæ naturam magis patefacit. Moſes, inquit, de juſtitia quæ eſt ex Lege ita loquitur, Homo qui fecerit ea, vivet in eis. His verbis oſtendit, juſtitiam Legis ſitam eſſe in operibus. De juſtitia autem quæ eſt ex fide ita loquitur, Ne dixeris in corde tuo; Quis aſcendet in cœlum, Chriſtum deducere, aut quis deſcendet in abyſſum, Chriſtum revocare à mortuis? Sed quid dicit? prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc eſt verbum fidei quod prædicamus: Quod qui corde crediderit, & ore confeſſus fuerit Dominum Ieſum Chriſtum, ſalvus erit. Hinc videmus, non juſtitiam Legis, quæ habetur ex operibus: ſed juſtitiam fidei eam eſſe, quæ ſalutem conciliet: idque poſterioribus verbis apertius confirmatur. Nam in eo quod additur, Corde creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, poſterior clauſula de confeſſione, quæ videtur eſſe opus externum, idcirco adjecta eſt, ne fidem qua juſtificamur, putemus otioſam eſſe oportere: non enim illa una eſt, aut ſterilis, qualem adverſarii noſtri ſomniant nos obtrudere. Habes ea fructus copioſiſſimos & uberrimos, inter quos primum locum obtinet, & in primis neceſſaria eſt confeſſio pietatis. Huc adjunxit Paulus teſtimonium Prophetæ: Qui credit in illum, non pudefiet. Illi ſolent affici pudore, qui præter opinionem fruſtrantur eo quod ſe ſperabant conſecuturos. Itaque ſenſus eſt; Qui credit in Chriſtum, & in hac fide ſalutem expectat, non afficietur pudore, quoniam ſpe ſua non fruſtrabitur. Aliud teſtimonium additur petitum ex Ioele Propheta, Omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit: quibus verbis promiſſio ſalutis adſcribi videtur invocationi. Sed Paulus utiliter docet, quod à me aliàs ſæpe dictum eſt, quando promiſſiones adjungi videntur operibus, ab illis ſemper recurrendum eſſe ad radicem & fundamentum, nimirum ad fidem. Ita Paulus hoc loco cùm dixiſſet, Qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit: ſtatim ſubjunxit, Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Ita rem univerſam ab invocatione reſolvit in fidem. Néve putes, fidem vi ſua habere aliquid unde juſtificet, rurſus ab illa recurrit ad objectum: Quomodo inquiens credent ſine prædicante? quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Et, fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Extremum ergo caput reſolutionis, eſt verbum Dei, & promiſſio de Chriſto: unde tanquam ex fonte ſalus & juſtificatio noſtra derivatur. Capit. 11. proponitur ἀντίθεσις incredulitatis & fidei: quæ maxime facit ad confirmandum id, quod nunc docemus. Rami effracti ſunt, ut infererer. Hæc erat objectio Gentium contra Iudæos. Paulus reſpondet, Benè: illi propter incredulitatem effracti ſunt, tu autem fide ſtas. Hic ratio redditur ruinæ & exitii hominum, & ex altera parte ſalutis & conſtantiæ: nimirum incredulitas & fides. Et de Iudæis aliquando reſtituendis addit: Quòd ſi illi non permanſerint in incredulitate, rurſus inſerentur: Deus enim potens eſt eos inſerere. Hic videmus per diſceſſum ab incredulitate, qui ſitus eſt in credendo, homines prolapſos reſtitui. Id vehementer facit contra errorem illorum, qui etſi utcunq; fateantur, primam juſtificationem dari gratis, ſine ullis præcedentibus operibus: tamen hominibus prolapſis non concedunt reſtitutionem ad juſtificationem niſi per ſatisfactiones & multa opera præparatoria.

Rom. 10. 3. — Ibid. v. 5. — Ibid. v. 10. — Eſa. 28. 16. Rom 10. 11. Rom. 10. 13. Ioel. 2. 32. — Nota ſcripturas docere ἀνάγειν ab operibus ad fidem. — Rom. 10. 14. — A fide rurſus ἀνάγειν ad objectum. — Rom. 11. 19. — Reſtitutio lapſorum, probatur eſſe debere per fidem.

50 Hæc ex Epiſt. ad Rom. nunc alios ordine perſequemur. Prima Corinth. cap. 1. ita ſcribitur: Quia mundus in ſapientia Dei non cognovit Deum per ſapientiam; placuit Deo per ſtultitiam prædicationis, ſalvos facere credentes. Quoniam ſapientes hujus mundi, inquit Apoſtolus, per naturalem inquiſitionem, non potuerunt apprehendere ſapientiam Dei, qua ſervarentur: Deus pro ſua bonitate, contrariam viam inſtituit, nimirum prædicationem Evangelii; quæ carni videtur ſtultitia, ut per eam ſalus daretur hominibus, non quibuſvis tamen, ſed credentibus. Itaque ſecunda Corinth. 1. ita ſcribitur, Fide ſtatis: ex quibus verbis intelligimus, fundamentum quo firmamur & ſtabilimur in via ſalutis, eſſe fidem. Adhæc Paulus ad Galatas cap. 2. reprehendens Petrum ſimulationis, qua videbatur inducere Gentes, ut cæremonias Iudaicas obſervarent, ita loquitur, Si tu Iudæus cùm ſis, gentiliter vivis & non Iudaicè, quomodo Gentes cogis Iudaizare? Nos enim natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores, quoniam ſcimus non juſtificari hominem ex operibus Legis, & ipſi credidimus in Chriſtum, ut juſtificaremur ex fide Chriſti, & non ex operibus Legis: Quia ex operibus Legis, non juſtificabitur omnis caro. Hic videmus Apoſtolos ideo ſequutos eſſe Chriſtum, ut juſtificarentur ex fide, quod non potuiſſent aſſequi ex operibus. Et poſtea, quod autem nunc vivo in carne, per fidem vivo filii Dei. Quod perinde eſt ac ſi diceret; Adhuc quidem peccatum hæret in carne mea, & in ea mortem circumfero: vitam tamen habeo, non ex meo merito, ſed per fidem filii Dei. In cap. 3. ita ſcribit, Hoc ex vobis ſcire velim, Spiritum accepiſtis ex operibus Legis, an ex auditu fidei? Et ſtatim ſubjicit, Qui ſuppeditat vobis Spiritum, & in vobis efficit virtutes, hoc ex operibus Legis facit, an ex auditu fidei? Ex his intelligimus, fidem eſſe, non opera, per quam apprehendimus dona Dei. Et addit, Scitis quod qui ſunt ex fide, illi ſunt filii Abrahami: non alia id ſanè cauſa, niſi quod illum credendo imitentur. Itaque, inquit, Scriptura prævidens, quod Deus juſtificet Gentes ex fide, rem lætam prius nunciavit Abrahamo, dicens; In te benedicentur omnes Gentes. Benedictio non eſt propagata ad illas, quod ex carne Abrahami duxiſſent originem, ſed quod veſtigia fidei perſequerentur. Alioqui ex Abrahamo ſecundùm carnem, quod quidem legi poſſit, non propagati ſunt niſi Iſmaelitæ, Edomæi, Iſraelitæ. Sequitur concluſio: Igitur qui ſunt ex fide benedicuntur cum fideli Abrahamo. Benedici autem Hebraica phraſi non aliud eſt, quàm percipere dona Dei: inter quæ primum locum tenet juſtificatio. Itaque ſequitur: Ut in Gentes per Chriſtum veniret promiſſio Abrahamo, quo accipiamus promiſſionem Spiritus ſancti per fidem. Habemus ergo promiſſionem Spiritus S. non apprehendi per opera, ut multi fingunt: idque ratio ſatis indicat. Nam cùm Dominus, ut paulo poſt dicetur, per promiſſionem donaverit Abrahamo, videndum eſt quid ad promiſſionem referatur, tanquam correlativum. Id autem, uti docuimus, nihil eſſe poteſt niſi fides: illa enim tanquam objectum proponit ſibi promiſſiones Dei.

1 Cor. 1. 21. — 2. Cor. 1. 24. — Gal. 2. 14. — Gal. 2. 20. — Gal. 3. 2. Ibid. 3. 5. — Gal. 3. 7. Ibid. 8. — Ibid. 9. — Ibid. 14.

51 Addit adhæc Paulus: Scripturam concluſiſſe omnia ſub peccato, ut promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Hæc ea cauſa eſt, cur Divinæ literæ tam diligenter oſtendant hominibus, quemadmodum ſint obnoxii peccatis: videlicet, quo magis incitentur ad amplectendas promiſſiones Dei per

Ibid. 22.

fidem,ſaltem, quando non habeant opera bona,qui- A
bus eas poſſint apprehendere. Idem ex eo intelligi-
Ibid.24. mus quod poſtea ſubditur, Lex pædagogus noſter eſt
ad Chriſtum,ut juſtificemur per fidem. Ea verba ni-
hil aliud volunt; Niſi legem idcirco indicare pecca-
ta,& ſuam hominibus infirmitatem proponere, & il-
lorum cupiditates irritare:unde peccata magis magiſ-
que augeantur, ut illi ita admoniti redeant ad Chri-
ſtum, & ab eo per fidem haurire poſſint juſtitiam.
Ibid.26. Quod illi certè fecerunt, de quibus dicitur, Omnes
filii Dei eſtis per fidem Ieſu Chriſti. Quid enim eſt B
eſſe filios Dei, niſi adoptionem jam eſſe conſequu-
tos, quod per regenerationem ſeu juſtificationem
Gal.4.28. tantùm adipiſcimur? Et cap.4. Nos autem (inquit)
fratres,ſecundùm Iſaac promiſſionis filii ſumus.Non
aliud autem eſt eſſe filios promiſſionis, quàm fidem
habere illis quæ Deus pollicetur, quo evademus filii
ipſius, quemadmodum ipſe promittit fore. Ita enim
Iſaacus natus eſt Abrahamo, non vi naturæ, ſed be-
Gal.5.5. neficio divini promiſſi. In capite 5.addit, Nos ſpiritu
ex fide ſpem juſtitiæ expectamus. Hoc loco duo at- C
tinguntur: Spiritus Dei quo refingimur & renova-
mur ad ſalutem: & fides, per quam juſtitiam appre-
hendimus. Quare in hoc negotio juſtificationis no-
ſtræ, quamvis multa alia in animis noſtris ſint opera
Spiritus S. præter fidem tamen illa juſtificationem
Ibid.v.6. non faciunt. Itaque Apoſtolus concludit, Circunci-
ſio nihil eſt,& præputium nihil eſt:ſed tantùm fides,
quæ per dilectionem operatur. Ab hac tantùm pen-
det juſtificatio: ab hac inquam,non mortua, ſed vi-
gente & viva.Et ea cauſa Paulus addidit;Quæ per di- D
lectionem operatur. Quod tamen non ita debet in-
telligi, quaſi fides à dilectione pendeat, aut ab ea,ut
loquuntur,formam habeat:ſed quòd,ſi debeat erum-
pere in actum, & ſeipſam oſtendere, id faciat neceſſe
eſt per dilectionem. Ita ſcientia alicujus non ex eo
pendet,quòd is alios doceat, ſed ea te maximè decla-
ratur. At ſi perfectio aliqua ex iſtis actionibus dili-
gendi & docendi redundet in fidem & ſcientiam, id
alia de cauſa fit.non quidem quòd ea inde pendeant, E
aut formam ſuam habeant, quemadmodum multi
Sophiſtæ ſomniarunt.

Eph.2.8. 52 In Epiſt. ad Epheſ.cap.2.ita ſcribitur, Gratia
Eph.3.16. ſervati eſtis per fidem, & id non ex vobis: Dei enim
donum eſt. Et deinde in tertio: Vt ſecundùm divi-
tias gloriæ ſuæ det vobis, ut fortitudine roboremini
in interiori homine per ſpiritum,ut Chriſtus habitet
in cordibus veſtris per fidem. Qui in ſeipſo Chri-
ſtum habet,is omnino juſtitiam habet. De illo enim
1.Cor.1.30. Paulus ſcribit ad Corinth. priori capit.1. Qui factus
eſt nobis ſapientia, juſtitia, ſanctitas & redemptio. F
Hic ergo oſtenditur,per quid Chriſtus habitet in cor-
dibus noſtris, nimirum per fidem. Rurſus Paulus
capite 3. ad Philippenſ. Vt inveniar, inquit, in illo
Phil.3.9. non habens juſtitiam meam quæ eſt ex Lege, ſed
eam quæ eſt ex fide Ieſu Chriſti.Hic eam juſtitiam,
quæ eſt ex operibus, & ex Lege appellat ſuam: eam
verò quæ eſt ex fide, quàmque maximè optat, ap-
Heb.11.33. pellat juſtitiam Ieſu Chriſti. Ad Hebræos etiam
ſcribitur capitul.11. Sancti per fidem vicerunt regna,
operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt promiſſiones. G
Hæc indicant quantum tribuendum ſit fidei: San-
ctos enim per eam non tantùm occupaſſe externa
regna dicitur, verum etiam exercuiſſe opera juſtitiæ,
nimirum, ut ſanctè atque inculpatè viverent & adi-
1.Pet.1.5. piſcerentur promiſſiones Dei. Petrus autem in prio-
ri ſua Epiſtola, cap.1. In potentia Dei cuſtodimini,
inquit, ad ſalutem per fidem. His verbis ſignifican-
tur duo principia ſalutis noſtræ. Alterum eſt vis &
potentia Dei, quæ omnino neceſſaria eſt,ut ſalutem H
conſequamur: alterum eſt fides, qua tanquam in-
1.Ioan.5.1. ſtrumento ſalus nobis applicatur. Iohann.1. Epiſt.5.
Ibid.v.4. Omnis inquit, qui credit Ieſum eſſe Chriſtum, ex
Deo natus eſt. Naſci autem ex Deo nihil aliud eſt,
quàm juſtificari,aut renaſci in Chriſto. Sequitur in
eodem capite: Hæc eſt victoria quæ vincit mundum,
fides noſtra: quæ teſtimonia declarant, nulla re alia
depelli à nobis diaboli, peccati, mortis & inferni ty-
rannidem, niſi ſola fide. Ad finem autem ejuſdem
Ibid.v.13. capitis additur: Hæc autem ſcripſi vobis, qui
creditis in nomine Filii Dei, ut ſciatis, quòd habea- I
tis vitam æternam, ut credatis in nomine Filii Dei.

53 Nunc ex Evangeliſtis quoque, quod ad pro-
poſitam quæſtionem faciat, colligamus. Matth.cap. Matt.8.10.
8.ait, Chriſtum vehementer admiratum fidem Cen-
turionis, & faſſum eſſe, ſe talem non reperiſſe in I-
ſraele:& converſum ad illum dixiſſe; Sicut credidiſti,
ita fiat tibi. Hîc occlamant quidam,hanc hiſtoriam,
& alias ſimiles non agere de juſtificatione,verum de
corporis tantùm & externis beneficiis à Deo collatis.
Sed iſtos ſcire oportet, peccata in nobis cauſas eſſe
moleſtiarum & afflictionum corporis. Nam uno ex-
cepto Chriſto, qui prorſus innocens mortuus eſt,
cæteri omnes, quia peccato ſunt obnoxii, nihil ad-
verſi patiuntur immeritò. Et quamvis Deus non
ſemper hoc reſpiciat in calamitatibus infligendis,
ſæpe enim immittit adverſa ad declarandam gloriam
ſuam, & ad probationem ſuorum: nemo tamen dum
ita vexatur, jactare poteſt, ſecum injuſtè agi: nemo
enim tam ſanctus eſt, quin in ſe habeat peccata,quæ
talibus aut etiam majoribus ſuppliciis digna ſint.
Cauſa autem non ſublata nec ſolet nec poteſt remo-
veri effectus. Quare Chriſtus, quum homines ab-
ſolveret à morbis corporum, manifeſtè declaravit ſe
eſſe eum, qui illos juſtificaret à peccatis. Atque ita
rem habere, idem Evangeliſta docuit capitul.9. Nam Mat.9.2.
cùm paralyticus oblatus eſſet Chriſto curandus, ait
Chriſtum reſpondiſſe, [illegible]: Condonantur tibi
peccata tua. Quo dicto, quum Scribæ & Phariſæi
offenderentur, ut intelligerent, cauſa malorum ſub-
lata,ipſa etiam mala auferri,juſſiſſe eum paralyticum
ſurgere, lectum ſuum tollere,& abire. Liquido ergo
patet, Chriſtum per ſanationes corporum, illum ſe
eſſe declaraſſe qui remitteret peccata: & quemad-
modum illæ ſanitates percipiebantur fide,ita homi-
nes per eandem juſtificari, & peccatorum condi-
tionem accipere. In eodem cap.9. narratur, Chri- Ibid.28.
ſtum reſpondiſſe duobus cæcis vehementer inſtan-
tibus, atque implorantibus ut ſanarentur: Creditis
me hoc poſſe præſtare vobis? Quúmque illi reſpon-
diſſent ſe credere,illum addidiſſe; Sicut credidiſtis, Ibid.22.
ita fiat vobis. Quúmque Servator noſter ad ædes Ar-
chiſynagogi proficiſceretur,ut filiam ejus excitaret à
morte, affectata eſt eum mulier, quæ ſanguinis pro-
fluvio laborabat, tanta fide prædita, ut ſecum ita co-
gitaret, ſi vel fimbriam veſtis ejus attigiſſet, ſeſe ſta-
tim fore ſalvam. Itaque Chriſtus illi reſpondit, Con-
fide filia, fides tua te ſalvam fecit. Cur autem Chri-
ſtus fiduciam adjungat ad fidem, diximus ſupra ab
initio hujus quæſtionis, quum fidei naturam expo-
neremus. Docuimus enim, tam fortem tamque ve-
hementem eſſe aſſenſum illum,quo apprehendimus
promiſſiones Dei, ut cæteri animi motus illi conve-
nientes neceſſariò conſequantur. In Luca etiam
narratur hiſtoria de muliere illa peccatrice, cui Do- Luc.7.50.
minus ita reſpondit, Fides tua te ſalvam fecit, ſignifi-
cans ſe illi per fidem condonaſſe peccata. Ardentem
autem fuiſſe ejus mulierculæ fidem,oſtendit ex effe-
ctis, quòd multum diligeret, quod oſcularetur pe-
des, quódque eos ablueret lachrymis, & capillis ex-
tergeret.

54 In Evangelio Ioannis, cap.3. Chriſtus ait Ni- Ioan.3.16.
codemo, Sic Deus dilexit mundum,ut Filium ſuum
unigenitum daret, ut qui credit in eum non pereat,
ſed habeat vitam æternam.Et in eodem capite,Ioan-
nes Baptiſta de Chriſto ſic loquitur, Qui credit in Probitur alienos à Chriſto nil boni poſſe facere, quod placeat Deo.
Filium,habet vitam æternam: qui autem non credit,
non habet vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Ex
quo loco non tantùm id colligimus, quod tractamus
in præſentia, ſed etiam hoc, alienos à Chriſto & in-
credulos nihil poſſe facere quod placeat Deo: &
propterea non mereri de congruo, ut loquuntur, út-
que affirmant adverſarii, gratiam Dei. Et in cap.6. Ioan.6.40.
Chriſtus ait, Hæc eſt voluntas ejus qui miſit me, ut Ib.44 & 45.& 47.
qui videt Filium & credit in eum,habeat vitam æter-
nam. Et ego inquit, reſuſcitabo illum in noviſſimo
die.. Et quum prius dixiſſet, Nemo venit ad me, ni-
ſi Pater meus traxerit illum: &, Qui audivit à Patre
meo,& didicit, venit ad me: ſubjecit poſtea, Et qui
credit in me,habet vitam æternam. In capit.11.Chri- Ioan.11.25.
ſtus excitaturus Lazarum dicit Marthæ, Qui credit
in me, etiam ſi mortuus fuerit, vivet: & qui vivit &
credit in me, non morietur in æternum, Et cap.17. Ioan.17.3.
Hæc eſt vita æterna, ut agnoſcant te ſolum verum
Deum

Digitized by Google

Deum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Hic autem A
obſervare debemus , non eſſe ſermonem de frigida
notitia,ſed de efficaci ac robuſta fide. Quare ſi ea eſt
vita æterna,erit etiam juſtificatio: Nam juſtificatio
& vita ſic inter ſe conjunguntur,ut altera pro altera
ſæpe accipiatur. Et revera nihil aliud eſt juſtificatio,
quàm vita æterna jam nunc in nobis inchoata. Et
Iud.20.31. cap.20. Hæc inquit,ſcripta ſunt,ut credatis, quòd Ie-
ſus eſt Chriſtus , & ut credentes vitam æternam ha-
Act.15.9. beatis. In Actis Apoſt. cap.15. ita ſcribitur, Fide purifi- B
cans corda illorum. Quo in loco Petrus loquitur de
Gentibus non adigendis ad opera Legis Iudaicæ:
Chriſtum enim ſine illis donaſſe eas Spiritu Sancto
& corda illarum à peccatis repurgaſſe per fidem.
Act.26.18. Paulus etiam in concione apud Regem Agrippam,
dixit,ſe vocatum fuiſſe à Chriſto , ut mitteretur ad
Gentes , quæ ſuo miniſterio illuminarentur , & fide
acciperent remiſſionem peccatorum,& ſortem inter
ſanctos. Atque hæc teſtimonia hactenus collegimus
ex Novo Teſt. ex Veteri autem , ſi omnia recenſere C
vellem quæ occurrunt,nimis eſſem prolixus. Et ſi
qui ſunt ita animo obſtinato , a quibus ea quæ dixi-
mus , extorquere non poſſint confeſſionem verita-
tis,apud illos , ne ſi plura quidem adderentur , quic-
quam proficeretur. Quare contentus ero paucis, &
Gen.15.6. præter illa,quæ Paulus citavit ex cap.15. Gen Credi-
dit Abraham Deo,& reputatum eſt illi ad juſtitiam.
Hab.2.4. Et Abacuc, Iuſtus ex fide ſua vivet. Ex Davide, Beati
Pſal.31.1. quorum remiſſæ ſunt iniquitates: Ex Eſa. Omnis qui
Eſa.28.16. credit in illum,non confundetur, & alia non pauca D
Eſa.53.4. id genus. Citabo cap.53. Eſaiæ,in quo Chriſtus ex-
preſſiſſimis verbis depingitur. Is enim ibi dicitur tu-
liſſe dolores noſtros , portaſſe infirmitates noſtras,
dediſſe animam ſuam hoſtiam pro peccato , & alia
multa,quæ ita clara ſunt, ut in alium neminem con-
venire poſſint,præterquam in Ieſum Chriſtum Ser-
vatorem noſtrum. Et additur, Et per notitiam ſui ju-
ſtificabit juſtus ſervus meus multos , & iniquitates
eorum ipſe portabit. Hæc verba docent,Chriſtum
juſtificare multos, nimirùm electos per ſcientiam & E
notitiam ſui,quæ certè non alia eſt, quàm vera fides:
atque ita , ut ipſe in ſe ſuſcipiat & portet illorum
Ier.5.3. ſcelera. Et Hieremias ſcribit capit. 5. Deus, oculi
tui nónne ad fidem ? ſcilicet reſpiciunt : ac ſi dice-
ret, Quamvis omnia videas, & nihil te lateat rerum
humanarum , maximè tamen fidem ſpectas , ut ra-
dicem & fundamentum omnium bonarum actio-
num. Atque iſta ſatis ſit attuliſſe ex oraculis Scri-
pturarum.

55 Nunc mihi diluendæ ſunt objectiones , quæ F
contra ſecundam iſtam propoſitionem adduci ſo-
lent. Incipiemus autē à Pighio , quoniam adverſarii
noſtri illum habent pro Achille ſuo, & eum putant
ſubtili ſuo acumine ad intima myſteria veritatis ſo-
lùm penetraſſe. Is ergo ita cavillatur, Non juſtifica-
mur eo,à quo juſtificatio avelli poteſt. Cauſæ enim
ab effectis diſtrahi & divelli non valent. Fides autem
à juſtificatione ſeparatur:multi enim credentes tur-
piſſimè vivunt , tantùm abeſt ut videri poſſint juſti-
ficati. Sed quoniam putat id negari poſſe,rationem G
adducit, ut probet non pugnare cum natura & defi-
nitione fidei , quin juſtificatio poſſit ab ea ſeparari.
Atque objicit ex 13. cap. prioris ad Corinth. Si ha-
1.Cor.13.3. buero omnem fidem , ita ut montes transferam , &
An à fide ſe- charitatem non habuero , nihil ſum. Ex his verbis
parari poſſit concludit,fidem à charitate poſſe ſeparari,& propte-
juſtificatio. rea ab omnibus operibus bonis. Citat etiam illud ex
Mat.7.22. Matthæo, Venient multi in illo die, & dicent, Do-
mine, in nomine tuo prophetavimus , & ejecimus
dæmonia, & ſigna fecimus : ſed illis reſpondebitur: H
Non novi vos. Iſta ſigna inquit Pighius, fieri non
poſſunt abſque fide. Quum ergo iſti excludantur
à regno cælorum, qui ea fecerint , apparet eos non
fuiſſe juſtificatos: quare in illis fides diſiuncta erat à
juſtitia. Sed hoc multò clarius confirmari arbitratur
Ioan.12.42. ex Ioanne: Is enim ait,multos principes ſacerdotum
credidiſſe in Chriſtum , qui tamen illum non aude-
bant palam profiteri:verùm qui abhorrent à confeſ-
ſione nominis Chriſti,alieni ſunt à ſalute. Ipſe enim
Marc.8.32. ait, Quem puduerit mei coram hominibus, ejus me I
Epicteti judi- pudebit coram Patre meo. Hæc argumenta etiamſi
cium de ſuis prima fronte præ ſe ferant aliquam ſpeciem , tamen
libris.
A ſi expreſſius excutias , intelliges id illis convenire,
quod Epictetus pronunciavit de libris ſuis: ταῦτ' ἐστὶν ὀνείρων νερτέρων φαντάσματα : ſunt iſta ſpectra ſomnio-
rum inferorum. Quæ rationes diligenter ponderan-
dæ ſunt,non ex primo aſpectu judicandæ. Vtque in Simile.
monetis non tam inſcriptiones aut imagines atten-
dere ſolemus, quàm probitatem & pondus materiæ:
ſic in argumentis non tam ſplendorem & ſpeciem,
quàm rem ipſam & vim ſpectare atque expendere
B debemus. Nos primum negamus fidem avelli poſſe
à juſtificatione, Et quod Pighius ait,id non pugna-
re cum natura ac definitione fidei,non admittimus.
Reclamant enim & Sacræ literæ, & ſenſus definitio-
nis fidei,& Patres. Nam quod ad Scripturas attinet,
Ioannes ait: Qui credit Ieſum eſſe Chriſtum Filium
Dei,ex Deo natus eſt : Et qui ex Deo natus eſt,non 1.Ioan.5.1.
peccat. Dum enim fides viget in corde noſtro,pecca-
ta illa quæ vaſtant conſcientiam & alienant à Deo,
non committimus. Quomodo ergo ait Pighius non
C pugnare cum natura fidei,ut à juſtificatione & à bo-
nis operibus ſeparetur ? Præſertim quum Ioannes 1.Ioan.3.6.
dicat, Qui peccat,non novit Deum? Hoc etiam Pa-
tres viderunt:nam Cyprianus de Simplicitate præ- Cyprianus.
latorum, ubi conqueritur de temporum ſuorum in-
felicitate,quòd charitas, timor,bona opera & alia id
genus viderentur admodum refrixiſſe , ita ſcribit;
Nemo futurorum metum cogitat:diem Domini , &
iram Dei,& incredulis ventura ſupplicia ; & ſtatuta
perfidis æterna tormenta nemo conſiderat. Quod
D conſcientia noſtra metueret ſi crederet : quia non
credit,omnino nec metuit : ſi autem crederet, & ca-
veret,evaderet. Oſtendunt hæc verba,cum vera fide
conjunctum eſſe timorem Dei , & æternorum ſup-
pliciorum cautionem , ac fugam peccatorum. Eat
nunc Pighius , & dicat , veram fidem avelli poſſe à
ſanctis motibus animi , & à bonis operibus. Idem
cum Cypriano aſſerit Hieronymus contra Lucife- Hieronymus.
rianos. Quòd ſi verè inquit,crederem,illud cor,quo
Deus videtur , mundarem , manibus tunderem pe-
E ctus, lachrymis genas rigarem, corpore inhorreſce-
rem,ore pallerem , jacerem ad Domini mei pedes,
eóſque fletu perfunderem,crine tergerem,hærerem
certe trunco crucis , nec prius amitterem quàm
miſericordiam impetrarem. Hinc etiam apparet,
cum vera fide bona opera & pœnitentiam con-
jungi.

56 Quod autem ad definitionem & naturam fi- Definitio fidei
dei attinet,ſatis probari poteſt illam à juſtificatione, oſtendit eam
& à bonis operibus, hoc eſt ab effectis ſuis non poſſe à juſtificatio-
F ſeparari. Eſt enim fides non vulgaris, ſed firmus & ne ſeparari nō
vehemens aſſenſus , iſque profectus à Spiritu S. poſſe.
Quod ſi miſer aliquis damnatus capitis, humanam
tantùm promiſſionem acciperet ſe eſſe liberandum,
& verbis illis haberet fidem, ſtatim animo toto mu-
taretur ad hilaritatem, & nuntium talia pollicentem
amare inciperet, eique, quacunque in re poſſet, ob-
ſequi : Quantò plus tribuendum eſt veræ fidei, quæ
habetur verbo Domini , & afflatur à Divino Spiritu?
Quare ſi illa humana fides mirificos animi motus ſe-
G cum trahit , quomodo poſſumus veram & Chriſtia-
nam fidem nudam à bonis operibus & deſertam , &
ſolam conſtituere ? Satis ergo jam videmus & ex di-
vinis literis,& ex Patribus,& ex definitione ac natu-
ra fidei, non poſſe eam à juſtitia & ſanctis operibus
dividi. Nunc veniamus ad Paulum: Is ait, Si habuero 1.Cor.13.2.
omnem fidem,&c. Sed quid novit Pighius, Paulum
ibi loqui de fide generali, quæ habetur promiſſioni-
bus Dei , & juſtificat, ac non potius de particulari,
qua eduntur miracula, eſtque chariſma ſive donum
H gratuitum Spiritus Sancti ? Ea non accommodatur
ad omnia, quæ in ſacris literis habentur, ſed tantùm
eſt vehemens quædam fiducia, qua certò credimus,
Deum hoc aut aliud miraculum eſſe facturum. De
hac fide Chryſoſtomus Paulum hoc loco interpre- Fides dogma-
tatur. Néve hæc diſtinctio altera ex parte careat tum , & fides
nomenclatura, alteram fidem appellant dogmatum, miraculorum.
alteram ſignorum. Et ad hanc fidem poſteriorem Mat.17.20.
Chryſoſtomus applicat illa verba : Si habueritis fi-
dem ut granum ſinapis, dicetis huic monti, Tolle te
I hinc,& projice te in mari,& fiet. Neque certè nega-
ri poteſt hoc genus fidei. Nam Paulus cap.12. prioris 1 Cor.12.8.
Epiſtolæ ad Corinthios recenſens chariſmata , quæ

Spiritus ſanctus diſtribuit cuique prout vult, ita ſcribit: Alii datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ, alii verò ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem ſpiritum: alii verò fides per eundem ſpiritum: alii dona ſanationum per eundem ſpiritum. Hic videmus fidem numerari inter dona ſpiritus gratuita aut chariſmata, idque tertio loco, quod Paulus de univerſali fide qua juſtificamur, non dixiſſet. Et ſi diligenter expendas animadvertes eundem ordinem à Paulo conſervari in 13. cap. 1. ad Corinthios. Vt enim hic primo loco ponit ſermonem ſapientiæ, ita ibi prophetiam: ut hîc ſecundo loco ſcientiam, ita ibi quoque tertio loco fidem: utque hîc fidem ſequitur donum ſanationum & miraculorum, ita ibi tranſlatio montium. Quare ea quæ Paulus de ſingulari fide pronunciavit, non debent ad fidem univerſalem & juſtificantem detorqueri. Id enim eſt admittere paralogiſmum à ſecundùm quid ad ſimpliciter. Ac ſi quis diceret: Iſta fides poteſt ſeparari à juſtificatione, quæ appellatur fides ſecundùm quid, ergo fides vera & juſtificans, quæ ſimpliciter vocatur fides, poteſt à juſtificatione ſeparari. Quòd ſi quis duas ſpecies diſparatas ita componat, ut velit eandem proprietatem utrique adſcribere, facilè decipietur.

1. Cor. 13. 2.

57 Sed vidit Pighius hac facili & plana expoſitione argumentationem ſuam poſſe refelli: eóque conatus eſt eam nobis eripere, oblitus interim authorem & patronum ejus eſſe Chryſoſtomum. Ad infringendam autem eam utitur hoc argumento: Paulus apertè dicit, Omnem fidem: quare non licet id de aliqua ſingulari fide intelligere. Apoſtolus enim facit propoſitionem univerſalem. Sed ſcire illum oportuit, univerſales propoſitiones contrahendas eſſe ad materiam eam, de qua ſermo inſtituitur. Idque quamvis multis exemplis doceri poſſit, tamen in præſentia uno tantum contenti erimus. Paulus in illa eadem Epiſtola ad Corinthios capite 1. ait, ſe gratias agere Deo pro illis, quod eſſent ditati omni ſermone, & omni notitia. Non tamen eſt credibile, illos per Spiritum Chriſti præditos fuiſſe ſcientia naturali, Metaphyſica, Mathematica, Iuriſprudentia, & aliis liberalibus diſciplinis: ſed tantùm omni notitia, quæ ad pietatem & Evangelium pertineret. Neque veriſimile eſt, illos vi Spiritus S. ornatos fuiſſe omnibus rhetoricis, dialecticis, poeticis, hiſtoricis ſermonibus: ſed illis, qui pertinerent ad Eccleſiam, ſana doctrina, & piis admonitionibus ædificandam. Itaque propoſitiones quamvis ſint univerſales, tamen non ſemper ſimpliciter accipiendæ ſunt, ſed interdum ad negotium de quo agitur, reſtringi debent. Quod ergo Paulus ait: Si habuero omnem fidem, intelligimus de omni illa fide, quæ inſerviat edendis miraculis. Et iſtam contractionem eſſe neceſſariam, verba quæ ſequuntur indicant. Paulus enim ſtatim ſubjecit, Ita ut montes transferam. Chryſoſtomus etiam ait, ſe in univerſalitate vidiſſe, hanc particularem ſententiam neceſſario fuiſſe intelligendam. Ait enim, dubitari poſſe, quomodo Chriſtus dicat, ad transferendos montes ſatis eſſe parvam fidem, quæ exiguitate ſua referat granum ſinapeos, quum Paulus dicat, Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: quaſi ad id efficiendum opus ſit inſigni magnitudine fidei. Ita ſolvit quæſtionem, ut dicat, Chriſtum loquutum ex veritate & natura rei: chariſma enim fidei ſatis eſſe ad edenda maxima miracula, quamvis minimum fuerit. Paulum autem reſpexiſſe opinionem & judicium hominum: illi enim, cùm videant magnitudinem & vaſtitatem montis non putant eum transferri poſſe ſine incredibili quadam fidei efficacia, ac magnitudine. Neque multum iuvat cauſam Pighii, quod Eraſmus reſpondens doctoribus Sorbonicis, hanc interpretationem noſtram rejicit. Ratio enim ejus primùm infirma eſt, deinde falſa: nam ait, propoſitum Apoſtoli fuiſſe, ut charitatem laudaret ex collatione: Quæ autem laus illa foret, inquit, ſi illa confertur cum fide, quæ unum quoddam ſit ex donis gratuitis Spiritus S. & incidere poſſit tam in improbos homines, quàm in probos? Frigidè enim laudaret hominem, qui eum diceret præſtare cani, aut urſo. Primùm hoc falſum eſt, Paulum non conferre charitatem cum donis gratuitis. Commemorat enim prophetiam, ſcientiam & donum linguarum: eiſque charitatem anteponit. Deinde infirmum eſt quod ait, ſi noſtra interpretatio recipiatur, Apoſtolum conferre charitatem tantùm cum donis gratuitis. Fatemur enim ſub finem, collationem fieri cum vera fide. Ait enim Paulus, Tria hæc ſunt, fides, ſpes & charitas: major autem eſt charitas: & ratio adfertur, Quia illa manet, & aliæ deſinent. Porrò plena eſt collatio, ſi, ut nos dicimus, incipiatur à chariſmatis, & ordine deinceps perveniatur ad virtutes theologicas: imò ex eo, quod Paulus ad extremum capitis, confert charitatem cum vera fide, veriſimile eſt, id eum antea non feciſſe. Sed ſi hoc daremus, & utroque pollice, ut dici ſolet, ſuffragaremur Pighio, fidem illam de qua Paulus loquitur, eſſe illam univerſalem, qua homines juſtificantur, tamen ne ſic quidem cauſam obtineret. Nam quum Apoſtolus omnibus modis eveheret charitatem, amplificationem adhibere voluit à Fictione. Eſt autem Fictio rhetoricus color, pueris etiam notus. Nec tamen Paulus ea cauſa falſum enunciat: utitur enim propoſitione conditionali, quam reſolvere non licet in categoricam, & veritas interim nihilominus conſervatur. Vt ſi dicerem alicui, Si haberes vitam rationalem ſine animali, non afficereris perturbationibus: nemo hunc ſermonem arguere poſſet falſitatis: Et tamen fieri non poteſt, ut rationalis vita in homine ſeparetur ab animali. Hujuſmodi enim loquutiones inveniuntur in Sacris literis, ut, Si aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Et, Si aſſumpſero pennas auroræ & habitavero in extremis maris, illuc me deducet dextera tua. Veræ ſunt iſtæ ſententiæ: nec tamen fieri poteſt, ut homo pennas auroræ ſibi commodet. Ad eundem modum nos dicemus, ſi quis fidem ſepararet à charitate, redderet eam inutilem: etſi ea revera à charitate ſeparari non poſſit. Paulum autem eo loco hujuſmodi hyperbola ſeu fictione uſum eſſe, ea ſatis oſtendunt, quæ paulò antè dixerat: Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Atqui ſcimus, Angelos nec corpora habere, nec linguas. Paulus tamen nihilominus vera dicit, Quòd ſi haberent linguas, & ego illis loquerer, id tamen mihi ſine charitate nihil prodeſſet. Atque hanc expoſitionem confirmat Baſilius in Epiſtola ad Neocæſarienſes: Ait enim, Apoſtolum hoc loco commendare velle charitatem, & uti eum ait his rationibus, non quod ea omnia, quæ hic recenſet, ſeparari poſſint à charitate. Superioris itaque interpretationis, authorem habemus Chryſoſtomum: poſteriorem confirmat Baſilius. Eat nunc Pighius, & ex hoc Apoſtoli dicto conficiat, ſi poteſt, id quod tantopere contendit.

Ibid.

Vniverſales propoſitiones contrahendæ ſunt ad materiam de qua tunc agitur.

1. Cor. 1. 5.

Eraſmi ſententia.

Figura ſictionis.

Simile.

Pſal. 139. 8. & 9.

1. Cor. 13. 1.

58 De illis autem verbis Matthæi, Domine, nónne in nomine tuo prophetavimus, & dæmonia ejecimus, &c. quæ Pighius negat fieri poſſe abſque fide, eos tamen qui illa fecerint, non eſſe juſtificatos, quum excludantur è regno cœlorum: Reſpondere poſſumus eadem diſſolutione, quam jam attulimus: nimirùm illos quos Matthæus commemorat, habuiſſe fidem ſignorum, aut mortuam: non autem veram & juſtificantem: deinde non video quàm verum ſit, miracula edi non poſſe ſine fide. Deus enim interdum efficit miracula, non propter fidem ejus per quem fiunt, ſed vel ad illuſtrandam gloriam ſuam, vel ad ferendum teſtimonium veræ doctrinæ. Certè Moſes & Aaron, quum elicerent aquam ad petram contradictionis, hæſitabant in fide, Deus tamen, ut promiſſo ſuo ſtaret, magno miraculo aquas populo dedit, & Moſen atque Aaronem redarguit infidelitatis. Et Naaman Syrus dubitavit de recuperanda ſalute ſua in aquis Iordanis. Imò abire etiam voluit, quòd diceret flumina ſuæ regionis multis partibus præſtare Iordani: tamen Deus nihilominus miraculo ſuo non defuit. Et, quum cadaver conjectum eſſet in ſepulchrum Eliſæi, magno miraculo factum eſt, ut ad contactum oſſium Prophetæ vita illi reſtitueretur. Atqui fides ibi nulla fuit, nec in cadavere, nec in oſſibus Prophetæ, neque in illis qui mortuum eò conjecerunt. Nec tamen ſemper

Matt. 7. 22.

Non ſemper interventu fidei miracula fiunt.

Num. 20. 12.
Pſal. 106. 32.

2. Reg. 5. 11.
2. Reg. 13. 21.

Digitized by Google

ſemper cùm abeſt fides, conceditur petentibus, ut miracula faciant. Nam in Actis legimus, quum filii Scævæ pontificis, exorciſtæ, vellent ejicere dæmonia in nomine Chriſti, quem Paulus prædicaret, diabolum reſpondiſſe, Ieſum novi, & Paulum ſcio, vos autem qui eſtis? & ſtatim in eos inſiluiſſe. Hic videmus, Deum noluiſſe exhibere miraculum quum peteretur, ut credibile eſt ab hominibus malis & incredulis: contra tamen habemus apud Marcum cap. 9. quendam ejeciſſe dæmonia in nomine Chriſti, qui tamen Chriſtum non ſequebatur: cùmque Ioannes eum prohibere voluiſſet, Chriſtum ejus factum non probaſſe. Ex his Pighius videre potuiſſet, non ſemper ad edenda miracula requiri fidem. Et tamen ſi dare vellem, neceſſariò requiri fidem, ſatis eſſet ad eam rem aut illa ſignorum, aut etiam mortua.

Act. 19. 15.

Marc. 9. 38.

59 Pighius ergo ſecunda ſua confirmatione nihil agit: non enim quicquam habet ſynceri. Nunc expendamus tertiam. Ioannes ait Multi ex principibus crediderunt in illum: ſed eum non confitebantur, ne ejicerentur è ſynagoga. Non ergo juſtificabantur fide. Ratio hæc ficulnea potius eſt, quàm (ut ille putat) adamantina. Nos enim negamus illos verè crediſſe. Aſſenſus enim ille non alius fuit, quàm humanus. Cùm enim viderent effici à Chriſto præclara opera, & ejus doctrinam evidentiſſimis ſignis comprobari, humana quadam perſuaſione cœperunt illi aſſentiri. Diabolus etiam, quum multarum Dei actionum ſit conſcius, aſſentitur & credit veritati. Illum tamen credibile non eſt, vera fide induci ad credendum. Illorum autem principum fidem veram & vivam non fuiſſe, ex eo apparet, quòd Chriſtus illis dixit, Quomodo poteſtis credere, quum gloriam quæratis ab hominibus? Ex quibus verbis intelligimus eos, qui pluris faciunt gloriam humanam quàm pietatem, non poſſe in Deum verè credere. Atqui illi principes inter eos erant numerandi: tanti enim fecerunt æſtimationem & judicium hominum, ut potius quàm ejicerentur è ſynagoga, & infamia aliqua notarentur apud populum, maluerunt relinquere confeſſionem nominis Chriſti. Proinde quum Dominus dicat tales non poſſe credere, & Ioannes affirmet eos crediſſe, manifeſtum eſt, illos de alia atque alia fide loquutos eſſe: niſi dicere velimus, duo contradictoria ſimul eſſe vera. Ioannes ergo loquutus eſt de fide humana, Chriſtus autem de ſincera & vera. Eam oportet cum confeſſione conjunctam eſſe, ut Paulus expoſuit, Corde inquiens creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Qui videt connexionem inter juſtitiam & ſalutem, eum neceſſe eſt etiam videre conjunctionem, quæ eſſe debet inter fidem & profeſſionem. Dicimus itaque, fidem illorum fuiſſe mortuam: mortua autem fides non eſt fides, non magis quàm homo mortuus eſt homo.

Ioan. 12. 42.

Fides quædam humana eſt, & à Deo non afflata.

Ioan 5. 44.

Conciliantur loca ſpecie tenus pugnantia.

Rom. 10. 19.

Fides mortua non eſt fides.

60 Quamvis Smitthæus quidam in libello quodam ſuo de juſtificatione, quem inſcripſit contra me, contendat, fidem mortuam eſſe fidem: idque hoc maximè argumento, quòd corpus hominis mortui, etſi ſit mortuum, ſit tamen corpus. Et homo ſapiens, iſto ſuo ſimili mirificè delectatur. In quo tamen prodidit ſophiſma, ſua lucerna atque ingenio non indignum. Nam excutiamus paucis iſtam præclaram ſimilitudinem. Reſpondeat ergo mihi, Cadaver ſitne corpus hominis defuncti, an ſimpliciter corpus hominis? Non reſpondebit, opinor, eſſe corpus hominis: hominis enim corpus & cadaver plurimum inter ſe diſtant. Idque revera magis quàm duæ ſpecies ejuſdem generis, quia ſub diverſis generibus proximis continentur. Cadaver hominis defuncti, fateor eſſe corpus in genere ſubſtantiæ, ut ſunt lapides, trunci & alia id genus. Re autem vera eſſe illud corpus hominis, id verò pernego. Mors enim aufert à corpore hominis propriam formam ſeu ſpeciem quam habuerat antea: relinquit autem genus tantùm ut dici poſſit corpus. Ita vera fides & juſtificans, quum amittitur aut deſinit eſſe vera & propria fides, dici quidem poteſt quòd ad genus attinet aſſenſus quidam frigidus, & ex humana perſuaſione natus: non autem qui profectus ſit à Spiri-

An cadaver ſit corpus hominis.

A tu & quique habeat eàdem firmitatem & efficaciam, quam habuimus antea. Quare ſi ſervetur ex utraque parte eadem proportio ſimilitudinis, iſta mirabilis ςρεβλογία nihil contra nos faciet. Nam ut fatemur corpus mortuum eſſe corpus, ita etiam damus, fidem mortuam eſſe fidem, modo per fidem intelligamus genus fidei, non autem illam vivam & veram qua juſtificamur. Eſt paralogiſmus æquivocationis. Addit præterea, fidem non poſſe juſtificare, quòd ea natu- B ra ſua ſit res mortua, & vitam accipiat aliunde, videlicet à charitate & bonis operibus. Inania ſunt iſta objecta & futilia, Nam veram fidem, nemo ſobrius dabit eſſe rem mortuam. Iuſtus enim dicitur ex fide ſua vivere. Quòd ſi ex fide haurimus vitam, quomodo poteſt ea cuiquam videri mortua? eam autem aliunde vitam accipere non negamus. Habet enim eam partem ab illis quæ credit, nimirùm à Chriſto, & promiſſionibus Dei, partim à Spiritu S. cujus afflatu inſpiratur. Hoc pacto dabimus, fidem accipere C vitam aliunde: non autem ea ratione, qua iſte contendit, ut eam dicamus, vel à charitate, vel à bonis operibus eam habere. Quis enim ſanus unquam dixerit, aut truncum, aut ramos, aut fructus, aut flores largiri vitam radicibus? Fides autem prius eſt, quàm aut ſpes, aut charitas. Ergo ab illis vitam non accipit. Nam revera fides non poteſt eſſe iſtarum virtutum materia. Et quemadmodum facultas illa quam appellãt vegetativam, dat vitam corpori, non autem recipit vitam à ſequenti facultate ſentiente, aut ra- D tiocinante: ita fides dat vitam animæ, ſed eam non trahit vel à charitate, vel à bonis operibus. Fateor tamen, vitam illam fidei, tantò majorem atque ampliorem fieri, quanto opera plura & meliora, & charitas ardentior ex illa erumpit: non ut quemadmodũ de virtutibus, quas appellant morales, dicunt ex frequentibus actionibus augeatur: ſed quia Deus pro ſua gratia & miſericordia, talentum, quod otioſum non fuerit, multiplicat: & quia Deus efficit vi ſua, ut fides, quam per dilectionem operatur, fortior ſit E ſeipſa quum opus remittat.

Abac. 2. 4.

Vera fides non eſt res mortua.

Vnde ſit vita fidei.

Quomodo fides augeatur per bona opera?

61 Sed his omiſſis, redeamus ad Pighium. Ille, quantum poteſt contendit, hominem non poſſe juſtificari fide ea quæ ſit in Chriſtum, & in remiſſionẽ peccatorum. Ea enim, inquit, fides, qua Abrahamus juſtificatus eſt, in iſta non ferebatur. Deus enim illi promiſit tantùm copioſum ſemen, & poſſeſſionem terræ. Et ſtatim ſubjicitur, Abrahamum crediſſe Deo, idque illi imputatum fuiſſe ad juſtitiam. Hoc argumento Pighius triumphat, & inſultat veritati, F noſtram autem ſententiam ſuſpendit adunco naſo. Sed hoc nihil aliud eſt, quàm Paulum ipſum irridere: Ille enim diſertiſſimis verbis affirmat, nos fide in Chriſtum, & remiſſione peccatorum juſtificari. Neque vero quicquam eſt aliud in Pighio, quàm mera inſania & libido contendendi. Sed procedat Paulus in medium, & ipſe pro ſe reſpondeat, quid per ſemen promiſſum abrahamo intelligendũ ſenſerit. Certè in Epiſt. ad Gal. 3. c. ſemen illud appellat Chriſtum. Abrahę inquit, dictę ſunt promiſſiones, & ſemini ejus: G non dicit, Et ſeminibus, tanquam de multis, ſed tanquam de uno, & in ſemine tuo, quod eſt Chriſtus. Hoc autem dico, Teſtamentum comprobatũ à Deo erga Chriſtum. Credat jam Pighius vel Paulo in illo ſemine, quod Abrahamo promittebatur, comprehenſum atque indicatum fuiſſe Chriſtum, neque iſta pertinaciã & ſtudio vincendi audeat unquã poſthac dicere, fidem eam, qua juſtificatus eſt Abrahamus, non fuiſſe in Chriſtum. Quod autem attinet ad remiſſionem peccatorum, quum nobis promiſſa ſit be- H nedictio, cogitare debemus, caput & principiũ ejus eſſe, ut recipiamur à Deo in graciã, utque nobis peccata condonentur. Sed pergit porro Pighius, nõ obſcurè oppugnare doctrinã Apoſtoli, de juſtificatione Abrahami. Ait enim, priuſquam Abraham circuncideretur, & haberet teſtimonium à Scriptura, fidem ſuam imputatam ſibi eſſe ad juſtitiam, credidit Deo, ut apparet c. 15. Gen. Quare inquit, juxta iſtam veſtram ſententiã tum erat juſtificatus, neque differebatur ejus juſtitia uſque ad illam hiſtoriam, quæ ha- I betur capit. 15. Mirum eſt, quantum ille tribuat iſtis ſuis argumentis: quaſi illis erepta nobis ſit prorſus omnis facultas reſpondendi. Quid quæſo obſtat,

Gen 15. 6.

Rom. 4. 3.

Gal. 3. 16.

Gen 15. 6.

Quo tempore Abrahamus fuerit juſtificatus?

quò minus Abrahamus juſtificatus eſſe potuerit primo illo tempore, quum illi Deus primùm loqueretur ut exiret de terra ſua,& de cognatione ſua? Eodem enim illo loco ſtatim à principio capit.12. habentur eædem promiſſiones, quæ habentur cap.15. Sic enim Deus illi pollicetur, Faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, magnificabo nomen tuum,ut ſis benedictio.Benedicam quoque benedicentibus tibi, & maledicentibus tibi maledicam, & benedicentur in te omnes familiæ terræ. Certè in his verbis promiſſio de Chriſto, & remiſſio peccatorum continetur. Ideóque nihil abſurdi erit,ſi dicamus, Abrahamum illis quoque verbis, credendo, fuiſſe juſtificatum.Sed quoniam id Scriptura in illo capite non aperte aſſeruit,ideò Paulus magnâ prudentiâ citavit verba ea,quæ habentur in capit.15. ubi diſerte ſcribitur,fidem illi imputatam fuiſſe ad juſtitiam:quæ ſententia maximè fuit neceſſaria ad Apoſtoli ſententiam confirmandam, videlicet,hominem juſtificari fide. Cur autem Deus repetere voluerit illas promiſſiones,non eſt obſcurum, ita enim infirmus eſt animus noſter, ut niſi repetantur, & identidem inculcentur verba Dei,facile reſiſtat à fide. Neque vero juſtificatio ſemel tantùm apprehenditur, ſed quot es promiſſionibus divinis vere atque efficaciter aſſentimur. Nam quum aſſiduè labamur,& incidamus in peccata, opus habemus ſubinde repetita juſtificatione.

Cur Deus promiſſiones eaſdem repetat?

Heb.11. 1. Fides juſtificare oſtenditur.

65 Poſtea cavillatur in Epiſtol.ad Hebr. multa haberi de fide, & geſta admirabilia commemorari, quæ per illam fuerint impetrata : nuſquam tamen dici juſtificationem illi aſcribendam eſſe. Sed iſte iniquiſſima trutina expendit Sacra verba, nec ſatis conſiderat, quid illa ſibi velint:Iuſti per fidem vicerunt regna,operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt promiſſiones.Nam iſta ita reſolvenda ſunt,ut ab ultimo effecto recurramus ad primum. Vltimum eſt,vincere regna:proximum,operari juſtitiam:primum,adipiſci promiſſiones. Inter eas autem nũmerantur benedictio, vita, remiſſio peccatorum & alia hujuſmodi quæ faciunt ad juſtificationem. Quare quæ primo loco commemorantur, ea apprehendit fides, eâque juſtificamur. Poſtea ſequuntur bona opera:ideóque dicitur,Et operati ſunt juſtitiam. Poſtremò per eandem fidem conſequimur bona etiam temporaria: & idcirco ſubjicitur,Vicerunt regna. Falſum ergo aſſumit Pighius, in Epiſt.ad Hebr.non fieri mentionem ullam juſtificationis inter effecta fidei. Etſi vox illa ibi non legatur, tamen ex illis, quæ ibi ſcribuntur, neceſſariò & aperte evincitur. Neq; enim nos Arriani ſumus, ut quidam de nobis impurè mentiuntur, ut nihil velimus cõcedere, niſi quod in Sacris literis diſertis & expreſſis verbis habeatur.Illa enim etiam concedimus, quæ evidenti & perſpicuo argumento ex illis colliguntur. Sed quærit poſtea Pighius,cur adimamus operibus vim juſtificandi? Id expedire poſſemus uno verbo, quod Spiritus S. ita nos doceat in Sacris literis, nimirùm homines juſtificari ex fide ſine operibus. Sed quo minus id ita paucis ageremus, ille ipſe nobis obſtitit. Reſpondet enim ſibi, id ea cauſa fieri, quòd opera noſtra ſint imperfecta, nec ſatisfaciant Legi Dei,nec in judicio divino poſſint conſiſtere. Sed hoc pacto inquit, poſſumus etiam ſtatuere,juſtificationem non eſſe ex fide:Nam illa quoque imperfecta eſt. Nemo enim mortalium tantum credit,quantum debet. Nos autem reſpondemus id, quod ſæpe aliàs diximus, fidem quatenus opus eſt,non juſtificare. Id enim habet,non ex vi aliqua ſua,ſed ex objecto. Ex morte enim Chriſti promiſſionibus Dei, juſtitia in nos derivatur. Ita mendicus recipit eleemoſynam manu leproſa,infirma vel cruenta : non tamen qua manum habet ita infirmam & leproſam. Sed dices quare alia quoque, opera bona ex objecto ſuo,nimirum ex Deo,in cujus gratiam ea fiunt, non apprehendunt juſtitiam atque atque fides? Reſpondeo,fidem ad hunc uſum factam eſſe,& inſtitutam à Deo. Ita enim etiam in humano corpore, etſi diverſa & varia habeat membra,manus tamen ſola apprehendit & capit. Atque ita facile diſſolvitur vulgaris ille paralogiſmus, juſtificamur fide: fides eſt opus, ergo propter opus juſtificamur. Hic in concluſione infertur,Propter,

Ibid.v 33.

Fides ut opus non juſtificat.

Simile.

Cur fides potius quam alia opera juſtificet?

quæ vox non fuerat in præmiſſis. Ideóque vitioſa eſt collectio.Deinde forma rationis eſt ab accidenti. Accidit enim fidei, qua quidem nos juſtificat, ut ſit opus noſtrum. Eſt ergo fallacia,ut appellant accidentis. Adhæc argutatur Pighius,charitatem potius juſtificare quàm fidem, quod ea nobilior & præſtantior ſit virtus. Sed nos hanc rationem explodimus ut ridiculam : charitas eſt nobilior quàm fides, ergo ea juſtificat potius quàm fides, Quia nobilitas aut dignitas,ad juſtificationẽ nihil facit. Perinde enim eſt,ac ſi ita velis ratiocinari,Oculi ſũt digniores quã aut os aut manus, ergo cibi oculis capiẽdi ſũt,nõ ore aut manu. Id etiam videmus uſu venire in natura rerum, ut ea quæ ſequuntur, perfectiora quidem ſint,quamvis ea vitam non largiantur. In fœtu humano aſcenditur quaſi per gradus à vegetandi facultate ad ſentientem, à ſentiente ad intelligentem. Non tamen ex eo ſequitur, vires intelligendi aut ſentiendi, quòd ſint nobiliores quàm facultas vegetandi, dare vitam fœtui. Iuſtificare autem magis convenire fidei quàm charitati, præterquam quod id Sacræ literæ apertè docent, ratione etiam probabili doceri poteſt. Vis enim cognoſcendi,quæ pertinet ad intelligentiam, ſita eſt in percipiendo. Itaque, qui docentur aliquid, poſtquam rem intelligunt,dicere ſolent, Accipio,aut teneo. Res enim vera per notitiam res quodammodo in animum admittitur. Mirum ergo videri non debet,ſi per fidem dicamus apprehendere promiſſiones Dei, & merita Chriſti. Charitas autem conſiſtit in effundendo,largiendo,communicando aliis noſtra bona. Id autem ſequi debet juſtificationem,non præcedere. Antea enim quam renaſcamur,mali ſumus, nec recte aut cum Dei approbatione quicquam boni aliis poſſumus communicare.

Nobilitas virtutis ad vim juſtificandi nihil facit.

Ratione oſtenditur fidem juſtificare non charitatem.

63 Huc addit Pighius,ſi fides juſtificans non patiatur ſecum gravia peccata quæ vaſtent conſcientiam, quæque alienent hominem à Deo: neceſſe fore,ut ſi quis qui credat, labatur in aliquod magnum ſcelus,ſtatim deſtruatur fide, & deſinat credere eſſe Deum: cum tamen videamus homines facinoroſos, non tantum credere Deum eſſe, ſed etiam confiteri omnes articulos fidei. Hoc argumentum primo aſpectu videtur eſſe valde formidabile. Sed ne patiaris te, Lector, capi inani ſpecie, excute & explora diligenter,invenies eſſe infirmum & ridiculum. Fatemur hominem peccatis & ſceleribus alienatum à Deo, aſſentiri poſſe articulis fidei, & credere Deum eſſe. Sed iſtum hoc docere oportuit fieri illud motu atque impulſu veræ fidei. Relinqui quidem poteſt homini flagitioſo, humana quædam perſuaſio, vel ex educatione, vel ex opinione, quod id putet eſſe veriſimile. Verum ne quis putet,meum hoc inventum eſſe, quod dico hominem graviter peccantem deſtitui vera & juſtificante fide, audiat potius D. Paulum: Is enim ad Timoth.ait, Qui ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, abnegavit fidem,& eſt infideli deterior.Certè qui fidem abnegavit,non habet fidem. Idem ad Titum ait,Confitentur ſe noſſe Deum,factis autem negant. Confiteri & negare ſunt pugnantia : quare neceſſe eſt,ut quum utrunque dicatur de iiſdem, diverſa ratione accipiatur. Poſſunt ergo habere fidem,hoc eſt,opinionem aliquam qualemcunque humanam:non tamen aſſenſum illum firmum & efficacem,afflatum à Spiritu ſancto,de quo nunc agimus. Ioannes ait in Epiſt.1.capit.2. Qui dicit ſe noſſe Deum,& mandata ejus non ſervat, mendax eſt, & veritas in eo non eſt. Quare ſine bonis operibus, vera fides qua vere Deus creditur,non habetur. Neque abſurdum cuiquam videri debet, idem cognoſci poſſe diverſis modis. Diabolus enim una nobiſcum multa de Chriſto & novit & fatetur, quem tamen ne Pighius quidem dabit,ut opinor, præditum eſſe vera fide, qua nos adducimur,ut credamus ea quæ de Chriſto confitemur. Poteſt etiam fieri,ut Mathematicus cõcluſioni alicui per demonſtrationem confirmatæ & confectæ aſſentiatur : quam demonſtrationem ſi poſtea, ut fit, vel propter ſenium, vel propter morbum obliviſcatur, non tamen propterea deſinet propoſitionem illam quam prius noverat, affirmare, ſed id faciet opinione & probabili aliquo argu-

Cum peccato graviſſimo & vaſtante conſcientiam non manet vera fides.

1.Tim.5.8.

Tit.1.16.

Simile.

1.Ioan.2.4.

Diabolus non eſt præditus vera fide.

Simile.

A argumento, non ut antea demonſtratione. Notitia ergo ejuſdem rei non infert neceſſariò idem principium cognoſcendi. Atque hæc ex hypotheſi dicta ſunto, ex ea ſententia quæ ſtatuit admiſſo aliquo graviſſimo ſcelere veram fidem amitti, quæ tamen in electis poſtea Dei beneficio recuperetur, alioquin dici poteſt, in hominibus juſtificatis, & à Deo ad ſalutem deſtinatis, fidem ob commiſſum grave peccatum non prorſus extingui, ſed conſopiri & deliteſcere: neque in actum erumpere, niſi denuò à Spiritu Sancto exuſcitetur, quia in talibus hominibus ita lapſis, Dei ſemen adhuc manet, licet pro eo tempore non fructificet. Sed pergit Pighius, Et fides, inquit, eſt fundamentum: Longè ergo abeſt à perfectione ædificii. Quare non juſtificat. Nam ad juſtificationem multæ aliæ præparationes requiruntur.

Fides ab extrema perfectione multùm abeſt.

Si per iſtam perfectionem ædificii intelligas beatam reſurrectionem, & ſummam fœlicitatem, quâ videbimus Deum facie ad faciem, fateor fidem ab ea multùm abeſſe. Nam per multas tribulationes, adverſos caſus, & graves labores perveniendum eſt ad regnum cœlorum. Sed eodem pacto dicemus, Iuſtificationem quoque fundamentum tantùm eſſe illius æternæ ſalutis: illámque multùm abeſſe ab ea beatitudine quam expectamus. Primus enim gradus ad ſalutem eſt à Deo recipi in gratiam, & regenerari per Chriſtum. Sed poſtea plures etiam ſequuntur gradus per quos ad ſummum illud bonum, quod expectamus, pervenitur. Vnde autem iſte invenerit, fidem eſſe tantùm fundamentum, docere non poteſt è Scripturis: niſi fortè illud velit adducere ex Epiſtola ad Hebræos, Fides eſt ὑπόστασις τῶν ἐλπιζομένων. Sed illis verbis nihil aliud oſtenditur, quàm ea quæ ſperamus, fide in animis noſtris fulciri & confirmari: quæ alioqui nutarent, nec ullo modo conſiſterent. Verùm hoc ad hanc rem prorſus nihil facit. Quòd ſi illud etiam citare velit, Accedentem ad Deum oportet credere, jam ſuprà ad id reſponſum eſt: & fortaſſe de eadem ſententia aliquid infrà etiam dicetur ſuo loco.

Heb.11.1.

Ibid.v.6.

Sententia Pighii de juſtificatione.

64 Sed age, cùm ita multis modis ſententiam noſtrã fruſtrà conatus ſit convellere, audiamus quid ipſe tandem ſtatuat, & cui rei tribuat juſtificandi facultatem. Multæ inquit requiruntur præparationes & diſpoſitiones in nobis, ut juſtificemur. Primùm inquit, credimus verbis Dei: poſtea iram ejus timemus, deinde ſperamus miſericordiam: dum deteſtamur peccata. Breviter omnia fere ea recenſet, quæ ſupra retulimus nomine Synodi Tridentinæ. Sed extremo loco ait ſuccedere amorem Dei ſincerum & purum, qui dominatum in cordibus noſtris penitus obtineat: atque huic ait dari juſtificationem. Non poſſum ſatis mirari hujus viri conſilium. Statuit enim hominem propemodum perfectum eſſe, antequam poſſit juſtificari. Qui enim credat, metuat, ſperet, pœnitentiam agat, & ſyncerè Deum amet, quid illi tandem ad perfectionem deeſſe poteſt? Iſte autem ſtatuit hominem extra Chriſtum, alienum à Deo, nec adhuc juſtificatum iſta præſtare: quod certe cum Sacris literis minimè convenit. Illæ enim docent, hominem, priuſquam juſtificetur, verſari in operibus malis, & in odio Dei: ut apparet ad Coloſſ. primo, & ad Epheſios ſecundo. Illi vero à quibus opera eduntur tam præclara, quàm ab iſto commemorantur, quomodo poſſunt eſſe filii iræ? quomodo peccatores? quomodo, ut habetur ad Romanos, inimici Dei? Sed his omiſſis, videamus quæ ſunt hujus opinionis firmamenta. Primum citat illud Ioannis, Qui non diligit, manet in morte: ac ex eo concludit, ea dilectione haberi juſtificationem & vitam. Id perinde eſt, ac ſi quis diceret. Qui non eſt riſibilis, non eſt homo. Ergo per facultatem ridendi, habet aliquis ut ſit homo. Quàm autem id abſurdum ſit, quivis facilè videre poteſt. Ab animo enim ratione prædito, habemus ut ſimus homines: Cui animo cùm facultas ridendi neceſſario conjuncta ſit, omnino vera eſt propoſitio ea, quam adduximus: Qui non eſt riſibilis, non eſt homo. Ita certiſſimum eſt quod Ioannes ait, Eum qui non diligat, manere in morte: quamvis ex dilectione non habeat vitam, ſed ex fide: qua cum dilectio neceſſariò conjungitur. Citat etiam verba illa Chriſti, Si Deum haberetis Patrem, utique diligeretis me. Ergo inquit, adoptionem qua efficimur filii Dei, habemus ex dilectione. Sed hic quoque incurrit in eandem formam argumentandi. Nam qui non diligunt Chriſtum, non ſunt filii Dei: non tamen propter illam dilectionem habemus, ut ſimus filii Dei, ſed propter fidem, ex qua dilectio naſcitur. Eodem modo poſſis dicere ſi eſſes liberalis, eſſes etiam

Col.1.21.
Eph.2.1.

Rom.5.10.

1.Ioan.3.14.

Simile.

Ioan.8.42.

Ioan.14.23.

B prudens. Atque hæc quidem vera eſt propoſitio. Non tamen ſequitur ex liberalitate, aliquem effici prudentem: Imò multò potius, ex prudentia manat liberalitas. Breviter hæc argumenta, & alia ſimilia nihil aliud efficiunt, quam juſtificationem non poſſe exiſtere ſine dilectione, & aliis Chriſtianis virtutibus. Ex eo tamen non poteſt rectè colligi, hominem propter iſtas virtutes juſtificari. Addit præterea Pighius, iſtam Chriſti ſententiam, Si quis diligit me, mandata mea ſervabit: & ego & Pater ad eum veniemus,

C & manſionem apud eum faciemus. Ex his verbis apparet inquit, juſtificationem ſequi ex dilectione & obſervatione mandatorum Dei. Illis enim obſervatis, Chriſtus pollicetur ſe venturum cum Patre, & apud nos permanſurum. Sentit enim recipere & retinere Chriſtum, nihil aliud eſſe, quàm juſtificari. Nos autem fatemur, cùm Chriſtiani jam regenerati & juſtificati rectè vivant, & rectis operibus fidem ſuam oſtendant, Deum ad eos venire, eóſque majoribus donis, & ampliori gratia cumulare. Deus enim,

D quamvis alioqui ſit ubique, ad eos tamen ſignificanter venire dicitur, in quibus incipit efficere nova opera. Et cùm ſuos rectè ac piè ſe gerentes, & talenta ſibi commiſſa fideliter exercentes, quotidie augeat atque ornet, rectè dicitur cum novis muneribus quotidie ad eos venire. Atque hoc illud eſt genus viſitationis, de quo Chriſtus loquitur in Evangelio Ioannis. Verùm ſi audire volumus primum acceſſum Dei, & adventum Chriſti ad corda noſtra, ut in illis habitet, Paulus nos docebit ad Epheſios:

E Ita enim ſcribit, Vt Chriſtus per fidem habitet in cordibus noſtris. Iſta ergo ſententia Chriſti, non docet juſtificationem eſſe ex dilectione. Eam enim juſtificatio antevertit, non tempore, tamen ordine.

Deum venire quid ſit.

Mat.25.14.

Eph.3.17.

65 Pergit Pighius, & teſtamenta ita diſtinguit, ut alia dicat eſſe abſoluta & libera, per quæ hæres poſſit ſtatim adire hæreditatem: alia vero conditionalia, quæ hæredem non inſtituant, niſi præſtitis conditionibus. Atque ad hoc genus poſtremus refert

Teſtamẽtum. Promiſſio de juſtificatione, adjunctam nõ habet conjunctionem.

F teſtamentum Dei. Itaque contendit niſi conditionibus illis perſolutis, neminem poſſe juſtificari. Hic nos negamus aſſumptum, Teſtamentum Dei de remiſſione peccatorum in Chriſto habere adjunctam conditionem. Id Paulus teſtatur capit.3. ad Galatas, ita ſcribens: Fratres, ſecundùm hominem dico: Hominis licet teſtamentum ſi ſit comprobatum, nemo facit irritum, aut ad illud facit aliquid. Porro Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini ejus: Non dixit, Et ſeminibus, tanquam de multis, ſed tanquam

G de uno: & in ſemine tuo, quod eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamentum ante comprobatum à Deo erga Chriſtum, Lex quæ poſt annos 430. cœpit, non facit irritum, ut abrogaret promiſſiones. Hæc verba clariſſimè docent, teſtamentum quod Deus fecit cũ Abrahamo fuiſſe purum & abſolutum, & ſine ulla legali conditione: Id indicant verba Geneſeos, Semel enim Deus promiſit Abrahamo benedictionẽ. Poſtea lata eſt Lex, quæ illis promiſſionibus adjiceret conditiones præceptorum: ut ſi homines vellent

H juſtificari, & illas adipiſci, ſcirent ſibi præſtanda & perficienda eſſe omnia mandata Dei. Hæc autem via juſtificationis poſterior, cùm nullo modo præſtari poſſit, non poteſt impedire, aut irritam facere priorem. Ea autem prior via nihil aliud erat, quàm Evangelium per Chriſtum. Ad quod ut homines alacrius accederent, proponebatur etiam altera poſterior via juſtificationis per opera: ut homines quũ intelligerent non poſſe ſe ea præſtare, confugerent ad Chriſtum: à quo quum juſtificati, rectè vivere

I conarentur, promiſſiones in Lege deſcriptas gratis perciperent. Nunc videamus, quas iſte conditiones affingat ad teſtamentum Dei. Scribitur in Pſal.103.

Gal.3.15.

Pſal.103.17.

Miſericordia Domini à ſeculo uſque in ſeculum ſu-
per timentes eum, & juſtitia ejus ſuper filios filio-
rum, ſuper eos qui cuſtodiunt teſtamentum ejus, &
ſunt memores mandatorum ejus, ut faciant ea. Ex
his Pighius colligit, timorem Dei, memoriam divi-
ni teſtamenti, & ſtudium præſtandi mandata, eſſe
conditiones promiſſionum Dei. Sed hîc nonnihil
miror, Pighium voluiſſe ſtatuere, hominem juſtifi-
cari dilectione, quum fateatur Scripturam ſacram id
tribuere timori. Sed concedamus ſanè Pighio, ut
ipſe ſecum pugnet. Cæterum ſi ſcripturas audire vo-
Pſal.32.10. lumus, in Pſalmo 32. Miſericordia promittitur ſpe-
rantibus. Ita enim ſcribitur, Et ſperantem in Deo
miſericordia circundabit. Scribitur etiam alibi, Qui
crediderit, non confundetur: &, Qui invocaverit no-
men Domini, ſalvus erit. Sed quis non videt, omnes
iſtas virtutes eſſe in homine jam juſtificato, &
Deum ejus misereri? Sed hoc poſitum erat in con-
troverſia, cui potiſſimùm ex iſtis virtutibus ad-
ſcribenda ſit juſtificatio. Certè, teſtimonio Scriptu-
rarum, id tribuendum eſt fidei. Addit Pighius in
conditione quam propoſuit, eſſe, ut ſint memores
mandatorum Dei, ad faciendum ea: non additur in-
Illi qui juſtificati nō ſunt, de Lege rigore nihil remittitur. quit, ut faciant omnia mandata. Recipit Deus homi-
nem, qui ea conetur facere, & multa remittit ex ſua
miſericordia. Atqui quod adſcribitur, Ad faciendum
ea, neceſſe eſt ut intelligatur de omnibus. Nam cer-
Deut.11.23 tè in Lege, quam iſte appellat teſtamentum, de ſcri-
ptura ſunt omnia. Et ſi quid Deus condonat aut
remittit, id facit hominibus jam regeneratis:
non autem à ſe alienis, & filiis iræ, quales
neceſſe eſt eos eſſe qui nondum ſint juſtificati,
ſed ſe adhuc præparent, & intenti ſint ad præ-
ſtandas conditiones. Iſtis inquam nihil remitti-
tur, quare obligati ſunt ad omnia. Et idcirco
Gal.3.13 Moſes dixit, ut teſtatur Paulus, Maledictus qui non
permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro
Legis.

Vnde fides in nobis generetur? 66 Præterea rixatur etiam de productione fidei,
quæritque unde ea in nobis generetur. Nos uno
verbo facile reſpondemus: A Spiritu Sancto. At ille
ſe mirari fingit, quomodo demus homini Spiritum
Sanctum priuſquam credat: id enim putat eſſe ab-
ſurdum. Primum ego ſuſpicari non potui, cur hoc
tantopere ſit miratus: poſtea verò ſenſi, illum mani-
feſtè cum Pelagianis facere, & docere, fidem eſſe ex
nobis, eámque humanis viribus comparari. Nam
alioqui ſi crederet eam eſſe à Deo, & à Spiritu S.
cauſam à ſuo effectu non ſejungeret. Sed ne putet
nos ſine certa ratione tribuere Spiritui ſancto prin-
cipium fidei, audiat apertiſſima teſtimonia Scriptu-
1.Cor.2.4. rarum. Paulus ait in Epiſtola priori ad Corinthios,
Non perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed
in oſtenſione ſpiritus: ut fides veſtra non ſit ex ſa-
pientia hominum, ſed ex Deo. Et eodem loco, Ani-
Ibid.verſ.14. malis homo, non percipit ea quæ ſunt Dei, neque
poteſt: quoniam illi ſtultitia ſunt, ſpiritualiter enim
judicantur. Quomodo autem ſpiritualiter judicari
poſſunt, niſi adſit ſpiritus Dei? Pueri etiam nove-
runt firma argumenta deduci à conjugatis. Et ad
Gal.4.6. Galatas, Miſit inquit, Deus ſpiritum ſuum in corda
noſtra, quo clamamus, Abba Pater. Nam ſpiritu cre-
dimus, & credendo Deum invocamus. Quin & ipſe
ſpiritus, ut ſcribitur ad Romanos, teſtimonium per-
Rom.8.16. Eph.3.16. hibet ſpiritui noſtro, quod ſimus filii Dei. Et ad E-
pheſ. Roboremini ſpiritu in interiori homine, quò
Chriſtus per fidem habitet in cordibus veſtris. Hic
audimus, fidem eam, qua Chriſtum amplectimur,
proficiſci à Spiritu Dei, quo interior noſter homo
Luc.17.5. confirmatur. Apoſtoli cùm dicerent, Domine, auge
nobis fidem, ſatis declarabant, eam non ex ſuis viri-
1.Cor.12.8. bus naſci, ſed ex afflatu Dei. Et Paulus 1. Corinth.12.
Alii inquit, datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcien-
tiæ, alii fides, alii gratia ſanationum. Subjicitúrque
omnia hæc operari unum atque eundem ſpiritum,
dividentem ſingulis prout vult. Quòd ſi dixeris, hunc
locum & illam ſuperiorem petitionem Apoſtolo-
rum, pertinere ad particularem fidem per quam e-
duntur miracula, equidem non multum pugnabo.
Tamen ſi omnino ita velis, argumentabor à minori.
Nam ſi dona iſta gratuita non habentur niſi à ſpiri-
tu Dei, multò minus aliunde haberi poteſt fides illa

A univerſalis & efficax, qua juſtificamur. Adhæc Pau-
lus ad Romanos, Vnicuique inquit, ſicut Deus divi- Rom.12.3.
ſit menſuram fidei. Et in poſteriori ad Corinthios, 2.Cor.4.13.
Habentes inquit, eundem ſpiritum fidei, quemad-
modum ſcriptum eſt, Credidi, propter quod & lo-
quor: nos etiam credimus, & loquimur, quòd Deus
qui excitavit Ieſum à mortuis, noſtra quoque corpo-
ra per Ieſum excitabit. Ad Galat. recenſentur fructus Gal.5.22.
ſpiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, comitas,
B benignitas, fides, manſuetudo, temperantia. Fides hîc
numeratur inter fructus ſpiritus: Ergo à ſpiritu pro-
ficiſcitur. Ad Epheſios verò luculentius, Gratia, in- Eph.2.8.
quit, ſervati eſtis per fidem: & hoc non ex vobis, do-
num enim Dei eſt. Et in Actis Apoſtolicis ita ſcri- Act.16.14.
bitur, Aperuit Dominus cor mulieri purpurariæ, ut Act.13.48.
attenderet illis quæ à Paulo dicebantur: & capit.13. Quomodo
Crediderunt quotquot ordinati erant ad vitam æ- Spiritus S.
ternam. Quare dubitandum non eſt, fidem pectori- adſit nondum
bus noſtris ingenerari per Spiritum S. qui tamen regeneratis?
C haberi quidem poteſt ab illis qui non credunt, ve-
rùm ut perſuadens tantùm, non ut ſanctificans. Et
quamvis in electis fidem repente inſerat, tamen,
quoniam cauſa eſt fidei, prior eſt illa & dignitate &
ordine.

67 Iam videamus, ex hac ſententia quæ abſurda Auditorum
Pighius colligat. Si ſpiritus, inquit, author eſt noſtræ diſcrimen unde.
fidei, utitúrque inſtrumento verbi Dei, & poteſt ad-
eſſe etiam non credentibus, quî fit, ut cùm multi
adſint in eadem concione, ubi & ſpiritus adſit &
D verbum proponatur, tamen partim credant, partim
non credant? Vno verbo reſponderi poteſt: quoniam
ſpiritus non eſt æquè efficax in omnibus, nec modo
eodem omnes intus & in animo docet. Cauſam au-
tem voluntatis ejus reddere non poſſumus, quam-
vis eam juſtiſſimam eſſe nihil dubitemus. Si ita res
habet, inquit, auditores molliter acquieſcent, neque
annitentur, aut adhibebunt ſtudium: ſcient enim ſe
id fruſtra facturos, cùm univerſum pendeat à ſpiritu
Dei. Eſt iſta non tantùm pervulgata, ſed etiam invi-
E dioſa objectio. Sed reſpondemus, Omnes homines
aſtrictos eſſe ut credant verbo Dei, idcóque obli-
gatos eſſe, ut illud ſtudioſè & attentè audiant, illi-
que pro viribus aſſentiantur: & ni fecerint, in pœ-
nam Legis incurſuros: nec audiendos ſi dixerint, ſe
illi non potuiſſe obedire, aut ſi periculum de ſuis
viribus facere voluiſſent, conatum ipſum, cùm non-
dum eſſent juſtificati, futurum fuiſſe irritum & pec-
catum. Vt, ſi dominus ſervum claudum juberet am- Simile.
bulare, ille autem excuſaret, diceréque ſe claudum
F eſſe, nec poſſe ſine magna deformitate incedere,
non ob id exiſtimaretur ſe purgaſſe. Nos haud ſta- Peccata im-
tuimus, peccata omnia eſſe paria: imò eos, qui exter- paria.
na illa opera quæ poſſent præſtare omittunt & ne-
gligunt, aut ad rectè agendum conatum & ſtudium
non adhibent: longè gravius peccare docemus,
quàm illi qui externam aliquam diſciplinam pro
viribus obſervant: atque Auguſtinus ait, multò tole-
rabilius erit Catoni & Scipioni, quàm Catilinæ aut
Caligulæ. Verùm iſte Pighius, cui noſtra tantopere
G diſplicent, dicat ipſe, quando Spiritum Sanctum ho-
minibus dari putet? Reſpondebit, Cùm jam præpa-
rationes præceſſerint, cùm quiſpiam crediderit, ti-
muerit, ſperaverit, pœnitentiam egerit, ſincerè dile-
xerit. Quid aliud diceret Pelagius? Quaſi verò cre-
dere, amare, & alia ſimilia naſcantur ex humanis vi-
ribus. Arripit etiam illud, & putat pro ſe facere, Ve- Mat.11.28.
nite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego
reficiam vos. Putat enim labores, onera, contritio-
nem, confeſſionem, utq; aiunt, ſatisfactionem, jeju-
H nia, lachrymas, & alia ſimilia, facere ad obtinendam
juſtificationē. At locus longè eſt aliter intelligēdus.
Nam Chriſtus eos appellat laborantes & oneratos,
qui premebantur Lege, & infirmitatem ſuam & onus
peccatorum ſentiebant, quique jam diu ſub huma-
nis traditionibus laboraverant. Iſtos feſſos jam rerū,
& penè deſperatos, Dominus ad ſe invitat. Illi enim
magis idonei ſunt ad regnum cœlorum, quàm alii
beati & ſecuri, qui ſe ex operibus & benefactis ſuis
ſatis putant eſſe juſtos. Deus, inquit, Pighius, opera
I præparatoria requirit: deinde pollicetur ſe gratia ſua
non defuturum. Hæc prorſus eſt ſententia Pe-
lagianorum, cui Sacræ literæ planè adverſantur.

Illæ

Digitized by Google

Phil.2.13. Phil.1.6.

Illæ enim docent, Deum eſſe, qui det & velle & perficere pro ſua bona voluntate: Deum eſſe, qui incipiat in nobis opus bonum, illudque perficiat uſque ad diem ſuum: Deum eſſe à quo ſolo nos habeamus ſufficientiam: quum alioqui nos idonei non ſimus, qui cogitemus aliquid ex nobis, tanquam ex nobis. Apparet ergo, Pighium confundere iura divina, & ea quæ ſunt in Sacris literis bene conſtituta perturbare.

68 Adhæc, quum nos dicamus, ad iuſtificationem non ſatis eſſe fidem hiſtoricam, mirari ſeſe fingit, qualémnam fidem hiſtoricam intelligamus. Nam ſi ea, inquit, omnia quæ ſcribuntur in Sacris literis, appellant hiſtoriam: an volunt aliam nobis fidem importare, qua credamus ea quæ non ſint in Scripturis? Nos verò non rejicimus fidem hiſtoricam, quaſi fingere velimus nova aliqua objecta fidei, præter ea quæ produntur in Scripturis, aut ex illis efficaciter concluduntur: ſed requirimus aſſenſum non vulgarem, aut frigidum, qualis eſt illorum, qui ea quæ legunt in Sacris literis probare ſolent, humana perſuaſione & probabili credulitate adducti, quemadmodum hodie Iudæi & Turcæ multa nobiſcum confitentur & credunt. ſed certum, & firmum, & efficacem, & ab afflatu Spiritus S. profectum, qui cor atque animum immutet & refingat, bonoſque motus & ſancta opera ſecum trahit: Ita dicimus aliam eſſe fidem efficacem, alium aſſenſum hiſtoricum. Ea autem quam deſcripſimus, fide nos iuſtificari, triplex habemus teſtimonium. Primùm, Spiritus S. qui teſtificatur ſpiritui noſtro nos eſſe filios Dei: alterum, eſt Scripturarum: tertium, operum. Contrà verò, qui ſtatuunt & clamant hominem iuſtificari ex operibus, nullum habent idoneum teſtimonium. Spiritus enim ſanctus id non ſuadet, Sacræ literæ negant, opera tantùm proferuntur, eaque ſine pietate ac fide: qualia olim erant veterum Ethnicorum & hodie ſunt multorum qui in Chriſtum non credunt, & à Deo ſunt alieni. Sed ridiculum eſt, quod locum etiam è cap. *66.* Eſaiæ citavit: quo vel ſolo ejus cauſa maximè iugulatur. Ad quem, inquit Deus, reſpiciam, niſi ad pauperculum, contritum corde, & trementem ad verba mea? His verbis Pighius putat ſignificari, opera illa quibus Deus adducatur ad nos iuſtificandos. Longè autem aliter ſe res habet: Scopus enim Prophetæ fuit, ut deteſtaretur ſuperſtitionem Iudæorum. Illi enim neglecta interiori animi pietate, fidebant tantùm externis ceremoniis. Itaque hoc Deus Prophetæ voce damnavit, quamque id ſibi odioſum eſſet, declaravit. Cœlum, inquit, mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum: Ac ſi diceret, Templum illud veſtrum, quod vos tantopere iactatis, nihil moror. Cœlum enim eſt ſedes mea, qualem vos ſedē fingere & fabricari non poteſtis: & terra ornata omni genere & varietate plantarum, animantium, herbarum, florum, eſt ſcabellum meorum pedum. Vbi igitur erit domus illa, quam ædificabitis mihi? Et ubi erit locus quietis meæ? Mox ut oſtendat, non eſſe illud templum manu extructum, Omnia inquit, hæc fecit manus mea: & cuncta iſta facta ſunt, dicit Dominus. Ex quibus verbis docemur, Deum iſtis rebus, & ornamentis externis, & ſumptuoſis ædificiis per ſe non delectari: ſed fidem in primis, & internam animorum pietatem requirere, ut in illis poſſit habitare. Qui autem ſint credentes, & verè pii, oſtenditur certis illorum & propriis notis. Quicunque pauperculus eſt, & videt ſe carere iuſtitia: &, quicunque eſt contritus corde, hoc eſt, afflictus in hoc ſeculo: quicunque moderati & dejecti ſpiritus, non autem arrogantis & elati: quicunque magna reverentia & timore recipit verba Dei, is optimo iure poteſt inter eos numerari. Iſta ſunt certa argumenta, & quaſi proprii colores fidei & veræ pietatis. Poſtea addit Propheta, quo loco apud Deum ſint opera quantumlibet ſpecioſa hominum non credentium, nec adhuc renatorum. Qui mactat bovem inquit, perinde eſt ac ſi occidat hominem: & qui ſacrificat pecus, quaſi qui iugulet canem: & qui offert *Mincha*, veluti qui offerat carnem ſuillam: & qui mentionem facit thuris, quaſi qui benedicat iniquitati. Hæc omnia genera oblationum & ſacrificiorum, præcepta erant, & conſtituta in Lege Dei: quę tamen facta ab animo impuro & alieno à Deo pro peccatis graviſſimis habebantur. Quare ex iſto loco Pighius nihil habet, quo errorem ſuum fucetur, nos autem ex eodem ſententiam noſtram appoſitiſſimè & veriſſimè confirmamus. Præclarum verò diſputatorem & acutum, qui ea pro ſe adferat, quæ contra ipſum ita perſpicuè & apertè faciant!

Diſcrimē fidei efficacis & hiſtoricæ.

Rom.8.16. Quomodo nos fide iuſtificatos eſſe conſtet?

Eſa 66.2.

Eſa 66.1.

69 Sed illud etiam arripit ex Epiſt. ad Hebr. Accedentem ad Deum, oportet credere quod Deus ſit, & quòd ſit remunerator quærentibus ſe. Ex his verbis videtur velle concludere, iuſtificationem dari illis, qui Deum quærant, bonis videlicet operibus. Sed diſtinguere debuit inquirentes Deum, quod Paulus etiam fecit: nimirum, quòd alii eum quærant ex operibus, alij ex fide. Hanc diſtinctionem Paulus oſtendit, nec diſſimulat quid ex ea ſequatur. Ita enim ſcribit ad Romanos: Iſrael qui ſectatur iuſtitiam, ad Legem iuſtitiæ non pervenit: quoniam ex operibus & non ex fide. Quare qui quærunt Deum, ut ab eo iuſtificentur ex fide, quemadmodum Apoſtolus docet, aſſequuntur id quod optant: illi verò qui iuſtificari volunt ex operibus, excidunt à iuſtificatione. Deum verò remunerari opera quæ fiunt ab hominibus regeneratis, & per quæ contendunt ad brabæum æternæ ſalutis, nos negamus. Verum id ad hanc quęſtionem non attinet. In præſentiam enim nihil de hoc operum genere controvertitur: ſed tantùm de illis, quæ fiunt ante regenerationem. Illa Pighius contendit habere mercedem ſuam & merita eſſe qualiacunque iuſtificationis. Neque verò id ejus cauſam quicquam levat, quòd affirmat hoc genus meriti non redundare in Deum, aut illum nobis facere debitorem, aut adæquare id quod rependitur. Hæc enim etſi illi videantur tantum facere ad extenuandā meritorum dignitatem, omnem meriti rationem prorſus auferunt. Quicquid enim boni homines faciunt etiam poſt iuſtificationem, id illorum non eſt proprium. Deus enim id in illis operatur. Deinde etiam univerſum illud iam antea Deo obligatum eſt: neque quicquam efficere boni, aut illi dare poſſumus, quod non ſit ejus. Tollendum ergo prorſus eſt omne meritum, non tantùm in illis qui iuſtificati adhuc non ſunt, ſed etiam in iuſtificatis. Verùm Pighius, quò facilius perſuadeat, proponit ſimile de quodam hero, qui complures habeat ſervos: quibus ille ut opus aliquod ſtudioſius & celerius perficiant, conſtituat præmium. Quis inquit negabit, illos ſervos opere celeriter & ſtudioſe confecto propoſitum præmium promeruiſſe? Nos, quid ex hoc ſimili concludi poſſit, excutiemus paucis. Si per ſervos intelligat homines in Chriſto regeneratos, fatebimur, Deum proponere mercedes & præmia, quibus incitemur ad ſanctè vivendū, nec negabimus, tales dici poſſe recipere mercedem: non tamen eos dabimus, verè ac propriè mereri palmam æternæ felicitatis. Et noſtri ſcriptores quidam, ut oſtendant hoc ad iuſtificatos pertinere, utuntur ſimili, non de hero & ſervis, ſed de patre & filiis. Patres enim ſępe ſolent veſtem, pileum, aut pecuniam, quæ alioqui filiis ultrò daturi erant, tamen ad ſtudium illorum acuendum cum certa aliqua conditione proponere: verbi gratia, hoc aut illud habituros, poſtquam hunc aut illum libellum perdidicerint. Hîc nemo, qui velit ſignificanter & propriè loqui, dicere poteſt, filios illos opere confecto, propoſita munuſcula promeruiſſe: Illa enim pater donat gratis & liberaliter. Sed Pighius ait de ſervis, hoc eſt de hominibus nondum renatis. Talibus autem nulla bonorum præmia à Deo eſſe propoſita, undéuam tandem monſtrare poteſt? Aut unde probabit, talium hominum opera, cùm adhuc, uti docuimus, peccata ſint, Deo placere poſſe? Quod cum ita ſit, illis non tam præmium, quàm ſupplicium proponitur. Verùm ut res melius intelligatur, conferamus inter ſe filios & ſervos. Filij etiam nihil agentes, hæreditatem tamen paternam adeunt, modò eam tantum velint recipere. Servi autem quantumvis laborent, tamen hęreditatem cum filiis non habent. Hoc ita clarum eſt, ut longiori explicatione non egeat.

Hebr.11.6. Duplex genus inquirentium Deum.

Rom.9.30. & 10.3.

Meritū aufertur & à nō iuſtificatis & à iuſtificatis.

Simile.

Simile.

Collatio inter ſervos & filios.

70 Sed ut illud nobis extorqueat, quod dicimus, ſi opera ad iuſtificationem requirantur, imminutum iri honorem Chriſti, quaſi ejus unius meritum non ſatis potuerit nos Deo reconciliare. Ego, inquit,

Chriſto nihil aufero, integrum illi ſalvumque relin- A
quo honorem ſuum. Quæſo vero te, quomodo non
adimis, cùm opera ad iuſtificationem noſtram exi-
gas, atque ita exigas, ut dicas, Deum illa magis re-
ſpicere quam fidem? Verum ita explicat ænigma
ſuum, Chriſtum in illo ſuo ordine, cauſam eſſe ſuffi-
cientem: ac ſi diceret, ſi loquamur de reconciliato-
re, & de ſacrificio quo reconciliemur Deo, Chriſtus
unus eſt ſatis. Sed nos ad illud beneficium niſi per
multa opera non poſſumus eſſe præparati & idonei. B
Non poſſum equidem non mirari, ubi huius tanti
Sophiſtæ acumen ſit. Quaſi verò illi, contra quos A-
poſtolus diſputat, unquam dixerint, opera requiri ad
iuſtificationem tanquam principia extrinſeca. Certè
illi quoque idem volebant quod Pighius, opera eſſe
purgationes quaſdam & præparationes animorum.
Adhæc quis neſcit, oblata uniuerſali propoſitione,
licere ad omnes ejus propoſitiones ſingulares, id
quod in ea aut affirmatum, aut negatum ſit, accom-
modare? Paulus igitur, quum negat hominem iuſtifi- C
cari ex operibus, omnia operum genera excludit,
quocunque in ordine ea poſueris. Sed Pighius ad-
dit, Deum iſta opera requirere, ut iuſtificationem
nobis gratis imputet. Quicunque ſe vel leviter exer-
cuerit in ſacris literis, facilè intelliget, iſtum cū Pau-
lo pugnare ex diametro. Ille enim in Epiſt. ad Rom.

Rom.4.4.

ait, Ei qui non operatur, merces imputatur ſecun-
dum gratiam. Pighius vero, Ei inquit qui operatur,
Deus iuſtitiam gratis non imputat. Imputare autem
gratis, & non imputare gratis, quivis puer videt eſſe D
contradictoria. Sed expende, Lector, hoc dilemma:
Opera iſta quæ dicit, vel proſunt ad iuſtificationem,
vel non proſunt. Si non proſunt, cur ea vocat præpa-
rationes? Nam inter cauſas, numerantur etiam præ-
paratoriæ. Sin autem ea prodeſſe dicet, & verè eſſe
cauſas præparatorias, quo ore affirmare poteſt ſe ni-
hil detrahere de honore Chriſti, ſed illum ſtatuere
integram eſſe & abſolutam cauſam iuſtificationis
noſtræ? Sed fortaſſe hoc dilemma quiſpiam in nos
convertet de operibus illis, quæ ſequuntur iuſtifica- E
tionem. Nam vel utilia, inquit, ſunt ad felicitatem
conſequendam, vel non ſunt utilia. Si non ſunt, cur
exiguntur? aut cur illis proponuntur promiſſiones?
Si autem ſunt, cur in illis meritum non conſtituitur?

Ad quid proſint bona opera poſt iuſtificationem?

Reſpōdeo huiuſmodi opera prodeſſe hominibus re-
natis, quòd illi rectè atque ordine agentes inſtauran-
tur, & redduntur perfectiores. Id autem nihil aliud
eſt, quàm inchoatio quædam, & tanquam participa-
tio æternæ vitæ. Deinde viſum eſt Deo, per huiuſ-
modi media, vel potius per huiuſmodi ſpatia, perdu- F
cere homines ad æternam felicitatem. Merita verò

Rom.6.23.

appellare non poſſumus. Paulus enim disertè docet,
ſtipendium peccati, mortem eſſe: gratiam autem, eſſe
vitam æternam. Quod autem gratis datur, prorſus ex-

Quod gratis datur, excludit meritum.

cludit meritum. Interea verò cogitare nos oportet,
magnum diſcrimen eſſe, ut ſæpe docuimus, inter o-
pera illorum qui adhuc ſunt à Chriſto & Deo alieni,
& eorum qui iam per gratiam in Chriſtum ſunt inſi-
ti, & facti eius membra.

71 Poſtea id etiam confutare vult quod dicimus, G
hominem iuſtificari per fidem, quæ reſpiciat promiſ-
ſiones de Chriſto & de remiſſione peccatorum: qua-
ſi ſtatuamus fidem proprium eſſe correlativum hu-
juſmodi promiſſionum. Eam enim ait ex æquo ſpe-
ctare omnia, quæ proponuntur in Sacris literis. Imò
inquit, rem Deo non minus gratam facit, qui credit
mundum ab eo fuiſſe conditum, aut tres perſonas
diuinæ Trinitatis, aut futuram reſurrectionem: quàm
qui credit, Chriſtum datum eſſe mediatorem no-
ſtrum, & per illum impetrandam eſſe remiſſionem H
peccatorum. Illa enim fides non minus digna eſt
quàm altera. Et, ſiquidem fide iuſtificamur, conten-
dit, fidem eam non minus eſſe aliorum articulorum,
quàm remiſſionis peccatorum per Chriſtum. Idque
putat probari poſſe ex eo, quod Paulus ſcribit in 4.
cap. ad Rom. Non autem propter illum tantum hæc
ſcripta ſunt, ſed & propter nos, quibus imputabitur

Rom.4.23.

credentibus in illum, qui excitavit Chriſtum à mor-
tuis. Ecce inquit, ea fides imputatur nobis ad iuſti-
tiam, qua credimus Deum reſuſcitaſſe Chriſtum à I
mortuis: non autem illa, qua credimus peccata per
Chriſtum condonari. Primùm hîc nos fatemur, fi-
dem noſtram aſſentiri omnibus quæ in Sacris literis
continentur. Sed quum inter illa ſit una veritas præ-
cipua & eximia, in qua aliæ omnes diriguntur, videli-
cet Chriſtum Filium Dei pro nobis paſſum eſſe, ut
per eum acciperemus condonationem peccatorum:
quid mirum, ſi fides noſtra hoc unum præcipue re-
ſpiciat? Nam noſtrum aſſumptum Paulus probat: Ait
enim, Chriſtum eſſe finem Legis. Quum ergo ille ſit
finis omnium Scripturarum, erit etiam ſumma & præ-
cipuum objectum noſtræ fidei: quamvis alioqui alia
quoque omnia, quæ continentur in Sacris literis, fi-
de noſtra complectamur. Quod addit, illam fidem de

Chriſtus eſt præcipuū objectum noſtræ fidei.

aliis articulis non minus eſſe Deo gratam, quam iſtā
de Chriſto, & remiſſione peccatorum: id primum
poſſemus dicere non eſſe verum, ſi dignitatem actio-

Dignitas fidei, ex obiecto trahitur.

nis fidei rectè perpendas. Fidei enim, ut aliarum ejus
generis facultatū, dignitas, trahitur ex obiectis. Prout
enim illa preſtantia & dignitate inter ſe differunt, ita
aſſenſiones fidei, aut inferiores videri debent, aut
ſublimiores. Quum igitur Deus ita voluerit Filium Rom.10.4.
ſuum mori, & homines per illum reconciliari, ut pro-
pter iſta omnia alia inſtituerit credenda quæ haben-
tur in Sacris literis: non poſſumus ambigere, hæc illi
multò magis placuiſſe quàm alia: quoniam ea in iſta,
tanquam in fines diriguntur. Vulgata autem eſt illa
regula apud Dialecticos, Propter quod unumquod-
que tale, illud ipſum erit magis tale. Actio ergo fi-
dei, qua aſſentimur nobiliſſimæ iſti veritati, aliis fi-
dei actionibus præſtare debet. Atque ita non erit res
perinde Deo grata, ſive hoc, ſive illud credas. Si ute-
remur hac reſponſione, ſat ſcio, non poſſet à Pighio
refutari. Verùm addimus, fruſtra illum contendere
de maiori, aut minori dignitate fidei, quod ad hunc
aut illum articulum attinet. Non enim iuſtificamur

Non iuſtificamur ex dignitate fidei.

ex dignitate fidei. Ea enim in quovis homine, debi-
lis & infirma eſt. Sed idcirco dicimus, nos fide iuſtifi-
cari, quòd ea, velut inſtrumento ad hoc dato & fa-
cto à Deo, Chriſtum nobis applicamus, & condona-
tionem peccatorum apprehendimus. Dignitas ergo
ejus, aut indignitas, fruſtra expenditur. Quod autem
adfert ex cap. 4. ad Romanos, truncatum adfert &
mutilum. Nam ſi legas ſententiam plenam & per-
fectam, facilè & videbis diſertam ibi mentionem fie-
ri de morte Chriſti, & de remiſſione peccatorum Rom.4.24.
quam per illum adepti ſumus. Dicit enim Paulus,
imputatum iri nobis quemadmodum Abrahamo, ſi
crediderimus, Deum excitaſſe Dominū Ieſum Chri-
ſtum à mortuis, qui traditus fuit propter delicta no-
ſtra, & ſurrexit propter iuſtificationē noſtram. Non-
ne hîc ſatis perſpicuè dicitur, oportere nos credere,
illum Ieſum Chriſtum, quem Deus reſuſcitavit, mor-
tuum fuiſſe & reſurrexiſſe, ut nos iuſtificaremur, &
nobis omnia delicta condonarentur? Turpiſſimum
certè eſt, hominem Theologum, res ita perſpicuas
videre nolle.

72 Poſtea cavillatur de fide particulari, qua dici-

Cuique ex fide de ſalute conſtare.

mus, quemque verè credentem in Chriſtum pro re
certiſſima habere oportere, peccata ſibi eſſe condo-
nata. Hujuſmodi fidem negat inveniri in Sacris lite-
ris. Itaque hoc noſtrum tantum commentum & in-
ventum eſſe. Hîc quidem temperare mihi non poſ-
ſum, quin dicam, Pighium luculenter mentiri. Di-
cat enim ipſe mihi, Quid credidit Abrahamus cùm
iuſtificaretur, niſi reddendas eſſe ſibi aliquando pro-
miſſiones illas Dei? Cui enim veriſimile eſt, illum
eas credidiſſe reddendas, niſi ſibi? Idem de Moſe,
de Davide, deque aliis multis dici poteſt: quos cer-
tum eſt credidiſſe, promiſſiones à Deo ſibi factas, ſi-
bi ſingulariter reddendas eſſe. Et quid, quæſo, voluit
ſibi Chriſtus, cùm diceret paralytico, Fili, remittun- Mat.9.2.
tur tibi peccata tua? cumque mulieri diceret, Fides Ibid.v.22.
tua te ſaluam fecit? Et Paulus nonne de Chriſto ita
loquitur ad Galatas, Qui dilexit me, & tradidit ſe- Gal.2.20.
metipſum pro me? Quid poteſt his verbis eſſe aper-
tius? Eat nunc Pighius, & iactet, iſtam propriam &
ſingularem fidem nos primùm repériſſe: & clamet
oportere unumquemque hominem Chriſtianum,
credere promiſſiones factas tantum indefinite, non
autē fas eſſe, utquiſque noſtrum eas ſeorſim ſibi ac-
cōmodet. De nobis enim ipſis debemus credere, non
de aliis. Nam de aliis falli poſſumus, credantne, an nō
credant. Id autem de nobiſipſis exploratū & certum
habere

Digitized by Google

habere poſſumus. Indefinitas promiſſiones Dei quiſ-
que credat quoad alios, quia neſcimus quiſnam ſit
prædeſtinatus, & quis ſit reprobatus: de ſemetipſo ve-
ro quiſque fidelis non oportet ut dubitet, ſed credat
promiſſionem quoad ſeipſum eſſe determinatam, ex
quo ſe vere credere animadvertit. Adhæc cùm pro-
miſſiones univerſali propoſitione proponantur, licet
ex eis veriſſimè conficere illarum ſingulares. Dicit
autem Chriſtus in Ioanne, Hæc eſt voluntas Pa-
Ioan.6 40. tris, ut omnis qui videt Filium, & credit in eum ha-
beat vitam æternam. Sic ergo inferimus, At ego cre-
do in Filium Dei: Ergo habeo iam, & habebo id quod
promiſit.

Hebr.11 17. 73 Pergit Pighius, utque doceat fidem de quo-
vis alio articulo, non autem eam tantum quæ fertur
in Chriſtum de remiſſione peccatorum iuſtificare, u-
titur exemplo Noë. Eum enim ait crediſſe illa tan-
tum, quæ pertinebant ad ſalutem domus ſuæ, & ad
interitum orbis terrarum: atque ex hac fide eum ait
fuiſſe iuſtificatum. Hìc inquit nulla mentio fit de
Chriſto, aut de remiſſione peccatorum. Sed iſte mi-
hi non videtur ſatis diligenter legiſſe ea, quæ Petrus
1 Pet.3 20. ſcribit in priori Epiſtola ſua cap.3. Ait enim Petrus,
Noë fide in Chriſtum eſt iuſtificatus. Cùm ſemel expectabatur Dei lenitas in dieb. Noë,
cùm appareretur arca: in qua paucæ, hoc eſt octo a-
nimæ ſervatæ ſunt per aquam: cujus figuræ reſpon-
dens nunc Baptiſmus, nos quoque ſalvos reddit: quo
non carnis ſordes abjiciuntur, ſed quo fit, ut bona
conſcientia, bene reſpondeat apud Deum. Quod
Petrus vidit ſignificatum fuiſſe per arcam, perque ea
quæ Noë geſſit, id putare poſſumus, eundem illum
Patriarcham non vidiſſe? Hoc certè eſſet illi nimium
detrahere. Quòd ſi ea vidit quæ produntur à Petro,
credidit, non tantum ea quę tum gerebantur, ſed etiā
ea quæ per Chriſtum expectabantur efficienda: ideo-
que per huiuſmodi fidem iure optimo ſcribitur ad
Hebr.11.7. Hebræos, illum factum fuiſſe hæredem iuſtitiæ. Sed
hæc Pighius parùm curat: qui modò nobis adverſe-
tur, nihil dubitat cum ipſis etiam Apoſtolis dimica-
Adamus fide iuſtificatus eſt qua credidit remiſſionem peccatorū per Chriſtum. re. Neque enim veritus eſt affirmare, Adamum pri-
mum illum noſtrum patrem iuſtificatum fuiſſe, non
tamen illa fide, quam nos dicimus, de remiſſione pec-
catorum per Chriſtum. Illa enim de re nullam eum
habuiſſe promiſſionem, quod quidem appareat ex
Sacris literis. Verùm & longe fallitur, & patrum ſuo-
rum, quos videri vult tanti facere, oblitus eſt. Nonne
Gen.3.15. idem dicebatur Adamo, quod ejus uxori Evæ à Deo
promittebatur, videlicet, ejus ſemen contriturum eſ-
ſe caput ſerpentis? Chriſtus ſemen illud fuit: iſque
caput & vires Diaboli ita fregit, ut iam nec peccatum,
nec mors, nec infernus, ejus membris quicquam no-
cere poſſit. Hunc locum ſic interpretantur omnes fe-
re Patres. Verùm Pighius, quod minus etiam feren-
dum eſt, auſus eſt dicere, iuſtificationem nobis per
promiſſionem non dari. Qua ſane in re palam adver-
Gal.3.18. ſatur Paulo. Is enim ita ſcribit ad Galatas, Abrahamo
Diſtinctio promiſſionis. autem dedit Deus per promiſſionem. Dubitari au-
tem non poteſt, eodem modo dari nobis, quo data
eſt Abrahamo. Sed ſcire debemus promiſſionem bi-
fariam ſumi poſſe: vel pro re promiſſa, atque ita du-
bium non eſt, nos iuſtificari per promiſſionem, id
eſt, per Chriſtum & per condonationem peccato-
rum, quæ promiſſa eſt credentibus: vel pro verbis
ipſius Dei ſumitur, quibus nobis per Chriſtum pol-
licetur veniam peccatorum. Atque hoc etiam mo-
do dici poſſumus iuſtificari, per promiſſionem. Etſi
enim cauſa iuſtificationis noſtræ ſit mera voluntas
Dei & miſericordia, tamen ea non offertur, aut ſigni-
ficatur nobis, niſi per verba promiſſionum, & per ſa-
cramenta. Hæc enim habemus tanquam certa teſti-
monia divinæ erga nos voluntatis. Atque ita niſi fi-
des deſit, qua oblata apprehendamus, per promiſſio-
nes iuſtificamur.

74 Poſtea Pighius, ut probet Deum plus tri-
Gen.22.19. buere operibus quàm fidei, citat locum ex c.22. Ge-
neſ. ubi deſcribitur egregium illud factum Abraha-
mi, illum non recuſaſſe unicum filium ſuum mact a-
re, atque offerre Deo: ideoque Deum illi de cœlo
dixiſſe, Quoniam feciſti hanc rem, iuravi per memet-
ipſum, quod benedicendo benedicam tibi, & multi-
plicando multiplicabo ſemen tuum, ut ſit tanquam
ſtellæ cœli & arena maris: portas inimicorum ſuo-
rum poſſidebit, & in te benedicentur omnes gentes.
Ecce inquit, hic promiſſiones dantur propter opera:
& interpoſitum eſt fideliſſimum iusjurandum: Fidei
autem nulla facta eſt mentio. Magis ergo ait, Deum
opera ſpectare, quàm fidem. Hæc ille magno hiatu:
Sed parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Vn-
de ſi quæras, quid mihi de hac re videatur, reſponde-
bo, pulcherrimam eſſe & præclariſſimam hiſtoriam:
ex qua tamen colligi non poſſit id, quod iſte clamat.
Primùm, hìc mentio nulla fit iuſtificationis. Quid
ergo hoc facit ad rem eam, de qua nunc agimus?
Quoties aliquid reuocatur in dubium, oportet ad
loca certa recurrere, in quibus de eadem illa re aga-
tur: non autem ad ea, in quibus reſponderi poſſit, a-
liud agi. Hujuſmodi ille locus eſt, qui de hac re cita- Gen.15 6.
tur à Paulo: Credidit Abraham Deo, & reputatum Rom.4 3.
eſt illi ad iuſtitiam. Quod autem ad hanc hiſtoriam
attinet, non invitus concedo, Abrahamum ex illo o-
pere amplius quiddā eſſe conſequutum, quàm prius
habuerat ex fide: non quidem aut ſubſtantia, aut nu-
mero, aut quantitate promiſſionum, ſed ſolida & fir-
ma certitudine. Etſi enim non dubitarit, quæcunque
crederet, Deum ea ſibi bona fide redditurum: poſtea
tamen, quum egregia illa facta edidiſſet, certius illi
conſtabat fidei ſuæ veritas, & conſtantia promiſſio-
nis, & vis iuſtitiæ imputatæ. Hæc ego non diffiteor
Abrahamum ex illo præclaro opere fuiſſe adeptum.
Quid hìc eſt, quod iactet Pighius? Quid hìc noui Gen 17.10.
promittitur? Quod fœdus inauditum, aut novum Gen.15.9.
iusjurandum inducitur? Nihil hìc recenſetur, quod
non antea fuerit commemoratum. Nam fœdus
quod hìc icitur, antea fuerat conſtitutum, partim
in Circuncisione commendanda: partim in illo ſa-
crificio, in quo iubebatur animantia dividere, par-
tim ad dexteram, partim ad ſiniſtram: ac ſi illi qui
iurarent, & fœdus percuterent, per medium eſſent
tranſituri. Nam ille mos, ut illud obiter dicam, etiam
apud Athenienſes fuit in uſu: quemadmodum De- Mos Athenienſium.
moſthenes docet in Oratione contra Ariſtocratem.
Adhæc negare nullo modo poſſumus, Abrahamum
antea fuiſſe iuſtificatum. Etenim iam antea dictum
fuerat, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt il-
li ad iuſtitiam. Quod cùm ita ſit, etſi poſtea aliquid
promiſſionis addatur, tamen id contra nos nihil fa-
cit. Non enim negamus, opera illa quæ ſequuntur
iuſtificationem, & bona eſſe, & Deo placere: eaque
quamvis gratis, tamen magnis & amplis muneribus
ab eo compenſari. Id nunc tantùm ſupereſt, ut oſten-
damus aliam rationē intelligendi illam clauſulam,
Quia feciſti hanc rem, &c. Ea autem pertinet ad cer-
titudinem, de qua ante mentionem fecimus: quæ, uti
diximus, eſt ex effectis, &, ut loqui ſolent, à poſterio-
ri. Quod ne putes meum commentum eſſe, legas Au-
guſtinum in Quæſtionibus ſuper Geneſin. Expendit Gen.22.12.
enim illa verba, Nunc cognovi quòd timeas Deum.
An Deus, inquit, hoc prius ignoravit? An illi opus
fuit hoc experimento, quum ſit ſcrutator renum &
cordis? Nihil minus, inquit. Nam hìc, cognoui, nihil Luc.7.48.
aliud eſt quàm feci te cognoſcere, aut clarum & ma-
nifeſtum reddidi. Hìc ergo ratio promiſſionum non
redditur per cauſam: ſed eodem planè modo, quo de
muliere peccatrice dictum eſt, Dimiſſa ſunt ei pec-
cata multa, quoniam dilexit multum. Quo de loco
ita multis actum eſt à me ſupra, ut nunc nihil ſit opus
repetitione.

75 Aliam Pighius objectionem corraſit ex 18.
cap. Ezechielis: Si impius, inquit Propheta ſub per- Ezec.18 27.
ſona Dei, egerit pœnitentiam de omnibus iniquita-
tibus ſuis, & omnia mandata mea fecerit, omnium
iniquitatum eius non recordabor amplius. Hìc, in-
quit Pighius, videmus iuſtificationem, quæ eſt con-
donatio iniquitatum, non promitti fidei, ſed perfe-
ctæ pœnitentiæ & obſervationi legis Dei. Hìc verò
ita illi ſurgunt criſtæ, quaſi nos omnino oporteat ce-
dere. Verùm argumentum ſi propius conſideres,
inane eſt ac futile. Facilè enim concedimus, ſi quis
perfectè egerit pœnitentiam de omnibus iniquitati-
bus ſuis, & fecerit omnia mandata Dei, eum habitu-
rum iuſtificationem ex operibus. Nemo noſtrum un-
quam hoc negavit: ſed hoc opus, hic labor eſt, ut inve-
nias aliquē, qui, quum nondū ſit iuſtificatus, hoc prę-
ſtiterit. Et ubi quęſo, nunc eſt, Pighi, tua illa interpre-

Digitized by Google

tatio,qua ſupra dicebas,Deum non requirere,ut om-
nia mandata perficiamus,ſed eum pro ſua miſericor-
dia multa remittere? Hic enim adduxiſti apertiſſi-
mum contra teipſum teſtimonium. Sed ut redeamus
ad rem. Cùm homo nec præſtet, nec etiam præſtare
poſſit ea, quæ & à Propheta & à Lege proponuntur,
quid ſupereſt, niſi ut ſupplex accedat ad Chriſtum,
& ab eo gratis accepta iuſtificatione per fidem, agat
ex gratia & ſpiritu iam ſibi dato perfectam pœniten-
tiam,ut hîc haberi poteſt,& inchoata obedientia pa-
rere incipiat legi Dei? Tractanti mihi hoc argumen-
tum, venit in mentem, veteris Philoſophi Antiſthe-
nis. Nam cùm iuvenis quidam glorioſus ejus audi-
tor, iactaret ſe habere navim onuſtam optimis mer-
cibus, cumque ea appuliſſet, ſe velle illum donare
præclaro munere,atque hanc cautionem ſubinde oc-
cineret,& moleſtus eſſet audienti, Antiſthenes eum
Antiſthenes. adduxit in forum, & ex officina quadã petiit aliquot
ulnas panni: Quo accepto,cum Antiſthenes non ſo-
luto pretio inciperet abire, mercator eum revocavit:
Heus inquit, bone vir, antequam abeas, cedò pecu-
niam. Tum Antiſthenes oſtendens iuvenem, Iſte,in-
quit ſolvet,ubi ejus navis appulerit. Ita ego reſpon-
deo Pighio,Cùm aliquem oſtenderis,qui,cùm non-
dum ſit regeneratus, ſuis viribus agat pœnitentiam
de omnibus peccatis ſuis, & obſervet omnia manda-
ta Dei,dicemus eum iuſtificari ex ſuis operibus. Sed
quando appellet hæc navis? Deſinat ergo iactare
verba Legis. Ea enim quæcunque ſunt, ſive ad pro-
miſſiones,ſive ad præcepta pertineant, hoc pacto in-
Matt.7.21. terpretabimur. Sed addit, Chriſtum etiam dixiſſe,
Qui fecerit voluntatem Patris mei,ingredietur in re-
gnum cœlorum:non autem inquit Dominus dixit,
Qui crediderit. Imò inquam ego,alibi dixit,& nul-
Ioan.6.40. lam mentionem fecit operis. Hæc enim, inquit, eſt
voluntas Patris mei, ut qui videt Filium, & credit in
eum,habeat vitam æternam. Ne igitur [illegible] ne-
get Pighius,id à Domino nuſquam eſſe dictum. Ve-
rùm, ne quis putet Scripturas loqui pugnantia, re-
ſpondeo, iſta duo non pugnare, ſed ſecum optimè
Ibid.v.29. convenire. Pighius per voluntatem Patris,intelligit
magnum cumulum bonorum operum: at Chriſtus,
hoc inquit eſt opus Dei, ut credatis. Hanc autem
actionem credendi, ſequuntur alia multa bona ope-
ra. Non ergo pugnant ſecum Sacræ literæ. Argu-
mentum verò Pighij,relinquitur infirmum & ineffi-
cax. Sed Pighius quoniam videt ſe premi verbo Dei,
quod ita ſæpe occurrat in Sacris literis; Hominem
iuſtificari fide,illud ait intelligendum eſſe,de fide vi-
Fide efficaci iuſtificamur. va & efficaci, quæ ſecum conjunctas habet alias vir-
tutes:Quaſi verò nos de alia fide unquã locuti ſimus.
Si hoc dicat ex animo idem credit quod nos. Sepo-
natur ergo contentio, & compoſita lite omnes idem
ſentiamus. Sed non patitur Pighius iniri hanc con-
cordiã. Poſtea enim,cùm vellet explicare,quomodo
iuſtificemur gratis,ait hoc nihil eſſe aliud,quàm Deũ
opera fidei,ſpei & charitatis,velle nobis gratis impu-
tare ad iuſtitiam. Quid hoc eſt? Iſte certè mihi vide-
tur non ſano iudicio legere ſcripturas: ſed corrupto
affectu illas pro ſua libidine torquere.Vbi enim ſunt
Rom.4.4. opera, ibi Paulus negat eſſe imputationem gratui-
tam: iſta enim duo inter ſe pugnare. Pighius ergo,
quum ea velit conjungere, nonne videtur apertiſſi-
mè pugnare cum Apoſtolo?

Smithæus. 76 Hæc Pighius: cui Smithæus noſter, octavus
Græciæ & primus Angliæ ſapiens, ſeſe adjungit ſo-
cium, ut Theſeus Herculi. Re autem vera nihil ad-
fert, quod non ex iſtius & aliorum ſimilium lacunis
hauſerit. Primùm ait, fidem non eſſe de remiſſione
peccatorum: itaque nos ineptè fingere,ex ea haberi
Fidem eſſe de remiſſione peccatorum. poſſe iuſtificationem. Fides enim,inquit,qua Chri-
ſtiani diſcernuntur à non Chriſtianis, eſt in Chriſtũ
Ieſum. Idque etiam,quaſi permagni referret,proba-
re voluit ex ſacris literis & ex teſtimonio Hierony-
Nomen Ieſu. mi. Sed reſpondeat iſte mihi, ſi quid unquam didi-
cit Hebr. iſtius nominis, Ieſu, quæ ſit ſignificatio?
Certè apud omnes Hebræos *Iaſcha* eſt ſervare. Ita-
que Ieſus, poteſt Latinè rectè reddi, Seruator. At ſi,
ut facilè credo, Hebraicè neſciat, at Angelo ſaltem
credere debuit, qui ita interpretatus eſt illud nomẽ:
Matt.1.21. Vocabis inquit, nomen ejus Ieſum, quia ſalvum fa-
ciet populum ſuum à peccatis eorum. Quomodo er-

A go poteſt fides eſſe in Chriſtum Ieſum, niſi ſit etiam
de remiſſione peccatorum per Chriſtum? Poſtea non
veretur illud etiam citare ex Epiſtola Petri, Charitas 1.Petr.4.8.
operit multitudinem peccatorum. Ecce inquit, hîc
condonatio peccatorum adſcribitur nõ fidei, ſed cha-
ritati. Qui velit idonea ſecuri uti ad iſtos nodos diſ-
ſolvendos, conſideret attentè ſacras literas, & dili-
genter videat, unde loca illa quæ citantur in Novo
Teſtamento,ducantur ex Veteri.Sententia iſta Petri
B habetur fermè ex 10. cap. Prouerb. Ibi enim ita ſcri- Prou.10.12.
bitur, Odium excitat conuitia, Quem enim quiſque
odit, ejus crimina quantum maximè poteſt detegit
& prædicat. Ex contrario autem,charitas fratris pec-
cata tegit atque operit. Nam qui ſeſe mutuò verè di-
ligunt,ſolent ſeſe mutuò defendere, & alter alterius
vitia tegere,quantum ſibi licere vident per conſcien-
tiam. Atque hæc eſt veriſſima ſententia Solomonis.
Petrus ergo cùm vellet Chriſtianos adhortari ad cha-
ritatem, prudenter & aptè mutuatus eſt hanc ſen-
C tentiam à Salomone. Id Smithæus cùm nec intel-
ligat, nec cogitet, putat Petrum hoc ſenſiſſe, remiſ-
ſionem peccatorum obtineri per charitatem. Sed
turpiſſimè fallitur,ut ſæpe ſolet. Verum iſtos miſſos
faciamus: & hoc meminerimus, ſi quando patres vi-
deãtur tribuere iuſtitiam operibus,id intelligendum
eſſe non de iuſtitia illa, quæ nobis à Deo gratis im-
putatur per Chriſtum,ſed de illa intrinſeca nobis in-
hærente, quàm rectè vivendo perpetuò acquirimus,
& confirmamus. Aut ſi ea quæ dicunt,manifeſte per-
D tineant ad iuſtitiam imputatam, hoc eſt, ad remiſ-
ſionem peccatorum, ſemper, ut ſupra docuimus, re-
currendum eſſe ad fundamentum [illegible] bonorum
operum, nimirum ad vivam fidem in Chriſtum. Quas
regulas aliaſque ſimiles, ſi adverſarij noſtri cogita-
rent,tam aperta mendacia, tam impudenter & obſti-
natè non defenderent. Quanquam ſi de Pighio ali-
quid mihi pronunciandum ſit, quum eum videam
nec hebetem eſſe, nec indoctum, non poſſum eum
dicere ſeriò atque ex animo ſcripſiſſe de hoc nego-
E cio: ſed quum eam ſibi perſonam impoſuiſſet, iſta
pro ludo & ioco habuiſſe.

77 Nunc vt perſequar porrò ordinẽ eum, quem
inſtitui,veniendum eſt ad Patres,ut videamus quan-
tum illi à nobis faciant. Neque certè ad eam rem o-
pus eſt magno numero teſtimoniorum. Vt enim ad Simile.
intelligendum quo ſapore ſit aqua marina,opus non
eſt ut mare univerſum ebibas: ita, ut intelligamus
quid Patres de hac re ſentiant, non eſt opus ut om-
nia illorum dicta perluſtremus. Irenæus author ve- Irenæus.
F tuſtiſſimus, lib.4. cap.30. contra Valentinum, pau-
ca quidem, ſed tamen aliqua de hac re ſcribit. At-
que ea de cauſa, ego illum pauciora ſcripſiſſe arbi-
tror, quòd iſta veritas, primis illis temporibus ita
eſſet confeſſa & certa, ut non vocaretur à quoquam
in dubium. Ex iſtis tamen paucis, ſatis intelligi po-
teſt quid ſenſerit: ut Protogenem aiunt, Appellem
ex unica tantùm ducta lineola agnouiſſe. Ait ergo
Irenæus, veteres Patres, eos etiam qui fuerunt ante
Legem, iuſtificatos fuiſſe ex fide. Primum enim
G quum dixiſſet de Abrahamo, aſcendit ab illo ad Lo-
thum,ad Noe,ad Enoch: poſtea addit rationem,cur Locus de Enoch.
iſtorum temporibus ſcripta non fuerit Lex. Quo-
niam inquit, iam erant iuſti, quibus Lex non eſt po-
ſita: Iuſti enim habent Legem ſcriptam in cordibus
ſuis. Sed fortaſſe hoc teſtimonium ægrius admittes,
quòd ibi Irenæus quum loquatur de Enoch, dicat
eum miſſum fuiſſe legatum ad Angelos: quod vide-
ri poteſt apocryphum. Verùm id ego citatum puto,
non tam ex libro aliquo apocrypho, quàm ex vetu-
H ſta aliqua traditione. Multa enim quaſi per manum
tradita ſunt veteribus, non reſpuenda illa quidem,
præſertim ſi non pugnent cum Sacris literis. Alio-
qui,ſi ea cauſa rejicimus hoc teſtimonium,cur Iudæ Iudæ v.15.
etiam Epiſtolam non repudiamus? Ille enim ſenten-
tiam etiam citavit Enochi, Deum cum millibus ven-
turum ad iudicium. Quod autem Irenæus ait, Eno-
chum functum fuiſſe legatione ad Angelos, id ita
ſuſpicor intelligendum, ut Angelos illos dicamus
fuiſſe viros principes & monarchas, aut natos ex fa-
I milia Sethi. Nam ita in Geneſi filii Dei dicun[illegible] Gen.6.2.
diſſe filias hominũ,quòd eſſent pulchræ. Fort[illegible]
ſus eſt ad illos Enoch à Deo, qui eos [illegible]

Digitized by Google

Tertullianus.

Atque hæc ex Irenæo. Tertullianus in libello de Baptiſmo ait, Fidem integram habere ſecuritatem ſalutis. Non ergo nos ſoli particularem fidem invexímus de remiſſione peccatorum. Neque quenquam movere debet, quòd in illo libello defendit errores aper-

De Baptiſmo errores.

tiſſimos de Baptiſmo, hortaturque homines, ut differant Baptiſmum uſque ad maturam ætatem, nec ad illum proponerent ante nuptias. Etſi enim iſta non probemus, tamen ille interim dum iſta tractat, multa habet quæ contemni non debent: quæ tum temporis recepta fuerunt, & confeſſa in Eccleſia. Ita Cyprianus quum agit de hæreticis rebaptizandis qui rediiſſent ad Eccleſiam, multa interim habet vera & gravia teſtimonia, quæ repudiare non poſſumus: quamvis in ſtatu ipſo quæſtionis ab eo penitus diſſentiamus. Et quis demum erit ex omni Patrum numero, qui non alicubi ſententiã aliquam defendat non probandam: quorum tamen opera univerſa non idcirco contemni

Simile.

debent? Nullum enim eſt malum punicum ita pulchrum, quod non habeat aliquod ſupputre granum.

Origenes.

78 Veniamus nunc ad Origenem. Is in Iobum lib. 1. (ſi tamen illud opus eſt Origenis) ita ſcribit, Omnia quæ faciunt homines, ſive in virginitate, ſive in abſtinentia, ſive in corporis caſtitate, ſive in carnis ſuæ combuſtione, ſive in diſtributione bonorum ſuorum: ea inquam, omnia gratis faciunt, ſi non ex fide ea faciant. Hoc loco, quod ait gratis, omnes intel-

Gratis, pro fruſtra.

ligunt eſſe fruſtra. Quod certè Pighius ejuſque aſſeclæ non admittent. Volunt enim iſta, præparationes quaſdam eſſe ad iuſtificationem. Sed Origenem cum illis, diſertis verbis pugnare, ea magis oſtendunt quæ ſequuntur. Sic enim ſcribit, Omnem ſanctitatem & iuſtitiam, quam facit aliquis extra fidem, eam gratis

Rom. 14. 23.

& in perditionem ſuam facit. Et citat ſententiam illam Pauli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Hoc in loco, ne Pighius quidem negare poteſt, Origenem ſtare à nobis: eumque in illam ſententiam accepiſſe verba Pauli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: quibus tamen clamat nos ſolere abuti. Quanquam non tantùm Origenes, ſed etiam Auguſtinus, Baſilius, aliique Patres, ea verba ad eundem exponunt modum, ut ſupra oſtendimus. Injuriã ergo & impudenter nos accuſat. Verùm ſi dicet, non eſſe tantopere ſpectandum quid Patres interpretentur, ſed videndum eſſe, an locus in ipſo contextu ita poſſit accipi, laudabimus conſilium. Libenter enim recipimus provocationem à Patribus ad verbum Dei. Sed meminiſſe debet, non eſſe boni viri, ea reprehendere in aliis, quæ ipſe faciat. Quare nos quoque viciſſim patiatur, cùm res poſtulabit, à Patribus provocare, ad Scripturas. Quod autem ad rem ipſam attinet, dictum eſt à nobis aliás, ſententiam illam Pauli, ut habetur in eius Epiſtola, ita exponendam eſſe, ut ex ea confici poſſit, opera hominum non renatorum eſſe peccata. Addit poſtea Origenes, A quo accipiet mercedem? Ab eóne quem non requiſivit? quem non agnovit? cui non credidit? Non accipiet inquit, ab eo remunerationem, ſed iudicium, & iram, & condemnationem. Si hæc hujuſmodi operibus repẽduntur, quis ea negabit eſſe pec-

Similia.

cata? Deinde interponit ſimilitudinem: Quemadmodum inquit, qui ædificat ſine fundamento, ludit operam, & tantùm habet laborem & dolorem: ita is qui exædificare vult bona opera ſine fide. Et quem-

Marc. 9. 25.

admodum credenti; omnia ſunt poſſibilia, ut inveniat refrigerium apud eum in quem credidit: ita non credenti nihil eſt poſſibile. Vt ſine ſole terra non effundit fructus: ita niſi veritas Dei pẽr fidem effulgeat in cordibus, fructus bonorum operum non naſcitur. Ita enim inquit, eo toto anno quo Noe ſervatus eſt à diluvio, cum ſol non fulgeret, fructus in terra provenire non potuit. Hæc Origenes, illo loco quem ci-

Fidem formare opera.

tavimus, ex quibus hoc poſſumus conficere, fidẽ formare & perficere omnia bona opera quæ ſequuntur, non autem ut iſti neſcio qui finxerunt, ab illi[illegible] pere & mutuari formam ſuam. Idem Origene[illegible] cap. ad Rom. ſic argumentatur: Si is qui credi[illegible] eſſe Chriſtum, natus eſt ex Deo, & qui ex D[illegible] eſt, non peccat: certu[illegible] m qui credi[illegible] ſtum Ieſum, non pe[illegible] nus argu[illegible] eſt Sorites, & proba[illegible] ticis. [illegible] uti ſoliti ſunt Stoic[illegible] a hujus a[illegible] e-

gari non poſſunt. Sunt enim petita è Sacris literis. Sed addit poſtea, Quod ſi peccat, eum certum eſt non credere. Hoc neceſſario ſequitur ex ſuperiori concluſione: Nam ſi omnis, qui credit, non peccat: certè quicunque peccat, non credit. Rideat nunc Pi- **Fidem gravioribus peccatis conſopiri.**

ghius, quod dicimus, per gravia peccata amitti fidem veram, aut ita conſopiri, ut ſuum actum non habeat: Et exaggeret rem quantum poteſt, eum qui graviter peccet, nec Deum eſſe credere, nec reliquos articulos fidei. Nobiſcum idem & ſentit & ſcribit Origenes. Sed addit etiam, ibi indicium eſſe veræ fidei, ubi non delinquitur: ut contrà, ubi delinquitur, infidelitatis. Rurſus addit in eodem capite, Si fortè id, quod ab Apoſtolo dicitur, iuſtificari ex fide, videatur pugnare cum eo quod dicitur gratis iuſtificari. (Nam ſi fides offeratur prius ab homine, non poſſe eum videri iuſtificari gratis) cogitandum eſſe fidem ipſam dari à Deo: idque probat multis teſtimoniis. At hoc Pighius noſter non probat: Ridet enim nos, quoties dicimus, fidem haberi ex afflatu Spiritus ſancti. Ait enim mirum eſſe, Spiritum ſanctum velle in illis eſſe & operari, qui nondum credant. Idem in Leviticum lib. 3. cap. 3. Siclus inquit ſanctus, fidei noſtræ formam tenet. Si enim fidem obtuleris Chriſto, tanquam pretium arieti immaculato dato in hoſtiã, accipies remiſſionem peccatorum. Hic etiam diſertè habemus remiſſionem peccatorum impetrari fide; illa inquam fide, quæ dirigatur in Chriſtum, morti traditum, & ſacrificatum pro nobis. His teſtimoniis, quæ nobis tulit Origenes, nihil poteſt eſſe clarius. Verum illi ita ſunt obfirmati, ut ab opinione quam ſemel ſuſceperunt defendendam, nolint abduci, etiamſi ſolem geras in manibus, ne fortè videantur cuiquam ſuorum malam cauſam defendiſſe.

79 Cyprianus, præter ea quæ ſupra diximus, de **Cyprianus.**

conjunctione fidei cum bona vita, ſcribit etiam lib. 1. ad Quirinum, fidem tantum prodeſſe, & nos tantum poſse, quantum credimus. Prior pars hujus ſententiæ pertinet ad tertium articulum hujus quæſtionis: poſterior verò maximè facit ad id, quod nunc habemus in manibus. Mirabile certè dictu eſt, tantam eſse vim fidei, ut per eam poſſimus quicquid velimus. Non tamen ſatis habuit Cyprianus id abſolutè proponere, verùm id etiam multis variiſque teſtimoniis ſcripturarum confirmavit. Ex Baſilico autem & Gregorio Nazianzeno ſatis ea eſse volo, quæ ſupra à me citata ſunt. Chryſoſtomus in ſermone, quem **Chryſoſtomus.**

inſcripſit de Fide, Lege naturæ, & ſpiritu, ait, fidem **Luc. 23. 43.**

ipſam per ſe poſse hominem ſervare. Et pro exemplo ponit latronem, quem ait tantùm confeſſum eſſe, & credidiſse. Opera verò inquit, ſola, operarios ſine fide ſervare non poſsunt. Deinde confert opera **Simile. Opera ſine fide.**

ſine fide facta, cum reliquiis mortuorum. Cadavera enim inquit, etſi pretioſis & inſignibus pannis veſtiantur, nihil tamen caloris ex illis contrahunt. Ita inquit, qui fide carent, etſi niteant ſplendidis operibus, tamen illis nihil iuvantur. Idem in Epiſtolam ad Rom. in illa Pauli verba, Quæ verò ex fide eſt **Rom. 10. 6.**

iuſtitia: vides, inquit, hoc potiſſimum peculiare eſſe fidei, ut omnes infra nos relicta rationis querela, id quod ſupra naturam eſt, inquiramus: cogitationúmque infirmitate per divinam virtutem & potentiam ejecta, cuncta Dei promiſsa complectamur. Hic videmus nos per fidem adipiſci promiſſiones Dei: & quamvis per eam aſsentiamur omnibus quæ in Sacris literis continentur, eam tamen peculiariter ſpectare promiſſiones Dei. Conſiderandum etiam eſt quod ait, infirmitatem cogitationum noſtrarũ in credendo per divinam virtutem & potentiam dejici. Id enim valet contra eos, qui contendunt hoc fieri humanis viribus; quaſi fidem habeamus ex nobiſipſis, eáque præcedat iuſtificationem. Idem in 29. cap. Gen. hom. 34. Hæc inquit, vera fides eſt, non attendere ea quæ videntur, etiamſi adverſa eſse videantur promiſſioni, ſed tantùm promittentis potentiam. Audiant hoc illi, qui volunt nos reſpicere non tantùm ad potentiam & promiſsa Dei, ſed etiam in primis ad præparationes noſtras. Et exponens illa verba [illegible] mis ad [illegible] Abraham Deo, & reputatũ eſt illi **Gen. 15. &** in Gen[illegible] inquit, & nos obſecro, à patriarad iuſt[illegible] credere, ejuſque promiſſis fidere, cha[illegible]

arti- iuſtifi- ſola fi-

Digitized by Google

neque ea noſtris cogitationibus indagare, ſed magnã gratitudinem exhibere. Hoc enim & reddere poterit nos iuſtos, & efficere ut promiſſa aſſequamur. Hîc quoque duo annotanda ſunt: alterum, nos fieri iuſtos ex fide: alterum, nos per eandem aſſequi promiſſiones: quæ duo adverſarii noſtri conſtanter negant. Idẽ exponens verba iſta Pauli ad Timoth. Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, qui naufragium fecerunt à fide: Ita inquit, qui ſemel exciderit à fide, nihil habet ubi figatur, aut quò ſeipſum recipiat. Corrupto enim & perdito capite, quis uſus eſſe poteſt reliqui corporis? Nam ſi fides abſque operibus mortua eſt, multò magis opera ſunt mortua abſque fide. Hîc annotare debes argumentum eſſe à minori: Ait enim opera magis eſſe mortua ſine fide, quàm eſt fides ſine operibus. Idem in ſermone de verbis Apoſtoli in illa verba, Habentes autem eundem ſpiritum fidei: Impoſſibile eſt, inquit, impoſſibile profectò, ſi vitam habeat impuram, in fide non vacillare. Ex his videmus, quantam Chryſoſtomus putarit conjunctionem eſſe inter fidem & opera bona. Idem exponens verba illa Apoſtoli, Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: imo Legem conſtituimus. Quàmprimùm inquit, homo credit, confeſtim iuſtificatus eſt. Voluntatem igitur Legis fides firmavit, dum ipſum hoc, propter quod Lex omnia fecit, perduxit ad finem. Quid ergo dicit Pighius, fidem tantum eſſe fundamentum, & idcirco multum abeſſe à perfectione iuſtificationis? Aut quid illud eſt, quod poſt fidem ponit tot gradus & media, quibus ad iuſtificationẽ perveniatur? Longè enim aliter loquitur Chryſoſtomus, hominem ſtatim iuſtificari, ubi primùm crediderit. Deinde hoc etiam tribuit fidei, eam homines iuſtos facere, cum Lex id præſtare non potuerit, quamvis id multis modis fuiſſet conata. Adhæc exponens ea verba, Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti. Hanc inquit, Dei iuſtitiam, appellat iuſtitiam fidei, quòd omnino ſuperna gratia donetur, non laboribus noſtris. Et in illa verba, Ecce pono in Sion lapidem offenſionis. Vides ergo, inquit, fidem habere ſecum confidentiam & ſecuritatem. Hîc apertè fidem particularem & certitudinem de remiſſione peccatorum ſtatuit, quam adverſarij noſtri tantopere inſectantur. Adhæc exponens illud ex cap. 11. Quòd ſi non permanſerint in incredulitate, ipſi quoque denuo inſerentur. Si fides inquit, potuit te, quum eſſes oleaſter, inſerere in bonam oleam, poterit etiam illos reſtituere in ſuam. Hîc quoque vis inſerendi in Chriſtum per iuſtificationem, & amputatos reſtituendi tribuitur fidei. Poſſem nunc tranſire ad Hieronymum, niſi quiddam eſſet, quod me ad Chryſoſtomum revocaret. Ille enim idem ſcribit, Fidem noſtram non eſſe ſatis ad ſalutem. Quales etiam ſententiæ paſſim occurrunt in Patribus: eas adverſarii noſtri in nos perpetuò torquent. Quanquam, ut verè dicam, hujuſmodi objectio nõn eſt cæſtus Entelli, nec tantopere formidanda. Facile enim uno verbo occurri poteſt: Non enim ait, fidem non eſſe ſatis ad iuſtificationẽ, ſed tantùm ad ſalutem. Ea enim ipſa per ſeſe ſatis eſt ad iuſtificationem. Poſtquam autem ſemel ſumus iuſtificati, non ſatis eſt ad obtinendam ſalutem dicere, Credo: accedat etiam oportet ſancta vita, & bona opera, per ea enim, tanquam per gradus quoſdam, Deus nos perducit ad felicitatem. Atque ad hunc modum omnes Patrum ſententias, quæ huc facere videantur, interpretabimur. Quòd ſi verba illorum, ut fit interdum, hujuſmodi expoſitionem non patiantur, quod æquiſſimum eſt, provocabimus ab illis negligentius ſcribentibus, ad eoſdem illos alibi ſanius & magis orthodoxè ſentientes: ut mulier illa olim, quę à Philippo ebrio provocavit ad eundem Philippum ſobrium.

80 Hieronymus in Epiſtolam ad Galatas, in illa verba, Et nos ſcientes hominem non iuſtificari ex operibus Legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, ait, Omnęs veteres Patres iuſtificatos fuiſſe eadem fide in Chriſtum, qua nos hodie iuſtificamur. Atque hanc ſententiam multorum exemplorum inductione confirmat. Primum numerat Abrahamum: de illo enim Chriſtum ita loquutum eſſe inquit, Vidit diẽ meum, vidit, & gaviſus eſt: deinde Moſen, de illo enim ita haberi in Epiſtola ad Hebræos, Eum opprobria Chriſti arbitratum majores divitias, quàm theſauros Ægypti: eumque, quum recuſaret eſſe in aula Pharaonis, crucem Chriſti potius amplecti voluiſſe. Et addit, Ioannem Evangeliſtam cap. 12. manifeſtiſſimè docere, ea omnia quę Eſaias commendavit literis de gloria Dei, cùm videret Dominum ſedentem ſupra ſolium excelſum & elevatum, intelligenda eſſe de filio Dei. Addit prętereà ex Epiſtola Iudæ, Dominum Ieſum Chriſtum, liberaſſe populum Iſrael ex Ægypto: & deinde incredulos percuſſiſſe. Quo in loco vehementer miror. Hieronymum, hominem alioqui Græcæ linguæ peritiſſimum, vertiſſe Dominum Ieſum Chriſtum, quum in noſtro textu habeatur tantùm Dominus: niſi ſuſpicari velimus, illum habuiſſe aliud exemplar, quàm quod hodie nobis eſt in uſu. Quod ego dico, non quòd ambigam, ea quæ tunc temporis contigerunt à Chriſto Filio Dei fuiſſe facta. Ioannes enim ait, Deum nemo vidit unquam: ſed Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. Quare quicquid proditum eſt hominibus de rebus divinis, proditum eſt per Filium Dei: qui ſe verè præſtitit humano generi, Dei Patris ſui fidelem interpretem. Et Paulus 1. Corint. 10. ait, Bibebant de ſpirituali conſequente eos petra: petra autẽ erat Chriſtus: &, Non tentemus inquit Chriſtum, quemadmodum quidam illorum tentaverunt. Idem Hieronymus in Epiſt. ad Gal. dum enumerat fructus ſpiritus, ubi perventum eſt ad finem, ita ſcribit: Si charitas procul abfuerit, etiam fides pariter abſcedit. Hæc ſatis docent, illum ſenſiſſe, veram fidem non poſſe dividi à charitate, id quod nos quidem docemus & defendimus. Pighius autem cum ſuis exibilat atque explodit: ſed grunniat ille quantum velit, nobis ſatis eſt, hanc doctrinam & cum Scripturis & cum Patribus convenire. Ambroſius exponens illa verba ex Epiſt. ad Rom. Vnus enim Deus eſt iuſtificans etiam circuncißionem ex fide: Quoniam inquit, unus Deus eſt, una ratione omnes iuſtificavit: quandoquidem meritum & dignitatem non facit, niſi fides. Et poſtea in illa verba, Ideo ex fide ſecundum gratiam ut firma ſit promiſſio omni ſemini: Firma, inquit, promiſſio eſſe non poteſt omni ſemini, hoc eſt, omni homini ex omni gente, niſi fuerit ex fide. Quoniam origo promiſſionis ex fide eſt, non ex Lege: quia qui ſub Lege ſunt, rei ſunt: promiſſio autem rem dare poteſt, ac per hoc purificandi ſunt prius per fidem, ut digni fiant dici filii Dei, & ſit firma promiſſio. Et ad initium quinti capitis in hæc verba, Iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum: Pacem inquit, ut habeamus cum Deo, fides facit, non Lex. Hæc enim nos Deo reconciliat ſublatis peccatis, quæ nos Deo fecerant inimicos. Et infra in illa verba, Lex ſpiritus vitæ: Fides, inquit eſt, quæ iuſtificat confugientes ad ſe: ut remittat eis, quos Lex tenet reos, ut agentes ſub fide, liberi ſint à peccato. Et lib. 2. in Evangelium Lucæ ait, Petrum non fleviſſe, niſi quum Dominus ad eum reſpexiſſet. Et addit, Dominum in eo produxiſſe & pœnitentiam & vim lachrymandi.

81 Auguſtinus verò, dum iſta diſputat, verſari videtur in ſuis caſtris: ut in illo venari hujus controverſiæ teſtimonia ſit in mari, quod dici ſolet, aquam quærere. Quædam tamen ex illo quoque delibare, non erit à noſtro inſtituto alienum. In ſermone Domini in monte, de verbis Evangelii ſecundum Matthæum, ſermone 7. ad finem: Si de tuo opere præſumis, merces (inquit) tibi redditur, non gratia donatur. Interrogo nunc, Credis ô peccator? Credo. Quid credis? gratis ibi peccata per ipſum poſſe remitti? Habes quod credidiſti. In præfatione in Pſal. 31. Nihil boni feciſti, & datur tibi remiſſio peccatorum. Attenduntur opera tua, & inveniuntur omnia mala. Si Deus illis operibus redderet quod debetur, utique damnaret. Idem de Spiritu & Litera, cap. 12. Colligimus hominem non iuſtificari præceptis bonæ vitæ, niſi per fidem Ieſu Chriſti. Idem contra duas Epiſtolas Pelagianorum, lib. 3. c. 5. Noſtra inquit fides, hoc eſt catholica fides, iuſtos ab injuſtis, non operum, ſed ipſa fidei Lege diſcernit. Et Auguſtinus & Alipius Epiſt. 106. Iuſtitia ex fide, qua credimus nos iuſtificari, hæc eſt, iuſtos fieri, gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Idem contra Pelagium &

Cœle-

1. Ti. 1. 19.
Opera mortua ſine fide.
2. Cor. 4. 13.
Rom. 3. 31.
Quamprimum homo credit, iuſtificatus eſt.
Rom. 10. 3.
Rom. 9. 33.
Rom. 11. 23.
Chryſoſtomi antilogia.
Provocandum ad ſcripturas.
Omnes Patres ſunt ſervati per fidem in Chriſtum.
Ioan 8. 56.
Heb 11. 26.
Ioan. 12. 39.
Eſa. 6. 9.
Iudæ v. 5.
Ioan. 1. 18.
Quę ſunt prodita hominib. de rebus divinis, per filium Dei prodita fuerunt.
1. Cor. 10. 4.
Ibid. v. 9.
Fides à charitate non avellitur.
Rom. 3. 30.
Rom. 4. 16.
Rom. 5. 1.
Rom. 8. 2.
Luc. 22. 61.

Nota diligenter, quam gratiam confiteri debeamus.

Cœleſtinum, lib.1. cap.10. Non ſatis inquit eſt, con-
fiteri qualemcunq; gratiam, ſed illam, qua perſua-
deamur, qua trahamur, & qua detur ipſum bonum.
Hæc illis perſpicuè adverſantur, qui generalẽ neſcio
quam gratiam conſtituunt: & in cujuſque manu po-
ſitum eſſe volunt, ut eam vel admittat, vel repudiet.
Iſta verò gratia, qua ita perſuademur non aliud eſt,
quàm fides. Ea quidem ad iuſtificandum neceſſaria

Opera, quæ videtur bona, vertuntur in peccatum.

eſt: opera autem ea, quæ fiunt antequàm iuſtifice-
mur, nihil efficiunt. Nam idem Auguſtinus contra
duas Epiſtolas Pelagianorum lib.3. cap.5. Quemad-
modum opera, inquit, quæ videntur bona, impiis
vertuntur in peccatum, &c. Et de Spiritu & Lite-
ra cap. 28. Quemadmodum, inquit, peccata quæ-
dam ſunt venialia, ſine quibus iuſtorum vita tranſi-
gi non poteſt, eaque non impediunt nos à ſalute: ita
quædam ſunt bona opera, ſine quibus vel peſſimi
cujuſq; vita difficillimè agi poteſt: quæ tamen ad ſa-
lutem nihil juvant. Et ne putes, hanc fidẽ, qua iuſti-
ficamur, eſſe rem communem & vagam, addit poſtea
capit.24. Cur huic ita ſuadeatur ut perſuadeatur, il-

Rom.11.33.
Rom.9.14.
Cur vni ſuadeatur, & alteri perſuadeatur quæ cauſæ poſſint reſpõderi?

li autem non ita? duo ſola occurrunt, quæ mihi pla-
ceat reſpondere: O altitudo divitiarum, & Nun-
quid iniquitas eſt apud Deum? Cui iſta reſponſio
diſplicet, quærat, inquit doctiores, ſed caveat præ-
ſumptiores. Si adverſariis noſtris credimus, fuiſſet
iſta admodum rudis & cæca hæſitatio. Illi enim ſta-
tim vno verbo reſpondiſſent: alteri fuiſſe perſuaſum,
quia voluit: alteri non fuiſſe, quia noluit. Auguſti-
nus autem rem altius conſiderans Deum videlicet
eſſe, qui operetur in nobis & velle & perficere, pro

Phil.2.13.

ſua bonâ voluntate: videnſq; Paulum ipſum rei ad-
miratione victum ſic exclamaſſe: iudicavit in ipſo
potius Deo totum eſſe reponẽdum, qui cuique diſtri-
buat quod ipſi videtur, iuſtè haud dubiè, etſi nos e-
jus iuſtitiæ rationes non videamus. Imò ea ne per-
veſtigare quidem nobis tutum eſt, niſi velimus id
nobis accidere, quod pyrauſtis ſolet: quæ quum ca-
ptæ luce candelarum propius advolitant, ſæpe à flam-

Simile.

ma comburuntur. Idem Auguſtinus de Prædeſtina-
tione ſanctorum cap. 5. taxat Pelagium, quod con-

Gratia, quam communiter, omnibus propoſitam Pelagiani docebant, erat natura.

finxiſſet gratiam illam communem omnibus ſanctis,
quam non aliam volebat eſſe, quàm naturam: quod
idem noſtri quoque hodie aduerſarij faciunt, quum
eam clamant quaſi in medio propoſitam eſſe omni-
bus, & in cujuſque manu ſitum eſſe, ut eam recipiat,
modo velit. Idẽ ad Vitalem, Epiſt. 107. His, inquit,
qui ſimilem cauſam habent cum aliis quibus gratia
datur, quibus tamen minimè datur: ut illi quibus ea

Gratia datur aliquibus, & aliquibus non datur.

data eſt, intelligant, quàm gratis ſibi conceſſa fuerit.
Et eodem loco luculenter declarat, Deum ipſum ex
nolentibus facere volentes, & auferre cor lapideum,
& dare cor carneum. Hæc ſatis declarant, fidem eſ-
ſe qua iuſtificamur: eamque Deum pro ſua bona vo-
luntate diſtribuere. Idem de Dogmatibus Eccle-
ſiaſt. cap.4. (& quidem ille liber, quocunque au-
thore ſit, Auguſtini nomen gerit) Vt à peccato pur-
gemur inquit, Deus noſtram voluntatem non ſpe-
ctat: & in cap.44. Spiritus ſanctus efficit, ut eliga-
mus, cogitemus, conſentiamus cuilibet bono ad ſa-
lutem pertinenti. Idem lib. 13. cap.17. de Trinita-
te: Natura, inquit, humana aſſumpta eſt à verbo fi-
liō Dei citra ullum meritum, atque eodem modo
nobis quoque datur gratia Dei. Hæc collatio ſumi-
tur à majori. Nam ſi homo ille, qui factus eſt Dei fi-
lius, citra ullum meritum id eſt conſequutus: multo
magis nos ſine ullo merito vel de congruo, vel de
condigno, recipimur in adoptionem. Idem ad Sim-
plicianum lib. 1. quæſt.2. Quis, inquit, poteſt re-
ctè vivere, ac iuſtè operari, niſi iuſtificatus ex fide?

Non eſt in poteſtate noſtra ut eo viſu tangamur, quo volũtas ad fidem moveatur.

Quis poteſt credere, niſi aliqua vocatione, hoc eſt,
aliqua rerum iuſtificatione tangatur? Quis habet in
poteſtate ſua, ut ſua menteali viſu tangatur, quo vo-
luntas moveatur ad fidem? Idem Sermone 61. in
Ioannem, Peccata (inquit) omnia infidelitatis no-
mine tenentur. Et addit, Fidem abſque ſpe & chari-
tate eſſe non poſſe. Quod etiam in Pſalmo 31. diſer-
tè docuit. Idem lib.1. cap. 19. contra duas Epiſtolas
Pelagianorum, prolixè tractat, quoniam pacto traha-
mur à Deo: & inter cætera ait; Pelagianos valde de-
bacchaturos fuiſſe in Chriſtianos, ſi illi vocem tra-
hendi in Sacris literis non haberent. Quum autem

A vox ea in ipſo expreſſa ſit Evangelio, illos iam pror- Ioan.6.44.
ſus non habere quò confugiant. Infinita ſunt alia lo-
ca in Auguſtino in hanc ſententiam: quæ nunc bre-
vitatis cauſa relinquenda cenſeo.

82 Cyrillus contra Iulianum libro primo, pagi- Cyrillus.
na decimaquarta ait. Eandem omnino eſſe Abraha-
mi fidem, & noſtram: & idem in Ioannem lib.3. cap.
31. exponens illud; Hoc eſt opus Dei, ut credatis in
eum, quem miſit ille: Fides, inquit, ſalutem adfert, Ioan.6.29.
B & gratia iuſtificat: mandata verò Legis condemnant
potius. Opus igitur Dei, fides in Chriſtum eſt. In
his verbis annotare debemus, fidem eam eſſe, qua
adfertur ſalus, & nos per gratiam iuſtificari. Declarat
autem idem hæc apertius in Ioannem lib.9. cap.32.
in illa verba, Et quò ego vadam ſcitis, & viam ſcitis:
Iuſtificamur per fidem & participes divinæ naturæ,
participatione Spiritus ſancti efficimur. Leo in Ser- Leo.
mo. 13. de Paſſione Domini, Sanguinem inquit, fi-
lij Dei, Patres nobiſcum crediderunt fundendum:

Patres iuſtificati ſunt fide illarũ promiſſionum, quas nos credimus.

C Nihil ergo, dilectiſſimi, ab antiquis ſignificationibus
in Chriſtiana religione diverſum eſt, nec unquam à
præcedentibus iuſtis, niſi in Domino Ieſu Chriſto
ſperata ſaluatio eſt. Hoc & alia multa ſimilia teſti-
monia, illos maximè confutat, qui dicere audent,
Abrahamum iuſtificatum quidem fuiſſe, ſed non per
fidem in Chriſtum, verùm per fidem de promiſſioni-
bus terrenis. Cæterùm idem author videri poteſt
contra nos facere, in eo quòd dicimus, veram fidem
non inveniri ſine charitate. Nam in Sermone de
D Collectione & eleemoſyna, ſcribit ita de Satana:
Sciens autem Deum non ſolùm verbis, ſed etiam fa-
ctis negari multis, quibus auferre non potuit fidem,
ſuſtulit charitatem: & agro cordis illorum avaritiæ
radicibus occupato, ſpoliavit fructu bonorum ope-
rum, quos non privavit confeſſione labiorum. Hæc
ſi preſſius conſiderentur, nihil omnino faciunt con-
tra nos. Nos enim loquimur de vera, ſolida & viua
fide: Leo autem, intelligit tantùm profeſſionem fi-
dei aliquam externam. Nam cùm velit rationem red-
E dere, qua conſtare poſſit, illis ablatam non fuiſſe fi-
dem, proponit labiorum tantùm confeſſionẽ: quam
nos quoque fatemur abſque charitate poſſe conſiſte-
re, & ſæpe à multis nequiſſimis hominibus iactari.
Atque ad hunc modum exponenda arbitror, ſi quæ
hujuſmodi teſtimonia occurrant in Patribus: Grego- Gregorius.
rius Epiſcopus Romanus hom. 19. in Ezechielem, Act.10.4.
Non, inquit, operibus venitur ad fidem, ſed per fi-
dem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim centu-
rio non operibus venit ad fidem, ſed fide venit ad o-
F pera. Dicitur enim, orationes & eleemoſynæ tuæ,
&c. Quid autem orabat, ſi non credebat? Sed iam
quòd incarnatus Mediator eſſet, neſciebat, per ope-
ra venit ad pleniorem cognitionem. Ex his velim
adverſarios noſtros intelligere, fidem neceſſario præ-
cedere omnia opera bona. Nam illi, opera moralia,
quę fiunt ab hominibus Ethnicis, nec adhuc in Chri-
ſtum credentibus, contendunt eſſe bona. Id hoc lo-
co à Gregorio refutatur. Idem in moralibus libro 2.
cap.25. de eadem re loquens ita ſcribit, Niſi fides pri-
G ma in cordibus noſtris gignitur, reliqua quæque bo-
na eſſe non poſſunt, etiamſi bona videantur. Beda Beda.
in cap.2. Iacobi, Is tantum verè credit, qui exercet
operando quod credit: quia fides & charitas ab invi-
cem ſeparari nequeunt. Hæc ergo de Patribus volo
eſſe ſatis. Quid verò Concilia, Aphricanum, Mileui-
tanum, & Arauſicanum de iuſtificatione, fide, gratia
& operibus ſtatuant, antea ſatis multis docuimus in
priori articulo. Nunc hoc tantùm addam. Aduerſa-
rios noſtros, cùm dicant, Deum gratiam ſuam offerre
H omnibus, & dona ſua dare hominibus ea deſideranti-
bus, & apprehendentibus, & facientibus quod debẽt,
condonare peccata, cùm interim omittant afflatum
Sancti ſpiritus, & Dei trahentis potentiam, & animi
perſuaſionem interiorem: eaque omnia, quæ in hoc
negotio ſunt potiſſima, illis conciliis, quæ citaui-
mus, apertiſſimè adverſari. Neque tamen diſſimu-
lare poſſum, in concilio Moguntino, quod habitum
eſt ſub Carolo Magno, in 1. cap. citari Gregorium
qui ita ſcribat. Ille verè credit, qui exercet operando
I quod credit.

Tertius articulus. Iuſtificamur ſola fide.

83 Quum ergo videamus, quod ad hunc articu-
lum attinet, homines iuſtificari per fidem in Chri-

ſtum, idque ex Scripturis confirmaverimus, & adverſariorum objecta diluerimus, & Patrum teſtimonia ad noſtram ſententiam conſtituendam adduxerimus, iam ad tertium articulum accedemus. Dicimus ergo, iuſtificationem conſtare ſola fide. Quam ſententiam probant omnia illa loca Scripturarum, quæ docent, nos gratis iuſtificari: eaque, quæ affirmant, iuſtificationem contingere ſine operibus, quæque antitheſin ponunt inter gratiam & opera. Hæc inquam, omnia loca veriſſime concludunt, nos iuſtificari ſola fide: quamvis ea vox, Sola, in Scripturis non legatur. Sed id non eſt tanti: ſignificatio enim ejus vocis ex illis neceſſario colligitur. Deinde hoc etiam annotandum eſt, quemadmodum iam antea docuimus, nos non conſtituere fidem eam, qua iuſtificamur, eſſe in animis noſtris abſque bonis operibus: quamvis eam dicamus eſſe ſolam, quæ iuſtificationem, & remiſſio-

Similia.

nem peccatorum apprehendat. Ita oculus non poteſt eſſe ſine capite, cerebro, corde, epate, & aliis partibus corporis: & tamen colorem & lucem, ſolus oculus apprehendit. Quare, qui ad hunc modum contra nos argutantur, Fides uti dicitis, iuſtificat: Fides autem non eſt ſola, Ergo ſola fides non iuſtificat: incidunt in fœdiſſimum paralogiſmum: ut ſi quis ita concluderet, Sola voluntas vult, Voluntas autem in animo non eſt ſola: Ergo non ſola voluntas vult. Hic vel pueri videre poſſunt fallaciam, quam appellant Compoſitionis, & Diviſionis. Et non turpe eſt, eam tantos Theologos non videre? Sed hic ſe nobis Smithæus opponit, lumen ſcilicet Theologiæ. Is iamdudum clamat, uſque ad ravim, nos falſo aſſumere loca ea Scripturarum, quæ teſtantur nos gratis iuſtificari, idem ſignificare, quod iuſtificari ſola fide. Gratis enim inquit, non eſt idem, quod ſolum. O nos hebetes Grammaticos, qui adverbium uſitatiſſimum ſine hoc magiſtro non potuimus intelligere! Iſte tamen Ariſtarchus grammaticus, ne ſine aliqua ratio-

Gen. 29. 15.

ne videatur deſipere, ſcriptum eſt inquit, in Gen. Labanum dixiſſe Iacobo; Quoniam es mihi cognatus, nunquid ſervies mihi gratis? Hic inquit, pone Solum, & videbis quam oratio abſurda futura ſit. Et in

Num. 11. 5.
Pſal 69. 5.
De Aduerbio Gratis.

Numeris populus ait, ſe in Ægypto comediſſe piſces gratis. Et in Pſal. Odio habuerunt me gratis. Hic ait, nihil eſſe loci adverbio, Solùm: Nos ergo temerè & infirmiſſimè concludere, ex eo quod homo in Scripturis dicitur gratis iuſtificari, eum ſtatim iuſtificari ſola fide. Sed ſcire oportuit hunc hominem tam perſpicacem, tamque exercitatum in Concordantiis Bibliorum, Gratis, eſſe abſque cauſa, aut ſine mercede, aut pretio. Ideoque nos rectè dicere, Iuſtificationem conſtare ſola fide, quòd conferri gratis dicatur. Nam ſi accederent opera, eſſet cauſa, aut merces, aut pretium ad iuſtitiam obtinendam. Verum cùm Gratis ea omnia excludat, ex ea voce rectè ac verè infertur ſola fides. Loca verò illa, quæ iſte allegauit, non eſt difficilè refutare. Laban enim ait, Gratis ſervies, hoc eſt, ſine eo, ut ego tibi dem aliquid. Hoc autem eſt, ſolum accipere, & nihil rependere. Et Iſraelitæ, quum dicerent, ſe piſces comediſſe gratis, intelligebant, ſe comediſſe piſces abſque pretio. Et illud, Odio habuerunt me gratis, nihil eſt aliud, quàm ſine cauſa, & abſque ullo meo merito. Quare ſi vox illa, Gratis, tollit pretium, & meritum, quum Paulus ait, nos iuſtificari gratis, neceſſe eſt ut intelligamus, abſque ullo noſtro pretio, aut merito fieri. Quod certè verum non eſſet, ſi opera ut cauſæ & merita intercederent. Et quoniam ſemel adduximus locum ex E-

Galat. 2. 16.

piſt. ad Gal. Quum autem ſciremus hominem non iuſtificari ex operibus Legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & ex illa particula, Niſi concluſimus, iuſtificatio-

De aduerbio, Niſi.
Gen. 43. 6.

nem conſtare ſola fide: iſte pro ſua ſapientia tumultuatur; Niſi, non eſſe idem quòd ſolum. Ioſephus enim, inquit, in Gen. dicit fratribus ſuis: Non videbitis faciem meam, niſi adduxeritis fratrem veſtrum

Ioan 6. 53.

minimum: & Chriſtus, inquit, ait, Niſi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis. Quis inquit dicet, vitam habere ſolum per manducationem ſacramenti? Hæc ergo non poſſunt inquit exponi per Solùm. Imò poſſunt: Nam in libro Geneſ. quid aliud voluit Ioſephus, quàm admonere fratres ſuos, illos hac ſolùm conditione redituros eſſe in conſpectum ſuum, ſi minimum ſuum fratrem

A adduxiſſent? Chriſtus autem in cap. 6. Ioannis, non egit de manducatione ſacramenti: illud enim nondum inſtituerat: per manducare ergo intelligit credere. Et adultos in eo ſolum ait habere vitam, ſi carnem ſuam edant, & bibant ſanguinem: hoc eſt, ſi credant, Filium Dei traditum eſſe pro ſe in remiſſionem peccatorum: atque hanc ſolam viam eſſe, qua poſſint ſeruari.

84 Sed addit Smithæus, à iuſtificatione excluB dendam non eſſe ſpem & charitatem, & alia opera bona. Fateor equidem, iſta excludenda non eſſe ab Rom. 3. 20.
homine qui iuſtificetur: non tamen illis tribuo vim iuſtificandi. Nam quod Paulus ait, hominem non Simile.
iuſtificari ex operibus, non erit verum, ſi aliquo genere operum iuſtificemur. Etenim ſi quis diceret, artificem aliquem non operari digitis, & poſtea fateretur, eum ad opus quod faciat, adhibere digitos, eſſet ridiculus: quamvis convictus vellet dicere, ſe minimum tantùm digitum & annularem excepiſſe, non C autem pollicem, indicem, aut medium. Nam qui tribus digitis utitur, certè utitur digitis. Sed cur ait iſte, ſpem & charitatem non excludi? Quoniam inquit, vosipſi vultis nos iuſtificari viva fide: quæ certè iſtis non caret. Fatemur, iſtas virtutes ſemper eſſe conjunctas cum vera fide: in illis tamen non conſtituimus partem aliquam iuſtificationis noſtræ coram Deo. Eſt enim in hoc argumento fallacia Accidentis. Adjunctis enim tribuitur id, quod proprium eſt eius, cui adjuncta ſunt. Vt ſi quis dicat, Sol rotunD dus eſt & ſublimis: ergo rotunditas & ſublimitas Solis calefaciunt. Quæ ergo opera excludit Smithæus à iuſtificatione, quum includat ſpem & charitatem? Arbitror equidem, opera externa, iejunia, eleemoſynas & alia ſimilia. Sed qua fronte hoc dicere aut docere poteſt, quum ſtatuat & defendat opera præparatoria? At homo acutus putat ſe pulchrè evaſiſſe, quod dicat iſta ad iuſtificationem neceſſariò non requiri: tantùm autem, ſi adſint, ad iuſtificationem conducere. Verùm id ridiculum eſt. Supra enim luE culenter docuimus, opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, peccata eſſe. Tantum abeſt, ut ea facere quicquam poſſint ad iuſtificationem. Et ſi ea iuſtificationem ullo modo promoverent, non excluderetur gloriatio. Poſſemus enim gloriari nos ea feciſſe, quorum ope atque adminiculo iuſtificaremur. Sed hoc, inquit, iactare non poſſumus, quòd ea facta ſint, aliqua Dei gratia præueniente. Atqui hoc in primis animadvertendum eſt, iſtos bonam partem hujuſmodi operum tribuere libero arbitrio: ideoque F ex ea ſaltem parte poſſumus gloriari. Neque verum erit quod Apoſtolus ait: Quid habes, quod non ac- 1. Cor. 4. 7.
cepiſti? Et, Quid gloriaris, quaſi non acceperis? Hic quidam iſtorum reſpondent, non poſſe nos de hac libertate voluntatis gloriari, quod illam de noſtro non habeamus. Deum enim eſſe qui nos ea facultate donauerit, liberoſque fecerit, cùm crearet. Verùm hoc non eſt ſatis ad tollendam gloriationem. Primùm quòd hoc eſſet confugere ad communem Pelagiani cõfugiebant ad communẽ gratiam creationis.
gratiam creationis, quod fecerunt Pelagiani: atque G ita relinqueretur nobis ſaltem bonus uſus liberi arbitrii, de quo poſſemus gloriari. Quamvis enim habeamus id à Deo per creationem, tamen rectus vſus Gratia an cum operibus conueniat?
noſter eſt: ſcilicet, ut aſſentiamur Deo vocanti, & accommodemus nos ad bona opera, quæ à Deo proponuntur. Et idcirco ad gloriationem vere tollendam, neceſſe eſt, ut id aſſiduè habeamus in animo, quod monuit Auguſtinus de Spiritu & litera, cap. 34. Non tantùm voluntatem & electionem benè agendi à Deo eſſe, quia per creationem dedit arbiH trium & voluntatem liberam, ſed etiam quòd viſorum ſuaſionibus effecerit, ut velimus, & credamus: idque non tantùm externa prædicatione Euangelii, ſed etiam interiori ſuaſione. Non enim tantùm incitat cor, ſed etiam perſuadet, trahit, flectit ad credendum. Fateor equidem, voluntatis eſſe, ut velit & amplectatur, id quod Deus offert: non enim intelligentia, aut memoria volumus, ſed voluntate. Idem tamen non dubito, Deum eſſe, qui efficit ut velimus & ſequamur bona.

I 85 Adhæc adverſarii noſtri arbitrantur, etſi opera concurrant ad iuſtificationem, verum tamen eſſe quod Sacræ literæ dicunt, nos iuſtificari gratis. Quoniam

niam inquiunt, illa opera donantur à Deo, & fiunt ex gratia. Si iuvaret hoc ſuffugium, Paulus non rectè abſtuliſſet operibus cæremonialibus vim iuſtificandi. Iudæus enim dicet, Patres noſtri, qui antiquitus circuncidebantur, & præſtabant alias obſervationes legales, id non ex ſuis viribus naturalibus fecerunt, ſed ex Gratia Dei iuvante, atque excitante. Ideóque ſi alia opera, quæ in Lege præcipiebantur, ad iuſtificationem conducere potuerunt, ut eam quemadmodum vos loquimini, mererentur de congruo: cur idẽ non potuerunt cæremonialia? Neque quicquam iuvat, ſi dicas, Paulum ne illis quidem adimere vim iuſtificandi, niſi tantùm poſt adventum Chriſti. Ille enim apertè loquitur de Abrahamo iuſtificato ex fide, non ex circuncifione: & utitur teſtimonio Davidis, quem ſatis conſtat vixiſſe ſub Lege: Quum autem iſte dicat, charitatem & ſpem non poſſe excludi, velim ex eo libenter ſcire, opera iſtarum virtutum ſintne iuſta, necne. Scio fatebitur: Quid ergo reſpondebit Paulo, qui ad Titum ait; Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos? Sed novi iſtorum commenta. Reſpondent, talia quoque opera excludi, ſi fiant ex Lege & libero arbitrio abſque gratia. Verùm quid oportet id excludere, quod eſſe non poteſt? Quis enim vel amabit Deum, vel in illum ſperabit abſque gratia. Deinde quocunque illa modo fiant, non poſſunt facere ad iuſtificationem: quia iuſtificamur ex gratia, ut ex Sacris literis ſatis liquet. Inter gratiam autem & opera, tanta eſt oppoſitio, ut Paulus dicat, Si ex gratia, iam non eſt ex operibus; & ſi ex operibus, non eſt ex gratia. Neque iſta ita indignè ferre debent, ſi nos uſurpemus vocem illam, Solum. Eam enim concludimus neceſſariò ex eo quod Paulus ait, primùm nos iuſtificari ex fide: & deinde ſubdit, Abſque operibus. Quàm id rectè concludamus, oſtendam à ſimili. In 6. cap. Deuteron. (ſi ſequamur Hebraicam veritatem) ita ſcribitur, Dominum Deum tuum timebis, & illi ſervies. Hic ut vides, deeſt particula Solum: tamen quoniam ſequitur, Non ibis poſt Deos alienos, Septuaginta interpretes ita reddiderunt eum locum, Dominum Deum tuum timebis, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Iſti ex priori propoſitione affirmante, Deum colendum, & ex altera negante, deos non adorandos eſſe alienos, concluſerunt ſeruiendũ eſſe ſoli Deo. Quorum authoritas apud me non eſſet tanti ponderis, niſi Chriſtus ipſe locum illum ita citaſſet. Ita enim rejecit diabolum, Abi retro, Satana: Scriptum eſt enim, Dominum Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſervies. Hic videmus ad improbandã adorationem, quæ ulli creaturæ præſtetur, neceſſariam eſſe particulam illam, Soli: quæ etſi non habetur in Hebræo, inde tamen neceſſariò elicitur. Ad hunc modum ſi nos quoque argumentamur, quid iſti tantoperè offenduntur.

Gala. 4. 1. & 6. — Tit. 3. 5. — Ratio efficax ad probãdum ſolam fidem iuſtificare. — Rom. 11. 6. — Rom. 3. 28. — Deut. 6. 13. — Mat. 4. 10.

86 Conſiderent etiam, optimos atque antiquiſſimos Patres ab hac voce non abhorruiſſe. Quibus ridiculum eſt videre, quàm frigidis & miſeris ſtrophis & argutiis Smithæus velit occurrere. Primùm ait, eos nihil aliud voluiſſe, quàm homines reprimere, ne inſoleſcerent. Sed reſpondeat mihi Smithæus uno verbo pro ſua ſapientia, verène hoc illi Patres, an falsò dixerint? Si vere, nobiſcum faciunt, & quid iſte ſe opponit? Sin falsò, nihil illos iuvat bonus finis, ut hominum inſolentiam retundant. Quemadmodum enim non eſt faciendum malum, ut veniat bonum: ita falſum dogma non eſt ſtatuendum, ut aliud dogma vitioſum evertatur. Iſte autem ita planè ſolenniter inſanit, ut hoc dicat Patribus licuiſſe. Nã in libello de Votis (quem ante aliquot annos publicavit) ait, Auguſtinum in libro de Bono viduitatis, quum ſcribat, matrimonia eorum, qui votum virginitatis aut cœlibatus voviſſent, veras eſſe nuptias, nõ autem adulteria: id non alio conſilio ſcripſiſſe, quàm ut Iulianæ viduæ, ad quam librum ſcribebat, perſuaderet, nuptias in genere non eſſe malas. Atque ita, ſi diis placet, fatetur Auguſtinum falſum dogma ſtatuiſſe, ut aliud falſum exploderet. Et eadem prudentia in eodem illo libro, fingit Clementem Alexandrinum ſcripſiſſe, Paulum habuiſſe uxorem, quod ipſe falſiſſimum arbitrabatur, tantùm ut probaret, nuptias eſſe bonas & honorabiles. Quod ſi ita liceat vera cum falſis miſcere, & omnia confundere, quando tandem credemus Patribus? Quid unquam nobis erit tuti, ne ab illis decipiamur? Adhæc fingit, Paulum excluſiſſe à iuſtificatione tantùm opera legalia. Sed ſupra ſatis copioſè confutavimus, docuimúſque rationes Pauli eſſe univerſales. Imò Patres quoque hoc viderunt: nam Auguſtinus multis in locis affirmat, Paulum non tantùm de cæremonialibus operibus agere, ſed etiam de moralibus. Sed quoniam Auguſtini authoritas neſcio quomodo adverſariis noſtris ſuſpecta eſt, videamus, quid dicat Hieronymus. Is ad Cteſiphontem contra Pelagianos in hęc verba, Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro, ita ſcribit; Quod ne de Lege Moſaica tantùm dictum putes, & non de omnibus mandatis, quæ uno legis nomine continentur, idem Apoſtolus dicit, Conſentio legi Dei. Alii etiam ſunt ex Patribus, qui idem docent: ſed illos nunc prætereo. Satis ſit oſtendiſſe, iſtud quoque alterum commentum Smithæi vanum & ineptum eſſe.

Patres uſi ſunt voce Sola. — Rom. 3. 8. — Rom. 3. 20. — Rom. 7. 16. — Hieronymus etiã ſenſit non tantùm opera cæremonialia excludẽda eſſe à iuſtificatione.

87 Tertio loco ait, Eos excludere voluiſſe opera, ut loquitur, pœnalia: ea videlicet opinor, quæ homines pœnitentes faciunt. Sed hoc quoque oſtendere quàm ſit ridiculum, haud longa demonſtratione opus eſt. Primùm enim hujuſmodi opera exigebantur ab hominibus, non ut per illa iuſtificarentur coram Deo, ſed tantùm ut ſeſe approbarent Eccleſiæ, videlicet, ne ficta & ſimulata pœnitentiá ambirent reconciliationem. Deinde non eſt veriſimile, Paulum de hujuſmodi operibus loquutum eſſe. Illa enim eo tempore non erant in uſu. Ambroſius quidem, quum opera excludit à iuſtificatione, ſemel atque iterum huc reſpexit. Sed morari non debemus, quid unus aut alter ex Patribus dixerit, ſed quid ſacris literis conveniat. Addit præterea Smithæus, certum eſſe, Deum multò plus à nobis requirere, quàm fidem. In Marco enim ita ſcriptum eſt, Pœnitentiam agite, & credite. Hic inquit, fidei adjuncta eſt pœnitentia. Et alio loco, Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Addit in Epiſt. ad Eph. Eccleſiam dici ſanctificari, lavacro aquæ in verbo. Et Petrum primę Epiſt. cap. 3. dicere, Baptiſma nos feciſſe ſaluos, Hieronymum etiam ita ſcribere cap. 1. in Eſaiam, Lauacrum regenerationis, ſolùm peccata remittit. Ecce inquit, iuſtificatio & remiſſio peccatorum, non tantùm fidei adſcribitur, ſed etiam ſacramentis. Quod ad primum attinet, fatemur, Chriſtum plus à nobis requirere, quàm fidem. Quis enim dubitet, eum velle homines iuſtificatos rectè vivere, ſéque per omnia virtutum genera exercere, alioqui ad æternam ſalutem nõ perventuros? Atqui fructus iſti ſunt fidei & iuſtificationis effecta, non cauſæ. De ſacramentis verò non ſemel docuimus, quemadmodum illis attribuenda ſit iuſtificatio. Ea enim ita ſe ad illam habent, ut prædicatio Evangelii, & promiſſio de Chriſto, quæ nobis offertur ad ſalutem. Sæpiſſimè verò in Scripturis id, quod rei eſt, adſcribitur ſacramento. Et quoniam Baptiſmus, remiſſionẽ peccatorum promittit per Chriſtum, eámque ſignificat, & in illis qui tinguntur obſignat, idcirco Hieronymus ex aliis omnibus ſacramentis illi ſoli hoc attribuit. Quare nihil nos movere debent verba Patrum, quum ita ſcribant, Solam fidem non eſſe ſatis ad ſalutem. Id enim intelligunt de æterna ſalute, ad quam non pervenimus, niſi fidẽ noſtram fructus aliqui conſequantur. Ex illorum autem dictis non debemus colligere, hominem non iuſtificari ſola fide. Etſi quando idẽ illi Patres ſua verba referre videantur ad iuſtificationem, intelligendi ſunt, ingenium veræ & iuſtificantis fidei voluiſſe exprimere. Ea enim revera nunquam eſt ſola: ſed ſemper habet comites ſpem & charitatem, aliáque opera bona. Interdum etiam illi iuſtificationem intelligunt iuſtitiam nobis inhærentem: quam certum eſt non conſtare ſola fide.

Deus plus ab hominibus requirit quàm fidem. — Marc. 1. 15. — Marc. 16. 16. — Eph. 5. 25. — 1. Pet. 3. 21.

88 Id enim putant contra nos facere, quod Paulus habet ad Romanos; Spe ſalui facti ſumus. Nec vident, ſalutem ibi accipi pro extrema regeneratione, quam ſperamus nos aliquando adepturos in patria. Nam Apoſtolus paulò antè de illa loquebatur. Eam verò ſalutem dubium non eſt, nos tenere ſola ſpe, non autem adhuc re. Si quis fortè eſt, cui hæc ſolutio iuſtiſſima & veriſſima non ſatis placeat, ſequatur interpretationem Origenis. Is enim eo loco ait, ſpẽ

Rom. 8. 24.

Digitized by Google

Iuſtitia nobis inhærens non conſtat ſola fide.

poſitam eſſe pro fide: quod in Sacris literis non rato uſu venit. Sed aliud etiam adhuc commentum invenerunt, quo quantum poſſunt lenire ſtudent voculam illam, Solam, toties à Patribus uſurpatam: nimirum, quod fides ſola initium habeat, & primum quaſi gradum iuſtificationis: quæ poſtea futura ſit perfecta & plena, cùm alia bona opera acceſſerint. Sed hoc, quàm vanum ſit, Paulus ipſe ſatis docet: Non enim ſolum ait nos iuſtificari ſola fide, ſed etiam addit, Abſque operibus. Deinde id quoque contra iſtos facit, quod ſcribitur cap. 15. Sapientiæ, Noſſe Deum, eſt conſummata iuſtitia. Quo in loco operæpretium eſt videre, quomodo ſe Smithæus noſter torqueat. Primùm, ſententiam negare non audet, habet enim librum illum pro canonico: ſed, ut eſt acutus, hoc ad extremum comminiſcitur, Deum non cognoſci ſola fide, ſed etiam dilectione. Sed quis unquam hoc dixiſſet, præter iſtum? Certè dilectione non cognoſcimus, ſed amamus. Cæterùm, quod in libro illo Sapientiæ (qui apud me tantæ authoritatis non eſt) dicitur, Chriſtus ipſe apertiſſime teſtatus eſt in Evangelio, Hæc eſt inquiens vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum. Quanquam de hoc quoque dicto Servatoris noſtri, neſcio quid olim confinxit Vintonienſis: nimirum, cognoſcere Deum, non eſſe propriè vitam æternam, licet ad eam nonnihil promoveat. Sed iſtis hominibus, cum nec Patres, nec Paulus, nec ipſe Chriſtus ſatisfaciat, nihil eſt quod ſperemus, nos noſtris rationibus quicquam eſſe profecturos. Addunt inſuper, Patres dicere, Solam fidem iuſtificare, hoc eſt præcipuam eam eſſe qua iuſtificemur. Agnoſco equidem, Solum quandoque ſignificare præcipuum. Sed hic ſenſus non poteſt quadrare ad iuſtitiam Pauli. Nam ſi charitas confertatur cum fide, charitas erit præſtantior & potior, ut Paulus ait. Quare ſi utraque iuſtificet, ut iſti volunt, omnino potiores partes erunt charitatis, non fidei. Id etiam iſtis vehementer obſtat, quod ſæpe dixi, Paulum ita iuſtificationem aſcribere fidei, vt dicat, Abſque operibus. Sed Auguſtinus inquiunt, ad Simplicianum ſcribit, Nos fide incipere iuſtificari. Ad id bifariam poſſumus reſpondere: primùm, talem eſſe illam inchoationem, quæ revera iuſtificationẽ ipſam plenam & totam habeat. Vt ſenſus Auguſtini ſit, nos iuſtificari, cum primum habemus fidem. Aut ſi id non placet, dicemus id quod res eſt, Auguſtinum ſenſiſſe de iuſtitia inhærente. Citant enim Ambroſium in quintum caput ad Galatas. In Chriſto, &c. Sola enim fide, inquit, opus eſt, in charitate ad iuſtificationem. Ecce inquiunt, ad iuſtificationem, non minus charitate opus eſt, quàm fide. Sed longè fallitur: His enim verbis Ambroſius nihil aliud voluit, quàm veram fidem ab inani opinione diſtinguere. Itaque ait, Sola fide opus eſſe, quæ nimirum conjuncta ſit cum charitate. Sed Hieronymus in quintum caput ad Galatas ait, Solam eſſe charitatem, quæ cor mundum efficiat. Quid hic reſpondebimus, quàm hoc ejus dictum, ſi rigidè ac ſimpliciter urgeatur, falſum eſſe? Nam fides etiam eſt quæ purificat corda, ut habetur in Actis Apoſtolicis. Et Paulus ad Timotheum ait, Charitas de corde puro, & conſcientia bona, &c. Ex quibus apparet, neceſſe eſſe cor prius purum eſſe, quàm charitas poſſit accedere. Interpretabimur ergo illam ſententiam ex effectu, & quod ad noſtram notitiam attinet: tunc enim maximè conſtat, nos eſſe regeneratos, & mundatum habere cor, ſi præditi ſimus charitate. Ad hunc modum quoque ſupra expoſuimus, remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Rom.3.28. — Sap.15.3. — Ioan.17.3. — Solũ quandoque ſignificat præcipuum. 1.Cor.13.13. — Gal.5.6. — Act.15.9. 1.Tim.1.5.

Auguſtinus.

Cur interdum uni charitati iuſtitia noſtra tribuatur.

89 Atque eodem pacto, illud quoque Auguſtini dictum de Natura & Gratia, capite trigeſimo octavo expediri poteſt: Charitas inquit, Dei, qua una iuſtus eſt, quicunque iuſtus eſt. Sed ea etiam ratio mihi vehementer placet, ut hujuſmodi Patrum dicta intelligamus de iuſtitia inhærente. Ea enim non una tantùm fide conſtat, ſed etiam omnibus virtutibus & operibus bonis. Quoniam autem inter alias virtutes præcipua eſt charitas, idcirco Patres, illi interdum ſoli iuſtitiam tribuunt. Et quod adverſarij noſtri ſibi injuſtè uſurparunt, ut ſolam exponerent præcipuã, id nos hic iure optimo faciemus. Non enim hic de iuſtificatione ea quæ ex imputatione habetur agi-

A mus, ſed de ea quæ nobis poſt regenerationem acquiritur. In hac itaque noſtra propoſitione, non excludimus ab homine iuſtificato ſpem, charitatem, & alia opera bona: ſed hoc tantum dicimus, illa non habere vim, aut cauſam, aut meritum iuſtificandi. Cumque dicimus, hominem iuſtificari ſola fide, nihil ſanè aliud dicimus, quàm hominem iuſtificari ſola Dei miſericordia, & ſolius Chriſti merito: quæ non alio inſtrumento apprehendere poſſumus, quàm ſola fi- B de. Neque adverſariis noſtris cedendum eſt, ut ne utamur illa voce, Sola: quantumvis clament naſci ex ea magnam offenſionem, & animos hominum hac perſuaſione, nonnihil in ſtudio virtutum debilitari. His enim incommodis, facilè medemur doctrina ſana. Nam ſemper inculcamus, non eſſe eam veram iuſtificationem, aut veram fidem, quæ careat fructibus bonæ vitæ. Videmus autem iſtorum vafrum & callidum conſilium: nam ſi nos diceremus, hominem ſimpliciter iuſtificari fide, ſummota vocula illa Sola, C ſtatim adderent de ſuo, hominem quidem iuſtificari fide, ſed non minus tamen eum iuſtificari ſpe, & charitate, & aliis operibus bonis. Hac eadem de cauſa, Catholici olim noluerunt permittere Arianis vocem illam ὁμοιούσιον: quod illi ſtatim dicturi eſſent, Filium quidem appellatione Deum eſſe, Patri autem, & fermè parem: non tamen prorſus ejuſdem naturæ atque ſubſtantiæ. Quare illi mordicus propugnarunt ac retinere voluerunt ὁμοούσιον, ut vocem aptiſſimam ad explicandam ejus controverſiæ veritatem: quod etiam D pro ſuo iure facere potuerunt, maxime verò cum viderent, eam vocem ex Divinis literis neceſſario concludi: ex quibus etiam evidentiſſimè concluditur, noſtra iſta vox, Sola, eaque nobis viſa eſt maximè idonea, ad operariorum errores refutandos. Gardinerus etiam Epiſcopus Vintonienſis, noſtram iſtam propoſitionem arbitratus eſt abſurdam: & contra eam inter cætera uſus eſt hoc argumento, quod mihi quidem mirum videri ſolet, quanti à quibuſdam Papiſtis ejus paraſitis fiat. Iuſtitia inquit, à Deo nobis dona- E ta, qua iuſtificamur, ad omnes animi facultates, vel potius ad totum hominem pertinet: Ergò non iuſtificamur ſola fide. Ea enim eſt tantùm ſuperioris partis animi. Hic latet, Lector, ne neſcias, duplex fallacia. Primùm enim, facio iuſtitiam illam qua donamur, pertinere ad totum hominem, & ad omnes animi facultates: an propterea ſequetur, iuſtitiam illam oblatam à Deo, non apprehendi ſola fide? Certè cibus quo veſcimur, in omnia membra & in corpus univerſum diſtribuitur, & tamen ore tantùm, non F autem toto corpore percipitur. Adhæc diſputatio inſtituta eſt, non de iuſtitia aliqua nobis inhærente, quæ revera in totum hominem ſpargitur, ſed de iuſtificatione, quæ eſt peccatorum condonatio. Ea verò non in animis noſtris locum ac ſedem habet, ſed in ſolo Deo, cujus unius voluntate peccata nobis relaxantur.

Nõ eſt deſiſtẽdum abuſu illius voculæ: Sola. — Exemplũ conſimile. — Simile. — Iuſtitia quâ iuſtificamur in Deo eſt, nõ in nobis.

90 Verùm, quoniam hic articulus ſatis iam defenſus eſt adverſus importunorum hominum cavillationes: his omiſſis, oſtendemus paucis, veteres Pa- G tres ab iſta vocula, Sola, quam aduerſarij noſtri tantopere fugiunt, non abhorruiſſe. Origenes in Epiſtolam ad Rom. in hæc verba, Excluſa eſt gloriatio tua: Per quam legem? factorum? Non, ſed per legem fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem, abſque operibus Legis. Sufficit inquit, ſolius fidei iuſtificatio, ut aliquis tantummodò credens iuſtificetur, etiamſi nihil ab eo boni operis factum ſit: & exempli cauſa, proponit latronem illum una cum Chriſto crucifixum, & mulierem illam cui Chriſtus H reſpondit, Fides tua te ſalvam fecit: poſtea objicit ſibi, aliquem iſta audientem, reddi poſſe ſecurum & contemnere bona opera. Sed reſpondet, eum qui poſt iuſtificationem non rectè vixerit, abjicere gratiam iuſtificationis. Nemo autem, inquit, accipit veniam peccatorum, ad licentiam peccandi. Indulgentia enim datur, non futurorum criminum, ſed præteritorum. Qua ſententia nihil dici potuit noſtræ doctrinæ conformius. Cyprianus ad Quirinum cap. 42. Fides inquit, tantum prodeſt: & quantum credimus, tantum poſſumus. Baſilius in concione de Hu- I militate ſcribit, hominem iuſtificari ſola fide. Hilarius etiam in Matthæum cap. 8. Fides inquit, ſola iuſtificat.

Origenes. Rom.3.27. — Luc.23.43. Mat.9.22. — Cyprianus. — Baſilius. — Hilarius.

Ambro-

Digitized by Google

Ambroſius.
Ambroſius in 3. caput ad Romanos, Iuſtificati gratis: quia nihil inquit, operantes, neque vicem reddentes, ſola fide iuſtificati ſunt dono Dei. Idem in illa verba, ſecundum propoſitum gratiæ Dei: ſic Paulus inquit, decretum dicit à Deo, ut ceſſante Lege, ſolam fidem poſceret ad ſalutem. Et mox, Sanxit Deus, ut ſola fide ſine labore & aliqua obſervatione, homines iuſtificentur apud Deum. Idem in primum cap. 2. ad Corinth. Conſtitutum inquit, eſt à Deo, ut qui credit in Chriſtum, ſalvus ſit ſine opere ſola fide. Habet etiam idem ſimilia, de vocatione Gentium.
Chryſoſtomus.
Ex Chryſoſtomo in hanc ſententiam multa adduci poſſent: verùm ego ex illis pauca tantum delibabo.
Rom.3.27.
In cap. 3. ad Romanos in hæc verba, Excluſa eſt gloriatio: In hoc inquit, demonſtratur virtus & potentia Dei, quod ſervaverit, iuſtificaverit, & gloriationem induxerit, ſola fide abſque operibus. Et à principio quarti capitis. Quòd aliquis deſtitutis operibus iuſtificetur per fidem, fortaſſe videri poteſt bene habere: quòd autem aliquis ornatus virtutibus, & bonis operibus, non tamen illis iuſtificetur, ſed ſola fide, hoc certè eſt admirabile. Hinc intelligere poſſunt aduerſarij noſtri, licet fides habeat comites ſpem & charitatem, & alia opera bona, (quod dubitari non poteſt de Abrahamo) tamen illa non facere ad apprehendendam iuſtificationem.
Rom 10.3.
Et in decimum caput in illa verba, Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam iuſtitiam volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti: Iuſtitiam (inquit) Dei appellat eam, quæ eſt ex fide. Quoniam ſine labore, ex ſola fide iuſtificamur dono Dei. De Auguſtino nihil dicam: Is enim totus in hoc eſt contra Pelagianos, & facilè quivis ex ejus ſcriptis poteſt hanc ſententiam confirmare.
Heſychius.
Heſychius in Leviticum lib. 1. cap. 2. Gratia, inquit, ſola fide comprehenditur, non ex operibus: quod idem fermè habet lib. 4. cap. 14.
Theophylactus. Gal.3.16.
Theophylactus in caput tertium ad Galatas exponens hæc verba, Quoniam ex Lege nemo iuſtificatur apud Deum. Nunc inquit, Paulus planè monſtrat fidem ipſam, vel ſolam, vim in ſe habere iuſtificandi.
Phocius. Acacius.
Phocius in caput quintum ad Romanos, Sola inquit, fide, conſtat iuſtificatio. Acacius apud Oecumenium in primum caput ad Romanos, Nos, inquit, per peccata mortificatos, ſola fide reſuſcitavit & vivificavit.
Bernardus.
Bernardus Sermone 22. in Cantica, Solam inquit, per fidem iuſtificatus, pacem habebit. Idem in eodem Sermone, Deeſt inquit gratiæ, quicquid meritis deputas. Gratia reddit me iuſtificatum gratis.
Gennadius. Cyrillus. Theodoretus. Didymus. Euſebius. Cyprianus. Lyranus. Gloſſa ord. Haimo. Sedulius. Arnobius. Thomas. Bruno.
Cui iſta non ſunt ſatis, legat Gennadium, cap. 5. ad Romanos. Cyrillum, lib. 9. cap. 3. in Ioannem: Theodoretum ad Romanos quinto: Didymum, in ſecundum caput Iacobi: Euſebium in Eccleſiaſt. hiſtoria, lib. 3. cap. 27. Cyprianum, aut quiſquis ille eſt, in expoſitione Symboli: Lyranum, in tertium ad Galatas: Gloſſam ordinariam, in Epiſtolam Iacobi: Haimonem, in Evangelium de Circunciſione: Sedulium in caput primum & ſecundum ad Romanos: Thomam, in tertium ad Galatas: Brunonem, in caput quartum ad Romanos. Arnobium in Pſalmum 106. Iam de hac quæſtione ſatis mihi videor dixiſſe.

Oſiandri figmentum de eſſentiali Iuſtitia refutatur Epiſt. 21. cuius initium, Sum planè.

CAPUT V.

De pace & libertate Chriſtiana: ubi etiam de Scandalo, Conſcientia, & præſertim de ciborum delectu.

In Rom. 10. cap. ver. 15. Summa prædicationis Evangelii eſt pax. 2.Cor.5.19.
SVmma prædicationis Evangelij eſt pax, in primis cum Deo. Qui enim prædicant, ut docet Apoſtolus poſteriori ad Corinthios, habent ſecum verba reconciliationis, neque aliud ſuadent, quàm vt Deo reconcilemur per Chriſtum. Prius Deus iraſcebatur humano generi, puniebat, damnabat, preces averſabatur, & opera quamvis egregia, quod hoſtium eſſent, faſtidiebat. Homines autem e diverſo, non tantùm miſeri erant, ſed ipſum Deum odio habebant: etſi noluiſſent, execrabantur ejus iudicia, & refugiebant veluti à tyranno & crudeli carnifice, ut qui ſibi undique malè conſcii erant.
Luc.2.14. Quæ ſit pax Chriſtianiſmi.
Evangelium autem annunciat pacem per Chriſtum & reconci-

A liationem. Hoc eſt quod Angeli canebant [in n]ativitate Chriſti: Gloria in altiſſimis, pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Factum Dei Angeli approbabant, qui per filium ſuum ſtatuiſſet redimere humanum genus, & hæc eorum laus, & approbatio, eſt Dei gloria. Deinde, quum ſumus iam per Chriſtum Deo reconciliati, pacem interius, quoad animum noſtrum adipiſcimur: quia inſtaurati gratia & ſpiritu, rectè vivimus, neque amplius pravi affectus
B in nobis tumultuantur, non redarguit conſcientia, neque furiæ ad perturbationes pectora noſtra exagitant. Adhæc proximis ut nobiſipſis bene cupimus, & benefacimus, & cum illis pacem, & quidem arctiſſimam habemus.
Matt.10.34. Quam pacem Chriſtus non venerit mittere?
Neque obſtat quod Chriſtus dixerat, ſe non veniſſe mittere pacem in terram, quoniam id eſt accipiendum, quoad carnis & mundi pacem. Etenim cum Evangelica pace de qua nunc agimus, conjuncta ſunt gravia carnis pericula & incommoda, ſtatim perſequutiones & damna facultatum
C circunſtant.
Quid ſit bonum?
Bonum eſt, ut dicunt Philoſophi, quod omnia expetunt. Et ſi fuſius aut clarius naturam ejus volumus explicare, Bona ſunt, res quævis, prout in eis reſpectus quidam fundatur erga nos, quòd ſint uſibus noſtris utiles, commodæ ſeu iucundæ. Vi autem Euangelii hoc aſſequimur, ut omnia nobis inſerviant. Omnia inquit Paulus, veſtra ſunt, ſive vita, ſive mors, ſiue Paulus, ſiue Cephas, nos Chriſti, & Chriſtus Dei: Et diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.
1.Cor.3.22. Rom.8.27. Eſa.61.1.
Atque notandum eſt quod Eſaias
D docet, prædicandum quoque eſſe ab his nuntiis liberationem: quia licet adhuc mors, infortunia, paupertas, morbi, & alia id genus mala nos divexent: attamen ab illis per Chriſtum dicimur liberati, quoniam non amplius rationem pœnæ habent.
Quomodo ſimus à malis per Chriſtum liberati.
Omnia quippe iſta carnis incommoda, per crucem & mortem ſuam Deus ſanctificavit, ut non amplius habeât rationem pœnæ, ſed efficiuntur eruditiones noſtræ, paternæ caſtigationes, victoriæ, triumphi, & res pulcherrimè geſtæ.

E 2 Verùm ut nihil prætereamus, non debet nos latere lingua Hebraica, *Schalom*, pacem inquam, ſignificare felicem rerum ſucceſſum, ita ut quod Græci dicunt χαίρειν aut εὐπράττειν, in epigraphe literarum, Hebræi dicere ſoleant *Schalom*, pax.
Pax quid ſit Hebræis?
Et ita cùm Evangeliſtæ pacem annunciant, fœlicitatem ſolidam & veram prædicant. Quod ſi quæſiveris, in quánam re ſita eſt huiuſmodi pax, bonitas & liberatio? Reſpondetur, In regno Dei, ſi unico verbo dicendum ſit.
Pax iſta in regno Dei ſita eſt.
Ideo Chriſtus mittens diſcipulos ſuos ad prædican-
F dum voluit ut prædicarent, appropinquaſſe regnum cœlorum.
Mat.10.7.
Hoc idem dicit Eſaias quum ait, Et dicent ad Zion, regnat Deus tuus.
Pſal.52.7.
Hactenus regnavit peccatum, unde Paulus, non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Regnavit item mors: dixit enim idem Apoſtolus, Regnavit mors ab Adam uſque ad Moſen: Regnavit & diabolus, qui à Domino appellatur princeps hujus mundi: à Paulo κοσμοκράτωρ, & Deus hujus ſeculi.
Rom.6.12. Rom.5.14. Rom.12.31. Eph.6.12.
Hæc omnia in nobis miſerè hactenus tyrannidem exercuerunt: at nunc
G regnat Dominus.
Quales principes Hebræorum fuerint.
Nam quod attinet ad externa regna, habuerunt quidem Iudæi multos Iudices, & multos reges, paucos bonos, aliquos tolerabiles, verùm permultos peſſimos tyrannos: Et qui boni fuerunt, ut Dauid, Ezechias, Ioſias & conſimiles, infirmi attamen erant, neque poterant vel defendere populum à calamitatibus, vel illos facere bonos. Quare ſæpe ab hoſtibus premebantur Iudæi, adducti ſunt in captivitatem: inde reſtituti, quieverunt aliquantiſper: ſed venerunt poſt Alexandrum Ma-
H gnum Macedones, & Iudæam graviſſimè afflixerunt. Poſt illos, affuit Pompeius, Craſſus, & Herodes: Veſpaſianus denique ac Titus, qui omnia funditus everterunt. Eccleſia item Chriſti ſuos externos principes habuit, partim viros peſſimos, partim probos quidem iuſtitiâ civili, ſed admodum infirmos. Vnde res noſtræ nunquam bene habere poſſunt, niſi Chriſtus in nobis regnet. Hoc eſt regnum, ut dixit Daniel cap. 2. cœlorum, quod non corrumpitur in ſecula: ibi pax eſt non momentanea, ſed
Dan.2.44.
I ſempiterna. In Pſalmo enim dicitur, Orietur in diebus ejus iuſtitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et in Eſaia, Et pacis ejus non erit finis. In eo
Pſal.72.7. Pſal.9.7. Eſa.9.7.

Digitized by Google

Miſericordia Domini à ſeculo uſque in ſeculum ſu-
per timentes eum, & juſtitia ejus ſuper filios filio-
rum, ſuper eos qui cuſtodiunt teſtamentum ejus, &
ſunt memores mandatorum ejus, ut faciant ea. Ex
his Pighius colligit, timorem Dei, memoriam divi-
ni teſtamenti, & ſtudium præſtandi mandata, eſſe
conditiones promiſſionum Dei. Sed hîc nonnihil
miror, Pighium voluiſſe ſtatuere, hominem juſtifi-
cari dilectione, quum fateatur Scripturam ſacram id
tribuere timori. Sed concedamus ſanè Pighio, ut
ipſe ſecum pugnet. Cæterùm ſi ſcripturas audire vo-
lumus, in Pſalmo 32. Miſericordia promittitur ſpe- *Pſal. 32. 10.*
rantibus. Ita enim ſcribitur, Et ſperantem in Deo
miſericordia circundabit. Scribitur etiam alibi, Qui
crediderit, non confundetur: &, Qui invocaverit no-
men Domini, ſalvus erit. Sed quis non videt, omnes
iſtas virtutes eſſe in homine jam juſtificato, &
Deum ejus miſereri? Sed hoc poſitum erat in con-
troverſia, cui potiſſimùm ex iſtis virtutibus ad-
ſcribenda ſit juſtificatio. Certè, teſtimonio Scriptu-
rarum, id tribuendum eſt fidei. Addit Pighius in
conditione quam propoſuit, eſſe, ut ſint memores
mandatorum Dei, ad faciendum ea: non additur in-
quit, ut faciant omnia mandata. Recipit Deus homi- *Illis qui juſtificati nõ ſunt, de Legis rigore nihil remittitur.*
nem, qui ea conetur facere, & multa remittit ex ſua
miſericordia. Atqui quod adſcribitur, Ad faciendum
ea, neceſſe eſt ut intelligatur de omnibus. Nam cer-
tè in Lege, quam iſte appellat teſtamentum, de ſcri- *Deut. 31 13*
pturis ſunt omnia. Et ſi quid Deus condonat aut
remittit, id facit hominibus jam regeneratis:
non autem à ſe alienis, & filiis iræ, quales
neceſſe eſt eos eſſe qui nondum ſint juſtificati,
ſed ſe adhuc præparent, & intenti ſint ad præ-
ſtandas conditiones. Iſtis inquam nihil remitti-
tur, quare obligati ſunt ad omnia. Et idcirco
Moſes dixit, ut teſtatur Paulus, Maledictus qui non *Gal. 3 13*
permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro
Legis.

66 Præterea rixatur etiam de productione fidei, *Vnde fides in nobis generetur?*
quæritque unde ea in nobis generetur. Nos uno
verbo facilè reſpondemus: A Spiritu Sancto. At ille
ſe mirari fingit, quomodo demus homini Spiritum
Sanctum priuſquam credat: id enim putat eſſe ab-
ſurdum. Primum ego ſuſpicari non potui, cur hoc
tantopere ſit miratus: poſtea verò ſenſi, illum mani-
feſtè cum Pelagianis facere, & docere, fidem eſſe ex
nobis, eámque humanis viribus comparari. Nam
alioqui ſi crederet eam eſſe à Deo, & à Spiritu S.
cauſam à ſuo effectu non ſejungeret. Sed ne putet
nos ſine certa ratione tribuere Spiritui ſancto prin-
cipium fidei, audiat apertiſſima teſtimonia Scriptu-
rarum. Paulus ait in Epiſtola priori ad Corinthios, *1. Cor. 2. 4.*
Non perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed
in oſtenſione ſpiritus: ut fides veſtra non ſit ex ſa-
pientia hominum, ſed ex Deo. Et eodem loco, Ani-
malis homo, non percipit ea quæ ſunt Dei, neque *Ibid. verſ. 14.*
poteſt: quoniam illi ſtultitia ſunt, ſpiritualiter enim
judicantur. Quomodo autem ſpiritualiter judicari
poſſunt, niſi adſit ſpiritus Dei? Pueri etiam nove-
runt firma argumenta deduci à conjugatis. Et ad
Galatas, Miſit inquit, Deus ſpiritum ſuum in corda *Gal. 4. 6.*
noſtra, quo clamamus, Abba Pater. Nam ſpiritu cre-
dimus, & credendo Deum invocamus. Quin & ipſe
ſpiritus, ut ſcribitur ad Romanos, teſtimonium per- *Rom. 8. 16.*
hibet ſpiritui noſtro, quod ſimus filii Dei. Et ad E- *Eph 3. 6.*
pheſ. Roboremini ſpiritu in interiori homine, quò
Chriſtus per fidem habitet in cordibus veſtris. Hic
audimus, fidem eam, qua Chriſtum amplectimur,
proficiſci à Spiritu Dei, quo interior noſter homo
confirmatur. Apoſtoli cùm dicerent, Domine, auge *Luc. 17. 5.*
nobis fidem, ſatis declarabant, eam non ex ſuis viri-
bus naſci, ſed ex afflatu Dei. Et Paulus 1. Corinth. 12. *1. Cor. 12. 8.*
Alii inquit, datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcien-
tiæ, alii fides, alii gratia ſanationum. Subjicitúrque
omnia hæc operari unum atque eundem ſpiritum,
dividentem ſingulis prout vult. Quòd ſi dixeris, hunc
locum & illam ſuperiorem petitionem Apoſtolo-
rum, pertinere ad particularem fidem per quam e-
dantur miracula, equidem non multùm pugnabo.
Tamen ſi omnino ita velis, argumentabor à minori.
Nam ſi dona iſta gratuita non habentur niſi à ſpiri-
tu Dei, multò minus aliunde haberi poteſt fides illa

A universalis & efficax, qua juſtificamur. Adhæc Pau-
lus ad Romanos, Vnicuique inquit, ſicut Deus divi- *Rom. 12. 3.*
ſit menſuram fidei. Et in poſteriori ad Corinthios, *2. Cor. 4. 13.*
Habentes inquit, eundem ſpiritum fidei, quemad-
modum ſcriptum eſt, Credidi, propter quod & lo-
quor: nos etiam credimus, & loquimur, quòd Deus
qui excitavit Ieſum à mortuis, noſtra quoque corpo-
ra per Ieſum excitabit. Ad Galat. recenſentur fructus *Gal. 5. 22.*
ſpiritus, charitas, gaudium, pax, patientia, comitas,
B benignitas, fides, manſuetudo, temperantia. Fides hîc
numeratur inter fructus ſpiritus: Ergo à ſpiritu pro-
ficiſcitur. Ad Epheſios verò luculentius, Gratia, in- *Eph. 2. 8.*
quit, ſervati eſtis per fidem: & hoc non ex vobis, do-
num enim Dei eſt. Et in Actis Apoſtolicis ita ſcri- *Act. 16 14.*
bitur, Aperuit Dominus cor mulieri purpurariæ, ut *Act. 13. 48.*
attenderet illis quæ à Paulo dicebantur: & capit. 13. *Quomodo Spiritus S. adſit nondum regeneratis?*
Crediderunt quotquot ordinati erant ad vitam æ-
ternam. Quare dubitandum non eſt, fidem pectori-
bus noſtris ingenerari per Spiritum S. qui tamen
C haberi quidem poteſt ab illis qui non credunt, ve-
rùm ut perſuadens tantùm, non ut ſanctificans. Et
quamvis in electis fidem repentè inſerat, tamen,
quoniam cauſa eſt fidei, prior eſt illa & dignitate &
ordine.

67 Iam videamus, ex hac ſententia quæ abſurda *Auditorum diſcrimen unde.*
Pighius colligat. Si ſpiritus, inquit, author eſt noſtræ
fidei, utitúrque inſtrumento verbi Dei, & poteſt ad-
eſſe etiam non credentibus, quî fit, ut cùm multi
adſint in eadem concione, ubi & ſpiritus adſit &
D verbum proponatur, tamen partim credant, partim
non credant? Vno verbo reſponderi poteſt: quoniam
ſpiritus non eſt æquè efficax in omnibus, nec modo
eodem omnes intus & in animo docet. Cauſam au-
tem voluntatis ejus reddere non poſſumus, quam-
vis eam juſtiſſimam eſſe nihil dubitemus. Si ita res
habet, inquit, auditores molliter acquieſcent, neque
annitentur, aut adhibebunt ſtudium: ſcient enim ſe
id fruſtra facturos, cùm univerſum pendeat à ſpiritu
Dei. Eſt iſta non tantùm pervulgata, ſed etiam invi-
E dioſa objectio. Sed reſpondemus, Omnes homines
aſtrictos eſſe ut credant verbo Dei, ideóque obli-
gatos eſſe, ut illud ſtudioſè & attentè audiant, illi-
que pro viribus aſſentiantur: & ni fecerint, in pœ-
nam Legis incurſuros: nec audiendos ſi dixerint, ſe
illi non potuiſſe obedire, aut ſi periculum de ſuis
viribus facere voluiſſent, conatum ipſum, cùm non-
dum eſſent juſtificati, futurum fuiſſe irritum & pec-
catum. Vt, ſi dominus ſervum claudum juberet am- *Simile.*
bulare, ille autem excuſaret, diceréque ſe claudum
F eſſe, nec poſſe ſine magna deformitate incedere,
non ob id exiſtimaretur ſe purgaſſe. Nos haud ſta- *Peccata imparia.*
tuimus, peccata omnia eſſe paria: imò eos, qui exter-
na illa opera quæ poſſent præſtare omittunt & ne-
gligunt, aut ad rectè agendum conatum & ſtudium
non adhibent: longè gravius peccare docemus,
quàm illi qui externam aliquam diſciplinam pro
viribus obſervant: atque Auguſtinus ait, multò tole-
rabilius erit Catoni & Scipioni, quàm Catilinæ aut
Caligulæ. Verum iſte Pighius, cui noſtra tantopere
G diſplicent, dicat ipſe, quando Spiritum Sanctum ho-
minibus dari putet? Reſpondebit, Cùm jam præpa-
rationes præceſſerint, cùm quiſpiam crediderit, ti-
muerit, ſperaverit, pœnitentiam egerit, ſincerè dile-
xerit. Quid aliud diceret Pelagius? Quaſi verò cre-
dere, amare, & alia ſimilia naſcantur ex humanis vi-
ribus. Arripit etiam illud, & putat pro ſe facere, Ve- *Mat. 11. 28.*
nite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego
reficiam vos. Putat enim labores, onera, contritio-
nem, confeſſionem, utq; aiunt, ſatisfactionem, jeju-
H nia, lachrymas, & alia ſimilia, facere ad obtinendam
juſtificationẽ. At locus longè eſt aliter intelligẽdus.
Nam Chriſtus eos appellat laborantes & oneratos,
qui premebantur Lege, & infirmitatem ſuam & onus
peccatorum ſentiebant, quique jam diu ſub huma-
nis traditionibus laboraverant. Iſtos feſſos jam rerũ,
& penè deſperatos, Dominus ad ſe invitat. Illi enim
magis idonei ſunt ad regnum cœlorum, quàm alii
beati & ſecuri, qui ſe ex operibus & benefactis ſuis
ſatis putant eſſe juſtos. Deus, inquit, Pighius, opera
I præparatoria requirit: deinde pollicetur ſe gratia ſua
non defuturum. Hæc prorſus eſt ſententia Pe-
lagianorum, cui Sacræ literæ planè adverſantur.

Illæ

Digitized by Google

Phil.2.13. Phil.1.6.

Illæ enim docent, Deum eſſe, qui det & velle & perficere pro ſua bona voluntate: Deum eſſe, qui incipiat in nobis opus bonum, illudque perficiat uſque ad diem ſuum: Deum eſſe à quo ſolo nos habeamus ſufficientiam: quum alioqui nos idonei non ſimus, qui cogitemus aliquid ex nobis, tanquam ex nobis. Apparet ergo, Pighium confundere iura divina, & ea quæ ſunt in Sacris literis benè conſtituta perturbare.

68 Adhæc, quum nos dicamus, ad iuſtificationem non ſatis eſſe fidem hiſtoricam, mirari ſeſe fingit, qualémnam fidem hiſtoricam intelligamus. B Nam ſi ea, inquit, omnia quæ ſcribuntur in Sacris literis, appellant hiſtoriam: an volunt aliam nobis fidem importare, qua credamus ea quæ non ſint in Scripturis? Nos verò non rejicimus fidem hiſtoricam, quaſi fingere velimus nova aliqua objecta fidei, præter ea quæ produntur in Scripturis, aut ex illis efficaciter concluduntur: ſed requirimus aſſenſum non vulgarem, aut frigidum, qualis eſt illorum, qui ea C quæ legunt in Sacris literis probare ſolent, humana perſuaſione & probabili credulitate adducti, quemadmodum hodie Iudæi & Turcæ multa nobiſcum confitentur & credunt. ſed certum, & firmum, & efficacem, & ab afflatu Spiritus S. profectum, qui cor atque animum immutet & refingat, bonoſque motus & ſancta opera ſecum trahit: Ita dicimus aliam eſſe fidem efficacem, alium aſſenſum hiſtoricum. Eam autem quam deſcripſimus, fide nos iuſtificari, triplex habemus teſtimonium. D Primùm, Spiritus S. qui teſtificatur ſpiritui noſtro nos eſſe filios Dei: alterum, eſt Scripturarum: tertium, operum. Contrà verò, qui ſtatuunt & clamant hominem iuſtificari ex operibus, nullum habent idoneum teſtimonium. Spiritus enim ſanctus id non ſuadet, Sacræ literæ negant, opera tantùm proferuntur, eaque ſine pietate ac fide: qualia olim erant veterum Ethnicorum & hodie ſunt multorum qui in Chriſtum non credunt, & à Deo ſunt alieni. Sed ridiculum eſt, quod locum etiam è cap. 66. Eſaiæ citavit: E quo vel ſolo ejus cauſa maximè iugulatur. Ad quem, inquit Deus, reſpiciam, niſi ad pauperculum, contritum corde, & trementem ad verba mea? His verbis Pighius putat ſignificari, opera illa quibus Deus adducatur ad nos iuſtificandos. Longè autem aliter ſe res habet: Scopus enim Prophetæ fuit, ut deteſtaretur ſuperſtitionem Iudæorum. Illi enim neglecta interiori animi pietate, fidebant tantùm externis ceremoniis. Itaque hoc Deus Prophetæ voce damnavit, quamque id ſibi odioſum eſſet, declaravit. F Cœlum, inquit, mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum: Ac ſi diceret, Templum illud veſtrum, quod vos tantopere iactatis, nihil moror. Cœlum enim eſt ſedes mea, qualem vos ſedē fingere & fabricari non poteſtis: & terra ornata omni genere & varietate plantarum, animantium, herbarum, florum, eſt ſcabellum meorum pedum. Vbi igitur erit domus illa, quam ædificabitis mihi? Et ubi erit locus quietis meæ? Mox ut oſtendat, non eſſe illud templum manu extructum, Omnia inquit, hæc fecit manus mea: & cuncta iſta facta ſunt, G dicit Dominus. Ex quibus verbis docemur, Deum iſtis rebus, & ornamentis externis, & ſumptuoſis ædificiis per ſe non delectari: ſed fidem in primis, & internam animorum pietatem requirere, ut in illis poſſit habitare. Qui autem ſint credentes, & verè pii, oſtenditur certis illorum & propriis notis. Quicunque pauperculus eſt, & videt ſe carere iuſtitia: &, quicunque eſt contritus corde, hoc eſt, afflictus in hoc ſeculo: quicunque moderati & dejecti ſpiritus, non autem arrogantis & elati: H quicunque magna reverentia & timore recipit verba Dei, is optimo iure poteſt inter eos numerari. Illa ſunt certa argumenta, & quaſi proprii colores fidei & veræ pietatis. Poſtea addit Propheta, quo loco apud Deum ſint opera quantumlibet ſpecioſa hominum non credentium, nec adhuc renatorum. Qui mactat bovem inquit, perinde eſt ac ſi occidat hominem: & qui ſacrificat pecus, quaſi qui iugulet canem: & qui offert *Mincha*, veluti qui offerat carnem ſuillam: & qui mentionem facit thuris, quaſi qui benedicat iniquitati. I Hæc omnia genera oblationum & ſacrificiorum, præcepta erant, & conſtituta in Lege Dei: quę tamen facta ab animo

Diſcrimē fidei efficacis & hiſtoricæ.

Rom.8.16.

Quomodo nos fide iuſtificatos eſſe conſtet?

Eſa 66.2.

Eſa 66.1.

A impuro & alieno à Deo pro peccatis graviſſimis habebantur. Quare ex iſto loco Pighius nihil habet, quo errorem ſuum tueatur, nos autem ex eodem ſententiam noſtram appoſitiſſimè & veriſſimè confirmamus. Præclarum verò diſputatorem & acutum, qui ea pro ſe adferat, quæ contra ipſum ita perſpicuè & apertè faciant!

69 Sed illud etiam arripit ex Epiſt. ad Hebr. Accedentem ad Deum, oportet credere quod Deus ſit, & quòd ſit remunerator quærentibus ſe. Ex his verbis videtur velle concludere, iuſtificationem dari illis, qui Deum quærant, bonis videlicet operibus. Sed diſtinguere debuit inquirentes Deum, quod Paulus etiam fecit: nimirum, quòd alii eum quærant ex operibus, alij ex fide. Hanc diſtinctionem Paulus oſtendit, nec diſſimulat quid ex ea ſequatur. Ita enim ſcribit ad Romanos: Iſrael qui ſectatur iuſtitiam, ad Legem iuſtitiæ non pervenit: quoniam ex operibus & non ex fide. Quare qui quærunt Deum, ut ab eo iuſtificentur ex fide, quemadmodum Apoſtolus docet, aſſequuntur id quod optant: illi verò qui iuſtificari volunt ex operibus, excidunt à iuſtificatione. Deum verò remunerari opera quæ fiunt ab hominibus regeneratis, & per quæ contendunt ad brabeum æternæ ſalutis, nos negamus. Verum id ad hanc quęſtionem non attinet. In præſentiam enim nihil de hoc operum genere controvertitur: ſed tantùm de illis, quæ fiunt ante regenerationem. Illa Pighius contendit habere mercedem ſuam & merita eſſe qualiacunque iuſtificationis. Neque verò id ejus cauſam quicquam levat, quòd affirmat hoc genus meriti non redundare in Deum, aut illum nobis facere debitorem, aut adæquare id quod rependitur. Hæc enim etſi illi videantur tantum facere ad extenuandā meritorum dignitatem, omnem meriti rationem prorſus auferunt. Quicquid enim boni homines faciunt etiam poſt iuſtificationem, id illorum non eſt proprium. Deus enim id in illis operatur. Deinde etiam univerſum illud iam antea Deo obligatum eſt: neque quicquam efficere boni, aut illi dare poſſumus, quod non ſit ejus. Tollendum ergo prorſus eſt omne meritum, non tantùm in illis qui iuſtificati adhuc non ſunt, ſed etiam in iuſtificatis. Verùm Pighius, quò facilius perſuadeat, proponit ſimile de quodam hero, qui complures habeat ſervos: quibus ille ut opus aliquod ſtudioſius & celerius perficiant, conſtituat præmium. Quis inquit negabit, illos ſervos opere celeriter & ſtudioſè confecto propoſitum præmium promeruiſſe? Nos, quid ex hoc ſimili concludi poſſit, excutiemus paucis. Si per ſervos intelligat homines in Chriſto regeneratos, fatebimur, Deum proponere mercedes & præmia, quibus incitemur ad ſanctè vivendū, nec negabimus, tales dici poſſe recipere mercedem: non tamen eos dabimus, verè ac propriè mereri palmam æternæ felicitatis. Et noſtri ſcriptores quidam, ut oſtendant hoc ad iuſtificatos pertinere, utuntur ſimili, non de hero & ſervis, ſed de patre & filiis. Patres enim ſæpe ſolent veſtem, pileum, aut pecuniam, quæ alioqui filiis ultrò daturi erant, tamen ad ſtudium illorum acuendum cum certa aliqua conditione proponere: verbi gratia, hoc aut illud habituros, poſtquam hunc aut illum libellum perdidicerint. Hîc nemo, qui velit ſignificanter & propriè loqui, dicere poteſt, filios illos opere confecto, propoſita munuſcula promeruiſſe: Illa enim pater donat gratis & liberaliter. Sed Pighius ait de ſervis, hoc eſt de hominibus nondum renatis. Talibus autem nulla bonorum præmia à Deo eſſe propoſita, undénam tandem monſtrare poteſt? Aut unde probabit, talium hominum opera, cùm adhuc, uti docuimus, peccata ſint, Deo placere poſſe? Quod cum ita ſit, illis non tam præmium, quàm ſupplicium proponitur. Verùm ut res melius intelligatur, conferamus inter ſe filios & ſervos. Filij etiam nihil agentes, hæreditatem tamen paternam adeunt, modò eam tantum velint recipere. Servi autem quantumvis laborent, tamen hæreditatem cum filiis non habent. Hoc ita clarum eſt, ut longiori explicatione non egeat.

70 Sed ut illud nobis extorqueat, quod dicimus, ſi opera ad iuſtificationem requirantur, imminutum iri honorem Chriſti, quaſi ejus unius meritum non ſatis potuerit nos Deo reconciliare. Ego, inquit,

Hebr.11.6.

Duplex genus inquirentium Deum.

Rom.9.30. & 10.3.

Meritū aufertur & à nō iuſtificatis & à iuſtificatis.

Simile.

Simile.

Collatio inter ſervos & filios.

Chriſto nihil aufero, integrum illi ſalvumque relinquo honorem ſuum. Quæſo vero te, quomodo non adimis, cùm opera ad iuſtificationem noſtram exigas, atque ita exigas, ut dicas, Deum illa magis reſpicere quam fidem? Verum ita explicat ænigma ſuum, Chriſtum in illo ſuo ordine, cauſam eſſe ſufficientem: ac ſi diceret, ſi loquamur de reconciliatore, & de ſacrificio quo reconciliemur Deo, Chriſtus unus eſt ſatis. Sed nos ad illud beneficium niſi per multa opera non poſſumus eſſe præparati & idonei. Non poſſum equidem non mirari, ubi huius tanti Sophiſtæ acumen ſit. Quaſi verò illi, contra quos Apoſtolus diſputat, unquam dixerint, opera requiri ad iuſtificationem tanquam principia extrinſeca. Certè illi quoque idem volebant quod Pighius, opera eſſe purgationes quaſdam & præparationes animorum. Adhæc quis neſcit, oblata univerſali propoſitione, licere ad omnes ejus propoſitiones ſingulares, id quod in ea aut affirmatum, aut negatum ſit, accommodare? Paulus igitur, quum negat hominem iuſtificari ex operibus, omnia operum genera excludit, quocunque in ordine ea poſueris. Sed Pighius addit, Deum iſta opera requirere, ut iuſtificationem nobis gratis imputet. Quicunque ſe vel leviter exercuerit in ſacris literis, facile intelliget, iſtum cũ Paulo pugnare ex diametro. Ille enim in Epiſt. ad Rom. ait, Ei qui non operatur, merces imputatur ſecundum gratiam. Pighius vero, Ei inquit qui operatur, Deus iuſtitiam gratis non imputat. Imputare autem gratis, & non imputare gratis, quivis puer videt eſſe contradictoria. Sed expende, Lector, hoc dilemma: Opera iſta quæ dicit, vel proſunt ad iuſtificationem, vel non proſunt. Si non proſunt, cur ea vocat præparationes? Nam inter cauſas, numerantur etiam præparatoriæ. Sin autem ea prodeſſe dicet, & vere eſſe cauſas præparatorias, quo ore affirmare poteſt ſe nihil detrahere de honore Chriſti, ſed illum ſtatuere integram eſſe & abſolutam cauſam iuſtificationis noſtræ? Sed fortaſſe hoc dilemma quiſpiam in nos convertet de operibus illis, quæ ſequuntur iuſtificationem. Nam vel utilia, inquit, ſunt ad felicitatem conſequendam, vel non ſunt utilia. Si non ſunt, cur exiguntur? aut cur illis proponuntur promiſſiones? Si autem ſunt, cur in illis meritum non conſtituitur? Reſpõdeo huiuſmodi opera prodeſſe hominibus renatis, quòd illi rectè atque ordine agentes inſtaurantur, & redduntur perfectiores. Id autem nihil aliud eſt, quàm inchoatio quædam, & tanquam participatio æternæ vitæ. Deinde viſum eſt Deo, per huiuſmodi media, vel potius per huiuſmodi ſpatia, perducere homines ad æternam felicitatem. Merita verò appellare non poſſumus. Paulus enim diſertè docet, ſtipendium peccati, mortem eſſe: gratiam autem, eſſe vitam æternam. Quod autem gratis datur, prorſus excludit meritum. Interea vero cogitare nos oportet, magnum diſcrimen eſſe, ut ſæpe docuimus, inter opera illorum qui adhuc ſunt à Chriſto & Deo alieni, & eorum qui iam per gratiam in Chriſtum ſunt inſiti, & facti eius membra.

Rom.4.4.

Ad quid proſint bona opera poſt iuſtificationem?

Rom.6.23.

Quod gratis datur, excludit meritum.

71 Poſtea id etiam confutare vult quod dicimus, hominem iuſtificari per fidem, quæ reſpiciat promiſſiones de Chriſto & de remiſſione peccatorum: quaſi ſtatuamus fidem proprium eſſe correlativum hujuſmodi promiſſionum. Eam enim ait ex æquo ſpectare omnia, quæ proponuntur in Sacris literis. Imò inquit, rem Deo non minus gratam facit, qui credit mundum ab eo fuiſſe conditum, aut tres perſonas divinæ Trinitatis, aut futuram reſurrectionem: quàm qui credit, Chriſtum datum eſſe mediatorem noſtrum, & per illum impetrandam eſſe remiſſionem peccatorum. Illa enim fides non minus digna eſt quàm altera. Et, ſiquidem fide iuſtificamur, contendit, fidem eam non minus eſſe aliorum articulorum, quàm remiſſionis peccatorum per Chriſtum. Idque putat probari poſſe ex eo, quod Paulus ſcribit in 4. cap. ad Rom. Non autem propter illum tantum hæc ſcripta ſunt, ſed & propter nos, quibus imputabitur credentibus in illum, qui excitavit Chriſtum à mortuis. Ecce inquit, ea fides imputatur nobis ad iuſtitiam, qua credimus Deum reſuſcitaſſe Chriſtum à mortuis: non autem illa, qua credimus peccata per Chriſtum condonari. Primùm hîc nos fatemur, fidem noſtram aſſentiri omnibus quæ in Sacris literis continentur. Sed quum inter illa ſit una veritas præcipua & eximia, in qua aliæ omnes diriguntur, videlicet Chriſtum Filium Dei pro nobis paſſum eſſe, ut per eum acciperemus condonationem peccatorum: quid mirum, ſi fides noſtra hoc unum præcipue reſpiciat? Nam noſtrum aſſumptum Paulus probat: Ait enim, Chriſtum eſſe finem Legis. Quum ergo ille ſit finis omnium Scripturarum, erit etiam ſumma & præcipuum objectum noſtræ fidei: quamvis alioqui alia quoque omnia, quæ continentur in Sacris literis, fide noſtra complectamur. Quod addit, illam fidem de aliis articulis non minus eſſe Deo gratam, quam iſtã de Chriſto, & remiſſione peccatorum: id primum poſſemus dicere non eſſe verum, ſi dignitatem actionis fidei rectè perpendas. Fidei enim, ut aliarum ejus generis facultatũ, dignitas, trahitur ex obiectis. Prout enim illa præſtantia & dignitate inter ſe differunt, ita aſſenſiones fidei, aut inferiores videri debent, aut ſublimiores. Quum igitur Deus ita voluerit Filium ſuum mori, & homines per illum reconciliari, ut propter iſta omnia alia inſtituerit credenda quæ habentur in Sacris literis: non poſſumus ambigere, hæc illi multò magis placuiſſe quàm alia: quoniam ea in iſta, tanquam in fines diriguntur. Vulgata autem eſt illa regula apud Dialecticos, Propter quod unumquodque tale, illud ipſum erit magis tale. Actio ergo fidei, qua aſſentimur nobiliſſimæ iſti veritati, aliis fidei actionibus præſtare debet. Atque ita non erit res perinde Deo grata, ſive hoc, ſive illud credas. Si uteremur hac reſponſione, ſat ſcio, non poſſet à Pighio refutari. Verùm addimus, fruſtra illum contendere de maiori, aut minori dignitate fidei, quòd ad hunc aut illum articulum attinet. Non enim iuſtificamur ex dignitate fidei. Ea enim in quovis homine, debilis & infirma eſt. Sed idcirco dicimus, nos fide iuſtificari, quòd ea, velut inſtrumento ad hoc dato & facto à Deo, Chriſtum nobis applicamus, & condonationem peccatorum apprehendimus. Dignitas ergo ejus, aut indignitas, fruſtra expenditur. Quod autem adfert ex cap. 4. ad Romanos, truncatum adfert & mutilum. Nam ſi legas ſententiam plenam & perfectam, facilè & videbis diſertam ibi mentionem fieri de morte Chriſti, & de remiſſione peccatorum quam per illum adepti ſumus. Dicit enim Paulus, imputatum iri nobis quemadmodum Abrahamo, ſi crediderimus, Deum excitaſſe Dominũ Ieſum Chriſtum à mortuis, qui traditus fuit propter delicta noſtra, & ſurrexit propter iuſtificationẽ noſtram. Nonne hîc ſatis perſpicuè dicitur, oportere nos credere, illum Ieſum Chriſtum, quem Deus reſuſcitavit, mortuum fuiſſe & reſurrexiſſe, ut nos iuſtificaremur, & nobis omnia delicta condonarentur? Turpiſſimum certè eſt, hominem Theologum, res ita perſpicuas videre nolle.

Chriſtus eſt præcipuũ obiectum noſtræ fidei.

Dignitas fidei, ex obiecto trahitur.

Rom.10.4.

Non iuſtificamur ex dignitate fidei.

Rom.4.24.

72 Poſtea cavillatur de fide particulari, qua dicimus, quemque verè credentem in Chriſtum pro re certiſſima habere oportere, peccata ſibi eſſe condonata. Hujuſmodi fidem negat inveniri in Sacris literis. Itaque hoc noſtrum tantum commentum & inventum eſſe. Hîc quidem temperare mihi non poſſum, quin dicam, Pighium luculenter mentiri. Dicat enim ipſe mihi, Quid credidit Abrahamus cùm iuſtificaretur, niſi reddendas eſſe ſibi aliquando promiſſiones illas Dei? Cui enim veriſimile eſt, illum eas credidiſſe reddendas, niſi ſibi? Idem de Moſe, de Davide, deque aliis multis dici poteſt: quos certum eſt credidiſſe, promiſſiones à Deo ſibi factas, ſibi ſingulariter reddendas eſſe. Et quid, quæſo, voluit ſibi Chriſtus, cùm diceret paralytico, Fili, remittuntur tibi peccata tua? cumque mulieri diceret, Fides tua te ſaluam fecit? Et Paulus nonne de Chriſto ita loquitur ad Galatas, Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me? Quid poteſt his verbis eſſe apertius? Eat nunc Pighius, & iactet, iſtam propriam & ſingularem fidem nos primùm reperiſſe: & clamet oportere unumquemque hominem Chriſtianum, credere promiſſiones factas tantum indefinite, non autẽ fas eſſe, utquiſque noſtrum eas ſeorſim ſibi accõmodet. De nobis enim ipſis debemus credere, non de aliis. Nam de aliis falli poſſumus, credantne, an nõ credant. Id autem de nobisipſis exploratũ & certum

Cuique ex fide de ſalute conſtare,

Mat.9.2.

Ibid.v.22.

Gal.2.20.

habere

habere poſſumus. Indefinitas promiſſiones Dei quiſque credat quoad alios, quia neſcimus quiſnam ſit prædeſtinatus, & quis ſit reprobatus: de ſemetipſo vero quiſque fidelis non oportet ut dubitet, ſed credat promiſſionem quoad ſeipſum eſſe determinatam, ex quo ſe verè credere animadvertit. Adhæc cùm promiſſiones univerſali propoſitione proponantur, licet ex eis veriſſimè conficere illarum ſingulares. Dicit autem Chriſtus in Ioanne, Hæc eſt voluntas Patris, ut omnis qui videt Filium, & credit in eum habeat vitam æternam. Sic ergo inferimus, At ego credo in Filium Dei: Ergo habeo iam, & habebo id quod promiſit.

Ioan.6 40.

Hebr. 11 17.

73 Pergit Pighius, utque doceat fidem de quovis alio articulo, non autem eam tantum quæ fertur in Chriſtum de remiſſione peccatorum iuſtificare, utitur exemplo Noë. Eum enim ait credidiſſe illa tantum, quæ pertinebant ad ſalutem domus ſuæ, & ad interitum orbis terrarum: atque ex hac fide eum ait fuiſſe iuſtificatum. Hic inquit nulla mentio fit de Chriſto, aut de remiſſione peccatorum. Sed iſte mihi non videtur ſatis diligenter legiſſe ea, quæ Petrus ſcribit in priori Epiſtola ſua cap.3. Ait enim Petrus, Cùm ſemel expectabatur Dei lenitas in dieb. Noë, cùm appareretur arca: in qua paucæ, hoc eſt octo animæ ſervatæ ſunt per aquam: cujus figuræ reſpondens nunc Baptiſmus, nos quoque ſalvos reddit: quo non carnis ſordes abjiciuntur, ſed quo fit, ut bona conſcientia, bene reſpondeat apud Deum. Quod Petrus vidit ſignificatum fuiſſe per arcam, perque ea quæ Noë geſſit, id putare poſſumus, eundem illum Patriarcham non vidiſſe? Hoc certè eſſet illi nimium detrahere. Quòd ſi ea vidit quæ produntur à Petro, credidit, non tantum ea quę tum gerebantur, ſed etiã ea quæ per Chriſtum expectabantur efficienda: ideóque per huiuſmodi fidem iure optimo ſcribitur ad Hebræos, illum factum fuiſſe hæredem iuſtitiæ. Sed hæc Pighius parùm curat: qui modò nobis adverſetur, nihil dubitat cum ipſis etiam Apoſtolis dimicare. Neque enim veritus eſt affirmare, Adamum primum illum noſtrum patrem iuſtificatum fuiſſe, non tamen illa fide, quam nos dicimus, de remiſſione peccatorum per Chriſtum. Illa enim de re nullam eum habuiſſe promiſſionem, quod quidem appareat ex Sacris literis. Verùm & longe fallitur, & patrum ſuorum, quos videri vult tanti facere, oblitus eſt. Nonne idem dicebatur Adamo, quod ejus uxori Evæ à Deo promittebatur, videlicet, ejus ſemen contriturum eſſe caput ſerpentis? Chriſtus ſemen illud fuit: iſque caput & vires Diaboli ita fregit, ut iam nec peccatum, nec mors, nec infernus, ejus membris quicquam nocere poſſit. Hunc locum ſic interpretantur omnes ferè Patres. Verùm Pighius, quod minus etiam ferendum eſt, auſus eſt dicere, iuſtificationem nobis per promiſſionem non dari. Qua ſane in re palam adverſatur Paulo. Is enim ita ſcribit ad Galatas, Abrahamo autem dedit Deus per promiſſionem. Dubitari autem non poteſt, eodem modo dari nobis, quo data eſt Abrahamo. Sed ſcire debemus promiſſionem bifariam ſumi poſſe: vel pro re promiſſa, atque ita dubium non eſt, nos iuſtificari per promiſſionem, id eſt, per Chriſtum & per condonationem peccatorum, quæ promiſſa eſt credentibus: vel pro verbis ipſius Dei ſumitur, quibus nobis per Chriſtum pollicetur veniam peccatorum. Atque hoc etiam modo dici poſſumus iuſtificari, per promiſſionem. Etſi enim cauſa iuſtificationis noſtræ ſit mera voluntas Dei & miſericordia, tamen ea non offertur, aut ſignificatur nobis, niſi per verba promiſſionum, & per ſacramenta. Hæc enim habemus tanquam certa teſtimonia divinæ erga nos voluntatis. Atque ita niſi fides deſit, qua oblata apprehendamus, per promiſſiones iuſtificamur.

1 Pet.3.20.

Noë fide in Chriſtum eſt iuſtificatus.

Hebr.11.7.

Adamus fide iuſtificatus eſt qua credidit remiſſionem peccatorũ per Chriſtum.

Gen.3.15.

Gal.3.18.

Diſtinctio promiſſionis.

74 Poſtea Pighius, ut probet Deum plus tribuere operibus quàm fidei, citat locum ex c.22. Geneſ. ubi deſcribitur egregium illud factum Abrahami, illum non recuſaſſe unicum filium ſuum mactare, atque offerre Deo: ideoque Deum illi de cœlo dixiſſe, Quoniam feciſti hanc rem, iuravi per memetipſum, quod benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo ſemen tuum, ut ſit tanquam ſtellæ cœli & arena maris: portas inimicorum ſuo-

Gen.22.19.

A rum poſſidebit, & in te benedicentur omnes gentes: Ecce inquit, hic promiſſiones dantur propter opera: & interpoſitum eſt fideliſſimum iusjurandum. Fidei autem nulla facta eſt mentio. Magis ergo ait, Deum opera ſpectare, quàm fidem. Hæc ille magno hiatu: Sed parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Vnde ſi quæras, quid mihi de hac re videatur, reſpondebo, pulcherrimam eſſe & præclariſſimam hiſtoriam: ex qua tamen colligi non poſſit id, quod iſte clamat. B Primùm, hîc mentio nulla fit iuſtificationis. Quid ergo hoc facit ad rem eam, de qua nunc agimus? Quoties aliquid reuocatur in dubium, oportet ad loca certa recurrere, in quibus de eadem illa re agatur: non autem ad ea, in quibus reſponderi poſſit, aliud agi. Hujuſmodi ille locus eſt, qui de hac re citatur à Paulo: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quod autem ad hanc hiſtoriam attinet, non invitus concedo, Abrahamum ex illo opere amplius quiddã eſſe conſequutum, quàm prius C habuerat ex fide: non quidem aut ſubſtantia, aut numero, aut quantitate promiſſionum, ſed ſolida & firma certitudine. Etſi enim non dubitarit, quæcunque crederet, Deum ea ſibi bona fide redditurum: poſtea tamen, quum egregia illa facta edidiſſet, certius illi conſtabat fidei ſuæ veritas, & conſtantia promiſſionis, & vis iuſtitiæ imputatæ. Hæc ego non diffiteor Abrahamum ex illo præclaro opere fuiſſe adeptum. Quid hic eſt, quod iactet Pighius? Quid hîc noui promittitur? Quod fœdus inauditum, aut novum D iusjurandum inducitur? Nihil hîc recenſetur, quod non antea fuerit commemoratum. Nam fœdus quod hic icitur, antea fuerat conſtitutum, partim in Circunciſione commendanda: partim in illo ſacrificio, in quo iubebatur animantia dividere, partim ad dexteram, partim ad ſiniſtram: ac ſi illi qui iurarent, & fœdus percuterent, per medium eſſent tranſituri. Nam ille mos, ut illud obiter dicam, etiam apud Athenienſes fuit in uſu: quemadmodum Demoſthenes docet in Oratione contra Ariſtocratem. E Adhæc negare nullo modo poſſumus, Abrahamum antea fuiſſe iuſtificatum. Etenim iam antea dictum fuerat, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quod cùm ita ſit, etſi poſtea aliquid promiſſionis addatur, tamen id contra nos nihil facit. Non enim negamus, opera illa quæ ſequuntur iuſtificationem, & bona eſſe, & Deo placere: eaque quamvis gratis, tamen magnis & amplis muneribus ab eo compenſari. Id nunc tantùm supereſt, ut oſtendamus aliam rationẽ intelligendi illam clauſulam, F Quia feciſti hanc rem, &c. Ea autem pertinet ad certitudinem, de qua ante mentionem fecimus: quæ, uti diximus, eſt ex effectis, &, ut loqui ſolent, à poſteriori. Quod ne putes meum commentum eſſe, legas Auguſtinum in Quæſtionibus ſuper Geneſin. Expendit enim illa verba, Nunc cognovi quòd timeas Deum. An Deus, inquit, hoc prius ignoravit? An illi opus fuit hoc experimento, quum ſit ſcrutator renum & cordis? Nihil minus, inquit. Nam hic, cognoui, nihil aliud eſt quàm feci te cognoſcere, aut clarum & maG niſeſtum reddidi. Hic ergo ratio promiſſionum non redditur per cauſam: ſed eodem planè modo, quo de muliere peccatrice dictum eſt, Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quo de loco ita multis actum eſt à me ſupra, ut nunc nihil ſit opus repetitione.

Gen.15 6.

Rom.4 3.

Gen 17.10.

Gen.15.9.

Mos Athenienſium.

Gen.22.12.

Luc.7.47.

75 Aliam Pighius objectionem corraſit ex 18. cap. Ezechielis: Si impius, inquit Propheta ſub perſona Dei, egerit pœnitentiam de omnibus iniquitatibus ſuis, & omnia mandata mea fecerit, omnium H iniquitatum eius non recordabor amplius. Hîc, inquit Pighius, videmus iuſtificationem, quæ eſt condonatio iniquitatum, non promitti fidei, ſed perfectæ pœnitentiæ & obſervationi legis Dei. Hîc verò ita illi ſurgunt criſtæ, quaſi nos omnino oporteat cedere. Verùm argumentum ſi propius conſideres, inane eſt ac futile. Facilè enim concedimus, ſi quis perfectè egerit pœnitentiam de omnibus iniquitatibus ſuis, & fecerit omnia mandata Dei, eum habiturum iuſtificationem ex operibus. Nemo noſtrum unI quam hoc negavit: ſed hoc opus, hic labor eſt, ut invenias aliquẽ, qui, quum nondũ ſit iuſtificatus, hoc præſtiterit. Et ubi quæſo, nunc eſt, Pighi, tua illa interpre-

Ezec.18 27.

ratio, qua ſupra dicebas, Deum non requirere, ut omnia mandata perficiamus, ſed eum pro ſua miſericordia multa remittere? Hic enim adduxiſti apertiſſimum contra teipſum teſtimonium. Sed ut redeamus ad rem. Cùm homo nec præſtet, nec etiam præſtare poſſit ea, quæ & à Propheta & à Lege proponuntur, quid ſupereſt, niſi ut ſupplex accedat ad Chriſtum, & ab eo gratis accepta iuſtificatione per fidem, agat ex gratia & ſpiritu iam ſibi dato perfectam pœnitentiam, ut hîc haberi poteſt, & inchoata obedientia parere incipiat legi Dei? Tractanti mihi hoc argumentum, venit in mentem, veteris Philoſophi Antiſthenis. Nam cùm iuvenis quidam glorioſus ejus auditor, iactaret ſe habere navim onuſtam optimis mercibus, cumque ea appuliſſet, ſe velle illum donare præclaro munere, atque hanc cautionem ſubinde occineret, & moleſtus eſſet audienti,

Antiſthenes.

Antiſthenes eum adduxit in forum, & ex officina quadã petiit aliquot ulnas panni: Quo accepto, cum Antiſthenes non ſoluto pretio inciperet abire, mercator eum revocavit: Heus inquit, bone vir, antequam abeas, cedò pecuniam. Tum Antiſthenes oſtendens iuvenem, Iſte, inquit ſolvet, ubi ejus navis appulerit. Ita ego reſpondeo Pighio, Cùm aliquem oſtenderis, qui, cùm nondum ſit regeneratus, ſuis viribus agat pœnitentiam de omnibus peccatis ſuis, & obſervet omnia mandata Dei, dicemus eum iuſtificari ex ſuis operibus. Sed quando appellet hæc navis? Deſinat ergo iactare verba Legis. Ea enim quæcunque ſunt, ſive ad promiſſiones, ſive ad præcepta pertineant, hoc pacto interpretabimur.

Matt. 7. 21.

Sed addit, Chriſtum etiam dixiſſe, Qui fecerit voluntatem Patris mei, ingredietur in regnum cœlorum: non autem inquit Dominus dixit, Qui crediderit. Imò inquam ego, alibi dixit, & nullam mentionem fecit operis.

Ioan. 6. 40.

Hæc enim, inquit, eſt voluntas Patris mei, ut qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Ne igitur poſthac neget Pighius, id à Domino nuſquam eſſe dictum. Verùm, ne quis putet Scripturas loqui pugnantia, reſpondeo, iſta duo non pugnare, ſed ſecum optimè convenire.

Ibid. v. 29.

Pighius per voluntatem Patris, intelligit magnum cumulum bonorum operum: at Chriſtus, hoc inquit eſt opus Dei, ut credatis. Hanc autem actionem credendi, ſequuntur alia multa bona opera. Non ergo pugnant ſecum Sacræ literæ. Argumentum verò Pighij, relinquitur infirmum & inefficax. Sed Pighius quoniam videt ſe premi verbo Dei, quod ita ſæpe occurrat in Sacris literis; Hominem iuſtificari fide, illud ait intelligendum eſſe, de fide viva & efficaci, quæ ſecum conjunctas habet alias virtutes:

Fide efficaci iuſtificamur.

Quaſi verò nos de alia fide unquã locuti ſimus. Si hoc dicat ex animo idem credit quod nos. Seponatur ergo contentio, & compoſita lite omnes idem ſentiamus. Sed nòn patitur Pighius iniri hanc concordiã. Poſtea enim, cùm vellet explicare, quomodo iuſtificemur gratis, ait hoc nihil eſſe aliud, quàm Deũ opera fidei, ſpei & charitatis, velle nobis gratis imputare ad iuſtitiam. Quid hoc eſt? Iſte certè mihi videtur non ſano iudicio legere ſcripturas: ſed corrupto affectu illas pro ſua libidine torquere. Vbi enim ſunt opera, ibi Paulus negat eſſe imputationem gratuitam:

Rom. 4. 4.

iſta enim duo inter ſe pugnare. Pighius ergo, quum ea velit conjungere, nonne videtur apertiſſimè pugnare cum Apoſtolo?

Smithæus.

76 Hæc Pighius: cui Smithæus noſter, octavus Græciæ & primus Angliæ ſapiens, ſeſe adjungit ſocium, ut Theſeus Herculi. Re autem vera nihil adfert, quod non ex iſtius & aliorum ſimilium lacunis hauſerit. Primùm ait, fidem non eſſe de remiſſione peccatorum: itaque nos ineptè fingere, ex ea haberi poſſe iuſtificationem.

Fidem eſſe de remiſſione peccatorum.

Fides enim, inquit, qua Chriſtiani diſcernuntur à non Chriſtianis, eſt in Chriſtũ Ieſum. Idque etiam, quaſi permagni referret, probare voluit ex ſacris literis & ex teſtimonio Hieronymi.

Nomen Ieſu.

Sed reſpondeat iſte mihi, ſi quid unquam didicit Hebr. iſtius nominis, Ieſu, quæ ſit ſignificatio? Certè apud omnes Hebræos *Iaſcha* eſt ſervare. Itaque Ieſus, poteſt Latinè rectè reddi, Seruator. At ſi, ut facilè credo, Hebraicè neſciat, at Angelo ſaltem credere debuit, qui ita interpretatus eſt illud nomẽ:

Matt. 1. 21.

Vocabis inquit, nomen ejus Ieſum, quia ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Quomodo ergo poteſt fides eſſe in Chriſtum Ieſum, niſi ſit etiam de remiſſione peccatorum per Chriſtum? Poſtea non veretur illud etiam citare ex Epiſtola Petri, Charitas operit multitudinem peccatorum.

1. Petr. 4. 8.

Ecce inquit, hîc condonatio peccatorum adſcribitur nõ fidei, ſed charitati. Qui velit idonea ſecuri uti ad iſtos nodos diſſolvendos, conſideret attentè ſacras literas, & diligenter videat, unde loca illa quæ citantur in Novo Teſtamento, ducantur ex Veteri. Sententia iſta Petri habetur fermè ex 10. cap. Prouerb.

Prou. 10. 12.

Ibi enim ita ſcribitur, Odium excitat conuitia, Quem enim quiſque odit, ejus crimina quantum maximè poteſt detegit & prædicat. Ex contrario autem, charitas fratris peccata tegit atque operit. Nam qui ſeſe mutuò verè diligunt, ſolent ſeſe mutuò defendere, & alter alterius vitia tegere, quantum ſibi licere vident per conſcientiam. Atque hæc eſt veriſſima ſententia Solomonis. Petrus ergo cùm vellet Chriſtianos adhortari ad charitatem, prudenter & aptè mutuatus eſt hanc ſententiam à Salomone. Id Smithæus cùm nec intelligat, nec cogitet, putat Petrum hoc ſenſiſſe, remiſſionem peccatorum obtineri per charitatem. Sed turpiſſimè fallitur, ut ſæpe ſolet. Verum iſtos miſſos faciamus: & hoc meminerimus, ſi quando patres videãtur tribuere iuſtitiam operibus, id intelligendum eſſe non de iuſtitia illa, quæ nobis à Deo gratis imputatur per Chriſtum, ſed de illa intrinſeca nobis inhærente, quàm rectè vivendo perpetuò acquirimus, & confirmamus. Aut ſi ea quæ dicunt, manifeſte pertineant ad iuſtitiam imputatam, hoc eſt, ad remiſſionem peccatorum, ſemper, ut ſupra docuimus, recurrendum eſſe ad fundamentum ipſorum bonorum operum, nimirum ad vivam fidem in Chriſtum. Quas regulas aliaſque ſimiles, ſi aduerſarij noſtri cogitarent, tam aperta mendacia, tam impudenter & obſtinatè non defenderent. Quanquam ſi de Pighio aliquid mihi pronunciandum ſit, quum eum videam nec hebetem eſſe, nec indoctum, non poſſum eum dicere ſeriò atque ex animo ſcripſiſſe de hoc negocio: ſed quum eam ſibi perſonam impoſuiſſet, iſta pro ludo & joco habuiſſe.

77 Nunc vt perſequar porrò ordinẽ eum, quem inſtitui, veniendum eſt ad Patres, ut videamus quantum illi à nobis faciant. Neque certè ad eam rem opus eſt magno numero teſtimoniorum.

Simile.

Vt enim ad intelligendum quo ſapore ſit aqua marina, opus non eſt ut mare univerſum ebibas: ita, ut intelligamus quid Patres de hac re ſentiant, non eſt opus ut omnia illorum dicta perluſtremus.

Irenæus.

Irenæus author vetuſtiſſimus, lib. 4. cap. 30. contra Valentinum, pauca quidem, ſed tamen aliqua de hac re ſcribit. Atque ea de cauſa, ego illum pauciora ſcripſiſſe arbitror, quòd iſta veritas, primis illis temporibus ita eſſet confeſſa & certa, ut non vocaretur à quoquam in dubium. Ex iſtis tamen paucis, ſatis intelligi poteſt quid ſenſerit: ut Protogenem aiunt, Appellem ex unica tantùm ducta lineola agnouiſſe. Ait ergo Irenæus, veteres Patres, eos etiam qui fuerunt ante Legem, iuſtificatos fuiſſe ex fide. Primum enim quum dixiſſet de Abrahamo, aſcendit ab illo ad Lothum, ad Noe, ad Enoch: poſtea addit rationem, cur illorum temporibus ſcripta non fuerit Lex.

Locus de Enoch.

Quoniam inquit, iam erant iuſti, quibus Lex non eſt poſita: Iuſti enim habent Legem ſcriptam in cordibus ſuis. Sed fortaſſe hoc teſtimonium ægrius admittes, quòd ibi Irenæus quum loquatur de Enoch, dicat eum miſſum fuiſſe legatum ad Angelos: quod videri poteſt apocryphum. Verùm id ego citatum puto, non tam ex libro aliquo apocrypho, quàm ex vetuſta aliqua traditione. Multa enim quaſi per manum tradita ſunt veteribus, non reſpuenda illa quidem, præſertim ſi non pugnent cum Sacris literis. Alioqui, ſi ea cauſa rejicimus hoc teſtimonium, cur Iudæ etiam Epiſtolam non repudiamus?

Iudæ v. 15.

Ille enim ſententiam etiam citavit Enochi, Deum cum millibus venturum ad iudicium. Quod autem Irenæus ait, Enochum functum fuiſſe legatione ad Angelos, id ita ſuſpicor intelligendum, ut Angelos illos dicamus fuiſſe viros principes & monarchas, aut natos ex familia Sethi. Nam ita in Geneſi filii Dei dicuntur vidiſſe filias hominũ, quòd eſſent pulchræ.

Gen. 6. 2.

Fortaſſe miſſus eſt ad illos Enoch à Deo, qui eos reprehenderet.

Atque

Tertullianus. Atque hæc ex Irenæo. Tertullianus in libello de Baptiſmo ait, Fidem integram habere ſecuritatem ſalutis. Non ergo nos ſoli particularem fidem inveximus de remiſſione peccatorum. Neque quenquam movere debet, quòd in illo libello defendit errores apertiſſimos de Baptiſmo, hortaturque homines, ut differant Baptiſmum uſque ad maturam ętatem, nec ad illum proponerent ante nuptias. *De Baptiſmo errores.* Etſi enim iſta non probemus, tamen ille interim dum iſta tractat, multa habet quæ contemni non debent: quæ tum temporis B recepta fuerunt, & confeſſa in Eccleſia. Ita Cyprianus quum agit de hæreticis rebaptizandis qui rediiſſent ad Eccleſiam, multa interim habet vera & gravia teſtimonia, quæ repudiare non poſſumus: quamvis in ſtatu ipſo quæſtionis ab eo penitus diſſentiamus. Et quis demum erit ex omni Patrum numero, qui non alicubi ſententiā aliquam defendat non probandam: quorum tamen opera univerſa non idcirco contemni debent? *Simile.* Nullum enim eſt malum punicum ita pulchrum, quod non habeat aliquod ſupputre granum. C

Origenes. 78 Veniamus nunc ad Origenem. Is in Iobum lib. 1. (ſi tamen illud opus eſt Origenis) ita ſcribit, Omnia quæ faciunt homines, ſive in virginitate, ſive in abſtinentia, ſive in corporis caſtitate, ſive in carnis ſuæ combuſtione, ſive in diſtributione bonorum ſuorum: ea inquam, omnia gratis faciunt, ſi non ex fide ea faciant. Hoc loco, quod ait gratis, omnes intelligunt eſſe fruſtra. *Gratis, pro fruſtra.* Quod certè Pighius ejuſque aſſeclæ non admittent. Volunt enim iſta, præparationes quaſdam eſſe ad iuſtificationem. D Sed Origenem cum illis, diſertis verbis pugnare, ea magis oſtendunt quæ ſequuntur. Sic enim ſcribit, Omnem ſanctitatem & iuſtitiam, quam facit aliquis extra fidem, eam gratis & in perditionem ſuam facit. *Rom. 14. 23.* Et citat ſententiam illam Pauli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Hoc in loco, ne Pighius quidem negare poteſt, Origenem ſtare à nobis: cumque in illam ſententiam accepiſſe verba Pauli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: quibus tamen clamat nos ſolere abuti. E Quanquam non tantùm Origenes, ſed etiam Auguſtinus, Baſilius, aliique Patres, ea verba ad eundem exponunt modum, ut ſupra oſtendimus. Injuriā ergo & impudenter nos accuſat. Verùm ſi dicet, non eſſe tantopere ſpectandum quid Patres interpretentur, ſed videndum eſſe, an locus in ipſo contextu ita poſſit accipi, laudabimus conſilium. Libenter enim recipimus provocationem à Patribus ad verbum Dei. Sed meminiſſe debet, non eſſe boni viri, ea reprehendere in aliis, quæ ipſe faciat. F Quare nos quoque viciſſim patiatur, cùm res poſtulabit, à Patribus provocare, ad Scripturas. Quod autem ad rem ipſam attinet, dictum eſt à nobis aliàs, ſententiam illam Pauli, ut habetur in eius Epiſtola, ita exponendam eſſe, ut ex ea confici poſſit, opera hominum non renatorum eſſe peccata. Addit poſtea Origenes, A quo accipiet mercedem? Ab eóne quem non requiſivit? quem non agnovit? cui non credidit? Non accipiet inquit, ab eo remunerationem, ſed iudicium, & iram, & condemnationem. Si hæc hujuſmodi operibus rependuntur, quis ea negabit eſſe peccata? G *Similia.* Deinde interponit ſimilitudinem: Quemadmodum inquit, qui ædificat ſine fundamento, ludit operam, & tantùm habet laborem & dolorem: ita is qui exædificare vult bona opera ſine fide. *Marc. 9. 23.* Et quemadmodum credenti, omnia ſunt poſſibilia, ut inveniat refrigerium apud eum in quem credidit: ita non credenti nihil eſt poſſibile. Vt ſine ſole terra non effundit fructus: ita niſi veritas Dei per fidem effulgeat in cordibus, fructus bonorum operum non naſcitur. H Ita enim inquit, eo toto anno quo Noe ſervatus eſt à diluvio, cum ſol non fulgeret, fructus in terra provenire non potuit. Hæc Origenes, illo loco quem citavimus, ex quibus hoc poſſumus conficere, fidē formare & perficere omnia bona opera quæ ſequuntur, non autem ut iſti neſcio qui finxerunt, ab illis accipere & mutuari formam ſuam. *Fidem formare opera.* Idem Origenes in 4. cap. ad Rom. ſic argumentatur: Si is qui credit Ieſum eſſe Chriſtum, natus eſt ex Deo, & qui ex Deo natus eſt, non peccat: certum eſt, eum qui credit in Chriſtum Ieſum, non peccare. I Genus argumentationis eſt Sorites, & probatur à Dialecticis. Eo enim ſæpe uti ſoliti ſunt Stoici. Aſſumpta hujus argumenti ne- A gari non poſſunt. Sunt enim petita è Sacris literis. Sed addit poſtea, Quod ſi peccat, eum certum eſt non credere. Hoc neceſſariò ſequitur ex ſuperiori concluſione: Nam ſi omnis, qui credit, non peccat: certè quicunque peccat, non credit. Rideat nunc Pighius, quod dicimus, per gravia peccata amitti fidem veram, aut ita conſopiri, ut ſuum actum non habeat: *Fidem gravioribus peccatis conſopiri.* Et exaggeret rem quantum poteſt, eum qui graviter peccet, nec Deum eſſe credere, nec reliquos articulos fidei. B Nobiſcum idem & ſentit & ſcribit Origenes. Sed addit etiam, ibi indicium eſſe veræ fidei, ubi non delinquitur: ut contrà, ubi delinquitur, infidelitatis. Rurſus addit in eodem capite. Si fortè id, quod ab Apoſtolo dicitur, iuſtificari ex fide, videatur pugnare cum eo quod dicitur gratis iuſtificari. (Nam ſi fides offeratur prius ab homine, non poſſe eum videri iuſtificari gratis) cogitandum eſſe fidem ipſam dari à Deo: idque probat multis teſtimoniis. At hoc Pighius noſter non probat: Ridet enim nos, quoties dicimus, C fidem haberi ex afflatu Spiritus ſancti. Ait enim mirum eſſe, Spiritum ſanctum velle in illis eſſe & operari, qui nondum credant. Idem in Leviticum lib. 3. cap. 3. Siclus inquit ſanctus, fidei noſtræ formam tenet. Si enim fidem obtuleris Chriſto, tanquam pretium arieti immaculato dato in hoſtiā, accipies remiſſionem peccatorum. Hic etiam diſertè habemus remiſſionem peccatorum impetrari fide; illa inquam fide, quæ dirigatur in Chriſtum, morti traditum, & ſacrificatum pro nobis. D His teſtimoniis, quæ nobis tulit Origenes, nihil poteſt eſſe clarius. Verùm iſti ita ſunt obfirmati, ut ab opinione quam ſemel ſuſceperunt defendendam, nolint abduci, etiamſi ſolem geras in manibus, ne fortè videantur cuiquam ſuorum malam cauſam defendiſſe.

Cyprianus. 79 Cyprianus, præter ea quæ ſupra diximus, de conjunctione fidei cum bona vita, ſcribit etiam lib. 1. ad Quirinum, fidem tantum prodeſſe, & nos tantum poſse, quantum credimus. Prior pars hujus ſententiæ E pertinet ad tertium articulum hujus quęſtionis: poſterior verò maximè facit ad id, quod nunc habemus in manibus. Mirabile certè dictu eſt, tantam eſse vim fidei, ut per eam poſſimus quicquid velimus. Non tamen ſatis habuit Cyprianus id abſolutè proponere, verùm id etiam multis variiſque teſtimoniis ſcripturarum confirmavit. Ex Baſilico autem & Gregorio Nazianzeno ſatis ea eſse volo, quæ ſupra à me citata ſunt. *Chryſoſtomus.* Chryſoſtomus in ſermone, quem inſcripſit de Fide, Lege naturæ, & ſpiritu, ait, fidem F ipſam per ſe poſse hominem ſervare. *Luc. 23. 43.* Et pro exemplo ponit latronem, quem ait tantùm confeſsum eſſe, & credidiſse. Opera verò inquit, ſola, operarios ſine fide ſervare non poſsunt. *Simile. Opera ſine fide.* Deinde confert opera ſine fide facta, cum reliquiis mortuorum. Cadavera enim inquit, etſi pretioſis & inſignibus pannis veſtiantur, nihil tamen caloris ex illis contrahunt. Ita inquit, qui fide carent, etſi niteant ſplendidis operibus, tamen illis nihil iuvantur. Idem in Epiſtolam ad Rom. in illa Pauli verba, Quæ vero ex fide eſt *Rom. 10. 6.* G iuſtitia: vides, inquit, hoc potiſſimum peculiare eſse fidei, ut omnes infra nos relicta rationis querela, id quod ſupra naturam eſt, inquiramus: cogitationúmque infirmitate per divinam virtutem & potentiam ejecta, cuncta Dei promiſsa complectamur. Hic videmus nos per fidem adipiſci promiſſiones Dei: & quamvis per eam aſsentiamur omnibus quæ in Sacris literis continentur, eam tamen peculiariter ſpectare promiſſiones Dei. Conſiderandum etiam eſt quod ait, infirmitatem cogitationum noſtrarū in cre- H dendo per divinam virtutem & potentiam dejici. Id enim valet contra eos, qui contendunt hoc fieri humanis viribus: quaſi fidem habeamus ex nobiſipſis, eáque præcedat iuſtificationem. Idem in 29. cap. Gen. hom. 34. Hæc inquit, vera fides eſt, non attendere ea quæ videntur, etiamſi adverſa eſse videantur promiſſioni, ſed tantùm promittentis potentiam. Audiant hoc illi, qui volunt nos reſpicere non tantùm ad potentiam & promiſsa Dei, ſed etiam in primis ad præparationes noſtras. Et exponens illa verba I in Geneſi, Credidit Abraham Deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiā. *Gen. 15. 6.* Diſcamus inquit, & nos obſecro, à patriarcha Dei, ejus dictis credere, ejuſque promiſſis fidere,

neque ea noſtris cogitationibus indagare,ſed magnã
gratitudinem exhibere. Hoc enim & reddere poterit
nos iuſtos, & efficere ut promiſſa aſſequamur. Hîc
quoque duo annoranda ſunt:alterum,nos fieri iuſtos
ex fide:alterum , nos per eandem aſſequi promiſſio-
nes:quæ duo adverſarii noſtri conſtanter negant. Idẽ
1.Ti. 1.10. exponens verba iſta Pauli ad Timoth. Ex quibus eſt
Hymenæus & Alexander , qui naufragium fecerunt
à fide : Ita inquit,qui ſemel exciderit à fide,nihil ha-
ber ubi figatur,aut quò ſeipſum recipiat. Corrupto
enim & perdito capite , quis uſus eſſe poteſt reliqui
corporis? Nam ſi fides abſque operibus mortua eſt,
multò magis opera ſunt mortua abſque fide. Hîc
Opera mortua ſine fide. annotare debes argumentum eſſe à minori:Ait enim
opera magis eſſe mortua ſine fide , quàm eſt fides ſi-
ne operibus. Idem in ſermone de verbis Apoſtoli in
2.Cor.4.13. illa verba, Habentes autem eundem ſpiritum fidei:
Impoſſibile eſt,inquit, impoſſibile profectò,ſi vitam
habeat impuram,in fide non vacillare. Ex his vide-
mus,quantam Chryſoſtomus putarit conjunctionem
eſſe inter fidem & opera bona. Idem exponens ver-
Rom.3.10. ba illa Apoſtoli , Legem ergo deſtruimus per fidem?
Abſit:imò Legem conſtituimus. Quàmprimùm in-
quit,homo credit,confeſtim iuſtificatus eſt. Volun-
tatem igitur Legis fides firmavit , dum ipſum hoc,
Quamprimum homo credit, iuſtificatus eſt. propter quod Lex omnia fecit , perduxit ad finem.
Quid ergo dicit Pighius , fidem tantum eſſe funda-
mentum, & idcirco multum abeſſe à perfectione iu-
ſtificationis? Aut quid illud eſt,quod poſt fidem po-
nit tot gradus & media, quibus ad iuſtificationẽ per-
veniatur? Longe enim aliter loquitur Chryſoſtomus,
hominem ſtatim iuſtificari , ubi primùm crediderit.
Deinde hoc etiam tribuit fidei, eam homines iuſtos
facere, cum Lex id præſtare non potuerit , quamvis
id multis modis fuiſſet conata. Adhæc exponens ea
verba , Ignorantes Dei iuſtitiam , & ſuam volentes
conſtituere,iuſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti. Hanc in-
Rom.10.3. quit , Dei iuſtitiam , appellat iuſtitiam fidei , quòd
omnino ſuperna gratia donetur , non laboribus no-
Rom.9.33. ſtris. Et in illa verba, Ecce pono in Sion lapidem of-
fenſionis. Vides ergo, inquit , fidem habere ſecum
confidentiam & ſecuritatem. Hîc apertè fidem parti-
cularem & certitudinem de remiſſione peccatorum
ſtatuit,quam adverſarij noſtri tantopere inſectantur.
Rom.11.23. Adhæc exponens illud ex cap. 11. Quòd ſi non per-
manſerint in incredulitate , ipſi quoque denuo inſe-
rentur. Si fides inquit,potuit te,quum eſſes oleaſter,
inſerere in bonam oleam,poterit etiam illos reſtitue-
re in ſuam. Hic quoque vis inſerendi in Chriſtum
per iuſtificationem , & amputatos reſtituendi tribui-
tur fidei. Poſſem nunc tranſire ad Hieronymum,niſi
Chryſoſtomi antilogia. quiddam eſſet , quod me ad Chryſoſtomum revoca-
ret. Ille enim idem ſcribit, Fidem noſtram non eſſe
ſatis ad ſalutem. Quales etiam ſententiæ paſſim oc-
currunt in Patribus : eas adverſarii noſtri in nos per-
petuò torquent. Quanquam, ut verè dicam, hujuſ-
modi objectio nõn eſt cæſtus Entelli, nec tantopere
formidanda. Facile enim uno verbo occurri poteſt:
Non enim ait, fidem non eſſe ſatis ad iuſtificationẽ,
ſed tantùm ad ſalutem. Ea enim ipſa per ſeſe ſatis eſt
ad iuſtificationem. Poſtquam autem ſemel ſumus iu-
ſtificati, non ſatis eſt ad obtinendam ſalutem dicere;
Credo : accedat etiam oportet ſancta vita,& bona o-
pera,per ea enim,tanquam per gradus quoſdam,Deus
nos perducit ad felicitatem. Atque ad hunc modum
omnes Patrum ſententias , quæ huc facere videan-
tur, interpretabimur. Quòd ſi verba illorum, ut fit
interdum , hujuſmodi expoſitionem non patiantur,
Provocãdam ad ſcripturas. quod æquiſſimum eſt , provocabimus ab illis negli-
gentius ſcribentibus , ad eoſdem illos alibi ſanius &
magis orthodoxè ſentientes: ut mulier illa olim,quę
à Philippo ebrio provocavit ad eundem Philippum
ſobrium.

80 Hieronymus in Epiſtolam ad Galatas, in illa
verba, Et nos ſcientes hominem non iuſtificari ex o-
Omnes Patres ſunt ſervati per fidem in Chriſtum. peribus Legis,niſi per fidem Ieſu Chriſti,ait,Omnes
veteres Patres iuſtificatos fuiſſe eadem fide in Chri-
ſtum, qua nos hodie iuſtificamur. Atque hanc ſen-
tentiam multorum exemplorum inductione confir-
mat. Primum numerat Abrahamum : de illo enim
Ioan 8.56. Chriſtum ita loquutum eſſe inquit, Vidit diẽ meum,
vidit , & gaviſus eſt : deinde Moſen, de illo enim ita

A haberi in Epiſtola ad Hebræos,Eum opprobria Chri- Heb 11.26.
ſti arbitratum majores divitias , quàm theſauros Æ-
gypti : eumque, quum recuſaret eſſe in aula Pharao-
nis, crucem Chriſti potius amplecti voluiſſe. Et ad-
dit, Ioannem Evangeliſtam cap. 12. manifeſtiſſimè Ioan. 12.39.
docere, ea omnia quę Eſaias commendavit literis de Eſa. 6.9.
gloria Dei , cùm videret Dominum ſedentem ſupra
ſolium excelſum & elevatum, intelligenda eſſe de fi-
B lio Dei. Addit prętetea ex Epiſtola Iudæ, Dominum Iudæ v.5.
Ieſum Chriſtum , liberaſſe populum Iſrael ex Ægy-
pto:& deinde incredulos percuſſiſſe. Quo in loco ve-
hementer miror. Hieronymum, hominem alioqui
Græcæ linguæ peritiſſimum , vertiſſe Dominum Ie-
ſum Chriſtum , quum in noſtro textu habeatur tan-
tùm Dominus : niſi ſuſpicari velimus,illum habuiſſe
aliud exemplar , quàm quod hodie nobis eſt in uſu.
Quod ego dico , non quòd ambigam , ea quæ tunc
temporis contigerunt à Chriſto Filio Dei fuiſſe fa-
cta. Ioannes enim ait,Deum nemo vidit unquam:ſed Ioan.1.18.
C Filius, qui eſt in ſinu Patris , ipſe enarravit. Quare Quę ſunt prodita hominib. de rebus divinis, per filium Dei prodita fuerunt.
quicquid proditum eſt hominibus de rebus divinis,
proditum eſt per Filium Dei:qui ſe verè præſtitit hu-
mano generi,Dei Patris ſui fidelem interpretem. Et
Paulus 1. Corint.10. ait, Bibebant de ſpirituali con- 1.Cor.10.4.
ſequente eos petra: petra autẽ erat Chriſtus: &, Non Ibid.v.9.
tentemus inquit Chriſtum,quemadmodum quidam
illorum tentaverunt. Idem Hieronymus in Epiſt. ad
Gal. dum enumerat fructus ſpiritus , ubi perventum
eſt ad finem , ita ſcribit : Si charitas procul abfuerit,
D etiam fides pariter abſcedit. Hæc ſatis docent, illum
ſenſiſſe, veram fidem non poſſe dividi à charitate, id Fides à charitate non avellitur.
quod nos quidem docemus & defendimus. Pighius
autem cum ſuis exibilat atque explodit: ſed grunniat
ille quantum velit, nobis ſatis eſt, hanc doctrinam &
cum Scripturis & cum Patribus convenire. Ambro-
ſius exponens illa verba ex Epiſt. ad Rom. Vnus e- Rom.3.30.
nim Deus eſt iuſtificans etiam circumciſionem ex fi-
de: Quoniam inquit,unus Deus eſt,una ratione om-
nes iuſtificavit : quandoquidem meritum & dignita-
E rem non facit,niſi fides. Et poſtea in illa verba, Ideo Rom.4.16.
ex fide ſecundum gratiam ut firma ſit promiſſio omni
ſemini: Firma,inquit,promiſſio eſſe non poteſt omni
ſemini,hoc eſt,omni homini ex omni gente,niſi fue-
rit ex fide. Quoniam origo promiſſionis ex fide eſt,
non ex Lege : quia qui ſub Lege ſunt,rei ſunt : pro-
miſſio autem rem dare poteſt, ac per hoc purificandi
ſunt prius per fidem,ut digni fiant dici filii Dei, & ſit
firma promiſſio. Et ad initium quinti capitis in hæc
verba, Iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum:
F Pacem inquit,ut habeamus cum Deo,fides facit,non Rom.5.1.
Lex. Hæc enim nos Deo reconciliat ſublatis pecca-
tis, quæ nos Deo fecerant inimicos. Et infra in illa
verba, Lex ſpiritus vitæ: Fides,inquit eſt,quæ iuſtifi- Rom.8.2.
cat confugientes ad ſe : ut remittat eis, quos Lex te-
net reos,ut agentes ſub fide, liberi ſint à peccato. Et
lib.2. in Evangelium Lucæ ait, Petrum non fleviſſe,
niſi quum Dominus ad eum reſpexiſſet. Et addit,
Dominum in eo produxiſſe & pœnitentiam & vim Luc.22.61.
lachrymandi.

G 81 Auguſtinus verò,dum iſta diſputat,verſari vi-
detur in ſuis caſtris : ut in illo venari hujus contro-
verſiæ teſtimonia ſit in mari, quod dici ſolet,aquam
quærere. Quædam tamen ex illo quoque delibare,
non erit à noſtro inſtituto alienum. In ſermone Do-
mini in monte, de verbis Evangelii ſecundum Mat-
thæum,ſermone 7. ad finem : Si de tuo opere præſu-
mis,merces (inquit) tibi redditur , non gratia dona-
tur. Interrogo nunc,Credis ô peccator? Credo. Quid
credis?gratis tibi peccata per ipſum poſſe remitti? Ha-
H bes quod credidiſti. In præfatione in Pſal.31. Nihil
boni feciſti , & datur tibi remiſſio peccatorum. At-
tenduntur opera tua,& inveniuntur omnia mala. Si
Deus illis operibus redderet quod debetur , utique
damnaret. Idem de Spiritu & Litera,cap.12. Colligi-
mus hominem non iuſtificari præceptis bonæ vitæ,
niſi per fidem Ieſu Chriſti. Idem contra duas Epiſto
las Pelagianorum, lib.3. c.5. Noſtra inquit fides,hoc
eſt catholica fides,iuſtos ab injuſtis,non operum,ſed
ipſa fidei Lege diſcernit. Et Auguſtinus & Alipius
I Epiſt.106. Iuſtitia ex fide,qua credimus nos iuſtifica-
ri, hæc eſt , iuſtos fieri , gratia Dei per Ieſum Chri-
ſtum Dominum noſtrum. Idem contra Pelagium &
Cœle-

Digitized by Google

Nota diligenter, quam gratiam confiteri debeamus.

Cœleſtinum, lib.1. cap.10. Non ſatis inquit eſt, confiteri qualemcunq; gratiam, ſed illam, qua perſuadeamur, qua trahamur, & qua detur ipſum bonum. Hæc illis perſpicuè adverſantur, qui generalē neſcio quam gratiam conſtituunt: & in cujuſque manu poſitum eſſe volunt, ut eam vel admittat, vel repudiet. Iſta verò gratia, qua ita perſuademur non aliud eſt, quàm fides. Ea quidem ad iuſtificandum neceſſaria eſt: opera autem ea, quæ fiunt antequam iuſtificemur, nihil efficiunt. Nam idem Auguſtinus contra duas Epiſtolas Pelagianorum lib.3.cap.5. Quemadmodum opera, inquit, quæ videntur bona, impiis vertuntur in peccatum, &c. Et de Spiritu & Litera cap. 28. Quemadmodum, inquit, peccata quædam ſunt venialia, ſine quibus iuſtorum vita tranſigi non poteſt, eaque non impediunt nos à ſalute: ita quædam ſunt bona opera, ſine quibus vel peſſimi cujuſq; vita difficillimè agi poteſt: quæ tamen ad ſalutem nihil juvant. Et ne putes, hanc fidē, qua iuſtificamur, eſſe rem communem & vagam, addit poſtea capit.24. Cur huic ita ſuadeatur ut perſuadeatur, illi autem non ita? duo ſola occurrunt, quæ mihi placeat reſpondere: O altitudo divitiarum, & Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Cui iſta reſponſio diſplicet, quærat, inquit doctiores, ſed caveat præſumptiores. Si adverſariis noſtris credimus, fuiſſet iſta admodum rudis & cæca hæſitatio. Illi enim ſtatim vno verbo reſpondiſſent: alteri fuiſſe perſuaſum, quia voluit: alteri non fuiſſe, quia noluit. Auguſtinus autem rem altius conſiderans Deum videlicet eſſe, qui operetur in nobis & velle & perficere, pro ſua bona voluntate: videnſq; Paulum ipſum rei admiratione victum ſic exclamaſſe: iudicavit in ipſo potius Deo totum eſſe reponēdum, qui cuique diſtribuat quod ipſi videtur, iuſtè haud dubiè, etſi nos ejus iuſtitiæ rationes non videamus. Imò ea ne perveſtigare quidem nobis tutum eſt, niſi velimus id nobis accidere, quod pyrauſtis ſolet: quæ quum captæ luce candelarum propius advolitant, ſæpe à flamma comburuntur. Idem Auguſtinus de Prædeſtinatione ſanctorum cap. 5. taxat Pelagium, quod confinxiſſet gratiam illam communem omnibus ſanctis, quam non aliam volebat eſſe, quàm naturam: quod idem noſtri quoque hodie aduerſarij faciunt, quum eam clamant quaſi in medio propoſitam eſſe omnibus, & in cujuſque manu ſitum eſſe, ut eam recipiat, modo velit. Idē ad Vitalem, Epiſt. 107. His, inquit, qui ſimilem cauſam habent cum aliis quibus gratia datur, quibus tamen minimè datur: ut illi quibus ea data eſt, intelligant, quàm gratis ſibi conceſſa fuerit. Et eodem loco luculenter declarat, Deum ipſum ex nolentibus facere volentes, & auferre cor lapideum, & dare cor carneum. Hæc ſatis declarant, fidem eſſe qua iuſtificamur: eamque Deum pro ſua bona voluntate diſtribuere. Idem de Dogmatibus Eccleſiaſt. cap.4. (& quidem ille liber, quocunque authore ſit, Auguſtini nomen gerit) Vt à peccato purgemur inquit, Deus noſtram voluntatem non ſpectat: & in cap. 44. Spiritus ſanctus efficit, ut eligamus, cogitemus, conſentiamus cuilibet bono ad ſalutem pertinenti. Idem lib. 13. cap. 17. de Trinitate: Natura, inquit, humana aſſumpta eſt à verbo filiò Dei citra ullum meritum, atque eodem modo nobis quoque datur gratia Dei. Hæc collatio ſumitur à majori. Nam ſi homo ille, qui factus eſt Dei filius, citra ullum meritum id eſt conſequutus: multo magis nos ſine ullo merito vel de congruo, vel de condigno, recipimur in adoptionem. Idem ad Simplicianum lib. 1. quæſt.2. Quis, inquit, poteſt rectè vivere, ac iuſtè operari, niſi iuſtificatus ex fide? Quis poteſt credere, niſi aliqua vocatione, hoc eſt, aliqua rerum iuſtificatione tangatur? Quis habet in poteſtate ſua, ut ſua mentali viſu tangatur, quo voluntas moveatur ad fidem? Idem Sermone 61. in Ioannem, Peccata (inquit) omnia infidelitatis nomine tenentur. Et addit, Fidem abſque ſpe & charitate eſſe non poſſe. Quod etiam in Pſalmó 31. diſertè docuit. Idem lib.1. cap. 19. contra duas Epiſtolas Pelagianorum, prolixè tractat, quoniam pacto trahamur à Deo: & inter cætera ait; Pelagianos valde debacchaturos fuiſſe in Chriſtianos, ſi illi vocem trahendi in Sacris literis non haberent. Quum autem

Opera, quæ videtur bona, vertuntur in peccatum.

Rom.11.33.
Rom.9.14.

Cur vni ſuadeatur, & alteri perſuadeatur quæ cauſæ poſſint reſpōderi?

Phil.2.13.

Simile.

Gratia, quam communiter omnibus propoſitam Pelagiani docebāt, erat natura.

Gratia datur aliquibus, & aliquibus non datur.

Non eſt in poteſtate noſtra ut eo viſu tangamur, quo volūtas ad fidem moveatur.

A vox ea in ipſo expreſſa ſit Evangelio, illos iam prorſus non habere quò confugiant. Infinita ſunt alia loca in Auguſtinó in hanc ſententiam: quæ nunc brevitatis cauſa relinquenda cenſeo.

Ioan.6.44.

82 Cyrillus contra Iulianum libro primo, pagina decimaquarta ait. Eandem omnino eſſe Abrahami fidem, & noſtram: & idem in Ioannem lib.3. cap. 31. exponens illud; Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille: Fides, inquit, ſalutem adfert, B & gratia iuſtificat: mandata verò Legis condemnant potius. Opus igitur Dei, fides in Chriſtum eſt. In his verbis annotare debemus, fidem eam eſſe, qua adfertur ſalus, & nos per gratiam iuſtificari. Declarat autem idem hæc apertius in Ioannem lib.9. cap.32. in illa verba, Et quò ego vadam ſcitis, & viam ſcitis: Iuſtificamur per fidem & participes divinæ naturæ, participatione Spiritus ſancti efficimur. Leo in Sermo. 13. de Paſſione Domini, Sanguinem inquit, filij Dei, Patres nobiſcum crediderunt fundendum: C Nihil ergo, dilectiſſimi, ab antiquis ſignificationibus in Chriſtiana religione diverſum eſt, nec unquam à præcedentibus iuſtis, niſi in Domino Ieſu Chriſto ſperata ſaluatio eſt. Hoc & alia multa ſimilia teſtimonia, illos maximè confutat, qui dicere audent, Abrahamum iuſtificatum quidem fuiſſe, ſed non per fidem in Chriſtum, verùm per fidem de promiſſionibus terrenis. Cæterùm idem author videri poteſt contra nos facere, in eo quod dicimus, veram fidem non inveniri ſine charitate. Nam in Sermone de D Collectione & eleemoſyna, ſcribit ita de Satana: Sciens autem Deum non ſolùm verbis, ſed etiam factis negari multis, quibus auferre non potuit fidem, ſuſtulit charitatem: & agro cordis illorum avaritiæ radicibus occupato, ſpoliavit fructu bonorum operum, quos non privavit confeſſione labiorum. Hæc ſi preſſius conſiderentur, nihil omnino faciunt contra nos. Nos enim loquimur de vera, ſolida & viua fide: Leo autem, intelligit tantùm profeſſionem fidei aliquam externam. Nam cùm velit rationem red- E dere, qua conſtare poſſit, illis ablatam non fuiſſe fidem, proponit labiorum tantùm confeſſionē: quam nos quoque fatemur abſque charitate poſſe conſiſtere, & ſæpe à multis nequiſſimis hominibus iactari. Atque ad hunc modum exponenda arbitror, ſi quæ hujuſmodi teſtimonia occurrant in Patribus: Gregorius Epiſcopus Romanus hom. 19. in Ezechielem, Non, inquit, operibus venitur ad fidem, ſed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim centurio non operibus venit ad fidem, ſed fide venit ad o- F pera. Dicitur enim, orationes & eleemoſynæ tuæ, &c. Quid autem orabat, ſi non credebat? Sed iam quod incarnatus Mediator eſſet, neſciebat, per opera venit ad pleniorem cognitionem. Ex his velim adverſarios noſtros intelligere, fidem neceſſario præcedere omnia opera bona. Nam illi, opera moralia, quę fiunt ab hominibus Ethnicis, nec adhuc in Chriſtum credentibus, contendunt eſſe bona. Id hoc loco à Gregorio refutatur. Idem in moralibus libro 2. cap.15. de eadem re loquens ita ſcribit, Niſi fides pri- G ma in cordibus noſtris gignitur, reliqua quæque bona eſſe non poſſunt, etiamſi bona videantur. Beda in cap.2. Iacobi, Is tantum verè credit, qui exercet operando quod credit: quia fides & charitas ab invicem ſeparari nequeunt. Hæc ergo de Patribus volo eſſe ſatis. Quid verò Concilia, Aphricanum, Mileuitanum, & Arauſicanum de iuſtificatione, fide, gratia & operibus ſtatuant, antea ſatis multis docuimus in priori articulo. Nunc hoc tantùm addam. Aduerſarios noſtros, cùm dicant, Deum gratiam ſuam offerre H omnibus, & dona ſua dare hominibus ea deſiderantibus, & apprehendentibus, & facientibus quod debēt, condonare peccata, cùm interim omittant afflatum Sancti ſpiritus, & Dei trahentis potentiam, & animi perſuaſionem interiorem: eaque omnia, quæ in hoc negotio ſunt potiſſima, illis conciliis, quæ citauimus, apertiſſimè adverſari. Neque tamen diſſimulare poſſum, in concilio Moguntino, quod habitum eſt ſub Carolo Magno, in 1. cap. citari Gregorium qui ita ſcribat. Ille verè credit, qui exercet operando I quod credit.

Cyrillus.

Ioan.6.29.

Leo.

Patres iuſtificati ſunt fide illarū promiſſionum, quas nos credimus.

Gregorius.
Act.10.4.

Beda.

83 Quum ergo videamus, quod ad hunc articulum attinet, homines iuſtificati per fidem in Chri-

Tertius articulus. Iuſtificamur ſola fide.

ſtum, idque ex Scripturis confirmaverimus, & adverſariorum objecta diluerimus, & Patrum teſtimonia ad noſtram ſententiam conſtituendam adduxerimus, iam ad tertium articulum accedemus. Dicimus ergo, iuſtificationem conſtare ſola fide. Quam ſententiam probant omnia illa loca Scripturarum, quæ docent, nos gratis iuſtificari: eaque, quæ affirmant, iuſtificationem contingere ſine operibus, quæque antitheſin ponunt inter gratiam & opera. Hæc inquam, omnia loca veriſſimè concludunt, nos iuſtificari ſola fide: quamvis ea vox, Sola, in Scripturis non legatur. Sed id non eſt tanti: ſignificatio enim ejus vocis ex illis neceſſariò colligitur. Deinde hoc etiam annotandum eſt, quemadmodum iam antea docuimus, nos non conſtituere fidem eam, qua iuſtificamur, eſſe in animis noſtris abſque bonis operibus: quamvis eam dicamus eſſe ſolam, quæ iuſtificationem, & remiſſionem peccatorum apprehendat. Ita oculus non poteſt eſſe ſine capite, cerebro, corde, epate, & aliis partibus corporis: & tamen colorem & lucem, ſolus oculus apprehendit. Quare, qui ad hunc modum contra nos argutantur, Fides uti dicitis, iuſtificat: Fides autem non eſt ſola, Ergo ſola fides non iuſtificat: incidunt in fœdiſſimum paralogiſmum: ut ſi quis ita concluderet, Sola voluntas vult, Voluntas autem in animo non eſt ſola: Ergo non ſola voluntas vult. Hic vel pueri videre poſſunt fallaciam, quam appellant Compoſitionis, & Diviſionis. Et non turpe eſt, eam tantos Theologos non videre? Sed hic ſe nobis Smithæus opponit, lumen ſcilicet Theologiæ. Is iamdudum clamat, uſque ad ravim, nos falſo aſſumere loca ea Scripturarum, quæ teſtantur nos gratis iuſtificari, idem ſignificare, quod iuſtificari ſola fide. Gratis enim inquit, non eſt idem, quod ſolum. O nos hebetes Grammaticos, qui adverbium uſitatiſſimum ſine hoc magiſtro non potuimus intelligere! Iſte tamen Ariſtarchus grammaticus, ne ſine aliqua ratione videatur deſipere, ſcriptum eſt inquit, in Gen. Labanum dixiſſe Iacobo; Quoniam es mihi cognatus, nunquid ſervies mihi gratis? Hic inquit, pone Solum, & videbis quam oratio abſurda futura ſit. Et in Numeris populus ait, ſe in Ægypto comediſſe piſces gratis. Et in Pſal. Odio habuerunt me gratis. Hic ait, nihil eſſe loci adverbio, Solùm: Nos ergo temerè & infirmiſſimè concludere, ex eo quod homo in Scripturis dicitur gratis iuſtificari, cum ſtatim iuſtificari ſola fide. Sed ſcite oportuit hunc hominem tam perſpicacem, tamque exercitatum in Concordantiis Bibliorum, Gratis, eſſe abſque cauſa, aut ſine mercede, aut pretio. Ideoque nos rectè dicere, Iuſtificationem conſtare ſola fide, quòd conferri gratis dicatur. Nam ſi accederent opera, eſſet cauſa, aut merces, aut pretium ad iuſtitiam obtinendam. Verum cùm Gratis ea omnia excludat, ex ea voce rectè ac verè infertur ſola fides. Loca verò illa, quæ iſte allegavit, non eſt difficile refutare. Laban enim ait, Gratis ſervies, hoc eſt, ſine eo, ut ego tibi dem aliquid. Hoc autem eſt, ſolùm accipere, & nihil rependere. Et Iſraelitæ, quum dicerent, ſe piſces comediſſe gratis, intelligebant, ſe comediſſe piſces abſque pretio. Et illud, Odio habuerunt me gratis, nihil eſt aliud, quàm ſine cauſa, & abſque ullo meo merito. Quare ſi vox illa, Gratis, tollit pretium, & meritum, quum Paulus ait, nos iuſtificari gratis, neceſſe eſt ut intelligamus, abſque ullo noſtro pretio, aut merito fieri. Quod certè verum non eſſet, ſi opera ut cauſæ & merita intercederent. Et quoniam ſemel adduximus locum ex Epiſt. ad Gal. Quum autem ſciremus hominem non iuſtificari ex operibus Legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & ex illa particula, Niſi, concluſimus, iuſtificationem conſtare ſola fide: iſte pro ſua ſapientia tumultuatur; Niſi, non eſſe idem quod ſolum. Ioſephus enim, inquit, in Gen. dicit fratribus ſuis: Non videbitis faciem meam, niſi adduxeritis fratrem veſtrum minimum: & Chriſtus, inquit, ait, Niſi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis. Quis inquit dicet, vitam habere ſolum per manducationem ſacramenti? Hæc ergo non poſſunt inquit exponi per Solùm. Imò poſſunt: Nam in libro Geneſ. quid aliud voluit Ioſephus, quàm admonere fratres ſuos, illos hac ſolùm conditione redituros eſſe in conſpectum ſuum, ſi minimum ſuum fratrem adduxiſſent? Chriſtus autem in cap. 6. Ioannis, non egit de manducatione ſacramenti: illud enim nondum inſtituerat: per manducare ergo intelligit credere. Et adultos in eo ſolùm ait habere vitam, ſi carnem ſuam edant, & bibant ſanguinem: hoc eſt, ſi credant, Filium Dei traditum eſſe pro ſe in remiſſionem peccatorum: atque hanc ſolam viam eſſe, qua poſſint ſervari.

Similia. Gen. 29. 15. Num. 11. 5. Pſal 69. 5. De Adverbio Gratis. Galat. 2. 16. De adverbio, Niſi. Gen. 43. 6. Ioan 6. 53.

84 Sed addit Smithæus, à iuſtificatione excludendam non eſſe ſpem & charitatem, & alia opera bona. Fateor equidem, iſta excludenda non eſſe ab homine qui iuſtificetur: non tamen illis tribuo vim iuſtificandi. Nam quod Paulus ait, hominem non iuſtificari ex operibus, non erit verum, ſi aliquo genere operum iuſtificemur. Etenim ſi quis diceret, artificem aliquem non operari digitis, & poſtea fateretur, eum ad opus quod faciat, adhibere digitos, eſſet ridiculus: quamvis convictus vellet dicere, ſe minimum tantum digitum & annularem excepiſſe, non autem pollicem, indicem, aut medium. Nam qui tribus digitis utitur, certè utitur digitis. Sed cur ait iſte, ſpem & charitatem non excludi? Quoniam inquit, vosipſi vultis nos iuſtificari viva fide: quæ certè iſtis non caret. Fatemur, iſtas virtutes ſemper eſſe conjunctas cum vera fide: in illis tamen non conſtituimus partem aliquam iuſtificationis noſtræ coram Deo. Eſt enim in hoc argumento fallacia Accidentis. Adjunctis enim tribuitur id, quod proprium eſt eius, cui adjuncta ſunt. Vt ſi quis dicat, Sol rotundus eſt & ſublimis: ergo rotunditas & ſublimitas Solis calefaciunt. Quæ ergo opera excludit Smithæus à iuſtificatione, quum includat ſpem & charitatem? Arbitror equidem, opera externa, iejunia, eleemoſynas & alia ſimilia. Sed qua fronte hoc dicere aut docere poteſt, quum ſtatuat & defendat opera præparatoria? At homo acutus putat ſe pulchrè evaſiſſe, quod dicat iſta ad iuſtificationem neceſſariò non requiri: tantùm autem, ſi adſint, ad iuſtificationem conducere. Verùm id ridiculum eſt. Supra enim luculenter docuimus, opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, peccata eſſe. Tantum abeſt, ut ea facere quicquam poſſint ad iuſtificationem. Et ſi ea iuſtificationem ullo modo promoverent, non excluderetur gloriatio. Poſſemus enim gloriari nos ea feciſſe, quorum ope atque adminiculo iuſtificaremur. Sed hoc, inquit, iactare non poſſumus, quòd ea facta ſint, aliqua Dei gratia præveniente. Atqui hoc in primis animadvertendum eſt, iſtos bonam partem hujuſmodi operum tribuere libero arbitrio: ideoque ex ea ſaltem parte poſſumus gloriari. Neque verum erit quod Apoſtolus ait: Quid habes, quod non accepiſti? Et, Quid gloriaris, quaſi non acceperis? Hic quidam iſtorum reſpondent, non poſſe nos de hac libertate voluntatis gloriari, quod illam de noſtro non habeamus. Deum enim eſſe qui nos ea facultate donaverit, liberoſque fecerit, cùm crearet. Verùm hoc non eſt ſatis ad tollendam gloriationem. Primùm quòd hoc eſſet confugere ad communem gratiam creationis, quod fecerunt Pelagiani: atque ita relinqueretur nobis ſaltem bonus uſus liberi arbitrii, de quo poſſemus gloriari. Quamvis enim habeamus id à Deo per creationem, tamen rectus uſus noſter eſt: ſcilicet, ut aſſentiamur Deo vocanti, & accommodemus nos ad bona opera, quæ à Deo proponuntur. Et idcirco ad gloriationem verè tollendam, neceſſe eſt, ut id aſſidue habeamus in animo, quod monuit Auguſtinus de Spiritu & litera, cap. 24. Non tantùm voluntatem & electionem benè agendi à Deo eſſe, quia per creationem dedit arbitrium & voluntatem liberam, ſed etiam quòd viſorum ſuaſionibus effecerit, ut velimus, & credamus: idque non tantum externa prædicatione Euangelii, ſed etiam interiori ſuaſione. Non enim tantùm incitat cor, ſed etiam perſuadet, trahit, flectit ad credendum. Fateor equidem, voluntatis eſſe, ut velit & amplectatur, id quod Deus offert: non enim intelligentia, aut memoria volumus, ſed voluntate. Idem tamen non dubito, Deum eſſe, qui efficit ut velimus & ſequamur bona.

Rom 3. 20. Simile. 1. Cor. 4. 7. Pelagiani cõfugiebant ad communẽ gratiam creationis. Gratia an cum operibus conveniat?

85 Adhæc adverſarii noſtri arbitrantur, etſi opera concurrant ad iuſtificationem, verum tamen eſſe quod Sacræ literæ dicunt, nos iuſtificari gratis. Quo-

niam

niam inquiunt, illa opera donantur à Deo, & fiunt ex A gratia. Si iuvaret hoc ſuffugium, Paulus non rectè abſtuliſſet operibus cæremonialibus vim iuſtificandi. Iudæus enim dicet, Patres noſtri, qui antiquitus circuncidebantur, & præſtabant alias obſervationes legales, id non ex ſuis viribus naturalibus fecerunt, ſed ex Gratia Dei iuvante, atque excitante. Ideóque ſi alia opera, quæ in Lege præcipiebantur, ad iuſtificationem conducere potuerunt, ut eam quemadmodum vos loquimini, mererentur de congruo: cur idē B non potuerunt cæremonialia? Neque quicquam iuvat, ſi dicas, Paulum ne illis quidem adimere vim iuſtificandi, niſi tantùm poſt adventum Chriſti. Ille enim apertè loquitur de Abrahamo iuſtificato ex fide, non ex circuncifione: & utitur teſtimonio Davidis, quem ſatis conſtat vixiſſe ſub Lege: Quum autem iſte dicat, charitatem & ſpem non poſſe excludi, velim ex eo libenter ſcire, opera iſtarum virtutum ſintne iuſta, necne. Scio fatebitur: Quid ergo reſpondebit Paulo, qui ad Titum ait; Non ex operibus iu- C ſtitiæ, quæ fecimus nos? Sed novi iſtorum commenta. Reſpondent, talia quoque opera excludi, ſi fiant ex Lege & libero arbitrio abſque gratia. Verùm quid oportet id excludere, quod eſſe non poteſt? Quis enim vel amabit Deum, vel in illum ſperabit abſque gratia. Deinde quocunque illa modo fiant, non poſſunt facere ad iuſtificationem: quia iuſtificamur ex gratia, ut ex Sacris literis ſatis liquet. Inter gratiam autem & opera, tanta eſt oppoſitio, ut Paulus dicat, Si ex gratia, iam non eſt ex operibus; & ſi ex operi- D bus, non eſt ex gratia. Neque iſta ita indignè ferre debent, ſi nos uſurpemus vocem illam, Solum. Eam enim concludimus neceſſariò ex eo quod Paulus ait, primùm nos iuſtificari ex fide: & deinde ſubdit, Abſque operibus. Quàm id rectè concludamus, oſtendam à ſimili. In 6. cap. Deuteron. (ſi ſequamur Hebraicam veritatem) ita ſcribitur, Dominum Deum tuum timebis, & illi ſervies. Hic ut vides, deeſt particula Solum: tamen quoniam ſequitur, Non ibis poſt E Deos alienos, Septuaginta interpretes ita reddiderunt eum locum, Dominum Deum tuum timebis, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Iſti ex priori propoſitione affirmante, Deum colendum, & ex altera negante, deos non adorandos eſſe alienos, concluſerunt ſeruiendū eſſe ſoli Deo. Quorum authoritas apud me non eſſet tanti ponderis, niſi Chriſtus ipſe locum illum ita citaſſet. Ita enim rejecit diabolum, Abi retro, Satana: Scriptum eſt enim, Dominum Deum tuū adorabis, & illi ſoli ſervies. Hîc videmus ad improbandā ado- F rationem, quæ ulli creaturæ præſtetur, neceſſariam eſſe particulam illam, Soli: quæ etſi non habetur in Hebræo, inde tamen neceſſariò elicitur. Ad hunc modum ſi nos quoque argumentamur, quid iſti tantoperè offenduntur.

Gala.4 1.& 6.

Tit.3.5.

Ratio efficax ad probādum ſolam fidem iuſtificare.

Rom.11.6.

Rom.3.28.

Deut.6.13.

Mat.4.10.

Patres uſi ſunt voce Sola.

86 Conſiderent etiam, optimos atque antiquiſſimos Patres ab hac voce non abhorruiſſe. Quibus ridiculum eſt videre, quàm frigidis & miſeris ſtrophis & argutiis Smithæus velit occurrere. Primùm ait, eos nihil aliud voluiſſe, quàm homines reprimere, ne inſoleſcerent. Sed reſpondeat mihi Smithæus G uno verbo pro ſua ſapientia, veréne hoc illi Patres, an falsò dixerint? Si verè, nobiſcum faciunt, & quid iſte ſe opponit? Sin falsò, nihil illos iuvat bonus finis, ut hominum inſolentiam retundant. Quemadmodum enim non eſt faciendum malum, ut veniat bonum: ita falſum dogma non eſt ſtatuendum, ut aliud dogma vitioſum evertatur. Iſte autem ita planè ſolenniter inſanit, ut hoc dicat Patribus licuiſſe. Nā in libello de Votis (quem ante aliquot annos publicavit) ait, Auguſtinum in libro de Bono viduitatis, H quum ſcribat, matrimonia eorum, qui votum virginitatis aut cœlibatus voviſſent, veras eſſe nuptias, nō autem adulteria: id non alio conſilio ſcripſiſſe, quàm ut Iulianæ viduæ, ad quam librum ſcribebat, perſuaderet, nuptias in genere non eſſe malas. Atque ita, ſi diis placet, fatetur Auguſtinum falſum dogma ſtatuiſſe, ut aliud falſum exploderet. Et eadem prudentia in eodem illo libro, fingit Clementem Alexandrinum ſcripſiſſe, Paulum habuiſſe uxorem, quod ipſe falſiſſimum arbitrabatur, tantùm ut probaret, I nuptias eſſe bonas & honorabiles. Quod ſi ita liceat vera cum falſis miſcere, & omnia confundere, quan-

Rom.3.8.

do tandem credemus Patribus? Quid unquam nobis erit tuti, ne ab illis decipiamur? Adhæc fingit, Paulum excluſiſſe à iuſtificatione tantùm opera legalia. Sed ſupra ſatis copiosè confutavimus, docuimúſque rationes Pauli eſſe univerſales. Imò Patres quoque hoc viderunt: nam Auguſtinus multis in locis affirmat, Paulum non tantùm de cæremonialibus operibus agere, ſed etiam de moralibus. Sed quoniam Auguſtini authoritas neſcio quomodo adverſariis noſtris ſuſpecta eſt, videamus, quid dicat Hieronymus. Is ad Cteſiphontem contra Pelagianos in hęc verba, Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro, ita ſcribit; Quod ne de Lege Moſaica tantùm dictum putes, & non de omnibus mandatis, quæ uno legis nomine continentur, idem Apoſtolus dicit, Conſentio legi Dei. Alii etiam ſunt ex Patribus, qui idem docent: ſed illos nunc prætereo. Satis ſit oſtendiſſe, iſtud quoque alterum commentum Smithæi vanum & ineptum eſſe.

Rom.3.20.

Rom.7.16.

Hieronymus etiā ſenſit non tantùm opera cæremonialia excludēda eſſe à iuſtificatione.

87 Tertio loco ait, Eos excludere voluiſſe opera, ut loquitur, pœnalia: ea videlicet opinor, quæ homines pœnitentes faciunt. Sed hoc quoque oſtendere quàm ſit ridiculum, haud longa demonſtratione opus eſt. Primùm enim hujuſmodi opera exigebantur ab hominibus, non ut per illa iuſtificarentur coram Deo, ſed tantùm ut ſeſe approbarent Eccleſiæ, videlicet, ne ficta & ſimulata pœnitentiā ambirent reconciliationem. Deinde non eſt veriſimile, Paulum de hujuſmodi operibus loquutum eſſe. Illa enim eo tempore non erant in uſu. Ambroſius quidem, quum opera excludit à iuſtificatione, ſemel atque iterum huc reſpexit. Sed morari non debemus, quid unus aut alter ex Patribus dixerit, ſed quid ſacris literis conveniat. Addit præterea Smithæus, certum eſſe, Deum multò plus à nobis requirere, quàm fidem. In Marco enim ita ſcriptum eſt, Pœnitentiam agite, & credite. Hic inquit, fidei adjuncta eſt pœnitentia. Et alio loco, Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Addit in Epiſt. ad Eph. Eccleſiam dici ſanctificari, lavacro aquæ in verbo. Et Petrum primę Epiſt. cap. 3. dicere, Baptiſma nos feciſſe ſaluos, Hieronymum etiam ita ſcribere cap. 1. in Eſaiam, Lauacrum regenerationis, ſolùm peccata remittit. Ecce inquit, iuſtificatio & remiſſio peccatorum, non tantùm fidei adſcribitur, ſed etiam ſacramentis. Quod ad primum attinet, fatemur, Chriſtum plus à nobis requirere, quàm fidem. Quis enim dubitet, eum velle homines iuſtificatos rectè vivere, ſéque per omnia virtutum genera exercere, alioqui ad æternam ſalutem nō perventuros? Atqui fructus iſti ſunt fidei & iuſtificationis effecta, non cauſæ. De ſacramentis verò non ſemel docuimus, quemadmodum illis attribuenda ſit iuſtificatio. Ea enim ita ſe ad illam habent, ut prædicatio Evangelii, & promiſſio de Chriſto, quæ nobis offertur ad ſalutem. Sæpiſſimè verò in Scripturis id, quod rei eſt, adſcribitur ſacramento. Et quoniam Baptiſmus, remiſſionē peccatorum promittit per Chriſtum, eámque ſignificat, & in illis qui tinguntur obſignat, idcirco Hieronymus ex aliis omnibus ſacramentis illi ſoli hoc attribuit. Quare nihil nos movere debent verba Patrum, quum ita ſcribant, Solam fidem non eſſe ſatis ad ſalutem. Id enim intelligunt de æterna ſalute, ad quam non pervenimus, niſi fidē noſtram fructus aliqui conſequantur. Ex illorum autem dictis non debemus colligere, hominem non iuſtificari ſola fide. Etſi quando idē illi Patres ſua verba referre videantur ad iuſtificationem, intelligendi ſunt, ingenium veræ & iuſtificantis fidei voluiſſe exprimere. Ea enim revera nunquam eſt ſola: ſed ſemper habet comites ſpem & charitatem, aliáque opera bona. Interdum etiam illi iuſtificationem intelligunt iuſtitiam nobis inhærentem: quam certum eſt non conſtare ſola fide.

Deus plus ab hominibus requirit quàm fidem.

Marc.1.15.

Marc.16.16.

Eph.5.26.

1.Pet.3.21.

88 Id enim putant contra nos facere, quod Paulus habet ad Romanos; Spe ſalui facti ſumus. Nec vident, ſalutem ibi accipi pro extrema regeneratione, quam ſperamus nos aliquando adepturos in patria. Nam Apoſtolus paulò antè de illa loquebatur. Eam verò ſalutem dubium non eſt, nos tenere ſola ſpe, non autem adhuc re. Si quis fortè eſt, cui hæc ſolutio iuſtiſſima & veriſſima non ſatis placeat, ſequatur interpretationem Origenis. Is enim eo loco ait, ſpē

Rom.8.24.

Digitized by Google

Iuſtitia nobis inhærens non conſtat ſola fide.

Rom. 3. 28.

poſitam eſſe pro fide: quod in Sacris literis non raro uſuvenit. Sed aliud etiam adhuc commentum invenerunt, quo quantum poſſunt lenire ſtudent voculam illam, Solam, toties à Patribus uſurpatam: nimirum, quod fides ſola initium habeat, & primum quaſi gradum iuſtificationis: quæ poſtea futura ſit perfecta & plena, cùm alia bona opera acceſſerint. Sed hoc, quàm vanum ſit, Paulus ipſe ſatis docet: Non enim ſolùm ait nos iuſtificari ſola fide, ſed etiam addit, Abſque operibus. Deinde id quoque contra iſtos facit, quod ſcribitur cap. 15. Sapientiæ, Noſſe Deum, eſt conſummata iuſtitia. Quo in loco operæpretium eſt videre, quomodo ſe Smithæus noſter torqueat. Primùm, ſententiam negare non audet, habet enim librum illum pro canonico: ſed, ut eſt acutus, hoc ad extremum comminiſcitur, Deum non cognoſci ſola fide, ſed etiam dilectione. Sed quis unquam hoc dixiſſet, præter iſtum? Certè dilectione non cognoſcimus, ſed amamus. Cæterùm, quod in libro illo Sapientiæ (qui apud me tantæ authoritatis non eſt) dicitur, Chriſtus ipſe apertiſſimè teſtatus eſt in Evangelio, Hæc eſt inquiens vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum. Quanquam de hoc quoque dicto Servatoris noſtri, neſcio quid olim confinxit Vintonienſis: nimirum, cognoſcere Deum, non eſſe propriè vitam æternam, licet ad eam nonnihil promoveat. Sed iſtis hominibus, cum nec Patres, nec Paulus, nec ipſe Chriſtus ſatisfaciat, nihil eſt quod ſperemus, nos noſtris rationibus quicquam eſſe profecturos. Addunt inſuper, Patres dicere, Solam fidem iuſtificare, hoc eſt præcipuam eam eſſe qua iuſtificemur. Agnoſco equidem, Solum quandoque ſignificare præcipuum. Sed hic ſenſus non poteſt quadrare ad iuſtitiam Pauli. Nam ſi charitas confertatur cum fide, charitas erit præſtantior & potior, ut Paulus ait. Quare ſi utraque iuſtificet, ut iſti volunt, omnino potiores partes erunt charitatis, non fidei. Id etiam iſtis vehementer obſtat, quod ſæpe dixi, Paulum ita iuſtificationem aſcribere fidei, ut dicat, Abſque operibus. Sed Auguſtinus inquiunt, ad Simplicianum ſcribit, Nos fide incipere iuſtificari. Ad id bifariam poſſumus reſpondere: primùm, talem eſſe illam inchoationem, quæ revera iuſtificationē ipſam plenam & totam habeat. Ut ſenſus Auguſtini ſit, nos iuſtificari, cum primum habemus fidem. Aut ſi id non placet, dicemus id quod res eſt, Auguſtinum ſenſiſſe de iuſtitia inhærente. Citant enim Ambroſium in quintum caput ad Galatas. In Chriſto, &c. Sola enim fide, inquit, opus eſt, in charitate ad iuſtificationem. Ecce inquiunt, ad iuſtificationem, non minus charitate opus eſt, quàm fide. Sed longè falluntur. His enim verbis Ambroſius nihil aliud voluit, quàm veram fidem ab inani opinione diſtinguere. Itaque ait, Sola fide opus eſſe, quæ nimirum conjuncta ſit cum charitate. Sed Hieronymus in quintum caput ad Galatas ait, Solam eſſe charitatem, quæ cor mundum efficiat. Quid hic reſpondebimus, quàm hoc ejus dictum, ſi rigidè ac ſimpliciter urgeatur, falſum eſſe? Nam fides etiam eſt quæ purificat corda, ut habetur in Actis Apoſtolicis. Et Paulus ad Timotheum ait, Charitas de corde puro, & conſcientia bona, &c. Ex quibus apparet, neceſſe eſſe cor prius purum eſſe, quàm charitas poſſit accedere. Interpretabimur ergo illam ſententiam ex effectu, & quod ad noſtram notitiam attinet: tunc enim maximè conſtat, nos eſſe regeneratos, & mundatum habere cor, ſi præditi ſimus charitate. Ad hunc modum quoque ſupra expoſuimus, remiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Sap. 15. 3.

Ioan. 17. 3.

Solū quandoque ſignificat præcipuum.

1. Cor. 13. 13.

Gal. 5. 6.

Act. 15. 9.

1. Tim. 1. 5.

Auguſtinus.

Cur interdum uni charitati iuſtitia noſtra tribuatur.

89 Atque eodem pacto, illud quoque Auguſtini dictum de Natura & Gratia, capite trigeſimo octavo expediri poteſt: Charitas inquit, Dei, qua una iuſtus eſt, quicunque iuſtus eſt. Sed ea etiam ratio mihi vehementer placet, ut hujuſmodi Patrum dicta intelligamus de iuſtitia inhærente. Ea enim non una tantùm fide conſtat, ſed etiam omnibus virtutibus & operibus bonis. Quoniam autem inter alias virtutes præcipua eſt charitas, idcirco Patres, illi interdum ſoli iuſtitiam tribuunt. Et quod adverſarij noſtri ſibi injuſtè uſurparunt, ut ſolam exponerent præcipuā, id nos hic iure optimo faciemus. Non enim hic de iuſtificatione ea quæ ex imputatione habetur agi-

A mus, ſed de ea quæ nobis poſt regenerationem acquiritur. In hac itaque noſtra propoſitione, non excludimus ab homine iuſtificato ſpem, charitatem, & alia opera bona: ſed hoc tantùm dicimus, illa non habere vim, aut cauſam, aut meritum iuſtificandi. Cumque dicimus, hominem iuſtificari ſola fide, nihil ſanè aliud dicimus, quàm hominem iuſtificari ſola Dei miſericordia, & ſolius Chriſti merito: quæ non alio inſtrumento apprehendere poſſumus, quàm ſola fide. B Neque adverſariis noſtris cedendum eſt, ut ne utamur illa voce, Sola: quantumvis clament naſci ex ea magnam offenſionem, & animos hominum hac perſuaſione, nonnihil in ſtudio virtutum debilitari. His enim incommodis, facilè medemur doctrina ſana. Nam ſemper inculcamus, non eſſe eam veram iuſtificationem, aut veram fidem, quæ careat fructibus bonæ vitæ. Videmus autem iſtorum vafrum & calidum conſilium: nam ſi nos diceremus, hominem ſimpliciter iuſtificari fide, ſummota vocula illa Sola, C ſtatim adderent de ſuo, hominem quidem iuſtificari fide, ſed non minus tamen eum iuſtificari ſpe, & charitate, & aliis operibus bonis. Hac eadem de cauſa, Catholici olim noluerunt permittere Arianis vocem illam ὁμοούσιον: quod illi ſtatim dicturi eſſent, Filium quidem appellatione Deum eſſe, Patri autem, & ferme parem: non tamen prorſus ejuſdem naturæ atque ſubſtantiæ. Quare illi mordicus propugnare ac retinere voluerunt ὁμοούσιον, ut vocem aptiſſimam ad explicandam ejus controverſiæ veritatem: quod etiam D pro ſuo iure facere potuerunt, maximè verò cum viderent, eam vocem ex Divinis literis neceſſario concludi: ex quibus etiam evidentiſſimè concluditur, noſtra iſta vox, Sola, eaque nobis viſa eſt maximè idonea, ad operariorum errores refutandos. Gardinerus etiam Epiſcopus Vintonienſis, noſtram iſtam propoſitionem arbitratus eſt abſurdam: & contra eam inter cætera uſus eſt hoc argumento, quod mihi quidem mirum videri ſolet, quanti à quibuſdam Papiſtis ejus paraſitis fiat. E Iuſtitia inquit, à Deo nobis donata, qua iuſtificamur, ad omnes animi facultates, vel potius ad totum hominem pertinet: Ergò non iuſtificamur ſola fide. Ea enim eſt tantùm ſuperioris partis animi. Hic latet, Lector, ne neſcias, duplex fallacia. Primùm enim, facio iuſtitiam illam qua donamur, pertinere ad totum hominem, & ad omnes animi facultates: an propterea ſequetur, iuſtitiam illam, oblatam à Deo, non apprehendi ſola fide? Certè cibus quo veſcimur, in omnia membra & in corpus univerſum diſtribuitur, & tamen ore tantùm, non F autem toto corpore percipitur. Adhæc diſputatio inſtituta eſt, non de iuſtitia aliqua nobis inhærente, quæ revera in totum hominem ſpargitur, ſed de iuſtificatione, quæ eſt peccatorum condonatio. Ea verò non in animis noſtris locum ac ſedem habet, ſed in ſolo Deo, cujus unius voluntate peccata nobis relaxantur.

Nō eſt deſiſtēdum ab uſu illius voculæ: Sola.

Exemplū conſimile.

Simile.

Iuſtitia quâ iuſtificamur in Deo eſt, nō in nobis.

90 Verùm, quoniam hic articulus ſatis iam defenſus eſt adverſus importunorum hominum cavillationes: his omiſſis, oſtendemus paucis, veteres Patres ab iſta vocula, Sola, quam aduerſarij noſtri tantopere fugiunt, non abhorruiſſe. G Origenes in Epiſtolam ad Rom. in hæc verba, Excluſa eſt gloriatio tua: Per quam legem? factorum? Non, ſed per legem fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem, abſque operibus Legis. Sufficit inquit, ſolius fidei iuſtificatio, ut aliquis tantummodò credens iuſtificetur, etiamſi nihil ab eo boni operis factum ſit: & exempli cauſâ, proponit latronem illum unà cum Chriſto crucifixum, & mulierem illam cui Chriſtus H reſpondit, Fides tua te ſalvam fecit: poſtea objicit ſibi, aliquem iſta audientem, reddi poſſe ſecurum & contemnere bona opera. Sed reſpondet, eum qui poſt iuſtificationem non rectè vixerit, abjicere gratiam iuſtificationis. Nemo autem, inquit, accipit veniam peccatorum, ad licentiam peccandi. Indulgentia enim datur, non futurorum criminum, ſed præteritorum. Qua ſententia nihil dici potuit noſtræ doctrinæ conformius. Cyprianus ad Quirinum cap. 42. Fides inquit, tantum prodeſt: & quantum credi- I mus, tantum poſſumus. Baſilius in concione de Humilitate ſcribit, hominem iuſtificari ſola fide. Hilarius etiam in Matthæum cap. 8. Fides inquit, ſola iuſtificat.

Origenes.

Rom. 3. 27.

Luc 23. 43.

Mat. 9. 22.

Cyprianus.

Baſilius.

Hilarius.

Ambro-

Digitized by Google

Ambroſius.

Ambroſius in 3. caput ad Romanos, Iuſtificati gratis: quia nihil inquit, operantes, neque vicem reddentes, ſola fide iuſtificati ſunt dono Dei. Idem in illa verba, ſecundum propoſitum gratię Dei: ſic Paulus inquit, decretum dicit à Deo, ut ceſſante Lege, ſolam fidem poſceret ad ſalutem. Et mox, Sanxit Deus, ut ſola fide ſine labore & aliqua obſervatione, homines iuſtificentur apud Deum. Idem in primum cap. 2. ad Corinth. Conſtitutum inquit, eſt à Deo, ut qui credit in Chriſtum, ſalvus ſit ſine opere ſola fide. Habet etiam idem ſimilia, de vocatione Gentium.

Chryſoſtomus. Rom.3.27.

Ex Chryſoſtomo in hanc ſententiam multa adduci poſſent: verùm ego ex illis pauca tantum delibabo. In cap. 3. ad Romanos in hæc verba, Excluſa eſt gloriatio: In hoc inquit, demonſtratur virtus & potentia Dei, quod ſervaverit, iuſtificaverit, & gloriationem induxerit, ſola fide abſque operibus. Et à principio quarti capitis. Quòd aliquis deſtitutis operibus iuſtificetur per fidem, fortaſſe videri poteſt bene habere: quòd autem aliquis ornatus virtutibus, & bonis operibus, non tamen illis iuſtificetur, ſed ſola fide, hoc certè eſt admirabile. Hinc intelligere poſſunt aduerſarij noſtri, licet fides habeat comites ſpem & charitatem, & alia opera bona, (quod dubitari non poteſt de Abrahamo) tamen illa non facere ad apprehendendam iuſtificationem.

Rom 10.3.

Et in decimum caput in illa verba, Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam iuſtitiam volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti: Iuſtitiam (inquit) Dei appellat eam, quæ eſt ex fide. Quoniam ſine labore, ex ſola fide iuſtificamur dono Dei. De Auguſtino nihil dicam: Is enim totus in hoc eſt contra Pelagianos, & facilè quivis ex ejus ſcriptis poteſt hanc ſententiam confirmare.

Heſychius. Theophylactus. Gal.3.16.

Heſychius in Leviticum lib. 1. cap. 2. Gratia, inquit, ſola fide comprehenditur, non ex operibus: quod idem fermè habet lib. 4. cap. 14. Theophylactus in caput tertium ad Galatas exponens hæc verba, Quoniam ex Lege nemo iuſtificatur apud Deum. Nunc inquit, Paulus planè monſtrat fidem ipſam, vel ſolam, vim in ſe habere iuſtificandi.

Phocius. Acacius. Bernardus.

Phocius in caput quintum ad Romanos, Sola inquit, fide, conſtat iuſtificatio. Acacius apud Oecumenium in primum caput ad Romanos, Nos, inquit, per peccata mortificatos, ſola fide reſuſcitavit & vivificavit. Bernardus Sermone 22. in Cantica, Solam inquit, per fidem iuſtificatus, pacem habebit. Idem in eodem Sermone, Deeſt inquit gratiæ, quicquid meritis deputas. Gratia reddit me iuſtificatum gratis.

Gennadius. Cyrillus. Theodoretus. Didymus. Euſebius. Cyprianus. Lyranus. Gloſſa ord. Haimo. Sedulius. Arnobius. Thomas. Bruno.

Cui iſta non ſunt ſatis, legat Gennadium, cap. 5. ad Romanos. Cyrillum, lib. 9. cap. 3. in Ioannem: Theodoretum ad Romanos quinto: Didymum, in ſecundum caput Iacobi: Euſebium in Eccleſiaſt. hiſtoria, lib. 3. cap. 27. Cyprianum, aut quiſquis ille eſt, in expoſitione Symboli: Lyranum, in tertium ad Galatas: Gloſſam ordinariam, in Epiſtolam Iacobi: Haimonem, in Evangelium de Circumciſione: Sedulium in caput primum & ſecundum ad Romanos: Thomam, in tertium ad Galatas: Brunonem, in caput quartum ad Romanos. Arnobium in Pſalmum 106. Iam de hac quæſtione ſatis mihi videor dixiſſe. *Oſiandri figmentum de eſſentiali Iuſtitia refutatur Epiſt. 21. cujus initium, Sum planè.*

CAPUT V.

De pace & libertate Chriſtiana: ubi etiam de Scandalo, Conſcientia, & præſertim de ciborum delectu.

In Rom 10. cap. ver. 15. Summa prædicationis Evangelii eſt pax. 2.Cor.5.19.

SVmma prædicationis Evangelij eſt pax, in primis cum Deo. Qui enim prædicant, ut docet Apoſtolus poſteriori ad Corinthios, habent ſecum verba reconciliationis, neque aliud ſuadent, quàm vt Deo reconciliemur per Chriſtum. Prius Deus iraſcebatur humano generi, puniebat, damnabat, preces averſabatur, & opera quamvis egregia, quod hoſtium eſſent, faſtidiebat. Homines autem è diverſo, non tantùm miſeri erant, ſed ipſum Deum odio habebant: etſi noluiſſent, execrabantur ejus iudicia, & refugiebant veluti à tyranno & crudeli carnifice, ut qui ſibi undique malè conſcii erant.

Luc.2.14. Quæ ſit pax Chriſtianiſmi.

Evangelium autem annunciat pacem per Chriſtum & reconci-A liationem. Hoc eſt quod Angeli canebant in nativitate Chriſti: Gloria in altiſſimis, pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Factum Dei Angeli approbabant, qui per filium ſuum ſtatuiſſet redimere humanum genus, & hæc eorum laus, & approbatio, eſt Dei gloria. Deinde, quum ſumus iam per Chriſtum Deo reconciliati, pacem interius, quoad animum noſtrum adipiſcimur: quia inſtaurati gratia & ſpiritu, rectè vivimus, neque amplius pravi affectus B in nobis tumultuantur, non redarguit conſcientia, neque furiæ ad perturbationes pectora noſtra exagitant. Adhæc proximis ut nobiſipſis bene cupimus, & benefacimus, & cum illis pacem, & quidem arctiſſimam habemus.

Matt.10.34. Quam pacem Chriſtus non venerit mittere?

Neque obſtat quod Chriſtus dixerat, ſe non veniſſe mittere pacem in terram, quoniam id eſt accipiendum, quoad carnis & mundi pacem. Etenim cum Evangelica pace de qua nunc agimus, conjuncta ſunt gravia carnis pericula & incommoda, ſtatim perſequutiones & damna facultatum C circunſtant.

Quid ſit bonum?

Bonum eſt, ut dicunt Philoſophi, quod omnia expetunt. Et ſi fuſius aut clarius naturam ejus volumus explicare, Bona ſunt, res quævis, prout in eis reſpectus quidam fundatur erga nos, quòd ſint uſibus noſtris utiles, commodæ ſeu iucundæ. Vi autem Euangelii hoc aſſequimur, ut omnia nobis inſerviant. Omnia inquit Paulus, veſtra ſunt, ſive vita, ſive mors, ſiue Paulus, ſiue Cephas, nos Chriſti, & Chriſtus Dei: Et diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

1.Cor.3.22. Rom.8.27. Eſa.61.1.

Atque notandum eſt quod Eſaias D docet, prædicandum quoque eſſe ab his nuntiis liberationem: quia licet adhuc mors, infortunia, paupertas, morbi, & alia id genus mala nos divexent: attamen ab illis per Chriſtum dicimur liberati, quoniam non amplius rationem pœnæ habent.

Quomodo ſimus à malis per Chriſtum liberati.

Omnia quippe iſta carnis incommoda, per crucem & mortem ſuam Deus ſanctificavit, ut non amplius habeat rationem pœnæ, ſed efficiuntur eruditiones noſtræ, paternæ caſtigationes, victoriæ, triumphi, & res pulcherrimè geſtæ.

E 2 Verùm ut nihil prætereamus, non debet nos latere lingua Hebraica, *Schalom*, pacem inquam, ſignificare felicem rerum ſucceſſum, ita ut quod Græci dicunt χαίρειν, aut εὐπράττειν, in epigraphe literarum, Hebræi dicere ſoleant *Schalom*, pax.

Pax quid ſit Hebræis?

Et ita cùm Evangeliſtæ pacem annunciant, felicitatem ſolidam & veram prædicant. Quod ſi quæſiveris, in quánam re ſita eſt huiuſmodi pax, bonitas & liberatio? Reſpondetur, In regno Dei, ſi unico verbo dicendum ſit.

Pax iſta in regno Dei ſita eſt.

Mat.10.7.

Ideo Chriſtus mittens diſcipulos ſuos ad prædican-F dum voluit ut prædicarent, appropinquaſſe regnum cœlorum. Hoc idem dicit Eſaias quum ait, Et dicent ad Zion, regnat Deus tuus.

Pſal.52.7. Rom.6.12. Rom.5.14. Rom.12.31. Eph.6.12.

Hactenus regnavit peccatum, unde Paulus, non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Regnavit item mors: dixit enim idem Apoſtolus, Regnavit mors ab Adam uſque ad Moſen: Regnavit & diabolus, qui à Domino appellatur princeps hujus mundi: à Paulo κοσμοκράτωρ, & Deus hujus ſeculi. Hæc omnia in nobis miſerè hactenus tyrannidem exercuerunt: at nunc G regnat Dominus.

Quales principes Hebræorum fuerint.

Nam quod attinet ad externa regna, habuerunt quidem Iudæi multos Iudices, & multos reges, paucos bonos, aliquos tolerabiles, verùm permultos peſſimos tyrannos: Et qui boni fuerunt, ut Dauid, Ezechias, Ioſias & conſimiles, infirmi attamen erant, neque poterant vel defendere populum à calamitatibus, vel illos facere bonos. Quare ſæpe ab hoſtibus premebantur Iudæi, adducti ſunt in captivitatem: inde reſtituti, quieverunt aliquantiſper: ſed venerunt poſt Alexandrum Ma-H gnum Macedones, & Iudæam graviſſimè afflixerunt. Poſt illos, affuit Pompeius, Craſſus, & Herodes: Veſpaſianus denique ac Titus, qui omnia funditus everterunt. Eccleſia item Chriſti ſuos externos principes habuit, partim viros peſſimos, partim probos quidem iuſtitiâ civili, ſed admodum infirmos. Vnde res noſtræ nunquam bene habere poſſunt, niſi Chriſtus in nobis regnet.

Dan.2.44. Pſal.72.7. Pſal.9.7. Eſa.9.7.

Hoc eſt regnum, ut dixit Daniel cap. 2. cœlorum, quod non corrumpitur in ſecula: ibi pax eſt non momentanea, ſed I ſempiterna. In Pſalmo enim dicitur, Orietur in diebus ejus iuſtitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et in Eſaia, Et pacis ejus non erit finis. In eo

Digitized by Google

autem conſiſtit hoc regnum,ut dirigamur verbo Dei & ſpiritu. Iſtis duabus rationibus, regnat in nobis Chriſtus: Verbum oſtendit quid credendum,& quid agendum: Spiritus,ad hæc facienda, nos impellit & movet. Hoc eſt regnum Dei æternum, cui quando ipſe vult adjungere aliquem populum, ſeu aliquam gentem,viſitat eos per ſuos præcones, qui ſunt Evangelici prædicatores,eoſque vult recipi alacriter: imò dicit, Qui vos recipit, me recipit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Habemus ita Dei iudicium de miniſtris,quo ſeſe debent credentes plurimùm conſolari: quamvis mundus aliter iudicet, illoſque habeat pro delitiis rejectamentis,& tanquam peripſemata & quiſquilias æſtimet: & quoad erit mundus,ita de illis exiſtimabit. At illius iudicio quum ſit ſtultus, & divina non percipiat, haud eſt innitendum, ſed potius amplexanda firmiſſima & iucundiſſima Dei ſententia. *De pace Chriſtiana vide concionem in locum Ioannis 20. —Pax vobis.*

Tam bene habemus, quum Chriſtus in nobis regnat. In quo regnū Dei conſiſtat? Matt.10 40.

De ſervitute & libertate Chriſtiana.

In Rom. 1. initio. Propriū ſervi. Nota quę maxima pars hominum diſtat à Dei ſervitute.

3 Proprium hoc eſt ſervi,ut ſui iuris non habeatur,ſed agat negotia ſui domini.Quare ſi Chriſti ſervi ſumus,opus eſt quicquid vivimus, ſpiramus,& cogitamus, in Chriſtum dirigatur. Quum inquam ſervos eſſe Chriſti, commune ſit omnibus nobis, diligenter expedienda eſſet metaphora,qua ſic dicimur: nimirum quod ita debemus obſequi Deo, quemadmodum ſervi ſuis dominis. Sed multum abſumus ab eo,ut id præſtemus. Nam ſervi minori parte diei ſua curant,totumque reliquum tempus tranſmittunt ad res Domini ſui tractandas. Nos vero longè ſecus agimus,quam minimo ſpacio,vel hora noſtræ ætatis,divina exequimur,toto autem nobis conceſſo tempore, humana & terrena verſamus. Servus nihil ſuum ac proprium habet: nos verò privatim multa volumus poſſidere, quæ neque pro Deo, neque pro Chriſto erogaremus. Servi,dum cæduntur ac verberantur,ad preces & ſupplices voces confugiunt: nos verò in adverſis Deo reluctamur, murmuramus, & blaſphemamus. Servi accipiunt duntaxat victum & veſtitum,eiſque ſunt contenti: nos opibus & luxui, neque modum neque finem facimus. Servi, auditis minis, contremiſcunt à vertice ad pedes: nos verò, Prophetarum, Apoſtolorum,atque ſacrarum literarum comminationibus nihil permovemur.Servi,cum hoſtibus dominorum ſuorum, nec ſermones miſcerent, neque familiaritatem aut amicitiæ ſigna exhiberent: nos vero,cum diabolo,carne & mundo,perpetuò conjungimur.Quare multum abſumus ab ea, quam debemus Deo, ſervitute: cui tamen longe plus deberemus & obſequi & inſervire, quàm nobis ipſis famuli noſtri. Nam Deus præter id quod & paſcit & alit,produxit etiam nos, deditque ut eſſemus. Deinde, quicquid ſervi erga nos efficiunt, totum id nobis commodat, illos vero nihil iuvat: at nos è diverſo, quando inſervimus Deo, nihil illi aut utilitatis,aut commodi afferimus. Quoniam ſi iuſtè vivamus, is nihilo efficitur melior aut beatior quàm prius fuerit.Item ſervis noſtris,parum aut nihil elargimur, Deus verò pro nobis unicum Filium expoſuit, & cū eo ſimul omnia nobis donavit. Promittimus noſtris mancipiis,leviculam mercedem: at nobis Deus pollicitus eſt eandem felicitatem,qua & Chriſtus ipſemet fruitur. Ex quibus apparet,quanto magis ei aſtringamur inſervire,quàm ſervi noſtri obſtricti ſunt nobis. Verùm quod aſſerumus, communem eſſe omnibus hanc vocationem,ut ſervi ſimus Chriſti,non videtur bene conſentire, cum eo quod habetur in Evangelio; Iam non dicam vos ſervos,ſed amicos. Obſtare videtur & Paulus qui ajebat, Non accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timore, ſed ſpiritum filiorum quo clamamus, Abba Pater. At contrà nos eſſe ſervos Dei non poſſumus inficiari. Chriſtus pro nobis pretium expoſuit, quare ab eo redempti ejus ſervi ſumus. Deus nos creavit:& ea lex operum eſt cujuſvis artificis,ut ei ſerviant.Quare adhibenda eſt diſtinctio. hominis interioris & externi, ſpiritus & carnis. Quoad externum hominem & corporis opera, ſervi dicimur: quia munia obimus, ut Deo & proximis,quàta vi poſſumus,obſequamur. Deinde quoad

Plus Deo ſerviendū, quam famuli ſeruire debeant dominis. Ioan.15.15. Duplex ſervitus.

A caſus adverſos, & crucem quam aſſiduè perpetimur, non aliter atque ſervi cæduntur & verberātur,à Deo premimur: non quidem ſemper, ut illi ad pœnas luendas:verùm frequentiſſimè,ut noſtra probetur fides, & caro ejuſque cupiditates reprimantur, excitetúrque pœnitentia lapſuum, & peccatorum paſſim obrepentium: forma item & habitus demiſſus, quo fideles utuntur, nonnullam ſervitutem præfert. Quibus modis, & Chriſtus dictus eſt ad Philippenſes, B ſuſcepiſſe formam ſervi. Cæterùm ſpiritus noſter, quia non movetur potiſſimum ſpe mercedis, aut pœnarum timore: ſed ultrò ac ſponte Dei iuſſa exequitur,idcirco dicimus habere ſpiritum filiorum. Item, quia charitate accendimur, & non cogimur neceſſitate,amici ſumus, neque ſervili conditione dehoneſtamur. Paulus apertè dixit, Quum eſſem omnium liber, factus ſum omnium ſervus.

Qua parte ſervi ſumus. Philip.2.7. Qua parte liberi? 1.Cor.9.19.

De Scandalo.

C

4 Infirmorum vult Deus rationem haberi, ut illis ſcandalum non objiciatur, quo ab Evangelio retrahantur,vel ab incœpto curſu retardentur. Scandalum eſt dictum aut factum, quo impeditur Evangelii curſus,cujus amplificationem & propagationem, totius noſtræ vitæ ſcopum, eſſe oportet, & cynoſuram, ad quam perpetuò ſpectemus. Eſt duplex: Vitæ, & Dogmatum. De offendiculis, quæ proficiſcuntur à pravis moribus Tertullianus inquit de Virginibus D velandis, ſcandalum non bonæ rei, ſed malæ exemplum eſſe. Dogmata verò prava quæ ſcandalizant, Auguſtinus partitur in duo capita: ut quædam ad ipſam naturam divinam pertineant, ut cùm Pater major Filio ſtatuitur, aut diverſæ naturæ vel ſubſtantiæ,quàm ſit filius,& alia id genus: quædam verò ſpectant Eccleſiam,ut ſi quis eam in uno loco ita hęrere dixerit,ut alibi eſſe non poſſit,ut ea tempeſtate Donatiſtæ contendebant. Hæc ab eo ſcribuntur ſupra Pſal.120. Alii diſtribuunt aliter:ut quædam ſcan- E dala ſint de induſtria poſita, ut cum leges conduntur, & ſtatuta ſiunt quæ adverſantur Evangelio, ut à Papa & multis Epiſcopis factum eſt ſæpiſſimè. Alia vero ſcandala prębentur,non quidem ex profeſſo vel de induſtria,ut Evangelium impediatur:ſed quia vel explendis cupiditatibus, vel deliciis & voluptatibus aſſequendis incumbitur, ita ut religionis & pietatis ratio nō habeatur.Non eſt quod quis objiciat,Chriſtum fuiſſe ſcandalo compluribus: quòd ipſe fatebatur cum diceret, Beatus qui non ſcandalizatus fuerit F in me.Et in Eſaia prædicitur,futurus lapſus offenſionis,& petra ſcandali.Etenim in hoc Chriſtus parebat patri,& ſe vaticiniis prophetarum attemperabat, qui eum tam humiliter & abjectè venturum ac converſaturum prædixerunt. Quod ſi non feciſſet, longè magis ſcandalo erat futurus. Nobis quoque moleſtè ferendum non eſt,ſi rectè vivendo,mundum ſcandalizemus. Siquidem nec Deus in orbis adminiſtratione,omnibus ſatisfacit: querelæ contra eum undique audiuntur. Illa ſcandala evitemus,quæ ipſimet obji- G cimus,noſtra quęrendo compendia,cùm in eo ſumus admodum Chriſto diſſimiles, qui nonaginta novem dimiſit oves, ut unam quæ aberrabat inquireret: & propter unam drachmam amiſſam, totam domum commoveri voluit. Quare non mirum eſſe debet,ſi tā graviter ſtatuitur, de his qui ſcandala non cavent. Et cùm Chriſtus dixit in Evangelio, Scandala neceſſaria eſſe,id intelligendum eſt,cùm propter iudicium Dei,tum propter noſtram vitiatam & infirmam natu- H ram. Voluit quippe Deus iuſta ſeveritate atque iudicio,Pharaonem per Magos ita ſcandalizari,ut precepto ſuo non aſſentiretur:Id enim merebatur infidelis ejus animus & obſirmatus. Qua eadem ratione fecit Deus,ut rex Achab impius, à pſeudoprophetis ſcandalizaretur,ne veritatem audiret à Michæa propheta expoſitam. Propter pios etiam quandoque ſcandala immittit,quò magis illuſtrentur. Nam habemus neceſſarias eſſe hæreſes, & qui probati ſunt, manifeſti I fiant. Deinde ſcandalorum in nobiſipſis habemus cauſam: Vt enim ſumus animales, & quæ Dei ſunt non percipimus,nec poſſumus, quandoquidem ſunt nobis ſtultitia, caro noſtra verbo Dei ſcandalizatur atque offenditur.

In 1.Cor. cap. 8.verſ.9. Quid ſit ſcandalum? Duplex ſcandalum. Matt.11.6. Eſa 8 14. Quæ ſcandala evitanda, & quæ non curanda. Luc.15.4. Matt 18 7. Exod.7.13. Quomodo ſcādala intelligātur neceſſaria? 1.Reg.22. 1.Cor 11.19.

5 Quo-

Digitized by Google

1.Cor.8.12.
Quomodo verberetur alterius conſcientia?

5 Quoniam autem Dominus pro infirmis mortem obiit, qui peccant in illos, peccant in Chriſtum, ut loquitur Paulus 1.Cor.8. verſ.12. quandoquidem mortem & ſanguinem illius non reverentur. Verberatur alterius conſcientia, quando malè ædificatur, & ad ea impellitur agenda, de quibus aliter ſentit. Eſt ſanè magna crudelitas fratrem vulnerare, ſed crudelius eſt infirmum, tandémque crudeliſſimum, ea parte qua infirmatur, quæque maximè illi dolet, eum percutere, ea eſt conſcientia. Ambroſius legit eo loco, Peccare in Chriſto, quod peccent dum Chriſtum profitentur. Quemadmodum illi dicuntur peccare in lege, qui cùm legem habeant, nihilominus peccant: Alioquin (inquit) peccare in Chriſtum, eſt Chriſtum abnegare. Sed Græcus textus habet εἰς χριστὸν. Quam lectionem Chryſ. ſequitur & interpretatur, Chriſtum hoc peccati genere tripliciter lædi. Primò, quia ſibi fieri teſtatur quicquid ſuis factum fuerit. Qui vos recipit, me recipit: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: Saule, Saule, quid me perſequeris? & multa hujuſmodi. Deinde, quòd infirmi pertineant ad corpus Chriſti, cùm ſint ejus membra: quare dum ipſi percutiuntur aut læduntur, Chriſtus læditur. Denique quòd illam ædificationem quam ſanguine ſuo Chriſtus extruxit, hi malo exemplo evertunt. Nos enim ſumus Dei ædificatio. Neque debet iſte ſermo nos eo adigere, quare ſemper anxii eſſe debemus, ne actionibus noſtris, alioquin juſtis & licitis, aliqui offendantur. Nam hec in preſentia dicuntur, de manifeſtis & apertis ſcandalis. Nonnulli fuerunt, qui locum illum ad Cor. protulerunt ad perſuadendum, ut graviſſimos etiam abuſus in Eccleſia toleraremus, ne ſi quippiam tentaverimus adverſus eos, qui ſunt infirmiores offendantur. Et hac eadem ratione voluerunt ſe defendere, quòd veritatem alioquin intelligentes, & Miſſis interſint, & Papiſticæ idololatriæ ſeſe admiſceant. Nam (inquiunt) ſi hæc non faceremus, plebi eſſemus magno ſcandalo. Quæ ratio eorum abſurdiſſima eſt, cùm Paulus dicat, ſe in rebus mediis ac neutris, velle cavere ſcandalum infirmorum: quemadmodum ſunt edere carnes, aut vinum bibere: Sed communicare abuſibus & idololatriæ Papiſticæ, eſt craſſa manifeſtáque peccata committere. Quibus dum fingunt ſe velle cavere ſcandalum quorundam impiorum, veram Eccleſiam Chriſti ſcandalizant. Et cum ſint alicujus exiſtimationis, multos qui fuiſſent alioquin ad veritatem acceſſuri, revocant, & ſuo exemplo impietatem fovent. Neque interim dum ita ſimulant, admonent infirmos de infirmitate, neque ullum verbum edunt, quo ſuam teſtentur fidem.

In Chriſtum peccatur, quando infirmi ſcandalizantur.
Rom.2.11
Mat.10.4.
Matt.25.40.
Act.9.4.
1.Cor.3.9.
Propter hanc ſententiam Pauli non ſunt abuſus in Eccleſia tolerandi.
Loquitur Paulus de rebus mediis.

In 1.Cor 6. v.12.
Duo genera interdictarum rerum.

6 Libertate autem Chriſtiana ita Corinthii abutebantur, ut perpetuò jactarent, omnia ſibi licere. Paulus hoc negat, & duo genera facit interdictarum rerum: Vnum eſt indifferentium, quando illarum uſu frater offenditur. Aliud genus eſt, ſua natura ſemper malum, quo nunquam uti bene poſſumus. Primùm agit de indifferentibus, & utitur anthypophora. Iactabant illi, Omnia nobis licent: Subjicit Paulus, At non omnia expediunt. Iactationem illorum retundit hac prima exceptione. Nam etſi multa liceant, ab eis tamen cavendum eſt, quando non conducunt. Non negat Chriſtiano omnia licere: Verùm contrahas oportet ſermonem ad indifferentia. Propoſitio eſt generalis, attamen coarctanda eſt, ut illa: Deus vult omnes ſalvos fieri, atque illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et de his rebus indifferentibus, ſtatuendum eſt, quòd tantummodo ex genere, atque natura ſua indifferentia habeant. Sed quando ad electionem deſcenditur, nihil eſt indifferens, quandoquidem ea aut bona aut mala neceſſariò eſt. Semper ad ædificationem, quando quippiam inſtituitur, eſt reſpiciendum. Non ſumus nati nobiſipſis tantùm, ſed Chriſto, Eccleſiæ, atque proximis. Vnde regula ædificationis adeò neceſſaria eſt, ut ſemper ob oculos haberi debeat. Altera eſt exceptio in his indifferentibus. Non ſolùm ſpectare debeo quid proximis, quid Eccleſiæ, & quid honori Chriſti conducat: ſed etiam providendum eſt, ne prætextu libertatis, ſolidam & ſinceram libertatem Chriſtianam amittam. Nam fieri poteſt dum ſector carnis libertatem, ut incidam in duram ſervitutem, qua ventris, gulæ aut libidinis, pravarúmque affectionum meipſum mancipium abjectiſſimum faciam. Quod periculum cùm immineat, volo ab indifferentibus abſtinere, quando infirmioribus ſcandalum afferant. Chriſtus (inquit Paulus ad Galatas) vos redemit: ſtate igitur in libertate qua donati eſtis. Cavendi ſunt interim affectus, ne illis noſipſos ſubjiciamus. Cavenda etiam infirmorum ſcandala, quibus ita accommodare te debes, ut facilius à ſua infirmitate ad meliorem ſtatum traducantur. Quòd ſi tua ſervitute abuti voluerint ad ſuam infirmitatem defendendam, ne redigaris ſub eorum poteſtatem: tua utere libertate. Quòd ſi verſeris inter fortes, ubi poſſis liberè indifferentibus uti (non enim offendentur ſi fortes fuerint) & ſenſeris tuos affectus impotentiores, aut videris te reddi ad preces & ſacras lectiones ex uſu rerum indifferentium ineptiorem, ab illis abſtine; in ſervitutem ne te adigas, tua utere libertate.

1.Tim.2.4.
Ioan.1 9.
Hæc intelligenda ſunt de indifferentibus.
Quomodo aliqua dicantur indifferentia?
Gal.5.1.
De libertate Chriſtiana ſervanda.

De Conſcientia.

Rom.14.22.
In 1 Cor.8. verſ.7.
Nil agere debemus de quo non ſimus certi, quod placeat Deo.
Nota quomodo conſcientia poſſit opus facere bonum aut malum.

7 Adhæc obſervemus nil eſſe tentandum in noſtris actionibus, de quo non ſimus certi quòd Deo probetur. Idque ad Rom. cap.14. fusè tractatur, ut omnia quæ facimus, innitantur fidei. Et certe quicquid ſecus agitur, nos gehenna dignos reddit. Dicit ibi Apoſtolus, Beatus qui ſe non judicat, in eo quod probat. Vnde fit, ut qui judicat & damnat quippiam, & tamen id admittit, damnetur: quoniam ex fide non agit. Conſcientia eam vim habet, ut opus quod natura ſua eſſet indifferens, ſi bona fuerit, bonum reddat: ac è diverſo malum efficiat, cùm mala fuerit. Veruntamen fieri non poteſt, ut nullum opus natura ſua malum, per noſtram conſcientiam bonum fiat. Quacunque enim conſcientia fueris, quando pejeras aut ſcortaris, graviter peccas. Quamobrem vis conſcientiæ tantummodo in rebus mediis, atque etiam in actionibus, quæ ſua natura bonæ ſunt, poteſtatem exercet. Hac de re Paulus ad Titum ſcribebat, Omnia munda mundis: contaminatis autem & infidelibus, nihil eſt mundum: quia impura eſt eorum mens & conſcientia. Item ad Timotheum, Omnis creatura Dei bona eſt, quæ cum gratiarum actione ſumitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & preces. Et ad Roman. exiſtimo autem atque perſuaſum habeo, nihil per Ieſum Chriſtum eſſe commune, niſi quod quis exiſtimaverit commune eſſe. Hæc loca docent abundè, quàm bona conſcientia ſit neceſſaria, atque illum peccare, qui tentet quidpiam contra conſcientiam. Inde fit planum, quòd ſi putaveris Deum offendi opere tuo, profectò ſi non abſtineas, jam tuam voluntatem divinæ anteponis, atque teipſum præ Deo diligis. Quamobrem oportet ut de agendis conſcientia ſit bene perſuaſa. Quod non poterit aliunde haberi, quàm ex verbo Dei, à quo uno quæ ſint expetenda, quæve fugienda, nobis certiſſimè demonſtrantur. Et quemadmodum philoſophi ſtatuunt ſemper aberrari, quoties agendo rectam rationem non ſequimur: ſic in Theologia peccatum eſſe definitur, quando à fide ſanæ conſcientiæ diſceditur.

Tit.1.15.
1.Tim.4.4.
Rom.14.14.
E ſcripturis demonſtratur quàm bona conſcientia ſit neceſſaria.
Simile.
Quomodo mês noſtra diſtinguatur.
Quid ſit conſcientia.

8 Verùm quia de conſcientia locus iſte modò incidit, operæprecium fuerit ejus naturam explicare. Conſiderandum itaque facultatem intelligendi, prout diverſa reſpicit, ita dividi. Et juxta ea quæ tantùm ſpectamus & contemplamur, intellectus dicitur θεωρητικός. Sin vero quæ agenda ſunt, tunc eſt πρακτικός: in quo cùm Dei beneficio multæ notitiæ naturales agendarum rerum conſervatæ ſint, dicitur ſynteresis, à συντηρεῖν, quod eſt conſervo. Conſcientia verò, eſt cognitio πρακτική, qua noſtræ actiones & defenduntur & accuſantur, unde non inſulsè dicitur, συντήρησιν dare in hujuſmodi accuſationibus aut defenſionibus majorem propoſitionem. Nam dicit non eſſe ſcortandum, ſed castè vivendum. Conſcientia verò, aſſumit minorem & urget. Quod modo agis aut paras, eſt ſcortatio, vel adverſatur caſtitati. Vnde concludit accuſationem, qua te convincit indigniſſimè facere. Atque conſcientiam eſſe hujuſmodi notitiam, Paulus ad

Vnde major & minor noſtrarum accuſationum vel defenſionum συντήρησις.

Chriſto nihil aufero, integrum illi ſalvumque relinquo honorem ſuum. A Quæſo vero te, quomodo non adimis, cùm opera ad iuſtificationem noſtram exigas, atque ita exigas, ut dicas, Deum illa magis reſpicere quam fidem? Verum ita explicat ænigma ſuum, Chriſtum in illo ſuo ordine, cauſam eſſe ſufficientem: ac ſi diceret, ſi loquamur de reconciliatore, & de ſacrificio quo reconciliemur Deo, Chriſtus unus eſt ſatis. Sed nos ad illud beneficium niſi per multa opera non poſſumus eſſe præparati & idonei. B Non poſſum equidem non mirari, ubi huius tanti Sophiſtæ acumen ſit. Quaſi verò illi, contra quos Apoſtolus diſputat, unquam dixerint, opera requiri ad iuſtificationem tanquam principia extrinſeca. Certè illi quoque idem volebant quod Pighius, opera eſſe purgationes quaſdam & præparationes animorum. Adhæc quis neſcit, oblata uniuerſali propoſitione, licere ad omnes ejus propoſitiones ſingulares, id quod in ea aut affirmatum, aut negatum ſit, accommodare? C Paulus igitur, quum negat hominem iuſtificari ex operibus, omnia operum genera excludit, quocunque in ordine ea poſueris. Sed Pighius addit, Deum iſta opera requirere, ut iuſtificationem nobis gratis imputet. Quicunque ſe vel leviter exercuerit in ſacris literis, facile intelliget, iſtum cū Paulo pugnare ex diametro. Ille enim in Epiſt. ad Rom. ait, Ei qui non operatur, merces imputatur ſecundum gratiam.

Rom.4.4.

Pighius vero, Ei inquit qui operatur, Deus iuſtitiam gratis non imputat. Imputare autem gratis, & non imputare gratis, quivis puer videt eſſe D contradictoria. Sed expende, Lector, hoc dilemma: Opera iſta quæ dicit, vel proſunt ad iuſtificationem, vel non proſunt. Si non proſunt, cur ea vocat præparationes? Nam inter cauſas, numerantur etiam præparatoriæ. Sin autem ea prodeſſe dicet, & verè eſſe cauſas præparatorias, quo ore affirmare poteſt ſe nihil detrahere de honore Chriſti, ſed illum ſtatuere integram eſſe & abſolutam cauſam iuſtificationis noſtræ? Sed fortaſſe hoc dilemma quiſpiam in nos convertet de operibus illis, quæ ſequuntur iuſtificationem. E Nam vel utilia, inquit, ſunt ad felicitatem conſequendam, vel non ſunt utilia. Si non ſunt, cur exiguntur? aut cur illis proponuntur promiſſiones? Si autem ſunt, cur in illis meritum non conſtituitur?

Ad quid proſint bona opera poſt iuſtificationem?

Reſpōdeo huiuſmodi opera prodeſſe hominibus renatis, quòd illi rectè atque ordine agentes inſtaurantur, & redduntur perfectiores. Id autem nihil aliud eſt, quàm inchoatio quædam, & tanquam participatio æternæ vitæ. Deinde viſum eſt Deo, per huiuſmodi media, vel potius per huiuſmodi ſpatia, perducere F homines ad æternam felicitatem. Merita verò appellare non poſſumus.

Rom.6.23.

Paulus enim diſertè docet, ſtipendium peccati, mortem eſſe: gratiam autem, eſſe vitam æternam. Quod autem gratis datur, prorſus excludit meritum.

Quod gratis datur, excludit meritum.

Interea verò cogitare nos oportet, magnum diſcrimen eſſe, ut ſæpe docuimus, inter opera illorum qui adhuc ſunt à Chriſto & Deo alieni, & eorum qui iam per gratiam in Chriſtum ſunt inſiti, & facti eius membra.

71 Poſtea id etiam confutare vult quod dicimus, G hominem iuſtificari per fidem, quæ reſpiciat promiſſiones de Chriſto & de remiſſione peccatorum: quaſi ſtatuamus fidem proprium eſſe correlativum hujuſmodi promiſſionum. Eam enim ait ex æquo ſpectare omnia, quæ proponuntur in Sacris literis. Imò inquit, rem Deo non minus gratam facit, qui credit mundum ab eo fuiſſe conditum, aut tres perſonas diuinæ Trinitatis, aut futuram reſurrectionem: quàm qui credit, Chriſtum datum eſſe mediatorem noſtrum, & per illum impetrandam eſſe remiſſionem H peccatorum. Illa enim fides non minus digna eſt quàm altera. Et, ſiquidem fide iuſtificamur, contendit, fidem eam non minus eſſe aliorum articulorum, quàm remiſſionis peccatorum per Chriſtum. Idque putat probari poſſe ex eo, quod Paulus ſcribit in 4. cap. ad Rom. Non autem propter illum tantum hæc ſcripta ſunt, ſed & propter nos, quibus imputabitur credentibus in illum, qui excitavit Chriſtum à mortuis.

Rom.4.23.

Ecce inquit, ea fides imputatur nobis ad iuſtitiam, qua credimus Deum reſuſcitaſſe Chriſtum à I mortuis: non autem illa, qua credimus peccata per Chriſtum condonari. Primùm hîc nos fatemur, fidem noſtram aſſentiri omnibus quæ in Sacris literis continentur. Sed quum inter illa ſit una veritas præcipua & eximia, in qua aliæ omnes diriguntur, videlicet Chriſtum Filium Dei pro nobis paſſum eſſe, ut per eum acciperemus condonationem peccatorum: quid mirum, ſi fides noſtra hoc unum præcipue reſpiciat? Nam noſtrum aſſumptum Paulus probat: Ait enim, Chriſtum eſſe finem Legis. Quum ergo ille ſit finis omnium Scripturarum, erit etiam ſumma & præcipuum objectum noſtræ fidei: quamvis alioqui alia quoque omnia, quæ continentur in Sacris literis, fide noſtra complectamur.

Chriſtus eſt præcipuū obiectum noſtræ fidei.

Quod addit, illam fidem de aliis articulis non minus eſſe Deo gratam, quam iſtā de Chriſto, & remiſſione peccatorum: id primum poſſemus dicere non eſſe verum, ſi dignitatem actionis fidei rectè perpendas. Fidei enim, ut aliarum ejus generis facultatū, dignitas, trahitur ex obiectis.

Dignitas fidei, ex obiecto trahitur.

Prout enim illa præſtantia & dignitate inter ſe differunt, ita aſſenſiones fidei, aut inferiores videri debent, aut ſublimiores. Quum igitur Deus ita voluerit Filium ſuum mori, & homines per illum reconciliari, ut propter iſta omnia alia inſtituerit credenda quæ habentur in Sacris literis: non poſſumus ambigere, hæc illi multò magis placuiſſe quàm alia: quoniam ea in iſta, tanquam in fines diriguntur.

Rom.10.4.

Vulgata autem eſt illa regula apud Dialecticos, Propter quod unumquodque tale, illud ipſum erit magis tale. Actio ergo fidei, qua aſſentimur nobiliſſimæ iſti veritati, aliis fidei actionibus præſtare debet. Atque ita non erit res perinde Deo grata, ſive hoc, ſive illud credas. Si uteremur hac reſponſione, ſat ſcio, non poſſet à Pighio refutari. Verùm addimus, fruſtra illum contendere de maiori, aut minori dignitate fidei, quòd ad hunc aut illum articulum attinet. Non enim iuſtificamur ex dignitate fidei.

Non iuſtificamur ex dignitate fidei.

Ea enim in quovis homine, debilis & infirma eſt. Sed idcirco dicimus, nos fide iuſtificari, quòd ea, velut inſtrumento ad hoc dato & facto à Deo, Chriſtum nobis applicamus, & condonationem peccatorum apprehendimus. Dignitas ergo ejus, aut indignitas, fruſtra expenditur. Quod autem adfert ex cap. 4. ad Romanos, truncatum adfert & mutilum. Nam ſi legas ſententiam plenam & perfectam, facilè & videbis diſertam ibi mentionem fieri de morte Chriſti, & de remiſſione peccatorum quam per illum adepti ſumus.

Rom.4.24.

Dicit enim Paulus, imputatum iri nobis quemadmodum Abrahamo, ſi crediderimus, Deum excitaſſe Dominū Ieſum Chriſtum à mortuis, qui traditus fuit propter delicta noſtra, & ſurrexit propter iuſtificationē noſtram. Nonne hîc ſatis perſpicuè dicitur, oportere nos credere, illum Ieſum Chriſtum, quem Deus reſuſcitavit, mortuum fuiſſe & reſurrexiſſe, ut nos iuſtificaremur, & nobis omnia delicta condonarentur? Turpiſſimum certè eſt, hominem Theologum, res ita perſpicuas videre nolle.

72 Poſtea cavillatur de fide particulari, qua dicimus, quemque verè credentem in Chriſtum pro re certiſſima habere oportere, peccata ſibi eſſe condonata.

Cuique ex fide de ſalute conſtare.

Hujuſmodi fidem negat inveniri in Sacris literis. Itaque hoc noſtrum tantum commentum & inventum eſſe. Hîc quidem temperare mihi non poſſum, quin dicam, Pighium luculenter mentiri. Dicat enim ipſe mihi, Quid credidit Abrahamus cùm iuſtificaretur, niſi reddendas eſſe ſibi aliquando promiſſiones illas Dei? Cui enim veriſimile eſt, illum eas credidiſſe reddendas, niſi ſibi? Idem de Moſe, de Davide, deque aliis multis dici poteſt: quos certum eſt credidiſſe, promiſſiones à Deo ſibi factas, ſibi ſingulariter reddendas eſſe. Et quid, quæſo, voluit ſibi Chriſtus, cùm diceret paralytico, Fili, remittuntur tibi peccata tua? cumque mulieri diceret, Fides tua te ſaluam fecit?

Mat.9.2
Ibid.v.22.

Et Paulus nonne de Chriſto ita loquitur ad Galatas, Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me?

Gal.2.20.

Quid poteſt his verbis eſſe apertius? Eat nunc Pighius, & iactet, iſtam propriam & ſingularem fidem nos primùm reperiſſe: & clamet oportere unumquemque hominem Chriſtianum, credere promiſſiones factas tantum indefinitè, non autē fas eſſe, utquiſque noſtrum eas ſeorſim ſibi accōmodet. De nobis enim ipſis debemus credere, non de aliis. Nam de aliis falli poſſumus, credantne, an nō credant. Id autem de nobiſipſis exploratū & certum habere

Digitized by Google

A habere poſſumus. Indefinitas promiſſiones Dei quiſque credat quoad alios, quia neſcimus quiſnam ſit prædeſtinatus, & quis ſit reprobatus: de ſemetipſo vero quiſque fidelis non oportet ut dubitet, ſed credat promiſſionem quoad ſeipſum eſſe determinatam, ex quo ſe vere credere animadvertit. Adhæc cùm promiſſiones univerſali propoſitione proponantur, licet ex eis veriſſimè conficere illarum ſingulares. Dicit autem Chriſtus in Ioanne, Hæc eſt voluntas Patris, ut omnis qui videt Filium, & credit in eum ha- B beat vitam æternam. Sic ergo inferimus, At ego credo in Filium Dei: Ergo habeo iam, & habebo id quod promiſit.

Ioan.6.40.

Hebr.11.7.

73 Pergit Pighius, utque locat fidem de quovis alio articulo, non autem eam tantum quæ fertur in Chriſtum de remiſſione peccatorum iuſtificare, utitur exemplo Noë. Eum enim ait crediſſe illa tantum, quæ pertinebant ad ſalutem domus ſuæ, & ad interitum orbis terrarum: atque ex hac fide eum ait C fuiſſe iuſtificatum. Hic inquit nulla mentio fit de Chriſto, aut de remiſſione peccatorum. Sed iſte mihi non videtur ſatis diligenter legiſſe ea, quæ Petrus ſcribit in priori Epiſtola ſua cap.3. Ait enim Petrus, Cùm ſemel expectabatur Dei lenitas in dieb. Noë, cùm appareretur arca: in qua paucæ, hoc eſt octo animæ ſervatæ ſunt per aquam: cujus figuræ reſpondens nunc Baptiſmus, nos quoque ſalvos reddit: quo non carnis ſordes abjiciuntur, ſed quo fit, ut bona conſcientia, bene reſpondeat apud Deum. Quod Petrus vidit ſignificatum fuiſſe per arcam, perque ea D quæ Noë geſſit, id putare poſſumus, eundem illum Patriarcham non vidiſſe? Hoc certè eſſet illi nimium detrahere. Quod ſi ea vidit quæ produntur à Petro, credidit, non tantum ea quę tum gerebantur, ſed etiā ea quæ per Chriſtum expectabantur efficienda: ideoque per huiuſmodi fidem iure optimo ſcribitur ad Hebræos, illum factum fuiſſe hæredem iuſtitiæ. Sed hæc Pighius parùm curat: qui modò nobis adverſetur, nihil dubitat cum ipſis etiam Apoſtolis dimica- E re. Neque enim veritus eſt affirmare, Adamum primum illum noſtrum patrem iuſtificatum fuiſſe, non tamen illa fide, quam nos dicimus, de remiſſione peccatorum per Chriſtum. Illa enim de re nullam eum habuiſſe promiſſionem, quod quidem appareat ex Sacris literis. Verùm & longe fallitur, & patrum ſuorum, quos videri vult tanti facere, oblitus eſt. Nonne idem dicebatur Adamo, quod ejus uxori Evæ à Deo promittebatur, videlicet, ejus ſemen contriturum eſſe caput ſerpentis? Chriſtus ſemen illud fuit: iſque F caput & vires Diaboli ita fregit, ut iam nec peccatum, nec mors, nec infernus, ejus membris quicquam nocere poſſit. Hunc locum ſic interpretantur omnes fere Patres. Verùm Pighius, quod minus etiam ferendum eſt, auſus eſt dicere, iuſtificationem nobis per promiſſionem non dari. Qua ſane in re palam adverſatur Paulo. Is enim ita ſcribit ad Galatas, Abrahamo autem dedit Deus per promiſſionem. Dubitari autem non poteſt, eodem modo dari nobis, quo data eſt Abrahamo. Sed ſcire debemus promiſſionem bi- G fariam ſumi poſſe: vel pro re promiſſa, atque ita dubium non eſt, nos iuſtificari per promiſſionem, id eſt, per Chriſtum & per condonationem peccatorum, quæ promiſſa eſt credentibus: vel pro verbis ipſius Dei ſumitur, quibus nobis per Chriſtum pollicetur veniam peccatorum. Atque hoc etiam modo dici poſſumus iuſtificari per promiſſionem. Etſi enim cauſa iuſtificationis noſtræ ſit mera voluntas Dei & miſericordia, tamen ea non offertur, aut ſignificatur nobis, niſi per verba promiſſionum, & per ſa- H cramenta. Hæc enim habemus tanquam certa teſtimonia divinæ erga nos voluntatis. Atque ita niſi fides deſit, qua oblata apprehendamus, per promiſſiones iuſtificamur.

1 Pet.3.20.

Noë fide in Chriſtum eſt iuſtificatus.

Hebr.11.7.

Adamus fide iuſtificatus eſt qua credidit remiſſionem peccatorū per Chriſtum.

Gen.3.15.

Gal.3.18.

Diſtinctio promiſſionis.

Gen.22.19.

74 Poſtea Pighius, ut probet Deum plus tribuere operibus quàm fidei, citat locum ex c.22. Geneſ. ubi deſcribitur egregium illud factum Abrahami, illum non recuſaſſe unicum filium ſuum mactare, atque offerre Deo: ideoque Deum illi de cœlo dixiſſe, Quoniam feciſti hanc rem, iuravi per memet- I ipſum, quod benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo ſemen tuum, ut ſit tanquam ſtellæ cœli & arena maris: portas inimicorum ſuorum poſſidebit, & in te benedicentur omnes gentes. Ecce inquit, hic promiſſiones dantur propter opera: & interpoſitum eſt fideliſſimum iusjurandum: Fidei autem nulla facta eſt mentio. Magis ergo ait, Deum opera ſpectare, quàm fidem. Hæc ille magno hiatu: Sed parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Vnde ſi quæras, quid mihi de hac re videatur, reſpondebo, pulcherrimam eſſe & præclariſſimam hiſtoriam: ex qua tamen colligi non poſſit id, quod iſte clamat. Primùm, hic mentio nulla fit iuſtificationis. Quid ergo hoc facit ad rem eam, de qua nunc agimus? Quoties aliquid revocatur in dubium, oportet ad loca certa recurrere, in quibus de eadem illa re agatur: non autem ad ea, in quibus reſponderi poſſit, aliud agi. Hujuſmodi ille locus eſt, qui de hac re citatur à Paulo: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quod autem ad hanc hiſtoriam attinet, non invitus concedo, Abrahamum ex illo opere amplius quiddā eſſe conſequutum, quàm prius habuerat ex fide: non quidem aut ſubſtantia, aut numero, aut quantitate promiſſionum, ſed ſolida & firma certitudine. Etſi enim non dubitarit, quæcunque crederet, Deum ea ſibi bona fide redditurum: poſtea tamen, quum egregia illa facta edidiſſet, certius illi conſtabat fidei ſuæ veritas, & conſtantia promiſſionis, & vis iuſtitiæ imputatæ. Hæc ego non diffiteor Abrahamum ex illo præclaro opere fuiſſe adeptum. Quid hic eſt, quod iactet Pighius? Quid hic noui promittitur? Quod fœdus inauditum, aut novum iusjurandum inducitur? Nihil hic recenſetur, quod non antea fuerit commemoratum. Nam fœdus quod hic icitur, antea fuerat conſtitutum, partim in Circunciſione commendanda: partim in illo ſacrificio, in quo iubebatur animantia dividere, partim ad dexteram, partim ad ſiniſtram: ac ſi illi qui iurarent, & fœdus percuterent, per medium eſſent tranſituri. Nam ille mos, ut illud obiter dicam, etiam apud Athenienſes fuit in uſu: quemadmodum Demoſthenes docet in Oratione contra Ariſtocratem. Adhæc negare nullo modo poſſumus, Abrahamum antea fuiſſe iuſtificatum. Etenim iam antea dictum fuerat, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quod cùm ita ſit, etſi poſtea aliquid promiſſionis addatur, tamen id contra nos nihil facit. Non enim negamus, opera illa quæ ſequuntur iuſtificationem, & bona eſſe, & Deo placere: eaque quamvis gratis, tamen magnis & amplis muneribus ab eo compenſari. Id nunc tantùm ſupereſt, ut oſtendamus aliam rationē intelligendi illam clauſulam, Quia feciſti hanc rem, &c. Ea autem pertinet ad certitudinem, de qua ante mentionem fecimus: quæ, uti diximus, eſt ex effectis, &, ut loqui ſolent, à poſteriori. Quod ne putes meum commentum eſſe, legas Auguſtinum in Quæſtionibus ſuper Geneſin. Expendit enim illa verba, Nunc cognovi quòd timeas Deum. An Deus, inquit, hoc prius ignoravit? An illi opus fuit hoc experimento, quum ſit ſcrutator renum & cordis? Nihil minus, inquit. Nam hic, cognoui, nihil aliud eſt quàm feci te cognoſcere, aut clarum & manifeſtum reddidi. Hic ergo ratio promiſſionum non redditur per cauſam: ſed eodem planè modo, quo de muliere peccatrice dictum eſt, Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quo de loco ita multis actum eſt à me ſupra, ut nunc nihil ſit opus repetitione.

Gen.15.6.
Rom.4.3.
Gen.17.10.
Gen.15.9.
Mos Athenienſium.
Gen.22.12.
Luc.7.47.

75 Aliam Pighius objectionem corraſit ex 18. cap. Ezechielis: Si impius, inquit Propheta ſub perſona Dei, egerit pœnitentiam de omnibus iniquitatibus ſuis, & omnia mandata mea fecerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Hic, inquit Pighius, videmus iuſtificationem, quæ eſt condonatio iniquitatum, non promitti fidei, ſed perfectæ pœnitentiæ & obſervationi legis Dei. Hic verò ita illi ſurgunt criſtæ, quaſi nos omnino oporteat cedere. Verùm argumentum ſi propius conſideres, inane eſt ac futile. Facilè enim concedimus, ſi quis perfectè egerit pœnitentiam de omnibus iniquitatibus ſuis, & fecerit omnia mandata Dei, eum habiturum iuſtificationem ex operibus. Nemo noſtrum unquam hoc negavit: ſed hoc opus, hic labor eſt, ut invenias aliquē, qui, quum nondū ſit iuſtificatus, hoc præſtiterit. Et ubi queſo, nunc eſt, Pighi, tua illa interpre-

Ezec.18.27.

tario, qua ſupra dicebas, Deum non requirere, ut omnia mandata perficiamus, ſed eum pro ſua miſericordia multa remittere? Hic enim adduxiſti apertiſſimum contra teipſum teſtimonium. Sed ut redeamus ad rem. Cùm homo nec præſtet, nec etiam præſtare poſſit ea, quæ & à Propheta & à Lege proponuntur, quid ſupereſt, niſi ut ſupplex accedat ad Chriſtum, & ab eo gratis accepta iuſtificatione per fidem, agat ex gratia & ſpiritu iam ſibi dato perfectam pœnitentiam, ut hîc haberi poteſt, & inchoata obedientia parere incipiat legi Dei? Tractanti mihi hoc argumentum, venit in mentem, veteris Philoſophi Antiſthenis. Nam cùm iuvenis quidam glorioſus ejus auditor, iactaret ſe habere navim onuſtam optimis mercibus, cumque ea appuliſſet, ſe velle illum donare præclaro munere, atque hanc cautionem ſubinde occineret, & moleſtus eſſet audienti, Antiſthenes eum

Antiſthenes. adduxit in forum, & ex officina quadã petiit aliquot ulnas panni: Quo accepto, cum Antiſthenes non ſoluto pretio inciperet abire, mercator eum revocavit: Heus inquit, bone vir, antequam abeas, cedò pecuniam. Tum Antiſthenes oſtendens iuvenem, Iſte, inquit ſolvet, ubi ejus navis appulerit. Ita ego reſpondeo Pighio, Cùm aliquem oſtenderis, qui, cùm nondum ſit regeneratus, ſuis viribus agat pœnitentiam de omnibus peccatis ſuis, & obſervet omnia mandata Dei, dicemus eum iuſtificari ex ſuis operibus. Sed quando appellet hæc navis? Deſinat ergo iactare verba Legis. Ea enim quæcunque ſunt, ſive ad promiſſiones, ſive ad præcepta pertineant, hoc pacto in-

Matt. 7. 21. terpretabimur. Sed addit, Chriſtum etiam dixiſſe, Qui fecerit voluntatem Patris mei, ingredietur in regnum cœlorum: non autem inquit Dominus dixit, Qui crediderit. Imò inquam ego, alibi dixit, & nul-

Ioan. 6. 40. lam mentionem fecit operis. Hæc enim, inquit, eſt voluntas Patris mei, ut qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Ne igitur poſthac neget Pighius, id à Domino nuſquam eſſe dictum. Verùm, ne quis putet Scripturas loqui pugnantia, reſpondeo, iſta duo non pugnare, ſed ſecum optimè

Ibid. v. 29. convenire. Pighius per voluntatem Patris, intelligit magnum cumulum bonorum operum: at Chriſtus, hoc inquit eſt opus Dei, ut credatis. Hanc autem actionem credendi, ſequuntur alia multa bona opera. Non ergo pugnant ſecum Sacræ literæ. Argumentum verò Pighij, relinquitur infirmum & inefficax. Sed Pighius quoniam videt ſe premi verbo Dei, quod ita ſæpe occurrat in Sacris literis; Hominem iuſtificari fide, illud ait intelligendum eſſe, de fide vi-

Fide efficaci iuſtificamur. va & efficaci, quæ ſecum conjunctas habet alias virtutes: Quaſi verò nos de alia fide unquã locuti ſimus. Si hoc dicat ex animo idem credit quod nos. Seponatur ergo contentio, & compoſita lite omnes idem ſentiamus. Sed nòn patitur Pighius iniri hanc concordiã. Poſtea enim, cùm vellet explicare, quomodo iuſtificemur gratis, ait hoc nihil eſſe aliud, quàm Deũ opera fidei, ſpei & charitatis, velle nobis gratis imputare ad iuſtitiam. Quid hoc eſt? Iſte certè mihi videtur non ſano iudicio legere ſcripturas: ſed corrupto affectu illas pro ſua libidine torquere. Vbi enim ſunt

Rom. 4. 4. opera, ibi Paulus negat eſſe imputationem gratuitam: illa enim duo inter ſe pugnare. Pighius ergo, quum ea velit conjungere, nonne videtur apertiſſimè pugnare cum Apoſtolo?

Smithæus. 76 Hæc Pighius: cui Smithæus noſter, octavus Græciæ & primus Angliæ ſapiens, ſeſe adjungit ſocium, ut Theſeus Herculi. Re autem vera nihil adfert, quod non ex iſtius & aliorum ſimilium lacunis hauſerit. Primùm ait, fidem non eſſe de remiſſione peccatorum: itaque nos ineptè fingere, ex ea haberi

Fidem eſſe de remiſſione peccatorum. poſſe iuſtificationem. Fides enim, inquit, qua Chriſtiani diſcernuntur à non Chriſtianis, eſt in Chriſtũ Ieſum. Idque etiam, quaſi permagni referret, probare voluit ex ſacris literis & ex teſtimonio Hierony-

Nomen Ieſu. mi. Sed reſpondeat iſte mihi, ſi quid unquam didicit Hebr. iſtius nominis, Ieſu, quæ ſit ſignificatio? Certè apud omnes Hebræos *Iaſcha* eſt ſervare. Itaque Ieſus, poteſt Latinè rectè reddi, Servator. At ſi, ut facilè credo, Hebraicè neſciat, at Angelo ſaltem credere debuit, qui ita interpretatus eſt illud nomẽ:

Matt. 1. 21. Vocabis inquit, nomen ejus Ieſum, quia ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Quomodo er-

A go poteſt fides eſſe in Chriſtum Ieſum, niſi ſit etiam de remiſſione peccatorum per Chriſtum? Poſtea non veretur illud etiam citare ex Epiſtola Petri, Charitas 1. Petr. 4. 8.

operit multitudinem peccatorum. Ecce inquit, hîc condonatio peccatorum adſcribitur nõ fidei, ſed charitati. Qui velit idonea ſecuri uti ad iſtos nodos diſſolvendos, conſideret attentè ſacras literas, & diligenter videat, unde loca illa quæ citantur in Novo Teſtamento, ducantur ex Veteri. Sententia iſta Petri

B habetur fermè ex 10. cap. Prouerb. Ibi enim ita ſcri- Prou. 10. 12.

bitur, Odium excitat conuitia, Quem enim quiſque odit, ejus crimina quantum maximè poteſt detegit & prædicat. Ex contrario autem, charitas fratris peccata tegit atque operit. Nam qui ſeſe mutuò verè diligunt, ſolent ſeſe mutuò defendere, & alter alterius vitia tegere, quantum ſibi licere vident per conſcientiam. Atque hæc eſt veriſſima ſententia Solomonis. Petrus ergo cùm vellet Chriſtianos adhortari ad charitatem, prudenter & aptè mutuatus eſt hanc ſen-

C tentiam à Salomone. Id Smithæus cùm nec intelligat, nec cogitet, putat Petrum hoc ſenſiſſe, remiſſionem peccatorum obtineri per charitatem. Sed turpiſſimè fallitur, ut ſæpe ſolet. Verùm iſtos miſſos faciamus: & hoc meminerimus, ſi quando patres videãtur tribuere iuſtitiam operibus, id intelligendum eſſe non de iuſtitia illa, quæ nobis à Deo gratis imputatur per Chriſtum, ſed de illa intrinſeca nobis inhærente, quàm rectè vivendo perpetuò acquirimus, & confirmamus. Aut ſi ea quæ dicunt, manifeſte per-

D tineant ad iuſtitiam imputatam, hoc eſt, ad remiſſionem peccatorum, ſemper, ut ſupra docuimus, recurrendum eſſe ad fundamentum ipſorum bonorum operum, nimirum ad vivam fidem in Chriſtum. Quas regulas aliaſque ſimiles, ſi aduerſarij noſtri cogitarent, tam aperta mendacia, tam impudenter & obſtinatè non defenderent. Quanquam ſi de Pighio aliquid mihi pronunciandum ſit, quum eum videam nec hebetem eſſe, nec indoctum, non poſſum eum dicere ſeriò atque ex animo ſcripſiſſe de hoc nego-

E cio: ſed quum eam ſibi perſonam impoſuiſſet, iſta pro ludo & ioco habuiſſe.

77 Nunc vt perſequar porrò ordinẽ eum, quem inſtitui, veniendum eſt ad Patres, ut videamus quantum illi à nobis faciant. Neque certè ad eam rem opus eſt magno numero teſtimoniorum. Vt enim ad Simile.

intelligendum quo ſapore ſit aqua marina, opus non eſt ut mare univerſum ebibas: ita, ut intelligamus quid Patres de hac re ſentiant, non eſt opus ut omnia illorum dicta perluſtremus. Irenæus author ve- Irenæus.

F tuſtiſſimus, lib. 4. cap. 30. contra Valentinum, pauca quidem, ſed tamen aliqua de hac re ſcribit. Atque ea de cauſa, ego illum pauciora ſcripſiſſe arbitror, quòd iſta veritas, primis illis temporibus ita eſſet confeſſa & certa, ut non vocaretur à quoquam in dubium. Ex iſtis tamen paucis, ſatis intelligi poteſt quid ſenſerit: ut Protogenem aiunt, Appellem ex unica tantùm ducta lineola agnouiſſe. Ait ergo Irenæus, veteres Patres, eos etiam qui fuerunt ante Legem, iuſtificatos fuiſſe ex fide. Primum enim

G quum dixiſſet de Abrahamo, aſcendit ab illo ad Lothum, ad Noe, ad Enoch: poſtea addit rationem, cur Locus de Enoch.

iſtorum temporibus ſcripta non fuerit Lex. Quoniam inquit, iam erant iuſti, quibus Lex non eſt poſita: Iuſti enim habent Legem ſcriptam in cordibus ſuis. Sed fortaſſe hoc teſtimonium ægrius admittes, quòd ibi Irenæus quum loquatur de Enoch, dicat eum miſſum fuiſſe legatum ad Angelos: quod videri poteſt apocryphum. Verùm id ego citatum puto, non tam ex libro aliquo apocrypho, quàm ex vetu-

H ſta aliqua traditione. Multa enim quaſi per manum tradita ſunt veteribus, non reſpuenda illa quidem, præſertim ſi non pugnent cum Sacris literis. Alioqui, ſi ea cauſa rejicimus hoc teſtimonium, cur Iudæ Iudæ v. 15.

etiam Epiſtolam non repudiamus? Ille enim ſententiam etiam citavit Enochi, Deum cum millibus venturum ad iudicium. Quod autem Irenæus ait, Enochum functum fuiſſe legatione ad Angelos, id ita ſuſpicor intelligendum, ut Angelos illos dicamus fuiſſe viros principes & monarchas, aut natos ex fa-

I milia Sethi. Nam ita in Geneſi filii Dei dicuntur vi- Gen. 6. 2.

diſſe filias hominũ, quòd eſſent pulchræ. Fortaſſe miſſus eſt ad illos Enoch à Deo, qui eos reprehenderet.

Atque

Tertullianus. Atque hæc ex Irenæo. Tertullianus in libello de Baptiſmo ait, Fidem integram habere ſecuritatem ſalutis. Non ergo nos ſoli particularem fidem inveximus de remiſſione peccatorum. Neque quenquam movere debet, quòd in illo libello defendit errores aper-
De Baptiſmo errores. tiſſimos de Baptiſmo, hortaturque homines, ut differant Baptiſmum uſque ad maturam ætatem, nec ad illum proponerent ante nuptias. Etſi enim iſta non probemus, tamen ille interim dum iſta tractat, multa habet quæ contemni non debent: quæ tum temporis recepta fuerunt, & confeſſa in Eccleſia. Ita Cyprianus quum agit de hæreticis rebaptizandis qui rediiſſent ad Eccleſiam, multa interim habet vera & gravia teſtimonia, quæ repudiare non poſſumus: quamvis in ſtatu ipſo quæſtionis ab eo penitus diſſentiamus. Et quis demum erit ex omni Patrum numero, qui non alicubi ſententiã aliquam defendat non probandam: quorum tamen opera univerſa non idcirco contemni
Simile. debent? Nullum enim eſt malum punicum ita pulchrum, quod non habeat aliquod ſupputre granum.

Origenes. 78 Veniamus nunc ad Origenem. Is in Iobum lib. 1. (ſi tamen illud opus eſt Origenis) ita ſcribit, Omnia quæ faciunt homines, ſive in virginitate, ſive in abſtinentia, ſive in corporis caſtitate, ſive in carnis ſuæ combuſtione, ſive in diſtributione bonorum ſuorum: ea inquam, omnia gratis faciunt, ſi non ex fide ea faciant. Hoc loco, quod ait gratis, omnes intel-
Gratis, pro fruſtra. ligunt eſſe fruſtra. Quòd certè Pighius ejuſque aſſeclæ non admittent. Volunt enim iſta, præparationes quaſdam eſſe ad iuſtificationem. Sed Origenem cum illis, diſertis verbis pugnare, ea magis oſtendunt quæ ſequuntur. Sic enim ſcribit, Omnem ſanctitatem & iuſtitiam, quam facit aliquis extra fidem, eam gratis
Rom. 14. 23. & in perditionem ſuam facit. Et citat ſententiam illam Pauli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Hoc in loco, ne Pighius quidem negare poteſt, Origenem ſtare à nobis: eumque in illam ſententiam accepiſſe verba Pauli, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: quibus tamen clamat nos ſolere abuti. Quanquam non tantùm Origenes, ſed etiam Auguſtinus, Baſilius, aliique Patres, ea verba ad eundem exponunt modum, ut ſupra oſtendimus. Injuriã ergo & impudenter nos accuſat. Verùm ſi dicet, non eſſe tantopere ſpectandum quid Patres interpretentur, ſed videndum eſſe, an locus in ipſo contextu ita poſſit accipi, laudabimus conſilium. Libenter enim recipimus provocationem à Patribus ad verbum Dei. Sed meminiſſe debet, non eſſe boni viri, ea reprehendere in aliis, quæ ipſe faciat. Quare nos quoque viciſſim patiatur, cùm res poſtulabit, à Patribus provocare, ad Scripturas. Quod autem ad rem ipſam attinet, dictum eſt à nobis aliàs, ſententiam illam Pauli, ut habetur in eius Epiſtola, ita exponendam eſſe, ut ex ea confici poſſit, opera hominum non renatorum eſſe peccata. Addit poſtea Origenes, A quo accipiet mercedem? Ab eóne quem non requiſivit? quem non agnovit? cui non credidit? Non accipiet inquit, ab eo remunerationem, ſed iudicium, & iram, & condemnationem. Si hæc hujuſmodi operibus rependuntur, quis ea negabit eſſe pec-
Similia. cata? Deinde interponit ſimilitudinem: Quemadmodum inquit, qui ædificat ſine fundamento, ludit operam, & tantùm habet laborem & dolorem: ita is qui exædificare vult bona opera ſine fide. Et quem-
Marc. 9. 25. admodum credenti, omnia ſunt poſſibilia, ut inveniat refrigerium apud eum in quem credidit: ita non credenti nihil eſt poſſibile. Vt ſine ſole terra non effundit fructus: ita niſi veritas Dei per fidem effulgeat in cordibus, fructus bonorum operum non naſcitur. Ita enim inquit, eo toto anno quo Noe ſervatus eſt à diluvio, cùm ſol non fulgeret, fructus in terra provenire non potuit. Hæc Origenes, illo loco quem ci-
Fidem formare opera. tavimus, ex quibus hoc poſſumus conficere, fidẽ formare & perficere omnia bona opera quæ ſequuntur, non autem ut illi neſcio qui finxerunt, ab illis accipere & mutuari formam ſuam. Idem Origenes in 4. cap. ad Rom. ſic argumentatur: Si is qui credit Ieſum eſſe Chriſtum, natus eſt ex Deo, & qui ex Deo natus eſt, non peccat: certum eſt, eum qui credit in Chriſtum Ieſum, non peccare. Genus argumentationis eſt Sorites, & probatur à Dialecticis. Eo enim ſæpe uti ſoliti ſunt Stoici. Aſſumpta hujus argumenti ne-

A gari non poſſunt. Sunt enim petita è Sacris literis. Sed addit poſtea, Quod ſi peccat, eum certum eſt non credere. Hoc neceſſariò ſequitur ex ſuperiori concluſione: Nam ſi omnis, qui credit, non peccat: certè quicunque peccat, non credit. Rideat nunc Pi- Fidem gravibus peccatis conſopiri.
ghius, quod dicimus, per gravia peccata amitti fidem veram, aut ita conſopiri, ut ſuum actum non habeat: Et exaggeret rem quantum poteſt, eum qui graviter peccet, nec Deum eſſe credere, nec reliquos articu-
B los fidei. Nobiſcum idem & ſentit & ſcribit Origenes. Sed addit etiam, ibi indicium eſſe veræ fidei, ubi non delinquitur: ut contrà, ubi delinquitur, infidelitatis. Ruſus addit in eodem capite. Si fortè id, quod ab Apoſtolo dicitur, iuſtificari ex fide, videatur pugnare cum eo quod dicitur gratis iuſtificari. (Nam ſi fides offeratur prius ab homine, non poſſe eum videri iuſtificari gratis) cogitandum eſſe fidem ipſam dari à Deo: idque probat multis teſtimoniis. At hoc Pighius noſter non probat: Ridet enim nos, quo-
C ties dicimus, fidem haberi ex afflatu Spiritus ſancti. Ait enim mirum eſſe, Spiritum ſanctum velle in illis eſſe & operari, qui nondum credant. Idem in Leviticum lib. 3. cap. 3. Siclus inquit ſanctus, fidei noſtræ formam tenet. Si enim fidem obtuleris Chriſto, tanquam pretium arieti immaculato dato in hoſtiã, accipies remiſſionem peccatorum. Hic etiam diſertè habemus remiſſionem peccatorum impetrari fide; illa inquam fide, quæ dirigatur in Chriſtum, morti traditum, & ſacrificatum pro nobis. His teſti-
D moniis, quæ nobis tulit Origenes, nihil poteſt eſſe clarius. Verum iſti ita ſunt obfirmati, ut ab opinione quam ſemel ſuſceperunt defendendam, nolint abduci, etiamſi ſolem geras in manibus, ne fortè videantur cuiquam ſuorum malam cauſam defendiſſe.

79 Cyprianus, præter ea quæ ſupra diximus, de Cyprianus.
conjunctione fidei cum bona vita, ſcribit etiam lib. 1. ad Quirinum, fidem tantum prodeſſe, & nos tantum poſſe, quantum credimus. Prior pars hujus ſen-
E tentiæ pertinet ad tertium articulum hujus quæſtionis: poſterior verò maximè facit ad id, quod nunc habemus in manibus. Mirabile certè dictu eſt, tantam eſſe vim fidei, ut per eam poſſimus quicquid velimus. Non tamen ſatis habuit Cyprianus id abſolutè proponere, verùm id etiam multis variiſque teſtimoniis ſcripturarum confirmavit. Ex Baſilico autem & Gregorio Nazianzeno ſatis ea eſſe volo, quæ ſu-
pta à me citata ſunt. Chryſoſtomus in ſermone, quem Chryſoſtomus.
inſcripſit de Fide, Lege naturæ, & ſpiritu, ait, fidem Luc. 23. 41.
F ipſam per ſe poſſe hominem ſervare. Et pro exemplo ponit latronem, quem ait tantùm confeſſum eſſe, & credidiſſe. Opera verò inquit, ſola, operarios ſine fide ſervare non poſſunt. Deinde confert opera Simile.
ſine fide facta, cum reliquiis mortuorum. Cadavera Opera ſine fide.
enim inquit, etſi pretioſis & inſignibus pannis veſtiantur, nihil tamen caloris ex illis contrahunt. Ita inquit, qui fide carent, etſi niteant ſplendidis operibus, tamen illis nihil iuvantur. Idem in Epiſtolam ad Rom. in illa Pauli verba, Quæ verò ex fide eſt Rom. 10. 3.
G iuſtitia: vides, inquit, hoc potiſſimum peculiare eſſe fidei, ut omnes infra nos relicta rationis querela, id quod ſupra naturam eſt, inquiramus: cogitationúmque infirmitate per divinam virtutem & potentiam ejecta, cuncta Dei promiſſa complectamur. Hic videmus nos per fidem adipiſci promiſſiones Dei: & quamvis per eam aſſentiamur omnibus quæ in Sacris literis continentur, eam tamen peculiariter ſpectare promiſſiones Dei. Conſiderandum etiam eſt quod ait, infirmitatem cogitationum noſtrarũ in cre-
H dendo per divinam virtutem & potentiam dejici. Id enim valet contra eos, qui contendunt hoc fieri humanis viribus; quaſi fidem habeamus ex nobiſipſis, eáque præcedat iuſtificationem. Idem in 29. cap. Gen. hom. 34. Hæc inquit, vera fides eſt, non attendere ea quæ videntur, etiamſi adverſa eſſe videantur promiſſioni, ſed tantùm promittentis potentiam. Audiant hoc illi, qui volunt nos reſpicere non tantùm ad potentiam & promiſſa Dei, ſed etiam in primis ad præparationes noſtras. Et exponens illa verba
I in Geneſi, Credidit Abraham Deo, & reputatū eſt illi Gen. 15. 6.
ad iuſtitiã. Diſcamus inquit, & nos obſecro, à patriarcha Dei, ejus dictis credere, ejuſque promiſſis fidere,

Digitized by Google

neque ea noſtris cogitationibus indagare, ſed magnã gratitudinem exhibere. Hoc enim & reddere poterit nos iuſtos, & efficere ut promiſſa aſſequamur. Hîc quoque duo annotanda ſunt: alterum, nos fieri iuſtos ex fide: alterum, nos per eandem aſſequi promiſſiones: quæ duo adverſarii noſtri conſtanter negant. Idẽ expunens verba iſta Pauli ad Timoth. Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, qui naufragium fecerunt à fide: Ita inquit, qui ſemel exciderit à fide, nihil habet ubi figatur, aut quò ſeipſum recipiat. Corrupto enim & perdito capite, quis uſus eſſe poteſt reliqui corporis? Nam ſi fides abſque operibus mortua eſt, multò magis opera ſunt mortua abſque fide. Hîc annotare debes argumentum eſſe à minori: Ait enim opera magis eſſe mortua ſine fide, quàm eſt fides ſine operibus. Idem in ſermone de verbis Apoſtoli in illa verba, Habentes autem eundem ſpiritum fidei: Impoſſibile eſt, inquit, impoſſibile profectò, ſi vitam habeat impuram, in fide non vacillare. Ex his videmus, quantam Chryſoſtomus putarit conjunctionem eſſe inter fidem & opera bona. Idem exponens verba illa Apoſtoli, Legem ergo deſtruimus per fidem? Abſit: imò Legem conſtituimus. Quàmprimùm inquit, homo credit, confeſtim iuſtificatus eſt. Voluntatem igitur Legis fides firmavit, dum ipſum hoc, propter quod Lex omnia fecit, perduxit ad finem. Quid ergo dicit Pighius, fidem tantum eſſe fundamentum, & idcirco multum abeſſe à perfectione iuſtificationis? Aut quid illud eſt, quod poſt fidem ponit tot gradus & media, quibus ad iuſtificationẽ perveniatur? Longè enim aliter loquitur Chryſoſtomus, hominem ſtatim iuſtificari, ibi primùm crediderit. Deinde hoc etiam tribuit fidei, eam homines iuſtos facere, cum Lex id præſtare non potuerit, quamvis id multis modis fuiſſet conata. Adhæc exponens ea verba, Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti. Hanc inquit, Dei iuſtitiam, appellat iuſtitiam fidei, quòd omnino ſuperna gratia donetur, non laboribus noſtris. Et in illa verba, Ecce pono in Sion lapidem offenſionis. Vides ergo, inquit, fidem habere ſecum confidentiam & ſecuritatem. Hîc apertè fidem particularem & certitudinem de remiſſione peccatorum ſtatuit, quam adverſarij noſtri tantopere inſectantur. Adhæc exponens illud ex cap. 11. Quòd ſi non permanſerint in incredulitate, ipſi quoque denuo inſerentur. Si fides inquit, potuit te, quum eſſes oleaſter, inſerere in bonam oleam, poterit etiam illos reſtituere in ſuam. Hic quoque vis inſerendi in Chriſtum per iuſtificationem, & amputatos reſtituendi tribuitur fidei. Poſſem nunc tranſire ad Hieronymum, niſi quiddam eſſet, quod me ad Chryſoſtomum revocaret. Ille enim idem ſcribit, Fidem noſtram non eſſe ſatis ad ſalutem. Quales etiam ſententiæ paſſim occurrunt in Patribus: eas adverſarii noſtri in nos perpetuò torquent. Quanquam, ut verè dicam, hujuſmodi objectio non eſt cæſtus Entelli, nec tantopere formidanda. Facilè enim uno verbo occurri poteſt: Non enim ait, fidem non eſſe ſatis ad iuſtificationẽ, ſed tantùm ad ſalutem. Ea enim ipſa per ſeſe ſatis eſt ad iuſtificationem. Poſtquam autem ſemel ſumus iuſtificati, non ſatis eſt ad obtinendam ſalutem dicere, Credo: accedat etiam oportet ſancta vita, & bona opera, per ea enim, tanquam per gradus quoſdam, Deus nos perducit ad felicitatem. Atque ad hunc modum omnes Patrum ſententias, quæ huc facere videantur, interpretabimur. Quòd ſi verba illorum, ut fit interdum, hujuſmodi expoſitionem non patiantur, quod æquiſſimum eſt, provocabimus ab illis negligentius ſcribentibus, ad eoſdem illos alibi ſanius & magis orthodoxè ſentientes: ut mulier illa olim, quæ à Philippo ebrio provocavit ad eundem Philippum ſobrium.

1.Ti.1.19. — Opera mortua ſi e fide. — 2.Cor.4.13. — Rom.3.30. — Quamprimum homo credit, iuſtificatus eſt. — Rom.10.3. — Rom.9.33. — Rom.11.25. — Chryſoſtomi antilogia. — Provocãdum ad ſcripturas.

80 Hieronymus in Epiſtolam ad Galatas, in illa verba, Et nos ſcientes hominem non iuſtificari ex operibus Legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, ait, Omnes veteres Patres iuſtificatos fuiſſe eadem fide in Chriſtum, qua nos hodie iuſtificamur. Atque hanc ſententiam multorum exemplorum inductione confirmat. Primum numerat Abrahamum: de illo enim Chriſtum ita loquutum eſſe inquit, Vidit diẽ meum, vidit, & gaviſus eſt: deinde Moſen, de illo enim ita

Omnes Patres ſunt ſervati per fidem in Chriſtum. — Ioan 8.56.

A haberi in Epiſtola ad Hebræos, Eum opprobria Chriſti arbitratum majores divitias, quàm theſauros Ægypti: eumque, quum recuſaret eſſe in aula Pharaonis, crucem Chriſti potius amplecti voluiſſe. Et addit, Ioannem Evangeliſtam cap. 12. manifeſtiſſimè docere, ea omnia quę Eſaias commendavit literis de gloria Dei, cùm videret Dominum ſedentem ſupra ſolium excelſum & elevatum, intelligenda eſſe de filio Dei. Addit pręterea ex Epiſtola Iudæ, Dominum B Ieſum Chriſtum, liberaſſe populum Iſrael ex Ægypto: & deinde incredulos percuſſiſſe. Quo in loco vehementer miror. Hieronymum, hominem alioqui Græcæ linguæ peritiſſimum, vertiſſe Dominum Ieſum Chriſtum, quum in noſtro textu habeatur tantùm Dominus: niſi ſuſpicari velimus, illum habuiſſe aliud exemplar, quàm quod hodie nobis eſt in uſu. Quod ego dico, non quòd ambigam, ea quæ tunc temporis contigerunt à Chriſto Filio Dei fuiſſe facta. Ioannes enim ait, Deum nemo vidit unquam: ſed C Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit. Quare quicquid proditum eſt hominibus de rebus divinis, proditum eſt per Filium Dei: qui ſe verè præſtitit humano generi, Dei Patris ſui fidelem interpretem. Et Paulus 1. Corint. 10. ait, Bibebant de ſpirituali conſequente eos petra: petra autẽ erat Chriſtus: &, Non tentemus inquit Chriſtum, quemadmodum quidam illorum tentaverunt. Idem Hieronymus in Epiſt. ad Gal. dum enumerat fructus ſpiritus, ubi perventum eſt ad fidem, ita ſcribit: Si charitas procul abfuerit, D etiam fides pariter abſcedit. Hæc ſatis docent, illum ſenſiſſe, veram fidem non poſſe dividi à charitate, id quod nos quidem docemus & defendimus. Pighius autem cum ſuis exibilat atque explodit: ſed grunniat ille quantum velit, nobis ſatis eſt, hanc doctrinam & cum Scripturis & cum Patribus convenire. Ambroſius exponens illa verba ex Epiſt. ad Rom. Unus enim Deus eſt iuſtificans etiam circuncifionem ex fide: Quoniam inquit, unus Deus eſt, una ratione omnes iuſtificavit: quandoquidem meritum & dignitatem E non facit, niſi fides. Et poſtea in illa verba, Ideo ex fide ſecundum gratiam ut firma ſit promiſſio omni ſemini: Firma, inquit, promiſſio eſſe non poteſt omni ſemini, hoc eſt, omni homini ex omni gente, niſi fuerit ex fide. Quoniam origo promiſſionis ex fide eſt, non ex Lege: quia qui ſub Lege ſunt, rei ſunt: promiſſio autem rem dare poteſt, ac per hoc purificandi ſunt prius per fidem, ut digni fiant dici filii Dei, & ſit firma promiſſio. Et ad initium quinti capitis in hæc verba, Iuſtificati ex fide, pacem habemus ad Deum: F Pacem inquit, ut habeamus cum Deo, fides facit, non Lex. Hæc enim nos Deo reconciliat ſublatis peccatis, quæ nos Deo fecerant inimicos. Et infra in illa verba, Lex ſpiritus vitæ: Fides, inquit eſt, quæ iuſtificat confugientes ad ſe: ut remittat eis, quos Lex tenet reos, ut agentes ſub fide, liberi ſint à peccato. Et lib. 2. in Evangelium Lucæ ait, Petrum non fleviſſe, niſi quum Dominus ad eum reſpexiſſet. Et addit, Dominum in eo produxiſſe & pœnitentiam & vim lachrymandi.

Heb 11.26. — Ioan.12.39. — Eſa.6.9. — Iudæ v.5. — Ioan.1.18. — Quę ſunt prodita hominib. de rebus divinis, per filium Dei prodita fuerunt. — 1.Cor.10.4. — Ibid.v.9. — Fides à charitate non avellitur. — Rom.3.30. — Rom.4.16. — Rom.5.1. — Rom.8.2. — Luc.22.61.

G 81 Auguſtinus verò, dum iſta diſputat, verſari videtur in ſuis caſtris: ut in illo venari hujus controverſiæ teſtimonia ſit in mari, quod dici ſolet, aquam quærere. Quædam tamen ex illo quoque delibare, non erit à noſtro inſtituto alienum. In ſermone Domini in monte, de verbis Evangelii ſecundum Matthæum, ſermone 7. ad finem: Si de tuo opere præſumis, merces (inquit) tibi redditur, non gratia donatur. Interrogo nunc, Credis ô peccator? Credo. Quid credis? gratis ibi peccata per ipſum poſſe remitti? H Habes quod credidiſti. In præfatione in Pſal. 31. Nihil boni feciſti, & datur tibi remiſſio peccatorum. Attenduntur opera tua, & inveniuntur omnia mala. Si Deus illis operibus redderet quod debetur, utique damnaret. Idem de Spiritu & Litera, cap. 12. Colligimus hominem non iuſtificari præceptis bonæ vitæ, niſi per fidem Ieſu Chriſti. Idem contra duas Epiſtolas Pelagianorum, lib. 3. c. 5. Noſtra inquit fides, hoc eſt catholica fides, iuſtos ab injuſtis, non operum, ſed ipſa fidei Lege diſcernit. Et Auguſtinus & Alipius I Epiſt. 106. Iuſtitia ex fide, qua credimus nos iuſtificari, hæc eſt, iuſtos fieri, gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Idem contra Pelagium &

Cœle-

Nota diligenter, quam gratiam confiteri debeamus.

Cœleſtinum, lib.1. cap.10. Non ſatis inquit eſt, confiteri qualemcunq; gratiam, ſed illam, qua perſuadeamur, qua trahamur, & qua detur ipſum bonum. Hæc illis perſpicuè adverſantur, qui generalé neſcio quam gratiam conſtituunt: & in cujuſque manu poſitam eſſe volunt, ut eam vel admittat, vel repudiet. Iſta verò gratia, qua ita perſuademur non aliud eſt, quàm fides. Ea quidem ad iuſtificandum neceſſaria eſt: opera autem ea, quæ fiunt antequam iuſtificemur, nihil efficiunt. Nam idem Auguſtinus contra duas Epiſtolas Pelagianorum lib.3. cap.5. Quemadmodum opera, inquit, quæ videntur bona, impiis vertuntur in peccatum, &c. Et de Spiritu & Litera cap. 28. Quemadmodum, inquit, peccata quædam ſunt venialia, ſine quibus iuſtorum vita tranſigi non poteſt, eaque non impediunt nos à ſalute: ita quædam ſunt bona opera, ſine quibus vel peſſimi cujuſq; vita difficillimè agi poteſt: quæ tamen ad ſalutem nihil juvant. Et ne putes, hanc fidē, qua iuſtificamur, eſſe rem communem & vagam, addit poſtea capit.24. Cur huic ita ſuadeatur ut perſuadeatur, illi autem non ita? duo ſola occurrunt, quæ mihi placeat reſpondere: O altitudo divitiarum, & Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Cui iſta reſponſio diſplicet, quærat, inquit doctiores, ſed caveat præſumptiores. Si adverſariis noſtris credimus, fuiſſet iſta admodum rudis & cæca hæſitatio. Illi enim ſtatim vno verbo reſpondiſſent: alteri fuiſſe perſuaſum, quia voluit: alteri non fuiſſe, quia noluit. Auguſtinus autem rem altius conſiderans Deum videlicet eſſe, qui operetur in nobis & velle & perficere, pro ſua bona voluntate: videnſq; Paulum ipſum rei admiratione victum ſic exclamaſſe: iudicavit in ipſo potius Deo totum eſſe reponēdum, qui cuique diſtribuat quod ipſi videtur, iuſtè haud dubie, etſi nos ejus iuſtitiæ rationes non videamus. Imò ea ne perveſtigare quidem nobis tutum eſt, niſi velimus id nobis accidere, quod pyrauſtis ſolet: quæ quum captæ luce candelarum propius advolitant, ſępe à flamma comburuntur. Idem Auguſtinus de Prædeſtinatione ſanctorum cap. 5. taxat Pelagium, quod confinxiſſet gratiam illam communem omnibus ſanctis, quam non aliam volebat eſſe, quàm naturam: quod idem noſtri quoque hodie aduerſarij faciunt, quum eam clamant quaſi in medio propoſitam eſſe omnibus, & in cujuſque manu ſitum eſſe, ut eam recipiat, modò velit. Idē ad Vitalem, Epiſt. 107. His, inquit, qui ſimilem cauſam habent cum aliis quibus gratia datur, quibus tamen minimè datur: ut illi quibus ea data eſt, intelligant, quàm gratis ſibi conceſſa fuerit. Et eodem loco luculenter declarat, Deum ipſum ex nolentibus facere volentes, & auferre cor lapideum, & dare cor carneum. Hæc ſatis declarant, fidem eſſe qua iuſtificamur: eamque Deum pro ſua bona voluntate diſtribuere. Idem de Dogmatibus Eccleſiaſt. cap.4. (& quidem ille liber, quocunque authore ſit, Auguſtini nomen gerit) Vt à peccato purgemur inquit, Deus noſtram voluntatem non ſpectat: & in cap.44. Spiritus ſanctus efficit, ut eligamus, cogitemus, conſentiamus cuilibet bono ad ſalutem pertinenti. Idem lib. 13. cap.17. de Trinitate: Natura, inquit, humana aſſumpta eſt à verbo filiò Dei citra ullum meritum, atque eodem modo nobis quoque datur gratia Dei. Hæc collatio ſumitur à majori. Nam ſi homo ille, qui factus eſt Dei filius, citra ullum meritum id eſt conſequutus: multò magis nos ſine ullo merito vel de congruo, vel de condigno, recipimur in adoptionem. Idem ad Simplicianum lib. 1. quæſt.2. Quis, inquit, poteſt rectè vivere, ac iuſtè operari, niſi iuſtificatus ex fide? Quis poteſt credere, niſi aliqua vocatione, hoc eſt, aliqua rerum iuſtificatione tangatur? Quis habet in poteſtate ſua, ut ſua mentali viſu tangatur, quo voluntas moveatur ad fidem? Idem Sermone 61. in Ioannem, Peccata (inquit) omnia infidelitatis nomine tenentur. Et addit, Fidem abſque ſpe & charitate eſſe non poſſe. Quod etiam in Pſalmo 31. diſertè docuit. Idem lib.1. cap.19. contra duas Epiſtolas Pelagianorum, prolixè tractat, quoniam pacto trahamur à Deo: & inter cætera ait; Pelagianos valde debacchaturos fuiſſe in Chriſtianos, ſi illi vocem trahendi in Sacris literis non haberent. Quum autem vox ea in ipſo expreſſa ſit Evangelio, illos iam prorſus non habere quò confugiant. Infinita ſunt alia loca in Auguſtinò in hanc ſententiam: quæ nunc brevitatis cauſa relinquenda cenſeo.

Opera, quæ videntur bona, vertuntur in peccatum.

Rom.11.33. Rom.9.14.

Cur vni ſuadeatur, & alteri perſuadeatur quæ cauſæ poſſint reſpōderi?

Phil.2.13.

Simile.

Gratia, quam communiter, omnibus propoſitam Pelagiani docēbāt, erat natura.

Gratia datur aliquibus, & aliquibus non datur.

Non eſt in poteſtate noſtra ut eo viſu tangamur, quo volūtas ad fidem moveatur.

Ioan.6.44.

82 Cyrillus contra Iulianum libro primo, pagina decimaquarta ait. Eandem omnino eſſe Abrahami fidem, & noſtram: & idem in Ioannem lib.3. cap. 31. exponens illud; Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille: Fides, inquit, ſalutem adfert, & gratia iuſtificat: mandata verò Legis condemnant potius. Opus igitur Dei, fides in Chriſtum eſt. In his verbis annotare debemus, fidem eam eſſe, qua adfertur ſalus, & nos per gratiam iuſtificari. Declarat autem idem hæc apertius in Ioannem lib.9. cap.32. in illa verba, Et quò ego vadam ſcitis, & viam ſcitis: Iuſtificamur per fidem & participes divinæ naturæ, participatione Spiritus ſancti efficimur. Leo in Sermo. 13. de Paſſione Domini, Sanguinem inquit, filij Dei, Patres nobiſcum crediderunt fundendum: Nihil ergo, dilectiſſimi, ab antiquis ſignificationibus in Chriſtiana religione diverſum eſt, nec unquam à præcedentibus iuſtis, niſi in Domino Ieſu Chriſto ſperata ſaluatio eſt. Hoc & alia multa ſimilia teſtimonia, illos maximè confutat, qui dicere audent, Abrahamum iuſtificatum quidem fuiſſe, ſed non per fidem in Chriſtum, verùm per fidem de promiſſionibus terrenis. Cæterùm idem author videri poteſt contra nos facere, in eo quòd dicimus, veram fidem non inveniri ſine charitate. Nam in Sermone de Collectione & eleemoſyna, ſcribit ita de Satana: Sciens autem Deum non ſolùm verbis, ſed etiam factis negari multis, quibus auferre non potuit fidem, ſuſtulit charitatem: & agro cordis illorum avaritiæ radicibus occupato, ſpoliavit fructu bonorum operum, quos non privavit confeſſione labiorum. Hæc ſi preſſius conſiderentur, nihil omnino faciunt contra nos. Nos enim loquimur de vera, ſolida & viua fide: Leo autem, intelligit tantùm profeſſionem fidei aliquam externam. Nam cùm velit rationem reddere, qua conſtare poſſit, illis ablatam non fuiſſe fidem, proponit labiorum tantùm confeſſionē: quam nos quoque fatemur abſque charitate poſſe conſiſtere, & ſæpe à multis nequiſſimis hominibus iactari. Atque ad hunc modum exponenda arbitror, ſi quæ hujuſmodi teſtimonia occurrant in Patribus: Gregorius Epiſcopus Romanus hom. 19. in Ezechielem, Non, inquit, operibus venitur ad fidem, ſed per fidem pertingitur ad virtutes. Cornelius enim centurio non operibus venit ad fidem, ſed fide venit ad opera. Dicitur enim, orationes & eleemoſynæ tuæ, &c. Quid autem orabat, ſi non credebat? Sed iam quòd incarnatus Mediator eſſet, neſciebat, per opera venit ad pleniorem cognitionem. Ex his velim adverſarios noſtros intelligere, fidem neceſſario præcedere omnia opera bona. Nam illi, opera moralia, quę fiunt ab hominibus Ethnicis, nec adhuc in Chriſtum credentibus, contendunt eſſe bona. Id hoc loco à Gregorio refuratur. Idem in moralibus libro 2. cap.15. de eadem re loquens ita ſcribit, Niſi fides prima in cordibus noſtris gignitur, reliqua quæque bona eſſe non poſſunt, etiamſi bona videantur. Beda in cap.2. Iacobi, Is tantum verè credit, qui exercet operando quod credit: quia fides & charitas ab invicem ſeparari nequeunt. Hæc ergo de Patribus volo eſſe ſatis. Quid verò Concilia, Aphricanum, Mileuitanum, & Arauſicanum de iuſtificatione, fide, gratia & operibus ſtatuant, antea ſatis multis docuimus in priori articulo. Nunc hoc tantùm addam. Aduerſarios noſtros, cùm dicant, Deum gratiam ſuam offerre omnibus, & dona ſua dare hominibus ea deſiderantibus, & apprehendentibus, & facientibus quod debēt, condonare peccata, cùm interim omittant afflatum Sancti ſpiritus, & Dei trahentis potentiam, & animi perſuaſionem interiorem: eaque omnia, quæ in hoc negotio ſunt potiſſima, illis conciliis, quæ citauimus, apertiſſimè adverſari. Neque tamen diſſimulare poſſum, in concilio Moguntino, quod habitum eſt ſub Carolo Magno, in 1. cap. citari Gregorium qui ita ſcribat. Ille verè credit, qui exercet operando quod credit.

Cyrillus.

Ioan.6.29.

Leo.

Patres iuſtificati ſunt fide illarū promiſſionum, quas nos credimus.

Gregorius. Act.10.4.

Beda.

83 Quum ergo videamus, quod ad hunc articulum attinet, homines iuſtificari per fidem in Chri-

Tertius articulus. Iuſtificamur ſola fide.

ſtum, idque ex Scripturis confirmaverimus, & adverſariorum objecta diluerimus, & Patrum teſtimonia ad noſtram ſententiam conſtituendam adduxerimus, iam ad tertium articulum accedemus. Dicimus ergo, iuſtificationem conſtare ſola fide. Quam ſententiam probant omnia illa loca Scripturarum, quæ docent, nos gratis iuſtificari: eaque, quæ affirmant, iuſtificationem contingere ſine operibus, quæque antitheſin ponunt inter gratiam & opera. Hæc inquam, omnia loca veriſſimè concludunt, nos iuſtificari ſola fide: quamvis ea vox, Sola, in Scripturis non legatur. Sed id non eſt tanti: ſignificatio enim ejus vocis ex illis neceſſario colligitur. Deinde hoc etiam annotandum eſt, quemadmodum iam antea docuimus, nos non conſtituere fidem eam, qua iuſtificamur, eſſe in animis noſtris abſque bonis operibus: quamvis eam dicamus eſſe ſolam, quæ iuſtificationem, & remiſſionem peccatorum apprehendat.

Similia.

Ita oculus non poteſt eſſe ſine capite, cerebro, corde, epate, & aliis partibus corporis: & tamen colorem & lucem, ſolus oculus apprehendit. Quare, qui ad hunc modum contra nos argutantur, Fides uti dicitis, iuſtificat: Fides autem non eſt ſola, Ergo ſola fides non iuſtificat: incidunt in fœdiſſimum paralogiſmum: ut ſi quis ita concluderet, Sola voluntas vult, Voluntas autem in animo non eſt ſola: Ergo non ſola voluntas vult. Hic vel pueri videre poſſunt fallaciam, quam appellant Compoſitionis, & Diviſionis. Et non turpe eſt, eam tantos Theologos non videre? Sed hic ſe nobis Smithæus opponit, lumen ſcilicet Theologiæ. Is iamdudum clamat, uſque ad ravim, nos falſo aſſumere loca ea Scripturarum, quæ teſtantur nos gratis iuſtificari, idem ſignificare, quod iuſtificari ſola fide. Gratis enim inquit, non eſt idem, quod ſolum. O nos hebetes Grammaticos, qui adverbium uſitatiſſimum ſine hoc magiſtro non potuimus intelligere! Iſte tamen Ariſtarchus grammaticus, ne ſine aliqua ratione videatur deſipere, ſcriptum eſt inquit, in Gen. Labanum dixiſſe Iacobo; Quoniam es mihi cognatus, nunquid ſervies mihi gratis? Hic inquit, pone Solum, & videbis quam oratio abſurda futura ſit. Et in Numeris populus ait, ſe in Ægypto comediſſe piſces gratis. Et in Pſal. Odio habuerunt me gratis. Hic ait, nihil eſſe loci adverbio, Solùm: Nos ergo temerè & infirmiſſimè concludere, ex eo quod homo in Scripturis dicitur gratis iuſtificari, eum ſtatim iuſtificari ſola fide.

Gen. 29.15.
Num. 11.5.
Pſal 69.5.
De Aduerbio Gratis.

Sed ſcite oportuit hunc hominem tam perſpicacem, tamque exercitatum in Concordantiis Bibliorum, Gratis, eſſe abſque cauſa, aut ſine mercede, aut pretio. Ideoque nos rectè dicere, Iuſtificationem conſtare ſola fide, quòd conferri gratis dicatur. Nam ſi accederent opera, eſſet cauſa, aut merces, aut pretium ad iuſtitiam obtinendam. Verùm cùm Gratis ea omnia excludat, ex ea voce rectè ac verè infertur ſola fides. Loca verò illa, quæ iſte allegauit, non eſt difficilè refutare. Laban enim ait, Gratis ſervies, hoc eſt, ſine eo, ut ego tibi dem aliquid. Hoc autem eſt, ſolùm accipere, & nihil rependere. Et Iſraelitæ, quum dicerent, ſe piſces comediſſe gratis, intelligebant, ſe comediſſe piſces abſque pretio. Et illud, Odio habuerunt me gratis, nihil eſt aliud, quàm ſine cauſa, & abſque ullo meo merito. Quare ſi vox illa, Gratis, tollit pretium, & meritum, quum Paulus ait, nos iuſtificari gratis, neceſſe eſt ut intelligamus, abſque ullo noſtro pretio, aut merito fieri. Quod certè verum non eſſet, ſi opera ut cauſæ & merita intercederent. Et quoniam ſemel adduximus locum ex Epiſt. ad Gal. Quum autem ſciremus hominem non iuſtificari ex operibus Legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti, & ex illa particula, Niſi concluſimus, iuſtificationem conſtare ſola fide: iſte pro ſua ſapientia tumultuatur; Niſi, non eſſe idem quòd ſolum. Ioſephus enim, inquit, in Gen. dicit fratribus ſuis: Non videbitis faciem meam, niſi adduxeritis fratrem veſtrum minimum: & Chriſtus, inquit, ait, Niſi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis. Quis inquit dicet, vitam habere ſolum per manducationem ſacramenti? Hæc ergo non poſſunt inquit exponi per Solùm. Imò poſſunt: Nam in libro Geneſ. quid aliud voluit Ioſephus, quàm admonere fratres ſuos, illos hac ſolùm conditione redituros eſſe in conſpectum ſuum, ſi minimum ſuum fratrem

Galat. 2.16.
De aduerbio. Niſi.
Gen. 43.6.
Ioan 6.53.

A adduxiſſent? Chriſtus autem in cap. 6. Ioannis, non egit de manducatione ſacramenti: illud enim nondum inſtituerat: per manducare ergo intelligit credere. Et adultos in eo ſolùm ait habere vitam, ſi carnem ſuam edant, & bibant ſanguinem: hoc eſt, ſi credant, Filium Dei traditum eſſe pro ſe in remiſſionem peccatorum: atque hanc ſolam viam eſſe, qua poſſint ſeruari.

84 Sed addit Smithæus, à iuſtificatione excludendam non eſſe ſpem & charitatem, & alia opera bona. Fateor equidem, iſta excludenda non eſſe ab homine qui iuſtificetur: non tamen illis tribuo vim iuſtificandi. Nam quod Paulus ait, hominem non iuſtificari ex operibus, non erit verum, ſi aliquo genere operum iuſtificemur.

Rom 3.20.
Simile.

Etenim ſi quis diceret, artificem aliquem non operari digitis, & poſtea fateretur, cum ad opus quod faciat, adhibere digitos, eſſet ridiculus: quamvis convictus vellet dicere, ſe minimum tantum digitum & annularem excepiſſe, non autem pollicem, indicem, aut medium. Nam qui tribus digitis utitur, certè utitur digitis. Sed cur ait iſte, ſpem & charitatem non excludi? Quoniam inquit, vosipſi vultis nos iuſtificari viva fide: quæ certè iſtis non caret. Fatemur, iſtas virtutes ſemper eſſe conjunctas cum vera fide: in illis tamen non conſtituimus partem aliquam iuſtificationis noſtræ coram Deo. Eſt enim in hoc argumento fallacia Accidentis. Adjunctis enim tribuitur id, quod proprium eſt eius, cui adjuncta ſunt. Vt ſi quis dicat, Sol rotundus eſt & ſublimis: ergo rotunditas & ſublimitas Solis calefaciunt. Quæ ergo opera excludit Smithæus à iuſtificatione, quum includat ſpem & charitatem? Arbitror equidem, opera externa, iejunia, eleemoſynas & alia ſimilia. Sed qua fronte hoc dicere aut docere poteſt, quum ſtatuat & defendat opera præparatoria? At homo acutus putat ſe pulchrè evaſiſſe, quod dicat iſta ad iuſtificationem neceſſariò non requiri: tantùm autem, ſi adſint, ad iuſtificationem conducere. Verùm id ridiculum eſt. Supra enim luculenter docuimus, opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, peccata eſſe. Tantum abeſt, ut ea facere quicquam poſſint ad iuſtificationem. Et ſi ea iuſtificationem ullo modo promoverent, non excluderetur gloriatio. Poſſemus enim gloriari nos ea feciſſe, quorum ope atque adminiculo iuſtificaremur. Sed hoc, inquit, iactare non poſſumus, quòd ea facta ſint, aliqua Dei gratia præueniente. Atqui hoc in primis animadvertendum eſt, iſtos bonam partem hujuſmodi operum tribuere libero arbitrio: ideoque ex ea ſaltem parte poſſumus gloriari. Neque verum erit quod Apoſtolus ait: Quid habes, quod non accepiſti? Et, Quid gloriaris, quaſi non acceperis? Hic quidam iſtorum reſpondent, non poſſe nos de hac libertate voluntatis gloriari, quod illam de noſtro non habeamus. Deum enim eſſe qui nos ea facultate donauerit, liberoſque fecerit, cùm crearet. Verùm hoc non eſt ſatis ad tollendam gloriationem. Primùm quòd hoc eſſet confugere ad communem gratiam creationis, quod fecerunt Pelagiani: atque ita relinqueretur nobis ſaltem bonus uſus liberi arbitrii, de quo poſſemus gloriari. Quamvis enim habeamus id à Deo per creationem, tamen rectus vſus noſter eſt: ſcilicet, ut aſſentiamur Deo vocanti, & accommodemus nos ad bona opera, quæ à Deo proponuntur. Et idcirco ad gloriationem vere tollendam, neceſſe eſt, ut id aſſiduè habeamus in animo, quod monuit Auguſtinus de Spiritu & litera, cap. 34. Non tantùm voluntatem & electionem benè agendi à Deo eſſe, quia per creationem dedit arbitrium & voluntatem liberam, ſed etiam quòd viſorum ſuaſionibus effecerit, ut velimus, & credamus: idque non tantùm externa prædicatione Euangelii, ſed etiam interiori ſuaſione. Non enim tantùm incitat eos, ſed etiam perſuadet, trahit, flectit ad credendum. Fateor equidem, voluntatis eſſe, ut velit & amplectatur, id quod Deus offert: non enim intelligentia, aut memoria volumus, ſed voluntate. Idem tamen non dubito, Deum eſſe, qui efficit ut velimus & ſequamur bona.

1. Cor. 4.7.
Pelagiani cõfugiebant ad communẽ gratiam creationis.
Gratia an cum operibus conueniat?

85 Adhæc adverſarii noſtri arbitrantur, etſi opera concurrant ad iuſtificationem, verum tamen eſſe quod Sacræ literæ dicunt, nos iuſtificari gratis. Quo-

niam

Digitized by Google

niam inquiunt, illa opera donantur à Deo, & fiunt ex gratia. Si iuvaret hoc ſuffugium, Paulus non rectè abſtuliſſet operibus cæremonialibus vim iuſtificandi. Iudæus enim diceret, Patres noſtri, qui antiquitus circuncidebantur, & præſtabant alias obſervationes legales, id non ex ſuis viribus naturalibus fecerunt, ſed ex Gratia Dei iuvante, atque excitante. Ideóque ſi alia opera, quæ in Lege præcipiebantur, ad iuſtificationem conducere potuerunt, ut eam quemadmodum vos loquimini, mererentur de congruo: cur idē non potuerunt cæremonialia? Neque quicquam iuvat, ſi dicas, Paulum ne illis quidem adimere vim iuſtificandi, niſi tantùm poſt adventum Chriſti. Ille enim apertè loquitur de Abrahamo iuſtificato ex fide, non ex circuncisione: & utitur teſtimonio Davidis, quem ſatis conſtat vixiſſe ſub Lege: Quum autem iſte dicat, charitatem & ſpem non poſſe excludi, velim ex eo libenter ſcire, opera iſtarum virtutum ſintne iuſta, necne. Scio fatebitur: Quid ergo reſpondebit Paulo, qui ad Titum ait; Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos? Sed novi iſtorum commenta. Reſpondent, talia quoque opera excludi, ſi fiant ex Lege & libero arbitrio abſque gratia. Verùm quid oportet id excludere, quod eſſe non poteſt? Quis enim vel amabit Deum, vel in illum ſperabit abſque gratia. Deinde quocunque illa modo fiant, non poſſunt facere ad iuſtificationem: quia iuſtificamur ex gratia, ut ex Sacris literis ſatis liquet. Inter gratiam autem & opera, tanta eſt oppoſitio, ut Paulus dicat, Si ex gratia, iam non eſt ex operibus; & ſi ex operibus, non eſt ex gratia. Neque iſta ita indignè ferre debent, ſi nos uſurpemus vocem illam, Solum. Eam enim concludimus neceſſariò ex eo quod Paulus ait, primùm nos iuſtificari ex fide: & deinde ſubdit, Abſque operibus. Quàm id rectè concludamus, oſtendam à ſimili. In 6. cap. Deuteron. (ſi ſequamur Hebraicam veritatem) ita ſcribitur, Dominum Deum tuum timebis, & illi ſervies. Hic ut vides, deeſt particula Solum: tamen quoniam ſequitur, Non ibis poſt Deos alienos, Septuaginta interpretes ita reddiderunt eum locum, Dominum Deum tuum timebis, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Iſti ex priori propoſitione affirmante, Deum colendum, & ex altera negante, deos non adorandos eſſe alienos, concluſerunt ſeruiendū eſſe ſoli Deo. Quorum authoritas apud me non eſſet tanti ponderis, niſi Chriſtus ipſe locum illum ita citaſſet. Ita enim rejecit diabolum, Abi retro, Satana: Scriptum eſt enim, Dominum Deum tuū adorabis, & illi ſoli ſervies. Hic videmus ad improbandā adorationem, quæ ulli creaturæ præſtetur, neceſſariam eſſe particulam illam, Soli: quæ etſi non habetur in Hebræo, inde tamen neceſſariò elicitur. Ad hunc modum ſi nos quoque argumentamur, quid iſti tantoperè offenduntur.

Gala. 4. & 6. — Tit. 3.5. — Ratio efficax ad probādum ſolam fidem iuſtificare. — Rom. 11.6. — Rom. 3.28. — Deut. 6.13. — Mat. 4.10.

86 Conſiderent etiam, optimos atque antiquiſſimos Patres ab hac voce non abhorruiſſe. Quibus ridiculum eſt videre, quàm frigidis & miſeris ſtrophis & argutiis Smithæus velit occurrere. Primùm ait, eos nihil aliud voluiſſe, quàm homines reprimere, ne inſoleſcerent. Sed reſpondeat mihi Smithæus uno verbo pro ſua ſapientia, veréne hoc illi Patres, an falsò dixerint? Si verè, nobiſcum faciunt, & quid iſte ſe opponit? Sin falsò, nihil illos iuvat bonus finis, ut hominum inſolentiam retundant. Quemadmodum enim non eſt faciendum malum, ut veniat bonum: ita falſum dogma non eſt ſtatuendum, ut aliud dogma vitioſum evertatur. Iſte autem ita planè ſolenniter inſanit, ut hoc dicat Patribus licuiſſe. Nā in libello de Votis (quem ante aliquot annos publicavit) ait, Auguſtinum in libro de Bono viduitatis, quum ſcribat, matrimonia eorum, qui votum virginitatis aut cœlibatus voviſſent, veras eſſe nuptias, nō autem adulteria: id non alio conſilio ſcripſiſſe, quàm ut Iulianæ viduæ, ad quam librum ſcribebat, perſuaderet, nuptias in genere non eſſe malas. Atque ita, ſi diis placet, fatetur Auguſtinum falſum dogma ſtatuiſſe, ut aliud falſum exploderet. Et eadem prudentia in eodem illo libro, fingit Clementem Alexandrinum ſcripſiſſe, Paulum habuiſſe uxorem, quod ipſe falſiſſimum arbitrabatur, tantùm ut probaret, nuptias eſſe bonas & honorabiles. Quod ſi ita liceat vera cum falſis miſcere, & omnia confundere, quando tandem credemus Patribus? Quid unquam nobis erit tuti, ne ab illis decipiamur? Adhæc fingit, Paulum excluſiſſe à iuſtificatione tantùm opera legalia. Sed ſupra ſatis copioſè confutavimus, docuimúſque rationes Pauli eſſe univerſales. Imò Patres quoque hoc viderunt: nam Auguſtinus multis in locis affirmat, Paulum non tantùm de cæremonialibus operibus agere, ſed etiam de moralibus. Sed quoniam Auguſtini authoritas neſcio quomodo adverſariis noſtris ſuſpecta eſt, videamus, quid dicat Hieronymus. Is ad Cteſiphontem contra Pelagianos in hęc verba, Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro, ita ſcribit; Quod ne de Lege Moſaica tantùm dictum putes, & non de omnibus mandatis, quæ uno legis nomine continentur, idem Apoſtolus dicit, Conſentio legi Dei. Alii etiam ſunt ex Patribus, qui idem docent: ſed illos nunc prætereo. Satis ſit oſtendiſſe, iſtud quoque alterum commentum Smithæi vanum & ineptum eſſe.

Patres uſi ſunt voce Sola. — Rom. 3.8. — Rom. 3.20. — Rom. 7.16. — Hieronymus etiā ſenſit non tantùm opera cæremonialia excludēda eſſe à iuſtificatione.

87 Tertio loco ait, Eos excludere voluiſſe opera, ut loquitur, pœnalia: ea videlicet opinor, quæ homines pœnitentes faciunt. Sed hoc quoque oſtendere quàm ſit ridiculum, haud longa demonſtratione opus eſt. Primùm enim hujuſmodi opera exigebantur ab hominibus, non ut per illa iuſtificarentur coram Deo, ſed tantùm ut ſeſe approbarent Eccleſiæ, videlicet, ne ficta & ſimulata pœnitentiā ambirent reconciliationem. Deinde non eſt veriſimile, Paulum de hujuſmodi operibus loquutum eſſe. Illa enim eo tempore non erant in uſu. Ambroſius quidem, quum opera excludit à iuſtificatione, ſemel atque iterum huc reſpexit. Sed morari non debemus, quid unus aut alter ex Patribus dixerit, ſed quid ſacris literis conveniat. Addit præterea Smithæus, certum eſſe, Deum multò plus à nobis requirere, quàm fidem. In Marco enim ita ſcriptum eſt, Pœnitentiam agite, & credite. Hic inquit, fidei adjuncta eſt pœnitentia. Et alio loco, Qui crediderit, & baptizatus fuerit. Addit in Epiſt. ad Eph. Eccleſiam dici ſanctificari, lavacro aquæ in verbo. Et Petrum primę Epiſt. cap. 3. dicere, Baptiſma nos feciſſe ſaluos, Hieronymum etiam ita ſcribere cap. 1. in Eſaiam, Lauacrum regenerationis, ſolùm peccata remittit. Ecce inquit, iuſtificatio & remiſſio peccatorum, non tantùm fidei adſcribitur, ſed etiam ſacramentis. Quod ad primum attinet, fatemur, Chriſtum plus à nobis requirere, quàm fidem. Quis enim dubitet, eum velle homines iuſtificatos rectè vivere, ſéque per omnia virtutum genera exercere, alioqui ad æternam ſalutem nō perventuros? Atqui fructus iſti ſunt fidei & iuſtificationis effecta, non cauſæ. De ſacramentis verò non ſemel docuimus, quemadmodum illis attribuenda ſit iuſtificatio. Ea enim ita ſe ad illam habent, ut prædicatio Evangelii, & promiſſio de Chriſto, quæ nobis offertur ad ſalutem. Sæpiſſimè verò in Scripturis id, quod rei eſt, adſcribitur ſacramento. Et quoniam Baptiſmus, remiſſionē peccatorum promittit per Chriſtum, eámque ſignificat, & in illis qui tinguntur obſignat, idcirco Hieronymus ex aliis omnibus ſacramentis illi ſoli hoc attribuit. Quare nihil nos movere debent verba Patrum, quum ita ſcribant, Solam fidem non eſſe ſatis ad ſalutem. Id enim intelligunt de æterna ſalute, ad quam non pervenimus, niſi fidē noſtram fructus aliqui conſequantur. Ex illorum autem dictis non debemus colligere, hominem non iuſtificari ſola fide. Etſi quando idē illi Patres ſua verba referre videantur ad iuſtificationem, intelligendi ſunt, ingenium veræ & iuſtificantis fidei voluiſſe exprimere. Ea enim revera nunquam eſt ſola: ſed ſemper habet comites ſpem & charitatem, aliáque opera bona. Interdum etiam illi iuſtificationem intelligunt iuſtitiam nobis inhærentem: quam certum eſt non conſtare ſola fide.

Deus plus ab hominibus requirit quàm fidem. — Marc. 1.15. — Marc. 16.16. — Eph. 5.26. — 1. Pet. 3.21.

88 Id enim putant contra nos facere, quod Paulus habet ad Romanos; Spe ſalui facti ſumus. Nec vident, ſalutem ibi accipi pro extrema regeneratione, quam ſpectamus nos aliquando adeptutos in patria. Nam Apoſtolus paulò antè de illa loquebatur. Eam verò ſalutem dubium non eſt, nos tenere ſola ſpe, non autem adhuc re. Si quis fortè eſt, cui hæc ſolutio iuſtiſſima & veriſſima non ſatis placeat, ſequatur interpretationem Origenis. Is enim eo loco ait, ſpē

Rom. 8.24.

Digitized by Google

Iuſtitia nobis inhærens non conſtat ſola fide.
Rom.3.28.

poſitam eſſe pro fide: quod in Sacris literis non raro A
uſuvenit. Sed aliud etiam adhuc commentum inve-
nerunt, quo quantum poſſunt lenire ſtudent vocu-
lam illam, Solam, toties à Patribus uſurpatam: nimi-
rum, quod fides ſola initium habeat, & primum qua-
ſi gradum iuſtificationis: quæ poſtea futura ſit perfe-
cta & plena, cùm alia bona opera acceſſerint. Sed
hoc, quàm vanum ſit, Paulus ipſe ſatis docet: Non
enim ſolùm ait nos iuſtificari ſola fide, ſed etiam ad-
dit, Abſque operibus. Deinde id quoque contra iſtos B
facit, quod ſcribitur cap. 15. Sapientiæ, Noſſe Deum,
eſt conſummata iuſtitia. Quo in loco operæpretium
eſt videre, quomodo ſe Smithæus noſter torqueat.
Primùm, ſententiam negare non audet, habet enim
librum illum pro canonico: ſed, ut eſt acutus, hoc ad
extremum comminiſcitur, Deum non cognoſci ſola
fide, ſed etiam dilectione. Sed quis unquam hoc di-
xiſſet, præter iſtum? Certè dilectione non cognoſci-
mus, ſed amamus. Cæterùm, quod in libro illo Sa-
pientiæ (qui apud me tantæ authoritatis non eſt) C
dicitur, Chriſtus ipſe apertiſſime teſtatus eſt in Evan-
gelio, Hæc eſt inquiens vita æterna, ut cognoſcant
te ſolum verum Deum. Quanquam de hoc quoque
dicto Servatoris noſtri, neſcio quid olim confinxit
Vintonienſis: nimirum, cognoſcere Deum, non eſſe
propriè vitam æternam, licet ad eam nonnihil pro-
moveat. Sed iſtis hominibus, cum nec Patres, nec
Paulus, nec ipſe Chriſtus ſatisfaciat, nihil eſt quod
ſperemus, nos noſtris rationibus quicquam eſſe pro-
fecturos. Addunt inſuper, Patres dicere, Solam fi- D
dem iuſtificare, hoc eſt præcipuam eam eſſe qua iu-
ſtificemur. Agnoſco equidem, Solum quandoque
ſignificare præcipuum. Sed hic ſenſus non poteſt
quadrare ad iuſtitiam Pauli. Nam ſi charitas confe-
ratur cum fide, charitas erit præſtantior & potior, ut
Paulus ait. Quare ſi utraque iuſtificet, ut iſti volunt,
omnino potiores partes erunt charitatis, non fidei.
Id etiam iſtis vehementer obſtat, quod ſæpe dixi,
Paulum ita iuſtificationem aſcribere fidei, ut dicat,
Abſque operibus. Sed Auguſtinus inquiunt, ad Sim- E
plicianum ſcribit, Nos fide incipere iuſtificari. Ad id
bifariam poſſumus reſpondere: primùm, talem eſſe
illam inchoationem, quæ revera iuſtificationẽ ipſam
plenam & totam habeat. Vt ſenſus Auguſtini ſit, nos
iuſtificari, cum primum habemus fidem. Aut ſi id
non placet, dicemus id quod res eſt, Auguſtinum
ſenſiſſe de iuſtitia inhærente. Citant enim Ambro-
ſium in quintum caput ad Galatas. In Chriſto, &c.
Sola enim fide, inquit, opus eſt, in charitate ad iuſti-
ficationem. Ecce inquiunt, ad iuſtificationem, non F
minus charitate opus eſt, quàm fide. Sed longè fal-
luntur: His enim verbis Ambroſius nihil aliud voluit,
quàm veram fidem ab inani opinione diſtinguere.
Itaque ait, Sola fide opus eſſe, quæ nimirum conjun-
cta ſit cum charitate. Sed Hieronymus in quintum
caput ad Galatas ait, Solam eſſe charitatem, quæ cor
mundum efficiat. Quid hic reſpondebimus, quàm
hoc ejus dictum, ſi rigidè ac ſimpliciter urgeatur, fal-
ſum eſſe? Nam fides etiam eſt quæ purificat corda, ut
habetur in Actis Apoſtolicis. Et Paulus ad Timo- G
theum ait, Charitas de corde puro, & conſcientia bo-
na, &c. Ex quibus apparet, neceſſe eſſe cor prius pu-
rum eſſe, quàm charitas poſſit accedere. Interpreta-
bimur ergo illam ſententiam ex effectu, & quod ad
noſtram notitiam attinet: tunc enim maximè con-
ſtat, nos eſſe regeneratos, & mundatum habere cor, ſi
præditi ſimus charitate. Ad hunc modum quoque ſu-
pra expoſuimus, remiſſa ſunt ei peccata multa, quo-
niam dilexit multum.

Sap.15.3.
Ioan.17.3.
Solũ quandoque ſignificat præcipuum.
1.Cor.13.13.
Gal.5.6.
Act.15.9.
1.Tim.1.5.

Auguſtinus.
Cur interdum uni charitati iuſtitia noſtra tribuatur.

89 Atque eodem pacto, illud quoque Auguſti- H
ni dictum de Natura & Gratia, capite trigeſimo octa-
vo expediri poteſt: Charitas inquit, Dei, qua una iu-
ſtus eſt, quicunque iuſtus eſt. Sed ea etiam ratio mi-
hi vehementer placet, ut hujuſmodi Patrum dicta
intelligamus de iuſtitia inhærente. Ea enim non una
tantùm fide conſtat, ſed etiam omnibus virtutibus &
operibus bonis. Quoniam autem inter alias virtutes
præcipua eſt charitas, idcirco Patres, illi interdum ſo-
li iuſtitiam tribuunt. Et quod adverſarij noſtri ſibi
injuſtè uſurparunt, ut ſolam exponerent præcipuã, I
id nos hic iure optimo faciemus. Non enim hic de
iuſtificatione ea quæ ex imputatione habetur agi-

A mus, ſed de ea quæ nobis poſt regenerationem ac-
quiritur. In hac itaque noſtra propoſitione, non ex-
cludimus ab homine iuſtificato ſpem, charitatem, &
alia opera bona: ſed hoc tantùm dicimus, illa non ha-
bere vim, aut cauſam, aut meritum iuſtificandi. Cum-
que dicimus, hominem iuſtificari ſola fide, nihil ſa-
nè aliud dicimus, quàm hominem iuſtificari ſola Dei
miſericordia, & ſolius Chriſti merito: quæ non alio
inſtrumento apprehendere poſſumus, quàm ſola fi-
B de. Neque adverſariis noſtris cedendum eſt, ut ne u-
tamur illa voce, Sola: quantumvis clament naſci ex
ea magnam offenſionem, & animos hominum hac
perſuaſione, nonnihil in ſtudio virtutum debilitari.
His enim incommodis, facilè medemur doctrina ſa-
na. Nam ſemper inculcamus, non eſſe eam veram
iuſtificationem, aut veram fidem, quæ careat fructi-
bus bonæ vitæ. Videmus autem iſtorum vafrum &
callidum conſilium: nam ſi nos diceremus, hominem
ſimpliciter iuſtificari fide, ſummota vocula illa Sola,
C ſtatim adderent de ſuo, hominem quidem iuſtificari
fide, ſed non minus tamen eum iuſtificari ſpe, & cha-
ritate, & aliis operibus bonis. Hac eadem de cauſa,
Catholici olim noluerunt permittere Arianis vocem
illam ὁμοιούσιος: quod illi ſtatim dicturi eſſent, Filium
quidem appellatione Deum eſſe, Patri autem, & fer-
me parem: non tamen prorſus ejuſdem naturæ atque
ſubſtantiæ. Quare illi mordicus propugnare ac reti-
nere voluerunt ὁμοούσιος, ut vocem aptiſſimam ad ex-
plicandam ejus controverſiæ veritatem: quod etiam
D pro ſuo iure facere potuerunt, maxime verò cum vi-
derent, eam vocem ex Divinis literis neceſſario con-
cludi: ex quibus etiam evidentiſſimè concluditur,
noſtra iſta vox, Sola, eaque nobis viſa eſt maximè
idonea, ad operariorum errores refutandos. Gardine-
rus etiam Epiſcopus Vintonienſis, noſtram iſtam pro-
poſitionem arbitratus eſt abſurdam: & contra eam
inter cætera uſus eſt hoc argumento, quod mihi qui-
dem mirum videri ſolet, quanti à quibuſdam Papiſtis
ejus paraſitis fiat. Iuſtitia inquit, à Deo nobis dona-
E ta, qua iuſtificamur, ad omnes animi facultates, vel
potius ad totum hominem pertinet: Ergò non iuſti-
ficamur ſola fide. Ea enim eſt tantùm ſuperioris par-
tis animi. Hîc latet, Lector, ne neſcias, duplex falla-
cia. Primùm enim, facio iuſtitiam illam qua dona-
mur, pertinere ad totum hominem, & ad omnes ani-
mi facultates: an propterea ſequetur, iuſtitiam illam,
oblatam à Deo, non apprehendi ſola fide? Certè ci-
bus quo veſcimur, in omnia membra & in corpus
univerſum diſtribuitur, & tamen ore tantùm, non
F autem toto corpore percipitur. Adhæc diſputatio
inſtituta eſt, non de iuſtitia aliqua nobis inhæren-
te, quæ revera in totum hominem ſpargitur, ſed de
iuſtificatione, quæ eſt peccatorum condonatio. Ea
verò non in animis noſtris locum ac ſedem habet, ſed
in ſolo Deo, cujus unius voluntate peccata nobis re-
laxantur.

Nõ eſt deſiſtẽdum abuſu illius voculæ; Sola.
Exemplũ cõ ſimile.
Simile.
Iuſtitia quã iuſtificamur in Deo eſt, nõ in nobis.

90 Verùm, quoniam hic articulus ſatis iam de-
fenſus eſt adverſus importunorum hominum cavil-
lationes: his omiſſis, oſtendemus paucis, veteres Pa-
G tres ab iſta vocula, Sola, quam aduerſarij noſtri tan-
topere fugiunt, non abhorruiſſe. Origenes in Epiſto-
lam ad Rom. in hæc verba, Excluſa eſt gloriatio tua:
Per quam legem? factorum? Non, ſed per legem
fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fi-
dem, abſque operibus Legis. Sufficit inquit, ſolius
fidei iuſtificatio, ut aliquis tantummodò credens iu-
ſtificetur, etiamſi nihil ab eo boni operis factum ſit:
& exempli cauſâ, proponit latronem illum unà cum
Chriſto crucifixum, & mulierem illam cui Chriſtus
H reſpondit, Fides tua te ſalvam fecit: poſtea objicit
ſibi, aliquem iſta audientem, reddi poſſe ſecurum
& contemnere bona opera. Sed reſpondet, eum qui
poſt iuſtificationem non rectè vixerit, abjicere gra-
tiam iuſtificationis. Nemo autem, inquit, accipit ve-
niam peccatorum, ad licentiam peccandi. Indulgen-
tia enim datur, non futurorum criminum, ſed præ-
teritorum. Qua ſententia nihil dici potuit noſtræ
doctrinæ conformius. Cyprianus ad Quirinum cap.
42. Fides inquit, tantum prodeſt: & quantum credi-
I mus, tantum poſſumus. Baſilius in concione de Hu-
militate ſcribit, hominem iuſtificari ſola fide. Hilarius
etiam in Matthæum cap. 8. Fides inquit, ſola iuſtificat.
Ambro-

Origenes.
Rom.3.27.
Luc.23.43.
Mat.9.22.
Cyprianus.
Baſilius.
Hilarius.

Digitized by Google

Ambroſius.

Ambroſius in 3. caput ad Romanos, Iuſtificati gratis: quia nihil inquit, operantes, neque vicem reddentes, ſola fide iuſtificati ſunt dono Dei. Idem in illa verba, ſecundum propoſitum gratię Dei: ſic Paulus inquit, decretum dicit à Deo, ut ceſſante Lege, ſolam fidem poſceret ad ſalutem. Et mox, Sanxit Deus, ut ſola fide ſine labore & aliqua obſervatione, homines iuſtificentur apud Deum. Idem in primum cap. 2. ad Corinth. Conſtitutum inquit, eſt à Deo, ut qui credit in Chriſtum, ſalvus ſit ſine opere ſola fide. Habet etiam idem ſimilia, de vocatione Gentium.

Chryſoſtomus.

Ex Chryſoſtomo in hanc ſententiam multa adduci poſſent: verùm ego ex illis pauca tantum delibabo.

Rom.3.27.

In cap. 3. ad Romanos in hæc verba, Excluſa eſt gloriatio: In hoc inquit, demonſtratur virtus & potentia Dei, quod ſervaverit, iuſtificaverit, & gloriationem induxerit, ſola fide abſque operibus. Et à principio quarti capitis. Quòd aliquis deſtitutis operibus iuſtificetur per fidem, fortaſſe videri poteſt bene habere: quòd autem aliquis ornatus virtutibus, & bonis operibus, non tamen illis iuſtificetur, ſed ſola fide, hoc certè eſt admirabile. Hinc intelligere poſſunt aduerſarij noſtri, licet fides habeat comites ſpem & charitatem, & alia opera bona, (quod dubitari non poteſt de Abrahamo) tamen illa non facere ad apprehendendam iuſtificationem.

Rom 10.3.

Et in decimum caput in illa verba, Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam iuſtitiam volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti: Iuſtitiam (inquit) Dei appellat eam, quæ eſt ex fide. Quoniam ſine labore, ex ſola fide iuſtificamur dono Dei. De Auguſtino nihil dicam: Is enim totus in hoc eſt contra Pelagianos, & facilè quivis ex ejus ſcriptis poteſt hanc ſententiam confirmare.

Heſychius.

Heſychius in Leviticum lib. 1. cap. 2. Gratia, inquit, ſola fide comprehenditur, non ex operibus: quod idem fermè habet lib. 4. cap. 14.

Theophylactus. Gal.3.16.

Theophylactus in caput tertium ad Galatas exponens hæc verba, Quoniam ex Lege nemo iuſtificatur apud Deum. Nunc inquit, Paulus planè monſtrat fidem ipſam, vel ſolam, vim in ſe habere iuſtificandi.

Phocius. Acacius.

Phocius in caput quintum ad Romanos, Sola inquit, fide, conſtat iuſtificatio. Acacius apud Oecumenium in primum caput ad Romanos, Nos, inquit, per peccata mortificatos, ſola fide reſuſcitavit & vivificavit.

Bernardus.

Bernardus Sermone 22. in Cantica, Solam inquit, per fidem iuſtificatus, pacem habebit. Idem in eodem Sermone, Deeſt inquit gratiæ, quicquid meritis deputas. Gratia reddit me iuſtificatum gratis.

Gennadius. Cyrillus. Theodoretus. Didymus. Euſebius. Cyprianus. Lyranus. Gloſſa ord. Haimo. Sedulius. Arnobius. Thomas. Bruno.

Cui iſta non ſunt ſatis, legat Gennadium, cap. 5. ad Romanos. Cyrillum, lib. 9. cap. 3. in Ioannem: Theodoretum ad Romanos quinto: Didymum, in ſecundum caput Iacobi: Euſebium in Eccleſiaſt. hiſtoria, lib. 3. cap. 27. Cyprianum, aut quiſquis ille eſt, in expoſitione Symboli: Lyranum, in tertium ad Galatas: Gloſſam ordinariam, in Epiſtolam Iacobi: Haimonem, in Evangelium de Circunciſione: Sedulium in caput primum & ſecundum ad Romanos: Thomam, in tertium ad Galatas: Brunonem, in caput quartum ad Romanos. Arnobium in Pſalmum 106. Iam de hac quæſtione ſatis mihi videor dixiſſe.

Oſiandri figmentum de eſſentiali Iuſtitia refutatur Epiſt. 21. cuius initium, Sum planè.

CAPUT V.

De pace & libertate Chriſtiana: ubi etiam de Scandalo, Conſcientia, & præſertim de ciborum delectu.

In Rom 10. cap. ver. 15.

Summa prædicationis Evangelii eſt pax.

2.Cor.5.19.

SVmma prædicationis Evangelij eſt pax, in primis cum Deo. Qui enim prædicant, ut docet Apoſtolus poſteriori ad Corinthios, habent ſecum verba reconciliationis, neque aliud ſuadent, quàm vt Deo reconciliemur per Chriſtum. Prius Deus iraſcebatur humano generi, puniebat, damnabat, preces averſabatur, & opera quamvis egregia, quod hoſtium eſſent, faſtidiebat. Homines autem e diverſo, non tantùm miſeri erant, ſed ipſum Deum odio habebant: etſi noluiſſent, execrabantur ejus iudicia, & refugiebant veluti à tyranno & crudeli carnifice, ut

Luc.2.14.

Quæ ſit pax Chriſtianiſmi?

qui ſibi undique malè conſcii erant. Evangelium autem annunciat pacem per Chriſtum & reconci-

A liationem. Hoc eſt quod Angeli canebant in natiuitate Chriſti: Gloria in altiſſimis, pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Factum Dei Angeli approbabant, qui per filium ſuum ſtatuiſſet redimere humanum genus, & hæc eorum laus, & approbatio, eſt Dei gloria. Deinde, quum ſumus iam per Chriſtum Deo reconciliati, pacem interius, quoad animum noſtrum adipiſcimur: quia inſtaurati gratia & ſpiritu, rectè vivimus, neque amplius pravi affectus

B in nobis tumultuantur, non redarguit conſcientia, neque furiæ ad perturbationes pectora noſtra exagitant. Adhæc proximis ut nobiſipſis bene cupimus, & benefacimus, & cum illis pacem, & quidem arctiſſimam habemus.

Matt.10.34.

Quam pacem Chriſtus non venerit mittere?

Neque obſtat quod Chriſtus dixerat, ſe non veniſſe mittere pacem in terram, quoniam id eſt accipiendum, quoad carnis & mundi pacem. Etenim cum Evangelica pace de qua nunc agimus, conjuncta ſunt gravia carnis pericula & incommoda, ſtatim perſequutiones & damna facultatum

Quid ſit bonum?

C circunſtant. Bonum eſt, ut dicunt Philoſophi, quod omnia expetunt. Et ſi fuſius aut clarius naturam ejus volumus explicare, Bona ſunt, res quævis, prout in eis reſpectus quidam fundatur erga nos, quòd ſint uſibus noſtris utiles, commodæ ſeu iucundæ. Vi autem Euangelii hoc aſſequimur, ut omnia nobis inſerviant. Omnia inquit Paulus, veſtra ſunt, ſive vita, ſive mors, ſiue Paulus, ſiue Cephas, nos Chriſti, & Chriſtus Dei: Et diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Atque notandum eſt quod Eſaias

1.Cor.3.22. Rom.8.27. Eſa.61.1.

D docet, prædicandum quoque eſſe ab his nuntiis liberationem: quia licet adhuc mors, infortunia, paupertas, morbi, & alia id genus mala nos divexent: attamen ab illis per Chriſtum dicimur liberati, quoniam non amplius rationem pœnæ habent. Omnia quippe iſta carnis incommoda, per crucem & mortem ſuam Deus ſanctificavit, ut non amplius habeât rationem pœnæ, ſed efficiuntur eruditiones noſtræ, paternæ caſtigationes, victoriæ, triumphi, & res pulcherrimè geſtæ.

Quomodo ſimus à malis per Chriſtum liberati.

E 2 Verùm ut nihil prætereamus, non debet nos latere lingua Hebraica, *Schalom*, pacem inquam, ſignificare felicem rerum ſucceſſum, ita ut quod Græci dicunt χαίρειν aut εὐπράττειν, in epigraphe literarum, Hebræi dicere ſoleant *Schalom*, pax. Et ita cùm Evangeliſtæ pacem annunciant, felicitatem ſolidam & veram prædicant.

Pax quid ſit Hebræis?

Pax iſta in regno Dei ſita eſt.

Quod ſi quæſiveris, in quánam re ſita eſt huiuſmodi pax, bonitas & liberatio? Reſpondetur, In regno Dei, ſi unico verbo dicendum ſit. Ideo Chriſtus mittens diſcipulos ſuos ad prædicandum

Mat.10.7.

F voluit ut prædicarent, appropinquaſſe regnum cœlorum. Hoc idem dicit Eſaias quum ait, Et dicent ad Zion, regnat Deus tuus. Hactenus regnavit peccatum, unde Paulus, non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. Regnavit item mors: dixit enim idem Apoſtolus, Regnavit mors ab Adam uſque ad Moſen: Regnavit & diabolus, qui à Domino appellatur princeps hujus mundi: à Paulo κοσμοκράτωρ, & Deus hujus ſeculi. Hæc omnia in nobis miſerè hactenus tyrannidem exercuerunt: at nunc

Pſal.52.7. Rom.6.12. Rom.5.14. Rom.12.31. Eph.6.12.

Quales principes Hebræorum fuerint.

G regnat Dominus. Nam quod attinet ad externa regna, habuerunt quidem Iudæi multos Iudices, & multos reges, paucos bonos, aliquos tolerabiles, verùm permultos peſſimos tyrannos: Et qui boni fuerunt, ut Dauid, Ezechias, Ioſias & conſimiles, infirmi attamen erant, neque poterant vel defendere populum à calamitatibus, vel illos facere bonos. Quare ſæpe ab hoſtibus premebantur Iudæi, adducti ſunt in captivitatem: inde reſtituti, quieverunt aliquantiſper: ſed venerunt poſt Alexandrum Ma-

H gnum Macedones, & Iudæam graviſſimè afflixerunt. Poſt illos, affuit Pompeius, Craſſus, & Herodes: Veſpaſianus denique ac Titus, qui omnia funditus everterunt. Eccleſia item Chriſti ſuos externos principes habuit, partim viros peſſimos, partim probos quidem iuſtitiâ civili, ſed admodum infirmos. Vnde res noſtræ nunquam bene habere poſſunt, niſi Chriſtus in nobis regnet. Hoc eſt regnum, ut dixit Daniel cap. 2. cœlorum, quod non corrumpitur in ſecula: ibi pax eſt non momentanea, ſed

Dan.2.44.

I ſempiterna. In Pſalmo enim dicitur, Orietur in diebus ejus iuſtitia & abundantia pacis, donec auferatur luna. Et in Eſaia, Et pacis ejus non erit finis. In eo

Pſal.72.7. Pſal.9.7. Eſa.9.7.

Digitized by Google

1. Cor. 8. 12.
Quomodo verberetur alterius conſcientia?

5 Quoniam autem Dominus pro infirmis mortem obiit, qui peccant in illos, peccant in Chriſtum, ut loquitur Paulus 1. Cor. 8. verſ. 12. quandoquidem mortem & ſanguinem illinc non reverentur. Verberatur alterius conſcientia, quando malè ædificatur, & ad ea impellitur agenda, de quibus aliter ſentit. Eſt ſanè magna crudelitas fratrem vulnerare, ſed crudelius eſt infirmum, tandémque crudeliſſimum, ea parte qua infirmatur, quæque maximè illi dolet, eum percutere, ea eſt conſcientia. Ambroſius legit eo loco, Peccare in Chriſto, quod peccent dum Chriſtum profitentur. Quemadmodum illi dicuntur peccare in lege, qui cùm legem habeant, nihilominus peccant: Alioquin (inquit) peccare in Chriſtum, eſt Chriſtum abnegare. Sed Græcus textus habet εἰς χριστόν. Quam lectionem Chryſ. ſequitur & interpretatur, Chriſtum hoc peccati genere tripliciter lædi. Primò, quia ſibi fieri teſtatur quicquid ſuis factum fuerit. Qui vos recipit, me recipit: Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis: Saule, Saule, quid me perſequeris? & multa hujuſmodi. Deinde, quòd infirmi pertineant ad corpus Chriſti, cùm ſint ejus membra: quare dum ipſi percutiuntur aut læduntur, Chriſtus læditur. Denique quòd illam ædificationem quam ſanguine ſuo Chriſtus extruxit, hi malo exemplo evertunt. Nos enim ſumus Dei ædificatio. Neque debet iſte ſermo nos eo adigere, quare ſemper anxii eſſe debemus, ne actionibus noſtris, alioquin juſtis & licitis, aliqui offendantur. Nam hec in præſentia dicuntur, de manifeſtis & apertis ſcandalis. Nonnulli fuerunt, qui locum illum ad Cor. protulerunt ad perſuadendum, ut graviſſimos etiam abuſus in Eccleſia toleratemus, ne ſi quippiam tentaverimus adverſus eos, qui ſunt infirmiores offendantur. Et hac eadem ratione voluerunt ſe defendere, quòd veritatem alioquin intelligentes, & Miſſis intereſſint, & Papiſticæ idololatriæ ſeſe admiſceant. Nam (inquiunt) ſi hæc non faceremus, plebi eſſemus magno ſcandalo. Quæ ratio eorum abſurdiſſima eſt, cùm Paulus dicat, ſe in rebus mediis ac neutris, velle cavere ſcandalum infirmorum: quemadmodum ſunt edere carnes, aut vinum bibere: Sed communicare abuſibus & idololatriæ Papiſticæ, eſt craſſa manifeſtáque peccata committere. Quibus dum fingunt ſe velle cavere ſcandalum quorundam impiorum, veram Eccleſiam Chriſti ſcandalizant. Et cum ſint alicujus exiſtimationis, multos qui fuiſſent alioquin ad veritatem acceſſuri, revocant, & ſuo exemplo impietatem fovent. Neque interim dum ita ſimulant, admonent infirmos de infirmitate, neque ullum verbum edunt, quo ſuam teſtentur fidem.

In Chriſtum peccatur, quando infirmi ſcandalizantur.
Rom. 2. 11
Mat. 10. 4.
Matt. 25. 40.
Act. 9. 4.

1. Cor. 3. 9.

Propter hanc ſententiam Pauli non ſunt abuſus in Eccleſia tolerandi.
Loquitur Paulus de rebus mediis.

In 1. Cor. 6. v. 12.
Duo genera interdictarum rerum.

6 Libertate autem Chriſtiana ita Corinthii abutebantur, ut perpetuò jactarent, omnia ſibi licere. Paulus hoc negat, & duo genera facit interdictarum rerum: Vnum eſt indifferentium, quando illarum uſu frater offenditur. Aliud genus eſt, ſua natura ſemper malum, quo nunquam uti bene poſſumus. Primùm agit de indifferentibus, & utitur anthypophora. Iactabant illi, Omnia nobis licent: Subjicit Paulus, At non omnia expediunt. Iactationem illorum retundit hac prima exceptione. Nam etſi multa liceant, ab eis tamen cavendum eſt, quando non conducunt. Non negat Chriſtiano omnia licere: Verùm contrahas oportet ſermonem ad indifferentia. Propoſitio eſt generalis, attamen coarctanda eſt, ut illa Deus vult omnes ſalvos fieri, atque illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et de his rebus indifferentibus, ſtatuendum eſt, quòd tantummodò ex genere, atque natura ſua indifferentia habeant. Sed quando ad electionem deſcenditur, nihil eſt indifferens, quandoquidem ea aut bona aut mala neceſſariò eſt. Semper ad ædificationem, quando quippiam inſtituitur, eſt reſpiciendum. Non ſumus nati nobiſipſis tantùm, ſed Chriſto, Eccleſiæ, atque proximis. Vnde regula ædificationis adeò neceſſaria eſt, ut ſemper ob oculos haberi debeat. Altera eſt exceptio in his indifferentibus. Non ſolùm ſpectare debeo quid proximis, quid Eccleſiæ, & quid honori Chriſti conducat, ſed etiam providendum eſt, ne prætextu libertatis, ſolidam & ſinceram libertatem Chriſtianam amittam. Nam

1. Tim. 2. 4.

Ioan. 1. 9.

Hæc intelligenda ſunt de indifferentibus.
Quomodo aliqua dicantur indifferentia?

A fieri poteſt dum ſector carnis libertatem, ut incidam in duram ſervitutem, qua ventris, gulæ aut libidinis, pravarúmque affectionum meipſum mancipium abjectiſſimum faciam. Quod periculum cùm immineat, volo ab indifferentibus abſtinere, quando infirmioribus ſcandalum afferant. Chriſtus (inquit Paulus ad Galatas) vos redemit: ſtate igitur in libertate qua donati eſtis. Cavendi ſunt autem affectus, ne illis noſipſos ſubjiciamus. Cavenda etiam
B infirmorum ſcandala, quibus ita accommodare te debes, ut facilius à ſua infirmitate ad meliorem ſtatum traducantur. Quòd ſi tua ſervitute abuti voluerint ad ſuam infirmitatem defendendam, ne te digaris ſub eorum poteſtatem: tua utere libertate. Quòd ſi verſeris inter fortes, ubi poſſis liberè indifferentibus uti (non enim offendentur ſi fortes fuerint) & ſenſeris tuos affectus impotentiores, aut videris te reddi ad preces & ſacras lectiones ex uſu rerum indifferentium ineptiorem, ab illis abſtine; in ſervitu-
C tem ne te adigas, tua utere libertate.

Gal. 5. 1.
De libertate Chriſtiana ſervanda.

De Conſcientia.

7 Adhæc obſervemus nil eſſe tentandum in noſtris actionibus, de quo non ſimus certi quòd Deo probetur. Idque ad Rom. cap. 14. fusè tractatur, ut omnia quæ facimus, innitantur fidei. Et certè quicquid ſecus agitur, nos gehenna dignos reddit. Dicit ibi Apoſtolus, Beatus qui ſe non judicat, in eo quod
D probat. Vnde fit, ut qui judicat & damnat quippiam, & tamen id admittit, damnetur: quoniam ex fide non agit. Conſcientia eam vim habet, ut opus quod natura ſua eſſet indifferens, ſi bona fuerit, bonum reddat: ac è diverſo malum efficiat, cùm mala fuerit. Veruntamen fieri non poteſt, ut nullum opus natura ſua malum, per noſtram conſcientiam bonum fiat. Quacunque enim conſcientia fueris, quando pejeras aut ſcortaris, graviter peccas. Quamobrem vis conſcientiæ tantummodo in rebus mediis, atque
E etiam in actionibus, quæ ſua natura bonæ ſunt, poteſtatem exercet. Hac de re Paulus ad Titum ſcribebat, Omnia munda mundis: contaminatis autem & infidelibus, nihil eſt mundum: quia impura eſt eorum mens & conſcientia. Item ad Timotheum, Omnis creatura Dei bona eſt, quæ cum gratiarum actione ſumitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & preces. Et ad Roman. exiſtimo autem atque perſuaſum habeo, nihil per Ieſum Chriſtum eſſe commune, niſi quod quis exiſtimaverit commune eſſe.
F Hæc loca docent abundè, quàm bona conſcientia ſit neceſſaria, atque illum peccare, qui tentet quidpiam contra conſcientiam. Inde fit planum, quod ſi putaveris Deum offendi opere tuo, profectò ſi non abſtineas, jam tuam voluntatem divinæ anteponis, atque teipſum præ Deo diligis. Quamobrem oportet ut de agendis conſcientia ſit bene perſuaſa. Quod non poterit aliunde haberi, quàm ex verbo Dei, à quo uno quæ ſint expetenda, quæve fugienda, nobis certiſſimè demonſtrantur. Et quemadmodum philo-
G ſophi ſtatuunt ſemper aberrari, quoties agendo rectam rationem non ſequimur: ſic in Theologia peccatum eſſe definitur, quando à fide ſanæ conſcientiæ diſceditur.

Rom. 14. 22.
In 1 Cor. 8. verſ. 7.
Nil agere debemus de quo non ſimus certi, quod placeat Deo.
Nota quomodo conſcientia poſſit opus facere bonum aut malum.
Tit. 1. 15.
1. Tim. 4. 4.
Rom. 14. 14.
E ſcripturis demonſtratur quàm bona conſcientia ſit neceſſaria.
Simile.
Quomodo mês noſtra diſtinguatur.

8 Verùm quia de conſcientia locus iſte modò incidit, operæprecium fuerit ejus naturam explicare. Conſiderandum itaque facultatem intelligendi, prout diverſa reſpicit, ita dividi. Et juxta ea quæ tantùm ſpectamus & contemplamur, intellectus dicitur διανοητικός. Sin vero quæ agenda ſunt,
H tunc eſt πρακτικός: in quo cùm Dei beneficio multæ notitiæ naturales agendarum rerum conſervatæ ſint, dicitur ſynteresis, à συντηρεῖν, quod eſt conſervo. Conſcientia vero, eſt cognitio πρακτική, qua noſtræ actiones & defenduntur & accuſantur, unde non inſulsè dicitur, συντήρησιν dare in hujuſmodi accuſationibus aut defenſionibus majorem propoſitionem. Nam dicit non eſſe ſcortandum, ſed castè vivendum. Conſcientia verò, aſſumit minorem & urget. Quod modò agis aut paras, eſt ſcortatio,
I vel adverſatur caſtitati. Vnde concludit accuſationem, qua te convincit indigniſſimè facere. Atque conſcientiam eſſe hujuſmodi notitiam, Paulus ad

Quid ſit conſcientia.
Vnde major & minor noſtrarum accuſationum vel defenſionum συντήρησις.

Digitized by Google

Rom. 14.15. Definitiones iſtæ ex epiſt. ad Rom. eliciuntur. Cõſcientia eſt lex vivens.

A Rom. exponit, quando inquit, Gentes quæ legem non habent, naturâ quæ legis ſunt faciunt: & oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium eis perhibente conſcientia ipſorum, cogitationibus ſeſe mutuò accuſantibus aut defendentibus. Ex hoc loco diligenter excuſſo, deſcriptio συνειδήσεως, & conſcientiæ habetur. Deus, ut bonus eſt, has notitias menti noſtræ inſeruit, quæ inſtar pædagogi nos erudiant: videtúrque conſcientia lex quædam, & præterea id habet, ut in animo ſtimulum addat: quod lex non ſemper facit. Commode itaque dice- B mus, eam legem eſſe viventem, quæ clamat, extimulat, & impellit ad bona. Et quia naturaliter commoventur in animis noſtris, ob iſtas conſcientiæ accuſationes, affectus timoris, doloris, pœnitentiæ ac deſperationis, locum habuerunt poetarum furiæ, quæ homines adigunt interdum ad extrema, ita ut etiam ſibiipſis manus afferant, ut in Iuda & in Achitophele accidiſſe Sacræ literæ memorant.

Matt. 27.5. 2. Sam. 17.23. Furiæ.

9 Chryſoſtomus in Geneſin, conſcientiam ſcripſit nobis eſſe præceptorem ſufficientem, quod non C eſt omnibus partibus verum. Quoniam oportet conſcientiam ſacris literis formari ad hoc, ut rectè doceat, accuſet atque defendat. Quoniam peccatum, naturales notitias partim obfuſcavit, & partim corrupit. Nonnullæ quippe fuerunt gentes, apud quas vel ſcortationes non ducebantur eſſe peccata. Deinde conſcientiam bene inſtructam ex verbo Dei, non dicemus per ſeipſam ſatis eſſe ad ſalutem, niſi adſit Spiritus ſanctus & gratia, unde ſuppeditentur vires ad obediendum his quæ ab ea præſcribuntur. Sed D fortaſſe Chryſoſtomus eam appellavit magiſtrum ſufficientem, quod permulta ſuggerat, deinde quod ſit ſatis ad nos condemnandos. Quoniam licet Ethnici ſacras literas ignorent, & excuſare poſſint, quòd non fuerint de omnibus agendis rectè inſtructi: attamen ibi planiſſime tenentur, quod in multis adverſati ſint conſcientiæ præſcriptis: veritatem Dei, ut ſcribitur ad Romanos, in mendacio detinuerint. Auguſtinus ad Alipium ſcribit (quod maximè facit E ad locum quem habemus præ manibus,) id in primis eſſe providendum, ut conſcientia ſit recta. Sed interim habendam eſſe rationem infirmorum, ne quis in conſcientia puram aquam bibat, ſed pedibus cõculcet fontem, ut oves nõ poſſint bibere niſi turbidam. Sunt qui jactant bonam conſcientiam, ut Corinthii: ſed interim, ſuis audacibus factis infirmos conturbant. Cavendi ſunt ut peſtes Libertini, qui Valentinianorum hæreſin atque Simonis Magi videntur inſtaurare, dum perſuadent omnem ſen- F ſum peccati abjiciendum, quòd hominum imperfectorum ſit conſcientiæ motibus perturbari, & eos dicunt verè in Chriſto renatos, & à mortuis excitatos, qui nullum peccati ſenſum amplius habent: & exiſtimant, quicquid agant vel tentent, cujuſcunque generis ſit, placere Deo. Vnde cùm apud ipſos, adulteria & facinora hujuſmodi deprehenduntur, ea nequaquam inficiantur: ſed aiunt ſibi non eſſe peccata, quòd ea pro peccatis non habeant. Sed illis ad peccatum imputari G prædicant, qui per infirmitatem peccata eſſe exiſtiment.

Conſcientia ut bene fungatur ſuo munere, opus eſt ut verbo Dei formetur.

Conſcientia inſtructa verbo Dei adhuc non eſt ſatis ad ſalutem.

Conſcientia eſt magiſter ſufficiens ad condemnandum.

Rom. 1.25. Auguſtinus. Simile. Libertini cavendi.

De Ciborum delectu. In 1. Cor. 8.

10 Sed enim res admonet, quam tractamus, ut nonnulla de ciborum delectu afferamus. Et primò ſciendum eſt, Delectum in quibuſvis rebus non habere locum, ſed tantùm in illis quæ aliter fieri H poſſunt. Diſtinguemus itaque actiones, ut aliquæ ſint ad ſalutem neceſſariæ, aliæ verò ἀδιάφοροι, ſive mediæ. Neceſſaria ſunt quæ Deus imperavit, & niſi ea præſtemus, exortes Dei & Chriſti erimus. In hoc rerum genere non eſt delectus: Hîc neque ſcandala, neque offenſiones hominum reſpiciendæ ſunt. Dixit enim Chriſtus, ſe non veniſſe ut pacem mitteret, ſed bellum atque ignem. Venit ſeparare filium adverſus patrem, filiam adverſus matrem. Dixit præterea, Si oculus tuus dexter ſcandalizat I te, effodias & projice abs te. Idémq; de manu dextera & pede præcipit, quibus indicavit, ut quæ chariora oculis, manib. ac pedib. habuerimus, à nobis avellamus,

Delectus in quibus rebus poſſit habere locum. Vide in Cl. 3. c. 10. ſ. 18 & in 1. Cor. 10. 25. In neceſſariis ad ſalutem nihil moramur ſcandala neque offenſiones hominum. Mat. 10. 34. Mat. 5. 29.

A ne à voluntate Dei revocemur. Atque idem Chriſtus de Phariſæis, qui ob ſuam doctrinam ſcandalizabantur, reſpondit: Sinite illos, cæci ſunt & duces cæcorum: atque nihil moratus eſt eorum ſcandalum. Actiones vero mediæ, vel accipientur quoad executionem, vel quoad ſenſum, doctrinam & ſciẽtiam, quam de illis habere debemus. Si de uſurpatione illarum agitur, regula charitatis adhibenda eſt, ne quidpiam tentetur quod infirmum fratrem offendat qua de re Apoſtolus ad Rom. copioſè ſcripſit. Quo verò ad B ſenſum & ad doctrinam, perpetuò neceſſarium eſt profiteri & ſentire, ἀδιάφορα hæc, per Chriſti gratiam libera nobis eſſe, neque alia de cauſa nos abſtinere, quàm in gratiam infirmorum: quod pulchrè videmus Chriſtum feciſſe, cùm didrachmum ſolvit. Erat quippe Rex & Deus, verus inquam Meſſias: unde à ſolvendo tributo, jure fuit liber: Sed hac libertate uti noluit, ne alii offenderentur. Docuit nihilominus interea id ſibi liberum fuiſſe, cùm Petrum interrogavit, utrum à ſervis an à liberis tributa conſueve- C rint exigi? Infirmi ſunt aſſumendi atque docendi: Et ut attentiùs atque libentiùs audiant, prodeſt ſe demittere ad illorum infirmitatem, quandiu viderimus eos velle inſtitui. Quòd ſi animadvertantur pervicaces, obſtinati, & qui detrectent rationes ex Scripturis accipere, atque Verbi Dei contemptores, dimittendi ſunt: neque ſanctum canibus dandum eſt, & offenſionis eorum non eſt neceſſarium ut ratio habeatur. Verùm dum infirmis nos attemperamus, reſpicienda eſt fidelium multitudo, in qua ſi D nonnulli tua diſſimulatione offenderentur, atque tuum exemplum ſic raperetur, quaſi omnino ſic agi deberet, & in Eccleſia ob id, Chriſtiana libertas periclitaretur, debes cavere ne te ulteriùs demittas, ne fortaſſis ex tua diſſimulatione, naſcatur aliquod pravum dogma. Paulus Timotheum circumcidit, dum vidit id poſſe infirmioribus adferre utilitatem. Titum vero, ut ad Galatas legitur, noluit circumcidere. Nam parati erant Pſeudoapoſtoli, qui eo exem- E plo vellent abuti, ad obtrudendas Gentibus cæremonias Legis, tanquam neceſſarias ad ſalutem. Explorabant enim undique, quánam ratione poſſent Eccleſiam libertate Chriſtiana expoliare. Iſque idem, qui caput totondit in Cenchreis, & Hieroſolymis votum ſe habere dixit, & purificationes juxta Legem ideò ſuſcepit, quòd judicatum eſſet iſta infirmis profutura eſſe, in Petro noluit ferre ut identidem faceret, ſed illi, ut habetur ad Galatas, in faciem reſtitit, quoniam Petri ſimulatio ad F perniciem Eccleſiæ pertrahebatur: neque viſum eſt, ut adeò multi ex gentibus offenderentur, quo illis conſuleretur qui Hieroſolymis venerant. Periculum quippe imminebat, ne authoritate Petri & Barnabæ dogma obtineret, quo Ethnici qui ad Chriſtum convertebantur, exiſtimarentur adigendi ad cæremonias Legis obſervandas.

Matt. 15. 14. In exequutione mediarum actionum, ſequemur charitatis regulam. Rom. 14. 13. &c. Mat. 17. 27. Dum condeſcendimus infirmis, interim docendi ſunt. Tam diu eſt infirmis dandum aliquid, quoad ſe doceri patiuntur. Mat. 7. 6. Dum aliquid infirmis damus, videndũ eſt ne aliam multitudinem lædamus. Act. 16. 3. Gal. 2. 3. Act. 18. 18. Act. 21. 26. Gal. 2. 11.

11 Poſtquam hæc ſumus præfati, jam de ipſo ciborum delectu dicemus. Et primo ſtatuendum eſt, omnes cibos jam Chriſtianis natura ſua liberos eſ- G ſe, modò aliquid non accedat, quòd eos reddat prohibitos. Alioquin ſi proponatur eſca, quæ putetur vel fovere vel excitare libidinem: qui ad eam ſe propenſum ſenſerit, inde ſibi caveat oportet. Iam ſi valetudinis quiſpiam fuerit infirmæ, & menſa ei apponatur, qua ſanitatem intelligat lædi, nequaquam indulgendum eſt cupiditati. Adde in cibis vitandam eſſe luxuriam & nimium ſumptum, ne profundatur quod pauperibus dandum erat, & melioribus uſibus impendendum. Poſtremò ſi adſint infirmi, qui ex H aliquo genere cibi ſcandalizari poſſent: ut antiquitùs Iudæi recens converſi, præfocatam carnem & ſanguinem abhorrebant. Nec non Ethnicis, ſi fuiſſet in medio convivio indicatum carnes appoſitas, fuiſſe immolatas Idolis, abſtinere convenit propter infirmitatem accumbentium, ut Paulus abunde ad Romanos & Corinthios ſcripſit. Mitto quod antiquitùs in Lege multa genera ciborum prohibita erant, & dubium non eſt, ea tempeſtate Legem obſervari debuiſſe. Poſſet etiam accedere po- I litica vel civilis ratio, quæ omnia pertinent ad naturam ipſam ciborum, ſeu ad αἰτίας incidentes.

Omnes cibi natura ſua liberi ſunt Chriſtianis. Poteſt aliquid accedere, quòd cibos reddat prohibitos. Vitandus nimius ſumptus. Propter ſcandalum interdum abſtinendum. Act. 15. 20. Rom. 14. 13. 1. Cor. 8. 1. &c. In lege multa genera ciborũ prohibita. Civilis ratio quandoque interponitur.

12 Quod

Probantur cibi naturâ ſuâ eſſe mundi.

Mat.15.11.

12 Quod autem naturâ ſuâ cibi omnes liberi ſint Chriſtianis, apertè docent ſcripturæ. Chriſtus ut legitur in Matthæo aiebat, Omne quod intrat in os, non coinquinat hominem. Quòd ſi non contaminat edendo, neque ſanctificat abſtinendo. Et Apoſtolus ſcripſit, Eſca ventri, & venter eſcis: hunc & has deſtruet Deus. Ideo cùm cibus res temporaria ſit & deſtruenda, quæque ad ventrem pertineat non ad animum, efficitur ad juſtitiam vel injuſtitiam nihil per ſeipſam conducere. Et paulò ante ſcribitur, Eſca nos non commendat Deo: neque ſi ederimus, abundavimus: neque ſi non ederimus, minus habebimus. Quæ verba Eraſmus ponderavit, & ideo ſcripſit: Si eſt, ut docet Apoſtolus, quî fit, ut hodie in nulla alia re aut facilius judicemur, aut magis temerè condemnemur? Vnde hodie tot judicia de cibis? In eadem Epiſt. legitur, Omne quod in macello venit, edite, nihil interrogantes propter conſcientiam: ſed clarius ad Coloſſenſes cap.2. Nemo vos judicet in cibo & potu, in parte diei feſti, neomenia & Sabbato, quæ fuerunt umbra futurorum, corpus autem Chriſti. Quæ huc uſque dixit, ad cæremonias legales, & dies feſtos Moſaicos pertinent. Mox tranſit ad alias obſervationes, non à Lege ſed ab hominibus profectas, cùm ſubdit: Videte ne quis vobis intervertat palmam per ſuperſtitionem Angelorum & humilitatem, incedens faſtuosè, per ea quæ non vidit: fruſtra inflatus mente carnis ſuæ, non tenens caput, ex quo totum corpus per compages & commiſſuras ſuppeditatum & compactum augetur augmento Dei. Et ſi mortui eſtis cum Chriſto ab elementis mundi, quid quaſi vivatis in mundo, adhuc decretis tenemini? Ne tetigeris, ne guſtaveris, ne attrectaveris: quæ pereunt ipſo uſu ſecundùm doctrinas & mandata hominum, ſpeciem quidem habentia ſapientiæ verbotenus: ἐθελοθρησκείᾳ, humilitate & læſione corporis, in nullo honore ad expletionem carnis. Verba hæc apertiſſimè teſtantur, locum eſſe intelligendum, de ſuperſtitioſis obſervationibus ab hominibus inventis. Et 1. ad Timoth.4. ſcribitur, In poſtremis temporibus, multi deficient à fide, attendentes ſpiritibus impoſtoribus ac doctrinis dæmoniorum, per ſimulationem falſiloquiorum, cauterio notatam habentium conſcientiam, prohibentium contrahere matrimonium, jubentium abſtinere à cibis, quos Deus creavit ad ſumendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognoverunt veritatem: quod quicquid creavit Deus bonum ſit, & nihil rejiciendum ſi cum gratiarum actione ſumatur: Sanctificatur enim per ſermonem Dei & precationem. Rurſus ad Titum: Omnia munda mundis: contaminatis autem & infidelibus, nihil eſt mundum: coinquinata enim eſt eorum mens & conſcientia. Nec non & ad Romanos, Scio & perſuaſum habeo, nihil per Chriſtum eſſe commune, niſi ei qui id commune eſſe duxerit. Ad Hebr. Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis quæ nihil profuerunt. Et in Act. Apoſtol. Petro dictum eſt, cùm renueret, animalia quæ erant in linteo depoſita è cœlo, comedere: Quod Deus ſanctificavit, ne dixeris commune. Omnia hæc teſtimonia indicant, quemlibet cibum natura ſua, jam per Chriſtum & mundum & licitum eſſe.

1.Cor.6.13. 1.Cor.8.8. 1.Cor.10.25. Col.2.16. Ibid.v.18. Ibid.verſ.20. 1.Tim.4.1 Tit.1.15. Rom.14.14. Heb.13.9. Act.10.15.

Mat.15.11. Adverſus libertatem ciborum quæ afferantur?

13 Sed contra hæc multa objiciuntur: Primùm de eo quod ait Chriſtus, Quod intrat in os, non coinquinat hominem. Reſpondent, diſputationem tunc fuiſſe inſtitutam, An cibus ſumptus illotis manibus contaminaret, cùmque privata eſſet quæſtio, quod reſpondetur non eſſe detorquendum eò, ut de omnibus cibis generaliter accipiatur. Si enim (inquiunt) reſpondiſſet Chriſtus, nullos cibos in univerſum contaminare, tunc idolothyta quoque faceremus licita: Neque vitium eſſet venenum bibere. Et illi minimè peccaſſent, qui in primitiva Eccleſia ſanguinem & præfocatam carnem comediſſent. Ad hæc reſpondemus, occaſionem quidem fuiſſe datam illi ſententiæ Chriſti ex quæſtione privata, An ſumendo cibum illotis manibus contaminaremur? At Dominus cùm id negaret, reſponſionem generalem attulit. Et Chriſtum ibi in univerſum loqui, planum facit cauſa quam ſententiæ ſuæ ſubjicit: Quia quod in os intrat, dimittitur in ventrem, & A per ſeceſſum egeritur. Id cùm omni ciborum generi conveniat, univerſalem fuiſſe ſententiam dubitari non poteſt. Cibos ideò non polluere Chriſtus probavit, quoniam ad animum non pertingunt, neque in nobis manent, coquuntur & egerendo exeunt. Neque inde habetur licita eſſe idolothyta aut venena. Quomodo ad hujuſmodi evitanda tenemur lege Dei, charitatis inquam præcepto, non hominum mandatis. Circunſtantiæ quippe faciunt, B ut quandoque à nonnullis abſtinendum ſit, vel quia ſcandalum ſequitur in infirmis, vel quia læditur valetudo.

Cavillus in dictum Chriſti: Omne quod intrat in os, non coinquinat hominem.

14 Sed aiunt rurſus, ſe quoque non ſtatuere, cibos naturâ ſuâ immundos eſſe. Verùm quia mandavit Eccleſia, ut à carnibus certis diebus fidèles ſibi temperent ad carnem refrenandam: ideo ſi non obediatur, aſſerunt homines contaminari: non quaſi cibi mali ſint aut impuri, ſed quia intemperanter agitur, cùm Eccleſiæ ſtatutum violatur. Adhæc di- C cimus, non eſſe ſatis fateri, cibos naturâ ſuâ malos & pollutos non eſſe. Nam & Scribæ & Phariſæi hoc cognoſcebant, cùm neque Marcionitæ neque Manichæi fuerint, nam legem Dei admittebant. Quare ex Geneſi fateri cogebantur, cuncta quæ Deus fecit, eſſe valde bona. Sed Chriſtus id inculcat eos non rectè feciſſe, qui talia decreta ſtatuerint. Et hoc ſe malè habere ſignificavit, quòd tanta ſolicitudine de abluendis manibus caverint, & interim mandata Dei ſinerent jacere neglecta & contempta: Quòd D ibi religionem & cultum facerent, ubi Deus nullum poſuiſſet. Et nihilominus ea Phariſæorum lex quamvis frivola modò appareat, potuit ſpecioſum prætextum habere: quaſi vellent lotione manuum, ceu ſymbolo, admonitos homines de munditia animi, quam per preces & pœnitentiam deberent procurare. Et ſi à peccatis ſe mundos ipſi conſervarent, tum cibi eis mundi eſſent: Et dixiſſent in ſynagoga ſua vel Eccleſia, ſe facultatem habuiſſe talia ſigna inſtituendi. Chriſtus attamen, hæc omnia, ut huma- E nas traditiones damnat, nec vult earum tranſgreſſione animum contaminari. Quomodo itaque leges Pontificum, de cibis hac Domini ſententia non abolentur: ita ut homines intelligant non eo valere poſſe, ut tranſgreſſores peccato faciant obnoxios? Si carnis petulantiæ atque laſciviæ ſuis edictis voluerunt ſubvenire, de vino itidem ſtatuendum fuiſſet, in quo Paulus ait luxuriam eſſe. Deinde quomodo poteſt una eadémque lege omnibus mortalibus ſubveniri, cùm aliqui tenues & debiles, alii F verò fortes & vigentes inveniantur? Debetúrne his omnibus eadem victus ratio? Deinde quis Epiſcopis de his rebus juſſit leges condere, quas tantopere amant, ut præ illis divinas negligant?

Vide in 1. Sam.9.13. Iudæi quoque agnoſcebant cibos naturâ ſuâ non eſſe immundos.

15 Objiciunt adhæc, in locis quos citavimus, eſſe ſermonem de cibis, qui lege Moſaica interdicti fuerant. Ideo illa traducere ad ciborum delectum, qui nunc habetur in Eccleſia eſt parum bona fide agere. Nos vero confitebimur, nonnulla in eis locis pertinere ad cibos lege prohibitos, verum non om- G nia. Quoniam ad Coloſſ. Apoſtolus, ut oſtendimus, etiam de alia carnis afflictione loquitur, quæ non ex lege Dei, ſed ſuperſtitioſe fuerat excogitata. Vnde illa dicit, viſionibus Angelorum, & mandatis atque traditionibus hominum fieri, quæ de lege antiqua dici non poſſunt. Et adjecit, Speciem ſapientiæ habere tantum verbotenus: quod Apoſtolus de lege à Deo data, nequaquam dixiſſet. Præterea quæ taxat, inquit ad læſionem corporis facere, ita ut caro prohibeatur, quantum neceſſarium erat expleri: H quod Moſaica lege non præcipiebatur. Imò ut in Deuteron. habetur, modo abſtinerent à præſcriptis, licebat ſibi quaſcunque alias carnes comedere, quantum anima eorum deſideraſſet. Sic enim Scriptura loquitur. Deinde cùm ad Timoth. dicatur, Poſtremis temporibus futurum ut cibi prohiberentur: oſtenditur hæc nô intelligenda quoad Iudaicas cæremonias. Quoniam illa non poſtremis, verùm priorib. temporib. Eccleſiæ obtrudebantur. Deinde iſtos dicit fore attentos doctrinis dæmoniorum, quæ legi Dei parum I quadrant. Sed quia nonnulla confitemur de cæremoniis Legis intelligi, nunc oſtendemus, ea quoque inde bona fide à nobis traduci ad ciborũ delectũ noſtrũ

Col.2.18. Deut.12.15. 1.Tim.4.1.

Si non tenemur delectui ciborum legis Dei, multò minus illis quem Epiſcopi ſtatuerunt ut Dei cultū.

tempeſtatis accuſandum. Quia ſi non tenemur ad eum delectum, qui divinitùs olim fuit inſtitutus, multò minùs conſtringemur humanis traditionibus pontificum, ut ibi ſanctitatem vel cultum Dei reponamus. Si voluit Deus per Chriſtum nos abſolvere à ſuis legibus & omnes cibos liberos facere, quid hypocritæ tentarunt Chriſtianos in ſervitutem adigere?

16 Solent etiam dicere, Apoſtolum ubi non agit de cibis prohibitis in lege Moſaica, de Manichæis & Marcionitis indicaſſe futurum, ut damnarent cibos nonnullos, quaſi putarint, eos natura immundos, quòd à malo Deo conditi fuerint: unde inferunt, ea omnia minimè ad ſe pertinere, cùm Eccleſia ſuis legibus, ut dictitant, tantummodo abſtinentiæ ac moderationi luxus ſtuduerit. Verùm cogitent iſti, quæ à nobis allata ſunt, non tantùm contra hæreticos, quos nominarunt, verumetiam contra ſe facere. Nam Dominus in Matthæo potiſſimùm oppugnavit legem à ſcribis latam, de pane non comedendo illotis manibus, in qua religionem & cultum Dei poſuerunt, quod ad ſuperſtitionem pertinebat: ut iſti hodie putant ſanctitatem eſſe ac Dei cultum, à carnibus, ovis, lacte, ac ſimilibus abſtinuiſſe. Deinde Apoſtolus ad Coloſſenſes expreſſit diſertè illa mandata & traditiones hominum, non ſolùm ſpectaſſe ἐθελοθρησκείᾳ, ſed etiam humilitatem & corporis læſionem, ut caro non expleretur. Quæ non aliud ſignificant, quàm abſtinentiam & corporis mortificationem, quam vos prætexitis. Imò Encratitæ & Montaniſtæ ſua jejunia inſtituerunt, atque ξηροφαγίας, ad carnem edomandam. Attamen ſana Eccleſia, leges ab illis latas jejuniorum improbavit. Et ut in hiſtoria Eccleſiaſtica traditur, Montano primo referuntur acceptæ leges de jejuniis latæ. Inſtant denique totum id quod Petro dictum fuit in Actis Apoſt. ut id commune non diceret, quod Deus ſanctificaſſet, ad allegoriam pertinere: ita ut oſtenderetur Apoſtolo per animalia immunda, populus Ethnicus, ad quem Spiritus S. voluit eum accedere. Allegoriam eo loco non negamus, eam potiſſimùm quæ non tollat hiſtoriam. Quemadmodum Abraham revera duos filios habuit, quanquam in Epiſtola ad Galatas illi duo teſtamenta dicantur. Regnum quoque David, regnum Chriſti adumbravit, licet ejus hiſtoria veriſſima fuerit. Sic in præſentia Gentes declarantur ſanctificatæ, ut jam Apoſtolis liceret eas accedere: atque id ſignificatum eſt in animalibus, alioquin immundis quæ Petro apponebantur. Cæterùm, unà intelliguntur etiam illa ciborum genera ſignificata, ut jam Chriſtiano homini libera ſint: quod & illi coguntur fateri, cùm ab alio tempore, cibos lege Moſaica interdictos, non negent licitos eſſe. Et Petrum de munditia Legis fuiſſe loquutum, dubitat nemo.

Mat. 15. 2.

Col. 2. 23.

Montaniſtæ jejunia ſua ſtatuerunt ad edomandam carnem, quæ tamen damnata ſunt.

Act. 10. 15.

Allegoria cōcedenda, ſed non ita ut hiſtoriæ veritatem tollat.

Gal. 4. 22. & 24.

Pſal. 2. 1.

Act. 4. 25.

17 Sed prætermiſſis Scripturis, jam Patres opponunt, qui ſæpenumero mentionem faciunt hujus delectus, efferendo mirificè abſtinentiam in ſuis tractationibus. Equidem fateor, me apud illos permulta legiſſe de continentia & mortificatione carnis, de jejuniis, & aliquibus cibis removendis, opiparis inquam & lautis: Attamen in eis minimè legi, delectus ciborum, habendas eſſe certas & ſanctas leges, ita ut peccatum admitteretur, & incurreretur ſeparatio à regno cœlorum, ob tranſgreſſionem ejuſmodi legum. Neque abſtinentiæ à carnibus tantum tribuerunt quantum noſtri clamitant ubique tribuendum eſſe. Spiridion, ut legitur in Tripartita hiſtoria, ſanctiſſimus Epiſcopus, tempore jejunii, peregrino ſuillas carnes appoſuit, à quibus ille cùm ex aliqua conſuetudine abhorreret, atque diceret ſe Chriſtianum eſſe: ſubjecit Spiridion; Ideo quòd ſis Chriſtianus comedere debes, & ſcire te oportet, omnia munda mundis, &c. Hic video fuiſſe conſuetudinem à quibuſdam abſtinendi, ſed eam quæ libertati Chriſtianæ minimè præſcriberet. Item Auguſtinus libro ſecundo de Moribus Eccleſiæ, inducit Manichæorum Electum, qui non ederet carnes, interim tamen delicatiſſimis epulis uteretur, & condimentis aromatum ac precioſarum rerum, vinum item non adhiberet, ſed potiones inſignes expreſſas ex fructibus, quæ vinum optimè imitarentur,

Patres delectu ciborum non ſtatuunt habendas certas & ſanctas leges.

Tit. 1. 15.

Conſuetudo fuit abſtinendi à quibuſdā, ſed libera.

Collatio Electi Manichæi cum ſimplici catholico.

A ipſámque ſuavitate ſaporis fortè vincerent. Cum iſto homine, confert ex altera parte aliquem Catholicum, qui jejunus maneat uſque ad horam nonam, hoc eſt uſque ad veſperam, atque habeat oluſculum conditum larido, cum carnibus vel fumatis vel ſalitis coctum, ſitque contentus tribus vini cyathis: & quærit iſta collatione, uter iſtorum majori utatur abſtinentia. Et ſententiam pro Catholico tulit. Unde apparet, non eſſe carnes iſtius viri ſententia, quæ reddant abſtinentiam minorem aut contemptiorem.

B

18 Solent adducere Euſebium in 5. libro ſuæ hiſtoriæ, quando geſta narrat Attali & Blandinæ, quòd Chriſtiani conſueverint à carnibus abſtinere. Verùm hallucinati ſunt verſione Ruffini, qui cùm debuiſſet vertere ſanguinem, vertit carnes. Eo quippe tempore, Chriſtiani adhuc à ſanguine temperabant, ex Apoſtolorum decreto: Imò de carnibus adhibendis in cibum habes in eo loco hiſtoriam prorſus contrariam, quam ibi legere poteris. Theophilum quoque Alexandrinum citant in libro Paſchali, quem Latinum fecit Hieronymus. Verùm huic Theophilo quantum tribuere debeam, neſcio. Chryſoſtomo fuit vehementer adverſatus, quem tyrannica vi fugavit, ac de ſede ſui Epiſcopatus depoſuit. Et de illo Chryſoſtomus ipſe in quadam Epiſtola ad Romanū pontificem graviter conqueritur, & adverſus eum teſtimonium dicit. Verùm nolo de illo prolixiùs diſputare. Hoc dico, in eo libro, ipſum quoad abſtinentiam, pari loco vinum & carnes habere. Unde non tantum invehit in intemperantes, qui cùm jejunandum eſſet, carnes edebant: ſed addit quòd vino etiam uterentur. Quare ſi noſtri in uno eum recipiunt, cur in altero non imitantur, ut vinum quoque prohibeant? Potiſſimùm quòd ſint multæ carnes, quæ ut vinum calorem & libidinem non accendant. Et in Epiſt. ad Demetriadem (ſive Hieronymi ſit, ſive cujuſvis alterius) dicitur, eſum carnium & uſum vini concedi, ſed perfectiori conſilio diſſuaderi ut nuptias. Quo eodem loco vides iſta duo, carnes & vinum, ſimul conjungi. Atque in Lege veteri, Nazaræis interdicebatur vinum, at non item eſus carnium. Et Paulus in vino ſcripſit eſſe luxuriam, quod de carnibus non reperies. Laudaverunt Patres abſtinentiam ab his rebus, at leges tyrannicas minimè ſcripſerunt. Hodie hac de cauſa excommunicant, & ſæpe occidunt eos, qui diebus prohibitis carnes comederint.

Act. 15. 20.

C

D

E

Num. 6. 3.

Eph. 5. 18.

Nazaræis interdicebatur vinum, non carnes.

F

19 Sed conqueruntur, niſi hoc fiat, ſolvi diſciplinam jejuniorum: quod ego non video, cùm jejunium ad hoc fuerit inſtitutum, ut tota die uſque ad noctem eſſent abſque cibo. Neque præſcriptum erat, cùm inſtituta ſunt jejunia, quo cibi genere die jam elapſo reficerentur, modò frugales eſſent cœnæ & abſque deliciis. Auguſtinus dicebat de bono jejunii, Non quæro à quo cibo abſtineas, ſed quo cibo delecteris? Complures invenias, qui piſcibus plus quàm carnibus delectantur. Quin & Tertullianus Marcionem accuſat, quòd piſces judicaverit ſanctiorem cibum. Atque in hiſtoria Tripartita libr. 18. ſcribitur, de diverſa ratione jejunii quadrageſimæ. Nam alii tantùm tres hebdomadas ante Paſcha jejunabant, alii ſex, alii ſeptem. Rurſus nonnulli ab omnibus animantibus abſtinebant, ad quos nonnulli aves adjunxerunt, eò quòd juxta Moſen ex humore, ut piſces, originem duxerunt, & eodem die creatæ ſunt. Et demum fuerunt, qui uſque ad horam 9. in die jejunabant abſque ullo ciborum diſcrimine. Irenæus etiam, ut in hiſtoria Eccl. narratur, quoad dies jejuniorum inquit, non fuiſſe certas leges. Nonnulli totam quadrageſimam, aliqui tres dies, alii duos, & alii unum duntaxat jejunabant. Unde vides antiquitùs jejunandi rationem non habuiſſe dies taxatos, & ciborum diſcrimina, ut modò volunt habere. In Lege veteri præcipiebatur jejunium ſemel in anno, uno duntaxat die, quo nihil erat guſtandum uſque ad noctem, & ibi nequaquam deſcribitur, quo genere cibi cœnandum eſſet. Et in Confeſſ. Auguſt. legimus eſum carnium ſanctos viros non reddidiſſe minus Deo acceptos. Et memorat Eliam latitantem, per corvos fuiſſe à Deo carnibus ſuſtentatum. Et Ioannes Baptiſta, in ere-

Iejunia durabant uſque ad noctem, neque ibi cibus deſcribebatur, modò eſſet frugalis.

G

Vera ratio jejunandi in quadrageſima.

Gen. 1. 20.

H

Lev. 16. 30.

Iejunium legis, fuit unius diei.

Eſus carnium, non reddidit minus ſanctos.

I

1 Reg. 17. 6.

Mat. 3. 4.

Gen. 15. 32.

Digitized by Google

in eremo, locuſtas comedebat. At Eſau è diverſo, viliſſimo cibo lenticulæ captus, vendidit primogeniti jura.

Quid ſenſerit Gregorius de quadrageſima?

20 Ex Patribus perpetuò adducunt Gregorium, quem ego non multùm moror, ſiquidem primus is multa ſuperſtitioſa invexit. De Patribus qui eum præceſſerunt, ſatis arbitror dictum. Quanquam ille Gregorius Romanus, ut habetur in Decretis diſtinct. 4. cap. Denique, ſcribit ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, conſueviſſe laicos tempore quadrageſimæ carnes vehementius appetere, & illis immoderatè ſe implere, & indicat ſaltem clericos & diaconos debuiſſe abſtinere: Cæteris vero, non auderi mandatum ſeu legem conſcribere, ne quid forraſſe deterius contingeret. Vrgent etiam nos conciliis, quorum tamen decreta non ſemper firma fuerunt, & quàm parvi æſtimaverint ea Romani pontifices, inde apparet, quòd publicè ac privatim permulti ab eis redimunt pecuniis facultatem veſcendi ovis, butyro & lacte jejuniorum tempore, cùm illis decretis ſecus præceptum fuerit. Pontifices Romani poſteriores, leges de his rebus tulerunt quàm ſeveriſſimas, ut qui parum penſi habuerint nectere multos laqueos infirmæ plebi. Ferebantur hæc omnia, ſed propterea non eſt quod ſtatuamus ea fuiſſe juſta. Pernicioſæ ſunt hæ traditiones hominum, quia ut Chriſtus docuit, mandata Dei tandem faciunt irrita. Mandavit Dominus, ut haberemus unum Deum, neque alienum admitteremus: hodie traditionibus, ſanctorum cultus & invocatio confirmatur. Deus imagines prohibuit, hodie pontificum edictis in templa recipiuntur. Deus juſſit parentes in honore haberi: traditio facit ut ea authoritate calcata, liberi ad monaſteria convolent. Vult Deus ut proximus juvetur: ſed à juuandis vivis, per traditiones, ad juvandos mortuos itum eſt. Prædicant ſacræ literæ, unum eſſe Mediatorem Chriſtum Ieſum, qui omnibus iniquitatibus noſtris propitium Deum fecerit: traditione autem prædicatur hodie illum eſſe paſſum pro peccato originis, & iis quæ ante Baptiſmum admiſſa fuerint: verùm quæ poſt regenerationem committimus, neceſſarium eſſe, ut ipſe noſtris operibus expiemus. Ita hominum traditionibus mandata Dei fiunt irrita.

Redemptio à Papa libertatis quoad cibos.

Quomodo traditiones hominum violent mandata Dei.

Mat. 15. 6.

An Eccleſiæ liceat condere leges.

21 Eccleſiam dicunt facultatem habere condendi leges, quod ego non inficior, quandoquidem ſumus homines, & opus eſt ut in operibus etiam quæ ad cultum Dei pertinent, habeatur εὐταξία, propter quam alia decreta in Eccleſia ſtatui poſſe concedimus. Sed conditiones quædam omnino retinendæ ſunt. Cum primis, ut juſtitia hujuſmodi, cum verbo Dei minime pugnet. Deinde providendum, ne cultus Dei, juſtificatio & remiſſio peccatorum in his collocetur. Adhæc non debent hæc multa eſſe, ne premant & obruant Eccleſiam: neque ita ſunt ſtatuenda, quaſi neceſſaria ſint, & mutari nullo modo poſſint, cùm viſum fuerit expedire ſaluti credentium. Neque ita ferenda ſint, ut ſi quis ea dempto ſcandalo & contemptu non ſervaverit, lethaliter peccet. Itaque cùm iſtæ leges de ciborum delectu, quemadmodum oſtendimus, verbo Dei adverſentur, quod ſtatuit cibos eſſe liberos, declarantur eſſe pernitioſæ. Deinde in hoc ſuo decreto delectus ciborum, cultum & ſanctitatem conſtituunt, ita ut eos qui non abſtineant à cibis quos circumſcripſerunt, minus bonos, ſanctos & religioſos habeant. Poſtea excreverunt hæc eorum decreta in immenſum, nec eorum finis eſt. Conquerebatur Auguſtinus olim omnia præſumptionibus, tempeſtate ſua fuiſſe plena, ita ut jam conditio Chriſtianorum, ſervitute Iudæorum deterior eſſet. Quæ de ſuis temporibus cùm dixerit, quid obſecro dicturus fuiſſet de noſtris, quibus infinitis gravaminibus Eccleſia premitur? Primùm voluerunt habere quadrageſimam cui adjecerunt poſtea ſextam feriam, & Sabbatum, & alicubi quartum in unaquaque hebdomada. Quatuor invexerunt angarias, vigilias denique multorum ſanctorum, quibus adjecit Gregorius ille ſeptimus, peccare (ut loquitur) mortaliter, qui non jejunaverint. Cum igitur Eccleſiæ tam oneroſæ ſint iſtæ traditiones, ut appellari poſſint onera importabilia, quæ Chriſtus reprehendebat à Scribis & Phariſæis hominibus imponi, minimè debent tolerari. Addas poſtremò, eos velle delectus hujuſmodi tam neceſſarios ac inviolatos eſſe, ut abſque illis Eccleſia non poſſit conſtare. Atque ſuas traditiones tanti faciunt, ut earum tranſgreſſores gravius puniant, quàm eos qui Dei mandata violaverint, fures inquam, adulteros, ſacrilegos, &c.

Quibus cautionibus leges Eccleſiaſticæ ferendæ ſint?

Cõditio Chriſtianorum jam intolerabilior Iudaica.

22 Memorant Rechabitas, qui laudentur in Ieremia, quòd parenti ſuo paruerint, qui eis præceperat ut vinum non biberent, neque terras poſſeſſiones haberent, ſed vagarentur, & civitates non habitarent. Quibus Deus, quòd hæc præſtiterint fideliter, promiſerit vivacem poſteritatem, & ſemen longævum. Hic inquiunt, quæ Ionadab filius Rechab præcepit filiis ſuis, ad ciborum delectum faciunt. Quare non videtur Eccleſia erraſſe, quæ hæc præceperit. Vtque Deus commendavit Rechabitarum obedientiam, ita quoque approbavit Chriſtianorum virtutem, ſi hujuſmodi Eccleſiæ decretis obſecuti fuerint. Reſpondemus, non bibere vinum, inſtitutum fuit in Lege veteri, Deo non diſplicuit. Imò in nonnullis approbatur, quemadmodum apertum eſt de voto Nazaræorum, quod à ventre ſuſceperunt Samſon & Ioannes Baptiſta. Spectabat enim tunc hujuſmodi propoſitum ad quandam cæremoniam ſanctitatis. Mandavit deinde pater illorum, ut vagam degerent vitam, quòd illos non agriculturæ, ſed fortaſſe arti paſtoritiæ deſtinaverat, cui maximè conveniit per nemora & ſaltus vagari. Aut quia non erant ex filiis Iſrael, ideò cum illis non potuerunt habere poſſeſſionem in agris, & tamen eos noluit ad alios populos migrare, quòd verum Deum Iſrael coleret. Fuit enim iſte Rechab ex poſteritate Iethro, ut apparet in Paralipom. lib. 1. cap. 2. Quòd ſi contenderis eos Ethnicos fuiſſe, & ideo habitaſſe cum alienigenis: Dicimus, voluiſſe attamen eorum patrem, ut quemadmodum religione differebant ab his inter quos verſabantur, ita etiam notis externis ab illis diſcernerentur, quemadmodum erat à vino abſtinere, ac ſedes habere vagas. Præterea eorum obſervantiam laudavit Deus erga parentem, cui tenebantur in genere vitæ ac in moribus obedire. Mandaverat enim illa eis ut civilia & propriæ familiæ inſignia, non autem religionis titulo. Nam cùm à Ieremia invitarentur ad bibendum vinum, ſanctitatem vel cultum Dei non prætexebant, cur nollent ei conſentire: tantùm retulerunt quid pater ipſis mandaverit. Quæ obſervantia Deo placuit, placitura etiam ſi patri fuiſſet exhibita in quibuſvis aliis domeſticis & civilibus actionibus. Verùm Epiſcopi & Concilia delectum ciborum non præcipiunt, niſi ſanctitatis titulo atque divini cultus, quod tolerari non debet, cùm Dei ſit, non hominum, de religione ſtatuere. Nos etiamſi magiſtratus præciperet hoc vel illud non comedendum aut bibendum cauſa Reipublicæ, cenſeremus obediendum. Sed quoad divinum cultum hoc dicimus, jugum Domini non eſt aggravandum humanis traditionibus.

Ier. 35. 2.

Objectio de Rechabitis.

Num. 6. 3.

Iud. 13. 7.

Luc. 1. 15.

1 Par. 2. 55.

Rechabitæ fuerunt ex poſteritate Iethro.

Dei eſt religionem conſtituere, non hominum.

23 Obtrudunt nobis perpetuò, Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Fatemur paſtores audiendos eſſe, verum tantiſper, dum Chriſtum & ejus doctrinam nobis loquuntur. Iniquè autem comparatum eſſe, ſi tunc inſtar Chriſti ſe audiendos putarent, cùm ſuas traditiones nobis fabulantur. In lege veteri, noluit Deus quidquam addi vel detrahi ſuis decretis: qua ergo ſpe freti hoc tentaverunt in Novo Teſtamento? Num habemus in eo doctrinam minus perfectam, quàm antiqui habuerint? Chriſtus arguebat Scribas, quòd ſuas traditiones adjeciſſent, qui tamen populo dicebat, eos audiendos eſſe cùm ſederint ſuper cathedram Moſis. At ſuper ea ſedent, quando illa tradunt quæ à Moſe ſcripta fuerunt: Sed cùm ſua decreta ſtatuere volunt, meritò labaſcit eorum authoritas. Quæ noſtris Epiſcopis & Paſtoribus eadem conveniunt. A Chriſto & Spiritu ſancto, legum in Scripturis frugalitatem & ſobrietatem commendatam, populum ad illam adhortentur quanta poſſunt cum vehementia. Petrus ſcripſit, Fratres, ſobrii eſtote, vigilate in orationibus, &c. Paulus, Non in commeſſationibus & in ebrietatibus. Chriſtus item dicebat, Videte ne graventur corda veſtra crapula vel ebrietate. Ie junia itẽ,

Luc. 10. 16.

Audiendi ſunt paſtores quoad Chriſti doctrinam loquuntur.

Deut. 4. 2.

Mat. 15. 2.

Matt. 23. 2.

Nota bonum argumentum adverſus traditiones.

A quia laudantur i.a Sancta Scriptura, commendent & prædicent ut utilia, verùm de temporibus perpetuis, aut de modo & delectu ciborum dicere deſinant: niſi per delectum, frugales cibos, paratu faciles, non luxurioſos, neque ſumptuoſos intelligant. Iſta ſunt aſſiduè inculcanda, ut modeſtia & temperantia in grege Domini conſtituantur: ſed Leges Eccleſiaſticas de his condere quæ laqueum injiciant non eſt conſultum. Quomodo autem ab Eccleſia &

Magiſtratus & Eccleſia poſſunt indicere aliquod jejunium.

B à magiſtratu quandoque jejunium indici debeat, cùm opus fuerit vehementiori precatione, ſuperius expoſuimus. Quòd ſi iſtarum rerum leges perpetuæ conſtituantur, in frigidas cæremonias facilè degenerant, ut hodie cùm de quadrageſima, tum de aliis jejuniis factum videmus. Auguſtinus tradit, Apoſtolos jejunandum mandaſſe, de diebus autem nihil conſtituiſſe. Hieronymus autem, Dies inquit feſtorum & jejuniorum à prudentibus viris conſtitutos, propter illos qui non ſemper jejunant, neque ſemper ad ſacra conveniunt. Tam itaque de diebus,

Leges perpetuæ tandem frigidas cæremonias faciũt.

C quàm de ciborum delectu, leges, non Dei mandata, ſed hominum traditiones habendæ ſunt. Et jejunium ſabbati legimus inde ortum, quod Petrus Romæ diſputaturus cum Simone Mago die Dominico, jejunium ſabbati indixerit: unde quadam ἀναζωσία illius facti poſtea ſemper ea die jejunatum eſt. Quod non fiebat in Orientalibus & Africanis Eccleſiis.

Vnde jejuniũ ſabbati.

24 Verùm cùm iſta jam inſtituta ſint atque decreta de ciborum delectu, fidelibus quidnam facto opus eſt? Primùm ut qui libertate ſibi à Chriſto &

D Eccleſia conceſſa utuntur, benè quoad conſcientiam ſint perſuaſi, quod Paulus monebat cùm diceret ad Roman. Quiſque in ſenſu ſuo abundet. Græcè eſt πληροφορείσθω, planè perfectèque ſit perſuaſus: quoniam reclamante conſcientia nihil tentandum eſt. Deinde gratias Deo agat, eíque hanc libertatem per Chriſtum acceptam referat, ut in eadem Epiſtola juſſit Apoſtolus, eum qui manducat, ab infirmiori non judicandum, quòd gratias Deo agat, cùm

Rom.14.5.
Quid faciendum nostris ubi hæc decreta jam obtinuerunt?
Ibid.verſ.6.

E manducat. Adhæc quod facit, ad Dei gloriam faciat, ne ſuas delicias quærat, aut ſuæ voluptati ſatisfacere cupiat. Sive enim manducatis, ſive bibitis, idem Apoſtolus ait, omnia in Dei gloriam facite. Caveat quoque, ne infirmos temerè offendat. Doceat eos, & cum lenitate aſſumat inſtituendos, non tamen ita ut illorum infirmitatem foveat. Sunt enim ad tempus ferendi, non perpetuò: niſi velint ſemper eſſe diſcentes, nunquam ad ſcientiam pertingent. Neque obſtat quod Apoſtolus dixit, In æternum carnes non manducabo. Nam his verbis oſtendit,

1.Cor 10.31.

1.Cor.8.13.

F quemadmodum haberet paratum animum & cauſam poſuit: Ne ſcandalizem fratrem meum. Sed qui jam eſt edoctus, non offenditur, niſi volens ex ſua pervicacia, quam deprehenſam non morabimur, ut longa diſſimulatio in totius Eccleſiæ damnum vergat. Neque unquam conſulerem, ut ad Epiſcopos vel ad Papam iretur, ad obtinendam facultatem utendi cibis interdictis. Quia illi cùm diplomata ſua vendant, id eſſet eorum quæſtui favere, ac noſtro acceſſu eorum tyrannidem confirmare. Illi non curant

Non eſt eundũ ad Papam pro diſpenſatione.

G infirmiores firmos reddere, ſed potius è diverſo terriculamentis, fulminibus ac excommunicationibus fortes conantur infirmos efficere. Ideo non eſt quòd illis morem geramus.

25 At videamus paucis, undénam ſuperſtitio hæc abſtinendi à carnibus ortum habuerit: Ab Ethnicis puto, ni fallor. Quia ſacerdotes Ægyptiorum, lego temperaſſe ſibi à carnibus, quod idem fecit Apollonius Thyanæus atque Pythagoras. Id

Ab Ethnicis eſt iſte ritus abſtinẽdi carnibus.

H autem faciebant, quòd putarint hac ratione ſuos animos reddere puriores, & caligines à mente abſtergere. Vnde ſperabant revelationes atque divinarum rerum intelligentiam: quaſi prophetiam & divinas revelationes poſſemus noſtro marte adipiſci. Quod nequaquam credendum eſt, cùm hæc ſint dona Spiritus ſancti, qui ea prout vult diſtribuit. Neque adducendi huc Daniel ac ſocii ejus: Quia illi non ea de cauſa abſtinuerunt à cibis Regiis, à carne & à vino: ſed ne contaminarentur cibis in Lege ſua prohi-

Dan 1.8.
Socii Danielis.

I bitis: quòd ſi uſi fuiſſent menſa regia, facilè erat factu, tum quoad naturam ciborum, tum quoad præparationem. Vinum quoque periculoſum erat, ne

A fuiſſet expreſſum ex vinea, quæ non adhuc quartum annum attigiſſet, quod ſecundùm Legem fieri non debuit. Neque iſta à me dicuntur, quaſi negem ſtudioſis hominibus non convenire, ut & temperantiſſimè & graviſſimè vivant. Nam id aio, & conſtanter affirmo, nihil eis eſſe utilius. Verùm ſuperſtitionem remotam volo, quâ ſtatuant omnino ſibi à carnibus temperandum, ut Carthuſiani ſtultiſſimè fecerunt.

Lev.19.23.
Studioſis frugaliter vivendum.

Carthuſianii.

B 26 Nunc exigit antitheſis ratio, ut declaremus undénam libertas ciborum ortum habuerit. Ea invenitur poſt diluvium acceſſiſſe, cùm Dominus tradidit Noa in cibum, omne quod movebatur ac vivebat, quaſi eſſet olus virens. Etenim ante diluvium carnes non edebantur. Hæc eſt vis divini verbi, ut quicquid juſſerit, fiat. Imperavit ab initio granis frugum, arborum fructibus & oleribus agri, ut eſſent hominibus cibus, quod feliciter ſucceſſit. Poſtea id mandavit carnibus & præſtiterunt: Nam in deſerto

Libertas ciborum unde.

Gen.9.3.
Ante diluviũ non edebãtur carnes.

Exod.16.4.
Deut.8.3.

C idem facere voluit, & factum legimus. Vnde intelligimus rectè fuiſſe dictum, non in ſolo pane hominem vivere, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei: quod eſt, in quacunque re Deus juſſerit. Quamobrem in ipſum verbum Dei reſolvere oportet omnium commodorum noſtrorum rationem. Philoſophi ſuam analyſin faciunt uſque ad vires naturæ. Verùm illæ à piis adhuc revocandæ ſunt ad ſermonem Dei. Qui non ſolum nobis menſas fructibus, frugibus atque oleribus ornat: ſed etiam cu-

Noſtra analyſis & philoſophorum ut differant.

D linam carnibus & penum vino inſtruit. Hæc meditanda ſunt, cum rebus hujus mundi utimur. Hæc Dominus poſt diluvium dedit, partim ut iram ſuam erga humanum genus compenſaret, partim quòd terra fortaſſis aqua corrupta, non ut antea ſalutares fructus producebat. Hæc Philoſophi non agnoſcunt, nos verò quia credimus ea ex Domini ſermone initium habuiſſe, ideo quoties cibos, veſtes, agriculturam, uxorem, & alia id genus contemplamur, quæ nobis uſui ſunt, ea cogitemus & fateamur

Cur Deus poſt diluvium dederit carnes & vinum.

E à verbo Dei pendere. Hanc libertatem, poſtea Deus utcunque contraxit in lege Moſis, ubi diſcrimen mundorum & immundorum ciborum conſtituit: at cur id fecerit, non eſt præſentis negotii excutere. Hoc tamen addam: Ante diluvium homines Deo mactabant victimas ut de Abelo narratur, ſed immolatas carnes non edebant. At poſt diluvium, non tantùm Deo ſacrificarunt victimas, ſed ipſi quoque de ſacrificiis comederunt. Quod videbatur ſingulare Dei beneficium, quaſi jam ſua menſa illos dignare-

Vtilis regula.
Tempore Moſis datus eſt aliquis delectus ciborum.

F tur, & communionem ſecum admitteret. Erant ante diluvium, diſtincta erant animalia munda ab immundis propter ſacrificia. Vnde Noha, plures animantes mundas, quàm immundas, Dei juſſu in arcam intulit. Denique poſt adventum Chriſti reſtituta eſt libertas priſtina, & ciborum delectus, qui fuerat in Lege abrogatus. Quare non debet à Pontificibus vel ab Eccleſia, ſub religionis prætextu, reſtitui. Quæ tamen attulimus, nequaquam circumſcribunt, aut magiſtratus, aut rerum publicarum poteſtatem, quin

G id juſta de cauſa interdum facere poſſint.

De Miniſtrorum Eccleſiaſticorum veſtibus, vide Epiſt.2.4.10.11.12.

CAPVT VI.

De votis in genere: Item de voto Nazir, Iephtæ, Rechabitis.

H De voto poſthac addenda ſunt nonnulla. Græca vox εὐχὴ & Latina votum, non unum ſignificant, ſed duo, ſcilicet preces & deſiderium quo flagramus aliquid orantes, aut ipſa poſtulata. Deinde refert promiſſionem aliquid offerendi Deo: atque iſta ambiguitas harum vocum, in utraque lingua, non caſu aut temerè contigit, ut paulò infra dicetur. Hebræi verò dicunt votum *Neder*. Vovendi autem conſuetudo inde ortum habuit, quod in hominum fermè omnium mentibus id inſedit, ut ſi quando aliquid ſibi precentur à Deo ſeriò dari, ipſi

In Gen.28.
Nominis ſignificatio.

Vovendi conſuetudo unde orta.

I viciſſim ei aliquid ſe pollicentur oblaturos eſſe: hoc enim pacto videntur animi conciliari, ſcilicet muneribus, quæ ea non modò juvant eos qui donãtur,

ſed

ſed honorant:dantur enim ut teſtimonium virtutis &
excellentiæ,qua ſecunda ratione Deo poſſunt offer-
ri,ut ſcilicet inde à nobis honoretur. Dicebat Ariſto-
teles in ſuis Rhetoricis,munera non minus ambitioſis
quàm avaris ſatisfacere: iſti illa appetunt ut ditentur,
illi ut honorentur. Vnde & Dominus,qui maximè à
nobis requirit ut illum colamus, dixit in Lege,ut va-
cui ad illum non irent,indignum quippe ſenſit eſſe,ſi
coram ſe populus abſque muneribus appareret. Apud
Romanos id obtinuit, adeò ut Curtios & Decios,u-
bique fermè legatur, quòd voverint, ut victoria poti-
rentur. Inter Græcos fuerunt quoque vota non rara,
imò in Platonis Phædone legimus, adhuc Socratis
tempore conſueviſſe perſolvi votum,mittendi navim
bene ornatam Delum ſingulo quoque anno cum
muneribus & ſacrificiis, idque ex voto quo Theſeus
ſe obſtrinxerat, cùm in Cretam ad Minotaurum pro-
ficiſceretur. Hebræis verò ut id familiare fuerit, non
eſt opus recenſere. Orantes igitur & petentes ali-
quid à Deo homines conſueverunt contra quippiam
Deo vovere, ne erga illum videantur inofficioſi.

Votum & preces ſemper cō-junguntur.

2 Definimus itaque votum, eſſe ſanctam pro-
miſſionem, qua nos obſtringimus aliquid Deo obla-
turos eſſe:ſempérque votum, ut diximus conjunctas
habet preces, ut ſcilicet aliquid impetremus à Deo:
unde illa ambiguitas vocis in Hebraico & Latino
idiomate ſine ratione minimè contigit: nam cum iſta
ſint adeò conjuncta, inde facilè fieri potuit, ut quæ
vox unum ſignificat,alterum quoque interdum refe-
rat. Et hinc videri poteſt, utranque ſcientiam nobis
eſſe admodum neceſſariam,qui pietatem profitemur,
ſcilicet cùm offerendorum tum petendorum à Deo.
Verùm ad definitionem redeamus, in qua genus eſt
ſanctum: nam dicitur ſancta promiſſio, quo fit ut de
ſancto breviter ſit dicendum, illud ad juſtitiam per-
tineret: Quicquid enim eſt ſanctum, eſt juſtum, at

Sanctum quid ſit.

non recurrit, quia juſtitia eſt qua cuique reddimus
ſua:quibus verò ea redduntur, ſunt Deus aut homi-
nes. Facultas ergo illa qua reddimus hominibus ſua,
juſtitia appellatur, & generis nomen ſibi retinuit: at
cùm reddimus Deo obſequium debitum, jam tum
hoc ad ſanctitatem referendum eſſe ſtatuitur à Pla-
tone in Euthyphrone:& planè videas etiam in Sacris
literis, ſancta illa appellari, quæ offeruntur & dican-
tur. Quod etiam Deo à nobis reddi debet, eſt obſe-

Obſequium.

quium:illud verò duûm generum eſt: Quoddam uti-
le ei cui offertur: at hujus rationis Deo nihil à nobis
donari poteſt, cùm his non fiat major,nec ullo pacto
creſcat: Deus meus tu,dixit Propheta, quoniam bo-

Pſal.16.2. Luc.17.10.

norum non eges. Et apud Lucam,omnia facientes il-
li, ſumus ſervi inutiles. Aliud obſequii genus eſt,
quod ad reverentiam pertinet, ut ſervi dominos ſuos
colunt: ſed hic cultus & obſervantia erga Deum in
eo ſita eſt, ut promptam exhibeamus Deo noſtram
operam,in eo exequendo opere ac munere,quod per
nos Deus & dignatur & cupit efficere. Id autem eſt
nominis ſui ſanctificatio, quod Deus per ſeipſum ſa-
tis ſupérque poſſet abſolvere, ſed nobis utitur in no-
ſtrum magnum commodum & ſummam utilitatem.

Quænam Deo ſint offerenda.

3 Verum ut ſciamus quænam Deo ſint offeren-
da, & hîc quàm maximè peccemus, diligentia eſt
adhibenda non vulgaris:primóque mihi occurrit Au-

Pſal.56.2.

guſtinus ſuper Pſalmo, Miſerere mei Deus,quoniam
conculcavit me homo: illam particulam exponens,
quæ Hebraicè *Alainelatica*, Super me vel in me vo-
ta tua ait. Homo in primis Deo ſe ipſum offerre de-
bet, quod ea potiſſimùm ratione confirmari poteſt,
qua Dominus uſus eſt ſuadendo, ut numiſma redde-

Mat.12.20.

retur Cæſari, quia inquit, habet illius imaginem &
inſcriptionem: nos itaque cùm ſimus facti ad imagi-

Rom.12.1.

nem Dei,æquum eſt ut illi reddamur. Et Paulus ad
hoc ſacrificii genus non ſemel nos adhortatur, cùm
inquit, obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhi-

Rom.6.19.

beatis, &c. Idémque cap.6. ejuſdem Epiſtolæ, Sicut
exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ & ini-

Rom.15.16.

quitati ad iniquitatem,&c. Ac in eadem epiſt.ſe tan-
quam Apoſtolum prædicat hujuſmodi victimarum

Ignorantia ſacrificandorum peccatur.

ſacrificatorem. At contrà ignorantia ſacrificandorum,
graviter peccatur: Saul boves & armenta voluit of-
ferre, abjiciens divini mandati obedientiam, quod

1.Sam.15.9.

fuit indignum & Deo admodum ingratum ſacrifi-
cium. De Athenienſibus narratur à Socrate in ſecun-

A do Alcibiade, quòd licet optimas hoſtias & ampliſſi-
ma munera offerrent Deo, tamen infeliciter videba-
tur illis cadere ſucceſſus belli, quare conſulto oracu-
lo, fuit illis reſponſum: Deum magis curare Lacedæ-
moniorum prudentes preces,quam ditia illorum do-
naria.

4 Sunt autem explodenda quæcunque pugnant
cum verbo Dei monaſtica vota, haud abſimili ratio-
ne, cùm ſciamus illos vovere quæ Deo minus pro-
bantur: quia mandatis & traditionibus humanis ſe
B obſtringunt,ſuperſtitioſo cultui ſe addicunt,efficiun-
tur ſervi hominum ultrò, nulla impellente neceſſita-
te: quòd Paulus ad Corinth.1.cap.7. interdicebat. Si

1.Cor.7.23.

enim iſti in conſultiſſimè ſubdunt Abbatibus & Prio-
ribus. Deinde ſuas facultates abjiciunt, non juben-
te Domino, nec requirente proximo: itaque illis
interdum dant quibus minimè debent, & ſtatum
ſuum ac vocationem mutant ſine ratione,ita ut libe-
rum eis non amplius ſit parere Domino & præceptis
C ejus. Non enim licet illis monaſteria exire, ut paren-
tibus obſequantur, & ſuos proximos,quos neceſſitu-
dine aliqua ſibi conjunctos habent, laborantes ad-
juvent. At voto monaſtico æquè damnantur pere-

Peregrinationes ad divos.

grinationes ad divos, vulgò ſuſceptæ ex voto, quia
nulla Scriptura teſtatur iſta eſſe grata Deo. Adhæc
uni loco magis quàm alteri deferunt, quoad divinum
impetrandum auxilium, quaſi non ubique eadem vis
Dei. Impenſas præterea inutiliter faciunt, & propter
iſta, illa relinquunt quæ Dominus apertè mandavit,
D & turpiſſimè profundunt horas, quæ in rebus Deo
probatis collocari poterant. Sit itaque ſumma hujus

Regula vovendi.

ſcientiæ offerendorum, ad amuſſim ſcripturarum ex-
pendere quæ decrevimus Deo vovere, & iſta amuſſi
eſt diligenter ſpectandum quæ Deo placeant: neque
huic ſententiæ reluctatur quod Domino Iacobus vo-
vit, etſi hanc regulam Scripturæ habere non po-
tuit, quia divinæ Scripturæ æquatur intrinſecus Dei
verbum in animo ſuggeſtum, itémque naturæ lex
menti humanæ inſerta, quæ ad promovendum Dei
E cultum, hæc duo ſummoperè neceſſaria eſſe intelli-
git, ſcilicet, ut miniſtri Eccleſiæ habeantur, qui, ut
non deſint ſuo miniſterio, decimis erant alendi: ad-
hæc, certus eligendus locus, ubi homines conve-
niant ſimul ad Legem Dei,verbum ejus audiendum,
ad divinas celebrandum laudes,& ſimul publicis pre-
cibus orandum.

An vovere Deo placeat.

5 Inter illa quæ modò à nobis de voto dicuntur,
illud non videtur prætereundum, quod res ipſa, vo-
vendi actio, Deo probatur, cùm de ea leges tulerit,

Pſal 76.12.

F atque præceptum ſit per Davidem promulgatum,
Vovete inquit, & reddite. Quia tamen ſunt nonnul-
la argumenta quæ voto videntur adverſari, ideo cu-

Non eſſe vovendum: objectio prima.

randum ut diſſolvantur. Primò hoc obſtare apparet,
quia omnia noſtra debemus Deo abſque omni voto-
rum obligatione: igitur eſt ſupervacaneum novam
inducere neceſſitatem, cùm ſatis vinciat & adigat ad
omnia noſtra offerenda Deo præcepti divini vis, quâ
vult ſe à nobis amari præ omnibus,idque toto corde,
tota anima, & omnibus viribus. Verùm quod iſti af-
G ferunt, non omnem excludit vovendi cauſam:adhuc
enim vovere, poteſt utile eſſe ad noſipſos excitandos,
ad teſtandum aliis de noſtra fide & Dei excellentia.
Hîc rurſus dicunt, Si voveamus, nobis imponimus 2
neceſſitatem, atque omnis noſtra perit libertas: id-
que Deo veriſimilius eſt ut magis placeat, quod
illi magis liberè ac ſponte offertur. Hoc quod ob-
jicitur, falſiſſimum eſſe illud demonſtrat; quod
in æterna patria, ſancti; cùm non amplius pec-
care poſſint, non ideò libertate expoliatos illos cen-
H ſemus. Spontè enim ac maximè liberè Deum a-
mant,colunt,celebrant & faciunt quæcunque agunt.
Non enim pugnat voluntarium cum hac neceſſitate,
ſed coactum: unde qui vovet, etſi neceſſitate obli-
gationis videatur teneri ad reddenda promiſſa, ta-
men non ob id inferendum eſt, illum vi aut coactum

2.Cor.9.7.

præſtare quæ vovit. Atque ita Paulum interpretari
debes ad Corinthios poſteriore, cùm inquit, Non ex
triſtitia aut neceſſitate,ut iſta neceſſitas invito aut co-
acto opponatur, non autem cuilibet obligationi aut
I neceſſitati.

6 Poſtremò aiunt, voventibus magnum pericu- 3
lum imminet ſi tranſgrediantur, & eſt quodammodo

ſibi ipſi laqueum injicere, quod Paulus priore ad Corinth.cap.7.dicit ſe nolle facere: quomodo iſti tam facile ita ſe impediunt, qui vovere audent? Iſtis reſpondetur, quæ Deo vovemus, illius generis eſſe debere, ut illa ſciamus placere Deo: quæ cùm illi placeant & ab eo requirantur, omnino ei à nobis offerri debent, jámque illi ea dare tenebamur: quare non injicimus nobis novum laqueum, ſed potius novam incitationem, ad illa reddenda, quæ antea debebamus: neque imminet hîc nobis periculum ex natura rerum quas pollicemur, ſed ex noſtro vitio. At hujuſmodi res, quæ periculum afferre poſſunt noſtra culpa, non ſemper ſunt evitandæ, alioquin non eſſet edendum, non bibendum, & ſexcenta hujuſmodi evitanda, quæ noſtra intemperantia aut vitio nocere poſſent. Oportet enim ſemper attendere utrum res à nobis inchoanda, per ſe aut per accidens ſit periculoſa. Quod & Salomon admonebat dicens, Qui ventum obſervat, non ſeminabit, & qui nubes reſpicit, non metet. Sed ubicunque incertum nobis fuerit, utrum res ipſa Deo placeat necne, gravéque periculum immineat, quod id non omnibus ſciamus donari à Deo, à vovendo debemus ſuperſedere, nóſque ſervare liberos. De his autem quæ alicui fortè contigerint contra regulam divini verbi noviſſe, quæ poſtea videt odioſa & ingrata Deo eſſe, id atteſtantibus ſacris literis, ſæpe requirunt homines quid ſit faciendum: quibus uno verbo reſpondetur, ea non eſſe reddenda. Nec alia etiam voti ratio, quam juramenti: cùm enim Domini ſimus, non poſſumus ad aliquid nos obſtringere, quod ejus voluntati adverſetur, quemadmodum nec ſervis hominum civili jure permittitur. Cæterùm id in primis eſt maximè obſervandum, ut ante oblationes & vota, curemus fide juſtificari: nam ſi alioqui inimici Deo ſimus, quomodo illi grata eſſe poterunt noſtra dona? Quot enim ſunt infideles qui ſi munera attendas, præclara, pretioſa, illíſq; chariſſima Deo offerunt, & nihilominus tamen ingrata ſunt illi & odioſa? quæ enim ab inimico animo provenire ſcimus, non poſſumus jucunda exiſtimare. Eſaias quippe deteſtabatur Dei nomine omnia Iudæorum ſacrificia, cùm illi à veræ pietatis ratione deſciviſſent, cùm tamen illa ſacrificia Deus alioquin ſibi in Lege offerri poſtularet. Atque Plato refert in Alcibiade, Optime cecinit Homerus, Nidores victimarum & ſacrificia quæ à Trojanis offerebantur, Iovi non omnino fuiſſe accepta, quod illi & Priamus & populus ejus eſſent inviſi. *Hæc ex Commentariis in Geneſ. Sed de hoc toto capite & fuſius & accuratius ſcripſit in lib. de Votis adverſus Smithæum.*

1.Cor.7.35.
Eccl.11.4.
Vota contra verbum Dei an ſervanda?
Eſa.1.13.

De Voto Nazir.

7 Votum autem Nazaræorum in 6.Num. clarè deſcribitur. Sed quæ ibi traduntur, omnia videntur ad tria capita revocari poſſe. Primum erat, ne biberent vinum aut ſiceram, aut quicquam aliud quod poſſet inebriare. Alterum ne tonderent caput: ſed toto illo tempore Nazaræatus comam alerent. Tertium, ne luctu funebri ſe contaminarent, ne in patris quidem morte aut matris. Hæc ſervanda erant, verùm non in perpetuum, ſed ad aliquod tempus. Nazaræatum quippe fovebant ad certum numerum dierum, aut menſium, aut annorum. Sed cur Deus hæc inſtituit? Plures cauſæ reddi poſſunt: Primum, quod homines ita propenſi eſſent ad quædam genera vitæ ſibi deligenda, ut facile lapſuri eſſent in ſuperſtitionem. Itaque hoc pacto Deus illos frænare voluit: ac ſi diceret: Quando ita proclives eſtis ad ſtudia veſtra, & excogitandos novos cultus, tamen non facietis quod ipſi vultis, imo quod ego vobis præſcripſero. Et ſic illos, lata Nazaræatus lege, in officio continuit. Sed quid iſta volebant? Comam oportuit eos conſervare, uſque ad finem voti perſoluti. Nam tunc offerendo ſacrificio & carnibus in igne incendendis, comam amputabant, & concremabant in eadem flamma. Ex eo tempore liberi erant, & ad victum priſtinum atque aliis communem redibant. Alii hæc referunt ad ἀλληγορίαν, ut cum augerentur capilli, Nazaræi conſiderarent, virtutes quoque oportere in animo creſcere. Mihi vero alia etiam cauſa videtur poſſe reddi, nempe ut homines à nimio cultu & ornatu corporis abſtinerent. Nam tonſura nonnihil facit ad cultus nitorem. Dicit enim Paulus 1.Epiſt.ad Cor.cap.11. Viris id eſſe dedecori ſi comam nutriant. Quamvis & aliæ rationes aliorum non ſint contemnendæ. Cyrillus nec non Procopius in librum Numerorum aiunt, hæc inſtituta eſſe à Deo, ut revocaret homines à cultibus & ritibus idololatricis Ethnicorum, ut quod illi dabant idolis, id ſibi Iudæi tribuerent. Ita etiam cùm illi ſacrificarent idolis, voluit ut iſti ſibi potius ſacrificarent: non quod ſacrificia Deus tanti faceret, ſed ut illi ab idololatria retraherentur. Legimus Ethnicos interdum aluiſſe comam, ut eam poſtea vel Nymphis vel Apollini conſecrarent. Vnde Apollo dictus eſt ab eis κουροτρόφος. Quin & Theſeus (ut eſt apud Plutarchum) Delphos ivit, ut comam ſuam ibi Apollini dedicaret. Et Romæ pueri, cùm exiſſent ex Ephebis, comam & barbam alicui Numini offerebant. Apud Sophoclem, Oreſtes comam ad tumulum patris poſuit. Poſſet etiam eſſe alia non vana cauſa: Nazaræi quippe debebant ſemper eſſe puri, & quamvis non eſſent ex tribu Levi, tamen ita ſe gerebant toto illo tempore, ac ſi eſſent Levitici ſacerdotes. Leviticis autem ſacerdotibus prohibebatur, 21.cap.Levit. ne tonderent caput. Id quod poteſt etiam cap.6. Baruch haberi. Videbitis inquit ſacerdotes in Babylone raſis capitibus & ſciſſis veſtibus. Erant autem illi ſacerdotes idolorum. Vnde habemus juſſu Dei ſacerdotes Hebræorum non fuiſſe raſo capite.

Num.6.2.3. &c.
In Iud.13. initio.
Summa voti Nazaræorum.
Quare Deus inſtitutū Nazaræorum dederit.
Cæremoniarum ſignificatio
Comam alere.
1.Cor.11.4.
Cyrillus.
Procopius.
Plutarchus.
Sophocles.
Lev.21.5.
Bar.6.30.
Sacerdotes Hebræorum non radebant caput.

8 In libro Num. cap.6. crines capitis, Deus coronam appellat: ſive, ut alii vertunt ſeparationem. At contra Papiſtæ, ſuam capitis raſuram coronam vocant: ita omnia pro arbitrio invertunt. Sed quid illis facias? Nihil penſi habent quid agant. Lumina & ſuffitum in templis volunt habere. Si roges, cur? quoniam inquiunt, Deus iſtis uſus eſt in Veteri Teſtam. At in veteri Lege ſacerdotes uxores habebant, iſti nolunt. Illi capillos & barbam alebant: iſti radunt & capillos & barbam. Quamvis de barba magna eſt hodie contentio inter eos, quia Concilium Carthaginenſe, cap.44. variis modis citatur. Siquidem in aliis exemplaribus ſcribitur, Comam non nutriant nec barbam. In aliis verò, Nec barbam tondeant. Vtram ſententiam iſti ſequentur? Sed barbam nolunt prominere, ne pars aliqua, ut aiunt, ſacrificii forte in illa hæreat. O ſanctos homines! ſacrificium illud ſuum tribus obolis vendunt: deinde ne in barba hæreat, magnopere cavent. Nonne hoc eſt excolare culicem, & camelum deglutire? Quidam tamen illorum, ne non ſatis prudenter, & cum aliqua ratione facere videantur; Crinium inquiunt, amputatio, ſignificat oportere ſacerdotem omnia ſuperflua reſecare. Hæc eſt horum hominum religio, habere ſigna, cum ſignificata non habeant. Ego autem raſuram illam noſtrorum Papiſtarum, ad molliciem potius refero. Suetonius quippe in vita Othonis, ait eum conſueviſſe barbam ſæpe radere, ac faciem ſuam ad ſpeculum, an ſatis elegans eſſet, conſiderare. Mitto fuiſſe alios, qui pilos non radere, ſed potius vellere conſueverunt, ut cutem molliorem haberent. Proximum erat, ut Nazaræi abſtinerent à vino, neque à vino tantùm, ſed etiam ab aceto, ab uvis, & à ſicera. Eſt autem ſicera (ut ſcribit Hieronymus ad Nepotianum) genus potus, quod vinum imitabatur, vel ex frumento, vel pomis, vel ex palmulis, vel ex frugibus decoctum. Prohibebantur inſuper comedere folliculos uvarum aut grana, quæ à vineis extraherentur. Iubebantur etiam ne haberent *Miſcrath*, quod nihil eſt aliud, quàm uvarum ablutio. Expreſſo quippe vino, aqua infundebatur in uvas expreſſas eáque ubi deferbuiſſet, retinebat aliquem vini ſaporem. Id nos appellamus vinum ſecundarium. Chaldaica verò interpretatio, ſiceram, vetus vinum appellat. Non eſt autem obſcurum videre, quare Nazaræi vetiti ſint & vinum & ſiceram bibere: nam hæc turbant caput, & ad libidinem incitant, ut Salomon 20. Prov. admonet, Deriſorem facit vinum, & ſicera turbulentum, & quicunque in eo errat, nunquam ſapiet. Paulus etiam ad Eph.capit.5.ait, Nolite inebriari vino, in quo eſt ἀσωτία: ſed impleamini ſpiritu, &c. Adhæc ſacerdotes in veteri Lege prohibebantur vinum bibere, antequam accederent ad ſacra. Quapropter Nazaræos, cùm

Num 6.7.
Concilium Carthaginenſe.
Cur ſacrifici Papiſtæ barbam non alant.
Suetonius.
Sicera quid.
Hieronym.
Vini incommoda.
Prov.20.1.
Eph.5.18.
Lev.10.9.

cùm eſſent inſtar ſacerdotum, oportuit à vino abſtinere. Tertium erat, ne ſe luctu funebri contaminarent. Vt enim vehementius efferimur lætitia, ita nonnunquam mœrore ac luctu graviter turbamur. Volebat autem Deus, miniſtros ſuos affectibus præſertim vehementioribus vacuos eſſe, cùm illis homines gravius quàm par ſit commoveantur: nec tamen iſtæ obſervationes merita erant, in quibus illi juſtitiam conſtituerent, ſed ritus tantùm ac exercitia, quibus in officio quodammodo retinerentur. Erat enim Nazaræatus quædam à cæteris hominibus receſſio. Quid autem interea fecerint, non eſt præſcriptum: multi tamen putant illis fuiſſe mandatum, ut contemplationi & cognitioni Legis ſtuderent, & Deum ſinceriter ac purè colerent atque invocarent.

9 Deum videmus præcipuè ſapientiâ, voluiſſe populum hoc genere voti erudire. Philoſophi tradunt, oportere hominem contendere, ut ſublimia ſpectare poſſit, & naturam univerſam cognitione ſua complecti. Id autem aiunt nunquam poſſe fieri, niſi affectus in nobis temperentur: alioquin ita & cupiditate ſæpiſſimè auferimur. Proinde voluit Deus, ſuos vacare his affectibus, luctu, voluptate, nimia cura & anxietate circa corporis cultum. Nam hæc impediunt non leviter mentis tranquillitatem, atque illius ſpirituales cogitationes. Quamobrem in veteri Lege, ſuos quodammodo inſtituit præparare ad altaria, ne illotis pedibus accederent ad ſacra. Certè qui ſunt imbuti cognitione Dei, ſe antea componere debent & præparare, quàm veniant ad audiendum verbum Dei, vel ad ſacramenta percipienda. Ieremias cap. 4. pulchrè monuit, Novate vobis novale, & ne ſeratis inter ſpinas. Nuncupabant autem, ut diximus, hoc genus voti ad aliquod tempus, vel in annum, vel in menſem, vel ut quiſque ſibi commodiſſimum judicaſſet: nam hominum ingenia ſæpe mutantur, & ſtudia pietatis languent: ideo aliquo modo inſtaurari debent. Hinc nati ſunt veterum ſeceſſus in ſolitudines, ad tempus. Ita qui adminiſtrabant Rempublicam, feſſi rerum, ſæpe ſe abdebant in agros & prædia, non ut ſterterent, aut ſe ignaviæ ac otio dederent, ſed ut reficerent animos, & ad res gerendas promptiores ac inſtructiores redirent. Et Rhetores nobiliſſimi, defatigati agendis cauſis forenſibus, ruſticatum interdum ibant, ut audirent, ut commentarentur, ut aliquid legerent, ut habitas orationes recognoſcerent, atque ita doctiores atque paratiores redirent in forum. Sic Nazaræi ad aliquod ſpatium temporis, à congreſſu & conſuetudine aliorum hominum ſecedebant, quò meliores & ſanctiores poſtea ſe referrent ad obeunda vitæ munera. Chriſtus etiam noctu ſecedebat in montem: interdiu redibat ad turbam. Et cùm Apoſtoli rediiſſent, quos emiſerat concionatum, paululum eos ſubduxit in deſertum, ut ibi quieſcerent & ſe reficerent. Hoc nomine fortaſſis primùm quadrageſima fuit inſtituta, ut homines toto anno civilibus negotiis occupati, vel illo tempore ſaltem pietatem inſtaurarent. Hoc pontificii prætexunt. Sed facito rem eam primùm hac cauſa fuiſſe inſtitutam, conſiderent quò poſtremò lapſa eſt, in meram profectò ſuperſtitionem, qua nihil aliud populo Dei obtruditur, niſi delectus ciborum, preculæ aniles, cantica impia, & peregrinationes, quas vulgò ſtationes vocant, admodum prophanæ ac idololatricæ. De avaritia interea, cupiditate, luxuria, & aliis flagitiis imminuendis, nulla fit mentio. Oportebat præterea homines ex tam longo jejunio effici meliores: at poſt Paſcha, multò fiunt deteriores.

Iere. 4. 4.

Quadrageſimæ inſtitutum.

10 Sed ut ad votum Nazaræatus redeam, Paulus id videtur ſuſcepiſſe, cùm 18. cap. Actorum Apoſtolicorum, in Cenchreis totondit caput. Et 21. cap. perſuaſus eſt à ſenioribus ut id faceret. Sunt inquiunt, hìc quatuor viri, qui votum habent: tu cum illis eris. Ibi raſura capitis, indicat votum illud ad Nazaræatum pertinuiſſe. Nam ut ex Lege habetur, ſi contigiſſet ut Nazaræus, tempore ſuſcepti voti ſuper mortuo vel alia quapiam ratione contaminaretur, votum erat violatum. Et oportuit Nazaræum venire ad tabernaculum, & quod accidiſſet ſacerdotibus indicare, tondere comam, offerre ſacrificium, atque ita de integro Nazaræatus votum inchoare. Quicquid enim antè ſervaverat ut contaminatum & irritum habebatur.

Paulus Nazaræatus votum ſuſcipit. Act. 18. 18. Act. 21. 20.

Num. 6. 12.

A bebatur. Ita Paulus quaſi aliquid ſibi accidiſſet, inter nationes ubi verſatus fuerat purificari voluit in templo, ac ſi de integro voti obſervationem exorſus eſſet. Ex iſto Nazaræorum voto Papiſtæ clamant, umbram quandam extitiſſe tunc temporis ſui monachatus, neque conſiderant, Nazaræorum vota, verbo Dei fuiſſe inſtituta. Oſtendant illi viciſſim Dei mandatum de monachatu: quod ſi non poſſunt, nihil ſupereſt, niſi ut dicamus, inſtituta monachorum non eſſe Nazaræorum vota ſed ſuperſtitioſorum, & ridiculam quandam imitationem ſeu κακοζηλίαν veteris Nazaræatus.

Monachorum commentum.

B Ita etiam antiquitùs homines ſuperſtitioſi, cùm viderent Abrahamum voluiſſe immolare filium ſuum, & ea de cauſa vehementer Deo placuiſſe, ipſi quoque volebant ſuos filios immolare, ac eos per ignem traducebant. Quo peſſimo inſtituto, Deum graviter offendebant. Noſter porrò cultus verbo Dei niti debet. Civilia quidem inſtituta, etiam ſine verbo Dei expreſſo, modò cum illo non pugnent, poſſunt recipi:

Vnde initium traducendorū filiorum per ignem.

C ſed cultus & religio non aliunde proficiſcantur oportet, quàm ex uno verbo Dei. At obſecro dicant, votum illud perpetui cœlibatus unde habent? aut quomodo convenire poteſt cum Nazaræis? Adverſatur in primis creationi hominis, cùm dictum ſit primis parentibus, Creſcite ac multiplicamini. Deinde oraculo quod Paulus retulit, Qui non continet nubat. Vovent item paupertatem. Sed qualem? Vt mendici vivant. Pulchrum votum, alienis laboribus velle ſuſtentari. Adverſatur id proculdubio charitati, cùm

Contra vota monachorum. Gen. 1. 28.

1. Cor. 7. 9.

D Paulus ad Eph. dicat, Qui furabatur, jam non furetur: ſed potius laboret manibus, quo habeat unde tribuat neceſſitatem patienti. Sed ex monachis, dices, aliquos eſſe divites. Fateor: ſed illi quoque faciunt contra verbum Dei quo præcipitur: Qui non laborat, nec manducet. Adhæc vovent obedientiam: At quibus? Certis hominibus, cùm Paulus diſertè ſcripſerit, Nolite fieri ſervi hominum. Illi dicunt, Ego ſum Franciſci, ego ſum Dominici, ego ſum Benedicti: cùm Paulus non tulerit, ut Chriſtiani dicerent, Ego

Eph. 4. 28.

2. Th. 3. 10.

1. Cor. 7. 23. 1. Cor. 3. 4.

E ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ. Quid ergo clamant convenire ſe cum Nazaræis? Excutiamus quæſo ſingula: Nazaræi non radebant comam: iſti radunt. Nazaræi non bibebant vinum: iſti ſe vino ingurgitant. Nazaræi non accedebant funera, iſti nihil tam cupiunt quàm juſta & exequias mortuorum. Sed mitto hæc: Vnum tantùm addam. Quamvis Nazaræorum in Iudaiſmo, præcipuum votum fuerit, non tamen illis interdicebatur conjugium. In aliis votis, inquit Origenes, dabant aut ovem, aut capram, aut

Non conſentiunt ſed pugnant cum Nazaræis.

F bovem, aut aliud quidpiam. At in hoc voti genere, ſeipſos offerebant, & tamen eorum ſtatus cum matrimonio ſatis conveniebat.

11 Quod attinet ad Simſonem: Evaſit juvenis fortiſſimus. Quis hoc putaſſet futurum? Parentes non jubebantur illum inſtituere ad artem militarem, aut ablegare ad bellum. Multò potius putares monachum educari quàm militem. Sed Deus oſtendere voluit, robur quod eſſet eventurum in Simſone, id omne à ſpiritu ſuo derivandum. Quod autem Naza-

Iud. 13. 7.

G ræus in omnem vitam eſſet futurus, quemadmodum & Samuel, id peculiare fuit, & præter commune aliorum inſtitutum: de facto inquam, non de jure ac voto parentum. Simſonem oportuit obtemperare, quamvis ipſe non voverat, quia verbum Domini ſeſe interpoſuerat. De Hanna tamen Samuelis matre dubitari poteſt, quomodo ei licuerit vovere pro filio. Vix enim æquum videri poſſit, ut filius voto parentis obligetur. Quærebatur tempore Benedicti, an filii à parentibus oblati monaſteriis, cùm ad pubertatis annos veniſ-

1. Sam. 1. 11.

An licuerit Hannæ vovere pro filio? Vide in 1. Sam. 1. 11.

H ſent, matrimonium poſſent inire. Gregorius Magnus ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum, reſpondet omnino non licere. Satis duriter, & contra verbum Dei. Nam Paulus ait: Satius eſt nubere, quàm uri: & Qui non continet, nubat. In Concilio Carthag. 3. ubi etiam Auguſtinus interfuit, decretum eſt, ut pueri Eccleſiæ oblati, cùm ad pubertatem perveniſſent, aut ducerent uxores, aut caſtitatem voverent. Satis hoc etiam rigidè: Nam quis hoc exigat ab illa ætate rerum imperita, & virium ſuarum neſcia? Sed iſta dico, ut cognoſcatur Decreta cum Decretis pugnare:

1. Cor. 7. 9.

I Sed ut redeamus ad rem, Hannam dico potuiſſe vovere pro filio: nam quod ad perſolutionem voti atti-

Digitized by Google

net, quàm diu à parentibus educabatur, facilè curari A potuit, ut ne vel biberet vinum, vel tonderet comam, vel intereſſet funeribus. Poſtquam autem ad juſtam ætatem pervenit, hæc Samueli obſervanda erant, non quidem ratione voti, ſed propter obedientiam, quàm parentibus debuit. Nam filios obedire parentibus in omnibus iis oportet, quæ pietati & verbo Dei non

Rechabitæ. Ier.35.2.

adverſantur. Ita Rechabitæ, ut eſt apud Ieremiam, cum obediſſent patri Ionadab, jubenti ne per totam vitam ſuam vinum biberent, aut habitarent in civitatibus, eo nomine à Deo laudati ſunt. Attamen Hanna, B niſi peculiarem à Deo afflatum habuiſſet, non potuiſſet vovere, ut Samuel per totam vitam in tabernaculo Domini ſerviret: quandoquidem lex Dei certo quodam ſpatio annorum, nimirum quinquagenario à miniſterio abſolvebat. Cæterùm quod dixi, Hannæ licuiſſe pro filio Nazaræatum vovere, non

Magiſter ſententiarum.

videtur poſſe conſtare cum voti definitione, quæ à Magiſtro ſententiarum ſic affertur. Votum eſt teſtificatio ſpontaneæ promiſſionis Deo factæ, de rebus C

Definitio voti.

quæ ad Deum pertinent. Votum autem quod à parente ſuſcipitur pro filio, non poteſt videri ſpontaneum: Imò eſt, quia parentes non vovent coacti, ſed ſua ſponte: deinde par eſt liberos voluntati parentum ultro ac ſponte obedire, præſertim dum nihil impium, aut verbo Dei contrarium imperant.

Iud.13.5. Quomodo aliqui dicantur ſanctificati ab utero? Ier.1.5. Luc.1.15.

12 Ex hiſtoria Iud. quidam colligunt, Simſonem in utero matris fuiſſe ſanctificatum: quod etiam idem, cum de Ieremia, tum de Ioanne Baptiſta creditur. Et ita eum ſanctificatum volunt, ut poſtea nullum pec- D catum, quemadmodum vocant, mortale commiſerit. Verùm hoc falſum & vanum eſt. Nec ſanctificare hoc loco aliud eſt, quàm ad certum aliquod opus obeundum deſtinare. Simſon itaque ſanctificatus eſt, hoc eſt à Deo deſtinatus, ut populum ſuum liberaret. Ita Ieremias conſtitutus eſt ad prophetandum. Et Ioannes, ut eſſet vox clamantis in deſerto. Nec ex iſto genere ſanctificationis, conſequitur, ſanctos iſtos nunquam peccaſſe. Omnis enim homo mendax, &,

Rom.3.4. 1.Reg.8.46. Iud.16.4. Gal.1.15.& 13.

Non eſt homo, inquit Salomon, qui non peccet. E Quid præterea dicemus de Simſone? nunquamne peccavit? Lapſus eſt, & quidem graviter. Quin & Paulus ipſe, qui ſe ait ad Gal. ſegregatum de utero matris, & tamen perſecutus eſt Eccleſiam Dei. Alioqui filii etiam Chriſtianorum dicuntur ſancti: cùm Deus non ſit tantummodo Deus noſter, ſed etiam Deus ſeminis noſtri, juxta id quod Paulus ait ad Corint. Filii

1.Cor.7.14.

veſtri ſancti ſunt: quos tamen poſtea labi & graviter peccare, nemini dubium eſt.

Si votum pugnet cum charitate ſolvendum eſt.

13 Vnum ſupereſt dicendum: Cùm pater voverit, & filius cupiat paternum votum perſolvere, quid F ſi cum valetudine filii votum pugnaret? In morbum fortaſſis incidet, & vinum bibere oportebit, aut capillos abradere: quid hic fiet? Aliàs monui, præcepta Dei varii eſſe ordinis, ita ut quædam ſint majora, quædam leviora. Quod ad Deum quidem præcipientem attinet, omnia ſunt inter ſe paria & æqualia. Sed inter ipſas res quæ præcipiuntur, nonnihil eſt diſcriminis. Quocirca minus præceptum oportet majori

Mat.9.13. Oſe.6.6.

concedere. Vnde Chriſtus dixit ex verbis Prophetæ, G Miſericordiam volo, non ſacrificium, non quaſi Deus prorſus contemneret ſacrificia quæ juſſerat, ſed quod miſericordiam pluris faceret. Idemque monuit in E-

Matt.5.23.

vangelio Matthæi cap.5. ut ſi munus tuum ad altare obtuleris, & deinde memineris fratrem tuum aliquid adverſum te habere, ut eas prius & reconcilieris fratri tuo, deinde reverſus, offeras munus tuum: quo declarat ſe omnino velle, ut minus præceptum cedat majori. Propterea quæſtioni reſpondendum eſt: Iubet Deus, ut Nazaræi à vino abſtineant: jubet idem, H ut quiſque vitam ſuam bonis rationibus tueatur. Hic jam cùm ægrotus præſtare nequeat utrunque præceptum, neceſſe eſt, ut majus minori anteponat. Ita etiam Rechabitæ filii Ionadab ſe geſſerunt. Quàvis enim pater juſſiſſet eis, ne in civitate habitarent, néve biberent vinum, & à Deo commendentur, quod præceptis patris obtemperaſſent: tamen in eo ipſo

Ier.35.1.

tempore cùm Ieremias iſta de illis ſcriberet, contra patris mandatum habitabant Hieroſolymis. Chaldæi enim agros omnes vaſtaverant: Quare illi cerne- I bant, nihil eum loci eſſe præcepto parentis. Contra verò fit in monaſteriis: Nam ſi pater ægrotet, filius

A religione tenetur, ut ne poſſit eum ulla ratione juvare.

De voto Iiphtah, In Iud. cap. 11. verſ. 34.

An Iiphtah vovendo peccarit.

14 Hic videtur quærendum, an Iiphtah vovendo & votum implendo peccarit. Quæſtio difficilis eſt: quia non ad jus, verum ad factum ſpectat. Scimus illis temporibus fas fuiſſe vovere, at de hoc facto quid ſentiendum ſit, ex verbis nihil poteſt colligi. Fieri B poteſt, ut impulſu Dei ſi voverit: quod cùm ſingulare fuerit exemplum non debet ad imitationem trahi: Vt ſunt in divinis literis permulta hujus farinæ. Sunt

An filiam immolarit necne.

qui contendant, Iiphtam filiam ſuam reipſa non immolaſſe, ſed tantùm mulctaſſe civili morte, nimirum à communi converſatione eam ſeparando, ut Deo tantùm vixerit, ſolùm vacando precibus, & vivendo ſeorſim à cæteris hominibus. Videntúrque aſſerere,

Votum Cherem.

votum illud fuiſſe *Cherem*: ſed non tale, ut puella in- C ternecione obſtricta fuerit, ſed tantùm ut dicata Deo viveret, & divino cultui perpetuò incumberet. Et quemadmodum ager aut domus devota *Cherem*, non poterat ad priorem dominum revocari: ſic iſtam puellam inquiunt ſemel dicatam Deo, ad priſtinam conditionem non potuiſſe redire. David Kimhi hanc tuendo ſententiam, rationes iſtas protulit: Primùm,

Iud.11.30.

verba Iiphtah ponderat, Quicquid egrediendo domo egredietur, erit Iehovæ, & offeram illud holocauſtum. *Vau* Copulativum, ut in Commentariis diximus, D opinatur propoſitionem alternativam facere, ac ſi diceretur, Si ejuſmodi fuerit, ut queat ſacrificari, ſacrificabitur: ſin verò ſecus, Domini erit, & ei dicabitur.

Ibid.37.

Dein inquit, puella ſpatium petit, ut ſuam virginitatem defleat: nec ſcribitur: ut animam ſeu vitam lamentetur. Tantùm ergo id videtur lachrymata, quod marito & liberis eſſet caritura: At ſi fuiſſet immolanda, vitam cum primis illam deflere oportuit. Poſtre-

v.39.

mo inquit, verba ipſa Hiſtoriæ hoc declarant. Non enim dicitur, Iiphtah ſacrificavit eam: ſed fecit juxta E votum: Quod ſi eam mactaſſet, ſcriberetur, Et obtulit eam holocauſtum Domino. In eadem ſententia

R. Levi Ben-Gerſon.

eſt R. Levi Ben-Gerſon, & addit, in ipſo textu ſcriptum eſſe, Et non cognovit virum. Quaſi poſſit hinc intelligi, quod nam ſacrificii genus illud fuerit. Et putat Iiphtam conſtruxiſſe illi ædes, ubi ſola viveret, & virginibus ſodalibus ejus permiſiſſe, ut ſemel in anno eam inviſerent, & ejus virginitatem unà cum ea lugerent. Deinde ſubjicit, virum ita devotum non oportuiſſe vivere abſque uxore, quoniam vir non eſt F ſubjectus uxori. Samuel quamvis Domino eſſet devotus matris decreto, uxorem & liberos habuit. Mulier autem ſic devota non potuit nubere: quia neceſſe erat, ut marito inſerviret, & ſi alio migraret, unà cum illo iret. Et idcirco ſcribitur, Iiphtah fecit ei juxta votum ſuum, & illa virum non cognovit.

Lyranus. v.29.

15 Eandem ſententiam Lyranus amplectitur, & ex recentioribus aliqui ſunt non obſcuri nominis, qui hanc interpretationem ſequantur. Lyranus autem illa verba expendit, Et factus eſt ſuper eum Spi-

v.37.

G ritus Domini: & ait, Spiritus ille non tuliſſet, ut Iiphtah patraret hanc necem. Deinde inquit, ſcribi, duos menſes interpoſitos, ut conſilium peteret à Sacerdotibus. Non eſt autem veriſimile, illum de tanta re ipſos non conſuluiſſe, vel eos non docuiſſe illum, ut votum redimeret. Nec eſt probabile ipſum Iiphtam

Heb.11.32.

quicquam temere conſtituiſſe, cùm Epiſt. ad Heb. illum appellet ſanctum. Quod ſi dixeris, Fecit ei ſicut voverat: voverat autem ſacrificium, & ſe oblaturum

Quid in votis maximè ſpectandum.

quicquid occurriſſet: reſpondebunt, Vovit quidem, H ſed ea lege, ſi liceret. At cùm filia occurriſſet, vel didicit, vel intellexit non licere. Vnde ſi eam mactaſſet, non impleviſſet votum, verum ſeipſum contaminaſſet. At e diverſo mirum videtur, quod ſic expaverit, & veſtimenta ſciderit, ſi puella non erat immolanda? Deinde quid oportuit virgines eam deflere? Nam ſi non fuerat occidenda, non videbatur juſta cauſa luctus. Adhæc ſi virginitas offerenda fuit Deo, volenti non invito animo danda erat: & in votis reddendis hoc maximè ſpectatur, ut ultrò & alacri animo red- I dantur. Huc accedit, Iiphtam exemplum non habuiſſe in Scripturis, patri licere filiam obſtringere voto ad virginitatem ſervandam: quin Deus e diverſo

Legis

Digitized by Google

Deut 7.13. Exod 23.26.

A Legis obſervatoribus, copiam prolis pollicetur Deut. 7. & Exod. 23. Proinde quod pollicetur Deus magni beneficii loco, id non potuit voto impediri. Præterea, frigida & infirma ſunt argumenta Rabbinorum ut fuſius oſtendetur. Paulus ad Cor. cap. 7. ſcribit, Pater ſi decreverit firmus in corde ſuo poteſtatem habens voluntatis ſuæ, ut ſervet virginem ſuam innuptam, rectè facit, &c. Cur ſcribit poteſtatem habens voluntatis ſuæ? Si puella ipſa velit, pater eam poteſt innuptam ſervare, modò ipſa conſentiat. Sed Iiphtah de voluntate filiæ ſuæ nihil ſcivit, dum venit: quare non debuit exiſtimare votum ſuum ratum eſſe, cùm filia ſibi obviam occurrit. Et ſi hoc genus voti non fuiſſet in Novo Teſtamento firmum, in veteri multò minus valuit, ubi virginitatis votum ignorabatur. Sed hac de re plura in meo libello de Votis dixi.

1. Cor. 7. 37.

B

16 Fuerunt alii qui puellam exiſtimarunt ab Iiphtah revera immolatam, quod illis temporibus non ita novum & inuſitatum videri debuit. Deus quippe id requiſivit ab Abrahamo, ut filium immolaret, & hujuſmodi votum putabatur à multis Deo eſſe gratiſſimum, eáque opinio etiam permanavit ad Ethnicos: Unde illud jactatur,

Gen. 22. 2.

C

Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa.

Extant Poemata de Polyxena & Iphigenia: nec non Hiſtoriæ de Curtiis & Deciis. Et ſanè ad hanc expoſitionem accedit Paraphraſis Chaldaica, quæ apud Hebræos eo loco & authoritate propemodum eſt quo ſacræ literæ. Ea puellam ait fuiſſe immolatam, & Iiphtam reprehendit, quod ſummum ſacerdotem non conſuluerit: Idémque conſentiunt omnes fermè Rabbini antiquiores, qui etiam ſummum ſacerdotem taxant, quod ultrò Iiphtam non acceſſerit. Ioſephus etiam cum illis facit. Chryſoſtomus item hac de re multa ſcribit, ſed ab hiſtoria prorſus aliena: ſequitur ἀλληγορία, ita ut nihil fere certi poſſit ex eo colligi. Hieronymus verò pugnat ſecum. In Epiſtola ad Iulianum ait, Iiphtam numeratum eſſe inter ſanctos, quod filiam immolarit. Sed lib. 1 contra Iovinianum ſcribit ex Hebræorum ſententia, quia malè vovit, diſpenſatione Dei ſenſiſſe in filiæ morte errorem. Potuiſſet enim aut canis, aut aſinus occurrere, quæ fuiſſet nefas immolare, atque ita uno in loco laudat, quod idem in altero vituperat.

D

Joſephus. Chryſoſt.

Hieronym.

E

17 Ambroſius inquit, puellam re ipſa fuiſſe immolatam, de Virginitate lib. 3. & ſcribit Iiphtam voviſſe non ante pugnam, ſed in acie, in ipſo conflictu & rebus ambiguis: Additque parricidium non approbo, ſed video metum laudabilem, ne ſponſionem factam violaret. Et ſubjicit, hoc factum conferendum eſſe cum Abrahami opere. Porro Abrahamus cum eſſet mactaturus filium, Dominus ad eum exclamavit, Nunc cognovi, quod me diligas. Et concludit, Eodem modo laudari poſſe Iiphtam, quod oſtenderit ſuo exemplo, Dei oraculum, quo juſſit ut vota redderentur, præferendum eſſe liberis, etiamſi filius unigenitus eſſet occidendus. Sed quærit, An Deus ſit acceptor perſonarum, qui Abrahamum impediverit ne filium immolaret, Iiphtæ verò non obſtiterit. Negat Deum accipere perſonas, ſed oportuit, inquit, ut Abrahamo declararet, ſe humanis hoſtiis non delectari. Poſtea ſucceſſit Lex, quæ in Deuteronomio & in Levitico, filiorum immolationem prohibuit. Erat ergo voluntas Dei jam declarata in Abrahamo, & in Lege: quare non erat opus novo oraculo, aut nova prohibitione. Annotavit præterea non eam fuiſſe perfectionem in Iiphtah, quæ fuit in Abrahamo. Abrahamus quippe non flevit, non ſcidit veſtem, non interpoſuit duorum menſium dilationem, ſed ſtatim proficiſcitur, & Iſaacus eum ſequitur. Ergo non mirum inquit, ſi Deus non prohibuit Iiphtam: ſiquidem tergiverſationem ejus punire voluit. Et lib. 3. de Offic. cap. 12. ſcribit, Nunquam adducar ut credam Iiphtam non incautè voviſſe, quandoquidem poſtea pœnituit. Et ſubjicit, factum quidem ſe non probare, ſed tamen illum ait præ metu votum impleviſſe, verùm ita, ut factum poſteris deplorandum ſtatuerit. Addit, Non poſſum accuſare virum, quia neceſſe habuit ſolvere, quod voverat. Sed miſerabilis eſt inquit, neceſſitas, quæ ſolvitur parricidio: & melius eſt non vovere, quod ipſe noluit, cui voveas. Et mox, Non omnia promiſſa ſolvenda ſunt: nam & ipſe Deus aliquando ſuam voluntatem mutavit, quibus verbis ad locum alludit, qui lib. Num. 14. cap. de precibus Moſis habetur. Proinde Ambroſius omnino eſt in ea ſententia, ut putet, immolatam fuiſſe puellam: eóque ut dixi, eam duobus Pythagoreis prætulit. Et de ea in exhortatione ad Virgines ait, Incautam patris oblationem ſanguine ſuo ſolvit. Et in Epiſt. 1. ad Cor. cap. 15. ait, In re quæ accepta eſſe non poterat, fidelis inventus eſt, offerens filiam, ut ſtulte voverat. Et mox, Factum non probatur, ſed perſeverantia fidei profertur in exemplum.

Ambroſ.

F

Gen. 22. 12.

G

Deut. 12. 31.

H

I

Num. 14. 18.

18 Sed hæc Ambroſii verba non tam facilè ſunt tranſeunda: nec enim ſimpliciter, & ut ab eo dicta ſunt, probari queunt: ea tamen adduxi, quò docerem illum ſenſiſſe, puellam reipſa fuiſſe mactatam. Verùm in ejus verbis hoc primum animadverto, illum ſtatuere pium quendam metum in Iiphtah, quo ſit adductus, ut votum impleret: deinde liberos poſt habendos eſſe religioni: tertiò Iiphtam repertum fidelem in ea re, quæ Deo accepta eſſe non poterat. Ad extremum, fidei perſeverantiam in exemplum adduci. Quod ad primum attinet, neſcio quomodo pius is timor videri poſſit, qui ad parricidium adigat: illam quippe mactationem ter quatérue parricidium vocat. Sunt quidem nobis affectus quidam inſiti à Deo, ſed ad virtutes, & ad rectè agendum. Timor, ut fugiamus peccata: Ira, ut animadvertamus in ſcelera, &c. Quocirca metus, cùm ad virtutem accommodatur, plus dici poteſt: ſin vero inſerviat vitio, non poteſt videri pius, imò rationem quandam habet impietatis. Alioqui laudari poſſet idololatrarum ſtudium: videmus enim eos magnopere laborare, ut Numen colant, ſed quia ſincero cultui Dei non incumbunt, ſtudium eorum pium dici non poteſt. Ita cùm ille metus Iiphtam ad parricidium adegerit, quî potuit eſſe pius? Quod ſi dixeris, per parricidium eum non intelligere peccatum aut ſcelus, ſed filiæ immolationem: rogabo, quare factum ſe ait non probare? Certè ſi probare non poteſt, ibi peccatum cernit. Quod autem ait, Amorem liberorum poſthabendum eſſe religioni, verum eſt: at ea non fuit religio, ſed ſtultum, imprudens, & temerarium votum. Nec hujuſmodi votis poſthabendus eſt amor liberorum. Tertiò ait, illum repertum eſſe fidelem. Sed quænam eſt fidelitas ea in re, quæ grata eſſe Deo non potuit? Si ſervus meus faceret quod ego vetaſſem, an poſſet in ea re videri fidelis? Quod autem immobilem animum Iiphtah conſtantiam vocat, meo judicio errat, cùm potius fuerit pertinacia, qua omnino implere voluit, quod imprudenter voverat: nec perſeverantia in re mala poteſt dici conſtantia. Tribuit ei metum, quem etiam pium metum appellat, & nihilominus poſtea dicit eum pœnituiſſe. Si eum pœnituit, fecit contra conſcientiam: nemo autem adverſus eam debet quicquam afferre: Quod enim non eſt ex fide, peccatum eſt. Deinde, ſi eum pœnituit, cur non emendavit admiſſum? Nam ſi quid temere fuiſſet factum, id oportuit corrigi. Si Deus quemadmodum ait, ſententiam interdum mutat, cur nobis minimè liceat ſententiam minus rectam commutare? Ait poſtea, ſe non poſſe non laudare Iiphtam. At quid laudet? Votum incautum? At id reprehendi potius debuit. Redditionem voti? At eam parricidium vocat, nec poteſt laudari. Dico itaque Ambroſium affirmare, puellam omnino fuiſſe immolatam: non tamen omnia ejus verba eſſe probanda.

Quæ ſint adnotanda in verbis Ambroſii.

1 Pius timor nõ adigit ad parricidium.

Qui affectus pro piis habendi ſint.

2

3

4

Conſtantia differt à pervicacia.

19 Audiamus nunc, quid hac de re ſtatuat Auguſtinus, quæſt. 49. ſuper lib. Iudic. Scribit in iſto loco, Veteris Teſtam. hoſtes arripuiſſe anſam calumniandi Deum creatorem orbis. Nam illum & malum Deum & crudelem appellabant. Tales fuerunt Manichæi, Valentiniani, Marcionitæ, atque hujuſmodi peſtes. Cum delectetur, inquiunt, humano ſanguine, quomodo poteſt non eſſe crudelis? Reſpondet Auguſtinus: Tantum abeſt, ut Deus humano ſanguine delectetur, ut ne pecorum quidem ſanguine gaudeat: tantum paſſus eſt ad tempus victimas ex brutis immolari, ut homines paulatim erudiret. Quid autem ſignificaverint ſacrificia veterum, quod ad eruditionem eorum faceret, eo loco non dicit: ego vero paucis exponam. Primum in illis victimis proponebatur ſtipendium peccati eſſe mortem. Id quodammodo teſtabatur,

Auguſt.

Deus non gaudet ſanguine.

Quid ſignificaverint veterum ſacrificia.

Digitized by Google

batur is, qui hoſtiam adducebat, nimirum ſe comme-
ritum eſſe ut occideretur, ſed bonitate Dei mortem
ſuam tranſlatam in victimam. Ita veteres erudieban-
Potuiſſet Deus victimas humanas requirere.
tur, ut peccata caverent. Adhæc illæ victimæ animos
hominum ad Chriſtum dirigebant, & de illo erant
conciones quædam viſibiles: docebántque Chriſtum
fore victimam illam quæ tolleret peccata mundi, &
in quam noſtra mors & damnatio transferenda eſ-
ſent. Proinde non delectabatur Deus per ſe cruore,
ſed hac παιδαγωγίᾳ populum inſtituebat: Imò ſi de-
lectatus fuiſſet victimis, potuiſſet eas de hominum
cenſu requirere. Quid enim eum impediviſſet, aut
quam nobis feciſſet injuriam, ſi voluiſſet ex homini-
bus hoſtias ſibi offerri? Homini enim omnino ali-
quando moriendum erat. Quare uno aut altero an-
no tempus antevertere non fuiſſet uſque adeo mole-
ſtum nec injuriam nobis intuliſſet, præſertim cùm
intelligeremus nos cum ipſo æternùm victuros. Cer-
tè hìc nemo potuiſſet Deum, ut crudelem accuſare.
Nunc verò cum omnia illa ſacra removerit, ſatis do-
cet, ſe nec hominum, nec pecorum ſanguine gaude-
Deus primogenita hominum redimi, non ſacrificari voluit.
re. Imò primogenita hominum, cùm ſibi obſtricta eſ-
ſent, ea ſacrificari noluit, ſed pretio redimi: quod non
feciſſet, ſi ex ſanguine voluptatem ullam caperet. In
Num 3.12. & 18.15.
Deut. cap. 12 ait, Gentes quas ego expellam ante te,
Deut. 12 31.
ſacrificant filius & filias: tu autem vide, ne ita feceris:
Quædam cædes hominum Deo eſt grata.
Cæterùm Auguſtinus quærit præterea: Sit ne aliqua
hominum cædes, quæ Deo ſit grata? Reſpondet, eſſe.
At quæ? Cùm homines, inquit, juſtitiæ cauſa cædun-
Martyria ſunt inſtar ſacrificiorum.
tur: non quod mors ipſa martyrum per ſe Deo pla-
ceat, ſed quia fides erga Deum & pietas, cùm decla-
ratur, tum conſervatur. Et Chriſti mors ita Deo pla-
Martyria hominum, peccata non expiãt.
cuit, ut redemerit orbem terrarum: & mors Chriſtia-
norum, quâ Chriſti nomine obeunt, dici poteſt quo-
dammodo ſacrificium. Unde Paulus 2. ad Timot. ult.
cap. ſcribit, ἐγὼ σπένδομαι, &c. quo dicto mortem ſuam
immolationem vocat. Et ad Phil. 2. ἀλλὰ εἰ καὶ σπένδομαι
ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν. Non tamen im-
molatione hujuſmodi peccata expiantur, id enim ſo-
la Chriſti mors efficit. Sed placent martyrum obitus,
quia cauſa grata eſt. Auguſt. ab Ambroſio baptizatus
eſt: cúmque erga Deum egregiè afficeretur, ſenten-
tiam ejus ceu præceptoris ubi poteſt ſequitur, ſed a-
liquantò cautius. Confert quidem Iiphtam cum A-
brahamo: verùm diſcrimen ponit, quod Ambroſius
non annotavit. Abraham inquit, verbum Dei ha-
buit, ut filium ſacrificaret: Iephte non habuit, imò le-
gem contra ſe habuit, ne ſacrificaret. Et in Abrahamo
non cædes placuit Deo, ſed fides. Adhæc multum
intereſt, ex ſeipſo aliquid facere, & velle imperata fa-
Iiphtah vovit humanam hoſtiam ſecundùm Auguſtinum.
cere. Subtiliter autem monet Auguſtinus, Iiphtam
voviſſe humanam victimam, non decepium, ſed vo-
lentem. Quid inquit, egredietur domo, offeram illud
holocauſtum, &c. An putamus pecudes fuiſſe egreſ-
ſuras obviam redeunti? Homines quidem ſolent oc-
currere victoribus, & gratulari: Ergo vovit humanam
hoſtiam.

Gen. 38.18.

20 Scriptura ejus hoc factum narrat tantùm, ſed
non laudat: ut etiam quod Iuda rem habuerit cum
ſua nuru, ibi quidem ſcribitur, ſed non probatur. Ita
nihil ex hiſce verbis colligi poteſt, quamobrem fa-
Morte filiorum patris temeritas punitur.
ctum Iiphtæ laudari debeat. Sentit Auguſtinus præ-
terea cum Hieronymo, Deum filiæ morte puniri vo-
luiſſe in patre voti temeritatem. At duo inquit, loca
Heb. 11.32.
obſtant, ne Iiphtam poſſim reprehendere. Quia in E-
piſt. ad Heb. inter ſanctos numeratur, & ſcribitur, Spi-
ritum Domini factum ſuper eum. Sed illi ſancti viri,
qui ad Hebræos recenſentur, nunquámne peccave-
Iud. 8.27 & 33.
runt? Certè illorum quoque peccata conſignata ſunt
in ſacris literis. Gideon ſanè qui ponitur in eo cenſu,
paulo ante mortem fecit Ephod, quod fuit & ipſi, &
domui ejus in ruinam. Quod verò ad alterum locum
Iud. 8 29.
attinet, Spiritus Domini factus eſt ſuper eum: Sed
Iud 6.27.
hoc non obſtat, quin poſtea ſit lapſus. Verùm in-
2 Sam. 11. & 12.
quiens: At Iephtæ vicit, Gideoni verò poſt illud fa-
ctum nihil feliciter cecidit. Imò inquit, Gideon antè
quodammodo tentavit Deum, & tamen vicit: Sic ille.
Ego verò aliter dicerem: Non enim cum Auguſtino
facio, ut putem Gideonem tentaſſe Deum. Reſpon-
derem itaque ad hunc modum, David admiſit adulte-
rium, & ſtatim poſtea conſecutus eſt victoriam, & cœ-
pit urbé Rabbath-Ammon, in cujus obſidione Uriam

A trucidari curaverat. Saul perſequebatur Davidem: in- *1. Sam. 23.*
terea illi afferuntur nuncii de Palæſtinis. Is relicto
Davide, ad bellum abiit, & potitus eſt victoria. Moſes *Num. 20.12.*
peccavit ad aquas contradictionis: peccaverat item *Num. 21.*
populus multis modis, & tamen victoriam obtinue-
runt contra Sihonem & Ogum potentiſſimos Re-
ges. Quamobrem dabimus Iiphtam inter ſanctos
quidem eſſe annumeratum, ſed tamen potuiſſe pec-
care: ac licet peccaverit, potitum eſſe victoria. Spiri-
B tum quoque Domini dabimus factum ſuper eum,
ſed ſpiritum fortitudinis. Et quamvis eſſet ſupra illum
Spiritus Domini, haud tamen neceſſe eſt, eum om-
nia egiſſe ex illo Spiritu. Nos etiam qui Chriſtiani
ſumus, ſpiritum Chriſti habemus, cùm tamen nemo
noſtrûm ex omni parte ſit inſtauratus, imò ſæpius o-
mnes peccemus. Addit deinde Auguſtinus, Tametſi *Deus factis ſanctorum voluit allegoricè populum erudire.*
veteres Patres interdum peccarunt, nihil attamen
obſtitit, quo minus Deus peccatis eorum ſit abuſus,
ad ea ſignificanda, quæ populum erudirent. Eſt enim
C Deus adeò bonus, ut vel ex ipſis peccatis laudabiles
commoditates eliciat, faciatque ut ἀλληγορικῶς ea in-
dicent, quod ipſi utile viſum fuerit. Ut quod Iuda
cum ſua nuru ſcortatus fuerit, ſignificavit Deum co-
pulaturum ſibi Eccleſiam, quæ antea meretrix fue-
rat, ita etiam fieri potuit, ut hoc facto Iephtæ ſignifi-
caverit, Deum ita humanum genus diligere, ut uni-
genitum Filium ſuum pro eo morti daturus eſſet: ne-
que enim fruſtra, & ſine ulla cauſa paſſus eſt à Patri-
bus hoc fieri. Quamvis illi graviter peccarint, illorum
D tamen actionibus, Deus abuti potuit, ad ſui populi
παιδαγωγίαν. Stupebant illi ad victimas pecudum, ne-
que ut par fuit, oculos mentis ad Chriſtum attolle-
bant. Quare Deus hoc pacto voluit excitare ſterten-
tes, ut ad cogitandum de Chriſto humana victima fi-
liæ Iephtæ inducerentur. Is enim vitam daturus e-
rat, & victima futurus pro genere humano.

21 Rationem deinde Auguſtinus attingit, qua fa-
ctum Iephtæ defendat. Poteſt inquit dici eum Dei
ſpiritu impulſum voviſſe, & eodem ſpiritu adductum,
E ut votum perſolveret. Quocirca dignus erit laude,
tantum abeſt ut reprehendi poſſit. Cæterùm id ex Hi-
ſtoriæ verbis non poteſt colligi. Quod verò quidam
dicunt, ut ſuperius attigimus, flevit, ſcidit veſtem, ac
vehementer doluit: igitur ſpiritu Dei non agebatur, *Deus ita requirit obedientiam, ut affectus non ſubtrahat.*
me non multum movet: Nam Deus à nobis ita pieta-
tis officia requirit, ut tamen affectus humanos à no-
ſtris animis non ſubducat. Chriſtus ipſe, cùm ad mor-
tem noſtra cauſa libenter iturus eſſet, tamen dixit:
Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Oravit e- *Matt. 26 38.*
F tiam, Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte. Sed *Ibid. v. 39.*
Auguſtinus docere voluit, quomodo Iephtæ defendi *Auguſtini erratum.*
poſſit: quod ego libenter facerem, ſi ex aliqua parte
Hiſtoriæ juvaret. Quod autem ſequitur apud Augu-
ſtinum, ab eo dictum eſt ad imitationem Ambroſii.
Nam ſcribit, Error Iephtæ laudem aliquam fidei ha-
bet: quod, ut antea docui, non poteſt recipi. Si enim
error fuit, impulſui divino aſcribi non poteſt. Dein-
de, ſi peccatum erat, quæ ibi poteſt eſſe fideli laus?
Quia timuit non reddere, quod promiſerat. Quid ſi
G votum non eſſet licitum? an poſſet ibi laudari fides?
Deinde idem ait, Non declinavit judicium Dei, &
illum ſperavit prohibiturum, ne mactaret filiam. Om-
nino volebat potius voluntatem Dei perfici, quàm
eam contemnere. Hæc rectè dicerentur, ſi de volun-
tate Dei conſtitiſſet. An non conſtabat? Imò Deus
lege ſua longè aliter caverat. Quare ſi error fuit, lau-
dari non debet. Sin vero Spiritus eum impulit, non
fuit ibi error. Quæ deinde ſubjicit veriſſima ſunt, &
mecum faciunt. Primùm docet, prohibitum fuiſſe ne
H quis mactaret liberos, & exemplo Abrahami & Lege.
Deinde cur virgines defleverint, eandem mecum ra-
tionem docet, nimirum, ut & patres caverent, ne hu-
juſmodi voto ſe obſtringerent, & ne tanta obedien-
tia hujus puellæ in oblivionem abiret. Hæc ex Augu-
ſtino habemus: ex quibus apparet eum ſenſiſſe, virgi-
nem hanc verè fuiſſe immolatam: non voto caſtitatis
adactam, ut ſola viveret. Ad quam ſententiam ego
prorſus accedo.

22 Qui ſecus opinantur, duos aut tres authores
I habent, ego verò multos, qui mihi ſuffragentur, &
præſertim antiquiſſimos Rabbinos, qui vixerunt eo
tempore, quo Chaldaica paraphraſis & Thalmudica
con-

Digitized by Google

conſcriptio edita eſt. Targum enim Chaldaicum ſtatuit, puellam fuiſſe occiſam. Ioſephus, Ambroſius & Auguſtinus idem ſentiunt. Et rationes habemus non contemnendas. Primùm quia nulla lex antiquitùs fuit, ut puellæ virginitatem voverent: imò potius maledictio erat, ſi mulier orba liberis, & ſterilis obiiſſet. Quin Deus ipſe pollicetur Hebræis, Si obſervaveritis Legem meam, in vobis non erit ſterilis. Nec veriſimile eſt, ſanctos homines voto ſuo hanc promiſſionem voluiſſe impedire. Deinde in omnibus Scripturis divinitus revelatis, nullum extat hujus rei exemplum. Item hac interpretatione videremur quodammodo monaſtica vota confirmare, quæ plane pugnant cum Sacris literis. Monet ſiquidem Paulus, ut qui non continet, uxorem ducat. Mitto Iephtam, puellæ conſenſum non expectaſſe priuſquam voveret, circa quem, ut ſuperius expoſui, votum virginitatis non potuit eſſe ratum. Aperui ait, os meum ad Dominum, & non poſſum revocare. Non itaque vovit filiæ virginitatem, cùm illam non conſuluerit. Huc accedit fletus virginum, & unà ipſius puellæ. Petit enim, ut cum ſodalibus virginitatem ſuam defleret. Nam ſi votum fuit, qui lamentari oportuit? Peccata deplorare ſolemus, non vota. Cauſa vero quæ monuit Rabbinos Kimhi & Bē-Gerſon, ea fuit, quod volebant factum Iephtæ vel probare, vel excuſare. At id ſtudendum non eſt: non quod velimus libenter Patrum verenda retegere, ſed quia videmus, quæ minus rectè facta ſunt, excuſanda non eſſe. Adhæc me non parum movet, quod Iudæi hodie hoc votum virginitatis non habent. Proinde omnibus his rationibus adducor, ut putem filiam Iephtæ revera fuiſſe immolatam. Quod ſi quæratur, An ipſe hoc faciendo peccarit, dupliciter poteſt reſpondere. Primùm, quod ut homo erat peccare potuit, ut lapſi ſunt complures ex veteribus. Secundo, poſſet dici, eum impulſu Spiritus ſancti hæc feciſſe, non quaſi Deus cæteros velit id factum imitari, ſed ut homines ex eo intelligerent, Chriſtum pro eorum ſalute fuiſſe moriturum. Liberum eſt cuivis alterutram reſponſionem amplecti. Ego vero arbitror, eum potius fuiſſe lapſum. Nunc ſupereſt, ut Rabbinorum argumenta refutentur.

Rationes quibus interpretatio confirmatur. 1 — *Exod 23 26.* — *1Cor 7.9.* 2 — 3 — *Iud.11.35.* 4 — 5 — 6 — *Ad quæſtionem duplex reſponſio.*

23 Quòd aiunt, puellam non fuiſſe à patre mactatam, ſed tantum civili morte affectam, ut nimirum ſeorſim ab hominum contubernio abſque viro & liberis viveret, non rectè dicitur, quia tale genus voti extitiſſe, olim in divinis literis probari non poteſt. Scio fuiſſe Nazaræos, qui à vino, ſicera, & omni potu qui inebriaret, abſtinerent: at illi à conjugio non temperabant. Samuel & Simſon, cum uterque Nazaræus eſſet, uxores habuerunt: & Samuel ſuſcepit liberos, ut ſacra refert Hiſtoria. Seceſſus autem ab hominibus, non ſunt omnino improbandi, modo ex illis fructus aliquis ad Eccleſiam redeat. Chriſtus ſeceſſit 40. dies, & jejunavit: ſed poſtea rediit ad populum inſtituendum. Iohannes Baptiſta in ſeceſſum abiit, ſed certis temporibus & baptizabat & prædicabat. Ita nonnulli Patres ad ſeceſſus interdum ſe conferebant, vbi & precibus, piiſque meditationibus operam darent, quo inſtructiores ad concionandum redirent. Perpetuitatem vero ſolitariæ vitæ, approbare non poſſum, non enim nobiſipſis, verùm & aliis naſcimur. Quod autem nonnulli antiquitus Nazaræi fuerint in perpetuum, id non humano inſtituto, ſed juſſu Dei contigit: quod & Simſoni & Ioanni Baptiſtæ uſuveniſſe traditur. Alioqui Nazaræi tantummodo ad tempus vovebant. Præterea quod Rabini ſibi ſumunt, falſum eſt: non enim magnopere habebatur ſub Lege mors civilis, quà viri aut mulieres conjugium in perpetuum abdicarint. Kimhi ait, *Vau* facere interdum propoſitionem alternativam, Fateor id quibuſdam Scripturæ locis reperiri. At firmum argumentum non eſt: ſi dixerimus, Ita invenitur alicubi eſſe, Igitur etiam hoc loco ità res habet. Quin potius majori ex parte, *Vau* non disjunctam, ſed copulativam propoſitionem reddit. Et ſane hic per ἐπεξήγησιν inducitur. Et inquit Domini: Quo pacto? Quia offeram id in holocauſtum.

1.Sam 1.11.& 8. Iud 13.5. & 14. — *Seceſſus quomodo probentur vel improbentur.* — *Matt.4.2. Luc 1.30 & 3.3.* — *Iud.13.5.* — *Luc 1.15.*

24 Adhæc argumentatur, Filia petit ſpacium temporis, quo virginitatem ſuam defleat: neque ait, Animam aut vitam. Hoc argumentum, non robur, ſed

Iud.11.37.

A ſpeciem habet: Nam ſi lugenda mors eſt, certè tum magis, cùm acerba conditio ei adjungitur. Erat ſane puella certo quodam tempore moritura, ſed quòd ſine liberis obiret, id ei durum admodum videbatur. Ideo conditio illa exprimitur, quæ caſum reddebat miſeriorem. Ait præterea, Non ſcribitur Iephtah illam obtuliſſe in holocauſtum, ſed tantùm feciſſe juxta votum ſuum. Reſpondeo ſatis dici, cùm juxta votum feciſſe dicitur. Id ſæpe fit, ut in narrationibus, atrociora non ſemper exprimantur. Et licet verba non ſint eadem, attamen ſatis eſt ſi ſint æqualia. Levi Ben-Gerſon ex eo argumentatur, quod ſcriptum eſt, Et virum non cognovit: Igitur vixit inquit, ſed non nupſit. At hoc nullam vim habet. Hæc enim ſententia, expoſitio eſt ſuperiorum verborum. Cur enim deflexerunt eam virgines? quòd non nupſiſſet, neque viro collocata fuiſſet. Lyranus autem innuit, Spiritus Domini factus eſt ſuper Iephtam. Quare filiam non vovit in holocauſtum. Huic rationi Auguſtinus, quemadmodum audivimus, occurrit. Fuit ſane ſpiritus ille fortitudinis, & ſcientiæ militaris, nec quidquid poſtea Iephtah fecit, profectum ab eodem ſpiritu dici poteſt. Spatium præterea, inquit Lyranus, duorum menſium interceſſit, quo ille ſacerdotes interrogavit, & ipſi conſuluerunt, ut filiam virginem ſervaret. Imò veteres Iudæi affirmant, illum tam fuiſſe pertinacem, ut noluerit ſacerdotes conſulere. Et ea cauſa reprehenditur à paraphraſi Chaldaica. Neque novum eſt homines interdum peccare, quòd non putent ſibi opus eſſe conſilio, atque id principibus maximè ſolet accidere. Habent enim altum animum, & ſpiritus erectos, unde ſe putant conſilio ſatis abundare. At numeratur inter ſanctos: Ad hoc Auguſtinus quoque reſpondit, alios item fuiſſe annumeratos inter ſanctos, qui tamen graviter peccarunt. Poſtremò ait, Si filiam ſacrificaſſet, non impleviſſet, ſed contaminaſſet votum. Fateor: Nec mirum eſt quod erravit, cùm fuerit homo, & labi potuit. Atque hæc hactenus de Voto Iephtæ.

v.39. — *Ibid.* — *v.29.*

De Rechabitis.

25 Qui autem fuerint Rechabitæ, cujuſve generis ac ſtirpis, cognoſci poteſt ex lib. 2. Paralipomen. cap. 2. ubi deprehendimus fuiſſe Cinæos, hoc eſt, ex poſteritate Iethronis ſoceri Moſis. Antea quidem vocati ſunt Cinæi, deinde à Rechabo viro clariſſimo Rechabitæ. Vtque ſcribitur Hierem. 35. Ille Iehonadabus quibuſdam inſignibus præceptis, ſuos liberos inſtituit. Primum illis mandavit, ut non biberent vinum: Deinde, ut ne agros & vineas colerent: Tertio, ut non habitarent in urbibus, ſed vehiculis circumferrent ſaltus & paſcua loca, & ἁμαξόβιοι, perpetuo eſſent. Cinæos hortatus eſt Moſes, ut ſecum venirent, atque iter per illa deſerta monſtrarent, & pollicitus eſt ſe illis collaturum de bono, quo ipſi Hebræi erant afficiendi, cùm ad terram Chanaan perveniſſent. Verum ex hoc apparet, illos noluiſſe vendicare ſibi aliquam portionem ejus hæreditatis, ſed vagatos eſſe per loca paſcua, ſaltus & nemora, quod eis permittebant Iſraelitæ, cùm affinitate ſe contingerent. Cæterùm cùm Ionadabus vir fuerit non minus prudens, quàm pius, videndum eſt cur ſuis poſteris hæc mandaverit, quemadmodum ex cap 35. Hierem. habetur: nec enim iſta præcepit, ut illis juſtificarentur, ſed ut inſervirent illis pro quadam externa diſciplina. Cujus inſtituti, licet fortaſſis plures cauſæ afferri poſſent, duntaxat tres adducam: Quarum prima eſt Hebr. qui exiſtimant hunc Ionadabum ſuis poſteris conſultum voluiſſe de commodo & facili victu. Atque hoc David Kimhi ſic explicat: Qui poſſident, inquit, vineas aut agros, & domos habent affixas certis locis, oportet ut ſubeant varias calamitates. Proventus enim annui, cùm frugum tum vini, quandoque malignè proveniunt, aut interdum prorſus auferuntur. Vnde coloni fraudati ſua ſpe, fame conficiuntur, & acriter egent: Vitiatur item quandoque aër, aut coloni rapinis vicinorum malè afficiuntur. Hæc mala Nomades facile poſſunt evitare, diſcurrendo ſuis rhedis, quocunque libuerit. Nã ſic fugiunt mala imminentia & bona per-

In 2 Reg. 10. v.15. — *Vide libr de Votis. Edit. Bal. pag 87. 123.* — *Rechabitæ qui Ionadabi ad liberos præcepta.* — *Cur iſthæc Ionadabus liberis ſuis præceperit?* — *Paſtoriciæ artis commoda.*

ſequuntur, ubi ubi fuerint: quòd illis non datur, qui A
vinetis, agris, & domibus certis habent ſedes affixas:
Et idcirco aiunt Abrahamum, Iſaacum, & Iacobum
hoc genus vitæ fuiſſe amplexos. Et ſane legimus il-
los, cùm fame alicubi premerentur, ad meliora &
uberiora loca divertiſſe. Deſcenderunt aliquando in
Ægyptum, nonnunquam in Gerar, ut ibi poſſent ali
& ſuſtentari, cùm fames alibi graſſaretur. Fuit ad-
hæc paſtoricia illa ars Rechabitis patria, imo avita:
Nam Iethro ſocer Moſis greges habuit, & ad eos B
paſcendos & cuſtodiendos filias mittebat. Noluerunt
itaque à ſuis majoribus degenerare. Nec præterea
ignoramus eos, qui urbes incolunt, facilè delicioſos &
molles evadere: qui verò ruri degunt, plerunque ro-
buſtos eſſe. Quò fit, ut in habendis militum delecti-
bus, maxima pars ex agricolis & paſtoribus conſcri-
batur: nec facilè accipiuntur milites ex artificibus &
infirma urbium plebe. Voluit igitur Ionadabus, in-
ter ſuos vires & robur corporis integra conſervari. Ve-
tuit, item ne biberent vinum, cujus nimius uſus, C
multis modis corpori & animo officit: & in eo, ut A-
poſtolus monuit, eſt luxuria. Quocirca Deus in lege
mandavit, ne ſacerdotes, cùm ad ſacra facienda tem-
plum ingrederentur, vinum biberent. Nazaræorum
quoque fuit inſtitutum, ut ab ejus uſu ſibi prorſus
temperarent. Cúmque omnia hæc externa ſint, & in-
differentia, filii debuerunt ſuo parenti obtemperare:
Secus autem, ſi aliquid præcepiſſent, quod verbo Dei
adverſaretur. Parentibus enim & principibus eſt obe-
diendum, verùm (ut dicitur) uſque ad aras. Cum D
hæc mandaſſet Rechabitarum pater, promiſſionem
adjecit, *Vt longo tempore vivatis:* quod non tantum
referri poteſt ad commodum & facilem victum, de
quo jam diximus ex Hebræorum ſententia, verume-
tiam ad divinam promiſſionem, quam Deo viſum
eſt annectere præcepto de obedientia filiorum erga
parentes. Sic enim aſcribitur, Vt ſis longævus ſuper
terram.

Gen. 12. 3. & 20. 1.

Ruſtica vita.

Vini incommoda

Eph. 5. 8.

Exod. 20. 12.

26 Eſt quidem hæc interpretatio Rabbinorum
tolerabilis: ſed alia ſe offert multo illuſtrior, quæ fa- E
cilè colligi poteſt ex 1. Paralip. capit. 2. In eo recen-
ſentur homines oriundi ex tribu Iuda, inter quos e-
tiam connumeratur Hemath, quem Hebræi volunt
fuiſſe Othonielem, hominem inſignem in illa tribu:
Quia non modo fuit pius, verumetiam rei militaris
dux egregius, & Legis divinæ ſcientiſſimus Cùm er-
go eſſet fortis atque militaret, ſtrenuè pugnabat: do-
mi autem in pace, vacabat Sacræ doctrinæ, quam non
ſolus ipſe meditabatur, verùm alios etiam ipſam do-
cebat. Inter cæteros autem, diſcipulos habuit Re- F
chabitas, qui relictis paſcuis Hierichuntinis ad eum
ſe contulerunt, ut inſtruerentur. Et quia ille perti-
nebat ad Iudæ tribum, idcirco Rechabitæ in ea
cenſentur, dicuntque Deum hymnis & laudibus ce-
lebraſſe. Quoniam verò divinæ Legis mirum in mo-
dum erant ſtudioſi, voluit Ionadabus eos abſolvere
à curis & mundi voluptatibus, quo magis & expedi-
tiùs in illud ſtudium incumberent. Nec illi parere
detrectarunt. Hieremias itaque illos adduxit in do-
mum Dei, non quidem in ſancta, nec etiam in ſan- G
cta ſanctorum, ſed in quoddam triclinium ſeu tha-
lamum ſacerdotum. Vt enim conſtat e ſtructura Sa-
lomonici templi, appendices quædam erant extra
templum, ubi cubicula vel thalami erant pro ſacer-
dotibus, qui juxta ſuas vices officio fungebantur.
Cúmque eò deduxiſſet illos Hieremias, juſſit apponi
cyphos & phiolas vino plenas, eóſque invitabat ut
biberent: quod illi recuſarunt, affirmantes id ſibi non
licere, per ſui parentis inſtitutum. Sed hìc potuiſſet
videri Hieremias, eos incitare ſeu alacere ad violan- H
da patria mandata. Quod ſi proprio inſtinctu feciſ-
ſet, minimè defendendus vel excuſandus eſſet: eò
quod Prophetæ mittantur, non ut ſint in laqueum,
ſed ut bona ſanctáque promoveant opera. Sed Hie-
remias quod egit, ſuo non fecit arbitrio aut volun-
tate, ſed Deo jubente, qui probè ſciebat Rechabitas
minimè bibituros. Idcirco autem res ita geſta eſt, ut
obedientia Rechabitarum, publicè atque ſub certis
teſtibus probaretur, útque ſuperbia dejiceretur He-
bræorum, qui ſe tantùm pios & ſanctos eſſe arbitran- I
tur. Duplex porrò inducitur collatio. Nam Deus
cum Ionadabo Rechabita confertur, qui etſi in im-

Par locus de Rechabitis. 1. Par. 2. 55.

2. Reg. 6. 5.

Hieremias vinum Rechabitis propinat.

menſum ab eo diſtet, illius tamen præcepta neglige-
bantur, cùm ea quæ præcepit Ionadabus, magna re-
ligione cuſtodirentur. Conferuntur item Rechabi-
tæ cum Iudæis: Nam illi genere erant Iſraelitæ, iſti
autem erant Proſelyti & aſcititii, à quibus tamen non
modò Lex Dei retinebatur, verumetiam patris man-
data ſumma reverentia obſervabantur. Atque ſi ra-
tio temporum ineatur, duravit hoc inſtitutum Re-
chabitarum, propemodum ad annos trecentos: tan-
tum fermè ſpacium computamus inter Iehum, & Ioa-
chimum poſteriorem, vel Zedechiam Regem Iudæ:
quorum temporibus, Hieremias eſt vaticinatus. Quod
ſi quæſieris, ubinam Hieremias iſtos invenerit, cùm
in urbibus non degerent? Ipſi reſpondent in capite
jam adducto, quod ab exercitu Nebucadnezar, qui
urbem obſidebat, & cum exercitu per omnes illos fi-
nes graſſabatur, fuerint coacti Hieroſolymorum civi-
tatem ingredi: nec tamen ibi vel coemerunt, vel ædi-
ficarunt ſibi domum, ſed conductum habuerunt ho-
ſpitium.

Rechabitarū ſtatura quandiu durarint.

27 Poſtrema cauſa iſtorum præceptorum reddi
poteſt ἀναγωγικῶς, quaſi Ionadabus voluerit ſuos po-
ſteros admonere, de præcipuo ſtudio, quo teneri de-
buerunt dum hic viverent, nimirum conſequendæ
cœleſtis patriæ. Vnde ſcribitur ad Hebræos cap. 11.
veteres Patres peregrinatos eſſe, nec patriam habuiſ-
ſe confectam ab hominibus, ſed eos inquirere ſuper-
nam, quam Deus fecit. Et Paulus aiebat, Dum hic
vivimus, peregrinamur à Domino: Non habemus hic
civitatem permanentem, ſed futuram inquirimus.
Hæc poterunt eſſe honeſtiſſimæ cauſæ, quibus indu-
ctus fuerit Ionadabus ad hæc præcipienda ſuis libe-
ris. Deus per Hieremiam teſtatus eſt, Hebræos re-
belles, inobedientes, & contumaces graviter eſſe
jamjam puniendos: è diverſo autem conſolatus eſt
Rechabitas, quod ei placuerit eorum obedientia.
Non deerit inquit, ſemper aliquis de illorum ſtir-
pe coram me. Vnde apparet, eos non fuiſſe omnes
cæſos, vel in captivitatem abductos. Non deſunt
ex interpretibus, qui eam vocem Liphne referant ad
cultum Dei, & ſacrum miniſterium. Cæterùm hoc
Rechabitis non videtur poſſe convenire, quia non e-
rant ex tribu Levi, nec ex Aaronis familia, imò erant
Proſelyti, & genere Madianitæ. Sed reſpondent ali-
qui, Sacerdotes & Levitas ſæpe ac libenter cum illis
contraxiſſe affinitates Idcirco liberi qui procreaban-
tur, & miniſtrabant in templo, genere materno, ex
Rechabitis eſſe dicebantur. At mihi expoſitio hæc
non videtur neceſſaria: Quia non ſemper vox He-
bræa refertur ad ſacrum miniſterium, ſed illi etiam
eſſe dicuntur & verſari cum Domino, quibus ille fa-
vet, quos tuetur ac defendit. Illud quoque non
prætereo, Hieronymum in Epiſt. ad Paulinum, de
juſtificatione monachi, nec non & alibi ſcribere, o-
lim Rechabitas fuiſſe patres Monachorum. Potuit
fortè hoc verum eſſe, de illis monachis qui Hiero-
nymi ætate vixerunt. At ſi fortè idem Pater huc re-
diret, & noſtros videret Monachos, eos pronunciaret
longè diſſimiles Rechabitarum evaſiſſe. Quia illi
non bibebant vinum, iſti verò ſunt ſtrenui potato-
res, nec diluta vina expetunt, ſed generoſa & præ-
ſtantiſſima: Illi domos non poſſidebant, iſti tales ædi-
ficant & mercantur, ut jure poſſint cum Regiis con-
ferri. Poſſident vineta præclariſſima, & agros ferti-
liſſimos, in urbibus etiam habitant, ne dixerim graſ-
ſantur. Quid ergo commune habent cum Rechabi-
tis? Certè nihil: Sed hoc miſſo, admonendum lecto-
rem cenſeo, inſcriptionem Pſalmi 70. apud Græcos
extare, Pro filiis Rechabitarum, qui fuerunt primitiæ
captivitatis. Nec enim id in Hebræo habetur. Vn-
de autem Græci hauſerint, ignoro. Idcirco tamen
arbitror dici Rechabitas captivorum primitias, quo-
niam primi, ut eſt veriſimile, cùm degerent per pa-
ſcua & ſaltus, capti ſunt & afflicti à Chaldæorum
exercitu.

Rechabitarū peregrinatione perpetua, quid ſignificetur?

Heb. 11. 13.

2. Cor. 5. 9.

Ier. 35. 6.

An Rechabitæ ſacerdotio functi, & quomodo coram Domino fuiſſe dicti ſint?

Rechabitarū & Monachorum collatio.

Pſal. 71. 1.

Pſalm. 70. inſcriptio.

28 Sed grave occurrit dubium, an Ionadabus re-
ctè fecerit, ita ſuos poſteros adſtringendo præceptis
& onerando gravibus mandatis? Certè vinum, agri,
domus, civitates & vineta, ſunt res bonæ, quas Deus
ad humanum uſum condidit: cur igitur in univer-
ſum ab iis vult ſuos poſteros abſtinere, præſertim
cùm tanta ſeveritas interdum charitati adverſetur?

Rectène Ionadabus his mādatis poſteros ſuos aſtrinxerit.

Poteſt

1.Tim.5.6.

Oſe.6.5.

Poteſt etiam incidere tenuis valetudo, & ea corporis infirmitas, ut vino ſit utendum, quemadmodum Paulus Timotheo ſuo præcepit. Ad hoc reſpondeo, cauſas fuiſſe honeſtas, ut antea retuli, quibus hic homo adductus eſt, ut hæc inſtitueret: ſed tamen hoc eſt adjiciendum, non fuiſſe ab eo præceptam hanc obſervantiam tanta ſeveritate, ut nulla intercedere poſſet exceptio. Etenim præcepta non tantùm hominum, verumetiam Dei, lege charitatis condienda & temperanda ſunt, juxta regulam à Deo poſitam, Miſericordiam volo, non ſacrificium. Sacrificia quidem ille præcepit, verùm ſi aliquando miſericordiæ impendendæ proximis obſtarent, ad tempus vel ad horam ſeponenda fuerunt. Interpretanda igitur erant præcepta Ionadabi, ut non adſtringerent liberos, ſi qua fortè urſiſſet neceſſitas, quæ, ut vulgò dicitur, eſt mater diſpenſationum ſeu relaxationum.

Carthuſiarorum obſervantiæ rigor.

Carthuſiani ſunt hoc nomine accuſandi, qui abſtinentiam à carnibus tam arctè profitentur, ut etiam ſi quis ageret animam, illas non ſuppeditarent. Proinde ſi per valetudinem quiſpiam Rechabita opus habuiſſet vino, per Ionadabum uti licebat: quemadmodum & in præſentia, qui compellabantur neceſſitate, ingreſſi ſunt urbem Hieroſolymorum, nec accuſantur violatæ obedientiæ.

Ier.35.10.

Imò Deus teſtimonium illis perhibet ad hanc formam, Quia obediſtis voci patris veſtri, & omnia impleviſtis quæ vobis mandavit, &c. Dicit illos omnia impleviſſe, cùm tamen jam nunc in urbe agerent. Ergo Deus non judicavit illos tranſgreſſos voluntatem patris, licet in urbe degerent. Adhæc Ionadabus non ſic præcepit, quaſi opinaretur eas res immundas eſſe natura ſua, quarum uſu poſteris interdicebat.

Manichæorum furor.

Hæc fuit Manichæorum inſania, qui putarunt vinum, carnes, & alia id genus immunda eſſe, quod fuerint à quodam malo Deo creata. Talia non ſenſit Ionadabus, ſed propter cauſas jam allatas, ea ſuis poſteris vetuit.

Regionum conditionem eſſe obſervandam in uſu rerum ad victum pertinentium.

Præterea Rechabitæ non erant obſtricti voto ad ea præſtanda, ſed tantum abſtinebant, ut ſuo parenti obſequerentur. Et quia præceptum, quo vinum prohibebatur, videtur prima fronte durius, idcirco ſciendum eſt, non eandem eſſe omnium locorum & regionum conditionem. Siquidem in noſtris hiſce tractibus abſtinere prorſus à vino, maximæ hominum parti eſſet incommodum, nec poſſet tolerari. At non ſic eſt in Syria, vel Palæſtina, ubi laborabatur vehementi æſtu, & aquæ ſunt præclaræ nec inutiles ad potandum. Vnde ibi, & ſunt, & eſſe poſſunt homines magno numero abſtemii. Ac ita eſſe lex Dei confirmat de Nazaræis, qui illis prorſus interdicebat uſum vini, toto eo tempore, quo voto adſtringebantur. Nec tam duriter credendum eſt, Deum voluiſſe agere cum ſuis Nazaræis, ut eis mandaret intolerabilia. Quare cùm præceptum ſolvi poſſet neceſſitatis cauſa, nec in illis regionibus eſſet admodum obſervatu difficile, abſolvendus eſt Ionadabus, qui ſic præceperit. Quibus addere poſſumus, præceptum fuiſſe admodum illis congruum, quia Nomades erant, & diſcurrebant in paluſtris unà cum ſuis gregibus, lacte utentes pro cibo, & ſero loco potus.

Rechabitis uxores conceſſæ.

Nihil ergo eis mandabat præter morem conſuetum: & nihilominus in tam arcta diſciplina, matrimonio eis non interdixit. Monachi verò è diverſo faciunt, omnibus delitiis abundè fruuntur, & ſe defunctos omni pietate arbitrantur, ſi nuptiis abſtineant.

In Iud.1.
Vide in Reg. 2.1 & 8.1.
Quæ ſint honeſtiſſimæ cauſæ peregrinationis?
Gen.12.1.

29 Peregrinationis autem iſtorum, repetere nobiſcum debemus honeſtiſſimam cauſam. Non enim omnes boni viri, eodem conſilio peregrinantur. Permulti ſunt, qui patriam ideo ſæpe relinquunt, quod ibi non jam licet ſyncero ac legitimo cultu Deo inſervire, imò graviter, ſi qui ei ſtudeant, ibi divexentur. Sic Abrahamus de terra & cognatione ſua eſt evocatus, ne unà cum majoribus pergeret ſeipſum idololatria contaminare. Ita quoque à Chriſto dictum eſt, ut ſi nos in una urbe fuerint perſecuti, ad alias fugiamus. At alii ſunt, qui ut domi à vera pietate non impediantur, volunt attamen ea loca viſere, ubi ſe putent adhuc magis poſſe proficere, ac de rebus divinis, & ad ſalutem neceſſariis certius inſtitui.

Platonica peregrinatio laudata.

Qua de cauſa ipſe Plato commendatur, quod Ægyptios acceſſerit, & partem Italiæ, id eſt magnam Græciam A petierit: nec non adierit varias nationes, quaſi fugientem ſapientiam perſequeretur.

3.Reg.10.1.

Ita etiam Regina Saba in divinis literis commendatur, quæ peregrinata ſit ad Salomonem audiendum: hac ratione Kenæi, de quibus agimus, populum Iſraeliticum ſecuti ſunt: nam quamvis domi unum Deum noſſent & colerent, cujus ipſorum pater ſacerdos fuerit, magis tamen adhuc erudiri cupiebant, & Dei leges, inſtituta, cultúmque, abſolutius imbibere. Sunt præterea egregiè laudabiles, qui eam ob cauſam tantùm B peregrinantur, ut aliis proſint, eóſque juvent & à calamitatibus, quibus premuntur, aſſerant. Qua planè ratione Poetæ dixerunt, Herculem per orbem fuiſſe vagatum, ut maleficos homines, qui humanum genus miſerè affligebant, ſua vi coerceret. Nec alio conſilio Apoſtoli per univerſum orbem diſcurrebant, quàm ut homines à diaboli faucibus eriperent, & ab errorum catenis Evangelii prædicatione ſolverent. Chriſtus item ob iſtam eandem cauſam inter homi- C nes peregrinari voluit, quò doctrina & morte ſua humanum genus ab æterno exitio vindicaret. Iis portò Kenæi poſſunt annumerari: nam & ipſi adjunxerunt ſeſe comites Iſraelitis, ut eis per deſertum opitularentur. Nam, ut dictum eſt, cùm loca ea callerent, magno Iudæis adjumento eſſe poterant. Iſta planè bona & probata conſilia judicantur, quorum cauſa, peregrinationes quæ ultrò ſuſcipiuntur, honeſtæ ſunt atque laudabiles. Aliæ quoque poſſunt eſſe peregrinandi rationes, quæ & non ſemper accuſandæ D ſunt, non tamen laude ſeu approbatione cum iis conferri poſſunt. Quare pii homines, cùm peregrè proficiſcuntur, videant ut ad iſtas cauſas ac rationes jam commemoratas, quantum fieri poteſt, ſeſe accommodent. Vtque Deus iſtos Kenæos expectato fructu minime fraudavit, ſed illos eorum bonorum, quæ populo ſuo paraverat, participes, & quidem opulenter, fecit: ita cùm nunc etiam idem ſit Deus qui tum fuerat, credendum eſt non eſſe commiſſurum, ut à ſuo more perpetuáque bonitate diſcedat, modò nos bo- E nas & juſtas cauſas atque rationes peregrinandi retineamus.

Quid in peregrinationibus maximè obſervandum?

30 Cæterùm ea in re magna cautione ac obſervatione opus habemus, nempe in primis, quemadmodum Seneca Epiſtola 150. ad Lucillum pulchrè monuit, à nobiſipſis peregrinemur, id eſt, ut noſtros pravos affectus deponamus: quoniam locorum mutationes nihil ſanè poterunt, ſi eoſdem affectus, quos prius habuimus, nobiſcum unà circumferamus. Quin ad pietatis inſtaurationem, id eum primis F facit, ut alii à nobiſipſis efficiamur. Quid enim juviſſent Kenæos, bonæ leges, probati mores, caſta religio, quàm Iudæi profitebantur, ſi ſua voluiſſent afferre ſecum, & in iiſdem manere, in quibus antea verſabantur? Quocirca ii qui ſtudiorum & pietatis cauſa peregrinantur, non debent illud conſilium ſibi proponere, ut urbes, ædificia, flumina, campos, vineas, ſylvas, ludos, & habitus hominum contemplentur: nam hæc omnia, ut aliquantiſper oblectent intuentes, ceu pueros qui nova & G ignota quæque cum voluptate admirantur: nihil tamen, aut parum admodum juvant. Summa eſſe debet, ut præ omnibus aliis rebus meliores fieri, quoad pietatem & doctrinam, unicè ſtudeant. Etenim hoc ſi neglexerint, magis errare dicentur quàm juſtè peregrinari. Non itaque ſecum ulterius ea retineant quæ fugiunt mala: imo ab ignoratione Dei, ab imperitia divinarum literarum, à corruptis affectibus, à pravis ac pernitioſis exemplis, ante omnia peregrinentur. Hæc eſt juſta peregrinationum H ratio quam Kenæi ſuo facto nobis demonſtrant.

Lacedæmonii prohibuerunt peregrinationes.

Eam Lacedæmonii ſi reſpexiſſent, ſuis legibus minimè vetuiſſent peregrinationes: verùm illos id ſpectaſſe mihi perſuadeo, quod plerunque ita fieri animadverterint, ut cives peregrinando, ab exteris quos inviſunt, non eorum virtutes & ſapientiam, ſed potius vitia & errores hauriant: ac deinde multis infecti malis in patriam revertantur, ubi ſuos cives contagione quadam peſtifera perdant. Quod ſanè grave malum, ac Reipubl. incommodum eſſe, nemini dubium I eſt.

Cur peregrinationes proſint.

Nec tamen ob id ſtatuendum erit, omnes peregrinationes eſſe pernicioſas. Nulla enim civitas, nullus populus, nulláque Reſpublica in orbe repe-

Digitized by Google

ritur, quæ in moribus & legibus permulta non habeat imperfecta, quæ videndis & cognoſcendis aliis, emendari atque corrigi poſſit. Certè Lycurgus, qui legem illam tulit, peregrinando multum profecit: quin & Romanorum Decemviri ſeſe in Græciam contulerunt, quo populorum ejus leges cognoſcerent, ac ea ratione ſuæ Reipublicæ mirificè conſuluerunt.

Decemviri Romani.

CAPUT VII.

De Conjugio & Cœlibatu, præſertim Miniſtrorum Eccleſiæ.

In Iud. 4. v. 5. Deus conjugatos minimè ſpernit. Eſa. 8. 1. Ezec. 24. 16. Syricius non audiendus.

IAm verò attentione dignum eſt, conjugatos à Deo minimè contemni. Nam ex eis quoſdam in Prophetas & quidem egregios delegit. Eſaias enim Prophetidem accedere jubetur, quæ liberos ei & concepit & peperit. Ezechiel quoque fuit maritus. Quocirca Syricius ille Romanus, & ſimiles ejus, minimè audiendi ſunt, cùm ſacra miniſteria conjugatis interdicunt, & hanc (ſi Deo placet) rationem afferunt, quod à Paulo ſcribatur, eos qui ſunt in carne, Deo placere non poſſe: & in veteri Lege ad hunc modum præcipi, Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum: & rurſus à Paulo, Templum Dei ſeu Spiritus ſancti vos eſtis. Cæterùm teſtimonia jam allata, ſi quid juxta horum ſententiam conficerent, id profectò demonſtrarent, nullos homines in conjugio poſſe Deo placere, nec ullos habendos pro ſanctis, niſi qui cœlibes fuerint: Templum quoque Dei ſeu Spiritus ſancti ad clerum tantummodo contrahendum. Hæc autem ut vana ſint, ab omnibus ita intelligitur, ut magiſterio meo non egeant. Quis non videat, ſententias jam allatas, non uni aut alteri dici, ſed omnibus fidelibus prædicari? Ethnicorum id fuit, ſuas Prophetides, aut virgines, aut cœlibes habere, ut de Sibyllis proditum eſt. Iidem quoque ſacerdotia nulla mulieribus, ſed tantùm virginibus mandabant, nempe Veſtæ ſacra, necnon Bonæ deæ.

Rom. 8. 8. Lev. 11. 44. 1. Cor. 3. 17. Mos Ethnicorum quoad virginitatem ſeu cœlibatum.

2 Neque oportet nos credere, illos conjugatos, qui ad munus prophetandi vel ad ſacrum miniſterium à Deo aſſumebantur è veſtigio à ſuis uxoribus divertiſſe, quia nec Deus neque Chriſtus authores cuiquam divortii fuerunt. Novimus quidem Paulum conjugibus dare, ut interdum à conjunctione deſiſtant, quò & jejuniis & precibus expeditius vacent: at id minimè concedit, niſi ex mutuo conſenſu, & ad breve tempus, jubétque ut ad priſtina redeant, ne tentatione Satanæ præcipitentur. Vnde ſententia hæc quam adducunt, minimè ſatis eſt ad neceſſitatem cœlibatus miniſtrorum probandam, quandoquidem plus ab adverſariis, quàm elici poſſit ex ea, colligitur. Ibi enim dicit Apoſtolus, licere interdum à congreſſibus abſtinere: ii verò ſibi ſumunt toti generi miniſtrorum præcipiendum, ut conjugio ſemper careant. Quæ connexio & infirma & inutilis eſt, ut Dialectica ratio perſpicuè demonſtrat. Dabitur porrò miniſtros decere ut interdum ſe contineant, & frequentius, quàm cæteri homines, at non perpetuò. Inſtant illi: ſi cæteri ob preces fundendas aliquando ſibi temperant, quid illis faciendum erit, quorum eſt, & in preces & in ſacramentorum adminiſtrationem ſemper incumbere? Reſpondeo: Primùm, nos vehementer illos mirari qui hæc dicant, cùm ex clero pleríque nunquam ferè doceant, Sacramenta rariſſimè diſtribuant, & ſuam illam impiam exitialemque Miſſam vix intra ſpacium anni ſemel aut bis faciant: interea verò ſcortantur, & ſe adulteriis polluunt. Matrimonium verò, propter ſuſceptum gradum Eccleſiaſticum, ſe contrahere non poſſe cavillantur. Certè hoc hominum genus, rationes adductæ nihil ſublevant.

Qui vocabantur ad ſacrum miniſterium conjugati, non divertebant ab uxoribus. 1. Cor. 7. 5.

3 Advertendum præterea, quæ Paulus ibi dicit, ad communia jejunia, ſeu communes & uſitatas preces minimè pertinere: alioqui vel ducere vel habere uxorem nemini liceret, quandoquidem omnibus jubetur, ut ſine intermiſſione orent. At ſunt quædam ſolennes interdum preces & jejunia indicta, vel ob imminentes calamitates avertendas, vel propter

Diſtinctio precum & jejuniorum.

Quandoque jejunia & publicæ preces indicantur.

A miniſtros Eccleſiæ deligendos: aliáſque hujuſmodi neceſſitates, in quibus unà cum Propheta & Apoſtolo ſuadendum & hortandum eſt, ut ſponſus de thalamo ſuo, & ſponſa de cubili ſuo egrediantur. Cæterùm de his novis magiſtris graviſſimiſque cenſoribus, libenter audire velim, quid in Romana Eccleſia, quàm unam ex omnibus tantoperè venerantur, antiquitùs fieret: quando Chriſtiani quotidie communicabant, ut Hieronymus & Auguſtinus factum ſuis temporibus tradunt: communicabant illi B quidem, & uxores nihilominus habuerunt. Quid præterea in Veteri Teſtam. Summus Pont. Aaron & ſucceſſores ejus agebant, quibus manè & veſperi ad tabernaculum perpetuò miniſtrandum fuit? Nondum enim à Davide, Salomone, & Ezechia, ſacerdotum vices diſtributæ fuerunt: Nónne uxoribus utebantur? Certè filios procreabant. Verùm inquiunt, id tum fieri oportuiſſe, quandoquidem ſucceſſio ſacerdotalis per propagationem carnis habebatur, neque ſacerdotes ex alia tribu quàm ex Levitica poterant aſſumi. C At nunc, quando ea Lege ſumus abſoluti, & miniſtros Eccleſiæ undecunque habere licet, eos decet eſſe cœlibes. Hos percontabor, quiſnam author fuerit, ut ex propagatione carnis Pontifices & Sacerdotes antiquitùs haberentur? Mirum, ni Deum fateantur. Subjiciam itaque, illos Deo ſapientiſſimo, qui paſſus eſt & voluit ſacerdotes uti conjugio, ſeſe facere ſapientiores. Poterat ille ſacerdotes ex qualibet tribu accipere, atque illis continentiam imperare. D At facere noluit: Iſti verò, plus quàm ille mandaverit, audent. Dicant præterea nobis, an in primitiva Eccleſia miniſtri fuerint? Fuerunt ſanè, iique conjuges habuerunt, & nihilo ſecius perpetuò & docebant & miniſtrabant. Vxores eos habuiſſe, hiſtoriæ demonſtrant, Canones teſtantur, & illi præſertim Apoſtolorum, quibus adverſarii noſtri tantum deferendum cenſent. Ibi enim legitur cum eſſe ἀνάθεμα, qui ſacerdotem debere uxorem ſuam contemnere docuerit.

Ioel 2. 16. 1. Cor. 7. 5.

Romæ quotidie communicabatur.

De ſummo ſacerdote Veteris Teſt. Exod. 29. 38. 1. Par. 23. 24.

Miniſtri primitivæ Eccleſiæ uxores habebant, & illis utebantur.

Canones Apoſtolorum.

4 Non me latet, argutulos eſſe quoſdam, qui locum adductum ſic eludant, quaſi tantummodo quo E ad victum & veſtitum ſit intelligendus: quibus rebus aiunt ſacerdotem jam à ſua uxore ſejunctum, illam debere curare. Ceu non magis contemnatur uxor, cui benevolentia debita ſubtrahatur, quàm ſi negligatur quo ad victum & veſtitum. Gangrenſe quoque Concilium, decrevit illum eſſe ἀνάθεμα, qui oblationem conjugati ſacerdotis ab aliis diſcernit. Hic quoque ne muti videantur, conjugatum ſacerdotem intelligi aiunt, qui prius in conjugio fuerit, non F qui eo in præſentia utatur, quod exiſtimant evenire, ſi vel mortua uxor fuerit, vel ſi à ſe invicem diſceſſerint. At utrum volueris iſtorum modorum, clericus non poteſt dici conjugatus. Etenim illi ſunt conjuges, qui & vivunt, & à ſe invicem non ſunt ſeparati. Miniſtros autem in primitiva Eccleſia uxores habuiſſe, ac illis fuiſſe uſos, Hiſtoria Nicolai Diaconi ſatis declarat. Et ex ea etiam facilè monſtratur, quia ſi miniſtri cum ſuis uxoribus conſuetudinem non habuiſſent, G non fuiſſet opus à Syricio, Pelagio & aliis Pontificibus Romanis, tot prohibitiones interponi, ut ne id poſthac fieret. Ii quippe tyranni querebantur ſic agi, & idcirco pro viribus interdicebant decretis, edictis, & minis, matrimonii uſum hominibus Eccleſiaſticis: quod fieri non oportuit, ſi talia conjugia in uſu non fuiſſent. Tandem ſic rem habuiſſe non diffitentur, verùm confingunt rationem temporum eſſe habendam, & aliquid neceſſitati dandum. In primitiva enim Eccleſia erat, ut aiunt, miniſtrorum ingens H penuria, quare oportuit eos à quovis hominum ſtatu ſumere, ideóque permulti conjugati ea ætate habebantur. At nunc aucta Eccleſia, ea neceſſitate non urgemur, ideo jure decretum eſt, ut cœlibes tantùm deligantur.

Gangrenſe Concilium.

Qui ſint conjuges.

5 Cæterùm, iſti quæſo ita ſecum cogitent: primo illo tempore, dum calor ſpiritus ſancti admodum vigebat, multo plures fuiſſe ad miniſterium idoneos, quàm nunc habeantur, propter ſummam gratiæ atque ſpiritualium chariſmatum copiam. Huc deinde I accedit, Eccleſiam cùm dilatata ſit & aucta longè pluribus miniſtris atque tunc opus habere. Alia præterea nos gravior neceſſitas premit, quòd homines hodie

Primitiva Eccleſia majorem copiam habuit miniſtrorum.

Digitized by Google

Homines modò ſunt infirmiores.

hodie magis quàm tunc infirmi evaſerint, quòd neque illorum Papæ inficiantur. Nam diſtinct.34. cap. Fraternitatis, cenſet Pelagius cum Diacono quodam promovendo qui ſcortatus fuerat, idque cùm uxorem haberet, lenius agendum, quòd hodie probitas etiam & mores, non tantùm corpora defecerint. Hanc illi noſtrorum temporum debilitatem ſi non ignorant, quæ longè ſit major quàm antiquitùs fuerit, non debuerant, ubi neceſſitatem majorem animadvertunt, remedium inde ſubtrahere. Neque par eſt ut hujus ætatis neceſſitatem diſſimulent, qui nobis objicientibus morem veteris Eccleſiæ, neceſſitatem ejus regerere audent. Eſt utrinque neceſſitas, & idcirco ſi unius ratio habetur, altera quoque debet admitti. Sunt ex eorum numero, qui dicant, miniſtros antiquitùs habuiſſe uxores, & illis interdum uſos: at negant, poſt ſuſceptos ordines, unquam licuiſſe uxores ducere. Errant profectò: nam in Synodo Antyrana, quæ in Decretis habetur 28.diſtinct.cap.Diaconi, decretum eſt, ut ſi dum ordinatur, Diaconus reclamaverit, cùm propoſitum continentiæ ab eo requiritur, teſtetúrque ſe nolle abſque uxore agere, ſi nuptias poſt ordinationem contraxerit, non fore illi fraudi, quin ſuo miniſterio queat liberè fungi. Ex quo loco apertè docemur, poſt ſuſceptos ordines, licuiſſe nuptias contrahere. Quod Gratianum minimè latuit, & idcirco ſcribit, quo ad illam Synodum oportere tempus & locum reſpicere. Eſt enim habita in Eccleſia Orientali, quæ in promotionibus miniſtrorum promiſſionem continentiæ non admiſit: de tempore verò addit, nondum illam continentiam miniſtrorum, in Eccleſiam tum fuiſſe inductam: ſi autem rogaris, quando illud Concilium habitum fuerit, ut ex iiſdem colligitur Decretis, reſpondetur, ſub Syricio, & Innocent. qui Hieronymi & Auguſtini tempore vixerunt.

Synodus Ancyrana.

An poſt ſuſceptos ordines licuerit uxorē ducere?

Gratianus.

6 Sed operæpretium eſt videre, quomodo tyrannis creverit, & impietas radices paulatim egerit. Ab initio, qui contraxiſſent matrimonium Eccleſiæ miniſtri, non uſque adeò ſeveriter tractabantur. Neocæſarienſe quippe Concilium, ut recitatur diſtin.28. cap. Presbyter, illos tantummodò ab officio jubebat deponi, ſed non à beneficio: nam adhuc alebantur, & ab Eccleſia ſtipendia ſua capiebant. Nec interea prætenibo, illud Concilium, quod æquum, juſtúmque fuit, ſcortantes & adulteros presbyteros ab Eccleſia ejeciſſe: illos videlicet excommunicando, cùm hodie noſtri ea peccata fortiter diſſimulent. Deinde cœptum eſt illos non modò ab officio, verumetiam (ut loquuntur) à beneficio removere, quemadmodum habetur 33.diſtinct capite Eos, & capite Decreverunt. Quin & ita contrahentes, vel in monaſterium; vel in aliquem arctum locum ad pœnitentiam faciendam relegabant: at noſtro tempore nonnullos eorum comburunt. Poſtea verò in mulierculas etiam ſævierunt, cum quibus miniſtri contraxiſſent, ut diſt.81.ex quodam Concilio Toletano, cap. Quidam, habetur, ubi venundari jubentur. Diſtinctione verò trigeſima quarta, cap. Eos, illius Eccleſiæ ſervæ decernuntur, in qua ſacerdos erat, qui cum eis contraxit: & ſi fortaſſis Epiſcopus non poſſet eas in ſervitutem redigere, id principi ſeu laico magiſtratui committebat. Eas etiam quandoque in monaſterium ad pœnitentiam faciendam relegabant, quemadmodum trigeſima quarta diſtinctione, capite Fraternitatis, legitur. Neque ibi ſtetit horum ſævitia, ſed & filios qui ex hujuſcemodi connubiis naſcerentur, ſervos eſſe voluerunt ejus Eccleſiæ, in qua pater fuiſſet, ac eos omni paterna hæreditate privarunt. Id autem decima quinta quæſtione ultima, capite Cum multæ, habetur. Non ſic animadvertunt in ſacrificos adulteros & ſcortatores, non ita in eorum ſcorta, non ita in filios eorum ſpurios: tantùm in conjuges presbyterorum, & eorum legitimos liberos cenſuram crudeliter exercent.

Quomodo pœnæ in ſacrificos contrahentes indies creverunt?

Concilium Neocæſarienſe.

Concilium Toletanum.

7 Ad extremum, cùm ferè nihil aliud habeant quod adferre poſſint, ad votum, ceu ſacram anchoram, confugiunt. Illud omnino ſervandum vociferantur, & idcirco miniſtris amplius non licere fieri conjuges, quòd cœlibatum in ſua ordinatione voverint. Quaſi cum divinis literis, tum etiam humanis legibus non ſit cautum, votum, promiſſionem, ac juramentum, vim non habere, ſi ad rem injuſtam, vel inhone-

Vota rerum injuſtarum ſunt irrita.

A ſtam compellat. Quis autem non videat, turpe admodum eſſe, ac Legi Dei adverſari, eum qui libidine aduritur, & ſic aduritur, ut ſcortationibus, adulteriis, & illicita Venere ſubinde fœdetur, matrimonium detrectare? Certè Spiritus ſanctus omnibus incontinentibus matrimonium præcepit. Quin & Patres, qui nobis hac in re plus æquo ſunt iniqui, hoc viderunt. Vnde Cyprianus de Sacris virginibus, quæ parum pudicè ſe gerebant: Si continere inquit, aut nolunt
B aut non poſſunt, nubant. Idémque ſcribere non eſt veritus Hieronymus ad Demetriadem. Epiphanius quoque adverſus Catharos, ait: Illos incontinentes, ſatius eſſe uxorem ducere, ac ſemel tantùm peccare, quàm ſubinde animum ſuum actionibus impuris vulnerare. Cæterùm ſententiæ hujus Patris in eo minimè ſubſcripſerim, quod eos peccare affirmet, qui edito continentiæ voto, matrimonium contraxerint: dum enim voci Dei obtemperant, peccatis minimè ſe alligant. Nec magis illius rationem pro-
C bo, quà peccatum dicit eſſe committendum, ut aliud eo gravius evitetur. Id tamen ex ejus verbis oſtendere volui matrimonium incontinentibus eſſe pernéceſſarium. Sed hac de re plura deſinam: ſatis enim copiosè de tota iſta quæſtione, in meo libro de Votis, egi.

1.Cor 7.31

8 Redeo igitur ad id quod ex Apoſtoli verbis 1.Corinth.7. nobis objicitur, Cùm miniſtri Eccleſiæ perpetuò debeant vacare precibus, oportebit illos cœlibes eſſe, alioquin ſuo miniſterio fungi non poſ-
D ſent. Reſpondemus, quo ad victum & alias functiones, quæ humanam vitam reſpiciunt, miniſtros Eccleſiæ, communem ſortem habere cum plebe. Quare ſi ſint in matrimonio, in ſolennioribus jejuniis ac precibus, ut alii ſibi temperent, ut Apoſtolus conſulit, in aliis verò communibus & uſitatis, non prohibentur uti matrimonio. Alioquin inferre deberes, ut ſemper jejunarent. Quia Paulus ad tempus concedit abſtinentiam ab opere conjugali, non tantùm ut precibus, ſed etiam ut jejuniis incumbant. Fateor
E quidem Ambroſium ſuper Epiſtolam primam ad Timotheum capite quarto, hanc aſſignare cauſam cœlibatus miniſtrorum, quòd illos oporteat ſemper eſſe paratos ad miniſtrandum Baptiſmum, periclitantibus extremis vitæ caſibus, vel ad Sacra myſteria diſtribuenda: quod inquit ſemel in hebdomada fieri conſueviſſe, niſi quod interdum propter peregrinos frequentius agebatur. Et parvus erat eo tempore numerus miniſtrorum. In tanta urbe Mediolanenſi fuit Epiſcopus, ſeptem diaconi, presbyteri perpauci,
F duo videlicet in ſingula quaque Eccleſia. Sacerdotes inquit in veteri Lege, uxores habere potuerunt, quia non cogebantur perpetuò miniſtrare. In multas claſſes, hoc eſt 24. diſtributi erant, ac multas vices, ut patet in Paralipomenis, habuerunt, quod & Lucas atteſtatur, cùm Zachariæ patris Ioannis Baptiſtæ meminit.

In 1.Cor.7.v.31

An matrimonium, propter hæc verba Pauli, ad matus miniſtris?

1.Par.23.24.

Luc.1 8.

9 In his Ambroſii verbis, duo ſunt excutienda. Primùm ut firmum ſit diſcrimen, quod inter veteres & novos miniſtros adfert. Poſtea videndum, num
G quemadmodum ſumit, opus conjugii & miniſtros Eccleſiæ & ſacerdotes veteris Legis polluerit. De primo, Scio illas claſſes & vices ſacerdotum, quas commemorat, extitiſſe. Sed idem novi à Davide inſtitutas, à Salomone, Ioſua, & aliis hujuſmodi. Sed ante Davidem, & jam inde ab initio, quomodo agebatur? Certè in Exodo legimus, quòd ſummi ſacerdotis fuit quotidie manè & veſperi ſuffitum facere, & in templo miniſtrare. Quod ſi poſtea fuit aliter conſtitutum, id non magis ſpectat opus conjugii quàm re-
H quiem nonnullam ſacerdotibus interdum concedendam. Porrò Auguſtinus vidit, hoc de vicibus & claſſibus non eſſe ſatis ad rem hanc probandam. Nam in Quæſtionibus ſuper Leviticum, quæſtione octuageſimaſecunda, de hoc ſingulariter diſputat, quomodo valuerit ſummus Sacerdos, quotidie manè ac veſperi ſuffitum facere. Si contenderimus (inquit) de morbis ac impedimentis valetudinis, poſſet quiſpiam dicere, illum potuiſſe præſervari Dei favore, ut non ægrotaret. Sed quo ad procreandos liberos, quid ſta-
I tuemus? Cur enim propter coitum redderetur immundus, ad ſancta non potuit accedere. Atque quod abſtinuerit ab uxoris congreſſu, dictu eſt difficile:

Ambroſii ſententia excutitur.

Ante Davidem & ab initio, non fuit ſacerdotum diſtinctio per claſſes & vices.

Exod.29.38.

Summus ſacerdos tenebatur antiquitùs quotidiè miniſtrare.

Digitized by Google

quandoquidem pontifices & uxores ducebant & liberos ſuſcipiebant. Vel (inquit) quandoque ſuffitus intermittebatur: quod ſcripturæ ſenſus minimè videtur pati, cùm jugiter & quotidie mandaretur fieri hoc cæremoniæ genus. Aut (inquit) attribui poſſet ſanctitati cuidam peculiari ſacerdotis, ut opere matrimonii nequaquam contaminaretur, quaſi præ cæteris hominibus ea frueretur prærogativa. Cæterum in ſecundo Retractationum aliam videtur ſibi ſolutionem inveniſſe, & inquit: Lex jubet ut à coitu ſit vir pollutus uſque ad veſperam, tunc lavet ſua veſtimenta, & veſperi fiet mundus, cùm tota die immundus fuerit. Potuit itaque ſummus ſacerdos matutino tempore, cùm jam miniſtraſſet, dare operam liberis, & immundus erat uſq; ad veſperam: qua hora veſtibus ablutis & purificatione adhibita, mundus fiebat, & veſpertino tempore miniſtrare potuit. Vides hic Auguſtinũ ad illas ſortes & claſſes nòn confugere, quia non ſemper diſtincti fuerant hujuſmodi ordines. Cum Ambroſio tamen conſentit, opus matrimonii maritos contaminaſſe. Verùm Ambroſii tempore (ut ipſe ſcribit) pauci erant miniſtri, & quotidie illis fuerat miniſtrandum. Hodie quando tanta turba eſt, & infiniti reperiuntur, qui vix in anno ter aut quater ſuum ſacrum faciant, & nunquam ferè baptizant, aut Euchariſtiam adminiſtrant: quid per iſtam Ambroſii regulam prohibet, quin uxores ducant, cùm urantur atque ſcortentur? Epiphanius contra Valeſios hæreticos, fatetur canonem atque traditionem fuiſſe de cœlibatu miniſtrorum. Sed idem concedit non omnino ſervatum ſuo tempore, cùm multi eſſent in miniſterio, qui ex matrimonio liberos gignerent: quos neque damnat neque deponendos judicat. Sed id fieri dicit, partim quia diſciplina canonum frigebat, partim excuſat propter multitudinem credentium, & paucitatem miniſtrorum. Hi ſane quotidie miniſtrabant, & nihilominus in matrimonio liberos gignebant. Paphnutius item in Nicæna Synodo obtinuit, ut miniſtri à conjugibus non ſepararentur. Vnde relinquitur ex ejus ſententia, quòd illi qui connubii opus faciunt, miniſtrare poſſint: & conſequitur maniſeſtiſſime, illam traditionem cùm variaverit, & quandoque in Eccleſia locum non habuerit, non fuiſſe ex verbo Dei.

Si poſtea data eſt remiſſio, id non tantùm fuit propter opus conjugii.

Quomodo ſummus ſacerdos potuerit antiquitùs dare operam liberis.

Tempore Ambroſii mira paucitas miniſtrorum.

10 Nunc ſupereſt alterum caput videndum, num exercere opus conjugii, reddiderit in veteri Lege hominem pollutum, ita ut à ſacris abſtinere debuerit. Citatur locus ex Levitico, capite decimo quinto, ubi putant adverſarii hoc haberi. Verùm ſententiam illam non intelligunt: Quandoquidem ibi tantùm ſermo fit de ſemine per ſomnum effuſo, quo contaminatur non modo vir, ſed etiam uxor, quæ cum eo in eodem lecto dormierit, ut de menſtruis contingebat. Non enim ſolum mulier polluta erat, ſed quicunque vel eam attigiſſet, aut veſtem, aut ſtratum ejus. Quare nihil ex eo loco poſſunt evincere. Quod ſi mihi non creditur, qui Hebraice ignorant, legant Munſteri verſionem, & interpretationem Cardinalis Cajetani. Verùm citare ſolent ex libro Samuelis, quod Abimelech ſacerdos, daturus Davidi panes propoſitionis, interrogarit eum, num pueri ejus à mulieribus eſſent mundi? cui David reſpondit quod ad mulieres attinet, & ſe atque ſervulos ſuos ſatis eſſe mundos, quòd mulier ab illis triduò ſeparata fuerit. Aiunt, de meretricibus & ſcortis non eſt credibile ſacerdotem interrogaſſe, propter ſanctitatem Davidis. Deinde, quod in Iſrael meretrices prohibebantur. Quare videtur de uſu legitimi conjugii rogaſſe. Hic ego conſidero panes illos Deo dicatos non licuiſſe comedere laicis & prophanis hominibus, niſi ſumma neceſſitas incidiſſet. Tunc enim præceptum ſervari debuit: Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Fingas Davidem fuiſſe immundum, ſi ſacerdos voluiſſet juſtè agere, nónne ſanctum panem dediſſet ei? Voluiſſet ne mori fame? Certè dediſſet: Interrogat nihilominus de munditie, ut ſi fortaſſe agnoviſſet ſe immundum, ſaltem deſiderio luſtrationem cuperet, ſi re habere non poſſet, ne divina Lex videretur omnino contemni. Verùm David reſpondit, & ſe atque ſuos mundos eſſe. De mulieribus potiſſimùm interrogavit Dei ſacerdos, quod eam immunditiem facilè homines incurrerent. Quia propter fluxum

Opus conjugii non reddebat hominem pollutum. Lev. 15. 1.

vide in 1. Sam. 21. 4.

Abimelech interrogabat, num David & pueri ejus mundi eſſent à mulieribus.

Oſee 6. 6.

Etiamſi fuiſſet immundus, dandus erat panis in neceſſitate.

Cur præ cæteris rebus interroget de mulieribus?

A menſium non tantùm mulier immunda erat, ſed qui veſtes, lectum, ſedem, aut quippiam ejus attigiſſet, immunditiem facillimè incurrebat. Dicit itaque David, ſe neque commiſtum prohibitis mulieribus, neque aliquid earum cùm immundæ eſſent attigiſſe: nam ſeparatæ ab illis fuerant per tres dies: Veſtes noſtras (inquit) mutavimus cùm recederemus, & vaſa puerorum ſunt munda, nimirum in quibus panes geſtandi erant. Quia etiam infinita genera contaminationum, vaſis evenire poterant. Non itaque B neceſſarium eſt, ut reſponſio Davidis, aut interrogatio ſacerdotis, de ſimplici commixtione cum legitima uxore intelligatur, cùm ex Lege non inveniatur ulla ibi eſſe immundities. Multi ſanè dari poterant caſus, quibus ex illo congreſſu accideret contaminatio: ut ſi mulier immunda fuerit, vel à menſibus, vel à fluxu ſanguinis, vel à partu & hujuſmodi. Tum quocunque modo eam tetigiſſet, vel quippiam ejus, contraxiſſet immunditiem. Idcirco cùm poſſint eſſe plu- C res cauſæ iſtius contaminationis, ſi unam tantùm induxeris, & putaveris te firmum argumentum afferre, in paralogiſmum incides. Et potiſſimum iſti reprehendendi ſunt, cùm eam cauſam proferant, quam ex Lege, ut prius diximus, probare non poſſent, immundum reddidiſſe hominem ſub veteri Lege.

Paralogiſmus non cauſæ ut cauſæ.

Alia ſolutio.

11 Sed in præſentia concedamus, tum temporis aliquam legalem contaminationem interceſſiſſe, quod tamen ex Scripturis probari non potuit: non D propterea ſequitur ibi fuiſſe peccatum. Quare ſi peccatum non evincatur intercedere, qui fieri poteſt, ut à ſacris actio illa debeat arcere? Menſium fluor mulierem immundam faciebat. Verùm quis adeò deſipiat, ut eam corporis affectionem peccatum eſſe dixerit? Cadaver attigiſſe, contaminabat: Ita ne dicemus eos peccaſſe, qui mortuorum corpora humabant? Et hodie illis, poſt hujuſmodi mortui cadaveris contactum, non datetur Euchariſtia? Atque ut loquamur de ſemine ſomniali, id Canoniſtæ & Auguſtinus ne- E gant per ſeipſum peccatum eſſe, & nihilominus juxta Legem reddebat immundum. Quo igitur pacto dicemus, commixtionem juſtam viri & uxoris removere à ſacris, potiſſimum cùm Auguſtinus manifeſtiſſimè teſtatus ſit, ſi gratia procreationis adhibeatur, abſque peccato eſſe? Cujus ſententiæ ego id quoque adjeci, nequaquam peccatum habendum eſſe, cùm evitandæ fornicationis cauſa interceſſerit: cùm authore Spiritu ſancto ob id ſuadeatur, quem nefas eſt peccati ſuaſorem facere. Cùm itaque peccatum non ſit, F ita non poteſt ſacrum miniſterium impedire. Quod ſi adeò juvat ſacerdotum veterum ſequi ac premere veſtigia, quare noſtri ſacrifici cùm ſint quotidie miniſtraturi, vinum quotidie bibunt, cùm Dominus in Lege juſſerit ingreſſuros ſanctuarium, neque vinum, neque ſiceram bibere? At illi, ſi quod eſt generoſum ac nobile, id ſibi parari jubent. Si dixerint, Moſaicam legem jam ſolutam, quid modò quærunt, quo ad immunditias quæ contrahebantur illo tempore, ipſam revocare? Suadeamus igitur illis, ut non uſque G adeò morentur eam Legis immunditiem, quam tamen (ut dixi) ex Lege probare non poſſunt. Nunc eam ſolùm ideò dedi, ut contentionis iniquitas cognoſcatur. Si legalia volunt adhuc valere: omnia ſimul amplectãtur. Sin verò abrogata concedunt, quid iſtud unum præ cæteris retinent? Deinde, ſi nitantur hæc Apoſtoli verba detrahere ad ſua quotidiana myſteria, quotidie juſta & ſolida jejunia obeant. Quod ſi excuſaverint, ſe velle temperato cibo contentos eſſe, acquieſcant etiam moderato uſui matrimonii cùm H opus fuerit. Neque inficior in uſu matrimonii poſſe fieri, ut peccatum alicujus exceſſus incidat, ut limites temperantiæ non ſerventur. Hoc facilè concedam. Verùm id quoque addam, hoc ei actioni caſu, vel, ut loquuntur, per accidens evenire. Quin & iſtud idem in cibo & potu frequenter experimur, quod in eis juſta menſura perpetuò non obſervetur. Neque tamen adverſarii noſtri vellent poſtridie ejus diei, cùm hoc evenerit, à ſacris abſtinere. Item quæ dixi, non eo rapienda ſunt, quaſi damnem aut improbem miniſtros, I qui ſunt in conjugio, & alios, temperare interdum ſibi, potiſſimùm quando Sacramenta vel percipienda, vel adminiſtranda fuerint, modò iſtud conſcientia ſuaſerit,

Legalis pollutio non erat peccatum.

Cur non jejunant perpetuò ut dicit Apoſtolus.

In cibo & potu etiam poteſt eſſe exceſſus.

Digitized by Google

Sophiſma quorundam.

ſuaſerit, ut ſalva charitate fieri poſſit. Miror fuiſſe aliquos auſos argumentari ex Pauli verbis, Bonum eſt ad aliquot dies conjuges abſtinere à mutuo congreſſu propter preces & jejunia: quare melius erit, ſi ad plures dies abſtineant: & rurſus erit optimum, ſi perpetuò ſibi temperent: cùm manifeſtiſſimè peccetur, ſi ratiocinatus ita fueris, Iſte poteſt decem pondo ferre, quare poterit & 20. ferre: quod ſi viginti, 40. & ita patebit in immenſum progreſſus: quis non videat hęc eſſe ridicula? Eſt habenda ratio infirmitatis. Ad tempus temperare ſibi aliqui poſſunt: qui ſi perpetuò, aut diuturnius abſtinere cogantur, erit eis intolerabile.

1. Cor 7. 1.

In 1. Cor. 7. 8.

12 Scio eſſe nonnullos, qui non putent donum cœlibatus à ſingulari quapiam Dei gratia concedi: ſed arbitrantur omnibus credentibus eſſe commune, ſi genus id vitæ amplecti voluerint. Sed ſciendum eſt, caſtitatem generatim omnibus à Deo imperatam eſſe, poriſſimùm eo præcepto quo dixit, Non concupiſces. Ea vero diſtinguitur, quia partim in matrimonio, partim extra matrimonium retinetur. De hac poſteriori nunc agimus, quam virgines, cœlibes & viduæ ſibi vendicant. Et habetur virtus, qua concupiſcentias animi, affectus & corporis motus circa Venerea cohibentur: & poteſt videri pars temperantiæ, ſi loquamur ἠθικῶς. At ſi velimus Theologicè, ut par eſt, rem tradere, dicemus donum Dei eſſe, quo nos caſtrare poſſumus regni cœleſtis cauſa. Donum Dei eſſe Paulus affirmat. De caſtratione ob regnum cœlorum, Chriſtus diſertè loquitur: Quæ intelligenda eſt, non ſolùm quo ad corpus & externam impuritatem, ſed etiam ut animo caſto degamus. De quo dono ſtatuimus duo: Primùm, non eſſe in viribus ac noſtra manu poſitum: Alterum, nequaquam à Deo æquabiliter omnibus offerri.

Exod. 20. 17.

Pertinet ad temperãtiam.

1 Cor. 7. 7.
Matt. 19. 12.

Caſtratio cœlibatus eſt nõ ſolùm quoad corpus, ſed etiam quoad animam.

13 Adhæc ſtabilienda & confirmanda, mihi ſumo electionem cœlibatus, quæ ſuſcipitur à nonnullis, & ab aliis reſpuitur. Quando ſuſcipitur, vel eſt à noſtris viribus, vel à Deo. Si à noſtris viribus dixeris, cum Pelagio facies: ſin verò à Deo, jam in noſtram ſententiam diſcedis, & conſtabit cœlibatum eſſe donum Dei. Dixeris fortè: Ea à Deo eſt & à nobis: quoniam Deus adjuvat, & nos volumus. Hic interrogabo, Illud quod in hac electione tuum facis, ita ne tuum dicis, ut à Deo non ſit, an à Deo id quoque te habere intelligis? Primùm dicere non potes. Reſiſtit Paulus. Quid habes, quod non accepiſti? Si accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Quod ſi à Deo te habere conceſſeris, jam intelliges in manu tua non eſſe poſitum. Et quum alii non eligant, quod tu ſuſcipis, apertè docemur, aliis non eſſe datum quod tibi conceditur. Præterea, magis videretur debere, commune eſſe omnibus hominibus donum efficacis vocationis ad fidem in Chriſtum, & ad æternam ſalutem, quàm donum ad cœlibatum. At illud non eſt omnibus datum: Igitur neque hoc commune omnibus eſt habendum. Illud non dari omnibus eſt manifeſtiſſimum. Quandoquidem non omnes prædeſtinati ſunt, non omnes ex fidelibus parentibus naſcuntur, non omnibus copia ſit, vel Baptiſmi vel Evangelicæ prædicationis: & rapiuntur aliqui citò ne malitia eorum immutet, & alii relinquuntur, qui ætatis proceſſu mali evadunt, & pereunt. Atque inter illos qui eandem prædicationem audiunt, non omnes à Deo trahuntur: Vnde Chriſtus dicebat, Nemo venit ad me, niſi pater meus traxerit illum. Ex quibus verbis liquet, eſſe aliquos qui non trahantur. Vnde Auguſtinus aiebat, Quare hunc trahat & illum non trahat, noli judicare ſi non vis errare. Neque propterea liberum arbitrium tollitur, qui ſive trahatur quiſpiam, ſive non trahatur, nulla fit violentia. Sola coactio ei adverſatur: ut ſuperius docuimus. Adhæc cœlibatus appellatur charisma: Et de charismatis ſcriptum eſt in Epiſtola 1. ad Cor. quod ea Spiritus ſanctus diſtribuit prout vult. Quod ſi ea chariſmata, de quibus Apoſtolus ibi loquitur, ut prophetia, ſapientia, ſcientia, linguæ, &c. fuerunt Eccleſiæ magis utilia, & magis ad ædificationem conducebant quàm cœlibatus, & non dabantur omnibus: cur cœlibatum volumus univerſis ex æquo eſſe conceſſum?

1. Cor. 4. 7.

Donum hujuſmodi non eſt poſitum in poteſtate noſtra, & non eſt omnibus commune.

Vocatio efficax ad ſalutem non eſt communis omnibus.

Sap. 4. 11.

Ioan. 6. 44.

1. Cor. 7. 7.
Cor. 12. 11.

14 Dixerit fortaſſe quiſpiam, Illa etiam dona ſpiritus omnes habere poſſunt, modò crederent. Nam

A Chriſtus aiebat, Si fidem haberemus ut granum ſinapis, etiam montes dicto noſtro audirent. Et ad Romanos ſcribitur, Vnicuique dari hæc juxta menſuram fidei. Adhæc, duo dicere poſſumus, fidem illam non eſſe eam qua juſtificamur, quæ eſt communis omnibus credentibus: ſed fidem miraculorum, non omnibus conceſſam. Si etiam intelligantur hæc de fide qua juſtificamur, adhuc argumentum eſſet imbecillum: quoniam omnes Chriſtiani,
B quia credunt in Chriſtum, fidem habent: verùm non à ſeipſis, imò ex Deo, & chariſmata illa non comitantur quemcunque gradum fidei. Atque ut Spiritus ſanctus ea donat hominibus, ita etiam varios gradus fidei diſtribuit. Neque ſumus nos qui menſuram fidei noſtrę imponimus, ſed Deus ut vult eam temperat. At reſponſio prior eſt infirmior: ſiquidem denius impios, qui à Chriſto ſunt alieni ac deſtituti ejus fide juſtificante; chariſmata interdum habere, ut miracula edant. Denique, ſicut prædeſtinavit
C Deùs quenque electorum ad finem vitæ æternæ: ita & media prædeſtinavit, quæ ad illam eos adducant, & cuique prout conveniebat. Videmus in membris corporis, non omnia membra (quemadmodum atteſtatur Galenus de Vſu partium) habere eaſdem facultates & inſtrumenta. Et nos membra eſſe in corpore Chriſti, apertiſſimè Scriptura prodit. Quare non eſt dicendum, quòd omnes eaſdem facultates & dona ſimus adepti. Paulus idem teſtatur, qui cùm de cœlibatu loquitur, doni vocem inducit, cum inquit,
D Quemque habere donum: & addit, Proprium, ita ut alius ſic, alius verò ſic, ipſum habeat. Et Chriſtus in Matthæo, Non omnes (inquit) capiunt verbum iſtud, ſed quibus datum eſt. Qui poteſt capere, capiat.

Mat. 17. 20.

Rom. 12. 3.

Deus ut prædeſtinavit ad finem, ita etiam dat media ad illum.

Simile.

1. Cor. 7. 7.

Mat. 19. 11.

15 Neque *Poſſe* ibi ſignificat *Velle*, ut quidam fingunt: ſi diligenter hiſtoriæ textum expenderimus. In libr. Sapientiæ habetur, Nemo poteſt eſſe caſtus, niſi tu dederis. Vbi docet ea Scriptura, quoſdam eſſe quibus non datur. Atque id noſtræ utilitati
E mirificè conducit, ut potius ex Dei arbitrio & voluntate regamur, quàm noſtra. Neque parum idem facit ad majeſtatem & providentiam Dei erga ſuos efferendam. Auguſtinus de bono viduitatis cap. 19. ſcribit, Noſtrum eſſe velle, ſed voluntas noſtra movetur ut ſurgat, ſanatur ut valeat, dilatatur ut capiat, impletur ut habeat. Et eo loco mentionem doni continentiæ ſingulariter facit. Quis autem dixerit, omnium voluntates ſanatas, dilatatas & impletas, cùm adhuc tot videamus infirmas & jacentes? Idem
F in Epiſtola ad Maximum. Quis enim te diſcernit? Reſponſurus es, Bona voluntas mea, fides mea, juſtitia mea, & non continuò quod ſequitur auditurus, Quid habes, quod non accepiſti? Si accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Verùm hi cùm ſtatuant donum cœlibatus omnibus offerri, & omnes modò velint poſſe accipere: incidunt neceſſariò in eas reſponſiones, quas Auguſtinus eo loco damnat. Etenim ſi quæram ab eo qui eſt in cœlibatu, Quis te diſcrevit ab eo qui eſt in matrimonio? Non ha-
G bebit, ſi ſequamur iſtos, quid reſpondeat, niſi voluntas mea, electio mea. Dicatur itaque illi quod ſequitur, Quid habes quod non accepiſti? Quid gloriaris quaſi non acceperis? Auguſtinus de ſancta Virginitate cap. 4. Volo omnes eſſe ſicut meipſum: Sed unuſquiſque proprium donum habet à Deo alius ſic, alius autem ſic. Quis ergo donat iſta? quis diſtribuit unicuique propria, ſicut vult? Nempe Deus, apud quem non eſt iniquitas: ac per hoc, qua æquitate ille faciat alios ſic, alios autem ſic, homini noſ-
H ſe aut impoſſibile, aut difficillimum: quin autem æquitate faciat, dubitare fas non eſt. Quid itaque habes, quod non accepiſti? aut qua perverſitate minus diligis, à quo plus accepiſti? Hic intelligimus & Deum eſſe, qui alios ſic, & alios ſic faciat: Deinde qui eſt in cœlibatu plus accepiſſet. Quæ duo ſi inter ſeſe contuleris, facilè videbis, quid ex prædictis verbis eliciatur. Idem Auguſtinus de ſancta Virginitate cap. 24. Quiſquis ab initio pudicus permanet, à Deo regitur. Qui ex impudico fit pudicus, ab illo corrigitur: Et quiſquis vſque in finem impudicus eſt, ab illo deſeritur. Quod ipſe occulto judicio facere poteſt, iniquo non poteſt. Præterea caſtitas,

Poſſe his locis non ſignificat Velle.

Sap. 8. 21.

Auguſtinus

1. Cor. 4. 7.

1. Cor. 7. 7.

cùm in matrimonio, tum extra matrimonium præcipitur. Et Auguſtini vulgatiſſima ſententia eſt, Da quod jubes, & præcipe quod velis. Item Lex præcipit, gratia elargitur. Auguſtinus quoque in libro de Adulterinis conjugiis cap.18. Qui poteſt capere capiat: Ergo qui poteſt capiat, quod non omnes capiunt: poſſunt autem capere, quibus hoc præſtat miſericordia Dei occulta, ſed non injuſta. Hinc etiam apparet Deum eſſe, qui aliquibus diſtribuat, & aliquibus non, judicio ſuo latenti, verùm juſto. Idémque contra Iulianum libr.5. cap.7. cùm diceret ejus adverſarius, Deum honoraſſe continentiam noſtra electione, quoniam dicitur, Non omnes capiunt verbum iſtud: Reſpondet, Debebat videre quod antea dicitur; Sed quibus datum eſt. Vbi annotabis dicere, nos habere cœlibatum noſtra electione, Pelagianum eſſe.

Pelagianum eſt dicere, nos habere cœlibatum noſtra electione.

16 Poſſet adduci Hieronymus, qui exponendo decimo nono cap. Matth. dicit, omnino expendendas eſſe noſtras vires: atque his utitur verbis, ut declaret non comunium eſſe virium iſtam vocationem exequi. Gregorius item in Paſtorali apertè dicit, non omnium eſſe hoc negocium. Quíque de his plura loca Patrum colligere voluerit, is legat D. Buceri luculentam, piam ac ſanctam reſponſionem, ad Epiſcopum Vintonienſem. Fateor ex Patribus aliquos eſſe, qui videantur aliter ſentire: Virginitatem inquam & cœlibatum eorum eſſe, qui voluerint. Quos ego ſic judicarem intelligendos, dono ſuſcepto & gratia, oportere ut noſtra volūtas & electio ſeſe exerceant, ne homines fortaſſe putarentur ut ſtipites & lapides adduci. Volunt etiam ut ejuſmodi collatum donum foveatur deſiderio, precibus, & aliis ejuſmodi piis induſtriis. Sumus enim accepta gratia poſt regenerationem, & cùm ornati fuerimus à Deo aliquibus donis, ejus cooperatores. Quòd ſi aliter Patres intellexerunt, eorum authoritas non debet nos ab eo dimovere, quod Sacræ literæ manifeſtiſſimè docent.

Aliqui ex Patribus videntur aliter ſentire.

Excuſatio Patrum.

Authoritas Patrum non debet nos à Scripturis dimovere.

1.Cor.7.1.

Ibid.v.7.

17 Objiciunt qui nobis adverſantur, Paulum ſcribere, Bonum eſt homini uxorem non tangere: Volo omnes homines eſſe ut meipſum. Cur inquiunt, hæc laudaret, & hominibus proponeret, niſi omnibus ea convenire poſſent? Planè videretur nugari, atque hæc fruſtra monere. Et munificentiæ Dei maximè adverſatur, ut quæ bona ſunt, ea non omnibus tribuat. Imò vix evadetur perſonarum acceptio, ſi uni concedatur, quod alii non datur. Sed illi videre debuerant, quæ de laudibus cœlibatus Paulus habet, nunquam abſolutè poni: ſed, ne erremus, eas ſemper contrahit. Quiſque (inquit) ſuam habeat, & unaquæque ſuum, propter ſcortationem. Vir uxori ſuæ debitam benevolentiam reddat. Si non continent, nubant: Melius eſt nubere, quàm uri. Quiſque habet proprium donum à Deo, alius ſic, alius verò ſic. Quare ita debent accipi quæ à Paulo dicuntur, prout ab ipſo ſcripta ſunt. Profectò Spiritui ſancto multum debemus, qui hæc tam accuratè pronuntiaverit: quæ ſi non eſſent ut ſunt expreſſa, contra adverſarios tam impotentes, ne quidem mutire poſſemus. Quanquam ratio exigeret, ut etiam ſi fuiſſent abſolutè prolata, ex eis locis Scripturæ contraherentur, ne in verbis Spiritus ſancti pugna extaret. Dicit enim abſolutè ac ſimpliciter in eadem Epiſtola, Volo vos omnes loqui linguis. Quòd niſi intelligas, quòd ad me attinet, & ſalva diſtributione Spiritus ſancti, ridiculum eſſet. Dicit item abſolutè & liberè, Volo adoleſcentulas viduas nubere, filias procreare, matresfamiliâs eſſe. Quod tamen intelligere debemus, ſi habendi periculum immineat, aut ſi laſciviant: neque ſic exponendus eſt Apoſtolus, quaſi eripiat illis poteſtatem in viduitate manendi ſi potuerint. Dicit etiam, ſe optare ἀνάθεμα eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis ſecundùm carnem, quod intelligas oportet, ſi eſſet poſſibile. Verùm iſta quæ modò tractamus, ab ipſo Apoſtolo determinata ſunt & definita: neque eſt quod accuſemus Dei libertatem atque munificentiam, ſi omnia non dat omnibus. Id ſatis eſt magnificum, quòd quicquid in nobis eſt boni, totum id ab eo ex mera ejus miſericordia, in nos transfuſum eſt. Certè ego nunquam de Deo conquerar, quod me Prophetam non fecerit, aut quòd facultate linguarum non donaverit. Dedit quantum eſt viſum. Neque Reges in terris quamvis munificentiſſimi, tantùm dant equitibus, quantum tribuunt ſenatoribus. Largiuntur prout cuique judicaverint convenire. Acceptio perſonarum, vel ipſis ſcholaſticis teſtibus, non invenitur, ubi debitum vel obligatio locum non habuerit. Quod exiſtimare de Deo non poſſumus, cùm nemini teneatur, & nemini quicquam debeat. Neque movetur natura vel dignitate perſonarum, cùm ab eo potius nobis omnibus, quas voluerit, perſonæ imponantur. Alioqui ſi reſpicias prima initia, ſumus omnes pares, atque nati ex eadem gleba.

Paulus cœlibatus laudes cautè poſuit.

Ibid.v.2.

Ibid.v.3.7.& 9.

Multum Spiritui ſancto debemus, qui de his tam apertè ſit locutus.

1.Cor.14.5.

Dicit etiam Paulus, Volo vos omnes loqui linguis.

1.Ti.5.14

Dicit ſe velle adoleſcentulas viduas nubere.

Rom.9.3.

Dicit ſe optare anathema eſſe à Chriſto.

Munificentia Dei non poteſt accuſari.

Simile.

Acceptio perſonarum non eſt, ubi debitū habuit locum.

18 Dicunt etiam, cùm duo vitæ genera nobis Deus proponat, matrimonium inquam, vel cœlibatum: niſi fineret nobis liberam optionem, videretur ludere, & nobis ea fruſtra proponere. Si argumentatio hæc efficax eſſet, dicere oporteret: Cùm nobis vita & mors à Deo proponitur, vires adeſſe naturaliter, quibus vitam nobis vendicemus morte repudiata: & cùm nobis item proponitur vel obſervatio, vel tranſgreſſio mandatorum Dei, libertatem dari, & vires in nobis eſſe ut utrunque pro arbitrio exequamur: cùm tamen apertiſſimè conſtet, neminem abſque ſingulari Dei gratia poſſe mandata obſervare. Quemadmodum ægrotus, quanquam ſalus ei proponatur, nunquam convaleſcit niſi beneficio Dei, ope medici & pharmacorum, non autem ſua nuda & ſimplici optione. Deinde cùm variæ artes & vitæ munera ſe nobis offerant, non tamen omnes ad illas ſumus idonei, neque pares vires habemus ad eas capeſſandas. Sunt qui ad leges, vel medicas facultates, aut linguas, aut bonas artes ediſcendas prorſus inepti ſint, quòd fortaſſis memoria carent, ingenio & induſtria: aliis autem debilioribus, militarem aut nauticam artem obire prorſus eſſet impoſſibile. Idcirco de virginitate aut cœlibatu nullum extat præceptum, quòd omnibus non conveniat. Deberet quiſque in ſemetipſo facere, quòd videmus parentes paulo prudentiores, erga ſuos liberos: non contemnere, quando ſunt eos alicui arti vel opificio addicturi: Explorant ſanè quantum poſſunt, ad quæ illi ſint habiles, quo cognito, de ipſis prout natos & factos viderint, ſtatuunt. Non agamus itaque imprudenter, ſed apud Deum precibus contendamus, ut indicet quódnam genus vitæ, noſtræ ſaluti maximè conveniat, & conceſſæ gratiæ accommodetur. Deus autem ſe quærentibus & conſulentibus minimè deerit.

Non quæcunque nobis à Deo proponuntur, per noſipſos præſtare poſſumus.

Simile.

19 Calumniantur nos, quaſi jejunia & preces deſpiciamus: quod minimè verum eſt, cùm noverimus caſtitatem & matrimonio & cœlibatui neceſſariam eſſe, neque haberi poſſe credimus, niſi à Deo conceſſa fuerit. Sed hoc dicimus & conſtanter affirmamus, temerarium eſſe velle, atque conari ei præſcribere, quónam ſtatu nos collocare debeat & ſtatuere: cùm uramur & tentemur, ita ut ſuperati cupiditati cedamus, relicto matrimonio (quo ut juſto remedio & à Deo inſtituto uti poſſemus) precibus tam diú agendum eſſe atque jejuniis, quo ad voluntatem Dei expugnemus, ut noſtro arbitrio, non caſtos conjugatos, ſed continentes cœlibes habere velit. In his adiaphoris non ſemper id obtinetur, quod nobiſipſis bonum exiſtimaverimus, ſed potius quòd ad ſuum nomen ſanctificandum, magis Deus facere cognoverit. Paulus orabat à ſtimulo carnis & ſatana ſe colaphizante, liberaretur: Audivit, ſatis eſſe ſibi debere gratiam.

Iejunia & preces non contemnimus.

In adiaphoris, Deus non ſemper concedit precanti quod ipſe bonum ſibi fore judicat.

20 Ratiocinantur & hoc modo: Deus cœlibatum Paulo, Ioanni, huic vel illi ſancto dedit: omnibus itaque conceditur. Reſpondetur, hanc eſſe frigidiſſimam cavillationem, cùm non adducatur completa & perfecta inductio. Nam quoad aliquos poteſt concedi, illis Deum cœlibatus donum ſingulariter tribuiſſe. Quod autem accipitur de omnibus identidem eſſe, cum falſum eſt, tum reclamat divina Scriptura, partim in Matthæo, partim in Paulo. Locus etiam ab ipſis adducitur ex Epiſtola ad Philippenſes. Omnia poſſum in Chriſto, qui me roborat. At iſtorum verborum ſententia non eſt accipienda generaliter. Siquidem Paulus voluiſſet,

Inductio non eſt completa.

Mat.19.11.

1.Cor.7.7.

Phil.13.4.

Locus ad Philippenſes excutitur.

ut ibi-

Digitized by Google

Phil.1,24. & 2.24. Rom.7.24.

ut ibidem ſcribitur, cum Philippenſibus adhuc manere, qui tamen Neronis perſequutionem evadere non potuit. Idem auferri legem membrorum, quæ legi mentis repugnabat, deſideravit: quod fieri non potuit, quoad hîc vixit. Itaque loquebatur Apoſtolus in eo loco de fame, ſiti, penuria, egeſtate, in ſumma de cruce, quam illi Chriſtus quotidie ferendam imponebat. Hæc inquam dicebat, ſe per Chriſtum poſſe ferre: Non autem aiebat de his, quæ homines temeritate ſua ſibi accerſunt. Veſtra (inquiunt) eſt ignavia. Quoniam ſi velletis, aduſtionem atque ſtimulos quos cauſamini, profectò à vobis depelleretis. Hic rurſus ab ipſis quærimus, Cùm aliquis excuſſa ignavia hoc faciat, quod alii non præſtant, num à ſeipſo habebit id quod habet, aut à Deo? Cave dixeris à ſeipſo: Nam tunc Pelagianum te prodes. Quòd ſi à Deo, tunc fatearis neceſſe eſt, quòd is quippiam habeat, quod aliis non eſt datum, atque id eſt denique quod prædicamus. Eſt ſanè miſerandum, ut nos irrideant, quando voce doni aut vocationis utimur, & aiunt hæc noſtra eſſe figmenta & ſomnia. At iſti debent ſcire, nos minimè ignorare, ſcholaſticos doctores non ita loquutos eſſe. At fideles, & verè ſolidéque pios nequaquam pudet his vocibus uti, quibus in Scripturis Spiritus ſanctus loquutus eſt. Nomine vocationis uſus eſt Eſaias, nec minus Ieremias & alii Prophetæ. In novo Teſtamento ad Rom.8.9.& 11. Item ad Corinth.1.cap.7.ad Galatas 1. & infinitum eſſet nunc omnia recenſere. De donis ſimiliter quid addubitamus? Hic habemus Paulum, & Chriſtus inquit: Sed quibus datum eſt. In eodem capite dicetur paulò poſt, Quiſque maneat in eo, ad quod vocatus eſt. Et in 11. ad Roman. duas has voces conjunxit. Abſque pœnitentia ſunt dona Dei & vocatio. Neque ponimus donum cœlibatus ejus generis, ut per ipſum auferatur omnis tentatio. Novimus enim orandum, corpus caſtigandum, & carnem in ſervitutem redigendam, etiam his qui ſunt in matrimonio, nedum illis qui cœlibes vivunt. Sed illas tentationes minimè ferendas dicimus, quibus aut vincimur, aut mens ita obtenebratur, ut agenda non poſſimus exequi: aut ita contaminamur, ut bona caſtáque conſcientia, Deum non invocemus: Qui enim ſic affliguntur, convenit ut à matrimonio remedium ſumant, alioqui hoc eſt θεομαχεῖν. Verùm catenæ quibus plerunque adverſarii noſtri conſtringuntur, ſunt otii voluptatiſque cupiditates. Fugiunt quippe jugum, laborem educandi liberos, & regendi familiam; pompæ ac luxui, vel congerendis pecuniis ſtudentes.

Nomina doni & vocationis. Eſa.49.1. Ier.7.13. Ioel.2.32. Rom.8.29. Rom.9.12. Rom.11.29. 1.Cor.7.20. Gal.1.15. 1.Cor.7.7. Matt.19. 1.Cor.7.20. Rom.11.29.

Non ponitur donum, quo auferatur omnis tentatio.

Quæ tentationes non ſint ferendæ.

Catenæ quibus adverſarii conſtringuntur.

Quomodo agnoſcitur donum Dei.

21 Rogaveris fortè: quomodo hæc dona cognoſcentur in tentationibus? Et ne ſuſpiceris me inventa mea proferre, Auguſtinum audies: qui in libro de ſancta Virginitate cap.44. ſcribit, Occulta dona Dei, non niſi interrogatione tentationis, etiam ſemetipſum unicuique declarant. Item cap.45. Certè niſi adſit tentatio, nulla doni hujus fit demonſtratio. Huc quoque ſpectarunt Sacræ literæ. Dicit quippe Apoſtolus, Melius eſt nubere, quàm uri: Et Chriſtus, Qui poteſt capere, capiat. Quæ dicta ſi excutiantur, nos ad tentationum explorationem revocant. Videntur etiam conſiderandi ſtatus vocationum. Etenim quædam earum ſunt quæ cum matrimonio maximè pugnant, ut vagandi, navigandi, peregrinandi, atque hujuſmodi: in quibus non facilè apparet, quorſum matrimonium inire libeat, quod minimè poſſis colere. Quoad igitur illæ vocationes tibi fuerint fortaſſis ex verbo Dei neceſſariæ, atque illas non potes excutere, tibi à Deo cœlibatus inducitur. Expendenda præterea eſt animi propenſio, potiſſimùm dum ab æſtu tentationum quieveris. Etenim cùm habeamus Spiritum Dei quotquot Chriſti ſumus, inde ſunt non rarò incitamenta, & animorum impulſiones. Caveas adhæc, ne appetas inanem, otioſum & ignavum cœlibatum: ne delicatum, obſcœnum, vel turpem dixerim. Finis deinde conſtituatur, indivulsè adhærere Deo, laborare in ejus cultu, & Evangelium prædicare, noctu diúque precibus, ſtudiis & bonis operibus incumbere. Alioquin inter virgines fatuas accenſeri poſſes. Non ſentimus cum Ioviniano matrimonium virginitati aut cœlibatui æquiparandum. Non quidem ob ſanctitatem gradus, verùm ob commoda, & pauciores mentis diſtractiones. Virginitatem itaque præferimus, modò cætera ſint paria. Sin verò major fides aut charitas in matrimonio reperiatur, virginitatem nihil morabimur. Vnde Auguſtinus in libro de ſancta Virginitate ait, Dicimus meliorem conjugatam modeſtam & obedientem, quàm ſi virgo ſit ſuperba & contumax. Neque judicamus de cœlibatu, quòd ſit in præſentia, ut hactenus erat in Iudaiſmo & apud Ethnicos, parum honeſtus. Scribit enim Cicero de legibus, Cœlibes eſſe prohibento. Chriſtus hanc ignominiam cœlibatus atque ſterilitatis amovit, quando inquit: Qui poteſt capere, capiat. Necnon per verba Pauli, Bonum eſt innuptis, ut ita maneant: Vellem omnes eſſe ſicut meipſum. Summa rationum eſt, ut quiſque ſuo vento naviget, prout afflatur à Spiritu ſancto, & quemadmodum ſortitus eſt donum. Item addimus, nequaquam eſſe dona hujuſmodi perpetua: qui enim certo tempore opus habuit matrimonio, fortaſſe provectiori ætate, atque uxore jam demortua, non indulgebit connubio. Et qui potuit aliquandiu eſſe in cœlibatu, fortaſſe matrimonio habebit opus. Quare conſultiſſimum eſt votis ſe non impedire. Retineatur libertas, neque de illo conjicias, unde non poſſis facilè & ſine aliqua ignominia explicari. Impurus ac contaminatus cœlibatus eſt eo nomine potiſſimùm evitandus, quod invocationem Dei caſtam purámque minimè permittit. Quando enim conſcientia polluta fuerit, non audet quiſpiam oculos ad Deum attollere, neque fide petit efficaci, quæ orat. Neque accipias, ut monui, quod virginitatem matrimonio per ſeipſam anteponamus, niſi quòd plus caret moleſtiis hujus vitæ.

1.Cor.7.9. Mat.19.12.

Vocationes expendendæ.

Attendatur animi propenſio.

Cavendus cœlibatus inutilis & vitioſus. Quis ſit finis cœlibatus.

In Chriſtianiſmo ſublata eſt ignominia cœlibatus. Matt.19.12. 1.Cor.7.26.

Quiſque ſuo vento naviget.

Dona non ſunt perpetua.

Cur potiſſimùm cœlibatus impurus ſit evitandus.

CAPVT VIII.

De Pœnitentia.

PEccatum, quemadmodum ad Romanos ſcribitur, habet ſtipendium ſuum mortem & omnes ſatellites mortis: adfert etiam ſecum confuſionem, pudefiunt qui peccant in ſeipſis, & cum aliis. Poſt peccatum igitur, magnæ ſuccedunt moleſtiæ, quæ ſpiritum affligunt, animum perturbant, & quodammodo occidunt. Deinde ſequitur confuſio, ut magno pudore afficiantur, ſi recordentur peccatorum, aut ab aliis recitentur. Impatientes illorum malorum, cuperent liberari: tentant multas vias, ſed nihil ſuccedit. Hercules cùm occidiſſet filium ſuum & Iphitum ſuum hoſpitem, adeò cruciabatur animo, ut luſtrari voluerit: venit Athenas, & initiatus eſt ſacris Cereris. Oreſtes cùm matrem occidiſſet, venit in Tauricam regionem, & luſtrari voluit. De Nerone traditur, quòd poſt interemptam matrem, & alia horrenda ſcelera, tandem dormire non potuerit: & agitatus furiis, de luſtratione cogitarit. Variis autem modis purgabantur, igne, aqua: adhibebant etiam interdum ova, ſulphur, excantationes, & varios ſuffitus.

Rom.6.23. In 2.Sam.2. ad finem. Vide in Iud.2. 4.

Peccati ſtipendium mors.

Expiationes & luſtrationes gentium.

OVIDIVS,

Terque ſenem flamma, ter aqua, ter ſulphure luſtrat.

VIRGILIVS,

Ter ſocios pura circumtulit unda.

IVVENALIS,

Niſi ſe centum luſtraverit ovis.

At cùm humana eſſent inventa, nihil proderant. Vna eſt luſtratio quæ nobis per fidem proponitur, quæ ſecum junctam pœnitentiam habet: iſta homines purgantur, & acquieſcunt. Tertullianus dicit, Deum iſtam pœnitentiam in ſeipſo conſecraſſe: Nam cùm puniviſſet homines diluvio, reſcidit ſententiam ut homines amplius perderet: pœnitétque Deum mali quod hominibus inferre voluiſſet, ſi eos ſcelerum pœniteat: non quòd revera pœnitentiam in Deo locum habeat: de quo aliàs diximus. De origine, dicunt eam cœpiſſe in Paradiſo: Deus vocavit iſtos primos noſtros parentes ad pœnitentiam, & promiſſionem adjecit, de ſemine contrituro caput ſerpentis. Iſta prædicatio pœnitentiæ, continuata eſt per omnes Prophetas: tandem ventum eſt ad Ioannem Baptiſtam, qui fuit aurora & luciſe-

Gen.6.17. Ier.18.8.

Origo pœnitentiæ. Gen.3.9. & 15.

Digitized by Google

Servatoris noſtri. Chriſtus & Apoſtoli ejus prædicarunt pœnitentiam: Pœnitentiam agite, apppropinquavit enim regnum cœlorum. Per regnum cœlorum, intelligamus novitatem vitæ, cœleſtes actus, & regenerationem. Sic Spiritu ſuo & verbo regit nos Deus, hoc apprehendentes fide, reſipiſcunt: reſtat ut vetus vita ponatur. Fons ergo pœnitentiæ eſt, ut nobis oſtendatur bonitas Dei, regnum cœlorum in Chriſto, ſide apprehendamus. Meritò autem ſequitur pœnitentia: nam vocat nos Chriſtus ad novam vitam, non ut foveat peccata in nobis, oportet ut illa jugulentur. Non ſic res accipienda eſt, ut priùs homines pœniteat, & ex merito pœnitentiæ, habeant remiſſionem peccatorum. Fide prius apprehenditur, poſtea ſequitur ſolida pœnitentia. Symbolum aſſumptionis novæ vitæ, erat Baptiſmus. Igitur Marcus vocat Ioannis Baptiſmum, pœnitentiæ baptiſmum in remiſſionem peccatorum. Iſta eſt vox omnium prædicantium Evangelium: Sunt voces clamantes per deſertum. Nam quotquot ſunt extra Chriſtum, ſeu deſertum: vox eſt, regnum cœlorum offerri illis qui credunt: jam oportet ut reſipiſcant, veterem vitam abnegent, nam pœnitentia eſt crux & patibulum veteris hominis.

Mat. 3. 2. Mat. 4. 17. Luc 24. 47. Regnum cœlorum quid.

Remiſſio peccatorum præcedit pœnitentiam.

Marc. 1. 4.

De nominibus pœnitentiæ.

2 Priuſquam ulterius pergamus agendum eſt de vi vocabuli. Hebræi habent vocabulum *Schub*, quod ſignificat redire & converti. Hinc derivarunt duo nomina *Schuva* & *Schiva*, inverſio, converſio: cùm mutantur rationes, ut ſepoſitis peccatis, nova ratio agendi aſſumatur. Græci dixerunt, μεταγινώσκειν, μεταμέλειν, μετανοεῖν. Hinc μεταμέλεια & μετάνοια: eſt transmentatio quædam, ut ex mente mala, bonam inducamus. Latini habent verbum pœnitendi quòd eſt à pœna: quòd nobis ſint moleſta & acerba quæ fecimus. Poſt iſtas etymologias vocum, deſcriptiones quædam videndæ ſunt. Habentur in Magiſtro Sententiarum lib. 4. diſtinct. 14. prima Ambroſio aſcribitur. Pœnitentia eſt, mala præterita plangere & plangenda, non iterum committere. Gregorius Romanus idem ferè dicit: Pœnitentia eſt anteacta peccata flere, & flenda non committere. Ab aliis dicitur, hanc veram eſſe pœnitentiam: ut deſiſtamus à peccando. Et alii paulò aliter, Pœnitentiam eſſe virtutem, qua commiſſa mala cum propoſito emendationis plangimus & odimus, & plangendo ulterius nolumus committere. Qui relabuntur quotidie, conferuntur à D. Petro cani redeunti ad vomitum & ſui quæ redit ad volutabrum. Pœnitentia etiam ab Auguſtino interdum dicitur ultio, in ſe puniens quòd dolet ſe peccaſſe. Iſtæ deſcriptiones, quædam ſunt informatę: Nec illud præteribo, pœnitentiam appellatam ſecundam tabulam quod habetur apud Hieronymum 16. c. Ezech. & in Decretis de Pœnitentia diſtinct. 1. c. Secunda tabula. Sic autem rem intellexerunt: Homines ab initio fœliciter navigaſſe, peccato Adami naufragium factum: regenerationem per Baptiſmum, priorem tabulam eſſe qua enatemus: ſi poſt baptiſmum homines relabantur, pœnitentiam eſſe alteram tabulam. Alii aliter interpretantur: ſed non multum moror.

Deſcriptiones quædam pœnitentiæ.

2. Pet. 2. 21.

Pœnitentia ſecunda tabula.

Definitio pœnitentiæ.

3 Iis ita poſitis veniendum ad definitionem claram, quæ omnes cauſas comprehendat. Poſſumus itaque dicere, mea ſententia, Pœnitentiam eſſe mutationem vitæ, quæ ſuſcipitur à voluntate, cum ſummo dolore de peccatis admiſſis, ex fide ad honorem Dei, & ad propriam ſalutem conſequendam. Explicabitur nunc per partes. Genus proponitur mutatio. Mutationes autem ſecundùm Philoſophos multiplices ſunt. Nam ſi accipiantur in ſubſtantia, conſtituunt generationem eſſe: in quantitate, augmentum & decrementum: ſi ab uno loco ad alterum tendas, dicunt motum localem: at ſi fiat hæc mutatio in qualitatibus à contraria in contrariam tendendo, faciunt quartam mutationem, alterationem. Huc pertinet pœnitentia: non abjicimus animum neque corpus: ſed fit alteratio quædam in qualitatibus ab impuritate ad puritatem, à vita corrupta ad ſynceram. De ſubjecto videndum eſt: totus homo mutatur quoad qualitates, ſed præcipuè voluntas: in ea parte animi pœnitentia collocatur, penes illam enim eſt imperium & adminiſtratio aliarum virium. Alii in facultate iraſcente ponendum putarunt,

Genus pœnitentiæ, mutatio.

Subjectum ejus.

A quod fit de re quadam ardua. Suſcepit ergo voluntas iſtam mutationem, non fictè ſed vehementer, ut magnus ibi ſit dolor de peccatis admiſſis: eſt πάθος, dolor, affectio quædam. Ideò non dixi dolorem, nam fit cum paſſione: iſte tamen dolor ſtatim adeſt, juvat, cooperatur. 2. Cor. 7. c. Dolor qui eſt ſecundùm Deum, operatur pœnitentiam in vobis. Ad honorem Dei: nam ex ſuo damno quidam dolere poſſunt. Ex fide: jam hîc videmus rationem cauſæ efficientis, quæ eſt

2. Cor. 7. 9.

B donum Dei: ut Deus dat fidem, ita etiam pœnitentiam: alioqui ſi fides non adſit, non prodeſt pœnitentia. Fides autem interdum vera eſt, interdum temporaria: & qualis eſt fides, talis ſequitur pœnitentia. Si ſit vera, vera comitatur pœnitentia: de quibus peccatis pœnitendum? omnium debet nos pœnitere, ut rectè Tertullianus in lib. De pœnitentia dixit, ſive dicto ſive facto peccaverimus. Qui inquit, illis omnibus deſtinavit ſupplicium per judicium, veniam etiam per pœnitentiam ſpopondit. Aliqua

De quibus peccatis ſit pœnitendum.

Brevis explicatio definitionis.

C ſunt ex iſtis quæ in definitione poſita ſunt quæ ad gennus, aliqua quæ ad differentias pertinent. Genus eſt mutatio: differentia, alteratio vitæ: altera differentia, ſuſcipiatur voluntariè. Sunt enim quæ nobis non volentibus fiunt: alia propter peccata commiſſa: cauſa formalis, converſio, mutatio. Materia, ipſa voluntas. Objecta, peccata de quibus dolemus, & virtutes ad quas contendimus. Efficiens, fides & Deus. Finis, honor Dei, ſalus noſtra. Definitione ſic explicata, veniendum eſt ad diſtinctiones.

Pœnitentiæ diſtinctiones.

D 4 Tertullianus diſtinxit pœnitentiam, in bonam & malam: malam dicit eſſe, ſi nos rectè factorum pœnitet, ut feciſſe eleemoſynam, ignoviſſe hoſtibus, ſuſcepiſſe Sacramenta. Bona verò eſt, quando fit 1 commutatio in melius. Pro ratione termini ad quẽ, bona vel mala dicitur. Altera diſtinctio, quædam eſt 2 rudis & informis, alia formata & abſoluta. Vnde ſumemus hanc? ex eo quòd voluntas eſt quæ ſuſcipit, ipſa verò ſuâ naturâ cæca eſt, oportet ut intelligentia præeat. In hominibus qui ſunt extra Chriſtum,

Pœnitentia ethnica.

E quid prælucet? interdum humana quædam honeſta vita, quæ fit, ut loquuntur Philoſophi, ſecundùm naturam. Legunt ethica Philoſophorum, vident ideas virtutum, cùm apprehenderit intellectus hanc honeſtatem, vident quàm ab ea diſtent, & experiuntur ſe propterea reprehendi, ſurgit quædam pœnitentia. Laertius tradit, quendam juvenem impurum & lubricum, ſemel cum ſuis ſodalibus ebriis & ipſum ebrium, cum corona, irruiſſe in ſcholam Xenocratis. At Philoſophus non perturbatus eorum adventu,

F pertexit in ſua tractatione: loquebatur de temperantia adeò acriter, ut ſenſim verba pertingerent ad cor, iſte coronam deponeret, & inciperet philoſophari. Sed ejuſmodi converſio, non eſt laudanda omninò, ex genere ſuo poteſt commendari, ſed non eſt Chriſtiana omnino de qua loquimur, quam oportet eſſe ex fide, & erga Deum: ut Paulus dicit c. 20. Act. ſe prędicaſſe pœnitentiam erga Deum, & fidem in Chriſtum. Sunt alii quibus hæc rudis pœnitentia aliter producitur, cùm ſuſcipiatur à voluntate & illa ſequa-

Act. 20. 21.

G tur rationem, rationi aliquid prælucere oportet. Habent generalem fidem aut opinionem, quòd Deus ſit & ultor malorum, & remunerator bonorum. Contemplantur etiam quæ mandavit in Lege: cùm videant præcipi, quæ ipſi non faciunt, commoventur timore, & pœnitet illos quoquo modo. Adducunt quidam locum Eſaiæ 26. Concepimus à timore tuo, & peperimus ſpiritum ſalutis: ſed non facit ad rem: attamen verum eſt, in aliquibus pœnitentiam ſic inchoari. Hæc poteſt eſſe noxia, quia niſi quippiam

Pœnitentia ex fide generali aut opinione.

Eſa. 26. 26.

H acceſſerit, parit deſperationem; Ita Cainum, Iudam, Eſau pœnituit. Cùm res hoc pacto habeat, tum in electis Dei accedit fides, condonatio prædicatur per Chriſtum, amplectuntur eam, tunc vera & ſolida pœnitentia ſuccedit. Quando voluntas ſuſcipit iſtam pœnitentiam, prælucet intellectui ipſe Chriſtus cum remiſſione peccatorum: ſuccedit etiam Spiritus ſanctus, unde vires conferuntur ad deponenda peccata, ſuccedunt fructus pœnitentiæ, ut pro ſceleribus bona facta edantur. Sancti Patres dixerunt, hoc

Vera Pœnitentia.

I eſſe agere pœnitentiam: & Sacræ literæ idem oſtendunt. Act. 2. audientes de remiſſione peccatorum per Chriſtum, compuncti ſunt corde: jam pœnituerat

Pœnitentiam agere quid ſit.

Act. 2. 37. 38.

eos,

Digitized by Google

eos,tamen Petrus dicit. Agite pœnitentiam:requirit igitur,ut fructus ſuccederent.

Refutatio eorum qui pœnitentiam tollunt.

5 Hanc pœnitentiam Chriſtianam nonnulli enervant:alii quodammodo tollere voluerunt: & iſti confutandi ſunt. Videri inquiunt, ſtultum, ut nos pœniteat earum rerum quæ jam geſtæ ſunt, peccata tranſierunt, jam non poſſumus efficere,quin lapſi ſimus,non ergo oportere affligi: Ratio infirma eſt: Verum eſt opera mala tranſiiſſe, ſed quòd nihil eorum maneat, non eſt verum: memoria & conſcientia manet: item reatus,id eſt obligatio ad pœnas æternas: B manet etiam deformitas animi, & facultatum ejus. Præterea dicere poſſumus,rationem ſecus concludere ac iſti velint. Dictum eſt Philoſopho cuidam, ne lugeret filium jam defunctum, quòd nullum remedium afferret lamentationibus: Imò inquit, hoc maximè doleo, quòd hæc res aliter fieri non poſſit. Sic pius dolere debet, quòd peccaverint, & jam aliter fieri non poſſit,quin peccarint & violarint legem Dei. Alii dicunt,cum Deus rectè utatur etiam peccatis noſtris, & regat ad eas fines quas vult habere, C quid ego dolebo me peccaſſe?Non rectè loquuntur: Etſi peccatum ita ſubintravit ut abundaret gratia, non propterea in peccato manendum, dicit Paulus: Si Deus vult uti,an tu propterea debes peccare? Dei eſt omnia regere,tu facito quod tibi mandatum eſt. Hoc argumento non tantùm nos vexantur, ſed illi etiam qui permiſſionem tantùm ponunt.Deus enim permittit non invitus: Deinde exemplum affertur. Quædam ſanctimonialis peperit Magiſtrum Sententiarum & Gratianum, D cùm videret tanta lumina, dicebat ſe non poſſe pœnitere, Confeſſor ejus dixit, Tantum doleas, te non poſſe dolere.

Quid eſt peccatum remanens?

Simile.

Rom.6.1.

Mater Lombardi & Gratiani.

De Novatianis.

6 Fuerunt qui tollere voluerunt pœnitentiam, ut Novatiani,Cathari,qui ſoli volebant ſapere: eorum ſententia, vel ipſum Conſtantinum offendit. Nam ut in Eccleſiaſtica hiſtoria refert Socrates libro primo,capite vigeſimo ſecundo:Cùm habita eſſet Synodus Nicæna,advocavit ad ſe Epiſcopum A- E ceſium Novatianum,interrogavit eum, quid ſibi videretur,an de homouſio & paſchate rectè eſſet conſtitutum? Ille probavit.Cur igitur inquit Imperator, non communicas eum cæteris? Ille cœpit narrare, quæ Decii Imperatoris tempore acciderant:quidam ceciderant, poſtea voluerunt recipi, at Epiſcopi repellebant eos.Pone ſcalam,dixit Imperator,& ſolus aſcende in cœlum.Notavit ejus ſuperbiam:quòd ſolus cum ſuis vellet eſſe in cœlo.Quidam exiſtimant, Conſtantinum Imperatorem faviſſe adeò pœnitentiæ, F certa quadam ratione. Sozomenus libro ſecundo, capite quinto refert, Græcos malè æſtimaſſe de Conſtantino,dixiſſe crudelem fuiſſe, multos cognatos occidiſſe,inter alios filium Criſpum:cùm turbaretur, Sopatrum philoſophum conſuluiſſe, an purgari poſſet: Illum dixiſſe iſtorum criminum,nullam purgationem eſſe.Conſuluit igitur Epiſcopos Chriſtianos,qui dixerunt vera pœnitentia purgari poſſe, ideóque amplexus eſt fidem Chriſtianam.Sozomenus refert, ſed confutat ut indigna & conficta in o- G dium Chriſtianæ religionis. Primùm ait,Conſtantinus ipſe fuit imbutus Chriſtiana religione à tenera ætate,& habitabat illo tempore in Britannia & Gallia:Non autem probabile eſt,Sopatrum qui in Græcia docebat,ad iſtas regiones veniſſe. Deinde filium Criſpum conſortem fecit imperii:multæ leges id teſtantur, editæ communi nomine Criſpi & Conſtantini,& vixit ad vigeſimum annum imperii Conſtantini. Sed facito ita fuiſſe,& Sopatrum ſecum habuiſſe,aut ſcripſiſſe ad eum:non potuit dicere in religio- H nibus Ethnicorum non eſſe luſtrationem,nam multæ erant,ut ſuprà diximus. Ideo reſpondit,Favebat pœnitentiæ, ut Chriſtianus & peritus ſacrarum literarum. Mirandum eſt Novatianos apud Ezechielem non vidiſſe, Quacunque hora ingemuerit peccator, non amplius recordabor peccatorum ejus. Item exempla Davidis, Ezechiæ, Manaſſis, Petri,qui poſt lapſum, locum in Apoſtolatu tenuit: neque attendiſſe, quod Dominus dixit Petro interroganti quoties ignoſcendum eſſet proximo: Non dico ſepties, I ſed ſeptuagies ſepties. Cùm iſta tam evidentia teſtimonia extent, quomodo Novatiani lapſis pœni-

Conſtantinus favit pœnitentiæ.

Confutatio Novatianorum.
Ezech.18.&35.
2 Sam.12.13.
2.Reg.20.12.
2 Reg.12.2.
Matt.26.69.
Mat.18.21.

A tentiam negabant? Videntur moti duobus locis in Epiſtola ad Hebræos capite decimo: Voluntariè peccantibus inquit, poſt acceptam cognitionem veritatis, non altera pro peccatis reliqua eſt hoſtia, ſed formidabilis quædam expectatio judicii. Hic verò non agitur de quovis peccato, ſed de peculiari & univerſali quodammodo cum homines abdicant fidem,& ſe prorſus à Chriſto alienant,& ſe ei opponunt: hoc eſt peccatum in Spiritum ſanctum, quod ita plectit Deus,ut non condonetur, neque in hoc, neque in altero ſeculo. Melius explicatur ex altero loco ad Hebræos ſexto capite, Impoſſibile eſt ut qui ſemel illuminati ſunt, guſtaverúntque donum cœleſte,& participes facti ſunt Spiritus ſancti,guſtaverúntque bonum Dei verbum ſi prolabantur, denuò renoventur per pœnitentiam. Non lapſus quilibet intelligitur: ſed quo omnia repudiantur, & à fide receditur. Ibi non eſt remiſſio, quia non poteſt eſſe pœnitentia: ſi enim fidem habere debet quæ præluceat, & illa abdicata eſt prorſus, non reformantur per pœnitentiam. Iſti non diſtinxerunt inter abdicationes quæ ſpectare videntur ad peccatum in Spiritum ſanctum. Nonnulli labebantur in perſequutionibus, intus in animo non abdicabant fidem,exterius ſacrificabant,ut Marcellinus Epiſcopus Romanus, & Petrus qui Chriſtum ore negabat: cùm radicem interius retinerent, locum habebat pœnitentia. Redibant ad Eccleſiam, Epiſcopi videbant eos non prorſus abdicaſſe fidem, ſine qua pœnitentia eſſe non potuiſſet. Novatiani vero nullo modo pacem eis dabant. Eſt quidem verum,peccatum in Spiritum ſanctum non habere remiſſionem: quia non habet pœnitentiam, cùm fides prorſus abdicata ſit. Qui abjurarunt fidem graviſſimè peccarunt: ſed eùm pœnitentiam egerunt,Eccleſia eos recepit. At ficte agunt inquis, Sacerdos ſpectat quæ fiunt,non explorat animos. Ecebolius Sophiſta,cùm ab initio Imperatores non eſſent Chriſtiani,religioni & ipſe adverſabatur, poſtea ſub Conſtantino favebat: ſub Iuliano iterum deſcivit,poſtea ſub Ioviniano rediit:in porta templi jacens,dixit ingredientibus,Calcate me inſipidum ſal.Varius fuit, Eccleſia tamen recipiebat. Loca ergo illa benè intellecta Novatianos non juvant.

Heb.10.26.

Peccatum ad mortem.

Heb.6.4.

Abdicatio fidei.

Marcellinus Epiſcopus Romanus.

Ecebolius.

7 Induximus duplicem diſtinctionem pœnitentiæ, ſequitur alia adinventa à Papiſtis, eam tradunt Colonienſes in ſuo Antididagmate. Vnam,Ethnicis dicunt prædicandam: alteram, lapſis poſt Baptiſmum. Fingunt ipſi hanc,ut evitent argumenta,quæ oſtendunt gratis conſtare ſalutem per Chriſtum. Dicunt ſi invitandi ſunt ad ſalutem Ethnici, ut credant in Chriſtum:ibi non lachrymæ, jejunia,& aliæ ſatisfactiones requiruntur: ſed gratis ſi pœniteat,habent remiſſionem peccatorum. At ſi facti ſunt Chriſtiani & labuntur in peccata, aliter agendum eſt, nempe ut per ſuſpiria,eleemoſynas, jejunia, & alias ſatisfactiones,habeant remiſſionem peccatorum. Vt confirment,adducunt locum ad Romanos,Sine pœnitentia ſunt dona & vocatio: de prima,inquiunt, pœnitentia intelligitur, vocationem illam ſine pœnitentia eſſe. Adducunt Ambroſium,qui ſic intelligat illum locum:ſed falſa dicunt. Nam ſi vera ſit pœnitentia,comitatur eam dolor:nec poteſt eſſe pœnitentia in illis qui ad Chriſtum veniunt ſine dolore: quomodo poſſunt non lugere & confiteri ſe peccaſſe?Secunda ad Corinth.ſeptimo dicitur,operari dolorem ſecundùm Deum pœnitentiam in nobis. Ita eſſe oſtendunt Ninivitæ, qui audita prædicatione Ionæ,pœnitentiam egerunt in ſacco. In Actis Apoſtolorum ſecundo capite legimus, Iudæos cùm audiviſſent concionem Petri,compunctos eſſe. Auguſtinus priuſquam baptizaretur, & ſenſim ad Chriſtum rediret, in multis ſuſpiriis & lachrymis egit, ut patet ex libro Confeſſionum:illa erat prima converſio.De Ambroſio & loco ad Romanos,non eſt quod multum litigem. Non de pœnitentia hominum,ſed Dei ibi agitur: oſtenderat Deum elegiſſe Hebræos, ideò non credendum eos in totum repudiaſſe. Si Ambroſius aliter dicit,ipſe viderit. Verum eſt,in primitiva Eccleſia,cùm accederent ad Baptiſmum,non per lachrymas & ſuſpiria probari ſolitos fuiſſe ab Epiſcopis: ſed tantum catechizabant eos, non exige-

Alia diſtinctio pœnitentiæ.

Rom.11.29.

Ambroſius.

Confutatio hujus diſtinctionis.

2.Cor.7.10.

Ion.3.6.

Act.2.37.

Auguſtinus.

bant probationes pœnitentiæ, ut poſtea ſi lapſi eſſent. Sed iſti quam vellent hodie prędicari pœnitentiam, cum omnes pueri baptizentur? nullam certè qua gratis peccata remittantur per fidem: ſed illam tantum quæ remiſſionem habet per opera ſatisfactoria, eleemoſynas, oblationes & quæ ad quæſtum ipſorum ſpectant. Inepta eſt ergo eorum partitio.

Quarta pœnitentiæ diſtinctio.

8 Alii dicunt aliam quandam eſſe privatam, aliam publicam, aliam ſolennem. Privatam, quæ privàtim, publicam, quæ publice agatur: ſolennem, quam Epiſcopus tantum imponat, & quæ fiat magna pompa. Excludunt peccantes à templo, ut Adamus ex Paradiſo pulſus eſt: poſt annum elapſum, in magna hebdomada volunt ut ſiſtantur. Hujus meminit Magiſter Sententiarum, libro quarto, diſtinctione decima quarta. Origenes, Homilia vigeſima quinta in Leviticum, ejus videtur mentionem facere, dicit raro eam concedi. Canoniſtæ de Pœnitentia ſolenni, volunt ideo habeatur, ut alii abſterreantur, & ſemel tantùm volunt eam haberi. Ad ordines ſacros non ampliùs eos admittunt, quos ſic ſolenniter pœnituerit: nec concedunt illam clericis & miniſtris Eccleſiæ. Cur iſtam ſolennem pœnitentiam non repeterent, rationem adfert Magiſter Sententiarum, ne medicina hujuſmodi vileſceret. Quam rationem Auguſtinus in quadam Epiſtola ad Macedonium videtur aſſignaſſe. Is præſes erat provinciæ, ſæpe eveniebat ut pro hæreticis Auguſtinus & alii Epiſcopi intercederent: inter cætera ſcribit Auguſtino, ſe mirari an benefaciant, præſertim cùm poſt pœnitentiam actam, eam denuò non imponant. Reſcribit Auguſtinus, non negari illis communem illam, ſed humillimam illam pœnitentiam non repeti, ne vileſcat. In Enchiridio ad Laurentium cap. 65. etiam rationem reddit, cur certa tempora præſcribantur: non quòd tardus ſit Dominus ad remittendum verè pœnitenti, ſed homines hoc non intelligunt: recipiendus eſt ille in Eccleſiam, non facile agnoſcunt an eum pœniteat, præſcribitur temporalis probatio. Quomodo illo tempore tractarentur à populo, dum ſolenniter pœnitentiam agebant, obſervavi in tractatu Auguſtini in Pſal. 61. ad finem: digito quendam oſtendit, qui ad artes divinatrices deflexit, cùm eſſet Chriſtianus. Iſte inquit ita lapſus eſt ab Eccleſia, ut jam diceret, hominem non facere adulterium, ſed ſtellam Veneris: non facere homicidium, ſed ſtellam Martis: multos iſte decepit, jam redit ad Eccleſiam, petit reconciliationem. Diu inquit, pulſavit, ante Paſcha, non adhuc admiſſus eſt: vos obſervate illum, conſiderate actiones ejus, & ut deprehenderitis, mihi ſignificate. Quare autem noluerint admittere ad ſacros ordines qui ſolenniter pœnitentiam egiſſent, ratio affertur: Si poſtea in miniſterio eſſent, renovaretur in mente ſcelus commiſſum, viles eſſent, cùm in honore habere miniſtros oporteat. Deinde, qua fronte caſtigabunt ſcelus in aliis, cum ipſi rei fuerint? In iſta ceremonialia externa, prudentes & ſoliciti eſſe voluntat in ordinandis, nihil eis hujuſmodi in mentem venit. Cur ordinant facinoroſos, & quos adhuc non pœnituit? Quanquam Hieronymus contra Luciferianos contendat, Epiſcopis pœnitentiam ſolennem eſſe accipiendam: Luciferiani negabant. Certe ſæpe factum legimus, ut Epiſcopi qui à Donatiſtis veniebant, in ſua dignitate reciperentur, tantùm imponebantur eis manus: ita ut canones de pœnitentia ſolenni non ſunt ſervati: nunc prorſus obſoleverunt.

Gen. 3. 28.

Pœnitẽtia ſolennis cur non repetita?

Auguſtinus.

Solennis pœnitentiæ ratio.

Eccleſi à miniſterio, qui ſolenniter pœnituiſſent.

Hieronym. Luciferiani.

Quinta pœnitentiæ diſtinctio.

9 Sequitur alia diſtinctio: Dicunt aliam eſſe virtutem, aliam Sacramentum. Nam virtutem ipſam pœnitentiæ, dicunt manere in hominibus perpetuò: Sacramentum, ſuſcipi certis temporibus. Et iſta virtus cùm ſit moralis, ad capitalem aliquam ex quatuor illis eſſe referendam, nempe ad juſtitiam, reponitur enim Deo honor: juſtitiam etiam vindicantem, quia in ſeipſis ſcelera quæ commiſerunt videntur punire. Sed non eſt proprie, ut tradunt, ut ulciſcens juſtitia: Nam in illa quæ patitur ſæpe ultionem inviro animo ſuſcipit: ſed in iſta, ultro & ſponte vult. Deinde ultrix illa juſtitia tantum reſpicit læſionem aut damnum datum, & hoc vult puniri: ſed hic offenſio Dei reſpicitur. Tales ultiones aut reſtitutiones nos minime negamus, ſed non ſunt

Pœnitentia virtus, non eſt juſtitia ultrix.

A ponendæ tanquam pretium, quo mereamur remiſſionem peccatorum, quemadmodum illi ponunt. Nam cùm conferunt virtutem pœnitentiæ cum Sacramento, dicunt utcunque cauſam eſſe remiſſionis peccatorum, id loco ſuprà adducto, Magiſter Sententiarum teſtatur. Huic opponunt Sacramentalem: faciunt tres ejus partes, Contritionem, Confeſſionem, Satisfactionem. Quanquam Pighius diſſentit: dicit non propriè partem eſſe, ſed ſequelam. Fortè

Pœnitentiæ Sacramentalis partes.

B quoniam videt paſtorem abſolvere pœnitentem, priuſquàm faciat quæ injunguntur. Sed ubi relinquunt illi (qui ſic pœnitentiam partiuntur) abſolutionem, cùm tamen ſit præcipua res? Thomas Aquinas alicubi dicit, eam poſſe formam videri, alias partes eſſe tanquam materiam. Abſolutio eſt prædicatio remiſſionis peccatorum per Evangelium: eſt clavis illa qua ſolvuntur credentes, clavis quæ ligat, eſt qua dicunt incredulos manere in peccatis. Illam prędicationem remiſſionis peccatorum, certum eſt

Abſolutio.

C inde comprehendi. Chriſtus dicit: Confide fili, remittuntur tibi peccata.

Mat. 9. 2.

10 Quòd ad iſtam diſtinctionem pœnitentiæ propoſitam, dubium aſſumitur, quòd non conſtat, an pœnitentia ſit Sacramentum: illi omnes dicunt. Vt intelligamus, videndum quid ſit Sacramentum. Sacramentum ſignificat rem occultam & arcanam, non enim omnes intelligunt cum proponuntur Sacramenta: tantum patent initiatis, hoc eſt credentibus. Veniat Ethnicus, videbit aquam, panem, vinum,

An pœnitentia ſit Sacramentum.

D quid ſit non cognoſcet: fidelis quid referant, intelliget. Græci μυστήριον vocant: Latini Sacramentum dixerunt. Erat Sacramentum militare, quo milites Imperatoribus obſtringebantur, & viciſſim Imperatores militibus. Sunt teſſeræ, quibus nobis obſtringitur Deus, & nos ei. Hæc de nominibus. Quo ad definitionem, quidam dicunt Sacramentum eſſe rei ſacræ ſignum: ſed hac ratione, infinita Sacramenta haberemus: omnes enim actiones bonæ ſunt ſignificationes rei ſacræ, id eſt, fidei, ſpei, charitatis, quæ

Quid ſit Sacramentum.

E latent in nobis. Cum in Papatu habeant multas conſignationes, geſtus, veſtes, omnia eſſent Sacramenta. Ideò contraxerunt rem alia definitione, & dixerunt eſſe viſibile ſignum inviſibilis gratiæ, ut ſit ſignum aſpectabile, & non omnia ſacra referat, ſed gratiam tantum inviſibilem. Addiderunt deinde impiam vocem, præſertim Magiſter Sententiarum, non tantùm eſſe ſigna & imagines, ſed etiam cauſas gratiæ. Si dicerent inſtrumenta quædam viſibilia quibus utatur Deus, quemadmodum externo verbo utitur ad exci-

F tandam fidem, non malè dicerent: ſed dicere cauſam eſſe gratiæ, non rectè dicitur. Deinde, quid matrimonio facerent, volunt Sacramentum eſſe, & dicunt nullam ex iſto conferri gratiam. Volunt ſeptem eſſe Sacramenta, ſed unde habeant, ex divinis literis oſtendere non poſſunt. Vetuſtiores Patres, non niſi duo habuerunt: aliquando mentionem pœnitentiæ faciunt. Hæc ſcripſit Auguſtinus ad Ianuarium in lib. 3. de Doctrina Chriſtiana, c. 16. Ambroſius de Sacramentis iſta duo tractat. Igitur oportet aut iſtos

De numero Sacramentorum, Claſſ. 4. Cap. 7. Sect. 4.

G oblitos eſſe Sacramentorum, aut tantum numerum non fuiſſe receptum iſta ætate. Oblitos eſſe non dicendum eſt, nam inſtituebant de ea re tractationem: turba igitur iſta Sacramentorum illo tempore non fuit recepta.

11 Sed redeamus ad definitionem. Pighius etiam definit Sacramentum, & dicit eſſe ſignum efficax divinitùs inſtitutum, quo ſignificatur nobis certus quidam effectus opis & gratiæ Dei, qui ſemper adeſt, modò non obſtet aliquid in utentibus. Quod

Pighii definitio Sacramenti.

H primùm dicit ſignum eſſe aut ritum divinitus inſtitutum, verum eſt: non enim eſt in poteſtate hominis Sacramenta inſtituere: ſunt teſtimonia divinæ voluntatis, & ſigilla quædam: non eſt autem hominum obſignationes invenire. Deinde habemus hoc ex Sacris literis. Chriſtus interrogat Scribas & Phariſæos de Baptiſmo Iohannis, unde eſſet? ſi dixiſſent ex hominibus, apparebat rem frivolam eſſe. Nam cùm Sacramenta ad rationem fidei pertineant, oportet ut ex Sacris literis, unde colligitur ipſa fides,

Sacramenta inſtituere Dei eſt.

Matt. 21. 25.

I hauriantur. Et homines qui ſua authoritate conantur Sacramenta inſtituere, ſe deos faciunt. Et ita in religione agere, eſſet mandatis & traditionibus

hominum

Digitized by Google

hominum colere Deum, quod Chriſtus prohibuit fieri. Poſtremò, cùm homo ſit & prædicetur in Scripturis mendax, quæ ab eo inſtituuntur, ſolidam veritatem non habent: non ergo Sacramenta ab hominibus inſtituenda ſunt. Dicit deinde, iſto ſigno ſignificari nobis certum quendam effectum, quia cōplecti vult multa Sacramenta, non ad unum effectum remiſſionem peccatorum vult aſtringere. Effecta dicit varia eſſe, utpote remiſſionem peccatorum, quæ offertur in Baptiſmo & Euchariſtia. ſed præterea alia indicat effecta operis Dei, ut in Matrimonio ſit copula indiſſolubilis, in ordine ſacro, vis habeatur regendi Eccleſiam: & ſic de aliis, niſi obſtet aliquid in utentibus, ut efficaciam Sacramentorum obtundat: nam quod aliqui utantur & non aſſequantur, inde eſt quòd irreligioſè accedant & ſine fide. Si ſequatur ſuam definitionem, exiſtimat ſe poſſe multa Sacramenta complecti. Sed è diverſo, qui gratiam condonationis peccatorum ſignificari dicunt, ad duo tantùm ſe contrahunt, Baptiſmum, & Euchariſtiam.

Pſal. 110. Rom. 14.

Alia definitio Sacramenti.

12 Si definiendum ſit Sacramentum, poſſemus dicere: Sacramentum eſt promiſſio divina de remiſſione peccatorum per Chriſtum, ſymbolo externo ſeu viſibili ſignificata & conſignata, ex divina inſtitutione, ad id ut in nobis erigatur fides, ac magis magiſque obſtringamur Deo. Hæc mihi plena videtur definitio. Duo continet, ſignum externum, & rem ſignificatam. Quia ſignificata res, præcipuum locum tenet: ideo primam poſui, & dixi promiſſionem Dei eſſe, ac verſari circa remiſſionem peccatorum per Chriſtum. Nam Sacramenta quæ in Sacris literis ſunt, illius præſertim faciunt mētionem. Deinde iſta promiſſio conſignatur, quod oſtendit Scriptura, quę appellat Circūciſionem σφραγῖδα, ſigillū. Sunt enim ſymbola & ſigilla quædam divinarum promiſſionū. Sed quoniā hæc externa inſtrumenta ſunt elementa, ex ſeipſis habere non poſſunt, ut ſignificent & obſignent: ideò adjectum eſt, ex divina inſtitutione. Finis, ut excitetur fides noſtra per Spiritum ſanctum: non habent externa iſtam vim, ut hæc præſtent: utitur Spiritus ſanctus iſtis inſtrumentis, fides autem eò tendit, ut magis Deo obſtringamur. Habetis cauſas: forma, eſt ſignificatio & ſignatio: Materia, quæ obſignatur & circa quam verſatur promiſſio Dei de remiſſione peccatorum: efficiens, inſtitutio divina: finis, excitatio fidei noſtræ, quo Deo conjungamur. Et recipio quod vulgo dicitur, Sacramenta eſſe viſibilia verba: excitant homines per viſum & ſenſus alios. Rectè dicit Chryſoſtomus, Si nos eſſemus ſpiritus, non opus eſſet illis organis, at ſumus compoſiti ex ſpiritu & corpore: ſenſus corporis excitant animū.

Cur contendamus cum adverſariis de numero Sacramentorum?

13 At ſi perſequamur iſtam definitionem, excluditur conjugium, pœnitentia, ordo, confirmatio, extrema unctio, quemadmodum ſigillatim declarabo, ſi prius unum fuero præfatus: poſſe aliquos hic dicere, quid nodum quæritis in ſcirpo? Voluerunt iſti ſeptem iſta inſignire nomine Sacramentorū, quid veſtra refert? Non eſt nobis cura magna de nomine, de re agimus. Scimus licere Chriſtianis uti vocabulis, modò non ſubſit impietas: ſed videndum quid voluerint ſignificari iſta voce. Dicunt Sacramentum eſſe formam viſibilem inviſibilis gratiæ & addunt, cauſam eſſe, ita ut iſta Sacramenta, inſtrumenta ſalutis faciant. Tunc ſi accipere volunt quoſdam ritus, & ſubjicere iſti notioni, impiū eſt: non poſſunt ab hominibus conſtitui viſibilia elementa, quę obſignent promiſſiones. Aut ergo mutent notionem, ut dicant Sacramentum non iſta ſignificare, & tunc concedemus eis: aut abſtineant à nomine, ſi iſta notione uti volunt. Magiſter ſententiarū ait veterum Sacramenta non eſſe propriè Sacramenta, quia non contulerint gratiam. Indignum eſt auferre hanc proprietatem ab inſtitutionibus divinis, & attribuere humanis inventis. Ut res dilucidior evadat, conſiderate, plura eſſe quæ in Sacramento requirantur. Primum, occurrit elementum. Deinde accedit verbum promiſſionis. Auguſtinus dicit, Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Tertium, eſt mandatum Domini, ut ſic fiat. Quod attinet ad elementum, illud corpore accipitur, cùm ſit res externa: promiſſio verò admittitur animo. Oportet accedat verbum,

Quæ requirātur in Sacramento.

A ut elementum ſignificationem habeat ad hoc ſignificandum. Cùm ita res habeat, Sacramenta quæ excluſimus, excutiamus, ſed paucis. Ordo ſacer occurrit, ibi eſt ſignum viſibile, impoſitio manuum: hanc non rejicimus, videtur habere verbum Dei. Paulus ad Timoth. dicit, Ne temerè cuiquam manus impoſueris: cùm dicit non temerè faciendum, dicit graviter & conſideratè faciendum. Deinde dicit, Excita gratiam quæ in te eſt per impoſitionem manuum. Si-
B gnum ergo externum agnoſcimus: at quæ ibi eſt promiſſio? non utique de condonatione peccatorum: cùm ordinantur miniſtri, facultas ad prædicandum verbum Dei promittitur. Illi dant facultatem ut cōficiant Chriſtum: & rectè quidem, ut conficiant quātum in ipſis eſt. Dicunt in Cœna Chriſtum ordinaſſe Apoſtolos, & plus illi rei tribuunt quàm verbo. Unctionem inſuper adjecerunt, ſed Chriſtus non unxit Apoſtolos. Putant præterea imponendo manus, vim ſe habere dandi Spiritum ſanctum. Et Au-
C guſtinus in libro de Baptiſmo contrà Donatiſtas, c. 16. dicit, nihil aliud eſſe illam impoſitionem manuum, quàm orationem pro homine quaſi eum Deo commendent. Non eſt igitur ordo Sacramentum, eo modo, ut dictum eſt, quia ibi non agitur de condonatione peccatorum, quæ unica eſt promiſsio, quam vera Sacramenta obſignant.

De Sacramento Ordinis.

1. Tim. 5. 22.

2. Ti. 1. 6.

Auguſtinus.

Pœnitentiam non eſſe Sacramentum.

14 De Pœnitentia quoque dicendum eſt: nam hanc impoſitionem manuum tranſtulerunt etiam ad pœnitentiam, ſed Deus non juſſit. Veteres tamen
D faciebant, ut Cyprianus in multis epiſtolis teſtatur: Hoc aliud nihil erat, quàm Deum orare pro eo, ut in illo propoſito conſtantiam daret. Alii fuerunt qui dicerent, gemitus & ſuſpiria ſignum eſſe viſibile in pœnitentibus, ſed hoc ſignū referebat mutationem conſilii, pœnitentiam internam. ſed propter iſta non appellabitur Sacramentum, quia non refert aliquam promiſsionem. Interiora quæ dicitis ſignificari, non ſunt promiſsio Dei de remiſsione peccatorū, ſed dolorem teſtantur. Melius dixerunt, qui impoſitionem
E manuum ſignum externum dixerunt, & ſignificatam eſſe remiſſionem peccatorum: ſed illa potiùs verbo Domini ſignificatur, quàm impoſitione manuū. Signum illud eſt figmentum, ut daretur pœnitentibus, non eſt in verbo Dei. De Confirmatione ſciendum eſt, hanc ejus originem fuiſſe: Cùm tincti fuerūt homines in infantia, nec fidei confeſſionem ediderunt, decretum eſt, ut cùm veniſſent ad maturiorem ætatem, vocarentur ad Epiſcopum, & publicè fidem ſuā profiterentur: tunc Epiſcopus manus imponebat eis,
F hoc eſt, orabat pro eis, ut in fide vera perſiſterent. Politia tantùm erat externa, at non præcipiebatur: non ergo ſacramentum fuit, deerat mandatum. Marc. 10. Chriſtus pueris manus imponebat. ſed non requirebat fidei profeſsionem. Apoſtoli baptizatis manus impoſuerunt ut dona Spiritus ſancti inviſibilia deſcenderent in eos. At hodie iſta non fiunt, quia confirmant, gratias illas non largiuntur hominibus: cùm res ceſſarit, ſigna retinent. Dicunt, conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine
G Patris, &c. quod eſt verbum Dei in his? Adjunxerunt oleum, deinde plus tribuerunt ſuo ritui, quàm Baptiſmo. Baptiſmus à ſingulis ſacerdotibus, ille tantùm ab Epiſcopo tribuitur. Attamen Hieronymus contra Luciferianos ſcripſit, quòd baptizatis Epiſcopus manum imponat, commiſſum eis eſſe ad honorem ſacerdotii, non ex neceſsitate præcepti: inutilis ergo eſt confirmatio, niſi primo modo ſervetur. Deinde Epiſcopus dat alapam illis quos confirmat: volunt ſcilicet eos, quos confirmant, ſic docere, ſe
H hoc ſacramento ad pugnam inſtrui: ſed hęc ſunt mera nugamenta.

Confirmationem non eſſe Sacramentum.

Marc. 10. 16.

Act. 8. 17.

15 Extrema unctio non eſt ſacramentum. Dedit quidem Chriſtus oleum Apoſtolis, Marci ſexto cap. ut ſanarent ęgrotos. At vim ſanandi iſti non habent: ſi res abeſt, cur ſymbolum offerunt? Adhæc ſymbolum ſanationis, non tantum oleum erat. ſemicinctia, ſudariola, umbra Petri ſanabat homines: Chriſtus ſputum accipiebat & pulverem, ac inungebat cæci oculos, cur ergo hæc non dicunt Sacramenta? Ver-
I bum Dei non habet: cum promiſsio ſit ſanationis, & illa non extet, quid faciunt cum oleo ſuo? Orant, inquis, pro eis, ut cōdonentur eis peccata, ut ait Iacobus:

Extremam unctionem non eſſe Sacramentum.

Marc. 6. 13.
Act. 19. 12.
Act. 5. 15.
Ioan 9. 6.

Digitized by Google

Quid ad hanc rem opus eſt oleo? Eſt jam ſuperſti-
Num.21.9. tioſa res. Serpens æneus dum ſanandi facultatem ha-
buit aſpicientes in ſe, rectè ſervabatur: poſtea cùm
deſiit ea vis, rectè non retinere voluerunt. Sic cùm
oleum ſanationis effectum ſuum amplius non ha-
beat, ſuperſtitio eſt. Adhæc invocant ibi mortuos, &
Matrimonium non eſſe Sacramentum. ſup. Claſſ. 2. 62. to. ſect. 63. peregrina lingua utuntur. Supereſt ut de matrimo-
nio videamus. Hic nullum ſymbolum eſt externum
à Deo præceptum: alicubi dant dexteras ſibi invi-
cem: alii dant annulum: ſed non præcepit hoc Deus,
ergo non eſt Sacramentum. Dicet quiſpiam, ipſa
conjunctio maris & fœminæ, ſymbolum eſt con-
junctionis Chriſti cum Eccleſia. Fateor hoc ſigni-
ficare. At ſi Sacramenta omnia ſunt, quæ Chriſtum
Marc.13.33. referunt, infinita habebimus: fermentum ſignificat
regnum cælorum, erit ergo Sacramentum. Sic gra-
Ibid. v. 31. num ſinapeos, vitis, oſtium, paſtores, & ſimilia refe-
Ioan.15.1. runt Chriſtum, ergo erunt ſacramenta. Tot erunt ſa-
Ioan.10.7. & 11. cramenta, quot ſimilitudines afferri poſſunt ſignifi-
Eph.5.32. cantes Chriſtum. At Paulus μυστήριον Sacramentum
appellat ad Epheſios. Revera id quod ſignificatur in
matrimonio, res eſt arcana. In Sacramentis abſcondi-
tum eſt partim res ſignificata, partim in ſignis viſibi-
libus quod vim habet ſignificandi divinitus impoſi-
tam: hic myſterium refertur ad id quod ſignificatur,
conjunctio Chriſti & Eccleſiæ. Sæpe utitur hac vo-
Rom.11.25. ce ad Romanos undecimo, Fratres, myſterium vobis
dico, ne ſitis ſapientes apud voſipſos, &c. Prima ad
1.Cor.15.51. Corinthios 15. cap. agens de reſurrectione, myſte-
rium vobis dico, non omnes moriemur. Ad Ephe-
Eph.3.3. ſios 3. vocationem Gentium myſterium vocat. Ad
Col.1.26. Coloſſenſes 1. ad Timotheum 3. Verè myſterium
1.Tim.3.16. magnum eſt, Deum manifeſtatum in carne. Non a-
git de Sacramentis, ut nunc de illis loquimur, ſed
mittamus hæc. Quas promiſſiones habet? Procrea-
tionis liberorum, & ut ſcortationis ſit remedium.
Hic nulla fit mentio de remiſſione peccatorum.
Deinde illa promiſſio, non tantùm ſub Evangelio,
ſed etiam ſub Lege fuit, & ante Legem, quomodo
ergo novæ legis ſacramentum vocant? Idem de pœ-
nitentia dicere poſſumus: in Lege & ante Legem
fuit pœnitentia, cur ergo ſacramentum novæ Legis
appellant?

16 Non concordant. Gratianus cauſa prima, q.1.
in cap. Arrianos, ad finem capitis, videtur negare pœ-
nitentiam eſſe Sacramentum: rationem affert, quia
ſæpè repetitur. Ratio videtur inepta: nam ſic, Actio
Cœnæ Domini non eſſet Sacramentum, quia repe-
titur. Sed ſi diligentiùs expendas, videtur pœniten-
tiam privatorum hominum cum illa ſolenni confer-
re, & videtur ſtatuere illam tantùm ſacramentum eſ-
ſe, alteram non, quia illa non repetebatur. Sed mitta-
Dionyſius. mus eum. Certe Dionyſius, qui creditur à quibuſdā
Variæ opiniones de numero ſacramentorū. Areopagita, non niſi tria agnoſcit, Baptiſmum, Cœ-
nam Domini, & Chriſma extremam unctionem vi-
detur agnoſcere. In ejus Hierarchia, miniſter indu-
Gregorius. citur qui cadaver inungit. Gregorius tantùm tria
agnoſcere videtur, cauſa 1. quæſt. 1. in Decret. in cap.
Multi, Baptiſmum, Cœnam Domini & Chriſma. Ber-
Bernardus. nardus unum adjecit, lotionem pedum: dicit Sacra-
mentum illud eſſe retinendum in Eccleſia, idque in
ſuo ſermone de Cœna Domini. Sacrifici qui exorci-
zant ſalem, addunt unum. In nomine ſanctæ Trini-
tatis efficiaris Sacramentum ſalutare ad fugandum
dæmonem. Sed quid tam multa quærimus? Ipſi qui
ponunt ſeptem Sacramenta, ordinem ſacrum in
ſeptem diſtinguunt, ſcilicet Oſtiarios, Lectores, A-
coluthos, Exorciſtas, Subdiaconos, Diaconos, Sacer-
dotes: alii Epiſcopatum addiderunt, & officium pſal-
lendi. Ita nullus eſt certus numerus Sacramento-
rum. Non quærantur de nobis quod numerum mi-
nuamus, de ipſis potius conqueri debemus, quod
numerum auxerunt.

An pœnitentia ſit virtus? Mat.4.17. 17 Diviſa fuit pœnitentia in illam quæ eſſet Sa-
cramentum, & illam quæ eſſet virtus, quæ pertine-
ret ad juſtitiam. Diximus non eſſe Sacramentum,
nunc videndum de altero membro, quòd non ſit vir-
tus. Non agnoſcitur ut virtus quædam in ſacris lite-
ris, quæ ſit qualitas animi, & bona parte temporis ſit
ocioſa. Excogitarunt eam, quia præceptum eſt Do-
mini ut pœnitentiam agamus, non autem ſemper
pœnitentiam agere poſſumus. Virtutem ergo dixe-

A runt eſſe in animo, quæ ſuo tempore faciat officium.
Iſta non Scripturis, non Patribus, non Canonibus
probātur. Chriſtus dicebat, Pœnitentiam agite: actio
requiritur, non habitus quidam. Iobus dicebat, vitam Iob.7.1.
hominis eſſe militiam ſuper terram, non eſt habitus,
ſed actio. Bernardus aiebat, Qui non progreditur in
via Domini, & non proficit, is deficit. Idem dicebat,
Cum deſinis velle fieri melior, tunc deſinis eſſe bo-
nus. Vita ſanctorum dicitur via quædam eſſe, ſemi-
B ta, curſus: eundum eſt, non ſtandum. Secunda Corint. 2.Cor.3.18.
tertio ſcribitur, Nos transformari in imaginem Chri-
ſti, ex claritate in claritatem: quia hoc difficile eſt,
addit tanquam à ſpiritu Domini. Proinde illi qui
meditantur quæ ſuæ ſunt vocationis, pœnitentiam
agere dicuntur, quia abſtrahunt ſe à peccatis: quic-
quid agant interea, ſi mens ſit pergere in vocatione
ſua, illos vere pœnitet. Sed aiunt hoc videtur fieri
non poſſe: in pœnitentia eſt dolor ſecundùm Deum: 2.Cor.7.2.
at nos quandoque gaudere cum gaudentibus debe- An ſimul dolere & gaudere poſſimus?
C mus, illa ſimul fieri non poſſunt. Non pugnant hæc,
quia habent diverſa objecta. In Deo poſſumus gau-
dere, in nobiſipſis dolere, habemus luctum mixtum
cum gaudio, & contrà. Dicunt, oportet quandoque Actiones quomodo interrumpantur.
dormire, tunc actus noſtri interrumpuntur, Et Ari-
ſtoteles dicebat, Tempore quo dormimus, etiamſi ſi-
mus fœlices, non diſtamus à miſeris. Revocemus in
mentem dictum Pauli, qui comedit, Domino come- Rom.14.
dit, qui non comedit, Domino non comedit, &c.
Item ſive vivamus, ſive moriamur, Domini ſumus. Ibid. v. 8.
D Sic dicere poſſumus, Qui dormit, Domino dormit.
Et Paulus dicebat, Sive editis, ſive bibitis, ſive aliud 1.Cor.10.31.
facitis, in gloriam Dei facite. Sic de ſomno poſſumus
dicere: Paretur enim Domino, qui ſic conſtituit na-
turam noſtram, ſi hoc obſervamus, non peccamus. In
ſumma, omnia opera ſanctorum, ſunt pœnitentia,
ſemper enim à malo receditur, quia ſunt renovatio-
nes quædam, & novæ obedientiæ Dei ad parendum
Deo; & ſi non ſint, debent eſſe. Et pro iſta converſio-
ne, ſemper ſancti orant, Erravi ſicut ovis quæ periit, Pſal.119.176.
E quære ſervum tuum: Remitte nobis debita noſtra, Mat.6.12.
Deus propitius eſto mihi peccatori: & ſimilia. Iſta
ſunt vota ſanctorum in omnibus actionibus ſuis, de
perpetua inquam renovatione. Igitur virtus illa otio-
ſa relinquatur Philoſophis & Sophiſtis: nos verò no-
bis ſentiamus præceptum, ut agamus pœnitentiam.

18 Progrediamur nunc, & de partibus pœniten- De partibus pœnitentiæ.
tiæ videamus. Illi ſuas fecerunt, Contritionem, Con-
feſſionem, Satisfactionem: quàm autem verè & be-
nè, poſtea videbimus, & quæ ſint veræ partes pœni-
F tentiæ ſimul indicabimus. Aliqui dixerunt duas,
Contritionem, & Fidem. Contritione inquiunt, do-
lemus de peccatis multis præteritis, ibi quodammodo
conſternamur & pavemus. Fide autem amplectimur
conſolationem de remiſſione peccatorum: & hoc di-
cunt ſe facere docendi cauſa. Alii negant fidem eſſe An fides ſit pars pœnitentiæ.
partem pœnitentiæ. Sed qui contendunt partem eſ-
ſe, hanc præcipuè afferunt cauſam; quod in pœni-
tentia maximè agatur de condonatione peccato-
rum: illa autem maximè conſtat fide. Itaque ſi non
G ſemper adhibuerimus fidem, non poteſt conſtare
pœnitentia. Alii dicunt hoc non eſſe bonum argu-
mentum Pœnitentia ſine fide eſt inutilis, ergo fides
eſt pars pœnitentiæ: alioqui eſſet pars Cœnæ Domi-
ni & Baptiſmi, hoc nemo dixerit: cur ergo magis po-
nitur pars pœnitentiæ? Deinde aiunt, Sacræ literæ
cùm meminerunt pœnitentiæ & fidei, tanquam de
duabus rebus diſtinctis loquuntur. Chriſtus dicit,
Pœnitentiam agite, & credite Evangelio. Paulus A- Mat.4.17.
ctorum 20. dicebat, ſe prædicaſſe Epheſiis pœniten- Act.20.21.
H tiam, & fidem in Chriſtum Ieſum. Hæc duo ponebat
tanquam diſtincta. Ego conſiderata utraq; parte di- Fides eſt conjuncta pœnitentiæ.
cerem, fidem non eſſe partem pœnitentiæ, ſed eſſe
conjunctam. Videmus in homine animum & cor-
pus eſſe conjuncta, attamen corpus non eſt pars ani-
mæ, nec contrà, anima pars corporis, ita de fide & pœ-
nitentia eſt dicendum. Idem videmus in Sole: ibi eſt
figura corporis rotūda & globoſa, & lux & ſplendor,
tamen conjūcta cùm ſint, neque figura eſt pars lucis,
I neque lux pars figuræ: Sic fides & pœnitentia cōjun-
cta ſunt in ſanctis, nō tamē unū eſt pars alterius. Fi-
des, Spes, Charitas, tres virtutes ſunt ſēper cōjunctæ:
una tamē earū virtutū, nō eſt pars alterius virtutis,
ſed

Digitized by Google

Quomodo fides coniungatur pœnitentiæ?

ſed ſunt diſtinctæ. Quomodo igitur coniungetur fides cum pœnitentia? Eſt tanquam illius principium, quemadmodum dixi, & oportet ut prælucear menti pœnitentis. Cùm autem mens amplexa fuerit bonitatem Dei,& remiſſio peccatorum per Chriſtum,tum ſequitur renovatio, ut deponamus veterem vitam,& aſſumamus novam. Fides ergo non eſt pars, ſed inchoatio quædam pœnitentiæ: Pœnitentia verò,conſequens ut effectum adjunctum.

Veræ partes pœnitentiæ.

19 Meo iudicio, duæ erunt pœnitentiæ partes: B Vna,receſſus à malo:altera,acceſſus ad bonum.Et hoc rectè dicitur. Nam cùm pœnitentia cõſtituta ſit mutatio, & cùm omnis mutatio conſtet duobus terminis,à quo & ad quem,ſequitur,etiam pœnitentiâ hos terminos habere. Et certè lex iſta eſt contrariorum, ut cùm amovetur unum,ſuccedat alterum. Amovetur pravitas,oportet ut ſuccedat ſanctitas. Et ſacræ literæ iſto ordine recenſent.

Eſa.1.16.

Dicit Eſaias capite primo, Lavamini,mundi eſtote, removete malum manuum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere perverſè, C diſcite benefacere.

Pſal.34.15.

Et in Pſal. Recede à malo,& fac bonum. Paulus Apoſtolus de jiſdem teſtatur partibus,& ſemper vult ut abjiciamus veterem hominem, & induamus novum. Renovamini inquit,ſpiritu mẽtis veſtræ,& induite novum hominem,qui conditus eſt ſecundum Deum in iuſtitia & ſanctitate veritatis, ad Epheſios 4.

Eph.4.23.

Fides ergo ſemper conjuncta eſt:alioqui pœnitentia eſſet inutilis.

De contritione.

20 Nunc ſunt excutiendæ illæ tres Papiſticæ partes, Contritio,Confeſſio,& Satisfactio. D Quod ad Contritionem attinet,ita tractari ſolet à Scholaſticis, ut dicant dolorem eſſe voluntate ſuſceptum propter peccata. Et revera ſi quis conſideret hanc partem diligentius, videbit eſſe ipſam totam pœnitentiam, cujus initium eſt fides. Sed illi longe aliter agunt. Nomen videntur accepiſſe ex divinis literis.

Pſal.51.19.

In Pſal. 51. legitur, Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum.

Pſal.147.3.
Eſa.66.2.

Pſal.147. Qui ſanat contritos corde,& alligat contritiones eorum. Eſa.66. dicit Deus ſe reſpecturum eſſe ſuper humilem, E & contritum ſpiritum. Metaphoram eſſe agnoſcunt, & dicunt hominem alienum à Deo, rigidum eſſe & obſtinatum quodammodo in ſuo propoſito: ut ſequatur ſalus, oportere cor ejus quodammodo frangi,& hoc facere contritionem aiunt. Sed quia faciunt partem ſacramenti, adjiciunt, oportere ibi propoſitum eſſe & confitendi & ſatisfaciendi. Quàm verè, poſtea dicetur. Diſtinxerunt hic inter Attritionem & contritionem perſtantes in eadem metaphora. Quædam enim res duræ ita franguntur, ut in minores partes terantur: F quædam ut in pulverem redigantur. Perfectionem hanc dixerunt Contritionem: alteram Attritionem.

Contritionis & attritionis diſcrimen.

Auguſt. in Pſal.146. hanc rem attingit. Ille inquit, dicitur conteri,qui punit ſeipſum de culpa admiſſa, & iudicium ſeveriſſimum adverſum ſe exercet. In quo autem cõſiſtat hæc contritio,declarat:cùm animadvertimus legem in membris noſtris repugnantem legi Dei, & captivos abducentem nos in legem peccatorum,ſive illi aſſentiamur,ſive blandiamur: oportet clamare cũ

Rom.7.24.

G Apoſtolo, Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hujus?&c. Qui ſic clamat,ſe quodammodo conterit. Et ſimilitudinem accepit de medicis, quibus ſi membra offerantur diſtorta & depravata,illi ut emendent frangunt: iterum quodammodo luxant, & faciunt novum vulnus, ut diſtorta illa membra corrigantur & ſanentur. Nos inquit ſumus pravi corde, ſumus torti corde, nihil ferè probare poſſumus, quod Deus probat. Mandata ejus non placent nobis,de illo conquerimur. Ideo non eſt aliud remedium,quàm ut iſta prava corda conterantur. H Et nihil aliud ſignificat veſtra tonſio pectorum,non quod oſſa peccaverint,ſed vos: Deus alligat contritiones veſtras. Cùm homines ita ſe habent,oportet ut flectant oculos ad verbum Dei, & promiſſiones alligatas ſacramentis & obſignatas: ac tunc perfecta redditur ſanitas. Hæc Aug.

Scholaſticorũ ſententia de contritione confutatur.

Hæc omnia ejus dicta benè habent, ſed Scholaſtici res invertunt. Aliqui eorum dicunt, Contritionem eſſe actum charitatis, quo deteſtamur peccata propter Deum. Sed dicere potius potuiſſent, I motum animi noſtri eſſe ex fide, quo deſideramus iuſtitiam, & deteſtamur peccata. Sed illi totum volunt tribuere charitati, quaſi iuſtificemur ex operi-A bus aut meritis noſtris. Volunt enim eſſe meritum quoddam, & diſpoſitionem ad iuſtificationem ſive condonationem peccatorum, quaſi per iſta mereantur homines iuſtificationem, & condonari ſibi peccata. Et adeò diſtinguunt iſtam contritionem à iuſtificatione, ut Cajetanus cardinalis dixerit,etiam cùm ſufficiens fuerit iſta contritio; & adfuerit auxilium Dei ſpeciale, attamen condonatio peccatorum non illico datur: expectat Deus tempus, prout viſum eſt B ei. Et dum hæc dicit,aufert omnem certitudinem ſalutis & iuſtificationis. Facito enim aliquem contritum eſſe quantum poteſt, adhuc non eſt iuſtificatio & cõdonatio peccatorum. Scripturæ ſanctæ ſecus nos docent. Ezechiel dicit,Quacunque hora ingemuerit peccator,omnium iniquitatum ejus non recordabor amplius.

Ezech.18.23.& 33.11.

Sed hoc intelligendum eſt fide apprehendere:alioqui nihil ad rem facit ille gemitus.

Dolere tãtum propter pœnã Attritio dicitur.

21 Aiunt, ſi quis vehementer doleat de peccato ſuo, ſed tantummodo propter pœnam, quam ſibi timet C irrogandam, iſte non eſt contritus, ſed attritus. Ego hanc nec contritionem, nec attritionem dicerem,ſed peccatum:quia non eſt ex fide. Nam ſi ex fide eſſet, in Deum dirigeretur: Quicquid enim non eſt ex fide, peccatum eſt.

Rom.14.23.

Quid iſti quærunt ſuis diſputationibus (nam ſic appellant)niſi quod ſtatuunt hominem puris ſuis naturalibus viribus & facultatibus,aliquid poſſe facere,quod provocet Deum ad ſe iuſtificandum? Hoc alieniſſimum eſt à veritate: homines enim, ut ſunt eorum vires obcæcatæ, nihil D poſſunt facere, niſi quod provocet Deum ad indurandum nos & condemnandum. Sed dices, Eo ſtatu provocabimus ad peccandum, quia prædicamus pœnitentiam impiis. Infirma eſt ratio. Cum prædicamus pœnitentiam nomine Dei, illam requirimus ex fide, non ex naturalibus tãtùm nudis & puris viribus. Pœnitentia ſana probatur Deo: illa verò quam iſti fingunt,nõ poteſt niſi inflare homines, & implere quadam fiducia ſui admodum impia. De illis poſſumus dicere,quòd ignorantes iuſtitiam Dei, &c. Fortaſſe E aliqui eorum zelum Dei habent: verùm non ſecundum ſcientiam.

Rom.10.3.
Ibid.2.
Matt.7.7.

Attritio hæc abſque fide eſt peccatum.

Si ergo accipiatur attritio,quæ non ſit ex fide, dico & affirmo peccatum eſſe. Durum videtur,at multis teſtimoniis divinarum literarum poteſt probari. Chriſtus dicebat, Arborem malam,non poſſe facere fructum bonum. Malæ ſunt arbores,cùm non habent fidem,nec ſunt regenerati, ideoque fructum bonum facere non poſſunt.

Matt.12.35.
Matt.6.23.
Ioan.7.7.
Rom 7.16.
Ioan.1.5.
Gen. 6. 3. & 8. 21
Rom.8.7.
2.Tim.2.26.
Rom.8.14.
Eph 2.12.
Eph.4.17.

Dicit idem, hominem ex theſauro bono proferre bona: ex malo,mala. Et, Si oculus tuus tenebroſus fuerit, tenebræ quantæ F erunt? In jis autem qui adhuc non ſunt iuſtificati & regenerati,omnia tenebroſa ſunt. Item, Mundus me odit, quia teſtimonium perhibeo ei, quòd opera ejus mala ſint. Qui extra Chriſtum ſunt,mundi ſunt, & opera eorum mala. Paulus de ſeipſo dicebat, Scio quòd non habitet in me, id eſt, carne mea bonum. Quod natum eſt ex carne caro eſt. Illi,cùm non ſint renati,nihil ſupereſt, niſi ut dicantur caro. Et Deus in Gen. inquit, Non rixabitur ſpiritus meus cum homine, quia caro ſunt, ſexto capite. Figmentum G cordis hominum, malum tantummodo eſt. Et in 8. additur,A pueritia & à prima ætate. Et ad Rom. Senſum ſive prudentiam carnis,inimicitias eſſe adverſus Deum. Et ad Tim. dicuntur hujuſmodi homines capti,teneri ad voluntatem ſatanæ. In Epiſt. ad Rom. dicuntur venundati ſub peccatum. Ad Eph. 2. tales homines deſcribuntur, qui ſint ſine Chriſto,alieni à Repub. Dei ſine ſpe in mundo,& ſine Deo, peregrini à teſtamentis promiſſionis. Et in eadem Epiſt. 4. cap. dicuntur ambulare iſti in vanitate animi,in tene-H bris cordis,&c. & tamen iſtas contritiones & attritiones ejus generis,volunt placere Deo. Epiſt. ad Hebr. dicit, Impoſſibile eſt abſq; fide placere Deo. Ad Eph. Mortui in peccato dicimur: Quid mortui conferunt ad ſuam regenerationem, ut iterum viuant? Sunt filii iræ. Et, Omne quod non eſt ex fide,peccatum eſt, ut apertiſſimè teſtatus eſt idem Apoſtolus. Hæc volo ſatis eſſe, ad oſtendendum iſtam attritionem peccatum eſſe.

Hebr.11.6.
Eph.2.1.
Rom.14.23.

Scoti ſentẽtia de attritione.

22 Progreditur Scotus in 4. ſenten. diſtinct. 14. I q.2. & dicit,quandoque hominem ex puris naturalibus, addita tantùm communi influentia Dei, poſſe pœnitentiam agere ſuorum peccatorum, & deteſtari

Digitized by Google

peccatum, conſiderando quatenus ſit contra Legem A
Dei, quatenus impediat ſuam ſalutem, & quatenus
infligit ſupplicium & pœnam æternæ damnationis.
Iſtam appellat Attritionem: cui ſi addatur gratia Dei
movens, quę eliciat hunc actum, addit fieri contritionem, & haberi remiſſionem peccatorum & iuſtificationem. An autem ſtatim, vel cum aliqua dilatione
detur illa gratia, non conſentiunt omnes. Et ita tota
res incerta redditur: primùm quo ad tempus, quia neſciunt homines quando recipiendi ſint in gratiam: B
deinde cauſa requiſitæ diligentiæ, quia neſciunt, an
verè ſint contriti. Voluntque hominem verè contritum, odiſſe peccatum, ſuper omnem rem odioſam &
deteſtabilem. Attritum faciunt, odiſſe, ſed non tanto
exceſſu, non vltra omnem rem odioſam & deteſtabilem. Et diſtinctionem ponunt inter hæc duo, non
quidem ex vehementia doloris. Nam quandoque

Abſurda huius ſententiæ.

fieri poteſt, ut quis magis doleat de propio peccato,
quàm quod Deum offenderit. Sed diſtinctio eſt attendēda ex iuſtiſſima ratione. Propterea diſtinguunt, C
ut motus ille fiat per gratiam & propter Deum. Deinde ut adſit propoſitum non peccandi, etiam ſi offerantur omnia commoda mundi. Hoc non habet ille,
qui dolet tantummodo pœnarum ergò. Nam ſi proponatur peccatum tantum & auferatur pœna, remotis pœnis, diliget ſuas voluptates. Multa certe dicunt
abſurda: Nam ponunt charitatem ante iuſtificationem & remiſſionem peccatorum. Volens Chriſtus
oſtendere mulierem peccatricem conſequutam eſſe

Luc. 7. 47.

remiſſionem peccatorum, à conſequentibus id facit. D
Remiſſa ſunt illi peccata, quia multum dilexit. Illi
invertunt, & faciunt antecedentem: multum dilexit,
idcirco condonata ſunt illi peccata. Sed quidnam iudicāt de attritione illa, quam deſcripſerunt, & fit propter pœnas tantùm & naturæ impulſu? Aiunt bonam
eſſe, quòd ſit via ad iuſtificationem, modò abſit illa
exceptio actu qua dicunt; Niſi propoſitæ eſſent pœnæ, ego peccarem.

Nominalium ſententia de hac re.

23 Sunt & inter eos aliqui, qui Nominales dicuntur, qui ſenſerunt non exigi neceſſariò in contritione, propoſitum non peccandi. Et dicere audent E
talis propoſiti in Sacris literis non eſſe mentionem.
Atqui nomen pœnitentiæ debuit eos monere. Nam
quid eſt pœnitentia, niſi mutatio mentis, qua à malo
ad bonum procedimus, quantum patitur humana infirmitas? Et oportet ut ibi ſit deſiderium iuſtitiæ. Ezechiel ait, Si pœnitentiam egerit iniquitatum ſuarum, & ſervet mandata mea. Et Chriſtus petebat ab
illis quos ſanaverat, ne amplius peccarent. Quare

Ezec. 18. 21.

Ioan. 5. 14.

Ioan. 8. 11.

hallucinantur iſti. Et ipſa deteſtatio peccati, non debet tantummodo reſpicere tempus præſens & præteritum, ſed etiam futurum. Excludendi ergo ſunt. F
Quidam eorum dicunt, fieri poſſe ut ſit attritio ex
viribus naturalibus, cum communi influentia Dei, ut
homo doleat ſe peccaſſe propter Deum. Probant,
quoniam ſi poſſum dolere me offendiſſe amicum
quendam, quare non licet etiam humanis actionibus
id concedere, ut doleant naturaliter homines, quòd
Deum offenderint, cujus bonitatem in creatione &
multis ejus beneficiis potuerunt agnoſcere? Quamobrem iſti, diſcrimen ponunt inter contritionem & G
attritionem, non ex objecto, quòd unus pœnitentiam agat propter Deum, & alter propter metum
pœnæ: ſed à cauſa efficiente, quod tunc velint eſſe
Contritionem, quando gratia Dei eam elicit. Vnam
deſumunt à naturalibus facultatibus, alteram à gratia quæ præveniat. Quid igitur fieri volunt, cum
quiſpiam attritus eſt? Accedat ad Sacramentum pœnitentiæ, & tunc imperfectio illa attritionis tolletur,
& placebit Deo vi clavium, ſi tamen ille putaverit ſe H
contritum & adhibuiſſe omnem diligētiam, alioquin
nihil ei prodeſſe poterit abſolutio. Sed quorſum tam
ſunt ſubtiles? Qui dolet de peccatis, vix diſcernere aliquando poteſt, an propter Deum an propter pœnas
faciat. Quis audit illa? quomodo cognoſcet? ex attrito
fit contritus, dicunt, vi clavium. Quando? ſi omnem
diligentiam adhibeat. Quomodo hoc intelliget? imò
nunquam adhibebit illam diligentiam, tanta eſt vitium noſtrarum infirmitas. Quin & ipſi Nominales
dicunt, qui omnem adhibuit diligentiam, accipiet I
condonationem peccatorum etiam antequam eat ad
confeſſionem: alioqui in deſperationem adigi, ſi non

habeat copiam ſacrifici. Si dicerent contritionē ipſam
eſſe pœnitentiam ſi ex fide oritur, rectè dicerent. Illas eorum attritiones quæ fiant humanis viribus, quę *Quid ſentiendum de his attritionibus.*
non fuerunt aliud quàm pœnitentia Cain, Saulis, Iudæ: tantum abeſt ut probemus, ut dicamus nihil aliud eſſe, quàm dubitationem de remiſſione peccatorum. Promiſſiones Dei irritas faciunt, ad opera nos
vocant: Paulus verò, ad gratiam ſine operibus. Qui
ſibi iſta perſuadere non poteſt, Deum mendacem facit. Tertul. in lib. de Pœnitentia dicit, Deum iuraſſe,
& iuranti credendum eſſe, cui iniurato credere debeamus. Quia pœnitentia non interponitur ut precium unde iuſtificationem emamus; & ut diximus,
cum agitur de pœnitentia, illam intelligere debemus
quam Chriſtus in nobis excitat, quá ſcinduntur corda, non veſtimenta, ut Ioel dicit, quæ veros dolores
habeat. Dubitant quidam, an ſancti in cœlis habeant
ſecum pœnitentiam: quia ibi non ſunt lachrymę, non *An ſancti in cœlis habeant ſecum pœnitentiam?*
dolores. In Apoc. dicitur Deus lachrymam abſtergere ab oculis ſuorum. Integra pœnitentia locum in
eis non habet, voluntate quidem deteſtantur peccata, nobis autem in hac vita cum dolore pœnitentia *Apoc. 21. 4.*
datur. Hæc de prima parte.

24 Adjicimus Confeſſionem, ſed nomen æquivocum eſt, oportet ergo in ſua ſignificata diſtribuere. *De confeſſione.*
Confiteri, eſt aliqua agnoſcere beneficia Dei & prædicare: ſancti ſe mutuò hortantur ad hanc confeſſionem. Alia eſt confeſſio peccatorum, & ea quoque *Confeſſio laudis.*
multiplex, una civilis, qua vel coram iudicibus confitentur quæ admiſerunt: hæc eſt opus iuſtitiæ. Ioſue *Cōfeſſio peccatorum civilis.*
ad Achan dicebat, Da gloriam Deo. Eſt alia confeſſio, quæ fit in animo coram Deo, cum agnoſcimus *Ioſue 7. 19.*
nos peccaſſe: iſta valde eſt neceſſaria. Pſal. 32. Peccatum meum cognitum tibi feci: Confitebor iniuſtitiam meam adverſum me. Pſal. 51 Miſerere mei Deus *Confeſſio peccatorum coram Deo.*
ſecundum magnam miſericordiam tuam. Danielis *Pſal. 32. 5.*
nono capite, Peccavimus, inique egimus. 1. Ioannis 1. *Pſal. 51. 1.*
Si confiteamur peccata noſtra, Deus fidelis eſt ut remittat. In Eccleſia veteri, Levitici decimo ſexto, confeſſionem iſtam coram Eccleſia in feſto purificationis Deus voluit fieri à Sacerdote: manum imponebat ſuper hirco, & confitebatur peccata populi. Eſdras & Nehemias tales faciebant confeſſiones pro *Dan. 9. 5.*
populo. Nos dicimus; Remitte nobis debita noſtra: *1. Ioan. 1. 9.*
confitemur nos debitores eſſe coram Deo. Iſta con- *Levit. 16. 21.*
feſſio comprehenditur in contritione: non enim poſ- E
ſumus invocare Deum, niſi nos miſeros agnoſca- *Eſdr. 9. 6.*
mus. Eſt alia confeſſio, quæ fit coram hominibus: ut *Neh. 1. 6.*
cum quis meminit ſe læſiſſe alterum, fatetur ſe pec- *Matt. 6. 12.*
caſſe, nimirum ad illum placandum: hoc nobis commendavit Servator noſter, Matthæi 5. Eſt etiam quædam confeſſio peccati enormis, & publice quod offenderit totam Eccleſiam: ut cùm in hæreſin prolapſi, *Confeſſio peccatorum corā hominibus.*
publicè eam damnant. Confitentur aliqui ſua peccata amicis, viris doctis, ut conſilium & conſolationem habeant. F *Matt. 5. 23.*

25 Eſt ad extremum confeſſio Papiſtica, de qua *Papiſtica confeſſio.*
illi contendunt: ut neceſſarium ſit ad ſalutem, omnia
peccata recenſere ſacrifico, ſtatuunt iuris divini eſſe.
Canoniſtæ ius dicunt ab Epiſcopis conſtitutum, ali- G
qui media ratione putant ſe litem dirimere, ut peccata confiteri miniſtro ius divinum ſit: ſed formam
& tempus conſtitutione Epiſcopali adjecta eſſe. Rationes audiamus quibus moventur, ut ſtatuant con- *An hæc confeſſio ſit iuris divini?*
feſſionem auricularem ius divinum eſſe. Chriſtus leproſos miſit ad ſacerdotes, ut iudicent de lepra: er- *Matt. 8. 4.*
go qui lepra ſpirituali contaminati ſunt, ire debent
ad ſacerdotes. De Lazaro excitato legitur, quod *Ioan. 11. 44.*
faſciis ligatus fuerit, Chriſtus iubet eum ſolvere: ſic
qui excitantur à morte peccati, ſunt ſolvendi. Qui H
ad Ioannem Baptiſtam veniebant, confitebantur *Matt. 3. 6.*
peccata ſua. Act. 19. Epheſi erant multi qui credebant, illos non tantùm pœnituit, ſed annunciarunt *Act. 19. 18.*
peccata ſua: afferebant libros ſuperſtitioſos. Iacobi 5. *Iac. 5. 16.*
Confitemini alterutrum peccata veſtra. Dicunt, cla- *Marc. 5. 18.*
ves datas miniſtris, ut quicquid ſolvant ſit ſolutum:
ſed quomodo ſolvere poſſunt, ſi ſcelera ignorant?
Proverbiorum 27. præcipitur, Agnoſcendo agnoſcas *Prov. 27. 23.*
vultum pecoris tui: ſed quomodo nota erit facies pe- I
coris paſtori, niſi omnia eorum facta examinet? Poſtremo eſt in Eccleſia res non recens, diu viguit: non
ergo credendum, eſſe humanum inventum. Hæ ſunt
pro-

Digitized by Google

propemodum firmiores eorum rationes, ſed invalidæ ſunt. Nam qui ſe opponunt, aiunt & verè, Iſtius auricularis confeſſionis deprehenduntur initia, quæ omnino videntur humana eſſe. In decretis in titulo de Remiſſione peccatorum & pœnitẽtia cap. Omnis utriuſque ſexus, lex fuit Innocentij III. quæ ſtatuit, ut tam mares quàm fœminæ, ſi venerint ad annos diſcretionis, confiteantur omnia peccata ſua, idque vel ſemel in anno, & adjicit, Sacerdoti ſuo: deinde ſatisfactionem ſuſcipiant, quod ſi ſecus egerint, arceantur ab Eccleſia, denegetur eis ſepultura. Deinde oſtendunt ex Sozomeno lib. 6. ca. 16. initium fuiſſe ex conſtitutione Epiſcoporum præſertim Occidentalium, & adjiciunt per Nectarium ſublatam: hęc indicia ſunt inventionis humanæ. Addunt nullum præceptum extare in Sacris literis. Nam condonatio peccatorum non eſt iudicium miniſtrorum Eccleſiæ, ſed tantùm exequutio beneficii Dei. Facere ſuum officium poſſunt ſine agnitione ſingularium peccatorum iſtius aut illius: mandatum habent peccatum remittendi, ſed non cognoſcendi. Alioqui totum negotium ſalutis incertum redderetur, nemo de plena confeſſione certus eſſet. Chriſtus omne iudicium ſibi datum dicit, cur ergo ſingularia facta iudicare volunt, ut conſtituant certos annos & pœnas pro ſingulis peccatis: pro peccato mortali ſeptem annos? Tanti faciunt ſua decreta, ut pro illis violatis homines ab Eccleſia ejiciant, & per conſequens ab æterna ſalute. Apud Eſaiā dicit Deus, Ego ſum, & non alius præter me, qui condono peccata. Cùm ergo iſta res adeò ſit involuta, & tyrannis quædam, non eſt liberum eam uſurpari à talibus: putant enim quidam ſe non malè facere, ſi ſe ſubjiciant huiuſmodi tyrannidi.

Confeſſionem hic eſſe humanum inventum.

Nihil de hac præcipitur in Scripturis.

Ioan. 5. 22.

Eſ. 43. 11. & 25.

26 Quod attinet ad argumentum eorum de leproſis, dicimus infirmiſſimum eſſe: & mirum videtur quomodo hodie ad ſe non pertrahant externæ lepræ cognitionem, cùm veteres ſacerdotes eam iuſſu Dei exercuerint. Dicunt allegoriam eſſe peccatum animi lepram dici. At argumentum allegoricum firmum non eſt, in allegoriis quiſque ludit ut ſibi viſum fuerit. Sed agnoſcant tranſlatum ſacerdotiū in Chriſtum, is nunc eſt noſter pontifex, illi igitur confiteamur peccatum. Ea fuit actio quædam civilis illorum temporum, non aſtringit nos iſta ætate. Chriſtus miſit illos ad ſacerdotes, quia tunc temporis lex Moſaica vigebat: nolebat Chriſtus malè audire, quaſi auferret eam ſuis miraculis. Multo minus efficiunt altero loco ex hiſtoria Lazari. Chriſtus excitavit eum à mortuis, iuſſit ſolvere faſcias ſepulchrales, quos? aſtantes: ergo confitendum eſſet aliis omnibus non tantum ſacrificis. Chriſtus excitat Lazarum: illi igitur confiteamur peccata. Solvi voluit, ne fucum fieri putarent, voluit aperto vultu ipſum agnoſci. Veniebant ad Ioannem Baptiſtam confitentes peccata ſua: non mirum, quia Baptiſmus eſt extremum ſymbolum pœnitentię, immerguntur homines & emergunt in Baptiſmo: vetus homo deponitur, novus aſſumitur. Confitebantur ſe peccaſſe. at publica fuit confeſſio, non auricularis. Cùm ſermo ſit de confeſſione ante baptiſmum, quid ad auricularem confeſſionem? Papiſtæ enim non ſentiunt confitendum eſſe ante baptiſmum, impertinens igitur eſt locus. In Actis veniebant Epheſii, enunciabant facta ſua, quomodo decepti eſſent à ſatana, attulerunt libros ſuperſtitioſos ut comburerentur. Teſtatio fuit publica: quid ad confeſſionem auricularem? Iacobus dicit, Confitemini invicem peccata, & orate pro vobis mutuo ut ſervemini. Duo voluit, primùm ut homines ſuas infirmitates effunderent in ſinum alicujus viri boni, quò conſolationem acciperent, conſilium & auxilium precum. Deinde, ſi quis læſiſſet alterum, mutuum ſibi condonarent, agnoſcentes ſuam infirmitatem, non ſe iuſtificarent. Sic Chriſtus docet Matthæi quinto capite, ſi offendiſſet totam Eccleſiam, ſimiliter erat faciendum. Si Iacobus de auriculari confeſſione loqueretur, ſacrificos etiam laicis confiteri oporteret. De clavibus: Quæ ligaveritis ſuper terram, erunt ligata etiam in cœlis: poſſemus dicere, ut ipſi prius de clavibus illis conveniant, poſtea nobiſcum diſputent. De clavibus enim quiſque fingit quod vult: aliqui ponunt eſſe claves ſcientiæ, alii poteſtatis, alii iuriſdictionis. Nobis verò aliud nō ſunt,

Confutantur argumẽta adverſariorum.

Heb. 7. 8. 9. 10.

Trãſlatum ſacerdotium.

Ioan. 11. 44.

Matt. 3. 6.

Act. 19. 18.

Luc. 5. 16.
Iac. 5. 16.

Matt. 5. 23.

Matt. 18. 18.

A quàm prædicatio Evangelii, qua miniſtri promittunt reſipiſcentibus condonationem peccatorum. Quid dicent qui fatentur pleroſque ex miniſtris indoctos eſſe, qui rectè uti neſciant clavibus? quid agent qui ſe ad eos conferunt, & dubitant an bene utantur clavibus ſcientiæ? Proverbiorum vigeſimo ſeptimo: Agnoſcendo agnoſcas vultum pecoris tui, &c. Præceptum hoc eſt ſalubre, quod docet ut homines recta ratione œconomiæ curent ſua bona, ſi Deus B dedit opes, non ſinant perire: utantur ſuis rebus, abſtineant alienis. Et cùm hęc temporalia bona nobis conceſſa adeò fluxa ſint, & corona, id eſt, gloria operum non ſemper duret, opus habet aliqua cura & diligentia. Illi ad ſacrificos transferunt, ut cognoſcant faciem gregis ſui, hoc eſt omnia facta eorum examinent per clancularias confeſſiones. Quomodo hæc obſervantur? Epiſcopi nullas ferè audiunt confeſſiones, relegant ad fratres Mendicantes: illi interea volunt eſſe paſtores, & fruuntur opibus. Confeſſio- C nes non audiunt, imò conducunt viliſſimos homines pro fruſto panis, ut illas audiant: malè ergo interpretantur. Deinde iuxta ſuam interpretationem non ſervant. Proverb. 28. habetur, Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur in terra: qui autem confitetur & recedit, is miſericordiam conſequetur. Iuxta horum interpretationem, in veteri Teſtamento fuiſſet illa confeſſio: nam ſi ex illis locis probare volunt, oportuit fuiſſe. Loquitur autem de confeſſione qua confitemur coram Deo peccata, & veniam petimus: D id illis permittitur.

Prov. 27. 23.

Prov. 28. 13.

27 Dicebant fuiſſe confeſſionis perpetuum uſum in Eccleſia, inde concludebant à Chriſto dimanaſſe: hoc falſum eſt. Antiquitus ſpecies confeſſionis fuit in Eccleſia, ſed hominum facinoroſorum erat exomologeſis, nihil huc pertinebat. Potuiſſent Epiſcopi ſine illa pœnitentes recipere & admittere in Eccleſiam, tamen non faciebant propter præſcriptas cautiones, ne fallerentur. Videbatur illis indignum, ut qui tam craſsè peccaſſet, reciperetur: verebantur E ne Eccleſia malè audiret. Probat hoc prius commemorata hiſtoria Sozomeni, quam nunc melius explicabo. Dicit fuiſſe ex conſtitutione Epiſcoporum, prę-ſertim Occidentalium, & maximè Romanorum: non quidem Novatianorum Epiſcoporum, qui poſt baptiſmum lapſis pœnitentiam non dabant. Continebat illa autem ut unus conſtitueretur in Eccleſia presbyter pœnitentialis. Iſti verò dicunt conferri hoc omnibus ſacrificis, cùm augurantur ab Epiſcopis. Vnicus ille audiebat accedentes: agnoſcentes peccata, F orabat pro eis: certa tempora precum & iejuniorum imponebat. Cæterùm dum quædam matrona nobilis ſub iſtis pœnitentialibus verſaretur in Eccleſia Conſtantinopoli, conſtuprata eſt à Diacono. Illa res plebem vehementer commovit. Nectarius itaque confeſſionem illam ſuſtulit: habita gravi deliberatione, putabat ſe hoc poſſe facere: omnes Epiſcopi qui erant in illa Eccleſia conſenſerunt. Nectarius propter iſtam cauſam, non habitus eſt hæreticus, nec depoſitus ab officio. Apparet igitur, eam non ſemper G fuiſſe in Eccleſiis, nec ab omnibus receptam. Si Nectarius parvæ authoritatis videatur, qui tamen maximæ fuit, audiatur Chryſoſtomus ſucceſſor ejus, qui ejus ſententiam etiam probavit in Pſalm. 51. ſcribit homilia 2. Se non requirere, ut dicamus peccata cuipiam homini, ſed Deo in cordibus noſtris. Et de Incomprehenſibili Divina eſſentia contra Anomæos, homilia 5. jubet ut confiteantur Deo peccata ſua: in Epiſtola ad Hebr. & ferè ſemper hoc repetit. Quod ſi Nectarius confeſſionem ſuſtulit propter ſtuprum H unum admiſſum, quod publicatum fuit. quid fieri debeat hodie, quando fomentum eſt lenocinij? Sed ne videantur ſoli Græci ſapuiſſe, audiamus Latinorum ſcripta. Leo Papa, quemadmodùm recitat Magiſter ſententiarum diſtinct. 17. & habetur de Pœnitẽtia in Decretis, diſtinctione 1. cap. Quamvis, cum eſſet antiquitus confeſſio illa publica, vidit rem eſſe periculoſam: nam ait, Multa ſunt quæ non expedit ſic publicè dici, nec homines facilè dicunt propter inimicos, ne exprobrent, & ne ad tribunalia rapiantur. I Ideo iſtum improbabilem morem, publicam pœnitentiam removet: ſatis ſit ut accedant ſacerdotē, qui oret pro illis, & clā dicat. Vides igitur eum clancularia

Confeſſionis auricularis antiquitas refutatur.

Nectarius.

inſtituere confeſſionem loco illius publicæ. Ambro-
ſius citatur in diſtinctione 1. de Pœnitentia ca. Pe-
trus, & habetur lib. 10. cap. 22. ſuper Luc. Petrus in-
quit, flevit & doluit, quia erravit ut homo. Non in-
venio quid dixerit, invenio quod fleverit. Oſtendit
remiſſionem peccatorum haberi non ex confeſſione
externa. Magiſter Sententiarum in decimaſeptima
diſtinctione dicit Ambroſium dixiſſe, ſe non legiſſe,
ſed non ideo confici, Petrum non confeſſum eſſe.
At Ambroſius multum fidei & contritioni tribuere
voluit. Addit Magiſter Sentent. fortaſſe tunc non e-
rat inſtituta pœnitentia, & tamen iam dixerat Chri-
ſtus, ſe daturum claves, &c. Si locus ille conficit ne-
ceſſitatem confeſſionis, iam erant inſtituta. Idem Ma-
giſter Sent. nec non Decreta de Pœnitentia diſtinct.
1. in cap. Porrò in initio. Proſperum in lib. 2. cap. de
vita contemplativa adducunt, qui rem faciat libe-
ram. Ioannes ille gloſſator Decretorum ab initio 1.
diſtinct. de Pœnitentia, ventilat quæſtionem, an con-
feſſio ex iure divino ſit an hominum inventum: Et
dicit Eccleſiaſticam traditionem eſſe: Addit, Græcos
non admiſiſſe decretum hujuſmodi. Scotus autem
in eum invehit, & vult iuris divini eſſe. De Græcis
ait, incertum eſſe confiteantur nec ne: ſi non faciant,
degenerare ut in aliis.

Matt. 16, 17.

Peccata Deo confitenda.

28 Concluditur ergo peccata Deo ipſi dicenda,
non ut illum moneamus: novit enim corda noſtra,
ſed ut nosipſos cognoſcamus, noſtramque videamus
miſeriam, qua animadverſa, vehementius gratiam di-
vinam imploremus. Dicit Paulus, Probet ſe homo:
non dicit, probetur ab aliis: quod ſi nos iudicare-
mus, non dijudicaremur. Eſt & praxis quædam ex hi-
ſtoriis colligenda & ſpectanda. Fuit monachatus à
tempore quo cœperunt vexationes Eccleſiæ, admo-
dum in uſu: quod neceſſitas fecit in uſu, cœpit poſtea
placere, ut pios ſe crederent, ſi in ſolitudinibus vive-
rent. Reperti ſunt qui per ſeptendecim, quindecim,
viginti annos ſoli vixerunt, ut neminem viderint, ubi
confitebantur illi peccata? Prima igitur Eccleſia non
novit illam confeſſionem clanculariam. Omnes ad-
ſtringunt ſuo decreto, quid ergo facient cum homi-
ne muto? Confeſſiones ex ſcripto non recipient.
Dicent, nutibus aget: intelliget ne hoc ſacrificus?
quomodo circunſtantias exquiret? Facito peregrina
lingua aliquem loqui: dicent, aget per interpretem:
quaſi vero interpretibus etiam quis ſua patefacere
velit. Cùm volunt peccata omnia hominem confite-
ri, inepti ſunt: delicta enim quis intelligit? Ieremias,
Pravum eſt cor hominis & inſcrutabile: innumera
latitant in corde. Aiunt, oportet facere quod in ſe
eſt: at nunquam certus eſt, ſe requiſitam adhibuiſſe
diligentiam. Dicunt, aget de negligentia pœniten-
tiam, at qui ſciet? Aut conjicient homines in deſpe-
rationem aut facient hypocritas, ut ſi credent ſe præ-
ſtitiſſe, credant quod non præſtiterunt. Quin potius
doceant, ut agant coram Deo ut ille Publicanus Lu-
cæ 18. cap. Nos ſcimus rationem remittendi peccata.
Eadem eſt ratio omnium hominum, non oportet a-
lias formas confingere, agnoſcamus nos peccaſſe.
Chtiſtus dicebat, Fides tua te ſalvum facit: non re-
quirit confeſſionem. Dicunt, homines per confeſſio-
nem retineri à ſceleribus: ſed ſi magis pudeat nos co-
ram ſacrifico quàm Deo, non eſt probandum. Sum-
mus pudor, ſi nobis ſit mica fidei oritur ex cogitatio-
ne præſentiæ Dei. Sunt multi qui contemnere ſacri-
ficum poſſunt. Verus pudor eſt, ſi Deum admittimus
in cor noſtrum. Dicunt, oportet audiatur confeſſio,
quoniam eſt præceptum Dei: oſtendite, proferte ubi
eſt. Oportet inquiunt, ut ſit confeſſio, quia homines
non ſunt certi de ſua contritione. At de confeſſione
tam dubii erunt, quàm de contritione: dubitationi
enim mederi volunt per aliam. Nemo, dicunt, poteſt
iudicare de ſua cauſa: hîc non eſt iudicium, quando
per verbum Dei ſit remiſſio: miniſtri tantùm execu-
tionem habent alieni beneficii. Deus non reſpon-
det, inquiunt, an velit remittere peccata, per ſacerdo-
tes oportet reſpondeat. Reſpondet per oracula Sa-
crarum literarum. Addendum eſt aliud vitium: ha-
bent caſus reſervatos, ita ut nõ poſſit quilibet à quo-
libet de quavis re abſolvi. Papa multa vult à ſe tra-
ctari, non relaxari ab aliis. 17. diſtinct. cap. Huic ſedi.
Epiſcopi multos caſus ſibi reſervarunt. Extra de Sen-

1. Cor. 11. 28. & 31.

Veteres Monachi, non potuerunt confiteri.

Non omnes poſſunt confiteri.

Non omnia peccata nota ſunt.
Pſal. 19. 13.
Ierem. 17. 9.

Luc. 18. 13.

Mat. 10. 52.

Obiectiones quædam confutantur.

Caſus reſervati.

A tentia excommunicationis. cap. Tua. Incendiario-
rum crimen reſervatur Papæ aut Epiſcopis: ita ho-
micidii 23. q. 8. cap. Peſſimam, & in cap. Si mem-
brum. Chriſtus nihil ſibi ſervavit, iuſſit Apoſtolos
prædicatione ſua ſolvere. Sed apud illos, omnia
comparata ſunt ad quæſtum. Non tollimus utilita-
tem quæ ex confeſſione eſſe poſſet, quæ ſit homini
docto & pio: nempe ut homines conſolationem ha-
beant & inſtituantur, modò libera relinquatur. Vn-
B de ſi confeſſio ejuſmodi quæ ſit libera, nec adigat
ad enumerationem peccatorum, alicubi retineatur,
non ſchiſma propterea facimus, modò non conſti-
tuant peculiarem cultum Dei. Si quis commodum
ſibi provenire putet, non debet hujuſmodi auxilium
detrectare.

Confeſſionis utilitas non tollitur.

29 Nunc miſſa illa parte, ad Satisfactionem ve-
niamus. Multa de illa ſcribuntur & confinguntur, re-
ſecabo quantum poſſum & brevius agam. De voca-
bulo loquamur. Satisfacere, apud bonos authores,
C eſt ſeſe approbare cuipiam officiis. Cicero in prima
epiſtola familiari, Ego omni officio ac potius pieta-
te erga te cæteris ſatisfacio omnibus, mihi ipſe nun-
quam ſatisfacio. Aſconius dicebat, Satisfactio, eſt
tantum facio, quantum ſatis eſt irato ad vindictam.
Sed Scholaſtici de quibus præſertim agimus, aliter
loquuti ſunt de Satisfactione. Magiſter Sententia-
rum diſtinctione 15. ex Auguſtino, ſatisfacere ait, eſ-
ſe præcidere cauſas criminum & peccatorum, & ſug-
geſtionibus earum aditum non amplius indulgere.
D Alii dixerunt, eſſe recompenſationem illatæ injuriæ,
ad iuſtam æqualitatem, quando tantum rependimus,
quantum abſtulimus de re aliena. Et volunt ut ho-
mines quibuſdam operibus tantum rependant, quan-
tum eos pro peccato pati oportuit. Dumque volunt 1
ſatisfactionem ejus generis inſtituere, primùm aſſu-
munt condonari quidem culpam hominibus, pœ-
nam etiam quoad æternitatem, ſed tamen ſupereſſe
aliqua ferenda illis ut Deo ſatisfaciant. Imo aiunt 2
propterea inſtitutam confeſſionem, quò ſacrifici in-
E telligant, quid reponere Deo debeant, rationeſque
adducunt, Deum quidem magna miſericordia igno-
ſcere peccatis hominum, at non abſque iuſtitia. Ac 3
quanquam Chriſtus morte ſua rependerit, Chriſti
tamen ſatisfactionem locum habere Deum nolle, ni-
ſi quo ad eos qui cooperentur morti Chriſti: hoc eſt,
qui quibuſdã actionibus pro peccatis una cum Chri-
ſto ſatisfacere velint. Teſtimonia ejuſmodi produ- 4
cunt: In Deuter. Iuxta delicti modum, ſi etiam mo-
dus plagarum. Apocalypſis, Quantum ſe glorifica-
F vit, & quantum fuit in deliciis, tantum date tormen- 5
ti. Iohannes. Facite fructum pœnitentiæ. Romano- 6
rum ſexto capite: Membra veſtra ſicut exhibuiſtis 7
ſervire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita
nunc exhibete membra veſtra ſervire iuſtitiæ. Et ma-
ximè confirmari ſuam ſententiã putant verbis Chri- 8
ſti, Quicquid ligaveritis in terris, ligatum etiam erit
in cœlis, &c. Solutionem enim non modò quoad pec-
cata, ſed etiam quoad pœnas intelligunt. Hanc au-
tem diſtributionem pœnarum, mandatam volunt ſa-
G cerdotibus, ut quicquid ſtatuerint, clave non errant,
firmum habeant.

Vide in 1. Sa. 3. v. 14. & 12. v. 20.

De ſatisfactione.

Satisfacere quid ſit?

Scholaſticorũ ſententia de Satisfactione.

Argumẽta adverſariorum.

Deut. 25. 2.
Apoc. 18. 7.
Matt. 3. 8.
Rom. 6. 19.
Matt. 18. 18.

30 Pœnam adhuc ferendam manere, remiſſa cul-
pa, confirmant exemplo Davidis, qui bis peccavit, re-
miſſa ei eſt culpa, ſuperfuerunt tamen pœnæ feren-
dæ. Nec dubium Moſi fuiſſe condonatum pecca-
tum, manſit attamen pœna, ut periret antequam in-
grederetur terram Chanaan. Poſtea litigant inter ſe,
an iſtæ pœnæ ſic impoſitæ poſt confeſſionem reddi
debeant Deo ab innocentibus, vel etiam perſolvi
H poſſint à reſiduis. Scotus affirmat: Quia inquit, pœnæ
tantùm iſtæ ſunt & res temporariæ ſive à digno ſive
indigno fiant, non refert, modò fiant, ſatis eſt. Alii ne-
gant & dicunt nulla opera Deo ſatisfacere poſſe, ni-
ſi grata ſint. Opera verò eorum qui ſunt in peccatis,
non placent Deo, ergo non ſatisfaciunt. Relinquunt
rem in medio: in ſumma tamen conſentiunt, homi-
minem poſſe Deo ſatisfacere pro peccatis. Diſtin-
guunt ſatisfactionem Chriſti à noſtra: tribuunt illi
majorem perfectionem: fuit enim dicunt, Deus &
I homo, & erat unum ſuppoſitum, & ibi divinitas ope-
rabatur per humanitatem. Homines verò non tam
planè, tamen ſatisfaciunt ex gratia ſibi collata. Con-
cludunt

Remiſſa culpa manere pœnã.
2. Sam 11. & 12. 13. & 24. v. 1. & 12.

Qui perſolvãt iſtas pœnas?

Satisfactio Chriſti & noſtra quid differant.

Digitized by Google

cludunt actiones hominum abſolutorum mereri de A condigno, ut auferantur pœnæ quę ferendæ fuiſſent. Chriſtum dicunt pro culpa ſatisfeciſſe, ſatisfactiones pro pœnis reſiduis valere.

Quomodo actiones noſtræ ſatisfaciant cū ſint obligatæ Chriſto?

Si rogas, qui poteſtis ſatiſfacere, cùm iam actiones veſtræ omnes ſint obligatæ Chriſto? Reſpondent Deum potuiſſe hominem obſtringere, ut omnia facta debita eſſent: tamen noluiſſe, ſed pro ſua bonitate multa libera reliquiſſe. Nec intelligunt ii, cùm Deus mandavit, ut eum ex tota anima, ex toto corde, & ex omnibus viribus diligamus, nihil amplius nobis liberum relinqui. B

Deut. 6.5.

Progrediuntur ulterius & aiunt, etiam in illis actionibus mandatis divina Lege, poſſumus Deo ſatisfacere pro pœnis: Quia præcepit quidem illas actiones, at nos Domini ſumus actionum: cùm libera voluntate faciamus, libera actione Deo ſatisfaciamus.

Pro aliis poſſumus ſatisfacere.

Nec pro nobis tantùm dicunt, ſed pro aliis etiam ſatisfacere poſſumus, ut in rebus civilibus, unus pro alio poteſt ſolvere. Et quò videantur ſuam ſententiam Scripturis colorare, afferunt locum ad Coloſſenſes: C Gaudeo ſuper afflictionibus meis pro vobis, & ſuppleo quod deerat afflictionum Chriſti in carne mea pro corpore ipſius, quod eſt Eccleſia.

Coloſ. 1.24.

Inquiunt, Paulus homo erat & ſuis paſſionibus dicit ſe implere quod deerat. Addunt, Chriſti paſſioni non dicimus quicquam defuiſſe, ſed quia membra Chriſti ſumus, bona quæ facimus Chriſti dicuntur.

Indulgentia.

Hinc ortum Indulgentiæ habuerunt, dicunt Papam diſpenſatorem eſſe paſſionum Chriſti, & ſanguinis martyrum, ac laborum aliorum ſanctorum. Magnum verò inde quæſtum fa- D ciunt: eò enim res perducta eſt, ut communicent aliis etiam opera ſua, qui ſunt in eorum ſocietate: imò dicunt fieri poſſe, ut quis prius pro alio, quàm pro ſeipſo ſatisfaciat. At Paulus dicebat ſe ſupplere quæ deeſſent paſſioni Chriſti, quod oportebat eam prædicari gentibus, hoc Chriſtus per ſeipſum non fecit, erat miniſter Circumciſionis: hoc autem non poterat fieri ſine afflictionibus, & Paulus iſtis non triſtabatur, ſed dicit ſe gaudere. Dicunt attamen poſſe fieri E quandoque, ut non requiratur ſatisfactio pro iſtis pœnis, verùm liberè condonentur, nempe in Baptiſmo.

Pœnas quandoque condonari abſque ſatisfactione.

Quia videbant veterem Eccleſiam venientibus ad Baptiſmum, non imponere confeſſionem publicam, fabricati ſunt rationē: Quia inquiunt, in Baptiſmo, mors Chriſti operatur per ſe, citra noſtrum arbitrium, non autem in pœnitentia. Miror eos hæc audere proferre, quaſi venientes ad Baptiſmum non ultrò veniant, & fidem ſuam volentes profiteantur. Dicunt non opus ibi eſſe diſpoſitionibus, ſatis eſſe ne obex ponatur, hoc eſt, ne peccatum actu nobis placeat. F Altero caſu aiunt condonari, cùm quis prævenitur martyrio.

Opera ſatisfactionis.

Opera verò ſatisfactionis permulta faciunt, ſed revocant ad tria, iejunium, preces, eleemoſynam. Adhibent interdum humicubationes, peregrinationes. Et ne videantur abſque Scripturis agere, adducunt locum ex Daniele, Eleemoſynis redime peccata tua. Ex Luca, Date eleemoſynam & omnia munda erunt vobis. Ioelis ſecundo capite, Convertimini ad me in toto corde veſtro, in iejunio, in fletu & planctu. G Multa exempla precum adducunt, quibus uſi ſunt Prophetæ.

Dan. 4.24.
Luc. 11.41.
Ioel. 2.12.

Cōfutatio adverſariorum.

31 Audita iam eorum ſententia contra eos agendum eſt: Primùm ſtatuendum nobis eſt, poſt iuſtificationem, non auferri ab hominibus pravam concupiſcentiam, vitium naturæ & contaminationem, qua impediuntur homines ut opera plena non faciant.

Rom. 7.23.
Concupiſcētia manet in iuſtificatis.

Paulus ſentire ſe dicit aliam legem in membris ſuis. Ad Galatas ita pugnat caro adverſus ſpiritum, ut non quæ vultis ea faciatis. Dùm igitur abſoluta opera non edamus, quomodo ſatisfacient Deo? Chriſtus H dicit, Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata: at perfectè ſervanda ſunt, ſin minus, ex merito iſtorum operum vitam habere non poſſumus.

Gal. 5.17.
Matt. 19.17.

Conſiderent prætereà, ſi quid boni faciunt, non ex ſe facere, ſed ex Dei gratia, non ergo ſatisfacimus ex noſtro.

Ex Dei gratia bona facimus.

Si Deus vellet cum hominibus agere rigore ſuæ iuſtitiæ, certè ſi omnes ſanctos qui ſunt in cœlis deturbaret, nullam injuriam eis faceret: ſed non poteſt, quia obligavit ſe ſua promiſſione. David dicebat, Deum nos coronare in miſericordia & commiſerationibus, non I in ſatisfactionibus. Non iuſtificabitur dicit idem, in conſpectu tuo ullus vivens.

Pſal. 103.4.
Pſal. 143.2.

Fingamus Deum ſedere pro tribunali, accedat quiſpiam ex iuſtitiariis: Dicet ei Deus, Quid affers quod tibi non dederim? Lucæ 17. Cùm feceritis hæc omnia, dicite, Servi inutiles ſumus, quæ debuimus, fecimus: eramus obſtricti legibus.

Luc. 17.10.

Etiam Ariſtoteles id vidit: dicit enim, Parentibus & diis æqua compenſare non poſſumus. Paulus ad Roman. dicit, Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis: iſti tamen iactant interim meritum de condigno.

Rom. 8.18.

Sed cùm dicimus ſatisfacere, inquiunt, Satis, non perfectam ſatisfactionem innuit, ſed aliquam portionem quam poſſumus. Sed quid dicunt? nihil: iam quod damus, non eſt noſtrum: nihil poſſumus, niſi per gratiam facere. Deinde cadit eorum definitio, recompenſationem eſſe ſecundum æqualitatem: eſt relatio in hac, non tantùm vires noſtræ ſpectandæ ſunt, ſed res quæ compenſatur. Deinde, ſi volunt ſatisfactiones eſſe pro pœnis, librare ſatisfactiones oportet, ut habeant ad pœnas proportionem. Quis autem conſiliarius fuit Deo, ut ſciat quantum punire unumquodque peccatum velit? Quid requiſivit Chriſtus à latrone? Quid mulierculæ peccatrici pœnarum impoſuit? Adulteræ dicebat, Vade, noli amplius peccare. Si Chriſtus ita ſe geſſit, quid illi confingunt novos modos?

Luc. 23.43.
Luc. 7.48.
Ioan. 8.11.

Quales Eccleſia vetus ſatiſfactiones habuerit?

32 Sed Eccleſia inquiunt, antiquitus, ſatisfactiones habuit: Patres de illis agunt. Non inficior: quales fuerunt? Significationes veræ pœnitentiæ, nolebant antiquitus enormes peccatores ſtatim recipere, volebant ut Eccleſia bene audiret. Sed hodie iſtud genus ſatisfactionum eſt abolitum, nec ipſi Papiſtæ retinent: Imo in ſuis ſatisfactionibus, ordinem vetuſtum inverterunt. Olim priuſquam abſolverentur, ſatisfactiones iſtæ requirebantur. At iſti prius abſolvunt & recipiunt peccatorem, poſtea volunt ut faciat neſcio quæ. Talis fuit ordo antiquitus in Eccleſia: qui pœnitentes erant, manebant ſeorſim, audiebant conciones, intererant precibus, ſed in gradu pœnitentium: cum veniretur ad ſacramentorum adminiſtrationem, abibant, ſed hæc obſoleta ſunt.

Inf. C. 9. ſ. 16.

Paulus 2. Corint. ſeptimo capite dicit, Ecce iſtud ipſum, quod ſecundum Deum contriſtati fuiſtis, quantam in vobis genuit ſolicitudinem, imò ſatisfactionem, & Græce eſt ἀπολογία excuſatio: quod Corinthii correpti à Paulo ſatisfecerint ei, id eſt, excuſarint & approbarint ſe ei iſtis actionibus: nam ejecerunt inceſtum.

2. Cor. 7.11.

Quomodo opera pœnitentium Deo ſatiſfaciant?

Inſtant & aiunt, opera pœnitentium, dici à Patribus ſatisfacere etiam Deo, non tantùm Eccleſiæ quam offenderunt famoſi. Videndum eſt quomodo hoc intellexerint: Certè patres non putarunt iſtis actionibus pœnitentium, homines accipere condonationem peccatorum, ſciebant hoc uni Chriſto deberi: ſed intellexerunt homines dum ſic ex fide operantur, ſeſe approbare prout poſſunt Deo: Cùm veniam petunt peccatorum præteritorum, quodammodo ſe purgare & ſatisfacere. Cùm quis læſit quempiam, ſatisfacere ſolet ei, dolendo, interponendo preces, & offerendo ſua obſequia: læſus dicit, iam mihi ſatisfactum eſt, quamvis injuriæ illatæ recompenſatio facta non ſit. Nos verò ſi agendum ſit de vera ſatisfactione, illam tantum Chriſto tribuimus: ille eſt propitiatio pro peccatis noſtris, nec noſtris tantum, ſed totius mundi.

Quomodo Chriſtus Patri ſatisfecerit?

Quomodo autem ille ſatisfecerit Patri, in pauca contraham. Putarunt aliqui mortē Chriſti & obedientiam illam, quæ eſt humanæ naturæ finitæ eſſe dignitatis, nec ſatisfeciſſe Patri, niſi quatenus acceptam habuit: non volunt concedere, ſi res conſideretur per ſe, fuiſſe rem æquivalentem, addunt etiam Deum potuiſſe aliis modis agere, ſed eū hunc acceptaſſe. Altera via eſt, quæ mihi videtur longè melior, obedientiam Chriſti & mortem ejus conſiderandam eſſe non penes naturam humanam tantùm, quia actiones ſunt, ut loquuntur, ſuppoſitorum, perſonarum, individuorum, Chriſti perſona, etſi duas naturas habet, una tamen eſt: ideo actiones illæ, ſunt filii Dei, non conſideranda ſeorſum natura humana, naturam divinam operatam dicamus per humanam. Si actiones illæ verè merebantur remiſſionem peccatorum, & erant condignæ ac æquivalentes. Sed erant debitæ, inquiunt, creatura enim erat Chriſtus, & debebat omnia opera ſua. Ac ipſe erat Deus & Patri conſubſtantialis: habuit plenitudinem gra-

Digitized by Google

tiæ, ſed non emendicatam. Satisfecit ergo, & non tantùm culpam, ſed pœnas etiam ſuſtulit. Si pii affliguntur, fit alia de cauſa, quemadmodum audiemus. Non ergo alias ſatisfactiones quærere debemus: hæc datur gratis. Iſaias, Sine argento, inquit, redimemini.

Eſa.52.3.

Cur Deus operibus noſtris multa promiſerit?

Eſa.58.7.

53 Dicunt, Deus tamen operibus noſtris multa promiſit. Eſaias, Frange eſurienti panem, & dabit Deus tibi requiem, &c. Deus agit cum homine more humano, cum volumus aliquem invitare ad bene agendum præmia proponimus. Affertur exemplum, Pater vult filio gratis dare veſtem, tamen ut eum ad diſcendum invitet: Dabo tibi veſtem inquit, ſi hæc vel illa, memoriter recitare poſſis. Sic Deus agit, cum gratis largitur, & opera non ſint cauſæ præmiorum, aut dignitate cum eis conferri poſſint: non tamen negamus homines bene vivendo, mitigare cruces hujus mundi, quia Deo placet illa obedientia. Paulus dicebat, Si nos iudicaremus, non utique iudicaremur. Iudicare ſeipſum, non eſt aliud quam dolere de peccatis admiſſis, ſanctè vivere, mutare vitam. Adhibentur lachrymæ, gemitus, quia ſunt effecta veri doloris. Vt oſtendant iſtis operibus multum deberi, afferunt loca Scripturæ: Date eleemoſynam, & omnia munda erunt vobis. Multi hac ſententia, ut Auguſtinus de civitate Dei & in Enchiridio ad Laurentium dicit, abuſi ſunt, ut putaverint ſi iacerent in ſordibus peccatorum, ſervandos tamen, modo eleemoſynas dediſſent. Chriſtus arguebat Scribas & Phariſæos, quod immundi eſſent & exterius ſplendorem bonorum operum retinerent: & dicit eos non rectè agere, nam catinus & calix in menſa, prius intus, deinde foris munda eſſe deberent. Hortatur eos ad interiorem munditiem: cum homines repurgati ſunt intus, exterius officia charitatis exequuntur, quæ ſub nomine eleemoſynæ Chriſtus comprehendit, & tunc omnia ſunt munda. In Daniele dicitur, Redime peccata tua eleemoſynis. Eſaias cùm dixiſſet, Lavamini, mundi eſtote: adjicit, Tunc contendite mecum in iudicio. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, albeſcent ut nix. Reſpondemus, bona opera non exigi à Deo nudè, ut ſunt externa facta, ſed cum fide vera: tunc ſi cum fide præſtita fuerint, non eſt mirum ſi promiſſio quædam fiat illis, quæ tantùm fide apprehenditur. Quia in illis actionibus, ut ait Auguſtinus, radicem ſpectare debemus. Vel peccata, pœnas pro peccatis interpretari poſſumus, quas Deus in hac vita irrogat, illæ mitigantur. Revera iſta bona opera piorum, habent rationem precum. Qui exorare aliquid volunt, mutant veſtem, interponunt lachrymas, & cùm hæc fiant in fide, à Deo audiuntur: non quòd tanta operum ſit dignitas, ut hæc vel illa mereantur. Cyprianus libro primo, epiſtola tertia, ait de lapſis qui inter pœnitentes continebantur, volebant pacem ſibi ſtatim dari. Hoc faciunt, ne Chriſtus exoretur precibus & ſatisfactionibus. Teſtatur ergo ſatisfactiones ad preces pertinere, non pœnarum recompenſationes eſſe. Idem Cyprianus contra Demetrianum, Cùm hinc inquit diſceſſum fuerit, nullus erit pœnitentiæ locus, aut ſatisfactioni. Cur hoc loco non attendunt Papiſtæ ſuum everti Purgatorium? & ſatisfactiones. Scholaſticæ purgatorium & indulgentias peſſima monſtra pepererunt. Affirmant ſatisfactiones à verbo Dei pendere, præceptas eſſe, ſunt igitur debitæ, quomodo poſtea conſtare volunt operibus ſupererogationis liberis? Secum igitur pugnant. Item cùm ſtatuunt eum qui confeſſus eſt peccata ſua, & teſtatur ſibi diſplicere, nolle tamen ſuſcipere ſatisfactionem, abſolvendum eſſe, & remittendum ad Purgatorii pœnas: hoc adverſatur Patribus, non enim eum abſolviſſent. Abſolvunt præterea impœnitentem, nam quia ſatisfactiones ſuſcipere non vult, non agit pœnitentiam: ſatisfactionem enim tertiam ejus partem conſtituunt. Breviter, vehementer ſecum pugnant.

1.Cor.11.31.

Luc 11.14.

Ibid.v.39.

Dan.4.24.

Eſa.1.16.

Opera pœnitentię habent rationem precum.

Adverſarii ſibiipſis & patribus adverſantur.

An remiſſa culpa pœna retineatur?

54 Sed fundamentum eorum eſt remitti culpam, pœnam retineri. Reſpondemus, quòd caſtigentur homines in hac vita, non negandum: pii etiam afflictionibus involvuntur: ſed Deus condonavit culpam, condonavit & pœnam. Si paternè vult nos corripere, non eſt pœna: nam pœna ab irato infligitur. Vult his oſtendere quantum ei peccata diſpliceant: A vult illos inſtigare ut doleant, alios vult deterrere, & exercere ſuos. Sunt etiam teſtimonia immortalitatis animarum. Nec ſemper Deus poſt iuſtificationem homines affligit, ſed quandoque. Deinde ſitum eſt in manu ejus iſta temperare, lenire, aggravare, non eſt hoc in manibus ſacerdotum. Proinde ſi per ſatisfactiones intelligerent ſanctam vitam, preces, eò quod eſſent approbationes & fructus pœnitentiæ, nullum verbum commutaremus: ſed quia pœnarum B æquales compenſationes dicunt, concedere non poſſumus. De Chriſto habemus apud Eſaiam, quod Deus omnia peccata noſtra in ipſum poſuerit, quòd languores noſtros tulerit. Oſeas, Ero mors tua, ô mors! Suſtulit mortem igitur, & ſatellites ejus. Satisfactionis ergo proprietas cùm Chriſto tribui debeat, non transferenda eſt in creaturas & opera hominum. Durant quidem mortificationes corporis, ſed ſatisfactiones non ſunt. Nec ferri debet ut diſpenſentur à Sacrificis, non enim habent ius. Dicunt ſe C clavem non errantem habere, quando non errabit iſta clavis? Si Deus hoc eis præcepit, ut imponerent pœnas, conſtanter retineri debebant. At invenerunt indulgentias, quæ condonant multa de iſtis pœnis, & pœnitentiæ injunctæ imminuuntur. Si fuiſſet purgatorium, eorum erat monere ne peccarent, ne incīderent in illas pœnas: ſi peccaſſent, ut forti animo propter Chriſtum illa tormenta vellent ferre, quæ Deus voluiſſet. Sed hoc pacto duas Redemptiones habemus, Chriſtus à culpa redemit, homines à D pœnis redimunt. Iejunia non imponunt ut caro frænetur, preces non ut aliquid impetretur à Deo, eleemoſynas non ut iuventur proximi, ſed tantùm ut recompenſatio fiat pœnarum. Dicunt, habent teſtimonia quod ſint bonæ actiones, ſed non cum iſtis formulis, & numeris, ac peregrinationibus nec ad id ut recompenſent pœnas.] Eſt admirandus ille locus in Decr. de Pœnitentia & Remiſſione peccatorum, cap. Cum ex eo, ex concilio Lateranenſe, ſub Innocentio III. Nam ponunt indulgentias, & volunt va- E lere pro remiſſione peccatorum, deinde ad imminuendas injunctas ſatisfactiones. Hoc negare cœperunt Papiſtæ, qui ſcripſerunt contra D. Lutherum, Dicunt, neminem dixiſſe, Indulgentias pro peccatis ſatisfacere, ſed pro pœnis tantùm: Ibi aſtringendi ſunt, Dicitis neminem dixiſſe, & Innocentius hoc dicit in ipſa formula. Tandem ſuis ſatisfactionibus aliud non agunt, quàm quod Evangelium & dignitatem Chriſti obſcurant: quin & Legem deformant. Ponunt aliqua opera libera, indebita, ſupererogatio- F nis, quaſi Lex non omnes motus hominum aſtringat. Nos autem in iſta mala non incidimus: Etſi ponimus leniri cruces, non ponimus fieri ex operibus indebitis, ſed inchoata obedientia quæ placet Deo. Quæ dicunt, ſunt laquei conſcientiarum, traditiones hominum, non cultus, ἐθελοθρησκεία. Nos minimè negamus ſanctos iam iuſtificatos, carnem coercere, ſed id non fit impoſitione hominum, quiſquam facit prout ſentit opus eſſe. Paulus, Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo. Clamant nos ocio aperire G feneſtram, ipſi potius id faciunt, nam vera fides & pœnitentia nunquam ſunt ocioſæ. Satisfactionem ſi accipiamus pro ſancta vita, dicimus alteram eſſe partem pœnitentiæ.

Chriſto propriè tribuitur ſatisfactio.

Eſa 53.6.

Oſe.13.14.

Sacrifici non habent diſpẽſandi poteſtatem.

Dicunt ſatisfactionẽ valere pro remiſſione peccatorum.

Legẽ & Evangelium obſcurant hæ ſatisfactiones.

35 Reſtat ut argumentis adverſariorum reſpondeamus. Quod dicunt, Deum ita condonare culpam: ut tamen velit aliquas infligere pœnas, falſum eſt: Deus per Chriſtum condonat culpam & pœnam aufert. Id teſtatur Scriptura, Quacunque hora ingemuerit peccator peccatorum ejus amplius non re- H cordabor: ſed ſi quis vult punire, recordatur eorum. Ezech. Si pœnituerit eos, pœnitebit etiam me mali quod conſtitueram eis inferre: loquitur de malo pœnæ. Oſeas, Ero mors tua, ô mors. Si quandoq; poſtea converſi vexantur, propriè non ſunt pœnæ. Dicebant confeſſionem ad id inventam, ut ſacerdotes librare pœnas poſſent. Falſum eſt: facta ſunt hæc ut ſatisfieret Eccleſiæ, teſtarentur ſe verè pœnitere. Auricularis confeſſio data eſt, ut conſolationem acciperent, inſtitutionem, auxilium precum & ſimilia. Mortem I Chriſti dicunt, quo ad dignitatem ſatisfeciſſe pro omnibus, ſed tamen Deum voluiſſe mortem efficaciam non habere, niſi quo ad eos qui ſuis pœnitentiis

Reſponſio ad argumẽta adverſariorum.

Ez.18.& 33.

Oſ.13.14.

2

3

tiis morti Chriſti cooperantur. Et quia membra ejus
ſumus, bona noſtra opera, ejus eſſe dicuntur. Sed ſi e-
jus ſunt, noſtra non ſunt: oportet qui verè ſatisfa-
1.Tim 2.6. ciunt, de ſuo ſatisfaciant. 1. ad Timoth. 2. de Chriſto
dicitur, Qui dedit ſeipſum Redemptionem pro om-
Eph.1.7. nibus, non dicit pro collaborantibus. Ad Epheſios 1.
Colof.1.4. Coloſſenſes 1. in quo ſcilicet Chriſto habemus Re-
1.Cor.1.30. demptionem 1. ad Corinth. 1. de Chriſto agitur qui
factus eſt pro nobis ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio
4 & redemptio. Aſſerebant locum ex Deuteronomio,
Deut.25.2. Iuxta delicti modum, ſit etiam modus plagarum.
Civilis ea eſt ratio: iubebat ut cùm quis cædendus
eſſet, quadraginta ictus pateretur: infra potuerunt in-
ferre pro delicti modo. Sed ſi volunt præcepta civi-
lia retinere in confeſſione, cur non etiam ſtatuunt ut
cùm quis furatus fuerit bovem, quinque reddat: ſi o-
5 vem unam, quatuor? Miror ex Apocalypſi protuliſſe
Apoc.18.7. locum, Quantum ſe glorificavit, quantum fuit in
deliciis, tantum date tormenti. Hæc in eorum caput
recidunt: ibi agitur de meretrice cum qua fornicati
ſunt principes: quantum in delitiis fuit, tantum tor-
mentorum accipiet, non arbitrio ſacrificorum, ſed
6 iudicio Dei. Facite fructus pœnitentiæ: amplecti-
Mat.3.8. mur hanc ſententiam, dicimus præceptum eſſe Do-
mini, nos ponimus fructus pœnitentiæ. Minus va-
7 let illud. Sicut exhibuiſtis membra veſtra arma im-
Rom.6.19. munditiæ & iniquitati, &c. Iſta ſunt officia vitæ no-
8 ſtræ: hæc facere debemus abſoluti per Chriſtum: ſi
præcepta ſunt, non ſunt opera ſupererogationis. Di-
cunt, commiſſam ſacerdotibus diſpenſationem: Sed
Matt.18.18. Scripturas oſtendere non poſſunt, Proferunt, Quic-
quid ligaveritis in terris, &c. Semper habent ſuam
clavem errantem, quia claves ſunt adulterinæ, fabre-
factæ traditionibus: quid ipſi ſciunt, quota pars ſit re-
tinenda?

De pœnitētia Achabi. 36 Qui volunt pœnitentiam valere, etſi ſatisfa-
1.Reg 12.27. ctio non accedat, objiciunt pœnitentiam Achabi,
qui adhuc in peccato erat: odium contra Prophetas
nondum depoſuerat, vineam Nabothi adhuc reti-
nebat, tamen aiunt illam pœnitentiam Deo placuiſ-
ſe. Auguſtinus in Sermone de Tempore dicit tem-
porariam tantum fuiſſe, & idcirco quoquo modo
placuiſſe: interpretatur hæc verba, Humiliatus eſt
coram me, id eſt, mei cauſa. Alii putant non fuiſſe
temporariam, ſed hypocriticam, quam extorſerit tan-
tum metus. minatus ei erat Helias, quem ſciebat non
vanum eſſe. Qualicunque ergo fide, non iuſtifican-
te, ſed collecta ex experientia horruit. Deus aliquid
dedit illi pœnitentiæ, ut diſciplinæ externæ: quem-
admodum hypocritis dat ut ad tempus magni fiant.
Deus poſuit illorum ordinem rerum, ut hæc vel illa
ſequantur: non tamen placent Deo. Quid conceſſit
Dominus Achabo? patum: diſtulit aliquantulum ſup-
plicium, ſed tandem occiſus eſt, & canes linxerunt
ſanguinem ejus. Nec verum eſt quod dicebant,
Deum poſſe omnia facta noſtra ſibi obſtringere, ſed
noluiſſe: Imò omnia noſtra ſibi obſtrinxit, dicens,
9 Diliges me ex toto corde, & ex tota anima, & ex om-
Omnia noſtra facta eſſe Deo obſtricta. nibus viribus tuis. Dicebant etiam, Debitis operi-
bus poſſumus ſatisfacere, ſumus enim Domini no-
Deut 6.5. ſtrarum actionum. Magna eſt arrogantia, quod actio-
10 num præſertim bonarum ſe dominos faciunt: Non
Rom.9.16. eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei. Fa-
cito dominos eſſe noſtrarum actionum, nónne Lex
11 exigit, ut ſponte iſta fiant? Non pro ſe ipſo tantùm
ajebant, ſed pro aliis etiam poteſt quis ſatisfacere: At
ſi non poſſunt pro ſeipſis, minus pro aliis. Addo ne-
minem eſſe in mundo quod ad forum Dei, qui ha-
beat hoc ius ut pœnas remittat: poteſt quidem pre-
cibus alium iuvare.

Quid mali ſequatur ex adverſariorum doctrina de pœnitentia. 37 Si partes pœnitentiæ iſtorum expendamus,
videbimus omnia incerta eſſe. Volunt homines per-
petuò dubitare an ſint contriti. Incerta eſt confeſſio,
nunquam quis ſcire poteſt ſe omnia confeſſum. In-
certæ ſunt ſatisfactiones, quia oportet in gratia fieri:
at de gratia dubitant. Indulgentiæ incertæ ſunt, nam
contritis & confeſſis eas concedunt: illa autem dubia
ſunt. Si quis videre velit quàm incertæ ſint, legat
textum & gloſſam. Extat de Pœnitentia & Remiſ-
ſione peccatorum. cap. Quod autem. Quinque aut
ſex opiniones recenſet, quæ conantur explicare,
quomodo valeant indulgentiæ aut non: & una earum

A eſt minus probabilis quàm altera, & ſemper poſterior
eſt deterior. Iſtæ cum ſint tam incertæ, nullum ſunt
donum: donum enim dubium, nullum donum eſt.
Suis indulgentiis corrumpunt bona opera: nam elee-
moſynis auferunt ſuum finem, gloriam Dei: Dicunt
dari, ut tollantur pœnæ. Indulgentias dicunt pias
fraudes eſſe, quibus alliciantur homines ad bene a-
gendum. Mirum eſt eos clamare in nos, quòd aperia-
mus feneſtras peccatis, cùm ipſi portas ad nequitiam
B pateſaciant. Cùm homines ſciunt ſe indulgentias
habere poſſe, liberius peccant: Licentiâ, omnes dete-
riores efficimur. Quid verò ſunt indulgentiæ, niſi li-
centiæ ad peccandum? Deinde intolerabilem πολυτε-
λείαν habent: qui non eſt dives, excidit ab indul-
gentiis. Remittunt indulgentiis injunctas pœniten-
tias, at relaxari non debent, ſed inculcari eleemoſy-
næ, iejunia, preces, &c. Cùm fuerint iſta opera pœni-
tentium in Eccleſia, pertinebant ad quandam exter-
nam politiam, illi confuderunt cum ſpiritualibus.
C Non erant illa de ſubſtantia Evangelij, nec neceſſa-
rium eſt ut hodie revocentur. Reſponſum eſt argu-
mentis eorum.

38 Reſtat ut veram pœnitentiam ex fide ample- Adhortatio ad verā pœnitentiam.
ctamur & citò: res non eſt procraſtinanda, alioqui illa
ficus, quæ terrā fruſtra occupat, excindetur. An igno- Luc.13.6.
tas, inquit Paulus, quod benignitas Dei ad pœniten- Rom.2.4.
tiam te invitat? Ioannes dicebat ſecurim iam ad ra- Matt.3.10.
dicem eſſe poſitam: nemo ſcit quando hinc ſit mi- Quomodo ad eā perveniāmus?
grandum. Chriſtus dicebat, Niſi pœnitentiam egeri-
D tis, omnes ſimul peribitis. Si volumus eam amplecti,
non quæramus eam in nobis, poſtulemus eā à Deo:
tunc dat Chriſtus eam, quando ſuam prædicationem Luc.13.3.
efficacem reddit in animis noſtris. Pœnitentiam do-
num Dei eſſe teſtatur Apoſtolus ad Timot. cùm mo- 2.Tim.2.25.
net Epiſcopum, ut ſedulò doceat ſanam doctrinam, ſi
forte Deus det illis pœnitentiam. Ambroſius in egre-
gio ſuo opere ſuper Lucam, libro decimo, capite vi-
geſimo ſecundo, Homines tunc agunt pœnitentiam,
inquit, quando Chriſtus eos reſpexerit. Et ut id per-
E ſuadeat, ſubjicit. Primùm negavit Petrus, & non fle-
vit, Dominus enim eum non reſpexerat: ſecundò ne-
gavit, & non flevit, quia Dominus eum non reſpexe-
rat: tertiò negavit, & flevit, quia Dominus reſpexit
eum. Et ut rem adhuc magis explicaret, ſubjecit: Cum
Petrus negavit, ad focum inter famulos & ancillas e-
rat inferius, Dominus autem intus & ſuperius, ergo
non exteriore oculo reſpexit eum, ſed oculo clemen-
tiæ. Deinde miſericordia Dei latenter Petro ſubve-
niebat: cor tetigit, in memoriam revocavit, & gratia
F ſua Petrum viſitavit. Idem pater lib. 6. ſcribit, Quos
Deus dignatus fuerit, eos vocat: quos voluerit, facit
religioſos: cùm iſta ſciamus, pro pœnitentia Deus ro-
gandus eſt. Adeò placuerunt ea verba Auguſtino, ut
adduxerit in libro de Gratia contra Pelagium & Cœ-
leſtium, cap. 45. & 46. Petamus autem veram. Sunt Act.8.22.
multi qui dicunt ſe pœnitere, ſed retinent ablata.
Petamus conſtantem, ex fide. At dicis, Condonatio
incerta eſt: cur aliàs dixiſſet Petrus Simoni Mago,
Reſipiſce, & ora ſi forte Deus remittat tibi iniquita-
G tem tuam? Non hoc ideo dicit, ut velit nos de con-
donatione peccatorum incertos eſſe: ſed quia de ſe Remiſſio peccatorum certa.
quiſque certus eſſe poteſt, non de altero. Ideo ſic lo-
quitur, quia incertus erat, an Simon crederet. Deinde
magis incendere voluit ad pœnitentiam ut intellige-
ret grave eſſe peccatum, nec vulgari oratione opus
eſſe. Cùm invocaverimus Deum pro pœnitentia im- Capita doctrinæ de pœnitentia.
petranda, ſupereſt ut verbis ejus noſipſos extimule-
mus, prædicanda eſt aliis & nobiſipſis. Et quibus ver-
bis Dei maximè eliciatur, paucis poteſt comprehen-
H di. Si diligenter mors Chriſti prædicetur: tum enim 1
homines vident quot & quanta Deus voluerit pati
Filium ſuum pro tollendis peccatis. Paulus Rom. 5. &
6. Multum etiam prodeſt, ſi vita Chriſti explicetur, 2
ejus pietas oſtēdatur, ut per antitheſin intelligamus,
quantum diſtemus à Chriſto. Deinde ſi inculcentur Rom. 5. 6. &
promiſſiones & amplificentur quàm honorificæ ſint, 6.10.
& quod peccatū nos ab eis excludat: Denique, ſi Lex 3
ipſa urgeatur, & rectè explicetur, ut videamus quid 4
requirat, & quanti ſimus debitores. Poſſunt etiā addi 5
I exempla pœnitētium ex ſcripturis, eorum qui etiam Matt.11.28.
dignitate humana excellētes fuerunt: qualis fuit Da- Luc.15 7.
vid, Ezechias, Manaſſe, Nebucadnezar, & Petrus. Iſta 6

Digitized by Google

exempla oſtendunt, illam viam ſequendam, quam A
Chriſtus docuit. Effecta ſunt expendenda, ut eſt refe-
ctio: Chriſtus dicit, Ego reficiam vos. Iſta reſipiſcen-
tia mira gaudia operatur: primum in nobis, deinde in
Eccleſia, item inter cœlites. Chriſtus dicit, Maius eſſe
gaudium in cœlis de uno peccatore agente pœnitē-
tiam, quàm de nonaginta novem iuſtis. Hunc locum
tractat Auguſtinus, in ſuis confeſſionibus. Nam Vi-
ctorinus illo tempore Romæ converſus erat ad fi-
nem, cujus confeſſionem edidit: excitatum fuit ma- B
Luc.15. verſ.4. & 11. gnum gaudium in Eccleſia. Ad extremum miſeri-
cordia Dei proponenda eſt, quomodo paratus ſit ex-
cipere pœnitentes. Huc pertinet, filii prodigi narra-
tio: deinde quod Chriſtus dicebat de paſtore, qui u-
nam ovem relicto grege quæſitum ivit: item de mu-
liere quæ drachmam invenit, Luc.15. Hæc de pœni-
tentia dixiſſe ſufficiat.

CAPUT IX.

De operibus Supererogationis, Purgatorio, & aliis Papiſticis corruptelis.

In 1.Cor.9. SEd quoniam de operibus Supererogationis, ex
nonnullis Scripturæ locis nituntur ſuperſtitioſi
multa Eccleſiæ obtrudere, primùm videbimus quæ
ſit eorum ſententia, quibúſve rationibus eam confir-
ment. Deinde adverſus errorem illorum non levia
proferemus argumenta. Adhæc decernemus, quid
ſtatuendum ſit ex Dei verbo. Poſtremò diluentur ra- D
Opinio de modo obligationis mandatorum Dei. tiones, quæ videntur definitioni allatæ obſtare. Do-
cetur in ſcholis, quoad primum, Deum uſque adeò
bonum eſſe, ut cùm ad multa & quodammodo infi-
nita nos potuerit adigere, noluit attamen tantum nos
adſtringere quantum poterat. Sed in obſervatione
Legis quoſdam terminos atq; cancellos circumſcri-
pſit, intra quos, quicunque ſe continuerint, ſalutem
ſint habituri. Quod ſi nonnulli reperiantur, qui præ-
ſcriptos gradus in præceptis tranſire velint: id maxi-
mè licere, neque ſine magna laude & præmio eſſe fa- E
Vnde ſtatuant opera ſupererogationis? ciendum. Quare opera ejuſmodi appellant indebita,
ad quæ non ex Lege teneamur. Et cùm actiones ejus
generis honeſtiſſimæ ſint, ut aiunt, atque ſanctiſſimę,
opera ſupererogationis eas appellarunt, quaſi eroge-
mus illis & demus plus quàm teneamur.

Prima ratio adverſariorum. 2 Ad iſta confirmanda, primum argumentum
adducunt ex Epiſtola ad Corinthios. Paulo accipere
licuit ſumptus dum prædicaret, idque per omnes le-
ges & non accepit. Quare plus dedit quàm fuerit ne- F
ceſſarium ex Dei mandato. Vnde ſeveriter arguebat
1.Cor.8.9. Corinthios dicendo: Ab his ego abſtinui, quæ mihi
licebant: & vos non temperabitis ab his quæ ſunt illi-
cita? Præterea iuvenem adducunt, qui volebat adipi-
2 ſci vitam æternam: Cui Dominus inquit, Serva man-
Matt.19.16. data. Ecce (inquiunt) deſcribit illi generalem manda-
torum obſervationem, uti ſaluti ſuæ neceſſariam. Iu-
venis ulterius nititur progredi, & ſe illa iam ſervaſſe
ab adoleſcentia teſtatur. Chriſtus hoc audito, eum
reſpexit ac dilexit, & inquit: Si vis perfectus eſſe, va-
de, vende omnia quæ poſſides, & da pauperibus, & ſe- G
quere me. Hoc eſt (inquiunt) ſupererogationis. Nam
prius habuit quantum ad ſalutem requirebatur. Hoc
illi Chriſtus propoſuit ut perfectius, quod an facere
vellet nec ne, in ejus arbitrio poſitum erat. Argumē-
3 1.Cor. 7.28. & 38. tum etiam deducunt ex capite ſeptimo Epiſtolæ ad
Corinthios de cœlibatu vel virginitate, quæ nobis
Ibid.v.25. ita propoſita ſunt libera, ut qui ea non aſſumpſerit,
ſalutem habere poſſit: ſed qui arripuerit, & magis lau-
detur, & aliquid melius feciſſe probatur. Vnde Apo-
ſtolus ait. Qui filiam matrimonio collocat, bene fa- H
cit: ſed qui nō collocat, melius facit. Et teſtatur aper-
tè, ſe de hac re non habere præceptum, ſed tantùm
Definiunt adverſarij conſilia. dare conſilium. Vnde multa ſtatuunt Conſilia Evan-
gelica, quæ Thomas & alii Scholaſtici ſic definiunt,
quòd ſint perſuaſiones majoris boni additæ præce-
ptis, ut expeditius ac melius finis attingatur: quę non
ſimpliciter nos obligant, ut illis aſſentiamur, ſed tan-
tùm ut non contemnamus, & quo ad animi præpara-
tionem & certo tempore illas admittamus, & exequa-
4 mur. Rationem quoque ſumunt ab eleemoſynis: ut ſi I
quis teneatur dare decimam, & det quintam: is profe-
cto (aiunt) plus facit quàm teneatur. Vnde Chriſtus

21. capite Lucæ commendat pauperculam viduam, Luc.21.7.
quod cum uno minuto denario totam ſuam ſubſtan-
tiam profudiſſet, plus reliquis obtulerit, cum alii da-
rent ex eo quod redundabat: unde illam concludunt,
ſupererogaſſe. Quin ſi auferas iſtis hominibus opera 5
ſupererogationis, non habebunt ſatisfactionem pro
peccatis, in quibus tertia pars pœnitentiæ ſita eſt.
Quoniam ad hujuſmodi ſatisfactiones, requirunt o-
pera, quæ non ſint alioquin debita. Nam ſi teneren-
B tur alio nomine pœnitentes ea facere, non ſatisface-
rent pro peccatis. Poſtremò, audivi nonnullos addu-
centes illud ad Rom. Propter te mortificeamur tota
die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. Sed in his Rom.8.31.
omnibus ὑπερνικῶμεν. Satis (inquiunt) fuiſſet vincere, 6
ſed quando ſupervincunt, plus faciunt quàm opor-
teat.

3 Cæterùm è diverſò multa ſunt, quæ hanc ſen- Contra opera ſupererogationis.
tentiam evertunt. Requirit quippe Dominus, ut ſe
diligamus toto corde, tota anima, & omnibus viribus. Deut.6.5.
C Vnde nihil ſupereſt non debitum quod erogemus. Prima ratio.
Quicquid enim agimus, corde, anima, mente ac viri-
bus facimus: quare omnia noſtra Deo ſunt obſtricta.
Et Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana inquit, Cùm
ait toto corde, tota mente, tota anima, & omnibus vi-
ribus: nullam partem tibi relinquit vacantem. Quare
omnes cogitationes, & vires & opera, eò debes refer-
re, unde tibi fuerunt collata. Et quicquid tibi occurrit
diligendum, neceſſe eſt ut eò rapiatur, quò currit cur-
ſus dilectionis. Sed apertius in libro de Spiritu & li-
D tera, ad finem habet: Cùm non plenè, dum hic vivi-
mus, Deum cognoſcamus, plenè illum non poſſumus 1.Cor.13.12.
diligere. Nullus enim plus diligit, quàm cognoſcat.
Hic agnoſcimus per ſpeculum & in ænigmate: nunc Dum hîc vivimus, non obſervamus dilectionis præceptum.
ex parte cognoſcimus, unde ex parte diligimus. In pa-
tria implebimus illud mandatum. Et nō implebitur,
niſi ex toto corde, tota anima, & omnibus viribus.
Quare ſequitur, ut modò nō toto corde, tota anima,
vel totis viribus eum diligamus, ſed his omnibus im-
minutis atque contractis. Quod ſi fortaſſe quæſieris,
E cur nobis pręceperit Deus, ut ſervaremus quod in hac Cur Deus pręcepit quod nō poſſumus præſtare?
vita præſtare non poſſumus? Reſpondet, Vt fides no-
ſtra, dum videt quò ſit tendendum, magis contendat
precibus, & annitatur ulterius progredi, ita ut nun-
quam nō exiſtimemus ad cumulum perveniſſe. Imò
in religione, is maximè profecit, qui intuetur quàm
procul ab eo ſit, quod eum præſtare oportet. Ex his
itaque patet, nos primo Dei mandato de uno Deo Primo mādato & poſtremo in hac vita nunquam ſatisfacimus.
complectēdo, atq; poſtremo de omni cupiditate evi-
tanda, ita medios teneri, ut nihil habeamus quod poſ-
F ſimus reſpondere. Quicquid enim boni agimus, vel
abſtinendo, vel efficiendo, totum id in his duobus
mādatis continetur. Dicebat preterea Chriſtus, angu- Matt.7.13.
ſtam eſſe portam, & viam arctam, quę ad vitam ducit:
neq; agebat de ſupererogationibus, verùm de neceſ-
ſariis ad vitam. Quomodo itaq; audent iſti ea tā faci- 2
lia prædicare, ut non ſolùm præſtentur, ſed etiā vltra
multum à multis addatur? Deinde quemadmodum 3
opera noſtra imperfecta ſint, & in unoquoq; illorum
plurimum deſideretur, vbique Sacræ literæ teſtatum
G relinquunt. Paulus ad Romanos ſe venundatum ſub Rom.7.14.
peccato fatetur, & planè dicit in carne ſua non habi-
tare bonum, ita ut nō faciat quæ velit, ſed potius quæ
nolit. Mente, inquit, ſervio Legi Dei: carne autē Legi
peccati: & ſentio aliam legem in membris meis, re-
pugnantem legi mentis meæ, atque me captiuum ab-
ducentem in legem peccati & mortis. Et ad Galatas, Ibid.23.
Vt non quæcunque vultis, ea faciatis. Et Iobus aie- Gal.5.17.
bat, perpetuo ſe vereri opera ſua. Atque in Eſaia, iu- Iob 9.28.
ſtitiæ noſtræ perhibentur eſſe inſtar panni menſtrua- Eſa.64.6.
H ti. Quare David clamabat, Non intres in iudicium Pſal.143.2.
cum ſervo tuo. Quæ cùm ſic habeant, qua fronte ſta-
tuere poſſumus opera ſupererogationis?

4 Verba etiam Chriſti, quæ habentur in Luca 4
17. cap. iſtud commentum prorſus explodunt: Cum Luc.17.10.
feceritis hæc omnia, dicite, Servi inutiles ſumus: quæ
debuimus facere, fecimus. Chriſtus vult nos hæc di-
cere, quando rectè operati ſumus, porro non vult nos
mentiri. Quare ſervi Dei, ſi quicquid agunt, facere
tenentur, nihil ſupererogant. Servus etenim quantus
I quātus eſt, heri ſui eſt. Tenemur adhæc ex mandato 5
Chriſti orare perpetuò, Remitte nobis debita noſtra. Matt.6.12.
Et apud Ioannem legimus: Si dixerimus, quia 1.Ioan.1.8.
pecca-

Digitized by Google

peccatum non habemus,ipſi nos ſeducimus, & veri- A
Iac.3.2. tas in nobis non eſt.Et apud Iacobum, In multis of-
1 Reg.8.46. fendimus omnes. Atque alibi,Non vivit homo ſu-
Marc.10.24. per terram,qui non peccet. Et Chriſtus dixit,Eum
non poſſe regnum cœlorum ingredi, qui confidat in
divitiis. Vnde Apoſtoli mirati ſunt,atque dixerunt,
Quis poterit ſalvus eſſe? Tantum aberat,ut de ſuper-
erogationibus cogitaverint , ut de ſalute ipſa in du-
Ibid.v.27. bium venerint. Neque Chriſtus eis reſpondit,Non
6 tantùm poteſtis fieri ſalvi , ſed etiam ſupererogare:
Verùm quod attinet ad ſalutem, dixit, Poſſibile eſſe B
apud Deum,quod impoſſibile fuerit hominibus. Ie-
Ier.17.5. remias habet , Maledictus qui confidit in homine.
7 Hic ſeipſum quilibet excutiat , atque videbit an ſu-
8 pererogationis opera faciat.Et de dilectione proximi
Ioan.15.12 mandavit Chriſtus,ut diligeremus invicem ſicut ipſe
nos dilexit,qui pro nobis mortuus eſt. Videat quiſ-
piam quoad hæc quid poſſit ſupererogare, cùm ipſe
& pro infirmis & pro inimicis vitam poſuerit. Quis
non videat priùs agenda quæ ſunt neceſſaria, quam C
9 accedendum ad ſupererogationes ? Studium eſſet
perverſum ſi quis dare velit,quæ non tenetur,& quæ
maximè requiruntur,minimè reddat. Mitto quod,ut
Deut.4.2. in Deuteronomio habemus , Legi ſuæ nihil Deus
10 addi voluit. Vnde cùm iſta opera,quemadmodum
aiunt,non ſint debita,Legi erunt ſuperaddita. Sci-
mus actiones noſtras,quæcunque fuerint,partim ad
Deum pertinere,partim ad proximum. Et quoad u-
trunque genus,ita ſumus obſtricti & obærati, ut ne-
mo ſe parem ſolvendo videat. Vel dicere oportebit,
hæc opera ſupererogationis,neque ad Deum,neque D
ad proximum pertinere,quod eſt abſurdiſſimum:vel
ea deberi,unde ſupererogatio prorſus amovebitur. In
Phil.4.8. Epiſtola ad Philip.ſcribitur,Quod reliquum eſt,fra-
11 tres,quæcunque ſunt vera,quæcunque honeſta,quæ-
cunque juſta,quæcunque pura,quæcunque accom-
moda,quæcunque boni nominis, ſi qua virtus,& ſi
qua laus,hæc cogitate,quæ & didiciſtis,& accepiſtis,
& audiſtis,& vidiſtis in me,hæc facite, & Deus pacis
erit vobiſcum. Inveniant iſti acuti homines, quid E
huic præcepto Pauli ſuperaddi poſſit. Hæc requirit
Spiritus Sanctus,ad hoc ut Deus pacis ſit nobiſcum.
Te interrogo , an poſſis aliquid agere ultra Legem,
vel non poſſis? Si non potes,quid contendimus? Pro-
bè inter nos conſentimus. Sin vero dixeris te poſſe,
12 Tunc ego aio,te omninò per Legem teneri , cùm
ipſa requirat & omnes tuas vires , & quicquid potes.
Neque te relevat,ſi finxeris iſta ſupererogationis o-
pera facere ad impedimenta removenda , & condu-
cere ut expeditius Deo ſerviamus. Quia reſponde- F
13 bo,nos teneri quantum poſſumus , auferre quæ im-
pediunt , uſque eo,ut patrem & matrem nil morari
debeamus:ſi nos à Dei obedientia revocent. Neque
caret ſuperbia & arrogantia infinita,ut dicas te plus
14 facere,quam tenearis. Et Chriſto fit injuria non vul-
garis,qui fruſtrà diceretur mortuus, ſi valuiſſes Legem
præſtare,aut plus efficere , quàm in illa præceptum
fuerit. Et mirum eſt,quomodo ſtatuant eſſe aliqua
bona opera,quæ cùm poſſimus,ſi facere noluerimus,
nihil peccamus, cùm id graviſſimũ peccatũ ſit, nolle G
Deũ magis amare ſi poſſis. Quid erit hoc aliud,quàm
Deũ negare ſummũ bonũ eſſe,quãdo illũ non vis a-
mare quantum potes? Nonne id erit abuti ejus dono
& gratia? Ad hoc tibi dedit facultatẽ ſe diligendi plus
quàm diligis,ut ea neque fruſtra,neq. otioſa jaceat.

5 Dicere conſueverunt , id fieri poſſe,ut in præ-
ceptis neceſſariis ad ſalutem,quandoque propter in-
firmitatem deficiamus,& tamen quædam non debita
opera interim aggrediamur : Sed interrogabo eos,
quæ tandem ſunt iſta opera? Remiſſe vivere,ac non- H
nunquam turpiter , & curare ſibi dici aliquas Miſſas,
ſuſcipere peregrinationes, delectus ciborum , & alia
hujus generis : aut ſe voto cœlibatus obſtringere, ac
parentes deſerere , preculas quotidie recitare ad nu-
merum , & vitam nihilo facere meliorem, & fiduciâ
his operibus inniti , quaſi per ea & ſalutem ſis habi-
turus,& cæteris omnibus antecellas. Verè iſta opera
ſunt ſupererogationis, vana inquam, ſuperflua,& ut
Græce dicam ἔργα πάρεργα: de quibus dicet Dominus
Eſa.1.12.& 55. in judicio, ut eſt apud Eſaiam , Quis hæc requiſivit I
2. de manibus veſtris? cur appenditis argentum, & non
in panibus? Videris (inquient) deſperationem quan-

dam ſuadere. Sanè id contendo,ut de noſtris viribus De nobis eſt
deſperemus , non autem de favore , gratia & miſeri- deſperandum,
cordia Dei,qua ſuppeditat vires ad inchoandam Le- non autem de
gis obedientiam,& quod peccamus non imputat,ſed miſericordia
juſtitiam filii ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti nobis Dei.
communem facit.

6 Modo rationibus allatis,& quidem ex Scriptu-
ris , contra iſtam ſententiam ſtatuendum eſſe vide-
tur, quid in iſta diſputatione ſentiendum videatur. Quid in hac
Concedemus in primis variam & multiplicem eſſe quæſtione ſen-
inter fideles propter diverſos gradus obſervationem tiendum ſit?
Legis. Quia in ea non omnes pari greſſu incedunt,
quod naſcitur ex viriũ diverſitate: Non omnes idem
poſſunt. Quiſque habet fidei menſuram à Deo ſibi
diſtributam. Neque ſolùm inveniuntur inter Chri-
ſtianos aliqui remiſſius agentes,verùm & qui laban-
tur interdũ,& quidem in graviſſima peccata,propter
quæ mererentur à regno cœlorum excludi, niſi reſi-
piſcerent : quod ſemper conceditur his,qui ad vitam
æternam prædeſtinati fuerint. Obſervationis itaque
Legis diverſi gradus inveniuntur. Ad quorũ tenuio-
res,qui viribus infirmi ſunt,perveniunt : & licet eis
multum deſit,tamen ideo ſalutem habent,quod mi-
ſericordia Dei per fidem in Chriſtum ſupplet eorum Qui ſunt for-
defectus. Qui verò ſunt fortiores,& ultra gradus in- tiores,licet ad
firmos progrediuntur,non ſupererogant,cùm majo- ſuperiores
res vires & facultates habeant: unde plus citra con- gradus obe-
troverſiam præſtare tenentur,& ſi quantum poſſunt dientiæ per-
non progrediantur,peccant. Vnde nemo ferè inve- veniant , nil
nitur , qui huic potiſſimùm vitio non ſit obnoxius, tamen ſuper-
quòd minus quàm poſſit efficiat. Et ut brevi dicam, erogant.
Dei lex bifariam conſiderari poteſt : vel ut lata eſt Lex Dei du-
generaliter , & ab hominibus externo judicio exigi plicirer conſi-
poteſt. Qua ratione concederem,aliquid à nobis fie- deratur.
ri poſſe , ultra id quod exigatur cõmuniter ab omni- A firmioribus
bus hominum judicio. Qui enim ſunt firmiores,plu- Chriſtianis in-
ra præſtant quàm infirmiores & communis ordo cæ- terdum plus
terorum hominum,ad quæ judicio externo illos ne- efficitur,quàm
mo poſſet adigere. Vt Paulus in præſentia non acci- externo judi-
piebat victum ab Eccleſiis: ideò procedebat ulterius cio poſſet ab
quàm cæteri doctores atque paſtores , & ad hoc fa- hominibus
ciendum , nulla lege poterat ab hominibus adigi. exigi.
1.Cor.9.15.
Rurſus poteſt conſiderari Lex, ut Deus eam ſuo ju- Quoad judi-
dicio à nobis exigit. Atque tunc in actionibus no- cium Dei nil
ſtris, nihil facere poſſumus, quòd præſtare non te- facimus quòd
neamur. Optime quippe novit Deus , quid valea- non facere te-
mus, cùm ab ipſo vires noſtræ dimanaverint, & ipſe neamur.
idem à nobis exigat, quantum per illum poſſu- Vt conſcientia
mus. Quòd ſi non perſolverimus , ejus judicio rei ſit tranquilla
tenemur: quod non poſſunt homines judicare, qui non eſt viden-
minimè norunt,quantum poſſimus. Ideo ut noſtra dum quid à
conſcientia tranquilla ſit , non eſt videndum quid à nobis poſſint
nobis humana regula exigat, ſed quantum vires no- exigere homi-
ſtræ ferre poſſint. Hæc ſi ſtatuerimus,omnia dilucida nes, ſed quan-
& perſpicua fient. Ideo nunc accedendum eſt,ut ad- tum ipſi præ-
verſariorum argumenta diſſolvamus. ſtare poſſimus.
Ad primum
argumentum
adverſariorũ.

7 De Pauli loco planum eſt eum nullam ſuper- 1.Cor.9.15.
erogationem reſpexiſſe: quandoquidem dixit ſibi ſa-
tius eſſe mori , quàm ut ullus hanc ſuam gloriatio-
nem aboleret. At nullus pro operibus ſupereroga-
tionis mortem ſibi deligeret. Et addit, ſe hoc præ-
ſtando mercedem habiturum,quaſi alias ea eſſet de-
ſtituendus : quod non convenit operibus minimè
debitis. Quia licet in his aliquam mercedem adver-
ſarii ponant,non ita ponent ut arbitror, quò in aliis
neceſſariis operibus non ſperetur. Vnde ſi Paulus ex
hoc ſingularem mercedem non eſſet habiturus , ta-
men ſi prædicaſſet victum accipiendo ut cæteri,mer-
cede non caruiſſet. Adjecit præterea, Ne abutar po-
teſtate mea. Quòd ſi commiſiſſet,nullus non videt
fuiſſe peccatum: quandoquidem nunquam licet ho-
mini Chriſtiano,ſua poteſtate abuti. Nonne poſtea
dicit, Vt plures lucrifaciam? Et ex præcepto dilectio-
nis proximi,quiſque tenetur pro viribus quamplures
Deo aſſerere. Nihilque aliud hoc ſuo pulchro exem-
plo conatus eſt Apoſtolus , quàm ſcandala & offen-
ſiones auferre, quibus Corinthii potuiſſent à ſalute
retrahi. At Dominus magna ſeveritate præcepit,ut
ſcandala removerentur. Neque verum eſt,eum con-
ferre inter ſe,quod fuit neceſſarium,& id quod ultrò
fecit. Nam,ut expoſuimus,aiebat ſibi neceſſariò in-
cumbere ut Evangelizaret,& væ illi,ſi id non præſti-

Digitized by Google

tiſſet. Sed addit, ut rectè & cum fructu hoc opus fa- A
ceret, ſe fuiſſe inſtituendum, ut gratis Evangelium
poneret, alioqui offendiculum dediſſet, & ſua pote-
ſtate abuſus eſſet. Et quoniã in Dei obſequio erat ul-
troneus, ideò ſpõtè ac libenter egit q́ erat faciendũ.

2 8 De juvene qui ad Chriſtum acceſſit, aliàs dixi-
mus, & nunc repetimus, eum nimium ſibi arrogaſſe.
Etenim adverſariorum noſtrorum errore cæcutiebat,
voluitque plus facere quàm Lex præcepiſſet: unde à
Mat.19.16. Chriſto reprehenditur. Quærebat iſte juſtitiam & B
vitam æternam ex operibus. Ait enim, Quid facien-
do vitam æternam habebo? Chriſtus ei reſpondit ad
interrogationem: Si ex operibus quærenda ſit ſalus,
univerſa Lex oportet ut impleatur. Deinde juve-
nem, qui malè de Legis obſervatione ſentiebat, ab
errore in viam traducit, ut in eo quod Chriſtus ei
præcipiebat, intelligeret, quantum abeſſet à manda-
torum Dei obſervatione. Neque obſtat, quod dici-
tur eum reſpexiſſe ac dilexiſſe. Illum certè humani-
ter tractavit, neque caſtigavit acerbè, ut ejus arro- C
gantia merebatur. Potuiſſet ſanè dicere, O hypocri-
ta: quid tu te jactas, quaſi Dei Legi ſatisfeceris, cùm
inde tam procul abſis? Chriſto etiam placuit ſtu-
dium ejus, quo de ſalute videbatur ſolicitus: necnon
& conatus, quo à pueritia verſatus erat in Lege. Ac
demum fieri potuit, ut iſte juvenis ad prædeſtinatos
pertinuerit, de cujus vitæ ſucceſſu, Scripturæ nil te-
ſtatum relinquunt. Tantum audimus quod abierit,
nullæ referuntur ejus blaſphemiæ, aut contumeliæ,
quibus Chriſtum jactaverit. Si Chriſtum dilexiſſet D
toto corde ac omnibus viribus, cum audiret Deum
hoc per Chriſtum requirere, ut ſua diſtribueret pau-
peribus, non fuiſſet cunctatus. Didicit ergo ex Chri-
ſti verbis, quam parum profecerit.

3 9 Objiciebatur nobis de virginitate & cœlibatu,
1.Cor.7.1.& 26 prout de his agitur ſeptimo capite Epiſtolæ ad Cor.
Bona appellatio. Reſpondemus, Paulum accepiſſe bonum & melius
non pro re vel magis grata, vel magis accepta Deo:
cùm ſæpe inventi ſint in conjugio, qui magis ei pla-
cuerint quàm cœlibes. Sed ea ſumit pro eo quod eſt E
commodius, aut commodè. In matrimonio enim,
plures occupationes incidunt, quàm in cœlibatu:
non quidem ſemper, verum plerunque. Hoc autem
loco de operibus controvertitur, quæ magis minúſ-
Conſilia & præcepta. ve Deo placent. Fingunt illi neſcio quę de conſiliis,
quaſi ſint boni melioris, & ſupra debitum fiant. Sed
ut probatum eſt, quicquid boni excogitare poſſu-
mus, in lege Dei continetur. Fatemur tamen, quòd ſi
univerſum hominum genus reſpexeris, cœlibatus &
matrimonium utcunque conſilia dici poſſent, hoc F
inquam ſenſu, quòd non ſingulis quibuſque homi-
nibus idem convenit. Vnde prout viderimus accom-
modum eſſe cuidam alterutrum iſtorum, id ei debe-
mus conſulere. Ideo Paulus dicebat, ſe non habere
præceptum, quo omnes homines complecteretur at-
que conſtringeret. Sed conſilium (inquit) do, nimi-
rum ut quiſque arripiat quod pro ſe fecerit. Deinde
ſingulatim, ſi reſpexeris homines qui aduruntur &
non continent, hi mandatum habent, ut matrimo-
nium contrahant, neque liberum eſt eis cœlibes eſ- G
ſe. Quare non poteſt dici quoad eos propriè conſi-
lium, quaſi ſit res in eorum manibus poſita & arbi-
traria. Et qui viciſſim donum cœlibatus habent, ſe-
que in ea vocatione inveniunt, quàm probè intelli-
gant ſe abſque matrimonio melius obituros, vide-
rintque cœlibatum maximo ſibi fore præſidio ad
gloriam Dei promovendam, recuſando illum ſtatum
Rom.11.10. peccarent. Nam Pauli exemplum debent imitari.
Nullo autem modo hanc de conſiliis doctrinam ad-
mittimus, qua illa complura Dei mandata inter con- H
Mat.5.39. ſilia referunt: ut eſt prohibitio ulciſcendarum inju-
riarum, ut maxillam obvertendam eſſe percutienti,
pallium & tunicam dimittendam his qui volunt au-
ferre, & aliud id genus. Nam iſta ſunt Dei mandata,
de quibus pronunciavit Dominus, quòd qui mini-
Ibid.v.20. mum ex eis diſſolverit, in regno cœlorum nullus
erit. Item dicebat, Niſi abundaverit juſtitia veſtra,
plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabi-
tis regnum cœlorum. Non autem abundabit, niſi ſic
legem intellexerimus, quemadmodum Chriſtus in- I
Luc.21.2. terpretatus eſt. Quoad viduam, quæ cum cæteris of-
4 ferebat, reſpondemus illam non potuiſſe adigi hu-

mano judicio, ut in ea oblatione ſuã univerſam ſub-
ſtantiam profunderet. Verùm Deus qui ei vires jam
dudum ſuppeditaverat, ut tantam oblationem ferre
poſſet, & probe noverat quantum poſſet, ſuo judicio
eam accuſaſſet, niſi pro viribus, quibus animus ejus
erat inſtructus, obtuliſſet. De ſatisfactionibus autem 5
quid dicant, non moramur, cum eas prorſus vanas at-
que ſuperfluas fuiſſe intelligamus, imò in Chriſtum
contumelioſas: nam ideo videbantur adhiberi, quaſi
Chriſtus abũde pro nobis non ſatisfeciſſet. Sin verò
intellexerint per ſatisfacere, ſeipſum Deo approba-
re, ut ſuprà expoſuimus, vocem admittemus: ſed in-
ſtituto eorum non inſerviet. Nam ita Deo ſatisface- 6
re, eſt ea quæ illi debemus reddere. Quod poſtremò
afferebant ex Epiſt. ad Romanos, ὑπερνικῶμεν: adeo fri- Rom.8.37.
volum eſt, ut vix judicem reſpondendum. Ibi enim
Paulus tantùm exponit, amplam copioſámque ten-
tationum victoriam, quam Deus ſuis elargitur.

10 Verum quia noſtræ ſententiæ, qua diximus Vide Claſſ. 2. c.15. Sect. 8.
multum deeſſe Sanctorum operibus, cùm à Scriptu-
ris imperfecta dicantur, quædam loca videntur ob- Videntur Scripturæ aſſerere nos in hac vita poſſe perfectos eſſe.
ſtare, quæ non ſunt pertranſeunda: jam proferam il-
la, & reſpondebo. In Deuteronom. legitur, nec non in
lib. Gen. Eſto perfectus, Atque in Evangelio, Perfe-
cti eſtote, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Ad Deut.18.13.
Corinth. De cætero fratres gaudete, perfecti eſtote. Gen.17.1.
Ad Coloſſ. Adhortantes omnem hominem, docen- Mat.5.48.
tes omnem ſapientiam, ut reddamus perfectum ho- 2.Cor 13.11.
minem in Chriſto. Ad Philip. Omnia facite abſque Coloſſ.1.28. Phil.2.14.
murmuratione, ut ſitis inculpati, ſimplices filii Dei,
immaculati. Ad Ephes. Benedictus Deus, & Pater Eph.1.3.
Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in o-
mni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, ut eſſemus
ſancti & immaculati coram ipſo. Atque ibidem ſcri- Eph 5 26.
bitur de Eccleſia, quod Chriſtus eam abluit, ut eam
ſiſtat ſibi glorioſam, non habentem maculam, neque
rugam, ut ſit ſancta & immaculata, &c. Et Petrus ad- 1.Pet.1.15.
hortatur, ut ſancti ſimus & immaculati in converſa-
tione, quod ſcriptum ſit, Sancti eſtote, quoniam ego
ſanctus ſum. Et David, Ero immaculatus cum eo: & Pſal.18.24. & 119 1.
Beati immaculati in via. Quæ teſtimonia eò ſpecta-
re videntur, ut perfectionem minimè putemus in
hac vita deploratam. Auguſtin. in libello de Iuſtitia
Chriſti contra Cœleſtium, qui habetur Tomo 7. hęc
omnia teſtimonia ſibi objicit: & reſpondet per iſta
capita: Quædam vult in his locis ita dici, ut ſint ad-
hortationes quibus incitemur ad perfectè currendũ.
Verùm in legibus & admonitionibus non id requiri-
tur, ut tantum præſtari poſſit quantum ſuadetur: ſed
oſtenditur quouſque conari oporteat, ut jam eſt di-
ctum de præcepto, quod habemus, diligendi Deum
toto corde, tota anima & totis viribus. Alterum ca-
put eſt complura ex his oſtendere, non quales modo
ſimus, ſed quales ad finem curſus hujus vitæ ſimus
evaſuri. Tunc enim perfecti erimus, cum eò, quò ten-
dimus, perventum fuerit. Tertium, per immaculatos
& perfectos eos intelligit, qui damnabilibus crimi-
nibus carent, cujuſmodi Eccleſiæ miniſtri eligi de- Quomodo aliqui ſancti dicantur in hac vita fuiſſe perfecti.
bent: Quo pacto Sancti complures ſcribuntur fuiſſe
perfecti: non quaſi non admiſerint aliqua peccata
(quod in hac vita eſt impoſſibile) ſed quòd abſque
damnabilibus & craſſioribus vitiis egerint vitam. In 1.Cor. 3 15.
Vnde quamvis hoc pacto innocentes eſſent, cogebã- Vide in 2. Sa. 3.35.
tur tamen orare cum aliis: Remitte nobis debita no- Mat.6.12.
ſtra. Reſpondet poſtremò, innocentes, perfectos, &
irreprehenſibiles vixiſſe ſanctos, quòd infirmitates &
admiſſa peccata illi per fidem in Chriſtum non im-
putentur, juxta ſententiam Davidis: Beati quorum Pſal.32.1.
remiſſæ ſunt iniquitates, quorum tecta ſunt peccata:
Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.

De Purgatorio Igne Papiſtico.

11 Sed jam de Purgatorio agamus. Fingitur eſſe Qualis locus ponatur.
locus medius poſt hanc vitam, inter fœlicitatem æ-
ternam atque ſupplicia damnatorum, ita ut qui ſint
ibi, extremi utriuſque nonnulli participent. Qui e-
nim gratia ornantur, & ſpe reddendã ſibi fœlicitatem
confirmati ſunt, & pœnas æquo animo ferunt, ſan-
ctis atque fœlicibus accenſentur. Qui verò crucian-
tur & gravia multipliciáque genera ſuppliciorum pa-
tiuntur, ad ſortem gehennæ aliquanto accedunt. Et
addunt, purgatorias pœnas non tãtùm habere finem
atque

Digitized by Google

atque certum terminum, ſed bonis operibus atque
Rationes pro purgatorio. ſuffragiis viventium relevari poſſe. Locum ſic defi-
nitum, concedendum eſſe multis rationibus adver-
1 ſarii perſuadere conantur. Ex veteri Teſtamento ci-
1. Mach. 12. 6. tant Machabæorum hiſtoriam, ubi legitur, Iudam,
ſatis laudatum, credidiſſe, ſalutarem & ſanctam eſſe
cognitionem orandi pro defunctis, ut ſolvantur à
2 peccatis. Deinde confugiunt ad Zachariam Prophe-
Zach. 9. 11. tam, in quo capite nono habetur, Emiſiſti vinctos
tuos de lacu, in quo non erat aqua. Item Eccleſiaſtes
3 quarto, De carcere atque catenis, interdum quis
Eccl. 4. 14. progreditur ad regnum. Adducunt & Pſalmum, ubi
4 David ait; Tranſivimus per ignem & aquam, nos in
Pſal. 66. 12. refrigerium eduxiſti. Convertunt ſe præterea ad
5 novum Teſtamentum, & aiunt in Evangelio habe-
ri hoc genus peccati, quod neque in hoc ſeculo, ne-
6 que in alio remittitur. Tum inquiunt hoc non po-
tuiſſe dici, niſi manerent in alia vita peccatorum ex-
7 piationes. Et in Matthæo objiciunt, Ne lictor te in
Mat. 12. 32. carcerem conjiciat: Amen dico tibi, non egredieris
Mat. 5. 25. inde, quoad perſolveris uſque ad noviſſimum qua-
8 drantem. Adducunt etiam quod dicitur à Paulo
1. Cor. 3. 15. 1. Cor. 3. Ipſe verò ſervabitur quaſi per ignem, &c.
9 Huc quoque volunt ſpectare narrationem de La-
Luc. 16. 9. zaro mendico & ulcerato, & de luxurioſo divite.
10 Apocalypſin item prætexunt, ubi legitur, In ſan-
Apoc. 21. 27. ctam civitatem, non fore admittendum quicquam
impurum. Atque pro ſe facere arbitrantur, quod
Phil. 2. 10. Paulus ſcripſit, Curvanda eſſe Deo omnia genua,
cœleſtium, terreſtrium, inferorum. Rurſus Apoca-
Apoc. 5. 13. lypſin citant 5. cap. quòd omnis creatura in cœlo,
in terra, ſub terra, in mari, &c. dixerit laudes Deo.
Hæc & hujuſmodi loca Scripturæ arbitrantur à ſe
ſtare.

Duplex ſententia ponentium Purgatorium.

12 Sed ſciendum eſt, eorum qui volunt Purgato-
rium eſſe, non extare unam eandémque ſententiam.
Nam quidam ut dogma certum, & fidei articulum
illud obtrudunt. Alii, non ita firmiter ac conſtanter
ipſum affirmant, ſed tantummodo quòd ſit, vel ſu-
An Purgatorium ſit articulus fidei? ſpicantur vel opinantur. Primò itaque videtur o-
ſtendendum, non pertinere ad articulos fidei, neque
rem eſſe creditu neceſſariam: ſecundo loco patefa-
ciemus, num rationabilis aut juſta ſit, vel opinio vel
ſuſpicio, quâ Purgatorium eſſe credatur. Quoad il-
los qui neceſſarium dogma nobis conſtituunt de
Purgatorio, id oportet ut omnino conſtet, dogmata
& articulos fidei, certos ac firmos eſſe debere, atque
An opinio de iſto ſit probabilis in Theologia? probari evidentiſſimè teſtimoniis Scripturarum.
Quia non deſcendimus in eorum ſententiam, qui
Patres, aut homines, volunt authores facere creden-
Articuli fidei in Scriptura haberi debent. darum rerum. Nam contumelia Spiritui ſancto fie-
ret, ſi exiſtimaretur eas ad nos literas dediſſe, in qui-
bus perfectè non habeatur quicquid ad noſtram ſa-
lutem pertinet. Epiſtola ad Tim. ſatis iſtos arguit,
2. Tim. 3. 16. cùm dicit, Scripturam divinitùs inſpiratam, utilem
eſſe ad docendum, & confutandum, necnon ad corri-
gendum atque inſtituendum, ut perfectus ſit & ab-
ſolutus homo Dei, atque ad omne opus bonum in-
ſtructus. Quare, ſi attuleris aliquod opus quod bo-
num eſſe contenderis, aut aliquid creditu neceſſa-
rium, quòd non poſſit ex ſacris literis confirmari: e-
quidem potius id quod attuleris, aut bonum aut u-
tile eſſe non dixerim, quàm ut de Scriptura ſecus
pronunciem, atque Apoſtolus de ea ſtatuerit: Non
enim recipiendum eſt quod vulgo jactant, Apoſto-
Eccleſia primitiva omnia creditu neceſſaria habuit. los non docuiſſe omnia, neque primam Eccleſiam
quicquid ſalutare eſt percepiſſe: quaſi poſtea neceſ-
ſarium fuerit complura indies manifeſtari. Hoc for-
taſſe concederemus de politicis, & ad ſalutem non
neceſſariis: Verùm quoad ſolidâ doctrinam, dogma-
ta & articulos fidei neceſſariò credendos, non minus
omnia veteres habuerunt, atque nos habeamus. Ter-
tullianus in libro de Præſcriptionibus habet, Felix
Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſangui-
ne profuderunt. Chriſtus etiam dicebat, Quæ audivi
Ioan. 15. 15 à Patre meo, omnia feci nota vobis. Aiunt fuiſſe qui-
dem ab Apoſtolis omnia indicata, verùm illos non
omnia ſcripſiſſe. Hic nos dicimus, eos, etſi non om-
nia ſcripſerint, curaſſe tamen, ut quæ tradebant, ex
his quæ ſcripta vel à ſe, vel in aliis ſacris libris ma-
niſeſtè poſſent inferri. Alioquin jactarentur ubique
variæ ſuperſtitiones, antiquitùs receptæ, tanquam ab

A Apoſtolis proditæ, quæ non alia ratione poſſunt **Traditiones Apoſtolorum probantur Scripturis.**
agnoſci, niſi quod à Scripturis omnino ſunt alienæ.
Et quod aſſerui, e Scripturis ipſis confirmari poteſt.
Traditio eſt Pauli, ut mulier ſit in Eccleſia tecto **1. Cor. 11. 9.**
capite, ut ibidem taceat: & ut Chriſtiani qui paupe- **1. Cor. 14. 34.**
res eſſent, manibus operarentur, ne otiosè viverent. **2. Theſ. 3. 10.**
Sed iſta, cùm ſuas traditiones eſſe profiteretur, ex
Sacris literis probare nitebatur. Hoc adverſarii
noſtri faciant, ſi velint ſuis traditionibus relinqui
B locum.

13 Cæterùm, ut redeamus ad inſtitutum, ſæpius **Sæpe de Purgatorio dubitatum eſt in Eccleſia.**
de Purgatorio dubitatum eſt: & illi Græca Eccleſia
in Concilio Florentino diu reſtitit: atque Scripturæ
loca, quæ adducta ſunt ad hoc dogma probandum, **Græci diu non receperunt.**
nefas eſt aliter exponere, quàm propria & legitima
interpretatio poſtulet. At ea ſic accepta quemad-
modum ſuo loco videbimus, Purgatorio locum non
relinquunt. Auguſtinus item variis modis loquutus **Auguſtinus dubiè loquitur de Purgatorio.**
eſt de Purgatorio. Quoniam in Enchiridio ad Lau-
C rentium ſexageſimo ſexto capite, idémque circa fi-
nem ſexageſimo octavo ſcribit: quidpiam hujuſmo-
di poſt hanc vitam contingere, non eſſe incredibile:
verùm ait, utrum ita ſit, quæri poteſt & aut inveniri
aut latere. Quæ verba eadem expreſsè habet ad
Dulcitium, quæſtione prima, Nec non de fide & o-
peribus capite decimo ſexto inquit, Sive igitur in
hac vita tantùm homines iſta patiantur, ſive etiam
poſt hanc vitam, talia quædam judicia ſubſequan-
tur, non abhorret quantum arbitror à ratione. Diſ-
D junctiva, ut vides, utitur propoſitione, ad cujus veri-
tatem ſufficit alteram partem conſtare. De fidei verò **De articulis fidei non eſt loquendum ambiguè.**
articulo, quis tam ambiguè loqueretur, ut diceret,
ſive Chriſtus habuerit veram carnem, ſive phanta-
ſticam, ſive in Chriſto fuerit natura divina, ſive tan-
tùm humana, & alia id genus? Quæ ad fidem perti-
nent, neceſſariò definiri debent, & certa eſſe opor-
tet. Ipſe idem in libro duodecimo de Civitate Dei,
capite vigeſimo ſexto, cùm de igne Purgatorii lo-
quutus eſſet: Non hoc redarguo (inquit) quia forſi-
E tan verum eſt. At de his quæ ſunt ad ſalutem creditu
neceſſaria, non ita licet vel ſcribere, vel agere. Dixe-
ris fortaſſe, quanquam in his locis Auguſtinus vi- **Auguſtinus potius ſuſpicabatur, quàm verè credidit Purgatorium.**
deatur dubius, in aliis tamen locis certò aſſeverat:
reſpondebo, loca illa ubi videtur affirmare, per hæc
alia quatuor interpretanda eſſe, quibus rei ambi-
guitatem non celat. Vnde fatendum eſt, id illi fuiſſe
potius opinione quadam perſuaſum, quàm ut citra
ullam dubitationem ſic eſſe crediderit. Quia opi-
nionis natura eſt, ut cum metu alterius partis aſſen-
F tiatur.

14 Sed adverſus iſtud commentum, hoc maxi- **Nunquam Sacræ literæ tantum opus charitatis tacuiſſent**
mè facere arbitror, quòd Sacræ literæ ita ſiluerint
hoc tantum charitatis officium, quo fratres, paren-
tes, filii relevari poſſent ex graviſſimis Purgatorii
cruciatibus. Eſſet profectò id vehementer admiran- **Funera in veteri teſtamento deſcripta, nil meminerunt Purgatorii**
dum. In veteri teſtamento funera elata eſſe, quàm
diligenter narratur: Nam Abrahamus ad ſepulturam
uxoris agrum coëmit, mercatus narratur, ſpelunca
deſcribitur, pretium eſt expreſſum, & omnia hujuſ-
G modi diligenter adeo percurruntur, ut nihil præte- **Gen. 23. 3.**
ritum ſuſpicari poſſis. Vbi tamen vel de purgatorio
vel de ſpiritu defuncti ab ejus pœnis eripiendo, vel
ſacrificiis, vel precibus, ulla mentio non habetur. Et
in Levitico cæteriſque libris, quibus Lex eſt **In Levitico nulla ſacrificia pro Purgatorio.**
deſcripta, cùm pro omni ſtatu hominum, & pro
quovis genere culpæ, ſacrificia & oblationes de-
ſcribantur, quis non admiretur, nihil fuiſſe pro
mortuis conſtitutum, atque tam altum fuiſſe ſi-
lentium de manibus expiandis? Prophetæ quoque **Prophetæ nunquam Purgatorii meminerunt**
H optimi Legis interpretes, cùm officia pietatis &
charitatis ubique commendent, nihil unquam in
ſuis concionibus proponunt, quod huc nos advocet. **1. Theſ. 4. 13.**
Paulus ita cùm ei ſe offerret occaſio, ſcribendo ad **Paulus ad Theſſ. de luctu funerum agit, & Purgatorium tacet.**
Theſſalonicenſes (agebat enim de modo adhibendo
lamentationibus in funeribus, & illos quos mo-
net, ſolum ſpe reſurrectionis erigit) eo ſaltem loco
admonere debuit, ut miſſis lachrymis pro illis quos
charos habebant, orarent, ne purgatorii pœnis diu-
tiùs torquerentur. Nihil hujuſmodi affert, ſed poſt
I doctrinam de reſurrectione, ad finem adhortationis
inquit: Itaq; invicem conſolemini verbis iſtis. Quin
& Dionyſius, quem appellant Areopagitam, cùm ex

O O

Digitized by Google

profeſſo quæſtionem interroget, de Hierarchia Ec-
cleſiaſtica, cur Eccleſiæ miniſter pro eo qui jam
abierit preces habeat? nequaquam Purgatorii memi-
nit, ſed ut alias reddat cauſas multùm laborat. Quòd
ſi Purgatorium credidiſſet, facilimè poterat quęſtio-
ni propoſitæ ſatisfacere. Sed videtur potius quidvis
aliud ſtatuere voluiſſe, quàm ut illis precibus doce-
ret animos defunctorum, à pœnis Purgatorii libe-
randos.

Ioan. 5. 25.

15 At nunc videndum eſt, quomodo Sacræ lite-
ræ huic dogmati adverſentur. Ioan. 5. ſcribitur, Qui B
audit verba mea, & credit in eum qui me miſit, non
veniet in judicium: ſed habet vitam æternam, & de
morte tranſit ad vitam. Si Chriſtus dicit, de morte
tranſire ad vitam illos qui credunt, quomodo ſtatui-
tur ab his, eos qui moriuntur in fide, ad pœnas &
cruciatus tranſire? Scio ſolent dicere, idcircò dicitur
tranſire ad vitam qui eam tandem habebit, licet in-
terim nonnihil ſit in Purgatorio affligendus. At
quantum iſta diſſolutio ad rem faciat, in Apocalypſi C
oſtenditur, cap. 14. Beati qui in Domino moriuntur.
Reſpondebunt, ideò eſſe beatos qui dormiunt in
Chriſto, quòd jam ſint de fœlicitate ſecuti, licet ali-
quandiu ignes illos maneant. Verum facito ita eſſe:
intueamur ſequentia. Idcircò videntur appellari
beati, quòd requieſcant à laboribus ſuis. At igne
cremari, non eſt à laboribus quieſcere. Additur
etiam, Quia opera eorum ſequuntur illos. Itaque
cùm ſervi Dei fuerint, rectè vixerint, atque multa
ſint paſſi dum viverent, ut neceſſe eſt piis omnibus D
evenire: par eſt ut mercedem habeant atque (ut illic
habet Scriptura) quieſcant à laboribus ſuis. Quòd ſi
omnino contenderint, eos qui rectè vixerunt adhuc
habere maculas, & labes aliquas purgandas, quid
porrò de latrone reſpondebunt? nónne uſque ad fi-
nem malè ſe geſſerat? Cujus pravi inſtituti, & pu-
blicum judicium, & ſancta ſcriptura teſtimonium
dat luculentum. Illi tamen Chiſtus dixit. Hodie me-
cum eris in Paradiſo. Atque hæc dicta ſint in eos,
qui volunt Purgatorium dogma eſſe creditu neceſ- E
ſarium, & fidei noſtræ articulum.

Fideles quando moriuntur, ex morte tráſeunt ad vitam.

Apoc. 14. 13.

Latro nónne ſtatim in æternam felicitatem receptus eſt?

Luc. 23. 14.

16 Modò cum illis agamus, qui ad illud creden-
dum opinione adducuntur. Et licet multas præten-
dere poſſint ſuæ ſuſpicionis cauſas (Nam Plato in-
ter Ethnicos, & ſimul cum eo complures inſignes
Poetæ, luſtrationem animorum poſt hanc vitam,
quibuſdam pœnarum generibus conſtituerunt) at-
tamen veriſimile eſt, eos potiſſimùm in hunc ſen-
ſum fuiſſe impulſos à ſatisfactionibus Eccleſiaſticis,
quibus caveri debet, ne crucis & mortis Chriſti me- F
ritum imminuamus, noſtris operibus ſcribendo,
quod illi ſingulariter conceſſum fuit, ut peccata
condonaret, & ab æterna damnatione redimeret. Fa-
temur Eccleſiam jam inde ab initio uſam fuiſſe ſa-
tisfactionibus, quæ tantùm adinventæ fuerunt, ut
lapſi in gravia facinora, probarentur à miniſtris & u-
niverſa Eccleſia, an ſeriò eos pœniteret nécne ad-
miſſorum facinorum. Nam hujuſmodi homines ob
ſua peccata excluſi à communione fidelium, ut re-
dimerent ignominiam & reconciliarentur, quando- G
que aſſimulabant pœnitentiam atque fallebant
expectationem piorum: quoniam ad ſacramenta de-
nuò admiſſi comperiebantur, cum magno ſcandalo
fratrum non emendati, ut qui adhuc in eiſdem ſce-
leribus inhærerent. Satisfactionibus itaque adhibi-
tis, probabantur: & licet non Deo ſatisfieret, attamen
Eccleſia quodammodo ædificabatur, quam illi ſuis
flagitiis, & læſerant & dehoneſtaverant. Quod Au-
guſtinus in Enchiridio ad Laurentium capite ſexa-
geſimo quinto atteſtatur. Nam pœnitentia & ge- H
mitus unius, cùm ad animum pertineant, aliis non
ſunt perſpicui. Quare pœnitentiæ indicia ſunt requi-
ſita, ut Eccleſiæ ſatisfieret. Et vulgò jactatum eſt, ſa-
tisfactionum eſſe occaſiones peccatorum excindere,
ita ut illis amplius non pateat aditus: qua ratione
non tantùm Eccleſiæ, ſed ei quem pœnitebat, ali-
quem fructum attulerunt. Et quandoque legitur
apud Patres, hujuſmodi ſatisfactionibus Eccleſia-
ſticis pœnitentes vulneribus peccatorum conſue-
viſſe remedia conſequi. Nimirum hoc ſenſu, quòd I
pro malis actionibus bonas reponerent, quique ſcan-
dalizaverant Eccleſiam, ſalutari exemplo inſtaura-

Contra illos qui Purgatorium tantummodo eſſe opinantur.
Supr. Cap. 8. Sect. 2.

Cur ſatisfactiones Eccleſiaſticę inventæ.

Quæ jactetur vera ſatisfactio?

Satisfactiones illæ ſatisfacienti non fuerunt inutiles.
Quomodo illis vulneribus peccatorum medebantur?

A bant, & qui peccatis aſſueverant, benè agere aſſueſce-
bant. Cyprianus in ſermone de lapſis, vocat ſatisfa-
ctionem trium puerorum confeſſionem, quam in
igne poſiti ediderunt: necnon Danielis confeſſio-
nem quæ capite ſexto ejus libri habetur. Atque i-
dem Martyr ex Ioele Propheta ſatisfactiones vide-
tur elicere, cùm hortatur homines, ut ad Dominum
in toto corde convertantur, in jejunio, fletu & plan-
ctu, ita ut non veſtimenta, ſed corda potius ſcindant.
Et credendum eſt, inceſtum hominem, qui juſſu A-
poſtoli fuit excommunicatus, hujuſmodi pœniten-
tiæ ſigna edidiſſe, uſque eò ut Apoſtolus poſteriore
Epiſtola, Eccleſiæ illum commendaverit, ne triſtitia
nimia fortaſſis abſorberetur. Verùm omnia hæc ho-
die ſublata ſunt, cùm diſciplina Eccleſiæ penè fun-
ditus perierit. Quæ tamen ita reſtitui nolim, ut ju-
gum intolerabile fierent, & in ſuperſtitionem tan-
dem raperentur.

Dan. 6. 9.

Ioel. 2. 12.

1. Cor. 5. 3.
Creditur inceſtus Corinthius ſatisfactiones præſtitiſſe.

2. Cor. 2. 2.

17 In Synodo Nicena & Ancyrana, atque non-
nullis aliis harum ſatisfactionum fit mentio, & me- C
morantur varii pœnitentiæ gradus. Poſſumus ob-
ſervare laudabiles illas conſuetudines paulatim in
leges degeneraſſe, ita ut in Decretis, potiſſimùmque
apud Brocardum, Canones extent pœnitentiales, &
ita extent, ut in immenſum excreverint. Vnde facti
ſunt adeò intolerabiles, ut neglecti jaceant, neque
illos homines ulterius ferre potuerint. Falſa tamen
perſuaſione adducti, quaſi ſatisfactionibus illis in-
termiſſis non poſſent conſequi ſalutem, petebant
eas ſibi ab Epiſcopis relaxari: atque inde ortum ha- D
buerunt indulgentiæ, quæ pecuniis etiam redimi
cœperunt. Atque ſuperſtitio ita radices egit, ut qui
hac ratione dum viveret, pœnas vel non luiſſet, vel
pecuniis non redemiſſet, crederetur in Purgatorio
eas poſt mortem pœnis & quidem gravibus diſſolu-
turus, quaſi Deus omnino vellet Eccleſiæ leges eſſe
ratas. Liquet igitur, & ex Eccleſiæ ſatisfactionibus,
non parvam eſſe datam occaſionem Purgatorio: &
quod non improbando conſilio ab initio fuerat con-
E ſtitutum, ad abuſum graviſſimum traductum eſt.
Quis enim grave nefas non duxerit, cum qui ante
paucos dies publicus fuit adulter, & ſicarius manife-
ſtus, repentè ad menſam Chriſti adduci? Et Eccleſiæ
reconciliari non exploratum neque probatum, imò
abſque ullo ſolidæ pœnitentiæ teſtimonio? Neque
dum vigebat diſciplina in Eccleſia, dicimus opera
hæc ſatisfactionum fuiſſe inutilia: quia præter com-
moditates quas paulò antè retulimus, & hoc acce-
debat, quòd fides illis exercebatur, magiſque ac ma-
F gis promiſſiones Dei apprehendebat, non ex ope-
rum merito aut dignitate, ſed propter ipſius fidei ve-
hementiorem attentionem. Sed id maximè averſa-
mur, ut Deus credatur hujuſmodi operibus placari
hominibus, quandoquidem iſte honor Chriſto tan-
tummodò exhibendus eſt. Et annotandum quod ſa-
tisfacere interdum eſt, ut dicit Aſconius, tantum fa-
cere, quantum ſatis eſt irato homini ad vindictam: at
iſtud nemo noſtrûm præſtare poteſt, ut iræ Dei
quantum tenebatur, perſolvat: Chriſtus hoc tantum-
G modò perfecit. Sed altera ejus vocis eſt ſignificatio
apud Latinos, ut ſit reſpõdere exiſtimationi atq; opi-
nioni de ſe cõceptę, ut Cicero 1. Epiſt. famil. ad Len-
tulũ ſcribit: Ego omni officio ac potius pietate erga
te, cęteris ſatisfacio omnibus, mihi ipſi nunquã ſatis-
facio, &c. Et hac ratione ſcribebãt nonnunquam Pa-
tres, non his pœnis Eccleſiaſticis Deo ſatisfieri, ſed q
ita ędificando Eccleſiã, bonas actiones pro malis re-
ponendo, & fidem noſtram exercendo approbemus
nos Deo, & reſpõdeamus opinioni atq; officio, quod
H à pœnitentibus inchoata ſaltem obediẽtia exigitur.

Cõſuetudines ſatisfactionum in Legem degenerarunt.

Factæ ſunt denique jugum & ſuperſtitioſum & intolerabile.

Homines illas redimere ceperunt.

Indulgentiæ unde.

Hinc purgatorii ſupplicium.

Satisfactiones Eccleſiaſticæ habuerũt ſanctum initium.

Fuerunt exercitiis fidei.

Nefas eſt credere his ſatisfactionibus Deum fuiſſe placatum hominibus.

Satisfacere bifariam accipitur.

18 Nunc autem loco iſtarum ſatisfactionum, quæ
fortaſſe non omnibus partibus erant improbandæ,
ſucceſſit abuſus auricularis confeſſionis, in qua
ſacrifici ſatisfactiones privatas imponunt: qua
in re bis errant. Primùm, quòd à peccatis prius
abſolvunt quàm hujuſmodi ſatisfactiones præ-
ſtentur, cùm vera & antiqua ratio illas requiſi-
verit, priuſquam vel pax, vel abſolutio declararetur.
Volunt præterea ſatisfactiones hujuſmodi ex ope-
I ribus conſtare, alioquin Deo non debitis, cùm ta-
mẽ illi quicquid eſt boni operis debebatur. Et quod
ei non debetur, bonum minimè cenſendum eſt.
Acceditque

Auricularis confeſſio ſucceſſit pro ſatisfactionibus.
Bis peccant ſacrifici in cõfeſſione auriculari.

Quicquid eſt boni operis debetur Deo.

Clavibus nihil tribuunt.

Accedítque tertius error, quòd vi clavium, dicunt perpetua ſupplicia, in temporarias pœnas commutari. Hoc tantùm Chriſti eſt, ut ab æterna morte eripiat. Ideò in Oſea ſcribitur: Ero mors tua ô mors: & peſtis tua, inferne. Quódque intolerabile prorſus eſt & impium, auſi ſunt nonnulli Scholaſticorum ſcribere, privatas hujuſmodi ſatisfactiones, etiam valere ſi fuerint in peccato, ut loquuntur, mortali, perſolutæ: atque ita quod Chriſti erat, noſtris operibus, & quidem neque à fide neque à charitate profectis attribuunt. Sed Eſaias adverſus iſta clamat, Gratis venundati eſtis, & abſque argento redimemini. Atque Paulus docet, juſtificationem ſine operibus conſtare, & à Deo gratis offerri. Neque illi ſunt audiendi, qui ſententias hujus generis, in prima converſione atque baptiſmo, locum habere volunt: quòd ſi poſtea lapſi fuerimus, contendunt noſipſos debere ſatisfacere, perinde ac ſi poſt baptiſmum Chriſtus non eſſet, ut antea, noſter Mediator. Iohannes ſcribens ad eos qui jam in Chriſtum crediderunt, & baptizati erant: Si lapſi fuerimus, Chriſtum habemus advocatum, & propitiatorem apud Patrem. Et Ezechiel, Quacunque hora injuſtus ab injuſtitia ſua receſſerit, ejus injuſtitiæ amplius non recordabor. Et Deum obliviſci atque non recordari, eſt nolle punire, neque pœnas de aliquo ſumere. Vnde Auguſtinus ſuper Pſalmo Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c. ſcribit de Deo, quòd peccata non advertat, eò quòd nolit animadvertere. Et in Levit. pro peccatis requirebatur ſacrificium, ut denotaretur, eorum expiationem tantùm à morte Chriſti petendam eſſe.

Oſ. 13. 14.
Eſa. 52. 3.
Taxatur alius error, qui dicit ante baptiſmum, non poſtea nos gratis juſtificari.
1. Ioan. 2. 1.
Ezec. 18. & 33.
Deum obliviſci eſt nolle punire.
Pſal. 32. 1.

19 Rogabis fortaſſe, Nónne à pœnitente quando ſe peccaſſe fatebitur, aliquid requiremus? Maximè, ut cauſas peccatorum excindat, ut cùm ſcandalizaverit, ædificet: ut dignos pœnitentiæ fructus edat. Et quemadmodum ad Romanos dicitur, Vt exhibuiſtis membra veſtra ſervire immunditiæ ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra arma juſtitiæ, &c. Atque hæc præcipi non debent, ut evitentur pœnæ purgatorii, vel quòd æterna mors in temporariam commutetur: quia Deus quando culpam condonat, unà etiam à pœnis liberat. Quòd ſi videatur quandoque illos affligere, quos in gratiam jam recepit, nequaquam dicenda ſunt pœnæ, flagella quæ ſic irrogantur, ſed paternæ ſunt correctiones, ut alibi dicetur. Verùm licet iſta flagella pœnas eſſe concederemus, adhuc nihil proſunt adverſariis. Quandoquidem ſupplicia vocabuntur temporaria, quę Deus poteſtati clavium non ſubjecit, ut illis moderari poſſint. Quandoquidem diſtribuit illas Deus pro ſuo arbitrio, & ſæpe avertit aut lenit, prout à ſanctis invocatur, & eos vera pœnitentia & ſedulò videt ad ſe converſos, ut in Ezechia & Ninivitis oſtendi poteſt. Qua ratione quod ſcribitur in Daniele poteſt accipi: Eleemoſynis redimas peccata tua, id eſt, pœnas, quæ remanent à ſeveritate divini judicii: vel ita intelligas, Sicut afflixiſti pauperes, & infirmos oppreſſiſti, ita viciſſim eorum te miſereat. Vt redimere ſit, pro eo quod eſt malum, id quod bonum eſt reponere. Non punit Deus fideles quaſi ultor & vindex, ſed ut pater caſtigat. Neque ſemper & ab omnibus poſt condonata peccata, ſupplicia exigit. Nam abſque illis pœnis inflictis, multa condonavit pleriſque peccata. Latroni quippe dicebat, Hodie mecum eris in Paradiſo. Et publicanus qui oraverat, Propitius eſto mihi peccatori, juſtificatus diſceſſit. Atque Petrus abjurato Chriſto, tantummodò flevit, & in gratiam eſt receptus. Vnde Ambroſius ſcribit de illius pœnitentia: Lachrymas Petri lego, ſed ſatisfactiones non lego. Atque Paralytico dictum eſt, Fili, remittuntur tibi peccata tua, neque aliud ab eo Dominus requiſivit.

Quid à pœnitente requirendum?
Rom. 6. 19.
Deus condonando peccatum condonat pœnam.
Flagella piorum non ſunt pœnæ, ſed correctiones paternæ.
Supplicia quæ ſanctis, dum vivunt, infliguntur, non ſunt ſub poteſtate clavium.
Eſa. 38. 4. & 5.
Ioel. 3. 5.
Dan. 4. 24.
Non punit Deus fideles, ut ultor & vindex.
Luc. 23. 43.
Luc. 18. 13.
Luc. 22. 26.
Mat. 9. 5.

20 Solent objicere, mulierem peccatricem ideò remiſſionem peccatorum habuiſſe, quòd lachrymis Domini pedes laverit, capillis terſerit, & unguentò precioſo unxerit. Hæc omnia ſatisfactiones fuiſſe pro peccatis clamitant. Sed iſtos animadvertere oportet, Servatorem noſtrum bifariam oſtendiſſe, illi mulieri condonata fuiſſe peccata: Primùm cùm ei dixit, Fides tua te ſalvam fecit, Fuitque ratio hæc recta & à cauſis petita, nimirum à Dei miſericordia, quam illa mulier fide comprehendit. Præterea demonſtravit alia ratione Phariſæo, qui latentem in animo fidem mulieris intelligere non poterat, ei fuiſſe peccata remiſſa & condonata: ut cùm is plus diligat cui plus eſt dimiſſum, videretque mulierem illam plus Chriſtum amaſſe, quàm ipſe eum dilexerit, inde cognoſceret eam non amplius eſſe peccatricem, ſed verè juſtificatam. Atque ipſam plus dilexiſſe ex indiciis charitatis indicat, quæ omnibus videntibus ad pedes ejus ceciderat. Quare certum eſt, effecta hæc amoris, quas iſti ſatisfactiones appellant, non prævertere, ſed potius conſequi juſtificationem.

Luc. 7. 37. & 48.
Duplici ratione Chriſtus oſtendit mulieri fuiſſe dimiſſa peccata.
Charitatis effecta ſequuntur juſtificationẽ, non prævertunt.

21 Et quod iſti fingunt, animos poſt hanc vitam cruciatibus & pœnis in Purgatorio ſatisfacere, ſententiæ Cypriani vehementer adverſatur, qui contra Demetrianum ad finem ejus libri ſcribit: Cùm hinc exceſſum fuerit, neque locus pœnitentiæ, neque ſatisfactionis erit effectus. Solent adverſarii prætexere ſuæ huic opinioni miſericordiæ ſtudium, quòd exiſtimare nolint, eos damnari qui in confeſſione Chriſti obierunt, cùm tamen adhuc aliqua labe peccatorum detinerentur. Sed ſtulta eſt miſericordia, quæ nos impellat ad ea ſtatuenda, quæ ad gloriam Dei facere ignoremus, & ex Sacris literis commonſtrari non poſſint. Deinde tenemur totis viribus, totáque anima Deum amare, atque nihil vel inſtituere vel incipere debemus, quod non ſciamus ei probatum iri, aut ad gloriam ejus facturum. Purgatorium verò, complures reddit ſocordes ad benè vivendum, qui nunc ideò remiſſius agunt, quòd ſuis divitiis arbitrentur peccatores poſt mortem facilè ſibi poſſe comparare. Quod idem incommodum opinionem Origenis conſequebatur, quâ ſtatuebat damnandorum ſupplicia quandoque finienda eſſe. Vnde liquet hanc de Purgatorio ſententiam, neque ædificaſſe Eccleſiam, neque ad ſanctam vitam extimulaſſe, atque ideò fuiſſe parum prudenter excogitatam. Adhæc iſto figmento multi pauperes juſtis eleemoſynis fraudati ſunt, & intolerabilis mercatus indulgentiarum pontificiarum erupit. Conſulitur etiam hoc abuſu ſacrificorum & monachorum ignaviæ, qui ut commodè poſſint ali, atque ſuis precibus manes à Purgatorii pœnis relevare, juſti hæredes in teſtamentis inofficioſis præteriti ſunt, ut penè omnia his ventribus legarentur. Omnia hîc incerta ſunt. Qui exiſtimant animas defunctorum in fide Chriſti non illico ad requiem cœleſtem admitti, unde ſcire potuerunt ignibus excruciari? quibus etiam ſi hoc dederis, ut in flammis divexentur: unde probabunt, noſtris precibus aut ſuffragiis poſſe juvari?

Purgatorium cõplures reddit ſocordes ad benè vivendum.
Hæredes fraudantur.
Indulgentiæ venduntur.
Aluntur ignavi monachi & ſacrifici.
Omnia ſunt in hac opinione incerta.

22 Quòd ſi hominum ſuſpicionibus indulgendum ſit, aliqui fortaſſe reperientur, qui pro Purgatorio conſtituent, ut ita dicam, Eruditorium, quo animæ infidelium, quæ de Chriſto nil audiverunt in hac vita, aut ruſticorum vel infantium, qui nunquam fuerunt eruditi, ſalutem ibi addiſcant, & credendi occaſionem nanciſcantur. Videbitur quippe cuipiam, inhumanum, aut ignorantes in æternum damnandos, aut in regnum cœlorum nondum ornatos Dei notitia introducendos. Et alia multa hujus generis, ut fœcundi ſunt errores, confingi poterunt. Vidimus jam Purgatorium non eſſe dogma creditu neceſſarium. Deinde, quòd ſi opinione & ſuſpicione accipiatur, infirmas & debiles habet quibus innitatur rationes, atque pietati potiùs officit, quàm eam promoveat. Quamobrem qui ipſum eſſe opinantur, non rectè faciunt: ſi id credendum Eccleſiæ proponant, in qua, ut fidei objecta tradi non oportet, niſi ex Scripturis certè ac indubitatò conſtet.

Eruditorium.

23 Nunc reſtat, ut argumenta diluantur, quæ ab initio ſunt propoſita. Occurrebat cum primis locus 2. Machabæorum, qui veritatem oppugnare non poteſt, quòd illi libri non ſunt in Canone. Sed aiunt: Licet Hebræi eos non habeant, noſtra tamen recepit Eccleſia. Recepiſſe illos fatemur Eccleſiam, ſed quemadmodum Cyprianus teſtatus eſt in expoſitione Symboli, ut in Eccleſiis legantur, ſed non quo inde noſtra fides confirmetur. Quo loco beatus Martyr canonicos libros recenſuit, & adjecit: Hi ſunt, ex quibus patres voluerunt

Ad argumenta quæ purgatorium ſtatuunt.
1
2. Mach. 12. 6.
Quomodo libri Machabæorum recepti ſint ab Eccleſia.

dogmata noſtræ fidei conſiſtere. Et Hieronymus dum Machabæorum libros citat,ſolet addere: Si quis velit credere aut recipere. Nec non Auguſtinus cõtra ſecundã Epiſtolã Gaudentii; Receptos (inquit) ſed non ut pares Legi, Prophetis & Pſalmis: quos tamen ait eſſe non inutiles, modò ſobriè legantur & audiantur. Quam ego ſobrietatem interpretor, ut judicemus quibus in rebus cum Scripturis Canonicis, aut conſentiant, aut diſſideant. Melito etiam Sardicenſis Epiſcopus, apud Euſebium Cæſarienſem in cenſu librorum Canonicorum, iſtos non recenſet. Epiphanius quoque illos præteriit. His addas, illic haberi cujuſdam Raziæ hiſtoriam, qui ſeipſum interfecit, ne in manus hoſtium deveniret, atque ibi laudatur & vir & ejus res geſta. Quo exemplo Circuncelliones Auguſtini tempeſtate, cùm ſibiipſis manus afferrent, abutebantur. Quare Auguſtinus adverſus Donatiſtas multum laboravit ut librum defenderet: ſed quantum profecerit, aliorum eſto judicium. Denique ad finem horum librorum habetur, Si rectè Scripſi, eſt quod volui: ſin exiliter & tenuiter, eſt quod potui. Quæ verba non decent authorem Spiritum ſanctum.

2.Mach.14.41.
2.Mach.15.39.

Scriptor Machabæorum ſe excuſat ad finem libri.

2
Zach.9.11.

24 Secundo loco Zacharias inducebatur cap. 9. Sed per lacum, in quo nõ fuerat aqua, Hieronymus diſertè intelligit infernum, ubi nulla eſt miſericordia: quòd cùm nobis præparatum eſſet merito ſanguine Chriſti ex eo redempti ſumus. Exponitur etiam locus à nonnullis, de receptaculo animarum Patrum, antequam Chriſtus in cœlum aſcenderit, unde illius beneficio liberatæ ſunt atque in cœlum ſubvectæ. Quin & Hieronymus in eo loco aſſerit, Luxurioſum divitem fuiſſe in tormentis. Vnde patet, illorum expoſitionem de Purgatorio nutare. Et ſententia Eccleſiaſtis qua dicitur, E catenis & vinculis interdum aliquos ad regnum promoveri, nihil ad hoc inſtitutum facit: cùm ibi tantummodò agatur de rerum viciſſitudine. Et Gregorius Epiſcopus Ponti, qui fuit Leodicenus, quemadmodum Hieronymus citat, inquit, Vt rex ſtultus atque ſenex è regno facilè poteſt dejici, ſic viciſſim juvenis quamvis pauper, modò ſit ſapiens, ex humili loco ad regnum provehi poteſt. Origenes autem & Victorinus, ad allegoriam deflectunt & aiunt, Regem antiquum & dejiciendum, præferre nobis diabolum, qui alioquin princeps hujus mundi appellatur, & juvenem Chriſtum intelligunt: qui cùm recens ad Patrem venerit, omnem poteſtatem accepit, cùm priùs in mundo, velut in carcere, malè divexatus fuerit. Quod in Pſalmis habetur, Tranſivimus per ignem & aquam, Auguſtinus de tentationibus hujus mundi expoſuit, ita ut adverſitates igne deſignentur, proſpera verò per aquas: quibus tentationibus, dum pii non ſuccumbunt, ad cœli refrigeria perducuntur.

3
Eccl.4.14.

4
Pſal.66.12.

25 Sed jam videamus quæ ex novo Teſtamento objecerint: Quod ſcribitur in Evangelio de peccato in Spiritum ſanctum non remittendo, neque in hoc ſeculo, neque in futuro, non infert aliqua eſſe peccata, quæ in alia vita remittantur. Non ſolent apud Dialecticos, duæ propoſitiones negantes, affirmantem concludere: quare non remitti in hoc ſeculo, & non remitti in alio, non affirmant poſt hanc vitam fieri condonationem peccatorum. Et apertè liquet ea fuiſſe à Chriſto dicta per exaggerationem qua gravitas ejus peccati magis eſſet perſpicua. Dúmque Marcus idem ſcribit, ait, Nunquam remittetur: neque meminit, vel hujus vel alterius ſeculi. De illo autem qui noluerit cum adverſario cùm eſt in via conſentire, & idcirco jubetur tradi miniſtro, & per eum lictori, à quo conjiciatur in carcerem, ita ut inde non ſit egreſſurus, donec perſolverit uſque ad minimum quadrantem: Auguſtinus de Gehenna diſertè intelligit, & particulam Donec, accipi vult in eadem ſignificatione quà dictum eſt: Et non cognovit eam, donec peperit filium ſuum primogenitum. Et Hieronymus hunc locum interpretatus eſt, de concordia obſervanda inter fideles dum hîc vixerint, quod ex antecedentibus & conſequentibus probat. Antea dicebatur, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris fratrem tuum quidpiam habere adverſum te, relinque ibi munus tuum, &c.

5
Mat.12.32.

6
Marc.3.29.
Mat.5.25.

Mat.5.25.

Deinde poſthæc ſcribitur, Diligite inimicos veſtros. Meminit etiam interpretationis allegoricæ, qua nonnulli ſpiritum ipſum, per adverſarium intellexerunt: quæ tamen expoſitio videtur ei abſurda, ut ſpiritus nos tradat judici. Neque tacuit fuiſſe, qui per adverſarium, diabolum intellexerint, quod apud Ambroſium legitur: atque Tertullianus in libro de Anima idem refert, quamvis afferat eum locum de concordia ſimplicius intelligi. Quare cùm ex his allegoriis nihil poſſit firmi colligi, argumentum eſt admodum infirmum.

Ibid.44.

26 De ſententia verò, quam citant ex tertio capite ad Corinthios ſic habeto, Sapiunt illi & benè ſibi conſulunt, qui precioſa ædificant: ii ſunt ſanæ doctrinæ authores, quæ nobiliſſimis & præſtantiſſimis rebus confertur: imò ſi David credimus, eas lõgè ſuperat, cùm in Pſalmo dicatur, Mandata Dei eſſe deſiderabilia ſuper aurum & lapides precioſos. Verùm hoc argenti, auri & gemmarum ornamentum, hodie tranſtulerunt ad cruces, calices, atque candelabra: quæ aurea, argentea & gemmata curant, cùm ſinant interea loci plumbeas & plus quàm ferreas circumferri doctrinas. Vnde illud Bonifacii Epiſcopi dictum in Triburienſi Cõcilio, veriſſimum apparet: qui ut habetur Canone 18. cùm rogaretur, num ad ſacra myſteria eſſent adhibenda vaſa lignea: Reſpondit, Quando ſacerdotes habuimus aureos, ii vaſis ligneis utebantur: ſed nunc, lignei ſacerdotes, aurea vaſa induxerunt. Ex hac materiæ diverſitate, gradus indicantur, quibus in doctrina Chriſtus magis minúſve delineatur, exprimitur ac illuſtratur. Quemadmodum viciſſim lignum, fœnum & ſtipula, declarant doctrinis alienis, Chriſtum, qui fundamentum eſt magis minúſve deformari, atque dehoneſtari. Chryſoſtomus ſermonem putavit hunc non eſſe de doctoribus. Nam (inquit) ſi malè docent, & alii pereunt illorum cauſa, quare dicit Paulus, ædificatores tandem ſervandos, cùm potius ipſis quàm auditoribus debeatur exitium, ut qui errandi occaſionem præbuerint? Sin verò benè docuerunt, & alii ſuo vitio non profecerunt, culpa doctores vacant: neque illis convenit, ut damnum patiantur, ſerventur nihilominus, ſed ſic tanquam per ignem. At Chryſoſtomo id impoſuit, quod auditores atque doctores inter ſeſe contulit. Nos verò hæc ducimus ad doctrinas referẽda. Quare fieri poteſt, ut rejectis & condẽnatis ſentẽtiis eorum qui nõ prudenter ædificarunt, ipſi modò fundamentũ retinuerint, ſerventur: ſed ita ſerventur ut nõ ſine igne abeant. Et certum eſt, hîc tantùm de illis agi ædificantibus, qui fundamentum non deſerunt. Lignum, fœnum & ſtipulas, mandata & inventa hominum intelligas: de quibus dicitur, Fruſtra me colunt, mandatis & doctrina hominum. Huc ſpectant inanes & curioſæ quæſtiones, quæ cùm ad ædificationem minimè conducant, eas juſſit Paulus ad Timotheum evitari. Vtamur exemplis: Docet quiſpiam, Quæ innupta eſt, cogitat quæ Domini ſunt. Bonum eſt hujuſmodi fundamentum. At ſi adjeceris, Decretum fiat, ut cœlibes cogantur degere Sacerdotes, jam paleas ædificas. Iejunium conducit precibus, mentem facit ſaniorem: fundamentum eſt non malum. Sed adjiciunt, Præſcribantur dies, habeatur delectus ciborum, ſub pœna peccati (ut loquuntur) mortalis, iſta præcipiantur: jam fœnum ædificant. Adhæc, quia precioſa in conſpectu Domini eſt mors ſanctorum ejus, convenit ut memoriæ Martyrum in honore habeantur. Non aliena eſt à fundamento hæc doctrina: Verùm cùm inferunt, eorum oſſa colantur, eorum nomina invocentur, illorum ſtatuæ adorentur: totum hoc, & ſtipula & lignum cenſebitur. Apertiſſimè ab his rebus metaphora deducitur: ſiquidem fundamentum dehoneſtant, cúmque naturâ ſint flaccidæ, minimè poſſunt diutiùs perſiſtere, ſuntque ignis fomentum & eſca, qua ſuccendatur flamma.

In 1.Cor.3.12.

Pſal.19.11.

Aurum, argentum, gemmæ non in doctrina jam ſunt, ſed in calicibus & crucibus.

Mat.15.9.

Curioſæ ac inanes quæſtiones.

1.Cor.7.34.

Pſal.116.15.

Quæ ſit apta metaphora.

27 Dies ergo declarabit: Nam quæ pravè docentur, æternùm latêre non poſſunt: Nihil enim occultum eſt, quòd non reveletur. Quòd ſi è veſtigio prava dogmata non pateſiant, acceſſione temporis declarantur. Experimur hodie retegi complura, quæ à multis annis latuerunt. In quibus traducendis prudenter agendum eſt, ne fortè unà cum malis

Mat.10.26.

Errores tempore deteguntur.

Prudenter agendum in traducendis erroribus.

bona

bona eradicentur, quæ poſtea errore deprehenſo non valeamus reſtituere.

Dies quid?

Dies ergo accipitur pro manifeſt ſſima revelatione, cùm tenebræ depellentur, ut de re, prout ipſa eſt, judicium feratur.

Variis mediis Deus illuminat.

Atque ad hoc efficiendum, variis mediis, multiplicibúſque rationibus utitur Deus, quibus errantium animos illuſtrat. Aliquando Evangelii prædicatione: nam verbum Dei gladius eſt acutus & anceps, ut qui ad intima cordis pertingat.

Heb. 4. 12.

Interdum verò adhibet calamitates & tribulationes hujus mundi, per quas erudiat homines:

Adverſa per ſeſe nō lucem afferunt.

B

quod tamen adverſis rebus minimè convenit, juxta earum naturam, cùm impulerint non paucos ad blaſphemias & contumelias in Deum jaciendas, & nonnullos adegerint in deſperationem: ſed tunc animis noſtris lucem adferunt, quando miſericordia Dei ad ſalutem noſtram illis utitur.

Eſa. 2. 20.

In Eſaia ſcribitur, futurum in ſumma tribulatione, ut homo ſua idola, vel aurea, vel argentea, ad talpas & veſpertiliones, projiciat.

Manaſſes. 2. Par. 33. 12.

Atque Manaſſes rex Iuda, tunc agnovit idololatriam inutilem, quando captivus eſt abductus, & in carcerem conjectus.

C

Et non raró fit, ut quibus datum non fuerit per totam vitam ut de religione benè ſentirent, id ſæpe concedatur illis ultima hora: atque in lucta mortis conſtitutis, ſuperſtitiones & abuſus quibus antea ſeſe mancipaverant, & inanes & noxios fuiſſe intelligant.

De ſalute Patrum, qui ſuperſtitioſa docuerunt.

Quod ego non dubitaverim, Bernardo, Franciſco, Dominico, & nonnullis ex veteribus Patribus eveniſſe: quia cùm in fundamento, hoc eſt, in Chriſto vixerint, quanquam multos abuſus & complura ſuperſtitioſa

D

ædificarint, ſervari tamen potuerunt: per ignem tamen, cùm extrema hora luctarentur adverſus mortem & peccatorum terrores, & in eo certam ne vanitatem ſuorum ſtudiorum agnoverunt. Quicquid itaque horum trium illuſtraverit animos aberrantium

Quid ignis & dies.

à recta extructione, id ego diem & ignem appello. Huc Paulus provocat ad examen atque judicium Dei.

Cauſæ cur lateant malæ doctrinæ.

Nam latêre quandoque poſſunt malæ doctrinæ, quæ tunc aperientur. Nunc autem ideo latent,

E

partim quia ſunt ambitioſi qui docent, & cupiditate honoris abducti, non expendunt rectè quæ doceant: & auditores cùm frequentiſſimè vanitate laborent, novitati docentium plus æquo favent, & doctrinam ex docentis ſplendore aut facundia æſtimant: poſtrema cauſa eſt, utrorúmque ignavia, cùm doctorum, tum etiam audientium: non enim ut deceret examinationi doctrinæ incumbunt. Et denique accedit, ut abuſus & pravi ritus per hypocriſin fucentur, atque ita pingantur, ut ſpeciem ſanctitatis præferant, uti Paulus ad Coloſſenſes habet:

Col. 2. 8.

F

Iuxta mandatum & doctrinas hominum: verbotenus ſpeciem habentes ſapientiæ.

Quibus artibus miſſa ornetur?

Quid eſt hodie magis ornatum atque coloribus diſtinctum, ut Miſſa? Ibi mirus veſtimentorum cultus, illecebræ, organa, cerei, ſuffitus, campanæ, geſticulationes, elevatio, depoſitio, muſſitatio, fractiones, fruſtula panis, & alia ſexcenta diaboli mendacia.

Miſera excuſatio.

Conantur excuſare cùm reprehenduntur, quòd hæc ſigna ideò ſint adhibita, ut doceamur Euchariſtiæ dignitatem. At ex miſero populo quotuſquiſque eſt qui rationes horum ſignorum intelligat?

G

Neque ſacrifici de illis interrogati, poſſent rationem reddere: eſtque res ita deformata, & adeò degeneravit, ut quidvis aliud haberi poſſit aut videri, quàm Cœna Dominica.

Cùm alia per allegoriā intelligantur, nō eſt dubium ignem quoque hic accipiendum.

28 Quando autem fundamentum, aurum, argentum, lapides pretioſi, ligna, fœnum, calamus, per allegoriam dicuntur, dubium non eſt, & ignem allegoricè accipi. Non eſt ſatis probari doctrinas, hominum judicio: ad ignem divini examinis perſtare illas oportet.

H

Eſt itaque ignis & dies, clara inſpectio, certa probatio, perſpicua revelatio, qua tandem cognoſcemus doctrinarum veritatem, earum denique fallaciam.

Propriū ignis.

Ignis proprium eſt, ut illuſtret atque probet. Nemo verò ab iſto igne, ſive benè ſive male ædificaverit eximetur, omnes illo probandi ſunt: atque probatio in eo ſita erit, ut examinetur num quæ ædificata eſt doctrina, fundamento conveniat, nécne.

In quo ſit ſita probatio?

Deus inſtar ignis.

Deus alioquin dicitur eſſe inſtar ignis conflagrantis, & herbæ fullonum, Purgabit enim filios

I

Levi, eóſque ut argentum & aurum emundabit, Malach. 3.

Mal. 3. 2.

Doctrinæ quæ fuerint ſanæ, manebunt: neque ignis examen plus eis officiet atque fornax auro vel

A

argento, ſeu ut tribus pueris igne probatis in Babylone. Auguſtinus in variis locis, ſententiæ hujus meminit: De Fide & Operibus c. 15. & 16. In Enchiridio ad Laurentium c. 69. De civitate Dei libr. 21. De octo quæſtionibus ad Dulcitium, qu. 1. Super Pſalmum 80. & ubique fermè ſibiipſi conſentit, & adfert eandem horum verborum expoſitionem. Affirmat ſententiam hanc difficilem eſſe, habétque in earum numero, de quibus Petrus dixerit, in Epiſtolis Pauli multa eſſe difficilia, quæ improbi pervertant ad

Ut hodie fecerūt de Purgatorio.

B

ſuum ipſorum exitium. Monet præterea, ut ejus generis ignem interpretemur, qui poſſit tam benè ædificantibus, quàm malè communis eſſe.

Ignis iſte oportet ſit communis tam bonis quàm malis.

Tandem cavendum inquit, ne huc acceſſamus baptizatos qui peſſimè vixerunt, ut eorum gravia ſcelera, homicidia inquam & adulteria, propter quæ homines à regno cœlorum excluduntur, fingamus eſſe ligna, fœnum aut paleas: quia huic hominum generi tam gravibus criminibus obſtricto, gehenna debetur: cujus ignis non poteſt eſſe communis benè ędificantibus,

C

niſi eos quoque volueris in gehennam detrudere. Illorum tantùm mentio eſt qui conſervato fundamento ædificarunt. In quo numero nequaquam habendi ſunt qui perditis vitiis onerati fuerint. Pergit & ait, fundamentum eſſe Chriſtum, quod Apoſtolus ipſe interpretatur: adjicit autem fidem, quia Chriſtus in cordibus noſtris per fidem habitat, & facit eos eſſe benè ædificantes, qui legi Dei parent: fœnum verò & ſtipulam illos ædificare ſcribit, qui mundi voluptates atque delitias non tamen prohibitas retinue-

D

runt: & ita retinuerunt, ut illis plus æquo ſeſe addicerent. Qui rectè ædificant (ut inquiunt) bona hujus mundi poſſident, opes, honores, uxorem, &c. quaſi non poſſideant, illiſque utantur, ac ſi non uterentur: malè autem ædificantes, eiſdem rebus plus quàm oportuiſſet afficiuntur: non tamen eouſque laxant habenas cupiditatibus, ut hujuſmodi bona Chriſto præferant, cui tanquam fundamento innituntur, ſed potiùs contrà, illis Chriſtum omnino an-

E

teponunt. Nam quando vel ad fidei confeſſionem, vel ad martyrium pervenitur, ea potius amittere volunt, quàm à Chriſto deſciſcere. Quia tamen vehementiori affectu ea complexi fuerunt, in amittendo ignem ſentiunt: dolent ſanè ac graviter ferunt hæc à ſe auferri: ſervantur nihilominus, quia fundamentum veræ fidei ſalvum & illæſum conſervant: hoc eſt inquit, fœnum, lignum & paleam, igne accendi ac perire. Quia illæ ipſorum cupiditates ut flamma excruciant eos, & evaneſcunt. Adjecitque iſtud multis e-

F

venire, dum hîc vivunt. Nam pleriſque martyribus & ſanctis accidit non raró, ut hujus mundi bonis expolientur pro Chriſti nomine. Sed omnes, inquit, iſto examine denique tentamur ad finem vitæ: & ignem ſignificare tribulationes, probat ex Pſalmo 65. ubi ſcribitur.

Pſal. 65. 12.

Tranſivimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium: ubi adverſa per ignem demonſtrantur: per aquam verò proſpera: & vult ob eā cauſam in Baptiſmi exorciſmo, tam ignem quàm aquam adhibere, ut his duobus admoneamur, nos

G

eſſe probandos. Adducit & Eccleſiaſtici ſententiam,

Eccl. 27. 6.

Vaſa figuli probat fornax, at animos juſtorum tentatio tribulationis.

Per ædificia ſignificantur doctrinæ.

29 Huic interpretationi Auguſtini, ut per ignem calamitates & adverſa intelligamus, Gregorius conſentit, quamvis ad Purgatorium deflectat. Verùm, ut diximus, apertiſſime conſtat, Paulum per ędificia vel bona vel mala ſignificaſſe doctrinas, aut ſanas aut vitiatas: quarū finis deſcribitur, ut ſi bonæ fuerint, mercedem habeāt: ſin verò malæ, diſpereāt.

Mat. 15. 13.

H

Omnis enim planta quam non plātavit Pater meus, eradicabitur. Neque mirum bona ędificia perſtare, cùm verbum Dei æternùm maneat. Qui nō rectè ædificaverit, poteſt quidem ſervari, per ignem tamen: quia doctrinā ſuam, & confutatam & damnatam cernet, ſe agnoſcet luſiſſe operam ut is qui evadit per incēdia, cujus veſtes ſic aduruntur, ut nudus exiliat. Nonnulli exponūt ſic tanquam per ignem, quia difficulter homines adducuntur, ut à ſuis opinionibus deducantur. Omnes enim plus æquo inventa ſua & cōplectuntur & exo-

I

ſculantur. Verùm ſimpliciùs eſt ſi dixeris, quòd in examine Dei pudorem, triſtitiam, anguſtiam, & inquietam conſcientiam experientur. Atque in hanc

Digitized by Google

interpretationem Ambroſius deſcendit: Neceſſe eſt ut ſemper erubeſcat, qui videt ſe falſum defendiſſe pro vero: in hoc judicio Dei peccatum doctrinæ retegitur, ſtatímque pœnitentiæ dolor & magna triſtitia ſubit.

30 Putavit Chryſoſtom. ignem hunc ad gehennam pertinere: ſed quia videt ſibi obſtare quod ſcribitur, Ipſe autem quaſi per ignem ſervabitur, interpretatus eſt, ſervari nihil aliud eſſe quàm durare, non extingui, non in cineres verti, aut nihilum redigi: ut iſte malus ędificator ſit quoad ſubſtantiam permanſurus: non autem ſervabitur, ut inquit, niſi ad pœnam, ut igne ac flammis æternùm ſuccendatur. Non latuit eum, interpretationem hanc aliquantò coactam eſſe, ideo curavit eam lenire, oſtenditque Paulum ſpecioſis vocabulis nonnunquam res alioquin improbandas & turpes ornare: ac viciſſim quæ præſtantia ſunt & laudabilia, nominibus parum honeſtis appellare. Poſteriore ad Cor. dicit, nos captivam facere omnem cogitationem: ubi vocabulo captivitatis, illam perſuaſionem appellat, qua homines volentes & ultrò fidei ſeſe ſubmittunt. Item, cùm prædicat carnis & membrorum, quæ ſuper terram ſunt, mortificationem, probatam ſane rem atque perfectam, voce mortificationis commendat, cùm natura omnes à morte abhorreamus. Ac è diverſo, cùm inquit ad Romanos, Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore: tyrannidem qua peccato premimur, deteſtandam ſane rem applicatione regni cohoneſtat. Sic modò ſalutis voce, æternam durationem in igne ac pœnis gehennæ vocat. Sed laboret Chryſoſtomus ut voluerit pro hac ſua interpretatione, quam duplici capite ſatis apparet non poſſe conſiſtere. Nam cum omnia hic allegoricè ſumantur, quid oportet ut ad verum ignem confugiat? niſi fortaſſis velit ignem gehennæ allegoricum eſſe, quòd non ferret opinio in Eccleſia recepta. Deinde cùm dicatur, Cujuſque opus quale ſit ignis probabit, ut Auguſtinus rectè monuit, ignem oportere conſtituere, quem tam boni quàm mali ædificatores experiantur. Non autem arbitror eum voluiſſe, bonos & ſanctos viros, igne inferni divexandos eſſe. Hanc nihilominus Chryſoſtomi ſententiam, ſcholia Græca retulerunt. Et Eraſmus vir doctiſſimus, in annotatione, vanum eſſe ait mentionem hoc loco facere Purgatorii, cùm hîc longè aliud agatur. Non dubito ſanè illum hoc idem vidiſſe, quòd ſi Purgatorius hîc conſtituatur ignis, opus erit & Apoſtolis & ſanctis omnibus, illum ignem eſſe communem, quantumvis Eccleſiam probatis & ſynceris doctrinis ædificarint. Neque poſſum admirari ſatis eos, qui hanc ſententiam intelligendam de Purgatorio tuentur, cùm alioquin indulgentias pontificias defendant, & ſciant earum nonnullas ita concedi à Papa, ut abſolvi quis poſſit, cum moritur, ab omni pœna, ita ut è veſtigio in cœlum (ut loquuntur) ejus anima evolet: quomodo is Purgatorio igne probabitur? Quin & Scotus dixit poſſe inveniri actionem ſeu motum charitatis adeo abſolutum atque perfectum, ſeu quemadmodum ipſe loquitur, tanti fervoris, ut omnes eluat pœnas. Dicat ille idem, quomodo iſte ignis purgatorius, quem ex hoc loco extorqueri volunt, poterit omnibus eſſe communis? niſi fortaſſis eum in aëre collocent, fingántque omnes ſanctos, cùm ad cœlum evolant, per ignem illum tranſire: ut de quodam Alcuino dicitur, quòd ejuſmodi commentum invenerit, ſanctos univerſos, antequam cœlum aſcendant, per ignem Purgatorium tranſire. Illud etiam minimè videtur tacendum, Paulum utcunque ad verba Eſaiæ, quæ habentur in 1. cap. alluſiſſe, ubi dicitur, Et erit robur illorum ut ſtuppa, & qui fecit tanquam ſcintilla, comburentúrque ambo. Robur illorum eſt mala doctrina, idololatria inquam, ſcintilla inflammabit ſtuppam, ambo incendentur: author nimirum doctrinæ, unà cum ſtuppa, cum ſuis dogmatis, quia & illa non ſtabunt, & iſte plurimùm affligetur. Quanquam Pauli ſententia non ſit prorſus eadem cum illa Eſaiæ, ſed ut dixi, tantùm ad eam alluſit.

2. Cor. 10. 5.

Col. 3. 5.

Rom. 6. 12.

Figmentum prorſus inane.

Eſa. 1. 31.

Alluſit Paulus ad verba Eſaiæ.

8

Luc. 16. 19.

31 Adduxerunt poſtremò, argumentum ex Luca, de divite, qui cruciabatur in flammis. Sed ea dicitur à multis parabolica narratio, cujus mentis eſt Chryſoſtomus. Sed facito veram hiſtoriam, quomodo illum divitem in Purgatorio fuiſſe defendent? cùm inter ſinum Abrahæ atque locum ubi puniebatur, interceſſiſſe dicatur maximum chaos, ita ut illinc nemo ad Abrahamum tranſire poſſet? & mirum videtur, quomodo ille dives, cùm tantopere affligeretur, anniverſaria non petierit, neque vivorum ſuffragia: & cùm Abrahamus aſſerat, neque à ſe, neque à Lazaro eum potuiſſe juvari, quomodo ſacrificus confidet, Miſſa & precibus animas defunctorum ſe poſſe à pœnis Purgatorii relevare? Certè prudentes virgines oleum non communicarunt fatuis, neque Lazarus diviti prodeſſe potuit. Præſtitiſſet ut in eo loco ponderaſſent, Moſen habent & Prophetas, ubi oſtenditur divinas Scripturas ad ſalutem eſſe ſatis: non relegantur homines vel ad Patres, vel ad humanas traditiones. De civitate ſancta, quæ eſt beatorum ſocietas, confiteor nihil immundi eſſe ad eam tranſmittendum: nam qui obeunt in nomine Chriſti, ſanguine illius abluti ſunt. Acceſſit præterea pœnitentia, & carnis diſſolutio in morte: quare non amplius immundi haberi debent, qui æternæ vitæ participes fiant. Neque inficias ibimus, in nomine Ieſu omne genu flecti, cœleſtium, terreſtrium, inferorum. Sed hæc verba de cultu Dei non ſunt accipienda. Non enim ſolùm conſtat in eo ut genua flectantur, ſed inprimis requirit, ſpirituales animi affectus & motus. Agitur ibi de ſumma poteſtate Chriſto collata, per quam omnis creatura cœli, terræ ac inferorum, ei ſubjicitur: quin & diabolus unà cum ſpiritibus damnatorum, velint nolint, ſub pedibus ejus tradentur. Atque id verba quæ antecedunt, ſatis demonſtrant: Dicitur enim, Dedit illi Deus nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c. Quæ ſi volueris ad cultum divinum adaptare, quaſi ſint in Purgatorio, qui Deum colant, fateri cogeris diabolum quoque & damnatos ſpiritus Chriſtum colere. Et ejuſdem farinæ putandum eſt quod in Apocal. dicitur, omnes creaturas celebraſſe Dei laudes, quæ ſunt in cœlo, in mari, atque ſub terra. Omnia Deum laudant, prout ſuæ naturæ convenit. Materiam quippe ſuppeditant, & occaſionem divinarum laudum. Dixeris alioquin colles, montes, ligna, dracones, & alia id genus, verè propriéque Deum laudare.

Ex 1. Cor. 3. 15.

Quomodo nō oramus ſanctos ut intercedant pro his qui ſunt in Purgatorio.

Matt. 25. 9.

Phil. 2. 10.

Apoc. 5. 13.

32 De Patribus quid ſenſerint hac de re, non habeo quid aliud referam, niſi majorem illorum partem in eam ſententiam eſſe propenſos, ut Purgatorium concedant: ſed apud nullos eorum memini me legiſſe articulum eſſe fidei, ita ut qui ſecus opinatus fuerit ſalutem habere non poſſit. Neque ſtatim quicquid Patres dixerunt, habendum eſt ut creditu neceſſarium. Alioqui ſubſcribamus Milliariis, inter quos extiterunt Irenæus, Victorinus, Papias, Lactantius atque Methodius, & alii complures illuſtres & præclari nominis. Certè Ambroſio non ſubſcribitur ab omnibus, cùm in divortiis, viro duntaxat novarum nuptiarum facultatem concedit. Neque Auguſtino volunt omnes aſſentiri, quòd gehennæ pœnis addicti ſunt infantes, qui abſque baptiſmo perierunt: Neque quod eiſdem infantibus danda ſit Euchariſtia. Atque ipſi adverſarii noſtri cum Auguſtino minimè faciunt, cùm omnia opera infidelium dicit eſſe peccata: quamvis & veriſſimum eſt, & verbo Dei maximè conſentaneum. Tertulliano contradicitur, quòd anima ſit ex traduce, licet hujuſmodi ſententiæ Auguſtinus non multum refragetur. Cyprianum relinquunt, qui hæreticos ad Eccleſiam redeuntes, cenſuit rurſus tingendos. Neque recipiunt Epiphanium, cùm inquit adverſus Artium, traditionem Apoſtolorum eſſe, ut ſex diebus ante Paſcha, non comedatur niſi panis cum ſale. Atque idem in Ancorato interpretatur Chriſti dictum: Pater major me eſt, de natura divina: neque exponit illud ut alii Orthodoxi de natura hominis: nam vult eo loquendi genere Filium Patri deferre. Idémque vult Chriſtum cùm oravit in horto, non id petiiſſe, quaſi ſic fieri vellet, ſed ut diabolum falleret, eúmque ad ſingulare certamen provocaret, quaſi Chriſtus in ea oratione ſimularit. Et in Hieronymo non eſt probandum, quòd matrimonio tam malè propitius fuerit contra Iovinianum, ut biga-

Patres, quoad majorem partem, concedūt purgatorium.

Patres nō ponunt purgatoriū pertinere ad articulū fidei & ad res creditu neceſſarias.

Milliarii.

Non quicquid Patres dicunt ſtatim eſt verum & credendum.

Ioan. 14. 28

Matt. 26. 39.

Digitized by Google

ut bigamiam, vel ſecundas nuptias aut tertias, ſcortationis loco haberet. Et Dionyſius de cœleſti Hierarchia, cùm rationem humandi fidelium corpora tradit, chriſma dicit ſuper cadaver effundendum, quod hodie nulli ex noſtris adverſariis vellent facere. Taceo de D. Benedicto, qui defunctæ mulieri Euchariſtiam dari juſſit. Et me deficeret oratio & tempus, ſi omnia recenſere vellem, quæ apud Patres inveniuntur, quæ neque recepta ſunt, neque hodie ab his qui nobis contradicunt admitterentur. Atque dum iſta B repeto nolim haberi ut Cham filius Noa, qui verenda patris retecta riſerit, & ad fratres ridenda detulerit. Libenter hæc tacuiſſem, ſed importunitate adverſariorum cogor, qui perpetuò clamant, Patres, Patres, Patres: quaſi velint ipſi omnibus aſſentiri, quæ Patres aut dixerunt, aut fecerunt. Cur potius non intelligunt & animadvertunt, eos quoque fuiſſe homines, & interdum ut homines erraſſe: non enim ſuper fundamento, quod eſt Chriſtus, argentum, aurum, C & pretioſos lapides perpetuò ædificarunt. Neque veritati debet ulla vetuſtas opinionis aut conſuetudinis præſcribere. Quia jam inde à Pauli tempeſtate cœperunt in Eccleſia errores, & mentio fit à Paulo malè ædificantium. Atque illa eadem tempeſtate non defuerunt, qui pro mortuis exiſtimaverint baptiſmum eſſe ſuſpiciendum. Atque Dominica Cœna tanto abuſu inter Corinthios tractabatur, ut Apoſtolus dicere coactus fuerit, id non eſſe Domini cœnam manducare. Et Cyprianus admonuit, conſuetudinem abſque ratione, matrem erroris eſſe.

Patrum errata non temerè traducenda, ſed interdum cogimur.

Vetuſtas opinionis nō præjudicat veritati

Pauli tempeſtate cœperunt errores in Eccleſia.

1. Cor 15.29.
1. Cor. 11. 20.
Cyprian.

D

33 Solet nobis & illud objici, Eccleſiam ſemper pro defunctis oraſſe. Quod equidem non inficior, ſed aſſero iſtius facti, neque verbi Dei, neque exempli quod deſumatur ex ſacris literis, authoritatem habere. Facilè moventur homines, quadam naturali charitate impulſi, & amore in defunctos, ut illis benè cupiant, & in aliquas preces pro eis erumpant. Sed affectio hæc vehementior, videndum eſt ne fidei & juſtæ pietati adverſetur. Et alia cauſa extra Purgatorium eſſe potuit, ut pro defunctis in Eccleſia fierent. E Noluerunt enim defunctorum nomen & memoriam facilè interire, ſed curarunt inter fideles, eam quàm diutiſſimè ſervare. Deinde preces illæ ſpectabant eò, ut gratias Deo agerent, qui defunctos illos ad ſe ex hac miſera vita evocarit. Unde Ambroſius in annotationibus funebribus, habitis in obitu Theodoſii, atque in obitu Valentiniani Imperatorum, gratulatur eis quòd jam æternam fœlicitatem conſequuti eſſent, quòd jam cum Chriſto regnarent, & nihilominus addebat preces, ut Deus illis optatam requiem F concederet: quæ ſecum videntur pugnare, niſi ſic acceperis, ut jam expoſuimus. Volebat præterea Eccleſia, ſuo fungi officio erga defunctos, ac ſi adhuc viverent, tametſi quod orabat, jam ſe accepiſſe cogitaret. Nam & Chriſtus pro reſurrectione Lazari precabatur, quam tamen ſe minimè dubitabat obtinuiſſe antequam oraret: & ideo aiebat, ſe propter aſtantes ita oraſſe. Videbatur antiſtes in precibus pro defunctis inſtituere populum & docere, quænam bona ille qui G obierat recepiſſet, ea inquam, quæ illi audiebant Eccleſiam optaſſe. Hæc ex Dionyſio habentur in Eccleſiaſtica Hierarchia. Adjecit Epiphanius & aliam rationem adverſus Arrium, ut id quod perfectum eſt, ab aliis diſtingueretur. Chriſtus profectò ita perfectus eſt & abſolutus, ut pro eo non oportuerit orare: alii verò quantumvis ſancti, quando cum eo conferuntur, imperfecti ſunt, & ideo non abhorret eorum conditio, ut pro eis preces fundantur: Unde veteres & pro martyribus & pro ſanctis orarunt. Hanc ego ex H Epiphanio cauſam retuli, non quòd eam veram exiſtimem (nam orationes veterum pro Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis & Martyribus, fuerunt gratiarum actiones) ſed ut intelligatur non unam tantùm aſſignari poſſe cauſam, cur Eccleſia pro defunctis oraverit. Et cùm multæ poſſint & variæ aſſignari, illi minùs dialecticè faciunt, qui unam tantùm volunt obtrudere, nimirum ut defunctorum ſpiritus, in Purgatorio relevarentur. Sed clamitant, Eccleſiam diſertè pro mortuis oraſſe ut ſublevarentur, & melius haberent. I Scio equidem multos ex Patribus iſtam quoque cauſam admittere; ſed incertum eſt, an ob eam Eccleſia primùm orare pro defunctis incœperit. Imò ſi ſpe- A ctare volueris formas precum vetuſtiſſimarum in Eccleſia, videbis eam oraſſe, ut à gehenna liberarentur defuncti, ab æterna morte, & ab inferno, ubi nulla eſt redemptio.

Orarum eſt antiquitùs pro defunctis: ſed non propter Purgatorium.

Ioan. 11. 14.

Eſt paralogiſmus, non cauſæ ut cauſa.

Eccleſia orabat, ut à gehenna liberarentur defuncti.

34 Poſtremò, non eſt quod afferam multa ad juſtitiam Dei tuendam, quam adverſarii dictitant nos delere, tollendo Purgatorium: quoniam pro his qui dormiunt in Domino, ſatis pœnarum Chriſtus luit, & illis quod bonorum operum & juſtitiæ deſuit, ex Chriſti morte & meritis additur. Eſt deinde pœnitentia, B quæ dolores ingentes ſecum habet conjunctos, potiſſimùm, cùm ex animo ad Chriſtum convertimur, quemadmodum credendum eſt de his qui extrema hora luctantur atque nituntur ad ſalutem erumpere. Deinde mors accedit, qua cùm diſſolvatur caro, infirmitates quoque illius & labes faceſſunt. Atque in ſumma, juſtitia noſtra metienda non eſt ex noſtris operibus, neque juſtitia Dei ex humano jure debet æſtimari. Nam Dominus dicit, Quantum diC ſtat cœlum à terra, tantùm viæ meæ à viis veſtris diſtant: &, An oculus tuus nequam eſt, quod ego bonus ſum? Et hæc ſint ſatis ad Purgatorium depellendum.

Eſa. 55. 9.
Matt. 20. 15.

CAPUT X.

De Lachrymis, Ieiunio, & Vigiliis, externæ Pœnitentiæ exercitiis. Ac primùm, De Lachrymis.

D

Habentur lachrymæ ut additamenta quædam & appendices cùm pœnitentiæ, tum precum. Non ſolum reſipiſcentes, cùm peccata ſua gravi dolore deteſtantur, flere conſueverunt: ſed etiam quotquot enixè ac vehementer quippiam contendunt impetrare. Attamen veræ pœnitentiæ indicia, non ſemper ex lachrymis habentur. Nam & Eſau, cùm in lib. Gen. tum etiam in Epiſt. ad Hebr. fleviſſe legitur. Preces item efficaces ad impetrandum quod petitur, fuiſſe, E non ſemper ex lachrymis deprehenditur. David enim poſt adulterium, jejunavit & flevit, dum vehementer precaretur ut filio, quem ex Bethſaba ſuſceperat, vita relinqueretur: quod tamen obtinere non valuit. Cæterùm quòd lachrymæ in iis exemplis ſucceſſum non habuerint, diverſæ cauſæ effecerunt. Nam Eſau, ſicut mox declarabimus, ex fide non luxit: David autem non impetravit quod petebat, quia Deus ei dare conſtituerat, quod multò melius ac honorificentius ejus voto fuit. Non manſit quidem ſuperſtes filius ex F adulterio conceptus: at ex eadem matre, Salomonem poſtea ſuſcepit, quem patri poſt ejus mortem, imò ipſo adhuc vivo, in regnum pacatum atque ampliſſimum ſurrogavit. Verùm è diverſo, ſpectemus lachrymas in Petro legitimæ pœnitentiæ fuiſſe indicia: Nec non in ea muliere, quæ (ut Evangeliſtæ retulerunt) pedes Domini flendo abluit. Et quod ad preces attinet, Ezechias auditus eſt, cùm flendo precaretur, & mors ei annunciata in aliud tempus dilata fuit. Ioſias quoque auditus eſt, qui Deum multis lachryG mis oravit. Pſalm. 126. de fructu precum, quæ conjunctos gemitus & lachrymas habeant, ita loquitur: Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua: venientes autem venient, & cum exultatione manipulos ſuos reportabunt. Quique ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Pſalmo quoque 6. habetur, Exaudivit Dominus vocem fletus mei. Et 56. ſcribitur, Sanctorum lachrymas quodammodo in laguncula ſeu utre coram Deo poſitas, & in ejus libro fideliter conſignatas. Invitat etiam nos idem David Pſalm. 95. iis verbis: H Coram Domino, qui fecit nos, ploremus, &c. At multò magis Chriſti exemplo ad id incitamur, qui (ut Epiſtol. ad Hebræos habet) cum clamore valido, & lachrymis pro nobis oravit. Paulus quoque Act. 20. ait, Se Domino, ſubmiſſo animo & lachrymis, diu ſerviviſſe.

In Iud. 2 v. 4.
Lachrymæ cum ad pœnitentiam tum ad preces adhibentur.
Fletus non eſt ſemper veræ pœnitentiæ indicium
In 2. Sam. 12.
Gen. 27. 38.
Heb. 12. 17.
Luc. 22. 62.
Luc. 7. 38.
Eſa. 38. 2.
2. Reg. 22. 9
Pſal. 126. 6.
Pſal. 6. 9.
Pſal. 56. 9.
Pſal. 95. 6.
Heb. 5. 7.
Act. 20. 19.

2 Non tamen eæ probantur Deo lachrymæ, quæ ſine affectu ſolent effundi, naturali quadam commotione: ut iis accidere ſolet, quorum oculi quopiam ictu feriuntur, aut iis qui vel pedites vel equites curI runt, quique nimio potu ebrii evaſerunt, naturalia quippe iſta συμπτώματα ſunt, neque ad pietatem quicquam pertinent. Ex affectibus verò ad quos la-

Quæ lachrymæ Deo non probentur?

Ad quos affectus lachrymæ ſequantur?

chrymæ conſequuntur, ii ſunt: Animi ægritudo, quam alii dolorem vocant, & Lætitia: idque rationibus diverſis. Nam ex dolore, frigus oritur, quo ceu totum corpus, ita etiam capitis humores conſtringuntur, quo fit, ut fletus extorqueatur. E diverſo autem Lætitia, meatus, pori, & viæ circa oculos relaxantur, unde lachrymis patefit exitus. Et ſanè de iis duobus affectibus, in lib. Ezræ teſtimonium habemus: Siquidem ibi ſcribitur, templo extructo populum fleviſſe, at non omnes eadem de cauſa. Pars eorum dolebat recentem fabricam dignitate atque ornamentis à priori multum diſtare. At è diverſo lætabantur alii, domum Dei, quæ tam diu proſtrata jacuerat, denuò excitatam. Neque obſcurum eſt in divina hiſtoria Ioſephum viſo Benjamin fratre ſuo amabili, ex nimia lætitia fleviſſe. Sunt præterea quidam alii affectus, ex dolore ac lætitia mixti, qui nobis lachrymas excutiunt: quemadmodum eſt ira vehemens quæ ſecum ex contemptu dolorem conjunctum habet, & unà nonnihil lætitiæ, ſeu voluptatis, dum ultionem tanquam præſentem meditatur. Lachrymas etiam excutit Miſericordia, quando malis alienis perturbamur, ac dolemus, & afflictis prodeſſe cupimus: Nam & deſiderium vehemens lachrymas elicit. Vnde viri Dei, cùm orando vehementer cupiunt quippiam impetrare, in lachrymas facilè ſolvuntur. Quæ verò ſit humoris ejuſce modi materia, Phyſicis conſiderandum relinquimus: nam parum inter ſe conveniunt. Alii ſentiunt, eas ex felle conturbato prodire: cui opinioni, lib. 1. de Mirabilibus Sacræ Scripturę, cap. 16. Auguſtino aſcriptus, conſentit. Alii arbitrantur, ſpeciem quandam ſudoris eſſe, quod Plutarchus attigit. Nonnulli exiſtimant, quemadmodum ex lacte ſerum excernitur, à ſanguine itidem aquoſum humorem ſeparari, cujus major pars in lotium derivetur: quod vero eſt reſiduum, in lachrymas exprimatur. Seneca denique 100. Epiſt. ad Lucilium putat, ictu doloris, totum ferme corpus concuti, & unà oculos, à quibus adjacens humor exprimatur. Sed quicquid hac de re ſit, ad nos id parum attinet. Quare ad cauſas veniendum eſt, propter quas pium hominem lachrymari deceat.

Eſd. 3. 12. — **Ira dolorem & voluptatem commixtam habet.** — **Materia phyſica lachrymarum.** — **Cauſę propter quas flendum.**

3 Auguſtinus, ſerm 4. Dominicæ 1. Quadrageſimæ ſcribit: Fletum veræ pœnitentiæ duplicem cauſam habere: unam, propterea quòd multa per negligentiam omiſimus, quæ fieri debuerant: & plura per audaciam commiſimus, quæ fieri non oportebat. Iſta commiſſionis & omiſſionis peccata vulgò appellant: eodémque loco illud interpretatur, Facite dignos fructus pœnitentiæ, ad hunc modum, ut peccata jam tranſacta defleamus, caveamuſque ne rurſus eadem à nobis fiant. Chryſoſtomus autem in Epiſt. ad Coloſſ. Hom. 12. conqueritur, Chriſtianos lachrymis abuti & cùm alioquin creaturæ Dei bonæ ſint, diffamare, quòd eas ad illa quę fletum non merentur adhibeant. Tantùm inquit, peccata ſunt ploranda, non modò noſtra, ſed etiam aliorum. Quod Paulus verè præſtitit, qui ſecunda ad Cor. aiebat, Se vereri, ne illos accederet: ſed ita ut dejiceretur cogeretúrque deflere complures, qui lapſi pœnitentiam non egiſſent. Quin & eoſdem Corinthios ad aliena peccata deflenda invitabat, cùm Epiſtola 1. diceret, Vos inflati eſtis, & non luxiſtis, inceſti ſcilicet hominis graviſſimum crimen. Et David in Pſalmo 119. ſcripſit, Rivos aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam. Deflebat ergo ſanctiſſimus vates, publicas tranſgreſſiones divinæ legis, cúmque cerneret eas paſſim perpetrari, lachrymas largiter fundebat. Et Ezechiel cap. 9. nonnullos commendat, qui aliorum ſcelera deflerent. Atque hinc fit, ut cùm ſanctis viris horrenda ſpectacula peccatorum ſæpiſſimè occurrant, facilius in lachrymas, quàm in riſum ſolvantur. Sic porro Chriſto uſuveniebat, quem ſæpius fleviſſe, riſiſſe autem nunquam, legimus. Quod idem nobis hodie quoque faciendum eſſet, cum tanta ſe offerat undique peccatorum multa meſſis.

Peccata omiſſionis, & commiſſionis. — **Lachrymarum abuſus.** — *2. Cor 12. 20.* — **Peccata noſtra & etiam aliena ſunt deflenda.** *1. Cor. 5. 2* *Pſal. 119. 136.* — *Ezec. 9. 4.* **Pii homines facilius lachrymantur, quàm rident.**

4 Eſt denique ſciendum, non omne genus luctus Deo probari. Quidam enim reperiuntur, qui ut ſuperius dictum eſt, ſenſu pœnarum tantummodo promoventur, nec ulterius promovent. Dolor quidem pœnarum & ſuppliciorum cauſa, gradus aliquis eſt ad veram pœnitentiam, quocirca Deus homines dum hic vivunt, & punit, & illis minatur: Non tamen iſte dolor ſufficit, neque Deo per ſe probatur: ex φιλαυτίας quippe oritur, & res propemodum inutilis eſt, niſi ulterius progrediatur: Vnde in Zacharia Dominus ait, Hebræos ſibiipſis jejunaſſe, non ad ſuam gloriam: ita iſti ſeipſos plorant, non autem quòd violaverint Dei mandata, lugent. Videas præterea nonnullos alios iis aliquantò deteriores, qui ærumnarum dolore impulſi, flendo, & inter lachrymas de ipſo Deo malè loquuntur, ejus juſtitiæ irati, quaſi nimium ſit ſeverus & durior Dominus quàm oporteat: iſque luctus non ad pœnitentiam, ſed potius ad deſperationem attinet. Exemplum ejus in libro Numerorum, cap. 14. habetur, ubi populus audita exploratorum acerba relatione, in fletum eſt diſſolutus & contra Moſen atque Deum malè loquebantur, ſtatuebántque in Ægyptum redire. Tertium genus luctus eſt Deo admodum gratum, cùm id maximè dolet nobis, quòd ipſius legem violaverimus, & alios innumeros cernamus, ejus voluntati ſanctiſſimæ adverſari. Ad lamentationes hujus generis, Ioel populum Hebræum, & alii ſancti vates, provocabant. Chriſtus quoque illas perſuadebat, cùm diceret; Eos beatos eſſe qui lugerent, quod illis conſolationes eſſent repoſitæ. Eccleſia etiam ſolet nonnunquam populos ad hos luctus incitare, cùm pœnitentiam quandoque publicè inſtaurat, quæ licet in animis Chriſtianorum perpetuò debeat inhærere: attamen ob calamitates publicas & ignaviam nobis inſitam, eſt interea paſtorum diligentiâ renovanda. Propterea Deus in lege veteri, ſemel in anno (menſe inquam ſeptimo) jejunium inſtituerat, quo eo die gens Iſraelitica, ob admiſſa peccata, ſeſe coram Deo affligeret. Et quò id frequentius fieret, ſubinde Prophetas mittebat ad populum increpandum.

Non probatur fletus qui ſolùm ex pœnarum ſenſu proficiſcitur. — *Zach. 7. 5.* — **Damnantur lachrymæ eorum qui flentes de Deo malè loquuntur.** — *Num. 14. 2.* — **Quis luctus maximè Deo placeat?** — *Ioel 2. 16. &c.* *Eſ. 22. 12.* *Mat. 5. 4.* — **Pœnitentia quandoque publicè inſtauranda.** — *Lev. 16 29 & 23. 27.*

De Ieiunio.

5 Vt à vocis etymo exordiar, verbum Hebraicum *Tſom* ſignificat affligere. Vnde Aben-Ezra inquit, Vbicunque in ſacris literis afflictio animæ invenitur, ibi intelligitur jejunium. Affinis huic voci alia eſt *Tſame*, quæ ſignificat ſitire: nam qui multum jejunant, ſitire conſueverunt, quia corporis humores inedia & jejunio exiccantur. Græci dicunt νηστεία, à νη particula privante & [illegible], quod eſt validum & firmum eſſe, quod jejunio robur corporis imminuatur. Sed quia particula νη potius extenſiva eſt, videtur ſignificari admodum firma & robuſta res: quod homo jejunus, firmus & conſtans admodum ſit, ita ut malit perpeti dolorem, quàm à propoſito diſcedere. Etiam alia voce Iejunium appellant Græci ἀσιτίαν, quòd qui jejunant ſe privant alimento. Etenim σῖτον & frumentum ſonat & cibum. Sed priuſquam definiam quid ſit jejunium, operæ precium eſt ut diſtinguatur. Nam cùm varia ſint jejuniorum genera, non omnia faciunt ad noſtrum inſtitutum. Eſt enim Iejunium quoddam naturale, quod ad corporis valetudinem, vel recuperandam, vel tuendam pertinet. Vnde Hippocrates ait, eos qui integra & conſtanti ætate, aut etiam ſenes ſunt, optimè ferre jejunium: quo loco ſenes accipiendi ſunt, quoad primam & ineuntem ſenectutem. Nam qui ſunt admodum ſenes, nihilo magis quàm adoleſcentes aut pueri jejunia poſſunt ferre. Hoc jejunii genus, medicis relinquamus, cùm à noſtra ſit alienum tractatione. Aliud eſt jejunium civile, quod tum ſuſcipitur, cùm homines ita ſuis rebus intenti ſunt, ut nullo modo cœpta negotia velint intermittere. Ita cùm Saul perſequeretur Philiſtinos, & victoriam haberet in manibus, interdixit, ne quis cibum caperet ante veſperam. Sic & quidam Hebræi voverunt, ſe neque comeſturos quicquam, neque bibituros, antequam Paulum interficerent, ſicut in Actis Apoſtolicis habetur. Hic etiam jejunandi modus ad rationem præſentem non facit.

In Iud. 20. ad finem. — **Diſtinctio Ieiuniorum.** — **Iejunium naturale.** — **Iejunium civile.** — *1 Sa. 14. 24.* — *Act 23. 12.*

6 Aliud eſt Iejunium, quod hominibus Chriſtianis oportet eſſe familiare, nempe ut ſobriè ac temperanter cibum ſumant: quod fiet, ſi neque frequenter eodem die comedant, neque cùm edendum eſt multo cibo ſe ingurgitent, conſectentúrve delitias & exquiſitas epulas. Hæc ratio victus plurimùm conducit ad diminuendas libidines, nec mentem ſinit affectibus

Iejuniū Chriſtianis familiare.

Digitized by Google

Vtilitas Chriſtianæ ſobrietatis.
Luc 21.34.
1.Pet.5.8.
1.Cor 9.27.

fectibus perturbari. Animum reddit alacriorem, cùm ad preces, tum ad omnes vitæ actiones. Quare Chriſtus aiebat, Ne graventur corda veſtra crapula vel ebrietate. Petrus item ſcripſit, Sobrii eſtote: nam inimicus veſter diabolus, circumit ut leo rugiens, quærens quem devoret. Paulus quoque de ſeipſo ſcripſit, Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo, ne cùm aliis prædicavero, ipſe reprobus efficiar. Adhæc alia utilitas eſt hujus jejunii, quòd ſumptibus parcitur: non ut ſit quod reponamus avarè, ſed ut quod ſupereſt nobis, in pauperes tribuamus.

Jejunium miraculoſum.
Exod 34.28.
1.Reg.19.8.

Aliud jejunium eſt, quod ſuperat humanas vires, & à Deo nonnunquam mirabili ratione ad doctrinam commendandam eſt nonnullis ſanctis conceſſum. Moſes in monte jejunavit quadraginta dies: voluit quippe Deus illuſtri documento indicare, Legem illam quàm ferebat, à ſe profectam eſſe, non excogitatam ab hominibus. Nec Moſes idcirco ivit in montem, ut jejunaret, ſed ut legem à Deo acciperet, & cum eo colloqueretur. Elias etiam panem & aquam ab Angelo accepit, & in robore illius cibi quadraginta dies uſque ad montem Horeb ambulavit, ut hoc miraculo à Deo verus legis vindex proderetur. Hoc jejunii genere, Servator noſter prædicationem Evangelii commendavit, ne res vulgaris eſſe videretur, ſed probaretur res divinitùs inchoata.

Matt.4.2.

Cæterùm, hæc miracula fuerunt, neque ad nos quicquam pertinent, niſi tantùm ut miremur, & excitemur talibus exemplis, ad verbum Dei cum reverentia excipiendum.

Iejunium coactum.
Mat.12.1.
1.Reg 17.9.
Ibid.v.6.

Eſt etiam aliud Iejunium, quod non ſitum eſt in noſtra manu: Vt cum deſtituti cibo, privamur edendi copia. Hîc patientia opus eſt, & Deum orare oportet, ut vires & animum ſuppeditet. Sic interdum ſancti cùm diſcurrerent & prædicarent Evangelium, coacti ſunt eſurire. Et diſcipuli, cùm Dominum ſequerentur, fame adacti ſunt ad ſpicas vellendas & excutiendas. Elias item à vidua cibum petiit, & ad torrentem expectabat, quid cibi corvus afferret. Hoc jejunium ab hominibus, ultrò non ſuſcipitur, verùm à Deo imponitur.

Jejunium religioſum.

7 Sed iis omnibus omiſſis, ut quæ nihil ad hanc diſputationem pertineant, ad noſtrum Iejunium accedamus, quod appellare poſſumus Religioſum. Eſt verò abſtinentia, non tantum à cibo & potu, ſed etiam ab omnibus aliis rebus, quæ corpus oblectare ac fovere poſſint, præter modum uſitatum, quantum vires ferunt, ab animo pœnitenti & à vera fide, ad ambiendam precibus Dei clementiam propter calamitates, vel jam prementes, vel jam inſtantes.

Definitio.
Cauſarum veri jejunii expoſitio.

Forma hujus definitionis, eſt abſtinentia: eáque præter modum uſitatum, quæ tamen vires corporis non excedat. Materia eſt, non ſolùm cibus & potus, ſed omnia quæ corpus exhilarare queant. Efficiens cauſa eſt, fides & pœnitentia propter cõmiſſa peccata adverſus Deum. Ad finem pertinet, ut precibus ambiamus Dei miſericordiam, & calamitates vel avertamus vel imminuamus: Ideo qui jejunant, precibus, eleemoſynis, infirmorum viſitationi, & S.Cœnæ vacare debent.

Exercitia verè jejunantium.
Pſal.35.13.

Cùm ardenter precamur Dominum, & verè ac ex animo nos pœnitet admiſſorum peccatorum, & illorum cauſa ſerio affligimur, non facilè poſſumus cogitare de cibo & potu, & exquiſitis deliciis. Quos enim talis dolor graviter urget, magis juvat abſtinere, quàm quævis alia delectatio. Ita David in Pſalm.35. de ſuis hoſtibus aît, Cùm illi ægrotarent, ego non ridebam, ſed induebam cilicium, & animam meam jejunio affligebam, & ſedulo pro iis orabam. Qui ſe dejiciunt & humiliant, quòd de rebus ſuis penè deſperent, ſolent cibum & potum & alias oblectationes faſtidire.

Quare jejunia Deo placeant?

Hinc poſſumus intelligere, qui fiat, ut jejunia noſtra Deo placeant, non ſanè quod Deum delectet inanitas ventris. Ita Hieronymus quoſdam ridet, qui cùm duriter admodum jejunarent, ad omnem vitæ partem reddebantur inutiles. Id placet Deo, quòd animum dejicimus, quod ad ipſum precibus redimus, & abjectis aliis voluptatibus; omnem delectationem noſtram in eo ſolo conſtituimus.

Publicè & privatim jejunatur.
Aliorum cauſa interdum jejunandũ eſt.

8 Iejunia verò de quibus nunc agimus, interdum publica ſunt, interdum privata. Suſcipimus autem privata, cùm propriis & domeſticis calamitatibus affligimur: ſiquidem nemo eſt, qui non aliquando vel in ſeipſo, vel in familia ſua vexetur. Aut ſi eveniat, A ut fortè nulla privatim ſua ſuorúmque calamitate gravetur, tamen pro aliis quandoque lugendum eſt. Nam ſi membra ſumus ejuſdem corporis, fratrum noſtrorum incommoda pertinere ad noſipſos exiſtimandum eſt. Ita David pro illis orabat, quos poſtea hoſtes habuit, quique malis ejus inſultabant.

Iob 2.12.

Ita Iobi amici, cùm eum graviſſimis plagis vexari conſiderarent, ſeptem dies totos in pulvere & cinere jacuerunt, antequam ei quicquam loquerentur: tantoperè B viri ejus calamitate commovebantur. Proinde voluerunt antequam aliud cum eo agerent, jejunio & precibus Deum orare, ut illius tam gravem miſeriam temperaret.

2.Sam.3.35.
2.Sam.12.16.

Ita David, cùm Abner interfectus eſſet, non tantum luxit in funere, ſed etiam juravit, eo die ſe non guſtaturum cibum ante ſolis occaſum. Idem fecit reprehenſus à Nathan Propheta, & cùm accepiſſet nuncium de morbo pueri. Toto ſanè tempore quo ille ægrotavit, nunquam cibum ſumpſit.

Nehem 1.4.
Dan.9.2.

Nehem. cap.1. cùm audiſſet de afflictionibus Hebræo- C rum, qui remanſerant Hieroſolymis, ſe jejunio afflixit, & Dominum oravit. Daniel quoque cùm legiſſet ea quæ ſcripſerat Ieremias de captivitate ſeptuaginta annorum, confeſſus eſt peccata, & populi & ſua: flevit etiam & jejunavit. Privatim igitur jejunium, pro nobiſipſis non tantum debet ſuſcipi, ſed etiam pro aliis.

Publica jejunia quomodò indicantur?
Quid ſit ſanctificare jejunium.

9 Publicum verò biſariam indicitur: Vel à Deo ipſo per legem, vel à Magiſtratu, vel ab Epiſcopo, vel à Propheta. Atque hoc eſt, ſanctificare jejunium, D quod aliquando in ſacris literis occurrit. Hujus generis multa extant exempla: & in primis illud jejunium, quod Iſraelitæ ſibi impoſuerunt.

1.Sam.7.4.
1.Sam.2.12.
1.Sam.31.13.
2.Par.20.3.
Eſth.4.16.
Zach.7.5.

In primo Samuelis, cùm Palæſtini Iudæos graviter affligerent, populus univerſus, hortante Samuele, convenit in Mizpâh, flevit, jejunavit, & idola ſua projecit. David etiam cum ſuis omnibus, audita clade populi & morte Saulis, jejunavit. Viri etiam Iabes Gilead, acceperunt cadavera Saulis & Ionathæ, fleverunt, & etiam jejunarunt. Publicum etiam jejunium fuit, quod Ioſaphatus indixit, 2. Paralipom. cap.20. Regina Eſther E in ſummo diſcrimine, per Mardochæum, juſſit publicum jejunium indici. Iſraelitæ in captivitate, ut habetur cap.7. Zachariæ, jejunium, & quinti menſis & ſeptimi habuerunt: quod quinto menſe direptio civitatis & templi deſolatio contigiſſet: & ſeptimo menſe Godolias fuiſſet interfectus, unde tot calamitates deinceps conſecutæ ſunt.

2.Reg.25.8.
Ibid v.25.
1 Reg 20.9.

Publicum etiam jejunium fuit, quod Iezabel indixit, mulier alioqui ſcelerata & hypocrita. Hujus factum, indicat morem F fuiſſe, ut cùm aliquod magnum flagitium admiſſum eſſet, tota Eccleſia jejunaret, quaſi commune ſupplicium deprecans.

Ioel 2.16.
Eſd.8.21.

Hoc exegerunt nonnunquam Prophetæ, ut Ioel cum diceret, Sanctificate ieiunium. Eſdras etiam ieiunium prædicavit, cap.8. Ieiunia igitur, pia quadam ratione publicè indicebantur.

Lev.16.29.
Lev.23.27.
Cur fuerit inſtitutum apud Hebræos annuũ jejunium:
Dies jejunii erat feſtus.

Ipſe etiam Deus publicum ieiunium imperavit: Iuſſit enim ut quotannis feſtum *Kippurim*, id eſt, expiationum, 10. die Sept. publico ieiunio celebraretur. Multa enim peccata per totum annum à populo admitte- G bantur, neque cæremoniæ diligenter obſervabantur: Quare ſemel in anno luſtrabatur tabernaculum, & publicum ieiuniũ obſervabatur. Hæc in Veteri Teſt. quaſi umbra quadam ſignificabant, hominum peccata per Chriſtum eſſe abolenda, quem dum apprehendimus per fidem veram & efficacem, à peccatis abſolvimur, & inde conſequitur peccatorum & carnalium oblectationum mortificatio. Nec prætereundum, unum illum diem ieiunii feſtum fuiſſe. Non enim licebat in publico ieiunio, vel operari, vel ſuis rebus in- H tentum eſſe, non quòd feſtis diebus prorſus debeamus ociari: ſed optimæ ſuſcipiendæ ſunt actiones quibus in Deo acquieſcamus, à noſtris tantùm operibus iubemur temperare. Credere autem, precari, agnoſcere peccata, illa deflere ſeria pœnitentia, ſunt opera Dei, & ideo non interdicta feſtis diebus, ſed potius imperata.

Ethnici agnoverunt jejunium religioſum.
Ion.3.4.

10 Hæc non tantùm Hebræi didicerunt ex legibus divinis, verùm etiam Ethnici ex inſtinctu naturæ. Etenim cùm Ionas apud Ninivitas prædicaret, I eorum civitatem poſt 40. dies evertendam eſſe: illi non deſperarunt de miſericordia Dei; ſed ad pœnitentiam ſe receperunt, omneſque à Rege uſque ad

Digitized by Google

infimum civem, cum iumentis & gregibus ieiunarunt: Et cùm vehementer & ardenti ſtudio clamarent ad Dominum, exauditi ſunt. Auguſt. de Civit. Dei, ſcribit Porphyrium docuiſſe, abſtinentiam à carnibus & cibis craſſioribus, hominum animos purificare, quò fiant expeditiores ad res divinas, & ad familiaritatem cum dæmonibus. Plutarchus etiam in libello de Iſide & Oſiride ait, ſacerdotes Heliopoleos prorſus abſtinuiſſe ab omnibus cibis, qui carnis petulantiam alere ac augere poſſent, & vinum in templum Dei ſui nunquam intuliſſe. Nefas quippe ducebant, inſpectante Deo ſuo, vinum interdiu bibere. Cæteros ait, uſos quidem eſſe vino, ſed non multo, & eos ipſos multas ἁγνείας ἀοίνους coluiſſe. Idem Plutarchus de Cohibenda iracundia tradit, apud Athenienſes, fuiſſe quædam ſacra νηφάλια, quæ aqua tantùm abſque vino peragerentur. Et præclarum eſt, quod in eodem libello habetur, Empedoclem ſolitum eſſe dicere, oportere hominem maximè à malitia ieiunare. Titus Livius memorat, cùm accidiſſent portentoſa non pauca, quæ viderentur aliquod magnum malum præſagire, miſſos eſſe decem viros ad Sybillinos libros inſpiciendos, reſponſúmque fuiſſe, ut publicum ieiunium in honorem Cereris inſtituerent, quod quinto quoque anno deinceps repeteretur: Ea ratione iram Deorum poſſe placari. Ethnici ergo perculſi metu impendentium malorum, confugiebant ad oracula: ieiunabant, & deprecabantur iram numinis. Chriſtiani verò, cùm tot & atrocia mala non ſolùm ipſi videant, ſed etiam ex omnibus orbis partibus nuntiari audiant: attamen Deum non precantur, nec quicquam animo commoventur.

Auguſt. Porphyr. Plutarchus. Sacra νηφάλια. Empedocles. Titus Livius.

11 Sed fortaſſe quiſpiam dicet, Ieiunia quia partim Iudaica ſunt, partim Ethnica, videndum eſt, ut ne à noſtro inſtituto ſint aliena. Quod non ita eſſe, facilè poteſt ex Novo Teſt. demonſtrari. In Act. Apoſtolicis cap. 13. Eccleſia monita oraculo, ut Paulus & Barnabas deligerentur, ad viſitandas civitates & oppida, ubi Evangelium prædicatum fuerat, primùm decrevit ieiunium: deinde illis manum impoſuit. Et capit. 14. cùm illi tranſactis rebus per Iconium, Lyſtriam, & Antiochiam, domum redirent, inſtituto ieiunio, miniſtros & presbyteros per ſingulas civitates creaverunt. Auguſtinus in Epiſtola ad Caſſul. ait, Quando Petrus Romæ congreſſurus erat cum Simone Mago die Dominico, Eccleſia Romana die Sabbati ieiunium indixit, quam conſuetudinem ſemper poſtea retinuit. Hieronymus in Prologo ſuper Matthæum ait, Ioannem rogatum ab Eccleſiis, ut Evangelium ſcriberet contra Ebionem & Cerinthum, qui negabant divinam Chriſti naturam, reſpondiſſe id ſe facturum, ſi Eccleſia tota publicè antea ieiunaſſet. Quod etiam teſtatur Euſebius in Eccleſiaſt. Hiſtor. Paulus item 1. Corinth. 7. coniuges monet, ut ne ſe mutuò fruſtrentur, niſi ad tempus, ut ieiunio & precibus vacent. Quo loco exiſtimo preces eum publicas intelligere, & ieiunium quoque publicum. Hæc enim quò minùs privatim uſurpentur, conſuetudo cum coniuge non impedit: ſed ſive privata intellexerit, ſive publica, non multùm refert. Chriſtus adhæc rogatus ab Apoſtolis, cur ipſi non poſſint curare mutum, & dæmonem ejicere: Propter veſtram incredulitatem, reſpondit. Et adiecit, Hoc genus dæmonum, ieiunio tantùm & oratione fugatur. Locus obſcurior eſt, quare non inutile fuerit illum paucis explicare. An putandum eſt, merito ieiunii ac precum (ut loqui ſolent) ex opere operato dæmonia extrudi? Minimè. Quid ergo verba illa Chriſti ſibi voluerunt? Primùm dicit, Ob veſtram incredulitatem: nam ſi haberetis fidem ut granum ſinapeos, & diceretis huic monti, Tollere, & proiicere in mare, obtemperaret vobis. Cùm fide autem, oratio vehemens atque ardens eſt neceſſaria, nec non ieiunium, quia oratio fixa & ſeria, non tantùm à cibo & potu, verùm etiam ab omni alia humana cogitatione ac voluptate animum abducit. Chriſtus igitur per effecta deſcribit cauſam, nempe fidem, per preces & ieiunia, & de iis dæmonibus loquitur, quibus Deus pluſculum indulſerit: ac ſi diceret, Non oportet vos leviter ac ocioſè agere, ſi vultis hoc genus dæmoniorum eiicere. Certò & fortiter credendum eſt, quod per effecta expreſſit, preces inquam, & ieiunia.

Ieiunia in Novo Teſt. commendantur. Act. 13. 2. Act. 14. 23. 1. Cor 7. 5. Matt. 17. 19.

12 Iſtis rationibus & teſtimoniis, jejunia etiam in Novo Teſt. commendari poſſunt. Sed in eis cavenda ſunt vitia, quæ multa & quidem gravia ſæpiſſimè interveniunt. Primùm, quòd in Papatu ſine ratione perſonarum & occaſionum, ſtatis diebus jejunia obſervantur, ut anniverſaria cæremonia, quæ hodie ac ſi Iudaica eſſet, admodum friget. Deinde quiſque adjecit & accumulavit de ſuo quod volebat, non quod temporum calamitas aut vehementiores preces poſtularent. Alius enim Septuageſimam, alius Sexageſimam, alius Quinquageſimam, alius Quadrageſimam, alius Rogationes, alius Angarias, alius Vigilias Apoſtolorum, alius diem Veneris, alius Sabbati, alius Mercurii, jejunium invexit. Ex tot autem jejuniis, quid tandem utilitatis conſequutum eſt? Magna vis diſputationum & contentionum. Vix enim quiſquam credat, quantum quæſtionum de Iejuniis vel apud veteres fuerit. Auguſtinus ad Caſſulanum ſcribit, Idcirco die Mercurii jejunandum eſſe, quòd eo die Chriſtus venditus fuerit: die autem Veneris, quòd eo die fuerit in crucem adactus. De Sabbato verò multum ambigebatur. Mediolanenſes enim, & Orientales, quia Chriſtus eo die conquievit in ſepulchro, affirmabant non eſſe ieiunandum. Contrà Romani, Afri, & quidam alii, quòd dum Chriſtus dejectus fuerit, uſque ad ignominiam ſepulchri, propterea contendebant Sabbato ieiunandum. Auguſtini mater cùm ex Africa Mediolanum veniſſet, & ibi videret homines non ieiunare die Sabbati, mirari cœpit morem inſolitum. Quapropter Auguſtinus (qui nondum erat baptizatus) Ambroſium acceſſit, & nomine matris rogavit quid eſſet agendum. Facite inquit Ambroſius, quod ego facio. Ex quibus verbis Auguſtinus exiſtimavit non eſſe ieiunandum, quòd Ambroſius ipſe non ieiunaret. Sed ille quid ſibi voluerit, clarius expreſſit. Ego cùm Romam venio inquit, ieiuno, quia ibi die Sabbati ieiunatur: cùm redeo Mediolanum, quoniam hic non ieiunatur, minimè ieiuno. De Conſecr. diſt. 3. cap. De uſu carnium, decernitur, diebus Veneris & Mercurii eſſe ieiunandum: Sabbatum relinquitur liberum. Et in eadem diſtinct. cap. Sabbato verò, Innocentius addidit, Sabbato quoque eſſe ieiunandum. Sed longè aliam cauſam affert ab ea quam commemoravimus: Quoniam enim inquit, Apoſtoli, utroque illo die Veneris & Sabbati, magno in luctu ac mœrore fuerunt, idcirco ieiunandum eſt. In eadem diſt. cap. Ieiunium, Decrevit Melchiades, die Dominico non eſſe ieiunandum, nec die Iovis: & ratio ſubjicitur, quia Chriſtianorum ieiunia, oportet aliena eſſe à Ieiuniis tam hæreticorum quàm Ethnicorum.

Quæ vitia jejuniorum ſunt cavenda. Iejunia ſine modo ſunt invecta. Multæ contentiones & quæſtiones de jejuniis ortæ. Monica Auguſtini mater.

13 Epiphanius rationem affert, cur ieiunandum ſit die Mercurii, nempe quòd eo die Chriſtus in cœlum ſublatus fuerit. Scriptum enim eſſe, Cùm ſponſus ab illis auferetur, tunc ieiunabunt: & hanc affirmat Apoſtolorum eſſe traditionem, cùm tamen hodie credatur, Aſcenſionem die Iovis contigiſſe: quare videant Papiſtæ, quantum ſuis traditionibus tribui velint. Multæ quippe ſunt, quas ne ipſi quidem negare poſſunt, inanes atque ridiculas eſſe. Scio equidem traditiones reperiri, quæ neceſſariò è ſacris literis colliguntur, & ob id antiquari non debent. Aliæ verò quæ ſunt indifferentes, non ſunt augendæ numero, ut ne gravetur Eccleſia: nec ita putandæ neceſſariæ, ut non poſſint aboleri: Videndúmque, ne in illis cultus Dei collocetur. Quæ verò cum verbo Dei pugnant, nullo modo ſunt admittendæ. Diſtinct. 76. cap. 1. additæ ſunt Angariæ, ſive Ieiunia quatuor temporum. Quæ cur ita diſtributa fuerint, vix poteſt intelligi. Citant Hieronym. in Zachariam qui mentionem facit quarti menſis, quinti, ſeptimi, & decimi. Et κακόζηλοι videntur inducti ad diſtribuenda iſta ieiunia in quatuor anni partes. Quæque Iudæi ob clades acceptas, acceperunt in quemque annum, ea noſtri etiam anniverſaria fecerunt. Sed alii excogitarunt aliud, quod in his quatuor anni temporibus, Epiſcopi ſoleant Clericos ad miniſterium & ordines promovere. Quare dicitur populum tum maximè ieiunare, & orare oportere, quo ſibi boni à Deo paſtores concedantur. Ieiunia & preces in miniſtris ordinandis amplectenda eſſent. Sed rogandi ſunt Epiſcopi cur tantùm illis quatuor temporibus miniſtros inſtituant.

Matt. 9. 15. Traditiones parum tribuendum. Ieiunia Angariarum, cur inventa. Zach. 7. 5. & 8.

Digitized by Google

ſtituant. Nullam profectò certam & juſtam rationem poſſunt reddere.

Arrius hæreticus.

14 Auguſtinus in libro de Hæreſibus, dicit Arrium contempſiſſe oblationes pro mortuis & ſtata jejunia, quòd Chriſtiani non eſſent ſub Lege, ſed ſub Gratia: voluiſſe autem, ut quiſque ſuo arbitratu, cùm vellet, jejunaret. Arrius quidem mihi non probatur, quòd fuerit Arrianus: ſed quantum ad ſacrificia & oblationes pro mortuis attinet, rectè & piè ſenſit. De ſtatis etiam jejuniis, non video cur debeat reprehendi, niſi B forte hoc ſenſerit, jejunia pro temporum difficultate non poſſe à Magiſtratu & ab Eccleſia indici. Ratio item qua utitur, quod Chriſtiani non ſint ſub Lege, ſed ſub Gratia, infirma eſt: non enim ita liberati ſumus à Lege, ut prorſus ab omni ordine abſolvamur. Scribit enim Auguſtinus, Iovinianum contempſiſſe abſtinentias & jejunia, ut vana & inutilia: qua in re ſi de jejuniis nudis & ſolis, ſtatis & anniverſariis, loquebatur, non malè ſenſit. Nam abſque fide & pœnitentia, ac vehementibus precibus adjunctis, ea nihil pro- C ſunt. Apud Ieſaiam populus conqueritur, Iejunavimus, & non reſpexiſti nos: quæ verba indicant, jejunia ſine circunſtantiis requiſitis, Deo eſſe ingrata: verùm ſi cum ſuis appendicibus conjuncta fuerint, non ſunt inutilia. Intelligi poteſt ex decretis Liberii, qui tempore Conſtantii vixit, cùm intemperies aëris, aut fames, aut peſtis, aut bellum præceſſerit, tunc convenire ut jejunium indicatur, quo ira Dei mitigetur. Auguſt. cùm civitatem ſuam obſeſſam videret à Vandalis, dedit ſe jejunio & precibus, & in D ea obſidione mortuus eſt, ut author eſt Poſſidonius. Et omnino, cum aliquid magni momenti aggredimur, ut cum bellum indicimus, aut Magiſtratus creamus, aut miniſtros Eccleſiæ deſignamus, inprimis opus eſt precibus vehementibus, ad quas intendendas plurimum valet jejunium. Chriſtus cùm eſſet inchoaturus prædicationem ſuam, abiit in deſertum, & jejunavit. Vidua, marito defuncto, in periculoſo ſtatu relinquitur: Ideo preces & jejunia illi maximè E conveniunt. Anna filia Phanuelis vitam agebat in templo, ubi precibus & jejuniis vacabat. Paulus ad Timot. ait, Vidua quæ vere vidua eſt & deſolata, confidit in Domino, & die noctúque precibus & jejuniis incumbit. Cornelius dum ſatis non eſſet inſtitutus de Chriſto, & animo anxio atque ſolicito angeretur, hora nona jejunus erat in precibus, cui angelus, ut habetur in Actis Apoſtolicis, apparuit.

Iovinianus hæreticus. — Eſa.58.3. — Liberius. — Mat.4.2. — Luc.2.36. — 1.Tim.5.5. — Act.10.3.

An jejunia ritè indicta ſint obeunda?

15 Verùm, quæri poteſt, cùm indicuntur jejunia à principibus & ab Eccleſia, num aſtringantur homi- F nes obtemperare? Aſtringuntur ſanè lege fidei atque obedientiæ. Nam cùm ieiunia proponuntur verbo Dei conſentanea, quomodo poteſt, qui Deo credat, ea detrectare? Non poteſt. Hoc tamen de iis intelligendum eſt, qui eo ſtatu & conditione ſunt, ut ieiunare poſſint. Nam ſi quis aut ætate, aut morbo, aut laboribus impediatur, in eo valere debet, quod Scripturæ dicunt, Miſericordiam volo non ſacrificium. Qui autem non impediuntur, debent obtemperare. In Concilio Gangrenſi cap. 30. ſtatuitur, ut ſi quis non pareat Ieiuniis, quæ ei imperata ſunt ab Eccle- G ſia, utcunque iactet perfectionem, citra neceſſitatem corporalem, & ſuperbiens, & Eccleſiæ decreta contemnens, ἀνάθεμα fit. In Canonibus Apoſtolorum (quamvis Apocryphi ſunt, & nonnulla continent aliena, nec de illorum numero ſatis convenit.) In Canone inquam 68. præcipitur, ut Clerici, qui non ieiunant citra neceſſitatem corporalem, deponantur, Infantes nullo pacto ad Ieiunium adigantur: illorum enim ſanitas læderetur. Ioel tamen ait, Sanctificate Ieiunium, congregate ſenes & pueros lactentes. Et H Ninivitæ ad prædicationem Ionæ, iumenta & infantes ieiunare coegerunt. Hæc extraordinaria fuerunt, nec eò propoſita ſunt, ut illa imitemur.

Oſe.6.6. — Concilium Gangrenſe. — Canones Apoſtolorum. — Ioel 2.16. — Ioan.3.7.

16 Ieiunia privata plerique volunt eſſe libera. Vnde Auguſtinus ad Caſſulanum, Scimus inquit, eſſe ieiunandum ex præcepto, ſed quibus diebus ieiunandum ſit aut non, ignoramus: quia id in literis Novi Teſt. nunquam eſt definitum, ideo ieiunia relinquenda ſunt libera, & in lib. 1. de Sermone Domini in I monte, exponens ea verba, Nolite iudicare & non iudicabimini, ſcribit, Homines bifariam poſſe temerè iudicare. Vel ſi quod potuit rectè fieri, malam in partem rapiant: vel ſi factum planè malum eſſe conſt iterit, eum, qui fecerit, exiſtiment non poſſe reſipiſcere. Et prioris generis exemplum affert, ut ſi quis, quod ſtomachi vitio, aut alia quavis corporis infirmitate laboret, non ieiunet. Alius, qui hoc neſciat, illum eſſe guloſum, & nimis delicatum ſuſpicetur. Hic enim quod liberum eſt, quodque poteſt recte fieri, trahitur in deteriorem partem. Hæc quidem Auguſtini B ſententia eſt, quam tamen prudenter & ſanè intelligere debemus. Nam ſi quis privatus cùm verſatur in calamitate ſeu periculo, videat ieiunium & preces ſe poſſe juvare, is niſi jejunet, certè peccat. Nam cum prodeſſe poteſt ieiunium, modo & ratione iam oſtenſa, omnino eſt ieiunandum. Liberum quidem eſt, quia externa lege non poteſt damnari, qui non ieiunat. Sed cùm ieiunium noſtrum promovere gloriam Dei poteſt, non amplius liberum, ſiquidem jubemur amare Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus. Multa quippe ſunt natura ſua libera & C indifferentia. Aſt ubi ad electionem ventum eſt, & ea videmus gloriam Dei vel illuſtrare, vel obſcurare, iam non ſunt libera, neque indifferentia: quia omnes vires & facultates noſtræ ad gloriam Dei ſunt conferendæ.

Matt.7.1. — Iejunia quomodo libera dicantur?

17 Eſt præterea jejuniorum abuſus, quo ad ſpatium temporis: quandoquidem Papiſtæ ſi paululum differant prandium, deinde quidvis comedant, modò carnibus non veſcantur, ſatis eſſe putant. Veteres autem, totum diem jejuni agebant uſque ad veſperam, D quo toto tempore in verbo Dei precibus & ſanctis occupationibus verſabantur. Lev. 23. ait Deus, In jejunio quieſcite ab omni opere, & affligite animas veſtras: Sabbatum enim eſt. Sabbatum vero à veſpera uſque ad veſperam duraſſe, nemini dubium eſt. Ita cùm Saul profligaſſet Philiſtinos, indixit jejunium uſque ad noctem. Et David in morte Abner, juravit, ſe cibum uſque ad noctem non percepturum. Tertullianus cõtra Pſychicos ait, Eccleſiam producere jejunia uſque ad veſperam. Auguſtinus de moribus Ec- E cleſiæ contra Manichæos, Vſitata, inquit, jejunia Eccleſiæ, continuantur uſque ad noctem: toto enim die celebrabantur ſacri cœtus, preces publicè habebantur, ſub veſperam dimittebantur, & cibum ſumebant. Sed operæ precium eſt animadvertere, quomodo Papiſtæ conſuetudini antiquæ illudant. Ante meridiem horas Veſpertinas dicunt, deinde prandent, noctu compotationem inſtituunt, & ſe pulchrè jejunare dictitant. Thomas in 22. ait, ſua ætate jejunia fuiſſe producta uſque ad horam 9. & adducit Concilium F Chalcedonenſe, ubi ſtatuitur, eum qui ante horam 9. comederit, ne putetur jejunare. Hic obiter dicendum eſt, quæ ſit hora 9. Sexta incidit in ipſam meridiem, quo tempore legimus Chriſtum Servatorem noſtrum fuiſſe crucifixum. Hora itaque 9. erit tertia à meridie. Veteres ita diſtribuebant tempus, ut ſemper ab occaſu Solis uſque ad ortum, numerarent 12. horas, & rurſus totidem ab exortu uſque ad occaſum. Rurſum, utrunque tempus in quatuor ſpatia diſtinguebant, cáque vigilias appellarunt. Et unaquæque illarum ſe- G ctionum tres horas comprehendebat. Itaque hora 3. ab exorto Sole, erit apud nos vel octava, vel nona, prout anni ratio poſtulat. Sunt enim horæ illæ inæquales. Sexta erit meridies, nona erit tertia pomeridiana, quarta verò duodecima ad occaſum Solis. Verùm Thomas objicit ſibi, quod nos dicimus veteres totum diem jejunaſſe. Ridiculum eſt audire, quid reſpondeat. Quia nos inquit, ſumus in ſtatu diei, veteres erant in ſtatu noctis: idcirco nos oportet interdiu finire jejunia, cùm illi ſua noctu abſolverint. Et illud H Pauli adducit, Nox præceſſit, dies autem appropinquavit. Quod ad rem præſentem quantum faciat, omnes intelligunt.

In vero jejunio toto die jejunandum eſt. — Lev.23.27. — Iudæi à veſpera ad veſperam jejunabant. — 1.Sam.14.24. — 2.Sam.3.35. — Concilium Chalcedonenſe. — Quæ ſit hora nona? — Horarum diſtributio apud veteres. — Rom.13.12.

18 Alter abuſus eſt, delectus ciborum, in quo nunc omnia ferè ſita eſt religio ieiuniorum. Veteres eo non utebantur: nam cùm uſque ad veſperam ieiunaſſent, in cœna promiſcuè comedebant quod apponebatur. Nunc verò noſtri ſeverius abſtinent à carnibus, ovis, & lacte, quàm olim ab immundis animantibus. Paulus hanc ſuperſtitionem taxat, & doctri- I nam dæmoniorum appellat. Sed aiunt Paulum eos tantummodo reprehendere, qui cibos nonnullos ceu malas creaturas vitabant, credebantque illas à malo

De ciborum delectu ſupra cap 5. Sect. 10. — 1.Tim.4.1.

Digitized by Google

Deo profectas homines vitare: nos autem inquiſit, nihil tale docemus: in unum tantum diem, vel aliquot dies, hominib. aliquo genere cibi interdicimus, quod poſtea liberum facimus. Quaſi vero Mõtanus hoc pacto ſe non poſſet excuſare, contra quem hæc loca citantur à Patribus. Tertullianus accuſat Marcionem tanquam hæreticum, quod ſanctitatem aliquam in piſcibus inſtitueret. Quare nullus delectus ciborum ferendus eſt, niſi quantum videbitur facere ad temperantiam, quam ſi Papiſtæ voluiſſent tantopere cavere, abſtinendum potius erat à vino, quàm à carnibus. Nam ut Salomon ait, luxurioſa res eſt vinum. Et Paulus, Abſtinete inquit à vino, in quo eſt luxuria. A piſcibus quoque præſertim delicatioribus, abſtinendum fuiſſet. Sunt enim ex eis, qui non minus oblectant palatum, nec minùs ad libidinem incitant, quàm carnes. Et ſanè apud veteres, cùm Græcos tum Romanos, piſces erant in ſummis delitiis.

Montanus hæreticus.

Quis delectus ciborum ſectandus.

Prov. 20. 1. Eph. 5. 10.

Piſces in deliciis.

19 Porrò Socrates, in Hiſtoria Eccleſiaſtica docet, antiquos multo aliter jejunaſſe: nam in Quadrageſima nonnulli duos, alii quatuor, alii decem, alii quindecim, alii viginti, alii totos quadraginta dies jejunabant. Et jejunando, alii ab omni genere carnium & piſcium abſtinebant, ſolúmque veſcebantur leguminibus. Alii abſtinebant à carnibus quadrupedum, & tantùm volatilibus & piſcibus victitabant. Nam omnia tum temporis libera in Eccleſia relinquebantur: cùm enim jejunaſſent uſq; ad veſperam, in cœna moderatè comedebant quod occurriſſet: quanquam poſtea res paulatim cœperunt vergere ad ſuperſtitionem. Hieronymus ad Nepotianum, ait fuiſſe illa ætate, qui abſtinerent, non tantùm ab obſoniis, verùm etiam à pane. Sorbitiunculis utebantur bene conditis aromatibus, nec eas bibebant ex cyatho, ſed ex concha hauriebant. Auguſtinus de moribus Eccleſiæ & Manichæorum, inducit Manichæum electum (ſic enim illi miniſtros vocabant) qui non ederet quidem carnes, interim tamen epulis delicatiſſimis & condimentis ſuaviſſimis uteretur: vinum etiam non attingeret, ſed potiones ex fructibus expreſſas, quæ vinum optime referrent, & ſuavitate ac ſapore vincerent, affatim biberet. Ex altera parte ſtatuit hominem orthodoxum, qui jejunus manebat uſque ad veſperam, deinde habebat in cœna oluſculum conditum cum larido, & addit aliud carnium ſalitarum & duratarum ad fumum, bibátque tres aut quatuor cyathos vini: quærit Auguſtinus, uter horum videatur melius & juſtius jejunare, ac ſententiam pronunciat ſecundum Catholicum.

Variæ formæ jejuniorum.

Collatio Chriſtiani & Manichæi.

20 Hoc delectu ciborum ita Montaniſtæ delectati ſunt, ut ſibi excogitarint ξηροφαγίας, & alia id genus. Nam (ut Tertullianus author eſt) veſcebantur ſolùm pane, ſale, & leguminibus bibendo aquam. Hoc jejunii genere utebantur, duabus hebdomadibus ante paſcha. Hieron. etiam addidit ſolitos fuiſſe jejunare tres quadrageſimas, eámque ob cauſam quod tam rigide jejunarint, dicti ſunt ἐγκρατῖται. Euſebius lib. 5. cap. 28. ſcribit, Apollonium quendam vitio dediſſe Montano, quòd leges primus de Iejunio ſcripſiſſet, quaſi Eccleſia libera fuerit ante illum. Ipſe legibus & præſcriptis cavit, quibus diebus jejunandum, & à quibus cibis abſtinendum eſſet. Talem authorem habent Papiſtæ præſcriptorum Iejuniorum, & delectus ciborum. Superſtitio hæc minimè cum verbo Dei convenit. Chriſtus ait, Quod ingreditur os, non coinquinat hominem. Et quicquid vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes. Et ad Titum, Omnia munda mundis: coinquinatis autem nihil eſt mundum. Et ad Coloſſ. Nemo vos judicet in cibo & potu. Ad Rom. Regnum Dei non eſt eſca & potus. Ad Corinth. item, multa in hanc ſententiam ſcribuntur, ubi de Idolothytis agitur. Ita Scripturæ nullum delectum ciborum agnoſcunt religionis cauſa. Non tamen inficior cibos eſſe deligendos, aut propter luxum vitandum, aut propter morbum, aut ad carnis petulantiam reprimendam. Vt verò Chriſtiani homines, à carnibus, ab ovis, à lacte, religionis cauſa ſibi temperent, in Scripturis nuſquam præſcribitur.

ξηροφαγία Montaniſtarum.

Montanus primùm leges de jejunio ſcripſit.

Contra delectum ciborum.

Matt. 15. 11. 1. Cor. 10. 27. Tit. 1. 14.

Rom. 14. 17. 1. Cor. 8. & 10.

Quidam ciborum delectus eſt admittendus.

21 Alius abuſus eſt, quod talia jejunia imponunt, quæ hominum vires minimè poſſunt ferre. Volunt enim populum jejunare 40. dies. Quòd ſi ad præſcriptum Dei & Eccleſiæ veteris exigeretur, nempe ut jejunium produceretur uſque ad veſperam, nemo propemodum id præſtare poſſet. Illud autem inſtitutum, alii ad Teleſphorum Papam, alii paulò ad ſuperiorem ætatem retulerunt. Et ſanè ibi nihil aliud eſt, niſi mera quædam κακοζηλία & prava imitatio Chriſti. Quadraginta quippe dies jejunavit: ideò putarunt ſuperſtitioſi homines operæpretium eſſe, ut Chriſtiani totidem dies unoquoque anno jejunarẽt, cùm tamen Chriſtus ad hunc modum ſemel tantùm in vita jejunarit: nec tale opus ab Apoſtolis unquam exegit. Iſti verò peccatum, & quidem grave decernunt eſſe, cùm jejunium hujuſmodi violatur. Debuerat ſpectare Chriſtum toto illo tempore nihil comediſſe, & quod tamdiu potuerit durare, id ad miraculum & vim divinam pertinuiſſe. Nuſquam mandarunt Sacræ literæ, ut ea in re Chriſtum imitaremur. Chryſoſtomus Homil. 47. ſuper Matthæum. Non mandavit inquit, tibi Dominus, ut jejunares quadrageſimâ, quamvis id mandare potuiſſet. Quid ergo mandavit? Diſcite inquit, à me, quia mitis ſum & humilis corde. Sed hominum iſtorum perverſa ratio eſt. Imitari volunt in Chriſto, quod non jubentur: quod autem jubentur, nolunt. Servator noſter, cùm diſcipulos emitteret, Ite inquit, in omnes gentes, docentes ea ſervare, non quæcunque feci, ſed quæcunque præcepi vobis. Et mirum eſt, quam ſuperſtitioſè & ſubtiliter de iis rebus decreverint in Concilio Martini, de conſecratione diſt. 3. cap. Non licet. In Canonibus Laod. Concilii cap. Non oportet, præcipitur, ne in Quadrageſima ſolvatur jejunium diei Iovis. Et in Agathenſi Concilio præcipitur, ne in Quadrageſima ſolvatur jejunium Sabbati: quoniam die Iovis & die Sabbati multi jejunabant. Quin & diebus Dominicis, quibus in Quadrageſima non jejunant, retineri voluerunt delectum ciborum. Et de Conſec. diſt. 4. cap Denique Sacerdotes, conſtituunt, ut ſuum jejunium ordiantur Sacerdotes à Quinquageſima. Et ibid. 5. diſt. cap. Quadrageſima, Gregorius excogitavit rationem, qua probaret, Quadrageſimam eſſe jejunandam: Oportet inquit, decimam totius anni dare Deo. Conſtat autem anni decima, quadraginta diebus. Quare oportet nos totidem dies jejunare. Pulchrè ſanè. Cur iſti Gregorio excidit, Sacerdotium Leviticum & ejus cæremonias jam ceſſaſſe? Quare Chriſtianos homines non eſt fas ad decimas & Iudaicas cæremonias obligare. Et ſi ea cauſa, conſecranda eſt Quadrageſima jejunio, quòd ſit decima pars totius anni, cur Iudæi olim non ita jejunabant? Cur eos Prophetæ non reprehenderunt, quod tali genere decimæ Deum fraudarent.

De Quadrageſimæ inſtituto.

Mat. 4. 2.

Chriſtus ab Apoſtolis non exegit jejunium Quadrageſimæ.

Mat. 28. 20.

Concilium Martini.

Concilium Agathenſe.

Ratio Quadrageſimæ obſervandæ ex Gregorio.

Confutatur Gregoriana ratio.

22 Cur autem inventa fuerit Quadrageſima, quantum mihi videtur exponam. Patres cùm animadverterent homines vivere admodum laxè ac negligenter, operæpretium eſſe duxerunt, ut cogerentur quodammodo aliqua parte anni, pietatem inſtaurare, ac ferociam carnis nonnihil imminuere. Ad hanc autem rem, accommodatiſſimos eſſe judicarunt quadraginta dies ante Paſcha, ut homines tantiſper & pœnitentia & cogitatione beneficiorum Dei animos occupatos haberent. Commentum hoc, etſi prima ſpecie pulchrum videri poſſit, Chriſtianæ tamen libertati minimè convenit. Nam de beneficiis Dei, & ſumma noſtra ingratitudine cæteriſque graviſſimis peccatis, non tantùm 40. dies, ſed perpetuò cogitare oportet. Deinde hac via latiſſimam feneſtram ad ſecurè & laxe vivendum aperuerunt. Semel enim defuncti 40. illos dies, arbitrantur poſtea toto anno fas eſſe genio & voluptatibus effuſiſſimè indulgere. Nam pœnitentiam rejicere cœperunt in illos 40. dies. Et quamvis apud veteres fuerit Quadrageſima; tamen ut ait Euſebius, in lib. 5. cap. 24. ea omnibus libera relinquebatur. Irenæus quippe cum Victore Romano Epiſcopo ad hunc modum egit, cùm vellet Orientalem Eccleſiam excommunicare, quòd in obſervatione Paſchæ cum Romana Eccleſia non conveniret. Quid inquit, non poſſumus concordes vivere, quamvis illi ſuis ritibus utantur, ut nos utimur noſtris? Quadrageſimam enim alii biduum, alii quatriduum, alii decem, alii quindecim, alii viginti, alii quadraginta dies jejunant, & nihilominus concordia retinetur.

Cur Patres conſtituerint Quadrageſimam?

Quadrageſimalis inſtitutio Chriſtianæ libertati adverſatur.

23 Eſt

Digitized by Google

23 Eſt alius abuſus, quòd alii ſint qui ſanctitatem in jejunio conſtituant, quaſi Dei cultus in eo ſit: cùm revera jejunium tantummodo exercitium ſit, quod ex ſeipſo nihil habeat ſanctitatis. Stulti ſunt illi, qui dum jejunant, ea de cauſa putent ſe Deum habere obſtrictum. Quare Hieronymo non eſt fides temerè adhibenda, cum dicit, jejunium non eſſe virtutem, ſed virtutum omnium fundamentum. Solus enim Chriſtus & fides in eum eſt fundamentum virtutum. Si dixiſſet, jejunium eſſe quarundam virtutum adminiculum, ferri poterat. Et ſanè à veteribus in hoc frequenter erratur, quòd jejunium ſupra omnem modum laudant & prædicant. Si tantùm jejunio tribuendum eſſet, fateri oporteret, Ioannem Baptiſtam ſanctius vixiſſe quàm Chriſtum: magis enim quàm Chriſtus jejunarit. Etenim Chriſtus edebat & bibebat, ut homines temperati & modeſti ſolent: Ioannes verò dicitur, neque ediſſe, neque bibiſſe. Quin ad Tim. ſcripſit Paulus, Corporalis exercitatio modicam habet utilitatem: pietas autem, ad omnia utilis eſt. Quòd ſi quæſiveris, quid ſit pietas: reſpondeo, eſſe verum Dei cultum, ſanitatem doctrinæ, puram vitam, quæ ſpem & fidem conſequuntur. In iis profectò rebus, eſt ſumma utilitas: corporis verò exercitatio utilitatem quidem habet, ſed non ita magnam. Attendendum verò eſt, Paulum ibi non de jejunio & corporis exercitatione loqui quòd hypocriticum ſit, & fide careat, ſed de vero & Chriſtiano. Nam quæ fide carent & ex hypocriſi proficiſcuntur, peccata ſunt, nec quicquam proſunt. Vnde Eſaias ait: Eſtne hoc jejunium quod elegi? Verùm ii noſtri adhuc ulterius progrediuntur, & præterea quod in jejunio ſanctitatem ponunt, illud etiam faciunt partem ſatisfactionis. Quandoquidem Sententiarii, in 4. Satisfactionem conſtituunt precibus, eleemoſynis & jejuniis conſtare. Quid eſt Chriſti mortem abrogare, ſi hoc non ſit? Blaterant etiam animas è Purgatorio jejuniis liberari. Et ne quis me arbitretur iſta fingere, Gratianum legat, quæſt. 14. c. 2. Animæ. Vbi ponit verba Gregorii, qui ait: Purgatorio eximuntur animæ, aut precibus, aut jejunio cognatorum.

Veterum lapſus.

Mat. 11. 8.

1. Tim. 4. 8.

Quid ſit pietas?

Eſa 58. 5.

Ieiunium non eſt pars ſatisfactionis.

24 Alius etiam gravior eſt abuſus, quòd quidam ſtatuunt, ſe jejuniis Eccleſiæ poſſe ſatisfacere, quamvis à peccato minimè deſiſtant. Hoc jejunii genus, Deus ipſe in Eſaia disertis verbis reprehendit: Vt quid inquit, mihi jejunia veſtra? Iejunatis ad contentiones & lites. An eſt hoc jejunium quod elegit anima mea? Liberius Papa decrevit oportere per totam Quadrageſimam à litibus abſtinere. Non ſatis prudenter: quia non poteſt Reſpublica conſiſtere, ſi tamdiu cauſæ non cognoſcantur, nec jus dicatur. Si jejunium gravi de cauſa in unum aut alterum diem indiceretur, rectè poſſet per illud ſpatium temporis, interſtitium imperari. Tamdiu autem jura ſilere, ut Liberius voluit, non eſt è Republica. Adhæc ait idem Liberius, uſum conjugii, jejunium Quadrageſimæ polluere: vellent igitur toto illo tempore à conjugibus homines abſtinere. At Paulus multo ſanius hortatur conjuges, nempe ut ſecubent ad tempus, idque mutuo conſenſu, & redeant ad idem, ne à Satana tententur.

Ieiunia extendunt uſque ad Purgatorium.

Eſa 58. 3.

1. Cor. 7. 5.

25 Alius item abuſus eſt, quòd paſſim antè Quadrageſimam toto illo tempore quod appellant carniſprivium, indulgent homines gulæ, crapulæ, ac ebrietati, & libidinibus quàm intemperantiſſimè, eo prætextu, ut facilius poſſint jejunare: quaſi liceat facere mala, ut bona ſuccedant. Neque hoc genus vitii novum eſt. Baſilius quippe in Homilia de jejunio, & Chryſoſtomus in Geneſin, pluribus locis, ea de re graviter queruntur. Alii jejunant ad delitias. Cùm enim ſciant ſe non cœnaturos, in prandio copioſa & multa ſaburra ſentinam ſuam onerant, ita ut ſeſe in totum diem prorſus inutiles reddant. Alii contra ſe prorſus conficiunt jejuniis, & tantùm non enecant: ut Baſilius & Nazianzenus fecerunt, qui cùm eſſent viri doctiſſimi, tamen abſtinentiis & chameuniis effecti ſunt Eccleſiæ inutiles. Cogebantur interdum ſex menſes, interdum totum annum decumbere. Poſtremò reperiuntur, qui de jejunio ſuo mirificè ſibi placeant, ſuperbiant, & aliis inſultent, quemadmodum ille Phariſæus, qui aiebat: A Non ſum ut cæteri homines, jejuno bis in Sabbato, &c. Poſſent utique de iis abuſibus multò plura commemorari: verum ad hoc tempus mihi ſatis hæc videntur. Tantùm hoc addam, in jejunio duo ſe nobis extrema offerre. Papiſtæ ſuperſtitioſa jejunia ſua utcunque retinent: nos verò legitima & recta prorſus negligimus. Quare videntur utrinque corrigenda. Et hæc hactenus.

Abuſus carniſprivii.

Non licet ſe nimium conficere jejuniis.

Luc. 18. 11.

B

De Vigiliis.

26 Auguſtinus in ſermone de verbis Domini, Oratio. 14. noctem dicit habuiſſe apud veteres quatuor Vigilias, quarum unaquæque tres horas comprehenderit, quod & divinarum literarum teſtimonio confirmat. Nam Dominus, quarta noctis vigilia dicitur ad Apoſtolos veniſſe: dum in mari adeo vehementer laborarent, quòd navicula eorum tantùm non ſubmergeretur. Nec diverſa ſcribit idem C Pater in Pſalm. 79. Gloſſa quoque decret. 1. quæſt. 1. cap. Superveniente Paſcha. Nomina iſtarum noctis partium tradit, conticinium, intempeſtum, gallicinium, & antelucanum. Iſidorus verò in libr. 5. Etymologiarum, noctis facit ſeptem partes, nam addit, Veſperum, Crepuſculum, & Matutinum. Secunda vigilia poteſt intelligi media. Duæ quippe ſunt vigiliæ inter primam & extremam: ideo ſecunda utcunque medium locum occupat. Harum verò excubiarum ſeu vigiliarum caſtrenſium, ut Plinius tradit lib. 7. D cap. 56. inventor fuit Palamedes: quòd ex hoc loco deprehenditur non ita eſſe, cùm geſta Iudicum longè fuerint antiquiora Palamede, niſi fortaſſis ille tantùm de Græcorum excubiis loquatur. Vſus vigiliarum non tantùm in caſtris antiquitùs viguit, ſed & alia pleraque adhibebantur diligentiùs curanda. Romæ quippe vigiles fuerunt, qui noctu per urbem diſcurrebant ad incendia reſtinguenda, & idcircò tam in ff. quàm in C. titulus eſt de officio præfecti vigilum. Tranſlata item ad Paſtores hæc induſtria E eſt, quod vel ex ipſo Evangelio cognoſcitur: Nam Luc. 2. angeli nato Chriſto paſtoribus adfuerunt, qui cuſtodias ſuper ſuis gregibus obſervabant. In rebus quoque ſacris, vigilias uſitatas legimus tam apud Ethnicos, quàm apud Chriſtianos. Romæ fuerunt ſacra Bonæ deæ, quæ noctu agitabantur. Et in Veteri Teſtamento, legimus pias mulieres ad tabernaculum pernoctaſſe, quibus filii Heli accuſantur injuriam intuliſſe.

Ex Iud. 7. 19.

Mat. 14. 25.

1. Sam 2. 22.

27 Philo Iudæus, ut refert Euſebius Cæſar. lib. 1. F de Chriſtianis, tradit, qui fuerunt Apoſtolorum ætate, quòd inter cætera ſua laudabilia inſtituta caſtiſſimè vigilarint, gratias Deo agendo, vacando precibus, doctrinæ, ac divinis laudibus. Tertullianus in Apologetico tradit Chriſtianos cœnitaſſe crebrò ac frugaliter unà, ut qui noſſent Deum ſibi de nocte adorandum. In Actis Paulus ultra mediam noctem ſermonem diſputationémque protraxit, ita ut Eutychus adoleſcens ſomno gravatus de cœnaculo ceciderit. Quin & Chriſtus ipſe, orans in monte perno- G ctabat: idemque reprehendit Apoſtolos, qui non potuerint vel una hora ſecum vigilare, hortatúſque illos eſt ut vigilarent, & orarent, ne à tentatione opprimerentur. Hieronymus in 25. ca. Matth. ſcribit, Iudæorum fuiſſe traditionem, Meſſiam media nocte venturum, qua ſcilicet hora in Ægypto primogenita fuerunt interfecta. Quocirca ſcribit, ſe opinari traditionem Apoſtolicam eſſe, ut nocte ſancta Paſchę populus à ſacerdotibus non dimittatur, ut ſi Dominus fortaſſis appareret, vigilantes inveniret. At hodie H iſtud non ſervatur: non enim Paſchatis nocte vigiliæ habentur, ſed in nocte Nativitatis.

Act. 20. 7.

Matth. 14. 23.

Matth. 25. 40.

28 In Concilio Carth. 4. ca. 49. habetur, presbyterum, qui citra ſui corpuſculi neceſſitatem à vigiliis nocturnis præſtandis deſtiterit & gradu privandum, & ſtipendiis fruſtrandum. Sed in Eliberino, ca. 35. Vigiliæ ad cœmiteria prohibentur, ubi ſolebant cereis accenſis excubare: quòd fuiſſe inventum exiſtimo, non quò animos defunctorum illa obſervatione à purgatorio liberarent, ſed potius in eorum hono- I rem. Vt enim quiſque ſuos qui obierant, charos habuit, ne illorum memoria intermoreretur, anniverſario die, ad locum ubi ſepulti erant, excubabant

Digitized by Google

quod in Vita Hilarionis à Hieronymo conſcripta manifeſtè deprehenditur, ubi Diaconus quidam refertur dixiſſe, Vigilandum ſibi eſſe ad tumulum B. Antonii intra unum vel alterum diem, quod jam annus ſeu aliquot anni à morte illius volverentur. Vigilabant etiam veteres ad martyrum ſepulchra, quò illis honorem exhiberent, vacantes doctrinæ, adhortationibus, gratiarum actioni, precibus, illis præſertim periculoſis temporibus, cùm interdiu non licebat facilè convenire. Deinde fortaſſis ita melius pietati conſulebatur: Interdiu enim homines variis laboribus atque operis occupabantur. Quare, ut ne cultus Dei neglectus omnino jaceret, aliquæ horæ nocturnæ ad illum deputabantur.

29 Hieronymus contra Vigilantium, Eccleſiæ inſtitutum vigilandi, mirum in modum commendat: nec putavit ab hac obſervatione deſiſtendum, quamvis occaſione harum vigiliarum aliqua turpia committerentur. Non enim, inquit, juvenum errores, atque leviſſimarum mulierculaum, quæ poſſunt etiam alibi peccare, ac domi ſuæ immundè agere, nos revocare debent à ſancta conſuetudine. Verùm contra Hieronymi ſententiã hodie cernimus Vigilias abolitas, non tantùm martyrum, ſed etiam quæ in honorem Domini agebãtur, ut liquidò apparet in Concil. Antiſiodorenſi c. 5. licet alicubi extent vigiliarũ aliquæ reliquiæ, ut Manthuæ in feſto Bartholomæi, & Vercellis nocte Divi Euſebii. Sed iis vigiliis omnes norunt, quàm importunè ac intemperanter ſe homines gerant. Converterunt itaque vigilandi obſervationem in jejunia. Sed obſecro qualia? Quibus defungantur, modò à carnibus edendis abſtinuerint. Sed quicquid ſit, firma ac conſtans eſt Apoſtoli ſententia, corporis exercitationem non magnam eſſe utilitatem, pietatem verò ad omnia valere. Eſt ſanè jejunandum, & vigilandum, quantum ratio exigit, & corporis vires patiuntur. Neque in hoc Baſilium, Nazianzenum, & conſimiles, nimio zelo imitandos cenſuerim, qui ſua corpora externis obſervationibus ita fregerunt, ut denique tam ſibi quàm aliis inutiles redderentur. Eſt aurea mediocritas retinenda, in qua frugalitatis ac temperantiæ modus laudabilis conſervetur. Atque hæc de vigiliis obiter.

1. Tim. 4. 8.

CAPUT XI.

De vita Chriſtiana, ubi de variis vocationibus, Chriſti confeſſione, divitiarum uſu, & paupertate.

In 1. Cor. 10. v. 24.

PUlcherrimum eſt Epiphonema Pauli 1. ad Cor. 10. Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quiſque quod alterius, quo ſumma comprehenditur, ut in omnibus noſtris actionibus perpetuò ædificationem proximi ob oculos habeamus: quod Apoſtolus egregiè præſtitit, cùm omnia omnibus fieret. Quod attinet ad verba, Homonymiam habent. Non enim quærenda ſunt noſtra quo ad carnem & voluptates: ſed interim nihil obſtat, quin regnum cœlorum, ſalutem, vitam æternam, quæ noſtra ſunt, debeamus inquirere. Alioquin Apoſtolus adverſaretur ſibi, qui dicit ad Phil. Cum timore ac tremore operemini ſalutem veſtram. Nec non ad Timoth. Attendas tibiipſi & doctrinæ. Poſtea cùm dicitur, ut curemus quæ ſunt aliorum: id quoque non eſt accipiendum quoad carnem & voluptates. Nam hæc ut in nobiſipſis non debemus quærere, ita nec proximis noſtris providenda ſunt. Sed quæ Paulus aliorum appellat, perſequi debemus, quoad ſalutem, vitam æternam, & regnum cœlorum illis comparandum. De amore ſuiipſius in S. literis nullibi perſpicuum præceptum extat: tamen eſt mandatum, ut diligamus proximum ſicut noſipſos: ibi videtur ſancta ſcriptura ſtatuere, nobis illum natura inſitum eſſe. Etenim quæcunque Deus condidit, eo ſunt ingenio, ut ſeipſa conſervata cupiant maximè. Quem naturalem ſuiipſius amorem, cùm per peccatum primus homo vitiaſſet, in ſuos poſteros corruptum tranſmiſit. Ideo per legem inſtituimur, ut eum corrigamus: quod fiet, ſi quemadmodum noſipſos dilexerimus, proximi quoque ratio habeatur. Ideo eſt dictum, Diligas proximum tuum ſicut teipſum. Non turbet nos, quòd alicubi ſcripturam odium ſui prædicare audiamus, ut in Evangelio, cùm dicitur, Qui non odit animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et ad Timoth. reprehenduntur homines amantes ſui. Quia iſte nodus facilè diſſolvitur. Nam utrunque dare poſſumus, noſtrum inquam ipſorum, tum amorem, tum odium. Quia noſipſos odio habemus in nobis, quãdoquidem (ut Apoſtolus inquit) probè novimus, quòd in carne noſtra bonum minime habitet. Per carnem autem, accipimus hominem à gratia & ſpiritu Chriſti ſejunctum: in quo cùm multum mali, & nihil boni inſit, odium, non amorem commeretur. Sed rurſus noſipſos amamus in Domino, quo nova creatura jam exiſtimus. Bona quippe in nobis inchoata vehementer optamus indies magis ac magis abſolvi.

Noſtra non debemus quærere quoad carnem.

Alioquin nobis licet quæ verè noſtra ſunt quærere.

Phil 2. 12.

1. Tim 4. 19.

Non ſunt quærenda, quæ ſunt aliorum, quoad carnem.

In ſacris literis non eſt expreſſum mandatum de amore ſuiipſius.

Amorem noſtrum ipſorum naturaliter inditum, primus homo vitiavit, lex jubet ut corrigatur.

Ioan. 12. 25.

2 Tim 3. 2.

Tenemur & nos amare & nos odiſſe.

Rom. 7. 18.

2 Cæterùm, non oportet ut nobis ea tantùm pręcepta obſervanda proponamus, quæ ſunt omnibus communia, ſed ea item, quæ peculiariter ad cujuſque vocationem pertinent: ut qui miniſter Eccleſiæ fuerit, docere fideliter ſtudeat: ſi magiſtratus, ius ad legum præſcriptum laborioſè dicat: ſi pater, filios diſciplina gravi atque ſevera inſtituat: nec ſibi quiſquam blandiri debet, quòd pręcepta communia utcunque obeat, ſi peculiaria ſuæ vocationi relinquat. Apud Ezech. ait Dominus, Cùm ego miſero prophetam, ut populum doceat, is autem non docuerit, illi quidem in peccato ſuo morientur, ſanguinem tamen illorum de Prophetæ manu exquiram. Pater erga liberos, Prophetæ locum obtinet: quare ſi eos inſtruere ac erudire neglexerit, illorum caſus ac ruina de manibus ejus repetetur. Eli, non modò Pater, ſed etiam Pontifex & Iudex erat, quare omnibus iſtis nominibus adigebatur, ut liberos peccantes graviter coërceret. Paulus Rom. Epiſcopus ejus nominis III. cùm jam penè ageret animam, profeſſus eſt, ſe in eo vehementer peccaſſe, quòd nimium ſuis indulſerit, quaſi ſolus ex grege Paparum id commiſerit. Omnes fermè alios duriter vexant, cùm ſuis plena manu indulgeant. Reprehenditur Eli, quòd ſuos filios pluris quàm Deum fecerit, at hodie qui Prælatos agunt in Eccleſia, dignitates, aulicum ſtrepitum, & inanem pompam, ipſi Deo publicè anteponunt. His enim de cauſis fit, ut verbum Dei abjiciant, & fœdiſſimam omnium ſacrorum violationem tueantur, atque carceribus necnon ignibus eos inſectentur & perdant, qui aliquid in religione conantur inſtaurare.

Præcepta peculiaria ſuæ vocationis cuique obſervanda.

Ezech. 33. 2.

1. Sam. 2. 12.

Paulus III. Papa.

3 Paulus 1. Cor. 7. Vnuſquiſque inquit, ut partitus eſt Deus unicuique, ut illum vocavit Dominus, ita ambulet: quo loco mentionem habemus diſtributionis & vocationis, ut doceamur nil temere fieri, neque eſſe in mundo qui proprium ſtatum vel conditionem ſibi aſſumat ſua induſtria vel arbitrio. Quis naſcitur ſuo delectu princeps, aut ſervus: dives, aut pauper? atque ita de aliis conditionibus. Vtique à Deo pro ejus voluntate ac providentia hæc dividuntur. Vocatio dicitur, divinæ voluntatis declaratio, qua nos ad fidem & ſalutem adducit, & in aliquo certo ſtatu ac vitæ genere collocat. Quiſque noſtrũm ſe habet erga Deum, ut miles ad Imperatorem, qui munus aut ſtationem ſibi non uſurpat in caſtris arbitratu ſuo, ſed agit & manet prout Imperator juſſerit. Itaque in genere vitæ atque vocatione, nil eſt Chriſtiano homini temerè immutandum. Sed advertamus hæc non poſſe intelligi de ſtatibus & generibus vitæ, quæ cum Dei verbo apertiſſimè pugnant. Quæ enim ſunt hujuſmodi, è veſtigio abjici debent. Nulla quippe meretrix, nullus fœnerator, aut impurus cœlebs prętexere debet, ut non convertatur ad meliorem frugem, ſe nolle vocationem aut ſtatum mutare: cùm iſtæ conditiones deteſtabiles, noſtro vitio, non voluntati Dei, ſint imputandæ. Nihil denique aliud ſuadet Paulus, niſi ut quiſque ſorte ſua, modò ſit honeſta, contentus vivat: quod adeo ęquum eſt, & rectitudini naturæ conſentaneum, ut Poetæ, ac Ethnici ſcriptores, cùm Græci tum Latini, idem probarint. Verum inter illos & noſtrum Apoſtolum hoc intereſt, quòd illi diſtributionem diverſarum conditionum, in fortunam & caſum referunt: noſter vero diuinę providentię aſcribit, quod eſt piè ſentire & loqui, cum omnia quę nobis eveniunt in

In 1. Cor. 7. 17.

Diſtributio & vocatio.

Quid vocatio

Simil

Exceptio à regula poſita.

Vivere contentum ſua ſorte.

Diſcrimen inter Ethnicos & Chriſtianos quoad hanc virtutem.

ſupremam

Digitized by Google

ſupremam cauſam voluntatis Dei coguntur.

Dubitatio. *De quibus vocationibus loquatur Paulus.*

4 Sed hæc Pauli ſententia, videtur Chriſtianos in graviſſimam ſervitutem redigere, ſi eis nullo pacto ſuas vocationes mutare liceat. Nónne fas erit, ſi quis ab aratro, ut Cincinnatus & veteres Romani conſueverunt, vocetur ad conſulatum, vel ad Remp. gerendam, eam capeſſere? Et ſi quis pauper fuerit, ſi offeratur ei occaſio habendi commodius cur non poterit fortunam tenuem, in lautiorem commutare? Ad hæc reſpondemus, Pauli ſermonem eſſe de his mutationibus, quæ ſine offenſione proximorum, & abſque nota inconſtantiæ (quæ prorſus à Chriſtianis hominibus evitanda ſunt) fieri non poſſunt, uti patet de matrimonio impari, de circumciſione, gentilitate, ſervitute ac libertate, quæ non mutantur abſque ſcandalo & levitatis infamia. Non autem his prohibetur, quin poſſis interdum mutare periculoſam conditionem, in eam quæ magis tuta fuerit, cùm id prudenter agis abſque ullius offenſione, & quod in primis requirendum eſt, verbo Dei non adverſaris. Deinde ſi ad magiſtratum vel ad Eccleſiæ regimen accerſitus fueris juſta ratione, jam tu ipſe non es qui te transferas ex una vocatione in aliam, ſed à Deo promoveris. Quod idem ſtatuendum eſt, cùm aliqua gravi neceſſitate compelleris, ut ſubeas novas conditiones: Id etiam Deo aſcribendum eſt, ejus neceſſitatis authori. Item ſi offeratur occaſio bene gerendi rem Chriſti, ſi alius efficiaris, Paulus imitandus eſt, qui omnia efficiebatur omnibus: tantùm id caveas, ne tua quæras, vel temere agas. Cum te oporteat eſſe inſtar jumenti erga Deum, ſine ut is præeat, atque nutu ſuo & auſpiciis, ad eam conditionem quæ ſuſcipienda eſt, te adducat. Solet Diabolus tentationibus fraudulentis gravia mala ſimplicioribus inferre. Interdum blande ſuadet his qui ſerviunt, eóſque decipit hac ratione: Cum jam Chriſtus vos liberaverit, cum omnia veſtra ſint, indignum eſt ut ita ſerviatis. Cur jugum non excutitis? cur donum à Chriſto vobis conceſſum, non uſurpatis? His rationibus credendum eſt, aut conſimilibus egiſſe Iudæos, qui rogabant Chriſtum: num liceret cenſum dare Cæſari? Item, cùm premimur ab impio aliquo principe, Satan ita ratiocinatur: Deus in Deut. ſtatuit, Regem non debere aſſumi niſi ex fratribus, ſed ex numero fratrum non eſt, qui religionem & pietatem eandem non profitetur. Cur itaque ab iſto tyranno defectionem non meditamini? Cur illum non deponitis, qui religioni tantopere adverſatur? Sed verbo Dei occurrendum eſt, quo præcipitur, ut non ſolùm bonis, imò etiam dyſcolis principibus pareamus. Occurrit & iſte locus, vocationes à Deo eſſe diſtributas, neque temerè invertendas.

Simile. *1.Cor.9.21.* *Matt.22.17.* *Deut.17.15.* *1.Pet.2.19.*

5 Eſt autem in primis hoc axioma tenendum, peccatum eſſe quicquid eſt ſine fide. Sed dices: Iudæi, ſi quid erant magni ſuſcepturi, potuerunt petere reſponſum à Deo: nos hodie non poſſumus. An igitur ea cauſa minùs Deo chari ſumus, quàm illi? Scio multos hac de re ſolere conqueri: quaſi noſtra deterior ſit conditio, quàm Iudæorum. Sed hîc oportet diſtinguere. Nam qui conſulit Dominum, id facit, ut vel de rectitudine rei, vel de ſucceſſu reddatur certior. Quod ad rectitudinem rei attinet, turpíſne ea, an honeſta ſit, Deo placeátne, an diſpliceat, ſatis docemur ex Prophetis, ex Lege, ex Evangelio, ut id jam non neſcire poſſimus. Quod autem attinet ad eventum; non mirum, ſi nunc ejuſmodi oraculis careamus. Alia enim longè nobis promiſſa data ſunt, alia Iudæis. Illis enim Deus pollicitus eſt politiam certam, eámque certo in loco poſitam, uſque ad Chriſti adventum duraturam. Nunc autem Deus Evangelio ſuo nec civitatem aliquam certam, nec regnum conſtituit. Itaque Deus Iudæis dabat ſæpe oracula, per quæ intelligerent, & quid ſuſciperent, & quem ſucceſſum eſſent habituri. & quamvis undique infinitos haberent hoſtes, tamen illis Rempub. ſuam uſque ad Chriſti adventum conſervavit. Deinde Iudæi rudes adhuc erant, & imperiti rerum civilium, utpote ſervi homines educti ex Ægypto. Itaque opus illis fuit ejuſmodi Dei auxilio. Poſtremo, religio eorum erat adhuc recens & nova, nec dum ſatis confirmata, ut ea neceſſe fuerit ſignis & miraculis comprobari. Nunc autem regnum Chriſti propagatum eſt in

Ex.1.Sa.14.31. *Rom.14.23.* *Conſilium in rebus agendis unde petendum.*

A immenſum, nec poteſt una aut altera Repub. contineri. Deinde principes Chriſtiani ſatis jam periti ſunt rerum civilium. Poſtremò, religio noſtra ſatis nobis jam olim eſt confirmata. Promiſit quidem Deus, Eccleſiam nunquam penitus deſituram uſque ad reditum Chriſti. Sed nullum illi præſcripſit certum locum, quin ſi alicunde fortè exulet, hoſpitium inventura ſit alibi. Quare etiam, ſi non habeamus oracula, non tamen id argumentum eſt, Deum nos hodie minoris facere, quam olim Iudæos fecerit. Satis B nobis eſt, ſi confidamus promiſſionibus Dei, ſi nos rectè geramus, illum nobis non defuturum.

6 Iam verò quòd ſcribit Paulus ad Rom. Non pudere ſe Evangelii, licet id proferat ſub perſona ſua, eo tamen vult admonere Rom. ad quos ſcribit, ne ipſos quidem pudere oportere (quamvis excelſo loco ſint) Evangelii. Vtitur autem tropo Liprote. Minùs enim dicit, quàm ſignificat. Non pudere, hic perinde eſt ac ſi diceret, Vehementer glorior. Idque pla- C ne, ac ſine tropo, protulit ad Galatas dicens, Abſit mihi gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Multi autem ſunt, qui hodie gloriantur, quod Chriſtiani ſint, & Evangelium receperint. Quod utinam vere atque ex animo facerent. Nimis enim multi eorum ſunt, qui ſi excutiantur, quod ad mores attinet, quidvis potius vivunt quàm Chriſtum. Quoad dogmata verò, ſi vel à Catechiſmo cœperis eos examinare, deprehendes, eos nihil unquam de Chriſto intellexiſſe. Pudendum vulgò ducitur, quod à mundo ludibrio habetur: & honorificum, quod ille habet D in precio. At in judicando Evangelio caro noſtra vehementer hallucinatur. Nam putat illud pudendum eſſe, quoad mentem, quoad animi bona, quoad bona fortunæ, & quoad bona corporis. Nam quoad mentem, & intelligentiam, arbitratur ſtultum eſſe ea ſibi perſuadere, de quibus non queat rationem reddere. Quoad animi autem bona, quod non poſſimus noſtris virtutibus, & actionibus præclaris, juſtificari. Item fatuum exiſtimat, bona corporis abjicere, ita, ut E crucifigamus carnem noſtram cum omnibus cupiditatibus: & quod ad fortunæ bona pertinet, velimus tollere crucem noſtram, atque per contumelias & ignominias Chriſtum ſequi. Hæc omnia pudenda videntur carni: adverſus quam aſſiduè oportet ingerere, quod Paulus aſſerit, Nos minimè pudet Evangelii. Habet ſanè hæc doctrina multiplices hoſtes: Primo loco ſunt Epicuræi, vel potius ἄθεοι homines, qui exiſtimant, hoc negotium prorſus eſſe commentum, & rem fictitiam: nóſque vehementer mirantur, ac na- F ſo ſuſpendunt, quod ita propterea ſollicitemur & anxii ſimus. Alii ſunt civiles homines, qui Reſpublicas adminiſtrant. Iſti arbitrantur hanc doctrinam prorſus ſeditioſam eſſe, & indignum ducunt ut permittatur concionatoribus ſub prætextu pœnitentiæ indicendæ ac prædicandæ, ut vitia magiſtratus & principum taxent, & quodammodo traducant ad populum: aiúntque hoc nihil aliud eſſe, quàm Reſp. convellere. Poſt iſtos accedunt hypocritæ ac monachi, exclamantes, noſtro Evangelio leges divinas e- G verti, ſanctas cæremonias temerari, detrahi bonis operibus, auferri ſacroſancta ſimulachra, & omnes (ut loquuntur) devotiones funditùs tolli. His iiſdem adverſariis urgebatur Paulus: Nam Scribæ, Phariſæi, Pontifices clamabant per hoc Evangelium, quod Apoſtoli prædicarent, divinam legem abrogari, cæremonias, quas Patriarchæ & Prophetæ ſervaverant, dejici: tribum Leviticam expoliari honore ſuo: dignitatem ſacerdotalem exæquari prophano ſtatui, atque Iudaicam Remp. omnino extingui. Adverſus quos a- H culeos, oportuit occurrere his vocibus: Me non pudet Evangelii, quicquid vos dixeritis, aut contra illud comminiſcamini.

In Rom.1.16. *Rom.1.16.* *Liprote.* *Gal.6.14.* *De Evangelio gloriandum, ſi verè ac ex animo receptum fuerit.* *Caro noſtra ut hallucinetur, dum judicat de Evangelio.* *Qui ſint illi quos pudet Evangelii.*

7 Accidebat etiam Auguſtini & Chryſoſtomi temporibus, quando totæ civitates nondum admiſerant Chriſtum, ſed in eadem urbe & Chriſtiani erant, & idololatræ, ut ſi quando vir quiſpiam clarus & illuſtris nomen dediſſet Chriſto, accederent ad eum affines, cognati, amici, & dicerent: Tu crucifixo credis? Non pudet ei committere tuam ſalutem, qui extre- I mo ſupplicio fuit affectus, neque ſeipſum ſervare potuit? Quæ tua eſt amentia? Crucifixo credis? Reſpondendum illi fuit, ut inquiunt, Cœlo cru-

cifixo: non autem ſcortatori, adultero, impudico, parricidæ, aut liberorum interfectori, cujuſmodi eſt veſter Iupiter, Saturnus, & cæteri Dii quos vos veneramini. Quare neque Chriſti, neque Evangelii me pudet. Sic etiam occurrendum eſt hæreticis, quando aiunt, rem eſſe fatuam & pudendam, credere filium Dei verè paſſum eſſe, aut verè ſuſcepiſſe humanam carnem ex utero Virginis. Cum hæc in Evangelio habeantur, ea prorſus credimus: neque pudet nos Evangelii Chriſti. Hodie quoque piis juvenibus qui ſtudio Evangelii tenentur, exprobrant quandoque ſeniores, vel etiam ipſorum ſenſus, & ratio humana reclamat: Nónne vos pudet hujus novæ doctrinæ? Eſtisne adeo cæci, ut non videatis, hoc pacto damnari bona opera, interire cultum Dei, miniſterium Eccleſiæ conculcari, ſacerdotalem dignitatem abjici, Eccleſiaſticas opes prorſus atteri? Quósnam habebitis poſthac Mecœnates, aut patronos? Num majores veſtri, qui vos præceſſerunt, & in hac Academia, & in aliis, & doctores & inſignes viri, hæc veſtigia ſunt perſequuti? Iſtis quoque oportet occurrere: Non pudet nos Evangelii, quantumcunque vos illud inſimuletis. Quod ſi dixerint, Nos habemus Evangelium: veſtra eſt nova doctrina. Regeramus illis, Tam illud eſt quod habetis Evangelium, quàm commentitios cultus Dei proponere, ſyncero & à Deo nobis deſcripto cultu abjecto & contempto: quàm ſtatuas & imagines colere: quàm vota obtrudere, per quæ a matrimonio revocentur homines, qui illo maximè opus habent: quàm peregrinationes ad ſimulacra inſtituere, ſanctorum oſſa colere, mortuos invocare, & infinita hoc genus alia. Quare vos oporteret pudere veſtræ doctrinæ, non autem nos Evangelii Chriſti. Excutiatur diligenter, quid in eo ſentiamus de honore Dei: illi enim ſoli cuncta tribuimus, ab eo uno in omnibus rebus pendere volumus. Videte præterea quid ſentiamus de cultu ejus: illum retinere volumus purum ac ſanctum, prout in ſacris literis nobis traditur. Quid de bonis operibus? Illa perpetuò urgemus, tam præclara à nobis exigi contendimus, ut ſemper aliquid velimus reſtare à nobis minimè perfectum, ad quod ſit collimandum, & quò debeamus noſtros conatus dirigere. Quid de ſacro miniſterio? Illud volumus in pretio haberi, ut per quod Deus operetur ad noſtram ſalutem. Quid de Sacramentis? Vt pura ſint & caſta, utque ad uſum revocentur, quem Chriſtus inſtituit. Quid de Magiſtratu? Vt obediatur ei, útque ei ſubjiciamur in omnibus: modò nihil præcipiat contra verbum Dei. Quid de pauperibus, & miſeris hominibus? ut ſimus illis adjumento, & eos relevemus. Quid de pace & tranquillitate publica? Vt conſervetur etiam cum jactura noſtrarum facultatum. Quid de ſcientiis, & bonis literis? Vt manu teneantur, & provehantur. Quid de vetuſtate nobis objicitis? Nihil eſt, quod magis cupiamus, quàm ut res ad antiquum ſtatum reducantur. Vos nova induxiſtis: nos primitivæ Eccleſiæ ſtatum repoſcimus, & Apoſtolica inſtituta repetimus. Quare non eſt, quod nos pudeat Evangelii: de quo qui conqueruntur, potius compendia ſua lamentantur, quàm quod poſſint accuſare doctrinam. Quòd ſi quid accidat incommodi, aut turbarum, id non in doctrinam rejiciendum eſt, ſed in eos, qui ſub prætextu Chriſti & Evangelii, quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti.

Ethnici converſi ad Chriſtum exprobrant Evangelium.
Hæretici exprobrant catholicis Evangelium.
Papiſtæ nobis exprobrant Evangelium.
Collatio doctrinæ Papiſtarum & Evangelii.
Quænam ſit noſtra doctrina.
Turbæ atque incommoda non ſunt rejicienda in Evangelium.

In Rom. 10. v. 10.
Confeſſio præcipuum eſt opus fidei.

8 Confeſſionem verò Paulus ideo fidei adjungit, ne tibi eam fingas inefficacem & emortuam, ſed quæ pariat confeſſionem. Et licet permulta ſint opera bona, quæ fidem conſequantur: id tamen recenſuit Paulus quod primum eſt, & ex verbis Moſis facilius colligi poteſt. Nam ille in Deuteron. cordi os conjunxit. Et Chriſtus ait, Ex abundantia cordis os loquitur. Sed tamen annotandum eſt, & quidem non oſcitanter, Paulum iſto loco juſtificationem ipſam tribuere fidei, ſalutem verò aliquam confeſſioni. Et per ſalutem non hic intelligit præcipuam, id eſt, reconciliationem cum Deo, aut abſolutionem à peccatis, ut prius fecit, quum diceret: Si credideris Deum illum excitaſſe à mortuis, ſalvus eris: Et quiſquis invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. Verùm per ſalutem intelligit ulteriorem perfectionem, qua donantur, qui jam ſunt juſtificati: quotidie enim facultates animi eorum & inſtrumenta, ſeu membra corporis eorum, perficiuntur bene operando. Et proculdubio cùm Dominum confitemur, hoc laudabili atque opere ſancto proficimus. Ita Paulus intellexit ad Philipp. quod aiebat, Veſtram ipſorum ſalutem cum timore ac tremore operemini. Quod ſi contenderis, hoc loco per ſalutem ipſam juſtificationem eſſe intelligendam, id concedemus tantummodo per effectum, & à poſteriori, ut aiunt, debere intelligi, quod nempe valeat quis ex hoc deprehendere aliquem eſſe juſtificatum. Facit iſte locus maxime contra quoſdam Libertinos, qui errorem Carpocratianorum inſtaurant, dicúntque non eſſe confitendam fidei veritatem ad tribunalia perſequutorum. A quo errore non multùm abſunt Nicodemitæ noſtrorum temporum, qui aiunt, ſatis eſſe bene ſentire in animo, licet exterius diſſimuletur vera pietas, & eatur ad ritus & ceremonias Papiſtarum. Eſt quidem cavendum, ne temerè nos in pericula conjiciamus: at ubi Deus eò nos adduxerit, ut de veritate interrogemur, meminerimus, quod qui erubuerint Chriſtum coram hominibus, ille demum eos erubeſcet coram Patre.

Deut. 10. 14.
Matt. 12. 43.
Rom. 10. 9.
ibid 13.
Phil. 2. 12.
Contra Libertinos.
Marc. 8. 38.

Naamanis exemplum explicatur.

9 Verùm, exemplum Naamanis, quod nobis objiciunt, excutiendum eſt. Tolerari voluiſſet Naaman, & ignoſci ſibi à Deo, ſi adorante Rege in templo Rimmon, ipſe quoque procumberet, & ſeſe coram idolo proſterneret. Non ſanè rogat diſertis verbis, ut ſibi Propheta id ſuis precibus impetret, ſed tamen hoc obliquè ſeu tacitè innuit. Nec alienum eſt à pietate, ut qui ſe imbecilla & infirma fide ſentiunt, ut divina ope petant juvari & confirmari. Vti apud Mar. cap. 9. fecit pater arreptitii pueri, qui ſe credere ait, & nihilominus orabat, ut ſua incredulitas roboraretur. Videbat profectò Naaman actioni, de qua loquebatur, ſubeſſe peccatum, ideo pro eo veniam rogabat: nemo enim eſt, qui res juſtas & honeſtas ſibi petat ignoſci. Conſcius itaque ſuæ infirmitatis, ac intelligens hoc ſibi eventurum, ſupplicat veniam pro futuro delicto. Vnde agnoſcitur peccatum hujus generis minime pertinere ad ignorantiam. Idololatria quandoque committitur, quæ talis eſſe ignoratur, ut ea de qua ſcripſit Sozomenus libro quinto ſuæ hiſtoriæ. Vbi refert Iulianum Apoſtatam, horribilem hoſtem Chriſtianæ pietatis, cùm ſederet pro tribunali, more aliorum Imperatorum, coram ſe ignem & thus habuiſſe, ut ſemper coram ſe fieri poſſet idolis Ethnicorum ſuffitus. Cùm autem vellet aliquando aſtantibus militibus dare donativum, (Nemo verò accipiebat, niſi qui grana thuris injeciſſet in ignem) ſimpliciores quidem milites, qui Chriſtum profitebantur, nihil ſecum de idololatria cogitantes, ut qui exiſtimarent ritum illum potius ad imperatoriam dignitatem, quàm ad cultum idolorum ſpectare, grana thuris in appoſitam flammam projecerunt, & acceperunt unà pecunias ſibi ab Imperatore diſtributas. Cum verò poſtea ſimul eſſent in compotatione, de Chriſto inter ſe piè admodum & honorificè loquebantur. Quod quidam ex aſtantibus plurimùm eſt miratus, atque ait: Quomodo poteſtis de Chriſto, vel rectè loqui, vel bene ſentire, cùm hodie illum abjuraveritis? Et docuit illos eum ſuffitum, qui fiebat coram Iuliano, idolis fieri. Hoc illi audito, è diverſorio ſe proripuerunt, vociferantes omnino ſe Chriſtianos eſſe, atque in recta & ſana fide perſeverare, manum quidem erraſſe, mentem verò eandem manere. Dúmque ita clamarent, Imperatorem acceſſerunt, pecunias ei reſtituentes, rogando, ut ſi videretur, eos occideret, quòd Chriſtiani eſſe perſeverarent. Hic videmus idololatricum actum per errorem fuiſſe admiſſum: at non ita contigit Naamani, cui ſubolebat ad pravum cultum pertinere, quod ſe facturum verebatur. A Propheta videtur poſcere, quod in ejus manu ſitum non erat, nempe, ut legem ſeu præceptum de vitanda idololatria relaxaret. Omnes profectò mortales obſtricti ſunt citra ullam exceptionem illi præcepto: ſed contra ipſum illi longe gravius labuntur, qui divinitùs affecti aliquo magno beneficio ad verum Deum colendum ſeſe tranſtulerunt: e quorum numero Naamanem jam fuiſſe non eſt dubium. At non videtur ipſe agere de vera idololatria, ſed tantùm de geſtu externo corporis: cujus reddit

In 2. Reg. 5. v. 18.
Naaman petit ſibi licere coram idolo proſterni præſente Rege.
Cl. 2. cap. 4. ſect. 28.
Marc. 9. 24.
Sozomenus.
Iuliani Imp. factum.
Præceptum de idololatria vitanda non relaxari poſſe ab homine.

Digitized by Google

reddit Propheta rationem, quòd Rex non poſſet genu flectere, niſi & ipſe humi procumberet, quod ſuper manu ſua Rex niteretur. Nec ſignificantia opportuna caret, quòd à Naamane bis idem repetitur, nempe, *Ignoſcat mihi Deus, vel mihi propitius fiat.* Indicat enim ea repetitio, rem quæ poſtulabatur, ſupplici admodum corde fuiſſe, atque à Propheta vehementiſſimo animi affectu poſtulari. Iſti attamen viro, id apparet vitio dandum eſſe, quòd nimio ſtudio cuperet ſuam dignitatem retinere. Nã ſi gradui ac muneri ſuo ceſſiſſet, omne periculum evaſiſſet imminẽtis peccati.

Naamanis excuſatio: itémque poſtulationis ejus cenſura.

10 Sed qui eum utcunque defendere conantur, actionem procumbendi coram idolo, ſubtiliter atque acutè diſtinguunt. Si Naaman, inquiunt, eo animo genua flexiſſet, ut ſui Regis actionem imitaretur, tum utriuſque illorum opus, ejuſdem formæ, rationis & naturæ fuiſſet; & idcirco idololatriæ damnaretur: ſiquidem imitando Regem, idem facere voluiſſet, quod Rex faciebat. Illius vero inſtitutum erat, Deum Rimmonem colere, quare nec imitator idololatriæ potuiſſet abſolvi. At hoc minime quadrat in Naamanem, qui Eliſæo jam conteſtatus erat, ſe poſthac nolle holocauſta & victimas diis alienis facere. Idcirco reſtat, illam actionem tantummodo genus officii erga Regem fuiſſe. Quæ porro ex genere ſuo indifferens erat, nam cum Rege ſedente ſedere, cum ſtante ſtare, cum genu flectente genu flectere, neque ad virtutem, neque ad vitium per ſe attinent, ſed tam bene quam malè poſſunt fieri; qui fit, ut formam & ſpeciem ab adjunctis, quæ circunſtantias vocant, habere dicatur? Eas verò ſi hoc loco ſpectemus, actio Naamanis vitioſa deprehendetur. Etenim habenda eſt in primis loci ratio, qua fit ut in phano, & coram idolo, unà cum Rege adorante procumbendo, Naaman quoque ſe unum ex idololatris faciat. Deinde ipſius temporis conſideranda eſt qualitas, nempe quod tunc ſe coram idolo Rimmone proſterneret, cùm Rex adoraret, ſiquidem homines haud ſolent quandiu ſunt in templo adorare: ſed tum demum, cùm opem Numinis implorant, cùm gratias illi agunt, cum ejus bonitatem potentiámve collaudant & celebrant. Eæ qualitates & circumſtantiæ, oſtendunt Naamanis actionem contaminari. Sed illam adhuc inde non parum excuſare nituntur, quod in factis hujus generis ipſe reſpectus non parvi ſit momenti: quia, ut inquiunt, genua flectere, ſi quis idolum non reſpiciat, nihil in ſe habet quod peccatum redoleat: cùm è diverſo, quiſquis procumbit ad ſimulachrum ad illud reſpiciens, ab idololatria immunis haberi nequeat. Unde arbitrantur eo reſpectu à Naamane remoto eóque in Rege poſito, idololatriæ peccatum, in Rege ſolum non autem in Naamane inhæſiſſe. Atque, ut ſunt arguti, ſimile huc afferunt Principis, quem permulti nobiles comitentur, dum ſeſe ad ſcortum confert. Ut enim illi rei ſcortationis minimè fiunt, quod herum ſuum officioſè conſectentur: quandoquidem ut id faciant, juſtis & honeſtis legibus obligentur: neque hominem illum ut ſcortatorem, ſed ut principem ſuum comitantur. Cæterum, ſimile allatum cum re de qua agitur, multum habet diverſitatis. Nam qui Principem ita ſequuntur, ex ea conſectatione ſuſpicionem ſcortationis minimè ſubeunt: omnes quippe intelligunt, ad Principem non ad ipſos pertinere ſcortum: at in procubitu Naamanis coram idolo, non apparet diſcrimen, cùm ſtatuæ cultus ex æquo, tam Naamani quàm Regi adſcribi potuerit.

Simile.

11 Atque in iſta diſputatione id obiter eſt attendendum, perſonæ quæ ita genu flectit, rationem haberi oportere, quæ interdum ignota eſt. Et idcirco dum cernitur in fano, unà cum aliis coram ſimulachro proſterni, creditur idem facere quod alii faciunt. At ſi agnoſcatur à cultu idololatrico abhorrere, poſſet exiſtimari alia de cauſa, unà cum Rege adeſſe ac procumbere præſertim ſi proteſtatio interceſſiſſet, quam ſacra hiſtoria non tradit, Naamanem in templo coram Syris feciſſe. Voluiſſe etiam illum ſuum locum ac Principatum retinere, virtuti, non vitio aſcribunt, quoniam, inquiunt, cavendum erat, ne impius & perditus idololatra ei ſurrogaretur: ac pietati promovendæ familiaritas illa cum Rege admodum prodeſſet. Dicuntur iſta quidem utcunque plauſibiliter, ne dixerim, callidè atque aſtutè: nec facilè dici poteſt, quam proni ſint homines ad peccata quovis modo vel excuſanda vel elevanda. Quamobrem hæc miſſa faciamus, id ſequentes, quod in divinis literis habetur: non tantùm, ſcilicet, peccata eſſe cavenda, verumetiam ab omni ſpecie mali abſtinendum. Nec licere cuiquam, alterum, ad peccandum ſuo exemplo inducere. Quocirca, cùm Naamanis actio, formam & ſpeciem quam apertiſſimam idololatriæ haberet, atque alios exempli argumento, in idololatriæ ſcelere confirmaret, mala erat, neque à recto ſanóque judicio damnari non poteſt. Quódque afferttur de ſucceſſione periculoſa, & utili familiaritate cum Rege, non eſt eo uſque audiendum, ut eorum gratia, injuſta & illicita committantur, cùm Apoſtolus diſertis verbis ad Roman. dixerit, Non eſſe facienda mala, ut bona eveniant. Idcirco mala exempla & idololatria caveatur cum primis: eventa verò & ſucceſſus Deo committantur. Quid porrò Naamanem à culpa excuſemus, cum illam ipſemet in opere ſuo agnoſcat? Non enim de juſto & honeſto facto peteret, ut ſibi Deus, aut ignoſceret aut propitius fieret. Deinde utut illius idololatriam excuſemus, ejus turpem ſimulationem tueri non poſſumus. Ajebat utique Chriſtus, Ita luceat lux veſtra coram hominibus, ut cernentes recta opera veſtra, glorificent Patrem veſtrum. Ergo providendum eſt, ne homines opera noſtra prava intuentes, Deum verum, quem colimus, blaſphement, & illa de cauſa in ſua impietate conſtabiliantur. Si qua in re candidè agere oportet, id pietas & religio poſtulat, ut in ſe quàm religioſiſſimè compleatur. Non licet piis hominibus in duas partes claudicare: nec licet nobis hac in parte duorum dominorum ſervos eſſe: nec in bove, ut Lex jubet, atque aſino eſt arandum. Prohibetur etiam ager ſemente diverſi generis conſeri. Neque veſtis uſus concedebatur, quæ lana & lino contexta eſſet: quia ritus interdicti & à Deo mandati, ſimul confundi non debent. Quare Naamanem, qui cultum veri Dei jam erat profeſſus, unà cum Rege ante idolum Rimmonem procumbere, piorum virorum judicio minimè comprobatur. Multo rectius eo Principes proteſtantes Auguſtæ cum Carolo V. Cæſaris ſe geſſerunt: nam ii deducebant quidem Imperatorem ad ſuam Miſſam proficiſcentem, verum tantummodo uſque ad fores Eccleſiæ, indéq; diſcedentes, abitu ſuo quid crederent, quidve ſentirent de Miſſa, publicè teſtabãtur.

1 Theſſ. 5. 22. **A ſpecie mali cavendum.**

Rom. 3. 8 **Non facienda mala, boni cauſa.**

Mat. 5. 16.

1 Reg. 18. 21. **Mat. 6. 24.** **Deut. 22. 10.** **Ibid. v. 9.**

Exemplum principum proteſtantium.

12 A nonnullis quæſitum eſt, quidnam captivæ puellæ faciendum fuerit, quæ heræ idololatræ cogebatur inſervire, ac eunti ad fanum Dei ſui, veſtem attollere: conſulendum ei fuit, quandoquidem aliter non poterat, ut iret, ſed caveret ſibi ne genua flecteret, ſeu ſpeciem ullam adorationis & reverentiæ ſimulachro præberet, ut quàm ab idololatria eſſet aliena, omnes adſtantes intelligerent. Non enim ſimpliciter & omnibus modis interdictum eſt piis hominibus, ne in fanis præſentes adſint, dum prophani & execrandi ritus exercentur. Etenim adfuit Elias, cum pſeudoprophetæ ſuo Baali ſacrificarent, ſed ut irriſor, & quidem liberrimus adfuit: inſultabat quippe illis dicendo, Clamate vehementius, quod Deus ille veſter, vel in itinere, vel in diverſorio eſt, gravibus negotiis diſtinetur, aut cum fortaſſe dormiat vos minimè audit. Quo animo, quo vultu, quo geſtu, & quibus verbis adſit quiſpiam horrendæ idololatriæ, permagni refert. Nónne aderant in campo ſocii Danielis jam in regno aſſequuti magiſtratus & præfecturas, cùm ſtatua Regis antea maxima pompa erigeretur? Aderant quidem, ſed illam non adorarunt. Et Regi conſtanter auſi ſunt dicere, ſe illam nunquam adoraturos. Adfuit item vir Dei ſacro Hieroboamico, cùm ipſe Rex vitulis immolaret: at miſſus à Deo venit eò: improbavit & deteſtatus eſt quod agebatur, iis adjectis minis, quas loqui Deus illi mandaverat. Ingreſſus eſt etiam Paulus deorum templum Athenis, non ſanè ut ritus idololatricos approbaret, ſed ut argumentum & occaſionem inde caperet confutandæ idololatriæ. Deduxit quoque Valentinianus Iulianum uſque ad fanum, ſed ibi colaphum impegit æditui, qui ad eum Ethnico more luſtrandum, aqua impura togam ejus perfuderat. Omnia deinde argumenta, iſtam audaciam aſſimulandi & ſcandalizãdi adſtantes

Quid puellæ captivæ faciendum fuerit?

1. Reg. 18. 27. **Quomodo Elias actui idololatrico affuerit?**

Dan. 3. 1. **Danielis ſocii.**

1. Reg. 13. 1. **Vir Dei.**

Act. 17. 23. **Paulus.**

Valentinian.

Digitized by Google

oppugnat, quæ Paulus de acubitu in epulo idoloium & comedendis idolothytis ad Corinth. perſcripſit. Nec non illæ rationes, quas ad Roman. expoſuit, ad nimium fortes & audaces reprimendos, qui cibi & potus cauſa, debiliores noxia libertate offendebant. Mathathiæ viro Aſſamonæo, ſplendoris & dignitatis inter Hebræos ampliſſimæ, dabatur venia, ut aliam quampiam carnem edens, ſe tantùm aſſimularet ſuilla veſci. Quod ille facere prorſus recuſavit, dicens, perinde eſſe comedere prohibita, atque ea comediſſe aſſimulare.

1. Cor 16 14.
Rom. 14. 1.
Mathathias.
1. Mac. 2. 17.

13 Lectores præterea moneo, ut expendant ſacram hiſtoriam, an fecerit vel non fecerit Naaman, quod ſe facturum verebatur, minimè tradere: ideóque nullum argumentum ex ejus facto poſſe duci. Deinde ſi feciſſet, ex eo non conſequitur, ordine, rectè, juſtè, ſapienter, ac piè feciſſe: colligamus potius, ut præfati ſumus, illum in eo facto culpam agnoviſſe, quæ venia & condonatione opus haberet. Nihil eſt itaque quod ſuos acceſſus ad impuras Miſſas hoc exemplo aliqui excuſent: cum ipſe Naaman hoc peccatum apud Prophetam oret ignoſci. Fieri quoque id potuit, ut pia ſanctáque Prophetæ interceſſione Naaman adjutus, domum redierit tam confirmatus, ut non amplius genua ſua flexerit apud Rimmonem. Deinde illud arbitror expendendum quàm attentiſſime, prophetam non reſpondiſſe; *Abi, ſic agito*, Dominus tibi propitius erit: ſed tantum inquit, *Vade in pace*. Quod perinde eſt ac ſi polliceatur, ſe illum, quemadmodum petierat, precibus adjuturum. Cæterum dicunt, ſi peccatum id erat, in quod ſe prolapſurum verebatur, cur Eliſæus ipſum non coarguit? quare non admonet, ut à tanto ſcelere ſedulo caveat? Reſpondent nonnulli, hunc virum juſtæ reprehenſionis adhuc non fuiſſe capacem, nec juxta verbum Domini oportuiſſe linum fumigans extingui, & arundinem quaſſatam confringi. Multa item infirmioribus eſſe ad tempus danda, quæ fortioribus non concederentur. Fingunt item Naamanem voluiſſe unà cum vera & ſana religione idolorum cultum retinere: Prophetam autem commendaſſe illius erga Iehovam pietatem, extremum verò procubitum coram Deo Rimmone tolerаſſe, non tamen probare voluiſſe. At neutrum horum judico verum. Etenim infirmis non indulgetur, niſi quo ad ea quæ ſunt ἀδιάφορα. In iis autem, quæ divinæ Legi prorſus adverſantur, & verè peccata ſunt, nihil eis ab hominibus relaxari poteſt. Deindo Naaman cultum idolorum nequaquam retinere voluit, cùm Eliſæo teſtatus fuerit, ſe poſthac ſolùm Iehovæ, non diis alienis velle ſacrificare. Dicerem ergo potius illum, Naamanem reprehendere noluiſſe, quòd intellexerit eum id peccatum eſſe pro quo rogaverat non ignorare. Cùm itaque id ſciret, docendus non erat, ſed potius conſolandus, & de auxilio Dei confirmandus. Cúmque dixit, Vade in pace: videtur ei polliceri divinam opem non defuturam, quæ illum à tam gravi lapſu conſervaret: Proinde ita dicendo, & preces illi promiſit, & ſe audiendum ne laberetur, prænunciavit.

Quomodo hac in re ſe geſſerit Naaman, Scriptura tacet.
Expendendum hac in re Prophetæ reſponſum.
2. Reg 5 19.
Eſa. 42. 3.
Infirmorum ratio quatenus habenda.
2 Reg. 5. 19.

14 Præterea, quod nihil habent ex hoc loco Nicodemitæ, ſe ridendos admodum præbent, qui, cùm ſuo judicio ſint fortes & ſapientes, vellent conferri cùm Naamane Syro nuper ad Deum converſo: cùm potius hoc argumento, ſe tyrones declárent. Si tyronibus accenſendi ſunt, meminerint milites hujus ordinis, ſemper nolle in eo manere, ſed ad ſuperiores & meliores gradus aſpirare. At iſti, quando tandem ſuum tyrocinium deponent? Porrò nunquam, ſi pergant ſemper diſſimulare, atque unà cum veritatis agnitione, Miſſis & pravis cultibus intereſſe. Nec prætereundum eſt, in exercitibus, parci tyronibus, non enim collocantur in maximis periculis. At iſti, verſari volunt in mediis flammis, cùm ſeſe idololatris conjungunt, & eorum corruptis cultibus adeſſe non verentur. In ædificiis, ut debilior materies, id eſt, fragilia quædam ſaxa & infirma ligna non ibi collocantur, ubi multum ponderis eſt ferendum: ſic & homines infirmi, quippe paſſim labuntur, à periculoſa ſtatione deberent quàm diligentiſſimè cavere. Dicant utrum velint, optio eis datur, Veterani an Tyrones eſſe velint. Si veterani ſunt & fortes, audeant fortia, reclament, confutent idololatriam liberis & apertis verbis, nihil ſimulent, & veritatem magna parrhiſia loquantur. Sin verò infirmi ac tyrones fuerint, non ſubeant pericula quibus non ſunt ferendo: non eſt Deus tentandus, neque ultra vires datas præſumendum. Et de hoc Nicodemitarum argumento hactenus.

Nicodemitæ ſe tyrones faciunt quando Naamani volunt annumerari.

15 Quæret fortaſſe quiſpiam, An verba Naamanis ad reſipiſcentiam pertineant, vel quò fortaſſis aliò ſpectent? Dicunt nonnulli, ad pœnitentiam hæc dicta non poſſe trahi, quod neminem futurorum peccatorum pœniteat: deinde, quia vera & ſolida reſipiſcentia, ſemper conjunctum habet ſecum fortem atque conſtantem animum, ſeu propoſitum non committendi rurſus ea, quorum ſerò nos pœnitet, quod in Naamane minimè fuit; cùm teſtetur ſe procubiturum coram idolo Rimmone. Attamen ejuſmodi verba, non abhorrent omnibus modis à pœnitentia, quia non tantum reſpiciunt futurum peccatum, ſed præſentem infirmitatem, qua ſe videbat pronum ad ſuccumbendum vitio. Dolebat itaque illi, fidem non adeo eſſe firmam, ut prorſus repugnaret vitioſæ actioni. Quemadmodum omnes pios, non leviter pœnitet vitioſæ atque corruptæ naturæ, hoc eſt, peccati originis: quo fit, ut ſimus proclives ac prompti ad peccata committenda: virtutum vero acerrimi hoſtes. At ego ſimplicius reſponderem, orationem Naamanis ſupplicem fuiſſe, qua Dei auxilium ac preces Eliſæi diligenter imploraris. Illud poſtremo reſtat inquirendum, cur Naamanem Propheta non monet, ut Hieroſolymam ſeſe transferat, ubi non tantùm culpam evitaret quam metuebat, ſed ei liceret in templo Solomonico verum Deum colere? Tres rationes hujus quæſtionis aſſignari poſſunt, una, quòd Propheta docere voluerit, Deum ubique terrarum poſſe coli, neque ſalutem alligaſſe certis locis atque terris. Deinde, quòd gloriæ Dei plurimum intererat, ut nomen ipſius non tantùm in Iudæa, verumetiam in Syria celebraretur: ad quod efficiendum, reditus Naamanis in patriam non parum conducebat. Vtile præterea fuit, Naamani Hieroſolymis abeſſe: etenim ibi tam ſana religio & ſolida pietas labefactabatur, unde facilè potuiſſet recens ad Deum converſus infici, tantùm abeſt, ut ibi fuerit inſtaurandus. Nec tantùm periculi à Syria ei metuendum erat, ubi adeò craſſa fuit illorum idololatria, ut à quovis pio facilè caveri potuerit: cæterùm Hieroſolymis Neophitus non facilè vitare potuiſſet ſuperſtitiones, unà conjunctas cum legitimis cæremoniis. *De lapſu in perſecutione vide Epiſt. 18. cuius initium, Cum idem.*

Quò ſpectent verba Naamanis?
Cur Eliſæus non ſuaſerit Naamani ut Hieroſolymam commigraret?

Divitiarum poſſeſſionem piis licitam eſſe: Quis earum uſus, atque de paupertate perferenda. In Gen. 13. verſ. 2. Vide Epiſt. 18 cuius initium, Cùm idem.

16 Quum Abraham vir Dei admodum dives, ac locupletatus omni divitiarum genere legitur, & alii permulti viri boni: operæpretium eſt, aliqua dicere, de licito divitiarum uſu piis hominibus. Sit ergo hæc propoſitio, divitiarum poſſeſſio, non prohibetur à Deo ſanctis. Probatur, quia divitiæ ſunt dona Dei, igitur ſanctis competunt: quos non eſt Deus credendus, à ſuis donis arcere voluiſſe. Illas, dona Dei eſſe oſtendo, quia benedictio illius appellantur, neque ibi aliud quam donum benedictio ſignificat. Deinde, repromiſſio data eſt de illis populo Dei, ergo non malæ, quia Deus mala non pollicetur & illicita. Sunt organa virtutum, inſtrumenta nimirum liberalitatis & eleemoſynarum. Dicitur præterea Deus, facere oriri ſolem ſuper bonos & malos, juſtos & injuſtos: at per Solis ortum & pluvias, omnes etiam illi fructus intelliguntur, qui ab his principiis derivantur: ergo rerum copia à Deo donatur, cùm juſtis tum injuſtis, bonis atque etiam malis: efficitur ergo hinc ut bonis & ſanctis divitias habere liceat, cùm illis Deus earum ſit author. Quòd ſi objiciatur, Chriſtiano viro omnia relinquenda, quemadmodum dicitur de Apoſt. Matth. 19. & Marc. 10. c. ita illud eſt intelligendum, quòd pio homini, libero animo & avocato à ſolicitudine, inſerviendum eſt

Divitiæ ſunt dona Dei. vide in Ethic. cap. 5. & 9. ſub finem.
Matt. 5. 45.
Matt. 19. 27.
Matt. 10. 5.

ſuæ vo-

ſuæ vocationi, ita ut affectione rerum inde non diſtrahatur. Non tamen ex hoc inferri debet, illum cogi ut ſua abjiciat, neque Apoſtolos id feciſſe legimus. Levi, qui dicitur omnia ſua reliquiſſe, Luc. 5. cap. Domino tamen fecit poſtea magnum & lautum convivium, idque profectò ex ſuis facultatibus. Petrus eadem ratione, cùm jam Dominum ſequutus eſſet, domum habuit Capernaum in quam Chriſtum introduxit. Similitérque poſt reſurrectionem, navem habuit ac retia, & unà cum aliis Apoſtolis piſcabatur. Non ergo res & facultas damnatur, quæ à ſanctis hominibus poſſidetur, ſed affectio qua illi adhærent plus quam æquum fuerit. Intelliguntur ergo ſua relinquere diſcipuli Chriſti, quando illum ſequuntur, quoniam ita affecti eſſe debent, ut ſtatim ea abjiciant ſi quando Evangelii profeſſio id exegerit: ut ſi tyrannus dicat, vel tibi negandus eſt Chriſtus, vel omnia tua bona amittenda, ſtatim ea abjicere oportet. Itidem, ſi Deus te ad aliquam functionem vocat, vel aliquo quare bona tua neceſſe fuerit deſerere, tibi ſtatim ſunt relinquenda: alioquin ut retineas ea licet. Nec mihi objicias dictum Chriſti illi juveni, Si vis perfectus eſſe, abi, vende quæ poſſides, & me ſequere: nam hæc illius fuit præcipua vocatio. Nec temerè Chriſtus hoc illi præcepit. putabat iſte ſe Legem abſolviſſe, ita ut ſibi nil deeſſet ad abſolutam juſtitiam: quam inde abeſſet, voluit illi Dominus declaratum, cùm id ei mandavit: nam ſtatim illud docuit quod minime Deum adhuc amarit ſuper omnes ſuas divitias, nam triſtis abiit, illúmque æſtimandum eſt ex hac admonitione profeciſſe, ut ſuæ infirmitatis jam conſcius factus, in viam tandem redierit. Quódque eodem capite Dominus dicit, Facilius eſſe camelum intrare per foramen acus, &c. non infert impoſſibile eſſe quodcunque divitum genus ſervari, ſed illos duntaxat, quos Marcus hoc idem argumentum tractans cap. 10. exprimit dicens, confidentes divitiis, impoſſibile eſt ut ſerventur. Ac tantùm abeſt, ut ſanctos divitias habere prohibitum ſit, ut piè viventes, cogendi ſint ad opes juſtis laboribus ſibi parandas, quò ſe & ſuos alere poſſint. Ad hoc Apoſtolus adhortabatur Theſſalonicenſes, quò non tantùm habeant unde ſe & familiam ſuam alant, ſed ut etiam illis ſuppeditetur quod pauperibus elargiri valeant. Vnde idem ad Epheſios 4. dicit, Qui furabatur, jam non furetur: ſed potius manibus laboret, ut habeat unde patientibus neceſſitatem poſſit dare. Sed ut divitiæ retineantur à juſtis legitime, opus eſt cæteris conditionibus. Vt primò juſtè partæ ſint ab illis, hoc eſt non artibus ſuo genere malis, aut per ſe bonis, ſed illi perſonæ interdictis & minus convenientibus: non enim quis debet ſe ſubtrahere à docendo verbum Dei, ut ſutoriam exerceat, & inde ditetur. Non abutatur illis, ut eas habere velit momenta luxus & voluptatum. In illis procurandis, nequaquam ejus animus à fiducia Dei, à ſua vocatione, aut à cultu Dei diſtrahatur. Non habeat reconditas, ſed cum & prout opus eſt, pauperibus elargiatur. Illis haud confidat, ut admonuit Paulus priori ad Timoth. poſtremo cap. Præcipe divitibus hujus ſeculi, ne ſperent in incerto divitiarum. Non patiantur divites ſibi animos addi, ita ut faſtuoſi ſint, criſtas erigant, & pauperes contemnant. Illas inſtabiles putent, & facilè à ſe auferendas: idcirco cor non apponant, ut cùm Dominus eis illas abſtulerit, dicant: Dominus dedit, Dominus abſtulit, ut illi placuit ita factum. A Domino recognoſcant, non ſuis viribus partas exiſtiment. Atque indies magis ac magis habendi libidinem mortificent, ne in eis tantùm habendi cupiditas creſcat, quantum ipſæ opes & divitiæ illis adduntur.

Luc. 5. v. 27 & 29.
Mat. 8. 14.
Ioan. 12. 3.
Mat. 19. 21.
De juvene quem ſua vendere Chriſtus juſſit.
Ibid. v. 24.
Marc 10. 24.
Pii coguntur ut opes juſtis laboribus ſibi parent.
1. Theſſ. 4. 11.
Eph. 4. 28.
Opes ſint juſtè partæ.
In uſu opum quæ ſpectanda?
1. Ti. 6. 17.
Iob. 1. 21.

17 Eſt enim quod hîc admodum utiliter diſcamus, nimirum externa bona, non eſſe affectu tanto expetenda & proſequenda, quanto ab imperitis hominibus deſiderantur & quæruntur. Quoniam ea eſt humana infirmitas, & ingenii mortalium imbecillitas, ut illis modum non facilè imponat. Quin & notitia humanarum & naturalium rerum, non debet immoderatè à nobis optari: Nam ea interdũ freti ac elati pluſquam oporteat à Deo & verbo ejus minus pendemus. At dixerit quiſpiam, cùm Deus dilexerit

In Reg. 11.
Bona mundana haud magnopere expetenda.

A Solomonem, & iſta bona in perniciem ei ceſſura non ignoraverit, aut illa ipſi tam plena largáque manu contulit? Primùm reſpondeo, Qui hæc quærunt, eadem ratione poſtulent, quare Deus tã ſuper juſtos, quàm ſuper injuſtos pluat: quare ſuum Solẽ oriri faciat ſuper bonos & malos cũ ipſum nõ lateat injuſtos & malos, & pluviis & Sole abuſuros? Quæratur etiam quare Deus, cùm Pharaonẽ ſciret verbo ſuo nõ eſſe obtẽperaturum, ſed potius ejus occaſione deteriorẽ B efficiendũ, Moſen tamen, & Aaronem cum ſuis mandatis ad eum miſerit. Nec etiam latebat ipſum Iudæos irriſuros vaticinia & oracula Prophetarum, & nihilominus captivitate Babylonica imminente, tantum numerum illorum ad eos miſit, ut Prophetarum ludum tunc viſus fuerit aperire. Quare hoc genus quæſtionum, ſupervacaneum eſt: quia Deus non poteſt in ordinem redigi, neque adminiſtratio ejus noſtris rationibus debet circumſcribi. De Salomone tamen dicam eum, vel ad prædeſtinatos, vel ad C reprobos attinuiſſe. Alterutrum duorum porrò admittendum eſt, quandoquidem inter hæc, medium concedi non poteſt: ſi fuit ex electis ac prędeſtinatis ad ęternam vitam, poſt lapſum utique illum pœnituit, quod Hebræi pro certo affirmant: imò aiunt libr. *Coheleth*, in ipſa ejus reſipiſcentia fuiſſe ab illo conſcriptum. Vnde nos ejus lapſibus monemur ac erudimur, ut nobiſipſis minime fidamus, ac de voluptatibus & deliciis hujus mundi non ſecus exiſtimemus, atque revera ſint, audientes Regem Salo- D monem, cum iis omnibus cumulatiſſimè potitus eſſet, de illis in univerſum pronunciaſſe, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quam utique ſententiam ſi quiſpiam vulgaris, pauper, & agreſtis homo pronunciaſſet, dixiſſent propemodum omnes, quid iſte novit, qui nec expertus eſt, nec potuit ſibi voluptates & delitias comparare? Ideo voluit Deus ut hoc is aſſereret, qui potentia regia & ſummis opibus ornatus, potuit omne genus voluptatum & delitiarum adipiſci, & cum ingenio plurimùm valeret, & noti- E tia ſingulari cæteris præſtiterit, omnes rationes & modos utique vidit, quibus voluptates & delitias poſſet conſequi. Nam, ut ipſe confitetur, nulli rei pepercit, fecit ſibi cantores, cantatrices, paravit ſibi cùm alia ædificia, tum villas egregias & piſcinas, & omnia tandem expertus eſt, unde voluptates corporeæ ſolent ad homines pervenire: verum denique reſipiſcens, exclamavit vehementi aſſeveratione: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Proinde ſi hanc ſententiam amplectamur, dicemus eum reſipuiſſe, F neque Dei prædeſtinationem fuiſſe in eo fruſtratam, ac ejus lapſus ad noſtrum omnium inſtitutionem à Sacra hiſtoria eſſe commemoratos, & à providentia Dei nobis ob oculos propoſitos. Sin autem reprobis accenſeatur, negari tamen viciſſim minimè poteſt, quin inſignes commonefactiones in ejus lapſibus habeamus. Ipſe verò qui tranſgreſſus eſt, ſuæ ingratitudinis juſtas certè pœnas dedit. At Deum non eſt quòd ullo modo accuſemus, qui eum bonis omnibus cumulatè donarit. In hominibus porrò G ſemper eſt peccati cauſa, quæ in Deo nequaquam poteſt inhærere. Neque tamen propterea efficitur, quin Deus hominum tranſgreſſionibus, ad ſuorum electorum inſtitutiones uti queat. Maneant illi arcana ſua integra & ſalva, nos verò ſequamur ejus voluntatem, prout in ejus Lege ac divina Scriptura eſt patefacta: & interea cogitemus, non eſſe tutum, in ſecundis rebus perpetuò verſari. Non itaque culpa donorum Dei fit, ut in damnationem præcipitemur: ſed quod adeò ſimus corrupti, ut nunquam fer- H mè, intra juſtas metas nos contineamus. Incredibile dictu eſt, quàm potentiſſimi Monarchæ, divites homines, & egregiè docti, ſibi multum permittant. Et ſi quod ejus rei aliud exemplum admiratione dignum extat, hoc unum Solomonis in primis eſſe arbitror.

Cur Solomoni Deus hæc bona dederit, quæ in ejus perniciem ceſſura vidit?
Mat 5. 45.
Exod 4. 21.
Solomonis caſus.

18 Sed hîc fortè quiſpiam rogaverit, qua de cauſa patiatur Deus tam crebro ſuos: id eſt qui ipſum verè ac ſanctè colunt, rerum inopia laborare? Nam Sacræ hiſtoriæ perhibent, Iobum, Tobiam, & Iaco- I bum cùm ad Labanum ſe contulit, profugus è domo patris, & multos alios ſanctos, ad paupertatem fuiſſe redactos. Eventus hujuſcemodi, multæ cauſæ referri

In 2. Reg. 4. initio.
Cur Deus ſinat ſuos egere.
Iob. 1. 3. 21.
Tob. 2. 12.
Gen. 32. 10.

poſſunt. Vna eſt, Deum velle ſuorum fidem & pa-
tientiam hoc exercitii genere declarare. Sic enim
virtutes quas illis contulit, ne lateant, in lucem exe-
rit. Deinde, vult aliquando protectionem ſuam &
curam erga eos illuſtrari, quando mutata conditio-
ne, illos denuo reddit opulentos, & priſtinæ fortunæ
reſtituit: Vt Iobo, Tobiæ, atque Iacobo, & pleriſque
aliis contigiſſe novimus. Vult præterea hinc nos do-
cere, mundanas opes non tanti faciendas eſſe, ut in-
de gratiam & favorem Dei metiamur. Nam ſicuti,
quoad regnum cœlorum, Non eſt maſculus, neque B
fœmina, neque ſervus, neque liber: ita neque dives,
neque pauper. Quod tamen à Papiſtis in univerſum
affirmari non poteſt, qui pecuniis indulgentias ven-
dunt, & opulentis oblationibus animos e purgato-
rio eripiunt: quæ cùm pauperes nequeant præſtare,
iis eorum beneficiis deſtituuntur. Præterea inopia
rerum hujus mundi, petulantiam carnis Deus com-
peſcit. Permulti enim ſunt, qui ſi opibus affluerent,
illis abuterentur ad carnis cupiditates explendas:
Hoc itaque remedio ſalutari, cœleſtis Pater illos re- C
primit, ne turpiter diffluant. Et ne pauperies habea-
tur pro ſordida & ignobili conditione, Ieſus Chri-
ſtus Servator noſter & unicus filius, eam pati voluit,
dum inter nos verſatur.

Vide in 2. Sa. 22.14.
Gal.3.28.

19 Hic tamen ambiget fortaſſe quiſpiam, cùm
Chriſtus dixerit: Operarium dignum eſſe mercede
ſua. Et, Scit Pater veſter cœleſtis, quod his omnibus
opus habeatis. Item, Quærite primum regnum Dei,
& hæc omnia vobis adjicientur. Atque David; Nun-
quam vidi juſtum derelictum, & ſemen ejus quæ- D
rens panem, quomodo conſentiant cum iſtis, fames,
ſitis & nuditas, quæ 1. Cor. 4. Apoſtolus prædicat ſe
pertuliſſe? Reſpondemus veriſſimas quidem eſſe
Dei promiſſiones, ſed à cruce non disjungi. Promiſit
Deus quæ ſunt commemorata, verum non ita, ut
abſque anguſtia & afflictione habere illa poſſimus.
Eſurivit Chriſtus & ſitivit: eſurit etiam David, &
ita eſurit, ut panes Propoſitionis eum comedere o-
portuerit, & ad Nabal Carmelum mittere oratum, E
pro cibis. Ipſi etiam Apoſtoli ſic eſurierunt, ut præ
fame fricare ſpicas, & grana manibus excuſſa come-
dere coacti fuerint, & quidem in Sabbato, cum Pha-
riſæorum & Scribarum offenſione. Dat ergo ſuis
Deus quæ neceſſaria ſunt ad vitam, ſed quando &
quomodo ipſi viſum fuerit: expectat nonnunquam
ut ſitiendo ac eſuriendo, potu ciboque careamus,
quo hæc ab illo juxta ejus promiſſa precibus requi-
ramus, magiſque in eo confirmemur, ut dona ejus
eſſe intelligamus. Hoc amplius vult ſuos interdum F
fame, ſiti, & nuditate premi, ut veritati teſtimonium
reddant, pro cujus veritate potius malint hæc pati,
quàm ob copiam annonæ & rerum neceſſariarum,
Evangelium Chriſti abnegare. Quo tempore licet
Deus potum, cibum & veſtes non ſuppeditet, dat ea
tamen quæ iſtis ſunt longe præſtantiora, fidem in-
quam, ſpem, charitatem, & eum ſpiritum fortitudi-
nis, ut ſancti hæc perpeti & glorioſum & utiliſſi-
mum judicent.

Mat.10.10.
Mat.6.32.
Ibid.v.33.
Pſal.37.25.
1.Cor.4 9.&c.
Mat.4 2.
Ioan.19.28.
1.Sa.21.3.
1.Sa.25.4.
Mat.12.
In 1.Cor. 4. verſ.11.
Conciliantur loca de promiſſionibus victus miniſtrorum, cum illo quo Apoſtoli dicuntur eſuriiſſe.

Cur ſinat Deus ſuos eſurire ac ſitire.

CAPVT XII.

De Cruce & Afflictionibus perferendis, ubi etiam de Fortitudine, Fuga & Exilio.

MOrtificatio autem, quam toties urget Scriptu-
ra, in duo capita diſſecatur. Primum pertinet
ad patientiam in tribulationibus, & adverſis caſibus,
qui à Deo immittuntur: Alterum, ſitum eſt in parſi- H
monia ac temperantia, quam ultro ſuſcipimus ad
carnis petulentiam coercendam. Sed cavendum eſt,
ne ibi figamus pedem, quaſi hæc faciamus ἐθελοθρη-
σκείας: ſed quo invocatio, confeſſio, laus Dei, lectio
ſacra, & opera charitatis in proximum faciliùs expe-
diantur. Eo omninò hæc adhibenda ſunt, ut animum
præparent melioribus. Sed obſervandum, hæc exer-
citia non poſſe comprehendi regulis, quæ generali-
ter omnibus inſerviant, ut in monaſteriis facere
tentarunt. Videndúmque præterea eſt, ut corpori I
honos habeatur, ut Paulus ad Col. jubet, ne id uſu-
veniat quod Baſilio, Nazianzeno, Epiſcopis alioquin

In 1.Cor 9. verſ.27.
Mortificatio reducitur ad duo capita.
Alterum caput mortificationis eſt abſtinentia.
Abſtinentia animum præparat melioribus.
Exercitia abſtinentiæ non poſſunt regulis comprehendi quæ omnibus inſerviant.
Col.2.23.

A digniſſimis, qui propter hæc exercitia immoderata
ita ſe confecerunt, & attriverunt corporis vires, ut ad
miniſteria Eccleſiaſtica redderentur inutiles. Coge-
bantur interdum ad ſex menſes, & nonnunquam ad
annum decumbere. Sed quæ à Paulo dicuntur 1.
Cor. 9. 27. adverſantur libertati carnis: quia proponit
Corinthiis temperantiam, qua frænarent ſuas cu-
piditates, & ſcandalum à fratribus, removerent. Qua
ratione & illi admonentur, qui Corinthiorum
exemplo cùm Chriſto nomen dederint, & Evange-
B lium profiteri cœperint, fræna & habenas omnibus
cupiditatibus laxant: quos idem Paulus inſtituit ſe-
dulò, toto ferè capite ſexto & ſeptimo ad Roma-
nos.

Eſt modus adhibendus iſtis exercitiis.
1.Cor.9.27.

2 De primo autem cap. ſcribebat Apoſt. in altera
epiſt. ad Corinth. Mortem Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti circumferentes in corpore noſtro, ut in eo vita
Ieſu Chriſti manifeſtetur, ac ſi diceret: idcircò rapi-
mur ad tribunalia, torquemur & multa patimur, ut
Chriſti mors in noſtris corporibus exprimatur, at-
C que viciſſim opera & labore noſtrorum eorundem
corporum, vita Ieſu Chriſti declaretur & illuſtretur.
Et ut paucis dicamus, crux nil eſt aliud quàm adver-
ſitates, triſtes caſus, tentationes, dolores tam animi
quàm corporis, qui à Deo irrogantur ad gloriam ſui
nominis & noſtram ſalutem. Cur autem Deus ſuos
ita velit affligi, permultæ cauſæ oſtenduntur. Prima,
ut ejus ira adverſus peccata declaretur. Quod genus
judicii Deus frequentiſſimè incipit à domo ſua, quò
fiat magis conſpicuum, & alii ex eo intelligant quid 1
D ſe maneat. Deinde vult ſuos hac ratione ad pœni- 2
tentiam incitare: atque his adverſis pro concionibus 3
utitur, quæ ſunt verbis efficaciora, & multò vehe-
mentiora. Præterea iſta ratione quiſque noſtrûm ſe
probat, & penitùs cognoſcit. Hîc enim videmus 4
quantum fidei, charitatis atque cæterarum virtutum
deſit, vel quantum de his jam à Deo impetraveri-
mus. Cúmque omnes his malis, quæ ſunt ſatellitium 5
mortis, propter peccatum ſubjaceamus: attamen
E Deus in nos eſt adeo bonus, ut velit his abuti, ut per
ea ſuum Evangelium & Chriſtiana veritas confir-
metur: ut non ſolùm verborum, ſed etiam extrema-
rum calamitatum teſtimonium habeat, & ſanguinis
atque vitæ profuſione teſtificata relinquatur. Hac
de cauſa paſſus eſt Chriſtus, Ioannes Baptiſta, Apo-
ſtoli ac infiniti martyres. Præterea hinc habemus
non infirmum argumentum reſurrectionis futuræ 6
atque judicii: Nam cùm juſti malè accipiantur in
hac vita, neceſſe eſt ut ibi fiat aliqua viciſſitudo &
permutatio rerum, ut Abrahamus diviti, qui crucia-
F batur in flammis, perhibuit. Adhæc cùm ſimus à
Deo adoptati in filios, convenit ut Chriſto qui eſt pri- 7
mogenitus, & cruce & afflictionibus fiamus confi-
miles. Addas hac ratione, charitatem noſtram in
Deum maximà declarari: Nam illum ſuſcipere &
amplecti, cum omnia proſpere & ad votum ſucce- 8
dunt, non eſt fortis animi. Quia ibi videri poſſumus,
non Deum propter ſeipſum colere, ſed potius
dona conſectari. Quod ſi ab eo in adverſis non de-
G fecerimus, indicium eſt, nos illum, non ejus bona,
quærere. Addendum etiam in afflictionibus & ad- 9
verſitatibus, Dei virtutem magis quàm in ſecunda
fortuna declarari. Quia cùm noſtra proſperè ha-
beant, non videmur ope divina egere. Sed cùm
Deus ex adverſis nos liberat, tum maximè prædica-
tur, & præſertim ejus vis oſtenditur, cùm in mediis
tribulationibus nos conſolatur, & reddit hilares.
Quare, ut Auguſtinus dicebat ſuper Pſalmos, crux
invocandi & glorificandi Deum non eſt levis occa-
H ſio. Deinde facit judicium piæ vitæ: etenim omnes 10
qui piè volunt in Chriſto vivere, perſecutionem pa- 11
tientur. Mitto, quod etiam viderunt Ethnici, adver-
ſam fortunam, reddere homines magis induſtrios,
prudentiores, & erga miſeros magis benignos & offi-
cioſos. Verùm ab hac cruce Chriſti, duo removenda
ſunt. Primùm, ad eam non pertinent pœnæ, quas ne-
farii homines ob admiſſa ſcelera ſubeunt: quamvis
Cyprianus & Hieronymus dicant, latronem qui ad
Chriſtum acceſſit, ſupplicium convertiſſe in marty-
I rium. Attamen Petrus ſecus admonet, ut ſubeamus
perſecutiones, non quaſi ob noſtrorum maleficio-
rum merita. Deinde removeantur oportet accerſitæ

Quid ſit Crux?
2.Cor. 4.10.
Cauſæ cur Deus voluit ſuos affligi.
1.Pet.4.17.
Luc.16 25.
2.Ti.3.12.
Pœnæ quæ ſumuntur de ſontibus, non pertinent ad crucem Chriſti.
Luc.23.40.
1 Pet. 2.20.
Accerſitæ ultrò afflictiones non pertinent ad crucem Chriſti.

cruces,

cruces,& à Deo non inflictæ. Sunt enim quidam temerarii, qui ſe perſecutoribus objiciunt, quorum ſæpius eſt fœdiſſimus exitus. At veram crucis tolerantiam, ut præcipuum non omittam, dico eſſe ſacrificium Deo gratiſſimum: de quo Paulus ad Roman. Obſecro vos per miſericordiam Dei,&c. Et ad Tim. dicebat ſe immolandum. Atque David, Sacrificium Deo ſpiritus tribulatus, cor contritum,&c. Si fortaſſe quæſieris, an liceat nobis ultrò ſuſcipere dolores ac labores, ultro ac volentibus, non expectando ut eas Deus infligat? Reſpondeo, licere: ſed ratione, quæ nobis mandata & præſcripta ſit, ut cùm ultrò acres dolores admittimus, dum nos pœnitet anteactæ vitæ & peccatorum. Et hoc cùm requirat Deus, non verè ac propriè dicimur id nobis acceſſere. Quod idem ſtatuas, cum labores non recuſamus pro ſalute proximorum, & ad ſcandala evitanda. Ob iſtas cauſas Deus ipſe mandat, ut pro virili elaboremus.

Rom.12.5.
2.Tim.4.6.
Pſal.5.19.

Dolores pœnitentiæ non dicimur ipſi nobis acceſſere.

3 Quemadmodum autem Paulus ad Roman. docuit, ſi iam fieri adoptionis noſtræ ex invocatione, in qua Spiritus Sanctus conteſtatur cum ſpiritu noſtro, nos eſſe filios Dei: ita teſtimonium indicat, quo de hac hæreditate, quam commemoravit, adeunda poſſimus fieri certiores. Illam inquit, omnino adipiſcemini. Cum Chriſto enim regnabitis: quandoquidem id jam aſſequuti eſtis, ut cum illo patiamini. Tribulationes ergo & cruces, ſunt indicia & argumenta, ex quibus colligere poſſumus nos fore hæredes Dei. Paulus ait ad Philipp. illis datum eſſe pro Chriſto, non tantùm ut in illum credant, ſed etiam ut pro illo patiantur. Prius iſtud donum, quod nos jam videmus impetraſſe, fidem facit de poſteriori, nos eo non eſſe aliquando deſtituendos. Non enim parva, aut levis potentia Dei declaratur in illis, qui fortiter & patienter adverſa & perſecutiones pro pietate ſuſtinent. Scio eſſe alios, qui hæc verba aliter interpretentur: ut Paulus videatur conditionem quandam aſcribere, per quam ſimus ad æternam hæreditatem tranſituri: nimirum, ſi prius multa fuerimus perpeſſi. Et certe Græca particula εἴπερ in utramque ſententiam trahi poteſt. Hoc certum eſt, Paulum tranſitionem quandam facere, quamvis mollem & occultam, ad iſtos conſolandos de afflictionibus, quas perpetiebantur. Non tamen diſcedit ab inſtituto: ſed eadem opera & inceptum ſuum perſequitur, & eos conſolatur. Eſt autem ac ſi ita diceret; Eritis quidem hæredes: verùm hac lege, ut prius multa patiamini. Nihil enim Chriſtus à vobis exigit, quod non ipſe prius præſtiterit: non ducit vos alia via, quàm qua ipſe profectus ſit: non propinabit vobis calicem, de quo ipſe non biberit. Hoc tamen erit maximæ conſolationi, quòd ea quæ ſumus perpeſſuri, non æquabunt eam gloriam, quæ revelanda eſt in nobis. Ambroſius hanc interpretationem ſequitur. Ego tamen judicavi, locum ita eſſe intelligendum, quaſi ſit probatio conſequentis ex antecedentibus hoc pacto: Habebitis æternam hæreditatem, quoniam unà patimini cum Chriſto. Qua eadem ſententia utitur in poſteriori ad Timotheum, Si cum eo commorimur, unà cum eo regnabimus. Scribit hoc loco Chryſoſtomus, eſſe argumentum à majori: Deus, inquit, permulta nobis conceſſit gratis. Cum enim nihil præſtitiſſemus, adoptavit nos in filios: dedit ut ſe invocaremus Patrem; unde ſecuta eſt certa & conſtans fides, quod ſimus filii Dei. Iam verò hæreditatem quæ ſupereſt, quomodo non dabit? præſertim cùm tolerantia graviſſimarum calamitatum interceſſerit? Eam certè, poſt tales tantóſque labores non negabit, qui gratis & abſque ulla noſtra opera, credentes in ſe, præclariſſimis donis affecit. Atque hoc modo ſtatuit, Deum hominibus pulcherrimè conſuluiſſe, qui ne ſuam jactarent operam, aut induſtriam, multa illis conceſſit gratis: rurſus autem, ne illos puderet tanta dona abſque labore adeptos, ſummam ab illis hæreditatem ſine maxima fortitudine, tolerantia, contentione, cruciatu, afflictione adiri noluit.

Rom.8.17.
Crux & adverſa, indicia ſunt hæreditatis adipiſcendæ.

Phil.1.19.

Donum prius fidem facit de poſteriori.

Conditio per quam ſumus ad hæreditatem æternam tranſituri.

Hæreditatem ut habebimus?

2.Tim.2.11.

4 Hæc ille non malè, neque inutiliter: modò ita à nobis dextrè accipiantur, ne legales promiſſiones cum Evangelicis confundamus. Id ne accidat, operæ pretium erit, quid inter utraſque ſit diſcriminis, patefacere. A Non in eo diſcrepant, ut quidam putant quod Evangelicæ non habeant adjectas conditiones, legales autem ſine conditionibus nunquam offerantur. Quemadmodum enim dicitur Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis longævus ſuper terram: & Si volueritis, & audieritis, bona terræ comedetis: ita in Evangelio etiam legimus, Remittite, & remittetur: Date, & dabitur: Qui dimiſerit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut domum, aut B agros mea cauſa, centuplum recipiet, & vitam æternam poſſidebit: &, ſiquidem cum illo compatiamur, unà cum eo glorificabimur: & ad Timotheum, Si unà mortui fuerimus, unà regnabimus. Quare cùm hoc diſcrimen non ſit, aliud quærendum eſt. Conditiones legalibus promiſſis annexæ, præcepta ſunt, quæ lex ad unguem jubet impleri: neque aliter promiſſa perſolvet, niſi conditiones abſolutè perfectæ fuerint. Quamobrem apparet diligenter intuenti, conditiones Legis potuiſſe cauſas eſſe conſecutio- C nis præmiorum, quæ promittebantur. Nam ſi illæ perfectæ & abſolutæ fuiſſent, ut erant à Lege imperatæ, cùm ipſis præmiis comparari potuiſſent, & meriti rationem habuiſſent. Sed cum illæ ab hominibus præſtari non potuiſſent, Deus ex ſua miſericordia ſubjecit promiſſiones Evangelicas illorum loco: quæ quamvis conditiones adjectas habeant, tamen offeruntur gratis. Nam quæ nobis ab illis imperantur, neceſſaria quidem ſunt, ſi ea faciendi facultas, tempus, locus, occaſio data fuerit. Hoc propter infan- D tes dico, & eos, qui ultimo vitæ ſuæ tempore accedunt ad Chriſtum, jamjam morituri. Nam ab illis, ut à cauſis, æterna vita non pendet. Ea enim, ut jam diximus, & ab infantibus, & ab illis qui in ultimo vitæ articulo convertuntur ad Chriſtum, ſine illis conditionibus haberi poteſt. Et quia promiſſio, ſi ab illis, ut à legitimis cauſis penderet, non poſſet eſſe firma, cum nemo homo ſit, qui eas conditiones, prout proponuntur, implere poſſit: ea etiam cauſa, promiſſio Evangelica ſine illis conditionibus conſtare poteſt. E Huc accedit, quod Paulus ait, non poſſe eas conferri cum ea re, quæ promittitur: quòd veris & legitimis cauſis, ſi ad ſua effecta conferantur, non convenit. Quare ſi hæc tria conjungas, præmia Evangelica promitti gratis, conditiones illis non poſſe æquari, & promiſſiones oportere eſſe firmiſſimas, & meriti rationem aufers, & quo diſcrimine illæ à legibus differant, facilè cernis. Si roges, fruſtráne ergo poſitæ fuerint promiſſiones Legis, cùm nemo unquam inventus ſit, qui eas conditiones præſtare potuerit? F Reſpondeo, nihil horum inaniter aut temerè fuiſſe factum. Idcirco enim conditiones impoſſibiles adjectæ ſunt, ut homines ſuæ infirmitatis admonerentur, eáque penitus intellecta, ſe conferrent ad Chriſtum, à quo recepti in gratiam, adepta jam juſtificatione, illa eadem promiſſa poſſent obtinere. Nam quod ad ipſos attinet, jam ex legalibus redduntur Evangelicæ: ſiquidem credentes in Chriſtum venturum obedientia Legis exercebantur: quæ quamvis inchoata tantùm, nec ad unguem perfecta, Deo G tamen probabatur: Itaque illi frui potuerunt oblatis promiſſionibus.

Quid interſit inter promiſſiones legales & Evangelicas?

Exod.20.12.
Vide in Iudit. 7.
Eſa.1.19.
Mat.6.14.
Mat.19.29.

Rom.8.17.
2.Tim.2.11.
&Rom.4.17.
Vtræque habent conditiones appoſitas.

Conditiones legales erant ut cauſæ adipiſcendorum promiſſionum.

Promiſſio Evangelica ſine conditionibus conſtare poteſt.

Rom.8.18.

Conditiones legales non fruſtra ſunt adjectę.

5 Quid autem ſit pati cum Chriſto, ſic poteſt facilè explicari, ſi docuerimus, quę cauſę Chriſtum induxerint, ut mortem tam acerbam in cruce ſubiret. Cauſę autem duę extiterunt: prior, ut optimo Patri, quemadmodum ipſe dicebat, obediret: altera, ut vinceret & damnaret peccatum noſtrum. Qui in tolerandis adverſis hęc duo animo complectuntur, illi cum Chriſto patiuntur. Quęcunque illis triſtia, H aut adverſa contigerint, ſtatuant apud ſe, ea ſibi ex Dei providentia accidere perferántque quicquid oneris imponitur, ut Deo ejus afflictionis authori libenter pareant: cogitent pręterea his calamitatibus veterem hominem domari, peccatum frangi, & labem illam nobis penitus inſitam & innatam diſſolvi. Cur autem mundus, homines impii, & diabolus, poſtquam aliquis converſus eſt ad Deum, ſtatim in eum omnibus acerbiſſimis rationibus ſævire incipiant, non admodum arbitror eſſe obſcurum. I Homines enim ſimul ac ad Chriſtum acceſſerint, vere atque ex animo, protinus incipiunt cum impietate bellum gerere. Hinc odia in pios inflammantur, &

Quid ſit pati cum Chriſto.

Duę cauſę propter quas Chriſtus ad mortem ſe obtulit.

Duę cauſę item, patientiam in adverſis perſuadent.

Hominibus ad Deum converſis illico adverſa contingunt.

Digitized by Google

perſequutiones in eos incrudeſcunt. De tolerantia rerum adverſarum, Apoſtolus nos duobus argumentis conſolatur. Quorum alterum ducitur à fine, hoc pacto: Iſta piorum hominum mala ſortiuntur finem optabilē, & felicem cataſtrophen: quare læto & forti animo ferenda ſunt. Alterum eſt, quòd ea, quæ patimur, quamvis moleſta & gravia videantur, tamen cum præmiis, quæ aliâ vitâ reddentur, minimè conferri poſſint. Ex iſta diſpari proportione, perſpicuum eſt, ſi propriè loqui volumus, meriti vocabulum noſtris bonis operibus non eſſe tribuendum. Chryſoſtomus non inutiliter annotavit, Paulum, antequam veniret ad cohortationem patientiæ in adverſis, mirificè amplificaſſe ſplendorem & dignitatem filiorum Dei: quod antea, quum de retundendis affectibus carnis ageretur, non uſque adeo facere curavit. Vt enim ante diximus, duplex eſt genus mortificationis, quorum alterum in eo ſitum eſt, ut ſpiritu facta carnis reprimamus: alterum, ut pericula, cruces & omnia tormenta, quum eſt opus, pro Chriſto fortiter perferamus. Quæ duo ſi inter ſeſe conferantur, adverſorum caſuum tolerantiam longè difficiliorem eſſe intelligemus, quam eſt pugna cum pravis animi cupiditatibus. Ariſtoteles in Eth. ut multa alia ſapienter vidit, virtuti temperantiæ, quæ alioqui eſt laudatiſſima, fortitudinem eſſe anteferendam dixit. Hoc ne diabolum quidem latuit: nam quum ageret cum Deo de beato Iob, pellem (inquit) pro pelle, & cuncta quæ habet, dabit homo pro vita ſua: Quare extende in illum aliquantulum manum tuam, & intelliges, num in faciem benedicturus ſit tibi. Naturali enim perſpicacia, qua plurimum valet, facilè animadvertit, hanc omnium tentationum eſſe maximam, quum de vita ipſa, qua nihil eſt dulcius, ſit periclitandum. Fructus, quem capturi ſunt, qui fortiter laborarunt, ut Paulus monet, ſemper ob oculos eſt habendus. Ita enim videbimus cum Chriſti cauſa patimur, id non illi, ſed nobiſipſis ſummam commoditatem allaturum. Quod Latinus interpres reddidit, Exiſtimo, id Græce ſcribitur, λογίζομαι. Id autem ad opinionem, quæ dubia & incerta eſt, referri non poteſt. Vox enim ea, maximè ſumitur à ſupputantibus, qui rationes ſuas in ſummam conferunt, eam definitam & certam habent. Sententia ergo eſt, ac ſi dixiſſet Hoc mecum conſtitutum habeo, mala illa quæ toleramus, minimè eſſe conferenda ad eam gloriam, quam expectamus. Afflictiones quidem piorum non ſunt naturâ ſuâ ita leves: ſed Paulus eas tantùm ex collatione extenuat. Continet itaque hic locus amplificationem felicitatis ejus, quam Deus nobis pollicetur: quæ ex eo redditur illuſtrior, quod longe omnibus hujus vitæ laboribus antecellit. Quod piis hominibus ita penitus perſuaſum eſt, ut de ipſis etiam tribulationibus glorientur. Hac eadem collatione Paulus utitur in poſteriori ad Corinthios, cap. 4. At enim, Momentanea levitas afflictionis noſtræ, mirum ſupra modum æternum gloriæ pondus parit nobis. His verbis oſtenditur; quare æterna vita vincat omnes labores hujus vitæ: nimirùm propter pondus, diuturnitatem, & magnitudinem. Nam quæcunque hîc patimur, dicuntur à Paulo παραυτίκα, id eſt, momentanea. Addit etiam ἐλαφρὸν, qua voce, earum levitas oſtenditur. Gloriæ vero, ex adverſo, & æternitas tribuitur, & ingens pondus, quod excedat omnem modum.

Duplex genus mortificationis.

Adverſitatum tolerantia difficilior eſt, quàm pugna cum pravis affectibus

Iob. 1. 4.

Afflictiones alioquin graves extenuantur collatione Quibus rationibus æterna vita omnes afflictiones noſtras ſuperet.

2. Cor. 4. 17.

6 Addit Apoſtolus, hanc gloriam eſſe revelandam, ne in præſentia putemur ea prorſus orbati: magnam enim ejus partem jam obtinemus, quanquam ea nec perfecta adhuc, nec mundo conſpicua. Ita loquitur Coloſſ. 3. Mortui eſtis cum Chriſto, & vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Quum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tum & vos unà apparebitis cum eo in gloria. Annotandum autem eſt, Paulum una voce gloriæ, complexum eſſe univerſam felicitatem, quam expectamus. Sequitur autem in eo judicium hominum, qui ſummi boni loco habere ſolent gloriam. De qua Philoſophi etiam ita ſtatuunt, ut umbram corpus, ita illam veram & ſolidam virtutem conſequi. Gloria ergo, duo complectitur, quæ vehementer ſunt expetenda primum, ut quis virtutibus ornetur: deinde, ut populari fama

Rom. 8. 18.

Nunc bona parte noſtræ gloriæ fruimur, ſed occultè.

Col. 3. 3.

Gloria univerſam felicitatem hîc ſignificat.

Gloria duo complectitur.

A celebretur. Cur autem beatitudo, quam expectamus, in hac vita non reveletur, Chryſoſtomus putat hanc eſſe cauſam, quod ea hujus vitæ ſtatum longè ſuperet. In ejus autem amplificatione idcirco Paulus longiùs commoratur, ut Romanos ad tolerantiam afflictionum magis accendat. Miles enim vehementer confirmatur ad ferenda pericula, ſi ſperet, victoriam fore fructuoſam. Et mercator nullis navigationum, aut itinerum laboribus frangitur, ſi magnum B ſperet fore quæſtum. Præterea conſiderare debemus, longe aliam eſſe ſortem civium hujus mundi, atque ſanctorum hominum, qui Chriſto ſerviunt. Illi laborum ſuorum magnitudine ſuperant ea bona, quæ contendunt aſſequi: nos verò, quantumvis fortiter agamus, & ſtrenuè, ut Paulus ait, tamen ne conferri quidem poſſunt opera noſtra cum eo fine, quem nobis proponimus.

Cur beatitudo in hac vita nō reveletur.

Similia.

7 Vt hoc diſcrimen facilè intelligamus, exempla Romanorum facilè nos docebunt. Brutus, pro con- C ſervanda patriæ libertate, non dubitavit filios ſuos occidere. Qua in re id etiam ſpectavit, ut laudem boni civis aſſequeretur. Sic enim de illo Virgilius Poëta ſcribit,

Vicit amor patriæ, laudúmque immenſa cupido.

Iſti fuere fines Ethnicorum, exigui ſanè & tenues. Neque enim libertas, quam illi ſpectabant, talis erat, qualis eſt noſtra, qua liberamur à peccato, à Satana, à morte, ab ira Dei. Laudem illi quærebant huma- D nam, rem ſanè inconſtantem & parvi momenti. Noſter autem finis eſt, ut nos Deo approbemus, cujus judicium falli non poteſt. Torquatus etiam filium ſuum occidit, quod pugnando in hoſtem legem militarem violaſſet. Nos etiam, ut legem Dei conſervemus, dubitare non debemus, ubi erit opus, omnia graviſſima perpeti. Non enim conferendæ ſunt leges divinæ, cum legibus militaribus. Camillus ejectus patria, eam poſtea oppreſſam à Gallis, magno animo reſtituit: quòd non putaret, ſe poſſe alibi glo- E rioſius vivere. At non rem mirandam faciet Chriſtianus, qui læſus à quopiam in Eccleſia, depoſito ulciſcendi ſtudio fratrem à quo læſus ſit juvare & Eccleſiam opera ſua ornare velit: nam extra eam, nec ſanctè vivere poteſt, nec ad æternam felicitatem pervenire. Q. Mutius Scævola, dextram, quæ aberraverat in percutiendo Porſena, ultrò conjecit in flammam. Quid igitur mirum, ſi quis ob adipiſcendum regnum cœlorum, non unam manum, ſed totum corpus offerre velit concremandum? Curtius F armis inſtructus, & in equo ſedens, abjecit ſe ultrò in hiatum terræ, quo civitas Romana liberaretur à lue: id enim oraculum reſponderat, quieturam deorum iram, ſi quod Romani habebãt optimum, id in illum hiatum dejiceretur. Nos oraculum longè certiùs habemus, non eſſe timendos eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt. Decii ſe devoverunt, ut legiones ſalvæ & victrices evaderent. Noſtri etiam martyres, cùm ſanguinem ſuum fundunt, potius quàm ut à Chriſti religione aufe- G rantur, non poſſunt jactare ſe facinus inauditum facere. M. Pulvillus, cum Iovi templum conſecraret, & interea ab invidis nunciaretur mors filii, nihil tamen eſt animo conſternatus, nec ab incepto deſtitit: verùm ut mortuus efferretur imperavit. Quo ergo animo ferre debet Chriſtianus, cùm audit à Domino; Permitte mortuos ſepelire mortuos ſuos? Regulus, quum juraſſet ſe Carthaginem eſſe rediturum, quamvis ſciret manere ſe graviſſima ſupplicia: tamen committere noluit, ut fi- H dem violaret. Quare nos quoque, cùm in baptiſmo fidem Chriſto publicè dederimus, etſi ejus ſervandæ cauſa omnia nobis ferenda ſint, tamen eam violare non debemus. Iactabunt alii contemptas opes, & voluntariam paupertatem ſuſceptam propter Chriſtum: ſed iſtis gloriantibus, in mentem veniat Cincinnatus, qui poſt honorificas & præclaras res geſtas in Dictatura, libenter ad ſua quatuor agri jugera colenda rediit. Meminerint, Valerium Publicolam, poſt egregiè adminiſtratum Conſula- I tum, ita pauperem eſſe mortuum, ut ejus funus abſque publica impenſa efferri nn potuerit: & Fabricium adeò ſuæ paupertatis non pœnituiſſe, ut

Fines Ethnicorum exigui & tenues.

Laus humana inconſtans & parum vera.

Gloria comitatur virtutem.

Mat. 10. 28.

Mat. 8. 22.

Pyrrhi

Ethnici non erant præditi veris virtutibus.

A Pyrrhi Regis aurum contempſerit. Hæc illi tam magna & ſplendida facinora ediderunt: tantùm, ut dixi, quò laudes humanas captarent, & terrenam illam Rempublicam conſervarent. Nos verò, ſi pericula ſubimus, Deum ipſum habemus hæreditatem & mercedem noſtram, Chriſto futuri cohæredes: Regnum nobis cœlorum, & æternum cum Angelis commercium, ceu palma proponitur. Apparet ergo, illorum egregia facta propoſitos fines & præmia viciſſe: noſtra verò opera, à propoſita mercede infinito intervallo ſuperari. B Fateor equidem, illorum facta inter veras virtutes non eſſe numeranda (erant enim potius umbræ & ſimulachra virtutum) & opera illa, etſi præclara fuerint, ſi civilem rationem ſpectare velis, tamen coram Deo nihil aliud erant, niſi glorioſa & ſplendida peccata: neque enim illi aut à fide, aut à dilectione Dei, movebantur ad agendum, aut opera ſua ad juſtum finem dirigebant. Itaque Auguſtinus in 5. de Civitate Dei, cap. 18. quum hæc & alia his ſimilia narraſſet, prudenter adjecit: Vel hæc C in nobis eſſe animadvertimus, vel eis nos ſentimus eſſe deſtitutos. Si quando fecerimus eadem, nihil eſt quòd nos efferamus, quum illi propter minora præmia paria fecerint. Sin verò nos tam debiles & infirmos agnoſcimus, ut talia non audeamus, vehementer premi ac pungi oportet animos noſtros, præſertim cùm Ethnicis ipſis inveniamur debitores. Præterea iſtæ collationes oſtendunt, Deum non attendere magnitudinem & molem operum: nam alioqui illis præmia redderet, quæ nobis pollicetur. Hoc au- D tem Deus maximè ſpectat, num Chriſto per fidem conjuncti ſimus, & quicquid facimus id ad laudem & gloriam nominis illius dirigamus. Vim autem & facultatem edendorum illuſtrium facinorum, ille pro ſua miſericordia, cùm judicat eſſe opportunum, abunde ſuppeditat. Nos interim illi agamus gratias, quòd noſtram conditionem illorum ſorte fecerit meliorem.

Coram Deo virtutes Ethnicorum ſunt ſplẽdida peccata.

Deus non attendit magnitudinem & molem operũ.

Quid Deus maximè ſpectet.

Deus noſtram conditionem longe meliorẽ fecit quàm Ethnicorum.

8 Ea verò eſt vis piorum gloriationis, ut quæ homines, præſertim impii, probro ducunt, & à quibus E abhorrent, & per quæ ſe judicant infelices, ea Chriſtiani laudi ducant, libenter amplectantur, & de illis in primis glorientur. Nam quemadmodum Planetæ ſuum curſum inſtituunt longè aliter, quàm 8. ſphæra: (ea enim movetur ab Oriente ad Occaſum, Planetæ verò ab Occaſu ad Orientem) ita pii homines ea, quæ impii refugiunt, & probroſa exiſtimant, libenter amplectuntur, & in illis atque de illis gloriantur. Inſolita quidem res, & admiratione digna. Nam de promiſſis quidem, & adeptione gloriæ Dei ſi quis F glorietur, non eſt mirum: In afflictionibus autem, exultare ſuperat omnem humanam rationem. Porro quum gloriatio non eſt, niſi de præcipuis & ſingularibus bonis, quæ jam ita certo poſſideamus, ut auferri non poſſint (alioqui enim non juſta gloriatio eſſet, ſed potius jactantia) ne inanis videatur noſtra gloriatio de ſpe gloriæ Dei, quod adhuc eâ, reipſa non fruamur, docet Paulus Rom. 5. quibus bonis, interdum dum hic vivimus, Deus nos afficiat: nempe G tribulationibus, patientia, probatione, & ſpe quæ non confundit. Pulcherrima certè gradatio & utiliſſima, & omnibus nobis ad dubia formidoloſáque tempora conſervanda. At homines pii gemunt interdum, triſtantur, dolent, queruntur, cùm in res adverſas inciderint: Quomodo igitur gloriantur? Nulla eſt hic pugna: Gemit enim externus homo noſter, triſtatur, dolet, queritur caro. At ſpiritus & internus homo noſter exhilaratur & exultat. In Davide cùm egrederetur ex urbe à facie Abſolomis, nudis pedi- H bus, obvoluto capite, multis cum lachrymis, nullæ niſi miſeriæ dolorifque ſignificationes extrinſecus apparebant. In eo enim Semei, qui hanc illi calamitatem exprobrabrat, nihil niſi triſte miſerúmque deprehendit. Quis verò dubitet illum, quod ad fidem attinet, & interiorem hominem, ingenti gaudio exultaſſe ob paternam Dei correctionem? Eo enim intentum habuit animum, ac propterea Semei pepercit, cùm eum Abiſai occidere voluiſſet. Quid enim noſti, inquit, an cum Dominus juſſerit mihi I maledicere? David contrarias affectiones in eodem homine locum habere poſſe oſtendit, quum inquit, Servite Domino cum timore, & exultate ei cum

Simile.

Rom. 5. 3.

Gradatio pulcherrima.

Quòd homines pii ſimul & gemant & glorientur, nõ pugnat.

2. Sam. 15. 7. & 16. 5.

Ibid. v. 10.

Pſal. 2. 11.

A tremore. Sed afflictiones, inquient, malæ ſunt: quomodo ergo poſſumus in illis gloriari? Malas eas eſſe, nemo non dixerit. Sunt enim pœnæ peccati, ſatellites mortis, hoſtes noviſſimi ex orbe extrudendi, & tandem à piis hominibus amovendi. Deus enim abſterget omnem lachrymam ab oculis ſanctorum. Afflictiones ſuâ naturâ malas eſſe fatemur: Piis tamen electiſque Dei, de quibus eſt hîc ſermo, Dei clementia dicimus eas fieri bonas utiléſque: Illis enim omnia cooperantur in bonum. Neque enim B illi hæc patiuntur ad noxam, ſed ad triumphum. Súntque iſta velut mare Erithræum, in quo Pharao mergitur, Iſrael ſervatur. Nam in impiis excitant deſperationem: in piis certiſſimam ſpem. Sunt inſtrumenta, ut diximus, quibus in nobis bonitas & potentia Dei tum conſolandis, tum erigendis exercitur: ſunt occaſiones præclariſſimorum bonorum. Virtus Dei in infirmitate noſtra perficitur. His quotidiani lapſus tanquàm paterna caſtigatione corripiuntur: faſtus deprimitur: Caro & laſcivia retunditur: vetus C homo noſter corrumpitur, ſed interior renovatur: ignavia & ſocordia excutitur, fidei confeſſio exprimitur: imbecillitas virium noſtrarum detegitur: nóſque provocamur ad ardentiùs orandum, implorandúmque divinum favorem, & indies melius noſtræ naturæ malignitatem intelligimus. Adhæc afflictionibus Chriſto ſimiles efficimur: oportuit enim Chriſtum pati, & ſic obtinere regnum ſuum: nobis quoque iiſdem veſtigiis inſiſtendum eſt. Nam regnum Dei vim patitur: & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. D Sed ſicut ille poſt obedientiam crucis exaltatus eſt, & datum eſt illi nomen ſuper omne nomen: ita nos quoque, ſi cum illo patiemur, ſimul cum illo regnabimus. Eſt autem dulce etiam amanti, pro re amata pati. Hinc aſſuefacimus nos ad tolerantiam, ut quaſi adamantini facti percutientes potiùs fatigemus, quàm ipſi frangamur. Sunt enim hæc velut exercitia in humano corpore, quibus potiùs confirmatur valetudo, & conciliantur vires, quàm ut proſternantur, aut debilitentur.

Apoc. 21. 4.

Afflictiones naturâ ſuâ malæ.

Afflictionum utilitas.

Luc. 24. 28.

Mat. 11. 12.

Mat. 7. 13.

Phil. 2. 7.

2. Tim. 2. 12.

E 9 Quare pii meritò gloriantur in afflictionibus, ſcientes, quòd afflictio patientiam efficit. Atque annotanda eſt hîc ratio loquendi conſueta ſanctæ Scripturæ: qua, id quod eſt rei, tribuitur inſtrumento, vel ſigno: quod in Sacramentis ſæpe fieri monuimus, ex ſententia Auguſtini, quamvis adverſarii maximè repugnent. Hîc Paulus, id quod eſt opus Dei, & Spiritus Sancti, nempè tolerantiam efficere, attribuit afflictionibus: à quibus, cùm natura ſua res F malæ ſint, & odioſæ, non conciliatur, ſed potiùs excutitur patientia: quod in impiis videmus fieri, qui ubi graviùs affliguntur, in blaſphemias, & ſæpe etiam in deſperationem prorumpunt. Vt autem medicus ex rebus venenatis & noxiis, componit ſaluberrima pharmaca, ita Deus Optimus Maximus, ſua ſapientia ex afflictionibus, quantumvis rebus malis, præclariſſimas virtutes producit, qualis eſt patientia. Pertinet hæc virtus ad fortitudinem: ad quam referuntur omnia, quæ ſancti patiuntur, ſive in fortiter G perferendis afflictionibus corporis, ſive in vincenda ratione, & mortificanda prudentia carnis. Tulerunt etiam multi Ethnici multa animo ſatis forti, nulla tamen ſolida cum conſolatione ea tulerunt. Tantùm dicebant, ea dolendo, nec mutari, nec impediri poſſe. Ea enim adſcribebant neceſſitati materiæ. Itaque hanc eſſe aiebant ſortem noſtram, ut tanquam in ſympoſio, vel bibendum ſit, vel abeundum. Quòd ſi contingat mori, vel nullum fore ſenſum poſt mortem, vel ſi quis futurus ſit, nos meliori loco futuros. H Ita illi ſe ad omnia adverſa utcunque ferenda comparabant. In piis autem hominibus, fortitudinis & patientiæ longè alia eſt ratio, aliæ cauſæ, aliſque modi ſe confirmandi. Non enim quaſi iſta temerè contingant, fortiter ea ferunt: ſed quòd ea ſciant, ſumma providentia à Deo Optimo Maximo proficiſci, à Deo inquam, Patre ſuo, qui animo benevolo & dextra manu afflictiones eas immittit, hoc eſt, ad electorum ſalutem. Ac proinde illi quoque dextra manu, hoc eſt, patienter eas accipiunt, & æqui boni- I que conſulunt, clamantes cum Davide: Bonum mihi, quia humiliaſti me: & cum Iacobo, Omne gaudium exiſtimant ſitum in his adverſis, quę Optimus

Rom. 5. 3.

Quod eſt rei, tribuitur inſtrumento.

Afflictiones naturâ ſuâ patientiam non efficiunt.

Simile.

Patientia refertur ad fortitudinem.

Conſolatio Ethnicorum in adverſis.

Vide in Eth. Ariſto. lib. 3. cap. 10.

Piorum conſolationes.

Pſal. 119. 71.

Iac. 1. 2.

Digitized by Google

perſequutiones in eos incrudeſcunt. De tolerantia rerum adverſarum, Apoſtolus nos duobus argumentis conſolatur. Quorum alterum ducitur à fine, hoc pacto: Iſta piorum hominum mala ſortiuntur finem optabilé, & felicem cataſtrophen: quare læto & forti animo ferenda ſunt. Alterum eſt, quòd ea, quæ patimur, quamvis moleſta & gravia videantur, tamen cum præmiis, quæ aliâ vitâ reddentur, minimè conferri poſſint. Ex iſta diſpari proportione, perſpicuum eſt, ſi propriè loqui volumus, meriti vocabulum noſtris bonis operibus non eſſe tribuendum. Chryſoſtomus non inutiliter annotavit, Paulum, antequam veniret ad cohortationem patientiæ in adverſis, mirificè amplicaſſe ſplendorem & dignitatem filiorum Dei: quod antea, quum de retundendis affectibus carnis ageretur, non uſque adeò facere curavit. Vt enim ante diximus, duplex eſt genus mortificationis, quorum alterum in eo ſitum eſt, ut ſpiritu facta carnis reprimamus: alterum, ut pericula, cruces & omnia tormenta, quum eſt opus, pro Chriſto fortiter perferamus. Quæ duo ſi inter ſeſe conferantur, adverſorum caſuum tolerantiam longè difficiliorem eſſe intelligemus, quam eſt pugna cum pravis animi cupiditatibus. Ariſtoteles in Eth. ut multa alia ſapienter vidit, virtuti temperantiæ, quæ alioqui eſt laudatiſſima, fortitudinem eſſe anteferendam dixit. Hoc ne diabolum quidem latuit: nam quum ageret cum Deo de beato Iob, pellem (inquit) pro pelle, & cuncta quæ habet, dabit homo pro vita ſua: Quare extende in illum aliquantulum manum tuam, & intelliges, num in faciem benedicturus ſit tibi. Naturali enim perſpicacia, qua plurimùm valet, facilè animadvertit, hanc omnium tentationum eſſe maximam, quum de vita ipſa, qua nihil eſt dulcius, ſit periclitandum. Fructus, quem capturi ſunt, qui fortiter laborant, ut Paulus monet, ſemper ob oculos eſt habendus. Ita enim videbimus cum Chriſti cauſa patimur, id non illi, ſed nobiſipſis ſummam commoditatem allaturum. Quod Latinus interpres reddidit, Exiſtimo, id Græce ſcribitur, λογίζομαι. Id autem ad opinionem, quæ dubia & incerta eſt, referri non poteſt. Vox enim ea, maximè ſumitur à ſupputantibus, qui rationes ſuas in ſummam conferunt, eam definitam & certam habent. Sententia ergo eſt, ac ſi dixiſſet: Hoc mecum conſtitutum habeo, mala illa quæ toleramus, minimè eſſe conferenda ad eam gloriam, quam expectamus. Afflictiones quidem piorum, non ſunt naturâ ſuâ ita leves: ſed Paulus eas tantùm ex collatione extenuat. Continet itaque hic locus amplificationem felicitatis ejus, quam Deus nobis pollicetur: quæ ex eo redditur illuſtrior, quod longè omnibus hujus vitæ laboribus antecellit. Quod piis hominibus ita penitus perſuaſum eſt, ut de ipſis etiam tribulationibus glorientur. Hac eadem collatione Paulus utitur in poſteriori ad Corinthios, cap. 4. At enim, Momentanea levitas afflictionis noſtræ, mirum ſupra modum æternum gloriæ pondus parit nobis. His verbis oſtenditur, quare æterna vita vincat omnes labores hujus vitæ: nimirùm propter pondus, diuturnitatem, & magnitudinem. Nam quæcunque hîc patimur, dicuntur à Paulo παραυτίκα, id eſt, momentanea. Addit etiam ἐλαφρὸν, qua voce, earum levitas oſtenditur. Gloriæ verò, ex adverſo, & æternitas tribuitur, & ingens pondus, quod excedat omnem modum.

Duplex genus mortificationis.

Adverſorum tolerantia difficilior eſt, quàm pugna cum pravis affectibus.

Iob. 2, 4.

Afflictiones alioquin graves extenuantur collatione. Quibus rationibus æterna vita omnes afflictiones noſtras ſuperet.

2. Cor. 4, 17.

6 Addit Apoſtolus, hanc gloriam eſſe revelandam, ne in præſentia putemur ea prorſus orbati: magnam enim ejus partem jam obtinemus, quanquam ea nec perfecta adhuc, nec mundo conſpicua. Ita loquitur Coloſſ. 3. Mortui eſtis cum Chriſto, & vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Quum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tum & vos unà apparebitis cum eo in gloria. Annotandum autem eſt, Paulum una voce gloriæ, complexum eſſe univerſam felicitatem, quam expectamus. Sequitur autem in eo judicium hominum, qui ſummi boni loco habere ſolent gloriam. De qua Philoſophi etiam ita ſtatuunt, ut umbram corpus, ita illam veram & ſolidam virtutem conſequi. Gloria ergo, duo complectitur, quæ vehementer ſunt expetenda: primum, ut quis virtutibus ornetur: deinde, ut populari fama celebretur. Cur autem beatitudo, quam expectamus, in hac vita non reveletur, Chryſoſtomus putat hanc eſſe cauſam, quòd ea hujus vitæ ſtatum longè ſuperet. In ejus autem amplificatione idcirco Paulus longiùs commoratur, ut Romanos ad tolerantiam afflictionum magis accendat. Miles enim vehementer confirmatur ad ferenda pericula, ſi ſperet, victoriam fore fructuoſam. Et mercator nullis navigationum, aut itinerum laboribus frangitur, ſi magnum ſperet fore quæſtum. Præterea conſiderare debemus, longè aliam eſſe ſortem civium hujus mundi, atque ſanctorum hominum, qui Chriſto ſerviunt. Illi laborum ſuorum magnitudine ſuperant ea bona, quæ contendunt aſſequi: nos verò, quantumvis fortiter agamus, & ſtrenuè, ut Paulus ait, tamen ne conferri quidem poſſunt opera noſtra cum eo fine, quem nobis proponimus.

Rom. 8. 18. Nunc bona parte noſtræ gloriæ fruimur, ſed occulte.

Col. 3. 3.

Gloria univerſam felicitatem hîc ſignificat.

Gloria duo complectitur.

Cur beatitudo in hac vita nô reveletur.

Similia.

7 Vt hoc diſcrimen facilè intelligamus, exempla Romanorum facilè nos docebunt. Brutus, pro conſervanda patriæ libertate, non dubitavit filios ſuos occidere. Qua in re id etiam ſpectavit, ut laudem boni civis aſſequeretur. Sic enim de illo Virgilius Poëta ſcribit,

Vicit amor patriæ, laudúmque immenſa cupido.

Iſti fuere fines Ethnicorum, exigui ſanè & tenues. Neque enim libertas, quam illi ſpectabant, talis erat, qualis eſt noſtra, qua liberamur à peccato, à Satana, à morte, ab ira Dei. Laudem illi quærebant humanam, rem ſanè inconſtantem & parvi momenti. Noſter autem finis eſt, ut nos Deo approbemus, cujus judicium falli non poteſt. Torquatus etiam filium ſuum occidit, quod pugnando in hoſtem legem militarem violaſſet. Nos etiam, ut legem Dei conſervemus, dubitare non debemus, ubi erit opus, omnia graviſſima perpeti. Non enim conferendæ ſunt leges divinæ, cum legibus militaribus. Camillus ejectus patria, eam poſtea oppreſſam à Gallis, magno animo reſtituit: quòd non putaret, ſe poſſe alibi glorioſius vivere. At non rem mirandam faciet Chriſtianus, qui læſus à quopiam in Eccleſia, depoſito ulciſcendi ſtudio fratrem à quo læſus ſit juvare & Eccleſiam opera ſua ornare velit: nam extra eam, nec ſanctè vivere poteſt, nec ad æternam felicitatem pervenire. Q. Mutius Scævola, dextram, quæ aberraverat in percutiendo Porſena, ultrò conjecit in flammam. Quid igitur mirum, ſi quis ob adipiſcendum regnum cœlorum, non unam manum, ſed totum corpus offerre velit concremandum? Curtius armis inſtructus, & in equo ſedens, abjecit ſe ultrò in hiatum terræ, quo civitas Romana liberaretur à lue: id enim oraculum reſponderat, quieturam deorum iram, ſi quod Romani habebant optimum, id in illum hiatum dejiceretur. Nos oraculum longè certiùs habemus, non eſſe timendos eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt. Decii ſe devoverunt, ut legiones ſalvæ & victrices evaderent. Noſtri etiam martyres, cùm ſanguinem ſuum fundunt, potiùs quàm ut à Chriſti religione auferantur, non poſſunt jactare ſe facinus inauditum facere. M. Pulvillus, cum Iovi templum conſecraret, & interea ab invidis nunciaretur mors filii, nihil tamen eſt animo conſternatus, nec ab incepto deſtitit: verùm ut mortuus efferretur imperavit. Quo ergo animo ferre debet Chriſtianus, cùm audit à Domino; Permitte mortuos ſepelire mortuos ſuos? Regulus, quum juraſſet ſe Carthaginem eſſe rediturum, quamvis ſciret manere ſe graviſſima ſupplicia: tamen committere noluit, ut fidem violaret. Quare nos quoque, cùm in baptiſmo fidem Chriſto publicè dederimus, etſi ejus ſervandæ cauſa omnia nobis ferenda ſint, tamen eam violare non debemus. Iactabunt alii contemptas opes, & voluntariam paupertatem ſuſceptam propter Chriſtum: ſed iſtis gloriantibus, in mentem veniat Cincinnatus, qui poſt honorificas & præclaras res geſtas in Dictatura, libenter ad ſua quatuor agri jugera colenda rediit. Meminerint, Valerium Publicolam, poſt egregiè adminiſtratum Conſulatum, ita pauperem eſſe mortuum, ut ejus funus abſque publica impenſa efferri non potuerit: & Fabricium adeò ſuæ paupertatis non pœnituiſſe, ut

Fines Ethnicorum exigui & tenues.

Laus humana inconſtans & parum vera.

Gloria comitatur virtutem.

Mat. 10. 28.

Mat. 8. 22.

Pyrrhi

Ethnici non e-rant præditi veris virtutibus.

A Pyrrhi Regis aurum contempſerit. Hæc illi tam magna & ſplendida facinora ediderunt: tantùm, ut dixi, quò laudes humanas captarent, & terrenam illam Rempublicam conſervarent. Nos vero, ſi pericula ſubimus, Deum ipſum habemus hæreditatem & mercedem noſtram, Chriſto futuri cohæredes: Regnum nobis cœlorum, & æternum cum Angelis commercium, ceu palma proponitur. Apparet ergo, illorum egregia facta propoſitos fines & præmia viciſſe: noſtra verò opera, à propoſita mercede infinito

Coram Deo virtutes Ethnicorum ſunt ſplẽdida peccata.

B intervallo ſuperari. Fateor equidem, illorum facta inter veras virtutes non eſſe numeranda (erant enim potius umbræ & ſimulachra virtutum) & opera illa, etſi præclara fuerint, ſi civilem rationem ſpectare velis, tamen coram Deo nihil aliud erant, niſi glorioſa & ſplendida peccata: neque enim illi aut à fide, aut à dilectione Dei, movebantur ad agendum, aut opera ſua ad juſtum finem dirigebant. Itaque Auguſtinus in 5. de Civitate Dei, cap. 18. quum hæc & alia his ſimilia narraſſet, prudenter adjecit: Vel hæc

C in nobis eſſe animadvertimus, vel eis nos ſentimus eſſe deſtitutos. Si quando fecerimus eadem, nihil eſt quòd nos efferamus, quum illi propter minora præmia paria fecerint. Sin vero nos tam debiles & infirmos agnoſcimus, ut talia non audeamus, vehementer premi ac pungi oportet animos noſtros, præſertim cùm Ethnicis ipſis inveniamur debitores. Præterea iſtæ collationes oſtendunt, Deum non attendere magnitudinem & molem operum: nam alioqui

Deus non attendit magnitudinem & molem operũ.

Quid Deus maximè ſpectet.

D illis præmia redderet, quæ nobis pollicetur. Hoc autem Deus maximè ſpectat, num Chriſto per fidem conjuncti ſimus, & quicquid facimus id ad laudem & gloriam nominis illius dirigamus. Vim autem & facultatem edendorum illuſtrium facinorum, ille pro ſua miſericordia, cùm judicat eſſe opportunum, abunde ſuppeditat. Nos interim illi agamus gratias, quòd noſtram conditionem illorum ſorte fecerit meliorem.

Deus noſtram conditionem longe meliorẽ fecit quàm Ethnicorum.

8 Ea verò eſt vis piorum gloriationis, ut quæ ho-

E mines, præſertim impii, probro ducunt, & à quibus abhorrent, & per quæ ſe judicant infelices, ea Chriſtiani laudi ducant, libenter amplectantur, & de illis in primis glorientur. Nam quemadmodum Planetæ ſuum curſum inſtituunt longè aliter, quàm 8. ſphæra: (ea enim movetur ab Oriente ad Occaſum, Planetæ verò ab Occaſu ad Orientem) ita pii homines ea, quæ impii refugiunt, & probroſa exiſtimant, libenter amplectuntur, & in illis atque de illis gloriantur. Inſolita quidem res, & admiratione digna. Nam

Simile.

F de promiſſis quidem, & adeptione gloriæ Dei ſi quis glorietur, non eſt mirum: In afflictionibus autem, exultare ſuperat omnem humanam rationem. Porro quia gloriatio non eſt, niſi de præcipuis & ſingularibus bonis, quæ jam ita certo poſſideamus, ut auferri non poſſint (alioqui enim non juſta gloriatio eſſet, ſed potius jactantia) ne inanis videatur noſtra gloriatio de ſpe gloriæ Dei, quod adhuc eâ, reipſa non fruamur, docet Paulus Rom. 5. quibus bonis, interdum dum hic vivimus, Deus nos afficiat: nempe

Rom. 5.3.

G tribulationibus, patientia, probatione, & ſpe quæ non confundit. Pulcherrima certè gradatio & utiliſſima, & omnibus nobis ad dubia formidoloſáque tempora conſervanda. At homines pii gemunt interdum, triſtantur, dolent, queruntur, cùm in res adverſas inciderint: Quomodo igitur gloriantur? Nulla eſt hic pugna: Gemit enim externus homo noſter, triſtatur, dolet, queritur caro. At ſpiritus & internus homo noſter exhilaratur & exultat. In Davide cùm

Gradatio pulcherrima.

Quòd homines pii ſimul & gemant & glorientur, nõ pugnat.

2. Sam. 15. 7. & 16. 1.

H egrederetur ex urbe à facie Abſolomis, nudis pedibus, obvoluto capite, multis cum lachrymis, nullæ niſi miſeriæ doloriſque ſignificationes extrinſecus apparebant. In eo enim Semei, qui hanc illi calamitatem exprobrabrat, nihil niſi triſte miſerúmque deprehendit. Quis verò dubitet illum, quod ad fidem attinet, & interiorem hominem, ingenti gaudio exultaſſe ob paternam Dei correctionem? Eo enim intentum habuit animum, ac propterea Semei pepercit, cùm eum Abiſai occidere voluiſſet. Quid enim noſti, inquit, an eum Dominus juſſerit mihi

Ibid. v. 10.

I maledicere? David contrarias affectiones in eodem homine locum habere poſſe oſtendit, quum inquit, Servite Domino cum timore, & exultate ei cum

Pſal. 2. 11.

A tremore. Sed afflictiones, inquient, malæ ſunt: quomodo ergo poſſumus in illis gloriari? Malas eas eſſe, nemo non dixerit. Sunt enim pœnæ peccati, ſatellites mortis, hoſtes noviſſimi ex orbe extrudendi, & tandem à piis hominibus amovendi. Deus enim abſterget omnem lachrymam ab oculis ſanctorum. Afflictiones ſuâ naturâ malas eſſe fatemur: Piis tamen electíſque Dei, de quibus eſt hîc ſermo, Dei clementia dicimus eas fieri bonas utiléſque: Illis enim omnia cooperantur in bonum. Neque enim

Apoc. 21.4.

Afflictiones naturâ ſuâ malæ.

B illi hæc patiuntur ad noxam, ſed ad triumphum. Súntque iſta velut mare Erithræum, in quo Pharao mergitur, Iſrael ſervatur. Nam in impiis excitant deſperationem: in piis certiſſimam ſpem. Sunt inſtrumenta, ut diximus, quibus in nobis bonitas & potentia Dei tum conſolandis, tum erigendis exercitur: ſunt occaſiones præclariſſimorum bonorum. Virtus Dei in infirmitate noſtra perficitur. His quotidiani lapſus tanquàm paterna caſtigatione corripiuntur: faſtus deprimitur: Caro & laſcivia retunditur: vetus

Afflictionum utilitas.

C homo noſter corrumpitur, ſed interior renovatur: ignavia & ſocordia excutitur, fidei confeſſio exprimitur: imbecillitas virium noſtrarum detegitur: nóſque provocamur ad ardentiùs orandum, implorandúmque divinum favorem, & indies melius noſtræ naturæ malignitatem intelligimus. Adhæc afflictionibus Chriſto ſimiles efficimur: oportuit enim Chriſtum pati, & ſic obtinere regnum ſuum: nobis quoque iiſdem veſtigiis inſiſtendum eſt. Nam regnum Dei vim patitur: & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam.

Luc. 24.26.

Mat. 11.12.

D Sed ſicut ille poſt obedientiam crucis exaltatus eſt, & datum eſt illi nomen ſuper omne nomen: ita nos quoque, ſi cum illo patiemur, ſimul cum illo regnabimus. Eſt autem dulce etiam amanti, pro re amata pati. Hinc aſſuefacimus nos ad tolerantiam, ut quaſi adamantini facti percutientes potiùs fatigemus, quàm ipſi frangamur. Sunt enim hæc velut exercitia in humano corpore, quibus potiùs confirmatur valetudo, & conciliantur vires, quàm ut proſternantur, aut debilitentur.

Mat. 8.13.

Phil. 2.7.

2. Tim. 2.12.

E 9 Quare pii meritò gloriantur in afflictionibus, ſcientes, quòd afflictio patientiam efficit. Atque annotanda eſt hîc ratio loquendi conſueta ſanctæ Scripturæ: qua, id quod eſt rei, tribuitur inſtrumento, vel ſigno: quod in Sacramentis ſæpe fieri monuimus, ex ſententia Auguſtini, quamvis adverſarii maximè repugnent. Hîc Paulus, id quod eſt opus Dei, & Spiritus Sancti, nempè tolerantiam efficere, attribuit afflictionibus: à quibus, cùm natura ſua res malæ ſint, & odioſæ, non conciliatur, ſed potiùs ex-

Rom. 5.3.

Quod eſt rei, tribuitur inſtrumento.

F cutitur patientia: quod in impiis videmus fieri, qui ubi graviùs affliguntur, in blaſphemias, & ſæpe etiam in deſperationem prorumpunt. Vt autem medicus ex rebus venenatis & noxiis, componit ſaluberrima pharmaca, ita Deus Optimus Maximus, ſua ſapientia ex afflictionibus, quantumvis rebus malis, præclariſſimas virtutes producit, qualis eſt patientia. Pertinet hæc virtus ad fortitudinem: ad quam referuntur omnia, quæ ſancti patiuntur, ſive in fortiter

Afflictiones naturâ ſuâ patientiam non efficiunt.

Simile.

Patientia refertur ad fortitudinem.

G perferendis afflictionibus corporis, ſive in vincenda ratione, & mortificanda prudentia carnis. Tulerunt etiam multi Ethnici multa animo ſatis forti, nulla tamen ſolida cum conſolatione ea tulerunt. Tantùm dicebant, ea dolendo, nec mutari, nec impediri poſſe. Ea enim adſcribebant neceſſitati materiæ. Itaque hanc eſſe aiebant ſortem noſtram, ut tanquam in ſympoſio, vel bibendum ſit, vel abeundum. Quòd ſi contingat mori, vel nullum fore ſenſum poſt mortem, vel ſi quis futurus ſit, nos meliori loco futuros.

Conſolatio Ethnicorum in adverſis.

Vide in Eth. Ariſto. lib. 3. cap. 10.

H Ita illi ſe ad omnia adverſa utcunque ferenda comparabant. In piis autem hominibus, fortitudinis & patientiæ longè alia eſt ratio, aliæ cauſæ, aliíque modi ſe confirmandi. Non enim quaſi iſta temerè contingant, fortiter ea ferunt: ſed quòd ea ſciant, ſumma providentia à Deo Optimo Maximo proficiſci, à Deo inquam, Patre ſuo, qui animo benevolo & dextra manu afflictiones eas immittit, hoc eſt, ad electorum ſalutem. Ac proinde illi quoque dextra manu, hoc eſt, patienter eas accipiunt, & æqui bonique conſulunt, clamantes cum Davide: Bonum mi-

Piorum conſolationes.

I hi, quia humiliaſti me: & cum Iacobo, Omne gaudium exiſtimant ſitum in his adverſis, quę Optimus

Pſal. 119. 71.

Iac. 1. 2.

Digitized by Google

ac ſapientiſſimus Deus ipſorum Pater immittit. A
Semper oculos mentis adjiciunt ad has Chriſti pro-
Mat.5.4.& 10. miſſiones: Beati qui perſequutionem patiuntur pro-
pter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlo-
rum. Fortiter omnia ferunt: non quia dolendo muta-
ri non poſſunt, ſed quia fortiter ferendo ſeipſos ho-
ſtiam gratam Deo offerri ſciunt: ſibique perſuadent,
ſe aliquando his malis eſſe eximendos, pro quibus
ampliſſima gaudia atque perennia ſint reponenda:
cum quibus nulla fortuna, quantumvis adverſa, ſit B
Rom 8.18. conferenda. Non enim ſunt condignæ paſſiones hu-
jus temporis, ad futuram gloriam quæ revelabitur
Cauſæ cur Ethnici deficiant in tribulationibus, & ſancti perſtent. in nobis. Defecerunt ſane Ethnici in mediis calami-
tatibus, quod eos vires ad perſiſtendum deſtitue-
rent, nec illi unde eæ petendæ eſſent, intelligerent,
propter veri Dei, & imbecillitatis ſuæ ignorantiam.
Sancti autem viri perſiſtunt, durant, perſeverant,
quia quum ſuarum virium infirmitatem agnoſcant,
ad Chriſtum confugiunt: quo corroborante, omnia
poſſunt: conſolante, non tantum perſiſtunt, verum- C
etiam in ipſo doloris fervore lætantur & exultant.
Act.5.41. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilii,
quòd digni habiti eſſent pro nomine Chriſti contu-
meliam pati.
Quæ probatio naſcatur ex tolerantia. Rom.5.4. 10 Adde, quòd patientia probationem operatur.
Probatio autem iſta, eſt exploratio quædam, cùm
noſtri noſtrarúmque virium, tum maximè divinæ
bonitatis & potentiæ. In ipſa enim tolerantia rerum
adverſarum, diſcimus, quanta ſit depravatio noſtræ
naturæ: quæ niſi Spiritus Sanctus ſubveniat, ubi ali- D
qua impeditur re adverſa, ſtatim prorumpit in blaſ-
phemias & querelas de divina providentia. Hinc
diſcimus, quàm fractæ debilitatæque propter pecca-
tum ſint vires noſtræ. Succumberemus enim in affli-
ctionibus, niſi ope divini auxilii fulciremur. Hujus
Iob.1 &c. rei pulcherrimam habemus in Iobo propoſitam i-
maginem. Ille, quum à Deo traditus eſſet diabolo
exercendus, in ipſa afflictione, quantas evomit blaſ-
Iob 9. & paſſim. phemias? Quantùm conqueritur de divina provi-
Similia varia. dentia atque juſtitia? Affulget lux Spiritus S. Quàm E
mox rurſum colligit animum? Quàm piè ſanctéque
judicat de Deo? Latet nos noſtræ naturæ perverſi-
tas. Imperveſtigabile enim cor hominis. At quàm
ſtatim è ſilice percuſſo excutitur ignis, tam cito pre-
mente afflictione, perverſitas illa prorumpit. Eſt iſta
1.Pet.1 7. probatio, veluti fornax auro, ut ait Petrus. Idcircò
Gen 22.12. Abrahamo, cùm jam paratus eſſet ad ſacrificandum
filium, & enſem haberet ſtrictum & exertum quo il-
lum feriret, Deus reſpondit; Nunc cognovi, quòd ti-
meas Deum. Deus quidem id ante ſatis cognoverat: F
ſed illo facto effecit, ut illa obedientia magis aliis in-
noteſceret. Nos enim ſumus tanquam quædam aro-
mata, quorum odor, niſi ea contuderis, non ſentitur.
Sumus veluti lapides Pyritydes, qui non exerunt
vim eam, quam habent ad comburendum, niſi cùm
premuntur digitis. Adhæc probatio ſpem efficit, at-
que ſic Deus iſta ſua inſtrumenta diſpoſuit, ut ſe mu-
tuò juvent, & mutuò inferant. Propter ſpem gloriæ
Rom 5.5 Dei, afflictiones nobis non ſunt moleſtæ, ſed illas a-
nimo forti, Deo vires ſuppeditante, toleramus. In ipſa G
tolerantia, divina virtus bonitáſq; nobis efficitur ex-
ploratior. Ex eo ſpem majorem concipimus. Sic ſpes
tolerantiam: tolerantia, ſpem viciſſim parit, atque in-
fert. Nam cùm perpendimus, Deum nobis adfuiſſe
in ferendis æquo animo afflictionibus, in poſterum
quoque adfuturum, & nos tandem beaturum ſpera-
mus. Ægrotus, quia confidit in medico, patitur digi-
tum ſuum incidi. Poſt ubi videt ſe relevatum, magis
ac magis confidit medico, ita, ut ſi opus ſit pedem
etiam incidere, nihil dubitet, ſe ejus fidei commit- H
tere. Diabolus, quantum poteſt, adigit nos ad deſpe-
rationem, & ex afflictionibus conatur perſuadere,
Deum nobis inimicum eſſe. Contrà autem Spiritus
Sanctus, quoniam inquit, afflictionem æquo animo
& patienter toleras, id tibi argumento eſſe debet,
Deum in eo declarare erga te favorem ſuum. Quare
confide, nam ille te omnino liberabit. Quamvis au-
Iac.1.3. tem Iacobus probationem præponat patientiæ,
Conciliatio Pauli & Iacobi. quum Paulus eam poſtponat, nil tamen eſt inter
eos diſſidii. Paulus enim intelligit probationem, quę I
tandem poſt certamen datur, ut noſipſos exploratos
habeamus: Iacobus autem eandem probationem in-
telligit, ſed ut acquiritur & gignitur exercitio tribu- A
lationum. Verum quod additur à Iacobo, patientia
opus perfectum habet, bifariam exponi poteſt: vel
quod hortetur nos ad perſeverantiam in tolerando,
quo abſoluta & perfecta ſit noſtra patientia, utpote
quæ non exciderit: vel ut perfecto ſimus animo erga
eos qui nos affligunt, ita inquam perfecto, ut in-
jurias, quas nobis inferunt, illis reponi nolimus.
De ſpei autem natura, & effectis, alio loco diſſerui- B
mus.
11 Capite autem 8. ad Romanos, Poſtquam Pau- In Rom.8.31.
lus infinitis rationibus vehementem Dei erga nos
charitatem confirmavit, per interrogationem excla-
mat, nihil inveniri poſſe, quod illam dilectionem,
qua Deus nos proſequitur, interrumpat. Accuſet
nos quicunque voluerit, accidant res quantumvis
adverſæ, tamen omnia nobis cooperabuntur ad bo-
num. Hoc enim eſt proprium diligentis, ut ei quem
diligit, perpetuo benefaciat. Quare cùm Deus nos
C ita amet, quicquid agit, aut quicquid nobis immittit,
credendum eſt nobis fore ſalutare, neque ullę res ad-
verſæ nobis debent perſuadere, nos à Deo non ama-
ri. Quod autem Apoſtolus ait, ſe habere perſuaſiſſi-
mum, utinam id nobis quoque ſit benè perſuaſum.
Recenſet ea, quæ duriſſima videri ſolent, & quibus
homines ſæpe franguntur: atque hæc ipſa aſſerit,
non impedire Dei charitatem erga nos, tantùm
abeſt, ut eam alia poſſint auferre. Immoratur Apo-
ſtolus diutius in hoc loco, quòd id carni noſtræ &
D humanæ rationi difficulter poſſit perſuaderi. Sæpe
enim, cum affligimur, dicere ſolemus, Deus, Deus Pſal.22.1.
meus, quare me dereliquiſti? Idque longe alio affe-
ctu, quàm quò Chriſtus ea verba pronunciavit, Cla-
mamus. Vſquequo iraſceris Domine? & alia permul- Pſal.13.1.
ta id genus. Quicquid enim acciderit adverſi, id pu- Homines putant adverſos
tamus indicium eſſe irati Dei, quum tamen ille ex caſus indicia
ſumma charitate nos divexari patiatur. Annotavit eſſe irati Dei.
Chryſoſtomus, Paulum non recenſuiſſe res leves &
parvi momenti. Tacuit enim cupiditatem pecunia-
E rum, ambitum honorum, appetitum ulciſcendi, & in-
terdictas voluptates: quæ ſolent interdum homines
firmos abripere tranſverſos: enumeràvit autem hor-
renda & graviſſima, eáque quæ facilè naturam ſolent
vincere. His enim verbis complectitur ea, quæ ſo-
lent accidere in vita duriſſima & acerbiſſima, ut car-
ceres, ignes, vincula, dilationes, & alia id genus. Vti-
tur autem interrogatione, qua ſignificet conſtantem
certitudinem. Voces autem quibus utitur, non caſu
aut fortuitò, ſed ſumma arte Spiritus S. ſunt collo-
F catæ. Prima vox eſt θλῖψις, ἀπὸ τοῦ θλίβειν, quod eſt Artificioſa verborum
frangere, aut premere vehementius. Primum enim, collatio.
res bene conſtitutæ, premi ſolent aut frangi: deinde
augetur malum, & accidit στενοχωρία, hoc eſt, anguſtia,
ubi jam res in arctum contrahuntur, ut neſcias
quoniam jam conſilium capere, aut quo te vertere
debeas. Accedit extrinſecus perſequutio, quæ homi-
nes amicis ſpoliat. Sequitur fames & nuditas: homi-
nes enim cùm coguntur fugere, laborant inopia re-
rum neceſſariarum. Additur periculum, ut in vitæ
G etiam diſcrimen veniatur. Et ne quid deſit, adjectus
eſt ad extremum gladius. Hæc omnia, inquit Apo-
ſtolus, non habent eam vim ut perſuadere poſſint
electis, ſe à Deo non amari. Hæc piorum incommo-
da, Paulus enumerat in Epiſt. 1. ad Corinthios, cap. 4. 1.Cor.4.9.
Sic enim ſcribit: Arbitror, quòd Deus nos Apoſtolos
poſtremos oſtenderit, tanquam morti addictos: Quo-
niam ſpectaculum facti ſumus, mundo, & Angelis, &
hominibus. Nos ſtulti propter Chriſtum: vos autem
prudentes per Chriſtum. Nos imbecilles: vos autem
H validi. Nos contempti, vos clari. Vſque ad hanc ho-
ram eſurimus, & ſitimus, nudi ſumus, & colaphis cæ-
dimur: incertis vagamur ſedibus, & laboramus ope-
rantes manibus noſtris: malè audientes, benedici-
mus: perſequutionem patientes, ſuſtinemus: convi-
tiis affecti, obſecramus. Et in 2. ad Corinthios, In car- 2 Cor.11.23.
ceribus ſupra modum, in laboribus abundantius, &
quæ ſequuntur. Et ad Timotheum, Qui piè volunt 2.Tim.3.12.
vivere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.
Aliáque his ſimilia paſſim occurrunt in Sacris Scri- Locus inſignis [illegible], & elegantia orationis.
I pturis. Auguſtinus de doctrina Chriſtiana, & Eraſ-
mus in ſuis annotationibus, illum locum, indicant
eſſe inſignem [illegible]: & in ornamentis Rhetoricis,
nempe

nempe Gradatione, Antithetis, Contrariis, Repetitionibus. Vrget etiam Apoſtolus interrogationibus, nihilque humile hoc loco, aut abjectum loquitur. Omnia enim magnifica ſunt & ſublimia, ſive res ipſas, ſive perſonas ſpectare velis. Commemorat vitam, mortem, altitudinem, profunditatem, Deum, Chriſtum, dextram Patris, Angelos, dominationes, poteſtates. Poſtremò addit, hæc omnia ὑπερνικῶμεν. Hanc Pauli orationem ita nobilem & illuſtrem eſſe arbitrantur, ut ne Ciceronem quidē aut Demoſthenem putent dicere unquam potuiſſe ornatius: non quidem quod Spiritus S. iſtis ornamentis egeat, ſed quòd ille interdum non dedignetur, ad ea ſe demittere, quę promovere poſſint utilitatem noſtrā. Quod idcirco monendū putavi, ut iuvenes intelligant, has vires dicendi pertinere ad dona Dei, eaſque ſibi vendicandas eſſe in tēpore, ut Spiritus ſanctus illis poſtea uti poſſit, cùm erit opportunum Eccleſiæ.

Artes dicēdi, non ſunt ab adoleſcentibus contemnendæ.

12 Addit eo loco Paulus, Quemadmodum ſcriptum eſt, Propter te morti tradimur totā die: Reputati ſumus velut oves mactationis. Quoniam difficulter perſuadetur rationi & carni noſtræ, nos à Deo amari, cùm afflictionibus exercemur: idcirco Paulus addidit probationem è Scripturis, qua iſtud paradoxum confirmetur. Nam hîc agendum eſt ea fide, quæ nitatur verbo Dei. Hoc teſtimonium deſumptum eſt ex Pſalm. 44. in quo illi homines proponuntur conquerentes de tribulationibus ſuis, quos dubitare non poſſumus Deo fuiſſe chariſſimos. Sumus, inquiunt, ut oves deputatæ mactationi, hoc eſt, quibus nihil certius eſt, quàm quòd debeant occidi. Sunt enim quædam oves, quæ aluntur lanæ gratia, aut ſufficiendæ proli: illis vita ad aliquod ſpatium conceditur. Aliæ deſtinantur ad culinam: illæ in ſingulos dies, prout viſum fuerit, occiduntur. Itaque ſancti in eodem Pſalmo queruntur, ſe eſſe inſtar ovium cibi. Queruntur aliter ſecum agi, quàm actum fuerit cum veteribus Patribus, quibus Deus præ ſe ferebat impenſè favere, cùm eos ditaret, pro eis propugnaret, eis victoriam concederet, eóſque præclaris nominibus ac titulis, conſpicuos & illuſtres efficeret. Aliter inquiunt, modò nobiſcum agitur: traditi enim ſumus hoſtibus tanquam oves mactationis, ut in quos tantum eis liceat, quantum libeat. Verum quidem eſt, Deum voluiſſe quandoque declarare charitatem ſuam erga ſanctos, & veritatem doctrinæ ſuæ confirmare, cum illos bonis & facultatibus hujuſmodi ornaret, ut vel idololatræ intelligerent, Deum illum, quem Patriarchæ colebant, & authorem fuiſſe mundi, & omnium bonorum diſtributorem: ut omnia quæ expeti ſolent ab hominibus, poſita ſint in ejus arbitrio. Quod ubi ſatis declaraſſet, etiam per res adverſas, illos ita fortes reddidit, ut animo magno & invicta conſtantia teſtarentur, doctrinam Dei eſſe veram. Qua in re Deus ſimiliter declaravit, ſe omnium animi bonorum, & virtutum heroicarum eſſe largitorem, & tantam eſſe ſuam potentiam, ut ex rebus etiā contrariis idem effectum poſſit eliocre. Quod autem Latinus interpres vertit, Mortificamur, reddendum erat, Occidimur. Hebraica enim vox eſt *Horagnu*: quamvis Gręcum verbum θανατόω ſit interdum Mortificare. Eo enim Paulus uſus eſt eodem capite, cùm diceret: Quòd ſi ſpiritu facta carnis mortificetis, vivetis. Sed hîc, ut diximus, θανατόω ſignificat occidi & morti tradi.

Rom.8.30.

Pſal.44.23.

Deus uſus eſt ad gloriam ſuā proſperit. tib. & adverſitatibus lectorū ſuorum.

Deus ex contrariis rebus eadem facit.

Rom.8.13.

13 Quod autem ſequitur, Tota die, ſignificat aſſiduè mortem illis imminere, illoſque nunquam ſecuros eſſe, quin ſe putent jam jam ad mortem eſſe rapiendos. Quanquam Chryſoſtomus alio modo hoc amplificat. Neceſſe inquit eſt, ut homines ſemel ſaltem moriantur: verùm quum ſint parati animo, ut quotidie, ſi opus ſit, mori velint, quotidie fructum habent martyrii, ac ſi quotidie morerentur. Multum autem eos cauſa relevat & conſolatur. Non enim tanquam ſcelerati, aut malefici occiduntur, ſed tantùm religionis & pietatis ergò. Atque idcirco aiunt, Propter te. Atque ea de cauſa, Pſalm. ille videtur quibuſdam, non debere intelligi de prima captivitate. Tum enim Iudæi, non Dei aut religionis cauſa plectebantur, ſed quòd eſſent idololatræ, & ita impii, ut Deus illos noluerit amplius tolerare. Prorſus enim jam defecerant à Deo: liber Legis erat penè obliteratus: templum claudebatur: civitas Hieruſalem ſanguine Prophetarum redundabat. Eſt ergo hoc vaticinium de poſteriori calamitate, quæ accidit tempore Machabæorum ſub Antiocho & Macedonibus. Tum enim Iudæi graviſſima tormenta paſſi ſunt, quod vellent tueri leges Dei. Idcirco aiunt, Propter te occidimur. Et in alio verſu ſubjicitur, Non tamen propter hæc obliti ſumus tui, aut contra pactum tuum perfide egimus. Iſta non ita dicuntur, quaſi homines unquam graviora patiantur, quàm fuerint meriti. Nullus enim martyrum ita purè & innocenter vixit, quin aliquibus peccatis fuerit obnoxius. Atqui ea non ſolum corporis mortem, verumetiam niſi Chriſti mors interceſſiſſet, æternas pœnas merebantur. Has autem pœnas & vexationes, Deus non immittit ut iratus, ſed ut ipſius veritas & gloria illuſtretur. Interim tamen, quemadmodū promiſit, non ſolùm illis vitam æternam rependit, ſed etiam in hac vita reddit centuplum. Sæpe enim cumulatiſſimè reponit ea, quæ illius cauſa amittebantur. Interdum etiam in mediis tribulationibus, atque ipſa cruce & morte, tantum fortitudinis & conſolationis ſuppeditat, ut reipſa plus quàm centuplū ſit, ſi cum illis conferatur, quæ amiſerunt. Et quoniam fidei noſtrę myſteria arcana ſunt, & recondita, vult ea Deus non tantùm Scripturarum oraculis teſtata eſſe, ſed etiam tormentis & cædibus electorum. Ideoque Chriſtus dixit Apoſtolis, quum eos mitteret in univerſum terrarum orbem ad prædicandum; Eritis mihi teſtes in Iudæa, & in Samaria, & uſque ad fines terræ. Non eſt autem difficile verbis teſtari veritatem: Illa verò teſtimonia graviſſima ſunt, quæ ſanguine & morte conſignantur. Sciendum tamen eſt, ut Auguſtinus monuit, pœnas, ſupplicia, & mortem, non efficere martyres, ſed cauſam: nam alioqui multi gravia patiuntur, qui tamen non ſunt martyres. Idem enim ad Bonifacium de correctione Donatiſtarum, & aliis in pleriſque locis teſtatur, fuiſſe ſuo tempore Circumcelliones, furioſum genus hominum, qui ſi non inveniſſent occiſores, ſeipſos frequenter darent præcipites, & ipſi ſibi manus afferrent. Iſti inquit, non ſunt habendi pro martyribus. Tria igitur requiri videntur ad rationem martyrii. Primum, ut doctrina quæ defenditur, ſit vera, & ſacris literis conſentanea. Alterum eſt, ut accedat integritas & innocentia vitæ, ut non tantum morte, ſed etiam vita & moribus ædificent Eccleſiam. Tertium, ne mors jactantiæ cauſa, aut nominis & famæ cupiditate appetatur. Paulus ait ad Corinthios, Si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, id mihi nihil prodeſt. Itaque nemo Anabaptiſtas, Libertinos, & alias hoc genus peſtes habere debet pro martyribus. Iſti enim, quum ſuos errores defendunt, pertinaciter uſque ad mortem, charitate non moventur, nec erga Deum, nec erga homines. Quumque bonos omnes odio habeant, Satanæ potius ſunt & errorum ſuorum martyres, quàm Chriſti. Duo habemus genera teſtimoniorum, quæ plurimum conducunt ad notitiam veritatis: non tamen ea uſque adeò firma ſunt, ut illis ſtatim debeamus acquieſcere: Miracula, & tormenta, quæ alicujus ſententiæ defendendæ cauſa perferuntur. In utroque genere magna adhibenda eſt cautio, ut doctrina, quæ proponitur, ad gnomonem Scripturarum examinetur. Paulus ex Davide confert pios cum ovibus mactationi deſtinatis. In hac ſimilitudine duo conſideranda ſunt. Primùm, eos dici oves, quòd ſint ſimplices, ut eſſe par eſt gregem Chriſti: deinde eos in ipſis ſuppliciis nihil reluctari, ſequentes exemplum Chriſti: De quo ſcribitur, quòd cùm velut ovis duceretur ad mortem, tamen non aperuerit os ſuum.

Sub Antiocho & Macedonibus. Iudæi multa ſunt paſſi pro Lege.

De his qui ejus nomine vexantur in hac vita, centuplum reddit.

Matt.19.29.

Act.1.8.

Graviſſima ſunt teſtimonia, quæ ſanguine conſignantur.

Non ſupplicium ſed cauſa facit martyres.

Tria requiruntur ad martyrium.

1 Cor.13.3.

Anabaptiſtæ, Libertini, non ſunt martyres.

Duo genera teſtimoniorū utilia, non tamen firma.

In ſimilitudine oviū, quæ conſideranda.

1 Pet.2.12.

Eſa 53.7.

14 Subjicit Paulus, ſed in his omnibus ſuperamus, ὑπερνικῶμεν, hoc eſt, egregiè vincimus. Particula ὑπὲρ hoc loco nihil pertinet ad opera ſupererogationis. Nihil enim ſibi Paulus aliud voluit, quàm tantum virium donari à Deo, ut in hac lucta omnes hoſtes noſtros magno intervallo ſuperemus. Diabolus id agit, ut per hæc adverſa nobis extorqueat fiduciam & dilectionem erga Deum. At illa hoc pacto augetur potius. Nam tribulatio, patientiam operatur: patientia, probationem: probatio verò, ſpem. Spes autem non pudefacit. Quibus autem viribus

Digitized by Google

Rom.5.4.
Ibid.v.5.

nobis contingat iſta victoria, Paulus ſtatim indicat: A
inquiens: Per eum qui dilexit nos, priuſquam nos
illum diligeremus. Et ſpiritum ſuum dedit nobis, per
quem potimur prçclara victoria, alioqui per noſipſos
futuri longe impares tanto certamini. Deus eſt, ut
prudenter annotavit Chryſoſtomus, quem in hac pu-
gna habemus commilitonem: ideoque tam illuſtrem
victoriam adipiſcimur. Nec tantùm moleſtias quæ-
cunque ſunt, ſuperamus, ſed etiam eos, qui nos inſe-
ctantur, quantumvis graves & potentes videantur.
Quod quemadmodum acciderit in Apoſtolis, Lu- B
cas deſcribit luculenter in Actis. Quum miraculum
editum fuiſſet à Petro & Ioanne, ita manifeſtum, ut
negari non poſſet, Pontifices & Scribæ victi rei ma-
gnitudine, quid conſilii caperent, non habebant.
Quid inquiunt, his viris faciemus? ac ſi dicerent,
Hic planè vincuntur artes noſtræ, hic potentia no-
ſtra non habet quod agat: hîc quò magis pugnamus,
eò magis apertiuſque ſuperamur. Idem accidit Iu-
liano Apoſtatæ, ut habetur in hiſt. Ecc. Cœperat ille
omnibus modis torquere & vexare Chriſtianos, ſed C
ejus crudelitas & impotentia, illorum patientia vin-
cebatur. Id intelligens ejus præfectus, cum ſubmo-
nuit, ut abſtineret, ne & nihil proficeret, & ſe omni-
bus ridendum exhiberet. Hæc Dei vis efficit, ut per
ea ipſa quæ victoriæ adverſantur, magna cum admi-
ratione omnium, victoriam illuſtriorem obtinea-
mus. Quis enim credere poſſet, victum poſſe vince-
re? Occiſum, crematum, dilaniatum, poſſe in certa-
mine ſuperare? Hæc natura, ratio, mundus non in-
telligit. Quare iſta aſcribenda ſunt uni Deo: in cujus D
manu cum poſiti ſint eventus rerum, non pendent il-
li ab inſtrumentis certis & definitis: ſed à propoſito
& conſilio Dei, cui, quæ reſiſtere videntur, maximè
inſerviunt.

Deũ habemus commilitonẽ in tormentis.

Act.4.16.

Gen.32.25.

15 Qua ratione exiſtimo Deum curaſſe, ut luctâ,
Iacobi animus confirmaretur, ac diſceret ſibi divini-
tus addendum tantum roboris, ut neque cœleſti ne-
que humana virtute unquam ſit impediendus à con-
ſequendis promiſſionibus à Deo exhibitis. Verùm
nervi convulſio ideo eſt adjecta, quò intelligeret ſe E
iſta non eſſe habiturum, ſine gravi moleſtia & dolo-
re. Siquidem plurima experiri coactus eſt, dum vive-
ret, admodum triſtia & calamitoſa. Ei ſtuprata fuit
unica filia ejus Dina. Ruben paternum thorum
commaculavit, miſerè venditus eſt Ioſephus illius
dulciſſimus filius, Iuda nurui ſuæ turpiſſimè eſt cõ-
mixtus, & in grave periculum apud Sichemitas inci-
dit. Meritò itaque ejus læditur nervus & claudus in-
cedere cogitur. Videas nobis qui verè ad Iſrael perti-
nemus idem evenire, dum fortiter contra adverſa lu- F
ctamur, ferendo perſequutiones, exilia, direptionem
bonorum, ac ſexcenta alia propter Chriſtum: dici-
mur quodammodo luctari adverſus Deum, cùm illa
citra ejus nutum minimè accidant. Tentationes e-
nim ille immittit, quibus vult nos exerceri. Qua au-
tem ratione hic fideles evadant ſuperiores, expreſſit
Paulus ad Rom. cùm dicit: Nullam creaturam, ne-
que virtutem, neque principatus, aut aliquid aliud
tantum virium eſſe habiturum, ut à charitate Dei
nos unquam divulſerit. Et quoad illam nervi plagã, G
ad Galatas dicitur, eos qui Chriſti ſunt, carnem ſuam
crucifixiſſe cum omnibus ejus affectionibus. Patres
verò, ut Auguſtinus in 18. de Civ. Dei, ſunt authores,
ut Angelum in hac lucta Chriſtum adumbrare in-
telligamus, qui pro diſpenſatione & œconomia no-
ſtræ redemptionis, viſus eſt ab Iſraele, qui eum cruci-
fixerunt ſuperari: qui tamen occumbens, benedixit
hoſtibus ſuis, pro eis efficaciſſimè orando: inde tamen
claudi ſunt redditi, nam pars eorum Chriſtum ſe-
quuta eſt, alii verò credere noluerunt, ſive quod eo- H
rum temporale regnum jam tum cœpit ægre proce-
dere. Hieronymus ſpiritualem facit hanc luctam, &
de ea ſcribit ſuper Epiſtola ad Epheſ. in illa verba.
Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſan-
guinem, &c. Et hauſiſſe videtur ſuam opinionem is
Pater, ex Oſea, qui cap.12. habet, Iacobum ita viciſſe
luctando cum angelo, ut fleverit & oraverit eum.
Quare fuit lucta precum vehementium, præter illud
corporale certamen. Reticet hic ſcriptura illum oraſ-
ſe pro benedictione, ſed Oſeas optimus ejus inter- I
pres, non modò illum precatum eſſe ſcribit, ſed la-

Nervi convulſio, quid Iacobo portenderit.

Gen. 34. 2. & 35.22. & 37.26. & 38. 18. & 34. 29.

Rom.8 37.
Pii cum afflictionibus luctantur eáſque ſuperant.
Gal.5 24.
Patrum ſententiæ de Angelo Iacobi colluctatore.

Eph.6.12.

Oſ.12.3.

chrymas adjectas admonet. Neque propterea infe-
ras angelis offerendas preces, quia hoc nomen haud
angelum propriè refert, ſed attribuit etiam Deo. Et
ne in hunc labamur errorem, curavit Scriptura nos
inſtruere per ipſoſmet Angelos, qui ſe non patie-
bantur adorari, ut videre eſt in Apocalypſi. Nec ta-
cebo illic eſſe Iudæos interpretes, qui velint ange-
lum fleviſſe. Oſeæ ſententia, in illa lucta, & Angelos
non dedecere lachrymas, contendunt oſtendere ex
dicto Eſaiæ: Angeli pacis amarè flebunt. Sed iſte
locus, nihil ad rem: & Oſeæ verba ſi ſunt ambigua,
magis veriſimilem ſenſum habent, quem modò ex-
preſſi, eo quem Iudæi inde eliciunt. Neque ange-
lus in hoc facto mendacii eſt arguendus, qui non
fallere Iacobum aſſimulando luctatorem, ſed inſtrue-
re volebat: idcirco ea eſt uſus actione, quæ illum fa-
cilè docere potuit, de viribus ſibi à Domino collatis,
ut in præſenti periculo non deſponderet animum.
Qua eadem ratione, Chriſtus cum pergeret in E-
mauntem cum duobus diſcipulis, finxit ſe longius
velle abire. Cùm verò dicitur, non valuiſſe angelum
luctando eum dejicere, eſt fortè ita accipiendum, ut
de Ieſu Servatore noſtro dicitur Mar.6. quòd eo lo-
co non potuit ullam virtutem facere, quo ſcilicet ad
vim præſcriptam & definitam non naturæ legibus,
ſed illiuſmet judicio & conſtituto ordine. Alioqui
in manu Chriſti, cùm Deus eſſet, omnia ſita erant.
Ita angelus, quà angelus, Iacobum valuiſſet proſter-
nere, ſed non viribus illis, quas adhibere debuit ad
illum erudiendum in illa lucta: vel ſimpliciter intel-
ligas eum non valuiſſe, propter fortitudinem & ro-
bur Iacobo divinitus collatum.

Angeli non ſunt adorandi.
Apoc.19.10. & 22. 8.

Eſa.33 7.

Luc.24.28.

Quomodo nõ prævaluerit Angelus.
Marc.6.5.

Piorum, in periculis, in Deo Præſidium.

16 Quàm autem ſit præſens piis in ſummis pe-
riculis Dei auxilium, in Davidis cum Goliatho cer-
tamine extat memorabile exemplum. In illo autem
congreſſu, tria obſervanda ſunt. Primùm, qua ratione
cum illo conflixerit. Deinde quomodo ad eum oc-
cidendum uſus ſit ipſius armis. Poſtremò tam inſi-
gnem Dei bonitatem non eſſe tradendam oblivioni.
Quod ad primum attinet, Goliath ita provocaverat
Davidem, Venito ad me: & ego dabo carnes tuas vo-
latilibus cœli. Poſtea tamen incenſus Davidis ora-
tione mutavit conſilium, atque ultrò in illum irruit.
Id David cùm animadvertiſſet, non putavit expe-
ctandum eſſe, dum veniretur ad manus, nam alioqui
nulli uſui futura erat funda. Itaque expedit lapil-
lum, & uno ictu illum ſternit. Illud opus tribus de
cauſis, videri poteſt admirabile. Primum enim, qui
funda utuntur, videntur magni artifices, ſi poſſint
ſcopum etiam fixum & ſtantem attingere. David au-
tem ſcopum vagum & mobilem non tantùm attin-
git, ſed etiam evertit. Deinde mirum erat, potuiſſe
eum uno ictu ferire frontem. At ſi galeam perfregit,
magis etiam mirum erat. Sin ille fronte aperta fuerit,
magnum tamen fuit, eum primo ſtatim ictu ita certò
potuiſſe attingere. Poſtremò, mirum etiam fuit, tan-
tam molem, uno lapillo potuiſſe conſopiri. Sed Deus
ipſe libravit ictum. Is enim non eſt otioſus in caſtris.
Imò tela, quæ jaciuntur, niſi Deo deſtinante, nihil
poſſunt. In libro Iudicum muliercula ex arce lapide
percutit & interficit Abimelechum. Fuit illud Dei
conſilium, ut impius & ſanguinarius tyrannus illo
pacto tolleretur. Achab mutavit habitum, ne agno-
ſceretur. Tamen Deus telum emiſſum in incertum,
direxit in illum, ut certa eſſet prædictio Eliæ. Sed di-
ces, mirum eſſe, hominem tam grandem uno lapillo
potuiſſe interfici. Erat quidẽ res mira, fateor. Sed co-
gitare debes, Sangarum ſtimulo bovis, inſtrumento
non ita facto ad cædem, occidiſſe trecentos viros: &
Sampſonem maxilla aſinæ interfeciſſe mille Palæ-
ſtinos. Quidvis enim eſſe poteſt pro telo, ſi Deus ve-
lit. Lapis quidem non erat tanti ponderis, quanti ille
Turni, quem Virgilius deſcribit, vix ab octo viris
ſtrenuis potuiſſe tolli. Sed ea erat fabula: hæc autem
res geſta. Levis quidem erat lapis ipſe: ſed pondus
addebatur à Deo. Ita Evangelium videtur res levis &
parvi momenti: tamen Paulus illud appellat poten-
tiam Dei. Contra res, quæ videntur potentiſſimæ, ſi
Deus illis ſemel detraxerit vim ſuam, nihil poſſunt.

Ex 1. Sam. 17. v.48.

Iud 9.53.
1 Reg.22.30 & 34.

1.Reg.21.19.

Iud.3.31.
Iud.15.15.

Rom.1.16.

Quid

Quid leone fortius? Tamen aſſidente Daniele nihil A mitius. Quid igne potentius? Tamen in tres pueros nihil potuit. Verbum Dei videtur res vilis & contemnenda: tamen cum jacitur funda Spiritus ſancti, tantum habet vitium, ut ſubigere poſſit orbem terrarum. *Dan. 6. 22. & 3. 94.*

17 Inſtructus quidem erat Goliathus optimis armis: uti tamen illis non potuit. Ante enim ſtratus eſt, quàm inciperet pugnare. Itaque Auguſt. in 4. Serm. de verbis Apoſtoli, Qui de ſe ipſo præſumit, inquit, ante proſternitur, quàm pugnet. Eſt ea aurea B plane ſententia, nec tantum in ſpirituali bello, ſed etiam in civili certamine ſemper vera: nam qui contemnit hoſtem, ſæpe vincitur ante pugnam. Deus poteſt prohibere nobis non tantùm res ipſas, ſed etiam illarum uſum. Multi omni conatu ambiunt divitias: ſed fruſtra. Sæpe enim Deus illas non vult dare. Sæpe etiam etſi det, tamen uſum illarum non dat. Moriuntur enim multi antequam collectis divitiis frui poſſint. Ita multi, cùm honores omni ſtudio & arte per ſe perſequuntur, tamen illos non poſſunt adipiſci: C multi adeptis non poſſunt frui. Iulianus Apoſtata cum incredibili odio ferretur in Chriſtianos, minatus eſt, ſe parta victoria de Parthis, prorſus deleturum univerſam illam ſectam Galilæorum. Sed ille occidit in acie, & iſtæ minæ abierunt in nihilum. Achab minatus eſt, ſe ablaturum eſſe caput Michææ prophetæ, ſi rediiſſet ex acie incolumis. Sed occubuit in pugna & nihil potuit. Quare ſi videamus nos eſſe in anguſtiis, non debemus cadere animis, ſed potius ita cogitare: potentes quidem ſunt hoſtes: ſed D Deus multò eſt potentior. Magnæ ſunt anguſtiæ: ſed major eſt latitudo auxilii divini. Succurrat etiam Deum dejicere ſuperbos: & humiles ac dejectos attollere. Cur autem Deus ita faciat, multæ ſunt cauſæ: una ab œconomia: Nam ſi magna pergerent perpetuò creſcere, poſtremò omnia occuparent, & teneri non poſſent. Et ſi parva & humilia perpetuò atterentur, poſtremo abirent in nihilum. Deus autem vult in rebus æqualitatem aliquam retineri. Altera cauſa eſt hæc: E Id iuvatur ab aliquo, quod ad illud proximè accedit: ut ab igne maximè calefit, quod proximè accedit ad ignem. Conjungimur autem cū Deo non loco, aut phyſico contactu, ſed fide & pietate. Divites verò ſæpe fidunt divitiis ſuis, & multa habent, quibus avelli poſſint à Deo. Fiducia autem tantò minus collocatur in Deo, quantò magis collocatur in divitiis. Tertia cauſa eſt, quòd Deus hoc pacto maximè oſtendit ſapientiam & potentiam ſuam. Attollere enim potentem quivis poteſt: Eum autem evertere ſolius eſt Dei. Hominem dejectum oppri- F mere, non eſt ita magnum. Sed eum attollere & in ſublimi collocare, divinæ cujuſdam potentiæ eſt. Non ergo debemus exterreri magnitudine & potentia hoſtium. Certi ſumus opera noſtra conjuncta eſſe cum voluntate Dei: deinde illi eventum permittamus. Quicquid acciderit, benè & fortunatè cadet. Deus enim juvabit nos: & ita juvabit, ut hoſtium arma efficiat arma noſtra. Hæc ſapientia Dei magis elucebit, ſi partes ſingulas perſequamur. Adverſus Eccleſiā Chriſti, primis temporibus armarunt ſe tyranni: G ut Nerones, Domitiani, Maxentij, Diocletiani. Sed hæc arma poſtea traducta ſunt ad Eccleſiam, cùm Deus dediſſet Conſtantinum, Valentinianū, Theodoſium, Carolum Magnum, & alios pios ac juſtos principes. Armarunt ſe in Eccleſiam philoſophi omni genere doctrinæ & eloquentiæ. Sed his ipſis armis poſtea Eccleſia uſa eſt contra philoſophos. Multos enim hic numerare poſſem patres, & eloquentiſſimos, & omni genere cognitionis inſtructiſſimos. Hodie quoque Papiſtæ contra nos armant ſeſe patribus, H Conciliis, Canonibus, Decretis: poſtremò etiam Decretalibus. Sed iſtis ipſis armis ipſi tenentur medii. In iſtis enim omnibus infinita propè ſunt, quæ illos planè iugulent. Vix enim centeſima pars eſt, quam illi velint obſervare. Imo clamabunt, eſſe ea jā abrogata, eſſe abolita, non eſſe jam in uſu, non eſſe horum temporum. Impii adverſus nos utuntur Sacris literis: ſed ita ut Diabolus adverſus Chriſtum. In manibus, inquit, portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. At Chriſtus illa arma ut telum illi I extorſit è manibus. Scriptum eſt, inquit, Non tentabis Dominum Deum tuum. Non in ſolo pane vivit homo, Dominum Deum tuum adorabis. Hæc tela prorſus detruncant illorum capita. Hæc arma facta ſunt à Deo: quare inſervire debent gloriæ Dei. Et quamvis ea interdum ſurripiantur ab hoſtibus, tamen vera ſemper ſunt noſtra.

1. Reg. 22. 27.
1. Reg. 22. 29.
Matt 4. 4. 6. & 7.

18 Illud fortaſſe nonnullis mirum videbitur, Deum conſueviſſe populum ſuum per alias nationes longè illo deteriores punire; quandoquidē Ammonitæ, Amalekitæ, ac Moabitæ, idololatræ fuerunt ac nationes maximis flagitiis coopertæ. Ad hoc dixerim, eam eſſe Dei providentiam, quæ ita peccata peccatis punit, ut per impios, alios impiè agentes, caſtiget. Deinde ſic oſtendit, hæc etiam quantumvis mala effugere non poſſe, quin aliquo modo ſuæ voluntati ſerviant. Cur autem nationes alioqui ſceleratas differat punire, in ſuos verò ſtatim animadvertat: ea cauſa eſt, quia pertinentes ad Deum, in Legem cognitam peccant. Quare non eſt quod Turcæ ac Papiſtæ, ſi prævaleant nonnunquam contra nos, ad ulciſcenda noſtra peccata, de eo ſibi placeant, quaſi ſint nobis multò meliores, aut quaſi ſuperſtitiones eorum noſtræ religioni præſtent. Nā ſi Moabitis, Chenaanæis & Aſſyriis id non conceditur, ut Iudæis, quos vincebant, potiores eſſent: ita id aut Turcis aut Papiſtis non dabitur, ſi quando Evangelicos, Deo ſic volente, afflixerint. Proinde in ſuos Deus citò animadvertit, ſui verbi cauſa, quod inter eos eſt promulgatum: non facilè fert, ut cùm receptum fuerit & cognitum impunè ſpernatur. Erant profectò complures mendaces ac perfidi Hieroſolymis, eos tamen Deus ferebat, qui ſtatim Ananiam & Saphiram perdidit. Voluit enim Evangelium & ſacrum miniſterium ornare. Dumque cernunt Ethnici, ut nos à Deo noſtro ſeveriter accipimur, facilè quid ſe maneat poſſunt conjicere, juxta Chriſti ſententiam: Si in viridi, quid in arido? Id autem ſi præ ſua cæcitate illi non intelligant, nos ad conſolationem noſtram debemus nobiſcum reputare. In Ierem. cap. 49. legimus populum Dei, qui minus id mereri videbatur, calicem Domini bibiſſe: quare multò magis Ædomæos expectare oportuiſſe, ut ſupplicia deſtinata tandem aliquando penderent. In Ezech. quoque cap. 9. Deus nationes contra Hebræos hortatur, ut cædant & nemini parcant, ſed à ſanctuario ſuo initium faciant. Petrus item. Tempus inquit eſt, ut judicium à Dei domo incipiat. Cur autem dicat jam eſſe tempus, hanc arbitror cauſam, quòd omnia ea, quæ Vates de populo Iſraelitico ante cæteros caſtigando prædixerant, maximè omnium cerneret inter Chriſtianos locum habere. Nam quę Iudæis per umbram & figuram eveniebant, ad nos præcipue ſpectant. Ideo Chriſto patefacto, ejuſque fide per orbem propagata, id quamprimum eſſe complendū Petrus exiſtimavit, ut à Chriſtianis, qui domus Dei ſint, judicium inciperet. Præterea in cœtu populi Dei, ſemper aliqui adhuc ſancti reperiuntur, qui dum vexatio acrior fuerit, probantur, & ceu aurum in igne illuſtriores evadunt, quod Pater cœleſtis vult quamprimùm fieri. Adhæc electi, qui prolapſi fuerint, caſtigationibus & rebus adverſis moniti, conſueverunt in viam redire. Id autem Deus, qui eorum eſt amantiſſimus, ut contingat, benevola cura prouidet. Qui verò inſanabiles fuerint, vult ut citò frangantur, ne diutius quàm oporteat nocere, ſuoque contagio alios perdere queant. Hæ ſanæ cauſæ ſunt, quare Deus ſuos quàm alienos, citius corripiat. Non ſanè odio, ſed potius charitati ardentiſſimæ, id attribuendum eſt. Oracula porro divina, ſub perſona Dei produnt: Quos amo, corrigo & caſtigo. Bonus item paterfamilias alienis relictis, à ſuis, cùm peccarint, diſciplinæ ſeveritatem auſpicatur.

In Iudicum, 3. 14.
Vide in Iud. 9. 49.
Cur Deus per impios populū ſuum puniat?
Cur Deus citius puniat ſuos quam alienos?
Deus non facilè fert à ſuis verbū cognitum & receptū contemni.
Act. 5.
Luc. 23. 31.
Ierem. 49. 12.
Ezech. 9. 5.
1. Pet. 4. 17.
Pro. 3. 12.

De Fortitudine.

19 Quoniam de Fortitudine ſæpe incurrit mentio in Sacris literis, non alienum erit, de ejus natura pauca dicere. Eſt ergo fortitudo habitus animi noſtri, quo ſecundum rectam rationem propter juſtum & honeſtum, mediocritatem tenemus inter metum & audaciam. Quamvis autem, ut dixi, Fortitudo medium obtineat inter metum & audaciam, maximè

Ex 2. Sa. 10. ver. 12.

Digitized by Google

tamen ſpectatur in vincendo metu. Nam cùm virtus ſita ſit in rebus arduis & difficilibus, multò difficilius eſt metum in magnis terroribus reprimere, quàm frænare audaciam. Nam audacia ipſo ab objecto ſæpe reprimitur: metus autem à periculis augetur potius & accenditur. Finis eſt, honeſtum & bonum: nam alioqui ſi quis ſui commodi cauſa ducatur ad fortiter agendum, non ea fortitudo eſt, ſed vel ſævitia, vel ferocia. Honeſtum autem & bonum eſt, vel pro religione, vel pro juſtitia, vel pro patriâ, vel pro parentibus labores & pericula ſuſpicere. In primis autem domandus & vincendus eſt timor. Is enim ſemper ſpectat aliquod magnum malum. Nam timorem definiunt fugam impendentis mali. Non tamen in quovis timore ſpectatur fortitudo. Sunt enim quædam mala, quæ ex natura ſua & ex officio boni viri timeri debent, qualia ſunt omnia genera peccatorum: aduerſus iſta non fortitudine armamur, ſed officio. In illis enim malis reprimendis, quæ noſtro vitio contrahuntur, non dicimur fortes viri: niſi quis impropriè loqui velit. Ita enim Paulus, Num æmulamur Deum? Num fortiores illo ſumus? (1.Cor.10.22.) Fortitudo ergo ſpectatur in illis, quæ non noſtro vitio ſuſcipiuntur, ſed foris nobis inferuntur. Quanquam ne illa quidem pertinent omnia ad fortitudinem. Nam eam definivimus eſſe ſuſceptionem periculorũ, propter honeſtum & bonum. Morbum enim, & naufragium, & alia id genus infortunia, ſi fortes ſumus, patienter ferimus. Non tamen in illis propriè ſpectatur fortitudo: non enim iſta electione ſuſcipiuntur. Itaque Cicero, rectè definivit fortitudinem, eſſe conſideratam laborum perpeſſionem, & periculorum ſuſceptionem. Cernitur enim fortitudo, in primis in rebus periculoſis & arduis, maximè verò in repentinis. Virtus enim verſatur in difficilibus: Difficillima autem ſunt repentina: Pericula enim præmeditata videntur aliquo modo emolliri. Itaque in eo maximè enituit virtus & fortitudo Iobi, quòd in inſperato & repentino malo, conſilium capere potuerit eo tempore. Cùm fortitudo ſit ſita media inter metum & audaciam, eſt utriuſque quodammodo particeps. Pro honeſto enim & bono, audet vir fortis ſeſe committere periculo. Interim tamen, quoniam cum terroribus luctandum eſt, nonnihil animo commovetur. Sancti Martyres, & noſtrorum omniũ temporum, omnia tormenta quæ vel à tyrannis, vel à diabolo excogitari poſſunt, Chriſti Evangelii cauſa fortiter perferunt. Interdum tamen quoniam non ſunt marmorei, aut ærei, ſenſu ipſo & magnitudine periculorum aliquantulum debilitantur. Duo propoſita ſunt forti viro, ferre & aggredi. Fortitudo autem magis ſpectatur in ferendo: id enim eſt difficilius. Plutarchus ex veteri Poeta Menandro, Non eſt inquit, fortis viri dicere, hoc non patiar, ſed hoc non faciam: alterum enim non eſt poſitum in manu noſtra. Subjectũ ergo fortitudinis, eſt illa pars animi, in qua verſatur metus & audacia: objectum autem quod ſpectat eſt periculum: atque hæc duo pertinent ad materiam. Forma eſt mediocritas. Finis eſt honeſtum, & bonum, & voluntas Dei.

10 Nunc videndum eſt, quæ ſit eius cauſa efficiens. Ariſtot. in 3. Eth. ait, eſſe civilem quandam fortitudinem, cujus efficiens cauſa, ſit lex aut inſtitutũ Reipub. Vt ſi lex ſit, eum qui fugerit in bello aut infamem, aut capitalem eſſe: eum qui fortiter ſeſe geſſerit affici vel laude, vel præmio: hæc non eſt vera fortitudo, de qua nunc quærimus. Ea enim non præmium aut pœnam ſpectat, ſed voluntatem Dei. Eſt alia fortitudo quæ appellari poteſt bellica, quæ ex eo proficiſcitur, quòd homines ſint periti armorum & norint ſtratagemata. Sed ne illa quidem eſt vera fortitudo. Nam ſi hoſtes ſint inſtructiores, aut plures: illa ſuccumbit. Alia eſt quæ excitatur & inflammatur ab iracundia, ut ſi quis accepta injuria ſe ulciſci velit. At hæc etiam in feris eſſe poteſt. Alia eſt quæ à vehementi aliqua cupiditate, & potiundi ſtudio ingeneratur. Sed ita aſinus quoque poteſt eſſe fortis. Nam ſæpe ne verberibus quidẽ patitur ſe abigi à pabulo. Et adulteri & mœchi libidinis explendæ cauſa, graviſſima & moleſtiſſima patiuntur. Diſſimulandum tamen non eſt iracundiam inſervire fortitudini. Iraſcuntur enim boni viri, & indignè ferunt

A ſi quid videant improbè aut perverſè fieri. Non tamen ea cauſa eſt cur aliquid fortiter geratur. Alii ex confidentia virium naturalium, alii ex inſcitia periculorum, ſunt fortes: ſed illi, ad leviſſimam mutationem rerum, ſtatim animos abjiciunt. Veram tamen cauſam fortitudinis, Philoſophi ſtatuunt in amore juſtitiæ, æquitatis, honeſtatis: quòd harum rerum cauſa velimus omnia perpeti. Radicem autem ejus amoris ponunt in notitia juſti & honeſti. Sed quoniam naturalis ratio facillimè obſcuratur & fallitur, B accedendum eſt ad verbum & voluntatem Dei, in quam error incidere nullus poteſt. Ejus autẽ voluntatis defendendæ cauſa, nullum periculum tam grave eſt, quod vir pius debeat refugere. Cicero in Tuſculanis quæſtionibus ait, Fortitudinem eſſe affectionem animi, quæ gravia patiendo legibus obſequitur. Quod ſi per legem intelligeret verbum Dei, verum eſſet. Quoniam autem nihil aliud intelligit, quàm naturalem & civilem quandam prudentiam, quæ propter originale peccatum & alia peccata ſæ- C piſſimè fallitur, non poteſt conſiſtere. Sed quoniam vera fortitudo ortum habet ex fide & charitate: Illa autem non à noſtris habemus viribus, ſed à Deo: Eſaias eam optimè & rectiſſimè revocavit ad ſpiritũ (Eſai.11.2.) Dei, cùm diceret ſpiritum fortitudinis. At eſt habitus, inquies, conſtátque ex frequentibus actionibus. Fateor, at illæ ipſæ actiones non ſunt ex noſtris viribus, ſed ex Spiritu ſancto. Rectè Auguſtinus in Pſalm. 32. Con. 2. Ille verè fortis eſt, qui non in ſeipſo (Phil.4.13.) fortis eſt, ſed in Domino. Et Paulus, omnia inquit (2.Co.12.10.) D poſſum in eo qui me corroborat. Et alio loco, Cùm infirmor, tũ fortis ſum. Sancti enim quum agnoſcant imbecillitatem ſuam, & invocant Dominum, efficiuntur fortes.

21 Hiſce autem modis ſolet Deus inſpirare fortitudinem: Primùm, illuſtrat illorum mentem, ut intelligant & videant voluntatem ipſius, eoſque ita inflammat, ut tum demum ſe beatiſſimos fore putent, ſi ejus cauſa omnia graviſſima patiantur. Deinde, adeſt vi & potentia ſua, pugnatque pro ſuis, ut E olim pro Abrahamo, & ſemper pro omnibus piis, qui ſunt verè Iſraelitæ ſecundum ſpiritum. Poſtremò, quoniam ea quæ ſubeunda & ferenda ſunt, graviſſima ſunt, & abſorbent quodammodo rationẽ, adeſt ſpiritus Dei, & ſuppeditat vires atque animos ad omnia toleranda. Nam aliarum virtutum actiones, ut ait Ariſt. jucundæ ſunt: Fortitudo autem cum rebus acerbis & difficilibus luctatur, nec ullam adfert voluptatẽ niſi ex fine. Efficit ergo ſpiritus, ut quamvis corpus grauiſſimis cruciatibus torqueatur, tamen ani- F mo hilari & jucundo omnia perferamus. Ita Eleazarus, in hiſtoria Machabæorum: Corpore, inquit, ô Domine, vehementiſſimè diſcrucior: propter te tamen iſta omnia libenter fero. Iactant Romani ſuos Mutios, Coclites, Curtios, Decios: Græci ſuas Marathonas, Salaminas, Plateas, Thermopylas. Nos autem verè prædicare poſſumus noſtros Martyres, qui infinitis partibus acerbiora multò, quàm omnes illi, (2.Mac.6.30.) conſtantius & fortius pertulerunt. Principes hodie, cùm iactent ſuam fortitudinem, videant in quem fi- G nem illam conferant. Et nos ipſi qui Evangeliũ Chriſti profitemur, ſi quid ab adverſariis noſtris patimur, videamus ut id nonniſi ob Chriſti gloriam patiamur. Ita enim Deus ipſe aderit nobis, & in exquiſitiſſimis tormentis, incredibilem animi magnitudinem & alacritatem ſuppeditabit.

De Fuga.

22 Nunc non erit alienum, de fuga aliquid di- (In Gen. 19. Licet piis perſequutiones declinare.) H ſputare. Quam tuemur ſententiam, hæc eſt: Loco & tempore, licet pio homini, perſequutiones declinare. Quod hoc potiſſimum probatur argumento. Dominus quippe id mandavit Apoſtolis, (Matt.10.23.) Si vos perſequuti fuerint in una civitate, fugite in aliam. Exiſtimavit Tertullianus, hujuſmodi præceptum momentaneum fuiſſe & temporarium, uſque eò dum prædicetur Evangelium per urbes Iudææ. Prius enim panis Hebræis proponi debuit, quàm Gentes advocarentur. Vt ergo legationi ſuæ I poſſent inſervire, permiſſum illis eſt, ut de ciuitate in civitatem fugerent, quo ſcilicet Evangelizarent per

uni-

Ibid. v. 5.

univerſas adventum Chriſti. Qua peracta circuitione, illud de fuga præceptum, fuit revocatum, quemadmodum illa duo alia, quæ in eodem capite habentur: In viam gentium ne iveritis, neque ingrediamini civitatem Samaritanorum. Videmus inquit, iſta duo abrogata, quare id præſumendum eſt etiam de Fuga. At, quod obſecro hoc argumentum? Duo ſunt præcepta ibi abrogata, ut aperte Dominus meminit Matthei & Marci poſtremis capitibus, quando in omnes gentes, in univerſum mundum, & ad omnes homines miſit Apoſtolos. Ergo omnia alia ſunt caſſata, quæ ibi mandavit. Ille bonus Magiſter, bene novit quæ revocanda erant revocare: alia verò quæ non retractavit, ſuum robur & firmitatem habere voluit. Vide ibi complura & illuſtria præcepta quæ Apoſtolis mandabat, cùm illos legatos mitteret, & diceret audeas, ea omnia caſſata, quia acceſſus ad gentes & Samaritanos tunc interdictus fuit, & poſtea ut diximus relaxatus? Habetur illic, ut non cogitent quidnam ſint loquuturi, cùm ante Reges & præſides ſtabunt, ut ſint prudentes ſicut ſerpentes, ac ſimplices inſtar columbarum. Nec timerent illos qui corpus occidunt, de divina fide & protectione confiderent, cùm Deo vel ipſorum capilli capitis ſint numerati. Et qui vos contemnet, me ſpernet, inquit: &, Is qui iuſtum ſuſceperit, iuſti mercedem adipiſcetur: Item Prophetæ, qui Prophetam: ita ut in nomine Chriſti nec aquæ frigidæ poculum inutiliter & ſine præmio porrigatur. Si hæc omnia adhuc vigent, nobiſque ut ſervanda inculcantur: cur id quod de fuga eſt inſertum, volumus abrogatum? Quantum verò poſt Chriſti aſcenſionem illi ſit tribuendum, Patrum exempla apertè indicant: Paulus in primis, ut ab Apoſtolo ordiar, cui erat concredita Iudææ provincia, à fratribus per murum in ſporta eſt demiſſus, atque Damaſco exceſſit. Quid de Chryſoſtomo, Athanaſio, & cæteris Patribus dicam? Illi hujus precepti interpretandi ſuis actionibus non mali ſunt authores. Ex verbis itaque Domini & exemplis ſanctorum Patrum, jam duo habemus argumenta. Tertium ſit, Omnibus animantibus inſertum naturâ eſſe, ut ſeipſa tueantur, quod nō ita naturæ eſſe opus debet intelligi, quaſi à Deo non emanarit: is enim naturæ author eſt & moderator. Cùm ergo id loco & tempore fiat, quis vitio dare audeat? Deinde, quando ad fugiendum offertur modus, ac patet via, qui occaſionem datam non arriperet, is antevertere videretur divinam providentiam, & præter ejus ordinem, velle ſe in malam conjicere. Dehinc ſuadet charitas, ut etiam adverſariis, quantum fieri poteſt, conſulamus, & materiam non ſuppeditemus, ut ſe cæde nepharia & innocenti ſanguine contaminent.

Matt. 28. 20.
Marc. 16. 15.
Matt. 10. 16.
Ibid. v. 16.
Ibid. v. 22.
Luc. 10. 16.
Matt. 10. 41.
Act. 9. 25.

Qua lege fugiendum.

23 Conceditur ergo fuga, ſed hac lege, ut per illam mandata Dei non tranſgrediamur: quorum ſumma à duobus capitibus pendet. Ut Deum & proximum debita proſequamur pietate & charitate. Verum à Dei cultu is diſcederet, qui propterea declinaret perſequutionem, quod indulgeret timori aut infirmitati, nec fugiendo gloriam Dei quæreret. Eò planè eſt dirigenda fuga, ut honori divino commodius inſerviatur, ac nosipſos reſervemus deputatæ nobis horæ. Cavendum ergo ne hîc quæ tua ſunt, & non quæ Domini quæras: utque ita ſis animatus, quò promptus ſis præſenti morti obviam ire, cùm agnoveris Deum ad illam te vocare, adeſſe tuam horam, aut tuo ſanguine gloriam Dei poſſe augeri, ut Dominus qui cùm ſæpius homicidarum manus devitaſſet, opportuno tempore illis occurrit ſponte ſua. Et Paulus cùm per murum in ſporta eſſet depoſitus & fugiſſet, pergens poſtea Hieroſolymam, quamvis illum ibi manerent, ut vaticinabatur Agabus, pericula & res adverſiſſimæ, ab eundi propoſito minimè deflexit. Ex eo fit, ut cùm de eo ſtatuendum erit, non externus iudex, ſed domeſticus, conſcientia inquam, adhiberi debeat: cujus diligenti examine diſpiciamus quidnam illud ſit, quod nos ad fugiendum impellat, nec abſque ſpiritu & verbo Dei ferre ſententiam conſcientia poterit.

Phil. 2. 21.
Act. 9. 23.
Act. 21. 10.

Non fugiendū paſtori ſi fuga officium deſerat.

24 Cavendum adhuc, ne fugiendo ulla proximo fiat injuria. Docuit Auguſtinus in Epiſtola 180. ad Honoratum, illos non debere fugere, qui Eccleſiæ miniſterio ita præfecti ſunt, ut ovium Chriſti ſpiritualis vita non valeat illis abſentibus commodè retineri & propagari. Paſtores ergo, niſi habeant qui pro eis ſuppleant debitum opus, non fugiant. Si eorum plebs diſceſſerit, cùm ea abire poterunt: at ſæpe id non rectè fieri poteſt, ut populus univerſus migret: quare niſi alii collegæ ſurrogari poſſint, eis non eſt diſcedendum. Paulumque Damaſco abeuntem putat Auguſtinus, omnino habuiſſe quos dum abiret fratribus ſuo loco relinqueret. Idemque vult eſſe judicium, ſi quæ fiat incurſio barbarica, qua non fidei aut divini cultus labefactatio quæratur, ſed tantùm ipſius ditionis & terræ poſſeſſio. Et ſi decreto hujuſmodi opponas, Licet fugere, ubi fructus martyrii ſperari poteſt: quanto magis id permittetur in hujuſmodi ſterili perſequutione? occurrit, In perſequutione qua martyrii triumphus proponitur, minimè fugere licet, niſi ſolutus & liber vivas, ut fratribus tua præſentia non ſit obligata: nam vel unà cum plebe fugiendum eſt, aut ſi jam tota ad internecionem conciderit, ſive quando in tua abſentia habes vicarios, qui idem quod tu præſtare valeant: alioquin tibi majorem in modum videndum eſt, ne in tua fuga aut timiditate frater pereat, propter quem Chriſtus eſt mortuus. Neque id eſt prætereundum, tunc maximè, quando populus his calamitatibus premitur, ad templa effuſiſſimos fieri concurſus hominum, qui tum ſacramenta petunt, pœnitentes abſolutionem volunt: conſolatione ergo Scripturarum ſunt roborandi, & Dei communis invocatio ac ſolennes preces tum maximè locum habent: quod ſi miniſter fuga ſibi conſuluerit, quæ incommoda ſubibit Eccleſia? blaſphemabitur Evangelium, quod miniſtros adeo infirmos habeat. Quare hoc tempore, ab iſto hominum genere, conſtantiſſimè eſt agendum. Sed quando id evenit, ut à perſequutorib. paſtores duntaxat Eccleſiarum inquirantur, ne ita miserè pereant: partes ſunt devotæ plebis illos celare, quo rabiem & furorem illum evadant. Fac verò in aliqua Eccleſia, non unum, ſed complures eſſe miniſtros, ſi gravis perſequutio, & calamitas immineat, cùm unus aut alter eorum poſſit commodè populi neceſſitatibus inſervire, eſtne id committendum ut omnes maneant? Si enim eodem momento univerſi pereunt, inde Eccleſia non facile eſt alios habitura à quibus erudiatur & inſtruatur, unde conſultum videtur, ut quidam eorum abeant, quidam verò retineantur. At ſi donis pares fuerint, quî ſtatui poterit ut iſti fugiant, iſti vero maneant? Si aliter, inquit Auguſtinus, conſentiri non poteſt, ſortito dimittantur aut retineantur: quòd ſi inter eos charitas vigeat, non expectanda eſt contentio ut ſtudeant dimitti: ſed id potius quiſque eorum procurabit & annitetur, ut illi manere liceat, & pro Domini ovibus animam ponere. Et periculo occurri poterit, ne plebs miniſtrorum præſentia decipiatur, periculum forte nimium contemnendo, nam cùm vident non aufugiſſe paſtores, res tuto loco eſſe ſibi perſuadent: propterea ita ſunt commonendi, ut intelligant miniſtros eorum gratia ſolùm manere, ne accuſentur deſerti gregis.

Refutatur Tertullianus, qui nullo modo fugiendum cenſuit.

25 Tertullianus in hoc propoſito durius ſenſit, nec pio homini licere voluit, ut in perſequutione fugiat: Cujus argumentationum nodi ſolvi debent. Inquit primò, Bona eſt perſequutio, quare non fugiendum. Antecedens probat, quia à Deo: tum homines reddit humiliatos, probatos, & bene caſtigationis & diſciplinæ capaces. Nos connexionem infirmam dicimus: quia bona, ſecundum quid & non ſimpliciter, quandoque iuſte fugiuntur, cujuſmodi eſt mors: ipſa enim eo dicitur bona, quòd ſine ea Chriſto nequeamus adjungi: de qua nihilominus Paulus pronunciavit, Exſpoliari nolumus, ſed ſupervestiri. Atque in iſto bonorum genere, perſequutiones reponimus. Cum verò ſumitur homines ea meliores fieri, dicimus ſumi cauſam, quæ non eſt legitima cauſa tanquam vera ſit cauſa: ſiquidē perſequutio magis occaſio eſt, quā cauſa ut homines ad Deum redeant: nā ſi eis non accederet ſpiritus & gratia Chriſti, magis adducerētur illa homines ad blaſphemandum, atq; in barathrum deſperationis inciderent: non enim perſequutiones, omnes bonos faciunt. Etſi occaſiones, quibus nobis conſulitur, nunquam declinandæ eſſent,

2. Cor. 5. 4.

hoc ego de peccatis inferrem, quæ ſunt pœnitentiæ incentiva. Addis, Eſt à Deo, ergo non fugienda: rurſus videre potes, robur hujus argumentationis, in eo quod bellum, fames, peſtis, morbi, & hujuſmodi incommoda ſunt à Deo: quæ tamen ſi rationis & ſenſus induſtria declinamus, quis ibi nos accuſabit, quaſi divinæ voluntati adverſemur? Et qui perſequutionem evitat à Deo immiſſam, non ita evadit, ut nil adverſi ex ea ſentiat. Multa fugiendo experitur incommoda, exilium, rerum penuriam: cognatis, amicis, & patrio ſolo deſtituitur fugiens: quæ adeo interdum graviter fert, ut feliciores illos judicet, qui in ipſa perſequutione occubuerint, aſſequuti triumphum martyrii. Vt apud Vergilium:

Multa in fuga tolerantur incommoda.

O terque quaterque beati,
Queis ante ora patrum, &c.

De Elia quanta ſit paſſus in ipſa fuga, tradit Regum hiſtoria: & de Athanaſio Euſebius plurima refert.

1. Reg. 17. & 19.

26 Argumentatur præterea, Stultè declinatur perſequutio, è qua non poteris elabi, ſi Deus te apprehendi voluerit. Concludit, Is qui fugit, Deo quodammodo videtur inſultare, quòd eo ſit fortior, & ſe perſequentem valeat evitare. At nullus piorum adeo deſipit, ut contra voluntatem Domini velit fugere, imò illius virtuti & voluntati fidere innititur. Sciunt enim ſancti, ceciniſſe Davidem, Quo ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? &c. Adhæc, velocium non eſſe curſum, & fugam negari pedibus, niſi Dominus adſit, intelligunt. David à Saule dum fugeret, gratias egit, ſibi cervorum à Deo pedes fuiſſe datos. Deo minimè inſultant, injurii ſunt aut contumelioſi, qui fugiunt: ſed deflent, precantur, confidunt & humiliantur. David fugiendo, quot præclaros Pſalmos edidit? Deinde aliam proponit rationem: Qui fugit, de ſuo lapſu aut incertus eſt, aut certus ſi maneat. Si certus eſt ſe negaturum eſſe, in caſſum fugit, cùm jam crimen perfidiæ quoad animum incurrit. Quod ſi dicas te incertum eſſe: cur non bene ſperas, & bene præſumis de gratia Dei? Reſpondemus, eos qui fugiunt, de Deo certos eſſe; de ſe verò, incertos: quando in eorum carne nil boni habitet, de ea quid poſſunt ſibi polliceri? Deum ſciunt adjuturum cum in hoſtes inciderint, ſed modò ignorant utrum Deus velit eos ab illis capi: imò præſumunt ſecus eſſe, cùm ad fugiendum pateat eis aditus, quod nutu Dei fieri docet pietas, cùm Deus loquatur hominibus non ſolùm externis Scripturæ & Prophetarum verbis, ſed & facilitate & difficultate rerũ & occaſionum: & tunc Deum planè aliquid velle agnoſcunt, quando ad id faciendum neceſſitas urget, aut ſumma facilitate aliquid ſuccedit: is enim rationibus, afflatu ſpiritus intrinſecus, & verbis ſanctorum, nos de ſua voluntate admonere conſuevit.

Pſal. 139. 7.

Eccl. 9. 11.

Pſal. 18. 14.

Aliud Tertulliani argumentum.

27 Nec multum diſſimile adhuc profert dilemma, Vt ſis in fide conſtans, vel in manu tua ſitum arbitraris, aut in manu Dei. Si poteſtatem tibi hujus virtutis attribuis, cur non duras & à fuga abſtines, cùm id præſtare valeas quod cupis? Sed illud in Deo reponis: bene illi debuiſti fidere ac ſperare. Et hoc diluemus non difficulter. In Deo reponimus ſalutem noſtram, quî enim per nos ipſi conſtantes eſſe poſſumus, qui nec aliquid à nobis tanquam ex nobis valemus cogitare? atque Deo, uti debemus, bene fidimus, illum in quam in tempore & in opportunitatibus adjuturum: ſed illi temerarium eſſet iſta præſcribere, ut ſcilicet hac hora velimus illum nobis omnino adeſſe, & nobis omnino meritò vitio verteretur, quaſi illum tentare auſi ſimus. Sed ab eadem cauſa, incommodum eſt, inquit, diverſa effecta derivari, quod vobis continget, ſi Deum authorem faciatis veſtræ fugæ: at ſine controverſia is perſequutiones immittit: non ergo eſt veriſimile, ab eodem & fugam & perſequutionem prodire. Vt vero fruſtrà laboret argumento, hinc videre potes, quod falſo innititur, eandem ſcilicet cauſam non ferre contraria, cùm ſol & liquefaciat & induret, conjunctio ſimiliter, cùm ad unitatem, tum ad binarium conſtituendum facit. Deinde, quo ad idem id forſan concederetur, quo autem ad diverſa, vel ipſa intelligunt ſubſellia fieri poſſe, ut contraria ex eodem cap. profluant. Modò cùm Deus & perſequutionem excitat & fugam permittit, videmus non eoſdem à perſequutoribus apprehendi & evadere periculum: quare non idem conſtat ſubjectum: qui elabuntur, cruciatus fugiunt. Verùm memores ejus quod diximus, etiam fugientes gladium perſequutionis dicimus aut prorſus evitare, quin fugiendo multa patiantur: ideo dabimus & perſequutionem & fugam eoſdem reſpicere, ſed non eſſe contraria affirmamus, quando is qui fugit perſequutionem experitur. Lex verò contrariorum eſt, ut ab eodem ſuſtineri nequeant: contraria ponimus eſſe, manere & non manere, aut perſequutionem pati & illam non pati: tunc quoad eandem iſta non ſimul proveniunt, & incommodum allatum non habet locum.

Tertium argumentum.

Quartum argumentum.

Perſequutio & fuga contraria non ſunt.

28 Deducunt adverſarii, ſi fuga concedatur, omnino ſequi Domini ſententias eſſe inter ſe pugnantes: Is enim dicit, Non perdentem animam ſuam, verè illam perdere: & eum qui nomen ſuum erubuerit coram hominibus, ſe velle eum erubeſcere coram Deo. Nobis planè iſta conſonare noſtræ ſententiæ, imò ipſius Chriſti videntur, non pugnare. Non enim qui fugit, animam ſuam pluris facit quam Dei gloriam: imò ut illi commodius & cum majori fructu inſerviat, perſequutionem declinat, neque pudore ducitur, quòd nomen Domini erubeſcat, paratus illud teſtari ſanguine cùm oportuerit. Sed iſto pacto aiunt, Deus debilitatem & infirmitatem in ſuis foveret, qui illos roborare dicitur: qui enim fugiunt, dejecto & humili animo redduntur. Hoc non eſt neceſſarium, ut ſequatur, cùm minimè ſit fortis viri, ſemper & quavis occaſione, omne ſuum robur profundere. Momenta expectat & occaſiones, imò ſæpe dicit; Fortitudinem meam, ô Deus, ad te cuſtodiam: illam tibi conſervo, ut tibi obſequatur. Chriſtus, ſubdit, Auxilia angelorum & gladii defenſionem recuſavit, tu quid fugis? Id pleno ore fatemur de Chriſto factum quod dicis, ſed quando ſcivit jam ſuam adveniſſe horam, qui tamen aliâs (cùm tempus mortis non adeſſet) ſæpius fugit: id etiam noſter ſi de voluntate Domini eſſet certior, illam ſcilicet adeſſe ſibi horam aut diem, fuga non ſibi conſuleret. Neque illud admittimus, quod rurſus infertur, Qui fugit, minimè orat ut Chriſtus, qui poſtulabat calicem à ſe auferri, interim tamen ſtabat: qui verò abit, ipſe ſibi conatur eripere calicem, neque expectat ut à Domino impetret. Quaſi fugiens velit antevertere divinam providentiam, cui non vult anteire, ſed illam ſequi ſtudet, & manum Domini ſe ducentem comitatur.

Quintum argumentum.

Matt. 10. 39.

Marc. 8. 38.

Matt. 26. 52.

Sextum argumentum.

29 Illud autem videtur eos nonnihil adjuvare, quod Apoſtoli in ſuis Epiſtolis cùm ad Eccleſias ſcriberent, ac ſalubria præcepta nedum commemorarẽt, ſed inculcarent perpetuo auribus fidelium, nihil unquam meminerunt hujus præcepti, ut fugiamus. Sed quare id fecerint, iſtæ rationes aſſignari poſſunt, quia ea de re non poteſt aliquid abſolute præcipi: oportet enim ut quiſque ſeipſum excutiat, & probet quando vult fugam arripere, quemadmodum iam docuimus. Adhæc, quod natura omnibus inſeruit animântibus, non oportet hominibus ſedulò inculcare, cùm ſint ad ea per ſeipſos ſatis proclives. Dum verò non prohibent hujuſmodi ad vitam neceſſaria, permittere intelliguntur. Nec iſta argumentationis via eſt admodum efficax, nam multa interdum facere debemus, quæ illi non commemorant. Interdum parentibus non eſt obediendum, imò ſunt relinquendi, & magiſtratui nonnunquam obtemperandum, & homines ſæpe interficiendi, quæ tamen Apoſtoli nunquam mandarunt ut fierent. Quod etiam citant animam ponendam (apud Ioannem) pro fratribus, verum eſt: ſed quando illud eis utile futurum videmus, & illam non ponere eos rationabiliter ſcandalizaret, aut ſi fugeremus, illi paſtorali cura deſtituerentur: ſed ſi iſta non occurrunt, non eſſet pro fratribus, ſed temerè animam ponere.

1. Ioan. 3. 16.

Cur de fuga nihil præceperint Apoſtoli.

Quando pro fratribus anima ponenda. 1. Ioan. 4. 18.

30 A fuga etiam deterrent, quòd charitas foras mittat timorem, ut idem Apoſtolus teſtatur. Quòd non ita intelligitur, quaſi in homine, charitate prædito, nullus ſit timor, ſed eo non impellitur ad agendum quod agit: neque is qui fugit, timore ad id incitatur, imò fortes (ut Ariſtoteles teſtatur) nõ ſunt ſine timo-

Homo charitate præditus timet etiam.

timore,ſed illi adeò moderantur,ut per eum nil tur-
Act.9.16. de admittant. Timorem verò Dei , charitas non ex-
Act.21.10. cludit , quoniam fugientes offendere timent,ſi illum
manendo tentent : imò ubi maximè viget charitas,
Fugiendum ut deinde pugnemus. ibi maximè locum habet timor Dei. Cumque illis
objicitur Græcus verſiculus , ἀνὴρ ὁ φεύγων καὶ πάλιν
μαχήσεται, ludunt; reſpondentes , imò fugit non ut
rurſus pugnet,verùm ut rurſus fugiat.Sed quam ine-
ptè id ſubiiciatur Paulus teſtatur , qui dimiſſus per
murum in ſporta , Damaſco aufugit:ſed poſtea cum
Agabo prophetante , multa & gravia illi propone-
rentur ferenda Hieroſolymis , fratreſque rogarent ut
non iret,ſed periculo ſe ſubduceret, non eſt dimotus
à proficiſcendi conſilio. Et Chriſtus idem declarat,
qui ſæpè fugit : deinde ut voſmet objicitis , occurrit
obviam ſuis perſequutoribus, angelorum & diſcipu-
lorum remouendo præſidia.

31 Vultis poſtea veſtram ſententiam confirmare
verſiculum Maronis. *Vſque adeóne mori miſerum eſt?*
quaſi ignoremus,mortem naturâ ſua , nec turpem rē
eſſe,nec honeſtam:utrumque enim illi venit ex fine,
Io.10.13. aut impellente principio. Chriſtianorum actionum
honeſtas & turpitudo , verbo & ſpiritu ſunt diſcer-
nenda. Iamque illud Servatoris dictum interpreta-
Mercenarius videns lupum fugit. ti ſumus,Ioan.10:de mercenario qui lupum videt &
fugit:cùm ex Auguſtini ſententia, paſtorum non eſ-
ſe docuimus,ut fugiant. Quamvis hanc Chriſti ſen-
tentiam Auguſtinus interpretatur ſuper Ioannem,
ut fugere intelligamus tacere:ſcilicet,de his qui non
audent ſuæ curæ commiſſas oves reprehendere re-
prehendendas , aut excommunicare excommuni-
candas, quando ſcilicet, paſtor non liberè agit in ſuo
Io.10.11. miniſterio. Chriſtus dicebat ſe bonum paſtorem,
nam Scribis & Phariſæis minimè parcebat, etſi pro-
pterea in vitæ diſcrimen adducebatur. Paulus non
modò præſens , ſed abſens,audacter reprehendebat
1.Cor.5.3. & excommunicabat. Mercenarius hoc non audet,
nam quærit quæ ſua ſunt : nam timet ne amicitiam
& gratiam hominum amittat , præcipuè magnorum
& nobilium,quæ peculiariter ſpectat verè mercena-
rius , qui in omnibus mercedem temporalem mora-
tur.Fugit ergo is paſtor,qui arguenda tacet. Huc vi-
detur addendum , ut quæ diſputavimus de paſtori-
bus,intelligantur quando volentes à grege ſe ſubdu-
cunt,non autem ſi vi à tyrannis eiiciantur. Tertull.
autem excuſari poſſe dicimus , vel quòd ad miniſtrū
& paſtorem Eccleſiæ fortè ſcripſerit,vel hyperbolicè
agat , quo hominib. ſui temporis adderetur animus,
cum maximè vigeret perſequutio : Vel hæc ſcripſit,
cum iam ad Montanam hæreſin declinaſſet. *De Fuga
in perſequutione , Vide Epiſt. 1. cuius initium. Diutur-
num: Et 3. Cuius initium, Petitionem : Et 18. Cuius ini-
tium, Cùm Idem.*

*An David rectè fecerit , quòd metu Saulis fugerit ad
Palæſtinos: Et quid nobis faciendum ſit,ſi in ſimi-
les anguſtias incidamus.*

In 1.Sa.27. 32 Quid ergo,inquies, Nonne peccavit David,
cùm fugeret ad Achim ? Sunt quidam quidam qui
eum defendant, & dicant , eum id ſalva religione &
fide facere potuiſſe. Cur enim hîc reprehenditur,in-
quiunt, qui antea reprehenſus non eſt , cum fugeret
1 Sa.22.3. in terram Moabitarum ? An enim illi minus erant i-
Argumenta quod non peccavit fugiēdo ad Palæſtinos. dololatræ quàm Palæſtini ? Deinde habuit eo tem-
pore hoſtem potentiſſimum , & tribules ingratos &
infidos. An ſemper verſandum erat in periculo ? Ad-
1.Sa.27.3. hæc non tantùm ſibi proſpicere debuit , ſed etiam
1 ſuis. Habuit autem ſexcentos milites cum illorum
uxoribus & liberis,qui vitam difficillimam trahebāt
in ſylvis & ſaltibus. Vnde eos alere potuiſſet in Iu-
1.Sam.25. dæa? An vim feciſſet ſuis popularibus , & illis invitis
2 cibos eripuiſſet ? Quid autem vltrò daturi fuerint,
3 ſatis apparet ex hiſtoria Nabalis. Multi etiam erant
apud Saulem probi viri,qui Davidi faverent & benè
cuperent,& ea cauſa ſæpe vocabantur in periculum,
quod videbatur finem prorſus habiturum , ſi David
4 jam extra fines Hebræorum ageret. Quare ſaltem il-
5 lorum cauſa,erat diſcedendum : Eſt enim probi viri
omnia potius ferre,quàm ut ſua cauſa alios conjiciat
6 in periculum. Adhæc prudentis viri erat uti occaſio-
ne,quàm Deus obtulerat : Quod niſi feciſſet , videri

A potuiſſet tentare Deum. Sed habuit inquies,promiſ- 7
ſiones. Fateor. At illæ non reddunt homines ignavos 8
aut ſtupidos. Quid,quod Chriſtus ipſe ivit ad Sama- 9
ritanos,& in fines Tyri & Sidonis? Poſtremò, opor- Ioan.4.5.
tuit finem aliquem imponi peccato Saulis,ut deſine- Ma.15.21.
ret perſequi hominem innocentem. Argumenta cōtraria quod peccarit fugiendo ad Palæſtinos.
33 Ex altera parte,factum iſtud Davidis reprehē-
di etiam poteſt multis rationibus. Primùm enim,
indignum fuiſſe videtur,ut David,tātus vir, ſupplex
iret ad Palæſtinos , homines jam antea non ſolùm à
B Iudæis, ſed etiam ab ipſo profligatos. Contemnere
enim videtur beneficium Dei , qui impetrata victo-
ria,illi ipſi ſupplicare velit quem vicerit. Itaque re-
prehenſus eſt Pompeius,qui tot rebus geſtis, poſtea
ſupplex ire voluit ad Ptolomæum. Catonis autem
virtus & animi magnitudo prædicatur , quòd vetue-
rit Vticenſes,ſua cauſa,ambire gratiā Cæſaris. Dein-
de Deus edixerat graviſſimis verbis, ne Iudæi fœdus
ferirent cum proſcriptis gentibus,ut Palæſtini erant,
C neve auxilium peterent ab impiis. Adhæc David, Grave crimen eſſe transfugam.
quem Deus Imperatorem & Principem populi deſi-
gnaverat , nunc agit transfugam. Quæ autem illa
quantaque infamia ſit , & lumine ipſo naturæ doce-
mur,& legibus Civilibus. Nam in ff. de Captivis &
Poſtliminio,lege Poſtliminium,§.Filius,& §.Trans-
fugæ. Qui transfugit ad hoſtem , privatur iure civi-
tatis ſuæ. Hoc ergo facto David privat ſe jure com-
muni populi Dei. Vt autem eodem loco declaratur,
is eſt transfuga,qui tempore aut belli, aut induciarū
D transfugit.vel ad hoſtes , vel eos qui nec hoſtes ſint,
nec amici , accepta ab illis fide. Is autem amiſit ius
Poſtliminij , qui privatur jure recuperandi res ſuas
& patriam. Et de capite minutis , iidem declarantur
hoſtes Reipublicæ. Qui operâ aut ſocietate iuvat
hoſtem , incurrit in crimen læſæ majeſtatis , & eſt
reus perduellionis. Nec factum tantùm ſpectatur in
hoc crimine,ſed etiam voluntas , modò de ea ſatis li-
quido conſtiterit. Si quis hodie dux militaris Chri-
ſtianus, transfugeret cum militibus ſuis ad Turcam,
E non tantùm haberetur pro transfuga,ſed etiam inu-
reretur graviori nota. Et credibile eſt,pactionem a-
liquam interceſſiſſe , ut David arma gereret contra
Saulem,& ejus vitam peteret,cui jam bis pepercerat.
Deinde,quis dubitet , Saulem hanc fugam Davidis
inſolenter tuliſſe,& eius amicis inſultaſſe? Hunc il-
lum eſſe,cui tantum tribuerent, perfugam , perfidū,
deſertorem & populi,& religionis ſuæ. Illos autem
veriſimile eſt,cùm hæc audirent,vix tenuiſſe lachry-
mas.Et quamvis Saul antea injuſtè agere viſus fue-
F rit,cùm Davidem extruderet,nunc tamen videri po-
teſt iuſtam habere cauſam proſcriptionis. Adhæc,
quum eſſet Iudæus,& liber:tamen appellavit ſe cliē-
tem & ſervum Achis. Conſilia etiam Dei,quantum
quidem in ipſo erat,evertit. Deus enim eum elege-
rat Regem,qui populum defenderet : At ille deficit
ad hoſtem , & contra populum ſuum bellum gerit.
Hoc latronem potius erat , quàm Regem agere. Eò
ſe demittit , ubi eſſet æternam ſervitutem ſerviturus:
idque quod gravius eſt,Regi impio & barbaro. Id e- 1.Sa.28.2.
G nim futurum,Achis ipſe prædicavit : Eris inquit ſer-
vus meus in æternum. Cogitur etiam colligere gra-
tiam tyranni non bonis artibus. Mentitur enim & o-
rationem ſuam ad eius voluntatem accommodat : ſe
modo in tribules ſuos Iudæos invaſiſſe , modò in Ibid.27.10.
Cinæos,modò in Ierahmeelenſes. Sunt tamen qui
dicant, Davidem nihil mentitum eſſe, cùm diceret,
ſe impetum feciſſe in meridiem Iudæ. Illa enim loca 1.Sa.27.10.
pertinuiſſe ad ſortem Iudæ,ut apparet ex deſcriptio-
ne Ioſuæ: etſi illi nondum totam illam hæreditatem Ioſ.15.
H adiiſſent. Sed hoc , quicquid eſt , valeat quantum
poteſt. Certè iſta à Davide dicta ſunt ad gratiam ty-
ranni,idque,quod ferri non poteſt,animo fallendi.
34 Sed videamus , quæ mala deinceps hanc fu- Mala quæ hāc fugam conſecuta ſunt.
gam conſecuta ſint. Vrbs illa,quam David dono ac-
ceperat à rege , direpta eſt ab Amalechitis : ut ille 1.Sa.30.1.
miſerè coactus fuerit deflere ſortem ſuorum civiū. Ibid.v.17. & 27.11.
Taceo , quod Imperatoriā illam vim & virtutē,coa-
ctus ſit mutare in latrocinium. Occidit enim omnes:
nulli pepercit ætati aut ſexui,ne Rex olſaceret, quid
I egiſſet. Prædam deinde diviſit cùm tyranno : neque
id ſemel tantùm,aut iterum,ſed quoad ibi fuit. Co-
gebatur interim ferre indignitatem conveniendi A-

Digitized by Google

chim,& ſe apertè patriæ ſuæ hoſtem profiteri. Adhęc A parum videtur prudentis fuiſſe viri, committere ſe amico reconciliato. Vti quidem ſolent homines illorum opera quibuș cum in gratiam redierint, ſed tantiſper tantum cùm eſt opus. Nam quid putamus Achim interim de Davide cogitaſſe, niſi eum hominem eſſe ferum & barbarum, qui poſſet in gentem ſuam arma capere? Auguſtus dicere ſolebat: Proditionem amo, proditorem autem non amo.

1. Sa.29.1.

Quos autem animos Palæſtini habuerint erga Davidem, B apparet ſatis ex hiſtoria. Nam cùm congreſſuri eſſent, quid iſti hîc inquiũt, Hebræi faciunt? Quo alio modo placare ſibi poſſunt Regem ſuum, niſi noſtro ſanguine? Hîc David apertè ſe profitetur hoſtem patriæ: & Achis eum ſibi adjungit cuſtodem corporis. Et David, cùm jam propter importunitatem Palæſtinorum remitteretur domũ, moleſtè tulit: Quid ego inquit, commiſi?

Debuit Deum conſulere. Nu.27.21.

Quid, quod toto hoc tempore non audiuntur preces? non ſcribuntur Pſalmi? Nec mirum: Humano enim conſilio hæc geſta ſunt, C iniuſſu Dei. Imò inquięs, non erat neceſſe conſulere Dominum. Imò verò Deus cap. 27. Num. diſertè iubet, in hujuſmodi rebus ſeſe conſuli. Ioſue inquit, filius Nun, ſtabit coram Eleazaro: & ab illo accipiet oraculum, ad quod & ingrediatur, & egrediatur.

1. Sa.2.1.5.

David autem erat dux populi, & antea quidem cõſuluit Dominum: & ad idem inſtitutum poſtea quoque rediit. Nunc autem, nihil tale videmus ab eo fieri. Videtur etiam vnà cum loco mutaſſe ingenium. Nã antea, nihil geſſerat niſi apertè & candidè: nunc, niſi D inſidiosè & fraudulenter.

1. Sa.30.7.

Et Saulem regem ſuum, quem antea ſervaverat, nunc videtur armis oppugnare. Achis verò, quòd eum crederet, quorum verba imitaretur, eorum facta quoque imitaturum, non ita diligenter in eius facta inquirebat. Vtque rem ipſam propius conſideremus, hæc defectio Davidis, magnus Iudæis attulit detrimentum. Nam, ut apparet ex cap. 12. 1. Paralipomen. confluxerat ad eum magnus numerus militum, ex omnibus partibus Iudææ, E ut jam haberet copias numeroſiſſimas, tanquam exercitum Dei.

1. Para.12.22.

Iudæis multũ nocuit.

Ita factum eſt, ut Achis confligeret tantum cum aliqua parte, non cum univerſis copiis Iudæorum. Illi enim quos oportebat juvare Saulem, confluxerant ad Davidem. Quod ſi manſiſſet in finibus, potuiſſet excurſiones facere in agros Palæſtinorum, & ita aut liberare, aut certe juvare patriam ſuam. Adhæc, modeſtia Saulis, poteſt ſatis Davidis temeritatem condemnare. Nam ille cum Davidem haberet propè in manibus, reliquit eum, ut Palæſtinos repelleret, F quos audierat eo ipſo tempore invaſiſſe in fines ſuos: atque ita privatis inimicitiis, commune bonum prætulit. David autem, cùm patriam ſuam videat in periculo, adjungit ſeſe ad infeſtiſſimum hoſtem, ut publico exitio, privatas inimicitias ulciſcatur: & ſeſe ad eam pugnam non poſſe aſcribi, queritur. Sed fingebat, inquies. Poteſt fieri: Neque ego contendo. Interim tamen, non juvat patriam.

Voluntas Dei arcana nõ excuſat Davidẽ. Non excuſatur ſi animo mitiora cogitavit.

35 At Deus inquies, voluit hoc pacto punire Saulem. Fateor: Sed nos non oportet ſpectare occultam G voluntatem Dei, ſed expreſſam in lege. Ad eam enim, omnia facta noſtra ſunt dirigenda. Præterea cavere debemus, ne noſtro vitio veniamus in infamiã. Et cùm David violaret finitimos illos Palæſtinorum, videtur violaſſe ius hoſpitij. Nam poteſt fieri, ut illi fuerint aut tributarij, aut vectigales Achis. Sed quoniam incertum eſt quo iure illi fuerint, de ea re non multa dico. Omnino ita voluiſſe ſe ulciſci de Saule, non video quomodo defendi poſſit. Nam ſi dicas, in animo mitiora de Saule cogitaſſe, nihil H effeceris. Nam ſi hodie, magnus quiſpiam ex noſtris profeſſoribus (quod Deus avertat) conferret ſeſe ad Papiſtas: etſi diceret, ſe nolle nec diſputare, nec ſcribere contra Evangelium, tamen quo eum loco haberemus? Horrere quidem interdum ſoleo, cùm audio voces quorundam: Malle ſe Papiſtas eſſe, quàm Zuinglianos: Certè, nos de illis nunquam ita diceremus. David vero dejicit ſe, non modo infrà reliquos Iſraelitas, ſed etiam infra Saulinos milites. Illi enim, I defendunt, hic oppugnat patriam.

1. Mac.7.3.

In Machabæorum hiſtoria, Iaſon & Alcymus, & alij ſimiles, vel ultionis vel ambitionis cauſa, contulerunt ſe ad Macedonas:

A Idem nunc facit David. Erat fulmen belli & quocũque inclinaſſet, magnum ſecum momentum adferebat ad victoriam. Tamen abeſſe voluit, cùm potuiſſet plurimum profuiſſe.

1. Ma.1.73

Sed eſto: noluerit pugnare in ſuos. Idem haud dubiè exitus eum ſequuturus erat, qui Coriolanum, qui Themiſtoclem. Coriolanus cum detrectaret pugnam contra Romanos, occiſus eſt à Volſcis: Themiſtocles, cum nollet oppugnare patriam ſuam, hauſit venenum. Alcibiades quoque, B eadem de cauſa occiſus eſt. Is ferè eſt exitus transfugarum, niſi forte Deus illorum miſereatur.

Transfugarum exitus.

Quod autem multò grauius eſt, cùm David certò ſciret, ſe fore Regem: potuit etiam ſcire, ſibi neceſſariò bellũ fore cum Palæſtinis. Quomodo ergo patitur, ſe nunc illorum devinciri beneficiis, ut poſtea in eos pugnare non poſſit, ſine magna nota ingratitudinis? Poſſem alia adferre multa: Sed hæc mihi in præſentia viſa ſunt ſatis. Quare concludo, factum iſtud Davidis, mihi prorſus non probari. Nec tantum ratione C ducor, ut ita ſentiam, ſed etiam exemplo. Nam ſi noſtri hodie Imperatores militares ſeſe conferrent militatum ad Turcam, quàm eſſet id ex uſu orbis Chriſtiani? 1
Sed fruſtra quæro: Nimirum id iampridem experti ſumus in Hungaria. Atque utinam hic ſit malorum finis. Dices fortaſſe, Deum occulto ſuaſu monuiſſe Davidem, ut iret ad Achim. Reſpondeo primum id me neſcire: deinde parum eſſe probabile. Deus enim eum antea monuerat, ut rediret in Iudæam. Sed quicquid eſt, hoc dico, hoc non eſſe noD bis propoſitum ad imitandum. Peccavit in ea re David, etſi non ad mortem. Languebat utcunque, non autem prorſus extinguebatur, eius fides.

36 Nunc mihi diſſolvenda ea ſunt, quæ objecimus in alteram partem. Cur magis inquiunt nunc reprehẽditur, quàm antea, cùm ſe reciperet ad Moabitas? Reſpondeo: Alia fuit ratio, & temporis, & animi, & gentis. Primum enim, non ita multos tum ſecũ trahebat milites: deinde non ivit eo animo, ut militaret Moabitis, ſed ut apud eos parentes ſenes deponeret.

Reſponſio ad argumenta quibus Davidis factum defenditur.

E Nec adhuc acceperat verbum Domini ut rediret. Ibi enim primùm admonitus eſt à Gaddo, ut ſeſe reciperet in Iudæam. Nec ita alieni erant Moabitæ à Iudæis, ut Palæſtini. Erant enim ex poſteris Lothi. Et Deus Deuteronomij 2. nominatim edixerat Iudæis, ne attingerent illorum agros. Non eſt ergo ſimilis ratio.

Gen.19.37. Deut.2.9.

Sed an rectè David iverit ad Moabitas, hic nihil diſputo. Certè profectionem illam nõ uſque adeo placuiſſe Deo, ex eo apparet, quòd eum poſtea juſſit per Gaddum revocari. Sed urgebatur & 2
F perſequutione Saulis, & proditione ſuorum tribulium: ut neceſſariò aut moriendum fuerit, aut fugiẽdum ad Palæſtinos. Imo hac fuga non evitavit periculum, ſed permutauit. Nam in maiores anguſtias ſe conjecit inter Palæſtinos, quàm ſi manſiſſet in Iudęa. Non eſt autem prudentis aut pij viri, ea propter timorem & animi imbecillitatem ſuſcipere aut facere, quæ ipſius perſonã ſint indigna. Saul perſequitur, Ziphæi produnt. At Deus tibi illorum inſidias indicavit, ut tibi nocere non poſſent: Saul, ſemel atque G iterum venit in manus tuas. Sed grave eſt, perpetuò ita vivere: Eſto: Sed Deus hujuſmodi ictibus, cudit te in futurum Regem. In ſumma, Facis iſta vel diffidentiã de Deo, vel odio crucis. Si diffidentia, refer te ad promiſſiones Dei, & conſidera, quid tua cauſã antehac fecerit. Si odio crucis, lamentare potius infirmitatem iſtam carnis, quæ ita hæret in natura noſtra, ut ne à ſanctiſſimis quidem hominibus depelli poſſit. Dilemma autem illud, aut fugiendum eſt, aut 3
moriendum, infirmum & mancum eſt. Adde enim H tertium cornu, nimirum, ut ibi maneas ubi te Deus collocauit, & ſperes eum non minus nunc tibi affuturum, quam antea. Proſpicere eum oportuit, inquies, non ſolùm ſibi, ſed etiam ſexcentis militibus, quos habuit ſecum, Iudæi ultrò nihil daturi erant, vi extorquere non licebat: at mens ad Deum attollenda erat. Ille promiſerat, ſe opem allaturum, & ſtaturus erat pactis. Omnino non decedendum erat à ſtatione, in qua te Deus poſuerat. Deinde nihil opus erat, ut aut vim adhiberes, aut expectares liberalitatẽ I tuorum. Erant finitimi Palæſtini hoſtes nominis Iudaici, & iam proſcripti à Deo. Ab illis licebat prædas agere. Ita enim antea fecerat: & Deus conatus

tuos

4 A tuos fortunavit. Ratio habenda erat amicorum, qui
quod Davidi exuli facere videntur, malè accipieban-
tur à Saule. Certè non temerè contemnendi ſunt a-
mici: ſed videndum eſt, ne dum eos velis liberare,
graviori etiam nota afficias. Nam longè gravius e-
rat Davidem fugiſſe ad Palæſtinos, quàm proſcribi à
Saule. Sed moriendum potius eſt, quàm ut alij tua
causa veniant in periculum. At non ſemper ſpectan-
5 dum eſt, quid ſit magnificum & glorioſum: ſed quid
placeat Deo. Non erat contemnenda oblata occa-
6 ſio. Reſpondeo, ea facit ut caſus adverſos faciliùs fe-
ramus. Deinde ſpectandum erat, Deum non paſſurū,
ut probi perpetuò affligerentur, aut ut Eccleſia per-
petua nocte opprimeretur: hoc prudentis eſt viri co-
gitare. Fuiſſet tentare Deum, ſi ſecus feciſſet. Nihil
minùs: Imò fidendum erat Deo, & manendum in il-
lo loco, ad quem eum Deus vocaverat: Ille ſe promi-
ſerat adjuturum. Sed promiſſio Dei, non facit homi-
7 nes truncos, aut ſtipites, ut nemini liceat proſpicere
ſibiipſi. Fateor: Sed fide expectandum eſt auxilium
Dei, non timore & diffidentia reſiliendum. Si non
licebat tutò vivere in aula Saulina, multò minus de-
8 cebat in Palæſtina. Chriſtus ſeſe contulit ad Sido-
9 nios, Tyrios, Samaritanos. Audio: At non ut illorum
partes ſuſciperet contra Iudæos: ſed ut eos doceret E-
vangelium, ut adduceret ad Deum, ut ſanaret, & in
eos beneficia conferret. Finis aliquis aliquando im-
ponendus erat peccatis Saulis. At non ita, ut tu te in
graviora peccata conjiceres. Multi fatui & miſeri,
Miſſas & Exequias dici volunt pro amicis mortuis.
Sed dum eos liberare volunt è Purgatorio, videant
Rom. 3. 8. ipſi ne ſe præcipitent in infernum. Paulus monet,
Non eſſe faciendum malum, ut eveniat bonum.
Quare factum iſtud, nec ſanctum erat, nec Davidis
perſonâ dignum. Fateamur ergo, eum, ut alias, ita hac
quoque in re peccaſſe.

37 Sed Auguſtinus in Pſalmos ait, duplex eſſe
peccatum, aliud ex neceſſitate: aliud, ut ipſe loqui-
tur, ex abundantia & pinguedine. Multi ſi interro-
gentur, cur furati ſint: reſpondebunt, quod neceſſitas
coegerit, ut haberent quo uxorem & liberos tueren-
tur. Eſt iſta quidem aliqua neceſſitas ſed non abſolu-
ta, ſed tantùm ex hypotheſi: ſi quis eo animo ſit, ut
velit omnino quacunque ratione vivere, & ſe tueri.
Alij cùm ſint divites, tamen nunquam deſinunt ex-
pilare pauperes: idque non ex aliqua neceſſitate, ſed
Cujus generis fuerit peccatū Davidis? ex inexplebili cupiditate. Peccatum Davidis, ad ſu-
perius membrum pertinebat. Neque hoc dico, ut e-
jus peccatum extenuem: ſed tantùm ut intelligi poſ-
ſit, ad quod genus peccatum illius referri debeat.
Cùm argumenta omnia diſſolveremus, monuimus,
quid nobis faciendum ſit, ſi fortè incidamus in ſi-
miles anguſtias. Nunc videamus ex hoc Davidis fa-
cto, quid poſſit colligi ad ædificationem noſtram.
Quid ad noſtram ædificationē hinc colligendum? Primum, hic tanquam in ſpeculo, contemplari de-
bemus infirmitatem noſtram. Eam enim Deus vult à
nobis agnoſci, non ut liberius peccemus, ſed ut de
conditione noſtra doleamus, & ſuſpiremus ad cœ-
lum. Deinde videmus, quantus ſit candor Sacrarum
literarum. Non enim tantùm virtutes ſanctorum ho-
minum, ſed etiam lapſus & peccata proponunt: ne
confidamus de nobiſipſis, quaſi noſtris viribus ſtaturi
ſimus. Auguſtinus in Serm. 49. de Tempore. Poſt-
quam ad alteram vitam pervenerimus inquit, firmi-
ter conſiſtemus. Videbimus enim ſummum bonum,
à quo nullis inferioribus & caducis bonis abduci
poſſumus. Hic autem videmus, tantum per ſpecu-
lum in ænigmate: itaque cum alia bona incurrunt in
oculos, auferimur ſæpe, & labimur. Noſtrum ergo eſt
in hac vita reluctari quantum poſſumus. Sed inpri-
mis videndum eſt, ne transfugiamus ad hoſtes Evan-
Heb. 6. 5. gelij. Qui enim poſtquam ſemel guſtavit bonum
donum Dei & virtutes ſpiritus, iterum labitur: illi nō
ſupereſt hoſtia pro peccato, ſed terribilis expectatio
judicii Dei: Cùmque diabolus ſit graviſſimus hoſtis
Dei, videndum eſt, ne cum noſtris copiis transfugia-
mus ad eum. Iſta ex facto Davidis transferri poſſunt
ad uſum noſtrum: Fugere, & hoſti militare, nullo
modo licet.

An ſancti homines inferiores fuerint Ethnicis, in ferendis rebus adverſis & cohibendis affectibus.

A 38 At mirantur nonnulli ſanctos noſtros, qui ce- In 2. Sam. 15. ver. 32.
lebrantur in Sacris literis, humili animo ærumnas
ferre, nec præ ſe ferre fortitudinem, quam multi
Ethnici præ ſe tulerunt. Legimus Horatium Pulvil-
lum, cùm dedicaret templum, audita filij morte, non
conſternatum eſſe, ſed tenuiſſe poſtem firmiter, &
perfeciſſe ſuam dedicationem. Anaxagoras cùm au-
diret mortuum eſſe filium: Sciebam, inquit, me mor-
talem genuiſſe. Paulus Æmilius, cùm eius liberi ex-
tincti eſſent re bene geſta, ſe exauditum fuiſſe dixit
B à Diis immortalibus: Hoc enim ſe precatum eſſe, ut ſi
quid immineret calamitatis non in Rempublicam
Romanam, ſed in ſuam domum derivaretur. Brutus
ſumpſit ſupplicium ipſe de filiis: ſic Torquatus. Cur
non dabat hæc Deus ſanctis ſuis? Cur tam humili a-
nimo videntur in cruce, quam noverunt à Deo ſibi
inferri? Pulchra videtur quæſtio, ſed paucis eam ab-
ſolvam. Cum de illa cogito, venit mihi in mentem
quod in navi accidit, qua Ariſtippus vehebatur, & a-
C lius quidam ferox ſed indoctus. Tempeſtas orta eſt
gravis ut navigium propemodum mergeretur: Ex-
palluit philoſophus. Sedata tempeſtate ait alter, phi-
loſophe, Quid ſibi vult quod ita expalluiſti? Ego ve-
rò qui philoſophiæ operam non dedi, non expallui,
ſed naufragium forti animo expectavi. Satis facetè
Philoſophus reſpondit, Non debuiſti ſollicitus eſſe
tu pro anima nebulonis, Ego vero videbam Ariſtip-
pum philoſophum periclitari. Sic ego cogito non
mirum eſſe debere, ſi ſancti ac Ethnici aliter ſe gerāt.
D Magnum enim inter eos eſt diſcrimen. Nam Ethnici
exiſtimabant de rebus adverſis, quòd neceſſitate na-
turę contingerent aut ferrentur temere, & quod poſt
hanc vitam nulla reliqua eſſet. Ad providentiam Dei
omnia gubernantem non reſpiciebant: aut ſi præ-
ſtantiores erant, Stoicam ſectam profitebantur, ἀπά-
θειαν & ἀναλγησίαν ſectabantur. Quia negare non po-
terant ſe repentinis malis quādoque perturbari προ-
γεύματα & ἀποπροηγμένα faciebant quæ eſſent anti-
cipata à pueritia, quod objicerentur quæ cuperemus
E & quæ primo motu refugeremus. Et luctandum eſſe
dicebant, non vi, ut Peripatetici, ut moderarentur,
ſed ut extirparentur affectus. Sed in illa lucta dicunt
rationem & affectum certare de poſſeſſione homi-
nis, in eo igitur toti erant. At noſtra cauſa longè ali-
ter ſe habet: non expendimus res ipſas adverſas iux-
ta earum naturam: ad cauſam confugimus, Deum Affectus non ſunt penitus tollendi.
authorem cogitamus & nos cauſam dediſſe illius
crucis: illæ cauſæ ſunt gemitus. Ibi fides excitatur, &
quo eſt vehementior, eo major dolor de admiſſis o-
F ritur. Addimus affectus iſtos à piis hominibus non
omnino impediri, quòd ſciant natura ſua non eſſe
malos. Deus enim inſeruit illos hominibus à creatio- Gen. 1. 31.
ne. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, quòd eſſent bo-
na. Animam hominis integram condidit, ut partes &
ſuperiores & craſſiores haberet, ubi iſtæ ſunt affe-
ctiones. Materia ſunt virtutum & eas adjuvant, ut de
iracundia dicam: eſt cos fortitudinis, adjuvat homi-
nes ad res honeſtas & fortiter gerendas. Nullus eſt
affectus qui ad honeſta non aliquam fortitudinem
G habeat. Qui extinguere affectus conantur, nihil a-
liud agunt, quàm ut tollant naturam hominis. Stul-
ti ergo erant Stoici qui toti in eo erant ut perime-
rent omnes affectus, potius Apoſtoli audiendi ſunt 1 Theſſ. 4. 13.
qui moderandos dicunt. Paulus ad Theſſ. Nolite do-
lere quemadmodum & cæteri non habentes ſpem,
non aufert luctum, ſed modum adhibet. Quis erit
modus iſte adhibendus?

39 Peripatetici multa de mediocritate diſputāt,
illam dicunt adhibendam quam vir ſapiens oſtendit.
H At ſapientia humana ſtultitia eſt coram Deo. Om-
nis homo mendax. Mediocritas illa verbo Dei ſta-
tuenda eſt. Si peccavimus & ſi in adverſis verſamur
in luctu ſumus, ſed ita ut non deficiamus à verbo
Dei, nihil contra verbum ejus faciamus. Non alie-
nemur à Deo, ne patiamur excuti nobis fidem, ſpem,
& charitatem. Fortitudinem, quam jactabant Stoici,
exigit Deus à nobis: at ſecundum rectam rationem.
Non vult nos immanes eſſe aut ſtupidos, ut ſtupidi
homines conabantur facere. Vnde Cicero in 3. lib.
I Tuſ. qu. ſic loquitur. Omnino vivere ſine dolore nō-
niſi mercede contingit, immanitatis in animo, ſtu-
poris in corpore. Ironicè enim loquitur. Auguſt. De

Civ.Dei li.4.c.9. ſcribit ſtuporem hunc quo illi affe- A ctus amittuntur, omnibus vitiis pejorem eſſe. Nec requiritur quod A.Gellius lib.12. cap.5. de quodam gladiatore narravit, qui dum ſecarentur eius vulnera à medicis, ridebat. Ferina eſt illa fortitudo. Dedit aliquando martyribus hoc Deus, ut in flammis & aliis ſuppliciis eſſent læto vultu, & canerent. Sed extraordinaria via hoc eis datum fuit, ut tyranni percellerentur, & aſtantes mirarentur: nos ordinariam conſtitutionem à Deo propoſitam ſequi debemus. Paulus in B 2. ad Cor. quid agendum ſit iis caſibus, rectè & prudenter expreſſit. In omnibus inquit, premimur, at nō deficimus, in omnibus laboramus, at non deſtituimur, in ipſis perſequutionibus non deſerimur, dejicimur at non perimus. Sic ſanctorum animi habent, affliguntur, non ſtupent ad illos dolores; nec tamen ita dolent, ut deſperent: hoc etiam nobis agendum eſt. Quare qui Stoicam rationem induxerunt, videntur voluiſſe cum truncis agere, non homines inſtituere. Speciem ſapientiæ nobis adumbrarunt: quam C nuſpiam videre expreſſam poſſumus, neque conſentit cum humana natura. Sunt tamen nonnulli qui nefas piis hominibus dicunt, ſuſpirare, gemere, triſtari: ſed παρέργα ſunt aliena, cum à verbo Dei, tum ab humana natura. Attendendum eſt verbo Dei. Chriſtus dicit, Mundus gaudebit, vos afficiemini triſtitia, illi ridebunt, & vos lugebitis. Quin edictum propoſuit, beatos eſſe qui lugent, qui conſolationem ſunt habituri. Paulus verò illos ἀστόργους pro peſſimis habet, & qui traditi ſint in reprobū ſenſum. In Pſal- D mo David dicit ſub perſona Chriſti, Expectavi qui triſtaretur mecum. Paulus mandat ut lugeamus cum lugentibus, & gaudeamus cum gaudentib. Idē ajebat, ſe maximo deſiderio teneri Romanos inviſere, ut aliquem fructum in eis haberet. Æmulabatur Corinthios, voluiſſet eos non ſeduci à pſeudoapoſtolis. Dicit, ſe dolere pro fratrib. Iſraelitis, & optat pro eis anathema eſſe. Illi affectus in eo vehementiſſimi fuerunt. Ait ſe ad Corinthios ſcripſiſſe multis lachrymis, E non vulgari affectu. Petrus amariſſimè flevit abnegato Chriſto. Sed quid quærimus exempla Apoſtolorum? ad Chriſtum authorē noſtræ ſalutis reſpiciamus. Miſericordia motus eſt non ſemel: cùm videret illos eſurire qui eum ſequebantur: cùm Iſraelitas palantes videret inſtar gregis carentis paſtore: cùm videret matrem, quæ funus filij ſui vnici ſequebatur. Ad ſepulchrum Lazari lachrymatus eſt. Cum videret Hieroſolymam, & cogitaret evertendam eſſe, flevit. Deſiderio deſideravi, inquit, hoc Paſcha vobiſcū F comedere. In horto triſtitia affectus eſt, mœror ſanguineum ſudorem ei expreſſit. Eſaias de illo dicit, Dolores noſtros ipſe portavit, &c. Hæc potius ſequenda ſunt, quàm Stoicorum illa ferrea ſententia.

Cur martyres aliquando læti in tormētis.

2.Co.4.8.

Ioan.16.20. Ma.5.4. Rom.1.31.

Pſal 69.21.

Rom 12.15.

Rom.1.11.

Affectus eadē ſunt in ſanctos.

2 Cor 11.2. Rom.9.3. 2.Co.2.4. Mat.26.75. Mat 14.14. Ma.6.34. Lu.7.13.

Ioa.11.34.

Lu.19.41.

Lu.22.15.

Lu.22.44. Eſa 53.4.

40 Cæterum de Chriſto mirantur, quomodo potuerit affici hujuſmodi affectionibus: cum animus ejus beatus eſſet: naturam divinam ſemper conjunctam haberet, & in conſpectu. Sed ſciendum eſt Chriſtum non tātùm verum fuiſſe Deum: ſed etiam verum hominem. Homo autem verus non fuiſſet, G niſi & animum integrum habuiſſet, nimirum ornatum ſuperioribus & craſſioribus partibus, in quibus ſunt illæ affectiones. Vnde Auguſtinus loco ſupra adducto: Neque cum verum corpus hominis & animum habuit, habuit falſum affectum humanū. Hinc Ambroſius præclare ait, Chriſtum aſſumpſiſſe non ſpeciem incarnationis; ſed veritatem, & ideo veros habuiſſe affectus. Et addit, id quidem conveniſſe, ut dolorem & triſtitiam vinceret, non autem excluderet. Neque laudabilis, inquit, eſt fortitudo, quæ ſtuporem vulnerum, non dolorem infert. Si qui ſunt H qui ſciant adeo ſtupidum corpus ſe habere, ut non ſentiant vulnera, non habēt laudem fortitudinis; ſed qui dolores, quos ſentiunt, vincunt. Quare cautè legendus eſt Hilarius de Trinitate lib.10. qui de corpore Chriſti & ejus affectibus periculosè loquitur. Contendit Dominum ad patiendum, ſed nō ad dolendum, corpus habuiſſe. Et dicit, crucem, gladiū, claves, impetum paſſionis in Chriſtum feciſſe, at non dolorem. Et ſimili utitur, fuiſſe perinde ac ſi quis tē- I taret gladio confodere aquam, ignem, aut aerem, impetum is faceret in hæc elementa, & gladius natura ſua dolorem faceret, at corpora illa ejus naturæ non

Quomodo affectus hi fuerint in Chriſto.

Hilarij ſententia narratur.

A ſunt ut plagam doloris pati poſſint. Non cōſentiunt hæc ſcripturæ corpori verè humano. Ita poſſumus ratiocinari Chriſtum habuiſſe dolorem. Ad id ut quiſpiam doleat, duo præcipuè exiguntur, quib. conſtitutis dolor conſequitur. Primùm, ut lædatur corpus: deinde ut ſenſus ſit illius læſionis. Lædebatur autem corpus Chriſti, ſolvebatur continuum: anima Chriſti perfectiſſima fuit, ſenſum habuit, non ergo ſtupebat. Idem cenſendum erit de triſtitia. Hæc eſt B natura eius, ut tunc emergat, ſi cogitatione aut imaginatione quidpiam noxium apprehendamus, quod impendet aut adeſt. Tales cogitationes Chriſtus habuit: res illæ naturæ adverſabantur, ſequebatur igitur triſtitia. At non ea ſequebatur, quæ peccatum adiūctum habebat. Fuerunt motus perfecti, non egrediebantur præſcriptum verbi Dei, rationem pœnæ, non culpæ habebāt. Affectus noſtri ſunt impuri. Quę cauſa eſt diſcriminis: Auguſtinus rationem reddit C loco ſupra citato: quoniam affectus Chriſti derivantur ex poteſtate, noſtri autem oriuntur ex infirmitate. Chriſtus illam poteſtatem habuit, ut affectus iſtos adhiberet, quando & quandiu vellet: noſtri verò iam oriuntur ex infirmitate, vel nobis nolentibus inſurgunt, non licet frænare eos; ideò turbidi ſunt, Chriſti verò limpidi. Non tantùm ut ab inſtitutione inditi Adamo, ſed ut ornati gratiá Dei, nihil audebant niſi quandiu & quantum oportuit.

Chriſtum habuiſſe dolorē.

Diſcrimen affectuum noſtrorum & Chriſti.

41 Tria ergo diſcrimina inter Chriſti & noſtros affectus poſſumus aſſignare. Primùm, quoad objecta D motus & affectiones Chriſti nunquam ad peccatum deflectebant, noſtri autem perſæpe. Alterum, Chriſtus (ut dicit Auguſtinus) adhibebat cum judicabat adhibendos eſſe, ut cum homo voluit fieri, factus eſt homo: nobis non accidit, erumpunt etiam nobis invitis. Tertium; adeò ſunt in nobis eæ perturbationes quandoque validæ, ut rationem ipſam deturbent, fidemque impediant. Verùm non ita fuit in Chriſto. Vnde Hieron. ſuper Matthæum tractans illud, Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eā: E diſtinguit & ait, eſſe τὰ πάθη, & προπάθειας. Πάθη ſemper accipi in malam partem, quia nos ſuperant & vincunt. προπάθειαι verò primi motus, qui etſi culpæ nomine tenentur, attamen crimina non ſunt, quia non vincunt. Quid autem interſit inter crimen & peccatum, Auguſt. tract. 41. ſuper Ioan. oſtendit. Crimina ſunt peccata gravia quæ accuſationem habent, & merentur condemnationem: Peccata verò ſunt leviora. Vnde Apoſtolus quando agit de ordinandis F paſtoribus, vult eos ſine crimine eſſe, non ſine peccato: alioqui omnes à miniſterio excluderet. Igitur in Chriſto eæ affectiones non eo proficiebant, ut alienarent voluntatem à recto. Vt Hieronymus dicit, cum tractat locum illum, Triſtis eſt anima mea, &c. Propaſſionis potius, quam paſſionis habuerunt rationem. Poterat natura ſua divina efficere, ut non oborirentur, ſed diſpenſatione quadā gratiæ pro noſtra ſalute illis faciebat locum, quando erat opportunum. Quare autem voluntatem appellat: Non mea G inquiens, ſed tua voluntas fiat, ſi erant affectus? Intellexit propenſionem naturæ, qua noxia refugimus; & æquum fuit ut triſtaretur Chriſtus, & iis affectib. afficeretur. Quia per omnia cum tentari oportuit, & iſtos affectus vincere, & hæc victoria non parum ad noſtram redemptionem faciebat, neque adverſabatur voluntati Dei. Voluit enim eum non tantùm cruci affigi, ſed etiam iſtis motibus affici: quemadmodum everti Hieroſolymam, & Chriſtū collachrymari: neque volūtati Patris adverſabatur dum fleret. Mors ergo Chriſti, ſi credamus Cyrillo, quà homo e- H rat, & iuxta appetitum & ſenſum, non erat volūtaria. Voluntaria tamen erat, quia Patri placebat, & quia noſtri redemptionem faciebat, propter quam Chriſtus venerat. At dicebatur, beatus erat Chriſtus, quomodo potuit commoveri illis affectibus? Quia felicitas illa, ita in ſuperiore parte mentis continebatur, ut non redundaret ad inferiores partes.

Paſſio & propaſſio.

Crimē & peccatum.

Quare affectus voluntatem nominet Chriſtus?

Heb.4.15.

Si beatus, quomodo habuit affectus?

42 Omnia hæc faciunt contra Stoicos, doctrina Chriſti & Apoſtolica: Item exemplum Chriſti. Non itaque mirandum, ſi pij ita dolent. Imo addendum I judico, in piis veras στοργάς majores eſſe, quàm in impiis, qui eas paulatim exuunt, & quo ſunt majores, eò cùm contra illos agitur, magis dolent. Sic David, quò

Digitized by Google

quò magis propenſus eſt in libetos, eò magis cruciatur. Qui omnia fato, & fortunæ, aut neceſſitati materiæ tribuunt; quia divinis literis adverſantur, non ſunt audiendi. Concludimus, ſanctos cùm ita dolent, lachrymantur & afficiuntur triſtitia, placere Deo, dum retinent fidem & ſequuntur ſpiritum. E diverſo autem philoſophos & Ethnicos dum ita magnificè videntur agere, contemnere adverſa omnia, ac nullo pacto commoveri, affirmamus Deo diſplicere cum omni ſpecie virtutum egregia. Id docuit Auguſt. lib. 4. contra Iulianum, ca. 4. tres attulit rationes: prima eſt, quod abſque fide impoſſibile ſit Deo placere: cùm illi videantur tam heroicè agere, & interea fide deſtituti ſint, Deo placere nequeunt. Altera ratio, deſtituti vera fide, ſunt adhuc malæ arbores: mala vero arbor facit malum fructum. Tertia, non ſatis eſt agere quæ natura ſua videntur bona, ſed oportet bene agere. Quis dixerit illos Ethnicos, illa admiranda recte agere, cùm infideliter agant? Quod infideliter agitur non rectè agitur. Iactent ſua magnificè ut volunt, nos has habemus rationes: dicimus illos, & acta ipſorum Deo non placuiſſe. Idem dicit in expoſitione Pſal. 25. ad finem: ex Ethnicis pleroſq; fuiſſe, qui detrectabant ad Chriſtianiſmum accedere, dicebant, multos in eis defectus videmus, quibus nos caremus. Reſpondet eos valdè errare, cum in illis virtutibus quas iactant probi non ſint. Sed mediocriter mali. Ego libenter adjecerim, ſæpenumero valde malos eſſe, quia ſuis illis virtutibus ſibi vehemẽter placent, ſuperbiunt: Superbia autem Deo inviſa eſt. Dicimus ergo Davidem & ſimiles ejus, in triſtitia magis placuiſſe Deo, quàm potuerint placere Pulvilli, Anaxagoræ, Æmilij, Bruti, Torquati, qui viſi ſunt contemnere magno & excelſo animo res triſtes quæ accidebant. Cum nobis Socrates objicitur, de quo Plinius lib. 7. ſcribit, quod ſemper eodem vultu viſus ſit, nunquam lætior aut triſtior, illi opponemus Chriſtũ, qui unus eſt nobis pro omnibus: item Apoſtolos, Prophetas, Davidem: & dicemus, lõge iſtos & rectius & ſapiẽtius agere quã ille fecerit. Gubernãtur enim pij verbo Dei, nõ dogmatib. quæ ſuderint homines: ducuntur non opinione aut ſuſpenſione, aſſenſus Academicorum & τῶν ἀπορητικῶν: ſed fide certiſſima & conſtanti. Reguntur divino ſpiritu, non autem prudentia humanæ carnis, quæ eſt inimicitia adverſus Deum: Idcirco placent Domino. Nec duxerũt ſancti coercendos ac tollendos affectus, omnino in iſtis caſibus cum ſe caſtigari à Deo videbant, cum dolebant ſe violaſſe leges Domini, ſe dediſſe cauſam iſtorum malorum, hæc enim nunquam ſatis deplorari poſſunt, indicabant potius laxandas eſſe habenas affectibus, qui juvarent pietatem & pœnitentiam corroborarent.

Sancti etiam, cùm ita amciuntur, placent Deo, Philoſophorum virtus Deo non placuit.
Heb. 11. 6.
Ma. 7. 17.
Rom. 8. 7.

43 Sed unum quis fortaſſe requirat, quî fiat, ut hos dolores magis legamus in Veteri Teſtam. quàm in Novo: dixerim fortaſſe non eſſe verum quod aſſumunt. In Novo Teſt. lamentantur qui peccata ſentiunt. At non videtur: nunc ut antiquitus non fit illo apparatu. Fateor: Tunc mos erat ut luctus illi publici eſſent, nunc ætatis ratio noſtro tempore hoc nõ fert: deinde poſſem reſpondere, veteres habuiſſe quidem promiſſionem æternæ vitæ quemadmodũ nos: a: præterea vehementius eis inculcatas terræ Chanaan promiſſiones, & prolis augendæ benedictiones, ſcilicet temporarias. Nobis etiam iſta promittuntur: nam ſi quæſiverimus primum regnum Dei, reliqua nobis adjicientur. Sed generatim nobis hæc promittuntur, non ita inculcantur. Sumus in majori luce, ideo magis animum adhibemus potioribus promiſſionibus, inde ſequuntur minores fortaſſe dolores in amiſſione rerum temporariarum.

Mat. 6. 33.

CAPVT XIII.

De Oratione, & Chriſti Interceſſione: ubi de lingua peregrina, Muſica, & Carminibus.

In Ro. 1. 9.
Duo genera precum.

DIſtribuuntur ſanctorum preces in duo genera. Quædam enim ſtatæ ſunt, utpote cùm habẽtur in publico cœtu definitis ac præſcriptis diebus, Dominico inquam, & ſi qui alij per Eccleſiam deſtinantur ad ſupplicationes publicas. Deinde Chriſtiani hominis eſt, ſingulo quoque die habere ſtatas horas, quib. Deum precetur: idq; ter, quinquies, aut ſepties, prout occupatio patitur. Alterum genus eſt, earum precum quæ vagæ appellãtur: nam illis utimur, quoties præſens aliquod periculum urget. Paulus verò ait, ſe Romanorum mentionem ſemper facere in ſuis precibus: & in quibuſdam codicibus additur adverbiũ πάντοτε, quod eſt, ubique: licet hoc aliqua exemplaria expũnxerint. Fuerunt hæretici, qui Meſſaliani dicti ſunt, atque illorum mentionem facit Tripartita hiſtoria. Illi omnia tribuebant precibus, idq; in tãtum, ut prorſus derogarent cum verbo Dei, tum Sacramentis, aſſerentes, omnia hæc nil prodeſſe, ſed quicquid habemus commodi, id ab orationibus provenire: & aſpernabantur manibus laborare, vel quippiam aliud facere. Quod ſi impuliſſes eos ad opus, ajebant, id nihil conducere, cùm tantùm eſſet orandum: cùm tamen Apoſtolus disertè moneat, eum qui non laborat, nec debere manducare. Idemque ſcribit, Suorum ac præcipuè domeſticorum curam non eſſe negligendam: quod ſi quis admiſerit, fore perinde ac ſi fidem abnegaſſet. Sed hac ſuperſtitione miſſa, plurimum debemus tribuere precibus: quandoquidẽ hoc eſt ingenium filiorum Dei, ut quàm frequentiſſimè orationibus vacent: nam illud eſt Dei providentiam agnoſcere. Dum enim credimus, nihil poſſe hominẽ aſſequi quod ei non tribuatur à Deo, frequenter adducimur, ut pro neceſſitatibus occurrentibus eius auxilium imploremus. Atque dum oramus, non minus Deo ſubmittimus nos ipſos, quàm argilla ſubditur figulo: nam hoc in primis petimus, ut per voluntatem ejus habeamus quicquid cupimus. Cumque orando, mens abducatur à curis & mundana ſolicitudine, prorſúſque in Deum ſubvehatur: nihil debet eſſe jucundius, quàm hoc ſtudio ſe occupare. Atque dolendum eſt hodie, ita obſoleviſſe inter Chriſtianos orandi morem; ut adeo ſit infrequens, & præſertim in tanta Evangelij & Scripturarum luce. Quare non eſt mirum, ſi omnia ſic frigent. Certè calor ibi accreſcit, ubi lux non facile pertranſit, ſed retorquetur, atque ad ſuperna, ut ajunt, reflectitur. Idcirco inferior hæc pars aëris, quæ terram ambit, maximè calet, quòd radij ſolis qui terram feriunt, quoniam jam eam cùm tam denſa ſit, penetrare non poſſint, reflectuntur, & quodammodo geminantur, unde calor excitatur. Haud ſecus deberet fieri in cordibus noſtris, quando ad ea affulget lux divinorum ſermonum. Eã enim acceptam, retorquere oportebat in Deum, orãdo, ut quæ mandavit, quæque nobis dignatus eſt revelare in nobis perficiat. Cùm enim Scripturas legimus, Deus nobiſcum loquitur: at cùm oramus, nos alloquimur Deum. Oportet autem frequenter inſtitui hunc dialogum: quo cùm audimus in Sacris Scripturis, Deum, vel ſe revelantem, vel aliqua præcipiẽtem, ipſi rurſus ab eo peteremus, ne illa nobis fruſtra canerentur: ſed cum utilitate & fructu exequutionem haberent.

Rom. 1. 9.
Meſſalianorũ vel Euchitarum hæreſis.
2. Theſſ. 3. 10.
1. Tim. 5. 8.
Filiorum Dei eſt frequenter orare.
Simile.
Vtilis dialogus inter nos & Deum.

2 Docemur etiam à Paulo, ita preces inſtituere, ut non ſolùm nobis, verùm etiam proximis oremus. Adhæc cùm precatur, ut ſecundum iter ad Romanos habeat, inſinuat opera noſtra auſpicanda eſſe à precibus, ſi ea bene ſuccedere volumus. Abſterrentur autem nonnulli à Deo invocando, quod ſe dicant non audiri. Cæterum deberent confirmari, cùm audiunt Paulum ſæpius impedimentum fuiſſe no Romam iter, & eundem tamen perſtitiſſe in eodem voto, & eaſdem preces conſueviſſe repetere. Quin etiam poſteriore Epiſt. ad Cor. ſcribit, ſe bene ter petiiſſe, ut ſtimulo carnis liberaretur: cui tamen tandem reſponſum eſt, ſatis eſſe, ut Dei gratia frueretur. Itaque vel tãdem audimur: ut ſi quod petimus non datur, aliquid eius loco reponitur, quod longè melius & conducibilius ſit ad noſtram ſalutem. Deuſque frequenter differt noſtra poſtulata, ut (quemadmodum dicit Auguſt. in quadam Homilia) diſcamus grandia granditer deſiderare. Alij revocantur à precibus, quod ſecum ſtatuant, licèt iſta non petam, tamen Deus id faciet, quod viſum fuerit: neque meis rationibus eius voluntas immutabitur. Sed iſti non intelligunt, Deum, priuſquam concedat aliquid boni ſuis electis, conſueviſſe animos eorum deſiderio ea

Rom. 1. 10.
Si Deus videatur non audire, non tamen ab orando eſt deſiſtendum.
2. Cor. 12. 8.
Cur Dominus poſtulata noſtra differat?

Digitized by Google

conſequendi vehementer accendere. Deinde, cùm velit aliquid agere, ſuos excitat, ut id poſcant: quò eorum precib. tribuat id honoris gratia, quod alioqui facturus erat. Accedit adhæc, beneficia eſſe gratiora, cùm petita & deſiderata fuerint. Et præterea mentes noſtræ, precando, magis cum Deo coniunguntur. Imò nil aliud eſſe videntur hæc vota ſanctaq; deſideria, quàm ſcalæ & gradus, per quos ad Deum conſcendamus. Neque verò pij dum orant, exiſtimant ſe ea quę petunt, precibus promereri. Cur ergo inquies preces interponuntur? Reſpondeo, quod ſint ut viæ quædam & ſpatia, per quæ ad id venimus, quod vehementer optamus. Vult itaque Deus nobis ea concedere, quæ utilia & commoda eſſe viderit: ſed tamen, per iſtos gradus conferre ſtatuit, non quòd preces cauſæ ſint eius beneficiorum: ſed quod ſint inſtar viæ, per quam ad illa perueniatur. Si volueris ad fluvium ire, tibi conficienda eſt via, quæ ducit eò: cùm tamen ea non ſit cauſa, qua pervenias ad fluvium: nam ſi deſunt animi vires & motus corporis, eò fruſtra contenderis. Et cum præceptor ad ſcholam proficiſcitur, ei per gradus eſt aſcendendum: cùm tamen gradus illi, cauſæ non ſint ut eo veniat. Nam finalis cauſa profectionis eſt, ut doceat: Efficiens verò, animi vires & firmitudo corporis. Ad hunc eundem modũ ſentiendum eſt de precibus. Quod ſi dixeris, Nonne Deus quæ vult, etiã citra preces elargiri poteſt? Poteſt utique, & ſæpe id facit: nec vult ambitioſè orari, quemadmodum tyranni faciunt, quaſi nonniſi blãditiis noſtris flecti poſſet. Nec vult ſua cauſã orari, ſed noſtra. Nam ſi cui liceret diu multumque cum homine prædito virtutibus & ſcientia verſari, non eſt dubium quin & melior & doctior evaderet: at quanto maius & præclarius eſt: cum Deo Optimo Max. verſari & colloqui? Philoſophi arbitrantur magnam hominis eſſe perfectionem ſeipſum noſſe, proximum intelligere quid ſibi deſit, poſtremò noſſe Deum ſummum & unicum bonum, quod ſit exoptandum, & à quo petenda ſint omnia. Proinde nobis Deus preces mandavit, ceu quædam media per quæ adoptata perveniremus. Quare inepti & ſtulti ſunt, qui dicunt; Si Deus me ad ſalutem prædeſtinavit, illis mihi etiam citra preces confert. Nam Deus, & finem & media, quibus ad illam tenditur, ſimul prædeſtinavit. Et denique oramus, non quidem ut Deum immutemus, quod fruſtra niteremur, cùm ſit immutabilis: ſed potius ut ipſi commutemur, quandoquidẽ orando beneficiorũ Dei capaces efficimur.

Quare Deus velit nos petere quod alioqui paratus eſt dare?

Ex 1. Sa. 1. ſub finem.

Preces non ſunt cauſæ beneficiorũ Dei.

Similia.

Quomodo Deus dicat ſe nolle dare, quod eſt daturus, & contra.

In Iud. 10. v. 13.

Iud. 10. 13.

3 At Iudicũm 10. dicit Dominus, ſe auxilio non futurum Iſraelitis, cùm poſtea ipſos juverit. Num ergo mentitus eſt Deus? Minimè omnium, ſed nondum pœnitentia populi eò pervenerat, quò volebat. Pro eo ſtatu & conditione quo tunc erant, dicit ſe illis auxilio non futurum. Deus quippe nouit momenta temporum. Sic medicus tractare ſolet ægrotum, dum in æſtu atque ardore febris vinum poſtulat. Non dabo inquit, nõ quod nunquam dare velit, ſed quia novit quando futurum ſit utile. Rurſus ægrotus pharmacum poſtulat, medicus negat, quòd velit prius humores cõcoqui, ut facilius educi queãt: ita nunc Deus agit cum populo. Neque inuſitata eſt hæc loquendi formula in Scripturis: Dixit Dominus ad Moſen, Sine ut iraſcatur furor meus, & uno momento illos perdam. Hæc dicebat, cùm tamen populo vellet parcere, ſed Moſis preces Deo placebãt: ideo eo volebat eum inflammari, atque affectum ejus & fidem augeri. Apud Matth. Cananitis mulier ad Chriſtum clamabat: at ille quaſi audire nollet, prætaeribat tacitus. Deinde cum ea inſtaret, Nõ ſum miſſus, inquit, niſi ad oves quæ perierunt domus Iſrael. Cumque illa non deſineret, canem appellat: Nõ eſt inquit, bonum ſumere panem filiorum, & dare canibus: & tamen jam inde ab initio decreverat ei auxiliari. Sed arte voluit ejus fidem in lucem producere, ut omnibus modis cognoſceretur. Et alio loco ſub Parabola petentis panem, ait, Cui reſpondit paterfamilias qui erat intus. Ego & pueri mei ſumus in lecto. Cúmque alter inſtaret, pertinacia impetravit quotquot panes volebat. Ita hoc loco Deus reſpondet ſe non auxiliaturum, nempe illi populo, ut tunc habebat. Non enim pœnitentia eorum iam tunc plena erat. Non mutat Deus ſententiam, ſed illos magis ac magis vult mutari.

Simile.

Ex. 32. 10.

Mat. 15. 13.

Luc. 11. 7.

Deus non mutatur, ſed nos vult mutari.

4 Ieremias cap. 18. ait, Si loquutus fuero malum contra gentem aliquam, & gens ea pœnitentiam egerit, me quoque pœnitebit ejus mali, quod me facturum dixeram. Vtque Ieremias dilucidius intelligeret quæ dicebantur, juſſit eum ire in domum figuli: ubi figulum animadvertit, vas è luto fingere, quod in manibus artificis rumpebatur. Figulus autem aliud vas ex eodem luto denuo fingebat. Ita Dominus inquit, Si egerint pœnitentiam, me quoque pœnitebit: ego nunc illis fingo malum, ſed pro malis fingam bona: nec tamen, ut dixi, mutat ſententiam, quia tales minæ ac promiſſiones ex conditione pendent, quæ interdum mutatur, cùm Deus idem maneat. Hac de re præclarè ſcribit Chryſoſtomus in Geneſin. Hom. 25. Iuſſerat Dominus, ut Noe arcam fabricaret, & comminatus eſt poſt 120. annos ſe omne hominum genus diluvio perditurum: ſed cùm nihil interea proficeretur, viginti annos detraxit, & centeſimo anno diluvium immiſit, nec tamen Deus immutatus eſt, ſed hominum conditio variavit. Idem quoque in Matthæum Hom. 65. cùm illud interpretatur, Amen dico vobis: vos qui reliquiſtis omnia, &c. Quærit, nonne Iudas fuit unus ex illis duodecim, & num Iudas ſedebit ſuper duodecim ſedes, & iudicabit duodecim tribus Iſrael? An ergo mutavit Chriſtus ſententiam? Non inquit, ſed ipſe Iudas mutatus eſt. Quod idem videtur ſentiendum de civitate Niniv æ, ac de rege Ezechia, quem Deus moriturum denunciaverat. Nec enim vel Niniue illo tempore periit, neque mortuus eſt Ezechias: quoniã ſunt immutati. Pronunciaverat Deus ab initio, ut terror hominum eſſet ſuper beſtias. At contra accidit: homines quippe nunc leones, urſos & tygrides metuunt, quod ab illis crebrò lacerentur. Id autem propterea uſu venit, quia hominum conditio, non autem conſilium Dei eſt immutatum.

Iere. 18. 8.

Ibid. v. 4.

Chryſoſtomus

Gene. 6. 4.

Ibid. v. 3.

Matt. 19. 28.

Ioan. 3. 4.

Eſ. 38. 1.

Gene. 9. 2.

5 Promiſſiones itaque illæ Dei, pro ſtatu præſenti rerum intelligendæ ſunt. Quamobrem cum Dei promiſſiones audimus, ſic oportet cogitare: vel conditionem aliquam conjunctam habent, vel abſolutè ponuntur. Dein, vel in hoc tantùm tempus valẽt, vel in poſterum ſunt implendę. Quodque ad promiſſionum & comminationum attinet conditiones, diligẽter attendendum eſt, promiſſiones alias legales eſſe, alias Evangelicas: quid autem inter ſe differant, ſuperius abundè tradidi. In ſumma, nunc dicã, promiſſiones legales eſſe, quæ annexam conditionem habeant, ita ut promiſſio non debeatur, niſi perfectiſſimè ſit Legi ſatisfactum: atq; ita illæ cõditiones cauſæ præmiorũ dici poſſunt, ſi eis ſatisfaceremus: quod cùm in iſta corruptione ac vitio naturæ minimè valeamus, Deus non aſtringitur mercedem reddere. Proinde cùm implere Legem, ut oportuerat, nequeamus, omnis ratio meriti prorſus tollitur: nec tamen fruſtra illæ promiſſiones dantur. Nam licet per infirmitatem non poſſumus conditionem præſtare, ſi ad Chriſtum confugiamus, & regenerati meliorem vitam inchoemus, promiſſiones, quæ legales erant, fiunt Evangelicæ: non quòd ſub gratia degentes illas conditiones impleamus, ſed quòd per Chriſtum fuerint abſolutæ, cujus juſtitia nobis imputatur. Ad hunc modum cogitandum eſt de divinis promiſſionibus.

Dei promiſſiones quomodo ſint accipiendæ?

Promiſſiones legales conditionem habẽt annexam.

Evangelicæ promiſſiones.

Minæ Dei quomodo accipiendæ ſint.

6 Eadem quoq; ratio eſt de minis: quoniã pleriſq; addenda eſt conditio, Niſi reſipueritis. Plerunq; dixi quoniã in uniuerſum nõ eſt verum, ut in Davide patet, qui reſipuit, & tamen paſſus eſt quæ Nathan cõminatus fuerat. Moſes itẽ reſipuit, nec tamẽ in terrã promiſſionis eſt inductus. Quo verò ad conditionem de reſipiſcentia, non eſt prætereundum, illam in nobis minimè perfectam eſſe: alioquin condonatio peccatorum, ut merces nobis deberetur: quare oportet ſtatuere, conditionem reſipiſcendi Evangelicam eſſe, & dum pœnitentia in nobis reperitur, fructus eſt fidei, non meritum. Hac de re præclarè ſcribit Chryſoſtomus Hom. 5. ad populum Antiochenum, ubi plebem conſolatur de minis Theodoſij. Adducit locũ ex Ie-

2. Sam 12.

Num. 20. 12. & Deu. 1. 44.

Digitized by Google

Diſcrimen inter principes mundi & Deum.

ex Ierem. cap. 18. & ſubjicit longè aliam eſſe Dei ſententiam atque Principum hujus mundi. Sententia enim Principis, ſtatim ubi ſemel dicta eſt, perficitur, & mutari vix poteſt. Dei autem ſententia, ſi quid minatus fuerit, non eſt præceps ad perniciem, nec inexorabilis: imò gradus & initium quoddam ad ſalutem videri poteſt. Nam hac ratione ſæpe Deus homines revocat in viam, & ſalvos facit. Atque hæc de conditionibus.

7 Quod autem ad tempus attinet, non oportet ſemper expectare, ut Deus promiſſa ſtatim perſolvat. Quòd ſi diſtulerit, ita debemus nos conſolari: nondum complevit, at ſuo tempore faciet. Interea, vult ad hunc modum noſtram fidem exercere. Deus non rarò videtur nihil minus facturus, quàm quod promiſit & minatus eſt. Davidi pollicitus eſt regnum: verùm per quas anguſtias illum priùs exercuit, quàm promiſſa compleverit? Primùm enim pauper erat & opilio, deinde aſſumptus in aulam, cœpit odioſus eſſe Sauli, & adeò periclitatus eſt, ut parum abfuerit, quin in poteſtatem ejus venerit. Cùm Dominus ac Servator noſter Ieſus Chriſtus de Maria eſſet naſciturus, angelus pollicitus eſt, eum habiturum thronum David patris ſui, & tamen uſque ad annum trigeſimum vixit fati obſcurus. Dein factus eſt exoſus Pontificibus, Phariſæis & Scribis: atque ita diu male habitus eſt, & extremùm in crucem ſublatus. Itaque Eſaias probè monet, ut qui crediderit, non feſtinet. Deus enim qui promiſit, tempore ſuo perficiet: at noſtrum interea eſt: nihil ei præſcribere. Paulus ad Hebræos, cap. 10. habet, Patientia vobis opus eſt, ut facientes voluntatem Dei aſſequamini promiſſionem. Adhuc enim parum, & qui venturus eſt veniet, & non morabitur. Iuſtus autem ex fide vivet. Et ſi ſe ſubduxerit, non probabitur animæ meæ. Idem etiam de minis conſtituendum eſt. Dicebat Deus Babylonios everſum iri: at illi florebant, & triumphabant, quin & populum Dei captivum abducebant. Noluit igitur Deus tunc implere ſuas minas, quas deinde ſuo tempore complevit.

2. Sam. 13. 16.
Ibid. v. 11.
1. Sam. 18 &c.
Luc. 1. 32.
Luc. 3. 23.
Eſa. 28. 16.
Heb. 10. 36.
Ier. 50–14.
Pſal. 37. 8.

8 Hæc ad illum locum accommodemus. Quid dixit Deus? *Non auxiliabor*, hoc eſt in præſentia: poſt autem, cùm opportunum fuerit, adjuvabo. Quin & nobiſipſis Deus intus & in corde ſæpe reſpondet, non auxiliabor: nam peccatis eſtis onuſti. Quid tum faciendum? deſiſtendúmne à precibus? Minimè. Imitemur potiùs Hebræos: illi quanto Deus acerbiora ſibi reſpondit, tanto magis auxerunt reſipiſcentiam. Ioannes ait, Si cor noſtrum accuſat nos, major eſt Deus corde noſtro. Cor noſtrum tum accuſat nos, cùm dicimus nobis, Deus non exaudiet propter peccata. Deus magis accuſat nos, quia magis videt nos, quàm ipſi nos videamus. Quare David aiebat: Ab occultis meis munda me Domine. Quid ergo eſt remedii? Quis enim eſt, quem non accuſet cor ſuum? Convertamus nos ad Chriſtum: quòd ſi cor dixerit, Non auxiliabitur: illi dicamus, Hoc poſſim credere, ſi meipſum tantummodò ſpectarem: ſed ad Filium Dei reſpicio, qui ſeipſum pro me dedit. Hinc ea fiducia naſcitur, quam Paulus habuit, cùm diceret; Quis accuſabit adverſus electos Dei? Deus eſt, qui juſtificat, &c. Quare ſi Deus nos non accuſat, ne cor quidem noſtrum accuſabit nos, dum in Chriſtum reſpicimus. Habemus enim tum fiduciam apud Deum, & obtinebimus. Et dum ad Chriſtum convertimur, non tantùm abolebitur accuſatio & peccatum, ſed reſipiſcentia quoque augetur.

Iud. 10. 3.
1. Ioan. 3. 20.
Ad cordis noſtri accuſationem, quid reſpondendum?
Pſal. 19. 13.
Rom. 8 32.

An liceat à Deo petere res indifferentes?

9 Verùm à nonnullis dubitatur, an liceat petere à Deo res indifferentes: quia neſcimus, ut inquiunt, an petentibus noſ profuturæ ſint, vel nocituræ. Et Plato in Alcibiade ſecundo difficillimum eſſe ait, preces noſtras definire: ideóque tantùm in univerſum ac generatim putat bonū eſſe petendum. Chryſoſtomus item in Epiſt. ad Timoth. Hom. 8. Qui ſcire poſſum inquit, me impetraturum, quod poſtulo? Si nihil contra voluntatem Dei, aut ejus majeſtate indignum poſtules, nihil terrenum, nihil mundanum, omnia ſpiritualia, &c. Dominus in oratione ſua tantùm ſpiritualia docet eſſe petenda: etenim reliqua omnia generatim complectitur, dicendo; Panem no-

Quid ſpectandum in petitione rerum indifferētium?
Mat. 6. 11.

A ſtrum quotidianum da nobis hodie: atque alibi ait, Primùm quærite regnum Dei, & hęc vobis adjicientur. Auguſtinus tamen in Epiſt. ad Probam, hoc etiā genus rerum, poſſe à Deo peti affirmat. Nam quæcunque licet optare, ea inquit, licet & petere. Deinde iſta Deus non rarò promiſit, ergo & iſta poſtulare licet. Huc etiam faciunt exempla: Moſes quippe victoriam petiit adverſus Amalechitas. Abrahamus etiam poſtulavit, ut Iſmael viveret, & eſt auditus.

Mat. 6. 33.
Exod. 16. 11.
Gen. 17. 18.

B Paulus quoque rogavit, ut ab afflictione liberaretur. Cæterùm, duo hîc nobis conſideranda occurrunt. Primùm, ne in iis rebus, quæ adiaphoræ ſunt conſiſtamus, ſed eas perpetuo referamus ad gloriam Dei. Deinde conſtituamus oportet, nos illis rectè uti velle, ſi contigerint. Ac dixerit quiſpiam, circa bonum uſum liberorum, quos petimus, cùm ſimus homines, falli poſſumus: nam ſolus Deus novit, quàm benè vel malè uſuri ſimus liberis noſtris: deinde natura humana inconſtans eſt, & idcircò mutari poſſumus, ut

2. Cor. 12. 8.

C quod prius volebamus, poſtea repudiemus. Vera quidem hæc ſunt: at ſi animo fideli ac pio, poſtules à Deo prolem, nihil eſt periculi: quia ſucceſſus in manu Dei poſitus eſt, cujus arbitrio futura omnia reguntur. Ille ſpectat, non quid tu petas, ſed quid tibi ſit quàm utiliſſimum. Et Paulus ait, Nos quid petamus, neſcimus, verùm ſpiritus infirmitatem noſtram adjuvat, & ſuâ ſapientiâ noſtras preces corrigit. Nec id prætereundum, Deum quandoque videri nos minimè audire, cùm tamen tum maximè audiat: ut cùm

Rom. 8. 26.

D Paulus precaretur ut ſtimulus carnis abſcederet, audivit, ipſi debere ſufficere gratiam & favorem, quo Deus illum proſequebatur. Cùm itaque talia oramus, hoc animo eſſe oportet, ut quicquid acciderit, judicio Dei contenti ſimus. Et cùm Chriſtus ait, Primùm quærite regnum Dei, cætera deinde vobis adjicientur, non inquit, adjicientur non petita. Adjicere quidem ea vult, ſed non prohibet quin petatur, modò nobis poſteriori loco fuerint. Deinde ibi de precibus non agebat, ſed tantùm de ſolicitudine curáque moleſta rerum fluxarum.

2. Cor. 12. 9.
Mat 6. 33.

E 10 Porrò Chriſtus monet, ne orantes multiloquio utamur: ſed ſciendum eſt, illum, cùm iſta diceret, minimè prohibuiſſe diuturnas preces, ſiquidem ipſe pernoctavit orans in monte, & ante mortem prolixè oravit, nóſque jubet ſemper orare, ac nunquam deficere. Et quo magis hoc inculcaret, parabolis uſus eſt, de judice iniquo, mulieris viduæ cauſam propter ejus importunitatem vindicante: & de homine, qui cum eſſet in lecto, & nollet ſurgere, tamen amico aſ-

Mat 6. 7.
Mat. 14. 23. & Luc. 21. 37. & 22. 41.
Luc. 18. 1.
Luc 11. 7.
Mat. 15 22.
1. Reg. 18. 27.
In 2. Sam. 7. ad finem.
In 1. Sam. 1.

F ſiduè pulſanti, fores poſtremò aperuit, eíque tantum dedit panis, quantum ille accipere voluit. Quin & ipſe Dominus mulierem Chanaanitidem, indefeſsè pertinacitérque clamantem, ad extremum audivit. Quare attendendum eſt multiloquium tum adhiberi, non cùm diu precamur, ſed cùm citra fidem & ſpiritum verba multiplicamus, perſuaſi, nos propter numerum ipſum verborum audiri poſſe. Sic Helias Baalitas ridebat, hortabatúrque ut altius clamarent, quò ſuo à Deo, vel dormiente, vel occupato

Preces diuturnæ non ſunt multiloquiā.
Quodnā multiloquium in precibus prohibeatur?

G denique, audirentur. Eſt igitur illa ſtulta cogitatio. Deus enim audit nos, non propter noſtra verba, ſed propter bonitatem & clementiam ſuam. Altera cauſa eſt, ſi velimus quaſi præſcribere Deo, & illum docere, quibus rebus nobis opus ſit. Deus enim ſcit, quibus rebus egeamus, etiam antequàm incipiamus precari. Remotis his duabus cauſis, orare poſſumus, quantum volumus. Quatenus autem orationes noſtræ aut breves, aut prolixę eſſe debeant, Auguſtinus pulchrè ſcribit ad Probam.

Mat 6. 32.
Quomodo oratio longa aut brevis eſſe debeat?

H Fratres (inquit) in Ægypto habent preces crebras & breves, tanquam ejaculationes quaſdam animorum: idque, ne intentio illa emolleſcat. Itaque addit, Si videamus ſtudium noſtrum atque impetum ad precandum incipere flaceſcere, non eſſe aſſiduitate hebetandum: at ſi attentio noſtra alacris & erecta ſit, non eſſe abrumpendam. In ſumma, oratio inquit, multa eſſe debet, loquutio eſſe pauca. Eos autem ait, multos eſſe in orando, qui neceſſaria quidem petunt, ſed verbis ſuperfluis.

Mos Ægyptiorum in precibus.

I Eam verò orationem eſſe multam, ſi excitato corde, aſſiduè pulſemus eum, quem precamur. Magis autem lacrymis, quàm verbis agendum eſſe:

Digitized by Google

& fletu magis, quàm affatu. Verba enim non in a-
lium uſum adhiberi, quàm ut vel noſipſos incitemus,
vel alios.

In 1.Sam 1.12.
Num vox ad preces privatas adhibenda ſit?

11 Sed cùm ſcribatur, Hannam matrem Samuelis
tantùm labia moviſſe, nulla edita voce: quæri poteſt,
num vox ad preces adhibenda ſit? Hæc quæſtio de
publicis, verùm de privatis intelligenda eſt preci-
bus: nam de publicis dubitari non poteſt. Ad hoc re-
ſpondemus, voce non opus eſſe, cum Deum ſeorſim
& privatim oramus, quia Deus animum & cor au-
dit, & intuetur. Attamen interdum non abſque fru-
ctu adhibetur, quoniam in precibus nonnunquam
langueſcimus, & animus ipſe defatigatur, unde vox
interpoſita nos excitat, & quodammodo reficit.
Deinde quandoque fit, ut cùm vehementer magnó-
que impetu precamur, totique in eo ſumus, vel im-
prudentibus vox erumpat, quæ Deo non poteſt non
eſſe grata. Non celabat Hanna vota ſua, quod ali-
quid à Deo turpe vel inhoneſtum peteret, quod
Ethnici ſæpe fecerunt: unde Seneca in Epiſtola ad
Lucillium 10. inquit, Athenodorum ſolitum eſſe di-
cere, illum permultum profeciſſe, qui nihil à Deo
petat, quòd non auſit publice profiteri. Quod verò
attinet ad ſitum & compoſitionem corporis inter o-
randum, ſciendum eſt, Deum non curare qua cor-
poris figura oremus: tamen ſi preces comitetur mo-
tus aliquis membrorum compoſitus & modeſtus,
qui nón ex hypocriſi, ſed ex fidei affectu proficiſca-
tur, illum nequaquam cōtemnit. Corde in primis at-
que animo eſt orandum, quod illi non præſtant, qui
cùm labiis Deum honorent, cor habent longè ab eo
alienum. Quare Scholaſtici turpiter errant; ſtatuen-
tes in precibus noſtris actualem (ut loquuntur) at-
tentionem non eſſe neceſſariam: verùm ſatis eſſe, ut
virtualem, quemadmodum loquuntur, adhibeamus.
Quoniam, inquiunt, cor noſtrum non eſt in poteſta-
te noſtra: ideò ſatis eſt, ſi ab initio ſtatuamus, nos vel-
le Deum orare. Quòd ſumunt cor noſtrum in pote-
ſtate noſtra non eſſe, faciliùs damus. At illi viciſſim
fateantur oportet, ſi noſtra mens in orando vagetur
& erret, id citra peccatum non fieri. Quare non excu-
ſent hujuſmodi culpam, neque affirment preces hu-
juſmodi placere Deo. Non autem auderemus ita
principem hominem compellare, ut animum ab eo
alienum haberemus: quantò minus ipſe Deus, qui
omnes principes excellentia vincit, ad hunc modum
eſt appellandus? Chryſoſtomus in Geneſ. Homilia
vigeſima nona, ita ſcribit: Si vagetur mens noſtra,
nullam è precibus utilitatem percipimus, imò
potius majorem damnationem. Vt itaque om-
nes Sancti, intimo corde atque attentè orabant,
ita nos etiam precari oportet, ſi velimus audiri. Hæc
enim exempla idcircò nobis propoſita ſunt, ut ea i-
mitemur.

Inter orãdum quæ debeat eſſe corporis compoſitio.
Corde orandum.
Eſ.29.13.
Mat.15.3.
Error Scholaſticorum.

Eph.3.4.
In 1.Reg.8.22.
Solomonis orantis geſtus.

12 Adhæc genibus flexis, & expanſis manibus,
Deum invocaſſe pii ſcribuntur: Non quòd ipſe cul-
tus, in rebus externis potiſſimùm conſiſtat, quæ ta-
men ad excitandos animos valent, ut debitos hono-
res Deo tribuant. Quin & adſtantes alios invitant, &
quidem non leviter, ad preces coram Deo funden-
das. Poplites flectendo, teſtamur noſtram erga
Deum ſubjectionem, quæ ſimplex & abſoluta eſt ci-
tra ullam exceptionem: cùm palmas ad cœlum pro-
tendimus, nos oſtendimus auxilium & omne bo-
num, non aliunde, niſi à Deo tantummodò expecta-
re. Eſt etiam is geſtus deditiiorum. Nam qui ſe po-
tentibus dedunt, palmas ad eos tendere conſueve-
runt. Idcircò Paulus 1. ad Tim. cap. 2. ait, Viros in om-
ni loco volo attollere manus puras, abſque ira &
diſceptatione, &c. Etenim ſi quis geſtus externos di-
rigat ad Deum, animo verò procul à Deo disjun-
ctum habeat, non verus Dei cultor, ſed hypocrita
cenſebitur. Nec tamen Deus credendus eſt ſeden-
tium, ſtantium, aut jacentium, preces contemnere,
modò ex fide proficiſcantur. Attamen geſtus illi, qui
à Scripturis commemorantur, & ſanctis viris uſui
fuerunt, publicis precibus admodum congruunt, ne-
que ſuperſtitioſis actionibus debent annumerari.

1.Tim.2.8.
Animus noſter non debet eſſe à precibus ſegregatus.

In Gen.28.
Iudæorũ ſententia de ſcala Iacobi.

13 Quod ad locum attinet, Iudæi interpretes, di-
cunt ſcalam Iacobo manifeſtatam, fuiſſe vaticinium
de domo orationis & templo futuro. Vbi enim ap-
paret Dominus, aiunt, cœlúmque aperitur, ac angeli
A ſimul aſcendunt & deſcendunt, ibi commodè à no-
bis oratur, facilè enim preces inde feruntur ad
Deum: atque iſtud hîc ſignificari ex ſequentibus
probant. Dixit enim Iacobus, Non eſt hic aliud, niſi
domus Dei & porta cœli, ibique lapidem unxit &
orare cœpit, votáque Deo nuncupavit. Quare aiunt,
de domo Dei, hîc ſumma eſt ut agatur, quod & nos
quadam ratione verum eſſe illis dabimus, hac tamen
Lege, ut ſciant noſtri, Eccleſiam noſtram verè eſſe
B domum Dei. Paulus id docet ad Timotheum 1. cum
dicit, Vt ſcias quomodo te verſari oporteat in domo
Dei, quæ eſt Eccleſia Dei viventis. Idque noſtra Ec-
cleſia habet à ſponſo ſuo Chriſto, qui ei omnia ſua
communicat. Is enim eſt verè domus Dei, nam de
ſeipſo non temerè dixit, Solvite templum hoc, & e-
go in triduo illud reſtituam. Paulúſque ad Coloſſ.
de eo dixit, Quòd in illo habitat omnis plenitudo
divinitatis corporaliter: ergo ubicunque Chriſtus
eſt, ubicunque ad illum reſpicimus: debito loco ora-
C mus. Ipſe nobis eſt arca, templum, & domus Dei, i-
mò ipſum propitiatorium, teſte Paulo ad Romanos,
quem poſuit nobis propitiatorium per fidem in ſan-
guine, &c. Ante Chriſtum, habuerunt Patres certum
locum, quo adumbrabatur ipſe Chriſtus, qui mini-
mè incerti generis ex converſatione eſſe debuit: imò
genere Iudæus & tantummodò in circunciſione a-
cturus, quod ad ſuam præſentiam corporalem atti-
net. Quare modò cum jam ipſe venit, & ſit omnium
gentium, relaxata eſt illa cæremonia certi loci de-
D putandi pro habendis precibus, quod Chriſtus fu-
turum eſſe Samaritidi mulierculæ declaravit, quan-
do ei dixit: Tempus erit, quando neque in monte
hoc, neque in Hieruſalem adorabunt veri adorato-
res. Et Paulus ad Timotheum 1. Volo autem viros
in omni loco orare, elevantes puras manus ab ira &
diſceptatione, ſine diſſidio. Nos ergo Chriſtum no-
biſcum habentes ubique orare poſſumus, potiſſimùm
cùm illius communicatione ſimus templa Dei, quod
Paulus non uno loco teſtatur, maximè ad Corinth.
E priore, ubi dicit: Templum Dei eſtis vos, &c. Vbi-
cunque itaque ſumus, modo à Chriſto non præcida-
mur, bene orare poſſumus, hâc plenâ fiduciâ, quâ
nos in templo Dei eſſe minimè dubitemus. Neque
nos iſta idcircò dicimus, quaſi damnemus locum ha-
beri certum, ubi publicè Sacri cœtus habeantur: id
enim eſt neceſſarium, cum homines ſimus quotquot
Chriſto ſervimus, & corporali loco egemus, ſi quan-
do fuerit nobis conveniendum: ſed ſcire debemus
hujuſmodi loca non eſſe adeò fixa, ut mutari non
F poſſint, prout Eccleſiæ commodum fuerit, neque
adeò nobis deſcripta & definita ad orãndum, ut ex-
trà illa preces effundere nefarium habeatur. Con-
ventus verò ſacros ad loca condicta & deputata, ad-
modum veneramur atque ſuſpicimus, cùm nobis
conjunctis Chriſtum magis adeſſe exiſtimemus. Ad
locum verò ubi erat arca fœderis, nihil opus eſt ut
accedamus. Veteres enim cæremoniæ Chriſti bene-
ficio ſunt ablatæ, nobíſque omnis locus ad preces
fundendas paret. Vnde priore ad Timotheum ſe-
G cundo capite ſcribitur, Volo autem viros in omni
loco manus puras attollere. Quin ipſe Paulus audi-
tus fuit in carcere, & latro in cruce. Quia Deus lo-
cum nullum faſtidit, ſed credentes ubique audit.
Cæterùm ſi penitus rem ipſam velimus aſpicere,
nobis etiam vera arca, quæ Chriſtus eſt, minimè
deeſt, eum ſiquidem Paulus noſtrum vocat ἱλαστήριον,
hoc eſt, vel propitiatorem, vel propitiatorium, quo
alludit ad Moſaicum propitiatorium, quod arcæ ſu-
perponebatur. Dum itaque precamur, ad Arcam no-
H ſtram, hoc eſt ad Chriſtum, fide reſpiciamus, qui di-
vinitate atque humanitate conſtat, & quà Deus eſt,
eſſe ubique non dubitatur, licet corpore ſuus propriè
ſit in cœlo, vel (ut rectius dicam) ſuper omnes cœlos,
quò etiam nobis adſcendendum eſt mente ac fide, ſi
eo frui velimus. Neque oportet nos orando ſpectare
ad Occidentem, ut Iudæi faciebant, idque Legis
mandato, neque ad Orientem, quamvis multi ex
Patribus nimis pertinaciter contendant, ad Orien-
tem eſſe precandum, & inter cæteros Baſilius, ejus ut
I vocat traditionis eam cauſam reddere nititur, quòd
amiſſum Paradiſum, qui ad Orientem fuerat, denuò
requiramus.

Gen.28.17.
1.Tim.3.15.
Domus Dei eſt Eccleſia, item Chriſtus.
Ioan.2.19.
Col.2.9.
Locus precũ.
Rom.3.25.
Sanctuarium duplex.
Ioan.4.21.
1.Tim.2.8.
1.Cor.3.16.
In 1.Sam.4. verſ.9.
1.Tim.2.8.
Act.16.26.
Luc.23.42.
Rom.3.25.
Ad Occidentem vel Orientem, utrùm ſit orandum.

De Chriſti

Digitized by Google

De Chriſti interceſſione.

14 Dicitur autem Chriſtus pro nobis intercede-
re,quò nobis addatur animus. Qui enim gratiâ va-
lent apud aliquem,illorum preces non facilè ab illo
Rom.8.34. repelluntur. Itaque Paulus Rom.8.commemorat,
quâ dignitate Chriſtus apud Patrem polleat. Quo
loco ita ſcribit Ambroſius, Nos & de Patre & de Fi-
lio reddit ſecuros. Antea enim dixerat, Deum nos
B juſtificare: addit de Filio, eum pro nobis antecede-
te: ſupra autem, de Spiritu Sancto ſcripſerat, Illum
pro nobis gemitibus ineffabilibus precari. Scholia
Græca addunt, Chriſtum, cùm eſſet in terris, fre-
quenter oraſſe pro ſalute hominum. Dixit enim Pe-
Luc.22.32. tro, Oravi pro te,ne deficiat fides tua. Utque Ioann.
Ioan.17.20. ait, Oravit Patrem, non tantùm pro credentibus, ſed
etiam pro credituris omnibus, ut illos ſanctificaret.
Luc.23.34. Affixus etiam cruci eoſdem Patri ſuo commenda-
vit, à quibus contumeliis & morte afficiebatur. At-
C que etiam audimus, illum minime abjeciſſe eam cu-
ram, quam pro nobis conſervandis olim ſuſcepit.
Nunc enim, quum regnet in cœlis, tamen Patrem
pro nobis orat. Non fuit illi ſatis mori pro nobis, niſi
adhuc etiam miniſterio ſuo ſaluti noſtræ ſerviat.

Chriſtus adhuc miniſter eſt noſtræ ſalutis orando.

Arriani eò detorſerunt illum locum, ut oſtenderent,
Filium Patre minorem eſſe, quòd apud eum inter-
cedat, precari enim & eſſe ſupplices, inferiorum eſ-
ſe, non æqualium. Illis occurrit Ambroſius, aitque,
Apoſtolum ipſum feciſſe Filium æqualem Patri.
D Ait enim, eum ſedere ad dexteram Patris: non poſſe
ergo colligi ex iſtis verbis, eum Patre minorem eſſe.

Arriani voluerunt hinc probare Filium minorem Patre.

Verùm hîc duo nobis occurrunt obſervanda: pri-
mùm, perſonas in beata Trinitate diſtin-
ctas eſſe: Nam ſi Filius orat Patrem, neceſſe eſt, a-
liam ejus perſonam eſſe, aliam Patris: Nemo enim
orat ſeipſum. Deinde obſervabimus, Patrem eſſe
fontem & primum principium omnium rerum, &
perſonarum etiam divinarum. Idcircò, Filius in nos
derivat ab eo quicquid eſt cœleſtium donorum &
E gratiarum. Chryſoſtomus ab hac ſententia non diſ-
ſentit: Ait enim, Paulum antea poſuiſſe Filium Dei
æqualem Patri, cùm eum dicat illi ſedere ad dex-
tram. Quòd autem dicitur orare, id non eſſe propriè
accipiendum, quaſi Patri ſit ſupplex: verùm, ſic, in-
quit, loquitur Scriptura, ut oſtendat Filii erga nos
voluntatem. Alioqui omnia habet in manu ſua: &
quemadmodum Pater largitur vitam, ita largitur
etiam Filius: utque Pater excitat mortuos, ita exci-
tat etiam Filius: quare nihil opus eſt precibus. Cúm-
F que potuerit per ſeipſum vivificare mortuos, redi-
mere damnatos, juſtificare impios, quæ opera ſunt
eximia & maxima: cur non etiam poſſit, quæ ſuper-
ſunt ſine precibus, per ſeipſum conficere? Deinde ci-
2.Cor.5.20. tat ex poſteriori ad Corinth.cap.5. Legatione pro
Chriſto fungimur, quaſi Deus obſecret per nos: Ro-
gamus pro Chriſto, reconciliemini Deo. Ecce in-
quit, hîc Deus dicitur obſecrare homines, quum ta-
men illis cogitari non debeat inferior. Sed ſalva au-
thoritate iſtorum Patrum, ego judicarem alia ratio-
G ne occurrendum eſſe Arrianis: Dicerem enim Fi-
lium orare Patrem, non quà eſt Deus, ſed quà homo
eſt, & creatura. Locus autem adductus ex Epiſt. ad
Corinth. non multum probat. Paulus enim diſertè
ponit ſimilitudinis notam, ὡς: neque aliud ſibi vo-
luit, quàm Apoſtolos magno affectu agere, veluti-
que obſecrare homines, ut redirent ad Deum. Ex quibus
verbis elici non poteſt, Deum eſſe ſupplicem homi-
nibus. Apoſtoli in Novo Teſtamento egerunt ma-
jori cum lenitate, quàm Lex aut Prophetæ in Vete-
H ri: ubi omnia ferè referta ſunt comminationibus &
ſuppliciis. Eáque verba Pauli, ad humilitatem Chri-
ſti eſſe referenda, quæ antea dicta fuerant, ſatis de-
monſtrant. Scripſerat autem Paulus, Chriſtum fuiſ-
ſe mortuum, reſurrexiſſe, & ſubvectum fuiſſe in cœ-
lum ad dextram Dei. Quæ omnia cum divina Chri-
ſti natura non conveniunt. Quare conſentaneum
eſt, eam quoque particulam, quæ ſequitur ad huma-
nam Chriſti naturam referri oportere: juxta quam
Chriſtus ipſe fatetur, ſe minorem eſſe Patre. Ait e-
Ioan.14.28. I nim, Pater major me eſt. Et quandiu eſſet in terris,
quoniam erat homo, ſubjecit ſe magiſtratibus & pa-
Luc.2.51. rentibus ſuis: illis enim, ut Lucas narrat, erat ſubdi-

Hinc patet diſtinctio perſonarum divinarum & donorum.

Orare hîc non accipitur propriè.

Deus dicitur obſecrare.

Filius orat Patrem, non quà Deus, ſed quà homo.

Apoſtoli mitiùs egerunt prædicando, quàm Lex & Prophetæ.

A tus. Et apud Eſaiam, fatetur ſe unctum fuiſſe à Spiri- Eſa.61.1.
tu Sancto: ut intelligamus, naturam ejus humanam
non ſolum Patre fuiſſe minorem, verum etiam Spi-
ritu Sancto.

15 Deinde negari non poteſt, eum eſſe noſtrum
Pontificem & Sacerdotem. Pontificis autem eſt, &
offerre ſacrificium, & orare pro populo. Chriſtus ſe-
metipſum obtulit in cruce: cúmque abſolviſſet illud Heb.5.1.3.
miniſterium, alterum ſupererat, quod perpetuò exer-
B ceret: nimirùm ut pro nobis intercederet: niſi fortè
ſtatuere velimus, illum non amplius eſſe Pontificem
Eccleſiæ. At contrà Deus ipſe promiſit: Tu es in- Pſal.110.4.
quiens, Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem
Melchiſedech. Et adhuc per Chriſti ſacerdotium,
peccata nobis condonantur, nóſque ipſi Deo recon-
ciliamur. Habemus Pontificem, ut ſcribitur ad He- Heb.9.11.
bræos, qui ingreſſus eſt ſancta, non manu facta, ſed
in cœlum ipſum penetravit: quique poteſt infirmi-
tatibus noſtris compati, tentatus per omnia, ſecun-
C dùm ſimilitudinem. Quare debemus cum fiducia ac-
cedere ad thronum gratiæ: nam ſacrificium pro no-
bis oblatum eſt acerbiſſimum. Per reſurrectionem
Chriſti, mors victa eſt & infernus. Regno Chriſti,
quod potentiſſimè exercet ad dextram Patris, omnia
gubernantur: & preces, quas pro nobis aſſiduè fundit,
Patri ſunt gratiſſimę & acceptiſſimę. Legimus etiam
Spiritum ſanctum pro nobis intercedere: quod idem Rom.8.26.
hîc aſſeritur de Filio. Iſtæ duæ interceſſiones, ſi con-
ferantur inter ſe, interceſſio Filii erit cauſa interceſ-
D ſionis Spiritus ſancti. Ille enim promiſit, ſe iturum ad
Patrem, & miſſurum ad nos Spiritum ſanctum. Ille a-
nimos noſtros ad precandum ardenter cum gemiti-
bus & ſuſpiriis excitat. Chriſtus intercedit apud Pa-
trem: quoniam ſemper apud eum præſtò eſt. Itaque
Pater ſacrificium olim ab eo oblatum, perpetuò re-
cognoſcit, illud odoratur in odorem ſuavitatis, & no-
bis redditur propitius. Atque idcircò Chriſtus appel-
latur noſter Mediator & Advocatus. Preces autem
ejus non tantùm Deo gratæ ſunt, verùm etiam con-
E junctam habent ſatisfactionem. Quare cùm & Deo
gratæ & juſtæ ſint, repulſam pati non poſſunt.

Chriſti ut Pontificis duo miniſteria.

Interceſſio Filii eſt cauſa interceſſionis Spiritus ſancti.

Chriſtus Mediator & Advocatus.

Preces Chriſti gratæ ſunt, & juſtæ.

16 Nos quidem, dum hîc vivimus, mutuò ora-
mus pro nobiſipſis, idque ex præſcripto verbi Dei,
inter noſtras tamen & Chriſti preces, magnum eſt
diſcrimen. Illæ enim, ut dixi, conjunctam habent ſa-
tisfactionem noſtræ non habent. Nemo enim eſt
noſtrûm, qui vel pro ſeipſo, vel pro altero ſatisfacere
poſſit apud Deum. Sanctos autem defunctos pro no-
bis orare, ex nulla Scriptura canonica docemur.
F Quare Chriſtum ſolum habere debemus pro Me-
diatore & Advocato: neque incerta pro incertis ſunt
admittenda. Quanquam ego facilè admiſero, San-
ctos in patria votis ardentiſſimis ſalutem electorum
optare: non tamen auſim dicere, eos pro illis orare,
præſertim quum Scriptura id nuſquam doceat. Et
quamvis id faterer, non tamen ex eo ſequeretur, nos
oportere Sanctos defunctos invocare. Non enim
certi ſumus ex verbo Dei, illos noſtras preces audire
poſſe. Graviter itaque peccant, & in religionem, & in
G Chriſtum ipſum, qui ſibi novos alios mediatores &
aduocatos, conſtituunt: quum unus tantùm ſit Me-
diator Dei atque hominum homo Chriſtus Ieſus:
qui nunc, ut Paulus ait, pro nobis intercedit. Idem 1.Tim.2.5.
teſtatur Ioann. inquiens, Scribo vobis, ut ne peccetis: 1.Ioan.2.1.
Quòd ſi peccaverimus, Advocatum habemus apud
Patrem, Ieſum Chriſtum juſtum. Auguſtinus contrà
Epiſt. Parmeniani cap.8. ex his verbis annotavit, A-
poſtolum, ſeipſum à cæteris non excluſiſſe: Non e-
nim ait, Habetis Advocatum, ſed habemus. Nemi-
H nem enim eſſe adeò ſanctum, quin Advocato & Me-
diatore Chriſto opus habeat. Prætereà non ait, Me
habetis interceſſorem, ſed, Advocatum habemus Ie-
ſum Chriſtum. Taxat autem eo loco Auguſtinus
Parmenianum, qui alicubi ſcripſerat, Epiſcopos eſſe
Mediatores inter Deum & populum: quod ait eſſe
fidelibus intolerabile. Idem Auguſtinus libro deci-
mo Confeſſionum cap.42. ita ſcribit: Quem inveni-
rem, qui me reconciliaret tibi? An eundum mihi fuit
ad Angelos? At qua prece? quibus ſacramentis? Et
I addit, multos fuiſſe, qui per Angelos reconciliari vo-
luerint, & miſerè decepti fuerint; quòd Angelus
malus frequenter ſe transformet in Angelum lucis. 2.Cor.11.14.

Sanctos orare non docemur ex ulla Scriptura.

Etſi Sancti pro nobis orent, non tamen ſunt à nobis invocandi.

Nemo tam ſanctus, quin interceſſione Chriſti opus habeat.

Epiſcopos eſſe mediatores inter Deum & populum, eſt intolerabile.

Angeli non ſunt adeundi precibus.

Quò ! ſi nobis cum Angelis agere non licet, multo A
minus licet cum Sanctis mortuis. Hic enim non mi-
nus periculi eſt à fallaciis, quàm ibi. Hæc eo loco
Auguſtinus pie & ſane. qui tamen alibi ſui temporis
errorem fugere non curavit.

An Sancti orent pro nobis in patria.

17 Statuunt aliqui, Sanctos in patria pro nobis
orare, ſi priſtinam charitatem erga nos retineant,
quam habuerunt dum hic viverent: atque hinc mo-
liuntur, invocationem eorum licitam eſſe. Verùm
iſti bifariam peccant: Primum, quia licet Sancti reti- B
neant ſolitam in nos charitatem, adhuc poteſt eſſe
dubium an pro nobis orent. Nam ad illam charita-
tem ſatis eſſe poteſt, quod nobis & benè velint, &
benè cupiant. Nam fortaſſe illic adeò ſunt de volun-
tate Dei erga nos certi, ut orare nec velint, nec poſ-
ſint. Quod ſi dixeris, Chriſtus pro nobis orat: Ideo
poterit iſtud idem commune illis eſſe, qui non plus
de voluntate Dei docuerunt, quàm unicus Filius,
qui Patri eſt omnium intimus. Sed Chriſtum pro

Quid ſit Chriſtum apud Deum pro nobis intercedere.

nobis intercedere apud Patrem, iſti ſcire debent ni- C
hil aliud eſſe, niſi quod ſemper Patri adeſt, ejúſque
præſentiâ (quoniam pro nobis in mortem traditus
eſt) Dei miſericordia erga electos elicitur promptiſ-
ſimè. Sed eſto, illos (ut volunt adverſarii,) pro nobis
orare; adhuc aſſeri non poteſt à nobis invocandos

Dubium an Sancti noſtra cognoſcant.

eſſe, cùm ignoremus an res noſtras compertas ha-
beant, imò videmus complures ex Patribus ea de re
admodum fuiſſe ambiguos. Præterea illa invocatio,
non poteſt niſi ex fide proficiſci: & fides locum non
habet, ubi verbo Dei non poſſumus inniti. Nullus D
autem locus in Scripturis afferri poteſt, qui hanc in-
vocationem confirmet. Quare adverſarii ex his A-
poſtoli verbis nihil poſſunt lucrari.

Hymnorum antiquiſſimus mos.
Exod. 15. 1.
Iud. 5. 1.
1. Sam. 2. 1.

18 Porrò fuit ille mos etiam perpetuus piorum
hominum, ut de acceptis beneficiis, Deo gratias &
laudes redderent. Ita Moſes cecinit Deo carmen, de
Pharaone profligato. Idem fecit poſtea Debora, de
ſubactis hoſtibus. Tertium carmen habemus Han-
næ. Poſtea, Davidis carmina edita ſunt, inter quæ
hujus argumenti permulta leguntur. Et in Novo E
Teſtamento, Beatiſſima Virgo Dei nomen & laudes

Luc. 1. 45.
Hymni duo Hannæ & Mariæ matris Domini, ſimiles.

ferè ad hunc eundem modum celebravit, imò &
verba & ſententias nonnullas ex Hannæ ode mutuò
videtur ſumpſiſſe. Illa inquit, Magnificat anima mea
Dominum, exultavit ſpiritus meus in Deo, &c. Han-

1. Sam. 2. 3.

na verò, Exultavit cor meum in Domino. Illa in-
quit, Fecit mihi magna qui potens eſt: Et hæc, Non
eſt fortis ſicut Deus noſter. Illa, Et ſanctum nomen
ejus. Hæc, Non eſt ſanctus ut Dominus. Illa, Depo-
ſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles, eſurientes F
implevit bonis. Hæc, infirmi accincti ſunt robore, &
famelici ſaturati ſunt panibus. Denique, in utroque
hymno multa ſunt conſimilia. Nec mirum, quia tra-
ctant conſimile argumentum. Ibi virgo peperit, hîc
ſterilis eſt fœcundata. Hujus generis poemata divi-
nitus edita ſunt, ideóque Domino conſecrata, ut ad

Divina & humana poemata quid differant.

initium redeant, unde fluxerunt. Adhæc ſciendum
eſt, inter divina poemata & humana hoc intereſſe,
quòd illa Reges, Principes, agros, civitates, regiones,
arces, mulieres, nuptias, & bruta interdum celebrant. G
Hæc autem Deum tantummodo canunt, illum ſo-
lum celebrant & ejus ſolius laudes & encomia pro-
ferunt. Nec immeritò: Quia illa tantummodò pios
oportet tota anima, toto corde atque omnibus viri-
bus colere. Quare pii juvenes, omninò cohortandi
ſunt, ut Deum ſuis carminibus in primis celebrent.
Nec enim verendum eſt, in tali argumento, defutu-
ram illis materiam. Cum autem Hanna, Samuelis
mater, Deo gratias egerit, attamen oraſſe dicitur:

Orare & gratias agere ſunt conjuncta.

quoniam hæc duo ſunt inter ſe quàm conjunctiſſi- H
ma & qui de accepto beneficio gratias agit, Deum
provocat, ut ſibi rurſus beneficia conferat, ita ut gra-
tiarum actio nomine precum jure poſſit cenſeri. A-

In Rom. 8. verſ. 1.

gunt autem ſancti gratias Deo, per Ieſum Chriſtum,
quoniam per ipſum eundem bona omnia in nos de-
rivantur: Et par eſt, ut in authorem per hoc idem
medium redeant. Nos enim dona & chariſmata Dei
cùm in nos fluxerint, polluimus, infirmitate ac debi-
litate qua laboramus. Vnde ſi in Deum referantur,
ut illa in nobis habentur, facilè ſordeſcent. At per I
Chriſtum repræſentantur, & per illum oblata Deo in
gratiarum actione, efficiuntur odor ſuavitatis.

Peregrinæ linguæ abuſus.

In 1. Cor. 14. v. 25. & deinceps.
Epilogus rationum adductarum.

19 Vt res apertius conſpiciatur, rationes addu-
ctas ab Apoſtolo ad peregrinæ linguæ in Eccleſia
abuſum evertendum, conferemus in pauca. Primum
ſcripſit eum, qui loquitur lingua, non hominibus
loqui, ſed Deo. Patet ea locutione, homines non æ-
dificari, cum ad eos non pertingat. Deinde inquit,
Qui linguis loquitur, ſeipſum ædificat: at qui pro-
phetat omnibus conſulit. Ideo quantum eſt diſcri-
minis inter unum ac univerſos, tantum linguarum
uſus infra prophetiam jacet, quæ univerſam Eccle-
ſiam ædificat. Interponit adhæc experientiam, quod
Eccleſia Corinth. quicquid commodi ex Paulo a-
depta eſt, totum id per revelationem, prophetiam,
ſcientiam, & doctrinam habuit: quibus alioquin uſus
linguarum, parum vel nihil contuliſſet. Deinde ſi-
mile à muſicis inſtrumentis inducitur & à tuba, quæ
omnia ſunt inutilia, tam ad voluptatem afferendam,
quàm ad uſum belli, niſi manifeſtam diſtinctionem
& certam ſignificationem muſica ſuâ edent. Dehinc
qui peregrinis utitur linguis, barbarum ſe audienti-
bus exhibet, quaſi cum illis communicare nolit, quæ
in animo habet. Nec nondum orat lingua; dono
quidem ſpiritus utitur, mens attamen ejus fructu va-
cua eſt, cum nulla proximorum ædificatio ſequatur:
quam, ſi ſapiat, Chriſtiana mens unice ſpectare de-
bet. Item qui ſic agit, aſtantes impedit, ne preces vel
gratiarum actiones, quas publice habet, & confir-
ment & ratas habeant reſpondendo de more, Amen.
Interſerit & hic ſuum exemplum, qui cum multum
polleret, imo illis omnibus præſtaret uſu linguarum:
attamen quinque verba dicere maluit, quorum ſi-
gnificatio eſſet perſpicua, quàm peregrina lingua in-
finita proferre, quæ ab audientibus non intellige-
rentur. Atq; adducit, id puerile eſſe, quod per Eſaiâ
Prophetam Deus reprehendit in populo ſuo, quòd
puerorum mitar quæ dicebantur non intelligerent.
Et cum omnibus conveniat inſtrumenta ſibi depu-
tata uſurpare, par eſt, ut Eccleſia Chriſti prophetiâ
utatur, quæ fidelibus maxime convenit. Poſtremò
Prophetiæ donum aſtruitur communius & latius,
quàm ſit linguarum donum: quandoquidem & fide-
libus & infidelibus utile eſt, cum lingua tantùm infi-
delibus proſit, imò & illis quandoque fideles propi-
net ridendos.

Quid in ſacro cœtu agere oporteat?
Pſal. 102. 22.

20 Porrò docent Sacræ literæ, quid in ſacro cœ-
tu agere oporteat. Nam in Pſalm. 102. ſcribitur, Dum
conveniunt populi in unum, annunciant nomen
Domini in Sion, & laudes ejus in Hieruſalem. At
quomodo poſſunt narrari Dei laudes atque miracu-
la ut intelligantur, ubi peregrina lingua fuerit ad-
hibita? Et ad Coloſſenſes habetur: Abundet in vobis

Col. 3. 16.
Peregrinæ linguæ incommoda.

ſermo Dei opulenter. At ſi non intelligatur, ſterilis
erit, nec fertilitatem ullam adferet. Adminiſtrantur
Sacramenta in conventibus Eccleſiæ, & cùm in
Baptiſmo Chriſtus prædicari debeat, nomémque
Patris, & Filii, & Spiritus ſancti celebrari, remiſſio

Matth. 28. 19.

peccatorum & fidei dogmata recenſeri: quid hoc
proderit, ſi verbis incognitis agatur? Et quoad Sa-
cram Cœnam, dixit Dominus, Hoc in mei memo-

1. Cor. 11. 24.

riam facietis. At ſermone ignoto, nequaquam refri-
catur memoria, ſed potius ſepelitur. Auditur ſtrepi-
tus, cantus & boatus, ſed verborum ferè nihil perci-
pitur. Quin & conciones interdum adeò ſpinoſæ
atque difficiles habitæ ſunt, ut à quàm pauciſſimis
intelligi potuerint. Et cùm taxatus fuerit frequen-
ter ab iis hominibus iſte abuſus, operæpretium eſt
audire, quàm vanis & ineptis figmentis illum defen-

Ineptæ adverſariorum defenſiones.

derint. Aiunt in veteri lege multas fuiſſe cæremo-
nias, quarum ſignificatio non intelligebatur, & ni-
hilominus à plebe ac rudibus hominibus obſerva-
bantur. Sed qui ſic dicunt, nobis oſtendere debe-
rent, ſe verbum Dei habere, quo mandatum fuerit,
ut peregrina lingua uterentur in ſacris, cùm vulgata
potuerit ab eis adhiberi, ſicuti veteres in Lege o-
ſtendiſſent fuiſſe ſibi præceptas ejuſmodi cæremo-
nias. Neque id præterea verum eſt, illas fuiſſe vulgò

Cæremoniæ veterum erant vulgo prorſus ignotæ.

prorſus ignotas. Sciebant enim omnes, quid ſibi
vellet Paſcha, quid Pentecoſte, quid feſtum ta-
bernaculorum: atque alia noverant eſſe pacifica ſa-
crificia, & alia pro peccatis: demúmque omnia
quæ

Digitized by Google

quæ ad obſervationes illarum cæremoniarum pertinebant, uſitata & nota lingua fuerunt Hebræis à Deo tradita. Quòd ſi præterea fuerunt ſignificationes reconditæ, ad quas vulgus non pertingeret, id nobis haudquaquam adverſatur, qui à noſtro populo non requirimus omnem intelligentiam ſacrarum literarum, ſed tantùm conquerimur, quod ita celent eos, ut nec verba poſſint intelligere.

1.Cor.14.37. In 1.Cor 14.4. 1.Cor.12.

21 Solent etiam cùm locus Pauli objicitur, fingere, ſermonem duntaxat de concionibus haberi, in quibus aiunt ſe quoque materna lingua uti. At verba illius capitis, eos quàm apertiſſimè redarguunt. Nam eorum fit diſerta mentio in quibus populus reſpondet Amen, quod in concionibus minimè accidit. Mentionem quoque facit Apoſtolus gratiarum actionis, & divinarum laudum: Quare liquet, inanem eſſe hanc illorum defenſionem. Quid præterea de eo cavere oportuit, quod nemini unquam venire in mentem poteſt, ut peregrina lingua concionem habeat? Et cùm habeantur tam infrequentes & raræ conciones, & in templis ferè perpetuò pſallatur, oretur & gratiæ agantur: mirum eſt, cur Apoſtoli velint de his Eccleſiam non inſtituere. Neque illis dandum eſt, quod perpetuò clamitant, in hoc rerum genere, Chriſti Eccleſiam libertatem habere. Quoniam Apoſtolus ad finem capitis iſta præcepta Domini eſſe ſcribit.

In hoc non eſt Eccleſiæ liberum, quia Paulus dicit hæc præcepta Dei eſſe.

22 Inter eos alii dicunt, peregrinam linguam ideò Sacris convenire, quòd plebs loco puerorum infantium ſit, quibus lacte opus eſt, non ſolido cibo. Verùm hi ſuaves homines, qua nobis authoritate oſtendent, Lac eſſe peregrinam linguam? Id nunquam invenient. Nam eadem doctrina craſſius pinguiùſque propoſita, lactis rationem habet: ſubtilius verò diſcuſſa, ſolidus cibus appellari poteſt. Audent etiam dicere, Si laici omnia intelligerent quæ in Sacris literis recitantur, præſens venenum haurirent. Nam cùm alioquin imperiti ſint, in hæreſes & gravia ſchiſmata inciderent. Verùm hæc illorum ſententia, totam veterem Eccleſiam magnæ imprudentiæ accuſat, Latinorum inquam, Græcorum, & Hebræorum, in quibus non aliena, ſed propria lingua, ſacra peragebantur. Quin & hodie in Illyrico, India, & multis aliis nationibus, apud quas Eccleſia Chriſti latiſſimè patet, non externa lingua, ſed nativa & propria, ſacra celebrant. Quin & Deus ipſe, juxta horum ſententiam peccaſſet, qui Hebraicam gentem non niſi Hebraice de omnibus ad ſalutem pertinentibus inſtituit. Cùm viſi ſunt duo Seraphim, & auditi ab Eſaia Propheta, Deum laudantes, quæ intelligerentur protulerunt: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Et Chriſto nato in Bethlehem auditi ſunt cœleſtes exercitus, quàm apertiſsimè canere, Gloria in altiſsimis, in terra pax, hominibus bona voluntas. Et cùm Angeli apparerent Ezechieli, Danieli, Zachariæ, & cæteris Prophetis, lingua uſi ſunt quæ ab ipſis intelligebatur. Idcirco, ſi verum eſt quod Aduerſarij quoque prædicant, Eccleſiam iſtam imitari Eccleſiam triumphantem, non deberet peregrina lingua inter ſuos filios agere.

Veteres Eccleſiæ ſua materna lingua egerunt.

Eſa.6.2.

Luc.2.13.

Si noſtra Eccleſia imitatur cœleſtem, non debet uti peregrina lingua.

23 Atque minus audiendi ſunt, cùm objiciunt, Sanctum non eſſe dandum canibus: cum ſit nefas, eos qui per fidem & Baptiſmũ jam Chriſti membra cenſentur, Spiritum ſanctum habent, & corpore ac ſanguine Chriſti veſcuntur, pro canibus & porcis haberi, ita vt indigni ſint audire ſermones divinos. Non eſt paſtorum Eccleſiæ Chriſti, verbum Dei occultare: diabolus hoc in primis quærit, ut verba Dei ſepulta jaceant, cùm nos intelligat abſque illis nec credere, nec invocare nomen Domini commodè poſſe. Præterea, qui non intelligunt quæ dicunt, aut quæ audiunt, neceſſarium eſt ut alio ſuam convertant attentionem, quâ velut quibuſdam habenis, retinetur ſermonum quos audit intelligentia. Mirórque illos qui garriunt, ſufficere (ut loquuntur) bonam intentionem Deum laudandi, gratias agendi atque orandi: nec requiri ut verba quibus hæc agantur, aſtantibus nota ſint. Commentum hoc pernicioſum eſt. Nam tantum ſanum propoſitum, quod nos etiam requirimus, conſtituit ſatis eſſe, & fructus multiplices ac varios, quos ex verborum ſacrorum notia Spiritus ſanctus producere ſolet, populo Dei

Matth 7.6.

Plebs Chriſti non eſt habẽda loco canum.

Non eſt paſtorum, ſed diaboli, occultare verbum Dei.

Attentio diſtrahitur peregrina lingua.

Contra bonã intentionem Papiſtarum.

A aufert. Neque facit parum ad Numinis contumeliam, ut qui ipſum accedunt, ea loquantur quæ non intelligunt, & ſæpenumero longè aliud cogitent quàm loquantur. Neque nos facile perferremus, ut nobiſcum quis ageret, & quidem de rebus graviſsimis, nec quid diceret ipſemet noſſet. Eſt itaque removendum hoc dedecus maximo ſtudio à ſacris Chriſtianorum cœtibus.

Contumelia Numinis.

24 Non illud porrò omittendum, adverſarios noB ſtros quandoque cavillatos eſſe, licere in templis peregrina lingua uti, quod poſtea concionibus plebi explanarentur, quæ prolata eſſent ignoto ſermone. Sed hoc ſuo cavillo, bifariam decipiunt & decipiuntur. Non enim verum eſt, concionibus ea explicari quæ in choro vel præcipitante lingua murmurant, vel maximis boatibus reſonant. Imo ſæpenumero fit, ut longè diverſa pro concionibus dicantur ab his, quæ inter ſacrificos prius vel recitata, vel decantata fuerunt. Sed eſto ita quandoque fieri: Quid oportuit
C bis eadem repetere, & plebem fruſtra in templis continere? Si Paulus concedit Corinthiis diverſarum linguarum vſum, modo interpretatio addatur, hoc facit ne donum Dei & miraculum ſupprimeretur, quod ea tẽpeſtate florebat. Nam & ea ratione Chriſtum glorificari decuit. Sed iſti miraculum non habent quod proferant, vel unde gloria Dei augeatur: Ideo cogendi ſunt, ut communi lingua utantur. Et cum Paulus velit, ut locus miraculo non detur, niſi adſit interpres, quanto magis iſti deſiſtere debent a-
D gere ea lingua, quam vel non intelligunt, aut ſæpenumero miſerè cognitam habent, ut qui vel ipſa prolatione quàm frequentiſsime labantur, & peritioribus auditoribus propinent ſe ridendos? vel ſi eam callent, ſtudio vel induſtria, non miraculo illam ſunt adepti: quocirca apparet quàm diſparia ſint quæ iſti obtendunt, ab his quæ Paulus inſtituit.

Cavillus adverſariorum.

1.Cor.14.27. Quod Paulus concedit, eſt propter miraculum, ne ſupprimeretur.

De Muſica & Carminibus.

E

25 Nunc de Carminibus & Muſica, quantum ad pietatem attinet, nonnulla eſſe dicenda cenſeo. Primùm, unde ortum habuerint, & in quem finem ſint inſtituta. Deinde, an in Eccleſiis retineri poſſint. Poſtremò, quænam ſint cautiones & modi utiles & ſalutares. Quoad primum, ſciendum eſt veteres, & cùm gratias Deo agerent, & cùm ab eo aliquid impetrare niterentur, communibus votis, carmina quædam ſolennia conſueviſſe adhibere. Quocirca Or-
F pheus, Linus, Pindarus, & Horatius, atque conſimiles Lyrici poetæ, pleroſque ſuos hymnos in hos uſus conſcripſerunt. In Repub. quoque Romana, Sacerdotes Martis, qui Salij dicebantur, geſtando ancilia, ſuos verſus per urbem decantarunt. Deinde mos fuit, ut muſica & verſus adhiberentur, quando in cõviviis præſertim, laudes illuſtrium virorum celebrabantur, quo aſtantes commonefierẽt, vt eorum præclara geſta imitarentur: & vitia, quæ cum eorum virtutib. pugnarent, deteſtarentur. Adhæc iis utebantur, ut ani-
G mos recrearent, & in mœrore ſuſcepto pro defunctis, conſolarentur. Nam & in funerib. ἐπικήδεια canebantur. At e diverſo Muſica & carminibus, lætitia quæ interveniſſet egregia, exprimebatur. Vnde in nuptiis ἐπιθαλάμια canere ſolebant. Omnia hæc, ſi moderatè ac tempeſtivè agantur, & ferri & commendari poſſunt. Nam huc tria bonorum genera concurrunt, Honeſtum inquam, utile, ac jucundum. Cantus autem, etſi per ſeſe hominum animos oblectat, attamen cùm illi oratio ſubjicitur, quæ ſit numeroſa, &
H pedibus quibuſdam aſtringetur (ut verſus eſſe cernimus) ſuavior multo redditur. Et ſanè Poëſis initia ſua hinc habuit, eámque donum Dei fuiſſe non irem inficias, ſed id optarim, ut pura & caſta inter homines retineretur. Id verò propterea dico, quoniam immundi quidam & impuri homines, illam fœdiſsimè conſpurcarunt, dum cantum & verſus, ad laſcivas libidines, & quævis turpia dejiciunt. Quorum carmina, ut elegantia & benè Latina ſint, Chriſtianis tamen auribus ſunt prorſus indigna, neque
I adoleſcentibus deberent ullo modo proponi, qui cùm ad vitia ſatis propenſionis habeant, ad eos impellendos & inflammandos novis ignib. & arietibus

In Iud.5.initio.

Vide in 1 Cor. 14 7. & 2.Sam. 6.5.

Poetæ Lyrici.

Salij.

ἐπικήδεια.

ἐπιθαλάμια.

Poeſis donum Dei.

Contra carmina impudica.

non eſt opus. Verſus hujus generis, animorum Syrenes jure dici poſſunt: quibus juvenes imbuti, vix fieri poteſt quin naufragium faciant.

Sacrorum carminum inter pios magnus uſus.

Num. 10. 35. 36.

26 Sacrorum autem carminum, in populo Dei magnus fuit uſus. Hebræi quippe Moſis ætate, cùm in profectione caſtrorum arcam fœderis tollerent, carmen illud canebant, Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus. Nec ſine venuſto carmine illam deponebant, ut in libro Num. habetur. Præterea in Tabernaculo & Templo à Solomone conſtructo, Levitæ ſtatis horis aderant, qui coram Domino, audiente populo, Sacros hymnos canerent, qui Deo gratias agendo inſignia quædam beneficia, ſuæ genti collata, dulciſſime celebrabant, preces interponebant, & ſententias admiſcebant, ad mores & vitam piorum hominum informandam. Patres item familias, cùm domi accumberent, vel à convivio ſurgerent, quoſdam hymnos canebant, dum ſolemnes dies juxta Legis mandatum inter ſuos agitarent: atque ita Deo gratias agendo, illius egregia opera per manus quodammodo ſuis poſteris tradebant. A quo laudabili more, Dominus noſter Ieſus Chriſtus non videtur diſceſſiſſe, quando poſt Cœnam Paſchalem, nocte qua tradebatur, unà cum Apoſtolis in montem Olivarum, hymno dicto, exiit. Vtque ſacra Muſica valeat ad affectus animi componendos, Heliſæus teſtatur, qui cùm eſſet adverſus Regem Iſrael animo nonnihil commoto, pſaltem ſibi advocari juſſit. David etiam pſallendo coram Saule, impetus mali ſpiritus, quo ille vexabatur, frænabat. Cur verò Muſica ſic homines propemodum totos rapere videatur, in promptu eſt ratio. Quædam enim ſunt voluptates, quæ ſenſus externos tantummodo implent: & aliæ reperiuntur, quæ ſolum ad mentem ſeu rationem pertinent. Muſica verò delectatio ita in medio poſita eſt, ut & ſonorum jucunditate, ſenſus moveat, & rationem ipſam, numerorum & proportionum artificio deliniat. Idque tum præſertim accidit, quando ea verba ſubjiciuntur, quorum ſenſus & præclari & eruditi fuerint. Dogma Pythagoricum fuit, ut ſtudioſi ejus doctrinæ ad lyram conſopirentur, & ad ejuſdem concentum excitarentur, quo & ſomno & vigilia tranquillè fruerentur. Vulgò quoque jactatur (ut Cicero inquit) ſaxa & ſolitudines ſonum reddere, & immanes feras cantu flecti atque conſiſtere: ut illud omittam quod Poëtæ fabulantur, ad muros extruendos Thebanæ urbis, concentu lyræ ſaxa ſponte confluxiſſe. Nec ſunt ignota quæ de Arione atque Orpheo iidem tradiderint. Quanta verò apud Davidem in Pſalmis paſſim habeatur & Muſices & carminum laus, nemo eſt qui neſciat. Ex Chriſtianis autem, in ſuo Apologetico Tertullianus docet, fidelium cœnas ſatis frequentes fuiſſe, ubi frugaliter atque honeſte refecto corpore, ſeſe piis cantionibus oblectabant. Et alibi, dum matrimonium religionis ejuſdem commendat: Chriſtianos inquit, conjuges, mutuò ſeſe provocare ad laudes Deo canendas.

Mat. 26. 30.

Heliſæi exemplum.

2. Reg. 3. 15.

1 Sam. 16. 23.

Muſica totum hominẽ quodammodo rapit.

An cantus in Eccleſia poſſit recipi.

Orientalis Eccleſia.

27 Sed poſtquam vidimus naturam, ortum, & uſum carminum ſeu Muſices: reſtat ut quæramus, an poſſit in Eccleſiis locum habere. In Oriente ſacri cœtus, jam inde ab initio, cantum receperunt, quod ex Plinii teſtimonio, in Epiſt. quadam ad Trajanum Imperatorem, facilè poſſumus cognoſcere, ubi ſcribit: Chriſtianos conſueviſſe, hymnos antelucanos Chriſto ſuo canere. Nec prætereundum eſt, hæc eo tempore fuiſſe ſcripta quo Ioannes Evangeliſta vivebat, fuit enim uſque ad Trajani tempora ſuperſtes. Quare ſi quis dixerit, vel Apoſtolorum tempore cantum fuiſſe in ſacris cœtibus, à vero non aberrabit. Paulus qui ante illa tempora extitit, ad Epheſ. ait: Nolite impleri vino, in quo eſt laſcivia: ſed implemini ſpiritu, loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes in corde veſtro, gratias agentes Deo ſemper de omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Vino Apoſtolus opponit ſpiritum, & abſtrahit à ſenſuum voluptate, quando vini loco Chriſtianos vult ſpiritu impleri. In vino quippe, ut ait, laſcivia eſt: in ſpiritu autem, verum & ſolidum gaudium. Ebrioſi loquuntur plus ſatis, verùm inepta & futilia: vos inquit loquimini, ſed ſpiritualia, & quidem non tantùm voce, imò & corde: vox enim fruſtra ſonat, ubi animus non afficitur. Vino repleti, ſtulta, ſpurca, & blaſphema loquuntur: at vos gratias Deo agite, ſemper inquam, & de omnibus. Huc profectò cantus Eccleſiaſtici ſpectare debent. Ad Coloſſ. item, quædam ab his non diſcrepantia ſcribuntur. Sermo Domini, ait Apoſtolus, in vobis opulenter abundet: docete atque admonete vos in Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes in cordibus veſtris cum gratia. Iis verbis duo expreſſit Paulus. Primùm, ut cantus noſtri, ſermo Dei ſint, qui abundet in nobis copioſè, nec tantùm ad gratias agendas, verum & ad docendum & ad admonendum faciat. Deinde ſubjicitur; Cum gratia: quod ita intelligendum eſt, ac ſi dixiſſet, commodè atque dextrè, quoad ſenſus & modos, necnon quoad voces. Non canant agreſtia & ruſtica, neque tam immoderatè, ut Circumcelliones faciunt. Ad Corinth. Epiſt. 1. cap. 14. ubi de ſacro cœtu agit, idem Apoſtolus ad hunc modum ſcripſit. Dum convenitis, quicunque pſalmum habet, doctrinam habet, linguam, interpretationem, &c. Quibus verbis oſtenditur, canentibus quoque & pſallentibus, dandum fuiſſe locum. Occidentales verò Eccleſiæ, ſerius morem canendi receperunt: id enim tempore Ambroſii contigiſſe, Auguſtinus lib. 9 Confeſſ. teſtatur. Cùm enim ſanctus ille vir unà cum populo etiam noctu in Baſilica excubaret, ut ne Arianis traderetur, ad tædium ſublevandum & fallendum tempus, cantus induxit.

Eph. 5. 18.

Col. 3. 16.

1. Cor. 14. 26.

Occidentalis Eccleſia.

Quis modus cantus Eccleſiaſtici eſſe debeat.

28 De modo verò qui debeat in Eccleſiaſtica Muſica retineri, hæc videntur annotanda. Auguſtinus verò in iiſdem libr. Confeſſ. & fatetur & dolet, ſe interdum fuiſſe lapſum, quòd modis & concentibus Muſicis plus attentionis adhibuerit, quàm verbis quę ſub illis proferebantur. Quod peccatum fuiſſe inde probat, quòd modi & cantus propter verba invecti, non autem verba propter Muſicam. Et hujus culpæ adeò eum pœnituit, ut morem Eccleſiæ Alexandrinæ uſitatum ſub Athanaſio vehementer probarit: is enim lectori juſſerat, ut pſallendo vocem parum flecteret, ita ut potius ad modum recitantis quàm canentis accederet. Attamen è diverſo animadvertens, quemadmodum ab initio ſuæ converſionis hiſce cantibus permotus fuerit, nempe ita, ut lachrymæ præ affectu pietatis ſibi effluxerint, conſenſit, ut Muſica in Eccleſia retineretur: ſic tamen ut ſe paratum dicat, mutare ſententiam, ſi ratio potior afferretur. Et adjecit eos peccare (ut loquitur) pœnaliter, qui majorem attentionem Muſicæ quàm verbis Dei adhibent: cui planè ſententiæ Hieronymus aſtipulatur, ut in Epiſtola ad Epheſios annotavit. Gregorius etiam Romanus, in Synodo Romana idem ſenſit. Amborum autem verba in Decretis diſtinct. 92. in cap. Cantantes, & capite, in ſancta Romana habentur. Quo eodem loco duo verſiculi, non quidem elegantes, attamen pii, in gloſſa leguntur:

Mos Eccleſiæ Alexandrinæ.

Non vox, ſed votum: non chordula muſica, ſed cor:
Non clamans, ſed amans: cantat in aure Dei.

In verbis autem Gregorii non leviter tranſeundum eſt, quod ait: Dum vox jucunda quæritur, vita negligitur: & cùm pravi mores Deum extimulant, populus blanda voce capitur.

Abuſus Eccleſiaſticæ Muſicæ.

29 Sed jam cantiones recenſeamus, quibus utendum videtur, ut cantu in Eccleſia licitè ac fructuosè utamur. Prima eſto, Ne in Muſica pietatis & divini cultus prora puppiſque ponatur. Nam in Papatu ferè ubique putant, in templis cultui Dei probè ſatisfactum, cùm diu multùmque cantatum & 1
boatum fuerit. Videndum præterea, ne ibi meritum aut remiſſio peccatorum collocetur. Nam presbyteros & monachos permultos videas, qui Deum ſe inde arbitrantur pulchrè promeruiſſe, quòd Pſalmos 2
quàm plurimos cecinerint. Quin & Papa, Cardinales, Epiſcopi, atque Abbates cantibus Miſſarum & Veſperarum auditis, peccatorum indulgentias populo frequenter pronunciant. Tollendum id quoque eſt vitium, ne ſic indulgeatur cantibus in Eccleſia, 3
ut prædicationi verbi Dei ac doctrinæ ſacræ, nullus propemodùm relinquatur locus, quemadmodum fieri paſſim videmus: ita enim ſtrepunt omnia

vocibus

Digitized by Google

vocibus & fiſtulis, ut nulla pars temporis concioni reſervetur: Quo fit, ut populus Muſicis & Harmoniis plenus, famelicus autem & jejunus quoad cœleſtem
4 doctrinam è templo diſcedat. Adhæc adeò lauta & munifica ſtipendia Muſicis conſtituuntur, ut miniſtris in Dei verbo laborantibus, aut parum, aut ferè nihil proſpiciatur. Nec jure poteſt retineri fracta il-
5 la & confragoſa Muſica, qua ita detinentur aſtantes, ut verba, etiamſi velint, percipere minimè queant.
6 Curandum præterea, ne in templis quævis promiſcuè canantur: ſed illa tantummodo quæ divinis literis continentur, aut quæ inde juſtis concluſionibus eliciuntur, & cum verbo Dei ad amuſſim conſentiunt. Nam ſi feneſtra inventis hominum aperiatur, verendum eſt, ne Muſica Eccleſiaſtica tandem ad nugas & fabulas recidat. Imò jam vidimus permultas, ut vocant, Sequentias ineptas, & fabuloſos Hymnos, & alia item multa in ſacros cœtus fuiſſe invecta, quæ potius riſum & faſtidium audientibus, quàm veram fidem excitent. Nec iſta dixerim, quaſi Ambroſianos Hymnos, & alios ejuſmodi farinæ, vituperem: cùm illis intelligam fideles poſſe cùm erudiri, tum etiam admoneri. Probandum quoque videtur Symbolum Athanaſii, Pſalmi Auguſtini contra Donatiſtas: & Pſalmi Chryſoſtomi, quorum Eccleſiaſtica hiſtoria Euſebii lib.7. meminit, ſi extarent. Nam quæcunque in iis tradebantur, credendum eſt, cum divinis literis conſenſiſſe, ac fidelium ædificationem in Eccleſia promoviſſe. E diverſo autem, damnandi fuerunt præ omnibus Valentini Pſalmi, quorum Tertullianus mentionem fecit: Simúlque Pſalmi corruptiſſimi, qui canebantur in templo in honorem Pauli Samoſateni, quemadmodum hiſtoria Sozomeni refert. Cæterùm, ut res jam concludatur, pios & religioſos cantus in Eccleſia poſſe retineri affirmo: non tamen ea de re in Novo Teſtamento præceptum extare confiteor. Quare ſi qua Eccleſia ſit quæ illo non utatur, juſtis de cauſis, ea non poteſt jure damnari, modò rem ipſam non defendat ſeu natura, vel ex Dei præcepto illicitam, nec alias Eccleſias, quæ cantu & Muſica utantur, aut ea cauſa notet, aut à ſocietate Chriſti excludat. Eccleſia quippe Alexandrina, ut antea dictum eſt, vel parum admodum, vel nihil propemodum canebat: Videbat enim tantam infirmitatem populi, ut magis Harmoniæ quàm verbis attenderent. Quapropter ſi hodiè animadverteretur, Chriſtianorum plebem in ſacras ædes ceu in theatrum concurrere, ubi modulationibus & cantibus indulgerent, abſtinendum potiùs eſſet à re non neceſſaria, quàm id committendum, ut cum pernicie animorum ſuis voluptatibus indulgeretur.

Hymni Ambroſiani.
Symbolum Athanaſii.
Pſalmi Auguſtini.
Pſalmi Chryſoſtomi.
Pſalmi Valentini.
Pſalmi in honorem Samoſateni.
De Muſica in ſacro cœtu habenda, non extat præceptū.

CAPUT XIV.

De Morte, Conſolatione, luctu, ſepultura: & quo ſint ſtatu piorum animæ ante reſurrectionem.

In 1.Cor.15. verſ.12.
Fructus actionum Chriſti in nos redundat.

NOn oportet actionum Chriſti fructum in ejus perſona tantum requirere, cum in nos maximè redundet: neque natura divina humanitatem in Chriſto aſſumpſit, ut intra ejus fines beneficia ſua concluderet, ſed per ipſam voluit ad reliquas partes noſtræ naturæ vim ſuæ bonitatis derivare: ita ut pulchrè quadret quod à Cyrillo ſuper Ioann. ſcribitur, Deum verbum quodammodo totam naturam humanam aſſumpſiſſe. Nam licet quoad ὑπόστασιν tantummodò ſingularem hominem induerit, attamen per ipſum reliquos vivificavit, atque ſanctificavit: quemadmodum ſi ſcintilla ignis, particulam fœni corriperet & inflammaret, illam quidem primò ſibi haberet adjunctam, ſed poſtea per eam paulatim procedendo, totum fœni acervum, atque eum maximum incenderet. Removit divinitas primum ab homine quem aſſumpſit, omne peccatum, & per peccatum mortem: deinde per ipſum Ieſum Chriſtum, à credentibus peccatum ſuſtulit, ut Ioann. dicebat: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Quòd ſi ab eis peccatum depulit, mortem item propulſavit. Idcircò modò in illum credamus, reſurre-

Chriſtus quodammodo totam naturam humanam aſſumpſit.
Simile.
Ioan.1.19.
Si Chriſtus removit peccatum, removit & mortem.

A ctionis vita nobis dabitur. Dixerit quiſpiam, Si ſtatim ut credimus juſtificati ſumus, & peccatum ſublatum eſt, quare mors nos manet? Reſpondemus, quia licet peccatum per miſericordiam Dei, atque per Chriſtum, nobis non imputetur, attamen adhuc in carne noſtra ſupereſt, tenemúrque indies reſiduum veteris Adami exuere: Nam quoad reliquiarum aliquid retinuerimus hujus vetuſtatis, tandiu mortem nobiſcum circumferimus. Quamobrem ſe-
B mel tandem morituri ſumus, ut exuamus quicquid contagii à primo Adamo contraximus, atque nobis tempore ſuo corpus omninò immutatū reſtituatur.

Cùm ſimus juſtificati, quare morti ſimus obnoxii.

Vide Epiſt.5. cujus initium, Fuiſſet. & Epiſt.6. cujus initium, Cum filio.

De luctu Mortuorum. Ex libr. Gen. in capite 23. verſ.7.

Mortuos lugere licet.
Vide in 1.Sa.31. verſ.11. & 35.
Luc.19.41.
Ioann.11.33. & 35.

2 Sed jam agamus de luctu mortuorum. Sit no-
C ſtra propoſitio, Licet lugere mortuos. Primò id patet non modò Abrahami exemplo, ſed fermè Patrum. Chriſtus Luc.19. flevit ſuper civitatem evertendam, & Ioann.11. Lazaro mortuo, flentéſque illius ſorores minime increpavit. Non eſt Chriſtianorum illa Stoica ἀπάθεια. Ipſi eam jactant, non tamen in eis fuiſſe reperias. Tertul. in lib. de Patientia & alii Patres, ſi quando mortuos non lugendos dicunt, hoc tu intelligas non omninò, ſed immoderatè, ut Paul. ad Theſſ. priore 4.cap. Nolite contriſtari de
D dormientibus, ſicut cæteri qui ſpem non habent. Vitia ſunt ſi immoderatè, hoc eſt, ſi nimium lugeas, quo pacto reprehenſum legimus à Deo Samuelem, cùm Saulem Regem nimium defleret jam è regno abjectum. Deinde ſi indigna ibi fiant, ut lacerationes, &c. Aut ſi fictè: Demùm is maximè improbatur, qui proficiſcitur è reſurrectionis negatione. Sed modicè dolendum, ut Paulus ſuo exemplo teſtatur: is enim dicit ad Phil.2. de Epaphrodito, Miſertus eſt Deus ejus & mei, ne triſtitiam ſuper triſtitiam habe-
E rem. Vides Apoſtolum fuiſſe ſua confeſſione triſtandum, de Epaphroditi morte ſi contigiſſet. Neque lugentes, divinæ voluntati adverſantur, quia Deus à quo mors infligitur, hanc eſſe illius naturam voluit, ut non modò his qui obeunt, verùm & illis quibus morientes chari ſunt & conjuncti, lachrymas & triſtitiam afferat, eſt enim hominum pœna: ſi moleſta eſt, nil contra Dei ſententiam & ordinem evenit: qualem illam eſſe voluit, ita excipimus. Quis diceret homines peccare, ſi de fame, de ſiti, de frigore
F conquererentur? quæ tamen ſine divina voluntate minimè nobis immittuntur. Fatemur nil Deum ſuis evenire pati, niſi in illorum bonum ceſſurum ſit. Duo ergo ſunt in his conſideranda, damnum ſcilicet præſens, cùm quis charus nobis moritur: & divinæ providentiæ conſilium, quod fide credimus nobis bonum & utile eſſe, ſed illud modò quale ſit non ſentimus: at vulnere præſentis damni admodum tangimur, non quidem in Dei contumeliam, quódve de illo conqueramur, quaſi nos injuſtè aut crudeliter
G tractet, ſed noſtri ſenſus natura à Deo inſtituta, quæ eſt ut præſenti malo commoveatur. Dolemus ergo aliquem fratrem obiiſſe juſtis de cauſis, quas omnes recenſere non oportet, puta quia nobis charus, jucundus, amabilis, promovebat honorem Dei, utilis Eccleſiæ, &c. Charitas ad duo nos impellit, ut ſimul tanquam membra ejuſdem corporis, velimus diu, imò quantùm fieri poſſet vivere: ad hoc præterea, ut aliorum mala, noſtra eſſe arbitremur, per corporis Chriſti ſympathiam. Naturæ igitur &
H charitati tribuamus, dolere mediocriter: fidei ne nimium doleamus, cùm reſurrectionis habeamus conſolationem, quam nimium flendo videmur inficiari.

1.Theſſ.4.13.
Vitia in lugendo.
1.Sa.16.1.
Phil.2.27.
Duo conſideranda in luctu.
In Gen.25.8.

3 Ethnici ideo modum cenſent adhibendum lachrymis, quod malum ſit neceſſarium mors, ut nullo remedio evitari poſſit. Sed enim iſtud non lenire, verùm augere mœrorem poteſt. Quis enim incommodè ita ſe conſolari reſpondeat? Imò idcircò do-
I leo, quia mali exitum nunquam adipiſcar, poſtquam illud nulla ratione poſſum effugere, quatenus habet conjunctam ſummam deſperationem. Ideò ſunt qui aliam aggrediuntur viam: Non debemus, aiunt,

Ethnicorum conſolationes.

Digitized by Google

mortis cauſa ita triſtari: propterea quod ſi eſt, ut ſertur, animi à corpore ſolutio, non eſt cenſenda in malis: quia animi conjunctio cum corpore, eſt res moleſta, neque felicitati noſtræ admodum conducit. Sin vero huic eorum ſententiæ objicias, Afferat ergo ſibi manus quicunque ſapit, ut iſtam aſſequatur commoditatem: repugnabunt his rationibus. Primum ſciamus oportet, animum à Deo in hoc noſtro corpore collocatum, inſtar præfecti alicui arci ſiue munitioni, quam pro ſua fide ei non licet deſerere, niſi à Domino qui eum ibi conſtituit, miſſus fiat, ni proditor velit haberi. Sed & id omnes prudentes ac pii intelligunt, hominem eſſe non ſui juris, ſed juſtam & legitimam Dei poſſeſſionem: quocirca ſi ſe quis occidat, non ſuam rem, ſed alterius corrumpit ſubſtantiam, quod quàm ſit injuſtum, de nobiſipſis ita diſcamus. Si noſter equus aut mancipium ſibiipſi mortem conſciſceret, nobis id placere néne? Non arbitror: Imo illi graviter iraſceremur, ac ſi liceret, nollemus eſſe tantum facinus impunitum: quod ſi duceremus indignum tantam nobis fieri injuriam, volumus audire eandem ipſimet nobis inferendo? Nec alioquin melius habere poſſumus, aut curari rectius atque ſub ipſo Domino Deo, cur ergo fugiamus à Domino adeo bono? Sed tamen ubi vocaverit, ad eum nulla cunctatione eſt proficiſcendum. Namque ejus juſſu abeuntes, non modo cum eo, verùm & cum viris eximiis atque clariſſimis verſabimur, qui ejus perpetua ſocietate fruuntur. Ideóque cùm iſta conjunctio animi & corporis admodum nobis ſit inutilis, de eorum ſeparatione, philoſopho eſt perpetuo cogitandum. Quod ſi præſtet, eámque profiteatur ſe cupere, nónne illi turpiſſimum foret, cùm illam videret adventantem, ſi timore percelleretur? Corpus vero idcirco animo noſtro noxium eſſe, ideo ſe probare putant, quia voluptatibus & affectionibus quæ per illud in nobis excitantur, parere aut indulgere cum vera philoſophia pugnat. Ipſa enim nihil plane aliud docet, quam perpetuo meditari, ut hæc quaſi noxias peſtes noſtræ naturæ evitemus, quas ſi omnino à nobis minime poſſumus rejicere, ut illas ſaltem pro viribus hebetemus & retundamus.

Animi cum corpore conjunctio moleſta.

Simile.

Simile.

4 Addunt poſtea, corpus quoad intellectum (quod enim antea dicebant ad appetitum eſt referendum) eſſe moleſtiſſimum ad veritatem percipiendam, ſenſus mendaces ſuppeditat. Qui illis fidunt, in rerum natura indaganda ſtatim fallentur, ac miſerè decepti, ſe aliquid poſſe percipere tandem deſperabunt, aut ſi aliquid ſe percepiſſe exiſtimarint, id falsò ſibi perſuaſerint. Dumque illis diffiſi, ratione & intellectu utimur in veritate exploranda, obſtrepunt: & nolentes ab intento ſtudio avocant, ut aliquid objectum fuerit vel moleſtiæ vel voluptatis. Quis præterea non videt in omni genere doctrinæ, opus eſſe mentis abſtractione, quæ ut major adhibetur, magiſque excluditur materia à noſtra cogitatione, eò habetur ſublimius atque nobilius ſcientiæ genus? Et hoc ſit dictum de ea notitia, qua tantum utimur ut aliquid cernamus & contemplemur. Sed ſi ad eam te conferas, quæ in agendo & faciendo abſolvitur, quàm vulgò practicen vocant Græca voce, ibi potiſſimum de honeſto & juſto diſputatur. Atque bonum, honeſtum, juſtum, virtutes, & alia hujuſmodi, nullus corporis ſenſus habet cognita. Mitto, quod cauſa corporis edendum, bibendum, veſtes parandæ, & ſexcenta hujuſmodi neceſſaria, quæ nobis cum operoſiſſimum ſit commoda adipiſci, non poteſt dici quantum propterea diſtrahamur à veri notitia. Imo ut iſtis non fruſtremur, congerendæ ſunt opes: hinc rixæ, contentiones, bella, & infinita alia, quæ omnia honeſta ſtudia ſi non evertant, malè tamen labefactant atque perturbant. Qui fit ut à Philoſopho concludatur, propter omnia jam commemorata, nos autem nunquam plena & vera ſcientia aliquid cognituros eſſe, aut hoc tantum poſt mortem poſſe conſequi. Cum itaque animus eo magis aliquid agnoſcat & intelligat, quo ſe à corpore magis ſejungit, illique minus adhæret: ſupereſt ut noſtrum ſtudium perpetuò eſſe debeat, ut animum à corpore avellamus. Et hanc planè faciunt hominis purgationem, ut purum ab impuro ſeparetur ac dividatur. Vnde non mirum, ſi corpus animi carcerem & ſepulchrum faciunt. Multi, ſi conſulas hiſtorias, extiterunt qui ſibiipſis vim attulerunt, ut charos & amicos inviſerent qui jam abierant: & nos inquiunt, ægre feremus, ſi mors immineat, ut veritatem aperte ac ſine impedimento valeamus inſpicere? Quamobrem illos qui ſe mortis cauſa affligunt aut macerant, nimióque dolore ac triſtitia conficiunt, non Philoſophorũ nomine dignos eſſe aiunt, ſed qui [illegible] vel [illegible] appellentur.

Senſus fallaces.

Multi ſibi vim intulerunt.

5 In hac jam explicata Philoſophorum ſententia, quædam habentur orthodoxæ fidei & Sacris literis parum congruentia. Nos enim dicimus mortem, non bonam, ſed malam habendam eſſe, quandoquidem Deus illam uti pœnam inflixit noſtro generi: quare nos illam & lugere & triſtes eſſe voluit. Quod idem à legibus humanis fieri videas, ſi quid enim gravius à civibus committatur, morte decernũt animadvertendum. Atque cuncta animantia, quę judicio naturæ aguntur minime errantis (divino quippe conſilio illa reguntur) cùm mortem fugiant, & communi quodam ſenſu omnibus modis horreant, eam profecto malam rem eſſe indicant. A contrario quoque illius, confirmare idem non eſt difficile: vita, inter bona reponitur, quare mors mala. Vitam verò bonis accenſendam inde ſolidè diſcis, quod illam Deus proponit præmium obedientiæ erga ſuam Legem: Qui illa fecerit, inquit, vivet. Eſt præterea mala, cum à mala cauſa ſit in orbem invecta, id eſt, propter peccatum. Et Scriptura ſancta, hoſtem non veretur Chriſti illam dicere. Scripſit enim Paulus priore ad Cor. Noviſſimum inimicum à Chriſto, mortem deſtruendam eſſe. Atque adeò eſt mala, ut optimæ & præſtantiſſimæ virtutis actionem, fortitudinis inquam jucunditatem, obſuſcet. Illa enim, ut teſtatur Ariſtoteles in Ethicis, cum voluptate non operatur, niſi quo animo finem attingit: Nam fortis, dum pro honeſto mortem oppetit, non agit ſine dolore & aliqua triſtitia. Quod ut ſit verum, in ipſo Chriſto fuit declaratum, quando in horto, carnis & ſpiritus certamen ſuſtinuit. Labuntur itaque in hac ſua conſolatione, dum mortem nobis volunt bonam facere. Aliud præterea habet abſurdum illa eorum ratio, quod humanum corpus damnant, cum ſit pręclarum & inſigne Dei donum: non rude, ſed pręſtantiſſimum in eo eſfulſit Dei opificium. Quis explicare valeat, quanta arte fuit à Deo effictum? Miraculo eſt hæc res, non modò Ariſtoteli, Galeno, cæteriſque Ethnicis ſcriptoribus, verùm Lactantio, Gregorio Nazianzeno atque infinitis orthodoxis patribus: & David ex eo prædicat cognoſci mirificam Dei ſapientiam. Denique, cum non ambigamus illud inter cæteras creaturas à Deo conditum, & Scriptura aperte fateatur, Dei ipſius teſtimonio, valde bona fuiſſe quæcunque à Deo fuerunt creata, & ipſum bonum eſſe abſque ulla controverſia ſequitur.

Mors mala eſt.

Gen. 3. 19.

Lev. 18. 5.

Gen. 3. 19.

1. Cor. 15. 26.

Non damnandum corpus, adverſus Philoſophorum opinionem.

Pſal. 8. 2 & 139. 14. &c.

Gen. 1. 31.

6 De conjunctione quoque animi cum corpore, idem ſentiendum ſtatuitur, ut bona habeatur, ne incidamus in eam ſententiam quæ Origeni aſcribitur, animas ſcilicet pro ſuis demeritis in alia vita detrudi ad corpora. Quem male eſſe opinatum ſatis Apoſtolus arguit, qui de Iacobo & Eſau inquit ad Romanos, Cum nondum aliquid ſive boni ſive mali egiſſent, de uno eſt dictum, Iacob dilexi, de altero vero, Eſau odio habui. Neque eſt obſcurum bene intuenti, quid commodi, quantúmve adjumenti noſter animus per ipſum corpus adipiſcatur. Nullius enim capax eſt perceptionis aut intelligentiæ, quæ ſua initia per ſenſus ipſos corporis non habuerit. De virtutibus autem, quæ ipſa comparantur exercitatione, ac inveniri non poſſent, niſi craſſiores quaſdam partes noſter animus haberet, quas à corpore pendere nulli non agnoſcunt, omnes fatemur quod ipſo remoto corpore paucæ admodum nobis ſupereſſe poſſent. Cum itaque conſtet, corpus carnemque noſtram natura bona eſſe, prout ſcilicet à Deo eſt condita, quid ſibi volunt Sacræ literæ, quando illi objiciunt quod corrumpatur, animum gravet, concupiſcat adverſus Spiritum? Davidque conqueritur, In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea: atque etiam Paulus, Scio quod non habitat in carne mea bonum? Reſpondemus, omnia illa

Rom. 9. 11.

Conjunctio corporis & animæ, bona, juvatúrque à corpore anima.

Eph. 4. 22.

Gal. 5. 17.

Pſal. 51. 7.

Rom. 7. 18.

iſta corpori aut carni noſtræ, non ex ſua condita A natura convenire, ſed ex accidenti eſſe adjuncta, poſt ſcilicet admiſſum ſemel in noſtrum genus peccatum.

7 Hic velim Philoſophum interroges, ſi contingat ut captus oculis, ſtrumoſus, aut claudus quiſpiam naſcatur, quanquam tibi det iſta corporis eſſe maxima vitia, nunquid propterea tibi velit aſſentire corpus hominis per ſe malum eſſe? Puto reſpondebit, minimè: in hoc corpore ego vitia improbo, ipſum B nihilominus corpus per ſe minime damno. Si inſtes, igitur corpus ſive caro bona & non bona, iſtud libenter dabo, non tamen oppoſitionem ullam hic eſſe convinces: ſiquidem per ſe & per accidens omnem pugnam hinc tollunt. Ea itaque per Chriſtianos adhibeantur remedia, quæ corpus minimè aut carnem auferant, ſed emendent & corrigant, quicquid vitii eſt invectum: quod fieri nobis dabitur in reſurrectione. Hoc argumento Chriſtus ſuos conſolatur in C Evangelio, ut in Marthæ & in Mariæ dialogo apud Ioannem habetur: Eodem item Paulus ad Theſſ. quando eos admonuit ne de dormientibus triſtarentur, ut cæteri qui ſpem non habent. & cauſam ſtatim ſubdit, mortuorum reſurrectionem. Non eſt admodum probati & boni artificis, fundamentum ipſum totum evertere, ut aliquod ædificii malum auferatur: vitium potius emendetur, ſinatur vero fundamentum & natura cui labes & malum inhæret. Sed interim ante reſurrectionem, hoc inquam tempore, D quam de morte conſolationem admittemus? Lenietur ejus damnum, non enim eſt invicta ut antea, cum Chriſtus illam ſuperavit, ac in ſuo certamine crucis feliciſſimè vicit. Sed à Chriſto, quomodo eſt mors devicta, cum tamen adhuc omnes conficiat? Ablata eſt illi ſua perpetuitas. At mors ſi æterna non eſt, jam verè mors dici non poteſt, cùm Ariſtotelis & naturalium ſapientium decreto, hoc ſit verè privantium adeo proprium, ut ab illis avelli nequeat, quo ut inde revertatur quis ad habitum ſit impoſſibile. E At ſi dabitur nobis, ut credimus, ut pollicetur Deus, ut teſtantur Sacræ literę, ſancta reſurrectio, ad vitam redibimus. Quare non eſt propriè mors: quam modo vulgò mortem appellant. Quare non immeritò de ſanctis dicitur, quòd mori viſi ſunt oculis ſtultorum atque inſipientium. Vnde Chriſtus ita leniebat ſuis hujuſmodi triſtitiam. Qui ſervaverit, id eſt, fide retinuerit meos ſermones, & ideo veram fidem opere exercuerit & confirmaverit, is mortem proculdubiò non videbit in æternum, Neque leviter mitigatur F triſtitia, ſi attendamus Dei bonitate factum, ut mortis quamvis malæ, bonus uſus poſſit nobis concedi. Puta, ſi quis obedienti animo eam ſubeat, neque pœnam illam rejiciat, quam divina juſtitia nos omnes voluerit exolvere. Cogitet deinde, qui dolet nimium, hic in ſanctis perfici mortificationem, quam Sancti per omne vitæ ſtudium meditantur. Boni, illa tanquam acerrimo & efficaciſſimo monitore excitant ad Dei mandata præſtanda. Religioſe pii cogitant. Si mors eſt nobis inflicta, id fuit propter divini G præcepti contemptionem. Domino ſi paruiſſent noſtri illi primi primogenitores, non tantæ calamitati fuiſſemus obnoxii. Abſtrahimur præterea ſi ſapimus à voluptatibus, & mundi contemnimus illecebras; qui tito nos hinc eſſe abituros ſatis habemus perceptum. Quare inſtar peregrinorum, de portu noſtræ navigationis, & cœleſti patria aſſidue cogitabimus & loquemur. Item in morte gaudebimus abrumpi omnes peccandi occaſiones, finis tunc erit & terminus offenſionum Dei. Quod ubi Paulus attendiſſet, clamabat id optando, Infelix ego homo, Quis me libe- H rabit de corpore mortis hujus? Nullus Deū & Chriſtum amat, quin cupiat finem facere peccandi. Medium adhæc, mors eſt prout modo ſe res habent, ad tranſeundum hinc & adhærendum Chriſto. Nullus enim planè & abſolutè illi conjungitur, niſi per mortem. Dixi autem, prout modò ſe res habent, qua ab hac neceſſitate & Lege eximentur, qui vivi deprehendentur in adventu Domini, quemadmodum habetur ad Theſſal. Vnde Paulus apertè dicebat, I idcircò ſe mortem cupere, non quidem propter ipſam, verùm ut tandem cum Chriſto eſſet: Cupio inquit, diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Siquidem revera, ſi illi licuiſſet & data fuiſſet optio, potior conditio eſſet illi viſa, ut adhuc vivens gloria ſupervestiretur, ut dicit ad Corinthios poſteriore, Nolumus expoliari, ſed ſupervestiri.

Conſolationes de morte perferenda.

Ioan 11.

1. Theſſ. 4. 15.

Sap. 3. 4.

Ioan. 8. 51.

Rom. 8. 24.

1. Theſſ. 4. 17.

Phil. 1. 23.

2. Cor. 5. 4.

8 Quod verò attinet ad mortis naturam, inverſam ex Dei bonitate, ut ex damnoſa nobis facta ſit utilis, non modò quæ diximus occurrunt, verùm & illud, eam in Chriſto factum eſſe unicum ſacrificium nos Deo placans & reconcilians. Imò & noſtra mors, ſi Chriſto ſimus conjuncti & pro veritate moriamur, ſit oblatio Deo grata, ut illi immolari dicamur, ut Paulus ad Tim. ſcribebat, Ego enim delibor, ſive immolor, & tempus meæ reſolutionis inſtat. Et in Pſalmis habetur, Pretioſa in conſpectu Domini, mors Sanctorum ejus. Atqui ejuſdem mortem præmium ingens ſequitur: Si enim ut in eadem epiſtola ſcribit Apoſtolus, unà mortui fuerimus, & convivemus: etiámque ſimul paſſi, unà regnabimus. Sed quid magis poteſt nos à luctu relevare, quàm agnoſcere Chriſtum eandem ſubiiſſe? quòd ergo is eſt paſſus, quid nos oportet adeò lugere vel lamentari, ſi nobis obveniat, quando is immeritus, nos verò plus quàm meritiſſimè morimur? Neque alio medio nobis aptius aut melius potuiſſent divinæ promiſſiones, imò fœdus, pactum, atque teſtamentum confirmari: ut enim dicitur ad Hebræos, ratum minimè habetur unum quódque iſtorum, niſi mors interceſſerit. In ſumma, has & hujuſmodi plerunque alias conſolationes, Chriſtiani homines valent ſibi à Sacris literis haurire. Verùm non mirentur, ſi ab illis omnis triſtitia prorſus non tollitur: vult enim Dominus, ut ſit moleſta: neque illam Chriſtus abſque dolore & lachrymis ſuſtinuit. Facient nihilominus iſta, ut limites & præſcripti fines non excedantur. Demúmque ex dictis facilè liquere poteſt, quæ gentilium ſub initio hujus diſputationis commemorata, debeant retineri à noſtris, & quæ repudiari. Voluptates carnis ſeu corporeas mortificandas eſſe concedimus, ſed eas à corpore proficiſci non dabimus, niſi per accidens, quod eſt peccato vitiatum. Ipſum vero prorſus adverſari ſcientiis, ut Plato vel Socrates aſſeruit, inficiamur, ſiquidem uti jam expreſſimus, corporis ſenſus ad eas capeſſendas multum adjuvant. Multúmque nos diſtrahi ab ipſius corporis conſervatione, ab inveſtigatione veri & à divinis rebus, non facilè concedimus in hominibus piis: illi enim dum omnia ad Dei & Chriſti gloriam referunt, parum aut nihil corpori impendunt, quòd non ſit benè & ex virtute collocatum. Sed fac nonnunquam noſtro vitio ut aſſeris accidere, non propterea debes inferre; ergo malum corpus? potius quæras ut emendetur, quod ibi eſt vitii. Rejicimus autem prorſus illud conſolationis genus, mortem minimè deflendam, quòd omni remedio careat: Nam reſurrectionem credimus, ut Chriſtus & ſanctæ literæ nos docuerunt.

Mortis natura à Deo immutata in piis.

Rom. 5. 5.

Heb. 9. 10.

2. Tim. 4. 6.

Pſal. 116. 15.

2. Tim. 2. 12.

Heb. 9. 16.

Matth. 26. 38.

De Sepultura.

In Gen. 23. 7.

Referre aliquid, mortuis ſepeliri.

9 Vtrùm mortuis aliquid referat ſepeliri aut inhumatos relinqui, exiſtimarunt Poëtæ referre, Virgilius, Æneid. 6.

Ne ripas datur horrendas aut rauca fluenta
Tranſportare prius, quàm ſedibus oſſa quierunt.

Eſt præterea quodammodo in hac ſententia communis ſenſus omnium nationum. Iudæi ungebant diligentiſſimè: Romani maxima ambitione comburebant. Infinitam aromatum copiam & odorum pretioſorum, refert Suetonius, combuſtam fuiſſe unà cum impuriſſimi Neronis cadavere. Noſtri Papiſtæ adhuc, & antiquitus multi Chriſtiani, curabant, ut ad memorias Martyrum conderentur. Primo Melachim 13. comminatus eſt Prophera, alteri Prophetæ inobedienti, qui comederat in Bethel panem contra Dei præceptum, illum in ſepulchrum patrum ſuorum non eſſe inferendum: quòd ſi nihil eſſet, ut pœna minimè proponeretur. Et 2. Melachim 22. Ioſiæ Deus pollicetur, quia fleverat, veſtes ſciderat, & eum ſcelerum populi pœnitebat, quòd ſepulchro patrum ſuorum inferretur. Viri Iabes Galaad 2. Sam. 2.

1. Reg. 13. 29.

2. Reg. 22. 19.

2. Sam. 2. 5.

commendantur & benedicuntur à Dauide, quòd miſericordiam fecerint Sauli & Ionathæ, illos enim ſepelierant: quod ſi nil ad eos id pertineret, quàm miſericordiam cum ipſis feciſſent? Pſalmo 79. conqueritur David, quod infideles tyranni, populi Dei everſores, cadavera ſervorum Domini reliquerint inſepulta, eſcas volatilibus cœli, & lacerationem beſtiis terræ: quod ſi nil eſt, eo nil doleret aut lamentaretur Propheta. Hic tamen non obſtantibus, cum Auguſtino cenſemus, in libello De cura ſuſcipienda pro mortuis, nil referre mortuis, utrum ſepulti an inhumati jaceant, quoad ſalutem. Lucæ 12. de perſequutoribus Chriſtianorum inquit Dominus, Non habent amplius quod faciant, cum occiderint corpus. Non negat Dominus, illos non poſſe inſultare, ludibrio habere, beſtiis & volucribus objicere, ſed nil inquit habent quod agant in eos, ſentiendum, moleſtum futurum, aut illis damnum allaturum. Omnes capilli capitis ita ſunt numerati, ut non cadant Patre nolente. Matth. 10. Ita quæ fiunt circa cadavera martyrum, niſi vellet Deus, non fierent: at ſi illorum ſaluti officerent, quomodo Deus non averteret ab his, quos tantopere amat? Auguſtinus hæc tractat. de Civitate Dei primo: & ad Paulinum De cura pro mortuis, allegat Euſebium Cæſarienſem, qui refert in Gallia occiſos propter Chriſtum eſſe Martyres, quorum corpora ſunt cremata & cineres in Rhodanum projecti, ne ſepeliri poſſent, num ob id minus felices fuerunt illi ſancti confeſſores? Non opinor. Idem Romæ contigit.

Pſal. 79. 2.

Nihil referre mortuis ſepeliri aut non. Lucæ 12. 4.

Matth. 10. 32.

10 Sed ut reſpondeamus objectis argumentis, eſto hæc propoſitio notanda: Illa quæ fiunt in exequiis & ſepeliendis cadaveribus, ad vivos pertinent: illorum ſunt ſolatia, mortuis nihil conferunt. Illud vide à contrariis. Sicut ſepeliri impiis non prodeſt, ita fidelibus jacere inhumatos non obeſt. Sane ſi prodeſſet & ad ſalutem faceret, pauperum eſſet iniqua conditio, qui ſæpe carent ſepulcris, & martyrum maxime, in quorum cadavera tyranni ſæviunt. Quod Virgilius & Poetæ dicunt, fabuloſum eſt manes tranſmittere non poſſe, niſi prius corpora humentur. At ſi dicas, quamvis non prorſus idem, tamen quid ſimile legimus, in inventione corporum multorum martyrum, qui apparuerunt quibuſdam, & ſua indicarunt cadavera atque voluerunt honorificentiùs tumulari: igitur ſepulchra curarunt, quod in Sancti Stephani inventione legimus. Gervaſium etiam & Prothaſium Ambroſio apparuiſſe, ipſe teſtatur. De capitis Ioannis Baptiſtæ inventione, hujuſmodi quippiam fertur. At tu quæſo hîc cogita, cùm iſtæ apparitiones eo vergant, non modo ut corpora humentur, ſed humana quodammodo exhumentur, atque invehatur idololatria, qua reliquias & cadavera homines adorent, non multum illis eſſe tribuendum, imo ſi hoc prætextu contingant, illis non credendum. Dic oro, ſi quis tibi in ſomniis appareret, ſuúmque indicaret cadaver inhumatum, juberetque aut oraret ut illud conderes, eò quod non poſſet ideo ad requiem pervenire: ſi inquirens ejus cadaver, reperires quemadmodum indicaſſet, num ob id crederes illi fabuloſæ Poetarum fictioni? non credo. Sed exiſtimares illud viſum in ſomnis contigiſſe, illo mortuo inſcio, ſicuti nos frequenter in ſomnis viventes apparemus amicis imprudentes: aut diaboli verſutia factum ſuſpicareris, ut illa abſurda opinione fallus, ab orthodoxa fide aberrares: quod ſi in Martyribus hujuſmodi eveniſſe, exiſtimemus, qui reprehendamur? Diabolus nil aliud curat, niſi ut ſuperſtitiones & idololatria vigeat: neque temperabit ille quin homines decipiat oſſibus Sanctorum Martyrum. Cum enim, tam pernitioſe eam illuſerit noſtro generi ſacroſanctæ Dominicæ Cœnæ ſymbolis, quandoquidem iſta conatus eſt & ſtuduit nobis pro idolis obtrudere, neque illi infeliciter ſucceſſit. quid mirum, ſi idem faciat in mortuorum oſſibus, cum id noſtra peccata juſtiſſime ſunt promerita? Non tamen obſtinatè contenderem impoſſibile eſſe, Deum interdum curare, ut Sanctorum ſuorum corpora honeſtiùs tumulentur, cum ut oſtendat quanti illos & ea quæ ad eos pertinent faciat, tum etiam ut illorum memoriam nobis refricet. Sed cum video tot inde oriri ſordes impii

Quæ mortuis fiunt, illis nihil conferunt, ſed ſunt vivorum ſolatia. Reſponſio ad contraria argumenta.

Apparitiones defunctorum.

A cultus, vehementer adducor ut credam, diaboli opera illa facta fuiſſe. Hoc prorſus eſt contendendum, id non fieri, ut illis augeatur ſalus & felicitas cumuletur. Quid enim illi intelligunt aut ſentiunt, quæ aguntur circa res ad eos pertinentes hîc apud nos? eorum ſtatus haud dat ut id agnoſcant, niſi Deo manifeſtante. Quod factum fuiſſe Abrahamo credendum eſt, cùm dicit ad illum divitem qui in inferno cruciabatur, Moſen habent & Prophetas, illos audiant. Luc. 16. 29.

B Quamvis illa quæ in parabolis continentur, non omnia ad argumenta trahenda ſunt, quibus probemus fidei dogmata.

11 Cum dicitur poſtea, Senſus videtur eſſe communis omnium noſtrûm, ut ſepulchra aliquid proſint, alioquin non ita diligenter ab omnibus curarentur. Reſpondemus, hoc eſſe axioma nullo pacto negandum, quiſque carnem ſuam amat, neque ita odio habet, ut privatam velit conſuetis officiis & honoribus. Quo igitur ad eos qui vivunt, ſepulturam aliquid conferre libenter concedimus, non autem quoad ipſos mortuos. Cùm vivos dico, intellige & ipſos qui ſepeliendi ſunt (dum enim vivunt & de ſeipſis cogitant, carni ſuæ bene volunt, utque ex more ſepeliantur cupiunt) aut eos qui cùm illi mortui fuerint, quavis ratione conjunctionis ipſos tangunt, & de illis cogitant: quo ergo ad iſtos, libenter damus aliquid eſſe tumulari & ſepeliri. Quo loco vides quid ſit de Propheta dicendum, cui id ut pœna proponebatur: verè enim pœna fuit illi viventi, cogitanti, quàm id ſuæ carni eventurum durum eſſet, quod cum illi communi ſenſu diſpliceret, à peccato retrahere potuit. Mitto quòd per conſequens, antecedens, figurata loquutione intelligitur: quod ſcilicet, extra patriam eſſet moriturus, multis deſtitutus auxiliis & præſidiis ſuorum, atque mortis crudeli genere extinctus. Ioſiæ quoque cùm illi proponeretur, fuit bonum, ut qui adhuc viveret & antecedentia æſtimaret, ſcilicet ſe non eſſe in captivitatem aſportandum. Viriique Iabes verè miſericordiam feciſſe dicuntur, cum ſuis dominis, illos ſepeliendo, quoniam id præſtiterunt eis quòd ſibi miſeris fieri voluiſſent, cùm de ſuo interitu cogitarent: nullus quippe eorum non eligeret, ut ritè & de more ſuum corpus humaretur. Pſalmus vero cum de ſanctis inhumatis conqueritur, ibi hoſtium populi Dei immanem crudelitatem exaggerat, quòd non contenti illorum morte, etiam in cadavera ſævitatem exercere vellent, non quòd ea cauſa aſſerat deterius habituros eſſe ſanctos.

Quomodo ad vivos attineat ſepultura.

Eph. 5. 29.

1. Reg. 13. 20.

Ex antecedente conſequens intelligitur.

2. Reg. 22. 19.

2. Sam. 2.

Pſal. 79. 2.

Cœlo enim tegitur, qui non habet urnam:

quemadmodum Lucanus cecinit.

12 Neque iſta in eam partem dicuntur, ut à vivis, mortuorum fratrum ſepultura contemnatur, ſiquidem mortuorum corpora dum vixerunt, organa & inſtrumenta fuerunt Spiritus Sancti. Vt ergo amici annulum, veſtes, librum, & alia hujuſmodi non contemneremus: ita & Sanctorum corpora, imò omnium qui noſtri proximi & genere à Deo nobis conjuncti ſunt, non debemus negligere. Patres accuratè hoc officium præſtiterunt Mariæ, Chriſto, & ubi Domini præſentia ut fruerentur, datum fuit, quod ſcilicet hoc genus operis Deo probetur, hócque ſymbolo, dum carnem mortui hominis curamus, neque ut rem nihili contemnimus, fidem reſurrectionis qua illam quandoque Deus reſtituet quodammodo atteſtamur, quaſi id nolimus ſpernere quod Deo futurum curæ eſſe credimus. Hoc tamen addam, veteres Patres pluſculum quàm noſtros iſta curaſſe, pro ſui ſtatus ratione, quo temporalia, & quæ carnem reſpiciebant, magis quàm nos curarunt. Adhæc iſto officio incitamur ad benefaciendum pauperibus: ſi enim Deo placet ut mortuis hoc exhibeamus quod illis nil prodeſt, quanto magis ea illi probabuntur opera, quibus ſentientibus profuimus ejus filiis & Chriſti membris?

Sepultura cur non contemnenda.

13 At videndum modò, Vtrùm referat magis hoc quàm illo loco tumulari? Auguſtinus jam dicto loco annuit, Qui ſunt apud memorias Martyrum tumulati, inquit, magis ſe offerunt amicorum aſpectui, qui dum viſitant Sacras ædes, illorum defunctorum, quorum μνημεῖα conſpiciuntur, ſpiritus commendant

De loco ſepulturæ.

Preces pro mortuis. commendant ſuis precibus illis martyribus, quorum A
memoriæ locus eſt dedicatus. In hanc partem incli-
nat Auguſtinus. At illi à Paulino, ut refert, objicitur:
2.Cor 5.10. Sancti, ut Paulus habet 2.ad Cor.cap.5. ut cæteri ho-
mines ante tribunal Chriſti ſiſtendi ſunt, ut inde
quiſque bonum aut malum reportet prout in cor-
pore ſuo geſſit. Igitur non melius habent mortuo-
rum animæ pro poſtulatis & interceſſionibus eorum
qui hic vivunt. Reſpondet, eſſe quoſdam qui iſtis
non egent, ut qui felicitatem jam ſunt aſſequuti: a- B
lios vero, ita pœnis æternis addictos, ut nullis inde
ſuffragiis abduci poſſint: at vult inveniri qui ita ſe in
corpore geſſerint, ut meruerint poſſe adjuvari adhuc
viventium precibus: & ex hoc ita jacto fundamen-
to, concludit aliquid poſſe defunctis prodeſſe, ſi ad
memorias Martyrum ſepeliantur. At ipſe videat,
quàm firmum ſit hoc ejus principium, nos planè il-
lud minimè recipimus ut ſine Scriptura poſitum:
Prophetæ, neque Lex hujuſmodi rei quippiam me-
minerunt, neque Scriptura rem adeo officioſam & C
tantæ charitatis in miſeros defunctos ita reticuiſſet,
necubi vel ullum verbum de ea faceret. Quòd ſi di-
cas, traditio eſt Eccleſiæ vetuſtiſſima: damus, at non
probatur aut evincitur Sacris literis, non modò in
Cur veteres oraverunt pro defunctis. eis non continetur, ſed ex eis minimè probatur. Etſi
Eccleſia orat, non ea de cauſa antiquitùs hoc fiebat,
ut ſpiritus defunctorum liberarentur: ſed quemad-
modum teſtatur Dionyſius, ut interpretem Dei a-
geret ſacerdos, & orationis titulo adſtantes admone-
ret & faceret certiores, quæ jam illi defuncto Deus D
reddidiſſet, quídve nobis quoque poſt hanc vitam
ſperandum ſit.

2.Mac.12.43. Purgatorii origo. 14 Neque nobis librum Machabæorum ſecun-
dum obtrudas, non eſt in Canone. Deinde ea tem-
peſtate ſcriptus, quando Iudæa Græcorum jugo
premebatur, quorum non ſolùm mores, ſed opinio-
nes quæ philoſophiam & humanæ rationis com-
menta redolebant, jam ſuſceperat: ſicut palæſtram &
Ephæborum lupanaria, quæ eadem ratione Purga-
torii inventum fortè fortuna ſuſcepit: quòd Eccleſię E
proceres fortè videntes, quadam à piis hominibus
religioſitate obſervari, non admodum curarunt, ut
prorſus tollerent, ſed mutarunt & correxerunt quan-
tum fieri potuit. Quod nobis indicat, ſatis aperta
conjectura Dionyſius, quiſquis is fuerit, de Eccle-
ſiaſt. hierarchia, ubi ſibi objicit, Cùm jam defunctus
habeat quod eſt habiturus, cur ſacerdos ſuper ejus
cadaver, bona & felicia illi precatur? non reſpondet
ut juvetur illis ſuffragiis, ſed quo declaretur adſtan-
tibus quid Deus jam circa eum fecerit, ibique ad- F
ſtantibus inſtructio exhibeatur, conſolatio, atque
confirmatio, cùm de reſurrectione, tum de exhibi-
tione æternorum præmiorum. Agit ergo ibi ſacer-
dos de precum ipſarum prætextu Dei interpretem. Et
contra Auguſtini ſententiam facit, Concilium Bra-
carenſe Can. 35. quod ſtatuit ad Martyrum Baſilicas
non debere ſepeliri defunctos. Et 13. quæſt. 2. cap.
Præcipiendum, idem cenſetur ex Varenſi Concilio.
Quamvis eodem loco, cap. Nullus mortuus, ex Con-
cilio Magocenſi, res fuerit eò perducta, ut ſepultura G
in templis ſolummodò Epiſcopis, Presbyteris, Ab-
batibus permittatur. Et ratio hoc ſuadet, nam templa
non ad hoc inſtituta ſunt, ut ibi condantur cadave-
ra, ſed ad Sacramenta miniſtranda, ad exhibendas
conciones, atque ad orandum & laudandum Deum.
Nundinatio ſepulchrorum. At modò inter Papiſtas Eccleſiæ ſunt cœmiteria,
quòd illi eò duntaxat faciunt, ut lucra ſuccedant.
Cúmque præcipiatur diſertè in decretis, nihil ſu-
mendum pro ſepultura, illi nunquam videntur exa-
Gen.34.11. turati. Hieronymus locum 34. Geneſ. tractans dicit, H
Si iſte oblata accipere nolebat (Ephron inquam ab
Abrahamo) & cum acceperit victus precio, diminu-
tè ſcribitur: quid illis fiet, qui vi audent extorquere?
Secus fieri jubebat Ambroſius, cùm in libr. de offic.
ſcribit, Aurum Eccleſiæ erogandum, non modò ut
benefaciat Eccleſia pauperibus, ſed etiam ut defun-
ctis de ſepulturis proſpiciatur. Quęſtus & ſuperſti-
tio, hujuſmodi abuſum invexerunt. Non torquea-
mur itaque, ſi in Eccleſiis non ſepelimur, nam con-
tra opinionem Auguſtini & perverſam hanc con- I
ſuetudinem, loquitur Chryſoſt. in Epiſtola ad Hebr.
ubicunque ſepeliamur, Domini eſt terra. 13. quæſt.

A 2. cap. Vbicunque. Non eſt tamen humationis aut **Licet ſibi ſepulchrum deligere.**
ſepulturæ ſolicitudo deteſtanda, imò licet viventi-
bus ſibi ſepulchrum deligere, quod Prophetam ſe- **1.Reg.13.31.**
ciſſe videmus, qui alium Prophetam deceperat.
Poſtquam enim mortuum audivit, filiis ſuis juſſit ut
ſeipſum juxta eum conderent, cùm diem obiiſſet:
non modò enim id ſibi inde honoris acceſſurum
judicavit, ut ſuis parceretur oſſibus Ioſiæ tempore,
ſed interim ſi ejus cadaver, illius cadaveri adjunge-
B retur, non male ſibi conſultum iri. Iure ergo inter
majores noſtros, pios, conjunctos, poſſumus curare,
ut noſtra corpora ſepeliantur.

Animas corporibus ſolutas non dormire.

15 Quum dicit Paulus ad Corinth.13. Tunc au- **In 1.Cor.13. verſ.12.**
tem facie ad faciem. &c. Adverbium illud temporis
ſtatum denotat poſt mortem, quando animæ ſolutæ
corporibus uno intuitu & clariſſimo aſpectu divina
C contemplabuntur. Quod tamen Irenæus non con-
cedit, uſque ad diem reſurrectionis. Atque dicit, hę-
reticorum eſſe, quòd ſibi perſuadeant è veſtigio à
morte cœlos tranſcendere ad demiurgum & ad con-
ſpectum Patris evehi, non expectata reſurrectione
mortuorum. Atque aſſerit, nos eadem pati debere,
quæ Chriſtus experiri voluit, qui à morte non re-
pente fuit excitatus, neque ad Patrem ſtatim aſcen- **Ioan.20.17.**
dit, ſed triduum expectavit. Et poſt reſurrectionem, **Matth 10.24.**
Mariæ dixit, Noli me tangere, quia nondum aſcendi **Sententia de dormitione animarum.**
D ad Patrem meum. Neque fas eſt ut diſcipulus (uti
Chriſtus dicebat) ſit ſuprà magiſtrum. Proinde ut
Chriſtus non aſcendit ſtatim à morte, ſic nos debe-
mus diem reſurrectionis expectare. Proinde ſtatuit
locum eſſe definitum, quo cùm corpus exuerint ani-
mæ, uſque ad adventum Domini quieſcant, atque
tunc rurſus indutis corporibus, ad conſpectum Dei
perducantur. Ex Scripturis duo potiſſimùm loca pro
iſta ſententia ſolent adduci: In Apoc. cap. 6 ſcribitur, **Apoc 6.9.**
animas defunctorum qui pro Chriſto fuerant occiſi
E ſub altari clamare: Vſque quo Domine non vindicas **Ibid.11.**
ſanguinem noſtrum, de his qui habitant in terra? Et
datæ ſunt eis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum illis eſt,
ut requieſcerent adhuc modicum tempus, donec nu-
merus compleretur conſervorum. Et ad Hebr. cap. 11. **Heb.11.13.**
cùm eſſent cenſi, qui fide claruerant in Veteri Teſt.
ſubditur, eos nondum promiſſionem accepiſſe, ne
abſque nobis perficiantur.

16 Sententia hæc videtur à multis ex veteribus
recepta. Attamen de illa nemo fuſius atque iſte Ire-
F næus ſcripſit, qui non ſolum protulit quid ſentiret,
verùm id rationibus conatus eſt aſſerere, quæ tamen
infirmæ ſunt. Nam illi potiſſimùm innititur funda-
mento, quòd nos oporteat Chriſto in hoc quoque **Nos oportere conformes eſſe Chriſto verum eſt, ſed in genere.**
conformari: ut ſicut ipſe non aſcendit ad Patrem, ni-
ſi poſt reſurrectionem, ita illam non debeamus ex-
pectare, priuſquàm noſtri ſpiritus ad Deum in cœ-
lum ſubvehantur. Collatio iſta generaliter vera eſt.
Fatemur enim oportere eſſe Chriſto conformes, ve-
rùm ſingulariter non eſt admittenda quoad omnia.
G Permulta fecit Chriſtus, quæ neceſſarium non eſt
ut nos agamus, Triduum expectavit ut reſurgeret,
quia veritatem ſuæ mortis teſtatam voluit, neque
cùm reſurrexit, è veſtigio ad Patrem acceſſit. Etenim
quò certior ſua reſurrectio fieret, per quadraginta
dies & apparuit ſuis, & comedit cum illis, & ſemet-
ipſum exhibuit tangendum. Idcircò cùm nobis à
morte & reſurrectione iſta facere non incumbat, ni-
hil obſtat, quin ſtatim à morte aſcendere poſſint no-
ſtri ſpiritus ad Deum, qui eos creavit. Neque id ne-
H gamus quod nobis à Chriſto dictum opponit, Ser- **Matth.10.24.**
vum non eſſe ſupra dominum, neque diſcipulum
ſupra magiſtrum. Verùm hinc non plus colligitur,
quàm quod, ſi Dominus perſequutionem paſſus eſt
& contumelias, ita ut Beelzebub appellaretur, mul-
tò magis id ejus diſcipulis eventurum eſſe. Non ta-
men hinc elici debet, nobis omnia ſingulariter perfe-
renda eſſe, quæ Chriſtus paſſus eſt. Ille per crucem
fuit immolatus, & inter duos latrones occubuit, quod **Mat.12.26.**
nequaquam expectandum eſt ut omnibus fidelibus **Sunt animæ in ſuis receptaculis, verum in conſpectu Dei.**
I contingat. Certa eſſe loca animis jam ſolutis à cor-
poribus deputata concedimus, ubi nunc ſerventur
atque contineantur uſque ad reſurrectionem: non

Digitized by Google

tamen extra conſpectum Dei quaſi dormiant & con-
ſopiti degant.

Apoc 6. 11.

17 Quod ex Apocalypſi adferunt, contra nos
minimè facit. Animæ ſub altari deſcribuntur, quod

Si clamãt non dormiunt.

ad earum receptacula pertinet. Clamare dicuntur,
quaſi ſuum deſiderium exprimant, expectatæ reſur-
rectionis. Quis autem non videat, clamare atque ve-
hementer cupere, non eſſe dormientium? Datæ ſunt

Partem felicitatis acceperunt.

illis candidæ ſtolæ, quia partem felicitatis jam acce-
perunt. Et ſunt juſſæ tantiſper expectare, quoad im-
pleretur numerus occidendorum pro Chriſti nomi-
ne. Tunc enim abſolutam felicitatem, extrema re-
ſurrectione percepta, ſunt habituræ. Et quod addu-

Heb. 11. 13.
Veteres non reſurgent ſine nobis.

ctum eſt ex Epiſt. ad Hebr. 11. c. eodem refertur. Nam
fatemur, antiquos Patres nondum accepiſſe perfe-
ctionem extremam, cùm reſurrectionem adhuc ex-
pectent, quam par eſt ut omnes quotquot pertine-
mus ad idem corpus & caput ſimul habeamus.

Contra ſomnum animorum.
Ratio 1.
Luc. 23. 24.
Hodie volunt infinitum tẽpus poſſe cõplecti.
2. Pet. 3. 8.
Pſal 90. 4.

18 Quibus autem argumentis hæc ſententia ex-
plodatur, modò exponamus. Primùm Dominus jã-
jam moriturus, latroni dixit, Hodie mecum eris in
Paradiſo. Adverbium temporis, Hodie, ſatis oſtendit
fœlicitatem ejus non fuiſſe in extrema tempora pro-
pagandam. Sed qui hanc opinionem propugnant,
conſueverunt objicere, in Sacris literis adverbium
hodie non ſemper pro uno eodémque die accipi, ſed
poſſe denotare ampliſſimum tempus. Nam Petrus
inquit ex ſententia Davidis, In conſpectu Dei, mille
annos eſſe inſtar unius diei. Quare fieri poſſe, ut la-
tro diceretur, ea die futurus in Paradiſo, licet ea res
ad multas annorum centurias differenda eſſet. Cæ-
terùm Auguſtinus ad Dardanum, hunc locum non
ſic eſt interpretatus, ubi ſcribit, hanc promiſſionem
referri non potuiſſe ad humanam Chriſti naturam:
quia corpus ea die fuit in ſepulchro, & anima, ut in-
quit apud inferos: cui tribuere non vult, ut ſimul eo-
démque tempore fuerit & illic, & in Paradiſo. Ideò
totum id ad naturam divinam transfert: quod non
fuerat neceſſarium, ſi juxta eam promiſſionem, ut
iſti volunt, latronis felicitas ad mille annos & ulte-
rius differenda fuiſſet. Neque Petrus, in loco quem
adducunt, nos jubet mille annos ubique unum
diem interpretari. Tantùm laborabat, ut æternita-
tem Dei quam ſignificantiſſimè declararet, ad quam
mille anni collati perinde eſſent ac unus dies. Quòd

Quomodo dies pro annis accipiendi ſunt.
Dan 9.
Ezech. 4 v. 5.

ſi quandoque dies pro annis accipiendi ſint, noſtro
arbitrio id non permittitur, verum de eo, verbo Dei
admonemur, ut patet in Daniele, cùm hebdomadæ
recenſentur: & in Ezech. capite quarto, ubi præcipi-
tur Prophetæ, ut cubet trecentos & nonaginta dies
ſuper ſuum latus ſiniſtrum, atque rurſum dies qua-
draginta ſuper latus dextrum: & quòd illic dies

Scriptura docet.

annos referant, Scriptura diſerte commonefa-
cit.

19 Habent & aliud ſuffugium. Nam dicunt, hæc
duo adverbia temporis, Heri & Hodie, novum ac
vetus Teſtamentum ſignificare, quod ex Epiſtola ad

Heb. 13. 8.

Hebræos colligunt, ubi dicitur, Chriſtus heri & ho-
die. Quare volunt ſenſum eſſe, latronem hodie in
Paradiſum deducendum fuiſſe, quod id ad novum
Teſtamentum pertineret. Sed hoc eorum commen-
tum frivolum eſt. Qua in Epiſtola ad Hebræos ita

Chriſtus hodie, heri, ac in ſeculum, quomodo intelligendum.
Gen. 2. 17.

accipiendum eſt, Chriſtum eſſe hodie, heri, & (ut ad-
ditur) in ſeculum, ut ejus intelligatur æternitas, quæ
tribus temporibus diſtribui ſolet, ac ſi diceretur.
Fuit, eſt, & erit. Tertium latibulum quo ſe abdunt,
eſt, primis parentibus fuiſſe dictum: Quacunque
hora comederitis, morte moriemini. Quos tamen
conſtat à tranſgreſſione nequaquam à veſtigio mor-
tuos fuiſſe. Ita (inquiunt) fieri potuit, ut latronis pro-
miſſio, quæ de eodem die facta videtur, in longum
tempus differri potuerit. Sed iſtorum aſſumptum
negatur, primos parentes cùm tranſgreſſi ſint, non

Mors eſt receſſus à vita
Primi parentes à peccato ſtatim mortui ſunt.

illicò periiſſe. Quoniam mors nequaquam aliud cen-
ſenda eſt, quàm receſſus à vita, nec vitam habemus
citra Deum. Quare mortui ſunt, quoniam à Deo re-
ceſſerunt: Et eorum anima non fuit à corpore avul-
ſa, ſed in eo quodammodo ſepulta. Vnde ſi quis verè
exiſtimet, in præſentia non vitam, ſed mortem vivi-
mus, quæ ut eſt diuturnior, eò à recte judicantibus

Similitudo primorum parentum & latronis admittitur.

ſentitur gravior. Sed ne tergiverſari videamur, ſimi-
litudinem libenter accipimus, & latronis & primo-
A rum parentum. Initia mortis illi ſtatim à tranſgreſ-
ſione habuerunt, licet perfectam mortem non ex-
perti fuerint: ſic etiam latro cum Chriſto fuit in Pa-
radiſo, licet non eo die perfectam felicitatem, quæ
in reſurrectione expectatur, obtinuerit. Proinde ſtat
firmum argumentum quod jam propoſuimus, ne-
que frivolis argutiis labefactari poteſt.

20 Scribit præterea Paulus ad Philippenſes, 2
quòd optaverit hinc ſolvere, atque cum Chriſto eſ- Phil. 1. 23.
B ſe, nam id ſibi fore lucro non dubitabat. Quòd ejus
deſiderium non fuiſſet ſanum, ſi noſtris animis à
morte corporis uſque ad reſurrectionem morien-
dum eſſet. Quid profuiſſet Paulo hinc ſolvere, ſi ſta-
tim cum ſuo Chriſto victurus non erat? Certè dum
hìc viveret, ſcripſit de ſe: Vivo autem jam non ego, Gal. 2. 20.
vivit verò in me Chriſtus. Et juxta hanc ſenten-
tiam, Chriſtus in eo poſt mortem non erat victurus,
ſed dormiturus. Porrò dum hìc viveret, & agnoſcere
& amare Chriſtum potuit: at poſt hanc vitam, ſi
C dormiendum fuit, ab his actionibus eum deſiſtere o-
portuit.

21 Alia quoque ratio contra eos adducitur, de 3
divite ac Lazaro mendico. Ea narratione monſtra- Luc. 16. 23. &c.
tur, ſpiritus poſt hanc vitam nequaquam dormire, De divite & Lazaro an deſcribantur parabolicè.
ſed vel bonis frui, vel ſuppliciis excruciari. Reſpon-
dent iſtam eſſe parabolam, ideò contra ſe nihil effi-
cere. Quibus nos dicimus, non omnes Patres qui
locum illum interpretantur, opinari illam eſſe para-
bolam, ſed multos arbitrari potiùs hiſtoriam, inter
D quos eſt Gregorius, & Hieronymus. Et Tertullianus
eo progreditur, ut divitem illum arbitretur Hero-
dem fuiſſe: Lazarum verò, Ioannem Baptiſtam.
Chryſoſtomus tamen & Auguſtinus interdum para-
bolam nuncupant. Sed hoc iſtos minimè relevat.
Quoniam parabola nihil eſt aliud quàm ſimilitudo Parabola deducitur à veritate rerum.
à rei veritate deducta: ut cùm parabola inducitur de
patrefamiliâs, qui duobus liberis hæreditatem diſtri-
buerit. Quanquam ea parabola ſit, id requiritur ta-
men ut paterfamiliâs aliquis extet, ut liberi repe-
E riantur in rerum natura, & conſuetudo ſit inter eos
paternam ſubſtantiam diſtribuere: alioquin ſume-
rentur parabolæ à fictis & inanibus rebus, quod ad-
verſatur earum naturæ. Itaque licet concedamus pa-
rabolam fuiſſe contextam à Chriſto de his duobus,
neceſſarium tamen erit, non ſolùm divites & paupe-
res reperiri, ſed ex hac vita diſcedentibus noſtris ani-
mis, vel tormentorum locum vel ſinum Abrahæ da-
ri: neque aliud intelligimus per ſinum Abrahæ, Quid ſinus Abrahæ.
quàm certum locum & receptaculum animorum,
F in quo eis pax & tranquillitas in conſpectu Dei ſui
concedatur. Pacatam quippe habent conſcientiam,
& Deum præſentem contuentur. Abrahæ ſinus dici-
tur ille locus, quòd huic primo Deus pollicitus ſit,
in ſemine illius omnes gentes benedicendas. Idem Gen. 12. 3.
præterea diem Domini vidit, & gaviſus eſt. De illo Ioan. 8. 16.
item primo legimus, quòd crediderit, & fides ei ad Gen. 15. 6.
juſtitiam ſit imputata. Et Chriſtus quando rei hujus Ioan. 8. 16.
mentionem fecit, Hebræis loquebatur, qui cum Pa-
trem ſuum jactabant. In hoc ſtatu animos noſtros
G poſt hanc vitam eſſe concedimus, ac Patrum vetu-
ſtiorum dicta dextrè interpretamur, quòd nimirùm
ſancti adhuc plenam felicitatem & integram mer-
cedem non habeant: nam reſurrectionem cupiunt.
Quod tamen deſiderium cùm ſit in eis citra mole-
ſtiam, nequaquam illorum tranquillitatem impedit.
Neque valet argumentum, quo nonnunquam v-
tuntur, quod electi vocandi ſint in die judicij ad
poſſeſſionem regni Dei. Quia inde non efficitur,
quòd nunc illo prorſus careant. Nam inchoatum Mat. 25. 14.
H nunc habent, tunc verò perfectum, atque omnibus 1. Cor. 15. 24.
manifeſtum nanciſcentur. Nónne & Deus Pater ex-
tremo die à Filio regnum accipere dicetur? Quis ob
id ſtatuat, ipſum nunc minimè regnare? regnat ille
quidem, licet ipſi multi adverſentur, neque omninò
illuſtre & omnibus perſpicuum ſit regnum ejus.
Præcipua ſunt hæc teſtimonia quæ jam commemo-
ravimus, & perſpicua contra hunc errorem.

22 Quibus adjicere poſſumus, quod Salomon ha- 4
bet ad finem Ecclesiaſtis. Pulvis redibit in terram, 5
I unde ſumptus eſt, & ſpiritus ad Deum qui fecit eũ. Si 6
redit ad Deũ, ab eo nõ eſt ablegãdus. Et Chriſtus di- Eccl. 12. 7.
cebat, voluntatẽ eſſe Patris, ut is qui credit in Filiũ,
habeat

Eccleſiaſtica hiſtoria.
Ioan.6.39.

habeat vitam æternam: Et ego, inquit, reſuſcitabo A
eum in noviſſimo die. Duo hîc nobis promittuntur:
vita æterna, quæ minimè videtur tam diuturno ſo-
pore intermittenda. Alterum eſt reſurrectio, quę ſuo
tempore concedetur. Et Polycarpus, qui temporibus
Apoſtolorum floruit, ut in Eccleſiaſtica hiſtoria nar-
ratur, libro quarto, cum flammas ingreſſurus eſſet ob
confeſſionem fidei, teſtatus eſt, ea die ſe repræſentã-
Rom.8.14 dum in ſpiritu coram Domino. Ex quo videmus, hae
7 de re quis primitivæ Eccleſiæ ſenſus fuerit. Quin & B
Paulus ad Romanos ſcribit, filios Dei eſſe, qui ſpiri-
8 tu Dei agantur. Non autem divino Spiritu impelli-
mur ut dormiamus, verùm ut & Deum intelliga-
mus, & vehementer amemus. Et mirum eſt, cùm de-
Pſal.84.8. beamus progredi in Zion ad videndum, & ex virtute
in virtutem, ſive (vt Hebraicè habetur) ex abundan-
tia in abundantiam, quomodo iſti progreſſum hunc
9 per ſomnum diutiſſimè interrumpant. Certè ſi dum
10 hic vivimus, & intelligimus & amamus Deum, licet
corpus aggravet animam, & habitatio terrena ſen- C
ſum deprimat, & ſpiritum ſemper adverſus carnem
luctari oporteat, dum anima in corpore, tanquam in
ergaſtulo vel in carcere detinetur: certè iſtis depoſi-
tis oneribus, credibile videtur, ut Deum magis ame-
11 mus, & magis cognoſcamus. Idque potiſſimum cum
Phil.1.6. Apoſtolus promiſerit, Deum qui cœpit opus ſuũ in
nobis, perfecturum illud eſſe uſque in diem Chriſti.
Mat.22.32. Quod ſi perficit, illud interruptum (ut iſti dicũt) mi-
nimè volet. Atque id poſtremò expendendum eſt,
quod Chriſtus de Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo dixit, D
ſcriptum haberi, quòd eſſet illorum Deus. Et adje-
cit, non mortuorum, ſed vivẽtium Deum eſſe. Quod
ſi vivunt, aliquid agant oportet, quandoquidem vi-
vere eſt agere. Neq; ſpiritui à carne libero, Chriſtia-
no inquam, alia convenit actio, quàm Deum ſuum
intelligere, atque amore complecti.

Quod ſancti dicantur dormire, ad corpus referendum eſt.
Ioan.11.11.
1.Theſ.4.13.

Neque illorum ſententiæ favet Scriptura, cùm mortuos dormire paſſim dicat. Quia totum id ad corpus refertur, quod poſt mortem habitu dormientium componitur. Et Spiritus ſanctus ea forma loquendi uſus eſt maximè, E ut corporis reſurrectio in mẽtem veniret, Nã ſcimus eos qui dormiunt, paulò poſt excitandos. Et hac loquendi forma veteres κοιμητήρια vocarunt loca ſepulchris deputata, ac ſi dicas, dormitoria. Non autẽ putamus ſpiritus, ſed corpora tantùm humari: non itaq; iſtæ Scripturarum locutiones eis patrocinantur.

Cur Spiritus Sanctus dicat defunctos dormire?
κοιμητήρια.

De Spiritibus Erronibus.

Et 1.Reg.22.
Mat 8.28.

23 Præterea ſpiritus defunctorum in terris non F vagantur, ut pulcherrimè Chryſoſtomus docuit in ſecunda homilia de Lazaro, & in Matthæum cap. 8. homilia vigeſima nona: ubi cauſam quærit, Cur illi dæmoniaci, de quibus ibi agitur, ſcribantur in ſepulchris egiſſe: teſtaturq; pravam fuiſſe opinionem ſua ætate, qua ſpiritus eorum, qui violenta morte obiiſſent, crederentur in Cacodæmones verti, & illis obſequi & obtemperare, qui fuiſſent cædis authores. Et inquit, diabolum ita fuiſſe commentum, primùm, ut obſcuraret martyrum gloriam, quaſi animæ illorum G poſt mortem in diabolos abierint. Adhæc, iſta perſuaſione induxit maleficos & aruſpices, ut pueros & adoleſcentes crudeliter trucidarent, quaſi habituri eſſent illorum animos pro mancipiis. Cæterùm hæc (ut is pater doctiſſime teſtatur) pugnant omnino cũ ſacris literis, quæ aiunt animas juſtorum eſſe in manu Dei. Et ſanè Chriſtus dixit latroni, hodie mecum eris in Paradiſo, & de divite qui horrea ſua plurimum amplificaverat, Hodie à te repetent animam tuam. Et de anima Lazari ſcribitur, quòd ab angelis H fuerit deducta in ſinum Abrahæ, & è contra ſpiritus divitis apud inferos deſcribitur flammis cruciatus fuiſſe, qui cùm peteret aliquem mitti ad fratres, id impetrare non potuit. Si autem liceret ſpiritibus à corpore abjunctis per orbem vagari, vel ipſe veniſſet ad fratres, vel ab alio quopiam ſpiritu id potuiſſet impetrare. Paulus deinde aiebat ſe cupere hinc ſolvere, ac eſſe cum Chriſto. Et Stephanus moribundus orabat: Domine accipe ſpiritum meum. Scio quidem Gregorium ſcribere in ſuis Dialogis, quoſdam eſſe I ſpiritus defunctorum, qui deſtinati ſint ad inſerviẽdum in balneis, & ad aliqua duriora exercitia per orbem exequenda. Sed quia is liber multa continet fabuloſa, ideo potius credendum arbitror Chryſoſtomo, qui Scripturis agit. Deinde probat etiam perverſam illam opinionem rationi adverſari: Nam inquit, Si liceret animis poſt hanc vitam per orbem vagari, multò facilius ad ſua corpora reverterentur. Neque rationi congruit, ut malefici homines, pro parricidio beneficium reportent, neinpe, ut habeãt ſpiritus eorum, quos crudeliter peremerunt, ad libitum ſibi obſequentes. Et ſicuti fieri non poteſt, ut corpus humanum convertatur in corpus aſini, ita eſt impoſſibile ut ſpiritus hominis abeat in naturam & ſubſtantiam cacodæmonis. Cùm autem ſpiritus mali, adjurationibus interpoſitis, quinam ſint rogantur, & reſpondent ſe animam hujus aut illius eſſe qui jam obierunt, illis fidem ait non eſſe adhibendam. Non enim valere debet illorum teſtimonium, cum ſint infames. Et ideo Paulus (ut habetur in Actis Apoſt. cap. 16.) cùm ſpiritus malus teſtaretur ipſos viros eſſe Dei altiſſimi ſervos, & prædicare hominum ſalutem, illum increpuit, ſilentium imperando. Et Chriſtus diaboli teſtimonium rejecit, qui dicebat ſe noſſe illum, &c. Nec immerito. Fallax enim diabolus eſt, & veris quę nonnunquam dicit, aſpergit multa falſa. Quare illi minimè credendum eſt ob aliquam ſpeciem veritatis, cùm illi mandatum non ſit à Deo, ut homines doceat aut ſalutem illis prædicet. Hæc à Chryſoſtomo locis jam adductis conſcribuntur, quibus confutari poſſunt eorum nugæ, qui ſanctorum animas, ſepulchris & reliquiis eorum per orbem adſtare, atque adeſſe fingunt, ut opem ſe implorantibus afferant. Nam is Pater contendit animos abjunctos à corporibus, in terris minimè vagari.

Sap.3.1.
Luc.23.43.
Luc.16.22.; &c.
Phil.1.23.
Act.7.59.
Act.16.18.
Mar.1.25.

CAPUT XV.

De Reſurrectione.

In 2.Reg 14.
Articulus de Reſurrectione eſt difficilis creditu, ſed multa comprehendit capita fidei.
1.Theſ.4.13.

E Articulus de Reſurrectione carnis, difficillimè creditur, quòd ſit res ab humana ratione longè remota. Ejus attamen perſuaſio, multa complectitur capita fidei Chriſtianæ, plurimùm ad ſalutem neceſſaria. Et qui de Reſurrectione plane ac firmiter conſtitutum habent, benè ſibi conſulunt, quoad extremam horam. Qui enim moribundi ſunt, certi de beata reſurrectione, non poſſunt niſi alacres & læti ex hac vita ſolvere. Qui verò è diverſo in hoc articulo vacillant, in maximis tunc anxietatibus verſantur, F anguntur, æſtuant, nec verè ſciunt quò ſe vertant. Deinde, ſolida hæc perſuaſio nos conſolatur, cùm amicos & cognatos per mortem amittimus. Sic Paulus Theſſalonicenſes docuit. Adhæc armamur contra perſecutiones, adverſos caſus, & dura quæ pati oportet, ob fidelem nominis Chriſti confeſſionem. Quidvis patiuntur ſancti martyres, dum ſibi feliciſſimam vitam reſtituendam certò ſciunt. Facit deinde iſta commentatio ad temperantiam colendã. Etenim facilè nobis tẽperamus ab illicitis voluptatibus, quã- G do confidimus veras & ſolidas, quoad animũ & corpus, eſſe tribuendas. Et hoc articulo everſo, multa deſtruuntur capita religionis. Dicit Paulus ad Corint. Epiſt. prima, Si mortui non reſurgunt, Chriſtus non reſurrexit: quod abſurdiſſimum eſt. Nam detineretur uſque ad hoc tempus in morte: quod nec Deo, nec Redemptori humani generis congruit. Et ſi non reſurrexit, nec verè mortuus eſt: alioqui morte detineretur. Vnde qui reſurrectionem mortuorum negant, iidem Chriſtum non verè mortuum affir- H mant, nec volunt habuiſſe verè humanam carnem, ſed phantaſticam, & phantaſtice tantùm, hoc eſt, ſpecietenus fuiſſe mortuum.

1 Cor.15.18.

Reſurrectio cur divinitus inſtituta?

2 Cùm itaq; diſputatio de Reſurrectione carnis tã ſit utilis & neceſſaria, meritò aliquantiſper in ea verſabimur. Primùm, ſi quæratur, cur Deus illam inſtituerit, duplex ratio poteſt afferri. Prima, ut ſuos electos verè ac ſolidè felices redderet. Non enim poteſt in hac vita, vera felicitas obtineri: quòd nec actiones humanæ, nec θεωρητικὰ nec πρακτικὰ perfecta ac inte- I gra habeantur. Nam quoad notitias, lõgè plura ſunt quæ ignoramus, quàm quæ cognoſcimus. Quòd Socrates animadvertens dicebat: Se hoc unum ſcire,

Multa ignoramus.

A quod nihil ſciret. Deinde paucula illa quæ novimus,
leviter ac tenuiter admodum intelligimus. Nec tan-
tùm de naturalibus rebus hoc licet affirmare, verùm e-
tiam de iis quæ ſpiritu Dei nobis pateſiunt. Quocir-
ca Paulus aiebat, nos in præſentia ex parte cogno-
ſcere, ac ex parte prophetare, atq; nũc per ſpeculum
& in ænigmate videre. Infirmæ ſumus memoriæ, ac
illa ſæpe deſtituimur. Quis memoria tenet omnia ea
quæ legit, quæ didicit, quæ docuit & definivit? No-

Simile.

titiæ recentiores extrudunt veteres, quemadmodum
B clavis clavo truditur, & in fluminibus poſteriores a-
quæ priores impellunt. Et cum rerum notitiæ, con-
ſtent, aut inventione aut doctrina, quotuſquiſq; re-
peritur, qui felici polleat inventione? Et ad diſcen-
dum, permulti ſunt inepti ac rudes. Vnde quoad θεω-
ρητικὰ, ſumus in hoc mundo parum felices. In πρακτι-
κοῖς etiam permultum deficimus, cùm vel pravè aga-
mus, vel in actionibus probis à perfectione plurimũ
aberremus. Virtutes quippe noſtræ, mutilæ ſunt &
C mancæ. Ideo non poſſumus ex eis perfectas & abſo-
lutas actiones elicere. Accedunt deinde perturbatio-
nes animi vel affectus, qui huc & illuc nos trahunt,
ut non poſſimus toti eſſe intenti ad agendum quæ
recta ſunt. Quin & ab ipſo corpore quod infirmum
& caducum eſt, perinde ac vitrum, multa redundant
incommoda. Nam ſi morbis tentatur (qui adeo nu-
mero creverunt, ut medicorum artem vicerint) ſi
vulneretur, ſi laceretur, incendatur, eſuriat, & calami-
tatibus ac ærumnis prematur: ſi denique penuria &
D egeſtate malè afficiatur, quî poterit animus non cõ-
moveri, turbari ac dolere? Hæc & alia multa ſatis de-
monſtrant, de abſoluta felicitate, dum hic utitur, eſ-
ſe deſperandum.

Eorũ qui principia duo ponunt error.

3 Hoc nonnulli animadverterunt, atq; ideo per-
ceptionem ſummę felicitatis rejecerunt in aliam vi-
tam, & eam cenſuerunt animo duntaxat attribuen-
dam: imò corpus exiſtimarunt ei fore impedimento,
ſi revocaretur. Atque hoc errore laborarunt Marcio,
Baſilides, Valentiniani, Manichæi, & hujuſmodi pe-
E ſtes, qui rerum conſtituerunt duo principia, bonum
inquam Deum, & malum. Et cùm exiſtimarint malũ
Deum authorem fuiſſe aſpectabilium creaturarum,
eum etiam dixerunt fuiſſe conditorem corporis &
carnis, & idcirco animum adjunctum poſt mortẽ ab
iis rebus, fore felicẽ, nec opus eſſe, ut hæc rurſus in-
ſtaurarentur, quæ felicitatem impediant, nõ promo-
ueant. Hoc idẽ ſenſerũt, qui putarunt animũ corpori
adjungi, ut nauta copulatur navi, & movẽs ei rei quã

Quæ ſit animæ cum corpore conjunctio? Simile.

movet. Atq; ideo ſtatuerunt, nõ fore, vt poſt hãc vi-
F tam animus corpori ſuo denuo cõjungatur. Nã ſicu-
ti nautæ atq; ij qui movent & impellunt aliqua o-
nera, cum ſuo munere defuncti ſint, & opes quãtum
ſatis eſt acquiſiverint, labores priſtinos minimè re-
petunt. Ita crediderunt animos & laborioſam guber-
nationem corporũ ſemel abjectã, minimè redituros.
At vehementer errant: Nõ enim ſic animus cõparã-
dus eſt ad corpus. Nã & forma & perfectio ejus, & ex
utriſque ſimul conjunctis una fit perſona & ὑπόστασις.
Vnde in animis poſt mortem propenſio, & quidem
G vehemens, reliqua manet ad ſuum corpus iterum
aſſumendum. Quod Plato nõ videtur ignoraſſe, nec
non Pythagoras. Nam eorum uterq; poſuit μετεμψύ-
χωσιν, hoc eſt, ut ita dicam, tranſanimationem. Nam,
ut voluerunt, animi poſt mortem rurſus ad alia cor-
pora devolvuntur. Et quia non eadem repetebant,
ea potius migratio, quàm reſurrectio dicebatur.

Reſurrectio poſt anni magni revolutionem.

4 Reſurrectionem verò qualemcunque illi ſta-
tuerunt, qui, poſt annum magnum ſeu perfectam or-
bium cœleſtium revolutionem, omnia reſtituenda, ut
H nunc ſunt, tradiderunt, ita ut hinc ad triginta ſex mil-
lia annorum ſimus iidem futuri & numero & reipſa,
ut nunc ſumus, ita ut ego ipſe hoc loco ſic tum ſim
docturus, vobis hic adſidentibus, ut nunc doceo, &
vos præſentes adeſtis. Ratio hujus opinionis Aſtro-
nomica eſt. Volunt enim (vt docuit Ptolomæus) or-
bem illum ſummum cœlorum in ſe comprehendere
tercentum ſexaginta ſex gradus, & unumquodque a-
ſtrum centenis quibuſque annis unum ex eis per-
tranſire. Vnde contingat ut poſt triginta ſex millia
I centenaria annorum, unumquodque ſydus ad illum
eundem punctum redeat, unde ſolverat, & motum
ſuum auſpicatum fuerat. Et cùm ſtatus vel ſitus cor-

A porum cœleſtium tunc eadem ratione, quã fuit ab
initio, ſe habeat, omnia exiſtimant ad eandem formã
reditura, qua tunc fuerunt. Scio nõnullos ex eis fuiſ-
ſe, qui hanc reſtitutionem rerum, nõ ad triginta ſex,
verùm ad quadraginta millia annorum differant. Sed
rationem illorum non recipi. Ridicula verò & ine-
pta eſt vtraq; opinio, & confutatur ab Ariſtotele, qui
affirmat vehementer, fieri non poſſe, ut quæ interci-
derunt, redeant eadem numero, quãto temporis ſpa-
cio volueris interpoſito. Verùm iſtis licuit impunè
B mentiri. Quis enim eos redarguet poſt triginta ſex
millia annorum, præſertim cum ab orbe cõdito, uſq;
ad hoc tempus, nondum anni ſexies mille fluxerint?
Mitto commentum hujus generis veritati adverſari:
quia reſurrectio mortuorum, non à corporibus cœle-
ſtibus, non à ſyderibus, neque à gradibus firmamen-
ti, verum à ſummi Dei voluntate pendet. Adhæc
perhibent ſacræ literæ, per extremam Reſurrectionẽ
conferendam eſſe defunctis æternam vitam, ita ut
C non amplius moriantur. Talis autem vita, non poteſt
à cœleſtibus corporibus expectari. Deinde ſanctorũ
beatitudo non eſſet firma & conſtans, cùm denuo
cogitarent ſe detrudendos ad eoſdem labores & æ-
rumnas, quas antea dum hic erant, perpeſſi fuerunt:
Erratum eſt ergo plurimum circa reſurrectionẽ mor-

Act.23.a. Sadducæorũ error.

tuorum. Et inter Hebræos fuerunt Sadducæi, qui
nec ſpiritus eſſe credebant, & reſurrectionem mor-

Libertinorum error.

tuorum inficiabantur. Sunt etiam hodie Libertini,
qui eam irrident, & reſurrectionem, quæ tractatur in
D Scripturis, tantùm ad animos referũt. Ac ætate Pauli

Hymenæi & Phileti error. 2.Tim.2.17.

vixerunt Hymenæus & Philetus, qui affirmabant re-
ſurrectionem mortuorum jam tũc fuiſſe factã. Quo-
rum doctrina (vt Apoſtolus inquit) fuit inſtar gan-
grenæ, quæ latam habet paſtionem: ſiquidem facile
imbuuntur animæ rudium iis perverſis opinionibus.

5 Altera ratio, propter quam Deus corpora de-
functorum vitæ reſtituet, ab illius perfecta juſtitia
pendet, quæ in hoc ſeculo minimè declaratur. Vbi
plerunque videmus impios florere potentia & ho-
E noribus, affluere divitiis & molliter tractari: è diver-
ſo autem, pios & probos duriter accipi, & graviſſimis
incommodis laborare. Quæ, ni ſupereſſet alia ſpes,
injuſta videri poſſent. Nec etiam juſtè ageretur, ſi a-
nima ſola vel eſſet beata, vel in pœnis affligeretur,
cùm habuerit corpus ſibi conſociatum in edendis tã
rectis quàm pravis actionibus. Itaque par eſt, ut unà
cum corpore gaudia vel pœnas experiatur, cùm per

Rabbinorum fabula.

illud omnia geſſerit. Rabbini apud Iudæos, ut hoc
teſtarentur, fabellam quandam confinxerunt, dicen-
F tes, quendam potentem & opulentum hominem,
paradiſum ſibi plantaſſe nobiliſſimis arborum gene-
ribus, quę fructus prę ſtantiſſimos ferebant. Ne autẽ
diriperetur, appoſuiſſe cuſtodes. Et quoniam ab ipſis
etiam cuſtodibus erat cavendum, duos ita factos ad-
hibuit, ut unus perſpicuè videret, ſed ita claudus, ut
nullo modo poſſet incedere: alter valebat quidem
pedibus, ſed erat cæcus. Cùm abiiſſet horti dominus,
cœperunt mali cuſtodes inter ſeſe conſultare de fru-
ctibus comedendis. Cæcus aiebat, Ego quidem cu-
G pio, ſed non video. Claudus aiebat: Ego verò illos
cerno, ſed accedere nequeo. Poſt multa convenerũt,
vt cæcus ad terrã ſe proſterneret, & ſuper dorſum re-
ciperet claudum, qui cum videret, manu regebat cæ-
cum. Itaque ſimul conjuncti ad arbores pervenerũt,
& fructibus illis arbitratu ſuo deſiderium expleve-
runt. Paradiſi dominus rediit, & animadvertens dam-
num datum, cuſtodes increpavit. Claudus excuſabat
ſe non potuiſſe ad arbores accedere. Cæcus autem
dicebat, ſe non potuiſſe fructus cernere. Tum herus
H cognita illorum vafritie atque aſtutia, Conjunxiſtis
ait, operas: propterea ego quoq; vos rurſus conjungã
& unà plectã. Alligavit itaque rurſus eos, & cædendo
ac percutiendo utrunque ſimul punivit. Ita inquiũt
in homine res habet. Animus quidem cognoſcit, in-
telligit & ſapit, verùm externa per ſe non poteſt obi-

Huius de reſurrectione tractatus partitio.

re opera: Corpus verò per ſe ſtupidum eſt, nec ſapit,
quod tamen ab animo cum impellitur & movetur,
idoneum inſtrumentum eſt actionum externarum.
Quod cùm ita ſit, ratio poſtulat & juſtitia, ut poſt
I mortem conjungantur denuo, ad perferendas pœ-
nas & præmia.

6 Hæc generatim dicta ſunt, & ad rẽ accedẽtes hãc
tractatio-

Digitized by Google

1 tractationem diſtribuemus in aliquot capita. Pri-
mum, rationes afferemus, quæ videntur impedire ac
2 oppugnare carnis reſurrectionem. Secundò, inveſti-
3 gabimus quæ ſit ejus natura. Tertiò, An humanis ra-
tionibus, & quidem ἀποδεικτικῶς probari & confirmari
4 poſſit. Deinde afferemus teſtimonia ex divinis literis
tam veteris quàm novi Teſtamenti: ex quibus pro-
5 babitur, eam omnino futuram & expectandā. Poſtea.
6 de illius cauſis agemus. Dicentur præterea nonnulla
7 de conditionibus & qualitatibus reſurgentium. Ad
extremum verò diſſolventur argumenta, quæ reſur-
rectionem minimè fore ſuadere videntur. Et ea qui-
dem primo loco recenſebo: Nec tamen omnia, ſed
ea tantùm quæ majoris momenti indicabo, ex qui-
bus etiam dilutis, alia facilè poterunt diſſolvi.

Argumenta eorum qui reſurrectionem negant.

7 Primùm, vt Porphyrius dicebat, ad animi feli-
citatem, omnia corpora fugienda ſunt, quin contem-
plationem & notitiam Dei, ubi ſita eſt noſtra felici-
1 tas, impediunt, non promovent. Vnde metuendum
2 videtur, animos perfectè beari non poſſe, ſi corpori-
3 bus denuo copulentur. Deinde illud etiam fieri non
4 poteſt, cùm jam corpora diſſoluta fuerint, abierint in
5 cineres, redierint ad prima elementa, vel ad primam
6 naturæ materiam. Præterea quandoq; fit, vt homo à
lupo comedatur, lupus à leone, leo à volucribus, quę
poſtea fiant aliorum hominum cibi: non poterunt i-
taque carnes priores hominis à carnibus poſteriorū
7 excerni. Adhęc, id multò evidentius fiet, ſi ſpectemus
homines ἀνθρωποφάγους, qui tantum carnibus humanis
veſcuntur. Vnde fit, vt ſubſtantiæ humanorum cor-
porum in illa ratione miſceantur. Quocirca, ſi reſur-
rectio mortuorum futura ſit, quibus hominibus at-
tribuentur illæ carnes? comedentibus, an comeſtis?
Videmus etiam in natura pro impoſſibili habitum,
ut reſtituatur idem individuum numero, cum perie-
rit: atque adeo interpoſitam fuiſſe generationem, ut
ſaltem procreandis ſimilibus ſpecie, rerum ordo
continuaretur. Deinde in morte, cùm animus à cor-
pore avellitur, non corrumpentur tantùm acciden-
tia, ſed principia eſſentialia, quibus homo conſtitui-
tur, nimirum corpus, nec non quædam partes animi,
vt facultas nutriens & ſentiens, quæ non poſſunt ex-
tra corpus haberi. Adhæc ſi magnitudo aliqua diſſe-
cetur, non eſt amplius una numero, ſed duæ ſunt
magnitudines: & motus interruptus, ſi repetatur, idē
ſpecie poterit eſſe, ſed numero diſtinguetur à priori.
Quis enim, cùm deambulaverit milliare, ſi conſiſtat
aliquantiſper, quieſcēdo, poſtea redeat, affirmare po-
terit, poſteriorem ambulationem illam eandem eſſe
quæ præceſſit? Nec tantùm in magnitudine ac motu
& ſucceſſivis rebus hoc deprehenditur, ſed etiam in
8 qualitatibus & formis. Nam ſi quis potiatur ſanitate,
& incidat in morbum, prior itaque ſanitas perit.
Quod ſi poſtea convaleſcat, quæ accedit ſanitas, non
eſt eadem prorſus cum priori. Item ſi reſtituenda
ſint corpora cum omnibus ad ea pertinentibus, om-
nes humores, pili & ungues reddentur, & moles fiet
portentoſa. Si verò non reſtituentur hæc omnia, ſed
aliqua ratio aſſignari non poterit, cur hæc magis
quàm illa reddantur.

8 Præterea ſunt & in divinis literis multa loca
quæ reſurrectioni adverſantur, ſi prima fronte conſi-
derentur. In Pſal. 78. ſcribitur, Deum caſtigaſſe utcū- *Pſal. 78. 39.*
que Iudæos in deſerto, ſed noluiſſe iram ſuā prorſus
in eos effundere. Quia recordatus eſt inquit, quòd
ſunt caro, & ſpiritus vadens & non rediens. At ſi nō
redeunt animi, non eſt reſurrectio. Dicitur quoque.
Non mortui laudabunt te, Domine. Quòd ſi ſpiritus *Pſal. 115. 17.*
mortuorū non celebrant Dei laudes, & qui obierunt
non ſunt eas prædicaturi, non eſt reſurrectio. Et in
eodem Pſal. habetur, Cœlum cœli Domino, terram *Ibid. verſ. 16.*
autem dedit filiis hominum. Si cœlum ad homines
non pertinet, ſed in terra verſaturi ſunt, & in ea ex-
tinguendi, ſperari non poteſt reſurrectio. Et Salomō
in Eccleſiaſte 3. ſcribit, Hominum & jumentorum *Eccl. 3. 19.*
eundem exitum eſſe: ſiquidem jumenta moriuntur,
& homines moriuntur, & omnium eſt unus atq; idē
ſpiritus. Et quis novit inquit, ſi ſpiritus filiorū Adam
aſcendat ſurſum, & ſpiritus jumentorum deſcendat
deorſum? Et in Iobo cap. 14. habetur, Non eandem *Iob 14. 7.*
rationē eſſe hominis & arborum ſeu herbarum. Nā
iſta cùm reſecta fuerint, ſolent repullulare: ſed homo

A cū interierit non redit. Deinde, univerſalis futura di- *Dan. 12. 2.*
citur hæc reſurrectio. At Dan. cap. 12. particularē vi-
detur deſcribere: Multi ait, qui nunc in pulvere dor-
miunt, reſurgent: Non autem dixiſſet multos, ſi om-
nes excitandi eſſent. Quin & in Pſal. ſcribitur, Non *Pſal. 1. 6.*
reſurgent impij in judicio. Et cōſentaneum eſt, cum
per Chriſtum mortui ſint vitæ reſtituēdi, eos tātum
hoc beneficium cōſequuturos, qui Chriſto cōjuncti
fuerint. Vnde cōficitur, impios qui ſunt à Chriſto a-
B lieni, haudquaquā excitādos. Hæ ſunt rationes, quæ
ſolēt objici cōtra eos qui reſurrectionem affirmant.

9 Nunc alterum caput aggrediamur, inveſtigan- *Reſurrectionis definitio & natura.*
do quæ faciant ad naturam & definitionem reſurre-
ctionis. Auſpicabimur verò ab etymologia nominis.
Vocatur à Græcis ἀνάστασις: in cujus vocis compoſi-
tione, præpoſitio ἀνὰ, idem eſt quod πάλιν, hoc eſt
rurſus, quaſi ſignificetur rurſum ſtare quod ceciderat.
Idcirco Damaſcenus hac de re ſcribens, dicit, ἀνάστασις
δευτέρα τοῦ πεσόντος στάσις. Hebræi autem dixerunt eam
C *Thechijath hammethim*. Nam *Chaia* eſt vivere: quare
perinde eſt ac ſi dicerent, vivificationem mortuorū.
Et quoniam apud eos *Cum* eſt ſurgere, ab eo dedu-
xerunt nomē Hemanthicum *Thekum hammethim*,
id eſt, ſurrectio mortuorum. *Cuma* etiam apud eos
reperitur, & à verbo *Amad*, quod eſt ſtare, aliquod
nomen hujus generis derivarunt. Sunt & alia fortaſ-
ſis apud eos vocabula hujus ſignificationis, ſed hæc
magis vſitata ſunt, & apud Rabbinos frequentia. De
appellatione Latina, poſtea videbimus.

D 10 Quod ad rem attinet, pertinet Reſurrectio ad *Actionis omnis conſolatio duplex.*
prædicamentum actionis. Cumque in actionib. duo
præſertim expendantur, nimirum agens & ſubjectū *Reſurrectionis efficiens cauſa.*
ipſum, in quod ab agente actio transfunditur; Effi-
cientem cauſam hujus actionis, ponemus Deum:
quia nulla cauſa in natura, nec vis in ullis creaturis
poteſt reperiri, quæ reſurrectionem valeat efficere,
ut poſtea ſuo loco dicemus. Actio verò, multis mo-
dis diſtinguitur. Alia eſt φυσικὴ vt Generatio, Corru-
ptio, Augmentum, Diminutio, Alteratio & ſimilia.
E Sunt & aliæ actiones, quæ ad notitiam practicam at-
tinent: ut fabricare, pingere, arare, metalla fundere &
conſimilia. Et alia reſpiciunt voluntatem, hoc eſt, hu-
manam electionem, ut opera virtutum & vitiorum.
Diſtinguuntur item Actiones quòd aliquæ ſunt œ-
conomicæ, aliquæ politicæ, aliæ verò Eccleſiaſticæ: *Reſurrectio ad quā actionis formam referenda?*
Verùm in nullo membro harum diſtinctionum, Re-
ſurrectio locum habet: Nam hæc omnia quæ com-
memoravimus, ad naturam quoquomodo revocan-
tur. Sed mortuorum Reſurrectio, actio eſt omnino *Reſurrectionis ſubjectū.*
F tranſnaturalis: quare illis annumerabitur, quæ vires
naturæ ſuperant.

11 Nunc videndum reſtat de ſubjecto, in quo ex- *Quæ pars hominis ſit ſubjectum reſurrectionis?*
cipitur. Nec aliud porro eſt quod excitatur, niſi ho-
mo, qui per mortem extinctus fuerat. Sed homo dua-
bus partibus conſtat, ut omnibus liquet, animo in-
quam & corpore. Videndum igitur eſt, Reſurrectio,
an ad animum, an ad corpus pertineat. Si propriè lo-
qui velimus, corpora non animę reſurgent. Nam id
reſurgere dicitur, quod cecidit, cùm ſtetiſſet: animæ
G verò, non intereunt unà cum corpore, ſed manent.
Cum itaque non ceciderint, non reſurgent. Animos
verò manere poſt ſeparationem à corporibus, ſacræ
literæ indicant. Dixit enim Chriſtus Apoſtolis, No- *Mat. 10. 28.*
lite illos timere, qui corpus occidunt: animū verò nō
poſſunt occidere. Si verò animæ cum corporibus ex- *Luc. 23. 43.*
tinguerentur, qui corpus extingueret, animū quoq;
perimeret. Deinde Chriſtus latroni dixit, Hodie me-
cum eris in paradiſo: quod futurum non erat, ſi cor-
poris morte periturus erat animus. Et cùm in Evan-
H gelio narratur mors Lazari & divitis, quid hominib. *Luc. 16. 22.*
poſt mortem contingat, dilucide ſatis exprimitur.
Nam Lazarus, delatus eſt miniſterio angelorum, in
ſinum Abrahæ: dives autem ad cruciatus inferni. Sūt
& alia ſententiæ hujus teſtimonia, ſed hæc in præ-
ſentia ſint ſatis. Corporibus attribuendam eſſe reſur-
rectionem. Tertullianus etiam docuit cōtra Martio-
nem in libro quinto, & in libro ſuo de reſurrectione
carnis. Atque ait multa ſurgere quæ antea non ceci-
derant, ut herbæ, plantæ, atque conſimilia Sed reſur-
I gere nō dicitur, niſi quæ prius ceciderant, cùm antea
ſtetiſſent. Atq; argumētatur à proprietate Latini ſer-
monis, quę inter ſurgere ac reſurgere diſcrimē ponit.

A quod nihil ſciret. Deinde paucula illa quæ novimus, leviter ac tenuiter admodum intelligimus. Nec tantùm de naturalibus rebus hoc licet affirmare, verùm etiam de iis quæ ſpiritu Dei nobis patefiunt. Quocirca Paulus aiebat, nos in præſentia ex parte cognoſcere, ac ex parte prophetare, atq; nũc per ſpeculum & in ænigmate videre. Infirmæ ſumus memoriæ, ac illa ſæpe deſtituimur. Quis memoria tenet omnia ea quæ legit, quæ didicit, quæ docuit & definivit? Notitiæ recentiores extrudunt veteres, quemadmodum clavis clavo truditur, & in fluminibus poſteriores aquæ priores impellunt. Et cum rerum notitiæ, conſtent, aut inventione aut doctrina, quotuſquiſq; reperitur, qui felici polleat inventione? Et ad diſcendum permulti ſunt inepti ac rudes. Unde quoad θεωρητικὰ, ſumus in hoc mundo parum felices. In πρακτικοῖς etiam permultum deficimus, cùm vel pravè agamus, vel in actionibus probis à perfectione plurimũ aberremus. Virtutes quippe noſtræ, mutilæ ſunt & mancæ. Ideo non poſſumus ex eis perfectas & abſolutas actiones elicere. Accedunt deinde perturbationes animi vel affectus, qui huc & illuc nos trahunt, ut non poſſimus toti eſſe intenti ad agendum quæ recta ſunt. Quin & ab ipſo corpore quod infirmum & caducum eſt, perinde ac vitium, multa redundant incommoda. Nam ſi morbis tentatur (qui adeo numero creverunt, ut medicorum artem vicerint) ſi vulneretur, ſi laceretur, incendatur, eſuriat, & calamitatibus ac ærumnis prematur: ſi denique penuria & egeſtate malè afficiatur, quî poterit animus non cõmoveri, turbari ac dolere? Hæc & alia multa ſatis demonſtrant, de abſoluta felicitate, dum hic utitur, eſſe deſperandum.

Simile.

Eorũ qui principia duo ponunt error.

3 Hoc nonnulli animadverterunt, atq; ideo perceptionem ſummæ felicitatis rejecerunt in aliam vitam, & eam cenſuerunt animo duntaxat attribuendam: imò corpus exiſtimarunt ei fore impedimento, ſi revocaretur. Atque hoc errore laborarunt Marcio, Baſilides, Valentiniani, Manichæi, & hujuſmodi peſtes, qui rerum conſtituerunt duo principia, bonum inquam Deum, & malum. Et cùm exiſtimarint malũ Deum authorem fuiſſe aſpectabilium creaturarum, cum etiam dixerunt fuiſſe conditorem corporis & carnis, & idcirco animum adjunctum poſt mortẽ ab iis rebus, fore felicẽ, nec opus eſſe, ut hæc rurſus inſtaurarentur, quæ felicitatem impediant, nõ promoveant. Hoc idẽ ſenſerũt, qui putarunt animũ corpori adjungi, ut nauta copulatur navi, & movẽs ei rei quã movet. Atq; ideo ſtatuerunt, nõ fore, ut poſt hãc vitam animus corpori ſuo denuo cõjungatur. Nã ſicuti nautæ atq; ij qui movent & impellunt aliqua onera, cum ſuo munere defuncti ſint, & opes quãrum ſatis eſt acquiſiverint, labores priſtinos minimè repetunt. Ita crediderunt animos & laborioſam gubernationem corporũ ſemel abjectã, minimè redituros. At vehementer errant: Nõ enim ſic animus cõparãdus eſt ad corpus. Nã & forma & perfectio ejus, & ex utriſque ſimul conjunctis una fit perſona & ὑπόστασις. Unde in animis poſt mortem propenſio, & quidem vehemens, reliqua manet ad ſuum corpus iterum aſſumendum. Quod Plato nõ videtur ignoraſſe, nec non Pythagoras. Nam eorum uterq; poſuit μετεμψύχωσιν, hoc eſt, ut ita dicam, transanimationem. Nam, ut voluerunt, animi poſt mortem rurſus ad alia corpora devolvuntur. Et quia non eadem repetebant, ea potius migratio, quàm reſurrectio dicebatur.

Quæ ſit animæ cum corpore conjunctio? Simile.

Reſurrectio poſt anni magni revolutionem.

4 Reſurrectionem verò qualemcunque illi ſtatuerunt, qui, poſt annum magnum ſeu perfectam orbium cœleſtium revolutionem, omnia reſtituenda, ut nunc ſunt, tradiderunt, ita ut hinc ad triginta ſex millia annorum ſimus iidem futuri & numero & reipſa, ut nunc ſumus, ita ut ego ipſe hoc loco ſic tum ſim docturus, vobis hic aſſidentibus, ut nunc doceo, & vos præſentes adeſtis. Ratio hujus opinionis Aſtronomica eſt. Volunt enim (ut docuit Ptolomæus) orbem illum ſummum cœlorum in ſe comprehendere trecentum ſexaginta ſex gradus, & unumquodque aſtrum centenis quibuſque annis unum ex eis pertranſire. Unde contingat ut poſt triginta ſex millia centenaria annorum, unumquodque ſydus ad illum cuncem punctum redeat, unde ſolverat, & motum ſuum auſpicatum fuerat. Et cùm ſtatus vel ſitus corporum cœleſtium tunc eadem ratione, quã fuit ab initio, ſe habeat, omnia exiſtimant ad eandem formã redituta, qua tunc fuerunt. Scio nõnullos ex eis fuiſſe, qui hanc reſtitutionem rerum, nõ ad triginta ſex, verùm ad quadraginta millia annorum differant. Sed rationem illorum non recipi. Ridicula verò & inepta eſt utraq; opinio, & confutatur ab Ariſtotele, qui affirmat vehementer, fieri non poſſe, ut quæ interciderunt, redeant eadem numero, quãto temporis ſpacio volueris interpoſito. Verùm iſtis licuit impunè
B mentiri. Quis enim eos redarguet poſt triginta ſex millia annorum, præſertim cum ab orbe cõdito, uſq; ad hoc tempus, nondum anni ſexies mille fluxerint? Mitto commentum hujus generis veritati adverſari: quia reſurrectio mortuorum, non à corporibus cœleſtibus, non à ſyderibus, neque à gradibus firmamenti, verum à ſummi Dei voluntate pendet. Adhæc perhibent ſacræ literæ, per extremam Reſurrectionẽ conferendam eſſe defunctis æternam vitam, ita ut
C non amplius moriantur. Talis autem vita, non poteſt à cœleſtibus corporibus expectari. Deinde ſanctorũ beatitudo non eſſet firma & conſtans, cùm denuo cogitarent ſe detrudendos ad eoſdem labores & ærumnas, quas antea dum hic erant, perpeſſi fuerunt. Erratum eſt ergo plurimum circa reſurrectionẽ mortuorum. Et inter Hebræos fuerunt Sadducæi, qui nec ſpiritus eſſe credebant, & reſurrectionem mortuorum inficiabantur. Sunt etiam hodie Libertini, qui eam irrident, & reſurrectionem, quæ tractatur in
D Scripturis, tantùm ad animos referũt. Ac ætate Pauli vixerunt Hymenæus & Philetus, qui affirmabant reſurrectionem mortuorum jam fuiſſe factã. Quorum doctrina (ut Apoſtolus inquit) fuit inſtar gangrenæ, quæ latam habet paſtionem: ſiquidem facile imbuuntur animæ rudium iis perverſis opinionibus.

Act.23.8. Sadducæorũ error.

Libertinorum error.

Hymenæi & Phileti error. 2.Tim.2.17.

5 Altera ratio, propter quam Deus corpora defunctorum vitæ reſtituet, ab illius perfecta juſtitia pendet, quæ in hoc ſeculo minimè declaratur. Ubi plerunque videmus impios florere potentia & ho-
E noribus, affluere divitiis & molliter tractari: è diverſo autem, pios & probos duriter accipi, & graviſſimis incommodis laborare. Quæ, ni ſupereſſet alia ſpes, injuſta videri poſſent. Nec etiam juſtè ageretur, ſi anima ſola vel eſſet beata, vel in pœnis affligeretur, cùm habuerit corpus ſibi conſociatum in edendis tã rectis quàm pravis actionibus. Itaque par eſt, ut unà cum corpore gaudia vel pœnas experiatur, cùm per illud omnia geſſerit. Rabbini apud Judæos, ut hoc teſtarentur, fabellam quandam confinxerunt, dicen-
F tes, quendam potentem & opulentum hominem, paradiſum ſibi plantaſſe nobiliſſimis arborum generibus, quę fructus præſtantiſſimos ferebant. Ne autẽ diriperetur, appoſuiſſe cuſtodes. Et quoniam ab ipſis etiam cuſtodibus erat cavendum, duos ita factos adhibuit, ut unus perſpicuè videret, ſed ita claudus, ut nullo modo poſſet incedere: alter valebat quidem pedibus, ſed erat cæcus. Cùm abiiſſet horti dominus, cœperunt mali cuſtodes inter ſeſe conſultare de fructibus comedendis. Cæcus aiebat, Ego quidem cu-
G pio, ſed non video. Claudus aiebat: Ego verò illos cerno, ſed accedere nequeo. Poſt multa convenerũt, ut cæcus ad terrã ſe proſterneret, & ſuper dorſum reciperet claudum, qui cum videret, manu regebat cæcum. Itaque ſimul conjuncti ad arbores pervenerũt, & fructibus illis arbitratu ſuo deſiderium explevenrunt. Paradiſi dominus rediit, & animadvertens damnum datum, cuſtodes increpavit. Claudus excuſabat ſe non potuiſſe ad arbores accedere. Cæcus autem
H dicebat, ſe non potuiſſe fructus cernere. Tum herus cognita illorum vafricie atque aſtutia, Conjunxiſtis ait, operas: propterea ego quoq; vos rurſus conjungã & unà plectã. Alligavit itaque rurſus eos, & cædendo ac percutiendo utrunque ſimul punivit. Ita inquiũt in homine res habet. Animus quidem cognoſcit, intelligit & ſapit, verùm externa per ſe non poteſt obire opera: Corpus vero perſe ſtupidum eſt, nec ſapit, quod tamen ab animo cum impellitur & movetur, idoneum inſtrumentum eſt actionum externarum. Quod cùm ita ſit, ratio poſtulat & juſtitia, ut poſt
I mortem conjungantur denuo, ad perferendas pœnas & præmia.

Rabbinorum fabula.

Huius de reſurrectione tractatus partio.

6 Hæc generatim dicta ſunt, & ad tẽ accedẽtes hãc tractatio-

Digitized by Google

1 tractationem diſtribuemus in aliquot capita. Primum, rationes afferemus, quæ videntur impedire ac
2 oppugnare carnis reſurrectionem. Secundò, inveſti-
3 gabimus quæ ſit ejus natura. Tertiò, An humanis rationibus, & quidem ἀποδεικτικῶς probari & confirmari
4 poſſit. Deinde afferemus teſtimonia ex divinis literis tam veteris quàm novi Teſtamenti: ex quibus pro-
5 babitur, eam omnino futuram & expectandã. Poſtea.
6 de illius cauſis agemus. Dicentur præterea nonnulla
7 de conditionibus & qualitatibus reſurgentium. Ad extremum vero diſſolventur argumenta, quæ reſurrectionem minimè fore ſuadere videntur. Et ea quidem primo loco recenſebo: Nec tamen omnia, ſed ea tantùm quæ majoris momenti indicabo, ex quibus etiam dilutis, alia facilè poterunt diſſolvi.

Argumenta eorum qui reſurrectionem negant.

7 Primùm, ut Porphyrius dicebat, ad animi felicitatem, omnia corpora fugienda ſunt, quin contemplationem & notitiam Dei, ubi ſita eſt noſtra felici-
1 tas, impediunt, non promovent. Vnde metuendum
2 videtur, animos perfectè beari non poſſe, ſi corpori-
3 bus denuo copulentur. Deinde illud etiam fieri non
4 poteſt, cùm jam corpora diſſoluta fuerint, abierint in
5 cineres, redierint ad prima elementa, vel ad primam
6 naturæ materiam. Præterea quandoq; fit, ut homo à lupo comedatur, lupus à leone, leo à volucribus, quę poſtea fiant aliorum hominum cibi: non poterunt itaque carnes priores hominis à carnibus poſteriorũ
7 excerni. Adhęc, id multò evidentius fiet, ſi ſpectemus homines ἀνθρωποφάγους, qui tantum carnibus humanis veſcuntur. Vnde fit, ut ſubſtantiæ humanorum corporum in illa ratione miſceantur. Quocirca, ſi reſurrectio mortuorum futura ſit, quibus hominibus attribuentur illæ carnes? comedentibus, an comeſtis? Videmus etiam in natura pro impoſſibili habitum, ut reſtituatur idem individuum numero, cum periit: atque adeo interpoſitam fuiſſe generationem, ut ſaltem procreandis ſimilibus ſpecie, rerum ordo continuaretur. Deinde in morte, cùm animus à corpore avellitur, non corrumpentur tantùm accidentia, ſed principia eſſentialia, quibus homo conſtituitur, nimirum corpus, nec non quædam partes animi, ut facultas nutriens & ſentiens, quæ non poſſunt extra corpus haberi. Adhæc ſi magnitudo aliqua diſſecetur, non eſt amplius una numero, ſed duæ ſunt magnitudines: & motus interruptus, ſi repetatur, idẽ ſpecie poterit eſſe, ſed numero diſtinguetur à priori. Quis enim, cùm deambulaverit milliare, ſi conſiſtat aliquantiſper, quieſcẽdo, poſtea redeat, affirmare poterit, poſteriorem ambulationem illam eandem eſſe quæ præceſſit? Nec tantùm in magnitudine ac motu & ſucceſſivis rebus hoc deprehenditur, ſed etiam in
8 qualitatibus & formis. Nam ſi quis potiatur ſanitate, & incidat in morbum, prior itaque ſanitas perit. Quod ſi poſtea convaleſcat, quæ accedit ſanitas, non eſt eadem prorſus cum priori. Item ſi reſtituenda ſint corpora cum omnibus ad ea pertinentibus, omnes humores, pili & ungues reddentur, & moles fiet portentoſa. Si verò non reſtituentur hæc omnia, ſed aliqua ratio aſſignari non poterit, cur hæc magis quàm illa reddantur.

8 Præterea ſunt & in divinis literis multa loca quæ reſurrectioni adverſantur, ſi prima fronte conſiderentur. In Pſal. 78. ſcribitur, Deum caſtigaſſe utcũque Iudæos in deſerto, ſed noluiſſe iram ſuã prorſus in eos effundere. Quia recordatus eſt inquit, quòd ſunt caro, & ſpiritus vadens & non rediens. At ſi nõ redeunt animi, non eſt reſurrectio. Dicitur quoque. Non mortui laudabunt te, Domine. Quòd ſi ſpiritus mortuorũ non celebrant Dei laudes, & qui obierunt non ſunt eas prædicaturi, non eſt reſurrectio. Et in eodem Pſal. habetur, Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum. Si cœlum ad homines non pertinet, ſed in terra verſaturi ſunt, & in ea extinguendi, ſperari non poteſt reſurrectio. Et Salomõ in Eccleſiaſte 3. ſcribit, Hominum & jumentorum eundem exitum eſſe: ſiquidem jumenta moriuntur, & homines moriuntur, & omnium eſt unus atq; idẽ ſpiritus. Et quis novit inquit, ſi ſpiritus filiorũ Adam aſcendat ſurſum, & ſpiritus jumentorum deſcendat deorſum? Et in Iobo cap. 14. habetur, Non eandem rationẽ eſſe hominis & arborum ſeu herbarum. Nã iſta cùm reſecta fuerint, ſolent repullulare: ſed homo

Pſal. 78. 39.
Pſal. 115. 17.
Ibid. verſ. 16.
Eccl. 3. 19.
Iob 14. 7.

A cũ interierit non redit. Deinde, univerſalis futura dicitur hæc reſurrectio. At Dan. cap. 12. particularẽ videtur deſcribere: Multi ait, qui nunc in pulvere dormiunt, reſurgent: Non autem dixiſſet multos, ſi omnes excitandi eſſent. Quin & in Pſal. ſcribitur, Non reſurgent impij in judicio. Et cõſentaneum eſt, cum per Chriſtum mortui ſint vitæ reſtituẽdi, eos tãtum hoc beneficium cõſequuturos, qui Chriſto cõjuncti fuerint. Vnde cõficitur, impios qui ſunt à Chriſto a-
B lieni, haudquaquã excitãdos. Hæ ſunt rationes, quæ ſolẽt objici cõtra eos qui reſurrectionem affirmant.

Dan. 12. 2.
Pſal. 1. 6.

9 Nunc alterum caput aggrediamur, inveſtigando quæ faciant ad naturam & definitionem reſurrectionis. Auſpicabimur verò ab etymologia nominis. Vocatur à Græcis ἀνάστασις: in cujus vocis compoſitione, præpoſitio ἀνὰ, idem eſt quod πάλιν, hoc eſt rurſus, quaſi ſignificetur rurſum ſtare quod ceciderat. Idcirco Damaſcenus hac de re ſcribens, dicit, ἀνάστασιν
C δευτέραν τοῦ πεσόντος στάσιν. Hebræi autem dixerunt eam *Thechijath hammethim*. Nam *Chaia* eſt vivere: quare perinde eſt ac ſi dicerent, vivificationem mortuorũ. Et quoniam apud eos *Cum* eſt ſurgere, ab eo deduxerunt nomẽ Heemanthicum *Thekum hammethim*, id eſt, ſurrectio mortuorum. *Cuma* etiam apud eos reperitur, & à verbo *Amad*, quod eſt ſtare, aliquod nomen hujus generis derivarunt. Sunt & alia fortaſſis apud eos vocabula hujus ſignificationis, ſed hæc magis uſitata ſunt, & apud Rabbinos frequentia. De appellatione Latina, poſtea videbimus.

Reſurrectionis definitio & natura.

D 10 Quod ad rem attinet, pertinet Reſurrectio ad prædicamentum actionis. Cumque in actionib. duo præſertim expendantur, nimirum agens & ſubjectũ ipſum, in quod ab agente actio transfunditur; Efficientem cauſam hujus actionis, ponemus Deum: quia nulla cauſa in natura, nec vis in ullis creaturis poteſt reperiri, quæ reſurrectionem valeat efficere, ut poſtea ſuo loco dicemus. Actio verò, multis modis diſtinguitur. Alia eſt φυσικὴ ut Generatio, Corruptio, Augmentum, Diminutio, Alteratiò & ſimilia.
E Sunt & aliæ actiones, quæ ad notitiam practicam attinent: ut fabricare, pingere, arare, metalla fundere & conſimilia. Et alia reſpiciunt voluntatem, hoc eſt, humanam electionem, ut opera virtutum & vitiorum. Diſtinguuntur item Actiones quòd aliquæ ſunt œconomicæ, aliquæ politicæ, aliæ verò Eccleſiaſticæ: Verùm in nullo membro harum diſtinctionum, Reſurrectio locum habet: Nam hæc omnia quæ commemoravimus, ad naturam quoquomodo revocan-
F tur. Sed mortuorum Reſurrectio, actio eſt omnino tranſnaturalis: quare illis annumerabitur, quæ vires naturæ ſuperant.

Actionis omnis conſolatio duplex.
Reſurrectionis efficiens cauſa.
Reſurrectio ad quã actionis formam referend.
Reſurrectionis ſubjectũ.

11 Nunc videndum reſtat de ſubjecto, in quo excipitur. Nec aliud porro eſt quod excitatur, niſi homo, qui per mortem extinctus fuerat. Sed homo duabus partibus conſtat, ut omnibus liquet, animo inquam & corpore. Videndum igitur eſt, Reſurrectio, an ad animum, an ad corpus pertineat. Si propriè loqui velimus, corpora non animę reſurgent. Nam id reſurgere dicitur, quod cecidit, cùm ſteriſſet: animæ
G verò, non intereunt unà cum corpore, ſed manent. Cum itaque non ceciderint, non reſurgent. Animos verò manere poſt ſeparationem à corporibus, ſacræ literæ indicant. Dixit enim Chriſtus Apoſtolis, Nolite illos timere, qui corpus occidunt: animũ verò nõ poſſunt occidere. Si verò animæ cum corporibus extinguerentur, qui corpus extingueret, animũ quoq; perimeret. Deinde Chriſtus latroni dixit, Hodie mecum eris in paradiſo: quod futurum non erat, ſi corporis morte periturus erat animus. Et cùm in Evan-
H gelio narratur mors Lazari & divitis, quid hominib. poſt mortem contingat, dilucide ſatis exprimitur. Nam Lazarus, delatus eſt miniſterio angelorum, in ſinum Abrahæ: dives autem ad cruciatus inferni. Sũt & alia ſententiæ hujus teſtimonia, ſed hæc in præſentia ſint ſatis. Corporibus attribuendam eſſe reſurrectionem. Tertullianus etiam docuit cõtra Marcionem in libro quinto, & in libro ſuo de reſurrectione carnis. Atque ait multa ſurgere quæ antea non ceciderant, ut herbæ, plantæ, atque conſimilia Sed reſur-
I gere nõ dicitur, niſi quæ prius ceciderant, cùm antea ſtetiſſent. Atq; argumẽtatur à proprietate Latini ſermonis, quę inter ſurgere ac reſurgere diſcrimẽ ponit.

Quæ pars hominis ſit ſubjectum reſurrectionis?
Mat. 10. 28.
Luc. 23. 43.
Luc. 16. 22.

Digitized by Google

A Et cadavera inquit, à cadenda dicta fuiſſe. Statuit igitur, non animorum, ſed corporũ eſſe Reſurrectionẽ.

Reſurrectio quaſi quædam nova nativitas eſt.

12 Notandum præterea eſt, Reſurrectionẽ mortuorum, novam quandam eſſe nativitatem. Nã ſicuti nativitati priori, homo conſtans animo & corpore productus eſt: ita in Reſurrectione, quę eſt altera nativitas, denuo reparabitur. In Matthæo capite 19. ſcribitur, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, cùm ſederit Filius hominis in majeſtate ſua. Incipit quidem nunc regeneratio quo ad animum, ſed tunc perficietur, quo ad corpus. Eſt ergo quædam nova generatio, quod idcirco dixi, ne **B** creatio exiſtimetur quæ non eſt ex rebus extantibus, ſed ex nihilo, quamvis ſemper in divinis literis ad hunc modum non accipiatur. Proinde redibit animus, & ſuam exiſtentiam impartiet corpori, quemadmodum ante mortem faciebat. Nec ſolùm ei largietur vt exiſtat, ſed omnes proprietates humanas adfert ſecũ, atq; illi eas communicabunt. Erit quidẽ aliqua varietas, at non quoad eſſentialia principia: mutabuntur ſolùm accidentia, quæ poſſunt variari, **C** manente vno eodemque ſubjecto. Siquidẽ aliæ ſunt qualitates & affectiones puerorum, aliæ juvenum & ſenum: attamen eadem eſt perſona, idemque homo in pueritia, in juventute, atque in ſenio. Quare mortuorum Reſurrectionem ad hunc modum poſſumus definire: ut ſit nova copulatio animi ad corpus, à vi ſeu potentia Dei, ut integri homines in extremo judicio ſiſtantur, & præmiis aut pœnis afficiantur pro ratione vitæ anteactæ. Omnia genera cauſarum exprimũtur hac definitione. **D** Forma eſt, Copulatio animi & corporis, quæ ſit, etiã cum primũ homines naſcuntur: idcirco adjectum eſt, Nova ſeu Iterata, nimirum poſt mortem. Efficiens cauſa demonſtratur, cùm aſſeritur, facienda vi & poteſtate divina. Materia, eſt anima & corpus, quæ rurſus conjungentur. Finis itẽ, ut in judicio extremo, de toto homine ſtatuatur.

Mat. 19. 28.

Reſurrectionis definitio.

Inter hominis & brutorũ animãtium mortem quid interſit?

13 Obſervandum præterea eſt diſcrimen haud parvum, inter mortem hominum quæ præcedit Reſurrectionem mortuorũ, & illam mortẽ qua pereunt bruta. **E** Etenim mors hominum dicitur ſeparatio animi à corpore: quoniam etſi corpus interit, manet attamen animus: quod in brutis minimè accidit, quorũ mors eſt animi ſimul & corporis interitus. Vnde quod dixit Salomon in Eccleſiaſte, Exitum hominũ & jumentorum eundem eſſe, verum non eſt, niſi generatim intelligatur, nempe mortem utrinque contingere: ſed non eſt idem in utraq; parte mortis genus. Cæterum de Salomonis allata ſententia, poſtea dicetur. Nunc id cõmemoravi, ut intelligamus, quẽadmodum inter bruta, & homines, diverſa mortis ra**F**tio datur: ita ſi utrorumque Reſurrectio concederetur, non eandem formam ejus futuram eſſe. Quamvis itaque corpus, non anima, dicatur ſurrecturum: tamen abſque anima nõ ſiet reſurrectio. Nam illam oportebit pręſentem adeſſe. Poteſt attamen animus quoquo modo dici Reſurgere, duplici ratione. Primùm, ut quemadmodum per mortẽ corpus formare ac regere deſinit, & quoad hoc, utcũq; mori: ſic e diverſo, cũ ad illud formandũ & regẽdum redit, quoad iſta, dicatur utcunq; reſurgere. **G** Alia ratio eſt, quod etiam animę dicantur cadere. Vnde ſi ejus eſt reſurgere qui cecidit, illæ quoq; cum aliquo modo cadant, intelligentur ſurgere. Quare Paulus ad Coloſſenſes dicebat, Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt ſapite. Nec dubium eſt eum loqui de reſurrectione animorum: nam illi adhuc vivebant ad quos ita ſcripſit. Ad Romanos item ait, Si Chriſtus reſurrexit per gloriam Patris, ita & vos in novitate vitæ ambuletis. Et ad Epheſ. Surge à mortuis, ſurge, & illuminabit te Chriſtus. **H** Et in libro Eccleſiaſtici cap. 2. Nolite recedere à Deo, & cadere. Nec non, Qui ſtat, videat ne cadat. Et de alieno ſervo non judicando, ad Romanos habetur: Domino ſuo ſtat, aut cadit. Cùm itaque omnia hæc loca referantur ad animos eorum eſſe videtur, & caſus & reſurrectio: Vera hæc ſunt. At ſciendum eſt, duplicem in divinis literis poni reſurrectionem, priorem inquam, & poſteriorem. Priori, animo ſurgitur à peccatis: poſterioris verò, corpus reparatur. Nos in præſentia loquimur de poſteriori: idcirco diximus, eam propriam eſſe corporis. **I** Et ſicut in illa priori animus reſurgit, non corpus: ita poſteriori hac, ſurgit corpus, non animus.

Eccl. 3. 19.

Animorũ reſurrectio duplex.

Col. 3. 1.

Rom. 6. 4.

Eph. 5. 14.

Eccl. 2. 7.

1. Cor. 10. 12.

Rom. 14. 4.

Reſurrectio duplex.

14 Hanc duplicem Reſurrectionem, colligimus non tantùm ex libro Apocalypſeos, ubi prædicantur beati, qui partem habent in reſurrectione priori, ſed etiam ex Evangelio Ioannis, ubi conjunguntur utraque in eodem loco, id eſt capite quinto. Primùm ibi loquutus eſt Chriſtus de reſurrectione priori, cùm dixit: Tempus venit, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui crediderint. Hæc ad reſurrectionem priorem pertinere id ſatis indicat, quod inquit, Veniet tempus & nunc eſt: Horam verò poſterioris reſurrectionis tunc affuiſſe nemo dixerit. Mortuos itaque revicturos, ſi filio Dei credidiſſent, intelligebat eos, qui ſpirituali animorum vita deſtituti erant propter peccata. De quibus alibi Chriſtus dixit, Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et ad Epheſios habetur, Cùm eſſetis mortui in delictis & peccatis veſtris. Et ad Timotheũ ſcribitur de viduis, Quæ verè vidua eſt, ſola permanet in precibus & obſervationibus coram Domino. Quæ verò in deliciis agit, vivens mortua eſt. Omnes profectò ante juſtificationem per fidem, originali peccato, vel iis quę ſponte adjecimus noſtra electione, mortui ſumus, & hac reſurrectione mortuorum omnino egemus. Inter priorem autem & poſteriorem permultum intereſt: quia prior tantummodo electorum eſt, ac eorum qui perpetuò ſunt beandi. Poſterior verò ad omnes pertinet, cùm miſeros, tum etiam felices. De qua ſubjecit Chriſtus in eodem loco Ioannis dicens, Et ne miremini. Veniet enim tẽpus, cùm ij qui ſunt in monumentis, audient vocẽ filij Dei, & prodibunt, qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala, in reſurrectionem judicii. Mentio ſit hîc monumentorum, hoc eſt ſepulchrorum. Deinde ait eſſe venturum tempus, nec adjecit tunc adeſſe. Proinde, ut datur prior & ſecunda mors, ita etiam prior & poſterior reſurrectio. Sed nos, uti jam dictum eſt, in præſentia tantùm de poſteriori agimus.

Apoc. 19. 6.

Ioan. 5. 28.

Luc. 9. 60.

Ephe. 2. 1.

1. Tim. 5. 5.

Ioan. 5. 28.

15 Demonſtratum igitur eſt, reſurrectionẽ mortuorum, eſſe actionem ex eo rerum genere, quæ conſtant miraculo, non natura. Vnde quærenti, An ea ſit res naturalis: ad hunc modum reſpondebimus, Quod attinet ad formam, quam dixi eſſe animi conjunctionem unà cum corpore, minimè reſpuendam naturalis appellationem: Eſt enim juxta naturã hominis, ut anima corpori adjũgatur. Verùm ſi cauſa efficiens & modus conſideretur, ea prorſus naturam vincunt. Quò ſit, ut ad tertium caput hujus tractationis facile reſpondeatur, quo rogabatur. An rationes haberentur de reſurrectione mortuorum, quę naturales eſſent, & ἀποδεικτικαί, hoc pacto inquam, quandoquidem res ipſa totam vim naturæ ſuperat, rationes hujus generis haberi non poſſe. Sunt quidẽ nonnullæ ſatis efficaces, at ſi excutiantur diligẽtius, probabilia ſunt argumenta, non autem neceſſaria, ſi rerũ naturã ſpectemus: Vtq; res dilucidius pateſiat, ſciendũ eſt, rationes ἀποδεικτικὰς duplicis eſſe generis. Nam quædam ſunt, quæ ſuas quæſtiones reſolvunt ad principia, primo ac per ſe nota in rerum natura. Sed rationes hujus generis paucæ admodum repe**G**riuntur, ut tantùm paucæ quędam oſtendi poſſint in Mathematicis. Aliæ ſunt, quæ licet propoſitionibus primò & per ſe notis minimè cõſtent, propoſitiones tamen quibus concludunt, poſſunt reſolvere in ea quæ ſint verè ac per ſe cognita. Et rurſus quædã ſunt argumenta, quæ conſtant principiis veris ac neceſſariis: at nõ evidentib. in ea ſcientia quæ illa uſurpat, ſed quæ demonſtrata ſunt & verè cognita in ſuperiori & altiori facultate. Hoc ſcientiæ genus, vulgò Subalternũ appellãt. Muſicus enim, aliqua demõſtrat **H** & concludit de harmonia & ſonis ex quibuſdã principiis in Arithmetica demonſtratis & cõfectis: quod genus rationũ ἀποδεικτικὸν eſt, ſed tantùm ei qui utrãque ſcientiã callet, nempe Arithmeticam & Muſicã. Aſt illi, qui tantummodo Muſicus eſt, ἀποδεῖξαι dici non poteſt, cùm ejus in principia prima & per ſe nota ἀνάλυσις non fiat. Sic eſt in rationibus de reſurrectione mortuorum. Nonnullæ rationes de illa proferuntur ex naturalib. propoſitionibus, quæ probabiles admodum ſunt. Verùm ſi principia earum excu**I**tiantur, homines phyſici, & qui tantùm rerum naturam ſpectant, non convincentur: quia videre nõ poſſunt ἀνάγειν ad cauſas ſupernaturales, quæ conficiant

III. An humanis rationib. mõſtrari queat, & probari reſurrectio.

Rationum apodicticarum diviſio.

Digitized by Google

ciant concluſionem, & eam conſtanter affirment. Pij autem homines, cùm allatas propoſitiones ad verbum Dei referant, & eas in illud revolvendo fulciant & confirment, ἀποδεικτικὰς habent, non quidem à ſcientia naturali, ſed à fide, quæ prorſus ex divinis oraculis pendet.

Rationes apodicticæ pro reſurrectione ponderatæ.

16 Quibus autem modis Philoſophi, & qui ſolùm naturali ratione nituntur, ſe opponant rationibus, quæ proferuntur ex naturalibus principiis, jam exponendum eſt, ut ab illis exordiar quæ cæteris videntur firmiores. Primùm ajunt rem imperfectam, non eſſe capacem abſolutæ felicitatis: animam verò à corpore ſeparatam, mancam eſſe ac mutilam: ideò ad felicitatem aſſequendam, oportere illam corpori denuo conjungi. Huic argumento, Philoſophi bifariam occurrunt. Quia vel dicerẽt partem avulſam ab altera, imperfectam eſſe, quando aliquid cõmoditatis & perfectionis ab altera capit. Sed animæ hanc eſſe naturam, ut corpori largiatur bona ſua, cùm tamen ab eo nihil accipiat aut perfectionis aut utilitatis: ideóque corporis abſentiam, nihil obſtare perfectæ ipſius felicitati. Vel reſponderent, ad abſolutam animi beatitudinem, id ſatis eſſe, ut extremum bonum præſens ei adſit quò illud perfectè intelligat, & ſumma voluptate complectatur, neque ad id corpus eſſe neceſſarium. Fidelibus autem ratio adducta ex divinis literis corroboratur, quoniam inde habent, animum ſimul & corpus à Deo in gehennam conjici: quod ſi faciat quoad ſupplicia, conſequitur, ut idem faciat quoad præmia.

Anima à corpore revulſa res eſt imperfecta.

Mat. 10. 28.

2 Animarum à corporib. ſeparatio utrum naturalis.

Alterum argumentum ita cõponitur, Non eſt perpetuum quicquid fuerit, contra naturam, ſed animæ hominis adverſatur, ut à corpore abjũcta permaneat: permanet autem, cùm ſit immortalis, neq; cum corpore unà cadit: Vtque illi naturale eſt formã eſſe corporis, ita contra ejus naturam eſt ab illo ſejungi. Hoc ſi perpetuum eſſe non poteſt, nihil aliud reſtat, quàm ut rurſus corpori uniatur. Ad hanc rationem primùm dicerent Ethnici, pro re certa & evidenti ſumi, quæ naturæ lumini obſcura eſt, animum ſcilicet, poſt mortem remanere ac immortalem eſſe: nobiles quippe Philoſophos, non longè diverſum opinatos. Quin & ipſi Ariſtoteli aſcribitur à doctiſſimis viris, Tertulliano inquam & Gregorio Nazianzeno, quod animam hominis mortalem eſſe cenſuerit. Et Alexander Aphrodiſęus, Peripateticus non obſcurus, hoc ſenſit. Et Averroes in ſchola Peripatetica docuit, unum duntaxat eſſe humanum intellectum, qui ſingulis hominibus per phantaſmata copuletur. Proinde hoc principium quod aſſumitur, Animam poſt mortem perſeverare incorruptam, cùm dubium ſit, nec pendeat à per ſe notis ac perſpectis in rerum natura: argumentum quod ſuper eo extruitur, nutat, & pro firmo haberi non poteſt. Dicit enim Avicenna in ſuis Metaphyſicis, animum idcirco conjunctum eſſe corpori, ut per ſenſus externos & interiores notitias & ſcientias rerum ſibi vendicet: quod ubi ſemel aſſequutus eſt, nulla eſt neceſſitas, ut eam copulationem repetat. Alij hanc rationem acutius diluunt, atque aiunt: Quod eſt contra naturam, perpetuum non eſſe, quando principia reſtitutionis ejus in rerũ natura ſuperſunt. At ſi funditus ablata fuerint, reſtitutionem expectandam non eſſe. Et illuſtrant quod attulerunt ſatis evidenti ſimili: Cæſa inquiunt, arbor, contra ſuã naturam jacet, quæ tamen inſtauratur ſi radices vigẽtes fuerint ſuperſtites, quia denuo pullulat & renaſcitur. At ſi radices penitus extirpatæ fuerint, perpetua erit exciſio. Vnde affirmãt animum à corpore divulſum ſatis intelligere iteratę copulationis initia, non amplius in rerum natura extare: & idcirco ejus deſiderio non affici, quoniam electio noſtræ voluntatis in impoſſibilia minime fertur. Sic Ethnici allatæ rationi reſponderent. Verùm fideles eam confirmando ex verbo Dei, quo animi noſtri poſt mortem incorruptio affirmatur, & unionis ejus cum corpore facultas libera Deo conceditur, illa utuntur & ſeſe conſolantur.

Philoſophorũ de anima ſententię.

Simile.

3 Corpus oportet præmiis vel pœnis affici.

17 Tertia ratio derivari ſolet à juſtitia Dei, quã oportet reddere pœnas & pręmia, pro iis quę geſta ſũt in hac vita per corpus: quod non videatur ęquum, ut cùm hæc duo, animus & corpus, vel rectè vel perperam egerint ſimul conjuncta, duntaxat alterum eorum vel pœnis vel præmiis afficiatur. Philoſophi ad- A hæc reſponderent ſibi non liquere, orbem ſic à Deo régi per juſtitiam punientem & retribuentem, ut ſingulorum hominum rationem habeat, reddendo cuique vel præmia vel pœnas. Darẽt fortaſſis, quoad motus cœlorum firmos atque conſtantes, certam eſſe providentiam, nec non quoad ſpecierum conſervationem: de ſingulis haberi negarent. Deinde adjicerent, ſatis præmiorum & pœnarum ſitum eſſe in ipſis actionibus rectis & pravis. Nam rectè agendo, mira B eſt conſcientiæ jucunditas, quæ omnia vincit externa præmia. Et viciſſim pravè agendo, mirificè torquẽtur homines, neque conſcientiæ lanienam poſſunt effugere, quòd ſatis eſt miſeriæ atque infelicitatis ad eos puniendos. Tandem contenderent ſatis eſſe, dum animus ipſe vel mercedem acciperet, vel pœnas lueret: nec eſſe opus, ut corpori hæc redderentur, quòd non ſit actionum principalis cauſa, ſed tantummodo inſtrumentum. Et ſimile deducetur ab artibus, quibus tantummodò redditur præ- C mium, ſi pulchram telam vel præclaram domum extruxerunt: at inſtrumentis, quib. vſi ſunt in texẽdo vel fabricando, nihil rependitur. Quę inſtrumẽta, eodẽ ſupplicio ſeu damno minimè afficiuntur, ſi opus malè ſucceſſerit. Neq; poculũ venenatũ quis frãget, quòd ex ejus potione aliqui perierint, præſertim ſi vas elegans & precioſum fuerit. Neque frangunt vel projiciunt enſem quo aliquis interfectus eſt, quod hæc inſtrumenta ſint, non principales cauſæ. Sed nõnunquã tã impotẽs eſt iracundia, ut calices venenati D perdantur, & enſes abjiciantur. Vnde cùm vtrunque fieri poſſit, ut aliquando contingat: argumentũ erit probabile, non neceſſariũ. Cæterùm, quòd attinet ad inſtrumẽta, diſtinctio videtur adhibẽda, quòd aliqua ſint conjuncta, aliqua ſeparata. Corpus verò, inſtrumentum eſt animi, ſed ei cõjunctum. Quare nõ mirum, ſi unà punitur & cõmodum reportat. Videmus enim, dum hîc vivitur, manus præcidi, oculos effodi maleficorum hominum. Nec tamẽ id eſt prętereundum, hanc rationem, quę ducitur à juſtitia & judicio E Dei, non eſſe univerſalem, quia etiam infantes excitabuntur, quos tamen non oportebit rationes reddere operum, quę per corpus geſſerunt. Videtur attamẽ Paulus hoc argumentum confirmare, cùm 1. Cor. ca. 15. ait, cùm reſurrectionem corporum confirmaſſet: Proinde, Fratres dilectiſſimi, eſtote immobiles & conſtantes, abundantes in omni bono opere, ſcientes quòd labor veſter non erit inutilis coram Domino. Labor autem, communis eſt tam animo quàm corF pori. Ergo ad utrunque redibit utilitas. Et hoc argumenti genere, uſi ſunt propemodum omnes Patres. Iam retuli quæ firmiora erant: nunc ad alia veniam magis debilia, in quibus non probatio reſurrectionis, verùm quædam ſpecies ejus conſpicitur.

Simile.

Inſtrumentorũ diſtinctio.

1 Cor. 15. 56.

18 Dies, inquiunt, ut videmus, quotidie prætereunt & redeunt: ſed revera dies heſternus, non eſt idem numero cum hodierno. Ab arboribus item & herbis deducitur ſimile. Hæ per hyemem videntur emortuæ, ſed redeunte vere, rurſus pullulant, ornantur foliis, flores emittunt, & denique fructus profeG runt. Sed ſciendum eſt, non prorſus in hyeme fuiſſe mortuas. Vita quippe in eis adhuc licet occulta, permanebat. Verùm ad id reſponderi poſſet, vitam quoque hominis poſt mortem, non eſſe penitus ablatã, quòd in animis adhuc ſuperſtitibus remaneat. Et ſanè Paulus priori ad Corinthios, hac ratione utcunque utitur, & oſtendit poſt corruptionẽ, vivificationem conſequi, dum ait, Quod tu ſeminas non vivificatur, niſi prius moriatur. Oſtendit etiam inde varietatem conditionum frugis novæ, ſemine primùm H jacto. Tu enim inquit, granum ſeminas tritici aut alterius ſemẽtis, Deus dat ei corpus ut voluerit. Proinde ſi creaturis contingit ſubinde renovatio, quid fiet homini, qui multò pluris eſt apud Deum, quàm ſint aut arbores aut fœnum? Nã & omnia propter hominem condita fuerunt. Mutuantur etiam ſimilitudinẽ ab ave Indica, quæ Phœnix appellatur, quæ ut intereat & renovetur, eleganter à Lactantio deſcribitur. Producuntur etiam teſtimonia Sybillarum, quibus reſurrectio mortuorum aſtruitur. Et ne quid deſit, I Poetarum etiã inrexuntur figmenta, qui ajunt, Hippolytum & Æſculapium à mortuis olim excitatos. Eos idcirco talia fabulatos inquiunt, quod à Patrib.

4 Simulachra reſurrectionis, Similia.

5 Phœnix.

6 Sybillarũ de reſurrectione teſtimonia.

Digitized by Google

olim traditum fuerit hoc dogma de Reſurrectione, quod ab iſtis transformatum eſt, vel potius deformatum eorum ineptis carminibus.

7 Poetarum figmenta.

At hoc non eſt neceſſarium, quia non omnia quæ illi finxerunt, fuerũt à ſanctis Patribus tradita vel inventa. Scripſerũt enim & fabulati ſunt quædam de Centauris, Harpiis & Chimeris, quæ à ſanctis nunquam fuerunt excogitata. Præterea inducitur imago dormientium, quæ nobis eſt quotidiana.

8 Somnus mortis imago.

Cùm aliquis conſopitur, deſiſtit ab actionibus, non ambulat, nihil agit. Idem poſtea excitatus: redit è veſtigio ad priſtinas functiones. Et ſimilitudo comprobatur ex dicendi formula Scripturarum, quæ mortem vocant ſomnum, & defunctos appellant dormientes.

9 A rebus naturalibus argumenta.

Redarguitur etiam hominum incredulitas, qui diffidant ex corruptis cineribus hominum corpora eſſe reparanda: cùm ſubinde videant ex corrupta & putri materia varias produci animantes, mures, talpas, ranas, vermes.

10 E ſpecubus quoque terræ, non rarò fulgentiſſimæ gemmæ colliguntur.

11 Quis præterea videt in ſeminibus, ea quæ inde progreſſu temporis eliciuntur? Semen quippe animantium gutta ſeu ſtilla & informis humoris, ubi apparere, nequeunt manus, pedes, aures, oculi, caput, & alia hujuſmodi.

12 Et ut de acino vinaceo dicamus, corpuſculum tam parvum eſt, ut vix ſtringi poſſit duobus digitulis: Vbi ſunt in eo radices, nec non radicum trunci, & propaginum perplexitas? Vbi umbræ pampinorum? Vbi uvarum pulchritudo? Et cùm illud ſemen aridiſſimum ſit, inde tamen copioſiſſimo vini liquore redundant torcularia.

13 A Chriſto & ſanctis reſuſcitatis.

Hæc in natura quotidie fiunt: ideo nos oportet cogitare, quoties corpora mandantur ſepulchris, toties reſurrectionis ſemina committi ſulcis denuo renovanda.

1.Re 17.20. 2.Reg 4.33 2 Reg.13 21. Mat 9.25. Luc.7 14. Ioan.11.43. Act.9.40. Act.20.10.

Reſuſcitati ſunt à Prophetis, à Chriſto & Apoſtolis aliquot defuncti, Quin & perhibentur aliqui Sãcti bruta reſtituiſſe priſtinæ vitæ. De Sylveſtro ſcribitur, quòd mortuum taurum excitavit. Et D. Germanum ajunt, ſuum aſellum qui obierat, & vitulum quem comederat ipſius familia, revocaſſe à mortuis. Verùm dices iſta conficta eſſe.

14 Bruta vitæ reſtituta.

Non repugnabo: Multa quippe in Sanctorum vitis admixta fuerunt, quę tamen etiamſi vera concederentur, dare non erit neceſſe, ut illa bruto numero eadem fuerint reſtituta. Nam potuit fieri, ut non illa, ſed eorum ſimilia repræſentarentur. Nec tamen, hoc impoſſibile dixerim factu divinæ potentiæ. Nam ille qui condidit hominem ex nihilo, eum procul dubio valet reparare. Scripſit Gregorius in 6. Moralium, id omnibus debere conſtare, longe difficilius eſſe creare quæ non fuerunt, quàm ea reparare quæ fuerant.

Quæ poſſit Deus.

19 Porrò Dei eſt omnia ea poſſe facere, quæ cõtradictionem, ut loquuntur in Scholis, non implicant. Nam ea alioqui cùm ſe mutuò tollant atque perimant, fieri non poteſt, ut ſimul conſiſtant. Nec tamen quicquam id imminuit de omnipotentia Dei. Nam Deus eſt omnipotens, quamvis non poſſit vel peccare vel ſeipſum negare, aut efficere quæ prętcrierint, ut non ſint præterita, nec efficere ut corpus humanum, dum eſt, non ſit humanum corpus, utque ternarius numerus non ſit ternarius: quoniam hæc impoſſibilia non ſunt ejus defectu, ſed ex ipſa rerum contradictione. Reſurrectio verò mortuorum minimè ad hoc genus pertinet. Etenim quod attinet ad animos, nõ interierunt, ſed manẽt ſuperſtites vnà cum ſuis viribus, atq; humanis proprietatibus. Vnde qui obierũt, dici poſſunt in ſua proprietate ac radice utcũq; ſupereſſe.

Iob 42.10.

Quod Gregorius Magnus ex hiſtoria Iobi, ad hunc modum confirmat. In ea traditur, omnia ei fuiſſe reſtituta duplicia. Prius habuit ſeptẽ millia ovium, reddita ſunt ei quatuordecim millia: habuit ter mille camelos, ſex mille poſſedit, atq; ita de reliquis facultatibus. Non tamen genuit niſi ſeptem filios & tres filias: Verũ intelligitur quoq; numerus liberorũ duplicatus, quia, ut inquit Gregorius, ſeptem illi priores adhuc manebant apud Deũ ſalvi, quare dici poterat quatuordecim habere.

Reſurrectionis difficultas penes quid.

Cùm hoc pacto res habeat, tota difficultas reſurrectionis, penes corpus eſſe videtur. Nam cùm extinctũ ſit, ita ut nec ejus veſtigia ſuperſint, non videtur poſſe reparari. Attamen quia non abiit in nihilum, ſed in elementa diſſolutum eſt, vel in primam (ut Philoſophi loquuntur) materiam: ideo negari non debet, quin

A ex eadem materia & ex eiſdem elementis, rurſus non poſſit extrui. Quin & animæ ipſæ brutorum, licet per mortem extinguantur, non tamen redigũtur in nihilum. Quare divina poteſtate, cùm ex materia tum ex elementis poſſent reſtitui. Vocat enim Deus ea quæ non ſunt, vt ſcribitur ad Romanos, tãquam ſint, nec eſt quod verbo ejus poſſit reſiſtere. Rom.4.17.

Quæ creduntur ea naturaliter ſciuntur.

Vt enim Dei verbo condita ſunt omnia, ſic illo eodem poſſunt reparari. Atque hæc de naturalibus rationibus, quæ, ut dictum eſt, probabiles ſunt, nõ apodeicticæ,

B ſint ſatis. Et quod hac de rè affirmatum eſt, de cæteris quoque articulis fidei ſentiẽdum eſt. Etenim quæ ab aliquo creduntur, ab eodem naturaliter ſciri non poſſunt.

Deum eſſe, fide tantùm cognoſcimus.

At dixerit quiſpiam, Nos credimus unum Deum, quem tamen eſſe, naturali ratione cõcluditur. Ad hoc reſpõdemus, Philoſophos quidem phyſica inveſtigatione, ad unum ſummum principiũ perveniſſe, quòd Græci θεὸν, & Latini Deum dixerunt: ſed ille non eſt is, quem fides Chriſtiana profi-

C tetur. Non enim ſimpliciter ac nudè credimus, unũ Deum, ſed illum qui creavit cœlum ac terram, quiq; habet Filium & Spiritum ſanctum. Has utique appendices, Philoſophi, ſuis rationibus minimè apprehenderunt. Vnde veriſſimè conſtat, quod Apoſtolus ad Hebræos docuit, fidem argumentum eſſe rerum non apparentium. Heb.11.1.

IIII. Scripturæ teſtimonia pro reſurrectione.

20 Cùm autem ita ſit, ratio poſtulat, ut ad aliud caput quæſtionis jam nos cõferamus, & reſurrectionem, quæ non poteſt phyſicis rationibus comproba-

D ri: divinis teſtimoniis confirmemus. Quæ cum Veteri & novo Teſtamento comprehendantur, juxta temporis ordinem à veteri Teſtamento auſpicabimur.

Sadducæi qui.

Et primum ab eo quod habetur in Exod. 3 ca. Ego ſum Deus Abrahami, Iſaaci & Iacobi. Exod.3.6. Mat.22.32.

Hoc loco uſus eſt Chriſtus, cùm à Sadducæis tentaretur. Sadducæorũ nuncupatio, à vocabulo *Tſedec* deducta eſt, ſcilicet à juſtitia. Erant juſtitiarii homines, qui præter Legem latam per Moſen aliam Scripturam non recipiebant. Regidè τὸ ῥητὸν perſequebantur, non admittentes

E (ut apparet) ullam interpretationem. Et præterea quia reſurrectionem mortuorum nõ credebant, Angelos item eſſe non putabant, quemadmodum in Actis Apoſtolicis habetur. Act.23.8.

Phariſæi qui.

Fuerunt item apud Hebræos eo tẽpore (ut obiter attingam) Phariſæi, à verbo *Paraſch*, quod eſt diſtinguere, interpretari, ac extendere. Ij non tantùm Legem, ſed etiam Prophetas, ut interpretes ejus, admittebant. Exponebant etiã & interpretabantur divinas literas.

Eſſæi qui.

Præter iſtos, fuerunt etiam Eſſæi, qui dicti ſunt à vocabulo *Aſcha*,

F quod eſt facere. Iuſti admodum erant, & manib. ſuis operabantur, ut inde viverent, ac etiam egenis ſubvenirent, perinde ac ſi vocaremus eos operarios. Nec dubium eſt eos hallucinari, qui ſic appellatos judicant, quaſi ὁσίους, id eſt ſanctos. Quia Hebræorum nominum etymologiæ, non ſunt à Græcis petendæ.

Gaulonitæ qui.

Erant etiam inter Iudæos Gaulonitæ, à quodam Iudæorum factionis principe ita vocati. Ii faciebãt per omnia cum Phariſæis, niſi quod cenſebant, tributa non eſſe reddenda exteris nationibus: nam filios A-

G brahæ, hoc eſt, populum Dei, volebant omnino liberũ eſſe. Omnia hæc à Ioſepho, cum in libris de Bello Iudaico, tum etiam in Antiquitatibus luculenter deſcribuntur. Sed jam ad Sadducęos redeo: Omnia fermè ab eis tribuebantur libero arbitrio, rigidè vivebant, moribus utentes duris & agreſtibus, ut videri potuerint Stoici Hebræorum, niſi quod Stoici providentiæ Dei & fato propemodum omnia concedebant, cùm iſti ab iis non parum abhorrerent. Et quãvis Phariſæorum & Sadducæorum factiones inter ſe

H diſſiderent, attamen ad Chriſtum oppugnandũ conſentiebant. Dixerũt itaq; Sadducæi, ut reſurrectioné mortuorum irriderẽt: Fuit apud nos muliercula, quã ſeptem fratres uxorem duxerunt, cum decederent abſq; liberis, juxta præſcriptum Legis Moſaicæ, quæ in Deut. cap. 25. habetur: In reſurrectione mortuorum, cujus erit uxor ex ſeptem fratribus? Deut.25.5.

Scopus hujus quæſtionis erat, non eſſe admittendam reſurrectionem: quod abſurda inde ſequerentur, quæ cum divina Lege pugnarent, nec ea ſalva poſſent conſi-

I ſtere. Chriſtus reſpondit: Erratis. Nec tamẽ credendũ eſt, ignorantiã qua laborabãt, eorũ culpam relevaſſe. Idcirco enim errabãt, quòd intelligere noluerint,

nec

Erroris Sadducæorũ fontes duo.

neceos audire, qui rectè monebant. Erroris autem eorum duo capita ſeu duos fontes oſtendit: Primùm, quod non intelligerent Scripturas: deinde quod non rationem haberent divinæ potentiæ.

Error circa Scripturas varius.

Circa Scripturas multis modis errari poteſt, vel quòd non habeatur peritia linguarum, vel quod locutiones propriæ à tropicis non diſtinguantur, nec locus obſcurus per manifeſtiorem exponatur: nec attendamus, interdum quæ ſint rerum ſignificatarum, ſignis attribui, ac è diverſo, proprietates ſignorum aſcribi ſignificatis. Et qui copioſius iſta cognoſcere voluerit, Auguſtini libros evolvat, quos de Doctrina Chriſtiana utiliter conſcripſit.

Error circa Dei potentiam duplex.

Circa Dei verò potentiam, duplex eſt error: Primus, cùm ei omnia citra ullam exceptionem dantur: alter, cùm parum admodum ei conceditur. Atque hoc poſteriori erroris genere, tenebantur Sadducæi. Cum enim audiebant, rurſus victuros mortuos poſt hoc ſeculum, non cogitabant aliam eſſe poſſe vitam, ab ea quam nunc vivimus, in qua cibo, & potu & procreatione liberorum indigemus. Vnde nimis anguſtè de poteſtate Dei ſentientes, non exiſtimabant illum poſſe homines jam ſuſcitatos, transferre ad vitam cœleſtem, quæ ad Angelorum conditionem accederet. Vt autem errarent, Chriſtus expoſuit, ut apud Lucam habetur, dicens: Filii hujus ſeculi ducunt uxores, & nuptui dant: ſed in reſurrectione ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nuptui dantur, ſed evadunt æquales Angelis. Dumque faceret mentionem, perſtringebat Sadducæos, qui Angelos eſſe inficiabantur. *Luc. 20. 36.*

Liberorum procreationis cauſa.

21 Cur vero tales futuri ſint homines poſt reſurrectionem, cauſam aſſignavit, dicens: Neque enim amplius mori poſſunt. Vbi attendendum eſt liberorum procreationem duplici de cauſa fuiſſe inſtitutam. Primum, ut homines, qui duo tantùm ab initio conditi ſunt, multiplicarentur. Deinde, ut cùm ad juſtam multiplicationem ventum eſſet, multis intermorientibus, alii eorum loco ſubſtituerentur. Proinde cum in reſurrectione juſtus numerus hominũ ſit futurus, nec mors intercedere poſſit, ſupervacanea eſſet procreatio. *Ibid.* Nec accipienda ſunt verba Evangeliſtarum, imo Chriſti, quaſi docuerit corpulentam ſubſtantiam defuturam ſuſcitatis. Non enim dixit, Angeli erunt: ſed ſicut Angeli, & æquales Angelis. Nec mirandum eſt quod apud Lucam ſcribatur, illos futuros filios reſurrectionis & filios Dei. *Rom. 8. 15. Matt. 6. 9. Luc. 20. 36.* Non enim id accipiendum eſt, ac ſi negetur Sanctos etiam in hac vita filios Dei eſſe: alioquin dum hîc vivunt, quomodo clamarent Abba Pater, aut orarent Pater noſter qui es in cœlis? Verum ſacrarum literarũ mos eſt, ut interdum aſſerant res tunc fieri, quando manifeſtantur. Et quia nunc filios Dei nos eſſe minimè apparet, at in reſurrectione manifeſtum erit: Cùm enim Chriſtus venerit, tunc & nos apparebimus unà cum eo in gloria: Iccirco in Luca ſcribitur, ſanctos fore tunc Dei filios. Nec prætereundum eſt, quæ à Chriſto ibi dicta ſunt, ad reſurrectionem juſtorum ſolùm pertinere. Nec impii cùm reſurrexerint, licet futuri ſint immortales, non tamen inſtar Angelorum evadent glorioſi & impaſſibiles. Atque hæc dixit Chriſtus de Sadducæorum ignorantia, quo ad poteſtatem divinam.

Angelos eſſe. Gen. 22. 11. Gen. 18. 2. Gen. 19. 1. Exod. 14. 19. Gen. 32. 2.

22 Iure quoque dicere potuit, illos ignorare Scripturas: Quomodo enim poterant inficiari Angelos non eſſe, cum ſcribatur in libro Geneſeos, Angelum prohibuiſſe Abrahamum, ne Izaacum filium ſuum, quemadmodum inſtituerat, immolaret? Habetur etiam ibidem, tres hoſpitio fuiſſe ab Abrahamo exceptos, quorum duo ſaltem erant Angeli: Item habetur, eos fuiſſe cum Lotho. Et Angelus aſtitit Moſi juxta rubum, & ſeſe interpoſuit inter caſtra Iſraelitarum & Ægyptiorum. Angelorum etiam caſtra viſa ſunt Iacobo in Mahanaim, & cum Angelo eſt luctatus tota propemodũ nocte. Rectè itaque dixit Chriſtus, eos neſcire Scripturas. Locum vero adduxit ex ſecundo libro Moſis, tum quod illi præter Legẽ nullas reciperent Scripturas (Prophetas quidem & Pſalmos legebant, non aliter atque nos legimus Patres, Machabæorum libros, nec non ſapientiam Solomonis & Sirachi) tum quia Moſen objecerant Chriſto. Rectè igitur Moſes ab eo illis regeritur. Neque in animo fuit Domino, cùm illis reſponderet, omnia teſtimonia colligere veteris teſtamenti, alioqui ex concilio Prophetarum & aliis Scripturis non defuiſſent oracula. Et quamvis hæc verba, Ego ſum Deus Abrahami, Izaaci, & Iacobi, reperiantur in pleriſque locis Scripturæ ſacræ: attamen ea referunt Marcus & Lucas nominatim, ad viſionem quã Moſes habuit juxta rubum, ut habetur: Exod. 3. cap. *Exod. 3. 6. Luc. 20. 37.* Cùm Ieſus confutaſſet ad hunc modum Sadducæos, turba obſtupuit, admirata Chriſti ſapientiam. Sed quia interdum popellus exiſtimatur carere judicio, ideo Lucas adjecit: quoſdam ex Scribis dixiſſe, Rectè dixiſti Magiſter. Non ſolùm itaque à plebeis, verumetiam ab eruditis, probata Chriſti argumentatio. Nec injuria: quem enim volumus interpretem magis appoſitum divinæ Legis, τοῦ νόμου, per quem lata fuit ab initio?

Propoſitio illa, Ego ſum Deus Abrahã, &c. explicata.

23 Sed orationis hujus fundamenta exquiſitius perſcrutanda ſunt, ut magis pateſiant. Si de Patribus defunctis prorſus actum eſſet, quî poſſet Deus adhuc eſſe illorum Deus? Mortui quidem ſunt, nempe hominum judicio, & ſecundum naturam, ſed non quoad Deum. Nam in Luca ſcribitur. Omnes ei vivunt. *Ibid. v. 38.* Poteſt autem bifariam intelligi. Patres Deo vivere. Primum, ſi totum id referatur ad præſcientiam ſeu prædeſtinationem Dei: ſiquidem omnia quæ futura ſunt, ille coram ſe habet præſentia, neque ſuo propoſito fruſtrari poteſt. Idcirco qui excitandi ſunt vel ad mille annos, ipſi dicuntur vivere: vel ei Patres vivunt, qui cum ipſo regnant in cœleſti gloria. Eadem formula dicendi uſus eſt & Paulus ad Romanos, de Chriſto ſcribens: Quod mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem vivit, vivit Deo, hoc eſt, cum illo eſt in gloria, & ſedet ad dexteram ejus. *Rom. 6. 10.* At dixeris, Hoc pacto non ſancti ipſi, verùm illorum animi dici poterunt vivere cum Chriſto in cœlis. Verum quidem hoc eſt, ſed per Synecdochem, quod eſt partis toti attribuitur. Non enim veremur dicere, Sanctum Petrum & ſanctum Iacobum in cœlis eſſe cum Chriſto, cùm tantummodo animi eorum ibi verſentur. Quin & Paulus dicebat, Se cupere hinc ſolvere, ac eſſe cum Chriſto, cùm ſciret tantùm animum ſuum uſque ad extremum diem judicii futurum cum eo. *Phil. 1. 23.* Et in Evangelica narratione legitur, Lazarum delatum in ſinum Abrahæ, atque crudelem illum divitem ad inferna tormenta deportatum: cùm tamen animi ſolùm eorum ad illa loca deducti fuerint. *Luc. 16. 22.*

24 At contra Domini noſtri argumentationem cavillus objicitur: Deum ſe appellaſſe Deum Abrahami, Izaaci & Iacobi, quòd fuerit illorum Deus olim cùm viverent, juverit eos, & fœdus cum illis habuerit. Sed futilis eſt hæc objectio: quia non dicitur fuiſſe illorum Deus, ſed per præſens tempus, enunciatio effertur, ἐγώ εἰμι, Ego ſum Deus illorum. In Hebræo quidem, verbum ſubſtantivum non apponitur, verùm ſimpliciter ſcribitur *Anoki Elohe*: ſed hoc non refert, quia Spiritus Sanctus per eos Evangeliſtarum expreſſit ſubſtantivum verbum. Scripſerunt enim ἐγώ εἰμι ὁ θεός. Quòd ſi ſancti qui obierunt, prorſus expertes vitæ ſunt, neque ad eam revocandi: quid emolumenti expectent ab eo, vel quomodo is eſt eorum Deus? Porro præceptor habens aliquot diſcipulos, dum illi vivunt dicere poteſt, Ego ſum illorum præceptor: at cum obierunt, non ei licet ad hunc modum loqui: quemadmodum etiam uxor extincto viro, non dicet, Sum illius uxor, ſed fui: & pater, cùm filius extinctus eſt non dicet, Sum hujus pater, ſed fui. Ita ſanè colligitur, vitam quoquomodo tribuendam illis Patribus qui obierunt, ſi Deus verè dicatur illorum eſſe Deus. Non enim penitus mortuis aliquid impenditur beneficii. Nec moror cavillatores qui contendunt, Deum beneſeciſſe Patribus extinctis, in eorum poſteris: quoniam debet attendi in divinis literis propoſitionem eſſe copulativam, nempe quòd Deus & ipſorum Patrum eſſet Deus & ſeminis eorum, & ideo illam pro utraque parte veram eſſe oportet.

Argumẽtatio Chriſti prius etiam ab aliis uſurpata.

Vis hujus rationis eſt in eo ſita, quòd ſemper intelligimus Deum benefacere, tueri ac defendere illos, quorum eſt Deus. Et cùm initur fœdus inter Deum & homines, voluit ab eis Deus coli ac in honore haberi, ac viciſſim illos pro ſuo populo agnoſcere. At quis poteſt eſſe pater abſque li-

Digitized by Google

beris? quis dominus abſque ſervis? quis Rex abſque ſubditis? Certè nullus. Ita & Deus non poteſt illorum eſſe Deus qui non extent. Atque iſtam connexionem Chriſtus minimè primùm oſtendit. Sed Habacuc. 1. cap. illam attigit, cùm inquit: Quoniam tu es Deus noſter ab initio, non moriemur, ſcilicet in æternum. Ergo Deus illos non ſinit prorſus mori, quorum eſt Deus. Et ſanè ab illis, quorum Deus eſt, colitur & honore afficitur. At mortui neque Deum laudant, neque colunt aut venerantur. Quare Abrahamus, Izaacus & Iacobus, ſi Deum habent, illum colunt: ſi hoc faciunt, jam non ſunt mortui. Sed audiamus ipſum Chriſtum, quomodo rationem adductam firmet atque communiat. Cùm dixiſſet, Ego ſum Deus Abrahami, Deus Izaaci & Iacobi: quaſi reſpondiſſet quiſpiam, Quid tum? Subjecit, Deus autem, non eſt Deus mortuorum, ſed viventium. Cæterùm huic ſententiæ obſtare videtur, quod ſcriptum eſt ad Romanos: Chriſtus ideò mortuus eſt & reſurrexit, ut mortuorum & vivorum dominetur. Ex quo colligeret quiſpiam, non eſſe abſurdum, ut Deus ſit Dominus mortuorum. Sunt qui reſpondeant, Chriſtum non dixiſſe, Deum non eſſe Dominum mortuorum, ſed Deum mortuorum. Mihi hæc, ſi verum dicendum ſit, leviſſima ſtrophe videtur. Nam Dominum & Deum pro eodem haberi ſatis cõpertum eſt in divinis literis. Et vox *Elohe*, quæ in Hebræo habetur, ſæpe numero Domini vocabulo redditur. Nodus igitur aliter diſſolvendus eſt, ut cum Chriſto dicamus, Deum eſſe Deum tantummodò vivorum: ſed eos diſtingui bifariam, quòd quidam ex illis habeant adhuc ſibi conjunctum corpus, quidam verò ſint ab eo abſoluti, omnes attamen vivant. Hinc tamen ſequi non inficiamur, animos defunctorum apud Deum vivere. Verùm addendum eſt, non eſſe Deum partiarum ſervatorem ſuorum, ut tantummodo animum velit ſalvum, utque Deus eſt tam corporis quàm animi, ſic utrunque ſervabit: nec decet illos, qui purè ac ſimpliciter Deo ſervierunt, ſalutem aſſequi tantùm dimidiatam. Plenam utique ſolidam & perfectam habebunt.

Habac. 1. 18.

Rom 14. 9.

Anabaptiſtæ confutantur argumentatione Chriſti.

25 Ex hac Chriſti ratiocinatione, Anabaptiſtæ dupliciter verberantur. Primùm, quòd arbitrentur Inſtrumentum vetus nihil ad nos facere. Cùm Chriſtus apertè hic teſtimoniũ inde petat ad confirmandum mortuorum reſurrectionem: quod etiam Apoſtoli paſſim fecerunt. Alterum eſt, quod ibi contendunt nobiſcum de Pædobaptiſmo, volunt à nobis afferri ex ſcripturis, diſerta, plana & aperta verba, quibus pueri tingendi affirmentur. Neque contenti eſſe volunt ratiociniis & connexionibus deductis ex Scripturis, cum tamen Chriſtus hic probaturus mortuorum reſurrectioné, teſtimonium expreſſum non attulerit, ſed tale, unde reſurrectio deduceretur. Ipſe autem adjecit, inducto teſtimonio minorem propoſitionem, dicendo; Non eſſe Deum mortuorum, ſed viventium. Cæterùm ſunt & alii noſtro etiam tempore, qui exiſtiment illud teſtimonium à Chriſto adductum, non fuiſſe cognitum veteribus, ita ut crederent ad reſurrectionem mortuorum, pertinere. Sibi enim perſuadent, veterem populum, ſalutem quidem habuiſſe per Chriſtum, per illum accipiendo condonationem peccatorum & felicitatem perpetuam, cùm tamen hæc non intelligerent. Quemadmodum & pueri Chriſtianorum ſervantur, cum tamen adhuc cœleſtia & Chriſtiana myſteria non intelligant. Deum, inquiunt, promiſſis mundanis & téporariis, nimirum terræ Chenaan, ſobolis numeroſæ, victoriis & divitiis eos lactaſſe, atque in ſuo cultu retinuiſſe: Chriſtum verò, ut ſervatorem à peccatis & à morte æterna, ut authorem vitæ, & principẽ reſurrectionis & omnium donorum, non agnoviſſe. Atque volunt, Chriſtum primum omnium arcanum reſurrectionis patefeciſſe, & argumentum illius à loco quem tractemus deduxiſſe, cùm antiqui non antea unquam id intellexiſſent. Tales hodie ſunt Servetani, qui vehementer & fallunt & falluntur. Quomodo audent hoc dicere, ſi novum Teſtamentũ recipiunt? Certe Paulus affirmat ad Galatas, ſemen illud promiſſum Abrahamo, in quo benedicendæ eſſent omnes gentes, fuiſſe Chriſtum. Et cùm credidit, & juſtificatus eſt, certè id non habuit fide quæ fuerit

Servetani.

Gal. 3. 16.

A de rebus temporariis, aut de multitudine ſobolis, ſed de Chriſto filio Dei. Nam ut ſcribitur ad Romanos, Eodem modo nos juſtificamur, quo & Abrahamus juſtificatus eſt, nimirum ex fide in Chriſtũ, qui etiam de illo ait: Vidit diem meũ, & gaviſus eſt. Adhęc, Prophetæ myſteria Chriſti tam liquidò prænuntiarunt, ut non Prophetæ ſed Evangeliſtę videri poſſunt. An dicebant & ſcribebant, quæ non intelligerent? Id utique non Prophetarum Dei, ſed fanaticorum hominum fuiſſet. Neque ſit veriſimile, ignotam fuiſſe iſtã

B Chriſti rationem, alioquin Sadducæi facilè reſpondiſſent, locum illum non ſic fuiſſe acceptum majoribus, neque ita expoſitum de vita Patrum. Sed res ita perſpicua fuit, ut quidã ex Scribis publicè dicerent; Rectè dixiſti Magiſter. Atque ut Evangeliſtæ tradunt, Phariſæi animadverterunt Chriſtũ impoſuiſſe ſilentium Sadducæis: quod indicat rem ita fuiſſe manifeſtam, ut nullus eſſet locus tergiverſationi. Adhæc reſurrectionem mortuorum aſſerebant Phariſæi, & cùm interpretes eſſent Scripturarum, dubiũ eſſe non

C poteſt, quin eam ex Scripturis probarint. Quod autem illi fuerint ante Chriſti adventum, ſatis demonſtratur ex hiſtoria Ioſephi, qui eos fuiſſe affirmat Aſſamonæorum tempore. Non itaque Chriſtus primus aſſeruit hoc dogma, neque adeo pervertit rationem docendi, ut ex obſcuris & incertis ſua probarit. Cùm aliquid ex ſcripturis tractavit, ſemper ea protulit, quæ clara & manifeſta erant. Cùm interrogaret Iudæos de Meſſia quid crederent, & illi reſponderent, fore Davidis filium, ille ſubjecit: Et quomodo vocat

D eum Dominum in ſpiritu? Pſalmum adducens, ubi ſcribitur, Dixit Dominus Domino meo. Quod ſi non conſtitiſset apud omnes, Pſalmum illum ſcriptũ de Meſſia, nihil profeciſset. Item, cùm ageret de divortio, locum ex libro Geneſeos citavit, Maſculum & fœminam creavit eos. Et quod Adamus dixit, Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Et erunt duo in carnem vnam. Hic quoque non ex obſcuris, ſed ex apertis rationem texuit. Similiter cùm ageretur de Ordine ſeu dignitate præceptorũ, illud

E ut mandatum primum & maximũ produxit: Diliges Dominum Deum tuum toto corde, toto animo, & omnibus viribus tuis: Et alterũ ei ſimile, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Proinde cùm ſemper egerit ex manifeſtis & certis, quare tantùm hoc loco volumus rationem ejus fuiſſe incertam & obſcurã, atque nunquam antea cognitam? Sed hæc miſſa faciam, atque id annotabo, duo hæc vitia, népe ignorantiam Scripturæ, atque virtutis Dei, omnibus etiam hodie poſse objici aſsertoribus pravorũ dogma-

F tum: quia vel utraque, vel altera ſaltẽ laborant ignoratione. Ideoque cùm accedimus ad lectionem Scripturarum, conandum eſt, ut ab utroque vitio liberemur: ita ut Scripturas bene intelligamus, & de potentia Dei rectè exiſtimemus. De hoc teſtimonio à Chriſto deducto, ſatis hæc ſint.

Rom. 4. 23.

Ioan. 8. 56.

Luc. 20. 39.

Act. 23. 8.

Chriſtus illis quæ certa & clara erant, probavit, quæ erant obſcuriora

Matt. 22. 43.

Pſal 110. 1.

Gen 1. 27.

Gen. 2. 21.

Matt. 22. 37.

26 Nunc à ſerie temporum non diſcedens, teſtimonium Iobi tractabo, quod habetur ejus libri capite decimo nono. Sed antea, quæ præfatus eſt liber attingere, quàm ipſa verba proponam. Vt diligentius

G quæ dicenda erant expenderentur, attentionem ad hunc modum captavit. Vtinam verba mea ſcriberentur, non quidem in foliis, ſed in libro, imò in plumbo aut in lapidibus ferreo ſtilo, ad perpetuam rei memoriam. Ita leges olim in tabulis æreis incidebantur, ne ſcriptura dilaberetur. Et habetur in Ieremia, Peccatum Iuda fuiſſe ſcriptum ſtilo adamantino, ita vt non deleretur. Memoria itaque digna ſunt, quæ Iobus ita cupiebat conſignare. Sic vero habent, *Et ego novi* (non quidem ſcientia naturali, ſed fide,)

H *quod Redemptor meus vivit.* Sermonem auſpicatur à litera *Vau* quæ copulat: ac ſi diceret, Cum alii fideles id credant, ego quoque cum eis novi & profiteor, meum Redemptorem vivere. Appellat Redemptorem ſcilicet à morte, à peccatis, & ab omnibus malis. Vivum præterea dicit, quòd ſit vitæ fons, & omnia vivificet quæ vitam habent. Is verò eſt Chriſtus filius Dei, non enim datus eſt hominibus præter eum alius Redemptor. Et idcirco eum mox appellat extremum, quia permulti fuerunt partiarii & imperfecti

I redemptores: ſed Chriſtus extremus eſt & perfectus, ultra quem nullus alius expectari debet. Quamvis

Iob. 19. 25.

Iobi de reſurrectione locus explicatus.

Ierem. 17. 1.

Hebræi-

Hebraica vox *Acharon*, poſſit ad tempus referri: ut
dicamus, Ille Redemptor meus vivit,& extremo tẽ-
pore ſurget juxta pulverem. Hoc aliqui attribuunt
reſurrectioni Chriſti. Nam excitatus eſt cum ſuo
corpore,quod more Scripturæ pulvis appellatur. Et
1.Cor.15 20. ſane Chriſtus reſurgendo primitiæ fuit dormientiũ.
Et poſtremo tempore ſurrexiſſe dicitur: quia reſurre-
ctio ejus contigit initio poſtremæ ætatis. Non enim
alia expectanda eſt ætas præter eam quam nunc agi-
1.Ioan 2.18. mus: unde à Ioanne vocatur poſtrema hora. Licet
etiam referre dictum illud admodum commodè ad
reſurrectionem mortuorum, ut de illo Redemptore
vivo dicatur *Poſtremo tempore*, id eſt, ad finem ſeculi:
ſurget,id eſt,exercebit vires ſuas erga pulverem, hoc
eſt, erga corpora defunctorum jam redacta in pulve-
rem, illa excitando. Deinde rem magis patefaciens,
addit, *Poſtea*: ſcilicet eo tempore, *mea hac pellis*, aut
cutis vel caro, *quam arroſerunt*, perforarunt & occide-
runt (hæc ſignificat verbum *Nacaph*) ſcilicet, dolo-
res,morbi, & vermes. *Non erit abiecta & ſpreta redem-
ptori meo, ſed carne mea videbo Deum*, hoc eſt, exiſtens
in carne. Latina verſio habet, *Rurſus circundabor pelle
mea*.Qui ſic verterunt,reſpexiſſe videntur ad verbum
Iacaph, quod eſt circundare: & in coniugatione Ni-
phal, dicitur *Nikkephu*, quod eſt circundabuntur,ſci-
licet artus & membra mea,iſta cute & hac pelle:& de
mea carne videbo Deum. Vterque ſenſus aſtruit re-
ſurrectionem, *Oculis meis videbo eum*, mihi ipſi non a-
lienus vel extraneus. Aſſerit ſe reſurrecturum pro-
prio corpore,non alieno. Etenim uti Chriſtus pro-
prium corpus reſumpſit, ita & nobis minimè aliena,
ſed noſtra dabuntur. Vnde Tertullianus de Reſurre-
ctione carnis ait, Non alius ero,ſed aliud,affirmans
non fore diverſitatem ſubſtantiæ, ſed conditionum,
qualitatum, & proprietatũ. Quamvis hodie in ſcho-
lis è contra loquuntur,quemque ſcilicet fore alium,
& non aliud. Verùm diverſæ formulæ dicendi rem
non variant. Videbo inquit, *Li*, quod eſt, Pro meipſo,
meo commodo. Nam licet mecum nunc ſeveriter a-
gat,& videatur hoſtis meus, tunc ſe mihi propitiũ &
benevolum exhibebit. Hæc eſt ſanctorum conſola-
tio, dum in mundo affliguntur, ut in ipſam reſurre-
ctionem aſpiciant,& in ea acquieſcant. Dumque ait,
Oculis meis eum videbo, duplicem Chriſti naturam pa-
tefacit,divinam ſcilicet & humanam:quoniam Deus
oculis corporis non videtur. Hæc tam clara ſunt, ut
majori luce non opus habeant. Vnde apparet, anti-
quos Patres,Redemptorem Chriſtum,& reſurrectio-
nem à mortuis non ignoraſſe.

27 Hæc nonnulli volunt à Iobo enuntiata fuiſ-
ſe, de recuperatione cùm ſanitatis tum etiam ſuarũ
rerum in hac vita, eumque nolunt de futuro ſeculo
quicquam eſſe loquutum. Sed interpretatio aliena
eſt & inepta, quæ duplici argumento explodenda
eſt. Primum,de recuperatione ſalutis,quoad hanc vi-
tam deſperaverat,& ſpe reſurrectionis,ut dictum eſt,
ſeipſum conſolabatur. Quod liquet ex eodem capite
Iob 19 10. decimo nono,ubi Deum ait,ſuam ſpem omnino de-
jeciſſe,ita ut ſeſe conferat cũ exciſa planta,quæ non
renaſcitur: idemque patet in compluribus ejus libri
capitibus. Deinde, ſi de hac temporaria reſtitutione
loquuturus erat, quid oportuit adeò magnificè præ-
fari, optando ut verba ſua conſcriberentur in libro,
& ſculperentur in ſilice vel in plumbo, ad perpetuã
rei memoriam? vulgare id eſt,ut à reſipiſcentibus ca-
lamitates removeantur, & gradus priſtinus,& crebrò
melior à Deo reddatur. Quin amici ejus hoc illi fore
pollicebantur, ſi rediiſſet in viam à qua illum exci-
diſſe arbitrabantur. Hęc itaque dixit Iobus,ut omnes
intelligerent, ipſum,vel in media morte ſe ſpe reſur-
rectionis piè ſuſtentaſſe: quod idem ſuo exemplo,
Simile. volebat & amicos & alios docere. Adeo clara eſt alla-
ta interpretatio, ut non atramento, ſed ſolaribus ra-
diis videatur conſcripta. Quare illi ſupra modum
ineptiunt, qui nodum in hoc ſcirpo quærunt. Inter-
pretes Hebræi, hoc loco tam ſunt obſcuri, ut eos le-
gendo, tibi videaris inter Cimmerios verſari. Certè
data opera tenebras affectarunt. Videntur voluiſſe
dicere, Iobum noſſe, vivere Deum,quem ſuum Re-
demptorem vocat, ex affectu plagarum & ærumna-
rum, quæ ſibi experiebatur ab eo graviter infligi. Et
huc pertrahunt quod inquit, ſe de carne ſua videre

A Deum, hoc eſt, illũ ſentire, ac ex doloribus agnoſce-
re,quos tolerabat,& quos ipſe,nec alius quiſpiã æſti-
mare potuiſſet. Hæc ſunt nugæ, ἀπροσδιόνυσα, & pror-
ſus extra oleas, neq; ad omnia verba ejus textus poſ-
ſunt accommodari. Iis addas omnes propemodum
Patres,quamvis antiquos,hunc locum de reſurrectio-
ne mortuorum intellexiſſe.

28 Sed miſſo Iobo, aliud teſtimonium ex Davi- Pſal.16.8.
de proferam: Is canit Pſalmo 16. Poſui Iehovam in Pſalmi de re-
conſpectu meo, ſcilicet ejus Legem perpetuò medi- ſurrectione
B tando, ne contra eam quicquam committerem: vel locus expli-
cogitando ipſum omnibus cogitatis, dictis & factis catur.
meis, præſentem ſemper adeſſe,ut nihil indignum e-
jus præſentia facerem: vel in adverſis illum ſemper
invocando, ne ſpem meam in alio quopiam colloca-
rem. Ille me non fefellit, ſed ſtat à dextris meis, ut
me tueatur, ſuſtentet ac defendat. Idcirco lætatum
eſt cor meum, gaudio nimirum ſolido atque ſynce-
ro,non vano inconſtanti atque mundano. Et exulta-
vit gloria mea. Nomine gloriæ,multi ex Hebræis a-
C nimam interpretantur, quod ea ſit præcipua pars &
gloria hominis: alii verò linguam exponunt, quòd
hominis dignitas & excellentia putari ſoleat ex ora-
tione. Hebræum vocabulum eſt *Cavod*, illud Septua- Cavod Hebraica vox.
ginta verterunt per linguam. Quod & Apoſtoli ſer-
varunt in Actis,dum hunc locum tractarent. Nec de- Act.2.25.
ſunt exempla in quibus *Cavod* linguã ſignificat. Pſal. Pſal.30.22.
30. Canet tibi *Cavod* lingua,& non ſilebit. Pſal. item Pſal.108.1.
108. Canam & pſallam etiam *Cavod* linguâ. Et in lib. Gen 49 5.
Gen.49. dixit Iacobus, Simeon & Levi, vaſa iniqui- Cur eodem nomine Hebræi linguam ſimul ac gloriam appellent?
D tatis bellantia, in ſecretum illorum non venit anima
mea,& cœtui eorum non eſt vnita lingua mea. Hoc
eſt, de perfido illorum conſilio nihil approbavi, ne-
que lingua mea,id eſt,iuſſu meo illos impuli ad tam
grave ſcelus. Et ſanè rectè apud Hebræos uno voca-
bulo *Cavod*, & gloria & lingua ſignificantur: quia li-
cet humana dignitas ab anima rationali pendeat, ea
tamen cum ſit inviſibilis, nulla quapiam alia re ma-
gis cognoſcitur,quàm oratione. Vnde nonnulli tra-
diderunt, differentiam hominis eſſe, quòd facultate
E loquendi ſit præditus. Et Ariſtoteles dixit,voces eſſe
notas earum paſſionum ſeu affectionum quę ſunt in
animo. Democritus etiam tradidit, ſermonem eſſe
ῥεῦμα τοῦ λόγου, id eſt, fluxum quendam rationis: Ete-
nim cogitata noſtræ rationis, quæ abdita ſunt,fluunt
& erumpunt exterius per verba. Senſus itaque Da-
vidis eſt, Tantam lætitiam animo concepi, ut lin-
gua mea gratias Deo agens, & beneficia ejus præ-
dicans exultet. Neque illic ſeſe continet lætitia mea,
verum & ad corpus redundat. Nam caro mea requieſ-
F cet in ſpe. Verbum *Iaſchab*, non tantum eſt jacere ſeu
quieſcere, ſed etiam habitare: unde aliqui vertunt,
Habitabit confidenter. Vnde autem oriatur iſta fidu-
cia,ſtatim ſubjicit: Quia non relinques animam meã
in inferno,nec dabis ſanctum tuum videre corruptio-
nem. Caro mea requieſcit in ſpe, vel habitat confi-
denter,quòd ſperem me à mortuis excitandum ad vi-
tam, eamque non quamlibet, ſed verè felicem & æ-
ternam. Idcirco addit, Oſtendes mihi ſemitam vitæ:
Satietas gaudiorum cum vultu tuo, jucunditates in
G dextera tua, uſque in ſeculum.

29 Hæc Davidis carmina, cùm à Petro, tum à
Paulo, in Actis adducta fuerunt coram plebe Iſrae- Act 2.29.
litica, ut quæ pertinerent ad Chriſti reſurrectionem. Act.13.36.
In illis verò excutiendis,tria videntur afferenda. Pri-
mum, ut ſenſus verborum intelligatur. Deinde, ut
cognoſcamus num ad Chriſtum vel ad Davidẽ per-
tineant. Poſtremò, quemadmodum ad noſtram re-
ſurrectionem adaptari queant. Revocandum cùm
primis in mentem eſt,latam à Deo ſententiam fuiſſe Gen.3.19.
H in Adamum & poſteros ejus,ut reverterentur in ter-
ram per mortem, ex qua ſumpti fuerunt: & in terra
perpetuò manſiſſent, niſi Chriſtus morte ac reſurre-
ctione ſua, illam execrationem abrogaſset & reci-
diſset. Ille ſanè mortuus eſt & ſepultus,ſed non tam
diu manſit in ſepulchro,ut cadaver ejus computrue-
rit. Mortuus quidem eſt & ſepultus, ut alii homines:
at non ſimiliter, ut illi, vidit corruptionem. Alii etiã
homines non relinquentur in ſepulchris, quando-
quidem in fine ſeculi reſurgent: corruptionem ta-
I men effugere non poterunt, etiamſi medicorum o-
pera vel myrrha, vel aloe, vel balſamo, vel aliis aro-

Digitized by Google

matibus cadavera eorum condiantur. Caro enim exhauritur, & tota exucta hæret oſſibus, ita corrupta & immutata, ut curis magis quàm caro videatur. Non liberantur Sancti, dum hìc vivunt, à moleſtiis, vexationibus, calamitatibus & morbis: imò præ aliis gravia patiuntur, & nihilominus dicuntur quieſcere, non ſanè actu, ſed ſpe reſurrectionis. Illa ſe conſolantur in media morte: ea Martyres conſtanter patiebantur, & vitæ ac ſanguinis prodigi erant pro Chriſti nomine. Atque hanc ſpem, de reſurrectione intelligendam eſſe, verba quæ ſequuntur ſatis declarant: Non relinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Habet nihilominus ea ſpes, quamvis nos permultum exhilarat, & vehementer corroborat, ſecum gemitus & ſuſpiria conjuncta. Scribit ſiquidem Paulus ad Romanos, octavo capite, Nos primitias ſpiritus habentes, ingemiſcimus in nobiſipſis, expectantes adoptionem & redemptionem corporis noſtri. Etenim ſpe ſervati ſumus.

Rom 8.23.

Verba Pſaltis, Nõ relinques animã meam in &c. Pſal 16.10.

30 Habet præterea magnam emphaſim quod ſcribitur, Non relinques me in ſepulchro: quoniam ex eo vaticinatur David, Chriſtum fore ſepeliendũ. Non enim quippiam relinquimus alicubi, niſi prius ibi fuerit collocatum. Quare non agitur hoc loco de carnis aliqua protectione, tutela & defenſione in hoc ſeculo: ſed de reſurrectione carnis & æterna vita. Iumenta etiam & bruta quando moriuntur, cùm à morbis, tum etiam à laboribus quieſcunt: ſed non in ſpe, quia beatam & felicem reſurrectionem minimè ſperant. Vox Hebræa *Chaſid* convertitur à Septuaginta interpretibus *ὅσιον*, id eſt ſanctum. Chriſtus ita peculiariter appellabatur, Sanctus Dei. Sic etiam Diaboli eum vocarunt, ut apud Marcum & Lucam habetur. *Scheol* tam ſepulchrum quàm inferos Hebræis exprimit, à verbo *Schaal*, quod eſt poſtulare: quòd hæc videantur ſemper quærere ac poſcere, nec unquam explentur. Septuaginta interpretes, & Apoſtoli in Actis dixerunt, *εἰς ᾅδου*. *Schachath* verò derivatur à verbo *Schachath*, quod eſt perdere atque corrumpere. Vnde tam fovea quàm ſepulchrum *Schachath* appellatur, quòd ibi cadavera putreſcant & corrumpantur. Atque hæc de vocibus. Profeſſio itaque fidei noſtræ habet, Chriſtum fuiſſe mortuum ac ſepultum: ſed tamen ita ut nec anima diutius ab inferis detineretur, neque corpus tam diu maneret in ſepulchro, ut corruptionem experiretur. Continent utique iſta verba præclaram & eximiam conſolationem, quoad carnem, cùm eam credimus à mortuis excitandam: quæ porrò nulla eſſet, ſi corpus & caro noſtra morti perpetuæ ſubjicerentur. Suam lætitiam & firmam ſpem Sancti jactant, quod non timeant ab interitu. Agnoſcunt in his verbis, non agi de brevi quadam liberatione, quæ ad tempus ipſis præſtetur. Fuit ſanè David ſæpe liberatus à diverſis periculis, & à morbis acutiſſimis & letalibus, ac de jis beneficiis, in Pſalmis varias Deo gratias egit. Agnoſcebat enim ea ſibi collata ipſius beneficio. Verum hìc agitur de vita æterna & ſuprema felicitate: quod verba ſequentia oſtendunt, cum dicitur, Oſtendes mihi ſemitam vitæ, ſatietas gaudiorum cũ vultu tuo, jucunditates in dextera tua in perpetuum. Iejuna verò conſolatio eſt, quæ oritur ex ſpe liberationis ab uno vel altero periculo, & ab uno vel altero morbo, cum alii immineant, & denique moriendum ſit: Nam hoc nihil aliud eſt, quàm reſpirare ad tempus. Mitto præterea tale beneficium eſſe nobis commune cũ impiis: quia & mors illorum ſæpe differtur, & ex variis morbis emergunt. At piorum magna eſt hæc felicitas, quòd mors illis vertitur in requiem, & ſepulchrum non ſit illis propriè corruptio, in quo nempe ſuaviter jacent, jam erepti moleſtiis & laboribus hujus vitæ. Cùm autem caro dicitur in ſpe quieſcere, non eſt id ſic accipiendum, quaſi cadaver ſeu caro mortua ſperet. Nã ſi de illa cogitemus ab animo ſejuncta, res eſt bruta, & rudis, neque ſperat, neque deſperat. At ſenſus eſt, ſanctos, dum hìc vivunt, ita ſe conſolari, ut ſperent ſuam carnem & quieturam & feliciſſimæ vitæ reſtituendam. Si hæc prædixit David (qui ſub Lege atque in veteri Teſtamento vitam exegit) de reſurrectione mortuorum & de Chriſto: cur audent ſtulti homines dicere, Patres in veteri Teſtamento hæc

Deſcenſus Chriſti ad inferos. Marc.1.24. Luc.4.14.

Act.2.24.

Act.2.30.31.

ignoraſſe? Petrus admonet Iſraelitas, credendum eſſe Davidi, quòd iſta rectè potuerit pronuntiare, quòd eſſet propheta, cujus functionis eſt, eventura prædicare. Deinde, quòd ipſi iureiurando interpoſito, fuerit promiſſus Chriſtus: neque tantùm, quòd ex ſtirpe ipſius oriturus eſſet, verùm & ſeſſurus in ſolio ejus, ut Iſraelitas regeret ac fideliter gubernaret.

Verba Pſaltis Requieſcam in ſpe.

31 Id quoque non eſt prætereundem, à Davide non fuiſſe ſcriptum, Ego requieſcam in ſpe: ſed carni ſuæ id attribuit, ne ſuſpicionem injiceret, mortem etiam ad animum pertinere. Quia non deſunt qui arbitrentur animam vna interire cum corpore: deinde in reſurrectione mortuorum, utranque partem eſſe reſtituendam. Quam ſententiam ſuperius, claris teſtimoniis Scripturarum, confutavimus. Vt autem res adhuc liquidius pateſiat, ſciendum eſt animam hoc loco non accipi ab omnibus eodem modo. Aliqui enim propriè illam conſiderant, ut à corpore diſtinguitur: & tunc vocabulum *Scheol* non pro ſepulchro, verum pro inferis interpretantur: ut ſit ſenſus, Animam Chriſti non fuiſſe apud inferos deſerendam, ſed citò ad corpus revocandam. Et ſanè Patrum maxima pars, cùm volunt deſcenſum Chriſti ad inferos confirmare, hac interpretatione utuntur, à qua etiam Apoſtoli non abhorrent, qui cum Septuaginta dixerunt, Non relinques animam meam in inferno, & vocabulum *Scheol* non converterunt ſepulchrum. Alii verò accipiunt animam, quaſi mortuum hominem ſignificet, hoc eſt, ipſum cadaver, & dici exiſtimant: Non relinques me defunctum, id eſt, cadaver meum in ſepulchro, ita ut in ſecundo membro idem repetatur, quod in priori dictum fuerat: ita ut idem ſit, ſanctum non videre foveam, & animam in ſepulchro non relinqui. Hanc interpretationem David Kimhi ſequitur. Animam verò quandoque ſignificare defunctum, ſeu cadaver, ex libro Levitici habetur, capite vigeſimo primo, ubi Deus mandat Iſraelitis, ne ſeſe contaminent ſeu polluant ſuper anima, hoc eſt, ſuper homine defuncto, vel ſuper cadavere. Verùm hac de re contendere in præſentia non eſt animus. Id tamen, quod attinet ad deſcenſum Chriſti ad inferos, qui ex priori expoſitione colligitur, adnotaſſe non gravabor, illos à ſcopo & vero aberrare, qui ſic putant animam Chriſti ad infernũ inferius deſcendiſſe, ubi damnati pro meritis plectuntur, ut ibi pertulerit ipſe quoque pœnas & tormenta impiorum, quo nos ab jis malis eriperemur. Hæc hominum commenta ſunt, nec ullis divinis literis innuuntur. Imò Chriſtus cùm ageret animam in cruce, dixit, Conſummatum eſt, quod moriendo ſuam vocationem perfecerit, quatenus miſſus erat ad genus humanum redimendũ, atque unica illa oblatione vel hoſtia, quemadmodum ſcribitur ad Hebræos, ſalutem nobis comparavit. Et paſſim in divinis literis habetur, nos morte, cruce ac ſanguine Chriſti, eſſe redemptos: nuſquam verò tormentis & pœnis inferorum, quæ poſt mortẽ ſubierit. Deinde cùm jam moreretur, Patri dixit, In manus tuas commendo ſpiritum meum. Qui autem ſunt in manu Dei, non utique pœnis inferorum cruciantur. Sed hac de re jam ſatis. Arbitror enim hinc demonſtratum eſſe, quiſnam ſenſus ex verbis Davidis ſit colligendus. Nunc videndum ſupereſt, an de Chriſto, an de ipſo Davide, fuſum fuerit hoc oraculum.

Deſcenſus Chriſti ad inferos.

Levit.21.11.

Ioan.19.30.

Hebr.9 & 10.

Luc.23.46.

32 Hebræi, atque inter eos præſertim Kimhi, Prophetam opinantur, hæc de ſeipſo dixiſſe, nẽpe quòd crederet, ita ſe à Deo protegendum & liberandum, ut nec in ſepulchro relinqueretur, nec videret foveam. Sed Petrus excipit eum & ſimiles ejus, ut habetur in Actis cap. ſecundo, inquiens Iſraelitis, Quãdoquidem vobis liberè dicere licet, Patriarcha David mortuus eſt & ſepultus, & apud nos extat ejus ſepulchrum uſque ad hanc diẽ. Quibus verbis oſtendit, cadaver ejus, non tantum relictum in ſepulchro, ſed etiam ibi computruiſſe, & ideo vaticinium illud non potuiſſe ad eum applicari, ſed in Chriſto fuiſſe completum. Cæterum Hebræi nos rident, ajuntque, Porrò Chriſtus veſter & mortuus eſt & ſepultus, ut ipſi profitemini, quomodo ergo non vidit foveam? Reſpondemus, Nos quidem fatemur mortuum eſſe Chriſtum, ſed non ita ut ab inferis, vel à morte detineretur. Non ergo relictũ eſt ejus cadaver in ſepulchro,

Act.2.29.

Quomodo Chriſtus viderit foveam.

Digitized by Google

A chro, neque vidit *Schacath*, ſi eo vocabulo putrefactionem intelligamus, quæ eſt legitima interpretatio ex Apoſtolica doctrina. At ſi largiamur iſtis vel foveam vel ſepulchrum illo vocabulo ſignificari, dicemus de Chriſto fuiſſe prænunciatum, quòd foveã non eſſet viſurus ὑπερβολικῶς vel per κατάχρησιν. Quibus figuris illud non extitiſſe, aut non eſſe factum dicimus, quod brevi tempore, vel ad momentum extitit ac perduravit. Si hoc dicitur de credentibus, ut in Ioanne habetur, Qui crediderint in Filium Dei,

Ioan.8.51.

B non videbunt mortem, quamvis in ſepulchro futuri ſint uſque ad finem ſeculi: quantò magis & verius de Chriſto ſic pronunciabitur, qui per triduum, idque non integrum, ibi fuit? Et ſanè juxta hoſce tropos, ejus mori, fuit non mori: & ſepeliri, fuit non ſepeliri. Verè quidem mortuus eſt, ſed non hæſit in morte: vere ſepultus eſt, ſed non hæſit in ſepulchro. Quod verò ad corruptionem attinet, vel putrefactionem, illam prorſus non eſt expertus. Reſpondebo itaque propoſitæ quæſtioni, Davidem, cùm de ſua reſurre-

C ctione futura bene ſperaret, hæc dixiſſe: ſed ita dixiſſe, ut fidem ac mentem ſuam prorſus in Chriſtũ extulerit, ſciens ejus typum ſe fuiſſe datum Eccleſiæ. Primùm itaque reſurrectionem quam canebat, in eum retulit, per quem ad cæteros homines derivatur. Vnde à Paulo dictus eſt jure ac meritò: Primitiæ dormientium. Hac de cauſa ea dixit, quæ omnino vincerent ac ſuperarent ſuæ vivificationis gradũ atque conditionem. Voluit quippe ſubvehere homines ad ipſum Chriſtum. Neque vere neque commo-

1.Cor.15.20.

D dè fuiſſent hęc ab eo dicta, niſi retuliſſet in Chriſtum feliciſſimæ reſurrectionis authorem. Vnde ſciendũ eſt, ratam & firmam eſſe regulã, ut dignitates & prærogativas, quas in Scripturis legimus attribui ſanctis, illas omnes in Chriſto in primis & excellentiſſimè eſſe collocandas. Non itaque ſolùm de Chriſto locutus eſt David, ſed etiam de ſeipſo, verùm quatenus in Chriſto erat, & cum aliis ejus membris unà comprehendebatur. Dixeris forſan, Apoſtoli videntur hoc negare, qui hoc tantum in Domino completum

E eſſe affirmarunt. Reſpondeo, non negarunt illi Davidis cadaver fuiſſe relictum in ſepulchro, etenim ibi relictum affirmarunt uſque ad illa tempora. Non negarunt etiam illum vidiſſe foveam, cum in ea fuerit uſque ad illam diem. Sed rurſus non inficiati ſunt, illum ſuo tempore illinc eximendum, & à putrefactione aliquando excitandum. Conveniunt itaque Davidi hæc, quatenus & fovea & putredo non erunt ei perpetua. Ex his etiam patet, quid ad tertiam quæſtionem ſit reſpondendum, nimirum etiam ad nos

F hęc attinere, quatenus una cum Davide ſumus Chriſti membra. Etenim ut ille moriendo mortem vicit, non modò ſibi, verum etiam nobis: ita etiam reſurgendo & ſibi & nobis revixit. Solida itaque vita, perpetua & æterna felicitas, quoad animum & corpus, in capite Chriſto reſident: guttatim verò defluunt & dimanant in membra, pro analogia vel proportione ipſorum. Quærunt nonnulli, cur Deus patiatur ſanctorum virorum cadavera, in ſepulchro tam diu jacere atque corrumpi & putreſcere, cùm & ipſa ſint

Cur Deus patiatur ſanctorum corpora, quæ ſunt templa ſpiritus ſancti, putreſcere?

1.Cor 3.16.

G ſancta, & (ut inquit Paulus) Templa ſpiritus ſancti? Ad hoc reſpondetur, noſtram carnem, ejuſdem quidem eſſe ſpeciei ac naturæ cum Domini noſtri carne, ſed interea multa diſcrimina interponi. Caro enim Chriſti munda fuit, neque peccato ulla in parte obnoxia. E diverſo autem, nos peccatis undique circundamur, ac tantùm non obruimur. Deinde, concepti ſumus in iniquitatibus, ut David cecinit: Chriſtus verò, ex ſpiritu ſancto. Adhæc, iure fit, ut caput antecedat reliqua membra, & par eſt, ut ſimul unà mem-

Pſal.51.7.
Matt.1.18.

H bra perficiantur. Expectant igitur ſanctorum cadavera, uſque dum fratrum numerus impleatur.

33 At cùm in locis jam adductis, mentio ſolùm fiat reſurrectionis beatorum: fortaſſe quiſpiam ambiget, num & impii ſint à mortuis excitandi? Reſpondetur, & ad ipſos reſurrectionem pertinere: quoniam, ut in Adamo pereunt omnes & ſententiã mortis involvuntur, ita omnes in Chriſto vivificabuntur. Sed hoc intereſt, quòd pii excitabuntur ad gloriam, impii verò ad exitum. Vnde in Ioanne habetur, Qui

An ad impios quoque pertineat reſurrectio.

1.Cor 15.22.
Ioan.5.28.

I ſunt in monumentis, audient vocem filii Dei, & qui bona egerunt, prodibunt in reſurrectionem vitæ, qui

A verò mala, in reſurrectionem judicii, hoc eſt condemnationis. Proinde ſacræ literæ, frequentius reſurrectionis fidelium meminerunt, quod ea ſit vitæ reſurrectio: altera verò, nempe reproborum, potius æternus caſus & exitium, quàm vita & reſurrectio dici poſſit. Vnde in Eſaia cap.26. dixit Propheta, Reſurgent imperfecti tui: antea de impiis loquens, Non reſurgent inquit, mortui. Statuendum igitur eſt, beneficio Chriſti, vitam reſtituendam cùm bonis tum etiam malis. At pii cohoneſtabuntur magna gloria:

Eſa.26.19.
Ibid.v.14.

B impii verò afficientur perpetua ignominia. Hæc porrò cauſa eſt, cur divinæ literæ, crebrius mentionem faciant tam ſanctorum reſurrectionis quàm impiorum. Et ſanè hoc loco ſolùm tractari de illa teſtantur ea verba quæ David ſubjecit, dicens; Oſtendes mihi ſemitam *viæ*, ſatietas gaudiorum cum vultu tuo, & jucunditates in dextera tua perpetuò: quibus verbis demonſtratur, hanc felicem reſurrectionem, ad illos pertinere duntaxat, qui Iehovam ſemper ob oculos ſibi poſuerunt.

C 34 Sed non deſunt etiam hodie, qui dicant, Davidem iſta quidem prædixiſſe, verùm non tã expreſſe ac aperte, ut ab aliis intelligerentur, ſed tantùm ab Apoſtolis poſt adventum Chriſti ea expoſita fuiſſe ac enucleata. Pergunt enim aſſerere, in veteri Teſtamento reſurrectionem prorſus fuiſſe ignotam. Nos verò dicimus, vaticinium fuiſſe clarum, & obſcuritatem non incidiſſe, niſi vitio docentium, qui, ſepoſitis divinis literis, Græcorum dogmata cœperunt ſectari, inducendo potius Philoſophorum placita, quàm di-

Davidis teſtimonium de reſurrectione ſatis illuſtre.
Dei verbũ non eſſe intellectu impoſſibile.

D vinarum literarum ſententias. Potuit etiam legentiũ vitio id accidere, qui non attentè, ſed oſcitanter Prophetarum vaticinia percurrerent. Alioqui prophetias oportet eſſe dilucidas, aut ſaltem non tam opertas & obſcuras, ut nullo modo queant intelligi. Datæ quippe ſunt ad ædificationem, ideoque non poſſent homines erudire, ſi non intelligerentur. Atque in Eccleſia non afferrent plus operæpretii quàm lingua peregrina, cujus uſum prohibuit Spiritus ſanctus in Eccleſia, quòd non faceret ad ædificationem. Sed

1.Cor.14.

E objicitur nobis locus ad Epheſios, ubi Apoſtolus Paulus teſtatur, arcanum ſeu myſterium Chriſti fuiſſe à multis ſeculis occultum filiis hominum, quòd gentes eſſent futuræ cohæredes, concorporeæ, atque conſortes promiſſionum per Evangelium. Sed ut verborum Apoſtoli pateat intelligentia, diſtinctiones aliquæ ſunt adhibendæ.

Epheſ.3.9.
Pauli ad Ephe. locus, quòd myſterium Chriſti fuerit occultum à ſeculis quomodo accipiendum?

35 Prima eſt, ut diſcernamus Hebræos ab Ethnicis. Nam gentibus, myſteria Chriſti & ſpiritualia dogmata facilè dabimus fuiſſe ignota maxima ex par-

F te. Non enim erat illorum publica profeſſio, quamvis & inter Ethnicos nonnulli fuerunt, qui ea cognoverant. At Hebræi qui Legem divinitus acceperunt, & vatibus excellentiſſimis donati fuerunt, myſteria Chriſti non ignorarunt, niſi quatenus data opera verbum Dei contempſerunt, vel affectibus impediti, & odio excæcati, recta docentes audire noluerunt. Exẽplo eſſe poſſunt ſcelerati Iudæi, qui cùm Chriſtus dixiſſet, Abraham vidit diem meum & gaviſus eſt, adeo excanduerunt, ut illum voluerint lapidibus

Ioan 8.56.

G obruere: cùm tamen nihil eſſet notius inter Hebræos, quàm Abrahamum, Izaacum, Iacobum, & alios Patriarchas, Meſſiam cùm noviſſe, tum etiam prænuntiaſſe. Cæterùm ira ſic eos excæcavit, ut Domini verba inverterent, dicendo; Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Cùm Chriſtus non dixerit, ſe quoad humanitatẽ vidiſſe Abrahamum, vel cum eo fuiſſe; ſed Abrahamum ipſum ſpiritu ac fide diem ſuum vidiſſe. Cæterùm, diſtinguendum etiam eſt de ipſis Hebræis: quia non eodẽ

H modo Chriſti arcana ſeu myſteria fuerunt omnibus cognita. Quoniam inter eos aliqui fuerunt Epicurei & prorſus ἄθεοι, qui divina contẽnebant. Ii de Chriſto & ejus myſteriis parum vel nihil intellexerunt. Alii pii erant, sed rudes atque imperiti, qui tamen præcipua religionis capita & quę de Meſſia credenda erant, non ignorarunt. Alii verò docti erant, & in Sacris literis verſati, qui de Meſſia & ejus myſteriis omnia propemodum tenuerunt.

36 Deinde concedimus, Hebræos pro ſua ætate,

I obſcurius multò vidiſſe myſteria noſtræ ſalutis, quàm nos. Nam vaticinia multo clarius percipiuntur cùm

matibus cadavera eorum condiantur. Caro enim ex- A
hauritur,& tota exucta hæret oſſibus, ita corrupta &
immutata, ut cutis magis quàm caro videatur. Non
liberantur Sancti, dum hîc vivunt, à moleſtiis,vexa-
tionibus, calamitatibus & morbis: imò præ aliis gra-
via patiuntur, & nihilominus dicuntur quieſcere,
non ſanè actu, ſed ſpe reſurrectionis. Illa ſe conſo-
lantur in media morte: ea Martyres conſtanter patie-
bantur, & vitæ ac ſanguinis prodigi erant pro Chri-
ſti nomine. Atque hanc ſpem, de reſurrectione in-
telligendam eſſe, verba quæ ſequuntur ſatis decla- B
rant: Non relinques animam meam in inferno: nec
dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Habet
nihilominus ea ſpes, quamvis nos permultum exhi-
larat, & vehementer corroborat, ſecum gemitus &
Rom.8.22. ſuſpiria conjuncta. Scribit ſiquidem Paulus ad Ro-
manos,octavo capite, Nos primitias ſpiritus haben-
tes,ingemiſcimus in nobiſipſis,expectantes adoptio-
nem & redemptionem corporis noſtri. Etenim ſpe
ſervati ſumus.

Verba Pſaltis. Nõ relinques animã meam in &c. Pſal 16.10.

30 Habet præterea magnam emphaſim quod C
ſcribitur, Non relinques me in ſepulchro: quoniam
ex eo vaticinatur David, Chriſtum fore ſepeliendũ.
Non enim quippiam relinquimus alicubi, niſi prius
ibi fuerit collocatum. Quare non agitur hoc loco de
carnis aliqua protectione,tutela & defenſione in hoc
ſeculo: ſed de reſurrectione carnis & æterna vita. Iu-
menta etiam & bruta quando moriuntur,cùm à mor-
bis,tum etiam à laboribus quieſcunt: ſed non in ſpe,
quia beatam & felicem reſurrectionem minimè ſpe-
rant. Vox Hebræa *Chaſid* convertitur à Septuaginta D
interpretibus *ὅσιον*, id eſt ſanctum. Chriſtus ita pecu-
liariter appellabatur, Sanctus Dei. Sic etiam Diabo-
Deſcenſus Chriſti ad inferos. li eum vocarunt, ut apud Marcum & Lucam habe-
tur. *Scheol* tam ſepulchrum quam inferos Hebręis ex-
Marc.1.24. primit,à verbo *Schaal*, quod eſt poſtulare: quòd hæc
Luc.4.14. videantur ſemper quærere ac poſcere, nec unquam
explentur. Septuaginta interpretes, & Apoſtoli in
Act.3.14. Actis dixerunt, *εἰς ᾅδου*. *Schachath* verò derivatur à
verbo *Schachath*, quod eſt perdere atque corrumpe-
re. Vnde tam fovea quàm ſepulchrum *Schachath* ap- E
pellatur,quòd ibi cadavera putreſcant & corrumpan-
tur. Atque hæc de vocibus. Profeſſio itaque fidei no-
ſtræ habet, Chriſtum fuiſſe mortuum ac ſepultum:
ſed tamen ita ut nec anima diutius ab inferis deti-
neretur,neque corpus tam diu maneret in ſepulchro,
ut corruptionem experiretur. Continent utique iſta
verba præclaram & eximiam conſolationem, quoad
carnem, cùm eam credimus à mortuis excitandam:
quæ porrò nulla eſſet, ſi corpus & caro noſtra morti
perpetuæ ſubjicerentur. Suam lætitiam & firmam F
ſpem Sancti jactant, quod non timeant ab interitu.
Agnoſcunt in his verbis,non agi de brevi quadam li-
beratione, quæ ad tempus ipſis præſtetur. Fuit ſanè
David ſæpe liberatus à diverſis periculis, & à morbis
acutiſſimis & letalibus,ac de jis beneficiis,in Pſalmis
varias Deo gratias egit. Agnoſcebat enim ea ſibi col-
lata ipſius beneficio. Verum hîc agitur de vita æter-
na & ſuprema felicitate:quod verba ſequentia oſten-
dunt,cum dicitur, Oſtendes mihi ſemitam vitæ, ſa-
tietas gaudiorum cũ vultu tuo, jucunditates in dex- G
tera tua in perpetuum. Iejuna verò conſolatio eſt,
quæ oritur ex ſpe liberationis ab uno vel altero pe-
riculo, & ab uno vel altero morbo, cum alii immi-
neant, & denique moriendum ſit: Nam hoc nihil a-
liud eſt, quàm reſpirare ad tempus. Mitto præterea
tale beneficium eſſe nobis commune cũ impiis: quia
& mors illorum ſæpe differtur, & ex variis morbis e-
mergunt. At piorum magna eſt hæc felicitas, quòd
mors illis vertitur in requiem, & ſepulchrum non ſit
illis propriè corruptio,in quo nempe ſuaviter jacent, H
jam erepti moleſtiis & laboribus hujus vitæ. Cùm
autem caro dicitur in ſpe quieſcere, non eſt id ſic ac-
cipiendum,quaſi cadaver ſeu caro mortua ſperet.Nã
ſi de illa cogitemus ab animo ſejuncta, res eſt bruta,
& rudis,neque ſperat,neque deſperat. At ſenſus eſt,
ſanctos, dum hic vivunt, ita ſe conſolari, ut ſperent
ſuam carnem & quieturam & feliciſſimæ vitæ reſti-
tuendam. Si hæc prædixit David (qui ſub Lege at-
Act.3.30.31. que in veteri Teſtamento vitam exegit) de reſurre-
ctione mortuorum & de Chriſto: cur audent ſtulti I
homines dicere, Patres in veteri Teſtamento hæc
A ignoraſſe? Petrus admonet Iſraelitas,credendum eſſe
Davidi, quòd iſta rectè potuerit pronuntiare, quòd
eſſet propheta,cujus functionis eſt,eventura prædi-
care. Deinde,quòd ipſi iureiurando interpoſito,fue-
rit promiſſus Chriſtus:neque tantùm,quòd ex ſtirpe
ipſius oriturus eſſet, verùm & ſeſſurus in ſolio ejus,
ut Iſraelitas regeret ac fideliter gubernaret.

31 Id quoque non eſt prætereundem, à Davide Verba Pſaltis: Requieſcam in ſpe.
non fuiſſe ſcriptum, Ego requieſcam in ſpe: ſed car-
ni ſuæ id attribuit,ne ſuſpicionem injiceret,mortem
B etiam ad animum pertinere. Quia non deſunt qui
arbitrentur animam vna interire cum corpore: dein-
de in reſurrectione mortuorum, utranque partem
eſſe reſtituendam. Quam ſententiam ſuperius, cla-
ris teſtimoniis Scripturarum, confutavimus. Vt au-
tem res adhuc liquidius pateſiat, ſciendum eſt ani-
mam hoc loco non accipi ab omnibus eodem modo.
Aliqui enim propriè illam conſiderant, ut à corpore
diſtinguitur: & tunc vocabulum *Scheol* non pro ſe-
pulchro,verum pro inferis interpretantur: ut ſit ſen-
C ſus, Animam Chriſti non fuiſſe apud inferos deſe-
rendam, ſed citò ad corpus revocandam. Et ſanè Pa- Deſcenſus Chriſti ad inferos.
trum maxima pars, cùm volunt deſcenſum Chriſti
ad inferos confirmare, hac interpretatione utuntur,
à qua etiam Apoſtoli non abhorrent, qui cum Se-
ptuaginta dixerunt, Non relinques animam meam
in inferno, & vocabulum *Scheol* non converterunt
ſepulchrum. Alii verò accipiunt animam,quaſi mor-
tuum hominem ſignificet,hoc eſt, ipſum cadaver, &
dici exiſtimant. Non relinques me defunctum,id eſt,
D cadaver meum in ſepulchro, ita ut in ſecundo mem-
bro idem repetatur,quod in priori dictum fuerat: ita
ut idem ſit, ſanctum non videre foveam, & animam
in ſepulchro non relinqui. Hanc interpretationem
David Kimhi ſequitur. Animam verò quandoque Levit.21.11.
ſignificare defunctum, ſeu cadaver, ex libro Levitici
habetur, capite vigeſimo primo, ubi Deus mandat
Iſraelitis, ne ſeſe contaminent ſeu polluant ſuper a-
nima,hoc eſt, ſuper homine defuncto, vel ſuper ca-
davere. Verùm hac de re contendere in præſentia
E non eſt animus. Id tamen, quod attinet ad deſcen-
ſum Chriſti ad inferos,qui ex priori expoſitione col-
ligitur, adnotaſſe non gravabor, illos à ſcopo & vero
aberrare, qui ſic putant animam Chriſti ad infernũ
inferius deſcendiſſe, ubi damnati pro meritis ple-
ctuntur, ut ibi pertulerit ipſe quoque pœnas & tor-
menta impiorum, quo nos ab jis malis eriperemur.
Hæc hominum commenta ſunt, nec ullis divinis li-
teris innuuntur. Imò Chriſtus cùm ageret animam Ioan.19.30.
in cruce, dixit, Conſummatum eſt, quod moriendo
F ſuam vocationem perfecerit,quatenus miſſus erat ad
genus humanum redimendũ, atque unica illa obla-
tione vel hoſtia, quemadmodum ſcribitur ad He- Hebr.9 & 10.
bræos,ſalutem nobis comparavit. Et paſſim in divi-
nis literis habetur,nos morte,cruce ac ſanguine Chri- Luc.23.46.
ſti, eſſe redemptos: nuſquam verò tormentis & pœ-
nis inferorum,quæ poſt mortẽ ſubierit. Deinde cum
jam moreretur, Patri dixit, In manus tuas commen-
do ſpiritum meum. Qui autem ſunt in manu Dei,
non utique pœnis inferorum cruciantur. Sed hac de
G re jam ſatis. Arbitror enim hinc demonſtratum eſſe,
quiſnam ſenſus ex verbis Davidis ſit colligendus.
Nunc videndum ſupereſt, an de Chriſto, an de ipſo
Davide,fuſum fuerit hoc oraculum.

32 Hebræi,atque inter eos præſertim Kimhi,Pro-
phetam opinantur,hæc de ſeipſo dixiſſe, nẽpe quòd
crederet, ita ſe à Deo protegendum & liberandum,
ut nec in ſepulchro relinqueretur, nec videret fo-
veam. Sed Petrus excipit eum & ſimiles ejus, ut ha-
betur in Actis cap.ſecundo,inquiens Iſraelitis,Quã- Act.2.29.
H doquidem vobis liberè dicere licet, Patriarcha Da-
vid mortuus eſt & ſepultus, & apud nos extat ejus
ſepulchrum uſque ad hanc diẽ. Quibus verbis oſten-
dit,cadaver ejus,non tantum relictum in ſepulchro,
ſed etiam ibi computruiſſe, & ideo vaticinium illud
non potuiſſe ad eum applicari, ſed in Chriſto fuiſſe
completum. Cæterùm Hebræi nos rident,ajuntque,
Porrò Chriſtus veſter & mortuus eſt & ſepultus, ut Quomodo Chriſtus viderit foveam.
ipſi profitemini, quomodo ergo non vidit foveam?
Reſpondemus, Nos quidem fatemur mortuum eſſe
I Chriſtum,ſed non ita ut ab inferis, vel à morte deti-
neretur. Non ergo relictũ eſt ejus cadaver in ſepul-
chro,

chro, neque vidit *Schacath*, ſi eo vocabulo putrefactionem intelligamus, quæ eſt legitima interpretatio ex Apoſtolica doctrina. At ſi largiamur iſtis vel foveam vel ſepulchrum illo vocabulo ſignificari, dicemus de Chriſto fuiſſe prænunciatum, quòd foveã non eſſet viſurus ὑπερβολικῶς vel per κατάχρησιν. Quibus figuris illud non extitiſſe, aut non eſſe factum dicimus, quod brevi tempore, vel ad momentum extitit ac perduravit. Si hoc dicitur de credentibus, ut in Ioanne habetur, Qui crediderint in Filium Dei, non videbunt mortem, quamvis in ſepulchro futuri ſint uſque ad finem ſeculi: quantò magis & verius de Chriſto ſic pronunciabitur, qui per triduum, idque non integrum, ibi fuit? Et ſanè juxta hoſce tropos, ejus mori, fuit non mori: & ſepeliri, fuit non ſepeliri. Verè quidem mortuus eſt, ſed non hæſit in morte: verè ſepultus eſt, ſed non hæſit in ſepulchro. Quod verò ad corruptionem attinet, vel putrefactionem, illam prorſus non eſt expertus. Reſpondebo itaque propoſitæ quæſtioni, Davidem, cùm de ſua reſurrectione futura bene ſperaret, hæc dixiſſe: ſed ita dixiſſe, ut fidem ac mentem ſuam prorſus in Chriſtũ extulerit, ſciens ejus typum ſe fuiſſe datum Eccleſiæ. Primùm itaque reſurrectionem quam canebat, in eum retulit, per quem ad cæteros homines derivatur. Vnde à Paulo dictus eſt jure ac meritò: Primitiæ dormientium. Hæc de cauſa ea dixit, quæ omnino vincerent ac ſuperarent ſuæ vivificationis gradũ atque conditionem. Voluit quippe ſubvehere homines ad ipſum Chriſtum. Neque verè neque commodè fuiſſent hæc ab eo dicta, niſi retuliſſet in Chriſtum feliciſſimæ reſurrectionis authorem. Vnde ſciendũ eſt, ratam & firmam eſſe regulã, ut dignitates & prærogativas, quas in Scripturis legimus attribui ſanctis, illas omnes in Chriſto in primis & excellentiſſimè eſſe collocandas. Non itaque ſolùm de Chriſto locutus eſt David, ſed etiam de ſeipſo, verùm quatenus in Chriſto erat, & cum aliis ejus membris unà comprehendebatur. Dixeris forſan, Apoſtoli videntur hoc negare, qui hoc tantum in Domino completum eſſe affirmarunt. Reſpondeo, non negarunt illi Davidis cadaver fuiſſe relictum in ſepulchro, etenim ibi relictum affirmarunt uſque ad illa tempora. Non negarunt etiam illum vidiſſe foveam, cùm in ea fuerit uſque ad illam diem. Sed rurſus non inficiati ſunt, illum ſuo tempore illinc eximendum, & à putrefactione aliquando excitandum. Conveniunt itaque Davidi hæc, quatenus & fovea & putredo non erunt ei perpetua. Ex his etiam patet, quid ad tertiam quæſtionem ſit reſpondendum, nimirum etiam ad nos hęc attinere, quatenus una cum Davide ſumus Chriſti membra. Etenim ut ille moriendo mortem vicit, non modò ſibi, verum etiam nobis: ita etiam reſurgendo & ſibi & nobis revixit. Solida itaque vita, perpetua & æterna felicitas, quoad animum & corpus, in capite Chriſto reſident: guttatim verò defluunt & dimanant in membra, pro analogia vel proportione ipſorum.

Ioan. 8. 59.

1. Cor. 15. 20.

Cur Deus patiatur ſanctorum corpora, quæ ſunt templa ſpiritus ſancti, putreſcere?

1. Cor 3. 15.

Quærunt nonnulli, cur Deus patiatur ſanctorum virorum cadavera, in ſepulchro tam diu jacère atque corrumpi & putreſcere, cùm & ipſa ſint ſancta, & (ut inquit Paulus) Templa ſpiritus ſancti? Ad hoc reſpondetur, noſtram carnem, ejuſdem quidem eſſe ſpeciei ac naturæ cum Domini noſtri carne, ſed interea multa diſcrimina interponi. Caro enim Chriſti munda fuit, neque peccato ulla in parte obnoxia. E diverſo autem, nos peccatis undique circundamur, ac tantùm non obruimur. Deinde, concepti ſumus in iniquitatibus, ut David cecinit: Chriſtus verò, ex ſpiritu ſancto. Adhæc, iuſte fit, ut caput antecedat reliqua membra, & par eſt, ut ſimul unà membra perficiantur. Expectant igitur ſanctorum cadavera, uſque dum fratrum numerus impleatur.

Pſal. 51. 7.
Matt. 1. 18.

An ad impios quoque pertineat reſurrectio.

1. Cor 15. 22.
Ioan. 5. 32.

33 At cùm in locis jam adductis, mentio ſolùm fiat reſurrectionis beatorum: fortaſſe quiſpiam ambiget, num & impii ſint à mortuis excitandi? Reſpondetur, & ad ipſos reſurrectionem pertinere: quoniam, ut in Adamo pereunt omnes & ſententiã mortis involvuntur, ita omnes in Chriſto vivificabuntur. Sed hoc intereſt, quod pii excitabuntur ad gloriam, impii verò ad exitium. Vnde in Ioanne habetur, Qui ſunt in monumentis, audient vocem filii Dei, & qui bona egerunt, prodibunt in reſurrectionem vitæ, qui

A verò mala, in reſurrectionem judicii, hoc eſt condemnationis. Proinde ſacræ literæ, frequentius reſurrectionis fidelium meminerunt, quòd ea ſit vitæ reſurrectio: altera verò, nempe reproborum, potius æternus caſus & exitium, quàm vita & reſurrectio dici poſſit. Vnde in Eſaia cap. 26. dixit Propheta, Reſurgent imperfecti tui: antea de impiis loquens, Non reſurgent inquit, mortui. Statuendum igitur eſt, beneficio Chriſti, vitam reſtituendam cùm bonis tum etiam malis. At pii cohoneſtabuntur magna gloria:

Eſa. 26. 19.
Ibid. v. 14.

B impii verò afficientur perpetua ignominia. Hæc porrò cauſa eſt, cur divinæ literæ, crebrius mentionem faciant tam ſanctorum reſurrectionis quàm impiorum. Et ſanè hoc loco ſolùm tractari de illa teſtantur ea verba quæ David ſubjecit, dicens, Oſtendes mihi ſemitam *vitæ*, ſatietas gaudiorum cum vultu tuo, & jucunditates in dextera tua perpetuò: quibus verbis demonſtratur, hanc felicem reſurrectionem, ad illos pertinere duntaxat, qui Iehovam ſemper ob oculos ſibi poſuerunt.

Davidis teſtimonium de reſurrectione ſatis illuſtre.

Dei verbũ non eſſe intellectu impoſſibile.

C 34 Sed non deſunt etiam hodie, qui dicant, Davidem iſta quidem prædixiſſe, verùm non tã expreſſè ac apertè, ut ab aliis intelligerentur, ſed tantùm ab Apoſtolis poſt adventum Chriſti ea expoſita fuiſſe ac enucleata. Pergunt enim aſſerere, in veteri Teſtamento reſurrectionem prorſus fuiſſe ignotam. Nos verò dicimus, vaticinium fuiſſe clarum, & obſcuritatem non incidiſſe, niſi vitio docentium, qui, ſepoſitis divinis literis, Græcorum dogmata cœperunt ſectari, inducendo potius Philoſophorum placita, quàm di-

D vinarum literarum ſententias. Potuit etiam legentiũ vitio id accidere, qui non attentè, ſed oſcitanter Prophetarum vaticinia percurrerent. Alioqui prophetias oportet eſſe dilucidas, aut ſaltem non tam opertas & obſcuras, ut nullo modo queant intelligi. Datæ quippe ſunt ad ædificationem, ideoque non poſſent homines erudire, ſi non intelligerentur. Atque in Eccleſia non afferrent plus operæpretii quàm lingua peregrina, cujus uſum prohibuit Spiritus ſanctus in Eccleſia, quòd non faceret ad ædificationem. Sed

1. Cor. 14. 2.

E objicitur nobis locus ad Epheſios, ubi Apoſtolus Paulus teſtatur, arcanum ſeu myſterium Chriſti fuiſſe à multis ſeculis occultum filiis hominum, quòd gentes eſſent futuræ cohæredes, concorporeæ, atque conſortes promiſſionum per Evangelium. Sed ut verborum Apoſtoli pateat intelligentia, diſtinctiones aliquæ ſunt adhibendæ.

Epheſ. 3. 9.

Pauli ad Eph. locus, quòd myſterium Chriſti fuerit occultum à ſeculis quomodo accipiendum?

35 Prima eſt, ut diſcernamus Hebræos ab Ethnicis. Nam gentibus, myſteria Chriſti & ſpiritualia dogmata facilè dabimus fuiſſe ignota maxima ex par-

F te. Non enim erat illorum publica profeſſio, quamvis & inter Ethnicos nonnulli fuerunt, qui ea cognoverant. At Hebræi qui Legem divinitus acceperunt, & vatibus excellentiſſimis donati fuerunt, myſteria Chriſti non ignorarunt, niſi quatenus data opera verbum Dei contempſerunt, vel affectibus impediti, & odio excæcati, recta docentes audire noluerunt. Exẽplo eſſe poſſunt ſceleſti Iudæi, qui cùm Chriſtus dixiſſet, Abraham vidit diem meum & gaviſus eſt, adeo excanduerunt, ut illum voluerint lapidibus

Ioan. 8. 56.

G obruere: cùm tamen nihil eſſet notius inter Hebræos, quàm Abrahamum, Izaacum, Iacobum, & alios Patriarchas, Meſſiam cùm noviſſe, tum etiam prænuntiaſſe. Cæterùm ira ſic eos excæcavit, ut Domini verba inverterent, dicendo; Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Cùm Chriſtus non dixerit, ſe quoad humanitatẽ vidiſſe Abrahamum, vel cum eo fuiſſe; ſed Abrahamum ipſum ſpiritu ac fide diem ſuum vidiſſe. Cæterum, diſtinguendum etiam eſt de ipſis Hebræis: quia non codẽ

H modo Chriſti arcana ſeu myſteria fuerunt omnibus cognita. Quoniam inter eos aliqui fuerunt Epicurei & prorſus ἄθεοι, qui divina contẽnebant. Ii de Chriſto & ejus myſteriis parum vel nihil intellexerunt. Alii pii erant, ſed rudes atque imperiti, qui tamen præcipua religionis capita & quę de Meſſia credenda erant, non ignorarunt. Alii verò docti erant, & in Sacris literis verſati, qui de Meſſia & ejus myſteriis omnia propemodum tenuerunt.

I 36 Deinde concedimus, Hebræos pro ſua ætate, obſcurius multò vidiſſe myſteria noſtræ ſalutis, quàm nos. Nam vaticinia multò clarius percipiuntur cùm

Digitized by Google

evenerunt, quàm cum adhuc non ſunt completa. Quàm autem veteribus, quæ ad Meſſiam attinent cognita fuerint, ex eo videre poſſumus, quòd ipſum omnes prædicabant filium Davidis fore. Nam plebeii, pueri & cæci, Chriſtum vocabant filium Davidis. Et Scribæ & Phariſæi rogati ab Herode, ubinam Chriſtus eſſet oriturus, civitatem Bethlehem nominatim protulerunt. Et Eſaias quinquageſimo tertio capite, adeo ſplendidè, clarè ac dilucidè Chriſti acta & myſteria prædixit, ut viſus ſit non prophetam, ſed potius Evangeliſtam agere. Mors item Domini, nec non triumphus & victoria, ita paſſim in ſcripturis occurrebant, ut Hebræi geminos fecerint Meſſias, unũ ex tribu Ephraim, qui mortem eſſet oppetiturus pro ſalute ſuæ gentis: alterum verò, fecerunt ex tribu Iuda & filium Davidis, qui victoria eſſet potiturus & imperaturus omnibus gentibus. Atque ita quæ ad unum Chriſtum pertinebant, quoad ejus duplicem adventum, in duos diſtribuerunt. Vocatio item gentium, de qua præcipue loco jam adducto ad Epheſios egit Apoſtolus, evidentiſſimè oſtenſa eſt in divinis literis. Illic enim habetur, Omnes gentes venturas ad montem Zion, ut Iehovam colerent, ad aras illi extruendas vel in Ægypto, & omnes populos locuturos lingua Chenaan, nec non ab Oriente uſque in Occidentem, præclarum fore nomen Domini, atque illi offerendo grata & jucunda ſacrificia.

Matt.21.15. Matt.20.31. Matt.2.5. Eſa.53.1.&c. Iudæorũ commentũ de duplici Meſſia. Eſa.24.13. Eſa 19 11.

37 Hæc porro fuerunt Hebræis probe cognita, occulta nihilominus dicebantur quoad executionẽ & experientiam. Nam illa futura eſſe olim credebant, ſed rationem, tempus, viam & modum non omnes dilucidè tenebant. Illis nos hoc ſumus feliciores: quoniam & res tenemus, & quando, & quomodo adminiſtratæ fuerint, non ignoramus. Quin & ipſi Apoſtoli, quibus Chriſtus mandaverat, ut prædicarent Evangelium omni creaturæ, diu ſe continebant inter Hebræos, neque ad gentes ibant, quod adhuc ignorarent tempus, rationem & modum, quo prædicarent Evangelium nationibus. Expectabant certum aliquod ſignum dari ſibi: quod tandem ex converſione Cornelii Centurionis obtinuerũt. Quin & ipſi angeli, ut in eadem Epiſt. teſtatur Apoſtolus, de varia & multiplici ſapientia Dei permulta cognoſcunt ex Eccleſia. Fateor quidem non invitus, aliqua eſſe obſcuriora in ſacris literis, quæ nondum perfectè intelliguntur, ſed illa dico non eſſe vel fuiſſe olim ad ſalutem neceſſaria: atque ita conſtitu o ſanctos Iudæos antiquitus capita religionis tenuiſſe in ſumma, & ea credidiſſe, quæ ſatis erant ad pietatem, & vaticinia de Chriſto fuiſſe piis bene cognita cenſeo. Et ſi qui ea ignorarunt, vitio eorum id contigiſſe debemus exiſtimare. Nam Eſa. cap. 29. cùm reprehenderet populum Iſraeliticum, dixit illos eò perveniſſe, ut omnes viſiones prophetarum eſſent eis inſtar libri ſignati, quem legere minime poſſent ſi eis offerretur. Atque cauſam illico ſubjecit, dicens; Quia populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.

Matt.28.19. Act.10.1.&c. Epheſ.3 10. Cur Iudæis & aliis hominib. malignis obſcuræ ſint ſacræ literæ. Eſa.29.11.

38 Proinde non rejiciendum eſt vitium in Scripturas, ſed potius in ignaviam & ſocordiam hominũ, qui potius tenebras quàm lucem diligunt: alioqui divina ſcriptura lucida eſt & intellectum dat parvulis. Quamobrem ii peſſime ſibi conſulunt, qui obſcuritatis & difficultatis prætextu Scripturarum lectionẽ ſeponunt. Et nonnullos reperias, qui dicunt ſe ignorare arcana myſteria Patris, Filii, & Spiritus ſancti, & ſe neſcire an ſint unus Deus, & an unus Deus ſint hæc tria, nimirum Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Et interea diligentem ſcripturarum lectionem negligunt, & ſibi nonnunquam ita imponi ſinunt, ut patiantur ſibi obtrudi pro Deo colendo & adorando, eum quem putant creaturam eſſe. In iis myſteriis ſe fingunt hebetes, cum alioqui ſatis acuti & induſtrii ſint ad ſua tuenda inventa. Et cùm vendicent ſibi ſcientiam Scripturarum, & clavim earum ſe habere jactent, nec ipſi ingrediuntur, nec alios ingredi ſinunt. Sed redeo ad Kimhi, qui locum Pſalmi; licet de Davide, ut monui interpretatus ſit, qui fretus Dei bonitate ſperarit ſe adjuvandum in omnibus periculis, nec intellexerit hæc dicta de felici reſurrectione, (Vt niſi alibi eam affereret, facilè ipſum exiſtimaſſem fuiſſe Sadducæum) attamen non præteriit

Pſal 19.8. Rabbi Kimhi ſententia de Reſurrectione.

A ſententiam quandam veterum in *Midraſch*, quæ ad hunc modum habet: *Ach. re mel ammed melo malto bhi vetholaa*, hoc eſt, poſt mortem docet, non dominatutum ipſi tineam & vermem. Cur verò lucẽ hoc loco rantopere fugerint, cauſam aliam non video, niſi odium pluſquam Vatinianum, quo in Chriſtianos laborant. Cùm enim non lateat eos, Apoſtolos, nimirum Petrum & Paulum, uſos fuiſſe hoc teſtimonio Davidis, ad confirmandam Chriſti reſurrectionem, ideo tam varias & perplexas commenti ſunt expoſitiones, ne Apoſtolis Chriſti B ſuffragarentur. Poſtremò annotandum eſt, docuiſſe Prophetam, divinitus, non facultate naturali, reſurrectionem eventurã, cùm Deo ipſi dicat, Non relinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem: Et multò magis in iis quæ ſequuntur, Oſtendes mihi ſemitam vitæ, &c.

39 Vaticinio Davidis luculenter expoſito, aliud teſtimonium libet producere, quod habetur in Eſaia capite vigeſimo ſexto. Illic Propheta, cùm Iſraelitæ C graviter eſſent afflicti, atque oppreſſi graviſſimis calamitatibus, eos voluit conſolari, teſtificando illis auxilium expectandum à Domino, auxilium inquam æternæ vitæ, per reſurrectionem eventuræ. Vnde ait, converſus ad Deum, Vivent interfecti tui: appellans interfectos Dei martyres, vel eos quorum tota vita fuit martyrium, quod ſuis bonis operibus Dei gloriam illuſtrarint, quoſque idem Paulus vocat mortuos in Chriſto. Et adjicit, Vnà cum cadavere meo, ſeipſum copulans atque aſſocians, excitandis electis D Dei. Facit porro adjecta particula, non parum ad vehementem aſſeverationem. Oſtendit enim, ſe non loqui vel agere de rebus ignotis, & ad ſe non pertinentibus, verùm de iis quas verè ſentiret, & guſtum jam quodammodo experiretur. Quod item nos imitari debemus, nempe, ut applicemus ad noſipſos ea quæ Sanctis divinitus promittuntur. Vivent utique interfecti Dei, reſurrectione quæ modo inchoatur, cùm Deus in afflictionibus relevat ſuos: perficietur autem ſolidè ac perfectè ultimo die in beata reſur- E rectione. Vnde in Actis Apoſtolicis tertio capite, vocatur ille dies, Tempus reſtitutionis omnium. Nec prætereundum eſt, vocem Hebraicam *Nibheathi* poſſe alia ratione punctorum legi numero multitudinis *Nibhlothai* ut ſignificetur, Cadavera mea ſurgent: quaſi Deus reſpondeat Prophetæ, qui dixerat, Vivent interfecti tui: dicatque affirmando, Cadavera mea utique ſurgent. Præterea conſiderandum eſt diligenter, exprimi cauſam reſurrectionis, ideo enim reſurgent interfecti, quòd ſint Dei: Deus autem non F eſt Deus mortuorum, ſed viventium, ut Chriſtus ipſe teſtatur.

Eſa.26.19.20. Eſaię de reſurrectione locus explicatus. 1.Theſ.4.16. Act.3.21. Matt.22.32.

40 Dicitur præterea, Expergiſcimini, vel excitemini, quod mors piorum inſtar ſomni habeatur, ut ſæpius in Scripturis legitur. Et addit, Exultate: Quia cùm de Reſurrectione piorum agatur, non poteſt ille dies non eſſe illis jucundiſſimus. Et appellat eos habitatores pulveris: quòd illis partim convenit, dũ atteruntur & tribulantur in hac vita, partim quia poſt mortẽ reſolvuntur in cineres. Converſus dein- G de ad Deum, inquit: Ros tuus, ros pratorum. Nam ut illa, exiccata hyeme, vel æſtu ſolis, recipiendo cœleſtem rorem, denuo & virent & florent: ſic mortui vi bonitatis & potentiæ tuæ ad vitam redibunt. Elegantia ſimilitudinis hujus in eo ſita eſt, quod uti virent & florent hæc citra hominum culturã, ita mortui reſurgent Dei potentia citra naturæ facultatem. Pinxit Deus in rebus externis, formam & imaginem expectatæ reſurrectionis, dum quæ prius arida fuerunt, rurſus germinant, pullulant, florent, & fructifi- H cant. Quam etiam ſimilitudinem Paulus attigit ad Corinthios. Sequitur in Propheta, Terra extrudet mortuos ſuos, & diſcooperiet ſuos ſanguines: Tu verò popule mi, ingredere cubicula tua, nempe dum expectatur beata reſurrectio. Patienter crucem feras, cùm tantum bonum tibi repoſitum videas. Non enim ſunt condignæ paſſiones hujus temporis, collatæ ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Tertullianus in ſuo libro de Reſurrectione carnis, quod Hebraicè habetur *Chadarim* & Latini vertunt I cubicula, reddit cellas promas, quas in eum finem dicit domi haberi, ut in eis recondantur carnes, rurſus profe-

Eſa.26.19. Simile. 1.Cor.15.36. Eſa.26.21. Rom.8.18.

proferendæ in uſus humanos. Sic inquit, cadavera ſepulchris inſeruntur, ut denuo ex illis educantur. Sed redeo ad cellas vel cubicula & conclavia, in quibus Deus jubet, ut interea, nimirum ante beatam vitam, fideles ſeſe abdant. Et ſi quæratur, quid ibi ſancti facturi ſint dum affliguntur? Reſpondeo, Eos ibi eſſe ut fleant, conquerantur, ſuſpirent, implorent auxilium, ſuaſque moleſtias, & quicquid ſe angit, in ſinu Patris quodammodo exponant. Non enim piorum hominum eſt, ſuas vexationes deplorare in plateis, in tabernis, & in tonſtrinis, aut publicè declamare ſuas oppreſſiones. Nam eorum eſt cauſam ſuam tradere juſte judicanti, quemadmodum Chriſtus feciſſe dicitur à beato Petro, Epiſtola prima, capite ſecundo,

1. Pet 2.23. Esa.26.20. *Concludas oſtium ſuper te ad modicum tempus.* Argumentum hujus conſolationis à temporis brevitate deducitur, quemadmodum Paulus ad Corint. Epiſt. 2. ſcribebat,

2. Cor.4.17. Momentaneam levitatem afflictionum hujus temporis magnum pondus gloriæ nobis parere. Vocatur autem breve tempus, quod interponitur uſque ad Reſurrectionem, & quidem non falſo, etiam ſi longum eſſet: quòd hoc accipiendum ſit ex collatione. Quia ſi valde prolixum tempus comparetur cum æternitate, breve admodum eſt. Ad eundem modum

Apoc 6 21. animæ interfectorum pro Chriſti nomine, quæ Deũ precabantur, ut ſuum ſanguinem ulciſceretur, juſſæ ſunt quieſcere, & aliquantiſper expectare. Teſtimonium adductum ex Propheta Eſaia, etiam Aben Ezra inter Hebræos celebris interpres, ad reſurrectionem mortuorum retulit. Et Chaldæus Paraphraſtes ait, Deum ſuum projecturum eſſe mortuos in gehennam: quod ad reſurrectionis tempus pertinet.

R. Aben Ezra & Chaldæi Paraphraſtis ſententia de reſurrectione. Eſa 50 11. Eſa.66.15

Licuiſſet mihi etiam huc adducere, quæ habentur ab eodem Propheta c.50. & ultimo cap. de Gehenna, Topheh, igne inextinguibili, vermibus immortalibus, ſulphure, flabello, &c. ſed judico parcendum tempori, & venio ad Ezechielem.

5 Ezechielis de reſurrectione locus pulcherrimus explicatus. Ezec 37.11.

41 Scribit is Propheta, ſe ſpiritu deductum in campum refertum oſſibus. Id contigit bifariam. Primùm, quòd inſtinctu Dei, non ſenſu vel humano figmento ea vidit: Deinde, quòd non corpore, ſed ſpiritu & mentis viſione, illa ei oſtenſa fuerunt. Atque ſciendum eſt, Reſurrectionem mortuorum, publicè fuiſſe tum temporis creditam, atque ideo Prophetam inde argumentum duxiſſe. Vidit arida oſſa, nuda, exucta, & cariosa; ut magis difficultas exprimeretur priſtinæ vitæ recuperandæ. Nam cadavera integra & ſucculenta, facilius fortaſſis exiſtimarentur ad vitam poſſe redire. Deus Prophetæ ait, Putáſne, fili hominis, vivent oſſa iſta? Ille reſpondit, Domine, tu noſti. Fides porro ejus tentabatur: verùm is piè reſpõdit, ut qui neque Sadducæus erat, neque Libertinus. Cæterùm, ſi reſurrectio mortuorum articulus fidei erat, & publicè recipiebatur: cur audacter non dixit, Vivent? Reſpondeo, quia etſi credebat ad finẽ ſeculi mortuos vivificandos, attamen de illis qui tunc ſibi oſtendebantur, ignorabat an ea hora excitandi eſſent: Idcirco rem Deo commiſit. Ejus exemplum ergo nos commodè atque utiliter imitabimur, ſi quis nobis objiciatur ſcrupulus de fidei dogmatis, ut rem in Deũ referamus dicendo: Ipſe novit, & poteſt. Cumque nobis voluntatem ſuam patefecerit in divinis literis, iis credamus, quæ fore demõſtravit. Quod vero ad Prophetæ viſionem attinet, ſciendum eſt: deleta urbe Hieroſolymorum ab exercitu Nebucad-Nezaris, & everſo templo à Nabudzaradan principe rerum capitalium, de Iudæis exiſtentibus in captivitate Babylonica funditus actum eſſe videbatur. Quare de reſtituendis illis in terram Chenaan, jam ferme deſperatũ erat. Deus autem illorum ſpem confirmat & erigit, argumento deducto à majori ad minus, atq; ait, Cum ego ſim reſtituturus vitam defunctis (quod longè majus eſt quàm redimere captivos) vos quoque redire faciam ex captivitate, ut promiſi: quod multò levius eſt, atque mortuos excitare. Atque ut antecedens, hoc eſt, Reſurrectio mortuorum, magis perſpicuum, evidens & firmum eſſet, Prophetæ ob oculos viſionem illam ponit. De re itaque temporaria & leviori pręſtanda fidem facit per Reſurrectionem mortuorum, quæ divina res eſt, & multò difficilior. Hoc eodem argumenti genere uti nos debemus, ſi quando cœperimus dubitare nobis defutura, quæ ad victũ

Si Deus majora concedit, & minora pręſtabit.

A ſunt neceſſaria. Dicamus in ea tẽtatione, Cùm Deus noſtro corpori ſit daturus in Reſurrectione vitam æternam & felicem, non utique ſubtrahet nobis alimenta huic vitæ neceſſaria. Hebræi tum ita ſe habebant, ut reſurrectionẽ mortuorum crederent, de reditu verò in patriam deſperarent, cùm tamen utrunq; Deus pollicitus eſſet. Sed calamitates quæ in pręſentia eos vexabant, ita illorũ ſenſus occuparunt, ut promiſſionum divinarum vel obliviſcerentur, vel eis parum aut nihil fidei adhiberent. Iubet Deus Ezechieli ut vaticinetur, B & loquatur oſſibus quæ in conſpectu ejus erant, dicendo; In nomine Dei, ponam in vobis ſpiritum & vivetis. Mirum vero eſt, Prophetæ mandari, ut vaticinetur & loquatur oſſibus, cùm ea tam rudia, bruta, & ſtupida ſint, ut nihil audire vel intelligere poſſint. At cogitandum eſt, omnia quamlibet inanimata, & ſenſus ac motus expertia, Deo incunctanter obedire. Et Chriſtus cõſimiliter in Ioanne inquit, Veniet hora, quando vocem filii Dei audient qui ſunt in monumentis, cum tamen oſſa & cineres defunctorum quæ ſita ſunt in ſepulchris, nihil C audiant aut ſentiant. Surrectura nihilominus dicuntur ad vocem Archangeli & tubam Dei. Ioan.5.28.

42 Reſurrectionis oſſium ordo & diſpoſitio, à Propheta quàm diligentiſſimè traditur. Primùm oſſa juncta oſſibus, vinciuntur nervis & ſimul alligantur. Implentur deinde carne, quæ ne maneat fœda & turpis aſpectu, cute obducitur. Cadavera cùm jam abſoluta eſſent, jubet Prophetam vaticinari ad ſpiritum, ut accedat & vivant eo animata. Fit autem duplicis ſpiritus mentio, nempe animæ, quę corpora D vivificat, & Spiritus divini, qui animas illuſtrat & ſanctificat: ideo non ſolum dicuntur mortui excitati ſtetiſſe ſuper pedes ſuos: verùm additur, Et cognoſcent quod ego Deus. Ex magnitudine utique operum, Deus cognoſcitur: ſed ea notitia, citra divinum Spiritum non contingit. Vox audita eſt, fortaſſis tonitrua, & factus eſt motus nimiũ terræ, quia in eximiis Dei miraculis, hæc edi conſueverunt. Cum lex in monte Sina daretur, tonitrua & terræ motus horribiles fuerunt. Quin & in morte, necnon in reſurrectione E Domini, terræmotus factus eſt magnus. Veni ſpiritus à quatuor ventis, &c. Redeunt animę ad corpora in reſurrectione mortuorum ſanctorum, à ſupremis cœli ſedibus: verùm per varia itinera, quòd cineres ad cadavera earum non ſunt congeſta in orbe terrarũ certo aliquo loco. Omnia verò itinera & loca Scriptura comprehendit per quatuor ventos, id eſt per Orientem, Occidentem, Meridiem, & Aquilonem. Vel fortaſſis notatur diſperſio captivorum ad quatuor partes orbis. F Moſes quoque in Deuteron. hanc reſtitutionem à quatuor òrbis partibus, Iudæis reſipiſcentibus promiſit. Hinc præterea colligimus, animos hominum illis non innaſci: uti Deus animam afflavit Adamo, & quibuſque hominibus deinceps animas creat, ita in reſurrectione illas de foris ad eos remittet. Quod etiam indicio eſt, illas cum corporibus minimè interire. Cumque ſubdatur, Omnia oſſa iſta, univerſa domus Iſrael eſt, inde habetur ſermonẽ hîc inſtitutum de reſurrectione piorum: illi enim verè G ſunt domus Iſrael. Vidit autem Propheta exercitum magnum valde, quoniam ut etiam habetur in Apocalypſi, numeroſiſſima eſt fidelium turba.

Spiritus duplex. Exod.15.18. Matt. 27.52. & 28.2. Deut.30.1. Gen.2.7. Apoc 7.9.

43 *Omnia oſſa hæc, univerſa domus Iſrael eſt.* Cùm jam πρότασιν abſolverit, ἀπόδοσιν adjicit. Annotetur verbum ſubſtantivum, Eſt, idem valere ac Significat: non enim oſſa illa reipſa erant domus Iſrael, ſed eam referebant: quemadmodum ſeptem ſpicæ, quæ viſæ fuerunt Pharaoni evanidæ ac vacuæ, ſeptẽ anni famis erant. *Aperiam, inquit Dominus, ſepulchra* H *veſtra.* Sed jam oportuit aperta eſſe quandoquidem oſſa illa diſperſa erant in campo. Ad hoc reſpondetur, quo ad oſſa illa, ſepulchra fuiſſe prius aperta. At ſi ſpectetur ἀνάστασις, id eſt reſtitutio Iſraelitarum in Iudæa, adhuc erant aperienda. Quod inquit Propheta, *Et inducam vos in terram veſtram,* nonnulli accipiunt ἀλληγορικῶς, quaſi terra Iſraelitarum ſumenda ſit pro regno cœlorum & æternæ felicitatis. Aſt ego, miſſis allegoriis, illud potius conſidero ex hoc loco, vanitatem illorum Iudæorum confutari, qui arbitrantur I mortuos duntaxat excitãdos in Iudæa cùm Propheta hoc loco longè ſecus futurum affirmet,

Verbum EST idẽ valet quod SIGNIF. Gen.41.52. Reſurrectionẽ mortuorũ non in Iudæa ſolùm fore.

TT

quoniam vivificatis jam mortuis pollicetur ad terrani promiſſionis reditum. Ineptum ſanè ac ſtolidum commentum eſt, vim ac potentiam Dei certo loco ſic affigere, ut in alio loco non poſſit aut velit idem facere, quod in uno præſtiterit. Sepulchra notant captivitatem Babylonicam, & calamitoſam ſub Tyranno ſervitutem, quam Deus promittit ſe relaxaturum. Sepulchrum etiam Iudæorum erat ſumma deſperatio, quam incurrerant, abjecta omni ſpe ſui reditus. Hoc ſepulchrum reſeraturum ſe Deus promiſit, aperiendo viam reditus eorum in patriam. Res porrò ita ſe habet, quò ad piorum auxilia, ut cùm res in ſumma deſperatione fuerint, tum auxilii cœleſtis aurora oriatur. Ad ſummã, duæ res hoc oraculo demonſtrantur. Prima, Reſurrectio mortuorum. Secunda, Reditus in patriam Iſraelitarum: atque unum probatur ex altero: confirmatur quippe reſtitutio Iudæorum ex oſſibus aridis ad vitam excitatis.

Cõfutatio eorũ, qui negant hîc de reſurrectione univerſali agi.

44 Huic ſanæ ac veræ interpretationi, bifariam ſe nonnulli vehementer opponunt, dicentes, primùm non hîc agi de univerſali omnium reſurrectione, cùm illa oſſa vivificata dicantur eſſe domus Iſrael: deinde imaginariam & fictam eſſe hanc viſionem, & idcirco nihil inde conſtanter poſſe affirmari. Adhæc reſpondemus, nos quidem fateri, loqui Prophetam de reſurrectione juſtorum; ut jam antea diximus. Quod autem viſio fuerit, nihil refert, nec etiam efficit, quo minus hæc viſio communi ſolatio fuerit ad confirmandam ſpem reſurrectionis communis, æquè ac reſtitutionis Iudæorum: quoniam ſatis eſt, argumentum accipi & derivari ex reſurrectione mortuorum. Interpretes item Hebræi, non diffitentur eam ex eo loco haberi. Nec valet quod aliqui cavillantur, argumentum à majori ad minus haudquaquam valere, ſi, quod accipitur, ut majus, fuerit incertius, vel æquè dubium, atque id, quod tanquam minus infertur. Exiſtimant ii reſurrectionem mortuorum incertiorem eſſe vel æquè dubiam, ac reſtitutionem Iudæorum in patriam terram. Sed vehementer errant, quia reſurrectio mortuorum accipitur ut notior, præſertim quo ad fideles Hebræos, quib. certa & evidens erat: non quidem natura ſeu ſenſu, verùm fide, cujus lumine fiunt noſtris mentibus conſtantia & clara, quę ſenſui ac rationi humanæ ſunt obſcura. Et hoc pacto rem ſe habuiſſe, id confirmat, quod Hebræi, qui adverſus Chriſtianos omnes quærunt occaſiones, nunquam cum eis contenderunt de reſurrectione mortuorum, quod ab iis & à Patribus eorum ſemper fuit recepta. Vnde Martha, cùm Chriſtus ei promitteret fratrem ejus excitandum, reſpondit audacter: Scio quòd reſurget frater meus in noviſſimo die.

Ioan.2.4.

1. Patrum de Ezechielis loco judicia.

45 Sed ad majorem hujus cavilli explicationem, quid Patres de eo ſenſerint, judico recenſendum. Tertullianus in libro de Reſurrectione carnis, hoc idem ſibi objecit: Reſpondit autem, niſi res prius extiterit, eam non poſſe per ſimilitudinem ad aliud confirmari, & ideo, niſi reſurrectio conſtet fide, ac reipſa futura ſit, non poterit, inquit, ad reſtitutionem Iudæorum applicari. De vacuo, ut dicit, ſimilitudo non competit: & de nullo, parabola non convenit. Et ſanè qui volunt metaphoricè reſurrectionẽ mortuorum hîc cenſeri, cogitare debent, eam eſſe metaphoræ naturam, ut res à proprio loco in alienũ transferatur. Vnde neceſſe eſt, ut res prius extet, quàm patiatur tranſlationem: ſiquidem, niſi riſus & lætitia eſſet in homine, ad ſegetes & prata non liceret ea transferre. Imò illæ cum primis laudantur metaphoræ, quæ à rebus illuſtribus derivantur, & maximè proximis atque cognatis: quod idem uſuvenit parabolis. Chriſtus attulit ſimilitudinem vineæ, quæ cùm exculta eſſet & egregiè extructa, locata fuit malis agricolis. Non fuiſſet evidens hæc parabola, neque vim habuiſſet, niſi vineæ eleganter paratæ reperirentur in rerum natura, & niſi domini prædiorum, ſæpe inciderent in pravos colonos. Parabolam quoque induxit de ficu ſterili & infrugifera, quæ ſtercorata fuit per unum atque alterum annum, & cùm fructũ non proferret, exciſa tandem eſt. Hæc item parabola fruſtra fuiſſet allata, niſi ficus ſtercoratio & inciſio in agricultura ſeu re hortenſi paſſim viderentur. Nec mihi quiſpiam objiciat Chimæram, & monſtra conſimilia, quæ licet in rerum natura non extent, inde tamen ſapientes homines architectantur ſimilia: etenim quamvis ipſa Chimæra non extet, viſuntur attamen ejus partes, quę ſunt, leo, capra, & ſerpentes, quę paſſim obvia fiunt.

Similitudinũ & parabolarum ratio.

46 Sed Hieronymus, aiunt, fuit reprehenſus, quòd locum adductum Ezechielis non fuerit interpretatus de reſurrectione mortuorum. Fateor: ſed ſciendum eſt, longè aliud eſſe, reſurrectionem mortuorum ex dictis Prophetæ colligi, ab eo, quod eſt, eam probari, & confirmari certa & evidenti demonſtratione. Hoc poſterius negavit Hieronymus, & id porrò ſano & recto judicio: non enim conſilium erat Ezechielis, mortuorum vivificationem demonſtrare: nota erat, &, ut diximus eo tempore à Iudæis credebatur. Quare tanquam ex principio noto, ex ea deduxit & confirmavit reſtitutionem Iudæorũ. Non tamen inficiatus eſt is Pater, hinc reſurrectionẽ colligi: imò cùm Tertullianus ait, niſi ſtaret ipſa reſurrectio, non produceretur inde ſimilitudo, & nemo de rebus non extantibus incerta confirmat. Vnde ſicut vita oſſium aridorum incredibilis videtur, quę tamen erit: ſic Iſraelitarum aſſertio è captivitate, quæ non putabatur futura, exequutionem ſuo tempore habebit. Si quis autem quæſierit, cur potius à reſurrectione mortuorum ſimile deductum ſit, quam ab alia quapiam re, ut fieri poterat: dicerem ideò factum, ut obliquè demonſtraretur illã reſtitutionem e terrena captivitate, non fore perfectam & abſolutam eorum tranquillitatem & beatitudinem, abſque reſurrectione interpoſita. Atque hæc de iſto loco.

Cur à reſurrectione ad reſtitutionẽ Iudæorum argumẽtatur?

Dan.12.1

3. Danielis de reſurrectione locus explicatus.

47 Daniel modò producatur: Is 12. cap. inquit, In tempore autem illo, ſtabit Michael princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui, eritque tempus anguſtię, qualis non eſt facta ab eo tempore, quo fuit gens uſque ad tempus illud. Eo autem tempore evadet populus tuus, quicunque inventus fuerit ſcriptus in libro Dei: multique dormientium in terræ pulvere expergiſcentur, hi ad vitam æternam, & illi ad opprobria & ignominiam ſempiternam. Docentes autem, fulgebunt ut ſplendor firmamenti, & juſtificantes multos, tanquam ſtellæ in ſeculum, & in ſempiternũ, &c. Expoſuerat Daniel quatuor Monarchias continua ſucceſſione prævalituras in orbe terrarum, ad extremum verò Chriſti regnum rebus potiturum: ſed antea quàm obtineat, Antichriſtum eſſe perdendũ, qui tyrannide pios oppreſſerat. Antichriſtum autem intelligo Machomedẽ, Papatum, & omnes qui cultui Chriſti adverſantur. Scribit, Eccleſiæ maximas fore calamitates & afflictiones illo poſtremo tempore, atque graviores quàm unquam antea fuerint. Sed interea conſolatur fideles, quod præſentem auxiliariũ habituri ſint Michaelem, id eſt, Chriſtum filium Dei, Eccleſiæ noſtræ principem. Hoc idẽ ille promiſit ſuis diſcipulis, cùm dixit; Ero vobiſcum uſquè ad conſummationem ſeculi. Alteram conſolationem addit, nimirum, non omnes in illis vexationibus eſſe perituros funditus: verùm illos evaſuros, qui prædeſtinati fuerint ad vitam, hoc eſt, deſcripti in libro Dei. Poſtremò, conſolatur Eccleſiam hoc nomine, quòd futura ſit reſurrectio mortuorum. Dicit autem multos defunctos excitandos, neque ſcribit omnes: quia permulti deprehendentur in adventu Domini viventes. Vnde Paulus inquit, Non omnes moriemur, ſed omnes immutabimur. Neque vocabulũ, multos, pauculos quoſdam ſignificat: quia, ut dixit Ezech. ſtetit exercitus magnus valde, nimirum ex illis oſſibus priſtinæ vitæ reſtitutis. Et in lib. Apoc. numeroſa deſcribitur ſanctorum turba. Tractat Daniel hoc loco reſurrectionem & quidem univerſalem: nã illam deducit in ſalvificam, & ignominioſam. Nec dubium eſt Chriſtum alluſiſſe ad Prophetæ verba, cùm dixit, Qui in monumentis ſunt, audient vocẽ filii Dei: & prodibunt, qui bona egerunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala in reſurrectionem judicii. De felicitate ſanctorum expectanda poſt reſurrectionem, ſubjicit, Glorioſos admodum fore, qui alios erudiunt, eóſque confert ſplendori cœleſtium orbiũ, nec non fulgori ſtellarũ, qui multos juſtificent: quia docent promiſſiones præſertim de Meſſia, quibus aſſentientes juſtificantur. Non enim hominibus attribuenda eſt vis & facultas conferendæ juſtitiæ, cùm id ſolius Dei ſit: neque hominibus concedi poteſt, niſi

Antichriſtus.

Matt.28.20.

1.Cor.15.51.

Apoc.7.9.

Ioan.5.28.

Dan.12.3.

Digitized by Google

niſi ut miniſtris & inſtrumentis verbi Dei. Quodque A
prius dicitur, de firmamento cœli & fulgore ſtellarũ,
idem eſſe arbitror: Nam eſt uſitatum in divinis literis, poſteriori membro alicujus verſus, idem repeti, quod in priori dictum fuerat.

Porphyrii cõtra Danielis ſcripta calumniæ.

48 Hæc Danielis prædictio, licet clara fuerit & admodum liquida, Porphyrii tamen, Philoſophi non vulgaris nominis, paſſa eſt cavillationes. Is Chriſtianis admodum infenſus, fatetur Danielem fuiſſe virum clariſſimum, ſed vaticinia ejus nomine conſcripta nihil ad eum pertinere, ſed ab impoſtore fuiſſe B
conſcripta, qui poſt Antiochum & Machabæorum tempora vixerit: & in ſuo libro non fuiſſe de futuris vaticinatum, ſed potius ea quæ jam geſta erant, ænigmaticè contexuiſſe: ea verò quæ hoc loco, inquit, aſſuta fuerunt, ad Antiochi tempora omnino ſpectarunt. Iudæi nempe ab illo tractati fuerunt crudeliſſimè. Primùm ſubjecit ſibiipſi urbem Hieroſolymam ac templum expilavit, cœpit deinde cogere Iudæos à patriis ritibus & juſto Dei cultu deficere: vetuit circumciſionem, invitis obtrudebat carnem ſuillam, & C
ſignum Iovis Olympici propoſuit adorandum in tẽplo Dei. Quibus confectis poſtea illi venit in mentem, ſe conferre in Perſidem, ubi fanum ditiſſimum cum donariis plurimis refertum ditipere tentavit, ac inde ſummâ cum ignominia repulſus eſt. Quam ob cauſam tantam concepit indignationem, ut animo cœperit ægrotare, cogitanſque omnem ſuam bilem effundere in Iudæos, citato curſu repetebat Syriam. Verùm è curru cecidit, & corporis attritu adeò læſus eſt, ut partim ex eo, partim ex vehementi animi per- D
turbatione, nec non ex nuntiis allatis de Lyſia & aliis ſuis ducibus fugatis & perditis ab Iſraelitis (nam deſcendens illis mandaverat, ut Iudæos quam graviſſimè vexarent) ſit extinctus. Tum, inquit Porphy. Iudæi, qui mortui videbantur, quodammodo excitati ſunt & reſurrexerunt. Sed ita, ut qui conſtanter egerant, patriam ſervando, religioſi, illuſtres & glorioſi evaderent, illi verò qui turpiter defecerant à vera pietate, ignominioſi & obſcuri admodum facti fuerint. Hæc

1. Mac. 9.

Porphyrianarum calũniarum confutatio.

ſunt Porphirii deliria, imò venena, quæ aſperſit huic E
loco Ceterùm à nobis, qui Chriſtum profitemur, primum caput ejus interpretationis non poteſt recipi, nempe quo contendit librum non fuiſſe conſcriptũ à Daniele, cùm Chriſtus non ſolùm ejus mentionem fecerit, ſed etiam verba citarit, quæ in eo habentur. Quo ad alterum caput, quo vult, hæc ad Antiochum referenda eſſe, quærit Hieronymus quomodo afflictiones, quibus vexati fuerunt Hebræi ſub eo tyranno, fuerint graviores, quam unquam antea extiterint? Porrò tempore Nebucad-Nezaris urbs Hieroſolyma F
eſt everſa, templum funditus exciſum, & omnes in captivitatem ſunt abducti, & in ea uſque ad annum ſeptuageſimũ detenti. Graviora utique fuerunt hæc iis, quæ Antiochus eis inflixit. Liber Machab. hoc dictũ utcunque mitigat, dicens, graviora fuiſſe Antiochi mala, quàm ex eo tempore contigerint, quo Iu-

Ezra idemque Malachi dicitur.

dæi fuerunt abſque Propheta, hoc eſt, ab Ezra, qui fuit Malachi Propheta. Sed nobis attendendum eſt, non quid in lib. Mach. ſcribatur, verùm illud ipſum, quod in volumine Danielis continetur. Præterea quærimus, cur tranſgreſſores Legis, dicantur à mortuis ex- G
citati defuncto Rege Antiocho, quandoquidem ita Porphyrius exponit, cùm defectores potius excidérint, quàm reſurrexerint? Nam tyranno adhuc vivo, in precio habebantur, & ſacerdotia nec non pontificatus adminiſtrabant Et Macha. quos fortaſſis intelligit evaſiſſe illuſtres, in maximis cruciatibus & doloribus verſati ſunt, & ad unum propemodum omnes ex-

Ibid. v. 18.
Ibid. 12. 48.
Ibid. 16. 16.

tincti. Iudas occubuit in bello. Ionathan captivus occiſus eſt, & Simon obtruncatus in convivio. Non ſa- H
nè diffiteor, admodum gravia fuiſſe, quę contigerunt ſub Antiocho: ſed non tam acerba & dura, quàm ea, quę ſub Antichriſto futura demonſtrat Propheta, cu-

Polychronii calumniæ cõfutatæ ab Oecolampadio.

jus typi & figuræ præceſſerunt, non modo Antiochus, verumetiam Demetrius, & alii Grecı principes, qui & Hebræos afflixerunt, & vero Dei cultui ſunt adverſati. Scio etiam quendam aliũ fuiſſe Polychronium, qui aſſeverare auſus eſt, hunc locum Danielis non eſſe de Reſurrectione mortuorum intelligendũ: ſed firmis rationibus minime innititur, & à Ioanne Oecolampadio viro doctiſſimo confutatus eſt. I

Apoc. 20. 4.

Deinde videmus à Ioanne Apoſtolo in Apoc. eadem fermè atque eodem ordine tradi, quę à Daniele conſcribuntur, cap. 20. ubi legitur, Sedes fuiſſe poſitas, & judicium eſſe conſtitutum: deinde ſubditur eos reviviſſe qui pro Chriſto mortem oppetierant. Ad extremum id poſſemus dicere, quod attulimus in explanando loco Ezechielis; nempe, ſi volunt metaphoricè mortuorum reſurrectione ſtatum demonſtrari populi Iudaici poſt mortem Antiochi, oportere reſurrectionem conſtitui reipſa, alioqui ſimile aut parabolam ex ea non poſſe deduci.

Cur Daniel juſſus librum obſignaret.

49 Mandat præterea Deus Prophetæ, ut librum obſignet uſque ad tempus. Quod non eo rapiendum eſt, quaſi nolit Deus hæc vaticinia legi atque cognoſci, cum prophetia ſit conceſſa, ut ædificet atque erudiat. Sed per Danielem vaticinatur Spiritus Sanctus, magnam fore hominum ignaviam in legendo & cognoſcendo verbo Dei: & ideò ſacros libros fore illis obſignatos ob ipſorum incredibilem ſocordiam, ut de rebus ſpiritualibus nihil queant intelligere. Vaticinatur itaque magnam fore incredulitatem: qui autem non credit, arcana cœleſtia non intelligit. Quin & hodie inter Chriſtianos qui quales haberi & dici volunt, quam maximum numerum eorum invenias, qui nunquam Evangelia perlegerunt. Poſſumus etjam interpretari, obſignatos eſſe divinos libros, quoad ſenſus noſtros & humanam rationem. Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt Dei: ſed non tantùm illi ſunt obſignata, verùm ſtultitia eſſe videntur. Illis hæc aperta ſunt, quibus aperuit Agnus, cui, ut legitur in Apoc. uni datum eſt, librum obſignatum aperire. Reperiuntur præterea multi, qui legunt ſacros libros, aliis recitant, & illos docent, quibus tamen obſignati ſunt: quòd revera ipſi non ſentiant, non experiantur in ſeipſis, neque guſtent, quæ legunt & tradunt. R. L. Ben Gerzon exiſtimavit, hæc dicendi forma, Deum Prophetæ mandaſſe, ut de his viſionibus nihil adimeret, nec eis quicquam ſuperadderet. Ad finem ſcribitur, *Multi diſcurrent, & prætleribunt, & multiplicabitur ſcientia.* His verbis ſentiant alii quicquid volunt, mihi videtur prædici tempus novi Teſtamenti, quando Apoſtoli miſſi ſunt ad prędicandum Evangelium per univerſum orbem. Proinde, cùm diſcurriſſent per omnes nationes, vaticinia Prophetarum reddita ſunt, multò magis dilucida, quàm antea fuerant: cùm propter majorem copiam ſpiritus effuſi, tum quòd Prophetiæ longè melius intelligantur, quando ſunt completæ, atque antea cùm revelatæ fuerant. Atque hæc de iſto loco ſatis eſſe opinor.

Dan. 12. 4.
1. Cor. 2. 14.
Apoc. 5. 5.
Dan. 12. 4.

Oſeę de reſurrectione locus explicatur.

50 Nunc venio ad Oſeam Prophetam, Deus non ſemel prædixit, aliquando ſe mortem extincturum. Vnde manifeſtè colligitur, credendam eſſe mortuorum reſurrectionem: quoniam ea ſublata, regnat mors, nec extincta dici poteſt. Eſaias cap. 25. ait, Perdam mortem in æternum, & abſtergam lachrymas ab omnibus faciebus, & auferam opprobrium à populo meo in ſempiternum. Clara hæc ſunt: ſed Oſeas, loco jam adducto, vehementius & efficacius dixit hæc eadem. *De manu ſepulchri liberabo eos, & à morte redimam illos: ero peſtis tua mors, & exitium tuum ſepulchrum.* Hoc loco, tanquam evidenti teſtimonio, Paulus uſus eſt priori Epiſt. ad Cor. cap. 15. Nec nos movere debet, quòd non Hebraicam veritatem, ſed Græcos interpretes ſit ſequutus: Quoniam etſi verba commutat, non tamen à ſenſu diſcedit. Septuaginta interpretum verſio tunc magis cognita, & in manibus propè omnium fuit: ideò Paulus ea interdum utitur, ut etiam Gentiles agnoſcerent, quæ ab ipſo prædicabantur, in divinis literis extare. Quod verò ad ſenſum Prophetæ attinet, ita res habet: Is paulo ante acerrime invectus erat in Ephraim, hoc eſt, in regnum decem Tribuum, prędicando eis, ob idololatriam & nefaria eorum ſcelera, exitium & certiſſimã everſionem. Deinde conſolationem adjecit, quam recitavi, eos nẽpe eripiendos ac liberandos à morte & ſepulchro. Cæterùm dices, quomodo hæc ſecum non pugnant, ut funditus excindantur, & ut liberentur? Sed inter Iſraelitas eſt diſtinguendum. Ex una etenim parte, multi ex eis erãt obſtinatiſſimo animo, idololatrię ac graviſſimis peccatis hærentes; ad iſtos exterminatio pertinet, quòd non reſipiſcerent. E diverſo, inter eos

Eſa. 25. 8.
Oſ. 13. 14.
1. Cor. 15. 54.

Digitized by Google

extiterunt aliqui boni, ſancti & veri cultores Dei, qui licet involvendi eſſent cum aliis temporariis calamitatibus, attamen liberandi erant: & propriè ad illos pertinet, quæ allata eſt conſolatio. Sed inſtabunt adhuc vehementius, dicéntque adverſarii: Non legimus reſtitutas decem tribus, nec liberatas è ſepulchro ſuæ captivitatis. Aliqui eorum fortaſſe redierunt, ſed non turmatim venerunt, nec inſtauratum eſt amplius regnum Ephraim, hoc eſt decem tribuū. Verum quidem hoc eſt, & idcirco Deus illos conſolando, non promittit redemptionem temporariam, B aut liberationem hujus vitæ, ſed beatam reſurrectionem cum æterna felicitate. Dicitque ſe redempturum eos è ſepulchro, & liberaturum à morte & futurum dicit, peſtem mortis, & excidium ſepulchri. Hac regula ſæpe utendum eſt in legendis Prophetis, ut comminationes intelligamus locū habituras, quo ad obfirmatos in peccatis, & qui reſipiſcere prorſus noluerint: promiſſa verò & conſolationes, quo ad reſipiſcentes, fore certiſſimè veras & implendas. *Pœnitentia remota eſt ab oculis meis,* Ita adjecit Deus, ut certitudinem reſurrectionis conſtitueret: ac ſi dicat. Hujus decreti me non pœnitebit, omnino ſic futurum eſt. *Creſcet & multiplicabitur Ephraim inter fratres.* Ephraim nomine intelligit, eos omnes cum Chriſto eorū capite, qui cumulabuntur in reſurrectione ſummis honoribus, & incredibilibus ornamentis. Redit deinde Propheta ſuo vaticinio ad impios Ephraimitas, eoſque dicit prorſus exterminandos. Erant ſanè divites, opulenti & potentes, quibus rebus freti nunquam ſe putabant ruituros: at Deus inquit. *Ecce ego adducam ventum Orientalem,* id eſt, Regem Aſſyriæ Salmanazar, qui exiccabit fontes ut venam eorum: id eſt, non tantum aquas, verum etiam ſcaturigines, principia & radices, ut reparari ulterius nequeant, auferetque theſaurum & omnia vaſa optabilia. Hæc eſt interpretatio, quæ mihi ſatis plana & perſpicua videtur.

Davidis Kimhi interpretatio.

51 Quamvis animadvertam, Davidem Kimhi futurum tempus convertere in pluſquam perfectum, ac dicere: Imperium decem Tribuum è ſepulchro liberaſſem, & redemiſſem à morte, fuiſſemque peſtis mortis eorum, & ſepulchri eorum excidium, ſi fuiſſet ſapiens. Per ſapientiam intelligo ipſam reſipiſcentiam, hoc eſt, ſi reſipuiſſent & audiviſſent verba mea. Et de tam infelici eventu ne deſperetur, Propheta tam magnificè loquitur de liberatione ac redemptione, necnon peſte mortis & de ſepulchri excidio: perinde ac ſi diceretur, etiam ſi extincti eſſent & prorſus exciſi, eos liberaſſem. Vnde colligitur, nullam eſſe tantam hominum calamitatem, quam Deus non poſſit vel tollere vel mitigare. Ideò nunquam deſperandum, verùm ob oculos habendum, proprium Dei eſſe redimere à morte, & ejus excidium ac peſtem eſſe. Quod ſi aliquando non ſuccedat liberatio & non tollatur mors, id vitio Dei non accidit, ſed noſtra obſtinatione & incredulitate, qua reſipiſcere nolumus. Paulus, qui fuit oculatiſſimus in Prophetarum vaticiniis evolvendis, argumentum, quo reſurrectionem mortuorum confirmavit, ab illa Dei proprietate deduxit, qua victor mortis & Redemptor de ſepulchris, in Scripturis prædicatur: quod oporteat Dei proprietates aliquando in actum erumpere. Animadvertit Prophetam incitare ad reſipiſcentiam regnum decē Tribuum, promittendo eis, Deum affore illis, qui ſit adeò potens & magnificus triumphator de morte. Quæ profectò adhortatio nullarum eſſet virium, ſi à Deo illud peteretur, quod reipſa nunquam eſſet futurum. Et quoniam Apoſtolus ita fore confidebat, idcirco adverſus mortem glorioſis utitur inſultationibus, dicens: Vbi eſt mors victoria tua? ubi eſt mors telum tuum, quo confodiebas omnes homines? ſubintelligitur: Hæc ubi à Chriſto ſunt extorta.

1.Cor.15.54.

Qua ratione Chriſtus peſtis appelletur?

52 Mirum videri non debet, ſi Chriſtus appellatur peſtis aut exitium, quoniam hoc reſpectu malarum rerum eſt intelligendum: & ſemper nova generatio neceſſe eſt præcedentis rei ſit corruptio. Etenim cùm producitur ignis ex ligno, forma & natura ligni pereat oportet: alioquin ignis minimè produceretur. Et ut Philoſophi, ſeu Dialectici vulgo affirmant, corruptio rerum malarum numeratur in bonis. Ac de I nobili & felici Imperatore conſuevimus dicere: Leo eſt, lupus, draco, truculentus & ſævus. Verùm additur

Simile.

A hoſtibus, cùm alioqui ſit civibus clemens, benignus, & comis. Quin in hoc eodem Propheta Deus fecit ſe inſtar urſi, pardi, ac leænæ, ſed in ſceleratos & impios, cùm alioquin ſit clemens & miſericors erga pios. Temperavit ergo nobis pharmacum Deus ex morte ac reſurrectione Chriſti, quo ipſi liberemur, & mors pereat. Quemadmodum prudens medicus, medicinam propinat ægroto, qua ipſe relevetur, & febris aut morbus extinguatur. Bibimus autē de hoc ſalutari pharmaco ſalutariter, dum aut legendo, aut prædicando B fit mentio mortis & reſurrectionis Domini, & nos viva fide illa complectimur: necnon, quando fidem noſtram proteſtamur obſignatione Baptiſmi, & perceptione Euchariſtiæ. In iis quippe ſacris actionibus, & mors & reſurrectio Chriſti celebrantur. Adjecit Paulus hunc locum tractando, abſorptam eſſe mortem per victoriam, nimirum Chriſti.

Oſ.5.12. & 14. & 13.7.

53 Atque hæc de locis veteris Teſtamenti, quæ ſane plura potuiſſent afferri, ſed hæc adducere volui, & illis eſſe contentus. Ac ea pluribus expoſui, quod C nonnulli hodie ſint, qui contendant in Scriptura veteri, nihil haberi de Reſurrectione mortuorum: vel ſi quod teſtimonium ibi extet, à Patribus illorū temporum non fuiſſe cognitum. Nunc venio ad teſtimonia & aſſertiones Teſtamenti novi. Primum habetur in Ioan.5. quod jam ſæpius adduxi: Qui ſunt in monumentis, audient vocem filii Dei, & qui bona fecerunt, prodibunt in reſurrectionem vitæ, qui verò mala, in reſurrectionem judicii. Et cap.6 Qui credit in me, habet vitam æternam, & ego ſuſcitabo eum in D noviſſimo die. Matt. 22. Marc.12. Luc.20. Ego ſum Deus Abrahami, Deus Iſaaci & Deus Iacobi: Deus autem non eſt Deus mortuorum ſed viventium. Nec non in Luc.14.cap. cùm Chriſtus hortaretur aſtantes, ut pauperibus benefacerent, illiſque convivia exhiberent. Non poſſunt, inquit tibi rependere, ſed tibi retribuetur in reſurrectione juſtorum. In Ioan. Qui amat animam ſuam in hoc mundo, perdet eam: & qui odit illam, cuſtodiet eam in vitam æternam. Vocabulo autem animæ, intelligit hanc vitam corporis, cui, E qui nimium parcit, nec ponere vult Evangelii nomine, perdet eam, quia in reſurrectione perpetuo exitio deſtinabitur. Qui verò eam profuderit, ſalvus recipiet ad æternam vitam. Matt.25. Ad eum congregabuntur omnes gentes. Et Marc.13. Et mittet Angelos ſuos & colliget electos ſuos à quatuor ventis ab extremo terræ uſque ad extremum cœli. Actor.17. Paulus Athenienſibus hanc reſurrectionem prædicavit, cùm ei adeſſent Stoici ac Epicurei in vico Martio. Qui cum eam doctrinam audiviſſent, partim irriF ſerunt eam, partim verò dixerunt, hac de re aliàs te audiemus: appellaruntque illum σπερμολόγον, id eſt, circumforaneum, atque dæmonum & novæ doctrinæ doctorem. In eodem lib.23.cap. cùm ſtaret Paulus in collegio Scribarum, Phariſæorum, & Sacerdotum, ſeque videret in magno diſcrimine verſari, exclamavit, Sum Phariſæus & filius Phariſæi, ac de reſurrectione mortuorum judicor. Necnon 24. illius libri, cùm diceret cauſam coram Felice præſide, teſtatus eſt & juſtos & injuſtos reſurrecturos. Quod idem repetit, G quando apud Feſtum præſente Rege Agrippa & Bernice illius uxore fuit.

Teſtimonia novi Teſtamēti de reſurrectione.

Ioan.5.28. Ioan.6.40. Matt.22.23. Marc.12.26. Luc.20.37. Luc.14.14.

Ioan.12.25.

Matt.25.32. Marc.13.27. Act.17.v.18.& 31.

Act.23.6. Act.24.15.

Act.26.8.

54 Quin & Petrus Epiſtola priori cap.1. ait Deus juxta ſuam copioſam miſericordiam nos regenuit in ſpem vivam, per hoc, quod reſurrexit Ieſus Chriſtus à mortuis. Et vos Dei virtute cuſtodimini per vim ad ſalutem, quæ patefiet in tempore poſtremo. Et poſteriori Epiſtola cap. 23. futuros dicit eo tempore cœlos novos, & terram novam. Ioan. item Epiſt.1.cap. 3. ſcribit, Cùm apparuerit Chriſtus, tunc ſimiles ei eH rimus. Ex quo colligitur, cùm Chriſtus habeat corpus & reſurrexerit, nos quoque reſurrecturos unà cum corporibus. In Apoc.cap 20. legitur, Et vidi mortuos magnos & puſillos, ſtantes in conſpectu Dei, &c. Itē cap.21. Et abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorū. & mors ultra non erit, &c. cap. quoque 22. Beati qui ſervant mandata ejus, ut ſit poteſtas eorum in ligno vitæ. Paulus ad Rom.8. Quòd ſi ſpiritus ejus qui excitavit Ieſum Chriſtum à mortuis habitat in vobis, qui excitavit Ieſum Chriſtum à mortuis viI vificabit & mortalia corpora veſtra. Et cap.6. Nam ſi facti ſumus inſititii ei per ſimilitudinem mortis ejus, nimi-

1.Pet.1.3.

2.Pet.3.13. 1.Ioan.3.2.

Apoc.20.12. & 21.4.& 22.14.

Rom.8.11.

Rom.6.5. Rom.14.10. 1.Cor.15.

nimirum & reſurrectionis illius participes erimus. Et Rom. 14. Omnes enim ſtatuemur apud tribunal Chriſti. Ad Corint. Epiſtola priori capite decimoquinto hãc quæſtionem ex profeſſo, & diligenter admodum tractat: & ita reſurrectionem confirmat, ut de fide ac ſententia ejus non liceat ambigere. Verba illinc non depromam, quia totum caput recitare oportet. Hoc tamen ex eadem Epiſtola cap. 6. referam, Corpus noſtrum non ſtupro, ſed Domino, & Dominus corpori: Deus autem, & Dominum ſuſcitavit, & nos ſuſcitabit per potentiam ſuam.

1 Cor.6.13. 2.Cor.5.1.

Poſteriori autem Epiſtola capite quinto, ſcribitur de noſtro domicilio, non manufacto in cœlis, & nos deſiderare ſuperindui: dumque ſumus in hoc tabernaculo, gemere, quòd nolimus exui, ſed ſuperindui, ut abſorbeatur mortalitas à vita. Deinde ſubjicitur, nos omnes manifeſtari oportere coram tribunali Chriſti, ut reportet unuſquiſque ea, quæ fiunt per corpus, juxta id quod fecit, ſive bonũ, ſive malum.

Epheſ.2.1. Phil.3.10. Col.2.12. Col.3.3. 1.Theſ 4.13.

Ad Epheſ. Cum eſſemus mortui per delicta, convivificavit nos unà cum Chriſto, ſimulque cum eo reſuſcitavit & ſedere fecit, &c. Ad Phil. 3. cap. Vt cognoſcam illum, & potentiam reſurrectionis ejus, & communionem afflictionum illius, dum conformis fio mortis ejus, ſi quomodo pertingam ad reſurrectionem mortuorum. Ad Coloſ. cap. 2. Conſepulti ſimul cum eo per Baptiſmum, in quo ſimul etjam cum illo reſurrexiſtis per fidẽ operationis Dei, qui illum excitavit à mortuis. Nec non capite tertio, Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo: unde cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc vos cum illo manifeſtabimini in gloria. Ad Theſſalonicenſes priori, capite quarto, monet, ne doleant de iis qui obdormierunt, ſicut cæteri qui ſpem non habent. Nam ſi credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ſic & Deus, eos qui obdormierunt per Ieſum adducet cum illo.

Ibid.v.16. Heb 2.14. Heb.11.19.

Et mox, Ipſe Dominus cum hortatu & voce Archangeli, ac tuba Dei, deſcendet de cœlo, & mortui in Chriſto reſurgent primum. Ad Hebræos 2. cap. Vt per mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium. In eadẽ Epiſtola 11. cap. Cùm Abrahamus Iſaacum Dei juſſu immolaturus eſſet, de quo promiſſionem poſteritatis habebat, cogitavit ſecum, Deum vel à mortuis eum excitare poſſe, unde illum etiam reſurrectionis typo reduxit.

Iud.v.15. Ibid.21.

Iudas in ſua Epiſtola teſtimonium inducit Enoci, qui ſeptimus fuit ab Adamo, & ait: Ecce venit Dominus, in ſanctis millib. ſuis, ut faciat judicium adverſus omnes, & redarguat omnes qui ſunt impii. Et mox, Expectantes miſericordiã Domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam. Hæc ex novo Teſtamento ſit ſatis attuliſſe, quibus addas articulum è ſymbolo Apoſtolorum, quo profitemur nos credere carnis reſurrectionem. Deinde omnia loca huc ſpectant, quibus Chriſtus fore dicitur judex vivorum & mortuorum.

V. De cauſis reſurrectionis.

55 Cùm jam viderimus nominis ſignificationem, nec non definitionem, & quæſiverimus, an hæc reſurrectio naturalibus rationibus poſſit demonſtrari, deinde protulerimus teſtimonia cum veteris tũ novæ Scripturæ; nunc ſequitur, ut de cauſis ejus aliquid dicamus.

Fidei effectus. Ioan.6.40. Matt. 22.29. Cauſæ efficiẽtes reſurrectionis. Rom.8.11.

Eſt effectus fidei, & ſequitur juſtificationem: unde 6. cap. Ioan. dicitur, Qui credit in me, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. Deus itaque ſua potentia, eſt ejus cauſa efficiens. Vnde Chriſtus Sadducæis ait, Erratis, ignorantes Scripturas & Dei potentiam. Nec tantum ipſe Deus Pater, verum etiam Spiritus ſanctus, cauſa eſt reſurrectionis. Nam quemadmodum jam diximus, ad Romanos habetur, Spiritus ejus, qui excitavit Chriſtũ à mortuis habitat in vobis, &c.

Ioan.6.49. Ioan.5.21. Ibid.v.28. Ioan.11.25. 1.Cor.15.22. 2.Cor.5.10.

Quin & ipſe Filius, hoc eſt, Chriſtus Ieſus, cauſa eſt hujus reſurrectionis. Nã dixit apud Ioannem, Ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. Et rurſus, Sicut Pater ſuſcitat à mortuis & vivificat, ita & Filius vivificat, &c. Deinde qui ſunt in monumentis, audient vocem filii Dei & prodibunt, &c. Ioan. 11. Ego ſum reſurrectio & vita. Argumentum præterea ex eo ducitur, quòd Chriſtus per mortem ſuam, peccatum ſuſtulit, quod fuit cauſa mortis: nemini vero dubium eſt, quin cauſa remota, effectum auferatur. Ad Corint. 1. cap. 15. In Adam omnes moriuntur, in Chriſto omnes vivificabuntur. Et ſicut per unum hominẽ mors, ita per unum hominem reſurrectio. Finalis cauſa reſurrectionis aſſignatur, ut totus & integer homo, ad tribunal Dei judicetur, & præmia vel pœnas referat, pro ut ſe geſſit.

Reſurrectionis finis.

Angeli verò, etſi miniſtri reſurrectionis erunt, cauſæ tamen eſſe non poſſunt. Inter cauſas reſurrectionis futuræ, accenſetur etiam Chriſti reſurrectio. Nam Paulus 1. Corint. 15. ait, Si mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit: & ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra.

1 Cor.15.13.

Licet autem è diverſo argumentari: Chriſtus reſurrexit, ergo & nos reſurgemus. Vnde Chriſti reſurrectio, cauſa eſſe videtur noſtræ. Quod quidem concedendum eſt: verùm non ita, ut actio illa qua Chriſtus excitatus eſt, & quæ jam præteriit, cauſa ſit efficiens, quæ aliquid præſtet vel agat ad noſtram producendam reſurrectionem. Sed quia vis & poteſtas divina, quæ in Chriſto, cùm ſit Deus retinetur, ſicut illum excitavit à mortuis, nos etiam vivificabit ſuo tempore.

Simile.

Ita fieri videmus in rebus humanis. Qui enim albus eſt, album quoque filium gignit. Non quod ipſe color procreet, ſed ea principia ſeu cauſæ, quæ generantem effecerunt album, illum etiam albũ reddunt, qui ab eo procreatur. Ita reſurrectio noſtra non erit diſſimilis reſurrectionis Chriſti. Deinde illud attendendum eſt, actiones divinas & cœleſtia beneficia, quę hominibus conferuntur, ut Damaſcenus inquit, in nos derivari per carnem Chriſti, quæ modò nulla eſſet, niſi fuiſſet à mortuis excitata. Vnde hoc pacto reſurrectio Chriſti noſtra quoque dici poteſt: quia circa illam, minimè potuiſſemus noſtram conſequi. Deinde, ſi Platonem philoſophando ſequeremur, adjicientem quatuor generibus cauſarum ideã, poſſemus dicere; Chriſti reſurrectionem fuiſſe noſtræ cauſam exemplarem. Finalis cauſa reſurrectionis aſſignatur: Vt totus & integer homo ad tribunal Dei judicetur, & præmia vel pœnas referat, prout ſe geſſit. Et hæc de cauſis hactenus.

VI. De corporum excitãdorum qualitate & proprietate.

56 Conſequens eſt, ut dicamus de proprietatibus & conditionibus corporum excitandorum. Scholaſtici appellarunt eas dotes, nec improbare poſſum quas enumerant, quoniam ex divinis literis eas deſumi video. Quamvis non omnes exiſtimem ab ipſis fuiſſe collectas, nec etiam fieri poteſt. Quia in hac vita, gloriæ ſanctorum non poſſumus eſſe periti, tunc illam abſolutè ac perfectè cognoſcemus, cùm ad eam ventum fuerit.

Immortalitas. 1.Cor.15.53.

Prima quæ occurrit, beatorum conditio, eſt *immortalitas*. Et ſanè in divinis literis, quoties agitur de futura vita, ea prædicatur æterna, ut quæ non ſit habitura finem. Paulus ait, Oportet mortale hoc induere immortalitatem, & corruptibile hoc induere incorruptionem. Cumque pœnæ ac præmia reddenda pro ratione operum, ſint ſempiterna, oportet & ſubjectum ſeu naturam, quæ illis afficienda eſt, immortalem eſſe. Præterea cùm dubium non ſit, Chriſtum evertiſſe peccatũ & mortem, reſtat vitam ſanctorum fore immortalem. Et ad Rom. cap. 6. habetur, Chriſtus reſurgens à mortuis, non amplius moritur, nec mors ei ulterius dominabitur.

Rom.6.9. 1.Cor.15.50. Incorruptio.

Adhæc 1. Corint. 15. Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt. Nec accipienda hæc ſunt pro ſubſtantia & natura ipſa carnis & ſanguinis, nam qui reſurrecturi ſunt, omnino iis rebus prædit erunt: ſed ad corruptionem ſpectat Apoſtolus, cui ſanguis & caro in hac vita ſunt obnoxia: unde ſubjecit, & corruptio *incorruptionem*.

Matt.22.30. A cibo, potu & venere exẽptio.

57 Ex hac proprietate alia conſequitur, Non opus fore poſt reſurrectionem, cibo, potu, & Venere: cum homines, ut Chriſtus docuit, futuri ſint inſtar Angelorum. Vnde Mahometiſtæ & Saraceni graviter hic errant, credentes poſt reſurrectionem ſuppeditandos beatis cibos affatim, potus largiſſimos, & uſum Veneris copioſum: Ita enim tradit eorum Alcoranus.

Alcoranus. Avicenna.

Id tamen Avicenna in ſuis Metaphyſicis non ineptè interpretatur, aitque ſermones illos metaphoricos eſſe: quòd non potuerunt exprimi, ut opinatur, voluptates honeſtę alterius vitæ, præſertim rudibus hominibus, niſi vocabulis delectationum vulgarium, quæ in hoc mundo percipiuntur. Hæc non inſipienter afferri propterea dixi, quoniam & in divinis literis hujuſmodi allegoriæ ſeu tranſlationes reperiuntur.

Luc.12.37. Luc 22.29.

Etenim Luc. 12. legimus, Beati ſunt ſervi illi, quos Dominus invenerit vigilantes: etenim præcinget ſe, ac tranſiens miniſtrabit eis. Ac in eodem

Evangeliſta cap. 22. habetur: Ego diſpono vobis, ut mihi diſpoſuit Pater regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Quin ex noſtris Patribus vetuſtiſſimis, permulti fuerunt, qui Chriſtũ poſteriori ſuo adventu exiſtimarunt, unà cum ſanctis regnaturum ad mille annos in ſummis deliciis, & magna ſuavitate. Dicti ſunt iſti à Græcis χιλιασταὶ, à Latinis vocari poſſunt miliarii: de quibus fuſè loquutus eſt Auguſtinus lib. 20. de Civitate Dei cap. 20. Occaſionem primùm erroris inde cœperunt, quòd Chriſtus poſt reſurrectionem unà cum Apoſtolis edit & bibit. Deinde, quod Prophetæ ſæpius harum rerum mentionem faciant, cùm de poſtremis temporibus vaticinantur. Locum præterea ex 20. cap. Apocal. eò detorſerunt, ubi de hiſce mille annis mentio habetur. Vt hunc eorum errorem confutemus, Primùm dicimus Chriſtum cum Apoſtolis ediſſe ac bibiſſe, ut veritatem ſuæ naturæ humanæ quàm teſtatiſſimam relinqueret, nòn ut neceſſitati ſatisfaceret. Nam corpus habuit incorruptibile, quod neque ſiti, neque fame laborabat. Vnde cibus & potus, quæ uſurpavit, non ſunt in ſubſtantiam & magnitudinem corporis ejus converſa, ſed abierunt, & reſoluta ſunt in materiam priſtinam. Vnde ſciendum eſt, quædam Chriſtum geſſiſſe poſt reſurrectionem, ad teſtandam veritatem humani corporis, quædam verò ad ſuam gloriam demonſtrandam. Gloriæ indicia fuerunt, quòd diſparuerit, cùm videretur & Apoſtolis adeſset repentè: quòd ad illos ingrederetur foribus clauſis, & ad extremum, quòd ad cœlos aſcenderet. E diverſo autem ſe demonſtravit adhuc verum hominem eſse, cùm ſe videndum & palpandũ præbebat: cùm comederet & biberet unà cum Apoſtolis: cùm aſcendens ad cœlos ab illis viſibiliter fuerit ſeparatus. Quod verò Scripturæ divinæ, cùm in Prophetis tum in Evangeliis cibi & potus mentionem faciunt, id, quemadmodum expoſuimus, fit ἀλληγορικῶς, nec non per Metaphoras & ſimilia ſatis ad docendum accommoda. Quod teſtimonio libri Proverb. poſſumus oſtendere: ubi ſapientia deſcribitur, quæ miſcuerit vinum & menſam appoſuerit. Quæ ſapientiæ congruere nequeunt, cujus natura ſpiritualis eſt, & in animis hominum adhæret. Sed nomine cibi & potus, intelligimus Dei notitiam, divinarum rerum ardentem amorem, & gaudium profluens ex divina præſentia. Hæc inquam Sanctis futura ſunt inſtar cibi & potus jucundiſſimi. Ideò cùm Maria ſederet ad pedes Domini, & mirificè doctrina ejus reficeretur, ab ipſo Chriſto defenſa eſt, cùm accuſaretur à Martha eo nomine, quod intermitteret laborem parandi, quæ neceſſaria erant ad victum: dixit enim, Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. De loco in Apocalypſi ſciendum eſt, reſurrectionem, per quam regnabunt ſancti cum Chriſto mille annis, non eſſe illam de quo modò agimus, ſed regenerationem, qua juſtificamur. Et idcirco diſertis verbis illic additur: Et hæc eſt reſurrectio prima. Nec mille anni aliud tempus notant ab eo, quo nunc ſub tutela Chriſti manemus in ejus regno, quod eſt Eccleſia. Nec dubium eſt numerum certum & terminatum pro infinito illic poni. Quocirca non ad poſteriorem adventum Chriſti, ſed ad priorem illa pertinent. Quod ſi veteres illi Patres animadvertiſſent, non ita fuiſſent in errorem lapſi. Proinde in illa immortali vita, neque alimonia corporali opus erit, nec liberorum procreatione: quandoquidem hæc mortali vitæ inſerviunt, illa verò immortalis erit. Et quia nihil deteritur de ſubſtantia corporum, non opus erit reparatione, quæ per cibum & potum fiat. Et quia etiam nulli moriuntur, per novam procreationem, alii non erunt ſubrogandi.

Chiliaſtæ.
Auguſtinus.
Apoc. 20. 6
Chriſtus cur poſt reſurrectionẽ ederit & biberit?
Gloriæ Chriſti indicia.
Luc. 24. 31.
Joan 20. 19.
Act. 1. 9.
Joan 20. 27.
Luc. 24. 43.
Act. 1. 9.
Ἀλληγορία.
Metaphora.
Prov. 9. 2.
Luc. 10. 40.
Apoc. 20. 6.

58 Aliam conditionem vel qualitatem, lucem dixerunt & *fulgorem*, de qua Paulus ad Phil. ait, Chriſtum configuraturum corpus humilitatis noſtræ corpori claritatis ſuę. Atque hujuſmodi conditionis ſpecimen dedit Chriſtus in ſua transformatione, ubi facies ejus inſtar Solis reſplenduit. Et apud Matt. ſcribitur, Fulgebunt juſti, ut Sol, in conſpectu Dei. Nec Daniel hunc ſplendorem ſeu claritatem, ut jam audivimus, prætériit. Et Paulus ad Corint. priori, cap. 15. habet, Nunc ſeminatur in ignominia, reſurget autem in gloria. Hunc porrò fulgorem in corpora beatorum derivandum putant, ab animis qui Deum non in ænigmate, aut in ſpeculo, ſed uti eſt, videbunt: Ex quo aſpectu tantam concipient lætitiam & jucunditatẽ, ut inde ad corpus redundet. Neque latet quenquam, animum & ſpiritum exhilarare frontem, & corpus floridum reddere. Ponitur adhæc in beatis corporibus *agilitas*. Etenim & corpus & mẽbra ſubjicientur penitus animo, ita ut ei, nec repugnet, neque adverſetur. Vnde Paulus dixit: Nunc ſeminatur in infirmitate, reſurget verò tunc in potentia. Idcirco in lib. Sapientiæ Salomonis. cap. 4. legitur de ſanctis, quod ut ſcintillæ ſint diſcurſuri per arundines, ſeu per ſtipulam. Et Paulus ad Theſſ. ait, Nos qui deprehendemur vivi, & mortuos excitatos, rapiendos eſſe obviam Chriſto per aërem. Hæc porro magna erit alacritas, & agilis motus corporum noſtrorum, ut per aërem ad Chriſtum aſcendamus. Certè hac excellenti facultate pollebat Chriſti corpus, cùm ambularet ſuper aquas, & Petro ut id faceret largiretur, cumque ipſe Chriſtus è terris in cœlos tolleretur. In eo verò ſita eſt, ut animus perfecte dominetur corpori: ita, ut ei gravitas & pondus carnis minimè obſtet. Pertinet utique iſta proprietas ad localem motum: quare mirum eſt Vbiquitiſtas iſtam dare beatis corporibus dotem, ut ſcribunt in ſuis libellis: & tamen cœlum ſtatuere ubique, ita ut Chriſti corpori & noſtris, cum beati erimus, certa loca nolint attribuere, quaſi dandus ſit motus localis abſque loco.

Fulgor & lux.
Phil. 3. 21
Matt. 17. 2
Matt. 13. 43.
Dan. 12. 3.
1. Cor. 15. 43.
Agilitas.
1. Cor. 15. 43.
Sap. 3. 7.
1. Theſ. 4. 17.
NOTA, Vbiquitiſtæ.

59 Aſſignatur præterea Sanctis poſt reſurrectionem *impaſſibilitas*: Non enim corrumpentur nec imminuentur ullis paſſionibus, doloribus, aut morbis. Quapropter ſcripſit Apoſtolus, Nunc ſeminatur in corruptione, reſurget autem in incorruptione. De affectionibus & paſſionibus in corporibus, non eodem modo eſt ſtatuendum. Quædam enim ſunt maleficæ, quæ corpus atterunt, ac imminuunt, ac denique conficiunt: ut fames, ſitis, morbus, dolor, atque alia hujus generis. Iſtis affectionibus liberabuntur ſancti. Aliæ verò paſſiones, naturam potius juvant & perficiunt quàm lædant, ut ſenſuum notitiæ. Non læditur oculus, cùm afficitur pulchris coloribus: neque auditus, harmonia & ſonis bene compoſitis: neque olfactus à bonis odorib. periclitatur. Quare iſtis paſſionibus non privabuntur noſtra corpora, cùm poſt reſurrectionem erunt in patria. Addunt *ſubtilitatem*: quæ non ſic accipienda eſt, quaſi reſurgentium corpora convertantur in ſpiritum, & aërea ſeu æthera futura ſint, aut inſtar venti ut per omnia penetrent: ſed hanc ſubtilitatem, refero ad exquiſitam, ſubtilem, & acutam perceptionem ſenſuum: refero etiam illam ad affectus, qui conſequuntur corpus, qui non erunt craſſi & fæculenti, neque turbabunt animum. Et huc deflecti poſſet quod Paulus ait, Seminatur animale, reſurget autem ſpirituale: quibus verbis non intellexit corpus transformandum in ſpiritum, ſed tradidit corpus humanum acceſſurũ, quantum ſalva ejus natura fieri poterit, ad proprietatem ſpiritus, quoad notitiam & affectus. Has inſignes proprietates, collegerunt Scholaſtici confirmatas ex divinis literis, nec tamen omnes protulerunt: quoniã, ut Paulus dixit ad Corint. Oculus non vidit, nec auris audivit, quæ Deus præparavit ſe diligentibus. Nec prætereundum eſt nuſquam vel Sacras literas, vel Patres veteres, vel Scholaſticos attribuiſſe, vel carni Chriſti excitatæ, vel aliis ſanctis, dotem ubiquitatis, vel abſolutionem à loco. Quare mirum eſt, quibuſdam hominibus ætatis noſtræ illud commentũ adeo placuiſſe: Imò dixerunt Scholaſtici, præſertim Thomas Aquinas, Ex eo quòd beatorum corporum conditiones ad cœleſtes accedunt, colligi inde, habitationem eorum poſt hanc vitam in cœlis, imò ſuper cœlos eſſe. Diſputant præterea de reſurgentium *ætate*, ac decernunt eam fore juſtam, virilem, maturam & robuſtã. Atque huc detorquent, quod legitur ad Eph. Donec occurramus in unitatem fidei, in agnitionem filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Sed (pace illorum dixerim) Apoſtoli verba, minimè huc ſpectant. Non enim ibi de reformatione corporum, verùm de inſtauratione animorum agebat, quemadmodum præcedentia verba clariſſimè demonſtrant. Attamen de perfecta ætate reſurgentium ab eis non diſcrepo; ſed alia ratione,

5 Impaſſibilitas.
Affectionum & paſſionum diſtinctio.
Exempla.
6 Subtilitas.
1. Cor. 15. 44.
Vbiquitas nuſquam tributa corpori Chriſti glorioſo.
7 Qua ætate reſurgemus iuxta Scholaſticos.
Epheſ. 4. 13.

Deus

Digitized by Google

Deus cum primos homines crearet, illos non fecit
vel infantes, vel decrepitos, vel imperfectos, aut de-
formes. Cùm autem reſurrectio ſit nova quædam
creatio ſeu reformatio, decet ut priori ſit conformis:
ut ergo illa valde bona fuerunt, id eſt perfecta in ſuo
genere, quæ Deus creavit: ita perfecta erunt, quoad
naturam, corpora, quæ in reſurrectione illius vi re-
parabuntur.

Quæ proprietates impiorũ reſurgentium.

60 Quid verò ſtatuemus de proprietatibus &
conditionibus impiorum, quando reſurgent quoad
corpus? Habebunt ſanè immortalitatem, cæteras ve-
rò dotes piorum non obtinebunt, imò contrariis &
prorſus oppoſitis deformabuntur. Luce atque clari-
tate prorſus deſtituentur. Nam, vt Chriſtus docuit, in
tenebras externas jubebuntur conjici. Nec erunt
impaſſibiles, quandoquidem cruciatibus & dolori-
bus immenſis afficiendi ſunt. Ibi erit fletus, inquit
Dominus, & ſtridor dentium. Vermis eorum non
morietur, & ignis eorum non extinguetur. Alacres
item & agiles non erunt, quòd ligaris manibus ac pe-
dibus mittendi ſint in gehennam. Neque ſubtilitas
eis contingit, ratione jam à nobis deſcripta, quod in
lachrymis & fletu verſaturi ſint, & in affectibus craſ-
ſiſſimis, deſideriiſque vehementibus, quemadmodũ
ex Evangelica narratione divitis & pauperis elicitur.

Mat.22.13.
Ma.9.44.

Corporum reſurgentium quænam ſit futura ſubſtãtia.

Cæterùm in iis, quæ commemoravi, id unum eſt uni-
cè retinendum, propter hanc varietatem qualitatum
& conditionum, ſubjectum, hòc eſt, ſubſtantiam no-
ſtrorum corporum, non eſſe variandam: Idem enim
prorſus corpus & eadem caro excitabitur. Neq; au-
diendus eſt Origenes, qui putat ſolùm corpus reſti-
tuendum eſſe, non carnes. Chriſto potius eſt creden-
dum, qui cum à mortuis reſurrexiſſet, dixit; Palpare,
& videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non ha-
bet, ſicuti me videtis habere. Quod ſi reſurget idem
corpus, reddentur etiam eædem carnes & membra:
locus etiam illis aſſignabitur, non enim hæc abſque
loco valent conſiſtere. Idem autem omnino fore
ſubjectum, liquidò Paulus probavit, cùm diceret ad
Corinthios, Oportet corruptibile hoc induere incor-
ruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.
Pronomen demonſtrans, Hoc, ſubſtantiam & natu-
ram corporis verè humani demonſtrat. Imò dices,
Idem Apoſtolus in eadem Epiſt. ca. 6. ſcripſit. Eſcæ
ventri deſtinatæ ſunt, & venter eſcis: Deus autem &
hunc & illas abolebit. Dicitur etiam Beatos fore in-
ſtar angelorum, ita ut nec uxores ducant, nec mulie-
res nubant, quorum ſexuum varietas in beatis re-
ſurgẽtibus retinebitur? In quem uſum, vel in quem
finem? Reſpondemus. Deum quidem in æterna feli-
citate aboliturum in excitatis harum partium & mẽ-
brorum uſum & opera, ſed non ſubſtantiam & natu-
ram eorum. Dum autem rogatur, ſublato uſu, & ope-
re, cur ipſa manſura ſint? Reſpondemus, ideo fieri,
quod pertineant ad integritatem ac perfectionem
humani corporis. Etenim ſi omnia hæc tollenda eſ-
ſent, quota pars ejus reſidua fieret? Detrahenda pri-
mum eſſet gula, ventriculus, & omnia inteſtina, qui-
bus egeruntur fæces, & redundantes humores diſtil-
lantur. Deinde par eſt, ut eæ partes, quibus rectè ſu-
mus uſi, dum hîc viveremus, unà nobiſcum præmio
afficiantur. Cumque beati homines palato, gula &
ventriculo, frugaliter ac temperanter uſi fuerint, &
genitalibus membris caſtè: quare non recipient has
partes, ut unà cum iis coronentur?

Ione 15.24.
Origenis error.
Luc 24.39.
1 Cor.15 53.
1 Cor.6.13.
Mat.22.30.

61 Nec firma eſt conſequutio: ſublatus eſt uſus
partium quarundam & membrorum, igitur illa quo-
que ſunt auferenda. Non ita fit in natura. Anus ef-
fœta, quæ non amplius aut parere, aut lactare po-
teſt, hac de cauſa non fraudatur uberibus, nec etiam
partibus ad procreationem facientibus. Quin fortis
& nobilis Imperator, qui multas res præclarè geſſit
in bello, cùm obierit, circa ſepulchrum arma habet
affixa, quibus olim uſus eſt, quamvis non ſit in po-
ſterum uſurus. Naves item, quibus in mari quondá
reportarunt victoriam, licet non amplius uti eis poſ-
ſint, ad terram pertrahunt, atque integras ibi volunt
ſervari, ad rerum geſtarum diuturnam memoriam.
Quin & ipſe Chriſtus à mortuis excitatus, cicatri-
ces vulnerum ſecum reduxit, & dubitanti Thomæ
dixit; Affer digitos tuos in latus meum, & fixuras
clavorum: neque ſis poſthac incredulus, ſed fidelis.

Simile.
Ioan.20 27.

A Vulnera jam functa erant ſuo munere, nam per ea
genus hominum redemptum fuerat: ea tamen exci-
tatus à mortuis habuit, quo corpus oſtenderetur idẽ
eſſe quod prius erat paſſum. Elias etiam ac Moſes
cùm jejunarent per quadraginta dies, fruſtrà non ha-
bebant palatum, gulam, & ventriculum, cùm tamen
iis à longo tempore non uterentur.

Ex.34 28.
1 Reg.19 8.

62 Sed redeo ad Origenem, qui putavit corpus
reſurrecturum, non tamen carnes: nos verò in Sym-
bolo profitemur, non corporis, ſed carnis reſurrectio-
B nem. Is verò, ut colligitur ex libro περὶ ἀρχῶν, duplicẽ
errorem ait de reſurrectione animadverti. Primùm
facit noſtrum qui putamus carnem, ſanguinem, oſſa
& membra eadem recipienda cum excitabimur. Hoc
enim abſurdum & ineptum putat, & nimis craſſum.
Quia putat conſequuturum, ut ruſus comedamus,
bibamus, & uxores ducamus. Sed argumentum hoc,
ut infirmum ſit, jam antea dictum eſt, cùm oſtendi-
mus congruere ac decere, ut citra uſum & proprias
C functiones, hæ partes recipiantur in beata reſurre-
ctione. Alterum errorem facit quorundam hæreti-
corum, qui reſurrectionem mortuorum prorſus ne-
garunt, ſalutem æternam animis tantummodo tri-
buentes: & eorum qui auſi ſunt Chriſti reſurrectio-
nem vocare phantaſticam, quæ ſcilicet per viſionem
imaginariam oſtenſa ſit. Poſitis itaque duobus his
erroribus, ceu quibuſdam extremis, prætexuit mediá
quandam viam ſe approbare. Cùm animus à corpore
fuerit abjunctus, quatuor præcipua, quibus conſtat,
D ad ſuas matrices denuò ſe recipere ait: ita ut caro
abeat in terram, halitus in aerem, ſanguis & humores
cæteri in aquas, calor in cœlum. Iſta cum eo redeant,
minimè perire affirmat, ſed ita commiſceri cum iis
elementis, ut inde amplius diſcerni ac extrahi ne-
queant. Attamen affirmat reſurrectura eſſe corpora,
& ita reſurrectura, ut cuilibet ſuum proprium redda-
tur, non alienum. Quod eſt Petri, ut ait, Petro attri-
buetur, & quod Pauli, dabitur Paulo. Quartò, non
eſt æquum, ut in alieno corpore puniantur peccata
E & non in eo per quod perpetrata fuerunt. Quomo-
do autem id fiat, ita declarat. In ſeminibus rerum in-
ſita eſt ratio quædam & vis à Deo, ut ad ſe trahat o-
mnem futuram materiam & corpulentam ſubſtan-
tiam rerum, quæ inde proveniunt. Nec tamen in ſe-
mine arboris videntur fructus, flores, folia, rami, cor-
tex, truncus: cùm alioqui in illa ratio & vis horum o-
mnium exiſtat. Sic eſſe arbitratur in cineribus, & re-
ſidua materia noſtrorum corporum. Vimque illam
Græca voce appellat σπερματικὸν vel λόγον; vel ut
F Eraſmus in Scholiis ad Hieronymum emendavit, σπ-
ινθῆρα, quod eſt conſervatorium, vel ſeminarium mor-
tuorum. Id autem tradit judicii extremi tempore ge-
minaturum & pullulaturum humana corpora, ſed
non carnes, oſſa & ſanguinem: ne in cœlis opus ha-
beamus cibo & potu, nuptiis, tonſoribus, & naſiter-
giis ad pituitam abſtergendam. Cumque neget car-
nem redituram, verbis Pauli abutitur, quibus ait, eos
qui ſunt in carne, Deo minimè placere. Nec enim
Apoſtolus ibi per carnem, ſubſtantiam & naturam
G intellexit: ſed corruptionem, vitia, & depravationem.
Quemadmodum in lib. Gen. dixit Deus. Spiritus
meus nequaquam in iſtis hominibus manebit, quòd
caro ſint. Et à Paulo ſcribitur. Vos autem in carne
non eſtis, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus Chriſti ha-
bitat in vobis. Cenſuit igitur Origenes corpus re-
ſurgentium fore homogeneum, hoc eſt, ejuſdem ra-
tionis. Nunc inquit, videmus oculis, audimus auri-
bus, incedimus pedibus: verùm tunc illo tempore vi-
debimus, audiemus & ibimus. Abutitur præterea
H verbis ejuſdem Pauli ad Philippenſes, cùm de Ieſu
Chriſto dixit, μετασχηματίσει id eſt, transfigurabit
corpus humilitatis noſtræ. Etenim & iſtud accipit de
ſubſtantia & natura corporis noſtri dici, cum tan-
tummodo agatur de qualitatibus & conditionibus
immutandis. Vocabulum enim Græcum σχῆμα, unde
verbum illud eſt derivatum, pertinet ad prædicamẽ-
tum qualitatis, nec non μετὰ vnde σύμμορφον dedu-
citur. Hæc ſi expendiſſet Origenes, non tam fœdè
lapſus eſſet, ut diceret, reſurgentium corpora fore
I aerea ſeu ætherea, ita ut nec oculis, nec tactui ſubja-
ceant, ſed ſint inviſibilia & intractabilia. Locum ta-
men illis reliquit: nam ea dixit pro varietate locorũ

Origenis Opinio.
Io.20.29.
1 Reg 19.
Rom.8.8.
Gen.6.3.
Rom.8.9.
Phi.3.21.

Digitized by Google

immutari, cùm interea illi, qui veras carnes & oſſa profitentur nobis reſtituenda, locum ei auferant. Sed redeo ad Origenem, qui docet corpora reſurrectura, non autem carnem. Diſtinguuntur verò hæc, ut genus & ſpecies. Omnis enim caro eſt corpus: verùm non omne corpus eſt caro. Etenim caro eſt, quæ conſtat ſanguine, ac venis, ac cute, nec non oſſibus & nervis. Corporum verò quædam ſunt vel aerea, vel ætherea, cujuſmodi Plato dedit certis dæmonibus & animis noſtris, quo ceu vehiculo quodam & veherentur & conjungerentur corpori externo, quod eſt craſſius & magis terrenum. Et quæ ejuſmodi eſſe fingebit, nec palpari nec cerni poterant. Sunt & alia corpora, quæ videri ac tangi queunt, cùm tamen caro non exſtant, ut panes & lignum, quæ ſunt corpora ſenſilia, non tamen carnes. Corpus itaque quod genus eſt, contrahit per carnem in certam quandam ſpeciem: quod ex verbis Pauli ad Coloſ. evincitur, qui ait, Cum eſſetis alieni à Chriſto inimici ſenſus ejus, & in operibus pravis, reconciliati eſtis corpore carnis ejus per mortem. Et in eadem Epiſt. Circumciſione non manufacta in expoliatione corporis peccatorum carnis. Hæc ſententia fuit Origenis ex libro περὶ ἀρχῶν, referente Hieronymo, in Epiſt. contra Ioan. Hieroſolymitanum Epiſcopum.

Corporis à carne diſtinctio.

Col. 1. 21.

Col. 2. 11.

Origenis lapſus.

63 Lapſus eſt ille graviter, multis modis in hac re. Primum, ineptè philoſophatur de illo ſeminatio mortuorum, quod reliquum fiat in cineribus defunctorum poſt mortem. Quid enim opus eſt, in materia noſtri corporis, principium reſurrectionis conſtituere? Actio excitationis à mortuis tota eſt Dei, nec ullæ ſunt vires corporis, ut denuo pullulet. Et ut id obiter attingam, aliqui ex veteribus Patribus admodum cautè legendi ſunt, quòd videantur id tribuere Euchariſtiæ, quod Origenes dedit rationi & facultati inſitæ corporibus quæ in defunctis non extinguãtur. Ea de re ſcripſit Irenæus in quarto, & Iuſtinus in Apologia ad Antoninum Imperatorem, dicuntque corpora noſtra cùm Euchariſtiam perceperint, non eſſe amplius mortalia, quod illud ſacramentum fiat noſtris corporibus conſervatorium ad vitam æternã. Si propriè ac ſimpliciter hæc intelligerent, ut prima fronte præ ſe ferunt, quaſi tradant corpus & ſanguinem Chriſti tranſire in verum alimentum corporũ, & ita in eis fieri principium Reſurrectionis, abſurda vehementer ſententia eſſet. Verus quippe cibus corporis concoquitur, digeritur, ac diſtribuitur per partes, nec non in ſubſtantiam & naturam ejus qui nutritur vertitur. Corpus autem Chriſti cum ſit impaſſibile, in alia corpora mutari non poteſt, proinde nec etiam cum eis humatur. Vera tamen ſcripſerunt ij Patres, modo eorum dicta commodè accipiantur. Intelligimus itaque fideles in cœna Domini, ore corporis accipere panem & vinum: mente verò ac ſpiritu, corpus & ſanguinem Chriſti, prout in cruce data fuerunt pro noſtra ſalute: atque fide hæc percipiendo juſtificari & regenerari, vel in juſtitia & nativitate ſpirituali confirmari. Iuſtificatio autem & regeneratio quæ in animo ſunt, corpus ipſum reddunt capax reſurrectionis. Atque hoc pacto dicere poſſemus, elementa externa, quæ corpore accipimus, præparationem eſſe ad reſurrectionem: quoniam inſtrumenta ſunt Spiritus Sancti per quæ in nobis fidem excitat, quæ verè principium eſt reſurrectionis.

Patres cautè legendi.

Euchariſtia quatenus ad reſurrectionẽ proſit.

64 Erravit præterea Origenes in eo, quòd corpus, quod in reſurrectione agnoſcit, fore homogeneum cenſet, ita ut totum videat, totum audiat, & totum ingrediatur: quaſi non habeat oculos aures & pedes à ſe invicem diſtinctos. Porrò in ſua transfiguratione Chriſtus, cùm Apoſtolis daret ſpeciem beatorũ corporum, non eſt ita mutatus, ut abierit in figuram rotundam, ut ſunt corpora Solis, Lunæ, atque ſtellarũ. Manſit ejus facies à cæteris membris diſtincta. Nam ſcribit Evangeliſta, faciem ejus fulſiſſe inſtar Solis. Præterea, cum poſt reſurrectionem comederit & biberit unà cum illis, arbitror eum id dentibus, palato, gula, & ventriculo feciſſe, non pedibus vel cranio capitis. Loquutus eſt etiam cum eis, & proculdubio lingua & ore, non genubus & cruribus. Dicitur præterea nominatim, oſtendiſſe latus in cruce confoſſum: habuit itaque illud à cæteris partibus corporis diſtinctum. Proinde membra hæc, aut vera fuerunt, aut conficta & præſtigiæ. Si vera fuerunt, aſſentiãtur iſti corpora ſuis membris diſtincta reddenda eſſe in reſurrectione. Sin verò ſpectra fuerunt & res confictæ, malè probatur veritas reſurrectionis per mendacium. Verùm, inquiunt, privilegia quædam hæc fuiſſe Chriſti, quia non fuit quemadmodum nos conceptus ex virili ſemine, ſed ope Spiritus Sancti plaſmatus in ventre Virginis. At ego excipio reſurrectionem Chriſti fuiſſe imaginem & ſimilitudinem reſurrectionis noſtræ. Vnde ſi ei reſtituta ſunt propria membra, nobis quoque reddentur. Sed addunt, diſpenſatione quadam hæc geſta fuiſſe à Domino cum Apoſtolis, quando redivivus à mortuis eſt excitatus. Alioquin corporis ſui conditionem aeream & ſpiritualem oſtendit, quando ſic egit cum Apoſtolis, ut eum non agnoſcerent, & evanuit è conſpectu eorum ut factus fuerit inviſibilis, item cùm ingreſſus eſt ad illos clauſis foribus. At non agnoſcebant eum Apoſtoli, non quod ipſe inviſibilis eſſet, aut carne aut manibus deſtitueretur: ſed quoniam, ut dicit Evangeliſta, oculi eorum tenebantur ne illum agnoſcerẽt. Ideo cum poſtea illum agnoverunt, ſcribit apertos fuiſſe oculos eorum, ut intelligamus, in oculis illorũ poſitum impedimentum fuiſſe, non diverſitatem in corpore Domini. Subduxit præterea ſe repentè ab oculis eorum, nec amplius ipſum viderunt, quoniam oculi eorum prohibiti ſunt, ne diſceſſum cernerent. Apollonius Thyaneus cum eſſet in Concilio coram Domitiano, ſubitò è medio ſublatus eſt, nec amplius apparuit: non quod ejus corpus redditum fuerit inviſibile, vel in aere evanuerit, ſed quòd præſtigiis dæmonum, oculi aſtantium prohibiti fuerint, ne vel adhuc præſentem, vel abeuntem cernerent. Num ergo quod factum eſt diabolicis præſtigiis circa propriam hominis corpus, negabimus corpori Chriſti, in quo divinitas perfectiſſimè adfuit? Infirmum etiam argumentum eſt de foribus: quoniam fieri potuit ut ingrederetur ad Apoſtolos per tectum, vel feneſtras, cum eſſent januæ obſeratæ. Et fortaſſis ad acceſſum ejus, ceſſerunt fores, & tranſitum præbuerunt. Verum, quid multis opus eſt? Ezechiel mortuorum reſurrectionem commemorans, corporis aerij vel ætherij meminit, ſed oſſa inquit, acceſſiſſe ad oſſa, & unumquodque ad juncturam ſuam, fuiſſe inter ſe vincta nervis, carnibus cooperta & cute inducta, & ea ſtetiſſe demum ſuper pedes ſuos. Corpora itaque deſcribit Propheta, quemadmodum in reſurrectione futura cognovit. Et Iobus ait, De carne mea videbo Deum oculis meis: nec ero alius, ſed quoad ſubſtantiam idem ipſe, qui nunc ſum. Hæc tam clara ſunt ut luce non opus habeant.

Homogeneum corpus fingit Origenes.

Mat. 17. 2.

Luc. 24. 43. Ioan. 20. 20. Chriſti à mortuis ſuſcitati corpus quale.

Lu. 24. 16. Ibi. v. 31.

Ibidem.

Apollonius Thyaneus magus corã Domitiano evanuit.

Ioa. 20. 19.

Eze 37. 7.

Iob. 19. 26.

65 Nec tantùm erit idem corpus in reſurrectione cum eo quod nunc habemus: verum etiam locũ occupabit, nec ſimul ac eodem tempore in pluribus locis eſſe poterit, quòd natura corporum & præſertim humanorum hoc non ferat. Cum enim ſuis partibus, membris & lineamentis deſcripta & finita ſint, oportet ut certis locis contineantur. Et nihilominus hodie reperiuntur aliqui tam procaces & intemperantes, qui ut ſuam tueantur opinionem, vel ubiquitatis vel præſentiæ realis atque ſubſtantialis corporis & ſanguinis Chriſti in ſacra Cœna, poſcere à nobis audent, ut ſibi probemus, & quidem ex divinis literis, corpus eſſe non poſſe abſque loco, nec eodem tẽpore ac ſimul exiſtere poſſe in diverſis locis. Quid ſi viciſſim ab illis petamus, ut ex iiſdem Sacris literis nobis demonſtrent expreſſis verbis, conſcriptum eſſe corpus poſſe abſque loco, vel ſimul eodemq; tempore in diverſis locis. Certè niſi velint uti aliis Canonicis libris, ab iis quos agnoſcit orthodoxa Eccleſia, nunquam nobis hujuſmodi teſtimonium ullum oſtendent. Quare audienda eſt vox naturę, quæ Deum ipſum habet authorem. Ea verò ſtatuit, hæc fieri non poſſe, ſicuti & adverſarij teſtantur, & Auguſt. in Epiſt. ad Dardanum agnovit, & Cyrillus in Dialogo de Trinitate: qui ſcripſit etiam naturam divinam ſi eſſet partibilis, fore quantam & omnino in loco, nec vitare poſſe circumſcriptionem. Non ſunt utique refigenda naturæ dogmata, niſi quando verbo Dei adverſantur. Hæc verò, quę protuli, cum eo non pugnant. Quamobrem cùm iſti nequeant in divinis literis oſtendere ſecus haberi, deſinant extra eas nobis obtru-

Reſurgẽtium corpora futura in loco.

Chriſti corpus à mortuis ſuſcitatum fuiſſe in loco.

obtrudere fidei articulos, quos citra verbum Dei nō licet cudere. Nos autem Magiſterium Sacrarum literarum ſequemur, quæ ubicumque de corpore Chriſti loquuntur, paſſim ei locum tribuunt: dicentes, aliquando fuiſſe in Galilæa, interdum Hieroſolymis, nonnunquam in Bethania, vel in templo, vel in domo Simonis. Et ita certum locum ei aſſignant, ut ab alio excludant. Nam ipſemet ait, cùm iret ad Lazarū excitandum: Mortuus eſt, & gaudeo quòd non eram ibi. Teſtatur itaque ſe ita fuiſſe in itinere, ut in Bethania eo tempore non fuerit. Et angelus mulieribus dixit, ut oſtenderet illum ex ſepulchro diſceſſiſſe: Surrexit non eſt hîc. Ergo ita illinc abierat, ut præſens non adeſſet. Ad hunc modum Chriſtus loquitur, & Angelus teſtatur. Quocirca natura humana Chriſti comprehendebatur loco, & alibi non erat. Cæterùm iſti dicent, Cùm rogemus de potentia, tu de facto reſpondes. Adhoc dico, me nihil morari eā potentiam, quæ nunquam erupiſſe in actum oſtenditur. Deinde ad priorem poſtulationem redeo, & pero, ut mihi demonſtrent in divinis libris hoc haberi poſſe, nimirum humanum corpus extra locum eſſe, atque ſimul in diverſis locis exiſtere. Id autem cùm præſtare minimè poſſint, affirmare deſinant, & ut neceſſarium credendum proponere. Scio dicent, ſcriptum eſſe, & à Chriſto affirmari de pane & vino Cœnæ, Hoc eſt corpus meum, & hic eſt ſanguis meus. Verùm hæc à ſapientioribus longè aliter intellecta & expoſita ſunt, atque iſti accipiunt. Ideò à loco bifariam expoſito, non deducitur firmum ac certum argumentum. Opponent fortaſſis & illud, Nihil eſt impoſſibile apud Deum. Scio ſic ſcriptum haberi: verùm ea ſententia citra ullam exceptionē admitti non debet. Paulus enim excepit, quando inquit, Deum ita veracem eſſe, ut ſeipſum negare non poſſit. Et Patres alia complura exceperunt: Et vulgò in ſcholis dicitur, à Deo fieri non poſſe, quæcunque inter ſe contradictorem implicant. Prætereà illo dicto abutebantur Hæretici, qui cùm arguerentur ab Orthodoxis, quòd abſurda & impoſſibilia ſtatuerēt, reſpondebant, apud Deum omnia eſſe poſſibilia. Paulus Samoſatenus, qui diſtinctionem perſonarum negavit, & eundem aſſerebat Patrem qui Filius eſſet, urgebatur à noſtris, quòd impoſſibile ſit quempiam ſeipſum gignere: fatebatur eſſe impoſſibile apud nos, ſed apud Deum omnia fieri poſſe.

Ioan. 2. v. 1. 13. 14.
Ioan. 12. 1.
Mat. 26. 6.
Ioan. 11. 15.
Mat. 28. 6.
Argumentum à potentia ad actum quale?
Matt. 26. 26. & 28
Luc. 1. 27.
2 Tim. 2. 13.
Argumentum à loco varie accepto quale.
Quomodo omnia poſſit Deus.
Hæreticorum argumenta à potentia Dei.

66 Sed ad Scripturam me recipio, quæ tantam cōjunctionem agnoſcit inter locum & corpus, quod eo comprehenditur, ut ſublato loco, penitus indicet locatum non exiſtere. Quæ ratio non eſſet firma, ſed prorſus invalida, ſi corpori liceret extra locum eſſe: Non enim convinceretur, ſublato penitus loco, non exiſtere. In Iob. cap. 7. cum vellet oſtendere hominem poſt mortem non extare, ait, Non agnoſcet eum locus ejus, hoc eſt, non exiſtet. Et ca. vigeſimo, de impio tollendo è vita, ſcribitur, Non intuebitur, eum locus, hoc eſt, non erit. Atque David Pſalmo. 37. id expreſſit manifeſtiùs dicens; Adhuc paululum & non erit impius: quæres locum ejus & non invenies. Sic itaque Scriptura loquitur. Vnde Auguſtinus, quem iſti tanta confidentia repudiant, accuſandus non eſt, cùm de corporibus ſcripſerit: quòd ſi nuſquam ſunt, nec ſunt. Eam enim dicendi formulā non hauſit ſolùm ex Ariſtotele, vel ex Philoſophia naturali, ſed ex loquutionib. divinæ ſcripturæ. Nec eſt quod iſti fingant, tantummodò hæc pertinere ad hoc ſeculum, & ad præſentem vitam, cùm loca etiam ſpectent ad æternam felicitatem in regno Dei. Dixit enim Chriſtus diſcipulis, cum de ſuo diſceſſu commonefaceret: Vado parare vobis locum. Et rurſus: Volo, ut ubi ego ſum, ibi ſit miniſter meus. Atque in Apocalyp. traditur, electorum turbam ſequi agnum, quocunque iverit. Motus autem localis, citra locum haberi non poteſt. Vnum autem corpus non eſſe poſſe in pluribus locis eodem tempore, Patres ita cognoverunt, ut nec Angelis id concedere voluerint. Imò probarunt ex eo, Spiritum Sanctum eſſe Deum, quòd ſimul eodémque tempore fuerit in multis locis: quod nulli creaturæ, ut perhibent, congruere poteſt. Et in hanc ſententiam diſceſſit Baſilius de Spiritu Sancto, Didymus, Cyrillus, Theodoretus, & cōplures alij. Sed Scriptura de corpore Chriſti etiam

Locus & corpus conjuncta ſunt, ſecundum Sanctas Scripturas.
Iob. 7. 10.
Iob. 20. 9.
Pſal. 37. 36.
Ioan. 14. 2.
Ioan. 12. 24.
Loca etiā fore in futuro ſeculo.
Apoc. 14. 4.
Corpus idem pluribus locis eodem tempore eſſe non poſſe.

A idem prædicat: Nam Petrus in Actis dixit, Illum oportere cœlum accipere uſque dum, vel donec, omnia inſtaurentur. Magna ἔμφασις eſt, & grave ſignificationis pondus, in adverbio temporis, Donec: vel Quoad. Nam ita corpus Chriſti demonſtratur futurum in cœlo, ut à noſtris locis ejus tantiſper excludatur præſentia. Poſſent adduci forſan alia, ſed ad probandas haſce proprietates reſurgentium corporum, de quibus hactenus egimus, volo hæc ſufficere.

VII.
Argumentorū reſurrectionē negantiū confutatio.

B 67 Nunc ad extremum ea oportet diluere argumenta, quæ poſita ſunt ab initio, quaſi Reſurrectionem mortuorum impugnarent. Primum dicebatur ex Porphyrij ſententia, animos oportere ad conſequendam ſupremam felicitatem, quæ ſita eſt in rerum divinarum cognitione, omnia evitare corpora, quòd ea impediant animum & gravent, ut ne divinis rebus incumbat. Quin & hac de cauſa videtur à Platone diſceſſiſſe, qui poſuerit reditum animorum C ad priſtina corpora. Hîc reſpōdemus, Philoſophum hunc reſpexiſſe corpora humana, non ut ab initio fuerunt inſtituta, ſed ut modo ſunt depravata & vitioſa. Adeò autem bonus eſt Deus, ut nihil mali, nihilve quod impedire poſſit felicitatem, hominibus ab initio dederit. Vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et commentum ridiculum eſt, ne dixerim impiū, affirmare σῶμα dictum, quaſi σῆμα, quòd ſit inſtar ſepulchri noſtrorum animorum. Deus corpoream fecit naturam hominis, ut corpore juvaretur, D non ut ex eo detrimentum caperet. Id autem ſi poſtea conſequutum eſt aliqua ex parte, non Deo, ſed peccato eſt adſcribendum. Nec tamen interea, dum in hiſce verſamur calamitatibus omnino eſt inutile, ſi quis ex fide illo rectè utatur. Quibus addas nobis adeò correctum & emendatum eſſe reſtituendum in beata Reſurrectione, tamque præclaris conditionibus & dotibus ornatum ut non ſit imminuturum exoptatam felicitatem, ſed potius eam aucturum. Argumentum aliud erat, poſt mortem ita reE ſolui partes noſtri corporis in elementa unde ſumptum eſt, & ita illis commiſceri, ut inde ulterius diſcerni & educi nequeat. Sed hoc eſt nimis humiliter & abjectè de potentia Dei ſentire, cùm ei non demus, quæ induſtrijs hominibus in hac vita conceduntur. Si aqua vino permixta fuerit, inveniuntur qui poſſunt eam à vino rurſus dividere: deinde licet aurifabris & metallariis maſſas commixtas ex auro, argento, ære, atque chalybe in ſuas partes diſſolvere. Nec deſunt qui ex omni re, quamlibet arida & ſicca, F valeant oleum, ſeu liquidam pinguedinem exprimere. Deus verò, qui omnipotens prædicatur, & potuit ex nihilo mundum creare, non valebit humana corpora è cineribus denuò extrahere? Et idcirco in Apoc. ſcribitur cap. 20. Et dedit mare mortuos ſuos qui in eo erant: & mors & infernus dederunt eos, qui in ipſis erant, mortuos, &c.

1
Corpus animo utiliter conjunctum.
Gen. 1. 31.
2
Corporis partes ſolutas ſecerni poſſe.
Simile.
Apoc. 20. 13.

68 Sed fieri poteſt, inquiunt, ut humanæ carnes, vel à piſcibus vel à volucribus devorentur, quæ poſtea fiant hominum cibi, & convertantur in carnem G alterius hominis. Ad hoc reſpondetur, excitari quidem pulveres & cineres, non quatenus fuerunt ſubſtantia piſcium aut volucrum: ſed ut hominis priùs ab illis abſumpti. Nec homo poſterior qui piſcibus & avibus illis paſtus eſt, & eas in carnem ſuam convertit, excitabitur cum augmento ſeu materia viri alterius, qui ſe præceſſit. Quod idem reſponderi poteſt de anthropophagis. Vt autem res apertius cognoſcatur, ſciendum eſt, quòd in rerum natura, ad id ut res tueatur ejuſdem corporis ſubſtantia, minimè H oportere, omnia quæ fuerunt in eo, perpetuò in ipſo manere: quandoquidem corporis noſtri materia, perpetuò defluit, decidunt, & detondentur capilli & ungues, multa defluunt per os, per nares & alia excrementa. Deinde naturalis calor, ſemper humorem vitalem abſumit, & ſubſtantia quæ defluit, per novum cibum & potum reſarcitur: idque fit ſingula quaque hora, nec tamen corpora deſinunt eadem numero eſſe. Quod item in arboribus fieri videmus, quarum fructus decerpuntur, folia defluunt, & rami quotanI nis putantur: cum tamen eædem arbores numero, diutiſſime maneant. Cæterum ſi tota materia ſimul auferretur, unitas illa nequaquam ſtatueretur. Ve-

3
De iis qui à piſcibus & volucribus conſumpti fuerint.
Simile.

rum quia per partes abſcedit materia, & nova quæ
hauritur ex cibo ac potu, adjungitur præexiſtenti-
bus: ideo retinetur unitas, præſertim cùm eadem for-
ma duret & conſervetur. Cùm itaque non ſit neceſſe
ad corporis veritatem & unitatem, ut omnia ſint in
eo quæ per ipſam tranſierunt, poteſt Deus in reſurre-
ctione, iis qui ab anthropophagis abſumpti fuerunt,
non reponere carnes eorum, qui eos comederunt,
ſed alia reſtituere, quę defluxerunt variis temporibus
ex eorum corpore: & ſi fortaſſis deeſſet quippiam, ſua
potentia ſupplere, quemadmodum adjectio carnis
Gen.2.21.
data eſt Adami coſtæ, cùm Heva inde formaretur.
Quod ſi quis dixerit, accidere poſſe, ut anthropo-
phagi non ſint alio cibo paſti, quam humanis carni-
bus. Dicimus hoc alienum eſſe, quoniam habent &
alia bruta quibus veſcuntur: utuntur etiam lacte,
4
milio, panico, & aliis hujuſcemodi cibis. Aliis igitur
Generatio ſinè eſt habitura.
erit ſubſtantia quæ fuerat, & aliis imminuetur, quæ
redundabat. Alia ratio producebatur: Si futura eſſet
Gen 1.28.
resurrectio, non opus fuiſſet nova generatione, ſed
Gen.8.17.
ea, ut videmus, continuatur, & Deus illam præcepit,
cùm ante diluvium, tum etiam poſt diluvium. Ve-
rùm, qui ſic vaticinantur, duo cogitare debuerant.
Primum, durare procreationem uſque ad finem ſe-
culi, ſed poſt illud tempus, non habituram amplius
locum. Deinde, cùm fuit præcepta generatio, non
fuit adjecta conditio, ut perpetuò eſſet. Quare argu-
mentum infirmiſſimum eſt. Nam ſumitur à natura
præſentium rerum, cùm ſtatus hic noſter omnino ſit
quandoque immutandus.
5
69 Dicebatur ad hæc, in morte corrumpi eſſen-
Eſſentialia principia morte non perire.
tialia principia hominis: nec tantùm corpus, verùm e-
tiam inferiores animi partes. Pereunt enim ſentien-
di facultates, nimirum concupiſcendi ac iraſcendi,
atque illæ, quæ alimentis inſerviunt, & procreatio-
ni. Reſpondetur, uſum quidem harum rerum per
mortem intercidere, ſed facultates ipſas non extin-
gui, ſed integras in anima, quæ à corpore ſeparata eſt,
conſervari: ut cum ei reddetur corpus, exercitium
quoque illarum reſtituatur, præter illud, quod vel ad
procreandum, vel alendum corpus in hac vita ſe de-
6
clarat. Præterea objiciebatur, Non poſſe conſervari
Vita utrū eadem numero ſit reſervanda.
eandem unitatem corporis, cùm vita ejus vel duratio
fuerit interrupta. Nam eſſe, quo conſiſtimus, in qua-
Simile.
dam ſucceſſione vitæ ſeu continuatione ſitum eſt. Et
ſanè videmus ambulationem, cùm interrumpitur, ſi
poſtea repetatur, eandem numero non eſſe. Ei adji-
ciebatur, in augmento idem uſu venire quo ad alias
qualitates. Nam ſanitas interrupta per morbum, cùm
reſtituitur ægrotus, redit quidem, ſed non eſt eadem
numero. Etenim cùm præteritæ, tum etiam novæ,
ſunt diverſæ productiones. Ad hoc dicitur, Verum
quidem hoc eſſe, atque omnino locum habere iis
in cauſis efficientibus, in quibus actio vel productio
reipſa diſtinguitur ab efficienti: ut contingit in om-
nibus cauſis creatis. At reſurrectio eſt Dei opus, in
quo actio à natura & ſubſtantia ipſius agentis mini-
mè diſtinguitur. Quod vero poſtremò induceba-
tur, incredibilem eſſe molem earum rerum, quæ à
7
corporibus noſtris diffluxerunt: Quòd ſi omnes in
Non omnia quæ effluxerūt reſtituenda ſunt.
reſurrectione ſint reſtituendæ, vaſta erit admodum
magnitudo noſtrorum corporum. At ſi è diverſo non
omnes reponendæ ſunt, quæ ratio aſſignari poterit,
ut magis iſtæ, quam illæ reddantur? Reſpondeo, Iam
dictum eſſe, non omnia quæ ſunt ejecta è noſtris
corporibus, recipienda eſſe cùm reſurgemus: ſed ea
tantùm, quæ ad juſtam & congruam faciunt ma-
gnitudinem. Quare vero iſtæ & non illæ reponan-
tur, judicio Dei committendũm, qui omnia ſumma
ſapientia diſponit.
70 Nunc reſtat, ut loca diſponamus, quæ in divi-
nis literis Reſurrectioni videntur prima fronte ad-
verſari. In Pſalmo 78. ſcribitur, Et recordatus eſt, quia
caro ſunt, ſpiritus vadens & non rediens. Ad expoſi-
tionem hujus loci, ſcopus in primis attendendus,
Deum ſcilicet adductum ad miſerendum populi,
1
quòd eum non lateret ipſorum infirmitas. Quòd ita-
Teſtimonia ſcripturæ, quę negare reſurrectionem videbantur, explicantur.
que caduci eſſent & fragiles miſerebatur eorum, nec
ſimul unica plaga eos diſpergebat. Spiritus interdum
opponitur carni ea ratione, ut caro dicatur infirma:
ſpiritus autem fortis ac robuſtus. Ita Chriſtus dixit
Apoſtolis, cùm ipſo precante Apoſtoli dormirent:

A Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.
Spiritus pro halitu vel flatu.
Et Eſa.cap.31. Debilitatem Ægypti deſcribens, ait,
Mat.26.41.
Ægyptus caro eſt, non ſpiritus: id eſt, Imbecillitate
Eſa.31.3.
nutat, non ſtat firma & robuſta. Interdum verò caro
& ſpiritus pro eadem re ſumuntur, & ambo infirmi-
tatem notant, quemadmodum hoc loco. Vbi dicitur
in priori membro, in poſteriori deinde repetitur. Nō
itaque ſpiritus hic intelligendus eſt animus hominis
aut divinus afflatus, ſed halitus, flatus, & ventus: quæ
B cùm prætereunt, intercidunt, nec amplius reſtituun-
tur. Cùm exacta fuerit vita humana, nō rurſus illam
ordimur ab initio: neque repullulamus, ut inciſæ ar-
bores aut herbæ reſectæ, ſed jacemus in pulvere, non
revertētes ad ſtatum priſtinum. Cùm dico poſt mor-
tem homines non eſſe inſtar herbarum, non adver-
ſor Davidi, qui Pſalmo centeſimo tertio ait; Cogno-
vit figmentum ſuum, & recordatus eſt, quòd ſumus
pulvis, hominis dies ut fœnum, & flos agri florens, &
venit ſpiritus ſuper eum, & exaruit, neque cognovit
C eum locus ejus. In eo ſita eſt ſimilitudo, ut in-
telligatur ſubita & inſperata everſio florentis homi-
nis: ſimilitudo verò in eo tollitur, quòd homines in-
ſtar herbarum & plantarum non repullulant. Oſten-
Homo quomodo ſimilis vel diſſimilis herbæ?
ditur præterea, nihil in homine reperiri, quod ad mi-
ſericordiam provocet Deum, niſi miſeriam. At ſi ſpi-
ritus accipiatur pro animo, tum dicemus; Vatem ex-
pendere hominem, ac de bello cogitare juxta ipſius
naturam & vires, & verè pronunciaſſe, ſpiritum ejus
ſic abire, ut non revertatur. Eſt enim miraculum bea-
D ta reſurrectio, non naturæ opus. Non loquitur hæc
Scriptura de homine, juxta ea quæ accipiet per bo-
nitatem ac potentiam Dei, ſed juxta facultates & vi-
res quas habet ex natura. Liber quoque Sapientiæ
Sap.15.8.
cap.15. habet: Spiritus ejus egreditur ex ipſo, nec re-
vertitur. Nec enim quiſquam hominum ſecum at-
tulit ex utero materno, vel ex principiis naturæ, vi-
res ad reſurgendum. Animus quidem noſter poſt
mortem exiſtit, ſed vim non habet ex ſe redeundi ad
priſtinum corpus. Imò ſi Deus vim ſuam conſerva-
E tricem ab eo removerot, omninò concideret. Hæc
eſt communis & recepta hujus loci expoſitio. Ve-
rùm alter eſt ſenſus qui mihi occurrit, duobus prio-
ribus nihilo incommodior. Cùm premerentur ad-
verſis rebus Iſraelitæ in deſerto, & à Deo juſtis de
cauſis puniebantur, clamabant ad eum, ut liberaren-
tur. Verùm id faciebant admodum imperfectè, quod
minimè Deum latebat. Miſerebatur nihilominus
eorum, quòd eſſent caro, id eſt, ingenio deprava-
to, & ob id ſæpe in eadem peccata relabebantur. Spi-
F ritus item illorum hoc eſt, impetus precandi & in-
vocandi verum Deum Iehovam, non erat ſtabilis
in eis, ſed quodammodo per illos tranſibat, nec
revertebatur, cùm denuò ad idololatriam recide-
rent poſt liberationem adeptam. Erant itaque Chro-
Luc.8.13.
nij, id eſt, temporarij, ut habetur in Parabola de
ſemine.
71 In Pſalm.115. ſcribitur, Cœlum cœli Domino,
Pſal.115.16.
terram autem dedit filiis hominum. Vnde quidam
eliciunt, ſic homines terræ mancipatos, ut cœlum ad
G eos non pertineat. Sed longè falluntur. Quoniam il-
lic depromitur affatim bonitas divina, quæ terrenis
proventibus opus non habeat, nec mundanis opib.
ullo pacto egeat, & tamen orbem terrarum produxit,
ſed ad uſum & commoditatem hominum. Deum ve-
Deus quomodo ſit in cœlis?
rò hiſce bonis non egere inde probatur, quòd in cœ-
lis habitet, quo iſta non aſcendunt, & ubi naſci non
poſſunt. Neque Deum ſic Propheta cœlis affigit, ut
eum neget eſſe ubique: In omni ſiquidem loco eſt
eſſentiâ & potentiâ. Verùm in cœlis peculiariter di-
H citur agere, quòd ibi præſentia ejus magis illuſtris
potens & efficax intelligatur, cùm ob ſplendorem &
lucem ampliſſimam, ob motum orbium conſtantem
ſummóque ordine procedentem, ob influētias mul-
tiplices ac varias, tum quòd à ſublimioribus partibus
habeamus ventos, nubes, pluvias, grandines, fulmina,
tonitrua, &c. Nec Propheta excludit homines pror-
ſus à cœlo, quaſi nunquam ſint eo perventuri. Quo-
niam illò ibunt: verùm ſuo tempore, qui ſanctè pieq;
vixerint. De ſtatu ergo hujus vitæ loquitur Pſalm.
I prout res ſe nunc habent. Verùm inſolentes homi-
nes quandoque verbis Davidicis abuſi ſunt, ut aliqui
putarint, ſibi per Deum licere in terris quidvis agere,
graſſati,

Digitized by Google

ſúſque déque omnia rapere, quaſi Deus hæc non animadvertat, ut qui cœlum tantummodo incolat, & circa ejus cardines ambulans, noſtra minimè curet. Alij etiam eò impiè detorſerunt hæc verba, ut cùm Deus cœlum ſibi habeat, terramque dederit filiis, hominum, non eſſe quod aſpiremus ad cœlum, ſed potius adnitendum, ut pro ſe quiſque quantum poteſt, ſibi vindicet ampliores terræ partes. Ejus animi videntur eſſe, qui copulant agrum ad agrum, & domum ad domum, ita ut vix aliis pedem terræ poſſidendum relinquant. Pergit deinde Propheta, & ait: ***Non mortui laudabunt Dominum, neque omnes qui deſcendent in ſilentium.*** Mens orantis eſt, ut parcatur piis hominibus ne illis abſumptis, deſint qui Deum celebrent. Verùm dixeris: Si ſenſus animarum & vita ſpiritibus defunctorum auferantur, an deerunt qui Deum celebrent. Verùm dixeris: Si ſenſus animarum & vita ſpiritibus defunctorum auferantur, an deerunt qui Deum celebrent? Verum quidem eſt in cœlis non defuturos, ſed ille conſtituit, non tantùm in alio ſeculo prædicari & laudari, verum & hîc in terris: quod non ſuccedet, ſi pij ab impiis conſumantur. Atque ita Deus hoc ſtatuit, ut ad hunc finem homines produxerit: alioquin terram etiam dedit bubus, leonibus, nec non ſerpentibus, muſcis, & reptilibus. Omnia enim hæc ibi educantur, & aluntur, ſed non ita ut homines. Nos enim ſumus in orbe conſtituti, ut præcones Dei agamus. Hoc mortui, cum longè à ſeculo abſint, nequeunt hîc præſtare: idcirco dicitur, Non mortui laudabunt Dominum, nimirum in orbe terrarum. Bruta quidem atque mutæ pecudes in terra verſantur, & in ea paſcuntur & aluntur, ſed propter hominem condita fuerunt. Verum ad ejus finem minimè attolluntur, quia non ita ſunt mentis compotes ut gratias agant, invocent ac celebrent nomen Dei. Colligimus hinc terram eſſe datam hominibus, non ut ea temere abutantur, & ſe bonis ejus ingurgitent inſtar brutorum, ſed ut nomẽ Domini, quemadmodum perpetuò invitantur ejus bonis, celebrent & prædicent. Id autem cùm fiat ſolum à piis hominibus, ſi illi à tyrannis & ſceleratis opprimantur, quis reliquus fiet, ut divinas laudes referat & canat? Impij nomen Dei blaſphemant, tantùm abeſt, ut illud collaudent & prædicent. Repetitio vocis, cœlum cœli, notat præclaram quandam & excellentem regionem cœlorum, in qua Deus & Chriſtus cum ſanctis agunt.

Ibid. v. 17. Mortuos etiã Deum laudare.

Cœlum cœli quid.

Eccl. 3.19.

72 Verum ad Eccleſiaſten veniamus, ut 3. ca. habetur: Vnus eſt exitus hominum & jumentorum, ij pariter & illa moriuntur, & unus eſt omnium eorum ſpiritus. Et quis novit, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcẽdat ſurſum, & ſpiritus jumentorum deſcendat deorſum? Paulò ante dixerat, eoſdem ſucceſſus eſſe piorum & impiorum, & inde fieri ut nemo ſciat ex conditionibus & eventis externis, quinam à Deo amentur: quive odio habeantur: nunc autem homines cũ jumentis comparat, affirmans, eaſdem conditiones & qualitates eſſe omnium eorum. Sed noſtrum eſt has partiri, quod aliquæ ſint generales, aliquæ verò ſpeciales. Quod attinet ad ſpeciales, non ſunt in omnibus eædem. Iumenta enim ſunt quadrupedia, homines verò bipedes: illa expertia ſermonis, homo vero loquitur: ea vitiorum & virtutum non ſunt capacia; homines autem virtutibus ornantur, & vitiis polluuntur. Agit itaque Salomon eo loco de generalibus qualitatibus, cum hominum, tum jumentorum. Nam, ut homines naſcuntur, & oriuntur, ita jumentis uſuvenit: ut illa ſolvantur in cineres & elementa, ita hominibus accidit quoad corpus: ut illa cibis alantur; jumenta potu ſitim reſtinguunt & fœtus procreant, ita quoque homines. Quod verò dicitur, omnium eſſe unum ſpiritum, non eſt ad animum referendum, quaſi ſentiat Salomon omnium hominum eſſe unam animam, ut Averroes & aliquot Peripatetici voluerunt. Sed per Spiritum, intelligit flatum & halitum: nam bruta & homines eodem aere ſpirant. Aſcendit quidem ſpiritus hominum ſurſum, & ſpiritus jumentorum deorſum, ſed quis hoc novit? quis firmis & naturalibus rationibus probabit? Non negatur à Salomone iſta contingere, ſed ſcientiam & notitiam harum rerum ait, non omnino, aut vix inter homines extare, quoad naturalia principia. Et

Idem ſucceſſus piorum & impiorum.

Averroes & Peripatetici. Spiritus pro flatu.

cùm inquit, Quis novit? ut Hieronymus interpretatur, difficultatem oſtendit, non quòd ſit penitus impoſſibile. Etenim ad notitiam immortalitatis animorum, utcunque pervenerunt Socrates, Plato & Pythagoras, nec non aliqui alij Philoſophi: quibus autem rationibus non diſputo. In eodem Eccleſ. cap. 9. legitur. Non eſt opus, non eſt cogitatio, non ſapientia, neque ſcientia in inferno, quò tu vadis, &c. Hæc ut D. Hieronymus ait, pertinent ad bona opera quibus fidelium eſt ſe Deo approbare, dum hîc vivunt, quòd in alio ſeculo nequaquam ſint locum habitura. Hic verbo Dei credendum eſt ut juſtificemur, hic percipienda ſacramenta, hic eleemoſynæ eroganda, quòd poſt mortem nullus hiſce actionibus repoſitus ſit locus. Ita & Chriſtus loquutus eſt in Ioanne: Nũc operemini cùm dies eſt, alioqui nox veniet in qua nemo operari poterit. Gregorius Neocæſarienſis, loco Eccleſiaſtis quæ adduximus ad ipſum refert Salomonem, qui de ſeipſo hæc ſcripſerit. Quod cùm ſe dedit voluptatibus, quodammodo ſenſerit animum ſuum bruteſcere, atque iis cogitationibus agitari: quòd unus eſſet exitus hominum & jumentorum, & poſt hanc vitam non ſupereſt in alio ſeculo cogitatio vel opus, vel ſapientia ſeu ſcientia. Et ſanè fit, ut qui brutis hujuſmodi cogitationibus occupantur, indies etiam atque etiam ardeant cupiditate deliciarum, & magis magiſque bruteſcant. Non itaque putat hic interpres hæc aſſeri à Salomone, quem exiſtimat referre quæ ſit olim paſſus, & à quibus receperit: quod hic liber Eccleſiaſtis, etiam à Iudæis pœnitentia Salomonis exiſtimetur. Voluptuarij ergo & delitioſi, quò ſeſe confirment in ſuo cœno, ait, tam moriuntur homines, quàm jumenta, poſt hanc vitã nihil ſupererit, ergo carnalibus & terrenis delitiis nos ingurgitemus. at ut Paulus dixit, Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Olympiodorus item libri Eccleſiaſtæ interpres ait, primum hæc pertinere ad corporis vitam: qua, ut dictum eſt, multis qualitatibus homines & jumenta communicant: deinde, eos qui voluptatibus & delitiis prorſus incumbunt, ad ingenium brutorum magis accedere. Atque ideo vult nos hic admoneri, ut nos ab hujuſcemodi rebus abſtrahamus, ne moribus in bruta degeneremus, cùm facti ſimus ad imaginem Dei, & ad inſtituti, ut aliquando ſimus inſtar angelorum. Poſtremò, illos interpretatur, eſſe homines, qui ratione rectè utuntur: jumenta verò, qui carni & affectibus ſeſe prorſus addixerunt. Sed quis novit iſtos, inquit, ad illum ordinem pertinere, & iſtos ad alterum, cùm res humanæ prorſus abditæ ſint & abſtruſæ, Cor hominis ſit inſcrutabile? Poteſt itaque fieri, ut Salomon hæc ſub perſona voluptuariorum dixerit, vel ſuam ipſius retinuerit, ut Gregorius Neocæſarienſis volunt.

Eccl. 9.10. Operibus bonis nullus in futuro ſeculo locus.

Ioan. 6. 27. & 9.4.

Liber Eccleſiaſtæ pœnitentia Solomonis.

1. Cor. 15. 32. Olympiodori ſententia.

73 Iobus capite decimoquarto videtur hominẽ facere deterioris conditionis quàm ſint arbores præciſæ, fluvij, & mare. Quoniam arbos præciſa, denuò pullulat, & ad ſtatum priſtinum revertitur: Fluvij quoque licèt æſtu priventur aquis: illis tamen poſtea rurſum abundant: Et mare, licet quibuſque ſex horis recedat à terra, illam denuo cooperit. Verùm non ita uſuvenit homini, cùm fuerit morte diſſipatus: quia non amplius revertitur, nec priſtinæ conditioni reſtituitur. Hæc Iobus ibi conqueritur, & verè ſanè: ſi homo ex propria ipſius natura conſideretur, nimirum extra verbum Dei, & ſine Chriſto. Ac ſi cogitetur, quòd is ipſe qui iis rebus involutus erat, balneum habeat, quo ablutus, non modò rejuveneſcit, ſed à morte ad vitam revertitur, ſecus eſt de eo ſtatuendum. Annotandum prætereà eſt, circumſcribi tempus, quo mortuus ad vitam non revertitur, cum ibi ſcribatur, uſque dum prætereat cœlum: quibus verbis finis ſeculi notatur. Non ergo inficiatur Iobus, poſtquàm cœlum præterierit, homines reſurrecturos. Ac multò magis id videtur aſſerere, cùm ibidem mortem ſomno videtur conferre, & hominum expergefaciendorum meminit. Non enim ſomnus perpetuus eſt, verùm ad id inſtituitur, ut vigilia terminetur. Quin eodem loco ſubjecit, Quis det, ut in inferno protegas me, donec tranſeat furor tuus? Quæ dicendi formula, oſtendit finem fore divinæ iræ, ac mortem aliquando terminandam. Et clarius adhuc

Iob. 14.7.

Ibidem.

Ver. 13.

Ib. v. 12.

Digitized by Google

inquit, Et conſtituas tempus, in quo recorderis mei, ſeque poſtea conteſtatur expectare ſuam innovationem. Et mox ait, vocabis me, & ego tibi reſpondebo, nempe à mortuis reſurgens, tu verò porriges operi tuo manum tuam dexteram. Qui & aliqui expoſuerunt locum illum per interrogationem, quaſi ſit argumentum à minori ad majus dicendo; An arbos præciſa, fluvius & mare ad priſtinum gradum reſtituentur, & homo id non ſortietur? Non eſt veriſimile, cùm homo longe ſit iis rebus præſtantior, nec minori cura illum proſequaris. Et ſane Aben-Ezra, eo loco reſurrectionem agnoſcit. Verùm duriuſcula nonnihil videntur, quæ in eo libro cap. 7. traduntur, ubi ait; Non reverteretur oculus meus, ut videat bona. At id accipiendum eſt, quo ad ea bona, quæ ad hanc vitam pertinent. Non enim poſt reſurrectionem reverſuri ſunt mortui ut comedant, bibant, liberos procreent, quemadmodum ante fecerant, dum hîc viverent. Deinde inquit, Non aſpiciet me oculus: quod nihil aliud eſſe videtur, quàm poſt finem ſeculi, non fore pacta, conventiones & commercia inter homines, ut antea fuerunt. Subjicit poſthæc, Nubes abit, & non redit, ita qui deſcendit ad infernum, non aſcendit, non revertitur ad domum ſuam, neque amplius cognoſcit locum ſuum.

Iob.7.7.

Ver.8.

Ver.9.

4 Hæc dicuntur, ut hactenus monui, quoad vires naturæ, & ſi homo expendatur citra Deum & Chriſtum, ut eſt in ſua natura corrupta & imperfecta, nec nõ ſi mors & infernus, prout ſunt reipſa, expendãtur. Non enim viribus naturalibus iſta vinci aut ſuperari poſſunt. Quare dictum eſt, in inferno nullam eſſe redemptionem, quòd nemo opibus humanis, aut naturæ potentia, inde queat revocari. At ſi Chriſtum fide ſolida amplectamur, quoniam is peccatum, mortẽ & infernum ſuperavit, in eo magnã inde habemus redemptionem. Et in lib. Samuelis habetur, Deum eſſe, qui nos deducat ad inferos, & reducat. Nec prætereundum eſt, illo ſimili quo Iobus utitur de nube, quæ repentè abit, notari vitæ noſtræ brevitatẽ: velut etiã Iacobus in ſua Epiſtola fecit, cùm diceret. Quæ eſt vita veſtra? vapor, qui ad modicum tempus apparet. Poſtea inquit, Non redibit ad domum ſuã: quod àliud non eſt, niſi poſt reſurrectionem, non eſſe denuò recipiendas hujus vitæ conditiones, ut quiſpiã denuò ſit futurus princeps, paterfamilias, aut ruſticus, aut urbanus, & aliquid hujus generis. Nec diſſimulavit Aben-Ezra iſto etiam loco, reſurrectionẽ mortuorum nequaquam labefactari. Alterum argumentum producebatur ex verbis Danielis, quod ſcripſit multos reſurrecturos, nec dixerit omnes. Vnde oriebatur ſuſpicio, ne reſurrectionem faceret particularẽ, non ut prædicatur, univerſalem. Verùm hoc ejus dictum expoſuimus, ac expoſuimus, ac diximus, non potuiſſe illum omnes ſcribere, cum multi deprehendendi ſint vivi extremo tempore, qui utiq; non morientur, ſed immutabũtur. Propheta nihilominus ibi tam piorum, quàm impiorũ attigit reſurrectionem: quando inquit, nonnullos reſurrecturos ad ignominiam, alios verò ad gloriam, eámq; ſempiternã. Neq; etiam illud obſtat, quod in Pſalmo dicitur, impios nõ reſurrecturos in judicium: quia ibi agitur de cauſa, non de natura & ſubſtantia eorum. Non ſtabunt inquit, ſed cadent cauſã: quoniã ad tribunal Dei non abſolvẽtur, ſed condemnabuntur. Hęc ad objecta reſpõdimus, & hujus tractationis capita juxta promiſſa explicuimus. Nunc verò ſupereſt, ut ſatagamus, dũ hic vivimus, habere partem in reſurrectione priori, curantes, ut fides noſtra ſit illuſtris, charitas ardens & efficax, ſpes firma & conſtans: ut actiones tam internæ quàm exteriores ſint Chriſtianæ, moratæ, utque frangamus, pravos motus & affectus carnis, conformantes voluntatem & animum omnino ad Legem Dei. Hæc præſtando, poſt reſurrectionem priorem, illam poſteriorem & beatam conſequemur.

Simile.

1.Sam.2.6.

Dan.12.2.

Epilogus hujus tractationis de Reſurrectione.

CAPVT XVI.

De Raptu Heliæ & Hanochi.

Gen.5.24.
In 2.Reg.11.

NVnc aliqua videntur percurrenda eſſe de raptu Eliæ, & quæ dicere ſtatui ad tria capita cogentur. Primum videndum cenſeo, quò aſcenderit Elias, id eſt, quem ſuo aſceſſu locum occuparit. Deinde, An ſit mortuus, & corpore utatur, vel illud depoſuerit. Tertio, ſi vivit, an ſit rediturus ad nos, & in quam finẽ raptus fuerit. Sed cùm hanc ſortem, nempe ut hinc raperetur, communem cum Hanocho habuerit, libro Geneſ. cap. 5. ſcribitur: de utroque illorum ſimul agemus. Hoc tamen Hanochi teſtimonium differt ab hiſtoria Eliæ, quòd ibi nulla ſit mentio loci, ad quem Hanochus tranſlatus fuerit. At verò de Elia ſcribitur, quòd per turbinem in cœlum fuerit raptus: quamvis putaverit aliquis vocem illam *Schamaym* eſſe genitivi caſus, quaſi dicatur in turbine cœli, hoc eſt, cœleſti turbine raptum fuiſſe Prophetam. Sed recepta interpretatio propemodum omnium expoſitorum eſt, ut ea vox accuſativo caſu poſita intelligatur, & locum notet ad quem Elias aſcenderit. Non tamen hinc habemus quippiam certi aut definiti: quoniam cœli vocabulum multiplex eſt, & eadem appellatione plura ſignificantur. Cœlum aliquando Hebræis aer iſte, quo terra & aqua circumfundũtur: Interdum verò ſignificat, orbes illos ſuperiores, qui variis & multiplicibus aſtris ornantur. Dicuntur etiã cœlum ſublimes illæ beatorum ſedes, quæ longe latéque patent ſupra ſphæras aſpectabiles. Quamvis nõnulli homines hac noſtra tempeſtate, cœlum beatorum faciant locum quendam ſpiritualem ac incorporeum, qui omnino ſit ubique. At hoc nihil aliud eſt, quàm ſuprema infimis, & infima ſupremis commiſcere. Nos hoc relicto cœlo Vbiquario atque fictitio, ſedes beatorum non dicimus incorporeas, ſed ſpatioſas & latè fuſas, ultra ſtellatos orbes & ipſum firmamentum. Hinc etiam factum putamus, ut Chriſtus aſcendiſſe dicatur ſuper omnes cœlos, ut Apoſtolica hiſtoria tradit, & in Epiſtola ad Epheſios habetur. Vbi ſicuti propriè accipitur illum veniſſe ad inferiores partes terræ, nam cum hominibus verſatus eſt in hoc mundo, ita etiam cœlum quo aſcendit, ſi ratio ἀντιθέσεως conſervanda eſt, propriè debet intelligi. Angelico etiam teſtimonio proculdubio credẽdum eſt, quo dictum fuit, illum inde venturum ad judicandum, quo per aſcenſionem iverat. Et Petrus diſertis verbis affirmavit, Cœlum oportuiſſe illum recipere, uſque ad omnem inſtaurationem. Quibus in verbis adverbium, Vſque, magnam emphaſim habet: eſt enim perinde ac ſi diceretur, non antea illum eſſe de cœlis ad nos venturum, quàm per extremum judicium omnia inſtaurentur.

Tractationis hujus partitio.

Hanochi & Heliæ raptus collatio.

Locus in quẽ Helias raptus.

Cœli nomine quid ſignificetur?

Locus in quẽ aſcendit Chriſtus.

Act.1.11.

Epheſ.4.10.

Act.3.21.

2 Neque ſtant à nobis tantummodo recentiores Patres, ut Beda & Strabus, quorum teſtimonia citantur à Petro Lombardo, quòd cœlum poſuerint empyreum: non quidem ſie dictum, ceu quicquam in eis igne comburatur, ſed propter igneam lucem, qua lis locus perpetuò illuſtratur, voluerintque animos ſtatim ab eorum creatione ibi fuiſſe collocatos: Verùm Ambroſius & Baſilius, magnæ authoritatis inter Eccleſiaſticos Patres, idem ſenſerunt. Nam exponentes opera ſex dierum quæſiverunt; An tenebræ fuerint à Deo conditæ? Reſponderuntque, tenebras, eſſentiam & naturam propriam non habere, quæ valeat creatione produci: ſed cùm ad privationem attineant, ſponte conſecutas, firmamento, ſeu fornice ſeu camera, materiæ informi ſuppoſito. Nam inquiunt ante orbem conditum Deum ipſum cum angelis in luce fulgentiſſima degiſſe, quę foris excluſa remanſit, quum firmamentum fuiſſet rebus inferioribus circundũctum. Luce itaque impedita, intra mundum tenebræ reſultarunt. Hujus autem ſuæ interpretationis exemplum adducunt, hominis, qui conſtitutus in mediterranea regione, quæ luce undique luceat, ſibi tentorium componat & figat, vel ex rudi panno, vel è corio admodum craſſo: id cùm bene concluſerit, lux foras exploditur, ac tenebrę ultrò & per ſe intus oriuntur. Ex his liquido patet, hoc Patres extimam partem firmamẽti lucidiſſimam ſtatuere, quæ ſit felix habitatio ſanctorum, & interiores tenebras à Deo volunt poſtea depulſas, cùm orbibus cœleſtibus, Solem, ſtellas erroneas & fixas, firmamẽto applicuerit. Auguſtinus itẽ de Civit. Dei adverſus Philoſophos qui Chriſtianos delirare arbitrabantur, dum corporibus humanis poſt reſurrectionem locum dabant in cœlis. Nam opinabantur fieri non

An tenebræ fuerint à Deo conditæ.

Simile.

Sedes beatorũ ubi ſint.

poſſe,

ut terræ ac aliorum elementorum portionibus ſedes concederentur in tam ſublimibus mundi partibus. Contra iſtos inquam vehementer luctatur Auguſtinus, quod fieri non oportuit, ſi cœlum beatorum omnino incorporeum eſſe ſtatuiſſet, & ubique reperiri: Facilè quippe licuiſſet reſpondere, Corpora ſanctorum poſt reſurrectionem, non aſſerimus collocanda in ſublimibus mundi regionibus, ſed in cœlo ſpirituali, quod eſt ubique. Sed hac de re, ſatis jam dictum ſit: nam alibi fuſius eſt tractata, & nunc tantum à me commemoratur, ut confirmem tertiam cœli ſignificationem, quæ notat regiones fulgidiſſimas ultra orbes aſtriferos, qui noſtris oculis cernuntur.

3 Sed videbitur fortè nonnullis temeraria inquiſitio, quam propoſuimus. Non enim Scripturæ Sanctæ certam aliquam trium ſignificationum definiunt: id ſolummodo teſtantur, Eliam ſublatam fuiſſe, ac Eliſæum aliquantiſper illum vidiſſe, ac deinde non amplius eum conſpexiſſe. Quin & Chryſoſtomus in oratione quam habuit de Elia, ſcripſit eſſe conſultum, ut nos in iis contineamus quæ Scripturæ tradunt: alioqui tutum non eſſe vagari extra ea noſtris inquiſitionibus. Et Cyprianus ait, Quò raptus fuerit, Deus novit: ac ſi diceret, ad notitiam hominum id non perveniſſe. Attamen quia permulti ex veteribus & recentioribus iſta de re aliqua tradiderunt, & non pauci cupidi ſunt nonnihil hiſce de rebus audire, ideo hanc tractationem ſum ingreſſus. Qua diſſerenda non indulgebo conjectutis hominum & inventis; tantùm ea referam quæ à ſcriptoribus gravioribus allata ſunt, & de illis indicabo, quid videatur probabiliter judicandum. Primùm, ambigendum non eſt, Eliam, dum raperetur, per medium hunc aërem tranſiiſſe. Nam & inde cecidit ejus pallium. Deinde illo reſpiciebat Eliſæus, dum clamaret, *Pater mi, Pater mi, &c.* Aſſentitur item ſacra Hiſtoria, quæ narrat filios Prophetarum Eliſæo prædixiſſe, Præceptorem à capite ipſius rapiendum, id eſt, ſuper caput, ac per aëtas regiones, quas in Scripturis paſſim nomine Cœli appellari ex pluribus locis poteſt evinci. Nam ibi volucres Cœli paſſim legimus, cum ſatis conſtet eas non volare niſi per hanc infimam aëris partem. Et qui poſt diluuium altiſſimam turrim extruebant, voluiſſent ejus culmen ad cœlum pertingere, id eſt, ad ſublimem aërem. Adhæc exploratores, qui juſſu Moſis profecti ſunt in terram Chanaã, ut altitudinem munitionum quæ ibi erant amplificarent, eas cœlum attingere teſtabantur, id eſt, ad tantam altitudinem aëris erectas fuiſſe, ut fuerint inexpugnabiles. Moſes item dicitur, Panem de cœlo dediſſe, quòd Manna placuerit Iſraelitis, non ſanè à cœleſtibus orbibus, verum ab aëris hujus noſtri regione. Elias quoque dictus eſt cœlum clauſiſſe atque aperuiſſe, cum cœli vocabulo ſignificarentur nubes, à quibus Eliæ precibus pluviæ anteà prohibitæ ſunt, & poſtea expreſſæ.

1 Quonam raptus Elias.

2.Reg.2.11. Ibid.v.12. Ibid.v.5. Pſal.8.9. Gen.11.14. Deut.1.28.

Cœlum pro aëris regione infima.

Pſal. 78.24.

Eccl.48.3.

4 Quòd ſi quæſieris, An Eliæ corpus in hoc cœlo aëreo manſerit, Chryſoſt. loco jam adducto id negat: præſertim hoc argumento, quòd in hoc aëre non ſanctorum, verum Satanæ habeatur ſedes. Paulus enim ad Epheſios ait, Diabolum principem eſſe aëris. Quin potius exiſtimat, Satanam fuiſſe vehementer admiratum, cùm cerneret Eliam per ſuas regiones ita vehi curru & equis igneis. Deinde quid ibi facerent Henochus & Elias in ea ſolitudine, à ſocietate ſanctorum ſpirituum ſegregati, qui agebant quiete ac feliciter in ſinu Abrahæ? Eſt porrò veriſimile, Deum voluiſſe homines tam ſibi charos & acceptos, longè meliori excipere hoſpitio, quàm in terris accepti fuerint: quod nõ potuiſſet fieri, ſi retinerẽtur in aëre, cùm is agitetur pluviis, tempeſtatibus, ventis, grandinibus & variis injuriis. De orbibus autem aſtriferis, quid ſtatuendum erit? An ibi receptos putabimus Henochum & Eliam? Non ſanè: Quid enim ibi facerent cum ſuis corporibus? Certè raptarentur motu diurno ab Oriente in Occidentem perpetuò, nec non aliis motibus earum ſphærarum: niſi fortè quis eos finxerit manere in ipſis polis, quod prorſus ridiculum eſt. Neq; in iis cœlis aſpectabilibus, collocatæ ſunt beatorum ſedes. Chriſtus enim dicitur, ſuper omnes cœlos aſcendiſſe: Et idem teſtatus eſt ſe velle, ubi fuerit, & ſuos miniſtros adeſſe. Quamobrẽ & illi ſuper omnes cœlos evehẽtur. Scio quidẽ Stoicos philoſophos exiſtimaſſe omnium animos corporibus quidem ſuperſtites eſſe, magno utique ſpacio temporis, at non in perpetuum: eoſque putarunt (ut Seneca teſtatur de Conſolatione ad Martiam) pendere & verſari aliquandiu in aëre, ubi conſumerent ac repurgarent quicquid feculenti ac impuri contraxiſſent ex corporum & cupiditatum immunda contagione. Cumque jam expurgati ſint, ad ipſos orbes aſtris ornatos elevari, ut honeſtiſſimam inde voluptatem capiant, cœleſtibus rebus contemplandis: poſtremò verò, diſſolvi ac extingui. Nec me rurſus latet, Ciceronem de ſomnio Scipionis, Heroicum animũ illius viri collocaſſe inter aſtra, unde non modo cœleſtia contemplaretur, ſed etiam terram cerneret inſtar minimi puncti in centro mundi, atque videret homines adeo ſatagere, ut in parte cum infima tum minima totius mundi poſſeſſionem vel imperium amplificent. Verùm hæc fabulæ ſunt, & inepta Ethnicorum figmenta. Nec tamen hoc aſſero, quaſi opiner, Deum non poſſe humana corpora vel in aëre, vel inter iſtos orbes aſpectabiles cœlorum conſervare. Verùm ab eo quod poteſt Deus efficere, confici non poteſt id eſſe factum. Multa enim ille valet præſtare, quæ tamen decrevit non efficere.

An Elias in aëre manſerit.

Eph.2.2.

An Elias aſtriferis orbibus ſuſceptus ſit. Eph.4.10. Ioan.12.19.

5 Tertia modò reſtat cœli ſignificatio, & videndum ſupereſt, an ij duo viri ad ſummas beatorum ſedes, cùm hinc raperentur, evecti fuerint. Quod non videtur: quia non ingrediuntur eò corpora, niſi prius fuerint glorificata, quod neutri horum duorum Scriptura tribuit. Deinde huc accedit Chriſto excitato à mortuis, immortalitatem omnium primo aſſignari: Eſt enim primitiæ reſurgentium ex mortuis. Cum verò hæc geſta ſunt, nondum Filius Dei humanam carnem aſſumpſerat, necdum cum corpore cœlum erat ingreſſus. Et ipſe Irenæus adverſus Hæreſes, hac in re tantum Chriſto detulit, ut opinetur animos decedentium Chriſtianorum, non ingredi ſedes illas beatas ante reſurrectionem, cùm ſua corpora denuo induerint, quod item Chriſtus non fuerit eò ſublatus, niſi poſt reſurrectionem. Hoc ut verè ſenſerit nõ diſputo, ſed hinc facilè colligo, non eſſe conſentaneum, ut iſti duo ad beata loca rapti fuerint, antequam Chriſtus, qui eſt omnium primitiæ, ad ea ſe contuliſſet. Verba item Domini hoc videntur perſuadere, qui apud Ioannem ait, Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, Filius hominis qui eſt in cœlo. Negat igitur quenquam in cœlum ante ſe aſcendiſſe. Nam aſcendendi verbo, eo in loco præteritum tempus reſpicit. Etenim ſi pro futuro acciperetur, dictum illud non eſſet verum. Nos enim qui credimus in ipſum, aſcendemus in cœlum. Nec debilitatur jam allatum teſtimonium, ſi quis dixerit Chriſtum aſcendiſſe in cœlum propria vi & facultate, Henochum verò & Eliam vi divina, non autem ſuis viribus in cœlum ſublatos fuiſſe: quia etiam corpus Chriſti non ex ſeipſo, id eſt, ex natura carnis, verùm ex natura divina id habuit, ut ſurſum aſcenderet. Hæc jam occurrerunt argumenta de tribus cœli ſignificationibus.

An Henochus & Elias ſupremis beatorum ſedibus excepti ſint.

1. Cor.15.20.

Chriſtus primus immortalitate donatus

Irenæi locus ponderandus.

Ioan.3.13.

6 Nunc deſcendendum eſt ad varias doctorum hominum ſententias referendas. David Kimhi, non poſtremus Hebræorum interpres, exiſtimat in Eliæ raptu, veſtes ejus fuiſſe igne abſumptas, excepto pallio quod ab eo cecidit: quin & ipſum extinctum eſſe, ita ut unumquodque ipſius corporis elemẽtum fuerit diſſolutum, redieritque ad elementum conſimile: ſpiritum verò ejus in cœlum migraſſe ad Angelorũ ſocietates, atq; illic ſumma beatitudine potitum. In hac eadem ſentẽtia, Oecolampadius vir doctiſſimus fuiſſe videtur, Malachiæ Prophetæ finem exponens. De Henocho autem Hebræi ſentiunt, quod mortuus fuerit; verum quod à Deo raptus vel acceptus dicatur, id contingere, quòd immatura morte obierit. Vixit autem tantummodo trecentos & ſexaginta annos, cùm ante diluvium majores ejus ad octingentos & nongentos annos vixerint. Et addunt, illum, quamvis Deo gratum, fuiſſe tamen proclivem ad peccandum: & idcirco Deum, cùm illi faveret, acerba & immatura morte illum obire voluiſſe. Et fortaſſis huc detorqueret quiſpiam, quod habetur in li-

6. Doctorum opiniones de raptu Eliæ & Henochi.

bro Sapientiæ, cap. 4. Raptus eſt, ne malitia immutaret cor ejus. E diverſo autem, noſtri exiſtimant, hoc datum Henocho, quòd vir excellentiſſimus fuerit, ideoque voluiſſe Deum, exitum illius raptu admirabili cohoneſtare. At ſi animus ita ſeparatus à corpore ad ſedes beatorum aſcendit, certè oportuit, ut corpora orbium cœleſtium penetrarit, quandoquidem ſedes illas ultra omnes cœlos collocamus. Verùm ſciendum eſt, molem ac magnitudinem corporum obſtare quidem corporibus, ne tranſcant: ſpiritus verò, qui carent corpore, ab eis non impediri.

2
De Paradiſo.

7 Alij dicunt, eos deductos ad ſtatum admodum tranquillum & conditionem beatam. Eos autem ſi urgeas, ut locum definiant, in paradiſo terreſtri agere volunt, ubi Adamus & uxor ejus Eva fuerunt ab initio collocati. Sententia hæc ideo parum videtur probanda, quòd ſedes illa fuerit diluvio corrupta, neque hodie amplius extet. Nam aquæ diluvij, cacumina montium altiſſimorum excellerunt multis cubitis, quamvis nonnulli ex ſcholaſticis exiſtimant quodam privilegio fuiſſe colubitas, ne ad hortũ deliciarum pertingerent. Et rationem afferunt, quòd aquæ diluvij emiſſæ fuerint ad ulciſcendos peccatores. In paradiſo autem non agebat eo tempore niſi Henochus, cum aliquibus fortaſſis angelis. Quare concludunt, locum illum non fuiſſe ab aquis devaſtatum. Inter alios hanc opinionem Scotus defendit. Et mirum eſt dictu, quàm variæ ac diverſæ opiniones à ſcholaſticis de ſitu paradiſi deliciarum conſcriptę fuerint. Verum & illud perabſurdum videtur, Eliam raptum fuiſſe ad ſuperna, & poſtea depoſitum ad hortum terreſtrem. Illud præterea diſſimulãdum non eſt, in S. literis nõ facilè inveniri, ubi *Guen Eden*, hoc eſt hortus deliciarum, vocatus ſit cœlum. Ego ſane id nuſquam deprehendi. Quare cùm Elias raptus in cœlum dicatur, id non intelligetur de terreſtri paradiſo. Verum quidem eſt, cœlum ipſum, videri appellatum aliquando paradiſum. Dominus enim ait latroni, Hodie mecum eris in paradiſo: Quod ad naturam divinam Auguſt. in Epiſt. ad Dardanum cenſet rěferendum. Nam arbitratur, nõ poſſe aptari ejus corpori quod in ſepulchro jacuit, nec etiam animæ quæ fuit apud inferos, niſi quis per inferos accipiat Abrahæ ſinum, ubi anima Chriſti unà cum Patribus fuiſſe creditur. In hac tamen ſententia videtur fuiſſe Auguſt. de Peccatorum meritis & remiſſione, lib. 1. cap. 3. ubi ait; Fortaſſis Eliam in paradiſo paſci, quẽadmodum primus Adamus antequam inde ob peccatum ejiceretur. Occaſionem autem ita errãdi præbuit lib. Eccleſ. c. 44. ubi legitur, Placuit, vel ſe approbavit Henochus Deo, & tranſtulit eũ in paradiſum. Verùm ad hoc reſpondetur: primum, eum librum non eſſe Canonicum: deinde Latinum interpretem, locum illum non vertiſſe fideliter: quod in Græco nulla mentio fiat paradiſi, ſed tantùm habetur μετεθέτο tranſlatus eſt. Vbiquitiſtæ autem noſtrorum temporum fortaſſe dicerent, hos viros fuiſſe raptos ad cœlum ſuum ubiquitarium. Sed hoc nihil aliud eſſet, quàm eos mittere in Vtopiam, quæ nuſquã eſt. Et profectò ſi corpora ſua retinent, neceſſe eſt, ut aliquo ambiantur corpore. Veriſſimum quippe illud eſt, quod Auguſt. protulit ad Dardanum, Tolle loca corporibus, & nuſquam erunt, & quia nuſquam erunt, nec quidem erunt, nec ut aliqui fingunt, iſta loquitur φυσικῶς, cùm Theologicam quæſtionem explicaret. Nam ab eo quæſierat Dardanus, An humana Chriſti natura, propter conjunctam divinitatem, ubiq; fuerit: & idcirco & apud inferos, & unà cum latrone in paradiſo eſſe potuerit. Statuendum igitur eſt; omnia creata certis locis definiri ac diſtingui, verùm ſuo modo. Corpora quippe corporaliter ſunt in loco. Spiritus autem in eo ſunt, ut ſcholaſtici aiunt, definitivè, quòd ſubſtantiam & naturam finitam habeant. Vnde angelus qui erat cum Ioanne in inſula Pathmos eodem tempore non erat Epheſi: & qui erat cum Daniele in Babylone, eodem tempore non erat cum Ieremia in Iudæa: ſoli Deo id tribuendum eſt, ut ſit ubique.

Gen. 2.
Cap. 12.
Sect. 29.
Luc. 23. 43.
Eccl. 44. 16.
Vbiquitiſtæ.
Apoc. 1. 9. & 5. 2.
Dan. 9. 21.

4
De ſinu Abrahæ.

8 Eſt & alia opinio eorum, qui arbitrantur, in ſinum Abrahæ fuiſſe delatos: quem volunt locum eſſe quietis, ubi ſpiritibus fidelium bene ſit. Et appellari aiunt ſinum, vel quòd ibi colligantur à patre Abrahamo, ſicuti filioli à parentibus in ſinu geſtantur, vel quòd poſſit credi portus quidam ſalutis. Ita enim appellantur in mari tuti receptus à tempeſtatibus. Et Abrahæ dicitur, quòd ille fuerit pater fidei: nõ quòd excludantur inde beati Patres qui ante Abrahamum fuerunt, ſed eſt ideo denominatus hic ſinus ab Abrahamo, quòd ejus fides divinis literis & clarius & ſæpius prædicetur. At iſte locus ſi eminens eſt, & terram altitudine ſuperat, quomodo Chriſtus deſcendiſſe dicitur ad inferos? Potius dici debuerat aſcendiſſe. Aliqui fortaſſis ad hoc dicerent dictum eſſe deſcendiſſe propter ſepulturam, & id quod erat corporis, fuiſſe per συνεκδοχὴν tranſlatum ad animum. Aſt alij reperiuntur qui aiunt, articulum illum non eſſe diſtinctum à priori, ſed potius interpoſitum ad ejus explicationem, ut ſit ſenſus: Sepultus eſt, ideoque dictus eſt ad inferos deſcendiſſe. Et ſanè ſynodus Nicæna, Conſtantinopolitana, & aliquot Toletanæ, atque nonnullæ commemoratæ ab Hilario in libro de Synodis, illam particulam prætermierunt. Et Ruffinus teſtatur in Romana minimè haberi. Quin Irenæus & Tertullianus vetuſtiſſimi ſcriptores, cùm regulas fidei recenſent, hunc deſcenſum omiſerunt. Permulti attamen ex aliis Patribus mentionem ejus luculentam fecerunt, & præſertim Athanaſij ſymbolum.

Chriſti deſcenſus ad inferos.

9 Verùm dubitaverit quiſpiam, an ſinus Abrahæ, de quo cœpimus agere, nomen inferorum ſortiatur, ut Chriſtus dicatur deſcendiſſe ad inferos, quod animo fuerit ibi unà cum Patribus. Aug. ad Evodium Epiſt. 59. ſcribit, ſe nunquam legiſſe in Sacris literis nomen inferorum in bonam partem. Cæterum, ut res dilucidius pateſiat, ſciendum eſt; Patres duplices cõſtituiſſe inferos, ſuperiores inquam, & inferiores. Quod teſtatur Irenæus ad finem libri adverſus Hæreſes, ubi adducit quæ habentur in Pſal. 86. Eripuiſti animam meam de inferno inferiori. Et illud etiam notavit, quod à Domino dictum eſt, Filium hominis futurum in corde terræ tribus diebus. Quod utique de ſepulchro dici non poteſt, cum fuerit in ſuperficie terræ, hoc eſt, exciſum in vivo lapide. Cor autem meditullium ipſum evidenter ſignificat. Atque hæc de inferno inferiori. De ſuperiori verò ait, Animę verò ſanctorum, in inviſibilẽ locum eunt, definitum ipſis à Deo, ubi ad reſurrectionem uſque commorabuntur, & poſt illam venient ad conſpectum Dei. Origenes item libro tertio περὶ ἀρχῶν, pag. 804. Animæ hinc diſcedentes, inquit, diſtribuuntur vel in infernum, vel in ſinum Abrahæ. Et mox, Infernus ſuperior, terra inferior, Tartarus appellatur. Vocabulũ autem Tartari, à Platone videtur acceptum, qui eo in 10. de Repub. utitur. In eodem quoq; lib. pag. 802. dat animabus, hinc decedentibus locũ in terra, ubi erudiantur de iis quæ cum hic agerent non cognoverunt: ne ſcilicet excuſationem habeant, qui diſceſſerunt ex hac vita, cùm prædicationem Evangelij nõdum audiverint. Tales quippe ignorationem prætexere poſſe viderentur. Quare uti Papiſtæ confinxerunt Purgatorium, ita iſte cum quibuſdam recentioribus fabricavit Eruditorium. Sed omnia hęc abſque ſcripturis. Auguſtinus hanc diſtinctionem inferni ſuperioris & inferioris perſequutus eſt, interpretando Pſalm. 86. eamque confirmat non modo ex verbis ejus Pſalmi, verumetiam ex Evangelica narratione: quia dives dicitur cum eſſet in tormentis, ſublevaſſe oculos, atque Lazarum & Abrahamum vidiſſe. Oportuit itaque illos beatos ſublimiori loco fuiſſe. Quin Abrahamus inducitur affirmaſſe, non licuiſſe ab illis ad iſtos migrare, ſed chaos magnum intercedere, hoc eſt, ingentem hiatum. Hoc præterea diſcrimen intereſt, quòd ibi pœnæ ſunt & cruciatus, quæ apud ſuperiores inferos locum non habent. Vnde in libro Sapientiæ ſcribitur, Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, nec tangent eos tormenta, &c. Quin & Chriſtus dum in cruce penderet ait, In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. Conficitur itaque animas piorum eſſe in manu Dei, & redemptas ſeu ereptas à pœnas & tormentis impiorum. Et quamvis de Chriſto potiſſimum hoc dictum ſit, ad ipſum etiam Davidem & cætera Chriſti mẽbra pertinet. Dixit enim Dominus, ſe velle miniſtros ſuos eſſe, ubi ipſe fuerit. Hieronymus voluiſſe videtur, Animam Chriſti non tantum apud Patres in ſinu Abrahæ

Inferi duplices.
Pſal. 86. 13.
Mat. 12. 40.
Mortuorum animę quò cõmigrent.
Purgatorium & Eruditoriũ.
Luc. 16. 23.
Sap. 3. 1.
Luc. 23. 46.
Ioan. 17. 24.

nu Abrahæ fuiſſe, verumetiam in inferiori inferno, ſed citra pœnam & noxam. Id verò ſcribit in 3. cap.

Dan.3.29.

Dan. enarrans hiſtoriam trium juvenum, qui conjecti fuerunt in ardentem fornacem. Etenim ibi cum eis apparuit quartus, qui filius Dei vocatus eſt. Eo, ut arbitratur Hieronymus, adumbrabatur Chriſtus, qui deſcendit ad fornacem impiorum citra ſuam noxam aut pœnam.

10 Auguſtinus hac de re plus ſcripſit ad Evodiũ, Epiſtola 59. ſed perplexè admodum atque obſcurè. B Ponit quidem Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, verùm quid ibi fecerit, ait propemodũ ſe neſcire. Credi tamen affirmat ab univerſa Eccleſia, primum patrem Adamum per ipſum inde fuiſſe liberatum. Cæterum quærit, In ſinu Abrahæ, ſi nullo dolore nullove tormento Patres afficiebantur, quid eis Chriſtus præſtitit ſuo adventu? Hæc ille ibi agitat & multis diſputat. In lib. verò de Hæreſibus ad Quod vult Deus 79. hæreſi, eos commemorat, qui affirmare audent, Chriſtum apud inferos, eos fideles eripuiſſe, qui tũc C in ſe crediderunt. In libro verò de Eccleſiaſticis dogmatibus definit. 87. 79. clarius apertiuſque rem expedit.

Liber de Eccl. dogmat. adſcribitur Auguſtino.

Primum inquit, ante Chriſti adventum, omnes piorum animas ad ſinum Abrahæ deſcendiſſe. Ab ejus verò aſcenſu, omnes fideles animas ad Deum proficiſci. Qua ſententia proculdubio Purgatorium evertitur. Non tamen eſt prætereundum, librum hũc non haberi pro legitimo ſcripto Auguſtini. Scio quidem legitimis ejus libris non accenſeri: verùm cujuſcujus fuerit, vetuſtum eſt opus, & nõ vulgari conſtat D eruditione. Et ſane quoad utramque partem definitionis, Hieronymus aſſentitur, qui ſuper Eccleſiaſten tertio capite interpretando verba Salomonis eundem exitum eſſe hominis & jumenti ait; Non hæc dicuntur, inquit, quaſi putet Salomon animum hominis ita diſſolvi ut animam pecoris, quaſi ad eundem locum proficiſcantur: ſed quod ante Chriſti adventum, omnes deferebantur ad inferos: quod ex verbis Iacobi probat, qui agebat ſe gementem deſcenſurum ad filium ſuum in infernum. Iobi etiam E teſtimonium affert, qui ait, 21. cap. tam juſtos quàm injuſtos in inferno detineri. Et quamvis (ut inquit) non idem eſt diſſolvi & conſervari, attamen parum intereſt diſſolvi ut anima pecoris, & in tenebris detineri. In capite verò nono ejuſdem operis, ſcribit idẽ auctor, interpretãdo ea verba, Nec opus, nec cogitatio, nec ſcientia, neque ſapientia, eſt in inferno, quo tu pergis: omnes piorum hominum ſpiritus, quin & Samuelem ipſum, ante adventum Domini, fuiſſe in F inferno. Puto autem Samuelis nominatim factam eſſe mentionem, quod is à Pythoniſſa muliere fuerit adductus ad Saulem. Verùm addidit, Poſt Chriſtum non ita uſu venire: & locum Pauli affert, quo ſcripſit ad Philippenſes, Cupio hinc ſolvere, ac eſſe cũ Chriſto. Qui verò, inquit, cum Chriſto ſunt, ij non agunt in inferno. Poſſumus etiam addere, latroni dictum fuiſſe à Chriſto, cùm eſſet in cruce, Hodie mecum eris in Paradiſo. Et hanc ſententiam confirmavit Nazianzenus, in oratione funebri pro Cæſario ipſius fratre habita, ubi apoſtrophen ad illum faciens, in- G quit, In cœlum aſcendiſti, & in ſinu Abrahæ quieſcis: Si tamen aliquis locus nunc extat. Vbi videtur ambigere, an ſinus Abrahæ pòſt aſcenſionem Chriſti amplius maneat. Et in eadem Oratione inquit, Sapientum ſententiam eſſe, Animas piorum, cùm à corpore abſolvuntur, duci ad conſpectum Dei. Quod idem ſcripſit Cyrillus undecimo libro in Ioannem, cap. 36. ubi ſcribit, Animæ defunctorum non verſantur in terris, neque ut peccatorum animæ ad cruciatus locum detruduntur: ſed ad manus Patris cœleſtis H evolant, initio facto à Chriſto. Sed vetuſtiores putarunt animos piorum in ſinu Abrahę detinendos uſque ad beatam reſurrectionem, ut ex Irenæo jam demonſtravimus.

Eccleſiaſtis locus explicatur.

Eccl.3.19.

Gen.37.35.

Iob.21.26.

Quo loco ſint piorũ animæ?

Eccl 9.10.

1.Sam.28.14.

Phil.1.23.

Luc.23.43.

Nazianzenus.

Sinus Abrahę.

Cyrillus.

11 Hilarius quoque idem ſenſit, cujus mentem non tantùm de iſto dogmate, verumetiam de inferorum loco paucis referam. In Pſal. 2. primùm affirmat, hominum ſpiritus a morte non oberrare in terris, ſed illos vel pœnam vel præmium ſtatim conſequi. Atq; id probat ex narratione de Lazaro & divite, quod il- I le jam torqueretur in igne, dum fratres adhuc viverent, ad quos volebat Lazarum mitti. Commemorat præterea locum præmiorum, quem ſinum Abrahæ vocat: & locum pœnarum, quem infra terram ſtatuit, nixus loco Apocalypſeos ubi ſcribitur; Neminem potuiſſe librum aperire, ex iis qui ſunt in cœlo, quive in terra, quiq; infra terram. Quibus in verbis annotavit, etiam loca quæ ſunt infra terram, ſuos inquilinos habere. Iſtud etiam poſſet adduci quod ſcribitur ad Philippenſes: In nomine Ieſu omnia genua eſſe flectenda, cœleſtium inquam, terreſtriũ & inferorum. Scribit deinde idem author in Pſalm. 120. Servat Deus piorum ſpiritus in ſinu Abrahæ, ab exitu à corporibus, uſque ad exitum regni cœlorum. Tertullianus etiam quoad utrumque caput non videtur diſſenſiſſe. Nã adverſus Martionẽ lib. 4. pag. 274. ſcribit ſe putare, aliud inferos eſſe, & aliud Abrahæ ſinum, quod ſinus Abrahæ altior ſit inferno. Quod inde confirmat, quia dives in tormentis oculos dicitur ſublevaſſe, quando Abrahamum & Lazarum cõſpexit. Vnde apparet, Auguſtinum ex Tertulliano argumentum mutuatum eſſe. Deinde pag. 275. ſcribit de ſinu Abrahæ, Regionem illam dico, etſi non cœleſtem, ſublimiorem tamen inferis: additq; illã præbituram eſſe refrigerium uſque ad reſurrectionem animabus juſtis. Poſtea ſinum Abrahæ definit, quòd ſit fidelium animarum temporarium receptaculum, ubi delineatur imago futuri: quod idcirco illum dicere opinor, quia perfecta & abſoluta beatitudo, quæ continget in patria poſt reſurrectionem, illic habetur inchoata. Verum in libro de anima, pagina 685. inferos & ſinum Abrahæ collocat infra terram. Quare ſibi videtur parum conſtare, niſi quis dixerit, librum de Anima unà cum aliis poſtremò repertis, ejus non eſſe, quamvis ſtylo videantur illum imitari. Deinde concludit, Referenda eſſe regna cœlorum cum trãſactione mundi, hoc eſt, non patefaciendum aditum in cœlum, niſi ad finem orbis. Ex iis liquet, antiquiſſimos Patres non exiſtimaſſe piorum animos ad cœlum aſcendere, niſi poſt reſurrectionem: poſteriores autem credidiſſe illico à diſceſſu è corpore, ſanctas animas ad Deum pervenire. Scripturæ verò à Spiritu Sancto editæ, favent recentioribus. Dixit enim Paulus, Solvere cupio hinc, & eſſe cum Chriſto. Dominus latroni ait, Hodie mecum eris in Paradiſo. In quã ſententiam & alia divina teſtimonia poſſent coacervari. Ioannes tamen vigeſimus Epiſcopus Romanus, ſententiam veterum ſequutus eſt, & exiſtimavit beatorum animos Deum coram non videre, uſq; ad extremum reſurrectionis diem, adeoq; ſuæ opinionis fuit pertinax, ut eam non mutarit niſi coactus. Etenim Theologi Pariſienſes illum ad Palinodiam coegerunt, opera utentes Philippi Regis, qui Pulcher cognominatus eſt. Etenim is ab illius obedientia, ſe cum toto regno ſubducebat. Mutavit ergo Papa ſententiam, fortaſſis non ex animo, ſed ne Papalis adimeretur ipſi poteſtas. Publicè igitur Palinodiam cecinit, nec ſine buccinæ ſonitu, ut Gerſon teſtatus eſt in ſua concione de Paſchate. Sinus autem Abrahæ, ſedes inquam beatorum ſpirituum, & infernus ſceleratorum, ad Poetas etiam dimanarunt. Illi enim Orcum ſeu infernum deſcripſerint, ubi torquerentur impij: & fecerunt ſimul Campos Elyſios, ubi collocarunt animas juſtorum hominum, qui ſe illic oblectarent carminibus, doctrinis & Philoſophicis contemplationibus.

Hilarius.

Luc.16.23.

Apoc.5.3.

Phil.2.10.

Luc.16.23.

Phil.1.23.

Luc.23.43.

Ioannis XX. Papæ error.

Theologi Pariſienſes.

Gerſon.

12 Nunc Hebræorum ſententia videtur etiam exploranda. In divinis literis, multa ſunt inferorum nomina, quorum aliqua recenſebo illuſtriora. *Scheol* à verbo *Schaal*, quod eſt quærere, petere, quod inferi ſemper videantur poſcere, nec unquam exſaturentur. In Pſalmo decimoſexto ſcribitur, Non relinques animam meam *Liſcheol* in inferno. *Abaddon* item vocatur, quod eſt perditio. In Pſa. 88. legitur, Quis narrabit in ſepulchro miſericordiam tuã, & fidẽ, ſeu veritatẽ tuã, *Baabaddon* id eſt in perditione? *Beer ſchachath*, de quo in Pſalmo 55. habetur, Deſcẽdere feciſti eos in puteum ſeu locum attritionis. Dicitur etiã infernus *Tſalmaveth*, id eſt, umbra mortis: de qua in Pſ. 106. canitur, Habitantes vel ſedẽtes in tenebris, & umbra mortis. Eſt & alia nuncupatio longè familiarior Iudæis recentioribus, ſcilicet, *Gehinnom*. Cur verò illa ſic dicatur, operæprecium eſt agnoſcere. Componitur ex tribus vocabulis, *Gue* eſt vallis,

Inferorum nomina apud Hebręos.

Pſa.16.10.

Pſal.88.12.

Pſ.55.24.

Pſ.107.10.

Ben filius, *Hinnon* nomen proprium viri. Fuit itaque A
vallis, quæ poſſidebatur olim à Filio Hinnon, juxta
urbem Hieroſolymam. Illic Hebræi ædificaverant
antiquitus excelſum eximium, ad colendum Mo-
loch, quem putant Saturnum fuiſſe, cui litabant hu-
manis victimis, cremando ſuos filios & filias. Appel-
labatur enim Topheth, hoc eſt, tympanum, quod in
illis horrendis ſacris, tympana vehementer pulſa-
rent: ne ploratus & gemitus infantium qui combure-
bantur, & ab aſtantibus, & à parentibus exaudiren-
Ier.19.1. tur. Contra hoc excelſum, vaticinatus eſt Ieremias B
capite 19. futurum aliquando ut exſcinderetur, locuſ-
que redderetur pollutus & deteſtabilis, ita ut ibi ca-
davera ſepelirentur. Quod cùm poſtea eveniſſet,
metaphora quadam non inepta, locus ſupplicij ho-
minum ſceleſtorum, vocatus eſt Ge-hinnom. Pri-
mùm, quòd vallis, locus inquam humilis & dejectus
infernum referat, quod infra terram eſſe creditur.
Deinde propter ignem, quo torquentur ſcelerati, ut
illic pueri comburebantur. Ad extremum, quòd lo- C
cus eſſet immundus & deteſtabilis, quo non tantum
cadavera, ſed omnia turpia & immunda ex urbe Hie-
roſolyma ejiciebantur: quemadmodum impuræ atq;
conſceleratæ animæ à regno cœlorum in Gehen-
nam detruduntur. Appellavit etiam Servator noſter
Mat.22.13. infernum, Tenebras exteriores, id eſt, ſummas & ex-
Mat.16.18. tremas. Ut enim ſpiritus beatorum incredibili luce
perfruuntur, ita damnatorum animæ in externis te-
Mat.13.42. nebris degunt. Sed vocabulo *Gehennæ* ſæpius eſt u-
ſus, & Gehennam ignis dixit, quo doloris & cruciatus
Eſa.30.33. vehementiam exaggeraret. Eſaias capite 30. locum il- D
lum vocavit Topheth, & ignem inextinguibilem, cu-
jus fomentum eſſent multa ligna & ſulphur. Flatum
etiam ibi ponit, quo ignis ventiletur, & multò magis
Ezec.32.18. accendatur. Ezechiel verò 32. capite extremam ter-
ram vocat & lacum. Chriſtus vero magna perſpicui-
Mar.9.43. tate Marci nono, locum illum deſcripſit, dicens. Me-
lius tibi eſt, ut claudus & luſcus ingrediaris in regnũ
cœlorum, quàm ut habens vel duos oculos, vel duos
pedes, mittaris in Gehennam, & per ἐπεξήγησιν ſubji- E
cit: In ignem inextinguibilem. Etenim vermis illorũ
non moritur, & ignis non extinguitur. Atque hæc
de Gehennæ appellatione.

1 13 Rabbini autem conſtituentes duo loca infero-
Rabbinorum rationes, quibus probant eſſe duo loca inferorum. rum, has producunt rationes. Primùm, ſcribi libri
Geneſeos capite decimoquinto, dictum fuiſſe Abra-
hamo, Apponeris ad Patres tuos. Quid inquiunt,
nonne patres & majores fuerunt idololatræ? Certè
Gen.15.15. fuerunt, ut liber Iehoſuæ capite vigeſimoquarto at-
Ioſ.24.2. teſtatur. Non autem congruit divinæ juſtitiæ, ut in F
loco pœnarum, quo idololatræ puniebantur, Abra-
hamum voluerit conſtitui. Quare concludunt duo
loca fuiſſe inferorum, in quorum uno ſitus fuerit A-
brahamus, in altero vero ejus majores. In quem lo-
cum etiam putant Iacobum exiſtimaſſe profectum
filium ſuum Ioſephum, & ſe quoque præ luctu con-
Gen.37.35. ceſſurum: Dixit enim, Lugens deſcendam ad filium
meum ad infernum. Non autem credendum eſt, illũ
eſſe arbitratum, ſe unà cum filio in Gehennam con-
jiciendum. Quamvis Rabb: Selemoh volens hunc G
locum infringere, dicat particulam *Al* non ſignifica-
re Ad, ſed Propter: quaſi ſtet loco *Aal*, hoc eſt, Propter
hoc infortunium filij mei deſcendam ad infernum,
hoc eſt (ut putat) ad ſepulchrum, quaſi nulla hîc fiat
mentio inferorũ, aut ſpiritus Ioſephi jam ibi collo-
cati. Sed ei adverſatur Paraphraſis Chaldaica, in qua
ſcribitur, *Luth Bari*. Particula verò *Luth*, eſt Ad, Iux-
ta, ſeu Verſus. Inquit igitur, Proficiſcar ad, juxta, ſeu
verſus filiũ meum. Neque hoc de ſepulchro intelligi
poteſt, quia Iacobus non arbitrabatur Ioſephum in H
ſepulchro fuiſſe reconditum, cùm exiſtimarit à peſſi-
ma fera dilaniatum, & devoratũ. Idem quoq; colli-
2 1 Sam.28.14. gunt ex hiſtoria Samuelis, qui aſcendiſſe dicitur, ex-
Ibid.v.19. citatus à Pythoniſſa, quem non eſt veriſimile in tor-
mentis fuiſſe cum impiis. Atque hanc diſtinctionem
inferorum multo clarius elicere conantur, ex illius
verbis quibus prædixit craſtino die Saulem apud ſe
futurum, hoc eſt in inferno. Nec tamen in eadẽ par-
te, quod Saul (qui Magiam experiri voluit, & ſeipſũ
interemit) ad Spiritus damnatos relegatus cenſea- I
3 tur: Samuel verò, piis & beatis adnumeretur. Pergunt
1.Sam.25.29. adhuc, & Abigailis prudentiſſimæ fœminæ verba ex-

pendunt, quæ ita loquuta eſt Davidi: Erit anima tua
colligata in faſciculo vitæ: Ubi per vitæ ſeu viventiũ
faſciculum intelligunt cœtum ſanctorum quieſcen-
tium cum Abrahamo. Deinde ſubjecit, Animæ ve-
rò hoſtium tuorum ut palma fundæ, quòd impij à ſe
invicem diſiecti ſint per inferiora inferna, hoc eſt, ad
diverſa tormentorum genera. Trahitur etiam huc à 4
nonnullis Davidis teſtimonium, quo dicit, Attollite Pſal.24.7.
portæ capita veſtra, & introibit Rex gloriæ. Quaſi Eph.4.8.,
hæc ab angelis dicta fuerint, cùm Dominus ad Pa- Col.2.15.
três in ſinum Abrahæ ingrederetur, ad expoliandos
principes & poteſtates, ut in Epiſtola ad Epheſios
traditur. Adducitur etiam ab aliis liber Eſdræ quar- Eſd.4.32.
tus, quamvis Apocryphus eſt & in Hebræo non ha-
betur. Illum tamen adduxit Ambroſius in libro de
Bono mortis: Dicit enim cap. 7. Extremo judicij die 5
fore, ut pulvis ac tumuli reddant corpora defuncto-
rum, & promptuaria ſeu receptacula animorum illos
reſtituant, & ita fiat reſurrectio. Illa verò promptua-
ria vel receptacula quibus animæ detinentur, Am-
broſius interpretatur multas manſiones quæ ſunt in
domo Patris, ex Chriſti ſententia, & ea loca quæ di-
cebat ſe ire paratum Apoſtolis, cum ex hoc mundo
ad Patrem diſcederet. Cumque ibi pugnaret Am- Ioan.14.2.
broſius contra philoſophos, qui affirmabant animos
juſtorum & ſapientum, cùm hinc diſcederent, mi-
grare in corpora, vel apum vel luſciniarum, ut ibi ſe
vel exercitio dulci ac ſuavi muſica oblectarent: ait
illos potius debuiſſe tradere, quod abirent ad ᾅδην,
hoc eſt, ad locum inviſibilem defunctis præparatum.
Unde apparet illud vocabulum eſſe generale, cùm
ad locum tormentorum, tum ad locum quietis: cùm
tamen gehennæ appellatio, tantum ad ſceleratos
pertineat.

14 Quid autem veteres Patres in errorem indu- Cur Patres opinati ſint animas defunctorum in ſinu Abrahæ quieſcere uſque ad diem judicij.
xerit, ut putarint fidelium animas commorari in ſinu
Abrahæ uſque ad extremam reſurrectionem, incer-
tum eſt. Videntur attamen quædam loca ſcripturæ
arripuiſſe, quæ non rectè intellexerunt. Dicitur enim
in Apocalypſi, Animas interfectorum ſub altari eſſe,
atque clamare ad Deum, ut ſanguinem occiſorum Apo.6.9.
tandem aliquando ulciſcatur. Verùm expendere de- Apo.8.3.
buerant, Altare non eſſe infernum, cum octavo capi-
te ejuſdem libri, ponatur in cœlo, atq; in conſpectu
Dei. Nec aliud adumbrat altare, niſi Chriſtum ipſum.
Docemur autem illa viſione, piorum ſpiritus etiam
poſt hanc vitam in regno Dei, ſub Chriſti protectio-
ne commorari. Deinde, cùm audiebant in divinis li- 1
teris, eos qui obierant, appellari dormientes, illud
etiam ad animum retulerunt, cùm potius ſpectet ad
corpus. Illud enim jacet inſtar dormientium, nec ve- 2
rè ac propriè mortuum dici poteſt, cum ſit ad vitam 1.Theſ.4.13.
reverſurum, & à vera morte nõ pateat reditus. Idcir- 3
co dormientibus rectè cõfertur, qui cùm gravi ſopo- Inferi.
re detineantur, ſolent aliquãdo tandem excitari. Nec
illud prætereundum eſt, cùm dictum ſit de loco in-
ferorum, quòd omnes uſq; ad Chriſti adventum eò
deducerentur, & poſtea ſaltem ſpiritus damnatorum
ibi detineantur; quoſdam reperiri, qui negent ſpacia
tam lata inveniri poſſe, qui tot ſpirituum ſeu animo-
rum ſint capacia. Et videntur, quemadmodum cœlũ
ſuum ubique ponunt, ſic etiam inferos ubique velle
ſtatuere, neque cogitant humanos animos eſſe ſpiri-
tus, & ideo locum inſtar corporum non occupare.
Sunt quidẽ in loco, ſed uti jam ſum præfatus, defini-
tivè, non quod magnitudine vel ſuis dimenſionib. lo-
cũ impleant. Poſt reſurrectionem verò, quando erũt
corporibus induti, Deò loca non deerunt, in quibus
pro ſuis malis meritis puniantur, vel infra terram, vel
ſupra terrã, vel in aquis, vel in aere. Hæc ego habui,
quæ de variis ſententiis inferorum dicerem, & illa
duûm generum eſſe, teſtimonio vetuſtiſſimorũ Pa-
trum: necnon etiam recentiorum Poetarum item &
Hebræorum probavi, quos affirmo probabiliter eſſe
loquutos: nec tamen aio, illos Scripturarum locis, re-
ctè ac firmiter uſos eſſe.

15 Nunc verò ſi roger, ad quem locum Heno- In quæ loca Henochus & Elias tranſlati.
chus & Elias tranſlati fuerint, dicam me ſimpliciter
ignorare, quòd à divinis literis id non tradatur. Si ta-
men veriſimilis ratio ſequenda ſit, illos dicerẽ ad lo-
cum Patrum, vel ſinum Abrahæ fuiſſe perductos:
ut ibi Chriſti reſurrectionem expectantes, unà cũ
beatis

Digitized by Google

beatis Patribus agerent, ut poſtea cum illo reſuſcita-
to, ſupra cœlos attollerentur. Hoc tamen præ cæte-
ris dicentur uſi privilegio, quòd in illo ſinu Abrahæ
animæ fidelium abſque corporibus fuerint: illi verò
adhuc vivi, locum ibi habuerint. De corporibus au-
tem ipſorum, an gloria fuerint illuſtrata, obſcurum
eſt: attamen dici poſſet ea in ipſo raptu fuiſſe immu-
1. Cor. 15. 53. tata, eo ſane mutationis genere, quod in Epiſtola 1.
ad Corinthios deſcriptum eſt, nimirum ut corrupti-
bile indueret incorruptionem, & mortale immorta-
litatem. Quod idem fiet in noſtro raptu, de quo ſcri-
1. Theſ. 4. 15. bitur ad Theſſalonicenſes, nempe quod obviam itu-
1. Cor. 15. 51. ri ſimus Chriſto in aëra. Nam ſcribitur ad Corin-
1. Cor. 15. thios, Non quidem omnes morituros eſſe, verum o-
Chriſtus primitiæ. mnes immutandos. At dicebatur, Chriſtum eſſe pri-
mitias: & ideo ſtatui debere, illum primum omnium
cum corpore ad quietem perveniſſe. Ad id poteſt
dici, id eſſe intelligendum de ſuprema beatorum ſe-
de, ad quam primus ille à mortuis excitatus perve-
nit: nos verò hîc de ſinu Abrahæ, non de ſuprema
viventium regione loquimur. Deinde poſſemus di-
cere, ſanctos Patres in ſinu Abrahæ, quòd quieſce-
rent, bene haberent, & lætarentur, exempti à pœnis
damnatorum, totum id per Chriſtum habuiſſe. Nam
mortis ejus vis, non tantùm profuit nobis, verume-
tiam Patribus, qui ante adventum ejus extiterunt.
Apo. 13. 23 Vnde in Apocalypſi decimotertio capite rectè dici-
tur, Agnus mactatus ab origine mundi. Nec ille au-
diendus eſt qui noſtra ætate locum illum non eſt
interpretatus, ſed potius pervertit. Etenim tranſtu-
lit. Lapſos fuiſſe, beſtiam adoraſſe illos, quorum no-
mina non fuerunt conſcripta in origine mundi, in
libro vitæ Agni, qui occiſus eſt. Vt quid ille particu-
las hujus orationis invertit? Quæ neceſſitas illum
adegit? Cùm in Græco habeantur, ὧν οὐ γέγραπται τὰ
ὀνόματα ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου ἐσφαγμένου ἀπὸ κα-
ταβολῆς κόσμου.

Ioan. 3. 13. 16 Neque id obſtat, quod in Ioanne ſcribitur;
Verba Chriſti, Nemo aſcēdit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, explicata. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœ-
lo, Filius hominis qui eſt in cœlo: Quia non agitur
hîc de aſcenſu illo ſuper omnes cœlos, quò primùm
Chriſtus invectus eſt, ſed de raptu ad Abrahę ſinum.
Quod enim ad ſublimem illum aſcenſum attinet,
concedimus neminem illo eſſe potitum ante Chri-
ſtum. Henochus igitur & Elias ad Patres iverunt, at-
que illic unà cum eis Chriſtum expectarunt: quem,
cùm adveniſſet, in cœlum comitati ſunt unà cum cę-
teris. Neque raptui eorum, ad ſinum Patrum obſti-
1. Cor. 12. 2. tit corpus. Nam fieri poſſe, ut unà cum eo homines
rapiantur, Paulus oſtendit, qui ſe ait raptum in Pa-
radiſum, & an in corpore vel extra corpus, inquit,
neſcio. Quibus ex verbis colligitur, utrunque fieri
Hiſt. Be. verſ. 32. potuiſſe. Licet hæc verba quidam Hebræus Hiero-
nymi præceptor, longe aliter accepit, qui (ut refert is
Pater in Prol. Danielis) cùm irrideret Apocryphas
hiſtorias, quæ in Hebræo non habentur, affinguntur
attamen illi Prophetæ, ac præſertim Habacuk tranſ-
lationem ex Iudæa in Babylonem, ut prandium af-
ferret Danieli, qui agebat illic inter leones, dicebat,
Vbinam in veteribus hiſtoriis aliquis tranſlatus cor-
pore, ad tam diverſa locorum ſpatia? Cumque ſciolus
Ezech. 8. 3. quidam Ezechielem diceret ex Babylone aſportatū
2. Cor. 12. 2. in Iudæam, Hebræus illum confutavit, & ex Pro-
phetæ verbis oſtendit, illam tranſlationem ſpiritu nō
corpore fuiſſe factam: Atq; Paulus ille veſter Apo-
ſtolus, cum eſſet exercitatus in Lege, non auſus fuit
dicere, ſe fuiſſe raptum in cœlum corpore: ſed cautè
inquit, ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio. At
hoc dicens, non rectè detorſit Apoſtoli verba in ſuā
ſententiam. Nam ſi Paulus exiſtimaſſet raptum im-
poſſibilem cum corpore, non utique disiūctum præ-
poſitione, ſed categorica fuiſſet uſus; verum ita ſcri-
pſit, quia utrunque fieri poſſe opinabatur. Verùm
hoc miror, illum Hebræum non cogitaſſe de raptu
Henoch & Eliæ, niſi fortaſſe cum pleriſque aliis, cre-
diderit illos, dum raperentur, fuiſſe mortuos. At ſen-
tentia quā propoſui duo videntur obſtare. Primùm,
2. Reg. 2. 11. quod in ſacra hiſtoria diſertis verbis ponatur. Eliam
fuiſſe raptum per turbinem in cœlum: Ergo non vi-
detur iviſſe ad Abrahæ ſinum. Dicendum eſt, fortaſ-
ſe ibi per cœlum intelligi aerem, per quem dubium
non eſt quin tranſiverit: Nam ita eum proficiſci vi-
A debat Eliſæus & inde pallium ejus in terram deci-
dit. Vel Scriptura ibi loquitur non de priori profe-
ctione ad Patres, ſed de poſteriori, qua vnà cū Chri-
ſto ſuper omnes cœlos aſcendit. Sed prior expoſitio
probabilior eſt. Quod præterea obſtare videtur, id
eſt, Quod ſi nunc hi duo viri cum ſuis corporibus in
cœlis agunt, jam ſunt perfecti, nec aliud quoad feli-
citatē expectant. Sed in Epiſtola ad Hebræos capite Heb 11. 13. & 39.
vndecimo, ſcriptum eſt, Patres, quos Apoſtolus re-
B cenſuit, nōdum fuiſſe adeptos repromiſſionem, licet
teſtimonium fidei habuerint: Deo aliquid melius de
nobis providente, ne perficerentur abſq; nobis. Vbi
non eſt accipienda promiſſio in univerſum, quoniam Ibid 33.
& ipſi Patres dum viverent, nonnulla quæ Deus eis Ibid. v. 41.
promiſit, conſecuti fuerunt. Vnde ſuperius idem A-
poſtolus, eos inquit viciſſe regna, & adeptos eſſe pro-
miſſionem. Loquitur igitur loco jam adducto, de
quadam certa & ſingulari promiſſione, quam aliqui
referunt ad reſurrectionem mortuorum, quod illi
C non ſint excitandi à mortuis, prinſquam nos reſur-
gamus. Sed hoc diſſentire videtur ab Apoſtoli ver-
bis: quia tunc, Deus nihil melius nobis proſpexiſſet.
Etenim juxta ſententiam hanc par erit & ejuſdem
temporis nobis atque illis reſurrectio. Quare illud
potius referendum cenſeo ad beneficium, quod nos
præ illis habuimus. Etenim poſt adventum Chriſti
nati ſumus, quando promiſſio completa eſt de illius
incarnatione, morte, vocatione Gentium, Evangelij
prædicatione, verſamúrque in longe majori luce,
D quàm illi vixerint. Quare nos etiam decet, majori fi-
de accendi, ea quàm illi habuerunt. Atque hæc de
primo capite quæſtionis dicta ſunto: quæ dum fuſius
expoſui, ex eis facilè cognoſci poteſt, quidnam ad a-
lia duo capita ſit reſpondendum.

17 Rogabatur deinceps, An ij duo viri mortui An Henoch & Elias ſint mortui.
fuerint. Iam verò patet me opinari nō eſſe mortuos.
In quam ſententiam verba Pauli adducuntur, quæ
ſcripſit ad Hebræos 11. ca. Placuit Deo Henoch, vel Heb. 11. 5.
ſe approbavit ei, & tranſlatus eſt ne videret mortē.
E Verum qui ſecus exiſtimant, cum inquiunt non vi-
diſſe mortem uſitata via & more conſueto, ut cæte-
homines, qui vel moribundi cernuntur animā age-
re, vel interficiuntur in terris agentes. Iſti autem vivi
rapti ſunt & in ipſo raptu novo genere mortis extin-
cti. Nec deſunt qui affirment, eorum tranſlationē ad
animum pertinere, qui non fuerit mortuus æterna
damnatione. Atque illud afferunt, quod in Ioan. ha- Ioan. 8. 52.
betur capite octavo: Si quis ſermonem meum ſerva-
verit, mortem non videbit. Ac è diverſo, Ioan. tertio Ioan. 3. 36.
F capite dicitur, Qui non credit Filio, non videbit vitā.
Legimus etiam Pſal. 89. Qui eſt vir qui vivet, & non
videbit mortem? Certum vero eſt, Iuſtificatos crede- Pſal. 89. 49.
re in filium Dei, & ſermones ejus pro conditione
hujus vitæ ſervare: qui tamen (ut omnes vidèmus)
corporis mortem oppetunt. At ſi hac ratione trans-
lationem & mortem acciperemus, quid Henochus &
Elias præ cæteris hominibus habuiſſent? Omnes e-
lecti & fideles Chriſti, quoad animum, transferuntur
hinc ad Deum; nec æterna morte damnantur. Non
G ſanè me latet, quandoque, Non videre mortem, ad
animū referri, quemadmodum teſtimonia jam allata
demonſtrant: ſed nonnunquā è diverſo, ad corporis
mortem refertur, ut de Simeone patet, cui revelatum Luc. 2. 26.
fuit, eum non viſurum fuiſſe mortem, niſi prius vide- Mat. 16. 28.
ret Chriſtum Dominum. Quin & ipſe filius Dei ait,
Sunt de hîc aſtantibus qui non guſtabunt mortem,
niſi viderint regnum Dei, hoc eſt, prædicationem
Evangelij fuſam per orbem terrarum: vel, ut alij vo-
lunt, ipſius Chriſti transfigurationem in mōte Tha-
H bor. Nec dubium eſt, in duobus hiſce locis, corporis
mortem notari. Deinde illa verba Pauli ad Hebræos
ſuperius allata, ita ſignificantia ſunt, ut omnino te-
ſtari videantur, Henochum non eſſe mortuum. Sed
inſtant diverſum opinantes, in eadem Hebræorum Heb. 9. 27.
epiſtola ſcribi, Statutum eſſe omnibus hominibus
ſemel mori. Sed reſpondemus haſce catholicas enū-
ciationes, non ſemper debere accipi abſq; ulla exce-
ptione. Verum quidem eſt quod modò affirmatur,
ordinaria & communia via: unde tamē nō effici, quin 1. Theſ. 4. 15.
I Deus privilegio & peculiari quadam voluntate, ali- 1. Cor. 15. 51.
quos à lege mortis eximat. Quid enim vel de nobis, Ioan. 11. 44.
vel de aliis fiet, qui vivi deprehēdentur extremo die? Luc. 7. 15.

Digitized by Google

Ben filius, *Hinnon* nomen proprium viri. Fuit itaque A
vallis, quæ poſſidebatur olim à Filio Hinnon, juxta
urbem Hieroſolymam. Illic Hebræi ædificaverant
antiquitus excelſum eximium, ad colendum Mo-
loch, quem putant Saturnum fuiſſe, cui litabant hu-
manis victimis, cremando ſuos filios & filias. Appel-
labatur enim Topheth, hoc eſt, tympanum, quod in
illis horrendis ſacris, tympana vehementer pulſa-
rent: ne ploratus & gemitus infantium qui combure-
bantur, & ab aſtantibus, & à parentibus exaudiren-
Ier.19.2. tur. Contra hoc excelſum, vaticinatus eſt Ieremias B
capite 19. futurum aliquando ut exſcinderetur, locuſ-
que redderetur pollutus & deteſtabilis, ita ut ibi ca-
davera ſepelirentur. Quod cùm poſtea eveniſſet,
metaphora quadam non inepta, locus ſupplicij ho-
minum ſceleſtorum, vocatus eſt Ge hinnom. Pri-
mùm, quòd vallis, locus inquam humilis & dejectus
infernum referat, quod infra terram eſſe creditur.
Deinde propter ignem, quo torquentur ſcelerati, ut
illic pueri comburebantur. Ad extremum, quòd lo- C
cus eſſet immundus & deteſtabilis, quo non tantum
cadavera, ſed omnia turpia & immunda ex urbe Hie-
roſolyma ejiciebantur: quemadmodum impuræ atq;
conſceleratæ animæ à regno cœlorum in Gehen-
nam detruduntur. Appellavit etiam Servator noſter
Mat.22.13. infernum, Tenebras exteriores, id eſt, ſummas & ex-
Mat.12.38. tremas. Vt enim ſpiritus beatorum incredibili luce
perfruuntur, ita damnatorum animæ in externis te-
Mat.13.42. nebris degunt. Sed vocabulo *Gehennæ* ſæpius eſt v-
ſus, & Gehennam ignis dixit, quo doloris & cruciatus D
Eſa.30.33. vehementiam exaggeraret. Eſaias capite 30. locum il-
lum vocavit Topheth, & ignem inextinguibilem, cu-
jus fomentum eſſent multa ligna & ſulphur. Flatum
etiam ibi ponit, quo ignis ventiletur, & multò magis
Ezec.32.18. accendatur. Ezechiel verò 32. capite extremam ter-
ram vocat & lacum. Chriſtus vero magna perſpicui-
Mar.9.43. tate Marci nono, locum illum deſcripſit, dicens. Me-
lius tibi eſt, vt claudus & luſcus ingrediaris in regnũ
cœlorum, quàm vt habens vel duos oculos, vel duos
pedes, mittaris in Gehennam, & per ἐπεξήγησιν ſubij- E
cit: In ignem inextinguibilem. Etenim vermis illorũ
non moritur, & ignis non extinguitur. Atque hæc
de Gehennæ appellatione.

1 13 Rabbini autem conſtituentes duo loca infero-
Rabbinorum rationes, quibus probant eſſe duo loca inferorum. rum, has producunt rationes. Primùm, ſcribi libri
Geneſeos capite decimoquinto, dictum fuiſſe Abra-
hamo, Apponeris ad Patres tuos. Quid inquiunt,
nonne patres & majores fuerunt idololatræ? Certè
Gen.15.15. fuerunt, ut liber Ieſoſuæ capite vigeſimoquarto at-
Ioſ.24.2. teſtatur. Non autem congruit divinæ juſtitiæ, ut in F
loco pœnarum, quo idololatræ puniebantur, Abra-
hamum voluerit conſtitui. Quare concludunt duo
loca fuiſſe inferorum, in quorum uno ſitus fuerit A-
brahamus, in altero vero ejus majores. In quem lo-
cum etiam putant Iacobum exiſtimaſſe profectum
filium ſuum Ioſephum, & ſe quoque præ luctu con-
Gen.37.31. ceſſurum: Dixit enim, Lugens deſcendam ad filium
meum ad infernum. Non autem credendum eſt, illũ
eſſe arbitratum, ſe unà cum filio in Gehennam con-
jiciendum. Quamvis Rabb: Selemoh volens hunc G
locum infringere, dicat particulam *Al* non ſignifica-
re Ad, ſed Propter: quaſi ſtet loco *Aal*, hoc eſt, Propter
hoc infortunium filij mei deſcendam ad infernum,
hoc eſt (ut putat) ad ſepulchrum, quaſi nulla hîc fiat
mentio inferorũ, aut ſpiritus Ioſephi jam ibi collo-
cati. Sed ei adverſatur Paraphraſis Chaldaica, in qua
ſcribitur, *Luth Bari* Particula verò *Luth*, eſt Ad, Iux-
ta, ſeu Verſus. Inquit igitur, Proficiſcar ad, juxta, ſeu
verſus filiũ meum. Neque hoc de ſepulchro intelligi
poteſt, quia Iacobus non arbitrabatur Ioſephum in H
ſepulchro fuiſſe reconditum, cùm exiſtimarit à peſſi-
ma fera dilaniatum, & devoratũ. Idem quoq; colli-
2
1 Sam.28.14. gunt ex hiſtoria Samuelis, qui aſcendiſſe dicitur, ex-
Ibid.v.19. citatus à Pythoniſſa, quem non eſt veriſimile in tor-
mentis fuiſſe cum impiis. Atque hanc diſtinctionem
inferorum multò clarius elicere conantur, ex illius
verbis quibus prædixit craſtino die Saulem apud ſe
futurum, hoc eſt in inferno. Nec tamen in eadẽ par-
te, quod Saul (qui Magiam experiri voluit, & ſeipsũ
interemit) ad Spiritus damnatos relegatus cenſea- I
3 tur: Samuel verò, piis & beatis adnumeretur. Pergunt
1.Sam.25.29. adhuc, & Abigailis prudentiſſimæ fœminæ verba ex-

A pendunt, quæ ita loquuta eſt Davidi: Erit anima tua
colligata in faſciculo vitæ: Vbi per vitæ ſeu viventiũ
faſciculum intelligunt cœtum ſanctorum quieſcen-
tium cum Abrahamo. Deinde ſubjecit, Animæ ve-
rò hoſtium tuorum ut palma fundæ, quòd impij à ſe
invicem diſiecti ſint per inferiora inferna, hoc eſt, ad
diverſa tormentorum genera. Trahitur etiam huc à 4
nonnullis Davidis teſtimonium, quo dicit, Attollite Pſal.24.7.
portæ capita veſtra, & introibit Rex gloriæ. Quaſi Eph.4.8. Col.2.15.
hæc ab angelis dicta fuerint, cùm Dominus ad Pa-
B tres in ſinum Abrahæ ingrederetur, ad expoliandos
principes & poteſtates, ut in Epiſtola ad Epheſios
traditur. Adducitur etiam ab aliis liber Eſdræ quar- Eſd.4.32.
tus, quamvis Apocryphus eſt & in Hebræo non ha-
betur. Illum tamen adduxit Ambroſius in libro de
Bono mortis Dicit enim cap.7. Extremo judicij die 5
fore, ut pulvis ac tumuli reddant corpora defuncto-
rum, & promptuaria ſeu receptacula animorum illos
reſtituant, & ita fiat reſurrectio. Illa verò promptua-
C ria vel receptacula quibus animæ detinentur, Am-
broſius interpretatur multas manſiones quæ ſunt in
domo Patris, ex Chriſti ſententia, & ea loca quæ di-
cebat ſe ire paratum Apoſtolis, cum ex hoc mundo
ad Patrem diſcederet. Cumque ibi pugnaret Am- Ioan.14.2.
broſius contra philoſophos, qui affirmabant animos
juſtorum & ſapientum, cùm hinc diſcederent, mi-
grare in corpora, vel apum vel luſciniarum, ut ibi ſe
vel exercitio dulci ac ſuavi muſica oblectarent: ait
illos potius debuiſſe tradere, quod abirent ad ᾅδην,
D hoc eſt, ad locum inviſibilem defunctis præparatum.
Vnde apparet illud vocabulum eſſe generale, cùm
ad locum tormentorum, tum ad locum quietis: cùm
tamen gehennæ appellatio, tantum ad ſceleratos
pertineat.

14 Quid autem veteres Patres in errorem indu- Cur Patres opinati ſint animas defunctorum in ſinu Abrahæ quieſcere uſque ad diem judicij.
xerit, ut putarint fidelium animas commorari in ſinu
Abrahæ uſque ad extremam reſurrectionem, incer-
tum eſt. Videntur attamen quædam loca ſcripturæ
arripuiſſe, quæ non rectè intellexerunt. Dicitur enim
E in Apocalypſi, Animas interſectorum ſub altari eſſe, Apo.6.9.
atque clamare ad Deum, ut ſanguinem occiſorum Apo.8.3.
tandem aliquando ulciſcatur. Verùm expendere de-
buerant, Altare non eſſe infernum, cum octavo capi-
te ejuſdem libri, ponatur in cœlo, atq; in conſpectu
Dei. Nec aliud adumbrat altare, niſi Chriſtum ipſum.
Docemur autem illa viſione, piorum ſpiritus etiam
poſt hanc vitam in regno Dei, ſub Chriſti protectio-
ne commorari. Deinde, cùm audiebant in divinis li- 1
teris, eos qui obierant, appellari dormientes, illud
F etiam ad animum retulerunt, cùm potius ſpectet ad
corpus. Illud enim jacet inſtar dormientium, nec ve- 2
rè ac propriè mortuum dici poteſt, cum ſit ad vitam 1.Theſ.4.13.
reverſurum, & à vera morte nõ pateat reditus. Idcir- 3
co dormientibus rectè cõfertur, qui cum gravi ſopo- Inferi.
re detineantur, ſolent aliquàdo tandem excitari. Nec
illud prætereundum eſt, cùm dictum ſit de loco in-
ferorum, quòd omnes uſq; ad Chriſti adventum eò
deducerentur, & poſtea ſaltem ſpiritus damnatorum
ibi detineantur; quoſdam reperiri, qui negent ſpacia
G tam lata inveniri poſſe, qui tot ſpirituum ſeu animo-
rum ſint capacia. Et videntur, quemadmodum cœlũ
ſuum ubique ponunt, ſic etiam inferos ubique velle
ſtatuere, neque cogitant humanos animos eſſe ſpiri-
tus, & ideo locum inſtar corporum non occupare.
Sunt quidẽ in loco, ſed uti jam ſum præfatus, defini-
tive, non quod magnitudine vel ſuis dimenſionib. lo-
cũ impleant. Poſt reſurrectionem vero, quando erũt
corporibus induti, Deo loca non deerunt, in quibus
pro ſuis malis meritis puniantur, vel infra terram, vel
H ſupra terrã, vel in aquis, vel in aere. Hæc ego habui,
quæ de variis ſententiis inferorum dicerem, & illa
duûm generum eſſe, teſtimonio vetuſtiſſimorũ Pa-
trum: necnon etiam recentiorum Poetarum item &
Hebræorum probavi, quos affirmo probabiliter eſſe
loquutos: nec tamen aio, illos Scripturarum locis, re-
ctè ac firmiter uſos eſſe.

15 Nunc verò ſi roger, ad quem locum Heno- In quæ loca Henochus & Elias tranſlati.
chus & Elias tranſlati fuerint, dicam me ſimpliciter
ignorare, quòd à divinis literis id non traditur. Si ta-
I men veriſimilis ratio ſequenda ſit, illos dicerẽ ad lo-
cum Patrum, vel ſinum Abrahæ fuiſſe perductos:
ut ibi Chriſti reſurrectionem expectantes, unà cũ
beatis

Digitized by Google

beatis Patribus agerent, ut poſtea cum illo reſuſcitato, ſupra cœlos attollerentur. Hoc tamen præ cæteris dicentur uſi privilegio, quòd in illo ſinu Abrahæ animæ fidelium abſque corporibus fuerint: illi verò adhuc vivi, locum ibi habuerint. De corporibus autem ipſorum, an gloria fuerint illuſtrata, obſcurum eſt: attamen dici poſſet ea in ipſo raptu fuiſſe immutata, eo ſane mutationis genere, quod in Epiſtola 1. ad Corinthios deſcriptum eſt, nimirum ut corruptibile indueret incorruptionem, & mortale immortalitatem. Quod idem fiet in noſtro raptu, de quo ſcribitur ad Theſſalonicenſes, nempe quod obviam ituri ſimus Chriſto in aëra. Nam ſcribitur ad Corinthios, Non quidem omnes morituros eſſe, verum omnes immutandos. At dicebatur, Chriſtum eſſe primitias: & ideo ſtatui debere, illum primum omnium cum corpore ad quietem perveniſſe. Ad id poteſt dici, id eſſe intelligendum de ſuprema beatorum ſede, ad quam primus ille à mortuis excitatus pervenit: nos verò hîc de ſinu Abrahæ, non de ſuprema viventium regione loquimur. Deinde poſſemus dicere, ſanctos Patres in ſinu Abrahæ, quòd quieſcerent, bene haberent, & lætarentur, exempti à pœnis damnatorum, totum id per Chriſtum habuiſſe. Nam mortis ejus vis, non tantùm profuit nobis, verumetiam Patribus, qui ante adventum ejus extiterunt. Unde in Apocalypſi decimotertio capite rectè dicitur, Agnus mactatus ab origine mundi. Nec ille audiendus eſt qui noſtra ætate locum illum non eſt interpretatus, ſed potius pervertit. Etenim tranſtulit. Lapſos fuiſſe, beſtiam adoraſſe illos, quorum nomina non fuerunt conſcripta in origine mundi, in libro vitæ Agni, qui occiſus eſt. Ut quid ille particulas hujus orationis invertit? Quæ neceſſitas illum adegit? Cùm in Græco habeantur, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῷ βίβλῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

1. Cor. 15. 53. — 1. Theſ. 4. 15. — 1. Cor. 15. 51. — 2. Cor. 13. — Chriſtus primitiæ. — Apo. 13. 23.

16 Neque id obſtat, quod in Ioanne ſcribitur; Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, Filius hominis qui eſt in cœlo: Quia non agitur hîc de aſcenſu illo ſuper omnes cœlos, quò primùm Chriſtus invectus eſt, ſed de raptu ad Abrahæ ſinum. Quod enim ad ſublimem illum aſcenſum attinet, concedimus neminem illo eſſe potitum ante Chriſtum. Henochus igitur & Elias ad Patres iverunt, atque illic unà cum eis Chriſtum expectarunt: quem, cùm adveniſſet, in cœlum comitati ſunt unà cum cæteris. Neque raptui eorum, ad ſinum Patrum obſtitit corpus. Nam fieri poſſe, ut unà cum eo homines rapiantur, Paulus oſtendit, qui ſe ait raptum in Paradiſum, & an in corpore vel extra corpus, inquit, neſcio. Quibus ex verbis colligitur, utrunque fieri potuiſſe. Licet hæc verba quidam Hebræus Hieronymi præceptor, longè aliter accepit, qui (ut refert is Pater in Prol. Danielis) cùm irrideret Apocryphas hiſtorias, quæ in Hebræo non habentur, affinguntur attamen illi Prophetæ, ac præſertim Habacuki tranſlationem ex Iudæa in Babylonem, ut prandium afferret Danieli, qui agebat illic inter leones, dicebat, Ubinam in veteribus hiſtoriis aliquis tranſlatus corpore, ad tam diverſa locorum ſpatia? Cumque ſciolus quidam Ezechielem diceret ex Babylone aſportatū in Iudæam, Hebræus illum confutavit, & ex Prophetæ verbis oſtendit, illam tranſlationem ſpiritu nō corpore fuiſſe factam: Atq; Paulus ille veſter Apoſtolus, cum eſſet exercitatus in Lege, non auſus fuit dicere, ſe fuiſſe raptum in cœlum corpore: ſed cautè inquit, ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio. At hoc dicens, non rectè detorſit Apoſtoli verba in ſuā ſententiam. Nam ſi Paulus exiſtimaſſet raptum impoſſibilem cum corpore, non utique disjūctum propoſitione, ſed categorica fuiſſet uſus; verum ita ſcripſit, quia utrunque fieri poſſe opinabatur. Verùm hoc miror, illum Hebræum non cogitaſſe de raptu Henoch & Eliæ, niſi fortaſſe cum pleriſque aliis, crediderit illos, dum raperentur, fuiſſe mortuos. At ſententiæ quā propoſui duo videntur obſtare. Primùm, quod in ſacra hiſtoria diſertis verbis ponatur. Eliam fuiſſe raptum per turbinem in cœlum: Ergo non videtur iviſſe ad Abrahæ ſinum. Dicendum eſt, fortaſſe ibi per cœlum intelligi aerem, per quem dubium non eſt quin tranſiverit: Nam ita eum proficiſci videbat Eliſæus & inde pallium ejus in terram decidit. Vel Scriptura ibi loquitur non de priori profectione ad Patres, ſed de poſteriori, qua unà cū Chriſto ſuper omnes cœlos aſcendit. Sed prior expoſitio probabilior eſt. Quod præterea obſtare videtur, id eſt, Quod ſi nunc hi duo viri cum ſuis corporibus in cœlis agunt, jam ſunt perfecti, nec aliud quoad felicitatē expectant. Sed in Epiſtola ad Hebræos capite undecimo, ſcriptum eſt, Patres, quos Apoſtolus recenſuit, nōdum fuiſſe adeptos repromiſſionem, licet teſtimonium fidei habuerint: Deo aliquid melius de nobis providente, ne perficerentur abſq; nobis. Ubi non eſt accipienda promiſſio in univerſum, quoniam & ipſi Patres dum viverent, nonnulla quæ Deus eis promiſit, conſecuti fuerunt. Unde ſuperius idem Apoſtolus, eos inquit viciſſe regna, & adeptos eſſe promiſſionem. Loquitur igitur loco jam adducto, de quadam certa & ſingulari promiſſione, quam aliqui referunt ad reſurrectionem mortuorum, quod illi non ſint excitandi à mortuis, priuſquam nos reſurgamus. Sed hoc diſſentire videtur ab Apoſtoli verbis: quia tunc, Deus nihil melius nobis proſpexiſſet. Etenim juxta ſententiam hanc par erit & ejuſdem temporis nobis atque illis reſurrectio. Quare illud potius referendum cenſeo ad beneficium, quod nos præ illis habuimus. Etenim poſt adventum Chriſti nati ſumus, quando promiſſio completa eſt de illius incarnatione, morte, vocatione Gentium, Evangelij prædicatione, verſamúrque in longe majori luce, quàm illi vixerint. Quare nos etiam decet, majori fide accendi, ea quàm illi habuerunt. Atque hæc de primo capite quæſtionis dicta ſunto: quæ dum fuſius expoſui, ex eis facilè cognoſci poteſt, quidnam ad alia duo capita ſit reſpondendum.

Ioan. 3. 13. — Verba Chriſti, Nemo aſcēdit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, explicata. — 1. Cor. 12. 2. — Hiſt. Be. verſ. 32. — Ezech. 8. 3. — 2. Cor. 12. 2. — 2. Reg. 2. 11. — Heb. 11. 13. & 39. — Ibid. 33. — Ibid. v. 41.

17 Rogabatur deinceps, An ij duo viri mortui fuerint. Iam vero patet me opinari nō eſſe mortuos. In quam ſententiam verba Pauli adducuntur, quæ ſcripſit ad Hebræos 11. ca. Placuit Deo Henoch, vel ſe approbavit ei, & tranſlatus eſt ne videret mortē. Verum qui ſecus exiſtimant, eum inquiunt non vidiſſe mortem uſitata via & more conſueto, ut cæte. homines, qui vel moribundi cernuntur animā agere, vel interficiuntur in terris agentes. Iſti autem vivi rapti ſunt & in ipſo raptu novo genere mortis extincti. Nec deſunt qui affirment, eorum tranſlationē ad animum pertinere, qui non fuerit mortuus æterna damnatione. Atque illud afferunt, quod in Ioan. habetur capite octavo: Si quis ſermonem meum ſervaverit, mortem non videbit. Ac è diverſo, Ioan. tertio capite dicitur, Qui non credit Filio, non videbit vitā. Legimus etiam Pſal. 89. Qui eſt vir qui vivet, & non videbit mortem? Certum vero eſt, Iuſtificatos credere in filium Dei, & ſermones ejus pro conditione hujus vitæ ſervare: qui tamen (ut omnes vidēmus) corporis mortem oppetunt. At ſi hac ratione tranſlationem & mortem acciperemus, quid Henochus & Elias præ cæteris hominibus habuiſſent? Omnes electi & fideles Chriſti, quo ad animum, transferuntur hinc ad Deum; nec æterna morte damnantur. Non ſanè me latet, quandoque, Non videre mortem, ad animū referri, quemadmodum teſtimonia jam allata demonſtrant: ſed nonnunquā è diverſo, ad corporis mortem refertur, ut de Simeone patet, cui revelatum fuit, eum non viſurum fuiſſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Dominum. Quin & ipſe filius Dei ait, Sunt de hîc aſtantibus qui non guſtabunt mortem, niſi viderint regnum Dei, hoc eſt, prædicationem Evangelij fuſam per orbem terrarum: vel, ut alij volunt, ipſius Chriſti transfigurationem in mōte Thabor. Nec dubium eſt, in duobus hiſce locis, corporis mortem notari. Deinde illa verba Pauli ad Hebræos ſuperius allata, ita ſignificantia ſunt, ut omnino teſtari videantur, Henochum non eſſe mortuum. Sed inſtant diverſum opinantes, in eadem Hebræorum epiſtola ſcribi, Statutum eſſe omnibus hominibus ſemel mori. Sed reſpondemus haſce catholicas enūciationes, non ſemper debere accipi abſq; ulla exceptione. Verum quidem eſt quod modò affirmatur, ordinaria & communia via: inde tamē nō effici, quin Deus privilegio & peculiari quadam voluntate, aliquos à lege mortis eximat. Quid enim vel de nobis, vel de aliis fiet, qui vivi deprehēdentur extremo die?

An Henoch & Elias ſint mortui. — Heb. 11. 5. — Ioan. 8. 52. — Ioan. 3. 36. — Pſal. 89. 49. — Luc. 2. 26. — Mat. 16. 28. — Heb. 9. 27. — 1. Theſ. 4. 15. — 1. Cor. 15. 51. — Ioan. 11. 44. — Luc. 7. 15.

Mat.9.25. Mat.27.52. Certè illi rapientur obviam Chriſto in aëra. Et Paulus ad Corinth.dixit, Non omnes moriemur, ſed omnes immutabimur. Adhæc, ſi verba ejus dicti ſeverius urgeantur, quomodo verum erit, Homines ſemel mori, cùm Lazarus, filius viduæ, & filia Archiſynagogi quos Dominus excitavit à mortuis, non ſemel, *Nonnullos bis mortuos eſſe.* verùm bis mortui fuerint? Et ea multa corpora ſanctorum, quæ ſurrexerunt à morte Chriſti, & multis apparuerunt in urbe Hieroſolymorum exiſtimantur ab Auguſtino, & à quibuſdam aliis, cum functa eſſent ſuo munere, rurſum in monumentis, ut prius, occubuiſſe.

Rom.5.12. 18 Aiunt etiam ſcribi ad Romanos, Mortem per unum hominem ingreſſam in omnes homines. Et *1.Cor.15.22.* ad Corinthios dici Epiſtola prima capite decimoquinto, Vt in Adamo omnes mortui ſunt, ita omnes in Chriſto vivificabuntur: ut doceatur vitã in Adamo amiſſam, omnes in Chriſto eſſe recuperaturos. Adhæc reſpõdetur multipliciter: Primùm, quemadmodum antea dixi, univerſalia hæc enunciata, non eſſe accipienda citra privilegium & exceptionem. Deinde confiteor Henochum & Eliam ſua natura, fuiſſe morti obnoxios. Quòd verò mortui non ſint, & æterna felicitate & vita fruantur, id per Chriſtum obtinere. Verùm, alia reſponſio eſt multò expeditior, immutationem illam, qua dicimus horum ſanctorum corpora fuiſſe in raptu glorificata, genus quoddam *Iuſtinus martyr.* fuiſſe mortis. Vnde ſapienter Iuſtinus Martyr in ſuo Dialogo cum Tryphone ait, extremo tempore, *Mundus quatenus interiturus?* orbem interiturum & non interiturum. Non peribit, quòd non ſit redigendus in nihilum. Interibit verò, quoniam in melius commutabitur. Lux enim Solis & Lunæ, & purior erit & amplior quàm nunc ſit. Habituri enim ſumus cœlum novum & terram novam: quandoquidem tunc omnia fient nova. Alij verò dicunt, Henochi & Eliæ mortem non eſſe omnino ſublatam, verùm potius dilatam: quòd illi venturi ſint extremo tempore, atque oppugnando Antichri*Tertullianus.*ſtum obituri. In qua ſententia Tertullianus fuit, qui in libro de Anima, pagina 682. ſcribit, Tranſlati ſunt Elias & Henoch, & mors illorum dilata eſt. Reſervãtur enim morituri, ut Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant. Item de Anima, pagina 672. Elias non ex diſceſſione vitæ venturus eſt, ſed ex tranſlatione: nõ reſtituendus corpori, à quo non eſt exemptus, ſed mundo reddendus. Idem adverſus Iudæos, Henochũ appellat candidatum æternitatis. Et de Trinitate, pagina 603. Deum ait, Henochum tranſtuliſſe in ſuæ amicitiæ ſocietatem. Cumque amicus, ei quem diligit, & bene velit & bene faciat: non eſt veriſimile. Deum *Irenæus.* Henochum tranſtuliſſe, ut eum interficeret. Irenæus verò, libro quarto, capite trigeſimo, vult Henochum functum eſſe legatione adverſus Angelos, quos vetuſtis putavit lapſos turpi cũpiditate mulierum: & illum ait etiam nunc vivum aſſervari in divini judicij teſtimonium. Atque hæc de ſecundo capite ſatis eſſe poſſunt, quibus probabili ratione conſtitutum eſt, illos videri mortuos.

Cur Henochus & Elias rapti ſint. 19 Supereſt ut quæramus, in quem finem ita rapti fuerint: aiunt nonnulli, ut figuram & ſpeciem quandam habeamus ob oculos noſtræ reſurrectionis, quaſi raptus iſtorũ fuerint vivum ejus exemplũ: ut doceremur, non eſſe metiendam noſtram felicitatem vitæ hujus terminis. At mihi videtur exempla eſſe debere perſpicua & clara, quòd alioqui ſint probationes infinitæ. Hîc verò nulla fit mentio reſurrectionis, aut noſtræ aut eorum. *Mat.12.40.* Signum Ionæ Prophetæ, manifeſtè reſurrectionem adumbrat, qui vi*Rom.8.12.*vus redditus eſt è ventre ceti. Paulus verò ad Romanos, alia ratione demonſtravit noſtram reſurrectionem. Si habetis, ait, ſpiritũ ejus, qui ſuſcitavit Ieſum Chriſtum à mortuis, vivificabit mortalia corpora veſtra. Ac ſi diceret, Cùm ſit idem ſpiritus, eadem producet effecta. Et ad Corinthios Epiſtola priore capi*1.Cor.15.12.*te decimoquinto ait, Si Chriſtus reſurrexit à mortuis, & nos reſurgemus. Quod idcirco ait, quia non eſt par, ut ipſe Chriſtus, qui caput eſt, vivat: & nos, qui ſumus ejus membra, in morte permaneamus. Et *Eph.1.20.* ad Epheſios primo capite ſcribit, Secundum magnitudinem ejus Potentiæ, ac juxta efficaciam roboris fortitudinis ejus, quam exercuit Chriſtum excitan*Epheſ.2.5.*do à mortuis. Deinde ſecundo capite: Nos illi conjungit dicens, Cùm mortui eſſemus in delictis noſtris, nos vivificavit cum illo, & unà cum eo excitavit à mortuis, & conſedere fecit ad dexteram in cœleſtibus. Hæc ſunt argumenta, quibus Apoſtolus Domini reſurrectionẽ confirmat. Neque ablegavit nos ad raptum vel Henochi vel Eliæ. Sunt qui dicant, ideo iſta contigiſſe, ut haberemus exemplum, non quidem noſtræ reſurrectionis, ſed noſtri poſtremi raptus, *1.Thes.4.17.* cujus fit mentio in Epiſtola ad Theſſalonicenſes. Hujus fuit opinionis Tertullianus in libro de Reſurrectione carnis pag.87. Adhuc non obierunt, ſed documenta ſunt futuræ integritatis. Et Irenæus in lib.5. ſcribit, illos exemplũ eſſe noſtræ futuræ aſſumptionis, & oſtendi raptu eorum, corpora, quibus modò gravamur, eam non eſſe impeditura. Nam illa Dei manus, quæ hominẽ finxit è limo terræ, illum deinde poſuit in Paradiſo. Et adjicit, Presbyterum qui fuit poſt Apoſtolos, docuiſſe, eò raptos, non tantùm *2.Cor.12.2.* Henochum & Eliam, verùm etiam Paulum Apoſtolum, ut in Epiſtola ſecunda ad Corinthios habetur. Agnoſco quidem in verbis Pauli mentionem fieri *Paradiſus.* Paradiſi, verùm illam fuiſſe, *Guen Eden*, ubi fuit primus Adamus, inde non convincitur. Nam adjecit Apoſtolus, raptum ſe fuiſſe ad tertium cœlum, hoc eſt, ſummum & perfectiſſimum. Et ſane à Ioanne Damaſceno, tres cœli cõſtituuntur, aer inquam, ubi volucres circunvolitant: ſecundum cœlum, facit regionem globorum cœleſtium: tertiũ verò, ſupremas beatorum ſedes: quæ metaphora quadam eleganti, paradiſus appellantur, deducta ſimilitudine ab horto deliciarum, in quo Adamus fuit collocatus. Quẽadmodum regio tormentorum dicta eſt Gehenna, tranſlatione ſuperius expoſita: commodius quippe loca iſta metaphoris quàm propriis nominibus exprimuntur. Quærit item à ſeipſo ille Presbyter, Quo *Ioan.2.2.* pacto illic tamdiu perſeverent abſque cibo? Et reſpõdendo, ſeſe recipit ad robur divinæ poteſtatis, quã etiam Ionas in ventre ceti per triduum conſervatus *Dan.3.93.* eſt, & ſocij Danielis in fornace, cùm vehementer *1.Reg.19.8.* arderet, illæſi manſerunt. Poſſemus etiam addere je*Eccl.24.16.*junium Eliæ, atque Moſis, quadragenarium. Sed hæc extra oleas. Alij dicunt idcirco raptum Henochum, ut ejus prædicatio magis redderetur fructuoſa. Mundus ejus ætate degeneraverat, & Cainitæ filiis Dei prævalebant numero & potentia. Illorum idololatriã Henochus vel prophetia vel prædicatione ſua coarguebat. Ejus itaque ſanam & utilem doctrinam, ſigillo admodum evidenti raptus ejus obſignare voluit. *Eccl.4.4.16.* Vnde in Eccleſiaſt.cap.44. tranſlatus dicitur [illegible], quòd forma & exemplum pœnitentiæ data ſit generationibus, id eſt, hominibus. Nec illæ generationes, extremæ intelliguntur, ſed potius eorum hominum qui tunc vivebant. Etenim ſi extinctus fuiſſet more cæterorum hominum, non putatus fuiſſet Deo charus, vel ab eo adjutus atque miſſus ad prædicandum. At cùm Deus exerta quodammodo è cœlo manu illum ad ſe raperet, non potuerunt homines non admirari factum ſeu rem tam inſolitam. Alij totum hoc referũt ad illius probitatem & juſtitiam. *Gen.5.22. & 24.16.* Nam in Geneſi dicitur ambulaſſe coram Deo. Et in libro Eccleſiaſtici, necnon ad Hebræos, legimus eum placuiſſe, vel ſe approbaſſe Deo. Placuit autem illi vel ſe approbavit per fidem, *Heb.11.15.* ut Apoſtolus ait: Quæ porrò fides non fuit inanis, ſed bonis operibus ornata. In ſumma, raptus eſt ad ædificationem: & quæ de illo dicta ſunt, ad Eliam quoque transferri debent.

De Henochi & Eliæ reditu opiniones. 20 Nunc reſtat, ut eorum opinio excutiatur, qui arbitrantur iſtos viros ideò raptos eſſe, ut ſub extremum tempus redeant, & adverſus Antichriſtum ſuſcipiant grave certamen. Et quamvis antiquiſſimorum Patrum hæc ſententia fuerit, nihilominus tamen extra divinarum Scripturarum teſtimonium recepta eſt. Et ſane de reverſo Henocho nullum verbum in divinis oraculis extat: & quæ dicuntur in Ec*Eccl.44.16.*cleſiaſtico cap.44. quòd exemplum fuerit reſipiſcentiæ generationibus, potius accipi debent de ſuæ ætatis hominibus, quàm de iis qui poſtremo tempore ſunt victuri. Video tamen anſam erroris inde fuiſſe *Apoc.11.3.* datam, quòd in lib. Apocal.11. cap. duo viri ſummis laudibus prædicentur, qui adverſus Antichriſtum extrema ætate mundi ſint pugnaturi. Traduntur

Digitized by Google

enim futuri Dei teſtes adverſus beſtiam, & prædicaturi mille ducentos & ſexaginta dies: quorum etiam deſcribitur habitus, nimirum quòd ſaccos induturi ſint. Commendantur ut duæ oleæ, duoque candelabra in conſpectu Dei: traditurque poteſtas illis data claudendi cœlum ne pluat, quod fortaſſis ad Eliam nonnihil videtur facere. Poterunt etiam (ut ibi dicitur) aquam vertere in ſanguinem. Illos etiam adjicitur à beſtia interimendos, ſed à ſpiritu Dei poſt triduum excitandos. Hac de cauſa veteres inducti ſunt, ut Henochum & Eliam putarint ad extremum redituros. Sed hæ ſunt hominum cogitationes, nec à divinis literis traduntur, cùm ibi vel Henochi vel Eliæ nulla fiat mentio. Fatendum quidem eſt, hiſce poſtremis temporibus, viros quoſdam Eccleſiæ fuiſſe mittendos, ſpiritu Henochi & Eliæ præditos, qui ſeveriter adverſus Antichriſtum Romanum & beſtiæ idololatriã pugnent, & variis cruciatibus interficiantur: ſed reditus iſtorum virorum, ibi revera non traditur. Duo verò eſſe dicuntur, quod plures futuri ſint, non tantùm unus, non tamen amplo numero, ſi cum impiis & idololatris conferantur. Nec alienum eſt Scripturis, ut certus numerus pro indefinito ponatur, quod etiam ibi fit, cùm prædicationis eorum certus numerus dierum ſtatuitur.

Henochi & Eliæ noſtris temporibus.

Eliæ reditus in terram.

21 Attamen de Elia locus objicitur, aliquàm ſpecietenus ſimilitudinem veri habens. Scribitur enim in libro Malcachi extremo capite ad finem, ad hunc modum: Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Iehovæ magnus & terribilis: & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam & percutiam terram anathemate. Verba hæc ſuaſerunt Hebræis, Eliam venturum priuſquam Meſſias daretur. At nos hunc Eliã interpretamur Ioannem Baptiſtam, à Christo edocti, qui rei hujus meminit Matthæi undecimo & decimoſeptimo capite. In undecimo quidem, Ioannem Baptiſtam commendans ait, Ipſe eſt Elias. Et in decimoſeptimo capite, poſt transformationem in monte Thabor, cùm diſcipuli ei dicerent, Quare Scribæ & Phariſæi aiunt, prius oportere Eliam venire? ac ſi dicerent, Ideò te non recipiunt, ut Meſſiam à Deo miſſum, quòd Elias nondum venerit. Chriſtus eis reſpondit, Elias quidem veniet (ut illi ſentiunt ex Malachiæ Prophetæ oraculo) ſed vobis dico, eum jam veniſſe: illi verò, non eum cognoverunt, & fecerunt ei quæcunque voluerunt. Tum eis diſcipuli ſenſerunt, eum hæc dicere de Ioanne Baptiſta. Cùm ergo interpretem habeamus Chriſtum propheticæ ſententiæ, oportet illi acquieſcere. Neque id quod in Maleacho habetur, Convertenda eſſe corda patrum ad filios, & viciſſim corda filiorum ad patres, referendum eſt (ut multi faciunt) ad converſionẽ Hebræorum in fine ſeculi, de qua Paulus videtur ſcripſiſſe ad Romanos. Sed potius hæc ad Ioannem Baptiſtam ſpectare dicendum eſt, cùm Angelus ita hæc ſit interpretatus. Cùm Zachariæ multa prædiceret de Ioanne, ſicuti Lucæ primo capite habetur: Ille inquit, multos ex Iſraelitis convertet ad Dominum Deum ſuum, & corda patrum convertet ad filios, & inobedientes ad prudentiam juſtorum, ut paret Domino plebem perfectam. Iam ex iis habemus, quo pacto & Chriſtus & Angelus Malachiæ verba retulerint ad Ioannem. Quin & Tertullianus de carnis reſurrectione ait, Id quidem fieri, ut ſpiritus & virtus unius communicetur alteri. Nam de ſpiritu Moſis datum fuit ſeptuaginta ſenioribus, & de ſpiritu Eliæ portio duplex contigit Eliſæo. Verùm id non uſu venit, ut perſona, ſubſtantia & caro unius, alteri communicetur, & in eum transfundatur. Ne quid tamen diſſimulem quomodo Iuſtinus verba Chriſti ſit interpretatus, referam. In colloquio ſuo cum Tryphone ait, Chriſtum reſpondiſſe Apoſtolis decimo ſeptimo capite Matthæi, Elias quidem ἐλεύσεται, hoc eſt veniet, ut Scribæ & Phariſæi dicunt, extremo tempore, hoc eſt in meo poſteriori adventu. Sed interea, cùm primum nunc adveni, meo Elia non careo: quandoquidem ipſe Ioannes Elias eſt, quem habeo nunc in ſpiritu & virtute Eliæ. Sed in altero meo adventu, Eliam ipſum habebo propria ipſius perſona præſentem. Hæc Iuſtinus ex Chriſti verbis extorquet, & innititur videtur illi verbo, ἐλεύσεται, quaſi Chriſtus aſfirmarit ex ſua ſententia Eliam adhuc venturum: cùm dixerit, veniet, locutione quâ Scribæ & Phariſæi utebantur.

Mal. 4. 5.

Matt. 11. 10.

Matt. 17. 11.

Mal. 4. 6.

Rom. 11. 25.

Luc. 1. 16.

Num. 11. 17.

2. Reg. 2. 9.

Matt. 17. 11.

Malachiæ locus de Eliæ reditu explicatus.

22 Ex ipſis item Malachiæ verbis intelligitur, quæ dicuntur ad priorem, non ad poſteriorem adventum pertinere: nam dicitur, Ne fortè percutiam terram anathemate: ſiquidem poſtremo tempore, licet convertantur Iudæi, terra percutietur anathemate, quandoquidem omnia ſunt conflagratura. Sed interpretationi Chriſti & Angeli videtur nonnihil adverſari, quòd Ioannes rogatus, an eſſet Helias, ut habetur primo cap. Evangelii Ioannis, deſertis verbis id negavit: Non ſum inquit. Verùm attendendum eſt, illum reſpondiſſe juxta eorum mentem, qui ſe interrogabant. Etenim ipſi quærebant de perſona & ſubſtantia Eliæ, ut qui putarint animam ejus reverſurã in aliud corpus. Hoc illorum delirium Ioannes exploſit, non tamen inficiatus eſt ſe veniſſe in ſpiritu ac virtute Eliæ. Id etiam videtur obſtare, quod ſe negavit fuiſſe Prophetam, cum tamen Dominus in Malachia dixerit, Ecce mitto ad vos Eliam Prophetam. Ad hoc reſpondeo bifariã. Primùm Ioannem reſpexiſſe non ad quemvis Prophetam, ſed ad illum eximium, qui ab omnibus expectabatur, nimirũ ad Meſſiam, illum Prophetam ſe veniſſe negavit. Licet etiam dicere, illum non rem ipſam, ſed tantùm appellationem ſibi ademiſſe, ac titulo præcurſoris, & vocis clamantis in deſerto, contentum fuiſſe. Atque id propterea, ut populus non ſe, tanquam Dei Prophetam, ſed Chriſtum unicum & verum Meſſiam ſequeretur. Evitabat ſchiſma ſeu diſtractionem populi, omnes ad Chriſtum ſatagebat cogere, & illi authoritatem conciliare.

Ioan. 1. 21.

Mal. 4. 5.

Ibid.

23 Verùm quod Malachias dixit, Antequam veniet dies Iehovæ magnus & terribilis: non videtur congruere priori adventui Chriſti, quia tum venit omnino miſericors, placidus & benignus. Verum quidem eſt, Chriſtum veniſſe benignum & clementem; ſed quia verba illa dicuntur ad præfractos & duros, idcirco duriter & aſperè proferuntur. Poſſemus etiam dicere, quòd licet de Chriſto dictum fuerit, eum non confracturum arundinem quaſſatam, nec extincturum linum fumigans, quòd venerit ad ſervandũ, non perdendum. Attamen idem appellatur offenſionis lapis, & petra ſcandali, propter illos, qui cæco & exitiali furore in eum incurrebant. Fuit etiam horribilis ille dies Iudæis, propter excæcationem quę illis inflicta eſt. Quibus addas, terram fuiſſe percuſſam anathemate, Iudæorum inquam terram, quæ propter illorum incredulitatẽ devaſtata & everſa eſt per Titum & Veſpaſianum. Dicitur Elias, id eſt, Ioannes, converſurus corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres. Quibus verbis Prophetæ, ſeu miniſtro, videtur attribui pluſquam ei conveniat. Dei enim eſt, non Prophetæ aut cujuſquam hominis, animum & corda immutare. At reſpondemus ad id, cùm ſimiles occurrunt locutiones, non eſſe accipiendum externum miniſterium ſeorſim à ſpiritu, efficacia & poteſtate Dei, ſed unum quiddam ex iis (ut ita dicam) conglutinandum & conflandum eſſe. Quod ſi fiat per ſynecdochen, nihil obſtat, quin quod eſt unius proprium, alteri etiam attribuatur. Ita Paulus aiebat ſe Corinthios genuiſſe per Evangelium. Et Chriſtus Apoſtolis dixit, Quorum remiſeritis peccata, remiſſa ſunt. At his & conſimilibus locutionibus, abuſi ſunt principes Eccleſiaſtici, & eas detorſerunt ad ſuam tyrannidem confirmandam & amplificandam: quaſi propterea liceat eis exercitus, provincias, regna & imperia ſibi vendicare, cùm tamen ſuum externum miniſterium à ſpiritu quàm maximè abjunctum habeant. Vtitur divina Scriptura iis dicendi formulis, ut homines magis extimulet ac inflammet ad ſtudium verbi Dei & amorem Sacri miniſterii. Iam verò ſi à ſe invicem hæc dividantur & ſeorſim conſiderentur, longè aliter docemur. Nam Deus ait in Eſaia: Ego, ego ſum, qui peccata condono. Et de Chriſto à Ioanne dicitur, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et de miniſterio Paulus, Neque qui plãtat, neque qui rigat eſt aliquid: verùm Deus eſt, qui dat incrementum. Et rurſum cùm dixiſſet idem Apoſtolus ſe plus cæteris laboraſſe, Non ego inquit, ſed gratia Dei quæ eſt in me. Cùm verò dicitur, conver-

Eſa. 42. 3.

Eſa. 8. 14.

Mal. 4. 5.

Luc. 1. 16.

1. Cor. 4. 15.

Ioan. 20. 23.

Eſa. 43. 25.

Ioan. 1. 29.

1. Cor. 3. 6.

1. Cor. 15. 10.

tenda corda patrum ad filios,& filiorum ad patres: id ſic accipiendum eſt, Iohannis miniſterio & prædicatione futurum, ut fides & charitas primorum Patrum, hoc eſt, Abrahami, Izaaci & Iacobi, ad filios eorum derivetur, ita ut filii Patres illos referant, qui olim fuerunt Deo chari, & Spiritus ſancti domicilia. Redintegrabitur itaque unitas inter eos, quæ propter peccata poſteriorum fuerat interpolata. Nec tamen illam Ioannes miniſterio ſuo prorſus perfecit, ſed Chriſto per manus quodammodo tradidit abſolvendam.

24 Hæc de loco Malachiæ, ex interpretatione Chriſti & Angeli, quā Iudæi permultum variant. Trypho diſputans cum Iuſtino Martyre, auſus eſt dicere ſe neſcire, natúſne ſit Meſſias, an non natus: verùm hoc ſe affirmare, illum poteſtatem non habiturum, niſi venerit Elias, qui eum ungat & populo declaret. Neque ſemel hoc dicit, ſed bis etiam repetit. Vnde apparet iſtam opinionem de reditu Eliæ, non eſſe primùm natam inter Eccleſiæ noſtræ Patres, ſed à Iudæis derivatam, quorum fabulas & figmenta, veteres non debuerant ita morari. Sed occaſionem errandi, dicat aliquis, Deus ipſe videtur dediſſe, qui dixit in Malachia ſimpliciter, Ecce ego mitto ad vos Eliam Prophetam: non autem dixit, quendam mittam ad vos in Spiritu & virtute Eliæ. Quaſi locutionibus conſimilibus alibi non utatur. Ieremiæ trigeſimo capite ſcribitur de Iſraelitis: Non dominabuntur eis alieni, verùm ſervient Domino Deo ſuo, & Davidi regi ſuo. In Ezechiele quoque trigeſimo quarto, trigeſimo ſeptimo capite & alibi, ſæpe talis promiſſio repetitur, Davidem ipſum gubernaturum populum Dei. Quòd ſi per Davidem intelligendi ſunt pii & ſancti principes, vel potius ipſe Meſſias, trigeſimo ſeptimo iſtorum archetypus, nec expectabatur Davidis quo ad perſonam & propriam ſubſtantiam reditus: Ita etiam accipere debuerant, præſertim ſcribæ & Phariſæi, quæ à Malachia de Elia dicta fuerant. Sed illi non modò Scripturis interpretandis juſtam diligentiam non adhibebant, imò ex odio adverſus Ieſum Dominum noſtrum eo teſtimonio perverſè abutebantur. Sed ſcrupulus adhuc remanet, Quomodo veniſſe dicitur Ioãnes in ſpiritu & virtute Eliæ, cùm Elias multa ſigna fecerit, Ioannes verò nullum miraculum ediderit? Dicendum eſt ſimilitudinem inter Ioannem & Eliam accipi à nonnullis quoad zelum, παῤῥησίαν, & conflictum cum Regibus, & alia hujuſmodi: vel nexum veræ conjunctionis in myſterio fuiſſe, quòd uterque illorum, cum reperiſſent collapſam & diſſipatam juſtam religionem, ad id fuerit deſtinatus, ut eam inſtauraret: quod ambo, Elias videlicet & Ioannes, magno ſpiritu præſtiterunt. Ioannes Chryſoſtomus in Epiſtolam priorem ad Theſſalonicenſes agens de Antichriſto inquit, pares fuiſſe in officio utrumque illorum. Nam iſte præcurſor fuit prioris adventus, ille autem erit poſterioris. Et eadem fermè ſcribit in decimoſeptimo capite Matth.

Mal. 4. 5.
Ierem. 30. 3.
Ezech. 34. 23 & 37. 24.
Quomodo Ioan. Bapt. venerit in ſpiritu & virtute Eliæ.
1. Reg. 17. & deinceps.
Ioan. 10. 41.

25 [illegible]rterea non omittendum, Eliam reipſa veri[illegible] nimirum cùm Chriſtus transformatus eſt in monte Thabor: adfuit unà cum Moſe, proprio, ut veriſimile eſt, corpore. Veniet iterum extremo tempore, verum ad judicandum cum aliis ſanctis qui à mortuis excitabuntur, non autem ut pugnet vel interficiatur ab Antichriſto. Dixerit fortaſſe quiſpiam, Mirũ eſt quomodo ii raptus in veteri Teſtamento contigerint, in novo autem legantur. Imò & in novo habentur: Chriſtus enim, cujus veteres umbræ fuerunt, cernentibus Apoſtolis, in cœlum eſt elatus. Et Paulus dixit, Vſque ad tertium cœlum ſe fuiſſe raptum, ſive in corpore, ſive extra corpus. Et Philippus Diaconus (ut habetur in Actis) cùm Eunuchum reginæ Candacis tinxiſſet, ab Angelo è cõſpectu ejus raptus eſt, & ſeſe reperit eſſe in Azoto. Proinde cùm in veteri, tum etiam in novo Teſtamento, inſignia extent exempla, quibus monemur, ut animo ſaltem in cœlum aſcendamus, atque ibi coram Deo & Chriſto Ieſu verſemur: In cœlis noſtram converſationem eſſe oportet, ut Paulus docuit. Nec memoria excidat nos, quandiu hîc ſumus, à Domino peregrinati. Felices proculdubio ſunt ii raptus: pernicioſi è diverſo Dathani & Abirami, qui viventes rapti ſunt ad inferos:

Elias Chriſto aſſuit in Thabor monte.
Matt. 17. 3.
Luc. 24. 51.
Act. 1. 9.
Act. 8. 39.
Phil. 3. 20.
2. Cor. 5. 6.
Num. 16. 3.
Raptus hominum varij.

A fœdi autem & infames, quos Poëtæ celebrant, Ganymedis inquam, Proſerpinæ atque aliorum: quorum exempla ita ſunt ab omnibus evitanda, ut priora, imitatione qua poſſumus, exprimenda. Et hoc dictum ſit ſatis de quæſtione propoſita, de qua paucis dicere conſtitueram. Sed in ea tractanda, tot ſinus & capita ſe obtulerunt, quæ præteriri non poterant, ut ſim coactus fuſius loqui ſeu ſcribere, quàm propoſuerim. Illa verò quæ definivi, non fuit animus, tradere ut firma & certa, vel explorata ex divinis literis exactiſſimè, ſed ut B veriſimilia & quæ ſalva fide poſſimus opinari. Sumque paratus audire meliora, ſi quis attulerit. Neque de iis quę conſtitui, animus eſt acriter certare, quod & aliis ut faciant ſum author & ſuaſor.

CAPVT XVII.

De fine ſeculi, Iudicio extremo, Vita æterna, Præmiorum æqualitate: Mundi denique totius inſtauratione. C

DE termino durationis mundi, nihil certi ex Sacris literis habetur. Recenſuit Auguſtinus, libro primo ſuper Geneſin, contra Manichæos, ſex mundi ætates: primam ab Adamo uſque ad Noha, alteram à Noha uſque ad Abrahamum, tertiam inde uſque ad Davidem, quartam ab eo uſque ad transmigrationem Babylonis, quintam inde uſque ad Chriſtum, ſextam à Chriſto uſque ad extremum judi- D cium. Quamobrẽ illa ætas in qua modò agimus cùm ultima ſit, dici poteſt decrepita, & à Ioanne vocatur extremã hora: ſed quam diu ſit duratura ignoratur. Auguſtinus ad Heſychium, qui de fine ſeculorum curioſius inquirebat, reſpondit, ſe non audere ſpacia ſeculorum uſque ad finem mundi, aut metiri, aut numerare, quod ſcribatur de die illa neminem ſcire, neque Angelos, neque ipſum Dei Filium. Quem locum interpretatur Epiphanius, in libro quem appellavit Anchoratum, ſtatuendo cognitionem duplicem: E unam executionis aut operis, alteram verò ſcientiæ. Atque tunc Deum Patrem, inquit, de extremo die utroque modo notitiam habere. Scientiã quidem, eò quòd tẽpus ejus noverit: deinde opere, quia jam eſt executus judicium. Tradidit Filio omne judicium, & quod ad ipſum attinet ſatis judicavit. Filius autem notitiam ejus diei quoad ſcientiam habet, quoad executionem verò minimè habet, quia nondum ad judicandum venit. Angeli verò, neutro modo illum diem ſciunt. Primùm quidem hora & F tempus judicii eos latet: deinde opus vel executionem ejus nondum commiſit Deus, ut egrediantur, & omnia ſcandala tollant. Sed hæc expoſitio videtur admodum arguta & detorta. Auguſtinus planius interpretatus eſt, quòd Filius neſciat de illo die, non quoad ſeipſum, ſed quoad alios, quos non facit ſcire illum diẽ, neque ſua doctrinã illum revelavit. Quod ſi dixeris, Patrem quoque hoc pacto neſcire, quia minimè illum oſtendit, aut quempiam de eo docuit: Reſpondet, imò Filio revelavit. At ego ſimplicius G adhuc intelligerem eam ſententiam, de Chriſto quoad naturam humanã, quæ ordinaria & naturali conditione de hac re nihil novit, niſi quantum à natura divina ſibi oſtenditur.

In 1. Cor. 10. v. 11.
De termino durationis mũdi nil certi habetur ex Sacris literis.
1. Ioan 2. 18.
Sex mundi ætates.
Matt 24. 36.
Extrema hora
Quomodo Filius dicatur ignorare diem iudicii.
Ioan. 5. 22.

2 Voluerunt nonnulli cavillari, quòd licet dies & hora non ſciatur, tempus attamen conjecturis nos poſſe conſequi: quoniam Chriſtus de illa præſertim dixit, non autem de tempore. Sed hæc argutatio eos nihil iuvat: Quia Act. c. 1. ſcribitur, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quod Græcè ſcribitur H χρόνους ἢ καιρούς. Et id quod legimus in Matth. Cum prædicatum fuerit Evangeliũ in univerſo orbe, tunc erit finis. Auguſtinus interpretatur, Non ante veniet Dominus, quam univerſo orbi Evangelium prædicetur. Sed ex hoc non cognoſcitur, quàm citò poſt hujuſcemodi prædicationem venturus ſit. In Epiſt. ad Coloſſ. cap. 1. ſcribit Apoſtolus, jam eo tempore fuiſſe Evangelium prædicatum in univerſo orbe, & tamen videmus adhuc judicium differri. Docuit Dominus in Matthæo, multa extremorum temporum I ſigna: Verùm quando ea videmus, non intelligimus an adhuc ad juſtam menſuram pervenerint, ut pro

Cavillatio eorũ excluditur, qui cõiecturis volũt indagare tẽpus iudicii.
Act. 1. 7.
Matt. 24. 14.
Col. 1. 6.
Matt. 24. 6. &c.

Digitized by Google

ut pro illis ipſis habenda ſint quæ Dominus prædixit. Verùm ſatis eſt ut ſciamus, quemadmodum Paulus dixit, hanc noſtram ætatem extremam eſſe, ita ut alia ulterius non ſit expectanda. Et de hac noſtra tempeſtate dicebat Chriſtus, Ero vobiſcum uſque ad conſummationem ſeculi. Vbi noſtræ ætatis finem eſſe oſtendit, ſeculi conſummationem. Et inſtituto ſacramento Euchariſtiæ inquit, Mortem Domini annunciabitis donec veniat. Qua ſententia oſtendit, noſtra Sacramenta uſque ad finem ſeculi duratura.

1.Cor.10.11.
Matt.28.20.
1.Cor.11.26.

Oraculum à ſchola Eliæ.

3 Complures adducti ſunt conjecturis ſatis infirmis, ne dixerim inanibus, ut de tempore judicii extremi ſtatuerint. Oraculum producunt ex Hebræorum traditione, quod illi in Eliam & ſcholam ejus referunt mundum 6000. annos duraturum. Eoſque annos ita diſtribuunt ut 2000. conſummantur ante Legem, duo item millia ſub Lege, duo denique millia regno Meſſiæ deputant. Et quod in idem redit, finxerunt alii duraturum eſſe mundum ſex dies, quemadmodum ſex diebus factus eſt. Sed quoad ejus durationem, in quemque diem, dant mille annos: quaſi David hoc voluerit cùm inquit, Et mille anni coram te, ſicut heſterna dies quæ præteriit. Reperti ſunt & alii, qui corpus Chriſti myſticum, id eſt, Eccleſiam acturā in terris 33. annos exiſtiment, quos vixit Chriſtus in mundo quoad corpus, quod ex Virgine ſuſceperat. Sed in quemque annum, quinquaginta uſitatos diſtribuunt, ut annum Iubilæi faciant. Iſta omnia figmenta ſunt hominum, & miſerum eſt, cùm habeamus tot clara & aperta in Sacris literis de fide, ſpe, charitate, & cęterarum virtutū officiis, in quibus nihil eſt obſcurū, ea prorſus neglecta relinquamus: & tanta ſuperſtitione quæ incerta ſunt, & minus ad ſalutem faciunt, velle perſequi. Hoc diabolus curat, ut in quęſtionibus infinitis ac inutilibus vehementer laboretur, abjectis quæ neceſſaria ſunt ut ſerventur. Quin potius cùm audimus extremi judicii mentionem, paremus nos ad vigilandum & orandum, ne oſcitantes deprehendamur. Verum profectò eſt quod Auguſtinus dixit, prophetias citius impleri quàm intelligi. Cùm videmus itaque nonnulla ſigna ex his quæ nobis Chriſtus propoſuit, tanquā indicia futuri judicii, dicamus apud nos: Iam ira Dei effundenda fortaſſis eſt. Contendamus precibus & ardentiſſima fide, ut per Chriſtum, illum nobis & placatum & propitium habeamus. De Æonibus & ſeculis à Martione, Cerdone, Praxea & Valentino, ſatis deliratū eſt, ut apud Tertullianum & Irenæum licet videre.

Mundus factus ſex diebus, ita dicūt ſex dies durabit.
Pſal.90 4.
Alii dicunt mundū 33. annis duraturum.
Prophetias citius impleri quā intelligi.
Auguſt.
Quæ nobis inſerviant ſigna quę Chriſtus propoſuit.
De Æonibus & ſeculis heretici multa dixerunt.

4 Suppliciorum enim dilatio, qua Deus utitur ſua natura, invitare homines videtur ut ad Deum redeant: licet non in omnibus eandem habeat efficaciam. Quamobrem, cùm aliquos, videmus puniri dum nobis parcitur, convenit, ut expendamus hanc Dei benevolentiam, qua nos ferre vult ut ipſi nos corrigamus: quod Chriſtus admonuit cùm diceret, quando nuntiabantur aliquot oppreſſi ruinā turris Siloc, Num putatis quod illi ſoli peccaverint? At ſi diceret, Non illi tantum id ſupplicii commeriti ſunt, ſed multi hæc eadem pati debuiſſent: ſed Deus vult exēpla quædam particularia edere ſui judicii, quod generale quandoque futurum eſt. Differtur quidem punitio impiorum, ſed omnino aderit conſtituto tempore. Parabola de ficu, quam pater familiâs excindi voluit, cùm fructum non ferret, hujus ejuſdem rei nos admonet. Impetravit enim colonus, ut ejus exciſio nonnihil extraheretur, quòd vellet eam ſtercore ac lætamine adhuc excolere, ſi fortaſſis fructum produceret: Quod ſi non contingeret, tunc non ſolùm futurum erat ut extirparetur, verumetiam ut in ignem mitteretur. Docemur hîc, ut fratres noſtros, dum peccant, non illico deſeramus, ſed patienter aliquantiſper expectemus: utque quemadmodū Deus ipſe facit, beneficiis eos ad reſipiſcendum provocemus, admonitione fraterna interim non omiſſā. Sed animadverſione dignum eſt, eoſdem, quos Paulus dixerat punitos fuiſſe, cùm traderentur cupiditatibus cordis ſui, & affectibus ignominioſis, & reprobę menti, commemorari denuo plectendos eſſe. Quod ideo fit, quia primum illud genus punitionis ad voluptates & delitias traxerint. Oſtendit enim fore quandoque, ut ultionem ſubeant tum gravem, tum ...

In Rom 2.v.4.
A Deo eſt reſipiſcentia lapſorum.
Luc.13 4.
Cur Deus aliquos non omnes puniat.
Ibid v.6.
Erga peccātes fratres quid agendum.
Deus nō ſemel ſed duplici ſupplicio punit impios.
Ro.1.24.& 25.

A moleſtam. Sed hoc, quo pacto conſentit cum his, quę in Nahum Propheta 1.cap. dicuntur? Non judicari, aut puniri bis in idipſum. Cum ſemel iſti puniti fuerint, cur aliud ſupplicium rurſus adjicitur? Certe ea ſententia, quæ adeò vulgata eſt, Deum bis non punire, nequaquam ſic habet in Propheta, licet in Septuaginta interpretibus legatur. Verba ſic habent, Quid cogitatis contra Dominum? Ipſe conſummationem faciet, neque conſurget altera vice tribulatio. Quæ interpretantur Hebræi nonnulli, ut Hieronymus refert, de Aſſyriis: qui cum prima vice obtinuiſſent adverſus regnum decem tribuum, cogitabant, ſe poſſe ſimiliter prævalere adverſus regnum Iuda. Quod Propheta negat futurum, & ait poſt priorem tribulationem, poſteriorem non conſecuturam. Poteſt quidem ferri hæc expoſitio: verum dilucidior eſt altera: ut iſta dicantur contra Sennacherib, qui Hieruſalem obſidebat: cui Deus minatus eſt abſolutam perfectamque contritionem. Te inquit, ſic delebo, ut neceſſarium non ſit futurum, altera vice in te reſurgere. Satis erit una plaga, tam vehementer ea affligêris. Neque ſomniavit Propheta, ut multi fingunt, Deo præſcribi modum pœnarum: quaſi non liceat ei, niſi ſemel, in eundem animadvertere. Quod ſi daretur, diceremus Ægyptios cùm in mari rubro pœnas dederint, nunc à gehenna eſſe liberos: & qui in Sodomis & in diluvio malè perierunt, eos nunc etiam quieſcere. Quæ citra controverſiam abſurda ſunt. Vt enim quidam in hac vita percipiunt ſpiritum, atque gratiam quaſi arrhabonem venturæ felicitatis, ut qui tum hic, tum in futuro habituri ſint remunerationem: ita fieri poteſt è diverſo, ut aliquorum ſupplicia incipiant in hac vita, in alio ſeculo augenda: quemadmodum Herodem, Neronem, atque Saulem exiſtimari poteſt, pœnas quas hic guſtarunt, nunc experiri longe graviores. Non tamen interim negaverim, Deum quoad ſuos electos, contentum eſſe his pœnis atque ſuppliciis, quæ de illis in hac vita ſumit. Vt Paulus dicebat ad Corinthios, tradendum eſſe Satanæ quendam, ut ſpiritus ejus in die Domini ſalvus eſſet. Et rurſus ait, nonnullos hîc à Domino corripi, ne cum hoc mundo damnentur.

Nah 1.19.
Deo non præſcribitur modus pœnarum, quaſi non liceat ei punire niſi ſemel.
Exod.14 37.
Gen.6.& 19.
Impiorū ſupplicia ſæpe in hac vita inchoantur graviorésque in futuro ſeculo infliguntur.
1.Cor.5 5.
1.Cor.11.32.

5 Sed quando velit Deus hoc pacto agere, vel uti ea ſeveritate ut & hîc poſtea cruciet, noſtræ cognitioni minimè ſubjicitur. Quare juxta Chriſti mandatum ſemper timendus eſt: cùm habeat poteſtatem & occidendi corpus, & mittendi animas in gehennam. Id tamen pronunciare licet, eos qui afflicti pereunt, niſi reſipuerint, rurſus gravius eſſe torquendos: & eos viciſſim, qui admoniti flagellis ad Chriſtum reverſi fuerint, præſentibus pœnis hujus vitæ ſatis caſtigatos, ęternam ſalutem eſſe conſequutos. Quare juxta id quod diximus, Paulus impios monet, licet utcunque puniti fuerint: niſi pœnitentiam egerint, eos manere in die judicii longè graviora. Vultque Dei patientiam, qua tolerat eos, non portendere impunitatem, ſed occaſionem illis præbere, ut verè incipiant pœnitere. Prædicatur Deus & miſericors, & bonus, ſed tamen, ut ejus tolerantia & lenitas fines ac terminos habeant. Et coactus eſt Apoſtolus propter hanc dilationem pœnarū, quæ in hac vita ſeſe offert, extremi judicii mentionem facere. Alioqui, cùm in hac vita multi prætereantur, & cum aliis ſeveriſſimè agatur, poſſet exiſtimari Deus injuſtè ageret. Quamobrem urget eos timore extremi judicii, & extractione ultionis vult gravitatem conciliare pœnarū. Quod etiam Valerius Maximus ſcriptor Ethnicus judicavit, Deum gravitate ſupplicii, compenſare puniendi tarditatem. Vnde perſpicuum eſt, Paulum, cùm diſputet adverſus Ethnicos, qui ſacras literas minimè noverant, ex his eos coarguere, quæ naturæ lumine cognoſci poſſunt. Eſt igitur naturalis quædam notitia in animis hominum inſita, de judicio Dei poſt hanc vitam futuro: quod fabulæ etiam poëtarum indicant, qui Minoem, Radamanthum, & Æacum, apud inferos judices collocarunt. Gravius itaque punientur, qui diutius tolerati fuerint, quod eorum peccatis nonnihil ponderis adjiciat Dei contemptus: qui illis obrepſiſſe videtur, dum ſic diu lenitatem & patientiam ejus neglexerunt. Addit Paulus, *Tu autem ſecundum duritiem tuam, & impœnitens cor coacervas*

Matt.10 28.
Sancti pœnis hujus vitæ ſolum affliguntur.
Rom 2.5.
Dei patientia non portendit impunitatem peccantibus.
Ibid.
Notitia futuri judicii hominibus naturaliter inſita.

Durum cor. Vnde rebellio adverſus Deũ.

tibi iram in die iræ. Durum eſt cor, quod beneficiis A Dei non emolliatur, neque minis, aut timore pœnarum frangatur. Et hanc rebellionem erga Deum, partim ex originali peccato contrahimus, partim verò ex frequenti uſu peccandi: ita, ut quodammodo callum obduxerimus. Probè credere, cùm ad virtutem pertineat, duo habet extrema. Ex una parte, tanta eſt facilitas, ut quidvis aliqui velint credere: ſive humanum inventum, ſive ſuperſtitionem, ſive Dei verbum illis propoſueris, quod planè vitioſum eſt. Ex altera parte, tanta eſt difficultas ad credendum, ut ne illud qui- B dem velint admittere, quod perſpicuum eſt ſtatui à verbo Dei: nec omnino velint credere, niſi ſuæ rationi fuerit ſatisfactum. Inter hæc duo præcipitia, eſt quiddam moderatum, ut facilè credamus, quæ piè offeruntur credenda, religioſo adhibito examine Sacrarum literarum. Omnia enim ad eam regulam ſunt exquirenda.

In credendo mediũ tenendum, & duo cavenda præcipitia.

Vtitur Paulus Græco verbo θησαυρίζειν, quod ſeponere, aut recondere ſignificat. Conſuevimus autem ea reponere in theſauris, quibus in C præſentia non utimur, ſed alio tempore ſumus uſuri. Idque illis impiis optimè congruit. Iram quippe Dei tunc non experiebantur, quam tamen poſtea ſenſuri erant: idque eò cumulatius, quò majores fiunt opes, quæ ſubinde ſingulo quoquo die coacervantur. Prudenter ait, iſtos ſibiipſis iram congregare, ne in Dei crudelitatem iſtas pœnas rejiciant. Docet hac loquutione illos impios eſſe, qui malum ſibi accerſunt. Eſtque hæc vox theſaurizandi, ſatis familiaris Sacris literis. In Deuter. cap. 32. de tranſgreſſioni- D bus Iſraelitarum, Deus ait, eas conſignatas eſſe in ſuis theſauris. Et Hieremias cap. 50. Deum comminatur effuſurum eſſe theſaurum iræ atque indignationis ſuæ.

Theſaurizandi metaphora frequens in Sacris literis.
Deut. 32. 3.
Ierem 50 25.

Quid ſit dies iræ.
Ierem. 7. 14. & 14. 10.
Gen 19. &c.
Exod. 14.
Eſa 13. 13.
Thr 1 15.
Sap 2. 13.

6 Quodque ſubditur in die iræ, quandóque contingit in hac vita, cùm Deus videtur nolle amplius ferre, & aliqua ſuæ ſeveritatis edit ſpecimina: quod factum videmus in captivitate Babylonica, everſione Sodomæ, & Ægyptiorum exitio. Et Prophetæ paſſim acerbiſſimas ultiones Dei hoc titulo deſcribũt, quòd E in die iræ ſint repoſitæ. Et accipitur ira hîc pro ultione, eo tropi genere, quo conſequens, in eo quod antecedit, exprimitur. Sed commodum eſt, ut quæ hîc deſcribuntur, ad extremum judicii diem referantur: quod tribus notis exprimit. Primùm per iram, deinde per revelationem, poſtremò per juſtitiam. Vltionem Deo vendicat: ne putetur parvi momenti. Revelationem quoque addit, quòd hic res occultæ ſint, ibi verò omnia occulta patefiant. Adjecit & vocem δικαιοκρισίας: ne, ut Chryſoſtomus annotavit, ali- F qui ſibi perſuadeant, judicium Dei ex animo iracundo profecturum eſſe. Gravis certè declarabitur ultio: ſed quæ juſtitiam conjunctam habeat. Quare nos oportere: illud tribunal extremum perpetuo habere ob oculos: neque unquam officia atque actiones obire, niſi mentis aciem in illud habeamus converſam. Atque hoc eſſet ambulare coram Domino: quod ut faceret, Abrahamo imperatum eſt, & à nobis perſæpe requiritur. Neque aliud eſt ambulare coram Deo, quàm illum putare quàm intentiſſimè in- G tueri quæcunque agimus. Sed mirum eſt, proh dolor, quàm ſublata ſit è conſpectu impiorum judicii quandóque futuri cogitatio. *Attamen reddet unicuique iuxta opera ſua.* Quando autem cuique ait reddendum eſſe, perſpicue ſignificat, nullos hoc examen evaſuros: in hominum judiciis frequenter accidit, ut unus puniatur, alter verò ne accuſetur quidem. Subdit, *Iuxta opera ſua,* ut intelligamus, non fore perſonarum acceptionem. Cauſarum tantùm ratio, non hominum habebitur. Cujuſcunque fuerint ſtatus aut conditionis, prout eorum opera & facta fuerint, ju- H dicabuntur. Eſt quidem nunc ampla Dei miſericordia: ſed ita ut juſtitiæ ſeveritas non deſit. Moſes, licet audierit multas Dei proprietates quæ ad ejus bonitatem & clementiam exprimendam facerent, hoc eſt, quod eſſet miſericors, clemens, tardus ad iram, dives miſericordiæ & veritatis, qui reſervaret pietatem, ſeu miſericordiam in millia poſterorum: attamen ad finem ſenſit addi, quòd nocentem hominem, non eſſet pronunciaturus innocentem, & quòd viſitet I peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem.

Tres notæ extremi judicii.
Gen 17. 1.
Ambulare coram Domino.
Rationẽ cauſæ.
Deus habet non hominum.
Exod 34 6.
Moſes intellexit miſericordiam Dei cũ iuſtitia temperandam.
In 1 Cor 15. verſ. 42.

7 Atqui cùm dicantur hinc & hinc omnes mori, & vivificari, putarunt nonnulli denique omnes homines eſſe ſervandos: quòd tam late pateat Chriſti beneficium, quàm Adami noxa. Origenes hoc videtur ſenſiſſe. Attamẽ in Sacris literis habemus de ſuppliciis damnatorum, Vermis eorum non extinguetur. Et Chriſtus dicitur in extremo judicio, abjecturus damnatos ad ignem æternum. Quod ſi cavilleris, æternum quandoque in Sacris literis adjungi rebus quæ diutius perſeverent, nec requiri ſemper ut nullũ B finem habeant: Reſpondemus, hoc non poſſe quæſtioni huic accommodari. Nam illa, quæ per tropum, propter diuturnitatem quandoque dicta ſunt æterna, cùm alioquin terminum habuerint, ex ipſis ſacris literis finita convincuntur, demumque interrupta. Quod ſi non conſtet, æternum propria ſignificatione ſemper accipiemus. Cumque in ſancta Scriptura nulla mentio habeatur mutationis futuræ poſt ſententiam ſummi judicis, quoad conditionem vel ſtatum rerum, ſimpliciter verba ejus accipiemus: nam quic- C quid aſſumetur figmentum erit. Neque id quod ſumunt, eſt neceſſarium, Chriſti beneficium tam latè patere, quàm noxam & damnum ab Adamo contractum. Quamvis ſciam nonnullos, ut ſe facilius expediant, videanturque defendere, totidem eſſe participes beneficii Chriſti, quot ab Adamo læſi fuerunt, conſueviſſe dicere, quòd ſicut mors ab Adamo omnes homines pervaſit, ita reſurrectio per Chriſtum in omnes homines propagabitur, licet hoc beneficium impiis ad perniciem eorum culpa vergat. Verùm D huic ſententiæ non facile ſubſcribo: quoniam hic de illo reſurrectionis genere agitur, quod Chriſtus perficiet abolendo peccatum, quod cum in impiis ponere non liceat (ut qui adhuc in ſuis peccatis maneant) non poterunt hujus reſurrectionis participes fieri, eorumque reſurrectio ad ſeveritatem judicii pertinet, non ad miſericordiæ beneficentiam. Si enim verè pronunciavit Dominus de Iuda, quòd melius ei fuiſſet, ſi natus non eſſet: idem affirmare de his poſſumus, longe melius eis fore, ſi minimè reſurgerent. E Deinde licet iſti videantur ſuffugium inveniſſe, quoad reſurrectionem, quaſi per Chriſtum ad totidem pertineat, quot illi ſunt, qui morte per Adamum ingreſſa conficiuntur: qui tandem ſunt dicturi, ſi eodem argumenti genere, de peccato & de juſtitia uſus fuero? Num omnes homines ita juſtificatos à Chriſto dicere volent, ſicut in omnes per Adamum derivatum fuit peccatũ? Certè hîc euadere non poſſunt. Multo enim pauciores per Chriſtum juſtitiam aſſequuntur, quàm peccato originis naſcendo contami- F nentur. Quare conſiſtit quod ab initio dicebamus, non tam fuſum eſſe Chriſti donum, quàm fuerit Adami pernicies. Non tamen propterea judicandum eſt infirmius: tum quia Chriſto, quoad meritum & dignitatem nihil defuerit, quin univerſum hominum genus per ipſum juſtificaretur, ſed finib. divinæ prædeſtinationis contracta eſt ejus gratiæ ac beneficii latitudo: tum quòd major eſt potentia, multa peccata, imò innumera, juſtificatione delere, quàm fuerit unum peccatum in omnes propagare. Atque hanc G rationem Paulus ad Romanos cap. 5. attingit. Quamobrem cùm dicitur utrinque *Omnes*, locutio ad univerſitatem referenda eſt, non eandem, ſed utrique eorum propriam. Quemadmodum enim Adamus ſuum habet corpus, totius poſteritatis à ſe derivatæ: ita Chriſtus habet ſuum, omnium ſanè credentium ac juſtificatorum. Et rectè huic loco expoſitio, qua utitur Auguſtinus, convenit, per Chriſtum omnes vivificandos, quotquot ad beatam reſurrectionem pertingunt, qui Chriſti gratiam conſequentur.

Error Origenis de ſalute omnium.
Marc. 9. 43.
Matt. 25. 41.
Æternũ variè uſurpatur.
Chriſti beneficium, quoad numerum, nõ tam latè patet quàm Adami damnum.
Damnatis melius foret non reſurgere.
Matt. 26. 24.
Chriſti beneficium non eſt infirmius noxa Adami.
Chriſtus habet ſuam univerſitatẽ, ſicut Adamus ſuã.
Rom. 5 16.

H

Patrem futuram omnium in Patria gloriam.

8 Sed enim Patres cùm interpretantur locum Pauli, quo dicitur, Alia eſt gloria Solis, alia Lunæ, cum exponunt, quaſi attingatur præmiorum diverſitas, ita ut poſt beatam reſurrectionem aliqui futuri ſint illuſtriores aliis. Sed hoc loco ſi quis bene rem expendat, id non agitur, quod aperte declarat concluſio quæ inducitur. Nam ita Paulus infert, Semi- I natur in corruptione, reſurget in incorruptibilitate: ſeminatur in ignominia, reſurget in gloria: ſeminatur in in-

In 1. Cor. 15. verſ. 41.
1. Cor. 15. 43.

in infirmitate,reſurget in potentia:ſeminatur corpus
animale,reſurget corpus ſpirituale. Vbi patet diver-
ſitatem iſtam tantummodo accipiendam inter cor-
pus quod in morte deponemus , & quod in reſurre-
ctione inſtaurabitur : neque concluditur aliquid de
diſcrimine corporum beatorum inter ſeſe. Summa
quæ ſpectatur in iſta collatione eſt inter corpus de-
Matt.22.30. poſitum,& corpus reſtitutum.Chriſtus de hac re non
De varietate eſt locutus niſi generaliter , quod in patria futuri ſi-
premiorum in mus inſtar Angelorum, ubi neque uxores ducentur,
patria, vel æ- neque mulieres nuptui collocabuntur. Atque hæc à
qualitate. Argumentum me non dicuntur , quòd probare velim ibi eſſe pror-
pro diverſita- ſus æqualitatem : ſed aſſero,neutrum ex Sacris literis
te. poſſe confirmari. Probabilis eſt utraque ſententia,ne-
que ad ſalutem neceſſarium eſſe duco , ſcire utrum
iſtorum verum ſit. Probabile forſan eſt, ut ſit in ſan-
ctis aliquid diſcriminis,ſed hoc ex Scripturis non exi-
ſtimo poſſe demonſtrari : quod ut pateat,videndum
Prima ratio. eſt, quænam loca inducant. Primùm aiunt, Reddet
Rom.2 6. unicuique ſecundum opera ſua, & unuſquiſque ha-
2 Cor.5 10. bebit mercedem juxta ſuum laborẽ. In Daniele ſcri-
Dan.12.3. bitur,Qui alios docent,erunt ut ſplendor firmamen-
2 ti quique ad juſtitiam alios inſtruunt,ut ſtellę fulge-
Matt.11.21. bunt. Argumentantur & à contrariis: cùm in pœnis
Joan.14.2. ſit diverſitas,quoad præmia eadem concedi debet.Et
ſupplicia non eadem eſſe,probant ex verbis Chriſti,
3 quibus dixit remiſſius fore Tyriis & Sidoniis , quàm
Matt.22.30. Corozaim & Bethzaidæ ; necnon Sodomis , quàm
4 Capernaum. Præterea ſcribitur,In domo Patris mei,
Mat 13.8.& 23. manſiones multæ. Et ad hæc , ſi futuri ſumus inſtar
Angelorum , illi diverſos ordines inter ſeſe habent.
5 Deinde ſemen in terram projectum,fert fructum tri-
Matt 25.15. ceſimum,ſexageſimum,vel centeſimum. Et in para-
bola talenturum,quæ plura vel pauciora ſunt Domi-
6 no à ſervis reddita , præmiis variis diverſitas lucri
Apoc.14.4. compenſatur.Et in Apoc.quidam ſequuntur Agnum
7 quocunque ierit , quod aliis non videtur concedi.
8 Qui fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in re-
Matt 5.19. gno cœlorum. Item,Qui cupit inter vos major eſſe,
9 minor efficiatur omnibus. Et in Epiſtola poſteriore
Matt.20.27. ad Corint.Qui parcè ſeminat,parcè metet:& qui ſe-
10 minat in benedictionibus,de benedictionibus & me-
11 tet. Omnes Patres faciunt pro hac ſententia. Atque
2.Cor.9 6. ita videtur magis excitari ſtudium & contentio rectè
12 vivendi. Hæc & hujuſmodi ſunt,quæ pro hac parte
13 afferri ſolent.

Rationes pro æqualitate præmiorum. 9 Nunc è diverſo audiendi ſunt , qui potius æ-
qualitatem in præmiis æternæ vitæ aſſerunt : Primò
his , qui laborarunt in vinea vario ac diſpari labore,
Prima ratio. datur æquabiliter denarius,& murmurantibus pater-
Matt.20.13. familias obſtat, & juſtè ſe facere oſtendit. Neque ſe
excuſat diſtinctione præmii ſubſtantialis,& acciden-
talis,quam adverſarii confinxerunt. Deinde,ex Apo-
2 ſtolo Paulo alibi audimus,Deum futurum omnia in
1.Cor.15.28. omnibus.Et Chriſtus agens de præmio juſtorũ: Ful-
Matt.13.43. gebunt (inquit) juſti ſicut Sol in conſpectu Dei. At
nulla eſt major lux ea , qua Sol præditus eſt. Et ne-
3 mo,niſi juſtus fuerit , regnum cœlorum ingredietur.
Matt 22.30. Habebunt itaque omnes ſplendorem Solis, id eſt,æ-
què ſummam gloriam. Idemque Chriſtus, de reſur-
4 rectione diſputans cum Sadducæis , non dixit futu-
ros inſtar Angelorum:neque ulterius progreditur,ut
5 varia conſtituat diſcrimina. Præterea quod in hac vi-
ta inter ſanctos variæ ſint differentiæ , propter car-
nem accidit , quam circumferunt : cui prout aliqui
magis minúſve ſunt addicti,magis aut minus in rege-
neratione proficiunt. Sed in patria cùm omnis labes
excluſa fuerit, perfecti erimus, neque cauſa erit, cur
unus magis quàm alius à præſentis boni perceptio-
6 ne impediatur. Necnon ſuis Apoſtolis promiſit Chri-
Matt.19.28. ſtus, quòd eſſent ſeſſuri ſuper duodecim ſedes,ut ju-
dices Iſrael. Nunquid Paulus idem præmium non
eſt aſſecutus , quamvis decimus tertius in eo colle-
gio habeatur , cùm tamen plus cæteris laboraverit?
1.Cor.19.10. Quin etiam Corinth. ejuſdem præmii fecit partici-
Rom.8.18. pes , & cum illis omnes credentes , quando inquit:
An neſcitis , quòd mundum & Angelos judicabi-
7 mus? Atque poſtremò ad Romanos habetur,non eſ-
ſe conferendas paſſiones hujus temporis, ad futuram
8 gloriam, quæ revelabitur in nobis. Quod ſi Deus in
attribuenda vita æterna dignitatem noſtrorum ope-
rum non reſpicit , unde nam eliciemus iſtos præmio-

A rum gradus? Ex mera Dei liberalitate felicitatẽ adi-
piſcemur : Ideo ab ejus miſericordia petendum eſſet
præmiorum diſcrimen,non à noſtris operibus. Vide-
mus autem illos,qui contrariam ſententiam tuentur,
ei fundamento potiſſimùm inniti , quaſi mereamur
noſtris operibus vitam æternam, idque (ut loquun-
tur) de condigno. Quod ſi ſtatueremus,citra contro-
verſiam Deus videretur injuſtus , ſi non plura atque
majora præmia his adjudicaret , qui præ cæteris ea
meriti ſunt.

B 10 Sed nos jam conferamus ad argumenta ex- Solutio priorum argumentorum.
pendenda , quibus oſtendere nituntur , neceſſarium
eſſe hoc pręmiorum diſcrimen. Primùm objecerunt, Ad primum.
reddendum cuique ſecundum opera ſua. Quod nos
generaliter intelligi dicimus, quoad gloriam & dam-
nationem.Et hanc interpretationem habemus è Scri-
ptura , in Epiſtola ad Romanos cap.2. Et Chriſtus Rom.2 5.
extremi judicii ſententiam , quòd reddenda ſit uni- Matt.25.33.
cuique propria merces , ita explicat , cum dexteros
ad regnum vocat , & ſiniſtros ad exitium ejicit. In
C ſumma , cujus labores pii & juſti fuerint , is ſervabi-
tur, qui verò male laboraverit, jacturam faciet. Quæ 2
Daniel habet cap.12. multos qui dormierunt in pul- Dan.12.2.
vere , excitandos eſſe , quoſdam quidem ad gloriam,
alios verò ad ignominiam : & quòd qui alios docue-
rint,inſtar firmamenti erunt,& qui alios inſtruxerint
ad juſtitiam , quaſi ſtellæ : nihil neceſſario efficiunt,
quoniam (ut ſæpè in Sacris literis uſuvenit) eadem
periodo ſecundo loco repetuntur , quæ prius dicta
fuerant. Differentia quæ videtur aſſignari,eſt firma-
D menti & ſtellarum. Sed cùm ii qui docent, & qui a-
lios inſtituunt ad juſtitiam, prorſus iidem ſint & eo-
dem gradu contineantur: eis non debebuntur,etiam
juxta ſententiam adverſariorum , diverſa præmia,
cùm idem laboraverint. Quare apparet , idem dici
poſtea quod prius affirmabatur,ſed magis perſpicuè.
Si autem quæſiveris , cur Daniel potius meminerit
eorum qui doceant,quàm aliorum ? In promptu eſt
reſponſum, quòd iſti magis confirmandi eſſent,quo-
niã plus quàm cæteri perſecutionibus expoſiti ſunt:
E ideò conſolatione opus habuerunt , nam erecto ani-
mo eos eſſe oportet. Inde tamen haud evincitur,cæ-
teris non eſſe promiſſa eadem reddenda , cùm Chri- Matt.13.43.
ſtus apertè dixerit,Iuſti fulgebunt ſicut Sol in regno
Dei. Præterea Hieronymus locum ad Corint. expo-
nendo, quando jam ſententiam ſimpliciter tractavit,
ſubjecit , nonnullos quærere , num ſanctus idiota,&
ſanctus eruditus eandem gloriam ſint habituri? & ait,
non poſſe reſpondere , juxta Theodotionis verſio-
nem , unum fore ut firmamentum , alterum ut ſtel-
F las. Verùm ego jam oſtendi , eſſe idem quod utrin-
que dicitur.

11 De argumento quod à contrariis inducunt, 3
non multum debemus eſſe ſoliciti quia rationẽ pro-
babilem fatemur,non tamen neceſſariam,ſępe quip-
pe fallit hæc argumentatio. Vt ſi quis dixerit,Homo
poteſt ſeipſum occidere , ideò poteſt ſeipſum vivifi-
care. Atque complures aliæ poſſent inſtantiæ afferri,
ſed ſtudio brevitatis eas prætereo. Fateor itaque in
ſuppliciis aliquam diverſitatem eſſe , quam tamen in
G præmiis eſſe minimè conſequitur: quoniam pœnam
operibus noſtris meremur , ſed illis viciſſim non me-
remur felicitatem.Ideo ratio in his contrariis eſt lon-
gè diſpar. Verùm eſt Chriſtum dixiſſe, In domo Pa- Joan.14.2.
tris ſui multas eſſe manſiones : verùm non ait diver-
ſas. Vt ſi dixerim, Oxonii multa eſſe hoſpitia : cæte- 4
rùm ſi hoſpites in omnibus eodem modo accipian-
tur,non erunt prorſus diverſa,verùm æquabilia, ſi u-
bique ponantur eadem prandia, & eædem cœnæ, at-
que prorſus eædem commoditates. Quoad Angelos, Dan.10.12.
H dicimus Scripturam nunc eos fateri diverſos ordines 1.Theſ.4.16.
inter ſe habere & præfecturas,quoniam Deus eorum
miniſterio ad orbem & Eccleſiam regendam utitur, 5
ſed ad finem omnes principatus & poteſtates (ut iam Iud.v.9.
diximus) abolebuntur. Neque ſcimus,an ibi futuri
ſint amplius diverſi ordines aut gradus, quoad felici-
taẽ. Deinde qui ponunt diverſos ordines in Ange-
lis , eos volunt inter ſeſe ſpecie , ac fortaſſis proximo
genere differre:quod non poteſt de hominibus bea-
tis,vel de ſpiritibus noſtris affirmari. Quare ſimilitu-
I do inter nos & Angelos,quoad omnia,minimè qua-
drat. Nã tunc ſumendi eſſent Angeli omnes ejuſdem

ſpeciei,vel ejuſdem ordinis,& ſtatuendum nũ omnes
parem & æquabilẽ feliciratem habeant. Verùm hæc
ex teſtimonio ſacrarum literarum nullus definire po-
teſt,cùm de Angelorum negotiis admodũ pauca no-
bis tradita ſint,quòd ad ſalutem noſtram non fuerint
ſcitu neceſſaria. Qui fecerit & docuerit,magnus vo-
Matt.5.19.
6 cabitur in regno cœlorum.Reſpondemus,nomine re-
gni cœlorum,Eccleſiam intelligi:ubi magno loco ha-
bendi ſunt, qui rectè docent, & quæ docuerint, fa-
ciunt.atque in electionibus Eccleſiaſticis,illi ſunr cę-
teris præferendi. Et illos poſthabere oportet,qui mã-
data Dei,vel minima ſolverint,atque alios ut ſolvãt,
7 docuerint. Niſi fortè dicere velis,eos qui ſolvunt, &
docent alios, tranſgredi mandata Dei,futuros eſſe in
Matt.13.8. æterna felicitate,quod eſt quam abſurdiſſimum.Nec
eſt difficile videre, quid ſibi velit parabola ſeminis,
cujus pars cadit in terram bonam, & dat fructum tri-
ceſimum, cùm ex aliis partibus vel ſexageſimus, vel
8 centeſimus habeatur. Nemo eſt qui non intelligat,
hæc ad ſtatum præſentis vitæ pertinere, quoniã ver-
bum Dei non in omnibus piis eodem modo fructifi-
cat.Neque parabola talentorum aliò ſpectat: Qui e-
Matt.25. nim donis Dei bene utitur, dignus efficitur, ut ſuper
plura conſtituatur, augentur ei gratiæ, atque dono-
rum ſpiritualium magis capax indies redditur.

2.Cor.9.6. 12 Citarunt etiam illud ad Corint. Qui parcè ſe-
9 minat, parcè & metet. Quod etiam ad fructus ſpiri-
tuales in hac vita percipiendos pertinere poteſt. Nã
qui liberales ſunt in eleemoſynis, bonis ſpiritualibus
abundant: & ſæpe fit,ut illis Deus vberius opes im-
partiatur, quò largius habeant unde ſint miſericor-
10 des. Vnde,quoad omnia iſta, poſſumus intelligere,
parcam fore meſſem,ſi parcè ſeminaverimus. Quare
nihil neceſſariò efficitur, de præmiis æternæ vitæ. Et
Matt.20.27. quod Apoſtolis Dominus dixit, Qui vult eſſe ma-
jor,is efficiatur minor omnibus, nihil nobis obſtat,
cùm de Eccleſia poſſit accipi,ubi præſtare cæteris illi
11 agnoſci debent,qui ſe demiſſè gerunt.Teſtimonium
Apoc.14.4. verò Apocalypſeos, quòd qui virgines ſunt, Agnum
Ibid.v.2. ſequuntur quocunque profectus fuerit: Et quòd illa
centum & quinquaginta quatuor millia, canticum
dicebant,quod ab aliis dici non poterat:quæque ad-
huc ex eodem libro adducuntur, obſcura ſunt, cùm
dicatur eſſe ſignatus: neque facile,imò à pauciſſimis
intelligatur,nobiſque non conſtet,an quę allata ſunt
ſpectent ad præſentem vitam,vel ad futuram. Fate-
mur,eos qui purioris vitę ſunt,aptiores ad arcana Dei
penetrãda:& altera parte docemur,ubicunque Chri-
ſtus eſt, ibi fore ejus miniſtrum: quare non ſolùm a-
liquibus promittitur, ſed omnibus qui Chriſto ſer-
viunt, ut Agnum ſequantur.

12 13 De Patribus fatemur ingenuè,quòd præmio-
rum diſcrimina ſtatuerint. Hîc verò tantummodo in
dubium revocatur, an hæc ſententia ex teſtimonio
ſacrarum literarũ probari poſſit. Deinde neque ſem-
per illi eodem ore loquuntur. Hieronymus in Epi-
ſtolis cùm viduam commendaret, videreturque ha-
benda collatio ad virginem,ait,ſe non libenter pone-
re diſcrimina hæc inter ſanctos:cùm tamen ipſe idem
acer videatur propugnator iſtarum differentiarum.
Neq; magnifacimus quod dicebatur, homines igna-
vos reddi, qui alioquin hac præmiorum diverſitate
13 incitarentur ad ſanctè vivendum. Etenim qui non
moventur dilectione & fide ſermonum Dei, atque
ſpe ſummæ felicitatis, neque etiam facilè incitabun-
tur propter iſta diſcrimina,ut bene agant.Quod ſi ſe-
cus fecerint, potius mercenarii quàm filii Dei habẽ-
di ſunt.Neque à me(ut ſum præfatus)hæc dicuntur,
quò prorſus negem hujuſmodi præmiorum differẽ-
tias: ſed id tantùm docere volui, quòd ex Scripturis
ſanctis concludi non poſſint. Alioquin inter eos qui
à mortuis excitabuntur,diſcrimen ponimus: quoniã
alius erit damnatorum habitus,& alius felicium. Prę-
terea non inficiamur poſſe facilè fieri,ut cùm cogita-
verint ſanct,Deum per ſe plura edidiſſe facinora,ea-
demque præclara, plus oblectationis & gaudii fortaſ-
ſe inde concipiant quàm alii, qui tot ac tanta per ſe
geſta eſſe non poſſunt ſecum reperire: quod tamen
incertum,ſed ut probabile adſertur. Sed illud potiſſi-
mùm frivolum eſſe arbitror, quod Scholaſtici neſcio
quibus laureolis, & præmio ſubſtantiali atque acci-
dentali confingunt.

Inter illos qui excitabũtur à mortuis, magnum erit diſcrimen.

Figmentũ laureolarũ & præmiorum accidentalium.

A 14 Iidem etiam de ſtatu felicitatis multa diſpu-
tant,& quærunt inter alia,num ſcientia hîc parta, ita
peritura ſit, ut cùm in patriam ventum fuerit, nihil
interſit inter eruditos & indoctos. Curioſa eſt hæc
inveſtigatio, cùm vel parum vel nihil utilitatis ha-
beat. Priùs eò veniendum eſſet,& de modo illuc per-
tingendi nos oporteret ſolicitari, quàm nunc ſuper-
vacaneo ſtudio de conditione, habitu & forma feli-
cium diſſerere. Sacræ literæ huc nos minimè vocant,
& fortè hac de re nihil in eis conſtituitur. Cæterùm
B de diſcrimine electorũ in æterna patria amplius diſ-
ſerendi non eſt locus. Hac de re quod ſatis eſt dixi-
mus,cùm de reſurgentium conditione egimus. Do-
na verò & chariſmata eſſe abolenda tum temporis
mirum non eſt, cùm ſint collata ad fidem provehen-
dam,quæ tum temporis minimè durabit. Imò expe-
rimur hodie, cùm ferè ubique prædicatum ſit Evan-
gelium, ea dona de quibus egimus antea, vel ablata
eſſe, vel admodum rara. Quod attinet ad linguas, ſi
tunc abolendæ ſint,quæſierit forte quiſpiam: Nonne
C in patria ſancti loquentur? Sermo ad id eſt datus,ut
vel aliis communicemus quæ ſentimus,vel ut ab aliis
peramus quæ nobis deſint. At inter ſanctos in regno
Dei neutrũ videtur fore neceſſarium:quia & in Deo,
& in nobiſipſis, omnia ſatis abunde conſtabunt &
habebuntur. Quòd ſi fortaſſis concedendum ſit no-
bis hujuſmodi commercium, veriſimile eſt omnes
eodem idiomate uſuros, cùm futuri ſimus unus po-
pulus,& unam eandemque habituri patriam. Illis ve-
rò qui ſatis importunè quærunt, quænam futura ſit
D ea lingua, qua tunc ſancti utentur: ingenuè fateor,
me id neſcire. Cùm me tamen non prætereat aliquos
eſſe, qui Hebraicam velint ibi futuram in uſu: ſed
quàm fortiter id aſſerant, ipſi viderint.

In 1.Cor.13. verſ.12.

Curioſæ quæſtiones de futura vita.

Chariſmata cur tunc abolebuntur.

An ſancti loquantur in patria

Cur ſermo ſit datus.

De rerum omnium immutatione.

15 His explicatis,locus ipſe efflagitare videtur,ut
de rerum immutatione, quæ futura eſt in fine ſeculi,
aliquid dicam. Primùm ea libet referre, quæ Magi-
E ſter hac de re ſcribit in 4. Sententiarum diſtinct. 48.
Cùm Dominus veniet ad judicandum, Sol & Luna
obſcurabuntur, Non, inquit, adempto illis lumine,
ſed præſentia lucis copioſioris. Chriſtus enim aderit
Sol fulgentiſſimus, ideo cœli aſtra,ut lucernæ ad or-
tum Solis obfuſcabuntur. Virtutes cœlorum move-
buntur: quod potes intelligere de viribus, aut ut
quidam loquuntur, de influxibus, quibus corpora
cœleſtia rebus inferioribus moderantur, quæ tum à
recto & uſitato ordine diſcedent: Aut per iſtas vir-
F tutes intelligemus Angelos, qui aſſidua converſio-
ne orbes cœlorum torquent. Fortaſſe tum aut deſi-
ſtent ab opere ſolito, aut illud nova quadam ratione
exequentur. Hæc poſtquam collegit ex Matthæo &
Luca, addit è Ioele, fore deliquia Solis & Lunæ.
Sol, inquit ille,obſcurabitur,& Luna vertetur in ſan-
guinem, antequam veniat dies ille Domini magnus
& horribilis. Et ex ſexageſimoquinto capite Eſaiæ:
Ecce ego creo cœlum novum, & terram novam. Et
mox: Luna lucebit ut Sol & lux Solis erit ſeptupla,
G hoc eſt,ſeptem dierum. Et ex Apocalypſi. Erit cœ-
lum novum, & terra nova: quamvis ibi nulla fiat
mentio, aut Solaris,aut Lunaris lucis amplificandæ.
Hieronymus locum illum interpretatur, lumen So-
lis fore, quale fuit primis illis ſeptem diebus, quibus
mundus creatus eſt. Propter peccatum enim primo-
rum parentum, lucem & Solis & Lunæ fuiſſe, in-
quit,imminutam. Quod quidam è Scholaſticis intel-
ligunt,non de ipſa natura luminis,ſed quòd & mun-
dus & homines,minus fructus cœperunt ex illis lumi-
H nibus poſt lapſum,quàm habuerant antea. Sed hæc
omnia obſcura & incerta ſunt. Quibus ego addo,
nonnullos ex Rabbinis putare has loquutiones eſſe
tropicas. Non enim in aſtris ullam fore immutatio-
nem,ſed aiunt, hominibus moleſtis & ſtatum infeli-
cem ſuarum rerum lugentibus,ita exiguum fore fru-
ctum ex lumine Solis & Lunæ,ut illis ea aſtra obſcu-
rata eſſe, & prorſus occidiſſe videri poſſint. Cùm au-
tem contra incipient felicius agere, & ex animi ſui
ſententia vivere,tum demùm illis lumen Solis & Lu-
I næ viſum iri conduplicatum, & multis partibus ful-
gentius, quàm antea videbatur: Quã expoſitionem,
ut ego

In Rom.8.

De immutatione rerum in fine.

Quæ futura ſit Solis & Lunæ obſcuritas.

Matt.24.29.
Luc.21.25.
Ioel.2.31.

Eſa.65.17.
Eſa.30.26.

Apoc.21.1.

Digitized by Google

ut ego non nego, ita etiam fateor fore, ut ad finem mundi magna iſtarum rerum fiat immutatio. Vtrunque ergo verum eſſe concedo, & in hac vita ſæpe res adeo triſtes accidere, ut dies alioqui clariſſimi, nobis obſcuriſſimi videantur, & ad finem omnium rerum ſtatum creaturarum fore perturbandum. Quinetiam dum hic vivimus, aliquando contingit, ut illa cœli lumina, à ſuo naturali ordine dimoveantur: ut Ioſue pugnante, & Chriſto moriente, factum legimus.

Ioſ.10.12.
Marc.15.33.

16 Addit Hieronymus in interpretatione ejus loci, Solem tum accepturum mercedem laboris ſui, videlicet tantas acceſſiones lucis. Zacharias etiam teſtatur, fore tum unum perpetuum diem: tantam enim fore lucem, ut diſcrimen inter diem & noctem non ſit futurum. Hæc ſi vera ſunt videre poſſumus, qualia futura ſint glorioſa corpora ſanctorum poſt reſurrectionem: de quibus Chriſtus ait, Fulgebunt juſti ſicut Sol. Habebunt illi tum lucem ſeptuplo majorem, quàm iſte Sol habet, quo nunc utimur. Nec mirum, inquit Chryſoſtomus, ſi creaturæ illo tempore tanto ſplendore illuſtrabuntur. Reges enim, quo die volunt filios ſuos inaugurari, curare ſolent, non ſolum ut in ſingulari apparatu & pompa prodeant, verumetiam ut ſervi illorum, quàm honeſtiſſimè culti inſtructique incedant. Cum ergo Chriſtus ſeſſurus tum ſit conſpicuus in throno ſuo, & juſti, qui ſunt filii Dei, adituri ſint regnum & hæreditatem paternam: Deus efficiet, ut omnes creaturę ornamentis admirabilibus & inſigni ſplendore illuſtrentur. Quanquam Eſaias ait fore, ut Luna & Sol amplius non luceant, ſed Dominus ipſe futurus ſit in lucem ſempiternam. Quibus verbis non ſignificat illa aſtra eſſe peritura, ſed tantùm, illorum lucem non fore ſanctis neceſſariam: nam ea fortaſſe ortum & occaſum, ut modo habent, non habebunt. Verùm ſi roges illum, quem ea uſum habitura ſint poſt judicium, ingenuè fatetur, ſe neſcire: hic enim Scripturis deſtitui. Hæc fermè omnia habemus è Magiſtro.

Zac.14.7.
Mat.13.43.
Eſa 60.19.
Simile.

17 Nunc mihi quatuor excutienda eſſe arbitror. Primum, quis nobis futurus ſit uſus creaturarum, quum ornati erimus illa gloria: deinde, num illarum opera duratura ſint: poſtea, utrùm natura & ſubſtantia creaturarum conſervanda, qualiſque ea futura ſit: poſtremo, omnes ne mundi partes an aliquę tantùm ſint reparandæ. Quod ad primum attinet, qui pervestigare voluerunt, quid commodi ſanctis in altera vita ex renovatis creaturis ſit acceſſurum, docuerunt nos, dum hic agimus, ab eis bifariam juvari. Primum enim natura corporis, & vita, quam in præſentia degimus, illis fovetur & ſuſtentatur. Deinde etiam animus juvatur, ut per has creaturas viſibiles, aſſurgat ad contemplationem Dei, ut Paulus docet in 1. cap. Epiſt. ad Rom. Vbi autem jam ſemel beati erimus, hujuſmodi auxiliis creaturarum nihil amplius opus erit. Fruemur enim tum immortalitate, neque aut fame, aut ſiti, aut frigore, aut aliis hujuſmodi incommodis amplius divexabimur. Quod autem attinet ad cognitionem Dei, illum videbimus facie ad faciem. Sed, inquiunt, quoniam corporeus oculus non poteſt pertingere ad eſſentiam divinam, ut Auguſtinus pulchre docuit in libello de Videndo Deo: idcirco, ne oculus congrua delectatione deſtituatur, ornatum cœlorum mirificum, & rerum jam inſtauratarum pulchritudinem illi tum eſſe offerendam: ut habeat non ſolùm unde ſe oblectet & gaudeat, ſed etiam unde Dei potentiam, & infinitam ſapientiam admiretur. Probabilia quidem ſunt iſta, fateor: ſed ea ſacris Scripturis non confirmantur. Neque ſatis apparet, cum Chriſti corpus, & infinita juſtorum corpora, Sole ipſo magis lucentia, oculis beatorum conſpicienda ſint: quid præterea oblectationis afferre poſſit inſtauratarum creaturarum conſpectio? Quare placet mihi candor & ſimplicitas Magiſtri Sentent. cùm dicat ſe neſcire, quod in Scripturis ſacris non meminerit ſe legiſſe. Vtinam in aliis rebus definiendis uti voluiſſet pari modeſtia & fide.

Quatuor in hac quæſtione videnda.
Duobus modis juvamur à creaturis.
Rom.1.19.
1.Cor.13.12.
Oculus corporis, non pertingit ad eſſentiam Dei videndum.

18 De Actionibus autem creaturarum, utrùm illę perpetuę futurę ſint, nihil poſſumus pro certo definire. Angelus quidem in Apocalypſi jurat per Viventem in ſecula ſeculorum, non fore amplius tempus. Vnde quidam colligunt, motum cœleſtium or-

Apoc.10.6.

A bium ceſſaturum, quòd tempus ſit numerus & menſura motus. Verùm hæc ratio non eſt firma: Fieri enim poteſt, ut cœlum moveatur, ſed præ magna illa luce corporis Chriſti, corporúmque omnium beatorum, & Solis & Lunæ, minime poſſit obſervari. Quare durare poteſt motus, etſi tempus non exiſtat. Tempus enim non eſt, niſi ex motu obſervato & numerato. Sed addunt etiam aliam rationem, ideò cœlum ceſſaturum à motu, quòd ejus aſſiduæ conver-B ſiones conducant ad generationem & corruptionem rerum inferiorum conſervandam: quare cum nulla amplius futura ſit generatio, aut corruptio, nihil tum opus fore motu cœli. Ratio quidem iſta probabilis eſt, at non neceſſaria. Poterit enim ille cœleſtis motus, etſi nō generationi & corruptioni, tamen alii alicui negotio, quod nos ignoramus, inſervire. Hoc tamen mihi certiſſimum videtur, quódque omninò affirmari debeat: iſtas naturas rerum non manſuras in extremo die, niſi aliquod opus habiturę ſint. Pugnāt e-C nim & cum natura, & cum cōmuni ratione, aliquid cōſtituere, quod omnino ſit otioſum. Quę autem Deus his rebus opera ſit adſcripturus, facile nos fateamur ignorare.

Si definit eſſe tempus, & motus definit.
Creaturæ non manerent poſt judicium niſi aliquod futurum eſſet earum opus.

19 Nunc de rerum ſubſtantia & natura videamus, num ea poſt diē judicii ſit conſervanda. Id Petrus in poſteriori ſua Epiſtola videtur negare. Ait enim cœlos repentè, atque inſtar procellę eſſe perituros, & magno ęſtu elementa eſſe liquanda. Verùm Auguſtinus cap.16. & 24. lib. 20. de Civitate Dei, ait, Petrum colla-D tionem facere cum illis cœlis, qui tempore diluvii perierunt. Quod intelligi non poteſt, niſi de regionibus aëris, in quibus pluviæ & tempeſtates creari ſolent. Iſti cœli poſt diluvium repoſiti ſunt, & reſtituti verbo Dei, & nunc igni reſervantur. Imo Petrus poſtea addit, nos juxta repromiſſionem habituros eſſe cœlum novum, & terram novam. Ea repromiſſio facta eſt in c.65. Eſaiæ, & repetita c.21. Apocalypſ. quamvis ibi ſcribatur de mari, illud amplius non futurum. Sed Auguſtinus in cap.16. quod modò citavi-E mus, dubitat, utrùm ea verba ita ſint intelligenda, quaſi mare prorſus ſit defuturum, utpote jam deflagrationibus exhauſtum, & exſiccatum: an quaſi futurum quidē ſit, ſed innovatum, & immutatum. Auguſtinus eodem loco ait, de igne illo deflagrationis, neminem, quod quidem ipſe ſciat, noſſe, quiſnam aut unde futurus ſit: quum tamen hodie Scholaſtici ea de re infinita fingere & fabulari nihil dubitent. Alii enim aiunt, ignem illum fore elementarē, qui Dei juſſu deſcenſurus ſit, atque omnia combuſturus: alii ſomniant, Solis radios ex repercuſſione eſſe F multiplicandos, ut ex illis omnia ſuccendantur: quēadmodum fieri videmus, quum radii ſolares ferunt ſpecula ex calybe ſtuppam admotam inflāmari. Addit Auguſtinus, elementa tunc exutura eſſe eas qualitates, quæ antea corporibus noſtris corruptibilibus congruerant: indutura autem alias qualitates, quæ noſtris corporibus immortalibus & glorificatis conveniant, ut mundus innovatus aptè accommodetur hominibus per immortalitatem innovatis. Verùm G hic ego libenter ex Auguſtino ſciſcitarer, utrùm cōſtituat corpora ſanctorum poſt judicium, victura in hoc mundo? Quòd ſi affirmabit, videbitur facere cum Millenariis. Sin vero id neget, & aſſerat (quod non credimus) corpora noſtra eſſe in cœlum rapiēda: quæ erit iſta accommodatio qualitatum elementorum ad noſtra corpora immortalia? Niſi fortè velit dicere, quamvis iſta ad noſtram immortalitatem nihil ſint conductura, tamen fore quandam analogiam & proportionem inter ea facta jam immortalia, & noſtra H corpora glorificata. Si enim ea, ut Chryſoſtomus ait, propter noſtrum peccatum facta ſunt corruptioni obnoxia, par erit, ut nobis à morte liberatis, illa quoque à corruptionis moleſtia liberentur.

Rerum natura immutanda.
2.Pet.3.7.& 11.
Ibid.v.13.
Eſa.65.17.
Apoc.21.1.
De igne conflagrationis extremæ.

20 Neque ſane huic innovationi quicquam obſtat, quod habetur in libr. Geneſ. Deum dixiſſe Nohe: Omnibus diebus terræ, fore ſementem, & meſſem: frigus, & æſtum æſtatem, & hyemem: diem, & noctem. Hæc enim dicit futura diebus terræ. At illi erunt dies cœli, ſabbatúmque, ut Eſaias ait, ex ſabba-I to. Ieremias quoque c.33 ait, Num irritari poteſt fœdus, quod inivi cum die ac nocte? Quaſi diceret, id irritari non poſſe. Ita, inquit, ratum eſt fœdus, quod pepi-

Gen.8.22.
Eſa 66.23.
Ierem 33.20.

gi cum domo Iuda, & cum domo David. Pactum, de
quo modo Propheta loquitur, de Meſſia ſuo tempo-
re mittendo, ultra tempus præſentis ſtatus non eſt
Mat.24.35. Quomodo cœlum & terra tranſibunt.
proferendum. Chriſtus verò quum ait in Evangelio,
Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non
tranſibunt: non accipit tranſitum pro interitu, ſed
immutationem aliquam quandoque futuram præ-
dicat, quæ tamen verbis ipſius nulla unquam con-
tingit. Etenim ſemper manebunt immota, & veritas
illorum nunquam pervertetur. Hujus interpretatio-
Pſal.102.17.
nis author eſt David Pſalm.102. Opera, inquit, ma-
nuum tuarum, ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem ma-
nes. Sicut amictum mutabis eos, & immutabuntur.
2.Pet.3.12.
Huc accedit etiam Petrus: Nam quum dixiſſet cœ-
los perituros, & elementa æſtu liquenda eſſe, ſubje-
cit, nos juxta repromiſſionem habituros eſſe cœlum
novum, & terram novam. Et Hieronymus exponens
Eſa.65.17. 1.Cor.7.31.
cap.65. Eſaiæ in hunc ſenſum adducit ſententiam
Pauli, ex Epiſtola priori ad Corinth. cap.7. Ait enim,
figuram hujus mundi præterire: quaſi velit dicere,
naturam rerum, aut mundum ipſum interiturum,
ſed tantùm figuram, hoc eſt, ſtatum & formam hu-
jus temporis. Probátque innovationem eam quam
ponimus, non ſignificare corruptionem naturæ, ſi-
Simile.
mili ducto ex gradibus ætatis noſtræ. Quum enim
ex pueris efficimur juvenes, ex juvenibus viri, ex vi-
ris ſenes, non deſtruimur, quod quidem ad hominis
naturam attinet: ſed à ſtatu deteriori, ad id quod eſt
præſtantius, his mutationibus transferimur. Cùm
itaque conflagratio poſtrema jam acceſſerit, quam
Scripturæ ſatis apertè futuram docent, orbis univer-
ſus conflabitur: utque aurum argentúmque, quum
igne funduntur non pereunt, ſed puriora efficiun-
tur: ita mundus, illo igne non perdetur, ſed inſtau-
rabitur. Id nonnulli etiam ex Ethnicis ſcriptori-
bus ſenſerunt, ut Heraclitus Epheſius, & Empe-
docles Siculus aliique, qui hæc fortaſſe à majo-
ribus ſuis acceperant, ſed ea pravis opinionibus vi-
tiarunt.

Millenariorum ſententia.
21 Fuerunt complures ex veteribus Chriſtianis,
qui opinati ſunt creaturas manſuras eſſe poſt adven-
Reſurrectio prima & ſecunda.
tum Domini, & electis uſui alicui futuras. Putarunt
enim, quum Chriſtus redierit, tantum fore reſurre-
ctionem piorum: quam etiam primam reſurrectio-
nem appellarunt. Inter quam & poſtremam, qua
impii ſunt excitandi, interceſſuros eſſe mille annos:
atque eo tempore totum Chriſtum unà cum ſanctis
Apoc 20.3.
regnaturum eſſe in mundo, toto illo ſpatio diabo-
lum eſſe alligandum, quemadmodum in libr. Apoc.
deſcribitur. Videtur autem anſam opinionis ſuæ,
non tantùm ex revelatione Ioannis, ſed etiam ex
Prophetis accepiſſe. Illi enim quum vaticinantur, de
regno Chriſti, permulta commemorant, quæ ad re-
gna hujus mundi, & ad voluptates ac delicias ſpe-
Aliqui viri præcipui fuerunt Chiliaſtæ.
ctare videantur. Illi verò, qui fuerunt in hoc errore, à
Græcis χιλιασταὶ, à Latinis Millenarii dicti ſunt. Ne-
que ſane homines tantùm vulgares fuerunt Patroni
hujus ſententiæ, ſed etiam viri præcipui in Eccleſia,
& antiquiſſimi, Papias, Irenæus, Iuſtinus Martyr, Vi-
ctorinus, Lactantius, Tertullianus, & alii complures
non obſcuri ſcriptores Eccleſiaſtici: quos ego non
conjungo cum Cerintho: is enim alios errores mul-
tos de Servatore noſtro diſſeminavit. Ad id enim
quod iſtos Patres ſenſiſſe diximus adjecit duplicem
impietatem. Primùm, ſanctos ita in hac vita cum
Chriſto regnaturos, ut omnibus voluptatibus corpo-
ris copiosè fruerentur: quod non aliud eſt, quàm na-
turam per reſurrectionem innovatam, rurſus libidi-
nibus, ebrietate, crapula, & aliis hujuſmodi
ſordibus contaminare. Alter ejus error fuit, in
illo Chriſti regno, Legales cæremonias, & ſa-
crificia Moſaica eſſe revocanda: quos errores, nullus
ex illis Patribus, quos commemoravimus, ſecutus eſt.

22 Nec difficile eſſet, illam inſaniam ex Scriptu-
ris refutare. Sed quoniam id à nobis alibi abundè
factum eſt, nunc de ea re dicere ſuperſedemus. Tan-
tùm hoc addam, Auguſtin. libr.20. de Civitate Dei
cap.7. ſcribere: Si iſti dixiſſent, Chriſtum illo ſpatio
mille annorum, ſanctis ſuis aliquid cœleſtium cha-
riſmatum eſſe collaturum, ſententiam illorum futu-
ram fuiſſe magis tolerabilem. Quo loco ſignificat,
ſe quoque aliquando ſenſiſſe: poſtea tamen idem re-
A bus melius expenſis, locum Apoc. unde omnis ea ſu-
ſpitio videbatur emanaſſe, aliter exponendum judi-
caſſe: videlicet per illos mille annos tantùm illud
tempus accipiendum eſſe, quod à Chriſti aſcenſione
uſque ad ejus extremum judicium, circumagitur:
nóſque offendere non debet, numerus mille anno-
rum: Familiare enim eſt Scripturis ſacris, per nume-
rum certum ac definitum, alium numerum in-
certum atque indefinitum ſignificare. Quod
B quamvis multis aliis locis probari poſſit, hîc tamen
duo tantum ſatis erit annotaſſe. Chriſtus ait Apo-
Mat.19.29.
ſtolis, Qui reliquerit domum ſuam, aut patrem, aut
matrem, aut filios, aut uxorem, aut fratres, &c. centu-
plum accipiet. Vbi per centuplum, magnam quan-
Numero certo ſignificatur indefinitum. Exod.20.6.
dam & quodammodo infinitam recompenſationem
intelligimus. Ita Deus pollicetur in Lege, ſe bene-
facturum eſſe colentibus ſe in mille generationes:
quod nihil aliud eſt, quàm uſque ad poſteros multò
remotiſſimos. Regnat igitur Chriſtus, ut Auguſtinus
C arbitratur, cùm Sanctis toto hoc tempore, quod nu-
mero mille annorum ſignificatur. Verùm quomodo
Satan dicitur ligatus, quòd fractas habeat vires.
Satan hoc tempore dici poſſit eſſe ligatus, non ita fa-
cilè poteſt expediri: nam etiam nunc, ab illo Eccleſia
Chriſti graviter divexatur. Sed Auguſtinus idcirco
eum ligatum putat, quòd vires ejus fractæ ſint, &
Chriſtus fortem armatum vicerit, ut ille non poſſit
nunc ita ſævire, ut vellet: præſertim verò, quòd non
poſſit electos, & ad vitam æternam prædeſtinatos, à
deſtinata ſalute avertere. Quanquam quod ad hoc
D attinet, etiam antequam Chriſtus aſcenderet in cœ-
lum, Satanas non minus impediebatur, quàm nunc,
ne electos poſſet ab æterna vita deturbare. Sed hîc
Quare magis dicatur nunc Satan ligatus quam ante Chriſti mortem.
reſponderi poſſet, eos qui ita vixerint, ante Chri-
ſtum, paucos fuiſſe: Graſſabatur enim diabolus paſ-
ſim ferè per univerſum orbem, exceptis quibuſdam
Iſraelitis, & aliis paucis. Nunc verò poſtquam Evan-
gelium per orbem terrarum diffuſum eſt, potentia &
vis Satanæ multo magis coërcetur: quod ſatis patet
in extinctis oraculis, & idololatria ubique jam ferè
E profligata. Itaque exiſtimo cum Aug. hanc innova-
tionem creaturarum, non in eum uſum inſervitu-
ram, ut illis utantur ſancti in regno aliquo tempora-
Vaticinia Prophetarum de regno Chriſti ſunt metaphorica.
rio viventes cum Chriſto in mundo. Vaticinia au-
tem Prophetarum, quæ de regno Meſſiæ paſſim ex-
tant & carnalia quædam commemorant, & ad re-
gnum terrenum ſpectantia, ita accipienda ſunt, ut ea
intelligamus, regnum Chriſti, quod nunc exercet in
Eccleſia, quodque in die judicii magna virtute exe-
ret, ejuſmodi metaphoris deſcribere, qualibus no-
F ſtrorum regnorum amplitudo & majeſtas vulgo cõ-
ſtare exiſtimatur. Quod ipſi Prophetæ ſatis ſubindi-
Ipſi Prophetæ ſe metaphoricè agere oſtẽderunt.
carunt, cùm multa interſererent, quæ longè omnem
fidem ſuperarent, rerúmque humanarum curſum ex-
cederent. Ibi enim perſpicuè docent, ſe loqui meta-
phoricè. Sed ut ad inſtitutum redeamus, orbem,
quod ad ejus naturam & ſubſtantiam attinet, credi-
mus non eſſe omnino interiturum: ſed potius, ut ha-
bet Eſaias, Petrus, & liber Apocalypſeos, & Paulus
eo loco, eum eſſe innovandum. Renovationis autem
G hujus conditiones duæ præcipuæ aſſignantur: altera
Renovationis mundi conditiones.
immortalitatis, altera lucis. Scholaſtici annotarunt,
lucem illam non futuram eſſe talem, quæ calorem
efficiat: id enim ſi fieret, futurum, ut omnia facilè a-
reſcerent & comburerentur. Nec difficile eſt, inveni-
re lucem, quæ calorem non pariat: gemmæ enim
multæ inveniuntur fulgentiſſimę quę nihil caleant.

Vtrùm omnes orbis partes reſtituendæ ſint.
23 His jam ita expoſitis, conſiderandum eſt de re-
liquis partibus orbis, an illæ quoque ſint conſervan-
dæ: ut plantæ, gemmæ, metalla, animalia bruta, & id
H genus alia. Scholaſtici putant homine, qui præcipua
eſt pars orbis terrarum, renovato, etiam creaturas eſſe
reſtituendas. Quæ ſententia veriſſima eſt, colligitur
enim ex dictis Pauli. Quod autem ad partes attinet,
tantùm cœlum & elementa, & hominũ corpora pu-
tant eſſe relinquenda. Verum, ratio quam adducunt,
meo judicio infirma eſt. Affirmant enim, ea tantum
habitura immortalitatem, quæ ad eam aliquo mo-
do fuerunt facta: quale eſt corpus cœleſte, quod
omnino ſimplex eſt, neque à qualitatibus pugnanti-
I bus immutatur. Elementa etiam quæ quamvis
quod ad partes attinet, generentur & corrumpan-
tur: tamen quod attinet ad totum, ſemper manent.
Ita

Digitized by Google

A Ita dicunt etiam de homine : qui quamvis corpus habeat caducum , animum tamen habet immortalem : imo corpus ipſum ita factum erat ab initio, ut poſſet non mori. Quare non erit abſurdum, ſi illi quoque immortalitas communicetur. Verùm hæc ratio duplici nomine infirma eſt: Primùm, quia nulla ſubnixa authoritate verbi Dei, à multis partibus orbis removet inſtaurationem. Deinde, quia id quod aſſumit, æquè dubium eſt, atque id quod concluditur: videlicet, ea tantùm eſſe immortalitate reparanda, quæ ex inſtitutione ad eam videantur idonea.

Ratio Scholaſtic.

Nam cùm iſta immortalitas liberale ac merum ſit donum Dei, non poteſt pendere à modo & vi aliqua naturæ. Vis enim illa Dei, qua & cœli & elementa reſtituentur ad immortalitatem , conſervare poteſt etiam reliquas orbis partes. Vtque elementa tota manent , quamvis partes illorum generentur & corrumpantur : ita ſpecies brutorum & plantarum perpetuò durant, quamvis eorum individua ſufficiantur & pereant.

Immortalitas eſt merum Dei donum, nec à natura pendet.

C Si quæras quam iſta habitura ſint utilitatem, ſi perſtiterint? Reſpondeo eandem, quam tu attribuere poteris elementis. Quemadmodum enim tum nihil elementis indigebimus, ita ne brutis quidem, aut plantis, aut aliis partibus orbis. Viſa mihi fuiſſet potior ratio, ſi dixiſsēt, ideò ſe putare, alia non duratura, quòd Scriptura cōſervationis eorum non meminerit : quanquam ne hanc quidem rationem video fore neceſſariam. Quamvis enim Scriptura harum creaturarum mentionem ſeorſim & expreſsè non fecerit, ſatis tamen eſt, quòd in genere, creaturas inſtaurandas ſignificaverit , neque unquam quicquam exceperit.

Rationes probabiles hinc inde.

D Deinde, ſi rationibus contendendum ſit, uti dicunt , Solem ideò eſſe illuſtrandum magna lucis copia , quòd eum par ſit ſuorum laborum quodammodo mercedem accipere: ita poterunt reliquæ etiam creaturæ dicere, ſe non minori labore ac fide hominibus inſeruiviſſe, quàm Solem. His adde, non minorem eſſe reliquis creaturis propenſionem & naturalem appetentiam ad ſe ipſas conſervandas, quàm Soli, Lunæ, Cœlo, Terræ : quare ſi illa

E ſuo deſiderio fruſtranda non ſunt , ne hæc quidem fruſtrari oportere.

A 24 Hæc poſſent utrinque dici probabiliter. Et Paulus ad Epheſios, & ad Coloſſenſes ait, Omnia inſtauranda eſſe per Chriſtum, ſive quæ in cœlo ſint, ſive quæ in terris. Sed ne hoc quidem facit argumentum neceſſarium: Vniverſalia enim ita pronuntiata in Sacris literis, ſemper recipiunt exceptionem aut contractionem. Omnes, inquit Chriſtus, quotquot ante me venerunt, fuerunt fures, & latrones. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.

Epheſ. 1.10. Col. 1.20.

Vniverſaliter pronuntiata in Sacris literis exceptionem recipiunt.

Ioan. 10.8.

B Poteſt hic intelligi ſynecdoche , ut in illo toto partes aliquæ accipiantur comprehenſæ. Cúmque Paulus dicit: Creaturam liberandam eſſe à ſervitute corruptionis, poſſet generaliter intelligi de mundo, quòd ille non amplius cogendus ſit renovare creaturas per novam generationem : non tamen ex eo ſequitur, omnes creaturas, quod ad ſingulas ſpecies attinet, eſſe conſervandas. Pii igitur animi eſſe cenſeo, neutram partem pertinaciter affirmare. Nihil enim hábemus alterutram in partem ſatis certò definitum.

1. Cor. 6.12.

Neutra pars hujus quæſtii pertinaciter affirmanda.

C Hoc tamen auſim dicere, ex illis creaturis quæ interierint, tantùm homines eſſe excitandos à mortuis. De aliis verò creaturis poſt diem judicii conſervandis à cœlo & terra, quarum Scriptura non meminit, nihil dicendum arbitror. Cùm enim Scripturis deſtituamur, nihil eſt nobis nimis curioſè inveſtigandum. Satis eſt, ſi hoc intelligamus, noſtra cauſa inductam fuiſſe rerum corruptionem : & viciſſim, ubi non fuerimus reparati, omnia quæ erunt manſura, fore , quàm ante fuerint, meliora.

Videndum ne nos prætereāt quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria.

D Ita verò nervi cognitionis noſtræ intendendi ſunt, ut ne ea nos prætereant, quæ ſint ad ſalutem neceſſaria : cujuſmodi ſunt dogmata de Deo, de juſtificatione, de cultu, de bonis operibus, de uſu ſacramentorum : qui nunquam erit ſincerus & purus , niſi natura eorum fuerit benè percepta & cognita. Nam ſi plus illis aut minus, quàm oporteat, tribuamus, perpetuò errabimus. Scripturæ verſantur in his maximè capitibus, ut homo Dei ſit perfectus, & ad omne opus bonum inſtructus. Ea verò , quæ Scripturæ non attingunt , exiſtimemus, non eſſe ad

Vſus ſacramētorum nō poteſt eſſe purus, ubi eorum natura ignoratur.

Circa quę verſentur ſcripturæ capita.

2 Tim. 3.17.

E ſalutem noſtram neceſſaria. Spiritus enim Sanctus adeò bonus eſt, ut ſi neceſſaria eſſent, eá in Scripturis omninò fuerit traditurus.

Quæ prætereuntur à Scripturis ſanctis, non ſunt ad ſalutem neceſſaria.

De vita æterna, Vide fidei Confeſſionem in fine Claſſ. 2. De felicitate autem diſputationes varias toto Commentario in Ethica Ariſtotelis.

Digitized by Google

D. PETRI MARTYRIS VERMILII FLORENTINI DIVINARUM LITERARUM IN SCHOLA TIGURINA PROFESSORIS, LOCORUM COMMUNIUM CLASSIS QUARTA.

In qua de externis mediis agitur, quibus Deus ad ſuorum ſalutem & ſocietatis humanæ conſervationem utitur.

CAPUT PRIMUM.

De Eccleſia, atque in eâ miniſterio Miniſtrorúmque muneribus, vocatione, officio, dignitate, & efficacia.

In 1.Cor.1. Vide libr. de Votis excuſ. Baſ.p.440.& 456.
Eccleſia unde dicta.
Eccleſiæ definitio.

VOx Eccleſiæ, deducitur à Græco verbo καλεῖν, quod eſt vocare. Nulli enim partes ejus haberi poſſunt, qui Dei vocatione ad eam non acceſſerint. Et ſi definienda ſit, eſſe dicemus cœtum credentium, ac renatorum, quos Deus in Chriſto colligit per Verbum & Spiritum ſanctum, atque per miniſtros regit puritate doctrinæ, legitimo ſacramentorum uſu, & diſciplina. Vocatur autem paſſim corpus Chriſti: quia omnia ejus membra illum habent pro capite, à quo per commiſſuras & compages augmentum capiunt, & vitam per Spiritus ſancti diffuſionem nanciſcuntur, & ſunt uſque adeo hæc membra conjuncta capiti, ut dicantur caro ex carnibus ejus, atque os ex oſſibus illius. Eſt ovile Chriſti, & nos eam confitemur in ſymbolo, cùm dicimus; Credo ſanctam Eccleſiam: atque addimus illicò per expoſitionem: Sanctorum communionem. Nam illi ſolùm vere & coram Deo ſunt de Eccleſia: Quæ alioquin habet admixtos permultos alienos à Chriſto, & hi ſpecie tantùm, non reipſa pertinent ad Eccleſiam. Quare de his Ioannes dicebat, Profecti ſunt ex nobis, verùm non erant ex nobis. Et in Evangelio habetur, diabolum zizania ſuper bono ſemine, cùm paterfamiliâs & ſervi ejus dormirent, ſeminaſſe. Et Paulus 1. ad Corinth. 1. poſtquàm ſalutem dixiſſet Eccleſiæ Dei, per appoſitionem adjunxit, Sanctificatis per Chriſtum Ieſum, vocatis ſanctis: ut intelligamus impios ad Eccleſiam revera non pertinere, licet in ea perpetuò verſentur: &, paulò ante dicebamus, eam Eccleſiam nos confitemur, quam ſanctorum communionem dicimus. Quòd ſi concludere hinc velis, Eccleſiam fore ignotam, negabimus firmam eſſe connexionem: quia propriæ notæ aſſignantur, quibus optimè dignoſci poſſit, & à prophanis conciliabulis ſecerni. Quoniam ubicunque puritas doctrinæ viget, ſacramenta purè adminiſtrantur, & diſciplina exercetur, cœtum habes cui te poſſis tutò adjungere, quanquam ſingulorum probitas, non ſatis tibi comperta ſit. Neque id neceſſariò exigitur, ut pii homines, dum hic vivitur, quales ſint, ab hominibus dignoſcantur. Chriſtus dum hìc ageret inter mortales, nequaquam omnibus eſt agnitus: & nos, ut retulit Apoſtolus ad Coloſſ. cap. 3. vitam noſtram habemus abſconditam in Deo, & cùm Chriſtus apparuerit vita noſtra, tunc & nos cum illo manifeſtabimur in gloria. Necnon 1. Samuelis legitur, Deus eſt qui cor intuetur: homines autem ea duntaxat quæ apparent agnoſcunt. Scio commentum circumferri, quod impii membra Chriſti ſint, verùm mortua, quæ tamen

Eph.5.30.
Qui ſint jure & coram Deo Eccleſia. Vide in 1 Sam.15.34.
1.Ioan.2.19.
Mat.13.39.
1.Cor.1.2.
Notæ quibus Eccleſia cognoſci poteſt.
Col.3.3.
1.Sam.16.7.
Contra illos qui dicunt impios membra Chriſti non eſſe.

A vivificari poſſint. At hoc ita eſt verum, ac ſi mortuum hominem dixeris hominem eſſe. Fatebimur quidem, illos poſſe per Chriſtum & Spiritum ſanctum vitæ reſtitui: ſed tantiſper dum id non fit, nequaquam membra Chriſti eſſe concedemus, niſi juxta formam & externam ſpeciem judicandum ſit. Neq; propterea dicimus arbitrio cujuſlibet repudiandos vel excludendos ab Eccleſia eſſe malos, cùm occultè peccaverint, & per excommunicationem à corpore Chriſti B non adhuc reſecti fuerint. Imò dũ tolerãtur, ſi verbũ Dei aut ſacramenta populo adminiſtrent, divinæ res eorum vitio minimè polluuntur. Sed in præſentia id tantummodò contendimus, tales homines reipſa, & quoad Deum non eſſe partes Eccleſiæ. Ambigas forſitan, ut verè Paulus Eccleſiam Dei appellet Corinthiorum, quæ tot vitiis laborarit. Sed ſciendum eſt, non omnes illic fuiſſe prorſus corruptos, multi boni ſupererant. Præterea doctrina pura adhuc inſtituebantur, & Sacramenta integra retinebant, neq. prorC ſus diſciplinâ fuerunt vacui, & quæ deſiderabantur, non jacebant neglecta, imò à bonis multum de correctione illorum laborabatur. Scimus enim Paulum fuiſſe admonitum ab iis qui erant Chloes, ut vitiis erumpentibus occurrerent. Adhæc, reſpexit Paulus Dei teſtimonium, qui ſibi dixerat, In ea civitate ſe multum populum habere. Diſces præterea, non ob quamcunque maculam, Chriſti Eccleſiam ita excidere, ut Dei non amplius appelletur. Sine macula & ruga non eſt in præſentia, ſed erit in die Ieſu Chriſti.

Mali non excludendi ab Eccleſia, pro voluntate cujuſque privati.
1.Cor.1.11.
Act.18.9.
Quomodo apud Corinthios fuit Eccleſia Dei?

D 2 Cæterùm errant vehementer, qui ſolam Romanam habent pro Eccleſia. Non inficiamur inter Eccleſias ordinem eſſe: verùm non eum concedimus, qui pendeat ab opibus & dignitatibus hujus mundi. Quare inter Eccleſias illa potior eſt habenda, quæ ſpiritu, doctrina & ſanctitate magis floreat. Sed hodie tantùm ſucceſſiones & cathedras admirantur, cùm tamen Chriſtus his rebus gratiam ſuam non alligarit. Quòd ſi Romæ, aut Conſtantinopoli vitiata ſit doctrina, mutilata ſacramenta, & diſciplina corrupta: E quomodo eas Eccleſias, quaſi cæteris præſtantiores, conſulere poterimus? hoc profectò nihil aliud eſſet, quàm uvas à ſpinis, & ficus à tribulis quærere. Fuerunt olim Eccleſiæ Apoſtolicæ, Ieruſalem, Antiochia, Alexandria, Epheſus, Corinthus, & aliæ id genus. At hodie quid illic eſt? Multi (proh dolor) errores, ſuperſtitiones, & parum abeſt quin in Turcicam impuritatem degenerent. Eſto Catholica Eccleſia: quia loca credentes non dirimunt, ſicuti nec viciſſim, ut inquit Chryſoſtomus, locus etiam ſi unus F fuerit, conjungit. Nam ſi eodem loco duo ſunt domini, qui pugnantia præcipiant, certè ſejungentur eorum ſervi: quia non poſſumus, ut Chriſtus docuit, duobus dominis eadem operâ ſervire.

In 1.Cor.1.v.2. Inter Eccleſias ordo.
Mat.7.16.
Vide infr.c.6. ſect.6.&c.
Chryſoſtomus
Mat.6.24.
In 2.Sam.11. verſ.11.

3 Sed objicitur nobis ab Oſiis, Staphylis, & aliis Evangelio

In 2.Sam.21. verſ.15. Evangelio maſtigis perpetuò, quod non conſentia-
mus inter nos de re Sacramentaria, libero arbitrio, &
Contra adverſarios, nos habere Eccleſiam veram, etſi ſint inter nos diſſidia. aliis. Negare non poſſumus: an propterea dicemus,
Eccleſiam reformatam non eſſe Eccleſiam? Spiritus
quidem Domini, eſt Spiritus pacis. Totos occuparet
omnes ſi toti eſſemus regenerati: at nondum hoc ha-
bemus. Eccleſia eſt inſtituta, ut ſit aliquando ſine ru-
Eph.5.27. ga: non eſt nunc, erit aliquando, cùm Chriſtus vice-
rit omnes adverſarios. Puto nullos eſſe, qui conſen-
ſum non amen: attamen veritate ſalva, interdum ha-
beri non poteſt. Diſſidia in Eccleſia, nunquam ſtatim
extirpata ſunt. Videntur illi cùm hæc narrant, mera
portenta proponere, quaſi in Eccleſia diſſenſiones
nunquam fuerint. Sed quæſo, initia reſpiciant, Po-
pulus Iſraelis qui fuit Eccleſia Dei, in deſerto ſæpius
Exod.17.4. occidere Moyſen voluit. Core Dathan & Abyron tu-
Num.14.10. multuati ſunt, & contenderunt de Sacerdotio, quod
Num.16.1. expreſſo Dei verbo Aaroni deſignabatur. Inter Da-
1.Sam.18.&c. videm & Saulem, quæ erant mota? verbum tamen
1.Reg.12.16. Dei de regno expreſſum erat. Domus Iuda habuit
1.Reg.13.11. regnum à Deo, tamen ſub Roboamo ſchiſma fa-
1.Reg.22.11.&15. ctum eſt. Poſt illam ætatem, Prophetæ ſucceſſerunt:
Ierem.21. & 26. ex una parte veri, ex altera parte falſi erant, qui pu-
gnantia dicebant: quod unus affirmabat, alter infi-
ciabatur. Redierunt Iſraëlitæ ex captivitate, ſciſſi
ſunt in varias ſectas, Eſſenorum, Phariſæorum, Sad-
ducæorum. Quis dicat ibi non fuiſſe Eccleſiam? Non
ergo novum eſt, ut ubi eſt Eccleſia Dei ibi ſint diſ-
ſenſiones. In Novo Teſtamento ſi dixerint non hoc
factum eſſe, neſcio an errent prudentes an impru-
dentes. Tempore Apoſtolorum, quid fuit inter Pe-
Gal.2.14. trum & Paulum? Petrus Iudaizabat cum damno
Act.15.39. Ethnicorum, qui erant converſi: Paulus redarguebat
ipſum. Paulus & Barnabas quos Spiritus ſanctus in
miniſterio conjunxerat, ita diſſenſerunt, ut à ſe invi-
cem diſcederent. Duravit diu contentio de Iudaiſ-
mo retinendo, vel non. Tranſlata eſt contentio ad
Auguſtinum & Hieronymum: hic voluit quædam
mendacia etiam in Sacris literis ex diſpenſatione
poſſe concedi, ille vehementer inficiatus eſt. Tem-
pore Apoſtolorum & paulò poſt, habuerunt Chri-
ſtiani inter ſe multos ſectarios: Cerinthianos, Mar-
cionitas, Gnoſticos, Carpocratianos. Facite Ethnicos
accepiſſe noſtrorum argumentum, & dixiſſe, Vos de
veſtro Chriſto conſentire non poteſtis, nos ſacra
conſtituta habemus noſtrorum Numinum. Quibus
credam, iſtis an illis? omnes dicunt ſe eſſe Chriſtia-
1.Cor.1.5. nos. Quæſo ponderemus Eccleſiam apud Corinth.
Ibid.verſ.12. quam Paulus plurimùm commendat, omni ſapien-
1.Cor.6.13. tia & ſermone inſtructam, dicens. Quietine inter ſe
erant? Schiſmata erant inter eos. dicebant, Ego ſum
Petri, ego Pauli, ego Apollo. Sed non de rebus gra-
vibus inquis, diſſentiebant. Eo veniebant multi, ut
ſcortationem ſimplicem putarent non eſſe pecca-
tum, unde Paulum docere eos hac de re oportuit.
De reſurrectione ipſa, malè ſentiebant. Si ſunt erro-
res in Anabaptiſtis, aut in aliis, non ſentimus cum
eis. Poſteriore ætate, Arriani concuſſerunt Eccleſiam
per annos 150. & Ethnici erant, quibus hoc dolebat.
Themiſtius. Themiſtius enim ſcribebat ad Imperatorem Con-
ſtantium de hac re. Facio Ethnicos qui tunc erant
argumentari cõtra Eccleſiã: Quî vos eſtis Chriſtiani
diviſi inter vos? In una Eccleſia Epiſcopus catholi-
cus erat, in altera Novatianus, ut Conſtantinopoli
erat Chryſoſtomus & Agelius: In Africa quoque per
omnes ferè Eccleſias erant bini ferè Epiſcopi, Ca-
tholicus & Donatiſta. Pars imagines habere voluit:
Epiphanius tanquam rem deteſtabilem habuit. De
primatu Papæ quid dicemus? Volunt articulum eſſe
neceſſarium ad ſalutem: an verò omnes eum recepe-
runt? Gregorius dicebat, hunc titulum eſſe Anti-
chriſti. Conſtantinopolitanus ambiebat contra Ro-
manum: tãdem totus Oriens Romanum Epiſcopum
non agnoſcebat: tamen dicunt Eccleſiam fuiſſe. Di-
cunt ſe Papatum conjunctum habere: Deus novit.
Sed ut liberaliter cum eis agamus, concedamus hoc
eis, indicium eſt totos ferri ad prava, eſtque conju-
ratio potius, quàm veritas. David regnum Dei ha-
buit, tamen quietum non erat: talis eſt Eccleſia.

De variis Eccleſiæ miniſteriis.

In Rom.1. Init. 4 Iam verò obſervemus Apoſtolos ad id fuiſſe
delectos, ut cultum Evangelii conſtituerent & quæ
A à Chriſto audiverant, credentibus promulgarent. At Diſcrimen inter Apoſtolos & Epiſcopos. Vide in Gardnerum p. 152.
Epiſcopi eò ſunt inſtituti, ut tueantur ea, quæ in E-
vangelio & Sacris literis continentur. quæ ſic tuenda
ſuſcipiant, ut illis non addant nova, & traditiones
fingant pro ſuo arbitrio. Deinde ſancti Patres, qui
Epiſcopi fuerunt, quando ad ſcribendum accedunt,
fatentur ſe tractatores eſſe divinæ Scripturæ, & nol-
le, quæ ſcribunt, haberi tanta authoritate, quantum
canoni Scripturarum tribuimus: imò ſibi credi ve-
B tant, ſi contra divinas Scripturas aliquid proferant.
Tertiò doctrinæ Apoſtolicæ aſtipulata ſunt multa
miracula, per quæ confirmata eſt eorum authoritas,
quod neutiquam factum videmus in veterum tradi-
tionibus. Præterea certi ſumus, Apoſtolos afflatu
Spiritus ſancti ſcripſiſſe: quod nequaquam atteſtari
audemus de noſtris Epiſcopis. Vnde concludimus,
Apoſtolos non potuiſſe in his quæ ſcripſerunt erra-
re: Epiſcopos verò ſæpè malè ſtatuiſſe quoad dog-
mata videmus, ut patet in Ariminenſi concilio, nec-
C non in ſecunda ſynodo Epheſina, & in pleriſque a-
liis, quin & in actionibus permultus eſt atque depo-
ſitus Chryſoſtomus: quod etiam illorum Epiſcopo- Chryſoſtomus deponitur.
rum nomine actum eſt, qui orthodoxi habebantur,
& pleraque hujus generis induci poſſent. Paulus 1.Tim.1.14.
quoque ad Timotheum ſcribens, orat, ut cuſtodiat
ſuum depoſitum, oſtendens, eum doctrinæ Evange-
licæ ſuſceptæ, nihil debere vel addere, vel minuere,
hoc eſt, depoſitum juſtè ſervare. Adjiciamus, ita ſe
habere Apoſtolos ad Epiſcopos & ordinarios Paſto-
D res, uti ſe habuerunt antiquitus Prophetæ ad Pon-
tifices & Sacerdotes. Nam illi potuerunt adferre li-
bros, qui Canoni admiſcerentur. Samuel enim ſuos
libros adjecit Scripturæ. Eſaias, Ieremias, & alii Pro-
phetæ, Scripturæ addiderunt ſua monimenta: quod
Scribæ, Sacerdotes atque Pontifices nequaquam
potuiſſent efficere. Apoſtoli vocarunt Gentes, abro-
garunt cæremonias Legis: quod fuit ultra vires Pon-
tificum & Sacerdotum. Idcirco Apoſtolus ſe prædi-
cat variis titulis, ut quando illum legimus, aut audi-
E mus, non hominis voces, ſed è cœlo Oracula pute-
mus effundi.

5 Sunt verò in Scripturis permulta loca, quibus In Rom.10.
demonſtrari poteſt, doctrinam Evangelii per uni- Eſa.24.16. & 29.59.
verſum orbem miniſterio Apoſtolorum invulgan- Mal.1.11.
dam. Eſa.29.59. & in Malachia, ut ubique fermè in
Prophetis. Quòd ſi per orbem publicatum eſt E-
vangelium, non potuerunt Iudæi cavillari, ſe non
audiviſſe, præſertim quum ab illis cœpta ſit prædica-
tio, juxta illud: De Zion exibit Lex, & verbum Do- Pſal.2.3.
F mini de Hieruſalem. Neque Apoſtoli converſi ſunt Act.13.46.
ad Gentes, niſi quum jam deprehendiſſent Iudæos
obſtinatè incredulos: tunc enim ad gentes iverunt,
quæ tamen & antea miniſtros verbi Dei habuerant,
quanquam non adeò copiosè, atque ordinata ſuc-
ceſſione, quemadmodum Iudæi. Vixit inter Gentes Gentes habuerunt aliquot miniſtros, licet non ordinarios.
Melchiſedech, Balaam, Iobus, & Sybillæ, quarum à
veteribus teſtimonia de Chriſto recitantur. Ioſeph
in Ægypto vixit: Ionas miſſus eſt ad Ninivitas: Da-
niel & ſocii ejus in Babylone prædicarunt: Nehe-
G mias & Eſdras apud Perſas, qui omnes aliquid lucis
veræ pietatis inter gentes accenderunt. Sed per A-
poſtolos denique doctrina completa eſt. Convin-
cuntur ergo Iudæi argumento à minori: Si Gentes
remotæ atque fines orbis terræ audiverunt, quomo-
do vos Iudæi non audiviſtis? Et hanc rationem ex-
ponendi ſequitur Chryſoſtomus. Neque mirandum
eſt, Paulum ad Rom.10. ſcribere invulgatum eſſe E- Rom.10.18.
vangelium ubique: quia idem ad Coloſſ.c.1. atque id Col.1.6. & 23.
bis, teſtatur. Primò dicit, In veritate Evangelii, quod
H prædicatum in univerſo orbe fructificat. Et ſub fi-
nem ejuſdem c. inquit, Evangelium quod prædica-
tum eſt apud omnem creaturam quæ ſub cœlo eſt.
Item in Epiſtola ad Romanos c.15. exprimit, quanto Rom.15.19.
ſtudio ipſe laboraverit, ut Evangelium paſſim divul- Tempore Apoſtolorum Evangeliũ quã latiſſimè diffuſum eſt per orbem.
garetur, A Hieruſalem inquit, uſque ad Illyricum,
circumjacentes omnes regiones, Evangelio implevi.
Et cùm in his amplius locum non habeam, veniam
ad vos ut proficiſcar in Hiſpaniam. Si unus tantùm
effecit, quid alios Apoſtolos & Evangeliſtas arbitra-
I mur præſtitiſſe? Matthæus Æthiopibus remotiſſimis
prædicavit, & Thomas Indis, quod uſque in hanc
diem ipſi teſtantur. Et in c.1. Epiſt. ad Rom. ſcribitur, Rom.1.8.

Digitized by Google

Mat.9.25.
Mat.27.52.

Certè illi rapientur obviam Chriſto in aëra. Et Paulus ad Corinth. dixit, Non omnes moriemur, ſed omnes immutabimur. Adhæc, ſi verba ejus dicti ſeverius urgeantur, quomodo verum erit, Homines ſemel mori, cùm Lazarus, filius viduæ, & filia Archiſynagogi quos Dominus excitavit à mortuis, nonſemel, verùm bis mortui fuerint? Et ea multa corpora ſanctorum, quæ ſurrexerunt à morte Chriſti, & multis apparuerunt in urbe Hieroſolymorum exiſtimantur ab Auguſtino, & à quibuſdam aliis, cum functa eſſent ſuo munere, rurſum in monumentis, ut prius, occubuiſſe.

Nonnullos bis mortuos eſſe.

A

B

Rom.5.12.
1.Cor.15.22.

18 Aiunt etiam ſcribi ad Romanos, Mortem per unum hominem ingreſſam in omnes homines. Et ad Corinthios dici Epiſtola prima capite decimoquinto, Vt in Adamo omnes mortui ſunt, ita omnes in Chriſto vivificabuntur: ut doceatur vitā in Adamo amiſſam, omnes in Chriſto eſſe recuperaturos. Adhæc reſpōdetur multipliciter: Primùm, quemadmodum antea dixi, univerſalia hæc enunciata, non eſſe accipienda citra privilegium & exceptionem. Deinde confiteor Henochum & Eliam ſua natura, fuiſſe morti obnoxios. Quòd verò mortui non ſint, & externa felicitate & vita fruantur, id per Chriſtum obtinere. Verùm, alia reſponſio eſt multò expeditior, immutationem illam, qua dicimus horum ſanctorum corpora fuiſſe in raptu glorificata, genus quoddam fuiſſe mortis. Vnde ſapienter Iuſtinus Martyr in ſuo Dialogo cum Tryphone ait, extremo tempore, orbem interiturum & non interiturum. Non peribit, quòd non ſit redigendus in nihilum. Interibit verò, quoniam in melius commutabitur. Lux enim Solis & Lunæ, & purior erit & amplior quàm nunc ſit. Habituri enim ſumus cœlum novum & terram novam: quandoquidem tunc omnia fient nova. Alij verò dicunt, Henochi & Eliæ mortem non eſſe omnino ſublatam, verùm potius dilatam: quòd illi venturi ſint extremo tempore, atque oppugnando Antichriſtum obituri. In qua ſententia Tertullianus fuit, qui in libro de Anima, pagina 682. ſcribit, Tranſlati ſunt Elias & Henoch, & mors illorum dilata eſt. Reſervātur enim morituri, ut Antichriſtum ſanguine ſuo extinguant. Item de Anima, pagina 672. Elias non ex diſceſſione vitæ venturus eſt, ſed ex tranſlatione: nō reſtituendus corpori, à quo non eſt exemptus, ſed mundo reddendus. Idem adverſus Iudæos, Henochū appellat candidatum æternitatis. Et de Trinitate, pagina 603. Deum ait, Henochum tranſtuliſſe in ſuæ amicitiæ ſocietatem. Cumque amicus, ei quem diligit, & bene velit & bene faciat: non eſt veriſimile, Deum Henochum tranſtuliſſe, ut eum interficeret. Irenæus verò, libro quarto, capite trigeſimo, vult Henochum functum eſſe legatione adverſus Angelos, quos vetuſtis putavit lapſos turpi cūpiditate mulierum: & illum ait etiam nunc vivum aſſervari in divini judicij teſtimonium. Atque hæc de ſecundo capite ſatis eſſe poſſunt, quibus probabili ratione conſtitutum eſt, illos videri mortuos.

C

Iuſtinus martyr.
Mundus quatenus interiturus?

D

Tertullianus.

E

F

Irenæus.

Cur Henochus & Elias rapti ſint.

19 Supereſt ut quæramus, in quem finem ita rapti fuerint: aiunt nonnulli, ut figuram & ſpeciem quandam habeamus ob oculos noſtræ reſurrectionis, quaſi raptus iſtorū fuerint vivum ejus exemplū: ut doceremur, non eſſe metiendam noſtram felicitatem vitæ hujus terminis. At mihi videtur exempla eſſe debere perſpicua & clara, quòd alioqui ſint probationes infinitæ. Hic verò nulla ſit mentio reſurrectionis, aut noſtræ aut eorum. Signum Ionæ Prophetæ, manifeſtè reſurrectionem adumbrat, qui vivus redditus eſt è ventre ceti. Paulus verò ad Romanos, alia ratione demonſtravit noſtram reſurrectionem. Si habetis, ait, ſpiritū ejus, qui ſuſcitavit Ieſum Chriſtum à mortuis, vivificabit mortalia corpora veſtra. Ac ſi diceret, Cùm ſit idem ſpiritus, eadem producet effecta. Et ad Corinthios Epiſtola priore capite decimoquinto ait, Si Chriſtus reſurrexit à mortuis, & nos reſurgemus. Quod idcirco ait, quia non eſt par, ut ipſe Chriſtus, qui caput eſt, vivat: & nos, qui ſumus ejus membra, in morte permaneamus. Et ad Epheſios primo capite ſcribit, Secundum magnitudinem ejus Potentiæ, ac juxta efficaciam roboris fortitudinis ejus, quam exercuit Chriſtum excitando à mortuis. Deinde ſecundo capite: Nos illi conjungit dicens, Cùm mortui eſſemus in delictis noſtris, nos vivificavit cum illo, & unà cum eo excitavit à mortuis, & conſedere fecit ad dexteram in cœleſtibus. Hæc ſunt argumenta, quibus Apoſtolus Domini reſurrectionē confirmat. Neque ablegavit nos ad raptum vel Henochi vel Eliæ. Sunt qui dicant, ideo iſta contigiſſe, ut haberemus exemplum, non quidem noſtræ reſurrectionis, ſed noſtri poſtremi raptus, cujus ſit mentio in Epiſtola ad Theſſalonicenſes. Hujus fuit opinionis Tertullianus in libro de Reſurrectione carnis pag. 87. Adhuc non obierunt, ſed documenta ſunt futuræ integritatis. Et Irenæus in lib. 5. ſcribit, illos exemplū eſſe noſtræ futuræ aſſumptionis, & oſtendi, raptu eorum, corpora, quibus modò gravamur, eam non eſſe impeditura. Nam illa Dei manus, quæ hominē finxit è limo terræ, illum deinde poſuit in Paradiſo. Et adjicit, Presbyterum qui fuit poſt Apoſtolos, docuiſſe, eò raptos, non tantùm Henochum & Eliam, verùm etiam Paulum Apoſtolum, ut in Epiſtola ſecunda ad Corinthios habetur. Agnoſco quidem in verbis Pauli mentionem fieri Paradiſi, verùm illam fuiſſe; *Guen Eden*, ubi fuit primus Adamus, inde non convincitur. Nam adjecit Apoſtolus, raptum ſe fuiſſe ad tertium cœlum, hoc eſt, ſummum & perfectiſſimum. Et ſanè à Ioanne Damaſceno, tres cœli cōſtituuntur, aer inquam, ubi volucres circumvolitant: ſecundum cœlum, facit regionem globorum cœleſtium: tertiū verò, ſupremas beatorum ſedes: quæ metaphora quadam eleganti, paradiſus appellantur, deducta ſimilitudine ab horto deliciarum, in quo Adamus fuit collocatus. Quēadmodum regio tormentorum dicta eſt Gehenna, tranſlatione ſuperius expoſita: commodius quippe loca iſta metaphoris quàm propriis nominibus exprimuntur. Quærit item à ſeipſo ille Presbyter, Quo pacto illic tandiu perſeverent abſque cibo? Et reſpōdendo, ſeſe recipit ad robur divinæ poteſtatis, quâ etiam Ionas in ventre ceti per triduum conſervatus eſt, & ſocij Danielis in fornace, cùm vehementer arderet, illæſi manſerunt. Poſſemus etiam addere jejunium Eliæ, atque Moſis, quadragenarium. Sed hęc extra oleas. Alij dicunt idcirco raptum Henochum, ut ejus prædicatio magis redderetur fructuoſa. Mundus ejus ætate degeneraverat, & Cainitæ filiis Dei prævalebant numero & potentia. Illorum idololatriā Henochus vel prophetia vel prædicatione ſua coarguebat. Ejus itaque ſanam & utilem doctrinam, ſigillo admodum evidenti raptus ejus obſignare voluit. Vnde in Ecclesiaſt. cap. 44. tranſlatus dicitur ὑπόδειγμα τῆς μετανοίας ταῖς γενεαῖς, quòd forma & exemplum pœnitentiæ data ſit generationibus, id eſt, hominibus. Nec illæ generationes, extremæ intelliguntur, ſed potius eorum hominum qui tunc vivebant. Etenim ſi extinctus fuiſſet more cæterorum hominum, non putatus fuiſſet Deo charus, vel ab eo adjutus atque miſſus ad prædicandum. At cùm Deus exerta quodammodo è cœlo manu illum ad ſe raperet, non potuerunt homines non admirari factum ſeu rem tam inſolitam. Alij totum hoc referūt ad illius probitatem & juſtitiam. Nam in Geneſi dicitur ambulaſſe coram Deo. Et in libro Eccleſiaſtici, necnon ad Hebræos, legimus eum placuiſſe, vel ſe approbaſſe Deo. Placuit autem illi vel ſe approbavit per fidem, ut Apoſtolus ait: Quæ porrò fides non fuit inanis, ſed bonis operibus ornata. In ſumma, raptus eſt ad ædificationem: & quæ de illo dicta ſunt, ad Eliam quoque transferri debent.

G

Mat.12.40.
Rom.8.12.

H

1.Cor.15.12.

Eph.1.20.
Epheſ.2.1.

I

1.The.4.17.

1.Cor.12.2.

Paradiſus.

Ioan.2.2.

Dan.3.93.
1.Reg.19.8.
Eccl.24.16.

Eccl.44.16.

Gen.5.22. & 24.16.

Heb.11.15.

20 Nunc reſtat, ut eorum opinio excutiatur, qui arbitrantur iſtos viros ideò raptos eſſe, ut ſub extremum tempus redeant, & adverſus Antichriſtum ſuſcipiant grave certamen. Et quamvis antiquiſſimorum Patrum hæc ſententia fuerit, nihilominus tamen extra divinarum Scripturarum teſtimonium recepta eſt. Et ſane de reverſo Henocho nullum verbum in divinis oraculis extat: & quæ dicuntur in Eccleſiaſtico cap. 44. quòd exemplum fuerit reſipiſcentiæ generationibus, potius accipi debent de ſuæ ætatis hominibus, quàm de iis qui poſtremo tempore ſunt victuri. Video tamen anſam erroris inde fuiſſe datam, quòd in lib. Apocal. 11. cap. duo viri ſummis laudibus prædicentur, qui adverſus Antichriſtum extrema ætate mundi ſint pugnaturi. Traduntur enim

De Henochi & Eliæ reditu opiniones.

Eccl.44.16.

Apoc.11.3.

Digitized by Google

enim futuri Dei teſtes adverſus beſtiam, & prædicaturi mille ducentos & ſexaginta dies: quorum etiam deſcribitur habitus, nimirum quòd ſaccos induturi ſint. Commendantur ut duæ oleæ, duoque candelabra in conſpectu Dei: tradíturque poteſtas illis data claudendi cœlum ne pluat, quod fortaſſis ad Eliam nonnihil videtur facere. Poterunt etiam (ut ibi dicitur) aquam vertere in ſanguinem. Illos etiam adjicitur à beſtia interimendos, ſed à ſpiritu Dei poſt triduum excitandos. Hac de cauſa veteres inducti ſunt, ut Henochum & Eliam putarint ad extremum redituros. Sed hæ ſunt hominum cogitationes, nec à divinis literis traduntur, cùm ibi vel Henochi vel Eliæ nulla fiat mentio. Fatendum quidem eſt, hiſce poſtremis temporibus, viros quoſdam Eccleſiæ fuiſſe mittendos, ſpiritu Henochi & Eliæ præditos, qui ſeveriter adverſus Antichriſtum Romanum & beſtiæ idololatriā pugnent, & variis cruciatibus interficiantur: ſed reditus iſtorum virorum, ibi revera non traditur. Duo verò eſſe dicuntur, quod plures futuri ſint, non tantùm unus, non tamen amplo numero, ſi cum impiis & idololatris conferantur. Nec alienum eſt Scripturis, ut certus numerus pro indefinito ponatur, quod etiam ibi fit, cùm prædicationis eorum certus numerus dierum ſtatuitur.

Henochi & Eliæ noſtris temporibus.

Eliæ reditus in terram.

21 Attamen de Elia locus objicitur, aliquam ſpecietenus ſimilitudinem veri habens. Scribitur enim in libro Malachi extremo capite ad finem, ad hunc modum: Ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Iehovæ magnus & terribilis: & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne fortè veniam & percutiam terram anathemate. Verba hæc ſuaſerunt Hebræis, Eliam venturum priuſquam Meſſias daretur. At nos hunc Eliā interpretamur Ioannem Baptiſtam, à Chriſto edocti, qui rei hujus meminit Matthæi undecimo & decimoſeptimo capite. In undecimo quidem, Ioannem Baptiſtam commendans ait, Ipſe eſt Elias. Et in decimoſeptimo capite, poſt transformationem in monte Thabor, cùm diſcipuli ei dicerent, Quare Scribæ & Phariſæi aiunt, prius oportere Eliam venire? ac ſi dicerent, Ideò te non recipiunt, ut Meſſiam à Deo miſſum, quòd Elias nondum venerit. Chriſtus eis reſpondit, Elias quidem veniet (ut illi ſentiunt ex Malachiæ Prophetæ oraculo) ſed vobis dico, eum jam veniſſe: illi verò, non eum cognoverunt, & fecerunt ei quæcunque voluerunt. Tum eis diſcipuli ſenſerunt, cum hæc dicere de Ioanne Baptiſta. Cùm ergo interpretem habeamus Chriſtum propheticæ ſententiæ, oportet illi acquieſcere. Neque id quod in Malacho habetur, Convertenda eſſe corda patrum ad filios, & viciſſim corda filiorum ad patres, referendum eſt (ut multi faciunt) ad converſionē Hebræorum in fine ſeculi, de qua Paulus videtur ſcripſiſſe ad Romanos. Sed potius hæc ad Ioannem Baptiſtam ſpectare dicendum eſt, cùm Angelus ita hæc ſit interpretatus. Cùm Zachariæ multa prædiceret de Ioanne, ſicuti Lucæ primo capite habetur: Ille inquit, multos ex Iſraelitis convertet ad Dominum Deum ſuum, & corda patrum convertet ad filios, & inobedientes ad prudentiam juſtorum, ut paret Domino plebem perfectam. Iam ex iis habemus, quo pacto & Chriſtus & Angelus Malachiæ verba retulerint ad Ioannem. Quin & Tertullianus de carnis reſurrectione ait, Id quidem fieri, ut ſpiritus & virtus unius communicetur alteri. Nam de ſpiritu Moſis datum fuit ſeptuaginta ſenioribus, & de ſpiritu Eliæ portio duplex contigit Eliſæo. Verùm id non uſu venit, ut perſona, ſubſtantia & caro unius, alteri communicetur, & in eum transfundatur. Ne quid tamen diſſimulem quomodo Iuſtinus verba Chriſti ſit interpretatus, referam. In colloquio ſuo cum Tryphone ait, Chriſtum reſpondiſſe Apoſtolis decimo ſeptimo capite Matthæi, Elias quidem [illegible], hoc eſt veniet, ut Scribæ & Phariſæi dicunt, extremo tempore, hoc eſt in meo poſteriori adventu. Sed interea, cùm primum nunc adveni, meo Elia non careo: quandoquidem ipſe Ioannes Elias eſt, quem habeo nunc in ſpiritu & virtute Eliæ. Sed in altero meo adventu, Eliam ipſum habebo propria ipſius perſona præſentem. Hæc Iuſtinus ex Chriſti verbis extorquet, & inniti videtur illi verbo, [illegible], quaſi Chriſtus affirmarit ex ſua ſententia Eliam adhuc venturum: cùm dixerit, veniet, locutione quā Scribæ & Phariſæi utebantur.

Mal. 4. 5

Matt. 11. 10.
Matt. 17. 11.

Mal. 4. 6.

Rom. 11. 25.

Luc. 1. 16.

Num. 11. 17.
2. Reg. 2. 9.

Matt. 17. 11.

Malachiæ locus de Eliæ reditu explicatus.

22 Ex ipſis item Malachiæ verbis intelligitur, quæ dicuntur ad priorem, non ad poſteriorem adventum pertinere: nam dicitur, Ne fortè percutiam terram anathemate: ſiquidem poſtremo tempore, licet convertantur Iudæi, terra percutietur anathemate, quandoquidem omnia ſunt conflagratura. Sed interpretationi Chriſti & Angeli videtur nonnihil adverſari, quòd Ioannes rogatus, an eſſet Helias, ut habetur primo cap. Evangelii Ioannis, deſertis verbis id negavit: Non ſum inquit. Verùm attendendum eſt, illum reſpondiſſe juxta eorum mentem, qui ſe interrogabant. Etenim ipſi quærebant de perſona & ſubſtantia Eliæ, ut qui putarint animam ejus reverſurā in aliud corpus. Hoc illorum delirium Ioannes exploſit, non tamen inficiatus eſt ſe veniſſe in ſpiritu ac virtute Eliæ. Id etiam videtur obſtare, quod ſe negavit fuiſſe Prophetam, cum tamen Dominus in Malachia dixerit, Ecce mitto ad vos Eliam Prophetam. Ad hoc reſpondeo bifariā. Primùm Ioannem reſpexiſſe non ad quemvis Prophetam, ſed ad illum eximium, qui ab omnibus expectabatur, nimirū ad Meſſiam, illum Prophetam ſe veniſſe negavit. Licet etiam dicere, illum non rem ipſam, ſed tantùm appellationem ſibi ademiſſe, ac titulo præcurſoris, & vocis clamantis in deſerto, contentum fuiſſe. Atque id propterea, ut populus non ſe, tanquam Dei Prophetam, ſed Chriſtum unicum & verum Meſſiam ſequeretur. Evitabat ſchiſma ſeu diſtractionem populi, omnes ad Chriſtum ſatagebat cogere, & illi authoritatem conciliare.

Ioan. 1. 21.

Mal. 4. 5.

Ibid.

23 Verùm quod Malachias dixit, Antequam veniet dies Iehovæ magnus & terribilis: non videtur congruere priori adventui Chriſti, quia tum venit omnino miſericors, placidus & benignus. Verum quidem eſt, Chriſtum veniſſe benignum & clementem; ſed quia verba illa dicuntur ad præfractos & duros, idcirco duriter & aſperè proferuntur. Poſſemus etiam dicere, quòd licet de Chriſto dictum fuerit, eum non confracturum arundinem quaſſatam, nec extincturum linum fumigans, quòd venerit ad ſervandū, non perdendum. Attamen idem appellatur offenſionis lapis, & petra ſcandali, propter illos, qui cæco & exitiali furore in eum incurrebant. Fuit etiam horribilis ille dies Iudæis, propter excæcationem quę illis inflicta eſt. Quibus addas, terram fuiſſe percuſſam anathemate, Iudæorum inquam terram, quæ propter illorum incredulitatē devaſtata & everſa eſt per Titum & Veſpaſianum. Dicitur Elias, id eſt, Ioannes, converſurus corda patrum ad filios, & corda filiorum ad patres. Quibus verbis Prophetæ, ſeu miniſtro, videtur attribui pluſquam ei conveniat. Dei enim eſt, non Prophetæ aut cujuſquam hominis, animum & corda immutare. At reſpondemus ad id, cùm ſimiles occurrunt locutiones, non eſſe accipiendum externum miniſterium ſeorſim à ſpiritu, efficacia & poteſtate Dei, ſed unum quiddam ex iis (ut ita dicam) conglutinandum & conflandum eſſe. Quod ſi fiat per ſynecdochen, nihil obſtat, quin quod eſt unius proprium, alteri etiam attribuatur. Ita Paulus aiebat ſe Corinthios genuiſſe per Evangelium. Et Chriſtus Apoſtolis dixit, Quorum remiſeritis peccata, remiſſa ſunt. At his & conſimilibus locutionibus, abuſi ſunt principes Eccleſiaſtici, & eas detorſerunt ad ſuam tyrannidem confirmandam & amplificandam: quaſi propterea liceat eis exercitus, provincias, regna & imperia ſibi vendicare, cùm tamen ſuum externum miniſterium à ſpiritu quàm maximè abjunctum habeant. Utitur divina Scriptura iis dicendi formulis, ut homines magis extimulet ac inflammet ad ſtudium verbi Dei & amorem Sacri miniſterii. Iam verò ſi à ſe invicem hæc dividantur & ſeorſim conſiderentur, longè aliter docemur. Nam Deus ait in Eſaia: Ego, ego ſum, qui peccata condono. Et de Chriſto à Ioanne dicitur, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et de miniſterio Paulus, Neque qui plātat, neque qui rigat eſt aliquid: verùm Deus eſt, qui dat incrementum. Et rurſum cùm dixiſſet idem Apoſtolus ſe plus cæteris laboraſſe, Non ego inquit, ſed gratia Dei quæ eſt in me. Cùm verò dicitur, conver-

Eſa. 42. 3.

Eſa. 8. 14.

Mal. 4. 5.

Luc. 1. 16.

1. Cor. 4. 15.
Ioan. 20. 23.

Eſa. 43. 25.
Ioan. 1. 29.
1 Cor. 3. 6.
1. Cor. 15. 10.

tenda corda patrum ad filios,& filiorum ad patres: id ſic accipiendum eſt, Iohannis miniſterio & prædicatione futurum, ut fides & charitas primorum Patrum, hoc eſt, Abrahami, Izaaci & Iacobi, ad filios eorum derivetur, ita ut filii Patres illos referant, qui olim fuerunt Deo chari, & Spiritus ſancti domicilia. Redintegrabitur itaque unitas inter eos,quæ propter peccata poſteriorum fuerat interpolata. Nec tamen illam Ioannes miniſterio ſuo prorſus perfecit, ſed Chriſto per manus quodammodo tradidit abſolvendam.

24 Hæc de loco Malachiæ, ex interpretatione Chriſti & Angeli, quâ Iudæi permultum variant. Trypho diſputans cum Iuſtino Martyre,auſus eſt dicere ſe neſcire, natúſne ſit Meſſias,an non natus: verùm hoc ſe affirmare, illum poteſtatem non habiturum,niſi venerit Elias, qui eum ungat & populo declaret. Neque ſemel hoc dicit, ſed bis etiam repetit. Vnde apparet iſtam opinionem de reditu Eliæ, non eſſe primùm natam inter Eccleſiæ noſtræ Patres, ſed à Iudæis derivatam, quorum fabulas & figmenta, veteres non debuerant ita morari. Sed occaſionem errandi, dicat aliquis, Deus ipſe videtur dediſſe, qui dixit in Malachia ſimpliciter, Ecce ego mitto ad vos Eliam Prophetam: non autem dixit, quendam mittam ad vos in Spiritu & virtute Eliæ. Quaſi locutionibus conſimilibus alibi non utatur. Ieremiæ trigeſimo capite ſcribitur de Iſraelitis: Non dominabuntur eis alieni, verùm ſervient Domino Deo ſuo, & Davidi regi ſuo. In Ezechiele quoque trigeſimo quarto, trigeſimo ſeptimo capite & alibi, ſæpe talis promiſſio repetitur, Davidem ipſum gubernaturum populum Dei. Quòd ſi per Davidem intelligendi ſunt pii & ſancti principes, vel potius ipſe Meſſias,trigeſimo ſeptimo iſtorum archetypus, nec expectabatur Davidis quo ad perſonam & propriam ſubſtantiam reditus: Ita etiam accipere debuerant, præſertim ſcribæ & Phariſæi, quæ à Malachia de Elia dicta fuerant. Sed illi non modò Scripturis interpretandis juſtam diligentiam non adhibebant, imò ex odio adverſus Ieſum Dominum noſtrum eo teſtimonio perverſè abutebantur. Sed ſcrupulus adhuc remanet, Quomodo veniſſe dicitur Ioânes in ſpiritu & virtute Eliæ, cùm Elias multa ſigna fecerit, Ioannes verò nullum miraculum ediderit? Dicendum eſt ſimilitudinem inter Ioannem & Eliam accipi à nonnullis quoad zelum, παῤῥησίαν, & conflictum cum Regibus, & alia hujuſmodi: vel nexum veræ conjunctionis in myſterio fuiſſe, quòd uterque illorum, cum reperiſſent collapſam & diſſipatam juſtam religionem, ad id fuerit deſtinatus,ut eam inſtauraret: quod ambo, Elias videlicet & Ioannes, magno ſpiritu præſtiterunt. Ioannes Chryſoſtomus in Epiſtolam priorem ad Theſſalonicenſes agens de Antichriſto inquit,pares fuiſſe in officio utrumque illorum. Nam iſte præcurſor fuit prioris adventus, ille autem erit poſterioris. Et eadem fermè ſcribit in decimoſeptimo capite Matthæi.

25 [illegible] æterea non omittendum, Eliam reipſa veniſſe, nimirum cùm Chriſtus transformatus eſt in monte Thabor: adfuit unà cum Moſe, proprio, ut veriſimile eſt, corpore. Veniet iterum extremo tempore, verum ad judicandum cum aliis ſanctis qui à mortuis excitabuntur, non autem ut pugnet, vel interficiatur ab Antichriſto. Dixerit fortaſſe quiſpiam, Mirû eſt quomodo ii raptus in veteri Teſtamento contigerint, in novo autem legantur. Imò & in novo habentur: Chriſtus enim, cujus veteres umbræ fuerunt, cernentibus Apoſtolis, in cœlum eſt elatus. Et Paulus dixit, Vſque ad tertium cœlum ſe fuiſſe raptum, ſive in corpore, ſive extra corpus. Et Philippus Diaconus (ut habetur in Actis) cũ Eunuchum reginæ Candacis tinxiſſet, ab Angelo è cõſpectu ejus raptus eſt, & ſeſe reperit eſſe in Azoto. Proinde cùm in veteri, tum etiam in novo Teſtamento, inſignia extent exempla, quibus monemur, ut animo ſaltem in cœlum aſcendamus, atque ibi coram Deo & Chriſto Ieſu verſemur: In cœlis noſtram converſationem eſſe oportet, ut Paulus docuit. Nec memoria excidat nos, quandiu hîc ſumus, à Domino peregrinari. Felices proculdubio ſunt ii raptus: pernicioſi è diverſo Dathani & Abirami, qui viventes rapti ſunt ad inferos:

Mal.4.5.
Ierem.30.3.
Ezech. 34.23 & 37.24.
Quomodo Ioan. Bapt. venerit in ſpiritu & virtute Eliæ.
1. Reg. 17. & deinceps.
Ioan.10.41.
Elias Chriſto aſfuit in Thabor monte.
Matt.17.3.
Luc.24.51.
Act.1.9.
Act.8.39.
Phil.3.20.
2.Cor.5.6.
Num.16.3.
Raptus hominum varij.

A fœdi autem & infames, quos Poëtæ celebrant, Ganymedis inquam, Proſerpinæ atque aliorum: quorum exempla ita ſunt ab omnibus evitanda, ut priora, imitatione qua poſſumus, exprimenda. Et hoc dictum ſit ſatis de quæſtione propoſita, de qua paucis dicere conſtitueram. Sed in ea tractanda, tot ſinus & capita ſe obtulerunt, quæ præteriri non poterant, ut ſim coactus fuſius loqui ſeu ſcribere, quàm propoſuerim. Illa verò quæ definivi, non fuit animus, tradere ut firma & certa, vel explorata ex divinis literis exactiſſi-

B mè, ſed ut veriſimilia & quæ ſalva fide poſſimus opinari. Sumque paratus audire meliora, ſi quis attulerit. Neque de iis quę conſtitui, animus eſt acriter certare, quod & aliis ut faciant ſum author & ſuaſor.

CAPVT XVII.

De fine ſeculi, Iudicio extremo, Vita æterna, Præmiorum æqualitate: Mundi denique totius inſtauratione.

C

DE termino durationis mundi, nihil certi ex Sacris literis habetur. Recenſuit Auguſtinus, libro primo ſuper Geneſin, contra Manichæos, ſex mundi ætates: primam ab Adamo uſque ad Noha, alteram à Noha uſque ad Abrahamum, tertiam inde uſque ad Davidem, quartam ab eo uſque ad tranſmigrationem Babylonis, quintam inde uſque ad Chriſtum, ſextam à Chriſto uſque ad extremum judi-

D cium. Quamobrẽ illa ætas in qua modò agimus cùm ultima ſit, dici poteſt decrepita, & à Ioanne vocatur extrema hora: ſed quam diu ſit duratura ignoratur. Auguſtinus ad Heſychium, qui de fine ſeculorum curioſius inquirebat, reſpondit, ſe non audere ſpacia ſeculorum uſque ad finem mundi, aut metiri, aut numerare, quod ſcribatur de die illa neminem ſcire, neque Angelos, neque ipſum Dei Filium. Quem locum interpretatur Epiphanius, in libro quem appellavit Anchoratum, ſtatuendo cognitionem dupli-

E cem: unam executionis aut operis, alteram verò ſcientiæ. Atque tunc Deum Patrem, inquit, de extremo die utroque modo notitiam habere. Scientiâ quidem, eò quòd tẽpus ejus noverit: deinde opere, quia jam eſt executus judicium. Tradidit Filio omne judicium, & quod ad ipſum attinet ſatis judicavit. Filius autem notitiam ejus diei quoad ſcientiam habet, quoad executionem verò minimè habet, quia nondum ad judicandum venit. Angeli verò, neutro modo illum diem ſciunt. Primùm quidem hora &

F tempus judicii eos latet: deinde opus vel executionem ejus nondum commiſit Deus, ut egrediantur, & omnia ſcandala tollant. Sed hæc expoſitio videtur admodum arguta & detorta. Auguſtinus planius interpretatus eſt, quòd Filius neſciat de illo die, non quoad ſeipſum, ſed quoad alios, quos non facit ſcire illum diẽ, neque ſua doctrinâ illum revelavit. Quod ſi dixeris, Patrem quoque hoc pacto neſcire, quia minimè illum oſtendit, aut quempiam de eo docuit: Reſpondet, imò Filio revelavit. At ego ſimplicius

G adhuc intelligerem eam ſententiam, de Chriſto quoad naturam humanã, quæ ordinaria & naturali conditione de hac re nihil novit, niſi quantum à natura divina ſibi oſtenditur.

2 Voluerunt nonnulli cavillari, quòd licet dies & hora non ſciatur, tempus attamen conjecturis nos poſſe conſequi: quoniam Chriſtus de illa præſertim dixit, non autem de tempore. Sed hæc argutatio eos nihil juvat: Quia Act.c.1. ſcribitur, Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quòd Græcè ſcribitur

H χρόνους ἢ καιρούς. Et id quod legimus in Matth. Cum prædicatum fuerit Evangeliũ in univerſo orbe, tunc erit finis. Auguſtinus interpretatur, Non ante veniet Dominus, quam univerſo orbi Evangelium prædicetur. Sed ex hoc non cognoſcitur, quàm citò poſt hujuſcemodi prædicationem venturus ſit. In Epiſt. ad Coloſſ. cap.1. ſcribit Apoſtolus, jam eo tempore fuiſſe Evangelium prædicatum in univerſo orbe, & tamen videmus adhuc judicium differri. Docuit Dominus in Matthæo, multa extremorum temporum

I ſigna: Verùm quando ea videmus, non intelligimus an adhuc ad juſtam menſuram pervenerint, ut pro

In 1. Cor. 10. v.11.
De termino durationis mũdi nil certi habetur ex Sacris literis.
1.Ioan 2.18.
Sex mundi ætates.
Matt 24.36.
Extrema hora.
Quomodo Filius dicatur ignorare diem iudicii.
Ioan.5.22.
Cavillatio eorũ excluditur, qui cõiecturis volũt indagare tẽpus iudicii.
Act.1.7.
Matt.24.14.
Col.1.6.
Matt.24.6.&c.

Digitized by Google

ut pro illis ipſis habenda ſint quæ Dominus prædixit. Verùm ſatis eſt ut ſciamus, quemadmodum Paulus dixit, hanc noſtram ætatem extremam eſſe, ita ut alia ulterius non ſit expectanda. Et de hac noſtra tempeſtate dicebat Chriſtus, Ero vobiſcum uſque ad conſummationem ſeculi. Vbi noſtræ ætatis finem eſſe oſtendit, ſeculi conſummationem. Et inſtituto ſacramento Euchariſtiæ inquit, Mortem Domini annunciabitis donec veniat. Qua ſententia oſtendit, noſtra Sacramenta uſque ad finem ſeculi duratura.

1.Cor.10.11.
Matt.28.20.
1.Cor.11.26.

Oraculum à ſchola Eliæ.

3 Complures adducti ſunt conjecturis ſatis infirmis, ne dixerim inanibus, ut de tempore judicii extremi ſtatuerint. Oraculum producunt ex Hebræorum traditione, quod illi in Eliam & ſcholam ejus referunt mundum 6000. annos duraturum. Eoſque annos ita diſtribuunt ut 2000. conſummantur ante Legem, duo item millia ſub Lege, duo denique millia regno Meſſiæ deputant. Et quod in idem redit, finxerunt alii duraturum eſſe mundum ſex dies, quemadmodum ſex diebus factus eſt. Sed quoad ejus durationem, in quemque diem, dant mille annos: quaſi David hoc voluerit cùm inquit, Et mille anni coram te, ſicut heſterna dies quæ præteriit. Reperti ſunt & alii, qui corpus Chriſti myſticum, id eſt, Eccleſiam acturã in terris 33. annos exiſtiment, quos vixit Chriſtus in mundo quoad corpus, quod ex Virgine ſuſceperat. Sed in quemque annum, quinquaginta uſitatos diſtribuunt, ut annum Iubilæi faciant. Iſta omnia figmenta ſunt hominum, & miſerum eſt, cùm habeamus tot clara & aperta in Sacris literis de fide, ſpe, charitate, & cæterarum virtutũ officiis, in quibus nihil eſt obſcurũ, ea prorſus neglecta relinquamus: & tanta ſuperſtitione quæ incerta ſunt, & minus ad ſalutem faciunt, velle perſequi. Hoc diabolus curat, ut in quæſtionibus infinitis ac inutilibus vehementer laboretur, abjectis quæ neceſſaria ſunt ut ſerventur. Quin potius cùm audimus extremi judicii mentionem, paremus nos ad vigilandum & orandum, ne oſcitantes deprehendamur. Verum profectò eſt quod Auguſtinus dixit, prophetias citius impleri quàm intelligi. Cùm videmus itaque nonnulla ſigna ex his quæ nobis Chriſtus propoſuit, tanquã indicia futuri judicii, dicamus apud nos: Iam ira Dei effundenda fortaſſis eſt. Contendamus precibus & ardentiſſima fide, ut per Chriſtum, illum nobis & placatum & propitium habeamus. De Æonibus & ſeculis à Martione, Cerdone, Praxea & Valentino, ſatis deliratũ eſt, ut apud Tertullianum & Irenæum licet videre.

Mundus factus ſex diebus, ita dicũt ſex dies durabit.
Pſal.90 4.
Alii dicunt mundũ 33. annis duraturum.
Prophetias citius impleri quã intelligi.
Auguſt.
Quid nobis inſerviant ſigna quæ Chriſtus propoſuit.
De Æonibus & ſeculis heretici multa dixerant.

4 Suppliciorum enim dilatio, qua Deus utitur ſua natura, invitare homines videtur ut ad Deum redeant: licet non in omnibus eandem habeat efficaciam. Quamobrem, cùm aliquos, videmus puniri dum nobis parcitur, convenit, ut expendamus hanc Dei benevolentiam, qua nos ferre vult ut ipſi nos corrigamus: quod Chriſtus admonuit cùm diceret, quando nunciabantur aliquot oppreſſi ruinã turris Siloe, Num putatis quod illi ſoli peccaverint? At ſi diceret, Non illi tantum id ſupplicii commeriti ſunt, ſed multi hæc eadem pati debuiſſent: ſed Deus vult exempla quædam particularia edere ſui judicii, quod generale quandoque futurum eſt. Differtur quidem punitio impiorum, ſed omnino aderit conſtituto tempore. Parabola de ficu, quam pater familiâs exſcindi voluit, cùm fructum non ferret, hujus ejuſdem rei nos admonet. Impetravit enim colonus, ut ejus exciſio nonnihil extraheretur, quòd vellet eam ſtercore ac lætamine adhuc excolere, ſi fortaſſis fructum produceret: Quod ſi non contingeret, tunc non ſolùm futurum erat ut extirparetur, verumetiam ut in ignem mitteretur. Docemur hîc, ut fratres noſtros, dum peccant, non illico deſeramus, ſed patienter aliquantiſper expectemus: utque quemadmodũ Deus ipſe facit, beneficiis eos ad reſipiſcendum provocemus, admonitione fraterna interim non omiſſa. Sed animadverſione dignum eſt, eoſdem, quos Paulus dixerat punitos fuiſſe, cùm traderentur cupiditatibus cordis ſui, & affectibus ignominioſis, & reprobæ menti, commemorari denuo plectendos eſſe. Quod ideo fit, quia primum illud genus punitionis ad voluptates & delitias traxerint. Oſtendit enim fore quandoque, ut ultionem ſubeant tum gravem, tum etiam

In Rom 1. v. 4.
A Deo eſt reſipiſcentia lapſorum.
Luc.13 4.
Cur Deus aliquos non omnes puniat.
Ibid v.6.
Ergo peccãtes fratres quid agendum.
Deus nõ ſemel ſed duplici ſupplicio punit impios.
Ro.1.24. & 25.

A moleſtam. Sed hoc, quo pacto conſentit cum his, quæ in Nahum Propheta 1. cap. dicuntur? Non judicari, aut puniri bis in idipſum. Cum ſemel iſti puniti fuerint, cur aliud ſupplicium rurſus adjicitur? Certè ea ſententia, quæ adeò vulgata eſt, Deum bis non punire, nequaquam ſic habet in Propheta, licet in Septuaginta interpretibus legatur. Verba ſic habent, Quid cogitatis contra Dominum? Ipſe conſummationem faciet, neque conſurget altera vice tribulatio. Quæ interpretantur Hebræi nonnulli, ut Hieronymus refert, de Aſſyriis: qui cum prima vice obtinuiſſent adverſus regnum decem tribuum, cogitabant, ſe poſſe ſimiliter prævalere adverſus regnum Iuda. Quod Propheta negat futurum, & ait poſt priorem tribulationem, poſteriorem non conſecuturam. Poteſt quidem fieri hæc expoſitio: verum dilucidior eſt altera: ut iſta dicantur contra Sennacherib, qui Hieruſalem obſidebat: cui Deus minatus eſt abſolutam perfectamque contritionem. Te inquit, ſic delebo, ut neceſſarium non ſit futurum, altera vice in te reſurgere. Satis erit una plaga, tam vehementer ea affligêris. Neque ſomniavit Propheta, ut multi fingunt, Deo præſcribi modum pœnarum: quaſi non liceat ei, niſi ſemel, in eundem animadvertere. Quod ſi daretur, diceremus Ægyptios cùm in mari rubro pœnas dederint, nunc à gehenna eſſe liberos: & qui in Sodomis & in diluvio malè perierunt, eos nunc etiam quieſcere. Quæ citra controverſiam abſurda ſunt. Vt enim quidam in hac vita percipiunt ſpiritum, atque gratiam quaſi arrhabonem venturæ felicitatis, ut qui tum hîc, tum in futuro habituri ſint remunerationem: ita fieri poteſt è diverſo, ut aliquorum ſupplicia incipiant in hac vita, in alio ſeculo augenda: quemadmodum Herodem, Neronem, atque Saulem exiſtimari poteſt, pœnas quas hic guſtarunt, nunc experiri longè graviores. Non tamen interim negaverim, Deum quoad ſuos electos, contentum eſſe his pœnis atque ſuppliciis, quæ de illis in hac vita ſumit. Vt Paulus dicebat ad Corinthios, tradendum eſſe Satanæ quendam, ut ſpiritus ejus in die Domini ſalvus eſſet. Et rurſus ait, nonnullos hîc à Domino corripi, ne cum hoc mundo damnentur.

B C D E

Nah 1 19.
Deo non præſcribitur modus pœnarum, quaſi non liceat ei punire niſi ſemel.
Exod.14 37.
Gen.6.& 19.
Impiorũ ſupplicia ſæpe in hac vita inchoantur graviórẽſque in futuro ſeculo infliguntur.
1.Cor.5 5.
1.Cor.11.32.

5 Sed quando velit Deus hoc pacto agere, vel uti ea ſeveritate ut & hîc poſtea cruciet, noſtræ cognitioni minimè ſubjicitur. Quare juxta Chriſti mandatum ſemper timendus eſt: cùm habeat poteſtatem & occidendi corpus, & mittendi animas in gehennam. Id tamen pronunciare licet, eos qui afflicti pereunt, niſi reſipuerint, rurſus gravius eſſe torquendos: & eos viciſſim, qui admoniti flagellis ad Chriſtum reverſi fuerint, præſentibus pœnis hujus vitæ ſatis caſtigatos, æternam ſalutem eſſe conſequuturos. Quare juxta id quod diximus, Paulus impios monet, licet utcunque puniti fuerint: niſi pœnitentiam egerint, eos manere in die judicii longè graviora. Vultque Dei patientiam, qua tolerat eos, non portendere impunitatem, ſed occaſionem illis præbere, ut verè incipiant pœnitere. Prædicatur Deus & miſericors, & bonus, ſed tamen, ut ejus tolerantia & lenitas fines ac terminos habeant. Et coactus eſt Apoſtolus propter hanc dilationem pœnarũ, quæ in hac vita ſeſe offert, extremi judicii mentionem facere. Alioqui, cùm in hac vita multi prætereantur, & cum aliis ſeveriſſimè agatur, poſſet exiſtimari Deus injuſtè ageret. Quamobrem urget eos timore extremi judicii, & extractione ultionis vult gravitatem conciliare pœnarũ. Quod etiam Valerius Maximus ſcriptor Ethnicus judicavit, Deum gravitate ſupplicii, compenſare puniendi tarditatem. Vnde perſpicuum eſt, Paulum, cùm diſputet adverſus Ethnicos, qui ſacras literas minimè noverant, ex his eos coarguere, quæ naturæ lumine cognoſci poſſunt. Eſt igitur naturalis quædam notitia in animis hominum inſita, de judicio Dei poſt hanc vitam futuro: quod fabulæ etiam poëtarum indicant, qui Minoem, Radamanthum, & Æacum, apud inferos judices collocarunt. Gravius itaque punientur, qui diutius tolerati fuerint, quòd eorum peccatis nonnihil ponderis adjiciat Dei contemptus: qui illis obrepſiſſe videtur, dum ſic diu lenitatem & patientiam ejus neglexerunt. Addit Paulus, *Tu autem ſecundum duritiem tuam, & impœnitens cor coacervas*

F G H I

Matt.10.28.
Sancti pœnis hujus vitæ ſolum affliguntur.
Rom 2.5.
Dei patientia non portendit impunitatem peccantibus.
Ibid.
Notitia futuri judicii hominibus naturaliter inſita.

Digitized by Google

Durum cor.
Vnde rebellio adverſus Deū.

A *ſibi iram in die iræ.* Durum eſt cor, quod beneficiis Dei non emolliatur, neque minis, aut timore pœnarum frangatur. Et hanc rebellionem erga Deum, partim ex originali peccato contrahimus, partim verò ex frequenti uſu peccandi: ita, ut quodammodo callum obduxerimus. Probè credere, cùm ad virtutem pertineat, duo habet extrema. Ex una parte, tanta eſt facilitas, ut quidvis aliqui velint credere: ſive humanum inventum, ſive ſuperſtitionem, ſive Dei verbum illis propoſueris, quod planè vitioſum eſt. Ex altera parte, tanta eſt difficultas ad credendum, ut ne illud quidem velint admittere, quod perſpicuum eſt ſtatui à verbo Dei: nec omnino velint credere, niſi ſuæ rationi fuerit ſatisfactum.

In credendo mediū tenendum, & duo cavenda præcipitia.

B Inter hæc duo præcipitia, eſt quiddam moderatum, ut facilè credamus, quæ piè offeruntur credenda, religioſo adhibito examine Sacrarum literarum. Omnia enim ad eam regulam ſunt exquirenda. Vtitur Paulus Græco verbo θησαυρίζειν, quod ſeponere, aut recondere ſignificat. Conſuevimus autem ea reponere in theſauris, quibus in præſentia non utimur, ſed alio tempore ſumus uſuri. C Idque illis impiis optimè congruit. Iram quippe Dei tunc non experiebantur, quam tamen poſtea ſenſuri erant: idque eò cumulatius, quò majores fiunt opes, quæ ſubinde ſingulo quoquo die coacervantur. Prudenter ait, iſtos ſibiipſis iram congregare, ne in Dei crudelitatem iſtas pœnas rejiciant. Docet hac loquutione illos impios eſſe, qui malum ſibi accerſunt.

Theſaurizandi metaphora frequens in Sacris literis.
Deut. 32. 4.
Ierem 50. 25.

Eſtque hæc vox theſaurizandi, ſatis familiaris Sacris literis. In Deuter. cap. 32. de tranſgreſſionibus Iſraelitarum, Deus ait, eas conſignatas eſſe in D ſuis theſauris. Et Hieremias cap. 50. Deum comminatur effuſurum eſſe theſaurum iræ atque indignationis ſuæ.

Quid ſit dies iræ.
Ierem. 7. 14. & 14. 11.
Gen 19. &c.
Exod. 14.
Eſa 13. 13.
Thr 2 15.
Sap 2. 13.

6 Quodque ſubditur in die iræ, quandóque contingit in hac vita, cum Deus videtur nolle amplius ferre, & aliqua ſuæ ſeveritatis edit ſpecimina: quod factum videmus in captivitate Babylonica, everſione Sodomæ, & Ægyptiorum exitio. Et Prophetæ paſſim acerbiſſimas ultiones Dei hoc titulo deſcribūt, quòd E in die iræ ſint repoſitæ. Et accipitur ira hîc pro ultione, eo tropi genere, quo conſequens, in eo quod antecedit, exprimitur. Sed commodum eſt, ut quæ hîc deſcribuntur, ad extremum judicii diem referantur: quod tribus notis exprimit.

Tres notæ extremi judicii.

Primùm per iram, deinde per revelationem, poſtremo per juſtitiam. Vltionem Deo vendicat: ne putetur parvi momenti. Revelationem quoque addit, quòd hic res occultæ ſint, ibi verò omnia occulta patefiant. Adjecit & vocem δικαιοκρισίας: ne, ut Chryſoſtomus annotavit, aliqui ſibi perſuadeant, judicium Dei ex animo iracun F do profecturum eſſe. Gravis certè declarabitur ultio: ſed quæ juſtitiam conjunctam habeat. Quare nos oportere: illud tribunal extremum perpetuo habere ob oculos: neque unquam officia atque actiones obire, niſi mentis aciem in illud habeamus converſam.

Gen 17. 1.
Ambulare coram Domino.

Atque hoc eſſet ambulare coram Domino: quod ut faceret, Abrahamo imperatum eſt, & à nobis perſæpe requiritur. Neque aliud eſt ambulare coram Deo, quàm illum putare quàm intentiſſimè intueri quæcunque agimus. G Sed mirum eſt, proh dolor, quàm ſublata ſit è conſpectu impiorum judicii quandóque futuri cogitatio.

Rationē cauſæ.
Deus habet non hominum.

Attamen reddet unicuique iuxta opera ſua. Quando autem cuique ait reddendum eſſe, perſpicuè ſignificat, nullos hoc examen evaſuros: in hominum judiciis frequenter accidit, ut unus puniatur, alter verò ne accuſetur quidem. Subdit, *Iuxta opera ſua*, ut intelligamus, non fore perſonarum acceptionem. Cauſarum tantùm ratio, non hominum habebitur. Cujuſcunque fuerint ſtatus aut conditionis, prout eorum opera & facta fuerint, ju H dicabuntur. Eſt quidem nunc ampla Dei miſericordia: ſed ita ut juſtitiæ ſeveritas non deſit.

Exod 34 6.
Moſes intellexit miſericordiam Dei cū iuſtitia temperandam.
In 1 Cor 15. verſ. 41.

Moſes, licet audierit multas Dei proprietates quæ ad ejus bonitatem & clementiam exprimendam facerent, hoc eſt, quod eſſet miſericors, clemens, tardus ad iram, dives miſericordiæ & veritatis, qui reſervaret pietatem, ſeu miſericordiam in millia poſterorum: attamen ad finem ſenſit addi, quòd nocentem hominem, non eſſet pronunciaturus innocentem, & quòd viſitet I peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem.

Error Origenis de ſalute omnium.
Marc. 9. 43.
Matt. 25. 41.
Æternū vaciè uſurpatur.

A 7 Atqui cùm dicantur hinc & hinc omnes mori, & vivificari, putarunt nonnulli denique omnes homines eſſe ſervandos: quòd tam late pateat Chriſti beneficium, quàm Adami noxa. Origenes hoc videtur ſenſiſſe. Attamē in Sacris literis habemus de ſuppliciis damnatorum, Vermis eorum non extinguetur. Et Chriſtus dicitur in extremo judicio, abjecturus damnatos ad ignem æternum. Quod ſi cavilleris, æternum quandoque in Sacris literis adjungi rebus quæ diutius perſeverent, nec requiri ſemper ut nullū B finem habeant: Reſpondemus, hoc non poſſe quæſtioni huic accommodari. Nam illa, quæ per tropum, propter diuturnitatem quandoque dicta ſunt æterna, cùm alioquin terminum habuerint, ex ipſis ſacris literis finita convincuntur, demumque interrupta. Quod ſi non conſtet, æternum propria ſignificatione ſemper accipiemus. Cumque in ſancta Scriptura nulla mentio habeatur mutationis futuræ poſt ſententiam ſummi judicis, quoad conditionem vel ſtatum rerum, ſimpliciter verba ejus accipiemus: nam quic C quid aſſumetur figmentum erit.

Chriſti beneficium, quoad numerum, nō tam latè patet quàm Adami damnum.

Neque id quod ſumunt, eſt neceſſarium, Chriſti beneficium tam late patere, quàm noxam & damnum ab Adamo contractum. Quamvis ſciam nonnullos, ut ſe facilius expediant, videanturque defendere, totidem eſſe participes beneficii Chriſti, quot ab Adamo læſi fuerunt, conſueviſſe dicere, quòd ſicut mors ab Adamo omnes homines pervaſit, ita reſurrectio per Chriſtum in omnes homines propagabitur, licet hoc beneficium impiis ad perniciem eorum culpa vergat. Verùm D huic ſententiæ non facile ſubſcribo, quoniam hic de illo reſurrectionis genere agitur, quod Chriſtus perficiet abolendo peccatum, quòd cum in impiis ponere non liceat (ut qui adhuc in ſuis peccatis maneant) non poterunt hujus reſurrectionis participes fieri, eorumque reſurrectio ad ſeveritatem judicii pertinet, non ad miſericordiæ beneficentiam.

Damnatis melius foret non reſurgere.
Matt. 26. 24.

Si enim verè pronunciavit Dominus de Iuda, quòd melius ei fuiſſet, ſi natus non eſſet: idem affirmare de his poſſumus, longe melius eis fore, ſi minimè reſurgerent. E Deinde licet iſti videantur ſuffugium inveniſſe, quoad reſurrectionem, quaſi per Chriſtum ad totidem pertineat, quot illi ſunt, qui morte per Adamum ingreſſa conficiuntur: qui tandem ſunt dicturi, ſi eodem argumenti genere, de peccato & de juſtitia uſus fuero? Num omnes homines ita juſtificatos à Chriſto dicere volent, ſicut in omnes per Adamum derivatum fuit peccatū? Certè hîc evadere non poſſunt. Multo enim pauciores per Chriſtum juſtitiam aſſequuntur, quàm peccato originis naſcendo contami F nentur. Quare conſiſtit quod ab initio dicebamus, non tam fuſum eſſe Chriſti donum, quàm fuerit Adami pernicies.

Chriſti beneficium non eſt infirmius noxa Adami
Chriſtus habet ſuam univerſitatē, ſicut Adamus ſuā.
Rom. 5 16.

Non tamen propterea judicandum eſt infirmius: tum quia Chriſto, quoad meritum & dignitatem nihil defuerit, quin univerſum hominum genus per ipſum juſtificaretur, ſed finib. divinæ prædeſtinationis contracta eſt ejus gratiæ ac beneficii latitudo: tum quòd major eſt potentia, multa peccata, imò innumera, juſtificatione delere, quàm fuerit unum peccatum in omnes propagare. Atque hanc G rationem Paulus ad Romanos cap. 5. attingit. Quamobrem cùm dicitur utrinque *Omnes*, locutio ad univerſitatem referenda eſt, non eandem, ſed utrique eorum propriam. Quemadmodum enim Adamus ſuum habet corpus, totius poſteritatis à ſe derivatæ: ita Chriſtus habet ſuum, omnium ſanè credentium ac juſtificatorum. Et rectè huic loco expoſitio, qua utitur Auguſtinus, convenit, per Chriſtum omnes vivificandos, quotquot ad beatam reſurrectionem pertingunt, qui Chriſti gratiam conſequentur.

H

Parem futuram omnium in Patria gloriam.

In 1. Cor. 15. verſ. 41.
1. Cor. 15. 42.

8 Sed enim Patres cùm interpretantur locum Pauli, quo dicitur, Alia eſt gloria Solis, alia Lunæ, eum exponunt, quaſi attingatur præmiorum diverſitas, ita ut poſt beatam reſurrectionem aliqui futuri ſint illuſtriores aliis. Sed hoc loco ſi quis bene rem expendat, id non agitur, quod apertè declarat concluſio quæ inducitur. Nam ita Paulus infert, Semi I natur in corruptione, reſurget in incorruptibilitate: ſeminatur in ignominia, reſurget in gloria: ſeminatur in in-

A in infirmitate, reſurget in potentia: ſeminatur corpus
animale, reſurget corpus ſpirituale. Vbi patet diver-
ſitatem iſtam tantummodo accipiendam inter cor-
pus quod in morte deponemus, & quod in reſurre-
ctione inſtaurabitur: neque concluditur aliquid de
diſcrimine corporum beatorum inter ſeſe. Summa
quæ ſpectatur in iſta collatione eſt inter corpus de-
Matt. 22. 30. poſitum, & corpus reſtitutum. Chriſtus de hac re non
De varietate præmiorum in patria, vel æqualitate. eſt locutus niſi generaliter, quod in patria futuri ſi-
mus inſtar Angelorum, ubi neque uxores ducentur,
neque mulieres nuptui collocabuntur. Atque hæc à B
Argumentum pro diverſitate. me non dicuntur, quòd probare velim ibi eſſe pror-
ſus æqualitatem: ſed aſſero, neutrum ex Sacris literis
poſſe confirmari. Probabilis eſt utraque ſententia, ne-
que ad ſalutem neceſſarium eſſe duco, ſcire utrum
iſtorum verum ſit. Probabile forſan eſt, ut ſit in ſan-
ctis aliquid diſcriminis, ſed hoc ex Scripturis non exi-
ſtimo poſſe demonſtrari: quod ut pateat, videndum
Prima ratio. eſt, quænam loca inducant. Primùm aiunt, Reddet
Rom. 2. 6. unicuique ſecundum opera ſua, & unuſquiſque ha-
2. Cor. 5. 10. bebit mercedem juxta ſuum laborẽ. In Daniele ſcri- C
Dan. 12. 3. bitur, Qui alios docent, erunt ut ſplendor firmamen-
2 Matt. 1. 21. ti quique ad juſtitiam alios inſtruunt, ut ſtellę fulge-
Ioan. 14. 2. bunt. Argumentantur & à contrariis: cùm in pœnis
ſit diverſitas, quoad præmia eadem concedi debet. Et
3 ſupplicia non eadem eſſe, probant ex verbis Chriſti,
Matt. 22. 30. quibus dixit remiſſius fore Tyriis & Sidoniis, quàm
Corozaim & Bethzaidæ; necnon Sodomis, quàm
4 Capernaum. Præterea ſcribitur, In domo Patris mei,
Mat. 13. 8. & 23. manſiones multæ. Et ad hæc, ſi futuri ſumus inſtar
Angelorum, illi diverſos ordines inter ſeſe habent. D
5 Deinde ſemen in terram projectum, fert fructum tri-
Matt. 25. 15. ceſimum, ſexageſimum, vel centeſimum. Et in para-
bola talentorum, quæ plura vel pauciora ſunt Domi-
6 no à ſervis reddita, præmiis variis diverſitas lucri
Apoc. 14. 4. compenſatur. Et in Apoc. quidam ſequuntur Agnum
7 quocunque ierit, quod aliis non videtur concedi.
8 Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in re-
Matt. 5. 19. gno cœlorum. Item, Qui cupit inter vos major eſſe,
9 minor efficiatur omnibus. Et in Epiſtola poſteriore
Matt. 20. 27. ad Corint. Qui parcè ſeminat, parcè metet: & qui ſe- E
10 minat in benedictionibus, de benedictionibus & me-
11 tet. Omnes Patres faciunt pro hac ſententia. Atque
2. Cor. 9. 6. ita videtur magis excitari ſtudium & contentio rectè
12 vivendi. Hæc & hujuſmodi ſunt, quæ pro hac parte
13 afferri ſolent.

Rationes pro æqualitate præmiorum. 9 Nunc è diverſo audiendi ſunt, qui potius æ-
qualitatem in præmiis æternæ vitæ aſſerunt: Primò
his, qui laborarunt in vinea vario ac diſpari labore,
Prima ratio. datur æquabiliter denarius, & murmurantibus pater-
Matt. 20. 13. familias obſtat, & juſtè ſe facere oſtendit. Neque ſe F
excuſat diſtinctione præmii ſubſtantialis, & acciden-
talis, quam adverſarii confinxerunt. Deinde, ex Apo-
2 ſtolo Paulo alibi audimus, Deum futurum omnia in
1. Cor. 15. 28. omnibus. Et Chriſtus agens de præmio juſtorũ: Ful-
Matt. 13. 43. gebunt (inquit) juſti ſicut Sol in conſpectu Dei. At
nulla eſt major lux ea, qua Sol præditus eſt. Et ne-
3 mo, niſi juſtus fuerit, regnum cœlorum ingredietur.
Matt. 22. 30. Habebunt itaque omnes ſplendorem Solis, id eſt, æ-
què ſummam gloriam. Idemque Chriſtus, de reſur-
4 rectione diſputans cum Sadducæis, non dixit futu- G
ros inſtar Angelorum: neque ulterius progreditur, ut
5 varia conſtituat diſcrimina. Præterea quod in hac vi-
ta inter ſanctos variæ ſint differentiæ, propter car-
nem accidit, quam circumferunt: cui prout aliqui
magis minúſve ſunt addicti, magis aut minus in rege-
neratione proficiunt. Sed in patria cùm omnis labes
excluſa fuerit, perfecti erimus, neque cauſa erit, cur
unus magis quàm alius à præſentis boni perceptio-
6 ne impediatur. Necnon ſuis Apoſtolis promiſit Chri-
Matt. 19. 28. ſtus, quòd eſſent ſeſſuri ſuper duodecim ſedes, ut ju- H
dices Iſrael. Nunquid Paulus idem præmium non
eſt aſſecutus, quamvis decimus tertius in eo colle-
gio habeatur, cum tamen plus cæteris laboraverit?
1. Cor. 19. 10. Quin etiam Corinth. ejuſdem præmii fecit partici-
Rom. 8. 18. pes, & cum illis omnes credentes, quando inquit:
An neſcitis, quòd mundum & Angelos judicabi-
7 mus? Atque poſtremò ad Romanos habetur, non eſ-
ſe conferendas paſſiones hujus temporis, ad futuram
8 gloriam, quæ revelabitur in nobis. Quod ſi Deus in
attribuenda vita æterna dignitatem noſtrorum ope- I
rum non reſpicit, unde nam eliciemus iſtos præmio-

rum gradus? Ex mera Dei liberalitate felicitatẽ adi-
piſcemur: Ideo ab ejus miſericordia petendum eſſet
præmiorum diſcrimen, non à noſtris operibus. Vide-
mus autem illos, qui contrariam ſententiam tuentur,
ei fundamento potiſſimùm inniti, quaſi mereamur
noſtris operibus vitam æternam, idque (ut loquun-
tur) de condigno. Quod ſi ſtatueremus, citra contro-
verſiam Deus videretur injuſtus, ſi non plura atque
majora præmia his adjudicaret, qui præ cæteris ea
meriti ſunt.

10 Sed nos jam conferamus ad argumenta ex- Solutio priorum argumẽtorum.
pendenda, quibus oſtendere nituntur, neceſſarium
eſſe hoc pręmiorum diſcrimen. Primùm objecerunt, Ad primum.
reddendum cuique ſecundum opera ſua. Quod nos
generaliter intelligi dicimus, quoad gloriam & dam-
nationem. Et hanc interpretationem habemus è Scri-
ptura, in Epiſtola ad Romanos cap. 2. Et Chriſtus Rom. 2. 5.
extremi judicii ſententiam, quòd reddenda ſit uni- Matt. 25. 33.
cuique propria merces, ita explicat, cum dexteros
ad regnum vocat, & ſiniſtros ad exitium ejicit. In
ſumma, cujus labores pii & juſti fuerint, is ſervabi-
tur, qui verò male laboraverit, jacturam faciet. Quæ 2
Daniel habet cap. 12. multos qui dormierunt in pul- Dan. 12. 2.
vere, excitandos eſſe, quoſdam quidem ad gloriam,
alios verò ad ignominiam: & quòd qui alios docue-
rint, inſtar firmamenti erunt, & qui alios inſtruxerint
ad juſtitiam, quaſi ſtellæ: nihil neceſſario efficitur,
quoniam (ut ſæpè in Sacris literis uſu venit) eadem
periodo ſecundo loco repetuntur, quæ prius dicta
fuerant. Differentia quæ videtur aſſignari, eſt firma-
menti & ſtellarum. Sed cùm ii qui docent, & qui a-
lios inſtruunt ad juſtitiam, prorſus iidem ſint & eo-
dem gradu contineantur: eis non debebuntur, etiam
juxta ſententiam adverſariorum, diverſa præmia,
cùm idem laboraverint. Quare apparet, idem dici
poſtea quod prius affirmabatur, ſed magis perſpicuè.
Si autem quæſiveris, cur Daniel potius meminerit
eorum qui doceant, quàm aliorum? In promptu eſt
reſponſum, quòd iſti magis confirmandi eſſent, quo-
niã plus quàm cæteri perſecutionibus expoſiti ſunt:
ideò conſolatione opus habuerunt, nam erecto ani-
mo eos eſſe oportet. Inde tamen haud evincitur, cæ-
teris non eſſe promiſſa eadem reddenda, cùm Chri- Matt. 13. 43.
ſtus apertè dixerit, Iuſti fulgebunt ſicut Sol in regno
Dei. Præterea Hieronymus locum ad Corint. expo-
nendo, quando jam ſententiam ſimpliciter tractavit,
ſubjecit, nonnullos quærere, num ſanctus idiota, &
ſanctus eruditus eandem gloriam ſint habituri? & ait,
non poſſe reſpondere, juxta Theodotionis verſio-
nem, unum fore ut firmamentum, alterum ut ſtel-
las. Verùm ego jam oſtendi, eſſe idem quod utrin-
que dicitur.

11 De argumento quod à contrariis inducunt, 3
non multum debemus eſſe ſoliciti: quia rationẽ pro-
babilem fatemur, non tamen neceſſariam, ſępe quip-
pe fallit hæc argumentatio. Vt ſi quis dixerit, Homo
poteſt ſeipſum occidere, ideò poteſt ſeipſum vivifi-
care. Atque complures aliæ poſſent inſtantiæ afferri,
ſed ſtudio brevitatis eas prætereo. Fateor itaque in
ſuppliciis aliquam diverſitatem eſſe, quam tamen in
præmiis eſſe minimè conſequitur: quoniam pœnam
operibus noſtris meremur, ſed illis viciſſim non me-
remur felicitatem. Ideò ratio in his contrariis eſt lon-
gè diſpar. Verùm eſt Chriſtum dixiſſe, In domo Pa- Ioan. 14. 2.
tris ſui multas eſſe manſiones: verùm non ait diver-
ſas. Vt ſi dixerim, Oxonii multa eſſe hoſpitia: cæte- 4
rùm ſi hoſpites in omnibus eodem modo accipian-
tur, non erunt prorſus diverſa, verùm æquabilia, ſi u-
bique ponantur eadem prandia, & eædem cœnæ, at-
que prorſus eædem commoditates. Quoad Angelos, Dan. 10. 13.
dicimus Scripturam nunc eos fateri diverſos ordines 1. Theſ. 4. 16.
inter ſe habere & præfecturas, quoniam Deus eorum
miniſterio ad orbem & Eccleſiam regendam utitur, 5
ſed ad finem omnes principatus & poteſtates (ut iam Iud. v. 9.
diximus) abolebuntur. Neque ſcimus, an ibi futuri
ſint amplius diverſi ordines aut gradus, quoad felici-
tatẽ. Deinde qui ponunt diverſos ordines in Ange-
lis, eos volunt inter ſeſe ſpecie, ac fortaſſis proximo
genere differre: quod non poteſt de hominibus bea-
tis, vel de ſpiritibus noſtris affirmari. Quare ſimilitu-
do inter nos & Angelos, quoad omnia, minimè qua-
drat. Nã tunc ſumendi eſſent Angeli omnes ejuſdem

Digitized by Google

ſpeciei,vel ejuſdem ordinis,& ſtatuendum nũ omnes
parem & æquabilẽ felicitatem habeant. Verùm hæc
ex teſtimonio ſacrarum literarum nullus definire po-
teſt,cùm de Angelorum negotiis admodũ pauca no-
bis tradita ſint,quod ad ſalutem noſtram non fuerint
Matt.5.19. ſcitu neceſſaria. Qui fecerit & docuerit,magnus vo-
6 cabitur in regno cœlorum.Reſpondemus,nomine re-
gni cœlorum,Eccleſiam intelligi:ubi magno loco ha-
bendi ſunt, qui rectè docent, & quæ docuerint, fa-
ciunt.atque in electionibus Eccleſiaſticis,illi ſunt cę-
teris præferendi. Et illos poſthabere oportet,qui mã-
data Dei,vel minima ſolverint,atque alios ut ſolvãt,
7 docuerint. Niſi fortè dicere velis,eos qui ſolvunt, &
docent alios, tranſgredi mandata Dei,futuros eſſe in
Matt.13.8. æterna felicitate,quod eſt quam abſurdiſſimum.Nec
eſt difficile videre, quid ſibi velit parabola ſeminis,
cujus pars cadit in terram bonam, & dat fructum tri-
ceſimum, cùm ex aliis partibus vel ſexageſimus, vel
8 centeſimus habeatur. Nemo eſt qui non intelligat,
hæc ad ſtatum præſentis vitæ pertinere, quoniã ver-
bum Dei non in omnibus piis eodem modo fructifi-
cat.Neque parabola talentorum aliò ſpectat: Qui e-
Matt.25. nim donis Dei bene utitur, dignus efficitur, ut ſuper
plura conſtituatur, augentur ei gratiæ, atque dono-
rum ſpiritualium magis capax indies redditur.

2.Cor.9.6. 12 Citarunt etiam illud ad Corint.Qui parcè ſe-
9 minat, parcè & metet. Quod etiam ad fructus ſpiri-
tuales in hac vita percipiendos pertinere poteſt. Nã
qui liberales ſunt in eleemoſynis, bonis ſpiritualibus
abundant: & ſæpe fit,ut illis Deus uberius opes im-
partiatur, quò largius habeant unde ſint miſericor-
10 des. Unde, quoad omnia iſta, poſſumus intelligere,
parcam fore meſſem,ſi parcè ſeminaverimus. Quare
nihil neceſſariò efficitur, de præmiis æternæ vitæ. Et
Matt.20.27. quod Apoſtolis Dominus dixit, Qui vult eſſe ma-
jor,is efficiatur minor omnibus, nihil nobis obſtat,
cùm de Eccleſia poſſit accipi,ubi præſtare cæteris illi
11 agnoſci debent,qui ſe demiſſè gerunt.Teſtimonium
Apoc.14.4. verò Apocalypſeos, quòd qui virgines ſunt, Agnum
Ibid.v.3. ſequuntur quocunque profectus fuerit: Et quòd illa
centum & quinquaginta quatuor millia, canticum
dicebant,quod ab aliis dici non poterat:quæque ad-
huc ex eodem libro adducuntur, obſcura ſunt, cùm
dicatur eſſe ſignatus: neque facile,imò à pauciſſimis
intelligatur,nobiſque non conſtet,an quę allata ſunt
ſpectent ad præſentem vitam,vel ad futuram. Fate-
mur,eos qui purioris vitę ſunt,aptiores ad arcana Dei
penetrãda:& altera parte docemur,ubicunque Chri-
ſtus eſt, ibi fore ejus miniſtrum: quare non ſolùm a-
liquibus promittitur, ſed omnibus qui Chriſto ſer-
viunt, ut Agnum ſequantur.

12 13 De Patribus fatemur ingenuè,quòd præmio-
rum diſcrimina ſtatuerint. Hìc verò tantummodo in
dubium revocatur, an hæc ſententia ex teſtimonio
ſacrarum literarũ probari poſſit. Deinde neque ſem-
per illi eodem ore loquuntur. Hieronymus in Epi-
ſtolis cùm viduam commendaret, videreturque ha-
benda collatio ad virginem,ait,ſe non libenter pone-
re diſcrimina hæc inter ſanctos:cùm tamen ipſe idem
acer videatur propugnator iſtarum differentiarum.
Neq; magnifacimus quod dicebatur, homines igna-
vos reddi, qui alioquin hac præmiorum diverſitate
13 incitarentur ad ſanctè vivendum. Etenim qui non
moventur dilectione & fide ſermonum Dei, atque
ſpe ſummæ felicitatis, neque etiam facilè incitabun-
tur propter iſta diſcrimina,ut bene agant.Quod ſi ſe-
cus fecerint, potius mercenarii quàm filii Dei habẽ-
di ſunt. Neque à me(ut ſum præfatus)hæc dicuntur,
quò protſus negem hujuſmodi præmiorum differẽ-
tias: ſed id tantùm docere volui, quòd ex Scripturis

Inter illos qui excitabũtur à mortuis, magnum erit diſcrimen.

ſanctis concludi non poſſint. Alioquin inter eos qui
à mortuis excitabuntur,diſcrimen ponimus: quoniã
alius erit damnatorum habitus,& alius felicium. Prę-
terea non inficiamur poſſe facilè fieri,ut cùm cogita-
verint ſancti,Deum per ſe plura edidiſſe facinora,ea-
demque præclara, plus oblectationis & gaudii fortaſ-
ſe inde concipiant quàm alii, qui tot ac tanta per ſe
geſta eſſe non poſſunt ſecum reperire: quod tamen

Figmentũ laureolarũ & præmiorum accidentalium.

incertum,ſed ut probabile adſertur. Sed illud potiſſi-
mum frivolum eſſe arbitror, quod Scholaſtici neſcio
quibus laureolis, & præmio ſubſtantiali atque acci-
dentali confingunt.

A 14 Iidem etiam de ſtatu felicitatis multa diſpu-
tant,& quærunt inter alia,num ſcientia hìc parte, ita
peritura ſit, ut cùm in patriam ventum fuerit, nihil
interſit inter eruditos & indoctos. Curioſa eſt hæc
inveſtigatio, cùm vel parum vel nihil utilitatis ha-
beat. Priuseò veniendum eſſet,& de modo illuc per-
tingendi nos oporteret ſolicitari, quàm nunc ſuper-
vacaneo ſtudio de conditione, habitu & forma feli-
cium diſſerere. Sacræ literæ huc nos minimè vocant,
& fortè hac de re nihil in eis conſtituitur. Cæterùm
B de diſcrimine electorũ in æterna patria amplius diſ-
ſerendi non eſt locus. Hac de re quod ſatis eſt dixi-
mus,cùm de reſurgentium conditione egimus. Do-
na verò & chariſmata eſſe abolenda tum temporis
mirum non eſt, cùm ſint collata ad fidem provehen-
dam,quæ tum temporis minimè durabit. Imò expe-
rimur hodie, cùm ferè ubique prædicatum ſit Evan-
gelium, ea dona de quibus egimus antea, vel ablata
eſſe, vel admodum rara. Quod attinet ad linguas, ſi
tunc abolendæ ſint,quæſierit forte quiſpiam: Nonne
C in patria ſancti loquentur? Sermo ad id eſt datus,ut
vel aliis communicemus quæ ſentimus,vel ut ab aliis
petamus quæ nobis deſint. At inter ſanctos in regno
Dei neutrũ videtur fore neceſſarium:quia & in Deo,
& in nobiſipſis, omnia ſatis abunde conſtabunt &
habebuntur. Quòd ſi fortaſſis concedendum ſit no-
bis hujuſmodi commercium, veriſimile eſt omnes
eodem idiomate uſuros, cùm futuri ſimus unus po-
pulus,& unam eandemque habituri patriam. Illis ve-
rò qui ſatis importunè quærunt, quænam futura ſit
D ea lingua, qua tunc ſancti utentur: ingenuè fateor,
me id neſcire. Cùm me tamen non prætereat aliquos
eſſe, qui Hebraicam velint ibi futuram in uſu: ſed
quàm fortiter id afferant, ipſi viderint.

In 1.Cor.13. verſ.12.

Curioſæ quæſtiones de futura vita.

Chariſmata cur tunc abolebuntur.

An ſancti loquantur in patria

Cur ſermo ſit datus.

De rerum omnium immutatione.

15 His explicatis,locus ipſe efflagitare videtur,ut
de rerum immutatione, quæ futura eſt in fine ſeculi,
aliquid dicam. Primùm ea libet referre, quæ Magi-
E ſter hac de re ſcribit in 4. Sententiarum diſtinct. 48.
Cùm Dominus veniet ad judicandum, Sol & Luna
obſcurabuntur, Non, inquit, adempto illis lumine,
ſed præſentia lucis copioſioris. Chriſtus enim aderit
Sol fulgentiſſimus, ideo cœli aſtra,ut lucernæ ad or-
tum Solis obfuſcabuntur. Virtutes cœlorum move-
buntur: quod potes intelligere de viribus, aut ut
quidam loquuntur, de influxibus, quibus corpora
cœleſtia rebus inferioribus moderantur, quæ tum à
tecto & uſitato ordine diſcedent: Aut per iſtas vir-
F tutes intelligemus Angelos, qui aſſidua converſio-
ne orbes cœlorum torquent. Fortaſſe tum aut deſi-
ſtent ab opere ſolito, aut illud nova quadam ratione
exequentur. Hæc poſtquam collegit ex Matthæo &
Luca, addit è Ioele, fore deliquia Solis & Lunæ.
Sol, inquit ille,obſcurabitur,& Luna vertetur in ſan-
guinem, antequam veniat dies ille Domini magnus
& horribilis. Et ex ſexageſimoquinto capite Eſaiæ:
Ecce ego creo cœlum novum, & terram novam. Et
mox: Luna lucebit ut Sol & lux Solis erit ſeptupla,
G hoc eſt,ſeptem dierum. Et ex Apocalypſi. Erit cœ-
lum novum, & terra nova: quamvis ibi nulla fiat
mentio, aut Solaris,aut Lunaris lucis amplificandæ.
Hieronymus locum illum interpretatur, lumen So-
lis fore, quale fuit primis illis ſeptem diebus, quibus
mundus creatus eſt. Propter peccatum enim primo-
rum parentum, lucem & Solis & Lunæ fuiſſe, in-
quit,imminutam. Quod quidam è Scholaſticis intel-
ligunt,non de ipſa natura luminis,ſed quòd & mun-
dus & homines,minus fructus cœperunt ex illis lumi-
H nibus poſt lapſum,quàm habuerant antea. Sed hæc
omnia obſcura & incerta ſunt. Quibus ego addo,
nonnullos ex Rabbinis putare has loquutiones eſſe
tropicas. Non enim in aſtris ullam fore immutatio-
nem,ſed aiunt, hominibus moleſtis & ſtatum infeli-
cem ſuarum rerum lugentibus,ita exiguum fore fru-
ctum ex lumine Solis & Lunæ,ut illis ea aſtra obſcu-
rata eſſe, & prorſus occidiſſe videri poſſint. Cùm au-
tem contra incipient felicius agere, & ex animi ſui
ſentẽtia vivere,tum demùm illis lumen Solis & Lu-
I næ viſum iri conduplicatum, & multis partibus ful-
gentius, quàm antea videbatur: Quã expoſitionem,
ut ego

In Rom.8.

De immutatione rerum in fine.

Quæ futura ſit Solis & Lunæ obſcuritas.

Matt.24.29.

Luc.21.25.

Ioel.2.31.

Eſa.65.17.

Eſa.30.26.

Apoc.21.1.

Digitized by Google

ut ego non nego, ita etiam fateor fore, ut ad finem mundi magna iſtarum rerum fiat immutatio. Vtrunque ergo verum eſſe concedo, & in hac vita ſæpe res adeo triſtes accidere, ut dies alioqui clariſſimi, nobis obſcuriſſimi videantur, & ad finem omnium rerum ſtatum creaturarum fore perturbandum. Quinetiam dum hic vivimus, aliquando contingit, ut illa cœli lumina, à ſuo naturali ordine dimoveantur: ut Ioſue pugnante, & Chriſto moriente, factum legimus.

Ioſ. 10. 11.
Marc. 15. 33.

16 Addit Hieronymus in interpretatione ejus loci, Solem tum accepturum mercedem laboris ſui, videlicet tantas acceſſiones lucis. Zacharias etiam teſtatur, fore tum unum perpetuum diem: tantam enim fore lucem, ut diſcrimen inter diem & noctem non ſit futurum. Hæc ſi vera ſunt videre poſſumus, qualia futura ſint glorioſa corpora ſanctorum poſt reſurrectionem: de quibus Chriſtus ait, Fulgebunt juſti ſicut Sol. Habebunt illi tum lucem ſeptuplo majorem, quàm iſte Sol habet, quo nunc utimur. Nec mirum, inquit Chryſoſtomus, ſi creaturæ illo tempore tanto ſplendore illuſtrabuntur. Reges enim, quo die volunt filios ſuos inaugurari, curare ſolent, non ſolum ut in ſingulari apparatu & pompa prodeant, verumetiam ut ſervi illorum, quàm honeſtiſſimè culti inſtructique incedant. Cum ergo Chriſtus ſeſſurus tum ſit conſpicuus in throno ſuo, & juſti, qui ſunt filii Dei, adituri ſint regnum & hæreditatem paternam: Deus efficiet, ut omnes creaturę ornamentis admirabilibus & inſigni ſplendore illuſtrentur. Quanquam Eſaias ait fore, ut Luna & Sol amplius non luceant, ſed Dominus ipſe futurus ſit in lucem ſempiternam. Quibus verbis non ſignificat illa aſtra eſſe peritura, ſed tantùm, illorum lucem non fore ſanctis neceſſariam. nam ea fortaſſe ortum & occaſum, ut modo habent, non habebunt. Verùm ſi roges illum, quem ea uſum habitura ſint poſt judicium, ingenuè fatetur, ſe neſcire. hic enim Scripturis deſtitui. Hæc ferme omnia habemus è Magiſtro.

Zac. 14. 7.
Mat. 13. 43.
Eſa 60. 19.
Simile.

Quatuor in hac quæſtione videnda.

17 Nunc mihi quatuor excutienda eſſe arbitror. Primum, quis nobis futurus ſit uſus creaturarum, quum ornati erimus illa gloria: deinde, num illarum opera duratura ſint: poſtea, utrùm natura & ſubſtantia creaturarum conſervanda, qualiſque ea futura ſit: poſtremo, omnes ne mundi partes an aliquę tantùm ſint reparandæ. Quod ad primum attinet, qui perveſtigare voluerunt, quid commodi ſanctis in altera vita ex renovatis creaturis ſit acceſſorum, docuerunt nos, dum hic agimus, ab eis bifariam juvari. Primum enim natura corporis, & vita, quam in præſentia degimus, illis fovetur & ſuſtentatur. Deinde etiam animus juvatur, ut per has creaturas viſibiles, aſſurgat ad contemplationem Dei, ut Paulus docet in 1. cap. Epiſt. ad Rom. Vbi autem jam ſemel beati erimus, hujuſmodi auxiliis creaturarum nihil amplius opus erit. Fruemur enim tum immortalitate, neque aut fame, aut ſiti, aut frigore, aut aliis hujuſmodi incommodis amplius divexabimur. Quod autem attinet ad cognitionem Dei, illum videbimus facie ad faciem. Sed, inquiunt, quoniam corporeus oculus non poteſt pertingere ad eſſentiam divinam, ut Auguſtinus pulchrè docuit in libello de Videndo Deo: idcirco, ne oculus congrua delectatione deſtituatur, ornatum cœlorum mirificum, & rerum jam inſtauratarum pulchritudinem illi tum eſſe offerendam: ut habeat non ſolum unde ſe oblectet & gaudeat, ſed etiam unde Dei potentiam, & infinitam ſapientiam admiretur. Probabilia quidem ſunt iſta, fateor: ſed ea ſacris Scripturis non confirmantur. Neque ſatis apparet, cum Chriſti corpus, & infinita juſtorum corpora, Sole ipſo magis lucentia, oculis beatorum conſpicienda ſint: quid præterea oblectationis afferre poſſe inſtauratarum creaturarum conſpectio? Quare placet mihi candor & ſimplicitas Magiſtri Sentent. cum dicat ſe neſcire, quod in Scripturis ſacris non meminerit ſe legiſſe. Vtinam in aliis rebus definiendis uti voluiſſet pari modeſtia & fide.

Duobus modis juvamur à creaturis.
Rom. 1. 19.
1. Cor. 13. 2.
Oculus corporis, non pertingit ad eſſentiam Dei videndum.

18 De Actionibus autem creaturarum, utrùm illę perpetuę futurę ſint, nihil poſſumus pro certo definire. Angelus quidem in Apocalypſi jurat per Viventem in ſecula ſeculorum, non fore amplius tempus. Vnde quidam colligunt, motum cœleſtium orbium ceſſaturum, quòd tempus ſit numerus & menſura motus. Verum hæc ratio non eſt firma: Fieri enim poteſt, ut cœlum moveatur, ſed præ magna illa luce corporis Chriſti, corporúmque omnium beatorum, & Solis & Lunæ, minimè poſſit obſervari. Quare durare poteſt motus, etſi tempus non exiſtat. Tempus enim non eſt, niſi ex motu obſervato & numerato. Sed addunt etiam aliam rationem, ideò cœlum ceſſaturum à motu, quòd ejus aſſiduæ converſiones conducant ad generationem & corruptionem rerum inferiorum conſervandam: quare cum nulla amplius futura ſit generatio, aut corruptio, nihil tum opus fore motu cœli. Ratio quidem iſta probabilis eſt, at non neceſſaria. Poterit enim ille cœleſtis motus, etſi nō generationi & corruptioni, tamen alii alicui negotio, quod nos ignoramus, inſervire. Hoc tamen mihi certiſſimum videtur, quódque omninò affirmari debeat: iſtas naturas rerum non manſuras in extremo die, niſi aliquod opus habiturę ſint. Pugnāt enim & cum natura, & cum cōmuni ratione, aliquid cōſtituere, quod omnino ſit otioſum. Quę autem Deus his rebus opera ſit adſcripturus, facile nos fateamur ignorare.

Apoc. 10. 6.
Si deſinit eſſe tempus, & motus deſinit.
Creaturæ non manerent poſt judicium niſi aliquod futurum eſſet earum opus.

19 Nunc de rerum ſubſtantia & natura videamus, num ea poſt diē judicii ſit conſervanda. Id Petrus in poſteriori ſua Epiſtola videtur negare. Ait enim cœlos repentè, atque inſtar procellę eſſe perituros, & magno ęſtu elementa eſſe liquanda. Verùm Auguſtinus cap. 16. & 24. lib. 20. de Civitate Dei, ait, Petrum collationem facere cum illis cœlis, qui tempore diluvii perierunt. Quod intelligi non poteſt, niſi de regionibus aëris, in quibus pluviæ & tempeſtates creari ſolent. Iſti cœli poſt diluvium repoſiti ſunt, & reſtituti verbo Dei, & nunc igni reſervantur. Imo Petrus poſtea addit, nos juxta repromiſſionem habituros eſſe cœlum novum, & terram novam. Ea repromiſſio facta eſt in c. 65. Eſaiæ, & repetita c. 21. Apocalypſ. quamvis ibi ſcribatur de mari, illud amplius non futurum. Sed Auguſtinus in cap. 16. quod modò citavimus, dubitat, utrùm ea verba ita ſint intelligenda, quaſi mare prorſus ſit defuturum, utpote jam deflagrationibus exhauſtum, & exſicatum: an quaſi futurum quidē ſit, ſed innovatum, & immutatum. Auguſtinus eodem loco ait, de igne illo deflagrationis, neminem, quod quidem ipſe ſciat, noſſe, quiſnam aut unde futurus ſit: quum tamen hodie Scholaſtici ea de re infinita fingere & fabulari nihil dubitent. Alii enim aiunt, ignem illum fore elementarēm, qui Dei juſſu deſcenſurus ſit, atque omnia combuſturus: alii ſomniant, Solis radios ex repercuſſione eſſe multiplicandos, ut ex illis omnia ſuccendantur: quēadmodum fieri videmus, quum radii ſolares feriunt ſpecula ex calybe ſtuppam admotam inflāmari. Addit Auguſtinus, elementa tunc exutura eſſe eas qualitates, quæ antea corporibus noſtris corruptibilibus congruerant: indutura autem alias qualitates, quæ noſtris corporibus immortalibus & glorificatis conveniant, ut mundus innovatus aptè accommodetur hominibus per immortalitatem innovatis. Verùm hic ego libenter ex Auguſtino ſciſcitarer, utrùm cōſtituat corpora ſanctorum poſt judicium, victura in hoc mundo? Quòd ſi affirmabit, videbitur facere cum Millenariis. Sin vero id neget, & aſſerat (quod non credimus) corpora noſtra eſſe in cœlum rapiēda: quæ erit iſta accommodatio qualitatum elemētorum ad noſtra corpora immortalia? Niſi fortè velit dicere, quamvis iſta ad noſtram immortalitatem nihil ſint conductura, tamen fore quandam analogiam & proportionem inter ea facta jam immortalia, & noſtra corpora glorificata. Si enim ea, ut Chryſoſtomus ait, propter noſtrum peccatum facta ſunt corruptioni obnoxia, par erit, ut nobis à morte liberatis, illa quoque à corruptionis moleſtia liberentur.

Rerum natura immutanda.
2. Pet. 3. 7. & 11.
Ibid. v. 13.
Eſa. 65. 17.
Apoc. 21. 1.
De igne conflagrationis extremæ.

20 Neque ſane huic innovationi quicquam obſtat, quod habetur in libr. Geneſ. Deum dixiſſe Nohe: Omnibus diebus terræ, fore ſementem, & meſſem: frigus, & æſtum æſtatem, & hyemem: diem, & noctem. Hæc enim dicit futura diebus terræ. At illi erunt dies cœli, ſabbatúmque, ut Eſaias ait, ex ſabbato. Ieremias quoque c. 33 ait. Num irritari poteſt fœdus, quod inivi cum die ac nocte? Quaſi diceret, id irritari non poſſe. Ita, inquit, ratum erit fœdus, quod pepi-

Gen. 8. 22.
Eſa 66. 23.
Ierem. 33. 20.

XX

gi cum domo Iuda, & cum domo David. Pactum, de quo modo Propheta loquitur, de Meſſia ſuo tempore mittendo, ultra tempus præſentis ſtatus non eſt proferendum. Chriſtus verò quum ait in Evangelio, Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt: non accipit tranſitum pro interitu, ſed immutationem aliquam quandoque futuram prædicat, quæ tamen verbis ipſius nulla unquam contingit. Etenim ſemper manebunt immota, & veritas illorum nunquam pervertetur. Hujus interpretationis author eſt David Pſalm. 102. Opera, inquit, manuum tuarum, ſunt cœli. Ipſi peribunt, tu autem manes. Sicut amictum mutabis eos, & immutabuntur. Huc accedit etiam Petrus: Nam quum dixiſſet cœlos perituros, & elementa æſtu liquenda eſſe, ſubjecit, nos juxta repromiſſionem habituros eſſe cœlum novum, & terram novam. Et Hieronymus exponens cap. 65. Eſaiæ in hunc ſenſum adducit ſententiam Pauli, ex Epiſtola priori ad Corinth. cap. 7. Ait enim, figuram hujus mundi præterire: quaſi velit dicere, naturam rerum, aut mundum ipſum interiturum, ſed tantùm figuram, hoc eſt, ſtatum & formam hujus temporis. Probátque innovationem eam quam ponimus, non ſignificare corruptionem naturæ, ſimili ducto ex gradibus ætatis noſtræ. Quum enim ex pueris efficimur juvenes, ex juvenibus viri, ex viris ſenes, non deſtruimur, quod quidem ad hominis naturam attinet: ſed à ſtatu deteriori, ad id quod eſt præſtantius, his mutationibus transferimur. Cum itaque conflagratio poſtrema jam acceſſerit, quam Scripturæ ſatis apertè futuram docent, orbis univerſus conflabitur: utque aurum argentúmque, quum igne funduntur non pereunt, ſed puriora efficiuntur: ita mundus, illo igne non perdetur, ſed inſtaurabitur. Id nonnulli etiam ex Ethnicis ſcriptoribus ſenſerunt, ut Heraclitus Epheſius, & Empedocles Siculus aliique, qui hæc fortaſſe à majoribus ſuis acceperant, ſed ea pravis opinionibus vitiarunt.

Mat. 24. 35. Quomodo cœlum & terra tranſibunt.

Pſal. 101. 27.

2. Pet. 3. 12.

Eſa. 65. 17. 1. Cor. 7. 31.

Simile.

21 Fuerunt complures ex veteribus Chriſtianis, qui opinati ſunt creaturas manſuras eſſe poſt adventum Domini, & electis uſui alicui futuras. Putarunt enim, quum Chriſtus redierit, tantùm fore reſurrectionem piorum: quam etiam primam reſurrectionem appellarunt. Inter quam & poſtremam, qua impii ſunt excitandi, interceſſuros eſſe mille annos: atque eo tempore totum Chriſtum unà cum ſanctis regnaturum eſſe in mundo, toto illo ſpatio diabolum eſſe alligandum, quemadmodum in libr. Apoc. deſcribitur. Videtur autem anſam opinionis ſuæ, non tantùm ex revelatione Ioannis, ſed etiam ex Prophetis accepiſſe. Illi enim quum vaticinantur, de regno Chriſti, permulta commemorant, quæ ad regna hujus mundi, & ad voluptates ac delicias ſpectare videantur. Illi verò, qui fuerunt in hoc errore, à Græcis χιλιασταὶ, à Latinis Millenarii dicti ſunt. Neque ſane homines tantùm vulgares fuerunt Patroni hujus ſententiæ, ſed etiam viri præcipui in Eccleſia, & antiquiſſimi, Papias, Irenæus, Iuſtinus Martyr, Victorinus, Lactantius, Tertullianus, & alii complures non obſcuri ſcriptores Eccleſiaſtici: quos ego non conjungo cum Cerinthoris: enim alios errores multos de Servatore noſtro diſſeminavit. Ad id enim quod iſtos Patres ſenſiſſe diximus adjecit duplicem impietatem. Primum, ſanctos ita in hac vita cum Chriſto regnaturos, ut omnibus voluptatibus corporis copiosè fruerentur: quod non aliud eſt, quàm naturam per reſurrectionem innovatam, rurſus libidinibus, ebrietate, crapula, & aliis hujuſmodi ſordibus contaminare. Alter ejus error fuit, in illo Chriſti regno, Legales cæremonias, & ſacrificia Moſaica eſſe revocanda: quos errores, nullus ex illis Patribus, quos commemoravimus, ſecutus eſt.

Millenariorum ſententia.

Reſurrectio prima & ſecunda.

Apoc 20. 3.

Aliqui viri præcipui fuerunt Chiliaſtæ.

22 Nec difficile eſſet, illam inſaniam ex Scripturis refutare. Sed quoniam id à nobis alibi abundè factum eſt, nunc de ea re dicere ſuperſedemus. Tantùm hoc addam, Auguſtin. libr. 20. de Civitate Dei cap. 7. ſcribere: Si iſti dixiſſent, Chriſtum illo ſpatio mille annorum, ſanctis ſuis aliquid cœleſtium chariſmatum eſſe collaturum, ſententiam illorum futuram fuiſſe magis tolerabilem. Quo loco ſignificat, ſe quoque aliquando ſenſiſſe: poſtea tamen idem rebus melius expenſis, locum Apoc. unde omnis ea ſuſpicio videbatur emanaſſe, aliter exponendum judicaſſe: videlicet per illos mille annos tantùm illud tempus accipiendum eſſe, quod à Chriſti aſcenſione uſque ad ejus extremum judicium, circumagitur: nóſque offendere non debet, numerus mille annorum: Familiare enim eſt Scripturis ſacris, per numerum certum ac definitum, alium numerum incertum atque indefinitum ſignificare. Quod quamvis multis aliis locis probari poſſit, hîc tamen duo tantùm ſatis erit annotaſſe. Chriſtus ait Apoſtolis, Qui reliquerit domum ſuam, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut uxorem, aut fratres, &c. centuplum accipiet. Vbi per centuplum, magnam quandam & quodammodo infinitam recompenſationem intelligimus. Ita Deus pollicetur in Lege, ſe benefacturum eſſe colentibus ſe in mille generationes: quod nihil aliud eſt, quàm uſque ad poſteros multò remotiſſimos. Regnat igitur Chriſtus, ut Auguſtinus arbitratur, cùm Sanctis toto hoc tempore, quod numero mille annorum ſignificatur. Verùm quomodo Satan hoc tempore dici poſſit eſſe ligatus, non ita facilè poteſt expediri: nam etiam nunc, ab illo Eccleſia Chriſti graviter divexatur. Sed Auguſtinus idcircò eum ligatum putat, quòd vires ejus fractæ ſint, & Chriſtus fortem armatum vicerit, ut ille non poſſit nunc ita ſævire, ut vellet: præſertim verò, quòd non poſſit electos, & ad vitam æternam prædeſtinatos, à deſtinata ſalute avertere. Quanquam quod ad hoc attinet, etiam antequam Chriſtus aſcenderet in cœlum, Satanas non minus impediebatur, quàm nunc, ne electos poſſet ab æterna vita deturbare. Sed hîc reſponderi poſſet, eos qui ita vixerint, ante Chriſtum, paucos fuiſſe: Graſſabatur enim diabolus paſſim ferè per univerſum orbem, exceptis quibuſdam Iſraelitis, & aliis paucis. Nunc verò poſtquam Evangelium per orbem terrarum diffuſum eſt, potentia & vis Satanæ multò magis coërcetur: quod ſatis patet in extinctis oraculis, & idololatria ubique jam ferè profligata. Itaque exiſtimo cum Aug. hanc innovationem creaturarum, non in eum uſum inſervituram, ut illis utantur ſancti in regno aliquo temporario viventes cum Chriſto in mundo. Vaticinia autem Prophetarum, quæ de regno Meſſiæ paſſim extant & carnalia quædam commemorant, & ad regnum terrenum ſpectantia, ita accipienda ſunt, ut ea intelligamus, regnum Chriſti, quod nunc exercet in Eccleſia, quodque in die judicii magna virtute exercet, ejuſmodi metaphoris deſcribere, qualibus noſtrorum regnorum amplitudo & majeſtas vulgo cõſtare exiſtimatur. Quod ipſi Prophetæ ſatis ſubindicarunt, cùm multa interſererent, quæ longè omnem fidem ſuperarent, rerúmque humanarum curſum excederent. Ibi enim perſpicuè docent, ſe loqui metaphoricè. Sed ut ad inſtitutum redeamus, orbem, quod ad ejus naturam & ſubſtantiam attinet, credimus non eſſe omnino interiturum: ſed potius, ut habet Eſaias, Petrus, & liber Apocalypſeos, & Paulus eo loco, eum eſſe innovandum. Renovationis autem hujus conditiones duæ præcipuæ aſſignantur: altera immortalitatis, altera lucis. Scholaſtici annotarunt, lucem illam non futuram eſſe talem, quæ calorem efficiat: id enim ſi fieret, futurum, ut omnia facilè areſcerent & comburerentur. Nec difficile eſt, invenire lucem, quæ calorem non pariat: gemmæ enim multæ inveniuntur fulgentiſſimę quę nihil caleant.

Mat. 19. 29.

Numero certo ſignificatur indefinitus. Exod. 20. 6.

Satan dicitur ligatus, quòd fractas habeat vires.

Quare magis dicatur nunc Satan ligatus quàm ante Chriſti mortem.

Vaticinia Prophetarum de regno Chriſti ſunt metaphorica.

Ipſi Prophetæ ſe metaphoricè agere oſtẽderunt.

Renovationis mundi conditiones.

23 His jam ita expoſitis, conſiderandum eſt de reliquis partibus orbis, an illæ quoque ſint conſervandæ: ut plantæ, gemmæ, metalla, animalia bruta, & id genus alia. Scholaſtici putant homine, qui præcipua eſt pars orbis terrarum, renovato, etiam creaturas eſſe reſtituendas. Quæ ſententia veriſſima eſt, colligitur enim ex dictis Pauli. Quod autem ad partes attinet, tantùm cœlum & elementa, & hominũ corpora putant eſſe relinquenda. Verum, ratio quam adducunt, meo judicio infirma eſt. Affirmant enim, ea tantum habitura immortalitatem, quæ ad eam aliquo modo fuerunt facta: quale eſt corpus cœleſte, quod omnino ſimplex eſt, neque à qualitatibus pugnantibus immutatur. Elementa etiam quæ quamvis quod ad partes attinet, generentur & corrumpantur: tamen quod attinet ad totum, ſemper manent.

Verùm omnes orbis partes reſtituendæ ſint.

Ita

Ita dicunt etiam de homine: qui quamvis corpus habeat caducum, animum tamen habet immortalem: imò corpus ipſum ita factum erat ab initio, ut poſſet non mori. Quare non erit abſurdum, ſi illi quoque immortalitas communicetur. Verùm hæc ratio duplici nomine infirma eſt: Primùm, quia nulla ſubnixa authoritate verbi Dei, à multis partibus orbis removet inſtaurationem. Deinde, quia id quod aſſumit, æquè dubium eſt, atque id quod concluditur: videlicet, ea tantùm eſſe immortalitate reparanda, quæ ex inſtitutione ad eam videantur idonea. Nam cùm iſta immortalitas liberale ac merum ſit donum Dei, non poteſt pendere à modo & vi aliqua naturæ. Vis enim illa Dei, qua & cœli & elementa reſtituentur ad immortalitatem, conſervare poteſt etiam reliquas orbis partes. Utque elementa tota manent, quamvis partes illorum generentur & corrumpantur: ita ſpecies brutorum & plantarum perpetuò durant, quamvis eorum individua ſufficiantur & pereant. Si quæras quam iſta habitura ſint utilitatem, ſi perſtiterint? Reſpondeo eandem, quam tu attribuere poteris elementis. Quemadmodum enim tum nihil elementis indigebimus, ita ne brutis quidem, aut plantis, aut aliis partibus orbis. Viſa mihi fuiſſet potior ratio, ſi dixiſſet, ideò ſe putare, alia non duratura, quòd Scriptura cõſervationis eorum non meminerit: quanquam ne hanc quidem rationem video fore neceſſariam. Quamvis enim Scriptura harum creaturarum mentionem ſeorſim & expreſsè non fecerit, ſatis tamen eſt, quòd in genere, creaturas inſtaurandas ſignificaverit, neque unquam quicquam exceperit. Deinde, ſi rationibus contendendum ſit, uti dicunt, Solem ideò eſſe illuſtrandum magna lucis copia, quòd eum par ſit ſuorum laborum quodammodo mercedem accipere: ita poterunt reliquæ etiam creaturæ dicere, ſe non minori labore ac fide hominibus inſervuiſſe, quàm Solem. His adde, non minorem eſſe reliquis creaturis propenſionem & naturalem appetentiam ad ſe ipſas conſervandas, quàm Soli, Lunæ, Cœlo, Terræ: quare ſi illa ſuo deſiderio fruſtranda non ſunt, ne hæc quidem fruſtrari oportere.

Ratio Scholaſtic.

Immortalitas eſt merum Dei donum, nec à natura pendet.

Rationes probabiles hinc inde.

A 24 Hæc poſſent utrinque dici probabiliter. Et Paulus ad Epheſios, & ad Coloſſenſes ait: Omnia inſtauranda eſſe per Chriſtum, ſive quæ in cœlo ſint, ſive quæ in terris. Sed ne hoc quidem facit argumentum neceſſarium: Univerſalia enim ita pronunciata in Sacris literis, ſemper recipiunt exceptionem aut contractionem. Omnes, inquit Chriſtus, quotquot ante me venerunt, fuerunt fures, & latrones. Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. Poteſt hic in- B telligi ſynecdoche, ut in illo toto partes aliquæ accipiantur comprehenſæ. Cúmque Paulus dicit: Creaturam liberandam eſſe à ſervitute corruptionis, poſſet generaliter intelligi de mundo, quòd ille non amplius cogendus ſit renovare creaturas per novam generationem: non tamen ex eo ſequitur, omnes creaturas, quod ad ſingulas ſpecies attinet, eſſe conſervandas. Pii igitur animi eſſe cenſeo, neutram partem pertinaciter affirmare. Nihil enim habemus alterutram in partem ſatis certò definitum. Hoc tamen C auſim dicere, ex illis creaturis quæ interierint, tantùm homines eſſe excitandos à mortuis. De aliis verò creaturis poſt diem judicii conſervandis à cœlo & terra, quarum Scriptura non meminit, nihil dicendum arbitror. Cùm enim Scripturis deſtituamur, nihil eſt nobis nimis curiosè inveſtigandum. Satis eſt, ſi hoc intelligamus, noſtra cauſa inductam fuiſſe rerum corruptionem: & viciſſim, ubi non fuerimus reparati, omnia quæ erunt manſura, fore, quàm ante fuerint, meliora. Ita verò nervi cognitionis noſtræ D intendendi ſunt, ut ne ea nos prætereant, quæ ſint ad ſalutem neceſſaria: cujuſmodi ſunt dogmata de Deo, de juſtificatione, de cultu, de bonis operibus, de uſu ſacramentorum: qui nunquam erit ſincerus & purus, niſi natura eorum fuerit benè percepta & cognita. Nam ſi plus illis aut minus, quàm oporteat, tribuamus, perpetuò errabimus. Scripturæ verſantur in his maximè capitibus, ut homo Dei ſit perfectus, & ad omne opus bonum inſtructus. Ea verò, quæ Scripturæ non attingunt, exiſtimemus, non eſſe ad E ſalutem noſtram neceſſaria. Spiritus enim Sanctus adeò bonus eſt, ut ſi neceſſaria eſſent, ea in Scripturis omninò fuerit traditurus.

Epheſ. 1.10. Col. 1.20.

Univerſaliter pronunciata in Sacris literis exceptionem recipiunt.

Ioan. 10.8.

1. Cor. 6.12.

Neutra pars hujus quæſtionis pertinaciter affirmanda.

Videndum ne nos prætereant quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria.

Uſus ſacramentorum nõ poteſt eſſe purus, ubi eorum natura ignoratur.

Circa quæ verſentur Scripturæ capita.

2. Tim. 3.17.

Quæ prætereuntur à Scripturis ſanctis, non ſunt ad ſalutem neceſſaria.

De vita æterna, Vide fidei Confeſſionem in fine Claſſ. 2. De felicitate autem diſputationes varias toto Commentario in Ethica Ariſtotelis.

Digitized by Google

In 2.Sam.21. verſ.15.

Contra adverſarios, nos habere Eccleſiam veram, etſi ſint inter nos diſſidia.

Eph.5.27.

A Evangelio maſtigis perpetuò, quod non conſentiamus inter nos de re Sacramentaria, libero arbitrio, & aliis. Negare non poſſumus: an propterea dicemus, Eccleſiam reformatam non eſſe Eccleſiam? Spiritus quidem Domini, eſt Spiritus pacis. Totos occuparet omnes ſi toti eſſemus regenerati: at nondum hoc habemus. Eccleſia eſt inſtituta, ut ſit aliquando ſine ruga: non eſt nunc, erit aliquando, cùm Chriſtus vicerit omnes adverſarios. Puto nullos eſſe, qui conſenſum non ament: attamen veritate ſalva, interdum ha

B beri non poteſt. Diſſidia in Eccleſia, nunquam ſtatim extirpata ſunt. Videntur illi cùm hæc narrant, mera portenta proponere, quaſi in Eccleſia diſſenſiones nunquam fuerint. Sed quæſo, initia reſpiciant, Populus Iſraelis qui fuit Eccleſia Dei, in deſerto ſæpius

Exod.17.4. Num.14.10. Num.16.1. 1.Sam.18.&c. 1.Reg.12.16. 1.Reg 13.11. 1.Reg 22.11.& 15. Ierem.21. & 26.

occidere Moyſen voluit. Core Dathan & Abyron tumultuati ſunt, & contenderunt de Sacerdotio, quod expreſſo Dei verbo Aaroni deſignabatur. Inter Davidem & Saulem, quæ erant mota? verbum tamen

C Dei de regno expreſſum erat. Domus Iuda habuit regnum à Deo, tamen ſub Roboamo ſchiſma factum eſt. Poſt illam ætatem, Prophetæ ſucceſſerunt: ex una parte veri, ex altera parte falſi erant, qui pugnantia dicebant: quod unus affirmabat, alter inficiabatur. Redierunt Iſraëlitæ ex captivitate, ſciſſi ſunt in varias ſectas, Eſſenorum, Phariſæorum, Sadducæorum. Quis dicat ibi non fuiſſe Eccleſiam? Non ergo novum eſt, ut ubi eſt Eccleſia Dei ibi ſint diſſenſiones. In Novo Teſtamento ſi dixerint non hoc

D factum eſſe, neſcio an errent prudentes an imprudentes. Tempore Apoſtolorum, quid fuit inter Pe

Gal.2.14. Act.15.39.

trum & Paulum? Petrus Iudaizabat cum damno Ethnicorum, qui erant converſi: Paulus redarguebat ipſum. Paulus & Barnabas quos Spiritus ſanctus in miniſterio conjunxerat, ita diſſenſerunt, ut à ſe invicem diſcederent. Duravit diu contentio de Iudaiſmo retinendo, vel non. Tranſlata eſt contentio ad Auguſtinum & Hieronymum: hic voluit quædam mendacia etiam in Sacris literis ex diſpenſatione

E poſſe concedi, ille vehementer inficiatus eſt. Tempore Apoſtolorum & paulò poſt, habuerunt Chriſtiani inter ſe multos ſectarios: Cerinthianos, Marcionitas, Gnoſticos, Carpocratianos. Facite Ethnicos accepiſſe noſtrorum argumentum, & dixiſſe, Vos de veſtro Chriſto conſentire non poteſtis, nos ſacra conſtituta habemus noſtrorum Numinum. Quibus credam, iſtis an illis? omnes dicunt ſe eſſe Chriſtianos. Quæſo ponderemus Eccleſiam apud Corinth.

1.Cor.1.5. Ibid.verſ.12. 1.Cor.6.13.

F quam Paulus plurimùm commendat, omni ſapientia & ſermone inſtructam, dicens. Quietíne inter ſe erant? Schiſmata erant inter eos. dicebant, Ego ſum Petri, ego Pauli, ego Apollo. Sed non de rebus gravibus inquis, diſſentiebant. Eò veniebant multi, ut ſcortationem ſimplicem putarent non eſſe peccatum, unde Paulum docere eos hac de re oportuit. De reſurrectione ipſa, malè ſentiebant. Si ſunt errores in Anabaptiſtis, aut in aliis, non ſentimus cum eis. Poſteriore ætate, Arriani concuſſerunt Eccleſiam per annos 150. & Ethnici erant, quibus hoc dolebat.

Themiſtius.

G Themiſtius enim ſcribebat ad Imperatorem Conſtantium de hac re. Facio Ethnicos qui tunc erant argumentari cōtra Eccleſiā: Quî vos eſtis Chriſtiani diviſi inter vos? In una Eccleſia Epiſcopus catholicus erat, in altera Novatianus: ut Conſtantinopoli erat Chryſoſtomus & Agelius. In Africa quoque per omnes ferè Eccleſias erant bini fere Epiſcopi, Catholicus & Donatiſta. Pars imagines habere voluit: Epiphanius tanquam rem deteſtabilem habuit. De primatu Papæ quid dicemus? Volunt articulum eſſe

H neceſſarium ad ſalutem: an verò omnes eum receperunt? Gregorius dicebat, hunc titulum eſſe Antichriſti. Conſtantinopolitanus ambiebat contra Romanum: tādem totus Oriens Romanum Epiſcopum non agnoſcebat: tamen dicunt Eccleſiam fuiſſe. Dicunt ſe Papatum conjunctum habere: Deus novit. Sed ut liberaliter cum eis agamus, concedamus hoc eis, indicium eſt totos ferri ad prava, eſtque conjuratio potius, quàm veritas. David regnum Dei habuit, tamen quietum non erat: talis eſt Eccleſia.

De variis Eccleſiæ miniſteriis.

In Rom.1. Init.

I 4 Iam verò obſervemus Apoſtolos ad id fuiſſe delectos, ut cultum Evangelii conſtituerent & quæ

A à Chriſto audiverant, credentibus promulgarent. At Epiſcopi eò ſunt inſtituti, ut tueantur ea, quæ in Evangelio & Sacris literis continentur: quæ ſic tuenda ſuſcipiant, ut illis non addant nova, & traditiones fingant pro ſuo arbitrio. Deinde ſancti Patres, qui

Diſcrimen inter Apoſtolos & Epiſcopos. Vide in Gardnerum p. 152.

Epiſcopi fuerunt, quando ad ſcribendum accedunt, fatentur ſe tractatores eſſe divinæ Scripturæ, & nolle, quæ ſcribunt, haberi tanta authoritate, quantum canoni Scripturarum tribuimus: imò ſibi credi ve

B tant, ſi contra divinas Scripturas aliquid proferant. Tertiò doctrinæ Apoſtolicæ aſtipulata ſunt multa miracula, per quæ confirmata eſt eorum authoritas, quod neutiquam factum videmus in veterum traditionibus. Præterea certi ſumus, Apoſtolos afflatu Spiritus ſancti ſcripſiſſe: quod nequaquam atteſtari audemus de noſtris Epiſcopis. Vnde concludimus, Apoſtolos non potuiſſe in his quæ ſcripſerunt errare: Epiſcopos verò ſæpè malè ſtatuiſſe quoad dogmata videmus, ut patet in Ariminenſi concilio, nec

C non in ſecunda ſynodo Epheſina, & in pleriſque aliis, quin & in actionibus permultus eſt atque depoſitus Chryſoſtomus: quod etiam illorum Epiſcoporum nomine actum eſt, qui orthodoxi habebantur, & pleraque hujus generis induci poſſent. Paulus

Chryſoſtomus deponitur.

1.Tim.1.14.

quoque ad Timotheum ſcribens, orat, ut cuſtodiat ſuum depoſitum, oſtendens, eum doctrinæ Evangelicæ ſuſceptæ, nihil debere vel addere, vel minuere, hoc eſt, depoſitum juſtè ſervare. Adjiciamus, ita ſe habere Apoſtolos ad Epiſcopos & ordinarios Paſto

D res, uti ſe habuerunt antiquitus Prophetæ ad Pontifices & Sacerdotes. Nam illi potuerunt adferre libros, qui Canoni admiſcerentur. Samuel enim ſuos libros adjecit Scripturæ. Eſaias, Ieremias, & alii Prophetæ, Scripturæ addiderunt ſua monimenta: quod Scribæ, Sacerdotes atque Pontifices nequaquam potuiſſent efficere. Apoſtoli vocarunt Gentes, abrogarunt cæremonias Legis: quod fuit ultra vires Pontificum & Sacerdotum. Idcirco Apoſtolus ſe prædicat variis titulis, ut quando illum legimus, aut audi

E mus, non hominis voces, ſed è cœlo Oracula putemus effundi.

In Rom.10. Eſa.24.16. & 29.59. Mal.1.11.

5 Sunt verò in Scripturis permulta loca, quibus demonſtrari poteſt, doctrinam Evangelii per univerſum orbem miniſterio Apoſtolorum invulgandam. Eſa.29.59. & in Malachia, ut ubique fermè in Prophetis. Quòd ſi per orbem publicatum eſt Evangelium, non potuerunt Iudæi cavillari, ſe non audiviſſe, præſertim quum ab illis cœpta ſit prædicatio, juxta illud: De Zion exibit Lex, & verbum Do

Pſal.2.3. Act.13.46.

F mini de Hieruſalem. Neque Apoſtoli converſi ſunt ad Gentes, niſi quum jam deprehendiſſent Iudæos obſtinatè incredulos: tunc enim ad gentes iverunt, quæ tamen & antea miniſtros verbi Dei habuerant, quanquam non adeò copioſè, atque ordinata ſucceſſione, quemadmodum Iudæi. Vixit inter Gentes Melchiſedech, Balaam, Iobus, & Sybillæ, quarum à veteribus teſtimonia de Chriſto recitantur. Ioſeph in Ægypto vixit: Ionas miſſus eſt ad Ninivitas: Daniel & ſocii ejus in Babylone prædicarunt: Nehe

Gentes habuerunt aliquot miniſtros, licet non ordinarios.

G mias & Eſdras apud Perſas, qui omnes aliquid lucis veræ pietatis inter gentes accenderunt. Sed per Apoſtolos denique doctrina completa eſt. Convincuntur ergo Iudæi argumento à minori: Si Gentes remotæ atque fines orbis terræ audiverunt, quomodo vos Iudæi non audiviſtis? Et hanc rationem exponendi ſequitur Chryſoſtomus. Neque mirandum eſt, Paulum ad Rom.10. ſcribere invulgatum eſſe Evangelium ubique: quia idem ad Coloſſ.c.1. atque id

Rom.10.18. Col.1.6. & 23.

H bis, teſtatur. Primò dicit, In veritate Evangelii, quod prædicatum in univerſo orbe fructificat. Et ſub finem ejuſdem c. inquit, Evangelium quod prædicatum eſt apud omnem creaturam quæ ſub cœlo eſt. Item in Epiſtola ad Romanos c.15. exprimit, quanto

Rom.15.19.

Tempore Apoſtolorum Evangeliū quā latiſſimè diffuſum eſt per orbem.

ſtudio ipſe laboraverit, ut Evangelium paſſim divulgaretur, A Hieruſalem inquit, uſque ad Illyricum, circumjacentes omnes regiones, Evangelio implevi. Et cùm in his amplius locum non habeam, veniam ad vos ut proficiſcar in Hiſpaniam. Si unus tantùm effecit, quid alios Apoſtolos & Evangeliſtas arbitra

I mur præſtitiſſe? Matthæus Æthiopibus remotiſſimis prædicavit, & Thomas Indis, quod uſque in hanc diem ipſi teſtantur. Et in c.1. Epiſt. ad Rom. ſcribitur,

Rom.1.8.

XX 3

A fidem Romanorum annuntiari per totum orbem. Deberet autem hoc ſtudium Apoſtolorum excitare noſtri temporis homines, ut aſſiduis prædicationibus inſtaurarent collapſam pietatem. Vnde illud præceptum Domini Apoſtolis datum, ut irent in univerſum mundum, & Evangelium prædicarent omni creaturæ, noſtra quoque ętate oporteret locum habere, ut quiſque in ſuis locis quibus eſt addictus, prędicatione nimime pateretur aboleri ſanam doctrinam.

B 6 Quod Evangelium in omnes partes orbis delatum eſſet Apoſtolorum tempore, aliqui per ſynecdochen exponunt, quòd videlicet in provinciis magis præcipuis & inſignioribus jam eſſet prędicatum: & ex illis ad finitimos, fama ſaltem & nomen hujus doctrinæ pervenerit. Et hanc ſententiam ſequitur Ambroſius, qui ait, ubi deſunt perſona prædicantis, adeſt fama. Et per ſimile hoc demonſtrat: Admiranda opera quæ Deus in Ægypto geſſerat, ad ſervandos Iſraëlitas, fama fuerunt cognita in Hiericho, ut

C Rahab teſtata eſt his nuntiis ſeu exploratoribus quos Ioſuę miſerat. Publicè quidem ex magiſtratuum inſtituto, nulla gens adhuc Apoſtolorum ætate, Chriſtum profitebatur: hoc enim tantum factū eſt Conſtantini & Theodoſii temporibus. Hincque facilè intelligitur quid intellexerint, qui ſcripſerunt, quaſdam nationes recens ad Evangelium cōverſas: quod ſane de Anglis dicunt quaſi ſub Gregorio ad Chriſtum acceſſerint, per Auguſtinum ejus legatum &

Ioſ.2.9.
Exemplum.
Angli.
Saxones.

D Cantuarienſ. Epiſcopum: & de Saxonibus, eos tempeſtate Caroli Magni, fidem Evāgelii admiſiſſe. Hoc ſane fieri potuit, confeſſione publica civitatum & regionum, cùm tamen longè antea in illis locis Chriſtus fuerit prædicatus. Et quòd attinet ad Angliam, à primis temporibus habuit Evangelii prædicatores, nimirum tempore primi Eleutherii: & ita habuit, ut illi Epiſcopi perdurarint uſque ad tempora illius Auguſtini à Gregorio miſſi: ſervabátque Inſula priſtinum morem Orientalis Eccleſiæ, prętertim Epheſinæ, quo ad Paſcha: nam ipſum celebrant luna 14.

E Mart. Vnde potius invexit ille Auguſt. quantum ego ſuſpicor, ſubjectionem tyrannicam ſub Papa, quàm purum Chriſtianiſmum: & ſic de Saxonibus, vel aliis conſimilibus gentibus credendum eſt. Auguſtin. in libr. De natura & gratia cap. 2. affirmat, ſua tempeſtate remotas aliquas regiones fuiſſe pauciſſimas, quibus adhuc non eſſet prædicatum. Quod ego intelligo ita, ut receptum & creditum publicè fuerit verbum Dei. Scribit item hac de re in epiſt. ad Heſychium, quæ eſt numero 80. Sed quam manifeſtiſſime mecum facit Chryſoſt. ſuper Matthæum,

Quartadecimani.

F Homil. 10. & in Matthæum item c. 24. dum interpretatur hæc verba: Prædicabitur hoc Evangelium regni in univerſo orbe in teſtimonium, atque tunc erit conſummatio. Prædicatum ſane eſt Evangelium ante everſionem Hieroſolymorum. nam conſummatio ibi ad politiam Iudaicam debet referri, quæ tempore Apoſtolorum everſa eſt. Vixit enim Ioannes uſque ad Trajanum: Prædicatum igitur erat primo

Mat.24.14.
Prædicatum erat ubique Evangelium, at non ubique receptum.

G illo tempore Evangelium fermè ubique, at non ubique receptum: imò prædicatores graviſſimis perſequutionibus fuerunt paſſim accepti, ut Chriſtus prędixerat: Tradent enim vos ait, in conciliis & ſynagogis flagellabunt vos, ducemini ante Reges & Præſides.

Mat.10.17.

7 Proinde admodum pauci erant, imò fermè nulli, qui vel prædicationem Evangelii non audiverint, vel ſaltem de Chriſto nobilem & inſignem famam non acceperint: quanquam ſucceſſu temporum

H fieri poteſt, ut nomen Chriſti negligentia & incredulitate ſit abolitum, ut Luſitani perhibent de locis à ſe inventis, per iter quo navigarunt à Gadibus in Indiam. Vnde ſoleant aliqui movere curioſam quæſtionem, quid ſit putandum de iis qui naſcantur aut in ſylvis extra hominum cœtum, aut in his locis ubi Chriſtus non prædicatur, & nomen ejus non auditur? Quibus dicendum eſt, hujuſmodi homines, ſi qui tales reperiantur, excuſari quidem nonnihil, neque fore illorum tam gravem damnationem, ut eorum qui audiverunt Evangelium & contempſerunt:

Novæ regiones inventæ à Luſitanis.
Quid ſiat de hominibus qui de Chriſto nihil audiverunt?

I non tamen ſalutis beneficium conſequi, cum ſuæ damnationis in ſe cauſas habeant, nempe originis

A peccatum & pleraque alia, quę ab illis indubitatò fuerūt adjecta. Poſſe quidem illis Deum revelare Chriſtum abſque miniſterio externo minime dubitamus: & fortaſſe id quandoque facit ex ſua miſericordia, ſed non ex merito, ut mali Sophiſtæ dicunt, ſi faciunt quod in ſe eſt, quaſi poſſint id mereri, ut aiunt, de congruo. Verum de hoc dictum ſit obiter. Illud vero attente cogitandum eſt, non leve, imò prodigioſum fuiſſe miraculum, tam brevi ſpatio temporis,

B Chriſti doctrinam potuiſſe per univerſum orbem diffundi, cùm tot haberet adverſarios, diabolum, ſceleratos, necnon tyrannos, Pontifices atque Sacerdotes, ſapientéſque tum Iudæorum, tum Gentium, & prædicatorum eſſet alioquin magna ſimplicitas & ruditas, quo ad humanas artes. Intra viginti aut triginta annos, Chriſti prædicatio ferè ubique audita eſt, ut Chryſoſtomus ſcribit. Philoſophi autem ingenioſi & docti, ſua dogmata niſi ſerò admodum extra Græciam protulerunt. Et ſic demum fuerunt per

Dogmata philoſophorum tardè propagata ſunt.

C aliqua loca invulgata, ut pauci admodum ea intellexerint, vel illis crediderint. Mahumetis doctrina, fortaſſe videbitur admiranda celeritate publicata: ſed conſideremus non fuiſſe, quæ ille prædicavit, quod attinet ad ſummam, nova dogmata. Ille creatorem cœli & terræ non negat, immortales animos credit, Chriſtum, ut Prophetam commendat, reſurrectionem mortuorum affirmat, pœnas quoque æternas & æternam felicitatem proponit, & alia permulta, quæ in veteri & novo Teſtamento continentur. Vnde dicenda eſt hæreſis, & ſané reliquiæ ſunt Arrianorum.

Mahumetis doctrina cur citò propagata.

D Chriſtum non commendat, ſed ut creaturam. Aedificavit igitur ſuper alieno fundamento. Chriſtus vero & Apoſtoli, cum prædicare cœperunt Evangelium, omnia prorſus aliena repererunt à ſuo inſtituto. Ideo miraculum fuit incredibile, tam parvo tempore invulgari cœleſtem doctrinam, & aliqua ex parte omnibus fermè in locis aliquandiu hærere: per omnes enim fermè provincias & civitates, aliqui familiæ credentium ad Chriſtum acceſſerunt.

E 8 Eſt autem Prophetia, facultas data à Deo, afflatu Spiritus Sancti, quá ſciri poſſint arcana & conſilia Dei, & aliis exponi ad ædificationem Eccleſię, ſive ea præſentia ſint, ſive pręterita, ſive futura: Patefecit autem Deus conſilia ſua ad utilitatem Eccleſiæ. Itaque Salomon cap. 29. Proverb. Vbi non prophetia inquit, diſſipabitur populus. Magnam enim vim habet prophetia, ad populum continendum in officio. Prophetabant in Muſicis inſtrumentis. Nam in 1. Paral. c. 25. deſignantur, qui prophetarent in nablis & citharis. Paulus c. 14 prioris ad Corinth. docet, pro-

In 1. Sam. 10. verſ. 9.
Vide Claſ. 1. Cap. 3. Sect. 1. &c.
Definitio prophetiæ.
Prov. 29.18.
1 Par. 25.1.
1. Cor. 14 3. & 5.

F phetiam conferri oportere ad ædificationem. Qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & conſolationem. Et ſi omnes prophetent, ingrediatur autem aliquis incredulus, aut indoctus, coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus: ſic occulta cordis ejus manifeſta fiunt, atque ita procidens in faciem adorabit Deum, confitens quòd Deus revera in vobis ſit. Diabolus etiam, ut eſt ſimius Dei, habere voluit ſuos ἐνθουσιαστάς, & Corybantas, & qui furerent ac bacchrentur in Orgiis, non ad

Prophetæ diaboli.

G ædificationem, ſed ad everſionem. Deus in Deuteronomio graviter edicit ne quis conſilium petat à mago, ariolo, aut ſacrilego. Ego inquit, excitabo vobis Prophetam, illum audietis. Duobus autem inquit, ſignis ſcire poteritis, eſſe illum Prophetam Dei ſi & evenerit quod prædixerit, & populum non inducat ad idololatriam. Scio illum locum à Divo Petro in Actis veriſſime accommodari ad Chriſtum. Poteſt autem tamen non male intelligi

Deut. 18 10. & 18.21.
Act. 3.22.

H de Prophetis, qui à populo conſulentur: Imò populus in Pſalmis queritur Prophetiam deſiiſſe: Signa, inquiunt, noſtra non videmus. Hodie quoque Iudæi miſeré deſtituti ſunt omni genere Prophetiæ. Sed in primitiva Eccleſia, cùm Prophetia vigeret, quid diſcriminis erat inter Prophetam & Doctorem? Reſpondeo, Quamvis idem fuerit utriuſque munus, tamen Doctores inſtituebantur à præceptoribus: Prophetæ verò, ſine omni ope humana, repente afflatu Spiritus ſancti concitati lo-

Pſal. 74.9.
Quid inter Prophetas & Doctores interſit.

I quebantur.

In 1 Sam 19. verſ. 8.

9 Credibile eſt tamen, Prophetas olim ex tribu Levi fuiſſe: nam ad eam propriè pertinebat omnis

Prophetæ ex tribu Levi.

admini-

Digitized by Google

adminiſtratio, & cura ſacrorum. Itaque ex illa tribu delecti adducebantur, ut ubi fuiſſent rectè & piè inſtituti, poſtea ſacra facerent, & docerent populum. Docebantur autem ſtatim à pueris, ut pietas maturè imbibita, diutius & pertinacius hæreret. Illi ad nullum aliud vitæ officium exercebantur, quàm ut docerent Legem, ut ſacra facerent, & orarent pro populo. Sed dices: Iſta ſunt dona Dei, quid ergo oportet ea diſcere à Magiſtro? Sunt quidem dona Dei, fateor: Nihil tamen obſtat quin juvenes excolere poſſint ſe bonis artibus, quibus poſtea Spiritus ſanctus uti poſſit. Dicebantur filii Prophetarum, quod majores Prophetas, à quibus docebantur, haberent & colerent loco parentum. Et diſcipuli atque auditores, in Sacris literis ſæpe appellantur filii. Paulus ad Galatas, Filii inquit, mei, quos ego jam iterum parturio. Et ad Corinthios, Filii non reponant parentibus, ſed parentes filiis. Chriſtus etiam apud Ioannem diſcipulos ſæpe vocat filios. Et Ioan. in Epiſt. Filioli inquit, cavete ab idolis. Eſaias in c.8. Obſignato inquit, in diſcipulis: & ſtatim addit, Ego & pueri, quos dedit mihi dominus. Ad iſtos filios Prophetarum ſæpe adjungebant ſe Nazaræi ex aliis tribubus: Illi prorſus disjuncti erant à vulgo, & ſpeciem aliquam gerebant noſtrorum monachorum. Qui tolerari etiam potuiſſent, niſi omnia apud illos contaminata fuiſſent ſuperſtitionibus. Habent enim otia in orationes mortuorum, Miſſis & quidvis potius, quàm quod oportuit. Certè pii Reges excitarunt ſcholas & collegia, ut in illis juvenes educarentur ad bonas literas & pietatem. Nec ulla fuit Eccleſia cathedralis, ad quam non eſſet adjuncta ſchola. Alexandriæ & Antiochiæ publicè docuerunt Pantænus, Clemens, Origenes, aliique doctiſſimi viri. Hodie etiam inter canonicos locus aſſignatur ludimagiſtro. Sed is nihil minus quàm docet juventutem. Atque inde tantum eſt ubique in Papatu tenebrarum, vel quia juvenes omnino non docentur, vel quia docentur turpia. Samuel fuit præſes hujus collegii: Ante ejus ætatem ejuſmodi cœtus Prophetarum, non commemorantur in Sacris literis. *D. munere theologico obeundo vide orationem, cujus initium, Quæ cauſe.*

1.Reg.2.v.3.5. & 8. Prophetarum Diſcipuli, dicuntur filii. Gal.3.19. 2.Cor.12.14. Io.n.1.12. & 8.35. & 11.52. 1.Ioan 5.21. Eſa.8.16. & 18. Monachi. Scholæ & collegia. 1.Sam.10.5. Samuel conſtituit hæc collegia Prophetarum. In Iud.4.v.4.

10 Cæterùm, Deborā ſexu debilem cùm ad concionandi miniſterium Deus delegiſſet, facultate prophetandi ſtatim conſpicuam & illuſtrem reddidit. Quo chariſmate atque aliis fortaſſe compluribus miraculis divinitus inaugurata eſt, & miraculis confirmata, ut quæ ad tantum munus electa fuerit. Nec tantum hæc mulier prophetico ſpiritu eſt donata: nam & alias in divinis literis ita Spiritu ſancto fuiſſe inſtructas legimus. Maria ſoror Moſis, Hanna mater Samuelis, Holda Ioſiæ Regis tempore, prophetides fuerunt. Et in novo Teſtamento, ut Mariam virginem, Elizabetham matrem Ioannis, & Annam Phanuelis taceam, Philippi quoque Diaconi filiæ (ut in Actis Apoſtolicis habetur) prophetides erant. Neque arbitror eſſe negandum, aliquas ex iis mulieribus Prophetiæ dono inſtructas populum publicè docuiſſe, illa ei proponendo quæ ſibi à Deo fuiſſent oſtenſa. Quandoquidem facultates divinæ non ideo collatę ſunt, ut occultè deliteſcant, ſed ut communem Eccleſię ędificationem promoveant. Non tamen hinc fit, ut quod peculiari quodam privilegio Deus agit, id ſit à nobis in exemplum trahendum. Siquidem Apoſtolicâ regulâ, jure ordinario conſtringimur, qua in Epiſtola cum ad Timotheum, tum ad Corinthios priore, mulierem tacere in Eccleſia jubet. Et imperati ſilentii cauſas affert: quoniam viris debent ſubjici. Docentium autem munus ſuper eos qui docentur quandam prę ſe fert authoritatem, quod mulieri ſuper viros non eſt attribuendum. Nam ea propter virum facta eſt, quem, ut ei pareat, ſemper debet reſpicere. Quod etiam ipſi Dei ſententia voluit, qua poſt peccatum mulieri dixit; Ad virum tuum erit converſio tua. Deinde Apoſtolus rationem à prima culpa duxit, in qua, ut ait, Heva ſeducta eſt, non Adamus. Unde ſi mulieres miniſterio ſacro in Eccleſia ordinariè fungerentur, homines facilè ſuſpicari poſſent, diabolum per conſuetum inſtrumentum velle populum decipere, ac ea de cauſa Eccleſiaſticę functioni minus fiderent, ſi mulieribus crederetur. Viris itaque ſolùm jure ordinario & Apoſtolica re-

Exod.15.20. 1.Sam.2.1. 2.Reg 22.14. Luc.1 42. & 46. & 2.36. Mulieres prophetides publicè populum inſtituebant. Cur mulieres jubeantur in Eccleſia tacere. 1 Tim.2.12. 1.Cor.14.34. Gen.3 16. 1.Tim.2.14.

A gulâ mandari debet. Cęterùm Deus interdum ſecus agens, accuſari non poteſt, cùm omnes leges in ſua poteſtate ſitas habeat. Quare ſi aliquando prophetidem quempiam miſerit, ac cœleſtibus donis ornarit, ea ſi loquatur in Eccleſia, proculdubio audienda eſt: ſed ita ut ſuæ cōditionis minime obliviſcatur. Quocirca duo Pauli teſtimonia, quæ invicèm pugnare videntur, facile poſſunt conciliari. Ad Timotheum Epiſt.1. ſcribit, mulierem in Eccleſia oportere tacitam B eſſe: quod ſub finem Epiſtolæ primæ ad Corinthios quàm manifeſtiſſimè confirmat. Verum in eadem jubet, ut vir prophetans aut orans caput retectum habeat, mulier verò dum prophetat, contectum: quo ſane docuit, licuiſſe mulieri in Eccleſia & loqui & prophetare. Non enim videretur fuiſſe jubendum, ut hoc faciendo caput contegeret, ſi ei fuiſſet in ſacro cœtu prorſus tacendum. Res hoc pacto explicanda eſt, ut præceptum ſilentii eſſe univerſale intelligamus: alterum verò de capite contegendo cum orant aut C prophetant, ad eas tantum pertinere, quæ prophetides fuerint. Illæ ſanè prophetare non vetantur, ad Eccleſiæ communem ædificationem: ſed ut ne ob munus extra ordinem ſibi commiſſum propriæ conditionis oblitæ ſuperbiant, ut contecto capite ſicut præcipitur: quò intelligant ſe adhuc virilem poteſtatem præpoſitam habere. Deinde, quod ad Titum capite ſecundo præcipitur, ut mulieres πρεσβύτιδες juniores moneant de temperantia, utque ſint amantes virorum & liberorum, diligentéſque D familiæ curatrices, de publica doctrina vel Eccleſiaſtica concione intelligendum non eſt: verùm de privatis adhortationibus, quas æquum eſt, ut ſeniores ad juniores habeant.

Duo loci Pauli conciliantur. 1.Cor.11.5. Mulieres prophetantes cur tecto capite eſſe jubeantur. Tit.2.3.

11 Quum dicit Paulus Rom.12. Qui impertit, in ſimplicitate: Attigit munus Diaconorum, ut erant illo tempore, & noſtro etiam eſſe deberent. Illorum fuit eleemoſynas & oblationes fidelium diſtribuere pauperibus. Suum inquit, officium pręſtent cum ſimplicitate: nihil per fraudem, aut malas artes E intervertant. Malitioſi enim homines & fraudulenti, cum publicas pecunias tractant, nihil faciunt ſimpliciter, ſed miris utuntur dolis & verſutiis. Hæc Paulus ab hoc miniſterii genere vult eſſe remota. Alii putant, dandum ſimpliciter, hoc eſt, cum nullo reſpectu ad laudem humanam, quam nonnulli captant, cum alienas eleemoſynas elargiuntur. Sed prior interpretatio mihi videtur magis commoda. Quod autem ſubjicit, Qui præeſt, in ſolicitudine. Etſi non dubito multas fuiſſe in Eccleſia præfecturas, tamen, ut ve- F rum fatear, mihi videtur appoſitiſſima intelligendum eſſe de presbyteris: non quidem de illis qui pręerant verbo & doctrinæ, ſed de illis, qui paſtoribus dabantur adjutores. Illi, ut prudentiores, & majori zelo & pietate prędit, eligebantur ex laicis. Munus illorum erat curare maximè diſciplinam, videre quid quiſque ageret, & in unaquaque domo ac familia, quo cuique auxilio opus eſſet, quod vel ad animum ſpectaret, vel ad corpus. Habuit enim Eccleſia ſuos ſeniores, vel, ut ita dicam, ſuum ſenatum, qui de re- G bus utilibus pro tempore conſultarent. Paulus hoc genus miniſterii deſcribit non ſolum hoc loco, ſed etiam ad Timotheum priori. Ita enim ſcribit, Preſbyteri duplici honore digni ſunt, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Quibus verbis ſignificare videtur, alios eſſe presbyteros, qui doceant, & proponant verbum Dei: alios autem eſſe, qui cum hoc non faciant, tamen ut presbyteri ſeu ſeniores in Eccleſia pręſideant. Hoc non tacuit Ambroſius, cum eum locum exponeret: Imò queritur, vel ſuperbia, H vel ignavia Sacerdotum, illos jam tum penè defeciſſe. Dum enim illi qui pręſunt Eccleſię, omnia volunt ad ſe pertrahere, diligenter cavent quantum poſſunt, ne in illo ordine aliquos collegas adjunctos habeant. Vult igitur Paulus, ut qui ſic pręſunt, adhibeant ſtudium, & explodant ſocordiam atque ignaviam. Addit deinde, Qui miſeretur, in hilaritate. Hoc autem munus, videtur fuiſſe viduarum, & hominum ſenum, qui ab Eccleſia in illum uſum alebantur, ut peregrinorum & ægrotantium curam ge- I rerent. Iis non immeritò hilaritatem præcipit. Multum enim relevantur homines infirmi & afflicti, ſi videant hilariter ſuis neceſſitatibus inſerviri. Nam

In Rom.12. Diaconorum munus. Presbyterorum munus. 1.Tim.5.17. Rom 12.8. Viduarum & ſenum munus.

Digitized by Google

qui triſti & contracta fronte hæc præſtant, mœrorem
videntur addere mœrentibus. Ex eo enim illi ſuſpi-
cantur ſe graves & moleſtos eſſe fratribus ſuis: Vnde
ſæpe eo adiguntur, ut mortem illa vita potiorem du-
Cur iſta miniſteria dicantur charismata.
cant. Hæc Paulus de publicis Eccleſiis miniſteriis:
quæ non immeritò appellat χαρίσματα. Nam hæc o-
mnia etſi humana arte & induſtria videantur poſſe
comparari, tamen noſtro ſtudio nihil unquam in eo
genere efficiemus, niſi aſſletur divinâ gratiâ: qua, quę
B facimus, efficiuntur utilia & efficacia. Nam qui in his
officiis verſantur ſine auxilio numinis, laudem qui-
dem ab hominibus & applauſum popularem repor-
tare poſſunt, ſed ſalutem animorum & Eccleſię com-
moda promovere non poſſunt. Et quod ad hanc rem
attinet, ſæpe illi numen habent favens & ſecundum,
qui tamen ei ſyncera voluntate non obſequuntur.
Politia Eccleſiæ ferè intercidit.
Vehementer autem dolendum eſt, hanc Eccleſiæ
politiam, ita miſerè intercidiſſe, ut hodie harum
functionum ne nomina quidem uſquam extent.
C Subſtituerunt his Ceroferarios, & neſcio quos A-
coluthos, & ſubdiaconos, qui levibus & ludicris a-
ctionibus, ad ſuperſtitioſum illud ſuum altare deſer-
viant.

In 1. Cor. 16. verſ. 1.
De viſitatione Eccleſiarum.
12 Habemus autem Corinth. 16. de viſitatione
Eccleſiarum inſignem locum. Nam eo nomine Pau-
lus ad Corinthios vult redire, & Eccleſias Macedo-
niæ prius inſpicere: & quia non potuit ſtatim Co-
rinthum proficiſci, cogitat illuc Timotheum mitte-
re. Viſitatio autem Eccleſiarum quàm ſit neceſſaria,
D conditio rerum humanarum declarat. per quam fa-
cilè videmus res in deterius labi, niſi ad priſtinum
ordinem & inſtitutum ſubinde revocentur. Quare
non eſt dubitandum, rem hanc non humanum ſed
Quales debent eſſe viſitatores.
Apoſtolicum inventum eſſe. Cæterum eos qui viſi-
tant eſſe oportet homines gravis authoritatis, probæ
ac ſanctæ vitæ, nec non in Sacris literis bene inſtru-
ctos. Etenim ſi quæ voluerint emendare, niſi verbo
Dei non probarint eſſe perverſa, nihil efficient.
Dixeris forſan: Cùm Eccleſiæ quæque ſuos paſtores
E habeant, quid opus eſt ut alii viſitatum ad eas ve-
niant? Reſpondemus, quod ſæpe contingat, ut alicu-
jus Eccleſiæ homines ſuos paſtores, alioquin bonos
non uſque adeo magni faciant, eo quod aſſidua cõ-
verſatione viluerint. Sed quando acceſſerint vel tres
vel quatuor ex aliis Eccleſiis, magnæ authoritatis &
nominis, multa facilius corrigi poterunt, & paſtorum
inſtituta ſi bona fuerint, iſtorum authoritate ful-
cientur: ſin minus, emendabuntur. Obtinuit jam u-
ſus, ut primatibus & archiepiſcopis hoc viſitandi
F munus delegatum ſit: quoniam primoribus cathedris
& inſignioribus urbibus, homines præditi opulen-
tioribus Dei donis, quique cæteros & doctrina & ſan-
ctitate antecellerent, conſueverunt præfici. Sed cùm
hodie pleriſque in locis videamus gradus hujuſ-
modi ſupremos, favore principum atque perverſa e-
lectione ineptis commendari, quid iſti poterunt
commodi ſua viſitatione afferre? Profectò nihil: Ve-
rum ſæpenumero haud parum incommodi.

De vocatione ad Miniſterium.

G
Ex 2. Sam. 2, 8.
13 Primùm intelligere debemus, Deum aliquan-
do immediatè, ut loquuntur, ipſum per ſe eligere &
vocare aliquem: aliquando idem facere per homi-
nes. Dei autem illa immediata vocatio, vel generalis
eſt, vel ad juſtificationem, vitam, ſalutem: vel parti-
cularis, ut ad docendum, ad uxorem ducendam, ad
magiſtratum gerendum: ſed quicquid eſt, ſtatim eſt
obtemperandum, poſtquam nos intelligimus à Deo
H vocatos eſſe. Sed certum oportet quemq; eſſe de vo-
catione ſua. Sæpe enim diabolus ſeſe interponit &
fallit homines ſpecie Dei. In altera autem illa voca-
tione, quæ fit per homines, multa diligenter conſi-
deranda ſunt: inprimis eam oportet juſtam & hone-
ſtam eſſe & conſentientem cum verbo Dei. Itaque
mercenarii milites & lenones, non poſſunt dici ha-
bere legitimam vocationem. In forma videndum
eſt, ne interveniat pecunia, ambitio, aut affectus car-
nis. In efficiente videndum, ut per eos fiat, ad quos
I pertinet: videlicet per magiſtratum, aut populum,
aut majores Eccleſiæ. Per vim autem nihil omnino
tentandum eſt. Quod ad finem attinet, quoniam eſt

A ſuſceptio voluntaria, oportet, ut voluntas ſpectet ali-
quod bonum: nimirum, ut juvetur regnum Dei: ne
ſua quiſque quærat emolumenta aut commoda, aut
aliena à juſto & bono, & verbo Dei. Qui eligunt vi-
dere debent, non tantùm, ut velit ille, qui eligitur,
ſed etiam ut ſciat & poſſit. Quid enim ille faciet, ſi
neſciat? Nec tantum ſcire debet, verum etiam vires
habere, ut poſſit. Et hæc quidem ſpectare debent
homines. Deus autem cùm vocat aliquem iſta non
B quærit. Ipſe enim hæc omnia efficere & dare poteſt.
Ille vero, qui eligitur, non debet de ſuis viribus ju-
dicare. Multi enim ſe, cùm ineptiſſimi ſint, aptos pu-
tant: multi contra, cùm ſint ſatis inſtructi & apti, ta-
men aut verecundiâ aliquâ aut modeſtiâ adducti, ſe
putant eſſe ineptos. Quare judicium eſſe debet pe-
nes Rempublicam aut Eccleſiam. At ſi omnino vi-
deat, ſe illi muneri ineptum eſſe, proteſtari debet,
quid ipſe de ſe ſentiat. Poſtremò tamen, ſi illi nolint
mutare ſententiam, debet cedere. Quæ cum ita ſint
C jam dubium ſe offert, quomodo 1. Corinth. 16. qui e- In 1. Cor. 16. verſ. 15.
rant e Stephanæ familia, dicantur ſeipſos ordinaſſe,
Quomodo iſti ſeipſos ordinarunt Anabaptiſtæ.
cùm id ambitionem & ἀταξίαν præ ſe ferat. Nam hinc
forſan ordinariæ vocationes contemnerentur, &
quiſque pro ſuo arbitrio ſibi functiones Eccleſiaſti-
cas uſurparet, quod Anabaptiſtæ ſentiunt & hunc
locum inter alios citant. Verum ſuſpicione ambi-
tionis facile iſti liberantur, ſi quæ ad Timotheum 1. Tim. 3. 1.
ſcribuntur, expendamus: Qui epiſcopatum deſide-
rat, bonum opus deſiderat. Verum diſpiciat, quiſquis
D is fuerit qui Epiſcopatum deſiderat, num opes, aut
honores potius, quàm functiones & labores Epiſco-
In Eccleſia eſſe debent ordinatæ vocationes.
pales ambiat. Neque aliud Chryſoſtomus intelligit
per id quod dicitur, iſtos ordinaſſe ſeipſos, quàm
quod hoc genus vitæ delegerunt, ſeque totos mini-
ſterio ſanctorum addixerunt. At contra furorem A-
nabaptiſtarum, multis locis ex Scriptura deſumptis
confirmamur, ut in Eccleſiaſticis vocationibus ordi-
nem ſervemus: ita ut minimè pro ſua libidine quiſ-
que erumpat & communes omnibus Eccleſiæ fun-
Paſſim initio Epiſt. 1.
Prima ratio.
E ctiones reddat. Paulus volens fidem facere ſui Apo-
ſtolatus, ex vocatione ſua illum confirmat, & ubique
ſe vocatum Apoſtolum nominat. Et quid oportuiſ- 2
ſet in Epiſtola ad Timotheum, & ad Titum tanta di- 1 Tim. 3. 2.
ligentia recenſere conditiones Epiſcopi, Presbyteri Tit. 1. 6.
atque Diaconi, ſi quiſque pro ſuo arbitrio ſeſe poſ-
ſet obtrudere? Illa oſtendunt, aliquem hominum de-
lectum omnino habendum eſſe. Quin & Apoſtolus 1. Tim 5. 22.
ad Timotheum ſcribit, Ne cui cito manus imponat.
Vbi vides ad inſtitutionem miniſtri exigi, ut manus
F imponantur. Quòd cùm non velit agi temerè, docet
aliquos eſſe, qui præ cæteris deligantur. Neque faci- 3
lè ſtabit quod legimus ad Epheſios, Deum poſuiſſe Eph. 4. 11.
in Eccleſia quoſdam Apoſtolos, alios Prophetas, a-
lios Evangeliſtas, &c. Cujus rei & ad Romanos, & in Rom. 12. 6.
Epiſtola ad Corinthios fit mentio: Nam ſi quiſque 1. Cor. 12. 28.
ſeipſum ingerat, & munera Eccleſiaſtica uſurpet,
non ponetur à Deo, ſed ſeipſum & paſtorem & do-
ctorem ponet. Præterea formam exemplúmque A- 4
poſtoli nobis reliquerunt. Matthias electus eſt: Pau- Act. 1. 23.
G lus & Barnabas juſſu Spiritus ſancti ſegregati fue- Act. 13. 2.
runt, ut ad gentes mitterentur. Dúmque per varias Act. 14. 23.
civitates & regiones iviſſent, ut in Actis traditur, or- 5
dinarunt Presbyteros in Eccleſiis. Nec non de Aa- 6
rone ad Hebræos legimus, quòd non ipſe ſeipſum 7
ingeſſit: cæterum à Deo vocatus eſt, quem & alii de- Heb. 5. 4.
bent imitari. Tandémque ſuccumberet Eccleſia, ni- 8
miúmque impenſis gravaretur: Innumeri enim, ut
eſt ambitio atque temeritas, miniſteria ſibi vendica-
rent. Cùm divino jure his qui laborant in verbo, a- 1. Tim. 5. 17.
H limenta debeantur, non poſſet omnibus qui opera- 1. Cor. 14. 40.
rentur, ſufficere. Et cùm omnia, juxta mandatum A-
poſtoli, ordine fieri debeant, illi omnia miſcere vel-
Argumenta illorum qui confundunt vocationes & ordines Eccleſiæ.
lent atque confundere: quod eſt unicum diaboli ſtu-
dium, cui nil æque diſplicet, potiſſimum in rebus di-
vinis, quàm recta ordinataque inſtitutio.
14 Sed videamus jam quas rationes pro ſe addu-
cant. Inprimis eſt is locus, quem citavimus. Deinde 1. Cor. 15 16.
afferunt ex priori Epiſtola Petri, Nos jam factos eſ- 1. Pet. 2 9.
ſe regnum & ſacerdotium, ad annunciandas virtutes Prima ratio.
I Dei. Adhæc inquiunt, Claves datæ ſunt non uni 1
aut alteri, verùm univerſæ Eccleſiæ: Vnde quilibet 2
poteſt illis uti. Deinde vitio nobis vertunt, quaſi 3
mandatum

Digitized by Google

Mat.16.19. mandatum Chriſti non ſervemus, præficiendo Ec- A
Mat.23.8. cleſiis paſtores: quoniam prohibuit ne vocaremur
Mat.18.15. magiſtri, præfecti, aut Rabbi. Et ſatis conſtat, fraternã
Deut.6.7. correctionẽ ad omnes pertinere, quæ non fit ſine
Act.2.10.16.20. adminiſtratione verbi Dei. Deinde parentes & patresfamiliâs
Marc.9.38. tenentur filios & domeſticos in timore
Mat.1.45. Domini inſtituere: quod non eſt niſi concionari &
Marc.16.10. Evangelium annunciare. Neque refert an intra pa-
Joan.4.39. rietes privatæ domus, an publicè hoc fiat. Nam Apo-
Act.21.9. ſtoli non ſemper in plateis, verùm etiam in privatis B
Jud.4.4. ædibus concionati ſunt. Claudi, cæci, leproſi, ſanita-
Exod.15.20. tem à Chriſto conſequuti, abibant ejus nomen præ-
1.Sam.1.1. dicantes, nulla expectata ordinatione. Mulieres etiã,
1.Cor.14.29. quandoque functæ ſunt miniſterio ſacro prædican-
4 di, nec tamen initiatæ. Et Magdalena Chriſti reſur-
5 rectionem Apoſtolis nunciavit. Samaritana illum
6 ſuis civibus prædicabat. Filiæ Philippi erant Pro-
7 phetiſſæ. Atque in Veteri Teſtamento, Debora, Ma-
8 ria ſoror Moſis, & Anna mater Samuelis publicè gra-
9 tias Deo ecinerunt. Martyres vocati ad tribunalia, C
10 Chriſtum publicè confitebantur, & quanta i poterant, eum annunciabant. Adhæc Paulus in Epiſtola ad Corinthios juſſit, ut duo vel tres prophetarent, ita ut ſi alicui ex aſtantibus revelatum eſſet, is qui loquebatur, ſileret, & alteri locum daret. Vnde apparet, ſatis eſſe revelationem accipere, ad hoc, ut publico munere concionandi fungamur. Atque tandem Paulus voluit, ut dum prophetaret aliquis, ut aſtantes judicarent: quibus dum tribuitur judicium, facultas quoque dari videtur, ut & ipſi quoque concionentur, D quandoquidem plus eſt judicare quàm dicere.

Aliud eſt de Eccleſia nondum conſtituta, & aliud de plantata dicendum.

15 Vt ad iſta reſpondeatur, inprimis conſiderabimus, aliud ſtatuendum eſſe, cum Eccleſia nondum habetur, & aliud ſi jam conſtituta & plantata extet. Quando enim adhuc extructa non eſt, & homines Chriſtianæ religionis ignari ſunt, quicunque ibi fortè fortuna fuerint, qui Chriſtum nôrint, illum tenentur annunciare, atque illi homines lucrifacere: neque ordinatio eſt expectanda cùm haberi non E poſſit. Nam tunc, is qui auditur & concionatur Chriſtum, accedentium & conſentientium tacita ſuffragia ſuæ electionis habet. Neque illi deeſt vocatio à Deo, cùm ex præcepto id quod agit facere teneatur: modò (ut diximus) Chriſtum & ejus religionem probè norit. Quod eſt intelligendum, ſi omninò ei deſit copia ordinantium. Nam ſi aliquos poſſit accedere, qui ſe uſitato more ordinent manus imponendo, non debet ordinationem negligere. At ubi Eccleſia jam inſtituta eſt (quia omnia monitu Spiritus ſancti ordinè agenda ſunt) ideò requiruntur expreſſa & F manifeſta ſuffragia electionis, & impoſitio manuum, quo perturbatio & confuſio rerum evitetur.

Eſt functio extraordinaria & ordinaria.

Adhæc, ponimus, quandam functionem ordinariam, quandam verò extraordinariam. Elias, Eliſæus, Eſaias, Ieremias & id genus Prophetarum, extra ordinem à Deo mittebantur. Non erant ex ſtirpe Levitica, neque Sacerdotes: unde nunquam fuiſſent à Pontificibus in miniſterium ordinati. Mittebantur attamen à Deo, cùm omnia corrupta & vitiata eſſent, neque G per miniſtros ordinarios poſſent reſtitui. Et harum vocationum quandoque per ſeipſum Deus erat author, ut in Moſe factum eſt, & in multis prophetis: quandoque per hominem vocabantur, ut Eliſæus ab Elia fuit inunctus.

Exod.3.10.
1.Reg.19.19.

Nos autem in præſentia, non agimus niſi de ordinaria miniſterii functione. Nam quæ à Deo fiunt extra ordinem, admirari debemus, non autem ſemper imitari. Etenim ſunt præſcriptæ nobis leges, quibus parere debemus.

Vocatio quædam eſt generalis & omnibus communis.

Poſtremo volumus teſtatum, quandam eſſe vocationem generalem, H quæ omnibus eſt communis, & in omnibus his locum habet rebus, de quibus in Lege Dei mandata extant: alia verò eſt vocatio privata, qua fidelium quiſque proprio gradui, officio, ſtatui ac functioni eſt addictus. Nullus quippe invenitur in Eccleſia Chriſti, qui non ſit in aliqua privata vocatione collocatus.

Ad primum.
1.Cor.16.15.
Nullus eſt in Eccleſia qui non habeat aliquam privatam vocationem.

16 His jam conſtitutis, argumenta iſtorum diſſolvamus. Primum de Stephana & ſocii ejus. Ideò illos ſe dicimus ordinaſſe, quia miniſterio ſacro ultrò ſe I obtulerunt, & hoc genus vitæ ſibi delegerunt, quod & moleſtum & laborioſum eſt. Atque hanc expoſi- A tionem ſequitur Chryſoſtomus. Neque ſic intelligimus quæ dicuntur, quaſi manuum impoſitionem & ritum juſtæ ordinationis contempſerint. Neque dubito, vel Paulum, vel Apollo, iſtos legitimè ordinaſſe, & ad ſanctum miniſterium initiaſſe. 2

1 Pet.2.9.
Exod.19.6.
Quomodo ſimus omnes & regni & ſacerdotii participes.

Quod ait Petrus, verum eſt, nos à Chriſto factos & regnum & ſacerdotium. Et eandem ſententiam legimus in Exodo, prolatam Iſraëlitis in hunc ſenſum, provexiſſe Deum benignitate ſua Iudaicam gentem ad illuſtres B honores, ut in ſua Republica, & Regiam dignitatem, & ſacerdotium haberet, unde in religione ac in ſtatu civili res eorum benè haberent. Quod idem nobis Chriſtianis Chriſtus largitus eſt, cùm ipſum eundem in Eccleſia & Regem & Sacerdotem habeamus. Sed hinc non eſt concludendum, ſingulum quemque, vel tunc apud Hebræos, vel nunc inter nos poſſe iſtas functiones pro arbitrio uſurpare. Verùm ſatis eſt, quemque illarum eſſe participem. Quia licet iſta non ab omnibus exerceantur, omnibus ta- C men proſunt. Poſſemus etiam intelligere nos omnes & Reges & Sacerdotes ſpiritualiter eſſe. Nam qui per Chriſtum regenerati ſunt, ut ſacerdotes offerunt Deo preces & gratiarum actiones, eleemoſynas, mortificationem carnis, & alia hujus generis ſacrificia. Sunt etiam Reges, quoniam priùs affectionibus haudquaquam ſubjiciuntur, ſed illis imperant. Quare locus iſte nihil Anabaptiſtis inſervit.

Mat.16.17.

Fatemur deinde, Claves Eccleſiæ univerſæ datas. Cæterùm ne confuſio accidat, convenit, ut aliqui ex om- D nibus deligantur, qui utantur clavibus, quarum uſus in omnes redundet qui Chriſto credunt. 4

Rom.12.6.
1.Cor.12.4.
Eph.4.11.
Mat.23.8.

Præpoſitos vero Eccleſiarum habendos, monet Paulus non ſemel, & Chriſtus non prohibuit: qui cùm juſſit ne Magiſtri & Rabbi vocaremur, ambitionem repreſſit, voluítque, ut nemo noſtrûm hæc affectaret. Sed non interdixit quin habeamus in honore, & appellemus honorificè, quos Dominus nobis præfecit. Imò Paulus ad Timoth. ſcribit, ſe poſitum eſſe magiſtrum gentium.

2.Tim.1.11.

E 17 De correctione autem fraterna, & patribusfa- 5
miliâs qui domum ſuam inſtituunt, nec non & de his 6
qui à Chriſto ſanitati reſtituti fuerunt, tandémque 7
de martyribus, qui Chriſtum ad tribunalia judicum 8
annunciabant, eadem ratione putamus reſponden- Mat.18.15.
dum, quòd hæc ad generalem vocationem perti- Deut.6.7.
neant, quæ præceptis Dei conſtant. Præcepit quippe Mat.5.46.
Dominus, ut fratrem peccantem corrigamus, ut pa- Rom.10.16.
rentes familiam inſtituant, utque affecti beneficio Jud.4.4.
grato ſint animo ergà benefactores, neque ſinant ja- Exod.15.20.
cere obſcura beneficia quæ à Deo acceperunt, ſed 2.Reg.22.14.
F ea publicent, quo author magis glorificetur. Exod.3.10.
Iubemur præterea non modò credere, ſed etiam ore confiteri. 1.Cor.14.30.
Vnde martyres ex officio tenebantur, à judicibus requiſiti, palàm teſtari Chriſtum & annunciare, alioquin eum negaſſent.
9 De mulieribus autem ſanctis & aliis prophetis,
10 qui non expectata vocatione functi ſunt miniſterio, illos dicimus habuiſſe vocationes extraordinarias, vel Eccleſia nondum conſtituta, vel ita collapſa, ut reparari aliter non potuerit. G Et quoad Paulum, quando inquit, prophetantem debere credere, ſi revelatum alteri fuerit; ſuprà fusè diximus: & nunc in ſumma reſpondemus, tunc viguiſſe dona Spiritus ſancti ex miraculo, nec extingui debuiſſe aut impediri, ſed rectè ordinari. Nunc verò ſecus res habet. Vnus aliquis eſt qui concionatur, venitque inſtructus & paratus ad dicendum, unde non debet ab aliis temerè interpellari. Si quis tamen ex fidelium numero fuerit, cui aliter videatur, & melius perſpectum habeat, quod ille tractavit (ſi decre- H to Apoſtoli volumus Eccleſiam conformare, quantum ſtatus noſter patitur, in quo miracula non habemus) is non erit aſpernandus, ex eo nomine quòd ſit laicus vel idiota, ſed modo, loco atque tempore congruo, audiri debet. Neque hoc erit illi functio-
nem publicam miniſterii tribuere. 11
Denique, quod poſtremò aſſumunt, plus eſſe judicare quàm dicere, non eſt verum. Etenim pauci ſunt qui rectè dicere valeant, de quibus tamen dicentibus infiniti judicare poſſunt, potiſſimùm quoad præcipua & generalia I capita religionis. Deinde non aſſerimus, omnes qui aſtant, de his quæ dicuntur, rectè judicare, cùm tamen omnes judicent. Adhæc, non juxta omnium

Digitized by Google

ſententiam atque judicium pronunciatur, ſed juxta eos qui ſanius decernunt.

In 1.Cor.15.9.

18 Electio verò Pauli & ſimilium nos movere non debet, quin miniſtros Eccleſiæ delecturi ſequamur doctrinam ab eodem Apoſtolo nobis traditam ad Tim. ubi vult ut non νεόφυτοι eligantur, ſed qui bonum teſtimonium habeant. Sed animadvertendum eſt, regulas ad Tim. deſcriptas, hominibus fuiſſe datas, quos cùm lateant aliorum animi, & quid ſit in eis prorſus neſciant: opus eſt ut cautionibus ab Apoſtolo deſcriptis utantur, ne in electionibus aberrent. Deus vero abſque his rectè ſuos deligit: quandoquidem probat renes & corda, & pro arbitrio voluntates hominum immutat. Quamvis aliqui dixerint, Paulum in Iudaiſmo converſionem honeſtiſſimam habuiſſe ut ipſe ad Philip. teſtatur. Et ad Tim. poſteriore, ſe Deo ſerviviſſe à progenitoribus in pura conſcientia ſcribit. Sed iſtis ego non innitor: Nam ejus culpam, qua Eccleſiam perſequutus eſt, extenuare nolim, cùm Paulus eam ſibiipſi tantoperè quodammodo exprobraret. Vnde cùm approbem ſolutionem jam allatam, illud in mentem venit, etiam quoad homines, canones ab Apoſtolo traditos, ad Tim. non eſſe perpetuò ſervatos. Nam Ambroſ. Mediolan. Epiſcopus, cùm adhuc νεόφυτος eſſet imo catechumenus, ad Eccleſiæ cathedram ſuffectus eſt. Miſſus enim erat ab Imperatore, ut prętorem ageret. Hic nobis inſultant adverſarii, quandoq. licere contra ſacras literas agere, nec verba Dei conſtantiſſima eſſe. Sed notandum eſt, præcepta Dei quandoque non ſuam habere vim, neque revera præcepta eſſe. Quando enim duo concurrunt, ita ut mutuò ſe impediant, quorum unum eſt altero præſtantius, atque Deus illud cum primis vult, tum alterum quod minus præcipuum eſt, & quoad voluntatem Dei poſteriori loco, priori loco, priori cedit, neque authoritatem mandati habet: quoniam Deus eo loco, eo tempore, id non vult fieri. Quemadmodum Chriſtus docuit, de bove & aſino extrahendo ex puteo in die ſabbati. Qua eadem ratione diſcipulos excuſavit, qui ſpicas die ſabbati & convulſerant, & excuſſerant. Atque ſæpe teſtatus eſt, ſe miſericordiam velle, non ſacrificium. Eccleſia itaque Mediolanenſis ab Arrianis vehementer urgebatur. Opus habuit Epiſcopo, & dialectico inprimis, & magnæ authoritatis. Hæc in Ambroſio conſpiciebantur, neque alius offerebatur idoneus. Igitur illa Eccleſia ſoluta fuit ab altero prçcepto minus prçcipuo, quo neophytus caveri jubebatur. Et de hac re tantùm dixiſſe obiter, ſatis eſſe videtur.

1 Tim.5.5.

Regulæ ad Timotheum poſitæ ſunt ſervandæ in electionibus.

Non debemus eligere malos homines ad miniſterium Eccleſię, Pauli exemplo.

Pſal.7.11. Ier.11.20. Apo.12.2. Phil.3.6.

Ambroſius electus catechumenus.

Mandata Dei quandoque ſic habent ut unum alteri cedat.

Luc.14.5. Mat.12.1.

Ibid.v.7.

Electio Ambroſii excutitur.

In 1.Sam.7. initio.

Num.8.6.

Conſecratio Levitarum & Sacerdotum.

19 Porrò ritus conſecrationis veteris, traditur in libro Numerorum. Oportuit Levitam mutare veſtem & lavare corpus, & pilos omnes abradere: deinde venire in tabernaculum ad Aaronem, & ab eo mutari coram Domino. Ad eundem modum, ſacerdotes quoque oportuit inaugurari, ut lavarentur, ut novis veſtibus induerentur, ut oleo ſacro & ſanguine tingerentur. Hæc externa ratio eò valuit, ut populus intelligeret, eos eſſe jam miniſtros ſibi deſignatos à Deo. Sublatis autem iſtis umbris, nobis nihil relinquitur, niſi impoſitio manuum. At Papiſtæ, ut eſſent, credo, anguſtiores, omnes illas cæremonias & ritus Moſaicos ad ſe tranſtulerunt. Tondentur, raduntur, lavantur, unguntur, veſtiuntur; & nonnihil miror, cur non etiam circuncidantur. Sed addunt, ſua iſta, multò majora eſſe & præclariora, quàm illa Moſaica. Se enim imprimere characterem indelebilem, nec tantùm in carne conſiſtere, ſed etiam uſque ad animam penetrare. Paulus ait, ſe portare ſtigmata Domini in corpore ſuo. At iſti ſuaves homines ea volunt in animo recondere: Nam corpore quid faciant, omnes vident.

Impoſitio manuum Papiſtarum conſecratio & character.

Gal.6.17.

In 1.Reg.19.

Externæ unctionis ſymbolum.

20 Porrò oleum antiquitus ſymbolum erat externum à Deo inſtitutum, & idcirco verbo divino minime deſtituebatur. Significabat autem Spiritus ſancti donum, quo Deus eos inſtitueret, quos volebat vel ad ſacra, vel ad politica munera evehere. Eo præterea ſignó illi qui promovebantur, de officio ſuo commonefiebant. Erat itaque Sacramentum, verùm non generale, quia non omnes in Deum credentes ungebantur, ſed tantùm illius ordinis homines, quos antea memoravimus. At dicet quiſpiam, Non legimus Eliſam unctum ab Elia exteriori oleo: nam illi tantummodò, ut ſacra tradit hiſtoria, pallium injecit. Nec etiam Hazael ab Eliſa externa unctione conſecratus eſt. Reſpondent aliqui, adhibitam quidem illam fuiſſe, quamvis divinæ literæ id non prodant. Multa ſiquidem contigerunt, quæ ſancta hiſtoria nonnunquam reticet. Ego vero dicerem, cùm in ſacramentis frequenter uſu veniat, ut externa ſymbola rerum nomen habeant, ut panis & vinum in ſacra Cœna vocantur corpus & ſanguis Chriſti, quod ſint earum rerum ſigna & ſacramenta. Viciſſim corpus ipſum Chriſti, ut habetur Ioann. 6. cap. panis appellatur. Ita Eliam, etſi non habuit externam unctionem, unxiſſe tamen dici poſſe, quia ſuo miniſterio, id efficiente Deo, chariſma & donum prophetiæ, quæ ſignificantur externa unctione, contulit. Qua eadem forma dicendi uſus eſt David, cùm in Pſal. dixit ſub perſona Dei, Nolite tangere Chriſtos meos. Loquebatur autem de Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo quos appellat unctos, cùm tamen externā unctionem minimè habuerint. Sed ſunt ita appellati, quod ſpiritu & chariſmatibus divinis repleti eſſent, quæ oleo ſignificabantur. Quin ipſe Ieſus Servator noſter, dicitur Chriſtus, id eſt, unctus, quod gratiam Dei & quidem non ad menſuram cæterorum hominum habuerit. Et Ioannes Epiſtola 1. c. 2. Chriſtianorum prædicat unctionem, & ſubjicit: Vnctio vos docebit omnia. Attendendum præterea eſt, ex illa cæremonia exteriori, ungendi verbum tranſlatum eſſe, ac ſignificare, inſtitutionem vel promotionem ad functiones jam commemoratas efficere. Quocirca dictus eſt Elias Eliſam unxiſſe, quòd eum inſtituerit propheram. Et Hazael unctus dicitur ab Eliſa, quòd illum Dei nomine Regem futurum prædixerit: etſi unctionem externam minimè adhibuit.

1.Reg.19.16.

2.Reg.8.13.

Sacramentorū ratio in nominibus transferendis.

Ioan.6.5.

Pſal.105.15.

1 Ioan.2.12.

Vngendi verbum quid ſignificet.

21 Sed cùm jam loquamur de hujuſcemodi unctionibus, quibus peculiariter verbum Dei adjectum fuit, non ſatis mirari poſſum, cur ad Reges & Imperatores Chriſtianorum traductæ fuerint. Scio nonnullos dicere, illam rem eſſe politicam, & ideò poſſe retineri: ſed qui hoc reſpondent falluntur & fallunt. Nam habetur pro religioſa cæremonia, & ideò in templo fit, nec per alios quàm per Epiſcopos & Cardinales exercetur. Probatur quidem mihi, ut & Reges & Imperatores publicè inaugurentur ſuffragiis & acclamationibus populi, & maximè piis precibus, interpoſitis: unctionem verò non duco eſſe revocandam à cæremoniis Iudaicis. Multóque minus eam laudo qua ſacrifici & Epiſcopi unguntur. Et ſanè Chriſti Eccleſia iſtas unctiones ignoravit, quemadmodum certo argumento confirmari poteſt ex Epiſcopi Romani quodam reſcripto in Decretalibus, titulo de Sacra unctione. Innocentius tertius reſpondet Patriarchæ Conſtantinopolitano, & inter cætera memorat Bracharenſem Epiſcopum ad ſe veniſſe, quem deprehendit non fuiſſe unctum, cùm Epiſcopus crearetur, & cauſam addit, quod in veſtris regionibus Epiſcopi non conſueverint ungi. Vnde ſi uſque ad eam ætatem in Græcia & Oriente non habebatur hæc unctio, Eccleſia Chriſti per illas regiones, ultra mille & ducentos annos illa fuit deſtituta: quam tamen adeò ille Innocentius exiſtimavit neceſſariam, ut Romæ illum Bracharenſem ungi curaverit. Priores verò Imperatores, & quidem Chriſtianos, nuſquam legimus unctos fuiſſe. Leonem primum, Martiani ſucceſſorem, lego coronatum à Patriarcha Conſtantinopolitano, nec tamen unctum. Imperium quidem ille non accipiebat à Patriarcha, ſed eo ritu fatebatur, ſe ad Eccleſiam pertinere ac ſanis & receptis dogmatibus aſſentiri. Quando vero primum inſtituta fuerit Principum unctio in orbe Chriſtiano mihi non ad amuſſim conſtat, ſed recentem exiſtimo rem eſſe. Non me latet fabulam circumferri olei S. Remigii, quo Reges Galliæ inunguntur: ſed inde teſtimonium conſtans & firmum ſumi non debet. Sed redeo ad Innocentii decretum: ut ille ibi tradit, duplex oleum in Papatu aſſervant. Vnum appellant catechumenorum & ægrotantium, quod purum & ſimplex eſt oleum, cui nihil præter illam, quam appellant vulgò benedictionem, accedit. Et id catechumenorum ſeu ægrotorum vocant.

An unctio rectè ſit ad Chriſtianos principes tranſlata.

Gal.2. cap.17. verſ.12.

Vnctionis ritus in Eccleſia Chriſtiana minimè vetus.

Aliud

Aliud eſt oleum, quod chriſma vocitant, conſtat au-
tem vulgari oleo & balſamo: quod cùm hodie non
habeatur niſi ſuppoſititium & adulterinum, mentiri
deprehenduntur, & ſimplici populo fucum facere.

Vnctionis Epiſcopalis ſignificatio.

Eo chriſmate ungunt Epiſcopos in capite atque in
manibus. Cujus ritus ille rationem reddit, quod un-
ctione capitis, Epiſcopalem authoritatem & digni-
tatem ſignificent: illa vero quę fit in manibus, notent
Epiſcopi officium & miniſterium. Adhæc ſubjicit,

Pſal. 45. 8.

B poſt adventum Ieſu Chriſti, qui fuit unctus præ cō-
ſortibus ſuis, jam Regiam unctionem tranſlatam eſ-
ſe ad brachium ſive humerum: in Epiſcopis attamen,
capitis unctionem retineri: quaſi Reges non perin-
de Chriſtum referãt ac Epiſcopi. Verum ut ſunt am-
bitioſi, Epiſcopos volunt multum præferri Princip-
bus & magiſtratibus, cùm Scripturæ teſtẽtur, eos eſſe

Rom. 13. 6.

Dei vicarios. Quin chriſma, Epiſcopis ungendis, non
autem Regibus adhibent, quos tantùm oleo ſuo be-
nedicto inungunt: quia permultũ volũt intereſſe in-

Vnctio cæterorum Chriſtianorum.

C ter iſtorũ & illorũ dignitatem. Habetur præterea in
eodem reſcripto Innocentii, Chriſtianos omnes in-
ungi bis. Ante baptiſmum quidem, oleo, quod bene-
dictum appellant, pectus infantis baptizandi ungũt
& ſcapulas: poſt baptiſmum verò ſuſceptũ Chriſmate
verticem & frontem inungunt: quod etiam fit in cō-
firmatione. Tranſtulerunt item ſua hæc olea, cùm ad

Vnctio parietum, &c.

Vnctio quo prætextu in Eccleſiam invecta?

hominès moribundos, tum etiam ad parietes, altaria
& campanas: nec non calices, & alia hujuſmodi, quæ
videmus κακοζήλως improbanda ex veteri Iudaiſmo
D eſſe traducta. Excuſat ille Innocentius Eccleſiam, il-
lam hæc faciendo non Iudaizare, quod iſta in Novo
Teſtamento alia ſignificent atque in Veteri
perinde ac ſi in poteſtate illorum ſitum ſit inſtitue-
re Sacramenta, & facere novam quandam illorum
ſignificationem. Et hæc obiter de unctionibus.

De dignitate vel contemptu Miniſterij.

In 1. Reg. 2. verſ. 23.
Exod. 20. 12.
Prophetiam contemnere quantum ſcelus?

22 Quàm autem grave ſit ſcelus cōtemnere Pro-
E phetiam, & irridere miniſtros Dei, multis argumentis
oſtendi poteſt. Primum violantur duo capita Legis,
illud ſcilicet quo dicitur, Honora patrem & matrem:
ſiquidem verbi divini miniſtri loco parentum ſunt.

Vide 2. Reg 1. verſ 9.
Gal. 4. 19.
1 Cor. 4. 15.
Lev. 19. 32.
1. Tim. 5. 19.
Luc. 10. 16.

Vnde Paulus aiebat, ſe iterum parturire Galatas, &
Corinthios genuiſſe per Evangelium. Altera item
Lex violatur, qua Deus mandavit, ut honor ſeniori-
bus exhiberetur. Eliſæus autem, non tantùm ſenior
erat, ſed ex illorum genere fuit, qui laborant in ver-
bo. Et ideo juxta doctrinam Apoſtoli, duplici hono-
F re digni ſunt. Et Chriſtus dixit Apoſtolis, Qui vos au-
dit, me audit: & qui vos aſpernatur, me contemnit. Et

1. Sam. 8. 7.

Samueli reſpondit Dominus, non te contempſerũt,
ſed me. Quare non ſunt juxta ſuam ipſorum naturã
conſiderandi miniſtri; verùm per illos videndus eſt
Deus, qui loquitur & agit in ipſis, & cujus legatione
funguntur. Quocirca ſi viderit eorum Dominus illos
contemni & injuriis affici, adeſt, & contumelias eorũ

Num. 16. 31.
Actor. 5. 5. & 9. 10. & 13. 11.

ulciſcitur. Perdidit Chore, Datan & Abyram: ultus i-
tem eſt impoſturam Ananię & Sapphiræ, neq; paſſus
G eſt ut Petro illuderent. Pœnas item ſumpſit de Ely-
ma mago, qui Pauli prædicationem cùm impedie-
bat, tum etiam irridebat. Qua ratione, cùm pueri qui

2. Reg 2. 23. 24.

Eliſæo inſultabant, tam graviter peccarint: mirum
eſſe non debet, quod pœnas condignas luerint. Pro-
culdubio corrupta educatione fuerant à parentibus

Educati à parentibus male mortem liberis acceſſũt.

inſtituti: Nec mirum, cùm eſſent idololatræ. Vnde
cognoſcitur, parentes male ſuos liberos educando
mortem illis acceſſere. Nec deſunt expoſitores qui
arbitrantur, pueros inſtigatos fuiſſe à parentibus, ut
H Prophetæ Dei, quem exoſum habebant, illuderent.
Eſſet porrò Magiſtratus diligenter curare, ne mini-
ſtri verbi Dei contumeliis afficerentur. Quod iſti nō
faciebant, cùm à ſana religione alieni eſſent. At Prin-
cipes, cùm eſſent amplexati Chriſtum, peccarunt in
alteram partem. Nam ut evangelici antiſtites in pre-
tio atque honore haberentur, principatus eis contu-
lerunt: Epiſcopos conſtituentes, Comites, Marchio-
nes, Duces, nec non Reges. Atque abſtraxerunt illos
hac ratione à verbo Dei miniſtrando, à ſacrarum li-
I terarum ſtudiis, & hujus mundi negotiis implicue-
runt. Ipſi verò ornati opibus & gloria temporaria,
ſuperbiæ, luxui, deliciis & voluptatibus ſeſe totos de-
A diderunt. Irriſio puerorum erat exprobratio calvitii:
Illud autem peccatum non erat, ſed leve tantummo-
do corporis vitium. At mundus ita ſemper odit veri-
tatis miniſtros, ut eorum vel maculas leviſſimas car-
pere plerunque conſueverit.

Crimina objecta doctoribus Evangelicis.

23 Vtque pueri Bethelenſes convitiabantur Eli-
ſæo, ſic hodie plebs Papiſtica piis hominibus illudit,
& præſertim evangelii miniſtris. Sed nobis non pa-
rum gratulari poſſumus, quòd ſicut Eliſæo juſta cri-
B mina & vera peccata non poterant exprobrare, ſed
tantùm calvitium objiciebant: ita & noſtris concio-
natoribus qui verè ſuo muneri incumbunt, Papiſtæ
nequeunt gravia peccata objicere, ſed tantùm levi-
cula quædam, ne ridicula dixerim, opponunt. No-
ſtros aiunt, paſtores, manuum impoſitionem non ha-
bere: & inde concludere nituntur, non eſſe haben-
dos pro Eccleſię juſtis gubernatoribus. Et conventus 1
qui ab illis docentur ac reguntur, non eſſe veras ec-
cleſias, ſed conciliabula defectorum. Et hæc dicunt,

Manuum impoſitio.

C quaſi manuum impoſitio ita ſit neceſſaria, ut citra
eam non poſſit eſſe miniſterium in Eccleſia, tum ta-

Lev. 8. 1.

men Moſes conſecravit Aaronem fratrem ſuum & li-
beros ejus, varia offerens genera ſacrificiorum, qui-
bus à nemine antea manus impoſitæ fuerunt. Ioan-

Mar. 1. 6.

nes item Baptiſta novum ritum Baptiſmatis induxit,
& Hebræis præbuit: cùm tamen illi manus impoſitæ
non fuerint, & baptiſmum adminiſtrabat, cùm ipſe à

Gal. 1. 17.

nemine tinctus fuerit. Paulus item à Chriſto voca-
tus in itinere, non è veſtigio ivit ad Apoſtolos, ut ſi-
D bi manus imponerent: ſed antea per Arabiam trien-
nio docuit, & eccleſiis miniſtravit, quàm ad anteceſ-
ſores Apoſtolos (ut in Epiſtola ad Galatas teſtatur)
ſe conferret. Manuum impoſitionem non aſperna-
mur, ſed eam in multis Eccleſiis noſtris retinemus:
quam ſi ab Epiſcopis eorum non habemus, nobis id
vitio minimè vertendum eſt. Nam illi nobis non eã
conferrent, niſi à ſana doctrina diſcederemus, & unà
juramento nos obſtringeremus Romano Antichri-
ſto. Nos autem per conſcientiam non poſſemus eo-
E rum poteſtati, à quibus plus diſſentimus quàm cœ-
lum à terra, noſtrum ſubdere miniſterium. Porrò le-
viſſimum eſt, quod aiunt, nos carere juſta ſucceſſio- 2 **Succeſſio.**
ne: cùm id ſatis eſſe debeat, quòd Apoſtolicæ doctri-
næ, quæ veriſſima eſt, & à ſanctis Patribus recepta,
melioribus temporibus manifeſtiſſimè ſucceſſeri-
mus. Objiciunt item nobis, quòd in ſacris, utamur 3
veſtibus prophanis, & communi uſu non induamur **Veſtitus.**
graviori habitu. Fatemur ſanè Chriſtum nos imitari
& Apoſtolos, qui non ſunt uſi diverſo habitu à reli-
F quis hominibus. Non habemus veſtes holoſericas,
non undulatas aut purpureas. Quid tum? An
propterea Chriſti miniſtri non ſumus? Hæc non
ſunt ſcelera ſeu peccata quæ nobis opponunt, ſed
ita cavillantur, quemadmodum pueri Bethelenſes,
dicunt, Aſcende calve, Aſcende calve. Cæterùm, ut
calvitium non fœdabat animum Eliſæi: ita etiam
levia hæc objecta, non impediunt noſtrum miniſte-
rium.

G

De officio Paſtorum.

In 1. Cor. 4. verſ. 1.
Quomodo ſit de miniſtris ſentiendum.

24 Servanda verò eſt mediocritas, ne aut parum
aut nimium paſtoribus tribuamus, ne vel ſuperbiant
ac tyrannide premant populum, & mandatis inven-
tiſque ſuis gloriam Dei obſcurent. Néve ſi nimium
dejiciantur, non ſolùm ipſi contemptui ſint, verùm
etiam ſermones Dei & ſacramenta, quæ per illos ad-
miniſtrantur, neglecta jaceant. Conſtituti ſunt Ec-

Sunt paſtores miniſtri Chriſti & noſtri.
Exod. 19. 3.
Miniſtri non aliunde quàm à Domino accipiant quæ nobis miniſtrant.
Moſis exemplum.
Luc. 21. 37.

cleſiarum præfecti, inter Chriſtum & populum. Chri-
H ſti miniſtri ſunt, quòd eorum utitur opera: noſtri
etiam ſunt miniſtri, quia ut œconomi & ut diſpen-
ſatores Domini, nobis diſtribuunt quæ ab illo acce-
perunt. Quamobrem non aliunde accipiant oportet,
quæ nobis proponunt, quàm à verbis Chriſti & San-
cta Scriptura. Hoc Moſes agebat, ut prius in montem
aſcenderet, & ibi cum Deo loqueretur, & poſtea
cùm ad populum deſcendiſſet, referebat illis quæ à
Deo audierat. Quod idem Chriſtus facere videba-
tur, non quaſi hoc illi eſſet neceſſarium, ſed ut mini-
I ſtris exemplum præberet. Nocte in monte precibus
incumbebat, cum Patre agebat: manè vero deſcen-
dens ad templum, quæ à Patre acceperat, docebat.

Digitized by Google

1.Tim.3.16.

Et Paulus ad Timor.ſcripſit,ut incumberet lectiuni: non alia ſane de cauſa quàm ut ex Scripturis hauriret,quæ prædicaturus erat,atque ita & ſeipſum & eos qui ſe auditori erant,ſervaret. Quod ſi miniſtri Chriſti ſunt,ei ſe prorſus debent ſubjicere:non autem in clerum vel populum Dei,quod Petrus dilucide prohibuit,dominari. Etenim non Domini vel tyranni, ſed œconomi & diſpenſatores eſſe perhibentur. Et Petrus demonſtravit,eos debere potius eſſe formam gregis: quod intelligendum eſt,ſanitate doctrinæ,ac exemplo vitæ. Et quando audiunt ſe miniſtros eſſe Chriſti, cogitent ſe non agere ſuum opus, ſed Domini. Quamobrem oportet,ut ibi ſe præbeant attentiores,quàm ſi agerent ſua.

Miniſtri non ſunt domini aut tyranni, ſed œconomi. 1 Pet.5.3. 1 Cor.4.1. 1 Pet.5 3.

1.Cor.4.1. Myſterium diſtinguitur in verbum Dei & Sacramenta.

25 Dicuntur præterea Diſpenſatores myſteriorum Dei. Myſterium autem diſtribuimus in verbum Dei & Sacramenta. Oeconomia,ut conſtat ex Ariſtotelis Politicis,tres habet ſocietates: viri & uxoris, parentis & liberorum,domini atque ſervorum:qui gradus etiam in Eccleſia reperiuntur, quæ eſt Chriſti familia. Et Oeconomus cùm habeat inſtrumenta quædam,quæ anima carent,& ſunt rationis expertia, ut agros,paſcua,vineas,armenta & greges,quæ illum curare oportet:habet præterea inſtrumenta cùm inanimata, tum etiam rationis capacia, cujus generis ſunt ſervi, in quibus inſtituendis (ut periti tradiderunt œconomi)multum oportet diligentiæ impendere. Craſſus dicebat apud Plutarchum, alia poſſe per alios adminiſtrari,at ſervi,curandum eſſe ab ipſo Domino,ut rectè atque commode inſtituantur: Vnde ipſemet Craſſus præſens adeſſe volebat cùm docerentur. At noſtri œconomi, qui familiæ Chriſti præſunt,tantùm curanda habent animata inſtrumẽta,id eſt Chriſti ſervos,non modo rationales,verumetiam cives regni cœlorum ſanguine Domini redemptos. Itaque illos & cautiſſime & diligentiſſimè agere oportet, eorúmque actiones ita deſcribi poterunt. Accedunt primo loco,qui ſunt in Chriſti familiam cooptandi. Oeconomi eſt,illos catechizare ac de fide inſtruere:donat præterea illos baptiſmate, quod eſt ſignum familiæ. De vocatione poſtea illos inſtituit,docétque de ſuo loco ac gradu, ut conentur utiles eſſe fratribus. Et mandat,ut certum aliquod opus faciant,ne ſint otioſi. Ad hæc quia bella imminent & tentationes, arma ſuppeditat verbum Dei:& cibo Euchariſtiæ pugnam confirmat atque corroborat. Vnde Cyprianus Epiſt 2.cap.1.cenſet,ut illis qui lapſi erant,& pœnitentiam egerant, quando jam inſtabat perſecutio, communio reſtitueretur, ut ſic ad bellum gerendum fortiores eſſent: aitque, Idoneos ad martyrii poculum quomodo illos putabimus, quos ad bibendum poculum ſanguinis Domini non admiſerimus? Suppeditabunt etiam miniſtri Chriſti victum egentibus, ex bonis Eccleſiæ atque copia oblationum,quas fideles elargiuntur. Habuerunt veteres juxta templa plerunque hoſpitalia, ubi pauperes alebantur, non ad otium, ſed ut bonis & ſanctis actionibus inſervirent: & ſi per valetudinem licuiſſet manibus operarentur: juxta Pauli doctrinam.

Quàm ſit illuſtris & eximia cura œconomorum Chriſti. Actiones œconomorum. Hoſpitalia juxta templa. 1.Theſ.4.11.

Finis œconomiæ Eccleſiæ. Eph.4.20. Miniſtret œconomus ad captum auditorum. Coloſſ 3.8. 1.Cor.3 2.

26 Finis hujus œconomiæ conſtituitur, ut in his qui ad familiam pertinent, inſtauretur imago Dei, propter peccatum pene obliterata:qua de re ſcripſit Apoſtolus ad Epheſ.ut veterem hominem deponerent, qui corrumpitur juxta concupiſcentias, ac renovarentur ſpiritu mentis:induentes novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in juſtitia & ſanctitate veritatis. Neque ſecus habetur ad Coloſſ. Dabitque operam prudens œconomus, ut omnia miniſtrentur ad captum percipientium,ut quibus opus eſt lacte,id eis diſtribuatur.& quibus opus fuerit ſolido cibo,illum eis proponat. Curabit denique,ut impuros & perdite viventes à familia excludat: eoſdemque ſi pœnitentiam egerint, turſus in eam recipiat. Et quæ commemoravimus omnia faciet,non pro ſuo, verum pro Domini arbitrio qui nil vult immutatum ex illis quæ præſcripſit. Nadab & Abihu, qui ignem externum adhibuerunt, ab eo abſumpti ſunt. Chore, Datan & Abyran ſecus agere voluerunt quàm à Deo præſcriptum eſſet, ac miſerè perierunt. Et Rex Ozias,qui contra Legem voluit adminiſtrare ſacram functionem,lepra correptus eſt.

Oeconomi eſt à familia excludere, ac in eam recipere. Nil œconomi præſcriptis domini addere debent. Levit 10.1. Num 16.1 &c. 2 Cor.26 6 21.

A Debet etiam cavere qui hoc munus obit,ne aliis curis aut negotiis ſeſe impediat, ut Paulus ait ad Timotheum: Nemo militans Deo, impedit ſe negotiis hujus vitæ. Functio hæc tanti momenti eſt,ut hominem totum requirat,neque parum is præſtiterit, qui ei par eſſe poterit. Ariſtoteles primo Politicorum habet,unumquodque inſtrumentum ad unum duntaxat idoneum eſſe. Vnde non convenit Chriſti miniſtros, milites, venatores, mercatores,aut nautas agere. B Deinde notandum eſt,cùm miniſtri dicantur Chriſti, illos prorſus eſſe diſcernendos, quod Ioannes Baptiſta pulchrè agebat, cum diceret: Equidem vos baptizo aqua, ſed medius veſtrûm ſtetit, quem vos neſcitis, Is baptizabit vos ſpiritu & igne. Et Ioannes Evangeliſta prudenter à Chriſto diſtinxit ejus præcurſorem, cùm diceret: Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de luce. Neque miniſtrorum eſt otioſe agere. Sunt enim conducti ad operandum in vinea, ut poſtea mercedem habeant, C quàm ſæpius reſpicere debent, cùm opus exerceant & carni moleſtum & valde laborioſum. Sed interea loci dum hic vivitur,non eſt quòd ſomnient meliorem fortunam,quam vel Apoſtoli, vel ipſe Chriſtus in ſuo miniſterio experti fuerint. Apoſtoli habebantur ut mundi peripſemata. Paulus jactatus eſt τῷ σπερμολόγῳ convitio, & à Iudæis dicebatur indignus qui viveret,quaſi eſſet ἀνάθεμα & piacularis homo. Et Chriſtus, nónne paſſim deridebatur? contumeliæ & opprobria nullibi deerant:lapidibus in eum D inſurgebant:conati ſunt è monte præcipitare:ſæpius capere voluerunt, quem denique cum cœpiſſent, ſumma cum ignominia in crucem adegerunt. Hæc eadem ſors illis expectanda eſt: quia ſatis eſt diſcipulo,ut ſit quemadmodum magiſter: & ſervo,ſi domino æquetur.

2 Tim.2 4. Non impedit ſe miniſter alienis curis. Miniſtri diſcernendi ſunt à Chriſto. Ioan 1.26. Mat.3.11. Ioan 1.6. 1 Cor.4.13. Act.17 18. Act.22.22. Mat.9.24. & 34. Ibid.11. Ibid.26.67. Ioan 8 59. Luc 4.29. Mat 10.25.

27 Diſpenſatores myſteriorum Dei appellantur, non ſacrifici aut ſacrificantes:non quod ab eis omne ſacrificiorum genus auferatur. Sunt enim laudes, confeſſiones, quibus Dei bonitas & miſericordia E prædicatur,gratum Deo ſacrificium: nec minùs preces, confeſſio peccatorum, oblatio eleemoſynarum, pœnitentia, quâ cor fit contritum & humiliatum, & hoſtia demum corporum noſtrorum, quàm vivam & rationabilem offerimus Deo. Hæc per miniſtros Eccleſiæ non negamus in Eccleſia fieri. Atque poſtremo loco ſacrificium eſt,quo gentes incredulæ adducuntur ad Chriſtum,ut ad Roman.cap.15 luculenter exponitur, qua liturgia Evangelica maximè Chriſti œconomi occupantur. Sed ſuperſtitionum fautores F jactant, ſe filium Dei ſacrificare, quod eſt abſurdiſſimum: quoniam Chriſtus ſeipſum obtulit, neque opus habuit alio ſacerdote. Vna oblatione conſummavit atque perfecit, quicquid pro noſtra redemptione faciundum fuit:neque par eſt,ut homo ſacrificus habeatur ad tantam oblationem. Semper enim oportet, ut qui offert,rei oblatæ ſit aut æqualis aut præſtantior. Quod ſacrilegum eſt de nobis cogitare, ſi Chriſto conferamur. Deinde qui poſſumus Filium Dei offerre,cùm perpetuo ſit in conſpectu Patris, u- G bi noſtra eſt & propitiatio,& noſter advocatus? Cæterum,ſi per ſacrificare intellexerint gratias agere de morte illius,& quòd pro noſtra ſalute corpus in crucem dare voluerit, & ſanguinem effundere, non inficiabimur tale ſacrificium & per miniſtrum Eccleſiæ, & per omnes illi aſtantes, Deo in Cœna Domini offerri. Et fortaſſe patres in hanc partem acceperunt ſacrificandi vocem, quam frequenter in ſuis ſcriptis uſurpant. Quanquam eorum conſilium minimè laudaverim, cùm inde ſit derivatus intolerabi- H lis abuſus. Neque tacendum eſt, oblationes fieri conſueviſſe à fidelibus,cùm ad Cœnam Dominicam accederent,ut Cyprianus teſtatur quàm apertiſſime. Atque harum oblationum mentio fit in collectis, quæ poſt offertorium in Miſſa leguntur. Verùm de his aliàs. Tantùm hoc monere voluimus,ne miniſtri Chriſti dici putentur, quòd ejus corpus & ſanguinem in Miſſa Deo Patri ſacrificent.

Infr.cap.12. ſect. 5. Non dicuntur ſacrifici aut ſacrificantes. Quæ ſint ſacrificia miniſtrorum Eccleſiæ. Rom.15.16. Miniſtri Eccleſiæ non ſacrificant Filium Dei. Heb.10.14. 1.Ioan.1.1. Quid Patres intellexerint per ſacrificare. Non ſunt in uſu hujus vocis laudandi Patres.

28 Quod ſupereſt autem, illud requiritur in Diſpenſatoribus, ut fidus quiſque repetiatur. Non I mundi eloquentiam, nobilitatem, gratiam, aut Regum potentiam exigit Apoſtolus, ſed tantùm fidelem adminiſtrationem. Chriſtus adjecit prudentiam,

1.Cor.4 2. Mat.24 45.

cum

Oeconomus debet eſſe fidelis & prudens.

cùm apud Matthæum dixerit: Fidelis ſervus & prudens, quem ſuper familiam ſuā Dominus conſtituit. Cæterum hæ duæ conditiones ita inter ſeſe conjunctæ ſunt, ut una neceſſariò alteram conſequatur. Neque impune ſervo erit, ſi aliter ſe geſſerit, atque ſibi præſcribatur: cùm in Evangelio habeamus, quod moram faciente domino, ſi cœperit ſervus in ſuos conſervos crudeliter ſævire, ita ut percutiat atque tyrannide premat; veniet denique dominus, quando non putaverit, & diſſecabit, & cædet illum, atque partem ipſius cum hypocritis ponet, ubi fletus erit & ſtridor dentium. Item de ſapienti ac prudenti œconomo audivimus, quod vetera & nova proferat de theſauro ſuo. Ita qui ovibus Chriſti convivium ſtruit, & vetus & recens Teſtam. apponit, quo laute ac opulenter eas paſcat. Paterfamilias & novos habet fructus, & multa in penu ad complures annos conſervat.

Ibid. v. 48.

Matt. 13. 52.

Circumſtātiæ miniſtri.

29 Multumque proderit ad prudenter fideliterque negotium Domini gerendum, ſi circumſtantias ob oculos perpetuò habeat. Videat cùm primis quiſnam ipſe ſit: non eſt ſanè privatus homo, quare ſeponat ſuas propriaſque affectiones: eſt publica perſona Chriſti miniſter. Quare decet ut in Eccleſia, ſumma cum gravitate negotia Dei gerat. Videat præterea quidnam tractandum ſuſceperit, ſermonem inquam Dei & ſacramenta Chriſti: quæ vitiaſſe aut adulterata tradidiſſe, grave piaculum eſt, nec minus attendat quinam ſint, quos habet ſibi commiſſos: non enim ſunt vulgares homines, verùm filii Dei, Chriſti oves ſanguine ejus redemptæ. Oportet, ut & temporis rationem habeat, atque ejuſdem momenta ſervet, quibus judicet ſe commodius ad id quod propoſuit pervenire. Et quanquam Apoſtoli juſſu tempeſtivè ac intempeſtivè agere debeat: nihilominus ſumma cū diligentia cavere ſtudeat, ne occaſiones prætereat. Altius etiam in ſeipſum deſcendat oportet, atque ſecum excutiat quânam de cauſa provinciam quam habet, vel ſubierit vel ſuſtineat. Et curet ne ob quæſtum in Eccleſia miniſtret, ſed id potius ſequatur, quod Paulus in poſteriori ad Corinthios dixit; Non quærimus quæ veſtra ſunt, ſed vos: quia filii non debent parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis. Ideo (inquit) ego meipſum impendam, ut pro animabus veſtris expendar. Præterea cogitandum illi eſt, de modo & forma qua ſit acturus, quæ non aliunde ſumi poterit, quàm ex iſto conſilio, ut omnibus qui ad ſuam Eccleſiam ſe contulerint, quàm maximè ſit conſultum.

2. Tim. 4. 2.

2. Cor. 12. 13.

30 Et quæ de verbo Dei jam diximus, de Sacramentis identidem volumus accipienda. Primum, quod attinet ad ſeipſum, pœnitentiam agat de communibus peccatis, ſine quibus hæc vita non tranſigitur, & à craſſioribus illis propter quæ ſancta Scriptura jubet, ne quidem vulgari pane cum iis, qui fuerint eis obnoxii, communicare, nedum Chriſti ſacramentis, ſic abſtineat, ut ne ſibi exitium & aliis offenſionem pariat. Atque naturam dignitatemque myſteriorum ſecum reputet, ne panem, vinum, ſive aquam, nuda mundi elementa ſe præbiturum exiſtimet. Neque detrectet explorare, ac perſpectos habere illos, quibus oporteat eum Sacramenta diſtribuere, ut ſi canes eos viderit, à ſe arceat: ſin pios & timentes Deum, ad illa invitet atque impellat. De tempore quoque ita conſtituat, ne ſuas oves per univerſum annum pabulo ſanctæ Euchariſtiæ carere patiatur, quaſi liceat illis in Paſcha tantummodo communicare: videatque ne ad Sacramentorum adminiſtrationē vel ex conſuetudine impellatur, vel ne tantum id faciat ob eam cauſam, ut accuſationem evitet, ſeu turpis quæſtus ergò. Et formâm denique retineat ac conſervet, quam ex Scripturis novit à Domino ſibi traditam. Quod nequaquam ab illis obſervatur, qui cùm Chriſtus inſtituerit ut acciperemus, manducaremus & biberemus: illi magis attenti ſunt, ut panem à ſe conſecratum ſuſpendant, adorandum proponant, & infinitis ſuperſtitionibus proſtituant. Chriſtus cœnā communem inſtituit: at illi ſuis elevationibus & circumgeſtationibus ſpectaculum ex ea ridendum faciunt. Chriſtus de calice dixit, Accipite & bibite ex eo omnes: illi verò, à calice laicos arcent. Chriſtus dixit, Hoc facite: ſed ipſi multa præterea quæ ad ſuperſtitionem faciunt, adjecerunt. Idcirco neque fide-

1. Cor. 5. 11.

1. Cor. 11. 24.

Matt. 26. 27.

1. Cor. 11. 24.

A liter, neque prudenter, miniſtrant Sacramenta.

31 Si hodie ſub regno Antichriſti pius quiſpiam ſacrificum acceſſerit, eique dixerit; Mihi quæſo facias Miſſam, ſed ita ut peccatorum confeſſionem & abſolutionem planè intelligam: Dei laudes quas habes in introitu Miſſæ, & hymnum, Gloria in excelſis, mihi ſic exponas, quò tecum valeam & Deum celebrare, & illi gratias agere: neque me celes precum tuarum ſenſum, ut Amen reſpondeam: Epiſtolam & Evangelium edoceas, quo doctrinam & admonitionem

Quàm in Papatu abhorreant à fideli miniſterio.

B inde abs te ſalutarem percipiam: pronunciemus unà ſymbolum catholicæ fidei, cumque ad benedictionem ſive conſecrationem myſteriorum ventum fuerit, ne me arceas, quandoquidem illa verba etiam ad me pertinent, atque in ipſa panis fractione atque calicis hauſtu communices mecum, ut ſimul denique poſſimus Deo noſtro gratias agere. Et quoniam tibi neque opes neque victus deeſt, hoc totū quemadmodum gratis accepiſti, mihi gratis impendito. Qui hæc & hujuſmodi à ſacrifico petierit, obſecro,

C quomodo ab illo excipietur? Excludetur convitiis Lutheraniſmi, & contumelia hæreſeos inclementer tractatus. Sed viciſſim accedat alius qui dicat, Age, venandum mihi hodie eſt, attamen quia hoc die Dominico abſque ſacro eſſe nolim, accipe tibi hos nummos, atque nunc ſummo mane facias mihi miſſam, & cumprimis citò ac feſtinanter expedias. Non erit (mihi crede) per ſacrificum ulla mora. Cenſéſne hoc eſſe fideliter agere miniſtrum, ut modo Apoſtolus præcipit? Non puto. Audias rurſum de fidelitate mini-

Contra non reſidentes.

D ſtrorum noſtri temporis aliud ſpecimen. Habet quiſpiam illorum tres aut quatuor parochias, neque omnes valet curare: imo neque penes unam earum vult habitare, ſed in majori parte anni, quantum ei licuerit, ab omnibus abeſſe. Interim ſi quis illum arguerit, ait ſe loco ſuo ibi alium ſubſtituiſſe. Sed iſte tam fidelis miniſter non cogitat, Chriſtum, quando erat ſuo adventu & morte hominum genus redempturus, neminem loco ſui miſiſſe, aut pro ſe in cruce ſubſtituiſſe. Ipſe venit, ipſe laboravit, ipſe pro

E nobis mortuus eſt. Deum habere potuimus: & vicarios ejus, qui officio ſibi commiſſo incumbant, habere poſſumus? Aiunt id ſibi licere, modo in aliqua univerſitate vel academia vivant, ut bonas artes & doctrinam ſibi comparent. Sed Petro cùm Chriſtus diceret, Paſce agnos meos: nihil ejuſmodi excepit. Quod ſi non adhuc vel idonei fuerint, vel ſatis edocti, non oportuit onus paſtorale in Eccleſia ſuſcipere. Exiſtimant fortaſſe, ſibi ſufficere, ſi vocationem, titulum & poſſeſſionem habuerint: ſed hoc eſt lar-

Ioan. 21. 15.

F vas & perſonatos agere. Oportet enim, ut Apoſtolus docet, Eccleſiarum præfectos & fideliter miniſtrare, & fideliter myſteria Dei, hoc eſt, ſacramenta, diſpenſare.

1. Cor. 4. 8.

32 Tria itaque requiruntur ad legitimum Eccleſiæ miniſtrum: Primum eſt, ut juſtam vocationem paſtor habeat; deinde ut reipſa paſcat: denique, ut id fideliter & ſumma cum prudentia præſtet. Mitto vitæ ſanctitatem, quæ non vulgaris requiritur, quoniam & omnibus Chriſtianis communis eſſe debet, & om-

Tria requirūtur ad legitimum Eccleſiæ miniſtrum.

G nes quam neceſſaria ſit, intelligunt. Mitto etiam quàm parum illi ſint fideles, qui dona ſibi à Deo collata occultant, neque aliis volunt communicare: quia ſatis hi damnantur in parabola Chriſti, ſub perſona illius ſervi, qui talentum ſibi commiſſum defodit in terra. Neque minus infideliter agit, qui chariſmata quæ divinitus obtinuit, ita ſibi propria facit, ut illa Deo nō aſcribat: & qui hujuſmodi eſt, à Chryſoſtomo illi confertur, qui cùm Regis purpuram ſervandam accepiſſet, ea nihilominus tanquam proprio

Matt. 25. 24.

Huius doctrinæ praxim in Bucero vide Epiſt. 1. quæ incipit, Diuturnum.

H veſtimento uſus fuerit uti. Profectò is, læſæ majeſtatis reus habebitur. Deo itaque omnia bona, ſi fideles eſſe volumus, debemus attribuere. Petrus in Actis, de claudo à ſe jam ſanato dixit: Miramini, quaſi noſtra virtute hunc reſtituerimus, cùm Deus Abraham, Iſaac & Iacob, voluerit filium ſuum Ieſum glorificare. Ad hanc etiam fidem pertinet ut inſtar Chriſti, bonus paſtor animam ſuam ponat pro ovibus ſuis, quæ in periculo non ſunt deſerendæ, niſi fortaſſe fuerit ſingularis paſtoris perſecutio, ob quam

Act. 3. 12.

De fuga miniſtrorum.

Ioan. 10. 11.

I cauſam Athanaſio fugere licuit, propter impij principis crudelitatem: quandoquidem in Alexan-

diina Eccleſia complures loco ejus erant, qui miniſtrare poſſent. Auguſtinus ad Honoratum, Epiſtola 108. de fuga diſputat copioſè. Et multa præterea ſatis dura Tertullianus habet, quæ non eſt hujus vel temporis vel loci ut afferam. Paſtoris eſt ita ſe fideliter gerere, ut culpa ſua nullam, quamvis abjectam oviculam, in Eccleſia perire ſinat: imitari potius debet Chriſtum, qui dicebat ſe veniſſe ad quærendum quod erat perditum, & ad ſalvandum quod perierat. Atque in his actionibus eximiis, non deſerit Chriſtus bonos paſtores, tuetur illos, & non rarò magna ſeveritate ulciſcitur. Scimus quàm indignè tulerit rejectum Samuelem, ultus eſt eam injuriam, & populo dedit Regem in furore ſuo, ſub quo parum fœliciter vixerunt. Atque ſi quis hiſtorias excutiat, ſub majori parte Regum, fuerunt vehementer afflicti. Et cùm Saul in civitate Nobe complures Sacerdotes interemiſſet, is quoque cum filio Ionathan, in monte Gelboa, calamitoſè occubuit. Moſen & Aaron ultus eſt Deus, & de ſeditioſis qui adverſus eos conſpiraverant, pœnas exegit non vulgares. Iudæos item videmus qui Chriſtum ſummum ſacerdotem occiderint, & ejus Apoſtolos malè acceperint, in exitium præcipitatos.

Matt.18.11.

Chriſtus adeſt ſuis miniſtris & illorum ulciſcitur injurias.

1.Sam.8.7.

1.Sam 31.4.

Num.16.1.

De Miniſterij efficacia.

In 1 Cor.3. verſ.4.

Philoſophorũ arrogantia.

33 In primis autem cùm taxentur à Paulo Corinthii, quòd homines ſibi præficerent: diſcant fideles Chriſti miniſtri, non ſibi diſcipulos aut ſectatores facere, ſed Chriſto, ad quem unum Eccleſia pertinet. Ethnici Philoſophi hoc ambierunt, ut diſcipulos quos habuerunt, ſuo cognomine à reliquis diſtinguerent, ut aliqui Platonici, aliqui Pythagorici, alii Epicurei vocarentur. Attamen Socrates viſus eſt modeſtior cæteris, quòd ſe non faceret authorem doctrinæ quam docebat, ut qui ſe diceret ſimilem obſtetricis, quæ parientibus opem ferret: ita is exiſtimavit ſuis interrogationibus juvenibus adeſſe ut ſcientias quas habuiſſent in animo, in lucem exire faceret. Hoc multò magis in Chriſti negotio locum habet. Nam quantumvis accuratè quis doceat, niſi Spiritus ſanctus, audientes intus excitaverit, opera luditur. Spiritus eſt qui verè animos fœcundat: Idcirco illic dicitur, Quis Paulus? quis Apollo? Ioannes Baptiſta hoc explanavit pulcherrimè, cùm de ſeipſo interrogatus quiſnam eſſet, aiebat, ſe non Chriſtum, non Eliam, neque Prophetam, ſed tantummodo vocem quæ in deſerto clamaret, Parate viam Domini. Habent ſanè Dei miniſtri ampliſſima dona, quibus ut ſervi fideles ad aliorum ſervorum commoda, & domini ſui gloriam uti debent. Neque vel ad quæſtum vel ad dignitates oportet hæc detorqueant.

Socratis modeſtia.

1.Cor.3.5.

Ioan.1.28.

Dignitas miniſterii.

34 Et licet videatur Paulus miniſterium quoquomodo dejicere, attamen ſi diligenter obſervaveris quæ dicat, agnoſces non infra dignitatem detrudi. Etenim illi relinquit commendationem inſignem cùm ait, miniſtros eſſe per quos crediderint. Fides, remiſſio peccatorum, reconciliatio cum Deo, & jus æternæ vitæ conjuncta ſunt: quarum rerum, qui præſunt Eccleſiæ, dicuntur miniſtri. Si organa & inſtrumenta noſtræ fidei eſſe ſtatuantur, quis non eos in honore, & pretio habeat? Anabaptiſtæ miniſtros abjiciunt, atque contemnunt: Idcirco juſtam Eccleſiam hactenus non habuerunt. Non enim ea conſtare poteſt, neque divinus cultus publicè retineri, ſi ratio miniſtrorum non habeatur. Nihilominus videto, ne illis nimium vel attribuas, vel fidas. Scriptum quippe eſt; Maledictus, qui fidit in homine, & qui carnem ponit brachium ſuum. Deo faciunt inſignem contumeliam, ut Ambroſius ſcribit, qui eis, cùm ſint creaturæ, honores Deo debitos exhibent. Quòd à gentilium perverſitate parum abeſt, qua rebus creatis divinos honores præſtabant. Quod idem cavendum eſt, ne fiat erga ſanctos, quos expoliamus propria dignitate, dum titulis divinis ornamus. Tunc enim, cùm noſtris ornamentis & dignitatibus eos non poſſimus æquare Deo, demimus illis, quantum in nobis eſt, ut miniſtri Dei ſint, quod eorum naturæ maxime convenit. Quomodo illos excuſabimus, qui beatam virginem vulgo nuncupant Matrem miſericordiæ, quod proprium eſt Dei, qui Pater miſericor-

1.Cor.3.5.

Anabaptiſtæ.

Videndum, ne miniſtris nimium tribuatur.

Ierem.17.5.

2.Cor.1.3.

Col.3.3.

Ioan.1.4.

2.Cor.1.3.

A diarum in Scripturis dicitur? Vitam ſuam quoque illam nominant, cùm Chriſtus ad Coloſſenſes vita noſtra dicatur, & ipſemet de ſe dixerit: Ego ſum via, veritas & vita. Dulcedo item in illa cantione vocitatur, quaſi ſit repoſita in ea piorum conſolatio: atqui Deus pater conſolationis eſt atque ſolatii: demumque illam dicunt, Spem ſuam, quaſi velint in creatura ſpem ponere. Oſtende nobis (inquiunt) Ieſum Chriſtum filium tuum. Id autem tantummodo ad Patrem ſpectat, quemadmodum ſcriptum eſt: Nemo venit ad

B me, niſi Pater traxerit eum. Multum ſanè illis tribuitur, quando pro ſervis & miniſtris Dei habentur. Nam & ipſe Chriſtus, quoad homines, hoc miniſtri nomen ſuſcepit. Ad Romanos legimus, Dico Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe Circumciſionis. Magiſtratus etiam ad Romanos appellatur Dei miniſter. Unde non eſt prætereundum, & Magiſtratus & præfectos Eccleſiæ, functiones habere admodum conjunctas. Utinam animi eorum tam concordes eſſent, quàm officia & munera propemodum ſe attingunt.

Carpitur cantio, Salve Regina.

Ioan.6.44.

Rom 15.8.

Rom.13 4.

Magiſtratus & miniſterium Eccleſiæ ſunt functiones cõjunctæ.

C Definitur Pontifex in Epiſtola ad Hebræos, quod ex hominibus aſſumatur, & pro hominibus conſtituatur in his quæ ſunt ad Deum, ut dona & ſacrificia offerat pro peccatis. Quod ſi Magiſtratum definire volueris, videbis quàm propè accedat ad naturam Pontificis. Is quoque aſſumitur ex hominibus & pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad civile bonum, id eſt, ut quietam atque tranquillam vitam ſub ipſo degamus ad pietatem & temperantiam, ut ex Epiſt. ad Timot. colligitur. Quare cùm magi-

D ſtratus miniſter Dei habeatur, magnum illi debemus honorem: ita tamen, ut quæ Dei ſunt, ei non tribuamus, & cùm præceperit quæ Deo adverſentur, non audiatur.

Definitio Põtificis ex Epiſtola ad Hebræos.

Hebr.5.1.

Definitio magiſtratus.

1.Tim.2.2.

35 Sed ut ad Paulum redeam 1. Corint. duabus vocibus plantandi & rigandi, agricolarum univerſa opera comprehendit. Deus augmentum dat, ut quod plantatum & rigatum fuerit vivat. Quod autem nomine augmenti vitam intelligat, inde fieri arbitror, quòd plantæ vitam non habeant, niſi quam vulgò

E appellant vegetativam: quia moventur ad alimenta, unde fiunt majores acceſſiones. Nam licet mutare locum videantur, aut variari qualitatibus, omnia hæc illis contingunt, quòd vel augmentum vel alimoniam percipiant. Simile Apoſtoli pulcherrimè quadrat: Quia etſi ruſtici diligenter ſuum laborem impendant, proventus attamen à cœlo expectandus eſt. Quod ſi non fuerit eorum votis obſequutum, operam luſerint. Quanquam non cœlo, ſed potius ipſi Deo, totum id acceptum referri debet: Is enim eſt,

F qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, pluitque ſuper juſtos & injuſtos. Utque iſta pro ſuo arbitrio regat & moderetur, ex Levitico apparet: ubi comminatur Iſraelitis cum malè ſe geſſerint, daturum ſe cœlum ferreum, atque terram æneam. Idemque legitur in Deuteron. ubi promiſſionem quoque addit, ſi mandatis ſuis incubuerint, quod ſit eis aperturus ſuos theſauros, dando pluvias tempeſtivis horis. Quod itaque Apoſtoli metaphora ſit utiliſſima, inde monſtratur, quod non tantùm docet rem, quam

G habet præ manibus, ſed etiam cum fructu explicat eam naturam à qua deducitur. Non enim minus utile eſt, noſſe à Deo expectandos eſſe ſucceſſus humanorum laborum, in omnibus artibus & inceptis, identidemque in rerum naturalium proventu: quam ſic intelligere, per miniſterium Eccleſiæ nihil effici, niſi quantum divina potentia & bonitas promoverint. Ideóque in Actis Apoſtolicis habetur capite decimo ſexto, mulierem purpurariam audiviſſe Apoſtolicam doctrinam, cui Dominus aperuit cor, ut intenderet

H his quæ à Paulo dicebantur. Apollos, cujus illic fit mentio, Paulo ſucceſſit in Eccleſia Corinthiorum: idcirco rigare dicitur, quæ Paulus plantaverat. Plantandi vox, lacti reſpondet: rigandi verò, cibo ſolidiori. Quanquam Ambroſius plantationem intelligat primam Apoſtoli doctrinam, rigationẽ verò, Baptiſmum. fortaſſe ad id alludens, quòd per aquam adminiſtretur. Denique augmentum quod accedere dicitur, refert ad Spiritum ſanctum. Verùm prima interpretatio ſimplicior eſt.

In 1 Cor.3 6.

1 Cor.3.3.

Simile.

Deo proventus agrorum debentur.

Matt.5.45.

Levit.26 19.

Deut 28.12.

Metaphora hæc bifariam utilis.

Act 16.14.

Purpuraria mulier.

Apollos quis.

I 36 Ut autem Eccleſiarum agricolæ, per ſeſe alieni ſint ab his operibus, in Evangelio ſatis declaratur,

A miniſterio ſuſcipiendo homines ſunt alieni.

Matt 15 6.

ubi

Exod.3.10.
Ierem.1.6.
Ion.1.3.

ubi à patrefamiliâs extruduntur ocioſi ad operandum in vinea. Neque dubium eſt Moſen, Ieremiam & Ionam, reluctantes quodammodo ad id pertractos: quod pleriſque aliis eveniſſe credibile eſt, cùm in iſta vocatione tantummodo labores, gravia pericula, odium & perſequutiones expectanda ſint, à quibus caro noſtra mirificè abhorret.

Plato inquit tribus rationibus adduci homines.

Quin & Plato in 1. de Republica, homines, inquit, ad magiſtratus capeſſendos invitari conſueviſſe, partim pecuniis, partim honoribus, atque partim pœnis. Sed qui probi fuerint, pecuniis minimè permoventur, cùm avaritia non laborent: iidemque honoribus non adducuntur, quia minimè ſint ambitioſi: pœna tantùm allici poſſunt, ne ſi ad Rempublicam gerendam vocati accedere noluerint, ſubdantur & ipſi unà cum aliis pravorum hominum imperio, qui magiſtratus per ſeipſos invadent, & Republica pereunte, neque ipſi poterunt eſſe ſalvi.

Miniſterium non recuſandum temere.

Sic etiam homini Chriſtiano, qui ſe perſpexerit à Deo inſtructum donis Eccleſiæ commodis, cùm ad ejus præfecturam ſeu miniſterium accerſitus fuerit, agendum eſt, caveat ne recuſet pertinaciter impoſitum munus. Teſtatam quidem licet illi Eccleſiæ facere ſuam infirmitatem atque monere ut magis idoneum quærat. Verùm obſtinato animo reluctari non debet, ne poſtea ſevero Dei judicio una cùm univerſa Eccleſia malorum præfectorum qui ſe ingerent, adminiſtrationi & curæ pernicioſæ committatur. Sed hodie ab hac parte periculum non imminet, cùm videamus ambitione ſumma procurari ſacerdotia & præfecturas Eccleſiæ: quòd ideo fit, quia non ob oculos ſibi ponunt iſti ambitioſi opus quod faciant in Eccleſia, ſed opes & honores, quibus pro libidine abutantur. A Platone id idem elicitur: Si ex hominibus probis conſtaret Reſpublica, non levior eſſet pugna & concertatio inter cives de Magiſtratu non ſuſcipiendo, quàm nunc de obtinendo laboratur.

1.Cor.3.6.
Deus potuiſſet abſque miniſtris Eccleſiã regere.

37 Dum verò docet Paulus eſſe qui dat augmentum. Et Deum ſanè oportet ut opus fortunet. Habent nihilominus & miniſtri opera, quæ non debent à quoquam contemni, cùm per illa Deus agat in nobis quæ ad ſalutem pertinent. Potuiſſet quidem & facilè ſine miniſtris per ſeipſum hæc eadem operari: quòd noluit, ut major inter fideles conjunctio intercederet. Ergo quæ addit Paulus, Ego plantavi, &c. non dicuntur, quaſi miniſtri abſque Deo aut plantent aut irrigent. Sed hæc duo illis ideò tribuuntur, quod in his cooperatores Dei ſint, & ſuas partes habeant. Vivificare Dei eſſe dicitur, quòd id tantummodo per ſeipſum faciat.

Act 10.44.
Act 8.17.
Impoſitio manuum & opus miniſterii non ſunt integra & tota cauſa ut detur Spiritus ſanctus.

Quod ſi fortaſſe in mentem veniat, Spiritum quoque ſanctum dari per ſacras conciones (quoniam adhuc loquente Petro, Spiritus ſanctus illapſus eſt ſuper eos: idemque dari viſus eſt ad impoſitionem manuum: Nam ubi Apoſtoli quibuſdam manus impoſuiſſent, Spiritus ſanctus in illos deſcendit.) Ambroſium audias, qui ait, hoc non ita perpetuò fieri: quia Paulo neque manus impoſitæ ſunt, neque cum in via converſus eſt ad Chriſtum, concionem hominis audivit: neque omnes qui audiunt ſacram doctrinam, neque quibuſcunque manus imponuntur, Spiritum ſanctum accipiunt: quod omnino fieri oporteret, ſi hæc veræ propriæque cauſæ, ut Spiritus daretur, eſſent.

Scriptura quãdoque tribuit miniſtris quæ ſunt Dei.
1.Cor.4.15.
Gal.4.19.
1.Tim.4.16.

Sciendum tamen, Scripturam ſacram nonnunquam miniſtris tribuere quæ Dei ſunt, ut cùm Paulus inquit, Per Evangelium ego vos genui: necnon, Vos iterum parturio. Idemque Timotheo ſcribebat, Et teipſum ſervabis, & eos qui te audiunt. Atque Petrus mirum in modum cum Deo ſacrum miniſterium conjunxit, qui Ananiæ dixerit; Quomodo te Diabolus tentavit, ut Spiritui ſancto mentireris? Non enim mentitus es hominibus, ſed Deo. Quin & ipſe Chriſtus aiebat, Quorum ſolveritis peccata, ſoluta ſunt: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Act 5.4.

Miniſtri bifariam accipi poſſunt.
1.Cor.3.7.

38 Ad hæc omnia ita te munias. Miniſtri Eccleſiæ ſi per ſeipſos acceperis, nihil certè horum præſtare poſſunt: tantùm ſunt organa & inſtrumenta, quibus Deus dum plantant & rigant, utitur atque adeſt. Et ita accipiendum eſt quod ſubdit Apoſtolus eo loco, Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui dat incrementum Deus. At ſi eos cogites, quomodo Deo conjunguntur, & ipſe in illis eſt efficax, atque Spiritus ſancti actio cum miniſtrorum actione copulatur, ita ut ex illis duobus unum quoquo modo confletur, tropo ſynecdoches, quod unius eſt partis, alteri attribuitur. Atque hoc pacto quæ commemoravimus, miniſtri Eccleſiæ dicuntur efficere.

Quod diximus de miniſtris, etiã de Sacramentis intelligendum eſt.

Et quod eſt conſtitutum de miniſtris, de Sacramentis quoque ſentiendum eſt. Nam ſi illa ut ſimplicia nudaque ſymbola ſpectes, multum aberraveris, ſi aut remiſſionem peccatorum, aut ſalutem tuam illis adſcripſeris. At ſi animo tuo illa retuleris in id quod ſignificant, atque id fide ut debes complexus fueris: proculdubio & ſalutem & remiſſionem peccatorum inde hauries, eaque ſuſcipies, & ut præclariſſima Dei dona honore proſequeris.

Quid miniſtri quotidie precati debeant.

Quare videant miniſtri, ut Deum aſſiduè precentur, orentque ut ſuum miniſterium per Spiritum ſanctum fiat efficax in eos qui ſuæ fidei ſunt commiſſi, & Deo ſeſe pro viribus accommodent, ut apta & idonea ſint ejus inſtrumenta. Neque ambiant magnos honores à populo extorquere.

Phil 2.6.
Ioan.14 28.
Matt.24 36.
Act 10.26.
Apoc.19.10.
Ambitio Papæ.

Chriſtus adeò ſe dejecit, ut cùm eſſet in forma Dei, formam ſervi ſuſceperit, & humanæ naturæ infirmitatem agnoſcens dicebat, Pater major me eſt. De die & hora illa nemo novit, nec Angeli, neque ipſe filius. Petrus Centurionem, ne ſe adoraret, prohibuit. Paulus & Barnabas idem præſtiterunt, cùm ab Ethnicis honores divini decernerentur. Quin & Angelus, ut habetur in Apocalypſi, Ioannem vetuit, ne ſe adoraret. Hodie Papa ab omnibus fœdiſſimè adoratur.

Mundus dat miniſtris honorem quem non debet, & quem debet negat.

Vtque mundus erga miniſtros Eccleſiæ deſipiat, hinc facilè deprehenditur, quòd honores illis hujuſmodi contulerit, quales Deus non requiſivit ut eis deferrentur: Regna inquam, Ducatus, Comitatus, Marchionatus, & alia id genus, quæ dare non fuit difficile, cum Monarchæ eis plus ſatis abundarent. At è diverſo, negata eſt illis obedientia & ſubjectio quæ per Dei voluntatem illis debebatur, ut Eccleſiaſticæ diſciplinæ daretur locus, eiſque obediretur, quando ex verbo Dei jubent mutare vitam, pœnitentiam agere, atque eos declinare quos Eccleſia excommunicatos declaraverit, & quæcunque alia ſunt hujus farinæ. Cæterum quia in his vitæ mutatio & ſyncera promovetur ſanctitas, providet Diabolus ſumma cura & diligentia, ut ſurdis auribus audiantur. Quò fit ut omnia peſſum eant, quoniam eò pervenerunt Eccleſiarum præfecti, ut non contenti immoderatis opibus & principatibus, ſeſe totos occupent hujus mundi negotiis, neglecto munere paſcendi populum Dei. Et plebs viciſſim arbitratur ſe pulchrè functam officio, ſi bonis hujus mundi ſuos paſtores cumulaverit: nil interim ſolicita, ut ſana doctrina & verbo Dei alatur.

1.Cor 3.7.

Poſſet Apoſtoli ſententia, cum ait, Eum qui rigat, & eum qui plantat nihil eſſe, per hyperbolen accipi, ut nihil eſſe dicantur, ſi divinæ actioni conferantur.

Vnitas miniſtrorum.
Deus Zebaoth.
1 Sam 1.3.
Ibid 15.2.
Eſa.1.24.
& paſſim.

39 Cæterùm, quia uni atque eidem ſummo Deo paſtores Eccleſiæ inſerviunt, atque ſibi eundem finem præſtituunt, omnes organa ſunt & inſtrumenta Dei ad hominum ſalutem, quod habent commune cum omnibus creaturis, propter quas Deus in Scripturis dicitur Deus exercituum, quòd omnia Deo non minus inſerviant, atque milites Imperatori ſuo. Cujus profectò collationis Ariſtoteles quoque in prima philoſophia meminit. Proinde quoad hæc, unà ſunt inter ſe miniſtri Eccleſiæ.

Nõ tolluntur ab Eccleſia gradus miniſtrorum.

Neque propterea vult Paulus ab Eccleſia miniſtrorum gradus auferre: Nam potiori loco eſt qui Evangelizat, atque is qui baptiſmo tingit: & in Eccleſia, novimus alios poſitos eſſe paſtores, alios doctores, alios prophetas, &c.

Declaratur adhuc unitas miniſtrorum.

Vnum etiam ſunt, quòd ſibi mutuò inſerviunt, cùm in idem omnes conſpirent, ut inferiores artes cum illa quæ vocatur ἀρχιτεκτονικὴ conjunctæ ſint. Vnum præterea ſunt, quia licet major minori præponatur, id non fit aut neglectu aut contemptione minoris. Vnum item ſunt, quia per ſeipſos nihil habent aliud, quoad munus in quo verſantur, niſi quantum Deus ita diſtribuit. Quare in hoc ſunt pares, quod quicquid habent, ab illo acceperunt, neque à natura profecta ſunt, quibus in ſuo miniſterio utuntur.

Miniſtrorum vitia non contaminant Sacramenta.

Vtque unum dicitur animal, quòd membra quę diverſa ſunt in eo ſimul colligūtur, & anima una qua formata ſunt, in ſuis actionibus incitentur & moveantur: ita miniſtri Eccleſiæ, vinculis charitatis, cum cæteris

membris Chriſti ſunt colligati, & eodem ſpiritu quo agitur tota Eccleſia, ipſi etiam impelluntur, ut commodum eorum & Chriſti promoveant. Eſt quidem ex miniſtris unus altero ſanctior: verùm hoc nihil ad te. Doctrinam expendito, atque videto ne illis craſſiſſimis vitiis inquinati ſint, propter quæ jubet Paulus, ut ne cibum quidem cum illis capiamus: neque tibi perſuadeas, eorum infirmitatem aut vitiorum labem, ſacris rebus poſſe officere. Habet Hieronymus contra Iovinianum duo pulchra ſimilia, quibus Deum excuſat, qui fœtibus ex adulterio procreatis animam infundat: Quoniam, inquit, ſi frumentum furto ſublatum fuerit, peccatum non in ſemine, ſed in eo qui ſeminat inhæret. Idcirco ſemen jactum naſcitur, neque illi obſtat alienum peccatum. Deinde ſi manus ejus qui ſeminat, inquinata fuerit & polluta, non idcirco ſemen tantùm inficitur, ut naſci non poſſit. Ita ſacræ res, adminiſtrantium peccato, corrumpi non poſſunt. Et Auguſtinus in Epiſtola ad Hieronymum, Per ariſtas portantur grana, repurganda in area Domini, & quamvis paleæ ſint inutiles, attamen proſunt tritico. Ita vitia miniſtrorum, non ſic obſunt Chriſti fidelibus, ut Sacramenta per illos diſtributa, & verbum per eos adminiſtratum, fiant inefficacia.

1.Cor.5.11.

Hieronymus. Similia.

Auguſt. Ariſtę & paleę ſunt utiles.

Miniſterij potens ſimplicitas.

In 1. Cor. 2. verſ.5. Noſtra fides habet radicem in cœlis, non in terris.

40 Quod autem Paulus docet, Fidem noſtram non eſſe ex ſapientia hominum, ſed ex potentia Dei, hoc maximè noſtram fidem commendat, quæ radicem non in terris, ſed in cœlis habeat. Unde colliges, ad fidem perſuadendam, non opus eſſe his quæ cum humano judicio, noſtro ſenſui, & rationi conſentiunt: cùm potius veriſimilia homines judicant, ſuſpicione minimè vacent. Non eſt Chriſti fides ex humana ſapientia informanda. Adverſatur hoc vehementer illis, qui volunt humanas traditiones & ritus humanitus inventos eo confirmare, quòd pulchre arrideant noſtræ prudentiæ, & ſenſui civili probè conveniant. Quod Apoſtolus manifeſtè taxavit in Epiſt. ad Col. quando inquit, Iuxta præcepta & doctrinas hominum, quæ verbotenus quidem habent ſpeciem ſapientiæ, ἐθελοθρησκείᾳ, quæ eſt voluntatis noſtræ cultus, & ab hominibus inventus, cujus naturam paulò poſt exponit, quoad animum, nomine ταπεινοφροσύνης. Sæpe de ſuis inventis prædicant, quòd animum reddant humilem atque demiſſum, & hoc nomine ſuos veſtitus & habitus commendant. Adjecit & læſionem corporis, non per honorem aliquem, ad expletionem carnis. Huc ſpectat delectus ciborum, humi dormire, & ſe inutiliter ſub ſpecie cultus divini conficere: ita ut neque corpori habeatur honor, neque caro nutriatur, quemadmodum oporteret. Fatetur in his Apoſtolus ſpeciem eſſe ſapientiæ, cui tamen fides noſtra non debet acquieſcere, quantumvis pulchra & honeſta videantur; uni fundamento verbo Dei mordicus inhæret. Quia, prout ad Romanos habetur, Fides eſt ex auditu, & auditus per verbum Dei. Quòd ſi fides noſtra innitetur humanæ ſapientiæ facilè poſſet diſſolvi, cùm non ſemper eadem habeantur pulchra, utilia & vera: & ſæpe fiat ut quæ placuerant, abjiciantur. Non immeritò igitur Chriſtus dixit Petro, Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Spiritus Patris qui eſt in cœlis. Atque hæc fidei conſtantia & firmitas eſt (ut inquit Chryſoſtomus Hom.2. ſuper Matt.) illa petra, ſuper quam Chriſtus Eccleſiam ædificavit. Quòd ſi humana ſapientia non poteſt eſſe cauſa noſtræ fidei, ex operibus illa eadem non eſt expectanda, cùm ſapientia longo intervallo reliqua opera exuperet.

Col.2.23.

Cur fides non innitatur humanæ ſapientiæ?

Rom.10.17. Fides non ex operibus.

Matt.16.17.

Quæ ſit ſapiētia ſeculi. 1 Cor.2.6. Evangelium non tollit ſapientiam hujus mundi.

41 Hæc autem eſt cauſa cur perfectis placeat, cæteris verò ſit ingrata Dei ſapientia, quia non eſt hujus mundi. Sapientia ſeculi dicitur, quæ naturali facultate ac lumine acquiritur: quæque ad res hujus mundi regendas, tuendas, & adminiſtrandas valet, ut medica, politica, dialectica, rhetorica, & id genus. His facultatibus opus eſt in hoc mundo, quæ cum illo quoque finientur: nam in futuro ſeculo, illis minimè locus patebit. Neque iſtam hujus mundi ſapientiam docemus aſpernandam, modò ſe intra ſuos fines con-

A tineat. Sic enim ſuas habet utilitates. Id tantùm ei non permittitur, ut præſumat hominem ſuis auſpiciis ad ſalutem perducere. Abſterrenda etiam eſt, ne divina ſuis rationibus metiri auſit. Atque id explodendum eſt, quod multi falſò arbitrantur, ſapientiam Pauli ac Evangelii, hanc hujus mundi ſapientiam, vel tollere, vel debilitare. Aiebant ſanè multi, ob ſuſceptum Evangelium, Romanum imperium quodammodo everſum eſſe, & Chriſtianam diſciplinam Rebuſpublicis plurimùm obfuiſſe. B Et Auguſtinus in Epiſtola ad Marcellinum, his erroribus & calumniis egregiè occurrit, ac oſtendit, non Evangelicæ ſapientiæ culpâ, hæc mala eveniſſe, de quibus iſti expoſtulabant: & ait, calamitates vel Imperatoribus, vel eis ſine quibus nihil Imperatores efficere poſſunt, vitio dandas eſſe. Ruinam imperii Romani, Saluſtius, luxui ac libidini acceptam refert: quod amare, potare, mirari ſigna, & diripere provincias Romanus exercitus cœperit. Idemque habet, urbem venalem, & maturè perituram, ſi emptorem invenerit: C Et Iuvenalis conquerebatur, Iam luxuriam victum orbem ulciſci. Hæc itaque mala non invehit Evangelii ſapientia, ſed potius illis medetur. Quid magis facit ad civitatum, provinciarum & regnorum ſtatum confirmandum, quàm pax & concordia? Eam & præcipit & prædicat Evangelica doctrina. Deſideratur Princeps clemens, qui obliviſcatur injuriarum, qualem Cicero Cæſarem prædicat: ſed nullibi magis quàm in Evangelio, iſta clementia ſuadetur. Valent item ad Rempublicam conſervandam, pietas, obe- D dientia, caſtitas, temperantia, juſtitia, fortitudo, ac hujus generis virtutes, quas Evangelium ex orbe non depellit, ſed potius in orbem plauſtris ſpiritus advehit. Idcirco liquet, Apoſtolicam ſapientiam, de qua modò agitur, ſapientiam hujus ſeculi minimè tollere, cùm eam potius iuvet, & meliorem efficiat. Nullæ enim civiles virtutes addita pietate, non redduntur, & quoad hanc vitam, & quoad alteram utiliores. Dentur nobis milites, Imperatores, Magiſtratus, plebs, & Eccleſiarum paſtores, quales Evangelium E format, & niſi floruerint Reſpublicæ jure conquerantur. Nunc autem ſapientia hujus mundi à Paulo non damnatur, niſi quia id pſeudoapoſtoli eam religioni admiſcebant, ut Chriſtum relinquerent, Eccleſiam turbarent, eique primas darent & ſummam judicii de pietate.

Contra illos qui dicunt Evangeliū perdere Reſpub.

Saluſtius exponit unde imperii ruina.

Evangelium adverſatur vitiis, quæ perdunt Rempub. Evangelium virtutes advehit.

Quales virtutes per Evangeliū reddantur utiliores?

In 1.Cor.1.20.

Eloquētia an conveniat cum Evangelio? Rara eloquētia.

42 Iam verò num eloquentia cū Evangelio poſſit convenire, aut prorſus cum illo pugnet ita diſſerendum arbitror. Summus eloquentiæ gradus conceditur nemini, cùm quæ tribuit Cicero perfecto Ora- F tori, non idcirco ſcripſerit, quod tot aut tanta in quopiam inveniantur: ſed ut intelligerent ſtudioſi, ad quæ collimandum eſſet. Mediocris verò dicendi facultas, eſt admodum paucorum. Quare inſtrumentum adeo rarum, difficile ac laborioſum, non ſibi Deus elegit, ut per illud Evangelium humano generi traderet. Pluribus quippe miniſtris opus fuit, qui facilè non potuiſſent inveniri, ſi tanto ad paratu opus haberent. Deinde cùm omnibus proponenda eſſet hæc ſalutaris doctrina, ſi tanto artificio tractaretur, G vulgares homines & rudiores, ad quorum captū non deſcenderetur, minimè illam perciperent. His addas, tantam artem & accuratam diligentiam in dicendo non vacare ſuſpicione: quare prudenter tradiderunt inſignes Rhetores, artem quoad fieri poteſt, occultandam eſſe. Præterea tanta lux eſt cum divina ſapientia conjuncta, ut cereo, vel facula humanæ facundiæ, non opus habeat illuſtrari. Neque iſta modò aſſerimus, quod ſacræ literæ non habeant ſuā quandam eloquentiam: quoniam ut de Paulo dicamus, H propriis vocibus utitur, & ſermonem contexit omniū efficaciſſimum, qui penetrat uſque ad cordis intima. Quare in eo minimè deſideratur iſta vis eloquentię, quam Auguſtinus ad Creſconium Grammaticum ita definivit: Eloquentia eſt facultas exprimendi congruenter quæ ſentimus. Neque prætextu ſermonis impolitioris divinarum literarum committere debent Eccleſiaſtici homines, ut de induſtria putide loquantur, ſed potius caſtam ſimplicemque dicendi rationem curent ſibi vendicare.

Cur Deus eloquentiam mūdi cum Evangelio non cōjunxerit in Apoſtolis.

Definitio eloquētię ex Auguſtino.

I 43 Quæres forſitan, cùm loquendi facultas quæ ob peccatum originis, quemadmodum cæteræ vires

vires

Digitized by Google

vires humanæ corrupta ſit, eloquentia inſtauretur: qui fit ut Paulus videatur eam adverſari? Dicimus eo tantùm nomine illi cum Evangelio minus convenire, quia non voluit Deus homines videri adductos ad credendum ejus efficaciæ.

Ordo inſtaurationis viriū humanarum.

Quod verò attinet ad inſtaurationem virium humanarum, quæ collapſæ ſunt à primi hominis peccato, eam minimè damnamus, ſed ut fiat recto ordine: attamen cohortamur ne graviora prævertantur levioribus. Inſtauratio quandoque adhibenda prius eſt, ut mentem, meliorem inquam animi partem, reſtituamus, ornando illam fide: voluntatem verò cùm ſpe tum charitate, demumque omnes animi noſtri facultates inſtituamus ſolidis atque ſynceris virtutibus. Deinde ſi vacat, vires loquendi, cantandi, currendi atque luctandi, artibus excolamus, & reformemus. Sed nequaquam committendum eſt, ut eorum, quæ poſterius modò recitavimus, cura & ſtudium, præcurrat diligentiæ adhibendæ melioribus ac præſtantioribus animi viribus reſtituendis. Hoc eſſet ordinem invertere.

Rectè loqui in donum Dei. 1.Cor.12.8.

Fatemur donum Dei eſſe, bene ac prudenter dicere: nam etiam ſcribitur à Spiritu ſancto dari alii quidem ſermonem ſapientiæ, alii verò ſermonem prudentiæ: unde ſi hæc à Spiritu ſancto donantur, bona eſſe oportet, licet non omnibus eodem modo Spiritus ſanctus dona hujuſmodi afflare ſoleat. Nam id facit interdum repentè, ut res miraculo fit, quemadmodum in die Pentecoſtes Apoſtolis contigit: nonnunquam verò eadem pedetentim concedit noſtro adhibito ſtudio atque induſtria.

De uſu bonarum artium. Act.2.2.

Quoniam igitur bonas artes nobis curamus vendicare, ejus in mentem veniat, Deo ad Eccleſiam ædificandam his artificiis non opus fuiſſe, ſed tamen illis poſſe uti, cùm viſum fuerit. Idcirco cùm ad ipſam divini ſermonis adminiſtrationem deſcenditur, minimè convenit, ut de Rhetorum præceptis anxii ſimus, alioquin univerſa frigeret actio. Permittamus nos potius tunc, quanti quanti ſumus, Spiritu ſancto utendos. Denique ſacrum Evangelium docemus, his bonis artibus licet ornati fuerimus, eis non eſſe fidendum, cùm tota vis perſuadendi quæ divina ſunt, in ſacri verbi potentia & efficacia ſpiritus collocanda ſit. Et illud caveri oportet, ne legitimè vocatus ad Evangelizandum, modò quæ neceſſaria ſunt ſatis teneat, licet animadvertit ſe his artibus utcunque deſtitui, à munere ſibi commiſſo reſiliat: quin potius animum ſuum roboret atque confirmet illa Dei ſententia, quæ Moſi dixit, Quis finxit os homini? quis fecit cæcum, videntem, ſurdum ac mutum? nonne Ego? Et Ieremiæ prophetæ, cùm obtenderet ſe inſtar pueri eſſe, quòd loqui neſciret; reſponſum eſt, Dabo mea verba in ore tuo: noli timere, quia Ego tecum ſum. Et Chriſtus Apoſtolis ita pollicebatur: In illa hora, dabitur vobis quid loquamini.

Exod 4 11. Ibid.12. Cōſolationes infirmorū miniſtrorum. Matt.10.19.

Eloquiorum Dei tanta eſt majeſtas, ut nemo quantumvis eloquens, perſuadere ſibi debeat, quòd eam verbis aut vincere, aut æquare poſſit, nedum illam illuſtrare, aut ornare valeat.

Vitia malorum prædicatorum.

Quod verò ad ea pertinet, quæ facundiæ humanæ ſubjiciuntur, pulchre congruit ut illa & tractentur & excolantur. Atque ibidem ſumma cura evitent qui valent arte dicendi, ne incurrant in ea vitia, quorum mali prædicatores à Paulo accuſantur, ut Ambroſius atteſtatur, quòd eloquentia ſe vindicarint, neque Chriſti gloriam quæſiverint: deinde, quòd & Religionis myſteria non viſerint, neque inculcarint, quæ humanæ prudentiæ minus erant plauſibilia, imo vix illi probari poterant. Eaque ſunt, quòd filius Dei utero Virginis geſtatus fuerit, item cruci affixus, mortuus, & ſepulchro tumulatus. Hæc illi miro aſtu diſſimulabant, ac digrediebantur in argumenta humanæ rationi magis veriſimilia. Eraſmus nonnihil invehit contra eos, qui debacchantur hujus loci prætextu in bonas artes, quaſi verbum crucis, ut Paulus modò ait, illis aboleatur. Et inter cætera iſtos monet, non minus verbum crucis obſcurari, quando potentia, opibus, titulis ac exercitibus, illi prætexunt è diverſo religionem ſe velle tueri. Sed nunc hujus doctiſſimi viri juſtam querelam miſſam facio: Cui tantùm id adjicio, non minus enervari verbum crucis ſuperſtitioſis abuſibus, frigidiſſimis ceremoniis, ac meris hominum traditionibus, quibus fautores Papæ hodie Chriſtianiſmum fulciendum putant, atque nunc Paulus dicat adverſus eos, qui humana ſapientia & dicendi facultate Chriſti Eccleſiæ ingenti damno erant.

Secularis potentia papæ obfuſcat virtutem crucis. Frigidæ ceremoniæ, & ſuperſtitioſi abuſus enervant vim crucis.

CAPUT II.

De Præmiis, Donis & Muneribus accipiendis & non accipiendis: Adhæret de bonis Eccleſiaſticis, & Eccleſiaſticorum immunitate.

QVod proponitur, uno reſponſo finiri non po- In 2. Reg. 5.
teſt: cùm res adiaphora ſit natura ſua, ut quæ re- verſ.10.
cte nonnunquam, interdum perperam fiat. Licere Miniſtris verbi Dei cōceſſa
autem Prophetis & Miniſtris verbi Dei accipere mu- munera ac
nera & dona, quibus vitam ſuam tueantur, multæ præmia.
rationes confirmant. Vulgari quippe dicitur pro- Vide in 1.Sam.
verbio, Dignus eſt operarius mercede ſua: & illo, 9.7.
cùm verum ſit, Chriſtus & Apoſtoli uſi fuerunt. Matt.10.10.
1 Ti 5.18.
Deinde Paulus, quod ex Lege veteri colligit, ait: 1 Cor.9.13.
Qui altari ſervit, de altari vivit. Et Chriſtus id la- Ibid v 14.
tius explicuit, dicendo; Qui laborat in Evangelio, 2.Cor.10.6.
de Evangelio vivat. Neque injuſta videri debet e- 1
juſmodi commutatio, ut qui ſpiritualia ſeminant,
carnalia metant. Imò dici poteſt Diomedis & Glau-
ci commutatio, cùm longè minus accipiatur, quam
id ſit quod datur. Hanc rem ex profeſſo tractat Apo-
ſtolus in prima ad Corinthios, ubi ſcribit inter cæte- 1.Cor 9.7.
ra; Quis militat ſtipendiis ſuis? Obſcurum autem Ibid.v.9.
non eſt, miniſterium ſacrum eſſe quoddam genus
militiæ, quare ſuo ſtipendio fruſtrari non debet. Ad-
ducit ex Lege præterea, Non obligabis os bovis tri-
turantis. Quod ſi jumentis laborantibus pro noſtro 2
victu, cibus eſt liberaliter ſuppeditandus: cur etiam
miniſtris laborantibus, diu noctuque pro animorum
ſalute, non dabuntur ad victum neceſſaria? Paſto-
res item fructum & victum habent de ſuo grege, nec
non agricolæ ac vinitores de ſuis laboribus & fructi-
bus aluntur. Quocirca Prophetæ ac miniſtri Eccle-
ſiæ, cùm paſcant filios Dei, ac illos ut ſpiritualem a-
griculturam excolant, jus habent, ut inde alantur &
ſuſtententur. Quin & Paulus, qui à Corinthiis non 3
accepit, & apud Theſſalonicenſes manibus opera- 1.Cor.9.18.
batur, & ſæpe fuit in fame, ſiti, & nuditate, ab aliis ta- 1.Theſ.2.9.
men Eccleſiis accipiebat quæ mittebantur, & ita col- 2.Cor.1.27.
laudabat eorum oblationes, ut appellarit ſuavem o- 2.Cor.11.8.
dorem fragrantiæ: Chriſtus etiam diſcipulis manda- Phil 4 18.
vit, ut comederent quæ ſibi apponerentur, nihil in- Luc 10.7.
terrogantes conſcientiæ ergo. Et Pharao Ethnicus Gen.47.22.
alioqui princeps, de ſua menſa nutriebat Sacerdo- 4
tes. Vnde tempore gravis annonæ, cùm cæteri homi- 5
nes cogerentur ſua prædia vendere, illi ea ſibi reti-
nuerunt. Et ad Timotheum Epiſtola priori legimus, 6
Presbyteros duplici honore afficiendos, præſertim 1.Tim.5.17.
eos, qui in verbo ac doctrina laborant. Ipſe quoque Ioan 13.29.
Dominus loculos habuit eleemoſynarum, quos Iu- 7
dæ commiſit, & facultatibus mulierum ſanctarum 1 Cor.9.5.
alebatur, quæ illum comitabantur. Et Apoſtoli vi- 8
ctum accipiebant à fidelibus, non modò pro ſeipſis,
verumetiam pro uxoribus, quas circunducebant, ut
Paulus ad Philip. teſtatur. Ioſephus, ut ſcribitur in Phil 4.10.
lib. Geneſ. à Pharaone accepit munera, non tan- 9
tùm quibus ipſe vitam ſuam honeſtiſſimè tueretur, Gen.41.40.
verumetiam pro patre & fratribus, qui ad eum in 1.Reg.10.11 & 13.
Ægyptum deſcenderant. Deinde Salomon dona Gen.20.14.
cùm dedit, tum etiam accepit à Regina Saba. Nec Gen.14 22.
Abrahamus recuſavit boves, oves, aurum & argen- 10
tum, quibus à Pharaone donatus eſt, cùm ei reſtituiſ- 11
ſet Saram uxorem: qui tamen renuit quicquam ac-
cipere à Rege Sodomæ, ne crederetur ab eo fuiſſe di-
tatus. Quin hiſtoria ſancti Prophetæ, nimirum Eliſei, 2 Reg 5.16.
in mentem veniat, qui cùm nihil à Naamane velit 12
accipere, ejus viri tamen, qui de Baalſaliſa venerat, 2.Reg.4.42.
donum minimè rejecit: Donum inquam Primitia- 13
rum, hoc eſt, viginti panum hordeaceorum, & grani 1.Reg.17.10.
tritici adhuc recentis. Elias etiam, non recuſavit à vi-
dua Sareptana ali. Sed & filii prophetarum qui lati-
tarunt in ſpeluncis quinquageni & quinquageni à
pio viro Abdia, qui fuit Oeconomus Achabi Regis, 14
quotidianum victum accipiebant. Satis itaque habe- 1.Reg 18.4.
mus teſtimoniorum & exemplorum in divinis lite- 15
ris, quibus confirmatur licere prophetis & miniſtris

verbi Dei victum ab iis accipere, quod divinis rebus & ſacra doctrina imbuunt atque inſtituunt. Huc etiam lex pertinet à Deo lata, de parentibus honore afficiendis, & de Levitica tribu univerſa ex decimis alenda. Poſtremò luculenta ratio eſt, quæ id perſuadet: Norunt omnes miniſterium Eccleſiæ, eſſe rem admodum laborioſam, quæ occupet & requirat totum hominem, ſi modò velit officium facere. Vnde ei non vacat alia artificia aut functiones, unde victum capiat, exercere. Quamobrem niſi à grege ſuo victum acciperet, fame perire cogeretur. Nec debet ejus rei temerè periculum facere, ne fortaſſe, dum aliunde victum quærit, ſpirituali alimento grex Chriſti defraudetur.

Exod. 20. 12.
Num. 18. 14. 16. 17.

2 Cæterùm dices, quid ſi fortaſſis vel ex patrimonio ſeu hæreditate habuerit unde vivat? Vel ſufficere poteſt, & artificio ad ſeipſum alendum, & miniſterio, ut Eccleſiam bene gubernet & paſcat? Quod aliquibus accidiſſe, tradit Eccleſiaſtica hiſtoria. Nam Spiridionem aiunt à ſua Eccleſia parum vel nihil accepiſſe, cùm tamen Epiſcopi functionem obiret, & paſtoritiam artem ſimul exerceret: Quod etiam nonnunquam Paulus & Barnabas præſtiterunt. Res eſt difficilis judicatu, quoniam pericula non deſunt utrinque. Nam ſi ab Eccleſia victum accipit, qui talis fuerit, fortaſſis offendet ſuam plebem, quæ illum exiſtimabit nimis addictum rei faciendæ, quod aliunde victum quærat, cum ſuo ſumptu queat ſuſtentari. Ex altera verò parte, ſi non capiat ordinarium emolumentum, illos gravabit & onerabit invidia, qui ſtipendia victus ab Eccleſia accipiunt. Et facilè continget, ut homines ejus parœciæ, cùm ei non dederint ſolutam ſtipem, tali conſuetudine illecti, eam ſucceſſori poſtea ſint denegaturi. Quocirca judicio meo, poſſet hujuſmodi vir uſitata emolumenta percipere, ſed pauperibus erogare, atque in bonos uſus convertere, quo ſcandalo infirmorum, quoad ejus fieri poteſt, occurreretur. Expendendum præterea judico, Chriſtum ipſum, cùm Deus eſſet, facilè potuiſſe utrunque munus obire, nempe, ut prædicandi functionem perfectè ſuſtineret, ac etiam una manibus victum quæreret: quod tamen haud præſtitit, ſed eleemoſynis piorum, ut antea dixi, vivebat. Quin & Apoſtoli, qui ſancto Spiritu fuerunt opulenter impleti, neque opus habebant magno ſtudio, facile potuiſſent utranque provinciam ſuſtinere, nec tamen id fecerunt. Quod ideò factum fuiſſe opinor, ut non putaretur, hoc inſtitutum à miniſtris exigi debere. Cum itaque demonſtratum ſit licere iis & jus habere, ut victum & veſtitum accipiant: eſt addendum, oportere illos è diverſo ſtrenuè officium facere, ne poſſint juſtè accuſari negligentiæ. Paulus quippe ab illis officiis & artibus argumenta duxit, quæ admodum ſunt laborioſæ, nimirum à militia, agricultura, & arte paſtoritia. Nemo ignorat quot & quanti ſint labores militares. Paſtorales autem moleſtias Iacobus expoſuit, cum adverſus Labanem ſocerum ſuum contenderet. Ibi enim commemoravit vigilias, frigus, æſtum, violentiam leonum, luporum ac latronum. Agricultura verò quàm dura ſit, non oportet commemorare, cùm ejus afflictiones ac vexationes ob oculos perpetuo habeamus. Hinc ergo admonentur prophetæ ac miniſtri, ut alimentum & victum accipientes laboribus non parcant: verùm ſedulo & ſtrenuè agant, dum per ætatem & valetudinem licet. Quod eo dico, quod etiam effœti viribus & qui cum gravibus morbis conflictantur, excuſari debeant, atque ali & foveri, perinde ac ſi laborarent.

An miniſtris, ſi ſit unde vivat, nihilominus liceat accipere ſtipendia.
1. Cor. 9. 6.
Luc 8. 1.
1. Cor. 9. 6.
Chriſtus piorum ſumptibus vivebat ut & Apoſtoli.
1. Cor. 9. 7.
Gen. 31. 40.

3 Iis ad hunc modum conſtitutis, videre licet, quàm illi graviter peccent, qui prophetis & miniſtris Dei, alimenta vel negant vel malignè ſuppeditant. Quod non modò faciunt Anabaptiſtæ nonnulli, verumetiam permulti ex eis, qui volunt Evangelici videri. Hujus autem invidiæ erga miniſtros cauſæ, ne dicam ſceleris, permultas video eſſe radices. Quidam enim avaritia moventur, & ſibi decidi putant, quicquid miniſtris Eccleſiæ tribuitur. Alii videntur imperito zelo commoveri. Nam audientes Paulum & Barnabam laboraſſe, neque victum accepiſſe à fidelibus, idem judicant alios miniſtros debere præſtare: ſed argumentatio vitioſa eſt, quoniam à particulari & ſingulari facto, legem univerſalem inducunt: cùm potius è diverſo debeat concludi, neque uno exemplo debeant omnes miniſtri gravari. Ita fieri dicitur hodie in ea Poloniæ parte, ubi fratres Vualdenſes Eccleſiam gubernant. Ipſi enim à populo ſumptus pro victu non capiunt, ſed ex ſuis laboribus victitant, & quæ ſuperſunt erogant pauperibus. Hinc fit, ut nobiles ejus provinciæ inſultent aliis, qui paſtores Evangelicos habent, ac eos, ut par eſt, alunt, dicendo: Severos habere paſtores, alios verò potius ventres eſſe, quàm Eccleſiæ miniſtros. Tertia radix eſt, quod hypocritæ quidam ſe inſinuarunt Eccleſiis, & quo magis allicerent animos plebis, finxerunt ſe velle de jure ſuo cedere, neque reditus annuos, neque certos proventus habere. Quod ſanè ſimplicibus hominibus prima fronte impoſuit, ſiquidem rebantur eos velle de ſuo vivere. Verùm aſtuti homines poſtea cœperunt oſtiatim validè mendicare: Vnde cùm ſibi victum luculentum acquirerent, à prudentibus hominibus, non mendicantes, ſed manducantes appellari fuerunt. Occaſio item data eſt huic morbo quòd ocioſè agerent, neque ſubirent curam Domini gregis, qui pro miniſtris alebantur. Vt hodie innumerabiles faciunt Monachi & Abbates, Cartuſiani, Benedictini atque conſimiles. In quos omnia quadrant, quæ Auguſtinus ſcripſit in libello de Inſtitutione Monachorum, quos omnino vult ad labores manuum cogi. Offendit homines poſtremò, incredibilis abuſus Eccleſiaſticorum bonorum, & enormis illorum magnitudo. Non enim ipſorum facta eſt æquabilis partitio. Sunt qui habeant mille, decem millia, centum millia, & ducenta millia coronatorum, quæ profundunt, prodigunt & diſſipant in uſus peſſimos. Et plerunque ita videmus fieri, ut qui plus habent, minus laborent, imò Eccleſiam Chriſti potius vexent, & miſeris modis affligant. Cùm tamen ex officio juſtitiæ diſtribuentis, non deberet multum dari præmiorum, niſi meritis quam optimè de Republica, & juſtitia ea, quæ appellatur commutans, vetet quicquam accipi, niſi tantundem viciſſim reponatur.

Miniſtris verbi ſua ſtipendia non negari citra flagitium.
1. Cor. 9. 6.
Vualdenſes.
Auguſt.

4 Reſtat ut exponamus, quando accipere non liceat. Primùm, ſi dantes & accipientes munera & ſtipendia hujus generis, arbitrentur precia eſſe ac mercedem chariſmatum ſpiritualium, quaſi ea liceat vendere ac emere. Injuſta ſunt ea commercia: Nam Chriſtus dixit. Quod gratis accepiſtis, gratis date. Deinde in plantandis Eccleſiis, & in Evangelio propagando, ſi homines hoc genere ſumptuum graventur, & ita graventur, ut nolint cœleſtem doctrinam admittere, non eſt ab illis accipiendum, ſed Paulus imitandus eſt, qui apud Corinthios prædicavit, & omnia cenſuit ferenda, ne Dei opus diſſolveretur. Non eſt etiam victus miniſtri ab eis extorquendus, qui extrema premuntur egeſtate. Quod propterea dico, quod in Papatu facta fuerint plurima teſtamenta quibus ſimplices homines (ne dixerim ſtulti, ac inepti & ſuperſtitioſi) de ſuis facultatibus tot ac tanta bona Monachis, extructionibus templorum, ornamentis altarium, Miſſis & fundationibus legarunt, ut filios, vel juſtos hæredes, ad extremam paupertatem redegerint. Inofficioſa erant hujuſmodi teſtamenta, ac debuiſſent citra controverſiam reſcindi. Fuerunt etiam complures tyranni, qui cum bona pauperum injuſtiſſimè diripuiſſent, Eccleſiæ miniſterium ex aliqua parte illius prædæ ditare voluerunt. In ſumma, non eſt accipiendum, quando Chriſti gloria offuſcatur, vel ubi manifeſtum ſcandalum curſum Evangelii impedit. Quando verò talia pericula timenda ſint, vel non timenda, ſi humana ratio non aſſequitur, ſpiritus Chriſti opportunè ſuggeret. Adhibeatur certum juſtumque temperamentum, quoad ſumptuum magnitudinem, ne plus æquo. Hæ autem cautiones certis caſibus adhibendæ ſunt, nec tantum iis quos recenſui, verumetiam conſimilibus. At ordinaria & uſitata ratione, atque ubi inceptum eſt Evangelium, & Eccleſiæ ſunt rectè conſtitutæ, legitimum jus eſt, & Dei præceptum requirit, ut miniſtris de victu proſpiciatur, & quidem non ſordido, ſed quo vitam & ſuam ac ſuorum honeſtè tueantur. In univerſum autem, aliqua regula generalis conſtitui non poteſt, quoniam, ut à principio dictum eſt, quandoque rectè, interdum autē perperam acci-

Quomodo nō liceat accipere munera & ſtipendia.
Matt. 10. 8.
2. Cor. 11. 9.

accipitur. Papa regulam univerſalem, abſque ulla exceptione ſibi præſcripſit nimirum, ut ſemper accipiat, & ab omnibus, à quibus poteſt, emungat, ad ſe omnium bonorum genera pertrahat, ut meritò dici poſſit ſcopulus patrimoniorum, & omnium poſſeſſionum vorago inexplebilis.

De munerib. civilibus.

5 De muneribus & ſumptibus accipiendis, quoad Eccleſiæ miniſtros dictum ſatis arbitror: Nunc adjicere par eſt, de muneribus & donis in re civili. Nec laborandum puto, an privatis hominibus liceat ſe mutuò donis afficere. Nec etiam dubitatur, an liberum ſit privatis donare quippiam ſuis magiſtratibus, modò id in fraudem juſtitiæ non fiat. Neque contenditur, an poſſit magiſtratus viciſſim hominib. privatis ac ſubditis ſuis quippiam donare. Siquidem hæc licita ſunt, & perpetuò licuerunt, modò cum ratione atque honeſtè fiant. Sed id in controverſiam venit, an ſubditi alicuius magiſtratus penſiones & dona licitè accipiant ab alienis principibus, & an id ſit è Republica. Ad hoc reſpondeo, rem eſſe periculoſam & admodum Reipub. damnoſam. Quoniam hujuſmodi homines, non uni, ſed duobus dominis inſerviunt, & ſæpenumero pugnantia exigentibus, quæ ſimul præſtare non poſſunt. Et cùm homines propriis magiſtratibus, magis quàm alienis debeant: attamen victi dulcedine lucri, & privato commodo magis quàm publico ſtudentes, officium deſerunt, quo ſuo principi obſtringuntur, & alienis magiſtratibus diligentius obſequuntur: atque ita cùm regna, tum Reſpublicæ labefactantur. Hoc Athenis uſu venit, quando Rhetores, qui ſua eloquentia Rempub. gubernabant largitionibus Regum Macedonum vel Perſarum corrupti, res Athenienſium peſſundederunt. Romana item res perdita eſt, cùm dignitates & magiſtratus non committerentur præſtantioribus, ſed illis, qui plus munerum plebi largiebantur. Sed quid antiqua exempla referimus, cùm præſentibus (ſi opus ſit) uti liceat? Nullam ſalutem ſpectare poſſunt magiſtratus & Reges, qui conſiliarios habent pecunia exterorum principum redemptos: pecuniâ ſic accipientes jam παρρησίαν, hoc eſt, dicendi liberè quæ videntur facultatem amiſerunt. Eaque eſt nonnunquam eſurium hominum avaritia, ut non vereantur à ducibus, eiſque mutuò ſibi infenſis principibus, accipere munera, nempe ut eorum utrunque prodant. Quamobrem ſtatuo, illos principes & Reſpublicas rectè ſapere, qui legibus & quidem graviſſimis, hæc munera & ſtipendia prohibent, & ſubditos rectè ſibi conſulere qui illis parent. Et hæc de quæſtione propoſita dixiſſe ſufficiat.

An bonum ſit cives accipere ab exteris principibus munera.

Matt. 6.24.

De Bonis Eccleſiaſticis.

In 1. Reg. 21. initio.

6 Sed his omiſſis, duo expendenda quæ ad noſtram rem faciunt, in præſentia occurrunt. Duo quippe ſunt, quæ ad noſtrum jus & poteſtatem non pertinent, & tamen à principibus nonnunquam requiruntur: ideo videndum eſt, an ſit in noſtra manu illa tradere. Sunt quædam bona, quæ vocantur Eccleſiaſtica, quorum Epiſcopi & miniſtri Eccleſiæ ſunt diſpenſatores & curatores, non autem liberi & abſoluti domini. Aſſignata quippe ſunt victui miniſtrorum & alimoniæ pauperum, nihilominus tamen principes [illegible] poſtulant, ut ſibi & ſuis nobilibus tradatur. Eſt etiam orthodoxa & ſana fides, quæ noſtra nõ eſt, ſed tantum divinarum literarum doctrinæ, eam oportet eſſe conſentaneam: & ſæpe nihilominus à monarchis & tyrannis petitur, ut eam ad illorum voluntatem & placita flectamus & accommodemus. Quæritur itaque an ſemper in iis Nabothi conſtantiam de qua 1. Reg. 21. oporteat imitari. Quoad primum, de bonis Eccleſiaſticis non eadem eſt omnium ſententia: & rationes ad utramque partem reperiuntur. Qui nolunt ea tradi, ajunt, Non ſunt miniſtrorum hæc bona, ſed Eccleſiæ: quare non eis licet aliqua diſtrahere. Leo 1. ejus nominis, ſcribens ad Epiſcopos per Siciliam, inquit; Non ſunt bona hæc noſtra, ſed nobis commendata. Deinde ajunt ea tradita Regibus & Principibus ad bonos uſus inſtituiſſe converſa, ſed luxui & pompæ aulicæ ſervire: & arbitrantur potius Magiſtratus eſſe, ut curet ea bene diſtribui & erogari: & ſi videat Eccleſiaſticos viros id non præſtare, illos

Bona Eccleſiaſtica an tradi poſſint principibus.

poſſe & debere ad officium faciendum adigere. Certè Ambroſius, Baſilicam Valenti Imperatori tradere noluit, cùm eam peteret. Laurentius etiam, Eccleſiæ theſauros noluit tradere crudeliſſimo Imperatori Decio, ſed illos erogavit pauperibus: deinde tyranno, claudos, cæcos, afflictos & egenos oſtendit, & illos aiebat eſſe theſauros Eccleſiæ. E diverſo Auguſtinus, homo placidi & manſueti ingenij, non fuit in iis rebus tuendis aſper aut durus. Imò ſicuti refert Poſſidonius, Calamenſis Epiſcopus, in ejus vita, cap. 23. Cùm invidia conflaretur inquit, clericis ob quaſdam villas & poſſeſſiones quas habebant, plebi ſuæ publicè dixit, Malle potius vivere ex iis quæ à populo conferrentur, quàm poſſeſſionum & agrorum curã ſubire, ex quibus cum ſuis aleretur: & ſe paratum eſſe cedere, ut ipſi & miniſtri alerentur, quemadmodum in veteri Teſtamento, de oblationibus altaris. Nec tantùm verbis hoc dixit, ſed quodam facto, quod ab hujuſmodi ſententia non abhorret, præſtitit. Nam ſemel quidam nobilis Hipponenſis, qui tamen Carthag. agebat ſponte ac ultrò Eccleſiæ Hipponenſis, cui Auguſtinus præerat, poſſeſſionem donavit, confectis & obſignatis tabulis, quas Auguſtino & clericis ejus tradidit, reſervato ſibi tantum, quandiu viveret, uſufructu agri. Sed poſt aliquod tempus, cùm illum donationis pœnituiſſet, miſit filium ſuum ad Auguſtinum, qui tabulas donationis repeteret, & interim daret centum ſolidos pauperibus erogandos. Iis auditis, Auguſtinus ingemuit, doluitque non de poſſeſſione repetita, ſed de hominum inconſtantia. Literis eum coarguit, ſed tabulas donationis reddidit, neque voluit illos centum ſolidos accipere. Nec tamen veritus eſt ab Eccleſia illud jus donationis alienare, quod jam poſſidebat. Quæſtio difficilis eſt, in qua diſſolvenda, in eo prius eſſem, ut ſi Magiſtratus & Princeps auferrent ea bona, non eis vi reſiſteretur. At ſi vellent me adigere ut ea traderem, id non facilè committerem.

Ambroſius.
Laurentius.
Auguſtinus.

7 At ſæpe fit, ut Princeps & Magiſtratus, nolint vi bona illa rapere, ſed velint ut ſibi tradantur, literis confectis & obſignatis de tranſlatione ſeu alienatione: atque id ni fiat periculum eſt, ne ab Eccleſia & ejus reformatione animi eorum alienentur. Et cùm videantur utcunque religioni favere, ſi repellantur, eam impedient: & carebit Eccleſia per eos bonis miniſtris, & accerſentur Papiſtæ, deſtituetur populus doctrina ſyncera & pura, nec juſtam Sacramentorum adminiſtrationem habebit. Proinde, quando res in tantum diſcriminis venit, ſi aliqua bona Eccleſiæ tradantur, quo redimatur Eccleſia ab hujuſcemodi vexationibus, qui hoc faciunt, non judicandi ſunt, quantum exiſtimo, peccare. Nam ſi licet bona Eccleſiæ diſtrahere pro captivis fidelibus redimendis, cur non etiam pro ipſius Eccleſiæ redemptione tantundem liceat? Poſſe autem bona Eccleſiæ in ullum uſum diſtrahi, oſtendit Ambroſius, qui libro Officiorum ſecundo, ca. 28. inquit, ſe incurriſſe quandoque in invidiam Arrianorum hoc nomine, quòd aureos calices & ſacra vaſa conflaſſet, unde precium conficeret ad captivos redimẽdos: deinde ſe defendiſſe, quòd Deo ſint gratiores animæ captivorum qui redimebantur, quàm aurea vaſa & reliqua templorum ornamenta. Præterea Laurentij exemplum, de quo paulò ante diximus, referebat addendo, Eccleſiam aurum habere, non ut ſervet, ſed ut eroget. Iſtud idem licere teſtatur Gratianus in Decr. 12. quæſt. 2. Can. Apoſt. Et eſt ex ſexta Synodo. Et idẽ habetur eodẽ loco. Can. Proinde ſi licet ex bonis Eccleſiæ ab alienatis redimere captivos, multo magis fas erit, ipſam Eccleſiã captivam redimere. Poteſt etiam deduci aliud argumentum à civilibus legibus, quæ concedunt reo periclitanti de capite, ac ſubituro extremum ſupplicium, redimere pretio vel ſanguinem ſuum, nempe tranſigendo cum accuſatore, ut ab accuſatione deſiſtat. Habetur autem hoc in C. de Tranſact. l. Tranſigere. Et in ff. de eorum bonis, qui ante ſententiam latam mortem ſibi conſciverunt. l. 1. Quòd ſi facultatibus & bonis expoſitis, licet redimere ſanguinem ſuum, cur non liceat Eccleſiis, quæ ad vitam æternam ſpectant, ſuis bonis externis redimere, cum iſta ſint pluſquam vita corporalis?

Ambroſius bona Eccleſię inſumpſit in pios vſus.

8 At dicunt, Nemo poteſt hæc tradere, quod

Eccleſiæ ſint, nec in aliquorum hominum ſingulariũ poteſtate. R. Nec ego velim Epiſcopum vel miniſtrum Eccleſiæ ſuo unius conſilio ac voluntate id facere, ſed Eccleſia conſulta & volente. Deinde fingamus eſſe aliquem œconomum, qui facultates & bona heri ſui adminiſtret. Si contingat, ut ille in diſcrimen veniat capitis, aut detineatur captivus: quis reprehendet bonum œconomum, ſi, diſtractis aliquot bonis herilibus, eum redimat, & à calamitate liberet. Si licet pellem pro pelle dare, & cuncta quæ habentur pro anima, id eſt, pro vita: certè multò magis id faciundum eſt, ut Evangelium purum habeamus, & conſequamur æternam vitam. Statuamus aliquem Papam creari (quod tamen expectandum non eſt) ſed exempli gratia, fingatur eſſe qui noſtris dixerit, Permittite mihi, ut poſſideam has urbes & iſta caſtra, ego autem patiar ut liberum poſſitis Evangelium habere, Eccleſias, ut vultis, reformare, non ero vobis moleſtus, imò veſtris conatibus favebo: quis non ei hæc traderet? Quare ſi aliqui in tali periculo vel conſimuli poſiti, tradunt aliqua bona Eccleſiæ principibus, non ſtatim accuſandi ſunt, quaſi peccarint: imò ſi detrectent pertinaciter id facere, ſuſpicionem avaritiæ poſſent incurrere. Id tamen eos cavere oportet, ne ambitione impulſi, ut gradus adipiſcantur vel Epiſcopatus, vel aliorum Sacerdotiorum, ſe faciles præbeant ad hujuſmodi bona, vel tradenda vel alienanda. Id etiam proſpiciendum eſt, ne propinquis & neceſſariis ea tradant, quæ Magiſtratib. & Principibus fingunt ſe nolle concedere. Verùm, ut nunc res in Papatu ſe habent, neſcio quid Eccleſiæ conducat, tot ac tantas opes ab Eccleſiaſticis viris, ut vocari volunt, poſſideri, cùm illis potiſſimum abutantur contra Evangelium & religionis veræ profeſſionẽ. Summa eſt, In hac difficili & ardua cauſa, ſi fieri poſſet, id probarem, ut qui præſunt Eccleſiis, Magiſtratibus rapientibus hujuſcemodi bona, vi non reſiſterent, nec tamen ipſi proprio aſſenſu traderent. Attamen id ſi quandoque fiat, modis & formis jam deſcriptis, non poteſt meo judicio culpari.

Eccleſiarum libertas redimenda.

An orthodoxa fides ſit tradẽda Eccleſiæ perſecutoribus?

9 Quod verò attinet ad alterum genus boni, ad veram ſcilicet & orthodoxam fidem: Quoniam illa eſt Dei vinea, eam nemini licet cuipiam tradere. Ad arbitrium enim principium, non eſt ei quippiam vel addendum vel minuendum. Hac in re permulti variis temporibus à Nabothi conſtantia defecerunt. Fuerunt ſanè tempore Diocletiani & Maximiani aliquot infirmi homines, qui vel ipſos libros ſacros tradiderunt comburendos: cujus oppido criminis accuſatus eſt Cæcilianus Carthaginenſis Epiſcopus à Donato: unde ortum habuit Donatiſtarum hæreſis. Deinde ſub Conſtantino nonnulli, alioqui boni Epiſcopi, metu perculſi, Arrianis dogmatis ſubſcripſerunt, inter quos fuit Gregorij Nazianzeni pater. Defecerunt etiam multi, cùm Iulianus Apoſtata imperium adeptus eſſet, nec fideliter vineam Domini, hæreditatem inquam patrum ſuorum, cuſtodierunt.

Donatiſtarum hæreſeos ortus.

Gregorij Nazianzeni pater.

De Eccleſiaſticorum Immunitate.

In Rom. 13. verſ. 9. Mat. 17. 27.

10 Sed enim Cleri & Eccleſiaſtici contendunt ſe à tributis & vectigalibus exemptos eſſe beneficio principum. Certè Chriſtus uſus non eſt hoc privilegio. Is enim curavit, ut tributum perſolveretur, & pro ſeipſo, & pro Petro. Deinde ſi conſulamus jura civilia, ab omni opere tributorum non relevantur. Iuſtinianus quidem voluit, ut à perſonalibus muneribus eſſent immunes, ut habetur in Col. de Eccleſiis & Epiſcopis. Dicuntur autem munera perſonalia, quæ obimus tantùm induſtria atque opera adhibita. Nã ſi ad illa miniſtri Eccleſiæ aſtringerentur, fieri non poſſet, quin abſtraherentur à munere ſuo. Videtur etiam idem Iuſtinianus, illos ab extraordinariis quoque exactionibus exemiſſe, non autem ab ordinariis. Imò ad ſternendas vias publicas, & pontes reficiendos adſtringuntur. Neque certè lex charitatis patitur, ut cum ipſi agros, & alia multa poſſideant, ſeſe civilibus oneribus ſubtrahant & univerſum pondus rejiciant in alios: ut cùm aliis omnibus ſit anguſtia, ipſis ſolis ſit remiſſio. Bonifacius octavus vir, ut ipſi Papiſtæ fatentur, in ſuis decretis faſtuoſè ac ſuperbè incedens, quemadmodum habetur de Immunitate Eccleſiarum, condidit decretum, quo ſtatuit, Eccleſiaſticos viros prorſus immunes eſſe ab omni penſione tributorum. Imo illis graviter interdicit, ne quid injuſſu Romani Pontificis auſint ſolvere prophanis principibus. Graviſſima importuniſſimi hominis cõſtitutio: ex qua infinitæ penè rixæ, & immortales cõtentiones natæ ſunt. Aſſuta tamen eſt à quibuſdam pulchra interpretatio: aliquid tamen ab illis poſſe exigi, ſi pro aris & focis, & ſumma Reipublicæ dimicetur. Quaſi verò iſti non debeant ſubvenire Reipublicæ, niſi ubi ventum fuerit ad extrema. Venit mihi nunc in mentem, quod Diocletianus admodum ſcitè reſpondit cuidam Philoſopho petenti immunitatẽ: Profeſſio, inquit, tua, multum à petitione tua diſcrepat. Philoſophia enim tua docet, vincendos eſſe affectus: tu autem oſtendis, te planè victum eſſe cupiditate & avaritia. Ita clerici, quum profiteantur, præter alios omnes, religionem & charitatem: tamen petunt, ne cogantur obedire magiſtratui, aut ſubvenire Reipublicæ.

An veri Eccleſiaſtici ſint exempti ab omnibus tributis & vectigalibus?

Infr. c. 13. Sect. 25. 1. Cor. 8. 13.

Bonifacij octavi decretũ iniuſtiſſimũ.

Philoſophus acutè perſtrictus à Diocletiano.

11 Thomas Aquinas putat, iſtam exceptionem clericorum contigiſſe ex principum privilegio. At tamen, illam eſſe juri naturali conſentaneam. Et citat locum è libro Geneſeos, ubi ſcribitur, Agros Sacerdotum immunes fuiſſe à penſione quintæ partis. Verùm ibi ſi quis rem omnem diligenter inſpiciat, facilè inveniet, quare illorum agri ab illa quinta parte fuerint immunes: videlicet, quia Regi non fuerant venditi, quum ingenti penuria laboraretur. Nã ſacerdotes annonam habebant à Rege, ut non cogerentur emere frumentum. Manſit ergo illis poſſeſſio integra prædiorum: quæ tamen aliis vectigalibus & tributis pro voluntate Regis potuerunt onerari: quãvis generali illa penſione quintæ partis, non eſſent comprehenſa. Alij objiciunt, ſcriptum eſſe in Eſdra, Regem Artaxerxem mandaſſe, ne ſacerdotibus ulla tributa imponerentur. Sed hoc non erat mirum, cùm illi agros non poſſederint inter filios Iſrael, ſed tantùm vixerint ex oblationibus & ſacrificiis. Cæſar etiam ſcribit, Druidas apud Gallos non ſolviſſe nec tributa, nec vectigalia, ut alij faciebant, ſed prorſus immunes fuiſſe & liberos. At Plinius author eſt libro 16. cap. 44. Druidas nihil habuiſſe: quare mirum non eſt, ſi tributa non ſolverint. Non tamen hæc dico, quod putem principibus non licere, viris Eccleſiaſticis officium ſuum ſerio curantibus, hoſpitalitatem exercentibus, aliorumque inopiæ ſubvenientibus, remittere aliquid de tributis: modò curetur, ne id cedat in damnum aliorum, neve hujuſmodi indulgentia, nihil aliud alat quàm illorum luxum. Id à principibus fieri quidem poſſe fateor: contendo tamen viros Eccleſiaſticos hujuſmodi immunitatem, non poſſe ſibi ullo divino jure arrogare: nec illos per conſcientiam tributum negare poſſe principibus, ſi petatur. Neque Papa Bonifacius ullo modo ſibi vendicare debuit, jus condendi illud inſanum decretum. Iam confectum eſt à Paulo, omnes debere ſubjectionem & obedientiam publicis poteſtatibus. Neque indignari debent homines pij, inquit Chryſoſtomus, ſe ſubjectos eſſe magiſtratibus, cùm ſint progenies Dei, & ad regnum cœlorum deſtinati: Quoniam illorum gloria, non eſt in hujus vitæ ſtatu. Illi autem expectant, quoad Chriſtus appareat, in quo adhuc abſcondita eſt ipſorum vita. Interea verò, non debent grave exiſtimare, ſi aſſurgant, ſi caput aperiant, ſi cedant de via, ſi obediant magiſtratibus. Nihil hîc indignum, aut indecorum eſt: imò quicquid ab illis fit ad præſcriptum verbi, plenum eſt omni decoro & dignitate.

De Sacerdotibus Ægyptiis quatenus fuerint exempti. Gen. 47. 22.

Sacerdotes Iſraelitici meritò erant exẽpti, quia nihil poſſidebant.

Eſd. 7. 24.

Rom. 13. 1.

Col. 3. 4.

CAPVT III.

An poſſint in Eccleſia eſſe duo capita, unum viſibile, alterum inviſibile.

NOn te, inquit Deus Samueli, abjecerunt, ſed me. Et Gedeon in lib. Iudicum, cùm illi oblatũ eſſet regnum: Ego inquit, non dominabor vobis, ſed Dominus vobis dominabitur. Hîc quæri poteſt, an cùm Rex delectus eſſet, Deus deſierit regere populum:

In 1. Sam. 8. ad finem.

Infrà ca. 6. Sect. 39.

Vide in lue. 8. 21. & 18. mirio & in 1. Cor. 11. 3.

lum: an potius perrexerit unà cũ Regibus dominari, ut alius eſſet Rex aſpectabilis, alius qui videri non poſſet? Hinc exoritur etiam alia quæſtio: Nam ſi hoc verum eſt, cur non poſſunt eſſe duo capita in Eccleſia? Si enim poteſt Deus unà cum Rege viſibili eſſe Rex: quare non poteſt unà cum capite viſibili eſſe caput inviſibile? Sed hæ duæ quæſtiones non poſſunt diſſolvi eodem modo. Quod ad primam attinet, Regis imperium non excludit imperium Dei: Imò potius Rex eſt miniſter Dei, & ejus officio fungitur. B Nam cum bonis regibus Deus unà imperat. Cur ergo dicit Dominus; Non te rejecerunt, ſed me? Cur dicit Gedeon, Ego non dominabor vobis, ſed Dominus vobis dominabitur? Hæc idcirco dicuntur, quòd populus vellet innovare ſtatum Reipubl. præſcriptum à Deo. Hoc enim erat, Deum ipſum deſpicere. Nam ſi Deus hunc ſtatum Reipubl. ex deſcripſit, quid eum oportuit à populo mutari? Non tamen ea cauſa Deus dimiſit imperium ſuum, quod antea habebat in populum. C Ex altera parte videbantur Deum abjicere, quòd Reipub. mutationem molirentur injuſſu Dei. Adhæc, Deus unà imperat cum bonis Regibus, quia illi non aliunde accipiunt formulam regendæ Reipub. quàm ex lege Dei. Deinde, quia non tantùm ſoliciti ſunt, ut corpora & fortunæ ſubditorum benè habeant, id enim bubulci & opilionis munus eſt, non Regis: ſed ut rectè, cum virtute & cum pietate vivatur. At non ſemper ſunt pij, nec ſemper petunt regulam imperandi ex lege Dei. D An etiam cum iſtis regnat Deus? Hæc oportet prudenter diſtinguere.

Deus unà cũ Regibus imperat.

Multa bona etiam in malis imperiis.

Nullum eſt imperium tam malum, quod non habeat etiam multa bona. Quis unquam fuit Nerone deterior? Tamen ſub eò pax publica colebatur, præſides erant in provinciis, jus dicebatur, Paulus interpoſito ejus nomine, effecit, ne Iudæorum libidini traderetur. Cùm eſſet cædendus virgis, clamavit ſe civem Romanum eſſe, & ita evaſit: deinde dimiſſus eſt è carcere. Iſta cùm bona ſint, negari non poteſt ea eſſe à Deo. Omne enim bonũ deſurſum eſt à Patre luminum. E At ſi quæras, de ſceleribus impiorum Regum, ea habent ipſa à ſe, nec eſt opus ut illorum cauſa quæratur in Deo. Nam ea Deus arguit, reprehendit, caſtigat, damnat. Tamen, ut ſunt pœnæ peccatorum, negari non poteſt, ea eſſe à Deo: Habent enim rationem juſtitiæ. Ita enim propter peccata populi Deus excitat ſæpe impium principem. Tamen quantumvis ſit impius, parendum eſt: verùm uſque ad aras. Quòd ſi impia præcipiat, non eſt audiendus. F Nec ſi Rex aliquid impiè ac perversè faciat, licet tacitè diſſimulare: Monere oportet, conſulere, caſtigare, reprehendere, corripere: Sic enim Prophetæ fecerunt. Reipub. autem defendendæ cauſa, etiam ſine exceptione parendum eſt. Itaque reprehendi non debent Cicero, Cato, Pompeius, aliique, qui arma tulerunt contra Cæſarem. At cùm ille jam evaſiſſet ſemel ad imperium, nemo privatus debuit contra eum arma ſumere. Itaque Auguſtus Cæſa, cùm audiſſet Marcum Catonem jam mortuum contumeliis lacerari, quòd impotenter ſe geſſiſſet contra Iulium, reſpondit, Catonem fuiſſe bonum civem, quòd noluerit mutari præſentem ſtatum Reipub. G Quare Deus unà imperat cum Regibus, ſive illi boni ſint, ſive mali. Et poſſunt Reges appellari capita Reipub. Sic enim David de ſe ſcribit, Poſuiſti me in caput gentium. Non tamen propriè dicuntur capita, ſed metaphoricè. Quemadmodum enim à capite omnis ſenſus & motus derivatur in corpus, ita, à principe ſenſus per bonas leges & motus per edicta & imperia derivantur in populum. Atque hæc vis non ſuperat facultatem naturalem.

Iacob. 1. 17.

Act. 25. 11.

Quatenus parendum impiis Regibus.

Reges capita Reip.

Pſal. 18. 44.

Nullus homo mortalis poteſt eſſe caput Eccleſiæ.

Eſa. 64. 4. 1. Cor. 2. 9.

2 Iam verò quod ad alteram quæſtionem attinet, H nemo poteſt ad hunc modum dici caput Eccleſiæ. Longè enim hìc alia ratio eſt, atque in republica. Nam Eccleſia eſt corpus cœleſte, divinum, ſpirituale. Senſus in eam à nullo homine mortali conferri poteſt. Ea enim quæ ad ſenſum Eccleſiæ pertinent, ſunt ejuſmodi, quæ nec auris audivit, nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcenderunt. Motus autem Eccleſiæ, manat omnis à Spiritu Sancto. Quare, qui excitare nobis volunt novum caput Eccleſiæ, non ſatis I vident, quid dicant. Regeneratio enim & remiſſio peccatorum à ſpiritu Chriſti fluunt, non ab homine.

Chriſtus ſolus eſt caput Eccleſiæ.

A Scripturæ etiam ſatis teſtantur, Chriſtum ſolum datum eſſe caput Eccleſiæ. Paulus ad Epheſios ait, Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, à quo ſingula membra per ordinem ſubminiſtrationis, incrementum corporis faciunt. Et ad Coloſſenſes, cum loqueretur de hypocritis: Non tenent, inquit, caput, ex quo totũ corpus per compages & commiſſuras connectitur. Et rurſus ad Epheſios, Adoleſcamus ergo in illum, qui eſt caput, nempe Chriſtus. Quare omnis ſenſus & motus Eccleſiæ fluit à Chriſto ſolo, non ab homine B ullo mortali. At objicies, Ne principes quidem poſſunt ingenerare virtutes civiles in animis ſuorum: Ergo par eſt utrinque ratio. Imò poſſunt: Id enim nõ ſuperat vim naturæ. Nam virtus naſcitur ex frequentibus actionibus. Quare cùm principes legibus & edictis adigant ſuos ad actiones, adigunt etiam eos ad virtutes. At ſpiritus Dei & regeneratio non acquiritur ex multis actionibus, ſed tantùm ex beneficio Dei. Manant autem iſta Dei dona in Eccleſiam per C compages & commiſſuras, hoc eſt, per concionatores & miniſtros. Illorum enim eſt docere populum, adminiſtrare Sacramenta, excommunicare ſontes, reſipiſcentes reconciliare. Nam quamvis Chriſtus ſolus ſit caput Eccleſiæ, tamen utitur horum miniſterio.

Eph. 4. 15.

Col. 2. 19.

Non eſt par ratio Reip. & Eccleſiæ.

Eph. 4. 16.

3 Sed dices, quamvis interni ſenſus motuſq; Eccleſiæ ſint à Chriſto, tamen poteſt aliud eſſe externũ caput, quod regat miniſtros, & eos omnes in officio contineat. Non poteſt: neque enim licet mutare ordinem à Deo inſtitutum. Deus enim voluit in D Eccleſia eſſe Ariſtocratiam, ut Epiſcopi iſta omnia curarent, & miniſtros deligerent: ita tamen, ut ne populi ſuffragia excluderentur. Sed quemadmodum Iſraelitæ abjecerunt Dei imperium, ut ſibi præficerent Regem: Ita qui caput Eccleſiæ voluerunt eſſe Papã, verum caput Eccleſiæ Chriſtum abjecerunt. Paulus ad Epheſios ait, Chriſtum poſuiſſe alios Apoſtolos, alios Prophetas, alios Evangeliſtas, alios Paſtores, alios Doctores, ad ædificandam Eccleſiam: nec addit, eum iſtis omnibus unum præfeciſſe. Quis iſtos juſ E ſit, hunc ordinem immutare? Deinde, cùm Matthias ſurrogandus eſſet in locum Iudæ, cumque Diaconi eſſent creandi, res referebatur non ad Papam, ſed ad populum. Adhæc, ſi Papa eſſet caput Eccleſiæ, eſſet Epiſcopus Epiſcoporum, aut univerſalis Epiſcopus, quod nulla ratio ferre poſſet. Sed ne Papiſtæ putent parum ponderis eſſe in meis verbis, audiant Paparũ omnium Coryphæum Gregorium. Is in quarto libro Regiſtri, in epiſtolis ad Mauritium Cæſarem, ad Conſtantium Auguſtum, ad Patriarcham Hieroſo F lymitanum, ad Alexandrinum, ad Antiochenum, ad Ioannem Conſtantinopolitanum, de hac re prolixè ſcribit. Ego ejus argumenta quàm poſſum pauciſſimis complectar. Non poteſt, inquit, unum eſſe caput totius Eccleſiæ. Nam ſi fortè illud caput rueret in aliquam hæreſin, neceſſe eſſet, ut tota Eccleſia corrũperetur. Poſſe autem illud caput corrumpi, argumẽto ſunt Neſtorius & Macedonius, qui aliquando Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præſederunt: quorum alter duas poſuit diſtinctas perſonas in Chriſto: alter G negavit Spiritum Sanctum eſſe Deum. Adhæc, ſi unus aliquis eſſe poſſet Eccleſiæ caput, neceſſe inquit, eſſet, ut in illum omnium aliorum Epiſcoporũ authoritas derivaretur. Id autem abſurdum eſſet. Itaque Cyprianus ait, unum eſſe Epiſcopatum, cujus pars à ſingulis in ſolidum tenetur. Addit prætera, Antichriſtum eſſe quicunque hunc titulum ſibi velit arrogare. Hic nos addemus minorem: At Papa ſibi arrogat hunc titulum. Quare æquiore animo Papiſtæ ferre debent, ſi Papam appellamus Antichriſtum. H Poſtremò, in Epiſtola ad Ioannem Conſtantinop. Quid tu, inquit, reſpondebis coram tribunali Chriſti, cujus munus tam arrogãnter uſurpaveris? Hic Gregorius fatetur hunc titulum uni Chriſto convenire. Fundamentum autem & nervus harum rationum eſt, quòd non liceat ordinem à Chriſto inſtitutum reſcindere.

An poſſit in Eccleſia eſſe externum caput quod miniſtros regat.

Eph. 4. 11.

Non licet ordinem à Chriſto inſtitutum mutare.

Act. 1. 15.

Act. 6. 3.

Papa non poteſt eſſe univerſalis Epiſcopus.

Argumenta Gregorij Papæ hac de re.

Cyprian. de unitate Eccl.

4 Imò, inquiunt, Chriſtus ipſe inſtituit unum caput in Eccleſia. Ait enim, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram, &c. Sed iſti nituntur ruinoſo fundamento. I Petrus confeſſus erat Chriſtum eſſe filium Dei: Tũ Chriſtus, tu inquit, eris Petrus, quia confeſſus es Petram, hoc eſt, me fundamentum Eccleſiæ. Et ſuper

An Chriſtus inſtituerit unũ caput in Eccleſia.

Mat. 16. 18.

1.Cor.3.11.
Apoc.21.14.

hanc Petram,quam cõfeſſus es, ædificabo Eccleſiam meam.Iam verò fundamentum,inquit Paulus,aliud nemo poteſt ponere,niſi quod poſitum eſt,Chriſtus Ieſus.

Ioan.20.22.
Mat.28.19.
Ioan.21.15.

Quod ſi quando legimus in Patribus, Apoſtolos eſſe fundamenta, ut in Apocalypſi legimus,duodecim eſſe fundamenta novæ Hieruſalem: hic fundamentum non pro radice ædificij ponitur, ſed pro magnis lapidibus,qui ſunt fundamento proximi. Nã alioqui Chriſtus eſt fundamentum etiam Apoſtolorum.

De clavib.

Sed objiciunt. Petro commiſſas eſſe claves.Imò illæ datæ ſunt promiſcue Apoſtolis omnibus.

Mat.26.69.

Dedit enim Chriſtus Spiritum Sanctum omnibus: & omnibus dixit:Ite prædicare:quæ certè veræ ſunt claves Eccleſiæ.

Paſce oves meas.
1.Petr.12.

Atqui Petro dictum eſt,Paſce, paſce. Imò omnes iuſſi ſunt & debent paſcere. Et Petrus in Epiſtola ſua ita ſcribit ad alios Epiſcopos, Paſcite,quantum in vobis eſt, gregem Chriſti. Cur ergo Petro præcipuè præter alios dictum eſt,paſce? Quia cùm ter apertè Chriſtum negaſſet,videri potuiſſet à priori dignitate decidiſſe.Chriſtus ergo,quaſi eum in locum reſtitueret, illum nominatim juſſit paſcere. Quanquam quod illi uni dixit, dixit omnibus. Hoc enim ſignificavit, eum qui docere velit in Eccleſia, ſingulari charitate affectum eſſe oportere erga Chriſtum.

Gal.2.6.

Paulus, quamvis poſt mortem Chriſti factus ſit Apoſtolus, tamen ait ſe nihil accepiſſe à Petro, aut quicquam cum quoquam Apoſtolorum contuliſſe. At ſi Petrus fuiſſet princeps & caput Eccleſię, nihil oportuiſſet ſine ejus authoritate & permiſſu fieri: Imò Petrus & Paulus inter ſe ſortiti ſunt provincias,ut Petrus inter Iudæos doceret, Paulus autem inter gentes.

Ibid. v.7.
1.Pet.5.3.
Si papa eſt caput Eccleſiæ. Apoſtoli illi ſubiecti fuerint.

Adhæc Petrus monet Epiſcopos, ne dominentur in cleros. Quomodo ergo poteſt unus aliquis regnum obtinere in cæteros, & ſe gerere pro capite? Sed hæc ratio in primis animadvertenda eſt: Ioannes Apoſtolus vixit uſque ad Domitianum, Petrus mortuus eſt Romæ ſub Nerone: Illi ſucceſſerunt,Linus Cletus, Clemens.

Clemens Iacobum nominat Epiſcopum Epiſcoporum.

Iam ſi volunt Papam eſſe caput Eccleſiæ,neceſſe eſt,ut fateantur, Ioãnem Apoſtolum ſubjectum fuiſſe Clementi. Quare aut negent Papas eſſe capita Eccleſiæ, aut ſi nolunt, illis ſubjiciant Apoſtolos. Epiſtolæ Clementis,etſi perſpicuè fictæ & commentitiæ, tamen ab iſtis ſæpe citantur, & magni fiunt. Liceat ergo nobis quoque, quid ille ſcribat, conſiderare. Epiſtola ejus ad Iacobum Apoſtolum,hanc habet inſcriptionem:Clemẽs, Iacobo fratri Domini, Epiſcopo, Epiſcoporum, regenti omnes Eccleſias Dei,quę ubique fundatæ ſunt per ejus providentiam. Ergo caput Eccleſiæ Romæ transferetur Hieroſolymam.

Eccleſia univerſa non poteſt ab uno homine regi.

Quid quòd univerſa Eccleſia ab uno homine regi non poteſt? Romanum imperium fuit aliquando maximum tamen Parthos, Scythas, Indos, Æthiopes complecti non potuit, Quamvis tamen non orbem terrarum obtineret, mole,ut ait T.Livius laborabat ſua. Ita iſti,cùm viderent neminem unum complecti poſſe totam Eccleſiam, inſtituerunt quodammodo quadrumviratum, ut à quatuor Patriarchis orbis terrarum regeretur:ut Antiochenus,præeſſet Syriæ: Alexandrinus, Ægypto & Æthiopiæ.Conſtantinopolitanus, Aſiæ, Græciæ,Illyrico:Romanus,toti Occidenti.Sed quid poſtremo ſequutum eſt? Hoc videlicet ut inter ſe confligerent,& orbem terrarum lacerarent. Singuli enim volebant omnibus dominari. Atque hic ferè ſolet eſſe exitus humanorum conſiliorum.

2.Cor.11.28.

Sed Paulus ait,ſe gerere ſolicitudinem omnium Eccleſiarum. Fateor: Ait ſe ſolicitudinem gerere, non imperium. Itaque potius ſcribere,monere,conſulere,reprehendere Eccleſias: Caput autem ſe Eccleſię eſſe nunquam dixit,nec etiam dicere potuiſſet.

Eccleſia monſtrum eſſet, ſi duo haberet capita.

5 Sed nos ſolemus interdum dicere, Si Eccleſia haberet alterum caput in cœlo,alterum in terra,fore eam bicipitem,atque ita poſſe videri monſtrum. Ridet hoc argumentum Roffenſis: Nam uxor quoque & proprium habet caput,& virum ſuum. Ita hoc pacto,omnis uxor eſſet monſtrum. Sed miror Roffenſem,tantum Dialecticum, in eo quod tegerit de uxore,non animadvertiſſe paralogiſmum. Duo enim illa uxoris capita,non ſunt ejuſdem ordinis. Alterum enim eſt naturale,alterum œconomicum. Mõſtrum autem eſſet,ſi uxor haberet duo capita naturalia,aut duo œconomica,aut duos maritos. Sed addunt:Papa eſt tantùm caput miniſteriale, non infundit in Eccleſiam ſenſus & motus ſpirituales: Id enim tantùm eſt Chriſti.

Papam tacitè non tantum civile caput, ſed etiam ſpirituale.

Quare Papa & Chriſtus non ſunt duo capita ejuſdem generis. Si conſulas Papiſtas, nunquam dabunt Papam ſuum eſſe tantùm civile caput Eccleſiæ.Imò appellari volunt patres ſpirituales. Habent ergo duo capita ejuſdem generis. Nunquam enim patientur ſibi circundari hos cancellos. Nam diſpenſant contra verbum Dei, prohibent nuptias, applicant Chriſti & ſanctorum merita, inſtituunt nova ſacramenta, vendunt indulgentias. Hæc non pertinent ad civile caput.Quare fateantur Eccleſiam ſuam habere duo capita, & eſſe monſtrum.

Si Papa eſt caput civile, Eccleſia nihilominus eſt biceps.

Sed agam liberaliter: Sit Papa civile caput, tamen in eundem errorem incidit is. Nam cùm magiſtratus quoque ſit civile caput,cogemini fateri, duo eſſe Eccleſiæ capita civilia eiuſdem ordinis, atque ita Eccleſiam veſtram eſſe monſtrum.

An Papa ſit civile caput miniſtrorum.

Verùm iſti,ut ſunt importuni, duo excogitant: Primùm, Papam eſſe civile caput miniſtrorum ſuorum, & ita unum eſſe caput Eccleſiæ. Nam miniſtros exemptos eſſe volunt à poteſtate magiſtratus civilis. Sed hoc inane commentum eſt. Paulus enim jubet, omnem animam ſubditam eſſe civili poteſtati: neminem prorſus eximit. Imò Chryſoſtomus,nec Apoſtolos,nec Evangeliſtas dicit excipi oportere.

Rom.13.1.

Petrus etiam hortatur miniſtros, ut pareant civili poteſtati. Fruſtra ergo iſti garriunt:& miniſtris ſuis ridiculè adjungunt duo capita.

An magiſtratus concionatoribus imperet?

Quid ergo, inquies, an imperabit magiſtratus miniſtris & concionatoribus? Reſpondeo, Verbum Dei & ſacramenta nulli poteſtati ſubjiciuntur. Miniſtri autem ſubjiciuntur bifariam, & quod ad mores,& quod ad functionem attinet. Nam ſi aut perditè vivant, aut officium non faciant,poſſunt corripi à magiſtratu & ſummoveri.

Infr. cap. 13. Sect.6.

6 Sed adhuc iſti ſomniant ſibi aliam civilem poteſtatem Eccleſiaſticam, aliam profanam:quarum alteram tribuunt Papæ, alteram magiſtratui, ſed fruſtra. Nam quod ad Eccleſiaſticam poteſtatem attinet,ſatis eſt civilis magiſtratus. Is enim,ut ait Ariſtoteles in Politicis,curare debet,ut omnes officium faciant, ut juriſconſulti,ut medici, ut ruſtici,ut pharmacopolæ: inter quos numerare etiam poſſumus miniſtros & concionatores. Quid hìc opus eſt multiplicare capita? Salamon, David, Ioſias,cùm eſſent magiſtratus civiles,tamen putabant religionem à ſua cura non eſſe alienam. Conſtantinus, Theodoſius, Iuſtinianus,nihil magis cogitabant, quàm ut veram Dei Eccleſiam inſtituerent.

Si magiſtratus ſit impius, quid tum faciet Eccleſia?

Quare nihil erat opus,ut iſti novum ſibi caput excitarent in Eccleſia, & præſertim ad conſtituendam tyrannidem: Eccleſia enim habet ſeniores,qui curare debent, quo ordine omnia fieri debeant: ut autem fiant, magiſtratus debet providere.At quid ſi magiſtratus ſit impius? Tamen eſt Eccleſia,ſunt ſeniores,ſunt Epiſcopi: ab iſtis ſtatui & decerni debet,quid in religione fieri oporteat.

Rex Angliæ quomodo dictus ſit caput Eccleſiæ: Papa poſtquam factus eſt caput, non debet ſummoveri.

Atque hoc fortaſſe eſt, quod Rex Anglię voluit ſe ſecundum Chriſtum appellari caput Eccleſiæ ſuæ. Putavit enim eam poteſtatem,quam ſibi Papa uſurpaverat,ſuam eſſe & in ſuo regno ad ſe pertinere. Inſolens quidem erat titulus,& multis piis diſplicuit:Sed ſi rem ipſam conſideremus, nihil aliud ſibi voluit, quàm quod jam diximus.

7 Verùm objiciunt,poſtquam Papa ſemel factus eſt monarcha, & Chriſtum videmus ea re non eſſe excluſum,non eſt temere ſummovendus.

1.Sam.8.9.

Ita enim Iſraelitæ, quamvis injuſſu Dei cõſtituiſſent ſibi Regem, tamen, cùm eſſet ſemel deſignatus,ab eo poſtea non defecerunt. Reſpondeo, Non eſt par ratio: Nam Iſraelitæ in creando Rege ſuo habuerunt ſuffragium Dei;quod ſi iſti de ſuo Papa poſſunt oſtendere,fatebimur, parem eſſe utrinque rationem. At non poſſunt: Imò potius contrarium habent è Sacris literis.

An ferendus monarcha qui non poteſt ſuis omnibus proſpicere.

Quare concludimus, primùm non convenire Eccleſiæ Dei,duplex caput: deinde etiam ſi poſſet conuenire, tamen unum hominem mortalem, toti orbi terrarum præeſſe & proſpicere non poſſe:Id enim longè ſuperat humanas vires.Sed dices, Si hęc ratio valeat, ferri non debet ne monarcha quidem civilis,qui plures habeat provincias, quàm quas cõplecti cura ſua poſſit.Quare ſi rex ſuis omnibus proſpicere non poteſt, deficiemus ab illo,ut vos defeciſtis à

Digitized by Google

ſtis à Papa? Reſpondeo, lata iſta imperia non poſſe
carere vitio. Nam cum reges ipſi obire omnia non
poſſint, committunt provincias Harpyis & ſpongiis,
à quibus populus miſerè exhauritur & exugitur. Et
priſcis temporibus, cum res eſſent meliores, in civita-
tibus ſingulis, ſingulares erant reges. Ninus primus
legitur bellum intuliſſe vicinis nationibus, & protu-
liſſe fines ſuos. Itaque in terra Chanaan, non ita ma-
gna regione, legimus tot fuiſſe reges. Vitioſum qui-
dem eſt tam latè dominari. Non tamen ea cauſa à
regibus ſuis populus debet deficere. Quanquam ſibi
quid velint præcipere contra Deum, nullo modo
ſunt audiendi. Non venit Chriſtus, ut mutaret ra-
tionem Rerumpub. Regnum enim inquit, meũ non
eſt de hoc mundo. Nec Paulus unquam hortatus
eſt, ut defectio fieret à Nerone. Habemus ergo ver-
bum Dei, ut obtemperemus magiſtratui, quicunque
ſit: nullum autem habemus verbum, ut pareamus
Papæ.

Joan.18.36.

Si ſit unum caput Eccleſiæ, an illud Romæ eſſe oporteat.

8 Sed facito, unum aliquem poſſe eſſe caput Ec-
cleſiæ: Cur eum oportet magis Romæ eſſe, quàm a-
libi? Quoniam Petrus inquiunt, ſedit Romæ. Pri-
mùm, id non ſatis conſtat. Negatur enim à quibuſ-
buſdam. Sed fuerit Romæ, fuit etiam Antiochiæ &
Hieroſolymis. Cur non ergo iſtarum civitatum Epi-
ſcopi debent eſſe capita Eccleſiæ? At Petrus, inquiũt,
mortuus eſt Romæ. Et Chriſtus mortuus eſt Hiero-
ſolymis, quod majus eſt. Docuimus primùm, Papam
nullum habere verbum Dei, quo conſtituat regnum
ſuum: deinde, neminem unum præeſſe poſſe toti or-
bi terrarum: poſtremò, etſi poſſet, tamen eum non
magis Romanum Epiſcopum eſſe oportere, quàm a-
lium quemvis. Adhæc authoritatem iſtam, quam ja-
ctant, vel à Deo habent, vel ab hominibus: Si à Deo,
proferant aliquod teſtimonium verbi Dei, ut creda-
mus. Sin dicent ab hominibus, atqui homines ſtatue-
re non poſſunt, nec debent de regno Dei: Hoc enim
eſſet in regnum alienum invadere. Neque verò nos
ſoli fugimus iſtam poteſtatem, ſed etiam omnes pe-
nè veteres Patres. Tempore Cypriani erant, qui ap-
pellare vellent Romam ex Aphrica. Ea de re Cy-
prianus ſcribit ad Cornelium: Audiantur cauſæ, ubi
commiſſæ ſunt, unus eſt Epiſcopatus cujus pars à
ſingulis in ſolidum poſſidetur. Apiarius presbyter,
damnatus à ſuis, provocavit ad Epiſcopum Roma-
num: Is eum juſſit in integrum reſtitui. Concilium
Carthaginenſe decreverat, excommunicandum eſſe,
ſi quis provocaſſet ultra mare. Itaq; Epiſcopi Aphri,
Apiarium non recipiunt: & reſpondent, id Romano
Epiſcopo non licere. Mittitur ad eos Epiſcopus Po-
tentinus: Aphri quærunt, unde Papa vendicet ſibi
tantam poteſtatem. Ille reſpondet, non à Chriſto,
non à Petro (non enim adhuc ita frontem perfrica-
verant) ſed à Synodo Nicena. Aphri petunt autogra-
phum, Papa detrectat: non enim habuit, quod oſten-
deret. Illi mittunt Alexandriam, Conſtantinopolim,
Antiochiam: in quarum civitatum archivis, non du-
bitabant extare omnia decreta Concilij Niceni. Sed
nihil ibi invenitur hujuſmodi. Poſtea Papa non ſatis
bona fide ſuppoſuit pro Concilio Niceno, Conci-
lium Sardicenſe. Sed ejus Concilij nimium levis e-
rat authoritas. Gregorius ſcribit hunc titulum in
Concilio Chalcedonenſi delatum fuiſſe Leoni Pon-
tifici Romano: ſed illum eum recipere noluiſſe. Iam
vero quod ad doctrinam attinet, inveniemus Pa-
pam, omnia penè docere Chriſto contraria: Iuſtifica-
tionem ex operibus, invocationem mortuorum, mu-
tilationem ſacramentorum, preces aliena & peregri-
na linguà. His argumentis, quæ diximus, ſatis conſici-
tur, nullum eſſe poſſe caput in Eccleſia præter
Chriſtum.

Veteres fugerunt hanc poteſtatem.

Papa docet Chriſto contraria.

Argumentà adverſariorum. Chriſtus abiit in cœlos, ergo opus eſt alio capite aſpectabili.

Act.1.9.
Ephe.5.21.

9 Iam quatuor adverſariorum argumenta firmiſ-
ſima expendemus, quanti valeant. Primùm, inquiũt,
Chriſtus abiit in cœlum: Quare opus eſt Eccleſiæ
duce aliquo aſpectabili. Deinde, Chriſtus amat Ec-
cleſiam ſuam: itaq; ut ea melius regeretur, proſpectũ
illi eſſe voluit de uno capite. Vt enim corpus regi nõ
poteſt abſq; anima, ita Eccleſia nõ poteſt abſq; capi-
te. Tertiò, Sẽper, inquiũt, veteres habuerũt perfugiũ
ad Romanã Eccleſiã, tanquã ad caput. Poſtremo mi-
niſtri, inquiunt, nõ ſunt pares inter ſe. Quare, ne res
ad tumultum veniat, oportet unum deligi, qui cæte-

A ris præferatur, & voce præeat in Conciliis. Quod ad
primum argumentum attinet, Chriſtus ita abiit, ut ta-
men in Eccleſia ſua perpetuò maneat: non corpore,
ſed ſpiritu, gratiâ, providentiâ. Ita enim pollicetur,
Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem
ſeculi: Et ubicunque fuerint duo aut tres congregati
in nomine meo, ibi ſum ego. Eſt ergo Chriſtus ſem-
per nobiſcum, hoc eſt, in cordibus noſtris. Deinde,
reliquit verbum ſuum, unde petenda ſit formula re-
gendi Eccleſiam. Sed ita, inquies, ut non videatur:
B Eſto. Et Papa veſter, quãdo videtur ab Indis, aut Ae-
thiopibus? Sed Papa, inquies, habet legatos ſuos.
Quaſi verò Chriſtus etiam non habeat legatos ſuos.
Ad ſecundum argumentum: Chriſtus conſultum vo-
luit Eccleſiæ, ergo voluit ejus eſſe unum caput. Ar-
gumentum nõ ſequitur, Eccleſiæ enim poteſt aliter
conſuli: Romana & Athenienſium Reſpublica opti-
mè regebatur, & erant florẽtiſſimæ, cum adminiſtra-
rentur à Senatoribus. Poteſt ergo in Eccleſia eſſe A-
C riſtocratia, ut omnia inſtituantur, & regantur in Cõ-
ciliis, ut olim inter duodecim Apoſtolos, & in veteri
Eccleſia factum eſt. Quid enim? Non poteſt Helve-
tia ſalva eſſe ſine Rege? Tandem infirma ſunt argu-
menta Pigghij, quàvis ſibi peracutus videatur. Ter-
tiò, Veteres Epiſcopi, affecti injuriis, ſemper habue-
runt receptum ad Eccleſiam Romanam: Ergo erat
caput. Nego argumentum: Nam in Repub. ſi quis
fortè accipiat injuriam, fugit ad aliquem Senatorem,
quem credit eſſe bonum virum. Ergóne ſequetur, il-
D lum Senatorem caput Reipublicæ? Illis temporibus,
Romanus Epiſcopus erat ſanctior, doctior, minus
corruptus quàm alij: erat magna authoritate & ma-
gno loco apud Imperatorem. Itaque Athanaſius,
Chryſoſtomus, & alij refugerunt ad illum: non quod
eum putarent eſſe caput Eccleſiæ. Et in illo quadrũ-
viratu, de quo ſupra diximus, nõ ita creditus eſt Oc-
cidens Romano Pontifici, tanquam capiti: ſed ut ille
de rebus ambiguis conſuleretur, deinde res ad Con-
cilium rejiceretur.

Mat.28.20.
Mat.18.20.

Chriſtus amat Eccleſiam, ergo voluit eam unum caput habere.

Veteres Epiſcopi provocarunt Romam, ergo erat caput.

E 10 Ad quartum, Miniſtri non ſunt omnes pares
inter ſe: Ergo ne omnia confundantur, unum oportet
eſſe caput. Reſpondeo, Qui plus habet doctrinæ ac
ſpiritus, is præſit cæteris. Ita Athanaſio & Baſilio,
non propter ſedis dignitatem, ſed propter doctrinam
& ſanctitatem, plurimum deferebatur. Auguſtinus
propter doctrinam à multis undique conſulebatur.
Sed poſteri omnem dignitatem alligaverunt ad cer-
tas cathedras, Alexandrinam, Conſtantinopolita-
nam, Antiochenam, Romanam: quòd ſperarent in
F his ſedibus ſemper fore doctiſſimos & ſanctiſſimos
Epiſcopos. Sed longè aliter accidit. Nam Imperato-
res poſtea delegerunt Epiſcopos, non digniſſimos,
ſed eos, quos ipſi maximi facerent. Auguſtinus cùm
eſſet doctiſſimus, fuit Hipponenſis Epiſcopus, ſatis
obſcuro loco: Aurelius multò illo indoctior, fuit
Epiſcopus Carthaginenſis in civitate celeberrima.
Sed quando ita verentur confuſionem, ſedeat ſanè
Romanus Epiſcopus primo loco in Conciliis, Con-
ſtantinopolitanus ſecundo, & deinceps alij ſuo lo-
G co: Non autem dominetur unus omnibus. Sit Ari-
ſtocratia, quæ ratio ſemper viſa eſt optima. Diffici-
lius enim eſt, plures corrumpere, quàm unum. Nam
Papas ab illis ſuis aſſentatoribus & paraſitis, turpiſſi-
mè corruptos eſſe, etiam cæci videre poſſunt. Nam
de Electione, & Electi poteſtate, in cap. Fundamen-
tum, in gloſſa ſcribitur, Papam non eſſe hominem.
In Proœmio Clementinarum in gloſſa, Eum eſſe
nec Deum, nec hominem. Quare ex diametro oppo-
nitur Chriſto. Nam Chriſtus erat, & Deus, & homo:
H Iſte nec Deus, nec homo. Ergo vel Angelus, vel be-
ſtia. Non autem Angelus, ergo beſtia. In Extravag.
de Verborum ſignificatione capite ad Conditorem,
ſcribitur, Papam non eſſe purum hominem. Id ergo
facilè credo: Eſt enim ſæpe impurus ganeo. Gelaſius
in Decret. 9. quæſt. 3. c. Cuncta per orbem, Romana
inquit, ſedes de omnibus judicare debet: nulla de il-
la. Omnibus licet ad illam appellare: ab illa non li-
cet. Abſolutos in Conciliis illa damnare poteſt &
damnatos abſolvere. In extravag. De Conceſſione
I præbendarum, capite Ad Apoſtolorum: Nemo de-
bet dicere Papæ: Domine, Cur hoc facis? Et quæſtio-
ne ſecunda, capite Abſtuliſti, & ſunt verba Anacleti:

Miniſtri non ſunt pares, ergo oportet eſſe unum caput ut ſervetur ordo.

Dignitas non erat alliganda Cathedris.

Papæ à ſuis Senatoribus corrupti, quid ſibi tribuant.

Digitized by Google

Deus eſt pater, quia condidit: Eccleſia eſt mater, quia regeneravit. Hinc Panormitanus in Tract. de Baſilienſi concilio, Ergo inquit, Papa eſt filius Eccleſiæ: ergo obedire debet Eccleſiæ. Quod Eugenius & Paulus tertius in Concilio Tridentino noluit. Sed ego ex his verbis aliud etiam colligo: Eſt filius Eccleſiæ, ergo non eſt caput. Eſt filius, ergo non eſt ſponſus: niſi velit fateri ſe inceſtum eſſe. *De ſacri miniſterij dignitate & præſtantia, vide Concionem in locum ex 2 Malachiæ. Item de Clavium poteſtate vide concionem ex Iohan. 2. Quorum remiſeritis, &c.*

CAPVT IIII.

De Legibus Eccleſiaſticis, Traditionibus, Spiritibus indicandis, Conciliis, Patribus, & Canonibus (quos dicunt) Apoſtolorum.

In 1. Sam. 14. ad finem.

HIc tria nobis conſideranda ſunt: Primùm liceatne Epiſcopis & viris Eccleſiaſticis ejuſmodi leges aut decreta promulgare? Deinde, ſi liceat, qualia ea eſſe oporteat. Tertio, quam vim habeant ad obſtringendam conſcientiam. Quod ad primum attinet, ſcimus omnes pios obſtringi, ut obediant principibus & magiſtratibus: idque ut Paulus ait, propter conſcientiam. Petrus & Paulus jubent ſervos obtemperare dominis ſuis, etiam diſcolis. Chriſtus ipſe ſolvit tributa & vectigalia, nec unquam adverſatus eſt legibus. Iubemur obedire parentibus: Magiſtratus autem eſt parentis loco, ut in quem parentes noſtri omnem ſuam vim & authoritatem contulerunt. Salomon in Prover. ait, Deum time, & Regem honora, & ne te admiſceas hominibus ſeditioſis: propè eſt enim illorum interitus. Hoc autem tantiſper verũ eſt, quoad illi nihil præcipiant contra Dominum. Id enim ſi accidat, Deo potius obtemperãdum eſt, quàm hominibus. Quanquam in legibus civilibus, quædam ad neceſſitatem civitatis pertinent: quædam tãtùm ad decorum. Neceſſitatis eſt, ut animadvertatur in ſontes: decori vero, ut, quod Romanorum legibus cavebatur, ne matronæ liceret nubere intra tempus luctus. Deinde, conſilium etiam ejus ſpectandum eſt, qui tulit legem. Quædam enim vult rigide atque omnino obſervari: quædam autem tanquam incitamenta & admonitiones quaſdam eſſe. Poſtremo ex iſtis levioribus decretis videndum eſt, ne quid per contemptum violetur. Summa eſt, ut homines, quoniam non ſibi nati ſunt, ſed Reipub. omni cura ſtudeant parere legibus.

Ro. 13. 1.
Ephe. 6. 5.
1. Pet. 2. 18.
Mat. 17. 21.
Exo. 20. 12.
Prov. 24. 21.
Magiſtratibus & legibus eſt parendum.

Epiſcopis nũ liceat leges ferre?
1. Pet. 5. 5.
Quomodo non liceat?

2 Quid autem putant, Epiſcopos non poſſe ferre leges: idque ut dicant, moventur non parvis aut obſcuris rationibus. Primum enim quærunt, unde habeant eam poteſtatem? Loquor autem hic de Epiſcopis, quatenus ſunt miniſtri verbi, non quatenus ſunt civiles principes: nam ejus rei alia eſt conſideratio. Poteſtatem illam non habent à Chriſto: ille enim nec leges tulit, nec Apoſtolis ſuis talia mandata unquam dedit. Quare ſi Epiſcopi ita mittuntur à Chriſto, ut ipſe mittebatur à Patre, non poſſunt rogare leges. Deinde, oportet ut qui ſcribunt leges, habeant dominium. At Petrus monet Epiſcopos, ne dominentur in Cleros. Adhæc, qui ſcribit leges, oportet ut habeat jus coercendi: ut eſt in Pandectis de legib. & Senatuſconſultis, ex Demoſth. Ille enim ait legem eſſe ἐπανόρθωμα τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ ἑκουσίων, καὶ ἀκουσίων. At Eccleſia non habet gladium, aut jus coercendi. Præterea, ubi eſt lex, ibi neceſſe eſt ut ſequatur tranſgreſſio: ea eſt infirmitas naturæ noſtræ. At Paulus noluit cuiquam injicere laqueum. Et Iac. ait in 4. Vnus eſt Legiſlator, qui poteſt ſervare & perdere. Et Eſa. 33. Tu es Rex noſter, tu es Iudex noſter, tu es Legiſlator noſter. At canones longè aliter ſtatuunt. Imo cùm agunt de illis, qui poſſint rogare leges, primum locum dant Papæ: ſecundũ Conciliis & Epiſcopis: tertium Imperatoribus. Et in hanc ſentẽtiã deſcẽdunt Scholaſtici: ut Thomas in ſecũda ſecundæ ait, Eccleſiam poſſe decernere, quo tẽpore, & quo modo ſit jejunandum. Quẽadmodum enim inquit, civilis magiſtratus ea, quæ confusè & obſcurè adumbrantur in lege naturæ poſſunt declarare & aſtringere, ita Eccleſia poteſt definire ac determinare ea, quæ confusè tradita ſunt in S. literis. Et Hoſtienſis, de vi Conſtitutionum ait ejuſmodi decreta tanti eſſe oportere, ut qui ea contemnat, debeat excommunicari. Et in hiſtoriis legimus Victorem voluiſſe excommunicare omnem Orientem: nõ alia de cauſa, quàm quòd Paſcha non colerent Romano ritu. Quanquam ea res Irenæi conſiliis aliquantulum repreſſa eſt. Rationes autem quæ adducuntur in cõtrarium, putant ſe poſſe facilè diſſolvere. Nam quòd dicitur epiſcopos non accepiſſe à Chriſto authoritatem ferendi leges, reſpondent, id nihil eſſe: Leges enim aiunt pertinere ad doctrinam. Eſt enim Lex, ut Cicero ait, præceptio rerum honeſtarum, & depulſio turpium. Quare cùm Eccleſia habeat authoritatem docendi, habet etiam, inquiunt, authoritatem ferendi leges. Et quamvis Petrus dicat, epiſcopum non oportere dominari, tamen eum oportere præſidere in Eccleſia, & habere jus clavium. Quodque dicitur, Eccleſiam non habere jus coercendi, falſum eſſe: Eccleſiam enim poſſe ligare, ſolvere, excommunicare. Et quod Paulus ait, ſe nolle cuiquam injicere laqueum, id eum privatim ſcribere de virginibus, quòd caſtitas non ſit communiter data omnibus. Infirmũ autem eſſet argumentum, ſi quis ita colligat: Non licet legem ferre de virginitate, ergo nulla de re licet. Et quod Eſaias ait, Tu es Legiſlator, & Rex noſter: id de ultimo judicio, & de æterna damnatione verum eſſe, & per ἀντονομασίαν, quòd quicquid fit, fit ab illo. Nam alioqui eadem ratione tolleretur omnis civilis magiſtratus. Sed ſintne iſtæ leges, nec ne, quoniam non multum ad rem facit, nolo rixari.

1. Cor. 7. 37.
Iac. 4. 12.
Eſa. 33. 22.
Quod liceat illis leges ſervare.
Reſponſio ad rationes contrarias.
1. Pet. 5. 9.
1. Cor. 7. 37.
Eſ. 33. 22.

3 Poſitum ergo ſit, licere Eccleſiæ, ſcribere ſibi aut canones, aut leges, aut decreta, aut ſanctiones, aut quocunque ea velit nomine appellari. Eſt enim Eccleſia cœtus, & regi debet verbo Dei: præſertim quod attinet ad ſalutem ipſius, & cultum Dei. Sed ſunt alia, quæ tantum pertinent ad externam diſciplinam. Vt enim populi ſocietas contineatur, opus eſt quibuſdam externis vinculis. Ita Apoſtolus decrevit, mulieres oportere orare tecto capite, viros aperto: & Apoſtoli in Actis ut à ſanguine, ſuffocato & idolothytis abſtineretur. Et ſemper in Conciliis, poſtquam de dogmatis actum eſſet, agi cœptum eſt de diſciplina. Ita denique omnes Patres, ut Tertullianus, Origenes, Baſilius, Auguſtinus, Hieronymus. Iſtarum legum finis eſſe debet ædificatio, & εὐταξία. Quoniam autem neceſſariæ non ſunt, pro temporum & locorum ratione mutari poſſunt: ut in Baptiſmo de trina immerſione, de clinicorum aſperſione, de tempore, de Paſchate, & Pentecoſte, quibus tantum temporibus ſolebant dare baptiſmum. De Euchariſtia, quo loco, quo tempore, quo modo, ſtantes an ſedentes, manè an veſperi oporteret communicare. Niſi hæc fuerint conſtituta, nulla unquam erit tranquillitas Eccleſiæ. Alius enim hoc tempore vult audire concionem, alius aliud: alius hoc loco, alius alio. Licet ergo ſtatuere eiuſmodi decreta, modò id fiat cum pace Eccleſiæ. Alij ita ratiocinantur: Populus eſt indoctus & rudis: ergo tenendus eſt ceremoniis. Sed hoc diſcrimen eſt inter nos & veteres: illi plurimas habuerunt ceremonias, nos, ut Auguſt. ait, pauciſſimas. Et Chriſtus ait, Deum habiturum populum, à quo invocetur in ſpiritu & veritate. Eſſe tamen oportere aliqua, quæ faciant ad ordinem & decorum, Paulus docet ad Cor. Hic tamen ordo non eſt ſitus in magna pompa, in veſtibus, in cantibus, in campanarum & organorum ſtrepitu: ſed qui ad modeſtiam & gravitatem faciat, qui removeat laſciviam, confuſionem & barbariem.

Quomodo poſſint ab Eccleſia leges ſtatui.
1. Cor. 11. 5.
Act. 15. 29.
1. Cor. 14. 40.

4 Iam ut intelligamus, cujuſmodi eſſe debeant hujuſmodi leges, meminiſſe debemus, alias eſſe quæ ad dogmata pertineant, alias, quæ ad res agendas. Ad dogmata nihil putari debet neceſſarium niſi quod ex ſacris literis aut expreſſe, aut perſpicua & ſolida ratione colligatur: quale eſt de Baptiſmo infantum, & de homoouſio. Nam Deus in Deuteron. diſertè mandavit, ne quid ad ejus legem adderetur. Rurſus ea, quæ ad res agendas pertinent, bifariam diſtinguũtur. Alia enim ſunt neceſſaria, & ad ſalutem faciunt: qualia nulla putari debent, niſi tradita in ſacris literis: alia ſua natura adiaphora, quibus aut benè aut

Quales debeãt eſſe leges Eccleſiæ?
Deut. 12. 32.

malè

Leges de rebus adiaphoris.

malè uti poſſumus. Ad hoc ſolum membrum, hęc omnis pertinet diſpoſitio. In hoc genere primùm cavendum eſt, ne quid putetur facere ad cultum Dei: Quia divinus cultus, non ab hominum voluntate pendet, ſed à conſilio Dei. Itaque Chriſtus apud Mat. ait ex Eſaia, Fruſtra me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum. Manere enim debet Dei cultus, ſimplex & purus. Itaq; Deus apud Eſaiam ait, ſe immiſſurum eſſe furorem, & inſaniam illis, à quibus colatur præceptis hominum. Et certè ita videmus uſuvenire, ut qui toti ſint in hoc, tradantur quodàmodo in reprobum ſenſum, efficiantur deliri, inſaniant, & ne ea quidem videant, quæ ſunt clariſſima. Paulus ad Col. ait, Si mortui eſtis cum Chriſto, quid quaſi viuẽtes adhuc decretis tenemini? Et ad Gal, State in ea libertate, in qua Chriſtus vos liberavit. Itaq; ad Col. prorſus damnat omnem ἐθελοθρησκείαν, & cultum voluntarium. Habent illa quidem ſpeciem ſanctitatis & ſapientiæ. Species autem ea ſita eſt in ſuperſtitione, in humilitate, in ἀφειδίᾳ, & neglectu corporis, & detractione neceſſariorum: Re autem vera ſunt impia, ut Chriſtus ait apud Matthæum. Iam verò ſi iſta neq; neceſſaria ſint, neque ad cultum Dei pertinent, poſſunt mutari, nec neceſſe eſt in omnibus eccleſiis eſſe eadem. In his rebus, inquit Hieronymus, abundet provincia in ſenſu ſuo. Et Ambroſius quemadmodũ citatur ab Auguſtino ad Ianuarium, ſi non vultis errare, facite inquit, quod ego ſoleo. Ego enim ad quãcunque Eccleſiam venio, ad ejus ceremonias me accommodo. Neque certè Eccleſia ea libertate privari debet, quam illi Chriſtus voluit ſemper eſſe integram. Non tamen iſta eò dico, quòd velim ceremonias in Eccleſia quotidie innovari: Nihil enim ſine magno conſilio & gravi deliberatione, aut mutari debet, aut antiquari. Deinde, videndum eſt, ne iſtæ ceremoniæ exereſcant in immenſum, atque ita omnia obruant. Auguſtinus in epiſtola 119. ad Ianuarium, ait ſuo tempore tantum fuiſſe numerum obſervationum, ut Iudæorum conditio multò tolerabilior videretur, quàm Chriſtianorum. Omnia, inquit, ſunt plena præſumptionibus, ut gravius jam peccare videatur, qui per octavas ſuas pedibus nudis terram premat, quàm qui mentem vino obruat. Et quid tandem iſta proſunt? Certè malos nihilo facient meliores. Tantùm enim valent ad εὐταξίαν, uti diximus. Quanquam multa hujus generis excogitata ſunt ad ſordes & quæſtum: Nam his artibus impinguantur Papiſtarum culinæ. Sæpe etiam fit, ut his minutiis homines abducantur à vero cultu Dei. Id Chriſtus reprehendit in Phariſæis, quòd propter ſuas traditiones, contemnerent præcepta Dei. Quare tollenda ſunt hujuſmodi inventa & decreta hominum, quoties incipiunt lædere pietatem adverſus Deum. Ita enim Ezechias ſuſtulit ſerpentem æneum, quamvis erectum à Moſe, cùm populus ſemel cœpiſſet eum adorare pro Deo. Ferendæ ergo ſunt ceremoniæ, quandiu ad εὐταξίαν faciunt, & ad uſum aliquem Eccleſiæ. Vbi autem nullus erit amplius illarum uſus, ſine omni dubitatione tollendæ ſunt.

Mat. 15. 9. — Eſa. 29. 13. — Ibid. v. 14. — Col. 2. 20. — Gal. 5. 1. — Col. 2. 22. — Mat. 15. 5. — Mat. 15. 3. — 2. Reg. 18. 4.

Quamvim habeant leges Eccleſiæ?

5 Iam tertia parte videamus, quæ maximè ad noſtrum inſtitutum pertinent: quam vim hujuſmodi decreta habere debeant ad obſtringendas cõſciẽtias, quidq; inter iſta interſit, & decreta civilia. Primùm ea non obſtringunt, ſi removeatur cõtemptus & ſcãdalum, ne aut tumore animi & de induſtria bene cõſtituta reſcindamus, aut turbemus communem pacẽ Eccleſiæ. His obſervatis, nihil obligatur conſcientia. Exempli cauſa: Apoſtoli decreverunt, ut Gentes cõverſę ad Chriſtum, abſtinerent à pręfocato, à ſanguine, & ab idolothyto. Qua in re, illi nihil aliud ſpectabant, quàm pacem Eccleſiæ: Aliter enim nunquam potuiſſet Iudæis cum Ethnicis convenire. Si quis ſalva communi pace illa comediſſet, nihil peccaſſet in conſcientiam. Nam alioqui Petrus ait, Quid tentatis Deum, volentes imponere jugũ? &c. Et Paulus ad Col. Nemo, inquit, vos judicet in cibo & potu. Quod ſi non debemus judicari à fratre noſtro, multò minus debemus in nobiſipſis. Et Chriſtus ait, quod intrat per os, non coinquinat hominem, atque ita defendit diſcipulos, cùm comediſſent illotis manibus, cumq; ſpicas manibus in itinere confricarent. Id probat Paulus in Epiſt. ad Cor. Quicquid inquiens, vobis appoſitum fuerit, manducate, nihil interrogantes. At ſi quis tibi indicaverit, cibum illum eſſe immolatitium, noli comedere propter conſciẽtiam: non tuam, ſed ejus, qui tibi indicavit. Longè autem alia ratio eſt in præceptis civilibus. Iubemur enim obedire, non propter iram, ſed etiam propter conſcientiam: conſcientiam inquam non alienam, ſed noſtram. Magnum ergo eſt diſcrimen inter Eccleſiaſtica decreta & politica. Quare neceſſe eſt, illa minus obſtringere conſcientias. Nam in Eccleſiaſticis ſpectanda eſt εὐταξία. In politicis autem, parendum eſt, quamvis tu eam εὐταξίαν non videas.

Act. 15. 24. — Act. 15. 10. — Col. 2. 16. — Mat. 15. 11. — 1. Cor. 10. 25.

Quid differant à Politicis legibus. — Rom. 13. 5.

6 Denique ſemper tenendum eſt vulgatum illud axioma: Parere, quàm ſacrificium, melius eſt: auſcultare, quàm adeps arietum. Samuel de victimis & obedientia differens, duplici utitur comparatione. Primum enim ait, ea non eſſe inter ſe æquanda: deinde, omnibus victimis ait, longè præſtantiorem eſſe obedientiam. R. Ben-Gerſon bene affert ejus rei cauſam: Quoniam ſacrificia, inquit, inventa ſunt ad tollenda peccata: At obedientia efficit, ne omnino peccetur. Multò autem potius & melius eſt, quod efficit ne peccemus, quàm quòd peccatum cõmiſſum expiat. Alia ratio eſt: Quoniam id neceſſe eſt minoris eſſe, quod interdum à Deo repudiatur, quàm illud quod ſemper expetitur. At ſacrificia ſæpe repudiata ſunt à Deo, nunquam obedientia. Quare oportet eam eſſe potiorem. Nam Hier. ait cap. 7. Non loquutus ſum patribus veſtris de ſacrificiis à tempore, quo eduxi vos ex Ægypto, ſed tantum ut obediretis verbo meo. Et Eſa. Quò, inquit, mihi multitudo ſacrificiorum veſtrorum? Plenus ſum holocauſtis & victimis. Et David Pſal. 50. Non accipiam è domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſylvarum & quadrupedes, quæ paſcuntur in mille montibus. Cognovi omnia volatilia montium, & beſtiæ campeſtres mecum ſunt. Si eſuriero, nõ dicam tibi. Citare poſſem alia multa in hãc ſententiam. Sed ſatis apparet ex his paucis, ſacrificia aliquando fuiſſe repudiata: Nunquam autem Deus repudiavit obedientiam. Sed hìc obiter aliquid dicendum eſt de verbis illis Hieremię, quomodo Deus dicat, ſe non locutum veteribus Iudæis de ſacrificiis. Hieronymus refert id ad Decalogũ, quòd in eo nulla facta ſit mentio ſacrificiorum. Poſtea verò, cùm cõflaſſent ſibi vitulum, Deum mandaſſe, ut, ſi omnino facere vellent ſacrificia, ſibi ea potius facerent quàm idolis. Quanquam alia ratio non minus probabilis duci poteſt à ſacra hiſtoria. Cùm enim populus eductus eſſet in deſertum, cùm conſecraretur tabernaculum, & deſignati jam eſſent ſacerdotes, inſtitutum eſt ampliſſimum ſacrificium in Sinai. Poſt illud autem tẽpus, quamdiu hæſerunt in deſerto per annos quadraginta, nec circumciſionem habuerunt, nec ſacrificia. Huc Hieremias ſpectaſſe videtur magis quàm ad Legẽ Leviticam. Tertia expoſitio eſſe poteſt, Deum iſta non requiſiſſe, videlicet pręcipuè & maximè. Nã hæc locutio familiaris eſt ſacris literis, ut quòd præcipuè non fit, id ſimpliciter nẽgetur fieri. Sic Paulus ait, Non miſit me Chriſtus ad baptizandum: cùm tamen omnibus Apoſtolis dixerit, Ite & baptizate. Sed quoniã ea videbatur eſſe infima pars Apoſtolici muneris, idcirco Paulus negat eã omnino ad ſuum officium pertinere. Alioqui baptizavit Caium & Stephanam. Qua in re, ſi nullo modo miſſus fuiſſet ad baptizandum, tranſgreſſus fuiſſet vocationem ſuam. Non ergo imperavit Deus Iudæis veteribus ſacrificia, hoc eſt, ea præcipuè & maximè non imperavit. Dicere etiam poſſumus, Deum non requiſiſſe ab illis ſacrificia, eo videlicet modo, quo fiebant ab eis: hoc eſt, cum ſimulatione & hypocriſi, cùm cor haberent à Deo prorſus alienum. Sacramenta enim ſunt obſignationes promiſſionum Dei, & confirmationes fidei noſtræ. Quòd ſi fides abſit: quid poteſt aut obſignari, aut confirmari? Præterea non exegit Deus ejuſmodi ſacrificia, quæ ipſa actione putarentur expiare peccata, aut quæ ex rapina aut oblationibus pauperum collecta eſſent. In ſacrificiis placuit res ſignificata, hoc eſt, Chriſtus, ad quem ea hominũ animos excitabant, & mortificatio affectuum. Itaque Paulus ait, obſecro vos fratres, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam vivam, ſanctam, Deo placentem, ratio-

1. Sam. 15. 22. — Ver. 22. — Eſa. 1. 11. — Pſ. 50. 9. — 1. Cor. 1. 17. — Mat. 28. 19. — 1. Cor. 1. 16. — Rom. 12. 1.

Digitized by Google

nalem cultum veſtrum. Sine his ſacrificia nihil aliud
erant, niſi cadavera ſine anima. Tertia ratio, cur obe-
dientia ſit anteponenda victimis, eſt quòd victimæ
communes eſſe poſſint Deo cum idolis: Obedientia
autem eſt propria Dei. Poſtremò in ſacrificiis indul-
geri poteſt ventri & gulæ. Obedientia autem refer-
tur ad unum Deum. Habere autem ſacrificia ali-
quam dignitatem, apparet ex ipſis verbis Samuelis:
Melior, inquit, eſt obedientia, quàm victimæ: ergo vi-
ctimæ ſunt bona, modò rectè atq; ordine fiant. Hunc
locum Papiſtæ detorquent ad eam obedientiam,
quam clamant deberi ſibi & ſuis traditionibus. At
non de illa loquutus eſt Samuel, ſed de ea quæ debe-
(Rom.1.5.)
tur mandato Dei. Ita Paulus ait, ſe accepiſſe gratiam
& Apoſtolatum εἰς ὑπακοὴν τῆς πίστεως, ut omnes gentes
(Luc.10.29.)
adducerentur ad Chriſtum. Verùm Chriſtus, in-
quiunt, ait, Qui vos audit, me audit: & qui vos ſper-
nit, me ſpernit. Iſta quidem vobis conveniunt, ſed ita,
ſi adferatis verbum Domini.

De Traditionibus.

(In 1. Cor.4.v.17.)
7 Porrò taxantur à Paulo Pſeudoapoſtoli, quod
mores & doctrinam prorſus extra Chriſtum induce-
rent. Videant igitur, quàm aberrent, qui traditiones
contendunt inculcandas, cùm eædem neque doceã-
tur ubique in Eccleſia, neque ſemper receptæ fue-
rint, & tamen Apoſtolicæ vocantur. Traditio fuit a-
(Mel & lac dabatur baptizatis.)
pud Tertullianum, ut baptizatis illico mel & lac da-
rentur, quo ſic, ut ipſe loquitur, infantarentur. Tradi-
(Euchariſtia data infantib.)
tio item fuit ut Euchariſtia, & quidem ſub utraque
ſpecie, daretur infantibus tempore Auguſtini & Cy-
priani, atque ita daretur ut ad ſalutem neceſſaria.
Epiphanius in Doctrina compendiaria adverſus hæ-
reſes, traditionem Apoſtolicam fuiſſe dicit, ut jeju-
netur die pro ſabbatho qui dicitur Veneris, quia
(Cur jejunetur quarta feria?)
Chriſtus eo die paſſus eſt. Item quarta feria, quod
Chriſtus ea die in cœlum fuerit aſſumptus, & cùm a-
(Mat.9.15.)
geret in terris dixit, Apoſtolos non debere jejunare,
quandiu ſecum ſponſum haberent: tunc autem eſſe
jejunaturos, cùm ſponſus ab illis auferetur. Additur
ibidem atque confirmatur ab Auguſtino in Epiſtola
ad Caſſulanum, traditionem eſſe ut non jejunetur à
(A Paſcha uſque ad Pentecoſten non jejunatur.)
Paſcha uſque ad Pentecoſten. Eſt enim traditio, ut
confirmat Baſilius in libro de Spiritu Sancto, ut per
omnes illos dies genubus flexis non adoretur, quod
(Quodam tempore genu flectendum.)
idem aſſeritur de Dominicis diebus. Traditio fuit A-
poſtolica Epheſi atque in Aſia, ut Paſcha more Iu-
dæorum ſervaretur. In Eccleſia Romana traditio A-
(Traditiones Apoſtolicę pugnant de Paſcha.)
poſtolica ſecus haberi dicebatur. Cùm igitur tam va-
riæ ſint & inter ſe pugnent, non poſſunt eſſe viæ
Pauli aut Apoſtolorum. Nam inquit ſe ubique ac in
omni Eccleſia idem docuiſſe. Vnde Cyprianus ad
(Cyprianus quas rationes admittat?)
Pompeium ſcribit, ſe non admittere traditiones, niſi
quæ in Evangeliis, Epiſtolis Apoſtolicis, vel Apoſto-
lorum Actis haberentur. Quibus ego addo eas, quæ
neceſſariò inferuntur ex Sacris literis. Alia quęcun-
que aſſeruntur, incerta ſunt, & non ubique recepta.
Vnde ſi juſtus conſenſus in Eccleſia ſervari debeat,
neceſſarium eſt ut in unis Sacris literis firmiter ac
conſtanter inhæreamus.

De diſcernendis Spiritibus.

(In 1.Cor.12.v.10.)
8 Diſcretio autem ſpirituum, donum eſt, quo
internoſcuntur qui à malo ſpiritu aguntur, ab his
qui bono ſpiritu ſunt afflati. Quod ut ſit neceſſariũ,
(Mat.7.15.)
Chriſtus admonebat, cum diceret; Cavete à pſeudo-
prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium,
(1.Theſ.5.21.)
intus verò ſunt lupi rapaces. Et Paulus ad Theſſal.
Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Sed quo-
(1.Ioan.4.2.)
modo ſpiritus dignoſcendi ſint, videtur Ioannes tra-
dere in prima ſua Epiſtola, cùm ait: Si quis confitetur
Dominum Ieſum in carne veniſſe, à Deo eſt: & qui
negat Dominum Ieſum in carne veniſſe, à Domino
(Auguſt. Cl 1.C.3. Sect 8.)
non eſt, ſed eſt Antichriſti. Auguſtinus hæc verba
tractans miratur, cùm multi hæretici planè ſint per-
niciosiſſimi, qui Dominum Ieſum confitentur in car-
(Quomodo ſpiritus diſcerni poſſint?)
ne veniſſe, qui tamen à Deo non ſunt. Sed reſpondet
in hanc ſententiam, Dominum Ieſum veniſſe in car-
ne, illos confiteri, qui omnia dogmata quæ ad hunc
articulum vel conſequuntur vel præcedunt, ſana fide
A recipiunt. Si Chriſtus in carne venit, ante adventum
ſuum extitit: veram carnem ſuſcepit ad hoc, ut verè
moreretur, & deinde ut reſurgeret, quo & nobis e-
tiam ſpem reſurrectionis faceret. Et pleraque alia
principio illi ſunt connexa, quæ vel omnia, vel ex
parte cùm hæretici tum infideles reſpuunt. Noluit
itaque Ioan. univerſa diſtinctè recenſere quæ ad ſa-
lutem confiteri debemus, ad hoc ut noſter ſpiritus
approbetur. Sed id tantùm poſitum, quod erat præci-
puum, cui omnia fermè alia conjunguntur ad ſalutẽ
(Omnis qui dogmata rectè confiteatur, judicabitur ne propterea ex Deo eſſe?)
B neceſſaria. Quod ſi dixeris, Eſto quiſpiam, qui dog-
mata omnia rectè ac orthodoxè teneat, nũ propterea,
ſi vivat impurè, credetur ſpiritum Chriſti habere? Re-
ſpondet Auguſt. quandam eſſe confeſſionẽ quę ver-
botenus conſtet, & aliam quæ vera ſit, & bona opera
(Tit.1.16.)
ſecum habeat: idq; probat ex Epiſt. ad Tit. Fatentur
ſe noſſe Deum, factis autem negant. Igitur à contra-
riis (inquit) nonnulli ſunt qui Deum ipſum factis cõ-
fitentur. Ideo ſtatuit confeſſionem, de qua Ioan. lo-
C quitur, non eſſe vulgarem, ſed quæ habeat facta. Sed
per iſta quæ ab hoc viro Dei traduntur, non adhuc
certam habemus regulam, qua ſpiritus diſcernantur.
(Multi hæretici ſatis piè vixerunt.)
Multi quippe ſunt hæretici, qui externo ſplendore,
vitam ſatis ornatam præclaris operibus habuerunt:
ſed quæ interim humanæ gloriæ ſtudio contamina-
rent, & nos cõſilium animi eorum cùm ignoremus,
de vera operum bonitate, quam præ ſe ferunt, nil ju-
dicare poſſumus. Nam ad conſcientiam tantummo-
do judicium hoc pertinet. Quare in eadem Epiſt.
(1.Io.3.20.)
D ſcribit Ioan. Quod ſi cor noſtrum nos accuſat, Deus
major eſt noſtro corde, & omnia novit. Ac ſi diceret,
Quamvis externa vita ſpecioſè te geſſeris, & malum
habueris animum, ne putes te latere. Nam & Deus
intelligit animi tui pravitatem, cùm ſit major corde
noſtro. Idcirco Deo relinquendum eſt arcanum ju-
(1.Cor.13.3.)
dicium, de perfecta operum rectitudine. Quoniam
eo judice fieri poteſt, ut qui tradiderit corpus ſuum
ita ut ardeat, cum deſtituatur charitate, nihil ſit: &
quæ pulchrè videtur operari, damnentur. Nos tan-
E tum ex his judicare poſſumus, quæ manifeſtè ap-
parent.
(Duæ regulę ſuperſunt ad probandos ſpiritus.)
9 Duæ itaque ſuperſunt regulæ ad ſpiritus judi-
candos. Vna eſt, ſi dogmata, quoad fidem integra &
pura retineantur. Et hoc ſibi voluit Ioannes cùm di-
(Ioan.4.2.)
ceret; Si quis confiteatur Dominum Ieſum, &c. Et
(Dogmatũ cõfeſſio, examinanda eſt ad ſacras literas. 1.Io.4.6.)
iſta dogmatum confeſſio, examinanda eſt ad ſacras li-
teras: quas cum ab initio non habuerant in Eccleſia,
quoad novum Teſtamentum, ad ſermones ad do-
ctrinam Apoſtolorum examinabantur. Ideo Ioan-
nes inferius dicit: Qui ex Deo eſt, nos audit: & qui
F nos non audit, ex Deo nõ eſt. Quamobrem ſubjicit,
ita nos probare ſpiritum. Altera eſt regula morum &
vitæ. Chriſtus eam expreſſit, cum diceret: A fructibus
eorum cognoſcetis eos. Vtque dogmata ad examen
Sacrarum literarum cognoſcuntur, ſic vita & mores
diſciplina Eccleſiæ probandi eſſent. Verum hodie
utraque regula examinis friget. Non enim inſpicitur
vita fidelium, ſed Chriſti oves miſerè pereunt ac ne-
gliguntur. Deinde, Sancta Scriptura, minus quàm
G par eſſet, legitur, neque ſedulo ac diligenter tracta-
tur. Et Papiſtæ volunt non ad Scripturas, verùm ad
concilia & Patres dogmata examinari. Ideo fit, ut
Eccleſiæ à multis annis impoſitum ſit. In primitiva
Eccleſia donum extabat, quo facile agnoſceretur,
quo ſpiritũ agerentur, qui loquebantur. Hac ratione
Satanæ reſiſtebatur, cùm ſe in Angelum lucis tranſ-
figuraret.

De Conciliis.

(In 1. Cor. 2. v. 14)
H 10 Quamobrem videant qui paſſim concilia ja-
ctant, in quibus de religione ſit judicatum, quoſnam
homines ibi fuiſſe oportuerit, nimirum ſpirituales,
quandoquidem tantum illis divinarum rerum judi-
cium defertur. Sed hodie maxima concilij pars, tam
(Inf. cap. 6.5.9. & 17. & cl. 4.c.6. Sect 11.)
craſſis vitiis obruitur, ut ne quidem ſit fas cum illis
cibum ſumere. Aiunt ſe Eccleſiam eſſe: At licet ba-
ptizati ſint, & ordines in Eccleſia ſuſceperint, nõ pro-
pterea ſe ſpirituales eſſe probant, quando carnis, nõ
I ſpiritus, opera convincuntur habere. Et licet nõnul-
li ſpirituales forſan eum eis conveniant, pauci ad-
modum ſunt, & numero & authoritate animalium
vincun-

Digitized by Google

vincuntur, neque ſemper prout deberent fortiter agunt. Atque ideo ut nunc res habet, Papa eſt qui cõcilium moderatur, quippe ipſum indicit, ſuſpendit, approbat & repudiat pro libidine. Qui quam verè ſpiritualis haberi poſſit, omnes intelligunt. Deinde, cùm ſacrę literę à Deo ſint afflatæ, ac eo nomine maximè ſpirituales, in conciliis adverſus illas nulli qui ſint ſpirituales, aliquid ſtatuere poſſunt. Non enim ſibiipſi ſpiritus adverſatur. Cæterùm in conciliis, non ſemel contra decreta S. Scripturæ definiverunt. Ibi Euchariſtia eſt mutilata: Eccleſiæ miniſtris matrimonium eſt interdictum: Miſſarum infiniti abuſus invecti: ſanctórum invocationes, imaginum uſus, Purgatorij ſuperſtitio, & peſtes infinitæ hujus generis confirmatæ fuerunt. Et quanta ſit habenda concilij authoritas, Auguſt. oſtendit adverſus Maximinum Arrianorum Epiſcopum, lib. 3. cùm ait: Sed nunc nec ego Nicenum, nec tu debes Ariminenſe tanquam præjudicaturus proferre concilium, nec ego hujus authoritate, nec tu illius detineris: Scripturarum authoritatibus, nõ quorumcunque propriis, ſed utriuſque communibus teſtibus, res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione concertet. Vbi vides hunc Patrem à conciliis ad Scripturas provocare. Idemque lib. 2. contra Donat. cap. 3. habet: Epiſcoporum literæ, & conciliorum provincialium decreta cedunt majoribus conciliis: Canonica autem Scriptura nulli cedit. Atque idem ſcribens ad Hieron. cum quo diſputabat de Petri reprehenſione, quæ habetur ad Gal. à Patribus, quos Hieronymus citabat, ad verba Sanctæ Scripturæ manifeſtiſſimè appellavit.

A conciliis & à Patribus appellandum ad Scripturas. Nihil ad ſalutem neceſſariũ ſupereſt, quod ab hominibus conſtituatur.

Io. 16. 12.

11 Neque morari debemus, quod ſubinde nobis objiciunt, Chriſtum Apoſtolis dixiſſe; Multa habeo quæ vobis dicam, ſed non poteſtis portare modò. Vnde volunt elicere, multa de cultu Dei, atque religione poſſe ab illis conſtitui, quæ Scripturæ Sanctæ non tradiderint: quaſi Chriſtus illis verbis de cultibus & ceremoniis egerit. Nunne Apoſtoli tunc hujuſmodi ferre potuiſſent? quia à pueris in ceremoniis & ritibus cùm nati tum verſati fuerant? Moſes, illa rudem populum docere valuit: & Chriſtus, ea quæ ſunt ejus generis, Apoſtolis tradere non potuit? non ita res habet. Sed illa multa fuerunt eadem, quæ jam illis antea dixerat, erantque explicatius & efficacius eis exponenda, ac animis imprimẽda vi Spiritus Sancti, quem illis pollicebatur. Nam paulò poſt inquit: Cum Paracletus venerit, ille ſuggeret quæcunque dixi vobis. Præterea teſtatus eſt, quod omnia quæ à Patre ſuo audiverat, eis dixerit. Omnia inquit, quæ audivi à Patre meo, nota feci vobis. Nil itaque relictum erit ad ſalutem neceſſarium, quod iſtis modò ſit integrum conſtituere. Neque iſta dicuntur, ut cõciliorum authoritas prorſus abjiciatur. Nam ſi reprehenderint, excommunicaverint, aut abſolverint ex verbo Dei, atque ex vi ſpiritus unà precati fuerint, non irrita, & abſque fructu hæc erunt. Quin Paulus ad Petrum & Apoſtolos profectus eſt Hieroſolymã, non ut ab illis doctrinam hauriret, ſed ne in vacuum curreret, ob aliorum commodum, acceſſit: ut intelligerent ſuum doctrinæ genus ab Apoſtolorum dogmatis minimè, quod nonnulli jactabant, abhorrere. Si hoc ſtudio haberentur interdum Concilia, ut omnes Eccleſiæ conſenſum in veritate ſcripturarum agnoſcerent, ferri utique poſſent. At quando adverſus Sacrarum literarum teſtimonia decernunt, nequaquã toleranda ſunt. Etenim Paulus, ſi vel à Petro, vel à cæteris Apoſtolis aliquid animadvertiſſet ſecus definiri atque ipſi à Chriſto audiviſſet, nequaquam præbuiſſet aſſenſum, imò nec Angelo ſi de cœlo, ſecus Evangelium quod ſuſceperat, aliquid renunciaſſet. Igitur nos quoque debemus exiſtimare, nullos eſſe ſpirituales, neque rectè judicare, ſi contra Scripturas decreverunt.

Io. 6. 13.
Io. 14. 26.
16. 15. 15.

Authoritas conciliorum non abjiciẽda, quando ex verbo Dei agunt.
Quare deberent quandoque concilia haberi.
Gal. 2. 6.

Gal. 1. 8.

12 Proinde quod Paulus de judicio Corinthiorum ſcribit, nos retinere debemus, ſi vel à concilio, vel à papiſtica Eccleſia contra Sacras Scripturas judicemur, ut audacter cum Paulo dicamus: Nobis pro minimo eſt, ut à vobis judicemur. Neque audiendi ſunt adverſarij, qui judicium Eccleſiæ ſcripturis pręferendum dictitant: & firmiſſima ratione id ſe probaſſe exiſtimant, cùm inquiunt: Eccleſia judicavit de ſcripturis quaſdam ſuſcipiendo, quaſdam reſpuendo: quod facere non potuiſſet, niſi ejus judicium pręſtaret ſcripturis. Sed iſti animadverte debent, fuiſſe jam inde ab initio quoſdam homines ſpiritu Dei afflatos, per quos Deus propoſuit ſua oracula hominibus, quę idem voluit literis conſignari. Hæc Dei verba, cùm alij vel audirent, vel legerent, contigit beneficio ſpiritus, ut agnoverint fideles ea germana & ſyncera verba Dei eſſe. Inde factum eſt, ut S. literæ ſint admiſſæ. Quòd ſi rogati fuiſſent, qui à Spiritu Sancto illuſtrati, S. literas agnoverãt eſſe verba Dei, num vellent ſuam authoritatem illis anteponi? minimè id paſſi fuiſſent. Quin è diverſo illis agnitis atque receptis, omnino ſe ſubmiſerunt, eaſq; pro regula certiſſima ſuæ fidei & vitæ, habẽdas eſſe ſtatuerũt. Quamobrem infirma eſt conſequutio: Acceptarunt & diſcreverunt Patres S. literas ab aliis, igitur eis anteponendi ſunt. Quoniam & nos unum verum Deũ agnoſcimus, & Chriſtum Ieſum admittimus, ab idolis diſtinguimus & à diabolo, neq; tamen inferre poſſumus, nos eſſe vel Chriſto vel Deo pręſtantiores. Itẽ noſtra mens, impulſus motuſque Spiritus Sancti, ad legendum, ad orandum, ad caſtè vivendum admittit, diſcernitque à diaboli, carnis & mundi incitamentis: non tamen ob eam cauſam dicetur mens noſtra, aut ſuperior, aut præſtantior Spiritu Sancto. Quin etiam habitu Philoſophiæ prǽditus, cùm Ariſtotelem, vel Galenum, aut nobiles philoſophos receperit, & Epicuro, Ariſtippo, aut Democrito antepoſuerit: num propterea quod ita judicarit, pręferre audebit authoritatem ſuam, quoad philoſophiam, vel Galeno vel Ariſtoteli? Fide itaq; ac illuſtratione Spiritus Sancti cognoverũt homines, ea quæ locuti ſunt Patriarchę, Prophetę, Chriſtus & Apoſtoli, verba Dei eſſe: quibus ita cognitis & receptis, nequaquam ſe reputarũt aut majores aut prǽſtantiores eorum ſcripturis, imo ſe illis (ut prius diximus) & regendos & gubernandos commiſerunt. Accedebat & alia judicandi ratio de ſcripturis, quod ea quæ loquebantur vel ſcribebãt poſteriores ſcriptores Canonici, prioribus nõ adverſabantur, ſed eis cum illis optimè conveniebat. Prophetæ Legi per omnia conſentiunt, Evangeliſtæ atque Apoſtoli cùm à Lege tum à Prophetis teſtimonia ſententiæ ſuæ mutuabantur. Vnde vides Legem eſſe per Prophetas comprobatam: Prophetas verò, & ab Apoſtolis & ab Evangeliſtis confirmari. Et quãdo interrogant, qui factum ſit ut Lucas & Marcus Evangelij ſcriptores reciperentur: cùm Bartholomæi Evãgelium, Thomæ, Thaddæi, & Nazaræorum excluderetur? reſpondebimus, cordibus & animis fidelium non ſuaſiſſe Spiritum Sanctum hæc verba Dei eſſe, ut illa quæ conſcripta ſunt cum à Luca, tum etiam à Marco. Adhæc, ea tempeſtate complures adhuc extabant qui Chriſtum audierant, atque cum eo intimè verſati fuerant: ut Petrus, Ioannes, & alij complures ex diſcipulis, qui fidele teſtimonium ſcriptis Marci & Lucæ ferebant: non ita aliorum monimentis, qui fortaſſe non ſolùm ab hiſtoriæ veritate aberraverunt, ſed plurima etiam inſeruerunt, quæ Teſtamento veteri & aliis Evangeliſtis refragabantur.

In 1. Cor. 4. v. 3. Vide Claſſ. 1. cap. 6. Sect. 7.

Simulã.

Prima cautio judicandi de Scripturis per fidem & ſpiritum.

Alia ratio judicandi, quia conſonant.

Cur alia Evãgelia probata ſint, alia non?

De Patrum authoritate.

13 Quod deniq; ad illud attinet, de Patrum judicio pronuntio, mihi non videri hominis eſſe Chriſtiani, ad hominum judicia provocare à ſcripturis Dei: Hoc enim eſt injuriam facere Spiritui Sancto. Nã fides eſt ex auditu, auditus autem ex verbo Dei, non ex Patribus. Et ad Corinthios, Vt fides, inquit, veſtra ſit, non ex ſapientia hominum, ſed ex virtute Dei. Et ad Timotheũ, Omnis, inquit, Scriptura, divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum, ad refellendũ, ad increpationem, & ad inſtitutionem, quæ eſt in juſtitia, ut integer ſit homo Dei, & ad omne opus bonum inſtructus. Hæc verba notanda ſunt diligenter. Quatuor enim ſunt in doctrina Eccleſiaſtica neceſſaria: ut doceamus vera: ut refellamus falſa: ut inſtituamus ad virtutes: ut arguamus vitia. Atque hæc omnia petenda ſunt è Sacris literis. Et ut iſta dicam apertius, quicquid miniſter agit ad populum, id vel ad dogmata pertinet, vel ad mores. Et dogmata, vel vera docenda ſunt, vel falſa refellenda: mores autem, vel boni inſtituendi ſunt, vel mali corrigendi. Ita

Ex lib. de Votis. A ſcripturis nõ eſt provocandum ad Patres.
Ro 10. 17.
1. Cor. 2. 5.
2. Tim. 3. 16.
Vide in Galat. pag. 49.

ZZ 2

perfectus erit homo Dei, ut nihil ei deſit, vel ad dogmata, vel ad mores. Eſt etiam locus alius in eodem capite; Literas ſacras dediciſti, ex quibus habere potes ſalutem. Hæc perſpicuè docent non eſſe provocandum à Scripturis ad Patres. Id enim eſſet provocare à certis ad incerta, à claris ad obſcura, à firmis ad infirma. Patres enim, quamvis ſapientes & docti multa viderint: tamen homines erant, & errare potuerunt. Et illud quod dixi potiſſimùm ſpectandum eſt: Patres non ſemper congruere inter ſe, & interdum ne unum quidem ipſum convenire ſecum. Sed hîc adverſarij reſpondent: At audiendi ſunt, cùm omnes inter ſe conſentiunt. Nos autem dicimus, non idcirco audiendos eſſe, quòd inter ſe cõſentiant, ſed quod conſentiant cum verbo Dei: ut dici poſſit illis, quod dictum eſt Samaritanæ: Iam non credimus propter ſermonem tuum, ſed quia ipſi vidimus. Nam etſi omnes inter ſe Patres conſenſerunt, tamen non faciemus hanc injuriam Spiritui Sancto, ut illis magis credamus, quàm verbo Dei. Imò Patres ipſi, nunquã ita ſibi credi voluerũt, idque ſcriptis ſuis teſtati ſunt, nolle eum honorem ſibi, ſed tantùm Canonicis ſcripturis tribui. Quare qui à Scripturis provocat ad Patres, provocat ad Patres contra Patres.

Ioan. 4. 42.

Auguſtinus.

14 Id Auguſtinus multis in locis cõfirmavit: Vt, cùm objectus eſſet Cyprianus de Baptiſmo hæreticorum, reſpondit ſe non habere Cypriani Epiſtolas pro Canonicis Scripturis, ſed illud ſe tantùm tribuere verbo Dei: Et ſæpe reprehendit eos, qui ſcriptis ſuis plus æquo concedebant. Et cùm Hieronymus citaſſet tres aut quatuor Patres de reprehenſione Petri, reſpondit ſe quoque poſſe citare Patres, ſed malle provocare ad Sacras literas. Baſilius in Moralibus ſumma 80. capite 22. ait, Si omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, fides autem eſt ex auditu, auditus autem per verbum Dei: ergo quicquid non eſt ex verbo Dei, peccatum eſt. Et in oratione de Cõfeſſione fidei, Lapſus, inquit, eſt à fide, & crimen maximæ ſuperbiæ, vel à verbo ſcripto recedere, vel non ſcriptum admittere. Et addit probationem, Quia oves meæ vocem meam audiunt. Nec aſtringimur, inquit, ut alios audiamus, quàm Paſtorem: Vtque magis etiam affirmaret ſententiam, adduxit locum ad Galatas, Teſtamentum hominis nemo mutat, aut ſuperordinat. Quod ſi hominis teſtamento inquit, tantus defertur honos, quantò major deferendus eſt teſtamento Dei? Et in expoſitione Symboli, quæ aſcribitur Cypriano, poſt recitationem Canonicarum ſcripturarum: Ex his, inquit, colliguntur, quæcunque ſunt ad ſalutem neceſſaria. Et contra Aquarios, ſemper provocat à conſuetudine ad ſacras literas, & ad ea quæ Chriſtus ipſe geſſit. Et in Epiſtola ad Pompeium, multa habet in eandem ſententiam. Hieronymus etiam in Ieremiam capite nono, Majores, inquit, non ſunt imitandi quoad errores, ſed fides petenda eſt è ſacris literis. Chryſoſtomus ad Hebræos capite ſeptimo: Sicut qui regulas tradunt, non habent opus ut tradant mille verſus, ſed pauca quædam unde reliqua intelligantur: ita ſi nos teneremus tantùm literas divinas, non tantùm non laberemur ipſi, ſed etiam alios lapſos revocaremus. Idque probat ex eo, quod Chriſtus dixit, Scrutamini Scripturas. Et citat locum Pauli, Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. Poſtremò, adducit ea loca omnia, quæ à me citata ſunt paulò antè. Et in oratione de profectu Evangelij, in illum locum Pauli ad Philippenſes; Sive per occaſionem, ſive per invidiam, &c. Si hæc verba, inquit, teneretis, poſſetis hæreticis occurrere. Sed in Epiſtola ad Galatas, de Divite item & Lazaro, habet multa multò clariora. Abraham reſpondet, Moſen habent & Prophetas. Hîc Chryſoſtomus oſtendit, inquit, majorem fidem habendam eſſe Scripturis, quàm ſi quis reſurgat ex mortuis; & addit, non tantùm verbo Dei magis credendum eſſe quàm hominib. mortuis, ſed etiam magis quàm Angelis, ut Paulus monuit: Etiamſi Angelus de cœlo, docuerit vos aliud Evangelium, quàm quod nos docuimus, anathema ſit.

Rom. 10. 17.
Rom. 14. 23.
Baſilius.
Ioan. 10. 27.
Gal. 3. 15.
Chryſoſtomus
Cyprianus.
Hieronymus.
Chryſoſtomus.
Ioan. 5. 39.
Mat. 22. 29.
Rom. 4. 25.
Philip. 1. 18.
Luc. 16. 29.
Gal. 1. 8.

15 Adhæc, certum eſt Eccleſiæ libertatem ſuam eripiendam non eſſe. At Eccleſia ſemper judicavit
A per verbum & ſpiritum. Si ergo etiam nunc eam æquum eſt libere judicare. Quid enim fecerunt antiquiſſimi illi ſcriptores, cùm nulli adhuc eſſent Patres? Si tum Eccleſia judicabat ex verbo & ſpiritu, cur nunc quoque ita non poteſt judicare? Nam Patres juvare certè volebant Eccleſiam, non eam libertate ſua privare. Sed ſolent dicere, Apoſtolorum tẽporibus infantiam tantùm fuiſſe Eccleſiæ, eam autẽ poſtea magis magiſque promoviſſe. Hæc non refellenda, ſed ridenda ſunt. Vtinam enim nobis liceret
B ad illorum, Apoſtolorum dico temporum, pedes infimos accedere. Verùm, fuerit ea Eccleſiæ infantia ut vultis: At ſi illi tum promovere potuerunt Eccleſiam verbo & ſpiritu, cur non etiam nos nunc poſſumus, eam eodem pacto promovere? Multa enim ſemper ſunt in Eccleſia, quæ vel inſtaurari, vel tolli debeant, judicando per ſpiritum & divinas literas, ea quæ patres conſtituerunt, vel illis conſentiendo, vel ab eis diſſentiendo, prout in adultiore ætate jam ſumus
C Eccleſiæ, quàm illi fuerint. Sed iſti quomodo æſtimant Patres? Si ætate, nos etiam aliquando futuri ſumus Patres, & Scholaſtici illi qui fuerunt ante quingentos aut ſexcentos annos, nunc erunt Patres: & ita Patrum nullus unquam erit certus numerus. At dicunt Scripturas obſcuras eſſe, eoque opus eſſe Patribus interpretibus. Sed Patres quoque obſcuri erant, atque idcirco opus erat Magiſtro ſentent. Cum autem Magiſter ipſe obſcurus videretur, opus erat infinitis propè cõmẽtariis. Atque hinc ortæ ſunt cõ-
D plures ſectæ opinionib. inter ſe diſſidẽtes, ut alij Scotiſtæ, alij Thomiſtæ, alij Occamiſtæ, alij aliis nominib. dicerentur. Neq; verò negari poteſt, ſæpe erraſſe Patres. Cyprianus erravit de Baptiſmo hæreticorum. Tertullianus de Monogamia, & alij aliter. Concilia etiam ſæpè erraverunt, ut ſuprà pluribus docuimus. Traditiones poſtremò interdum errant, & inter ſe pugnant. Epheſina traditio fuit, ut Chriſtiani Paſcha celebrarent decimaquarta Luna cum Iudæis, eamq; ad Ioannem Evangeliſtam & Apoſtolum referebãt.
E Contra Romana traditio fuit, ut ne Chriſtiani celebrarent Paſcha niſi poſt decimam quartam Lunam, ne viderentur cum Iudæis convenire. Atque hujus traditionis authores faciunt Petrum & Paulum. Vtraque eſt Apoſtolica: tamen utraque probari non poteſt. Ipſe verò Panormitanus de Electionibus, cap. Significaſti, Magis ait credendum idiotæ ſi Scripturas afferat, quàm Papæ & toti Concilio, ſi abſque Scripturis agant. Homo Canoniſta, quamvis in aliis multis ſæpe erraverit, tamen hoc videre potuit:
F Paulus ait, Quum aliquis prophetat, ſedeant cæteri & judicent. Patres quum interpretantur Scripturas, nónne prophetant? Nos ergo quaſi ſedere oportet, & de illorum dictis judicare.

Verbo & ſpiritu judicat Eccleſia.

Patres, concilia & traditiones errant, & inter ſe quandoque pugnãt.

Panormitanus.

1. Cor. 14. 29.

16 Sed tum ſaltem, inquiunt, Patres probandi ſunt, quando omnes inter ſe conſentiunt. Imò ne tum quidem ſemper. Nam Epheſini Concilij ſecundi cõſenſum ſuſtulit conſenſus Concilij Chalcedonenſis. In Synodo Conſtantinopolitana, ſub Leone Imperatore, erat conſenſus de imaginibus tollendis. Sed
G ille conſenſus in Synodo Nicena ſub Irene alio cõſenſu ſublatus eſt: & ille ipſe conſenſus poſtea etiam ſublatus conſenſu Germanico, ſub Carolo Magno. Sed addam probationem per inductionem, non ſemper eſſe de Scripturis judicandum ex Patribus; ſed Patres potius ipſos judicandos eſſe de Scripturis. Alij patres dicunt juſtificationem eſſe ex fide, non ex operibus. Alij ad juſtificationem multum tribuunt operibus. Quis hanc controverſiam diſceptabit? Verbum Dei. Paulus ad Romanos ait, Æſtimamus ho-
H minem juſtificari ſine operibus Legis, nec dici poteſt, Paulum eo loco tantùm agere de cæremoniis. Agit enim de ea lege, quæ oſtendit peccatũ, quæque iram operatur: & addit nos juſtificari gratis, & attingit decalogum: Concupiſcentiã inquit non cognovi, niſi Lex diceret, Non concupiſces. Petrus reprehenſus eſt à Paulo, quòd ſimulaſſet, & ſe à mẽſa ſubduxiſſet. Hîc litigat Hieronymus cũ Auguſtino: Hieronymus Petrum cum Paulo ait ſic egiſſe, quaſi de compoſito res ea fuiſſet geſta, ut ex reprehenſione Petri, Iudæi
I qui aderant, rem omnem melius intelligerent. Auguſtinus non poteſt ſimulationem aut mendacium admittere, in Scripturis. Quis hic erit judex?

Non ſemper probandi Patres ubi conſentiunt.

Patres ex Scripturis judicandi.

Rom. 3. 28.

Rom. 7. 7.
Gal. 2. 14.

Ibid. v. 11.

Verbum

Mat.16.18. Verbum Dei. Paulus ad Galatas: erat inquit repre- A
hendendus, ſive reprehenſus, quia non recto pede
ambulavit ad veritatem Evangelij. In hæc verba: Tu
1.Cor.3.11. es Petrus: & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam
meam: alij intelligunt, ſuper Petram, id eſt, ſuper
Ioan.11.11. Chriſtum & ſuper fidem & confeſſionem Petri: alij
autem ſuper Petrum ipſum. Quis hanc litem judi-
1.Theſ.2.13. cabit? Verbum Dei. Paulus ait, Fundamentum aliud
Luc.23.43. nemo poteſt ponere, niſi quod poſitum eſt, Ieſus
Phil.1.23. Chriſtus. Sæpe mortui in Scripturis appellãtur dor- B
mientes: Id alij ad corpus referunt, alij ad animum.
Quis hic erit judex? Verbum Dei. Chriſtus dicit la-
troni, Hodie mecum eris in Paradiſo: & Paulus ait,
Dan.9.5. Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. Daniel cõfitetur
peccata ſua. Quo loco Origenes ait, eum ſuſtinere
non ſuam perſonam, ſed aliorum. Auguſtinus hunc
locum ipſum citat contra Pelagianos, ut doceat, ne-
minem eſſe innocẽtem. Quis iſta judicabit? Verbum
Rom 3.23. Dei. Paulus ait, Omnes peccaverunt, & egent gloria
1.Ioan.1.8. Dei: & Ioan. Si dixerimus, quod peccatum non ha- C
bemus, noſipſos decipimus, & veritas in nobis nõ eſt.
Rom.7.24. Paulus ait, Quis liberabit me de corpore hoc morti
obnoxio? Id Ambroſius & Auguſtinus interpretan-
tur de Paulo regenerato. Alij de aliis non regenera-
tis dictum putant, nec poſſe convenire in Paulum.
Quis has ſententias judicabit, niſi verbum Dei? Scri-
Ibid. 22. & 19. & 25. bitur eodem loco, Mente ſervio legi Dei. At non re-
generati mente non ſerviunt legi Dei: & addit, Non
quod volo bonum, hoc ago. At non regenerati, non
poſſunt velle bonum: & addit, Gratia Dei per Ieſum D
Chriſtum Dominum noſtrum. Non eſt hominis nõ
regenerati, agere Deo gratias. Millenarij putabant
Chriſtum rediturum in terras, & inter homines re-
gnaturum mille annos: & in hac ſententia fuit Pa-
pias, Lactantius, Apollinarius, Irenæus, Iuſtinus, &
alij. Eos Hieronymus naſo ſuſpendit & appellat fa-
bulam Iudaicam. Hanc controverſiam facile dirimit
Rom.14.16. verbum Dei. Paulus ait, Regnum Dei non eſt eſca
Ioan.18.36. & potus: & Chriſtus ait, Regnum meum non eſt de
Mat.22.30. hoc mundo: &, In regno Patris mei, neque nubent, E
1.Cor.11.28. neque matrimonia contrahent. Cypriani & Augu-
ſtini temporibus, Euchariſtia tradebatur infantibus:
Id hodie non fit. Vtrum autem melius fiat, verbum
Dei judicabit. Paulus ait, Probet ſeipſum homo, &
ſic de pane illo edat, & de calice bibat: At infantes ſe
probare non poſſunt. Multa poſſem præterea com-
memorare, in quibus Patres inter ſe diſſentiunt: ubi
neceſſe ſit, judicium referre ad verbum Dei. Qua-
propter videat Smitthæus meus, quàm prudenter
ſcribere potuerit: Ad horum gnomonem & amuſſim F
ſenſum Bibliorum exigamus ſacroſanctorum: ho-
rum in edifferendis ſacris voluminibus judicium ſe-
ctemur.

17 Sed adverſarij noſtri, dũ ſic Patres obtrudũt,
nihil quærunt aliud, quàm ut dominentur fidei no-
1.Co.1.24. ſtræ. Id autem Paulus noluit. Nolumus inquit, domi-
nari vobis nomine fidei: hoc eſt eo nomine, quòd fi-
dem vos docemus, nolumus dominari vobis, aufe-
rendo veſtras ſubſtantias. Quare Patres, ob id quod
fidem in Eccleſia docuerunt, ſic dominari non par G
eſt, ut quicquid dixerint aut ſcripſerint, non liceat
contra ſentire. Id enim non dominari eſſet, ſed tyrã-
Auguſtinus. nidem exercere. Auguſtinus ad Creſconium gram-
maticum libro ſecundo: Nos inquit, nullam Cypria-
no facimus injuriam, cùm ejus quaſlibet literas à Ca-
nonica divinarum Scripturarum authoritate diſtin-
guimus. Neque enim ſine cauſa tam ſalubri vigilan-
tia Canon Eccleſiaſticus conſtitutus eſt, ad quẽ certi
Prophetarum, & Apoſtolorum libri pertineant, quos
omnino judicare non audeamus, & ſecundum quos H
de cæteris literis, vel fidelium vel infidelium liberè
Conſtantinus. judicemus. Et Conſtantinus in Synodo Nicæna,
hortatus eſt Epiſcopos, ut deciderent omnes con-
troverſias ex Scripturis Canonicis, Propheticis & A-
poſtolicis, & à Deo inſpiratis, ut Theodoretus in ſua
hiſtoria teſtatur. Et Auguſtinus contra Fauſtum Ma-
nichæum libro decimoquinto, capite quinto: Scri-
ptura, inquit, tanquam in ſede quadam ſublimiter
conſtituta eſt, cui ſerviat omnis fidelis & pius intel-
lectus. Ibi ſi quid velut abſurdum moverit, non licet I
dicere, author hujus libri non tenuit veritatem: ſed
aut codex mendoſus eſt, aut interpres erravit, aut tu

A non intelligis. In opuſculis autem poſteriorum, quæ
libris innumerabilibus continentur, ſed nullo mo-
do illi ſacratiſſimæ Canonicarum ſcripturarum ex-
cellentiæ coæquantur: etiam in quibuſcunque eo-
rum invenitur eadem veritas, longe tamen eſt impar
authoritas. Itaque in eis ſi qua forte propterea diſſo-
nare putantur à vero, qui non ut dicta ſint, intelli-
guntur: tamen liberum habet ibi lector auditorve
judicium, quo vel approbet quod placuerit, vel im-
B probet quod offenderit: & cuncta ejuſmodi, niſi vel
certa ratione, vel ex illa canonica authoritate defen-
dantur, ut demonſtretur, ſive omnino ita eſſe, ſive
fieri potuiſſe, quod vel diſputatum ibi eſt, vel narra-
tum, ſi cui diſplicuerit, aut credere noluerit, non re-
prehenditur. Et ad Hieronymum in Epiſtola 19. Hãc
ingenuam debeo ſervitutem ſcripturis divinis, qua
eas ſolas ita ſequor, ut conſcriptores earum, nihil o-
mnino in eis erraſſe, nihil fallaciter poſuiſſe, nõ du-
bitem. Nulla autem antiquitas aut dignitas perſonæ
C tãta eſt, ut poſſit præſcribere verbo Dei. Sive noſipſi,
inquit Paulus, ſive Angelus de cœlo prædicaverit G.1.1.8.
vobis aliud Evangelium, quàm nos prædicamus, ana-
thema ſit.

18 At adverſarij noſtri ſemper clamant, annos &
tempora & ſanctitatem Patrum. Sed hæc omnia nul-
lum momentum habere debeñt cõtra verbum Dei.
Chriſtus & Apoſtoli nunquam citabant Rabbinos
& Patres, quamvis multi eſſent doctiſſimi: ſed omnia
docebant e Lege & Prophetis. Hieronymus in E- Hieronym.
D ſaiam lib.18.cap.65. Vt nequaquam feſtinent abſque
ratione credere, imitentur Nathanaelem, qui Domi-
ni voce laudatus eſt; Ecce vere Iſraelita, in quo do-
lus non eſt; qui Chriſtum authoritate ſcripturarum Ioan.1.47.
quærebat, & de Prophetis cupiebat agnoſcere di-
cens: de Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? & eſt ſen-
ſus: quomodo mihi Meſſiam adducitis de Galilæa, &
à Nazareth, quem ego de Bethlehem Iudæ ſcio eſſe
promiſſum? Apoſtoli igitur & apoſtolici viri ita fi-
lios generabunt, ut de Scripturis Sanctis inſtruant.
E Idem ſuper viceſimo tertio capite Matthæi in illa
verba, Et veniet ſuper vos omnis ſanguis qui effuſus
eſt à ſanguine Abel juſti, uſque ad ſanguinem Za- Mat.23.35.
chariæ: agit de loco controverſo, quiſnam ille Za-
charias fuerit occiſus inter templum & altare: & in-
fert illorum ſententiam qui volunt eum fuiſſe patrẽ
Ioannis Baptiſtæ, qui fuerit occiſus, quod Chriſtum
annuntiaſſet. Qua de re ita inquit, Hoc quia de
Scripturis non habet authoritatem, eadem facilitate
contemnitur, qua probatur. Et his verbis occulte per-
F ſtringit Baſilium, qui erat in ea ſententia. Item 17.
cap. Act. cum Apoſtolus apud Theſſalonicenſes præ- Act.17.11.
dicaſſet Chriſtum, illi non ſtatim habuerunt fidem
ejus verbis, ſed conſuluerunt Scripturas, an ita res ſe
haberet. Et ad Corinthios cùm dixiſſet, Fundamen- 1.Cor.3.11.
tum aliud nemo poteſt ponere, niſi quod poſitum
eſt Ieſus Chriſtus: addidit, alios ſuperædificare, ſed
non omnes aurum & argentum aut lapides pretio-
ſos, ſed alios fœnum, alios ſtipulam.

19 Cùm lego Auguſtinum lib. 3. De doctrina Difficilioris loci explicandi ratio, vide in Gard. pag. 279.
G Chriſtiana pluribus locis, ubi agit de interpretatio-
ne Scripturarum, video eum nunquam lectorem re-
mittere ad Patres. Si quid inquit, occurrat in Scri-
ptutis obſcurum & difficile, id confer cum alio loco
ſcripturarum vel apertiore, vel ſimili. Tum ſi ex uno
loco plures ſententiæ poſſunt elici, illam magis am-
plectere, quæ magis videbitur ædificare. Tertiò, fac
inquit, ut linguis inſtructus, accedas ad interpreta-
tionem Scripturarum. Fit enim ſæpe, ut quod in uno
idiomate non intelligis, intelligas ex altero. Quartò,
H ne pigeat conſulere varios interpretes: nam quod u-
nus reddidit obſcurius, id alius ſæpe expreſſit planius.
Quintò, conſiderandæ ſunt diligenter omnes circũ-
ſtantiæ. Sextò, videndum eſt, quid acceſſerit, quid ſe-
quatur. Sed in primis inquit, nunquam oculos dimo-
veas à ſcopo ſcriptoris. Hac ratione & via, putavit
Auguſtinus faciliimè ad ſenſum & intelligentiam
ſcripturarum poſſe perveniri. Quanquam nihil im-
pedio, quin juvenes conſulere etiam poſſint viros
doctiores, & interpretes. Hoc tamen meminerint, eos
I quicunque ſint, & quantumvis docti, non poſſe
præſcribere contra apertum verbum Dei. Eſt pul-
cherrima Epiſtola Cypriani ad Cæcilium libro 2. Cyprianus.

Digitized by Google

Epiſt.3. Non curandum eſt inquit, quid hic aut ille ſenſerit, ſed quid Chriſtus fecerit & docuerit. Agebatur eo loco contra Aquarios, qui in celebratione cœnæ Dominicę aqua utebantur pro vino. Eos Cyp. reprehendit, quod facerent contra verbum Dei. Hodie Papiſtæ, non quidem aqua utuntur pro vino: ſed lacerant & mutilant ſacramentum, & alteram partem populo eripiunt: neque cogitant interim quid Chriſtus docuerit aut fecerit, ſed tantùm quid aliquot homines contra verbum Domini decreverint. Ita priſcis illis Iudæorum temporibus, cùm omnia expenderentur ad Scripturas, omnia erant ſana & integra. Cùm autem controuerſiæ revocarentur ad Rabbinos, qui ſedebant in cathedra Moſis, omnia erant vitiata & corrupta. Eoque Phariſæi reprehenſi ſunt à Chriſto, quòd propter traditiones ſuas violarent mandata Dei. *Mat.15.3.*

20 Adhæc, quid aliud quæritur, quàm ut animus poſſit acquieſcere? Acquieſcere autem animus non poteſt, niſi in verbo Dei. Sed verbum Dei, inquiunt, obſcurum eſt: Eſto. Patres etiam ſæpe ſunt obſcuri: Quapropter ſemper vacillent oportet animo, & conſcientia, qui anchoram iſtam ſibi auferunt. Hunc ordinem Ethnici quoque ſcriptores ſecuti ſunt. A notioribus enim inquiunt, proficiſcendum eſt ad ignotiora. Quæ autem ad religionem attinent, fide tãtum nota ſunt, non ſenſu. At fidei Scripturæ notiores ſunt quàm Patres. Fides enim eſt ex auditu, auditus autẽ ex verbo Dei, non ex verbo Patrum. *Rom 10.17.* Sed in primis animadvertendum eſt, quod habet Paulus in priori ad Corinthios: Spiritualibus, inquit, ſpiritualia comparantes. *1.Cor.2.13.* Nam animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Facienda eſt ergo collatio, ut ſpiritus noſter ſpiritualibus confirmetur. Quid tam eſt ſpirituale, quàm divinæ literæ? Profectæ enim ſunt immediatè, ut ita dicam, à ſpiritu Dei. Sed Patres quoque, aiunt, ſunt ſpirituales. Fateor: erant enim fideles & regenerati. Sed quomodo erant ſpirituales? Certè non quatenus erant Patres, ſed quatenus erant Chriſtiani. Hoc autem commune eſt omnibus fidelibus. Et ut fuerint Patres ſpirituales, non tamen ita prorſus erant ſpirituales, ut nihil haberent carnis, aut affectus humani: non enim ſemper aut loquebantur, aut ſcribebant, aut ſentiebant ex ſpiritu. Pugnant etiam interdum inter ſe: ita non faciunt ſacræ literæ. Addo, in Chriſto non eſt maſculus, neque fœmina, neque ſervus, neque liber, ſed tantum nova creatura. *Gal.3.28.* Spiritus enim Dei non alligatur perſonis, ut in hoc ſit, quòd ſit Rex, in illo quod ſit ſubditus: eſt enim communis omnibus. Habet pater ſpiritum Dei, ſed non eo nomine, quòd ſit pater: habet juvenis ſpiritum Dei, non tamen idcirco quòd ſit juvenis. *Auguſtinus.* Auguſtinus contra Donatiſtas libro ſecundo, capite tertio: Quis neſcit ſanctam Scripturam Canonicam, tam veteris quàm novi teſtamenti, certis ſuis terminis contineri, eamque omnibus poſterioribus Epiſcoporum literis ita præponi; ut de illa omnino dubitari & diſceptari non poſſit? Epiſcoporum autem literas quæ poſt confirmatum Canonem, vel ſcriptæ ſunt, vel ſcribuntur, & per ſermonem fortè ſapientiorem cujuſlibet in ea re periti oris, & per aliorum Epiſcoporum graviorem authoritatem, doctiorumque prudentiam, & per concilia ſcimus debere reprehendi, ſi quid in eis fortè à veritate deviatum eſt. Et ipſa concilia quæ per ſingulas regiones, vel provincias fiunt, plenariorum conciliorum authoritate quæ fiunt ex uniuerſo orbe Chriſtiano, ſine ullis ambagibus cedere: ipſaque plenaria ſæpe priora poſterioribus emendari, cùm aliquo experimento rerum aperitur, quod clauſum erat, & cognoſcitur quod latebat. Et contra Maximinũ Arrianum Epiſcopũ: Nunc, inquit, nec ego Nicenum, nec tu Ariminenſe, debes tanquam præjudicaturus proferre concilium. Nec ego hujus authoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum authoritatibus non quorumcunque propriis, ſed utriuſq; communib. teſtibus, pugnemus, ut res cũ re, cauſa cum cauſa, ratio cum ratione concertet. Et de Bono viduitatis: Quid ergo amplius te doceam, quàm quod apud Apoſtolum legimus? *Rom.12.3.* Sancta enim Scriptura noſtræ doctrinæ regulas figit, ne audeamus ſapere pluſquam oporteat ſapere: ſed ſapiamus, ut ipſe ait, ad temperantiam, ſicut unicuique Dominus partitus eſt menſuram fidei.

21 Sed objiciunt nobis, Paulum in Epiſtola ad Timotheum, appellare Eccleſiam columnam Veritatis. *1.Theſ.3.15. Eccleſia colũna veritatis.* Fateor: eſt quidem columna Veritatis, ſed non ſemper: Verùm, quando nititur verbo Dei. Et contra dicitur à Græca voce ἐκκαλεῖσθαι: excitatur autem & revocatur verbo Dei, & quàm diu ex eo agit, tam diu eſt columna Veritatis. Quid ergo? abjicimus Patres? Nihil minus: Sed minuimus ſuperſtitionem multorum de authoritate Patrum, qui illorum verba, eo loco & numero habent, quaſi eſſent verba Dei. *Quæ adhibenda ſint à nobis.* Multa illi quidem ſcripſerunt, & invenerunt, quæ nos fortaſſe nunquam inveniſſemus. Non tamen ita omnia ſcripſerunt, quin oporteat nos judicare atque expendere quid ſcripſerint. In judicando autem de rebus obſcuris, duo nobis proponenda ſunt κριτήρια, quorum alterum internum eſt, hoc eſt ſpiritus: alterum externum, hoc eſt verbum Dei. *κριτήρια.* Tum ſi ad hæc Patrum etiam authoritas acceſſerit, valebit plurimùm. Sic in cauſis civilib. oratores, re jam confirmata, addunt argumenta alia à judicatis, eaque interdum plurimum habent ponderis; Iudex tamen ſecundum ea non pronunciat. Legibus enim vivitur, ut inquit Demoſthenes; non exemplis. Hinc intelligitur illud Auguſtini contra Epiſtolam Fundamenti, Non crederem, inquit, Evangelio, niſi me authoritas Eccleſię commoveret. *Auguſtinus.* Hic ſe mirificè jactant adverſarij, & clamant, majorem eſſe authoritatem Eccleſiæ, quàm verbi Dei. Et proferunt regulam dialecticam: propter quod unumquodque eſt tale, illud ipſum eſt magis tale. Sed propter Eccleſiam, inquiunt, credimus Evangelio: ergo multo magis credendum eſt Eccleſiæ. Excutiamus illam regulam, & videamus quantum pro illis faciat. Præceptor in cauſa fuit, ut Virgilius eſſet Poeta: ergo præceptor ille fuit magis Poeta quàm Virgilius. Propter vinum aliquis eſt ebrius aut furioſus: ergo vinum ipſum magis eſt ebrium aut furioſum. Cur iſta non ſequuntur? quia in cauſis efficientibus hæc regula non tenet, niſi ſit & tota cauſa, & proxima, non remota, aut inſtrumentalis. Eccleſia autem non eſt tota cauſa, cur credamus Evangelio: accedit etiam ſpiritus, ſine quo nunquam credimus. Conſervantur quidem Scripturæ in Eccleſia: & ab Epiſcopo aut magiſtratu conſervantur teſtamenta: ſed ea nec Epiſcopus, nec magiſtratus mutare poteſt. Notarius aut tabellio ſcribit acta & contractus, & interdum ſcripta apud ſe retinet. Non tamen major fides habetur notario, quam teſtatori aut contrahentibus.

22 Sed dicere ſolent, hæretici non credunt Scripturis. Atqui id ipſorum fit vitio non Scripturarum. Et Iudæi obſtinati, ne Chriſto quidem credere voluerunt, aut Apoſtolis: Id autem ipſis vitio verti debuit, non Chriſto, nec Apoſtolis. Quid quòd ne Eccleſiæ quidem volunt credere? Nam poſt Nicenam Synodum, Arriani, & pejores erant & pertinaciores, quàm unquam fuerant antea. Sed qui Eccleſiam ſtatuunt ſupra Scripturas, eant ipſi ad Turcas, ut Eccleſiæ authoritate ac nomine eos inducant in fidem. *Cyprianus.* Cyprianus de ſingularitate clericorum, habet locum pulcherrimum: Si totum inquit, quod gerimus, ad hoc tantummodo gerimus ut Domino placeamus: profectò hoc ſolùm erit juſtum, quicquid voluerit & juſſerit, & probaverit Dominus, cui placere geſtimus. Nã cum ſervi nõ poſſint à ſemetipſis ſcire, quid ſuis dominis placeat, niſi dominorũ ſequantur imperia, & utiq; homines hominũ ſimiliũ ſibi nõ valeant voluntates agnoſcere, niſi acceperint quod obſervẽt: multò magis mortales neſciunt immortalis Dei juſtitiam comprehendere, niſi ipſe juſtitiarum ſuarum dignetur judicia demonſtrare. Quamobrem iſti qui fugiunt Scripturas, & colunt Patres, mihi non videntur theologi dici poſſe, ſed patrologi. *In templis nõ ſunt legendæ niſi Scripturæ Canonicę.* Nos autẽ dicemus, quod quidã olim Ethnicus reſpondit, non curare ſe minutos illos Deos, modò Iovem haberet propitium: ita nos non tanti facimus Patrum ſententias, modò Scripturæ à nobis faciant. Quamobrem videmus olim laudabilem fuiſſe conſuetudinem, ne quid legeretur in Eccleſia, præter Scripturas Canonicas: idque concilio Carthaginenſi tertio decretum eſt. *Conciliũ Carthaginenſe, tertium.* Et in Synodis, quum controverſiæ eſſent ultrò citroque

citroque

citroque diſputatæ, Epiſcopi poſtremò ſententiam pronunciabant è Sacris literis. Cujus rei exemplum luculentiſſimum habemus apud Cyprianum. Nam quum controverteretur in concilio, de Baptiſmo hæreticorum, Epiſcopus quiſque ſententiam ſuam probavit teſtimonio Scripturarum. Deinde quum volumus inſtaurare eccleſiam, in qua adverſarii ipſi multa depravata eſſe confitentur, nihil conſultius eſt, quàm omnia revocare ad prima eccleſiæ principia, & religionis primordia. Quamdiu enim conſiſtimus in conciliis & patribus, verſabimur ſemper in iiſdem erroribus. Ita in Rebuſpublicis ubi aliquid collapſum eſt, boni cives dant operam, ut id revocetur ad prima initia civitatis & fundamenta, ſi bona fuerint.

De Canonibus, qui dicuntur Apoſtolorum, judicium.

Ex lib. de votis.

23 Ob canones autem Apoſtolorum, graviſſimè tumultuatur Smythęus, & vehementer accuſat, quod eos publicè docendo, ut Apoſtolorum Canones recipere nolimus. Sed velim mihi dicat, an ipſi illos recipiant. Fortè, ut eſt incogitans, reſpondebit; Maximè. At in capite nono ibi præcipitur, ut Epiſcopus, & quilibet ex ſacerdotali catalogo, qui aſtat adminiſtrationi ſacrorum myſteriorum, ſi non excommunicaverit, vel dicat cauſam, vel excommunicetur. Certè ſi admiſerint hanc legem, millies erit ipſe excommunicatus, cùm frequentiſſimè adſit ſuæ Miſſæ idolatricæ, & neque communicet, neque rationabilem cauſam dicat, cur abſtineat à communione. In decimo capite item ibi mandatur, ut omnes fideles, qui eccleſiam ingrediuntur, ſcripturas audiant, perſeverent in oratione cum aliis, & communicent: alioquin communione priventur. Dicat iſte, an eccleſiæ ſuæ Papiſticæ, canonem hunc hodie ſalvum velint, nedum recipiant? Canone ſexto mandatur, ne quis Epiſcopus, aut presbyter, uxorem propriam prætextu religionis abjiciat: & ſi abjecerit, ut excommunicetur: demumque ſi perſeveraverit, ut dejiciatur. Locus iſte, nónne ſatis revincit eos, qui vocabantur ad Epiſcopatum, potuiſſe licitè ſuarum uxorum conſortium retinere? Atque hinc rurſus patet, matrimonium non adeo (ut iſti fingunt) ſacro miniſterio repugnare, quod jam demonſtratum eſt ex Paulo, ideoque ad confirmandum id, non opus eſt his apocryphis canonibus. Verùm adhuc progrediamur ulterius, videamuſque, num iſti canones uſque adeo Smythæo placeant. Capite trigeſimo octavo habetur, ut Concilia Epiſcoporum, bis in anno celebrentur, tempore nimirum Pentecoſtes, & Octobri menſe. Hic ſcire velim, an eccleſia papiſtica recipiat iſtum canonem. Non recipit, cum rara ſint in ea Epiſcoporum concilia. Væ Gregorio Nazianzeno, ſi vetus eſſet iſte canon, qui non tantùm ſubterfugiebat Concilium Epiſcoporum, ſed ſcribere auſus eſt (ut habetur in quadam ejus Epiſtola) ſe ferè nullum unquã vidiſſe bonum exitum Epiſcopalium Conciliorum. Canones profectò iſti, ſi ab Apoſtolis, ut iſte vellet me credere, fuiſſent conſcripti, non minus in cenſu divinarum literarum habendi eſſent, atque Apoſtolorum Epiſtolæ. Quid enim privilegii magis aſſignari poſſet Epiſtolis, quàm canonibus, ſi Apoſtoli fuiſſent authores ex æquo utriuſque generis Scriptura? An quis unquam catalogo Scripturarum iſtos canones annumeravit? Verùm adhuc id libet addere quod in 8. canone ſcribitur: Si quis Epiſcopus, aut presbyter, aut Diaconus, ſanctum Paſchæ diem, ante vernale æquinoctium cum Iudæis celebraverit, abjiciatur. Iſte canon, ſi ab Apoſtolis fuiſſet conditus, quis locus relinqui potuit contentioni, quæ tempore Victoris, Polycratis, & Irenæi contigit? Epheſini, more Iudæorũ, Paſcha celebrabant, producentes Iohannis Apoſtoli traditionem. Romani ſecus, jactabantque Petri ſui Apoſtoli vetus inſtitutum. Sanè Apoſtolorum Canones, hanc de lana caprina quæſtionẽ jam deſinerant, ſi nati fuiſſent. Ad illa id mihi venit in mentem, quòd, ut ipſe citat, & lectorum & cantorum mentionem faciant, quaſi Apoſtolorum tempore inter ordines ſacros, aut lectores aut cantores recenſerentur. Sunt, mihi crede, ordines iſti poſt Apoſtolos inducti: nuſquam fit in Sacris literis novi Teſtamenti horum ordinum mentio. Epiſcopos, Preſbyteros, Diaconos reperias: cæteri ſunt aſcititii, & ab hominibus inventi. Non quòd Apoſtolorum tempore, non eſſent qui legerent, aut recitarent quippiam in ſacro cœtu, aut quid aliud canerent. Verùm hæc ad ſacros ordines pertinuiſſe nunquã oſtendes. Quare quum iſtorum ordinum, tui Canones Apoſtolici meminerint, ſe produnt eſſe commentitios. Mitto præterea Zepherinum Epiſcopum Romanum, in Epiſtola Decretali, facere iſtos Apoſtolorum Canones ſeptuaginta, cùm tamen ſolùm quinquaginta recenſeantur. Quæ numeri tanta diverſitas, demonſtrat illos eſſe adulterinos. Nam ſi propriè ac legitimè ab Apoſtolis fuiſſent editi, ſumma diligentia conſervatos haberemus, & de illorum numero certo conſtaret, prout Canonicæ Apoſtolorum extant Epiſtolæ, neque de illarum numero ambigitur.

Privatæ Miſſæ damnantur.

Communio.

Eccleſiaſtici uxorati.

Concilia bis in anno celebrata.

Gregorius Nazianzenus.

Paſchatis dies.

Quos ordines divinæ literæ cognoſcant.

Canones Apoſtolorum cõmentitii. Zepher num

CAPVT V.

De diſciplina & politia Eccleſiæ, ac nominatim de excommunicatione, ordine Eccleſiaſtico, Templis, & eorum ornamentis.

In 1. Cor. 10. 9. Vide Epiſt. 11.

DIſciplina Eccleſiaſtica, nihil aliud eſt, quàm facultas Eccleſiæ, divinitus conceſſa, qua voluntas & actiones fidelium redduntur conformes divinę Legi: quod fit doctrina, monitionibus, correctione, demumque pœnis, & (ſi opus fuerit) excommunicatione. Qui pharmacum hujuſmodi ferre non poſſunt, adverſus bonos paſtores obloquuntur, quòd officio ſuo non bene fungantur. Sed à Domino, cujus legationem obeunt, nunquam deſerti ſunt, neque deſerentur. Ergo ponamus ob oculos, quæ obſervanda ſunt in fraterna correctione. Videndum, ut duo extrema caveamus, & mediocritatem ſervemus: ex una parte cavendum, ne blanda & adulatoria oratione utamur, qua vitia potius foveamus quàm removeamus. Ex altera parte, ne nimis duram aut crudam admonitionem adhibeamus, ne potius hominem à ſalute avertamus, quàm ad eam adducamus. Mediocritas ſervanda, quam Chriſtus ſervari vult, Matt. 18. cap. Si in te peccarit frater tuus, vade & argue eum inter te & ipſum, inquit, ſolum. Sin verò te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos: Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ. Quæ res cùm in Eccleſia, tum in Republica & in omni familia pernecеſſaria eſt: Quandoquidem ea ſubmota omnia poſſum eunt. Vt enim pauperes nunquam deerunt, quibus poſſumus noſtra liberalitate opitulari, ſic nunquam deerunt hominum vitia, quibus valeamus reprehendendo mederi. Eſt igitur correptio actio ad diſciplinam pertinens, qua cum lapſis de peccatis eorum expoſtulamus ex charitate, monẽtes eos ut correptionem ſuſcipiant, juxta modum & formam à Chriſto expoſitam, quò malum de medio auferatur. In hac definitione, tanquam genus, actio collocatur. Efficiens cauſa eſt charitas, quia non eſt juſta correctio, ſi ex odio, ira, vel injuria proficiſcatur. Materia verò circa quam verſatur, peccata ſunt, eaque gravia, cùm leviora errata non pertineant ad correptionem. Forma verò, eſt modus à Domino præſcriptus. Finis, ut malum de medio fidelium auferatur, quod pio cuique in Eccleſia curandum eſt, quoad fieri poteſt. Nec tamen correctio univerſam diſciplinam continet, quia neque pater, neque Paſtor Eccleſiæ, neque magiſtratus civilis, debent ſinere peccata ſic abire, quia non pauci ſunt, apud quos monitio fraterna nullius eſt momenti. Quare pater filium peccantem, ſi vitam non emendavit, & magiſtratus civem contumacem, acerbius quàm monitionibus punire debent: paſtor fratrem pergentem inordinatè vivere graviori diſciplina coercebit. Neque genus hoc actionis ab hominibus eſt inventum, ſed ipſius Dei lege ſancitum. Chriſtus, ut in Evangelio ſcribitur, ait, Si peccaverit in te frater tuus, argue eum inter te & illum ſolum. Et Paulus ad Galat. Si præoccupatus fuerit frater tuus in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, omni lenitate illum inſtruite. Et 2. ad Theſſalonicenſes, Eos non exiſtimeris ut hoſtes, verùm admonete ut fratres. Et in Levitico ſcribitur capite deci-

Cujus init. ſit Sum planè.

Diſciplinę definitio.

Extrema, in correctione vitanda.

Matt. 18. 15.

In 2 Sam. 12. in ri. o.

Matt 16. 11.

In 1 Sam. 2. in initio.

De correptione.

Correptionis definitio.

Correctio non complectitur univerſam diſciplinam.

Correptio nõ eſt hominum inventum.

Matt. 18. 15.

Galat. 6. 1.

2. Theſſ. 3. 15.

Levit. 19. 17.

mononno, Nec odio habeas proximum tuum,ſed feras eum: corrigito peccantem, ne portes peccatum ejus, ne ulciſcaris,aut ſerves odium contra eum, ſed amabis proximum tuum,ut teipſum. Igitur non tantùm Evangelio, ſed etiam Lege,monere & corripere fratrem jubemur. Et certè ſi mandatur,ut aſinum inimici noſtri ſub onere labantem,ſublevemus: quantò magis præcipitur,ut labenti fratri ſubveniamus? Altero item loco, id eſt, Levitici vigeſimo: Deus lege cavit, ne quis cæco ponat offendiculum: ſed potius eum reducat in viam. Fratres autem graviter peccantes cupiditatibus excæcantur, & aberrant à via. Quare à nobis præteriri nequeunt citra culpam.

Exod.23.5.
Levit.20.14.

D. Excommunicatione.

In 1. Cor.5. ad finem.

1 Excommunicatio, quod attinet ad vocis etymon, eſt qua exortes communionis aliquos facimus. Græci dicunt ἀνάθεμα: ſignificaturque illo nomine quippiam ſeparatum, religionis cauſa, à rebus communibus: idque tam in bonam,quàm in malam partem. Nam & piaculares homines,dicti ſunt anathemata, & hoc ſenſu voluiſſet Paulus pro fratribus à Chriſto ἀνάθεμα fieri. Apud Hebræos *Cherem*, perditio,prohibitio,ſive res prohibita. Definietur autem ex his quæ ab Apoſtolo traduntur,ad hunc modum: Excommunicatio, eſt facinoroſi ejectio à fidelium ſocietate,judicio primorum atque tota Eccleſia conſentiente,authoritate Chriſti & Scripturæ ſanctæ regula, ad ſalutem ejus qui ejicitur, & populi Dei. Nunc videndum eſt, quàm ſit hæc animadverſio neceſſaria:deinde,quę debeant antecedere:poſtea,quiſnam ſit excommunicandus. Deinde, unde ejiciatur, quò ejiciatur,per quos gradus,à quibus,quando,cur, & quo impulſu vel afflatu, & quid agendum tandem cum excommunicato.

Rom.9.3.
Definitio excommunicationis.
Ordo dicendorum.

3 Ex Evangelio facilè cognoſcimus, quàm neceſſariò haberi debeat in Eccleſia. Matthæi 18. cum de fraterna correctione Chriſtus docuiſſet, adjecit. Quòd ſi Eccleſiam non audierit, eſto tibi ut Ethnicus & publicanus. Et quæcunque ligaveritis ſuper terram, ligata erunt in cœlis: & quæ ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlis. Proinde cùm Evangelium ſit Chriſti quoad omnes partes, ab Eccleſia recipiatur oportet, atque illi ubique fides habenda eſt. Vnde ſunt mirandi qui volunt Evangelium profiteri,& hanc particulam excludunt. In Deuteron.13. habemur, Auferre malum de medio veſtri. Atque in Ieremia de Babylone ſcribitur, E medio ejus fugite. Deinde, Iſrael tæ vetabantur attingere impura: & ſi fortaſſe attigiſſent illa, ſic immundi fiebant, ut ab aliorum conſortio ſepararentur. Leproſi extra caſtra exulabant. Et Deus ex horto deliciarum,primos parentes, cùm peccaſſent, expulit. Caïn quoque poſt admiſſum parricidium,à conſpectu parentum profugus abiit. Denique ſi nullum aliud teſtimonium extaret, quod ex Epiſtola ad Corinthios habemus à Paulo, ad Theſſalonicenſes, & aliunde,ſatis eſſe deberet. Ioannes item in Epiſtola ſecunda (quam Irenæus primo libro Apoſtoli eſſe confirmat, licet eam aliqui exiſtiment cujuſdam Ioannis presbyteri eſſe) inquit, Si quis veniat & hanc doctrinam non adferat,eum non recipiatis in domum,neque dixeritis illi Ave,atque malis ipſius operibus ne communicetis. Apoſtolus etiam ad Epheſios ſimiliter videtur ſcripſiſſe:Nolite communicare cum operibus infructuoſis tenebrarum.

Neceſſitas.
Matt.18.17.
Ibid.v.18.
Deut.13.5.
Ierem.51.6.
Eſa.52.11.
Levit.13.46.
Gen.3.24.
Gen.4.14.
1.Cor.5.3.
1.Theſ.3.14.
2.Ioan.10.
Epiſtola Ioannis ſecunda, cujus ſit?
Irenæus.
Eph.5.11.

4 Excommunicationem antecedit correctio fraterna: Chriſtus quippe dixit, Si peccaverit in te frater tuus. Neque putandus eſt non peccare in nos, qui peccat in Deum, cùm ſumus filii ejus & membra Chriſti: Imò ſancti ſunt ita comparati, ut facilè negligant quod in ſe committitur, & ſuas injurias facile condonent,niſi quantum vident illas in Deum recidere. Quòd ſi peccatum publicum fuerit,& notum omnibus,opuſne correctione fraterna erit? Non ſanè, ſed ad Eccleſiam deferatur & manifeſtetur. Cæterum, opus erit ut exploretur animus peccatoris, num reſipiſcere & redire in viam cogitet. Hoc propoſito, eſt adhortandus & admonendus qui publicè peccat. Vnde apparet,in omni peccato,tam occulto quàm publico, opus eſſe fraterna correctione. Quæ A oportet, ut non adhibeatur molliter & perfunctoriè: ſed graviſſimè poni debet ob oculos peccanti, tranſgreſſionis pondus, ira Dei accenſa & concitata in ipſum, ſupplicium quod illum manet, ſcandalum denique quo læſit Eccleſiam. Lenis attamen reprehenſio ſit,ut quę ab amico animo prodeat? Alioquin ſi te ſuum inimicum exiſtimaverit, nullo cum fructu eum corripies. Ad Galatas id commendatur: Vos qui ſpirituales eſtis, eum corripite in ſpiritu lenitatis. Non debet excommunicatio eſſe præceps. Detur B peccanti ſpatium ad cogitandum, quò facilius ſe recipiat. Medicus leniter tractat vlcera,non ſtatim ferrum & ignes expedit. Omneſque viæ & rationes tentandæ ſunt,ſi fieri poſſit,ſalvo Dei verbo, in Eccleſia retinendi eum qui peccavit,antequam ad excommunicationem veniatur. Si admonitionibus ceſſerit qui lapſus erat, polliceaturque bona fide vitam ſe mutaturum, atque lacrymis & peccati confeſſione pœnitentiam,ac dolorem animi teſtetur, auferat ſcandala & peccatorum occaſiones, admonitio ibi gradum ſi-C ſtat. Frater ſiquidem jam Chriſto eſt lucrifactus. Sin verò audire contempſerit, bis aut ter atque teſtibus adhibitis monitus, ad Eccleſiæ præfectos deferatur à quibus item monebitur. Illos autem ſi ſpreverit, referant presbyteri negotium ad Chriſti plebem, & ex inſtituto Apoſtoli (niſi prius reſipuerit)conſentiente univerſa Eccleſia,excommunicetur. Hæc debent iſtud judicium antecedere.

Quid antecedat excõmunicationem.
Matt.18.15.
Galat 6.1.
Simile.

5 Nunc videndum ſupereſt,quiſnam ſit excommunicandus. Oportet (ut Paulus docuit) ex nume-D ro fratrum eſſe, qui Chriſtum licet confiteatur verbis,factis tamen (ut ad Titum ſcribitur) neget. Neque admittitur expoſitio Auguſtini,ut ὀνομαζόμενος, ad adulterum, ad ebrioſum, & ad alia ſcelera quæ ſubjiciuntur, accommodetur. Nam peccata etiam non ita publica & omnibus nota,cum fraterna correctione fuerint agitata, per delationem ad Eccleſiam publica efficiuntur. Infecti etiam mala doctrina,excommunicantur. Vnde ſcribitur ad Romanos,Cavete illos qui diſſidia & ſcandala faciunt, præter doctri-E nam quam didiciſtis,& declinate ab illis. Ad Galatas etiam dicitur, Qui evangelizaverit ſecus quàm nos evangelizaverimus, ἀνάθεμα eſto. Ad Titum, Hæreticum hominem, poſt unam aut alteram admonitionem devita. Necnon idem habet Ioannes, quem paulo ante adduximus, ut propter falſam corruptamque doctrinam,accedenti non dicamus Ave. Omnia præterea illa vitia huc ſpectant,de quibus Apoſtolus inquit: Qui talia faciunt, regnum Dei non poſſidebunt: quorum habes catalogum cùm in Epiſtola ad F Corinthios,tum ad Epheſios & ad Coloſſenſes,atque alibi: & cùm audis recenſeri maledicos,ebrioſos,avaros, &c. his nominibus eos intelligas, quos prorſus non pœnitet, ſed obſtinato animo ſunt: neque volunt quæ admiſerunt emendare, ſed potius hæc vitia profitentur & jactant. In Epiſtola verò quæ ſcribitur ad Theſſalonicenſes, cum de illis egiſſet qui manibus non laborant, ſed otioſi ſunt & curioſe agunt, generalem addidit particulam,cùm inquit: Et omnis inordinatè ambulans. Is autē dicitur ambulare inor-G dinatè,qui contra verbum Dei agit. Neque committendum eſt,ut unus pro altero excommunicetur,niſi fortaſſe is quoque peccaverit,eodemque vitio ſit impeditus, vel ei qui peccavit conſenſum præbuerit. Auguſtinus in Epiſtola ad Auxinum epiſcopũ ſcripſit,nequaquam propter peccatum patrisfamiliâs,univerſam domum eſſe anathemate plectendã, quod ille Auxinus imprudenter fecerat. Ad Galatas dicitur, Quiſque onus ſuum portabit.

Quiſnam ſit excommunicandus?
1 Cor 5.11.
Tit.1.16.
Auguſt.
Publica fiunt peccata, alioquin privata.
Rom.16.17.
Gal.1.8.
Tit.3.10.
2.Ioan.10.
1.Cor.6.10.
Epheſ.5.5.
Col.3.5.
2.Theſ.3.11.
Auguſt.
Gal.6.5.

6 Nunc jam dicamus, à quibus rebus excluda-H tur,qui excommunicatione ab Eccleſia ſeparatur. Id ſi una voce ſit exprimendum, eſt conſortium fideliũ, inter quos eſt communio,quando non cavetur cauſa religionis commercium. Sed opportunum, ut communio diſtinguatur. Vna eſt interior & quoad Deũ, cui fide, ſpe,charitate, atque omnibus virtutibus per ſpiritum noſtrum copulamur, nec non eadem opera cum omnibus in Chriſtum credentibus. Alia vero externa eſt, quia nimirum ſumus participes cum Sacramentorum, tum etiam converſationis cum mem-I bris Eccleſiæ. Ab illa priore communione,nequaquã ejicit nos ut prima & præcipua cauſa excommunicatio:

A quib. rebus excludatur excommunicatus?
Diſtinctio cõmunionis.
Excõmunicatio nõ ſeparat nos à Deo, ſed declarat ſeparatos.

Digitized by Google

tio: verùm inde quiſque ſuo peccato excidit, dum agit contra fidem, charitati adverſatur, atque cæteris virtutibus reſiſtit.

Excõmunicatio nõ adimit omne cõmercium.

Sed à poſteriori nos repellit excommunicatio; ne Sacramentorum & ſocietatis fidelium ſimus participes, & pendet omnino poſterior à priore. Non enim alia de cauſa quiſquam excommunicatur, niſi quod jam à Deo & à proximorum charitate, per aliquod grave peccatum, cognitum & manifeſtum, declaratur alienus. Cæterùm quia Paulus ſcripſit; Alioquin de mundo exiſſe debueratis: innuit cum excommunicatis omne conſortium minimè ademptum eſſe.

1.Cor.5.10.

Quandoquidem in rebus, ſine quarum præſidio non poſſemus vivere, licet illis cõmunicare. Si enim magiſtratus forte fortuna eſſet excommunicatus, & aliquid interim eveniat, quod agi & tractari cum illo oporteat, detrectandum non eſt commercium cum eo, ne Reſpublica perturbetur. Atque idem ſtatuendum eſt, ſi pater aut maritus excommunicatus fuerit, non ob eam cauſam uxor aut filii ab ejus convictu eximuntur: neque propter illius conſuetudinem ſunt excommunicandi, niſi conſentiant aut participent in eodem crimine. Neque diverſum ſtatuendum de mercibus coemendis ab excommunicatis, ſi neceſſaria quoad victum aliunde non poſſint haberi. Nam ſi omnes mali evitandi eſſent, in emptionibus & civilibus contractibus, oportuiſſet è mundo exire. Quanquam fateor, cùm hodie Eccleſię ſint ampliſſimæ, non uſque adeò hac neceſſitate urgemur. Nam quæ ab aliquibus comparare non poſſumus, facilè ab aliis aſſequemur.

Excõmunicati quò depellantur?

7 Et cùm interrogamur, quónam depellantur excommunicati: reſpondemus, Non certe eo ut deſperent, aut ſe deploratæ ſalutis exiſtiment. Dum enim ſumus in hac vita, nunquam ſalutis ſpes eſt deponenda, niſi peccatum in Spiritum ſanctum inciderit, quod cum non intelligatur, niſi privata quapiam revelatione demonſtretur, ſpes non eſt abjicienda.

Peccatum in Spiritum ſanctum.

Habuit antiquitus Eccleſia donum probandi ſpiritus, unde hoc peccati genus fortaſſe agnoſcebatur.

Eccleſiæ officia erga excõmunicatum.

Sed hodie cùm non habeamus compertum, quando eo quiſpiam detineatur, de omnibus oportet bene ſperare: & quanquã excommunicatus, quod attinet ad ipſum, ab Eccleſia ſit diviſus, nihilominus Eccleſiæ non deeſt quod erga illum agat. Nam eum adhortabitur, conſolabitur, atque orabit pro ejus converſione: & denique ut cupida ſalutis ipſius, ſumma charitate adhuc eum proſequetur.

Gradus quibus homines arcentur à ſacris.

Gradus vero eorum qui à Sacramentis removentur, multiplices ac varii apud Patres reperiuntur. Meminit Cyprianus Abſtentorum (ſic enim illos appellat) qui ad tempus certum à Sacramentis arcentur. Sunt etiam excommunicati, quos nondum pœnitet, quibus interdicuntur Sacramenta, non quemadmodum Abſtentis definito tempore.

Abſtenti.
Anathematizati.

Tertio loco ſunt Anathematizati: quorum ſalus eſt deplorata. Chryſoſtomus Homiliam ſcripſit de anathemate, atque oſtendit, neque vivos, neque mortuos, hoc genere ſupplicii plectendos. Nam de vivis perpetuo eſt bene ſperandum: mortui verò, jam ad tribunal Dei ſiſtuntur. Dogmata (inquit) non homines, licet anathematizare. Partem ſententiæ hujus libenter admittimus, qua dicit non eſſe abjiciendam ſpem de his qui ſuperſtites fuerint. Sed quod ait nullos homines anathemate puniendos, non convenit cum ſententiis aliorum Patrum atque Conciliorum, qui Arrium, Manichæum, & multos hæreticos anathematizarunt. Deinde parum videtur facere cum ſacris literis, cùm ad Galatas dicatur; Si Angelus de cœlo ſecus evangelizaverit atque nos, anathema eſto.

Gala 1.
Synodus Nicena.

In Synodo Nicena, videntur quoque ſtatui aliquot gradus in Eccleſia.

Audientes.

Fuerunt primo loco Audientes, quod permitterentur adeſſe concioni ſacræ, unde nulli planè arcebantur, modo non aſtaret quiſpiam apertiſſimus deriſor atque contemptor.

Excommunicati.
Procumbentes.

Erant & Procumbentes, qui de commiſſis delictis veniam à miniſtris Eccleſiæ petebant.

Orantes.

Orantes quoque recenſentur: qui licet à Sacramentis arcerentur, tamen fidelibus precantibus adeſſe permittebantur, ad quem gradum videntur pertinuiſſe Abſtenti. Denique illi numerantur, qui Sacramentis cum univerſa Eccleſia communicabant.

Communicantes.

Inter hos gradus, leviſſimus exiſtimabatur ab Euchariſtia ad tempus arceri: gravior, ſemoveri à

A cœtu Precantium: graviſſimus, à Procumbentibus.

Precantes.

Sed quoad Nicenum Concilium, multi exiſtimant, hos articulos fuiſſe ſuppoſititios, neque habendos eſſe pro legitimis decretis ejus Synodi, cùm ferè nullibi ſerventur. Ex Cypriano tamen evidenter colligimus, aliquos fuiſſe gradus. Lapſis in idololatriam (ut ipſe dixit) non dabatur pax ab Eccleſia niſi ſub horam mortis. Mœchis autem poſt diuturniorem pœnitentiam concedebatur. Libellaticis autem (ita etiam appellantur, qui ſe à judicibus tempore

Lapſi in idololatriam.
Mœchi.
Libellatici.

B perſecutionis pecuniis redimebant) facilius indulgentia concedebatur. Ex Patribus itaque facile colliguntur hi gradus, qui tamen per ſacras literas probari non poſſunt.

A quibuſnam ferenda ſit excõmunicationis ſententia?

8 Modò agendum eſt, quinam ſint à quibus excommunicatio exerceri debeat. Separatio à Deo & à membris Chriſti, quæ (ut dicebamus) per infidelitatem & alia peccata contingit, à nulla creatura poteſt nobis infligi: Ipſi nos à Deo ſeparamus. Quare dicebat Eſaias, Peccata inter me & vos diviſerunt. Et Paulus aiebat, ſe planè ſcire à charitate illa, qua Deus & Chriſtus ſuos proſequitur, nullam creaturam ſe poſſe avellere.

Eſa.59.2.
Rom 8 37.
Excõmunicatio nõ eſt certum indicium ſeparationis à Deo.

Excommunicatio verò, quæ indicium eſt hujus interioris apoſtaſiæ (non quidem certum & neceſſarium, tamen haud vulgare, ſed vehementer pertimeſcendum) ab Eccleſia Chriſti debet infligi. Idcirco autem dixi, non eſſe certum & neceſſarium indicium ſeparationis à Deo & membris Chriſti: quoniam fieri quandoque poteſt, ut bonus & innocens excommunicetur, à corrupto judicio præſidentium

D in Eccleſia, ut non ſemel factum novimus in Conciliis & inter Patres, qui alioquin pro ſanctis habebantur.

Excõmunicatio reddit graviorem ſeparationem à Deo.

Quamobrem excommunicatione non dicimur propriè à Deo ſeparari, ſed oſtendi ac decerni ſeparatos eſſe. Vt in veteri Lege, Sacerdos quando judicabat quempiam leproſum, non illum inficiebat lepra, ſed jam infectum eſſe pronunciabat. Neque huic ſententiæ obſtat, quod Eccleſia dicitur ligare & ſolvere. Quoniam hoc judicium quando ad verbum Dei quadrat: non eſt inane: & cùm Deus illis

Matt.16. & 18. Similia.

E cooperetur, ſeparatio quæ jam miſero contigerat gravior efficitur. Nunc verò id tantùm dicimus, in excommunicatione id perpetuò evenire, ut apoſtaſia & defectus à Deo illam præcedat.

Quomodo Deus cooperetur judicio Eccleſiæ.

Atque ita cooperatur Deus huic judicio Eccleſiæ, quando juxta regulam ſacrarum literarum decernit, ut flagella & immundus ſpiritus ad vexandum excommunicatos immittat. De Ambroſio legimus, Stiliconis ſcribam, ubi excommunicaſſet illum, à malo ſpiritu graviſſimè cœpiſſe vexari. Et hæc facit Deus, quò declaret, in cœlis ratum habere, quod in terris juſtè ligatum fuerit.

F

Cujuſmodi ſit ſocietas Eccleſiæ?

9 Vt autem rectè intelligamus, quiſnam excommunicare debeat, opus eſt excutere ſocietatem Eccleſiæ cujuſmodi ſit. Non eſt ſimplex, ſed ex Monarchia, Ariſtocratia & Democratia compoſita. Removendæ quippe ab illa ſunt pernicioſæ ſpecies rerum publicarum, Tyrannis (inquam) Oligarchia & corruptus populi dominatus.

Act.20.28.
Quomodo ſit Monarchia?

Chriſtum ſi reſpexeris, Monarchia dicetur. Nam ipſe eſt Rex noſter, qui

G ſanguine ſuo Eccleſiam ſibi acquiſivit. Iam abiit in cœlum, regit attamen hoc ſuum regnum; non quidem viſibili præſentia, ſed ſpiritu & verbo ſacrarum literarum. Sunt vero in Eccleſia, qui legatione funguntur pro eo, Epiſcopi, Presbyteri, Doctores, & alii qui præſunt, quorum reſpectu meritò poteſt dici Ariſtocratia.

1.Cor.6.20.
Quomodo Ariſtocratia?

Nam gubernationi Eccleſiarum qui præficiuntur, tantummodo propter inſignia dona Dei, quoad doctrinam & puritatem vitæ, ſunt ad iſtos gradus promovendi. Non committuntur iſta mune-

H ra, juxta divitiarum & cenſus æſtimationem, non ex gratia, forma & nobilitate, ſed ex meritis & virtutibus: quod ſi non fiat, contra regulam agitur.

Quomodo ſit Politia?

Sed quoniam in Eccleſia de negotiis gravioribus & quæ ſunt maximi momenti, ad plebem refertur (uti patet in Actis Apoſtolicis) ideò politiæ rationem habet. Maximi autem ponderis habentur excommunicatio, abſolutio, miniſtrorum electio, & alia hujuſmodi.

Act.3.15.
Act.6.2.
Abſq; cõſenſu Eccleſiæ nemo debet excommunicari.

Vnde concluditur, Non abſque conſenſu Eccleſiæ quempiam excommunicari poſſe. Hoc pacto ſe ha-

I buit reſpublica Romana. Miſeris & difficillimis temporibus, Dictatorem creabat, qui ut Monarcha ſe

Reſpublica Romana.

Digitized by Google

monono, Nec odio habeas proximum tuum,ſed feras eum: corrigito peccantem, ne portes peccatum ejus, ne ulciſcaris,aut ſerves odium contra eum, ſed amabis proximum tuum,ut teipſum. Igitur non tantùm Evangelio, ſed etiam Lege,monere & corripere fratrem jubemur. *Exod.23,5.* Et certè ſi mandatur,ut aſinum inimici noſtri ſub onere labantem,ſublevemus: quantò magis præcipitur,ut labenti fratri ſubveniamus? Altero item loco, id eſt, Levitici vigeſimo: *Levit.20,14.* Deus lege cavit, ne quis cæco ponat offendiculum: ſed potius eum reducat in viam. Fratres autem graviter peccantes cupiditatibus excæcantur, & aberrant à via. Quare à nobis præteriri nequeunt citra culpam.

D. Excommunicatione.

In 1. Cor.5. ad finem.

2 Excommunicatio, quod attinet ad vocis etymon, eſt qua exortes communionis aliquos facimus. Græci dicunt ἀνάθεμα: ſignificaturque illo nomine quippiam ſeparatum, religionis cauſa, à rebus communibus: idque tam in bonam, quàm in malam partem. Nam & piaculares homines, dicti ſunt anathemata, & hoc ſenſu voluiſſet Paulus pro fratribus à Chriſto ἀνάθεμα fieri. *Rom.9.3.* Apud Hebræos *Cherem*, perditio, prohibitio, ſive res prohibita. *Definitio excommunicationis.* Definietur autem ex his quæ ab Apoſtolo traduntur, ad hunc modum: Excommunicatio, eſt facinoroſi ejectio à fidelium ſocietate, judicio primorum atque tota Eccleſia conſentiente, authoritate Chriſti & Scripturæ ſanctæ regula, ad ſalutem ejus qui ejicitur, & populi Dei. *Ordo dicendorum.* Nunc videndum eſt, quàm ſit hæc animadverſio neceſſaria: deinde, quæ debeant antecedere: poſtea, quiſnam ſit excommunicandus. Deinde, unde ejiciatur, quò ejiciatur, per quos gradus, à quibus, quando, cur, & quo impulſu vel afflatu, & quid agendum tandem cum excommunicato.

Neceſſitas. Matt.18.17. Ibid.v.18.

3 Ex Evangelio facilè cognoſcimus, quàm neceſſario haberi debeat in Eccleſia. Matthæi 18. cum de fraterna correctione Chriſtus docuiſſet, adjecit. Quòd ſi Eccleſiam non audierit, eſto tibi ut Ethnicus & publicanus. Et quæcunque ligaveritis ſuper terram, ligata erunt in cœlis: & quæ ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlis. Proinde cùm Evangelium ſit Chriſti quoad omnes partes, ab Eccleſia recipiatur oportet, atque illi ubique fides habenda eſt. Vnde ſunt mirandi qui volunt Evangelium profiteri, & hanc particulam excludunt. In Deuteron.13. *Deut.13.5.* habetur, Auferte malum de medio veſtri. Atque in Ieremia de Babylone ſcribitur, E medio ejus fugite. *Ierem.51.6. Eſa.52.11.* Deinde, Iſrael vetabantur attingere impura: & ſi fortaſſe attigiſſent illa, ſic immundi fiebant, ut ab aliorum conſortio ſepararentur. Leproſi extra caſtra exulabant. *Levit.13.46.* Et Deus ex horto delitiarum, primos parentes, cùm peccaſſent, expulit. *Gen.3.23.* Cain quoque poſt admiſſum parricidium, à conſpectu parentum profugus abiit. *Gen.4.14.* Denique ſi nullum aliud teſtimonium extaret, quod ex Epiſtola ad Corinthios habemus à Paulo, ad Theſſalonicenſes, & aliunde, ſatis eſſe deberet. *1.Cor.5.3. 2.Theſ.3.14. 2 Ioan.10.* Ioannes item in Epiſtola ſecunda (quam Irenæus primo libro Apoſtoli eſſe confirmat, licet eam aliqui exiſtiment cujuſdam Ioannis presbyteri eſſe) *Epiſtola Ioannis ſecunda, cujus ſit? Irenæus.* inquit, Si quis veniat & hanc doctrinam non adferat, eum non recipiatis in domum, neque dixeritis illi Ave, atque malis ipſius operibus ne communicetis. Apoſtolus etiam ad Epheſios ſimiliter videtur ſcripſiſſe: *Eph.5.11.* Nolite communicare cum operibus infructuoſis tenebrarum.

Quid antecedat excõmunicationem. Matt.18.15.

4 Excommunicationem antecedit correctio fraterna: Chriſtus quippe dixit, Si peccaverit in te frater tuus. Neque putandus eſt non peccare in nos, qui peccat in Deum, cùm ſumus filii ejus & membra Chriſti: Imò ſancti ſunt ita comparati, ut facilè negligant quod in ſe committitur, & ſuas injurias facilè condonent, niſi quantum vident illas in Deum recidere. Quòd ſi peccatum publicum fuerit, & notum omnibus, opuſne correctione fraterna erit? Non ſanè, ſed ad Eccleſiam deferatur & manifeſtetur. Cæterùm, opus erit ut exploretur animus peccatoris, num reſipiſcere & redire in viam cogitet. Hoc propoſito, eſt adhortandus & admonendus qui publicè peccat. Vnde apparet, in omni peccato, tam occulto quàm publico, opus eſſe fraterna correctione. Quæ oportet, ut non adhibeatur molliter & perfunctoriè: ſed graviſſimè poni debet ob oculos peccanti, tranſgreſſionis pondus, ira Dei accenſa & concitata in ipſum, ſupplicium quod illum manet, ſcandalum denique quo læſit Eccleſiam. Lenis attamen reprehenſio ſit, ut quæ ab amico animo prodeat? Alioquin ſi te ſuum inimicum exiſtimaverit, nullo cum fructu eum corripies. Ad Galatas id commendatur: *Galat.6.1.* Vos qui ſpirituales eſtis, eum corripite in ſpiritu lenitatis. Non debet excommunicatio eſſe præceps. *Simile.* Detur peccanti ſpatium ad cogitandum, quò facilius ſe recipiat. Medicus leniter tractat vlcera, non ſtatim ferrum & ignes expedit. Omneſque viæ & rationes tentandæ ſunt, ſi fieri poſſit, ſalvo Dei verbo, in Eccleſia retinendi eum qui peccavit, antequam ad excommunicationem veniatur. Si admonitionibus ceſſerit qui lapſus erat, polliceaturque bona fide vitam ſe mutaturum, atque lacrymis & peccati confeſſione pœnitentiam, ac dolorem animi teſtetur, auferat ſcandala & peccatorum occaſiones, admonitio ibi gradum ſiſtat. Frater ſiquidem jam Chriſto eſt lucrifactus. Sin verò audire contempſerit, bis aut ter atque teſtibus adhibitis monitus, ad Eccleſiæ præfectos deferatur à quibus item monebitur. Illos autem ſi ſpreverit, referant presbyteri negotium ad Chriſti plebem, & ex inſtituto Apoſtoli (niſi prius reſipuerit) conſentiente univerſa Eccleſia, excommunicetur. Hæc debent iſtud judicium antecedere.

Quiſnam ſit excommunicandus? 1 Cor.5.11. Tit.1.16. Auguſt.

5 Nunc videndum ſupereſt, quiſnam ſit excommunicandus. Oportet (ut Paulus docuit) ex numero fratrum eſſe, qui Chriſtum licet confiteatur verbis, factis tamen (ut ad Titum ſcribitur) neget. Neque admittitur expoſitio Auguſtini, ut ὀνομαζόμενος, ad adulterum, ad ebrioſum, & ad alia ſcelera quæ ſubjiciuntur, accommodetur. Nam peccata etiam non ita publica & omnibus nota, cum fraterna correctione fuerint agitata, per delationem ad Eccleſiam publica efficiuntur. *Publica fiunt peccata, alioquin privata.* Infecti etiam mala doctrina, excommunicantur. Vnde ſcribitur ad Romanos, Cavete illos qui diſſidia & ſcandala faciunt, præter doctrinam quam didiciſtis, & declinate ab illis. *Rom.16.17.* Ad Galatas etiam dicitur, Qui evangelizaverit ſecus quàm nos evangelizaverimus, ἀνάθεμα eſto. *Gal.1.8.* Ad Titum, Hæreticum hominem, poſt unam aut alteram admonitionem devita. *Tit.3.10.* Necnon idem habet Ioannes, quem paulo ante adduximus, ut propter falſam corruptamque doctrinam, accedenti non dicamus Ave. *2.Ioan.10.* Omnia præterea illa vitia huc ſpectant, de quibus Apoſtolus inquit: Qui talia faciunt, regnum Dei non poſſidebunt: quorum habes catalogum cùm in Epiſtola ad Corinthios, tum ad Epheſios & ad Coloſſenſes, atque alibi: *1.Cor.6.10. Epheſ.5.5. Col.3.5.* & cùm audis recenſeri maledicos, ebrioſos, avaros, &c. his nominibus eos intelligas, quos prorſus non pœnitet, ſed obſtinato animo ſunt: neque volunt quæ admiſerunt emendare, ſed potius hæc vitia profitentur & jactant. In Epiſtola verò quæ ſcribitur ad Theſſalonicenſes, cùm de illis egiſſet qui manibus non laborant, ſed otioſi ſunt & curioſe agunt, *2.Theſ.3.19.* generalem addidit particulam, cùm inquit: Et omnis inordinatè ambulans. Is autē dicitur ambulare inordinatè, qui contra verbum Dei agit. Neque committendum eſt, ut unus pro altero excommunicetur, niſi fortaſſe is quoque peccaverit, eodemque vitio ſit impeditus, vel ei qui peccavit conſenſum præbuerit. Auguſtinus in Epiſtola ad Auxinum epiſcopū ſcripſit, *Auguſt.* nequaquam propter peccatum patrisfamiliâs, univerſam domum eſſe anathemate plectendā, quod ille Auxinus imprudenter fecerat. Ad Galatas dicitur, Quiſque onus ſuum portabit. *Gal.5.6.*

A quib. rebus excludatur excommunicatus?

6 Nunc jam dicamus, à quibus rebus excludatur, qui excommunicatione ab Eccleſia ſeparatur. Id ſi una voce ſit exprimendum, eſt conſortium fideliū, inter quos eſt communio, quando non cavetur cauſa religionis commercium. *Diſtinctio cõmunionis.* Sed opportunum, ut communio diſtinguatur. Vna eſt interior & quoad Deū, cui fide, ſpe, charitate, atque omnibus virtutibus per ſpiritum noſtrum copulamur, nec non eadem opera cum omnibus in Chriſtum credentibus. Alia vero externa eſt, quia nimirum ſumus participes cum Sacramentorum, tum etiam converſationis cum membris Eccleſiæ. *Excõmunicatio nõ ſeparat nos à Deo, ſed declarat ſeparatos.* Ab illa priore communione, nequaquā ejicit nos ut prima & præcipua cauſa excommunicatio:

Digitized by Google

tio: verum inde quiſque ſuo peccato excidit, dum agit contra fidem, charitati adverſatur, atque cæteris virtutibus reſiſtit. Sed à poſteriori nos repellit excommunicatio; ne Sacramentorum & ſocietatis fidelium ſimus participes, & pendet omnino poſterior à priore. Non enim alia de cauſa quiſquam excommunicatur, niſi quod jam à Deo & à proximorum charitate, per aliquod grave peccatum, cognitum & manifeſtum, declaratur alienus. Cæterùm quia Paulus ſcripſit; Alioquin de mundo exiſſe debueratis: innuit cum excommunicatis omne conſortium minimè ademptum eſſe. Quandoquidem in rebus, ſine quarum præſidio non poſſemus vivere, licet illis communicare. Si enim magiſtratus forte fortuna eſſet excommunicatus, & aliquid interim eveniat, quod agi & tractari cum illo oporteat, detrectandum non eſt commercium cum eo, ne Reſpublica perturbetur. Atque idem ſtatuendum eſt, ſi pater aut maritus excommunicatus fuerit, non ob eam cauſam uxor aut filii ab ejus convictu eximuntur: neque propter illius conſuetudinem ſunt excommunicandi, niſi conſentiant aut participent in eodem crimine. Neque diverſum ſtatuendum de mercibus coemendis ab excommunicatis, ſi neceſſaria quoad victum aliunde non poſſint haberi. Nam ſi omnes mali evitandi eſſent, in emptionibus & civilibus contractibus, oportuiſſet è mundo exire. Quanquam fateor, cum hodie Eccleſiæ ſint ampliſſimæ, non uſque adeò hac neceſſitate urgemur. Nam quæ ab aliquibus comparare non poſſumus, facilè ab aliis aſſequemur.

Excōmunicatio nō adimit omne cōmercium.

1.Cor.5.10.

7 Et cum interrogamur, quónam depellantur excommunicati: reſpondemus, Non certe eo ut deſperent, aut ſe deploratæ ſalutis exiſtiment. Dum enim ſumus in hac vita, nunquam ſalutis ſpes eſt deponenda, niſi peccatum in Spiritum ſanctum inciderit, quod cùm non intelligatur, niſi privata quapiam revelatione demonſtretur, ſpes non eſt abjicienda. Habuit antiquitus Eccleſia donum probandi ſpiritus, unde hoc peccati genus fortaſſe agnoſcebatur. Sed hodie cum non habeamus compertum, quando eo quiſpiam detineatur, de omnibus oportet benè ſperare: & quanquā excommunicatus, quod attinet ad ipſum, ab Eccleſia ſit diviſus, nihilominus Eccleſiæ non deeſt quod erga illum agat. Nam eum adhortabitur, conſolabitur, atque orabit pro ejus converſione: & denique ut cupida ſalutis ipſius, ſumma charitate adhuc eum proſequetur. Gradus verò eorum qui à Sacramentis removentur, multiplices ac varii apud Patres reperiuntur. Meminit Cyprianus Abſtentorum (ſic enim illos appellat) qui ad tempus certum à Sacramentis arcentur. Sunt etiam excommunicati, quos nondum pœnitet, quibus interdicuntur Sacramenta, non quemadmodum Abſtentis definito tempore. Tertio loco ſunt Anathematizati: quorum ſalus eſt deplorata. Chryſoſtomus Homiliam ſcripſit de anathemate, atque oſtendit, neque vivos, neque mortuos, hoc genere ſupplicii plectendos. Nam de vivis perpetuo eſt bene ſperandum: mortui vero, jam ad tribunal Dei ſiſtuntur. Dogmata (inquit) non homines, licet anathematizare. Partem ſententiæ hujus libenter admittimus, qua dicit non eſſe abjiciendam ſpem de his qui ſuperſtites fuerint. Sed quod ait nullos homines anathemate puniendos, non convenit cum ſententiis aliorum Patrum atque Conciliorum, qui Arrium, Manichæum, & multos hæreticos anathematizarunt. Deinde parum videtur facere cum ſacris literis, cùm ad Galatas dicatur: Si Angelus de cœlo ſecus evangelizaverit atque nos, anathema eſto. In Synodo Nicena, videntur quoque ſtatui aliquot gradus in Eccleſia. Fuerunt primo loco Audientes, quod permitterentur adeſſe concioni ſacræ, unde nulli planè arcebantur, modo non adſtaret quiſpiam apertiſſimus deriſor atque contemptor. Erant & Procumbentes, qui de commiſſis delictis veniam à miniſtris Eccleſiæ petebant. Orantes quoque recenſentur: qui licet à Sacramentis arcerentur, tamen fidelibus precantibus adeſſe permittebantur, ad quem gradum videntur pertinuiſſe Abſtenti. Denique illi numerantur, qui Sacramentis cum univerſa Eccleſia communicabant. Inter hos gradus, leviſſimus exiſtimabatur ab Euchariſtia ad tempus arceri: gravior, removeri à

Excōmunicati quò depellantur?

Peccatum in Spiritum ſanctum.

Eccleſiæ officia erga excōmunicatum.

Gradus quibus homines arcentur à ſacris.

Abſtenti.

Anathematizati.

Gal.1.8.

Synodus Nicena.

Audientes.

Excommunicati.

Procumbentes.

Orantes.

Communicantes.

A cœtu Precantium: graviſſimus, à Procumbentibus. Sed quoad Nicenum Concilium, multi exiſtimant, hos articulos fuiſſe ſuppoſititios, neque habendos eſſe pro legitimis decretis ejus Synodi, cùm ferè nullibi ſerventur. Ex Cypriano tamen evidenter colligimus, aliquos fuiſſe gradus. Lapſis in idololatriam (ut ipſe dixit) non dabatur pax ab Eccleſia niſi ſub horam mortis. Mœchis autem poſt diuturniorem pœnitentiam concedebatur. Libellaticis autem (ita etiam appellantur, qui ſe à judicibus tempore B perſecutionis pecuniis redimebant) facilius indulgentia concedebatur. Ex Patribus itaque facile colliguntur hi gradus, qui tamen per ſacras literas probari non poſſunt.

Precantes.

Lapſi in idololatriam.

Mœchi.

Libellatici.

8 Modò agendum eſt, quinam ſint à quibus excommunicatio exerceri debeat. Separatio à Deo & à membris Chriſti, quæ (ut dicebamus) per infidelitatem & alia peccata contingit, à nulla creatura poteſt nobis infligi: Ipſi nos à Deo ſeparamus. Quare dicebat Eſaias, Peccata inter me & vos diviſerunt. Et Pau- C lus aiebat, ſe planè ſcire à charitate illa, qua Deus & Chriſtus ſuos proſequitur, nullam creaturam ſe poſſe avellere. Excommunicatio verò, quæ indicium eſt hujus interioris apoſtaſiæ (non quidem certum & neceſſarium, tamen haud vulgare, ſed vehementer pertimeſcendum) ab Eccleſia Chriſti debet infligi. Idcirco autem dixi, non eſſe certum & neceſſarium indicium ſeparationis à Deo & membris Chriſti: quoniam fieri quandoque poteſt, ut bonus & innocens excommunicetur, à corrupto judicio præſidentium D in Eccleſia, ut non ſemel factum novimus in Conciliis & inter Patres, qui alioquin pro ſanctis habebantur. Quamobrem excommunicatione non dicimur propriè à Deo ſeparari, ſed oſtendi ac decerni ſeparatos eſſe. Vt in veteri Lege, Sacerdos quando judicabat quempiam leproſum, non illum inficiebat lepra, ſed jam infectum eſſe pronunciabat. Neque huic ſententiæ obſtat, quod Eccleſia dicitur ligare & ſolvere. Quoniam hoc judicium quando ad verbum Dei quadrat: non eſt inane: & cùm Deus illis E cooperetur, ſeparatio quæ jam miſero contigerat gravior efficitur. Nunc verò id tantùm dicimus, in excommunicatione id perpetuò evenire, ut apoſtaſia & defectus à Deo illam præcedat. Atque ita cooperatur Deus huic judicio Eccleſiæ, quando juxta regulam ſacrarum literarum decernit, ut flagella & immundus ſpiritus ad vexandum excommunicatos immittat. De Ambroſio legimus, Stiliconis ſcribam, ubi excommunicaſſet illum, à malo ſpiritu graviſſimè cœpiſſe vexari. Et hæc facit Deus, quò declaret, in F cœlis ratum habere, quod in terris juſtè ligatum fuerit.

A quibuſnam ferenda ſit excōmunicationis ſententia?

Eſa.59.2.

Rom 8.37.

Excōmunicatio nō eſt certum indicium ſeparationis à Deo.

Excōmunicatio reddit graviorem ſeparationem à Deo.

Matt.16.& 18.

Similia.

Quomodo Deus cooperetur judicio Eccleſiæ.

9 Vt autem rectè intelligamus, quiſnam excommunicare debeat, opus eſt excutere ſocietatem Eccleſiæ cujuſmodi ſit. Non eſt ſimplex, ſed ex Monarchia, Ariſtocratia & Democratia compoſita. Removendæ quippe ab illa ſunt pernicioſæ ſpecies rerum publicarum, Tyrannis (inquam) Oligarchia & corruptus populi dominatus. Chriſtum ſi reſpexeris, Monarchia dicetur. Nam ipſe eſt Rex noſter, qui ſan- G guine ſuo Eccleſiam ſibi acquiſivit. Iam abiit in cœlum, regit attamen hoc ſuum regnum; non quidem viſibili præſentia, ſed ſpiritu & verbo ſacrarum literarum. Sunt verò in Eccleſia, qui legatione funguntur pro eo, Epiſcopi, Presbyteri, Doctores, & alii qui præſunt, quorum reſpectu meritò poteſt dici Ariſtocratia. Nam gubernationi Eccleſiarum qui præficiuntur, tantummodò propter inſignia dona Dei, quoad doctrinam & puritatem vitæ, ſunt ad iſtos gradus promovendi. Non committuntur iſta mune- H ra, juxta divitiarum & cenſus æſtimationem, non ex gratia, forma & nobilitate, ſed ex meritis & virtutibus: quod ſi non fiat, contra regulam agitur. Sed quoniam in Eccleſia de negotiis gravioribus & quæ ſunt maximi momenti, ad plebem refertur (uti patet in Actis Apoſtolicis) ideò politiæ rationem habet. Maximi autem ponderis habentur excommunicatio, abſolutio, miniſtrorum electio, & alia hujuſmodi. Vnde concluditur, Non abſque conſenſu Eccleſiæ quempiam excommunicari poſſe. Hoc pacto ſe ha- I buit reſpublica Romana. Miſeris & difficillimis temporibus, Dictatorem creabat, qui ut Monarcha ſe

Cujuſmodi ſit ſocietas Eccleſiæ?

Act.20.28.

Quomodo ſit Monarchia?

1.Cor.6.10.

Quomodo Ariſtocratia?

Quomodo ſit Politia?

Act.15.

Act.6.2.

Abſq; cōſenſu Eccleſiæ nemo debet excommunicari.

Reſpublica Romana.

Digitized by Google

habuit. Senatum præterea cooptabat, virtutes & merita ponderando, quo pacto Ariſtocratia dici potuit: cæterùm in rebus graviſſimis & legibus ac decretis confirmandis, ad Quirites referebat, quo pacto Democratia judicabatur.

10 Cyprianus ad Cornelium epiſcopum Romanum ſcribit, ſe multùm apud plebem laborare, ut pax daretur lapſis: quam ſi per ſeipſum dare potuiſſet, non adeò oportuit ut in plebe perſuadenda fatigaretur. Et Auguſtinus idem oſtendit adverſus Donatiſtas, cùm inquit, ab excommunicatione tunc ſuperſedendum, ſi plebs eodem vitio tota infecta fuerit. Quoniam (inquit) non aſſentietur excommunicationi, ſed illum quem excommunicaveris defendet ac tuebitur. Ius itaque hoc ad Eccleſiam pertinet, neque ab illa eripi debet.

Cõtra eos qui uni Epiſcopo aut Papæ cõmittunt excõmunicationem.

Cui ſententiæ cùm primis adverſatur, qui uni Epiſcopo aut Papæ ipſam commiſſam volunt: quia dicunt Epiſcopum eſſe univerſam Eccleſiam (ut loquuntur) virtualiter. Sed ut hodie videmus, ſæpe eſt tota Eccleſia, ut ita dicam, vitaliter. De malis hæc intelligas, & tyrannicè agentibus. Dicere ſolent, hoc ideo fieri, ut conſulatur tranquillitati: Nam ſi multitudini relinquatur ſuffragatio, tumultus atque ſeditiones excitabuntur.

Cõtra eos qui cauſantur ſeditiones & tumultus.

Sed iſti debent animadvertere, melius habuiſſe Romanam civitatem, quando illos tumultus tribunitios & plebeios motus patiebatur, quàm cùm poſtea ventum eſt ad tyrannos: quoniam in illis turbis popularibus perpetuò videas aliquas bonas & ſalutares leges editas, & plerique damnabantur improbi, quibus rationibus Romana res & ſtetit & floruit. Sed cùm ad unius tyrannidem ventum eſſet, paſſi ſunt Nerones, Domitianos, Caligulas, Commodos, & alias hujuſmodi peſtes. Ita cum excommunicatio ad unũ Pontificem eſt devoluta ſæpe magno abuſu videas eum qui excommunicatus eſt, & à Chriſto, & à vera Eccleſia præciſus, alios excommunicare: quod fieri nullo modo convenit.

Ruina Eccleſiæ, uni Papæ excõmunicationem permiſiſſe.

Nam qui jubet exulare, neceſſarium eſt, ut ipſe jus civitatis habeat. Quod verò pontifices Romani excommunicati ſint & alieni ab Eccleſia, ſatis docet Epiſtola ad Galatas, ubi dicitur; Si quis evangelizaverit ſecus atque nos, anathema eſto. Vt autem illi ſecus doceant quàm ſacræ literæ, tam evidens eſt, ut non egeat probatione.

Gal. 1. 8.

Papa habẽdus eſt excommunicatus.

Requiritur deinde, ut præſentes excommunicentur, neque ita fiat, ut qui ſunt in Anglia, vel in Hiſpania, ab eo qui eſt Romæ damnentur. Hac de re conqueſtum eſt Concilium Africanum, ut ſuperius diximus, & Cornelius Epiſcopus Romanus, tempore Cypriani, abſolvendos remiſit in Africam, qui illic excommunicati fuerant. Et Tertullianus in Apologetico, cap. 39. ſcribit, judicia fieri in Eccleſia magno pondere, ut apud certos de conſpectu Dei, atque præjudiciũ ſummum judicii Dei, præſidentibus Senioribus ſive Presbyteris, qui gradum & honorem adepti ſunt non precio, ſed teſtimonio, quòd ſcilicet moribus & vita probari fuerint.

Præſentes dãnandi.

Sentẽtia illorũ qui dicunt excõmunicationem nõ eſſe neceſſariam.

11 Eſt ſententia quorundam, potuiſſe antiquitus, cùm magiſtratus Ethnici erant, excommunicationem locum habere: at non hodie quando magiſtratus eſt Chriſtianus, qui gladio & civilibus pœnis, è medio civitatum & Eccleſiæ malum aufert. Sed iſti noverint plurima eſſe vitia, ad quæ leges civiles connivent: ut adulteria, ebrietates, maledicentia, & id genus, quæ tamen ab Eccleſia ferri non poſſunt.

Hoc eſt confundere poteſtates.

Deinde, Magiſtratus punit ſæpius pecunia, certo exilio, & carcere ad tempus, quibus pœnis depenſis, cives reſtituit, neque pœnitentiam ullam requirit: Eccleſia verò, minimè poteſt niſi pœnitentes reconciliare. Non itaque confundantur poteſtates: Alia eſto civilis, alia eccleſiaſtica. Non tamen inficiamur principes ſive magiſtratum, vim illam habere ἀρχιτεκτονικήν, qua licet non exerceant quæque munera & artes in Republica, omnia tamen curat debita ratione fieri: & ſi eccleſiæ miniſtri non bene ſe geſſerint, eos corrigit, ut David, Ioas, Ezechias, & Ioſias, religionem atque ſacerdotes emendarunt.

1. Par. 15. & 25.
2. Reg. 12.
2. Reg. 18. 4.
2. Reg. 22. &c.

Quando excõmunicandum.

12 Videamus jam, quando ſit exercenda excommunicatio. Auguſtinus libro tertio contra Epiſtolam Parmeniani, & compluribus aliis locis adverſus Donatiſtas, ſcribit eam exercendam eſſe, quando non fuerit periculum ſchiſmatis. Donatiſtæ illam urgebant, objiciendo Catholicos Eccleſiam non habere, quòd excommunicatione carerent. Auguſtinus viciſſim objicit Cyprianum, qui in ſermone de Lapſis conqueratur: Epiſcopos quoſdam ſua tempeſtate fuiſſe valde corruptos: qui pauperibus eſurientibus voluerint argentum poſſidere largiter, fundos ad ſe fraudulentis artibus pertraxerint, & multiplicatis auctiſque uſuris, fœnus maius reddiderint. A quibus tamen Cyprianus minimè ſe ſeparavit, & nihilominus haud credendum eſt, illum Eccleſiam non habuiſſe. Ideo ſtatuebat Auguſtinus, Si abſque ſchiſmate fieri poteſt, habeatur: ſin minus, deſiſtamus. Nam id eſſet exitium quærere, & quod erat propter charitatem inventum, adverſus charitatem pugnaret. Adducit etiam parabolam zizaniorum, qua Chriſtus noluit zizania evelli, ne triticum unà perderetur. Atque commemorat exemplum Chriſti, qui Iudam toleravit, quem non ignorabat furem eſſe, atque cum eo in inſtitutione Cœnæ communicavit.

Matt. 13. 29.
Ioan. 12. 6.
Matt. 26. 21.
Parabola zizaniorum.
Iudas communicavit cum Domino.

Excommunicemus (inquit) vitia, quæ cùm nemo defendere audeat, nullum incurremus periculum. Homines etiam excommunicemus, quando id videmus fieri poſſe. Quod ſi major Eccleſiæ pars eodem vitio contaminata fuerit, ſupereſt ut ingemiſcamus & doleamus. Et meminit noni capitis Ezechielis, ubi legitur; Qui in medio populi lugebant iniquitates populi, ſigno fuiſſe notatos in frontibus, atque ſic à devaſtantibus evaſiſſe.

Ezec. 9. 4.

Ita (inquit) abſque ſeparatione, quandoque ſatis erit, in medio pravorum hominum gemere ac deflere iniquitates quæ admittuntur. Et cùm Apoſtolus dicit, Auferte malum de medio veſtrùm: quandoque intelligit, unumquémque à ſe peccatum debere depellere.

1. Cor. 5. 13.

Et quia Paulus (ut notavimus) de malo homine auferendo loquitur, verba ejus interpretatur de malo interiori homine, quem quiſque debet exuere. Atque interpretatur id quod Paulus dicit, Si quis nominatur frater: non inquit; Si multi fratres, aut major pars ejuſmodi fuerint: ſed ſi quis, numero ſingulari: quaſi dixerit; Cùm unus aut alter ſic fuerit.

Ibid. v. 11.

Adducit & 2. ad Corinth. Timeo ſi venero ad vos ne Dominus me humiliet, & cogar lugere multos, qui non egerunt pœnitentiam, à ſcortatione, immunditia & luxuria. Non parcam vobis.

2. Cor. 12. 21.

Ecce, inquit Auguſtinus, cùm multi erant infecti, Paulus ait, nihil ſibi præter fletum & luctum ſuperfuiſſe. Et quod adjecit, Non parcam: ad flagellum & pœnam quampiam de illis ſumendam refert. Volebat enim Apoſtolus, eos quoquo modo affligi, ut magis capaces pœnitentiæ redderentur. Sæpe audiuntur ſalutaria monita, cùm flagellis & afflictionibus divexamur. Vnde inquit Cyprianus: Perſecutionis tempore ea loquutus eſt, & ut arbitramur non ſine fructu, quæ prius tacuit, quia inutiliter dixiſſet.

Cyprianus.

Quamobrem beatus martyr citabat Davidis ſententiam: Si præcepta mea non cuſtodierint, & in mandatis meis non ambulaverint: ſi juſtitias meas profanaverint, in virga iniquitates eorum viſitabo, ſed miſericordiam meam non auferam ab illis. Itaque luctus & gemitus eo caſu tantùm ſupererat: quare homines ita corruptos divinæ caſtigationi relinquebat, & vana ac inutilis eſſet ſeparatio ab illis quamcunque tentares.

Pſal. 89. 31.

Auguſtini timor nimius.

13 Cæterùm, iſte Auguſtini timor nimius videtur: quaſi debeamus verbum Dei relinquere, ut ſchiſmata & tumultus evitemus. Sequamur quod præcipit Deus, eventus autem providentiæ illius committamus. Parabola zizaniorum, ad hanc rem minimè facit. Nam Deus per eam oſtendit, cur ipſe qui poſſet non evellat zizania, neque perdat malos viros, quos inter ſanctos videtur tanta patientia ferre. Atque declarat ſe id facere ob perfectorum commoditatem, quò illis non deſit exercitatio & virtutum materia.

Matt. 13. 28.

Nos verò minimè tenemur, in omnibus Deum ſequi ac imitari. Ille ſolem ſuum ex æquo, ſuper bonos & malos oriri facit: nos tamen beneficia non debemus abſque diſcrimine conferre, ſed maximè domeſticis fidei. Deus peccata ulciſcitur, neque oportet ut quiſque noſtrum ſuas injurias perſequatur. Quando certum & ſingulare mandatum habemus, ad generalem imitationem Dei non eſt inde provocandum.

Matt. 5. 45.
Non in omnibus Deus imitandus.

Et quod attinet ad Iudam, peccatum ejus non erat cognitum atque perſpectum, nec ullo judicio convictũ.

De Iuda.

Quod

Digitized by Google

De malis Epiſcopis tẽpore Cypriani.

Quod idem fortaſſe dici poteſt de malis Epiſcopis, quos Cyprianus ita deſcribit: Non erant illorum crimina judicio agitata, aut Eccleſiaſtica accuſatione detecta: vel quod mihi magis ſit veriſimile, ob perſecutiones quæ indies magis ingraveſcebant, non facilè poterant haberi Synodi & Concilia, quibus illi corrupti Epiſcopi excommunicarentur & deponerentur. Facito præterea Cyprianum eos toleraſſe, videndum erit an rectè fecerit. Nullius hominis exemplum adducere nos debet, ut mandatis Dei adverſemur. Atque illa interpretatio Pauli, ut malum è medio auferatur, non eſt admodum conſentanea. Quoniam Apoſtolus, duo malorum hominum genera differre facit: Vnum eſt fratrum, alterum verò infidelium. Et quoad impios, fateor, opus eſt ut ab illorum vitiis animo & interiori homine diſcedamus, neque à nobis exigitur, ut ab eis ſeparemur. Verùm à fratribus vitiatis atque corruptis, requirit Apoſtolus, ut & animo & convictu dividamur. Neque admodũ ſunt veriſimiles illæ interpretationes, Si quis frater nominatus, &c. quia iſto loco Paulus nec paucorum, neque multorum rationem habebat. Tantùm deſcribere voluit, quiſnam eſſet excommunicatione mulctandus. Necnon ejus loci, Timeo ne ſi venero ad vos, humiliet me Dominus, &c. Quia cùm inquit, Non parcam: tam potuit reſpicere judicium excommunicationis, quàm pœnas & ſupplicia infligenda. Neque putandum eſt, Apoſtolum à ſeipſo diſſentire, qui alibi vetet, ne cum illis cibum capiamus. Scio Auguſtinum reſpondere, hoc quemque pium per ſeipſum facere poſſe, ut ſeſe à malis ſubducat: ne mala colloquia bonos mores corrumpant. Verùm ſi hoc pro ſuo arbitrio cuique permittatur, ut facultatem habeat diſcedendi & ſeparandi ſe à quibus voluerit: ſimultates, contentiones & diſcordiæ longè graviores orientur, quàm ſi publica excommunicatione vteremur. Satius eſt habere minores Eccleſias, quàm tam magnas & amplas, quæ tamen contaminatæ ſint, & undique pollutæ.

Exẽplo hominum, nõ tranſgrediẽda Dei mandata.

1. Cor. 5. 13.

Duo malorũ hominum genera.

1. Cor. 5. 11.

2. Cor. 12. 21.

Nõ debet quilibet authoritate privata, ſeparare ſe à proximo.

1. Cor. 15. 33.

Satius eſt habere parvas Eccleſias, quã magnas & pollutas.

14 Proinde videntur aliqui ſubvereri tumultus & turbas, quod ſuæ tranquillitati conſulant, ſibique fingant atque ſomnient quandam tranquillitatem & pacem in Eccleſia, quam impoſſibile eſt ut habeant, ſi rectè gregem Chriſti paſcere voluerint. Quoniam pacata & tranquilla non poſſunt haberi omnia, niſi velint ad vitia connivere. Nicena Synodus profectò iſta non reſpexit, quando Arium & ejus fautores damnavit, cùm tamen illi magna pars orbis, doctiores, atque potentiores faverent. Vnde poſtea multæ turbæ in Eccleſia ſequutæ ſunt, ut ferè univerſus orbis concuſſus fuerit. Neque Dominus cùm dura loqueretur & captu difficillima, unde plurimi ſcandalizabantur, à veritate prædicanda ea de cauſa deſtitit: ſed converſus ad duodecim, inquit, Num & vos vultis abire? Dicunt nos impoſſibilia proponere: quoniam ſi major pars Eccleſiæ corrupta fuerit, quis excommunicabit? Reſpondemus, impoſſibile eſſe, quod ab adverſariis accipitur, totam Eccleſiam aut maximam ejus partem eodem genere vitii laborare, ita ut nulla ſubinde pœnitentia & emendatio intercedat. Deinde, cur non ab initio ſuccreſcentibus vitiis occurritur? Non eſt expectandum, ut morbus totum corpus pervadat. Nec aliunde factum eſt, ut in Eccleſia tam copioſa multitudo corrumpatur, niſi quòd hanc diſciplinam intermiſerunt. Si Presbyteri & majores Eccleſię non ceſſarent, ſed perpetuò excommunicandos plebi proponerent, quos animadvertiſſent incorrigibiles, nequaquam ſic ferè tota contaminaretur Eccleſia.

Sine turba & moleſtia, non poteſt regi Eccleſia.

Exemplũ Synodi Nicenæ.

Ioan. 6. 16.

Ibid. v. 67.

Vnde tanta corruptio in Eccleſia?

15 Et cum interrogant: Quid erit faciendum, ſi non ſucceſſerit, ut per ſuffragia plebis reorum excommunicatio impetretur? Reſpondeo, ſaltem id curandum eſſe, ut damnatis atque convictis de publicis & manifeſtis criminibus, paſtor Sacramenta non diſtribuat. Chryſoſtomus dicebat, ſe potius velle ſuum corpus impendere, quàm Sacramenta pollutis impertire. Atque interea loci, omnibus modis & rationibus, ut reſtituatur hujuſmodi cenſura, perſuadere non deſiſtat. Erit (ut Auguſtinus inquit) opportuniſſimum tempus eam obtrudendi, cùm Eccleſia calamitatibus affligitur: quoniam tunc animi plebis paratiores ſunt ad ſanam doctrinam recipiendam.

Remedium ſi plebs non cõſentiat in excommunicando.

Euchariſtia non danda facinoroſis.

Tempus excommunicandi.

A Hunc itaque Patris hujus nimium timorem licet ſuſpectum habeamus, non propterea eum traducimus, quaſi adverſus Donatiſtas firmis atque robuſtis rationibus non dimicaverit. Nam illi dicebant, univerſum orbem Chriſtianum Eccleſiam non habere, quod traditores ſacrorum codicum admiſſi fuerint ad Eccleſiæ communionem, atque omnia contaminarint. Deinde qui præ ſe omnes alios Chriſtianos condemnabant, ſeveritatem cenſuræ in ſuos relaxaverant, & in ſuis cœtibus homines impuriſſimos, ut B Optatos, Gildonianos, Primianoſque patiebantur. Demum, illos quos accuſaverant traditionis ſacrorũ codicum, ut Cæcilianum & alios ejuſ farinæ, non potuerunt convincere, & in actis coram Conſtantino Magno nihil egerunt.

Donatiſtarum hæreſis.

16 Agendum modò eſt, quem in finem excommunicatio ſit adhibenda: Cùm primis ne Eccleſia malè audiat. Deinde, ut ſic exploſus, emendetur. Pręterea, ut alii non corrumpantur, quemadmodum ab una ove ſcabioſa reliquæ etiam inficiuntur. Quarto C loco, ut ſeveritas hujus judicii deterreat à peccando. Denique, ut ira & ſupplicia quæ à Deo impendent, evitentur. Nam dum homines animadvertunt, manus Dei pœnas retrahit. Quòd ſi illi ceſſaverint, perſequitur Deus ſuas injurias. Eſtque potiſſimum inventa excommunicatio, ad illius præcipuæ interioriſque cum Deo communionis inſtaurationem. Et ſemper nobiſcum debemus repetere, poteſtatem non ad everſionem, verùm ad ędificationem Eccleſiæ datam eſſe. His gravibus legitimiſque cauſis D illi adverſantur, qui ſolum pro numulis & pecuniolis diſſolvendis excommunicationem inducunt. Et ſæpe hoc divino gladio in eos qui non ſunt ſolvendo abutũtur, cùm hujuſmodi potius miſericordia quàm pœna digni haberi deberent. Deinde, quia civilia magiſtratuum tribunalia ſunt in Rebuſpublicis, ideò minus in hoc genere criminis, quàm in aliis, videretur hæc animadverſio neceſſaria. Neque hoc dico, quòd Eccleſiæ cenſuram locum habere non exiſtimem, contra eos, qui fraudant, circumveniunt, & aliena E bona detinent, potiſſimùm cùm noluerint emendari. Sed tantùm id conqueror, quod hoc genus vitii unum perſequantur: Adulteros verò, ebrioſos, maledicos, & alias hujuſmodi peſtes relinquant impunitas. Deinde, quod pecuniis diſſolutis ab excommunicatione abſolvant, cum de pœnitentia vel immutatione vitæ nihil habeant exploratum. Nequaquam ob leves cauſas, gladius iſte ſtringendus eſt. Idcirco Irenæus, non immeritò Victorem pontificem Romanum redarguebat, quòd multas Eccleſias F in Aſia vellet excommunicare, non alia de cauſa, niſi quod in celebrando Paſcha cum Romana Eccleſia conſentire nollent. Quod exemplum non eſt eò trahendum, quaſi propter ſchiſmatis metum non ſit excommunicatione vtendum: cùm tantùm à nobis ideo reciterur, quòd graves oporteat eſſe cauſas hujus cenſuræ.

In quem finem excõmunicatio adhibeatur.

Simile.

Contra illos qui tãtùm pro pecuniis excõmunicant.

2. Cor. 10. 8.

Non levi de cauſa excommunicandum

Irenęus reprehendit Victorem.

17 De affectu verò, quo debeant eſſe pręditi qui excommunicant, hoc dicere poſſumus, magnam ſanè miſericordiam & ſummam clementiam adhibendam G eſſe: eoſque ita oportet animo comparatos eſſe, ac ſi oculum ſibi eſſent effoſſuri, & manum aut pedem præciſuri. Nam ſi membra ſumus ejuſdem corporis, quomodo unum mirificè dolebimus, quando unum membrum à reliquo corpore avellendum erit? Tiberius Cæſar cùm eſſet neci ſubſcripturus alicujus damnati, ſolebat dicere: Vtinam literas neſcirem. Quod ſi fieret, homines redderentur attentiores, neque tot injuſtæ ſententiæ in excommunicando ferrentur. Hinc liquet quàm graviter Iudæi pecH carint, qui odio & invidia extimulati, Chriſtum fecerunt ἀποσυναγώγους, necnon diſcipulos ejus, & quotquot illum confitebantur. Verùm excommunicationes hujus generis, cum impiæ ſint & injuſtæ, ſanctis & innocentibus minime ſunt fraudi, ſed miniſtris & executoribus illarum maximè nocent, qui perverſè agendo Deum lædunt, Chriſtum & Eccleſiam, & ſeipſos, atque tandem quantum in ipſis eſt, oviculam Chriſti occidunt. Nam quamvis excommunicatis injuſtè Deus adſit, attamen authores huI jus injuſtitiæ, quod ad ipſos attinet, oppreſſum calumniis extra Eccleſiam depellunt, & eum pro quo

Quo affectu eſſe debeant excommunicantes.

Simile.

Ioan. 9. 22.

Injuſtæ excõmunicationes non nocẽt innocentibus.

Digitized by Google

Chriſtus mortuus eſt, devorandum lupis exponunt. Verùm contra iſtorum crudelitatem Chriſtus nos conſolatur, cùm dicit: Nolite illos timere, qui occidunt corpus, cum animam non poſſint occidere. Excommunicent iſti quantum volunt, nos à Deo, à Chriſto, & ab Eccleſia non diſſociabunt. Stultus quidam Suffraganeus degradabat (ut loquuntur) quendam ſacrificum mox comburendum: ob eam cauſam, quòd Evangelium prædicaverat, & dicebat ſe illum ab Eccleſia Chriſti militante & triumphante ſeparare. Cui martyr ille, prudens & conſtantiſſimus, reſpondit, Quid tu mihi triumphantem ac militantem Eccleſiam Chriſti narras? Nulla me creatura poteſt inde avellere. Atque tu, cùm Epiſcopum agas, fruſtra tentas contra verbum Dei me à corpore Chriſti recidere.

Matt.10.28.

Martyris Chriſtiani apophthegma.

Rom.8.35.

18 Poſtremò, non erit difficile ex his quæ diximus, videre quomodo gerere nos oporteat erga eum, qui jam excommunicatus fuerit. Subtrahenda eſt illi familiaris converſatio, quæ animi cauſa fiat: ita tamen ut liberi, uxor, & ſubditi (quoad magiſtratum) non eximantur à debitis obſequiis, ne omnia confundantur. Sed interea caveatur, ne iſta converſatione aſſenſum eidem crimini præbeant. Quæ verò ad alios, evitentur excommunicati, cibus cum illis non capiatur, non dicatur eis Ave: verùm ut Ethnici & publicani habeantur. Non tamen ceſſandum eſt à monendo, docendo & corripiendo: neque à cibando & potando, ſi neceſſitas urſerit. Quia excommunicatio non poterit ulterius extendi quàm charitas & alia divina præcepta patiantur. Odium excommunicati minimè timendum eſt. Nam ſi juſtè velit expendere quod erga ſe agitur, videbit nequaquam inimicitiâ, ſed charitate fideles in ſe commotos. Theodoſius ab Ambroſio correctus, non deſtitit eum amare, ſuſpicere ac prædicare. Et viciſſim qui ſunt excommunicati, non debent ob eam cauſam ab Evangelio reſilire, vel ab ejus fide deſiſtere. Deinde cùm reſipuerit, qui ab Eccleſia ſeparatus fuerat, reconcilietur, ut Paulus Epiſt. 2. ad Corinthios hortatur: quod leniter ſumma cum benevolentia & charitate fieri debet. Hæc de excommunicatione dicere volui, ſemper meliora paratus audire. Multa enim hac de re obſcura eſſe video, quæ ſæpè infirmiores impediunt, atque hoc vehementer doleo, quòd de Vtopia & republica Platonis mihi videor loquutus: quæ licet ut pulchra à multis laudentur, nullibi tamen reperiuntur.

Quomodo gerere nos debeamus erga excommunicatum.

Theodoſius.

2.Cor.2.8.

Decorum & ordo in Eccleſia.

19 Cæterùm Paulus 1.Corint.14. coronidem pulcherrimam addidit, ut omnia decenter & cum ordine fiant. Sed rectè intelligenda eſt ea particula *Decenter*: ne hoc decorum ſitum putemus in ſericeis inſtrumentis, aureis & argenteis vaſis, gemmatiſque poculis, nolarum ſtrepitu, ſuffitu, & luminarium fulgore. Hæc qui jactitant ut decentia, in paralogiſmum incidunt, quem Ariſtoteles, à ſecundum quid ad ſimpliciter vocat. Decentia hæc eſſe fatemur: ſed oculis corporis, ſenſui carnis, & mundi judicio, quæ nos potius abnegare debemus, quàm ſequi. Decorum quod in his requiritur, conſtat mortificatione, ſanctitate, modeſtia, contemptu mundi, & potiſſimùm ædificatione. Non objiciatur nobis, Deum externa hæc ornamenta, ut aurum, argentum, lapides pretioſos, &c. in veteri Teſtamento requiſiviſſe. Quoniam hæc, illi tempori & ætati conveniebant, quando rudis erat populus Dei, atque ut infantes ſub elementis hujus mundi detinebantur. Iam Chriſtus perfectiorem ſtatum attulit: Ideò in ejus Eccleſia, quæ per ſeipſa decentia ſunt, debemus retinere, non quæ pro aliquo tempore, populo Dei recens nato, opportuna fuerunt. Ordine quoque vult omnia fieri, hoc eſt, citra confuſionem. Nam ordo eſt, ubi aliqua ſeſe congruenter præcedunt atque ſequuntur. Quippe Auguſtinus definivit de Ciuit. Dei: Ordo eſt parium diſpariumque rerum, ſua cuique loca tribuens diſpoſitio. Sint in Eccleſia doctores, diſcipuli, plebs, paſtor, ſeniores: Et in ritibus quædam proponantur, alia ſequantur, ita ut ubique nihil præpoſterè aut confuſè agatur.

In 1.Cor.14 ad finem.

Quæ requirantur decentia in cultu Dei.

Exod.25.&c. Hæc ornamẽta Deus requiſivit in Lege veteri.

Ordo, quid.

De Templis.

20 David licet Deo gratus & ſanctus Rex prædicetur, à Deo tamen prohibitus eſt, ne illi templum extrueret: quod militiæ fuerit operibus exercitatus, & cædibus & ſanguini multorum obnoxius. Cogitemus adhæc direptam arcam fœderis, Deum contra Palæſtinos mirum in modum fuiſſe ultum, morbis fœdiſſimis eos divexando. Neque Chaldæis tandem bene ceſſit, quod & combuſſerint templum, & ſacra vaſa in captivitatem abduxerint: quia non multò poſt Monarchia eorum everſa eſt. Macedones etiam, qui templum reparatum ſuperbiſſimè violaverant, male diſperierunt. Vtque non prætereamus Chriſtianorum ſacras domus, monet Auguſtinus; qui lib.1. de Civit. Dei narrat, cùm Alaricus Gotthorum rex urbem Romam expugnaſſet, fuiſſe admirabili operâ Dei conſervatos à Barbaris, quotquot ad Petri Baſilicam confugerant. Quod antiquitus Romani minimè præſtiterunt idololatriæ, cui ſeſe mancipaverant. Nam illorum Imperatores, cum bello expugnarent orbem, templis deorum minimè parcebant, quo minus aut captivos abducerent, aut interimerent, qui ad illa confugiſſent. Quod idem Auguſtinus ex lib. 2. Æneidos Vergilii, & Hiſtoria Saluſtii accuratè recitat. Vnde quod accidit Alarici tempore, divino miraculo & Chriſti potentiæ prorſus aſcribit.

In 1.Chr.22 verſ.16.

1.Sam.5.1 &c.

Hiſtoria Alarici Regis Chriſtianorũ templa nõ ornanda, ut Iudaicum templum.

Pro domo ſacra Deo gratiæ ſunt agendæ.

21 Chriſtianorum autem templa, quanquam non tot externis ornamentis, neque tam operoſè culta eſſe debeant, ut in veteri Teſtamento Deus mandavit ornari: attamen cultui divino, æquè ac illa dicata ſunt. Quare ſi qua ejuſmodi apud nos domus exciteturr, convenit gratias Deo agere, qui populo ſuo locum dederit, quoad ſacra peragenda coire poſſit. Atque debent preces adhiberi, quibus rectus juſtuſque uſus ejus loci obtineatur. At nunc ad Eccleſiarum conſecrationem invexerunt ſuffitum, cruces pictas, cereos accenſos, oleum, ſalem, atque luſtralem aquã, & alphabetum cum Græcum tum Hebraicum pingunt in pulvere, & ſigna penè innumera, quorum nec poſſunt reddere ſolidam rationem, adhibent. Quàm ſuperſtitioſa hæc ſint, jam quiſque ut arbitror intelligit: ideo tandem explodenda eſſent, ſi rectam religionem amplecti voluerimus. Opera quæ noſtra templa deceant, ut numero pauca ſunt, ita dignitate cæteris omnibus præſtant. Cum primis Dei laudes, deinde confeſſio peccatorum, ſacræ doctrinæ adminiſtratio, preces, perceptio Sacramentorum, exercitium Eccleſiaſticæ diſciplinæ, atque oblationes pro pauperibus. Argumentum itaque à minori, commodè ſic inſtitui poterit. Cùm tanta dignitas externi templi ſive noſtrorum temporum, ſive Iudæorum conſtet: quid tandem dici oportet de vero, vivo, ac ſolido Dei templo, quod nos ſumus?

Superſtitiones conſecrationis templi, in Papatu.

Opera exercẽda in noſtris templis.

Quomodo vivum Dei templum polluatur.

Conſolatio piorum.

Singulus quiſque credentium eſt templum Dei.

D. Eccleſiarum ornamentis.

22 Si quiſpiam roget, quid ſibi velit in templo Salomonico auri tanta copia: Reſpondeo, plurimas ejus poſſe rationes aſſignari, quarum unam ſuperius indicavi: nempe Deo tum rem fuiſſe cum hominibus & rudibus & pronis ad idololatriam: idcirco voluit Deus, cum illa externa ornamenta plus æquo mirarentur, illos avocare ab idololatria, & in ſuo cultu retinere. Etenim ſi templorum ornatu delectabantur, cauſa non fuit, ut ad idola concurrerent. Nam effecerat Deus ut templum & tabernaculum tã affabrè ornatum haberent, ut in orbe tum temporis adeò præclara & eximia non extarent. Et ſanè dum homines ejus temporis tantum auri cernebant in domo Dei, debebat eis in mentem venire, Deum ipſum quem colebant, non modo rerum ſpiritualium, verumetiã divitiarum & auri eſſe authorem & largitorem, qui ea pro ſuo arbitrio diſtribueret. Vnde nõ aliunde, ſed à Deo tantùm, poſtulandũ eſſe hoc bonorum genus. Nec opes & aurum eſſe uſurpandum, niſi juxta Dei voluntatem, cum ſit ejus vera & legitima poſſeſſio. At hodie Papiſtæ κακοζηλίᾳ quadã, templa ſua gemmis ornare ſatagũt, auro itẽ & argento, ut omnia undiq; fulgeant: quod nec eſt neceſſe, neque hodie fidelibus eſt conſultum, nec quæ uni ætati proſunt, alteri ſunt utilia. Deinde attendendũ eſt, hæc aurea & argentea,

In 1.Reg.7.

Quid faciat aurum in templo.

1

2

3

Templorũ ornatus, an nobis utilis &c.

quæ

Digitized by Google

quæ modò commemorantur, in veteri Teſtamento juſtum ſuúmque uſum habuiſſe. Nam ſi extabat in templo candelabrum aureum, ſua luce ſplendidum locum reddebat: Si menſa propoſitionis, ei panes interponebantur: Si thuribula, & ſtati & certi ſuffitus in eis fiebant. Pateræ, atque crateres & phialæ ad ſanguinem victimarum excipiendum, ad aſpergendum & ad libandum conducebant: & cætera inſtrumenta valuerunt ad ignem cùm fovendum tum expurgandum. Et quoniam Deus tales cæremonias illos habere decrevit, idcirco & hæc inſtrumenta ipſis ad manus eſſe oportuit. At quando poſt Chriſti adventum, ejus generis cæremoniæ ſublatæ ſunt: quid tot generibus ornamentorum aureorum, opus eſt noſtris Eccleſiis? Beatus Rhenanus in Tertullianum libro de Corona militis, inter opes ac theſauros Maguntinenſis Eccleſiæ refert, duas fuiſſe grues argenteas, in quarum ventre ignis erat ſuppoſitus, ſuper quem aromata fundebantur, quæ cum incenderentur, per apertum roſtrum ſuffitum emittebant. Necnon fiſtulas quaſdam argenteas, quibus prophani homines, quos vocant laicos, in ſacra Cœna ex calice ſorbebant. Quaſi vero ex ipſo calice fideles bibere non potuerint, vel quibus eſſet opus ad ſuffitum non neceſſarium emittendum. Proinde ſtatuere aliud non poſſumus, quàm ſacrificos, quædam ſibi finxiſſe templorum ornamenta omnino ſupervacanea.

Beati Rhenani locus.
Grues & fiſtulæ in Maguntina Eccleſia.

23 Scio etiam tempore Patrum fuiſſe quædam aurea ornamenta in templis: ſed ante Conſtantini Magni ætatem, rara fuiſſe admodum arbitror. Deinde illa habuerunt, ut in uſus miſerorum interdum erogarentur, quod noſtri hodie minimè faciunt. Ambroſius lib. de officiis tradit, aurum Eccleſiæ ad redemptionem captivorum juſtè conflari. Et Decius Imperator, cùm à Laurentio vellet Eccleſiæ theſauros extorquere, eos intellexit jam diſtributos in pauperes. Oſtendant, ſi poſſunt, Dominum vel Apoſtolos aliquid hiſce de rebus mandaſſe. Nil ſane aliud illi commendabant, quàm verbi Dei ſanam prædicationem, uſum Sacramentorum, & vitæ innocentiam. Atque talia ornamenta boni aliquot Patres neglexerunt: unde, quemadmodum Hieronymus tradit, Exuperius Tholoſanus Epiſcopus calice vitreo, & vimineo caniſtro, ſacram Cœnam adminiſtrabat. Et in concilio Triburienſi, diſputari cœptum eſt, an aurea aut lignea vaſa deberent adhiberi ad uſum ſacramentorum. Ibi ſententiam rogatus Bonifacius martyr, ait; Cùm aurei ſacerdotes eſſent habuerunt ligneos calices: nunc lignei ſacerdotes calices volunt habere aureos. Atque ad hunc modum propoſitam quæſtionem irriſit. Quin & Perſius Ethnicus Poëta hanc hominum vanitatem perſtrinxit, ſcribens:

Aurea vaſa.
Ambroſius.
Laurentius.
Exuperius.
Concil. Trib.
Bonifacius.
Perſius.

Dicite Pontifices, in ſacro quid facit aurum?

Quem verſum, Bernardus aliquantulum immutavit. Cùm ſua jam ætate aurum in ephippiis equorum Epiſcopi haberent, ait que: Dicite Pontifices, in fræno quid facit aurum? Sed adverſarii dicunt, hiſce opibus, metallis & gemmis, ornari ſuum miniſterium. Sancti ſint vita & moribus, doceant, corripiant, & paſcant plebem ſibi commiſſam. Traditur à Paulo quàm diligentiſſimè in epiſtolis ad Timotheum & Titum, quibus ornamentis excolatur ſacrum miniſterium.

Bernardus pulchrè uſus verſu Perſii.
1. Tim. 3. 1.
Tit. 1. 6.

24 Sed adhuc aiunt, In veteri Teſtamento, non poteſt negari quin talia ſint adhibita: cur idem nobis minime licet? Cæterùm, ſi decreverunt omnia revocare quæ agitata ſunt in veteri Teſtamento, cur etiam ſacrificia Moſaica non repetunt? Fateantur ſe ſpiritum puerorum, non adultorum; & ſervituris, non libertatis habere. Fingant ſibi oportet alium Chriſtum, qui hoc genere cultus delectetur: nam verus Chriſtus, nunquam talia requiſivit. Fatemur Deum in veteri Teſtamento, hæc voluiſſe habere à Iudæis: à Chriſtianis autem illa non poſtulavit. Vnde qui hodie non petenti dant, male faciunt. Iam ea vivimus ætate, qua Deus non in hoc loco, vel in monte, ſed in ſpiritu & veritate adorandus eſt, ut Ioan. c. 4. habetur. Idcirco impenſæ quæ in iſta prodiguntur, multò ſatius in alendis pauperibus, & promovendis literis, præſertim ſacris, collocarentur. Deinde ornamenta Salomonica eo quoque tempore non ita fuiſſe neceſſaria, quin citra illa Deus coli potuerit: ex eo demonſtratur, quòd volente Deo, direpta fuerunt à Chaldæis. Præterea ſi rationem temporum ſubducamus, facilè deprehendemus, hoc aurum Solomonicum non diu fuiſſe in templo aſſervatum, quia Rehabeam filius ejus magna ex parte illud ſuſtulit: ut Seſacco Regi Ægypti, in cujus poteſtatem venerat, illud traderet. Et rurſus, Abias Regi ſe obſidenti non parvam copiam illius auri eſt largitus: Ezechias quoque ſimiliter fecit. Sed ad noſtrâ redeamus. Conſtantinus I. ejus nominis Imper. tantis ſumptibus feneſtram aperuit, qui, ut ſcribit Euſeb. lib. 3. illius vitæ, Hieroſolymis templum dedicavit, quod magnificè inſtruxit, anathematis, auro, argento, & gemmis. Scio præterea Optatum Milevitanum Epiſcopum lib. 1. contra Parmenianum, mentionem feciſſe talium ornamentorum, necnon & alios ex Patribus. Verùm quicquid illi aut dicant aut ſtatuant, ſi à nobis recipiendum ſit, verbi Dei teſtimonio comprobetur oportet.

Objectio cur quod licuit in Teſtamento veteri non quoque liceat in novo?
Ioan. 4. 24.
Etiam veteri Teſtamēti populo non fuiſſe neceſſaria illa ornamenta.
1 Reg. 14. 25.
2 Reg. 18. 15.
Theſauri Templi, per quos exhauſti.
Templorum Chriſtianorū luxus initia.

CAPUT VI.

De Schiſmate, & an Evangelici ſint ſchiſmatici, quod ſeceſſerint à Papiſtis. Vide infrà Cap. 10.

DEpenſionem in tria capita diſtribuam, Primùm, oſtendam, noſtræ ſeparationis juſtiſſimas cauſas interceſſiſſe. Deinde, neceſſariam fuiſſe nobis hanc ſeparationem, confirmabo. Tertiò, planum faciam, nos ab Eccleſia non diſceſſiſſe, verum potius ad eam acceſſiſſe. Sed priuſquam deſcendam ad hæc explananda, de Schiſmate libet nonnulla præfari. Vocabulum eſt Græcum, deductum ἀπὸ τοῦ σχίζειν, quod eſt divido, ſeco, & ſcindo. Inter Schiſma vero & Hæreſin, Auguſtinus adverſus Creſconium Grammaticum ita diſtinguit, ut Schiſma dicatur recens congregationis ſeparatio, propter aliquam ſententiarum diverſitatem, quæ cum fuerit inveterata, Hæreſis vocatur. Sed non videtur admodum veriſimile, ut hæc inter ſe differant, vetuſtatis & novitatis diſcrimine. Illud potius magis congruit, ut Schiſmate poſſint homines laborare, qui tamen eandem fidem retineant, ut in Papatu ſæpius contigit. Hæreſeos verò proprium eſt, ut aliquod dogma ſeorſim ab aliis defendendum ſuſcipiat, quòd tam verbo Dei quàm communi fidei repugnet. Paulus tamen ad Corinth. in Epiſt. 1. duo hæc videtur confundere: nam illos & hæreſeos & ſchiſmatis accuſat.

In 1 Reg. 12 ad finem.
Hujus tractationis partitio.
Etymon.
Differentia ſchiſmatis & hæreſeos.
1. Cor. 1. 18.

2 Id prætereundum non eſt, Auguſtinum facere odium contra proximum cauſam Schiſmatis. Et ejus odii, quatuor capita poſſunt oſtendi: nimirum, quod homines inter ſeſe, quoad principia non conſentiant: & idcirco Paulus optabat ut Corinthii, aptati & juncti eſſent in eadem mente. Deinde in iis nonnunquam diſcrepant, quæ deducuntur & concluduntur ex principiis: ideò ſubjicit Apoſtolus, ut conjungantur in eadem γνώμῃ. Fit etiam quandoque, ut licet conveniant in mente & ſententia, tamen adeo quidam ſunt amantes locutionum ſuarum & formularum dicendi: eáſque tam mordicus retinent, ut potius à fratribus velint ſeparari, quàm eas deſerere: ideò Paulus optabat, ut idem loquerentur. Poſtremò, idcirco ſe fratres odio habent, quod alii alios ſibi præficiant: ut in Corinthiis accidit, quorum alii dicebant. Ego Cephæ, ego Pauli, ego verò Apollo. & unuſquiſque illos oderat: qui ſuo præfecto non adhærebant, utque viſum eſt in Eccleſia Romana, cum duo vel tres Papæ ſimul vixerunt. Iis annotatis, facilè colligi poteſt, quid ſit Schiſma, nimirum: Separatio congregationis ex odio fraterno, propter diverſitatem aut mentis, aut ſententiæ, aut locutionum, aut electionis præfectorum, quæ odium illud & procreant & augent.

Schiſmatis cauſa efficiens.
1. Cor. 1. 10.
1. Cor. 1. 12.
Definitio.

3 Veruntamen ſciendum eſt, non omne Schiſma bonum eſſe, aut malum. Nam eſt quod non poſſis damnare, & quod meritò approbes. Non eſt ea ſeparatio, niſi partium à toto, quod ubi fuerit malum, ſi quædã partes ab eo ſe dividant, quod vitiari & infici nolint, diſceſſio erit laudabilis. Ita cõmendatur Abrahamus, quod à Chaldæis & patria ſua diſceſſerit.

Schiſmatis ſpecies.
Heb. 11. 8.

Digitized by Google

Seceſſio bona.

Bona item ſeparatio erat Proſelytorum, qui ſe ab idololatria ſejungentes, ad populum Dei accedebāt. Chriſti etiam & Apoſtolorum diſceſſio à Iudæis, probanda omnino eſt: præſertim cùm ipſe Chriſtus dixerit, ſe non veniſſe mittere pacem, ſed gladium, ac ſeparare homines à ſuis domeſticis.

Mat.10.34.

Accidit etiam quandoque, ut omnes partes alicujus totius malæ ſint: conducit autem piis, ut à ſe invicem diſtrahantur, quo langueſiant & debilitentur. Et eo ſanè conſilio Paulus, cùm in magnum diſcrimen veniſſet, Phariſæos & Sadducæos inter ſeſe commiſit.

Act.23.6.

Commodum item fuit prædicationi Evangelii, cùm de Chriſto Iudæi inter ſeſe diſſenſerunt: pars de illo dicebat, Bonus eſt, quandoquidem tot ſigna facit: alii verò malum eſſe affirmabant, neque à Deo eſſe poſſe, cùm Sabbatum ſolveret.

Ioan.7.40.

At ſi totum ipſum bonum fuerit, & partes aliquæ putres ac vitiatæ receſſerint, tale Schiſma deteſtandum & malum ſtatuemus.

Seceſſio mala.

Perniciosum idcirco eſt, quia nec partium, nec totius natura conſervatur. Quod ut intelligamus, conſideranda eſt diſtinctio quædam totius, ut à Phyſicis traditur. Aliud dicitur ὁμοιομερὲς, & conſtat ſimilibus partibus: ut eſt aqua, ſanguis, terra, & hujuſmodi.

Totius diviſio.

Si diviſio fiat, pereunt quidem vires quoquomodo totius (nam diſtractione illa debilitatur) attamen in partibus natura totius conſervatur: quælibet enim pars aquæ eſt aqua, & quælibet pars ſanguinis eſt ſanguis. Alterum totum reperitur, quod vocant ἑτερογενὲς, quod partium varietate conſtat: talia ſunt animantia conſtituta ex diverſis membris, quin & plantæ diverſis organis conſtant. Hæc ſi quis diviſerit, nec totum, neque partes conſtabunt. Homo diſtractus in partes, homo eſſe deſinit: & partes ejus non amplius humana ſunt membra. Eccleſia verò, cùm ſit corpus diverſarum partium, quando ſcinditur, & ipſa quodammodo ruit, & partes ejus diſtractæ pereunt, cùm ab æterna vita excidant. In malo itaque Schiſmate qui ſe ſeparant, & ſeipſos perimunt, & (quantum in eis eſt) Eccleſiam demoliuntur, niſi Chriſtus adeſt, qui eam & reſtituit & conſervat. Cavendum eſt itaque vitium hoc, ut exitioſum.

Seceſſio noſtra qualis & quæ ejus cauſæ.

1 Papiſtę defecerunt à fide.

4 Nunc videndum eſt, An ſeparatio noſtra ſit mala vel bona. Affirmo bonam eſſe: Primùm, quòd juſtiſſimas & optimas habet cauſas, quas hoc ordine recenſebo. Prima: Nulla poteſt in Eccleſia inter eos eſſe conjunctio, qui non retinent fidem. Adverſarii noſtri abjecerunt, non retinent fidem: Quare non poteſt inter eos & nos intercedere conjunctio. A fide illos diſceſſiſſe patet ex eo, quòd verbo Dei poſtpoſito, traditionibus adhæſerunt.

2

Rom.10.17.

Fides verò eſt ex auditu: auditus autem per verbum Dei, ut Paulus atteſtatur. De inde cum illis non poteſt eſſe conſociatio, qui potenti ac propemodum tyrannica vi, nobis obtrudunt gravia & intolerabilia longè magis quàm pſeudoapoſtoli vellent imponere gentibus ad Chriſtum converſis. Quid hic faciamus? Dixerunt Lacedæmonii olim Athenienſibus, Si duriora morte imperaveritis, potius moriemur, quàm ea ſimus præſtituri.

3 Papiſtæ ſibi nimium arrogant.

2.Cor.1.24.

Tertio loco, plus adverſarii noſtri ſibi uſurpant, quam Paulus exiſtimaverit ad ſe pertinere. Scripſit ad Cor.2. cap.1. Non quaſi dominemur fidei veſtræ. Quibus verbis teſtatur, fidem nemini ſubjectam eſſe, niſi verbo Dei. Non itaque miniſtri Eccleſiæ illi dominantur: ſed ut dicit Petrus Epiſtola prima cap. 5. admonendo & docendo eſſe debent adjutores gaudii fidelium, id eſt, æternæ illorum felicitatis.

1.Pet.5 2 & 12.

Dixerat verò prius, Non quaſi dominantes in cleros: Intelligit per cleros, populum Dei. Eccleſia eſt unum quoddam corpus Chriſti, ſi generatim conſideretur: Sed habet multas partes, id eſt particulares Eccleſias, quæ omnes dicũtur Dei ſortes & hęreditates. Proinde nolebat Petrus, miniſtros & paſtores erga eas inſtar dominorum ſe gerere.

4 Papiſtæ nullam faciũt Evangelii copiam ſuis.

Quartò, non patiuntur homines papiſtici, ſi cum eis verſemur, nos purè ac ſynceriter Deum colere: quia nec liberè Evangelium prędicari à nobis permittunt, neque puram Sacramentorum adminiſtrationem, ut à Chriſto fuit inſtituta, concedunt.

5 Papiſtæ nos quotannis execrantur.

Quintò, ipſi nos execrantur, diris acerrimis devovent, præſertim die Iovis magnę hebdomadæ. Cùm itaque ſic nos excommunicaverint & excommunicationem ſingulis annis renovent: quid agamus cum illis, cùm tam crudeliter à ſe nos abdicaverint? Sextò, Si nos eis adjungamus, à majori parte orbis avellemur: quandoquidem ipſi pro Schiſmaticis habent Eccleſias Aphricanas, Ægyptias, Syrias, Orientales, Aſiaticas, & Græcas, eo nomine ſanè, quòd Romanæ ſedi, vel potius tyrannidi, ſubjici nolint.

6 Papiſtæ ſegregati ſunt ab orbis habitati parte maxima.

Septimò, non contenti excommunicationibus & diris, quibus nos execrantur, fideles ac Evangelicos homines, ferro, vi, carceribus, exiliis, confiſcatione bonorum, & denique flammis & ignibus, ſæviſſimè perſequuntur ac perdunt.

7 Papiſtæ pios perſequuntur.

Octavò, convenit ut pii viri unà cum peccatoribus verſentur, quoad ſupereſt de illis aliqua ſpes, dúmque ſe monentes audire ſuſtinent.

8 Papiſtæ nõ admittunt emẽdationem.

At iſti obturarunt aures ſuas ceu aſpides, neque ullam vocem admonentium ferre poſſunt. Inclamatum eſt illis diu, & ipſi vi coacti, fatentur in Eccleſia multos errores obrepſiſſe, nec tamen ullos vel demonſtrant vel emendant. Habita ſunt aliquot Concilia, nimirum Conſtantienſe, Baſilienſe, Florentinum, Tridentinum, propemodum ætate noſtra ſeu patrum noſtrorum: neque correctum eſt vel tantillum in Eccleſia, vel error, vel abuſus. Quare videntur jam ſalutis deſperatæ. At cum illis vivendo docet experientia, veritatem potius occultari & debilitari quàm illos meliores fieri. Quocirca non eſt mirandum ſi ſecedamus. Nam Apoſtoli hac eadem ratione ſeceſſerunt à Iudæis: cum illi verbum Dei abjecerunt.

Act.13.46.

Nonò, ſperarunt, & adhuc opinantur multi, reſtare unicum remedium, quod poſſit rebus afflictis adhiberi, univerſale Concilium, quòd liberè haberetur, ubi cauſa ex utraque parte diſcuteretur.

9 Papiſtę abhorrent à Cõcilio Chriſtiano.

At iſti nunquam eò ſe patiuntur adduci: ægrè mentionem Concilii audiunt, deinde ne videantur nimium improbi, Concilium utcunque largiuntur, ſed tale quod tantummodo conjuratis adverſus Dei verbum conſtet. Cúmque hujus cauſæ ſtatus & cardo in Papam vertantur, nullos ibi ferre volunt, qui non ſint ei jurati.

10 In Eccleſia quę & quot rerum genera?

5 Decimo, In Eccleſia tria ſunt rerum genera. Nam quædam neceſſariæ ſunt, aliæ verò liberæ, nonnullæ vitioſæ. Inter neceſſaria conſtituuntur, doctrina & ſacramentorum adminiſtratio, nécnon ſancta & honeſta vita: nempe ut homines erga Deum, erga ſeipſos & proximos piè, modeſte ac juſtè ſe gerant, quod utique totum ad diſciplinam ſpectat.

Rom.1.16. & 3.21. & 5.1.

Gal.1.16.

Id cùm ita ſit, ſpectemus quomodo iſti ſe in iis omnibus habeant. Doctrinam utique corruperunt: non enim fide ſola (ut Scripturæ ſtatuunt) nos juſtificari docent, ſed etiam operibus. Cultum imaginum, & adorationem creaturarum prædicant: mortuorum invocationem tuentur, & alia hujuſmodi, quæ meræ ſunt corruptelæ cœleſtis doctrinæ. Adminiſtrationem verò Sacramentorum ita deformarunt, adjiciendo & lacerando, ut jam ferè non agnoſcantur. Præterea, quoad mores & vitam, uſque adeo diſciplinæ frena relaxarunt, ut bonum dicant malum, & quod eſt malum prædicent eſſe bonum.

Eſa.5.20.

Omnia ſúſque déque accipiuntur: & tanta eſt rerum confuſio, ut nulla cernantur juſtitiæ diſcrimina. Libera verò, jam non ſinunt eſſe libera. Ciborum delectum ſanxerunt, cùm in cibo & potu, teſte Apoſtolo, nemo debeat nos judicare.

Col.2.16.

Dies obſervant magna ſuperſtitione. Iejunia item non ſinunt libera, ſed ſtata vertente anno habere volunt: Die Veneris ac Sabbati, quadrageſima, vigiliis, & angariis decreverunt eſſe jejunandum. Matrimonium, quod inter cætera liberrimum eſſe oportuit, omni clero interdixerunt. Sunt etiam ab illis præſcriptæ veſtes, ita neceſſariæ, ut abſque illis Miſſa non poſſit haberi. Nolunt conſecrari fermentatum panem, ſed azymum. Cæremonias & ritus adeò communes volunt, ut omnes illis utantur. In ſumma libera fecerunt neceſſaria. Vitioſa & corrupta reſecare nolunt: mordicus retinent, & eum qui monuerit graviter inſectantur.

11. An Eccleſiæ Romanæ conveniat titulus Eccleſiæ catholicæ?

6 Vndecimò, Nullos conſociari ſibi volunt, qui non profiteantur Catholicam Eccleſiam eſſe Romanam, conantúrque univerſalem Eccleſiam facere particularem. Nam Romana certa quædam eſt Eccleſia, ut Alexandrina, Mediolanenſis & Epheſina. Catholica verò, eſt univerſalis: nam ibi reperitur, ubi ubi agunt rectè credentes, & vera Chriſti membra: locis & cathedris non alligatur. A Catholica Eccleſia

iſti

Digitized by Google

iſti ſtatim defecerunt, cùm Papatus ab eis erectus
eſt. Nam qui noluerunt jugum ſubire, à Romanen-
ſibus expulſi ſunt ab Eccleſia. Non quæſiverunt ut
Chriſti nomen latè propagaretur, ſed ut ipſi quàm
amplißimè dominarentur. Scripſit Paulus ad Ro- **Rom.12.5.**
manos, nos eſſe unum corpus in Chriſto, & ſingulos
aliorum membra. Quod ſi in Chriſto dixit nos eſſe
unum, ſatis eſſe debet Chriſtum profiteri, non Ro-
manam Eccleſiam. Donatiſtæ à multis Patribus & **Donatiſtarum errores de Eccleſia.**
ab Auguſtino pręſertim coarguuntur, quod Eccle-
ſiam Catholicam in angulum Aphricæ ad ſe con-
traxiſſent, affirmantes alibi non amplius Eccleſiam
reperiri. At nónne idem Papiſtæ faciunt, cùm nullas
agnoſcant pro Chriſti Eccleſiis quæ Romanam ut
caput & principem ſuam non ſequantur? Aſſerant, ſi
poſſunt, Evangelium natum eſſe Romæ. Dici non
poteſt. Etenim à Hieroſolymis cum ad Græcos tum
ad Latinos pervenit. Quare conficitur Eccleſiam
Romanam jure vetuſtatis, non eſſe omnium pri-
mam. Deinde colligitur, Eccleſiam Catholicam exti-
tiſſe ante illam. Quod ſi tunc abſque ea eſſe potuit,
quid obſtat, quin etiam nunc Eccleſia Catholica ex-
tra illam exiſtat? Quòd ſi (ut loquamur cum Diale-
cticis) primo & per ſe Romana Eccleſia eſſet Catho-
lica, omnes per illam Catholicæ dicerentur & eſ-
ſent. Quod ut falſum ſit jam oſtendo, quod Hieroſo-
lymitana, Antiochena & aliæ nonnullæ prius Ca-
tholicæ fuerunt, quam Romana eſſet plantata. Dein-
de conſideremus, Eccleſiam Catholicam fuiſſe anti-
quitus dictam Chriſti, non Romanam. Unde hæc ac-
ceſſit adjectio? Quis mortalium hunc articulum fi-
dei condidit? Canimus in Symbolo, & profitemur
nos credere unam ſanctam Catholicam & Apoſtoli-
cam Eccleſiam. Hæc illi transformarunt in Roma-
nam. Qua vero licentia & poteſtate fecerint, niſi
ſuam fateantur ambitionem, monſtrare non poſſunt.
Porrò quoad humanas rationes, ſi cui dandus fuiſſet
iſte titulus, Eccleſiæ Hieroſolymitanæ conveniebat, **Hieroſolymitana Eccleſia quare prima habita.**
cùm ibi Chriſtus docuerit, & cruci fuerit affixus, inde
ad cœlos aſcendit, & inde Apoſtolos ad prędican-
dum miſit. Sed multæ rationes fuerunt propter
quas ea Eccleſia non fuerit prima omnium conſtitu-
1 ta. Viri Apoſtolici, qui primo tempore in ea florue-
runt, ſancti ac modeſti erant, & idcirco talem prima-
tum non ambierunt. Deinde inter Iudæos & Ethni-
2 cos ad Chriſtum converſos, æmulatio quædam, ne
dixerim odium, interceſſit. Utque Iudæi tenaciſſimi
erant veterum cæremoniarum, ita eas tentaſſent
gentibus obtrudere: quo ſtudio animadverſo digni-
3 tas ejus Eccleſiæ obſcurabatur. Adhæc locus ille,
poſt everſionem à Tito Veſpaſiano inductam, non
erat clarus neque illuſtris: quandoquidem Reges &
Monarchæ nulli ibi degebant, & ſatis conſtat prima-
tes Eccleſiarum ſecutos eſſe ſplendorem civilem.
4 Deinde Hieroſolymitani Patriarchæ, ſucceſſu tem-
poris, non fuerunt in vera fide conſtantes, verum hę-
reſibus ſeſe polluerunt: unde minus erant perſpicui.
5 Et quòd multum impedivit primatum, inopia &
paupertas acceſſit. Non fuit illa Eccleſia tam opulen-
ter ditata, ut Romana, Alexandrina & Conſtantino-
politana. Sed ut redeam unde diſceſſi: Si vetuſtas,
Chriſti & Apoſtolorum converſatio, Evangelii origo,
non effecerunt, ut Hieroſolymorum Eccleſia Catho-
lica eſſet & diceretur, unde comminiſcentur Roma-
nam id habuiſſe? Fortaſſe dicent à Petro. Sed hac de
re inferius dicam. Quod ad rem nunc attinet, id ſta-
tuamus, Eccleſias omnes, modò retineant fidem &
verba Dei juſta ſynceritate, quoad rem ipſam, Ca-
tholicas eſſe, necnon æquales. Sin vero non rem, ſed
accidentia contemplemur, quod ad homines craſſos,
ea excellit alias, quæ opibus & ſplendore principum
pręſtat. Quo vero ad pios, ea cęteras antecellit, quæ
donis Dei & chariſmatis ſpiritus eſt illuſtrior.

12 7 Duodecimo, Adverſarii noſtri quam manife-
ſtiſſimè deprehenduntur illis criminibus immerſi,
de quibus pronunciavit Apoſtolus, quod qui talia **1.Cor.6.10.**
faciunt, non habent partem in regno Dei. Quem er- **Papiſtę eorum criminum rei ſunt quibus Paulus dicit homines excludi regno Dei.**
go locum illis dare habemus in Eccleſia? Simoniaci
profectò ſunt, venefici, ſanguinarii, bellorum excita-
tores, libidinoſi, diffluunt luxu plus quàm Perſico
vel Sybaritico: verbo Dei non vacant, non prędi-
cant, non paſcunt gregem, imò ſcandalis omnia re-
A plent. Et interea nihil aliud crepant quàm Petros &
Paulos, à quibus plus diſtant quàm cœlum à terra.

Decimotertiò ac poſtremò, Nos pati nolunt ſe- 13
cum agere, niſi cum ipſis in Miſſa communicemus, **Neminem ſecum ferunt niſi in Miſſa cum ipſis communicet.**
in qua tot inhærent vitia, ut hoc loco non poſſint
exponi. Sed bene habet. Ejus vitia & corruptiones,
noſtris hiſce diebus adeò patefactæ ſunt, ut monſtra-
tore non amplius opus habeant. Unum tantùm affe-
ram, ibi panem & vinum adoranda proponi, quæ ſi
B quis recuſaverit colere, de ſalute ac bonis ejus
funditus actum eſt. Quapropter cùm tam juſtæ
ac tot cauſæ ſint noſtri diſceſſus à Papatu, ſepara-
tio noſtra laudabilis admodum, non improbanda
videtur. At ne diſſimulemus quicquam, afferenda
nunc ſunt, quę illi contra hujuſmodi cauſas objicere
ſoleant.

8 Primum aiunt, à nobis nec rectè neque ordine **An verbi divini authoritas pendeat ab Eccleſiæ judicio?**
fieri, qui Eccleſiã verbo Dei metiamur, cùm è diver-
ſo agere oporteat, nimirum ut verbum Dei Eccleſię
C authoritate conſtabiliatur. Volunt in ſumma, Eccle-
ſiæ vim & poteſtatem ſermonibus Dei anteferri. Ad
id confirmandum, Hoſius, noſtro tempore Papiſta- **Hoſius.**
rum clypeus, illud adducit quod à Chriſto dictum
eſt, Si te non audierit, dic Eccleſiæ. Iam vides ait, Ec- **Mat.18.17.**
cleſiam fuiſſe novi Teſtamenti, cùm ejus nullum
verbum ſcriptum haberetur. Quidam reſpondent,
Chriſtum de ea Eccleſia id intellexiſſe quæ futura e-
rat, & Apoſtolorum prædicatione poſtea colligen-
da, non autem de illa quæ tum temporis extaret.
D Hoc ego reſponſum minime probo: quandoquidem **Eccleſiam Chriſti temporibus verbum ſcriptum habuiſſe.**
Eccleſia & jam tunc erat, neque (ut iſte fingit) verbo
ſcripto caruit, nimirum libris antiqui Teſtamenti.
Ex illis utique Chriſtus, Apoſtoli, ſua dogmata con-
firmabant. Unde Paulus ad Romanos ait, de veteri **Rom.15.4.**
Teſtamento loquens; Quæcunque ſcripta ſunt ad
noſtram doctrinam præſcripta ſunt, ut per patien-
tiam & conſolationem Scripturarum ſpem habea-
mus. Ad Timotheum quoque ait, Omnis Scriptura **1.Tim.3.16.**
divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum & arguen-
E dum, ad corrigendum ac inſtituendum, ut perfectus
ſit homo Dei, &c. Scribit item ad eundem, Attende **1.Tim.4.13.**
lectioni, &c. De Theſſalonicenſibus etiam dicitur in
Actis Apoſtolicis, quòd audito Paulo, ex Scripturis **Act.17.11.**
quærebant, num ita eſſet quemadmodum ille do-
cuerat. Sed adverſarii ſuum argumentum altius re-
petunt, & contendunt Eccleſiam Dei ante Moſen
fuiſſe, quæ tamen Scripturas non habuerit. Moſis
quippe libros omnium faciunt antiquiſſimos. Quod
facilè dederim, ſi loquantur de iis, quæ nunc extant.
Sed quomodo illi norunt, an Eccleſia illa vetus ha-
F buerit vel nõ habuerit aliquos divinos libros? Moſes
porrò librum juſtorum, & librum bellorum Domini **Num.21.14. Ioſ.10.13. 2 Sam.1.18. Iud verſ 14.**
citat. Et fieri potuit, ut Noah, Abrahamus, Iſaacus, &
Iacobus ea ſcripſerint, quæ ad ſua tempora pertine-
bant, ita ut Moſes illa poſtea collegerit ac digeſſerit
afflatu divini ſpiritus. Iudas utique in ſua Epiſtola
quædam ex libro Enoch inſeruit. Nec moror, ſi dixe- **Liber Enoch.**
ris librum eſſe apocryphum, quoniam fuit apocry-
phus ille fortaſsis, qui poſt Apoſtolorum ętatem cir-
G cumferebatur. Quę verò Iudas attulit, firma & certa
erant. Sed fingamus non fuiſſe ante Moſen Dei ſer- **Ante Moſen fuiſſe verbum ſcriptum.**
mones, niſi tantùm ore prolatos, & per manus tradi-
tos. Quid hoc ad rem pręſentem facit? Siquidem ſer-
mones iidem, quando poſtea fuerunt literis conſi-
gnati, obſervari debent & retineri, ita ut nihil in eis
ab hominibus immutetur. Eccleſia cùm Dei verbo
colligatur, ut ſit poſterior eo, neceſſe eſt. Neque po-
teſt Eccleſia ſuo jure verbis Dei adverſari, quia Spi-
ritus divinus minimè ſecum pugnat. Quod autem in
H voce vel in pictura ſit, nihil refert: ſunt enim hęc ac-
cidentia ejus, non autem propria & vera ipſius natu-
ra. Et ideo verbum Dei, ſive per vocem, ſive per ſcri-
ptum tradatur, eſt inviolabile, neque poteſt ſonare
contraria.

9 Rurſus Hoſius nobis adverſatur, atque Spiri- **An ex æquo debeat audiri Eccleſia & verbum Dei ſcriptum?**
tum ſanctum loqui cum fidelibus tam per Eccle-
ſiam, quàm per Amanuenſes, qui divinas literas con-
ſignarunt: & inde (ut ſibi videtur) conficit, ex ęquo
Eccleſiam eſſe audiendam atque divinas literas. Nos
I verò dicimus, Spiritum Dei utroque modo nobis lo-
qui, ſed (ut antea monuimus) nequaquam pugnan-
tia. Quamobrem cum per Eccleſiam quippiã tradit,

id ſcriptis oraculis non repugnat. Præterea de Amanuenſibus certi ſumus: etenim majores noſtri, qui tum vixerunt, ſacros libros ab eis editos fuiſſe, manifeſte noverunt. Vnde non eſt quod vereamur ſuppoſititios eſſe. Deinde fidelibus adeſt Spiritus Dei, quo ſentiunt eorum ſcripta divina eſſe, non ab hominibus confiċta. Quo verò ad Eccleſiam ſæpe ambigimus: Nam qui eam referunt Epiſcopi, non ſemper in nomine Domini conveniunt. Deinde, quantumvis pii & ſancti fuerunt, adhuc ſunt homines, & multum carnis habent, qua eorum mentes & affeċtus crebro perturbantur. Non dubito Cyprianum cum ſuis Epiſcopis, bono & pio animo conveniſſe: nihilominus tamen de hæreticis qui reverterentur ad Eccleſiam retingendis erravit. Huc deinde accedit in Conciliis non ponderari, ſed numerari ſuffragia: quo fit ut major pars minorem, & deterior meliorem crebrò vincat. Quocirca ſtatuere non poſſumus Eccleſ. perinde ut Scripturam non errare. In Synodo profeċto Nicena, etſi de Patris & Filii conſubſtantialitate reċtè decretum eſt, magna tamen ſemina impietatis, quoad ſatisfaċtiones & pœnitentiæ tempora, inſerta fuerunt. Vt verò affeċtibus Patres illi commoti fuerint & agitati, ſatis ex eo declaratur, quod ceu ... & Furiæ in ſe mutuò invehebantur, atque accuſationibus, libellis famoſis & calumniis, pium Imper. incitabant & inflammabant adverſus collegas, ut mirum fuerit, eum potuiſſe eorum intemperiem ferre. Convocati erant, ut de religionis præcipuo capite agerent, & hoc omiſſo, bili & ſtomacho tantum indulgebant. In altera Synodo Epheſina non tantùm in dogmate turpiter erratum eſt, ſed ad manus venerunt, ut Flavian. Conſtantinop. Epiſc. ibi calcibus oppreſſus ſit. Scio nonnullos dicere, illum conventum non fuiſſe legitimum Concil. Sed hoc parum me movet. Rogo enim quid ei defuerit, quod ad juſta & vera Concil. requiratur? Authoritate Imp. Epiſcopi erant convocati, non minus atque ad Nicæ. Synod. Aderant legati Epiſcopi Romani, & Alexand. Epiſcopus jure ſuo præſidebat. Chalcedonenſis etiam Synodus, licet Eutychetem juſte damnarit, à Leone tamen Epiſcopo Romano taxatur, quod poſtpoſita ſede Alexandrina, ſecundum locum dederit Conſtantinopolitanæ, & reſciderit quod in Nicena decretum fuerat: quod citra inconſtantiæ notam fieri non potuit.

Epiſcoporum & Conciliorum lapſus. Supra Claſ. hujus Cap. 4. Sect. 10.

Cypriani error.

Nicenæ Synodi Patres quomodo ſe geſſerint.

Epheſinæ Synodi forma.

Chalcedonenſis Synodus.

10 Sed aiunt, hoc ad dogmata ſeu Articulos fidei minimè ſpeċtare. Quibus regerimus poſteriorem Synod. Epheſ. Eutychetis errorem probaſſe, atque illum abſolviſſe, quam poſtea Chalcedon. damnavit. Adhæc Synod. Conſtantinop. quæ ſub Leone Imp. habita eſt, ſuſtuliſſe imagines: deinde Septimam, quæ congregata eſt ſub Irene, cùm imagines tum earum cultum approbaſſe. Cùm hæc diverſa ſint & contraria, quoad fidei capita, quis feret de illis judicium? Nemo ſanè præter Dei verbum, ad quod oportet ut reſponſa Eccleſiæ ſeu Conciliorum examinentur. Errat interdum Eccleſia, ſi de ea loquamur quæ aſpeċtabilis eſt, & ſedet in Concil. Dominus ait, Pſeudochriſtos & Pſeudoapoſtolos ita prævalituros, ut vel ipſi eleċti ſeducantur, ſi fieri poſſit. Daniel quoque teſtatus eſt, Antichriſtum in ipſo templo Dei ſeſſurum, hoc eſt, inter eos qui Eccleſia nominantur. Speċtemus Eccleſiæ veteris conventus, & eos tam aberraſſe videbimus, ut in eis Iere. Propheta ſuccubuerit, necnon Micheas, qui verberatus eſt, cùm unà conveniſſent 400. Prophetæ coram Achabo & Ioſaphato regibus. Chriſtus denique ac ejus Apoſtoli, à Iudæorum Concil. proſcripti fuerunt. Quin & Nazian. (ut ad noſtra revertar) in quadam ſua epiſtola dixit, ſe nunquam vidiſſe bonum Concil. Epiſcoporum, ſe nunquam vidiſſe bonum exitum. Ad ſummam, id inter nos & adverſarios controvertitur, An Eccleſia poſſit errare. Nos ei annectimus verbum Domini, ex quo ſi agat & definiat, illam dabimus non errare. Papiſtæ verò exiſtimant illam uſque adeo regi Spiritu ſanċto, ut licet præter ſeu contra verbum Dei quippiam ſtatuat, nequaquam erret. Et ideo volunt ei potius credi, quàm divinis literis. At dum tali ſententiæ innituntur, à veteribus Patribus toto cœlo diſcrepant, qui ſemper in Conciliis decreta ſua oraculis divinis confirmabant.

Conſtantinopolitana Synodus.

Mat. 24. 14.

Dan. 8. 9. & 11. 36.

Ier. 26. 8.

1. Reg. 22. 24.

Ioan. 9. 22.

Nazianzenus.

An Eccleſia poſſit errare?

11 Pergunt adverſarii, & veritati, diċto quodam

A

Aug. contra Epiſtol. Fundamenti, aſtutè inſidiantur. Ibi vir Dei ſcripſit, Non crederem Evangelio, niſi authoritas Eccleſiæ me commoveret. Iis verbis regulam Dialeċticam adjiciſit, qua dicitur, Propter quod unumquodque tale, id magis eſt tale. At ſcire debuerant, ſi dialeċticè agendum ſit, illam præceptionem tantummodo in cauſis finalibus eſſe firmam. Si quis enim valetudinis cauſa utatur pharmaco, ſanitas ab eo potius quàm pharmacum expetitur. In cauſis verò efficientibus, hac via nihil concluditur, niſi tota &

B

integra cauſa fuerit adduċta. Si quis enim dixerit, aliquem vino ebrium factum, non poterit inde conficere vinum magis ebrium: quia tota cauſa ebrietatis non eſt in vino: requiritur enim ut in ventriculo coquatur & excitentur vapores qui cerebrum perturbent. Adhæc, ſi quis Oratoriam facultatem à præceptore hauſiſſet, propterea minimè concluderetur, magiſtrum ejus potiorem illo eſſe in orationibus componendis: præceptor non eſt tota doċtrinæ cauſa:

C

requiritur præterea ingenium, necnon ſtudium & diligentia. Eccleſia verò (de qua nunc agimus) non eſt integra fidei noſtræ cauſa, tantummodo prædicat, concionatur & docet. Opus præterea eſt Spiritu ſanċto, qui mentes illuſtret audientium, & eorum voluntates flectat ad ampleċtenda quæ dicuntur. Vnde Auguſtinus prudenter ſcripſit, Niſi authoritas Eccleſiæ me commoviſſet, nec ſimpliciter poſuit moviſſet.

Auguſtini diċtum; Non crederem Evangelio, niſi me &c. explicatum Claſ. 1. C. 6. 8 7 Claſ. 4. Cap. 4. Sect. 11.

12 Nobis item ſolent obſtrepere, quòd Eccleſia de

D

ſacris libris tulerit judicium, quoſdam eorum approbando, quoſdam autem rejiciendo. Nicodemi enim Evangelium, Aċta Petri, varias Apoſtolorum Apocalypſes, Librum Paſtoris, & conſimiles improbavit. E diverſo, quatuor Evangelia, quæ habemus, & Apoſtolica ſcripta, quæ hodie in terris leguntur, amplexa eſt. Ex quo judicio ſtatuunt Eccleſiæ authoritatem divinis literis præſtare. Cæterùm argumentatio hæc à judicio deduċta, languida eſt: quia repe-

Quid ſit ſtatuendum de eo quod Eccleſia de ſacris libris judiciū tulit.

E

riuntur homines emunċtæ naris, qui poſſunt internoſcere carmina Virgilii notha à legitimis, & Ariſt. opera genuina à ſuppoſititiis, qui tamen Virg. & Ariſt. multò ſunt indoċtiores. Nos item jubemur probare ſpiritus & diſcrimen inter Deum ac diabolum ponere, qui tamen Deo non ſumus pares atque majores. Quomodo igitur Eccleſia ſe habet ad verba Dei literis conſignata? Ea ſervat & fideliter cuſtodit, prædicat, defendit, ac tuetur. Inſtar notarii eſt, qui apud ſe teſtamenta bona fide retinet, cùm ſupra voluntatem ultimam teſtatoris nihil poſſit: eam quip-

Ioan. 4. 1.

F

pe ſi mutaret, aut inverteret, nequaquam bonæ fidei notarius, verùm falſarius & teſtamentarius haberetur. Non ſecus Eccleſia divinas literas apud ſe habet & conſervat, cùm tamen eas vel immutare vel invertere, aut amplificare minimè liceat. Sed cùm obſtinato animo contendant authoritatem Scripturarum ab Eccleſia pendere, cur in medium proferunt Canonem aut decretum alicujus concilii, quo divinæ literæ ſint approbatæ? Primitiva Eccleſia Chriſtianorum veteris Teſt. ſcripta reperit firma, & per il-

Nullo concilii decreto literæ divinæ ſancitæ.

G

la fidei noſtræ dogmata probavit & conſtabilivit. Succeſſerunt deinde Apoſtolici libri divino afflatu conſcripti: quos nullum hominum decretum corroboravit. Non enim hominum arbitrio verba Dei ſubjiciuntur, verùm è diverſo quicquid Eccleſiæ concilia ſtatuerunt, ſemper curarunt ut verbis Dei confirmarent, quemadmodum ſynodis omnibus melioris notæ poteſt probari. Non me latet quædam concilia recenſuiſſe divinos libros, quod etiam aliqui Patres ex veteribus fecerunt: ſed longè ante cen-

H

ſum illorum, divinarum literarum fides apud Chriſtianos valuit. Deinde in eorum Catalogo, quidam libri vel præteriti vel expunċti reperiuntur, quos inimici noſtri eſſe contendunt maximè Canonicos. Ex Machab. quippe hiſtoria, ſuum purgatorium nituntur probare, cùm tamen eū librum in Canone ſacro non haberi ex veterum ſcriptis facilè demonſtretur.

Machab. l. b.

13 Nonnulli, veritatis potentiā & vi fraċti, verbum Dei Eccleſiæ anteponunt: ſed illi tyrānicè volūt dominari, & ſeſe ad interpretationes recipiūt, quas tantūmodo penes Eccleſiā, nēpe Romanā, eſſe volūt, ut

I

revera non ipſi verbo Dei ſubjiciātur, ſed id ſuis decretis ſubjeċtū habeāt. Quā aūt fideles ſint interpretes,

Sitne Scripturæ expoſitio penes Eccleſiam?

& quàm

Digitized by Google

Scripturæ interpretationes Papiſticæ.
Ioan.1.42.

& quàm congruas expoſitiones adhibeant, ex iis quę A
ſubjiciam, quivis poteſt deprehendere. Anacletus
dixit Petrum vocatum Cepham, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, quod
caput eſſet Eccleſię. Quàm verò ſit alienum, vt Hebraicum vel Syriacum vocabulum ἔτυμον à Græco
idiomate accipiat, omnes intelligunt. Chriſtus in

Mat.16.27.

Cœna calicem porrigens, Bibite, inquit, ex hoc omnes: ſua interpretatione dicunt Romanenſes; Ne inde bibatis omnes, laici ſeu idiotæ pane ſunto contenti, tantùm ſacrific: utramque partem ſumant. Ma- B
trimonium honorabile dicitur ad Hebr. in omnibus,

Heb.13 8.
1.Cor.7.9.
Ibid.

& ad Cor. habetur: Qui non continent, nubant: &,
Melius eſt nubere, quàm uri: at iſti ſuis decretis &
expoſitionibus, bonam partem orbis à nuptiis excludunt, nempe omne ſacrum miniſterium. Mandat

Exod.20.4.

lex divina, ut non faciamus nobis imagines ad eas
colendas: iſti jubent ut imagines habeantur & co-

Col.2.16.

lantur. Paulus ait, Nemo vos judicet in cibo & potu:
iſti ſuis interpretamentis hanc libertatem perverterunt, & ſeveriſſimum, vel potius ridiculum & ſuper- C
ſtitioſum ciborum delectum induxerunt. Sanxit di-

Rom.3.28.

vina Scriptura, nos ex fide juſtificari ſine operibus:
illi ſua expoſitione contendunt, nos etiam ex operibus juſtificari. Proinde ſunt eorum gloſſæ textui admodum inimicæ: Nec aliud ſunt eorum interpretationes, quàm corruptelæ. Vbi verbum Dei jubet ut
ſurſum tendamus: illorum interpretationes deorſum
nos trahunt. Hanc poteſtatem exponendi Scripturas
ideo Papæ, vel ad ſe vel ad concilia tantummodo
contraxerunt: quo pro ſua libidine ſententias pere- D
grinas & aliena dogmata in Eccleſiam inducerent, &
utut viſum eſſet, contra verbum Dei pugnarent.

Mat.15.4.

Non ſecus Hebræorum Pontifices, Scribæ ac Phariſæi ſe geſſerunt: at Chriſtus eorum perverſas interpretationes minimè recepit. Deus præcepit in Lege,
ut filii parentes colerent. Sacerdotes autem avaritia
impulſi, hoc mandatum enervabant, abſolvendo filios ab onere alendorum parentum, ſuadentes eis,

Mat.5.33.
Chriſtus falſas interpretationes rejicit.

ut lautas & opimas oblationes offerrent, quæ parentibus præ alimonia multo prodeſſent. Reclamavit E
Dominus, & hoc aſtuto interpretamento, Dei mandatum evacuari teſtatus eſt. Iuramenta quoque illi
ſua expoſitione diluebant, & quædam eorum valida,
quædam infirma eſſe docebant: hic quoque ſe Dominus oppoſuit, & eorum ſophiſticas interpretatio-

Mat 5.20.

nes confutavit. Docebant etiam Legi ſatisfieri, ſi
tantùm operibus externis ad eam ſe homines conformarent: Chriſtus perverſis abjectis gloſſis, declaravit Legem non tantùm opera externa, ſed etiam
bonos motus animi requirere: Quare non eſt quod F
adverſarii ſuis expoſitionibus nos cogant ſine judicio acquieſcere. Auguſt. ſcripſit libr. de Doctr. Chriſt.
ubi multas rationes tradit interpretandarum Scripturarum. Inter illas verò ne una quidem eſt, quæ
nos vel ad Papam vel ad Eccleſiam alliget. In obſcuris jubet, ut linguarum peritia utamur, ut antecedentia & conſequentia ſpectemus, ut locum perplexum
per alium faciliorem & apertiorem exponamus, &
alia hujuſmodi. Nuſquam in Patribus reperias ex eo
declarari Scripturas, quod hoc vel illud concilium, G
ſic aut ſic fuerit eas interpretatum.

Mat.18.17.
Quomodo ſit accipiendum quod Chriſtus dixit, audiendam Eccleſiam?

14 Sed clamant ad hoc, ſatis eſſe quod Chriſtus
dixerit, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ut Ethnicus
& publicanus. Ad hoc reſpondeo poſſe videri Chriſtum ibi non egiſſe de Scripturarum expoſitione, ſed
de fraterna correctione. Verum hoc reſponſo prætermiſſo, dico Eccleſiam eſſe audiendam, quatenus ex
verbo Dei reſpondet aut loquitur. Sin vero commenta hominum ac traditiones tantummodo proferat, debemus eam ſurda aure præterire, atque id H
tum maximè, quando pugnantia cum verbis Dei
proponit. Ad ſummam, includimus veram Eccleſiam
in verbo Domini, quod ei ut regula firma & certa

Imp. & patres priſci nullam Eccleſiæ poteſtatem agnoverunt cui verbum Dei ſubjiceretur.

præfigatur: Poteſtatem vero ſupra Scripturas, quam
iſti ſibi vendicant, Patres veteres nec agnoverunt,
nec quęſiverunt. In concilio Niceno, ut hiſt. Theodoreti perhibet, Conſt. mandavit congregatis Patribus, ut controverſiam de conſubſtantialitate Patris
& Filii, ex Scripturis Propheticis & Apoſtolicis definirent: ibi nemo ei adverſatus eſt, dicendo, Eccleſiam I
ex ſua ipſius authoritate debere controverſiam dijudicare, quod ipſa non eſſet ſubjecta Scripturis, ſed
A potius eas in ſua poteſtate haberet. Nec ſunt conqueſti, quòd Imperator Eccleſiæ quicquam detraheret, cùm eam regulæ Scripturarum ſubjiceret.

1 Tim.3.16.
Quomodo ſit accipiendum quod Paulus dicit, Eccleſiam eſſe fundamentum veritatis?

15 At clamitant, Eccleſiam eſſe columnam & firmamentum veritatis, ut 1. ad Tim. ſcribitur. Hic dico, Apoſtoli verba non ſic eſſe accipienda, quaſi Eccleſia urgeat, firmet, & authoritatem verbo Dei conferat. Non ita res habet: Verbum Dei per ſeſe firmiſſimum eſt, æternum manet, nec fulcris hominum o-
B pus habet, imò ſuſtentat omnia: tranſit cœlum & terra, verba Dei non prætereunt. Eccleſia verò eſt co-

Mat 5.18.

lumna & firmamentum veritatis, quatenus verbum
Dei ſecum habet, prædicat, retinet, conſervat inter
ſe, defendit ac tuetur, nec extra eam ipſum auditur:
non autem quod illi quaſi nutanti aut vacillanti, vel
det robur, vel authoritatem conferat. Qui igitur ex
ea loquitur, non errat, nec errare poteſt: extra ipſam
verò aut loquens aut agens, non tantùm poteſt errare, ſed errat. Noſtri autem (ſi Deo placet) etiam id

An Papa errare poſſit in materia fidei?

C Papis tribuunt, ut in materia fidei (quemadmodum
loquuntur) non poſſint errare, cùm tamen certiſſimè conſtet, Ioann. XXI. turpiſſimè lapſum, cùm ſtatueret, animos hominum unà cum corpore interire,
vel (ut aliqui lenius dicunt) dormire, & denique ſuſcitandos, cùm etiam corpora noviſſimo die reſurgent ex mortuis. Papæ tam fœdè ac turpiter erranti,
nec Epiſcopi neque Cardinales, quos aiunt Eccleſiam repræſentare, ſe oppoſuerunt. Schola Pariſien.
illi obſtitit, & ita de ejus errore Galliæ regem infor-
D mavit, ut ille ſuis omnibus communionem Papæ interdixerit, niſi reſipiſceret, atque ita Papam adegit ad
palinodiam. Taceo de Petro, qui à Paulo (quemadmodum teſtatur Epiſt. ad Gal.) jure ac merito re- Gal.2.14.
prehenſus eſt, quòd unà cum aliis quibuſdam, non
recto pede ad Evangelium incederet. Si rogaveris
iſtos homines, quare arbitrentur Papas quo ad fidem
minimè poſſe labi? reſpondebunt, quòd Chriſtus dixerit; Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Luc.22.32.
Si ad Eccleſiam id transferrent, ferri utcunque po-
E tuiſſet, cùm Eccleſiæ fides, cujus typum gerebat Petrus, uſque ad finem ſit duratura. Sed cùm ad Papas
eam ſententiam deflectant, nimium impudenter agunt. Cur etiam non accommodant ad ſuos Papas,
omnia quæ de Petro in Scripturis dicta reperiuntur?
Chriſtus porrò illi dixit, cùm ſuaderet ei ut ſibi propitius eſſet, Vade retrò, Satana: offendiculum mihi Mat.16.23.
es, & quæ carnis non quæ Dei ſunt, ſapis. Appellavit
etiam illum, cùm in aquis mergeretur, modicæ fidei. Mat.14.31.
Et in transfiguratione teſtatur Evangeliſta, eum ne- Marc 9.6.
ſciviſſe quid diceret. Iuſſit etiam illi Dominus, ut Mat.26 52.
F gladium conderet in vaginam: quòd ſi Papæ obſervarent, orbis fortaſſe à bellis quieſceret. Paulus item
ad Gal. diſertis verbis teſtatur de Petro, & de quibuſ- Gal 2.14.
dam aliis, quòd recto pede non incederent ad Evangelium. Omnia hæc apertiſſime ad Papas deberent
accommodari, cùm eis egregiè congruant. At noſtri
ſibi deligunt flores, & ſolum eo derivant, quæ ad potentiam, dignitatem ac tyrannidem utcunque facere
videntur conſtabiliendam: atque ita nituntur fideles
G abducere à verbo Dei, ut non illi, ſed Papis & conciliis credant. Non ita ſe geſſit Auguſt. cum Maximino Auguſtinus.
Epiſcopo Arrianorum, cui dixit, cùm unà diſputaret:
Nec tu mihi Ariminenſe, nec ego tibi Nicenum cōcilium objiciam, cùm ego illi, túque iſti non detinearis: ſed Scripturis teſtibus communibus agamus, res
cum re, cauſa cum cauſa, & ratio cū ratione decertet.

Eccleſiæ veræ notæ, ſecundùm Paulum.

16 Verùm de hac parte jam ſatis, cùm illud adjecero: Tres Eccleſiæ notas, quæ à noſtris proponi ſolent, nempe doctrinam, rectam Sacramentorum ad-
H miniſtrationem, & diſciplinæ ſtudium (quas iſti clamitant à nobis eſſe confictas, neque ex verbo Dei
confirmari) ex Epiſt. ad Epheſ. haberi quàm manifeſtiſſime, in qua cap. 5. ſcribitur, Chriſtus dilexit Ec- Epheſ.5.25.
cleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret mundatam lavacro aquæ per verbum, ut
eam ſibi ipſi adhiberet glorioſam, non habentem
maculam aut rugam. Colligitur hinc, præter interiorem emundationem, quæ conſtat peccatorum
cōdonatione, atque Spiritus ſancti vi ſalvifica, requi-
I ri externum verbum & Sacramenta: quod Apoſtolus
expreſſit, dicens, Lavacro aquæ per verbum. Exercitia verò ſanctę vitę notavit cùm ſubjecit, Vt ſibi eam

Digitized by Google

adhibeat glorioſam ſine macula & ruga. Sanctè quippe vivendo, affectus & ſordes carnis, quotidie à fidelibus deponuntur.

Cur Hoſius has notas Eccleſiæ rejiciat.

17 Hoſius cùm videret ex iis notis facilè noſtras Eccleſias poſſe comprobari, eas parvipendit. Quoniam, inquit, per hæreticos factum, ut non poſſint eſſe verarum Eccleſiarum indicia. Videt quippe inter nos purum Dei verbum tractari, ſacramenta ex inſtitutione Chriſti adminiſtrari, diſciplinámque non prorſus negligi. Propterea illis relictis, alias inducit, quas non poteſt omnes in divinis literis reperire.

Iuréne queramur conciliis excludi laicos?

Ait præterea, de conciliis nos injuſte conqueri, quòd ea tantùm velint ex Epiſcopis cogi, nec laicis locum in eis dare. Semper, inquit, ad hunc modum eſt actum: unde concilia frequenter appellantur à Patribus Epiſcopalia. Ita ſanè appellantur frequenter: quòd major pars eorum qui conveniunt Epiſcopi ſint, & ſi conferantur cum aliis, priores partes habent, cum exiſtimentur in ſcripturis doctiores, & rerum eccleſiaſticarum peritiores. Nec tamen ſemper ſunt ita appellata: Dicuntur enim ſæpe concilia, Synodi Chriſtianæ, &c. Neque à nomine, vel à conjugatione ſolidè conficitur, ſolos Epiſcopos, excluſis laicis, interfuiſſe conciliis.

Conciliorum Decretis Imperatores ſubſcripſerunt.

Imperatores crebro adfuerunt: nec ſolùm præſentes erant, verumetiam rebus jam concluſis cum Epiſcopis unà ſubſcripſerunt. Conſtantinus in 6. ſynodo, Baſil. in 8. qui ſe ait ſubſcribere, ut imitaretur pios principes, Conſtantinum Magnum, Theodoſ. & Martian. qui omnes (ut inquit) ſubſcripſerunt conciliis.

Conſtantinus in concilio Niceno ſententiam dixit.

Theod. in ſua hiſtoria tradit, Conſtantinum Magnum Patribus juſſiſſe, ut controverſiam, de qua tunc agebatur, ex Scripturis Apoſtolicis & Propheticis excuterent. Quis non videt longè magis eſſe, præſcribere judicibus agendi formam, quàm ſubſcribere judicatis? Extat præterea epiſtola quædam Euſebii Pamphili, in volumine concilij Niceni, quam ille ſcripſit Cæſarienſibus: aitque Imperatorem concilio interfuiſſe, ac Epiſcopis mandaſſe ut ſubſcriberent, illúmque ait rem diligenter examinaſſe, ac explicuiſſe, Filium à Patre genitum conſubſtantialem, non phyſica ratione, aut per deciſionem. Hæc facere, non eſt adeſſe conſilio inſtar trunci aut ſpectatoris, partes itaque ſuas inter Epiſcopos egit.

Panormitanus.

Nonne Panormitanus etiam ſcripſit: Magis laico eſſe credendum, ſi ex Scripturis loquatur, quàm Papæ ſi abſque verbo Dei agat?

Pulcheriæ Epiſtola.

At nobis objiciunt, Pulcheriæ Auguſtæ factum, quæ fuit ſoror Theodoſii Iunioris, deinde uxor Martiani, fœmina prudens & admodum laudata. Ea, epiſtola ſua ad Strategum, quæ habetur in Prœmiis concilii Chalcedonenſis, juſſit ex Nicea urbe Bithyniæ, ubi concilium haberi volebat, quod poſtea Chalcedona tranſlatum eſt, omnes clericos & monachos expelli, quò Epiſcopis vacuum liberúmque locum relinquerent, & ut ab eis res non perturbarentur. Argumentum conſtat facto ſeu exemplo, quod invalidum eſt. Fuit quidem ea fœmina in aliis rebus pia & ſapiens, in hoc autem facto probari non poteſt. Neque hodie ab adverſariis ita fit. In concilio Tridentino & aliis permultis, conſederunt unà cum Epiſcopis, Abbates, & Magiſtri generales Franciſcanorum, Carmelitarum, & aliorum ordinum, qui non fuerunt Epiſcopi.

Fricii Poloni ſententia.

Concilium Apoſtolicum, conciliorum omnium exemplar.

Act. 15. 22. & 23.

18 Fricius quoque vir Polonus, doctrina & eruditione præſtans, cenſet legatos regnorum & provinciarum Chriſtiani orbis, ad Eccleſiæ actiones hujus generis eſſe admittendos. At miſſis humanis rationibus, arbitror ſpectandum, primum concilium quod in Actis Apoſtolicis cap. 15. habetur. Id cùm vere ſanctum & Apoſtolicum fuerit, pro lege ac norma omnium conciliorum haberi debet. Illic Apoſtoli Chriſti decretum ſancientes, aiunt, ita viſum fuiſſe Apoſtolis & ſenioribus cum tota Eccleſia. Poſtea ſcripturi ea de re ad Antiochenos, literas ad hunc modum inſcripſerunt: Apoſtoli, Seniores, & fratres, &c. Hæc liquido teſtantur, non tantùm Epiſcopos, verumetiam cætera Eccleſiæ membra, locum habere in conciliis.

Eccleſiæ Romanæ poteſtas, limites ſuos tranſgreſſa, magna Eccleſiæ damna dedit.

Ad id autem quod querebantur de Romana Eccleſia, illam cauſantur, ſemper inter Chriſtianos eximiam habuiſſe poteſtatem. Nos ad id reſpondemus, quæcunque ſit Eccleſiæ poteſtas, eam eſſe oportere ad ædificationem. Videant nunc ipſi Romanenſes, ut Chriſti corpus ædificent. Moverunt infinita certamina ob ſuum tuendum primatum, & propter eam cauſam quotidie acerbiſſimas turbas miſcent, ut illum conſequantur ac retineant: Chriſti Eccleſiam imminuunt, decurtant, & in arctum contrahunt. Nam omnes qui ſuum primatum non agnoverint, excommunicant, & à fidelium communione abdicant. Imponitur deinde ab illis jugum intolerabile humanarum traditionum. Præter Canones conciliorum, adjecerunt innumera Decreta, Decretalia, Sextum, Clementinas, & Extravagantes conſtitutiones. Premitur itaque ab illis Eccleſia graviſſimis oneribus, tantùm abeſt ut relevetur. Conquerebatur ſua ætate Auguſtinus, quod Eccleſia Chriſti plus gravaretur, quàm olim Hebræi onerati fuerint. Quid ille Pater nunc, obſecro, diceret, ſi noſtra tempora intueretur, quæ jam tam graviter ſuperſtitioſis ritibus & multiplicibus traditionibus premitur, ut omnino ſuccumbat? De Romanenſi Eccleſia dici congruè poteſt: Fruſtra me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum.

Eſa. 29. 13.

Matth. 15. 9.

Cur tantopere laborent pro Rom. Eccleſiæ poteſtate?

Verùm conſideremus quorſum ita extollant Eccleſiæ Romanæ potentiam. Non ſanè alia de cauſa, niſi ut ſuas traditiones & quævis figmenta nullo negotio obtrudant, ut nomine audito decreti ſeu reſcripti, aut traditionis Eccleſiæ Romanæ, cæco ſtatim aſſenſu acquieſcamus.

Vnde hæc Eccl. Rom. potentia?

Sup. Cap. 5. Sect. 1.

19 Cùm ab illis quærimus, undenam Eccleſiæ Romanæ tanta poteſtas obvenerit? Per Petrum, aiunt, & præſertim Cardinalis Cajetanus. Etenim Chriſtus (ut volunt) cùm ſe noſſet in cœlum hinc abiturum: Apoſtolum illum in terris vicarium ſuum reliquit. At rogamus: Cur cæteræ Eccleſiæ à Petro Papatum non habuerint? Quoniam, inquiunt, Petro non fuerunt proprie ac peculiariter addictæ ſeu conjunctæ. Fingunt, antequam Petrus alicubi eſſet Epiſcopus; Papatum fuiſſe rem vagam ſeu volaticam, nempe ut ibi eſſet, ubicunque Petrus conſtituiſſet. Denique in Romana Eccleſia (ut nugantur) ſubſedit. Sed cùm exiſtiment Petrum etiam, priuſquam Romam concederet, Antiochiæ Epiſcopum egiſſe, cur illi ſedi Papatum non attribuunt? Præſertim cùm vertente anno, feſtum Cathedræ Petri celebrent, quo ſe prædicant renovare memoriam Antiocheni ejus Epiſcopatus? Non tamen credere debemus: Eccleſiam Antiochenam à Petro fuiſſe plantatam. Prius enim fuit quàm Petrus eò ſe conferret. Morabatur quippe ille Hieroſolymis cum cæteris Apoſtolis, ut habetur Actor. 15. quando gravis illa contentio eſt orta inter Antiochenos fideles de ceremoniis legalibus Moſaicis, an obſervandæ eſſent, an repudiandæ. Quæ tot cauſa delata eſt ad Apoſtolos Hieroſolymam.

Act. 15. 4. & 7.

An Petrus Epiſc. Antioch. Romam tranſtulerit?

20 Cæterùm, fingunt Petrum poſtea Romam eſſe profectum, & relicto Epiſcopatu Antiocheno ſuſcepiſſe Romanum. At quid illi norunt; Petrum euntem Romam, Epiſcopatum Antiochenum ſibi non retinuiſſe? Quaſi non cernamus quotidie Pariſienſem Epiſcopum, Londinenſem, Atrebatenſem, Auguſtanum, Romam proficiſci, nec tamen Epiſcopatu ſe abdicare. At demus illis quæ poſtulant. Dicant ſaltem, cur Eccleſiæ Antiochenæ ſecundum locum poſt Roman. non dederint. Certè Alexandrinum Patriarcham ſecundum fecerunt, cùm ea Eccleſia fundata & plantata fuerit à Marco Evangeliſta, non Apoſtolo. Deinde in ſynodo Chalcedonenſi, de ſuo loco Alexandrinum dejecerunt, dando Conſtantinopolitano Patriarchæ ſecundum locum poſt Romanum: cùm tamen Eccleſiam Byzantinam conſtet à nullo Apoſtolorum eſſe fundatam. Vnde colligunt, Eccleſias non eſſe nactas dignitatem vel gradum à fundatoribus: alioquin Epheſinam, Hieroſolymitanam, Corinthiacam, Theſſalonicenſem & alias hujuſmodi, quæ Apoſtolos habuerunt architectos, debuiſſe præferri Alexandrinæ, Conſtantinopolitanæ, ac multis aliis celebribus Eccleſiis, quibus à Canonibus poſtpoſitæ fuerunt.

Petrus utrùm Romæ fuerit & quamdiu?

De Petro verò admodum incertum eſt viris doctiſſimis, an Romam venerit. Sed quando Patres & maxima pars Eccleſiaſticorum Hiſtoricorum id affirmant, ego nõ inficiabor: ſed id audacter affirmabo, illum viginti quinque annos minime Epiſcopum egiſſe Romæ (ut illi volũt)

Anni pontificatus Petri.

idque

idque cum ſerie temporum & divinis literis omnino pugnare.

21 Id autem leve admodum & ridiculum eſt, quod fingunt Papatum Eccleſiæ Romanæ, præ Antiochena, & aliis ubi Petrus egit, eo nomine deberi, quod Romæ, nec alibi, ſit mortuus. Propterea inquiunt, omnes ii qui Pontifices Romani creantur, Petro non tantùm in Epiſcopatu, ſed etiam Papatu ſuccedunt. Quid igitur? Pluſne tribuetur morti & cruci Petri, quàm Chriſti? Si Petrus Romæ occiſus eſt; Chriſtus Hieroſoly. cruci fuit affixus. Velim præterea ex iſtis audire, qui fiat ut Epiſcopi Romani Petro ſuccedant in Papatu, & Epiſcopi Hieroſolymitani Iacobo non ſuccedant in Apoſtolatu, nec proinde ſint Apoſtoli, atque Romani Epiſcopi ſint Papæ? Diſcrimen hîc fingunt ex humana ratione, haud tamen ex divinis literis: Apoſtolatum, dignitatem fuiſſe perſonatum quæ unà cum ipſis perſonis extingueretur: Papatum autem, functionem adeò neceſſariam eſſe in Eccleſia, ut eam perpetuò continuari & durare oporteat. Cùm poſtea illos rogamus: an putent voluntate Dei an Petri Romanam Eccleſiam habere Papatum, & dicimus videri ab eo id factum, quia ſi voluiſſet Româ diſcedere, atque ſeſe ad aliam Eccleſiam conferre ac ibi mori, non utique Romæ, ſed illic Papatum fuiſſe adhærendum. Æſtuant hîc, dum jure divino, Papatum Romanæ ſedi volunt alligari. Sed poſitis divinis literis, e quibus nihil habent, quod pro ſe faciat, confugiunt ad infirmas traditiones, ne fabulas dixerim: aiúntque Petrum cum eſſet Romæ, ac ibi Chriſtiani ſub Nerone ſæviſſimè divexarentur, à fratribus denique fuiſſe perſuaſum, ut illinc abiret: qui cum ad portam urbis perveniſſet, Chriſtum videri ſibi obviam fieri. Eo viſo ait, Domine, quo vadis? Is autem reſpondit ei, Romam venio, ut ibi denuo crucifigar. Hoc audito reſponſo, inquiunt, Petrus intellexit Romæ ſibi moriendum. Proinde colligunt hinc ſuaves homines, Papatum Romanæ ſedi, non autem alicui alii Eccleſiæ fuiſſe aſſertum. Et Epiſtolam Marcelli Epiſcopi Romani, non utique legitimam, verum ſuppoſititiam, afferunt, qua ſcribens ad Antiochenos, inquit ſedem Petri apud eos olim fuiſſe, quæ poſtea voluntati Dei Romam tranſlata fuit. Hæc ab illis afferuntur, quæ dicunt melioribus argumentis deſtituti. Nihil prorſus ex divinis literis habent: ſed tantum ſubtiles argutias ad falſum dogma confirmandum excogitant. Finxerunt Deum Romam delegiſſe, ut potentiſſimam & ſplendidiſſimam urbem totius orbis, in qua Papatum conſtitueret. Neque vident antiquum & proprium ejus fuiſſe, humilia & abjecta deligere, ut Paulus ad Corinthios 1. Epiſt. & divinæ literę multis in locis teſtantur.

Quî fiat ut Epiſc. Rom. Papatum à Petro, Apoſtolatum autem à Iacobo Hieroſolymitani non item accipiant?

Fabula de Chriſto & Petro.

Marcelli Epi. ſuppoſititia.

1. Cor. 1. 26.

22 Quod verò ad hanc rem attinet, videtur multò eſſe veriſimilius, Apoſtolos nuſquam Epiſcopos fuiſſe. Eorum quippe munus erat, per orbem terrarum diſcurrere, Chriſtum prædicare, ac ei per urbes & oppida Eccleſias excitare. Et Epiſcoporum eſt, in ſuis Eccleſiis præſentes adeſſe, atque oves fidei ſuæ creditas aſſiduè paſcere. Apoſtolus Paulus in Epiſtola ad Epheſios, Paſtores utique diſcrevit ab Apoſtolis: at illi faciunt ex Apoſtolis Epiſcopos. Non me latet à vetuſtiſſimis quibuſdam tradi, Iacobum Apoſtolum fratrem Domini Epiſcopum fuiſſe Hieroſolymis. Hoc quidem illi dicunt: at ſacræ literæ nihil hujuſmodi tradunt. Arbitror eum diu fuiſſe Hieroſolymis, & inde vicinas Eccleſias, Syriacas inquam & Palæſtinas, conſilio, ſtudio, & opera ſua juviſſe: Epiſcopum vero in ea Eccleſia egiſſe non habeo perſuaſum. Qua eadem ratione, Ioannem ſuſpicor diutius Epheſi commoratum, ut Aſiaticas Eccleſias, quæ permultę oppido fuerunt, & confirmaret & inſtitueret. Et ut de Iacobo dicam interea quod occurrit, Clemens Romanus Epiſcopus, & (ut volunt) Petri ſucceſſor, eum appellat & ſalutat omnium Eccleſiarum Chriſti Epiſcopum ſeu paſtorem. Sed hac de re nolo nimium altercari. At ſi dederim, Apoſtolos Epiſcopos fuiſſe rogabo adverſarios, ubinam fuerit Epiſcopatus Pauli? In confeſſo eſt illos eum quoque Romanę urbi adſcribere. Quid igitur? Cùm Petrus Epiſcopum ageret, an Paulus item ejus urbis factus eſt Epiſcopus? Non convenit, ut unius ac ejuſdem

An Apoſtoli fuerint alicubi Epiſcopi?

Eph. 4. 11.

An & quomodo Iacobus fuerit Epiſcopus.

Quomodo Petrus & Paulus Epiſcopi Romæ fuerint ſimul?

A urbis duo eodem tempore ſint Epiſcopi. Cardinalis Polus in Henricum VIII. Regem Anglię ſcribens, fingit Epiſcopatum ſeu Apoſtolatum Pauli, ſeu ſurculum inſertum fuiſſe in Petri Epiſcopatu ſeu Apoſtolatu, ita ut ambo in unam functionem coaluerint. Omnes vident iſta eſſe commentitia, & propterea conficta, quòd alia juſta patrocinia mendaciorum adverſariis noſtris defuerint. Si res hoc pacto agi potuit, quare poſtea Nicena Synodus cavit,
B ne quis in aliqua Eccleſia Epiſcopatus ordinaretur, priori Epiſcopo adhuc vivo? Doluitque vehementer Auguſtino, quod ignarus ejus Canonis, vivo adhuc Valerio Hipponenſi Epiſcopo, in ea Eccleſia fuerit inſtitutus Epiſcopus. Verum ut ad Paulum revertar, nos qui ex Gentibus ad Chriſtum ſumus converſi, potius ad illum quàm ad Petrum aſpicere deberemus: quandoquidem (ut habetur ad Galatas) Apoſtolatus Petri ſpectabat ad Circunciſos, Pauli verò ad Præputium. Ita enim fuit inter iſtos Apoſtolos inita
C ſocietas.

Nicenæ ſynodi decretum. Epiſc. Roman. primitus tollitur priſcis Canonibus.

Gal. 2. 7.

23 Cæterùm iis rationibus omiſſis, iſtam potentiam, quam uni Pontifici Romano collatam aiunt ex Petri ſucceſſione, Patrum canonibus perſpicuè video labefactari: quandoquidem in Synodo Nicena, Patriarchis, Romano, Alexandrino, & reliquis, certi quidem limites pręſcripti fuerunt: quod fieri minime potuit, ſi Romanus tum temporis omnium Eccleſiarum caput fuiſſet. Quàm illi rectè fecerint, qui quatuor Patriarchas primos omnium Epiſcoporũ conſtituerint per Eccleſias Chriſti, nunc nõ dico:
D ſed id tantùm affirmo, illos in Eccleſia, quę Ariſtocratia eſt ſeu Reſpublica, poſſe videri quadrumviratum inſtituiſſe, cujus tamen ſocietatem, ſucceſſu temporis, parum bona fide coluerunt. Conqueritur quippe Leo primus ejus nominis, Alexandrinum ſe voluiſſe facere Vniverſalem Epiſcopum Chriſti Eccleſiæ. Gregorio item cum Ioanne Conſtantinopolitano idem certamen fuit. Socrates enim libro 7. cap. 10. ſcribit, Romanum Epiſcopum & Alexandri-
E num, ſuæ poteſtatis limites eſſe tranſgreſſos, præſertim quod ad externum dominatum ſe converterint: quod certiſſimo eſt indicio, Romanum Epiſcopum poteſtatem infinitam (ut volunt) olim non habuiſſe.

Patriarchatus

24 Sed ad Petrum ipſum redeo, cujus opera gloriantur ſe aſſecutos eſſe tantam támque eximiam potentiam ſui Papatus, ut à nemine (quiſquis ille fuerit) in terris judicari queat. At bonus Petrus (quemadmodum habetur in Actis Apoſt.) cùm ac-
F cuſaretur, quòd ad Ethnicos eſſet ingreſſus: cauſam dixit, ſeſe purgavit, neque judicium ſubterfugit, eo prætextu quòd eſſet Papa, ut illi noſtri volunt, & à nemine in terris poſſet judicari. Vnà etiam cum Ioanne miſſus eſt in Samariam ab Eccleſia Hieroſolymitana. Vnde conficitur, illum eâ eſſe minorem: Nam qui legatur, eo conſtat inferiorem eſſe, cujus legatus efficitur. Paulus præterea Epiſcopos ordinat, & quidem per Titum, neque Petrum ea de re conſulit, vel ejus authoritatem interponendam cenſet.
G Idem Paulus (ut ad Gal. habetur) illum reprehendit, & quidem publice coram Eccleſia Antiochena: non ſanè ut ei inferior, ſed ut æqualis pariſque dignitatis. Cyprianus & alii vetuſtiſſimi Patres, nec non concilia, præſertim quæ in Africa celebrata fuere, cùm ad Romanum Epiſcopum literas darent, non eam ſubjectionem erga illum præ ſe ferebant, quam iſti ei tribuendum confingunt. Fratrem appellabant, aut collegam honorabilem ſeu venerandum, & alia id genus. Ad Epheſ. cap. 4 recenſentur gradus Eccle-
H ſiaſtici, & Deus prędicatur alios in Eccleſia poſuiſſe Apoſtolos, alios Prophetas, alios Paſtores & Doctores, &c. Tantæ autem rei, ſcilicet Papatus, nullam mentionem ibi legimus. Commemoratur etiam unum corpus, unus ſpiritus, una ſpes vocationis, una fides, unum baptiſma: hoc vero miniſteriale caput Eccleſiæ prorſus ſilentio præteritur.

Petrus illam Romanam majoritatem non habuit.

Act. 11. 2.

Act. 8. 14.

Tit. 1. 5.

Gal. 2. 14.

Priſci patres Epiſcopo Roman. non ſubjecti fuerunt.

Eph. 4. 11.

Papatus in Sacris literis nulla mentio.

25 At magnis vocibus clamitant, ſe perpetuam habere ſuorum iſtorum Pontificum ſucceſſionem: illámque à Tertulliano, Auguſtino, & aliis Patribus
I permagni fieri, quaſi Hieroſolymitana Eccleſia, Antiochena, & Alexandrina non queant uſque ad hanc diem, ſuas oſtendere ſucceſſiones. Quaſi

De perpetua Rom. pontific. ſucceſſione quid ſentiendum?

Digitized by Google

etiam fortè illis defraudare velimus Corinthiacam, Epheſinam, & alias permultas Apoſtolicas ſedes. Quid? annon Iudæorum quoque Pontifices, Chriſti & Apoſtolorum ætate, ab Aharone uſque ſucceſſiones ſuas jactabant? nec tamen id impedimento eſſe potuit, quo minus licuerit Apoſtolis, cùm eos viderent abjicere Evangelium Filii Dei ab ipſis diſcedere. Stephanus etiam dixit illis (quamvis ampliſſimo loco ſedebant, & ſuas poterant oſtentare ſucceſſiones) & quidem magna παῤῥησίᾳ, Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis. Quare diſcedentes à pietate ac verbo Dei, ſucceſſio nihil juvat. Et licere quandoque à continua ſucceſſione juſtis de cauſis diſcedere, Caroli Magni exemplum docet. Habebant Imperatores Græci continuam ſucceſſionem: at cùm jam ſucceſſu temporis facti eſſent ignavi & imbelles, orbis Romanus ab eis defecit, & Carolum Pipini filium Imperatorem conſtituerunt. Auguſtinus præterea nos docet, qua de cauſa Patres nonnunquam ſucceſſiones alias adduxerint. In Epiſtola centeſima ſexageſima quinta ad Generoſum, contra Donatiſtas agens hac de re, multa præclarè ſcribit: & inter cætera, Romanos Epiſcopos recenſet uſque ad Anaſtaſium, qui ſua ætate Romæ ſedebat: tandem ait, neminem iſtorum audebitis dicere fuiſſe Donatiſtam. Quare apparet, vos novas res in Eccleſia moliri, & nova inducere dogmata, vetuſtati prorſus ignota, quando veſtræ doctrinæ haud poteſtis ullam ſucceſſionem vel continuationem cum veteribus oſtendere. Proinde hujus Patris argumentum admodum evidens & perſpicuum fuit adverſus Donatiſtas, neque nos illud propterea aſpernabimur: verum eo inſtructi, contra Papiſtas pugnabimus. Ordine ac ſerie ſua recenſeantur à Petro uſque Romani Epiſcopi, dum veniatur ad Bonifacium tertium, qui Papatum primus erexit: licebit profectò inter eos multos præclaros & ſanctos viros, atque fortes Chriſti confeſſores cernere: de aliquot tamen eorum, adverſarii noſtri dicant, ſi poterunt, Hic fuit Papiſta. Quare videant ipſi, ad quem illorum ſuam doctrinam accommodare velint, ut dicere queant, ſe illam accepiſſe per hunc, aut iſtam ſucceſſionem. Certè nova eſt hæc illorum doctrina, nequaquam ab illis ſanctis Patribus tradita, ſed à diabolo per Bonifacium tertium, Papatus eorum authorem, & Phocam Imperatorem, in Eccleſiam invecta. Nos vero è diverſo meliores illos Epiſcopos Romanos contemplando, facilè poterimus de illis dicere, quod fuerint Evangelici: & noſtram doctrinam poterimus oſtendere cum eorum fide ac ſenſu pulchrè admodum convenire. Cúmque nihil novi à nobis ſtatuatur, ſed recurramus ad fontes & capita ſynceræ atque Apoſtolicæ doctrinæ, ſucceſſionem, copulationem, & ſocietatem habemus & retinemus cum omnibus illis ſanctis Patribus & verè Orthodoxis Epiſcopis.

Act.7.51.

Auguſtinus.

Bonifacius III. Papatum primus erexit.

Hæc de majoritate Roman. doctrina nova & unde nata.

26 Deinde quæramus ex eis, quidnam per hanc ſuam ſucceſſionem intelligant, & an exiſtiment ad illam ſatis ſuperque eſſe, ut neſcio quis (quiſquis tandem ille fuerit) in ſede Romana collocetur, in qua permulti ſancti viri olim ſederunt. Certè locus & cathedra non ſanctificant homines, nec illos reddunt prædeceſſorū ſimiles: ſi carnalis propagatio id non efficit, multò minus à mutatione loci vel ſedis fiet. Abraham procreavit ex ſeipſo tales poſteros, ut Chriſtus eos non filios Abrahami, ſed filios diaboli appellarit. Eo porrò nomine, quòd opera diaboli facerent. Quare nihil valet iſtorum ſucceſſio ad potentiam ſui Papatus aſſerendam. Nemo dubitat ex Eccleſia Hieroſolymitana, quæ alioqui ſanctiſſima erat, Pſeudoapoſtolos exiiſſe, qui ſuis legalibus obſervationibus, Gentium Eccleſias ubique conturbabant. Epheſinis Presbyteris & Epiſcopis Paulus vaticinatus eſt, ex ipſis egreſſuros eſſe lupos, qui gregi non parcerent. Vnde ſi licet fugere à lupis, certè licebat à malis ſucceſſoribus Epheſinorum paſtorum ſeſe ſubducere. Certe non inficiamur, bonos & ſanctos fuiſſe olim Romanos Epiſcopos: at dicimus, genimina viperarum eis poſtea ſucceſſiſſe, ut verum appareat quod proverbio dicitur, Heroum filii noxæ. Probent ſe iſti ſucceſſores veros priorum Patrum, quos fideles meritò ſuſpiciunt: ſed non poterunt, quandoquidem nihil habent cum illis commune, non vitam, non labores, non prædicationem, non doctrinam. Fuit olim in Romana Eccleſia copioſa lux, candor, & ſal: nunc iſtarum rerum loco, tenebræ, impoſtura, & fatuitas regnant. Laudabatur ea Eccleſia effusè à patribus: qui ſi nunc talem cernerent, eam vehementer deteſtarentur. Dabant ei tunc temporis primatum quendam: Fateor; ſed is fuit ordinis, non poteſtatis. Oportet, cùm homines conveniant, in ſedendo & ſententiis dicendis, à quopiam initium capi. Id Epiſcopis Romanis quandoque datum non item inficias: ſed non propterea concedam, Antiſtitem Romanum, in omnes Epiſcopos Chriſtiani orbis poteſtatem habuiſſe. Non eſt ignotum Romæ fuiſſe quempiam ex numero Senatorum, qui Senatus princeps vocabatur, quòd primo loco ſederet, & primus ſententiam diceret, cùm tamen in cæteros Senatores nullam poteſtatem haberet. Et inter Electores Imperii, aliquis cenſetur primus, cui tamen cæteri Electores minimè ſubjiciuntur. Athanaſius Nicenæ ſynodo ſuo jure præfuit, cùm eſſet Alexandrinus Patriarcha, qui ſecundum locum poſt Romanum habebat. Romanus ibi non aderat, quamvis legatos miſit. Et licet Athanaſius præfuit, in Epiſcopos tamen qui aderant poteſtatem non habuit. In ſanctiſſima Trinitate idem conſpicitur, ubi perſona Patris, quoad ordinem prima eſt, nec tamen inde ſequitur Filium & Spiritum ſanctum eo eſſe minores, vel ei ſubjici quaſi non tantundem habeant divinitatis, cùm ſint ei coeſſentiales & conſubſtantiales. Poteſt itaque dari primatus ordinis abſque primatu poteſtatis, quem iſti tantopere affectant. Magna ſane illorum impudentia eſt, qui Chriſtum & Spiritum ſanctum cathedræ Romanæ ac ſuis Papis alligent, cum tamen ipſi nullis finibus aut limitibus alligari velint, ſed infinitam licentiam ſibi uſurpent. Nos autem Eccleſiam Dei verbo includimus, ita ut eo tanquam certis limitibus poteſtas ejus finiatur & terminetur.

Quid illi per ſucceſſionem intelligunt, & an ſatis ad hanc ſit, eam ſedem ab aliquo ſaltem occupari?

Ioan.8.44.

Act.15.1.

Act.20.30.

Mat.3.7.

Primatus ordinis, non poteſtatis.

1 2 3 4

27 Sed ut cum eis aliquando preſſius agam, cùm dicunt Eccleſiam Romanam à Petro Papatum habuiſſe, Petrum verò illum accepiſſe à Domino: rogabo, quo Scripturæ loco vel oraculo poſſint oſtendere Papatum fuiſſe Petro collatum? Scio eos denotare ſine modo & ſine fine, quòd Chriſtus illi dixerit, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Cæterùm, eo loco quare non attendunt, Chriſtum omnes Apoſtolos, non tantummodo Petrum ſeorſim interrogaſſe, ac Petrum non pro ſeipſo, verùm pro collegis omnibus reſpondiſſe: ideóque Chriſti verba non modò ad illum, ſed etiam ad omnes Apoſtolos pertinere? Vnde Origenes ſcriptor vetuſtiſſimus ait, Chriſti reſponſum non ſolum Petrum ſpectare, cæteróſque Apoſtolos, verumetiam omnes, qui Petri fidem & confeſſionem imitantur. Sed quid Origenem commemoro? Ipſe Chriſtus alibi omnibus Apoſtolis dedit, quod eo loco quem adducunt, ſoli Petro videtur largitus. Vnde in Ioanne habetur: Sicuti miſit me Pater, & ego mitto vos: Inſufflavit in eos, & dixit, Accipite Spiritum Sanctum. Et quorum remiſeritis peccata, remiſſa ſunt, quorum autem retinueritis, retenta ſunt. Annotetur, in iis verbis Chriſtum dixiſſe, Mitto vos: Vos inquam, non te unum, aut alterum. Clavéſque non uni aut alteri, ſed omnibus dediſſe. Quid ergo Petrus habeat præ aliis? Reſpondent, id præ cæteris habet, quòd poteſtatem ſeu claves accepit, non tantùm generatim & in communi unà cum aliis, verumetiam peculiariter & ſeorſum. Qui hæc dicunt, parùm attentè legiſſe videntur, quæ Patres hac de re ſcripſerunt: qui ad omnes miniſtros hæc pertinere affirmant, quæ Petro ſigillatim dicta fuerunt, & certam perſpicuámque rationem reddunt, cur Petro ſeorſim dicta fuerint. Cyprianus de Simplicitate Prælatorum, Chriſtum ait in perſona unius hominis, claves omnibus dediſſe, ut rationem unitatis haberet, ac omnes Eccleſiæ per orbem diſperſæ quamvis multæ cenſentur, pro una tamen habeantur: & ſtatuit cæteros Apoſtolos, omnes idem fuiſſe quod Petrus, præditos inquam conſortio paris honoris & poteſtatis. Auguſtinus Hom. 50. in Ioan. à Chriſto hæc Petro dicta fuiſſe teſtatur, quòd in eo myſterium ſeu typus Eccleſiæ fuerit. Si enim Petro,

An hic primatus Petro collatus?

Mat.16.18.

Chriſti verba, Tu es Petrus, explicata.

Ioan.20.21.

Quid peculiare præ cæteris Apoſtolis Petrus habuerit?

Cyprianus.

Auguſtinus.

Petro, inquit, datæ ſunt claves, Eccleſia eas non habet. Sed Petro dicta fuerunt, quoniam Eccleſia in eo denotabatur. Sed ad Cyprianum redeo, qui eodem loco, quem paulò antè adduxi de Simplicitate Prælatorum, ſcribit unum eſſe Chriſti Epiſcopatum, cujus partem quiſque Epiſcoporum in ſolidum tenet.

Hieronymus. Hieronymus quoque ad Nepotianum ait, Omnes Epiſcopi, omnes Archipresbyteri, & Archidiaconi, omniſque ordo Eccleſiaſticus ſuis rectoribus innititur. Neque ſcripſit, Vni capiti miniſteriali, aut Romano Epiſcopo innititur. Idémque ſcribens ad Evagrium, non dubitat Epiſcopum Eugubinum, & neſcio quos alios antiſtiti Romano poteſtate ac meritis æquare.

28 Præterea eſt expendendum, Chriſtum in ſua oratione, particulam excluſivam minimè poſuiſſe; **Mat. 16. 19.** Claves tibi dabo, inquit, ſed non tibi uni ac ſoli dicit: quamvis etiam ſi hoc pacto locutus fuiſſet, non inde potuiſſent noſtri haberi quod volunt, quia excluſiva particula intelligeretur diſcrimen poſuiſſe inter Apoſtolicum miniſterium & Iudaicum vel Ethnicum. Attamen ut omnis vitaretur ambiguitas, ab excluſiva particula voluit abſtinere. Tu es, inquit, Petrus. Non tum primùm appellavit Cepham, ſed eum cùm illum ab initio vocaſſet, ita voluit appellare, prædicendo eo nomine, illum divinâ gratiâ provehendum ad ſolidam & firmam fidem. Senſus autem verborum eſt, Tu præclara confeſſione me ornaſti, appellando Chriſtum Filium Dei Vivi, ego viciſſim tibi hoc do teſtimonium, quòd ſis rupes, petra, & ſaxum ſtabile ac firmum. Attamen ut omnis evitaretur ambiguitas, non dixit Dominus ἐπὶ τούτῳ πέτρῳ quod utique dicere potuiſſet, cùm apud Græcos, ὁ πέτρος καὶ ἡ πέτρα idem ſignificent. Verùm ait ἐπὶ ταύτῃ πέτρᾳ, quo nobis inſinuaret, aliquod aliud fundamentum inquirendum, præter Petrum, ſuper quo Eccleſia ædificaretur. Quod verò ſit illud fundamentum, non omnes Patres eodem modo ſtatuunt.

Petra quæ ſit Auguſtino. **1. Cor. 3. 11.** Auguſt in Ioan. Tract. 120. Petram illam Eccleſiæ fundamentum, judicat eſſe Chriſtum. Cui ſuffragatur Paulus, cùm ſcribit ad Corinthios, Fundamentum nemo poteſt aliud ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. In eadem quoque dicit Epiſtola, Petra autem erat Chriſtus. **1. Cor. 10. 4.** **Eſa. 28. 16.** Eſaias etiam dixit, Chriſtum eſſe lapidem ſolidum & pretioſum in Zion, id eſt in Eccleſia divinitus poſitum: **1. Pet. 2. 6.** quo etiam Petrus reſpexit Epiſtola prima cap. 2. **Eph. 2. 19.** Dixit etiam Paulus ad Epheſios, Nos minimè peregrinos & advenas eſſe, ſed ædificatos ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum. Et Chriſtum affirmat non modò eſſe fundamentum Eccleſiæ, ſed etiam lapidem angularem, quo parietes ejus ædificii ſimul conjungantur. **Heb. 10. 1.** In Epiſt. ad Hebr. ab Aharonico ſacerdotio, Chriſtianum hac ratione diſtinguitur, quòd illud æternum manere non potuerit, ſed in eo ſucceſſerint ſibi mutuo poſteriores prioribus: Sacerdotium verò novi Teſtamenti, manere abſque interruptione in uno Chriſto per omnem æternitatem. Hâc doctrinâ ſcire poſſumus, non eſſe ponendum in novo Teſtamento talem Papatum vel Sacerdotium, ut Eccleſiæ fundamentum quod interpoletur, & ſemper novis ſucceſſoribus opus habeat: alioqui non Chriſtianum, ſed Aharonicum eſſet. **1. Cor. 1. 13.** Iis addas in Epiſt. 1. ad Corinth. illos reprehendi qui Pauli, vel Apollo, vel Cephæ eſſe voluerunt. Non enim Chriſtianos decet ſuper homines ædificari. Hactenus de Auguſtini opinione.

Eccleſiæ fundamentum. 29 Alia eſt ſententia, quæ Petram Eccleſiæ fundamentum eſſe indicat, fidem ſeu confeſſionem, qua Petrus Chriſtum eſſe Filium Dei Vivi teſtatus eſt. Hanc ſententiam Hilarius lib. 7. de Trinitate, multis verbis ac perſpicuè ſequitur. Cyrillus item in Dialog. de Trinitate, libr. 4. idem ſenſit. Chryſoſtomus varius eſt: & licet in ſuo commentario in Matthæum Chriſti verba referat ad Petrum, attamen in Homilia de Pentecoſte, ſive de adorando Spiritu ſancto, ea verba tractans, illa non ad Petrum, ſed ad ejus fidem ſeu profeſſionem refert. Nec ſecus Theophylactus.

Eraſmi ſententia de verbis, Tu es Petrus. Quin & Eraſmus in ſuis Annotationibus eodem ſpectat, & ſe mirari ait, orationem illam ad Romanum Pontificem detorqueri. Sed ne fortaſſis hæreticus haberetur, concedit illi cum primis convenire, at non ſoli, unà cum omnibus fidelibus, quemadmodum Origenes eleganter expreſſit. Hîc ego noſtros adverſarios libenter convenio, & illos precor, ut ne loco hæreticorum nos habeant ſi verba illa Chriſti non referimus vel ad Petrum, vel ad Papam, Patrum adductorum interpretationem ſequimur, quam eos prius oportet ut hæreticam damnare, quàm nos ceu hæreticos proſcribere. Certè quoad illos ferunt, nos jure non poſſunt explodere. Lectorem attamen id monebo, ut cogitet priorem ac poſteriorem opinionem minimè diverſas, verùm eaſdem eſſe. Chriſtus enim fundamentum eſt Eccleſiæ, non ſimpliciter & abſolutè, ſed quatenus fideles eum fide apprehendunt & confitentur. Verùm quid Cypriano faciemus, Hieronymo, Ambroſio, & Auguſtino, qui ad Petrum illa Domini verba nonnunquam applicant, ceu Eccleſia ſuper illo ſit exædificata? **Auguſtinus.** Auguſtinus peculiariter priori libr. Retractat. utramque ſententiam commemorat: de Chriſto inquam & Petro, ac lectori liberam optionem relinquit, licet in priorem interpretationem de Chriſto propenſius inclinet. Eraſmus, & quidem (ut mihi videtur) non imperitè, illos ad hunc modum excuſat, nimirum quòd Petrum non acceperint, niſi quatenus Eccleſiæ, necnon fidei & confeſſionis ejus, typus erat.

Poli Cardinalis opinio & confutatio. 30 Reginaldus Polus Cardinalis Angliæ nititur arguere poſteriorem interpretationem, quæ ad Petri fidem & confeſſionem reſpicit, quòd accidentia ſine ſubjecto conſtituat, & ſuper ea velit Eccleſiam fundari. Sed hæc potius ad frivolas argutias, quàm ad argumenta ſolida pertinent. Scimus quidem prædicamenta novem à Categoria Subſtantiæ differre: ſed ea item non ignoramus proprias naturas & eſſentias habere, ita ut de illis nonnunquam ea dicantur, quæ de ſubſtantia nequeunt prædicari. Scientia ſanè cùm ſit accidens, extra hominis animum inveniri non poteſt, quæ tamen certa eſt & infallibilis: cùm tamen homo ſit res inconſtans, languida & fallax. Cogitatio item eſt in homine, qui tamen æquè ut illa non poteſt uno momento per omnia loca diſcurrere. Quid igitur obſtat, quin veritas & confeſſio, quæ fuit in Petro, fundamentum Eccleſiæ dicatur: & Petrus ipſe homo alioqui caducus & fragilis, & hujuſmodi fundamentum eſſe negetur? Nutat quidem Petrus nonnunquam & vacillat: cùm tamen ea fides & veritas, quam profeſſus eſt, firma & inconcuſſa maneat. Hieronymus hunc locum exponens, ait; Chriſtum ſuas proprietates Apoſtolis & ſuis membris liberaliter communicare. **Chriſtus quæ ſua ſunt communicat cum ſuis.** Dixit aliquando, ſe lucem eſſe orbis: ſed item pronunciavit de Apoſtolis. Et cùm ipſe utique ſit lapis, illos etiam lapides appellat. **Rom. 8. 21.** **Mat. 5. 14.** **1. Pet. 2. 9.** **Ibid. v. 5.** **1. Cor. 3. 11.** **1. Pet. 2. 5.** Quî fit, ut cùm ipſe verè propriéque ſit Eccleſiæ fundamentum, non ſit abſurdum, ut etiam Apoſtolos velit Eccleſiæ ſuæ fundamentum quodammodo eſſe: nimirum quòd ſint lapides vivi & magni, qui primo loco in ædificio Eccleſiæ ſibi adhæſerint. Ipſe quoque Petrus in prima ſua Epiſtola hujuſmodi lapides vivos nos eſſe jubet, qui in Chriſto ædificemur. In fide quotquot ſunt præſtantiores, & conſtantius profitentur Chriſtum, illi fundamento Eccleſiæ propius adhærent. **Apoc. 21.** **Apocalypſ. locus de duodecim fundamentis Eccleſiæ.** In Apocalypſi cœleſtis urbs appoſitè ac eleganter deſcribitur, cujus murus duodecim fundamentis inniti dicitur, atque ibi nomina duodecim Apoſtolorum adſcribuntur, non quòd illi verè ac propriè ſint Eccleſiæ fundamentum, ſed quòd illud ſuâ doctrinâ, verbo, & prædicatione, omnibus fidelibus oſtendant. Ego aliquando exiſtimavi, cùm dicitur ἐπὶ ταύτῃ πέτρᾳ, Græcam præpoſitionem ἐπὶ notam eſſe cauſæ, non quidem principalis, verùm organicæ ſeu inſtrumentalis: ut ſignificaretur Chriſtum, per Petrum & Apoſtolos eorúmque ſimiles, qui veritatem, fidem & confeſſionem profiterentur, quam Petrus edidit, Eccleſiam ædificare conſtituiſſe. **Præpoſitio ἐπὶ quam vim habeat?** Nec ab Hebraiſmo abhoret, ut *Aal* particula, vel præpoſitio, quam reddiderunt, Super, nihil aliud ſit, quàm per, ut medium & inſtrumentum ſignificaretur. **Præpoſitio Aal quam vim habeat?** Sed hanc interpretationem ſeriò affirmare non auſim, quia meis cogitationibus parùm admodum indulgeo. Deinde animadverto, præpoſitionem illam ἐπὶ dativo caſui adjunctam, raro in iſta ſignificatione à Græcis uſurpari. Quare à cæteris Patrum inter-

Digitized by Google

prerationibus non diſcedo. Nec judico ferendum, ut Eccleſia prædicetur ſuper Papis ædificata. Eorum tamen impudentia tanta eſt, ut non tantum capita Eccleſiæ ſe nuncupent, verùm etiam ſponſi ejus appellari velint, cum Paulus dixerit ad Corinthios, Deſpondi vos uni viro ſponſam exhibere Chriſto: Et Ioannes Baptiſta ſit atteſtatus, ſe non quidem ſponſum, ſed amicum ſponſi eſſe.

2.Cor.11.2.
Ioan.3.29.

31 Cæterùm hoc loco jam omiſſo, ad alium deflectamus, quem ſæpe nobis oggannium. In Iohanne habetur, Chriſtum rogaſſe Petrum, & quidem ter, An ſe diligeret. Et cùm ille id affirmaſſet, Dominum ter ei mandaſſe, ut ſuas oves paſceret. Quaſi ſit idem, paſcere oves Chriſti, & omnibus Eccleſiis per orbem imperare. Cur non attendunt, alios etiam Apoſtolos miſſos eſſe ad paſcendum gregem Domini? Porro illis omnibus Chriſtus dixit; Sicut miſit me Pater, ego mitto vos: in omnes inſufflavit, Spiritum ſanctum omnibus dedit, & denique omnibus mentem aperuit, ut Scripturas intelligerent, quas ut ſpirituale pabulum omnibus mortalibus offerrent. Mandavit item omnibus, ut in univerſum orbem irent, & Evangelium omni creaturæ prædicarent. Quin & ipſe Petrus, Epiſtola ſua priori, capite quinto ait: Presbyteros hortor ipſe συμπρεσβύτερος, (Ita loquitur, neque ſe caput aut principem, ſed æqualem eorum nominat) ut gregem paſcant, qui inter vos eſt. Dum hoc loco adverſarii noſtri abutuntur, regerenda illis eſſet regula ſatis a Iuriſperitis & Canoniſtis decantata, Propter officium datur beneficium. Quæ propoſitio ſi per contradictionem invertatur, pulchre concluſerimus: Beneficium non intelligi collatum, iis qui officium non præſtant. Deſinant ergo jactare, ſe Paſtores, Epiſcopos, & Papas, cum Domini gregem nequaquam paſcant. Hodie Papatus vel Epiſcopatus eorum tantummodo plumbo, cera, bullis, brevibus, oraculis vivæ vocis, propriis motibus, ſcriniis pectoris, indulgentiis, diſpenſationibus, & hujuſmodi nugis, conſtat.

Ioan.21.15.
Chriſti verba, Petre amas me? &c. explicata.
Ioan.20.21.
Luc.24.45.
Mat.28.19.
1.Pet 5.1.
Regula Iuriſp. propter officium datur beneficium, explicata.

32 Iactant & illud Chriſti dictum, Oravi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: quaſi Dominus etiam pro aliis non oraverit. Oravit quidem (ut in Ioanne habetur) & pro cæteris, non tantum Apoſtolis, ſed etiam omnibus qui credituri erant. Sed redeo ad locum de paſcendis ovibus, & illis reſpondeo, qui rogant, cur Petro ſeorſim a Domino ea verba dicta fuerint: & dico, Chriſtum voluiſſe infamiam trinæ abnegationis in Petro aboleri. Atque Auguſtinus inquit, Curatum eſt, ut lingua Petri non minus amori Servatoris, quàm timori ſerviret: quò mors imminens non plus vocis eliceret, quàm vita præſens. Et idem ferme habet Cyrillus: Dominus itaque ſic agendo cum Petro, in uno ſaltu duos (ut dicitur) lepores cepit. Primum operam dedit, ut omnes Apoſtoli cognoſcerent, Petrum in gratiam receptum, & priſtino loco reſtitutum. Deinde, ut intelligerent, ad gregem Domini paſcendum excellenti opus eſſe dilectione. Qui enim Dominum gregis ex animo & ſynceriter diligit, non poteſt illum non paſcere optima fide. Ne autem cuiquam durius id videatur, quod affirmamus vel Petrum locutum eſſe pro cæteris collegis, vel ea quæ ipſi dicta ſunt ad alios etiam pertinere, id ex locutionibus uſitatis in Scripturis facile probabitur. In eo ſane argumento Zuinglius bonam operam navavit. Is de vera religione, capite ubi de Clavibus Eccleſiæ egit, loca plura collegit, quæ ad rem præſentem commode faciunt. In Iohanne capite 6. cùm 70. diſcipuli abiiſſent: Chriſtus converſus ad 12. illis ait, Nunquid & vos abire vultis? Ibi Petrus omnium vice reſpondit; Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Ipſi novimus & credidimus, quod tu es Chriſtus Filius Dei. Numero multitudinis dum loquitur, perſpicue demonſtrat, ſe condiſcipulorum nomine reſpondere. Nec diverſam ab ea confeſſionem edit quam paulo ante ex Matthæi decimoſexto cap. cùm adduximus, tum etiam interpretati ſumus. Interdum verò fit, ut non unus pro omnibus, verùm omnes pro ſeipſis reſpondeant: ut cùm Dominus Lucæ vigeſimo ſecundo rogavit, an quicquid defuerit eis,

Luc.22.32.
Verba Chriſti, Oravi pro te Petre, &c. explicata.
Cur ſoli Petro dictum, Paſce oves meas?
1
2
Zuinglii ſententia.
Ioan.6.67.
Mat.16.16.
Luc.22.35.

A dum unà cum illo vixerunt: Reſponderunt, Nihil. Rurſus apud eundem Evangeliſtam dixit Apoſt. Date eis quod comedant: Cui reſponderunt, Non habemus niſi quinque panes & duos piſces. Ibi hoc reſponſum aſcribitur omnibus, cùm tamen in Ioan. uni Andreæ fratri Simonis Petri aſſignetur. Adhæc Petro & Andreæ dicitur, id quod ad omnes Apoſtolos pertinebat: nimirùm, Faciam vos piſcatores hominum. Sed ut ad locum illum 16. cap. Matth. de quo B ſuperius dixi, propius accedam, facile colligitur ex aliis Evangeliſtis, Petrum ſub nomine ac perſona omnium reſpondiſſe. Marci quippe 8. Lucæ 9. cap. habetur, increpuit eos Dominus, & minatus eſt, ne id aliis dicerent. Adverſarii noſtri hæc non expendunt, tantùm ſatagunt ut dicant, quid vero dicant minimè cogitant. De ſuo dominio & primatu defendendo vehementer ſoliciti ſunt, cùm Dominus Apoſtolis id prohibuerit: juſſeritque ut qui majores eſſe volunt, ſeſe pro minoribus gerant. Et admonuit, illam C ambitionem Regum & principum Ethnicorum eſſe, neque ad ſuos diſcipulos attinere.

Luc.9.13.
Ioan.6.9.
Mat.4.19.
Marc.8.30.
Luc.9.21.
Papa verè ut dominus dominātium habeatur, ſervū ſervorum ſe appellat.
Mat.20.26.

33 Quoniam diximus, eos admodum ſceleratè ac turpiter agere: hic quoque ſe nobis opponunt, & aiunt, non eſſe juſtam cauſam ſeparationis & diſceſſus ab Eccleſia fœdā & proboſam miniſtrorū vitam: Quod Chriſtus dixerit Apoſtolis de Scribis & Phariſæis, qui ſuper cathedrā Moſis ſedēbāt, ut ea facerēt quæ ab illis dicerentur, non autem facerent quæ illi facerent. Nos etiam fatemur, non eſſe propter ſordi- D dos mores & vitiatam Clericorum vitam ab Eccleſia diſcedendum: quamvis omnes pios & membra Chriſti deceat anniti, ut vel emendentur, vel, ſi pertinaces in peccatis fuerint, loco moveantur. At dum id fieri non poteſt, audiemus eos, cùm de libris Moſis, lege inquam Dei, Prophetis etiam, & ſcriptis novi Teſtamenti loquentur. Quòd ſi obtrudere voluerint, prætextu Sacri miniſterii, humanas traditiones, & eas præſertim quæ cum verbo Dei pugnant, illos non audiemus, nec averſando eos mandatum Chriſti vio- E labimus. Illud etiam ſolent objicere, quod habetur in Deuteronom. capite decimoſeptimo, ubi jubet Deus ut ſummus Pontifex à populo Dei audiatur. Sed quare non animadvertunt Sacerdoti viciſſim mandari, ut juxta Legem reſpondeat? Vnde colligitur, ei tantiſper obtemperandum eſſe, dum non ex capite ſuo, ſed ex divina Lege fert ſententiam. Opponunt præterea nobis exempla beatæ Virginis, Ioannis Baptiſtæ, Elizabetæ, Ioſephi & Simeonis: qui cùm non ignorarent Sacerdotes & Levitas eo- F rum temporum corruptos fuiſſe, ſe tamen ab Eccleſia illa minimè ſubduxerunt. Ad hoc reſpondemus, Primùm, Legis præcepta eos urſiſſe pro ea ætate, ut ſacrificarent, idque variis de cauſis. Adigebantur præterea, ut non ubicūque videretur, ſed certo quodam loco ſacrificarent, quem Deus ſelegiſſet. Nos vero iis præceptis Chriſti beneficio, non aſtringimur. Deinde Sacerdotes & Levitæ quamvis corrupti & vitiati erant, non tamen adigebant quenquam ad ritus & cæremonias. Adhuc enim ex Moſaicis inſtitu- G tis, ſacrificia & cæremonias retinebant. Falſis autem dogmatis eorum nemo aſſentiri cogebatur. Nos verò à Papis & Epiſcopis profiteri dogmata perverſa cogimur, nec per eos licet Sacramenta ex inſtituto Chriſti percipere, ac nomen Domini ſynceriter invocare. Quare utrinque diſpar eſt ratio. Nec exempla, quæ adduxerunt præſenti cauſæ poſſunt accommodari. Accuſant etiam nos, ut qui fraternam charitatem cum eis abruperimus: neque illis in mentem venit, charitatem ex fide pendere. Quare cùm eam H non retineant, ſed abnegarint, cum eis non poſſumus charitatem fraternam colere, quò ad Eccleſiaſticam communionem. Illis attamen Chriſtianam dilectionem haudquaquam ſubducimus: Nam eis optamus & precamur aſſiduè meliora, nempe ut ad Evangelium Filii Dei convertantur, quæque in Eccleſia vitiarunt & corruperunt, ea denique reforment & corrigant. Vexant præterea nos, quòd non publica, ſed privata diſceſſerimus authoritate. Neque conſiderant, Deum cuique mandaſſe, ut I propriam ſalutem curet. Quid ſi alii nolint veritati aſſentiri, & religionis corruptelas evitare: an qui ſtudio mandatorum Dei & gloriæ Chriſti tenetur,

Mat.23.2.
An turpis Rom. Cleri vita ſufficiens ſit ad ſeceſſionem cauſa?
Locus Deut. 17. de audiendo ſummo Pontifice.
Exempla Simeonis & cæterorum qui à Scribarū cœtu ſe non ſepararunt ætate Chriſti.
Deut.12.5.
Crimen abruptæ charitatis
Objicitur quòd privata authoritate ſeceſſerimus.

Digitized by Google

tenetur, negliget facere quod poteſt, & ſua intereſt? A
Deinde ut omnes videre poſſunt, Eccleſiis noſtris
authoritas publica minimè deeſt, cùm jam in eis &
Magiſtratus & principes verſentur. Neque obſtat
nobis ea, quæ ſæpius utuntur, [illegible] dicendo, non eſ-
ſe unius aut alterius Reipubl. neque unius aut alte-
rius principis hoc facere: ſed conſenſum totius orbis
Chriſtiani expectandum eſſe. Vehementer hic er-
rant, cùm Deus & cuique Magiſtratui, & cuique
Principi mandarit, ut de illorum ſalute, qui ſuæ fi- B
dei commiſſi ſunt, diligentia ſumma & ſtudio vigi-
lanti ſint ſoliciti. Porro Conſtantius & Conſtanti-
nus, cùm amplexi eſſent Chriſtum, Diocletiani,
Maximini, Licinii, & eorum Imperatorum ſeu Cæ-
ſarum, qui eorum erant collegæ, & rerum tunc po-
tiebantur, conſenſum in religionem Chriſtianam
haudquaquam expectarunt. Et malè ceſſit Tiberio,
quòd ſuffragium Senatus de Chriſto referendo in-
ter Deos expectavit.

34 Hactenus tradidi, quàm juſtæ cauſæ ſint, C
propter quas à Papiſtarum communione diſceſſeri-
mus, & eorum argumentis, quibus nos lacerant, ſatis
ut arbitror, pro hujus loci ratione ſatisfeci. Quare
ſupereſt, ut ad alterum tractationis caput deſcen-
dam, quo declarem ſeparationem hanc fuiſſe prorſus
neceſſariam. Quod triplici ratione patefiet. Primo

Mandata Dei quibus jubemur ab infidelium cœtu ſecedere.

demonſtrabitur præceptum Dei, quod validiſſimum
telũ eſt piis mentibus, nos urſiſſe. Deinde, oportuiſſe
fugere, ne mentes & cõſcientiæ noſtræ adverſariorũ
impuritate doctrinæ ac idololatriæ polluerẽtur. Do- D
nique, ne iræ Dei ac pœnis, quæ illis imminent, ſed-
1 deremur obnoxii. Quod ad primam attinet, permul-
ta variáque præcepta Dei extant in divinis literis,
quæ hanc ſeparationem imperant. Ea vero non om-
nia, quia nimis longum eſſet, verum aliqua tantùm
recenſebo. Chriſtus inquit: Cavete à Pſeudoprophe-
2 tis, quia licet ovina pelle ſint induti, ſunt lupi rapa-
ces. Quare ut fugiẽdum eſt à lupis, ita evitandi ſunt,
qui perverſa doctrinâ & religione animos perdunt.
Ioan. 10. 27. Ille idem (ut habetur in Iohanne) dixit, Oves meæ E
vocem meam audiunt, & non ſequuntur vocem a-
lienorum. Ideò cùm adverſarii à Chriſto ſe aliena-
rint, non poſſumus illis adhærere, niſi oves Chriſti
Mat. 15. 14. eſſe velimus deſinere. Dicebat idem Dominus: Si
3 cæcus cæcum ducem ſequatur, eorum uterque in fo-
veam cadent. Quocirca renuimus Papiſtarum duca-
Ioan. 12. 42. tum, ne unà cum illis præcipitemur. Scribitur item
4 in Iohanne, multos ex principibus in Chriſtum cre-
didiſſe: qui tamen propter Phariſęos Chriſtum non
confitebantur, ne à ſynagogis alieni fierent, quòd F
potius hominum, quàm Dei gloriam quęrerent.
Quocirca nobis etiam id timendum fuiſſet, ſi man-
ſiſſemus cum adverſariis, ne potius gloriam & hono-
res ab eis venaremur, quàm Evangelii ſynceram ve-
Mat. 10. 34. ritatem charam haberemus. Audivimus etiam Chri-
5 ſtum dixiſſe, Non veni mittere pacem, ſed gladium,
& ſeparare quenque fidelium à ſuis domeſticis, qui
eos à doctrina Evangelii voluerint impedire. Vnde
cùm hoſtes noſtri nihil magis curent & ſatagant,
quàm ut à percepta veritate nos avertant, merito ab G
Gal. 1. 8. eis diſceſſimus. In Epiſt. verò ad Gal extat hac de re
6 luculentiſſimum teſtimonium cap. 1. Ibi enim Apo-
ſtolus jubet, ut ἀνάθεμα, ſit nobis, quiſquis aliud E-
vangelium attulerit ab eo, quod ipſis prędicaverat.
Et eo progreditur, ut de ipſo id etiam teſtetur & à ſe-
metipſo uſque ad Angelos aſcendat. Nec aliud ſibi
vult eo loco ἀνάθεμα, quàm maledictum ſeu execra-
tionem. Quis autem non videat, oportere quemli-
bet Chriſtianum id maximè cavere, ne Dei execra-
Rom. 9. 1. tionem incurrat? Quod ſi Paulus aliquando ἀνάθεμα H
7 fieri optavit pro fratribus, id videbat in gloriam Dei
cedere. Verùm in iſta cauſa noſipſos adjungendo
Papiſtis, unà cum eis ἀνάθεμα efficeremur: non ſane
ad illorum ſalutem: quia noſtro conſenſu magis ac
magis obfirmarentur in ipſorum erroribus. Vnde
non gloria Dei, ſed potius dedecus ejus nominis
prodiret. Auguſtinus hunc locum interpretans in E-
piſt. ad Gal. elegantem Apoſtolici ſenſus expoſitio-
nem induxit, nempe quòd veritas per ſeipſam expe-
tenda ſit, non autem eorum gratia, qui eam propo- I
nunt ac enunciant. Nam ſi pavor illorum admittere-
tur, facilè poſſet fieri, ut etiam mendacia ob eorum

pavorem reciperemus. Nec putandum eſt, Apoſto-
lum eo loco temerè uſum eſſe repetitione, quando-
quidem res gravis erat, deinde ambigua. Adverſarii
enim volunt & ipſi videri Evangelium Chriſti præ-
dicare. Sed noſtrum eſt inquirere, an Evangelium **An Papiſtæ etiam ipſi prędicent Evangelium.**
eorum cum eo congruat quod Apoſtolus prędica-
vit. Si ea inter ſe comparaverimus, facilè deprehen-
demus Papiſticum Evangelium ab Apoſtolico per-
multum diſtare. Apoſtolus quippe docuit condona-
tionem peccatorum, à Deo Chriſtum gratis datam
credentibus, & hominem per fidem ſolùm abſque
operibus juſtificari: Papiſtæ autem, quæ δὶς διὰ πα-
σῶν ab iis diſcrepant, mundo volunt obtrudere.
Quamobrem audiendi non ſunt, ſed fugiendi tan-
quam ἀναθέματα, niſi nos quoque unà cum eis veli-
mus ἀναθέματα effici.

35 Scripſit idem Apoſtolus ad Rom. ultimo cap. Rom. 16. 17.
Videte illos qui diſſidia faciunt & offendicula con-
tra doctrinam quam didiciſtis, & declinetis ab eis.
Nulli verò majorum diſſidiorum cauſam dederunt
in Eccleſia, quàm Romanenſes partim ob ſua decre-
ta & traditiones, partim ob ſuum primatum uſurpan-
dum & defendendum. Scandala item ab eis provene-
runt abſque modo & fine, dum plebibus graviſſima
imponunt onera, & moribus vivunt corruptiſſimis.
Vnde homines à Chriſti religione maximè avertun-
tur, tantùm abeſt, ut ad eam amplectendam conver-
tantur. Subdit Paulus adhuc eos apertius indicans: Ibid. verſ. 18.
Qui per blandiloquentiam & adulationem corda
ſimplicium ſeducunt. Nemo non videt, quàm Papa
Principibus orbis Chriſtiani aduletur, eóſque blan-
dè appellet, cùm Imperatorem vocat filium ſuum
primogenitum, Regem verò Galliæ ſecundum natu:
unum Chriſtianiſſimum, alium Catholicum, alium
defenſorem fidei nominat: atque ita ſuos vendendo
fumos, imperitis & ſimplicibus imponit. Similium
autem hominum adjecta eſt perpetua nota: Qui hu-
juſmodi ſunt inquit Apoſtolus, non Domino Ieſu Ibid.
Chriſto, ſed ventri ſuo ſerviunt. Et ſanè, ſi quis inſpi-
ciat aſtutias, fraudes, ac dolos Papiſtarum, eò ten-
dunt omnia, ut compendiis & ventri eorum ſerviãt.
Nihil quæritur, quod ad Chriſti gloriam ſolidè fa-
ciat. Habetur quoque ad Corinth. Epiſt. 1. Si quis no- 1. Cor. 5. 11.
minatus frater inter vos, fuerit avarus, rapax, ſcorta- 8
tor, maledicus, ebrioſus, cum ejuſmodi nec quidem
cibum ſumatis. An verò illi vitiis hujuſcemodi labo-
rent, lippi & tonſores norunt. Legitur in eadem E- 1. Cor. 6. 15.
piſtola, Tollam membrum Chriſti, & faciam mem-
brum meretricis? Admonemur hinc, non eſſe com-
mittendum, ut noſipſos (cùm ſimus Chriſti membra)
ſcorto adjungamus. Nec debet nos latere, ſcortatio-
nem animi, quæ idololatria eſt, longè gravius pecca-
tum eſſe, quàm corporalem fornicationem. Vnde à
Prophetis non in uno loco, ſed paſſim arguitur Ec- Ier. 3. 20.
cleſia Hebræorum, ut meretrix impuriſſima, quòd Oſ. 2. &c.
ſeſe variis idolis proſtituerit. Cùm autem in papatu
adorentur ſtatuæ necnon panis & vinum, atque mor-
tui homines invocentur, ſcortationis eorum cœtus
jure convincuntur. Idcirco nullo jure nobis licet
eis adhærere, alioqui membra Chriſti, meretricis
membra reddemus. Et in poſter. ad Corinth. Fideli- 9
bus mandatur, ne jugum ducant cum infidelibus: 2. Cor. 6. 14.
quòd non ſit participatio juſtitiæ cum iniquitate,
neque communicatio luci cum tenebris, nec ſocie- Ibid. 17.
tas Chriſto cum Belial, vel templo Dei cum idolis.
Poſtea ſubditur, Diſcedite & ſeparamini de medio 10
eorum. Huc præterea ſpectant, quę ab Apoſtolo ſcri- 1. Cor. 10. 14. & 22.
buntur de idolothytis vitandis: an inquit, provoca-
mus Deum? An ſumus illo fortiores? Concluditur
deinde tota res hoc dilucido mandato: Fugite idolo-
latriam. Et ad Epheſ. Nolite communicare operibus 11
infructuoſis tenebrarum, ſed ea potius coarguite. Ad Eph. 5. 11.
Timoth. Epiſt. 1. commemorantur quidam homines 12
mente corrupti, quibus adempta ſit veritas, quique 1. Tim. 6. 5.
arbitrentur quæſtum eſſe pietatem: mandatúrque
Timotheo, ut ſe ab eo grege ſeparet. In Eſaia cap. 52. 13
ſcribitur, Diſcedite ac ſeparamini, immundum ne at- Eſa. 52. 11.
tingatis, qui fertis vaſa Domini. Sacerdotes alloque-
batur Propheta: ſed quod illis dicit, etiam ad nos fa-
cit, quia nos ferimus vaſa Domini, & ipſi vaſa Domi-
ni ſumus, quæ ab omni immunditie pura debemus
conſervare. Ieremias ait, Fugite de medio Babylonis, Ier. 50. 8.

Digitized by Google

14 & quiſque ſervet animam ſuam. Ac idem fermè ha-
Ier.5.6. betur apud eundem Prophetam capite 51. Adhæc
15 in Apocalyp.capite decimooctavo legitur, Fugite
Apoc.18.4. de medio Babylonis, ne polluamini delictis ejus,
16 & de plagis ejus accipiatis. Quin & David in
Pſal.26.5. Pſalmis de ſe ipſo cecinit, quòd Eccleſiam mali-
17 gnantium oderit,& in concilium impiorum non in-
18 troierit.

36 Deinde attendendum, hanc ſeparationem, genus eſſe confeſſionis Evangelicæ veritatis: Quiſque autem fidelis, non modo verbis, imo etiam factis,profiteatur oportet,quod credit. Utque habetur apud Gellium, cum civitas laborat ſeditione, minimè boni civis eſt ſe dicere neutrarum partium eſſe: verùm ad eam cauſam ſe debet adjungere, quam
19 juſtiorem eſſe cenſuerit. Huc etiam facit,quod horum temporum controverſiæ tanti momenti ſunt,ut diſſimulari nequeant, nec Deus eas patiatur amplius
20 in tenebris jacere. Nec prætereundum eſt Chriſti
Mat.5.6. mandatum, quo dixit, Si oculus tuus ſcandalizat te, illum eruas,& abs te projicias.Conſimiliter præcipit de manu & pede.Quo ſermone allegorico,vult ut omnia,quantumvis utilia,jucunda,& conjuncta, rejiciamus potius, quàm eis patiamur nos avocari ſeu
21 impediri ab Evangelii profeſſione. Apoſtolis item præcipit,ut ſi non audirentur ab aliquo cœtu ſeu ci-
22 vitate,excuſſo pulvere inde abirent. Plebs Romana olim diſceſſit à Patribus, quod ab illis afficeretur graviſſimis injuriis. Nec redire voluit,niſi cautionibus de Tribunitia poteſtate interpoſitis.Damna quę plebeii patiebantur à nobilibus,temporaria fuerunt, & ad corporis victum atque ſalutem pertinebant: ſed quæ Papiſtæ nobis inferunt, æternam ſalutem ſpectant. Sed miſſo Ethnicorum exemplo,aliud occurrit, quod in Eccleſiaſtica Hiſtoria commemora-
23 tur. Paphnutius Ægypti Epiſcopus, & clariſſimus
Paphnutii exemplum. Domini confeſſor (cui Maximianus Imperator dextrum oculum effoderat, & ſiniſtrum poplitem ſucciderat,quo & luſcus & claudus viveret) cum eſſet in Tyria Synodo, ubi etiam aſſidebat Maximus Hieroſolymitanus Epiſcopus clariſſimus, & ipſe Chriſti confeſſor: cerneretque nihil aliud quæri à collegis Epiſcopis quam ut dolis, calumniis & malis artibus Athanaſius opprimeretur, ſurrexit & apprehenſa manu Maximi,qui medius inter alios ſedebat,
24 inquit: Neque te decet unà inter iſtos ſedere: Ac
25 iſta locutus,cum ſecum abduxit. Admonuit etiam
Mat.16.6. Chriſtus, ut fermentum Phariſæorum caveremus.
1.Cor.5.6. Et Paulus dixit: Modicum fermenti totam maſſam
26 corrumpit. Quin & ipſa experientia docet,illos qui
27 veritate cognita in Papatu detinentur deſiderio
28 ſuorum neceſſariorum, amore patriæ, cupiditate facultatum & honorum, indies magis ac magis reddi frigidos quoad pietatem, ac denique ita conglaciari, ut ſenſus religionis in eis reſtinguatur, & quandoque fiant ex amicis & fratribus hoſtes crudeliſſimi.Quódque ſapiens dixit,veriſſimum deprehenditur: Qui tangit picem ab ea inquinabi-
1.Cor.15.33. tur.Nec fieri poteſt quin(ut Apoſtolus dixit ex Menandri ſententia) corrumpant bonos mores, colloquia mala.

2.Par.11.13. 37 Videamus quid contigerit Iſraëlitis Ieroboami tempore,cùm Idololatria erecta fuit. Porro qui vel micam pietatis habuerunt,relictis finibus regni Iſrael,ſeſe ad Domum Iudæ adjunxerunt,ut ne idolis jam inſtitutis immolarent,ſed ad præſcriptum legis,verum Deum, in loco quem ſibi delegerat, colerent:quod qui non fecerunt,non tantùm idololatria ſe contaminarunt, ſed multiplicibus & gravibus pœnis,unà cum impiis afflicti ſunt. Iam inde ab initio
29 orbis facta eſt ſeparatio inter poſteritatem Sethi &
30 Caini(nam iſti à vero Dei cultu defecerant) in quo
Gen 4.17.& 5.1. illi ſalutariter perſeverabant. Et ſanè tantiſper dilatum eſt diluvii ſupplicium, dum ſancta illa poſteritas manſit ab idololatricis diſiuncta: ſed cùm poſtea filii Dei allecti ſpecie fœminarum ſeſe cum impiis conjunxiſſent, omnia in confuſionem ac ſummam turpitudinem abierunt.Quare Deus,aquarum inundatione orbem perdidit: in qua devaſtatione, nec
Gen 6 &c. ipſe Noha cum ſua familia ſalutem fuiſſet conſecu-
Gen.19. tus,niſi arcæ ingreſſu ab impiis ſe diſiunxiſſet. Lo-
31 thus præterea evaſit incendium,quod à ſocietate fa-

A cinoroſorum hominũ eductus fuerit.Iuſſit item Do- 32
minus, quemadmodum in libr.Numer.habetur, ut Num.16.21.
Iſraëlitę ſe à Dathan & Abiram ſepararent, niſi mal- 33
lent unà cum eis perire. Evocabat etiam Iſraelitas, Eſa.52.11.
qui remanſerant in Babylone, poſt libertatem eis propoſitam à Cyro & Dario, quòd gravia mala Babylonis imminerent,ob eorum idololatriam & gravia ſcelera. Denique ſi primus Adam inſtinctu divi- 34
ni ſpiritus vere dixit de uxore, Hujus cauſa relin- Gen.2.23.
B quet vir patrem ſuum,& matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ:quomodo nobis quoque non fuerunt omnia relinquenda propter Chriſti veritatem retinendam,cùm & ipſa conjunx & filii causâ religionis dimittendi ſint?Quod ſi adverſariis non rectè videmur
feciſſe,dicant ipſi cauſam, quare ſe à reliquis Eccle- 35
ſiis majoris partis orbis ſeparaverint. Non utique 36
tam juſtas & evidentes cauſas reddere poterunt, ut noſtræ ſunt,quas antea poſuimus. Non terreant nos eorum calumniæ, præſertim, quam ſemper in ore
C habent, dicendo, nos eſſe turbatores. Hæc minime ſunt nova: ſervis Dei fuerunt crebro exprobrata.
Nónne Achab Rex Samariæ increpabat Eliam vi- 1.Reg.17.18.
rum Dei, ac dicebat; Túne Elias es,qui turbas Iſraelem? At Propheta conſtanter illi regeſſit, Non ego turbo Iſraelem: tu potius id agis unà cum conjuge
tua Iezabele. Accuſarunt etiam Iudæi Chriſtum co- Luc.23.5.
ram Pilato, quod univerſalem Iudæam commoverit,incipiendo à Galilæa. De Apoſtolis quoque di-
ctum eſt(ut in Actis habetur) quod homines turba- Act.17.6.
D rent. Quin & Tertullus orator,Portium Feſtum ſic Act.24.
allocutus eſt, ut Paulum gravaret, quod ejus auſpiciis & gubernatione, ſumma pace ac tranquillitate fruerentur, niſi unus obſtaret Paulus, qui omnia perverſa & nova doctrina interturbaret.Sed jam deſino amplius urgere ſecundum caput, nempe quod aliter à nobis fieri non potuerit, quin à Papatu diſcederemus: ſiquidem triplex urgebat neceſſitas, nempe obediendi mandatis Dei, vitandi peccati & idololatriæ fugiendæ,nec non ad evitandas pœnas &
E ſupplicia, quæ impios manent. Nec mirum videri debet,has neceſſitates nobis eſſe impoſitas:quando-
quidem & civilibus legibus graviſſimis pœnis inter- Illicita collegia jure civili quoque vetita.
dicti ſunt cœtus & conventus, qui non legitimè coeant, ut habetur de Collegiis & corporibus illicitis, quæ non tantùm à Republica, vel Imperatore prohibentur, ſed qui ea frequentarint, perinde habentur, atque ſi armatis hominibus loca publica & templa occupaſſent. Nam putantur abuti corporibus & ſocietatibus hujuſmodi pro ſuæ malitiæ officinis.
F Deus itaque rectè atque ordine facit, quando ſuis mandatis à talibus cœtibus nos revocat.

38 Sed jam venio ad tertium hujus tractationis membrum, oſtenſurus nos ab Eccleſia non diſceſſiſſe,verùm potius ad eã veniſſe.Quod ut planum fiat, animadvertendum eſt noſtros adverſarios maximè hallucinari,quod putent eodem tenore perpetuò res conſervari,quaſi nullo modo immutentur:cùm tamẽ fieri poſſit,& quotidie fiat,ut quæ bonæ olim fuerũt prorſus degenerent. Apud Hebręos,antiquitus erat
Eos qui Papam reliquerunt, non receſſiſſe ab Eccleſia, verùm potius ad eam rediiſſe.
1.Reg.5.2.
Mat.21.13.
Ier.7.2.
Ibid.v.4.
G templum Deo pergratum, quamdiu legitimus cultus in eo viguit:ſed eo poſtea vitiato,quod erat templum Dei,converſum eſt in ſpeluncam latronum.Id illi non conſiderantes,ei plus æquo fidebant, illud ſemper inclamantes, Templum Domini, &c. quaſi ſtante templo,Reſpublica eorum non eſſet interitura. Ita noſtri adverſarii putant,modò Romæ ſit nomen Eccleſiæ Epiſcopalis, ac externa pompa & ſpecies miniſterii,ibi Eccleſiam eſſe:cùm omnia,quę ad naturam Eccleſiæ Chriſti faciunt,everterint.Eſt gra-
H ve crimen ab Eccleſia diſcedere:Sed cùm Eccleſia dicitur quę non eſt, illinc abire quis improbarit? Hebręi,ętate Apoſtolorum,ſe jactabant Eccleſiam habere:ſed cùm Evangelium filii Dei reſpuerent,Apoſtoli ab eis jure diſceſſerunt. Et hoc antea præmon-
ſtraverat Ezec.c.10. cùm videret Dei majeſtatem ſe Ezec.10.18.
attollentem in cœlum, & deſerere Hieroſolymitanum templum. Ioſephus adhęc teſtatur,imminente Romano bello, voces fuiſſe auditas e penetralibus oraculi,quæ ſępe, Diſcedamus hinc,repetebant. Ec-
I cleſiaſtica etiam hiſtoria prodit Chriſtianam Eccleſiam quæ Hieroſolymis erat,trãſlatam fuiſſe Pellam cùm bellum inſtaret. In Chaldęam quoque migravit

Eccleſia

An Rom. Eccleſia nunquam ſit loco movenda?

Eccleſia Iudæorum ſub Rege Nabuchad-Næzar. Quare non eſt iſti quod confidant, immutabilem eſſe durationem Eccleſiæ Romanæ.

39 Sed nonnulli eorum aiunt, In populo Iſraelitico facilè commutationes fiebant: ſed poſt adventum Chriſti, & conſtitutam Petri ſedem in urbe Romana, ſuſpicandum non eſt iſtas converſiones aliquando eventuras. At dicant nobis quam ipſi cautionem præ cæteris Eccleſiis habeant? Si vulgò perſuadeſe conantur Conſtantinopolitanam, Alexandrinam, & Antiochenam, Eccleſias everſas eſſe, quare ipſi à talibus caſibus eximuntur? Certè Paulus non ita ſentiebat: Nam ad Romanos ait, alloquendo nationes ad Deum converſas, ut ſibi diligenter caverent: Deum enim, qui naturalibus ramis non pepercit, nec illis eſſe parſurum. Quare toto cœlo errant, ſi ſtatuant, Chriſtum & Spiritum ſanctum ſic alligatos ſedi Romanæ, ut nunquam ſint receſſuri. Tam diu ibi manſerunt, quoad ea Eccleſia vero fundamento innitebatur. At cum ſuper arena humanarum traditionum fundari cœpit, ſubverſa eſt. Neque dici poteſt ex Deo eſſe, cum Chriſtus regulam præſcripſerit, Illos ex Deo eſſe, qui verba Dei audiunt: & poſtea de iis qui ſe jactabant Eccleſiam eſſe, audacter pronuntiavit, Vos ea non auditis, quia ex Deo non eſtis. Quę autem congregatio eſſe poteſt Eccleſiæ, ſi non ſit ex Deo? Cùm autem Romanenſes verba Dei non admittant, cauſa eſt, quoniam illa ſentiunt mirificè ſibi adverſari. Adhæc quæ illa tandem Eccleſia eſſe poteſt, quæ non ſe judicat ſalvam conſiſtere, niſi Chriſto & verbo ejus profligato? Qui hæc non credit, is propius facta eorum contempletur. Eccleſiam transformarunt in aulam vel in curiam (ſic enim inter ſe loquuntur, ac iis paſſim utuntur vocabulis) ſtylo præterea cancellariæ, qui totus conſtat fraudibus & dolis, longè major datur opera, quàm ſtudiis ullis divinarum rerum. Gregorius in Regiſtro lib. 4. Epiſt. 25. & 55. de miniſterio ſacro ſcribens, ait: Illud, cùm intus ceciderit, foris non poſſe diu ſtare. Hoc ille judicavit ante annos 800. Et nos arbitrabimur, eccleſiam illam hucuſque verè ſtetiſſe? Malachias capite ſecundo ait: Quia vos receſſiſtis de via, & offendere feciſtis, idcirco ego dedi vos contemptibiles. Quapropter abeundo à Romanenſibus, minimè deſervimus eccleſiam, ſed aufugimus à jugo intolerabili & conjuratione adverſus Evangelicam doctrinam. Mirum eſt homines iſtos perſuadere velle Chriſtianis à Deo ſibi permittendum abſque ullo termino, ſed perpetuis temporibus ut vineam Domini vaſtent, nullum fructum inde pendant, ſed trucident ſervos Domini qui ad eos mittuntur, aliquos fructus repetitum. Porro ſunt Hebræis multò ſtultiores, qui reſponderunt Chriſto, cùm parabolam de vinea recitaſſet; Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis: cur illis non venit in mentem à veritate ipſa dictum fuiſſe Iudæis, Auferetur à vobis regnum Dei? Proinde, cum verſentur in iiſdem criminibus, cum eadem ſit cauſa, cum idem ſit Deus, non video cur dubitari poſſit, vim, dignitatem, veramque rationem eccleſiæ ab illis eſſe ablatam. Sed ad noſtrum diſceſſum oppugnandum, producunt locum ex epiſtola Iudæ, qui exagitat impios quòd ſeparaverint ſe: at reſponſio in promptu eſt, quia nobis aſcribi non debet, quòd à Papa diſceſſerimus. Deus ab eo nos abjunxit, ſuis, quemadmodum oſtenſum eſt, oraculis atque præceptis. Nec oblviſci potuimus Apoſtolici dicti, Magis Deo quàm hominibus eſſe parendum. Sicuti cum juſtum ſit divortium adulterii cauſa: quos Deus conjunxerat, homo non dividit, ſed ipſe Deus verbo ac Lege ſua, conjuges eo caſu diſſociat.

Rom. 11. 21. — Ioan. 8. 47. — Malac. 2. 8. — Matt. 21. 41. — Ibid. v. 43. — Locus Iudæ explicatus Iud. v. 19. — Act. 4. 19. — Matt. 19. 6.

An qui hactenus ſub Papa vixerunt, perierint.

40. Opponunt etiam nobis (ut ipſis videtur) firmiſſimam rationem, quærendo: An omnes qui ante nos fuerunt, vixeruntque ſub Romanæ ſedis obedientia, perierint. Vos inquiunt, recentes ac nuperi eſtis homines, cùm vix à triginta vel circiter annis apparuiſtis. Fluxerunt autem à Bonifacio tertio, quem authorem Papatus facitis, ultra 900. annos. Abſurdiſſimum dictu eſſet, toto illo tempore omnes in orbe Chriſtiano fuiſſe damnatos. Ad hoc dicitur, nunquam toto illo ſpacio, defuiſſe homines qui mendaciis & impoſturis Papatus reclamarint. Deinde Orientales & Græcos illi tyrannidi reſtitiſſe, neque adhuc A dominatum eccleſiæ Romanæ agnoſcere. Vnde non totus orbis Chriſtianus, ut iſti fingunt, ea cauſa periit. Quin & in noſtris Occiduis regionibus, uſque ad Pipinum & Carolum Magnum ſtetit eccleſiæ utcunque ſua libertas. Adjiciendum præterea, quoad prædeſtinatos, nullos ex eis quavis ætate periiſſe. Latro extrema hora Chriſtum amplexus eſt, quodque illi contigit, permultis aliis evenire non eſt abſimile vero. Spiritui Chriſti non deſunt viæ, quibus errantes oves ad cauſam ſalutis reducat. Magnus eſt, imò B ampliſſimus divinæ miſericordiæ complexus, quo vel agentes animam ad ſe pertrahit. Nec propterea fit, ut nunc non oporteat veritatem patefactam ſequi. Verùm de ſalute vel perditione majorum noſtrorum, quid ita nos obtundimur? eadē licuiſſet Hebræo populo opponere Apoſtolis. Ita Samaritis muliercula Chriſto dixit, Patres in monte ſeu loco illo Deū adoraſſe. Ita potuiſſent Ethnici à prædicatoribus Evangelii Filii Dei quærere, an omnes majores eorum, qui talem doctrinam non audiverant, æternum C perierint? Noſtrûm non eſt, cùm voluntatis Dei patefactio affertur, in ejus judicia inquirere: ipſi officium faciamus, relinquentes arbitrio Dei, ut de noſtris majoribus, & de omnibus hominibus, ex decretis juſtitiæ ſuæ ferat ſententiam. Si patribus noſtris non omnia perinde ut nobis patefacta ſunt, & non in univerſum, aliquantiſper tamen ob ignorantiam excuſabuntur: at cauſa noſtra multò fiet deterior, ſi cognitis quæ noſtris temporibus demonſtrata ſunt, ea non amplectamur, tantùm abeſt ut error majorum D nobis patrocinetur: ſed quia telum hujus argumenti eſt commune, illud in hoſtes commodè retorquebimus. Dicant ipſi ante Bonifacium 3. cum ignoraretur in orbe Chriſtiano Papatus, quem volunt ad articulos fidei pertinere: An omnes perierunt, qui fide illum non complectebantur, nec ſedi Romanæ obediebant? An etiam illi ſunt condemnati, & addicti Tartareis pœnis, quotquot panis & vini Euchariſtici transſubſtantiationem ignorarunt, ante Innocentiū tertium? Suntne item perditi omnes, qui Epipha- E nii & Hieronymi ætate cenſuerunt imagines è Templis tollendas? Non habent quid reſpondeant: idcirco deſinant nobis id objicere, quod illos non minus atque nos premit.

Luc. 23. 40. — Ioan. 4. 20.

41 Quærunt adhæc, ubinam eccleſia Chriſti tamdiu fuerit? Vos inquiunt, adhuc non eratis, utque ſtatuitis, non fuit apud nos eccleſia, ergo nuſquam erit: quod abſurdiſſimum eſt, neque ullo pacto admitti debet. Quod ſi dixerimus, Vbi duo vel tres in nomine Chriſti erant congregati, eccleſia illi erant, F nec unquam fuit quin tales in mundo extiterint: Hoc rurſus oppugnant dicendo, Eccleſiam eſſe debere aſpectabilem, quam fideles poſſint accedere, quod Chriſtus dixerit, Dic Eccleſiæ. Vt ad hoc reſpōdeatur, nonnulla paucis quidem atque craſsè de Eccleſia videntur dicenda. Eccleſia eſt corpus Chriſti: & ne quis hanc appellationem irrideat, inveſtigabimus quot genera corporum inveniantur. Pomponius inſignis iuriſperitus, in ff. de Vſucapione. l. *Rerum mixtura*, tria corpora fecit. Primū, quod uno ſpiritu con- G tinetur, ut homo, lignum, lapis, idque ἡνωμένον. Aliud eſt, quod nexu quodam conſtat, in quo partes mutuo ſeſe tangunt, ut domus, navis, armarium, & hoc dicitur συνημμένον. Denique tertium eſt, quod habet partes diſtantes, quæ tamen uno vocabulo & communione ordinis, junguntur, ut populus, grex, legio, &c. Hoc tertio genere comprehenditur Eccleſia, quę ſocietas eorum eſt, qui loco inter ſeſe diſtant. Nam ſive quiſpiam fidelis domi ſit, vel in platea, vel ruri, adhuc in Eccleſia cenſetur. Diſcrimen attamen eſt, H in iſto corpore definiendo: Non enim à Papiſtis & à nobis eadem ratione definitur. Illi enim cenſent, omnes eos qui Chriſtum profitentur, Eccleſiam eſſe, modò non ſint excommunicati. Qua in re vehementer hallucinantur: quoniam Eccleſia cùm ſit corpus Chriſti, viva eſt, nec habet mortua membra. Et à Ioanne dictum eſt: Exierunt à nobis, quia non erant ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, utique manſiſſent. Fatemur quidem in Eccleſia quæ revera tantùm conſtat electis Dei, qui fide ſunt juſtificati, & I verbum Dei pro viribus conantur ſanctitate morum exprimere, verſari permultos impios & ſceleratos:

Matt. 18. 20. — Ibid v. 17. — Quibus in locis antequam reformatæ à nobis Eccleſiæ eſſent, eccleſia Chriſti fuerit. — De Eccleſia. — Corpus trifariam dici. — Eccleſia qualecorpus. — 1. Ioan. 2. 19.

Secesſio bona.

A Bona item ſeparatio erat Proſelytorum, qui ſe ab idololatria ſejungentes, ad populum Dei accedebãt. Chriſti etiam & Apoſtolorum diſceſſio à Iudæis, probanda omnino eſt: præſertim cùm ipſe Chriſtus dixerit, ſe non veniſſe mittere pacem, ſed gladium,

Mat.10.34.

ac ſeparare homines à ſuis domeſticis. Accidit etiam quandoque, ut omnes partes alicujus totius malæ ſint: conducit autem piis, ut à ſe invicem diſtrahantur, quo langueſiant & debilitentur. Et eo ſanè conſilio Paulus, cùm in magnum diſcrimen veniſſet,

Act.23.6.

B Phariſæos & Sadducæos inter ſeſe commiſit. Commodum item fuit prædicationi Evangelii, cùm de Chriſto Iudæi inter ſeſe diſſenſerunt: pars de illo dicebat, Bonus eſt, quandoquidem tot ſigna facit: alii

Ioan.7.40.

verò malum eſſe affirmabant, neque à Deo eſſe poſſe, cùm Sabbatum ſolveret. At ſi totum ipſum bonum fuerit, & partes aliquæ putres ac vitiatæ receſſerint, tale Schiſma deteſtandum & malum ſtatuemus. Perniciosum idcirco eſt, quia nec partium, nec

Secesſio mala.

C totius natura conſervatur. Quod ut intelligamus, conſideranda eſt diſtinctio quædam totius, ut à Phyſicis traditur. Aliud dicitur ὁμοιομερὲς, & conſtat ſimilibus partibus: ut eſt aqua, ſanguis, terra, & hujuſmodi. Si diviſio fiat, pereunt quidem vires quoquomodo totius (nam diſtractione illa debilitatur) attamen

Totius diviſio.

in partibus natura totius conſervatur: quælibet enim pars aquæ eſt aqua, & quælibet pars ſanguinis eſt ſanguis. Alterum totum reperitur, quod vocant ἑτερογενὲς, quod partium varietate conſtat: talia ſunt animantia conſtituta ex diverſis membris, quin &

D plantæ diverſis organis conſtant. Hæc ſi quis diviſerit, nec totum, neque partes conſtabunt. Homo diſtractus in partes, homo eſſe deſinit: & partes ejus non amplius humana ſunt membra. Eccleſia verò, cùm ſit corpus diverſarum partium, quando ſcinditur, & ipſa quodammodo ruit, & partes ejus diſtractę pereunt, cùm ab æterna vita excidant. In malo itaque Schiſmate qui ſe ſeparant, & ſeipſos perimunt, & (quantum in eis eſt) Eccleſiam demoliuntur, niſi Chriſtus adeſt, qui eam & reſtituit & conſervat. Ca-

E vendum eſt itaque vitium hoc, ut exitioſum.

Secesſio noſtra qualis & quæ ejus cauſæ.

1 Papiſtę defecerunt à fide.

4 Nunc videndum eſt, An ſeparatio noſtra ſit mala vel bona. Affirmo bonam eſſe: Primùm, quòd juſtiſſimas & optimas habet cauſas, quas hoc ordine recenſebo. Prima: Nulla poteſt in Eccleſia inter eos eſſe conjunctio, qui non retinent fidem. Adverſarii noſtri abjecerunt, non retinent fidem: Quare non poteſt inter eos & nos intercedere conjunctio. A fide illos diſceſſiſſe patet ex eo, quòd verbo Dei poſt-

2

Rom.10.17.

F poſito, traditionibus adhæſerunt. Fides verò eſt ex auditu: auditus autem per verbum Dei, ut Paulus atteſtatur. De inde cum illis non poteſt eſſe conſociatio, qui potenti ac propemodum tyrannica vi, nobis obtrudunt gravia & intolerabilia longè magis quàm pſeudoapoſtoli vellent imponere gentibus ad Chriſtum converſis. Quid hic faciamus? Dixerunt Lacedæmonii olim Athenienſibus, Si duriora morte imperaveritis, potius moriemur, quàm ea ſimus præſtituri. Tertio loco, plus adverſarii noſtri ſibi uſurpant,

3 Papiſtæ ſibi nimium arrogant.

2.Cor.1.24.

G quam Paulus exiſtimaverit ad ſe pertinere. Scripſit ad Cor. 2. cap. 1. Non quaſi dominemur fidei veſtræ. Quibus verbis teſtatur, fidem nemini ſubjectam eſſe, niſi verbo Dei. Non itaque miniſtri Eccleſiæ illi dominantur: ſed ut dicit Petrus Epiſtola prima cap.

1.Pet.5.2 & 12.

5. admonendo & docendo eſſe debent adjutores gaudii fidelium, id eſt, æternæ illorum felicitatis. Dixerat verò prius, Non quaſi dominantes in cleros: Intelligit per cleros, populum Dei. Eccleſia eſt unum quoddam corpus Chriſti, ſi generatim conſideretur:

H Sed habet multas partes, id eſt particulares Eccleſias, quæ omnes dicũtur Dei ſortes & hęreditates. Proinde nolebat Petrus, miniſtros & paſtores erga eas inſtar dominorum ſe gerere. Quartò, non patiuntur

4 Papiſtæ nullam faciũt Evangelii copiam ſuis.

homines papiſtici, ſi cum eis verſemur, nos purè ac ſynceriter Deum colere: quia nec liberè Evangelium prędicari à nobis permittunt, neque puram Sacramentorum adminiſtrationem, ut à Chriſto fuit in-

5 Papiſtæ nos quotannis execrantur.

I ſtituta, concedunt. Quintò, ipſi nos execrantur, diris acerrimis devovent, præſertim die Iovis magnę hebdomadæ. Cùm itaque ſic nos excommunicaverint & excommunicationem ſingulis annis renovent: quid agamus cum illis, cùm tam crudeliter à ſe nos

A abdicaverint? Sextò, Si nos eis adjungamus, à majori parte orbis avellemur: quandoquidem ipſi pro

6 Papiſtæ ſegregati ſunt ab orbis habitati parte maxima.

Schiſmaticis habent Eccleſias Aphricanas, Ægyptias, Syrias, Orientales, Aſiaticas, & Græcas, eo nomine ſanè, quòd Romanæ ſedi, vel potius tyrannidi, ſubjici nolint. Septimò, non contenti excommunicationibus & diris, quibus nos execrantur, fideles ac E-

7 Papiſtæ pios perſequuntur.

vangelicos homines, ferro, vi, carceribus, exiliis, confiſcatione bonorum, & denique flammis & ignibus,

B ſæviſſimè perſequuntur ac perdunt. Octavò, convenit ut pii viri unà cum peccatoribus verſentur, quoad

8 Papiſtæ nõ admittunt emẽdationem.

ſupereſt de illis aliqua ſpes, dúmque ſe monentes audire ſuſtinent. At iſti obturarunt aures ſuas ceu aſpides, neque ullam vocem admonentium ferre poſſunt. Inclamatum eſt illis diu, & ipſi vi coacti, fatentur in Eccleſia multos errores obrepſiſſe, nec tamen ullos vel demonſtrant vel emendant. Habita ſunt aliquot Concilia, nimirum Conſtantienſe, Baſilienſe, Florentinum, Tridentinum, propemodum

C ætate noſtra ſeu patrum noſtrorum: neque correctum eſt vel tantillum in Eccleſia, vel error, vel abuſus. Quare videntur jam ſalutis deſperatæ. At cum illis vivendo docet experientia, veritatem potius occultari & debilitari quàm illos meliores fieri. Quocirca non eſt mirandum ſi ſecedamus. Nam Apoſtoli hac eadem ratione ſeceſſerunt à Iudæis: cum illi

Act.13.46.

9 Papiſtę abhorrent à Cõcilio Chriſtiano.

verbum Dei abjecerunt. Nonò, ſperarunt, & adhuc opinantur multi, reſtare unicum remedium, quod poſſit rebus afflictis adhiberi, univerſale Concilium,

D quòd liberè haberetur, ubi cauſa ex utraque parte diſcuteretur. At iſti nunquam eò ſe patiuntur adduci ægrè mentionem Concilii audiunt, deinde ne videantur nimium improbi, Concilium utcunque largiuntur, ſed tale quod tantummodo conjuratis adverſus Dei verbum conſtet. Cùmque hujus cauſæ ſtatus & cardo in Papam vertantur, nullos ibi ferre volunt, qui non ſint ei jurati.

10 In Eccleſia quę & quot rerum genera.

5 Decimo, In Eccleſia tria ſunt rerum genera. Nam quædam neceſſariæ ſunt, aliæ vero liberæ,

Rom.1.16. & 3.21. & 5.1.

Gal.2.16.

E nonnullæ vitioſæ. Inter neceſſaria conſtituuntur, doctrina & ſacramentorum adminiſtratio, nécnon ſancta & honeſta vita: nempe ut homines erga Deum, erga ſeipſos & proximos piè, modeſtè ac juſtè ſe gerant, quod utique totum ad diſciplinam ſpectat. Id cùm ita ſit, ſpectemus quomodo iſti ſe in iis omnibus habeant. Doctrinam utique corruperunt: non enim fide ſola (ut Scripturæ ſtatuunt) nos juſtificari docent, ſed etiam operibus. Cultum imaginum, & adorationem creaturarum prædicant:

F mortuorum invocationem tuentur, & alia hujuſmodi, quæ meræ ſunt corruptelæ cœleſtis doctrinæ. Adminiſtrationem verò Sacramentorum ita deformarunt, adjiciendo & lacerando, ut jam ferè non agnoſcantur. Præterea, quoad mores & vi-

Eſa.5.20.

tam, uſque adeo diſciplinæ frena relaxarunt, ut bonum dicant malum, & quod eſt malum prædicent eſſe bonum. Omnia ſúſque déque accipiuntur: & tanta eſt rerum confuſio, ut nulla cernantur juſtitiæ diſcrimina. Libera verò, jam

G non ſinunt eſſe libera. Ciborum delectum ſanxerunt, cùm in cibo & potu, teſte Apoſtolo, nemo de-

Col.2.16.

beat nos judicare. Dies obſervant magna ſuperſtitione. Iejunia item non ſinunt libera, ſed ſtata vertente anno habere volunt: Die Veneris ac Sabbati, quadrageſima, vigiliis, & angariis decreverunt eſſe jejunandum. Matrimonium, quod inter cætera liberrimum eſſe oportuit, omni clero interdixerunt. Sunt etiam ab illis præſcriptæ veſtes, ita neceſſariæ, ut abſque illis Miſſa non poſſit haberi. Nolunt conſecrari

H fermentatum panem, ſed azymum. Cæremonias & ritus adeò communes volunt, ut omnes illis utantur. In ſumma libera fecerunt neceſſaria. Vitioſa & corrupta reſecare nolunt, mordicus retinent, & eum qui monuerit graviter inſectantur.

11. An Eccleſiæ Romanæ conveniat titulus Eccleſiæ catholicæ?

6 Vndecimò, Nullos conſociari ſibi volunt, qui non profiteantur Catholicam Eccleſiam eſſe Romanam, conantúrque univerſalem Eccleſiam facere particularem. Nam Romana certa quædam eſt Eccleſia, ut Alexandrina, Mediolanenſis & Epheſina.

I Catholica verò, eſt univerſalis: nam ibi reperitur, ubi ubi agunt rectè credentes, & vera Chriſti membra: locis & cathedris non alligatur. A Catholica Eccleſia

iſti

Digitized by Google

iſti ſtatim defecerunt, cùm Papatus ab eis erectus eſt. Nam qui noluerunt jugum ſubire, à Romanenſibus expulſi ſunt ab Eccleſia. Non quæſiverunt ut Chriſti nomen latè propagaretur, ſed ut ipſi quàm ampliſſimè dominarentur. Scripſit Paulus ad Romanos, nos eſſe unum corpus in Chriſto, & ſingulos aliorum membra. Quod ſi in Chriſto dixit nos eſſe unum, ſatis eſſe debet Chriſtum profiteri, non Romanam Eccleſiam. Donatiſtæ à multis Patribus & ab Auguſtino præſertim coarguuntur, quod Eccleſiam Catholicam in angulum Aphricæ ad ſe contraxiſſent, affirmantes alibi non amplius Eccleſiam reperiri. At nónne idem Papiſtæ faciunt, cùm nullas agnoſcant pro Chriſti Eccleſiis quæ Romanam ut caput & principem ſuam non ſequantur? Aſſerant, ſi poſſunt, Evangelium natum eſſe Romæ. Dici non poteſt. Etenim à Hieroſolymis cum ad Græcos tum ad Latinos pervenit. Quare conficitur Eccleſiam Romanam jure vetuſtatis, non eſſe omnium primam. Deinde colligitur, Eccleſiam Catholicam extitiſſe ante illam. Quod ſi tunc abſque ea eſſe potuit, quid obſtat, quin etiam nunc Eccleſia Catholica extra illam exiſtat? Quòd ſi (ut loquamur cum Dialecticis) primo & per ſe Romana Eccleſia eſſet Catholica, omnes per illam Catholicæ dicerentur & eſſent. Quod ut falſum ſit jam oſtendi, quod Hieroſolymitana, Antiochena & aliæ nonnullæ prius Catholicæ fuerunt, quàm Romana eſſet plantata. Deinde conſideremus, Eccleſiam Catholicam fuiſſe antiquitus dictam Chriſti, non Romanam: Vnde hæc acceſſit adjectio? Quis mortalium hunc articulum fidei condidit? Canimus in Symbolo, & profitemur nos credere unam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Hæc illi transformarunt in Romanam. Qua vero licentia & poteſtate fecerint, niſi ſuam fateantur ambitionem, monſtrare non poſſunt. Porrò quoad humanas rationes, ſi cui dandus fuiſſet iſte titulus, Eccleſiæ Hieroſolymitanæ conveniebat, cùm ibi Chriſtus docuerit, & cruci fuerit affixus, inde ad cœlos aſcendit, & inde Apoſtolos ad prędicandum miſit. Sed multæ rationes fuerunt propter quas ea Eccleſia non fuerit prima omnium conſtituta.

Rom. 12. 5.

Donatiſtarum errores de Eccleſia.

Hieroſolymitana Eccleſia quare prima habita.

1 Viri Apoſtolici, qui primo tempore in ea floruerunt, ſancti ac modeſti erant, & idcirco talem primatum non ambierunt.

2 Deinde inter Iudæos & Ethnicos ad Chriſtum converſos, æmulatio quædam, ne dixerim odium, interceſſit. Vtque Iudæi tenaciſſimi erant veterum cæremoniarum, ita eas tentaſſent gentibus obtrudere: quo ſtudio animadverſo dignitas ejus Eccleſiæ obſcurabatur.

3 Adhæc locus ille, poſt everſionem à Tito Veſpaſiano inductam, non erat clarus neque illuſtris: quandoquidem Reges & Monarchæ nulli ibi degebant, & ſatis conſtat primates Eccleſiarum ſecutos eſſe ſplendorem civilem.

4 Deinde Hieroſolymitani Patriarchæ, ſucceſſu temporis, non fuerunt in vera fide conſtantes, verum hęreſibus ſeſe polluerunt: unde minus erant perſpicui.

5 Et quòd multum impedivit primatum, inopia & paupertas acceſſit. Non fuit illa Eccleſia tam opulenter ditata, ut Romana, Alexandrina & Conſtantinopolitana. Sed ut redeam unde diſceſſi: Si vetuſtas, Chriſti & Apoſtorum converſatio, Evangelii origo, non effecerunt, ut Hieroſolymorum Eccleſia Catholica eſſet & diceretur, unde comminiſcentur Romanam id habuiſſe? Fortaſſe dicent à Petro. Sed hac de re inferius dicam. Quod ad rem nunc attinet, id ſtatuamus, Eccleſias omnes, modò retineant fidem & verba Dei juſta ſynceritate, quoad rem ipſam, Catholicas eſſe, necnon æquales. Sin vero non rem, ſed accidentaria contemplemur, quod ad homines craſſos, ea excellit alias, quæ opibus & ſplendore principum prę̨ſtat. Quo vero ad pios, ea cęteras antecellit, quæ donis Dei & chariſmatis ſpiritus eſt illuſtrior.

12 7 Duodecimo, Adverſarii noſtri quam manifeſtiſſimè deprehenduntur illis criminibus immerſi, de quibus pronunciavit Apoſtolus, quod qui talia faciunt, non habent partem in regno Dei. Quem ergo locum illis dare habemus in Eccleſia? Simoniaci profecto ſunt, venefici, ſanguinarii, bellorum excitatores, libidinoſi, diffluunt luxu plus quàm Perſico vel Sybaritico: verbo Dei non vacant, non prędicant, non paſcunt gregem, imò ſcandalis omnia re-

1. Cor. 6. 10.

Papiſtę eorum criminum rei ſunt quibus Paulus dicit homines excludi regno Dei.

A plent. Et interea nihil aliud crepant quàm Petros & Paulos, à quibus plus diſtant quàm cœlum à terra.

Decimotertiò ac poſtremò, Nos pati nolunt ſecum agere, niſi cum ipſis in Miſſa communicemus, in qua tot inhærent vitia, ut hoc loco non poſſint exponi. Sed bene habet. Ejus vitia & corruptiones, noſtris hiſce diebus adeo patefactæ ſunt, ut monſtratore non amplius opus habeant. Vnum tantùm afferam, ibi panem & vinum adoranda proponi, quæ ſi
B quis recuſaverit colere, de ſalute ac bonis ejus funditus actum eſt. Quapropter cùm tam juſtæ ac tot cauſæ ſint noſtri diſceſſus à Papatu, ſeparatio noſtra laudabilis admodum, non improbanda videtur. At ne diſſimulemus quicquam, afferenda nunc ſunt, quę illi contra hujuſmodi cauſas objicere ſoleant. 13

Neminem ſecum ferunt niſi in Miſſa cum ipſis cōmunicet.

8 Primum aiunt, à nobis nec rectè neque ordine fieri, qui Eccleſiā verbo Dei metiamur, cùm è diverſo agere oporteat, nimirum ut verbum Dei Eccleſiæ
C authoritate conſtabiliatur. Volunt in ſumma, Eccleſiæ vim & poteſtatem ſermonibus Dei anteferri. Ad id confirmandum, Hoſius, noſtro tempore Papiſtarum clypeus, illud adducit quod à Chriſto dictum eſt, Si te non audierit, dic Eccleſiæ. Iam vides ait, Eccleſiam fuiſſe novi Teſtamenti, cum ejus nullum verbum ſcriptum haberetur. Quidam reſpondent, Chriſtum de ea Eccleſia id intellexiſſe quæ futura erat, & Apoſtolorum prædicatione poſtea colligenda, non autem de illa quæ tum temporis extaret.
D Hoc ego reſponſum minime probo: quandoquidem Eccleſia & jam tunc erat, neque (ut iſte fingit) verbo ſcripto caruit, nimirum libris antiqui Teſtamenti. Ex illis utique Chriſtus, Apoſtoli, ſua dogmata confirmabant. Vnde Paulus ad Romanos ait, de veteri Teſtamento loquens; Quæcunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam præſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus. Ad Timotheum quoque ait, Omnis Scriptura divinitus inſpirata, utilis eſt ad docendum & arguen-
E dum, ad corrigendum ac inſtituendum, ut perfectus ſit homo Dei, &c. Scribit item ad eundem, Attende lectioni, &c. De Theſſalonicenſibus etiam dicitur in Actis Apoſtolicis, quod audito Paulo, ex Scripturis quærebant, num ita eſſet quemadmodum ille docuerat. Sed adverſarii ſuum argumentum altius repetunt, & contendunt Eccleſiam Dei ante Moſen fuiſſe, quæ tamen Scripturas non habuerit. Moſis quippe libros omnium faciunt antiquiſſimos. Quod facilè dederim, ſi loquantur de iis, quæ nunc extant. Sed quomodo illi norunt, an Eccleſiā illa vetus ha-
F buerit vel nō habuerit aliquos divinos libros? Moſes porrò librum juſtorum, & librum bellorum Domini citat. Et fieri potuit, ut Noah, Abrahamus, Iſaacus, & Iacobus ea ſcripſerint, quæ ad ſua tempora pertinebant, ita ut Moſes illa poſtea collegerit ac digeſſerit afflatu divini ſpiritus. Iudas utique in ſua Epiſtola quædam ex libro Enoch inſeruit. Nec moror, ſi dixeris librum eſſe apocryphum, quoniam fuit apocryphus ille fortaſſis, qui poſt Apoſtolorum ętatem cir-
G cumferebatur. Quę vero Iudas attulit, firma & certa erant. Sed fingamus non fuiſſe ante Moſen Dei ſermones, niſi tantum ore prolatos, & per manus traditos. Quid hoc ad rem pręſentem facit? Siquidem ſermones iidem, quando poſtea fuerunt literis conſignati, obſervari debent & retineri, ita ut nihil in eis ab hominibus immutetur. Eccleſia cùm Dei verbo colligatur, ut ſit poſterior eo, neceſſe eſt. Neque poteſt Eccleſia ſuo jure verbis Dei adverſari, quia Spiritus divinus minimè ſecum pugnat. Quod autem in
H voce vel in pictura ſit, nihil refert: ſunt enim hęc accidentia ejus, non autem propria & vera ipſius natura. Et ideo verbum Dei, ſive per vocem, ſive per ſcriptum tradatur, eſt inviolabile, neque poteſt ſonare contraria.

An verbi divini authoritas pendeat ab Eccleſiæ judicio?

Hoſius.

Mat. 18. 17.

Eccleſiam Chriſti temporibus verbum ſcriptum habuiſſe.

Rom. 15. 4.

1. Tim. 3. 16.

1. Tim. 4. 13.

Act. 17. 11.

Num. 21. 14.
Ioſ. 10. 13.
2 Sam. 1. 18.
Iud. verſ. 14.

Liber Enoch.

Ante Moſen fuiſſe verbum ſcriptum.

9 Rurſus Hoſius nobis adverſatur, atque Spiritum ſanctum loqui cum fidelibus tam per Eccleſiam, quàm per Amanuenſes, qui divinas literas conſignarunt: & inde (ut ſibi videtur) conficit, ex æquo Eccleſiam eſſe audiendam atque divinas literas. Nos
I verò dicimus, Spiritum Dei utroque modo nobis loqui, ſed (ut antea monuimus) nequaquam pugnantia. Quamobrem cùm per Eccleſiam quippiā tradit,

An ex æquo debeat audiri Eccleſia & verbum Dei ſcriptum?

AAA 2

Digitized by Google

id ſcr. ptis oraculis non repugnat. Præterea de Amanuenſibus certi ſumus: etenim majores noſtri, qui tum vixerunt, ſacros libros ab eis editos fuiſſe, manifeſtè noverunt. Vnde non eſt quod vereamur ſuppoſititios eſſe. Deinde fidelibus adeſt Spiritus Dei, quo ſentiunt eorum ſcripta divina eſſe, non ab hominibus conficta. Quo verò ad Eccleſiam ſæpe ambigimus: Nam qui eam referunt Epiſcopi, non ſemper in nomine Domini conveniunt. Deinde, quantumvis pii & ſancti fuerunt, adhuc ſunt homines, & multum carnis habent, qua eorum mentes & affectus crebro perturbantur. Non dubito Cyprianum cum ſuis Epiſcopis, bono & pio animo conveniſſe: nihilominus tamen de hæreticis qui reverterentur ad Eccleſiam retingendis erravit. Huc deinde accedit in Conciliis non ponderari, ſed numerari ſuffragia: quo fit ùt major pars minorem, & deterior meliorem crebrò vincat. Quocirca ſtatuere non poſſumus Eccleſ. perinde ut Scripturam non errare. In Synodo profectò Nicena, etſi de Patris & Filii conſubſtantialitate rectè decretum eſt, magna tamen ſemina impietatis, quoad ſatisfactiones & pœnitentiæ tempora, inſerta fuerunt. Vt verò affectibus Patres ill. commoti fuerint & agitati, ſatis ex eo declaratur, quod ceu ἀλάστορες & Furiæ in ſe mutuò invehebantur, atque accuſationibus, libellis famoſis & calumniis, pium Imper. incitabant & inflammabant adverſus collegas, ut mirum fuerit, eum potuiſſe eorum intemperiem ferre. Convocati erant, ut de religionis præcipuo capite agerent, & hoc omiſſo, bili & ſtomacho tantùm indulgebant. In altera Synodo Epheſina non tantum in dogmate turpiter erratum eſt, ſed ad manus venerunt, ut Flavian. Conſtantinop. Epiſc. ibi calcibus oppreſſus ſit. Scio nonnullos dicere, illum conventum non fuiſſe legitimum Concil. Sed hoc parum me movet. Rogo enim quid ei defuerit, quòd ad juſta & vera Concil. requiratur? Authoritate Imp. Epiſcopi erant convocati, non minus atque ad Nice. Synod. Aderant legati Epiſcopi Romani, & Alexand. Epiſcopus jure ſuo præſidebat. Chalcedonenſis etiam Synodus, licet Eutychetem juſtè damnarit, à Leone tamen Epiſcopo Romano taxatur, quòd poſtpoſita ſede Alexandrina, ſecundum locum dederit Conſtantinopolitanæ, & reſciderit quod in Nicena decretum fuerat: quod citra inconſtantiæ notam fieri non potuit.

Epiſcoporum & Conciliorum lapſus. Supra Claſ. hujus Cap. 4. Sect. 10.

Cypriani error.

Nicenæ Synodi Patres quomodo ſe geſſerint.

Epheſinæ Synodi forma.

Chalcedonenſis Synodus.

10 Sed aiunt, hoc ad dogmata ſeu Articulos fidei minime ſpectare. Quibus regerimus poſteriorem Synod. Epheſ. Eutychetis errorem probaſſe, atque illum abſolviſſe, quam poſtea Chalcedon. damnavit. Adhæc Synod. Conſtantinop. quæ ſub Leone Imp. habita eſt, ſuſtuliſſe imagines: deinde Septimam, quæ congregata eſt ſub Irene, cum imagines tum earum cultum approbaſſe. Cùm hæc diverſa ſint & contraria, quoad fidei capita, quis feret de illis judicium? Nemo ſanè præter Dei verbum, ad quod oportet ut reſponſa Eccleſiæ ſeu Conciliorum examinentur. Errat interdum Eccleſia, ſi de ea loquamur quæ aſpectabilis eſt, & ſedet in Concil. Dominus ait, Pſeudochriſtos & Pſeudoapoſtolos ita prævalituros, ut vel ipſi electi ſeducantur, ſi fieri poſſit. Daniel quoque teſtatus eſt, Antichriſtum in ipſo templo Dei ſeſſurum, hoc eſt, inter eos qui Eccleſia nominantur. Spectemus Eccleſiæ veteris conventus, & eos tam aberraſſe videbimus, ut in eis Iere. Propheta ſuccubuerit, necnon Micheas, qui verberatus eſt, cùm unà conveniſſent 400. Prophetæ coram Achabo & Ioſaphato regibus. Chriſtus denique ac ejus Apoſtoli, à Iudæorum Concil. proſcripti fuerunt. Quin & Nazian. (ut ad noſtra revertar) in quadam ſua epiſtola dixit, Concil. Epiſcoporum, ſe nunquam vidiſſe bonum exitum. Ad ſummam, id inter nos & adverſarios controvertitur, An Eccleſia poſſit errare. Nos ei annectimus verbum Domini, ex quo ſi agat & definiat, illam dabimus non errare. Papiſtæ verò exiſtimant illam uſque adeò regi Spiritu ſancto, ut licet præter ſeu contra verbum Dei quippiam ſtatuat, nequaquam erret. Et ideò volunt ei potius credi, quàm divinis literis. At dum tali ſententiæ innituntur, à veteribus Patribus toto cœlo diſcrepant, qui ſemper in Conciliis decreta ſua oraculis divinis confirmabant.

Conſtantinopolitana Synodus.

Mat. 24. 24.

Dan. 8. 9. & 11. 36.

Ier. 26. 8.

1. Reg. 22. 24.

Ioan. 9. 22.

Nazianzenus.

An Eccleſia poſſit errare?

11 Pergunt adverſarii, & veritati, dicto quodam

A Aug contra Epiſtol. Fundamenti, aſtutè inſidiantur. Ibi vir Dei ſcripſit, Non crederem Evangelio, niſi authoritas Eccleſiæ me commoveret. Iis verbis regulam Dialecticam adjiciũt, qua dicitur, Propter quod unumquodque tale, id magis eſt tale. At ſcire debuerant, ſi dialecticè agendum ſit, illam præceptionem tantummodo in cauſis finalibus eſſe firmam. Si quis enim valetudinis cauſa utatur pharmaco, ſanitas ab eo potius quàm pharmacum expetitur. In cauſis verò efficientibus, hac via nihil concluditur, niſi tota &
B integra cauſa fuerit adducta. Si quis enim dixerit, aliquem vino ebrium factum, non poterit inde conficere vinum magis ebrium: quia tota cauſa ebrietatis non eſt in vino: requiritur enim ut in ventriculo coquatur & excitentur vapores qui cerebrum perturbent. Adhæc, ſi quis Oratoriam facultatem à præceptore hauſiſſet, propterea minimè concluderetur, magiſtrum ejus potiorem illo eſſe in orationibus componendis præceptor non eſt tota doctrinæ cauſa:
C requiritur præterea ingenium, necnon ſtudium & diligentia. Eccleſia verò (de qua nunc agimus) non eſt integra fidei noſtræ cauſa, tantummodo prædicat, concionatur & docet. Opus præterea eſt Spiritu ſancto, qui mentes illuſtret audientium, & eorum voluntates flectat ad amplectenda quæ dicuntur. Vnde Auguſtinus prudenter ſcripſit, Niſi authoritas Eccleſiæ me commoviſſet, nec ſimpliciter poſuit moviſſet.

Auguſtini dictum; Non crederem Evangelio, niſi me &c. explicatum Claſ. 1. Cap. 6. S. 7. Claſ. 4. Cap. 4. Sect. 11.

12 Nobis item ſolent obſtrepere, quòd Eccleſia de
D ſacris libris tulerit judicium, quoſdam eorum approbando, quoſdam autem rejiciendo. Nicodemi enim Evangelium, Acta Petri, varias Apoſtolorum Apocalypſes, Librum Paſtoris, & conſimiles improbavit. E diverſo, quatuor Evangelia, quæ habemus, & Apoſtolica ſcripta, quæ hodie in templis leguntur, amplexa eſt. Ex quo judicio ſtatuunt Eccleſiæ authoritatem divinis literis præſtare. Cæterùm argumentatio hæc à judicio deducta, languida eſt: quia reperiuntur homines emunctæ naris, qui poſſunt inter-
E noſcere carmina Virgilii notha à legitimis, & Ariſt. opera genuina à ſuppoſititiis, qui tamen Virg. & Ariſt. multò ſunt indoctiores. Nos item jubemur probare ſpiritus & diſcrimen inter Deum ac diabolum ponere, qui tamen Deo non ſumus pares atque majores. Quomodo igitur Eccleſia ſe habet ad verba Dei literis conſignata? Ea ſervat & fideliter cuſtodit, prædicat, defendit, ac tuetur. Inſtar notarii eſt, qui apud ſe teſtamenta bona fide retinet, cùm ſupra voluntatem ultimam teſtatoris nihil poſſit: eam quip-
F pe ſi mutaret, aut inverteret, nequaquam bonæ fidei notarius, verùm falſarius & teſtamentarius haberetur. Non ſecus Eccleſia divinas literas apud ſe habet & conſervat, cùm tamen eas vel immutare vel invertere, aut amplificare minimè liceat. Sed cùm obfirmato animo contendant authoritatem Scripturarum ab Eccleſia pendere, cur in medium proferunt Canonem aut decretum alicujus concilii, quo divinæ literæ ſint approbatæ? Primitiva Eccleſia Chriſtianorum veteris Teſt. ſcripta reperit firma, & per il-
G la fidei noſtræ dogmata probavit & conſtabilivit. Succeſſerunt deinde Apoſtolici libri divino afflatu conſcripti: quos nullum hominum decretum corroboravit. Non enim hominum arbitrio verba Dei ſubjiciuntur, verùm è diverſo quicquid Eccleſiæ concilia ſtatuerunt, ſemper curarunt ut verbis Dei confirmarent, quemadmodum ſynodis omnibus melioris notæ poteſt probari. Non me latet quædam concilia recenſuiſſe divinos libros, quod etiam aliqui Patres ex veteribus fecerunt: ſed longè ante cen-
H ſum illorum, divinarum literarum fides apud Chriſtianos valuit. Deinde in eorum Catalogo, quidam libri vel præteriti vel expuncti reperiuntur, quos inimici noſtri eſſe contendunt maximè Canonicos. Ex Machab. quippe hiſtoria, ſuum purgatorium nituntur probare, cum tamen eũ librum in Canone ſacro non haberi ex veterum ſcriptis facilè demonſtretur.

Quid ſit ſtatuendum de eo quod Eccleſia de ſacris libris judiciũ tulit.

Ioan. 4. 1.

Nullo concilii decreto literæ divinæ ſancitæ.

Machab l. b.

13 Nonnulli, veritatis potentiâ & vi fracti, verbum Dei Eccleſiæ anteponunt. ſed illi tyrãnicè volũt dominari, & ſeſe ad interpretationes recipiũt, quas tan-
I tũmodo penes Eccleſiã, nẽpe Romanã, eſſe volũt, ut revera non ipſi verbo Dei ſubjiciãtur, ſed id ſuis decretis ſubjectũ habeãt. Quã aũt fideles ſint interpretes, & quàm

Sitne Scripturæ expoſitio penes Eccleſiam?

Scripturæ interpretationes Papiſticæ.
Ioan. 1. 42.

& quàm congruas expoſitiones adhibeant, ex iis quę ſubjiciam, quivis poteſt deprehendere. Anacletus dixit Petrum vocatum Cepham, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, quòd caput eſſet Eccleſię. Quàm verò ſit alienum, ut Hebraicum vel Syriacum vocabulum ἔτυμον à Græco idiomate accipiat, omnes intelligunt. Chriſtus in Cœna calicem porrigens, Bibite, inquit, ex hoc omnes: ſua interpretatione dicunt Romanenſes; Ne inde bibatis omnes, laici ſeu idiotæ pane ſunto contenti, tantùm ſacrificu utramque partem ſumant. Matrimonium honorabile dicitur ad Hebr. in omnibus, & ad Cor. habetur: Qui non continent, nubant: &, Melius eſt nubere, quàm uri: at iſti ſuis decretis & expoſitionibus, bonam partem orbis à nuptiis excludunt, nempe omne ſacrum miniſterium. Mandat lex divina, ut non faciamus nobis imagines ad eas colendas: iſti jubent ut imagines habeantur & colantur. Paulus ait, Nemo vos judicet in cibo & potu: iſti ſuis interpretamentis hanc libertatem perverterunt, & ſeveriſſimum, vel potius ridiculum & ſuperſtitioſum ciborum delectum induxerunt. Sanxit divina Scriptura, nos ex fide juſtificari ſine operibus: iſti ſua expoſitione contendunt, nos etiam ex operibus juſtificari. Proinde ſunt eorum gloſſæ textui admodum inimicæ: Nec aliud ſunt eorum interpretationes, quàm corruptelæ. Ubi verbum Dei jubet ut ſurſum tendamus: Illorum interpretationes deorſum nos trahunt. Hanc poteſtatem exponendi Scripturas ideo Papæ, vel ad ſe vel ad concilia tantummodo contraxerunt: quo pro ſua libid ne ſententias peregrinas & aliena dogmata in Eccleſiam inducerent, & utut viſum eſſet, contra verbum Dei pugnarent. Non ſecus Hebræorum Pontifices, Scribæ ac Phariſæi ſe geſſerunt: at Chriſtus eorum perverſas interpretationes minimè recepit. Deus præcepit in Lege, ut filii parentes colerent. Sacerdotes autem avaritia impulſi, hoc mandatum enervabant, abſolvendo filios ab onere alendorum parentum, ſuadentes eis, ut lautas & opimas oblationes offerrent, quæ parentibus præ alimonia multo prodeſſent. Reclamavit Dominus, & hoc aſtuto interpretamento, Dei mandatum evacuari teſtatus eſt. Iuramenta quoque illi ſua expoſitione diluebant, & quædam eorum valida, quædam infirma eſſe docebant: hic quoque ſe Dominus oppoſuit, & eorum ſophiſticas interpretationes confutavit. Docebant etiam Legi ſatisfieri, ſi tantùm operibus externis ad eam ſe homines conformarent: Chriſtus perverſis abjectis gloſſis, declaravit Legem non tantùm opera externa, ſed etiam bonos motus animi requirere: Quare non eſt quod adverſarii ſuis expoſitionibus nos cogant ſine judicio acquieſcere. Auguſt. ſcripſit libr. de Doctr. Chriſt. ubi multas rationes tradit interpretandarum Scripturarum. Inter illas verò ne una quidem eſt, quæ nos vel ad Papam vel ad Eccleſiam alliget. In obſcuris jubet, ut linguarum peritia utamur, ut antecedentia & conſequentia ſpectemus, ut locum perplexum per alium faciliorem & apertiorem exponamus, & alia hujuſmodi. Nuſquam in Patribus reperias ex eo declarari Scripturas, quod hoc vel illud concilium, ſic aut ſic fuerit eas interpretatum.

Mar. 16. 27.
Heb. 13. 8.
1. Cor. 7. 9.
Ibid.
Exod. 20. 4.
Col. 2. 16.
Rom. 3. 28.
Mat. 15. 4.
Mat. 5. 33.
Chriſtus falſas interpretationes rejicit.
Mat. 5. 20.

Mat. 18. 17.
Quomodo ſit accipiendum quod Chriſtus dixit, audiendam Eccleſiam?

14 Sed clamant ad hoc, ſatis eſſe quod Chriſtus dixerit, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ut Ethnicus & publicanus. Ad hoc reſpondeo poſſe videri Chriſtum ibi non egiſſe de Scripturarum expoſitione, ſed de fraterna correctione. Verum hoc reſponſo prætermiſſo, dico Eccleſiam eſſe audiendam, quatenus ex verbo Dei reſpondet aut loquitur. Sin verò commenta hominum ac traditiones tantummodo proferat, debemus eam ſurda aure præterire, atque id tum maximè, quando pugnantia cum verbis Dei proponit. Ad ſummam, includimus veram Eccleſiam in verbo Domini, quod ei ut regula firma & certa præfigatur: Poteſtatem vero ſupra Scripturas, quam iſti ſibi vendicant, Patres veteres nec agnoverunt, nec quęſiverunt. In concilio Niceno, ut hiſt. Theodoreti perhibet, Conſt. mandavit congregatis Patribus, ut controverſiam de conſubſtantialitate Patris & Filii, ex Scripturis Propheticis & Apoſtolicis definirent: ibi nemo ei adverſatus eſt, dicendo, Eccleſiam ex ſua ipſius authoritate debere controverſiam dijudicare, quod ipſa non eſſet ſubjecta Scripturis, ſed potius eas in ſua poteſtate haberet. Nec ſunt conqueſti, quòd Imperator Eccleſiæ quicquam detraheret, cùm eam regulæ Scripturarum ſubjiceret.

Imp. & patres priſci nullam Eccleſiæ poteſtatem agnoverunt cui verbum Dei ſubjiceretur.

1 Tim. 3. 16.
Quomodo ſit accipiendum quod Paulus dicit, Eccleſiam eſſe fundamentum veritatis?
Mat. 5. 18.

15 At clamitant, Eccleſiam eſſe columnam & firmamentum veritatis, ut 1. ad Tim. ſcribitur. Hic dico, Apoſtoli verba non ſic eſſe accipienda, quaſi Eccleſia urgeat, firmet, & authoritatem verbo Dei conferat. Non ita res habet. Verbum Dei per ſeſe firmiſſimum eſt, æternum manet, nec fulcris hominum opus habet, imò ſuſtentat omnia: tranſit cœlum & terra, verba Dei non prætereunt. Eccleſia vero eſt columna & firmamentum veritatis, quatenus verbum Dei ſecum habet, prædicat, retinet, conſervat inter ſe, defendit ac tuetur, nec extra eam ipſum auditur: non autem quod illi quaſi nutanti aut vacillanti, vel det robur, vel authoritatem conferat. Qui igitur ex ea loquitur, non errat, nec errare poteſt: extra ipſam verò aut loquens aut agens, non tantùm poteſt errare, ſed errat. Noſtri autem (ſi Deo placet) etiam id Papis tribuunt, ut in materia fidei (quemadmodum loquuntur) non poſſint errare, cùm tamen certiſſimè conſtet, Ioann. XXI. turpiſſimè lapſum, cùm ſtatueret, animos hominum unà cum corpore interire, vel (ut aliqui lenius dicunt) dormire, & denique ſuſcitandos, cùm etiam corpora noviſſimo die reſurgent ex mortuis. Papæ tam fœdè ac turpiter erranti, nec Epiſcopi neque Cardinales, quos aiunt Eccleſiam repræſentare, ſe oppoſuerunt. Schola Pariſien. illi obſtitit, & ita de ejus errore Galliæ regem informavit, ut ille ſuis omnibus communionem Papæ interdixerit, niſi reſipiſceret, atque ita Papam adegit ad palinodiam. Taceo de Petro, qui à Paulo (quemadmodum teſtatur Epiſt. ad Gal.) jure ac merito reprehenſus eſt, quod unà cum aliis quibuſdam, non recto pede ad Evangelium incederet. Si rogaveris iſtos homines, quare arbitrentur Papas quo ad fidem minimè poſſe labi? reſpondebunt, quòd Chriſtus dixerit; Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. Si ad Eccleſiam id transferrent, ferri utcunque potuiſſet, cùm Eccleſiæ fides, cujus typum gerebat Petrus, uſque ad finem ſit duratura. Sed cùm ad Papas eam ſententiam deflectant, nimium impudenter agunt. Cur etiam non accommodant ad ſuos Papas, omnia quæ de Petro in Scripturis dicta reperiuntur? Chriſtus porrò illi dixit, cùm ſuaderet ei ut ſibi propitius eſſet, Vade retrò, Satana: offendiculum mihi es, & quæ carnis non quæ Dei ſunt, ſapis. Appellavit etiam illum, cùm in aquis mergeretur, modicæ fidei. Et in transfiguratione teſtatur Evangeliſta, eum neſciviſſe quid diceret. Iuſſit etiam illi Dominus, ut gladium conderet in vaginam: quòd ſi Papæ obſervarent, orbis fortaſſe à bellis quieſceret. Paulus item ad Gal. diſertis verbis teſtatur de Petro, & de quibuſdam aliis, quod recto pede non incederent ad Evangelium. Omnia hæc apertiſſime ad Papas deberent accommodari, cùm eis egregie congruant. At noſtri ſibi deligunt flores, & ſolum eo derivant, quæ ad potentiam, dignitatem ac tyrannidem utcunque facere videntur conſtabiliendam: atque ita nituntur fideles abducere à verbo Dei, ut non illi, ſed Papis & conciliis credant. Non ita ſe geſſit Auguſt. cum Maximino Epiſcopo Arrianorum, cui dixit, cùm unà diſputarēt: Nec tu mihi Ariminenſe, nec ego tibi Nicenum cōcilium objiciam, cùm ego illi, tuque iſti non detinearis: ſed Scripturis teſtibus communibus agamus, res cum re, cauſa cum cauſa, & ratio cū ratione decertet.

An Papa errare poſſit in materia fidei?
Gal. 2. 14.
Luc. 22. 32.
Mat. 16. 23.
Mat. 14. 31.
Marc 9. 6.
Mat. 26. 52.
Gal. 2. 14.
Auguſtinus.

Eccleſiæ veræ notæ, ſecundùm Paulum.
Epheſ. 5. 29.

16 Verùm de hac parte jam ſatis, cùm illud adjecero: Tres Eccleſiæ notas, quæ à noſtris proponi ſolent, nempe doctrinam, rectam Sacramentorum adminiſtrationem, & diſciplinæ ſtudium (quas iſti clamitant à nobis eſſe confictas, neque ex verbo Dei confirmari) ex Epiſt. ad Epheſ. haberi quàm maniſeſtiſſime, in qua cap. 5. ſcribitur, Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret mundatam lavacro aquæ per verbum, ut eam ſibiipſi adhiberet glorioſam, non habentem maculam aut rugam. Colligitur hinc, præter interiorem emundationem, quæ conſtat peccatorum cōdonatione, atque Spiritus ſancti vi ſalvifica, requiri externum verbum & Sacramenta: quod Apoſtolus expreſſit, dicens, Lavacro aquæ per verbum. Exercitia verò ſanctę vitę notavit cum ſubjecit, Ut ſibi eam

Digitized by Google

adhibeat glorioſam ſine macula & ruga. Sanctè quippe vivendo, affectus & ſordes carnis, quotidie à fidelibus deponuntur.

Cur Hoſius has notas Eccleſiæ rejiciat.

17 Hoſius cùm videret ex iis notis facilè noſtras Eccleſias poſſe comprobari, eas parvipendit. Quoniam, inquit, per hæreticos factum, ut non poſſint eſſe verarum Eccleſiarum indicia. Videt quippe inter nos purum Dei verbum tractari, ſacramenta ex inſtitutione Chriſti adminiſtrari, diſciplinámque non prorſus negligi. Propterea illis relictis, alias inducit, quas non poteſt omnes in divinis literis reperire.

Iuréne queramur conciliis excludi laicos?

Ait præterea, de conciliis nos injuſte conqueri, quòd ea tantùm velint ex Epiſcopis cogi, nec laicis locum in eis dare. Semper, inquit, ad hunc modum eſt actum: unde concilia frequenter appellantur à Patribus Epiſcopalia. Ita ſanè appellantur frequenter: quòd major pars eorum qui conveniunt Epiſcopi ſint, & ſi conferantur cum aliis, priores partes habent, cum exiſtimentur in ſcripturis doctiores, & rerum eccleſiaſticarum peritiores. Nec tamen ſemper ſunt ita appellata: Dicuntur enim ſæpe concilia, Synodi Chriſtianæ, &c. Neque à nomine, vel à conjugatione ſolidè conficitur, ſolos Epiſcopos, excluſis laicis, interfuiſſe conciliis.

Conciliorum Decretis Imperatores ſubſcripſerunt.

Imperatores crebro adfuerunt: nec ſolùm præſentes erant, verumetiam rebus jam concluſis cum Epiſcopis unà ſubſcripſerunt. Conſtantinus in 6. ſynodo, Baſil. in 8. qui ſe ait ſubſcribere, ut imitaretur pios principes, Conſtantinum Magnum, Theodoſ. & Martian. qui omnes (ut inquit) ſubſcripſerunt conciliis. Theod. in ſua hiſtoria tradit, Conſtantinum Magnum Patribus juſſiſſe, ut controverſiam, de qua tunc agebatur, ex Scripturis Apoſtolicis & Propheticis excuterent.

Conſtantinus in concilio Niceno ſententiam dixit.

Quis non videt longè magis eſſe, præſcribere judicibus agendi formam, quàm ſubſcribere judicatis? Extat præterea epiſtola quædam Euſebii Pamphili, in volumine concilij Niceni, quam ille ſcripſit Cæſarienſibus: aitque Imperatorem concilio interfuiſſe, ac Epiſcopis mandaſſe ut ſubſcriberent, illúmque ait rem diligenter examinaſſe, ac explicuiſſe, Filium à Patre generari conſubſtantialem, non phyſica ratione, aut per deciſionem. Hæc facere, non eſt adeſſe conſilio inſtar trunci aut ſpectatoris, partes itaque ſuas inter Epiſcopos egit.

Panormitanus.

Nonne Panormitanus etiam ſcripſit: Magis laico eſſe credendum, ſi ex Scripturis loquatur, quàm Papæ ſi abſque verbo Dei agat?

Pulcheriæ Epiſtola.

At nobis objiciunt, Pulcheriæ Auguſtæ factum, quæ fuit ſoror Theodoſii Iunioris, deinde uxor Martiani, fœmina prudens & admodum laudata. Ea, epiſtola ſua ad Strategum, quæ habetur in Proœmiis concilii Chalcedonenſis, juſſit ex Nicea urbe Bithyniæ, ubi concilium haberi volebat, quod poſtea Chalcedona tranſlatum eſt, omnes clericos & monachos expelli, quò Epiſcopis vacuum liberúmque locum relinquerent, & ut ab eis res non perturbarentur. Argumentum conſtat facto ſeu exemplo, quod invalidum eſt. Fuit quidem ea fœmina in aliis rebus pia & ſapiens, in hoc autem facto probari non poteſt. Neque hodie ab adverſariis ita fit. In concilio Tridentino & aliis permultis, conſederunt unà cum Epiſcopis, Abbates, & Magiſtri generales Franciſcanorum, Carmelitarum, & aliorum ordinum, qui non fuerunt Epiſcopi.

Fricii Poloni ſententia.

Concilium Apoſtolicum, conciliorum omnium exemplar.

Act. 15. 22. & 23.

18 Fricius quoque vir Polonus, doctrina & eruditione præſtans, cenſet legatos regnorum & provinciarum Chriſtiani orbis, ad Eccleſiæ actiones hujus generis eſſe admittendos. At miſſis humanis rationibus, arbitror ſpectandum, primum concilium quod in Actis Apoſtolicis cap. 15. habetur. Id cùm verè ſanctum & Apoſtolicum fuerit, pro lege ac norma omnium conciliorum haberi debet. Illic Apoſtoli Chriſti decretum ſancientes, aiunt, ita viſum fuiſſe Apoſtolis & ſenioribus cum tota Eccleſia. Poſtea ſcriptum ea de re ad Antiochenos, literas ad hunc modum inſcripſerunt: Apoſtoli, Seniores, & fratres, &c. Hæc liquido teſtantur, non tantùm Epiſcopos, verumetiam cætera Eccleſiæ membra, locum habere in conciliis.

Eccleſiæ Romanæ poteſtas, limites ſuos tranſgreſſa, magna Eccleſiæ damna dedit.

Ad id autem quod querebantur de Romana Eccleſia, illam cauſantur, ſemper inter Chriſtianos eximiam habuiſſe poteſtatem. Nos ad id reſpondemus, quæcunque ſit Eccleſiæ poteſtas, eam eſſe oportere ad ædificationem. Videant nunc ipſi Romanenſes, ut Chriſti corpus ædificent. Moverunt infinita certamina ob ſuum tuendum primatum, & propter eam cauſam quotidie acerbiſſimas turbas miſcent, ut illum conſequantur ac retineant: Chriſti Eccleſiam imminuunt, decurtant, & in arctum contrahunt. Nam omnes qui ſuum primatum non agnoverint, excommunicant, & à fidelium communione abdicant. Imponitur deinde ab illis jugum intolerabile humanarum traditionum. Præter Canones conciliorum, adjecerunt innumera Decreta, Decretalia, Sextum, Clementinas, & Extravagantes conſtitutiones. Premitur itaque ab illis Eccleſia graviſſimis oneribus, tantùm abeſt ut relevetur. Conquerebatur ſua ætate Auguſtinus, quòd Eccleſia Chriſti plus gravaretur, quàm olim Hebræi onerati fuerint. Quid ille Pater nunc, obſecro, diceret, ſi noſtra tempora intueretur, quæ jam tam graviter ſuperſtitioſis ritibus & multiplicibus traditionibus premitur, ut omnino ſuccumbat? De Romanenſi Eccleſia dici congruè poteſt: Fruſtra me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum.

Eſa. 29. 13.

Matth. 15. 9.

Cur tantopere laborent pro Rom. Eccleſiæ poteſtate?

Verum conſideremus quorſum ita extollant Eccleſiæ Romanæ potentiam. Non ſanè alia de cauſa, niſi ut ſuas traditiones & quævis figmenta nullo negotio obtrudant, ut nomine audito decreti ſeu reſcripti, aut traditionis Eccleſiæ Romanæ, cæco ſtatim aſſenſu acquieſcamus.

Vnde hæc Eccl. Rom. potentia?

Sup. Cap. 5. Sect. 1.

19 Cùm ab illis quærimus, undenam Eccleſiæ Romanæ tanta poteſtas obvenerit? Per Petrum, aiunt, & præſertim Cardinalis Cajetanus. Etenim Chriſtus (ut volunt) cùm ſe noſſet in cœlum hinc abiturum: Apoſtolum illum in terris vicarium ſuum reliquit. At rogamus: Cur cæteræ Eccleſiæ à Petro Papatum non habuerint? Quoniam, inquiunt, Petro non fuerunt propriè ac peculiariter addictæ ſeu conjunctæ. Fingunt, antequam Petrus alicubi eſſet Epiſcopus, Papatum fuiſſe rem vagam ſeu volaticam, nempe ut ibi eſſet, ubicunque Petrus conſtituiſſet. Denique in Romana Eccleſia (ut nugantur) ſubſedit. Sed cùm exiſtiment Petrum etiam, priuſquam Romam concederet, Antiochiæ Epiſcopum egiſſe, cur illi ſedi Papatum non attribuunt? Præſertim cùm vertente anno, feſtum Cathedræ Petri celebrent, quo ſe prædicant renovare memoriam Antiocheni ejus Epiſcopatus? Non tamen credere debemus: Eccleſiam Antiochenam à Petro fuiſſe plantatam. Prius enim fuit quàm Petrus eò ſe conferret. Morabatur quippe ille Hieroſolymis cum cæteris Apoſtolis, ut habetur Actor. 15. quando gravis illa contentio eſt orta inter Antiochenos fideles de ceremoniis legalibus Moſaicis, an obſervandæ eſſent, an repudiandæ. Quæ tot cauſa delata eſt ad Apoſtolos Hieroſolymam.

Act. 15. 4. & 7.

An Petrus Epiſc. Antioch. Romam tranſierit?

20 Cæterùm, fingunt Petrum poſtea Romam eſſe profectum, & relicto Epiſcopatu Antiocheno ſuſcepiſſe Romanum. At quid illi norunt; Petrum euntem Romam, Epiſcopatum Antiochenum ſibi non retinuiſſe? Quaſi non cernamus quotidie Pariſienſem Epiſcopum, Londinenſem, Atrebatenſem, Auguſtanum, Romam proficiſci, nec tamen Epiſcopatu ſe abdicare. At demus illis quæ poſtulant. Dicant ſaltem, cur Eccleſiæ Antiochenæ ſecundum locum poſt Roman. non dederint. Certè Alexandrinum Patriarcham ſecundum fecerunt, cùm ea Eccleſia fundata & plantata fuerit à Marco Evangeliſta, non Apoſtolo. Deinde in ſynodo Chalcedonenſi, de ſuo loco Alexandrinum dejecerunt, dando Conſtantinopolitano Patriarchæ ſecundum locum poſt Romanum: cum tamen Eccleſiam Byzantinam conſtet à nullo Apoſtolorum eſſe fundatam. Vnde colligunt, Eccleſias non eſſe nactas dignitatem vel gradum à fundatoribus: alioqui Epheſinam, Hieroſolymitanam, Corinthiacam, Theſſalonicenſem & alias hujuſmodi, quæ Apoſtolos habuerunt architectos, debuiſſe præferri Alexandrinæ, Conſtantinopolitanæ, ac multis aliis celebribus Eccleſiis, quibus à Canonibus poſtpoſitæ fuerunt.

Petrus utrùm Romæ fuerit & quamdiu?

De Petro verò admodum incertum eſt viris doctiſſimis, an Romam venerit. Sed quando Patres & maxima pars Eccleſiaſticorum Hiſtoricorum id affirmant, ego nō inficiabor: ſed id audacter affirmabo, illum viginti quinque annos minimè Epiſcopum egiſſe Romæ (ut illi volūt) idque

Anni pontificatus Petri.

idque cum ſerie temporum & divinis literis omnino pugnare.

21 Id autem leve admodum & ridiculum eſt, quod fingunt Papatum Eccleſiæ Romanæ, præ Antiochena, & aliis ubi Petrus egit, eo nomine deberi, quod Romæ, nec alibi, ſit mortuus. Propterea inquiunt, omnes ii qui Pontifices Romani creantur, Petro non tantùm in Epiſcopatu, ſed etiam Papatu ſuccedunt. Quid igitur? Pluſne tribuetur morti & cruci Petri, quàm Chriſti? Si Petrus Romæ occiſus eſt; Chriſtus Hieroſoly. cruci fuit affixus. Velim præterea ex iſtis audire, qui fiat ut Epiſcopi Romani Petro ſuccedant in Papatu, & Epiſcopi Hieroſolymitani Iacobo non ſuccedant in Apoſtolatu, nec perinde ſint Apoſtoli, atque Romani Epiſcopi ſint Papæ? Diſcrimen hîc fingunt ex humana ratione, haud tamen ex divinis literis: Apoſtolatum, dignitatem fuiſſe perſonarum quæ unà cum ipſis perſonis extingueretur: Papatum autem, functionem adeò neceſſariam eſſe in Eccleſia, ut eam perpetuò continuari & durare oporteat. Cùm poſtea illos rogamus: an putent voluntate Dei an Petri Romanam Eccleſiam habere Papatum, & dicimus videri ab eo id factum, quia ſi voluiſſet Româ diſcedere, atque ſeſe ad aliam Eccleſiam conferre ac ibi mori, non utique Romæ, ſed illic Papatum fuiſſe addicendum. Æſtuant hîc, dum jure divino, Papatum Romanæ ſedi volunt alligari. Sed poſitis divinis literis, e quibus nihil habent, quòd pro ſe faciat, confugiunt ad infirmas traditiones, ne fabulas dixerim: aiúntque Petrum cum eſſet Romæ, ac ibi Chriſtiani ſub Nerone ſęviſſimè divexarentur, à fratribus denique fuiſſe perſuaſum, ut illinc abiret: qui cum ad portam urbis perveniſſet, Chriſtum videri ſibi obviam fieri. Eo viſo ait, Domine, quo vadis? Is autem reſpondit ei, Romam venio, ut ibi denuo crucifigar. Hoc audito reſponſo, inquiunt, Petrus intellexit Romæ ſibi moriendum. Proinde colligunt hinc ſuaves homines, Papatum Romanæ ſedi, non autem alicui alii Eccleſiæ fuiſſe aſſertum. Et Epiſtolam Marcelli Epiſcopi Romani, non utique legitimam, verum ſuppoſititiam, afferunt, qua ſcribens ad Antiochenos, inquit ſedem Petri apud eos olim fuiſſe, quæ poſtea voluntati Dei Romam tranſlata fuit. Hæc ab illis afferuntur, quæ dicunt melioribus argumentis deſtituti. Nihil prorſus ex divinis literis habent: ſed tantum ſubtiles argutias ad falſum dogma confirmandum excogitant. Finxerunt Deum Romam delegiſſe, ut potentiſſimam & ſplendidiſſimam urbem totius orbis, in qua Papatum conſtitueret. Neque vident antiquum & proprium ejus fuiſſe, humilia & abjecta deligere, ut Paulus ad Corinthios 1. Epiſt. & divinæ literę multis in locis teſtantur.

Quî fiat ut Epiſc. Rom. Papatum à Petro, Apoſtolatum autem à Iacobo Hierosolymitani non item accipiant?

Fabula de Chriſto & Petro.

Marcelli Epi. ſuppoſititia.

1. Cor. 1. 26.

22 Quod verò ad hanc rem attinet, videtur multò eſſe veriſimilius, Apoſtolos nuſquam Epiſcopos fuiſſe. Eorum quippe munus erat, per orbem terrarum diſcurrere, Chriſtum prædicare, ac ei per urbes & oppida Eccleſias excitare. Et Epiſcoporum eſt, in ſuis Eccleſiis præſentes adeſſe, atque oves fidei ſuæ creditas aſſiduè paſcere. Apoſtolus Paulus in Epiſtola ad Epheſios, Paſtores utique diſcrevit ab Apoſtolis: at illi faciunt ex Apoſtolis Epiſcopos. Non me latet à vetuſtiſſimis quibuſdam tradi, Iacobum Apoſtolum fratrem Domini Epiſcopum fuiſſe Hieroſolymis. Hoc quidem illi dicunt at ſacræ literæ nihil hujuſmodi tradunt. Arbitror eum diu fuiſſe Hieroſolymis, & inde vicinas Eccleſias, Syriacas inquam & Palæſtinas, conſilio, ſtudio, & opera ſua juviſſe: Epiſcopum vero in ea Eccleſia egiſſe non habeo perſuaſum. Qua eadem ratione, Ioannem ſuſpicor diutius Epheſi commoratum, ut Aſiaticas Eccleſias, quæ permultę oppido fuerunt, & confirmaret & inſtitueret. Et ut de Iacobo dicam interea quod occurrit, Clemens Romanus Epiſcopus, & (ut volunt) Petri ſucceſſor, eum appellat & ſalutat omnium Eccleſiarum Chriſti Epiſcopum ſeu paſtorem. Sed hac de re nolo nimium altercari. At ſi dederim, Apoſtolos Epiſcopos fuiſſe rogabo adverſarios, ubinam fuerit Epiſcopatus Pauli? In confeſſo eſt illos cum quoque Romanę urbi adſcribere. Quid igitur? Cùm Petrus Epiſcopum ageret, an Paulus item ejus urbis factus eſt Epiſcopus? Non convenit, ut unius ac ejuſdem urbis duo eodem tempore ſint Epiſcopi. Cardinalis Polus in Henricum VIII. Regem Anglię ſcribens, fingit Epiſcopatum ſeu Apoſtolatum Pauli, ſeu ſurculum inſertum fuiſſe in Petri Epiſcopatu ſeu Apoſtolatu, ita ut ambo in unam functionem coaluerint. Omnes vident iſta eſſe commentitia, & propterea conficta, quòd alia juſta patrocinia mendaciorum adverſariis noſtris defuerint. Si res hoc pacto agi potuit, quare poſtea Nicena Synodus cavit, ne quis in aliqua Eccleſia Epiſcopatus ordinaretur, priori Epiſcopo adhuc vivo? Doluitque vehementer Auguſtino, quod ignarus ejus Canonis, vivo adhuc Valerio Hipponenſi Epiſcopo, in ea Eccleſia fuerit inſtitutus Epiſcopus. Verum ut ad Paulum revertar, nos qui ex Gentibus ad Chriſtum ſumus converſi, potius ad illum quàm ad Petrum aſpicere deberemus: quandoquidem (ut habetur ad Galatas) Apoſtolatus Petri ſpectabat ad Circunciſos, Pauli verò ad Præputium. Ita enim fuit inter iſtos Apoſtolos inita ſocietas.

Eph. 4. 11.

An & quomodo Iacobus fuerit Epiſcopus.

Quomodo Petrus & Paulus Epiſcopi Romæ fuerint ſimul?

Nicenæ ſynodi decretum.

Epiſc. Roman. primatus tollitur priſcis Canonibus.

Gal. 1. 7.

23 Cæterùm iis rationibus omiſſis, iſtam potentiam, quam uni Pontifici Romano collatam aiunt ex Petri ſucceſſione, Patrum canonibus perſpicuè video labefactari: quandoquidem in Synodo Nicena, Patriarchis, Romano, Alexandrino, & reliquis, certi quidem limites pręſcripti fuerunt: quòd fieri minimè potuit, ſi Romanus tum temporis omnium Eccleſiarum caput fuiſſet. Quàm illi rectè fecerint, qui quatuor Patriarchas primos omnium Epiſcoporũ conſtituerint per Eccleſias Chriſti, nunc nõ dico: ſed id tantùm affirmo, illos in Eccleſia, quę Ariſtocratia eſt ſeu Reſpublica, poſſe videri quadrumviratum inſtituiſſe, cujus tamen ſocietatem, ſucceſſu temporis, parum bona fide coluerunt. Conqueritur quippe Leo primus ejus nominis, Alexandrinum ſe voluiſſe facere Vniverſalem Epiſcopum Chriſti Eccleſiæ. Gregorio item cum Ioanne Conſtantinopolitano idem certamen fuit. Socrates enim libro 7. cap. 10. ſcribit, Romanum Epiſcopum & Alexandrinum, ſuæ poteſtatis limites eſſe tranſgreſſos, præſertim quod ad externum dominatum ſe converterint: quod certiſſimo eſt indicio, Romanum Epiſcopum poteſtatem infinitam (ut volunt) olim non habuiſſe.

Patriarchatus

24 Sed ad Petrum ipſum redeo, cujus opera gloriantur ſe aſſecutos eſſe tantam támque eximiam potentiam ſui Papatus, ut à nemine (quiſquis ille fuerit) in terris judicari queat. At bonus Petrus (quemadmodum habetur in Actis Apoſt.) cùm accuſaretur, quòd ad Ethnicos eſſet ingreſſus: cauſam dixit, ſeſe purgavit, neque judicium ſubterfugit, eo prætextu quòd eſſet Papa, ut illi noſtri volunt, & à nemine in terris poſſet judicari. Vnà etiam cum Ioanne miſſus eſt in Samariam ab Eccleſia Hieroſolymitana. Vnde conficitur, illum eâ eſſe minorem: Nam qui legatur, eo conſtat inferiorem eſſe, cujus legatus efficitur. Paulus præterea Epiſcopos ordinat, & quidem per Titum, neque Petrum ea de re conſulit, vel ejus authoritatem interponendam cenſet. Idem Paulus (ut ad Gal. habetur) illum reprehendit, & quidem publice coram Eccleſia Antiochena: non ſanè ut ei inferior, ſed ut æqualis pariſque dignitatis. Cyprianus & alii vetuſtiſſimi Patres, nec non concilia, præſertim quæ in Africa celebrata fuere, cùm ad Romanum Epiſcopum literas darent, non eam ſubjectionem erga illum præ ſe ferebant, quam iſti ei tribuendum confingunt. Fratrem appellabant, aut collegam honorabilem ſeu venerandum, & alia id genus. Ad Epheſ. cap. 4. recenſentur gradus Eccleſiaſtici, & Deus prędicatur alios in Eccleſia poſuiſſe Apoſtolos, alios Prophetas, alios Paſtores & Doctores, &c. Tantæ autem rei, ſcilicet Papatus, nullam mentionem ibi legimus. Commemoratur etiam unum corpus, unus ſpiritus, una ſpes vocationis, una fides, unum baptiſma: hoc vero miniſteriale caput Eccleſiæ prorſus ſilentio præteritur.

Petrus illam Romanam majoritatem non habuit.

Act. 11. 2.

Act. 8. 14.

Tit. 1. 5.

Gal. 2. 14.

Priſci patres Epiſcopo Romano non ſubjecti fuerunt.

Eph. 4. 11.

Papatus in Sacris literis nulla mentio.

25 At magnis vocibus clamitant, ſe perpetuam habere ſuorum iſtorum Pontificum ſucceſſionem: illámque à Tertulliano, Auguſtino, & aliis Patribus permagni fieri, quaſi Hieroſolymitana Eccleſia, Antiochena, & Alexandrina non queant uſque ad hanc diem, ſuas oſtendere ſucceſſiones. Quaſi

De perpetua Rom. pontific. ſucceſſione quid ſentiendum?

A etiam fortè illis defraudare velimus Corinthiacam, Epheſinam, & alias permultas Apoſtolicas ſedes. Quid? annon Iudæorum quoque Pontifices, Chriſti & Apoſtolorum ætate, ab Aharone uſque ſucceſſiones ſuas jactabant? nec tamen id impedimento eſſe potuit, quo minus licuerit Apoſtolis, cùm eos viderent abjicere Evangelium Filii Dei ab ipſis diſcedere. Stephanus etiam dixit illis (quamvis ampliſſimo loco ſedebant, & ſuas poterant oſtentare ſucceſſiones) & quidem magna παῤῥησίᾳ, Vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis.

Act. 7. 51.

B Quare diſcedentes à pietate ac verbo Dei, ſucceſſio nihil juvat. Et licere quandoque à continua ſucceſſione juſtis de cauſis diſcedere, Caroli Magni exemplum docet. Habebant Imperatores Græci continuam ſucceſſionem: at cùm jam ſucceſſu temporis facti eſſent ignavi & imbelles, orbis Romanus ab eis defecit, & Carolum Pipini filium Imperatorem conſtituerunt.

Auguſtinus.

Auguſtinus præterea nos docet, qua de cauſa Patres nonnunquam ſucceſſiones alias adduxerint. C In Epiſtola centeſima ſexageſima quinta ad Generoſum, contra Donatiſtas agens hac de re, multa præclarè ſcribit: & inter cætera, Romanos Epiſcopos recenſet uſque ad Anaſtaſium, qui ſua ætate Romæ ſedebat: tandem ait, neminem iſtorum audebitis dicere fuiſſe Donatiſtam. Quare apparet, vos novas res in Eccleſia moliri, & nova inducere dogmata, vetuſtati prorſus ignota, quando veſtræ doctrinæ haud poteſtis ullam ſucceſſionem vel continuationem cum veteribus oſtendere. Proinde hujus Patris argumentum admodum evidens & perſpicuum fuit adverſus Donatiſtas, D neque nos illud propterea aſpernabimur: verum eo inſtructi, contra Papiſtas pugnabimus. Ordine ac ſerie ſua recenſeantur à Petro uſque Romani Epiſcopi, dum veniatur ad Bonifacium tertium, qui Papatum primus erexit: licebit profectò inter eos multos præclaros & ſanctos viros, atque fortes Chriſti confeſſores cernere: de aliquot tamen eorum, adverſarii noſtri dicant, ſi poterunt, Hic fuit Papiſta.

Bonifacius III. Papatum primus erexit.

E Quare videant ipſi, ad quem illorum ſuam doctrinam accommodare velint, ut dicere queant, ſe illam accepiſſe per hunc, aut iſtam ſucceſſionem. Certè nova eſt hæc illorum doctrina, nequaquam ab illis ſanctis Patribus tradita, ſed à diabolo per Bonifacium tertium, Papatus eorum authorem, & Phocam Imperatorem, in Eccleſiam invecta.

Hæc de majoritate Roman. doctrina nova & unde nata.

Nos verò è diverſo meliores illos Epiſcopos Romanos contemplando, facilè poterimus de illis dicere, quod fuerint Evangelici: & noſtram doctrinam poterimus oſtendere cum eorum fide ac ſenſu pulchrè admodum convenire. F Cúmque nihil novi à nobis ſtatuatur, ſed recurramus ad fontes & capita ſynceræ atque Apoſtolicæ doctrinæ, ſucceſſionem, copulationem, & ſocietatem habemus & retinemus cum omnibus illis ſanctis Patribus & verè Orthodoxis Epiſcopis.

Quid illi per ſucceſſionem intelligunt, & an ſatis ad hanc ſit, eam ſedem ab aliquo ſaltem occupari?

26 Deinde quæramus ex eis, quidnam per hanc ſuam ſucceſſionem intelligant, & an exiſtiment ad illam ſatis ſupérque eſſe, ut neſcio quis (quiſquis tandem ille fuerit) in ſede Romana collocetur, in qua permulti ſancti viri olim ſederunt. G Certè locus & cathedra non ſanctificant homines, nec illos reddunt prædeceſſorū ſimiles: ſi carnalis propagatio id non efficit, multò minus à mutatione loci vel ſedis fiet. Abraham procreavit ex ſeipſo tales poſteros, ut Chriſtus eos non filios Abrahami, ſed filios diaboli appellarit.

Ioan. 8. 44.

Eo porrò nomine, quòd opera diaboli facerent. Quare nihil valet iſtorum ſucceſſio ad potentiam ſui Papatus aſſerendam. Nemo dubitat ex Eccleſia Hieroſolymitana, quæ alioqui ſanctiſſima erat, Pſeudoapoſtolos exiiſſe, qui ſuis legalibus obſervationibus, Gentium Eccleſias ubique conturbabant.

Act. 15. 1.

H Epheſinis Presbyteris & Epiſcopis Paulus vaticinatus eſt, ex ipſis egreſſuros eſſe lupos, qui gregi non parcerent.

Act. 20. 30.

Unde ſi licet fugere à lupis, certè licebat à malis ſucceſſoribus Epheſinorum paſtorum ſeſe ſubducere. Certè non inficiamur, bonos & ſanctos fuiſſe olim Romanos Epiſcopos: at dicimus, genimina viperarum eis poſtea ſucceſſiſſe, ut verum appareat quod proverbio dicitur, Heroum filii noxæ.

Mat. 3. 7.

I Probent ſe iſti ſucceſſores veros priorum Patrum, quos fideles meritò ſuſpiciunt: ſed non poterunt, quandoquidem nihil habent cum illis commune, non vitam, non labores, non prædicationem, non doctrinam. Fuit olim in Romana Eccleſia copioſa lux, candor, & ſal: nunc iſtarum rerum loco, tenebræ, impoſtura, & fatuitas regnant. Laudabatur ea Eccleſia effusè à patribus: qui ſi nunc talem cernerent, eam vehementer deteſtarentur. Dabant ei tunc temporis primatum quendam: Fateor; ſed is fuit ordinis, non poteſtatis.

Primatus ordinis, non poteſtatis.

Oportet, cùm homines conveniant, in ſedendo & ſententiis dicendis, à quopiam initium capi. 1 Id Epiſcopis Romanis quandoque datum non item inficias: 2 ſed non propterea concedam, Antiſtitem Romanum, 3 in omnes Epiſcopos Chriſtiani orbis poteſtatem habuiſſe. 4 Non eſt ignotum Romæ fuiſſe quempiam ex numero Senatorum, qui Senatus princeps vocabatur, quòd primo loco ſederet, & primus ſententiam diceret, cùm tamen in cæteros Senatores nullam poteſtatem haberet. Et inter Electores Imperii, aliquis cenſetur primus, cui tamen cæteri Electores minimè ſubjiciuntur. Athanaſius Nicenæ ſynodo ſuo jure præfuit, cum eſſet Alexandrinus Patriarcha, qui ſecundum locum poſt Romanum habebat. Romanus ibi non aderat, quamvis legatos miſit. Et licet Athanaſius præfuit, in Epiſcopos tamen qui aderant poteſtatem non habuit. In ſanctiſſima Trinitate idem conſpicitur, ubi perſona Patris, quoad ordinem prima eſt, nec tamen inde ſequitur Filium & Spiritum ſanctum eo eſſe minores, vel ei ſubjici quaſi non tantundem habeant divinitatis, cùm ſint ei coeſſentiales & conſubſtantiales. Poteſt itaque dari primatus ordinis abſque primatu poteſtatis, quem iſti tantopere affectant. Magna ſanè illorum impudentia eſt, qui Chriſtum & Spiritum ſanctum cathedræ Romanæ ac ſuis Papis alligent, cum tamen ipſi nullis finibus aut limitibus alligari velint, ſed infinitam licentiam ſibi uſurpent. Nos autem Eccleſiam Dei verbo includimus, ita ut eo tanquam certis limitibus poteſtas ejus finiatur & terminetur.

An hic primatus Petro collatus?

27 Sed ut cum eis aliquando preſſius agam, cùm dicunt Eccleſiam Romanam à Petro Papatum habuiſſe, Petrum verò illum accepiſſe à Domino: rogabo, quo Scripturæ loco vel oraculo poſſint oſtendere Papatum fuiſſe Petro collatum? Scio eos denotare ſine modo & ſine fine, quòd Chriſtus illi dixerit, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.

Mat. 16. 18.

Chriſti verba, Tu es Petrus, explicata.

Cæterùm, eo loco quare non attendunt, Chriſtum omnes Apoſtolos, non tantummodo Petrum ſeorſim interrogaſſe, ac Petrum non pro ſeipſo, verùm pro collegis omnibus reſpondiſſe: ideóque Chriſti verba non modò ad illum, ſed etiam ad omnes Apoſtolos pertinere? Unde Origenes ſcriptor vetuſtiſſimus ait, Chriſti reſponſum non ſolum Petrum ſpectare, cæteróſque Apoſtolos, verumetiam omnes, qui Petri fidem & confeſſionem imitantur. Sed quid Origenem commemoro? Ipſe Chriſtus alibi omnibus Apoſtolis dedit, quod eo loco quem adducunt, ſoli Petro videtur largitus. Unde in Ioanne habetur: Sicuti miſit me Pater, & ego mitto vos: Inſufflavit in eos, & dixit, Accipite Spiritum Sanctum. Et quorum remiſeritis peccata, remiſſa ſunt, quorum autem retinueritis, retenta ſunt.

Ioan. 20. 21.

Annotetur, in iis verbis Chriſtum dixiſſe, Mitto vos: Vos inquam, non te unum, aut alterum. Clavéſque non uni aut alteri, ſed omnibus dediſſe. Quid ergo Petrus habeat præ aliis? Reſpondent, id præ cæteris habet, quòd poteſtatem ſeu claves acceperit, non tantùm generatim & in communi unà cum aliis, verumetiam peculiariter & ſeorſum.

Quid peculiare præ cæteris Apoſtolis Petrus habuerit?

Qui hæc dicunt, parùm attentè legiſſe videntur, quæ Patres hac de re ſcripſerunt: qui ad omnes miniſtros hæc pertinere affirmant, quæ Petro ſigillatim dicta fuerunt, & certam perſpicuámque rationem reddunt, cur Petro ſeorſim dicta fuerint.

Cyprianus.

Cyprianus de Simplicitate Prælatorum, Chriſtum ait in perſona unius hominis, claves omnibus dediſſe, ut rationem unitatis haberet, ac omnes Eccleſiæ per orbem diſperſæ quamvis multæ cenſeantur, pro una tamen habeantur: & ſtatuit cæteros Apoſtolos, omnes idem fuiſſe quod Petrus, preditos inquam conſortio paris honoris & poteſtatis.

Auguſtinus.

Auguſtinus Hom. 50. in Ioan. à Chriſto hæc Petro dicta fuiſſe teſtatur, quòd in eo myſterium ſeu typus Eccleſiæ fuerit. Si enim Petro,

Digitized by Google

Petro, inquit, datæ ſunt claves, Eccleſia eas non habet. Sed Petro dicta fuerunt, quoniam Eccleſia in eo denotabatur. Sed ad Cyprianum redeo, qui eodem loco, quem paulò antè adduxi de Simplicitate Prælatorum, ſcribit unum eſſe Chriſti Epiſcopatum, cujus partem quiſque Epiſcoporum in ſolidum tenet. A

Hieronymus. Hieronymus quoque ad Nepotianum ait, Omnes Epiſcopi, omnes Archipresbyteri, & Archidiaconi, omniſque ordo Eccleſiaſticus ſuis rectoribus innititur. Neque ſcripſit, Uni capiti miniſteriali, aut Romano Epiſcopo innititur. B Idémque ſcribens ad Evagrium, non dubitat Epiſcopum Eugubinum, & neſcio quos alios antiſtiti Romano poteſtate ac meritis æquare.

28 Præterea eſt expendendum, Chriſtum in ſua oratione, particulam excluſivam minimè poſuiſſe;
Mat. 16. 19. Claves tibi dabo, inquit, ſed non tibi uni ac ſoli dicit: quamvis etiam ſi hoc pacto locutus fuiſſet, non inde potuiſſent noſtri haberi quod volunt, quia excluſiva particula intelligeretur diſcrimen poſuiſſe C inter Apoſtolicum miniſterium & Iudaicum vel Ethnicum. Attamen ut omnis vitaretur ambiguitas, ab excluſiva particula voluit abſtinere. Tu es, inquit, Petrus. Non tum primùm appellavit Cepham, ſed eum cùm illum ab initio vocaſſet, ita voluit appellare, prædicendo eo nomine, illum divinâ gratiâ provehendum ad ſolidam & firmam fidem. Senſus autem verborum eſt, Tu præclara confeſſione me ornaſti, appellando Chriſtum Filium Dei Vivi, ego viciſſim tibi hoc do teſtimonium, quòd ſis rupes, pe- D tra, & ſaxum ſtabile ac firmum. Attamen ut omnis evitaretur ambiguitas, non dixit Dominus ἐπὶ τούτῳ πέτρῳ quod utique dicere potuiſſet, cùm apud Græcos, ὁ πέτρος & ἡ πέτρα idem ſignificent. Verùm ait ἐπὶ ταύτῃ πέτρᾳ, quò nobis inſinuaret, aliquod aliud fundamentum inquirendum, præter Petrum, ſuper quo Eccleſia ædificaretur. Quod verò ſit illud fundamentum, non omnes Patres eodem modo ſta-
Petra quæ ſit Auguſtino. tuunt. Auguſt in Ioan. Tract. 120. Petram illam Ec- E
1. Cor. 3. 11. cleſiæ fundamentum, judicat eſſe Chriſtum. Cui ſuffragatur Paulus, cùm ſcribit ad Corinthios, Fundamentum nemo poteſt aliud ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. In eadem quo-
1. Cor. 10. 4. que dicit Epiſtola, Petra autem erat Chriſtus. Eſaias
Eſa. 28. 16. etiam dixit, Chriſtum eſſe lapidem ſolidum & pretioſum in Zion, id eſt in Eccleſia divinitus poſitum:
1. Pet. 2. 6. quo etiam Petrus reſpexit Epiſtola prima cap. 2.
Eph. 2. 19. Dixit etiam Paulus ad Epheſios, Nos minimè peregrinos & advenas eſſe, ſed ædificatos ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum. Et Chri- F ſtum affirmat non modò eſſe fundamentum Eccleſiæ, ſed etiam lapidem angularem, quo parietes ejus
Heb. 10. 1. ædificii ſimul conjungantur. In Epiſt. ad Hebr. ab Aharonico ſacerdotio, Chriſtianum hac ratione diſtinguitur, quòd illud æternum manere non potuerit, ſed in eo ſucceſſerint ſibi mutuo poſteriores prioribus: Sacerdotium verò novi Teſtamenti, manere abſque interruptione in uno Chriſto per omnem æternitatem. Hâc doctrinâ ſcire poſſumus, non eſſe ponendum in novo Teſtamento talem Paparum G vel Sacerdotum, ut Eccleſiæ fundamentum quod interpoletur, & ſemper novis ſucceſſoribus opus habeat: alioqui non Chriſtianum, ſed Aharonicum eſ-
1. Cor. 1. 13. ſet. Iis addas in Epiſt. 1. ad Corinth. illos reprehendi qui Pauli, vel Apollo, vel Cephæ eſſe voluerunt. Non enim Chriſtianos decet ſuper homines ædificari. Hactenus de Auguſtini opinione.

Eccleſiæ fundamentum. 29 Alia eſt ſententia, quæ Petram Eccleſiæ fundamentum eſſe indicat, fidem ſeu confeſſionem, qua Petrus Chriſtum eſſe Filium Dei Vivi teſtatus eſt. H Hanc ſententiam Hilarius lib. 7. de Trinitate, multis verbis ac perſpicuè ſequitur. Cyrillus item in Dialog. de Trinitate, libr. 4. idem ſenſit. Chryſoſtomus varius eſt: & licet in ſuo commentario in Matthæum Chriſti verba referat ad Petrum, attamen in Homilia de Pentecoſte, ſive de adorando Spiritu ſancto, ea verba tractans, illa non ad Petrum, ſed ad ejus fidem ſeu profeſſionem refert. Nec ſecus Theophylactus.
Eraſmi ſententia de verbis, Tu es Petrus. Quin & Eraſmus in ſuis Annotationibus eodem ſpectat, & ſe mirari ait, orationem illam ad Romanum I Pontificem detorqueri. Sed ne fortaſſis hæreticus haberetur, concedit illi cum primis convenire, at non ſoli, unà cum omnibus fidelibus, quemadmodum Origenes eleganter expreſſit. Hic ego noſtros adverſarios libenter convenio, & illos precor, ut ne loco hæreticorum nos habeant ſi verba illa Chriſti non referimus vel ad Petrum, vel ad Papam, Patrum adductorum interpretationem ſequimur, quam eos prius oportet ut hæreticam damnare, quàm nos ceu hæreticos proſcribere. Certè quoad illos ferunt, nos jure non poſſunt explodere. Lectorem attamen id moneo, ut cogitet priorem ac poſteriorem opinionem minimè diverſas, verùm eaſdem eſſe. Chriſtus enim fundamentum eſt Eccleſiæ, non ſimpliciter & abſolutè, ſed quatenus fideles eum fide apprehendunt & confitentur. Verùm quid Cypriano faciemus, Hieronymo, Ambroſio, & Auguſtino, qui ad Petrum illa Domini verba nonnunquam applicant; ceu Eccleſia ſuper illo ſit exædificata? Auguſtinus Auguſtinus. peculiariter priori libr. Retractat. utramque ſententiam commemorat: de Chriſto inquam & Petro, ac lectori liberam optionem relinquit, licet in priorem interpretationem de Chriſto propenſius inclinet. Eraſmus, & quidem (ut mihi videtur) non imperitè, illos ad hunc modum excuſat, nimirum quòd Petrum non acceperint, niſi quatenus Eccleſiæ, necnon fidei & confeſſionis ejus, typus erat.

30 Reginaldus Polus Cardinalis Angliæ nititur Poli Cardinalis opinio & confutatio. arguere poſteriorem interpretationem, quæ Petri fidem & confeſſionem reſpicit, quòd accidentia ſine ſubjecto conſtituat, & ſuper ea velit Eccleſiam fundari. Sed hæc potius ad frivolas argutias, quàm ad argumenta ſolida pertinent. Scimus quidem prædicamenta novem à Categoria Subſtantiæ differre: ſed ea item non ignoramus proprias naturas & eſſentias habere, ita ut de illis nonnunquam ea dicantur, quæ de ſubſtantia nequeunt prędicari. Scientia ſanè cùm ſit accidens, extra hominis animum inveniri non poteſt, quæ tamen certa eſt & infallibilis: cùm tamen homo ſit res inconſtans, languida & fallax. Cogitatio item eſt in homine, qui tamen æquè ut illa non poteſt uno momento per omnia loca diſcurrere. Quid igitur obſtat, quin veritas & confeſſio, quæ fuit in Petro, fundamentum Eccleſiæ dicatur: & Petrus ipſe homo alioqui caducus & fragilis, & hujuſmodi fundamentum eſſe negetur? Nutat quidem Petrus nonnunquam & vacillat: cùm tamen ea fides & veritas, quam profeſſus eſt, firma & inconcuſſa maneat. Hieronymus hunc locum exponens, ait; Chriſtum ſuas proprietates Apoſtolis & ſuis membris liberaliter communicare. Dixit aliquando, ſe lucem eſſe or- Chriſtus quæ ſua ſunt communicat cum ſuis. bis: ſed item pronunciavit de Apoſtolis. Et cùm ipſe utique ſit lapis, illos etiam lapides appellat. Qui fit, Rom. 8. 21. ut cùm ipſe verè propriéque ſit Eccleſiæ fundamen- Mat 5 14. tum, non ſit abſurdum, ut etiam Apoſtolos velit Ec- 1. Pet. 2. 9. cleſiæ ſuæ fundamentum quodammodo eſſe: nimi- Ibid. v. 5. tum quòd ſint lapides vivi & magni, qui primo loco 1. Cor. 3. 11. in ædificio Eccleſiæ ſibi adhæſerint. Ipſe quoque 1. Pet. 2. 5. Petrus in prima ſua Epiſtola hujuſmodi lapides vivos nos eſſe jubet, qui in Chriſto ædificemur. In fide quotquot ſunt præſtantiores, & conſtantius profitentur Chriſtum, illi fundamento Eccleſiæ propius adhærent. In Apocalypſi cœleſtis urbs appoſitè ac e- Apoc. 21. leganter deſcribitur, cujus murus duodecim funda- Apocalypſ. locus de duodecim fundamentis Eccleſiæ. mentis inniti dicitur, atque ibi nomina duodecim Apoſtolorum adſcribuntur, non quòd illi verè ac propriè ſint Eccleſiæ fundamentum, ſed quòd illud ſuâ doctrinâ, verbo, & prędicatione, omnibus fidelibus oſtendant. Ego aliquando exiſtimavi, cùm dici- Præpoſitio ἐπὶ quam vim habeat? tur ἐπὶ ταύτῃ πέτρᾳ, Græcam præpoſitionem ἐπὶ notam eſſe cauſæ, non quidem principalis, verùm organicæ ſeu inſtrumentalis: ut ſignificaretur Chriſtum, per Petrum & Apoſtolos eorúmque ſimiles, qui veritatem, fidem & confeſſionem profiterentur, quam Petrus edidit, Eccleſiam ædificare conſtituiſſe. Nec ab Hebraiſmo abhoret, ut *Al* particula, vel præpo- Prępoſitio Al quam vim habeat? ſitio, quam reddiderunt, Super, nihil aliud ſit, quàm per, ut medium & inſtrumentum ſignificaretur. Sed hanc interpretationem ſeriò affirmare non auſim, quia meis cogitationibus parùm admodum indulgeo. Deinde animadverto, præpoſitionem illam ἐπὶ dativo caſui adjunctam, raro in iſta ſignificatione à Græcis uſurpati. Quare à cæteris Patrum inter-

Digitized by Google

pretationibus non diſcedo. Nec judico ferendum, ut Eccleſia prædicetur ſuper Papis ædificata. Eorum tamen impudentia tanta eſt, ut non tantum capita Eccleſiæ ſe nuncupent, verùm etiam ſponſi ejus appellari velint, cùm Paulus dixerit ad Corinthios, Deſpondi vos uni viro ſponſam exhibere Chriſto: Et Ioannes Baptiſta ſit atteſtatus, ſe non quidem ſponſum, ſed amicum ſponſi eſſe.

2.Cor.11.2.
Ioan.3.29.

31 Cæterùm hoc loco jam omiſſo, ad alium deflectamus, quem ſæpe nobis ogganniunt. In Iohanne habetur, Chriſtum rogaſſe Petrum, & quidem ter, An ſe diligeret. Et cùm ille id affirmaſſet, Dominum ter ei mandaſſe, ut ſuas oves paſceret. Quaſi ſit idem, paſcere oves Chriſti, & omnibus Eccleſiis per orbem imperare. Cur non attendunt, alios etiam Apoſtolos miſſos eſſe ad paſcendum gregem Domini? Porro illis omnibus Chriſtus dixit; Sicut miſit me Pater, ego mitto vos: in omnes inſufflavit, Spiritum ſanctum omnibus dedit, & denique omnibus mentem aperuit, ut Scripturas intelligerent, quas ut ſpirituale pabulum omnibus mortalibus offerrent. Mandavit item omnibus, ut in univerſum orbem irent, & Evangelium omni creaturæ prædicarent. Quin & ipſe Petrus, Epiſtola ſua priori, capite quinto ait: Presbyteros hortor ipſe συμπρεσβύτερος, (Ita loquitur, neque ſe caput aut principem, ſed æqualem eorum nominat) ut gregem paſcant, qui inter vos eſt. Dum hoc loco adverſarii noſtri abutuntur, regerenda illis eſſet regula ſatis à Iuriſperitis & Canoniſtis decantata, Propter officium datur beneficium. Quæ propoſitio ſi per contradictionem invertatur, pulchre concluſerimus: Beneficium non intelligi collatum, iis qui officium non præſtant. Deſinant ergo jactare, ſe Paſtores, Epiſcopos, & Papas, cum Domini gregem nequaquam paſcant. Hodie Papatus vel Epiſcopatus eorum tantummodo plumbo, cera, bullis, brevibus, oraculis vivæ vocis, propriis motibus, ſcrinio pectoris, indulgentiis, diſpenſationibus, & hujuſmodi nugis, conſtat.

Ioan.21.15.
Chriſti verba, Petre amas me? &c. explicata.
Ioan.20.21.
Luc.24.45.
Mat.28.19.
1.Pet 5.1.
Regula Iuriſper. propter officium datur beneficium, explicata.

32 Iactant & illud Chriſti dictum, Oravi pro te Petre, ut non deficiat fides tua: quaſi Dominus etiam pro aliis non oraverit. Oravit quidem (ut in Ioanne habetur) & pro cæteris, non tantum Apoſtolis, ſed etiam omnibus qui credituri erant. Sed redeo ad locum de paſcendis ovibus, & illis reſpondeo, qui rogant, cur Petro ſeorſim à Domino ea verba dicta fuerint: & dico, Chriſtum voluiſſe infamiam trinæ abnegationis in Petro abolere. Atque Auguſtinus inquit, Curatum eſt, ut lingua Petri non minus amori Servatoris, quàm timori ſerviret: quò mors imminens non plus vocis eliceret, quàm vita præſens. Et idem ferme habet Cyrillus: Dominus itaque ſic agendo cum Petro, in uno ſaltu duos (ut dicitur) lepores cepit. Primum operam dedit, ut omnes Apoſtoli cognoſcerent, Petrum in gratiam receptum, & priſtino loco reſtitutum. Deinde, ut intelligerent, ad gregem Domini paſcendum excellenti opus eſſe dilectione. Qui enim Dominum gregis ex animo & ſynceriter diligit, non poteſt illum non paſcere optima fide. Ne autem cuiquam durius id videatur, quod affirmamus vel Petrum locutum eſſe pro cæteris collegis, vel ea quæ ipſi dicta ſunt ad alios etiam pertinere, id ex locutionibus uſitatis in Scripturis facile probabitur. In eo ſane argumento Zuinglius bonam operam navavit. Is de vera religione, capite ubi de Clavibus Eccleſiæ egit, loca plura collegit, quæ ad rem præſentem commode faciunt. In Iohanne capite 6. cùm 70. diſcipuli abiiſſent: Chriſtus converſus ad 12. illis ait, Nunquid & vos abire vultis? Ibi Petrus omnium vice reſpondit; Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Ipſi novimus & credidimus, quod tu es Chriſtus Filius Dei. Numero multitudinis dum loquitur, perſpicue demonſtrat, ſe condiſcipulorum nomine reſpondere. Nec diverſam ab ea confeſſionem edit quam paulò ante ex Matthæi decimoſexto cap. cùm adduximus, tum etiam interpretati ſumus. Interdum vero fit, ut non unus pro omnibus, verùm omnes pro ſeipſis reſpondeant: ut cùm Dominus Lucæ vigeſimo ſecundo rogavit, an quicquid defuerit eis,

Luc.22.32.
Verba Chriſti, Oravi pro te Petre, &c. explicata.
Cur ſoli Petro dictum, Paſce oves meas?
1
2
Zuinglii ſententia.
Ioan.6.67.
Mat.16.16.
Luc.22.35.

A dum unà cum illo vixerunt: Reſponderunt, Nihil. Rurſus apud eundem Evangeliſtam dixit Apoſt. Date eis quod comedant: Cui reſponderunt, Non habemus niſi quinque panes & duos piſces. Ibi hoc reſponſum aſcribitur omnibus, cùm tamen in Ioan. uni Andreæ fratri Simonis Petri aſſignetur. Adhæc Petro & Andreæ dicitur, id quod ad omnes Apoſtolos pertinebat: nimirùm, Faciam vos piſcatores hominum. Sed ut ad locum illum 16. cap. Matth. de quo
B ſuperius dixi, propius accedam, facile colligitur ex aliis Evangeliſtis, Petrum ſub nomine ac perſona omnium reſpondiſſe. Marci quippe 8. Lucæ 9. cap. habetur, increpuit eos Dominus, & minatus eſt, ne id aliis dicerent. Adverſarii noſtri hæc non expendunt, tantùm ſatagunt ut dicant, quid vero dicant minimè cogitant. De ſuo dominio & primatu defendendo vehementer ſoliciti ſunt, cùm Dominus Apoſtolis id prohibuerit: juſſeritque ut qui majores eſſe volunt, ſeſe pro minoribus gerant. Et admonuit, illam
C ambitionem Regum & principum Ethnicorum eſſe, neque ad ſuos diſcipulos attinere.

Luc.9.13.
Ioan.6.9.
Mat.4.19.
Marc.8.30.
Luc 9.21.
Papa verè ut dominus dominatum habeatur, ſervū ſervorum ſe appellat.
Mat.20.26.

33 Quoniam diximus, eos admodum ſceleratè ac turpiter agere: hic quoque ſe nobis opponunt, & aiunt, non eſſe juſtam cauſam ſeparationis & diſceſſus ab Eccleſia fœdā & probroſam miniſtrorū vitam: Quod Chriſtus dixerit Apoſtolis de Scribis & Phariſæis, qui ſuper cathedrā Moſis ſedebāt, ut ea facerēt quæ ab illis dicerentur, non autem facerent quæ illi facerent. Nos etiam fatemur, non eſſe propter ſordi-
D dos mores & vitiatam Clericorum vitam ab Eccleſia diſcedendum: quamvis omnes pios & membra Chriſti decet anniti, ut vel emendentur, vel, ſi pertinaces in peccatis fuerint, loco moveantur. At dum id fieri non poteſt, audiemus eos, cùm de libris Moſis, lege inquam Dei, Prophetis etiam, & ſcriptis novi Teſtamenti loquentur. Quod ſi obtrudere voluerint, prætextu Sacri miniſterii, humanas traditiones, & eas præſertim quæ cum verbo Dei pugnant, illos non audiemus, nec averſando eos mandatum Chriſti vio-
E labimus. Illud etiam ſolent objicere, quod habetur in Deuteronom. capite decimoſeptimo, ubi jubet Deus ut ſummus Pontifex à populo Dei audiatur. Sed quare non animadvertunt Sacerdoti viciſſim mandari, ut juxta Legem reſpondeat? Vnde colligitur, ei tantiſper obtemperandum eſſe, dum non ex capite ſuo, ſed ex divina Lege fert ſententiam. Opponunt præterea nobis exempla beatæ Virginis, Ioannis Baptiſtæ, Elizabetæ, Ioſephi & Simeonis: qui cùm non ignorarent Sacerdotes & Levitas eo-
F rum temporum corruptos fuiſſe, ſe tamen ab Eccleſia illa minime ſubduxerunt. Ad hoc reſpondemus, Primum, Legis præcepta eos urſiſſe pro ea ætate, ut ſacrificarent, idque variis de cauſis. Adigebantur præterea, ut non ubicūque viderentur, ſed certo quodam loco ſacrificarent, quem Deus ſelegiſſet. Nos vero iis præceptis Chriſti beneficio, non aſtringimur. Deinde Sacerdotes & Levitæ quamvis corrupti & vitiati erant, non tamen adigebant quenquam ad ritus & ceremonias. Adhuc enim ex Moſaicis inſtitu-
G tis, ſacrificia & ceremonias retinebant. Falſis autem dogmatis eorum nemo aſſentiri cogebatur. Nos verò à Papis & Epiſcopis profiteri dogmata perverſa cogimur, nec per eos licet Sacramenta ex inſtituto Chriſti percipere, ac nomen Domini ſynceriter invocare. Quare utrinque diſpar eſt ratio. Nec exempla, quæ adduxerunt præſenti cauſæ poſſunt accommodari. Accuſant etiam nos, ut qui fraternam charitatem cum eis abruperimus: neque illis in mentem venit, charitatem ex fide pendere. Quare cùm eam
H non retineant, ſed abnegarint, cum eis non poſſumus charitatem fraternam colere, quò ad Eccleſiaſticam communionem. Illis attamen Chriſtianam dilectionem haudquaquam ſubducimus: Nam eis optamus & precamur aſſiduè meliora, nempe ut ad Evangelium Filii Dei convertantur, quæque in Eccleſia vitiarunt & corruperunt, ea denique reforment & corrigant. Vexant preterea nos, quòd non publica, ſed privata diſceſſerimus authoritate. Neque conſiderant, Deum cuique mandaſſe, ut
I propriam ſalutem curet. Quid ſi alii nolint veritati aſſentiri, & religionis corruptelas evitare: an qui ſtudio mandatorum Dei & gloriæ Chriſti tenetur,

Mat.23.2.
An turpis Rom. Cleri vita ſufficiens ſit ad ſeceſſionem cauſa?
Locus Deut. 17. de audiendo ſummo Pontifice.
Exempla Simeonis & cæterorum qui à Scribarū cœtu ſe non ſepararunt ętate Chriſti.
Deut 12.5.
Crimen abruptę charitatis
Objicitur quòd privata authoritate ſeceſſerimus.

tenetur, negliget facere quod poteſt, & ſua intereſt? Deinde ut omnes videre poſſunt, Eccleſiis noſtris authoritas publica minimè deeſt, cùm jam in eis & Magiſtratus & principes verſentur. Neque obſtat nobis ea, quæ ſæpius utuntur, ῥητῶς dicendo, non eſſe unius aut alterius Reipubl. neque unius aut alterius principis hoc facere: ſed conſenſum totius orbis Chriſtiani expectandum eſſe. Vehementer hîc errant, cùm Deus & cuique Magiſtratui, & cuique Principi mandarit, ut de illorum ſalute, qui ſuæ fidei commiſſi ſunt, diligentia ſumma & ſtudio vigilanti ſint ſoliciti. Porro Conſtantius & Conſtantinus, cùm amplexi eſſent Chriſtum, Diocletiani, Maximini, Licinii, & eorum Imperatorum ſeu Cæſarum, qui eorum erant collegæ, & rerum tunc potiebantur, conſenſum in religionem Chriſtianam haudquaquam expectarunt. Et malè ceſſit Tiberio, quòd ſuffragium Senatus de Chriſto referendo inter Deos expectavit.

34 Hactenus tradidi, quàm juſtæ cauſæ ſint, propter quas à Papiſtarum communione diſceſſerimus, & eorum argumentis, quibus nos lacerant, ſatis ut arbitror, pro hujus loci ratione ſatisfeci. Quare ſupereſt, ut ad alterum tractationis caput deſcendam, quo declarem ſeparationem hanc fuiſſe prorſus neceſſariam. Quod triplici ratione patefiet. Primo demonſtrabitur præceptum Dei, quod validiſſimum telũ eſt piis mentibus, nos urſiſſe. Deinde, oportuiſſe fugere, ne mentes & cõſcientiæ noſtræ adverſariorũ impuritate doctrinæ ac idololatriæ polluerẽtur. Denique, ne iræ Dei ac pœnis, quæ illis imminent, redderemur obnoxii. Quod ad primam attinet, permulta variáque præcepta Dei extant in divinis literis, quæ hanc ſeparationem imperant. Ea vero non omnia, quia nimis longum eſſet, verùm aliqua tantùm recenſebo. Chriſtus inquit: Cavete à Pſeudoprophetis, quia licet ovina pelle ſint induti, ſunt lupi rapaces. Quare ut fugiẽdum eſt à lupis, ita evitandi ſunt, qui perverſa doctrinâ & religione animos perdunt. Ille idem (ut habetur in Iohanne) dixit, Oves meæ vocem meam audiunt, & non ſequuntur vocem alienorum. Ideò cùm adverſarii à Chriſto ſe alienarint, non poſſumus illis adhærere, niſi oves Chriſti eſſe velimus deſinere. Dicebat idem Dominus: Si cæcus cæcum ducem ſequatur, eorum uterque in foveam cadent. Quocirca renuimus Papiſtarum ducatum, ne unà cum illis præcipitemur. Scribitur item in Iohanne, multos ex principibus in Chriſtum crediidiſſe: qui tamen propter Phariſæos Chriſtum non confitebantur, ne à ſynagogis alieni fierent, quòd potius hominum, quàm Dei gloriam quærerent. Quocirca nobis etiam id timendum fuiſſet, ſi manſiſſemus cum adverſariis, ne potius gloriam & honores ab eis venaremur, quàm Evangelii ſynceram veritatem charam haberemus. Audivimus etiam Chriſtum dixiſſe, Non veni mittere pacem, ſed gladium, & ſeparare quenque fidelium à ſuis domeſticis, qui eos à doctrina Evangelii voluerint impedire. Vnde cùm hoſtes noſtri nihil magis curent & ſatagant, quàm ut à percepta veritate nos avertant, merito ab eis diſceſſimus. In Epiſt. verò ad Gal extat hac de re luculentiſſimum teſtimonium cap. 1. Ibi enim Apoſtolus jubet, ut ἀνάθεμα, ſit nobis, quiſquis aliud Evangelium attulerit ab eo, quod ipſis prædicaverat. Et eo progreditur, ut de ipſo id etiam teſtetur & à ſemetipſo uſque ad Angelos aſcendat. Nec aliud ſibi vult eo loco ἀνάθεμα, quàm maledictum ſeu execrationem. Quis autem non videat, oportere quemlibet Chriſtianum id maximè cavere, ne Dei execrationem incurrat? Quod ſi Paulus aliquando ἀνάθεμα fieri optavit pro fratribus, id videbat in gloriam Dei cedere. Verùm in iſta cauſa noſipſos adjungendo Papiſtis, unà cum eis ἀνάθεμα efficeremur: non ſane ad illorum ſalutem: quia noſtro conſenſu magis ac magis obfirmarentur in ipſorum erroribus. Vnde non gloria Dei, ſed potius dedecus ejus nominis prodiret. Auguſtinus hunc locum interpretans in Epiſt. ad Gal. elegantem Apoſtolici ſenſus expoſitionem induxit, nempe quòd veritas per ſeipſam expetenda ſit, non autem eorum gratia, qui eam proponunt ac enunciant. Nam ſi pavor illorum admitteretur, facilè poſſet fieri, ut etiam mendacia ob eorum pavorem reciperemus. Nec putandum eſt, Apoſtolum eo loco temerè uſum eſſe repetitione, quandoquidem res gravis erat, deinde ambigua. Adverſarii enim volunt & ipſi videri Evangelium Chriſti prædicare. Sed noſtrum eſt inquirere, an Evangelium eorum cum eo congruat quod Apoſtolus prædicavit. Si ea inter ſe comparaverimus, facilè deprehendemus Papiſticum Evangelium ab Apoſtolico permultum diſtare. Apoſtolus quippe docuit condonationem peccatorum, à Deo Chriſtum gratis datam credentibus, & hominem per fidem ſolùm abſque operibus juſtificari: Papiſtæ autem, quæ δὶς διὰ πασῶν ab iis diſcrepant, mundo volunt obtrudere. Quamobrem audiendi non ſunt, ſed fugiendi tanquam ἀναθέματα, niſi nos quoque unà cum eis velimus ἀναθέματα effici.

Mandata Dei quibus jubemur ab infidelium cœtu ſecedere.
1
2
Ioan. 10. 27.
Mat. 15. 14.
3
Ioan. 12. 4.
4
Mat. 10. 34.
5
Gal. 1. 8.
6
Rom. 9. 1.
7
An Papiſtæ etiam ipſi prædicent Evangelium.

35 Scripſit idem Apoſtolus ad Rom. ultimo cap. Videte illos qui diſſidia faciunt & offendicula contra doctrinam quam didiciſtis, & declinetis ab eis. Nulli verò majorum diſſidiorum cauſam dederunt in Eccleſia, quàm Romanenſes partim ob ſua decreta & traditiones, partim ob ſuum primatum uſurpandum & defendendum. Scandala item ab eis provenerunt abſque modo & fine, dum plebibus graviſſima imponunt onera, & moribus vivunt corruptiſſimis. Vnde homines à Chriſti religione maximè avertuntur, tantùm abeſt, ut ad eam amplectendam convertantur. Subdit Paulus adhuc eos apertius indicans: Qui per blandiloquentiam & adulationem corda ſimplicium ſeducunt. Nemo non videt, quàm Papa Principibus orbis Chriſtiani adulctur, eóſque blandè appellet, cùm Imperatorem vocat filium ſuum primogenitum, Regem verò Galliæ ſecundum natu: unum Chriſtianiſſimum, alium Catholicum, alium defenſorem fidei nominat: atque ita ſuos vendendo fumos, imperitis & ſimplicibus imponit. Similium autem hominum adjecta eſt perpetua nota: Qui hujuſmodi ſunt inquit Apoſtolus, non Domino Ieſu Chriſto, ſed ventri ſuo ſerviunt. Et ſanè, ſi quis inſpiciat aſtutias, fraudes, ac dolos Papiſtarum, eò tendunt omnia, ut compendiis & ventri eorum ſerviãt. Nihil quæritur, quod ad Chriſti gloriam ſolidè faciat. Habetur quoque ad Corinth. Epiſt. 1. Si quis nominatus frater inter vos, fuerit avarus, rapax, ſcortator, maledicus, ebrioſus, cum ejuſmodi nec quidem cibum ſumatis. An vero illi vitiis hujuſcemodi laborent, lippi & tonſores norunt. Legitur in eadem Epiſtola, Tollam membrum Chriſti, & faciam membrum meretricis? Admonemur hinc, non eſſe committendum, ut noſipſos (cùm ſimus Chriſti membra) ſcorto adjungamus. Ned debet nos latere, ſcortationem animi, quæ idololatria eſt, longè gravius peccatum eſſe, quàm corporalem fornicationem. Vnde à Prophetis non in uno loco, ſed paſſim arguitur Eccleſia Hebræorum, ut meretrix impuriſſima, quòd ſeſe variis idolis proſtituerit. Cùm autem in papatu adorentur ſtatuæ necnon panis & vinum, atque mortui homines invocentur, ſcortationis eorum cœtus jure convincuntur. Idcirco nullo jure nobis licet eis adhærere, alioqui membra Chriſti, meretricis membra reddemus. Et in poſter. ad Corinth. Fidelibus mandatur, ne jugum ducant cum infidelibus: quòd non ſit participatio juſtitiæ cum iniquitate, neque communicatio luci cum tenebris, nec ſocietas Chriſto cum Belial, vel templo Dei cum idolis. Poſtea ſubditur, Diſcedite & ſeparamini de medio eorum. Huc præterea ſpectant, quæ ab Apoſtolo ſcribuntur de idolothytis vitandis: an inquit, provocamus Deum? An ſumus illo fortiores? Concluditur deinde tota res hoc dilucido mandato: Fugite idololatriam. Et ad Epheſ. Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, ſed ea potius coarguite. Ad Timoth. Epiſt. 1. commemorantur quidam homines mente corrupti, quibus adempta ſit veritas, quique arbitrentur quæſtum eſſe pietatem: mandatúrque Timotheo, ut ſe ab eo grege ſeparet. In Eſaia cap. 52. ſcribitur, Diſcedite ac ſeparamini, immundum ne attingatis, qui fertis vaſa Domini. Sacerdotes alloquebatur Propheta: ſed quod illis dicit, etiam ad nos facit, quia nos ferimus vaſa Domini, & ipſi vaſa Domini ſumus, quæ ab omni immunditie pura debemus conſervare. Ieremias ait, Fugite de medio Babylonis,

Rom. 16. 17.
Ibid. verſ. 18.
Ibid.
1. Cor. 5. 11.
8
1. Cor. 6. 15.
Iere. 2. 20.
Oſ. 2. &c.
9
2. Cor. 6. 14.
Ibid. 17.
10
1. Cor. 10. 14. & 22.
11
Eph. 5. 11.
12
1. Tim. 6. 5.
13
Eſa. 52. 11.
Ier. 50. 8.

Digitized by Google

An Rom. Eccleſia nunquam ſit loco movenda?

Eccleſia Iudæorum ſub Rege Nabuchad-Næzar. Quare non eſt iſti quod confidant, immutabilem eſſe durationem Eccleſiæ Romanæ.

39 Sed nonnulli eorum aiunt, In populo Iſraelitico facilè commutationes fiebant: ſed poſt adventum Chriſti, & conſtitutam Petri ſedem in urbe Romana, ſuſpicandum non eſt iſtas converſiones aliquando eventuras. At dicant nobis quam ipſi cautionem præ cæteris Eccleſiis habeant? Si vulgò perſuadere conantur Conſtantinopolitanam, Alexandrinam, & Antiochenam, Eccleſias everſas eſſe, quare ipſi à talibus caſibus eximuntur? Certè Paulus non ita ſentiebat: Nam ad Romanos ait, alloquendo nationes ad Deum converſas, ut ſibi diligenter caverent: Deum enim, qui naturalibus ramis non pepercit, nec illis eſſe parſurum. Quare toto cœlo errant, ſi ſtatuant, Chriſtum & Spiritum ſanctum ſic alligatos ſedi Romanæ, ut nunquam ſint receſſuri. Tam diu ibi manſerunt, quoad ea Eccleſia vero fundamento innitebatur. At cùm ſuper arena humanarum traditionum fundari cœpit, ſubverſa eſt. Neque dici poteſt ex Deo eſſe, cùm Chriſtus regulam præſcripſerit, Illos ex Deo eſſe, qui verba Dei audiunt: & poſtea de iis qui ſe jactabant Eccleſiam eſſe, audacter pronuntiavit, Vos ea non auditis, quia ex Deo non eſtis. Quę autem congregatio eſſe poteſt Eccleſiæ, ſi non ſit ex Deo? Cùm autem Romanenſes verba Dei non admittant, cauſa eſt, quoniam illa ſentiunt mirificè ſibi adverſari. Adhæc quæ illa tandem Eccleſia eſſe poteſt, quæ non ſe judicat ſalvam conſiſtere, niſi Chriſto & verbo ejus profligato? Qui hæc non credit, is propius facta eorum contempletur. Eccleſiam transformarunt in aulam vel in curiam (ſic enim inter ſe loquuntur, ac iis paſſim utuntur vocabulis) ſtylo præterea cancellariæ, qui totus conſtat fraudibus & dolis, longè major datur opera, quàm ſtudiis ullis divinarum rerum. Gregorius in Regiſtro lib. 4. Epiſt. 25. & 55. de miniſterio ſacro ſcribens, ait: Illud, cùm intus ceciderit, foris non poſſe diu ſtare. Hoc ille judicavit ante annos 800. Et nos arbitrabimur, eccleſiam illam hucuſque verè ſtetiſſe? Malachias capite ſecundo ait: Quia vos receſſiſtis de via, & offendere feciſtis, idcirco ego dedi vos contemptibiles. Quapropter abeundo à Romanenſibus, minimè deſerimus eccleſiam, ſed aufugimus à jugo intolerabili & conjuratione adverſus Evangelicam doctrinam. Mirum eſt homines iſtos perſuadere velle Chriſtianis à Deo ſibi permittendum abſque ullo termino, ſed perpetuis temporibus ut vineam Domini vaſtent, nullum fructum inde pendant, ſed trucident ſervos Domini qui ad eos mittuntur, aliquos fructus repetitum. Porro ſunt Hebræis multò ſtultiores, qui reſponderunt Chriſto, cùm parabolam de vinea recitaſſet; Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis: cur illis non venit in mentem à veritate ipſa dictum fuiſſe Iudæis, Auferetur à vobis regnum Dei? Proinde, cum verſentur in iiſdem criminibus, cum eadem ſit cauſa, cum idem ſit Deus, non video cur dubitari poſſit, vim, dignitatem, veramque rationem eccleſiæ ab illis eſſe ablatam. Sed ad noſtrum diſceſſum oppugnandum, producunt locum ex epiſtola Iudæ, qui exagitat impios quòd ſeparaverint ſe: at reſponſio in promptu eſt, quia nobis aſcribi non debet, quòd à Papa diſceſſerimus. Deus ab eo nos abjunxit, ſuis, quemadmodum oſtenſum eſt, oraculis atque præceptis. Nec obliviſci potuimus Apoſtolici dicti, Magis Deo quàm hominibus eſſe parendum. Sicuti cum juſtum ſit divortium adulterii cauſa: quos Deus conjunxerat, homo non dividit, ſed ipſe Deus verbo ac Lege ſua, conjuges eo caſu diſſociat.

Rom. 11. 21.

Ioan. 8. 47.

Malac. 2. 8.

Matt 21. 41.

Ibid. v 43.

Locus Iudæ explicatus Iud. v 19.

Act. 4. 19.

Matt. 19. 6.

An qui hactenus ſub Papa vixerunt, perierint.

40. Opponunt etiam nobis (ut ipſis videtur) firmiſſimam rationem, quærendo: An omnes qui ante nos fuerunt, vixeruntque ſub Romanæ ſedis obedientia, perierint. Vos inquiunt, recentes ac nuperi eſtis homines, cùm vix à triginta vel circiter annis apparuiſtis. Fluxerunt autem à Bonifacio tertio, quem authorem Papatus facitis, ultra 900. annos. Abſurdiſſimum dictu eſſet, toto illo tempore omnes in orbe Chriſtiano fuiſſe damnatos. Ad hoc dicitur, nunquam toto illo ſpacio, defuiſſe homines qui mendaciis & impoſturis Papatus reclamarint. Deinde Orientales & Græcos illi tyrannidi reſtitiſſe, neque adhuc

A dominatum eccleſiæ Romanæ agnoſcere. Vnde non totus orbis Chriſtianus, ut iſti fingunt, ea cauſa periit. Quin & in noſtris Occiduis regionibus, uſque ad Pipinum & Carolum Magnum ſtetit eccleſiæ utcunque ſua libertas. Adjiciendum præterea, quoad prædeſtinatos, nullos ex eis quavis ætate periiſſe. Latro extrema hora Chriſtum amplexus eſt, quodque illi contigit, permultis aliis evenire non eſt abſimile vero. Spiritui Chriſti non deſunt viæ, quibus errantes oves ad cauſam ſalutis reducat. Magnus eſt, imo amB pliſſimus divinæ miſericordiæ complexus, quo vel agentes animam ad ſe pertrahit. Nec propterea fit, ut nunc non oporteat veritatem patefactam ſequi. Verùm de ſalute vel perditione majorum noſtrorum, quid ita nos obtundimur? eadē licuiſſet Hebræo populo opponere Apoſtolis. Ita Samaritis muliercula Chriſto dixit, Patres in monte ſeu loco illo Deū adoraſſe. Ita potuiſſent Ethnici à prædicatoribus Evangelii Filii Dei quærere, an omnes majores eorum, qui talem doctrinam non audiverant, æternum peC rierint? Noſtrûm non eſt, cùm voluntaris Dei patefactio affertur, in ejus judicia inquirere: ipſi officium faciamus, relinquentes arbitrio Dei, ut de noſtris majoribus, & de omnibus hominibus, ex decretis juſtitiæ ſuæ ferat ſententiam. Si patribus noſtris non omnia perinde ut nobis patefacta ſunt, & non in univerſum, aliquantiſper tamen ob ignorantiam excuſabuntur: at cauſa noſtra multò fiet deterior, ſi cognitis quæ noſtris temporibus demonſtrata ſunt, ea non amplectamur, tantum abeſt ut error majorum D nobis patrocinetur: ſed quia telum hujus argumenti eſt commune, illud in hoſtes commodè retorquebimus. Dicant ipſi ante Boniſacium 3. cum ignoraretur in orbe Chriſtiano Papatus, quem volunt ad articulos fidei pertinere: An omnes perierunt, qui fide illum non complectebantur, nec ſedi Romanæ obediebant? An etiam illi ſunt condemnati, & addicti Tartareis pœnis, quotquot panis & vini Euchariſtici transſubſtantiationem ignorarunt, ante Innocentiū tertium? Suntne item perditi omnes, qui Epipha-E nii & Hieronymi ætate cenſuerunt imagines e Templis tollendas? Non habent quid reſpondeant: idcirco deſinant nobis id objicere, quod illos non minus atque nos premit.

Luc 23. 40.

Ioan. 4. 20.

41 Quærunt adhæc, ubinam eccleſia Chriſti tamdiu fuerit? Vos inquiunt, adhuc non eratis, utque ſtatuitis, non fuit apud nos eccleſia, ergo nuſquam erit: quod abſurdiſſimum eſt, neque ullo pacto admitti debet. Quod ſi dixerimus, Vbi duo vel tres in nomine Chriſti erant congregati, eccleſia illi erant, F nec unquam fuit quin tales in mundo extiterint: Hoc rurſus oppugnant dicendo, Eccleſiam eſſe debere aſpectabilem, quam fideles poſſint accedere, quod Chriſtus dixerit, Dic Eccleſiæ. Vt ad hoc reſpōdeatur, nonnulla paucis quidem atque craſſe de Eccleſia videntur dicenda. Eccleſia eſt corpus Chriſti: & ne quis hanc appellationem irrideat, inveſtigabimus quot genera corporum inveniantur. Pomponius inſignis juriſperitus, in ff. de Vſucapione. l. *Rerum mixtura*, tria corpora fecit. Primū, quod uno ſpiritu conG tinetur, ut homo, lignum, lapis, idque ἡνωμένον. Aliud eſt, quod nexu quodam conſtat, in quo partes mutuò ſeſe tangunt, ut domus, navis, armarium, & hoc dicitur συνημμένον. Denique tertium eſt, quod habet partes diſtantes, quæ tamen uno vocabulo & communione ordinis, junguntur, ut populus, grex, legio, &c. Hoc tertio genere comprehenditur Eccleſia, quę ſocietas eorum eſt, qui loco inter ſeſe diſtant. Nam ſive quiſpiam fidelis domi ſit, vel in platea, vel ruri, adhuc in Eccleſia cenſetur. Diſcrimen attamen eſt, H in iſto corpore definiendo: Non enim à Papiſtis & à nobis eadem ratione definitur. Illi enim cenſent, omnes eos qui Chriſtum profitentur, Eccleſiam eſſe, modò non ſint excommunicati. Qua in re vehementer hallucinantur: quoniam Eccleſia cùm ſit corpus Chriſti, viva eſt, nec habet mortua membra. Et à Ioanne dictum eſt: Exierunt à nobis, quia non erant ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, utique manſiſſent. Fatemur quidem in Eccleſia quæ revera tantùm conſtat electis Dei, qui fide ſunt juſtificati, & I verbum Dei pro viribus conantur ſanctitate morum exprimere, verſari permultos impios & ſceleratos:

Matt. 18. 20.

Ibid v. 17.

Quibus in locis antequam reformatæ à nobis Eccleſiæ eſſent, eccleſia Chriſti fuerit.

De Eccleſia.

Corpus trifariam dici.

Eccleſia quale corpus.

1. Ioa. 2. 19.

ac fieri nonnunquam ut in ea primas teneant. Dixit
Chriſtus, Regnum cœlorum, quod eſt Eccleſia, piſces
habere bonos & putres, virgines prudentes & fatuas,
Matt. 13. 47. Simile.
zizania & triticum: quamvis tamen revera non ſit Ec-
cleſia. Verſantur quidem & ſunt in ea, non ſecus (ut
dicit Auguſtinus) atque vitioſi & pravi humores in
corpore humano. Vt enim ij turbant & corrumpunt
ſanitatem, ita illi vexant & cruciant Eccleſiam. Pro-
inde, cùm ab adverſariis quæritur, An cœtus eorum,
à Papatu erecto, fuerit Eccleſia? reſpondeo, tum fuiſ-
ſe vehementer labefactatam, & indies magis ac magis
dirutam, ita ut nūc apud eos non ſint relicta niſi quę-
dam rudera, & fruſta parietum, unà cum aliquibus
trabibus vel tegulis, ita ut non ſit propriè domus Dei:
ſed tamen adhuc veſtigia quædam, licet exilia, reti-
neat. Quare nos Baptiſmum ibi datum agnoſcimus,
2. Theſ. 2. 4.
nec retingimus eos, qui ad noſtras Eccleſias inde pro-
fugiunt, & eoſdem ſacros libros veneramur & legi-
mus, quibus ipſi utuntur. Ex hac ratione intelligi-
mus, Antichriſtum ſedere in templo Dei, quod ni-
mirum tale olim fuit: & ſic à multis exiſtimatur & ap-
pellatur, quodque retinet adhuc (ut diximus) Eccle-
ſiæ quædam veſtigia.

Quæ ſit aſpectabilis Eccleſia? Præceptorum diſtinctio.
42 Quando nos urgent de aſpectabili Eccleſia,
reſpondemus, juſtificatos homines, qui verè in Chri-
ſtum credunt, corporeos eſſe atque aſpectabiles, quã-
vis ea diſcrimina quibus à ſe invicem diſtant, vera
membra Eccleſiæ ab impiis, nimirum fides & hypo-
criſis, nequeant oculis cerni: qui fit, ut partes eccle-
Matt. 18. 20.
ſiæ ab hypocritis ſenſu non diſcernantur. Quòd verò
ad præceptum attinet, Dic Eccleſiæ: dicimus illud ex
affirmantium eſſe ordine: quod genus (ut Schola-
ſtici aiunt) perpetuo quidem homines attringit, ſed
non ita ut omni loco, momento, & cauſa executio-
nem requirat, ſed tum ſolummodo, quando poteſt &
commodat, fieri debet. Eccleſiæ indicandi ſunt de-
pravati, ubi & quando habetur eccleſia, quæ poſſit
accedi: quemadmodum & de Baptiſmo judicamus.
Curandum ſi quidem eſt cuique fideli, ut ablutione
ſacra tingatur, ſi fieri poſſit: cùm verò miniſtri co-
piam non habet, excuſatur. Cùm in Oriente Con-
ſtantii ætate, omnes propemodum Eccleſię ab Arria-
nis gubernarentur, cui eccleſiæ dicendum erat? Si re-
ſponderis, Occidentali: reſpondebo, non omnes cõ-
potuiſſe concedere, neque tyrannum id fuiſſe per-
miſſurum. Addam præterea, pios homines quandiu
cogebantur in Papatu eſſe, nec alibi ſuos conventus
habere poterant, ſi exiſtimaſſent aliquid ſe profectu-
ros in corrigendis moribus, & gloria Dei vel aliorum
ſalute quoquomodo procuranda fuiſſe indicaturos
quod oportebat epiſcopis & paſtoribus, pro eo tem-
pore datis, ſi non potuiſſent inter ſuos id agere. At
cùm jã Deo viſum eſt Heroicos viros excitare, qua-
Lutherus & Zuinglius Heroes divinitus ſuſcitati, ad Eccleſias reſtaurandas.
les fuerunt Lutherus & Zuinglius, qui eccleſias in-
numeras plantarunt: relictis buſtis & cineribus, tenui-
buſque veſtigiis eccleſiæ, par fuit, ut pii eò ſe confer-
rent, ubi ex verbo Dei cùm agere tum vivere poſ-
ſent, ac ea ratione continuarent in ſeipſis per ſucceſ-
ſionem, fidem & vitam Apoſtolicam, ſeſe majoribus
copulando, qui rectè ac ſynceriter in primitiva eccle-
ſia vixerunt.

43 Nec illos volo ignorare, quò ulterius progreſ-
ſi ſunt, res eorum ſemper factas deteriores, quod non
tantùm ex priori ſimili diruti ædificii colligere poſ-
ſumus, verùm ex alio, de vino, quod ab initio, cùm
ſit meracum & generoſum, probatur ab omnibus:
cui ſi admiſceatur deinde aliquid aquæ, vinum qui-
dem adhuc manet, quamvis imperfectius, & quoad
magis diluitur, minus de integritate vini retinet. Poſ-
ſetque res eo deduci, ut denique vinum ab aqua vin-
ceretur: ita ut vini tantummodo agnoſceretur ut-
cunque color, & aliquod veſtigium, quamvis tenue,
priſtini ſaporis. Ita porrò actum eſt in eccleſia: Puri-
tati verbi Dei & adminiſtrationi ſacramentorum, cœ-
ptæ ſunt admiſceri traditiones humanæ, quæ ut quo-
tidie magis ac magis creverunt, ſic puritatem doctri-
næ, atque myſteriorum enervarunt. Et denique per-
fectum eſt ut eæ res, quæ maximè conſtituunt eccle-
ſiam quodammodo evanuerint. Sive igitur eccleſia
Romana deſierit eccleſia eſſe, ſive tam vitiata & cor-
rupta ſit, ut nihil propemodũ ſæpe ſit ei ſani, cum in-
de abjungimur, ſumus non reprehenſione digni, ſed
A potius laude, præſertim cùm ad Catholicam & Apo-
ſtolicam eccleſiam nos conferamus: quod utcunque
illi deeſt, à qua diſſociamur. Non enim amplius eſt
Catholica, quia univerſalem eccleſiam in Romanam
transformavit: Nec etiã Apoſtolica eſt, cùm ab Apo-
ſtolorum doctrina & inſtitutis longiſſimè diſtet. Ab
iis diſceſſimus, qui ædificari volũt in Petro & in ſuc-
ceſſoribus: & ad Eccleſiam venimus, quæ uni Chri-
ſto ſolidiſſimo fundamento innititur. Ab iis diſceſſi-
mus, qui paleam, fœnum & ſtipulam ædificant, idque
B ſuper alieno fundamento: & ſumus eò profecti, ubi ſu-
per Chriſto ipſo majori ex parte argentum & lapides
precioſi extruuntur.

Objectum de multitudine Papæ adhærentium diluitur.
44 Faceſſunt nobis negocium de multitudine,
jactántque ſecum facere Gallias, Hiſpanias, & Ita-
liam: ſed in hoc bifariam decipiuntur, & alios fallunt.
Primùm orbis Chriſtiani major pars ab illis deſcivit,
ſeu cum eis non facit. Deinde, multitudo, non eſt cer-
1. Reg. 18. 19. Matt. 13. 8. Luc. 12. 32.
ta Eccleſiæ nota. In regno numeroſiſſimo Iſraelita-
rum, Deus inquit Eliæ, tantùm ſeptem millia ſibi re-
C tinuiſſe, qui genu ante Baal non curvaverant. Et ſe-
minis in terram ſparſi, quarta duntaxat pars in terram
bonam cecidit. Et à Chriſto dictum eſt, Noli timere
Similitudo pulcherrima.
grex, quia puſillus es. Hoc intelligens Nazianzenus,
in ſermone de ſeipſo adverſus Arrianos, inquit: Vbi
modò ſunt, qui de multitudine defendebant eccle-
ſiam, & gregem puſillum aſpernabantur? Ideo hæc
dixit, quod Arriani antea faventibus Monarchis, ma-
jorem orbis Chriſtiani partem occupaverant, & Or-
thodoxos, ut pauciſſimos irridebant. Nec metienda
Luc. 14. 21.
D eſt Eccleſia nobilitate vel mundano ſplendore: Chri-
ſtus quippe nos admonuit fore ut cęci, claudi, & pau-
peres vocarentur è plateis, & intrare compellerentur,
cùm alii, qui erant invitati, renuiſſent venire. Paulus
1. Cor. 1. 26.
etiam ad Corinthios prima, teſtatus eſt, non multos
potentes, nobiles & ſapientes, eſſe vocatos. Quin &
Hieronymus in Prœmio lib. 3. ad Galatas. Eccleſiam
ſcribit è plebecula eſſe collectam.

Papiſtarum tituli.
45 Neque committendum eſt, ut ſpecioſis titu-
lis, quibus adverſarii abutuntur, nos patiamur falli.
E Se quippe dicunt Apoſtolicos, Catholicos, & vete-
rem eccleſiam. Excutienda hæc ſunt, & diligenter
conſiderandum, an res vocibus reſpondeant. Alio-
quin ipſe diabolus transformat ſe in Angelum lucis.
Quomodo Apoſtolici ſunt, cùm Apoſtolicam do-
ctrinam vitient? Catholici quoque dici non poſſunt,
cùm ſe à majori Eccleſiarum parte ſeparaverint.
Quomodo autem ab antiquis Eccleſiæ dogmatis, ri-
tibus, & moribus deſciverint, non eſt exponendum,
cùm res ipſa per ſe loquatur. Vellent haberi paſto-
F res, cùm tamen gregem Domini, quem ſuæ fidei
commiſſum prædicant, raro vel propemodum nun-
quam inviſant, nedum illum paſcant. Eccleſias, quas
per vim ſeu tyrannidem obtinent, nihil aliud eſſe pu-
tant, quàm fundos & villas, unde cenſus annuus ad
ſe redeat, quibus ipſi paſcantur, & grex Chriſti de-
glubatur. Papa ſe jactat paſtorem omnium ovium
totius orbis, ad quas neque ſi vellet poſſet accedere.
Nec id facere contendit, Romæ agit, & ſuis deliciis
perpetuo incubat. Experientia magiſtra & ſenſu cõ-
G muni docemur, fieri non poſſe, ab uno quopiam
Ioan. 21. 15.
homine, totum orbem paſci & gubernari. Chriſtus
Quemadmodũ Chriſtus à Iudæis oppreſſus eſt ſic à Papis nunc opprimitur Eccleſia Chriſti.
quidem Petro dixit: Paſce oves meas, at, non Om-
nes dixit: Imo ad eam functionem obeundam, il-
lum voluit cæteros Apoſtolos habere collegas. Illud
verò magis dolendum eſt, Papam cum ſuis mem-
bris oves Chriſti divexare, ac miſeris modis trucida-
re: tantùm abeſt, ut eas alat ac foveat. Quemadmo-
dum Hebræi olim fecerunt, qui dum ſe gloriarentur
Act. 12. 3.
eccleſiam eſſe, Meſſiam oppreſſerunt, & Apoſtolos
H graviſſimè perſequuti ſunt, ac Herodem habuerunt,
qui eis obſequebatur. Cùm enim Iacobum occidiſ-
ſet, & intelligeret id Iudæis pergratum fuiſſe, Pe-
trum comprehendit, & in carcerem conjecit, ut il-
lum perimeret. Ad eundem modum nunc Reges,
Imperatores & Principes, quò Pontifici morem ge-
rant, pios homines crudeliſſimè affligunt. Nec mi-
randum eſt, Romanenſes qui ſucceſſerunt veneran-
dis & ſanctis Patribus, hoc pacto Evangelio adverſa-
Rom. 9. 4.
ri: quandoquidem Hebræi (ut Paulus ad Romanos
I teſtatur) erant Iſraelitæ, & adoptio, & gloria, necnon
teſtamenta & legiſlatio videbantur ad eos attinere.

Habue-

Digitized by Google

Habuerunt cultum & promiſſiones, & ex illis Patres fuerunt, ex quibus Chriſtus quoad carnem eſt prognatus: nihilominus tamen Evangelium reſpuerunt, & facti ſunt à ſalute prorſus alieni.

Papiſticæ Eccleſiæ notæ.

46 Sed (ut propius accedamus ad oſtendendum quod promiſſum eſt, nempe nos ab Eccleſia non diſceſſiſſe)
1 cœtus ille à quo ſeparamur, ſuis notis eſt deſcribendus, ut omnes intelligant, illum nihil minus eſſe quàm Eccleſiam: quandoquidem intentus eſt ædibus piorum, fratrum odio laborat, Chriſti membra non colligit, ſed potius diſſipat. Humanas traditiones pluris facit, quàm verbum Dei, ſeipſum vult audiri, non ſcripturam, quam incredibili audaciæ ſuæ authoritati vult ſubjici. Iam ex traditionibus (quas, ut lubet, fingunt & refingunt, eum de illis nihil conſtet, niſi quantum ipſis libuit) fecerunt quodammodo Alcoranum, inſtar Mahumetis, illáſque gladio & vi, non divinis oraculis, tueri conantur. Et eo res venit, ut noſtra eccleſia, ſit Iudaica multò infelicior. Illi quippe, divinæ literæ ſat erant ad ſalutem: noſtræ vero, niſi addantur Pontificiæ traditiones, minimè ſufficiunt. Cæterùm dicant quicquid velint, nunquam efficient, quin credentes & viventes ad præſcriptum verbi Dei ſint felices.

Matt.23.4.

2 Cœtus, à quo nos abjunximus, imponit hominibus onera gravia & intolerabilia, quæ tamen eorum authores, vel digito nolunt attingere.
3 Deinde, regnum quod eſſe debuit ſpirituale ac cœleſte, in temporarium ac mundanum transformarunt.

Ioan.18.36.

Chriſtus aiebat, Regnum meũ non eſt de hoc mundo: Illi è diverſo inquiunt, ſua eſſe regna mundi hujus. Et uſurpare audent, atque in monetis cudere, Gens & regnum, quod non ſervierit mihi, extirpabitur. Nil aliud quærunt, quàm ut faſces Imperatorum, Regum, Principum & magiſtratuum ad pedes Papæ abjiciantur, & ad Romanæ ſedis arbitrium obtineantur & adminiſtrentur.
4 Ab ea ſocietate diſceſſimus, quæ ſacramenta fœdavit, vel alia inducendo, quæ à Chriſto minimè fuerunt inſtituta, vel ab eo collata & inventa lacerando, multis variiſque abuſibus inquinando.
5 Adhęc nobis idololatriam erga panem & vinũ, necnon erga ſimulacra & exuvias, quas vulgò reliquias vocant, ſanctorum obtrudit.
6 Dilatat phylacteria & amplificat fimbrias, dum cultus divini

Matt.23.26.

magnã vim colloeat in veſtibus, raſuris, unctionibus, & externis ornamentis.
7 Reliquimus eos qui ſepulchra Prophetarum ædificant, dicendo, Patres ac majores noſtri eos occiderunt, nos verò hac in parte illos non imitamur, ſed prophetas ab illis cæſos ornamus, veneramur, & colimus: cùm tamen ipſi paria faciant, imò graviora committant. Nam incredibile auditu eſt, quantum ſanguinis innocentis ab eis effundatur, cùm tamen veterum martyrum monimenta & oſſa mirificè ornent atque adorent.
8 Conantur inſtituta Chriſti deponere, necnon Apoſtolorum decreta reſcindere, cùm omnes qui Chriſtiani ſunt, eo debeant navim ſuæ vitæ appellere, ut ipſa quàm integerrima conſervetur.

47 Defecimus ab ea, quæ vult haberi fidelium mater, cum revera ſit eorum noverca. Non eſt contenta capite Chriſto, verùm ſibi aliud in terris præficit: quod etiam audet neceſſarium ad ſalutem affirmare. At de iis hominibus libenter audirem, quodnam habeat caput miniſteriale (ut vocant) Papa in terris? Nam & ipſe vult membris Chriſti annumerari. Certum verò id eſt, neminem ſuiipſius eſſe caput:
9 nec præter unum Papam volunt alium dare. Quod ergo caput habebit? Dicent, Chriſtum. Nos autem tegeremus eis, Papæ ſi Chriſtus eſt ſatis pro capite, qui fit ut ſufficere aliis etiam non poſſit? Ab illis diſceſſimus, qui aliam vim & facultatem condonandi peccata ſibi vendicant, quàm ab Evangelii prædicatione: atque ita neſcio quas adulterinas claves, quibus ligent & ſolvãt, ſibi fabricarunt. Dicunt de Chriſto, Ecce hic, ecce illic, ecce in penetralibus, dum proponunt nobis cruſtulum adorandum in Miſſa, in pyxide, necnon in pompa qua illud circumferunt.

Matt.24.23.

10 11 Separavimus nos ab illis, qui merita hominum prædicant, & opera jactant, quæ Supererogationis appellarunt. Cumque illi à Chriſto defecerint, mirari deſinant, quod ab eis abierimus.
12 Illorum ſocietas jam columna eſt mendacii, non firmamentum veritatis: Regitur & gubernatur maxima ex parte, à lupis contectis ovina pelle. Nec eſt apud eos domus Dei, ſed receptaculum ſimulachrorum. Proprium eſt Eccleſiæ, ut dicit Ambroſ. in Luc. lib. 2. cap. 3. ut ſit mater viventiũ: at illi ſunt Concilium ſeu conventus mortuorum. Diſceſſimus ab ea Eccleſia, quæ ſita eſt in 13
parietibus fucis & larvis: cum vera ſedes ejus debeat eſſe in corde, ut Lactantius de Vera Sapientia lib. 4. 14
cap. 13. ſcripſit. Ibi adoratur homo corruptus & vitioſus: Chriſtus autem ſalutis author, negligitur. Adulteram Eccleſiam reliquimus, quę præter Chriſtum legitimum ſponſum, Papam ut maritum ſuum agnoſcit. Diſceſſimus item ab inveterato ſchiſmate, quo illa multitudo Romanenſis ſe ab aliis diſſociavit, avertendo ſuas aures à verbo Dei, converſa prorſus ad fabulas. Et quia dilectionem veritatis deſeruit, tradita eſt in erroris efficaciam. Elapſi ſumus ab errantibus, tendentes ad iter veritatis, & viam regiam. Noluimus eum eis eſſe, qui ſecuti ſpiritus erroris, cauteriatam habent conſcientiam, & cibos atque nuptias prohibent.

Eccleſiæ eorũ, qui ſeceſſerũt à Papa, notæ.

48 Iam liquet ex iis notis, qualiſnam ſit ille cœtus à quo defecimus, & ſatis intelligitur, illum, Eccleſiam non eſſe, niſi fortè malignantium dixeris. Poſſent & aliæ annecti: ſed plures enumerare deſino, quod quiſque mediocriter verſatus in divinis literis, aliàs videre poſſit. Nec eſt neceſſe, ut nunc Eccleſiam deſcribam, ad quam nos contulimus, cùm habeat contrarias proprietates jam allatis. Hoc unum dicam, eam eſſe, quæ in libro Apocalypſeos pingitur inſtar mulieris, quæ peperit maſculum, & fugit in deſertum, ne à dracone, qui eam perſequitur, conficiatur.

Apoc. 12.

Noſtri homines in deſerto quodammodo eſſe coguntur, cùm in eos pontificii crudeliſſimè ſæviant: qui tamen interea vehementer conqueruntur, quòd eis eccleſiæ formã non relinquamus. Cæterùm id minimè nobis, verùm ſibi debebant adſcribere. Nã piis hominibus eam facultatem præciderunt: quandoquidem vera eccleſia eſt audienda & obſervanda, oportetque fideles ei parere. Verùm ipſi ea requirunt, quibus nullo pacto licet obtemperare.

Objicitur ab Eccleſia Corinthiaca licet corrupta, non ſeceſſiſſe Paulum.

49 Cæterùm dicunt, eccleſia Corinthiaca fuit admodum vitioſa & corrupta, quam tamen Paulus, ut eccleſiam agnoſcit ac ſalutat. Erant Corinthii admodum inter ſeſe ſciſſi. Hic volebat eſſe Pauli, alius Cephæ, alius Apollo, & ita æquè tribuebant ſuis miniſtris atque Chriſto. Suas contentiones ac lites ad tribunalia Ethnicorum deferebant, patiebantur inceſtum hominem inter ſe verſari, qui uxorem patris ſui habebat. Non arbitrabantur ſcortationem eſſe peccatum, Idolothyta cum Ethnicis paſsim comedebant, Cœnam Domini perturbatè celebrabant, dono linguarum abutebantur, neque de reſurrectione verè ac piè ſentiebant.

1.Cor.1.1. 1.Cor.1.12. 1.Cor.6.1. 1 Cor.5.1. 1 Cor.6.15. 1 Cor.8. & 10. 1.Cor.11.21. 1.Cor.14.1. 1.Cor.15.33.

Hæc proculdubio gravia crimina ſunt, neque tamẽ effecerunt, quin inter Corinthios eſſet Eccleſia. At hujuſmodi ſcrupulo non aliter occurritur, atque ſupra de Iudæorum Eccleſia dixeramus, quod licet vitioſa & corrupta eſſet, non tamen ullos cogebat ad prava dogmata, & ritus, ceremoniaſque ad præſcriptum Moſaicæ legis exercebat, unde cùm in multis eſſent viri boni, ut Eccleſia Dei agnoſcebatur. Sic etiam in Eccleſia Corinthiaca verbum Dei publicè ſonabat, & Sacramenta integrè adminiſtrabantur. Idcirco quamvis multi eſſent infecti peccatis & corruptelis gravibus: non tamen omnes à fide atque ſanctitate deviarant, propterea non deſiit Corinthi haberi Eccleſia. Vbi duo, quæ commemoravimus retinentur ſalva, verbum inquam Dei & ſacramenta, nunquam aliquo fructu carent, ſed (ut aliàs dictum eſt) Eccleſiæ veræ ſunt certæ notæ atque arrhabones.

Objiciũt fractam unitatẽ eccleſiaſticam.

50 Vociferantur etiam contra nos, quòd unitatem fregerimus eccleſiaſticam. Sed quã obſecro nobis unionem narrant? Non ſanè aliam, niſi Papæ, ſedis Romanæ, cui miſerrimam ſervitutem ſerviunt, unitatem idololatriæ ac Miſſæ, unitatem characteris beſtiæ, quem illi omnes accipiunt, necnon externarum ceremoniarum, quibus omnes inter ſe propemodum communicant. Verùm hæc non eſt unio eccleſiæ, quam literæ divinæ non agnoſcunt ac teſtantur. Scribit Paulus ad Eph. Solciti ſervate unitatẽ ſpiritus per vinculum pacis. Item, Vnum corpus, unus ſpiritus, quemadmodum vocati eſtis una ſpe vocationis

Eph.4.3.

Digitized by Google

Epheſ.5.30.

veſtræ. Adhæc, Vnus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus pater omnium, qui eſt ſuper omnia, per omnia, & in omnibus. Dicit etiam, nos eſſe unum corpus ex carne & ex oſſibus Chriſti, quòd ſimus ei conjunctiſſimi, & dona quę habemus, divinitus per carnem Chriſti datam noſtra cauſâ in crucem, in nos derivantur, atque ita per carnem Chriſti Deo conjungimur & unimur. Et Ioan.17. rogat Chriſtus Patrem, pro Apoſtolis atque omnibus credentibus & credituris: Fac ut ſint unum, quemadmodum ego in te, ac tu in me. Vult itaque ut ſint unum, communicatione in quam ejuſdem ſpiritus. Proinde unitas Eccleſiæ conſtat ex locis adductis, Spiritu, Verbo Dei, Sacramentis, & nexu quàm arctiſſimo cum Chriſto, qui eſt omnium Eccleſiæ membrorum caput. Nos unitatem hujuſmodi nequaquam fregimus, ſed incolumem ac ſartam tectam omnibus modis optamus. Alia permulta liceret afferre ad iſtam controverſiam diſceptandam, ſed quæ jam dicta ſunt, piis mentibus arbitror ſatis eſſe, quò ſeſe confirment & conſolentur, adverſus Pontificiorum calumnias.

Ioan.17.20.

Quid eos deceat qui ſeceſſerunt à Papiſtis?

54 Ad extremum id reſtat, ut poſtquam ab eo cœtu, qui perſequitur pietatem veram, deſcivimus, id ſeriò nos feciſſe declaremus, ne ab illis putemur corpore duntaxat abeſſe: ideo toto pectore omnique ſtudio, ſolidam veramque pietatem amplectamur & fructus edamus noſtræ fidei uberes atque conſpicuos. Evitemus in hac noſtra vocatione ſcandala, quibus curſus Evangelii retardetur, & à profeſſione Chriſti avocentur, qui ſunt adhuc in ea teneriores. Id potius contendamus, ut fratres ædificemus, & ad religionem puriorem pro viribus impellamus. Nec excidat nobis, ſatis non eſſe, quod manum ad ſtivam poſuerimus: perſeverandum eſt uſque in finem. Cumque inſiſtamus rectam viam, cavere oportet ſumma diligentia diaboli furores atque inſidias. Non patiamur nos à perverſis opinionibus & ſectis erroneis, ab ea veritate quam fide percipimus, abduci. Hoc ſi præſtiterimus, & piis & impiis nosipſos purgabimus: ſin verò nos aliter geramus, erimus utriſque admodum exoſi; non quidem cauſæ, ſed noſtro ipſorum vitio.

Luc.9.62.

CAPVT VII.

De Sacramentis, ac nominatim de Circumciſione.

Eſa.24.16. In Rom. 4. verſ.11. Vide Epiſt.21. ad Polonos Fratres. Dan.2.30.

VOx quæ ſacramentum ſignificat, Hebraicè eſt, *Sod* & *Razi*. Harum vocum prior communis eſt ad omnia ſecreta & arcana, & magis eſt uſitata. Altera verò uſus eſt Eſaias, cùm diceret, *Razi-li, Razi-li*: Secretum mihi, ſecretum mihi, cap.24. Daniel quoque in 2.cap. cùm agit de myſterio cognoſcendo, utitur eadem voce. Talis eſt ſacramentorum natura & conditio, ut contineant res arcanas, aliquibus tamen notas, verùm non omnibus. Atque ab hac etymologia non longè abeſt Græca vox Μυστήριον, deducta ἀπὸ τοῦ δεῖν μύσαντας τηρεῖν ἔνδον, hoc eſt, quod oporteat intus occludentes obſervare. Inde erant myſteria Eleuſinæ Cereris in Attica regione, quæ nullis parebant, niſi initiatis. Et μυσταὶ dicuntur, qui hæc apud ſe habent obſignata & clauſa. Chryſ. dum interpretatur 11.cap. Epiſt. ad Rom. ubi Paulus dicit, ſe myſterium ſcribere de Iſraelitis partim excæcatis, & partim reſtituendis, ait: Myſterium, ſignificare rem incognitam & ineffabilem, & quæ multum in ſe habeat admirationis, quæque ſit præter opinionem. Idemque dum interpretatur caput ſecundum prioris ad Corinthios ubi legitur, Sapientiam loquimur in myſterio, ita ſcribit, Divinum & integrum non eſſet myſterium, ſi quicquam ex re adderes. Ex quibus verbis apparet, quàm ſint accuſandi, qui pro ſua libidine & arbitratu Sacramenta ſtatuant, & ab illis quæ Chriſtus ipſe ſtatuit, quicquid volunt detrahunt. Eos manifeſtè Chryſoſtomi verba coarguunt. Neque ſe putent relevari, ſi dicant, eum loqui de eo myſterio, quod invenitur in Sacris literis, cui neque addendum ait quicquam eſſe, nec detrahendum. Quandoquidem ſacramenta de quibus agimus, nihilo minoris ſunt momenti, quàm ſcriptura ſancta. Nam & hæc quemadmodũ appoſitè Auguſtinus dicit, ſunt verba Dei viſi-

Rom.11.25.

Myſteria Eleuſinæ Cereris.

1.Cor.2.7.

Divinis myſteriis nihil addendum.

Sacramenta æquanda divinis literis.

A bilia. Porrò Chryſoſtomus locum adductum exponens ait: Nos in ſacramentis aliud videre, aliud credere, aliud ſenſu intueri, aliud mente intelligere. Vnde ſequitur, non eodem modo affici omnes circa myſteria. Nam infidelis audiens Ieſum Chriſtum crucifixum, & ſtultum exiſtimat, & infirmum eſſe. Fidelis autem, in eo myſterio, agnoſcit ſummam Dei virtutẽ & ſapientiã. Si audiat Ethnicus Chriſtum excitatum à mortuis, putabit eſſe fabulam: Chriſtianus verò, non modò id factum credit, verumetiam ſeipſum, ut

Variè afficiũtur fideles & infideles erga Sacramenta.

B Chriſti membrum, à mortuis aliquando excitandum eſſe, non dubitabit. Accedit poſtea Chryſoſtomus ad ſacramenta viſibilia, & inquit: Si videat infidelis Baptiſmum, judicabit ibi aquam tantum eſſe: Fidelis autem, intuetur ablutionem animi per ſanguinem Chriſti. Et in Euchariſtia, ſenſibus agnoſcitur tantũmodo panis & vinum: Credentes verò, ad corpus Chriſti animum referunt. Huc accommodat ſimile de libro. Nam ſi quis imperitus literarum & rudis, incidat in librum, apices tantum & figuras, & colores

Simile.

C ſpectare & mirari poteſt: ſenſum autem & intelligentiam deprehendere non poteſt. At qui literas didicit, is inde vel hiſtorias, vel res alias dignas & jucundas hauriet. Nunc poſt interpretationem nominis Græcam & Hebraicam, supereſt ut dicamus de Latina. Apud veteres, Sacramentum, obligationem ſignificat, quæ per iuſiurandum intercedebat. Vnde dicere ſolemus, Sacramento cum aliquo contendere, & ſacramẽtum militare. Et fortaſſe hæc noſtra ea de cauſa dicuntur Sacramenta, quod ibi Deus obſtringat ſe

Quid Latinè ſignificarint voce ſacramenti.

D pactis & promiſſionibus quodammodo obſignatis, nos illi viciſſim noſipſos dedamus. Non agimus itaque de myſterio aut ſacramento generaliter, quo ſignificatur, ut Chryſoſtomus ait, aliquid cognitum & ineffabile, quod multum habeat admirationis, & ſit præter opinionem. Ad hunc enim modum, ingens orit numerus Sacramentorum. Nam ſic nativitatem Chriſti, ejus reſurrectionem, Evangelium, excæcationem Iudæorum, vocationem Gentium, & alia multa dicemus eſſe ſacramenta. Sed ita loquimur de Sacra-

Non agitur nunc in univerſum de Sacramentis, ſed contractè.

E mentis, ut Paulus de Circunciſione loquitur.

2 Nunc, quoniam de voce dictum eſt ſatis, addemus definitionem, Sacramenti. Hæc autem eſt receptiſſima: Sacramentum eſt forma viſibilis, aut ſignum viſibile inviſibilis gratiæ. Signum verò id eſſe dicitur, quod præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus, aliud quippiam in cognitionem noſtram inducit. Id autem diſtinguitur, ut Auguſtinus tradit, & Magiſter Sententiarum refert, in naturale & datum. Fumus, ſignũ naturale eſt ignis, & nubes pluviarum. Signum verò

Definitio Sacramenti.

Quid ſit ſignum.

Diſtinctio ſigni.

F datũ & à voluntate profectum, eſt multiplex: ut literę, ſermones, geſtus, nutus, & plura hoc genus. Poſſentque iſta ſigna pertinere ad varios diverſoſque ſenſus. Res verò quæ ſignificantur, ſunt aut præteritæ, aut præſentes, aut futuræ. Præterita ſignificabant tabulæ Legis, Man, & virga Aaron ſervata. Voluit enim Deus hæc extare, ut monimenta quædam præteritarum rerum. Alia deſignant futura, ut arcus in nubibus temporibus Noe datus, vellus Gedeonis, & umbra Solis, quæ Regis Ezechiæ tempore retroceſſit.

Res ſignificatæ per tria tẽpora diſtinguentur. Hebr.9.4. Gen.9.12. Iud.6.16. Eſa.38.8. Exod.28.

G Nonnunquam ſignificantur præſentia, ut in veſtibus ſacerdotalibus, in cultu Leuitico, in magiſtratuum inſignibus, in miraculis Chriſti. Hæc enim omnia, vim Dei præſentem ſignificabant. Noſtra ſacramenta ſigna ſunt viſibilia, non quidem ex natura ſua, ſed Dei voluntate nobis conceſſa, & ad plures ſenſus pertinent. Nam verba quæ in Sacramentis proponuntur, auribus percipiuntur: notæ verò & externa ſymbola, aut viſu, aut tactu, odoratu, aut guſtu ſentiuntur. Res verò demonſtrant & pręſentes,

H & præteritas, & futuras. Mors enim Chriſti in eis repræſentatur, quæ jam præceſſit: & promiſſio ac donum Dei, quod animo & fide tanquam præſens amplectimur, & vitæ puritas, & mortificatio, & charitatis officia, quæ à nobis poſtea neceſſariò præſtanda ſunt. Ex his liquet, cujuſmodi ſigna ponamus eſſe ſacramenta. Sed ſatius videri poſſit, accipere definitionem ex Paulo, ut dicamus, Sacramenta eſſe σφραγῖδας, id eſt, obſignationes juſtitiæ fidei: Conſignant enim promiſſiones Dei, quibus adhibita fide

Definitio Sacramenti ex loco Pauli.

Quæ potiſſima ſit promiſſio, quæ conſignatur ſacramento.

I juſtificamur. Quod ſi quæſiveris, quidnam ſit, quod nobis Deus polliceatur: ut uno verbo reſpondeam,

hoc

Digitized by Google

Rom.4.11.

hoc eſt, ut nobis ſit Deus. Quod ubi contigerit, ſervat nos, beat nos, & reddit felices. Hæc promiſſio eſt, quæ diverſis ſymbolis externis conſignatur in Sacramentis: Quod habemus in lib. Gen. cap.17. ubi Circunciſio datur, qua pactum inter Deum & Abrahamum confirmatur. Ejus promiſſionis ſumma fuit, ut diximus, Deum fore Deum illius, & ſeminis illius. Quod idem Hieremias etiam teſtatus eſt de novo fœdere Evangelii: ubi ait, non tantùm ſcribendas eſſe leges in viſceribus & in cordibus credentium: ſed etiam Deum futurum eſſe illis in Deum, & illos viciſſim ei fore in populum.

Gen.17.10.
Ibid. v.7.
Ierem.31.33.

Sacramenta conſtant duabus rebus.

3 Illud etiam admittimus, quod vulgò dicitur, Sacramenta ex duabus rebus conſtare: ſignis externis (quæ Scholaſtici habent pro materia) & re ſignificata quæ per verba maximè exprimitur ſymbolis adjuncta, unde poſſumus elicere formam. Quod non ſic eſt accipiendum, quaſi ea quæ ſignificantur, ſymbolis externis alligata ſint, aut ſub illis delitеſcant: alioquin quotquot elementa externa ſumerent, res unà ſignificatas perciperent. Et neceſſarium eſt, ut inter ſignum & rem ſignificatam, aliqua conſervetur analogia, hoc eſt, proportio & convenientia. Nam ſi ſigna nihil haberent ſimile cum illis quæ oſtenduntur, non viderentur juſta ratione eſſe illorum ſigna: Et tamen cum iſta conformitate, retinenda eſt diverſitas, inter id quod ſignificatur, & ea quæ ſignificant. Quod Auguſt. apertiſſimè docet adverſus Maximinum Arrianum lib.3. ubi ait, Sacramenta aliud eſſe, & aliud ſignificare. Unde ſæpenumero fit, ut ea quæ de ſignis enunciantur, eorum naturæ minimè conveniant, ſed tantum referenda ſint ad ſignificata. Citat autem locum ex Epiſtola Ioannis, ubi hoc demonſtratur. Ait enim, tria eſſe quæ teſtimonium perhibeant, ſanguinem, aquam, & ſpiritum, & hæc inquit, tria unum ſunt. Hoc nullo modo poteſt eſſe verum, ſi ſpectemus naturā ſanguinis, aquæ & ſpiritus. Non enim iſta unum ſunt, ut loquuntur, eſſentia ſeu ſpecie. Id autem convenit Patri, Filio, & Spiritui ſancto, quę ſignificantur. Quodque hîc Auguſtinus demonſtrat, id facile in ſacramentis, de quibus nunc agimus, videre licet: in quibus proprietates inter ſymbola & rem Sacramenti commutantur. Iam cùm ſatis dictum ſit de nomine ac definitione, deque materia & forma Sacramentorum, ſupereſt, ut de finali & efficiente cauſa dicamus. Finis, propter quem inſtituta ſunt Sacramenta, eſt, ut animus noſter excitetur, admonitus per ſenſus: & fide apprehendat promiſſiones Dei, atque ita deſiderio inflammetur ad eas perſequendas. Videmus enim ſigna non aliò ſpectare, quàm ut ea quæ in animis ipſi habemus, transferamus atque imprimamus in animo alterius, quo de noſtro ſenſu & voluntate reddatur certior. Idque fieri non ſolet, niſi in rebus gravioribus: nam ſi leviculæ fuerint, eos non ſolemus confirmare ſignis. Adhibentur autem ferè in rebus magnis: ut cum inaugurantur principes, cùm ineuntur matrimonia, cùm emptiones donationeſque, aut alia pacta ſimilia magni momenti contrahuntur. Volumus enim ea eſſe teſtatiſſima, ut non modò ratione cognoſcantur, verùm etiam ſenſu.

Conſideranda eſt analogia ſigni, ad rem ſignificatam.
Servanda etiā eſt diverſitas inter ſignum & rem ſignificatam.
1.Ioan.5.7.
Sæpe de ſymbolis dicuntur quæ illis convenire nō poſſunt.
Sacramentorum finis.
Rebus magni momenti adduntur ſigna.

Cauſa efficiēs Sacramenti eſt Deus.

4 Efficiens verò cauſa Sacramentorum, nulla conſtitui poteſt, niſi aut Deus, aut Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui etiam verè eſt Deus: oportetque ut ex Sacris literis de illis habeamus evidens teſtimonium. Quod oſtenditur clariſſimè ex definitione jam explicata. Sic enim definivimus, Sacramenta eſſe ſigna non quidem naturalia, ſed data, idque ex voluntate Dei. Non poteſt autem hæc ejus voluntas nobis eſſe conſpicua, niſi ex Sacris literis. Atque ideò non eſt obſcurum, quis illorum in novo Teſtamento ſit numerus. Baptiſmum & Euchariſtiam videmus Chriſtum inſtituiſſe: alia verò, quæ à Theologis ſcholaſticis recenſentur, ex verbo Dei Sacramenta eſſe probari non poteſt. Non hæc dicimus, quaſi negemus matrimonium eſſe colendum, aut ordinationes miniſtrorum retinendas, aut agendam pœnitentiam: quamvis auricularem confeſſionem, & alios ejus abuſus repudiemus, & ſacramenta eſſe inficiemur, alioquin iſta ipſi quoque prædicamus: verùm non ut Sacramenta. Nec diſplicet, ut ea confirmatio habeatur, qua pueri adultiores cogantur fidem ſuam A in Eccleſia conſiteri, & externa profeſſione comprobare, quod in Baptiſmo illis non ſentientibus factum eſt, ita tamen ne ex ejuſmodi actione fabricemur Sacramentum. De extrema vero unctione, manifeſtum eſt, eam nihil ad nos pertinere, præſertim quum non amplius vim ullam habuerit, quàm dum dona ſanationum extarent in Eccleſia. Quæ cùm jam olim ſublata ſint, ridiculum fuerit ſignum eorum inane retinere. Neque verò Chriſtus præcepit, ut id in Eccleſia perpetuo fieret. Illa vero altera quæ modo B commemoravimus, etſi utiliter retineri poſſunt, ideo tamen Sacramenta propriè non ſunt, vel quòd ſymbola externa non habeant: vel quod illis verba aperta promiſſionum, quæ viſibili ſigno conſignentur, deſint: vel quod præceptum Dei nullum extet, quo ad hæc facienda obſtringamur. Baſilius in libro de Spiritu Sancto, ubi commemorat Eccleſiæ traditiones, recenſet ſignum crucis, quo noſipſos munire oporteat: & adorationes in die Dominico, & à reſurrectione uſque ad Pentecoſten, faciendas eſſe ab C erectis & ſtantibus. Inter alia, numerat etiam ſacram unctionem. Ex his videmus, hunc Patrem, non ſtatuere ex Sacris literis haberi illam unctionem, quod adverſarii noſtri temere faciunt. Deinde ex ejus verbis colligimus, quanti ea momenti ſit, quum numeretur in earum rerum cenſu, quæ res jam olim fieri deſierunt.

Quot ſint ſacramenta novi Teſtamenti.
Claſſ.3.c.8. Sect.9.
Excluduntur adventitia ſacramenta.
Quare præter Baptiſmum & Euchariſtiam reliqua nō ſint propriè Sacramenta.
Baſilius unctionem inter traditiones collocat, neq; dicit à Scripturis haberi.

Effecta Sacramentorum.
Per Sacramēta non ſubdimur creaturis.

5 Nunc Sacramentorum effecta videamus. Magiſter Sentent. in 4. diſtinctione 1. tria poſuit effecta Sacramentorum. Vult enim homines, quemadmo- D dum voluptatis gratiâ ſubjecerunt ſeipſos ſenſibilibus rebus, & ſe inferioribus: ita nunc idem faciant ex pietate, ut modeſtia quadam, vel (ut illi loquuntur) humilitate, ſe patiantur ſubdi his viſibilibus Sacramentorum ſignis. Verùm id non videtur rectè ſtatui: non enim per Sacramenta ſubdimur creaturis. Neque ea à nobis adorari debent. Tantùm ibi animus erigitur ad Deum, ut homo reſtituatur priſtinæ dignitati. Is enim omnibus præeſt rebus quæ videntur, non autem illis ſubditur. Alterum effectum ſta- E tuit eruditionis, ut per ſymbola externa, de rebus divinis erudiamur. Quod citra controverſiam nos quoque affirmamus. Poſtremò, ait ea idcirco fuiſſe inſtituta, ne ſimus otioſi: ſed utiliter exerceamur in veris cæremoniis, abjectis ſuperſtitionibus. Atqui hoc niſi declaretur, non eſt apertum. Nam ſatis eſt occupationis in credendo, orando, tractando verbo Dei, & benefaciendo proximis. Externæ autem cæremoniæ, quamvis à Deo inſtitutæ, ſine fide nihil proſunt. Quare illarum exercitium per ſe, Deo non placet. F Attamen ſi fides adſit, ſuperſtitiones locum habere non poſſunt, quandoquidem illa perpetuò ad verbū Dei reſpicit. Unde hoc pacto exercitia fidei & pietatis dici poſſunt, ac Deo eſſe grata. Cæterum nos melius ponemus Sacramentorum hæc effecta. Primùm, ut nos erudiant, quod jam dictum eſt: alterum, ut accendant in nobis fidem & deſiderium promiſſionum Dei: tertium, ut arctiore charitate inter nos vinciamur, cùm ſimus iiſdem myſteriis initiati. Huc etiam accedunt alia duo. Nam Sacramentis, & diſcernimur G ab aliis ſectis, & de vitæ ſanctitate admonemur. De gratia verò, an ea conferatur per Sacramenta, pòſt videbimus. His ita conſtitutis, duo contraria ſe offerunt, quæ cum natura Sacramentorum pugnant. Primum eſt, ſi illis nimium tribuatur: Sic enim idololatria facilè inducitur, cum quod Dei ſolius eſt, aſcribitur creaturæ. Quòd ſi quando Sacramenta dicuntur aut ſervare, aut peccata remittere, aut hujuſmodi quippiam, id de re ſignificata intelligi debet, non de ſymbolis. Hæc enim tantùm à Dei promiſſione & li- H beralitate proveniunt, quæ nobis ſignis viſibilibus obſignantur. Et ſæpe fit, ut & Scripturæ & Patres, id quod tantùm ad promiſſiones pertinet, pronunciare videantur de ſymbolis. Iā verò, qui ad hunc modum plus æquo tribuunt Sacramentis, dici poſſunt Sacramentarii: quòd illis nimium ſint affixi. Alterum eſt, quod diximus naturæ Sacramentorum adverſari, ſi illa nuda ſigna eſſe ſtatuuntur & vacua. Sic enim nihil different à Tragicis Comiciſq; ſignificationibus, & coloribus, & veſtibus. Nam non tantum ſigna ſunt I noſtrarum actionum, ſed etiā promiſſionis & voluntatis Dei, eiuſque obſignationes. Et Spiritus ſanctus

In Sacramētis, erudimur de rebus divinis.
Per Sacramēta in nobis à Spiritu ſancto accenditur fides.
Quæ pugnent cum Sacramentis.
Sacramentis quandoq; tribuūtur, quę ad rem pertinent.
Qui ſint Sacramentarij.
Non ſunt nuda ſigna.

A non minus iſtis utitur ad animos noſtros excitandos, quàm divinis verbis Sacrarum literarum. Atque hinc hoc etiam videre poſſumus, illos quoque adverſari Sacramentis, qui ea volunt eſſe ſacrificia. Natura enim ſacrificii eſt: ut à nobis offeratur Deo: Sacramenti autem natura eſt, ut nobis offeratur à Deo. Fateor equidem in actione cœnæ Dominicæ concludi gratiarum actiones, eleemoſynas, preces, & alia id genus, quæ rationem ſacrificii habere poſſunt: Ipſum autem Euchariſtiæ ſacramentum, negamus propriè vocari B poſſe ſacrificium. Multò vero minus ferendum eſt, quod Sacrifici jactant, ſe corpus Chriſti offerre Deo: Dominus noſter ſeipſum obtulit, nec opus habet aliis offerentibus.

Sacramentum per ſe non ſacrificium.

Sacrifici non offerunt Chriſtum Deo Patri.

6 His omnibus bene animadverſis, non eſt opus multis explicare inſtrumentum, quo res ſacramenti percipitur. Nam id Paulus apertiſſimè docuit, cum diceret, Circuncisionē eſſe ſignaculum juſtitiæ fidei. Fides enim eſt, qua juſtitia, quę ſignificatur in Sacramento, à nobis percipitur. Neque enim eò pertingit C vel ſenſus noſter, vel ratio. Et Auguſtinus exponens illa verba Iohannis, Iam vos mundi eſtis propter ſermonem meum, ait, quod Sacramenta nòs mundāt, id ea habere ex verbo Dei. Nam ſi detrahas, inquit, verbum ab elemento, nihil ſupererit niſi aqua. Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. Nā quid eſt, inquit, quod aqua corpus attingit, & cor abluit? Reſpondet, id fieri vi & potentia verbi non quia dicitur, ſed quia creditur. Ex his apparet, fidem eſſe, qua ablutionem & ſatisfactionem apprehendimus. Quod D etiam ſcribitur in Actis Apoſtolicis, Fide purificans corda illorum. Et Paulus ad Ephesios ait, Chriſtū dilexiſſe Eccleſiā, eamque mundaſſe lavacro aquæ. Sed additur, In verbo, hoc eſt per verbum: quod, ut Auguſtinus ait, intelligendum eſt fieri, quia creditur: nō autem, quia dicitur. Non enim ex prolatione verborum vel naturæ mutantur, vel Dei beneficia cōferuntur. Nam ſic videri poſſet incantatio. Fides inquam, inſtrumentum eſt, quo Dei verba recipimus, & in animos demittimus. Iam verò modus adminiſtrandorum E Sacramentorum, non alius introduci debet, ab eo, quē Chriſtus ipſe author Sacramentorum, nobis commendavit. Nam ſi cæremonias veteris Legis Iudæi non aliter tractare auſi ſint, quàm illis erāt à Deo præſcriptæ, multò magis nos oportet ea, quæ nobis Chriſtus præſcripſit, eo modo quo præſcripta ſunt, obſervare. Adhęc, cùm iſta ſigna à voluntate Dei profecta ſint, ſua autem natura non ſignificent: quid æquius eſt, quàm ad ejus voluntatē, qui ea dedit, omnia referre? Voluntas autem ejus, non aliunde quàm F ex Sacris literis cognoſci poteſt. Et certè, nemo audet obſignationes regiarum promiſſionū immutare: multò magis, id cavendum erat in ſacramentis Dei. Miniſter verò, à quo hæc tractanda & diſtribuenda, etſi cōvenit ut ſit pius & vitæ probatæ (talis enim eſt diligendus: quumque aliter ſe gerit, ac deprehenditur, ferri amplius non debet) tamen quamvis ſit malus, quoad functionem eam retinet, Sacramenta vitiare non poteſt, modò ea faciat, quæ Chriſtus fieri juſſit. Habet Auguſtinus pulcherrimum ſimile, de lapideo G canali, per quem aqua defertur in hortum: Etſi enim illo aquæ fluxu, canalis nihilo ſit fæcundior, hortus tamen per eū irrigatur & fructificat. Dignitas Sacramentorum, non pendet à miniſtro, ſed ab inſtitutione Dei. Quod Donatiſtæ non intelligentes, multum tumultuati ſunt adverſus Eccleſiam. Verum eſt quod ſolent dicere, in animantibus per membrum aridum, ſpiritum vitæ, non poſſe ad aliud membrum trāſmitti: extincto enim & arefacto brachio, vita & ſpiritus non poteſt ad manum pervenire. Verùm in Eccleſia, H non eſt inter homines tanta conjunctio. Nec aliter ſe habet vis Sacramentorum erga nos, quàm lux Solis: quæ tametſi per loca fæculenta & ſordida ſpargatur, non tamen ea cauſa contaminatur aut inficitur.

Inſtrumentum quo res Sacramēti percipitur, eſt fides.

Rom.4.11.

Ioan.15.3.

Verbi vi abluimur, non quia dicitur, ſed quia dicitur.

Beneficia Dei non cōferuntur ex prolatione verborum.

Act.15.9.

Ephes.5.26.

Ut Chriſtus inſtituit, Sacramenta ſunt adminiſtranda.

Miniſtri malitia, nō vitiat Sacramenta.

Vide in 1.Cor.4.verſ.7.

Sacramentorū alia præceſſerunt, alia ſequuntur adventum Chriſti.

Simile.

Sacramenta vetera & nova, congruè diſtinguuntur ſymbolis.

Duo errores in Sacramentis vitandi.

Quomodo ſymbola veterū ſint remota, & maneant.

Simile.

7 Tempora autem Sacramentorum, diſtribuemus in duas partes: Alia enim erant ante: alia poſt adventum Chriſti. Atque hæc ab illis diſtinguuntur, quod attinet ad notas externas & ſymbola. Neque id temere aut ſine magna ratione factum eſt. Nos enim ipſi, ut ait Auguſtinus; aliter ſignificamus facienda, aliter pronuntiamus facta: quod duæ iſtæ voces jam I prolatæ ſatis indicant. Sed hîc nobis cavendi ſunt errores, quod idē Pater adverſus Fauſtum pulchrè monet. Primùm, ne ſignis mutatis, res ipſas putemus eſſe diverſas: aut, quum eadem ſit res, ſigna non debuiſſe nec poſſe mutari. Nā ſi paterfamiliâs poteſt duriora imperare illis ſervis, quibus videt expedire ut graviori ſervitute premantur, illis autem faciliora imponere, quos habere velit loco filiorum: cur idem Deo nō liceat erga homines? Medici etiam ſolent, pro varia ægrotantium affectione, varia & multiplicia pharmaca exhibere: quorum tamen omnium eadem ſit vis, nimirum ut reſtituant ſanitatem. Vtrum autem ſymbola veteris Teſtamenti prorſus ceſſerint jā nécne, Auguſtinus reſpōdet in libro de vera Religione: Manere quidem ea, interpretatione ac fide, re verò ipſa eſſe remota. Sed quod attinet ad res ipſas, eædē erant apud veteres, quæ nobis nunc in noſtris Sacramentis proponuntur. Et ſi quæras, quænam illæ res ſint Patribus nobiſque communes, paucis reſpondemus; Deum, Chriſtum, Reconciliationem, Gratiā, Remiſſionem peccatorum, & alia id genus. Hæc olim ſignificabantur, & ad credendum proponebantur in Sacramentis veterum: eadem ipſa hodie novo Teſtamento ſignificantur & proponuntur in noſtris. Signa verò & Symbola, quibus Patres utebantur, mutata ſunt per adventum Chriſti: cujus etiam ſecundo adventu ea quoque quæ nos nunc habemus auferentur. Nā cùm ſumma illa felicitate quam expectamus, perfruemur, nihil opus erit Sacramentis. Adhæc præter mutationem ſignorum, colliguntur ex Auguſtino nonnullæ etiam aliæ conditiones, per quas noſtra Sacramenta monſtrantur eſſe potiora, quàm fuerunt Sacramenta veterum. Noſtra enim inquit, ſunt virtute majora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, intellectu auguſtiſſima, obſervatu caſtiſſima, & ſignificatione præſtantiſſima. Hæc quidem magna ſunt, nō tamen mutant rerum ſignificatarum naturam: nec efficiunt, quò minus Sacramenta noſtra & veterum, quod ad ſubſtantiam attinet, ſint eadem. Paulus in Epiſtola ad Romanos ait, Iudæos tanquam inutiles ramos, eſſe reſectos ab arbore ſancta, & nos eorum loco eſſe inſertos. Et radix, inquit, portat te, non tu radicem. Vnde conſtat, & nos & Patres, quod attinet ad ſubſtantiam ſalutis, eſſe in eodem trunco, & in eadē radice. Quare melior & potior pars Sacramentorum eſt eadem: Et quicquid eſt diſcriminis inter nos & illos, id totum ſitum eſt in adventu Chriſti præterito, & futuro. Idcirco Auguſtinus ait contra Fauſtum, noſtra Sacramenta eſſe ſigna rerum completarum: veterum verò fuiſſe rerum complendarum. Et ſuper Iohannem capite ſexto: Signis ait, ea fuiſſe diverſa à noſtris, rerum ſignificatione paria.

Quæ ſint res Sacramenti.

Secundo adventu Chriſti, auferentur ſymbola noſtra.

Noſtra Sacramenta potiora Sacramentis veterum.

Claſ.2.c.15. Sect. 11. & infrà cap.10. Sect. 8.

Rerū ſignificatarū natura, eſt eadem.

Rom.11.18.

Nos cū Iudęis veterib. eundem habemus truncum, & eandem radicem.

Temporis diverſitas, ea diſtinguit.

8 Scio equidem & memini, Patres interdum ſolere Sacramenta veterum ſupra modum extenuare. Chryſoſtomus Homil. 27. in Geneſ. negat circuncisionem ad ſalutem quicquam feciſſe: ſed Iſraelitas, illam, ut gratitudinis indicium, & quaſi ſignum & ſigillum circumtuliſſe, ne permixtione cum cęteris gētibus contaminarentur. Idem Homil.39. eam ait fuiſſe frænum & compedes Iudæorum, ne cæteris gentibus admiſcerentur. Deumque aſſerit, eam Abrahamo & ejus poſteritati imperaſſe, ut externo ſigno monſtraret, ſe illum poſſidere: Eamque ob cauſam, nomen illius immutavit. Sic enim etiam nos agimus, quando in poſſeſſionem noſtram, aut jumētum, aut ſervum recipimus. Illis enim nomen imponimus, & ſignum noſtrum inurimus. Et in eundem librum Homil.40. ait, Iudæos, per Circunciſionem fuiſſe cognobiles. Huc addere poſſumus Ambroſium: Indicat enim Circunciſionē poſteros Abrahami tantummodò diſcreviſſe à cęteris nationibus. Veruntamen, non ubiq; loquuntur eodem modo. Idem enim Ambroſius, cùm interpretatur locum illum ex decimo cap. prioris ad Corint. Veteres fuiſſe baptizatos in mari, ait, peccata illis non fuiſſe imputata, eoſque planè fuiſſe purificatos. Hæc multò potiora ſunt, quàm ſeparatio aut diſcretio ab aliis gentibus. Et Auguſtinus contra Fauſtum, lib.12. cap.29. expreſſè ait, mare & nubem fuiſſe Baptiſmum Chriſti ſanguine cōſecratum, & per ea Iudæorum remiſſa fuiſſe peccata: quæ omnia noſtris Sacramentis ſunt communia. Deinde ſentiunt omnes Theologi Scholaſtici, in Circunciſione, ſubventum fuiſſe originali peccato. Ex quo intelligi

Patres extenuant Sacramenta veterum.

Simile.

Patres non loquuntur eodem modo iſta de re.

Verum baptiſmū veteribus concedit Aug. Theologiſcho laſtici.

Circuncisio non fuit factum ſignum. *1. Cor. 10. 2.* *Col. 2. 11.*

telligi poteſt, eos non ſenſiſſe, Circuncisionem fuiſſe vacuum & inane ſignum. Poſſunt etiam huc adduci loca Scripturæ, quæ idem docent. Nam in decimo capite prioris Epiſtolæ ad Corinthios veteres dicuntur fuiſſe baptizati, & manducaſſe eundem cibum ſpiritualem & potum eundem bibiſſe, quem nos hodie manducamus & bibimus. Et viciſſim in ſecundo capite ad Coloſſenſes, nos ait eſſe circunciſos circuncisione non manufacta: & additur, Per ablutionem peccatorum carnis: ubi oſtenditur ſigno circuncisionis, ablutionem peccatorum carnis fuiſſe donatam per Chriſtum. Et in libro Geneſ. capite 17. apertiſſimè demonſtratur, Circuncisionem ſignum fuiſſe fœderis, quo Deus pollicitus eſt, ſe fore Deum tum Abrahami, tum ſeminis eius.

1 Objectio. 1. Cor. 10. 1. &c. An veterũ Sacramenta & noſtra ſint eadem.

9 Verùm adverſus ea quæ dicta ſunt objicitur nobis de cap. 10. prioris ad Corinthios Paulum ibi non aſſerere, Sacramenta veterum eadem fuiſſe cum Sacramentis noſtris: ſed illum hoc tantùm ſcribere, veteres habuiſſe eadem Sacramenta inter ſeſe: & tamen multos ex eis malè periiſſe, & proſtratos fuiſſe in deſerto, quamvis cum aliis hominibus in Sacramentis communicaſſent. Vnde aiunt, Paulum à minori, aut ſimili concludere voluiſſe, nos quoque ſi malè vixerimus, perituros eſſe, quamvis Chriſto initiati ſimus, & iiſdem Sacramentis utamur cum electis Dei. Sed huic expoſitioni diſertiſſimè Apoſtoli ipſius verba reclamant. Ait enim, veteres in ſuis Sacramentis habuiſſe eandem eſcam nobiſcum, hoc eſt Chriſtum. Sic enim ſcribit, Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. Iam vero ſi Chriſtum habuerunt, certe non deſtituebantur eſca noſtrorum Sacramentorum: quæ alia dici non poteſt, quàm Chriſtus. Deinde videmus, Apoſtolum expreſſè poſuiſſe nomina noſtrorum Sacramentorum. Nam Baptiſmum nominat, & cibum & potum ſpiritualem. Præterea ſi ſequamur adverſariorum noſtrorum expoſitionem, infirmabimus Pauli argumentum. Voluit enim caſtigare ſecuritatem Corinthiorum, qui videbantur ſibi polliceri ſalutẽ, ob eam ſolam cauſam, quòd Chriſtiani eſſent, & ſacrorum myſteriorum participes, quamvis interim laxè ac diſſolutè viverent. Quare oſtendit Deum ſeverè animadverſurum eſſe in eos, niſi reſipuerint, quemadmodum legitur animadvertiſſe in Patres veteris Teſtamenti, quum illos variis modis affligeret in deſerto. Quod niſi eadem ſint Sacramenta illorum & noſtra, Paulus nihil concludit. Corinthij enim potuiſſent reſpondere, Imo Teſtamentum noſtrum longè aliud eſt, quàm fuit veterum Patrum, & Sacramenta noſtra longè ſunt illorum Sacramentis potiora. Quare Deus non affliget nos: nec te oportuit nos conferre cum illis. Ita Pauli argumentum eluditur, ſi tollimus ſimilitudinem & proportionem rerum noſtrarum cum rebus veterum. Adhæc Auguſtinus quoque tractat. 26. in Iohan. clariſſimè docet, veteres, quod ad rem ſpiritualem attinet, idem habuiſſe in Sacramentis ſuis, quod nos habemus. Specie quidem, inquit, aliud illis datum fuit, aliud nunc datur nobis: ſed penes rem ſignificatam, nullum prorſus agnoſcit diſcrimen. Quare locus Apoſtoli, quem nobis ſuis expoſitionibus adverſarij noſtri conati ſunt extorquere, his rationibus eſt aſſerendus.

Veteres manducarunt & biberũt Chriſtum, ergo eodem cibo nobiſcum fruebantur.

Auguſt. eadẽ Patrum & noſtrorum eſſe Sacramenta.

2 Objectio. Imagines duplicis ordinis.

10 Objiciunt præterea, Patres paſſim dicere, Sacramenta veterum fuiſſe umbras & imagines ejus veritatis, quæ in noſtris Sacramentis exhibetur. His reſpondemus; imagines poſſe bifariam intelligi: aliæ enim prorſus inanes & vacuæ ſunt, & nihil rei continent: aliæ rem quidem ipſam habent, ſed involutè & obſcurè, ſi cum aliis imaginibus apertioribus conferantur. Atque hoc ſecundo modo facilè dabimus, Sacramẽta veterum imagines atque umbras fuiſſe noſtrorum: non quòd res ipſas, quas nos in noſtris Sacramentis percipimus, veteres in ſuis non habuerint, ſed quod ea illorum Sacramenta implicatius atque obſcurius adumbrarint. Ad hoc explicandum, appoſitum videtur illud ſimile, quod à Chryſoſtomo inducitur, in Homil. quam habuit in illa verba Pauli, Patres noſtri in Moſen baptizati ſunt: & in Homil. 17. ſuper Epiſtolam ad Hebræ. Pictores inquit, quando inſtituunt Regem pingere, primùm ta-

Simile.

A bulam delineant umbris & coloribus obſcuris: ita ut illa, quamvis obſcura delineatione, facilè intelligas Regem pingi, & equites, & currus, & alia id genus: quæ tamen non ſtatim ab omnibus cognoſcuntur. Poſtea verò, cùm pictor floridos colores induxerit, & opus abſolverit, quæ antea primis illis lineis vix inchoata & rudia cernebantur, jam clara & expreſſa cognoſcuntur. Hujuſmodi ait fuiſſe veterum Sacramenta, ſi conferantur cum noſtris. Ex his verbis apparet, ſenſiſſe Chryſoſtomum, rem eandem in noſtris,
B & in veterum Sacramentis repræſentari: licet illis obſcurius, in noſtris apertius. Quanta autem conjunctio ſit inter utrumque hoc genus Sacramentorum, ex eo videtur Paulus docuiſſe, quod illorum nomina permutat, eaque illis facit communia. Nam in decimo capite prioris ad Corinthios aſſerit, veteres fuiſſe baptizatos, & habuiſſe eandem eſcam ſpiritualem, & ſpiritualem eundem potum quem nos habemus. Et ex altera parte ad Coloſſenſes, noſtrum
C Baptiſmum appellat Circuncisionem. Ait enim, Nos in Chriſto eſſe circunciſos, ſed circuncisione nõ manufacta, in expoliatione corporis peccatorum carnis. Quo loco, Circuncisioni aſcribit expoliationẽ peccatorum. Sed arbitrantur adverſum nos facere, id quod habetur ad Hebræos capite octavo. Per hoc quod dicit, Novum antiquavit id quod erat prius: Quod autem antiquatur & ſeneſcit, propè eſt ut evaneſcat. Ex his concludere volunt vetus Teſtamẽtum prorſus eſſe antiquatum. Quod fieri non poſſet, inquiunt, ſi ejus eſſentia eadem fuerit cum eſſentia
D Noui. Sed iſtos conſideraſſe oportuit nequaquam abolitam eſſe ſubſtantiam veteris Teſtamenti. Cæremoniæ quidem abrogatæ ſunt, quòd attinet ad notas externas: ſignificatio tamen illarum, manet eadem quæ fuit. Iudicialia quoque præcepta, etſi non omnia hodie ſint in uſu, ſumma tamen illorum & ſcopus præcipuus adhuc retinetur: nimirum, ut peccata puniantur, & juſtitia in Rebuſpublicis conſervetur. Moralium autem præceptorum ſenſus & ob-
E ſervatio integra retinetur: licet ea non amplius aut accuſent aut damnent conſcientiam ad perniciem electorum.

Col. 2. 11. Nomina Sacramentorum veterum & noſtrorum inter ſe permutantur. Heb. 8. 13. 3 Objectio. An vetus Teſtamentum prorſus antiquatum ſit?

4 Objectio.

11 Vt aiunt, Auguſtinum quoque oppugnare noſtram ſententiam: Nam in Præfatione Pſalm. 73. ſic ſcribit, Veterum Sacramẽta, promiſiſſe Servatorem: noſtra verò, ſalutem exhibere. Verùm his verbis, Auguſtinus tantùm diſtinguere voluit modum, quo veterum Sacramenta aliter ſignificabant Chriſtum, aliter noſtra. Nam illa ita repræſentabant Chriſtum,
F ut aliquando venturum: noſtra eum ita repræſentãt, ut qui jam venerit. Nam quomodo potuiſſet Auguſtinus exiſtimare, veterum Sacramenta nullo modo dediſſe Servatorem: cum ipſe apertiſſimè teſtetur, Patres in manna habuiſſe eundem Chriſtum, quem nunc nos habemus in Euchariſtia? Et idem in libro de Nuptiis & Concupiſcentia ad Valerium, & alibi non ſemel fatetur, Veteres per Circuncisionem, liberatos fuiſſe à peccato originis. Idem Beda quoque ſtatuit in Lucam, atque omnino Circuncisionem
G non alienam fuiſſe à Baptiſmo, quantum quidem ad peccati remiſſionem attinet, niſi quòd janua regni cœlorum non aperiebat. Nam ad id præſtãdum, Chriſti mors expectabatur. Hac de re, non equidem multùm contendam, modo hoc concedatur, Patres illos defunctos, quocunque loco fuerint, felices Dei præſentia & conſpectu fuiſſe. Omnino enim Deo fruebantur: neque putandum eſt, illos eo, in quem crediderant, deſtitui potuiſſe. Supra cœlum autem eos fuiſſe evectos, antequam Chriſtus aſcendiſſet,
H ſcio Patres id negare, nec ego contra eos quicquam contendo. Sed redeamus ad id, quod ab iſtis Patribus ultro datur, videlicet, Circuncisionem ſuſtuliſſe peccatum originis. Quomodo ergo poſſunt dicere, Chriſtum per Circuncisionem prorſus non fuiſſe datum? Nam quæ potuit eſſe remiſſio peccati, ſine Chriſto? Ineptè admodum ſenſit Magiſter Sententiarum, Circuncisionem habuiſſe vim remittendi peccata, non autem conferendi gratiam: quaſi verò remiſſio peccatorum obtineri poſſit ſine gratia. Cõ-
I miniſcuntur etiam Evangelica ſacramenta, vim ſuam habuiſſe à morte Chriſti: quę quum jam præſtita ſit, eſſe ea efficaciora & potentiora, quàm Sacramenta

Patres ante Chriſti mortẽ quo loco fuerint.

Error Magiſtri Sent. 5 Objectio. Mors Chriſti fuit efficax etiam priuſquã perſolveretur.

Digitized by Google

veteris populi: ut quorum tempore mortis Chriſti A pretium nondum erat perſolutum. Sed hæc illorum ſententia, qua vim meritumque paſſionis Chriſti ſtatuunt fuiſſet temporarium, non poteſt non eſſe abſurda. Quid enim nunc plus valeat ad ſervandum, mors Chriſti, quum jam præterierit, quàm antiquitus, quum expectabatur futura? Porrò fide utrobique opus eſt, qua certe non minus futura quàm præterita comprehendimus. Quod ſi dicere volumus, Deum ſpectare ſacrificium Filij ſui oblatum in cruce, id B haud dubie ratum acceptiſſimumque habuit ab omni æternitate, etiam ante jacta fundamenta mundi.

Apoc.13.8.
6 Objectio.

De Chriſto quoque ſcribitur in Apocalypſi, Agnum ab origene mundi fuiſſe occiſum. Quodque dicunt Circunciſionem habuiſſe vim auferendi peccatum originis: unde quæſo ea tantam vim habuit, niſi à morte Chriſti? Certè adeo convenit noſtro Baptiſmo cum Circunciſione, ut Auguſtinus contra literas Petiliani, libro ſecundo capite ſeptuageſimoſecundo & alibi probet ſacramentum Baptiſmi nõ eſſe C repetendum, quòd Circunciſio antiquitus non fuerit repetita, ſi quis eam accepiſſet à Saracenis, & poſtea ad ſinceram religionem Hieroſolymitanam ſe contuliſſet.

A Circunciſione ad Baptiſmum argumentum.

Quomodo Sacramenta veterum infirma & egena elementa mundi. Gal.4.9.

12 At inter cætera, id quoque videtur non parum moviſſe adverſarios noſtros, quod legitur ad Galatas de veteribus cæremoniis, Fuiſſe ea infirma & egena elementa mundi. Verum hæc verba Pauli intelligenda ſunt de Sacramentis illis antiquis, jam per Chriſtum abrogatis. Aut, ſi id non placet, intelligi D Paulum ita loqui de Sacramentis veterum, ut eo tẽpore accipi ea videbat à Iudæis videlicet, ſine Chriſto aut promiſſione ejus. Sed prior reſponſio & verior eſt, & planior, pro eo loco. Quòd ſi quis rogaverit, qui factum ſit, ut veterum plura Sacramenta fuerint, quàm noſtra: facile poteſt huic quæſtioni ſatisfieri: Eccleſiam tunc ſub initiis fuiſſe, neque eam de Chriſto tam multa noviſſe, quàm multa patefacta ſunt nobis, poſtquam jam in mundum venit & ſacrificium diu expectatum abſolvit. Quare conveniebat, E ut Deus rem eandem & unam tum temporis pluribus cæremoniis & imaginibus adumbraret: nunc autem, illa operoſa pædagogia non eſt opus. Etenim Sacramentorum notæ idcirco datæ ſunt, ut antea diximus, ut promiſſiones Dei confirmarent: non quaſi promiſſiones illæ non ſint per ſeipſas ſatis firmæ, ſed ut animi noſtri, alioqui increduli ac nutantes, ſenſibilibus notis corroborarentur. Chryſoſtomus in Homilia ſexageſima ad populum Antiochenum: Si noſtra, inquit, natura prorſus eſſet ſpiritualis & abſque F corpore, ſpiritualia nobis tradita fuiſſent abſq; ſymbolis corporeis. Ex his apparet, quàm illi abſurde faciant, qui viſibiles notas Sacramentorum videndas proſtituunt omnibus: promiſſionem verò, quæ illis notis confirmanda fuit, & animis noſtris hærere debuit, & peregrina lingua pronunciant, & clàm, ne ab aliis audiatur, ſubmurmurant.

Cur in Lege plura Sacramenta fuerint quàm in Euangelio.

Chryſoſtomus

Quàm errent qui verba cõſecrationis muſſitant.

Sacramenta vero Legis, quæ numero tam multa erant, obſignationes fuiſſe promiſſionum Dei, poteſt ex inductione cognoſci. Tabernaculum & arca Domini, obſignabant pro- G miſſionem habitationis Dei in illo populo, quodque in medio eorum eſſe vellet. Sacerdotalis conſecratio, & veſtium ornamenta, Chriſtum adumbrabant unicum Sacerdotem, eumque perpetuum & æternum, quemadmodum author Epiſtolæ ad eos probat. Atque hujus ipſius promiſſionis David aperte meminit, cùm ſub perſona Chriſti dicit, Tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Sacrificia quoque prædicabant oblationem Chriſti in cruce. H Sed hìc dixerit fortaſſe quiſpiam, ergo ſacrificia fuerunt Sacramenta. Quomodo ergo dicimus, multum intereſſe inter naturam Sacramenti, & naturam Sacrificij? Id equidem antè diximus, & nunc iterum conſtanter affirmamus. Verùm hoc non efficit, quin utraque ratio poſſit quandoque in rem eandem convenire. Ratio Sacramenti & Sacrificij poteſt in rem eandem concurrere. Duo enim ſpectanda erant in ſacrificiis: primùm, ut Deo aliquid offerretur, & in eo ſita erat omnis vis ſacrificiorum: alterum, ut victima quæ mactabatur & cremabatur, Chriſtum pro nobis I occidendum referret, per quẽ Deũ placatum atque propitium haberemus. Atque hoc pacto Sacramentum ibi fuiſſe non ambigimus.

Explicatio quorundam ſacramentorum veterum.

Heb.5.6.& 7.17.

Pſ.110.4.

Idem poteſt eſſe ſacramentum & ſacrificium.

Duo ſpectabitur in ſacrificiis.

Quemadmodum autem hæc omnia certas promiſſiones conſignarint, declarari facile poſſit ex ſingulis: ut, de obſervatione Sabbati, de circunciſione, de delectu ciborum, de lavacris & aſperſionibus aquæ luſtralis, de voto Nazaræorum, de cæremonia zelotyporum, & de purgatione puerperæ à partu, de omnibus denique hoc genus myſteriis. Sed ut eſſemus breviores, ſatis eſſe putavimus, pauca ea quæ dicta jam ſunt, explicaſſe.

13 Verùm, ſcrupulus unus adhæc reſtat: Num populus Iudæorum, cùm haberet ſenſibiles illas notas cæremoniarum, promiſſiones quoque Dei intellexerit, quæ per eas obſignabantur. Agit hac de re multis Auguſtinus, in quarto libro contra Fauſtum, & in tertio de doctrina Chriſtiana: atque Patriarchas & Prophetas, inſigniores que viros, in veteri Teſtamento, magno ſpiritu illuſtratos, probè cognoviſſe cæremoniarum & ſacramentorum ſignificata, ita ut ſigna pro rebus non acciperent, quam ait miſerrimã ſervitutem: plebem verò & inferioris notæ homines, putat hiſce ſignis, tanquam rebus ipſis uſos eſſe: cùm hoc tantùm intelligerent unum eſſe Deum, quem hoc genere cultus & ſervitutis revereri deberent. Nã ſi qui fuiſſent, qui cùm agnoſcerent illa ſigna eſſe aliarum rerum, tamen ea voluiſſent pro ſuo arbitratu interpretari, fuiſſet ille error male vagantis animi. Ex hac doctrina Auguſtini, triplex ordo cõſtitui poteſt eorum hominum, qui ſignis utantur. Quidam enim ſunt, qui verè intelligunt quid ſignificetur, ideoque non in ſignis hærent, ſed ad res ſignatas oculos convertunt: alij verò ſignis utuntur, ſed quo ea referẽda ſint non intelligunt; atque hoc Auguſtinus putat ad ſervitutem pertinere. Poſtremò ſunt alij, qui, ſigna ea eſſe, quibus utuntur, non ignorant: ſed ea tamen perversè, proque ſua libidine interpretantur. Hic error eſt: iſque non parum noxius. De primo tertioque ordine, mihi cum Auguſtino convenit: In ſecundo autem, quod ad populum plebemque Iudaicam attinet, non uſque adeò illi aſſentior, ut facilè admittam, nihil aliud à vulgo Hebræorum fuiſſe cognitum de ſacramentis & cæremoniis Legis, niſi quod illis unus veruſque Deus colendus eſſet. Docebantur enim perpetuò à Scribis & Sacerdotibus, & Prophetarum oracula ſubinde audiebant. Unde facile colligere poterant, ſaltem generalem ſacramentorum ſuorum ſignificationem, cùm de Chriſto tum etiam de aliis rebus ad vitæ puritatem morumque ſanctitatem pertinentibus. Doctrina de expectatione Meſſiæ inter eos vulgata fuit, ut ea, quantum arbitror, latuerit neminem. Philippus, ut habetur in Evangelio Iohannis, ita ait Nathanaeli: Invenimus Meſſiam, de quo Moſes & Prophetæ ſcripſerunt. Et vulgus Iudæorum ad miracula Chriſti obſtupeſcens, ait: Scimus, quod veniet Meſſias, atque hæc omnia nos docebit.

An populus antiquus intellexerit promiſſiones quæ cæremoniis obſignabantur.

Triplex genus eorum, qui ſignis utuntur.

Ioan.1.45.
Ioan.4.25.

14 Huc etiam facit, quòd Prophetæ perpetuò docuerint cæremonias externas tantùm & ſine fide agitatas, Deo fuiſſe ingratiſſimas. Et fides ea, quam ad ritus externos adhiberi oportuit, niſi Chriſtum, etſi non plenè, tamen aliquo modo, ſaltem generaliter reſpexerit, cujus momenti eſſe potuiſſet? Cumque Prophetæ tam diligentes fuerint in obtrudendis & paſſim inculcandis ſignificationibus cæremoniarum, putamus eos nihil de Chriſto docuiſſe? David ſatis aperte cecinit de ſacrificiis, Deum illis non oblectari. At ſacrificiũ, inquit, Deo eſt ſpiritus contribulatus, & cor cõtritum & humiliatum. De Lavacris & Baptiſmatis, Eſaias eos inſtituit: Lavamini, inquiẽs, & mũdi eſtote. Hieremias quoque, Lava, inquit, ab iniquitate, cor tuum. Et Ezechiel, illis aquis deſignari oſtendit vim Spiritus Sancti, cùm Deum inducit promittentem, ſe aquam mundam effuſurum ſuper eos. De Circunciſione etiam perſæpe moniti ſunt in Sacra Scriptura, ut cervices & corda ſua circunciderent: neve putarent ſe id per ſeipſos, ſuiſque viribus præſtare poſſe. Moſes in capite 30, Deuteron. ait, Deus circuncidet cor tuum, ut eum diligas. De purificationibus & lotione veſtimentorum, & aliis id genus, ita moniti ſunt in Levit. cap. 11. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, Sancti mihi eritis, quoniam ego ſanctus ſum. De Sabbato quoque non ſemel

Doctrina de expectatione Meſſiæ vulgata erat.

Pſa.50.13.
Eſ.1.11.

Prophetæ docuerunt ſignificationes cæremoniarũ quã diligentiſſimè

Pſ.51.18.

Eſa.1.16.
Ier.4.14.
Ezech.36.25.
Ier.4.45.

Deut. 10.16. & 30.6.

Leu.11.14.
Eſa.58.13.

ſemel audierunt; Ibi requiem Dei, & ipſorum ſanctificationem fuiſſe denotatam. Quòd ſi omnia hæc tam luculenter fuerunt demonſtrata, quæ bona illis utilia fuiſſe ambigi non poteſt, & illi ignorare non potuerunt, per Chriſtum ſive Meſſiam, quicquid eſſet boni obtinendum eſſe: perſuaderi mihi non poteſt illos in Sacramentis ſuis Meſſiam ſignificari non vidiſſe. Accedit huc alia etiam ratio. Eſaias manifeſtiſſime teſtatus eſt, Deum in Chriſto poſuiſſe delicta omnium noſtrûm, noſque ejus livore ac morte fuiſſe ſanatos. Quare, quum in Sacramentis mentio fiat Deum per ſacrificia nobis reddi propitium, non potuit non illis in mentem venire de uno Mediatore Chriſto, per quem ſolum Deus nobis placatus redditur. Non tamen aſſerendum eſt, rudiores Iſraelitas myſteria ſingulatim omnia noviſſe. Tantùm id contendimus, eos generalem quandam notitiam habuiſſe de Chriſto in ſacramentis Legis, cùm alioquin noſipſi non poſſimus de illis cæremoniis rationem ſigillatim reddere. Apoſtoli eas nobis tantùm generaliter tradiderunt illuſtratas. Et ſi qui noſtrûm, ut Origenes, & alij complures ejus ſimiles, tentaverunt ſingulis quibuſque cæremoniis allegorias proprias attexere, operam propemodum perdiderunt. Nihil enim operæpretij ex ſuis inventis ad nos tranſmittere potuerunt. Nam planiſſime deſtituuntur verbo Dei. Nec mirum eſt, illis talia commenta nō diſplicuiſſe: Nam ut ubique noſtris inventis mirifice favemus, ita ibi humanæ curioſitati mirum in modum applauſum eſt.

Intellexit populus Hebræus Meſſiam in Sacramentis illorum temporū ſignificari.

Eſa. 53. 6.

Populus generaliter niſi ſigillatim novit rationes omnium cæremoniarum.

Allegoriis nō indulgendum.

15 Iam ea quæ diximus, planè oſtendunt, quàm procul Sophiſtæ à ſcopo aberrarint, qui inter Sacramenta vetera & nova, hoc conſtituerunt eſſe diſcriminis: quòd vetera gratiam & Chriſtum ſolum ſignificarint: noſtra verò utrunque largiter & copioſè præſtent. Nam veteres, inquiunt, ex opere operante juvabantur. Quum enim quis fide pioque motu cordis atque animi accederet ad ea ſacra, habebat ex eo meritum. At opus, ut loquuntur, operatum nihil ibi, quod attinet ad ſalutem, proderat. In noſtris autem, ſecus eſſe volunt, ut non tantum fides & ſpiritualis animi motus, quod opus operantis vocant, nos juvet, ſed etiam ipſum Sacramentum externum, Deique inſtitutum: quod appellant opus operatum, & remiſſionem peccatorum, & ſalutem nobis conferat. Sed ex iſtis percontabimur, quidnam illud ſit, quod opus externum & Sacramentum viſibile nobis præſtet, quod nos per fidem non conſequamur? Si reſpondebunt eſſe Chriſtum, illum fide comprehendimus: ſi remiſſionem peccatorum, illam quoque fide aſſequimur: ſi reconciliationem per quam cum Deo in gratiam redimus, illam non obtinemus niſi per fidem: ſi denique gratiæ ac ſpiritus augmentum, ne iſta quidem alia ulla ratione adipiſcimur, niſi fide. Quid ergo ſupereſt, quod iſtud opus operatum adferat? Vox ea peregrina eſt, nec auditur uſquam in Sacris literis. Nec ego hoc tempore ea uterer, niſi pugnaretur in adverſarios. At fortaſſe dicent, Cùm præter fidem opus etiam externum accedit, nihilne illi tribuendum putas? Equidem multum tribuo, quando ex fide proficiſcitur. Scio enim hujuſmodi opus Deo placere, eumque multa conſuevilſe rependere bonis operibus. Sed quid hoc ad præſens negotium? Nónne & veteres ad fidem ſuam adjungebant etiam illa opera, quibus Sacramenta ſuæ Legis agitabant, & percipiebant? Quare, quod attinet ad hanc partem totidē ibi extitiſſe videmus, quæ Deo placuerint, quot habemus in noſtris: Niſi fortè contendere velint, agitationem perceptionemque noſtrorum Sacramentorum, aut melius, aut nobilius opus eſſe, quàm fuerit veterum. Quod ego illis non facilè dederim: præſertim quùm operis perfectio ex fide ſpectanda ſit & charitate, unde proficiſcitur. Idcirco ſi Abrahamus & David plus fidei habuerunt, quum Sacramenta ſua perciperent, quàm infirmis aliquis Chriſtianus quùm baptizatur aut communicat: quis non judicet illorum opus magis eximium atque illuſtrius eſſe, quàm iſtorum? Atque etiam locutionem illam, qua iſti frequenter utuntur, Sacramenta remittere peccata, aut conferre gratiam, non facilè admittimus, niſi fortè in eam ſententiam, qua Paulus prædicat Evangelium eſſe vim Dei ad ſalutem: utque lectio ſacrarum literarum

Error Scholaſticorum de opere operato, & opere operante.

Opus operatū vox peregrina.

Perceptio Sacramētorum, non eſt opus nobilius aut melius, quàm fuerit in veteribus.

An Sacramēta conferāt gratiam, & remittant peccata. Rom. 1. 16.

A rarum ad Timotheum dicitur, ſervare. Quod ſanè nihil aliud eſt, quàm vim & potentiam Dei, quia peccata remittit, gratiam largitur, & denique ſervat, his inſtrumentis & mediis uti ad ſalutem noſtram. Ad quod efficiendum, quemadmodum utitur verbo Evangelij, & prædicatione ſacrarum literarum, ita etiam adhibet Sacramenta. Per utraque enim, prædicatur nobis liberalis Dei promiſſio, quam fide complectimur, & ſalutem & remiſſionem peccatorum obtinemus. Hic eſt juſtus ſenſus, ad quem etiam
B exigendi ſunt Patres, quum dicunt, gratiam eſſe virtutem Sacramentorum: Quod perinde eſt, ac ſi dixiſſent, intelligentia & ſenſus, eſt virtus ſermonis atque verborum.

1. Tim. 4. 16.

16 Quámque parum commodè Scholaſtici de obice ſuo loquantur, ex eo patet, quòd eum dicunt non ponere obicem, qui licet actum vel diligendi, vel credendi non habeat, attamen contrarium ſive oppoſitum gratiæ non objicit: puta infidelitatis, aut
C odij actum. Tunc aiunt, Sacramenta Evangelica cōferre gratiam. Atqui hoc nihil àliud eſt, quàm creaturis tribuere cauſam noſtræ ſalutis, nóſque nimium obligare ſymbolis & elementis hujus mundi. Hoc fixum & conſtitutum maneat oportet, nil Sacramētis plus concedendum eſſe, quod ad ſalutem faciat, quàm verbo Dei. Idcóque ſi interdum audimus, quod etiam Auguſtinus dicit, noſtra Sacramenta meliora eſſe Sacramentis veterum, id hoc pacto debet accipi, ut referatur ad perſpicuitatem. Concedi-
D mus enim noſtra Sacramenta de Chriſto clarius & loqui, & concionari, quàm veterum: Quare quum clarius & illuſtrius inſtruamur, fides plenior eſt, & plus gratiæ ſpiritúſque nobis adfert. Et libenter id admittimus, quod idem Auguſtinus ait: Quandoque fieri, ut Sacramentum abſque re accipiatur. Sic enim pij & infideles Sacramenta uſurpantes, externa tantùm ſymbola capiunt, & ſalutis & gratiæ penitus expertes. Interdum etiam è diverſo accidit, ut pij excluſi aliqua neceſſitate & Sacramentorum uſu, re tamen
E ipſa & ſignificato minimè fraudentur. Neque obſtrepat hìc quiſpiam, ſtatuere nos, Sacramenta pendere à fide noſtra. Neque enim hoc dicemus: imò verò, Sacramenta affirmamus eſſe Sacramenta, quantumvis aut infirma, aut etiam nulla ſit fides tua. Et Auguſtinus optime ſenſit de eo, qui Sacramentum carnaliter tantùm uſurpet, quum inquit, Non propterea deſinit eſſe ſpirituale, ſed tibi non eſt ſpirituale. Et ut aliquando finiam, nunquam eò deveniendum eſt, ut gratiam ſalutémque noſtram exiſtime-
F mus in Sacramentis, ceu in ſacculis quibuſdam contineri, quæ in communicantes & percipientes effundatur. Sunt enim Sacramenta, ceu nuntij quidam noſtræ ſalutis: quibus qui crediderit, eam aſſequitur. Atque hæc in univerſum de Sacramentis dicta ſunt ſatis.

De obice Scholaſticorum.

Sacramentis nil plus tribuendum quàm verbo Dei.

Quomodo Sacramenta noſtra ſint meliora veteribus.

Quandoque Sacramenta tantùm, quandoque res tantùm ſumitur.

Gratia nō eſt colligata in Sacramentis ut in ſacculis.

De Circuncisione.

17 Nunc ſupereſt, ut de Circunciſione aliquid di-
G camus. Sed hìc non ita longa tractatione opus erit. Nam ſi ea omnia, quæ de Sacramentis generatim jam dicta ſunt, tenebimus, non erit difficile, omnia quæ de Circunciſione dici poſſunt, intelligere. Eſt autem Circunciſio, ut ne à verbis Apoſtoli diſcedamus, ſignaculum juſtitiæ fidei, quod prædicet & corroboret promiſſionem de juſtitia, quam veteres per fidem accipiebant. Atque hinc ſequitur, veteres, per eam habuiſſe peccatorum remiſſionem. Quum enim juſtitia in peccatorum remiſſione maximè con-
H ſiſtit, quicunque promiſſioni demonſtratæ, & per Circunciſionem conſignatæ crediđiſſet, eum remiſſionis peccatorum participem eſſe neceſſe fuit. Quærunt nonnulli, utrum Circunciſio & Baptiſmus, qui illi ſucceſſit, remiſſionem adferant illorum ſolum peccatorum quæ jam præterierunt, an etiam illorum quæ poſtea committuntur. Iſtos noſſe oportet, uſum Circunciſionis & Baptiſmi non eſſe momentaneum, ſed perpetuum. Nam ut labuntur ſæpe fideles, ita ad ſe ſubinde redeuntes, cogitant de promiſſione Evan-
I gelij, quæ eſt de remiſſione peccatorum. In quo etiā eo nomine confirmantur, quòd meminerint, ſe vel baptizatos vel circunciſos: atque ita fidem adhiben-

Vide in Gen. 17.

Quid ſit Circunciſio? Rom. 4. 11.

Quomodo Circunciſio dicatur habuiſſe remiſſionem peccatorum?

An remiſſio habeatur futurorum delictorum?

Digitized by Google

Error eorum qui nolebant baptizari niſi extrema hora.

tes, à peccatis abſolvuntur, & Deo recõciliantur. Hic apparet, quàm illi antiquitus decepti fuerint, qui tingi noluerunt, niſi jam inſtante morte, & animâ quodammodo agentes. Neque quiſquam putet hoc adverſari clavibus Eccleſiæ, per quas recipiuntur pœnitentes. Nam ut bene rem intelligant: hoc ſtatuant neceſſe eſt, claves iſtas Eccleſiæ, nihil eſſe aliud quã prædicationem Evangelij, qua miniſtri ſuadent credentibus peccata condonari. Qui autem perſuadendi ſunt, illis beneficio ſpiritus perſuadetur, & fides de promiſſione fit etiam inde, quòd notam Baptiſmi aut Circunciſionis, quam olim receperunt, in mentem revocant. Et Paulus cùm dixit, in remiſſionem præcedentium delictorum, intelligit juſtificationem, cùm nobis applicatur, ſemper depellere ea peccata, quæ ante commiſimus. Id autem nihil impedit, quin promiſſio de remiſſione peccatorum, ejúſque conſignatio, ſæpius in mentem utiliter revocari poſſit. Sed quoties inde condonatur peccatum, id ut præceſſerit neceſſe eſt: verùm quod dicimus eò ſpectat, ut demonſtremus utilitatem Sacramentorum non eſſe momentaneam, ſed ad totum vitæ curſum pertinere. Differebat Circunciſio ab aliis Sacramentis, quòd eſſet initium & primus gradus, & viſibilis acceſſus ad fœdus Dei. Quales autem habiti fuerint incircunciſi, Apoſtolus expoſuit in Epiſtola ad Epheſios: Mementote, inquit, quòd vos aliquando gentes in carne qui vocabamini præputium à Circunciſione in carne manufacta, fueritis aliquando abſq; Chriſto, alieni à Republica Iſraelis, extranei à teſtamentis promiſſionum, ſine ſpe in mundo, & abſque Deo. Et in Epiſtola ad Philippenſes docet, quæ ſit juſta & ſpiritualis Circunciſio. Nos enim, inquit, ſumus Circunciſio, qui ſervimus Domino in ſpiritu, gloriamur in Chriſto, in carne autem fiduciam non habemus. Idem etiam ſcribit ad Coloſſ. In quo, inquit, circunciſi eſtis Circunciſione non manufacta, in expoliatione corporis peccatorum carnis. Ex quo loco videmus, ut ſuperius etiam annotavimus, ponendam tam in Circunciſione, quàm in Baptiſmo, peccatorum condonationem. Vnde Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum lib. 1. in ea parte in qua multas Patrum authoritates congerit, Pelagianos arguit ex his Apoſtoli verbis, quòd cùm peccatum originis inficiarentur, tamen parvulos ſuos tingerent. Nam cùm in eis nullum peccatum eſſe ſtatuerent, quî potuit ille baptiſmus eſſe? ut Paulus ait, Circunciſio non manufacta per expoliationem peccati in carne. Faciunt hæc Apoſtoli loca permultum ad explicationem ingenij ac naturæ Circunciſionis. Sed in Deut. cap. 10. Dominus ait, Circuncides præputium cordis tui, & ne obduraveris cervicem tuam. Loco præputij, Chaldaicus interpres habet *Tephashot*, quod eſt ſtultitia: ſignificans primum caput peccati, ſitum eſſe in eo, quod ſumus ad omnia divina cæci, & ignoratione Dei quàm maximè laboramus. Septuaginta habent, σκληροκαρδίαν, id eſt, cordis duritiam. Promiſſiones, quæ ſe circuncidentibus offerebantur ſunt iſtæ: Deum effici Deum noſtrum, & Deum ſeminis noſtri: qua una in re habemus cornucopiam, id eſt, ſummam omnium bonorum. Inde enim oritur noſtra felicitas & conſolatio in omni afflictione. Admonebãtur etiam de carne mortificanda, hoc eſt, de ſuperfluis voluptatibus reſcindendis: profitebantur inſuper ſynceram religionem. Et in ſumma, fœdus ſignificabatur cum Deo initum. Hæc erant ſignificata & res hujus Sacramenti, & verè pertinent ad ejus naturam atque ſubſtantiam.

Rom. 3. 25.

Ephe 2. 11.

Phil. 3. 3. Quæ ut ſpiritualis Circunciſio?

Col. 2. 11.

Deut. 10. 16.

Primum caput peccati.

Promiſſio quã Circunciſio obſignavit.

Cur membro genitali Circunciſio inuſta fuerit.

18 Iam mihi duo præterea ſuperſunt excutienda. Alterum, cur Circunciſio inprimi iuſſa ſit in membro genitali: alterum, cur fieri juſſa ſit octavo die. Ex Auguſtino diverſis in locis colligimus, Deũ idcirco id fieri voluiſſe, ut moneremur de peccato originis, id à parentib. ad nos traduci per generationem: utque præputium reſectum in parente, tamen redit in prole, quæ generatur: ita peccatum originis parentibus remiſſum, in filiis qui procreantur, repullulare. Monemur etiam, quod ſæpe jam diximus, fœdus Dei non tantum ad nos, ſed etiã liberos noſtros, quod ſuſcipimus, pertinere. Denique eo ſigno, Chriſtus maximè ſignificabatur ex illo ſemine Abrahami eſſe oriundus. Neque hic ſenſum noſtrum, aut humanam rationem ſequi debemus, ut id putemus ridiculum aut levis momenti eſſe, quod Deus inſtituerit. Nam alioqui crux Chriſti & Evangelium, Iudæis ſcandalum ſunt, & Gentibus ſtultitia. Neque enim debemus de rebus divinis, juxta id quod foris oſtenditur judicare. Alioqui Iulianus & Celſus ridebant, pomum primis parentibus fuiſſe interdictum. Et Naaman Syrus rem ridiculam putavit, in Iordane flumine ſepties lavari. Nec dubito, non defuiſſe qui Moſen riderent, cùm projiceret lignum in aquas Marath, ad earum amaritudinem medicandam. Hodie quoque permulti mirantur, qui fiat, ut unius oboli defraudatio æternum exitium pariat. Verùm iſtos oportuit cogitare, res iſtas nequaquam ex vi ſua ſpectandas eſſe: ſed adhibendum etiam eſſe pondus verbi Dei: quod certe tanti momenti eſt, ut orbi terrarum univerſo præponderet. Neque quicquam eſt tam vile & abjectum, quin ejus acceſſione illuſtre ac ſplendidum efficiatur. Curant quidem Reges & Principes hujus mundi, ut habeant ſigilla quàm maximè egregia & honorifica. Promiſſiones autem & donationes, quæ illis conſignantur, non rarò fallunt. Deus tamen cùm notis abjectioribus utatur, neminem fefellit unquam. Nunc de octavi diei ratione paucis dicam. Hebræi aſſerunt, eam eſſe diei ſeptimi dignitatem, ut ex eo res omnes neſcio quam conſequantur vim & fortitudinem. Quare volunt poſt ſeptimũ diem infanti recens nato accedere tantum vigoris, ut facilè poſſit perferre dolorem Circunciſionis. Nos verò iſta commenta illis relinquamus: & hoc potius ſentiamus, octavo die Reſurrectionem Chriſti & noſtram fuiſſe deſignatam. Id autem ex Paulo non obſcurè poteſt intelligi: ait enim in Circunciſione ſignificare peccatorum carnis amputationem. Nunquam autem à nobis vitia carnis perfecte poſſunt reſecari, niſi ubi ad ſanctam reſurrectionem ventum erit. Totum hoc ſeculum, ac vitæ hujus univerſæ tempus, ſeptimanam dierum refert: Octavus autem dies ſignificat Reſurrectionem. Eſt etiam præterea non contemnenda ratio quòd puer tam recens natus, nihil per ſeipſum efficere poſſit, quod ad juſtitiam aſſequendam conferat. Hinc ergo admonemur, juſtificationem ex noſtris operibus non conſtare. Et quamvis ita ſe res habeat in Circunciſionis ritu, in Baptiſmo tamen ad certum dierum numerum non adigimur. Quoniam ab hoc obſervationis genere Chriſtus voluit nos eſſe liberos. Non defuerunt tamen, qui vellent in Baptiſmo quoque Chriſtianos ad octavum diem adigere. Verum illos concilium à Cypriano habitum repreſſit. In primitiva Eccleſia, ad aliquod tempus ſervata fuit Circunciſio.

Circunciſio non eſt ridicula.

2. Reg. 5. 11.

Exo. 15. 20.

Divinæ res ex aſpectu externo judicandæ non ſunt.

Verbi Dei eſt maximum põdus.

Dei ſigilla nõ cõſtant rebus honorificis.

Col. 2. 11.

Octavus dies notat Chriſti reſurrectionẽ.

Tempus hujus vitæ eſt ſeptimana.

In Baptiſmo non adigimur ad certum dierum numerũ.

Circunciſio in primitiva Eccleſia potuit ad tempus retineri.

19 Auguſtinus quoque in Epiſtolam ad Galatas ait, non omnem Circunciſionem poſt Chriſtum fuiſſe damnandam, ſed eam tantùm, in qua ſpes ſalutis proponeretur: eam verò quæ ea cauſa tantummodo acciperetur, ut pax retineretur, & curſus Evangelij magis promoveretur, ferri potuiſſe. Nam hac cauſa Paulus paſſus eſt Timotheum circuncidi. At ſi hoc officium ut neceſſarium ad ſalutem requiratur, nullo pacto eſt concedendum. Ideóque Paulus vehementer reſtitit, ne Titus circunciderετur, ut habetur in Epiſtola ad Galatas. Aiunt, permultas eſſe hodie Eccleſias in Oriente ſeu Meridie, quæ in hunc uſque diem Circunciſionem unà retinent cum Baptiſmo: quàm id rectè faciant, ipſæ viderint. Veriſimile certè eſt illas, cùm illam tam diu, & quidem mordicus teneant in ea ſpem aliquã ſalutis ſuæ collocare. Quare multò rectius facerent, ſi illam omitterent. Sed interim operæpretium eſt explicare, quomodo Paulus ad Galatas dicat, eum qui circuncidatur, debitorem fieri totius Legis obſervandæ. Nam cùm Abrahamus Circunciſionem acciperet, Lex nondum fuit lata. Quare Circunciſio non videtur id habere ex ſua ipſius vi & ingenio, ut ad obſervãdam Legem homines aſtringat. Sed meminiſſe debemus, id quod Apoſtolus dicit, ex alio capite proveniſſe: nimirum quòd Circunciſio repræſentarit Chriſtum ut venturum, & ſe daturum in crucem: Lex autem tam diu vim ſuã erat habitura, quoad Chriſtus veniret. Quare cùm Circunciſione teſtarentur illum nondum veniſſe, neceſſe erat ut ſub Lege detinerentur, cùm tantùm per Chriſti adventum poſſet abrogari.

Act. 16. 3.

Gal. 2. 3.

Multæ Eccleſiæ Chriſtianorum Circũciſionem retinent.

Quare Circũciſio ad legem ſervandam obligavit?

Gal. 4. 4.

20 Quanta

Quomodo anima incircũciſi dicatur exſcindenda? Gen 17.14. Inf. cap. 8.19. Exo. 21.13. Deut. 19.2.

20 A Quanta verò cum obſervatione, Deus voluerit illud Sacramentum cuſtodiri, ex eo liquet quòd in lib. Gen. cap. 17. conteſtatur: Animam quæ non fuerit circunciſa octavo die, excidendam eſſe de populo ſuo. Ambroſius in libro de Patriarcha Abrahamo, mirari videtur iſtam tantam ſeveritatem. Deus enim, inquit, conſtituerat civitates refugij, ut qui fortuitò aut imprudens hominem occidiſſet, haberet quo ſe reciperet, ne ab hominis interfecti cognatis aut affinibus occideretur: ſi non ex profeſſo & data opera, ſed caſu aut fortuitò, homicidium commiſiſſet. B Quare, cùm infantes ſua voluntate non repudiarent Circuncîſionem, cur fuerunt exſcindendi? Reſpõdet ille, idcirco fortaſſe vitam corporalem pueris fuiſſe auferendam, ut in eis parentes impietatis ſuæ pœnas luerent. Alios autem ait ſenſiſſe, illam ſententiam ad infantes non pertinere: verùm ad eos in quorum eſſent poteſtate, ac ſi illi dicantur exſcindendi. At huic ſententiæ verba ipſa Sacræ Scripturæ adverſantur. C Quare ad allegoricam expoſitionem ſe confert, quaſi illa comminatio pertineat ad eos, qui non circuncidunt mentem: quæ eſt animi noſtri utilis ac præſtantiſſima portio. Verùm iſtiuſmodi allegoriæ, quæſtioni non ſatisfaciunt: Quamobrẽ duo mihi videtur ad hũc modum diſſolvendum rectè poſſe accommodari. Primum eſt, comminationem pertinere ad illum, cùm adoleverit, ſi parentum negligentiam approbarit, & Circunciſionem, ad quam Lege aſtringebatur, non admiſerit. Alterum eſt, Deum accuſandum non eſſe injuſtitiæ, ſi quandoque infantem D ſic neglecta Circunciſione educatum interficeret. Poſſet enim valere hujuſmodi ſeveritas, ad homines admonendos, quàm Deus indignè ferat Sacramenta ſua contemni. Et forte quæras, quid oporteat judicare de anima pueri ſic occiſi, nondum recepto Sacramento? reſpondeo, nos de ejus vel ſalute vel condemnatione nihil poſſe alterutram in partem affirmare. Nam ſi pertinebit ad numerum electorum, aut ad vitam æternam prædeſtinatus fuerit, nihil impedit, quò minus ſervari poſſit, quandoquidem gratia E non eſt alligata Sacramentis. Sin autem erat vas à ſummo fictore idcirco conditum, ut iram ſuam in eo declaret, atque ita ſit condemnatus, quid conqueri poſſumus de ſeveritate Dei? præſertim cùm omnes naſcamur filij iræ & condemnationis? De illo tamen bene ſperandum judicarem: quod cum promiſſio data ſit ſemini Abrahæ, iſque puer nullo ſuo particulari peccato ſe à promiſſione ſubtraxerit, veriſimile ſit, eum ad regnum Dei eſſe admiſſum. Neque ad F æternam condemnationem putandus eſt interfectus eſſe à Deo, ſed potius ad ſalutem, ne malitia immutaret cor ejus: utque morte ſua parentibus & majoribus aliiſque teſtaretur, quàm illi graviter peccaverint ejus negligentes Circunciſionem, & toti Eccleſiæ prodeſſet indicium præ ſe gerens iræ divinæ adverſus Sacramentorum contemptores. Præterea non eſt difficile creditu, pios homines, qui vixerint ante Circunciſionem inſtitutam, habuiſſe alias quaſdam notas, quibus illorum juſtitia habita per fidem obſignaretur. Nam eos & obtuliſſe primitias, & ſacrificaſſe legimus: ſed quo ſymbolo G primam regenerationem ſuam notarint, ſacræ literæ non tradunt.

De pueris pereuntibus abſque circũciſione, quid judicandum?

Ante circunciſionem fuerunt aliquæ notæ Sacramentorum.

Exod. 4.25.

An gladius Circũciſionis fuerit lapideus?

21 Utebantur autem Hebræi, in pueris circuncidendis, gladio lapideo, quod tamen Deus non præceperat. Verùm ad hoc faciendum inducti ſunt exẽplo uxoris Moſis Zipporæ, quæ hujuſmodi gladio uſa eſt in filio ſuo circuncidendo, cùm mortis diſcrimen immineret ab Angelo. Et quamvis hoc Sacra- H mentum inter Iudæos diligenter obſervatum & cultum fuerit, tamen dimanavit etiam ad exteras nationes. Nam ſi credimus Ambroſio, lib. ſecundo de Patriarcha Abrahamo, Ægyptij, Arabes & Phœnices circunciduntur. Idque ab illis ea cauſa putat fieri, quòd arbitrentur, hujuſmodi ſanguine primitiis arceri malos dæmones, ne lædant eum qui circunciditur. Ita diabolus Dei ſacramenta ſemper molitus eſt vitiare. Nam ſuperſtitio fuit, vim ſalutis aut liberationis à Satana, naturæ ſanguinis effuſi aſcribere. Et hodie Iudæi non multùm abeſſe videntur ab hoc I nere ſtultitiæ? Nam dum infantem circuncidunt, aſtat quidam cum vaſculo pleno vel terræ, vel pulveris, in quod præputium abſciſſum infodiunt, quaſi diabolus videatur eo pacto ſuum habere cibum. Dixit enim Dominus ſerpenti inde ab initio; Super pectus tuum gradieris, & terram comedes. Videntur exiſtimare, diabolum ſic nactum cibum ſuum diſcedere à puero, nec illi poſtea faceſſere negotium. Alia quoque ratione, ut idem author eſt Ambroſius, apud Ethnicos ſervabatur vitiata Circunciſio: quod B Ægyptij, non octavo, ut Deus præceperat, ſed decimoquarto anno circunciderent, quòd ea ætate Iſmael Circunciſionem acceperat. Quod Arabes quoque factitaſſe credibile eſt. Nam hodie Turcæ etiam ea ætate circunciduntur. Quanquam Ægyptij, ut idẽ author eſt Ambroſius, fœminas quoque ſoliti ſunt circuncidere, idque anno 14. ut mares. Ejus rei hanc rationem addiderunt, velle ſe hoc ſymbolo annotare, reſtinguendam eſſe libidinem, quæ illa ætate ma- C ximè in utroque ſexu incipit accendi. Atqui Deus maſculos tantùm juſſit circuncidi: neque tamen ea cauſa fœminæ Hebræorum, vel ab Eccleſia, vel à fœdere habebantur alienæ. Illæ enim ſemper unà connumerantur cum viris: innuptæ quidem cum patre: nuptæ verò cum maritis.

Mos ineptus Hebræorũ in circuncidẽdis pueris.

Gen. 17.25.

Ægyptij 14 anno circũcidunt filios.

Ægyptij fœminas circuncidunt.

Femellæ Hebræorum incircunciſæ nõ peribant.

22 Non defuerunt, qui captioſis argumentis detraxerint Circunciſioni, & quodammodo Deum veteris Teſtamenti coarguerint. Primùm enim dicebant, Vel præputium eſt ſecundum naturam corpo- D ris, vel ejus naturæ adverſatur. Si eſt ſecundum naturam, cur vult Deus ut abſcindatur? Sin pugnat cum natura, cur ſinit Deus, ut naſcatur? Reſpondet Ambroſius in Epiſtola 77. ad Conſtantium, præputium eſſe ſecundum naturam noſtri corporis: ſed non eſſe abſurdum, ut ea quæ cum corpore aut carne noſtra conveniant, reſcindantur, ſi ex eo ſpiritus poſſit adjuvari: quod videmus in jejuniis & aliis carnis mortificationibus fieri, & in ferenda cruce, quam omnibus fidelibus Deus impoſuit, in quibus multa, quæ E carni adverſantur, cogimur tolerare. Adhæc dicere ſolebant, Deum cæteras nationes à lege Moſaica abſterruiſſe, cùm illis hoc jugum Circunciſionis imponeret: Quæ niſi fuiſſet, multi exteri & alienigenæ ad Hebræorum religionem acceſſiſſent. Sed etiam eodem modo calumniari poſſunt Chriſtum ipſum, quòd mundum videatur deterrere à ſua religione, partim propter ſeveritatem doctrinæ, partim propter perſequutiones & martyrium, quod primo tempore erat ſubeundum à multò maxima parte cre- F dentium. Sed qui verè ad numerum electorum pertinent, minimè reſiliunt ob difficultatem vocationis. Qui autem retro abeunt, ex nobis non erant, & idcirco defecerunt. Mirantur etiam, quòd Deus in puerili ætate voluerit ejuſmodi cæremoniam ſuſcipi, quæ ſæpe infirma corpuſcula poſſit in diſcrimen adducere. Quod ad ætatem attinet, inquit Ambroſius, ut omnis ætas obnoxia eſt peccato, ita etiam eſt idonea ſacramento. Infantes autem peccato obſtrictos eſſe, abundè oſtendunt eorum morbi, fletus, do- G lores, mortes. Quod ſi fortè in vitæ diſcrimen adducebantur, nihil tamen erat cauſæ, cur quærerentur, cùm eam omnem deberent Deo. Et tamen, ut traditur, pauciſſimi ea cauſa moriebantur. Dolor autem ille, & diſcrimen nonnihil attulit utilitatis. Nam quemadmodum ſtrenui milites, cum meminerunt ſe antea multa paſſos, ne fugerent, magis animantur ad perſtandum, ne quod dedecus inurant cicatricibus & vulneribus, quæ antea paſſi ſint ſibi infligi, potius quàm ut locum & ſtationem deſererent. Ita vo- H luit Deus, ut Hebræi jam adulti & facti viri, profeſſionem ſuæ Legis contra omnia pericula tuerentur, cùm meminiſſent, ſe jam inde ab infantia religionis cauſa fuiſſe vulneratos. Nunc autem Circunciſionem ait, à Chriſtianis meritò repudiari, quòd cùm Chriſtus ſanguinem ſuum effuderit, pretium noſtræ redemptionis, jam opus non ſit, ut ſinguli homines ſanguinem ſuum privatim effundant. Atque hæc de Sacramento Circunciſionis ad præſens inſtitutum putamus eſſe ſatis. I

Cur ad hæc infantes voluerit circuncidi? Omnis ætas idonea Sacramento.

Cur Deus vulnere ac dolore pueri luer...

Digitized by Google

CAPUT VIII.

De Baptiſmo, Pædobaptiſmo, & Infantium ſanctitate.

In Rom.6.5. Baptiſmi ampla & fuſa definitio. Vide in 1.Cor. 1.17.

BAptiſmus eſt ſignum regenerationis in Chriſtum, in mortem inquam & reſurrectionem ejus, quod loco Circunciſionis ſucceſſit, conſtans lavacro aquæ in verbo, quo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti remiſſio peccatorum, & effuſio Spiritus ſancti offertur, & Chriſto atque Eccleſiæ viſibili Sacramento inſerimur, & nobis jus ad regnum cœlorum obſignatur, nóſque viciſſim peccato morituros & Chriſto victuros in poſterum profitemur. Hujus definitionis membra, ut melius intelligantur, explicabimus. In primis appellatur Signum: quod Baptiſmo cum omnibus Sacramentis commune eſſe, ex eo probatur quòd Paulus Epiſtola ad Romanos docuit: Abrahamum, poſtquam eſſet juſtificatus, accepiſſe Circunciſionem, σφραγῖδα jam adeptæ juſtitiæ. Quid autem Baptiſmus obſignet, ſatis exprimitur, quum ſignum regenerationis appellatur. Nam Chriſtus Nicodemum ſatis apertè docuit apud Ioannem capite tertio, eos qui ſervandi ſint oportere renaſci. Hujus autem regenerationis Baptiſmum eſſe ſignum, Paulus docet ad Titum: Secundum ſuam miſericordiam, inquiens, ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis. Cúmque regeneratio, mutatio quædam ſit, ut quænam ea ſit, rectè intelligatur, explicandus eſt terminus ad quem. Ideóque addidimus, In Chriſtum, quòd hominum regeneratorum fides, ſtudia, vita, non aliò ſpectent, quàm ut toti in Chriſtum tranſeant. Cúmque omnia, quæ Chriſtus geſſit pro noſtra ſalute, in morte ac reſurrectione ejus comprehendantur: ideo in hac definitione addidimus, in mortem & reſurrectionem ejus baptizandum eſſe. Quod etiam Paulus docet: Sic enim ſcribit, An ignoratis, quòd quicunque baptizati ſumus in Chriſtum, in mortem ejus baptizati ſumus? Et mox commemorat reſurrectionem. Circunciſionis autem loco, ſucceſſiſſe Baptiſmum, docet Epiſtola ad Coloſſenſes. Vnde cum Circunciſio ſemel tantùm cuique adhibita fuerit, & unà tantùm ſit cujuſque nativitas, inde fit, ut ne Baptiſmus quidem debeat repeti. Quod etiam eò fit, quia Spiritus ſanctus vult nobis penitus eſſe perſuaſum, poſt Baptiſmum ad priſtinam vitam non eſſe redeundum: quaſi altera regeneratio concedi poſſit. Nam ſi quis ita putaret, ut habetur in Epiſtola ad Hebræos, is Filij Dei ſanguinem conculcaret. Itaque Paulus ad Epheſios ait, Vnus ſpiritus, una fides, unum Baptiſma. Quod autem aquæ lavacro & verbo conſtet, docemur ex Epiſtola ad Epheſios, his verbis: Sicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum pro ea tradidit, ut eam ſanctificaret mundatam lavacro aquæ per verbum. Hæc eſt natura Sacramentorum, ut ſymbolo, & externo elemento, & verbo Dei conſtent. Multi ſcriptores Eccleſiaſtici, cùm agunt de Baptiſmo, aquarum encomia & laudes prædicant. At ego potius Chriſtianæ religionis admiror ſimplicitatem, cui Sacramenta, ut numero pauciſſima, ita factu faciliima ſint attributa. Quod enim attinet ad ſymbola, non habemus niſi panem, vinum, & aquam: quæ ubique in uſu ſunt, & paſſim obvia. Idolorum verò myſteria, magno cum apparatu celebrabantur, & admodum erant ſumptuoſa. At Chriſtus magnam ſimplicitatem in rebus externis perpetuò ſecutus eſt. Quanquam diabolus etiam, ut æmulus Dei, interdum ſuis quoque ſacris, aquam adhiberi voluit: ut in myſteriis Mitræ & Iſidis. Et Romani ludis Apollinaribus & Peluſiis, aqua luſtrabant civitatem. Ita enim putabant eam à perjuriis, cædibus, injuſtitia, & publicis criminibus expiatum iri. Et qui homicidium commiſiſſent, aquas expiatorias magno ſtudio quærebant. Sed his omiſſis, hoc ſcire debemus, ſymbolum in Sacramentis cognitionem habere oportere & ſimilitudinem cum re quæ ſignificatur. Quare, cùm aqua eluat ſordes corporis, fœcundet terram, & ſitim reſtinguat, appoſitè ſignifi-

Rom.4.11.
Omnia Sacramenta dicuntur ſigna. Ioan.3.5.
Tit.3.5.
Explicatio regenerationis.
Rom.6.3. Ibid.4.
Col.2.11.
Cur Baptiſmus non repetendus.
Heb.10.29.
Eph.4.5.
Symbola Euāgelicorum Sacramentorum faciliima ſunt comparatu.
Ethnicorum myſteria fuerunt ſumptuoſa.
Diabolus interdum imitatur ſimplicitatem Dei.

A cat remiſſionem peccatorum, Spiritum ſanctum, quo bona opera ſanctificantur, gratiam, quæ animi æſtus refrigerat. Neque aliter Prophetæ in veteri Teſtamento de Spiritu ſancto in regeneratione danda vaticinati ſunt. Ioel ait, Deum effuſurum eſſe aquam mundam ſuper filios & filias Iudæorum. Et Eſaias ait, Omnes ſitientes, venite ad aquas. Et veteres Hebræi à Paulo dicuntur in mari rubro & in nube fuiſſe baptizati.

Quæ ſit aquæ analogia vel ſignificatio in Baptiſmo. Ioel 2.28. Eſ.55.1. 1.Cor.10.2.

B 2 Cujuſmodi autem verbum ſit, quod ad elementum aquæ adjungi debeat, ſubjecimus, quo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, remiſſio peccatorum, &c. In hanc promiſſionem fides obſignatur: &, ut ait Tertullianus, Baptiſmi Sacramentum eſt hujus fidei veſtis. Hæc præſcripta verba traduntur à Chriſto in capite ultimo Matthæi. Neq; perſuadere mihi poſſum, Apoſtolos hanc verborum formulam immutaſſe: quanquam Ambroſius ea de re aliter ſenſerit. Nobis in præſentia ſatis eſt, quòd ex e- C lemento & verbo Dei, luculentum habemus teſtimonium noſtræ regenerationis & ſalutis. Quemadmodum enim tria ſunt, ut Ioannes ait, quæ teſtimoniũ perhibent de Chriſto, Spiritus, Sanguis, & Aqua (nam divinitatem ejus, Pater, qui ſignificatur per Spiritum: Filius, qui ſanguine demonſtratur: & Spiritus ſanctus qui aqua denotatur, teſtati ſunt: & veræ hujus naturæ humanæ Spiritus teſtis fuit, quem in cruce Patri commendavit, & ſanguis & aqua, quæ de latere ejus profluxerunt) ita quòd nos ſimus filij D Dei, teſtimonium habemus à Spiritu ſancto: remiſſionem autem peccatorum per ſanguinem Chriſti habemus propoſitam in verbo repromiſſionis, & aqua extrinſecus corpori admota. His porro teſtibus & excitatur & roboratur fides noſtra, quò regenerati ſimus, & jam effecti filij Dei. Offertur nobis remiſſio peccatorum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Non tamen exiſtimare debemus, eam dari ex opere, ut loquuntur, operato, quaſi delitèſcat in aqua ſanctitas, aut ſpiritus, & externo contactu nos regene- E ret. Non ita res habet, ſed per verbum Dei & ſymbolum externum ſignificatur nobis reconciliatio cum Deo per Chriſtum facta: quam ſi fide apprehẽdimus, & juſtificamur & ſanctificamur. Itaq; Auguſtinus in Ioannem ait, Vnde hæc tanta virtus aquæ, ut corpus attingat, & cor abluat, niſi efficiente verbo? non quia dicitur, ſed quia creditur. Infantibus autem, qui adhuc per ætatem credere non poſſunt, Spiritus ſanctus in eorum cordibus fidei vices agit. Effuſio quoque Spiritus ſancti promittitur in Baptiſmo, ut in Epiſt. F ad Titum diſertè ſcribitur: qui ſalvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos copioſè.

Tertullianus.
Formula à Chriſto præſcripta in Baptiſmo. Mat.28.19.
Locus Ioãnis de tribus teſtimoniis.
Verbum non mundat, quia dicitur, ſed quia creditur.
Spiritus fidei vices agit. Tit.3.5.

3 Neque iſta duo nobis ſic offeruntur in Baptiſmo, quaſi ea ante Baptiſmum nullo modo habeamus. Negari enim non poteſt, adultos credentes juſtificationem habere etiam, antequam baptizentur. Ita enim Abrahamus credidit, & juſtificatus eſt: deinde accepit ſignaculum Circunciſionis. Et Cornelius Centurio, cùm Petrum audiviſſet & crediſiſſet, non G ſolùm eſt juſtificatus, verumetiam viſibiliter accepit Spiritum ſanctum. Neque parvulos baptizaremus, niſi jam eos ad Eccleſiam, & ad Chriſtum arbitraremur pertinere. Nec tamen hujuſmodi fruſtra baptizantur. Parendum enim eſt præcepto Dei: quod ſi quis contemneret, quantumvis jactaret fidem ſuam, ſatis tamen declararet ſe nec credere, nec eſſe juſtificatum, nec remiſſioné peccatorum accepiſſe. Deinde, quamvis credant, tamen quum rurſus iſtæ promiſſiones offerantur, idque ex inſtituto Domini, eaſque H illi fide ac impulſu Spiritus ſancti efficaciter apprehendant, non poſſunt in illis non augeri Dei beneficia. Cur autem Spiritus ſanctus effundatur in corda eorum qui regenerantur, hæc ratio eſt: quia reſingẽdi ſunt, & cor eorum lapideum, ut ait Propheta, mutandum eſt in carneum: quæ humana ratione fieri non poſſunt. Inſeri autem nos non viſibili Sacramento in Chriſtum & Eccleſiam, primùm declaratur ex Paulo: is enim ait, eos qui baptizãtur, inſeri in Chriſtum. Et 1.Corinth. cap.12. Per unum, inquit, ſpiritum, nos I omnes in unum corpus baptizati ſumus. Hoc autem corpus eſſe Eccleſiam, in eodem capite abunde docet. Addidimus, Sacramento viſibili, quoniam animo

Quæ offeruntur in Baptiſmo, etiam ante ipſum habentur.
Rom.4.11. Act.10.44.
In Baptiſmo quę prius habebantur dona, augentur.
Spiritus in cor effunditur, quando regeneramur. Ezech.36.26.
1.Cor.12.13.

Digitized by Google

Per Baptiſmū viſibiliter inſerimur Chriſto & Eccleſiæ.

mo & ſpiritu,ſtatim ut ſumus juſtificati, reipſa inſerimur & Chriſto,& Eccleſiæ, ſed id quoniam hominibus obſcurum eſt, poſtea cognoſcitur, quum externo Sacramento inauguramur.

Obſignatur Ius ad vitam æternam.

Non omnes qui non ſunt baptizati, pereunt.

Ioan.11.25 Marc.16.16

Chriſtus mortem appellavit Baptiſmū.

Effuſio Spiritus Sancti fuit Baptiſmus.

Mat.20.22. Act 1.6.

Baptiſmus habet conjunctā ſecum pœnitentiam.

Mat.3.2.& 28. 20. Exod.14.

Baptiſmum revocare debemus in memoriam quàm frequentiſſimè.

4 Obſignatur etiam nobis per Baptiſmum, jus ad vitam æternam. Donatur quidem illud nobis ſtatim ubi juſtificamur,pertinetque ad nos jure, nō meriti,ſed liberalis donationis Dei:per Baptiſmum verò obſignatur. Vt regiæ largitiones,quam primùm conceſſæ ſunt,ſine controverſia ad nos pertinēt: poſtea tamen adduntur obſignationes,ut Regis voluntas, ſi ſit opus,aliis teſtata eſſe poſſit. Neque verò pars iſta,Ius ad vitam æternam,ita accipienda eſt,quaſi excludendi ſint e regno cœlorum, qui non fuerint baptizati. Si enim crediderint, & per eos non ſteterit quo minus baptizarentur, non eſt ambigendum de eorum ſalute. Chriſtus enim ait; Qui credit in me, habet vitam æternam. Et alio loco,quāvis dicat, eum qui crediderit & baptizatus fuerit, fore ſalvum: tamē ſtatim adjecit, Qui non crediderit, condemnabitur. Quibus verbis innuit,baptiſmum non ita eſſe neceſſarium, quin fidelis abſq; eo ſervari poſſit, modò ne intercedat contemptus & inobedientia. Scholæ etiā fatentur, præter Baptiſmum aquæ, pios interdum martyrio & afflatu ſpiritus baptizari, quantum ad ſalutem ſit ſatis. Chriſtus quoque mortem ipſam appellavit Baptiſmum, cùm ſe alio Baptiſmo diceret eſſe baptizandum: & prædixit Apoſtolos baptizandos eſſe Spiritu ſancto,non poſt multos dies ab aſcēſione ſua in cœlum. Vltimo loco nos viciſſim in Baptiſmo,mortem, quod ad peccatum attinet, profitemur,& novam vitam. Quæ profeſſio nihil aliud oſtendit, quàm huic Sacramento, pœnitentiam conjunctam eſſe: quod & Iohannes & Chriſtus docuerunt,cùm de Baptiſmo loquerentur. Et Patres,cùm mare tranſmiſiſſent,evaſerunt in libertatem: Pharao autem cum exercitu,in aquis ſubmerſus eſt. Quo ſignificatum eſt,nos per Baptiſmum ita eſſe inſtaurandos,ut peccata ibi deſeramus, & novo propoſito ad ſanctam vitam emergamus. Hæc omnia,cùm baptizati ſimus,è ſcripturarum teſtimonio frequenter debemus conſiderare,& de his omnibus noſipſos ſubinde admonere. Quamvis enim hoc Sacramentum ſemel tantùm exhibeatur, nunquam tamen in omnē vitam oblivioni tradendum eſt. Quemadmodum enim Iudæi ſemper meminiſſe debuerunt ſe eſſe circunciſos,ita nos quoque perpetuò debemus in mentem Baptiſmum noſtrum revocare.

Pædobaptiſmus non eſt res noua in Eccleſia. Vide in 1.Cor. 1.16.& lib.de Votis pag.73. Edit.Baſil.

Higinus ſtatuit de ſuſceptoribus,non de infantium baptiſmo.

Tertulliani ſententia, quo ad hoc non recipienda.

In uſu eius ætate fuit inf.ātes baptizari.

5 Verum enimverò mirum eſt, quomodo nonnulli audeāt affirmare,Baptiſmum infantum novum eſſe inſtitutum in Eccleſia.Cyprianus enim antiquiſſimus ſcriptor ejus meminit: & reſpondet,non eſſe neceſſe,ut ad eos baptizandos dies octavus expectetur: Evangelicam enim veritatem, nos ab obſervādo dierum numero exemiſſe. Itaque poſſe eos baptizari, quocunque die frequens Eccleſia convenerit. Origenes enim ſcribit in Epiſtola ad Romanos,& in Leviticum ſatis indicat, infantes ſuo tempore conſueviſſe baptizari. Quumque iſti non longè abfuerint à temporibus Apoſtolorum, nec eam rem tanquam aut à ſe,aut ſua ætate inventam tradant, ſatis apparet eum morem fluxiſſe ab Apoſtolis. Dicunt Higinum Romanum Epiſcopum, hujus rei fuiſſe authorem: Quod ex ejus Decretis minimè probari poteſt. Legimus quidem, eum tuliſſe legem de ſuſceptoribus, quos Patrinos & Matrinos vocant: utile ſanè inſtitutum. Voluit enim,ut cùm parvuli per Baptiſmum in Eccleſiam reciperentur, aliquorum fidei, à quibus poſſent inſtitui,commendarentur. Ad hoc præſtandum ſuſceptores, fidem ſuam obſtringunt: tametſi hodie nihil minus curent. Infirmum autem eſt argumētum,ex eo colligere, Higinum primum fuiſſe authorem,ut infantes tingerentur, quòd inſtituerit ſuſceptores: Imò potius cùm ille de ea re decretum fecerit, probabile eſt parvulorum Baptiſmum antea fuiſſe in uſu. Sed citant Tertullianum in libello de Baptiſmo,quem admodum elegantem ſcripſit. Sed cùm vir ille extrema ætate, ab orthodoxa fide defecerit,ad Montanum, nō poteſt in hac re ejus authoritas eſſe tanti. Nam & ſecundas nuptias damnavit, & Baptiſmum parvulorum contra receptum uſum Eccleſiæ improbavit. Quòd ſi ejus ſententiam ſequi A velimus,nec juvenes cœlibes, nec viduæ adoleſcentulæ baptizandæ ſunt. Statuit enim, hoc Sacramentum ſero, & non niſi maturæ ætati adminiſtrandum eſſe. Sed ex ipſo Tertulliano ſatis oſtendi poteſt, ejus tempeſtate infantes ſolitos fuiſſe baptizari. Neque enim id reprehendiſſet,niſi jam fuiſſet in uſu.

In 1.Cor.7.v.14 Vide Claſſ.2. Cap.1 Sect.39. Quæ ſit ſanctitas noſtrorum infantium?

Prima opinio

August filius. Altera opinio

Sanctitas eſt quod ad Eccleſiam Dei pertinent.

6 Sed occurrit graviſſima quæſtio, de ſanctitate puerorum, qui ex parentibus Chriſtianis procreantur,quænam ſit, vel cujus generis conſtitui debeat. B Nōnulli Pauli 1.Cor.7.verba interpretati ſunt, quod qui ſic naſcantur, bonam & piam educationem ſortiantur, quod non fieret ſi divortium inter parentes accideret. Adjudicarentur enim fortaſſe liberi parēti infideli,ubi non religioni, ſed impietati prorſus māciparentur. Quòd ſi maneat connubium, tum facultas datur patri fideli,ut valeat educare Chriſto. A qua expoſitione Auguſtinus in libro de Sermone Domini in mōte,nō viſus eſt uſque adeò abhorrere: Inquit enim, Eorum filij ad Chriſtum adducuntur, illique C in Baptiſmo conſecrantur. Sed videtur Auguſtinus minus dicere (quamvis ejus ſententia pia ſit) quàm Apoſtolus probare inſtituerit. Voluit enim cōfirmare ſanctificationem illius conjugij, quam antea propoſuerat. Verùm hoc ſenſu potius declararet quendam fructum illius matrimonij, quàm illud ſanctum eſſe probaret. Nam hoc beneficium educationis piæ atque Baptiſmi, poſſunt interdum habere filij alioquin ſuſcepti ex impura commixtione. Nam ſi quis Chriſtianus fortaſſe in ſcortationem lapſus, filium D procreaſſet,& baptizari atque ſanctè educari curaret: inde non probaretur conjunctionem, qua ſcorto abuſus eſt,aut ſanctam aut honeſtam fuiſſe. Quod eveniſſe ſcimus in Adeodato filio Auguſtini, qui ex illo illegitimo coitu natus & baptizatus eſt, & patris opera ſanctiſſimè inſtitutus. Vnde alij dicunt, Paulum tantùm intelligere hac ſententia, puritatem & ſanctitatem civilem: quòd pueri hoc modo nati,legitimi habeantur, neque ſpurij reputentur: quod aiunt maximè facere ad inſtitutum Pauli. Cùm e- E nim declarare vellet matrimonia hæc retinenda eſſe, illorum juſtitiam & honeſtatem inde probat, quòd publicis & juſtis legibus filij qui inde oriuntur, pro legitimis & juſtis hæredibus habentur. Cæterùm & ab his non videtur completè ſatisfieri argumento Pauli. Potuiſſent enim Corinthij dicere, Nos qui jam Chriſtiani ſumus,plus requirimus in noſtris cōjugiis, quàm ut rata ſint civili juſtitia: Illa volumus habere ſancta,& quæ Deo placeant. Vnde probabitur in diſpari conjugio eam eſſe ſanctitatem, ut ex F congreſſu infidelium non polluamur? Si tantùm civilem puritatē prolis inde ſuſceptæ adduxeris, quid nobis magis tribuis quàm infideles habeant? Illorum enim filij,ſi ex matrimonio procréentur, legitimi ſunt,& ut juſti hæredes admittuntur. Quare videtur Paulus quippiam aliud indicaſſe, quod liberis infidelium non ſit datum. Vnde hanc ego ſanctitatem exiſtimo,quòd ad Eccleſiam Chriſti pertineant. Illi enim accenſentur,ac ſi ex utroque fideli parente nati eſſent.

Gen.17.7

Poſſunt habere ſpiritum & gratiam Chriſti fidelium parvuli.

Rom.11.16

Fœdus Abrahami pertinet ad nos & ad noſtros infantes.

Salus non attribuitur generationi carnis.

G 7 Quòd ſi rogaveris, quomodo filij Chriſtianorum ad Eccleſiam vel ad Chriſtum pertineant? Reſpondebimus,non aliter quàm Hebræorum filij, cū eſſent ex poſteritate Abrahami,dicti ſunt in Dei fœdere includi. Promiſit enim Deus Abrahamo,ſe velle non tantùm ejus, verumetiam ſeminis illius Deū eſſe. Et ideo baptizantur noſtri pueri ſicut veterum circuncidebantur, quòd extra Eccleſiam nō ſint deputandi. Nos enim ſucceſſimus in Abrahami poſteritatem, & quæ de illo dicta ſunt, nobis etiàm & no- H ſtris liberis quadrant. Poſſunt enim habere ſpiritum & gratiam Chriſti, cùm & noſtrûm & Eccleſiæ ſint partes. Hoc nomine videtur Apoſtolus eos prædicare ſanctos. Vnde ad Romanos dicitur, Quòd ſi radix eſt ſancta, & rami:& ſi primitiæ ſanctæ ſunt,maſſa quoquo ſancta erit. Quæ licet proferantur de Hebræis, à nobis non aliena ſunt. Siquidem in Abrahami & Iſraëlis familiam tranſivimus: quia per Chriſtum dirupta eſt maceria, qua gentes ab Abrahami poſteritate videbantur diſſociari. Quare fruuntur noſtri I parvuli eorum beneficio, qui propagati fuerūt ex illius Patriarchæ ſtirpe. Non quòd hoc generationi carnis,tanquā præcipuæ veræq; cauſæ attribuamus: eſt n.

Digitized by Google

Dei electio ſæpe in eos incurrit qui nati ſunt ex fideliũ ſemine.
Rom. 9. 7.

prorſus, ut noſtra, ita etiã liberorum noſtrorum ſalus ex mera Dei electione atque miſericordia, quæ ſæpè concurrit cum naturali propagatione: puta ut iidem ſint à Deo electi: qui etiã naſcuntur ex ſanctis, ſicuti videmus factum in Iſaaco, qui ſemen fuit Abrahæ, non ſolùm juxta electionem, verumetiam ſecũdum carnis generationem. Non quòd ita neceſſariò ſemper eveniat.

Promiſſio nõ eſt generalis de omni ſemine.

Quia promiſſio non eſt generalis de omni ſemine, ſed tantùm de illo, in quo unà cõſentit electio. Alioquin poſteritas Iſmaelis & Eſau fuerunt ex Abrahamo. Sed quia nos de arcana Dei providẽ- B tia & electione minimè debemus curioſius inquirere, ideo ſanctorum filios, ſanctos judicamus, quoad ipſi per ætatem ſe non declaraverint à Chriſto alienos. Non excludimus illos ab Eccleſia, ſed ut ejus partes amplectimur, benè ſperantes, quòd ut ſunt ſecundum carnem ſemen ſanctorum, ita etiam ſint electionis divinæ participes, & Spiritum ſanctum & gratiam Chriſti habeant. Atque hoc nomine, illos baptizamus. C Neque audiendi ſunt, qui hac de re movent ſcrupulum, ac dicunt: Quid ſi miniſter fallatur? Quid ſi reverà puer, neque eſt filius promiſſionis, divinę electionis atque miſericordiæ? Quia idẽ cavillus eſſe poterit de adultis.

Cum arcanam Dei prædeſtinationẽ ignoremus de filiis fidelium bene ſperamus.

Nam de illis quoq; ignoramus, fictè néc ne accedant, an verè credant, an ſint filij prædeſtinationis, an perditionis, an Chriſti gratiam habeant, an illa ſint deſtituti, & mendaciter dicant ſe credere. Quid tu illos baptizas? Scio dices, idcirco id facio, quod ſequor illorum externã profeſſionem, quam ſi mentiantur, mea non refert.

Vt profeſſio adulti poteſt eſſe ſignum fallax ita naſci ex fidelib. non eſt certũ ſignum.

D Ita nos dicimus, Eccleſiam ideo cõplecti noſtros pueros & baptizare, quod ad nos pertineant. Idq; eſt illi divinę voluntatis tale indicium, quale eſt in adultis externa profeſſio: Quia ut ibi falli poteſt, ita etiam hìc. Nõ eſt res adeò certa, quin aliter haberi poſſit: & ita non omnes quotquot baptizãtur vel ſalvi fiunt, vel prædeſtinati ſunt ad vitam æternam. Neque alia ratione poſſumus diſcernere inter baptizatos, quinam pertineant ad ſalutem, & qui non ſint ejus filij, niſi quòd judicamus de illis quotidie ex illorum operibus.

Contra Anabaptiſtas.

E 8 Anabaptiſtæ ergo non ſunt audiendi, qui pueros non volunt baptizari. Quia peccatum originis inficiantur, ideo expectari volunt maturos annos, quando jam per electionem quiſque peccavit, ut propria voluntate lapſus, & vitiis inquinatus, habeat quod per Baptiſmum abluat.

Peccatum originis probatur.
Rom. 5. 12.

Ab iſtis toto cœlo diſſentimus, cum peccatum originis omnino confiteamur. Probatur quippe in Epiſtola ad Romanos, ubi dicitur: Per unum hominẽ peccatum intraſſe in mũdum, & per peccatum mortem. F Vnde patet, ibi peccatum eſſe, ubicunq; mors locum habuerit. Ideo cũ infantes moriantur, neceſſarium eſt, eos peccato eſſe obnoxios. Et pleraque alia in eodem cap. habentur teſtimonia, quæ hoc peccatum originis manifeſtiſſimè probant.

Pſ. 51. 7.
Ioan. 3. 5.

Et in Pſalmo habetur, Ecce enim in iniquitatib. conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Et Chriſtus aiebat, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, &c. Ex quo patet, ſi renaſci oporteat, nos in peccato natos eſſe.

2. Cor. 5. 14.

Et ad Cor. 2. c. 5 de Chriſto dicitur, G Quòd unus pro omnibus mortuus eſt. Quòd ſi pro omnibus eſt mortuus, oſtenditur infantes etiam opus habuiſſe redemptore.

Rom. 5. v. 6. 8. & 10.

Et cùm dicatur ad Romanos, Chriſtus mortuus pro his qui peccatores erant, inimici ac infirmi, & impij: cõſequitur infantes quoque natura ſua tales eſſe cum naſcuntur, niſi velimus dicere Chriſtum pro eis non eſſe mortuum: quod adverſatur ſententiæ jam ex Paulo allatæ. Et in libro Geneſeos oſtenditur, quale ſit figmentum noſtri cordis, ab ipſa pueritia vel excuſſione à ventre.

Gen 8. 21.
Iob. 14. 11.

H Idcirco Hebræi frequenter in ore habẽt, *Ietſer haraa*, figmẽtum malum, quod ex eo loco Geneſeos accipiunt. Et in Iobo legimus, Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Vbi humanum ſemen, immundum appellatur, quod non poteſt referri niſi ad peccatum originis. Quoniã ſi naturales cauſas expenderis, nihil plus habet turpitudinis humanum ſemen, quàm cæterorum animantium ſemina.

Eph. 2. 3.
Cur parentes regenerati procreent liberos cum peccato originis?

Et ad Epheſios habetur, Naturâ eramus filij iræ ſicut cæteri. Vbi illa vox Natura, indicat malum hoc, ab ipſa origine contrahi. I Et licet Chriſtiani ſint parentes, quia tamen ex parte non generant qua ſunt repurgati (mente inquam, ubi fides A locum habet, qua Deo ſunt reconciliati) verùm corpore atque carne procreant, quæ dum hìc vivimus, impuritatem prorſus non exuerunt, ut ab Adamo traducta eſt, ita ſecum ejus infectionem atque maculam trahit. Ab Anabaptiſtis itaque plurimum diſſentimus: Nam & peccatum originis, quod ipſi negant, confitemur, & pueros tingendos eſſe, ut hodie in Eccleſia, tradimus.

Quomodo noſtri pueri ſint & naſcantur cum peccato originis.

9 Quomodo ergo dicuntur infantes Chriſtianorum, cum ſuſcipiuntur, ſancti, & partes Eccleſiæ, cùm B originali peccato laborent? Reſpondemus, in peccato originis duo expendenda eſſe. Vnum eſt vitium naturæ, quo carent poſteri Adami juſtitia, & ignoratione atque malis concupiſcentiis premuntur. Eſt deinde reatus, quo Deus hæc ad peccatum & ad mortem imputat. Primam itaque partem indubitatò omnes noſtri pueri habent quando naſcuntur. Alteram verò partem, reatum inquam & imputationem ad mortem & ad æternam damnationem, illi qui non C tantùm ſecundum carnem ex iis naſcuntur parentibus, verumetiam ad electionem Dei & promiſſionem pertinent, non habent. Quia Dei miſericordiâ, Spiritu ſancto, & gratia Chriſti aufertur: Neque illis imputatur ea corruptio ad mortem. Ideò qui ſic naſcuntur ex Chriſtianis, vocantur ſancti, quòd exiſtimentur ad gratiam & electionem pertinere, cùm nihil diverſum ſuadeat. Vnde quaſi ad promiſſionem pertineant, & jam dona Dei habeant, remiſſionem inquam peccatorum & gratiam Chriſti, Eccleſia baptiſmate iſta in eis conſignat. D

Rom. 4. 11.

10 Sed unum videtur obſtare, quod ad Roman. ſcribitur cap. 4. Abrahamo datum, ut eſſet pater Circunciſionis, & non tantùm Circunciſionis, ſed & illorum qui ambulant ſecundum veſtigia fidei, quæ fuit in ejus præputio: unde cõcluditur, Ethnicos qui adſciſcuntur in genus Abrahæ, non ſemine carnis id habere, ſed vi fidei, quam cùm infantes non habeãt, non intelliguntur generi Abrahami inſerti. Sed cogitandum eſt ibi Apoſtolum de adultis locutum eſ- E ſe, & de prima gentium inſitione, qua cooptatę ſunt in Abrahami ſtirpem. Quod factum eſſe fide, nemo noſtrum dubitat. At cum jam gentes & familiæ noſtræ ſeu Eccleſiæ illi generi ſint inſitæ, omnia ſunt illis communicata privilegia, quæ Abrahamo fuerunt conceſſa: inter quæ illud erat præcipuum; ut Deus eſſet & ipſius & ſeminis ejus Deus. Quamobrem & nobis & noſtris itidem cõceditur, forma & ratione jam expoſita.

Rom. 9. 6.

Deinde ſcribitur c. 9. ejuſdem Epiſtolæ, Non omnes qui ſunt ex Iſrael, hi ſunt Iſrae- F litæ: neq; omnes qui ſunt ex ſemine Abrahę, omnes filij. Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemẽ, id eſt, nõ omnes qui ſunt filij carnis, hi filij Dei, ſed qui ſunt ex repromiſſione. Vnde videtur colligi ex his Apoſtoli verbis, carnis generationẽ nihil efficere ad hoc, ut pueri noſtri dicãtur ſancti. Sed ad hoc jam eſt reſponſum ſatis. Abundè n. declaravimus, nõ hoc attribuendum eſſe generationi carnis, ut propriæ ac præcipuæ cauſæ, cum tãtùm ex Dei gratia atq; electione ſive promiſſione, ut dicit Paulus, noſtra ſalus cõſtet. Sed quia G hujus electionis ratio eſt occulta, & primum indicium ejus quod habemus eſt, ſi pueri ad ſanctos pertineant, & per illos offerantur Sacramento regenerationis, idcirco eos appellamus ſanctos, quamvis, ut dictum eſt, hoc indicium poſſit fallere: quemadmodum & confeſſio fidei, quæ voce exprimitur ab adultis quando tingendi ſunt, mentiri poſſet, & ex hypocriſi proficiſci. Deinde eo loco voluit Apoſtolus Iudæos, qui faſtidiebant Gentes, revocare ad primam ſupremamq; cauſam noſtræ ſalutis, quam propoſue- H rat non eſſe opera cæremoniarum aut noſtra merita, neq; genus ſecundum carnem, quod illi ſemper jactabant: Electionem Dei & promiſſionem illis ob oculos poſuit.

Dei electio & prædeſtinatio nunquam fallitur.

Quæ cauſa eſt ejus generis ut non fallatur, verùm perpetuò effectum ſortiatur. Non tamen ejus animus fuit, omnia hæc ſecunda inſtrumenta ſeu media quibus Deus utitur, atque indicia, irrita facere, ut prorſus diceret nihil eſſe. Genus carnis per ſe nõ eſt ſatis ad juſtitiam veramq; ſanctitatẽ. Quia poſſunt ad perditionẽ pertinere quandoq; I filij ſanctorum. Poſſunt cùm adoleverint, à bona & ſancta educatione degenerare. Poſſunt & reſilire à pietate, quam videbantur à pueris imbibiſſe, ut Iu-

dæos

A dæos feciſſe novimus, qui Chriſtum negarunt, neque amplius habent quod de ſemine ſancto glorientur, tametſi Dei promiſſio in illo genere ſit futura nunquam prorſus irrita. Nam in 11. cap. poſtea idem Apoſtolus apertiſſimè oſtendit, ſe non abſtuliſſe à Iudæis dona generis atque proſapiæ, cùm inquit: Si radix eſt ſancta, & rami; ſi primitiæ, item conſperſio.

Licet non ſit certum ſignũ ſalutis naſci ex ſanctis, non tamen eſt vanum.

Rom. 15. 8.

B 21 Neque Chriſtus oſtendit vanas iſtas promiſſiones, cùm è ſemine Abrahami ſecundum carnem factus eſt homo, & in illa gente ita converſatus, ut ad Romanos dicatur fuiſſe miniſter Circuncisionis, ad confirmandas promiſſiones Patrum. Hoc ſanè Iudæi non habuerunt ex meritis, ut Chriſtus illis ante omnes verbum vitæ adminiſtrarit, ſed ex promiſſione, quæ generi eorum facta fuerat. Quare patet, non prorſus vanum eſſe atque inane ex pio genere naſci. Et in Actis Apoſtol. dicebat Petrus, ad eos cumprimis Evangelium pertinuiſſe jure fœderis: ut habetur cap. 2.

Act. 2. 39.

C Deinde proximo capite appellantur filij Teſtamenti. Et paſſim apud Paulum legis, Iudæo primùm & Græco. Atque Apoſtoli hoc obſervarunt, ut non conferrent ſe ad prædicandum gentibus, niſi prius Iudæis verba ſalutis miniſtraſſent. Ex omnibus amplius habes in Decalogo præclaram Dei promiſſionem, Deum ſuis cultoribus benefacturum eſſe, atque poſteris eorum in mille generationes: licet non negemus piorum parentum loco, ſæpe malos filios ſucceſſiſſe. Quia, ut diximus promiſſiones hujuſmodi, non ſunt generales ad omne ſemen, ſed ad illud, D in quo etiam electio Dei & prædeſtinatio concurrerit: quæ frequenter, ut piè credendum eſt, locũ habet in ſemine ſanctorum. Deus non ita generi, aut rebus hujus mundi, alligat ſuas promiſſiones, quin ei quãdoque non liceat pro ſua providentia illas temperare. Interdum enim fit, ut malorum parentum liberos majori gratia proſequatur, quàm alios qui ex piorum ſemine nati fuerunt. Atque hoc divinum fœdus initum cum Abrahamo & poſteris ejus ac noſtris, non E exiſtimandum eſt à carne transfundi ad liberos, ſed tantùm ex vi & efficacia miſericordiæ divinæ, conſervatur hujuſcemodi promiſſio.

Act. 3. 25.
Rom. 1. 16. & 2. 9. & 10.
Exod. 20. 6.
Iudæis multum profuit ex piis ac ſanctis naſci.

Præclara Dei promiſſio.

Fœdus non transfunditur per carnem in liberos.

Gen. 17. 7.
Quæ ſit fœderis ſumma.

22 Et ne putes quod promiſſum Abrahamo fuit rem eſſe tantummodo temporariam, id cùm primis ponderes: Ero Deus tuus, ac ſeminis tui. Illi ſanè, quibus Deus exhibetur, à morte, à peccato, atque damnatione liberantur: quandoquidem hoc propriũ Deo convenit, ut ſuos liberet ac ſervet. Qua ratione probavit Chriſtus, mortuos vivere ac reſurrecturos: F quia in Scripturis legimus. Ego ſum Deus Abraham, Iſaac & Iacob. Neque dubitandum eſt, ad noſtros liberos illud fœdus accommodari, niſi Deum velimus facere nobis minus clementem atque miſericordem, quàm fuerit Hebræis, quaſi adventu Chriſti ejus gratia fuerit immutata. Ad Col. Circuncisio quàm manifeſtiſſime cum noſtro Baptiſmo confertur. Dicitur enim: In quo circũciſi eſtis Circũciſione non manufacta, in expoliatione corporis peccatorum carnis, conſepulti ei per Baptiſmum. Itaque non G eſt deteriori loco noſter Baptiſmus, quàm fuit Circuncisio. Conſignabat illa fœdus & promiſſionem in parvulis Hebræorum, quod idem fieri per Baptiſmũ cenſendum eſt. Hoc dum Sacramenta conferuntur, obſervandum eſt, ſi ritè agatur, ut res quæ conſignatur externo Symbolo habeatur & præſens adſit. Adulti declarant ſe tenere promiſſionem per fidem, quando confitentur veritatem Chriſtianæ doctrinę, atque tunc adhibetur obſignatio, & baptizantur. Parvuli autem Chriſtianorum, cùm ex verbis divinis declarentur, promiſſionem fœderis habere & in Eccle- H ſia eſſe, in eis per Baptiſmum communicatio hæc & promiſſio conſignatur. Perverſo quidem ordine quandoque fit, ut res collationem ſacramenti ſequatur, atque tunc promiſſio vel promiſſionis donum, quod reipſa abſit, non ſignatur: ut in his patet qui ſunt increduli, & ficto animo ad Baptiſmum accedunt. Illi revera non pertinent ad Eccleſiam, neque juſtificationem aut communionem Chriſti habent, ſolum modo ſignum circunferunt. Poteſt attamen I fieri ut, ſi convertantur ad Chriſtum, poſtea hæc obtineant, neque propterea Baptiſmus eſt repetendus. Verùm hæc ratio percipiendi Sacramenta minimè

Mat. 22. 32.

Exod. 3. 6.
Ad noſtros quoque filios pertinet fœdus initum cũ Abrahamo.
Col. 2. 11.

Circuncisio & Baptiſmus eodem modo habent.

Res quæ conſignatur in Sacramentis oportet ut adſit.

A probatur. Atque de adultis non eſt dubium, quando fideliter Baptiſmum ſuſcipiunt, quin prius in divinum fœdus tranſierint. Illico enim ut quis Chriſto credit, & ſalutem habet & juſtificatur. Et de pueris fidelium, quanquam nonnulli dubitarint, attamen idem cenſendum eſt. Et certè niſi pueri Hebræorum ante Circuncisionem hoc fœdere fuiſſent contenti, ſi quinto aut ſexto die antequam ad octavum perveniſſent, mortem obiiſſent, judicarentur damnati, & B circuncisio dilata fraudi eis fuiſſet: quod ut abſurdũ concedi non debet, cùm Circuncisione deſtituti eſſent, non ob contemptum Sacramenti, ſed propter obedientiam divinæ Legis. Et noſtri parvuli qui moriuntur ante Baptiſmum damnationi addicerentur. Quod licet Auguſtinus admiſerit, alienum tamen eſt, neque ulla neceſſitate colligitur ex Scripturis. Quòd ſi ſervari poſſunt, & ſervari poterant filij Hebræorum, qui ante octavum diem obiiſſent: Porrò neceſſarium eſt ut ad Chriſtum & Eccleſiam per- C tinuerint, cùm extra illam ſalus non contingat. Atque rationem eandem eſſe noſtrorum infantium ac Hebræorum jam ſuperius oſtendimus, quia per Chriſtum dirupta eſt maceria cæremoniarum veterum, quæ videbatur obſtare: idemque cum factus ſit lapis angularis, duos parietes populi Ethnici & Hebraici conjunxit in unum, ut jam habeatur unum ovile ac unus Paſtor: multique rami effracti ſunt, & nos eorum loco inſerti, ut jam una eademque ſit arbos, quæ cùm Ethnicos tum Iudæos credentes in D Chriſtum ferat.

Niſi pueri eſſent in fœdere ante ſuſceptũ Sacramẽtum, damnarentur, cùm obeunt antequam initientur.

Eph. 2. 14.
Mat. 21. 42.
Ioan. 10. 16.
Rom. 11. 17.
Eadem ratio puerorũ Hebræorum & noſtrorum.

13 Utque apertius intelligatur quomodo ad fœdus Chriſti pertinerẽt, qui vel in Circuncisione obſignabantur, vel nunc Baptiſmo tinguntur, repetere oportet, id quod habetur in hiſtoria Gen. cap. 17. ubi prius Deus non tantùm cum Abrahamo, ſed cum univerſa ejus familia iniit fœdus, & non ſolum Abrahamum, ſed omnes ejus ſervos domeſticos ac vernas, ad illud fœdus pertinere voluit, inter quos nõ eſt dubium permultos parvulos extitiſſe. Poſtea ſequuta E eſt Circuncisio: Ex quo facilè apparet, non per Circuncisionem inductam fuiſſe promiſſionem, pactum aut fœdus, verùm ante præceſſiſſe. Quod idẽ oportet de Baptiſmo intelligi. Prius enim verbum prædicabatur civibus aut patrib. familiâs, & fœdus per Chriſtum ineundum proponebatur, cui cum illi acceſſendi eſſent per fidem, & fœderi ſeſe ſubjeciſſent, conſequebatur Baptiſmus, nõ ſolùm quoad ipſos, verùm quoad parvulos eorum, qui agnoſcebantur in eo fœdere comprehenſi. Sic Paulus dicit ſe baptizaſſe Ste- F phanæ domum. At in Actis Apoſtolicis non ſolum magiſter carceris, verùm omnes qui ad eum pertinebant, Baptiſmum ſuſceperunt. Idemque obſervant, ut paulò ante diximus qui armenta poſſident. Non n. conſueverunt ſignum vel notam ſuam inurere, aut equis aut bubus ad ſe non pertinentibus. Ita Eccleſia illos tingit, quos arbitratur ad ſe pertinere, atque à ſe non eſſe alienos. Neque aliter uſuvenit in literis regiis. Prius impetramus donum & συγγραφὴν, deinde illam curamus obſignari. Cornelius Centurio prius G accipit Spiritum ſanctum, deinde aqua exhibetur, qua tingeretur. Idem accidit Eunucho, qui baptizatus eſt à Philippo. Et omnes tandem adulti prius per fidem cedunt in poſſeſſionẽ Chriſti quàm ejus nota inſigniantur, niſi fortaſſis ex hypocriſi, ut ſuprà dicebamus, ad baptiſmum accedant.

Probatio quòd pueri, antequã conſignentur, ad fœdus pertineant.

Prius debemus eſſe in poſſeſſione Chriſti, quàm ejus nota inſigniamur.

Simile:
1. Cor. 1. 16.
Ioan. 10. 16.
Rom. 11. 17.

Opinio eorum qui putant infantes habere fidem.
Act. 10. 44. & 48.
Act. 8. 38.

14 Objici conſuevit, aliam eſſe rationem infantium, & aliam adultorum. Quoniam illi qui provectę ſunt ætatis, fidem habere poſſunt, qua pertineant ad gregem Dei, quæ infantibus non eſt tribuenda, cùm H mentis & rationis uſum non habeant, quibus divinis promiſſionib. conſentiant. Scio nonnullis, & quidem non contemnendis hominibus, viſum fuiſſe, infantes habere fidem, quaſi Deus in eis miſerabiliter atque ultra naturæ curſum operetur. Quorum ego ſententiam, ut verum fatear, non adeo facilè amplector: non quòd hoc impoſſibile Deo judicem, ut vel infundat virtutes quacunque ætate voluerit, vel quin etiam producere poſſit ſenſum mentis aut rationis in animis infantium præveniendo naturæ I tempus, aut efficere ut quanquã ipſi non intelligant, neque cognoſcant quæ creduntur: attamen Spiritus ſanctus in eis apprehendat illa, & illis cõſentiat, quẽ-

Licet Deo nõ ſit impoſſibile facere ut parvuli credant, attamen quia Scriptura non tradit hoc miraculum, & ſine hoc poſſunt eſſe ſalvi, id non eſt ſtatuendum.

CCC 2

Digitized by Google

Rom.8.15.

Satis eſt ad ſalutem parvulorum & ut ſint Dei peculium, atque tingantur, ut Spiritum ſanctum habeant.

A admodum in adultis facere dicitur ad Romanos,
quando poſtulamus quæ neſcimus an utilia ſint, ſed
ipſe ſpiritus nobis neſcientibus intercedit, & orat
quemadmodum oportet: & Deus cùm noverit ejus
ſenſum, illum audit. Iſta inquam, omnia ſcio quoad
Deum facilia eſſe factu. Sed cùm Scriptura ſancta
mihi non dicat parvulos credere, aut illa miracula in
eis fieri, neque id videam eſſe neceſſarium ad eorum
ſalutem: judico ſatis eſſe, ut ſtatuantur quòd ſervãdi
ſint, eo quod per electionem & prædeſtinationẽ ad
B peculium Dei pertineant, Spiritu ſancto perfundi,
qui radix eſt fidei, ſpei, charitatis, & omnium virtu-
tum, quas poſtea exerit & declarat in Filiis Dei, cùm
per ætatem licet. Quadam tamen locutione poſſunt
dici parvuli hujuſmodi fideles, quemadmodum in-
fantes nonnunquam rationales appellamus, non
quòd reipſa valeant ratiocinari, verùm quod animã
habeant, quæ, cùm per ætatem fieri poterit, & ratio-
cinabitur, & per ſcientias & varias facultates ac artes
C eos exercebit. Atque illam ætatem poſſe ornari Spi-
ritu ſancto, Ioannes & Ierem. qui ab utero putantur
ſpiritu Dei perfuſi, poſſunt atteſtari. Quod etiam
Hieronymus ad Marcellam ſcribit de Aſella, quòd
Spiritu ſancto fuerit ab ipſo matris utero ſanctifica-
ta: quam ſanctificationem minimè putandum eſt re-
pugnare peccato originis. Nam illis quidem adeſt,
uti ſuperius expoſuimus, ſed non imputatur. Nam
ſi eis imputaretur, omnino eſſet neceſſarium, ut
quotquot parvuli fidelium parentum abſque Ba-
D ptiſmo vel Circunciſione obiiſſent, damnati eſſent:
quandoquidem nulli cum originis peccato in cœ-
lum admittuntur.

Infantes noſtri poſſunt dici quodãmodo fideles.

Si parvulis peccatum originis ante Sacramentum imputaretur, omnino dãnarentur, ſi morerentur ante baptiſmũ ſuſceptum.

Luc.1.15.

Ier.1.5.

Adverſarij nimium tribuũt operi operato baptiſmi.

15 Cur autem tam difficiles adverſarij ſint ut hãc
ſententiam non admittant, eſt, quod Sacramentis
tribuunt plus quàm oporteat. Putant enim vi & ef-
ficacia operis Baptiſmi peccatum remitti, neq; agno-
ſcunt Sacramentis potius remiſſionem obſignari,
quam adulti aſſequuntur credendo, & parvuli fide-
lium qui ad electionem pertinent, per Spiritum ſan-
E ctum & gratiam jam habent. Et cùm rogaveris eos,
quare baptizarent infantes, qui ſciant illos non per-
cipere quæ dicuntur, neque fœderi aſſentire, quod
in Baptiſmo illis proponunt: Fortaſſe reſpondebunt
ex Auguſtini ſententia, ſalvati eos aliena fide, id eſt
parentum. Sed Propheta inquit quemq; ſervari ſua,
nõ aliena fide. Quare facilius nos reſpondemus, qui
fidem expreſſam & actu requirimus, quoad illos qui
ſunt adulti: in parvulis verò Chriſtianorum qui ba-
ptizandi offeruntur, eam eſſe dicimus inchoatam, in
F ſuo inquã principio ac radice, quia Spiritum ſanctũ
habent: unde cùm fides tũ omnes virtutes profluunt.
Atq; ut hoc magis conſtet, parvulos qui baptizãtur,
non tantùm qui jam baptizati fuerint, ad Eccleſiam
pertinere, in Epiſtola ad Epheſios id ſatis evidenter
oſtendemus, ubi dicitur, Viri diligite uxores veſtras,
quemadmodum Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemet-
ipſum tradidit pro illa, ut eam ſanctificaret mundatã
lavacro aquæ per verbum, &c. Sanè hoc loco vides,
Eccleſiam eſſe, quæ lavatur & baptizatur. Idcirco dũ
G parvuli tinguntur, conſtat ad Eccleſiam pertinere, &
Eccleſiæ partes verè eſſe non poſſunt, niſi ſpiritu
Chriſti ſint ornati. Quamobrem parvuli qui verè ad
electionem Dei pertinent, antequam baptizentur,
ſpiritu Domini ſunt inſtructi. Alioquin, ut ſuperius
dicebamus, non poſſunt ſervari, ſi ante Baptiſmum
vel Circunciſionem ſuſceptam obierint.

Hab.2.4.

Adverſarij volunt baptiſmũ prodeſſe parvulis, propter fidem alienã, ſcilicet parentum.

Eph.5.25.

Eccleſia eſt quæ baptizatur.

Non omnibus infantibus fidelium decedentibus ante baptiſmum, ſalutem polliceor.

16 Neque hæc à me dici eò putanda ſunt, quòd
omnibus pueris fidelium abſq; Sacramento decedẽ-
tibus pollicear ſalutem. Si enim id facerem, poſſem
H haberi temerarius. Illos divinæ miſericordiæ judi-
candos relinquo, cùm de arcana electione & præde-
ſtinatione mihi nihil conſtet. Sed tantùm hoc aſſe-
ro, eos revera ſervari, in quos electio divina incurrit,
quanquam Baptiſmus non interceſſerit. Quoniam
Deus gratiam Sacramentis non alligavit, quaſi abſ-
que illis neque poſſit, neque velit ullos ſervare. Item
de hujuſmodi parvulis bene ſpero, quòd illos videã
ex fidelibus parentibus natos. Quæ res habet non
vulgares (ut oſtenſum eſt) promiſſiones, quæ licet nõ
I ſint generales quoad omnes (ut patet de Eſau & Ia-
cób qui habuerunt eoſdem parentes) attamen cùm
nihil ſecus videam, de talium infantuum ſalute par
A eſt ut bene ſperem. Alioquin neque omnes qui Ba-
ptiſmum conſequuntur, ſalutem habent. Eſau indu-
bitatò fuit circunciſus cùm eſſet parvulus, & tamen
ea ætate fuiſſe gratum Deo quis dicere audeat, cùm
Scriptura dicat, à Deo fuiſſe odio habitum, priuſ-
quam vel boni vel mali aliquid egerit? Et nihilomi-
nus pueros decedentes cum Baptiſmo ſalvos eſſe cõ-
fidendum eſt, cùm nihil nobis ſecus oſtendat.
Imò potius è diverſo argumenta ſalutis eorum
habemus, quòd nati ſunt ex fidelibus, extat
B promiſſio, cooptati ſunt in Eccleſia, & Sacramento
inſigniti. Quare miſſa curioſa inquiſitione prædeſti-
nationis aut electionis Dei, bene de illis ſperabimus.

Neque omnes qui baptiſmũ conſequuntur ſalutem habent.

Rom.9.11.

17 Sed quærere facile poſſet quiſpiam: Si Chri-
ſtianorum pueri qui ad electionem pertinent, ut di-
xiſti antequam baptizentur pertinẽt ad fœdus Dei,
& Spiritum ſanctum habent, neq; peccatum origi-
nis imputatur eis ad mortem, alioquin ſervari non
poſſent, profectò videtur ſuperfluere Baptiſmus. Cui
C tinguntur? Quid illis accedit? Aut quid confertur eis,
quod prius non habuerint? prius quàm reſpondeam,
viciſſim ego ex te quæram: Sit Ethnicus ætatis adul-
tæ, qui audita prædicatione Evangelica convertatur
ad Chriſtum, verè credat, porrò ſua fide jam juſtifi-
catus, Baptiſmum deſiderat, ſed nondum habet: is
cùm jam totum obtinuerit, quæſo te, cur eſt bapti-
zandus? quid confert ei Sacramentum? Et ne caſus
videatur incertus, hoc accidiſſe ſcimus Cornelio
Centurioni. Is priuſquam baptizatus eſſet, credidit,
D & ita credidit ut Spiritus ſanctus viſibili forma in eũ
deſcenderit, & poſtea eſt baptizatus. Quid ei attulit
Baptiſmus, quod antea non habuerit? Adhæc acci-
piatur Iacobus: Infans à Deo amabatur, natus eſt ex
parentibus fidelibus, & verè ad fœdus Dei pertinuit.
Si obiiſſet ante Circunciſionem, quis dicet eum fuiſ-
ſe damnandum? Si omnia jam habuit quæ ad ſalu-
tem faciebant, quid oportuit ut circũcideretur? Quid
attulit ei Sacramentum, quod prius non habuerit?
Verùm licet oſtenderim argumentum non magis
E contra nos, quam contra noſtros adverſarios facere,
attamen ad ipſum diſſolvendum hæc addam: Præce-
ptum Domini eſt adimplendum, Is juſſit ut bapti-
zemur, idemque Circunciſionem imperavit. Vnde ſi
quis iſta contemneret, graviſſimè peccaret. Huc ac-
cedit, dona quæ jam habentur, & promiſſio, quæ jam
ad illos pertinet qui Chriſti ſunt, conſignanda eſt
externo ſymbolo, ut ejus perpetuò ſimus memores,
ut inde occaſionem accipiamus exercendæ fidei, &
de officio admoneamur. Accedunt præterea miniſtri
F preces, offerentium vota, quæ non parum proſunt
parvulo, & Eccleſia quæ adſtat in ejus ſacramenti mi-
niſterio, docetur de ſua ſalute. Nũ hæc parũ proſunt,
aut ſunt inutilia? quin & Deus exiſtimandus eſt ut
eſt bonus, dum conſignantur ſuæ promiſſiones &
ſua dona, ex ſua mera miſericordia reddere illa au-
ctiora non quidem per opus Sacramenti, verùm ſua
bonitate & ſpiritu, qua eadem conſuevit, dum audi-
mus verbum exterius divinæ Scripturæ, corda noſtra
inflammare, & magis inſtaurare ad pietatem. Et ſi
G quis ſuperbè Sacramenta hoc prætextu contempſe-
rit, is neque fidem habet, neque ad fœdus Dei perti-
net, tantùm abeſt ut ſalutem ſibi polliceri valeat. Et
parentes atque majores, in quorum poteſtate ſunt
infantes, debent ſummo ſtudio curare, ne abſque Ba-
ptiſmo decedant. Quod ſi non fecerint, & graviter
peccant, & pœnas dabunt, quod Sacramenta à Deo
inſtituta contempſerint.

Quomodo baptiſmus nõ ſit ſuperfluus, etiam ſi pueri ante ipſum ſervantur.

Act.10.44.

Quare ſint baptizãdi qui jam ad Chriſtum pertinẽt, & ſalutem habere poſſunt?

Mat.28.19.

Gen.17.11.

Quàm graviter peccent contemptores Sacramẽtorũ.

18 Nunc ſupereſt, ut duo loca excutiantur, quæ
videntur efficere, ut parvuli qui exceſſerint abſque
H Circunciſione vel abſque Baptiſmo, judicentur dã-
nati. Auguſtinus contra Pelagianos, dum tuetur hãc
ſententiam, ſemper locum urget, qui eſt apud Ioan-
nem: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non
intrabit in regnum cœlorum. Sed cum dicitur aqua
& ſpiritu, ſatis oſtenditur ad ſalutem eſſe, ut ſaltem
ſpiritus adſit, cum aqua non potuerit adhiberi, ne-
que ſemper conjunctio, utranque partem neceſſa-
riò ponit. Conſimilem locutionem habes ad Roma-
nos: Corde creditur ad juſtitiam, & ore confeſſio fit ad
I ſalutem. Si aliquis audito verbo Dei crediderit,
cui non detur copia externę confeſſionis, negabimus
eum ſalutem habiturum? Facilè enim fieri poteſt,
ut quis

Ioan.3.5.

Rom.10.10.

Digitized by Google

ut quis in extrema hora vitæ fidem recipiat, quam neque verbis, neque ſignis teſtari poſſit. Prætereà fatentur etiam adverſarij Baptiſmum eſſe voti ac deſiderij, quod flaminis appellant. Cum enim quis credens Baptiſmum deſiderat, neque ſit ei copia, & moritur, illum prædicant ſervari: quod & Ambroſius ſenſit de Valentiniano Imperatore, qui ad ipſum veniebat ut baptizaretur, & in itinere occiſus eſt. Quomodo tunc reſpiciunt hanc ſententiam, Niſi quis renatus ſit ex aqua & ſpiritu, &c. ſi ſatis eſt ibi votum ac B deſiderium, cur in pueris non poteſt eſſe ſatis, Dei electio, & promiſſio, & Spiritus ſanctus, quo illos oſtendimus eſſe præditos, cùm nati ſint ex fidelibus progenitoribus? Deinde Chriſtus ibi loquebatur cũ Nicodemo, qui adultus erat, & aquæ & miniſtri copiam habere potuit. Sunt etiam qui illic per aquam & ſpiritum idem intelligant, ita ut poſterior vox priorem exprimat. Aqua enim allegoricôs non ſemel gratiam & Spiritum ſanctum ſignificat, ut Chriſtus indicavit, quando loquebatur cum muliercula Sama- C ritide, & cùm clamabat: qui ſitit, veniat ad me & bibat. Atque in Ioele dicitur, Effundam ſuper vos aquam mundam, &c. Et eandem fermè loquutionem habes, qua de Chriſto Ioannes Baptiſta dicebat: qui poſt me venit, is baptizat igne & ſpiritu. Quo loco ignis ac ſpiritus idem ſignificant. Verùm priores diſſolutiones abunde ſunt manifeſtæ.

Baptiſmus flaminis. Ambroſius de Valentiniano Imperatore quid ſenſerit. Ioan. 3. 5. Ioan. 4. 10. Ioan. 7. 37. Ioel. 2. 28. Mat. 3. 11.

19 Eſt alter locus in libro Gen. Cap. 17. Et incircunciſus maſculus, in cujus carne præputium non fuerit circunciſum, exterminabitur anima illa de po- D pulis ſuis, eò quod pactum meum diſſolvit Ecce (inquiunt) parvuli Hebræorum qui moriebantur abſq; Circunciſione, fuerant exterminandi, atque id quoad animam. Quare videtur ſequi, eos non poſſe habere ſalutẽ. Verum iſte etiam locus parùm evincit, quod etiam adverſarij cogentur fateri. Quandoquidem Magiſter Sententiarum in quarto, cum ſequatur iſtã ſententiam, quòd pueri qui moriebantur ante octavum diem incircunciſi, erant damnati, deſeritur & plerunque à ſcriptoribus non defenditur. Et quod ad E rem attinet, Hebræi hæc referunt ad eum qui poſt octavum diem non fuerit circunciſus, & exterminandum intelligunt, quo ad vitam corporis, nimirum ut immatura morte pereat. Quæ ſententia videtur approbari ex hiſtoria Moſis, ubi Angelus voluit interficere ipſum hoc nomine, quòd filium non circuncidiſſet. Sed probatio hæc non videtur ſatis idonea, quoniam Angelus non legitur ipſi puero, ſed parenti voluiſſe mortem inferre. Niſi quod fortaſſe F tantùm pro eo adducunt hoc teſtimonium, ut declarent comminationem eſſe ad mortem corporis inferendam. Alij ſunt, qui intelligant animam è populo exterminandam, quòd non accenſebitur Iſraelitis, neque eorum Eccleſiæ, neque Reipub. annumerabitur, ibi neque hæreditatem, neque ullum munus cõſequi poterit. Cùm itaque duæ iſtæ interpretationes adhiberi poſſunt, argumentum redditur infirmum. Sed ne videamur ſubterfugere, Loquatur ibi Deus de morte animi, de amiſſione vitæ æternæ: adhuc interpretari poſſumus, iſta non eſſe intelligenda, niſi G cùm circunciſus ad ætatem venerit, & negligentiæ majorum ſuorum conſenſerit, qui non circunciderunt. Alioquin ſi ipſe circunciderit ſe, ac deteſtatus fuerit quod parentes in ſe geſſerunt, non erit dignus exterminatione, ſed potius ut commendetur. Sic lex Dei accipienda eſt: Si conſenſus omiſſæ circunciſionis acceſſerit, ille dignus eſt qui pereat, ille inquam exterminabitur. Sin verò obierit incircunciſus, antequam habuerit facultatem ſe circuncidendi, relinquendus eſt divinæ miſericordiæ, neque temerè de H illo convenit ſtatuere. Sed cùm potuerit ad prædeſtinationem ſeu electionem Dei pertinere, & ex majoribus piis ortum habuerit, de eo poſſumus bene ſperare. Atque prorſus idem eſt judicium de hac ſententia, atque de dicto Chriſti, quod antea tractauimus: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit regnum cœlorum. Quod cùm adverſarij, velint nolint, cogantur moderatè intelligere, non eſt quod modò ſuper hac ſententia tantopere altercentur. Ex his quæ jam attulimus, facilè habetur, noſtros parvu- I los, cùm jam Dei verbo & fœderis promiſſione videantur Eccleſiæ inſerti, à Baptiſmo non debere ex-

Gen. 17. 14. Cujus caro nõ fuerit circunciſa, anima ejus eradicabatur, Hebræorũ ſententia. Hebræorum ſententia Sup. Cl. 4. Ca. 7. Sect. 10. Ioan. 3. 6.

A cludi. Quemadmodum filij Hebræorum, licet parvuli eſſent, circunciſione donabantur.

CAPVT VII.

De tẽplorum dedicatione, ubi de varijs Bapt. corruptelis.

DVm mecum de Solomonica dedicatione ſeriò B cogito, illud in mentem venit, quòd Auguſtinus, in quadam oratione ad populum, de templi dedicatione habet: nempe quæ aguntur in templis externis ad nos quoque pertinere, quòd vera Dei templa ſimus. Vnde in Epiſtola prima ad Corinthios capite 3. ſcribitur, Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Deinde in ſexto capite habetur: Corpora veſtra, templum ſunt Spiritus ſancti. Proinde videndum eſt, ne quid in dedicationibus utriuſque templi erretur. Externum tum dedicatur, cùm illud incipi- C mus ad ſacros uſus accommodare: & homines pij tum Deo conſecrantur viſibiliter, cùm ſacro Baptiſmo tinguntur. Id autem providendum eſt, ut utrunque fiat ad verbi Dei præſcriptum. At cùm de his agendum ſit, ab etymo vocum auſpicari conveniet. Hebræis duo verba ſunt, *Chanac* & *Chadaſch*, quod in cõjugatione Hiphil habet *Hicdiſch*, nec aliud eſt, quàm ſanctificare. Cæterum *Chanac* ſignificat imbuere, ac primis elementis erudire. Vnde Solomon in Prov. c. 22. ſcripſit *Chanoc lannaar al-pi darco*, i. e. D erudias puerum juxta viam ejus, h. e, pro illius capacitate. Et in Geneſi legitur Abrahamus, inſtruxiſſe ad eripiendum Lothum, *Eth Chanicau* vernas ſuos, quos non ſolùm religione, ſed etiam opportunis & neceſſariis artibus imbuerat. Significat adhæc illud verbum dedicare, quod tum fit, cùm primùm rem aliquam incipimus uſurpare. Vnde Chryſoſtomus in Epiſtolam ad Hebræos ait: Conſecrationem ſeu dedicationem tum fieri, cùm initium utendi facimus. Nec tantùm dedicantur templa, verùm & alia per- E multa, ut domus: & idcirco in Pſalm. 30. inſcriptio eſt, *Schir Channucath beth le David*, id eſt, dedicatio domus Davidis. Tum etiam homines dicuntur initiare domus, cùm primùm in eis edere, bibere, ac habitare incipiunt. Quod pij citra preces & gratiarum actiones minimè faciunt. David itaque cùm domum ſuam dedicaret, odam ſeu Pſalmum compoſuit, quo & ipſe Deo gratias egit, & pium, religioſum, ſanctúmque uſum illarum ædium poſtulavit. Hujuſmodi quoque dedicationis, in Deuter. cap. 20. fit men- F tio, ubi præcepta de re bellica traduntur. Voluit ſanè Deus, à malitia permultos eximi, & illos inter cæteros, qui cùm domum extruxiſſent, non adhuc eam dedicando uſurpaverant. Et in libro Nehemiæ, dedicatio mœnium civitatis commemoratur, quæ nil aliud fuit, niſi quod muris urbis inſtauratis, populus unà cum Levitis & Sacerdotibus, nec non principibus, eò ſe contulit: ibique gratias Deo egerunt, de mœnibus reædificatis, & juſtam civitatis uſuram poſtularunt. Qua item ratione, priuſquam ſu- G mamus cibum, nos etiam illum conſecramus: non quòd opinemur diabolum in eo hærere, vel ipſum natura ſua malum eſſe, quia vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: & Paulus 1. ad Timoth. rectè dixit, Bona eſſe quæ Deus fecit, & ideo nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione ſumatur: etenim ſanctificatur per verbum Dei & preces. Verùm noſtra conſecratione, primùm Deo gratias agimus, quòd hæc ſubſidia vitæ, nobis providerit: deinde petimus ne corpora noſtra eis lædantur, quòd in- H temperantia laboremus, quã poſtea in morbos facilè incurrimus, & dum crapula ſeu ebrietate gravamur, apta inſtrumenta, vel rationis vel ſpiritus Dei, eſſe non poſſumus.

In 1. Reg. 8. ad finem. Templi dedicatio ad nos accommodanda. 1. Cor. 3. 17. & 6. 19. Dedicationis nomina quam vim habeant. Prov. 22. 6. Gen. 14. 14. Pſal. 30. 1. Ædium privatarum dedicatio pius uſitata. Deut. 20. 5. Neh. 12. 27. Mœniorum urbis dedicatio apud Nehemiam. Conſecratio ciborum. Gen. 1. 31. 1. Tim. 4. 4.

2 Laudabile igitur eſt, ut omnia, cùm primum ea uſurpare incipimus, ad hunc modum conſecremus: nimirum adhibendo cùm gratiarum actiones, tũ etiam preces, tantùm abeſt, ut talis mos vel conſuetudo improbetur. Conſtantinus Magnus, cùm Byzantium inſtauraſſet, eáq; urbe decreviſſet uti pro ſe- I de Romani Imperij, voluit eam Deo cõſecrare: atq; ad ejus dedicationem trecentos decem & octo Patres, qui Nicenam ſynodum eo tempore habuerant,

Byzantij dedicatio.

CCC 3

vòcavit. Idem quoque Imperator Hieroſolymã profectus,templum admodum ſumptuoſum Chriſto extruxit,ornavitque anathematis precioſis,auro inquã, argento,& gemmis:evocavitque illos Epiſcopos, qui Tyri concilium habebant, ut ad ipſum dedicandum venirent. Et quantum Euſebius tradit,ea dedicatio Evangelicis prædicationibus,laudibus Dei, precibus & gratiarum actionibus conſtitit. Atque hinc,ut ego arbitror, caput initiumque habuit apud Chriſtianos templorum dedicatio. Non enim antea in hiſtoriis Eccleſiaſticis,templa fuiſſe dedicata reperio. Neque illud tacendum eſt, Hebræos conſuevisſe templa, non ſolùm recens extructa dedicare, ſed etiam reparata, & à contaminationibus repurgata. Hoc fecerunt,cùm poſt reditum è Perſide, templum & altare denuo reparaſſent. Iudas enim Machabæus,templum ab Ethnicis pollutum Antiochi ſpurciſſima idololatria,reformavit. Quin & in Papatu adhuc utrunque retinetur. Græca voce dicuntur ἐγκαίνια, hujuſmodi repetitæ dedicationes, quas Latinè dicere poſſemus renovalia,ſeu renovales dies:quæ non tantum ſemel celebrantur, ſed anniverſariæ ſunt eorum ſolennitates. Porrò in eis obeundis, Papiſtici homines,cùm ab Hebræis, tum ab Ethnicis multa ſibi deſumpſerunt,prætexentes,cæremoniis quas adhibent,ſe permultum rudibus prodeſſe. Cæterùm quæ Iudæi fecerint in ſuis dedicationibus, ſacra hiſtoria luculenter tradit. At ritus Ethnicorum,varij atque multiplices fuerunt, de quibus multa videre licet apud Ciceronem, præſertim in oratione pro domo ſua ad Pontifices. Ibi oportuit augurem tenere poſtem,& concepta quędam verba effari,non titubante vel hęſitante lingua, ſed firmo conſtantique animo. Conſecrabatur etiam homines ab Ethnicis, eiuſque rei cauſam, Cicero ſecundo de Legibus reddit, nempe quod myſteria quæ illis tradebantur, initia quædam vitæ humanæ eſſent,quibus homines à dura & agreſti vita transferrentur ad humaniorem & cultiorem. Quin & pueri dicebantur initiari, cùm ablactarentur,quòd tũc ad aliud genus vitæ traducerentur: nimirum à lacte ad ſolidiorẽ cibum atque potum. Vnde conſecrari dicebantur Deabus,Edidiæ ac Potinę. Fuerunt hæc porrò Ethnica, ſed tamen eorum veſtigium extat in ſacra hiſtoria, qua narratur, Abrahamum convivium feciſſe cùm Iſaacum ablactaſſet, in quo dubium non eſt, gratiarum actiones & preces fuiſſe interpoſitas. Chanoch etiam qui ante diluviũ vixit,à conſecratione vel dedicatione habuit nomẽ. Nec dubito, quin hoc peractum ſit cum aliquo myſterio,de quo,licet ſciam Hebræos quædam fabulari, nihil tamen certi habeo quod afferam. Gręci autem, dedicare vel initiare ναοῦν & μυεῖν: Conſecrare verò dicunt, ἀφιερίζειν, καθιεροῦν: Sanctificare verò, ἁγιάζειν. Latini verò dicunt initiare,dedicare,conſecrare,ſanctificare. Nec aliud eſt ſanctificare, quàm ad uſus divinos & religioſos accommodare, aut parare ſe ad offerendum quippiam Deo. Et Cicero dixit,religione ſempiterna obligare. Diſcrimen etiam fertur inter conſecrare & dedicare. Nempe quod res dicantur conſecrari, cùm ex prophanis, religioſæ ac ſacræ fiunt: dedicari autem, quando certo cuipiam Deo addicuntur. Hoc verò leviculum eſt,ſed id attendendum ſeriò,Hebræos dedicaſſe,ac initiaſſe ſua,nõ ſimplicibus & nudis verbis, ſed adjectis externis ritibus, ſignis inquam & ſymbolis, quæ cernerentur. Non utique quod crediderint rebus ipſis inhærere aliquam ſanctitatem, ſeu qualitatem divinam,nam cũ ſint inanima,ſanctitatis minimè ſunt capacia: verùm ſic putarunt,quòd ritibus à Deo inſtitutis, quæ conſecrabantur, inſtrumenta evaderent divini ſpiritus, quibus hominum fidem excitarent. Nec falſi ſunt: Quoniam illa pro eo tempore verbum Dei habebant, quodque nobis eſt hodie, aqua, panis & vinum, hoc illis fuerunt varia & multiplicia ſymbola in ſacris. Extenderunt prætereà conſecrationem,ut ſacra hiſtoria prodit,ad ſacerdotes, altaria, veſtes,vaſa,cæteraque utenſilia,cum templi,tum etiam tabernaculi.

Templorum dedicationes apud Chriſtiano origo.
Neh.12.19.
2.Matt.4.37.
Ethnicorum dedicationes.
Gen.21.8.
Gen.5.21.
Initiatio puerorum.
Conſecrare. Sanctificare. Initiare. Dedicare.
Dedicationes Hebræorum.

3 Hæc propemodum eadem ἐγκαίνια quadam Papiſtæ ad ſe pertraxerunt. In cõcilio ſecundo Bracarenſi, Canone quinto,mandatur:ut eccleſia prius non conſecretur,quàm conſcripta fuerit cautio, qua de dote ac proventibus caveatur, quibus & miniſter & diaconus queant ſuſtentari, ne templum extructum deſertum jaceat. Poterat hoc utrunque ferri, niſi ſuperſtitio fuiſſet adjecta, qua voluerunt in eadem ſynodo caveri, ut ne templum eſſet abſque oleo & luminaribus. In pauperes & ægrotos iſtæ impenſæ longè melius fuiſſent collocatæ. Vormacienſe concilium 3.cap.propemodum eadem habet. De conſecratione verò,diſtinctione prima, Canonibus prioribus,ſeveriter admodum præcipitur, ut nullum templum ædificetur vel conſecretur, niſi voluntas Rom. Epiſcopi acceſſerit: quod profectò ad manifeſtam tyrannidem ſpectabat. Cur autem abolitum,in præſentia non dicam. Verùm de ead.conſ.cap. Miſſarum ſolennia, mandatur admodum ſeriò, ut Miſſæ non fiant,neque canentur, niſi locis dedicatis epiſcopis. Et ibidem in cap. Si aliis, aſſeritur,longè melius eſſe Miſſas non fieri, neque cantari,quàm locis non conſecratis eas celebrari. Et ne abſque Scripturis loqui videantur, id afferunt quod in Deut.cap.12.habetur. Vide ne holocauſta tua offeras in omni loco, ſed in eo duntaxat,quem Dominus elegerit. Quaſi Deus, omnia ea loca ſibi aſciverit, quæ illi ſuperſtitioſis Miſſis ubique contaminant. Sed multò plura hiſce de rebus habentur. Extra, de conſecratione Eccleſiarum,& altarium,necnon de ſacra unctione. In Concilio Nationali,nempe Colonienſi, quod anno 1536. habitum eſt,parte 9.cap.12. Patres illi,& qui aderãt, ſuas conantur dedicationes excuſare, ſeq; Iudaizare negant:cùm tamen in ſuis nugis confirmandis, nihil ex verbo Dei afferant, niſi quantum ad ſua inſtituta ex veteri Teſtamento detorquent. Gratianus verò, in principio diſtinctionis primæ, de Conſecratione, dum ea confirmare nititur,quę in dedicationibus tẽplorum ineptè fiunt, ad hunc modum argumẽtatur: Iudæi hæc faciebant,igitur Chriſtianis multò magis eadem facere licet. Rationem utique ſuam à majori conficiens, quod argumenti genus utique infirmiſſimum eſt, quia de cæremoniis & ritibus veterum non ita licet concludere. In præceptis moralibus firma eſſet ratio,ſed in cæremoniis, quæ typi & umbræ fuerunt,non ita fas eſt ratiocinari, cùm omnia ejus generis mandata,ſint à Chriſti advẽtu abolita. Verum ad Colonienſes redeo,qui loco jam allato,capite 24. inquiunt, Ideo templa conſecrari,ut inde cacodæmones expellantur:quod ut verum ſit, poſtea ſuo loco dicetur. In conſecranda verò ſacra æde, plurima ſuperſtitioſè confinxerunt. Adhibẽt quippe aquam, oleum,cereos accenſos, permultas crucis notas in parietibus, & in pavimento alphabeti Græci, tum Hebraici,deſcriptionem: cum tamen Epiſcopi,qui hæc faciunt,tam Græcè quàm Hebraice nihil norint. Solent prętereà ipſa templa reconciliare,ut loquuntur, ſi everſa fuerint, ſi cæde facta ibidem ſanguis fuerit effuſus,aut libidines admiſſæ,vel ſi cadaver hominis excommunicati, vel alieni à Chriſto ibi humatum fuerit: cùm tamen eorum templa idololatriã horribili aſſiduè polluantur. In iis autem reconciliationibus,ne divina Scriptura deſtitui putentur, exempli cauſa,Chriſti factum adducunt, qui flagello ex funiculis confecto, vendentes ac ementes è templo ejicit. Quod utique argumentum,eos quàm manifeſtiſſime redarguit. Quoniam Epiſcopi & Suffraganei, qui templum eorum dedicant, ſuam operam mercãtur & vendunt. Niſi enim aliqua mercede conducãtur ad hæc facienda, proficiſci renuunt. Porrò ecquid Papiſtica templa aliud ſunt, quàm mercatus & nundinationes Miſſarum? Nec eos quicquam juvat, quod ex cap.14.& 15. Levit. afferunt,cùm ea omnia ſpectent ad Moſaicum tabernaculum.

Conſecrationes Papiſticæ
Colonienſium argumenta.
Templorũ reconciliatio Papiſtica.

4 Conſiderandum prætereà eſt,hos homines importunos, non tantùm ipſa templa conſecrare, verumetiam altaria & altarium tegumenta, mantilia inquam & mappas,necnon calices, & patinas, miſſificorum veſtes,cœmiteria, cereos, thura, agnum Paſchalem,ova, necnon aquam luſtralem, ramos palmarum,virgulta,herbas & olera, omnes denique fructus.& eò veniunt, ut etiam campanas ipſas conſecrent,atque indignè ferunt, quòd eas baptizare dicantur. Hoſius enim cavillatur id à nobis fruſtra dici, eaſq; affirmat à Symmiſtis ſuis conſecrari, non baptizari. Sed profectò vulgus, quòd eas ab iis baptizari dicit,

Quas res conſecrent Papiſtæ.
Campanarum Baptiſmus.

dicit, omnino excuſandus eſt. Quia cùm illic omnia A propemodum fiant, quæ ad baptiſmum pertinent, non injuria eas dicit baptizari. Siquidem abluuntur, unguntur, exorciſantur, nomina eis imponuntur, & longè majori pompa & ambitione tractantur, quàm homines, dum ſacro baptiſmo tinguntur, ac multò plus illis tribuitur, quàm piorum hominum precibus. Siquidem volunt earum tinnitu, cacodæmonas, hoſtiles exercitus, inſidias inimicorum, tempeſtates, grandines, procellas, turbines, importuna ventorum flamina, necnon tonitrua noxia fugari, flammas & B ignes extingui, ac denique quid non? Nos verò quantò ſanius rectiuſque decernimus, licere, ut dictum eſt, imò jure pietatis requiri, ut in prima cuiuſque rei uſurpatione, gratias Deo agamus, eiuſque bonitatem celebremus, idque congruis & decentibus laudibus, & collati boni religioſum ac ſanctum uſum poſſeamus. Hæc profectò reprehendi non poſſunt, cum juſta fundamenta ex divinis literis habeant. Adverſariorum autem, cùm à verbo Dei minimè deriventur, ſed à malè feriatis & ſuperſtitioſis hominibus in- C ductæ fuerint, meritò ſunt ab Eccleſia Chriſti rejiciendæ.

Campanis quantum tribuant Papiſtæ.

Papiſtarũ conſecrationes cur reſpuendæ?

1 Quia non eſt hominum ea conditio, ut ſuo arbitratu Sacramenta inſtituant, quoniam id tantum Deo proprium eſt, præterea verò nemini. Sacramenta quippe ſunt Spiritus ſancti organa, quibus is ad fidem in nobis excitandam utitur. Et cùm ille ſit omnino ſapientiſſimus, non opus habet, ut noſtro cogitatu ſeu induſtria, illi paremus inſtrumenta. Quod etiam quiſquam artifex in ſua facultate minime ferret, ſed ipſemet vellet ſua inſtrumenta ſibi deligere. D Magna eſt itaque horum hominum audacia, qui Deo velint organa præſcribere, quibus ad noſtram ſalutem operetur.

2 Reprehenduntur item alia de cauſa, quòd adverſus diabolum cum imperio agant, quaſi poſſint illum cogere, ut diſcedat cum voluerint, cùm tale Spiritus ſancti chariſma non acceperint, neque omnes Chriſtiani eo dono polleant. Diſtribuit quippe ſpiritus munera ſua, prout vult, quemadmodum Paulus teſtatur.

1. Cor. 12. 11.

3 Deinde latet eos an cacodæmon in eo loco ſit, quem ſe conſecrare dictitant, quod cùm E ignorent, nec Dei verbo muniantur, quicquid agunt, citra fidem operantur, & ideirco peccant, cùm ab Apoſtolo ſcribatur, Quicquid non eſt ex fide, peccatum eſt.

Rom. 14. 24.

Fuerunt quidem nonnunquam ſceleratę domus, ubi ſpiritus nequam horrenda quædam exercebant, ita ut ab hominibus non poſſent habitari: ſed ibi facto ipſo cognoſcebatur, ſpiritus malus præſens adeſſe. At in cæteris ædificiis, nec ex effectis, nec ex Dei verbo intelligere poſſumus cacodæmonias ineſſe. Cur ergo iſti tam imperioſè illos adjurant? To- F tum orbem alioquin debuerant exorciſare, cum Paulus diabolos κοσμοκράτορας appellet, Epheſ. 6. Aut ſaltem univerſum aërem, quo ad reſpirandum maximè utimur, cum ſpiritus mali poteſtates aëris appellentur.

Ephes. 6. 12.

4 Nec id ferri poteſt, quod cæremonias à ſe inventas pluris faciunt, quàm Sacramenta divinitus inſtituta. Majori enim pompa & apparatu in eis adminiſtrandis utuntur, quàm cùm Cœnam Domini, vel Baptiſmum, quæ Chriſtus inſtituit, celebrant. Hæc deinde ſua inventa Decalogo anteponunt: & gravius G eos multarent, qui ea violarent, quàm qui divina pręcepta tranſgrederentur.

5 Quocirca mirum in modum enervata eſt pietas, homines quippe à verbo Dei abducuntur, & ad nugas ac humanas traditiones animos convertunt.

6 Nec dici poteſt, quàm inſtitutio novorum cultuum Deo improbetur, paſſim quippe in ſuis legibus, ne id fieret vetuit.

Conſecratio hominum, quę fit Papiſtis uſitata?

5 Sed jam ſatis de rebus externis conſecrandis, in quibus id tenendum eſt in ſumma, præter gratiarum actiones & preces, nihil aliud eſſe adhibendum. H Modo ſpectabimus, an purius & ſanctius in hominibus initiandis agant. Baptiſmum certè ſuis inventis & ſuperſtitionibus horribiliter infecerunt. Conſtat utique illud ſacramentum duabus rebus, externo, inquam, elemento aquæ, necnon verbo Dei. Vnde Auguſtinus eleganter dixit: Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum. Cætera, quæ poſtea ſunt addita, prodierunt ab epiſcopis, qui plus æquo cæremoniis dediti fuerunt, & rebus à ſe inventis mirum in modum afficiebantur. Quia humani ingenii I hoc eſt grave ac fere perpetuum vitium, ut ea præ-

Baptiſmus quibus ſuperſtitionibus à Papiſtis invectus ſit?

A ſertim excolamus, quæ ipſi genuimus. Idcirco inſtituta Chriſti & Apoſtolorum, ut obſoleta faſtidiebantur. Vnde ab eis nudè ac ſimpliciter acceptis, Papiſtæ plus abhorrent, quàm boni oratores à vocabulis nimium vetuſtis. Proinde ſucceſſu temporis, epiſcopi, oleum, ſalem, ſputum, cereum accenſum, exſufflationes, exorciſmos, conſecrationem fontium bis in anno, id eſt, in Paſchate & Pentecoſte, trinam merſionem, & hujuſmodi alia in Baptiſmum invexerunt.

Oleum additũ Baptiſmo.

Et complura ex eis, ut ſunt fœcundiſſimi fingendo- B rum vocabulorum, non quidem ſacramenta, ſed ſacramentalia nuncuparunt, quod ſint notæ ac ſigna earum rerum, quas ipſi, non Deus, voluerunt ſignificari: & prout phantaſia vel imaginatione movebantur aut ſomniabant, quæ illis viſa ſunt, induxerunt. Quod attinet ad oleum, fatemur antiquitus Reges, Prophetas & Sacerdotes, & apud Ethnicos Athletas fuiſſe oleo perunctos. Iſti autem ſuis unctionibus adhibitis Baptiſmo, ſe adumbrare aiunt Chriſtianos Reges effici, Prophetas, & Sacerdotes, necnon fortes C Athletas aſſiduè pugnaturos cum diabolo, mundo & carne. Dumque iſta faciunt, aſtantibus ea non explicant, & pars magna ſacrificorum ea ignorat. Huc accedit, ſi rem ita intelligant, eos cum ſeipſis vehementer pugnare, cùm ſoli velint eſſe ſacerdotes. Quare intolerabilis eſt eorum ambitio, qui quod omnium eſt Chriſtianorum, ut etiam ipſi teſtantur, cæremoniis, quas adjecerunt, ſibi tantummodo arrogent. Sed mirum non eſt, eos in cæteros Chriſtianos eſſe violentos, cùm & ipſi Chriſto non pareant, cui dignita- D tem ſuam eripere non verentur. Is enim, ut Epiſtola ad Hebræos docet, Vnicus eſt noſter Sacerdos, qui æternùm manet, & ſolus oblationem ſalutarem pro nobis obtulit. Iſti autem audacia incredibili, & Sacerdotis & oblationis miniſterium ſibi vendicarunt.

Papiſtæ Chriſto ſacerdotiũ eripiunt quantum in ipſis eſt.

Hebr. 9. & 19.

Adhæc Paulus, cùm fideles ad pugnam inſtrueret contra mundum, carnem, & diabolum, verbo id fecit, id eſt, admonitione ſaluberrima, non oleo: nec Filius Dei, neque Apoſtoli eos unxiſſe leguntur, quos baptizabant.

Eph. 6. 10.

Sed non eſt mirum iſtos ea facere, quæ A- E poſtoli non fecerunt, quoniã & ea docent, quæ Apoſtoli non docuerunt. Salis uſus multus fuit in veteri Teſtamento, non enim citra ſalem victimæ offerebantur. Attamen ejus condimentũ Chriſtus & Apoſtoli, ad Evangelica ſacramenta non admiſerunt. Quod ergo addatur Baptiſmo ἐθελοθρησκεία eſt, non legitima & pura Baptiſmi adminiſtratio.

Sal additum Baptiſmo.

Præterea, quid eos oportuit ſuam impuram ſalivam adhibere? Diaboli porrò non ſunt ſcorpiones, quos velint ſua ſaliva extinguere. Eſt quidem aliqua ſalivæ facultas F contra venena, ſed naturalis: ad chariſmata verò ſpiritualia, nullam habere poteſtatem legimus, præſertim cùm inſtitutio & verbũ Chriſti non acceſſerint. Sed aiunt, Chriſtum ſputo ſuo maceraſſe pulverem, & eo luto cæci nati oculos obleviſſe. Hoc ſanè factum ſcimus, ſed oſtendant Chriſtum mandaſſe, ut nos idem faceremus; atque tunc eos rectè ac ordine facere dabitur. At nuſquam tale præceptum demonſtrare poterunt. Quibus addas, hominis corrupti & vitiati, ne quid gravius dixerim, ſputum, mi- G nimè cum ſaliva Chriſti eſſe conferendum. Eſt itaque mera κακοζηλία, cùm talem ritum neque à Chriſto, neque ab Apoſtolis didicerint. Et facilè poteſt aliquando fieri, ut infantem, quem conſpuunt, lædant, ſi aut lepra aut ſcabie Gallica laborarint: Quod ut veriſimile eſt, non raro contingit, cum plerunque ſint ſcortatores.

Sputum additum Baptiſmo.

6 Deinde, velim eos percontari, quare Baptiſmo cùm interdiu celebretur, cereos accendant? Non me latet Chriſtianos antiquitus fuiſſe coactos uti lumi- H nibus in ſacro cœtu: quia cùm eccleſia pacẽ à Principibus non adhuc habuiſſet, non licebat Chriſtianis interdiu convenire. Ideo antelucanis horis, ut Plin. teſtatur, ſacros cœtus habebant. Quin & Hieronymus contra Vigilantium ſcribit, Non accendimus cereos interdiu, quemadmodum tu fruſtra calumniaris, adhibemus autem lumina, ut temperamentum tenebrarum, ut vigilemus ad lucem, ne in tenebris tecum dormiamus, &c. Ætate ſiquidẽ Hieronym. cùm eccleſiis jam pax data eſſet, certis die- I bus in templis vigiliæ habebantur, & ibi accenſis luminibus, Chriſtiani vigilantes precibus incumbebãt.

Cerei Baptiſmo additi.

Lucernarum uſus in priſcis eccleſiis unde?

Digitized by Google

canendis Pſalmis, & audiendo verbo Dei: & hoc eſt quod Hieron. tradit, uſum cereorum accenſorũ non fuiſſe adhibitum interdiu, ſed ad tenebras noctis propulſandas. Vnde colligimus, hunc Patrem non agnoſcere uſum cereorum, qui accendantur interdiu: nihilominus tamen in Papatu lumina in templis etiam

Fontium conſecratio.

tempore meridiano accenduntur. Supervacanea etiã eſt duplicata conſecratio fontiũ in Paſchate ac Pentecoſte, quia ſalis aqua conſecratur, cùm accommodatur ad ſacrum uſum; accedente inquã, verbo Dei: quoniam tunc, ut dictum eſt, fit ſacramentum.

Exſufflatio presbyteri Baptiſmo addita.

B Dicãt adhæc, quid ſibi velit presbyteri exſufflatio, priuſquam Baptiſmus infanti præbeatur. Tentant fortaſſis puero tingendo, ſanctum Spiritum afflare. Cæterùm id non eſſe hominis, omnes qui ſapiunt intelligunt. Solus quippe Deus hominibus elargitur Spiritum S. Quod ſi dixerint, eo flatu ſe malum ſpiritum abigere: quis eis talem facultatem præbuit? Verùm ea de re ſuo loco fuſius dicemus.

Trina merſio circa Baptiſmum.

Fruſtra etiam de trina merſione præcipiunt, quandoquidem una ſatis eſſe poteſt, & levis aſperſio interdum ſufficit. C Vnde in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus cap. 7. non categorica, verum diſiunctiva enunciatio legitur: ſcilicet, poſt confeſſionem editam, Baptizandus vel immergatur, vel aſpeigatur. Quin & ipſe Cyprianus Baptiſmum Clinicum approbavit. Multi etenim ea ætate ad extremum vitæ Baptiſmum differebant, & cum eo ſtatu, cum ſcilicet moribundi eſſent, non poſſent mergi, aqua tantum modo aſpergebantur. Petimus item ab eis, quare ſalem exorciſent, quaſi

Cur ſal exorciſetur?

D diabolus per ſeipſum non ſit abundè ſalſus, & idcirco ſalem inhabitet, ut melius & magis adhuc ſaliatur. Magiſter Sententiarum in 4. diſtinct. 3. de Baptiſmo, quædam in eo docet eſſe, ut loquitur, ſubſtantialia, quædam verò addita. Subſtantialia, verbum & aqua eſſe nobiſcum dicit: quæ verò deinde adjiciuntur, facere inquit, ad honeſtatem, decorum & ſolennitatem. Hæc ſi receperimus, inde conſequetur, Ioannem, Chriſtum, Apoſtolos, & primitivam Eccleſiam, indecorè, inhoneſtè, obſcurè, vel turpiter E baptizaſſe: quia eorum baptiſmus omnibus iſtis carebat, quæ, ut Magiſter ſentir, ad honeſtatem, decorum & ſolennitatem faciunt. Hoc utique deplorandum eſt, omnia propemodum in Chriſtianiſmo eſſe corrupta, nec ſolum quoad mores, verumetiam quoad doctrinam & ſacramenta. In Baptiſmo, utique de fide agere oportuiſſet, & ejus profeſſionem claram plenamque requirere. Nec mihi quiſquam dixerit, recitari ſymbolum: quia in Baptiſmo Papiſtarum, id fit admodum frigidè, præſertim cùm lingua Latina, F quæ ab aſtantibus non intelligitur, ſemper utantur. Et licet, qui adſunt, fidei articulos utcunque callent, leviter attamen eos intelligunt: unde neceſſarium eſt eos dilucidius inſtituere. Iactant etiam ſe adhibere catecheſin: at qualem? Quæ ſcilicet conſtet quinque, aut decem verbis, iiſque non intellectis. Iubent adhæc tingendum, diabolo & pompis mundi abrenunciare. Qua de re præceptum Dei nullum habent.

Exorciſmus additus Baptiſmo.

7 Sed cæteris miſſis eorum nugis, ad exorciſmum G veniamus, ubi proram & puppim rerum additarum conſtituunt. Cumque res magni momenti ſit, judico prius nonnihil de ſignificatione vocis eſſe dicendum.

Claſ. 2. cap. 1. Sect. 23. &

Græcis ἐξορκίζειν eſt adjurare per ſacra. Auguſtinus in libro de Vita beata ſcribit: Spiritus malus invadit animam, turbat ſenſus, in furorem conjicit: quo explodendo, qui præſunt, manus imponunt, & exorciſant, hoc eſt, eum adjurando per divina expellunt. Hinc jam liquet, exorciſmum adjurationem eſſe per

Claſ. 1. cap. 9. Sect. 30.

ſacra. Vlpian. in Pandectis Tit. de variis, & extraordinariis cognitionibus, lege prima, inquit, Se non H recipere medicos eos, qui incantant & exorciſant: & addit, vocabulum illud eſſe impoſtorum. Etſi nonnulli ait, affirment ſe juvari, attamen illi nihil faciũt, niſi quod incantant & imprecantur. Plinius etiam quoſdam eſſe morbos credidit, qui excantationibus & adjurationibus curentur. Quidam item fuerunt, qui rebantur, exorciſmum idcirco ſacræ unctioni adhiberi, quòd ibi fiat in nomine Chriſti magnum juſjurandum; ſed admodum falluntur. Quia ibi ſacrificus adjurat cacodæmonem, neque ullum juſiuran I dum in nomen Chriſti præſtat. Verum quidem eſt,

A deduci verbum à nomine ὅρκος, quod eſt juſiurandum: & ſanè, ut jam diximus, adjuratio quædam per ſacra in exorciſando peragitur. In Teſtamento novo ter animadverti reperiri verbũ ὁρκίζειν. Etenim Marc. 5. diabolus adjuravit Chriſtum dicendo, ὁρκίζω σε τὸν θεόν, id eſt, adjuro te per Deum, ne me torqueas. In Actis cap. 19. filii Scevæ dixerunt: ὁρκίζομεν ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει, hoc eſt, adjuramus vos per Ieſum quem Paulus prædicat. Et 1. ad Theſſal. ultimo, ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν κύριον, ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν B πᾶσι τοῖς ἁγίοις, id eſt, adjuro vos per Dominum, ut Epiſtola hæc legatur omnibus ſanctis. Indicant ergo loca hæc, exorciſmum, ſicuti dictum eſt, adjurationem eſſe per res divinas. Exercetur autem exorciſmus juſſu quodam & imperio, quoniam exorciſtæ ſpiritibus immundis jubent atque imperant ſatis audacter, ut diſcedant: atque iſta ratione à precibus & ſupplicationibus exorciſmi differunt. Abunde jam patet, quid ſit exorciſmus, quidve ſit exorciſare.

Marc. 5. 7. — Act. 19. 19. — 1. Theſſ. 5. 27.

C 8 Nunc tria ordine videnda ſunt. Primò, quando cœperint exorciſmi. Deinde, an exorciſtæ retinendi & ita retinendi, ut ad ſacrum miniſterium pertineant. Poſtremò, an exorciſmi conjungendi ſint cum Baptiſmo. Quo ad primum, aio me in toto veteri Teſtamento non legiſſe, aliquos exorciſmos fuiſſe inſtitutos ad dæmonia expellenda. Adjurationes quidem ſcio extare. Vnde in lib. Num. lex Zelotypiæ habetur, quæ formulam cujuſdam adjurationis Iſraelitis præcipiebat. Verùm per illam ſacerdos non adjura- D bat mulierem, ut ab ea dæmonia ejiceret: ſed vel bona, vel mala imprecabatur ei, prout ſe habuerat. Si fuiſſet caſta & inculpabilis, bona & fauſta illi à Deo rogabat. Sin verò impura & contaminata ſtupro, illam conceptis verbis execrabatur. Adjuravit etiam Iehoſuáh Achamum, non quò pelleret ex eo diabolum, ſed ut adigeret ad veritatem confitendam ſurrepti anathematis. Quidam exiſtimant, Davidẽ exorciſaſſe Saulem, quod ego minimè probo. Nam ille cithara ſua ludebat coram eo, & ſuaviſſimis carmini- E bus Deum laudabat. Exorciſmum verò non adhibuiſſe, duplici de cauſa poteſt confirmari. Primùm, quia illum perfectè non ſanabat, ſed ut in hiſtoria ſcribitur, eo pſallente, vexatio leniebatur: non tamen è Saule ſpiritus malus prorſus ejiciebatur. Adhæc non eſt uſus David adjurationis formula, quod ſancta Scriptura tradat, ſed muſicis verſibus, & quidem, ut eſt veriſimile, precatoriis. Exorciſtas attamen fuiſſe inter Hebræos non inficior, ut mox claris teſtimoniis oſtendam, licet me ignorare fatear, qua ætate haberi F cœperint. Ioſephus 8. libro Antiquitatum, capite ſecundo ſcribit, Salomonem excantationes quaſdam & exorciſmos compoſuiſſe. Verum ea de re ſatis dixi, cùm eum locum interpretarer, quo Salomon prædicatur, ſapientia exceſſiſſe Orientales omnes & Ægyptios. Sed ut ad rem ipſam propius accedam, ſtatuo ſapientiam Salomoni fuiſſe à Deo afflatam. Quæ verò Deus elargitur hominibus, non utique mala, ſed bona cenſenda ſunt. Excantationes verò divinis Legibus damnari, certiſſimum eſt. Quare à divino ſpiri- G tu hominibus minimè diſtribuuntur. Vnde conficitur exorciſmos, incantationes & librum claviculæ, quæ nomine Salomonis circunferuntur, notha eſſe, atque ad illum nequaquam pertinere. Scatent undique ſuperſtitionibus, & referta ſunt geſtibus, cùm ridiculis, tum idololatricis.

Vide Claſ. 1. cap. 8. Sect. 21. & cap. 9. Sect. 30. — Num. 5. 22. — Exorciſmorũ origo ad quæ tempora poſſit referri? — Ioſ. 7. 19. — 1 Sam. 16. 23. — Salomonis libri nothi.

9 Hebræos attamen, ut dixi, exorciſtas habuiſſe teſtimonio Chriſti apud Matt. 12. cap. probatur. Ibi enim Dominus reſpondit: Si ego in Baalzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo ejiciunt? Vbi Hier. H interpretatur, per filios Hebræorum, poſſe intelligi exorciſtas, qui tum temporis diſcurrebant, ſpiritus immundos adjurando per nomen Domini. Iudices eorum ii ſcribuntur futuri, non ſanè poteſtate, ſed comparatione. Siquidem fatebantur ſpiritu Dei ejici dæmonia, iſti verò eam facultatem Baalzebub attribuebant. Quocirca longè peiores illis deprehendebantur: ſed addit, poſſe quoque locum illum de Apoſtolis intelligi, qui filii Hebræorum erant, quoad carnem & donum expellendorum dæmoniorum jam I à Chriſto conſecuti fuerant, & rectè dicuntur judices fore impiorum & blaſphemorum: cùm eis dictum ſit, Vos

Exorciſtas Hebræis fuiſſe. Matt. 12. 27.

Digitized by Google

ſit, Vos ſedebitis ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael. Et hanc poſteriorem interpretationẽ, priori multò magis præfert. At mihi prior videtur eſſe magis conſentanea. Nam ſi de Apoſtolis hæc dici ſtatuamus, Scribę ac Phariſæi non videbuntur à Chriſto plenè redarguti. Dixiſſent enim, Diſcipuli quoque tui dæmonia in Baalzebub ejiciunt, quemadmodum abs te ſunt edocti. Neque mihi perſuadeo ſceleratos illos homines priori loco diſcipulos, quàm præceptorẽ ipſorum habuiſſe. At ſi ea verba referamus ad exorciſtas, Phariſæi ac Scribæ pulcherrimè ac efficaciter confutantur. Fateor itaque inter Iudæos exorciſtas fuiſſe, neque inficias eo, Deum certis hominibus, quibus ipſe volebat, non quos deſignaſſent ſacerdotes, illud munus contuliſſe, ut cacodæmones pellerent ex hominibus. Sacerdotes autem in eo graviter peccarunt, quòd voluerint ſocietatem, aut collegium, ſeu ordinem exorciſtarum, pro ſuo arbitrio conſtituere, quaſi Dei gratiam poſſent ſuis electionibus & inſtitutis alligare.

Matt. 19. 28.

Chriſtus exorciſtarum caput.

10 Chriſtus autem poſtea illam vim & poteſtatem renovavit, imò caput & princeps fuit novorum exorciſtarum, agebatque adverſus immundos ſpiritus magno imperio & ſumma poteſtate, ut in Evangelica hiſtoria manifeſte liquet. Nec tantùm præſentes curabat, verum etiam abſentes. Filiam quippe mulierculæ Chananææ, quæ aberat, curavit. Neque tantùm ipſe dæmoniis imperabat, ſed etiam Apoſtolis hoc munus eſt elargitus. Verum alius locus eſt in Actis Apoſtolicis, capite inquam decimonono, quo fuiſſe apud Hebræos hujuſmodi exorciſtas, evidentiſſimè demonſtrabitur. Nam filii Scevæ cacodæmonas adjurabant, quod etiam in nomine Ieſu facere tentarunt. Attamen veteres Prophetas, etſi lego miracula interdum feciſſe, eos tamen exorciſmis eſſe uſos minimè invenio. Chriſtum verò facultatem diaboli ejiciendi tribuiſſe diſcipulis, demonſtratur apud Marcum cap. 16. ubi ſcribitur: Signa autem hæc ſequentur credentes; dæmonia ejicient, &c. Et Lucæ nono traditur Ioannem vidiſſe quendam, qui per nomen Chriſti dæmonia ejiciebat, nec tamen illum ſequebatur. Quare, inquit Ioannes, nos eum prohibuimus: quod factum Ieſus improbavit. Dicent etiam permulti extremo die, ſicuti habetur Matthæi ſeptimo, Nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus? Et Paulus, ut ſcribitur Actor. 16. Spiritui pythonico imperavit, ut diſcederet: Quod illico factum eſt. Scire tamen oportet, non ſemper valuiſſe Apoſtolos imperio ſuo cacodæmonas ejicere. Nam ut hiſtoria Evangelica tradit, quidam filium ſuum eis curandum obtulerat, quem liberare non potuerunt. Et Chriſtus adveniens docuit, id genus dæmoniorum, non ejici niſi jejunio & precibus: ac ſi diceret, Ibi orationibus, & quidem vehementibus, opus eſſe, quæ jejunio plurimorum juvantur: jejunio, inquam vero, non fictitio illo, quod tantum ciborum delectu conſtat.

Matt. 15. 25.
Marc. 5. 11.
Act. 19. 13.
Marc. 16. 17.
Luc. 9. 9.
Matt. 7. 22.
Act. 16. 18.
Matt. 17. 16.
Ib. d. v. 21.

Dona ſanationum quomodo & quadiu fuerint in Eccleſia?

11 Manſerunt diu hæc dona ſanationum in eccleſia: Quo vero tempore prorſus deſierint, non poteſt præciſe definiri. Et quia modò non amplius habentur, verba Chriſti quibus dixit, Signa hæc ſequentur credentes: cogimur intelligere, non fuiſſe dicta in univerſum, quaſi ea chariſmata danda eſſent omni tẽpore omnibus fidelibus. Satis id fuit, quòd eccleſiæ datæ ſint, & aliquanto tempore in ea manſerint. Iuſtinus Martyr, qui tempore Antonini Pii vixit, in 1. Apol. ſcribit, Chriſtianos per totum orbem, & in ipſa urbe ſanaſſe permultos arreptitios, quod alii excantatores, adjuratores & expiatores non poterant præſtare: Et adhuc noſtros illos in inſtituto ſuo pergere. Nec ſolùm uſque ad Antoninum, chariſmata hæc durarunt, ſed ut Tertul. in Apologetico ſuo tradit, uſque ad Severum Imperatorem, ſub quo floruit, permanſerunt. Dæmonas, inquit, hoc eſt genios, adoriri conſuevimus, & illos ab hominibus exigere: ac ſeipſum, ut videtur, iis adnumerat, qui hoc facerent. Et eodem loco ait, abſque mercede ac præmio dæmonia pellimus. In libro item de Idololatria, inquit, adverſus eos, qui tum Chriſtiani eſſent, nihilominus tamen thura vendebant, & ea quæ idolorum cultui adhibebantur: Cùm videris aram fumantem, quomodo eam deſpues, & qua conſtantia exorciſa-

A bis alumnos tuos? Diabolos autem horum hominum alumnos vocat, quòd ſuam domum fecerint cellariam idolis, unde ad ſuffitum eis faciendũ thura promerentur. Ex hoc loco docemur, iſtarum adjurationum chariſma, non clericis tantùm, ſed vel ipſis mercatoribus obveniſſe, quin etiam militibus fuiſſe conceſſum. Nam idem author in ſuo libello de Corona militis, ſcribit adverſus eos, qui ultrò militarant Imperatoribus: Quos interdiu exorciſmis fugavit, noctu defendit. Quod ideo ſcripſit, quia milites cogebantur

B interdum ad phana & templa idolorum excubare. In libro etiam de Anima, penultimo capite docet, Spiritus immundos crebro feſelliſſe homines, ac eis mentitos eſſe: nimirum cùm fingerent, ſe animas fuiſſe defunctorum, quę per humana corpora vagarentur. Noluiſſet quippe diabolus à Chriſtianis exiſtimari, animos poſt hanc vitam apud inferos detineri. Atque addit ad extremum, illos fuiſſe convictos & coactos adjurationibus, ut veritatem confiterentur: Nempe ſe non animas hominum, ſed cacodæmonas eſſe. Pręterea

C in libro de Præſcriptionibus adverſus hæreticos, inquit, mulieres hæreticorum exorciſmis uti conſueviſſe.

Diaboli, quorum hominum alumni?

Adjurationũ chariſma, quibus hominib. conceſſum?

Exorciſmi circa Baptiſmum nulla apud veteres mentio.

12 Cæterùm, attendendum eſt, quæ de exorciſmis hucuſque allata ſunt, non de baptiſmalibus eſſe intelligenda, verùm de iis, quibus à Chriſtianis arreptitii ſanabantur. Quin ipſe Iuſtinus Martyr in Apologia priori, cùm de Baptiſmo quàm diligentiſſimè agat, mentionem exorciſmi nullam fecit. Neque ille Dionyſius, quiſquis fuit qui Hierarchiam Eccleſiaſti-

D cam ſcripſit, talium exorciſmorum meminit. Habet ille quidem, neſcio quæ de terna exſufflatione & abrenunciatione: quæ tamen ab homine tingendo facienda tradit, non ab exorciſta, vel Sacramenti miniſtro. Renunciationis quoque fecit mentionem Tertullianus, de Corona militis, ſed eam ſcribit fieri conſueviſſe ſub manibus antiſtitis: at hodie non interſunt Epiſcopi, quando Baptiſmi ſacramentum adminiſtratur. Aderant verò tum temporis, nec non ætate Ambroſii, ut ipſe teſtatur in lib. 1. de Sacramentis,

E cap. 1. & 2. nec non in libro De iis qui initiantur ſacris, ab initio. Quin & Baſilius in libro de Spiritu S. cap. 27. meminit abrenunciationis, unctionis item, & benedictionis aquæ, nec non trinæ merſionis: Exorciſmum autem ſilet. Colonienſes autem, ut ſuas nugas probent, de ſale atque unctione, Origenem adducunt Homilia 6. & 7. ſuper Ezechielem. At ſi quis diligenter expendat ejus dicta, nihil habet, quòd eò pertineat. Euſebius Cæſar. lib. 6. capite 43. meminit Epiſtolæ Cornelii Epiſcopi Romani, ad Fabium prę-

F ſulem Antiochenum, qua mores & vitam Novati deſcribit: memorans inter alia, illum ab initio, cùm eſſet arreptitius, exorciſmis curatum fuiſſe: quod ei fuit occaſio, ut ad Chriſtum converteretur, cum tamen poſtea Clinicus baptizatus fuerit. Et Cyprianus lib. 4. Epiſtola 7. ſcribit ad Magnum, Spiritus immundos quandoque ſervos Dei fallere, dum ab eis adjurantur, & fingere ſe abire, cùm tamen haudquaquam diſcedant. Verùm ait, Cùm ad aquam ventum eſt, ſcilicet ad Baptiſmum, ibi diabolus minimè valet ſubſi-

G ſtere, prorſus diſcedit, nec eſt ferendo Sacramenta. Cùm hunc locum diligenter mecum reputo, videor mihi deprehendere fontem, caput & initium conjunctionis exorciſmi cum Baptiſmo. Nam videtur is Pater innuere, ſi liberatio non proceſſiſſet exorciſmis, homines eo tempore ad Baptiſmum confugiſſe, & hanc rationem ſequutos eſſe homines in arreptitiis curandis. Vnde poſtera ætas id voluit imitari, ut ante Baptiſmum adhiberentur exorciſmi, etiam ſi tingendi non fuiſſent arreptitii, ne quid minus habere

H viderentur, quàm prior eccleſia, in qua, ii qui exorciſmis curari non potuerant, deferebantur ad Baptiſmum percipiendum. Et poſtea conſequutum eſt, ut licet facultas depellendorum dæmonum in præſentia non habeatur, exorciſmis tamen Papiſtæ utantur. Sed ut redeam ad Cyprianum, is de Baptiſmo Chriſti, & manifeſtatione Trinitatis, filios illos Scevæ, quorum ſuperius mentionem fecimus, appellat exorciſtas quæſtuarios, ceu ſuas illas adjurationes venderent, ac nundinarentur. Gregorius quoque Na-

I zianzenus in oratione ſua de Luminaribus, ſeu in oratione tertia ad ſanctum lavacrum, mentionem fecit

Exorciſmi circa Baptiſmum origo.

Act. 19. 13.

exorciſmorum, necnon alii complures Patres. Id ta- A
men expendendum eſt, poſteriorem ætatem exor-
ciſmis uti, ut conjunctis cum Baptiſmo, & quaſi ad
certum ordinem Clericorum pertineant.

Sintne in Eccleſia adhuc retinẽdi exorciſtæ.

13 Idcirco jam ad alterum caput propoſitæ quæ-
ſtionis me conferam, quo inveſtigandum eſt, an ho-
die retinendi ſint exorciſtæ atque ita retinendi, ut in
Eccleſia ordo quidã peculiaris ſit exorciſtarum. Mul-
tis viſum eſt hujuſmodi ordinẽ in eccleſia eſſe haben
dum. Epiphanius quippe libro tertio, Tomo ſecun-
B do, cùm ſacros ordines recenſet, inter alios etiam ad-
1. Argumentum pro retinendis. numerat ἐπορκιστὰς, hoc eſt adjuratores. Variat qui-
dem utcunque vocem, ſed tamen reipſa idem intel-
2 ligit. Iſidorus item libro de Officiis Eccleſiaſticis ca-
Eſd. 2. 6. pite 13. Eſdræ locum citat, ubi capite ſecundo recen-
3 ſentur filii ſervorum unà cum Nathinæis. Hebræi
tradunt ſervos iſtos Solomonis fuiſſe à reparationi-
bus templi, nempe ut ſarta tecta curarent. Iſidorus
autem inquit, exorciſtas fuiſſe. Quàm autem verè,
4 alii judicent. In Decretis, Gratian. diſtinctione 77.
C Canon. Monachus. Exorciſtæ appellantur defenſo-
res, quaſi, ut arbitror, corpora & animos à diabolo
tueantur. In Concilio Laodiceno, capite vigeſimo
ſexto prohibetur, ne quis exorciſet, niſi ab epiſcopo
fuerit ordinatus, quaſi epiſcopus valeat ſua impoſi-
tione manuum, vim depellendi ſpiritus malos con-
5 ferre. Idem quoque habetur in Decretis, diſtinct. 69.
6 Can. Non oportet, &c. In Concilio etiam quarto
Carthaginenſi ſtatuitur, ut cum exorciſta ordinatur,
libellus exorciſmorum ei tradatur, jubeaturque illos
D memoriæ mandare, ut eis queat opportune uti. Sed
Argumenta contraria, Acolythi qui. Oſtiarii. hodie Papiſtæ in ſuis Eccleſiis, titulos & nomina tan-
tummodo habent, nihil verò eorum præſtant, quæ
ad functiones docent pertinere. Etenim Presbyteri
tantum apud eos ordinariè baptizant, neque alii præ-
ter eos adhibentur Clerici, qui allatos infantes mini-
ſterio ſuo exorciſent ἀκόλουθοι dicti ſunt, qui olim E-
piſcopos comitabantur, quaſi teſtes eorum famæ ac
converſationis. Hodie quidem manet acoluthorum
ordo, ſed officium non faciunt. Habent etiam nomen
E & ordinem oſtiariorum, quibus oſtia Templi dicun-
tur committi, ut rationem habeant ingredientium, &
infideles necnon excommunicatos à ſacris arceant. At
qui hoc exequatur, ex oſtiariorum numero nullus
Lectores. hodie reperitur. Lectores adhæc ordinant, quorum
opus melioribus temporibus erat, ut cœtui congre-
gato loca quædam è Scripturis publicè legerent, quę
poſtea ſuccedens Epiſcopus aſtanti populo interpre-
tabatur. Evanuit hodie tale opus. Nomen tamen &
ordo retinetur. Adjecerunt & exorciſtas, qui [illegible]
F [illegible] adjurarent, quod hodie ut dixi, presbyteri faciunt
in Baptiſmo, non clerici minores, qui nihil videntur
nunc in Templis agere, ut videre licet, quàm in Tẽ-
plis cantant, cereos accenſos geſtant, tintinnabula
pulſant, & privatis Miſſis reſpondent: atque ita jam
omnia in Eccleſia ridicula & inepta evaſerunt, &
dum volunt majores imitari, præſertim in quo pro-
bandi non erant, ſimias quodammodo eorum ſe præ-
bent. Non eſſent itaque retinenda nomina vana &
gradus, abſque vero exercitio functionis. Quid ergo
G faciemus arreptitiis & energumenis, cum à malis ſpi-
Qua ratione ſuccurri queat arreptitiis ſublato Exorciſmo. ritibus agitantur: an deſeremus eos? Non utique deſe-
rendi ſunt, attamen adjurationibus non imperabi-
mus immundo ſpiritui, ut exeat, cùm eo chariſmate
ac facultate non ſentiamus nos divinitus ornatos,
nempe ut imperio noſtro dæmonia ejiciamus. Adhi-
bebimus itaque fideles preces, vota inquam, & ſup-
plicationes, pro eorum ſalute quam vehementiſſi-
mas. In ſumma, hoc laudabile atque conſultum eſſet,
ut in preces exorciſmi hodiè converterentur, & de
H iſto capite hactenus.

Sitne exorciſmus cũ Baptiſmo conjungendus?

14 Nunc de tertio videndum, an Exorciſmi con-
jungi debeant cum Baptiſmo. Qui partem affirman-
tem defendunt, permultis Patrum teſtimoniis & ſen-
Argumenta affirmantur, & primum Patrũ teſtimonia. tentiis utuntur. Deinde quaſdam rationes ſuæ opi-
nionis afferunt. Auguſtinus in 2. & 4. libro de Fide
& Symbolo ad Catechumenos, exorciſmo dat cla-
1 riſſimum teſtimonium. Et in libro de Peccato origi-
2 nali adverſus Pelagium & Cœleſtium cap. 40. Exor-
ciſmis inquit, ante Baptiſmum exſufflatur poteſtas
I contraria. Idem in Enchiridio ad Laurentium cap. 31.
inquit. Iam in toto orbe terrarum exorciſmos fieri, &

A exſufflatione ſpiritum immundum abigi, & princi-
pem hujus mundi foras mitti, fortem armatum alli-
gari, & vaſa ejus diripi. Præterea de Peccatorum me- 3
ritis & remiſſione lib. 1. cap. 14. ſcribit: Quid in parvu- 4
lo baptizando agit exorciſmus meus, ſi in familia dia-
boli non tenetur? Eſt porrò in hoc dogmate Augu- 5
ſtinus graviter hallucinatus, quod nimium Baptiſmo
tribuerit. Non enim agnoſcit illum eſſe regeneratio- 6
nis externum ſymbolum, ſed ipſa tingenda actione
vult nos regenerari & adoptari, atque in familiam
B Chriſti tranſire. Quaſi ante illam horam tinctionis, 7
ad familiam diaboli pertineamus, atque toti ab eo
pervadamur. Idem author de Fide & Operibus ca- 8
pite ſexto, docet exorciſmis homines purgari: & de
Eccleſiaſticis dogmatibus in eadem ſententia eſt.
Nec non in ſermone de Sacramentis fidelium feria
ſecunda Paſchæ, ubi ait, Moli cœpiſtis exorciſmis &
adjurationibus. Chryſoſtomus quoque in Homilia
de Adamo & Eſau, exorciſmi & exſufflationis memi-
nit, ut de rebus per univerſam Eccleſiam uſurpatis.
C Dehinc Optatus Milevitanus Epiſcopus libro 8. con-
tra Parmenianum, exorciſmorum facit mentionem,
quaſi paſſim Eccleſiis uſui eſſent.

15 Eſſet profectò nimis longũ, omnium Patrum *Rationes pro exorciſmis circa Baptiſmũ.*
ſententias huc referre: ideo jam relictis eorum teſti-
moniis; rationes referam, quibus hanc ſuam opinio-
nem defendunt. Primum ſibi ſumunt ad ſalutem eſſe 1
neceſſarium, ut de poteſtate tenebrarum in regnum
lucis tranſeamus. Addunt poſtea, homines ante Ba-
ptiſmum, ſub poteſtate diaboli agere. Quare conclu-
D dunt, illum oportere depelli, quod exorciſmis fieri
cenſent. Secundò inquiunt, peccati cauſa factum eſ- 2
ſe, ut diabolus in homines poteſtatem habeat. Pec-
catum verò in eis uſque dum tingantur ineſſe vo-
lunt. Et ideo ſtatuunt, oportere ut ſpiritus malus, qui
ſemper unà cum peccato jungitur, locum ſpiritui bo-
no cedat, quandoquidem ſimul eſſe non poſſunt.
Quis enim luci conſenſus cum tenebris, & Chriſto 3
cum Belial? Deinde, quòd expellatur ſpiritus im-
mundus exorciſmis, inde confirmans, quod illi ſuis
E clamoribus teſtentur ſeſe torqueri, & male uri, dum
exorciſantur. Quòd ſi dixeris iſtis hominibus, natu- 4
ram infantum bonam eſſe, nam Deus vidit cuncta
quæ fecerat, & erant valde bona: reſpondent ſe non
exſufflare, nec exorciſare naturam, quam Deus con-
didit: ſed hoſtilem poteſtatem velle deprimere, dia-
bolum inquam, ne pro ſuo arbitrio noceat, & fomi-
tem ſeu concupiſcentiam excitet ad peccandum. Et 5
adjiciunt, ſibi licere omnem creaturam exorciſare,
cùm Paulus dixerit ad Timotheum, Res per verbum 6
F & preces ſanctificari. Illud etiam huc allegant, quòd *1. Tim. 4. 4.*
à Deo poſt peccatum dictum fuit Adamo, Maledicta 7
terra in opere tuo: atque inde colligunt, à diabolo & *Gen. 3. 17.*
maledictione, res humanas exorciſmis eſſe vindican-
das. Illud etiam Apoſtoli proferunt: Non eſt nobis *Epheſ. 6. 12.*
colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adver-
ſus nequitiam in cœleſtibus. Quocirca ſtatuunt, ſpi- 8
ritus exorciſmis compeſcendos. Poſtremò, inquiunt,
in rebus phyſicis, à materia prius impedimenta re-
moventur, quàm forma ac boni habitus inducantur:
G Sic ante formam novæ regenerationis excludere o-
porteat adverſariam poteſtatem, quæ impedit & na-
tivitati ſpirituali omninò reſiſtit.

16 Cæterùm, longè ſecus ſe res habet. Cùm e- 1
nim Scriptura nuſquam id mandarit, ut exorciſmi *Act. 10. 48.*
cum Baptiſmo conjungerentur, id non eſt à nobis *Act. 8. 38.*
tentandum. Atque ſi meliora ſequi velimus exem- 2
pla, Petrum videbimus tinxiſſe Cornelium & Eunu-
chum à Philippo baptizatum, citra ullas adjuratiõ-
nes. Tertiò addo, non vigere hoc tempore in Eccle- 3
H ſia hoc Spiritus ſancti donum, ut ſanare arreptitios,
& curare dæmoniacos valeamus. Idcirco deſinamus
oportet jactare, quod minimè habemus. Eſſet porrò 4
neceſſarium, eos qui ſecus exiſtimant, ſuæ poteſtatis
divinitus acceptæ, aliquod ſpecimen dare. Permulti
ſunt, ut dicitur, energumeni, nec deſunt arreptitii,
cur eos non ſanant? Hoc dum non faciunt, ipſi dia-
bolo, nedum nobis, minimè perſuadent, ſe tali præ-
ditos eſſe poteſtate. Scribit Auguſt. lib. 22. de Civit.
Dei, cap. 22. Infantes Chriſtianorum baptizatos, mi-
I ſerè ſæpè vexari à ſpiritibus immundis. Quare cùm
iſti exorciſtæ depellere nequeant ſpiritus impuros,

Digitized by Google

ex iis in quibus eſſe non ambigitur: quid blaterant ſe
abjicere ex iis, in quibus præſentiæ ſuæ nullum ſi-
5 gnum exhibent? Cogitemus præterea, circumciſio-
nem antiquitus loco Baptiſmi fuiſſe, & tamen toto
veteris Teſtamenti tempore, ad infantes circumci-
dendos nullos exorciſmos fuiſſe adhibitos. Qui ſi ne-
ceſſarii fuiſſent, non eſt credendum tot Prophetas
illos fuiſſe prætermiſſuros, præſertim cùm inter He-
bræos, ut diximus, aliqui exorciſtæ fuerint, qui fa-
cultate pellendorum cacodæmonum divinitus præ-
6 diti erant. Nec facilè poſſunt evadere, qui exor-
ciſmos amplectuntur, quin ex uno Sacramento per-
multa faciant, quandoquidem ſigna multiplicant,
quæ ſacra eſſe volunt, adhibendo oleum, ſputum,
exſufflationes, & alia hujuſmodi. Quocirca unum
Baptiſmi ſacramentum in multa degenerat. Nec au-
diendi ſunt, quando, ut ſimplicibus illudant, diſtin-
ctionem inter Sacramenta & ſacramentalia confin-
gunt, quæ omnino ſophiſtica eſt. Diſtinctiones e-
nim ſunt amplectendæ, ſed quæ ſumuntur ex ipſa
rerum natura, quia controverſiæ multum luminis
addunt: ſed quæ tantummodo ad argumenta eluden-
da è cerebro ſophiſtarum defluunt, eæ ſunt omninò
repudiandæ.
7 17 Verùm, cùm apud ipſos privati etiam homi-
nes, hoc eſt, laici & mulierculæ baptizent, nec exor-
ciſmos vel exſufflationes adhibeant, qualem judica-
bunt illum Baptiſmum? Si perfectum dixerint, non
deberent ſua hæc inventa illi adjungere, cùm perfe-
ctum id exiſtimetur, cui nihil poteſt addi. Sin imper-
fectum, ſapientiores Chriſto ſe faciunt, qui exorciſ-
mos & exſufflationes cum Baptiſmo non conjunxit.
Tanta præterea laborant inſolentia, ut dicant in 4.
Sent. Diſtinct. 6. Sacramentalia hæc ſua, & ſupplen-
da & ſarcienda eſſe, cùm ob pericula vitæ omiſſa fue-
rint. Sed certò ſciant, vanè ac ſuperfluè reſarciri. Nam
ſi, ut ipſi dicunt, & Cyprianus affirmavit, cùm veni-
tur ad aquam diabolus fugatur, nec amplius conſi-
ſtere poteſt poſt Baptiſmum celebratum periculo
mortis: ſi jam abeſt, cur illum adjurant, & imperio
quodam jubent diſcedere? Stultum profectò eſt cùm
abſente loqui, & ei qui jam abierit, imperare ut diſ-
cedat. Sed, ut rurſus ipſorum armis pugnemus, lecto-
rem ad Gratianum remittimus, qui de Conſect. di-
8 ſtinct. 4. cap. Si parvuli, ſententiam Cœleſtini addu-
cit, qui decrevit, omnes à Baptiſmate arcendos, à qui-
bus per adjurationes & exſufflationes diabolus non
fuerit ejectus. Ibi gloſſa inquit, hoc ſimpliciter non
eſſe intelligendum. Quia dæmon ante Baptiſmum
non ejicitur, cùm uſque ad tinctionem diaboli fami-
lia ſimus & ejus membra. Statuit itaque diabolum
exorciſmo non ejici, ſed ejiciendum ſignificari, ni-
9 mirum in Baptiſmo. Iſti denique ſunt, qui tantoperè
à tropis abhorrent, neque ferre poſſunt, ut figuram
Significationis verbis Cœnæ Domini adhibeamus,
cùm illi pro arbitrio, ne dixerim pro libidine, paſſim
tropis abutantur. Quod ſi liceat illis dicere, ſignifica-
ri exorciſmis diabolum ejiciendum, eadem ratione
alter dicet, ſignificari jamdudum ejectum. Sed ad ra-
tiones firmiores adhuc me recipio, ponoque tingen-
10 dos, vel eſſe adultos, vel infantes. Certè qui adulti
Dilemma firmiſſimũ contra exorciſmos circa Baptiſmum. ſunt, priuſquam tingantur, credant oportet: qui ſi
credunt, jam ſunt juſtificati, & cùm evaſerint mem-
bra Chriſti, diabolus proculdubio ab eis diſceſſit.
Quare non debent exorciſari, vel adjurari, quaſi ca-
codæmonas in ſeipſis adhuc præſentes habeant. Sin
autem infantes Chriſtianorum ſunt, qui Baptizandi
offeruntur, eos nego eſſe diaboli, cùm ſint in fœdere
Gen. 27.7 Dei, quo Abrahamo dictum eſt: Ero Deus tuus, &
Ezec.16.20. Deus ſeminis tui. Vnde apud Ezec. Prophetam c.16.
Ezec.23.73. necnon 23. Deus inducitur Iſraelitis exprobrans,
quòd filios quos genuerant ſibi, prodiderint idolis,
& eos per ignem tranſire fecerint, ut victimæ idolo-
1.Cor.7.14. rum efficerentur. Et Paulus ad Corint. Epiſtola prio-
ri aſſeruit, Chriſtianorum filios eſſe ſanctos. Quod ſi
verum eſt, nulla cauſa poteſt aſſignari, cur diabolus
exorciſmis ab eis depellatur.
11 18 Sed caput ſuperſtitionis illud eſt, quod iſti
Chriſtus non Baptiſmus aufert peccata. homines opinantur, Baptiſmo externo primùm con-
donari peccata, ſed vehementer falluntur. Vnius
Ioan.1.29. Chriſti eſt hoc munus: & ideo Ioannes dicebat Chri-
ſtum indicando: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec-
A cata mundi. Et in Exod. 33. ut Dei proprium exprimi- Exod.33.19.
tur, quod iniquitatem auferat, impietatem & pecca-
ta. Et Eſa. 43. Ego ſum, qui peccatum deleo. Et prima Eſa.43.25.
Ioan. habetur, Ipſe eſt Propitiator pro peccatis no-
ſtris. Quod idem affirmavit Paulus ad Rom. cum ait: Idq; probatur argumentis multis.
Quem propoſuit Propitiatorem per ſanguinem. Ioa.
item Epiſt. 1. cap. 1. ſcripſit. Sanguis Ieſu Chriſti filii 1 Ioan.2 1.
ejus, mundat nos ab omni peccato. Res profectò ex- Rom.3.25.
ternæ conſcientiam non emundant, alioquin Chri- 1.Ioan.19.
ſtus fruſtra mortuus eſſet. Deinde anima, quæ ſpiri-
B tus eſt & incorporea, rebus craſſis atque corporeis
non expurgatur. Quod Epiſt. ad Hebr. cap. 9. lucu- Hebr.9.7.
lenter docet, cùm ait: Dona & ſacrificia non purgare
neque mundare, ſed Chriſtum fuiſſe verum Pontifi-
cem, qui cœlos penetravit æterna redemptione in-
venta. Etſi quando Scripturæ divinæ, remiſſionem
peccatorum aut ſalutem ſymbolis externis tribuere
videantur, id per Metonymiam eſt intelligendum,
qua ſignis ea dantur, quæ ſunt rerum ſignificatarum,
& ſignificata nomine ſymbolorum efferuntur. Sic
C Petrus Epiſt. ſua priori: Ætate Noe, inquit, octo ani- 1.Petr.3.20.
mas fuiſſe per aquam ſervatas, ad Baptiſmum allu-
dens. Verùm per aquam, non externum elementum
intelligit, ſed eam ablutionem, quæ ſanguine Chriſti Ibid.v.21.
fiat. Atque ita in ſymbolo externo rem ſignificatam
comprehendit, quod ipſe poſtea manifeſtè declarat,
cùm ait: Non quo deponuntur ſordes carnis, ſed quo
bona conſcientia Deo vel reſpondet, per Ieſu Chri-
ſti reſurrectionem. Proinde notavit per aquam ſan-
guinem & mortem, quæ nomine reſurrectionis ex-
D primuntur. Ad eundem modum exponi debet, quod
ad Epheſios habetur: nempe Chriſtum ſemetipſum Eph.5.25.
pro Eccleſia dediſſe, ut ea, aquæ lavacro ſanctifice-
tur per verbum, &c. Cauſa ſanctificationis eſt ipſe
Chriſtus, qui ſe pro nobis dedit, & ea cauſa lavacrum
adhibuit, ut mundatio ejus per verbum & ſymbo-
lum teſtificata eſſet. In ſumma id amplectendum eſt,
ſigna externa minimè conjungere nos Chriſto, ſed
ea ei conjunctis dari. Quemadmodum teſſera non Simile.
conſcribit militem, ſed jam conſcripto dari conſue-
E vit. Et nemo eſt, qui notam ſuam ovibus, equis & bu-
bus inurat, niſi prius ea bruta poſſederit. Quin & ipſæ G[illegible].15.6.
literæ donationũ, prius fiunt & conſcribuntur, quàm
ſigilla donantium eis affigantur. Et ſanè cum Abra-
hamo ſic actum eſt, prius credidit, & imputatum eſt
illi ad juſtitiam, deinde Circumciſionem accepit,
tanquam σφραγῖδα juſtitiæ fidei, qua donatus fuerat
in præputio. Nec cœpit Deus cum Abrahamo Cir-
cumciſione agere, ſed ea ſequuta eſt juſtificationẽ.
Quod etiam fit in Baptiſmo: res ipſa, hoc eſt, fœdus
F initum cum humano genere per Chriſtum antece- Rom.4.3.
dit, deinde ſymbolum externum conſequitur. Neque
aliter nobiſcum agi, quàm cum Abrahamo, Paulus
demonſtrat, quando illum inquit nobis fuiſſe propo-
ſitum, ut juſtificationis exemplum. Quod ſi non con-
ſtaret, omnia Pauli argumenta ea de re infirma eſ-
ſent, imò prorſus ruerent.
19 Non tamen diffiteor, quædam ſignificata eſſe Baptiſmi quędã ſignificata ſequi, nõ præcedere Baptiſmum.
baptiſmi, quæ non antecedunt, ſed conſequuntur ex-
ternam ablutionem, ut mortificatio & pœnitentia:
G atque ſecundum hanc analogiam, quod ad Romanos
habetur, intelligo, ſcilicet, nos commori Chriſto, & Rom 6.4.
unà cum eo ſepeliri, quòd vetus homo, carnis affe-
ctus & cupiditates, perpetuò ſint mortificãdæ. Quod
ubi tingimur, effectum adhuc non eſt, ſed convenit
ut poſtea fiat. Quod autem ad Galatas legitur, Quot- Galat.3.27.
quot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: ita expo-
nendum cenſeo, ut ſi accipias, Induere Chriſtum,
pro eo quod eſt illius membrum fieri, Baptiſmum id
antecedit. Sin verò moribus & vita filium Dei expri-
H mere, id poſt Baptiſmum ſuſceptum conſequitur. Ita- 12 Objectio de peccato originali diluitur.
que de filiis hominum fidelium ſtatuendũ eſt, quod
fidelibus accenſeantur, & quod ſanctorum filii ſan-
ctis annumerentur, uti Paulus atteſtatus eſt priori ad 1.Cor.7 14.
Corinthios. Etſi quis objecerit, in eadem Epiſtola c. 1.Cor 12.13.
12. haberi. Nos eſſe baptizatos in unum corpus, id
non ſic exponendum eſt, quaſi per externum Baptiſ-
mum in corpus Chriſti primùm tranſeamus, cùm
prius de corpore Chriſti fuerimus: deinde, ut id te-
ſtificatum & conſignatum evadat, exterius baptiza-
I mur: & idcirco ante illa verba, ſcriptum eſt, Per Spiri- Ibid.
tum nos in unum corpus baptizari. Prius ergo effici-

Digitized by Google

tur Spiritus ſancti opera, ut abeamus in mẽbra Chri-
ſti:deinde,Baptiſmus adjicitur.Proinde,cùm tales in-
fantes Chriſtianorum ſint, non eſt, cur adjurentur
vel exſufflentur.Expendendum attamen eſt,minimè
conſequi ex eis, quòd peccatũ originale prorſus tol-
latur; Quia omnes confitemur naſci filios iræ,atque
originali culpa vitiatos: quandoquidem id peccati
genus non conſtat imitatione,quemadmodum Pela-
giani docuerunt, ſed eſt totius naturæ humanæ cor-
ruptela,& quoad animam, & quoad corpus. Deinde
addimus, Deum per Ieſum Chriſtum ſuos electos ac
prędeſtinatos mundare,ita ut vitium,quod ſua natu-
ra peccatum eſſet mortale, illis ad mortem non im-
putetur. Deinde, ſpiritu ſuo illos ornat & renovat,
poſtea obſignatio exterioris Baptiſmi adjicitur. Ha-
bent itaque primùm electionem ſeu prædeſtinatio-
nem, habent promiſſionem, ac ex fidelibus naſcun-
tur: & cùm jam ſint in fœdere à Deo adoptati ac ju-
ſtificati, jure meritoque tinguntur.

13 *Infantes Chriſtianorum, ſi prius moriantur quã baptizati ſint, non pereunt.*

20 Quare multi falluntur, qui perſuaſiſſimum
habent, infantes Chriſtianorum qui pereunt abſque
Baptiſmo, prorſus damnari. Dixit quidem Chriſtus,
qui crediderit,& baptizatus fuerit, ſaluus erit. Dein-
de adjecit, qui non crediderit, condemnabitur: nec
interpoſuit, qui non baptizatus fuerit. Quoniam

Marc.16.16.

fieri facilè poteſt, ut quis credat, & aliquibus caſibus
impediatur, ut ne poſſit baptizari. Quin & ipſe
Auguſtinus, hac in re ſatis durus, cùm flaminis, tum
ſanguinis baptiſmum agnovit, cùm ſcilicet quiſpiam
martyrio prius vitam finit,quàm tingi poſſit. Et Am-
broſius in Oratione funebri de obitu Valentiniani
habita, qui Catechumenus adhuc occiſus fuerat, af-
firmat illum cum Chriſto in cœlis regnare. Quo-
niam etſi tinctus non erat, ideò tamen ſe conferebat
in Italiam, ut ab Ambroſ. Catholico Epiſc. baptiza-
retur. Fide itaque illum juſtificatum aſſerit. Proin-
de quod in hominibus adultis fides efficit, priuſ-
quam tingantur, ſpiritus Chriſti & promiſſio in par-
vulis operatur. Sed hîc nonnulli quærunt,an omnes
filii Chriſtianorùm ad fœdus pertineant. Quod ſi

14 *An omnes Chriſtianorũ liberis ad fœdus pertineant?*

affirmetur, illud objiciunt, quod ad Rom. habetur
de geminis, de quibus nondum adhuc natis, cùm i-
tem nihil boni aut mali egiſſent,dictum eſt; Iacob
dilexi,& Eſau odio habui. Nec dubiũ eſt,quin Izaa-
cus pater fidelis ac ſanctus fuerit, cujus tamen filius
Eſau extra Dei fœdus agnoſcitur fuiſſe. Adhæc re-
ſpondemus: Dei fœderatos conſiderari, vel prout
ſunt coram Deo, vel quemadmodum ab eccleſia co-
gnoſci poſſunt.Deus quidem ſuorum numerum cer-
tiſſimum habet,quos ab omni æternitate prędeſtina-
vit. At promiſſio de fœdere cum genere Abrahæ in-
definita eſt, & neminem ſucceſſorum ejus nomina-
tim excludit. Quare cum Eccleſiæ tingendi offerun-
tur credentium filii, ea promiſſionem ſpectat, ut eſt
prolata.Quod ſi quæ prærogativa,ſeu exceptio in ar-
canis Dei conſiliis fuerit, illa nihil moratur, cum ad
ſe nihil tale pertineat. Et idcirco falſi non poteſt ac-
cuſari, quando ſanctorum filios annumerat ſanctis:
Atque ita circumcidit Eſau,atque conſimiles. Dici-
tur quidem à nonnullis, concedendam non eſſe re-
generationem,niſi per verbum,quod eſt ſemen Dei.

Rom 9.11.

15 *Quomodo intelligendum quod dicitur, non concedẽdam regenerationem niſi per verbum?*

Petrus quippe ait,priori epiſt.cap.1. nos eſſe renatos
haudquaquam ſemine corruptibili,ſed incorruptibi-
li,quod eſt ſermo Dei.Cæterùm ad id reſpondemus,
de adultis hominibus id eſſe intelligendum,de infan-
tibus autem non ita rem ſe habere, niſi velimus He-
bræorum filios melioris facere ſortis, quàm Chriſtia-
norum. Etenim illi,ſi ante diem octavum obiiſſent,
circumcidi non poterant, quos tamen eximere à di-
vino fœdere impium eſſet. Liceret itẽ affirmare par-
vulos etiam renaſci verbo Dei,ſed interiori,hoc eſt,
vi Chriſti ſalutari,& ſancto ejus Spiritu. Ad extremũ
id opponitur, quod apud Ioannem cap.3. habetur:
Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu,non intra-
bit in regnum cœlorum.Ad hoc primùm dici poteſt,
Chriſtum voluiſſe Nicodemo tradere novam rege-
nerationem,eamque fieri ſpiritu, quod expreſſit ge-
mina voce aquę nimirum & ſpiritus.Neque alienum
eſt à ſcripturis,ut ipſa Dei gratia nomine aquę deno-
tetur.Animum enim & mentẽ fidelium,cùm irrigat,
tum etiam fœcundat.Quin & Ioan.Baptiſta ſpiritum
ſimul & ignem conjunxit,cùm ait,qui poſt me venit,

1.Petr.1.3.

16 *Quomodo accipiendum Ioan.3. dictũ: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, &c?*

verſ.3.

Matt.3.11.

A baptizabit ſpiritu & igne. Qua loquutione rem ean-
dem vocabulo duplici extulit. Vel ſi ad externã tin-
ctionem hæc referre magis libuerit,ad eos contrahe-
tur ſententia,qui baptiſmũ ſuſcipere negligent,cùm
impedimentum illis non obſtet. Etenim ſi quis hoc
ſacramentum aſpernetur, is porrò indicat,ſe non eſſe
juſtificatum. Quapropter cùm res hoc pacto ſe ha-
beat,ut juſtificatio ex Baptiſmo non pendeat,ſed an-
tecedat, exorciſmis & exſufflationibus nequaquam
opus erit. Verbum enim Dei non docet hæc adhi-
B benda eſſe:in nobis etiam hodie non viget hæc ſana-
tionum gratia: neque tales ſunt infantes, qui bapti-
zandi offeruntur,quales iſti finxerunt.Cæterùm for-
tè dixeris,quorſum ergo Baptiſmus eis traditur,ſi an-
te rem Baptiſmi habuerunt? An ibi luditur opera?
Minimè. Primùm, quia Deo paremus, qui baptiſmi
opus nobis præcepit. Deinde promiſſionẽ & donum,
quod accepimus,obſignamus. Præterea ibi à Spiritu
ſancto per verbum & externa ſymbola fides confir-
matur.Et cùm de hoc ſpectabili verbo vel ſacramen-
C to cogitamus,ſpiritus Dei excitat in cordibus noſtris
fidem, qua etiam atque etiam amplectimur divina
promiſſa,& ita juſtificatio amplificatur, dum fides in
credentibus augetur. Deus utique ſignis à ſe conſti-
tutis aſſiſtit:non enim ſunt prophana ſeu vacua,ideò
Baptiſmi fructus non eſt momentaneus, ſed per totã
vitam extenditur. Qua de cauſa, qui tinguntur, ne-
que ludunt operam,neque actum agunt.

17 *Si ſpiritum & gratiam prius habeãt, quàm baptizantur homines, an ideo fruſtra baptizentur?*

21 Modo reſtat,ut iis declaratis ac expoſitis, ſen-
tentiis Patrum, & rationibus quas afferunt exorciſ-
D morum fautores; jam reſpondeam. Patres vetuſtiores
ac purioris ætatis,de iis loquebantur exorciſmis, qui-
bus arreptitii ſeu energumeni curabantur ab iis fide-
libus,qui gratiam ſanationum divinitus habebant.Et
ideò vehementer mirarentur, ſi nunc homines vide-
rent non præditos illo chariſmate, tã audacter & im-
pudenter diabolis imperare, ut hodie à ſacrificulis &
fictitiis exorciſtis agitur. Quæ verò poſtea dicta ſunt 2
à recentioribus Eccleſiæ ſcriptoribus de conjungen-
dis cum Baptiſmo exorciſmis,cùm abſque Scripturis
E allata ſint,& ſuperſtitionem ſapiant,neque cum ullo
fructu fiant,repudiari debent. Vnde autem natus fue-
rit error, ſuperius oſtenſum eſt, cùm quendam Cy- 3
priani locum tractaremus. Deinde alterum caput er- 4
roris fuit, quod cœptum eſt nimium Sacramentis at-
tribuit: qua in re Auguſtinus perſpicacis alioquin in-
genii, & doctrinæ incomparabilis admodum falſus
eſt. Infantes enim tum primum exire putavit è dia-
boli poteſtate, cùm tingerentur. Sed cùm hoc de-
monſtratum fuerit, non ita ſe habere nova confuta-
F tione ſuperſedendum cenſeo: Id tantùm dicam,non
eſſe contemnenda Sacramenta, ſed viciſſim non eſſe
eis tribuendum,quod unius eſt Dei.

1 *Reſponſio ad Patrum teſtimonia & judicia.*

22 Atque hæc de Patrum teſtimoniis. Nunc ad
rationes diluendas, quæ allatæ ſunt oportet acce-
dere. Primum ſumebatur, nos è regno tenebra- 1
rum, in regnum lucis eſſe transferendos. Id ultrò da-
mus: verùm juſtificamur, id fieri primum Baptiſ-
mum percipiendo, cùm infantes id conſequantur
ex prædeſtinatione ac promiſſione Dei, necnon ju-
G re fœderis hæreditarii. Quare non eſt, quod pro-
pterea locus exorciſmis detur. Qui verò adulti fue-
rint, hanc tranſlationem per fidem conſequuntur:
Nam illi juſtificationem percipiunt: Vnde non ſunt 2
adjurandi, cùm jam ad Chriſtum pertineant. Con-
fitemur etiam peccati merito factum, ut homines in
poteſtatem diaboli venerint, verùm ipſam tolli &
evacuari à Chriſto per Spiritum ſanctum & verbum
divinum, & quoad homines adultos per fidem, non
adjurationibus & exorciſmis. Quod verò interdum
H cùm adjurationes adhibentur, cacodæmones cla-
mant,ſe extorqueri,uri, atque incendi, poteſt fieri ex
colluſione: nempe ut pater mendacii talia fingat,
quo ſuperſtitiones creſcant,& diutius in Eccleſia fo-
veantur.Cùm verò dicunt, ſe non exſuflare vel exor-
ciſare naturam hominis à Deo conditam, & idcirco 3
bonam, ſed id tantùm conari ſuis adjurationibus, ut
vim diaboli & originalem corruptelam debilitent,ne
tantùm noceat,quantum aliàs obeſſet:reſpondemus,
id multò juſtius ac religioſius precibus obtineri poſ-
I ſe. Deinde ſi eorum hoc eſſet conſilium,non tantùm 4
ad Baptiſmum, ſed per totam ferè vitam deberent
homi-

Reſponſio ad Argumenta Exorciſtarum.

Digitized by Google

homines exorciſare, cùm omni ætate homines à vi
ac tentationibus diabolicis, necnon à malo fomite
originali, qui perpetuò durat in eis, periclitentur.
5 Quomodo verò cibi, & ea quæ uſurpamus ad tuen-
1.Tim.4.5. dam corporis vitam, ſanctificentur per verbum Dei
& preces, non opus eſt, ut nunc explanem, cùm ea de
6 re antea ſatis fusè dixerim. Addebant, olim terram
excitatam à Deo fuiſſe ob primam Adami culpam,
& idcirco adjurationibus opus eſſe, ut fructus ejus
de poteſtate diabolica eruantur. Hoc minimè diffi-
temur, ſed addimus execrationem per Chriſtum aut
mitigatam, aut converſam in benedictionem fuiſſe,
& idcirco exorciſmos debere haberi pro ſupervaca-
neis ac inutilibus, quandoquidem fidelibus uſus ter-
ræ ac ejus fructus, modò interponantur gratiarum
7 actiones & preces mundi fiant & puri. Inducebantur
Eph.6.12. quoque Apoſtoli verba, quibus ait: Non eſſe nobis
colluctationem adverſus carnem & ſanguinem, ſed
adverſus nequitias cœleſtes, &c. Quid hoc ad rem
præſentem faciat, ne ſuſpicari quidem poſſum, ne-
dum videam. Certè Apoſtolus eo loco, nos contra
ſpirituales hoſtes divina & admirabili panoplia in-
ſtruxit, exorciſmos attamen ac exſufflationes mini-
8 mè adhibuit. Denique aiebant, priuſquam regenera-
tio inducatur, removenda eſſe impedimenta, nimi-
rum diaboli vires. Primùm quod ſibi ſumunt, per
nos habeant, ſed adjicere oportet, obſtacula hujuſ-
cemodi removeri potentia Chriſti, necnon vi Spiri-
tus ſancti, promiſſione divina, jure fœderis & quoad
homines adultos, prædicatione verbi, fide ac preci-
bus: & idcirco adjurationibus nullus relinquitur lo-
cus, niſi fortaſſis in aliquo viro, qui divinitus chariſ-
mate ſanationum peculiariter fuerit ornatus. Quam
vim ſeu facultatem non ſentimus ab Epiſcopis, ma-
nuum impoſitione quibuſcunque voluerit poſſe
conferri. Quandoquidem Spiritus ſanctus eſt, qui
hæc ſua dona, prout vult, diſtribuit: & hæc hactenus
de propoſita quæſtione.

De aquis luſtralibus.

Eſai.38.21. 23 Eliſæi factum κακοζήλως quadam ſacrifici Papę
In 2.Reg.2.20. aſſimulant, qui ſalem non tantum adhibent infanti-
bus tingendis, verumetiam infundunt aquis ſuis lu-
ſtralibus, quæ peculiares potius eſſent dicendæ. Mi-
ror eos interdum non uti ficubus, eo quod Eſaias a-
liquando eas adhibuerit, cùm Ezechiæ ſanaret ulcus.
Cæterum tanta eſt eorum audacia, ut in ſuis fictioni-
bus & inventis non ſolum adhibeant, quæ Chriſtus
& Prophetæ aliquando uſurparunt, ſed etiam aſſu-
mant ea, quibus illi nunquam uſi fuerunt. Etenim
balſamum dicunt ſe admiſcere chriſmati: ſed ſplen-
didè mentiuntur, cum balſamum ad nos à longo
tempore non advehatur. Et cum ſale adeò largiter
abutantur, ſe produnt ſalem eſſe infatuatum. Quod
Caietanus Cardinalis dilucide confeſſus eſt inter-
Matt.5.13. pretans Chriſti verba, quibus dixit. Quod ſi ſal in-
fatuatus fuerit, ad nihilum valeat ultra, niſi ut proji-
ciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Cùm hæc
ſcriberet, urbs Romana diripiebatur ab Hiſpanis
ſub Clemente VII. Vnde ille ait, Quia nos jam
ſumus infatuatum ſal, ideò foras ejicimur & concul-
Ierem.2.13. camur. Quare Deus rogandus eſt, ut hæc Antichriſti
mancipia tandem nova efficiantur vaſa, & ſalem do-
ctrinæ ſanæ recipiant, cum diu reliquerint Deum
fontem aquæ vivæ, ac ſibi ciſternas foderint, quæ
ſalubres aquas continere non poſſunt. Atque hoc lo-
co abuſi ſunt ad ſuam luſtralem aquam confirman-
dam, quam ſingulo quoque die Dominico excan-
tant ſed conjurant, inventum ejus referentes in Ale-
xandrum ejus nominis primum, Epiſcopum Roma-
num, quem volunt aut quintum aut ſextum fuiſſe à
Petro. Et certè circumfertur ejus Decretalis Epiſto-
la, in qua de hoc invento permulta continentur, quę
poſtea adſcripta fuerunt in Decretis, De Conſecra-
tione, Diſtinct. 4. cap. Aquam ſale. Sed meo & do-
ctiorum judicio, non legitima, verùm ſuppoſiti-
tia eſt illa Epiſtola. Vixit nempe Alexander, Traia-
ni ætate. Quare vetuſtiſſima fuiſſet hujus aquæ in-
ſtitutio, cujus tamen Eccleſiaſtici ſcriptores, qui an-
te Gregorium Romanum floruerunt, nuſquam fece-
runt mentionem. Verùm quàm inepta ſint & abſur-
A da, quæ ibi ſcribuntur, aliquanto diligentiùs expo-
nendum eſt.

24 Primùm ſtatuit, ut à ſacerdotibus aqua illa
ſanctificetur. Vnde Canoniſtę colligunt neque Dia-
conis, neque ſubdiaconis id licere, cùm tamen Ba-
ptiſmi adminiſtrationem laicis hominibus & mulier-
culis concedant. Sed hoc eſt vetus inſtitutum Dia-
boli, ut curet humana inventa pluris fieri, quàm di-
vinas leges. Quod etiam videre licet in confectione Chriſma.
B rancidi chriſmatis: ubi tantus apparatus adhibetur,
ut Epiſcopum adeſſe oporteat cum univerſo clero,
cùm interea Baptiſmus & Euchariſtia, quæ ſunt i-
pſiſſima Chriſti ſacramenta, plebeio & vulgari more
adminiſtrentur. Vt autem iſte Alexander, vel quiſ-
quis fuerit, ſuam aquam luſtralem approbet: impio
admodum utitur argumento, ea verba uſurpans, quę
ad Hebræos habentur, Si ſanguis hircorum ac tau- Heb.9.13.
rorum, & cinis vitulæ aſperſus immundos ſanctifica-
bant quo ad carnis ſanctificationem, quantò magis
C Chriſti ſanguis, qui per ſpiritum æternum ſeipſum
pro nobis obtulit, &c. Vbi à minori Paulus Apoſto-
lus ratiocinatur. Hæc iſte Alexander ſumens infert
multò magis aquam verbis divinis conſecratam, ſan-
ctificaturam eſſe immundos. Atque ita quod Pau-
lus de Chriſti ſanguine concludebat, iſte ad aquam
luſtralem transfert, intolerabili blaſphemia. Non e- NOTA.
nim ſanguinis Chriſti dignitas & opus, elementis
hujus mundi, præſertim cùm verbo Dei carent, de-
bent attribui. Deinde à facto Eliſæi ſuam aquam
D commendat. Si enim (inquit) Eliſæus injecto ſale
ſterilitatem ab aquis removit, multò magis hæc aquā
omnem ſterilitatem abiget. Et adhæc rem amplifi-
cans, Omnia bona, inquit, afferret illa utentibus. Tā-
tam pręterea vim ei adſcribit, ut machinationes Dia-
boli, & ejus tentationes eam affirmet amoliri, nec-
non removere à mentibus hominum phantaſmata
noxia & pravas cogitationes. Progreditur deinde ul- Matt.9.20.
terius, & argumento admodum impio utitur. Si fim-
briæ, inquit, veſtis Domini noſtri, cùm ab ægrota
E muliere tangerentur, ſanam illam reddiderunt, quā-
tò magis hæc aqua ſanitatem fidelibus & animi &
corporis afferet? Clarè liquet ex his, aquam iſtā pia-
cularem ſanguini Chriſti æquari, & fimbriis veſtium
ejus præferri, quaſi peccata noſtra ſic levia ſint, & in-
firmis radicibus hæreant noſtris animis, ut aſpergine
ſuperſtitioſæ aquæ deleantur. Elegans præterea gloſ- Num.19.4.
ſa ejus loci, quod ſcribitur de cinere vaccæ rufæ, at-
que habetur in lib. Numerorum, ſcribi ait in Leviti-
co: cùm ſacrificium rufæ vaccæ offerretur pro pecca-
F to populi, & ab ipſo populo ad ſacerdotem adduce-
retur, affirmat oblationem illam pro peccato ſacer-
dotis conſueviſſe fieri, ac illum oportuiſſe illam vi-
ctimam ex proprio ſignificare. Atque ita ſe produnt
ij Canoniſtæ divinas literas turpiter ignorare, cùm
tam aliena & à vero diverſa referunt.

24 Eſt præterea in uſu Pſeudoeccleſiaſticorum
aliud genus aquæ conſecratæ, qua utuntur in Eccle-
ſiarum ſeu templorum conſecratione ſeu reconcilia-
tione. Illam tantummodo Epiſcopus conjurat, vel
G (ut ipſi loquuntur) ſanctificat, & vinum, & cineres
adhibet. Eſt item apud eos aliud ſolenniſſimæ aquæ Aqua bapti-ſmi pridie Paſchatis & Pē-tecoſtis con-ſecrata.
genus nimirum fontis baptiſmatis, quam pridie Pa-
ſchatis & Pentecoſtes magna pompa conſecrant. Et
ejus fit mentio à multis Patribus. Et mos conſecran-
di tales aquas baptiſmatis, videtur ſatis fuiſſe anti-
quus. Vnde cùm ſuperiùs dixi veteres luſtralis aquæ
nôn feciſſe mentionem, ad eam tantummodo reſpe-
xi, quam ille Alexander inſtituiſſe dicitur, nimirum
quam aſſervant in templis, ut ea ſe aſpergant homi-
H nes, quam etiam ipſi domos, cadavera, cœmiteria,
ova, carnes, olera, & veſtes aſpergunt. De ipſa
quærit Aquinas in quarto ſententiarum, an ſit ſa-
cramentum. Et reſpondendo negat, hanc rationem
afferens, quod non inſtituatur ad aliquem noſtrum
defectum abolendum. Sed ſtatuit eſſe quippiam
ſacramentale, quo nimirum afficiamur, & (ut loqui-
tur) diſponamur ad conſequendam peccatorum
quorundam condonationem. Et ab hac ſenten-
tia Petrus de Palude, & Alexander de Ales nihil di-
I ſcrepant. Nam uſu aquæ conſecratæ peccata condo-
nari aiunt, non quidem, ut per ſacramenta, quæ hoc
præſtant, etiam ſine bono cordis motu, ſi tantum

Digitized by Google

A obex non ponatur, ſed ratione meriti, quod ſe aſpergentes aqua illa, mentem ad Deum attollant (ut loquuntur) devotè, rogando pro condonatione peccatorum, quam precibus obtinent. In iis dictis Scholaſticorum non pauca ſunt impia & blaſphema, cùm elementis hujus mundi ea tribuunt, quæ duntaxat ad Chriſtum pertinent. Adhæc, plurima nugantur, contendendo, an aqua prophana, ſi addatur conſecratæ, ſancta evadat. Et denique ſtatuunt ita fieri, hac B ratione, quòd ea, quæ ſunt digniora, convertant in ſeipſa illa, quæ ſunt minus digna. Quod à verò alieniſſimum eſt. Nam ſi quis vino admiſceat aquam, & id faciat ſæpius, aqua tandem vinum ipſum, quod ea præſtantius eſt, in ſuam abducet naturam.

Aqua luſtralis Hebræorum.

Num 19.19.

25 Sed iſta mittamus, & cogitemus inſtitutum hoc ex duplici κακοζηλίᾳ ortum habuiſſe. Vna qua voluerunt Hebræos imitari, quibus ex præſcripto legis Moſaicæ aqua illa præcipiebatur, ut ex lib. Num. habetur. Sed cùm cæremoniæ legales beneficio mortis Chriſti extinctæ ſunt, non oportuit eas propria C temeritate revocarē. Dum fuerunt in uſu, verbum Dei conjunctum ſecum habebant. Nunc verò quādo illo deſtituuntur, ſunt meræ ſuperſtitiones. Altera verò eſt, qua Ethnicos ſunt imitati, quos dubium non eſt, quin ſint uſi luſtralibus aquis, verùm non eodem modo. Cùm enim ſacra fiebant diis ſuperis, corpus quod erat purificandum, totum abluebatur. Sin verò diis inferis, aſpergine tantùm aquæ luſtralis attingebatur. Quod Virgilius (ut peritiſſimus juris Pontificij) diligenter obſervavit, teſtimonio Ma- D crobij lib. 3. Saturnalium cap. 1. Quod idcirco volui attingere, ut ſacrifici agnoſcant, dum res åſpergunt aqua luſtrali, non Deo ſupremo, ſed diis manibus, hoc eſt inferis, facere ſacrificia. Ethnicis autem fuiſſe in uſu aſpergines luſtralis aquæ, Hiſtoria Eccleſiaſtica teſtatur, in qua de Valentiniano ſcribitur. Cum adhuc non eſſet Imperator, & comitaretur Iulianum Apoſtatam, veniſſétque ad fanum, ibi æditus aqua ſua illum aſperſit. Ille indignatus, ei colaphum impegit, dicendo: Cur meam Purpuram aquâ tua con- E taminaſti? Imò Deus videri poteſt idcirco ritum illum Hebræis deſcripſiſſe, ne ad ſuperſtitionem Ethnicorum deflecterent. Et habuit ſanè ea cæremonia (quemadmodum & reliquæ) ſuam utilitatem, quādiu viguit: Erant enim ritus veteres ante adventum Domini, teſtimonia & ſigilla quædam donorum cœleſtium, promiſſionum, & divini favoris exhibiti. Siquidem hæc ſpiritualia ſunt, neque oculis externis cerni poſſunt: ideò ſymbola ritus & cæremoniæ ad- F hibebantur, ut homines iis admoniti confirmarentur de benevolentia & gratia Dei erga ſeipſos. Quibus addas, omnia ea Chriſtum & redemptionem ejus adumbraſſe. Eadem quoque ratione in Chriſtianiſmo nos & Baptiſmo & Euchariſtia utimur. Nec dubium eſt, Davidem cum in Pſal. 51. cecinit: Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, & pluſquam nix evadam candidus, Legalem aſperginem reſpexiſſe, quæ (ut expoſui) ea ætate verbum Domini ſecum habuit. At ea, qua ſacrifici ſe conſecrare aiunt, non Dei, ſed hominum eſt inventum. G

Cæremoniæ veteres cur inſtitutæ.

Pſalmi locus explicatus. Pſal. 51. 9.

Ezec. 47. 1. Zach. 13. 1.

26 Conantur illi quidem, ſed fruſtra, quædam ſcripturæ loca ſuperſtitioni ſuæ affigere, ut illud Ezech. Vidi aquā egredientem de templo, &c. Necnon Zachariæ teſtimonium, quo ſcripſit, Et erit in illa die fons patrius domo Davidis, & omnibus habitatoribus Hieruſalem in ablutionem. Hæc rurſus ἀπροσδιόνυσα ſunt, quia Prophetæ aquæ vocabulo nihil aliud notabant, quàm Spiritus S. dona, & largam er- H ga fideles Dei gratiam. Nec defuit ætate noſtra concionator Papiſticus, qui aquæ luſtralis uſum populo commendans, traderet, eam facere ad refricandam Baptiſmi memoriam: & omnibus ſe aſpergentibus eā conſulebat, ut ſibi ipſis dicerent: Memineris te baptizatum eſſe. Sed hæc prætereo quòd inepta ſunt, neque Scripturæ neque Canonū ſeu Decretorum ullum habent teſtimonium. Adhęc expendendum eſt, quàm ſit frivolum & abſurdum ex eo quod ſemel aut iterum aliquis Propheta vel Apoſtolus geſſit, aut Sacramentum, aut rem (ut vocant) ſacramenta- I lem velle inſtituere. Vt ſi Deus voluit per Eliſæum, adhibito ſale aquas emendare, an idcirco ritus hu- A juſmodi erat in Eccleſiam invehendus? Geſtavit Ieremias in collo jugum ligneum, & Iſaias ulcus Ezechiæ curavit ficubus. Cur totidem hic non fecerunt Sacramenta?

Ier. 27. 2. Eſa. 38. 21.

27 Identidem propinarunt ſe ridendos Colonienſes in ſuo Antididagmate, ubi exemplum protulerunt Marcelli Epiſcopi Apameenſis, ut habetur in Tripartita hiſtoria lib. 9. cap. 34. Qui cùm templum eſſet comburendum magni cujuſdam idoli, & fruſtra B ignis ei ſupponeretur (aſtabat enim Cacodæmon, qui vim ignis repellebat) tum animadvertens in proclivi eſſe, ne plebs adhuc infirma offenderetur, & exiſtimaret malum dæmonem fortiorem eſſe Chriſto, accurrit ad Eccleſiam, & jubens afferri ſibi aquā, juxta altare procumbens, magno ſpiritu & fide oravit. Deinde illi aquæ ſignum crucis infixit, & Equitio diacono ſuo mandavit, ut eam in fanum idoli conjiceret, & deinde ignem alacriter ſupponeret. Quod ille cùm feciſſet, concrematum eſt magna fa- C cilitate cùm idolum tum etiam templum. Adducunt præterea id quod Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymorum fecit, referente Euſebio lib. 6. cap. 8. Is nocte Paſchatis, per quam fideles antiquitùs perpetuò in templo erant, cùm jam deeſſet oleum lampadibus, nec lumina viderentur ulterius poſſe durare, plebſq; mirum in modum triſtaretur, mandavit & ipſe aquā ſibi afferri de puteo vicino. Et cùm vehementer oraſſet, lampadibus imponi fecit. Aqua verò ingeniū olei quodammodo ſubiit, & lumen tota nocte fovit. D Sed quorſum hæc afferunt? Hiſtoriæ non perhibent, aquas illas fuiſſe luſtrales. Deinde ſi viſum eſt Deo iſtos Epiſcopos inſtrumento aquæ illuſtrare, ad eorūm ſanam doctrinam confirmandam, num oportuit aquam luſtralem propterea inſtitui? Certè ut propter ſingulare aliquod exemplum lex ferri non ſolet, ita propter aliquod miraculum editum, Sacramenta non ſunt in Eccleſia fabricanda hominum arbitrio.

Colonienſium argumenta ridicula.

28 Cùm de Aqua luſtrali multa jam dixerim, nē- E pe authorem ejus fuiſſe (ut volunt) Alexandrum, & argumenta excuſſerim quibus eam commendavit, & recenſuerim vires quas illi aſcribunt, & quot generum ſit demonſtraverim, duplicem in ea κακοζηλίαν reprehendendo, ac poſtremò judicarim, non ex quolibet miraculi genere ritum Eccleſiaſticum debere conſtitui, ſatis ea de re arbitror eſſe dictum. Id tantùm ad extremum notabo, finem Miraculi quod edidit Eliſæus, fuiſſe, ut populus Hierichuntius, hoc F percepto beneficio, magis ac magis ad verum Dei cultum retinendum alliceretur: nec tantùm illa urbs Deo lucrifieret, verùm & omnes aliæ ad quarum notitiam tantum prodigium perveniſſet, ad veri Dei cultum adducerentur.

Miraculi ab Heliſæo facti finis.

CAPVT X.

Tractatio de Sacramento Euchariſtiæ, habita publicè Oxonij, per D. Petrum Martyrem Vermilium Florentinum, in ea Academia Sacræ Theologiæ publicum & Regium profeſſorem, cùm iam abſolviſſet interpretationem undecimi capitis prioris Epiſtolæ ad Corinthios. G

CONtentiones de Sacramento Euchariſtiæ ſubortæ hunc proculdubio ſcopum habent, ut intelligatur modus conjunctionis corporis & ſanguinis H Domini cum ſymbolis panis & vini, vel ut alij appellant, cum ſpeciebus ſacramentalibus. Quoniam apud omnes conſtat Sacramentum hoc appellari corporis & ſanguinis Domini, ideo oportet aliquo modo hæc iſto ſacramento contineri. Cæterùm nos hęc indagando non omnia referemus quæ ultro citróque jactantur, ne res quæ alioqui per ſe obſcura eſt magis involvatur, & ne tractatio in immenſum creſcat: Ordo autem, & diſputatio doctrinæ, ad quatuor capita redigetur. Agemus primùm de ea conjunctione, qua panem & vinum dicunt vulgo tranſ- I ſubſtantiari in corpus & ſanguinē Chriſti, quæ videtur ſumma copulatio Sacramenti cum rebus. Deinde, excutiemus aliam ſententiam, quæ ſtatuit, panem quidem

De tota re Sacramentaria ac nominatim de Cœna Domini, vide 10. & 11. prioris ad Corinth.

Status quæſtionis de Euchariſtia.

Digitized by Google

quidem & vinum quo ad ſuas integras & veras na-
turas, in Sacramento retineri : & ita retineri, ut ſibi
adjunctum (ut loquuntur) naturaliter, corporaliter,
Quatuor capita ſunt hic tractanda.
& realiter, verum corpus Chriſti & ſanguinem ha-
beant. Tertio loco expendetur, quod alij dicunt, iſta
minimè conjungi inter ſe alia ratione quam ſacra-
mentali, id eſt, per ſignificationem & præſentationẽ.
Poſtremo, indicatio inducitur, qua ex opinionibus
pertinentibus ad ſecundam & tertiam ſententiam,
elicietur, quantum videatur magis ad pietatem face-
re in hoc Sacramentali negotio.

Opinio quæ ſtatuit tranſſubſtantiationem.
2 Auſpicabimur itaque ab opinione tranſſub-
ſtantiationis, partim quia craſſior eſt, deinde quod
recentior : & quia reliquæ duæ ſententiæ, eam & cō-
coniliter & paribus ſtudiis expugnant. De illa ſcribi-
tur à Magiſt. Sentent. in 4. lib. 8. 9. 10. 11. diſt. Vtque in
ſumma dicam, ita ſe habet : Miniſter ad hoc ordina-
tus, dum verba profert à Domino inſtituta, ſuper de-
bita & convenienti materia, id eſt, pane & vino, mo-
dò intentionem (ut loquuntur) habeat hoc agendi,
ſubſtantia panis & vini convertitur in ſubſtantiam
corporis & ſanguinis Chriſti : atque ita convertitur,
ut accidentia converſæ aut everſæ ſubſtantiæ ma-
neant abſque ſubjecto, quæ tamen voluerunt non-
nulli, corpori Chriſti quod ſucceſſit inniti: verùm
hoc ideo falſum eſt, quia revera corpus Chriſti tali-
bus non afficitur accidentibus. Conati ſunt alij ſub-
jicere illis aerem ut naturale fundamentum, quod
item cùm probari non poſſit, omnes fere hujus ſen-
tentiæ patroni, ea conſentiunt pendula eſſe, & abſ-
que ſubjecto manere. Volunt deinde hæc accidentia
quæ videntur & ſentiuntur, ſignificare nobis corpus
Chriſti verum, quod habeant in ſe velatum oper-
tum. Progrediuntur poſtea ulterius, & aiunt : Iſtud
Chriſti corpus delitefcens ſub illis accidentibus, eſſe
ſignum cùm ipſius corporis Chriſti quod in cruce
pependit, tum etiam myſtici corporis, id eſt, ſocieta-
tis electorum atque prædeſtinatorum hominum.
Vnde Magiſter Sententiarum inquit, eſſe hîc aliquid
quod tantum eſt ſignum, atque id ponit eſſe ſpecies
viſibiles, aliud quod res eſt & ſignum, nimirum cor-
pus Chriſti, quod occulitur ſub accidentibus: id enim
res eſt, ſi referatur ad ſpecies viſibiles, & ſignum ſi
ſpectes myſticum corpus. Aliud, inquit, eſt, quod ſi-
gnum nullo pacto dixeris, ſed rem tantummodo : ni-
mirum corpus myſticum, quia ita ſignificatur, ut nul-
lius rei amplius ſignum exiſtat. Quæ poſtea in actio-
ne horum myſteriorum interſeruntur, non inquit
neceſſaria eſſe, ſed tantum gratiarum actiones, aut
preces interpoſitas. Et ſi quæſiveris ab eis, quomodo
tantum corpus eo parvo pane contineatur, dicunt,
hoc non eſſe per modum quanti, nec etiam locali-
ter, vel, ut loquuntur, definite, ſed per modum ſub-
ſtantiæ, utque dicunt Sacramentaliter. Neque ha-
bent pro abſurdis in hoc Sacramento contineri duo
corpora eodem loco, quoniam id ponere coguntur,
etenim inter panis accidentia eſt quantitas, & ea qui-
dem corporalis. Item non abhorrent ut idem cor-
pus vere in pluribus locis exiſtat, & hominem con-
cedunt juſtæ proceritatis, & ſtaturæ, ut Chriſtus fuit
in cruce, utque ad judicandum veniet, non ſolùm
parvo in pane, ſed etiam in quàm minima parte e-
jus vere, ſed inviſibiliter contineri. Plura poſſent
adhuc referri quoad iſtam ſententiam, ſed volo hæc
ſatis eſſe noſtræ tractationi. Qui plura deſiderat, Ma-
giſtrum ſententiarum, loca citato, cum ſuis infinitis
interpretibus, poteſt conſulere; Converſionis autem
ſive tranſſubſtantiationis, hæc afferunt argu-
menta.

Argumenta pro tranſſubſtantiatione.
3 Primum, Scriptura ſancta id ſuadet. Nam Ioan-
1 nis 6. promiſit Dominus carnem ſuam ſe daturum
eſſe, non ſolum pro mundi vita, ſed ad manducan-
Ioan. 6. 5.
dum: & adjecit, Niſi quis manducaverit carnẽ meam,
Ibid. v. 35.
& biberit ſanguinem meum, non habebit vitam.
Ibid. v. 51.
Aiebat præterea, Se panem eſſe de cœlo, & quidem
vivum, quem Pater dediſſet : ubi apertè pollicebatur
tur, ſeipſum daturum manducandum ad ſimilitu-
dinem panis: & quod promiſit, bona fide præſtitit, ut
Evangeliſtæ in extrema Cœna factum atteſtantur.
1. Cor. 11. 27.
Atque id quod traditur corpus Domini eſſe Paulus
Ibid. 29.
demonſtrat, cùm inquit ; Qui manducat & bibit in-
dignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Item,

A Iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans
corpus Domini. Sed robur argumenti totum in illis
verbis conſiſtere aiunt, quibus dicitur, Hoc eſt cor- Ibid. 24.
pus meum: quæ clara eſſe contendunt, nec expoſi-
tionibus egere, & nobis (inquiunt) pro reverentia;
quam debemus verbo Dei, opus eſſe illis credere:
nam in ea conſpirarunt Evangeliſtę, Matthæus, Mar-
cus, Lucas, item Paulus Apoſtolus priore ad Corin-
thios, & niſi res eſſet magni momenti, & ita ſimpli-
B citer accipienda, ut ſonat, tanta concordia inter ſe
non conſenſiſſent Apoſtoli. Quod ſi tropis liceat e-
ludere: nihil jam (inquiunt) ab hæreticis tutum erit.
Deinde, propoſitiones hujus generis, ut iſta, Hoc eſt 2
corpus meum, accipi debent, ut ſubjectum & prædi-
catum idem repræſentent ac referant : ſitque (ut in
Scholis dicitur) identica propoſitio, niſi aliquid ante
vel poſtea, in ſermonis contextu reperiatur, quod nos
ad tropum vel allegoriam adigat, quod hoc loco non
invenitur. Imò ſi rectè inſpicias quæ conſequun-
C tur, ad ſimplicitatem propoſitionis nos potius 3
revocant. Nam dicitur, Quod pro vobis tradi-
tur. Manifeſtum verò eſt, pro nobis fuiſſe traditum
ipſiſſimum Chriſti corpus. Præterea quæ natura &
ſpecie diſcreta ſunt, & à dialecticis vulgo appellan-
tur diſparata, ut homo, equus, & lapis, ita ſe habent,
ut nullo pacto de ſe mutuò prædicari poſſint: etenim
verum nunquam erit, hominem eſſe lapidem, vel è
diverſo : Corpus autem Chriſti & panem in hoc ſen- 4
ſu eſſe dubitat nemo, quare nunquam verum erit di-
D cere de pane, quòd ſit corpus Chriſti. Ideò quan-
do protulit Dominus, Hoc eſt corpus meum, neceſ-
ſarium eſt abiiſſe ſubſtantiam panis. Addit, Chriſtus
non temerè uſus eſt verbo ſubſtantivo præſentis
temporis, ut diceret, Hoc eſt corpus meum: potuiſſet 5
ſanè dicere, Hoc ſignificat corpus meum, Hoc repræ-
ſentat corpus meum, Hoc eſt figura corporis mei, vel
ſignum corporis mei, aut ſic, Hic panis eſt corpus
meum: quæ omnia cùm evitârit: ſimpliciter accipien-
dum eſt dictum, ut ipſe protulit. Adhæc ſi maneret
E ſubſtantia panis, duæ ſubſtantiæ ſimul manerent,
& quidem corporeæ, atque ſe mutuò penetrarent:
quod, ponendo tranſſubſtantiationem, removea-
tur. Rurſus immineret periculum, ne populus in 6
idololatriam incideret. Nam cùm Chriſti corpus
adorandum ſit, ſi panis ibi maneret, is quoque ado-
raretur. Neque ex dignitate videtur eſſe corporis
Chriſti, ut hoc pacto, vel pani vel vino conjunga-
tur. Argumentatur à ratione ſacrificij. Nam ſi 7
corpus Chriſti à miniſtro offertur, oportet ut ipſum 8
F habeat, & ibi conſpectui Dei ſiſtat: niſi velimus di-
cere, eum rem tantùm ſignificatam & adumbratam
offerre.

4 Clamitant poſtea omnino Patres à ſe ſtare. Ire- 9
næum in primis citant, qui ait in quinto libro: Quã- Patres pro ſe citant.
do mixtus calix & fructus panis percipit verbũ Dei,
fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti : quarto
libro ferè idem dixit. Tertullianus item libro quarto
contra Marcionem, ait: Chriſtum acceptum panem,
& diſtributum diſcipulis, corpus ſuum eſſe fatetur,
G & quę ſequuntur. Cyprianus in ſermone de Cœna
Domini : Panis iſte communis, in carnem & ſangui-
nem mutatus, procurat vitam. Ac rurſus in eodem
ſermone, Panis iſte quem Dominus diſcipulis por-
rigebat, non effigie, ſed naturâ mutatus, omnipoten-
tia Verbi factus eſt caro. Ambroſius de Sacramentis,
lib. 4. Panis eſt ante verba Sacramentorum: ubi acceſ-
ſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti: Et multa a-
lia habet hujuſmodi in libellis de Sacramentis. In
eandem ſententiam Chryſoſtomus hom. 60. de Eu-
H chariſtia, quæ 6. Tomo habetur, inquit: Simile eſſe
hoc Sacramentũ ceræ admotæ ad ignẽ, ubi nihil ſub-
ſtantię remanet, ſed tota igni aſſimilatur: ita inquit,
hac ſubſtãtia corporis Chriſti, abſumi panẽ & vinũ.
Auguſtinus in prologo Pſal. 33 Chriſtum, inquit, ge-
ſtaſſe ſeipſum ſuis manibus, cum in Cœna Sacra-
mentum inſtituit. Et in Pſal. 98. exponens illud: Ado-
rate ſcabellum pedum ejus : Carnem Chriſti aſſerit
adorandam in Sacramento, quod non congrueret, ſi
panis reſiduus eſſet. Et de Trinitate libro tertio: Sa-
I cramentum, inquit, non poſſe fieri, niſi vi Spiritus S.
cooperantis. Et Hilarius de Trinitate, inquit: Per
naturæ veritatem Chriſtum in nobis eſſe, & non tan-

DDD 2

tùm per concordiam voluntatis: aitque nos verè
Verbum carnem cibo Dominico ſumere. Leo Epi-
ſcopus Romanus Epiſt. 10. clero & plebi Conſtanti-
nopolitanæ: Accipientes virtutem cœleſtis cibi, in
carnem ipſius, qui caro noſtra factus eſt, tranſeamus.
Damaſcenum addunt à ſe omnino ſtare. Inducitur
ab ipſis etiam Theophylactus, qui apertiſſimè tranſ-
elementationis meminit. De Anſelmo verò atq; Hu-
gone de ſancto Victore, qui poſteriores fuerunt, non
eſt dubium, quin tranſſubſtantiationem aſſerant.
Ideo Patres tam veteres quàm novos, pro ſe facere
dicunt. Citant & Concilia; nimirum Epheſinum cō-
tra Neſtorium, ubi fuit Cyrillus qui præſidebat: & is
multa habet hac de re: & potiſſimùm dicit, nos parti-
cipes ſancti corporis & pretioſi ſanguinis Chriſti
effectos, non communem carnem percipere, neque
ut viri ſanctificati, ſed verè ſanctificatricem, & ipſius
10 Verbi propriam factam. Citant & Concilium Ver-
celenſe ſub Leone 9. ubi fuit damnatus Berengarius,
de cujus palinodia & in Decretis habetur, de Con-
ſecrat. diſtinct. 2. & in 4. Sententiarum. Item Conci-
lium Romanum Lateranenſe, ſub Innocentio 3. qui
tranſſubſtantiationis meminit, in Decretalibus de
ſumma Trinitate, cap. Firmiter: & de Celebratione
11 Miſſarum, cap. Cùm Martha. Cōcilium etiam Cōſtā-
tienſe, ubi damnatus eſt Vuicleffus, qui hanc tranſ-
12 ſubſtantiationem inficiabatur. Citant & pro ſe, ut
aiunt, conſenſum totius Eccleſiæ, quo adeò permo-
tus eſt Scotus in 4. ut cum non demonſtraretur fir-
miter Scripturis & rationibus Tranſſubſtantiatio:
attamen aſſerit, ne conſenſui Eccleſiæ adverſa-
retur.

13 5 Deducunt ad hæc latiſſimum atque fuſiſſimum
argumentum à potentia Dei, quod longe majora
14 his præſtare poſſit. Et miracula inducunt complura,
quæ ſunt edita ad hujus veritatis teſtimonium, ut
quod in manibus Gregorij ad ejus preces, hoc Sacra-
mentum verſum fuerit in digitum carneum: quādo-
que ibi apparuerit parvulus Puer: & Sacramentum
15 perfoſſum lanceolis, emiſerit ſanguinem. Multa di-
1. Cor. 15. 45. cunt etiam de corpore Chriſti glorificato, quòd Pau-
lus priore ad Corinthios appellat ſpirituale, ut oſten-
dat, Chriſto id optimè licuiſſe, ut corpus ſuum tra-
16 deret nobis velatum & opertum accidentibus. Et in-
ducunt non ſimpliciter poſitum eſſe Græcè, Hoc eſt
1. Cor 11. 24. corpus meum: ſed adjicitur articulus, ut non dicatur
17 σῶμα, ſed τὸ σῶμά μου, & conſueverunt Græci tum ad-
dere articulos, quando ſermonem volunt admodum
proprium & ſignificantem facere. His addunt: Pro-
miſit Chriſtus Apoſtolis, Ero vobiſcum uſque ad
conſummationem ſæculi. Quod non eſt traducen-
dum tantùm ad divinitatem, quia & hoc ſciebant:
verùm quia triſtabantur propter ejus corporalem
abitum, illos conſolatur, quod ſit cum eis futurus e-
18 tiam corpore. Præterea: Si auferatur tranſſubſtantia-
Mat. 24. 22. tio, & remaneat panis, cùm is non poſſit eſſe corpus
Chriſti, relinquetur tantum ſignificatio & tunc non
haberent nova Sacramenta quippiam, quod in vete-
ribus non reperiretur. Nam & illa Chriſtum ſignifi-
cabant, imo ſi ſpectes externam ſpeciem, magis ad-
umbrabat, quàm panis & vinum: quoniam ibi anima-
19 lia bruta cædebantur, & fundebatur eorum ſanguis,
Luc. 22. 32. quod in pane & vino minimè contingit. Videturq;
illis mirum, cum Chriſtus promiſerit in Petro, fidem
Eccleſiæ non defecturam, eáque ſit ſponſa Chriſti
chariſſima, quomodo illam tamdiu in hac idolola-
tria deſeruerit, neque oſtenderit rei veritatem cōtra
tantum abuſum. Argumentantur etiam, Si conſerva-
20 tis panis & vini ſubſtantiis, veritas rerum non poteſt
adeſſe, ut concluſum eſt, nil plus habebitur in Sacra-
mento, quàm in vulgaribus cibis atque conviviis.
Nam ibi quoque fideles panis & vini ſignificationē
intelligent, atque ita Sacramentorum dignitas peri-
bit. Poſtremo loco, inquiunt, verbo Dei conſervan-
21 dam eſſe ſuam vim atq; potentiam, quæ ſi auferatur
tranſſubſtantiatio non manet. Ambroſius de Sacra-
mentis, inquit Verbum Dei operatorium eſſe, ut pa-
nis & vinum maneant quæ ſunt, & in aliud commu-
tentur. Quæ verba interpretatur Algerius ſcriptor
recens lib. 1. quem de hoc Sacramento compoſuit
c. 7. quod panis & vinū maneāt quoad accidētia, mu-
tētur vero in aliud, ſive in melius, quoad ſubſtātiam.

A 6 At nunc videndum eſt, quibus viciſſim argu- 1
mentis hæc ſententia evertatur. Primum. Scriptura
Contra tranſſubſtantiationem.
ſancta ponit hic panem eſſe, ergo nō eſt verum, ſub-
ſtantiam ejus in aliud converti. Evangeliſtæ, Chriſtū
1 Cor. 11. 25.
1. Cor. 10. 16. & 17. & 25. & 27. & 28
aiunt accepiſſe panem, fregiſſe & dediſſe diſcipulis:
& Paulus quinquies meminit panis, Nónne panis
quem frangimus, communicatio corporis Chriſti eſt?
Paulus quinquies panis meminit.
Et, Omnes ſumus unus panis, & unum corpus, qui
de uno pane participamus. Item, Quotieſcunque
B manducabitis hunc panem, mortem Domini annun-
ciabitis donec veniat. Et, Quicunque manducaverit
hunc panem, & biberit hoc poculum Domini indi-
gnè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Poſtre-
Act. 2. 46.
mò, Probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, &
de calice bibat. Hæc quoniam clara ſunt & aperta,
ideò ſi Angelus de cœlo evangelizaverit ſecus, eſto
anathema. Potuiſſem quidem inducere, id quod ſæ-
pe habetur de fractione panis: cæterum, quia video
poſſe aliter accipi, quaſi dicatur de vulgari & com-
C muni cibo, ut in Eſa. 58. Frange eſurienti panem tuū:
Eſa. 58. 7.
& Hieremias in Threnis cap. 4. Petierunt parvuli
Thre. 4. 4.
eorum panem, nec erat qui frangeret eis, &c. idcirco
Frangere panem, Hebraica locutio.
ſuperſedeo, & nolo adducere niſi firma. Cùm itaque
loca antea citata ſint perſpicua, debent ſimpliciter
accipi. Sed cavillantur aliqui, panem dici propter na-
turas quæ converſæ ſunt, atque ut eorum more lo-
quamur, aiunt denominationem hanc, eſſe à termi-
no à quo, & afferunt conſimilia loca. Cùm ſerpens
Exo. 7. 12.
factus eſt ex virga Aaronis devoravit ſerpentes Ma-
Gen. 3. 19.
D gorum, quos & ipſi fecerant ex ſuis virgis: dicitur vir-
Iob 4. 19.
Gen. 2. 2.
ga Aaronis devoraſſe Magorum ſerpentes. Deinde,
non ſemel in Sacris literis homo dicitur terra, eo
quòd ex ipſa corpus ejus effectum fuerit. Mulier
item dicta eſt ab Adamo, os ex oſſibus ejus, & caro
ex carnibus ejus, quia inde fuerat à Deo formata.
Verùm hæc fruſtra objiciuntur, quia in Sacris literis
Aliquando res nominari ex eo quod erāt, nō ex eo quod ſint.
habetur aperta mentio iſtarum converſionum, id-
circo neceſſitas hiſtoriæ & verborum nos adigit ad i-
ſtos tropos, eos itaque admittimus. Ita iſti nobis
E prius oſtendant in Sacris literis iſtam converſionem
factam eſſe, nimirum panis & vini in corpus & ſan-
guinem Chriſti, & hos quoque tropos dabimus eis,
ut videlicet, panis dicatur non qui modo ſit, ſed qui
antea fuerit. Et eodem ſpectat quod dicunt: Si quis
mihi vinum donaſſet, quod ſtatim aceſceret, & ego
habens in cantharo illud acetum, commodè dice-
rem, Hoc eſt vinum tuum: non quòd tum vinum ſit,
ſed quia antea vinum fuerat. Sed hîc de converſione
vini acetum ſenſus judicat, quod in Euchariſtia non
F contingit: ubi neque ſenſus, neque ratio, neque San-
cta Scriptura nos adigit, ut ibi talem converſionem
confiteamur.

7 Objiciunt locum ex Ioanne cap. 2. cùm guſtaſ-
Ioan. 2. 9.
ſet architriclinus aquam vinum factam: quo volunt
oſtendere, vinum recens productum Chriſti miracu-
lo, adhuc aquæ nomen retinere, Sed Evangeliſta non
dixit aquam ſimpliciter, ſed vinum factam. Hanc ve-
rò declarationem in Sacris literis non reperient, ut
panis dicatur converſus in corpus Chriſti. Confu-
G giunt quandoque ad cap. 6. Ioan. ut dicant Apoſto-
Ioan. 6. 51.
lum hic panem dicere, non triticeum, & vulgarem,
1. Cor. 10. 16.
ſed corpus Domini: quod 6. cap. Ioan. panis appella-
Exo. 12. 46.
Ioan. 6. 51.
tur, ubi Chriſtus dixit, Ego ſum panis vitæ. Sed con-
tra eos facit, quod inquit Paulus: Panis quem fran-
gimus, nónne communicatio corporis Chriſti eſt?
quod non poteſt corpori Chriſti convenire ut fran-
gatur? quandoquidem ſcribitur, Os non comminue-
Panis materialis Euchariſtiæ, non eſt panis de quo in 6. Ioannis agitur.
tis ex eo. Cæterum iſti tam acuti, licet invenerint in
cap. Ioan. 6. Chriſtum ſe appellaſſe panem: ubi quæ-
H ſo reperient, cum ſe appellaſſe vinum? quandoqui-
dem in hac cœna, alterum ſymbolum vinum dici-
Mat. 26. 29.
tur: Evangeliſtæ nimirum in illis verbis, Non bibam
poſthac ex hoc genimine vitis. Nemini vero du-
bium eſt, vites, non accidentia producere, ſed vi-
num. Deinde perit, quod à Patribus magno conſen-
ſu dicitur, Corpus myſticum ſymbolis hujus ſacra-
menti deſignari, quia panis ex multis granis conficí-
tur, & vinum ex multis acinis confluit, quæ in acci-
dentibus veritatem non habent. Et de his non vul-
I gariter miramur, ſi quādo nos audiāt adducere ſimi-
lia: puta, Petra erat Chriſtus: locū; & nunc ipſi & tro-
pos & allegorias undiq; coacervant. Dicunt etiam
panem,

panem hîc accipi pro omni eo quod poteſt comedi, A
ut Hebraica lingua *Lehem* accipitur, pro omni gene-
re cibi. Verùm contra eos faciunt Evangeliſtæ qui
hoc genus cibi, ad panem contrahunt. Fingunt alij,
panem ſignificare accidentia & figuram panis, qui
principium petunt, & quod eſt in controverſia,
quod ſibi jam datum ſumunt: nimirum, accidentia
illic eſſe abſque ſubjecto, quod antea probare debue-
rant. Neque ſunt miracula abſque neceſſitate coacer-
vanda. B

2 8 Aliud argumentum eſt. Veteres habuerunt
Sacramenta veterũ & nova eadem. eadem Sacramenta quæ nos habemus, & tamen non
opus fuit tranſſubſtantiatione, ut petra, vel aqua è
petra fluens, aut Manna tranſſubſtantiaretur, quod
tunc fieri non poterat: Itaque & ad noſtra Sacra-
menta hæc non requiritur. Priorem propoſitionem
1. Cor 10. 4. legimus in Paulo, Veteres & nos habuiſſe eandem
eſcam. Adverſarij negant, & volunt, omnino multiſ-
que modis, noſtra Sacramenta diſtingui à myſteriis
antiquorum: quod nos etiam damus, cùm propter di- C
verſa ſymbola, tum propter temporum differentiam,
& alias quaſdam proprietates. Verùm quoad rem Sa-
cramentorum, quæ percipiebatur à ſanctis Patriar-
chis, dicimus prorſus fuiſſe eundem cibum, & eundẽ
potum cum re noſtri Sacramenti. Auguſt. ad Marcel-
linum ſcribit de diſcrimine horum Sacramentorum:
Homini acuto poſſe ſufficere, aliis Sacramentis præ-
nunciari Chriſtum cùm venturus eſſet: aliis, cùm
Supra Cap. 7. Sect 7. veniſſet, annunciari oportuiſſe. Vbi videtur Augu-
ſtinus tantùm ſpectare temporis differentiam. Et in D
Vide Dialogũ de utraque in Chriſto natura. libello de Vtilitate veræ pœnitentiæ agendæ, ſcribit
apertiſſime, antiquos cum Manna habuiſſent, idem
manducaſſe quòd nos manducamus: Nam eundem,
inquit, cibum ſpiritualem manducaverunt. Quid eſt
eundem? niſi quia eum, quem etiam nos? Et quia po-
tuiſſet alicui indignum videri, nos non amplius ha-
bere quam Iudæi habuerint, Pauli teſtimonium ur-
get: Cui non ſuffeciſſet (inquit) dicere, antiquos ha-
buiſſe ſpiritualem cibum, ſed addere voluit, Eun-
dem: quò intelligamus, eos in ſua Manna idem co- E
mediſſe quod nos manducamus, ideo Eundem adje-
cit. Neque obſtat quod aliqui dicunt, eum loqui de
ſpirituali manducatione, quòd videlicet Patriarchæ
in Chriſtum venturum crediderunt. Primùm, quia
iſti ſuam manducationem carnalem Chriſti, non
poſſunt conſtabilire. Deinde, quòd non ſolùm ani-
mo credebant veteres, ſed etiam perceperunt credi-
tæ rei ſymbolum, id eſt, Man, aut aquam, ideò res nõ
tantùm fide agebatur: ſtatque Auguſtini ſententia, F
cibum Patrum non ſolùm fuiſſe ſpiritualem, ſed
eundem.

9 Parumque valet, ſi objicias ex eodem Augu-
ſtino ſuper Pſalm. 73. in prologo, quæ ibi conſtituit
diſcrimina inter nova & vetera Sacramenta, quę tria
videtur facere. Primum quòd ibi promittatur Ser-
vator, hic vero detur. Poſtea inquit: Noſtra faciliora,
pauciora, auguſtiora, & feliciora. Demum, Illa fuiſſe
ut ludicra in manibus puerorum, in noſtris verò eſ-
ſe aliquid utilius & ſolidius. Iſta intelligenda ſunt
quoad primum, de promiſſione Chriſti venturi: ſed G
non obſtante, quod carnem reipſa nondum ſuſce-
piſſet, credentibus attamen Patribus in promiſſio-
nem, ſpiritualiter dabatur in cibum. Noſtra attamen,
Chriſtum dicuntur dare nimirum, quod cum veniſſe
teſtantur, ut non amplius ſit exſpectandus. Dein-
de, noſtra pauciora eſſe certum eſt, ac habere
majorem facilitatem. Significant etiam auguſtius,
quia verba quæ dicuntur magis aperta ſunt, atque in
veteri Teſtamento fuerint. Præterea felicitas eſt ma-
jor: nam à jugo cæremoniarum ſumus liberi, & in H
extrema hora verſamur, magis vicini profectò regno
Mat. 13. 17. Chriſti. Vberior etiam nunc eſt ſpiritus, latiuſque
patet Eccleſia, quàm eo tempore, unde multi Reges
& Prophetæ (inquit Chriſtus) deſiderarunt videre
quæ vos videtis. Fuerunt etiam ſacramenta Legis ut
ludicra in manibus puerorum, quia ſub pluribus cæ-
remoniis, elementis rariis, & multiplici pædagogia,
inſtar puerorum, oportuit veterum ætatem exerceri.
Sed his omnibus minimè efficitur, Sacramenta vete-
rum non habuiſſe, quòd attinet ad rem myſterij, I
eadem quæ noſtra habent. Nam Cyprianus libro 2.
Epiſt. 3. habet: Dominus noſter Ieſus Chriſtus obtu-

A lit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt,
panem, vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem.
Auguſtinus contra Fauſtum lib. 19. cap. 16. Quanto
errore delirent, qui putant ſignis ſacramentiſq; mu-
tatis, etiam res ipſas eſſe diverſas. Et ibidem lib. 20.
cap. 21. Hujus ſacrificij caro & ſanguis ante adven-
tum Chriſti, per victimas ſimilitudinum promitte-
batur: in paſſione Chriſti, per ipſam veritatem redde-
batur: poſt aſcenſum Chriſti, per Sacramentum me-
B moriæ celebrabatur. Idem ſuper Ioan. tract. 26. Sacra-
menta illa fuerunt in ſignis diverſa, ſed in re, quæ ſi-
gnificatur, paria ſunt. Idem mox: Eundem ergo cibũ,
eundem potum, ſed intelligentibus & credentibus:
non intelligentibus autem, illud ſolum Manna, illa
ſola aqua: credẽti autem, idem qui nunc. Tunc enim
Chriſtus venturus, modò Chriſtus venit: venturus &
venit diverſa verba ſunt, idem autem Chriſtus. Et
Bertramus inter recentiores ita ſcribit: Eandem ta-
men eſcam ſpiritualem manducaſſe, & eundem po-
C tum ſpiritualem bibiſſe, Patres noſtros, S. Paulus aſ- 1. Cor. 10. 3. 4.
ſeverat. Quæris fortaſſe, quam eandem? nimirũ ipſam
quam hodie populus credentium in Eccleſia man-
ducat & bibit. Non enim diverſa licet intelligi, cùm
unus idémque Chriſtus eſt, qui & populum in deſer-
to, in nube, & in mari baptizatum, ſua carne pavit,
ſuo ſanguine tunc potavit, & in Eccleſiam nunc cre-
dentium populum, ſui corporis pane, & ſanguinis
unda paſcit ac potat. Et mox idem: Mirum certè, in-
comprehenſibile & inæſtimabile, nondum hominẽ
D aſſumpſerat, nondum pro ſalute mundi mortem de-
guſtaverat, nondum ſanguine ſuo nos redemerat, &
jam noſtri Patres in deſerto, per eſcam ſpiritualem
potúmque inviſibilem, ejus corpus manducabant, &
ejus ſanguinem bibebant: velut teſtis exiſtit Apoſto-
lus clamans, Eandem eſcam ſpiritualem. Et mox
idem. Ipſe námque, qui nunc in Eccleſia omnipotẽti
virtute, panem & vinum in ſui corporis carnem &
proprij cruoris undam ſpiritualem convertit: ipſe
tunc Manna de cœlo datum, corpus ſuum, & aquam
E de cœlo profuſam, proprium ſanguinem, inviſibiliter
operatus eſt.

10 Videmus præterea in Sacramento Baptiſmi, Gal 3. 27.
Spiritum ſanctum conferre remiſſionem peccatorũ: 3
nec tamen iſta dicimus in aquis deliteſcere, imò &
Chriſtum induimus, nec tamen ullus dicit, aquam
tranſſubſtantiari. Chriſtum aiunt aliter in Euchari-
ſtia eſſe, & aliter in Baptiſmo, quod ego non negave-
rim, modò concedant & in Baptiſmo eſſe. De modo,
F fateor in Baptiſmo Chriſtum nobis dari ut mediato- Quomodo Chriſtus in Baptiſmo & in Euchariſtia detur.
rem, ut reconciliatorem, atque ut magis propriè lo-
quar regeneratorem. Hîc verò, ut cibus & alimentum
nobis diſtribuitur. Deinde cum ſua tranſſubſtantia-
tione iſti maximè accedunt ad Marcionitarum tro-
pum: nam dicunt. Videtur panis & non eſt: quod i- Luc. 24. 39.
dem Marcion aiebat de carne & corpore Chriſti,
quòd non fuiſſet vera caro, ſed tantùm appareret.
Chriſtus non eſt præſtigiator, neque ſenſibus noſtris
illudit. Probavit autem ſuam reſurrectionem à ſenſi- 4
bus: Palpate inquit, & videte, quoniam ſpiritus car- Marcionitarũ error
G nem & oſſa non habet. Potuiſſent Apoſtoli dicere,
Palpamus & videmus, caro & corpus apparet, verum 5
non eſt: atque inanis fuiſſet ea probatio, qua Chri-
ſtus probavit ſe non eſſe phantaſma, ſed verum ha-
bere corpus. Et quòd ſuum proprium recepiſſet & ibid. v. 4.
non aliud, ex fiſſuris clavorum, & aperto latere, de- Chriſtus non eſt præſtigiator.
monſtravit. Quod ejus argumentum, ſi detur locus
his præſtigiis, nullius eſſet roboris. Quin & Patres, à 6
proprietatibus & accidentibus humanæ naturæ ar-
gumentantur, Chriſtum verè hominem fuiſſe, quia
H eſuriit, dormivit, admiratus & contriſtatus eſt, & la-
crymatus, & paſſus: quæ argumenta pereunt, ſi ex i-
ſtis accidentibus nõ verè demonſtratur ſubſtantia, ut
non liceat dicere, Eadem eſt figura, eſt idem ſapor, i-
dem color qui panis eſſe conſuevit, ergo verè eſt pa-
nis. Nam fatebuntur hæretici, Chriſtum eſuriiſſe, ad- 7
miratum, lacrymatum & paſſum eſſe, verùm cùm in-
de inferes, igitur verè fuit homo, negabunt conſe-
quutionem. Dicent enim, proprietates iſtas potuiſſe
in Chriſto habere locum, quamvis non adſit earum
I ſubſtãtia, videlicet humana natura. Aiunt quantum
ad argumentum de Marcione, Illum potuiſſe cape-
re anſam erroris ſui ex Evangelio, ubi ſcribitur de

Digitized by Google

cum ab inferis,& in cœlos aſſumptum, & complura
hujus generis, in quibus abunde ſatis fides noſtra
28 exercetur. Cumque iſtam tranſſubſtantiationem
ſenſus non attingat, ratio non intelligat, experientia
non doceat, quomodo percipietur? ſcio, dices per fidem.
At ſi fide ſit agendum, ipſa ſine verbo Dei non
poterit haberi, & eo prorſus deſtituimini.
29 18. Præterea, cùm Chriſtus hoc ſacramentum fecerit
duarum partium, nimirum corporis & ſanguinis,
ex eo ſatis patet, rem non eſſe accipiendam per
hanc tranſſubſtantiationem, quia in corpore Chriſti
reali & carnali, hæc non dividuntur. Sed habent ſuffugium,
& aiunt tantùm in una cõtineri iſtarum partium
atque in altera. Nos quidem audimus illos hoc
aſſerere: cæterùm Scripturæ verba hoc non docent,
ſed non tantùm ad panem mentio fit corporis, & ad
calicem ſolummodo commemoratur ſanguis. Reſpondent
quoad panem, vi verborum tranſſubſtantiatio
fit in corpore Chriſti, vel in carnem Chriſti
proprie & per ſe: per concomitantiam vero, ſequitur
& ſanguis, & anima & divinitas. Atque de calice idẽtidem
dicunt, quod efficacia verborum, primùm ac
propriè tranſſubſtantiatio fit in ſanguinem: ſed per
concomitantiam, & corpus habetur, & anima, & divinitas.
Et hac ſua argutia, Chriſtum faciunt minus
providum, qui duabus partibus nihil plus tradiderit,
quàm in una earum ſeorſim contineatur. Et ex fictione
ſua natum eſt, ut poſtea ſacramentum diviſerint,
& dando Laicis tantummodo alteram partem,
perſuaſerint eis, quod tantundem habeant, atque ſi
ambas partes accepiſſent. Addas, quod iſto ſuo
commento feneſtram patefacerunt multis dogmatibus
ſuppoſititiis, quia nullum eſt dogma, cui non
poſſint infinita annectere per ſuam concomitantiam.
Et ſequeretur, ut ſupra docebamus, omnes
ſanctos huic ſacramento adeſſe, cum ſemper comitentur
Chriſtum. Sed unica ratio, qua eos depellimus,
eſt ipſos hoc docere, Scripturam verò non ita
loqui.

Concomitãtia quam ponunt, quale figmentum?

30 19 Conſequutum eſt etiam tranſſubſtantiationẽ
aliud falſum abſurdúmque dogma, quod putarunt
poſt ſacramentorum perceptionem, adhuc manere
ſacramentum, & panem, ſive panis ſpecies, realiter atque
vere continere in ſe corpus Chriſti: quod ita ſe
habere oſtendimus per alia ſacramenta, ubi totum
in actione conſiſtit, qua ſublata, non eſt amplius ſacramentum.
In Baptiſmo patet, cùm quis tinctus aut
perfuſus aqua fuerit per verba Domini, tum ceſſat ſacramentum
eſſe. Quod idem in circumciſione fuit,
nam & id ſacramentum in actione ſitum erat. Neque
dedignabor accipere ea quæ ab illis appellantur
Sacramenta, ut eſt confirmatio, extrema unctio,
pœnitentia, & alia generis ejuſdem, quæ omnia videmus
in actione tantum habere locum. At, ſolent
dicere eſſe accipiendum hoc ſacramentum Euchariſtiæ.
31 Id autem adverſarij quàm dialectice dicant, facile
intelligitur, quando omnes partes inductionis
conceduntur: & ſolummodo ponitur inſtantia de re
controverſa: quis non videat id perperam fieri, & ſolum
ad eludendum argumentum? Nam illud eſt
quodammodo præmiſſas dare, & negare concluſionem.
Et propter hæc inaudita portenta hujus metamorphoſeos,
impeditur præcipuus & commendatus
nobis finis à Chriſto in ſacris literis: nimirum commemoratio
Chriſti & mortis ejus. Nam hic tota
mens & animus iſtorũ occupatur in credenda tranſſubſtantiatione.
Imo videas nonnullos ſacrificos, qui
cùm venitur ad communionem, hoc tantummodo
urgent & inculcant credendum præteritis aliis, quæ
magis neceſſaria ſunt. Atque ob hanc fictionem reddita
eſt communio infrequentior, quia illa perſuaſa,
cœperunt homines cogitare. Si Chriſtus corporaliter
& carnaliter ibi eſt opertus accidentibus, ibimus
ſane uſque ad templum, videbimus, adorabimus, invocabimus,
candelas accendemus, & alia hujus generis,
quibus putarunt ſe poſſe gratificari Chriſto.
Quod ſi non opinati eſſent, ſed exiſtimaſſent, ut revera
eſt, tantummodo Sacramentum eſſe: intellexiſſent
inde ſe non habituros commodum, niſi communicaſſent,
& eorum animi fuiſſent magis ad communionem
accenſi, quod ſatisfacere verè eſt inſtitutio-

Extra uſum ſacramẽta nõ permanent.

Finis præcipuus Euchariſtiæ, impeditur per tranſſubſtantiationem.

Per eandem impedita eſt frequens communio.

A ni Chriſti.
20 Oportet deinde revocare in animum, tranſiviſſe
tempus humilitatis & demiſſionis Chriſti: jam
in cœlis regnat, & nomen habet quod eſt ſuper omne
nomen. Quid itaque oportuit per hanc tranſſubſtantiationem
illum rurſus demittere quoad corpus,
in fauces & ventriculos communicantium? Scio dicunt,
non læditur, nullam contrahit immunditiem:
Fatebor, attamen parum decet, ut (quemadmodum
B dicunt) tamdiu ſub illis accidentibus detineatur,
quoad ipſa manent integra, quæ cum diſſoluta fuerint,
corpus Chriſti aiunt evolare. Quò fit, ut eum
cogant quotidie, & potiſſimum uſque ad horas meridianas,
perpetuò devolare & avolare. Sed inquiunt, 32
has cogitationes oportet faceſſere, cum ipſi eas
ſuggerant ſua carnali tranſſubſtantiatione. Si poſſent 33
adduci ut omnia ſpiritualiter illic ageremus,
nulla eſſet hujuſmodi cogitatio. Dunique ponunt 34
ſuum & naturale & carnale corpus præſens: num id
C faciunt, ut penetret animum noſtrum? vel ut inſinuet
ſe in corpus? In animum dicere non poſſunt, 35
quia nil ibi carnaliter & corporaliter accipitur. Quod
ſi voluerint corpus ab eo penetrari, interrogamus,
quid hoc illi faciet? Reſpondebunt, ut homo ſanctificetur.
Sed par eſt, ut ſanctificatio ab animo incipiat
non à corpore. Dicunt quidam, vis & efficacia imprimitur
per aquam, & animus redditur melior, & corpus
quoque confirmatur. At ſi de virtute agatur, hoc
per tranſſubſtantiationem fieri non eſt neceſſarium,
D cùm abſque ea id haberi poſſit. Et veteres, cùm traderent 36
ſacramenti hujus naturam, dixerunt incruentam
hoſtiam ſic ſacrificari: quod parum conveniet, ſi
verum & corporalem ſanguinem haberi conſtituamus.
Neque ſatisfacit quod aiunt, hoſtiam eſſe incruentam,
quia hic Chriſtus non occidatur, neque
violenter ſanguis ejus educatur. Nam etſi iſta non
fiant, attamen ſine ſanguine (ut eſt craſſa eorum imaginatio)
res non peragitur. Unde liquet, Patres ideo
ſic loquutos, quod hic veræ hoſtiæ tantum memoriam
E voluerint, ejuſque ſpiritualem perceptionem, 37
quæ fide habeatur. Solent præterea dicere, corpus &
ſanguinem Chriſti velari ac operiri accidentibus panis
& vini, ne crudis carnibus videamur veſci, cruore
ſanguinéque potari. Sed iſtos homines non putarim
dicere, utcunque rem pingant aut colorent, ſi eorum
tranſſubſtantiatio vera ſit, nos non veſci crudis
carnibus. Quandoquidem ut coquantur, neque
per eos, neque per Scripturas inducitur ratio. Et
tamen ſcriptum eſt de agno Paſchali, qui fuit Sacramenti
F hujus figura, ut nihil crudum ex eo comederetur.
21 Adhæc videmus Chriſtum in Euchariſtia ſacramentum
inſtituiſſe, quo fit, ut ibi omnia ſint accipienda
ſacramentaliter: neque requiritur ut in ſacramentis
plus aut donetur aut exigatur, quam ſacramentalis
ratio poſtulat. Deinde, ſi expendamus,
quod in ipſa cœna poſtrema Chriſtus egerit, rem facile
deprehendemus: & corpus ſuum dediſſe aſſeritur.
Si interrogamus ulterius, quale dedit? ſe expedire
G non poſſunt. Videntur aliqui dicere, eum dediſſe 38
quale habuit, nimirum paſſibile & mortale. Cæterùm, 39
tale corpus cum illis conditionibus quas tunc
habuit, non potuit carnaliter, ut illi ſomniant, contineri
in parvis fruſtulis panis. Verum alij qui ſibi videntur
prudentiores, aiunt: Chriſtum in ſeipſo corpus
& mortale & paſſibile habuiſſe, ſed in pane dediſſe
glorificatum & ſpirituale corpus. Tunc facit
adverſus iſtos quod legimus in verbis Domini, Hoc
H eſt corpus meum quod pro vobis traditur, & ſanguis
qui pro vobis effunditur: ubi aperte contrahit ſermonem,
& ad corpus quod tunc habuit, & ad ſanguinem
quo ea hora utebatur. Nam iſta glorificata &
impaſſibilia non accepit, niſi poſt reſurrectionem.
Sed fac ita eſſe ut ponunt: Argumentamur, Conditiones
corporis paſſibilis & glorificati opponuntur,
ita ut non poſſint ſimul eſſe atque eodem tempore
in eodem ſubjecto: unde ſequitur, ſi vultis eas poni
in corpore Chriſti pro eodem tempore, ut geminum
I faciatis corpus Chriſti. Experientia & hiſtoriæ nos
docent, non dandam tranſſubſtantiationem, quia 40
Victorem pontificem Rom. periiſſe ſcribunt hauſto
veneno

Corp. Chriſti demittitur parum honeſte.

Sanctificatio incipit ab animo non à corpore.

Incruenta hoſtia.

In ſacramẽtis omnia par eſt. ut accipiantur ſacramentaliter.

Mat. 26. 26.

An glorificatum corpus an paſſibile dederit Chriſtus.

Digitized by Google

41 Materia ſacramenti nõ poteſt abjici.

veneno ex calice. Atque Henricus Imperator venenum hauſit ex pane accepto in Euchariſtia. Si omnia illic tranſſubſtantiantur, & ſolùm accidentia ſuperſunt, quî potuerunt iſta fieri? Scimus ſacramenta quælibet, ut ipſimet adverſarij loquuntur, materia & forma conſtare. Materiam dicunt ſymbola, vel elemẽta: Formam verò, id quod adjicitur verbo.

42

Quod autem componitur ex duobus, non debes abjicere alterum, ut nihil ex eo niſi accidentia ſuperſint, alioquin compoſitionis & conjunctionis natura non ſervaretur: ideo concluditur, panis & vini ſubſtantias remanere.

Corp. Chriſti expoliãt quãtitate.

Dúmque non animadvertunt, corpus Chriſti exuitur per eos quantitate, ſitu & diſtantia partium, ita ut cogatur eſſe totum ejus corpus in minima ejus particula.

43

22 Sacramentum hoc non tantùm dicitur Chriſti corporis Servatoris noſtri, ſed etiam corporis myſtici: Unde Paulus in 1. ad Cor. dicebat, Vos corpus Chriſti eſtis, Itémque, Multi ſumus unus panis, & unum corpus, qui de uno pane participamus.

1. Cor. 12. 27.
1. Cor. 10. 17.
Panis nõ trãſſubſtantiatur in corpus myſticum, ergo nec in corpus Chriſti.

Et Auguſt. 22. de Civ. Dei cap. 10. Chriſtianos inquit non offerre ſacrificium martyribus. Sacrificium verò eſt corpus Chriſti, quod martyribus non offertur, quia ipſi id ſunt, videlicet corpus Chriſti. Itaque cùm hoc ſacramentum ſit utriuſque corporis, quemadmodum non ponunt ut panis tranſſubſtantietur in corpus myſticum, ita non exigetur, ut verè propriè convertatur in corpus Domini, cùm utriuſque corporis ex æquo prædicetur ſacramentum. Et ſequeretur ex iſta opinione, tam fideles quàm infideles recipere corpus Domini: quod à me alibi eſt improbatum duplici argumento.

44 Impij non ſumunt verum corpus Chriſti.

Primum, quod cùm Chriſti corpus non avelletur à ſpiritu Chriſti, conſequeretur, impios ſpiritum Chriſti percipere. Deinde, Cùm infideles mortui ſint quoad interiorem hominem, omnino carent inſtrumento quo ſpiritualia recipiant. Et Auguſt. aperte dixit, non comedere corpus Chriſti, niſi eos qui ſunt ex ejus corpore. Et Hieronymus lib. 4. in Hierem. c. 22. quoque infert, Non comedent & bibent, ſubauditur corpus & ſanguinem Salvatoris: loquebatur autẽ de hæreticis. Idémq; in Eſaiam c. 66. Dum non ſunt ſancti corpore & ſpiritu, nec comedunt carnem Ieſu, nec bibunt ſanguinem ejus. Et complura hujuſmodi loca habentur ex Patribus. Et quod ſæpenumero hic multa miracula nobis obtendunt, non tam facilè credendum eſt, quia non ſolent miracula induci, niſi quod ſint res novæ & admirandæ: ex quarum inſueto eventu, pondus adjicitur verbo Dei. Etenim ibi homines admiratione percelluntur, & facile induci poſſunt ad Chriſti dogmata cõplectenda. Sed hic nil viſibile immutatur, & nihil eſt quod admirationem excitare valeat:

45 Hic fruſtra à miraculis opẽ implorant.

unde fruſtra videntur à miraculis opem implorare. Virgo ſanè concipiebat ex Spiritu ſancto, ſed hoc ipſa fieri ſenſit. Etſi quando ſunt aliqui converſi ad Chriſtum, ſenſerunt animum ſuum & vitam immutari à priſtina cõverſatione. Aſt hìc nihil ſentitur horum miraculorum quæ confingunt; tantùm prædicatur, ſed nulla ratione, vel experientia, vel Scriptura probari poſſunt. Addas jam dictis, eodem modo ſe habere fractionem panis ad mortem & paſſionem Chriſti, quo ſe habet panis & corpus. Fractio autem (ut aſſeverant ipſi quoque) ſacramentum eſt & ſymbolum paſſionis Chriſti, nec tamen tranſſubſtantiatur ita, ut verè illam ac realiter præſentem faciat: igitur neque panis mutabitur ita in corpus, ut illud præſens eſſe carnaliter efficiat: atque ita cum iſta ſententia non habeat, niſi λογομαχίας & labyrinthos inextricabiles, ad pietatem non conducit.

Irenæus.

23 Sed nunc de Patribus videndum eſt, an ita ſentiant. Irenæus adverſus hæreticos Valentinianos. Panis terrenus, inquit, accepta vocatione à verbo Dei, non amplius eſt communis panis, ſed efficitur Euchariſtia, quæ conſtat ex duabus rebus, nimirum terrena & cœleſti. Inprimis, non negat Euchariſtiam, panem eſſe, niſi illum communem feceris. Poſtea dicit, ex duabus rebus cõſtare, quarũ una terreſtris eſt, ut panis: altera cœleſtis, ut corpus Chriſti. Atque ut ex una parte retinetur veritas, ſcilicet quoad corpus Domini, ita in altera eſt cõſervanda, videlicet quoad panem. Et addit per ſimilitudinem, ita corpora noſtra illam ſumentia, non ſunt amplius corruptibilia.

Tertullianus.

Tertullianus lib. 1. contra Marcionem ait: Deum panem creaturam ſuam non abjeciſſe, quandoquidem illo corpus ſuum repræſentavit. Et lib. 4. contra eundem Marcionem: Acceptum panem & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum illum fecit: Hoc eſt corpus meum dicendo, id eſt figura corporis mei. Figura autem non eſſet, niſi veritatis eſſet corpus.

Origenes.

Origenes in Numeros, Hom. 16. Bibere dicimur ſanguinem Chriſti non ſolùm ritu ſacramentorum, ſed & cùm ſermones ejus recipimus. Quod idem & Hieronymus quandoque ſcripſit ſuper Eccleſiaſt. c. 2. Idem Origenes in Matthæum cap. 26. Panis iſte, quem Deus verbum corpus ſuum eſſe fatetur, verbum eſt nutritorium animorum. In Leviticum Homil. 7. Eſt enim in Evangelio litera quæ occidit, non ſolum in veteri Teſtamento: Si enim ſecundum literam ſequaris, quod dictum eſt, Niſi mãducaveritis carnem meam, & quæ ſequuntur. Et in eodem lib. Hom. 9. Non hæreas in ſanguine carnis, ſed diſce potius ſanguinem Verbi, & audi ipſum tibi dicentem; Quia hic ſanguis meus eſt, qui pro vobis effunditur. Origenes in Matth. c. 15. Panis ſanctificatus, juxta id quod habet materiale, in ventrem abit, & in ſeceſſum ejicitur. Et mox, Nec materia panis, ſed ſuper illum dictus ſermo eſt qui prodeſt, non indignè Domino, comedenti illum. Idem contra Celſum lib. 8. Vbi pro collatis in nos beneficiis, gratias diximus, oblatis panibus veſcimur.

Cyprianus.

24 Cyprianus epiſt. 6. 1. lib. ad Magnum, dicit: Dominus de multorum granorum adunatione congeſtum, corpus ſuum, panem vocat: & vinum, ſuum ſanguinem de botris atque acinis pluribus expreſſum. Dúmq; interpretatur orationem Dominicam: Corpus Domini panem appellat. Et in ſerm. de Cœna Domini inquit, Nos non acuere dentem, ſed tantùm ſyncera fide panem frangere & manducare. In ſerm. de Chriſmate apertè dicit; Sacramenta habere nomina earum rerum quas ſignificant. Quæ duo Auguſtinus videtur ab eo mutuatus: Poſtremum in Epiſtola ad Bonifacium. Alterum verò cùm inquit: Quid paras dentem aut ventrem? crede & manducaſti, tracta. 25. ſuper Ioan. Sed idem Cyprianus epiſt. 3. lib. 2. ad Cæcilium; In vino inquit, demonſtrari ſanguinem Domini. Et contra Aquarios aſſerit, nõ poſſe videri adeſſe ſanguinem Chriſti in calice, ſi vinum ibi eſſe deſinat, quod fit per iſtorum tranſſubſtantiationem. Et in ſermone de cœna Domini ſcribit, mutari ſymbola in corpus Chriſti, ſed ita ut ſimile accipiat ab ipſomet Chriſto, in quo natura humana apparebat, & divina latebat. Ex quo ſimili, vides eum velle, ut in Chriſto manſerunt duæ naturæ, ita & in hoc ſacramento ſervatas eſſe. Cyprianus item in Epiſt. 3. lib. 2. Quomodo nec corpus Domini poteſt eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi utrunque adunatum fuerit & copulatum, & panis unius compage ſolidatum, quo & ipſo ſacramento populus noſter oſtenditur adunatus.

Athanaſius.

Et Athanaſius exponens illa verba, Si quis dixerit verbum contra Filium hominis, remittitur ei: Qui verò contra Spiritum ſanctum, neque in hoc ſeculo, neque in altero remittetur ei, ſcribit: & quantum eſſe corpus, adhoc, ut totus mundus ex eo ederet? ſed ſpiritualiter infert rem accipiendam eſſe: & idcirco Dominum eo loco mentionem feciſſe aſcenſionis ſuæ adverſus Capernaitas.

Baſilius.

Baſilius in Liturgia, panem appellat ἀντίτυπα Corporis Chriſti, atque id poſt verba conſecrationis.

Dionyſius.

Dionyſius de Hierarchia Eccleſiaſtica c. 3. Pontifex opertum panem & individuum aperit, & in fruſta concidens.

Ambroſius.
1. Cor. 11. 25.

25 Ambroſius expoſitione epiſt. 1. ad Corinth. Cùm agitur ut hoc fiat in memoriam Chriſti & mortis ejus, inquit. Nos in edendo & potando carnem & ſanguinem Chriſti, quæ oblata ſunt, ſignificamus. Atque idem circa eundem locum nos ait in typum ſanguinis Chriſti accipere calicem myſticum. Et libro 4. cap. 4. ubi ponit mutationem ſymbolorum, tractat etiam mutationem noſtram in Chriſtũ: & tamen tranſſubſtantiatio non ponitur in his, qui Sacramentum accipiunt. Idémque eodem de Sacramentis lib. 4. cap. 4. Hoc igitur aſtruamus, quomodo poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti conſecratione? Et mox, Si tanta vis eſt in ſermone Domini, ut

exorciſmorum, necnon alii complures Patres. Id ta-
men expendendum eſt, poſteriorem ætatem exor-
ciſmis uti, ut conjunctis cum Baptiſmo, & quaſi ad
certum ordinem Clericorum pertineant.

Sitne in Eccleſia adhuc retinēdi exorciſtæ.

13 Idcirco jam ad alterum caput propoſitæ quæ-
ſtionis me conferam, quo inveſtigandum eſt, an ho-
die retinendi ſint exorciſtæ atque ita retinendi, ut in
Eccleſia ordo quidā peculiaris ſit exorciſtarum. Mul-
tis viſum eſt hujuſmodi ordinē in eccleſia eſſe haben
dum. Epiphanius quippe libro tertio, Tomo ſecun-
do, cùm ſacros ordines recenſet, inter alios etiam ad-

1. Argumentum pro retinendis.

numerat ἐξορκιστὰς, hoc eſt adjuratores. Variat qui-
dem utcunque vocem, ſed tamen reipſa idem intel-
ligit. Iſidorus item libro de Officiis Eccleſiaſticis ca-
2 pite 13. Eſdræ locum citat, ubi capite ſecundo recen- *Eſd. 2. 6.*
ſentur filii ſervorum unà cum Nathinæis. Hebræi
3 tradunt ſervos iſtos Solomonis fuiſſe à reparationi-
bus templi, nempe ut ſarta tecta curarent. Iſidorus
autem inquit, exorciſtas fuiſſe. Quàm autem verè,
4 alii judicent. In Decretis, Gratian. diſtinctione 77.
Canon. Monachus. Exorciſtæ appellantur defenſo-
res, quaſi, ut arbitror, corpora & animos à diabolo
tueantur. In Concilio Laodiceno, capite vigeſimo
ſexto prohibetur, ne quis exorciſet, niſi ab epiſcopo
fuerit ordinatus, quaſi epiſcopus valeat ſua impoſi-
tione manuum, vim depellendi ſpiritus malos con-
5 ferre. Idem quoque habetur in Decretis, diſtinct. 69.
6 Can. Non oportet, &c. In Concilio etiam quarto
Carthaginenſi ſtatuitur, ut cum exorciſta ordinatur,
libellus exorciſmorum ei tradatur, jubeaturque illos

Argumenta contraria, Acolythi qui. Oſtiarii.

memoriæ mandare, ut eis queat opportunè uti. Sed
hodie Papiſtæ in ſuis Eccleſiis, titulos & nomina tan-
tummodo habent, nihil vero eorum præſtant, quæ
ad functiones docent pertinere. Etenim Presbyteri
tantùm apud eos ordinariè baptizant, neque alii præ-
ter eos adhibentur Clerici, qui allatos infantes mini-
ſterio ſuo exorciſent ἀκόλουθοι dicti ſunt, qui olim E-
piſcopos comitabantur, quaſi teſtes eorum famæ ac
converſationis. Hodie quidem manet acoluthorum
ordo, ſed officium non faciunt. Habent etiam nomen
& ordinem oſtiariorum, quibus oſtia Templi dicun-
tur committi, ut rationem habeant ingredientium, &
infideles necnon excommunicatos à ſacris arceant. At
qui hoc exequatur, ex oſtiariorum numero nullus

Lectores.

hodie reperitur. Lectores adhæc ordinant, quorum
opus melioribus temporibus erat, ut cœtui congre-
gato loca quædam è Scripturis publicè legerent, quę
poſtea ſuccedens Epiſcopus aſtanti populo interpre-
tabatur. Evanuit hodie tale opus. Nomen tamen &
ordo retinetur. Adjecerunt & exorciſtas, qui ἐξορκισ-
μοῖς adjurarent, quod hodie ut dixi, presbyteri faciunt
in Baptiſmo, non clerici minores, qui nihil videntur
nunc in Templis agere, ut videre licet, quàm in Tē-
plis cantant, cereos accenſos geſtant, tintinnabula
pulſant, & privatis Miſſis reſpondent: atque ita jam
omnia in Eccleſia ridicula & inepta evaſerunt, &
dum volunt majores imitari, præſertim in quo pro-
bandi non erant, ſimias quodammodo eorum ſe præ-
bent. Non eſſent itaque retinenda nomina vana &
gradus, abſque vero exercitio functionis. Quid ergo
faciemus arreptitiis & energumenis, cum à malis ſpi-

Qua ratione ſuccurri queat arreptitiis ſublato Exorciſmo.

ritibus agitantur: an deſeremus eos? Non utique deſe-
rendi ſunt, attamen adjurationibus non imperabi-
mus immundo ſpiritui, ut exeat, cùm eo chariſmate
ac facultate non ſentiamus nos divinitus ornatos,
nempe ut imperio noſtro dæmonia ejiciamus. Adhi-
bebimus itaque fideles preces, vota inquam, & ſup-
plicationes, pro eorum ſalute quam vehementiſſi-
mas. In ſumma, hoc laudabile atque conſultum eſſet,
ut in preces exorciſmi hodie converterentur, & de
iſto capite hactenus.

Sitne exorciſmus cū Baptiſmo conjungendus?

14 Nunc de tertio videndum, an Exorciſmi con-
jungi debeant cum Baptiſmo. Qui partem affirman-
tem defendunt, permultis Patrum teſtimoniis & ſen-

Argumenta affirmantur, & primum Patrū teſtimonia.

tentiis utuntur. Deinde quaſdam rationes ſuæ opi-
nionis afferunt. Auguſtinus in 1. & 4. libro de Fide
& Symbolo ad Catechumenos, exorciſmo dat cla-
riſſimum teſtimonium. Et in libro de Peccato origi-
1 nali adverſus Pelagium & Cœleſtium cap. 40. Exor-
2 ciſmis inquit, ante Baptiſmum exſufflatur poteſtas
contraria. Idem in Enchiridio ad Laurentium cap. 31.
inquit. Iam in toto orbe terrarum exorciſmos fieri, &

A exſufflatione ſpiritum immundum abigi, & princi-
pem hujus mundi foras mitti, fortem armatum alli-
gari, & vaſa ejus diripi. Præterea de Peccatorum me- 3
ritis & remiſſione lib. 1. cap. 14. ſcribit: Quid in parvu- 4
lo baptizando agit exorciſmus meus, ſi in familia dia-
boli non tenetur? Eſt porrò in hoc dogmate Augu- 5
ſtinus graviter hallucinatus, quod nimium Baptiſmo
tribuerit. Non enim agnoſcit illum eſſe regeneratio- 6
nis externum ſymbolum, ſed ipſa tingenda actione
vult nos regenerari & adoptari, atque in familiam
B Chriſti tranſire. Quaſi ante illam horam tinctionis, 7
ad familiam diaboli pertineamus, atque toti ab eo
pervadamur. Idem author de Fide & Operibus ca- 8
pite ſexto, docet exorciſmis homines purgari: & de
Eccleſiaſticis dogmatibus in eadem ſententia eſt.
Nec non in ſermone de Sacramentis fidelium feria
ſecunda Paſchæ, ubi ait, Moli cœpiſtis exorciſmis &
adjurationibus. Chryſoſtomus quoque in Homilia
de Adamo & Eſau, exorciſmi & exſufflationis memi-
nit, ut de rebus per univerſam Eccleſiam uſurpatis.
C Dehinc Optatus Milevitanus Epiſcopus libro 8. con-
tra Parmenianum, exorciſmorum facit mentionem,
quaſi paſſim Eccleſiis uſui eſſent.

15 Eſſet profectò nimis longū, omnium Patrum *Rationes pro exorciſmis circa Baptiſmū.*
ſententias huc referre: ideo jam relictis eorum teſti-
moniis; rationes referam, quibus hanc ſuam opinio-
nem defendunt. Primum ſibi ſumunt ad ſalutem eſſe 1
neceſſarium, ut de poteſtate tenebrarum in regnum
lucis tranſeamus. Addunt poſtea, homines ante Ba-
ptiſmum, ſub poteſtate diaboli agere. Quare conclu-
D dunt, illum oportere depelli, quod exorciſmis fieri
cenſent. Secundò inquiunt, peccati cauſa factum eſ- 2
ſe, ut diabolus in homines poteſtatem habeat. Pec-
catum verò in eis uſque dum tingantur ineſſe vo-
lunt. Et ideo ſtatuunt, oportere ut ſpiritus malus, qui
ſemper unà cum peccato jungitur, locum ſpiritui bo-
no cedat, quandoquidem ſimul eſſe non poſſunt.
Quis enim luci conſenſus cum tenebris, & Chriſto 3
cum Belial? Deinde, quòd expellatur ſpiritus im-
mundus exorciſmis, inde confirmans, quòd illi ſuis
E clamoribus teſtentur ſeſe torqueri, & male uri, dum
exorciſantur. Quòd ſi dixeris iſtis hominibus, natu- 4
ram infantum bonam eſſe, nam Deus vidit cuncta
quæ fecerat, & erant valde bona: reſpondent ſe non
exſufflare, nec exorciſare naturam, quam Deus con-
didit: ſed hoſtilem poteſtatem velle deprimere, dia-
bolum inquam, ne pro ſuo arbitrio noceat, & fomi-
tem ſeu concupiſcentiam excitet ad peccandum. Et 5
adjiciunt, ſibi licere omnem creaturam exorciſare,
cùm Paulus dixerit ad Timotheum, Res per verbum 6
F & preces ſanctificari. Illud etiam huc allegant, quod *1. Tim 4. 4.*
à Deo poſt peccatum dictum fuit Adamo, Maledicta 7
terra in opere tuo: atque inde colligunt, à diabolo & *Gen. 3. 17.*
maledictione, res humanas exorciſmis eſſe vindican-
das. Illud etiam Apoſtoli proferunt: Non eſt nobis *Epheſ. 6. 12.*
colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adver-
ſus nequitiam in cœleſtibus. Quocirca ſtatuunt, ſpi- 8
ritus exorciſmis compeſcendos. Poſtremò, inquiunt,
in rebus phyſicis, à materia prius impedimenta re-
moventur, quàm forma ac boni habitus inducantur:
G Sic ante formam novæ regenerationis excludere o-
porteat adverſariam poteſtatem, quæ impedit & na-
tivitati ſpirituali omninò reſiſtit.

16 Cæterùm, longè ſecus ſe res habet. Cùm e- 1
nim Scriptura nuſquam id mandarit, ut exorciſmi *Act. 10. 48.*
cum Baptiſmo conjungerentur, id non eſt à nobis *Act. 8. 38.*
tentandum. Atque ſi meliora ſequi velimus exem- 2
pla, Petrum videbimus tinxiſſe Cornelium & Eunu-
chum à Philippo baptizatum, citra ullas adjuratio-
nes. Tertiò addo, non vigere hoc tempore in Eccle- 3
H ſia hoc Spiritus ſancti donum, ut ſanare arreptitios,
& curare dæmoniacos valeamus. Idcirco deſinamus
oportet jactare, quod minimè habemus. Eſſet porrò 4
neceſſarium, eos qui ſecus exiſtimant, ſuæ poteſtatis
divinitus acceptæ, aliquod ſpecimen dare. Permulti
ſunt, ut dicitur, energumeni, nec deſunt arreptitii,
cur eos non ſanant? Hoc dum non faciunt, ipſi dia-
bolo, nedum nobis, minimè perſuadent, ſe tali præ-
ditos eſſe poteſtate. Scribit Auguſt. lib. 22. de Civit.
Dei, cap. 22. Infantes Chriſtianorum baptizatos, mi-
I ſerè ſæpè vexari à ſpiritibus immundis. Quare cùm
iſti exorciſtæ depellere nequeant ſpiritus impuros,
ex iis

ex iis in quibus eſſe non ambigitur: quid blaterant ſe
abjicere ex iis, in quibus præſentiæ ſuæ nullum ſi-
5 gnum exhibent? Cogitemus præterea, circumciſio-
nem antiquitus loco Baptiſmi fuiſſe, & tamen toto
veteris Teſtamenti tempore, ad infantes circumci-
dendos nullos exorciſmos fuiſſe adhibitos. Qui ſi ne-
ceſſarii fuiſſent, non eſt credendum tot Prophetas
illos fuiſſe prætermiſſuros, præſertim cùm inter He-
bræos, ut diximus, aliqui exorciſtæ fuerint, qui fa-
cultate pellendorum cacodæmonum divinitus præ-
6 diti erant. Nec facilè poſſunt evadere, qui exor-
ciſmos amplectuntur, quin ex uno Sacramento per-
multa faciant, quandoquidem ſigna multiplicant,
quæ ſacra eſſe volunt, adhibendo oleum, ſputum,
exſufflationes, & alia hujuſmodi. Quocirca unum
Baptiſmi ſacramentum in multa degenerat. Nec au-
diendi ſunt, quando, ut ſimplicibus illudant, diſtin-
ctionem inter Sacramenta & ſacramentalia confin-
gunt, quæ omnino ſophiſtica eſt. Diſtinctiones e-
nim ſunt amplectendæ, ſed quæ ſumuntur ex ipſa
rerum natura, quia controverſiæ multum luminis
addunt: ſed quæ tantummodo ad argumenta eluden-
da è cerebro ſophiſtarum defluunt, eæ ſunt omninò
repudiandæ.

7 17 Verum, cùm apud ipſos privati etiam homi-
nes, hoc eſt, laici & mulierculæ baptizent, nec exor-
ciſmos vel exſufflationes adhibeant, qualem judica-
bunt illum Baptiſmum? Si perfectum dixerint, non
deberent ſua hæc inventa illi adjungere, cùm perfe-
ctum id exiſtimetur, cui nihil poteſt addi. Sin imper-
fectum, ſapientiores Chriſto ſe faciunt, qui exorciſ-
mos & exſufflationes cum Baptiſmo non conjunxit.
Tanta præterea laborant inſolentia, ut dicant in 4.
Sent. Diſtinct. 6. Sacramentalia hæc ſua, & ſupplen-
da & ſarcienda eſſe, cùm ob pericula vitæ omiſſa fue-
rint. Sed certò ſciant, vanè ac ſuperfluè reſarciri. Nam
ſi, ut ipſi dicunt, & Cyprianus affirmavit, cùm veni-
tur ad aquam diabolus fugatur, nec amplius conſi-
ſtere poteſt poſt Baptiſmum celebratum periculo
mortis: ſi jam abeſt, cur illum adjurant, & imperio
quodam jubent diſcedere? Stultum profectò eſt cùm
abſente loqui, & ei qui jam abiit, imperare ut diſ-
cedat. Sed, ut rurſus ipſorum armis pugnemus, lecto-
rem ad Gratianum remittimus, qui de Conſecr. di-
8 ſtinct. 4. cap. Si parvuli, ſententiam Cœleſtini addu-
cit, qui decrevit, omnes à Baptiſmate arcendos, à qui-
bus per adjurationes & exſufflationes diabolus non
fuerit ejectus. Ibi gloſſa inquit, hoc ſimpliciter non
eſſe intelligendum. Quia dæmon ante Baptiſmum
non ejicitur, cùm uſque ad tinctionem diaboli fami-
lia ſimus & ejus membra. Statuit itaque diabolum
exorciſmo non ejici, ſed ejiciendum ſignificari, ni-
9 mirum in Baptiſmo. Iſti denique ſunt, qui tantoperè
à tropis abhorrent, neque ferre poſſunt, ut figuram
Significationis verbis Cœnæ Domini adhibeamus,
cùm illi pro arbitrio, ne dixerim pro libidine, paſſim
tropis abutantur. Quod ſi liceat illis dicere, ſignifica-
ri exorciſmis diabolum ejiciendum, eadem ratione
alter dicet, ſignificari jamdudum ejectum. Sed ad ra-
tiones firmiores adhuc me recipio, ponoque tingen-
10 dos, vel eſſe adultos, vel infantes. Certè qui adulti
Dilemma firmiſſimũ contra exorciſmos circa Baptiſmum. ſunt, priuſquam tingantur, credant oportet: qui ſi
credunt, jam ſunt juſtificati, & cùm evaſerint mem-
bra Chriſti, diabolus proculdubio ab eis diſceſſit.
Quare non debent exorciſari, vel adjurari, quaſi ca-
codæmonas in ſeipſis adhuc præſentes habeant. Sin
autem infantes Chriſtianorum ſunt, qui Baptizandi
offeruntur, eos nego eſſe diaboli, cùm ſint in fœdere
Gen 17.7 Dei, quo Abrahamo dictum eſt: Ero Deus tuus, &
Ezec. 16 20. Deus ſeminis tui. Vnde apud Ezec. Prophetam c. 16.
Ezec. 23. 73. necnon 23. Deus inducitur Iſraelitis exprobrans,
quòd filios quos genuerant ſibi, prodiderint idolis,
& eos per ignem tranſire fecerint, ut victimæ idolo-
1. Cor. 7. 14. rum efficerentur. Et Paulus ad Corint. Epiſtola prio-
ri aſſeruit, Chriſtianorum filios eſſe ſanctos. Quod ſi
verum eſt, nulla cauſa poteſt aſſignari, cur diabolus
exorciſmis ab eis depellatur.

11 18 Sed caput ſuperſtitionis illud eſt, quod iſti
Chriſtus non Baptiſmus aufert peccata. Ioan. 1. 29. homines opinantur, Baptiſmo externo primum con-
donari peccata, ſed vehementer falluntur. Vnius
Chriſti eſt hoc munus: & ideo Ioannes dicebat Chri-
ſtum indicando: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec-
A cata mundi. Et in Exod. 33. ut Dei proprium exprimi- Exod. 33. 19.
tur, quod iniquitatem auferat, impietatem & pecca-
ta. Et Eſa. 43. Ego ſum, qui peccatum deleo. Et prima Eſa. 43. 25.
Ioan. habetur, Ipſe eſt Propitiator pro peccatis no-
ſtris. Quod idem affirmavit Paulus ad Rom. cum ait: Idq; probatur argumentis multis.
Quem propoſuit Propitiatorem per ſanguinem. Ioa.
item Epiſt. 1. cap. 1. ſcripſit. Sanguis Ieſu Chriſti filii 1 Ioan. 2 1.
ejus, mundat nos ab omni peccato. Res profectò ex- Rom. 3. 25.
ternæ conſcientiam non emundant, alioquin Chri- 1. Ioan. 1. 9.
ſtus fruſtra mortuus eſſet. Deinde anima, quæ ſpiri-
B tus eſt & incorporea, rebus craſſis atque corporeis
non expurgatur. Quod Epiſt. ad Hebr. cap. 9. lucu- Hebr. 9. 7.
lenter docet, cùm ait: Dona & ſacrificia non purgare
neque mundare, ſed Chriſtum fuiſſe verum Pontifi-
cem, qui cœlos penetravit æterna redemptione in-
venta. Etſi quando Scripturæ divinæ, remiſſionem
peccatorum aut ſalutem ſymbolis externis tribuere
videantur, id per Metonymiam eſt intelligendum,
qua ſignis ea dantur, quæ ſunt rerum ſignificatarum,
& ſignificata nomine ſymbolorum efferuntur. Sic
C Petrus Epiſt. ſua priori: Ætate Noe, inquit, octo ani- 1. Petr. 3. 20.
mas fuiſſe per aquam ſervatas, ad Baptiſmum allu-
dens. Verùm per aquam, non externum elementum
intelligit, ſed eam ablutionem, quæ ſanguine Chriſti Ibid. v. 21.
fiat. Atque ita in ſymbolo externo rem ſignificatam
comprehendit, quod ipſe poſtea manifeſtè declarat,
cùm ait: Non quo deponuntur ſordes carnis, ſed quo
bona conſcientia Deo vel reſpondet, per Ieſu Chri-
ſti reſurrectionem. Proinde notavit per aquam ſan-
guinem & mortem, quæ nomine reſurrectionis ex-
D primuntur. Ad eundem modum exponi debet, quod
ad Epheſios habetur: nempe Chriſtum ſemetipſum Eph. 5. 25.
pro Eccleſia dediſſe, ut ea, aquæ lavacro ſanctifice-
tur per verbum, &c. Cauſa ſanctificationis eſt ipſe
Chriſtus, qui ſe pro nobis dedit, & ea cauſa lavacrum
adhibuit, ut mundatio ejus per verbum & ſymbo-
lum teſtificata eſſet. In ſumma id amplectendum eſt,
ſigna externa minimè conjungere nos Chriſto, ſed
ea ei conjunctis dari. Quemadmodum teſſera non Simile.
conſcribit militem, ſed jam conſcripto dari conſue-
E vit. Et nemo eſt, qui notam ſuam ovibus, equis & bu-
bus inurat, niſi prius ea bruta poſſederit. Quin & ipſæ Gen. 15. 6.
literæ donationũ, prius fiunt & conſcribuntur, quàm
ſigilla donantium eis affigantur. Et ſanè cum Abra-
hamo ſic actum eſt, prius credidit, & imputatum eſt
illi ad juſtitiam, deinde Circumciſionem accepit,
tanquam σφραγῖδα juſtitiæ fidei, qua donatus fuerat
in præputio. Nec cœpit Deus cum Abrahamo Cir-
cumciſione agere, ſed ea ſequuta eſt juſtificationẽ.
Quod etiam fit in Baptiſmo: res ipſa, hoc eſt, fœdus
F initum cum humano genere per Chriſtum antece- Rom. 4. 3.
dit, deinde ſymbolum externum conſequitur. Neque
aliter nobiſcum agi, quàm cum Abrahamo, Paulus
demonſtrat, quando illum inquit nobis fuiſſe propo-
ſitum, ut juſtificationis exemplum. Quod ſi non con-
ſtaret, omnia Pauli argumenta ea de re infirma eſ-
ſent, imò prorſus ruerent.

19 Non tamen diffiteor, quædam ſignificata eſſe Baptiſmi quędã ſignificata ſequi, nõ præcedere Baptiſmum.
baptiſmi, quæ non antecedunt, ſed conſequuntur ex-
ternam ablutionem, ut mortificatio & pœnitentia:
G atque ſecundum hanc analogiam, quod ad Romanos
habetur, intelligo, ſcilicet, nos commori Chriſto, & Rom 6. 4.
unà cum eo ſepeliri, quòd vetus homo, carnis affe-
ctus & cupiditates, perpetuò ſint mortificãdæ. Quod
ubi tingimur, effectum adhuc non eſt, ſed convenit
ut poſtea fiat. Quod autem ad Galatas legitur, Quot- Galat. 3. 27.
quot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: ità expo-
nendum cenſeo, ut ſi accipias, Induere Chriſtum,
pro eo quod eſt illius membrum fieri, Baptiſmum id
antecedit. Sin verò moribus & vita filium Dei expri-
H mere, id poſt Baptiſmum ſuſceptum conſequitur. Ita- 12
que de filiis hominum fidelium ſtatuendũ eſt, quod Objectio de peccato originali diluitur.
fidelibus accenſeantur, & quod ſanctorum filii ſan-
ctis annumerentur, uti Paulus atteſtatus eſt priori ad 1. Cor. 7 14.
Corinthios. Etſi quis objecerit, in eadem Epiſtola c. 1. Cor 12. 13.
12. haberi. Nos eſſe baptizatos in unum corpus, id
non ſic exponendum eſt, quaſi per externum Baptiſ-
mum in corpus Chriſti primùm tranſeamus, cùm
prius de corpore Chriſti fuerimus: deinde, ut id te-
ſtificatum & conſignatum evadat, exterius baptiza-
I mur: & idcirco ante illa verba, ſcriptum eſt, Per ſpiri- Ibid.
tum nos in unum corpus baptizari. Prius ergo effici-

Digitized by Google

tur Spiritus ſancti opera, ut abeamus in mēbra Chriſti; deinde, Baptiſmus adjicitur. Proinde, cùm tales infantes Chriſtianorum ſint, non eſt, cur adjurentur vel exſufflentur. Expendendum attamen eſt, minimè conſequi ex eis, quòd peccatū originale prorſus tollatur; Quia omnes confitemur naſci filios iræ, atque originali culpa vitiatos: quandoquidem id peccati genus non conſtat imitatione, quemadmodum Pelagiani docuerunt, ſed eſt totius naturæ humanæ corruptela, & quoad animam, & quoad corpus. Deinde [B] addimus, Deum per Ieſum Chriſtum ſuos electos ac prędeſtinatos mundare, ita ut vitium, quod ſua natura peccatum eſſet mortale, illis ad mortem non imputetur. Deinde, ſpiritu ſuo illos ornat & renovat, poſtea obſignatio exterioris Baptiſmi adjicitur. Habent itaque primùm electionem ſeu prædeſtinationem, habent promiſſionem, ac ex fidelibus naſcuntur: & cùm jam ſint in fœdere à Deo adoptati ac juſtificati, jure meritóque tinguntur.

13 Infantes Chriſtianorum, ſi prius moriantur quā baptizati ſint, non pereunt. Marc. 16. 16.

20 Quare multi falluntur, qui perſuaſiſſimum habent, infantes Chriſtianorum qui pereunt abſque Baptiſmo, prorſus damnari. Dixit quidem Chriſtus, qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Deinde adjecit, qui non crediderit, condemnabitur: nec interpoſuit, qui non baptizatus fuerit. Quoniam fieri facilè poteſt, ut quis credat, & aliquibus caſibus impediatur, ut ne poſſit baptizari. Quin & ipſe Auguſtinus, hac in re ſatis durus, cùm flaminis, tum ſanguinis baptiſmum agnovit, cùm ſcilicet quiſpiam martyrio prius vitam finit, quàm tingi poſſit. Et Ambroſius in Oratione funebri de obitu Valentiniani habita, qui Catechumenus adhuc occiſus fuerat, affirmat illum cum Chriſto in cœlis regnare. Quoniam etſi tinctus non erat, ideò tamen ſe conferebat in Italiam, ut ab Ambroſ. Catholico Epiſc. baptizaretur. Fide itaque illum juſtificatum aſſerit. Proinde quod in hominibus adultis fides efficit, priuſquam tingantur, ſpiritus Chriſti & promiſſio in parvulis operatur.

14 An omnes Chriſtianorū liberis ad fœdus pertineant? Rom. 9. 11.

Sed hîc nonnulli quærunt, an omnes filii Chriſtianorūm ad fœdus pertineant. Quod ſi affirmetur, illud objiciunt, quod ad Rom. habetur de geminis, de quibus nondum adhuc natis, cùm item nihil boni aut mali egiſſent, dictum eſt; Iacob dilexi, & Eſau odio habui. Nec dubiū eſt, quin Izaacus pater fidelis ac ſanctus fuerit, cujus tamen filius Eſau extra Dei fœdus agnoſcitur fuiſſe. Adhæc reſpondemus: Dei fœderatos conſiderari, vel prout ſunt coram Deo, vel quemadmodum ab eccleſia cognoſci poſſunt. Deus quidem ſuorum numerum certiſſimum habet, quos ab omni æternitate prędeſtinavit. At promiſſio de fœdere cum genere Abrahæ indefinita eſt, & neminem ſucceſſorum ejus nominatim excludit.

15 Quomodo intelligendum quod dicitur, non concedēdam regenerationem niſi per verbum? 1. Petr. 1. 3.

Quare cum Eccleſiæ tingendi offeruntur credentium filii, ea promiſſionem ſpectat, ut eſt prolata. Quod ſi quæ prærogativa, ſeu exceptio in arcanis Dei conſiliis fuerit, illa nihil moratur, cum ad ſe nihil tale pertineat. Et idcirco falſi non poteſt accuſari, quando ſanctorum filios annumerat ſanctis: Atque ita circumcidit Eſau, atque conſimiles. Dicitur quidem à nonnullis, concedendam non eſſe regenerationem, niſi per verbum, quod eſt ſemen Dei. Petrus quippe ait, priori epiſt. cap. 1. nos eſſe renatos haudquaquam ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, quod eſt ſermo Dei.

16 Quomodo accipiendum Ioan. 3. dictū: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, &c? verſ. 5. Matt. 3. 11.

Cæterùm ad id reſpondemus, de adultis hominibus id eſſe intelligendum, de infantibus autem non ita rem ſe habere, niſi velimus Hebræorum filios melioris facere ſortis, quàm Chriſtianorum. Etenim illi, ſi ante diem octavum obiiſſent, circumcidi non poterant, quos tamen eximere à divino fœdere impium eſſet. Liceret itē affirmare parvulos etiam renaſci verbo Dei, ſed interiori, hoc eſt, vi Chriſti ſalutari, & ſancto ejus Spiritu. Ad extremū id opponitur, qood apud Ioannem cap. 3. habetur: Niſi quis tenatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Ad hoc primùm dici poteſt, Chriſtum voluiſſe Nicodemo tradere novam regenerationem, eamque fieri ſpiritu, quod expreſſit gemina voce aquę nimirum & ſpiritus. Neque alienum eſt à ſcripturis, ut ipſa Dei gratia nomine aquę denotetur. Animum enim & mentē fidelium, cùm irrigat, tum etiam fœcundat. Quin & Ioan. Baptiſta ſpiritum ſimul & ignem conjunxit, cùm ait, qui poſt me venit, [A] baptizabit ſpiritu & igne. Qua loquutione rem eandem vocabulo duplici extulit. Vel ſi ad externā tinctionem hæc referre magis libuerit, ad eos contrahetur ſententia, qui baptiſmū ſuſcipere negligent, cùm impedimentum illis non obſtet. Etenim ſi quis hoc ſacramentum aſpernetur, is porrò indicat, ſe non eſſe juſtificatum. Quapropter cùm res hoc pacto ſe habeat, ut juſtificatio ex Baptiſmo non pendeat, ſed antecedat, exorciſmis & exſufflationibus nequaquam opus erit. Verbum enim Dei non docet hæc adhi[B]benda eſſe: in nobis etiam hodie non viget hæc ſanationum gratia: neque tales ſunt infantes, qui baptizandi offeruntur, quales iſti finxerunt.

17 Si ſpiritum & gratiam prius habeāt, quàm baptizantur homines, an ideo fruſtra baptizentur?

Cæterùm fortè dixeris, quorſum ergo Baptiſmus eis traditur, ſi ante rem Baptiſmi habuerunt? An ibi luditur opera? Minimè. Primùm, quia Deo paremus, qui baptiſmi opus nobis præcepit. Deinde promiſſionē & donum, quod accepimus, obſignamus. Præterea ibi à Spiritu ſancto per verbum & externa ſymbola fides confirmatur. Et cùm de hoc ſpectabili verbo vel ſacramen[C]to cogitamus, ſpiritus Dei excitat in cordibus noſtris fidem, qua etiam atque etiam amplectimur divina promiſſa, & ita juſtificatio amplificatur, dum fides in credentibus augetur. Deus utique ſignis à ſe conſtitutis aſſiſtit: non enim ſunt prophana ſeu vacua, ideò Baptiſmi fructus non eſt momentaneus, ſed per totā vitam extenditur. Qua de cauſa, qui tinguntur, neque ludunt operam, neque actum agunt.

1 Reſponſio ad Patrum teſtimonia & judicia.

21 Modo reſtat, ut iis declaratis ac expoſitis, ſententiis Patrum, & rationibus quas afferunt exorciſ[D]morum fautores; jam reſpondeam. Patres vetuſtiores ac purioris ætatis, de iis loquebantur exorciſmis, quibus arreptitii ſeu energumeni curabantur ab iis fidelibus, qui gratiam ſanationum divinitus habebant. Et ideò vehementer mirarentur, ſi nunc homines viderent non præditos illo chariſmate, tā audacter & impudenter diabolis imperare, ut hodie à ſacrificulis & fictitiis exorciſtis agitur. Quæ verò poſtea dicta ſunt à recentioribus Eccleſiæ ſcriptoribus de conjungendis cum Baptiſmo exorciſmis, cùm abſque Scripturis [E] allata ſint, & ſuperſtitionem ſapiant, neque cum ullo fructu fiant, repudiari debent. Vnde autem natus fuerit error, ſuperius oſtenſum eſt, cùm quendam Cypriani locum tractaremus. Deinde alterum caput erroris fuit, quod cœptum eſt nimium Sacramentis attribuit: qua in re Auguſtinus perſpicacis alioquin ingenii, & doctrinæ incomparabilis admodum falſus eſt. Infantes enim tum primum exire putavit è diaboli poteſtate, cùm tingerentur. Sed cùm hoc demonſtratum fuerit, non ita ſe habere nova confuta[F]tione ſuperſedendum cenſeo: Id tantùm dicam, non eſſe contemnenda Sacramenta, ſed viciſſim non eſſe eis tribuendum, quod unius eſt Dei.

Reſponſio ad Argumenta Exorciſtarum; 1

22 Atque hæc de Patrum teſtimoniis. Nunc ad rationes diluendas, quæ allatæ ſunt oportet accedere. Primum ſumebatur, nos è regno tenebrarum, in regnum lucis eſſe transferendos. Id ultrò damus: verùm juſtificamur, id fieri primum Baptiſmum percipiendo, cùm infantes id conſequantur ex prædeſtinatione ac promiſſione Dei, uecnon ju[G]re fœderis hæreditarii. Quare non eſt, quod propterea locus exorciſmis detur. Qui verò adulti fuerint, hanc tranſlationem per fidem conſequuntur: Nam illi juſtificationem percipiunt: Vnde non ſunt adjurandi, cùm jam ad Chriſtum pertineant. Confitemur etiam peccati merito factum, ut homines in poteſtatem diaboli venerint, verùm ipſam tolli & evacuari à Chriſto per Spiritum ſanctum & verbum divinum, & quoad homines adultos per fidem, non adjurationibus & exorciſmis. Quod verò interdum [H] cùm adjurationes adhibentur, cacodæmones clamant, ſe extorqueri, uri, atque incendi, poteſt fieri ex colluſione: nempe ut pater mendacii talia fingat, quo ſuperſtitiones creſcant, & diutius in Eccleſia foveantur. Cùm verò dicunt, ſe non exſuflare vel exorciſare naturam hominis à Deo conditam, & idcirco bonam, ſed id tantùm conari ſuis adjurationibus, ut vim diaboli & originalem corruptelam debilitent, ne tantùm noceat, quantum aliàs obeſſet: reſpondemus, id multò juſtius ac religioſius precibus obtineri poſ[I]ſe. Deinde ſi eorum hoc eſſet conſilium, non tantùm ad Baptiſmum, ſed per totam ferè vitam deberent homi-

homines exorciſare, cùm omni ætate homines à vi
ac tentationibus diabolicis, necnon à malo fomite
originali, qui perpetuò durat in eis, periclitentur.
5 Quomodo verò cibi, & ea quæ uſurpamus ad tuen-
1.Tim.4.5. dam corporis vitam, ſanctificentur per verbum Dei
& preces, non opus eſt, ut nunc explanem, cùm ea de
6 re antea ſatis fusè dixerim. Addebant, olim terram
execratam à Deo fuiſſe ob primam Adami culpam,
& idcirco adjurationibus opus eſſe, ut fructus ejus
de poteſtate diabolica eruantur. Hoc minimè diffi-
temur, ſed addimus execrationem per Chriſtum aut
mitigatam, aut converſam in benedictionem fuiſſe,
& idcirco exorciſmos debere haberi pro ſupervaca-
neis ac inutilibus, quandoquidem fidelibus uſus ter-
ræ ac ejus fructus, modò interponantur gratiarum
7 actiones & preces mundi fiant & puri. Inducebantur
Eph.6.12. quoque Apoſtoli verba, quibus ait: Non eſſe nobis
colluctationem adverſus carnem & ſanguinem, ſed
adverſus nequitias cœleſtes, &c. Quid hoc ad rem
præſentem faciat, ne ſuſpicari quidem poſſum, ne-
dum videam. Certè Apoſtolus eo loco, nos contra
ſpirituales hoſtes divina & admirabili panoplia in-
ſtruxit, exorciſmos attamen ac exſufflationes mini-
8 mè adhibuit. Denique aiebant, priuſquam regenera-
tio inducatur, removenda eſſe impedimenta, nimi-
rum diaboli vires. Primùm quod ſibi ſumunt, per
nos habeant, ſed adjicere oportet, obſtacula hujuſ-
cemodi removeri potentia Chriſti, necnon vi Spiri-
tus ſancti, promiſſione divina, jure fœderis & quoad
homines adultos, prædicatione verbi, fide ac preci-
bus: & idcirco adjurationibus nullus relinquitur lo-
cus, niſi fortaſſis in aliquo viro, qui divinitus chariſ-
mate ſanationum peculiariter fuerit ornatus. Quam
vim ſeu facultatem non ſentimus ab Epiſcopis, ma-
nuûm impoſitione quibuſcunque voluerit poſſe
conferri. Quandoquidem Spiritus ſanctus eſt, qui
hæc ſua dona, prout vult, diſtribuit: & hæc hactenus
de propoſita quæſtione.

De aquis luſtralibus.

Eſai.38.21. 23 Eliſæi factum κακοζηλίᾳ quadam ſacrifici Papę
In 2.Reg.2.20. aſſimulant, qui ſalem non tantùm adhibent infanti-
bus tingendis, verumetiam infundunt aquis ſuis lu-
ſtralibus, quæ peculiares potius eſſent dicendæ. Mi-
ror eos interdum non uti ficubus, eo quod Eſaias a-
liquando eas adhibuerit, cùm Ezechiæ ſanaret ulcus.
Cæterum tanta eſt eorum audacia, ut in ſuis fictioni-
bus & inventis non ſolùm adhibeant, quæ Chriſtus
& Prophetæ aliquando uſurparunt, ſed etiam aſſu-
mant ea, quibus illi nunquam uſi fuerunt. Etenim
balſamum dicunt ſe admiſcere chriſmati: ſed ſplen-
dide mentiuntur, cum balſamum ad nos à longo
tempore non advehatur. Et cum ſale adeò largiter
abutantur, ſe produnt ſalem eſſe infatuatum. Quod
Caietanus Cardinalis dilucide confeſſus eſt inter-
Matt.5.13. pretans Chriſti verba, quibus dixit. Quod ſi ſal in-
fatuatus fuerit, ad nihilum valeat ultra, niſi ut proji-
ciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Cùm hæc
ſcriberet, urbs Romana diripiebatur ab Hiſpanis
ſub Clemente VII. Vnde ille ait, Quia nos jam
ſumus infatuatum ſal, ideò foras ejicimur & concul-
Ierem.2.13. camur. Quare Deus rogandus eſt, ut hæc Antichriſti
mancipia tandem nova efficiantur vaſa, & ſalem do-
ctrinæ ſanæ recipiant, cum diu reliquerint Deum
fontem aquæ vivæ, ac ſibi ciſternas foderint, quæ
ſalubres aquas continere non poſſunt. Atque hoc lo-
co abuſi ſunt ad ſuam luſtralem aquam confirman-
dam, quam ſingulo quoque die Dominico excan-
tant ſed conjurant, inventum ejus referentes in Ale-
xandrum ejus nominis primum, Epiſcopum Roma-
num, quem volunt aut quintum aut ſextum fuiſſe à
Petro. Et certè circumfertur ejus Decretalis Epiſto-
la, in qua de hoc invento permulta continentur, quę
poſtea adſcripta fuerunt in Decretis, De Conſecra-
tione, Diſtinct. 4. cap. Aquam ſale. Sed meo & do-
ctiorum judicio, non legitima, verùm ſuppoſiti-
tia eſt illa Epiſtola. Vixit nempe Alexander, Traia-
ni ætate. Quare vetuſtiſſima fuiſſet hujus aquæ in-
ſtitutio, cujus tamen Eccleſiaſtici ſcriptores, qui an-
te Gregorium Romanum floruerunt, nuſquam fece-
runt mentionem. Verùm quàm inepta ſint & abſur-

A da, quæ ibi ſcribuntur, aliquanto diligentius expo-
nendum eſt.
24 Primùm ſtatuit, ut à ſacerdotibus aqua illa
ſanctificetur. Vnde Canoniſtę colligunt neque Dia-
conis, neque ſubdiaconis id licere, cùm tamen Ba-
ptiſmi adminiſtrationem laicis hominibus & mulier-
culis concedant. Sed hoc eſt vetus inſtitutum Dia-
boli, ut curet humana inventa pluris fieri, quàm di-
vinas leges. Quod etiam videre licet in confectione Chriſma.
B rancidi chriſmatis: ubi tantus apparatus adhibetur,
ut Epiſcopum adeſſe oporteat cum univerſo clero,
cùm interea Baptiſmus & Euchariſtia, quæ ſunt i-
pſiſſima Chriſti ſacramenta, plebeio & vulgari more
adminiſtrentur. Vt autem iſte Alexander, vel quiſ-
quis fuerit, ſuam aquam luſtralem approbet: impio
admodum utitur argumento, ea verba uſurpans, quę
ad Hebræos habentur, Si ſanguis hircorum ac tau- Heb.9.13.
rorum, & cinis vitulæ aſperſus immundos ſanctifica-
bant quo ad carnis ſanctificationem, quanto magis
C Chriſti ſanguis, qui per ſpiritum æternum ſeipſum
pro nobis obtulit, &c. Vbi à minori Paulus Apoſto-
lus ratiocinatur. Hæc iſte Alexander ſumens infert
multo magis aquam verbis divinis conſecratam, ſan-
ctificaturam eſſe immundos. Atque ita quod Pau-
lus de Chriſti ſanguine concludebat, iſte ad aquam
luſtralem transfert, intolerabili blaſphemia. Non e- NOTA.
nim ſanguinis Chriſti dignitas & opus, elementis
hujus mundi, præſertim cùm verbo Dei carent, de-
bent attribui. Deinde à facto Eliſæi ſuam aquam
D commendat. Si enim (inquit) Eliſæus injecto ſale
ſterilitatem ab aquis removit, multò magis hæc aqua
omnem ſterilitatem abiget. Et adhæc rem amplifi-
cans, Omnia bona, inquit, afferret illa utentibus. Tã-
tam prętereà vim ei adſcribit, ut machinationes Dia-
boli, & ejus tentationes eam affirmet amoliri, nec-
non removere à mentibus hominum phantaſmata
noxia & pravas cogitationes. Progreditur deinde ul- Matt.9.20.
terius, & argumento admodum impio utitur. Si fim-
briæ, inquit, veſtis Domini noſtri, cùm ab ægrota
E muliere tangerentur, ſanam illam reddiderunt, quã-
tò magis hæc aqua ſanitatem fidelibus & animi &
corporis afferet? Clarè liquet ex his, aquam iſtã pia-
cularem ſanguini Chriſti æquari, & fimbriis veſtium
ejus præferri, quaſi peccata noſtra ſic levia ſint, & in-
firmis radicibus hæreant noſtris animis, ut aſpergine
ſuperſtitioſæ aquæ deleantur. Elegans præterea gloſ- Num.19.4.
ſa ejus loci, quod ſcribitur de cinere vaccæ rufæ, at-
que habetur in lib. Numerorum, ſcribi ait in Leviti-
co: cùm ſacrificium rufæ vaccæ offerretur pro pecca-
F to populi, & ab ipſo populo ad ſacerdotem adduce-
retur, affirmat oblationem illam pro peccato ſacer-
dotis conſueviſſe fieri, ac illum oportuiſſe illam vi-
ctimam ex proprio ſignificare. Atque ita ſe produnt
ij Canoniſtæ divinas literas turpiter ignorare, cùm
tam aliena & à vero diverſa referunt.
24 Eſt præterea in uſu Pſeudoeccleſiaſticorum
aliud genus aquæ conſecratæ, qua utuntur in Eccle-
ſiarum ſeu templorum conſecratione ſeu reconcilia-
tione. Illam tantummodo Epiſcopus conjurat, vel
G (ut ipſi loquuntur) ſanctificat, & vinum, & cineres
adhibet. Eſt item apud eos aliud ſolenniſſimæ aquæ Aqua baptiſmi pridie Paſchatis & Pẽtecoſtes conſecrata.
genus nimirum fontis baptiſmatis, quam pridie Pa-
ſchatis & Pentecoſtes magna pompa conſecrant. Et
ejus fit mentio à multis Patribus. Et mos conſecran-
di tales aquas baptiſmatis, videtur ſatis fuiſſe anti-
quus. Vnde cùm ſuperiùs dixi veteres luſtralis aquæ
nõn feciſſe mentionem, ad eam tantummodo reſpe-
xi, quam ille Alexander inſtituiſſe dicitur, nimirum
quam aſſervant in templis, ut ea ſe aſpergant homi-
H nes, quam etiam ipſi domos, cadavera, cœmiteria,
ova, carnes, olera, & veſtes aſpergunt. De ipſa
quærit Aquinas in quarto ſententiarum, an ſit ſa-
cramentum. Et reſpondendo negat, hanc rationem
afferens, quod non inſtituatur ad aliquem noſtrum
defectum abolendum. Sed ſtatuit eſſe quippiam
ſacramentale, quo nimirum afficiamur, & (ut loqui-
tur) diſponamur ad conſequendam peccatorum
quorundam condonationem. Et ab hac ſenten-
tia Petrus de Palude, & Alexander de Ales nihil di-
I ſcrepant. Nam uſu aquæ conſecratæ peccata condo-
nari aiunt, non quidem, ut per ſacramenta, quæ hoc
præſtant, etiam ſine bono cordis motu, ſi tantum

Digitized by Google

obex non ponatur, ſed ratione meriti, quod ſe aſpergentes aqua illa, mentem ad Deum attollant (ut loquuntur) devotè, rogando pro condonatione peccatorum, quam precibus obtinent. In iis dictis Scholaſticorum non pauca ſunt impia & blaſphema, cùm elementis hujus mundi ea tribuunt, quæ duntaxat ad Chriſtum pertinent. Adhæc, plurima nugantur, contendendo, an aqua prophana, ſi addatur conſecratæ, ſancta evadat. Et denique ſtatuunt ita fieri, hac ratione, quòd ea, quæ ſunt digniora, convertant in ſeipſa illa, quæ ſunt minus digna. Quod à verò alieniſſimum eſt. Nam ſi quis vino admiſceat aquam, & id faciat ſæpius, aqua tandem vinum ipſum, quod ea præſtantius eſt, in ſuam abducet naturam.

Aqua luſtralis Hebræorum.

Num 19.19.

25 Sed iſta mittamus, & cogitemus inſtitutum hoc ex duplici κακοζηλίας ortum habuiſſe. Vna qua voluerunt Hebræos imitari, quibus ex præſcripto legis Moſaicæ aqua illa præcipiebatur, ut ex lib. Num. habetur. Sed cùm cæremoniæ legales beneficio mortis Chriſti extinctæ ſunt, non oportuit eas propria temeritate revocare. Dum fuerunt in uſu, verbum Dei conjunctum ſecum habebant. Nunc verò quãdo illo deſtituuntur, ſunt meræ ſuperſtitiones. Altera verò eſt, qua Ethnicos ſunt imitati, quos dubium non eſt, quin ſint uſi luſtralibus aquis, verùm non eodem modo. Cùm enim ſacra fiebant diis ſuperis, corpus quod erat purificandum, totùm abluebatur. Sin verò diis inferis, aſpergine tantùm aquæ luſtralis attingebatur. Quod Virgilius (ut peritiſſimus juris Pontificij) diligenter obſervavit, teſtimonio Macrobij lib. 3. Saturnalium cap. 1. Quod idcirco volui attingere, ut ſacrifici agnoſcant, dum res aſpergunt aqua luſtrali, non Deo ſupremo, ſed diis manibus, hoc eſt inferis, facere ſacrificia. Ethnicis autem fuiſſe in uſu aſpergines luſtralis aquæ, Hiſtoria Eccleſiaſtica teſtatur, in qua de Valentiniano ſcribitur. Cum adhuc non eſſet Imperator, & comitaretur Iulianum Apoſtatam, veniſſétque ad fanum, ibi æditúus aqua ſua illum aſperſit. Ille indignatus, ei colaphum impegit, dicendo: Cur meam Purpuram aquâ tua contaminaſti? Imò Deus videri poteſt idcirco ritum illum Hebræis deſcripſiſſe, ne ad ſuperſtitionem Ethnicorum deflecterent. Et habuit ſanè ea cæremonia (quemadmodùm & reliquæ) ſuam utilitatem, quãdiu viguit: Erant enim ritus veteres ante adventum Domini, teſtimonia & ſigilla quædam donorum cœleſtium, promiſſionum, & divini favoris exhibiti. Siquidem hæc ſpiritualia ſunt, neque oculis externis cerni poſſunt: ideò ſymbola ritus & cæremoniæ adhibebantur, ut homines iis admoniti confirmarentur de benevolentia & gratia Dei erga ſeipſos. Quibus addas, omnia ea Chriſtum & redemptionem ejus adumbraſſe. Eadem quoque ratione in Chriſtianiſmo nos & Baptiſmo & Euchariſtia utimur. Nec dubium eſt, Davidem cum in Pſal. 51. cecinit: Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, & pluſquam nix evadam candidus, Legalem aſperginem reſpexiſſe, quæ (ut expoſui) ea ætate verbum Domini ſecum habuit. At ea, qua ſacrifici ſe conſecrare aiunt, non Dei, ſed hominum eſt inventum.

Cæremoniæ veteres cur inſtitutæ.

Pſalmi locus explicatus. Pſal. 51. 9.

Ezec. 47. 1. Zach. 13. 1.

26 Conantur illi quidem, ſed fruſtra, quædam ſcripturæ loca ſuperſtitioni ſuæ affigere, ut illud Ezech. Vidi aquã egredientem de templo, &c. Necnon Zachariæ teſtimonium, quo ſcripſit, Et erit in illa die fons patens domo Davidis, & omnibus habitatoribus Hieruſalem in ablutionem. Hæc rurſus ἀπροσδιόνυσα ſunt, quia Prophetæ aquæ vocabulo nihil aliud notabant, quàm Spiritus S. dona, & largam erga fideles Dei gratiam. Nec defuit ætate noſtra concionator Papiſticus, qui aquæ luſtralis uſum populo commendans, traderet, eam facere ad refricandam Baptiſmi memoriam: & omnibus ſe aſpergentibus eã conſulebat, ut ſibiipſis dicerent: Memineris te baptizatum eſſe. Sed hæc prætereo quòd inepta ſunt, neque Scripturæ neque Canonũ ſeu Decretorum ullum habent teſtimonium. Adhęc expendendum eſt, quàm ſit frivolum & abſurdum ex eo quod ſemel aut iterum aliquis Propheta vel Apoſtolus geſſit, aut Sacramentum, aut rem (ut vocant) ſacramentalem velle inſtituere. Ut ſi Deus voluit per Eliſæum, adhibito ſale aquas emendare, an idcirco ritus hu-

Ier 27. 2. Eſa. 38. 21.

A juſmodi erat in Eccleſiam invehendus? Geſtavit Ieremias in collo jugum ligneum, & Iſaias ulcus Ezechiæ curavit ficubus. Cur totidem hìc non fecerunt Sacramenta?

Colonienſium argumenta ridicula.

27 Identidem propinarunt ſe ridendos Colonienſes in ſuo Antididagmate, ubi exemplum protulerunt Marcelli Epiſcopi Apamenſis, ut habetur in Tripartita hiſtoria lib. 9. cap. 34. Qui cùm templum eſſet comburendum magni cujuſdam idoli, & fruſtra B ignis ei ſupponeretur (aſtabat enim Cacodæmon, qui vim ignis repellebat) tum animadvertens in proclivi eſſe, ne plebs adhuc infirma offenderetur, & exiſtimaret malum dæmonem fortiorem eſſe Chriſto, accurrit ad Eccleſiam, & jubens afferri ſibi aquã, juxta altare procumbens, magno ſpiritu & fide oravit. Deinde illi aquæ ſignum crucis infixit, & Equitio diacono ſuo mandavit, ut eam in fanum idoli conjiceret, & deinde ignem alacriter ſupponeret. Quod ille cùm feciſſet, concrematum eſt magna fa- C cilitate cùm idolum tum etiam templum. Adducunt præterea id quod Narciſſus Epiſcopus Hieroſolymorum fecit, referente Euſebio lib. 6. cap. 8. Is nocte Paſchatis, per quam fideles antiquitùs perpetuò in templo erant, cùm jam deeſſet oleum lampadibus, nec lumina viderentur ulterius poſſe durare, plebſq; mirum in modum triſtaretur, mandavit & ipſe aquã ſibi afferri de puteo vicino. Et cùm vehementer oraſſet, lampadibus imponi fecit. Aqua verò ingeniũ olei quodammodo ſubiit, & lumen tota nocte fovit. D Sed quorſum hæc afferunt? Hiſtoriæ non perhibent, aquas illas fuiſſe luſtrales. Deinde ſi viſum eſt Deo iſtos Epiſcopos inſtrumento aquæ illuſtrare, ad eorum ſanam doctrinam confirmandam, num oportuit aquam luſtralem propterea inſtitui? Certè ut propter ſingulare aliquod exemplum lex ferri non ſolet, ita propter aliquod miraculum editum, Sacramenta non ſunt in Eccleſia fabricanda hominum arbitrio.

28 Cùm de Aqua luſtrali multa jam dixerim, nẽ- E pe authorem ejus fuiſſe (ut volunt) Alexandrum, & argumenta excuſſerim quibus eam commendavit, & recenſuerim vires quas illi aſcribunt, & quot generum ſit demonſtraverim, duplicem in ea κακοζηλίαν reprehendendo, ac poſtremò judicarim, non ex quolibet miraculi genere ritum Eccleſiaſticum debere conſtitui, ſatis ea de re arbitror eſſe dictum. Id tantùm ad extremum notabo, finem Miraculi quod edidit Eliſæus, fuiſſe, ut populus Hierichuntius, hoc F percepto beneficio, magis ac magis ad verum Dei cultum retinendum alliceretur: nec tantùm illa urbs Deo lucrifieret, verùm & omnes aliæ ad quarum notitiam tantum prodigium perveniſſet, ad veri Dei cultum adducerentur.

Miraculi ab Heliſæo facti finis.

CAPVT X.

Tractatio de Sacramento Euchariſtiæ, habita publicè Oxonij, per D. Petrum Martyrem Vermilium Florentinum, in ea Academia Sacræ Theologiæ publicum & G *Regium profeſſorem, cùm iam abſolviſſet interpretationem undecimi capitis prioris Epiſtolæ ad Corinthios.*

De tota re Sacramentaria ac nominatim de Cœna Domini, vide 10. & 11. priorts ad Corinth.

CONtentiones de Sacramento Euchariſtiæ ſubortæ hunc proculdubio ſcopum habent, ut intelligatur modus conjunctionis corporis & ſanguinis Domini cum ſymbolis panis & vini, vel ut alij appel- H lant, cum ſpeciebus ſacramentalibus. Quoniam apud omnes conſtat Sacramentum hoc appellari corporis & ſanguinis Domini, ideo oportet aliquo modo hæc iſto ſacramento contineri. Cæterùm nos hęc indagando non omnia referemus quæ ultro citróque jactantur, ne res quæ alioqui per ſe obſcura eſt magis involvatur, & ne tractatio in immenſum creſcat: Ordo autem, & diſputatio doctrinæ, ad quatuor capita redigetur. Agemus primùm de ea conjunctione, qua panem & vinum dicunt vulgo tranſ- I ſubſtantiari in corpus & ſanguinẽ Chriſti, quæ videtur ſumma copulatio Sacramenti cum rebus. Deinde, excutiemus aliam ſententiam, quæ ſtatuit, panem quidem

Status quæſtionis de Euchariſtia.

Digitized by Google

quidem & vinum quo ad ſuas integras & veras na- A
turas, in Sacramento retineri: & ita retineri, ut ſibi
adjunctum (ut loquuntur) naturaliter, corporaliter,
Quatuor capita ſunt hic tractanda. & realiter, verum corpus Chriſti & ſanguinem ha-
beant. Tertio loco expendetur, quod alij dicunt, iſta
minimè conjungi inter ſe alia ratione quam ſacra-
mentali, id eſt, per ſignificationem & præſentationē.
Poſtremo, indicatio inducitur, qua ex opinionibus
pertinentibus ad ſecundam & tertiam ſententiam,
elicietur, quantum videatur magis ad pietatem face- B
re in hoc Sacramentali negotio.

Opinio quæ ſtatuit tranſſubſtantiationem. 2 Auſpicabimur itaque ab opinione tranſſub-
ſtantiationis, partim quia craſſior eſt, deinde quod
recentior: & quia reliquæ duæ ſententiæ, eam & cō-
corditer & paribus ſtudiis expugnant. De illa ſcribi-
tur à Magiſt. Sentent. in 4. lib. 8. 9. 10. 11. diſt. Vtque in
ſumma dicam, ita ſe habet: Miniſter ad hoc ordina-
tus, dum verba profert à Domino inſtituta, ſuper de-
bita & convenienti materia, id eſt, pane & vino, mo-
dò intentionem (ut loquuntur) habeat hoc agendi, C
ſubſtantia panis & vini convertitur in ſubſtantiam
corporis & ſanguinis Chriſti: atque ita convertitur,
ut accidentia converſæ aut everſæ ſubſtantiæ ma-
neant abſque ſubjecto, quæ tamen voluerunt non-
nulli, corpori Chriſti quod ſucceſſit inniti: verùm
hoc ideo falſum eſt, quia revera corpus Chriſti tali-
bus non afficitur accidentibus. Conati ſunt alij ſub-
jicere illis aerem ut naturale fundamentum, quod
item cùm probari non poſſit, omnes fere hujus ſen-
tentiæ patroni, ea conſentiunt pendula eſſe, & abſ- D
que ſubjecto manere. Volunt deinde hæc accidentia
quæ videntur & ſentiuntur, ſignificare nobis corpus
Chriſti verum, quod habeant in ſe velatum oper-
tum. Progrediuntur poſtea ulterius, & aiunt: Iſtud
Chriſti corpus deliteſcens ſub illis accidentibus, eſſe
ſignum cùm ipſius corporis Chriſti quod in cruce
pependit, tum etiam myſtici corporis, id eſt, ſocieta-
tis electorum atque prædeſtinatorum hominùm.
Vnde Magiſter Sententiarum inquit, eſſe hìc aliquid
quod tantum eſt ſignum, atque id ponit eſſe ſpecies E
viſibiles, aliud quod res eſt & ſignum, nimirum cor-
pus Chriſti, quod occulitur ſub accidentibus: id enim
res eſt, ſi referatur ad ſpecies viſibiles, & ſignum ſi
ſpectes myſticum corpus. Aliud, inquit, eſt, quod ſi-
gnum nullo pacto dixeris, ſed rem tantummodo: ni-
mirum corpus myſticum, quia ita ſignificatur, ut nul-
lius rei amplius ſignum exiſtat. Quæ poſtea in actio-
ne horum myſteriorum interſeruntur, non inquit
neceſſaria eſſe, ſed tantum gratiarum actiones, aut
preces interpoſitas. Et ſi quæſiveris ab eis, quomodo F
tantum corpus eo parvo pane contineatur, dicunt,
hoc non eſſe per modum quanti, nec etiam locali-
ter, vel, ut loquuntur, definite, ſed per modum ſub-
ſtantiæ, utque dicunt Sacramentaliter. Neque ha-
bent pro abſurdis in hoc Sacramento contineri duo
corpora eodem loco, quoniam id ponere coguntur,
etenim inter panis accidentia eſt quantitas, & ea qui-
dem corporalis. Item non abhorrent ut idem cor-
pus vere in pluribus locis exiſtat, & hominem con-
cedunt juſtæ proceritatis, & ſtaturæ, ut Chriſtus fuit G
in cruce, utque ad judicandum veniet, non ſolùm
parvo in pane, ſed etiam in quàm minima parte e-
jus verè, ſed inviſibiliter contineri. Plura poſſent
adhuc referri quoad iſtam ſententiam, ſed volo hæc
ſatis eſſe noſtræ tractationi. Qui plura deſiderat, Ma-
giſtrum ſententiarum, loca citato, cum ſuis infinitis
interpretibus, poteſt conſulere; Converſionis autem
ſive tranſſubſtantiationis, hæc afferunt argu-
menta.

Argumenta pro tranſſubſtantiatione. 3 Primum, Scriptura ſancta id ſuadet. Nam Ioan- H
nis 6. promiſit Dominus carnem ſuam ſe daturum
1 eſſe, non ſolum pro mundi vita, ſed ad manducan-
Ioan. 6. 5. dum: & adjecit, Niſi quis manducaverit carnē meam,
Ibid. v. 33. & biberit ſanguinem meum, non habebit vitam.
Ibid. v. 51. Aiebat præterea, Se panem eſſe de cœlo, & quidem
vivum, quem Pater dediſſet: ubi apertè polliceba-
tur, ſeipſum daturum manducandum ad ſimilitu-
dinem panis: & quod promiſit, bona fide præſtitit, ut
Evangeliſtæ in extrema Cœna factum atteſtantur.
1. Cor. 11. 27. Atque id quod traditur corpus Domini eſſe Paulus I
Ibid. 29. demonſtrat, cùm inquit; Qui manducat & bibit in-
dignè, reus erit corpóris & ſanguinis Domini. Item,

A Iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans
corpus Domini. Sed robur argumenti totum in illis
verbis conſiſtere aiunt, quibus dicitur, Hoc eſt cor- Ibid. 24.
pus meum: quæ clara eſſe contendunt, nec expoſi-
tionibus egere, & nobis (inquiunt) pro reverentia,
quam debemus verbo Dei, opus eſſe illis credere:
nam in ea conſpirarunt Evangeliſtę, Matthæus, Mar-
cus, Lucas, item Paulus Apoſtolus priore ad Corin-
thios, & niſi res eſſet magni momenti, & ita ſimpli-
B citer accipienda, ut ſonat, tanta concordia inter ſe
non conſenſiſſent Apoſtoli. Quod ſi tropis liceat e-
ludere: nihil jam (inquiunt) ab hæreticis tutum erit. 2
Deinde, propoſitiones hujus generis, ut iſta, Hoc eſt
corpus meum, accipi debent, ut ſubjectum & prædi-
catum idem repræſentent ac referant: ſitque (ut in
Scholis dicitur) identica propoſitio, niſi aliquid ante
vel poſtea, in ſermonis contextu reperiatur, quod nos
ad tropum vel allegoriam adigat, quod hoc loco non
invenitur. Imò ſi rectè inſpicias quæ conſequun-
C tur, ad ſimplicitatem propoſitionis nos potius 3
revocant. Nam dicitur, Quod pro vobis tradi-
tur. Manifeſtum verò eſt, pro nobis fuiſſe traditum
ipſiſſimum Chriſti corpus. Præterea quæ natura &
ſpecie diſcreta ſunt, & à dialecticis vulgo appellan-
tur diſparata, ut homo, equus, & lapis, ita ſe habent,
ut nullo pacto de ſe mutuò prædicari poſſint: etenim
verum nunquam erit, hominem eſſe lapidem, vel è
diverſo: Corpus autem Chriſti & panem in hoc ſen- 4
ſu eſſe dubitat nemo, quare nunquam verum erit di-
D cere de pane, quòd ſit corpus Chriſti. Ideò quan-
do protulit Dominus, Hoc eſt corpus meum, neceſ-
ſarium eſt abiiſſe ſubſtantiam panis. Addit, Chriſtus
non temerè uſus eſt verbo ſubſtantivo præſentis
temporis, ut diceret, Hoc eſt corpus meum: potuiſſet 5
ſanè dicere, Hoc ſignificat corpus meum, Hoc reprę-
ſentat corpus meum, Hoc eſt figura corporis mei, vel
ſignum corporis mei, aut ſic, Hic panis eſt corpus
meum: quæ omnia cùm evitârit: ſimpliciter accipien-
dum eſt dictum, ut ipſe protulit. Adhæc ſi maneret
E ſubſtantia panis, duæ ſubſtantiæ ſimul manerent,
& quidem corporeæ, atque ſe mutuò penetrarent:
quod, ponendo tranſſubſtantiationem, remove-
tur. Rurſus immineret periculum, ne populus in
idololatriam incideret. Nam cùm Chriſti corpus 6
adorandum ſit, ſi panis ibi maneret, is quoque ado-
raretur. Neque ex dignitate videtur eſſe corporis
Chriſti, ut hoc pacto, vel pani vel vino conjunga-
tur. Argumentatur à ratione ſacrificij. Nam ſi 7
corpus Chriſti à miniſtro offertur, oportet ut ipſum 8
F habeat, & ibi conſpectui Dei ſiſtat: niſi velimus di-
cere, eum rem tantùm ſignificatam & adumbratam
offerre.

4 Clamitant poſtea omnino Patres à ſe ſtare. Ire- 9
næum in primis citant, qui ait in quinto libro: Quā- Patres pro ſe citant.
do mixtus calix & fructus panis percipit verbū Dei,
fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti: quarto
libro ferè idem dixit. Tertullianus item libro quarto
contra Marcionem, ait: Chriſtum acceptum panem,
& diſtributum diſcipulis, corpus ſuum eſſe fatetur,
G & quę ſequuntur. Cyprianus in ſermone de Cœna
Domini: Panis iſte communis, in carnem & ſangui-
nem mutatus, procurat vitam. Ac rurſus in eodem
ſermone, Panis iſte quem Dominus diſcipulis por-
rigebat, non effigie, ſed naturâ mutatus, omnipoten-
tia Verbi factus eſt caro. Ambroſius de Sacramentis,
lib. 4. Panis eſt ante verba Sacramentorum: ubi acceſ-
ſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti: Et multa a-
lia habet hujuſmodi in libellis de Sacramentis. In
eandem ſententiam Chryſoſtomus hom. 60. de Eu-
H chariſtia, quæ 6. Tomo habetur, inquit: Simile eſſe
hoc Sacramentū ceræ admotæ ad ignē, ubi nihil ſub-
ſtantię remanet, ſed tota igni aſſimilatur: ita inquit,
hac ſubſtātia corporis Chriſti, abſumi panē & vinū.
Auguſtinus in prologo Pſal. 33 Chriſtum, inquit, ge-
ſtaſſe ſeipſum ſuis manibus, cum in Cœna Sacra-
mentum inſtituit. Et in Pſal. 98. exponens illud: Ado-
rare ſcabellum pedum ejus: Carnem Chriſti aſſerit
adorandam in Sacramento, quod non congrueret, ſi
panis reſiduus eſſet. Et de Trinitate libro tertio: Sa-
I cramentum, inquit, non poſſe fieri, niſi vi Spiritus S.
cooperantis. Et Hilarius de Trinitate, inquit: Per
naturæ veritatem Chriſtum in nobis eſſe, & non tan-

Digitized by Google

tùm per concordiam voluntatis : aitque nos verè
Verbum carnem cibo Dominico ſumere. Leo Epi-
ſcopus Romanus Epiſt. 10. clero & plebi Conſtanti-
nopolitanæ : Accipientes virtutem cœleſtis cibi, in
carnem ipſius,qui caro noſtra factus eſt, tranſeamus.
Damaſcenum addunt à ſe omnino ſtare. Inducitur
ab ipſis etiam Theophylactus, qui apertiſſimè tranſ-
elementationis meminit. De Anſelmo verò atq; Hu-
gone de ſancto Victore,qui poſteriores fuerunt,non
eſt dubium , quin tranſſubſtantiationem afferant.
Ideo Patres tam veteres quàm novos , pro ſe facere
dicunt.Citant & Concilia ; nimirum Epheſinum cō-
tra Neſtorium,ubi fuit Cyrillus qui præſidebat: & is
multa habet hac de re:& potiſſimùm dicit,nos parti-
cipes ſancti corporis & pretioſi ſanguinis Chriſti
effectos , non communem carnem percipere , neque
ut viri ſanctificati,ſed verè ſanctificatricem , & ipſius
10 Verbi propriam factam. Citant & Concilium Ver-
celenſe ſub Leone 9.ubi fuit damnatus Berengarius,
de cujus palinodia & in Decretis habetur , de Con-
ſecrat.diſtinct.2.& in 4.Sententiarum. Item Conci-
lium Romanum Lateranenſe, ſub Innocentio 3. qui
tranſſubſtantiationis meminit , in Decretalibus de
ſumma Trinitate , cap.Firmiter : & de Celebratione
11 Miſſarum,cap.Cùm Martha.Cōcilium etiam Cōſtā-
tienſe , ubi damnatus eſt Vuicleffus, qui hanc tranſ-
12 ſubſtantiationem inficiabatur. Citant & pro ſe , ut
aiunt,conſenſum totius Eccleſiæ , quo adeò permo-
tus eſt Scotus in 4. ut cùm non demonſtraretur fir-
miter Scripturis & rationibus Tranſſubſtantiatio:
attamen aſſerit , ne conſenſui Eccleſiæ adverſa-
retur.
13 5 Deducunt ad hæc latiſſimum atque fuſiſſimum
argumentum à potentia Dei , quod longe majora
14 his præſtare poſſit. Et miracula inducunt complura,
quæ ſunt edita ad hujus veritatis teſtimonium , ut
quod in manibus Gregorij ad ejus preces,hoc Sacra-
mentum verſum fuerit in digitum carneum:quādo-
que ibi apparuerit parvulus Puer : & Sacramentum
15 perfoſſum lanceolis,emiſerit ſanguinem. Multa di-
1.Cor.15.45. cunt etiam de corpore Chriſti glorificato,quòd Pau-
lus priore ad Corinthios appellat ſpirituale,ut oſten-
dat, Chriſto id optimè licuiſſe, ut corpus ſuum tra-
16 deret nobis velatum & opertum accidentibus. Et in-
ducunt non ſimpliciter poſitum eſſe Græcè, Hoc eſt
1.Cor 11.24. corpus meum:ſed adjicitur articulus, ut non dicatur
17 σῶμα, ſed τὸ σῶμά μου ,& conſueverunt Græci tum ad-
dere articulos,quando ſermonem volunt admodum
proprium & ſignificantem facere. His addunt:Pro-
miſit Chriſtus Apoſtolis , Ero vobiſcum uſque ad
conſummationem ſæculi. Quod non eſt traducen-
dum tantùm ad divinitatem , quia & hoc ſciebant:
verùm quia triſtabantur propter ejus corporalem
abitum,illos conſolatur , quod ſit cum eis futurus e-
18 tiam corpore. Præterea : Si auferatur tranſſubſtantia-
Mat.24.22. tio,& remaneat panis , cùm is non poſſit eſſe corpus
Chriſti, relinquetur tantum ſignificatio & tunc non
haberent nova Sacramenta quippiam,quod in vete-
ribus non reperiretur. Nam & illa Chriſtum ſignifi-
cabant , imò ſi ſpectes externam ſpeciem, magis ad-
umbrabat,quàm panis & vinum:quoniam ibi anima-
19 lia bruta cædebantur, & fundebatur eorum ſanguis,
Luc.22.32. quod in pane & vino minimè contingit. Videturq;
illis mirum,cum Chriſtus promiſerit in Petro, fidem
Eccleſiæ non defecturam, eáque ſit ſponſa Chriſti
chariſſima , quomodo illam tamdiu in hac idolola-
tria deſeruerit , neque oſtenderit rei veritatem cōtra
tantum abuſum. Argumentantur etiam,Si conſerva-
20 tis panis & vini ſubſtantiis, veritas rerum non poteſt
adeſſe,ut concluſum eſt,nil plus habebitur in Sacra-
mento , quàm in vulgaribus cibis atque conviviis.
Nam ibi quoque fideles panis & vini ſignificationē
intelligent, atque ita Sacramentorum dignitas peri-
bit. Poſtremo loco,inquiunt , verbo Dei conſervan-
21 dam eſſe ſuam vim atq; potentiam, quæ ſi auferatur
tranſſubſtantiatio non manet. Ambroſius de Sacra-
mentis,inquit Verbum Dei operatorium eſſe,ut pa-
nis & vinum maneant quæ ſunt, & in aliud commu-
tentur. Quæ verba interpretatur Algerius ſcriptor
recens lib. 1. quem de hoc Sacramento compoſuit
c.7.quod panis & vinū maneāt quoad accidētia,mu-
tētur verò in aliud, ſive in melius,quoad ſubſtātiam.

A 6 At nunc videndum eſt , quibus viciſſim argu- 1
mentis hæc ſententia evertatur. Primum. Scriptura Contra tranſſubſtantiationem.
ſancta ponit hic panem eſſe,ergo nō eſt verum , ſub-
ſtantiam ejus in aliud converti.Evangeliſtæ,Chriſtū 1 Cor.11.23.
aiunt accepiſſe panem , fregiſſe & dediſſe diſcipulis: 1. Cor. 10. 16
& Paulus quinquies meminit panis , Nónne panis & 17. & 15. &
quem frangimus,communicatio corporis Chriſti eſt? 27.& 28.
Et , Omnes ſumus unus panis,& unum corpus , qui Paulus quinquies panis meminit.
de uno pane participamus. Item , Quotieſcunque
B manducabitis hunc panem,mortem Domini annun-
ciabitis donec veniat. Et, Quicunque manducaverit
hunc panem , & biberit hoc poculum Domini indi-
gnè,reus erit corporis & ſanguinis Domini. Poſtre- Act.2.46.
mò, Probet ſeipſum homo,& ſic de pane illo edat, &
de calice bibat. Hæc quoniam clara ſunt & aperta,
ideò ſi Angelus de cœlo evangelizaverit ſecus, eſto
anathema. Potuiſſem quidem inducere,id quod ſæ-
pe habetur de fractione panis:cæterum , quia video
poſſe aliter accipi , quaſi dicatur de vulgari & com-
C muni cibo,ut in Eſa.58.Frange eſurienti panem tuū: Eſa.58.7.
& Hieremias in Threnis cap. 4. Petierunt parvuli Thre.4.4.
eorum panem,nec erat qui frangeret eis,&c. idcirco Frangere panem, Hebraica locutio.
ſuperſedeo,& nolo adducere niſi firma. Cùm itaque
loca antea citata ſint perſpicua , debent ſimpliciter
accipi.Sed cavillantur aliqui,panem dici propter na-
turas quæ converſæ ſunt , atque ut eorum more lo-
quamur,aiunt denominationem hanc, eſſe à termi-
no à quo,& afferunt conſimilia loca. Cùm ſerpens Exo.7.12.
factus eſt ex virga Aaronis devoravit ſerpentes Ma- Gen.3.19.
D gorum,quos & ipſi fecerant ex ſuis virgis: dicitur vir- Iob.4.19.
ga Aaronis devoraſſe Magorum ſerpentes. Deinde, Gen.2.2.
non ſemel in Sacris literis homo dicitur terra , eo
quòd ex ipſa corpus ejus effectum fuerit. Mulier
item dicta eſt ab Adamo , os ex oſſibus ejus,& caro
ex carnibus ejus , quia inde fuerat à Deo formata.
Verùm hæc fruſtra objiciuntur, quia in Sacris literis Aliquando res nominari ex eo quod erāt, nō ex eo quod ſint.
habetur aperta mentio iſtarum converſionum , id-
circo neceſſitas hiſtoriæ & verborum nos adigit ad i-
ſtos tropos , eos itaque admittimus. Ita iſti nobis
E prius oſtendant in Sacris literis iſtam converſionem
factam eſſe , nimirum panis & vini in corpus & ſan-
guinem Chriſti , & hos quoque tropos dabimus eis,
ut videlicet , panis dicatur non qui modo ſit,ſed qui
anteà fuerit. Et eodem ſpectat quod dicunt:Si quis
mihi vinum donaſſet , quod ſtatim aceſceret, & ego
habens in cantharo illud acetum , commodè dice-
rem,Hoc eſt vinum tuum:non quòd tum vinum ſit,
ſed quia antea vinum fuerat.Sed hîc de converſione
vini acetum ſenſus judicat,quod in Euchariſtia non
F contingit:ubi neque ſenſus,neque ratio, neque San-
cta Scriptura nos adigit , ut ibi talem converſionem
confiteamur.
7 Objiciunt locum ex Ioanne cap.2.cùm guſtaſ- Ioan.2.9.
ſet architriclinus aquam vinum factam : quo volunt
oſtendere,vinum recens productum Chriſti miracu-
lo,adhuc aquæ nomen retinere,Sed Evangeliſta non
dixit aquam ſimpliciter,ſed vinum factam. Hanc ve-
rò declarationem in Sacris literis non reperient , ut
panis dicatur converſus in corpus Chriſti. Confu-
G giunt quandoque ad cap.6. Ioan. ut dicant Apoſto- Ioan.6.51.
lum hîc panem dicere , non triticeum , & vulgarem, 1.Cor.10.16.
ſed corpus Domini:quod 6.cap. Ioan. panis appella- Exo.12.46.
tur,ubi Chriſtus dixit,Ego ſum panis vitæ. Sed con- Ioan.6.51.
tra eos facit , quod inquit Paulus : Panis quem fran-
gimus , nónne communicatio corporis Chriſti eſt?
quod non poteſt corpori Chriſti convenire ut fran-
gatur?quandoquidem ſcribitur, Os non comminue- Panis materialis Euchariſtiæ, non eſt panis de quo in 6. Ioannis agitur.
tis ex eo.Cæterum iſti tam acuti, licet invenerint in
cap.Ioan.6. Chriſtum ſe appellaſſe panem:ubi quæ-
H ſo reperient,eum ſe appellaſſe vinum ? quandoqui-
dem in hac cœna , alterum ſymbolum vinum dici- Mat.26.29.
tur:Evangeliſtæ nimirum in illis verbis , Non bibam
poſthac ex hoc genimine vitis. Nemini vero du-
bium eſt,vites , non accidentia producere , ſed vi-
num. Deinde perit, quod à Patribus magno conſen-
ſu dicitur, Corpus myſticum ſymbolis hujus ſacra-
menti deſignari, quia panis ex multis granis confici-
tur,& vinum ex multis acinis confluit , quæ in acci-
dentibus veritatem non habent. Et de his non vul-
I gariter miramur, ſi quando nos audiat adducere ſimi-
lia:puta, Petra erat Chriſtus : loca;& nunc ipſi & tro-
pos & allegorias undiq; coacervant. Dicunt etiam
panem,

Digitized by Google

panem hîc accipi pro omni eo quod poteſt comedi, ut Hebraica lingua *Lehem* accipitur, pro omni genere cibi. Verùm contra eos faciunt Evangeliſtæ qui hoc genus cibi, ad panem contrahunt. Fingunt alij, panem ſignificare accidentia & figuram panis, qui principium petunt, & quod eſt in controverſia, quod ſibi jam datum ſumunt: nimirum, accidentia illic eſſe abſque ſubjecto, quod antea probare debuerant. Neque ſunt miracula abſque neceſſitate coacervanda.

2 8 Aliud argumentum eſt. Veteres habuerunt eadem Sacramenta quæ nos habemus, & tamen non opus fuit tranſſubſtantiatione, ut petra, vel aqua è petra fluens, aut Manna tranſſubſtantiaretur, quod tunc fieri non potuerat: Itaque & ad noſtra Sacramenta hæc non requiritur. Priorem propoſitionem legimus in Paulo, Veteres & nos habuiſſe eandem eſcam. Adverſarij negant, & volunt, omnino multiſque modis, noſtra Sacramenta diſtingui à myſteriis antiquorum: quod nos etiam damus, cùm propter diverſa ſymbola, tum propter temporum differentiam, & alias quaſdam proprietates. Verùm quoad rem Sacramentorum, quæ percipiebatur à ſanctis Patriarchis, dicimus prorſus fuiſſe eundem cibum, & eundẽ potum cum re noſtri Sacramenti. Auguſt. ad Marcellinum ſcribit de diſcrimine horum Sacramentorum: Homini acuto poſſe ſufficere, aliis Sacramentis prænunciari Chriſtum cùm venturus eſſet: aliis, cùm veniſſet, annunciari oportuiſſe. Vbi videtur Auguſtinus tantùm ſpectare temporis differentiam. Et in libello de Vtilitate veræ pœnitentiæ agendæ, ſcribit apertiſſime, antiquos cum Manna habuiſſent, idem manducaſſe quod nos manducamus: Nam eundem, inquit, cibum ſpiritualem manducaverunt. Quid eſt eundem? niſi quia eum, quem etiam nos? Et quia potuiſſet alicui indignum videri, nos non amplius habere quam Iudæi habuerint, Pauli teſtimonium urget. Cui non ſuffeciſſet (inquit) dicere, antiquos habuiſſe ſpiritualem cibum, ſed addere voluit, Eundem: quò intelligamus, eos in ſua Manna idem comediſſe quod nos manducamus, ideo Eundem adjecit. Neque obſtat quod aliqui dicunt, eum loqui de ſpirituali manducatione, quòd videlicet Patriarchæ in Chriſtum venturum crediderunt. Primùm, quia iſti ſuam manducationem carnalem Chriſti, non poſſunt conſtabilire. Deinde, quòd non ſolùm animo credebant veteres, ſed etiam perceperunt creditæ rei ſymbolum, id eſt, Man, aut aquam, ideò res nõ tantùm fide agebatur: ſtatque Auguſtini ſententia, cibum Patrum non ſolùm fuiſſe ſpiritualem, ſed eundem.

Sacramenta veterũ & nova eadem.

1. Cor. 10. 4.

Supra Cap. 7. Sect. 7.

Vide Dialogũ de utraque in Chriſto natura.

9 Parumque valet, ſi objicias ex eodem Auguſtino ſuper Pſalm. 73. in prologo, quæ ibi conſtituit diſcrimina inter nova & vetera Sacramenta, quę tria videtur facere. Primum quòd ibi promittatur Servator, hic vero detur. Poſtea inquit: Noſtra faciliora, pauciora, auguſtiora, & feliciora. Demum, Illa fuiſſe ut Indicra in manibus puerorum, in noſtris vero eſſe aliquid urbius & ſolidius. Iſta intelligenda ſunt quoad primum, de promiſſione Chriſti venturi: ſed non obſtante, quod carnem reipſa nondum ſuſcepiſſet, credentibus attamen Patribus in promiſſionem, ſpiritualiter dabatur in cibum. Noſtra attamen, Chriſtum dicuntur dare nimirum, quòd eum veniſſe teſtantur, ut non amplius ſit exſpectandus. Deinde, noſtra pauciora eſſe certum eſt, ac habere majorem facilitatem. Significant etiam auguſtius, quia verba quæ dicuntur magis aperta ſunt, atque in veteri Teſtamento fuerint. Præterea felicitas eſt major: nam à jugo cæremoniarum ſumus liberi, & in extrema hora verſamur, magis vicini profectò regno Chriſti. Vberior etiam nunc eſt ſpiritus, latiuſque patet Eccleſia, quàm eo tempore, unde multi Reges & Prophetæ (inquit Chriſtus) deſiderarunt videre quæ vos videtis. Fuerunt etiam ſacramenta Legis ut Indicra in manibus puerorum, quia ſub pluribus cæremoniis, elementis variis, & multiplici pædagogia, inſtar puerorum, oportuit veterum ætatem exerceri. Sed his omnibus minime efficitur, Sacramenta veterum non habuiſſe, quòd attinet ad rem myſterij, eadem quæ noſtra habent. Nam Cyprianus libro 2. Epiſt. 3. habet: Dominus noſter Ieſus Chriſtus obtulit hoc idem quod Melchiſedech obtulerat, id eſt, panem, vinum, ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem. Auguſtinus contra Fauſtum lib. 19. cap. 16. Quanto errore delirent, qui putant ſignis ſacramentiſq; mutatis, etiam res ipſas eſſe diverſas. Et ibidem lib. 20. cap. 21. Hujus ſacrificij caro & ſanguis ante adventum Chriſti, per victimas ſimilitudinum promittebatur: in paſſione Chriſti, per ipſam veritatem reddebatur: poſt aſcenſum Chriſti, per Sacramentum memoriæ celebrabatur. Idem ſuper Ioan. tract. 26. Sacramenta illa fuerunt in ſignis diverſa, ſed in re, quæ ſignificatur, paria ſunt. Idem mox: Eundem ergo cibũ, eundem potum, ſed intelligentibus & credentibus: non intelligentibus autem, illud ſolum Manna, illa ſola aqua: credẽti autem, idem qui nunc. Tunc enim Chriſtus venturus, modò Chriſtus venit: venturus & venit diverſa verba ſunt, idem autem Chriſtus. Et Bertramus inter recentiores ita ſcribit: Eandem tamen eſcam ſpiritualem manducaſſe, & eundem potum ſpiritualem bibiſſe, Patres noſtros, S. Paulus aſſeverat. Quæris fortaſſe, quam eandem? nimirũ ipſam quam hodie populus credentium in Eccleſia manducat & bibit. Non enim diverſa licet intelligi, cùm unus idemque Chriſtus eſt, qui & populum in deſerto, in nube, & in mari baptizatum, ſua carne pavit, ſuo ſanguine tunc potavit, & in Eccleſiam nunc credentium populum, ſui corporis pane, & ſanguinis unda paſcit ac potat. Et mox idem: Mirum certè, incomprehenſibile & inæſtimabile, nondum hominẽ aſſumpſerat, nondum pro ſalute mundi mortem deguſtaverat, nondum ſanguine ſuo nos redemerat, & jam noſtri Patres in deſerto, per eſcam ſpiritualem potúmque inviſibilem, ejus corpus manducabant, & ejus ſanguinem bibebant: velut teſtis exiſtit Apoſtolus clamans, Eandem eſcam ſpiritualem. Et mox idem: Ipſe námque, qui nunc in Eccleſia omnipotẽti virtute, panem & vinum in ſui corporis carnem & proprij cruoris undam ſpiritualem convertit: ipſe tunc Manna de cœlo datum, corpus ſuum, & aquam de cœlo profuſam, proprium ſanguinem, inviſibiliter operatus eſt.

Mat. 13. 17.

1. Cor. 10. 3. 4.

10 Videmus præterea in Sacramento Baptiſmi, Spiritum ſanctum conferre remiſſionem peccatorũ: nec tamen iſta dicimur in aquis deliteſcere, imò & Chriſtum induimus, nec tamen ullus dicit, aquam tranſſubſtantiari. Chriſtum aiunt aliter in Euchariſtia eſſe, & aliter in Baptiſmo, quod ego non negaverim, modò concedant & in Baptiſmo eſſe. De modo, fateor in Baptiſmo Chriſtum nobis dari ut mediatorem, ut reconciliatorem, atque ut magis propriè loquar regeneratorem. Hic verò, ut cibus & alimentum nobis diſtribuitur. Deinde cum ſua tranſſubſtantiatione iſti maximè accedunt ad Marcionitarum tropum: nam dicunt. Videtur panis & non eſt: quod idem Marcion aiebat de carne & corpore Chriſti, quòd non fuiſſet vera caro, ſed tantùm appareret. Chriſtus non eſt præſtigiator, neque ſenſibus noſtris illudit. Probavit autem ſuam reſurrectionem à ſenſibus: Palpate inquit, & videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet. Potuiſſent Apoſtoli dicere, Palpamus & videmus, caro & corpus apparet, verum non eſt: atque inanis fuiſſet ea probatio, qua Chriſtus probavit ſe non eſſe phantaſma, ſed verum habere corpus. Et quòd ſuum proprium recepiſſet & non aliud, ex fiſſuris clavorum, & aperto latere, demonſtravit. Quod ejus argumentum, ſi detur locus his præſtigiis, nullius eſſet roboris. Quin & Patres, à proprietatibus & accidentibus humanæ naturæ argumentantur, Chriſtum verè hominem fuiſſe, quia eſuriit, dormivit, admiratus & contriſtatus eſt, & lacrymatus, & paſſus: quæ argumenta pereunt, ſi ex iſtis accidentibus nõ verè demonſtratur ſubſtantia, ut non liceat dicere, Eadem eſt figura, eſt idem ſapor, idem color qui panis eſſe conſuevit, ergo verè eſt panis. Nam fatebuntur hæretici, Chriſtum eſuriiſſe, admiratum, lacrymatum & paſſum eſſe, verùm cùm inde inferes, igitur verè fuit homo, negabunt conſequutionem. Dicent enim, proprietates iſtas potuiſſe in Chriſto habere locum, quamvis non adſit earum ſubſtãtia, videlicet humana natura. Aiunt quantum ad argumentum de Marcione, Illum potuiſſe capere anſam erroris ſui ex Evangelio, ubi ſcribitur de

Gal 3. 27. 3

Quomodo Chriſtus in Baptiſmo & in Euchariſtia detur.

Luc. 24. 39.

4 *Marcionitarũ error* 5

ibid. v. 4. Chriſtus non eſt præſtigiator. 6

7

Digitized by Google

Chriſto, Quod ſiccis plantis ambulaverit ſuper a-
quam, elevatus fuerit in cœlum, & elapſus è manib.
Iudæorum ut ſe non viderint, nec tamen propter i-
ſtud periculum Marcionitarum, hæc debere auferre
ex Evangelio. Quibus reſpondemus, in Evangeliis
deſcribi, Chriſtum ſemel aut iterum iſta feciſſe mi-
racula, ſed vos ponitis hæc perpetua eſſe. Et quæ in
Scripturis ſunt, ipſi non finximus, ideo non debemus
accuſari datæ occaſionis. At in his quæ fingimus, quę
exponimus & dogmatizamus abſque expreſſo Dei
verbo, cavendum eſt ne feneſtram hæreticis patefa-
ciamus.

Natura Sacramenti. 11 Corrumpitur adhæc natura Sacramẽti, de quo
Auguſtinus ſuper Ioannem inquit: Accedit verbum
8 ad elementum, & fit Sacramentum. Natura ejus eſt,
Quę ſit analogia ſymbolorum ad res in hoc ſacramẽto? ut componatur ex his duobus: ſed ut iſti ponunt ele-
menta, id eſt, panis & vinum, auferuntur, & tunc Au-
guſtinus dicere non debuit, Accedit verbum
ad elementum, ſed tollit vel aufert elementum. Et
cùm removeant naturas elementorum, perit analo-
gia ſignificationis. Panis ideò ſignificat corpus Chri-
ſti, quia alit, confirmat & ſuſtentat, quod accidenti-
1.Cor 11.17. bus tribuere non poſſumus. Eſt præterea ſignificatio
multorum granorum in unum collectorum, quæ re-
præſentat corpus myſticum, & ea non poteſt acci-
Tit.3.5. dentibus tribui. Unde Paulus dicebat, Multi ſumus
unus panis & unum corpus, quia de uno pane par-
Mat 26.26. ticipamus. In Baptiſmo, aqua dicitur lavacrum re-
Analogia ſymbolorum ad res in baptiſmo. generationis, & quia ſervatur ejus ſubbſtantia, id o-
ptimè convenit, quod accidentibus aquæ non qua-
draret. Et auferendo ſubſtantiam panis & vini, in
9 propoſitione, Hoc eſt corpus meum: verbo ſubſtanti-
vo, Eſt, abutuntur, pro tranſſubſtantiatur, converti-
tur, vel tranſmutatur. Nam dum profert illa verba
Domini, nondum panis eſt corpus Chriſti, unde ſi
acciperent, Eſt, ſua vera ſignificatione, falſum profer-
rent. Quare inter Scholaſticos nonnulli fatentur, Eſt,
verbum, debere ſumi pro fieri, mutari, aut converti.
Attribuunt deinde iſtam potentiam aut efficaciam
illis paucis verbis Domini, ut quoties repetuntur,
fiat iſta converſio, nec habent in Sacris literis ea de
10 re ullum verbũ. Et ſi quis diceret ea quæ Paulus ha-
bet, Matthæus, Marcus aut Lucas, putarent non con-
ſecrari. Vim enim totam alligant ad verba ſui Cano-
nis. Non autem ſcimus tunc haberi Sacramentum,
quando agimus quæ Chriſtus egit, & juſſit fieri: Is
verò non tantùm ea verba dixit, ſed gratias egit, pa-
nem fregit, comedit, atque aliis porrexit ad come-
dendum. Cumque multa hic ſint, omnia concurrunt
ad Sacramenti veritatem, nec aliquid iſtorum inter-
11 mitti debet. Mitto quod ignorant, an in verbis Chri-
ſti conſecratio habetur, an precibus. Exponunt ad-
12 hæc ſe magno periculo. Nam poſſet ſacrificulus ma-
lus & impoſtor illa verba reticere, immutare, aut in-
vertere. Præterea cùm intentionem (ut loquun-
tur) requirant conſecrantis, ille poſſet hæc a-
gendo, nil cogitare de conſecratione, & forte eam
nolle.

12 Incidunt in multa abſurda & inexplicabilia:
Nam ponunt ibi corpus eſſe poſſe in infinitis locis
13 ſimul, & eodem tempore. Sed ajunt, ſibi hoc non
obeſſe, quia etſi ibi ſit corpus Chriſti, non tamen hoc
fit per modum quanti. Et hoc eſt mirandum, quo-
modo ponant corpus, & quantum & verè adeſſe, nõ
Idem corpus non eſt ſimul in multis locis. tamen per motum quanti. Cùmque ſtatuant verè
adeſſe, & corporaliter & carnaliter, ut dicunt, ſed
non localiter, quis non videat iſta conficta eſſe ad e-
ludenda argumenta? Objiciunt hoc datum eſſe cor-
pori humano S. Ambroſij, qui dum Mediolani eſ-
ſet, Turoni interfuit exequiis divi Martini, & ibi
Miraculum Ambroſij. viſus eſt. Cur, inquiunt, non magis id conceden-
dum eſt corpori Chriſti, quod Ambroſius habuit?
Sed aſſumunt quod nos minimè damus. Nam fieri
potuit, ut Ambroſio revelaretur, ſibique fuerit viſus
adeſſe illis exequiis, atque opera Angelorum in il-
lis forte repræſentatus, & aſpectibus plebis: quod au-
tem verè fuerit corpus ejus utrobique, non dabi-
14 mus. Deinde poſſemus recitati miraculi penes au-
thorem fidem relinquere. Opponunt rurſus de ani-
mis, quod cum ſint creaturæ, attamen quilibet eo-
rum eſt in capite, & in omnibus membris corporis
noſtri. At valdè imprudenter faciunt, qui ſpiritum

A conferunt corpori, & quæ ſpiritui licent, velint dari
corporalibus. Apertè Chriſtus dixit, Spiritus carnem Luc.24.3.
& oſſa non habet: quo diſcrimen inter ea non me-
diocre poſuit. Deinde, ſi concedamus corpori dan-
dum quod animus noſter habet, non conſequitur
corpus Chriſti eſſe poſſe in diverſis locis: quia animus
noſter & Angeli non poſſunt eſſe in diverſis locis,
uno atque eodem tempore. Sunt enim creaturæ, at-
que ideo limitatæ finitæque virtutis.

13 Sequuntur & multa alia incommoda, quia ſi 15
B mures panes iſtos ſacros arroſerint, illi dicent eos Abſurda quæ ſequuntur tranſſubſtantiationem.
comedere accidentia. Quod ſi impleantur & ſaturen-
tur, hoc quoque erit opus accidentium: & ſi contin-
gat, ſacrificum verba illa proferre ſuper dolium vini,
& ciſtam panis, quæ ſatis ampla fuerit, & quæras, quid
impleat dolium, quid ciſtam, quidve etiam ventricu-
los eorum, qui inde comedunt & bibunt? reſponſu-
ri, accidentia. Et quia comedentes aluntur, nonnulli
eorum dicere auſi ſunt, Deum creare in ventriculis
C comedentium & bibentium, vel pituitam, vel alium
quempiam humorem, qui in ſanguinem converti
poſſit, unde illi nutriantur. Quod ſi comburatur il-
lud ſacramentum, ut fiebat Heſychij tempeſtate,
quod ipſe ſuper Levitico atteſtatur, idemque habet
Origenes ſuper eodem libro: cineres profectò reſi-
dui erunt, atque ita ſubſtantia procreabitur ex acci-
dentibus. Vermes item poſſunt oriri ex pane
conſecrato, & ibi etiam dicent, ſubſtantiam ex acci-
dentibus produci. Quamvis, ut ſunt audaces, quidam 16
D eorum fingunt, miraculo præcedentem materiam re-
duci, ex qua poſſunt iſta contingere. Sed ſi liceat mi-
racula hoc pacto augere ac fingere, facillimè quilibet
evadet Theologus: nam cuilibet difficiliori nodo
miraculum adhibebit, atque ita ſolvet omnia, quæ ſi-
bi objecta fuerint argumenta. Agunt hæc non ſo- 17
lùm miraculis, verumetiam ſophiſticis argutiis, ut Quid demonſtretur in propoſitione. Hoc eſt corpus meum? Pronomẽ hoc,
Scotus, quando urgetur in prolatione illorum ver-
borum, Hoc eſt corpus meum: ut nobis dicat, quid-
nam demonſtretur in ſubjecto propoſitionis: tandem
E reſpondet, Demonſtrari aliquod ſingulare ſive indi-
viduum generalioris ſubſtantiæ, quod cum prædica-
to idem refert, aut pro eodem (ut loquuntur) ſuppo-
nit: neque differunt inter ſe, quæ ſignificantur per
ſubjectum & prædicatum, niſi varia concipiendi ra-
tione. Vide in quæ proruant, & tamen non adhuc e-
vadunt. Nondum enim reſponſum eſt ab eis, quid
demonſtretur, cùm dicitur, Hoc eſt corpus meum.
Roffenſis inquit in his propoſitionibus, quando ali-
quid mutatur in aliud, nõ eſſe abſurdum, ut id quod
F antea fuit demonſtretur: & ſic admittit; Hoc eſt cor-
pus meum, ut demonſtretur panis qui fuerat, & mu-
tatur in corpus Chriſti, dum ita dicuntur. Sed tunc
ego dico propoſitionem non rectè formari: Nam de-
buit dici, Hoc fit corpus meum, vel hoc convertitur
in corpus meum, alioquin ſi dicatur: Hoc eſt corpus
meum, locutio fit impropria.

14 Qui ponunt corpus Chriſti realiter conjungi 18
ſymbolis, conſervatis panis inquam & vini naturis,
ſic argumentantur contra tranſſubſtantiationem.
G Quid habent accidentia aut dignitatis, aut privile-
gij, ut poſſint conjungi cum corpore Chriſti, quod
ſubſtantiæ & naturæ panis negari debeat? Etſi mane-
re poſſunt accidentia, quare non item ſubſtantia pa-
nis retinebitur? Imò complures ex Patribus hoc fieri 19
ſupponunt, & inde ſimilitudinem accipiunt ad oſtẽ- Quid frangatur in Euchariſtia?
dendam humanam & divinam in Chriſto naturas
verè manere, & ita manere, ut una in alteram non
tranſeat: Quorum ſententias ſuo loco inducemus.
Incidunt & in aliud abſurdum: Nam dum frangunt
H Sacramentum, ab eis quærimus, quid ibi frangatur:
hìc ambigunt, & quidam dixerunt, ut atteſtatur Ma-
giſter ſententiarum in quarto, eſſentiam ſive ſub-
ſtantiam corporis Chriſti frangi. Sed confutatur ab
eo iſta ſententia, quod Chriſti corpus immortale ſit,
& ideo non afficiatur his rebus & novis caſibus. Alij
fuerunt, qui dicerent fractionem illam non eſſe ve-
ram, ſed tantùm apparere, & ita videri ſenſibus no-
ſtris. Et hoc item repudiatur, ne conſtituamus hìc
perpetuam illuſionem. Tandemque inquiunt, acci- 20
I dentia eſſe quæ frangantur, & quum ponant quan-
titatem quodammodo mathematicam, id eſt à mate-
ria ſeparatam: quæ ſi dividitur, id tantùm vi mentis
& fa-

Digitized by Google

& facultate intellectus fit, iſti etiam reipſa dividunt,
ut partes quam manifeſtiſſimè videantur ſeparatæ.
Ier. 11. 19. In Hieremia legitur, Mittamus lignum in panem e-
Tranſſubſtantiatores figuras veteris Teſtamenti tollunt. jus: qui locus à Tertulliano citatur, & à Lactantio:
& interpretantur hoc dictum fuiſſe de ligno crucis
in corpus Chriſti mittendo: paniſque mentionem
fieri volunt, eò quod per panē Chriſtus erat ſeipſum
Gen. 14. 18. nobis daturus. Et quod Propheta dicit, figuram fuiſ-
ſe volunt panis ſacramenti, quem iſti cùm auferant,
& ſolùm figuram nobis relinquant, ponunt figuram
figuræ, ut nil ſolidi ſubſiſtat. Quod idem colligi po-
teſt ex eo, quod ſæpius adducitur à Patribus de Mel-
chiſedech, qui panem & vinum protulit: cujus typus
ab iſtis non obſervatur, quando panem & vinum
ſubmovent. Ac de panibus propoſitionis idem ſe-
quitur.
21 15 Rurſus adducemus rationem à Baptiſmo
ſumptam. Paulò ante inde argumentabamur, quòd
ad illius ſacramenti veritatem non requirebatur, ut
aqua tranſſubſtantiaretur: nunc ratiocinamur ab ipſis
hominibus qui tinguntur, de quibus apertè Scriptu-
ra inquit, quòd veterem hominem deponunt, & rur-
Mutatio noſtri in baptiſmo. ſus generantur: nec ulla tamen in eis finguntur
tranſſubſtantiatio, & nihilominus generatio deſcri-
bitur motus, quo nova ſubſtantia acquiritur. Ideo
Ioan. 3. 5. non eſt mirandum, Nicodemum impegiſſe in verba
Domini, quibus ei denuntiabatur naſcendum eſſe
denuo. Dum enim cogitaret prædicari novam gene-
rationem homini jam producto & ætatis adeò pro-
vectæ, hæſitavit. Quod ſi interpretamur, illam gene-
rationem novam, & nativitatem ſpiritualem eſſe,
Baptiſmi & Euchariſtiæ conformita. cur idem facere dedignamur in Euchariſtia? & ad ſpi-
ritualem manducationem omnia non traducimus?
1. Cor. 12. 13. Libenter hæc duo Sacramenta, Baptiſmum & Eu-
chariſtiam, conjungo, quia Paulus in Epiſt. ad Co-
rinth. cap. 12. ea ſimul connectit, quando inquit; Nos
omnes per unum ſpiritum in unum corpus bapti-
22 zati ſumus, & omnes in unum ſpiritum potati. Ne-
que valet ſi dixeris, nos baptizari in idem corpus, vi-
delicet myſticum, quia à corpore myſtico non abeſt
Gal. 3. 27. Chriſtus, cùm ſit ejus caput. Et alibi dicit Paulus
quàm apertiſſimè, Nos in baptiſmo Chriſtum in-
duere. Videmus prætereà ſcriptores ſacros, ex cap. 6.
Ioan. cap. 6. quomodo pertineat ad Euchariſtiam? Ioannis multa adducere de Sacramento Euchari-
ſtiæ: imò nullus ex Patribus eſt, qui illud caput in-
terpretando, non ſcribat copioſè de Euchariſtia, un-
de ſic rationem connectimus. Vel quæ ibi dicuntur
ad hoc ſacramentum faciunt, vel non faciunt. Si huc
non pertinent, quorſum ea citare, aut ex illis locis de
Euchariſtia diſſerere? Sin vero horſum ſpectant, cùm
ibi ſit manducatio tantùm ſpiritualis, id eſt, per fi-
dem, qua ſuſcipiatur verum corpus & ſanguis Chri-
ſti: quid oportet novam aliam inducere perceptio-
nem carnalémque manducationem comminiſci,
qua idem rurſus accipiatur? Nam ſi demus aliquem
accedere pium & fidelem, tunc iſti cogentur admit-
tere, eum bis corpus Chriſti comedere: Primùm ſpi-
rituali manducatione per fidem, poſtea ſua carnali,
23 quam nunquam probarunt. Atque ita vides eos præ-
cludere ſibi viam, ut non poſſint de Euchariſtia ve-
Ioan. 6. 23. rè citare ea teſtimonia, quæ habet in 6. cap. Ioann.
Et dum tranſſubſtantiationem conſtituunt, ejuſdem
Error Capernaitarum. erroris taxantur atque Capernaitæ. Illi quoque
mente volvebant neſcio quam corporalem carnis
Chriſti manducationem, à quo cogitatu ſtatim Chri-
Ioan. 6. 62. ſtus eos revocavit, cùm diceret: Verba ſua, ſpiritum
eſſe & vitam, Carnem nihil prodeſſe. Et illis objecit
ſuæ aſcenſionis in cœlum mentionem dicens: Quid
ſi videritis Filium hominis aſcendentem in cœlum,
ubi erat prius? Verùm iſti dicunt, ſe non eadem ſen-
tire quæ Capernaitæ: Nam inquiunt, Illi cogita-
bant carnes Chriſti diſſecandas in fruſta, & dentibus
dilacerandas, idcirco abhorruerunt. Attamen de ima-
ginatione Capernaitarum ſpeciali, quicquid ſit, ſcire
non poſſunt: ſed veriſimile eſt eos carnaliter ſenſiſſe,
ideo mentione aſcenſionis in cœlum moventur. Cur
iſti ſeipſos non docent? qui dicere audent ſe Chri-
ſtum manducare, & carnaliter & corporaliter? Quid
intereſt, ſive per partes accipias, ſive totum ſimul de-
glutias?
24 16 Huc accedit, Chriſtum dixiſſe Apoſtolis ad
Ioan. 14. & deinceps. finem vitæ, quòd mundum relinqueret, & ab illis

A recederet: quòd non eſſet verum, ſi per tranſſub-
ſtantiationem, ut iſti volunt, nobiſcum eſſet. Re-
ſpondere conſueverunt, Chriſtum reliquiſſe mun- Ioan. 16. 2.
dum, quoad mortales conditiones, familiaritatem & Chriſtus reliquit mundum.
converſationem corporalem. Arguta quidem iſta
ſunt, ſed ad rem non faciunt. Nam cum hæc loquu-
tus eſt Chriſtus, Philippus reſpondit: Ecce jam lo-
queris palàm, & abſque parabolis. Verum ſi ita fuiſ-
ſet intelligendum, obſcura erat oratio & parabolica.
B Deinde, ſi Chriſtus ita corporaliter nobiſcum manet
in Euchariſtia, poterit eadem ratione & in cordibus
noſtris, & in nobiſipſis manere. Idcirco potuiſſet per
ſemetipſum, poſt aſcenſionem, Eccleſiam adhuc re-
gere, & Apoſtolis adeſſe. Is tamen dicit, ſe velle dare
vicarium loco ſui, nimirum Spiritum Sanctum, qui
non fuiſſet neceſſarius, ſi totus Chriſtus, quoad divi-
nitatem & humanitatem (ut iſti volunt) adeſſet. Nā
in unoquoque noſtrûm, cùm ſit caro & corpus ejus,
per communicationem (juxta eorum doctrinam) &
C divinitas adſit, per ſeipſum agere poterat, abſque
monitore Spiritu ſancto. Maria Domini mater, Luc. 1. 34.
beatiſſima virgo, cùm audiſſet ab Angelo verbum
Dei ſuſcepturum eſſe carnem, atque ad concipien-
dum & pariendum filium Dei ſe delectam eſſe, hæc
nova & admiranda judicavit, interrogavitque, iſtud
quomodo fieret, & quæ ſequuntur? Hæc autem trāſ- 25
mutatio panis in corpus Chriſti cum non ſit levior
eo myſterio incarnationis & nativitatis ex virgine,
mirum eſt, quomodo in Scripturis ſacris ea de re
D nulla inveniatur vel admiratio vel interrogatio. Et
in nullis Evangeliſtarum vel Apoſtolorum ſcriptis,
iſta fides tranſſubſtantiationis nobis commendatur,
cùm ſit res magni momenti. Neque audimus non- Admiratio vel interrogatio de Euchariſtia.
nullos, qui dicūt præceſſiſſe interrogationem in c. 6.
Ioan. quia reſponſum ibi datum de manducatione
ſpirituali, nunc volunt traducere ad hanc ſacramen- Ioan. 6. 59.
talem, quam tamen aliam ab illa ponunt. Pro no-
bis itaque facit ea interrogatio & reſponſio, ſed
iſtis nihil prodeſt, qui aliam ab illa ſpirituali mandu-
E cationem confingunt, iſtam ſcilicet, de qua modò
agimus.
17 Conſequuntur alia incommoda atque abſur- 26
da iſtorum fictionem. Nam Chriſtus dicebat. Volo Ioan. 12. 26.
ut ubi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus: atque Apo- Ioan. 14. 2.
ſtolis identidem dixit. Et in Apocal. legitur de qui- Apoc. 14. 4.
buſdam martyribus, Sequuntur eum quocunq; ierit:
Vnde concluderetur, in Euchariſtia non ſolum trāſ-
ſubſtantiationem ponendam in corpus Chriſti, ſed
in omnes ſanctos. Quod ſi illis diſplicet, Chriſtum
F relinquant in cœlo cum ſanctis ſuis, alioquin illum
ſequentur per concomitantiam. At dicūt, illum quo-
que in cœlo ſinimus, viſibilem, & in ſua majeſtate ac
gloria, hîc tamen in Sacramento inviſibilem poni-
mus. Et quæ objiciuntur de comitatu Sanctorum &
Martyrum vera ſunt, quoad Chriſtum prout in cœlo
eſt viſibilis in ſua gloria & majeſtate. Ruinoſo fun-
damento innititur hæc reſponſio: nam accipit idem
corpus Chriſti ſimul eſſe in multis locis, quod Pa-
tres negant. Accipit Chriſtum eſſe nobiſcum quoad Ioan. 14. 10.
G hæc ſe alium miſſurum in ſuo loco, ſcilicet Spiritum
ſanctum. Neque poſſunt effugere, Chriſtum habuiſ- 27
ſe duo corpora, quandoquidem in cœna cum panem Quomodo Chriſtus geſſet ſeipſum & manducet ſeipſum.
accepiſſet in manibus ſuis, ſi is fuiſſet tranſſubſtan-
tiatus in corpus eius, tamen corpus ſuum ipſemet
geſtaſſet ſuo corpore, oporteréttque concedere idem
corpus geſtans, & corpus geſtatum, cum tamen idem
agens & patiens, reſpectu ejuſdem pro eodem tem-
pore, eſſe non poſſit. Et ita videmus in quæ abſurda
ſe conjiciant. Solent adducere Auguſt. in Pſalm. qui
H dixerit, Chriſtum geſtaſſe ſeipſum manibus ſuis. Sed
ſi locus reſpiciatur qui eſt in 33 Pſal. ſcribitur, Quòd
ferebat ſemetipſum manibus ſuis quodammodo, at-
que id nos concedimus, quia geſtabat in manib. ſuis
corporis ſui ſacramentum, non autem propriè ac
realiter corpus ſuum. Adde, quia Chriſtus commu-
nicavit cum Apoſtolis, conſequi quòd ſeipſum man-
ducaverit. Verùm conſueverunt reſpondere: Iſta
ſunt exercitia noſtræ fidei. Sed occurrimus nos habe-
re longè alias Scripturæ ſententias, in quibus fides
I noſtra ſe exerceat, quam in his quæ homines con- Verba fidei noſtræ exercitia.
finxerunt. Credimus incarnatum filium Dei, ex vir-
gine natum, paſſum pro nobis, & mortuum, excita-

cum ab inferis,& in cœlos aſſumptum , & complura
hujus generis , in quibus abunde ſatis fides noſtra
28 exercetur. Cumque iſtam tranſſubſtantiationem
ſenſus non attingat,ratio non intelligat, experientia
non doceat, quomodo percipietur? ſcio,dices per fi-
dem. At ſi fide ſit agendum,ipſa ſine verbo Dei non
poterit haberi,& eo prorſus deſtituimini.
29 18 Præterea,cum Chriſtus hoc ſacramentum fe-
cerit duarum partium , nimirum corporis & ſangui-
nis, ex eo ſatis patet , rem non eſſe accipiendam per
hanc tranſſubſtantiationem, quia in corpore Chriſti
reali & carnali,hæc non dividuntur. Sed habent ſuf-
fugium, & aiunt tantum in una cõtineri iſtarum par-
tium atque in altera. Nos quidem audimus illos hoc
aſſerere ; cæterum Scripturæ verba hoc non docent,
ſed non tantùm ad panem mentio fit corporis , & ad
calicem ſolummodo commemoratur ſanguis. Re-
ſpondent quoad panem , vi verborum tranſſubſtan-
tiatio fit in corpore Chriſti , vel in carnem Chriſti
proprie & per ſe. per concomitantiam vero,ſequitur
& ſanguis,& anima & divinitas. Atque de calice idé-
tidem dicunt , quod efficacia verborum, primùm ac
propriè tranſſubſtantiatio fit in ſanguinem : ſed per
concomitantiam,& corpus habetur, & anima,& divi-
nitas. Et hac ſua argutia , Chriſtum faciunt minus
providum, qui duabus partibus nihil plus tradiderit,
quàm in una earum ſeorſim contineatur. Et ex fi-
ctione ſua natum eſt,ut poſtea ſacramentum diviſe-
rint, & dando Laicis tantummodo alteram partem,
perſuaſerint eis , quod tantundem habeant, atque ſi
ambas partes accepiſſent. Addas , quod iſto ſuo
commento feneſtram patefaciunt multis dogmati-
bus ſuppoſititiis , quia nullum eſt dogma,cui non
poſſint infinita annectere per ſuam concomitan-
tiam. Et ſequeretur , ut ſupra docebamus, omnes
ſanctos huic ſacramento adeſſe , cùm ſemper comi-
tentur Chriſtum. Sed unica ratio, qua eos depelli-
mus,eſt ipſos hoc docere, Scripturam vero non ita
loqui.

Concomitãtia quam ponunt, quale figmentum?

30 19 Conſequutum eſt etiam tranſſubſtantiatiõe
aliud ſtultum abſurdúmque dogma , quod putarunt
poſt ſacramentorum perceptionem , adhuc manere
ſacramentum,& panem,ſive panis ſpecies,realiter at-
que vere continere in ſe corpus Chriſti : quod ita ſe
habere oſtendimus per alia ſacramenta , ubi totum
in actione conſiſtit , qua ſublata,non eſt amplius ſa-
cramentum. In Baptiſmo patet, cùm quis tinctus aut
perfuſus aqua fuerit per verba Domini,tum ceſſat ſa-
cramentum eſſe. Quod idem in circumciſione fuit,
nam & id ſacramentum in actione ſitum erat. Ne-
que dedignabor accipere ea quæ ab illis appellan-
tur Sacramenta,ut eſt confirmatio , extrema unctio,
pœnitentia,& alia generis ejuſdem , quæ omnia vi-
demus in actione tantum habere locum. At, ſolent
dicere eſſe accipiendum hoc ſacramentum Euchari-
31 ſtiæ. Id autem adverſarij quàm dialectice dicant,fa-
cile intelligitur , quando omnes partes inductionis
conceduntur : & ſolummodo ponitur inſtantia de re
controverſa:quis non videat id perperam fieri, & ſo-
lum ad eludendum argumentum ? Nam illud eſt
quodammodo præmiſſas dare , & negare concluſio-
nem. Et propter hæc inaudita portenta hujus meta-
morphoſeos, impeditur præcipuus & commendatus
nobis finis à Chriſto in ſacris literis : nimirum com-
memoratio Chriſti & mortis ejus. Nam hic tota
mens & animus iſtorũ occupatur in credenda tranſ-
ſubſtantiatione.Imo videas nonnullos ſacrificos,qui
cum venitur ad communionem , hoc tantummodo
urgent & inculcant credendum prætermis aliis, quæ
magis neceſſaria ſunt. Atque ob hanc fictionem red-
dita eſt communio infrequentior, quia illa perſuaſa,
cœperunt homines cogitare. Si Chriſtus corporali-
ter & carnaliter ibi eſt opertus accidentibus , ibimus
ſane uſque ad templum , videbimus,adorabimus,in-
vocabimus , candelas accendemus , & alia hujus ge-
neris , quibus putarunt ſe poſſe gratificari Chriſto.
Quod ſi non opinati eſſent,ſed exiſtimaſſent, ut re-
vera eſt,tantummodo Sacramentum eſſe: intellexiſ-
ſent inde ſe non habituros commodum,niſi commu-
nicaſſent,& eorum animi fuiſſent magis ad commu-
nionem accenſi , quod ſatisfacere vere eſt inſtitutio-

Extra uſum ſacramẽta nõ permanent.

Finis præcipuus Euchariſtiæ,impeditur per tranſſubſtantiationem.

Per eandem impedita eſt frequens communio.

A ni Chriſti.
20 Oportet deinde revocare in animum , tranſi-
viſſe tempus humilitatis & demiſſionis Chriſti : jam
in cœlis regnat,& nomen habet quod eſt ſuper om-
ne nomen. Quid itaque oportuit per hanc tranſſub-
ſtantiationem illum rurſus demittere quoad corpus,
in fauces & ventriculos communicantium ? Scio di-
cunt , non læditur , nullam contrahit immunditiem:
Fatebor,attamen parum decet, ut (quemadmodum
B dicunt) tamdiu ſub illis accidentibus detineatur,
quoad ipſa manent integra , quæ cum diſſoluta fue-
rint,corpus Chriſti aiunt evolare. Quò fit, ut eum
cogant quotidie,& potiſſimum uſque ad horas meri-
dianas,perpetuò devolare & avolare. Sed inquiunt, 32
has cogitationes oportet faceſſere , cum ipſi eas
ſuggerant ſua carnali tranſſubſtantiatione. Si poſ- 33
ſent adduci ut omnia ſpiritualiter illic ageremus,
nulla eſſet hujuſmodi cogitatio. Deinque ponunt 34
ſuum & naturale & carnale corpus præſens : num id
C faciunt,ut penetret animum noſtrum ? vel ut inſi-
nuet ſe in corpus ? In animum dicere non poſſunt, 35
quia nil ibi carnaliter & corporaliter accipitur.Quod
ſi voluerint corpus ab eo penetrari , interrogamus,
quid hoc illi faciet ? Reſpondebunt,ut homo ſancti-
ficetur.Sed par eſt,ut ſanctificatio ab animo incipiat
non à corpore.Dicunt quidam, vis & efficacia impri-
mitur per aquam , & animus redditur melior, & cor-
pus quoque confirmatur. At ſi de virtute agatur,hoc
per tranſſubſtantiationem fieri non eſt neceſſarium,
D cùm abſque ea id haberi poſſit. Et veteres,cùm trade-
rent ſacramenti hujus naturam , dixerunt incruen- 36
tam hoſtiam ſic ſacrificari : quod parum conveniet,ſi
verum & corporalem ſanguinem haberi conſtitua-
mus. Neque ſatisfacit quod aiunt,hoſtiam eſſe in-
cruentam , quia hic Chriſtus non occidatur,neque
violenter ſanguis eius educatur. Nam etſi iſta non
fiant,attamen ſine ſanguine(ut eſt craſſa eorum ima-
ginatio)res non peragitur. Unde liquet,Patres ideo
ſic loquutos , quod hic veræ hoſtiæ tantum memo-
E riam voluerint , ejuſque ſpiritualem perceptionem, 37
quæ fide habeatur. Solent præterea dicere,corpus &
ſanguinem Chriſti velari ac operiri accidentibus pa-
nis & vini,ne crudis carnibus videamur veſci,cruore
ſanguineque potari.Sed iſtos homines non putarim
dicere , utcunque rem pingant aut colorent, ſi eo-
rum tranſſubſtantiatio vera ſit , nos non veſci crudis
carnibus. Quandoquidem ut coquantur , neque
per eos , neque per Scripturas inducitur ratio. Et
tamen ſcriptum eſt de agno Paſchali , qui fuit Sacra-
F menti hujus figura, ut nihil crudum ex eo comede-
retur.
21 Adhæc videmus Chriſtum in Euchariſtia ſa-
cramentum inſtituiſſe , quo fit, ut ibi omnia ſint ac-
cipienda ſacramentaliter : neque requiritur ut in ſa-
cramentis plus aut donetur aut exigatur , quam ſa-
cramentalis ratio poſtulat. Deinde, ſi expendamus,
quod in ipſa cœna poſtrema Chriſtus egerit, rem fa-
cile deprehendemus : & corpus ſuum dediſſe aſſeri-
tur. Si interrogamus ulterius , quale dederit te expe-
G dire non poſſunt.Videntur aliqui dicere,eum dediſ- 38
ſe quale habuit,nimirum paſſibile & mortale. Cæ- 39
terum, tale corpus cum illis conditionibus quas tunc
habuit,non potuit carnaliter,ut iſti ſomniant, conti-
neri in parvis fruſtulis panis. Verum alij qui ſibi vi-
dentur prudentiores, aiunt : Chriſtum in ſeipſo cor-
pus & mortale & paſſibile habuiſſe , ſed in pane de-
diſſe glorificatum & ſpirituale corpus. Tunc facit
adverſus iſtos quod legimus in verbis Domini , Hoc
H eſt corpus meum quod pro vobis traditur,& ſanguis
qui pro vobis effunditur : ubi aperte contrahit ſer-
monem,& ad corpus quod tunc habuit,& ad ſangui-
nem quo ea hora utebatur. Nam iſta glorificata &
impaſſibilia non accepit , niſi poſt reſurrectionem.
Sed fac ita eſſe ut ponunt : Argumentamur,Condi-
tiones corporis paſſibilis & glorificati opponuntur,
ita ut non poſſint ſimul eſſe atque eodem tempore
in eodem ſubjecto : unde ſequitur , ſi vultis eas poni
in corpore Chriſti pro eodem tempore,ut geminum
I faciatis corpus Chriſti. Experientia & hiſtoriæ nos
docent , non dandam tranſſubſtantiationem , quia 40
Victorem pontificem Rom. periiſſe ſcribunt hauſto
veneno

Corp. Chriſti demittitur parum honeſte.

Sanctificatio incipit ab animo non à corpore.

Incruenta hoſtia.

In ſacramẽtis omnia par eſt. ut accipiantur ſacramentaliter.

Mat. 26.26.

An glorificatum corpus an paſſibile dederit Chriſtus.

41 veneno ex calice. Atque Henricus Impetator vene-
Materia ſacramenti nõ poteſt abjici. num hauſit ex pane accepto in Euchariſtia. Si om-
nia illic tranſſubſtantiantur, & ſolùm accidentia ſu-
perſunt, quî potuerunt iſta fieri? Scimus ſacramenta
quælibet, in ipſimet adverſarij loquuntur, materia &
forma conſtare. Materiam dicunt ſymbola, vel ele-
42 mẽta: Formam verò, id quod adjicitur verbo. Quod
autem componitur ex duobus, non debes abjicere
alterum, ut nihil ex eo niſi accidentia ſuperſint, alio-
quin compoſitionis & conjunctionis natura non
ſervaretur: ideo concluditur, panis & vini ſubſtantias
Corp. Chriſti ſpoliãt quãtitate. remanere. Dúmque non animadvertunt, corpus
Chriſti exuitur per eos quantitate, ſitu & diſtantia
partium, ita ut cogatur eſſe totum ejus corpus in
minima ejus particula.

43 22 Sacramentum hoc non tantùm dicitur Chri-
ſti corporis Servatoris noſtri, ſed etiam corporis my-
1. Cor. 12. 27. ſtici: Unde Paulus in 1. ad Cor. dicebat, Vos corpus
1 Cor. 10. 17. Chriſti eſtis, Itémque, Multi ſumus unus panis, &
Panis nõ trãſſubſtantiatur in corpus myſticum, ergo nec in corpus Chriſti. unum corpus, qui de uno pane participamus. Et Au-
guſt. 22. de Civ. Dei cap. 10. Chriſtianos inquit non
offerre ſacrificium martyribus. Sacrificium verò eſt
corpus Chriſti, quod martyribus non offertur, quia i-
pſi id ſunt, videlicet corpus Chriſti. Itaque cùm hoc
ſacramentum ſit utriuſque corporis, quemadmodum
non ponunt ut panis tranſſubſtantietur in corpus
myſticum, ita non exigetur, ut vere propriè conver-
tatur in corpus Domini, cùm utriuſque corporis ex
æquo prædicetur ſacramentum. Et ſequeretur ex iſta
opinione, tam fideles quàm infideles recipere cor-
pus Domini: quod à me alibi eſt improbatum du-
plici argumento. Primum, quod cùm Chriſti corpus
44 *Impij non ſumunt verum corpus Chriſti.* non avelletur à ſpiritu Chriſti, conſequeretur, im-
pios ſpiritum Chriſti percipere. Deinde, Cùm infi-
deles mortui ſint quoad interiorem hominem, om-
nino carent inſtrumento quo ſpiritualia recipiant.
Et Auguſt. aperte dixit, non comedere corpus Chri-
ſti, niſi eos qui ſunt ex ejus corpore. Et Hieronymus
lib. 4. in Hierem. c. 22. quoque infert, Non comedent
& bibent, ſubauditur corpus & ſanguinem Salvato-
ris: loquebatur autẽ de hæreticis. Idémq; in Eſaiam
c. 66. Dum non ſunt ſancti corpore & ſpiritu, nec co-
medunt carnem Ieſu, nec bibunt ſanguinem ejus. Et
complura hujuſmodi loca habentur ex Patribus. Et
quod ſæpenumero hic multa miracula nobis obten-
dunt, non tam facilè credendum eſt, quia non ſolent
miracula induci, niſi quòd ſint res novæ & admiran-
dæ: ex quarum inſueto eventu, pondus adjicitur ver-
bo Dei. Etenim ibi homines admiratione percellun-
tur, & facile induci poſſunt ad Chriſti dogmata cõ-
plectenda. Sed hic nil viſibile immutatur, & nihil eſt
45 *Hîc fruſtra à miraculis opẽ implorant.* quod admirationem excitare valeat: unde fruſtra vi-
dentur à miraculis opem implorare. Virgo ſanè con-
cipiebat ex Spiritu ſancto, ſed hoc ipſa fieri ſenſit.
Etſi quando ſunt aliqui converſi ad Chriſtum, ſenſe-
runt animum ſuum & vitam immutari à priſtina cõ-
verſatione. Aſt hic nihil ſentitur horum miraculo-
rum quæ confingunt; tantùm prædicatur, ſed nulla
ratione, vel experientia, vel Scriptura probari poſ-
ſunt. Addas jam dictis, eodem modo ſe habere fra-
ctionem panis ad mortem & paſſionem Chriſti, quo
ſe habet panis & corpus. Fractio autem (ut aſſeverant
ipſi quoque) ſacramentum eſt & ſymbolum paſſio-
nis Chriſti, nec tamen tranſſubſtantiatur ita, ut verè
illam ac realiter præſentem faciat: igitur neque pa-
nis mutabitur ita in corpus, ut illud præſens eſſe car-
naliter efficiat: atque ita cum iſta ſententia non ha-
beat, niſi λογομαχίας & labyrinthos inextricabiles, ad
pietatem non conducit.

23 Sed nunc de Patribus videndum eſt, an ita ſen-
Irenæus. tiant. Irenæus adverſus hæreticos Valentinianos. Pa-
nis terrenus, inquit, accepta vocatione à verbo Dei,
non amplius eſt communis panis, ſed efficitur Eu-
chariſtia, quæ conſtat ex duabus rebus, nimirum ter-
rena & cœleſti. Inprimis, non negat Euchariſtiam,
panem eſſe, niſi illum communem feceris. Poſtea di-
cit, ex duabus rebus cõſtare, quarũ una terreſtris eſt,
ut panis: altera cœleſtis, ut corpus Chriſti. Atque ut
ex una parte retinetur veritas, ſcilicet quoad corpus
Domini, ita in altera eſt cõſervanda, videlicet quoad
panem. Et addit per ſimilitudinem, ita corpora no-
ſtra illam ſumentia, non ſunt amplius corruptibilia.

A Tertullianus lib. 1. contra Marcionem ait: Deum pa- *Tertullianus.*
nem creaturam ſuam non abjeciſſe, quandoquidem
illo corpus ſuum repræſentavit. Et lib. 4. contra eun-
dem Marcionem: Acceptum panem & diſtributum
diſcipulis, corpus ſuum illum fecit: Hoc eſt corpus
meum dicendo, id eſt figura corporis mei. Figura au-
tem non eſſet, niſi veritatis eſſet corpus. Origenes in *Origenes.*
Numeros, Hom. 16. Bibere dicimur ſanguinem Chri-
ſti non ſolùm ritu ſacramentorum, ſed & cùm ſer-
B mones ejus recipimus. Quod idem & Hieronymus
quandoque ſcripſit ſuper Eccleſiaſt. c. 2. Idem Orige-
nes in Matthæum cap. 26. Panis iſte, quem Deus ver-
bum corpus ſuum eſſe fatetur, verbum eſt nutrito-
rium animorum. In Leviticum Homil. 7. Eſt enim in
Evangelio litera quæ occidit, non ſolum in veteri
Teſtamento: Si enim ſecundum literam ſequaris,
quod dictum eſt, Niſi mãducaveritis carnem meam,
& quæ ſequuntur. Et in eodem lib. Hom. 9. Non hæ-
reas in ſanguine carnis, ſed diſce potius ſanguinem
C Verbi, & audi ipſum tibi dicentem; Quia hic ſanguis
meus eſt, qui pro vobis effunditur. Origenes in
Matth. c. 15. Panis ſanctificatus, juxta id quod habet
materiale, in ventrem abit, & in ſeceſſum ejicitur. Et
mox, Nec materia panis, ſed ſuper illum dictus ſermo
eſt qui prodeſt, non indignè Domino, comedenti il-
lum. Idem contra Celſum lib. 8. Vbi pro collatis in
nos beneficiis, gratias diximus, oblatis panibus ve-
ſcimur.

24 Cyprianus epiſt. 6. 1. lib. ad Magnum, dicit: Do- *Cyprianus.*
D minus de multorum granorum adunatione conge-
ſtum, corpus ſuum, panem vocat: & vinum, ſuum ſan-
guinem de botris atque acinis pluribus expreſſum.
Dúmq; interpretatur orationem Dominicam: Cor-
pus Domini panem appellat. Et in ſerm. de Cœna
Domini inquit, Nos non acuere dentem, ſed tantùm
ſyncera fide panem frangere & manducare. In ſerm.
de Chriſmate apertè dicit; Sacramenta habere no-
mina earum rerum quas ſignificant. Quæ duo Au-
guſtinus videtur ab eo mutuatus: Poſtremum in E-
E piſtola ad Bonifacium. Alterum verò cùm inquit:
Quid paras dentem aut ventrem? crede & mandu-
caſti, tracta. 25. ſuper Ioan. Sed idem Cyprianus epiſt.
3. lib. 2. ad Cæcilium; In vino inquit, demonſtrari ſan-
guinem Domini. Et contra Aquarios aſſerit, nõ poſ-
ſe videri adeſſe ſanguinem Chriſti in calice, ſi vinum
ibi eſſe deſinat, quod fit per iſtorum tranſſubſtantia-
tionem. Et in ſermone de cœna Domini ſcribit, mu-
tari ſymbola in corpus Chriſti, ſed ita ut ſimile acci-
piat ab ipſomet Chriſto, in quo natura humana ap-
F parebat, & divina latebat. Ex quo ſimili, vides eum
velle, ut in Chriſto manſerunt duæ naturæ, ita & in
hoc ſacramento ſervatas eſſe. Cyprianus item in E-
piſt. 3. lib. 2. Quomodo nec corpus Domini poteſt
eſſe farina ſola, aut aqua ſola, niſi utrunque aduna-
tum fuerit & copulatum, & panis unius compage
ſolidatum, quo & ipſo ſacramento populus noſter o-
ſtenditur adunatus. Et Athanaſius exponens illa ver- *Athanaſius.*
ba, Si quis dixerit verbum contra Filium hominis,
remittitur ei: Qui verò contra Spiritum ſanctum, ne-
G que in hoc ſeculo, neque in altero remittetur ei, ſcri-
bit: & quantum eſſe corpus, adhoc, ut totùs mundus
ex eo ederet? ſed ſpiritualiter infert rem accipien-
dam eſſe: & idcirco Dominum eo loco mentio-
nem feciſſe aſcenſionis ſuæ adverſus Capernaitas.
Baſilius in Liturgia, panem appellat ἀντίτυπα, Cor- *Baſilius.*
poris Chriſti, atque id poſt verba conſecrationis.
Dionyſius de Hierarchia Eccleſiaſtica c. 3. Pontifex *Dionyſius.*
opertum panem & individuum aperit, & in fruſta
concidens.

H 25 Ambroſius expoſitione epiſt. 1. ad Corinth. *Ambroſius.*
Cùm agitur ut hoc fiat in memoriam Chriſti & *1. Cor. 11. 25.*
mortis ejus, inquit. Nos in edendo & potando car-
nem & ſanguinem Chriſti, quæ oblata ſunt, ſignifi-
camus. Atque idem circa eundem locum nos ait in
typum ſanguinis Chriſti accipere calicem myſticum.
Et libro 4. cap. 4. ubi ponit mutationem ſymbolo-
rum, tractat etiam mutationem noſtram in Chriſtũ:
& tamen tranſſubſtantiatio non ponitur in his, qui
Sacramentum accipiunt. Idémque eodem de Sacra-
I mentis lib. 4. cap. 4. Hoc igitur aſtruamus, quomodo
poteſt qui panis eſt, corpus eſſe Chriſti conſecratio-
ne? Et mox, Si tanta vis eſt in ſermone Domini, ut

incipant eſſe quæ non erant: quanto magis operatorius eſt, ut ſint quæ erant, & in aliud commutentur?

Hieronymus

Hieronymus apertè ſuper Matthæum inquit, Pane ac vino repræſentatum eſſe corpus ac ſanguinem Domini.

Chryſoſtomus

Chryſoſtomus ſuper Epiſt. poſteriore ad Corinth. inquit, Non ſolùm quod nobis proponitur in menſa eſſe corpus Chriſti, ſed etiam pauperes, quibus tenemur benefacere: quandoquidem ille idem qui ait, Hoc eſt corpus meum, verbo ſuo item dixit, ſe beneficio affici, & egere in pauperibus: Item in homil. 11. ſuper Matthæum, Opere quod dicitur Imperfectum, inquit, in ſanctis vaſis non eſſe corpus Chriſti & ſanguinem Chriſti, ſed myſterium corporis & ſanguinis Chriſti. Item in cap. 12. 2. Corinthios hom. 7. Quemadmodum Chriſtus & in pane & in calice, in meam commemorationem facite, dixit. Idem in Pſalm. 22. Paraſti in conſpectu meo menſam. Vt quotidie in ſimilitudinem corporis & ſanguinis Chriſti, panem & vinum ſecundum ordinem Melchiſedech, nobis oſtenditur in Sacramento.

Emiſenus.

Et, Emiſenus, quem citant de Conſecrat. diſtinctione 2. videtúrque ponere mutationem ſymbolorum, idem ipſe meminit mutationis noſtræ in Chriſtum.

Auguſtinus.

26 Auguſtinus complura habet hac de re teſtimonia Super Pſalm. 82. Non hoc quod videtis commeſturi eſtis, nec bibituri hunc ſanguinem, quem ſunt effuſuri: Myſterium eſt quod vobis dico, quod ſi ſpiritualiter intelligatur, vivificabit. De Trinit. lib. 3. c. 10. Panis ad hoc factus, in Sacramento accipiendo conſumitur. Neque eſt quod Roffenſis hoc dictum conetur trahere ad panes propoſitionis. Nam ejus interpretationem aliàs oſtendimus, non convenire nonnullis argumentis. Primò, quia ſi facilem ſenſum ſequaris, & eum qui prima fronte tibi ſe offert, quémque verba præ ſe ferunt, aperte videbis, ſermonem fieri de Euchariſtia. Et Eraſmus in libris Auguſt. quos emendavit, in margine aſcripſit Euchariſtia. Deinde paulò poſt in eodem cap. dúmque idem tractat, Euchariſtiæ mentionem tam apertè facit, ut etiam adverſarius id negare non poſſit. Ac de eadem Euchariſtia ſcripſerat ſupra in eodem lib. cap. 4. cùm inchoaret eandem tractationem. His addas, expreſſe in his verbis quæ tractamus, apertè nominari Sacramentum, quod ſi voluiſſet communiter accipi, non minus conveniebat his, quæ antea recenſuerat: nimirum ſerpenti æneo, & lapidi erecto per Iacobum, quam pani propoſitionum. Sed in illis hanc vocem Sacramẽti non expreſſit, quam poſtea, ut intelligamùs eum de Euchariſtia loqui, noluit ſuppreſſam. Poſtremò dicit, Panis ad hoc factus, in accipiendo Sacramento conſumitur, quod panibus propoſitionis minimè convenit. Non enim ad hoc fiebant, ut comederentur, ſed ut diſpoſiti in menſa, coram Domino manerent: Vnde *Panim* Hebraicè dicti ſunt. Temerè autem ſive per accidens eſt poſtea conſequutum, ut manducarentur, ne ſcilicet coram Domino putreſcerent: Ob id enim mutabantur ſingula quaq; hebdomada. Cumque ſemel Deo dicati eſſent, hunc honorem illis exhibere voluit, ut à ſacerdotibus mãducarentur. Sed Panis noſtræ Euchariſtiæ, verè ad hoc eſt factus, ut in accipiendo ſacramento abſumatur. Dictiſque jam argumentis unum addo, quod robuſtius eſt cæteris: Inquit enim Auguſtinus: conſumitur tempore præſenti, non autem conſumebatur: quod fieri oportuit, ſi de veteris Teſtamenti figura & ceremonia locutus eſſet: De fide ad Petrum c. 19. appellat Sacramentum panis & vini. De memoria Chriſti & mortis ejus abunde eundem Petrum in fide inſtituit, hujus vero tranſſubſtantiationis, nec ullum verbum facit, quam iſti hodie tantopere urgẽt. Contra Fauſtum ait lib. 20. c. 21. Carnem & ſanguinem Chriſti victimarum ſimilitudine, fuiſſe nobis in veteri Teſtamento promiſſam, in cruce reipſa exhibitam, ſed in Sacramento per memoriam celebrari. Et 21. de Civit. Dei. cap. 25. apertè aſſerit, impios rem Sacramenti, id eſt corpus Chriſti, non comedere. Nã inquit non eſt exiſtimandus comedere corpus Chriſti, qui non eſt in corpore Chriſti, & in quo Chriſtus non manet, neque ipſemet manet in eo. Atque ſuper Ioan. tract. 20. habet conſimilia. In 30. verò ait, Corpus Chriſti certo quodam in loco eſſe in cœlo, veritatem verò ejus ubique diffuſam: quod ideo dicit, quia veritas res eſt ſpiritualis, ſempérque fidelibus adeſt: & communicantes ubicunque ſint, Chriſtum fatentur, & credunt verum habuiſſe corpus, & non fictitium, ut hæretici ſentiebant.

27 Contra Adimantum Manichæum cap. 12. ſcribit: non dubitavit Dominus dicere, Hoc eſt corpus meum, cùm tamen daret ſignum corporis ſui. Neque valet ſi dixeris, & ſignum tradidit & rem, quia non huc ſpectavit Auguſtinus: ſed oſtendere voluit locutionem eſſe tropicam, & ſimilem alteri, quam inducit ex Deut. Sanguis eſt anima: Idcirco inquit, non dubitavit Dominus, quia in tropis aliquid audiemus.

Deut. 12. 23.

De doctrina Chriſtiana lib. 3. cap. 16. docuit figuratam eſſe locutionem, quæ habetur 6. Ioan. Niſi manducaveritis carnem filij hominis, & quæ ſequuntur, quia flagitium videtur præcipi.

Ioan. 6. 53.

Nam gravius eſt carnem hominis comedere, quàm illum interficere, & ſanguinem bibere, quàm effundere. Ideo inquit, figura eſt præcipiens, ut ſuaviter & utiliter in memoria recondamus, carnem Chriſti pro nobis fuiſſe crucifixam & vulneratam. In Epiſt. ad Bonifacium dixit apertiſſimè, Sacramenta nomen habere earum rerum, quarum Sacramenta eſſent, & nominatim expreſſit Sacramentum corporis Chriſti, eſſe corpus Chriſti quodammodo: & ſubdit, Sacramentum ſanguinis Chriſti ſanguis Chriſti eſt. Atque id totum ſcripſit ut indicaret, baptiſmum eſſe Sacramentum fidei: & idcirco poſſe fidem eſſe & parvulos baptizatos fidem habere, eo quòd hujuſmodi Sacrametum percipiant. Et ne quis dicat ſigna eſſe præſentis rei, ut iſti loquuntur, ſubſtantialiter, expendantur hujus Patris inducta ſimilia: quod ſcilicet dicamus, quando ſumus prope Paſcha, craſtinam aut perendinam Domini paſſionem, & die Dominico Chriſtus reſurrexit, cùm tamen iſta nunc minimè ſint præſentia, & longè antea facta fuerint: deinde hîc Baptiſmum parvulorum aſſerit fidem eſſe, quam tamen præſentem parvuli non habent. Quin & idem, ut habetur de Conſecr. diſt. 2. cap. Interrogo vos: Ejuſdem negligentiæ peccatum eſſe, ait, ſinere verbum quod prædicatur, animis noſtris excidere, & partem Sacramenti in terram cadere: quod ſi daretur, hæc tranſſubſtantiatio parum conveniret: longe enim videretur abſurdius, ipſum Chriſti corpus cadere, aut conculcari, quàm aliquam partem verborum ſacrorum audire parum attentè. In Pſalm. præterea 3. inquit, Chriſtum adhibuiſſe convivio Iudam, cùm figuram corporis ſui commendavit. Solent dicere, figuram aut ſignum in hoc Sacramento, Corpus Chriſti velatum accidentibus, eſſe ſuimet, & pendebat in cruce corpus exanime atque exangue, & ſanguinem ſub accidentibus vini latentem, figuram & ſignum eſſe effuſi ſanguinis in ara crucis. Sed quis non videat, iſtorum figmentum inania eſſe? Nam ſignum & figura poni debet, quæ ſit ſenſibilis & magis nota, quàm ſit res quæ ſignificatur. Idcirco Magiſter Sententiarum ex Auguſtino Sacramentum definivit, quòd eſſet viſibile ſignum inviſibilis gratiæ. Cæterum corpus Chriſti tectum accidentibus (ut ipſi ponunt) æque obſcurum eſt, atque illud quod in cruce pependit, imò ſi liceat verum dicere, magis ignotum & obſcurum, quàm illud ſit quod ſignificatur: quæ ſunt contra naturam ſigni & figuræ. Facilius enim à nobis & cognoſcitur & cogitatur corpus, quomodo pependit in cruce, quàm ut ſtatuitur ab eis in Euchariſtia.

Leo Papa.

28 Leo Papa in Epiſt. ad Clerum & plebem Cõſtantinopolitanam ſcribit, hanc diſtributionem myſticam eſſe, ſpiritualem alimoniam & cœleſtem virtutem nos hic accipere, ut tranſeamus in carnẽ Chriſti, qui pro nobis carnem noſtram accepit.

Cyrillus.

Cyrillus lib. 4. cap. 14. ſuper Ioannem, ſic credentibus diſcipulis fragmenta panis dedit, dicens; Accipite. Idem in Epiſt. ad Caloſyrium, Dicebat ergo eũ, noſtris uniri corporibus quodammodo per ſacram ejus carnem, & pretioſum ejus ſanguinem, quæ accipimus in benedictione vivificativa in pane & vino. Nunc producemus Theodoritum qui Cyri fuit Epiſcopus: vixit Cyrilli tempore, & in Synodo Epheſina fuit atque Chalcedonenſi, habituſque eſt eruditiſſimus, atque eloquentiſſimus.

Theodoritus.

Cumque in Epheſina Synodo contigiſſet

Digitized by Google

rigiſſet diſſidium inter Ioannem Patriarcham Antiochenum & Cyrillum Alexandrinum, viſus eſt Theodoritus adhærere Antiocheno: ſed tamen res eſt compoſita, & in Synodo Chalcedonenſi fuit agnitus Theodoritus ut vir doctiſſimus, & ſanctum Chriſti Eccleſiæ membrum: imò libris quos conſcripſit, ex profeſſo adverſatur Neſtorio, & cōtra ipſum nominatim agit. Liber eſt Romæ impreſſus. Videruntque Papiſtæ illum apertiſſimè adverſari tranſſubſtantiationi, & excuſarunt duplici nomine. Primùm, quòd Eccleſia iſta de re nondum pronunciaverat, quaſi nos quæramus, quidnam Papa cum ſuis Cardinalibus vel Conſtantiæ, vel in Synodo, ubi fuit condemnatus Berengarius, ſtatuerint: & non potius, quidnam apud veterem Eccleſiam & prædicatum & creditum fuerit. Deinde, aiunt iſtum virum ſcribendo adverſus hæreticos, cùm de myſteriis ageret, nimium declinaſſe in alteram partem, & ſic adverſatum eſſe tranſſubſtantiationi, quò magis adverſarij convincerentur. Sed quàm frivola ſit hæc excuſatio, poteſt ex contextu ſcriptoris patere, ubi non videas eſſe unius aut alterius verbi lapſum, ſed totum argumentum atque nervus petitur à natura Sacramēti: ita ut ſi admiſceas tranſſubſtantiationem, nihil cōcludatur, imò hæretici palmam auferant. Addunt etiam, eum de Euchariſtia honorificentius interdum loqui in hoc eodē libro, ſed omnibus inſpectis, nuſquam tam honorificè loquitur, ut conſtitutæ jam noſtræ ſententiæ adverſetur. Contra illos agit, qui Chriſtum habuiſſe verum corpus inficiabantur, & aiebant, corpus ejus tempore aſcenſionis prorſus in naturam divinam fuiſſe converſum. Primùm inducit Patriarchæ Iacobi vaticinium, ut ſibi præſtruat viam ad argumentum deducendum ex Sacramentis. Verba hæc ſunt.

19 Orth. Noſtíne quod panem Deus proprium corpus ſuum vocarit? Sod. Novi. Orth. Atque aliàs rurſus carnem ſuam frumentum appellari? Sod. Novi & hoc: Audivi enim illum dicentem, Venit hora ut glorificetur Filius hominis. Et niſi granum frumenti dejectum in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi verò mortuum fuerit, multum fructum profert. Orth. In ipſa nimirum myſteriorum traditione corpus panem vocavit, & ſanguinem poculum mixtum? Sod. Sic ſanè nominavit. Orth. Sed & ſecundùm naturam corpus, corpus utique ſuum & ſanguis vocari potuerit? Sod. Confeſſum eſt. Orth. Imò, verò ipſe Servator noſter commutavit nomina, & corpori quidem ſymboli nomen dedit: ſymbolo verò, corporis nomen. Ad eundem item modum cùm ſeipſum vitem eſſe dixiſſet, ſanguinem ipſum ſymbolum appellavit. Sod. Id quidem vere dixiſti. Vellem autem & cauſam diſcere mutationis nominum. Orth. Manifeſtus eſt ſcopus iis, qui ſūt initiatis ſacris. Voluit enim eos qui divina myſteria participant, ne ad eorum quæ videntur naturam attendant, ſed per nominum mutationem credant illi quæ ex gratia facta eſt tranſmutationi. Qui enim naturale corpus ſuum, fragmentum & panem vocavit, atque item ſeipſum vitem nominavit, idem ipſe etiam ea quæ videntur ſymbola, corporis & ſanguinis ſui appellatione honoravit: non equidem naturam ipſam tranſmutans, ſed adjiciens gratiam naturæ. Sod. Sanè, myſticè dicta ſunt myſtica, & clarè manifeſtata ſunt, quæ non ſunt omnibus nota. Orth. Quandoquidem igitur profitetur & ſtolam & veſtem à Patriarcha dominicum vocari corpus, nóſque in ſermonem de divinis myſteriis ingreſſi ſumus, dic revera cujuſnam ſymbolum ac typum eſſe putas ſanctiſſimam eſcam illam? Ipſiúſne divinitatis Chriſti, Domini, an verò corporis & ſanguinis ipſius? Sod. Sanè eorum ipſorum, quorum appellationes receperunt. Orth. Corporiſne & ſanguinis dicis? Sod. Sic dico. Orth. Verè dixiſti. Etenim Dominus ſumpto ſymbolo, non ait, Hoc eſt divinitas mea, ſed, Hoc eſt corpus meum. Ac rurſum. Hic eſt ſanguis meus. Et aliàs, Panis autem quem ego dabo pro mundi vita. Sod. Vera equidem hæc omnia, divina enim verba ſunt. Orth. Porrò ſi ſunt vera, corpus utique habebat Dominus. Sod. At ego illum incorporeum eſſe dico. Orth. Sed fateris illum habuiſſe corpus, &c.

Io. 12. 23.

Ioan 15. 1.

Ioan. 6. 51.

30 In ſecundo Dialogo. Sod. Omnem ſanè lapidem movere oportet, juxta proverbium, ut veritatē aſſequamur, in primis verò in propoſitis dogmatib. divinis. Orth. Dic igitur quorumnam ſymbola, ſunt myſtica ſymbola, quæ à ſacrorum miniſtris Deo offeruntur? Sod. Corporis & ſanguinis Domini. Orth. Veri corporis, annon veri? Sod. Veri. Orth. Optimè, oportet enim eſſe imaginis archetypum, ſiquidem pictores naturam imitantur, & eorum quæ videntur imagines pingunt. Sod. Vera dicis. Orth. Si igitur exiſtentis corporis exemplaria ſunt divina illa myſteria, corpus igitur eſt etiam nūc ipſum Dominicum corpus, non autem in divinitatis eſt naturam commutatum, ſed divina gloria repletum. Sod. Opportunè ſermonem hunc de divinis myſteriis moviſti, inde enim tibi oſtendam, Domini corporis in alteram naturam commutationem. Reſponde igitur ad meas quæſtiones. Orth. Reſpondebo. Sod. Quid vocas munus illud quod offertur ante ſacerdotalem invocationem? Orth. Non oportet apertè loqui: eſt enim veriſimile, aliquos nōdum initiatos adeſſe. Sod. Ænigmatica reſponſio eſt. Orth. Etiam ex talibus ſeminibus. Sod. Alterum verò ſymbolū quomodo nominamus? Orth. Commune & hoc nomen, ſpeciem poculi ſignificans. Sod. Poſt ſanctificationem, quomodo iſta appellas? Orth. Corpus Chriſti & ſanguinem Chriſti. Sod. Et credis te accipere corpus & ſanguinem Chriſti? Orth. Sanè credo. Sod. Quemadmodum ergo corporis & ſanguinis Dominici ſymbola, alia ſanè ſunt ante Sacerdoris invocationem, tranſmutantur autem poſt ipſam invocationem, & alia fiunt: ſic & corpus Dominicum poſt aſſumptionem in divinam eſt ſubſtantiam tranſmutatum. Orth. Captus es iis, quæ tetenderas retibus. Neque enim poſt ſanctificationem, myſtica ſymbola illa propria ſua naturâ egrediuntur, manent ſiquidem in priore ſua ſubſtantia, & figura & ſpecie, adeóque & videntur & palpantur, quemadmodum & antea: Intelliguntur autem quæ facta ſunt, & creduntur, & adorantur, tanquam exiſtentia quæ creduntur. Confer itaque cum archetypo imaginem, & videbis ſimilitudinem. Oportet enim figuram convenire cum veritate, Etenim illud ipſum corpus habet ſanè priorem ſuam ſpeciem & figuram, & circumſcriptionem, & (ut ſimpliciter dicam) etiam ipſam corporis ſubſtantiam. Immortale autem factum eſt poſt reſurrectionem, & ſupra corruptionem, & dignum habitum eſt ſede, quæ eſt ad dextrā Dei, & ab omnibus creaturis adoratur, tanquam exiſtens corpus Domini ipſius naturæ. Sod. Attamen myſticum illud ſymbolum, priorem mutat appellationem, neque enim poſtea nominatur, quod prius vocabatur, ſed corpus vocatur. Oportet igitur ipſam veritatem, Deum jam, non autem amplius corpus vocari. Orth. Ignarus mihi videris, non enim corpus ſolùm, ſed & panis vitæ vocatur: ſic enim Dominus vocavit. Quin & hoc corpus divinum, corpus vocamus, & vivificum, & herile, & Dominicum, docentes, quòd non ſit commune cujuſvis hominis corpus, ſed Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui Deus eſt & homo: Ieſus enim Chriſtus, heri & hodie, quod idem ipſe etiam in ſecula.

Nota ſymbola non abjicere naturam priſtinam.

31 Chryſoſtomus ad Cæſarium Monachum, tempore ſecundi exilij ſui, contra Apollinarem & alios, qui divinitatem & humanitatem in Chriſto confundebant: (habetur in bibliotheca Florentina hæc Epiſtola, licet non ſit impreſſa.) Et Deus & homo eſt Chriſtus: Deus propter impaſſibilitatem, Homo propter paſſionem: unus Filius, unus Dominus, idem ipſe proculdubio unitarum naturarum, unam dominationem, unam poteſtatem poſſidens (etiamſi non conſubſtantiales exiſtunt) & unaquæque incommixta proprietatis conſervat agnitionem, propter hoc quòd inconfuſa ſunt duo. Sicut enim antequam ſanctificetur panis, panem nominamus, divina autem illud ſignificante gratia, mediante Sacerdote, liberatus eſt quidem ab appellatione panis, dignus autem habitus eſt Domini corporis appellatione, etiāſi natura panis in ipſo permanſit, & non duo corpora, ſed unum Filij corpus prædicatur. Sic & hæc divina ἐνσωμάτωσις, id eſt, inundantis corporis natura, unum filium, unam perſonam, utraque hæc fecerunt. He-

Chryſoſtomus.

Exemplar extat apud R. D. Arc. Cantuar.

Heſychius.

ſychius in libro 20. ſuper Levit. cap. 8. Propterea A
Gelaſius. carnes cum panibus comedi præcipiens, ut nos in-
telligeremus, illud ab eo myſterium dici, quod ſi-
mul panis & caro eſt. Gelaſius adverſus Eutyche-
tem ſcripſit, in Sacramento Euchariſtiæ ſubſtantiam
& naturam panis & vini minimè deſinere eſſe, & fa-
cit collationem hujus Sacramenti cum Chriſto, in
quo maneat ſalva utraque natura & divina & huma-
na, ſicuti in hoc Sacramento, natura panis & corpus
Gregorium. Chriſti. Gregorius in Regiſtro, tam azymum quàm B
fermentatum dũ ſumimus, unũ corpus Domini ſal-
Bertramus. vatoris efficimur. Bertramus in libello de corpore &
ſanguine Domini, ait de ſymbolorũ naturis, quod ſe-
cundùm creaturarũ ſubſtantiam, quod fuerunt ante
Bernardus. conſecrationem, hoc & poſtea conſiſtunt. Bernar-
dus in ſermone de Cœna Domini manifeſtè propo-
nit ſimile de annulo, quo accipit quiſpiam vel con-
jugalem fidem, vel poſſeſſionem alicujus dignitatis:
ut in epiſcopis ordinandis contingit, ubi annulus,
aut pedum, aut infula, ſigna ſunt traditarum & con- C
ceſſarum rerum, nec tamen vana. Nam certiſſimè lar-
giuntur quæ ſignificant, quod idem fieri in ſacra-
mentis oſtendi.

Argumentorũ pro tranſſubſtãtiatione ſolutio.
32 Nunc ſunt argumenta iſtorum diſſolvenda,
quibus nituntur ſuam tranſſubſtantiationem proba-
re. Quoad primum, reſpondemus Chriſtum promi-
ſiſſe ſuam carnem, vel ſuum corpus aut ſanguinem
Ioan.6.51. in cibum & potum, idque 6. Ioan. Quod præſtat,
quoties illum verè pro nobis mortuum credimus.
Præſtitit etiam, cùm in cœna hoc Sacramentum in- D
ſtitueret, nam illi manducationi ſpirituali addidit
De ſenſu propoſitionis, hoc eſt corpus meum. ſymbola. Objiciebant autem maximè, Hoc eſt cor-
pus meum, de veritate hujus dicti eſt controverſia,
ſed tantùm quoad modum: nam utrique, tam ipſi
quàm nos contendimus propoſitionem veram eſſe,
& de ſenſu tantummodo certatur. Illi aſſeverant
propoſitionem claram eſſe, & nos viciſſim mone-
mus, quod Auguſtinus de doctrina Chriſtiana do-
cet, non eſſe interpretandum unum locum, ut cum
multis aliis pugnet, ſed ita ut cum multis aliis con- E
In interpretãdo uno loco reſpicienda ſunt alia. ſentiat. Neque oportet ſemper objicere perſpicuita-
tem ſenſus, alioquin cùm dicitur, faciamus homi-
nem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, ἀνθρω-
Gen.1.26. πομορφῖται inſurgunt & inferunt, Deum habere cor-
pus, animam, & cætera membra, ut ea conſpicimus in
homine formata. Tu dicis hanc ſimilitudinem ad a-
nimum referendam, quia per illam dominatur homo
Io.4.14. cæteris creaturis, inſtar Dei. Sed illi aiunt, illic de ho-
mine iſta ſcribi, & te fruſtra conari quod pronuncia-
Lu.24.39. tur de toto, attribuere parti, nimirum animæ. Tu rur- F
ſus objicis, Deum ſpiritum eſſe, atque ſpiritum non
habere carnem & oſſa: & ſic ex aliis locis Scriptura-
Io.14.28. rum hujus unius ſenſum capras. Ita dicebant Arria-
ni, clarum ſe habere ſenſum illius loci; Pater major
me eſt. Tu hoc ad naturam humanam cõtrahis, quia
in aliis locis tibi demonſtratur Chriſti divinitas, ut 1.
Ioan.1.1. Ioan. Et in Epiſt. ad Rom. cap. 9. & 5. Ioan. Epiſt. 1. Di-
Rom.9.5. cit Chriſtus, Qui non habet gladium, emat ſibi. Quo
1 Io.5.20. videtur ad ultionem incitare, quod ſi alia loca reſpe-
Lu.22.36. xeris, figurate videas dici. Habet Paulus, Abſque in- G
1.Theſſ.5.16. termiſſione orate. Emerſerunt εὐχῖται, qui exiſtima-
runt perpetuis & ſubmurmuratis orationibus incum-
1.Tim 5 8. bendum: cùm tamen alibi dicatur, Qui ſuorum, &
maximè domeſticorum, curam non habet, abnegavit
1·Cor.14.40. fidem, atque infideli eſt deterior. Et rurſus, Omnia
2.Theſſ.3.10. cum ordine fiant: &, Qui non laborat, non mandu-
cet. Chiliaſtæ, id eſt, millenarij, putarunt ſe clariſſi-
Apo.20 7. mum habere verbum in Apocalypſi cap. 20. de mille
Io.10.30. annis, quibus Chriſtus erit regnaturus cum ſuis. At-
que Sabelliani dixerunt, non eſt diſcrimen inter Pa- H
Io.14 9. trem & Filium, ex illo loco, Ego & Pater unum ſu-
Io.10.38. mus. Item, Philippe, qui videt me, videt & Patrem.
Mat 26.46. Atque ut ego in Patre, ita & Pater in me manet. Iſta
dicebant eſſe clara, & pro ſe facere. Ebionitæ poſue-
runt Chriſtum meram creaturam, & ajebant, Deus
meus, Deus meus, quare me dereliquiſti, non potuiſ-
ſe aliter intelligi, quandoquidem Deus nunquam ſe
derelinquit. Et ex eo quod ſcribitur 6. Ioan. Qui mã-
Io.6.54. ducaverit meam carnem, & biberit meum ſangui-
nem, non morietur in æternum: conſequi nonnulli I
dixerunt, Eos qui legitimè ſemel communicarint,
non poſſe in æternum perire. Quem errorem Augu-

A ſtinus de Civit. Dei luculenter taxat. Et verba Can-
tici Canticorum, ſi ea ut ſonant prima fronte reci-
pias, non ſunt, niſi amatoria carmina, ſive epithala-
mium. Non oportet ergo ſemper prætexere verbo-
rum perſpicuitatem. Chriſtus dicebat, Qui habet au-
res audiendi, audiat, & qui legit, intelligat. Neque Mat.13.9.
convenit primum ſenſum qui ſe offert è veſtigio ar-
ripere, neglectis & non conſideratis aliis locis, Dice- Mat. 16.6.
bat Chriſtus Apoſtolis, Cavete à fermento Phari-
B ſæorum: Illi ſtatim putabant eum de panibus loqui,
cùm de doctrina ageretur. Dicebat item, Lazarus
amicus noſter dormit: ibi quoque dormitarunt A-
poſtoli, ac dixerunt, Si dormit, ſalvus eſt, cùm de
morte loqueretur. Dominus ajebat rurſus, Solvite Io.11.11.
templum hoc, atque in triduo illud excitabo: nec Io.2.19.
intellexerunt eum agere de corpore. Qui obſervave-
rit præcepta mea non morietur in æternum: & hic
arbitrati ſunt Iudæi, agere illum de vulgari morte.
Nicodemus novam generationem craſſè intellige-
C bat. Neque minus erravit Samaritana, circa illam a- Io.3.4.
quam, quam Chriſtus ei pollicebatur, atque Hebræi
hallucinati ſunt, cùm illis Chriſtus diceret, Abraham Ioan.4 11.
vidiſſe ſuum diem, & fuiſſe gaviſum. Non itaque Ioan.8 56.
ſemper dicant nobis, plana hæc ſcriptura, Hoc eſt 1.Cor.10 4.
corpus meum, quia reſpondebimus eis, plana eſt,
quoad ſignificationem vocum. Sed earum ſenſus Ioan.1.29.
non eſt planus, ut in ſententiis conſimilibus patet,
Chriſtus eſt petra, Chriſtus eſt agnus, Vos eſtis cor- 1.Cor.10 27.
pus Chriſti. Multi ſumus unus panis. Omnia hæc 1.Cor.10.17.
D verba ſunt Dei, & poſſumus prædicare de iis, plana
ſunt, perſpicua ſunt, nec tamen ulla eorum tranſſub-
ſtantiationem inferunt.

33 Quare non eſt quod tantopere prætexatur Declaratio perſpicua propoſitionis: Hoc eſt corpus meum.
verborum perſpicuitas: Oportet ex aliis Scripturæ
locis & circunſtantiis, bene reſpicere quid hìc aga-
tur. Exponemus itaque propoſitionem altius repe-
tendo. Voluit Deus hominem ad ſe pertrahere am-
plis promiſſionibus, quòd eſſet beaturus illum, fa-
cturuſque felicem: & quia incredulum eſt cor no-
E ſtrum, voluit multa extare beneficia erga humanum
genus, quibus ipſum ad ſe pelliceret. Vnde non ſo-
lùm donavit nos omnibus creaturis, verùm tempore
diluvij, noſtrum genus alioquin malè meritum, ab
aquarum exitio eripuit. Abrahamo ſe declaravit ad-
modum propitium. Iſaaco item & nepoti ejus Iaco-
bo fortunavit genus, ut augeretur in Ægypto, & cùm
ibi opprimerentur, eos eripuit, terram dedit ſatis feli-
cem, provexit ad Regiam & Sacerdotalem dignita-
tatem. Fuerunt attamen ſemper increduli homines,
& de benevolentia Dei erga ſe parum ſibi perſua-
F debant. Quare propter infidelitatem, illos ejiciebat
in varias captivitates, & ſubinde liberabat. Demum,
ut de illius bonitate non relinqueretur ambigendi
locus, omnium beneficiorum ſummum contulit, ni-
mirum Filium ſuum humana carne indutum, ut in
cruce pro ſalute noſtra moreretur, quod beneficium
tale fuit, ut Paulus ad Romanos dixerit, Quomodo Rom.8.32.
non omnia ſimul donavit cum illo? Et ne intercidat,
hoc Sacramento Euchariſtiæ refricari voluit, ut fide
G volveremus in animo, Chriſtum pro nobis ab eo
traditum in mortem, & in credendo manducaremus
carnem & ſanguinem ejus. Quod ut efficacius fie-
ret, & panis & vini ſymbola fuerunt addita, quæ ve-
hementius nos permoverent, quàm ſimplicia verba
conſueverint.

34 Cum itaque dicit, Hoc eſt corpus meum. non Mat.26.26.
aliud intellexit atque Ioan. 6. polliceretur, cum dice- Io 6 35.
ret; Ego ſum panis vitæ. De ſe loquebatur quoad cor- Conf. re locũ.
pus & carnem in mortem traditam, vel potius tra- Io. n. 6, cũ his
H dendam, ut ex verbis ejus liquet. Nec aliud volebat, quæ Dominus geſſit in cœna.
niſi iſta fore nobis panem & cibum, quo animi noſtri
confirmarentur & alerentur: atque per animum, cor-
pus, demumque totus homo. In cœna igitur nihil a-
liud egit Chriſtus, niſi quòd propoſitionem tranſpo-
ſuit, & ſicut antea dixerat, corpus ſuum & carnem,
panem eſſe, ita nunc, inquit è diverſo, oſtendendo
panem, ipſum eſſe corpus ſuum: dumque protulit,
Hoc eſt corpus meum, fuit ac ſi diceret, corpus meũ,
fide perceptum, erit vobis pro pane, vel inſtar panis,
I quo ſpiritualiter alamini: ſic itaque ſenſus, do vobis
panem ut edatis, & interim vobis propono corpus
meum in crucem agendum, ut ipſum fideli memo-

ria

Digitized by Google

tia & mente attentiſſima apud voſmetipſos ſpiritualiter comedatis, utque corpore editis panem, ita mẽte veſcamini carne mea. Quid iſta interpretatione, aut facilius aut lucidius? quódque magis conveniat cum promiſſione quam facit nobis Dominus in 6. [Ioan.6.51.] Ioan. cap. Quòd ſi quis contenderit, illud primum Chriſti dictum, Ego ſum panis vivus, pro natura divina accipi, ut Chryſoſt. velle videtur: Primum dicimus hoc non multum quadrare, quia Chriſtus inſtituerat ſermonem de eſu ſui corporis, & loco panis [B] terreni, offerebat Capernaïtis carnem ſuam manducandam, quod ex ſerie ſermonis liquidò conſtat, etiamſi dicat panem de cœlis deſcendiſſe, quia ſæpe quod eſt divinitatis, humanitati etiam communicatur. Sed ſi tantum valet apud eos iſta Chryſoſt. expoſitio, valet eadem cum infra inquit, Chriſti dictum; Panis quem ego dabo, caro mea eſt, quam dabo pro mundi vita, ad Euchariſtiam pertinere. Neq; ſolus ipſe hoc ſtatuit, ſed illi cæteri quoque interpretes [Quis tropus in his verbis, hoc eſt corpus meum?] [C] conſentiunt. Cùm itaque Dominus ibi dicat, panem eſſe carnem ſuam, nunc in cœna idem teſtatur: demonſtrato item pane, ait, Hoc eſt corpus meũ. Vtrobique corpus ſuum, vel carnem ſuã, panem eſſe prædicat, nimirum animi & noſtræ regeneratę ſubſtãtię, qui ſpiritualiter manducetur. Et ſic nulla erit cõverſio propoſitionis, ſed utrobiq; accipietur eodem modo. Quod ſi totum ſimul accipiamus, panem videlicet, & rem per panem oblatam, id eſt, corpus Chriſti, ſynecdochen admittimus. Nam de toto dicitur, vel [D] de una parte, quod eſt alterius. Sin verò dictum referas ad panem, qui & ſignificat & offert nobis corpus Chriſti edendum, tropus erit metonymiæ, quãdo ſcilicet tribuitur ſigno nomen ſignati. In hac interpretatione quoque omnia ſunt facilia, vitantur abſurda, & unus Scripturæ locus cum aliis non pugnat.

[Niſi utamur tropis, nõ poterimus hæreticis reſiſtere.] 35 Dicebant, ſi tropis ita detur locus, hæretici omnia pervertent. Ego viciſſim dico, niſi utamur tropis, ut patet in iis quæ paulò ante citavimus, vicerunt hæretici. Nã illi quoque proprium ſenſum urgebũt, [Luc.8.11.] [1.Cor.10.4.] [E] eũ videlicet qui ſtatim ſe offert. Tantũ hoc ſupereſt, ut oſtẽdamus talem phraſim & tropicam locutionẽ, frequẽtem eſſe in ſacris literis, quod facilè erit. Scriptum legimus, Semen verbum Dei, Petra erat Chri-[Tales locutiones ſunt tropicæ, ut eſt iſta ſunt familiariſſimæ Scripturæ.] ſtus, quamvis ſcio nonnullos cavillari, & hîc nullum velle tropum eſſe, eò quod Paulus contraxerit ſermonem ad petram ſpiritualem, quam verè non tropicè aiunt Chriſtum eſſe. Attamen pro nobis facit Auguſt. & Origenes, qui apertè dicunt, petram illam externam ſignificaſſe Chriſtum. Sed ne videamur [F] ſubterfugere quod objicitur, dicimus ſi volunt accipere Petram ſpiritualem, ſumant hic etiam panẽ ſpiritualem & allegoricum: ac de illo fatebimur quod [Ioan 6.70.] verè & abſque tropo eſt Chriſtus. Dicebat prǽterea Dominus, Ego vos duodecim elegi, & unus ex vobis diabolus eſt, nec propterea Iudas tranſſubſtantiabatur in diabolum. [Gen.17.13.] De Circunciſione ſcribitur, Fœdus meum erit in carne veſtra: cùm Circunciſio non ſit fœdus, verùm tantummodo ſignum fœderis. Tri-[Gen.33.20.] geſimo tertio cap. Gen. narratur Iacob ædificaſſe al-[Ex.17.15.] [G] tare, quod vocaverit Deus fortis Iſrael: & Moſes in Exodo poſt victoriam contra Amalec extructum à ſe altare, vocavit *Iehova neſi* Deus vexillum meum: & Hieremias meminit, civitatem appellandam *Iehova Ziddakenu*, Deus juſtitia noſtra: eo quod iſta futura eſſent earum rerum, quas nominibus exprimebant, monimenta. [Ioan 23.6.] De Ioanne Baptiſta ſcribitur, quòd [Ioan.5.35.] erat lucerna ardens, & lucens. [Matth.17.12.] Item ipſe eſt Helias, ſi vultis eum recipere. [Ioan.15.1.] Chriſtus de ſe ait, Ego ſum vitis, & vos palmites. [Ioan.10.8.] Ego ſum oſtium. De illo habe-[1.Pet.2.6.] [H] mus etiam, quod ſit lapis in ruinam poſitus & in re-[Deut.12.23.] ſurrectionem. In Deuteronomio, ſanguis eſt anima, cùm ſit id quo anima conſervatur & ſignificatur. [Gen.37.27.] De Ioſeph dixit Iudas eius frater ne occideretur, caro noſtra eſt: qua phraſi denotabatur naturalis [1.Cor.10.17.] conjunctio generis. Paulus inquit, multos eſſe unum panem: quod oportet figuratè intelligere. Et [Ioan.20.22.] Chriſtus efflavit in diſcipulos atque ait: Accipite Sp. ſanctum, nec tamen in Spiritum ſanctum flatus [Gen.6.3.] eſt tranſſubſtantiatus. In Geneſi, Non permanebit [Ioan.1.14.] [I] ſpiritus meus in homine, quia caro eſt. Et in Ioanne, Verbum caro factum eſt, ubi tropus eſt ſynecdoche, [Ioan.1.26.] totus enim homo nomine carnis intelligitur. Ac Do-[A] minus in cruce inquit, Mulier, Ecce filius tuus, & diſcipulo, Ecce mater tua; neque tamen ſunt trãſſubſtantiati, iidem manſerunt qui prius, ſed novus ordo, nova relatio, atque novus reſpectus inter illos eſt conſtitutus. [Eph.2.14.] De Chriſto dicitur, quòd eſt pax noſtra, cùm tantùm ſit cauſa noſtræ pacis. [Ioan.6.63.] Et, verba mea ſunt ſpiritus & vita, cùm tantùm hæc ſignificent, vel offerant credentibus. [Ioan.4.29.] Dicebat Ioannes, Ecce agnus Dei, de Chriſto: nec tamen ejus natura mutabatur in agninam.

[Pſalm 15.10. & 105.5. & 118.5.] 36 Paſſim legitur in ſacris literis, verba Domini eſſe judicium, veritatem, & juſtitiam, cùm tantùm ibi iſta ſignificentur & exprimantur. Atque hoc ſimile eximiè convenit Sacramentis, quæ dicuntur eſſe verba viſibilia. [Apoc 1.8.] In Apocal. habetur, Ego ſum α & ω, id eſt, principium & finis omnium rerum. [Rom.1.16.] [1.Cor 1.21.] Et de ſuo Evãgelio quod prædicabat, ait Paulus, Vis Dei eſt ad ſalutem omni credenti: cum tantum ſit inſtrumentum, quo ſe declarat potentia Dei ad homines ſervandos. [C] [Ibid.24.] Ac de ſermone crucis dicit, quòd ſit ſtultitia impiis, hoc eſt, rem ſtultam huic generi hominum ſignificat: piis verò, addit, eſſe Dei vim & ſapientiam, eò quod ipſis iſta referat. [Deut.30.15.] Et de Lege aiebat Deus, quòd mortem & vitam, benedictionem & maledictionem apponeret Hebræis, id eſt, per ſignificationem Legis, promiſſiones & comminationes, quæ in illa exprimebantur. [Gen.41.6.] In lib. Gen. ſeptẽ vaccæ, & ſeptẽ ſpicæ, dicuntur eſſe ſeptem anni, & hoc quoad ſignificationem. [1.Re.11.31.] Ahias Propheta Sylonites, dedit Hieroboam [D] decẽ conſciſſi pallij fruſta, atq; dicebat, ſe illi dare regnum decem tribuum. [1.Cor.11.10.] In Epiſt. ad Cor. 11. cap. ſcripſit Paulus, ut mulier haberet ſuper caput ſuum poteſtatem ἐξουσίαν, id eſt, velum, quo poteſtas viri ſignificatur. [2.Cor.5.21.] Et in 2. Epiſt. ad Cor. habetur, quòd Deus Chriſtum fecerit peccatũ, nimirũ quoad ſimilitudi-[Levit.7. v.2.7. & 17.] nẽ, & carnis repræſentationem: quin & victima quæ [Oſ.4.8.] offerebatur pro peccato, appellata eſt peccatum: & ſacerdotes dicebantur comedere peccata populi, id eſt, victimas quæ pro peccatis populi offerebãtur. In [E] [Ez.36.25.] Ezechiele ſcribitur, Effundam ſuper vos aquã mundam, & per aquam ſignificat Spiritum ſanctum: quod [Ioan.4.14.] idem legimus de Chriſto cùm ait, Qui biberit ex hac aqua, & quæ ſequuntur: Vbi commemorat Evangeliſta, illum fuiſſe locutum de ſpiritu quem accepturi erãt. [Exod.12.27.] De agno audimus, quod ſit appellatus Peſach, quamvis nonnulli id conentur inficiari, ſed Hebraicè habetur *zebah peſah hu*, ſacrificium Paſcha eſt. Per ſacrificium, non poteſt intelligi, niſi aut victima, aut illa actio immolandi victimam. Ita nos corpus Chri-[F] ſti habemus expreſſum, & pane & vino, & actione tã edendi quàm potandi. [Matt.26.17.] Non fuit agnus ille tranſitus angeli, ſed ſolùm ejus monumentum atque ſignificatio. Quæſivit Chriſtus locum ubi Paſcha comederet cum Apoſtolis, & per Paſcha intelligebat illos cibos, & illa conſecrata, quæ denotant tranſitum. [1.Cor.5.7.] Paulus etiam, Paſcha noſtrum immolatum eſt Chriſtus, dixit, quo loco appellavit Chriſtum ipſum noſtram ſolemnitatem, & noſtrum tranſitum, quæ nõ poſſunt niſi tropicè accipi. Erátque agnus ille non tranſitus [G] angeli, qui tunc fieret, ſed jam erat factus antiquitus, cujus memoria, ſignis illis externis repræſentabatur. Hic etiam corpus Chriſti habemus hactenus paſſum, non quod nunc tradatur in crucem, aut cujus ſanguis nunc effundatur.

[Adverſariorũ eſt, ut ſunt, ſimpliciter accipere verba Domini, Hoc eſt corpus meum.] 37 Et ſi vellent iſtos ſermones Chriſti rigidè interpretari, cùm inquit, hoc eſt corpus meũ quod pro vobis traditur: oporteret eos dicere panem fuiſſe crucifigendum, aut ſaltem Chriſtum velatum accidentibus (ut ipſi ponunt) in Sacramento. [H] Nam Chriſtus oſtendens id quod habebat in manibus, illud pro eis dicebat & tradi & fundi. Quod ſi dixerint, Id quidem erat quod fuit traditum, ſed non eodem modo, aut ea forma, tum quærunt interpretationes, atque ſuffugia, & non ſimpliciter propoſitionem accipiunt. Quod idem videas, in verbis traditur, & funditur, quę ſi à nobis dum verba proferimus in conſecratione, accipiantur ut ſonant, corpus Chriſti ſignificabitur modò tradi in crucem, & ſanguis ejus modò effundi, aut mox effundendus. Volunt autem con-[I] verti hæc in prætéritum, ut intelligamus, corpus traditum, & ſanguinem effuſum: & id eſt tropicè agere, quando tempus pro tempore accipitur. Quod [1.Cor.11.27.]

Digitized by Google

autem Paulus dicebat reos eſſe corporis & ſanguinis Domini, eos qui manducant indignè; item judicium ſibi manducare, eo quod non dijudicent corpus Domini; nihil eſt, quia Ambroſius reſpondet, quoad primum, dum illum locum interpretatur, Dabunt pœnas mortis Domini, quia pro illis occiſus eſt, qui ejus beneficium irritũ ducũt. Interpretatur ergo eos reos eſſe corporis Domini, ut audivimus, neque ad hoc requiritur tranſſubſtantiatio. Et indignè ſumentes, aſſeruntur non dijudicare, hoc eſt, in precio non habere corpus Domini, qui tanta eſt conjunctio inter ſymbola & ſignificata, ut iſtorum contumelia in illa redundet. Hoc pacto locutus eſt Paulus cùm diceret, Vir orans aut prophetans contecto capite, ignominia afficit Chriſtum: ubi apertè voluit in Chriſtum redundare, quod fiebat circa caput viri, eo quod eſſet ſymbolum Chriſti. Conſiderandum eſt etiam Paulum ſcripſiſſe ad Cor. qui non prorſus erant deſtituti fide, ſed laborabant aliquibus infirmitatibus: & hoc hominum genus, non diximus tantùm accipere ſymbola, & non habere corpus Chriſti, ſed hoc aſſerimus de infidelibus, Epicureis, ἀθέοις, & ab Eccleſia alienis, unde rectè illis dici poterat, non ſolùm quoad ſymbola, ſed etiam quoad rem Sacramẽti, quòd rei eſſent corporis & ſanguinis Domini, eò quod non dijudicarint corpus Domini, cùm iſta abſque fide perciperent, & vita non exprimerent. Et hoc loco id quoque attendendum eſt, quòd Paulus cùm agit de Sacramentali actione, videlicet eſu & potu, panis meminit, & ait, Qui manducat hunc panem. Sed cùm poſtea vitiũ eſt exaggeraturus, meminit corporis Domini: & ſi ratio ineatur, & juſtè ſupputetur, in tota tractatione de hoc Sacramento, ſæpius expreſſit Apoſtolus panem, quàm meminerit corporis Domini. Nam bene quinquies ipſum invenias commemoraſſe panem: corpus verò Domini, tantummodo quater.

Contumelia Sacramenti redundat in corpus Chriſti, quod eſt res Sacramẽti.
1.Cor.11.4.
Ibid. v.27.

38 Sed nunc videndum eſt quæ ſint illa, quæ nos permoveant, ut orationem hanc, Hoc eſt corpus meum, tropicè accipiamus. Primùm, conſideramus in cœna Chriſtum adfuiſſe, unde non opus erat ut Apoſtolis oſtenderet corpus ſuum: videbant enim ipſum. Deinde, quî fieri potuit, ut ipſe manducarit realiter & corporaliter ſeipſum? Eum verò communicaſſe cum Apoſtolis, non ſolùm Patres aſſerunt, ſed Chriſtus inquit, ut habes in Matthæo: Poſthac non bibam de hoc fructu vitis. Præterea reſpicimus, quod hìc agitur de memoria, ubi tropus indicatur. Et videmus iſtos mutare tempora, & quod per futurum vel per præſens enunciatur, de traditione corporis & effuſione ſanguinis, ipſi per præteritum interpretentur. Conſideramus poſtea, illos non poſſe carere tropis conſecrando, quia verbum, Eſt, accipiunt pro convertitur, tranſſubſtãtiatur, vel fit. Chriſtuſque cùm inſtituerit Sacramentum, convenit ut per ſignificationes & tropicè ſymbola accipiantur, juxta naturam Sacramenti, quæ eſt ut ſit ſignum. Reſpicimus & aſcenſionem Chriſti in cœlum, veritatem humanæ naturæ quam aſſumpſit: & quæ habentur in Ioanne, cùm dicitur Capernaitis, Verba mea ſunt ſpiritus & vita, caro non prodeſt quicquam, nimirum carnaliter manducata: Spiritus eſt qui vivificat. Et rurſus Paulum conſideramus, qui panem hìc ponit quàm apertiſſimè, ubi tamen iſti volunt tropum eſſe, qui noſtrum tantopere averſantur. Audimus etiam Paulum atteſtantem, veteres habuiſſe nobiſcum eadem Sacramenta. Nam ex Auguſtini ſententia, non ſatis illi fuit dicere, eos habuiſſe ſpiritualem cibum & potum, ſed adjecit, eundem. Et rurſus, ne ambigas, expreſſit Apoſtolus & Baptiſmum, quem dicit eos in mari & nube fuiſſe conſequutos. Vnde liquet illos non tantùm inter ſe, verùm & nobiſcum habuiſſe eadem Sacramenta. Videmus etiam vicinas locutiones tropicè accipi: nam iſtis dicitur, Panis quem frangimus communicatio corporis Chriſti eſt. Et, hic calix Novum Teſtamentum eſt, quæ ſæpius commemoravimus. Deinde non propriè convenit corpori Chriſti ut edatur. Atque ex his abundè conſtat, quid ad ſecundum argumentum dici debeat, in quo illi objiciebant ſententiam non eſſe ad tropum accipiendum, niſi aliud antea, vel poſtea illic haberetur, quod id faciendum conſuleret. Et inſtabant illam particulam, quod pro vobis tradetur, nos potius retinere in ſenſu proprio, quod apertè falſum eſt: cùm ibi tempora mutemus, neque illud accipiamus corpus quod tradebatur. Quandoquidem id & viſibile fuit atque paſſibile. Neque in eadem ſubſtantia aut ſubjecto poſſunt ſimul convenire, & corruptibilis corporis conditiones & dotes glorificati, ita ut idem corpus paſſibile ſit & impaſſibile ſimul, & pro eodem tempore. Adhæc oſtendimus, quæ alia loca nos adducãt, ut hoc genus tropos admittamus, Synecdochen inquã, vel Metonymiã.

Quibus cauſis convincatur tropus in his verbis, Hoc eſt corpus meum?
Matt.26 29.
Ioan.6.63.
1.Cor.10. & 11.
1.Cor.10.2.
Ibid.
1 Cor.10.16.
1.Cor.11 25.

39 Ad aliud argumentum de rebus diſtinctis, ſive (ut loquuntur) diſparatis, inter quas non poteſt conſtitui mutua prædicatio, reſpondemus: Quæ ſic diſcreta aut ſeparata ſũt, ſi accedat analogia vel ſignificatio, jam ita conjungi poſſunt, ut propoſitionem conſtituere valeant. Quod videmus factum non ſolùm cùm dicitur à Domino, Semen eſt verbum Dei: &, Ego ſum vitis: Cæterùm & à Paulo quando pronunciat, nos eſſe unum panem. Et rurſus inquit, Panis, quem frangimus, communicatio corporis Chriſti eſt. Ac rurſus, Hic calix Novum Teſtamentum eſt in meo ſanguine. Neque multum moramur, quòd aliqui dicunt Matthæum & Marcum planè & apertè protuliſſe; Hic eſt ſanguis meus Novi Teſtamenti. Non enim negamus ita ſcripſiſſe iſtos Evangeliſtas. Sed interim contendimus, & verba recipienda eſſe, quæ & Lucas & Paulus habent, eaque dictmus, ſicut alias ſententias, quas modò citabamus, cõſtare ex vocibus admodum diſcretis, & quæ more dialectico poſſunt vocari diſparatæ. Sed per analogiam & ſignificationem, pulchrè & appoſitiſſimè connectuntur.

Quomodo poſſint diſparata de ſe mutuò prædicari?
Lu.8.15.
Ioan.15.1.
1.Cor.10.18.
Ibid v.17.
1.Cor.11.25.
Matt.26.28.
Marc.14.24.

40 In alio argumento dicebatur, Chriſtum cùm proferret, Hoc eſt corpus meum, non dixiſſe, Hoc ſignificat aut repræſentat corpus meum. Iſte panis eſt figura, aut ſignum corporis mei. Iſtis nos regerimus, Chriſtum non dixiſſe, in illis accidentibus abſque ſubjecto corpus ſuum latitare, neque aſſeruiſſe ſubſtantiam panis deſinere eſſe, aut converti, aut tranſſubſtantiari in ſuum corpus. Deinde miror iſta objici, cùm apud Patres inveniantur iſtæ expoſitiones. Nam frequenter aiunt, repræſentari, ſignificari, deſignari, oſtendi, corpus & ſanguinem Domini: & ſymbola panis ac vini appellari ſignaculum, figuram, ac typum, & ἀντίτυπα. Neque eſt quod aliquis cavilletur, iſta ſigna aut figuras, eos referre ad mortem, & non ad corpus Chriſti: quia Patres apertè dicunt, ſignificari corpus & ſanguinem, & ſigna & figuras dari corporis & ſanguinis Domini. Quod ut verum eſſe agnoſcas, ex multis aliquot eorum loca ſubjiciemus. Auguſt. de Catech. rudib. De Sacramento ſane quod accepit, ſignacula quidem rerum divinarum eſſe viſibilia, ſed res ipſas inviſibiles in eis honorari. Idem de Civit. Dei lib.10.cap.5. Sacrificium ergo viſibile inviſibilis ſacrificij Sacramentum, id eſt ſacrum ſignum eſt. Hieron. lib.4. in Matth. cap.26. ut quomodo in præfiguratione ejus, Melchiſedech ſummi Dei ſacerdos panem & vinum offerens fecerat, ipſe quoque veritatem corporis ſui & ſanguinis repræſentaret. Bertramus, poſitis ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis, & ſanctorum Patrum dictis, evidentiſſimè monſtratum eſſe, quod panis qui corpus Chriſti, & calix qui ſanguis Chriſti appellatur, figura ſit, quia myſterium. Tertul. contra Marcion. lib.4. Acceptum panem & diſtributum diſcipulis, corpus ſuum fecit, Hoc eſt corpus meum dicendo, id eſt figura corporis mei. Cyprianus epiſt. 3. lib. 2. Videmus in aqua populum intelligi, in vino oſtendi ſanguinem Chriſti. Ambroſ. lib. de his qui initiantur myſteriis, Ante benedictionem verborum cœleſtium, alia ſpecies nominatur, poſt conſecrationem, corpus Chriſti ſignificatur. Idem de Sacramentis, lib.4.cap.5. Fac nobis hanc oblationem adſcriptam, rationabilem, acceptabilem, quod eſt figura corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Idem in cap.11. prioris Epiſt. ad Cor. Hujus rei memores, in edẽdo & potãdo carnẽ & ſanguinẽ Domini, quæ pro nobis oblata ſunt, ſignificamus. Et mox, in cujus typum nos calicem myſticũ ſanguinem, ad tuitionem corporis & animæ noſtræ percipimus. Bernhardus in ſermone Cœnæ Domini:

Teſtimonia Patrum quib. appellant Sacramenta ſigna & figuras.

Digitized by Google

Domini: In hunc itaque appropriãs paſſioni Dominus, de gratia ſua curavit inveſtire ſuos, ut inviſibilis gratia ſigno aliquo viſibili præſtaretur. Chryſ. in Epiſt. priorem ad Cor. c. 10. Quid enim appello communionem? idem ipſum corpus ſumus. Quidnam ſignificat panis? Corpus Chriſti. Quid autem fiunt qui accipiunt? Corpus Chriſti. Baſilius vocat εὐχαριστία in ſua liturgia, & quidem poſt Baptiſmũ. Auguſt. de Trinit. lib. 3. cap. 4. Apoſtolus potuit ſignificando prædicare Dominum Ieſum Chriſtum per linguam, aliter per Epiſtolam, aliter per Sacramentum corporis & ſanguinis ejus. Idem contra Adimantum, Non dubitavit Dominus dicere, Hoc eſt corpus meũ, cùm ſignum daret corporis ſui. Idem in Pſalm. 3. Iudam adhibuit ad convivium, in quo corporis & ſanguinis ſui figuram diſcipulis commendavit & tradidit. Item contra Maximinum lib. 3. ca. 22. In Sacramentis non quid ſint, ſed quid oſtendant attenditur, quoniam ſigna ſunt rerum, aliud exiſtentia, & aliud ſignificantia. Ex his vides patres non abhorrere, imò ponere ſignificationem corporis hoc in Sacramento. Præterea, oſtendimus ex Sacris literis, hujuſmodi locutiones eſſe, ubi verbum ſubſtantivum, Eſt, accipitur pro ſignificat. Quare hoc argumentum hebetatur. Cùm itaque objiciunt, Chriſtum non dixiſſe, vel ſignificat, vel repræſentat. Nos ex ſacris literis ita poſſe accipi reſpondemus, quod luculenter ſupra demonſtravimus. Neque ut arbitrantur, nos hoc pacto argumentamur, alibi hoc modo ſe habet iſta loquutio, igitur & hoc loco ſic accipienda eſt. Sed tantùm occurrimus illis; qui cùm probare debeant ſuam tranſſubſtantiationem, afferunt, Hoc eſt corpus meũ: qui locus controverſus eſt, & de ſenſu ejus dubitatur. Illi objiciunt nobis ſimplicem ſenſum, & mordicus retinent, quod ex aliis locis Scripturæ liquet non eſſe firmum, cùm aliter ſæpiſſimè iſta locutio in Sacris literis accipienda ſit. Nos pro noſtra ſententia de Euchariſtia multas alias habemus rationes, neque hoc adducimus, ut noſtrum argumentum: ſed tantùm reſpondemus eis, cùm obtrudunt hujuſmodi phraſim, eam frequentiſſimè aliter ſignificare, & idcirco ex illa ab ipſis infirmiter concludi.

Cùm argumentantur à dicto Chriſti, Hoc eſt corpus meum, infirmum eſt argumentum.

Evitatur idololatria etiãſi maneat panis.

41 Argumentantur poſtea de adoratione, quòd ſi relinqueretur panis, adoraretur in Sacramento. Miror iſtos eſſe tam obſervantes veræ adorationis, cùm alioquin & picturæ atque ſtatuæ apud eos adorentur. Verùm dicunt, ſe iſta non adorare, ſed ea quæ per hæc repræſentantur. At quomodo non idem volunt concedere de pane ſi remaneat, quòd is non adorabitur, ſed ea quæ ab illo ſignificantur? Deinde, cur pari ratione inde non ſemoverunt accidentia, ne illa fortè adorarentur? Excuſabunt fortaſſis, quod nullus velit ibi colere accidentia, cùm tamen ſciamus picturas & figuras quas in templis tolerant, accidentia eſſe, ad quæ homines procumbunt: nam ſi ligni vel lapidum ſubſtantias adorare vellent, & in ſylvis & in plateis haberent paſſim quòd adorarent. Adde ruſticos & ſimplices homines neſcire diſtinguere, aut judicare inter accidentia & ſubſtantiam. Quique fingunt ſe moveri tanto zelo, debuerunt & calicem tranſſubſtantiare, ne fortè cùm oſtenditur, adoretur. Et ſanè leviſſimum hoc argumentum mihi ſemper viſum eſt, licet à ſcholaſticis, & quidem non vulgaris nominis objiciatur. Oppoſitum eſt adhæc, quod niſi ponatur tranſſubſtantiatio, tum in hoc Sacramento duæ naturæ, ſive ſubſtantiæ corporeæ, ſimul ponentur atque eodem loco. Quis hic non miretur, iſtos eſſe tantæ religionis in naturam & obſervantiæ, quaſi nolint ejus leges violare? Cùm tamen accidentia cõſtituant pendula, abſq; ſubjecto, quod maximè adverſatur naturæ ſecretis. Et per ſuum cõmentum abſurdum quod timent non evadunt: quia cùm relinquant accidẽtia, inter illa eſt corpus, quod ad quantitatem pertinet, & locum proculdubio occupat. Cùm etiam velint carnem Chriſti corporaliter accedere, quæ eſt quanta, & latere ſub accidentibus, neceſſariò duo quanta & duo corpora ſimul ponent. At juxta ſententiam quam nos aſſerimus, nihil eſt periculi ab hoc abſurdo.

Adverſarii coguntur duo corpora ſimul ponere.

42 Aiebant præterea, dignitati Chriſti parum convenire, ut ejus corpus ſubſtantiæ panis conjungatur, quod eſt admodum frivolum: non enim ſtatui-
A tur ex corpore Chriſti & panis natura unum ſuppoſitum fieri, ut ex natura divina atque humana in Chriſto. Neque etiam videmus quæ major ſit dignitas accidentium, quàm ſit panis, ut ſi corpus Chriſti cum illis eſſe ſtatuitur, non poſſit cum ſubſtantia panis manere. Et cùm natura divina etiam in inferno eſſe dicatur, citra ſuæ dignitatis jacturam, atque hoc corpus, ut ipſi ſentiunt, etiam impiis tradatur, verè ac ſubſtantialiter manducandum, qui ſunt im-
B puriſſimi & eo indigniſſimi: Quid verentur tantùm ob dignitatem, corpus & ſanguinem Domini pani & vino adjungere? potiſſimum cùm ſignificationis conjunctio ſtatui debeat. Habuerunt præterea rationem de ſacrificio: Nam inquiunt, corpus & ſanguis Domini offeruntur in miſſis, & ſi non ponatur iſta metamorphoſis, tum nil offeremus, niſi rem ſignificatam & adumbratam. Hîc pro nobis ſatisfaciet Cyprianus, qui ad Cæcilium Epiſt. 3. lib. 2. ait paſſionem eſſe Domini, quam offerimus. Quis autem ne-
C ſciat paſſionem Chriſti minimè præſentem eſſe in manibus ſacrifici, cum ſit res elapſa præterito tempore, cujus agitur memoria, & de qua gratiæ aguntur Deo? Sed hoc totum quod prætexuerunt in hoc argumento, figmentum eſt, quo comminiſcuntur ipſum filium Dei à ſacrifico propriè & verè immolari Patri: qua de re ut errent, modò non eſt locus dicendi.

Quid ſit ſacrificium in cœna Domini.

43 Nunc oportet oſtendere, quod poſtea objiciebant de Patrum ſententiis, quæ inſtituto noſtro
D videntur adverſari, eas contra nos minimè facere. Sed priuſquam ad ipſas explicandas deſcendam, nõnullas præfari ſtatui, quæ habere poterunt, ut certæ regulæ ad Patres intelligendos, quando hac de re Sacramentali grandius loquuntur, & vehementius agunt. Primùm eſt conſiderandum, Scripturam ſanctam alternatione quadam, quod ſymbolorum eſt conſueviſſe rebus attribuere, & quæ viciſſim rerum ſunt adſcribere ſignis. Qua eadem ratione & Patres utuntur, & ſæpe illos videas de rebus agere, at-
E que ſi de ſymbolis loquerentur: ac è diverſo, ita de ſymbolis ſcribere, quaſi res & ſignificata pertractent. Quod poteſt congruere propter magnam ſimilitudinem, quæ inter hęc ex inſtituto Domini intercedit. Auguſtinus de hac re apertè monuit ad Bonifacium, quod in Sacramentis nomina permutẽtur.

Quædam regulæ ad intelligendos Patres cùm de hoc Sacramẽto loquuntur. Vide in Gard. par. 2. Allœſis rerum, & ſymbolorum.

Altera eſt regula, quod ſi diligenter inſpexeris quæ ſuprà & infrà dicuntur, ſemper videbis Patres atteſtari, hanc alimoniam ſpiritualem eſſe, non autem gulæ, ventris aut dentis. Tertia, ſi quandoque dicant,
F nos cum Chriſto carnaliter communicare, ita ut etiam corpus alatur Euchariſtiâ: iſta ſic accipienda ſunt, ut intelligamus filium Dei quando conceptus fuit ex Virgine, & naturam humanam aſſumpſit, iſtũ nobiſcum carnaliter cõmunicaſſe. Deinde nos in eo manemus, viciſſimque ille in nobis manet, quando nos verbis ejus credimus, & cum fide Sacramẽta percipimus: quia ſic communicando, additur nobis ſpiritus, & caro noſtra corpus, quæ naturæ jam erant ejuſdem cum Chriſto, redduntur earundem condi-
G tionum cum eo: capacia fiunt immortalitatis & reſurrectionis: cúmque obſequantur & inſerviant ſpiritui, verè aluntur ad vitam æternam. Et ita corpus noſtrum in Euchariſtia bifariam paſcitur: paſcitur primùm ſymbolis, deinde hac inſtauratione ad vitam æternam, atque ita Chriſtus dicitur per hoc Sacramentum in nobis manere. De prima communicatione, quam habemus cum illo per nativitatem & incarnationem, teſtimonium habes ex Epiſtola ad Heb. cap. 2. Quia igitur pueri communicaverunt car-
H ni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participavit eiſdem.

2 Sẽper alimoniam ſpiritualem reſpiciũt.

3 Quid ſit Chriſtũ nobis carnaliter aut naturaliter communicari?

Heb. 2. 14.

Conſideres deinde verbum cõſecrandi, non aliud ſignificare apud Patres, quàm rem communem & prophanam ſacro uſui dedicare, hoc eſt ſanctum reddere: non itaque eſt ut cum in Patribus occurrit vox conſecrationis, illico nobis fingamus tranſſubſtantiationem. Quod autem aliqua mutatio ibi ſit, non inficiamur, nimirum qua res illæ jam Sacramenta fiant, ad ſignificandum nobis efficaciter offerendum ac exhibendum per vim Spiritus ſancti, quoad
I animum & fidem, corpus & ſanguinem Domini.

4

Sciendum præterea, inter nos & Capernaitas, quoad res ipſas, non eſſe diſcrimen. Illi putarũt ſe ve-

5 Diſcrimen inter nos & Capernaitas.

Digitized by Google

rum corpus & veram carnem Chriſti manducaturos,
quòd & nos fieri concedimus. Cæterùm, diſcrimen
eſt in modo & ratione manducationis. Quod illi car-
naliter faciendum putarunt, nos fieri ſpiritualiter do-
cemus: alioquin verum corpus, & verus ſanguis ex-
6 hibetur, quia fides non complectitur ficta, ſed vera.
Item, cùm legitur in Patribus, corpus Chriſti conti-
neri aut haberi his myſteriis, per iſta nihil aliud acci-
piendum eſt, quàm denotari, oſtendi, demonſtrari, at-
que ſignificari.

Corpus Chriſti contineri, vel haberi in pane quid ſit.

7 44 Cúmque audis Patres dicentes, Hîc panem
aut vinum amplius non eſſe: hoc debes intelligere
non ſimpliciter, ſed quoad teipſum, quando piè com-
municas, quia illic tibi non eſt cogitandum, vel de
pane, vel de vino: mens tua & ſenſus oportet ſolùm
inhæreat rebus, quæ tibi repræſentantur. Ideò dici-
tur, ***Surſum corda***, ut ab iſtis animum ſubvehas ad in-
viſibilia, quæ tibi offeruntur. Scripturæ etiam ſacræ
non abhorrent ab hoc tropi genere. Paulus inquit,
Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſan-
guinem, qui tamen non negaſſet corpus & carnem
aggravare animam, & refrænanda eſſe, cùm alibi ſcri-
bat, Caro concupiſcit adverſus ſpiritum. Neque et-
iam ignoravit, multos eſſe malos homines, qui caro
& ſanguis dicuntur, à quib. tamen infeſtamur, & cùm
illis eſt nobis quotidiana lucta. Sed intelligebat Pau-
lus, de illa ſumma & præcipua contentione: unde iſtę
aliæ ortum habent. Dixit etiam in Chriſto non eſ-
ſe marem, neque fœminam, neque ſervum, neque
liberum, cùm tamen iſta officia & iſtæ perſonæ à
Chriſto & Eccleſia non removeantur, ideò de illis
præcepta ſeorſim deſcripta ſint. Sed intelligebat
Paulus iſta non eſſe in Chriſto, quoad regeneratio-
nem, remiſſionem peccatorum, & vitam æternam
conſequendam, quæ ſumma ſunt in Chriſtianiſmo.
Et in illis diſtribuendis, Chriſtus non reſpicit hos
ſtatus & iſtas conditiones. Scribit idem Apoſtolus,
Regnum Dei non eſt in ſermone, nec tamen voluit
propterea ab Eccleſia, quæ regnum Dei eſt, remove-
ri conciones, admonitiones, & lectiones, quæ verbo
fiunt, ſed tantùm reſpiciebat illam ſummam vim &
efficaciam ſpiritus, qua omnia in Eccleſia regi debét.
Ita loquuntur patres, cùm negant ſymbolorum natu-
ram manere, quod non eſt, ut diximus, ſimpliciter ac-
cipiendum, ſed quoad noſtram fidem & cogitatio-
nem, quas non oportet illis inhærere. Adjicias iſtis,
fidem tantæ eſſe efficaciæ, ut res præſentes faciat, non
quidem realiter aut ſubſtantialiter, ſed ſpiritua-
liter. Nam illas verè complectitur. Atque dicebat
Apoſtolus, Chriſtum ob oculos Galatarum fuiſ-
ſe crucifixum. Sic & Abraham dictus eſt vidiſſe diem
Domini. Atque hoc pacto veteres eundem Chri-
8 ſtum habuerunt in ſacramentis, quo & nos fruimur.
9 Et ita vides ad hanc præſentiam non requiri res,
10 quoad naturalem conſtitutionem, mutare locum,
aut nobis adeſſe cum omnibus ſuis materialibus &
phyſicis conditionibus. Eſt etiam obſervandum, per
alternationem & communicationem proprietatum,
quia natura divina Chriſti nobis veriſſime adeſt, hoc
ipſum communicari poſſe humanitati. Vt Chriſtus,
cùm loqueretur in terra, Filium hominis dicebat
eſſe in cœlis, & ſic humanitati attribuebat quod fuit
divinitatis. Et hoc pacto in communione, naturam
humanam Chriſti nobis adeſſe concederem, ſi id
per communicationem idiomarum exponeretur. Po-
ſtremò ſi quęras, cur Patres his tropis aut hyperbolis
uſi ſint? dicemus, partim ut phraſim ſcripturæ ſeque-
rentur, partim ut animos hominum vehementius per-
cellerent. Deinde ut oſtẽderent iſtâ ſignificationem
ſacramentorum non comicam aut tragicam eſſe. Nã
in illis, perſonatus quiſpiam poteſt Hectorem aut
Priamum repræſentare, nec præterea quippiam cõſe-
quitur, quod magni momenti ſit. Hic verò res re-
præſentata vi Spiritus ſancti, & datur & imprimi-
tur in animis noſtris per fidem, conſequitúrque mul-
ta dona & gratiæ, ac potiſſimùm arcana & ineffa-
bilis unio cum Chriſto, ut verè cum illo unum effi-
ciamur.

Quid intelligant Patres cùm dicunt, panem aut vinum in ſacramento ſupereſſe?

Eph.6.12.
Gal.5.17.
Gal.3.28.
1.Cor.4.20.

Præſentia fidei.

Gal.3.1.
Ioan.8.56.

Si natura divina in ſacramento præſens eſt, ſimiliter & humana poteſt dici præſens per allœoſim.
Ioan.3.11.

Cur patres uſi ſint hyperbolis?

11 45 Prima autem obiectio fuit ex Irenæo, qui ait
panem terrenum, invocatione accepta, non eſſe
communem panem, ſed fieri Euchariſtiam. Hoc nos
A libenter admittimus, qui non hîc ponimus propha-
num & vulgarem panem, ſed ſanctum, quique jam,
ut ille dicit, factus ſit Euchariſtia. Sed quæ ſequun-
tur magis pro nobis faciunt. Scribit, Euchariſtiam ex
duabus rebus conſtare, nimirum cœleſti atque terre-
na, & non (inquit) ex accidentibus rei terrenæ. Sub-
dit poſtea, ita noſtra corpora Euchariſtiam ſuſcipiẽ-
tia non eſſe corruptibilia, ſpem reſurrectionis ha-
bentia. Et ſi tanta mutatio ab eo ponatur in corpori-
B bus noſtris, ut eam æquet mutationi panis (inquit
enim, ſicut panis ille non eſt amplius communis, ita
corpora noſtra non amplius eſſe corruptibilia) quid
opus erit tranſſubſtantiatione? cùm mutationes iſtas
faciant utrinque pares, & pateat noſtra corpora non
tranſſubſtantiari? Adducebatur ſecundo loco Tertul-
lianus, is quoque ſecum habet declarationem. Non
ſolùm inquit panem acceptum fecit Dominus cor-
pus ſuum, cùm diceret, Hoc eſt corpus meum: ſed ad-
jecit, id eſt, figura corporis mei. Objiciebant de Ori-
C gene, quod ſcripſerit, Dominum fateri panem eſſe
corpus ſuum, id nos minimè negamus: tota autem
concertatio eſt de modo quo ſit corpus Domini, &
de hoc ipſe apertè alibi docet figuras hîc eſſe, & hunc
panem dici verbum nutritorium animæ, ac docet
non eſſe inhærendum ſanguini carnis, ſed ſanguini
verbi. Cyprianus videtur loqui durius, quando pa-
nem hunc, inquit, non effigie, ſed naturà mutari. Ve-
rùm ſpectandum eſt ad Cæcilium quid ſcripſerit, ni-
mirum cum vino demonſtrari ſanguinem Domini.
D Et ſi deſit vinum in calice, non poſſe videri ſangui-
nem Domini ibi eſſe. Quod vero ibi inquit nunc de
mutatione, illam quoque nos concedimus, ſed ſacra-
mentalem. Et tunc fatemur effigiem, ſive formam, &
accidentia panis, ſubire hoc munus, ut ſint ſacramen-
ta, ſed naturam & ſubſtantiam ipſam panis & vini
mutari in ſacramenta corporis & ſanguinis Domini.
Vtque ſubſtantia ipſa panis, & effigies nutrit, ita cor-
pus Chriſti & animam noſtram alit, & corpus fovet,
atque inſtaurat. Vtque ſubſtantia ipſa panis conſta-
E tur ex multis granis, ita corpus myſticum quod re-
præſentat, multa habet ſimul conjuncta membra.
Vnde tam nos quàm adverſarij dicimus, effigiem, id
eſt, apparentiam & aſpectum non mutari, ſed ſubſtan-
tiam eſſe quæ mutatur. Et illi quidem volunt muta-
tionem eſſe per abjectionem naturæ panis, nos verò
ponimus tantũ ſacramentalem mutationem. Et con-
tra adverſarios facit ipſemet Cyprianus, nam etſi ſub-
ſtantiam panis non mutant, verùm prorſus auferunt.
Nos mutari dicimus, ut quæ corpus Chriſti fiat, id
F eſt, ſacramentorum corporis Chriſti, quod antè non
erat. Addas his, naturam, apud authoros Latinæ lin-
guæ, non ſemper ſignificare ſubſtantiam, ſed vim, in-
genium, & proprietatem. Vnde Cicero de ſomnio
Scipionis, animæ natura propria atque vis, ut ipſa à
ſeipſa moveatur. Et ad Lentulum, eam eſſe naturam
& religionem provinciæ tuæ. Et cum dicitur natura
herbarũ, natura lapidum, & alia huius generis. Quæ
ſignificatio huic dicto Cypriani quadrat.

Tertullianus.
Origenes.
Cyprianus.
Quomodo natura panis mutetur.
Quid natura.

46 Objiciunt Ambroſium, & potiſſimùm in libris
G de Sacramentis: Qui libri ab aliquibus exiſtimantur
non eſſe Ambroſij. Roffenſis invehitur in eos qui ſic
putant, & inquit, omnino credendum eſſe Auguſti-
no, qui iſtos libros Ambroſio aſſerit, & aperte atte-
ſtatur, Ambroſium ſcripſiſſe libros de Sacramentis, &
Prologum citat ſuper libros de doctrina Chriſtiana,
quem ego frequenter legi, & nunquam quod iſte
ſcribit invenire potui: Niſi forte intelligas, quæ in li-
bris Retractationum ſcripſit, cùm meminit ſuorum
ſcriptorum, de doctrina Chriſtiana, ibi tale quip-
H piam habet. Deinde illud probe ſcio, Auguſtinum
cõtra Iulianum Pelagianũ citaſſe Ambroſium de Sa-
cramento regenerationis, vel de Philoſophia: non
tamen hos libros de Myſteriis, vel de Sacramentis: &
quæ illic citantur in his libris de Sacramentis, non
habentur. Sed hoc non multum moror, fac eſſe Am-
broſii, non per omnia à nobis diſſentiunt. Nam
ſæpe meminit ſignificandi, & quod appellantur &
dicuntur hæc ſacramenta corpus Chriſti, quæ nos
I minime inficiamur: & ſic quandoque meminit mu-
tationis vel converſionis, de ſacramentali hæc in-
telligenda ſunt. Præterea ipſe idem inſpicien-
dus eſt,

De libris adſcriptis Ambroſio, de ſacramentis.

Locutiones Ambroſij.

Digitized by Google

dus eſt, quod alibi citat: Primùm de Officiis lib. 4. cap. 48 habet, Hîc umbra, hîc imago, illic veritas, umbra in Lege, imago in Evangelio, veritas in cœleſtibus: antea agnus offerebatur, offerebatur vitulus, nunc Chriſtus offertur, ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paſſionem, ſed offert ſe ipſe, quaſi ſacerdos, ut peccata noſtra dimittat: hîc in imagine, ibi in veritate, ubi apud Patrem quaſi advocatus pro nobis intervenit. Et ſuper priori Epiſt. ad Corinthios, ut ſuperius jam citavimus, inquit: In edendo & potando, carnem & ſanguinem Chriſti, quæ oblata ſunt, ſignificamus. Et cum de ſanguine loquitur, ait nos in typum ejus accipere calicem myſticum. Addas quod idem in his libris de Sacramentis, in eo qui quartus eſt, capite quarto, apertè ponit mutationem noſtram in Chriſtum, quod ſæpe in aliis Patribus annotavimus.

47 Nunc ſupereſt ut videamus de Chryſoſtomo. Induxerunt ejus ſimile de cera, quæ appoſita ad ignem, quoad ſuam ſubſtantiam deſtruitur, ut nihil remaneat aut ſuperfluat: ita inquit, putes myſteria conſumi à ſubſtantia corporis Chriſti. Quid, aiunt, poteſt eſſe pro tranſſubſtantiatione apertius? Sed hic exiſtimo eſſe operæpretium, ut Chryſoſtomum ipſum excutiamus, quò apertè videatis quàm rectè annotata ſint, quæ præfati ſumus de loquutionibus Patrum. Is in Homilia octuageſima tertia ſuper Matth. inquit: Multi dicunt ſe velle ac cupere formam ſpeciémque Chriſti videre, item veſtimenta & calceamenta ejus ſpectare: ipſe verò ſeipſum tibi tradit, non ſolùm ut ſe videas, verùm ut tangas. Nónne hic intelligimus ipſum attribuere rei Sacramẽti, quod eſt ſymbolorum, nimirum ut corpus Chriſti tãgatur, & videatur? quod tantùm de ſymbolis verum eſſe quis non animadvertat? Rurſus in eadem Homilia, Nos ſecum in unam (ut ita dicam) maſſam reducit, neque id fide ſolùm, ſed reipſa corpus ſuum efficit. Quod idem ſcripſit in Homilia ſexageſima, & 61. ad populum Antiochenum: Nos inquam, non ſolùm fide & dilectione, ſed reipſa fieri & miſceri corpori Chriſti. Atque id ſi ita eſt, ut nos non traſſubſtantiemur, & nihilominus tam arctè jungamur Chriſto, quid oportet panem tranſſubſtantiari, ut corpus Chriſti efficiatur? Sed poſſet ſcrupus oriri, quaſi Chryſoſtomus contra nos faciat, qui perceptionem iſtam per fidem ponimus, cùm ille dicat, non ſolùm per fidem, ſed reipſa nos illi miſceri, & in illum mutari. Verum hic eſt obſervandum, quod etſi per fidem ſtatuimus corpus Chriſti & ſanguinem edi aut bibi, tamen iſtam ſumptionem per fidem conſequitur nõ ficta ſed vera conjunctio inter nos & Chriſtum, qua non ſolùm noſter animus cum ipſo unitur, ſed etiã corpus & caro noſtra inde habet ſuam inſtaurationem, efficimúrque verè membra Domini, & ipſum noſtrum caput ſuſcipimus, ex quo perpetuò & ſpiritum & vitam haurimus. Atque hoc eſt quod reipſa nos Chriſto conjungi Chryſoſtomus dixit. Adde quod in eadem Homilia ſuper Matthæum ait, Iſta eſſe ſymbola Domini Ieſu, quibus obturamus ora hæreticorum, qui quærunt, quomodo Chriſtus ſit paſſus? Nam ſi non veram habuiſſet carnem, & verè paſſus eſſet, vana eſſent hæc ſymbola. Habet in eadẽ Homilia, Noſtram linguam cruentari in perceptione Sacramentorum. Et ne cavilleris cruorem intelligi viſibilem, quo unà cum vino vel accidentibus, ut ipſi loquuntur, vini lingua noſtra cruenterur, in Homilia quam habuit idem pater ad Antiochenos 60. ſcribit, quòd lingua noſtra ſanguine iſto rubeat: Vbi quis non videat hyperbolen eſſe? Et habet in Encæniis, in cratere ſanguinem eſſe hauſtum è latere Domini: Quod non poteſt, ut dicitur, credi, quandoquidem latus Domini hodie non eſt apertum, & inde ſanguis non hauritur.

Non ſolùm fide, ſed revera miſcemur Chriſto.

48 Scribit præterea eadem Homilia: Num panem vides, aut vinum? Subdit, abſit. Certè ſi hîc interroget ſenſus, reſponderent non eſſe verum quod dicit. Nam judicio noſtri ſenſus, & panis & vinum adeſt: ſed ille verè loquitur quando ſubdit, Non ita cogites, quia quoad noſtram exiſtimationem, oportet iſta faceſſere. Scribit idem, Ne putes te ex homine accipere corpus Chriſti, ſed à Seraphin qui aſtet, & cum forcipe tradat tibi carbonem ignitum. Hîc non arbitror iſtos velle tranſſubſtantiare Miniſtrum, aut paſtorem, qui nobis porrigit ſacramenta. Et ſubjecit, Accurramus ad exugendum ſanguinem, qui ex latere Domini profluit. Iſta ne Scholaſtici quidem audent dicere. Nam ipſi ſcribunt, panem & vinum in ſubſtantiam corporis & ſanguinis mutari, non tamen ita, ut veræ ſubſtantiæ corporis Chriſti quippiam vel accedat vel decedat. Et ad populum Antiochenum, 61. habet non ſolùm Chriſtum præbuiſſe nobis ſe videndum, ſed etiam tangendum atque palpandum, cujus carni etiam dentes infigamus. Quo loco etiam vides, quod eſt ſymbolorum attribui rei ſignificatæ per ſacramenta. Non enim pertingit Deus noſter ad ſubſtantiam corporis Chriſti, ſed tantùm ad panem, ad ſymbola, & ſacramenta. Ipſe idem ait in Homilia 60. ad populum Antiochenum, Nos non debere putare ſacerdotis manum porrigere Sacramentum, ſed exiſtimare manum Chriſti extenſam hoc facere. Nec minus in Baptiſmo ipſum eundem eſſe, qui iſtud exequatur munus, videlicet baptizandi. Et 61. admonet, ut cogitemus nos Chriſtum ſedentem in cœlis, qui adoratur ab Angelis, in hoc Sacramento geſtare. Quibus omnibus non eſt obſcurum, hunc noſtrum Patrem, curaſſe omnibus modis, animos communicantium à ſignis craſſioribus, & à ſymbolis externis evocare ad divina atque cœleſtia meditanda. Mirandúmque eſt, iſtos qui excutiunt adeò diligenter loca Patrum, non producere id quod habetur in Homilia 61. ad populum Antiochenum. Et petulantes & contumaces eſſe eos, qui adminiſtrationi ſacramentorum aſtant, & non communicant. Qua in re, aſſeverat eos Chriſto facere luculentam injuriam. Sed ne ab eo diſcedamus, quòd in argumento propoſitum eſt, nimirum Homilia in Encæniis, de cera quæ ad ignem tota diffluit. Reſpondemus eo loco habere Chryſoſtomum identidem hoc verbum, Puta, ut intelligamus, iſta non eſſe accipienda niſi quoad noſtram fidem & cogitationem, qua panem & vinum communicando, non complectimur per ſeipſa, ſed quærimus res quæ per ſignificationem, & quidem efficacem, iſtis conjuncta ſunt. Producimus deinde par ſimile ex Cyrillo in libro decimo, capite decimo tertio ſuper Iohan. ubi ceram dicit liquefactam, & alteri ceræ permixtam, ita ut ex duobus prorſus unum fiat, referre id quod agitur in huius Sacramenti perceptione, quod eſt, ut unum efficiamur revera cum Chriſto. Idémque habet lib. 4. cap. 17. Quod ſi hoc ſimile de cera inter nos & Chriſtum locum habet abſque tranſſubſtantiatione corporis noſtri, idem ſtatui poteſt de ſimili quod Chryſoſtomus ponit inter ceram & ſymbola ſive myſteria. Adverſarij præterea interrogandi ſunt, num illa ſimilia velint æquari per omnia. Quod ſi conceſſerint, oportet eos & accidentia panis ex iſto Sacramento auferre, nam cera quæ adhibetur igni, non tantùm deſtruitur quoad ſubſtantiam, verumetiam quoad accidentia. Quòd ſi nolint ſimile in hac parte locum habere, tum liberum & nobis erit, totum hoc accipere quoad noſtras animi cogitationes & fidei complexum, & tibi fatebimur, quoad ipſum, naturam & panis & vini abire, animúmque noſtrum tantummodo inhærere ſignificatis, & rebus quæ per ſymbola nobis offeruntur, id eſt corpori & ſanguini Chriſti. Et de Chryſoſtomo tantum ſit dictum, in quo videre poſſumus, ut verè ea locum habeat, quæ de Patrib. antea præfati ſumus.

Negatio quãdoque intelligitur ex collatione.

Quod eſt ſymbolorum rei attribuitur.

Contra eos qui adſtant & non communicant.

49 Auguſtinus poſtea objiciebatur, qui diceret ſuper Pſalm. 33. Chriſtum ſe geſtaſſe ſuis manibus, & id quidem in poſtrema cœna, quando Apoſtolis Sacramentum diſtribuebat, hoc autem nos minimè inficiamur. Quid enim prohibet Chriſtũ geſtaſſe ſuis manibus corpus ſuum, ſi per corpus intelligas ſui corporis Sacramentum? Et hoc eſt quod Auguſtinus ad finem iſtius loci adjicit: Quodammodo, ac ſi diceret, non ſimpliciter ſe geſtavit, ſed aliquo modo, is verò eſt quem modo diximus. Eundem Auguſtinum opponunt nobis libro 3. de Trinitate, ubi inquit: Panem ad hanc viſibilem ſpeciem per manus hominum perduci, ſed non poſſe fieri tantùm Sacramentum, abſque operatione inviſibili Spiritus ſancti. Eſt autem mirandum non leviter, quomodo iſti ul-

Auguſtinus.

Digitized by Google

lum aliud opus Spiritus ſancti in hoc Sacramento non agnoſcant, niſi tranſſubſtantiationem. Nam audito nomine operis Spiritus ſancti in hoc Sacramento, tranſſubſtantiationem ilico inſerunt. Cùm tamen ſymbola hæc ad ſtatum & conditionem Sacramentorum non poſſint evehi, aut tranſmutari, niſi operâ divina: videlicet inſtituto Domini, ſacris verbis, & efficacia Spiritus ſancti. Quia non amplius incurſant hæc ſacra animum noſtrum vulgari & communi more, ſed efficaci atque vehementiſſimo ſpiritus impetu. Et ejuſdem Spiritus ſancti vi ac operatione, mentes & animi noſtri permoventur ad res Sacramẽtorum complectendas. Nunc ad Auguſtinum qui in nonageſimum tertium Pſalmum ſuper illud, Adorate ſcabellum pedum ejus, inveſtigat, quódnam ſit iſtud ſcabellum, & tandem invenit dici in Scripturis, Terra eſt ſcabellum pedum ejus. Sed quomodo inquit, adorabimus terram? nónne ſcribitur, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies? & præcipitur ut ea quæ ſunt in cœlis, aut ſuper terram, vel in aquis, aut ſub terra non adoremus? Verùm ſubdit, quandam eſſe terram quæ jure adorari poſſit & debeat. Nam, inquit, filius Dei naturam humanam aſſumpſit, id eſt carnem ex Virgine, & illa dicitur terra in Sacris literis, quandoquidem noſtrum corpus è terra ſumptum eſt. Carnem verò Chriſti adorandam eſſe inde patet, quia cùm illam ad manducandum exhibuerit, nemo eam manducat, quin prius adoraverit. Hæc Auguſtini verba nihil contra nos poſſunt, quia carnem Chriſti adorandam eſſe propter conjunctionem quam habet cum natura divina, minimè inficiamur. Contenditur hîc, an ea latitet operta ſub accidentibus, non utrum adoranda ſit. Sed aiunt, Si ibi non eſſet in Sacramento, & panis illic haberetur, eſſet idololatria. Quibus reſpondemus, quòd par etiam illi periculum incurrant: nam deberent accidentia ſubmovere, ne adorentur, & calicem ipſum tranſſubſtantiare. In Sacramẽto autem diſtinguimus ſymbola à rebus, & ſymbolis aliquem honorem tribuimus, nimirum ut tractentur decenter, & non abjiciantur: ſunt enim ſacræ res, & Deo ſemel deputatæ. Quo verò ad res ſignificatas, nimirum corpus & ſanguinem Chriſti eas promptè & alacriter adorandas concedimus. Inquit enim Auguſtinus hoc loco, non peccatur adorando carnem Chriſti ſed peccatur non adorando. Verùm monet interim carni Chriſti non eſſe inhærendum, ſed mentem ſublevandam ad naturam divinam, cui conjuncta eſt caro nexu indiſſolubili: alioquin ait, Caro non prodeſt, ſed ſpiritus eſt qui vivificat. Vbi annotabis iſtud Servatoris dictum quod habetur Ioan. 6. cap. accipi ab Auguſtino de carne Chriſti, non autem de carnali intelligentia, ut quidam volunt.

Opus eſt Spiritus ſancti ut hæc elementa fiant Sacramenta.

Pſal. 93. 5.

Eſ. 66. 1.

Idololatriam non cavẽt adverſarij.

Symbolis aliquis honor tribuitur, ſed citra adorationem.

Quomodo ſit adoranda caro Chriſti?

50 De adoratione verò, paucis perſtringam: & commemorabo quod aliâs dixi in expoſitione Epiſtolæ ad Corinthios, illam conſiſtere in invocatione, confeſſione, quæ duplex eſt, & cordis & oris, atque in gratiarum actione. Ea autem habentur & Deo & Chriſto ubicunque ſe nobis declarant. Hoc autem fit modo triplici: Primùm, verbo interno, cùm ſubit animos noſtros vi divini ſpiritus aliqua vehemens cogitatio de Deo & Chriſto, tunc adoratio conſequitur, quia vel fatemur, vel invocamus, aut gratias agimus. Declarant quandoque ſe iſta nobis per externa verba, cùm ſanctas Scripturas ipſi legimus, aut ſacras audimus conciones, tunc ſæpenumero incitamur ad invocandum, vel ad alia quæ ſpectant ad cultus rationem. Demum ſe declarat aliquando Chriſtus & Deus externis ſignis, ut in monte Syna, Eſaiæ ſub forma Regis in ſolio ſuo conſidentis, in arca fœderis, aut in Sacramentis, & ibi quoque adoratio impenditur. Sed quemadmodum Auguſtinus admonebat, ſiſtendum non eſſe gradum in carne, ſed accedendum ad divinitatem: ita hic ego moneo, adorando, cùm percipimus Euchariſtiam, non eſſe conſiſtendum in ſymbolis, ſed adorandum in ſpiritu & veritate Chriſtum ſedentem in cœlis ad dexteram Patris. Quod quia ſimpliciores non intelligunt, propter confirmatum & roboratum errorem tranſſubſtantiationis, imò exiſtimarim non eſſe inutile, ſi ab adoratione externa, puta à proſtratione, vel genu flexione temperaremus, quoad iſti docerentur. Adoratio externa poteſt abſque periculo adhiberi, neque externa, ſua naturâ, eſſet mala. Multi enim piè genu flectunt & adorant, illis verbis Evangelij auditis, Et verbum caro factum eſt, nec tamen ipſa verba dicenda ſunt adorari, verùm ſignificata. Quod idem hîc fieri quid prohibet, modo non adorentur ſymbola, ſed quod per illa ſignificatur? Verùm hoc tempore, ob prædictam cauſam, fortaſſis adoratio externa non eſt opportuna, niſi frequens de his rebus eſſet in concionibus mentio.

Adoratio in quibus rebus conſtituatur?

Deus & Chriſtus adorãdus ubi ſe nobis declarant.

Vide dialogũ de utraque in Chriſto & natura & in Gardin.

Num adoratione per externa ſigna liceat uti coram Euchariſtia?

51 Neque ex meis dictis anſam quis arripiat, licere ſtatuas aut picturas adorari, eò quòd ibi Deus & Chriſtus videantur nobis interdum efficaciter ſe declarare: quoniam apertum verbum habemus ne imagines nobis faciamus ad adorandum, ſed quoad verba ſanctæ Scripturæ, & Sacramenta, ut audiendo vel percipiendo ea adoremus, nihil prohibet: quia Dei ſermone, voluntate, ac juſſu inſtituta ſunt, ut ad cultum Dei provocemur, qui ſitus eſt in adoratione. Nec magis ex hoc elicere debes, Euchariſtiæ reliquias adorandas eſſe: nam quicquid habent vitium ſymbola, id ex Spiritu ſancto, verbis Domini, & inſtituto ejus habent, quæ extra uſum Sacramenti non extant. Et promiſſio habetur dum manducamus & bibimus. Quare dogma illud de conſervatione non fuit catholicum, quia tempore Heſychij ut ipſe teſtatur ſuper Leviticum Euchariſtiæ reliquiæ comburebantur: quod idem habes in Origene ſuper Leviticum, licet idem ſit liber qui duobus aſcribitur. Et Clemens Romanus Pontifex, ut patet ex ejus Decreto, quod habetur de conſecratione, diſtinct. 2. cõſtituit, ut reliquiæ Sacramenti hujus comederentur à clericis: non negamus quandoque fuiſſe ſervatas, verùm id fiebat abſque adoratione & ſuperſtitioſis cultibus. Dabantur pueris & mulierculis deferendæ ad ægrotos, ut liquet ex hiſtoria Euſebij Cæſarienſis, & ex Hieronymo. Sumptionéque iſtarum reliquiarum quæ ita fiebant, extra cœtum ſacrum & ritum à Domino inſtitutum, non facilè dixerim fuiſſe juſtam communionem: quam tamen haberi potuiſſe, apud ægrotos concederem, modo repetierint ſacra verba, & aliquot fideles ibi Domini ritum inter ſe agitarint: Vbi enim plures non communicant, ratio ſacramenti hujus non retinetur. Chriſtus dixit, Accipite, edite, & bibite. Frangitur panis, quod ad diſtributionem pertinet, atque ita in Canone ſuo multa dicunt, quæ niſi multi communicent, mendacia ſunt. Præterea dicitur cœna, communio, ſynaxis, quæ nomina privatę actioni parum conveniunt. Neque privatas miſſas unquam apud veteres legimus. Honorius Romanus Pontifex decretum induxit, ut Euchariſtia ſervaretur, & adjecit honorem ac reverentiam illi exhibendam cùm circumferretur. Quod ſi ante eum factum fuiſſet, illum non oportuit hac de re ſancire decretum. Vtque in ſumma agamus, hoc Sacramentum aſſerimus (ut prius dictum eſt) ſuam non habere vim aut efficaciam, niſi dum agitatur & percipitur, quod & in omnibus aliis Sacramentis fieri vides.

Picturæ & ſtatuæ non adorandæ.

De reliquiis Euchariſtiæ poſt uſum Sacramenti.

De Euchariſtia miſſa per domos.

Matt. 26. 26.

52 Hilarius nobis opponitur, ſed is habuit maximas controverſias cum Arrianis, contra quos agit: quod putarent inter Patrem & Filium non eſſe conjunctionem, niſi per concordiam voluntatis. Hilarius contra iſtos inquit, Vos interrogo, an inter nos & Chriſtum conjunctio ſit ex proprietate naturæ, vel ex voluntatis concordia? Volebant enim Arriani, arripere illum locum quo Chriſtus precatus eſt, ut nos unum efficeremur cum ipſo, ſicuti ipſe & Pater unum ſunt inter ſe. Locus eſt in Iohanne cap. 17. ubi dicitur, Sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint. Adjiciebant hæretici, nos minimè habere cum Chriſto conjunctionem, niſi conſenſus & voluntatis, atque per hoc inferebant, inter Filium Dei & Patrem non aliam atque iſtam unionem ſive conjunctionem intercedere. Fuit itaque Hilarij demonſtrare, nos Chriſto uniri naturaliter, ut concludat, Filium quoque Patri naturaliter adjungi. Probatio ejus ita habet: Si Dei verbum verè aſſumpſit naturam humanam, carne ſua naturaliter communicat nobiſcum, & nos dicimur manere in eo, quia ipſe habet in ſe naturam noſtram. Et viciſſim in Dominico cibo, ſi accipimus verè carnem illius,

Hilarius.

Ioh. 17. 21.

Digitized by Google

illius, participamus cum eo naturaliter, & verè ille manet in nobis. Atque ita Hilarius argumentatur à veritate Sacramentorum, quam nos minimè inficiamur: fuitque is mos veterum, ut à Sacramentis, quaſi à rebus notiſſimis, argumenta depromerent. Nihil autem iſtorum eſt, quòd noſtræ ſententiæ adverſetur, quia Hilarius non contendit ſub accidentibus, aut in hoc Sacramento, latitare atque opertam eſſe Chriſti carnem: ſed adſtruit tantùm nos communicando vere conjungi carni Chriſti, quod nos minimè negamus. Verùm, mihi conſidera illum eundem, non multò antè hæc verba quæ facit de Euchariſtia, idem dicere de Baptiſmo, quod per illum Chriſto conjungimur, & inter nos, non ſolùm unitate aſſenſus & voluntatis, ſed naturæ, quare cogemini ibi quoque ponere tranſſubſtantiationem, ſi propterea in Euchariſtiam illam infertis. Non multum ab hac conſuetudine ſumendi argumenta à Sacramentis abeſt Chryſoſtomus, qui in Homilia ſuper Matthæũ octuageſima tertia, inquit, (ut ſupra citavimus) hæc ſymbola eſſe Domini Ieſu, quibus & refrenamus & oppilamus ora hæreticorum. Dicunt enim ſæpius, quomodo paſſus eſt Chriſtus? & nos viciſſim objicimus, ſi Chriſtus veram carnem non habuit, inania ſunt hæc ſymbola. Quod bene ſequitur, quia res fictitias nobis repræſentarent. Atque ita Manichæi, Marcionitæ, & aliæ hujuſmodi peſtes ab eis compeſcebantur.

53 De Leone Pontifice Romano, non eſt quod multùm laboremus: quia ille in ſententia nobis objecta, & myſticam diſtributionem aſſerit, ponitque ſpiritualem alimoniam, atque virtutem cœleſtem, nóſque affirmat in carnem Chriſti tranſire, ſicut ille noſtram ſumpſit. Emiſenum citant cujus verba leguntur, de Conſecratione diſt. 1. ſed illic ſi rectè inſpicias, hæc verba invenies: Mente attingas, & manu cordis accipias corpus Chriſti. Ex quibus verbis liquet, eum ſtatuere, nos manducare ſpiritualiter corpus Domini: urget præterea vehementer, ut cæteri Patres, mutationem noſtram in Chriſtum, quæ tamen (ut videmus) fit abſque tranſſubſtantiatione. Scio poſſe nonnullos mirari, cur tam ſæpe opponamus mutationi, quam videntur Patres aſtruere in ſymbolis, mutationem noſtri, quam eandem conſtãter affirmant, imaginentúrque aliqui eſſe lõgè aliam conjunctionẽ inter corpus Chriſti & ſymbola, quàm ſit inter nos & corpus Chriſti: ideóque non tenere analogiam & proportionem, tametſi Patres utrunque ponant. Iſtis occurrimus, & dicimus, argumentum noſtrum eſſe efficaciſſimum, quia eſt à majori ad minus per negationem: eſt enim major conjunctio Chriſti ad nos, & cum illis qui communicant, quàm ſit cum ſymbolis: cùm igitur quoad nos minime requiratur tranſſubſtantiatio, multo minus in ſymbolis. Quod autem nos magis conjungamur Chriſto quàm ſymbola, ideo patet, quia ea conjunctio propter iſtam adinventa fuit. Deinde, verba & ſpiritus, per quæ conſecrantur ſymbola, multò minus ad alia, quàm ad homines pertinent.

Mutationem noſtri in Sacramentorum perceptione, cur tam ſæpe commemoremus?

Nos Chriſto magis conjungimur quàm ſymbola.

54 De Theophylacto dicimus, quòd ſcriptor eſt recens, & qui fortè in illa tempora incidit, cùm de tranſſubſtantiatione multa cœpta ſunt agitari, ſub Nicolao Pontifice Romano, tempore Lanfranci & Berengarij. Deinde homo fuit non magni judicij, ut patere poteſt ex illius interpretatione tertio capite Ioannis ad finem, ubi taxat nominatim Latinorum Eccleſiam de proceſſione Spiritus ſancti, quòd ex Patre ſit & Filio. Ideo non putabimus authoritatem ejus tantam eſſe, quæ veritati præjudicari debeat, nihilominus dicta ejus excutiamus. Aſſerit panem non eſſe figuram corporis Chriſti, atque id ſuper Matthæum. Quod ſi intelligat vacuam aut inanem, rectè dicit, neque nos talem figuram ponimus: & hanc interpretationem illius eſſe non dubitamus, quia ſuper Marcum aſſerit, non eſſe figuram tantùm: alioqui ſi prorſus negaret figuram eſſe, adverſaretur cæteris Patribus, quos apertè oſtendimus, & ſignum & figuram hìc ponere. Ait panem transformari, converti, & tranſelementari, quas locutiones ſi accipiat Sacramentaliter, non abhorremus. Nam panis & vinum Sacramenta fiunt, & tranſeunt in elementa divinarum rerum, formámque induunt ſymbolicam.

Cæterùm, inquiunt, ſcribit iſte, idcirco non videri carnem & ſan-guinem, ne horreamus: ſed hæc verba, ſi tu velis acriusurgere, objiciemus, quæ ille ſcribit in Marcum: Converti ſpecies panis & vini, in virtutem corporis & ſanguinis Domini. Quod ſi dixeris, alibi non inquit in virtutem, ſed in corpus & ſanguinem Domini: reſpondebimus, hanc eſſe interpretationem illorum verborum, quòd iſta ſymbola virtutem aſſumant rerum, qua virture non minus habent Sacramenta ac ſi res ibi eſſet: & quemadmodum dixi, horror tollitur, ſi ſtatuamus non in rem, ſed in virtutem fieri mutationẽ. Violentior videtur alia ſentẽtia ejus, quam habet in cap. 6. Ioannis, ubi ſcribit: Sicut mutabatur, dum ſuper terram Chriſtus viveret, panis in carnem ejus, uſitata ratione alimenti per naturalem tranſmutationem, ſic iſte panis mutatur in corpus Chriſti. Hanc tamen collationem generaliter acceptam concedimus? Nam & in hoc Sacramẽto, mutationem ſacramentalem non negamus. Quod ſi dixeris, te velle ſimilitudinem hanc ſumere prout aſſertur, ut tam verè mutetur panis in Sacramento Euchariſtiæ, ut in cibo & alimento Chriſti convertebatur in ejus carnem, dum hìc viveret: conſequetur abſurdum admodum repugnans tuæ ſententiæ, ſcilicet accidentia ſymbolorum non eſſe in hoc Sacramento retinenda, quia ibi in alimento Chriſti, dum hìc viveret, non ſervabantur. His adjiciam, quod iſte idem interpres, cap. 6. ſuper Ioannem in illa verba ſcribit: Qui edit carnem meam & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in eo: ait hoc fieri, dum quodammodo miſcetur mihi, & tranſelementatur. Vbi rurſus vides, eum ponere, ut cæteri Patres, tantam mutationem noſtri in Chriſtum, ut ſcribat nos in eum tranſelementari, & hæc de Theophylacto.

Species panis & vini virtutem mutatur.

55 Ex recentioribus, adducũt Anſelmum, Hugonem & Richardum Victorinos. Cæterùm cùm illorum tempeſtate, jam dogma tranſſubſtantiationis obtruſum eſſet, ſcriptis ſuis inſervierunt tempori, neque debet iſtorum nova inventio, præjudicare vetuſtiſſimæ opinioni Eccleſiæ, & antiquorum Patrum ſententiæ. Sed inter alios unum videntur plurimi facere, & ipſe eſt Ioannes Damaſcenus, qui in 4. libro Orthodoxæ fidei, cap. 14. hac de re fuſiſſimè ſcripſit. Cæterùm iſtum vixiſſe invenio ſub Leone Iſaurico Græco Imperatore, & inter Gregorium magnum, Romanum Pontificem, atque iſtum Ioannem, interfluxerunt bene centum & viginti anni. Cúmque iam tempore Gregorij multa ſuperſtitioſa, & hominum inventa coacervarentur in Eccleſia, res poſtea ſemper in deterius eſt præcipitata. Vnde non mirum iſtum Damaſcenum in complura minus vera & ſuperſtitioſa impegiſſe. Quanti verò judicij fuerit, tum in dogmatibus, tum etiam in Sacris literis exponendis, habemus ſpecimen. Nam imaginibus mirificè favit: & pro illis tuendis gravia pericula obiit: atque in iſto eodem lib. 4. proprium caput ea de re cõſcripſit, ubi vult non ſolùm eas faciendas eſſe, verumetiam colendas & honorandas. Præterea ſanctorum qui jam quieverunt, reliquias tanti fecit, ut ipſis quoque certum caput dicare, ubi eas non veritus appellare fontes donorum Dei. Et dicere audet, nos debere fide ſanctos colere, quod eſt intolerabile, cùm fides tantùm Deo & verbis illius debeatur. Sermonem habet de Purgatorio, ubi precibus Gregorij, Trajanum Imperatorem, idololatram & Martyrum perſequutorem, liberatum fuiſſe ab inferni ſuppliciis autumat. Et precibus cujuſdam alterius Falconillam, item fœminam idololatricam, ſervatam fuiſſe, cùm iam mortua eſſet ac tartareis pœnis detineretur. Atque inducit fabulam de quodam Macario, qui ſit colloquutus cum defuncti hominis cranio, à quo audiverit, tempore ſacrificij Miſſæ, defunctorum animas, quæ in ſuppliciis vexantur, mitius habere, totúmque ſermonem his fabulis reſpergit. Iſque idem, cùm de reſurrectione ſcribit, eam probare nititur libro Geneſeos, ubi legitur, Dominum dixiſſe ad Noah: Carnem cũ ſanguine non comedatis, etenim requiram animas veſtras de manibus beſtiarum. Is inquit in reſurrectione eas requiret, neque enim propter hominem beſtiæ moriuntur. Videtur ignorare legem à Deo latam in Exodo, ubi mandatur lapidari bos qui cornu-

Ætas Damaſceni.

Damaſceni, judicium in rebus theologicis.

Gen. 9. 4.

Exod. 21. 28.

Digitized by Google

A peta fuerit,& hominem occiderit. In cap. autem de Virginitate ſcribit: Si Adamus non peccaſſet, non fuiſſent homines commixti in matrimonio ad procreandum,& quia videt ſibi obſtare divinam ſententiam, Creſcite & multiplicamini, inquit, homines fortè potuiſſe ex alia parte corporis multiplicari: Ex Theologis Scholaſticis nullus hæc diceret. Idem torquet Baſilium. Nam cum videat eum dicere panem & vinum ἀντίτυπα eſſe, id eſt, exemplaria corporis B Chriſti, exponit illum id intelligere ante conſecrationem: quod abſurdiſſimum eſt, nam ante conſecrationem, nil plus habent quàm alij communes cibi. Et ſi ita ſignificarent corpus & ſanguinem Chriſti, non Sacramenta eſſent ante verborum Domini prolationem. Deinde in Græcorum Miſſa, poſt conſecrationem apertiſſimè orant, ut panis fiat corpus & ſanguis Chriſti. Et nominatim in Miſſa Baſilij res ita habent, ut poſt conſecrationem illa verba ponantur. Quin & in noſtro Canone, ſi bene reſpiciatur, poſt C conſecrationem nominatur panis.

Gen. 1. 28.

56 Sed jam videnda ſunt ejus argumenta: Primum eſt à potentia Dei, nam cùm voluerit cœlum & terram ſuo verbo condere, plantas educere, animantia, volucres, & piſces, cur non poſſit ex pane corpus ſuum facere? Quod genus argumenti eſt infirmiſſimum, neque de potentia Dei nunc eſt diſputatio: quandoquidem non negamus Deum poſſe panem in carnes convertere, ſed tota contentio eſt, num id facere velit. Alterum argumentum ejus, ex D locutione Chriſti deducitur, Non enim, inquit, à Domino dictum eſt, Hoc figura, aut ſignum eſt corporis mei, ſed ipſum corpus Domini prædicatur. Ceterùm ad hoc argumentum jam ſupra reſpondimus. Et ſi iſte cùm negat Sacramentum figuram eſſe corporis Domini, id ſimpliciter intelligat, adverſum ſe habet ferè omnes Patres, qui figuram hìc agnoſcunt. Sin verò intelligat non eſſe figuram tantùm, id eſt, caſſum aut vacuum ſignum, nos quoque id libenter damus. Quanquam immiſcet quædam verba in ſuis E ſcriptis, in quibus videri poſſit, non tam craſsè ut præ ſe fert ſenſiſſe. Nam inquit, Panis communionis non eſt ſimplex panis, verùm divinitatem habet adjunctam: quæ nos facilè admittemus, qui non dicimus hìc eſſe communem aut ſimplicem panem, ſed jam ſanctificatum converſumque in naturam Sacramenti. Et divinitas idcirco poteſt dici ei conjuncta, quòd ipſo ut inſtrumento utatur Spiritus ſanctus ad noſtram ſalutem. Præterea collationem habet ad Baptiſmum: quia dicit conſueviſſe Deum condeſcen- F dere noſtræ conſuetudini,& uſitatis moribus, & quia homines lavari ſolent aqua,& ungi oleo, idcirco adjunxit Deus iis rebus gratiam ſuam, & ſpiritum Baptiſmo. Ita cùm mos hominum ſit edere panem & bibere vinum, iis rebus adjunxit ſuam divinitatem. At ſecundùm transſubſtantiatores non adjunxiſſet, verùm expunxiſſet illas naturas. Et ratio collationis requirit, ut ſicut Baptiſmi conjunctio cum gratia & Spiritu ſancto non repellit aut extinguit naturam aquæ, ita res hujus Sacramenti, non perdant aut abji- G ciant ſymbolorum eſſentiam. Ait etiam, Deum ita condeſcendiſſe noſtræ conſuetudini, ut per ea quæ ſunt conſueta, & ſecundum naturam, iis quæ ſunt ſupra naturam collocaremur. Vbi attingit noſtram in Chriſtum tranſmutationem. Sed obſervandum, quod Sacramentorum ſymbola, dicit eſſe ſecundùm naturam, ſed ea ſi ponas accidentia tantùm, abſque ſubjecto, aut quæ contectum habeant corpus Chriſti, non ſunt amplius ſecundùm naturam. Vtitur ſanè verbis, quibus dicit naturam panis, tranſmutari, tranſ- H ſumi, effici corpus Chriſti: quæ ſi accipiantur de mutatione Sacramenti, contra nos minimè pugnant,& quod etiam dicit ſupra naturam illa contingere, admittimus. Non enim eſt naturale, ut ex communi pane Sacramentum fiat, ſicuti nec ex aqua conſtituitur naturaliter lavacrum regenerationis. Quod ſi ab eo quæras modum illius tranſmutationis in corpus Chriſti, ait etiam nobis facile non eſſe modum exprimere, quo in alimento naturali tranſeat panis in carnem noſtram. Cæterùm de hac ſimilitudine quo- I modo accipi poſſit, ſuperius egimus ſatis, cùm de Theophylacto loqueremur. Si accipias generaliter hoc ſimile, & applices ad mutationem Sacramentalem, ſatis eſt: ſin verò ſpecialiter volueris collationem fieri de tali mutatione, qualis eſt alimenti in corpore noſtro, quando convertitur in carnem, tunc non ſolùm cedere facies naturam panis, verumetiam ejus accidentia.

Defenſio qualiſcunque Damaſceni.

57 Subdit, panem effici corpus Chriſti,& vinum & aquam ſanguinem ejus, ut tamen non ſint duo, ſed unum. Si referat unum ad calicem & panem, quaſi iſta dicat unum Sacramentum eſſe, non multum laboramus, quia in iſta actione quaſi uno Sacramento Chriſtus nobis propinatur, inſtar alimoniæ. Quamvis accipiendo geminam partem Sacramenti hujus, non vereatur Eccleſia numero multitudinis dicere Sacramenta hic eſſe, & in collectis Miſſarum poſt communionem ſæpe legis, Sacramenta quæ ſumpſimus,& quæ ſequuntur. Sed ſi dixerit, unum ſunt, ita, ut quaſi poſt conſecrationem jam panis & corpus Chriſti unum ſint,& non duo, ob incidentem tranſſubſtantiationem: opponimus Irenæi ſententiam, qua ſcribit Euchariſtiam conſtare ex duabus rebus, nimirum terrena & cœleſti. Item Gelaſium Papam, qui argumentatur à conjunctione panis cum corpore Chriſti, manentibus naturis integris, unionem naturæ humanæ & divinæ in Chriſto, manente utraq; integra & inviolata. Subdit præterea, non dejici hoc Sacramentum in ſeceſſum, neque certè poteſt aliter dici à tranſſubſtantiatoribus; cùm enim haud ponāt in Euchariſtia quippiam præter accidentia & corporis Chriſti naturam, nihil ex iſtis ad ſeceſſum pertinet. Contra hæc verò, ego objicio locum apertiſſimum Origenis ſuper Matth. cap. 15. ubi interpretatur ea verba, Quod intrat in os, non coinquinat hominem: & inquit, Si non coinquinat, nec etiam ſanctificat. Cæterùm quid dicemus de pane Domini? num eſt verum, quod neque ſanctificet, neque coinquinet? Reſpondet, quod ſi quid impurum videatur, minimè contaminat nos, niſi per malam conſcientiam. Ita & quod videtur & appellatur ſanctum, niſi intus adſit juſtitia & integritas vitæ, non ſanctificat. Nam ſi ex natura ſui hoc haberet, ut ſanctificaret, nō fuiſſent inter Corinthios imbecilles & infirmi, ac dormiviſſent multi: Quod itaque materiale in pane Domini, in ventrem tranſmittitur, & in ſeceſſum ejicitur: Quod verò eſt per obſecrationem & verbum Domini, animæ prodeſt, juxta fidei portionem. Non itaque materia utilis eſt, ſed verbum quod adjicitur animo prodeſt. Et ne putes eum loqui de alio quopiam cibo, recapitulat & inquit: Hæc de corpore myſtico atque ſymbolico. Nullus autem ad hæc cauſetur, Origenem quandoque erraſſe in dogmatibus, quia Hieronymus, Epiphanius,& veteres qui ejus errores diligentiſſimè produxerunt, nuſquam meminerunt male eum ſenſiſſe de Euchariſtia: id non facturi, ſi in tanta re exorbitaſſet. Et in eodem loco apertiſſimè adjicit, impios corpus Chriſti non comedere, quia vivificum eſt, & qui illud manducat, in ipſo manet. Iſti ergo Ioanni Damaſceno recenti ſcriptori, & non adeo illuſtri, objiciatur Origenes antiquiſſimus & ſummæ celebritatis.

Euchariſtia unum Sacramentum dicitur.

Origenes de Sacramento an in ſeceſſum mittatur. Matt. 15. 12.

1. Cor. 11. 30.

Impios corpus Chriſti nō comedere.

58 Poſt hæc ex Concilio Epheſino, objiciebantur nobis, quæ à Cyrillo nomine ejus ſcripta fuerunt ad Neſtorium Conſtantinopolitanum Epiſcopum: nam cōtra eum tunc agebatur, qui ponebat in Chriſto perſonam humanam, à perſona Filij Dei prorſus diſcretam, atque ſejunctam, ut non intercederet alia conjunctionis ratio, quàm dignitatis. Contra illum argumentatur à natura Sacramētorum. Si caro Chriſti eſt ita ſeparata à perſona divina, conſequitur, eam non eſſe vivificam. Cúmque nos concedamus in Sacramentis carnem Chriſti, ederemus carnem hominis utcunque ſanctificati & excellētis. Sed inde juxta promiſſam æternam vitam non poſſemus naniſci. Hic eſt ſcopus omnium illarum diſputationum. Nō contendunt illi Patres, neque conantur aſtruere, quod in pane lateat caro Chriſti, ſed in Sacramento volunt nos eam comedere, & quidem verè: ac talem comedere, quæ nobis vitam æternam donet. Quæ nos minimè negamus, modo eſus, ad animam & fidē intelligatur pertinere. Nam in Sacramento manducari ſpiritualiter, ſed verè, carnem Chriſti concedimus. Nec unquam fingimus talem quæ ſejuncta & diviſa ſit à divina perſona Verbi. Concilium Romanum

Digitized by Google

num aut Vercellenſe nobis objiciunt, ubi fuit damnatus Berengarius,& ad palinodiam compulſus. De quibus Conciliis,cùm eorum acta non extent,multa non poſſumus reſpondere. Quare conducet, ut expendamus ipſam palinodiā à Nicolao Papa in Concilio,Berengario præſcriptam, & ex ea videre poterimus,quæ fuerit gravitas iſtius Concilij, & quàm bene fuerint mentis compotes,qui ei præerant. In Decretis de Conſecratione, diſtinctione ſecunda,capite, Ego Berengarius, habetur deſcripta,in qua iſte coactus eſt fateri, corpus Chriſti ſenſualiter ſacerdotum manibus tractari,frangi,& dentibus atteri: quæ quàm benè conveniant corpori Chriſti jam glorificato, & illi Sacramento, eſto cujuſlibet prudentis judicium. Gloſſator Decretorum, homo alioquin pinguioris intellectus,tantam abſurditatem non potuit non videre,unde inquit, Iſta eſſe accipienda admodum cautè, & dextrè,quod ni fiat,incides inquit, in errorem majorem, quàm is fuerit, quo laboravit Berengarius. Vidit enim non convenire,ut corpus Chriſti ſenſualiter dicatur attrectari in Sacramento, aut frangi,aut dentibus atteri. Et Magiſter Sententiarum in 4. vult mederi huic plagæ, & inquit: Iſta tribuenda eſſe non corpori Chriſti, ſed ſymbolis, quę ipſi ponunt eſſe accidentia. Et ita ſtatuit in illa locutione tropum, quo attribuatur rei, id quod eſt ſymbolorum,quo tropo ſi nos utamur, & quidem tēpeſtivè interpretando Patrum dicta, dum ad populum magnificè loquuntur de hoc Sacramento,exclamant adverſarij,nos corrumpere & vitiare, ac falſare illorum ſcripta, cùm tamen hìc ipſi ad eaſdem confugiant anchoras: tropúmque volunt, ubi minus eſſe debuerat,nimirum explanando dogmate, & palinodia formanda, quæ debuit eſſe omnium clariſſima. Itaque non moramur hoc Concilium, cùm ibi tam craſſè actum fuerit.

Magiſter Sententiarum defendit palinodiam per tropum.

59 Opponunt etiam Synodum Conſtantienſem, ubi fuit damnatus VVicleffus, & combuſti Ioannes Huſs, ac Hieronymus de Praga, ob varios articulos: ſed præſertim eo quòd ſenſerint contra tranſſubſtantiationem, quæ ibi pleno decreto fuit conſtituta. Hoc verò Concilium non poſſumus non appellare perfidum, cùm illos duos viros occidi curaverit, qui eò venerant ſub fide publica. Quod etiam Imperator graviter tulit, nam is fidem ſuam interpoſuerat, alioqui Bohemi nunquam illos viros ad id Concilium ire ſiviſſent. Quódque ibi conſtituerint de tranſſubſtantiatione, argumento eſt,eam eſſe recentem ſententiam. Neque valet quod multi dicunt, eam ibi fuiſſe confirmatam decreto, non autem primùm conſtitutam, quia ſub Nicolao Pontifice Romano,in Synodo Vercellenſi atque Romana,ſatis apertè fuerat declarata. Concedimus quippe, iſtam ſententiam ante Concilium Conſtantienſe utcunque erupiſſe,atque fuiſſe obtruſam: ſed quia nō plenè recipiebatur, atque multas paſſim habuit contradictiones, ideò judicarunt neceſſarium, eam rurſus conſtabilire, & quidem tyrannicè,nimirum igne & diris comminationibus. Cæterùm Concilio huic objicimus Generale & Oecumenicum Conciliū Florentiæ habitum ſub Eugenio quarto Pontifice Romano,qui ibi interfuit:& aderat unà Imperator Gręcorum,cum Patriarcha Cōſtantinopolitano & multis Epiſcopis Orientalibus. In quo Concilio, Græca Latinæ eſt conjuncta, & conſenſerunt in diſſidio de Spiritu ſancto. Atque in geſtis illius Concilij videre licet, poſteaquam inter Orientales & Latinos conveniſſet de quibuſdam articulis, voluiſſe Papam ulterius progredi,& illos adigere ad tranſſubſtantiationem tractandam, & recipiendam ut Latini ſentiebant. Ibi Græci reluctati ſunt, & de ea re agere noluerunt,neque perpelli ullis argumentis potuerunt, ut de ea conſenſus iniretur. Cúmque unionis literæ eſſent formandæ & publicandæ, prorſus caverunt,ut hujus rei nulla mentio fieret, quod & obſervatū eſt, ut patet in Bulla Eugenij,quæ incipit, Exultent cœli,& lætetur terra. In qua gratulatur orbi Chriſtiano hanc felicitatem, quòd Eccleſia Græca atque Latina rurſus coierint. Vnde ſi tanti momenti fuiſſet iſta tranſſubſtantiatio, Eccleſia Romana nunquam cum Græca voluiſſet conjungi, quæ eam non ſuſceperit. Nam hæreſin hodie dicunt eſſe & peſtiferam, illam admittere. Non autem credendum eſt, Latinam Eccleſiam tum voluiſſe cum hæreticis ſe conjungere, atque cum illis communicare. Et hinc etiam ſolvitur argumentum,quod afferebant de univerſali conſenſu Eccleſiæ: non enim eſt verum quod aſſumunt, omnes Eccleſias in iſtud conſpiraſſe: nam illa vetuſta, quæ fuit Patrum tempore (ut oſtendimus) nequaquam ſibi talia confinxit. Item Orientalis & Græca Eccleſia perinde ſenſit atque nos.

Conciliū Cōſtantiēſe perfidum & crudele.

Sententia de tranſſubſtantiatione recēs.

60 Adjiciunt præterea ſuis argumentationibus, maxima encomia divinæ potētiæ, ut homines inducant ad credendum tantum miraculum. Sed eſt argumentatio debiliſſima: quod fuerat oſtendendum, nūquam verè demonſtrarunt, videlicet, hoc Deum voluiſſe facere, & hoc ſacras literas nobis promittere. Quod enim adducunt, Hoc eſt corpus meū, controverſum eſt,& poteſt habere alium ſenſum. Vnde argumentatio redditur infirma, & quodam typo oſtendimus ejus debilitatem. Dominus dicebat Nicodemo, Neminem poſſe ingredi regnum cœlorum, niſi renaſceretur: Is cœpit interrogare, Quomodo poteſt homo adultæ ætatis,& alioquin ſenex,iteratò ingredi in ventrem matris? Potuiſſet ei dici, Iam Chriſtus aſſeruit ita futurum, quid tu dubitas de potētia Dei, qua omnia creata ſunt? per illam indubitatò poteris denuò ex ventre matris naſci. Verùm nō ita eſt actū, ſed Chriſtus declaravit totum hunc futurum eſſe per generationem ſpiritualem. Nam etſi aquæ mentionē fecit, quæ ad Baptiſmum pertineret, attamen ſpiritu renaſcendum eſſe apertiſſimè docuit. Ita videmus hoc loco accidere. Præcipit Chriſtus ut manducemus carnē ſuam,& accipiendo panem, inquit, Hoc eſt corpus meum. Tranſſubſtantiatores dicunt, Non poteſt fieri,ut ſit corpus Domini unà cum pane, unde oportet ut ejus natura tranſſubſtantietur in corpus Chriſti, & potentia Dei volunt hoc perſuadere. Sed interim objiciunt, nos hoc ſoli nō facimus, quia Chryſoſtomus, Ambroſius,& Cyrillus, cùm diſputāt de hac mutatione, ablegant nos ad potentiam Dei, & illam miris laudibus celebrant. At reſpondemus, Patres rectè loqui. Nam proculdubio ad potentiam Dei pertinet panem & vinum mutare ut Sacramenta ſint, quæ ante non erant, neque id eſt opus naturę, ut tam potenter & efficaciter ſignificent, offerant, & exhibeant corpus & ſanguinem Domini, apprehendenda animis noſtris,& fide. Quare Spiritus ſanctus hìc ſe admiſcet, ac multum valet inſtitutum Domini,& verba divino afflatu prolata, & tunc repetita, multum conferunt. His adde, mutationem ſive converſionem noſtram in Chriſtum, dum communicamus haberi, quæ omnia vim naturæ ſuperant. Nunc autem, cùm potentia Domini ſupernaturalis requiri poſſit ad omnia iſta, ipſi applicant eam ad tranſſubſtantiationem. Atque eſt, veluti ſi argumentaremur ab univerſaliori ad particularius affirmativè, quod minimè licet. Addas quod in Baptiſmo requiritur eadem potentia, quandoquidem non eſt opus naturæ, ut aqua fiat lavacrum regenerationis. Sed hìc nonnulli parum æquo animo patiuntur, quòd ſic Baptiſmus conferatur Euchariſtiæ: nam etſi negare nequeunt in Baptiſmo quoque adeſſe Chriſtum, & nobis dari: (Nam ſcribitur, Quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis) attamen inquiunt, melius & excellentiori modo Chriſtus eſt in Euchariſtia quàm ſit in Baptiſmo, ideo tranſſubſtantiatur panis,& non eſt neceſſarium ut aqua tranſſubſtantietur. Quibus reſpondemus, non multum eſſe laborandum in utro Sacramentorum Chriſtus præſtantius ſit, modò utrobique eſſe concedatur, & ſicuti in uno poteſt eſſe, ſalva elementorum ſubſtantia, ita in alterò. Quod ſi omnino contendere velis de eorum dignitate, rationibus non inefficacibus Baptiſmi excellentia poterit demonſtrari: quandoquidem plus eſt generari, quàm nutriri: deinde Baptiſmus multis miraculis fuit illuſtratus, cœli aperti ſunt, vox Patris audita, & Spiritus ſanctus in columbæ ſpecie viſus, quæ in Euchariſtiæ inſtitutione minimè contigerunt. Et hæc non dicimus ad Sacramēti hujus dejectionem: eſt enim digniſſimum & honore maximè ſuſcipiendum, ſed ideo proferuntur, ut reſpondeamus inductæ objectioni de potentia Dei. Atque jam ſupra oſtendimus ex Auguſtino, de Trinitate lib. 3.

Ad argumentum de divina potentia.

Vide dialogū de utraque in Chriſto natura.

Ioan. 3. 5.

Cur Patres cū de Sacramento loquuntur, prædicent Dei potentiam?

Gal. 3. 27.

Vtrum Sacramētū dignius, Baptiſmus an Euchariſtia?

Digitized by Google

cap.10. Non eſſe ponenda miracula tam ingentia,ut A iſti aſſerunt. Quod idem patet, ſi recenſeas carmina Gregorij Nazianzeni, quibus eſt complexus omnia Chriſti miracula,neque iſtorum fecit ullam mentionem, quæ tamen ſi eis credimus, ſumma ſunt & incomparabilia. Auguſtinus item dum mirabilia ſanctę Scripturæ complectitur, quodam ſuo, ut inſcribitur libro Miraculorum, tranſſubſtantiationis non meminit. Quare liquet,non eſſe inducendum argumẽtum pro hac opinione à potentia Dei, quam eſſe B nos minimè negamus: imò etiam in hoc Sacramento,illa opus contendimus.

Patres tacuerunt miraculum tranſſubſtantiationis.

61 Objiciebant proximè ſuam ſententiam fuiſſe confirmatam multis prodigiis & miraculis, quæ leguntur apud Cyprianum,in vita Gregorij,& apud complures alios ſcriptores. Dicimus ad hæc,miracula potuiſſe fieri circa Euchariſtiam trifariam, vel ad arcendum facinoroſos homines, & indignos à tanto Sacramẽto,& hoc genus miraculorum amplectimur. Scribit enim Apoſtolus, inter Corinthios multos C imbecilles fuiſſe & infirmos, atque dormiviſſe multos,eo quòd indignè, communicarent:& ad hunc ordinem ea puto redigenda, de quibus ſcribit Cyprianus. Aliud genus miraculorum eſt quandoque inductum, ad hoc Sacramentum illuſtrandum,ut ejus dignitas & magnitudo explicaretur, quæ etiam non reſpuimus, nam ſcimus & Baptiſmum ſæpenumero fuiſſe multis miraculis ornatum. Tertium genus eſſe poteſt ad confirmandam iſtam ſententiam, ſive potius errorem de tranſſubſtantiatione. Et hoc pa- D cto nobis adverſarij iſta opponunt. Cæterum, hujus generis miracula,prorſus rejicienda ſunt. Atque de hoc admonemur per Legem,ut quoties Propheta ad idololatriam & ſuperſtitiones conatur inducere, etiam ſi miraculis fidem faciat, ei non eſt credendum, imo voluit Dominus ut lapidaretur. Scimus adhæc, Antichriſtum venturum eſſe ſignis & prodigiis illuſtrem. Nec ignoramus tempore Moſis,aſtitiſſe Magos coram Pharaone, qui miracula ediderint adverſus Dei verbum. Et apud Irenæum lib.1.legi- E mus de quodam Marco impoſtore atque hæretico, qui in hoc Euchariſtiæ Sacramento mirifice illudebat ſimplicibus. Nam vini colorem immutabat, ut prorſus appareret cruor, & parum vini ſic excreſcebat ejus præſtigiis,ut totum poculum impleretur ac redundaret. Cúmque afferretur denuo calix amplior & capacior,is quoque ſine adjectione liquoris, ad ſummum uſque implebatur. Quis diceret ex iſtis miraculis, comprobatam fuiſſe illius hæreſin? Si Ethnicos accedamus, legimus fluxiſſe per terram ri- F vos ſanguinis, pollicem Iovis emiſiſſe ſanguinem. Livius narrat Romæ pluiſſe carnes: Q.Curtius,Tyri,cum obſideretur ab Alexãdro Magno, panem exudaſſe publicè ſanguinem. Et Apollonius Thyanæus dicitur, cùm eſſet in Concilio, coram Domitiano Imperatore,ſtatim evanuiſſe, ut amplius non inveniretur. Et infinita ſunt, quæ Ethnici poſſent afferre, ad ſuum cultum idolorum confirmandum. Ideo hęc miracula, quæ iſti dicunt facere ad roborandam ſuperſtitionem tranſſubſtantiationis, omnino rejici- G mus. Neque eſt magni faciendum, quod huc inducunt, de miraculo edito à Gregorio Pontifice Romano: ſcribitur enim in vita ejus,panem Domini, ſive dixeris Euchariſtiæ Sacramentum, converſum fuiſſe in digitum carneum. Quod ſi factum fuit, ob duas cauſas,quas ipſi recipimus, non eſt multum cõtendendum. Tametſi illa Gregorij vita non multum habet ponderis. Nam ſi Vincentio credimus,deſcripta fuit inde ab ejus morte poſt centum annos, à H Ioanne Romano Diacono, & ad quendam Imperatorem Germanum miſſa. Sed fac ita fuiſſe,dum adverſarij volunt inde concludere per indicium digiti carnei,latitare ſub accidentibus corporaliter carnem Chriſti, poſſet quiſpiam ex hoc miraculorum genere concludere, ſub ſpeciebus Sacramentalibus contineri cineres & carbones, quia in iſta ſemel converſus eſt facer panis, tempore Cypriani, ut ipſe ſcribit. Credo etiam non eſſe ignotas nebulonum impoſturas, quibus uſi ſint ſæpius ad confingenda miracula. I

1.Cor 11.30.

Miracula addita circa Euchariſtiam.

Vide in Gard. pag 574.

Deut.13.1.

2 The.2.9.

Gen.7.11.

Miracula apud Ethnicos.

Vita Gregorij Romani Pontificis.

62 Alio argumento plurimùm obtrudebant, corporis glorificati,quod poſt reſurrectionem ſpirituale appellatur, dignitatem, quam nos minimè inficiamur. Admonemus tamen ejus quod Auguſtinus habet in epiſtola ad Conſentium, hujuſmodi corpus non eſſe ita ſpirituale, ut tranſeat in naturam ſpiritus. Nam & Paulus corpus quoddam appellat animale: quod non ſic eſt intelligendum, quaſi corpus tranſeat in naturam animi. Et rurſus idem 13. de Civitate Dei cap.20.ſcribit: Animus quandoque, dum obſequitur carni,appellatur carnalis, nõ quod tranſeat in naturam carnis:ita & corpus dicitur ſpirituale, non propterea quod abeat in naturam ſpiritus, ſed quia ſpiritui prorſus erit ſubjectum,ad ejus implendam voluntatem. Et Hieron. in Epiſt. ad Pammachium,quæ apologia fuit contra Ioannem Epiſcopũ Hieroſolymitanum, qui ſurgentium animis,corpus attribuebat æthereum,ſive aereum, quod nec tactui nec ſenſui ſubjaceret, omnibus modis contendit, Chriſtum habuiſſe poſt reſurrectionem veriſſimum corpus, & illud quidem viſibile. Et occurrit objectioni, Si ita fuit viſibile & idem corpus, quare non agnoſcebatur quando inſtar peregrini ſe demonſtrabat? Reſpondet, quia oculi eorum tenebantur ne illum agnoſcerent: ac ſi diceret,quod attinet ad naturam corporis, & viſibile fuit & cognoſci poterat,ſed in oculis impedimentum fuit qui detinebãtur. Cùm itaque Chriſtus verum corpus habuerit poſt reſurrectionem: ſuis dimenſionibus & ſpaciis conſtrictum, non eſt quod velimus exuere ipſum iſtis proprietatibus, & conjicere in anguſtias minimi fragmenti panis, quaſi in eo totum quantum eſt, contineatur. Verùm ſi etiam illud per Dei potentiam fieri poſſe detur, num illico poterit concludi factum eſſe? Infirmum eſt argumentum,ut antea docuimus. Ratiocinabantur & à Græco articulo, cùm Chriſtus dixit, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, quaſi articulus vim habeat propoſitionem contrahendi ad propriũ ſenſum,& tropicum non permittat. Decipiuntur iſti,non enim ſemper eſt ea vis articuli Græci, quod clarè patet ex cap. 8.Evangelij Lucæ,ubi Chriſtus explanat,quam propoſuerat parabolam de ſeminante ſemen, & inquit ὁ σπόρος ὁ λόγος τοῦ θεοῦ: ubi vides, ad verbum Dei, Græcè adjectum eſſe articulum. Nec tamen efficit iſta locutio, ut verbum Dei teneatur, quaſi propriè, realiter & corporaliter inſit illi ſemini,quod jactatur in agris,de quo parabola jam ab initio poſita fuerat. Declaratur autem in eo contineri, vi & proprietate ſignificationis, quo pacto & nos accipimus in verbis Domini,cum inquit,Hoc eſt corpus meum. Corpus enim Domini de pane dicimus non prædicari, niſi per ſignificationem. Argumentum erat præterea de promiſſione Chriſti:Cùm dixerat; Ero vobiſcum uſque ad conſummationem ſeculi, quæ noſtræ ſententiæ minime obſtat. Confitemur enim Chriſtum nobis adeſſe per naturam divinam, item per gratiam,& multa dona quæ nobis affert ſpiritus ejus. Deinde ſi ſanguinem & carnem illius cupimus, ea poſſumus complecti in hoc Sacramento fide, & ſpiritualiter manducare, ad quod poſtea conſequitur, veriſſima, arcana tamen & ineffabilis noſtra conjunctio cum Chriſto,quando in illum mutamur.

De corpore glorificato.

1.Cor.15.44.

Luc.8.12.

Articuli Græci vis.

Matt.28.20.

Chriſtus adeſt nobis uſque ad cõſummationem ſeculi.

63 Deinde ponebatur, ſi res ita habeat, conſequetur,noſtra Sacramenta nil plus habere,quàm Sacramenta veteris Legis, cùm in illis quoque ſignificaretur Chriſtus: imò forte ſi reſpiciamus naturam ſymbolorum, illic plenius res adumbrabatur, quàm in noſtris Sacramentis, quæ prorſus incruenta ſunt. At in antiquorum victimis,cædes aperte videbatur, & ſanguis ibi fuſus, clarius mortem Domini figurabat atque ob oculos ponebat, quàm noſter panis aut vinum faciant. Reſpondemus,quod ad rem attinet,noſtra Sacramenta eadem ſunt cum veteribus,idem utrobique datur, tametſi varia ſunt ſigna. Et hoc Paulus atteſtatus eſt in Epiſtola ad Corinthios. Habent nihilominus noſtra Sacramenta, multas prærogativas præ veteribus. Sunt enim firma,& non amplius mutanda, uſque ad finem ſeculi,neque oſtendunt rem faciendam,ſed factam. Sunt ſimpliciora,& pertinent ad ampliorem numeroſioremque populum. Cúmque ſint clariora, majorem fidem excitant & inde ſequitur uberior copia ſpiritus. Quòd clariora ſint,non provenit, ut adverſarij fingunt,ex externa ſymbolorum præfiguratione evidentiori, ſed ex

Diſcrimẽ noſtrorum Sacramentorum & veterum.

Sacramenta noſtra veteribus clariora.

natura

natura verborum, quæ ibi proferuntur. Etenim annunciatur noſtra redemptio perfecta, illuſtrioribus & clarioribus verbis, quàm vulgus apud veteres intellexerit. Quod ſi clarius res exponitur verbis, non eſt attendenda externa repræſentatio. Mirabantur adhæc quî fieri poſſit, ut Eccleſia tam diu fuerit in errore, & quidem non levi, ſi ita ſit, ut dicimus. Quod tamen non mirarentur, ſi cogitarent quæ Chriſtus dixit de ſuo poſtremo adventu. Putáſne cùm venerit Filius hominis, fidem inveniet ſuper terram? Et tantus oſtenditur futurus error, ut ſi fieri poſſit, etiam electi ſeducantur. In primo adventu ſuo, dicāt iſti nobis obſecro, qualem invenit Chriſtus Eccleſiam? Nónne jam Scribæ & Phariſæi, Sacerdotes atque Pontifices omnia corruperant & vitiaverant ſuis traditionibus. Neque exiſtimanda eſt tamen Eccleſia prorſus in errore deſerta: etenim ſemper extiterunt multi boni, quibus hæc diſplicuerunt, quíque iis reclamarunt. Vtque in primo adventu fuerunt Simeō, Anna vidua, Ioſeph & Maria virgo, Elizabeth atque Ioannes Baptiſta, qui pij fuerunt & optimè ſentiebant, & non poterat dici Eccleſia prorſus deſerta, ità & poſtremis his temporibus factum eſt. Non enim univerſa Eccleſia his traditionibus humanis eſt fermentata. Aiunt enim, quod attinet ad ſignificationem, iſtud idem poſſe præſtari per panem & vinum in conviviis, idcirco non eſſe, quòd Euchariſtiam tantopere ſuſpiciamus. Sed argumentum eſt infirmiſſimum, quandoquidem in communibus cibis non eſt Domini inſtitutum, non Sacramentum, non audiuntur verba Domini, neque ulla eſt ibi promiſſio; ideo non ſunt hæc inter ſe conferenda.

An Eccleſia diu relicta ſit à Deo in errore?
Luc. 18. 8.
Matt. 24. 24.

64 Poſtremo loco inducebant argumentum à vi & efficacia verbi Dei, quod ab Ambroſio dictum, citat Algerius primo loco capite ſeptimo, appellatur operatorium, utpote per quod panis & vinum quæ manent eadem, commutentur in aliud. Quod attinet ad Ambroſij verba, ea libenter acceptamus. Nā & ipſi ponimus panem & vinum eadem manere, nō quidem (ut tranſſubſtantiatores dicunt) quoad accidentia, ſive ſpecies, ita ut mutatio fiat abjecta ſubſtantia, ſed quod naturas proprias conſervari aſſerimus: mutationem verò tantùm fieri per gratiam Sacramentalem. Et efficaciæ verborum Domini haudquaquam derogamus, non tamen ipſis quaſi alicui excantationi deferendum putamus, ut quocunque modo, & quocunque loco, à ſacrificio proferantur ſuper pane & vino, animo conſecrandi, effectum conſequamur. Totum enim pendet ab inſtituto Domini, & Spiritus ſancti actione. De Algerio non multum eſt curandum, nam fuit poſt Berengarij tempora, & ejus palinodiæ meminit in ſuo ſcripto. Deinde quanti fuerit judicij, ex quodam ejus argumento patet, nam vigeſimo primo capite primi libri, volens probare tam pios quàm impios accipere corpus Chriſti in Sacramento, quod ſanè ſequitur ad tranſſubſtantiationem: Accipe ſimile, inquit, de verbo externo, id eſt, de ſermone qui fit per ſonum. Ad quoſcunque pervenit ejuſmodi ſermo, continet & habet ſecum ſuum proprium ſenſum. Sed ſi perveniat ad intelligentes, ipſi cum utilitate audiunt, percipiunt enim quæ dicunt. Si verò pervenerit ad ineruditos & ignaros, non minus ſenſum proprium ſecum portat, ſed ſine utilitate audientis, quia ipſe non intelligit. Ille ſumit in argumento verbum portare ſecum ſenſum, neque animadvertit, ſenſum non includi, aut involui, ſicut aiunt realiter, in ſono aut characteribus literarum, ſed tantùm per ſignificationē. Quod idem, ſi ei dicatur de pane & vino in Sacramentis, quod per ſignificationem offerant corpus Chriſti, convincetur ſuo ſimili. Ex quo etiam probatur, impios non percipere corpus Domini, ſicut imperiti atque ignari, quando ſermones Græcos aut Latinos audiunt, eorum ſenſa non capiunt: Vnde nihil magis pro nobis dici potuit. Aſſerit idem author in primo capite ſecundi libri, nequaquam accidentia in Sacramento, ſecundum veritatem, putredinem, aut mucorem admittere, ſed tantùm ita nobis videri, quod neque Scholaſtici dixiſſent. Quid enim hoc aliud eſt, quàm ſtatuere perpetuam ſenſus illuſionem? Ita de eo non eſt multum curandum, tametſi tranſſubſtantiationem ſuam omnibus mo-

Verbis Domini eſt deferendum, ſed non ut fiant inſtar incantationis.

Algerius Monachus non magni judicij.

A dis conetur aſtruere.

65 Exegimus jàm de prima opinione, & quidem fuſè: Nam ea ſubmota, complures tolluntur ſuperſtitiones. De aliis duabus, non tam multis diſſeremus, quia utrum earum ponatur, non uſque adeò moramur, modò ſanè intelligatur. Tantum nunc dicemus de illis, quoad liceat videre, quid in utraque judicemus evitandum, & quid aſſumendum. Fuerunt itaque nonnulli, qui ſubſtantiam panis & vini B retinuerunt, corpus autem & ſanguinem Domini, ſymbolis iſtis in ſua natura adhuc manentibus, corpus & ſanguinem Domini conjunxerunt, nexu quàm arctiſſimo: non tantùm (ut arbitror) ita, ut ex illis conjunctis una hypoſtaſis efficeretur. Realiter tamen (quemadmodum loquuntur) corporaliter & naturaliter, dixerunt adeſſe pani & vino, corpus & ſanguinem Chriſti. Alij verò conjunxerunt ſolummodò per ſignificationem. Prior ſententia Luthero C attribuitur, altera Zuinglio, tametſi ego audiverim à fide dignis. Lutherum non tam craſsè revera iſta de re ſenſiſſe: Zuinglius etiam non adeò de Sacramentis tenuiter credidit. Et aiunt Lutherum ad hyperbolas, & ad ſermonès veritatem utcunque ſuperantès deflexiſſe: quòd exiſtimaverit Zuinglium & alios velle ſtatuere Sacramēta nuda & vana ſigna, cùm tamen Zuinglius id non moliretur. Sed is quoque veritus eſt, ne Lutherus ea poneret, quæ & veritati naturæ humanæ detraherent, & corpus Chriſti impanarent, unde magis adhuc nutriretur ſuperſtitio, & D ideò tenuius viſus eſt Sacramento huic deferre: atque ita exarſit contentio plus quàm oportuit, fuitque cauſa magnorum malorum, cùm tamen revera contentio eſſet verborum potius, quàm rei. Nos itaque tractationem harum duarum opinionum removebimus à perſonis: non enim aſſerimus vel Zuinglium vel Lutherum ſic opinatos eſſe; ſed tantùm ſententias examinabimus quales circumferuntur.

De contentione Lutheri & Zuinglij.

Duæ reliquæ opiniones tractantur remotis perſonis.

Similia.

66 Quò ſe magis explicent, qui Chriſti corpus E tam craſsè conjungunt ſymbolis, duo ſimilia adducere ſolent. Primum eſt, ſi cantharum habeas plenum vino, atque pronunciaveris, hoc eſt vinum, nihil mentieris: quandoquidem ipſum vinum in cantharo contentum oſtendis. Identidem fiet, ſi ferrum candens acceperis, & igne demonſtrato dixeris, hoc eſt ignis: ibi nil falſi aut abſurdi abs re dicetur. Sic iſti aiunt eſſe intelligendum, quod ait Dominus, Hoc eſt corpus meū, & manifeſtè tropum ſynecdoches admittunt. Nam cùm demonſtrent ſubjectum F compoſitum, non eſt propoſitio vera, niſi quoad rei demonſtratæ alteram partem. Sciendum tamen, iſta ſimilia non accipi ab iis, quaſi opinentur, ut omnibus modis cum re conveniant: quia contendunt non localiter adeſſe Chriſti corpus, ſed tantùm definitivè, quòd tunc eſſe intelligunt, quando aliquid menſuris loci non circumſcribitur, ſed tamen ibi eſſe dicitur, quia ejus natura aut eſſentia tum illi loco deputatur, aut in eo operatur, quod vino exiſtente in cantharo minimè convenit, etenim ibi habet ſuum locum quo circumſcribitur. Adhæc iſti non dicerent G corpus Chriſti ita eſſe in pane, ut ab ejus qualitatibus vel accidentibus denominetur. Non enim verè appellari poteſt album, rotundum, piſtum aut coctum, quod tamen videmus contingere igni, qui admiſcetur ferro candenti. Nam figuram ferri longitudinem, & latitudinem, atque profunditatem ita ſequitur, ut ab ejuſmodi figuris atque formis denominari poſſit. Vnde apertè conſtat, hanc ſimilitudinem in hac ſententia non accipi ab iſtis quoad omnes partes, ſed tantùm, ut vera atque realis conjunctio H Sacramenti & rei demonſtretur: quæ cùm data fuerit, conſequitur, tam pios quàm impios percipere corpus Chriſti. Primum videlicet, iſtam conjunctionem realem, putant ſatis probatam, ex Domini verbis. Alterum verò, nimirum quòd etiam impiis detur corpus Chriſti, viderit neceſſariò conſequi: ſed jam oſtendimus oppoſitum, ſcilicet, hæc verba Chriſti non adigere nos ad hunc ſenſum neceſſariò: & efficacibus rationibus probatum eſt, impios tantùm ſumere externa elementa.

Adeſſe localiter & definitivè, quid ſit.

Apud iſtos impij ſumunt verè corpus Chriſti.

I 67 Solent iſti etiam argumentari, ſi tropicè accipiantur verba Scripturæ, tum facilè fieri poteſt, ut multa præcepta ſubvertantur. Potuiſſet enim Abra-

Gen. 17. 10.

hamus de circumciſione dicere,quando præcipiebatur: Sermo eſt figuratus,atque huic mandato ſatisfaciam,ſi cor meum circumcidero, & cupiditates ac vitia carnis reſecuero. Item cùm delectus ciborum mãdabatur, dixiſſent Iſraelitæ, executionem illius præcepti poſſe conſtare morali obſervatione, ſi ea peccata non perpetrarent,quæ immundis illis animantibus deſignabantur:atque ita,nec circumciſio,neque ciborum delectus locum habuiſſent. At infirmam eſſe hanc rationem inde poteſt probari,quòd ex ipſa B litera ac textu evincitur, illum non eſſe tropicum ſermonem. Quod enim attinet ad circumciſionem, dies octavus determinatur à pueri ortu, & additur fœdus Domini in ipſa carne fuiſſe geſtandum: ex quibus liquet,veram circumciſionem præcipi.Atque in delectu ciborum, tam diſertè conditiones animãtium mundorum & immundorum deſcribuntur, & quoad prævaricantes purificatio inſtituitur, ut non ſit relictus ambigendi locus.Habemus etiam Auguſtini regulam de doctrina Chriſtiana, qua oſtendit,ſi C jubeatur flagitium, aut bonum aliquod opus prohibeatur,orationem ſumendam eſſe non abſque tropo:quæ regula ſi adhibeatur ciborum delectui atque circumciſioni,oſtendet verba Dei ſimpliciter intelligenda. Dicunt adhæc,in Prophetis & Hiſtoriis tropos facilè admitti, eò quòd in his agat Spiritus ſanctus more hominum,& eorum familiaribus locutionibus ſe accommodet, ut vehementius & magis exprimat,quæ ſunt dicenda:ſed in dogmatis atque pręceptis non ita cenſendum eſt. Omnia ſimpliciter, D inquiunt,ſumi debent. Quæ eorum ſententia non eſt firma,aut univerſalis: nam quoad præcepta,Dominus inquit, Cavete à fermento Phariſæorum:ubi apertiſſimè tropo utitur, atque tali ut ibi Apoſtoli hallucinati fuerint. Præcipiebat deinde ſeptimo Matthæi,ut ſibi caverent à falſis Prophetis,quoniam inquit, Ad vos venient in veſtimentis ovium, intus autem ſunt lupi rapaces: in quo præcepto quis non animadvertat figuratam locutionem? Et in dogmatibus tradendis, non eſt dubium, figuras & tropos ad- E hibitos: Inquit Paulus in novo Teſtamento, Petra erat Chriſtus:Nos ſumus unus panis:& de Deo ſcribitur,quod ſit ignis comburens.

Levit.11.2.

Num tropi officiant mandatis Dei.

Auguſtini præceptum.

Matt.16.6.

Mat.7.15.

1.Cor.10 4.
Ibid.v.18.
Heb.12.29.

An in dogmatis & pręceptis Dei ſunt tropi?

68 Contendunt poſtea corpus Chriſti poſſe ubique eſſe: atque id ex verbis Chriſti ad Nicodemum, 3.c. Ioannis, ubi dicitur: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo Filius hominis qui eſt in cœlo. Ecce aiunt, Filius hominis, id eſt, Chriſtus, quoad naturam humanam,cum illis loquebatur, atque etiam in cœlo erat,quia non poteſt humana na- F tura à divina revelli: ergo quod aſſeritur de una, & de altera dicendum eſt. Sed reſpondetur,nos minimè velle dividere duas iſtas naturas à ſe invicem:nõ tamen propterea ſequitur, quod uni convenit, alteri quoque dandum eſſe. Hoc ſanè concedemus,divinitatem Chriſti ubique eſſe:corpori tamen ejus & humanitatem non dabimus,atque hoc quàm apertiſſimè docuit Auguſtinus ad Dardanum. Et quod affertur ex 3 cap. Ioannis, idem Auguſtinus interpretatur ſecundùm divinam naturam intelligendum eſ- G ſe,quòd Filius hominis in cœlo fuerit. Neque aliter ſenſit Chryſoſtomus cùm hunc locum exponit:Nam aſſerit eſſe in cœlo, nõ attribui Filio hominis, niſi ſecundùm naturam potiorem. Quàm verò infirma ſit argumentatio,duæ iſtæ naturæ conjunctæ ſunt: igitur quod uni conceditur, alteri quoque debet attribui,poteſt ſimilibus demonſtrari.Corpus ſolare,& ejus lux, habent inter ſe naturalem & ſummam conjunctionem, non tamen ad quæcunque loca extendit ſe lux,ad ea corpus realiter pertingit. Item, cor- H pus,oculi noſtri & viſus, inter ſe admodum conjuncta ſunt,& tamen pertingit noſter viſus ad multa, ad quæ corporis oculus non ſe extendit. Argumentantur poſtea corpori Chriſti multa debere concedi, præter communem curſum & conditiones aliorum corporum. Atque hoc duplici cauſa, partim, quia Verbum habet adjunctum. Nos fatemur plurima danda eſſe, ſed hoc ut ſit ubique, non ei convenire poteſt,ſalva humani corporis natura:& ſi hoc ei concederemus,non eſſet illud nobilitare,ſed prorſus exi- I tium ei afferre: nam tunc à ſua natura extruderetur. Deinde hoc negotio iſti non multum conducit,

An corpus Chriſti ſit ubique?
Ioan.3.1.
Vide Dialogũ de utraque in Chriſto naturam.

Similia.

A quia etſi daremus corpus Chriſti hoc habere, quod poſſit in multis locis eſſe, non tamen inde ſequeretur.Deum velle in hoc Sacramento ſic agere.

69 Annituntur deinde probare iſtam corporalem præſentiam à ſimilitudine docentis,qui cùm ſua verba poſſit ad multos auditores extendere, in eis communicat eiſdem ipſis auditoribus ſuum animi conceptum, ita ut illum omnes ex æquo pleniſſimè percipiant.Sic inquiunt,agit Dominus in verbis quę B proferuntur ad Sacramentum. Corpus ſuum illis involvit,ut eis proferatur ad omnia iſta ſymbola, & percipientibus quibuſvis communicetur. Quod itaque conceditur præceptori, & quidem terreno, cur non dabitur Chriſto? verùm collatio eſt admodum diverſa, atque ut dicebamus antea, verba non deferunt res,aut conceptum animi, niſi ratione ſignificationis. Quódque poſtea conantur aſtruere corpus Chriſti ubique eſſe,ex 1. cap. Epiſtolæ ad Epheſios, ubi dicitur: Chriſtus datus caput corporis Eccleſiæ, C quæ eſt,ut Græcè ſcribitur, πλήρωμα τοῦ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου, nihil eſt. Non enim ſignificatur corpus Chriſti implere omnia,& eſſe ubique, ſicut iſti inferunt.Sed quia ſignificatio illius verbi, ſive participij πληρουμένου,ambigua eſt(nam & activè & paſſivè teneri poteſt cùm ſit medium verbum) ſi paſſivè intellexeris,ſecundùm Græca ſcholia,iſte erit ſenſus: quod Chriſtus caput Eccleſiæ, in omnibus ſuis membris quoad omnia impletur, non quòd in ſeipſo perficiatur. Satis enim & perfectus & fœlix eſt, ſed quoad D corpus & membra,id eſt intelligendum. Nam ut caput illi confertur, ita & Eccleſia intelligitur plenitudo Chriſti, quòd videlicet ejus corpus myſticum impleat & perficiat.Sin verò activa ſit ejus ſignificatio,tum dicetur Chriſtus caput eſſe, eò quod omnia dona & virtutes ipſe in omnibus membris ſuis perficiat. Neque eſt ſenſus eum quà homo eſt, ubique eſſe. Et putatur ex Scripturis hoc poſſe convinci: nam apertè fatetur Chriſtus, Lazarum eſſe mortuum, quando ibi non erat. Quod ſi contenderis, E illum tunc non habuiſſe corpus glorificatum, non multum ad rem facit, quia habuit nihilominus conjunctam divinitatem: ſed ut tollatur ſcrupus, jam poſt reſurrectionem dixit Angelus mulieribus, Surrexit, non eſt hîc: & rurſus, Præcedet vos in Galilæam: atque iterum, Sublatus eſt ex oculis eorum, cùm in cœlum aſcenderet. Non itaque omnia implet,aut ubique eſt.

Ephe.1.1.

Chriſtus ut homo non eſt ubique.
Ioan. 11. 14. & 15.
Matt.28.6.& 7.

Act.1.9.

70 Solent citare & locum ad Epheſios 4. Qui deſcendit,idem ille eſt qui aſcendit, etiam ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia. Qui tamen locus F nil probat,& dupliciter exponitur: Primò,ut impleret omnia,referatur ad illa, quæ de Chriſto vaticinata & ſcripta erant.Unde ſtatim ſupra citavit Scripturam:Aſcendit in altum,captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Et ſi ad loca volueris referre, hoc intelligas de generibus locorum, non de unoquóque ſingulariter,juxta illud, Dominus vult omnes homines ſalvos fieri:ita dicemus Chriſtum quandóque media, quandóque ſuprema, interdum verò G infima occupaſſe,ut in ſepulchro. Aiunt tranſſubſtãtiatores hoc ad ſe non pertinere, eò quòd minimè dicant corpus Chriſti ubique eſſe, ſed tantùm ubi Sacramentum habetur. Imo adverſatur eis,nam ſi(ut ſentiunt) non repugnat corpori Chriſti eſſe eodem & ſimul in viginti aut quinquaginta locis,non repugnabit eſſe in centum aut mille, & demum in omnibus, & ita conſtituent Chriſti corpus infinitum eſſe. Neque eſt quod calumnieris, argumentandi for- H mam, quoniam illa eadem uſus eſt Hieronymus adverſus Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum,ubi vult probare corpora noſtra poſt reſurrectionem,abſque cibo manere poſſe. Nam inquit,potuit Elias & Moſes abſque cibo manere Dei virtute per quadraginta dies, ergo poterit homo & pluribus divina virtute ſuſtentari: & ſi pluribus, conſequitur quod ſemper,modò velit Deus.Sed ut redeamus ad noſtros,hi quia vident ad iſtam conjunctionem tam intimam conſequi, ut Sacramentum poſſit adorari, nam ſi ibi realiter & corporaliter Dominus contineatur, quis I illum non adoret? Docent liberum eſſe,ut id facias & non facias. Inquiunt enim,etſi ibi ſit,non tamen eſt in eum finem ut adoretur:ſi accipias & manduces

Eph 4.10.

Ibid.v.8.

1.Tim.2.4.

S. Chriſti corpus poteſt ſimul eſſe in multis locis, poteſt eſſe ubique,quod etiam Scotus vidit.

Faciunt iſti liberam adorationem.

ſatis

ſatis eſt, ſi etiam adoraveris, non erras. Nos verò certius conſtituimus, in adoratione non eſſe ad ſymbola convertendam mentem: ſed ſi quis, dum agitur Sacramenti ritus, de myſterio bene inſtructus, animum ſuum converterit ad Chriſtum in cœlis regnantem adorandum, rectè facit, etiam id tenetur facere, ut Chriſtum adoret, qui ſibi ſeipſum declarat, neq; ibi committitur idololatria, quod Paulus docuit in Epiſt. ad Corin. quando ait: Si quis ingrediatur cœtum veſtrum, ſi idiota ſit & ſimplex homo, vóſque audiat omnes ſimul loquentes linguis, profectò dicet, Iſti inſaniunt, neque ædificabitur. Sin verò vos audierit prophetantes, & ſenſerit revelari arcana cordis ſui, tunc procidens adorabit Dominum: non adorabit homines ita prophetantes, ſed cùm Dominus ibi ſe illi revelat, ad eum adorandum ſe convertet.

1. Cor. 14. 23.

Rationes contra ſecundam opinionem. *Ioan. 6. 51.*

1 71 Rationes, in ſumma, propter quam minus videtur eſſe vera, tã craſſa exiſtimatio, ſunt iſtę. Quòd hæc realis & corporalis præſentia, nihil adfert utilitatis, quod ex illa ſpirituali pręſentia non habeamus. Nam Ioan. 6. promiſit Dominus edentibus ſe, vitam æternam: deinde quod maneret in eis, & illi in ipſo, 2 quid ultra hæc requiritur? Deinde non poſſet concedi, & nos & veteres habuiſſe eadem Sacraméta, quia realem hanc præſentiam non potuiſſent antiqui obtinuiſſe, cùm filius Dei nondum ſuſcepiſſet humanã 3 carnem. Deinde conſequeretur, & pios & impios corpus Chriſti manducare. Præterea ultra illam ſpiri-4 tualem manducationem, quam habemus in Ioan. c. 6. aliam inducunt carnalem & corporalem, quæ non poteſt probari, cùm iſta & illa ſit eadem, niſi quod in poſteriore adduntur ſymbola, ad rem magis confir-5 mandam. Sequitur poſtremò, quòd cùm tantùm verbis tribuant, verſantur in eadem difficultate qua tráſſubſtantiatores, dum aiunt, Hoc eſt corpus meũ. Non enim ſe explicare poterunt, ut apertè dicant abſque contradictione, quidnam demonſtrent, & 6 quomodo verba ſint vera, dum proferuntur, ſi tropũ non admittant. Corpus Chriſti diffundunt, ut ſit ſimul in multis locis & ubique. Neque valet ſi dicant, non localiter, quia licet ibi ſit, ut Angeli dicuntur eſſe in loco, non convenit id creaturæ, ut probatum eſt ſupra per Didymum Baſilium, Auguſtinum ad Dardanum, & Cyrillum, quæ loca reperies ad finem primæ diſputationis in Treſhamum. Verba Scripturæ nos minimè adigunt ad tam craſſam corporalémque præſentiam, & fides ex verbo Dei, non itaque fides illam complecti debet.

1. Cor. 10. 1.

Cyprianus. *Chryſoſtomus.* *Matth. 24. 28.*

7 72 Patres adhæc ſecus docent: Nam quale corpus in Euchariſtia ſit, Cyprianus in ſerm. de Cœna 8 Domini oſtendit, cùm ait: Qui uſque hodie hoc veraciſſimum & ſanctiſſimum corpus ſuum creat, & ſanctificat, & benedicit, & piè ſumentibus dividit. Proprium corpus Chriſti non de novo creatur aut ſanctificatur, neque dividitur. Chryſoſtomus ſuper Matthæum c. 5. Hom. 11. in opere imperfecto. Si ergo hæc vaſa ſanctificata, ad privatos uſus transferre, ſic periculoſum eſt, in quibus non eſt verum corpus Chriſti, ſed myſterium corporis ejus continetur. Et quomodo nobis ad cœlum aſcendendum ſit, cùm communicamus, ſi corpore Chriſti frui volumus, idem exponit ſuper Epiſt. priori ad Cor. cap. 10. Homil. 24. Iubet nobis, ut cum concordia & charitate maxima ad ſe accedamus & aquilæ in hac vita facti, ad ipſum cœlum evolemus, vel potius ſupra cœlum: Vbi enim cadaver inquit, illic & aquilæ. Cadaver Domini corpus, propter mortem: niſi enim ille cecidiſſet, nos non reſurrexiſſemus. Aquilas autem appellat, ut oſtendat ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere eſſe commune: nec ad inferiora trahi ac rapere, ſed ad ſuperiora ſemper volare, & in ſolem juſtitiæ intueri, mentiſque oculum acutiſſimum habere: aquilarum enim, non graculorum hæc menſa eſt. Idémque in Matth. 26. Homil. 83. Illi ab Ægypto in Palæſtinam erant profecturi, ac ideo viatoris habitum habebant: tu de terra in cœlum aſcenſurus es. Atque in lib. 3. de Sacerdotio. Etiamne inter mortales verſari, atque in terra conſiſtere cenſes? annon potius in cœlum è veſtigio transferri? annon carnis cogitationem omnem abjiciens, nudo animo, mente pura, circumſpicis quæ in cœlo ſunt?

Auguſtinus.

A 73 Auguſtinus ad Bonifacium, eodem ordine & ſenſu habet omnia iſta, tempore Paſchæ appropinquante: Hodie vel perendina mortuus eſt Chriſtus; die Dominico, hodie reſurrexit Chriſtus, Baptiſmus eſt fides, & Sacramentum corporis Chriſti eſt corpus Chriſti. Videmus autem in omnibus enumeratis locutionibus, rem abſentem realiter prædicari de re præſenti. Idem ſuper Pſal. 54. Caput in cœlo erat, & dicebat. Quid me perſequeris? nos cum illo in cœlo B per ſpem, ipſe nobiſcum in terra per charitatem. Et in Epiſt. ad Ianuarium 19. Vnde illi perſequutori, qué voce mactavit, & in ſuum corpus trajiciens quodammodo manducavit: ſonuit de cœlo, Saule, Saule, quid me perſequeris? In Ioannem tract. 30. & habetur de Conſecrat. diſt. 2. prima quidem: Surſum eſt Dominus, ſed etiam hîc eſt veritas Domini. Corpus enim Domini in quo reſurrexit uno loco eſſe oportet, veritas ejus ubique diffuſa eſt. Item ſuper Ioan. tract. 50. nam ſecundum majeſtatem ſuam, ſecundùm pro-C videntiam, ſecundum ineffabilem & inviſibilem gratiam impletur, quod ab eo dictum eſt, Ecce ego vobiſcum uſque ad conſummationem ſæculi: ſecundùm carnem verò quam verbum aſſumpſit, ſecundùm id quod de Virgine natus eſt, ſecundùm id quod à Iudæis comprehenſus eſt, quod ligno confixus, quod de cruce depoſitus, quod linteis involutus, quod in ſepulchro conditus, quod in reſurrectione manifeſtatus; non ſemper habebitis me vobiſcum. Quare, quoniam converſatus eſt ſecundùm D corporis præſentiam 40. diebus cum diſcipulis ſuis, & eis deducentibus, videndo, non autem ſequendo, aſcendit in cœlum, & non eſt hîc: Ibi enim ſedet ad dextram Patris, & hîc eſt. Non enim receſſit, præſentiâ majeſtatis ſemper habemus Chriſtum. Secundùm præſentiam carnis rectè dictum eſt diſcipulis, Me autem nõ ſemper habebitis. Habuit enim Eccleſia ſecundùm præſentiam carnis, paucis diebus: modò fide tenet, oculis non videt. Idémque ſuper Epiſtolam Ioannis ad finem: Dominus ergo noſter Ie-E ſus Chriſtus ideo aſcendit in cœlum die quadrageſima, commendavit corpus ſuum, qua habebat jacere, quia vidit multos honoratutos ſe, quia aſcendit in cœlum, & vidit, quia honor ipſorum inutilis eſt, ſi conculcant membra ejus in terra. Et ne quis erraret, & cùm adoraret caput in cœlo, calcaret pedes in terra, dixit, ubi eſſent membra ipſius. Aſcenſurus enim dixit verba noviſſima, poſt ipſa verba non eſt loquutus in terra. Aſcenſurum caput in cœlum, commendavit membra in terra, & diſceſſit. Iam non invenies F Chriſtum loqui in terra. Invenis eum loqui, ſed in cœlo, & de ipſo cœlo: quare? quia membra calcabantur in terra: perſequutori enim Paulo, dixit deſuper, Saule, Saule, quid me perſequeris? Aſcendit in cœlum, ſed adhuc in terra jaceo: Hic ad dexteram Patris ſedeo, ibi adhuc eſurio, ſitio, peregrinus ſum. Quomodo ergo corpus commendavit in terra aſcẽſurus? cùm interrogarent illum diſcipuli, Domine, ſi hoc in tempore præſentaberis, & quando reſtitues regnum Iſraelis? Reſpondit iturus, Non eſt veſtrũm G tempus ſcire, quod Pater poſuit in ſua poteſtate. Sed accipietis virtutem Spiritus ſancti ſupervenientem in vos, eritis mihi teſtes in Hieruſalem. Videte quã diffundat corpus ſuum, videte ubi ſe calcari non vult. Eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & per totam Iudæam & Samariam, uſque in totam terram. Ecce quia jaceo, qui aſcendo: aſcendo enim, quia caput ſum. Iacet adhuc corpus meum: quã jacet? per totam terram.

Res abſens de re præſenti dicitur. *Act. 9. 4.* *Matth. 28. 20.* *Matth. 26. 11.* *Act. 9. 4.* *Act. 1. 6.*

Cyrillus. *Matth. 28. 20.*

H 74 Auguſtino conſentit Cyrillus, qui ait ſuper Ioannem lib. 6. cap. 14. Hic animadvertendum quod etſi corporis ſui præſentiam hinc ſubduxerit, majeſtate tamen divinitatis ſemper adeſt, ſicut ipſe à diſcipulis abiturus pollicetur: Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus, uſq; ad conſummationẽ ſæculi. Idémque lib. 9. ſuper Ioan. 21. Parvo autem tempore unà cum diſcipulis ſe fore Chriſtus ait, non quia penitus ab eis receſſurus erat. Nobiſcũ enim eſt ſemper uſq; in conſummationem ſeculi: ſed quia non erat cum eis ſicut prius convicturus. Propè enim jam tempus I erat, ut etiam in cœlos ad Patrem abiret: credere autem oportet, fideles, quod licet à nobis corpore abſit, virtute tamen ejus omnia, & nos gubernari,

Digitized by Google

adeſſéque ſemper ipſum omnibus qui eum diligũt: Propterea dicebat, Amen, amen dico vobis, ubicunque ſunt duo vel tres congregati in meo nomine, ibi ſum in medio eorum. Nam quemadmodum, quando ut homo in terra cõſervabatur, tunc etiam cœlos implebat & angelorum conſortia non relinquebat: eodem nunc modo cùm ſit in cœlis, cum carne terram non replet, & cum eis eſt qui illum diligunt. Obſervandum autem eſt, quia quamvis ſecundùm carnem ſolummodo abiturus erat, adeſt enim ſemper virtute Deitatis, ut diximus: modico tamẽ tempore cum diſcipulis ſe futurum dicebat, apertè ſeipſum nominãs, ne quis in duos filios dividere Chriſtum audeat. Accedit his Vigilius, qui in 1. lib. contra Eutychen ſcribit. Dei filius ſecundum humanitatem ſuam receſſit à nobis: ſecundum divinitatem ait nobis, Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi. Et mox, Quia quos reliquit, & à quibus diſceſſit humanitate ſua, non reliquit nec deſeruit divinitate ſua. Per formã enim ſervi, quã abſtulit à nobis in cœlũ, abſens à nobis: per formã Dei quã nõ recedit à nobis, in terris præſens eſt nobis: tamẽ & præſens & abſens, ipſe Vnus idémque eſt nobis. Item in lib. 4. Si Verbi & carnis una natura eſt, quomodo cùm Verbum ubique ſit, non ubique inveniatur & caro? nam quando in terra fuit, non erat utique in cœlo: & tunc quia in cœlo eſt, non utique in terra. Et in tantùm non eſt, ut ſecundùm ipſam carnem expectemus Chriſtum de cœlo venturum, quem ſecundùm verbum nobiſcum eſſe credimus in terra. Igitur ſecundùm vos, aut verbum loco cum carne ſua continetur, aut caro cum Verbo ubique eſt: quoniam una natura, contrarium quid aut diverſum non recipit in ſeipſa: diverſum autem & longè diſſimile circumſcribi loco, & ubique eſſe. Quia Verbum ubique eſt, caro autem ejus ubique non eſt, apparet unum eundémq; Chriſtum utriuſque eſſe naturę. Et quidem ubique ſecundum naturam divinitatis, & loco contineri ſecundùm naturam humanitatis ſuæ; creatum eſſe & initium non habere, morti ſubjacere, & mori nõ poſſe. Et mox ſubdit, Hæc eſt fides & confeſſio Catholica, quam Apoſtoli tradiderunt, martyres roboraverunt, & fideles hucuſque cuſtodiunt.

Matt. 18. 20.

Vigilius.

75 Deinde Fulgẽtius ad Thraſimundum Regem lib. 2. Vnus idémque homo localis ex homine, qui eſt Deus immenſus ex Patre, unus idémque ſecundum humanam ſubſtantiam, abſens cœlo cùm eſſet in terra, & derelinquens terram cùm aſcendiſſet in cœlum: ſecundùm divinam verò immenſámq; ſubſtantiam, nec cœlum dimittens cùm de cœlo deſcendit, nec terram deſerens cùm in cœlũ aſcendit. Quod ipſius Domini poteſt certiſſimo cognoſci ſermone, qui ut localem oſtenderet humanitatem ſuam, dixit diſcipulis ſuis: Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum: Deum meum, & Deum veſtrum. De Lazaro quoque cùm dixiſſet, Lazarus mortuus eſt: adjunxit dicens, Gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam nõ eram ibi. Immenſitatem verò ſuæ divinitatis oſtendit diſcipulis, dicens, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi. Quomodo aſcendit in cœlum, niſi quia localis & verus eſt homo? Aut quomodo adeſt fidelibus ſuis, niſi quia idem immenſus & verus eſt Deus? Idémq; lib. 3. Idem atque inſeparabilis Chriſtus ſecundũ ſolam carnem de ſepulchro ſurrexit, idem atque inſeparabilis Chriſtus, ſecundùm totum hominem quem accepit, terram localiter deſerens, ad cœlum aſcendit, & à dextris Dei ſedet: ſecundùm eundem totum hominem, venturus ad judicandum vivos & mortuos, coronaturus fideles & pios. Poſtremò Bernardus in Cantica canticorum ſerm. 33. Habeo & ego verbum, ſed in carne: & mihi apponitur veritas, ſed in Sacramento: Angelus ex adipe frumenti ſaginatur, & modo ſatiatur grano: me oportet interim quodã Sacramenti cortice eſſe contentum, carnis furfure, literæ palea, velamine fidei, & hæc talia ſunt, quæ guſtata afferunt mortem, ſi non de primitiis ſpiritus quantulumcunque acceperint condimentum: prorſus mors mihi in olla, niſi de Prophetæ farinula dulcoretur. Et mox, At quantalibet ſanè abundantia pingueſcant iſta, non pari omnino jucunditate ſumitur cortex Sacramenti & adeps frumenti; fides & ſpes, memoria & præſentia, æternitas & tempus, vultus & ſpeculum, imago Dei & forma ſervi: nempe in omnibus his, fides mihi locuples, intellectus pauper, nunquid verò par ſapor intellectui, fideíque? cùm ſit in meritum iſta, illæ in præmium, vides diſtare tãtum inter pabula, quantum & inter loca, & ſicut exaltantur cœli à terra, ita inhabitãtes in eis. Hîc vides apertè Bernardum antitheſin facere, inter memoriam & præſentiam, & quædam alia quæ ad hoc negotium multũ cõducunt. Sed redeamus ad adverſarios. Habent Patres quos nobis opponant, Irenæum dicentem, conſtare Euchariſtiam ex duabus rebus, terrena & cœleſti; quod idẽ & Gelaſius autumat. Cæterũ iſta nõ cõcludunt, niſi quod ſi acceperis totũ ſacramẽtũ, ut unũ cõſtituas ex ſigno & ſignificato, tũc fatemur illud conſtare ex duabus rebus. Verùm ſi poſtea velles inter panem & corpus Chriſti tantã conſtituere conjunctionẽ, quanta eſt inter naturam divinam & humanam in Chriſto, id minimè concedendũ eſſet: quia oporteret ex pane & corpore Chriſti fieri unã hypoſtaſin, id eſt unum ſuppoſitum, ita ut nunquam à ſe mutuò divellerentur, quæ ſunt abſurdiſſima. Ex reliquis Patribus fermè objiciunt eadem, quę ſuprà citabant tranſſubſtantiatores.

Ioan. 20. 17.
Ioan. 11. 14.

Fulgentius.

Bernardus.

Irenæus.

Quomodo Sacramẽtum dicatur cõſtare ex duabus rebus.

76 Videamus in præſentia, quidnam hi qui tertiam amplectuntur opinionem, adverſus iſtos dicãt. Inprimis, non admittunt illam diffuſionem corporis Chriſti, ita ut ſit ubique, eò quòd adverſetur proprietati humanæ naturæ. Et Auguſtinus ad Dardanum, ſecus apertiſſimè ſcribit. Præterea contendunt, manducationem in Ioanne poſitam cap. 6. & hanc extremam, omninò eandem eſſe, niſi quod hîc adduntur ſymbola: atque id probant hoc argumento, quòd Ioannes, quum mentionem feciſſet ſuæ manducationis ad finem Evangelij, non meminit inſtitutionis Sacramenti, ut cæteri Evangeliſtæ, nam ſatis iſta tradiderat antea. Et ſummam doctrinæ, quam illi omiſerunt Ioannes illo 6. c. ſupplevit. Neque eſt aiunt præterea quòd quiſpiam dicat, idcirco ſuperfluam eſſe communionem, quia frequenter communicando, memoriam Domini & gratiarum actiones celebramus, & mens excitatur earum rerum quæ aguntur ſpecie, neque ibi habentur ſigna muta, ſed loquentia. Deinde quędam teſſera illic eſt, qua Chriſtiani inter ſe & cum Chriſto denotant conjunctos: profitẽtur præterea fidẽ ſuã de corpore Chriſti acto in crucem, & ſanguine fuſo pro noſtra ſalute: non enim ſatis eſt corde credere, ſed ore quoq; fit cõfeſſio, neq; tantùm ore, verùm externis actionibus. Neque ſuſcipiunt quod iſti aiunt, impios etiam ſumere corpus Chriſti: nam ſenſus & ratio ad ipſum non pertingunt, ergo relinquitur fide percipi, qua cùm illi deſtituantur, nihil præter ſymbola poſſunt habere. Et Paulus ſcribit, Qui manducaverit hunc panem indignè: neque dicit, qui manducat corpus indignè.

Explicatur tertia opinio.

Vtilitates cõmunionis.

Impij non ſuſcipiunt corpus Chriſti.

77 Mirantur præterea eos, qui contrariam opinionem ſectantur, quòd illi manducationi corporali Chriſti, attribuant remiſſionem peccatorũ: quandoquidem illud eſt opus operatũ admittere, neque habetur peccatorum remiſſio, niſi per fidem. Innituntur poſtea loquutionibus Pauli, quando jubet Dominus hoc fieri in ſui memoriam, & annuntiari mortẽ ejus: quæ videntur ipſis, corporis Chriſti abſentiã indicare. Sed aliâs admonui, argumentum hoc nõ eſſe uſque adeo firmum, niſi intelligant de corpore Chriſti realiter, corporaliter, atque naturaliter præſenti: alioquin cùm fide percipiatur, non intelligitur prorſus abeſſe, quamvis in cœlis maneat quoad ſuam naturam atque ſubſtantiam: ſpiritualiter enim manducatur, atq; nobis revera jungitur. Citãt dehinc Patres, qui apertè pronunciant, typum, ſignum & figurã hic eſſe corpus Chriſti. Atq; inducunt duo ſimilia: Vnum eſt de amico cujus amicus corporaliter abſens, dicitur eſſe præſens, quando cogitat de eo. Itẽ ponunt multa ſpecula, quæ ſint in circuitu ejuſdem hominis, cui aſpectus & facies multiplicatur per omnia hæc ſpecula, tametſi is ſuo loco nõ moveatur. Sũt fateor iſta ſimilia aliquãto frigidiora, quàm ut bene conveniant huic myſterio. Amicus enim comprehẽſus cogitatione, & verſatus animo nequaquam mutat cogitationem, non alit ejus animum, neq; etiam carnem illius inſtaurat, ut reſurrectionis fiat capax.

1. Cor. 11. v. 24. 25. 26.

Remiſſio peccatorum habetur per fidẽ, non ex opere operato manducantis.

Addi tamen debet, quòd manducando fides excitatur, non quidẽ vi operis, ſed operante ſpiritu Dei.

Similia.

Et illa

Digitized by Google

Et illa quæ in ſpeculis habetur, tenuiſſima eſt umbra, neque debet conferri illi conjunctioni, quam nos habemus cum Chriſto. Nā ſpiritus Chriſti præſentia, quam ponimus, vim Spiritus ſancti conjunctam habet, quæ nos ipſi arctiſſimè copulat. Non tamen prorſus reſpuenda ſunt commemorata ſimilia, cùm poſſint nos quoquo modo in rei veritatem inducere, modò intelligantur rem non adæquare: indicant enim, quomodo fide ac animo fiat iſta perceptio. Meminerunt autem duarum conjunctionum cum Chriſto: Vna eſt, quòd fide amplectimur, corpus ejus actum in cruce, & ſanguinem fuſum pro noſtra ſalute. Altera eſt, quòd ipſe Dei filius ſuſcepit veram naturam noſtram, & ſic inita eſt naturalis communio inter nos & Chriſtum, cujus mentio eſt ad Hebr. cap. 2. Sed eſt quædam tertia conjunctio, quam nos cum Chriſto inimus, cum manducando ſpiritualiter, cujus illi mentionem non adeò frequenter faciunt, licet non omnino taceant. Verùm de illa paulò poſt agemus. Quod ſi interrogentur iſti, an Chriſtus adſit præſens cœnæ Dominicæ, reſpondent adeſſe: cæterum hoc dicunt per ſynecdochen, quoniam altera pars Chriſti, id eſt divinitas, verè præſens eſt. Alioquin in exponenda ſententia Domini, Hoc eſt corpus meum, adhibent metonymiam, nimirum ſigni ad rem ſignificatam. Atq; Chriſtum ipſum eo modo videntur concedere præſentem eſſe, ut Sol qui ſe cōtinet in ſuo orbe, & nihilominus dicitur adeſſe mundo, eúmq; regere ſuo motu & luce. Quàm verò fides poſſit rem præſentem facere, ex Epiſtola ad Galatas, ubi Paulus dixit Chriſtum ob oculos eorum deſcriptum, & inter eos crucifixum, putant ſe declaraſſe.

Heb. 2. 14. — *Per ſynecdochen Chriſtus adeſt cœnæ.* — *Præſentia fidei.* — *Gal. 3. 1.*

Iudicium de poſtremis duabus opinionibus.

78 Nunc ſupereſt, ut inter has duas ſententias oſtendamus, quid noſtro judicio, aut cavēdum ſit, aut recipiendum. Non quòd in animo habeam, ſingulares præſtantiſſimóſque viros taxare, aut Lutherum aut Zuinglium. Nam de Zuinglio certum ſcio, quòd in ſuis libris ſigna ponit in hoc Sacramento minimè vacua aut irrita, ut ſuperius dixi. Atque etiam mihi relatum eſt ab omnibus, qui cum Luthero egerunt, illum revera inter corpus Chriſti & ſymbola, non poſuiſſe, niſi conjunctionem Sacramentalem: quomodo vero contentio ſit aucta, & inter eos inflammata, non eſt tempus recenſendi. Sepoſitis ergo his viris, nunquam ſatis laudatis, de opinionibus agemus, prout enarratæ ſunt, & ultro citróq; jactantur. Quāobrem in priori opinione, craſſam illam connexionem corporis Chriſti cum pane, ut naturaliter, corporaliter, & realiter in eo comprehendatur, minimè probo. Quia Scriptura ſancta ad hoc ſtatuendum minime nos adigit, & multiplicare & augere tot miracula abſque illius teſtimonio, non eſt theologicum. Quibus addas, talem præſentiam neceſſariam non eſſe, & ad noſtram ſalutem nullum habere momentum. Impios deinde ſuſcipere corpus Domini, haud recipio: Nam quicquid Dominus inſtituit, id fecit, ut nobis eſſet ſalutare. Verùm manducatio carnalis & corporalis, nō eſt impiis ad ſalutē, ergo Chriſtus eam hujuſmodi non inſtituit. Et quicquid impij ibi comedant corporaliter, non debent dici comedere corpus Chriſti, niſi ſigno aut ſymbolo velis tribuere nomen rei. Præterea non dabimus corpus Chriſti ubiq; eſſe, aut per omnia vel multa loca diffundi, eo quod illud adverſetur conditionibus naturæ humanæ. Neque item ſentiendum eſt, diſcrimen eſſe inter ſpiritualem manducationem, quę habetur in Ioanne c. 6. & illam quam Dominus inſtituit in poſtrema cœna, niſi quod ei doctrinę atque promiſſioni quam prius tradiderat, adjecit ſymbola. Quod etiam loquuntur ambigue de adoratione, non debet facilè admitti. Suprà enim docuimus, & quidem planè atque apertè, quid de ea re ſentiendum ſit. Atque hęc de iſta ſententia, ex qua demenda puto, quę modo commemoravi.

Cavenda in priore opinione. — *Impij nō manducant carnē Chriſti.*

Quid in altera ſententia minus probetur.

79 In altera verò, mihi id minus placet, quòd rarò mentionem faciunt Sacramentalis mutationis panis & vini: quę tamen non levis eſt, & Patres ubicunque videntur favere tranſſubſtantiationi, eam reſpiciunt. Atque Scripturę ſanctę illam non contempſerunt: etenim Paulus in ipſa agitatione Sacramenti, non ſimpliciter nominat poculum, ſed poculum Domi-

1. Cor. 11. 2.

A ni. Deinde videmus in Teſtamento veteri, ea quæ oblata fuerant, appellata eſſe non tantùm ſancta, verùm ſancta ſanctorum, hoc eſt, Hebraica phraſi, ſanctiſſima. Quare non eſt quòd dicant, mutationem hanc levem eſſe, cùm magni ſit momenti. Quod ſi prætexant ſe id facere, ut nimium ſymbolis non hæreamus: Reſpondetur, facilè poſſe remedium adhiberi huic malo, per doctrinam, qua inſtituantur homines Chriſtum conjungi nobis, dum communica-
B mus, eximia copula, ut qui maneat in nobis, & nos in eo. Qui deinde proximo gradu jungitur verbis, atque id per ſignificationem. Copulatur & tertio loco ſymbolis atque item per ſignificationem, quæ tamen eſt minor quàm illa ſit, quæ pertinet ad verba. Imò per priorem, quæ ſcilicet verborum eſt, ſymbola ſuam ſignificationem ſacramentalem ſortiuntur. Si hæc ritè doceantur, nihil erit periculi. Fateor ſcriptores hujus opinionis, quandóque tractaſſe iſtam converſionem Sacramentalem.

Mutatio Sacramentalis res magna & aſſerta à ſacris literis. — *Tribus rebus per gradus conjungitur corpus Chriſti.*

C 80 Deinde non adjecerunt ſemper ei efficaciam, quæ illi debetur. Non enim efficiuntur iſta vulgaria ſigna, ſed quæ potenter atque efficaciter animum permoveant. Dicent, hoc erit nimium tribuere elementis hujus mundi. Occurrimus, iſta non illis tribui per ſe ipſa, verum ob inſtitutum Domini, Spiritus ſancti vim, atq; verborum claritatem. Si quæſierint, unde habeam, Spiritum ſanctum hic agere? facilè eſt reſpondere, quoniam eſt jam conſtitutū, ſpiritualem eſſe hanc manducationem. At quomodo ſpi-
D ritualiter mādúcabimus abſq; Spiritu ſancto? De inſtituto Domini non eſt dubitandum, & de efficacia verbi paſſim loquuntur Scripturæ. Paulus inquit, Evangeliū eſſe vim Dei ad ſalutē, nimirū, quòd Deus vim ſuam declarat hoc inſtrumento: & Euchariſtia quid aliud eſt quàm Evangeliū ſeu verbum viſibile? Dicit item Paulus, Fidem eſſe ex auditu, & auditum per verbum Dei: non quòd verbum nos credere faciat, Spiritus enim eſt per quem credimus: ſed utitur organo verborū atq; etiam Sacramentorū, quæ ſunt
E verba Dei ſenſibilia. Quis enim neſciat per verbum Dei creaturas ſanctificari, ut habetur in Epiſtola ad Timotheum? quod etiam rectè accipiendū eſt, nam Spiritus ſanctus eſt qui revera juſtificat, verùm inſtrumento & verborum & Sacramentorū hoc facit. Non itaq; auferenda eſt hęc mutatio à pane & vino, qui redduntur ſigna corporis & ſanguinis Chriſti efficacia, id eſt, quibus potenter & non vulgariter ſpiritus Domini in nos agit, modò fide & pietate ſimus
F præditi. Non enim ponimus hîc efficaciam, quę ſalutē noſtram alligat rebus hujus mundi. Neq; hic obſtrepat aliquis, cū fide iſta perceptio habeatur, quid lucrabuntur communicantes, quandoquidem ſi ſunt fideles, jam habent ſibi conjunctum Chriſtum? Facilè eſt occurrere, conjunctus illis quidē eſt, ſed indies redditur conjunctior: & dum communicamus, magis ac magis nobis unitur. Præterea hoc accedit, quòd mandato Domini ſatisfacimus, qui ut manducaremus & biberemus hoc Sacramentum præcepit. Dixeris alioquin idem de Baptiſmo: Cùm enim quis
G credit, ſtatim juſtificatus eſt, & remiſſionem peccatorum habet, non tamen fruſtra baptizatur. Quod ſi requiſiveris, an iſta efficacia Euchariſtiæ ſe habeat æqualiter quoad omnes? Reſpondeo, minimè: ſed ad rationem & portionem fidei communicantium. Vt Origenes dicebat, decimoquinto capite Matthęi: Sacramenti hujus materiam non prodeſſe, ſed poteſt per verbum & obſecrationem juvare animos noſtros, pro quantitate & portione fidei.

De efficacia Sacramenti. — *Spiritus ſancti actio intervenit in communicando.* — *Rom. 1. 16.* — *Rom. 10. 17.* — *1. Tim. 4. 5.* — *An efficacia Euchariſtiæ ſe habeat æqualiter quoad omnes?*

H 81 Aliud præterea eſt quod iſtis vellem inculcare, nos per communionem Chriſto incorporari, quæ vox non eſt nova, ſed in Paulo habetur ad Epheſ. qui dicit Gentes factas cohæredes & concorporales, quod Græcè dicitur σύσσωμα. Nam etſi ponimus apprehenſionem corporis Chriſti fieri per fidem, attamen effectum ſequitur ad hanc apprehenſionem vera conjunctio cum Chriſto, non ficta aut imaginaria, quæ primò ad animam pertinet, deinde ad corpus redundat. Et ea commendatur nobis in ſacris literis à Paulo ſub metaphora capitis & corporis; cum
I nos appellat membra ejuſdem corporis ſub Chriſto capite, & ſub ratione conjugij, in quo fiunt una caro. Quod Cyrillus ut exprimeret, ſimile induxit

Incorporamur Chriſto communicando. — *Epheſ. 3. 6.*

Digitized by Google

ceræ liquefactæ quæ alteri ceræ permiſceatur, & ita ex duabus eadem fiat: ſic voluit nos Chriſto conjungi. Et ad hoc maximè faciunt verba ad Epheſ. quibus dicimur eſſe ex carnibus ejus, atque ex oſſibus ejus: quæ ſi reſpicias prima fronte, videbitur ſecus dicendum, ſcilicet, filium Dei eſſe ex carnibus noſtris & ex oſſibus noſtris, quia ex noſtro genere carnem aſſumpſit. Sed Paulus intellexit non ſimplicem carnem, verùm à peccato mundam, reſurrectionis capacem, & immortalitatis: quam fideles cùm ex ſeipſis non habeant, neque ex Adamo traxerint, à Chriſto ſibi vẽdicant, quando illi per Sacramenta & fidem incorporantur. Fit itaque illapſus quidem Chriſti in nos, & contactus ſpiritualis, quem Paulus expendebat, cùm diceret ad Galatas: Vivo autem jam non ego, ſed vivit in me Chriſtus. Neque propter iſta opus eſt Chriſtum è cœlo detrahere, vel corpus ejus diffundere ad infinita loca, quandoquidem ſpirituale eſt totum hoc quod tradimus. Veruntamen non fictum, nam ſpectra, idola, aut figmenta, nequaquam animum nutriunt, ut hîc fieri certum eſt. Diximus enim & confirmamus, hæc ſymbola & ſignificare, & offerre, & exhibere veriſſimè corpus Chriſti, licet ſpiritualiter, id eſt animo comedendum, non ore corporis. Quod ſi quæſieris, quo pacto veteres in ſuis Sacramentis iſtud idem habere potuerint: facile eſt reſpondere, quandoquidem non corporaliter, ſed ſpiritualiter in hoc Sacramento rem geri ſtatuimus. Et in Apocalypſi legitur, Agnum immolatum ab origine mundi. Illi futura expectabant, nos jam facta recolimus. Hoc tantùm cavendum poſtremò oſtendimus, ne quod adjicimus ſemper de modo ſpirituali, intelligatur veritati detrahere. Dicebat enim Aug. ſuper Pſalm. 54. corpus Domini, certo loco eſſe in cœlo, ſed veritatem corporis Domini ubique eſſe: nam ubicunque ſint fideles, apprehẽdunt Chriſtum habuiſſe verum corpus pro nobis traditum, & eo fide veſcuntur.

Eph 5.30.
An Chriſtus ſit ex carnibus noſtris, vel nos ex carnibus ejus?
Illapſus Chriſti in nos.
Gal. 2. 20.
Quomodo veteres idem habuerunt nobiſcum in ſuis Sacramentis?
Apoc. 13. 8.

82 Itaque jam dixi, quod mihi videtur debere conſtitui juxta Scripturas in hac re Sacramentaria. Quæ utinam pius lector, & benè expendat, & boni conſulat. Faxit autem Deus pro ſua bonitate, ut Eccleſia Chriſti, tandem quoad hoc Sacramentum, & veritatem & pacem obtineat. Quæ duo idcirco mihi ſunt in optatis, quòd hactenus animadverterim, Euchariſtiam (de qua agimus) adeò fuiſſe mendaciis, impoſturis, atque ſuperſtitionibus obrutam, ſepultã, & deformatam, ut quidvis potius æſtimari potuerit, quàm id quod in cœna Dominus inſtituit. Quam ne facilè repurgatam haberemus, diabolus (omnis pacis & veritatis graviſſimus hoſtis) tot ſevit opiniones, contentiones, diſſidia, hæreſes, & pugnas, tantum non cruentas, ut vix conſenſus Chriſtianis dignus humana ratione ſperari poſſit. Verùm hæc (proh dolor) non injuriâ patimur, qui hoc Sacramentum duplici contumelia afficimus, partim quia ex inſigni & ſingulari Chriſti dono, idolum execrandum ereximus: partim verò, quia parum ſyncera fide, conſcientiáque graviſſimis peccatis inquinata, abſque legitima noſtrûm ipſorum probatione, ſacra hæc myſteria uſurpavimus. Miſereatur Deus (precor) tantæ calamitatis, dignetúrque tandem Eccleſiæ ſuæ inſtauratam Euchariſtiam bonúmque ejus uſum reſtituere, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. *Vide Exhortationem ad Cœnam Domini. Item Confeſſionem & ſententiam de hoc toto Cap. poſt Locos communes: Item Epiſt. 14. 10. 19. 20. 21. 29. 60.*

Finis Tractationis de Euchariſtia.

Breuis Epitome diſputationis de Euchariſtia in Gardinerũ, nondum antehac excuſa.

Res Euchariſtica quatenus nobis eam Dominus tradidit, cùm facilis, tum ſimplex eſt cognitu. Hæc ſi divinarum literarum arbitrio ſenſúque tractaretur, haberetúrque humanæ naturæ Chriſti ratio, atque Sacramenti receptæ definitionis, in ea vel intelligenda, vel tractanda nihil planè laboraretur. Sed contentione, atque adverſariorum contingit importunitate, ut jam cæco labyrintho quodam impeditior evaſerit, parúmque abſit quin veritatem altercando amiſerimus. Illi enim ut ſententiæ orthodoxæ & præcipuæ non cedant, imò præ illa quibuſcunque modis prodigioſa inventa ſua tueantur, omne genus fuci, cavillationum, atq; impoſturæ adhibuerunt: proinde cùm à me hiſce diebus captionum & ſophiſmatum, quibus utuntur, cõfertiſſimis aciebus ſedulò occurreretur, & ea qua potui diligentia reſponderetur, volumen propemodum in immenſum crevit. Veritus ergo ne pij homines lectione admodum prolixa nimis fatigati, redeant ita incerti atque antea fuerint, cùm ad meum librum evolvendum accederent (nam rationibus utrinque auditis, iiſque ſubinde recentibus ac novis, fieri non poteſt, quin ſuccedentia præteritorum memoriam obſcurent, aut tantum non obliterent) ſtatui quadam Epitome, vel reſolutione (quam Græci ἀνάλυσις dicunt) rem ipſam ſub oculos totam ponere, ut lecturi mea, quique illa, vel nunc legunt, vel jam perlegerunt, in promptu & ad manus habeant certa quædam capita, non minus dilucida quàm brevia, ad quæ diſputationis jam habitæ cùm argumenta, tum etiam reſponſa facilè referre queant. Id vero (ni fallor) in ejuſmodi diſceptationibus, lectoribus non minus adjumento erit, quàm navis dum per altum mare huc & illuc jactatur, certus cynoſuræ aſpectus. Quod itaque à me bono amicóque fiat animo, velim omnes bonos & pios in bonam partem accipere: methodúmque à me ſic excogitatam attentiſſimè conſiderare, ac deinde ex verbo Dei de illa candidè ſententiam ferre: ſed pluribus nolo præfari, cùm in Epitome conſectanda ſit brevitas quàm maximè.

Verba Cœnæ accipienda eſſe Tropicè.

Primum quidem in Sacramento Euchariſtiæ panem & vinum (quæ divinæ literæ, Patres, ac ſenſus ipſe ibi vere adeſſe teſtantur) corporis & ſanguinis Domini ſigna eſſe affirmamus: non utique profana vel vulgaria, ſed quemadmodum in cæteris myſteriis aſſignari conſueverunt.

Adverſarij noſtri è diverſo corpus & ſanguinem Chriſti propriè ac verè illa eſſe prædicant. Rogamus qui ſciant? quia, inquiunt, Chriſtus dixit *Hoc eſt corpus meum.* At nos dictum ſervatoris noſtri ea loquendi formula, ſeu tropi genere interpretamur, quo in Sacramentis præſertim, ſigna, rerum quæ ſignificantur vocabulis appellari ſolent. Noſtræ huic ſententiæ illi refragantur, aiuntque Chriſti verba non tropica, ſed propria omnino & ſimplicia eſſe.

I. A nobis objicitur nullam eſſe certam ex Evangelica hiſtoria rationem, quæ verba illa ſimpliciter intelligenda convincat. Nam Cœna Domini à Matthæo, Marco, Luca, & Paulo explicatur. Ibi permulti deprehenduntur tropi. Calix dicitur novum Teſtamentum, nec ipſum tamen poculum, nec is qui in eo continetur liquor, eſt reipſa teſtamentum.

II. Indignè ſumentes affirmantur judicium ſibi ipſis edere & bibere: ac propriè judicium nec edi, nec bibi poteſt.

III. Eſt verò longè alienũ à corpore Domini, ut verè comedatur, quia nefas eſt omnino ipſum frangi, dentibus commoli, & diſſolvi.

IV. Dixit Servator noſter, cùm eidem menſę accubuiſſet, vehementer ſe deſiderare, illud Paſcha unà cum diſcipulis manducare. Nemo verò ignorat non ipſum *Peſach*, id eſt, Domini tranſitum, ſed agnum, qui ut ejus ſymbolum adhibeatur, in ea ſolennitate fuiſſe comedi ſolitum.

V. Quoties inquit, 1. Corinth. 11. biberitis hoc poculum. Num poculum, annon potius quod in eo eſt infuſum, haurimus? Paulus itaque tropo quàm uſitatiſſimo eſt locutus. Quamobrem in Cœna Domini referenda cùm Spiritus ſancti ſcribæ permultis orationibus tropicis fuerint uſi: & id de quo agimus, nempe *Hoc eſt corpus meum*, figurato ſermone ab eo fuiſſe dictum quid prohibet?

VI. Mitto

Digitized by Google

Mitto alias permultas divinarum literarum ſententias quas ab omnibus piè ſentientibus per tropos conſtat exponi. Etenim ſi velim eas commemorare, jam non Epitome, ſed juſtus liber eſſet conſcribendus. Cum itaque hanc noſtram ſententiam ſic interpretamur, nihil novum, vel Scripturis alienum comminiſcimur.

VII. Quòd verba quæ apud Paulum & Lucam de calice ſcribuntur, tropicè ſint enunciata, ut jam docuimus, neminem inficias ire meritò poſſe quis attentus lector non videat? Vnde quæ ſcripſerint Matth. & Marcus de eadem re, tropicè accipienda erunt, niſi quis neget priora ex poſterioribus eſſe exponenda, ſcripſiſſe verò Paulum & Lucam, poſt Matthæum & Marcum nemo dubitat.

VIII. Atqui, quod nec Matthæus nec Marcus de ſanguine tradunt, ſimpliciter dictum intelligi poteſt. Ita ſcribunt illi, Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου. Iam verò quid pronomen τοῦτο aliud referre poteſt, quàm poculum, ſiquidem illud Chriſtus & in manibus accepiſſe, & Apoſtolis dediſſe commemoratur: nec Lucas & Paulus aliud aſſerunt cùm dixiſſe Chriſtum tradunt, *Hic calix novum eſt Teſtamentum*, poculum autem quis auſit dicere propriè ſanguinem eſſe? expendantur ergo verba Matthæi & Marci ex una parte, & ex altera Lucæ & Pauli rectè: negetur tropus ſi poſſit.

IX. Ipſi adverſarij, etſi præoptant inſervire potius opinioni ſuæ quàm veritati, verba Domini abſque troporum adminiculo, interpretari non poſſunt: oſtendo quippe in Sacramento Euchariſtiæ, non licere ipſis de eo hæc pronuntiare, *Hoc eſt corpus meum*. Pudeat ergo nos ejus criminis reprehendere, cujus ipſi accuſari jure & meritò poſſunt. Ipſa porrò Sacramenti definitio, quòd ſacræ rei ſit ſignum, & gratiæ quæ non videtur, viſibilis forma, noſtram ſententiam maximè propugnat. Efficitur enim ex ea publica recepta definitione, ea quæ in Euchariſtia videntur, corporis & ſanguinis Domini, ſigna eſſe, niſi velimus ipſam Euchariſtiam ex albo Sacramentorum expungere.

X. Nec verò aliter exponi queunt formulæ dicendi, quibus divina ſcriptura utitur, cùm de parte Sacramenti aſpectabili rem ipſam quæ ſignificatur pronunciat. Circumciſio enim qui fœdus Domini vocaretur, niſi eam ſignum ipſius eſſe dixerimus? Pauli hujus ſententiæ eſt author, qui Circumciſionem σφραγῖδα, id eſt ſignum, vel ſigillum juſtitiæ per fidem adeptæ, appellat. Baptiſmus quoque regenerationis lavacrum dicitur, & agnus in veteri Teſtamento, ſicut ante demonſtravimus.

XI. Accedunt & Patres qui non ſemel diſertis verbis tradunt *Chriſtum ſui corporis ſignum dediſſe, figuram dediſſe, corpus ſuum repræſentaſſe*, typum & ἀντίτυπα eſſe illa quæ à nobis videntur, corporis & ſanguinis Domini. Cyprianus, Cyrillus, Auguſtinus, Gelaſius & Theodoretus quàm apertiſſimè docent, iſta ſigna, vocabulo rerum ſignificatarum nũcupari. Cùm ergo divinæ literæ in hoc Sacramento tradendo tropos admittant, eos ipſa Sacramentorum natura exigat, Patreſque manifeſtiſſimè recipiant, nos, quod utamur tropica interpretatione in verbis Domini exponendis, accuſabimur?

Allatæ rationes tantum apud nonnullos valuerunt (quæ eſt vis veritatis) adverſariorum, ut ea quæ in hoc Sacramento ſenſibus obvia ſiunt, nimirũ panem & vinum, ſigna corporis & ſanguinis Chriſti eſſe fateantur, hac tamen lege ut ſignatas res in ſeſe præſentes habeant: ſed hoc à vero longè alieniſſimum eſſe permultis rationibus oſtenditur.

Verborum Chriſti Tropus non exigit corporis & ſanguinis eius realem ſubſtantialémve præſentiam.

I. Primùm, Scripturæ divinę tradunt Chriſtum quoad humanam naturam hinc abiiſſe, ejus in cœlum aſcenſionem, ut in articulis fidei continetur, ſtatuunt. Afferunt Chriſtum dixiſſe, nos eum non ſemper nobiſcum habituros, verùm oportere uſque ad extremum diem illum continere cœlum, ut inde tantùm adjudicandum veniat.

A II. Deinde, non convenit humano corpori ut ſit eodem tempore in multis locis. Nec etiam concedi poteſt ut præſens ſit in mundo circa locum: pugnant enim hæc omnino cum definitione humani corporis, niſi velimus verum Chriſto adimere corpus. Cavendum hic illud in multis locis vel diffuſum, vel præſens ſimul eſſe affirmemus.

III. Ne id quidem angelorum (ut ita dicam) eſſentia habet quæ mole corporis privatur, ut eodem B tempore ſimul & diverſis in locis eſſe poſſit.

IV. Quin & ipſa Dei natura, ſi eſſet corporea, haudquaquam evitari poſſet quin & partitionem, & definitionem admitteret. Hæc porrò cùm ita ſint, quemadmodum Patres pleniſſimè atteſtantur, omnino efficitur ut corpus Chriſti iis adjunctis & proprietatibus ſit obnoxium.

V. Nec ipſa poſtulat Sacramentorum natura, ut res ſignificatas, vel ſibi cohærentes habeant, vel eas in ſe ipſis contineant. An in Circumciſione divinũ Fœdus claudebatur? C Sanè præterierat, & cum Patribus initum fuerat, antequam Abrahamo præciperetur Circunciſio. Et ſi quid ejus fœderis extabat, id totum in mente divina & fidelium retinebatur. In carne verò non ipſum, ſed ejus ſignum à Deo mandatum geſtabatur. Agnus iterum Paſchatis, tranſitum Domini reipſa in ſe ipſo non claudebat. Quis etiam ſanæ mentis diceret carnem & ſanguinem Domini, vel in aqua deſerti, vel in Manna clauſum fuiſſe: & in aqua Baptiſmi ſpiritum & gratiam inviſibiliter deli- D teſcere? Quòd ſi certis Sacramentis non tribuitur, & quidem ex eorum natura, ut res præſentes habeant vel ſibi cohærentes, vel in ipſis clauſas: nec de Euchariſtia aliter ſtatuere debemus, ſi nobis ejus ratio vel proprietas cum cæteris Sacramentis conſtare debet, maximè cum de cauſa præſenti verbum Dei nihil ejuſmodi tradiderit.

VI. Præterea cùm Paulus 1. Cor. ſcribat veteres nobiſcũ eundẽ cibũ ſpiritualem comediſſe, & eundẽ ſpiritualem potum nobiſcum bibiſſe, carnem verò & E ſanguinem Chriſti haudquaquam præſentia habuerint cùm nondum extarent: Iſti verò in Euchariſtia præſentia hæc ſtatuant, ſequitur ſanè non eſſe nobis eadem Sacramenta cum veteribus, contra Pauli ſententiã. Symbolis minimè conveniunt; Manna enim illi & aquam, nos verò panem & vinum habemus, rebus etiã ſignificatis ſunt diverſa, quia illi res ſignificatas abſentes utpote futuras fide percipiebant, hi verò res cũ ſymbolis præſentes ſe percipere dicunt. Nullum porrò majus diſcrimen in his Sacramentis F excogitari poteſt, quàm cùm ſignis tum rebus ſignificatis diſſidere. Quin ergo potius cum Paulo dicamus rebus ſignificatis veterum Sacramenta cum noſtris eadem eſſe, quanquam ſigna ſint diverſa, & eodẽ modo, nempe fide & ſpiritu, à nobis & illis percipi. Illi enim carnem & ſanguinem Chriſti quæ pro ſalute noſtra danda erant, fide percipiebant: nos verò, ut jam data, fide & ſpiritu amplectimur.

VII. Evitari quoque non poſſet quin tam impij quàm G pij carnem & ſanguinem Domini comederent & biberent, ſi adverſariorum admitteretur ſententia; id quod apertè refellit Chriſtus author Sacramentorum: Evang. Ioan. 6. Vbi carnem & ſanguinem ſuum bibi fide & comedi ait. Vide ergo, cum impij fide deſtituantur, & à Chriſto alieni ſint, quam communionem quæſo habeant cum carne & ſanguine Chriſti? Symbola ſanè tantum percipienda habent, ad ipſorum quidem condemnationem, ſiquidem neque Chriſtus eſt in eis, neque in Chriſto ipſi manent.

H VIII. Rogandi etiam ſunt iſti, qui ſtatuunt in hoc Sacramento Domini ſanguinẽ præſentẽ adeſſe, qua ratione, quóve colore ſacrificium, ut vocant, ſuũ auſint incruentum appellare? Profectò, ſi Domini ſanguinem, ut Chryſoſtomus hyperbolicè ſcripſit ex latere Domini fluentem in ſuo calice volunt excipi: enitantur quantum volunt, ſciunt & poſſunt, quin incruentum potum hauriant nunquam efficient.

IX. Eſt verò illa pugnantiũ natura ut de eodem Sacramento nunquam ſimul, hoc eſt eodem tempo- I re affirmari poſſint: quamobrem Chriſti corpus tum ſurſum, tum deorſum, viſibile, & inviſibile, unum & multa, mortale ſimul & immortale fractum & in-

A tegrum, ſimul eſſe non poteſt. Hanc rationem nobis non finximus, ſed ſumpſimus à Chriſto, Angelis, Apoſtolis, Patribus, & ipſa natura. Conteſtantur enim hi omnes hoc nequaquam ſimul eſſe poſſe. Porrò longum eſſet reſcire quot in locis & ſcriptis ſuis Patres hanc Domini ſecundùm carnem abſentiam aſſeruerint.

X. Quaſi verò hæc ab iſtis jactata & propugnata præſentia carnis & ſanguinis Domini in Euchariſtia, dum ipſa peragitur, vel majorem, vel præſtantiorem, B vel ullam aliam poſſit afferre utilitatem, quàm nos ex perceptione ſpirituali (quæ uti diximus, fide ac mente peragitur) habeamus.

XI. Illud poſtremo quærimus ab adverſariis noſtris, an corpus Domini abſque ſanguine in pane, & ſanguinem in vino abſque corpore, ſtatuant? Hoc ſi dicant, Chriſti naturam humanam per duas myſterij partes diſtrahunt, quod citra impietatem committi non poteſt. Cum ſanguis & corpus & natura humana Chriſti conjunctione perpetua ſint unita: ſi verò C dixerint, ea ſimul eſſe, ac ſuas neſcio quas concomitantias finxerint: id ſaltem effugere non poterunt: quin corpus Chriſti congeminent, totum videlicet ſub vino, totumque ſub pane, ſeu (quemadmodum volunt) ſub eorum accidentibus conſtituentes.

XII. Accedit poſtremò verbis Chriſti minus quàm ſit in partibus Sacramenti, de illis pronunciatum, cùm de pane ſolum corpus & de vino tantummodo ſanguinem prædicent.

Hæc præcipua & ſumma ſunt capita, quæ in libro D meæ confeſſionis contra Gardinerum continentur, quod ad noſtræ partis argumenta, & confirmationes attinet. Nunc verò id reliquum eſt, ut nonnulla dicta ſeu certas quaſdam ſententias candido lectori proponam, ex quibus non tantùm argumenta noſtra propemodum omnia deducuntur, verumetiam rationes adverſariorum facilè diſſolvi poſſunt. Atque ſic tota hæc diſceptatio tum dilucida, tum facilis evadet.

Dicta ſeu ſententiæ ex quibus, &c. E

I. Chriſtus in ſacra Cœna panem ipſum corpus ſuum, & vinum ipſum ſanguinem appellavit, quo fit, ut verba ejus, *Hoc eſt corpus meum*, ſimpliciter & abſque tropo accipere nequeant, ſiquidem nec panis nec vinum propriè ac verè corpus & ſanguis Chriſti eſſe poſſunt.

II. Hæc verba, *Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus*, ſunt tropicæ dicendi formulæ, quibus Deus ea quę ſignificantur de ſymbolis externis pronunciavit. F

III. Edere carnem ſeu corpus Domini & bibere ejus ſanguinem, eſt credere hæc pro nobis in pretium redemtionis fuiſſe data, & iſtis quę pro nobis in cruce oblata fuerunt conjungi.

IV. Chriſti natura humana ab aſcenſu in cœlum uſque ad extremum ejus adventum quum mundum judicabit, nuſquam alibi eſt quàm in cœlis.

V. In Euchariſtiæ fideli ſumptione corpori & ſanguini Chriſti non tantùm animo ſeu mente per G fidem copulamur: ſed ſpiritus gratiæ ac virtutis Domini noſtri, participes evadimus, non ſane ex vi operis, ſed ex ipſius bonitate ac fideli promiſſione.

VI. Impij homines ipſam Chriſti carnem & ſanguinem haudquaquam comedunt & bibunt, niſi quatenus externa ſigna, panem inquam & vinum (quæ ſuo quodam modo ſunt & dicuntur corpus & ſanguis Chriſti) uſurpant.

VII. Non minus Chriſto in Baptiſmo jungimur quàm in Euchariſtia, quare par utrobique illius H præſentia & perceptio videlicet ſpiritualis ponenda eſt.

VIII. Patres in veteri Teſtamento corpus & ſanguinem Chriſti, quod ad rem ipſam attinet, non ſecus ac nos edebant.

IX. Soli fideles corpus & ſanguinem Domini vere ſumunt ac ſpiritualiter, hoc eſt fide, quatenus eſt unicum nos Chriſto conjungendi inſtrumentum.

X. Corpora noſtra corpore & ſanguine Chriſti I ſuo quodam modo aluntur, & ad æternam vitam inſtaurantur.

XI. Nos ipſi fideli participatione cœnæ Domini quodam genere ſpiritualis mutationis in corpus Chriſti alimur, & propemodum tranſelementamur.

XII. Per incarnationem Filij Dei carne & ſanguine cum eo communicamus, quandoquidem noſtra verè ab eo aſſumpta creditur, & viciſſim dum cõmunicando fide amplectimur corpus ejus & ſanguinem ejus, quę pro nobis in mortem data ſunt, eorum ſpiritualiter efficimur participes.

XIII. Sermo divinarum literarum, vel auditus, vel tactus, quatenus à nobis fide recipitur, corpus Chriſti eſt, & panis quo animi noſtri nutriuntur.

XIV. Cœtus credentium eſt corpus Chriſti, cujus ipſe caput eſt, & nos etiam membra tum ſumus tum dicimur.

XV. Pauperes & oppreſſi pro nomine Chriſti ſunt ejus corpus. Hinc illa vox Paulo, Quid me perſequeris?

XVI. Miracula interdum edita circa Euchariſtiæ ſymbola, neque tranſſubſtantiationem elementorum ejus, neque præſentiam corporis realem & ſubſtantialem probant.

XVII. Corpus ſpiritualiter adeſſe communicantibus non ſignificat inviſibiliter quidem ſed tamen propriè adeſſe, ut Papiſtæ dicunt: ſed quod fidei noſtræ ac ſpiritui præſens fiat non ſecus atque mors illius quàm verè credimus, & bona futuræ vitæ quæ ſpe certiſſima expectamus: quarum rerum præſentia tantùm ad fidem & ſpiritum noſtrum referri poteſt.

XVIII. Adverſarij, qui de conſecratione panis & vini tam multa loquuntur, an precibus, an verbis ea perficiatur, expedire non poſſunt.

XIX. In Euchariſtia nullum aliud ſacrificium admittimus quàm gratiarum actiones, precum & noſtri ipſorum oblationes: Hæc verò non tantùm à miniſtro, ſed etiam à plebe communicante debent offerri.

XX. Sacrificium etiam ibi eſſe damus, quatenus veri ſacrificij commemoratio ibi ſit, & Sacramenta, id eſt, externa ſymbola quæ proponuntur ejuſdem rei ſacrificia ſunt, & illud communicantibus ex inſtituto Domini referunt.

Quas jam commemoravi ſententias, prudens & candidus lector mei libri, in eo deprehendet, non tantum fuiſſe tractatas: imò multis cùm ſcripturæ, tũ Patrum teſtimoniis confirmatas: quare ſi ei cordi fuerit totam iſtam controverſiam ceu in tabella quadam habere perſpicuè & dilucidè quodammodo pictam, ſententias haſce inprimis, deinde rationes quas in hac Epitome attuli, cogitatione attenta, & frequenti repetitione faciat ſibi quàm familiariſſimas: nam & inde, ſpero, proficiet, nec eum operæ collocatę unquam pœnitebit.

CAPUT XI.

An in communione liceat una tantùm ſpecie uti.

Conantur adverſarij pluribus argumentis mutilationem turpiſſimam Sacramenti hujus, quam induxerunt, defendere. Fatentur quidem Eccleſiam, cùm adhuc rudis eſſet, duplici ſpecie uſam fuiſſe: ſed poſtea cùm intelligeret, alteram partem, pręſertim laicis potuiſſe ſufficere (quo errori occurreret nonnullorum qui potuiſſent exiſtimare dari corpus Chriſti in Sacramento à ſanguine diſiunctum, & ſanguinem à corpore ſeparatum) edixit, ut ſacrificii tantùm duas partes in miſſa uſurparent: plebi vero tantummodo altera diſtribueretur. Deinde acceſſiſ- 2 ſe aiunt authoritatẽ Conſtãtienſis concilij. Diducũt 3 præterea mandata Dei in duo capita: Quædam volunt eorum, perpetua, firma & incõcuſſa manere, ita ut violari nunquam poſſint, in quo ordine moralia collocant. Alia verò conſtituunt, quæ de rebus externis agant: cujus generis cæremoniæ ſunt & Sacramenta. Et hæc non volunt uſque adeò neceſſaria, quin pro loco & tempore commutari valeant. Defendunt adhæc, plebi Chriſtianæ fraudi non fuiſſe, 4 quod una ſpecies ſit ab ea ſublata. Nam, inquiunt, in forma panis non dari corpus Chriſti ſine ſanguine, quemad-

In 1.Cor.10. Prima ratio adverſariorũ.

quemadmodum nec in calice ſanguis habetur abſq;
5 corpore. Afferunt item longè majorem eſſe liberta-
tem Eccleſiæ Chriſti, quàm fuerit ſynagogæ: ideo li-
cere illi plura mutare in noſtris cæremoniis, quàm
veteribus permiſſum fuerit. Non enim ſumus ut ſer-
6 vi ſub Lege, ſed ut liberi ſub gratia. Et conantur o-
ſtendere in compluribus ritibus, Eccleſiam reipſa in-
terdum mutaſſe. Inprimis aiunt, Non mergit eos qui
intinguntur, ut verbum Græcum βαπτίζειν ſignificat:
ſed tantum aſpergit, vel alieno modo abluit. Neque
vocandum eſt in dubium, ſic tinctos pro baptizatis
habendos. Nam Cyprianus conſultus fuit, an illi qui
agentes animam baptizabantur, cenſendi eſſent ba-
ptizati: ſiquidem in lecto decumbebant, & vi morbi
oppreſſi, neque mergi, neque ablui poterant, ſed tan-
tum aſpergebantur: unde poterant videri non bapti-
zati. Reſpondet ille vir Dei, eos omnino conſecutos
Baptiſmum.

7 2 Iactant etiã, in Baptiſmo verba quandoq; fuiſſe
Act.8. 6 & 10. 48 mutata, cum in Actis Apoſtolicis capite octavo, le-
gatur, Baptiſmus in nomine Dei Ieſu Chriſti datus:
Matth. 28 19. & 20. cùm tamen in Evangelio præceperit Dominus diſci-
pulis, ut in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. bapti-
8 zarent. Quin & cauſantur hodie, perverti ordinem
à Chriſto præſcriptum: Is enim mandavit, ut prius
docerent, deinde baptizarent. Nos diverſum agi-
mus: primum tingimus infantes, deinde cùm ado-
9 leverint, eos docemus. Poſtea ſubdunt, non ſervari
quod Chriſtus fecit in noſtra communione: quo-
niam jejuni Sacramenta ſumimus, cùm ille cœnatus
10 & Apoſtolis cœnatis ea diſtribuerit. Deligimus etiã
nobis matutinum tempus, cùm ille veſperi cœnam
agitarit: neque pedes abluimus, cùm ipſe prius diſci-
pulorum pedes laverit, juſſeritque ut alter alterius
11 pedes lavarent. Nec non Apoſtoli mandatum pro-
1.Cor.11 4. ducunt, ut vir non oret aut prophetet contecto ca-
pite, nec mulier aperto: quod hodie non tam ſoli-
12 citè & ad amuſſim conſervatur. Primi quoque Con-
Act.15.39. cilij, quod habitum fuit Apoſtolorum tempore de-
cretum, ut gentes à ſanguine & præfocato abſtinę-
13 rent, abolitum eſt. Cavillantur iidem, non eſſe parem
rationem Apoſtolorum, cum quibus Dominus in ex-
trema ſua Cœna communicarit, atque ſit Chriſtianę
plebis. Quoniam illi, ſacerdotes ordinati fuerant à
Chriſto: quare jure ac meritò aiunt, fuiſſe aliam di-
ſpoſitionem pro communione laicorum inſtitutam.
14 Fingunt quoque Chriſtum quandoque ſub una ſpe-
Luc.24.35. cie diſcipulis Euchariſtiam diſtribuiſſe, potiſſimum
quando acceſſit cum eis Emaunta oppidum: ubi di-
15 cuntur, eum agnoviſſe in fractione panis. Vnde
nos peccare coarguunt, qui ex unica Chriſti actio-
16 ne, dogma velimus & præceptum conſtabilire. Deni-
que pro ſe clamitant, Eccleſiæ catholicę conſenſum
facere, & cauſas afferunt ex quibus adducantur, ut
unam duntaxat ſpeciem Sacramenti laicis admini-
17 ſtrent. Primam eſſe jactant, ne poculum effundatur:
quod facile fieret ſi univerſę multitudini porrige-
18 retur. Altera eſt cauſa, quoniam pro ægrotis vinum,
quemadmodum panem aſſervari oportuiſſet, ut
quacunque hora depromeretur petentibus: quod nõ
potuiſſet commodè fieri, quod vinum facile corru-
19 ptioni ſit obnoxium. Præterea opponunt, multos eſ-
ſe abſtemios qui cùm alteram partem tantùm ſume-
re valeant, ſi utraque pars neceſſaria eſſet, exiſtima-
rent ſe neque rite communicare, neque Sacramentũ
20 integrum habere. Accedit denique honor miniſte-
rij: par etenim eſſe judicaverunt, ut ſuis miſſificis,
plus quàm promiſcuæ multitudini deferretur, neque
voluerunt æquabilis dignitatis aut pretij commu-
nionem eſſe laicorum cum miſſa. Argumenta fermè
illorum quæ potiora ſunt recenſui.

Contra mutilationem Euchariſtiæ. Prima ratio. 3 Nunc ex adverſo noſtras rationes dicã, quibus
oſtendetur, quam graviter in hac cœnæ Dominicæ
mutilatione peccent. Primum ab inſtituto Chriſti
recedunt, & aliter Evangelizant, atque ipſe & Apo-
ſtoli ejus prædicaverint, quod à pietate vehementer
abhorret. Hoc debet conſtitui primum in re theolo-
gica principium ad quod omnia reſolvantur, Domi-
nus dixit: Verbum Dei eſt quod æternum manet, à
quo ſi revocemur ad hominum placita, cùm ea ſub-
inde mutentur, nil firmum in religione habebimus,
ſed à certis ad incerta depellemur, & authoritas ho-
A minum divinę authoritati æquabitur. Scribitur ad
Galat. Si vobis aut Angelus è cœlo aliter evangeli- Gal.1.8.
zaverit, anathema eſto. Quòd ſi Paulus, neque An- 2
gelos, neque Apoſtolos audiri velit, contra Evange-
lij decreta quippiam ſtatuentes, nos impurorum ho-
minum audaciam & impudentiam, qui de Sacramẽ-
tis aliter tradunt quàm Chriſtus nihil morabimur.
Paulus 11. cap. dilucidè teſtatur, ſe à Domino acce- 1.Cor.11.23.
piſſe, quæ tradebat, atque duas ſpecies citra contro-
B verſiam recenſuit. Vnde licet exiſtimare eos, qui ſe- 3
cus definiunt, nequaquam à Domino accepiſſe, ſed
potius ab ejus adverſario: quare non ſunt audiendi.
Et ad Galatas habet Paulus, Teſtamento, licet ho- Gal.3.15.
minis fuerit, quando cõfirmatum eſt, nihil adjici aut
ſuperordinari, quanto minus oportuit homines te-
merarios eſſe; ut Chriſti teſtamento aliquid adde-
rent? Homines qui caduci ſunt & infirmi, ſuis teſta-
mentis terrena ſolummodo legant. Chriſtus verò,
qui Deus eſt & omnipotens, Sacramenta, quæ perti-
C nent ad æternam vitam, legavit Eccleſiæ: Ideò Te-
ſtamentum ejus invertere, nemo unquam audere
debuiſſet. In Deuteronomio cap. 4. jubet Dominus 4
Iſraeli, ut Legem ſuam audiat, & præſertim memi- Deut.4.2.
nit *Chukim*, quæ vox ſignificat cæremonias, illiſque
jubet ne quippiam vel addant vel demant. Quod
præceptum Dei plurimum valet ad noſtram ſuper-
biam retundendam. Eo quippe faſtu laboramus, 5
quod ſemper noſtra figmenta non ſolum in pretio
haberi vellemus, ſed etiam verbis Dei præferri. At-
D que in lib. Num. cap. 15. ſcribitur, oportere filios Iſrael Num.15.38.
habere vittas hyacinthinas in extremitate palliorũ,
ut illas videndo, refricaretur ejus memoria divino-
rum mandatorum, ut non facerent quod ipſorum
cordi adhibuerit, vel oculis eorum arriſerit. Et ad Ro- 6
manos Paulus taxavit graviſſimè, quod gentes infa- Rom.1.21.
tuatæ fuerint ſuis διαλογισμοῖς, neque Deum ſimpli-
citer colere voluerint, quemadmodum illum ex
creaturis agnoverant: Vnde ait, eos in probroſas cu- 7
piditates fuiſſe traditos. Neque ambiguum eſt, trun-
E cationem hanc Cœnæ Dominicæ, ad hoc genus vi-
tij pertinere. Addas his, huic Domini inſtituto,
quoad hoc Sacramentum adminiſtrandum, univer-
ſam Eccleſiam, & diutiſſimis & melioribus tempori-
bus conceſſiſſe.

4 Patreſq; vehementer abhorruerunt à Domini 8
ratione in hoc Sacramento recedere. Extat Gelaſij Gelaſius
canon, qui habetur de Conſecrat. diſt. 2. Comperi-
mus, quo redarguuntur nonnulli quòd percepta ſa-
cri corporis perceptione, à calice cruoris abſtinerent.
F Quod ſuperſtitioſum eſſe dicit, & eis mandat, ut Sa-
cramenta vel integra ſumant, vel ab integris arcean-
tur: Et ſacrilegium eſſe dicit, quòd ita ſejungantur.
Decretum hoc eludere conantur, & contrahere ad
Miſſificos, dum conſecrant. Illis (inquiunt) neceſſa-
rium eſt utramque partem ſumere. Cæterùm, hoc ex
verbis hujus Pontificis non habent: imò fit ibi men-
tio participantium, & arcendorum à Sacramentis,
quæ conveniunt illis appoſitè, quibus ea diſtribuun-
tur. Deinde, ſcribitur in decreto nequaquam oblatio-
G ni vel ſacrificio, ſed Sacramento injuriam fieri: Nam
inquit, unius ejuſdémque myſterij diviſionem, abſ-
que grandi ſacrilegio fieri non poſſe. Cùm itaque
diſtribuant communionem laicis ſub una ſpecie, at-
que diviſionem Sacramẽti faciant, inficiari non poſ-
ſunt, quin ſacrilegium admittant. Chryſ. in Hom. 18. Chryſoſtomus
alterius epiſt. ad Corinth. nonnulla eſſe ait, in quibus
ſacerdos à laico non differt. In ſumptione inquam
horrendorum myſteriorum. Non eſt apud nos, ut in
Lege veteri, ubi aliæ partes ex victimis dabantur ſa-
H cerdotibus, aliæ verò cedebant offerentibus: nobis
verò omnibus, idem corpus Chriſti proponitur, at-
que idem poculum.

5 Cyprianus in lib. 2. epiſt. 3. contendit in hoc Sa- Cyprianus.
cramento Euchariſtiæ, nulla ratione ab inſtituto
Chriſti recedendum eſſe. Atque ibi cùm hac de re
multis agat, pręcipua iſta capita interponit: Solum
Chriſtum in hoc negotio audiendum eſſe: præterea
non eſſe ſpectandum, quid alij ante nos fecerint, ſed
quid Chriſtus ante omnes egerit: deinde, qui non fa-
I cit ut ille fecit, fruſtra colere Deum mandatis atque
doctrinis hominum. Et pręcepta hujuſmodi de Sa-
cramento nõ levia facit, ſed grandia prædicat. Idémq;

Digitized by Google

que Martyr in epiſt. ad Pompeium contra Stephanũ Romanæ urbis Epiſcopum,ſcribit. Vbi nutatur, ſemper ad Dominicam, Evangelicam, & Apoſtolicam traditionem currendum eſt. Dicunt adverſarij, Cyprianum de hoc non loqui, quod modò nos agimus.

Aquarij. Adverſus Aquarios diſputabat, qui non vino,ſed aqua utebantur ad Calicem Domini. Hoc(inquiunt) ille reprehendebat, non partem Euchariſtiæ laicis ablatam. Fateor:ſed iſtos gravius peccare contra inſtitutum Domini, quàm Aquarios dico. Quia illi tametſi pro vino aquam ſupponebant, non tamen alteram ſpeciem Sacramenti prorſus removerunt. Verba quidem conſervabant eadem, quæ nos ad calicem dicimus,elementum duntaxat mutarunt. Sed iſti,& calicem totum, & verba ejus,plebi auferunt. Deinde concedo, Cypriani diſputationem ſingularẽ eſſe,qua confutat Aquarios: ſed argumentum & ratio qua utitur,eſt univerſalis, nimirum iu Sacramento Euchariſtiæ, non eſſe recedendum ab inſtituto Domini. Hac etiam cauſa nos argumentamur,eam quaſi per manus ab eo accipimus, ut demonſtraremus non licuiſſe à communione calicem tollere. Dilabuntur & alia ſtropha,& aiunt, Cyprianum hæc de offerentibus tantummodo ſcripſiſſe, & ideo locum ad communionem nihil facere. Sed mirandum, iſtos adeò acutos,non vidiſſe antiquos, & potiſſimum tẽpeſtate Cypriani, non habuiſſe oblationem differentem à communione. Non fuit apud nos locus privatis Miſſis, poſt multos annos illæ natæ ſunt, maximo religionis damno. Deinde ſi epiſtola ab initio legatur, audies Cyprianum dicero iſtos recedere ab inſtituto Chriſti,tam conſecrando calicem,quàm illum plebi diſtribuendo. Quare cavillus prorſus eſt dilutus.

Reſpondetur rationibus adverſariorum.

Ad primum.

6 Supereſt modò, ut rationes quas pro ſe facere arbitrabantur,oſtendamus inanes eſſe. Dicebant, Eccleſiam utraque ſpecie uſam primis temporibus,cùm adhuc eſſet rudis. Vtinam nos ita eſſemus inſtructi, ut primis illis temporibus Chriſtiani edocti erant. Poſtea (inquiunt) vidit laicos poſſe una ſpecie contentos eſſe. Quid obſecro viderunt noſtri Papæ, quod Apoſtoli & primæ Eccleſiæ proceres non viderint, qui copioſiſſimo Spiritu ſancto erant perfuſi? Quid eſt quod nos ſcimus, niſi meræ tenebræ, ſi ad eorum luciſſimam ſcientiam collatum fuerit? Addunt, Vt evitaretur illorum error, qui fortaſſe crederent,corpus Chriſti ſeorſum dari à ſanguine: quaſi in cœlo exangue ſedeat corpus ad dexteram Patris. Iſta ſunt eorum portenta: nulli hæreticorum unquam commenti ſunt hoc erroris genus. Sed eſto quandoque talem hæreſim extitiſſe: Nónne aliter corrigi potuit, quàm Sacramentum Euchariſtiæ corrumpendo? Certè poſſunt ſuboriri multæ pernicioſæ opiniones de altera Euchariſtiæ parte,quam reſiduam fecerunt: Num volent earum cauſa iſtam quoque auferre?

2 7 Et quod objiciunt de Concilio Conſtantienſi ſeu Baſilienſi,nihil moramur. Illis non paret neque Græca Eccleſia, neque totus Oriens:nec immeritò, quandoquidem adverſus Dei verbum ſtatuerunt. Et labuntur ſæpe Concilia, ut planum eſt de Ariminienſi, Chalcedonenſi, Epheſino ſecundo & Aphricano,quod fuit ſub Cypriano,& pleriſq; aliis. Quin tempore Chriſti concilium Sacerdorum, & Eccleſia illius temporis, nónne turpiter erravit, cùm Chriſti doctrinam reſpuerit, & Chriſtum ipſum & Apoſtolos damnaverit? Alias monui, Concilia non ſemper quod verum erat ſtatuiſſe: major pars ibi minorem vincebat, & ſæpe deterior meliorem. Hic jactant, Eccleſiam noſtram habere Spiritum ſanctum,& ideo non errare. Committunt paralogiſmum accidentis.

Ioan. 12. 14.& 16.

Matt.28 10.

Nam qui Spiritum ſanctum habent, non faciunt ſemper ex illo quæ faciunt. Quemadmodum architectus,quatenus architectus eſt, ædificando non peccat:ſed quia interdum accidit, ut ſit aliis cogitationibus occupatus, aut fortè nimis potus, ideo interdum labitur. Verum(inquiunt) Eccleſia de Spiritu ſancto promiſſionem habet, & quod non ſit unquam deſerenda. Fateor,neque iſta promiſſio deeſt,ſed impletur, & ſemper in Eccleſia permulti ſunt qui bene ſentiunt: ut in Eccleſia Iudaica temporibus corruptiſſimis erant Simeon, Zacharias, Elizabeth, Ioan.

A Baptiſta, Virgo mater & Ioſeph, Nathanael, & alij complures iſtius promiſſionis participes. Quare ſequitur, ut veritas prævaleat, ac errores detegantur. Non tamen ex vi promiſſionis iſtius colligitur, in conciliis rectè ſemper definiri. Laboratur ſæpe affectionibus,atque tenebris caligatur. Quæ res quomodo à nobis cognoſcetur? Vnde intelligimus, num rectè vel perperam ſtatuatur? Ad Lydium lapidem ſanctæ Scripturæ,omnia ſunt examinanda: Ibi veritas deprehenditur. Sed pergamus ad alia iſtorum ar-

B gumenta diluenda.

8 Præcepta dicebant de rebus externis & cæremoniis non ita firma eſſe, ut nullo pacto mutari poſſent. Contra hoc facit Cyprianus, Epiſtola jam adducta contra Aquarios,ubi præcepta Sacramenti hujus grandia vocat. Et Chriſtus adhæc, eum minimum inquit,ſeu nullum vocandum eſſe in regno cœlorũ, qui ex præceptis ſuis minimum ſolverit. Loca præterea ex Deut.cap.4.& 12.& ex Num.15.quæ ſuperius 3

Matt 5. 9.

Præceptorum diſtinctio.

C adduximus,dilucide oſtendunt,non licuiſſe in cæremoniis quippiam mutare. Concedimus tamen,aliquod in præceptis Dei eſſe diſcrimẽ. Quædam enim ſunt, à quibus nunquam abſolvimur, ut omnia ea quæ prohibent,& ſumma illa unde tota Lex pendet & Prophetæ: Diligere Deum toto corde, omnibus viribus,tota anima,& proximum ſicut noſipſos. Alia vero ſunt, quæ non ſemper tenemur exequi, niſi quando tempus,locus & ratio exigit,ut fiant. Hebræi enim ſacra facere,non tenebantur ubique & ſemper,

D verum certis diebus, & in loco quem elegiſſet Dominus: Et in die Sabbathi,non potuerunt ſemper ab externis operibus vacare,quandoque pugnare oportuit,ut in libris Machabæorum legitur, neque circũciſio adhiberi potuit ante octavum diem. Hodie quoque qui Baptiſmum cuperet,& ejus copiam non haberet,deſiderium pro opere imputaretur. Et licet non ſemper tenearis facere quod præceptũ eſt, quãdo tamen facis à diſpoſitione Dei non eſt fas diſcedere. Nadab & Abiu,voluerunt quippiam immutare

Baptiſmus nõ eſt præ iſe neceſſarius.

Lev.10.10.1.

2.Sam.6.6.

2.Para.16.16.

E in ſacris,& igne abſumpti ſunt. Oza mortuus eſt propter ſuam temeritatem. Et rex Ozias,cùm ſuffitum vellet facere, quod non licuit, lepra fuit percuſſus. Cur non moventur exemplo ſuorum ſacrificulorũ qui magna ſolicitudine in ſua miſſa cavent, ne abſq; orario,ſive ut loquũtur, ſtola vel manipulo Miſſent, & grave piaculum exiſtimant,ſi aliquod ſignum crucis,vel quippiam minutiſſimum hujus generis intermiſerint, quæ tamen ſunt hominum inventa, meræ ineptiæ & nugæ? Cur non eſt nobis magis evitan-

F dum,ne quæ Chriſtus ipſe verbo ſuo mandavit, prætereamus? Inter Ethnicos quoque maxima diligentia in ſacris cæremoniis adhibebatur,ne titubaret ſacerdos,aut verbo laberetur: Quod ſi contigiſſet,non leve piaculum exiſtimabatur. Et noſtri adverſarij tam facile putaverunt ſolvendam in Sacramentis Chriſti diſpoſitionem?

9 Dicebãt,quod attinet ad Legem veterem, nos majori libertate præditos,quàm Hebræi fuerunt:ideo nobis permitti mutare quippiã in cæremoniis, quod 4

G eis non licuit. Sed iſtos ſcire oportet,non in hoc ſitã eſſe Chriſtianam libertatem, ut Chriſti mutemus inſtituta: ſed in eo, quòd multas ceremonias Chriſtus ad paucas redegit, & pro laborioſis dedit faciles atq; claras,perſpicuaſque ſubſtituit obſcuris. Addas:nos potentia ſpiritus ultroneos & ſpontaneos factos:non enim cogimur Lege,ſed volentes,quæ ſuadet religio facimus. Non colligunt itaque quod volunt,ſed potius in oppoſitum detruduntur. Etenim quia ita liberi ſumus,ut paucas cæremonias,faciles & claras ha-

H beamus, intolerabile eſſet, & vehementer accuſandum,ſi nec eas abſque vitio præſtare velimus.

10 Dictitant ob id cæremoniam minimè viriari, neque plebem fraudari, quòd tantum habeatur ſub una ſpecie,quantum ſub duabus. Nam cum corpore Chriſti datur etiam ſanguis, idque ſub una ſpecie, quod fieri dicunt per concomitantiam: ita enim loquuntur. Sed iſti debuerant expendere, communionẽ corporis & ſanguinis Chriſti, non eſſe in hoc Sacramento naturæ opus. Nam quicquid nobis iſtarum 5

De concomitantia, Papiſticum ſimentum.

I rerum traditur,fide accipitur,& verbis promiſſionum Chriſti nobis offertur. Et in his externis rebus, præcipuè Deus obedientiam requirit. Symbola & exter-

næ actio-

Digitized by Google

næ actiones cæremoniarum, ſunt res caducæ: verbum Dei æternum manet, ideo ex illo ratio Sacramẽti æſtimanda eſt. Tantum nobis tribuitur, quantum Deus dare conſtituit: de cujus voluntate nihil novimus, niſi quantum ſermones ejus nobis produnt. At Chriſtus duas partes Sacramenti conſtituit, quarum unâ dixit corpus, altera ſanguinem communicari, atque concepta verba de his nobis reliquit, quare magis ei, quàm humanis argutiis fidendum eſt. Tu mihi neſcio quam concomitantiam narras? Et ſanè tua eſt argutatio: In Chriſti corpore, quod eſt in cœlis, ita ſcio rem habere, ut non ſit exangue. Iſta in eo non dubito eſſe conjuncta. Sed tu quomodo probabis in Sacramento conjuncta ſignificari? Fides communicantium, ex una parte ibi corpus Chriſti amplectitur, in crucem actum pro noſtra ſalute, unde ſpiritualiter paſcimur. Eadémque fides ex altera parte apprehendit ſanguinem ejus pro ſalute noſtra effuſum, atque hinc ſpiritualiter & rigamur & potamur. Per hæc myſteria mortis Chriſti potiſſimũ verſatur animus fidelium dum communicant. Ideo reſpicere non oportet quomodo corpus Chriſti nunc in cœlis habeat. Verba Dei ſequimur, & videmus nõ eſſe neceſſarium, ut quæ ſua natura ſunt conjuncta conjunctim communicentur, natura humana & divina, in Chriſti ſuppoſito conjuncta ſunt, nec à ſe invicem divelluntur: neque tamen dices ubicunque eſt natura divina, illic & humanam eſſe, niſi velis in immenſum corpus Chriſti diffundere, quod à natura humana eſt alieniſſimum. Filius Dei, quà Deus eſt ubique invenitur, atque totum occupat, quod corpus ejus nequaquam facit. Deinde in Spiritu ſancto omnia chariſmata ſeu dona conjuncta ſunt: non tamen cuicunque prophetandi vis confertur eidem facultas diverſarum linguarum datur, aut e diverſo. Nec non ſeveritas & miſericordia in Deo conjunctiſſima ſunt, & nihilominus cum quis donatur vita æterna, miſericordiam Dei, non autem ſeveritatem experitur. Idemque poſſem de multis affirmare, quę cùm in ſeipſis conjuncta ſint, diviſa tamen communicantur. Sed cardo reſponſionis in eo vertitur, iſtam communicationem non eſſe opus naturæ, atque idcirco nobis dari, non ex conſtitutione, vel diſpoſitione rei, quam habet in ſua natura, ſed ex voluntate & arbitrio dantis de cujus voluntate atque conſilio ſtatuere non poſſumus, niſi quantum ex verbis ejus exprimitur.

Quæ alioqui ſunt conjuncta diviſim cõmunicantur.

11 Dicebant præterea, in Baptiſmo multum eſſe variatum: primùm, quod infantes tingantur, non immergantur, ut verbum Græcum βαπτίζειν ſignificat. Scio veteres, quando per ætatem & valetudinem licuit, uſos fuiſſe merſione, quæ in veteri Teſtamento adumbrata fuit, cùm Iſraelitæ mare tranſmitterent: non tamen eſt neceſſaria, neque de illa præceptum extat. Cùm adhibetur, præclaram habet ſignificationem: qua cum mergimur, cum Chriſto denotamur mori: quando emergimus, demonſtramur cum illo reſurrexiſſe ad æternam vitam. Cæterùm, ſignificatio iſta, non eſt, quemadmodum diximus, neceſſaria. Verùm quod naturam & germanam Baptiſmi proprietatem attingit, eſt emundatio à peccatis? Vnde in Epiſtola ad Epheſios, Chriſtus dicitur Eccleſiam emundaſſe lavacro aquæ in verbo, & prædicamur in remiſſionem peccatorum baptizari. Hæc autem repurgatio ſive mergamur, ſive profundamur, ſive aſpergamur, aut quocunque modo aquis abluamur, in Baptiſmo appoſitiſſimè demonſtratur. Neque verbum Græcum βαπτίζειν, tantùm ſignificat mergi, ſed quoquo modo tingi. Præterea non eſt par ratio, abluendi rationem mutare, ac totum auferre ſimul. Quia in iis qui aſperguntur vel profunduntur, elementum Baptiſmi, nimirum aqua, conſervatur, & ſuam habet ſignificationem. Neque nos ſuperſtitioſè contendimus, quonam pacto de calice ſit bibendum, aut parum vel largius, an per fiſtulas, ut quandoque factum eſt, & hodie facit Romanus Epiſcopus, an labris admotis poculo, an pane intincto & macerato in vino, ut habetur in hiſtoria Euſebij Cæſarienſis. Quoad hęc, modò Sacramenti pars integra maneat, ſatis eſt. Quanquam id magis faciendum cenſeo, quod magis ad inſtitutionem Chriſti accedit.

Immerſionis ritus. — *Eph.5.26.* — *Act.8.36.& 10.47.*

12 Et quod adjiciebant, verba fuiſſe inverſa, quę adhibentur ad Baptiſmum, quod in Actis Apoſtolicis inveniamus quoſdã in nomine Ieſu Chriſti fuiſſe baptizatos: plerique ſunt qui id contendunt. Quia (inquiunt) in nomine Ieſu Chriſti, nomina trium divinarum perſonarum comprehenduntur, Patris inquam, Filij, & Spiritus ſancti. Et Irenæus id apertiſſimè teſtatur lib.4. contra Valentinianos. In nomine (inquit) Chriſti, tres perſonæ intelliguntur. Quoniam ea vox, Vnctum ſignificat, ubi monſtratur & ungens, & qui ungitur, & unctio. Qui ungitur eſt Filius, ungens eſt pater, unctio Spiritus ſanctus. Vnde apparet, in ea mutatione nihil fuiſſe ſublatum, cùm iſti dimidium Sacramentum fermè totum abſtulerint. Cæterùm ego reſponſioni huic minimè innitor. Quoniam adverſarij cavillantur etiam in communione ſpeciei alterius totum includi. Ideo eo loco Actorum Apoſtolicorũ, in nomine Ieſu Chriſti ſignificari, auſpiciis, juſſu, voluntate, & inſtitutione Chriſti dico. Vnde potius ex his cognoſcitur, Apoſtolos formam omnino à Chriſto præſcriptam ſervaſſe: alioquin in nomine Chriſti non baptizaſſent, diverſum faciendo ab eo, quod ille mandaverat. Neque credendum eſt, Apoſtolos qui tanta pietate & ſtudio religionem propagabant, formam à Chriſto traditam baptizandi abjeciſſe. Neque prætermittendum eſt, Scholaſticos, ut in Thoma legimus, quando aſſentiuntur formam baptizandi ab Apoſtolis quoquomodo fuiſſe mutatam, ſcribere, id ex diſpenſatione Spiritus ſancti ad tempus factum fuiſſe, quo nomen Chriſti magis illuſtraretur, & ideo non eſſe trahendam illic perpetuam legem. Quod iſti non obſervarunt, qui calicem communionis à populo abſtulerunt, quandoquidem ſuum decretum minimè temporarium, ſed perpetuum eſſe volunt. Adhæc Apoſtoli non condemnarunt quaſi hæreticos, eos qui uſitata & inſtituta forma baptizaſſent. Verùm iſti, laicos, cum utramque partem Sacramenti perceperint, non tantùm ut hæreticos damnant, ſed ignibus tradunt. Neque eſt hoc dogma ferendum, ut in hominibus poſitum ſit, aut materiam, aut verba Sacramentorum invertere, ſicut iſti fecerunt impudentiſſimè: qui non tantùm calicem à plebe abſtulerunt, ſed etiam verba quæ ad illum dicuntur quæ admodum ſalutaria ſunt, & myſteria noſtræ ſalutis latius & ſignificatius explicant, quàm verba quæ ad ſpeciem panis proferuntur: Vbi ſolùm dicitur, Hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur: ad calicem verò dicitur, Hic calix novum Teſtamentum eſt in meo ſanguine, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Expende, quòd habeas hîc promiſſionis explicationem, quæ in altera parte fuit poſita.

Matt.26.26. — *Ibi.v.27.*

13 Contendebant adhæc, in Baptiſmo nos invertiſſe ordinem, quòd prius baptizemus infantes quàm illos doceamus: cùm Chriſtus tradiderit prius docendum, poſtea baptizandum. Miror quomodo huc iſti deſcendant, quaſi cum Anabaptiſtis facere velint, ut nobis adverſentur: & non animadvertunt Chriſti ſententiam generaliter accipiẽdam, & quoad Gentes, non autem ſingulariter. Etenim verum eſt, in propagatione Chriſtianiſmi, à doctrina incipiendum fuiſſe. Nam quando civitas, provincia ſeu regnum, Chriſto lucrifaciendum eſt, priuſquam ad Baptiſmum veniatur, prædicationem adhibere oportet. Cui cùm crediderint, adulti non ſolùm ipſi baptizantur, verumetiam parvulos ſuos baptizandos offerunt. Quod ergo ſic in genere à Chriſto mandatum eſt, trahere volunt ad ſingularem parvulorum baptiſmum. Græcè dicitur μαθητεύσατε, quod eſt facere diſcipulos, & aggregare ad Chriſtum, quod in adultis & doctrina fit & baptiſmo, in parvulis autem per baptiſmum, cùm doctrinæ nondum ſint capaces. Quæ ratio eadem in circumciſione videtur. Quoad Abrahamum ætatis adultæ, anteceſſit doctrina, deinde Sacramentum conſecutum eſt. In filio Iſaaco ſecus uſu venit. Et ſimpliciter verum eſt, in Eccleſia doctrinam Sacramenta præcedere, uti omnes animadvertere poſſunt. Neque ut ſupra docuimus, rectè colligunt, cùm ex ordine verborum ordinem rerum volunt colligere. Quoniam in Marco habetur de Ioanne, quod erat baptizans & prædicans Baptiſ-

8 *Matt.28.19.* — *Pædobaptiſmus.* — *Mar.1.4.*

Digitized by Google

A mum pœnitentiæ: cùm tamen ambiguum non ſit, eum antea prædicaſſe quàm baptizaverit.

9

Matt.6.26. Ibid.27. 1.Cor.11.24. Ibid.28.

14 De tempore autem cœnæ Dominicæ, fatemur Eccleſiam pro ſuo arbitrio illud potuiſſe conſtituere, quoniam præceptum de eo non habetur. Mandata ſunt, quoad hoc Sacramentum, Accipite & edite: Accipite & bibite ex eo omnes: hoc facite in mei memoriam: probet ſeipſum homo, & alia id genus. Ibi de tempore, de loco, de veſtitu, & aliis hujuſmodi circumſtantiis nulla fit mentio. B Chriſtus prius comedit Paſcha, quia voluit poſt vetera, nova inſtituere. Neque præceptum eſt nobis, ut ante communionem, Paſcha vel mactemus, vel edamus. Et cauſæ, cur mane diſtribuatur Euchariſtia, ex Cypriano colliguntur: Prima, quoniam facilius eſt ea hora ſacrum cœtum habere, quippe interdiu multa negotia incidunt, quibus homines à ſacris abducuntur. Deinde, ſumus eo tempore ſobrij, & mentem rebus eximiis percipiendis magis idoneam & attentiorem habemus. C Addit tertiò, tempus illud matutinum reſurrectionis Chriſti monimentum eſſe, quod non parum ad Sacramenti hujus inſtitutum conducit. Annotandum nihilominus, veteres, jejunii tempore, quia nõ niſi cùm nox adventaſſet cibum capiebant, communionem ad veſperam habuiſſe. Nam totum diem jejuniorum precibus, concionibus, hymnis, & aliis piis exercitiis impendebant. Sub noctem agitabatur cœna Dominica, Sacramentum accipiebant, deinde revertebantur domum ad reficienda corpora. D Quanquam Auguſtini tempeſtate, in multis Eccleſiis, ut ipſe refert, die Iovis ante Paſcha, ut magis Chriſti actio referretur noctu atque poſt cœnam, Euchariſtia fidelibus dabatur. Verùm iſtam conſuetudinem abolitam invenio per ſextam ſynodum, quæ Conſtantinopoli habita eſt Trullo, cujus canones extãt Græcè: ubi planè fit mentio hujus conſuetudinis Africanarum. Sed ut redeamus unde ſumus digreſſi: Modo retineatur integritas ſacramentorum, de tempore & aliis ejuſmodi circunſtantiis non multum debemus eſſe ſoliciti, E cùm de iis prorſus nihil præcipiatur. Chriſtus quando baptizatus eſt, annum trigeſimum agebat. Nónne ſtultum nunc eſſet, ſi tantummodò trigenarios vellemus tingere?

Cur mane cœna celebretur.

Cyprianus.

Auguſtinus.

10

Lotio pedum.

15 De ablutione pedum, quæ nunc omittitur, dicimus in ea duplicem ſignificationem attendendam: Vnam quoad remiſſionem peccatorum, & repurgationem ſordium animi, quæ per Chriſtum nobis datur. De ea Dominus dixit Petro: ſi non lavero te, non habebis partem mecum. Et qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lavet. F Et circa ſignificationem hanc multus eſt divus Bernardus. Fuit præterea ſymbolũ ablutio illa charitatis atque demiſſionis animi, qua uti debemus quantumvis præſtantes & eximij fuerimus. Vnde Chriſtus de illa dixit, Vocatis me Magiſter, & Domine, ac rectè dicis: etenim ſum. Quod ſi ego Dominus & Magiſter lavi pedes veſtros, & vos alter alterius debetis lavare pedes. Quo mandato voluït, ut nemo propter quamvis dignitatem hujus mundi, ab obſequiis proximi deſiſtat, etiam quoad illa quæ abjectiora eſſe videntur: G quod Chriſtus ipſe præſtare voluit. Ablutio pedum, familiaris & uſitata erat inter Iudæos. In regionibus enim calentibus, ut eſt Iudæa, quando iter pedeſtre fit, corpora æſtu plurimum fatigantur, ut unde laſſis & pulverulentis pedum ablutio non leve refrigerium adferat, potiſſimũ cùm in illis regionibus, non tam benè ut apud nos, calceati homines incedant. Alioquin Chriſtus quomodo potuiſſet à muliere peccatrice lavari, abſtergi capillis, & ungi, cum accumberet menſæ, niſi pedes habuiſſet aut diſco opertos, H aut qui facilè potuiſſent exui? Et lotionem pedum in Scripturis obſequia referre abjectiora erga proximos, reſiata eſt Abigail: quam cùm David uxorem ducere vellet, reſpondit: Ancilla præſto erit, qua pedes Domini mei lavet: Ac ſi dixiſſet, Honore tam præclaro me dignam non arbitror, promptam potius eſſe velim, ad infima obſequia tuis famulis præſtanda. Et Paulus in Epiſtola priore ad Timotheum, cùm de vidua loquitur ab Eccleſia deligenda, eam requirit quæ bonis operibus abundaverit, & ſanctorum pedes laverit. I Vbi non eſt dubium per ablutionem pedum, ut ſe exercuerit in obſequiis & commodis viris Dei exhibẽdis Paulum exigere.

Ioan 13.8.

Ibid.v.13.

Ioan 12.3.

1.Sam.25.41.

1.Tim.5.10.

Et Chriſtus in Evangelio dum ait, Cum jejunatis, nolite fieri hypocritæ triſtes: ſed contra præcepit. Tu cùm jejunas, unge caput tuum, &c. Ex quo loco non eſt colligendum, ut capita unguentis perfundamus in jejuniis, ſed quia in Syria vel Arabia fœlici, frequens erat uſus unguentorum, cùm ſe præberent homines hilares (imò quotidie ferè, niſi eſſent in luctu aliquo, ungebantur) ideo Chriſtus intellexit, cùm privata jejunia exequimur, non eſſe intermittendam cultus externi conſuetudinem, B quaſi per jejunia velimus auram popularem captare. Nos tamen, apud quos non eſt ille unguentorum uſus, non tenemur in jejuniis, quod Chriſtus dixit præſtare. Quod idem intelligas de lotione pedum, quã adverſarij objiciebant. Ea non poteſt dici Sacramentum, tametſi elemento res non vulgares ſignificet, & præceptum adjunctum habeat. Quia non data ſunt ſingularia verba, quæ accedant ad elementum, ut fiat ſacramentum, & quibus promiſſio ſingularis alicujus doni vel gratiæ obtinendæ nobis denotetur. C Deinde, neque Chriſtus, neque Apoſtoli edixerunt, ut communicaturi, pedes mutuò lavent. Et Auguſtinus in Epiſt.119 ad Ianuarium ſcribit, nonnullas Eccleſias hanc ceremoniam removiſſe, ne Sacramenti pars aut Baptiſmus exiſtimaretur: quam tamen eandem nonnullæ retinuerunt.

Matt.6.16.

Auguſtinus.

11

Act.15.19.

16 Opponebatur etiam nobis Apoſtolorum decretum, quo ſanxerunt, ut gentes quæ ad Chriſtum convertebãtur, à ſanguine & præfocato abſtinerent. D Quod cùm abolitum ſit, aiunt nonnihil à Scripturis licere quandóque deflectere. Sed videndum eſt hoc loco, quis ejus decreti finis ac voluntas. Pronunciatum eſt ob diſſenſionem in Eccleſia subortam: Nam converſi ex Iudaiſmo, putabant Gentes, ut ſalutem conſequerentur, adigendas ut Moſaicas leges retinerent, & veteres cæremonias conſervarent. Secus verò Paulus & Barnabas docebant, ſecundùm quos & Apoſtoli pronunciarunt: Neque tamen ſuo inſtituto prohibuerunt, quin homines ex Gentibus ad Chriſtum converſi, E poſſent aliquid cæremoniarum Moſaicarum ſervare, modò eas neceſſarias ad ſalutem non arbitrentur. Sed quo minus eſſent graves aut moleſti converſis ex Iudaiſmo, qui tum virebant conjunctiſſime, id præceperunt, videbatúrque nonnihil ad pacem credentium conducere. Vnde non alia de cauſa ſtatuerunt Apoſtoli, ut Gentes ab his abſtinerent: quia nolebant Iudæos qui convertebãtur, ſtatim offendi, ex quibus Eccleſia primo illo tẽpore maxime conſtabat. F Non itaque iſti mandarunt, quæ pertinebant ad Legem vel Moſen, ſed prout viderunt ad pacem & tranquillitatem Eccleſię conducere, ut fideles majori conſenſione inter ſe coaleſcerent. Vnde cum poſtea ſublata ſit hujuſmodi cauſa (quoniam deleta Hieroſolyma, & ritibus Moſaicis funditùs everſis, non erat hoc diſcrimen inter Iudæos & Gentes) idcirco decretum illud auferri potuit. Diu tamen ſervatum eſt, uſque ad tempora Irenæi, Tertulliani & Origenis, ejuſque meminit Cæſarienſis in hiſtoria Attali & Blandinę. G Potuerunt illæ cæremoniæ utcunque ab initio retineri, quoad Evangelij prædicatio magis radices ageret, & omnes plane intelligerent, Moſaicos ritus abolitos. Auguſtinus contra Fauſtum lib.2. c.13. iſtius rei luculentã facit mentionem, & ait, quoad uterque paries Eccleſiæ ac ſynagogæ bene coaleſceret, ut diſcrimen amplius non appareret, fuiſſe dandum aliquid infirmitati Iudæorum. Atque in iis potiſſimum id videtur fuiſſe faciendum, quę non ad ſacrificia, ſed ad victum quotidianum ſpectabant. H Non enim Iudæi facilè victui Ethnicorum ſtatim potuiſſent acquieſcere. Objecerunt poſtea traditionem Apoſtolicam, qua vir prophetare & orare aperto capite jubetur, mulier vero contecto. Quæ aiunt adamuſſim obſervari. Hic reſpondemus noſtra non intereſſe quid ſervetur, quidve non ſervetur diſquirere. Mandatum hoc extare ſcimus: Qui autem non ſervant, ipſi viderint. Nullum ego vidi miniſtrum publicè orantem, qui caput apertum non habuerit. Quo eodem habitu illos eſſe video in concionibus, ſaltem dum verba I ſanctæ Scripturæ recitant.

12

1.Cor.11.4. Prophetandũ aperto capite.

13

17 Argumentabantur etiam adverſarij, Chriſtũ dediſſe Sacramentum Apoſtolis, quorum non erat

eadem

Digitized by Google

eadem ratio, ut laicorum, cùm ſacerdotes ordinati eſſent. Ideo contendebant, hoc exemplum Chriſti ad plebem non extendendum. Sed certè de ſacerdotio Apoſtolorum nos nihil ſcimus, neque in ſacris literis vel ſyllaba extat, quod Apoſtoli fuerint Sacerdotes. Non utimur Scriptura his vocibus. Sed eſto, intelligant per Sacerdotes, miniſtros Eccleſiæ: Dicant nobis, cur ſacrificiis ſuis quando non miſſam, ſi ad communionem acceſſerint, non dent niſi alteram partem Sacramenti, ut laicis, cùm Chriſtus utramq; Apoſtolis dederit, neque minus eis diſtribuit, quàm pro ſeipſo acceperit? Adhæc, ſi Chriſtus, ut volunt, tantummodo ſacerdotibus Euchariſtiam dedit, cur ipſi auſi ſunt laicis & plebeis partem Euchariſtiæ dare, cùm Chriſtus, ut ipſi dicunt, cum eis non communicaverit? Addas, in Cœna cum Chriſto non adfuiſſe mulieres, niſi eas velint fuiſſe ſacerdotes. Cur itaque illis diſtribuunt Sacramentum, cùm Chriſtus tantummodo viris dederit? Sed qui adeo argutantur de Cœna, quam ipſe Chriſtus habuit cum Apoſtolis, quid tandem Paulo reſpondebunt, qui ad univerſam Eccleſiam Corinthiorum ſcribens, neque tantùm ad miniſtros Eccleſiæ, mandat dari utramq; ſpeciem? Verùm aiunt in Decretis, Canonibus, & Eccleſiaſticis Hiſtoriis laicæ communionis mentionem fieri: Non diffiteor ita eſſe. Sed ipſi longè falluntur, qui arbitrantur communionem laicam ſignificare participationem tantùm alterius partis? Nam & ibi utraque ſpecies dabatur. Sed laica dicebatur communio, quia clerici miniſtri, à ſua functione propter aliquem lapſum dejecti, non amplius in clero, vel inter miniſtros communicabant, ſed turbæ laicorum admixti.

1.Cor.10.& 11.

Laica communio.

14 18 Dictitabant ſe habere conſenſum Eccleſiæ: Ubi quod noſtrum eſt, impudenter ſibi vendicant. Nobiſcum enim Eccleſiæ Græciæ, totus Oriens, & univerſa vetuſtas faciunt: quia recens eſt Sacramenti Euchariſtiæ turpis mutilatio. Thomas Aquinas ex recentiſſimis, jam ſua tempeſtate ait, in aliquibus Eccleſiis id cœpiſſe factitari, quod ſcribit in 3. parte quæſt.80.artic.12. Certe mira eſt adverſariorum importunitas. Quando confugimus ad Scripturas, clamitant eas obſcuras eſſe, atque ad Patres provocant quos dicunt à ſe ſtare: confugiunt ad temporum vetuſtatem, qua omnia Scripturarum teſtimonia volunt cludere. Sed quàm ſibi parum conſtent, facilè in hac diſputatione videmus, ubi Scriptura eſt plana: omnes Patres nobiſcum faciunt, & antiquitas tota conſentit Scripturis. Quamobrem ſtudium eorum contradicendi tantùm inde proficiſcitur, quòd legibus Papæ jurati ſunt & addictiſſimi, præ quibus veritatem, neque Patres, neque vetuſtatem vel pili faciunt.

15 19 Et quod afferebant, Chriſtum quandóque tantùm alteram partem Sacramenti adminiſtraſſe, quia legunt apud Lucam, diſcipulos eum in fractione panis agnoviſſe, frivolum eſt. Quia unde conſtet pro certo, fractionem panis factam communionem illic ſignificare, non poterunt oſtendere, cùm ea vox & ad cibum vulgarem in ſacris Scripturis non rarò accommodetur. Et quod illi diſcipuli ſumendo communem cibum, potuerint Chriſtum agnoſcere, mirum non eſt: Nam cùm ille, ut pie creditur, peculiares gratiarum actiones & preces habuerit ſingulares, facile deprehendi potuit. Præterea eſto, porrexiſſe Chriſtum tantummodo alteram Sacramẽti partem, num ob id facere nobis idem licet? Non abrogavit eo facto ſuum generale mandatum, quod in cœna tulit, & literis Evangeliſtarum atque Pauli confirmatum eſt. Deus præcepit ſemel Abrahamo ut filium ſuum ſacrificaret, neque tamẽ ex eo quicquam detraxit de ſuo generali præcepto, Non occides. Juſſit etiam Iſraelitis, ut ſuppellectilem Ægyptiorum aſportarent: & nihilominus voluit ſalvum mandatum illud, Ne fureris. Poſtremò, cùm dicitur fractio panis, per Synecdochen totam cœnam intelligere poſſumus, quemadmodum prius declaratum eſt. Et ridendi ſunt, cum accuſant abſurdè facere, cùm ex Chriſti actione, cum Apoſtolis velimus generale præceptum colligere, cùm ea Chriſti actio non fuerit vulgaris, ſed conjunctum habuerit præceptum, quod per Paulum fuit poſtea confirmatum. Deinde

Luc. 24.35. *Gen.22.2.* *Exod.20.13.* *Exod.11.2.* *Exod.20.15.*

A appoſitè facimus, quando ad caput & ad ipſam inſtitutionem Sacramenti recurrimus.

16 20 Nunc de cauſis dicendum eſt, quibus prætexunt Eccleſiam fuiſſe adductam, ut hanc Sacramenti mutilationem decerneret. Prima fuit, ne calix effunderetur. Hic vehementer miramur, Irenæum, Baſiliũ, Ambroſium, Nazianzenum & Auguſtinum, prudentiſſimos Patres, qui hæc pericula in Euchariſtia non viderint: vel ſi viderunt, ut eſt veriſimile, opor- B tet agnoſcamus eos non illa tanti feciſſe, ut Sacramenta eorum cauſa violarint, quæ tamen frequentiſſimè adminiſtrabant. Privatarum enim Miſſarum tunc uſus non erat. Communicabant ſemper cum aliis in myſteriis, & plebs ad Sacramenta confluebat longè frequentius quàm hodiè. Non uſque adeo movebantur, ſi pars aliqua ſacri potus in terram decidiſſet. Puella tempore Cypriani illum evomuit. Curabant maximè, ut dignis diſtribuerent. Nunc verò noſtri ſoliciti non ſunt, ut canes & porcos arceant, C quibus proculdubio gravior injuria fit ſanguini Chriſti, quàm ſi humus eo perfunderetur. Ideo conſulimus, ut pij miniſtri magno ſtudio caveant, ne ſacrum poculum effundant. Quod ſi fortè fortuna contigerit, graviter ferant. Id tamen non oportet ita exaggerari, quaſi nefarium & infandum ſcelus. Auguſtinus, ut habetur qu.1.c.Interrogo vos, in dubium revocat, an dignius ſit corpus Chriſti. Poſſet quibuſdam videri rudioribus blaſphema quæſtio, tamen ab Auguſtino tractatur, & verbo ac ſermoni Chriſti æ- D quales partes ac Sacramento tribuit, & apertè dicit, non minus eſſe verbum Chriſti, quàm ſit corpus Chriſti. Unde concludit, Quemadmodum curamus ut Sacramentorum pars in terram non excidat, ita non minus videndum eſt tam miniſtris verbi, quàm ejus auditoribus, ne quid fruſtra ex verbis Dei pronuncietur. Et nihilominus quia periculoſum eſt, ne vel dicenti, vel auditoribus aliquid verborum Dei per negligentiam excidat, ea de cauſa ſacræ conciones à plebe non removentur.

Auguſt. *Chriſti corporis cum verbo collatio.*

E 21 Et quod aiunt de corruptione, quæ facilè accideret, ſi vinum conſecratum ad ægrotos ſervaretur: 17
dicimus, neminem eos in hæc pericula impellere, niſi ſuam ipſorum ſuperſtitionem. Quis eos cogit Sacramentum Euchariſtiæ ſervare? Quis hoc illis mandavit? Ægrotis inquiunt, dare oportet. Fateor: ſed etiam coram ægrotis poſſent myſteria peragi. Cavillantur, ægrotos non ſemper tantam moram ferre poſſe, ac prolixos cæremoniarum ritus. Sed hoc idem cogitet, ex ſua ſuperſtitione oriri, non à mandato Chriſti: F Quod Chriſtus præcepit, ad pauca poteſt contrahi. Gregorius teſtatur in ſuis Epiſtolis, Apoſtolos tantummodo habuiſſe orationem Dominicam. At noſtri contendunt tantùm in ſua miſſa, neque aliter Sacramentum Euchariſtiæ debere confici. Quamobrem impedimenta hęc ipſi ſibi accerſunt, ideo inſtitutioni Chriſti non ſunt imputanda.

Ægrotis danda Euchariſtia. *Gregorius.*

22 De abſtemiis & qui prę morbo vinum recipere nequeunt, triplex reſponſum eſt in promptu? Nã 18
G ſunt qui dicant, Quando eſt hæc neceſſitas, contra quam nulla lex valet, ut hujuſmodi hominibus una tantùm pars Sacramenti detur? Sed inde quoad alios qui poſſunt, per decretum aut dogma hominum, non conficitur mutilandum eſſe Sacramentum. Quia ex re ſingulari, regulam generalem inducere temerarium eſt. Deus eſſe videtur, qui hominem illum in eam neceſſitatem conjiciat, neque ipſe volẽs Domini Sacramentum vitiat. Poteſt aliter occurri, ut iſtis detur potus quem ferre poſſint, conſervata integritate Sacramenti, & verborum Domini recita- H tione. Quòd ſi quis dicat, Chriſtum non ita inſtituiſſe: reſpondent qui ſic arbitrantur, Chriſtum fuiſſe uſum eo potu qui ferri poterat, & accipientibus conveniebat, à cujus inſtituto aiunt ſe minimè deſciſcere, quando cuique porrigunt pro potu id quod ferre valuerit. Nam id videtur potius ad fratris infirmitatem ſe demittere, quàm Sacramentum violare. Sed quicquid ſit de his reſponſionibus, quas ego nõ prorſus damnarim, tertiæ libenter ſubſcribo, quòd mihi certa & ſatis firma videatur: ut ſi quis nõ poſſit I Sacramentum ſumere, quemadmodum à Chriſto inſtitutum eſt, abſtineat. Nam ſi deſideret ipſum, & credat, nihil commodi aut fructus propterea ipſi de-

De abſtemiis. *Quod vini potus genus adhiberi poſſe.*

Digitized by Google

A cedet: Vt cupienti Baptiſmum, ſi copiam ejus non habeat, imputatur ei ac ſi accepiſſet. Neque oportet ob iſtos caſus rariſſimos, Chriſti Sacramentum detruncare.
19 Poſtremo loco, audent affirmare, quòd iſta ratione, honor miniſterio habeatur. Quibus reſpondemus, in hoc non ſitam eſſe dignitatem Eccleſiaſtici miniſterij, ut duplicem portionem, aut majorem panem accipiat is, qui Sacramentum diſtribuit, cum plebs unam tantùm ſpeciem accipiat, & minoribus utatur panibus. B Paulus abundè ſatis, Epiſtola priori ad Timotheum & ad Titum, egregias proprietates miniſtrorum deſcripſit, quibus dignitatem ſuam cõmendare debent. Et rurſus ad Timotheum ſcripſit, Presbyreros duplici honore dignos, quando bene præſunt, & in verbo Dei laborant. Et hac de re ſatis in præſentia exiſtimo dictum.

1.Tim.3.2. Tit 1.7. 1.Tim.5.17.

CAPVT XII.

De Miſſa, Item de Sacrificiis.

Ex Iud.1.12. Vocabulum Miſſæ unde deductum putetur.

QVoniam multis in locis mentio crebra fit hujus Hebraicæ vocis *Mas*, quæ tributum ſignificat, à qua deducitur *Maſach*, quæ vox à nonnullis accipitur pro tributo, quod à quaque perſona pendi conſuevit; arbitrantur Papæ mancipia nonnulla ſuam Miſſam inde nomen traxiſſe: idcirco ea de re fortaſſe non erit inutile aliquid ſcribere. Vox ea in Deut. habetur cap. 16. cùm Deus præcipit, ut poſt Paſcha D ſeptem hebdomadæ numerentur, atque tunc feſtum Pentecoſtes agatur. Apparebis, inquit, coram Domino, & dabis *Miſſath Nadbbath Iadeca*, id eſt oblationẽm ſpontaneam manus tuæ. Sic autem dicitur ea oblatio, quaſi annuum tributum, quod tamen ſpontaneum eſſet. Alij tamen, ac fortaſſe verius interpretantur, eam vocem, ſufficientiam, ut nimirum daretur quantum eſſet ſatis ac ſufficeret: etenim cap.15. ejuſdem libri, ubi Dominus præcipit Iſraelitis, ut manum ſuam, pauperi aperiant, ac illi mutuò dẽt quod E ſufficiat, illud *De* Chaldaicus Paraphraſtes interpretatur *Miſſath*. Quo in loco intelligo rationem habendam cùm inopiæ pauperis, tum facultatum dantis. Nam id ſervari debuit in oblationibus voluntariis, ut tantum daretur, quantum vires dantium ferre poſſent; quantúmque decere cultui Dei videretur. Hinc illi noſtri Miſſam arbitrantur dictam, quaſi triburum ſit ac ſpontanea oblatio, quæ paſſim Deo in Eccleſia pro vivis & defunctis offeratur. Ego verò non ſic exiſtimo. Probè quidem novi, Eccleſiam F voces quaſdam ab Hebræis mutuatam eſſe, Satan, Oſianna & Zebaoth, Hallelujah, Peſah ſeu Paſcha, & ſi quæ ſunt alia. Cæterum eſt animadvertendum, voces eas ad Latinam Eccleſiam non veniſſe, niſi per Græcam: quandoquidem eæ voces in Teſtamento novo, ubi fuit primùm Græcè conſcriptum, repeɾiuntur, necnon in tranſlatione veteris Teſtamenti, ut à LXX. verſum fuit. Quocirca nullas Hebraicas voces habemus ad noſtram Eccleſiam derivatas, quas G Græca Eccleſia prius non habuerit. At ſi patrum Græcorum libros diligenter excutiamus, nuſquam ab eis vocis Miſſæ uſurpatum reperiemus. Quamobrem Miſſæ nomen, ab Hebræis deductum non opinor.

Deut.16.10.

Vide in 2. Cor.8.12.

Deut.15.8.

Voces quædã Hebraicæ cõſervatæ ſunt in Eccleſia Latina.

Voces Hebrææ non venerunt ad Latinam Eccleſiam niſi per Græcam.

2 Appellavit Græca Eccleſia ſacram Cœnam λειτουργίαν, quod vocabulum commune opus publicúmque ſignificat. Nec proprium eſt rebus ſacris: imò etiam ad prophanas actiones, quæ publicæ fuerint accommodatur. Quis autem ignoret, Cœnæ Dominicæ adminiſtrationem, rem eſſe Chriſtiani H populi? Nam quotquot adſunt, deberent ejus eſſe participes, ac unà communicare. Et ne id prætereàm, nõ leve argumentum ex illius vocabuli etymo contra privatas Miſſas ducitur. Adhæc illa vox non tantùm ad Euchariſtiam pertinet, ſed ad alias ſacras functiones adhibetur. Vnde in Actis 13. cap. ſcribitur de Apoſtolis λειτουργούντων αὐτῶν quod aliqui verterunt, Sacrificantibus ipſis, cum potius oportuerit dicere ſervientibus aut operantibus publicè, videlicet in re ſacra, quod proculdubio faciebant prædicando Evan- I gelio. Fuerunt inter Latinos alia nomina ſacræ hujus functionis. Dicta ſiquidem eſt interdum communio,

Act.13.2. Argumentum contra privatas Miſſas.

Nomina ſacræ cœnæ apud Latinos.

A aliquando cœna Domini, nonnunquam Sacramentum corporis Chriſti, aut fracti panis. Ac non rarò Patres noſtri, ut Græci, tremenda myſteria φρικώδη dixerunt. Mitto ſæpius eos nomine ſacrificij uſos, non ſanè, ut ineptè comminiſcuntur adverſarij, quòd ibi à ſacrificio Chriſti corpus & ſanguis, Deo pro vivis & defunctis offeratur. Quamvis & ipſi Patres ab ea locutione minimè abhorruerint, qua dicerent, Deo corpus & ſanguinem Chriſti offerri. Sed quid iis B verbis intellexerint, ſi attente legamus, liquido explanant, nempe quod tum gratiæ Deo agantur, qui Filium ſuum in mortem atque crucem, noſtra cauſa tradiderit. Iis nominibus vetuſtiſſimi Patres cœnam ſacram appellarunt: Miſſæ verò non meminerunt. Quippe Irenæum, Tertullianum, Cyprianum, Hilarium, & æquales eorum, ſi legeris, nuſquam apud eos illud vocabulum ea ſignificatione reperies. Auguſtinus bis ejus meminit, in Sermone videlicet de tempore 237. ubi Miſſam Catechumenorum habet. C Adhortabatur ibi homines, ad injurias mutuo condonandas. Nam, inquit, accedendum eſt ad Miſſam Catechumenorum, ubi orabitur; Remittas nobis debita noſtra, quemadmodum & nos remittimus debitoribus noſtris. Et Sermone item de Tempore 92. ſcribit, in Hiſtoria quæ ad Miſſas legenda eſt. Dubitarunt nonnulli, an hi Sermones Auguſtini fuerint, mihi ſanè ſtilus & ſententiæ Auguſtini videntur. Et ſi meã conjecturam ſequi velim, hoc Miſſæ nomen, tum temporis exiſtimo fermè cœpiſſe uſurpari: interdum D quidem, at non frequenter: nam ſi tum fuiſſet ea vox uſitata, ejus mentio apud Auguſt. præſertim, qui ad vulgus ſuam orationem accommodabat, ſæpius haberetur.

Quomodo Patres cœnam appellarint ſacrificium.

Vetuſtiſſimi patres nõ ſunt uſi Miſſæ nomine.

3 Adducunt Ignatium in Epiſtola ad Smyrnenſes. Cæterum, adverſus Miſſarios locus ille vehementer facit: quandoquidem ibi ſtatuit Ignatius, Miſſas nequaquam habendas eſſe, niſi Epiſcopus præſens adfuerit, tanta cautione vetuſtas privatas communiones adverſabatur. Volebant ſiquidem omnes inter- E eſſe, & præſertim Epiſcopos, dum haberetur. Hæc dixi, quaſi dans adverſariis librum illum Ignatij germanum eſſe, & Miſſæ vocabulum habere, quod planè largiri non cogimur: etenim Apocryphus eſt, vel ipſo eorum Gratiano teſte. Huc accedit illas Epiſtolas Græcè fuiſſe conſcriptas, & ideirco eum, qui Latinas ipſas fecit, mihi dubium non eſt, quin miſſam pro εὐχαριστίᾳ poſuerit. Sic enim Græcè habetur: ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω: & mox, οὐκ ἐξὸν ἐστὶ χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν, οὔτε δοχὴν ἐπιτελεῖν, &c. F Et hæc eſt Græca oratio Ignatij, in qua, uti liquet, nulla Miſſæ fit mentio. Leo itẽ citatur Epiſtola nona ad Dioſcurum; ubi confiteor, Patrem illum mentionem feciſſe Miſſæ: verùm ita, ut eo in loco vel maximè privatis Miſſis adverſetur. Rogatus quippe fuerat, cùm templum non adeo magnum eſſet, ut univerſum populum accedentem caperet, dum ſacra miniſtrarentur, quid cæteræ multitudini faciendum eſſet, quæ foris manſerat, & præſens adeſſe non poterat? reſpondet Leo, cùm exierit pars G illa plebis quæ ſacris interfuit, licere ſuccedentibus repetere ſacra. Quod ſi privatæ Miſſæ in uſu fuiſſent, quid oportuit Leonem Epiſc. Rom. ea de re conſulere? Certè interrogatio hæc indicio ſatis eſt, non conſueviſſe Miſſam niſi ſemel haberi.

Quomodo Miſſæ nomen cœperit uſurpari.

Argumẽta cõtra privatas Miſſas.

Epiſtolæ Ignatij Apocryphæ.

Leo.

4 Solent & Ioannem Caſſianum afferre, qui vixit Honorij tempore, fuitque pulſus ex Hieroſolymitana Eccleſia ab hæreticis, unde Maſſiliam venit & profeſſione monachus erat. Is porrò Miſſæ mentionem facit libro 3. cap. 7. & 8. Sed longe alio ſignifica- H tionem vocis ejus, quam ad communionem ſacram detorquet. Miſſa enim illi, eſt perfectio, complementum, & abſolutio. Vnde ipſe inquit; Præſtolatur congregationis Miſſam, id eſt, ut cœtus & conventus abſolvatur & compleatur. Et mox, Contenti ſomno, qui à Miſſa vigiliarum uſque ad lucem conceditur: ubi per Miſſam, Vigiliarum tempus id intelligit, quo vigiliæ abſolvebantur, tum ſanè monachis dormire licebat uſque ad lucem diei. Nec prætereundum, Miſſarum mentionem in expoſitione Proverbiorum I Solomonis, quæ Hieronymo aſcribitur, capite undecimo, quàm manifeſtiſſimè fieri. At liber ille citra controverſiam non eſt Hieronymi. Gregorius enim ibi

Ioannes Caſſianus.

Expoſitio Proverbiorũ falsò Hieronymo aſcribitur.

Bedæ tempore multi abuſus in Eccleſia.

A ibi adducitur, qui diu poſt Auguſtinum & Hieronymum vixit. Bruno Amerbachius, in Epiſtola quam libro præpoſuit, ſe ait in antiquo codice vidiſſe interpretationem illam Bedæ inſcriptam. Quod ſi eſſet, non videretur mirum, quod Miſſarum fecerit mentionem, nam Bedæ presbyteri ætate, jam multi abuſus in Eccleſiam irrepſerant. Id verò idcirco moneo, quoniam eo in loco, Hieronymus ille ſuppoſititius, animos defunctorum à Purgatorio eximi celebrationibus Miſſarum affirmat. Non ita Hieronymus loqui ſolet.

Miſſa unde dicta.

B 5 Reſtat ut Miſſæ nomen, quod utique Latinum eſt, declarem, unde ſumptum videatur. Veteres Patres, ſi quis eorum ſcripta diligenter obſeruet, Remiſſam dixerunt, pro Remiſſionem. Tertul. 4. lib. contra Marcionem, Diximus inquit, de remiſſa peccatorum, Cyprianus de Bono patientiæ, Qui remiſſam peccatorum erat daturus, lavacro regenerationis tingi non eſt dedignatus. Idem in Epiſt. 14. lib. 3. Qui blaſphemat Spiritum S. remiſſam peccatorum non habet. Proinde cùm dixerint, pro Remiſſione Remiſſam, videntur etiam dixiſſe loco Miſſionis

Catechumeni.

C Miſſam. Quare quod in Eccleſia poſt miſſionem Catechumenorum agebatur, Miſſam appellarunt. κατηχεῖν, ut id quoque obiter dicam eſt docere, atque inſtruere, præſertim voce, non autem ſcriptis: unde κατηχούμενοι dicti ſunt, qui nondum erant lavacro regenerationis tincti, verùm de fide inſtituebantur. A Tertulliano, Audientes, vel Auditores: ab Auguſtino verò, Competentes appellantur. Nam priuſquam in Paſcha baptizarentur, per quadraginta dies antea

D nomina dabant, quo ſpacio temporis inſtituebantur, & à paſtoribus Eccleſiæ, non modò illorum fides, ſed vita & mores explorabantur. In conventu autem ſacro, cùm ſacræ literæ fuiſſent recitatæ, atque concio habita, Diaconus clamabat: Exeunto Catechumeni: & Græci dicebant ἅγια τοῖς ἁγίοις, id eſt, ſancta ſanctis, quemadmodum ex veterum liturgiis elicitur. Necnon ex Cyrillo ſuper Ioan. 12. cap. 50. Quin & Gregorij ætate, ut ipſe teſtatur lib. 2. cap. 23. ſuorum

A Diacono emittebantur. Cathechumeni & non communicaturi.

E Dialogorum, dicebatur: Si quis non communicat, det locum. Is autem mos, potuit videri finitimus cuidam ritui Ethnicorum: etenim in quodam eorũ ſacro, ut Feſtus refert, dicebat lictor: Exeſto hoſtis, victus, mulier, virgo. In illo quippe ſacro his perſonarum generibus, ut ne adeſſent, interdicebatur. Et Apuleius lib. 2. ait ſacerdotem conſuevisse, cùm ſacrificia eſſet auſpicaturus, ita dicere, τίς τῇδε, Cui reſpondebatur, καλοὶ κἀγαθοί; ac ſi diceretur, honeſti & boni, cum polluti & indigni abierint. Sic in noſtra

F fiebat Eccleſia: nam poſt illam Diaconi vocem, κατηχούμενοι, ἐνεργούμενοι, deſertores & pœnitẽtes inde abibant. Horum ordinum Dionyſius meminit. ἐνεργούμενοι erant, qui à ſpiritibus malis agitabantur. Fortaſſis erant excommunicati: nam ij tum temporis, in primitiva inquam Eccleſia, Satanæ tradebantur. Itaque, ut jam ex dictis apparet, Eccleſia Latina celebrationem Sacramenti Euchariſtiæ, miſſam, quaſi

Miſſa quaſi miſſio.

G miſſionem, appellabat. Nam & Ambroſius dixit aliquando, Miſſas facere. Et ſanè iſta ſententia mihi multò magis probatur, quam exiſtimantium nomen illud ab Hebraica voce *Mas* fuiſſe derivatum.

Partes Miſſæ.

6 At poſtquam de miſſæ nomine tractavimus, libet partes ejus recenſere, ut apud veteres extiterunt. Græci ſuam λειτουργίαν videntur incœpiſſe à κύριε ἐλέησον, quaſi ante omnia de ſuis peccatis condonationem implorarent. Quam phraſin Eccleſia Latina eſt ab illis mutuata, quod nonnulli Gregorio tri-

κύριε ἐλέησον.

H buunt. Cæterùm dum populus adunaretur, & priuſquam convenisset, de Pſal. quopiam, vel aliqua parte Scripturæ quippiam canebant, eámque cantionem Introitum vocarunt, quod ſcilicet populus tum ingrederetur. Ejus autem faciunt authorem Celeſtinum. Poſt κύριε ἐλέησον plebs quodammodo læta, ob impetratam peccatorum veniam, Deum celebrando, canebat Hymnum: Gloria in altiſſimis: quod inventum fuiſſe Teleſphori volunt. Deinde collectas habuerunt, quæ Gelaſio aſcribuntur: Adhæc quædã

Introitus.

Gloria in excelſis.

Collectæ.

I ex divinis literis recitabantur, aut ex veteri Teſtamento, aut ex Actis, aut ex Epiſtolis Apoſtolicis. Quibus auditis recitanda ſupererat aliqua Evange-

Epiſtola.

A licæ hiſtoriæ portio. Sed cùm priores lectiones Eccleſiæ recitaſſent Lectores, quæ ex Evangelio referenda erant, Diaconus ex eminenti loco atque ſuggeſtu pronunciabat, nempe ut omnibus conſpicuus eſſet, & ab omnibus intelligeretur. Dum itaque ibat & gradus aſcendebat, populus canere cõſuevit Pſalmorum aliquot verſus, quos vulgo Graduales appellarunt. Interponebant item Halleluiah feſtiva quodammodo acclamatione, læto nuncio Evangelij applaudentes. Vox hæc *Halleluiah*, deſumpta videtur à

Evangelium.

Halleluiah.
Graduale.
Concio ſacra.

B Hieroſolymitana Eccleſia: cujus & in Apocalypſi, & in titulo quorundam Pſalmorum fit mentio. Evangelio recitato, Epiſcopus, aut Eccleſiæ paſtor, interpretationem & adhortationem adiiciebat: corripiebantur vitia, & de excommunicandis agebatur. Quibus rebus ita perfectis, Catechumeni, & alij non cõmunicaturi, dimittebantur. At noſtris temporibus, quia Catechumeni raro habentur, & non communicaturi promiſcuè aſtant, imò fermè nulli communicant, uno excepto ſacrifico, eam Miſſionem Papiſtæ ad finem ſuarum abominationum diſtulerunt: nam

Miſſionẽ populi, Papiſtæ trãſpoſuerũt.

C tunc clara voce ſolent dicere, Ite, Miſſa eſt. Sed antiquitus iis peractis quæ recenſuimus, qui manebãt, ſacræ Cœnæ futuri participes, fidei ſymbolum canebant, ut ſeſe mutuò de capitibus religionis præcipuis, in quibus conſentirent, ſedulò admonerent. In ſymbolis quippe ſumma fidei comprehenditur: quæ ſanè comprehenſio, vel ſumma, ſi quis veteres Patres diligenter legat, Eccleſiæ traditio vocata eſt, quę cùm ex divinis libris deſumpta eſt, tùm ad ſalutem creditu eſt neceſſaria. Et nonnunquam à Tertullia-

Ite, Miſſa eſt.

Symbolum fidei.

Symbolũ dictum eſt Eccleſiæ traditio.

D no contra hæreticos, qui ſacros libros negabant, producitur. Symbolum plenum & abſolutum Nicena Synodus edidit: non tamen primùm, quandoquidẽ prius aliqua extabant, ut vel ex Tertulliano poſſumus cognoſcere.

Nicena Synodus.

7 Dehinc quando cecinerant Symbolum, aſtantes, ex ſuis facultatibus quæ videbantur, offerebant. Oblatio verò triplicem uſum habuit, partim quippe in frugalia quædam convivia erogabatur, quæ Chri-

Oblationis triplex uſus.

E ſtiani tum temporis inter ſeſe admodum religioſè celebrabant, & vulgo ἀγάπαι vocabantur: partim, quod ſupererat pauperibus diſtribuebatur. Et denique inde aliquid panis & vini in uſum ſacræ Cœnæ ſeponebatur. Atque hanc rerum oblationem tum fuiſſe adhibitam, duo teſtantur. Primùm verſus quidam à populo decantati dum oblatio fieret, qui propterea vocantur ab eis Offertorium. Idem prætereà cognoſcitur ex iis collectis, quæ in ea Miſſæ parte habentur. Quin ejus oblationis, Iuſtinus anti-

Offertorium.
Collectæ.

F quiſſimus Martyr, in ſua Apologia mentionem fecit: Cyprianus item ac nonnulli ex veteribus Patribus. Poſthæc ad ſacram Cœnam adminiſtrandã venientes, dicebant, Surſum corda: ſicut Ethnici in ſuis ſacris clamare ſolebant, Hoc age. At ſanè rectè, & in tempore Chriſtiani ſic aiebant, quo ſeſe monerent, ut nihil carnale, nihilve terrenum ibi cogitarent, ſed ad cœlum mente prorſus tenderent, ubi Chriſtus eſt

Surſum corda.
Hoc age.

G quærendus, non in terris, quaſi pane aut vino ſit incluſus. Gratiæ deinceps agebantur, cùm diceretur; Gratias agimus tibi, Domine, ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, per Chriſtum Dominum noſtrum, &c. Hæc antiquiſſima ſunt, & in vetuſtis ſcriptoribus Eccleſiaſticis paſſim habentur. Quin & ipſum corporis Chriſti & ſanguinis myſterium εὐχαριστία dictum eſt, quod tota ejus confectio à gratiarũ actione pendeat. Cumque antiſtes dixiſſet, per Chriſtum Dominum noſtrum, ad verba Cœnæ propria

Gratias agimus tibi.

H deſcendebat. Quibus recitatis, Dominica oratio adjiciebatur. At Xyſtus voluit, ut antea populus caneret, Sanctus, Sanctus, &c. Utque commodus acceſſus daretur ad aliud canticum, quędam præfationes interpoſitæ fuerunt. Is autem Canonem ſuum aſſuerũt, quem Scholaſticus quidam, ut Gregorius in ſuo Regiſtro memorat, cõpoſuit: qui ſanè ab eodẽ Gregorio minimè probatur, quòd ſua inſerere voluerit, & orationem Dominicam neglexerit. Oſculũ pacis, Leonis I. aiunt fuiſſe inventum: quod mihi nõ vi-

Verba propria Cœnæ.
Dominica oratio.
Sanctus.
Præfationes.
Canon.

Oſculũ pacis.

I detur, quandoquidem ille mos vel tempore Apoſtolorum in Eccleſia fuit, ut Chriſtiani ſe invicẽ oſculo pacis exciperent, quin & Paulus ſalutationis ejus

Rom. 16. 16.

Digitized by Google

generis in ſuis Epiſtolis meminit. Atque Iuſtinus Martyr Apologia 2. oſculi hujus mentionem facit. Canticum Agnus Dei, à quodam Innocentio huc dicitur fuiſſe inductum. Iis omnibus peractis, ad Sacramenti diſtributionem veniebatur, quæ dum agerertur, aut cùm perfecta eſſet, canticum gratiarum actionis adjiciebatur, quod Poſtcommunionem appellarunt. Completis atque perfectis iis omnibus, miniſter populum ſancta precatione adjecta Miſſum A faciebat. Hæc omnia, etſi Chriſtianum populum, à prima illa ſimplicitate habendæ Cœnæ Dominicæ abduxerunt, adjectis compluribus, ut variis hominibus viſum fuit: attamen utcunque ferri poterant, nec ſuperſtitionis aut idololatriæ jure accuſantur. Non tamen in omnibus Eccleſiis eadem erant, nec eodem modo ſervabantur. Nam adhuc in Eccleſia Mediolanenſi ex inſtituto Ambroſij, aliter agitur. Cæterùm poſteris temporibus Antichriſti Romani omnia corruperunt. B

Agnus Dei.
Diſtributio Sacramenti.
Preces ad finem.
Poſtcommunio.
Non eodem ritu in omnibus Eccleſijs agebatur.

8 Veteri autem inſtituto ſervata fuiſſe, quæ commemoravi, ex ſcriptoribus vetuſtiſſimis facilè poſſum commemorare. Tertullianus in Apologetico inquit: Coïmus in cœtum & aggregationem, ut ad Deum quaſi manu facta precationibus ambiamus orantes, Hæc vis Deo grata eſt. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro miniſtris eorum & poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete, & mora finis. Hæc indicant ſummam collectarum. De recitatione verò ſcripturarum ſubdit. Coïmus ad ſcripturarum divinarum commemorationem, ſi quid præſentium temporũ qualitas, aut præmonere cogit, aut recognoſcere. Certè fidem ſanctis vocibus paſcimus, ſpem erigimus, fiduciam figimus, diſciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus denſamus. Ibidem etiam exhortationes, caſtigationes & cenſura divina. Nam & judicatur magno cum pondere, &c. Hæc ſunt, quæ fiebant in ſacro cœtu. Quibus & ea ſunt addenda, quæ idem author alibi dicit, nimirum Euchariſtiam conſueviſſe de manu præfectorum ſumi, &c. Poſſumus in iis verbis præcipuas Miſſæ partes, quas memoravimus, agnoſcere. Iuſtinus Martyr Apologia 2. ſcribit, die ſolis Chriſtianos conveniſſe, aliorum verò feſtorum non meminit. Ibi recitari ait divinas literas, quibus poſtea ſuam adhortationem præfectus ſubjiceret. Qua peracta, inquit, ſurgimus & oramus. Addit poſtea: panis & potus ad præfectum affertur, ſuper quibus quanta cum vi poteſt gratias agit, cui ab omnibus Amen reſpondetur. Duo hæc verba indicant, non oſcitanter prætereunda. Primùm, gratias non perfunctoriè fuiſſe actas, ſed quanta eſſi vi poſſet, hoc eſt ſummo affectu. Deinde, clara voce ea omnia dicta fuiſſe liquet, cùm populus reſponderit, Amen. Diſtribuitur poſtea, inquit, Euchariſtia, deinceps eſt communis gratiarum actio, & eleemoſynarum oblatio.

Tertullianus. Apologia 39.
Iuſtinus Martyr.

9 Dionyſius in Hierarchia Eccleſiaſtica, hæc eadem fermè commemorat, recitationem Scripturarum, Pſalmorum cantum, communionem, & alia: quæ longum eſſet modò referre. Sed quod magis mirandum videtur, oblationis corporis Chriſti mentionem minimè facit. Non tamen putandum eſt, eum fuiſſe illum Areopagitam, cujus Apoſtolorum Acta meminerunt. Sed quiſquis fuerit, vetuſtum ſcriptorem fuiſſe, quantum judico, non eſt ambigendum. Cur verò Areopagitam fuiſſe non putem, iis rationibus adducor. Primùm, quod ſcribendi genus, quo utitur, præſertim de divinis nominibus, & Hierarchia cœleſti, inanis Philoſophiæ potius doctrinam continet, quàm Chriſtianiſmi puram doctrinam, ac ædificatione prorſus caret. Deinde, teſtimonijs divinarum ſcripturarum quodammodò ii libri ſunt vacui. Præterea in Hierarchia Eccleſiaſtica, monachos, ut medium quendam ordinem inter clerum & laicos facit, cùm Apoſt. ætate, illud vitæ genus, adhuc in Eccleſia non eſſet. Huc accedit, Patres vetuſtiores eorum librorum nuſquam mentionem facere, quod argumento eſt, eas lucubrationes ejus Martyris non fuiſſe. Gregorius Romanus primus omnium, in quadã ſua Homilia ſcriptorum ejus mẽtionem fecit. Sed eo omiſſo, ad Auguſtinum veniamus. Is pater in epiſt. 59. ad Paulinum, dum quæſtionem quintam diſſolvit, quatuor voces, quæ in Epiſtola 1. ad Tim cap. 2. habentur, exponit. Eæ verò ſunt δεήσεις, προσευχὰς, ἐντεύξεις, & εὐχαριστίας. Atque ſtatuit δεήσεις celebrationem Sacramenti præcedere: προσευχὰς autem preces facit, quæ in ipſa Sacramenti adminiſtratione habeantur, ubi quodammodo noſ ipſos Chriſto vovemus: ἐντεύξεις autem petitiones ac poſtulationes eſſe arbitratur, quibus Eccleſiæ miniſter aſtanti populo bona precetur. Et denique εὐχαριστίας communes gratiarum actiones fuiſſe tradit. Poſſem adhæc monimenta veterum adducere complura, niſi hæc ſatis in præſentia judicarem. Sed ut ad Miſſæ nomen redeam, video nonnullos etiam fuiſſe, qui putaverint id à Miſſione derivatum, quòd eæ res, quæ à fidelibus offerebantur, dicerentur mitti, ac eis appellationis *Maſath*, Hebraicam vocem occaſionem dediſſe putant, quod in Pentecoſte Iudæi munera conſueverint offerre. Sed quare non exiſtimem ab Hebraica voce Miſſæ nomen deductum, jam antea expoſui. Et modò illud adjicio, ſi Miſſa nomen à rerum oblatione, quæ à piis dabantur, ſortita eſſet; Papiſtæ illo nomine abuterentur, qui nequaquam eleemoſynas piorum hominum ibi ſpectant, ſed tantùm corporis & ſanguinis Chriſti oblationem, quã ſe vulgo jactitant, & quidem impudenter, Deo patri pro vivis & defunctis offerre. At de iis jam ſatis ſuperque dictum exiſtimo.

C D E F G H I

Scriptura Dionyſij non ſunt illius Areopagitæ.
Monachi non fuerunt in Eccleſia tempore Apoſtolorum.
Nota genus aliud miſſionis.

De Sacrificio.

10 Nunc reſtat, ut de ſacrificio nonnulla dicantur: cujus definitionem indagando, primum actionem quandam eſſe deprehendimus, eámque voluntariam: quod idcirco dixerim, quòd nonnullæ actiones, quas vocant naturales, reperiantur: ſed ex cùm ab humana electione minimè pendeant, voluntariæ appellari non poſſunt. Deinde, ſacrificium ad Religionem referri debet: quod propterea ſubjicio, ut illud ab operibus œconomicis & civilibus removeam atque diſcernam. Domeſtica enim opera, ad regendam familiam conducunt, & civilia Rebuſpublicis adminiſtrandis inſerviunt. Sacrificium verò, actio eſt religioſa, quandoquidem ad cultum Dei pertinet, & ab eo inſtituta eſt, ut ipſi noſtra offeramus, ad eum ſanè finem, ut honore afficiatur, & quo (ut Auguſtinus 10. de Civitate Dei, capite ſeptimo ait) ſancta ſocietate illi adhæreamus. Atque hinc videre poſſumus, quatenus Sacrificium, ſi de eo propriè loquamur, à Sacramento diſtet: quod etiam voluntatium opus & religioſum, necnon à Deo inſtitutum, ut per illud promiſſa & data bona conſignentur ac exhibeantur: quoniam ibi nos quippiam Deo nequaquam offerimus, verùm ipſe profert ſigna, & dona ſua nobis amplificat, dum ea quæ offeruntur, ſolida fide percipimus.

In Iud. 1. 5. Vide Gen. 4. & 8. & C. 8 ad finem.
Noſtræ actiones aut voluntariæ ſunt, aut naturales.
Aliquæ actiones religioſæ ſunt, & diſtinguuntur à politicis & œconomicis.

11 Cæterùm, ut magis perſpicua res fiat, Sacrificii definitionem ſummatim colligamus. Ea verò eſt, Sacrificium actionem eſſe voluntariam & religioſam, à Deo inſtitutam, ut ei noſtra offeramus, ad ipſius gloriam, & quò ſancta ſocietate illi arctius copulemur. Huic definitioni Sacrificiorum partitio adjicienda eſt. Quędam ſacrificia ſunt ἱλαστικὰ, & alia εὐχαριστικά. Priori genere Deus hominibus propitius redditur, ejus vi & juſto merito. Sed hujus ordinis unum duntaxat habemus, quandoquidem ſola Chriſti morte nobis æternus Pater eſt reconciliatus, & unius illius oblationis merito condonata ſunt electis peccata. Verùm alio ſacrificii genere gratias Deo agimus, nomen ejus celebramus, & voluntati ejus pro viribus obtemperamus. Adhæc ſciendum eſt, hoc Sacrificii genus, duarum eſſe partium, quarum una interior eſt: qua nimirum, voluntatem noſtram, noſque totos, & omnia quæ habemus, Deo ſponte ac ultrò accepta referimus, illi ſubjicimus & ejus nomini conſecramus. Pars altera exterior eſt, qua munere aliquo, eóque aſpectabili, & quod in ſenſus incurrat, ceu ſymbolo & ſigno quopiam teſtamur quid in animo habeamus, & ei quippiam offerimus ex iis rebus, quas ipſemet nobis donavit. Ita veteres, primitias, decimas, & victimas offerebant. Quibus in rebus non tantùm Chriſtum, ſacrificium Deo gratiſſimum, adumbrarunt: ſed etiam teſtabantur, quam ipſi erga Deum voluntatem haberent. Ex iis jam patet, externã oblationẽ vel ſacrificiũ, niſi partẽ interiorẽ conjun-

Diſcrimen inter ſacrificium & ſacramentum.
Definitio Sacrificii.
Sacrificiorum partitio.
Sacrificium propitiatoriũ unum eſt.
Sacrificium partem habet externam, & partem internam.
Sacrificium externum abſque interiori,

Digitized by Google

conjunctam ſecum habeat, quàm verè teſtificetur in
nobis eſſe, Deo minimè approbari: quandoquidem
ſic offerentes, quàm turpiſſimè Deo mentiuntur. Id
enim teſtari quod non ita ſe habeat, ad fallendum
pertinet: cúmque mendacium in omnibus rebus &
ubique vituperent, longè tamen pernicioſius, ac de-

Cur Iudæorū ſacrificia quādoque fuerint Deo ingrata.

teſtabilius eſt, ſi coram Deo adhibeatur. Hinc or-
tum eſt, ut Deus non ſemper per Prophetas dixerit,
ingrata ſibi fuiſſe Iudæorum ſacrificia, hoc potiſſi-
mum nomine, quod labiis & ſymbolis externis illum
ſe honorare aſſimularint, cùm ab eo animus eorum
quàm longiſſimè abeſſet. Partem itaque interiorem
per ſe ipſam expetit, externam verò non aliter man-
davit, niſi ut cum interiore conjuncta offerant: alio-
qui ſi nuda & ſola fuerit, & ingrata eſt, & ſummope-
re illi diſplicet.

Externa ſacrificia Hebræorum.

12 Si quæſiveris, quænam ea ſint externa opera,
quibus interius Sacrificium teſtari liceat, multa poſ-
ſunt recenſeri: victimarum cædes, primitiarum & de-
cimarum oblationes, quæ Patres dum erant ſub Le-
ge, habuerunt. Deinde accedunt externa verba, qui-
bus gratiæ Deo aguntur, laudes ejus celebrantur, &
preces adhibentur. Sunt etiam charitatis officia erga
proximos, affectuum carnis mortificatio, atque obe-

Externa ſacrificia nobis & Patribus cōmunia.

dientia divinis mandatis exhibenda. Omnia hæc
poſteriora ſacrificij genera ſunt, tam Patribus, quàm
nobis communia. Deo hæc damus, ut noſtra fides &
obſervantia erga eum teſtata ſit. Cúmque de illis
prioribus, quæ tempore Legis offerebantur, dubium
non ſit, quin ſuo tempore ſacrificia fuerint, ne de a-
liis, quæ poſteriori loco memoravimus, ambiguum
ſit, an Sacrificiorum loco habeantur, id ſcripturarum

Pſal. 50.14. & 51.19.

teſtimoniis confirmabitur. Pſal. 50. ſcribitur, Immola
Deo ſacrificium laudis. Et 51. Sacrificium Deo ſpiri-

Rom. 12.1.

tus cōtribulatus, cor contritum, &c. Rom. 12. cap. Ob-
ſecro vos per miſericordiam Dei, ut præbeatis cor-
pora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, &c. Mich.

Mich. 6.8.

cap. 6. ait, Oſtendam tibi, homo, quid à te requirat
Deus: Facite judicium, diligite miſericordiam, am-
bulate reverenter, & modeſtè coram Deo. Eſaias
quoque una cum cæteris Prophetis multa in hanc
ſententiam ſcripſit.

Ordo ſeu gradus quidam inter externa ſacrificia.

13 Nec prætereundum, inter hæc externa quæ
Deo tanquam ſacrificia offeruntur, eſſe gradus
quoſdam & ordinem conſtitutum. Nam Deus ipſe
teſtatus eſt, miſericordiam & charitatem erga pro-

Matt. 9.13. Oſe. 6.6.

ximos, cæteris longè ſe præferre. Vnde Matth. 9. ex
Propheta Oſea adducitur: Miſericordiam volo, non

1. Sam. 15.22.

ſacrificium. Adhæc 1. Sam. habetur, Obedientiam vi-
ctimis præſtare. Hæc nos docent inter oblationes ex-
ternas, cædes animantium, & decimas, & primitias
poſtremum locum antiquitus tenuiſſe: primas verò,
datas obedientiæ quæ verbo Dei exhibeatur, cha-
ritati erga fratres, gratiarum actioni, & precibus.

Sacrificiorum finis.

Nec leviter tranſeunda, ſed exponenda eſt diligen-
ter ſacrificiorum finis: præſertim ut illam Auguſti-
nus expreſſit, nimirum ut ſancta ſocietate Deo ad-
hæreamus. Nam citra illud, opera noſtra, quantumvis

Cur mors Chriſti tantopere Deo placuerit.

egregia, ſacrificia eſſe non poſſunt. Quin & ipſa
Chriſti mors, quæ ſummum & unicum ſacrificium
fuit, eo præſertim nomine placuit Deo, quod non a-
lio conſilio ſeſe Chriſtus obtulerit, quàm ut Patri
morem gereret, & illi (ut par erat) obtemperaret.
Verùm iis quæ dixi, aliud quoque adjiciam. Augu-

Duo in quolibet ſacrificio requiruntur.

ſtinus in Epiſt. ad Deogratias, in q 2. ſcribit, In quo-
libet ſacrificio, duo quædam à Deo exigi. Primum,
ut vero Deo noſtræ fiant oblationes, à quo conſilio,
cùm idololatræ aberrent, quicquid in ſuis ritibus a-
gunt, ad eorum perniciem facit. Alterum eſt, ut ex
doctrina Sacrarum literarum oblationum ratio con-
ſtet, nec ex noſtris inventis aut fictionibus profici-
ſcatur.

An idem poſſit eſſe Sacramentum & ſacrificium.

14 Dubium ſe offert, quoniam Sacramentum &
Sacrificium inter ſeſe diſtinximus: & tamen ſi vete-
res in ſuis victimis atque ſacrificiis idem nobiſcum
habuerunt, quando cœnam Domini agimus (quam
Sacramentum eſſe nemo ambigit) quomodo id con-
ſtabit quod tum ſtatuebamus, diſcrimen eſſe inter
Sacrificium & Sacramentum, cùm oportuerit vete-
rum ſacrificia Sacramenta item eſſe? Ad hoc reſpon-
deo, rationes quidem iſtarum rerum diverſas eſſe: id
tamen non efficere, quo minus eadem res Sacramen-

A tum & Sacrificium eſſe queat. Nemo quippe ambi-
git, Philoſophiam & robur corporis res eſſe diver-
ſas, quæ tamen in eodem homine poſſunt conſpici:
ſic quoque hic uſuvenit, eadem res, cum Sacramen-
tum, tum etiam Sacrificium eſſe poteſt, quamvis &

Cœna Domini & ſacramētum eſt & ſacrificium.

Sacramenti & Sacrificij alia eſt ratio. Cum cœna Do-
minica celebratur, quatenus fide atque ſpiritu cor-
pus & ſanguis Chriſti percipienda nobis exhiben-
tur, & promiſſio conjunctionis ejus quam habemus
B cum Chriſto conſignatur, ita ut ſimus ejus corporis
membra; Sacramentum & eſt & dicitur, quandoqui-
dem ea in actione dona ſua Deus nobis exhibet.

Mactationes victimarū & ſacramenta erant & ſacrificia.

Quatenus verò actione illa memoriā mortis Chri-
ſti celebramus, pro donis acceptis gratias agimus,
noſipſos Deo conſecramus & offerimus, & eſt & di-
ci poteſt juſtum Sacrificium, quod ipſi Deo gratiſ-
ſimas oblationes damus. hoc idem in victimarum
mactationibus, quæ coram Deo antiquitus fie-
bant, videre licet, nam & illa Sacramenta, qui-
C bus Chriſtus fide percipientibus veteribus propone-
batur, & quibus coram Domino edendo & bibendo

In 1. Cor. 5. Vide cap. 1. hujus claſ Sect. 7.

ſimul communicabant: Hæc, inquam, omnia perti-
nebant ad Sacramenti rationē. Eadem tamen ſacrifi-
cia erant, cùm ibi & ſua & ſeipſos Deo conſecrarent.
15 Cum autem Chriſtus dicatur immolatus,
quid ſibi volunt ſacrifici, qui quotidie illum aiunt in

1. Cor 5 7.

Miſſa ſacrificari? Qua de re notandum eſt, in Cœna

Quot modis cœna Domini poſſit dici ſacrificium.

Domini, quatuor eſſe poſſe oblationes. Prima, eſt pa-
nis & vini quæ à populo inferebantur, ex quorum
D portione quædam habebatur Euchariſtia, unde fide-
les inter ſeſe communicabant, & quod ſupererat
pauperibus diſtribuebatur. De qua oblatione Ire-
næus, Cyprianus, & Eccleſiaſticæ collectæ loquuntur.

Phil. 4.18.

Et Paulus ad Philippenſes oſtendit eleemoſynas eſ-
ſe ſacrificia, quando ſe accepiſſe ſcribit quæ illi miſe-
rant, ut Dei hoſtiam in odorem ſuavitatis. Deinde
eſt gratiarum actio, quæ in Scripturis ſanctis dicitur
immolatio laudis. Tertio loco, communicantes offe-
runt ſeſe Deo regendos atque mortificandos, de

Rom. 12.1. Rom. 15.16.

E quo ſacrificio ut huc ſpectat, bis ad Romanos habet.

Quotidie Chriſtus memoria & cogitatione immolatur.

Primò, exhibete corpora veſtra hoſtiam viventem,
ſanctam, Deo placentem. Et cap. 15. ſcribit Apoſtolus
Evangelium ſe adminiſtrare, ut oblatio Gentium ſit
acceptabilis & ſanctificata per Spiritum S. Quartò
denique, cùm ibi agatur de memoria mortis Chriſti,
quæ fuit verum ſacrificium, figurata loquutione acci-
pit Euchariſtia, ſeu Cœna Domini, ab ea re nomen
quam repræſentat, & ſacrificium dicitur, ut Auguſti-
nus dicit, ſuper Pſal. Memoria & cogitatione Chri-
F ſtum quotidie immolari. His ego rationibus video
Patres adductos, ut nomine ſacrificij ac immolatio-

Non decet ut appellemus cœnā Domini ſacrificium.

nis in Euchariſtia utantur. Quod tamen ego non
uſurparem, cùm ſancta Scriptura non ſic appellet, à
cujus loquutionibus non eſt temere diſcedendum,

Miniſtri Eccleſiæ nullibi dicuntur Sacerdotes in ſacris literis.

neque invenies unquam in Sacris literis, miniſtros
Eccleſiarum, vel Apoſtolos, appellari Sacerdotes.
Nam id integrum & ſolidum Chriſto tribuitur, utq;
habet Epiſt. ad Heb. in ipſum tranſlatum fuit ſacer-

Heb 5 7. 8 9. & 10.

dotium & cùm maneat æternum, ſucceſſore non o-
G pus habet. Et infirmum eſt argumentum eorum, qui

Sacrificium Minchah.

adducunt ſententiam Malachiæ de ſacrificio *Min-
chah*, offerendo nomini Domini in omni loco. Quia
Irenæus hoc interpretatur de pane, vino, & muneri-
busque, ut prius diximus, in Cœna Domini fidelibus
offerebantur. Tertullianus verò contra Iudæos, &
adverſus Marcionem, exponit de ſpiritualibus obla-
tionibus, precibus inquam, gratiarum actione, ac ſa-
cris concionibus. Idem ſentit Hieronymus in Mala-
chiam. Cur autem Propheta *Minchah* præ cæteris
H memorat ſacrificiis, cauſa eſt, quod illud erat univer-
ſale, ac omnibus victimis adjungebatur: & ita facile
fuit ut à pauperibus ac tenuibus hominibus offerri
potuerit.
16 Eſt etiam pariter debile, quod objicitur ex
Concilio Niceno, quod in eo mentio fit hoſtiæ ſeu
victimæ ἀναιμάκτου incruentæ: quod nos minime nega-
mus, ſi ad memoriam & gratiarum actionem retule-

Hoſtia incruenta. Quotquot cōmunicant hoc poſſe dicuntur ſacrificare.

ris. Cæterùm, illis non eſt incruenta hoſtia, cum
verum, atque (ut loquuntur) realem ſanguinem in
I ſacramento ſe habere jactant. Deinde, juxta iſtā ſen-
tentiam, non ſolus miniſter, ſed fideles quot-
quot manducant & bibunt de menſa Domini, ſa-

Digitized by Google

crificant. Quanquam, ut diximus, hac voce non eſſet utendum, cum Sacræ literæ de Euchariſtia non ſic loquantur. Neque nos calumniari poſſunt, quaſi miniſtris dignitatem ſuam auferamus. Nam per nos ſalvus manet eis ſuus honor. Doceant omnes gentes, baptizent, adminiſtrent Sacramenta, & diſciplinam in Eccleſia retineant, neque de ſuo gradu actum putent, ſi negatur eos Chriſtum Deo Patri offerre.

Vbi ſit dignitas miniſtrorum.

Quid præclarius aut illuſtrius habere poſſunt, quàm ut legatione fungantur pro Chriſto, & ſua prædicatione mundum Deo reconcilient? ut legimus in 2. ad Cor. In Actis Apoſtolicis habetur λειτουργούντων αὐτῶν, καὶ νηστευόντων. Quem locum licet Eraſmus converterit Sacrificantibus ipſis, & Ieiunantibus; In annotationibus tamen ait, ſe accipere ſacrificium, pro prædicatione Evangelij. Neque λειτουργεῖν eſt proprie ſacrificare, ſed fungi munere & actione publica. Scholia quoque Græca, in eo loco, id referunt ad Evangelij prædicationem. Et videant iſti quomodo poſſint non haberi blaſphemi, cùm jactitent ſe offerre Chriſtum Deo Patri. Quoniam ad id conſequitur, ut ipſi præſtantiores ac digniores ſeſe faciant Chriſto. Is enim qui offert, re oblata non poteſt eſſe indignior. Vnde Irenæus, quando utitur offerendi voce, apertè dicit de oblatione, quam refert ad panem & ad vinum, quod accipiat ab offerente dignitatem, & grata Deo idcirco ſit, quòd is qui offert eſt illi acceptus. Atque inde manifeſtiſſimè patet, eum non poſſe de Chriſto hæc intelligere: Nam Chriſtus propter ſacrificium non fit gratus Deo, ſed potius e diverſo propter Chriſtum, nos Deo ſumus accepti. Et miror huic noſtro Argumento voluiſſe quoſdam objicere, baptiſmum Chriſto adminiſtratum à Ioanne Baptiſta: cùm Sacramentum id fuerit, non ſacrificium. Nos autem minimè ambigimus, ab indignis poſſe adminiſtrari Sacramenta illis qui præſtantiores fuerint. Vnde inſtantia hæc prorſus extra oleas, cùm Sacramentum à miniſtro dignitatem non habeat, Sacrificium verò, ut dicit Irenæus, ab eo qui offert præſtãtiam ſibi vendicat. Quod idem in Eſaia, in Pſalm. in Michea Propheta, & alibi legimus: deteſtari Deum ea ſacrificia, quæ ſine fide, charitate, ac bona conſcientia fuiſſent oblata.

2. Cor 5. 20. Act. 13. 2.

Quid λειτουργεῖν.

Blaſphemia eſt dicere, Chriſtum offerri à ſacrificio.

Quod offertur dignitatem accipit ab offerente.

Diſcrimẽ Sacramenti & ſacrificij.

De ſacrificij Melchiſedec.

17 Solent etiam multa dicere de ſacrificio Melchiſedec, quod nunc ſacerdotium juxta ejus ordinem extet in Eccleſia: quare inquiunt, ſicut ille panem & vinũ obtulit; ſic nos in panis & vini ſpecie filium Dei offerimus, quò figuratum & adumbratum figuris & umbris ſuis præſtet. Cæterùm quoad hoc, hiſtoria libri Geneſeos non habet, Melchiſedec panem & vinum obtuliſſe Deo, ſed Abrahamo & exercitui ejus fatigato. Sic interpretatur Rabbi Salomõ, neque verbum Hebraicum *Iatſa* poteſt aliud ſignificare, quam aut proferre, aut educere. Tantùm adjecit Rabbi Salomon, id typum eſſe potuiſſe, quod in eo loco, nimirum in Hieruſalem, erat Deo offerendum olim libamentum vini & mincha. Quo verò ad hiſtoriam, aſſerit, Abrahamo & exercitui ejus alia fuiſſe oblata. Et Melchiſedechum hoc munere voluiſſe declarare ſe non ægre tuliſſe, quod ab Abrahamo cæſa fuerit ſua poſteritas. Nam iſtũ Melchiſedechum, facit ipſe cum aliis Hebræis, Sem filium Noah. Hac de cauſa, cum pane & vino gratulabundus occurrit, ut inde Abrahamus & exercitus ejus, qui fatigati erant reficerentur. Ambroſ. quoque de Sacramẽtis aperte dicit, Abrahamo iſta fuiſſe oblata. Et Auguſtinus de Quæſtionibus veteris Teſtamenti, ſcribit à Melchiſedeco oblatam Abrahamo Euchariſtiam corporis & ſanguinis Chriſti. Patribus itaque cùm aiunt Melchiſedecum obtuliſſe Deo, veritatem Hebraicam objicimus, & alios Patres, quos jam citavimus. Sed facio illum obtuliſſe Deo, quid hoc ad Miſſam? Non habebunt, niſi argumentum allegoricum quod ſanè infirmiſſimũ eſt. Deinde panem utcunque offerri Deo in Cœna Domini ſanctificandum, & ut ab eo Sacramentum fiat, non negamus. Nodus eſt & controverſia, Num Chriſtus ipſe à Sacrificis Deo Patri offeratur. Quod iſti, ut dictum eſt, minimè probant. Et in Eccleſia manere ſacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedech non negamus, propter Chriſtum qui Pontifex noſter cœlum ingreſſus eſt, & apud Patrem pro nobis interce-

Cur Melchiſedec Abrahamo occurrit.

Gen. 14. 18.

Vide in Gen. c. 14. 18.

Argumentum allegoricum non concludit.

Offerri panẽ ac vinum Deo minimè negatur. Sacerdotium ſecundo ordinem Melchiſedech manet in Eccleſia.

A dit: qua de re ſatis fusè ſcriptum eſt ad Hebræos. *De Miſſa, vide locum alterum ad Calcem operis huius.*

De Sacrificio locus alter.

18 In ſacrificiis autem obſervandum eſt ubique Deum acceptiorem habere offerentem, quàm ſacrificium: imo nonniſi propter offerentem ei placere *Ex Iud. 13. 22.*
B oblationes. Hanc ſententiam Irenæus ex ſcripturis probat lib. 4. cap. 34. Reſpexit enim Deus ad Abel, & ad munera ejus: ad Cain autem & ad ejus munera, non reſpexit, propter ingenium offerentium. Qualis eſt enim erga Deum voluntas offerentis, talis eſt *Gen. 4. 4.*
erga oblationem voluntas Dei. Ait enim Chriſtus, *Matt. 5. 23.*
Si detuleris munus tuum ad altare, & recordatus fueris fratrem tuum habere aliquid adverſum te, vade, prius reconciliare fratri tuo: dein veniens, offer munus tuum. Quaſi diceret; Si dum malus es, & Deo ini-
C micus, offers, non erit Deo grata oblatio. Irenæus ita que concludit, Non ſacrificia ſunt quæ ſanctificant, ſed conſcientia offerentis. Et rationem addit: quia Deus non opus habet noſtro ſacrificio. Inter homines ſæpè nocens abſolvi poteſt: quia homines avari, aut egentes interdum ſunt, & facilè pecunia ducuntur. At ſi contingat Iudex & rectus & bonus, pecunias rejiciet, nec patietur æquitatem ſuam hoc pacto labefactari. Ita Deus, quia blanditiis expugnari non poteſt, animos hominum obſervat, non ſacri-
D ficia. Apud Eſa. cap. 66. inquit; qui ſacrificat pecus *Verſ. 3.*
perinde erit atque qui mactat canem: non quòd Deus oderit ſacrificia in univerſum, ſed quod malorum hominum oblationes minimè probet. Hæc idcirco pluribus dixi, quia Papiſtæ jactant, ſe in miſſis offerre Chriſtum Deo Patri: quod ſi daretur, oporteret Deum Patrem pluris facere nebulonem ſacrificum, atque filium ſuum. Vxor autem Menoah prudentiſſimè ratiocinatur; Deus accepit ſacrificium noſtrum, ergo non eſt iratus, nec nos perdet. Nos Chri-
E ſtianorum ſacrificia eſſe ſtatuimus, cor contritũ, preces, gratiarum actiones, eleemoſynas, affectuũ & carnis mortificationem, atq; alia hujuſmodi. Hæc nobis relicta ſunt poſt abrogatas carnales victimas, ut ea offeramus, ut fidei noſtræ fructus, & grati animi teſtimonia. Quod verò attinet ad placandum Deũ, Chriſtus à ſemetipſo ſemel oblatus eſt in cruce, neque opus eſt, ut à quoquam iterum offeratur. Vna enim oblatione perfecit omnes. Supereſt modò ut Sacrificium ejus fide amplectamur, & Deum propitium
F habebimus, qui ſua bonitate per Chriſtum accipiet ſacrificia, quæ jam commemoravimus.

19 Verùm Auguſtinus contra literas Parmeniani, lib. 2. c. 8. videtur prima fronte contra nos facere. Donatiſtæ quippe nolebant communicare cum cæteris Chriſtianis, quòd eos pro contaminatis & impuris haberent, & locum ex Ioanne citabant: Scimus, *Ioan 9. 31.*
quòd peccatores Deus non exaudit. Veſtri, aiebant, ſacros libros tradiderunt, thus idolis incenderunt:
G Deum negaverunt, quomodo ergo Deus illos audiet? Auguſtinus reſpondet, fieri poſſe, ut malus miniſter, quamvis non audiatur ſua cauſa, tamen cùm orat pro populo, audiatur: & Balaami exemplo *Num. 23. 5.*
ſententiam ſuam confirmat. Is enim cùm vir eſſet nequiſſimus, Deum oravit, & auditus eſt. Cæterum, ſi quis iſta diligenter excutiat, deprehendet Auguſtinum minimè nobis adverſari, quamvis primo aſpectu nos premere aliquantulum videatur. Cùm dixiſſet, malos quoque miniſtros audiri, ſubjecit illicò,
H id non fieri eorum perverſitate, ſed fide ac devotione populi. Vnde colligimus, quamvis miniſter verbis præeat, tamen preces ejus non eſſe, verùm Eccleſiæ. Certum enim quendam eſſe oportet hominem, qui preces pro reliquis concipiat, ne in multitudine confuſio tumultúſve oriatur, ſi quiſque ſuis verbis preces clarè in Eccleſia fuderit. Proinde miniſter eſt os quoddam Eccleſiæ. Quapropter, ſi malus eſt, non ipſe auditur, ſed fidelis populus, qui ejus verbis loquitur. Hoc Auguſt. docuit ſcribendo malum miniſtrum audiri non perverſitate ſua, ſed fide, ac
I devotione populi. Hinc admonemur ut dum publicis precibus interſumus, attentius mentem accõmodemus, ſtatuamúſque preces eas quæ recitantur, noſtras

Digitized by Google

ſtras eſſe. Balaam autem quadam forma precum vaticinatus eſt, & idcirco ſermo ejus benedictio appellatur: quia populo Dei felicia eſt ominatus. Ipſe autem ad iſtas preces, non ſua voluntate, ſed ſpiritu divino impellebatur. Non itaque ille auditus eſt, ſed Spiritus ſanctus verus fuit author verborum ejus.

Ioan.9.31.

20 Quod additur ex Ioanne, Peccatores Deus nō audit: Id Auguſtinus ait non fuiſſe Chriſti dictum, ſed cæci nondum planè illuſtrati. Quocirca ſtatuit ſententiam illam nō eſſe veram in univerſum. Nam (ut definiunt) audiuntur interdum preces perverſorum miniſtrorum, quòd ſint Eccleſiæ. Quo verò ad oblationem Chriſti, non arbitror Papiſtas daturos, totam Eccleſiam illum offerre, cùm id velint eſſe peculiare miſſificorum. Et licet id concederent, tamē tota Eccleſia nō eſt major, aut Deo acceptior, quàm Chriſtus: quia ipſe non eſt gratus Deo propter Eccleſiam, ſed Eccleſia propter Chriſtum. Sed ut ad Ioannis dictum redeam, Peccatores à Deo non audiri, adhibita utili diſtinctione, ſic poſſumus explicare. Peccatores alii ſunt, qui ex infirmitate labuntur, vel ex ignorantia peccant: qui tamen poſtea ſeſe agnoſcunt, dolent, & pœnitentiā agunt ex fide. Alij verò ſunt, qui abſque conſcientia peccant, fide carent, nec ulla ducuntur pœnitentia. Priores cùm fidem habeant, audiuntur; iſti cum careant, preces fruſtra effundunt. Quòd ſi quis publicanum objicit, qui cum eſſet peccator, Deum oravit & juſtificatus diſceſſit; Reſpondeo Publicanum illum ita fuiſſe peccatorem, ut tamen orando fide polleret, imò ex fide oravit, alioqui Deus preces ejus non audiſſet: & ſanè Iacobus rectè monet, quando ait, Orate fidentes. In ſumma, firma & ſolida eſt ea ſententia, qua dicitur, quicquid offertur Deo pro ſacrificio, id ei gratum eſſe, ſi fides & juſtificatio offerentis anteceſſerit. Quidam cavillantur de primo actu fidei, quo primum incipimus aſſentiri Deo, & dubitant, an Deo ſit gratus, néene, certè ante illum inimicus & hoſtis eſt qui jam incepit credere. Tum aiunt, Si Deo gratus eſt ille primus conſenſus, tum acceptat hoſtis donum: ſin verò non eſt gratus, non juſtificat. Ad hoc duo reſpondeo. Primùm, non juſtificari homines ex dignitate actus fidei, ſed ex firma promiſſione Dei, quam fides amplectitur. Deinde, cum quiſpiam primùm aſſentitur, & credit, tum primùm ex inimico factus eſt amicus, & licet antea fuerit hoſtis, tunc cùm primùm credit amicus fit, & deſinit eſſe hoſtis. Quod verò nos concluſimus, prius oportere offerentem ipſum magis, quàm munus ejus eſſe gratū Deo, Ethnici quoq; viderunt. Nam Plato in Alcibiade memorat, bellum geſſiſſe aliquando Athenienſes cum Lacedæmoniis, cúmque vincerentur, miſiſſe ad Iovem Ammonem legatos, per quos aiebant ſe mirari, qua de cauſa, cum ipſi tātum donariorum ſuperis offerrent, & hoſtes contra parcè ac tenuiter ſacrificarent, ipſi tamen ab illis vincerentur. Reſpondit Ammon, apud Deos, pluris eſſe Lacedæmoniorum acclamationem, quàm Athenienſium pinguiſſima ſacrificia. Nam cùm illi boves diis incenderent, de ſuis animis interea nihil cogitabant. Sic apud Homerum Iupiter loquitur, deos fumo & nidore ſacrificiorum non moveri, cùm Priamum & Troianos odio haberent. Itaque intellexerunt Ethnici, quòd hodie Papiſtæ non vident, quia ſacrificulum arbitrantur, quantumvis impurum & impium, Chriſtum Deo Patri ſuis manibus offerre.

Luc.18.13.

Iac.1.6.

De Altaribus.

Ex 1. Reg. 1. initio 1.Cor.9.13.

21 Nemo autem neſcit, altare, divini cultus organum antiquitus præcipuum fuiſſe. Quin & Paulus hanc vocem in hunc ſenſum uſurpat, cùm ad Corint. inquit, cum de altari vivere, qui altari inſerviat: Quod nihil eſt aliud, quam vacantes divino cultui, ex eo par eſſe ut victum inde accipiant. Cyprianus etiam & Auguſt. ab hac intelligentia non diſcedunt, cum ſchiſmaticos ſive hæreticos aiunt erigere altare adverſus altare: hoc eſt, in Eccleſia cōtrarios Dei cultus inſtituere, quamvis (ne quid hic diſſimulem) Patres videntur in novo Teſtamento non debuiſſe tanta licentia altaris vocabulo paſſim abuti. Nam refertur ad ſacrificium externum altare: id autem, cùm

A apud nos amplius locum non habeat, quia Deo non facimus externas victimas: nec aliud ſunt noſtra ſacrificia, quàm preces, laudes, gratiarum actiones, carnis mortificatio & eleemoſynæ. Proinde, cùm altaris correlativum (ut Dialectici appellant) ſublatum ſit, nec ipſum extare ſeu haberi poteſt. Huic ſententiæ olim in Anglia, Tonſtallus Epiſcopus voluit ſe opponere, ac probare, Chriſtianos item habere ſuum altare, dictum ex Epiſt. ad Hebr. in medium protulit,
B nos habere altare, de quo, iis non liceat edere, qui Tabernaculo miniſtrent. Quúmque ille doceretur altare nihil ibi eſſe, quam ipſum Chriſtum. Quid, aiebat, an Chriſtum non licet edere? Parum attendens quos Apoſtolus ab eſu Chriſti arceret, eos nimirum qui reſpuētes Evangelium, Iudaicis cultibus prorſus inhærebant. Qui enim potuiſſent homines ejuſmodi, cùm Chriſtum averſarentur, de illo edere? At eò progreſſus eſt Petrus Alexandrinus, in quadam ſua Epiſtola, quæ apud Theodoretum extat lib.
C 4.cap.22. ut plus tribuerit externo altari, quàm vivis Chriſti templis. Quum enim queſtus eſſet, impios, tempore Valentis Imperatoris, in Alexandrina Eccleſia, Chriſtianas virgines traxiſſe per urbē nudas, eáſque turpiſſimè violaſſe, necnon verberaſſe atque interfeciſſe: ſubjecit illos nequaquam iis facinoribus exatiatos, graviora deſignaſſe, quod etiam violarint ac polluerent templi altare. Optatus quoque Milevitanus lib.6. cōtra Parmenianum, quid eſt altare inquit? Sedes corporis & ſanguinis Chriſti. Dicta hu-
D juſmodi non ædificarunt plebem, ſed potius illam ad Iudaicos & Ethnicos ritus impellebant: cùm cæca quadam κακοζηλίᾳ, tam à Iudæis quàm ab Ethnicis & altaria & alios ritus mutuarentur. Origenes etiam Homil.10. in Ioſ. altaris meminit. Tertul. quoque in lib. de pœnitentia ſcribit adgeniculationes circa arā conſueviſſe fieri. Longè purius & cautius quidam Patres pro altari menſam poſuerunt, ſive τράπεζαν Græcè, de qua ſymbola Euchariſtiæ fideles accipie-
E bant. Sed hæc obiter. *De Baſilij & Chryſoſt. Lyturgiis vide Defenſionem in Gardin p.2.*

Heb.13.10.

CAPUT XIII.

De Magiſtratu & diſtinctione Civilis & Eccleſiaſtica poteſtatu.

F NVnc ſupereſt, ut de Magiſtratu agam, quem judico ſic poſſe deſcribi: Vt ſit perſona divino inſtituto delecta, ut, quo ad externam diſciplinam, leges cuſtodiat, pœna corporis tranſgreſſores plectendo, & bonos foveat atque amplectatur. Multæ ſanæ perſonæ inſtituto Dei eliguntur, qui non ſunt Magiſtratus, ut miniſtri Eccleſiarum: qui tamen verbi Dei & Legis ejus cuſtodes ſunt, ſed non tantum quoad externam diſciplinam. Quia miniſtrorum eſt officium, per verbum Dei ad intimos uſque motus animorum pertingere: quoniam Spiritus ſanctus,
G vim ſuam adjungit cum prædicationibus Orthodoxis, tum etiam Sacramentis, quæ in Eccleſia diſtribuuntur. Magiſtratus verò in tranſgreſſores, diſciplinam & pœnam externam tantummodo exercet. Miniſter ſontes & impœnitentes Dei nomine ligat, & Dei nomine à regno cœlorum, dum ſic manſerint, excludit: Magiſtratus externas pœnas infligit, & gladio, cùm opus fuerit, utitur: Vterque pios fovet, ſed ratione diverſa. Magiſtratus illos opibus, honoribus, & dignitatibus auget: Miniſter promiſſionibus
H Dei & Sacramentis conſolatur. Magiſtratus itaque inductus eſt, ut leges quam diligentiſſimè conſerventur, ſontes puniantur, & boni juventur ac foveantur. Et ſanè Lex eſt mutus Magiſtratus: & viciſſim Magiſtratus, lex animata & loquens, nec non miniſter Dei, ut Paulus ait, ad laudem eorum qui rectè faciunt, ac è diverſo gladium geſtat adverſus improbos, ut vindex & ultor Dei: nec alio hæc ſpectant, quàm ad hominum ſalutem.

In Iud. to. ad finem. Vide in Iud.8.23.

Definitio.

Finis Magiſtratus.

2 Forma verò Magiſtratuum, nō una eſt, ſed mul-
I tiplex: Monarchia, Ariſtocratia, & Politia, vel Tyrannis, Oligarchia, & Democratia. Quarum formarum deſcriptiones & naturas, Plato, Ariſtoteles, &

Vide in 1. Sam.8.6. Magiſtratuum multiplex forma.

cæteri Philoſophi eleganter docuerunt. Ex iis omnibus formulis, optima expendenda eſt, & omnes ad quos id pertinet, providere debent, ne ſtatus bonus vel tolerabilis, in vitioſum degeneret. Verùm, ſi quãdo contigerit, ut tyranni vel flagitioſi Principes rerum potiantur, ferendum id eſt, quãtum per verbum Dei id licet. Iudæi per vim oppreſſi ſunt à Babyloniis, quos tamen Deus monebat ut parerent, & pro Rege orarent, quamvis ille tyrannus eſſet, & per ſummam injuriam regnum Hebræorum occupaſſet. Cæſar item per tyrannidem Iudæam tenebat: & tamen Chriſtus dixit, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Apoſtoli quoque docuerunt, parendum eſſe Principibus, & pro illis orandum. Nero fuit impuriſſima bellua, cui tamen Apoſt. in Epiſt. ad Rom. oſtendit eſſe parendum: non tantùm propter metum, ſed etiam propter conſcientiam. Phocas Romanum Imperium peſſimis artibus occupavit: Mauritium Principem ſuum, & ejus filios crudeliſſimè interfecit: quem tamen Romani ut Imperatorem agnoverunt, & Gregorius I. ad populum ejus mandata, & ſcripta legit. Quod ſi quæſieritis, quam formam Reipubl. Iudæi habuerint, facilè poteſt intelligi. Ariſtocratiam ab initio habuerunt: Deus enim conſilium Iethronis approbavit, ut deligerentur viri ſapientes & fortes ac timentes Deum, qui Rempub. adminiſtrarent, quemadmodum in Exod. atque in Deuter. habetur. Quin & ipſe Deus 70. viros, quos delegi juſſerat, ut adjutores Moſis in rebus gerendis, ſpiritu ſuo afflavit, ut prophetarent. Ita regebantur Iſraelitæ, quamvis poſtea Regia poteſtate ſunt gubernati.

Iudæorum exemplum. Ierem 27.12. & 29.7. — Matth.22.21. — Rom.13.1. — 1.Pet.2.13. — Exo.18.14. Deut.1. Num.11.16. — Principes dicuntur paſtores.

5 Sed id non eſt omittendum, principes in divinis literis non tantùm appellari Diaconos ſeu miniſtros Dei, verumetiam Paſtores: de quibus Ezech. multa conqueritur, quòd populum Dei crudeliter & perverſe paſcerent. Homerus etiam Agamemnonem ſuum vocat ποιμένα λαῶν. Non enim latronum aut mercenariorum more præeſſe debent, ut deglubant & opprimant: ſed ut ſervent, foveant, & paſcant inſtar Paſtorum. Appellantur etiam Patres, unde ſenatores apud Romanos vocati ſunt Patres conſcripti. Neque major aut antiquior fuit honos in Repub. quàm appellari Patrem patriæ. Quin & Magiſtratus divina Lege comprehenſus eſt in eo mandato, Honora patrem & matrem tuam. Quare Principes debent ſubditis paternam dilectionem. Et perpetuò illos meminiſſe oportet, ſe non belluis, verum hominibus præeſſe, ac ſe item homines eſſe: qui tamen debeant illis quibus præſunt, longè meliores & præſtantiores eſſe, alioqui non ſunt idonei, qui illis imperent. Non enim ovem ovibus præficimus, ſed primùm arietem, deinde paſtorem. Et ſicut paſtor ovibus præſtat, ita illi quibus mandantur Magiſtratus, oportet ut populũ antecellant. A quibus autem conſtituantur Magiſtratus modò conſiderandum eſt. Interdum id fit Senatus conſenſu, nonnunquam populi ſuffragiis, aut militum voluntate, aut hæreditaria ſucceſſione. Verùm hæc inſtrumenta ſunt. Propria vero cauſa Magiſtratuum, eſt ipſe Deus, quod multis rationibus doceri poteſt. Primùm, lux quædam accenſa eſt divinitus in animis hominum, qua intelligunt ſe non poſſe unà vivere abſque ductore, atque inde ortus eſt Magiſtratus. Dei quoque lex mandavit, ut Magiſtratibus obtemperetur. Et ante Legẽ per Moſem latam, ut in Geneſi habetur, Deus ſanxit, ut qui fuderit humanum ſanguinem, ſanguis ejus effundatur: non ſanè temere ac per quemvis (eſſet enim id valde abſurdum) quare colligendum eſt ex illis verbis, Magiſtratum non obſcurè à Deo inſtitutum, qui animadvertat in homicidas. Paulus item ſcripſit, Omnes poteſtates quæcunque ſunt, à Deo eſſe ordinatas. Et Chriſtus reſpondit Pilato: Non haberes poteſtatem adverſus me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper. His teſtimoniis & rationibus conficitur, Deum eſſe veram ac propriam cauſam Magiſtratuum.

Ezec.34. — Magiſtratus dicuntur Patres. — Exod.20.12. — A quibus cõſtituãtur Magiſtratus. — Deus primus inſtitutor Magiſtratus. — Deut.17.11. Gen.9.6. — Rom.13.1. Ioan.19.11.

7 Sed hic aliqui cavillantur: Si omnis Magiſtratus, inquiunt, à Deo eſt, oporteret omnia rectè adminiſtrari: ſed in gubernandis Rebuſpublicis, multa vitioſè & perverſè agi videmus. Sed à Nerone profectò, Domitiano, Commodo, Caracalla, Heliogabalo, bonæ leges contemnebantur, viri boni occidebantur, diſciplina civitatis funditus corrũpebatur. Quòd ſi magiſtratus eſſet à Deo, talia nunquam eveniſſent. Hæc ratio nos movere nec poteſt, nec debet, quia functio diſtinguenda eſt à perſona: & ſane fieri poteſt, ut qui Magiſtratum gerit, ſit malus & ſceleratus, cùm tamen ipſa poteſtas bona ſit & perutilis. Nulla quippe res eſt tam bona, quin homines malitia ſua poſſint ea malè uti. Ideo non mirum, ſi Reges & Imperatores fuerint, qui poteſtate ſibi data interdum ſint abuſi: quam tamen ita corrumpere non voluerunt, quin homines ex ea multa bona & commoda perceperint, quemadmodum ſuperius oſtendi. Teſtimonio Danielis planiſſimum fit Magiſtratus eſſe à Deo. Nam illum, inquit, regna dare ac transferre ſuo arbitratu. Deinde videmus, μοναρχίαν aliquando fuiſſe in Oriente, nonnunquam in Meridie, poſtea in Occidente, aliquando verò in Aquilonari tractu: nec nõ interdum fuiſſe bonos Principes, interdum malos: nonnunquam regnaſſe nobiles, & ſæpe obſcuros. Et intelligimus crebro fieri, ut non proſint opes aut potentia ad regnum acquirendum, vel retinendum: caſu verò & citra Dei providentiam hæc fieri abſurdiſſimum eſt.

Functio diſtinguenda eſt à perſona. — Dan.2.v.21.& 37.

5 Dicit fortaſſe Aſtronomus quiſpiam, has viciſſitudines ac mutationes ab aſtris importari: at Daniel, veritatis magiſter, Deum eſſe ait, qui mutat tẽpora. Vt enim conſtituit in anno viciſſitudines tempeſtatum, ita Principes arbitrio ſuo aliquando conſtituit, aliquando tollit. Ille dejecit Saulem, & ille idem promovit Davidem. Et ſe ita facturum prædixit: ne id temerè aut fortuitò accidiſſe videretur. Quin regna & Reſpublicæ, quædam officinæ dici poſſunt divinæ voluntatis. Id enim fit in eis, quod ipſe Deus fieri decrevit, quamvis Principes id perſæpe non intelligunt. Deus vocavit Medos & Aſſyrios, ut affligerent Iſraelitas, & eos quando viſum fuit repulit ac ſuſtulit. Excitavit Perſas contra Chaldæos, & Græcos adverſum Perſas, denique Romanos contra cæteras nationes. Quid diviſit regnum Hebræorum in Iudam & Iſraelem? Certè Deus, Abias Silonites id futurum prædixit, & ait egreſſum eſſe verbum à Domino, ut ita fieret. Quis Achabum evertit? Quis Iehu curavit inungi, niſi Deus? At ſunt quidam Tyranni, qui Reſpub. diſſipant. Fateor: ſed noſtra ſcelera id merentur. Sunt enim ſæpe tam gravia flagitia, & tam multa, ut per ordinarium Magiſtratum & legem placidámque rerum adminiſtrationem corrigi non poſſint: tum Deus curat, ut populi à Tyrannis affligantur, & nihilominus temperat, & lenit plerunque ſupplicium, bonos pióſque Principes interponendo. Poſt ruinas Neronis, Veſpaſianum dedit. Poſt Domitianum, largitus eſt Nervam & Traianum: poſt Commodum, Pertinacem & Severum: poſt Heliogabalum, Alexandrum. Qui autem dicunt, Scelera Tyrannorum non ſunt à Deo: ea tamen in Regnis & Imperiis graſſantur: Ergo Imperia & Regna nõ ſunt à Deo: paralogiſmum committunt à ſecundum quid ad ſimpliciter. Nec bona eſt connexio: Quædam in Magiſtratu non ſunt à Deo: ergo ipſe Magiſtratus non eſt à Deo. Vel potius male argumentantur ab Accidentibus: quoniam publicæ poteſtati accidunt vitia & ſcelera, neque illa per ſe conjunguntur. At dubitaverit quiſpiam? Si Magiſtratus fuerit Ethnicus, ac etiam Tyrannus, an homini pio liceat ejus operæ atque auxilio uti? Quidni? Paulus ad Cæſarem provocavit peſſimum Tyrannum. Sed poteſt videri feciſſe contra ſua ipſius præcepta: Etenim in Epiſt. 1. ad Cor. eos Chriſtianos reprehendit, qui ad tribunalia Ethnicorum cauſas agebãt. Iure Corinthios coarguebat, quoniam reperiebantur Chriſtiani, qui de cauſis eorum poſſent in Eccleſia cognoſcere. Neque congruebat, ut Chriſtiani cum Chriſtianis ad tribunalia impiorum litigarent. Paulo verò cùm provocavit ad Cæſarem, negotium erat non cum Chriſtianis, ſed cum Iudæis & Romano præſide. Vnde cùm fidelem Magiſtratum non haberet, nec aliter poſſet agi, & vita ipſius peteretur, non malè imploravit fidem & auxilium communis Magiſtratus, quamvis Ethnici. Quemadmodum enim utimur Sole ac Luna, ita etiam publico & ordinario Magiſtratu, qualiſcunque fuerit, uti licet.

Imperiorũ viciſſitudines non ſunt aſtris aſcribenda. — 1.Sam.16.1. — Eſa.10.v.5. — 1.Reg.11.30. — Quid ad reſpublicas tyrannos attrahat. — Deus bonos Principes poſt tyrannos immittit. — Piis licet Magiſtratu Ethnico uti. Act.25.11. — 1.Cor.6.1.

6 Chriſtiana

Digitized by Google

Eccleſia uſa eſt Ethnico Magiſtratu.

6 Christiana Eccleſia idem fecit, cùm Imperatores Chriſtiani adhuc non eſſent. Nam Paulus Samoſatenus tanquam hæreticus damnatus eſt, & cùm eſſet Epiſcopus dejectus eſt ſuo gradu. Sed quia domo Epiſcopali cedere nolebat, ab Aureliano Imperatore poſtulatum eſt & impetratum auxilium, qui eum coegit novo Epiſcopo domum tradere. Quis diceret Eccleſiam hic peccaſſe, quòd publico Magiſtratu, quamvis infideli uſa fuerit? Sed redeamus unde ſumus egreſſi, & conſtanter credamus Magiſtratum eſſe à Deo, tametſi crebrò noſtris peccatis id commerentibus, multa iniquè ac ſcelerate gerantur. Oſeas tamen Propheta nobis adhuc videtur obſtare, quando ait: Ipſi regnarunt, & non ex me. Sed ſciendum eſt, Oſeam egiſſe de Tyrannis, qui nec leges reſpicerent, nec bonos foverent, nec tollerent malum è medio populi: & idcirco non regnabant ex Deo, ſed ex ſua libidine, ſuos affectus non legem Dei curabant. Deinde regna invadebant pravis cupiditatibus agitati, & ambitione ſua impulſi, non ut qui vocationem Dei ſentirent ad regnum: neque poteſtatem aſſumebant voluntate parendi Numini, ſed ut ſuæ ambitioni ſatisfacerent. Hoc erat ex Deo non regnare. Quod autem non promoti fuerint ad regnum, Deo volente, cum tota fermè ſcriptura pugnat. Deus Nebucad-Nezar ſervum ſuum appellavit, quòd ejus opera vellet abuti ad affligendos Iſraelitas, cùm tamen ille non regnare ex Deo potuerit dici, quandoquidem ſua libidine & cupiditate animi, non ſtudio voluntatis Dei adimplendæ, adverſus Iudæos pugnavit. Nihil ergo nobis obſtat Oſeæ Prophetę ſententia, quin credamus Magiſtratum à Deo eſſe, ac oportere, ut illi obtemperemus. Paulus ait, Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſit ſubdita. Idem habetur ad Titum, & in Epiſt. 1. Pet. cap. 2. Et Paulus ad Tim. adjecit, pro illis eſſe orandum. Sed Pontificij, & illi qui ſe dici volunt Eccleſiaſticos, hæc non audiunt. Nam ſe à publicis & ordinariis poteſtatibus clamitant exemptos, cùm tamen Apoſtolus nulla exceptione ſit uſus, quando inquit: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Et, Qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit. Quin & Chryſoſt. in eum locum ait, Apoſtolos, Prophetas, Evangeliſtas, & Monachos, ea lege comprehendi. Et ſcripſit hæc Chryſoſt. de perſonis Eccleſiaſticis, cùm tamen ipſe Conſtantinopolitanus præſul eſſet, & Imperatores jam haberemus Chriſtianos.

Oſe. 8. 4.
Quomodo tyranni dicātur non regnare ex Deo.
Vide in Rom. 13.
Ier. 27. 6.
Rom. 13. 1.
Tit. 3. 1.
1. Pet. 2. 13.
1. Tim. 2. 2.
Eccleſiæ miniſtri non ſunt exempti ab ordinaria poteſtate.
Rom 13. 1.
Ibid. v. 2.
Supra ca. 3. huius Claſſis ſect. 6.

7 Sed operæpretium eſt audire argumenta, quibus utuntur Pſeudoeccleſiaſtici. In Extrauag. de Majoritate & Obedientia, cap. Vnam ſanctam; Bonifacius octavus, quem ſcribunt ingreſſum ut vulpem, regnaſſe vt leonem, mortuum eſſe vt canem, ait duos eſſe gladios in Eccleſia. Néve id temerè dicere videretur, citat ex Lucæ vigeſimo ſecundo, hæc verba, Cùm abſque ſacculo & pera vos dimitterem, an unquam vobis defuit quicquam? Dixerunt illi, Non: Subjecit Chriſtus, Nunc autem dico vobis, Accipiat quiſque peram & ſacculum: & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Dicunt illi, Ecce duo gladij hic: Reſpondit Chriſtus, Satis eſt. Bonifacius inquit, Duo gladij ſunt ſatis Eccleſiæ, Spiritualis nimirum, & Temporalis. Vnde qui dicunt, Petrum externum gladium non habuiſſe, verba Chriſti videntur non intelligere, quibus ait Petro, Reconde gladium tuum in vaginam. Tuum, inquit, non alienum. Habebat quippe gladium ſuum, quamvis gladium ſuum jubeatur condere. Sed oportet, ut ordo aliquis in iſtis gladiis conſervetur. Nam quę ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt. Eſſet enim magna confuſio, ſi cùm eſſent duo gladij in Eccleſia, alter ab altero non regeretur. Quare oportet gladium temporalem regi à ſpirituali. Vtque ſeſe magis explicet, habet, inquit, Eccleſia, duos gladios, ſed illis non utitur eodem modo. Ipſa quidem exercet gladium ſpiritualem, temporalis autem ſtringi debet tantùm ad nutum & patientiam Eccleſiæ. Hoc eſt obſcurum, ut benè ænigma videri poſſit. Senſus tamen eſt, Imperatoris gladium, non tantùm ad voluntatem & arbitrium Papæ educi oportere: ut cùm ille innuit, feriat: & per patientiam, id eſt, quamdiu ille fert & patitur, ferire pergat. Oportuit ita iſta ordinata eſſe: ordo verò eſt, ut gladius temporalis reducatur

Luc. 22. 35.
Quid nugētur Pſeudoeccleſiaſtici de duobus gladiis.
Papa ſubijcit ſibi gladium Imperatoris.

A ducatur ad Deum per ſpiritualem. Nam, ut ait Dionyſius ille, qui putatur Areopagita, (cùm ſit alius,) Omnia infima, referuntur ad ſummum, ſed tamen per medium. Quare ad nutum inquit Papæ, ſtringendus eſt gladius temporalis, ut ſic in Deum referatur. Ita nunc videmus fieri: Quoties enim Sanctiſſimus tantùm innuit arma capienda eſſe in Lutheranos, vult Imperatorem ſtatim obtemperare. Quod ſi quis Princeps illi non ſatis ſubmiſsè obtemperet,

Dionyſius Areopagita.

B ſtatim legati huc & illuc mittuntur, ut omnes alij Reges & Principes ad ipſius nutum ſeſe accommodent, & illum averſentur & vexent, qui Papæ obedire noluerit.

8 Addit præterea Bonifacius, ſe eſſe ſuper omnes Reges & Principes. Nam principatus, pro dignitate rerum, quæ ab eo tractantur, æſtimandus eſt. Nos ſpiritualia tractamus, inquit, Illi temporalia. Quare illorum gladius noſtro eſt inferior, & illi nobis. Aliam quoque rationem ſubjicit, illi ſolvunt

Papa ſe præfert omnibus Regibus & Principibus.

C nobis decimas, decimæ autem à minori penduntur ſuperiori. Quare, cùm Reges, & Principes ſolvant decimas, teſtantur agros & reditus ſuos ad Eccleſiam pertinere, atque illi eſſe obnoxios. Deinde major eſt qui benedicit, quàm is cui benedicit. Epiſcopi autem conſecrant & inungunt Reges. Addit Gloſſa: Regum quidem, armum dextrum tantummodo inūgunt: Epiſcopis autem capita unguntur. Et reges quidem oleo, Epiſcopi verò chriſmate perfunduntur: ergo fateri neceſſe eſt Reges eſſe minores Epi-

D ſcopis. Adhæc, Reges ab Epiſcopo coronam accipiunt, & ſceptrum. Quis enim, inquit, Saulem, quis Davidem inauguravit, niſi Samuel? Quis Iehu inunxit, niſi Propheta miſſus ab Heliſæo? Res etiam quæ ab Epiſcopis tractatur, major ea eſt, circa quam Reges verſantur, Chriſtus enim dixit Petro, Quicquid ligaveris in terra, erit ligatum in cœlo. Hæc poteſtas major eſt, quàm omnis poteſtas humana. Et Deus ait Ieremiæ, Conſtituam te ſuper gentes & regna, ut evellas ac diſſipes, ut diſpergas & plantes. Ergo

1. Sam. 10. 1.
1. Sam. 16. 13.
2. Reg. 9. 1.
Matt. 16. 19.
Ier. 1. 10.

E nos omni Regum poteſtate majores ſumus, & à jure illorum exempti. Quare prophanæ & laicæ poteſtates Imperatorū & Regum ſunt ab Eccleſiaſticis judicandæ, & à nobis conſtitui debent, & everti poſſunt: Nam ejuſdem eſt condere ac deſtruere. Itaque de civili Magiſtratu ſpiritualis debet judicare: Spiritualis autem, ſi quis offendat, à quo debet judicari? Minor inquit, à majori: at Papa qui ſummus eſt, à quo judicabitur? A nemine, inquit, ſed à ſolo Deo, quia ſpiritualis à nemine judicatur: ipſe autem judi-

Papa nō vult à quoquā judicari ſeu gubernari.
1. Cor. 2. 15.

F cat omnia. Nónne pulchrè tyrannidem ſuam conſtituit? Vocat ſe ſolum ſpiritualem. Gloſſator, quamvis alioqui ſatis craſſus, tamen non potuit eſſe adeò ſtupidus, quin videret iſta valde abſurdè dici. Quomodo, inquit, Papa ſpiritualis eſt, ſi impurus & ſceleratus fuerit? Explicat ſe hac diſtinctione: Spiritualitas, inquit, alia eſt perſonæ, alia eſt ſtatus. Vnde ſi fuerit perſona quæpiam ſpiritualis, poteſt omnes reprehendere fraterna admonitione:

Canoniſtarū duplex ſpiritualitas.

G ipſe vero à nemine reprehendi debet, quia cùm ſit ſpiritualis, nihil turpiter admittit. Interdum aliqua perſona, quæ vita & moribus non eſt ſpiritualis, propter gradum tamen ſpiritualis dici debet. Vt multi ſunt Epiſcopi & Papæ: unde Romanum Pontificem, qualiſcunque ſit, oportet vocare ſpiritualem ac ſanctiſſimum. At quid hoc eſt, quàm docere nos mētiri, ſi nebulonem impurum volunt appellari ſanctiſſimum? Bonifacius tandem concludit, oportere omnes Imperatores & Reges, ſuæ unius poteſtati

H ſubjici. Et addit rationem, Niſi velimus unà cum Manichæis duo principia conſtituere: quod fieri non debet, quia Moſes non dixit, In principiis, ſed, In principio creavit Deus cœlum & terram. Quare definimus, inquit, decernimus & pronunciamus, omnes oportere de neceſſitate ſalutis obedire Papæ, ut ſummæ poteſtati. Atque ita bellè conficit, Eccleſiaſticos omnes exemptos eſſe à Magiſtratu civili.

Gen. 1. 1.
Papa decrevit ſibi de neceſſitate ſalutis eſſe obediendum.

9 Priuſquam ad hanc plus quàm Thraſonicam jactationem refutandam veniam, pauca præfari ex-

I pedit de duplici poteſtate, Eccleſiaſtica inquam & civili. Cùm præfertur poteſtas Eccleſiaſtica omni civili functioni, non eſt nihil quod dicitur, modò rectè

De duplici poteſtate, civili & Eccleſiaſt. ca.

Digitized by Google

& commodè intelligatur. Omnis poteſtas Eccleſiaſtica verbo Dei nititur,ita ut abſque eo nulla ſit:verbum autem Dei communis eſt regula, qua omnia & dirigi & temperari oportet. Docet enim qua ratione gladius externus & Reſp.debeat adminiſtrari.In univerſum etiam demonſtrat, quemadmodum omnia ab omnibus gerenda ſint. Sic Ambr. cum Theodoſius Imp. nimis crudeliter & inconſideratè ſæviſſet in Theſſ.perſuaſit ei, ut in omni pœna capitali ſumēda, ſpatium 30. dierum interponeretur à lata ſententia, ne Magiſtratus impetu & furore illa faceret; quorum & ſi poſtea eum pœniteret, ea non poſſent amplius emendari. Ita multi Epiſcopi ſæpe in rebus graviſſimis authoritatem ſuam interpoſuerunt, & nonnunquam atrocia bella vel ſuſtulerunt, vel ſedarunt: & inter ipſa arma ex verbo Dei conciones habuerunt. Eccleſiaſtica itaque poteſtas ad hunc modum omnia complectitur,quia ex verbo Dei, omnibus in rebus invenit quod conſulat. Nihil enim eſt in toto mundo, ad quod verbum Dei ſe non extendat. Quocirca longè falluntur qui clamitare ſolent: Quid concionatori cum Repub. quid cum armis? quid cum pharmacapolis?quid cum cocis?At dicant ipſi,quando miniſter verbi animadvertit in iis rebus legem Dei violari, cur non reprehendat ex verbo Dei, cur non admoneat?cur non hortetur,ut à peccato deſiſtant?Ejus profectò eſt corripere peccantes, non quidem gladio,non pecuniaria mulcta, non carcere,non exilio,ſed ſuo modo,hoc eſt,vi & poteſtate verbi Dei. Rurſus Politica poteſtas ad omnia extenditur, quæ ad poteſtatem politicam pertinent. Sed quonam tandem modo? An requiret civilis poteſtas bonos animi motus & intimam pœnitentiam? Non poteſt ipſa hæc efficere: optabit tamen ut habeantur,& utetur iis mediis per quæ haberi poſſint. Curabit enim ut epiſcopi, paſtores & doctores in Eccleſia purè doceant, paternè reprehendant, & ex verbo Dei adminiſtrent Sacramenta. Hæc quidem per ſe non facit magiſtratus, ſed curare debet, ut ſint ad manus, qui ea rectè faciant. Proinde utraque poteſtas latiſſimè patet, & omnia complectitur, ſed non eodem modo. Et regula utriuſque ſumenda eſt à verbo Dei,quod conſtat eſſe in Eccleſia.

Ambroſius inſtituit Theodoſium.

Prædicatio verbi Dei omnes homines habet ſubjectos.

Miniſter Eccleſiæ, verbo agit non gladio.

De latitudine civilis poteſtatis.

10 Rurſus duæ ſunt ſubjectiones:Vna politica & civilis,cui ſubjiciuntur omnes homines: qui ſi quid offenderint in leges,expectant à juſtis magiſtratibus carcerem,mulctam pecuniariam,exilia,mortes,& externas pœnas.Sin rectè fecerint,honores,præmia,dignitates & laudem. Hoc autem pacto,Civilis poteſtas non ſubjicitur miniſterio verbi, quia non iſtis pœnis ab illo affici poteſt,& coerceri. Altera ſubjectio,eſt ſpiritualis,hoc eſt,fidei & obedientiæ.Statim enim, ubi audiunt homines de officio ſuo ex verbo Dei, & hoc vel illud faciendum eſſe, illud autem vel illud curandum, cedunt, credunt, & obtemperant. Quia quod dicitur,eſſe verbum Dei ſentiunt.Atque hi ſunt utriuſque poteſtatis fines. Et ita eſt accipiendum illud Valentiniani Cæſaris, ex hiſtoria Tripartita,quod etiam habetur diſt.63. cap. Valentinianus. Diligite,inquit, eum epiſcopum, cui nos,qui imperium gubernamus, poſſimus capita noſtra ſyncerè ſubmittere, & monitis ejus uti,tanquam medicinis, &c.Quibus ex verbis intelligitur, Eccleſiaſticæ poteſtatis eſſe monere ad ſalutem ex verbo Dei. Quāquam idē Imperator poſtea erravit: Nam cùm Ambroſium deſignaſſet Prætorem civitatis Mediolanēſis,populus eum elegit epiſcopum. Quod ubi reſciſſet Imperator,ea de re gratias Deo egit ad hunc modum: Ego eum præfeceram corporibus hominum, ſed tu illum animis præeſſe voluiſti, &c. Non rectè Valentinianus diſtinxit officia. Quid enim? An animos tantum curare debent epiſcopi? nónne etiam corpora?Quid ſi ſe gulæ aut ebrietati dedant, vel in externo cultu laſciviant, nónne iſta reprehendent. Certè reprehendent. Nec princeps corpora tantùm hominum curabit, & negliget animos. Non enim armentarium ac ſubulcum fingimus, cui tantummodo venter, caro & cutis ſubditorum curæ ſint: imò providebit,ut ex virtute ac pietate vivant. Verùm, quid ſi principes Chriſtiani, cum ex verbo Dei admoneantur de publicis & graviſſimis peccatis, nolunt audire,nec emendare, quæ male commiſerunt?

Duplex genus ſubjectionis.

Sententia Valentiniani Cæſaris.

Error ejuſdem Valentiniani.

Epiſcopus nō debet curare tantum animos, aut corpora tantum.

Quid,inquam,hic faciet Epiſcopus? Ambroſius excommunicavit Theodoſium Imperatorem, cùm in Theſſalonicenſes tam gravem tyrannidem exercuiſſet. Innocentius item excommunicavit Arcadium, cùm Ioannem Chryſoſtomum liberè ac verè monentem,in exilium ejeciſſet, ut habetur diſt.96.cap. Duo ſunt,& diſt 18.cap. Quoniam quidem, Et ſunt verba ſextæ ſynodi,ubi decernitur, ut in ſingulos annos duæ habeantur ſynodi.Quod ſi Principes impedire velint excommunicentur.

11 Sed quid hæc recentiora commemoro? Legamus Euſebium libro ſexto,capite trigeſimoquarto, ubi ait, Philippum Imperatorem, qui vixit ætate Origenis, primum fuiſſe principem Chriſtianum: eúmque voluiſſe unà adeſſe cùm fidelibus in Paſchæ vigiliis, & cum illis precibus communicare:verùm quod eſſet ſceleratus, & flagitioſis moribus,epiſcopum eum rejeciſſe ad pœnitentes, ut ἐξομολόγησιν haberet coram Eccleſia, & peccatum ſuum agnoſceret,alioqui nullo pacto ad communionem poſſe admitti. Hoc tum Epiſcopus fecit in Imperatorem & ſummum Monarcham orbis terrarum.Civilis itaque poteſtas,verbo Dei,quod à miniſtris prædicatur,ſubjici debet. At viciſſim Eccleſiaſtica poteſtas, civili ſubjicitur,cùm miniſtri vel in rebus humanis,vel in Eccleſiaſticis malè ſe geſſerint. Sunt enim hæ poteſtates quodammodo ἀντίστροφοι, ac variis modis circa eadem verſantur, ac ſeſe mutuò juvant,quemadmodum Ariſtoteles ad Theodecten,Rhetoricam& Dialecticam appellat ἀντιστρόφους artes, quòd utráque in iiſdē verſentur,alio atq; alio modo. Subjicitur Eccleſiaſtica poteſtas Magiſtratui: non ſpirituali ſubjectione, ſed politica. Nam quod ad Sacramenta & conciones attinet, non ei ſubjicitur: quia Magiſtratus verbum Dei & Sacramenta, quibus miniſterium utitur, non poteſt inflectere,neque cogere paſtores aut doctores Eccleſiæ,ut aliter doceant,vel ſecus adminiſtrent Sacramenta, quàm à verbo Dei preſcriptum fuerit.Miniſtri tamen quatenus homines ſunt, & cives,unà cum agris, opibus,& poſſeſſionibus ſuis, abſque ulla dubitatione magiſtratui ſubjiciuntur.Ita Chriſtus tributum perſolvit, ſic Apoſtoli, ſic tota primitiva Eccleſia,cum eſſent viri ſanctiſſimi. Mores etiam eorum,cenſuræ ac judiciis Magiſtratuum ſunt obnoxij.

Matt.17.27.

12 Addendum præterea eſt,non ſolum,quoad iſta quæ recenſui, miniſtros magiſtratui ſubjici, ſed etiā (ut innui ſuperius)quoad functionem. Quia ſi non rectè doceant, nec ex ordine adminiſtrent Sacramēta, Magiſtratus eſt eos in ordinem cogere,ac videre ne impurè doceant, néve fabulas admiſceant, néve Sacramentis abutantur, aut aliter ea tradant quàm Dominus juſſerit. Item ſi malè ac perditè vivant, eos rejiciet à ſacro miniſterio. Hoc Solomon fecit, qui Abiatharum dejecit, & Zadocum ei ſurrogavit, ut traditur primo libro Melachim, capite ſecundo. Et in novo Teſtamento, Iuſtinianus ſummovit Silverium & Vigilium,quod etiam ab aliis Principibus quandoque factum non dubito. Quàm vero juſtè, in præſentia non dico:hoc unum dico, id eis licuiſſe in cauſis jam adductis. At quiſpiam dicet me de facto nunc loqui,non de jure. Imò equidem de jure quoque. Nam Regem oportuit deſcriptam habere Legem Domini, quod eſſet ordinatus cuſtos, non tātum prioris,verùm & poſterioris tabulæ.Propterea qui offendiſſet in alterutram, incurrebat in ejus poteſtatem. Sed quamvis Rex poſſit removere inutilem ac noxium Epiſcopum, non tamen Epiſcopus poteſt viciſſim Regem,ſi peccaverit, dejicere. Ioannes quidem reprehendit Herodem, ſed regno eum non abdicavit.Ambroſius & Innocentius excommunicarunt Imperatores:at non ſunt progreſſi ulterius. Quin & Chriſtus vulpem appellavit Herodem, ſed regnum ei non abſtulit:& Tiberio nequiſſimo principi tributum ſolvit, nec author fuit unquam cuiquam,ut jugum ejus excuteret. Quare videant Papæ, quo jure Imperatores & Reges pro ſua libidine loco moveant.Hoc nec Prophetarum quiſquam,nec Apoſtoli,neque Chriſtus fecerunt. Iactent Papæ ſe habere magnam poteſtatem:verùm ea,ſi qua eſt, tota in Dei verbo ſita eſt. Doceant, prædicent,moneant,ſi poteſtatem ſuam volunt exercere: alioquin pote-

Principes poſſunt miniſtros dejicere ſuo loco,ſi non bene ſe gerant.

Miniſtri Eccleſiæ non eſt dejicere principes.

Matt.14.4.
Luc.13.32.
Matt.17.27.

Digitized by Google

poteſtas civilis & temporaria, quam tantopere jactant, ab Eccleſiaſticis miniſtris aliena eſt. In ſumma, quemadmodum nullus reperitur tam magnus Rex & Imperator, qui non ſubjiciatur poteſtati verbi Dei, quod à miniſtris prædicatur: ita viciſſim nullus eſt Epiſcopus, qui ubi deliquerit, non debeat coerceri à civili magiſtratu. Quicquid eſt diſcriminis, totum id eſt, ut dixi, quoad modum coërcendi. Miniſtri Eccleſiæ id verbo faciunt, principes externis pœnis. Sed noſtri Pſeudoeccleſiaſtici volunt eſſe principes & regnare. Chriſtus autem Rex eſſe noluit. Et cùm ad id quæreretur, ut Rex fieret, prorſus recuſavit: imo liquido profeſſus eſt, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo. Apoſtolis etiam dixit, Principes nationum dominantur eis, vos autem non ſic. Petrus itē, cujus iſti ſe prædicant ſucceſſores, miniſtros admonet, nec dominatum in clerum exerceant. At iſti carceres habere volunt, milites, & gladios, ac bella miſcent pro libidine.

Ioan.6.15. Rom.13.5. Matt.20.25. 1 Pet.5.3.

De Aſſamonæis ſive Machabæis.

13 Objicient fortaſſe nobis Aſſamonæos ex veteri Teſtamento, quos & Reges & ſacerdotes fuiſſe conſtat, & utranque poteſtatem confudiſſe. Habetur quidem ea hiſtoria in libris Machabæorum, ſed videndum eſt rectène, an perperam & ambitioſè fecerint. Equidem eos non arbitror ex ordine feciſſe: quia Deus verbo ſuo regnum tribui Iudæ non ſemel adjudicaverat, uſque ad Meſſiæ tempora. Et Levitis e diverſo præceperat, ne agros poſſiderent, nedum ut regnum inter fratres ſuos occuparent. Sed ſi quis dicere malit, hoc eos arcana quadam revelatione occultóque Dei judicio feciſſe, cauſam iſtorum nō relevabit. Nam quod ita fit, in exemplum trahi nō debet. Ego verò in illa re, potius eos arbitror peccaſſe. Rectè quidem fecerunt, cùm patriam à tyrannide liberarunt: attamen re confecta, non oportuit eos regnum invadere. Nec Deus obſcurè declaravit, id factum ſibi diſplicere. Nam (ut ex Ioſepho colligitur) ea domus poſtea nunquam Tragœdiis caruit. Nobis adhæc objicient, Petrum interfeciſſe Ananiam & Sapphiram, & Paulum, Elymam magum cæcitate affixiſſe. Verum id quidem eſt: ſed hæc illi verbo Dei fecerunt, non vi, non gladio, neque carnificis opera. Eadem iſti verbo faciant, & mirabimur. Cur nō audiunt Paulum ad Timotheum, Nemo Deo militans, curis vitæ ſe implicat? Si Deo militare volunt, cur ſe ita mundanis negociis impediunt? Tantúmne illis otii eſt ab re ſua, ut poſſint aliena curare? Reſpondeant ingenuè: An ferrent ipſi hodie, ſi Rex quiſpiam docere tentaret Evangelium, aut adminiſtrare Sacramenta? Non ferrent. Nec Deus ipſe tulit, quin lepra percuſſit Oziam, cùm vellet ſuffitum Deo facere. Cur ergo illi alienos fines invadunt? Diſtingui oportet has functiones, quia utraque illarum ſeorſim totum hominem requirit: imò vix ullus unquam repertus eſt, qui alterutram rectè obire poſſet, adeo eſt difficilis utraque provincia. Utræque tamen ſe mutuò juvant: nam Princeps politicus jus dicit, Eccleſiaſticus verò non ille quidem jus dicit, ſed tamen docet quemadmodum jus dici debeat. Non reſpicias, inquit, perſonam in judicio: non affligas pauperem & peregrinum: munera non accipias, &c. Ita viciſſim politicus non concionatur, nec adminiſtrat Sacramenta. Sed niſi hæc rectè tractentur, miniſtros tuetur. Et ne multis utar, in iſta collatione duo nobis conſideranda ſunt: In magiſtratu civili, & poteſtas eſt, & is qui gerit & exercet poteſtatem. Is quatenus homo eſt Chriſtianus, proculdubio verbo Dei ſubjicitur, & quatenus poteſtatem gerit atque adminiſtrat, eidem verbo Dei ſubeſſe debet. Nam inde petere oportet regendi atque adminiſtrandi regulas. In miniſtro item Eccleſiæ, ſpectandum eſt & ipſum miniſterium, & perſona quæ eo fungitur. Quod ad perſonam attinet, Civili poteſtati miniſter ſubjicitur, nam & civis eſt, & quemadmodum alij, tributum ſolvit, & morum cenſuram ſubit. Sed quod attinet ad miniſterium, aliquo etiam modo ſubjicitur magiſtratui: quia ſi contra verbum Dei doceat aut adminiſtret Sacramenta, coercebitur à civili magiſtratu. Nec tamen ab eo, ſed à verbo Dei regulas & rationes petet ſuæ functionis. Hac diſtinctione, facilè diſcrimina & conſenſum utriuſque poteſtatis intelligemus.

Act.5.v.3 & 9. Act.13.11. 2.Tim.2.4.

Quomodo Apoſtoli quandoque ſupplicii externi uſi ſint?

2.Par.26.16.

Non ſunt confundenda munera utriuſque poteſtatis.

Deut.1.16.

Quæ ſint diſcrimina & conſenſus utriuſque poteſtatis?

A 14 Nunc reſtat ad Thraſonem Bonifacium accedamus, ut ejus argumenta refutemus. Primùm, ex eo quod Apoſtoli reſponderunt, Ecce duo gladij hic: & Chriſtus ſubjecit, Satis eſt, colligebat Eccleſiam duas habere poteſtates, & utramque ſibi commiſſam. Ad id reſpondebo, poſſe fieri, ut aliquando in Eccleſia duo gladij ſint: at non ſemper in ea fuerunt, nec fortè ſemper futuri. Quem externum gladium tempore Chriſti, Apoſtolorum & Martyrum habuit Eccleſia?

B Nunc tamen, inquient, habet. Fateor: quia Reges & Imperatores Chriſtiani ſunt, qui olim Ethnici erant. Habet Eccleſia etiam agriculturam, mercaturam, fabricam, & alia hujuſmodi: nam qui hæc exercent, membra ſunt Eccleſiæ. Verùm id fit (ut loquuntur Scholæ) per accidens. Poſſet enim Eccleſia eſſe, quamvis iſta non haberet. Ita nunc, quia in Eccleſia ſunt principes, ea dicitur externum gladium habere. Sed quoniam Principes ſunt pars Eccleſiæ noſtra ætate, non propterea ſequitur, gladium Principum eſſe

C ſe gladium miniſtrorum, quemadmodum etſi agricultura & mercatura, & fabrica eſt in Eccleſia, non inde colligetur, miniſtros eſſe agricolas, mercatores, & fabros.

Ad argumēta Bonifacij.

Quomodo Eccleſia duos gladios poſſit habere.

Eccleſia jam ſ. rē omnes artes habet.

15 Nunc venio ad locum Evangeliſtæ, Apoſtoli dicunt, nihil ſibi defuiſſe, quando mittebantur abſq; ſacculo & pera: quibus Chriſtus ait, Tollat ſibi quiſque peram & ſacculum, & qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. Quid his verbis Chriſtus ſibi voluit? Non aliud ſanè, quàm ut indicaret,

D longe aliam fore in poſterum temporum conditionem, quàm ante fuerat. Hactenus, inquit, dum fui vobiſcum, nullam ſenſiſtis moleſtiam, nec vobis quicquam defuit. At nunc difficiliora tempora impendent: nunc tunicis, peris & gladiis opus erit. Indicabat his verbis, diſceſſurum ſe ab illis, & miſſurum eos in totum orbem terrarum, ad prædicandum & docendum Evangelium, in quo miniſterio, tot adverſa illis ſint occurſura, ut putent ſibi opus fore gladiis. Eſt figurata oratio, qua intelligitur aliud ex alio,

E quale illud eſt in Geneſi, cùm Dominus ait ſe pœnitere, quòd hominem creaſſet. Non enim Deus pœnitentia verè tangitur, ſed id facit, quod homines pœnitentes facere conſueverunt, hoc eſt, mutat factum. Et ſanè tunc diluvio perdidit humanum genus, quod creaverat. Ita nunc diſcipulos non inſtituit, ut ferro dimicent, ſed tantùm periphraſi quadam, conditionem futuri temporis deſcribit. Et quēadmodum Toga ſæpe tranquillitatem & pacem ſignificat, ita hoc loco, Gladius tempora turbulenta

F & afflicta indicat. In hanc ſententiam Chryſoſtomus interpretatur hæc verba, exponens locum Pauli: Salutate Priſcam & Aquilam. Non ſolvit, inquit, Dominus legem, quam ante fixerat, docendo: Et qui maxillam tuam percuſſerit, alteram ei obverte. Benedicite maledicentibus vobis, orate pro illis qui vos perſequuntur. Quomodo ergo jubet diſcipulos emere ſibi gladios? Nihil tale ſenſit, inquit Chryſoſtomus. Eſt enim figurata locutio, qua ſignificabat, ſe ab illis jam ſubtrahendum, & eos oportere multis

G calamitatibus conflictari. Non ſunt accipienda illa verba, ut prima fronte ſonant. In alio etiam loco Chriſtus ait, quod audiſtis in aurem, prædicabitis in tectis. Nec tamen uſquam legimus ſteriſſe Apoſtolos in tectis, cum ad populum prædicarent. Nec certè decuit, relicto foro & templo, verba de tecto facere. Senſus erat, ut quę privatim audiviſſent, apertè claréque loquerentur. Dixit etiam Dominus, Solvite templum hoc, & triduo reſtituam illud: quod etiam figuratè dictum eſt. Non enim præcipiebat, ut

H Salomonis templum everterent (ut Evangeliſta ipſe interpretatus eſt) ed intellexit quod dixerat de templo corporis ſui in quo (ut Paulus ait) omnis divinitas corporaliter inhabitat. Sed ut redeam ad rem, Lucam ita ſenſiſſe, Chryſoſtomus probat ex iis quæ ſequuntur. Ut impleretur in Filio hominis, quod dictum erat de illo, & cum iniquis deputatus eſt. Apoſtoli autem, Chriſtum non intellexerunt: putabant enim eum ſimpliciter agere, & ut verba ſonabant, de externo gladio loqui. A que ita prorſus Bo-

I nifacius interpretatus eſt: Et quod Chriſtus ſubjecit, Satis eſt: intellexit duos gladios in Eccleſia ſufficere, ita ut neque plures eſſe debeant neque paucio-

Luc.22.35. Gen.6.6. Chryſoſtom. Rom.16.3. Matt.5.39. Matth.10.27. Ioan.2.19. Col.2.9. Marc.15.28. Luc.22.

Digitized by Google

Temporibus Apoſtolorum Eccleſia non habuit duos gladios.

res. At Chryſoſtomus longè aliter: Cùm enim Chriſtus animadverteret Apoſtolos non intelligere, eo reſponſo indicavit ſe velle rem omittere. Et ſanè ita præceptor puero non adhuc intelligenti quod traditur, dicere ſolet; Satis eſt. Alioqui certè duo gladij non ſufficiebant contra omnes Chriſti adverſarios. Addi prætcrea oportuit, loricas & ſcuta. Proinde concludit Chryſoſtomus, eam orationem fuiſſe figuratam & parabolicā. Cogitemus præterea, ſi Bonifacij expoſitio recipiatur, oportuiſſe temporibus Apoſtolorum, Eccleſiam habuiſſe gladios, quod à veritate alieniſſimum eſt.

Chryſoſtomus

Matth. 26. 52.

16 Sed veniamus ad id, quod Chriſtus Petro dixit: Reconde gladium tuum in vaginam. Tuum inquit Bonifacius, non alienum. Verùm quid ex iis verbis colligit? Quamvis Petrus habeat gladium ſuum, tamen ſi eum jubeatur condere, quomodo poteſt eum habere diſtrictum? aut quorſum habet gladium, ſi non liceat uti? At reſpondebit fortaſſe Bonifacius, Habeo quidem gladium, ſed eo nō utor, niſi aliena manu: Vel utor non meo gladio, ſed Imperatoris & aliorum Principum. Nam ſtringere gladium debent nutu & patientia Eccleſiæ. Rogarem libenter, An cùm Chriſtus jubeat Petro, ut gladium ſuum reconderet, hoc ſenſerit, ut eum nutu quidem & arbitrio ſuo, verùm aliena opera exerceret? Certè quod quiſque per alium facit, ipſe videtur hoc facere. Si quis pecunia vel pollicitationibus curaret ſuum inimicum occidi, quamvis id manu ſua non feciſſet, nihilo tamen minus eſſet homicida: alioqui ne Principes quidem manu ſua feriunt ſontes, verùm eos à carnificibus plecti jubent. Eſt in hac reſponſione Bonifacij fallacia æquivocationis. Nos enim quærimus, An Eccleſiaſticus miniſter civilem gerere poſſit magiſtratū, & civili gladio uti? & iſti nos remittūt ad gladium Petri, hominis alioquin privati. Bernardus tamen in quarto libro de Conſid. ad Eugenium, videtur ita interpretari duos gladios. Fateor Bernardum habere quædam ſimilia, non tamen prorſus eadem. Verùm meminiſſe debemus, in quæ tempora Bernardi ætas inciderit. Vixit eo tempore, quo univerſa corrupta erant in Eccleſia, & ſi quis legat eos ipſos libros de conſideratione, videbit eum graviſſimè conqueri de corruptela ſuorum temporum. Eugenius excluſus fuit urbe à Romanis, & forſan meditabatur ut ſeipſum reſtitueret. Quare Bernardus hortabatur eum, ut evangelizaret, ut verbo & concionibus potius quàm gladio in Romanos ageret. Eugenius dicebat, quid tibi vis? Ut paſcam ſerpentes, & dracones, & beſtias? Imò aggredere eos, inquit Bernardus, ſed verbo, non ferro. Et alio loco ait, Si vis utrumque gladium habere, utrumque perdes. Neque credendum eſt, Eugenium voluiſſe per ſeipſum pugnare, ſed per alios tentabat fortaſſe bellum movere, à quo conſilio Bernardus eum abſterrebat. Et tantùm de illo.

Quiſque dicitur id facere, quod per aliū facit.

Fallacia æquivocationis.

Rom. 13. 2.

17 Quod verò Bonifacius addidit, Gladios illos Eccleſiæ oportere ordinatos eſſe, nempe ut alter alteri ſubjiciatur: idque probat ex Paulo dicente, Quę ſunt poteſtates, à Deo ordinatæ ſunt: clarè teſtatur, ut ipſe Scripturas torqueat. Nam ordinatæ, Græcè eſt τεταγμέναι, quod nihil aliud eſt, quàm inſtitutæ aut deſignatæ. Verùm ſit ita ut Bonifacius expoſuit, quis tandem erit iſte ordo? Sanè oporteret eſſe ut miniſter doceat: poteſtas verò civilis, audiat & credat. Sed hoc nihil ad Papam, qui nihil docet. Infima Dionyſius ait per media reduci ad ſummum. Unde concludit Bonifacius, gladium externum per ſpiritualem oportere ad Deum referri. Equidem facilè dabo gladium ſpiritus, hoc eſt, verbum Dei, eſſe medium, quo alter gladius, nimirum externus, temperari debeat, & ad eum dirigi. Sed cur Papa non retinet hoc medium? Cur non utitur verbo? Cur non docet? Cur non prædicat? Certè per illum Principes errantes non revocantur in viam, imò potius è diverſo, Papa aliquando & Epiſcopi ſeu Eccleſiæ miniſtri, à Principibus coarguuntur, & juſtè reprehenduntur. Aharon profectò, cùm ſummus eſſet Sacerdos, graviter lapſus eſt, conflando vitulo aureo, & obſequendo ſtultitiæ populi. Moſes eum accuſavit graviter, quem conſtat fuiſſe civilem Magiſtratum: Nam ſub finem Deuter. appellatur Rex. Et cùm Sa-

Papa non utitur gladio verbi.

Principum eſt aliquando Eccleſiaſticos viros admonere atque corrigere.

2. Reg. 12. 7.

Deut. 33. 5.

A cerdotes abuterentur pecunia, quæ ad ſarta tecta templi offerebatur, quis remedium adhibuit, niſi Rex Ioas? Taceo Davidem & Solomonem, & alios qui diſtinxerunt Sacerdotum ſortes, & ordines Levitarum. Et mitto iſta pluribus exemplis docere: Sunt enim ſatis per ſe perſpicua. Itaque do civilem poteſtatem corrigi à miniſtris, prædicando verbo Dei. At Papa non hoc genere gubernationis, verùm tyrannide incredibili utitur. Iactant præterea, ſe dignitate B majores eſſe, qui ſpiritualia & cœleſtia tractent, cùm Principes tantùm circa terrena & civilia verſentur. Eſto: Non enim inficiamur à miniſtris res majores & diviniores, quàm à Magiſtratibus tractari. Sed eas an ſolus Papa miniſtrat? Imò prorſus nunquam id facit. Quare ſi dignitas miniſterij ex illis rebus pendet, conficietur multos Epiſcopos & Presbyteros Papam dignitate longè anteire: qui nunquam prædicat, & Sacramenta quàm rariſſimè ac paucillimis adminiſtrat.

2. Reg. 12. 7.
1. Par. 21.
2. Par. 8. 14.
2. Pa. 29. 5.

C 18 Veniamus ad decimas, quarum ſolutione Bonifacius probare nititur, omnes Principes ſibi eſſe obnoxios. Videtur argumentum aliquam ſpeciem habere, quòd prima fronte conſentiat cum ſeptimo capite ad Hebræos: ubi Paulus probat dignitatem Chriſti, majorem eſſe quàm Sacerdotij Levitici. Sic enim colligit: Abrahamus decimas perſolvit Melchiſedeco, quo tempore Levi nondum extabat, ſed erat adhuc in Abrahami lumbis, atque ita in eo decimatus eſt. Qui autem ſolvit alteri decimas, eo ipſo D profitetur ſe illo inferiorem. Chriſtus erat Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedec: Quare concluditur ab Apoſtolo, ſacerdotium Leviticum ſacerdotio Chriſti fuiſſe multò inferius. Aperui fontem, unde Bonifacius argumentum ſuum duxit. Locus obſcurior eſt, & eget explicatione: deinde à Bonifacio non ſatis commodè ad inſtitutum applicatur. Primùm debemus intelligere, decimas olim pertinuiſſe ad cæremonias, idque tam in Melchiſedech quàm in Levitis. Etenim in utroque ſacerdotio referebantur E ad Chriſtum. Et utrunque ſacerdotium revera typus fuit Chriſti: nam quemadmodum ſacerdos Leviticus ingrediebatur ſemel quotannis in ſancta ſanctorum, atque id nunquam ſine ſanguine: Ita Chriſtus ſemel in Tabernaculum, id eſt, in cœlum per ſanguinem ſuum introivit. Rurſus Melchiſedech, quia nec patrem nec matrem habuit, Chriſtum retulit, qui matrem non habuit quatenus Deus, & quatenus homo caruit patre. Sed quid ſibi decimæ volebant in utroque ſacerdotio? Non ſane aliud ſignificabant, F quàm veteres omnia ſua debuiſſe ad Chriſtum referre. Illa cæremoniā, populus Chriſtum ipſum venerabatur. Quòd ſi quis Melchiſedechum & ſacerdotium Leviticum inter ſe conferat, quamvis utrūque videat Chriſtum adumbrare: tamē eum expreſſius & clarius animadverteret referri à Melchiſedecho, ut Epiſtola ad Hebræos teſtatur. Bonifacius ait, Nos ab omnibus Laicis decimas accipimus. Accipitis quidem, ſed cùm jam olim Chriſtus venerit, decimarū perſolutio non eſt amplius cæremonia, quē- G admodum fuit ante Chriſti adventum, quando per decimas homines Chriſtum venerabantur in carne venturum, eique ſeipſos & omnia ſua debere fatebantur: Qua eadem ratione, primitias omnium terū ſuarum perſolvebant. Noſtri autem hodie accipiunt decimas: Verùm quo jure? non ſanè cæremoniali, ſed jure morali. Par ſi quidem eſt, ut miniſter à populo alatur. Dignus eſt enim operarius mercede ſua: & qui Evangelio inſervit, ęquum eſt ut de illo vivat. Proinde ſtipendia miniſtris, ſive perſolvantur ex agris, ſi- H ve ex ædibus, ſive pecunia numerata, ſive in decimis, nihil refert: modò non ſordidè, ſed honeſtè ſuſtententur. Retinent quidem alicubi mercedes iſtæ vetus nomen decimarum. In multis autem locis, non appellantur decimæ, ſed ſtipendia, vel ſalaria. Et ſanè potius revera ſunt mercedes, quæ laboribus miniſtrorum debentur, quàm decimæ.

De decimis.

Heb. 7. 5. &c.

Sacerdotiū tā Leviticū quā Melchiſedechi referebat Chriſtum.

Heb. 9. 7.
Heb. 7. 3.

Chriſtus magis referebatur in ſacerdotio Melchiſedechi, quàm in Levitico.

Heb. 7. &c.

Decimæ hodie non ſunt amplius cæremonię, ſed potius mercedes & ſtipendia.

Matt. 10. 10.

19 Et quod ad propoſitum argumentum attinet, ſciendum eſt, mercedes & ſtipendia hujuſmodi, res eſſe medias: quoniam interdum ſolvuntur inferio- I ribus, interdum ſuperioribus. Nam tributa, quæ Regibus & Principibus dantur, ſtipendia eorum ſunt, quæ illi damus: partim ut nos illis fateamur eſſe ſubjectos,

Stipendia ſolvuntur & ſuperioribus & inferioribus.

jectos, & denique habeant unde Rempublicam & A nos tueri poſſint. Nonnunquam verò, & inferiores accipiunt ſtipendia: Principes enim ea ſolvunt militibus: nec milites tamen propterea dicemus, Regibus & Principibus eſſe majores. Iſta tamen à me dici non putentur, ut minuam Eccleſiaſtici miniſterij dignitatem: ſed ut intelligatur, iſtorum argumenta ficulnea eſſe. Nec tamen dubitarim affirmare, ipſam Eccleſiam quæ miniſtro perſolvit ſtipendium, illo eſſe majorem. Quare ſi loquamur de decimis ut ho- B die miniſtris dantur, non efficient, ut illi ſint iis majores, qui eas ſolvunt. Quod autem Reges & Imperatores inaugurentur & inungantur ab Epiſcopis, quod ab illis coronam & gladium accipiant, nihil eorum cauſam adjuvat: Nam ſi de Civili poteſtate loquamur, ea non ab Epiſcopo, ſed à Deo traditur. Verùm id ibi agitur, ut poſtquam Imperator aut Rex, à Deo eo modo quo congruit delectus fuerit, in Eccleſiæ conventu preces pro eo fiant: ut Deus cor ejus confirmet atque corroboret, ut illi pietatem C augeat, & ſui nominis timorem inſtillet, ſecundet ejus conſilia, & actiones ita fortunet, ut Eccleſiæ ac Reipublicæ utiles evadant: Epiſcopus verò, dum hæc aguntur, os eſt Eccleſiæ, ac verbo precum illi præit. Vnctio autem, ducta eſt à veteri cæremonia & conſuetudine Iudæorum. Regem verò non ab Epiſcopo, ſed à Deo poteſtatem accipere, illorum etiam decreta confitentur. Diſt. 96. c. Si Imperator, inquit Gelaſius, Imperatorem privilegia ſuæ poteſtatis divinitùs D habere. Quid ergo ſibi arrogat Bonifacius? Id ſcilicet, quod totius eſt Dei. Nam ut Paulus ait, Omnis poteſtas eſt à Deo. In C. de jure veteri enucleando, l. 1. Iuſtinianus prædicat ſuam poteſtatem ſibi traditam eſſe à divina Majeſtate. Et Gloſſ. in Extravag. de Majoritate & obedientia, cap. Vnam ſanctam, circa finem ait, Poteſtatem Regibus à ſolo Deo tradi, & idcirco eos coronam quidem accipere ab Epiſcopo, gladium verò ab altari.

Eccleſia quę ſolvit ſtipendium miniſtris, eſt eo major.

Quare in Eccleſia Reges inaugurentur?

Principibus traditur poteſtas à Deo, non ab Epiſcopis.

Rom. 13. 1.

20 Sed excutiamus propius Bonifacij argumentum. Ego inquit, Imperatoribus poteſtatem trado, E ergo ſum major Imperatoribus. Reſpondeat hic mihi beatiſſimus Thraſo, cùm electus fuit Papa, quis eum conſecravit? Certè Epiſcopus Hoſtienſis. Concludamus ergo, Epiſcopum Hoſtienſem majorem eſſe Papa. Quod ſi non ſequitur, Bonifacij quoque argumentum eſt elumbe, quod (ut jam oſtendi) ruinoſo nititur fundamento. Non enim ſunt Epiſcopi, qui dent poteſtatem Regibus. Præterea nónne multi fuerunt Imperatores, qui nunquam fuerunt ab Epiſcopis conſecrati, nec tamen propterea minus F fuerunt Imperatores? Neque Imperatores Græci vetuſtiores, ita inungebantur. Proinde novum eſt illud inventum. Sed quid ſi ego doceo, quandoque Pontificem fuiſſe conſecratum à civili Magiſtratu? Certè Moſes conſecravit Aharonem, cùm tamen (ut dictum eſt) Moſes fuerit civilis Princeps. Fruſtra ergo Bonifacius in Conſecratione ſudat, quia nihil inde colligit. Iactabat etiam claves: Nos, inquit, ligandi & ſolvendi poteſtatem habemus. At vis clavium in eo poſita eſt, ut verè prædicetis verbum Dei. Qui G enim Evangelio credit, ſolvitur: & qui non credit, ligatur. Sed quando nec prædicatis, nec docetis: nec ſolvere poteſtis, nec ligare. Eſt præterea ſubjectio iſta ſpiritualis, nimirum fidei & obedientiæ, quam conceſſimus, non civilis, & cum imperio. Objiciebatur poſtea Ieremias, cui Dominus ait, Conſtitui te ſuper gentes, & regna, &c. Primùm hîc quæro, quos Reges Ieremias dejecerit, vel quibus imperium abrogarit, & quos novos inſtituerit? Nulli poterunt demonſtrari. Quid ergo ſibi volunt iſta verba? Conſti- H tuo te ſuper gentes & regna? Non ſanè aliud, quàm ut prædicaret ſpiritu Prophetiæ ac verbo Dei, quæ regna eſſent evertenda à Deo propter peccata, & quæ nova inſtituenda. Quare Papę non ſic exercent ſuam poteſtatem? Proponant Regibus & Principibus terræ comminationes Dei, & ſint hoc pacto ſuper gentes & regna. Potuítne Ieremias dici cauſa dejectionis regnorum? Efficiens cauſa propriè non fuit, ſed tantùm quędam occaſio. Nam cùm ille monuiſſet Regem Iuda, & is ei non crederet, erat Propheta ſua prædicatione aliqua occaſio ut damnare- I tur & dejiceretur. Ita Paulus ait, Aliis odor vitæ ſu-

Non omnes Imperatores fuerunt à Papa conſecrati.

Exod. 40. 13.

Vbi ſitæ ſint Eccleſiæ claves.

Ier. 1. 10.

Prophetę non ſunt cauſæ efficientes everſionis regnorum.

Miniſtri & Prophetæ ſunt occaſio, non juſta cauſa ruinarum.

2. Cor. 2. 15.

A mus ad vitam, aliis verò odor mortis ad mortem, cùm tamen Apoſtolus propriè neminem occideret, ſed prædicatio eius mortem quodammodo iis attulerit, qui credere noluerunt. Deus igitur eſt qui diſſipat, evertit, diſpergit & plantat: nec dedignatur interdum nos cooperarios ſuos appellare.

21 Pergit Bonifacius, Poteſtas laica judicabitur ab Eccleſiaſtica. Sed quo judicii genere? Eo certè, ut in Eccleſia proponatur ira Dei contra peccantes, & B ex divinis literis moneantur & corripiantur. Quod verò Epiſcopi expellant Reges, & regno exuant, id ubi permittuntur? unde habent? quas tabulas proferent? Illud autem eſt minimè tolerabile, quod Papam dicit à nemine poſſe dijudicari. Et tamen Ioan. 23. in Concilio Conſtantienſi dejectus eſt, nec tantùm à Deo, ſed etiam ab hominibus. Ita iſti figunt & refigunt Canones, & eoſdem quoties viſum fuerit, approbant & negligunt. Quin & Imperatores interdum Papas expulerunt & dejecerunt, quemadmo- C dum ſuperius dictum eſt. Paulus ad Galatas ait, Si Angelus de cœlo ſecus Evangelizaverit, ἀνάθεμα eſto. Si Papa (quod fieri poteſt, & jam olim factum eſt) prava dogmata inculcet, quis illum pronunciabit ἀνάθεμα? An prorſus à nemine judicabitur? Eccleſia profectò de illo ſententiam feret: & Magiſtratus, cùm ſit potiſſima pars Eccleſiæ, non tantùm unà cum illa judicabit, ſed exequetur ſententiam. Adhæc Magiſtratus eſt providere, ne opes Eccleſiæ dentur hoſtibus pietatis. Quare ſi Epiſcopi fiant hoſtes Eccle- D ſiæ, fidelis Magiſtratus pati non debet, ab eis Eccleſiæ bona diſſipari. Canoniſtæ illud frequenter habent in ore, Propter officium dari beneficium. Cùm ergo illi officium ſuum non faciant, debétne Magiſtratus ferre, ut beneficiis fruantur? Sed audiamus, unde probet Bonifacius, ſe à nemine poſſe judicari. Quoniam ſpiritualis, inquit, judicat omnia, ipſe verò à nemine judicatur. Pulchrum ſanè ac bellè accommodatum argumentum. Sed videamus de quo genere judicii Paulus eo loco ſcribat: Non utique E de forenſi, quo homines vel capite mulctantur aut pelluntur loco. Agit ibi tantùm de intelligentia rerum divinarum, & quæ ad ſalutem conducunt. Hæc, inquam, ad ſpiritualis hominis judicium propriè attinent: de ſubſelliis autem & Civilium cauſarum cognitione, Paulus ne ſomniavit quidem. Quod ex ejus verbis facilè intelligitur: Non accepimus, inquit, ſpiritum hujus mundi, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt. Quod ſi quæſieris, In quem uſum datus eſt nobis ille ſpiritus? Reſpondet, Vt cognoſcamus quæ à Deo F donata ſunt nobis. Et quia ſpiritus hujus mundi, de rebus divinis judicium facere non poteſt, ſubditur, Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei: Spiritualis judicat omnia. Quid? An cauſas etiam civiles & forenſes? Minimè vero: ſed ea judicat, quæ ad hominum ſalutem pertinent: ipſe à nemine judicatur. Profectò & Petrus & Paulus judicati ſunt à civili poteſtate, ad quam Paulus provocavit ut ibi judicaretur: & tamen ſpirituales erant. Cæterùm locus ille ſic eſt intelligendus: Spiritualis, quà talis eſt, G de divinis rebus & ſalutaribus à nemine poteſt rectè judicari, qui non ſit eodem ſpiritu præditus cum eo. Habetur ſæpe apud impios & mundanos, pro ſeditioſo, impuro, infami: at ſolus Deus & ſpiritus ejus inſpicit corda. Concludit poſtremò Bonifacius, unam Papæ ſummam eſſe poteſtatem, ne videamur cum Manichæis plura principia conſtituere. Atque adjicit, Deum in principio, non in principiis, mundum creaſſe. Nos etiam à Manichæis abhorremus, & unum principium ponimus, omniúmque poteſta- H tum unum fontem atque originem pronunciamus, nempe Deum & verbum ejus, citra quod nulla poteſtas vel Civilis vel Eccleſiaſtica eſſe poteſt. Nam utriuſque fundamentum à verbo Dei pendet, atque ita unum principium, non duo facimus. Deinde ſi Bonifacius verba Geneſeos, In principio creavit Deus, &c. urgere velit, oportebit in toto terrarum orbe unum tantum eſſe Regem. Porrò cum Paulus ait, Vnus Dominus, una fides, unum Baptiſma: non adjecit, Vnus Papa.

22 Eò ad extremum progreditur noſter Thraſo, ut I eos excludat à ſpe ſalutis, qui Papam non agnoſcunt ſummum principem & caput Eccleſiæ. Verùm cum

Papa judicari debet ab Eccleſia.

Gal. 1. 8.

Magiſtratus eſt exequi Eccleſiæ ſententiam contra Papam.

Magiſtratus poteſt auferre proventus à malis miniſtris.

1. Cor. 2. 15.

Ibid. v. 12.

Verſ. 14.

Act. 19. 10.

Petrus & Paulus judicati ſunt à civili poteſtate.

Gen. 1. 1.

Eph. 4. 5.

Digitized by Google

Schiſma trium Paparum.

A eſſent ſimul duo aut tres Papæ (quod & contigit, & ſexaginta totos annos duravit) neceſſe eſt, ut quibus placet Bonifacius, ij ſe tum fuiſſe Manichæos, & duo principia poſuiſſe fateantur. Quid præterea de Græcis, de Perſis, & de Orientalibus Chriſtianis ſentiunt, cùm illi Papam non agnoſcant: qui tamen legunt ſcripturas, in Ieſum Dominum noſtrum credunt, & Chriſtiani ſunt atque vocantur? Ii omnes à Bonifacio excluduntur à ſpe ſalutis. Hæc eſt pontificum ambitio & tyrannis inaudita. Cum verba Pauli quibus dixit, Omnis anima ſuperioribus poteſtatibus ſubjecta ſit, Pontificiis objicimus, reſpondent: Omnem animam oportere ſubjici poteſtati ſuperiori, ſed ſuæ, non alienæ: alioquin opus eſſet Gallos Hiſpano ſubjici, & Hiſpanos Germano: quod cùm ſit abſurdum, conficitur oportere quenque ſuo Magiſtratui obtemperare. Iam verò clerici Epiſcopos agnoſcunt pro ſua poteſtate, atque illis debent ſubjici: Epiſcopi vero Archiepiſcopos & Primates: illi denique Papam. Hoc pacto, inquiunt, obtemperamus poteſtati, & Paulo ſatisfacimus. Quid nobis cum Regibus aut Civili Magiſtratu? Cæterùm hoc nihil aliud eſt, quàm verbis Apoſtoli turpiſſimè abuti. Annon vident ſe Rempublicam, cujus unum corpus eſſe oportuit, in duo corpora dividere? Nam cùm regnum Clericorum à regno Laicorum dividunt, faciunt in uno regno duos populos, & utrique populo ſuum Magiſtratum præficiunt. Et eo fit, ut Clerici, qui Galli ſint, non videntur eſſe Galli: & Germani, non videntur eſſe Germani. Hoc autem non ad conjunctionem, verùm ad diſtractionem facit. Adhæc Paulus, de qua obſecro poteſtate loquitur? Non utique de Epiſcopis vel Archiepiſcopis, verùm de illa quæ gladium geſtat. Non ſine cauſa, inquit, gladium portat. De illa poteſtate loquitur, cui tributum penditur. Nam propter hoc, inquit, tributum ſolvitis. Epiſcopi verò nec gladium gerunt, nec à plebe tributa exigunt. Quare Paulus de illis non loquitur. Quòd ſi per Germaniam Epiſcopi gladium habent, & tributa colligunt ac vectigalia, id non quatenus Epiſcopi faciunt, ſed quatenus per accidens habent poteſtatem civilem adjunctam: quàm rectè ipſi viderint. Conſtat verò Paulum de Civili poteſtate loquutum eſſe, cui omnem animam juſſit obtemperare. Neque probabilis eſt Origenis interpretatio, qua Paulum dixiſſe inquit, Omnem animam, non autem, omnem ſpiritum: quoniam, inquit, homo ſpiritualis, nullis movetur affectibus, neque in mundo quicquam poſſidet: Quare poteſtati externæ minimè ſubjicitur. Quocirca Paulus jubet omnem animam, hoc eſt, omnem hominem animalem, poteſtati civili obedire. Sed quid? Chriſtus, nónne ſpiritualis erat? Quis magis? Tamen ille poteſtatem ſuperiorem agnovit, & tributum ſolvit. Quid Apoſtoli? Annon erant ſpirituales? Tamen ipſi nunquam ſe à poteſtate civili exemerunt: imò & illi paruerunt & alios docuerunt illi obedire.

Rom. 13. 1.

Papiſtæ regnum & populum lacerant.

Sup. Cl. 4. c. 2. Sect. 10.

23 Verùm audiamus quid noſtri Bonifaciani præterea reſpondeant. Aiunt ſe poteſtatem hanc non habere ordinariam, & ex jure ſuæ functionis, ſed Principum privilegiis & donationibus conceſſam. Et cur, inquiunt, non liceat nobis privilegiis ac liberalitate Principum frui? At nos hîc ſpectare oportet, non quid Principes fecerint, ſed quid facere debuerint. Deus citra controverſiam, omnem animam ſuperiori poteſtati ſubjecit. Eam legem nulli principi reſcindere licuit. Nec enim humana ratio melius videt, quid è re humani generis futurum ſit, quàm Dei providentia. Et eventus ipſe ſatis, quantum profuerit illa Principum remiſſio, declaravit. Poſtquam enim ſemel Epiſcopi & Pſeudoeccleſiaſtici ſe civili poteſtati ſubduxiſſent, ſtatim facti ſunt longè quàm unquam antè fuerant deteriores, & plebem ſibi commiſſam, nihilo fecerunt meliorem. Quare ne pergant dicere, Imperatores & Reges hæc donaverunt, audiant potius verbum Dei, quo jubentur Principibus obedire. At illi non ſolùm ſe obedientiæ erga Principes ſubduxerunt, ſed etiam ſe in immunitatem vendicarunt. Immunitas autem, eſt libertas ab honoribus gerendis, & oneribus civilibus ſuſtinendis. Inter onera vero tributa & vectigalia

An Principibus licuerit Eccleſiaſticos eximere à ſua ſubjectione?

Quid ſit immunitas? Quid tributum?

numerantur. Tributa ſunt, quæ præſtantur ex agris & prædiis. Vectigalia, quæ ſolvuntur ex mercibus, & ex iis rebus, quæ vel exportantur vel importantur. Hæc Vlpianus appellat nervos Reipublicæ, ut ſine quibus non poſſit vel conſiſtere vel adminiſtrari. Quo igitur jure ac ratione, iſti ſe commodo publico ſubduxerunt? Qua fronte libertatem Principum jactant, qua neque Chriſtus, neque Apoſtoli, neque Prophetæ uſi ſunt? Et quamvis hoc habeant (quemadmodum aiunt) Regum & Imperatorum donatione, videndum attamen eſt, ne id ſit damnoſum civibus, & ne dum ipſi levantur, alii ſupra modum onerentur. Neque tamen privilegiis & legibus Principum, ab omnibus oneribus eximuntur. A perſonalibus quidem ſunt immunes: neque id abſque magna ratione, quam etiam Principes Ethnici viderunt. In ff. de Vocatione ac excuſatione munerum. l. Prætor. Vlpianus ait, ſi nactus ſit ſacerdotium, nec poſſit ſine religione ab eo abeſſe, abſolvitur. Et Conſtantinus Imperator, in C. de Epiſcopis & Clericis. l. 1. & 2. eximit eos ab oneribus perſonalibus & ſordidis. Perſonalia ſunt, quæ induſtria animi & opera corporis perficiuntur. Sordida verò ſunt, coquere calcem, fodere arenam, cuſtodire aquæ ductum, calefacere balneum, & alia hujus generis. Ab iis oneribus meritò eximuntur, quia miniſterium in ſordidis exercitiis vileſceret. Et perſonalibus liberantur, quia cùm ſacris incumbendum ſit, ad alia non debent abduci. Hic ergo Principes rectè conceſſerunt Eccleſiaſticis, ne abeſſent à ſtudio religionis, & ne vulgò contemnerentur.

Quid vectigal.

Miniſtri Eccleſiæ ab oneribus perſonalibus eximuntur, & à ſordidis.

Quæ ſint onera perſonalia.

Sordida onera.

24 Verùm ſi quis tantummodo veſte aut habitu ſe pro miniſtro venditet, & in Eccleſia nihil agat, an hæc immunitas illi quoque concedetur? Nequaquam. Imò Iuſtinianus in C. de Epiſcopis & Clericis. l. Generaliter ſancimus, dicit, ſe de iis tantùm intelligere, qui ſacris rebus vacant, non de vagabundis & otioſis, qui tantùm ſe jactant miniſterii nomine. Deinde miniſtri nequaquam ab ordinariis oneribus ſolvuntur, quamvis eximuntur ab extraordinariis. Ordinaria ſint, quæ juſſu legum ſemper imponuntur. Extraordinaria, quæ tantùm propter aliquam præſentem neceſſitatem exiguntur, & poſtea deſinunt. Quare ſi prædia vel agros Eccleſiaſtici habeant, inſtar aliorum civium pro eis debent ſolvere. Eccleſia enim cùm accipit prædia, ea cum ſuis oneribus accipit. Ab extraordinariis verò tributis liberantur, quia olim Eccleſiaſtici pauperes erant, & ultra neceſſarium victum & cultum, nihil eis redundabat: aut ſi quid fortè ſupererat, id omne quidquid erat, in pauperes erogabatur. Nunc autem contrà fit: nam & abundant opibus, & pauperibus admodum parum largiuntur. Et tamen ſi gravis aliqua fuiſſet neceſſitas, etiam extraordinarias exactiones ſolvere cogebantur: Vt ſi munienda eſſent itineta, vel ſternendi pontes, aut naves ædificandæ, quibus exercitus tranſmitteretur, ut in C. patet, ex Imperatorum legibus. Nec certe charitas fraterna patitur, cùm alii gravantur, ut ij otio & opulentia redundantes langueant. Neque ferendum eſt, ut illis remiſſio ſit, aliis verò anguſtia.

Ordinaria onera.

Extraordinaria onera.

Cur abſoluti ſint ab extraordinariis oneribus.

Non ab omnibus extraordinariis oneribus eximuntur.

2. Cor. 9. 13.

25 Tamen Papa in ſuis Decretalibus, de Immunitate Eccleſiæ, capite, Non minus; ubi citantur verba Lateranenſis Concilii; & in capite Adverſus conſules, vult omnino Eccleſiaſticos exemptos. Et Bonifacius octavus in Sexto de Immunitate Eccleſiarum, capite Clericis, laicis non permittit, ut quicquam ſolvant: imò & Principem excommunicat, qui tributum accipit à miniſtro Eccleſiæ, & miniſtrum ipſum qui ſolvit. Hanc Legem, ut nimis acerbam, Benedictus undecimus utcunque mitigat in Extravag. de Immunitate Eccleſiæ, capite Quod olim, nihil tamen permittit Principem facere inconſulto Romano Pontifice. Nec excommunicat ille quidem Principes, tributum ab Eccleſiaſticis accipientes, ſed tantùm exigentes: Non enim patitur, ut Principes aliquid pro jure ſuo exigant. Quod tamen quandoque permittit, in ſumma ſcilicet neceſſitate, cùm pro aris & focis dimicatur, modò id primùm Epiſcopo & clero conſentiente fiat: deinde etiam Papa factum comprobante. Tamdiu ergo decernit expectandum. Ita iſti ſe à Principum & Regum eximunt obedien-

tia &

Digitized by Google

firmamenta & nervi Reipublicæ. Iſta dum cogito, commodum in mentem venit Diocletiani dictum: à quo cùm Philoſophus immunitatem peteret, Hæc petitio, inquit, cum tua profeſſione pugnat: profiteris, inquit, te velle affectus vincere, oſtendis verò te ab avaritia ſuperari. Ita iſti profitentur ſe eſſe ſpirituales: In homine autem ſpirituali, nihil magis quàm charitas requiritur, quæ non ſuadet ut immunes & ſecuri agamus, cum alij curis & oneribus crucientur. Thomas adducit locum Geneſ. ut oſtendat Sacerdotes exemptos eſſe à tributis non quidem Lege divina, ſed à principibus lata, conſentiente nihilominus lege naturæ. Pharao enim Rex Ægypti cavit, ne Sacerdotes quintam partem ſuorum fructuum pro tributo penderent, cùm ab omnibus Ægyptiis tãtum exigerentur: Vnde conficit, Sacerdotes exemptos eſſe. Hic locus diligenter conſiderandus eſt. Primùm annotemus, Ægyptios Sacerdotes victum quotidianum e fiſco Regis habuiſſe: Sportulæ dabantur eis unde viverent. Inde factum eſt, ut cùm fames ingraveſceret, omnes Ægyptij ſuos agros Regi vẽderent, quò poſſent frumentum emere ac inediam tolerare. Cùm autẽ fames illa deſiiſſet, Rex agros priſtinis poſſeſſoribus reddidit, ſed ea Lege, ut in ſingulos annos quintam partem ſibi ſolverent: de Sacerdotum verò agris, quinta non pendebatur. Nec mirum: quia illi agros ſuos Regi non vendiderant, cùm ex publico alerentur. Credendum tamen eſt, illos tantum tributi ex agris ſuis dediſſe, quantum ſolebant ante famem pendere. Nec ſane aliud ex eo loco poteſt colligi, quàm Sacerdotes oportere ali ex publico: quod autẽ quintam partem non ſolverint, id alia ex cauſa contigit, ut jam eſt demonſtratum.

Diocletiani dictum. — *Gen. 47. 22.*

26 Producunt etiam 7. c. Eſdræ, ubi Artaxerxes cavit, cùm tributum Iudæis imponeret, ne quid à Levitis exigeretur tributi nomine. Sed hoc mirandum non eſt, cùm Levitæ agros non haberent, unde tributum ſolverent. Ad eos enim tantum oblationes, & primitiæ, & decimæ pertinebant. Quam ob cauſam tributa illis remittebantur. Iulius enim Cæſar de bello Gallico ait, Druidas Gallorum ſacerdotes, non ſolviſſe tributa. Sed Plin. lib. 16. cap. 44. ſcribit Druidas non habuiſſe agros. Non tamen hæc eò pertinent, ut putem non licere Magiſtratui cum Miniſtris aliquantò remiſſius agere, atq; illis nonnihil indulgere: quia illos oportet ſemper incumbere ſacris, nec alij rei ſtudere. Quo fit ut, rem ſuam non queant augere: imò in eis perſæpe magnam jacturam faciunt. Nec habent ſua ſtipendia, niſi dum vivunt. Hoc tantùm improbo, quòd immunitationem ipſi ſibi vendicant, & realem & perſonalem, ordinaria onera & extraordinaria prorſus recuſant, idque per tyrannidem, vel contra verbi Dei authoritatem: quódque Papa non patiatur Principes tributa exigere ex Epiſcopis & Eccleſiaſticis de ſententia ſua: quodque ipſi dare nolint, ſi exigantur. Secus verbum Dei tradit, cùm dicit, Omnis anima, poteſtati ſuperiori ſubdita ſit. Et propterea, inquit, tributa ſolvitis. Nullus excipitur: nec Chriſtus quidem eximi voluit. Chryſoſtomus in eum locum Pauli, Grave, inquit, videri poteſt Chriſtianis, cùm filii Dei ſint & regno cœlorum deſtinati, ſubditos eſſe principibus hujus mundi. Sed reſpondet, dum ſumus in hac vita, noſtra dignitas abſcondita eſt. Non enim apparet quid futuri ſimus: Quare dum hic vivimus, ne grave nobis ſit aſſurgere Magiſtratui, cedere via, & ei honorem deferre. Hæc plena ſunt decoris, & à ſanctis decenter fiunt. Cùm regenerati ſimus verbo & ſpiritu: videri poſſet nobis, nihil opus eſſe Magiſtratu: Vnde Iudæi cùm populus Dei eſſent, indigniſſimè ferebant, ſibi dominari modò Babylonios, modò Perſas, modò Græcos, modò Romanos, & alias nationes à Deo alienas. Anabaptiſtę item & Libertini clamitant, indignum eſſe homine Chriſtiano, ferre ſuper ſe Magiſtratum. Clerici etiam Papiſtæ, hodie à ſe jugum illud excuſſerunt. Sed Apoſtoli, qui hoc prævidebant eventurum, ſæpius inculcaverunt, obtemperandum eſſe civili poteſtati. Cujus præcepti duplex eſt tranſgreſſio: altera, cùm homines dicunt ſe nolle obedire Magiſtratui, & contra eum arma ſeditioſe capiunt: altera, cùm illum aſtu & dolo circumveniunt, ne queat ſuũ munus adminiſtrare. Sunt enim in aulis qui Principum aures obſident, traducunt & laudant quos volunt, bonos deferunt pro malis, & malos pro bonis commendant. Ita de illorum ſentẽtia alii præficiuntur provinciis, alii removẽtur. Quare Diocletianus dicebat: Bonus, prudens, cautus Imperator, ſæpè à ſuis vẽditur. Princeps domi eſt in palatio: familiares apud eum accuſant & defendunt quos volũt. Quin apud Romanos, Patres Cõſcripti dicebãtur nonnũquam circumſcripti. Multis fraudibus curſus Iuſtitiæ impeditur. Neque multum refert, vi an dolo id fiat, quoniam utroque modo Reſpublica lęditur, & contemnitur divinum inſtitutum. Et de his hactenus.

Eſd. 7. 23. — *Druidæ non ſolvebant tributa.* — *Honeſtum eſt ut Magiſtratus cum Miniſtris aliquanto mitius agant.* — *Rom. 13. 1.* — *Anabaptiſtæ & Libertini.* — *Dupliciter peccatur in Magiſtratum.* — *Diocletiani ſententia.*

27 Nec prætereundum hoc loco, quod ſæpius dictum eſt, Magiſtratui non eſſe parendum ſi contra verbum Dei quicquam imperet: nam cùm id facit, non eſt Magiſtratus, quia (ut Paulus ait) is eſt Miniſter Dei in bonum: unde ſi contraria verbo Dei præcipiat, ea in parte non eſt ejus miniſter. At dixeris interdum gravia, moleſta, & difficilia imperantur, quæ tamen cum verbo Dei non pugnant. Quid in iis agendum eſt? Oportet parere: Iubemur enim Dominis obedire quamvis σκολιοῖς, modò nihil jubeant contra Dei mandata: quod ſi fecerint, reſpondendum eſt eis Petri ſententia, qui ait, Potius eſſe parendum Deo quàm hominibus. Nebucad-Nezar ſtatuam ſuam volebat adorari: fideles Hebræi reſponderunt, Statuam tuam, ô Rex, non adorabimus. Antiochus juſſit, mulierem Hebræam veſci carne ſuilla: ea verò maluit mori una cum ſeptem liberis, quàm ut aliquid contra legem Dei admitteret. Martyres item, cùm veteres, tum noſtrorum temporum, exquiſitiſſima ſupplicia, & mortes crudeliſſimas ſubierunt, ne in legem Dei peccarent. Euſebius Cæſarienſis tradit, Conſtantium, Conſtantini patrem, finxiſſe aliquando, ſe velle ab honoribus & Magiſtratibus omnes Chriſtianos depellere, qui perſiſterent in ſuo cultu. At illi qui vere pii fuerunt, ultrò depoſuerunt cingulum, & maluerunt cedere dignitatibus, quàm à Chriſto diſcedere. Sed illis hoc benè ceſſit, quoniam eos Imperator complexus eſt, & eos qui Chriſtum abjuraverant, retinendarum dignitatum cauſa, prorſus à ſe removit, dicendo, nec ſibi fore fidei, qui Deo fidem fregiſſent. Conſtantius poſtea Conſtantini filius, cùm eſſet Arrianus, conabatur Orthodoxos Epiſcopos, in hæreſin ſuam trahere: at illi exulare maluerunt, quàm ſceleratum inſtitutum Imperatoris amplecti. Deinde Iulianus Apoſtata, templa idolorum patefecit, & Chriſtianos ad Ethnicum ritum & cultum nitebatur adigere. Sed qui vere pii erant, Chriſti religionem, vita ſua chariorem & antiquiorem habuerunt. Quin & Achilles apud Homerum ait; Ego Atridis obtemperabo, ſed honeſta & juſta imperantibus. Et hæc non tantùm ad ſubditos, verumetiam ad medios Magiſtratus pertinent. Quid enim ſi Princeps ſuperior inferioribus Magiſtratibus jubeat, ut in ſuis civitatibus Miſſam recipiant? Certè parere non debent. Quòd ſi dixerit quiſpiam. Superior eſt poteſtas, & idcircò ei deferendum: Reſpondeo, In rebus civilibus & humanis deferant quantum oportet, ſed nihil adverſus Deum. Sed eſt recurrendum ad illud Principium, *Propter quod unumquodque eſt tale, idipſum eſt magis tale.* Idcircò, ſi propter Deum Magiſtratui paremus, multò magis ipſi Deo eſt obediendum. Quapropter magiſtratus medios, in hujuſmodi rebus, non oportet ſpectare quid ſuperior poteſtas præcipiat, ſed quid ipſe Deus mandaverit.

Rom. 13. 3. — *Act. 12. 19.* — *Dan. 3. 1. &c.* — *1. Mac. 7.* — *Conſtant. 2. Arrianus.* — *Iulianus Apoſtata.* — *De mediis poteſtatibus. Sup Claſ. 2. cap. 4. Sect. 42.*

28 Sunt nonnulli qui dicant, Priuſquam diſcedatur à Magiſtratuum obediẽtia, quoad religionem, Eccleſiæ conſenſum expectandum eſſe. Qui hæc dicunt, attendant nunquam Chriſtum ita juſſiſſe: Quiſque pro ſeipſo inſolidum aſtringitur legi Dei, ſive alii conſentiant, ſive diſſentiant. Si paterfamilias plures ſervos habeat, quos jubeat ruri opus facere, aliquot verò ex illis abſente hero velint otioſi eſſe: an debent reliqui propterea otiari, quia cæteri ad opus commune minimè conſentiunt? An Paulus cùm eſſet vocatus ad Chriſtum prædicandum, aliorum fratrum conſenſum expectavit? Non utique, ſed ut

An Eccleſiæ conſenſus expectandus ſit in reformanda religione. — *Gal. 1. 15.*

Gal.1.15. ſcribit ad Galatas, cùm placuiſſet Deo revelare mihi A
Filium ſuum, ut eum inter gentes annuntiarem, ſta-
tim non acquievi carni & ſanguini, neqùe ivi ad Apo-
ſtolos, qui erant ante me, ſed abij in Arabiam. Non
expectavit itaque conſenſum aliorum, ſed ſtatim vo-
cationi paruit. Ita & nos oportet facere: poſtquam
Deus veritatem ſuam patefacit, non eſt cunctandum.
Quando expectandus eſt conſenſus? Expectandus quidem conſenſus eſt, ſi res dubia & o-
bſcura fuerit. Noſtra verò cauſa clara & confeſſa eſt,
quam ſi volumus omittere, dum conſenſus habeatur, B
res ipſa perditur, & bonæ occaſiones corrumpuntur.
Tyberij factũ. Tyberius voluit Chriſtum referre in numerum Deo-
rum, ſed putavit adhibendum Senatus conſenſum: ve-
rùm Senatus noluit, atque ita factum eſt, ut dum con-
ſenſus expectaretur, Chriſtus in deos referri non po-
tuerit, cum Tyberius id per ſeipſum valuerit perfice-
re. Sed obſecro, dicant nobis, Quorum conſenſum
expectare volunt? Epiſcoporum? At illi (ne dubitent)
nunquam conſentient: ſunt enim jurati hoſtes verita-
tis. C

Calv.2.c.4. ſect. 41. 29 Cæterùm, ad medios Magiſtratus redeamus,
de quibus antea loquebamur. Oportet nos meminiſſe
quid filiis Deus præceperit de parentibus: Honora
Exod.20.12. patrem & matrem. Quibus utique verbis, honor &
obſervantia erga ſuperiores poteſtates præcipitur. Nã
et parentum locum habent erga inferiores Magiſtra-
tus. At videamus quidnam Chriſtus hac de re pronũ-
Mat.10.36. tiarit: Qui amat patrem, inquit, aut matrem plus quã
me, non eſt me dignus. Idem profectò de Magiſtratu,
qui eſt pater patriæ, ſentiendum eſt. Colere illum o- D
portet, non tamen ſupra Dominum: Imò ſi quid ad-
verſus eum præceperit, & odio habendus eſt & abne-
gandus. Nec licuit cuiquam ſe Chriſtianum profiteri,
& à ſuperiori Magiſtratu, in iis quæ contra verbum
Mat.6.24. Dei ſunt, nolle diſcedere. Hoc eſſet duobus dominis
velle ſervire, atque in duas partes claudicare. Si Deus
1.Reg.18.21. eſt Deus, eum lequamur: idque non ex dimidio, ſed
ex toto. Sed timendum eſt, inquiunt, ne dum poteſta-
ti ſuperiori adverſamur, periculum creemus Reipub.
Adhoc ego è diverſo reſpondeo, atque olim Atheniẽ- E
Demadis reſponſum. ſibus reſpondit Demades, Caſſander Macedo, qui A-
lexandro magno ſucceſſit, egit cum Athenienſibus,
ut Alexandrum colerent pro Deo. Illi cunctabantur:
& Caſſander, niſi morem geſſiſſent, eos bello invaſu-
rus videbatur. Quare Demades ad populum ita lo-
quutus eſt: verendum eſſe, ne dum cœlum retinerent,
amitterent terram. Ita iſtis ego reſpondeo, ſed com-
mutatis verbis: Eſſe verendum, ne dum Rempublicam
terrenam curant & defendunt nimium, cœlum amit-
tant. Quamvis enim fremat & minetur ſuperior pote- F
ſtas, in bona cauſa fortiter eſt agendum. Nobis enim
invitis omnibus Magiſtratibus, & toto orbe terrarum
reclamante, Deus ſanctè & piè colendus eſt: Et ideir-
co, ſi poteſtas illa ſuperior contra jus divinum impe-
Naboth. 1.Reg.21.3. ret, non eſt audienda. Ita ſe geſſit Naboth Ijzraelita,
vineam ſuam hereditariam noluit Achabo Regi ce-
dere. Nec aliud ſpectavit in ea re, quàm ut lex Dei ſal-
va maneret, qua cautũ erat, ut tribus & familiæ Iſrae-
liticæ, quoad poſſeſſiones, diſtinctæ manerent: Vnde
Nabotho per eam non licuit alienare ſuam hæredita- G
tem in perpetuum. Poterat attamen quiſpiam grava-
tus ære alieno, uſque ad annum jubilæi, ſuum agrum
vendere. Sed is poſt illum annum, ad poſſeſſorem pri-
ſtinum redibat. Voluit hoc pacto Deus, ut heredita-
tes Iſraeliticæ non confunderentur. Quare Naboth
avita hæreditate cedere noluit, ne lex Dei reſcindere-
tur: quem etiam Magiſtratus imitari debent, ut non
cedant locum in ſuis civitatibus vel ditionibus, Miſ-
1.Mac.1.17. 2.Mac.6.2. Iudæorum conſtantia cõtra Macedonas & Romanos. ſis impuriſſimis & idololatriæ Papiſticæ. Iudæi cùm
à Macedonibus oppreſſi tenerentur, quidvis potius H
pati volebant, quàm ut ſtatua Iovis Olympici mane-
ret in templo Dei: Et cùm iiſdem Romani impera-
rent, quantam ſeditionem ac tumultum excitarunt,
potiùs quàm ut aquilam argenteam, aut Caligulæ ſta-
tuam in loco ſacro paterentur collocari? Quin & Va-
lentinianus Imperator Arrianus (ut eſt apud Euſebiũ,
& in Epiſtolis Ambroſij) volebat Mediolani Baſili-
cam ſibi tradi, ubi cum ſuis hæreticis preces & ſacra
celebraret. Verùm Ambroſius cedere noluit, imò diu
noctúque manſit in Baſilica unà cum populo, ne Im- I
perator eam vacuam occuparet. Si Hebræi divinum
templum ſtatuis nolebant pollui, & Ambroſius Ec-
cleſiam ab hæreticis contaminari non patiebatur,
cur fideles Magiſtratus templa ſua permittant idolo-
latriæ, & impuro cultui Papiſtarum?

30 Dicunt hæc ad ſe nihil pertinere, nec illa
templa eſſe in ſua poteſtate. Quid ergo? Si homici-
dium in illis templis committeretur, aut ibi aliqui
conſpirarent adverſus Rempublicam, an homicidas
& conjuratos ibi relinquerent impunitos? Num hæc
ſcelera dicerent ad ſe nihil pertinere? An prudentes
& ſcientes ita ferrent? Non arbitror, ſi ſaperent, & ſi
Reipublicæ conſultum vellent. Si quis illis objiceret,
hoc templum non eſt veſtrum, nec veſtra refert quid
ibi agatur: Imò dicerent, quando eſt in noſtra civita-
te, eo ipſo ſatis ad nos pertinet. Iam verò ſcelera lon- Idololatria
gè graviora, quàm homicidia & conjurationes ibi ſcelus majus
committuntur, idololatria inquam, ſacrilegium, & adulterio.
blaſphemia: Et iſte Magiſtratus, qui vult dici Chri-
ſtianus, ſua intereſſe non putat? Atqui ſuperior pote-
ſtas, inquiunt, fieri hæc imperavit. Ad hoc jam antea
multis reſpondimus. Nunc addatur, ſi eadem
poteſtas civitatem perdere, aut privilegia eripere,
aut minuere conaretur, id nunquam ferrent, ad
arma potiùs conclamarent: hæc autem quæ multò
graviora & acerbiora ſunt, palàm in luce fiunt &
feruntur. Et quod longè graviſſimum eſt ibi ferun-
tur, ubi à multis annis Evangelium Chriſti rece-
ptum eſt.

31 Nunc ſupereſt, quoniam ſæpe Magiſtratus ex- Vide in 1.Sa.
cuſat, dicendo cauſas Eccleſiaſticas ad ſe nõ pertine- 28.3.
re, ut id falſum eſſe oſtendatur. Quamvis ut ex iis,
quæ jam dixi, perſpicuè ſatis habetur, attamen hæc,
ad majorem perſpicuitatem, vitia ſunt adjicienda.
Primùm aio, Magiſtratum eſſe divinæ Legis cuſto-
dem, quæ non tantùm poſteriorem tabulam, ſed et-
iam priorem continet. Quare Magiſtratus, tam eſt
curator unius, quã alterius. Addo etiam quod Augu-
ſtinus ait, non tantùm homines privatos, verumet-
iam Reges oportere ſervire Domino. Nam in Pſal- Pſ.102.18.
mo habetur, In conveniendo populos in unum, &
Reges, ut ſerviant Domino. Et alibi; Et nunc Reges Pſal.2.10.
intelligite, erudimini qui judicatis terram: Servite Quomodo Reges Domino peculiariter ſerviant.
Domino in timore, &c. Privatus homo, inquit Au-
guſtinus, Domino ſervit, ſi confiteatur nomen ejus,
& rectè vivat. Hoc autem non eſt ſatis Regi & Magi-
ſtratui. Nam is authoritate ac poteſtate ſua, ita de-
bet ſervire Domino, ut puniat eos, qui adverſantur:
quod niſi faciat, videtur aſſentiri blaſphemis & hæ-
reticis. Rex enim cùm iſtos videt & patitur, perin-
de facit, ut ſi ſe illis adjungeret, & eorum flagitiis
faveret. Nebucad-Nezar, quamprimùm Deum no-
vit, edictum propoſuit, capitale fore, ſi quis blaſphe- Dan.3.29. & 6.
miam dixiſſet in Deum Danielis. Conſimile decre- 25.
tum poſtea Darius fecit. Quare noſtri quoque Ma-
giſtratus, omnes idololatrias, blaſphemias & ſuper-
ſtitiones, cùm eas deprehenderint, omninò tollere Vide in Ethic.
deberent. Ethnici principes, nunquam putarunt à Ariſt.lib.1.ca.
ſua poteſtate alienam religionis curam. Socrates cur 9.
Athenis damnatus eſt? Non quæro nunc, quàm ſan- Ethnici principes, religionem curabãt.
ctè aut juſtè (ut enim ab omnibus propemodum
creditur, Anitus & Melitus adverſus eum mentiti Socratesq; à Magiſtratu prophano religionis damnatus eſt.
ſunt) hoc dico, non alia cauſa quàm religionis, dam-
natum fuiſſe, quaſi nova Numina doceret, & juven-
tutem à veteri & recepto cultu deorum abduceret,
& à Magiſtratu prophano damnatus eſt. Quare pu-
tabant Athenienſes, religionis obſervantiam & cu- Lev.24.14.
rã, ad ſuum Magiſtratum pertinere. Lex Dei ſtatuit,
blaſphemum occidi: non opinor à privato quovis
homine, vel à ſacerdotibus, ſed à Magiſtratu. Ethnici
quoque Imperatores, primis illis temporibus, non
alia de cauſa ſævierunt in Chriſtianos, niſi quia pu-
tabant negotium religionis ad ſuum tribunal perti-
nere. Et ſanè, quod attinet ad hanc ſententiam, non
fallebantur. Nemo enim, ut Chryſoſtomus inquit,
vel Apoſtolus, vel propheta, populum reprehendit
Iudæum vel Ethnicos, quòd religionis curam ſuſci-
perent: ſed in ipſa cogitatione de religione falleban-
tur, quia ſuam, ut veram defendebant, Chriſtianã ve-
rò ut impiam & blaſphemam damnabant. Laudantur
& Conſtantinus, & Theodoſius, & alii permulti ſan-
cti Principes, quòd idola ſuſtulerint, & eorũ templa
vel clauſerint, vel everterint. At illi non hæc fecerũt,
niſi quia exiſtimarunt religionis curã ad ſe pertinere:
alioquin

Digitized by Google

alioquin fuiſſent πολυπράγμονες, & falcem in alienam meſſem poſuiſſent. Id ægerrimè tulerunt, & graviter queſti ſunt Donatiſtæ, Auguſtini tempore, quòd Epiſcopi Catholici à civili Magiſtratu auxilium contra ſe peterent. Sed Auguſtinus eos confutavit iiſdem argumentis, quæ paulò ſuperius retuli: & præterea id adjecit, Cur vos Cæcilianum Carthaginenſem Epiſcopum apud Cõſtantinum accuſaſtis, ſi nefas eſt Imperatorem de religione pronunciare?

Conſtantinus cauſam cognovit.

32 Colligitur adhæc ex iis, quæ idem pater contra Petilianum ſcripſit, & contra Parmenianum, nec non in compluribus Epiſtolis, Donatiſtas accuſaſſe Cæcilianum, ut dictum eſt, apud Conſtantinum Imperatorem, qui cauſam primum remiſit ad Melchiadem Epiſcopum Romanum. Apud quem victi, rurſus ad Imperatorem provocarunt, nec ille provocationem eorum à ſe rejecit, ſed negotium Arelatenſi Epiſcopo commiſit, à quo denuo ſunt condemnati. Nec ibi quieverunt, ſed ad Imperatorem iterum provocaverunt, qui eos audivit, cauſam cognovit, illos damnavit, & ſententiâ ſua Cæcilianum abſolvit. Vbi nunc ſunt, qui toties & tam impudenter clamãt, à Papa nullam eſſe provocationem, & cauſam religionis, ad magiſtratum civilem non ſpectare? Penes quos olim jus fuit indicendi concilia? Nónne penes Imperatores? Concilium Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe, convocarunt Imperatores. Leo primus ejus nominis, rogabat Imperatorem, ut Concilium indiceret in Italia, quod Græcos de errore Eutychetis haberet ſuſpectos, nec tamen id impetrare potuit: & Chalcedonem Epiſcopi ſunt convocati, ubi etiam Imperator interfuit, quẽadmodum Conſtantinus Niceno Concilio. Nec arbitror aderant, ut ibi ſederent otioſi, & nihil agerent: Imò vero ut Epiſcopis, quod eſſet agendum proponerent, & ad rectè definiendum urgerent. Theodoretus refert, Conſtantinum Patres monuiſſe, ut omnia ex literis Evangelicis, Apoſtolicis, Propheticis, ac θεοπνεύστοις Scripturis decernerent. Iuſtinianus etiam in C. multas Eccleſiaſticas leges conſcripſit de Epiſcopis & Presbyteris, & aliis hujuſmodi. Quin & ipſe Auguſtinus docuit, Magiſtratum eadem ratione, qua punit adulteros, idololatras ac hæreticos debere coercere, cùm ii animo ſcortentur adverſus Deum, quod multo gravius eſt quàm corpore mœchari. Et quo jure plectuntur homicidæ, idololatras quoq; ac hæreticos eſſe puniendos, cùm ab illis non corpora, ſed animę trucidentur: licet vulgus tantùm contra homicidas incitetur, quod ſanguinem corporum interfectorum cernat, mortem vero animorum non videat. Eſt ſane utile, ut Magiſtratus curam hanc ſuſcipiat, & authoritate ſua homines cogat ad conciones ſacras venire, atque verbum Dei audire: ita enim fit, ut frequenter audiendo, placere incipiant, quæ antea diſplicebant. Vt hiſtorię docent, Deus pios Principes, quibus iſta curæ fuerunt, ſæpè clariſſimis victoriis illuſtravit.

Ab Imperatoribus indicabantur Concilia.

Idololatria ſcelus gravius ſcortatione.

Deus fortunavit Principes, quibus religio curæ fuit.

33 Adhæc negari non poteſt, officium eſſe Magiſtratus, tueri eas civitates & Reſpublicas, quibus pręficiuntur, & providere ne quid detrimenti capiãt. Cùm itaque idololatria cauſa ſit captivitatis, peſtis, famis & everſionis Rerumpublicarum: quare non erit Magiſtratus eam reprimere, & veram ſanamque religionẽ conſervare? Poſtremò, docet Paulus patres inſtituere ſuos liberos in diſciplina & timore Dei: bonus vero Magiſtratus eſt pater patriæ: quare ad Apoſtolicum modum curare debet, ut ſubditi, tanquam communes liberi, erudiantur. At Reges & Principes, qui dicunt hæc ad ſe non pertinere, interea Epiſcopatus, Abbatias, & ſacerdotia conferunt, donant, vendunt quibus viſum fuerit, nec id ab officio ſuo alienum putant: unam religionem arbitrantur non eſſe ſuæ cognitionis, & negligunt providere, ut illi, quos ad ampliſſimas dignitates promovent officio ſuo rectè fungantur. Quare illis tantum reſtat, ut Deus ipſe tandem iſta cognoſcat, & eorum negligentiam vindicta graviſſima ulciſcatur.

CAPUT XIV.

De Magiſtratuum officiis, præſertim in iudiciis exercendis.

PRincipes, utplurimum in otio, quaſi defuncti laboribus, ſeſe ad venationes & ad libidines conferunt. Ita enim Alexander, profligato Dario, enervatus eſt luxu. Longè autem aliter ſe geſſit David. Non enim ſatis putavit eſſe fudiſſe hoſtem: Inteſtina etiam mala & injurias domeſticas, ratus ad ſuum officium pertinere. Res enim publica, ſicuti humanum corpus, non tantùm externis incommodis, ſed etiam ſæpe interioribus malis, tanquam noxiis quibuſdam humoribus, corrumpitur. Imò, ille debet eſſe finis belli, ut pax inter cives & diſciplina domeſtica conſtituatur. Itaque Iuſtinianus, in præfatione in Inſtitutione Iuris Civilis, Imperatoriam, inquit majeſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus armatam eſſe oportet: ut utrunque tempus cùm bellorum tum pacis, rectè poſſit gubernari: & Princeps Romanus, non ſolùm victor exiſtat de hoſtibus, in prælijs, ſed etiam per tramites rectos, & calumniarum nequitias expellat: & fiat tam juris religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus triumphator magnificus. Eſt autem jus, non hominum opinio, ut quidam ſtultè putaverunt, ſed præceptio ſempiterna, à natura duce profecta & lege. Quod autem hic de natura dicitur, id nos multò verius, de Deo ipſo intelligimus, authore naturæ. Quod enim Deus dictavit, id nobis jus eſſe debet. Illud autem jus, homines ſæpe intelligunt lumine aliquo naturæ, utque Cicero dicit, longo uſu negotiorum & rerum publicarum adminiſtratione. Res enim ita à viris prudentibus animadverſæ, literis conſignatæ, generibus illuſtratæ, partibus diſtributæ, fient poſtriduo ars quædam, aut rectè nonnulla artis ſimilitudo. Vlpianus in ff. in tit. De jure & legibus, ait jus dictum eſſe à juſtitia. Sed nulla iſta facio: hoc certum eſt, Illud prius eſſe quod dictat aliquid, proximum autem eſſe quod dictatum exequitur atque efficit. Illud Ariſtoteles appellat ἐπίταγμα, καὶ ἐπιταγματικὴ. Deinde ſequitur habitus quidam & proclivitas faciendi, quicquid dicetur. Idem etiam ex eo probari poteſt, quòd in omnibus artibus prius eſt objectum, quàm ſcientia. Numerus enim, prior eſt quàm Arithmetica: & cantus prior quàm muſica: & omnino omne ſcibile, prius eſt ſcientia. Ius ergo antecedit juſtitiam. Nam δικαιοσύνη, eſt quaſi δίχα σύνεσις. Scio eſſe quoſdam, qui defendant Vlpianum, dicúntque illum non conſideraſſe naturam ipſam rerum in ſeſe, ſed ita ut educitur & erumpit in actum: ſed quicquid eſt, non eſt tanti. Inprimis curare debet Princeps, ut jus reddat, idque animo bono & juſte reddat. Non enim ſatis eſt aliquid boni fieri, niſi aliud benè etiam fiat. Id autem qui faciunt. Vlpianus ait, appellari poſſe Sacerdotes. Sunt enim Sacerdotes & antiſtites legum. Leges autem ſunt res ſacræ, ut habetur in Cod. de legibus, l. Leges: pronuntiare igitur ſententiam & jus dicere, ſacra res eſt. Hoc autem eſt ita Dominari ut juves populum. Solomon in Proverbiis, Iuſtitia inquit, ſolium regis ſtabiliet in æternum. Contrà tyranni propter iniquitatem facile auferentur. Facere autem juſtitiam multiplex eſt, & multas habet partes. Oportet enim & patienter audire, & prudenter agnoſcere, & rectam ſententiam pronuntiare, & judicatum fortiter exequi. Multi enim ſæpe rectè pronuntiant, ſed propter ignaviam ſententiam tantùm habent in chartis. Videndum eſt ut ſontes puniantur, ut diſciplina conſtituatur, ut bonæ leges vigeant, ut boni mores conſervari poſſint. Hæc virtus longe utiliſſima eſt, non tantùm in pace, ſed etiam in bello. In primis autem iſta præſtare debet princeps ipſe. Eſſe enim princeps debet quodammodo jus quoddam animatum. Contrà autem impie faciunt, qui putant, cognitionem cauſarum nihil ad ſuum officium pertinere. Hujuſmodi fuit Antonius Caracalla, qui nunquam voluit ius dicere: & Adriano, quum ſeſe excuſaret, quod non eſſet otium, muliercula ſubjecit, Noli ergo imperare.

In 2. Sam. 8. 15. Otium Principi fugiendum.

Simile.

Ius quid & unde.

In artibus objectum eſt arte prius.

Prov. 16. 12.

2 Sed dices, licétne regibus ſtatuere de religione? Certe licuit Sauli Pythonas & Ariolos exterminare, Deus enim juſſerat auferri. Qui autem dicunt, principes, ut appellant, profanos, non oportere iſta attingere, peſſimè conſulunt ſaluti Eccleſiæ. Quid enim ſi paſtor efficiatur lupus? quis eum tollet niſi magiſtratus? Aut ſi Epiſcopi, ut fit, non præſint ex dignitate Eccleſiæ, nec ex verbo Dei quis eos coercebit? Sed Oſias rex, inquiunt, cùm voluiſſet ſacrificare, percuſſus eſt leprâ. Et Oza, cùm attigiſſet arc

In 2. Sam. 8. 15. Magiſtratui religionis curam incumbere.

2. Chro. 26. 16.

Digitized by Google

2.Sam.6.7.
labentem ex curru, affectus eſt morte. Quare principes, inquiunt, non debent iſtis rebus ſe immiſcere. Quid ergo facient? fingunt in Eccleſia duo eſſe luminaria, & Papam quidem cum Epiſcopis eſſe luminare maius, Imperatorem autem & reges & magiſtratus eſſe luminare minus: illos oportere curare, hoc eſt perdere corpora, ſe verò animas. Ita volunt, principes tantùm eſſe paſtores quoſdam armẽtarios, ut ſaginent corpora. At ne Philoſophi quidem ita abſurdè ſentiunt: Nam Ariſtoteles in Politicis, ait, magiſtratus officium eſſe, ut curet, ut populus benè & ex virtute vivat. Nulla autem major eſt virtus quã religio,
Deut.17.18.
& Deus in Deuteron. jubet ut princeps deſcribat ſibi legem, non tantùm ut eam ipſe ſervet, ſed etiam ut ad ſervandum cogat alios. Lex autem continet non tantùm politica, ſed etiam ceremonias & cultum Dei, & cùm lex diſtributa ſit in duas tabulas, utraque commiſſa eſt poteſtati magiſtratus. Adhæc Paulus ait, magiſtratum obtinere vices & locum
Rom.13.1.
Dei, Omnémque animam, ſuperiori poteſtati oportere eſſe ſubjectam. Quo loco Chryſoſtomus ait, nec Epiſcopos, nec Evangeliſtas, nec Apoſtolos eſſe excluſos. Et Auguſtinus contra Donatiſtas: bene verò ſe res haberet (inquit) ſi magiſtratus adulteria punire poſſet: animorum autem ſcortationes non poſſet: & addit reges oportere ſervire Deo, non tantùm ut ipſi piè & modeſtè vivant, ſed etiam ut ad pietatem inducant alios, & defendant cultum Dei. In omnibus artibus, ut ait Ariſtoteles, eſt quædam ratio ἀρχιτεκτονική. Exempli cauſa, ars equeſtris imperat illi arti, quæ ephippia & frenos conficit. Ars etiàm nautica, illi arti præeſt, quæ curat remos & carbaſa. Quare, cùm prima & ſumma ars ſit Magiſtratus, imperare debet omnibus Reipublicæ partibus. Non exercet quidem ipſe eas artes, ſed videre tamẽ debet, ne quis eas corrumpat & adulteret. Si medicus non curet ad præſcriptum Galeni aut Hippocratis, aut ſi pharmacopola merces ſuas corruptas & vitiatas vendat, Magiſtratus debet utrumque coërcere. Et ſi hoc poteſt in aliis artibus, non video cur idem in religione non poſſit. Ita Ezechias, Ioſias, David, Salomon, Conſtantinus & Carolus rectè judicabant, religionem ad ſuam curam pertinere. Ozias percuſſus eſt & meritò: Deus enim illum regem eſſe voluit, non ſacerdotem: ille tamen contra præſcriptum Dei, omnino voluit ſacrificare. At ſi ſacerdotum aliquem coarguiſſet, aut in ordinem redegiſſet, nihil illi, ea cauſa, mali contigiſſet. Oza affectus eſt morte, nimirum quòd temerè in arcam manum injeciſſet. Levitas oportuit in humeris geſtare arcam, at illi eam conjecerant in currum: hic cùm currus vacillaret, cùm injeciſſet manum, ea demum de cauſa dedit pœnas.

Quod ſit munus Principum in promovenda pietate, vide Epiſt.21.& 36.

In 1.Reg.20. v.31.
Clementia decet Principes.
3 Porro pulchra ſanè laus eſt & digna Principibus, clementia. Quod & ipſi animadvertentes, in ſuis titulis, primo ferme loco clementiam deſcribunt, & à ſubditis clementiſſimi ſervari volunt. Tribus autem rationibus adduci debent, ut ſint clemẽtes.
1
Primùm quòd vices Dei gerunt in terris, & idcirco illum præ ceteris imitari debẽt. Proprium verò Deo eſt, parcere
2
& miſereri. Deinde homines regunt & tractant, non feras & bruta. Quocirca oportet, ut cum illis huma-
3
Prov.20.28.
niter agant. Poſtremò, clementer agendo, conciliant ſibi benevolentiam. Vnde Salomon 20.c.Prov. dicebat thronum Regis corroborari clementia. Et Cicero cùm laudaret vel adularetur Cæſari, dicebat: Ejus fortitudinem, militares artes, victorias & triumphos, eſſe illi communes cum cæteris militibus: ipſam ejus clementiam & bonitatem integram & ſolidam ad ipſum pertinere. Proinde laudabilis eſt clementia,
Clementia in tempore & loco adhibenda.
Inf.Sect.26.
verum non ſemper adhibenda: nam eſt tempus quod ſeveritatem expetat. Eſt clementia, quidam animi affectus, quo proni ſumus ad ignoſcendum, & ab ultione deflectimus. Is autem, ſi non adverſetur juſtitiæ, non violet jus & leges, nec pariat confuſionem rerum humanarum, eſt materia virtutis. Sin verò ea inducat, quæ commemoravi, jam ibi non eſt virtus, ſed in vitium degenerat, abitque in ſegnitiem, negli-
1.Reg.20.32.
gentiam & mollitiem. Ita peccat Achabus, qui vult Deo eſſe clementior. Sic etiam peccavit Saul qui
1.Sam.15.9
pepercit Agago regi Amalechitarum, contra quàm ipſi præſcripſerat Verbum Dei. Eſt itaque clementia hæc iſtorum, non virtus, ſed vitium, cùm ſecum non habeat conjunctam juſtitiam. David etiam laboravit nonnunquam hoc vitio, cùm erga Abſalomum filium ſuum & Amnonem nimium fuerit remiſſus.

An liceat Magiſtratibus, reos impunitos dimittere.

In 1.Reg.20. ad finem.
Amos 1.& 2.
Pſal.137.8
Prophetas officij ſui functione, offendere Magiſtratus.
4 Ex Scripturis hæc theſis liquidò colligitur, non eſſe Magiſtratui dimittendos immunes, quos Deus puniendos tradiderit. Sed objiciat quiſpiam, à Propheta Dei Amos, graviter taxari Moabitas, & Ammonitas, & Ædumæos, qui malè vexaverint & prodiderint Hebræos, qui ad eos confugerant, cum à Chaldæis vaſtarentur: cùm tamen à Deo fuiſſent in illam calamitatem injecti. Quin & ipſi Chaldæi ſunt à Prophetis reprehenſi, quòd malè adverſus Iudæos egerint. Reſpondeo, Iudæos non fuiſſe traditos puniẽdos Moabitis, Ammonitis, & Ædumæis, ſed Chaldæis, ut Prophetæ vaticinati fuerunt. Quare cùm Deus nil iſtis populis de Iudæorum exitio per illos exequendo patefecerit, jure ſunt reprehenſi, & damnati crudelitatis. Nam cùm eſſent illis vicini, & alioqui genere cognati, non præſtiterunt eis humanitatem & hoſpitium in ea calamitate, quemadmodum conveniebat. Chaldæi verò idcirco reprehenduntur, quòd modum exceſſerunt contra victos: neque ſævierunt in Hebræos, ut voluntati divinæ ſatisfacerent, ſed ut ſuam ambitionem & odium explerent. Sed quid Auguſtino faciemus, qui reos ac damnatos volebat ſibi tradi ac donari à præſidibus Aphricæ, modò promiſſionem emẽdationis ac pœnitentiæ interponerent? Aiebat enim id eſſe officii ſui, & niſi quod petebat obtinuiſſet, offendebatur: & querebatur, quòd auferre non potuiſſet à publicis poteſtatibus, quod ad ſuum officium attineret. Macedonius qui reum ei donaverat, ſcripſit ad illum, ſe mirari, quomodo ad Epiſcoporum officium hoc pertineret, & ſuas adducit rationes, quare non ita videretur. Cùm itaque ſint utrinque argumenta, viſum eſt ea recenſere: deinde ſtatuere, quid ſit de quæſtione definiendum. Huc verò pertinet hæc tractatio, quòd rei traditi ſint à Deo Magiſtratibus, ut eos iuxta leges puniant: ideò non videtur poſitum in manu eorum, ut eos impunè dimittant. Auguſtinus ſecus docebat.

5 Libet autem priori loco ejus afferre argumenta: Primum eſt, cùm accedat pœnitentia, & promiſ- 1
ſio emendationis, peccata redduntur (ut ipſe ſcribit)
Rationes Auguſtini, ſontes dimittendos.
veniabiliora: unde nonnihil remitti debet de ſeveritate pœnæ. Secundò, Magiſtratus in puniendo nil 2
aliud quærere debet, quàm emendationem ſeu correctionem ſcelerum. Hæc autem optima eſt ratio emendandi, ut qui reus eſt, pœnitentiam agat, & meliorem vitam inſtituat. Tertiò, Poſt hanc vitam, non 3
eſt locus emendationis & correctionis, & periculum eſt, ne ſi ſtatim afficiantur extremo ſupplicio, ne incidant in æternas pœnas, quæ nunquam ſint finiendæ: ideò illis concedenda eſt vita, ut eos pœniteat & emendentur. Quartò, Principes decet imitari Deum. 4
Is autem impios non perdit, ſed Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: Eoſq; perfert, & fovet amplisſimis huius mundi beneficiis, cum tamen optimè norit, & qui ſint, & qui futuri ſint. Vnde Principes multo magis reis debent ignoſcere, cùm eos lateat, quinam tandem illi ſint evaſuri. Confirmat ſuam rationem ex loco ad Romanos, quo dicitur: An ignoras, quòd bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Nos, inquit, Deum imitamur, quando nolumus reos perdi, ſed ad pœnitentiam ſervari: Principes quoq; id æmulari deberent. Deus non uſque adeò multos in hoc ſeculo plectit: aliquos tamen interdum ſupplicio afficit, ne videatur mundi curam abjeciſſe. At permultos impunes abire ſinit, ut nobis perſuadeamus, judicium univerſale tandem aliquando futurum, quo obſtinatos & obfirmatos in peccatis, ut merentur, plectet: pollicentes autem pœnitentiam & emendationem Eccleſiæ donet. Quintò, Mandavit 5
Pater cœleſtis, ut inimicos diligamus: Damnati autem capitis ob ſua maleficia, inimici ſunt humani generis, quare juxta Dei verbum, illos benevolentia debemus proſequi. Nil autem illis poſſumus velle melius quàm ſalutem, hoc eſt, pœnitentiam emen-

Matt.5.45
Rom.2.4
Matt.5.44.

6 emendationem,& æternam felicitatem.Sextò,In Ec A
cleſia non ſtatim ad ſacram Cœnam admittentur:ex-
plorabitur prius pœnitentiâ illa publica eorum ani-
mus, fundent in ſacro cœtu lachrymas, implorabunt
Eccleſiæ fidem & preces,jejunabunt,habitu incedent
lugubri,ac ſeſe piis operibus exercebunt:porrò quid
aliud eſt, quàm ſeipſos juſto ſupplicio afficere? Non
itaque apud nos,ii quos dimiſeritis,abibunt impuni-
7 ti.Septimò, Quod petimus eſt vobis facile, non ſolùm
poſſibile: quoniam poteſtatem vitæ ac necis in eos B
habetis, pro quibus intercedimus:unde illos cùm do-
natis Eccleſiæ, ab officio veſtro non diſceditis: non
enim id agitis, quod functionem vobis commiſſam
8 excedat.Octavò, Præterea quod à vobis poſcimus,e
re veſtra eſſe nolim vos dubitare, vobis enim quem-
admodum cæteris Chriſtianis,miſericordiâ opus eſt,
niſi putetis vos omnino peccatis vacare:dimittite i-
gitur illos nobis,ut & vobis à Deo culpa remittatur.
9 Nono, Chriſti exemplum convenit ut ſequamini:
Joan.8.11. Adulteram ille capitis ream abſolvit, non condem- C
navit, ad emendationem tantummodo illam eſt ad-
10 hortatus,dicens, Vade, noli amplius peccare. Deci-
Mat.1.19. mò, Ioſephi ſponſi beatæ Virginis factum poſthæc
attendite:Is alioqui juſtus,miſericordia ſic eſt emol-
litus erga ſponſam,ut licet illam agnoſceret eſſe gra-
vidam, noluerit attamen illam opprobrio afficere,
vel,accuſando adulterij, extremo ſupplicio expone-
11 re.Vndecimò,Habeatis præterea humanæ infirmita-
tis rationem, quæ tanta eſt, vt penitius conſiderata,
queat non modo accuſatoris dolorem, ſed etiam ri- D
12 gorem judicantis frangere.Duodecimò,item civiles
homines,qui probi viri haberi vultis, paſſim jactatis
quaſi notam ingenuitatis & candoris, vos malle in
foro defendere quàm accuſare:ideò non debetis no-
bis offendi, ſi reorum ſalutem quærimus. Quamvis
inter defenſionem & interceſſionem multum inte-
reſt:Nam qui defendit,quod vitio reis datur, factum
rectè contendit, quod nos minimè facimus:latrones
enim & homicidas, aliósque facinoroſos, non rele-
vamus nec excuſamus: ſed cum peccaſſe illos fatea- E
13 mur,pro illorum ſalute intercedimus.Decimotertiò,
Deinde mos eſt urbanorum hominum, ut ſi turbas
videant ortas in aliena domo, quòd pater de filio,aut
vir de uxore pœnas velit ſumere, ſe interponant, ut-
que res mitigetur,intercedant. Quódque ipſi in do-
mo ſuâ punirent, intercedunt, ne in aliena familia
14 puniatur.Decimoquartò,Quin ipſi vos Romani po-
puli præfecti nonnunquam in ſynodis Eccleſiaſticis,
pro aliquib' presbyteris interceditis, ne acerbius,&
ad ſeveritatem canonum Eccleſiæ tractentur. Quòd F
igitur vobis erga Eccleſiam permittitis, nobis vicis-
ſim concedite, ut exerceamus ad veſtra tribunalia &
15 ad veſtros gladios. Decimoquintò,nos dum hoc ge-
nus obſequij à veſtra poteſtate petimus, id potiſſi-
mùm ſpectamus, ut miniſterio Eccleſiæ & verbo ve-
ritatis quod prædicamus amorem benevolentiam-
que populi conciliemus. Nam cernentes verbi Dei
miniſtros, & Eccleſiæ paſtores, tam cupidos & ſi-
tientes vel ſceleratorum hominum ſalutis, non poſ-
ſunt eos non amare ac libenter audire. G

Reorum pœnitentiæ quomodo conſulendum.

6 Atque hoc poſtremum argumentum, quan-
tum mihi videtur, illius animum ad hæc poſtulan-
da incitabat. Non tamen video alios Epiſcopos,
Orientales potiſſimùm, huius rei fuiſſe ſtudioſos,
quantum ex vetuſtiſſimis hiſtoriis Eccleſiaſticis po-
tui obſervare. Quod verò attinet ad ſalutem vel pœ-
nitentiam reorum, non erat quòd Epiſcopi adeò
cruciarentur, ſi miniſtri fuiſſent ad carceres dam-
natorum adhibiti, priuſquam ſupplicio afficerentur.
Nam ut noſtra ætate fit,illos hortando, monendo ac H
docendo,quæ ad pœnitentiam & emendationem fa-
ciunt, ad agnitionem peccatorum & ſolidam pœni-
tentiam, Deo juvante perducere poterant. Sed hoc
ſalubre inſtitutum non deprehendi antiquiſſimis
temporibus in Eccleſia fuiſſe in uſu, præſertim cùm
jam Imperatores Chriſto nomen dediſſent. Relatis
Auguſtini rationibus, id monere libet: Miſſionem
Benhadadi, de qua primo Regum capite 20. non eſ-
ſe omnibus partibus conſonam indulgentiæ, quam
Epiſcopi reis à Magiſtratibus poſtulabant. Nam pro I
Benhadado, nemo Pontifex & Sacerdos interceſ-

Benhadadi miſſio diſſimilis eius quam urgebat Auguſt.
1.Reg.20 32.

ſit. Deinde nullam ipſe vel emendationis vel pœ-
nitentiæ promiſſionem interponit, imò religionis,
nulla facta eſt mentio. Similitudo attamen quæ-
dam manet, quod utrinque fiat miſſio eius, quem
Deus publicæ poteſtati puniendum tradiderat.

Argumenta Macedonij contra Auguſtinum.

7 Verùm poſt Auguſtini rationes, audienda ſunt 1
argumenta Macedonii. Primùm dicebat, In iſta
miſſione, probare videmur,quod volumus punitum,
ſed peccatum eſt quod puniri volumus: ergo vide-
mur ipſum peccatum probare, atque ideò noſipſos
reddimus noxios, quoniam approbator & author
criminis, tenentur eodem reatu: cùm illis itaque
quos ita dimittimus, vincimur & ligamur eodem ge-
nere culpæ. Reſpondet Auguſtinus, Nos dum illos
Eccleſiæ donari petimus, non id quærimus, ut pec-
catum ſit impunitum,ſed emendatum. Quemadmo-
dum Deus,quando Solem ſuum oriri facit ſuper ma-
los, id non quærit, vt peccata evadant impunita:
ſed illos bonitate ſua, ut Apoſtolus inquit, ad pœni-
tentiam adducit.Deinde peccata ipſa omnino punita
volumus,verùm alio genere pœnæ,hoc eſt pœniten-
tia,non poteſtatis gladio.Secundò, Macedonius ob- 2
jiciebat: Gladius civilis poteſtatis,erit inanis:Quor-
ſum carceres,cruces,carnifices,lictores,& alia huius
generis,ſi rei ſunt,ut vultis,impunes dimittendi? At
dicit Auguſtinus,Hæc non ſunt fruſtra: quia impœ-
nitentes & obfirmatos puniant, alios verò, qui ſe vi-
tam emendaturos pollicentur, veſtra poteſtas & in-
ſtrumenta pœnarum, eò adducunt: quia niſi hac ra-
tione terrerentur, adhuc in ſuis nefandis criminibus
hærerent. Non itaque noſtræ interceſſiones quic-
quam pugnant cum veſtra ſevera poteſtate:Imò ſi ea
non eſſet,noſtræ interceſſiones locum non haberent.
Deinde proficiunt eò, ut vitam pacatam & tranquil-
lam inter ſceleratos degamus. Tertiò argumentaba- 3
tur Macedonius, Quæ ſupplicia reis infligimus, aut
juſta ſunt,aut injuſta:Si ſunt injuſta,removeātur,nec
amplius in Republica extent:ſin verò ſint juſta,qua-
re veſtris interceſſionibus ea impeditis? Reſpondet
Auguſtinus.Iuſta ſunt adverſus obfirmatos & obſti-
natos in peccatis: at quando interponitur emenda-
tionis promiſſio & pœnitentia, quia reus eſt immu-
tatus,etiam ſupplicia ſunt mutanda ſeu tollenda.Ma-
cedonius ad hæc ſubjicit.Qui ſic liberantur,ſæpè fit, 4
ut poſtea in eadem recidant,velut graviora commit-
tant.Reſpōdet Auguſt.Cùm hoc fit, neque vitio no-
ſtro,neque voluntate id agitur: nec intercedimus pro
eis ut tales evadāt. Addebat præterea Macedoni',A- 5
lii corrumti hoc exemplo, vehementiùs graſſabun-
tur,& ſic omnia implebūtur latrociniis.Ad hæc Au-
guſt. Deus etiam facilè ſuſtinebit hoc genus, vel ca-
lumniæ, vel cavillationis. Cur etiam non dicimur
benevolentia Dei, qua ſuſtinet & fovet impios, cor-
rumpi malos, ut indies plura & graviora commit-
tant? Poſtremò ſpectabat Macedonius damna illata 6
civibus,ac dicebat:Ita fiet,ut res furto ſeu latrocinio
ſublatæ non reſtituantur. Ad id Auguſtinus inquit,
Minimè omnium: Non enim pœnitentia vera cen-
ſetur, in qua retineantur aliena: neque remittitur
peccatum, niſi reſtituatur ablatum. Modum tamen
adhibuit,ſi fieri poſſit,&reus habeat aliena in ſua po-
teſtate.Sed quandoque hi latrones & fures malè par-
ta ſtatim conſumunt,abliguriunt & perdunt,& cum
eis non remanſerit quicquam unde reſtituant: quan-
do voluntatem immutarunt, Eccleſiæ ſunt donandi,
ne affligantur perpetuò ſine cauſa, & pœnitentia eo-
rum impediatur. Hæc audivimus dici ab Auguſtino
& Macedonio, pro utraque propoſitæ quæſtionis
parte. Poſſem addere, Iacobum ſcripſiſſe in ſua epi- Iac.2.13.
ſtola, Iudicium ſine miſericordia eum manere, qui
miſericordiam non fecit: nec non Ezechielem, qui Ez.18.32.
ſub perſona Dei ait, Non volo mortem peccatoris,
ſed potius ut convertatur & vivat.

Auguſtini & Macedonij rationum conſideratio.

8 Mirabitur quiſpiam fortaſſis,cur Auguſtinus in-
ter ſuas rationes non poſuerit, ſontibus etiam eſſe
parcendum,quod ignorantia laborent, vel cupidita-
te inflammentur, & ideo in tam gravia ſcelera inci-
dant.Ad id reſpondeo,Fortaſſis hoc genus argumen-
ti Auguſt. comprehendiſſe, cùm dixit, Infirmitatem
humanam eſſe attendendam: Et ſanè ignorare, at-
que cupiditatibus vinci, ad imbecillitatem pertinet.

Digitized by Google

Sed aliter poſſemus reſpondere, Prudenter illum id omiſiſſe, quod nollet ſuſtinere perſonam defenſoris, ſed intercedentis: Non erant ejus partes, ut elevaret vel extenuaret peccatum. Male facta eſſe illa, pro quibus intercedebat, fatebatur, ſed condonationem petebat. Deinde, illi qui ea committebant, quæ ſciebant publicis legibus puniri, non ignorabant peccata eſſe. Nec qui cupiditatibus agitantur, conferri poſſunt, ut nonnulli faciunt, phreneticis & animo alienatis, qui potius miſericordia quàm pœnis digni habentur: quoniam in illis adhuc viget ratio, in illis verò extincta eſt vel alligata. Deinde phrenetici non accerſiverunt malum: at qui cupiditatibus obediunt, illas interdum excitant, quærunt occaſiones, non fugiunt illas, neque reluctantur, neque actiones externas reprimunt. Quod efficere poſſent, quamvis non adhuc regenerati: quare collatio multum eſt diſſimilis.

Phreneticorum & eorum qui cupiditatibus agitantur collatio.

Auguſt. ratio prima.

9 Quia verò Auguſtini rationes (pace tanti viri dixerim) non ſunt firmæ, idcirco diluendæ ſunt: quod ut non difficile, ita non parum utile fore judico. Primùm aiebat peccata eſſe, ut ſcribit, veniabiliora, quando habent adjunctam promiſſionem emendationis, necnon pœnitentiam, & ideo non amplius debere ſeveriter puniri. Ad hoc reſpondemus, Veniam quę conſequitur fidem, cui adjuncta eſt pœnitentia, impetrari à Deo: non autem pertinere ad civilem judicem, qui factum ſpectat, non quæ
2 ſunt in præſentia. Addebat, ſeveritatem legum quærere correctionem: at iſtos emendatione vitæ ac pœnitentia corrigi: & ideo nihil aliud ab eis eſſe amplius extorquendum. At correctio quæritur à magiſtratibus, non tantùm ejus cauſa qui punitur: ſed etiam aliorum, qui ſpectaculo ſupplicii conſternantur, ita ut deſiſtant ab illo genere peccati, quod tam ſeveriter mulctari cernunt. Vnde ſcribitur in Deuter. cap. 13. de lapidãdo idololatra: Vt Iſraelitæ videant & timeant. Argumentabatur præterea Auguſtin. Non

Deut. 13. 1.

3 eſſe poſt hanc vitam locum alium emendationis & pœnitentiæ: ideóque periculum eſſe, ne ſi rei hoc pacto ex hac vita ſine pœnitentia dimittantur, in ea ſupplicia incidant, quæ nunquam ſint finienda. Reſpondeo ad hoc, Nequaquam damnatis negari pœnitentiam: Datur quippe illis tempus ac ſpacium reſipiſcendi. Et admittuntur ad eos paſtores ac miniſtri verbi, qui eos de ſalute diligenter admoneant, fidem inculcent & reſipiſcentiam. Sed Auguſtinus videtur hoc loco, pœnitentię illi publicæ nimium tribuiſſe, quaſi citra illam rei ſi occiderentur, non poſſent habere ſalutem. Verùm non ita res habet, & quæ ibi dicuntur, ſi preſſius conſiderentur, ſunt ἀσύστατα. Nam cùm pœnitentia ejus generis non repetatur, ne (ut ipſemet Auguſtinus fatetur) tantum remedium aſſiduitate viluſcat: quid faciemus iis qui poſt illam pœnitentiam, rurſus in eadem & graviora crimina recidunt? an jubebimus illos deſperare? Minime: Si ſinceriter credant, & rurſus eos pœniteat, non dubitandum eſt, quin ſint à Deo veniam conſequuturi. Quòd ſi peccata poſt illam commiſſa, citra eam remitti poſſunt: cur non & ea condonabuntur ſine illa, quę priori tempore fuerunt perpetrata? Non eſt gratia Dei aſtricta illis ritibus & cæremoniis, quæ noſtra ætate ſunt abolitę. Subſtituerunt publicæ pœnitentiæ auricularem confeſſionem, quam perniciem Occidentalis Eccleſiæ fuiſſe negari non poteſt. Præterea obſervanda illa verba Auguſtini, Poſt hanc vitam, non eſſe locum emendationis vel pœnitentię. Nam ſic aufertur Purgatorium, ſi diſcedentes hinc, vel ad gloriam evehuntur, vel incidunt in ſupplicia nunquam terminanda.

Purgatorius ignis Auguſtini oratione evertitur.

4

10 Quod verò adducebatur de imitatione Dei, ſatis infirmum eſt, quòd rationes ejus à noſtris multum differant. Ille ſolutus eſt omnibus legibus, & libera ſua voluntate, ut libet, omnia gubernat: nos verò ſub legibus agimus, & non quæ videntur, ſed quæ præſcribuntur facere debemus. Imitandus eſt nobis Deus, ſed quantum noſtra conditio & leges impoſitæ ferunt. Ad confirmationem ex Epiſt. ad

Rom. 2. 4.

5 Romanos, Quòd benignitate ſua Deus malos ad pœnitentiam adducit, poteſt dici, etiam principes, hujuſcemodi reos ad pœnitentiam adducere: cùm in ſumma benignitate & facilitate, miniſtris verbi

A aditum ad illos patefaciunt. Iuſſit quidem nos Deus, inimicos diligere: verùm id intelligendum eſt, ut faciamus quantum per leges & ſalutem Reipublicæ conceditur. Nónne mandatur etiam nobis, ut rebelles & contumaces qui nolunt Eccleſiam audire, tanquam Ethnicos & Publicanos habeamus? Atque id tametſi facimus, conſtat nihilominus adhuc erga eos dilectio: ita licet Magiſtratui ſontes interficere, ac ſimul dilectionem erga eos conſervare. Dicebatur 6
B etiam, iſtos non evadere impunitos, cùm ſeipſos in Eccleſia puniant, jejunando, flendo, precando, & ſeſe bonis operibus exercendo. Faciunt illi quidem nonnihil, ſed non tantum pendunt, quantum leges requirunt: quoniam eis non licet ſibiipſis manum afferre, cùm tamen jure morte ſint afficiendi. Argumentum illud à poſſibili & facili deductum, quòd Magiſtratus habeant in reos poteſtatem vitæ & necis, minime firmum eſt: quoniam poteſtates mundi gu- 7
bernatrices, gladium à Deo habent, ut nocentes ul-
C ciſcantur, probos autem & bonos viros tueantur: non autem ut illo pro ſuo arbitrio vel libidine utantur. Nec verum eſt eos ab officio ſuo non diſcedere, ſi 8
ſontes impunitos dimittant: cùm ad eos puniendos poteſtatem acceperint. Aiebat deinde, Vobis quoq; Magiſtratibus, opus eſt Dei miſericordia quãdoquidem hanc vitam, ut alii homines, abſq; peccatis non trãſigitis: Quare aliis donate, ut etiam vobis donetur. Sed attendendum eſt, quenque debere non de alieno, verùm de ſuo donare. Quicquid autem reo
D pœnæ ac ſupplicii condonatur, non de bonis Magiſtratus datur, ſed vel de parte læſa datur, vel de publica diſciplina, & legum ſeveritate: quæ ſi non ſerventur & ſalva maneant, incredibilis conſequitur ἀταξία.

Matt. 5. 44.

Matt. 18. 17.

11 Quod autem aſſertur de adultera, quam Dominus Ieſus Chriſtus abſolvit, minimè ad præſentem 9
quæſtionem facit: quia dum Chriſtus in terris egit, non geſſit magiſtratum: ſed fuit interpres voluntatis Patris, & verbum Dei populo miniſtravit: Quare
E non debuit adulteram capitis damnare, cùm gladium in terris non aſſumpſerit. Accuſationem item ejus perſequi non potuit, cùm eam in facinore non deprehenderit, neque crimen per teſtes probari poſſet. Vt autem miniſter verbi Dei, accuſatores de pœni- 10
tentia primùm commonefecit: deinde ipſam adulteram ex officio ſuo admonuit, ne amplius peccaret. Vnde hinc non licet colligere, Chriſti factum vel imminuiſſe, vel impediviſſe Magiſtratus legitimam
F in eos animadverſionem. Nec magis Ioſephi ſponſæ beatæ Virginis exemplum huc pertinet: nam ipſe quoque non fuit Magiſtratus. At noluit Mariam traducere, quod eſſet juſtus. Hæc verba duplicem ſenſum habent: Primùm *Tſidic*, Hebræis interdum eſt miſericordia, & ideo arbitrantur nonnulli Ioſephum pepercisse Mariæ, quam ſuſpectam habebat adulterii, quòd animo eſſet miſericordi & clementi: quare ſecum ſtatuerat illam repudiare, omiſſa criminis accuſatione. Hanc interpretationem ſi ſequamur, non poterimus Ioſephum non damnare molitiei ac ni-
G miæ remiſſionis, qui noluerit pro viribus curare, ut adulterii malum e Repub. Iſraelis tolleretur, quemadmodum lex Dei jubebat. Aut dicemus, Ioſephum, cùm eſſet proprie ac verè juſtus, noluiſſe ſponſæ adulterium traducere, quòd eſſet de criminis genere incertus. Fieri enim potuit, ut puella, tam ante deſponſationem, quàm poſtea peccarit. Si lapſa fuit poſt deſponſationem, tenebatur adulterii: ſin antea, ſolùm accuſari poterat ſcortationis: quod ſane crimen haudquaquam erat capitale: Sed cum qui vi-
H tium ei obtulerat, illam ducere oportuit, ſi tamen illius parentes aſſenſum præbuiſſent. Cùm itaque juſtus eſſet, noluit Mariam accuſare ὡς μοιχήν, quòd de adulterio non ei conſtaret. Idcirco, ut hiſce moleſtiis ſe explicaret, repudium ſponſę decrevit dare: at id ne fieret, divinum oraculum prohibuit. In ſumma, is Magiſtratus non erat: deinde illi de genere criminis non conſtabat. At illi de quibus modò agitur, ſunt Magiſtratus, & cognitum crimen, non autem dubium, ſeu incertum, debent juſtis pœnis afficere.

Ioan. 8. 11.

Matt. 1. 19.

Tſedec pro miſericordia.

Deut. 22. 23. Ibid. v. 26.

12 Iubebat deinde Auguſtin. ut humana imbecilli- 11
I tas attenderetur: nam ea expenſa paulò attentius arbitratur & dolorem accuſantis, & rigorem judican-

tis

tis eſſe frangendum. Vtilis & admodum pia eſt admo-
nitio: etenim quenque dolere par eſt, naturam ho-
minum adeò nobiliter inſtitutam, in tantam imbecil-
litatem eſſe præcipitatam. Sed hoc dolore, quamvis
juſto, non debemus adduci, ut publicam juſtitiam
12 vel imminuamus, vel corrumpamus. Præterea dice-
batur, viros bonos dicere, ſe malle in foro defendere
quam accuſare. Scio id ſæpe jactatum, ſed utrunque
officium Reipublicæ neceſſarium affirmo: & modò
unum, modo alterum eſſe magis experendum, ut rei,
tempori ac loco magis videtur convenire. Qui enim
accuſat, Magiſtratui ſubvenit, qui omnia per ſeipſum
non poteſt videre. Iuvat etiam Rempublicam qui de-
fendit reum, quia Magiſtratum inſtruit contra vehe-
mentiam accuſatorum, vel calumnias, vel cavilatio-
nes. Quanquam Cicero dixit cùm Verrem accuſaret,
13 ſe defendere Siciliam: Atque ideo voluit ſuam accu-
ſationem pro defenſione haberi. Qui verò ad familias
accurrunt, in quibus vel turbam, vel diſſidium exci-
tatum ſentiunt: ſi eo animo id faciunt, ut ſuo adventu
provideant, ne paterfamilias in ſervis aut liberis pu-
niendis, aut in coercenda uxore modum excedat,
collaudandi ſunt; at ſi ut omne genus caſtigationis
ac diſciplinæ tollant, non bene ſe gerunt. Nec etiam
14 is rectè fecit, qui pro presbytero interceſſit apud Ec-
cleſiaſticam ſynodum, ſi fortaſſe voluit impunitum
adulterum, ſcortatorem, ebrioſum, & honeſtos Ec-
cleſiæ canones gratiæ ſuæ poſtponi. At ſi tantùm
quæſivit, ne acerbius, vel plus æquo gravaretur, ut-
que leniter cum eo ageretur, quantum diſciplina Ec-
Phil. v. 17. cleſiaſtica pateretur, non reprehendetur. Interceſſit
quidem Paulus apud Philemonem pro Oneſimo, qui
ab eo aufugerat: Sed ille ſervus jam in Chriſto rena-
tus, ultrò revertebatur ad herum ſuum; non capti-
vus erat, neque crimen fuit capitale. Quare hoc ex-
emplum, nihil ad cauſam quam agimus pertinet.

13 Reſtat poſtremum argumentum, quod apud
15 Auguſtinum maximi erat ponderis; nimirum, ut gra-
tiam & benevolentiam conciliaret verbo veritatis,
quod ab Eccleſiæ miniſtris prædicatur. Eſt quidem
ratio plauſibilis: Videtur enim eo nomine, Chriſti
Eccleſia, jucunda & amabilis, quòd paſtores habeat
anxios & ſitientes admodum Chriſtianorum ſalutis,
eiſque cupiat facinora quantumvis gravia condonari.
Ita invitatum aliqui perhibent Conſtantinum ad
Chriſtianiſmum, quòd ei noſtri Epiſcopi veniam
ſint polliciti admiſſi parricidii; Filium quippe occi-
di curaverat, ſed hac de re fides penes authores eſto.
Benevolentiam & gratiam, ipſe quoque judico ſan-
cto Evangelio conciliandam; ſed non ea via, ut ſol-
vantur leges & diſciplina, quæ ſunt Reipub. cardi-
nes. Gratia ſane prædicatur in Eccleſia Chriſti,
quoad reconciliationem cum Deo, quæ gratis con-
ceditur credentibus abſq; operibus; non autem quo
ad hoc, ut ſontes eripiantur Magiſtratibus. Id nun-
quam fecit Chriſtus, neque Apoſtoli, neque ſacræ
literæ tale quippiam vel in veteri vel in novo Teſta-
mento mandant. Neque ſancti Patres antiquitus in
Eccleſia hujuſcemodi exemplum leguntur edidiſſe.
Auguſtinus ingenii mitis admodum fuit, & cùm id
jam ſuo tempore, in Eccleſia præſertim Aphricana
uſurparetur, nolebat abrogari: atque ideo illa Epi-
Iac. 2. 13. ſtola, tum ingenio ſuo, tum cauſæ inſervivit. Iacobus
autem cùm ait, Iudicium ſine miſericordia illum
manet, qui non fecit miſericordiam: non agit de
Magiſtratibus, ſed cæteris hominibus inculcat inju-
riarum & offenſarum condonationem: quæ res nun-
quam ſatis poteſt inter Chriſtianos urgeri. Et Ezech.
Ez. 18. 32. dicens, Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut con-
vertatur & vivat: de Deo ſcribit, qui legib. eſt liber.
At Magiſtratus humanus, juxta illas oportet judi-
care. Quin & boni Principes, per ſe nollent mor-
tem peccantium, ſed converſionem, & vitam illis
cupiunt, & vellent impendere: ſed quantum leges,
quarum ſunt miniſtri, eos ſinunt.

Quid ſit hac de re ſtatuendum? 14 Nunc reſtat, ut quid mihi de iſta controverſia
dicendum videatur, paucis expediam. Primùm di-
ſtinguendum eſt de inferioribus & de ſupremis Ma-
giſtratibus, à quibus non eſt provocatio, quique me-
rum habent imperium. Inferiores omnino judicare
debent, juxta ea, quæ illis à ſuperioribus præſcripta
ſunt. Supremi verò, qui & leges ubi ſunt obſcuræ

A poſſunt interpretari & ſuo judicio habent commiſſa,
de quibus non eſt conſtitutum, quò minus poſſint
condonare pœnas, tria obſtant. Primùm accuſator,
id eſt pars læſa, & quæ ad tribunal conqueritur. Ma-
giſtratus quippe, cuſtos eſt juſtitiæ, quare tenetur ex
officio jus ſuum cuiq; reddere: quod niſi faciat, non
eſt legitimus Princeps. Deinde Reipub. perturbatio:
dicit Ariſtoteles 5. Ethicorum cap. 5. Si videant cives
non recompenſari ſibi per ſupplicia illatas injurias,
B exiſtimare ſe agere in ſervitute, nec jam eſſe cives,
ſed mancipia. Sed facito jam accuſatorem eſſe placa-
tum, imò deprecari ſupplicium rei, ac dicere ſibi ſa-
tisfactum: An adhuc eſt integrum Principi, condo-
nare pœnam? Minimè, quia ejus eſt publicam ſalu-
tem Reipub. tueri: quæ non conſtat, niſi pœnis ma-
leficia coerceantur. Dum quis improbus punitur,
alii timent: impunitas verò unius aut alterius, ma-
los reddit audaciores. Vnde ſi neglectis pœnis, Prin-
ceps relaxat de ſeveritate legum, jam non utitur be-
C ne clementia, ſed cladem publicam invehit. Tertium
quod illum impedit, ſunt leges tam divinæ quàm na-
turæ: deinde humanæ, quæ ſunt honeſte ac legitimè
latæ. Cogitet ſecum populus non legiſſe Principes,
ut pro libidine imperarent, ſed ut eſſent miniſtri le-
gum: Imò nonnunquam illis abrogant imperium, ſi
non ex legibus gubernent. Perſæ quendam habue-
runt Regem appellatum Chabadem, id eſt, glorio-
ſum, qui cùm faveret adulteris contra præſcriptum
legum, & injuſtam legem tuliſſet, nempe ut adulte-
D ria non vindicarentur, niſi per vim eſſent perpetrata:
ſubditi adeo rem indigne tulerunt, ut Chabadem è
regno dejicerent. At vulgò dicitur, Principes eſſe de-
bere pronos ad lenitatem & clementiam: Fateor, ſed
quantum jus læſę partis, bonum publicum, & legum
præſcriptio patitur. Deinde maximè id locum habet
in rebus dubiis, & quando leges interpretandæ ſunt,
& crimen ejus generis eſt, ut pœna legibus non ſit
definita. Proinde judico non rectè à Pręſidibus & Non petẽdum ut rei impunè ferant ſcelera.
Principibus peti, ut facinoroſi dimittantur impuniti.
E Quod ſi dixeris, Iam illos pœnitet, volunt emendare
vitam, & ſunt immutati: Reſpondeo, Iudicem non
ſpectare quinam modò ſint, verum qui fuerint ſcelera
committendo. Vnde Ariſtoteles diſtinguens genera
cauſarum, Deliberativo aſſignavit futurum tempus:
qui enim deliberant, id maximè attendunt quid ſuc-
ceſſurum ſit, ſi hoc vel illud fiat. Demonſtrativo au-
tem generi, præſens tempus adſcripſit: nam quæ lau-
dantur, aut vituperantur, ponuntur ob oculos quaſi
nunc fiant, & præſentia ſint. Iudiciali generi præte-
F ritum, quia Iudicis eſt inquirere, factúmne ſit annon,
& bene an malè ſit factum.

15 Ne tamen videar ſine luculentis teſtimoniis de
controverſia ſtatuiſſe: Primùm afferam quæ Deus an- 1
te Legem datam Iſraelitis dixerit: Qui ſanguinem Gen. 9. 6.
hominis effuderit, inquit, ſanguis ejus effundetur per
hominem, quia factus eſt ad imaginem & ſimilitudi-
nem Dei. In Lege Moſis punitionum fons, erat illa 2
Dei vox: Auferas malum de medio tui. De Idolola- Leu. 19. 20. 3
tra dixit, Non parcas ei, non miſerearis ejus, nec il- Deut. 13. 5.
G lum abſcondas. De homicida voluntario, moriatur: 4
Fortuitæ cædi, aſſignantur civitates refugii: Qui au- Exod. 21. v. 12. 13 & 14.
tem data opera interfeciſſet, non ait, dimittas illum,
& dones altari meo: ſed avelles, inquit, ab altari
meo. Ex Teſtamento item novo, idem oſtenditur. Ad 5
Romanos habetur, Si malum feceris, time, non enim 6
ſine cauſa gladium geſtat: Miniſter enim Dei eſt & Rom. 13. 4.
vindex. Vnde ſi Deus illum conſtituit vindicem, ne- 7
ceſſe illi eſt, ut ſcelera ulciſcatur. Idem habetur ex
legibus civilibus, quas multas poſſem adducere. Ve-
H rùm tribus ero contentus, quæ in ff. habentur tit. de
Pœnis. Prima eſt Vlpiani, quæ incipit: Si quis forte,
ubi definitur, Plectendum reum, etiam ſi dixerit quę-
dam ſe habere arcana, quæ pertineant ad ſalutem
Principis, quæ illi velit patefacere: nec eſſe mitten-
dum ad eum, quòd iſta fiant, & fingantur ad ſuppli-
cium differendum, vel eludendum. Imò inquit, hu-
juſcemodi ſceleſtos gravius puniendos, quòd arcana
ſua tamdiu Principem celarint, quódque ne nunc
quidem eſſent indicaturi, niſi veniſſent in manum.
I Quòd ſi leges non patiuntur, ſupplicia vel pœnas elu-
di aut differri ob ſalutem Principis, quæ magna res
eſt in Republica: cur donabunt reos, interpoſita ſpe

ſeu promiſſione vitæ melioris? Altera lex eſt in eo-
dem titulo, l. Reſpiciendum. Et eſt Marcelli: Qua
monentur Præſides, ut rem ipſam & cauſam expen-
dant, nec laudem capiant aut ſeveritatis aut clemen-
tiæ. Levia crimina levius puniantur: gravia ſeveriter,
cum aliquo tamen temperamento. Tertia lex in eo-
dem titulo eſt, l. Divi fratres: Vbi ſtatuitur, ne Præ-
ſides latas ſententias reſcindant. Hæc teſtantur abun-
de, non eſſe Iudicum aut Magiſtratuum, reos donare
interceſſoribus.

An excuſatio Davidis, qua ſe purgat, quod non animadverterit in Ioabum, probari debeat: & An Magiſtratus rectè poſſit delictum ſimpliciter impunitum remittere.

In 2. Sam. 3. ad finem.
16 Hic expedienda nobis eſt quæſtio, An excuſa-
tio illa Davidis, qua utitur 2. Sam. 3. probari debeat.
Sunt enim argumenta in utramque partem. Hanc
ego brevem tractationem non inutilem fore ſpero.
Nam ut Baſilius ait Epiſtola prima; Hiſtoriæ & vi-
tæ ſanctorum, nobis eſſe debent inſtar vivæ cujuſ-
Argumenta quibus factum Davidis defenditur.
dam imaginis Reipub. Dei. In illis enim videre poſ-
ſumus quemadmodum lex Dei omnib. temporibus,
aut obſervata fuerit, aut neglecta. Factum Davidis
1 videtur his argumentis defendi poſſe. Primùm, Ioa-
bum gratioſum fuiſſe apud milites & præpotentem,
nec potuiſſe affici ſupplicio ſine magno tumultu: &
Davidem caviſſe, ne magnum damnum daret Reip.
& graviora mala commoveret. Nec enim tanti Prin-
cipis & ducis militaris, debilitatum iri Regnum. Ita
enim ſcribitur de Honorio Imperatore, cùm Stili-
conem Præfectum ſuum rei militaris interfeciſſet
Ravennæ, ipſum ſibi amputaſſe manus. Poſtea enim,
eo ſublato, nihil unquam egregie geſſit. Deinde præ-
2 ceptum de puniendis ſceleribus, affirmativum erat,
Lev. 19. 20. Gen. 9. 6. Præceptorum affirmantium ratio.
nec obſtringebat ad omne tempus. Ita enim jubemur
accedere ad cœtum ſacrum, facere eleemoſynas, &
alia ſimilia: at non ſemper, ſed cùm erit opportunum.
Ita David etſi debuit punire Ioabum, tamen potuit
3 expectare. Adhæc, etſi tum impediretur potentia
Ioabi, nunquam tamen illi defuit animus puniendi.
4 moriens enim mandavit Salomoni filio ſuo, ne pate-
retur canos ejus deſcendere cum pace ad inferos. Et
5 Plato ait pœnas eſſe inſtar pharmacorum, nec eſſe ad-
1. Reg. 11. 12.
hibendas, cùm res videantur ita deſperatæ, ut cura-
ri non poſſint: Principes autem, eſſe tanquam me-
6 dicos quoſdam Reipublicæ. Imò Deus ipſe ſæpe dif-
fert ſupplicia, etſi tarditatem compenſet, ut ait Vale-
rius Maximus, gravitate vindictæ. Saul etiam, cùm
Iabenſes obſidione liberaſſet, & jam toto imperio Iſ-
2. Sam. 17. 10.
raelitico potiretur, & quidam authores eſſent ut il-
los afficeret ſupplicio, qui antea illum Regem repu-
diaverant, tamen illis ignoſcere maluit. David quoq;
ignovit Semei, & ea re plurimum commendatur.
7 Auguſtinus quoq; ſæpe interceſſit apud Imperatores
pro hæreticis: nec tantùm pro hæreticis, ſed etiam
pro homicidis & perditiſſimis graſſatoribus, Circun-
8 cellionibus. Poſtremò, Chriſtus, cujus David typum
gerebat & imaginem, condonat omnia peccata, &
omnes ultrò recipit in gratiam. David ergo in hoc
facto nihil diceſſit nec de officio ſuo, nec ab imagi-
ne quam gerebat.

Argumenta quibus improbatur factum Davidis.
17 Ex altera autem parte, alia ſunt argumenta, &
mea quidem ſententia multo graviora. Primum, cùm
eſſet Rex Iſrael, oportuit eum ſtare legibus ejus Rei-
pub. Deus autem graviſſimis verbis mandat in Deu-
Deut. 17. 18.
teronomio, ut Rex curet ſibi deſcribi Legem, eamq;
ſemper habeat ad manum, & ex ejus præſcripto im-
Exod. 21. 13.
peret. Iam verò ſcriptum erat 21. Exodi, Si quis alte-
rum occiderit caſu & fortuitò, ego illi deſignabo lo-
cum ad perfugium: At ſi id fecerit ex inſidiis, aut da-
ta opera, abſtrahes illum ab altari meo. Ioab autem
data opera, & ex inſidiis, occiderat Abner: quare
Exod. 18. 21.
nullo loco debuit eſſe tutus. Deinde Exodi 18. ſcri-
bitur, Eos qui verſari debeant in Magiſtratu, eſſe
oportere viros fortes, timentes Deum, amantes veri-
tatis, & odio habentes avaritiam. Quare David in
puniendo ſcelere, fortis eſſe debuit, nec formidare
cujuſquam potentiam: Hoc enim eſt, non habere
regnum, ſed haberi à regno. Is autem habetur à re-
gno, qui obtinendi regni cauſa negligit juſtitiam.

A Paulus ait, Principem eſſe miniſtrum Dei ad iram, Rom. 13. 4.
nec fruſtra geſtare gladium. Hoc officium præſtare
debuit à Davide. In Deut. 1. Deus edicit Tribunis & Deut. 1. 17.
Centurionibus, ne conſiderent perſonas judicio.
Nam ita pauperes tantùm & tenues tenerentur legi-
bus: potentes autem, Centauri, & nobiles evaderent:
Iudices autem, nec ira inflecti debent, nec miſericor-
dia. Et ea de cauſa in Areopago, ubi judicium ſeve-
riſſime exercebatur, interdicebatur Oratoribus, ne
moverent affectus. Imò in obſcuro etiam cauſæ co-
B gnoſcebantur, ne judex privatim cujuſquam gratia
tangeretur. Imò in Romanis legibus, in titulo de
Pœnis, l. Reſpiciendum, ita ſcribitur, Non capiant
judices gloriam aut lenitatis, aut ſeveritatis. In levi-
bus tamen criminibus, permittitur propenſitas ali-
qua ad lenitatem: in gravioribus autem, ad ſeverita-
tem, ſed adhibito temperamento benignitatis. Quo
in loco gloſſa rectè obſervavit: ibi temperari poſſe
rigorem ſententiæ, ubi nihil ſit definitum in legibus
nominatim. Et in C. de Pœnis, l. Decurionum ſcri-
C bitur, Non audiendum eſſe populum, ſi clamet ali-
quem aut damnandum eſſe, aut liberandum: Popu-
lum enim eſſe belluam multorum capitum. Adhæc,
Iudex nihil aliud eſt, quàm lex ipſa loquens: nec ul-
lo modo videri poteſt judex, ſi diſcedat à præſcripto
Legis. Et ſapiens Syrach prudenter monet, Noli, in- Eccl. 7. 6.
quit, fieri judex, ſi non es par tollendis injuriis: ne
perſonam potentis timeas, & ſcandalum integritati
tuæ facias. Regi etiam Iſrael, qui Benhadadum re- 1. Reg. 20. 42.
gem Syriæ dimiſerat e manibus, dictum eſt, Anima
D tua erit pro anima illius: Tu punire noluiſti, ipſe er-
go punieris, & de aliorum ſceleribus reddes ratio-
nem. Sequitur ex hac mollitie & indulgentia, Ilias & 1. Sam. 3. 13.
myrmecia malorum. Lenitas Eli & familiam ipſius
extinxit, & pene evertit Rempublicam.
18 Sed dices, Deum iſta patienter ferre: Rectè. Objectiones nonnullæ.
Sed cogita tecum, Si inferiores judices ita ſe gerent
in Republica, quomodo id Princeps laturus ſit?
Haud dubie condemnaret eos majeſtatis. Et putamus
Deum non indigne laturum, ſi videat contemni &
E conculcari Leges ſuas? Videbat impendere pericu-
lum: At habuit promiſſionem Dei: Ea autem non
erat ſcripta in vento aut in aqua, ſed ſtabilis erat &
æterna. Et quid ſi dejectus fuiſſet de regno? Tamen
Deus potuiſſet eum reſtituere in integrum. Videmus
ergo ita concuſſum fuiſſe Davidem, ut nonnihil pen-
deret ab hominibus. Difficilè fuiſſet punire Ioabum,
at ſaltem tentaſſet: Hic nunc nihil facit, tantùm que- Cauſæ ob quas pœnæ differri poſſunt.
ritur de Ioabi potentia. Non equidem nego, differri
poſſe ſupplicia interdum, & expectari commodas oc-
F caſiones. Prorſus autem nihil facere, nimis magnæ
fuit lenitatis: Et multæ quidem ſunt cauſæ, cur pœ-
næ interdum differri debeant: ut apparet in C. de
Pœnis. l. Si vindicari. Primùm, ne Magiſtratus per
iracundiam aliquid præcipitet. Eam legem ſcripſit
Theodoſius Imperator juſſu Ambroſii, cùm ab eo
graviſſime reprehenſus & excommunicatus eſſet,
quòd per impetum animi & impotentiam, nimis
crudeliter in Theſſalonicenſes deſæviiſſet. Ea hiſtoria
& cauſa legis, extat apud Socratem, & repetitur in
G Decretis 11. q. 3. c. Apud Theſſalonicam. Itaque cau-
tum eſt, ut à ſententia lata uſque ad executionem, in-
terponerentur triginta dies. Altera cauſa dilationis
eſt, ſi mulier quæ afficienda ſit ſupplicio, ſit gravida.
Servum etiam differri oportet tantiſper, quoad do-
mino ſuo rationem reddiderit, eúmque de omnibus
rebus certiorem fecerit. Differtur etiam illi, in quem
quæſitum ſit tormentis, ut ſciri poſſit, an conſtet ſibi.
Sæpè enim homines victi cruciatibus ea fatentur,
H quæ nunquam cogitarunt. Differtur etiam ſuppli-
cium, quoties inquirendum eſt de aliis criminibus,
aut de conſciis. Atque hæ tantùm, quòd ſciam, poſ-
ſunt eſſe juſtæ cauſæ dilationis. Nam ſi quis in pro-
vincia condemnatus, dicat ſe habere aliquid quod
pertineat ad ſalutem Principis, Romanæ leges ſta-
tuunt non eſſe audiendum. Videtur enim tantùm
quærere dilationem pœnarum: quòd ſi quid habeat,
quod ad Principem pertineat, oportuiſſe id antea in-
dicare. Iam vero nihil horum convenire poteſt in
I Ioabum: Non debuit ergo David eius ſupplicium
differre tamdiu.
19 Remittitur interdum pœna, ſi quis minor Cur pœna

Digitized by Google

quandoque remittatur, quandoque augeatur?

25. anno deliquerit. Adultero tamen, quamvis mino-
ri ea ætate, non ignoſcitur. Deinde etiam conſiderandum
eſt, dolóne, an impetu animi, an laſcivia ac te-
mere peccaverit. Nam in eo qui dolo & inſidiis uſus
ſit, augetur etiam ſupplicium. Ioab autem & dolo
malo uſus eſt, & Abnerum blandè & amicè revocatū
in conſpectu ipſo judicii publici occidit, & fidem
publicam violavit. Augeri etiam poſſunt ſupplicia,
ut habetur ff. de Pœnis, l. Aut facta. Si quid à multis
per ſeditionem delictum ſit, tum enim unus aliquis
2.Sam.4.6. gravius punitur, ad terrorem aliorum. Ex hac lenita-
te Davidis, alii quodammodo animati ſunt ad flagi-
2.Sa.13.14. tia: Latrones enim poſtea auſi ſunt Isboſethum inter-
ficere domi ſuæ: Amnō, ſtuprare ſororem ſuam: Abſa-
2.Sam.19. lon, Amnonem fratrem interficere: Ioab ipſe etiam
David aliter ſe geſſit erga alios. Amaſam occidere. David non videtur ita ſe geſſiſſe
erga alios: Nam Amalechitam, qui Saulem morientē
2.Sa.10.6. juverat, & poſtea latrones qui occiderant Isboſethū,
2.Sam.1.15. juſſit ſtatim interfici. Videri ergo poteſt in Ioabo
2.Sam.4.9. nonnihil indulſiſſe privato affectui: erat enim illi ne-
pos ex ſorore. At, ut nullo hujuſmodi affectu ductus
ſit, tamen magnam ſpeciem præ ſe tulit. Nam qui in
eadem, aut in ſimili cauſà alii ignoſcit, alium punit,
non poteſt videri ductus amore juſtitiæ. Fuit quidem
David animo humano & miti: ſed non debuit opus
illud Dei contaminare, & vas per ſe pulchrum incru-
ſtare: Hoc erat enim communicare peccatis alienis.
Quid ergo hic dicemus? Sāctus quidem erat David,
& metuens Dei: tamen tam pulchrum corpus non
Simil[illegible] caruit nævis ſuis. Vt nullus eſt dies tam amœnus &
ſerenus, qui non habeat noctem ſuam: ita nemo un-
quam fuit homo tam ſanctus atque undique abſolu-
tus, qui non aliquo peccato infuſcaretur. Nos qui-
dem, virtutes piorum hominum ſequi atque imitari
debemus: vitia autem illorum non diſſimulare.

1 20 Iam refutandæ mihi ſunt paucis illæ rationes,
Refutatio rationum quæ pro Davide allatæ ſunt. quæ pro Davide ab initio afferebantur. Potens erat
Ioab, Quid tum? David enim habuit ſuis partibus
Deum ipſum: An eum fortè putabat infirmum eſſe?
Deinde omnes Iſraelitæ, qui Abnero tantum tri-
2 buerant, Davidem in puniēdo Ioabo haud dubiè ad-
juviſſent. Quod de dilatione ſuppliciorum adferebatur,
id jam ſolutum eſt. Non enim dico ſtatim eum
fuiſſe occidendum: Capiendus erat, & in carcerem
conjiciendus, cognoſcenda erat cauſa, poſtremò ſu-
mendum erat ſupplicium. Ad mortem autem uſque
3 rejeciſſe, nimis erat magna dilatio. At moriens man-
dat filio Salomoni. Imò David ipſe aliud longè re-
ſpondet: Deus, inquit, judicet. Hoc certè non eſt ma-
giſtratus, cognitionem cauſarum rejicere in Deum.
Supplicia ſunt inſtar pharmacorum, ea non ſunt ad-
4 hibenda, niſi cùm poſſint prodeſſe. At ſi non pro-
fuiſſent Ioabo, tamen erant profutura aliis. Deus dif-
5 fert ſupplicia: ergo David etiam rectè diſtulit. Sed fa-
cta Principum non ſunt conferenda cum factis Dei.
Deus enim æternus eſt & immortalis: Princeps au-
tem mori poteſt. Et quid ſi craſtino die moriatur?
Quis tum ſumet ſupplicium de impio? Deus autem
ſi hodie non ſumit ſupplicium, tamen cras ſumet,
aut ubi ipſe voluerit: deinde etiam habet exploratos
omnium animos, & videt, qua cauſà quidque factum
ſit. Hominibus autem nulla permittitur [illegible] in le-
ge Dei. Saul remiſit, Fateor: ſed remiſit de ſuo; David
6 remittit de alieno. Auguſtinus interceſſit pro hæreti-
cis: Verùm id fecit, ne Ethnici putarēt, homines Ec-
7 cleſiaſticos perſequi odia ſua. Deinde non id egit, ut
tolleret leges Principum: ſed quòd ſciret, Imperato-
res quandoque permiſiſſe præſidibus ſuis, ut poſſint
aliquid remittere de acerbitate legum & pœnarum
à ſe latarum, ſi illis videretur commodum. Quod au-
tem ad Circuncelliones attinet, quàm rectè pro illis
interceſſerit, ipſe viderit: nam illi erant & latrones &
8 homicidæ. Nos certè legibus oportet vivere, non
exemplis. Chriſtus condonat peccata, & David ejus
gerebat typum: Fateor, Chriſtus quidem condonat,
Argumentum à typis. ſed in regno Eccleſiæ, David autem adminiſtravit et-
iam regnum politicum. Nec ſemper eſt argumentum
ſatis firmum à typis. Nam alioqui dicemus meretri-
ces quaſdam, quæ in ſacris literis commemorantur,
non peccaſſe, quòd fuerint typi atque imagines Ec-
cleſiæ. Et Chriſtus ipſe, etſi ſit propenſus ad miſeri-
cordiam, & multa condonet, tamen vltimo illo tem-

A pore erit ſeverus & inexorabilis Iudex, dicétque im-
piis: Ite maledicti in ignem æternū. Et omninò in ea- Mat.25.41.
dem cauſa ſunt illi etiam, qui propter potentiam ho-
minum remittunt excommunicationem & diſcipli-
nam Eccleſiaſticam. Sed de ea, quid ſentiendum ſit,
dictum eſt aliàs ſuo loco. Sed hic fortaſſe quiſpiam
objiciet, Davidem immeritò à nobis accuſari: Illum An David in hac re ſequutus ſit ductum Spiritus ſancti.
enim in hac re, ut ſæpe alias, ſequutum fuiſſe ductum
Spiritus ſancti, & ea cauſa nihil peccaſſe. At ego non
B ſoleo libenter uti hac excuſatione, niſi cùm id quod
factum ſit contra legem communem, videam à Sacris
literis approbari. Deinde, nihil hîc oppugno, niſi ex-
cuſationem Davidis. Non enim ait, ſe duci impulſū
Spiritus ſancti, ſed Ioabum potentem eſſe & gratio-
ſum apud milites, nec poſſe teneri legibus. Hanc ego
excuſationem dico non recipiendam.

21 Sed quoniam videntur taxari, qui alios judicant, In Rom.2.
& quidem non malè, cùm tamen ipſi vertentur in An judex obnoxius alicui criminis, poſſit judicare accuſatum ejuſdem criminis.
eiſdem ſceleribus: videndum eſt, an illi rectè ſentiāt,
C qui opinantur, judices quando ſunt rei ejuſdem cri-
minis, non poſſe, nec debere judicium in alios exer-
cere, qui accuſantur. Sed hoc eſſet Reſpublicas ever- Cl.2.Ca.11.
tere, ac judicia funditus tollere. Neque huic ſenten- Sect.57.
tiæ Paulus aſtipulatur: ſed tantùm oſtendit, eos maxi-
mè peccare, qui juſta ſeveritate animadvertunt in a-
lios, & ſeipſos prætereunt. Deberent ſanè corrigere
atque emendare ſeipſos. Non tamen jubet Paulus, ut
deſerant commiſſam ſibi provinciam. Solent huc ci- Locus Ioannis de adultera.
tare & Chriſti dictum, ad eos, qui perſequebantur
D adulteram: *Qui veſtrûm ſine peccato eſt, primus in* Ioan.8.7.
illam lapidem mittat. Verùm hæc Chriſti ſententia
non adverſatur juſtis pœnis & legitimis judiciis. Ne-
que præcepit illis, ut mulierem, quam deprehende-
rant in adulterio, non pergerent accuſare: ipſe non
erat magiſtratus, ſed ſummus Dei cōcionator. Ideo,
quod ſui muneris fuit executus eſt, ſuadendo illis
hypocritis pœnitentiam. Voluitque prius ut id cura-
rent, ut ſemetipſos à peccatis quibus obſtringeban-
tur, eximerent, per vivam fidem & pœnitentiam. Ne-
E que prohibebat, quin quod lex Moſis præcipiebat,
exequeretur. Videbat impios in his punitionibus
duplici vitio laborare. Primùm enim juvabat eos pœ-
na & ſupplicium, quod ſumebatur de proximo: quem
perſequendo ad tribunalia & judicia ſua privatim
odia & inimicitias exaturabant. Alterum erat crimen
hypocriſeōs, quòd cùm ipſi alioqui ab eiſdem ſcele-
ribus non abhorrerent, peccatores accuſando, ſimu-
labant ſtudium Legis. Hæc Chriſtus emendata vo-
luit. Mulierem non condemnavit, quia judiciis poli-
F ticis non præfuit: Non accuſavit magiſtratibus, quia
illam in adulterio non deprehenderat. Quare cùm
teſtis non eſſet idoneus, Lege non aſtringebatur, hu-
juſmodi accuſationem perſequi. Sed quod ſuæ fun-
ctionis erat non prætermiſit: quippe illam monuit,
ut poſtea à peccato abſtineret. Cùm nobis occurrit Quando peccata proximi occurrunt, quid agendū.
aliquod proximi noſtri flagitium, Deus minimè re-
quirit, ut de illo ex ejus natura ne judicemus. Nam
vę nobis, ut propheta dicebat, ſi bonum, malum dixe- Eſa.5.20.
rimus. Quod malum eſt, prout eſt judicetur oportet.
G Nec minus debemus aut judicium ſuſpendere, aut
oculos avertere ab his, quæ revera mala ſunt: Quod ſi
ſenſerimus nos quoque vitio eodem teneri, in noſ-
ipſos deſcendamus, nóſque debita caſtigatione redar-
guamus. Atque hinc fiet, ut ipſi per pœnitentiam
correpti, fratrem peccantem, & dexterius & fructuo-
ſius admoneamus. Neque pugnat cum his Matthæi
ſententia, Nolite judicare & non judicabimini. Quia Quomodo intelligendum, Nolite judicare.
illic non agitur de fraterna admonitione tollenda,
ſed tantùm impiorum curioſitas reprimitur: qui, cùm
H omni vitiorum genere ſcateant, aliorum peccata di- Matt.7.1.
ligentiſſime inveſtigant: non quò illa emendent, ſed
quò multitudine peccantium ſe oblectent, & putent
ſocietate ſuam cauſam relevari. Pii non laborant iſta
curioſitate: ut qui in ſua peccata, & quotidianos de-
fectus perpetuò habeant oculos defixos: ita, ut eis
non vacet, niſi ſeſe offerant, aliena delicta conſide-
rare. Præterea non gaudent, neque ſe oblectant pro-
ximorum damnatione, præſertim quæ temerè fiat.
Nam ſciunt fratrem ſuum, cùm Dei ſit, domino ſuo
I vel ſtare vel cadere. Verùm de privatis hominibus
nunc agimus, non autem de Magiſtratibus, aut Pa-
ſtoribus: quibus incumbit ex officio in vitam & mo-

Digitized by Google

Rom.14.4.

res eorum, qui ſuæ fidei commiſſi ſunt, inquirere. A Quare omnes, tam ſubditi quàm præfecti, peccata, quæ ſeſe objiciunt judicare debent, monendo & puniendo, quiſque pro ſuo officio, ne vitia propagentur.

An liceat juſtas pœnas à Legibus impoſitas relaxare.

In 1.Sa.11.ad finem.

22 De hac quæſtione argumenta multa ſunt in utramque partem. Primùm enim reges incitantur ad B clementiam: quod fruſtra fieret, niſi poſſent ignoſcere. David etiam condonavit hominibus ſeditioſis: & juravit Semei, ſe illum non affecturum ſupplicio. Paulus etiam, Oneſimum ſervum fugitivum commendat Philemoni domino ſuo, oratque ut culpam condonet. Et mos fuit Chriſtianis Imperatoribus, ut in hebdomada magna, cùm ageretur memoria mortis Chriſti, carceres ſolverentur. Et apud Iudæos conſuetudo fuit, ut in Paſchate, vnus aliquis vinctus à Præſide dimitteretur. Auguſtinus etiam ſæpe in- C tercelſit pro Donatiſtis & Circumcellionibus, qui non tantùm religionem turbaſſent, ſed etiam vitam & fortunas Chriſtianorum violaſſent. Adhæc ſancitum legimus apud veteres, ut ſi quis nocens fugiſſet ad Eccleſias, immunis eſſet. Cujus rei Chryſoſtomus mentionem facit in Gaina.

Ad Phil.9.

Pœnas poſſe relaxari.

Quod non liceat pœnas juſtas condonare.

23 Contrariæ quoque parti non deſunt ſatis firma argumenta. Primùm enim, ſanctum opus videtur non eſſe impediendum. Eſt autem ſanctum opus, punire ſontes: prodeſt enim Reipublicæ, & tollit pec- D cata. Deinde hoc pacto, impeditur munus Principũ. Gerunt enim gladium: quo ſi non utuntur cùm tempus & cauſa poſtulat, non funguntur officio ſuo. Adhæc qui relaxat pœnas, largitur de alieno, non de ſuo. Eſt enim judicium jus Dei, quemadmodum ſcribitur 1.c. Deut. & 1.Par. 9. Ioſaphat ait, Exercete judicium, non tanquam pro homine, ſed tanquam pro Deo. Et pœnæ juris non poſſunt tolli, niſi ab eo qui eas impoſuit. Deus autem pœnas peccatis conſtituit: quare homo non debet eas imminuere aut tollere. Deum E autem impoſuiſſe gravibus peccatis capitale ſupplicium, apparet ex 18.ca. Deut. ubi ita ſcribitur, Populum petiiſſe, ne Deus ipſe ſibi loqueretur: ſe enim tantam majeſtatem ferre non poſſe, malle audire Moſem interpretem. Has populi preces, Deum audiſſe, pollicitúmque eſſe non ſolùm ſe illis daturum Moſem, ſed etiam curaturum, ne unquam illi populo Propheta deeſſet. Prophetam inquit, excitabo vobis, de fratribus veſtris. Sed addit, ſi quis non audierit Prophetam illum, ego inquitam in eum. Verùm hic F locus non probat, pœnam illam fuiſſe capitalem. Certior eſt locus alius in Deut. c.17. Si inciderit, inquit Deus, difficilis caſus, aſcendetis ad ſummum ſacerdotem, aut ad Levitam. Et qui non audierit vocẽ Levitæ aut ſummi Sacerdotis, aut Iudicis, morte moriatur. Nunc autem agebatur de mutando ſtatu Reipublicæ. Conſulebatur ea de re Samuel: Is autem, nõ tantùm Propheta fuit, verumetiam Iudex. Non audiunt eum. Erant ergo digni morte. Potuit quidem Deus illis ignoſcere: at Princeps non potuit. Præter- G ea aperitur via ſua ſceleribus, cùm homines pollicẽtur ſibi, ſe vel gratia, vel pretio, evaſuros impunè. Hoc etiam poteſt ex hiſtoriis comprobari. Deus juſſerat Amalechitas omnes interfici. Saul pepercit Agago illorum Regi. Arguitur graviter à Samuele, quòd hoc illi facere non licuerit. Et cùm Rex Iſrael pepercisſet Regi Benhadado Syro, quem Deus juſſerat interfici, Anima tua inquit Propheta, erit pro anima illius. Habet quidem Princeps poteſtatem vitæ ac necis. Tamen quemadmodum non poteſt inſon- H tem punire, ita non debet ſontem dimittere. Imò Dominus ait, Homicidam ab ara mea auferes, & afficies morte. Denique hoc ſi permitteretur Principibus ſententiæ capitales venderentur, & arbitrium juſtitiæ poſitum eſſet in manu Magiſtratus. Ita habemus argumenta in utramque partem.

Deut 1.17.
2.par.19.6.

Deut.18.16.

Deut.17.8.

1.Sam.15.2.
Ibid.ver. 9. & 14.
3.Reg.20.32.

Deut.19.12.

24 Sed hic cogitare debemus, leges alias eſſe humanas, alias divinas. Ad hanc autem quæſtionem, multum intereſt utræ ſint. Leges enim humanæ, quia ab infirma ratione proficiſcuntur, nunquam perfectæ I ſunt, nec complecti poſſunt omnia, aut omnes prævidere caſus & circumſtantias. Itaque ſæpe, ſi Legis verba ſeverè ac rigidè urgeremus, multa iniqua decernerentur. Quare ſæpe opus eſt ἐπιεικείᾳ, & interpretatione, & correctione Legis. Eſt autem ἐπιείκεια frænum & regula legum humanarum, cùm non tam verba ipſa, quàm conſilium & ſententiam ſcriptoris conſideramus. Deinde Iuriſperiti poſſunt humanas leges, aut ex aliis legibus, aut ex rebus præjudicatis, aut ex inſtituto & more civitatis, aut ex judicio & ſalute Reipublicæ interpretari, ſi videantur eſſe ambiguæ: corrigere verò, aut mutare, aut mitigare legem, non eſt cujuſvis privati hominis, ſed Principis ſolius, qui legem tulit. Vnde Auguſtinus de Vera religione, Iudex inquit, non debet judicare de Lege, ſed ſecundùm legem, alioqui emerentur omnia. Idem habetur in Pandectis, de Legibus & Senatuſconſultis. Iam verò divinas Leges non poſſumus imperfectas dicere, ut non omnia comprehendant. Mens enim Dei, infinita eſt & perfectiſſima. Eſt quidem ſapientum & theologorum excutere, atque expendere leges Dei, & locos alios ex aliis explicare, conſiderare inſtitutum & ordinem, quem Deus tulit, antinomias diſſolvere, & ex duabus legibus, cùm obſervari utraque non poteſt, utra uti anteponenda ſit, indicare. Vt, Lex eſt, colẽdum eſſe Sabbatum. Alia Lex eſt, defendendam eſſe civitatem. Incidit tempus ejuſmodi, ut niſi pugnetur Sabbato, civitas defendi non poſſit. Hic Lex potior ſervanda eſt, ut ſalus civitatis defendatur: Deus enim ait, Miſericordiam volo, non ſacrificium. Et Chriſtus reſpondit, licere Sabbatho benefacere Lex Dei eſt, obediendum eſſe parentibus: Alia Lex, obediendum eſſe Deo. Imperant parentes aliquid, quod ſit contra legem Dei: Hic Lex potior ſervanda eſt, ut obediamus Deo. Hoc nobis licet in lege Dei. Abrogare verò, aut corrigere, aut ἐπιεικείᾳ imminuere, & diluere legẽ Dei, nobis nullo modo licet. Videat ergo Pighius qua ἐπιεικείᾳ intelligendum docuit primum præceptum, Amabis Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & cætera. Id enim cùm fieri non poſſit, ait verba Legis interpretatione commoda mitiganda eſſe. Chriſtus cœnam ſuam tradidit, & inſtituit, & adminiſtrari juſſit in utraque ſpecie. At Antichriſtus Romanus, multi, inquit, incidere poſſunt caſus propter barbas, propter morbos, propter effuſionem ſanguinis: Ergo poculum eripiendum eſt laicis. Deus in ſacro cœtu omnia adminiſtrari voluit lingua populari & nota. At illi, Myſteria, inquiunt, non ſunt temerè profananda: non eſt neceſſe, ut populus omnia intelligat: iſta committenda ſunt tantùm doctis & ſapientibus. Sed quis iſtos hanc moderationem docuit in lege Dei? Iudæi utebantur tantùm divinis Legibus. Itaque Principes non potuerunt eas interpretationibus mitigare: Leges autem humanas, quia ab ipſis rogatæ ſunt, poſſunt.

Reſponſio ad quæſtionem propoſitam.

Legum humanarum interpretatio.

Divinarum legum interpretatio.

Exo.20.10.
Oſe.6.7.
Luc.6.9.
Exo.20.12.

Legum divinarum collatio.

Deut.6.5.

Papiſtæ qua ἐπιεικείᾳ Leges Dei interpretentur.

Mat.26.26.

1.Cor.14.16

25 Adhæc mandata alia prohibent aliquid fieri, alia jubent: vel, ut Scholaſtici loquũtur, alia ſunt affirmativa, alia negativa. Quæ prohibent aut negãt aliquid, ſemper tenent: ut Ne furemur, Ne committamus adulterium, &c. in omne tempus obligamur. Quæ autem jubent aliquid, etſi ea quoque magnam vim habeant, non tamen perpetuò obſtringunt. Si quis nobis colaphum impegerit in dextram buccam, jubemur illi offerre ſiniſtram. Animum quidem ſemper habere debemus paratum, ut ita faciamus: At omni tempore, & erga omnes ita facere, nõ obſtringimur. Id enim Chriſtus ipſe non fecit, ſed percuſſus, reſpõdit; Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. Et Paulus, Percutiet, inquit, te Deus, paries dealbate. Faciendum ita eſt, cùm id aut gloria Dei, aut ejus qui percuſſit, ſalus videbitur poſtulare. Iubet Deus, ut conveniamus ad ſacrum cœtum, & celebremus Sacramenta, ut faciamus eleemoſynas: Non tamen jubet, ut iſta perpetuò faciamus. Sed quorſum iſta? Huc ſcilicet: jubet Deus, ut ſi quis Iudicem aut Pontificem non audierit, occidatur. Hæc lex obſtringit quidem Magiſtratum: ſed non ſemper, verùm cùm poſſit fieri. Accidit autem interdum, ut fieri non poſſit. At ſi cùm poſſis punire, non punias, offendis in legem Dei. Deinde videndum eſt, ne majus bonum impediatur à minore. Ioab erat vir malus & ſicarius, & dignus qui occideretur à Davide. At cùm David videret eum multum poſſe apud exercitum, ne

Præcepta affirmantia & negantia.

Matt.5.39.

Ioan.18.23.
Act.23.3.

Deut.17.9.

Præceptum quod jubet punire quatenus obſtringat.

2.Sa.3.27.
2.Sa.20.9.

turba

2.S.30.21. 1.S.11.13.

turba aut ſeditio aliqua exoriretur, noluit eum attingere. Et fieri poteſt, ut ea etiam de cauſa pepercerit Semei. Ita Saul, ne moveretur ſeditio, néve turbaretur electio, in eum diem noluit rebelles occidere: Nam alioqui non potuiſſet condonare illi pœnas cõſtitutas à Deo. Imò ne ſacrificiis quidem expiari potuiſſet peccatum, quod fuiſſet extenta manu & de induſtria perpetratum.

Reſponſio ad argumenta adverſatiorum.

26 Nunc reſpondemus ad argumenta, quæ ſolent objici. Quod dicunt Principes incitari ſæpe ad clementiam, intelligere oportet, quod ſit ingenium clementiæ. Id autem facillime intelligi poteſt ex oppoſito. Crudelis eſt, qui in arrogandis pœnis excedit modum, ex quadam animi atrocitate, nec hominum miſeriis commovetur. Contrà, clemens eſt, qui abhorret à pœnis, & eas relaxat, idque ex animi lenitate. Addo autem ex animi lenitate: Nam ſi precio, aut gratia, aut neceſſitate adducatur, ut relevet pœnas, non eſt clemens. Hæc virtus, ut ait Seneca, ſpectat maximè Principes, & eos, qui gerunt poteſtatem. Nam ea cauſa Reges dicuntur clementes & clementiſſimi, nõ quòd ita ſint, ſed eſſe debeãt. Privati verò, qui publicã poteſtatem puniendi non habẽt, poſſunt multa condonare: imò etiam ſæpè debent. Clementes tamen appellari non debent, ſed manſueti. Scire autem debemus, clementiam imminuere pœnas: non temerè, non caſu, non pro libidine, ſed ex recta ratione. Rationem autem appello, non judicium humanum per ſe, ſed formatum verbo Dei. Nam ſi temerè aut pro libidine pœnæ relaxentur, non jam poteſt eſſe virtus: violat enim juſtitiam. Virtus autem, eſt formula rectæ rationis. Clementia paulùm inflectit leges: ſeveritas autem, nullo modo flectitur. Modò autem hac utendum eſt, modò illa. Si atrox cauſa incidat, adhibenda eſt ſeveritas, non clementia. Interdum relevatur cauſa ex circumſtantiis: ibi locus eſt clementiæ. Clementia verò, quamvis inflectat legem communem, tamen nihil facit contra rectam rationem. Habet enim rationem circumſtantiarum, atque ita imponit pœnas. Dúmque clemens remittit aliquid de ſupplicio, hoc judicat, eum cui remittit, plus pati non oportere. Spectat enim non verba, ſed mentem & conſilium Legis. Cùm autem debita pœna univerſa remittitur, non clementia eſt, ſed venia. Ea autem à ſolo Deo ſperanda eſt. Quod etiam Iudæi intelligebant, cùm dicerent: Quis eſt hic, qui remittit peccata? Papiſtæ tamen jactant, ſe ſuóſque poſſe peccatorum veniam dare. Sed dices, ſi ita res habet, tum alii quidem Principes potuerũt uti clementia: at Iudæi non potuerunt, quia utebantur Legibus Dei. Reſpondeo, Illos quoque potuiſſe eſſe clementes, ſed non aliter, quàm ſi nulla certa pœna fuiſſet præſcripta lege Dei. In Levit. & Deut. præcipitur, ut ſint juſta pondera & juſtæ menſuræ: Qui ſecus feciſſet, puniendus erat. Atqui pœna nulla imponebatur. Ibi ergo locus erat clementiæ & ſeveritati judicis. Alia Lex erat, ut illi qui fuſtuario dignus eſſet, ne plus quàm quadraginta plagæ infligerentur. Hic erat in poteſtate judicis, ut intra eum numerum, paucioribus plagis affliceretur. Alia Lex erat, ne ſervus, qui ſe vendidiſſet in poteſtatem alterius, graviter affligeretur. At ſi Dominus eum violentius oppreſſiſſet, nulla erat pœna definita legibus. Hìc ergo quoque locus erat clementiæ judicis. Non ergo fruſtra Iudæorum principibus inculcabatur clementia. Ea enim uti licebat, & in humanis legibus ab ipſis promulgatis, & in divinis, quatenus, ut dixi, certa pœna non erat præſcripta legibus.

De clementia. Supr. 3. [illegible]

Marc. 2. 20.

Iudæi quatenus potuerint uti clementia.

Lev. 19. 35. Deut. 25. 15. Deut. 25. 2.

Exo. 21. 20.

27 Quod autem ad Auguſti Cæſaris clementiam attinet, reſpondeo illam legem, quæ habetur ad legem Iuliam Majeſtatis, fuiſſe humanã. Quibus enim pœnis afficiendi ſint conſpiratores, decretum eſt à Principibus: Itaque laxari ab illo lex ea potuit. Iudicavit fore ſatis, ſi Cinnam graviter increpaſſet. Et certè eum in ea hiſtoria graviter commotum fuiſſe legimus: Itaque ſatius eſſe putavit, aliquid de pœna remittere. Quota verò pars remittenda ſit, indicat *Prudentia*. At leges humanæ, cùm ſequuntur præſcriptũ naturæ, habendæ ſunt leges Dei: Vt, homicidam morte tollendum eſſe. Hìc nihil à judice remitti debet. Eſt autem clementia habitus, quo ex lenitate animi pœnas legales mitigamus intra terminos juſtitiæ. David abſolvit Semei, Fateor: Tamen cùm videret eum non debere abire impunitum, mandavit Solomoni, ne ejus canos dimitteret ad ſepulchrum impune. Davidi autem ipſi non expediebat eum occidere. Primùm enim, eum eſſet ex familia Saulis, videri poſſet odio incitatus in ejus poſteros: deinde comprobaſſet ejus verba, à quo ante appellatus fuerat vir ſanguinum. Poſtremò non debuit eam lætitiam & gratulationem populi conturbare. Ita Ioabo ignovit, qui occiderat duos viros ſe meliores. Vidit eum multum poſſe apud exercitum: Itaque eum quoque remiſit Solomoni. Peccaſſe tamen Davidem negari non poteſt, & cùm Amnonem de inceſtu, & cùm Abſolonem de parricidio abſolveret. Sed quod David facere recuſavit, id poſtea Deus ipſe per ſe fecit. Nam Amnon interfectus eſt ab Abſolone, & Abſolon, ſuſpenſus in arbore, lancea confoſſus eſt à Ioabo. Quod Paulus Oneſimum domino ſuo Philemoni commendat, id non multum ad rem facit. Nam Philemon erat privatus: & nulla hic præſcripta erat lex Dei. Orat tantùm Paulus, ut remittat privatam injuriam, quod commune eſt omnium Chriſtianorum. Orat, inquam Philemonem, ut remittat iram, idque non contra, ſed juxta legem Dei, facit. Nam Lex eſt in Deuteron. ſi fugerit ad te ſervus alienus, non reddes illum domino ſuo: quod intelligendum eſt, quamdiu dominus furit & impatienter commovetur. Id & domino utile erat, ne nimis iracundiæ ſuæ indulgeret, & ſervo, ne vehementius plecteretur.

2. Sa. 19. 23.

2. Reg. 2. 31.

2. Sa. 13. 29. 2. Sa. 18. 9.

Ad Phil. 9.

Deut. 23. 15.

28 Romanorum verò factum, quod in Paſchate hominem aliquem vinctum & damnatum Iudæis remiſerint, non poſſumus probare. Deus enim nuſquam juſſerat, ut ſuis ſolennitatibus aliquis noxius dimitteretur. Romani autem hoc pacto blandiebantur Iudæis, ut eam ſervitutem facilius tolerarent. Eadem ratio fuit, cur Principes Chriſtiani in hebdomada ſancta aperire voluerint carceres, & ſontes dimitti. Erant enim non ita prudentes divinarum legum. Nam ſi propter æs alienum fuiſſent vincti, condonaſſent non ſuum, ſed alienum: ſin propter facinora, hoc fuiſſet feneſtrã aperire ad nequitiam. Sed non poſſunt facile medium tenere Principes: Quemadmodum enim miniſtros verbi, aut miſeros & mendicos eſſe volunt, & Principes Deos quodammodo: ita aut ſontes unà cum inſontibus puniunt, quod fecit Theodoſius: aut ita parcunt omnibus, ut nihil ſeverè adminiſtretur. Auguſtinus verò, interceſſit ille quidem fateor, pro Donatiſtis: ſed non negabat, licere Magiſtratui animadvertere in hæreticos. Sed cùm Circuncelliones ſævirent in Chriſtianos, & Eccleſia jam cogeretur implorare auxilium Principum, jámque Circuncelliones punirentur, Eccleſia videbatur cruenta eſſe, & ſuas injurias perſequi. Non tamen ôrat Auguſtinus, ut illis in totum ignoſcatur, ſed tantùm ut abſtineatur à ſanguine. Verùm, quicquid eſt, Auguſtini exemplum non debet cuiquam præjudicare: Legibus enim vivimus, non exemplis. Hodiè enim, ſi quis miniſtrum occidiſſet, aut latrocinium exercuiſſet, quis pro illo intercederet? Sed erat ſontibus perfugium ad Eccleſiam? Eſto. Nec nos Aſyla tollimus, Deus enim ea permiſit. Nam ſi cauſa obſcura eſt, interim dum ea agnoſcitur, melius ibi eſſe poſſunt, quàm in carcere. Cognita verò cauſa, Deus ipſe juſſit facinoroſum auferri ab ipſis altaribus, & occidi. Hæc ſunt, quæ me movent, ut putem non licere Principi cõdonare pœnam peccatorũ. Et certe ſapientes ſemper judicarunt, optimè conſtitutam eſſe Rempublicam, ubi quàm pauciſſima relinquantur in poteſtate Iudicum. Reſpublica Iſraelitica, perpauca habuit hujuſmodi, at aliqua tamen. Quod erat definitum Legibus, nullo modo erat remittendum. Non parcat, inquit Deus, oculus tuus uxori tuæ, quæ dormit in ſinu tuo.

Matt. 25. 15.

Auguſtini exemplum.

Aſyla.

Deut. 13. 8.

De Carnificibus.

In Iud. 8. v. 20.

Cur Gedeon incitaret filiũ ad perimendos hoſtes?

Deut. 19. 12.

29 Porrò filium ad Reges interficiendos, Gedeon fortaſſis ob id impellebat, ut ejus animum contra hoſtes populi Dei à teneris annis inflammaret, ut de Hannibale ſcribitur, quòd adverſus Romanos à puero ſe devoverit. Seu quo tenera ætate diſceret Legi divinæ parere, qua ſanguis propinquorum effuſus

Digitized by Google

jubebatur vindicari. At nonne id mandari potuiſſet A
carnifici? quid filiũ ſic urgere voluit? Ad hoc duplex
Deut. 13. 9. & 17. 7.
reſponſum ſe offert: Primum, ſontes occidere, anti-
Hebræi non habuerunt carnifices.
quitus non fuiſſe dedecoroſum. Præterea non videri
Hebræos veteres habuiſſe carnifices. Et ſane munus
hoc apud Hebræos nullum fuiſſe, id teſtatur, quod in
Lege ſcribitur, blaſphemum deprehenſum ita fuiſſe
lapidandum, ut manus teſtium prima contra eum in-
ſurgeret: nec cædes peculiari cuipiam carnifici man-
Esa 22. 17.
dabatur. Neque ignominioſum fuiſſe occidere ſon- B
tes, multa exempla demonſtrant. Saul cùm Sacerdo-
tes perimi vellet, carnifices non accerſebat, ſed ad
proceres, qui ſecum erant converſus, illos jubebat
Sacerdotes invadere, qui miniſterium eorum ac di-
gnitatem reveriti, parcere non audebant. Solus Doeg
Idumæus, tantum facinus auſus eſt exequi, qui apud
1. Sa. 15. 33.
Regem infimo loco non fuit. Samuel item, captivum
Regem Agag, ſua manu peremit. Ioabus quoque cũ
altaris cornua apprehendiſſet, à Banaja ſummo exer-
1. Reg. 2. 34.
citus duce occiſus eſt. Non itaque vetus illa Hebræo- C
rum ætas, carnifices habuiſſe videtur. Quantum verò
ex Ethnicorum hiſtoriis conſtat, ſub Romulo, Ro-
mæ, cœperunt lictores, qui (ut Plutarch. in ejus vita
ſcribit) vel à ligando ſunt dicti, vel quòd Græci eos
λιτοὺς appellent, aut λειτουργοὺς, quod publico munere
fungantur. Faſces Romulus geſtandos illis dedit, qui-
bus erat ſecuris adjuncta. Habuerunt etiam lora, qui-
bus cives vincerent, & victos aut virgis cæderent,
aut ſecuri ferirent. Vetuſtiſſimi attamen hoc munere
carebant: quiſque illud obibat, ut ei à Magiſtratu ju- D
bebatur abſque ullo dedecore. Et re quidem vera,
ipſum puniendi maleficos opus, nihil in ſe vel inho-
neſti vel indecori habet. Nam ſi honeſtum eſt, judi-
cem ſeu Principem, in facinoroſos capitalem ſen-
tentiam ferre: cur etiam juſtum non erit atque hone-
ſtum eandem ſententiam exequi? Quin & ipſe Deus
in pœnis ferendis, non tantùm malis, imò etiam bo-
nis ſpiritibus utitur.
Quare lictores & carnifices vulgò malè audiant.
30 At inquies, cur lictores atque carnifices, vul-
gò tam male audiunt? Primùm, quia vulgus male ſibi E
ab eis metuit, nec quiſquam vellet ſuorum ſcelerum
pœnas dare: hinc fit ut aſpectus carnificis horrorem
incutiat. Sic verò populum eſſe affectum ex Romanæ
Reipublicæ more oſtenditur, ubi cùm populo blan-
direntur ambitioſi plus æquo, ex foro, cœlo ac do-
micilio Romano carnificem ablegarunt, ut vel ipſa
Romani carnifice non utebantur in cives.
oratio Ciceronis pro Rabirio teſtatur. Romani cives
neque virgis cædebantur, neque capite mulctaban-
tur. Extremum ſupplicium erat exilium, deportabã-
tur in inſulas, & denique ad metalla damnabantur. F
Leges tamen Romanæ poſteriores, quæ in ff. haben-
tur, exemptionem hujuſmodi expunxerunt: nam re-
vera injuſta fuit. Crimen enim capitale, utut civis
Romanus ejus author fuerit, diſſimulari non debuit.
Leges autem quibus dorſo & capiti civium caveba-
Portia Lex & Sempronia. Act. 22. 25.
tur, duæ præcipuæ fuerunt, Portia inquam & Sem-
pronia, quarum nihilominus vi & patrocinio Pau-
lus (ut in Actis habetur) uſus eſt, atque ita virgas &
vincula evaſit. Hæc una cauſa eſt cur lictores & car-
nifices, adeò ſint exoſi. G
31 Acceſſit Papiſtica opinio de irregularitate, quæ
ut Canoniſtæ volunt, ex quovis homicidio contra-
hitur. Arbitrantur ij homines, non poſſe quenquam
tam juſtè aliquem occidere, ut ad Sacrum miniſte-
rium queat promoveri: cùm tamen inquiſitores, ut
dicunt hæreticæ pravitatis, quotidie innumeros, &
quidem innocentes, interfici curent. Papæ quoque
Legati adminiſtrando civitates & provincias, & bel-
la gerendo, licet ſint Cardinales & Epiſcopi, ſubinde
curant effundi ſanguinem. Sed intereà magna hypo- H
Exo. 32. 29.
criſi cavet, ut per laicum (ſicut loquuntur) Iudicem,
ſententia feratur, atque ita ſe à ſua eximunt irregula-
ritate. Verum Sacræ literæ non ita docent: Moſes, Le-
vitis qui ſecum tam multos occiderant ait, Conſe-
craſtis manus veſtras: tantum aberat, ut à Sacro mi-
1. Par. 22. 8.
niſterio amoverentur. Verùm ais, Davidem ob effu-
ſum ſanguinem prohibitũ olim ædificare templum.
Verùm hoc loco attendendum eſt myſterium, quo
Salomon Chriſtum Regem pacificum adumbravit. Is
enim ab eo expreſſus eſt, qui Eccleſiam, verum Tem- I
plum Dei, abſque armis, ad veram & æternam pacem
colligit. Sanguis verò juſtè ac rectè fuſus à miniſte-
rio Sacro non arcet. Pinhas enim qui ſummum Pon- A
Sanguis juſtè fuſus à ſacro Miniſterio nõ arcet.
tificatum geſſit, ſcortatores impuriſſimos transfodit.
Elias, homo Levitici generis, Prophetas Baalitas
manu ſua interemit. Et Samuel, vir ejuſdem tribus, Num. 25. 7.
Agagum Regem per ſeipſum occidit, quorum neu- 1. Reg. 18. 40.
ter à ſua functione rejectus eſt. Neque hæc ideo à me
dicuntur, ut homicidarum promotionem ad ſacros
ordines commendem: ſed id tantùm opugno, quam-
libet cædem, quodvis homicidium reddere hominẽ
ſic irregularem (quemadmodum iſti loquuntur) ut B
Eccleſiæ miniſter ordinari nequeat. Quid, ſi quis, ju-
dex aut Magiſtratus fuit, aut pro patria juſto bello
militavit, an è veſtigio Eccleſiæ miniſter ordinari
non poterit? Præclara Dei dona fortaſſe eſt nactus,
doctrina ſingulari præditus, vita pura ornatus, dexte-
ritate regendi ac pia facundia inſtructus: an Eccleſia
(ut iſti abſurdiſſimè ſentiunt) ejus dotibus uti non
poterit? Profectò in Ambroſio id non fuit obſerva-
rum. Miniſter Cæſaris erat, & jus dicebat, cùm Me-
diolani eſſet Prætor, & tamen ad Epiſcopatum eſt ra- C
ptus. Scio Paulum exigere, ut Epiſcopus non ſit per-
cuſſor: at id nemo dubitaverit de injuſta cæde ſeu vi 1. Tim. 3. 3.
accipiendum. Verùm quid hic agas? A Papiſtis om-
nia ſuperſtitioſe tractantur.
32 Tertia demum cauſa, cur lictores atque carni-
fices male audiant, ea eſt, quod permulti eorum im-
pure ac turpiter vivunt, & olim facinoroſi fuerint.
Munus attamen illos non contaminat, ſed illi potius
vitio ſuo præclarum munus polluunt. Dicit quidem
Ariſtoteles ſexto Politicorum capite vltimo, probos D Ariſtotel.
viros, hoc genus functionis averſari, nimirum homi-
num puniendorum, quod ἀπέχθειαν habeat: Incur-
runt enim ij frequenter in hominum odia. At meo
judicio, vir pius & bonus, hoc nomine ſuam admini-
ſtrationem horrere non debet. Venit in mentem re- Chryſippi dictum.
ſponſum Chryſippi, qui rogatus cur Magiſtratum nõ
gereret? Si non rectè, inquit geſſero, Deo diſplicebo:
ſin rectè, hominibus: at neutrum volo. Viſus eſt non-
nullis prudenter admodum reſpondiſſe, mihi verò
ſtultè. Nam per ἀντιστρέφοντα potius reſpondendum e- E
rat? Rempublicam gerendam, & quidem rectè, ut
Deo placeamus & probis hominibus: improborum
verò, à ſapienti & bono viro, ratio non eſt habenda.
Ex iis apertè jam oſtenſum eſt Gedeonem interfi-
ciendo Reges Madian per ſeipſum, nihil ſe indignum
commiſiſſe, neque rem turpem filio mandaſſe.

De Aſylis.

33 Quoniam verò ſcriptum eſt, Adoniam altaris F In 1. Reg. 1. 50.
apprehendiſſe cornua, & idem etiam legitur de Ioa-
bo, ideo nonnihil videtur de Aſylis agendum: in qui-
bus libertas illis conceditur: qui eò confugerint. A- Aſylum quid & unde dictum.
ſylum appellant rem ſeu locum ſacrum, unde non li-
ceat vi quenquam abſtrahere. Si credatur Servio
Grammatico in libro octavo Aeneidos, nomen de-
ductum eſt ab α privandi particula, & σύρειν, quod eſt
trahere, & per Labdaciſmum ρ in λ commutatur: Vel
à verbo συλᾶν, quod eſt auferre: Vnde Homerus ἀπό-
λαν τεύχεα καλά. Vtcunque nomen derivetur, non eſt G
multum laborandum: Attamen id non prætéribo,
hinc nomen effici ἀσυλία, quod jus exprimit, quo
fruuntur ad aras, ſtatuas, templa confugientes. Vnde
jactatur illud, εἰς τὸ Θησεῖον καταφεύγοντες ἀσυλίας ἔτυχον,
Id eſt, Qui ad Theſei templum confugiebant, jus ve-
niæ habebant. Ædem verò & ſimulachrum vocabant
ἄσυλον. Pollux dicit, Præcones, vel caduceatores fuiſ-
ſe ἀσύλους, id eſt, tutos, ita ut ubicunque eſſent invio-
lati ſervarentur. Plutarchus in Problematis ait, de
Tribuno plebis: illum fecerunt, & ſacroſanctum, & H
ἄσυλον, id eſt inviolatum. Nec licuit cuiquam manus
in eum injicere.
34 Initium autem Aſylorum, faciunt à nepotibus Vnde orta Aſyla.
Herculis: Nam cùm ille abiiſſet e terris, veriti ſunt
impetum & vexationes ab iis, quos avus afflixerat.
Proinde Athenis, Miſericordiæ templum extruxe-
runt, curaruntque decretum fieri, ut qui eò confugiſ-
ſent, inde non poſſent abduci. Ejus rei Statius memi-
nit, dicens,

Herculeos fama eſt ſedem fundaſſe nepotes. I

Livius tradit, Romulum & Remum condita Roma,
inter arcem & Capitolium aperuiſſe aſylum, eo in
loco,

Digitized by Google

loco, qui appellabatur Intermontius. Quotquot eò veniſſent, quamvis facinoroſi, conſequebantur impunitatem. Cui Deo ſacer fuerit is locus, ambigitur. Sunt qui arbitrentur, dicatum fuiſſe Vejovi: ſed Halicarnaſſæus, ingenuè fatetur ſe neſcire. Auguſtinus de Concordia Evangeliſtarum lib. 1. c. 12. iſtud factum Romuli & Remi, eo nomine damnat: quod ut augerent creſcentem urbem quam extruxerant, impunitatem ſceleratis hominibus dederint, eóſque adverſus patriam ſuam armarint: cujus leges timebant, ac inde pro mercede fugæ impunitatem adipiſcebantur. Non ad hoc exemplum, inquit, in Eccleſia Chriſti actum eſt: in qua datur quidem ſecuritas peccatoribus, ac pœnitentibus. Fuerunt itaque aſyla in variis locis, hoc eſt, in Aſia, in Græcia, Ægypto. Et Romæ poſtea decretum fuit, ut ſtatuæ Imperatorum eſſent ἄσυλοι. Unde Philoſtratus inquit, ἄσυλος ἡ ἀνδριὰς τῷ ... Deinde immunitas hujuſcemodi ad templa Chriſtianorum, Abbatias & Monaſteria tranſlata eſt.

Aſylorum genera.

Nam cùm principes Chriſto nomen dediſſent, privilegia quæ olim fuerant & fanorum & ſimulachrorũ, contulerunt ſacris domibus. Opinabantur enim, Aſyla eſſe adeò rem neceſſariam hominum ſocietati, ut ſine illis Reſpublica non poſſet conſiſtere. Unde cùm illa oporteret habere, talem honorem detulerũt Eccleſiis. Cæterùm ſi vetuſtas requirenda ſit, ad Moſen potius quàm ad Nepotes Herculis eundum eſt. Moſes quippe multo eſt illis vetuſtior: Is autem in ſuis legibus, pluribus locis, civitatum refugii mentionem fecit. Et Exodi vigeſimoprimo, Dei nomine juſſit homicidas, qui data opera & volentes quenquam occidiſſent, rapi ab ipſo altari. Sin verò quiſpiam imprudens ac nolens, hominem interemiſſet, civitates refugii ſe pro eis daturum promiſit: quod Numerorum trigeſimoquinto capite, præſticit, cùm jam Iſraelitæ regna Og & Sehón occupaſſent, eáq; tribui Gad, Ruben, & dimidiæ tribui Manaſſe diſtribuiſſent. Ibi porrò tria conſtituta ſunt aſyla, unum ſcilicet in tribu Gad, alterum in tribu Ruben, tertiũ verò in dimidia parte tribus Manaſſe. Cujus itidem rei, capite quarto Deuteronomii fit aperta mentio. Deinde Iordane tranſmiſſo, alia tria per Iehoſuam fuerunt aperta, hoc eſt, in tribu Nephtali, Iuda & Ephraim. Sed in iis impunitatem non conſequebantur, niſi qui fortuitò & imprudentes hominem occidiſſent. Appellabantur civitates *Hammiclat*, quòd eò ſe colligerent & contraherent, quibus hoc accidiſſet. *Camlat* enim verbum, eſt contrahere & retrahere. Ethnicorum aſyla tempus præſcriptum an habuerint, quo confugientes eo, ibi commorari deberent, mihi non conſtat: Attamen exiſtimo, illic manendum fuiſſe tantiſper, donec res inter partes fuiſſent compoſitæ. Sed Moſaica definierunt, non licuiſſe profugis redire domum, niſi obitu ſummi Pontificis: quod inſtitutum proculdubio myſticum fuit. Nam eo adumbrabatur, non aliter quàm per Chriſti mortem nobis contingere ad cœleſtem patriam reditum.

Aſylorum origo ad Moſen referenda.

Exod. 21. 14.

Num. 35. 1.

Deut. 4. 41. Ioſ. 20. 7.

Num. 35. 28.

Unde orta Aſyla.

35 Nunc recenſendæ cauſæ ſunt, propter quas utilis viſus fuerit aſylorum uſus: ac è diverſo, damna & vitia eorum. Nam iis cognitis intelligemus, an conducat noſtris temporibus aperta eſſe aſyla. Cauſæ utilitatis eorum, & quidem non vulgares, permultæ numerantur.
1 Primùm quandoque uſuvenit, ut cauſa dubia ſit, & interpretes legum plus æquo rigiditatem ſequantur. Et qui laborat in judicio, interdum animadvertit judicem ſibi eſſe iratum, & adverſarium ſuum admodum potentem: unde reus timet, ne vel ira judicis, vel adverſarii potentiâ opprimatur. Quocirca præſtat, ut aliquantiſper latitet, donec mitigentur animi, & leges exponantur aliquanto lenius. Quòd ſi ageretur ſecus, caperetur illico reus, ac tolleretur è vita, non adeò juſtis rationibus.
2 Deinde, ſervi ex eo inſtituto, magnam commoditatem ſentiebant: Domini enim qui eos emerant, ſæviebant interdum in eos crudeliſſimè. Quare cùm eos incenſos ita contra ſe animadvertiſſent, ad aſyla confugiebant, ac ibi auxilia magiſtratuum implorabant: cognoſcebatur cauſa, & cautione immunitatis interpoſita, heris ſuis reconciliabantur.
3 At ſi herus deprehenſus fuiſſet nimium ſævus aut impudicus, qui ſervum aut ancillam conatus eſſet ad obſcœna cogere, jubebatur ſua mancipia vendere, atque ita non pretium, ſed dominatum in ea amittebat. Nec ii ſervi fugitivi habebantur, ut in ff. legitur, de Edicto ædilitio, l. Fugitivus.
4 Adhæc tempore belli, aſyla commoda erant. Nam cùm civitas capienda eſſet, nec auxilium appareret ullum, obſeſſi ad templa confugiebant: quod non leviter profuit Romanis, cùm urbs ab Alarico vi caperetur: Omnes enim qui ad templa Petri & Pauli confugerunt, ſervati ſunt. Præterea manifeſta eſt utilitas, quæ colligitur ex legibus Moſaicis, de fortuitis homicidiis. Res illicò probari non poterat: ideo reſtabat, ut cognoſceretur, & ſtatuerent judices an voluntarium, an fortuitum commiſſum fuiſſet homicidium. At ſi non datæ fuiſſent civitates refugii, periculum erat, ne ſanguinis vindex, id eſt, propinquior defuncti cognatus homicidam interficeret, nondum cauſa ejus legitimè cognita.

Num. 35. 11. Deut. 19. 4.

5 Quin etiam ſunt nonnulli gravati ære alieno, qui non ſunt ſolvendo, & quædam leges admodum rigidæ ſunt, ac decernunt, Ubi non habet in ære, luat in corpore.
6 Unde in vincula & carceres conjiciunt illos miſeros. Unde conducit aſylum habere, ut res certis conditionibus leniter poſſit componi. Non prætermittam uſuveniſſe tempore Baſilii (ut Gregorius Nazianzenus in oratione funebri ejus refert) ut præfectus Valentis Imperatoris aſſeſſorem haberet, qui nobilem quandam fœminam miſerè deperibat, cupiebátque illam uxorem ducere. At ea recuſabat, Præfectus aſſeſſori ſtudebat: Unde vis mulieri afflictæ parabatur, quare illa confugit ad Eccleſiam: Baſilius eam protexit jure aſyli, quod Eccleſiis & altaribus erat conceſſum. Has commoditates Principes attendentes, non ſolùm hæc privilegia Eccleſiis conceſſerunt, ſed caverunt legibus, ut qui aliquos inde vi abſtraxiſſent, crimen læſæ majeſtatis incurrerent: ut in C. habetur, De iis qui confugiunt ad Eccleſias, in l. Fideli. Habuerunt itaque pro capitali hujuſmodi crimen. Verùm è diverſo multa inde conſecuta ſunt & damna & incommoda, quæ viciſſim referre operæprecium erit.

Aſyla quorum malorum cauſa.

1. Reg. 1. 15.

Aſylorum cauſa.

36 Inde ſæpe fit, ut heri à ſervis contemnantur, ſi ſpem habentes impunitatis ad aſyla confugiant,
1 multiſque diebus ibi maneant, quibus domini eorum proculdubio coguntur officiis & neceſſario miniſterio carere.
2 Iis addas homines tum liberius peccare, ſi aſyla in promptu habuerint ad quæ confugiant. Id Tiberius Cæſar prudenter vidit, qui referente Suetonio & Tacito pertæſus tantæ libertatis, privilegia omnibus aſylis abrogavit. Ventum eſt eò, ut Plutarchus in Problematis ait, ut ſacerdos Iovis, pro foribus templi ſtaret, & qui veniſſent, ſéque pedibus ejus advolverent, immunes eſſent: ac ſi vincti fuiſſent, illico ſolvebantur. Qua etiam ratione, multa Papiſtica templa ſpeluncæ latronum hodie fiunt:
3 Nam qui obærati ſunt, ibi ſeſe continentes, haudquaquam ſolliciti ſunt, ut ſatisfaciant creditoribus. Laborem fugiunt, & ſe in hujuſcemodi aſylis non incommodè tractant. Accedit aliud malum, ut qui eò ſe receperunt, & cauſa cognita malefici deprehenduntur, opera monachorum & ſacrificorum evadunt, atque hoc pacto gravia crimina relinquuntur impunita.
4 Quin ipſa Reſpublica iſta ratione crebrò turbatur, cum ſcilicet in hujuſmodi aſylis, rei criminis læſæ majeſtatis defendantur: ut Adonias Rempublicam læſerat, & altaris cauſa illæſus manebat.

37 In hujuſmodi autem criminibus, immunitatem fuiſſe conceſſam ad Eccleſiam fugientibus, in ſua hiſtoria teſtatur Socrates libro quinto capite ſexto, ubi narrat Eutropium quendam ex proceribus Arcadii, cupiviſſe admodum ſe ulciſci de iis qui profugerant ad Eccleſiam: & cùm ei per legem id non liceret, ab Imperatore decretum extorſit, quo Eccleſiæ jus aſyli abrogaretur. Sed paulò poſt contigit, ut ipſe idem Eutropius cum quibuſdam ſuis, Cæſaris indignationem incurrerit: Quare ne caperetur, ad Eccleſiam conceſſit, quòd ei minimè profuit. In hunc virum præſentem Chryſoſtomus concionando invectus eſt, dicens Eccleſiam illum defendere non poſſe, qui privilegium ei libertatis abſtuliſſet. Et quia Iuſtinianus illam immunitatem adeo amplam & latam vidit Rebuſpublicis obeſſe, idcirco eam contraxit, ut in Authentic. videre licet, titul. de mandatis

Aſyla Papiſtica quam concedant immunitatem.

Gal.1.15.

ſcribit ad Galatas, cùm placuiſſet Deo revelare mihi A Filium ſuum, ut eum inter gentes annuntiarem, ſtatim non acquievi carni & ſanguini, neque ivi ad Apoſtolos, qui erant ante me, ſed abij in Arabiam. Non expectavit itaque conſenſum aliorum, ſed ſtatim vocationi paruit. Ita & nos oportet facere: poſtquam Deus veritatem ſuam patefacit, non eſt cunctandum. Expectandus quidem conſenſus eſt, ſi res dubia & obſcura fuerit. Noſtra verò cauſa clara & confeſſa eſt, quam ſi volumus omittere, dum conſenſus habeatur, B res ipſa perditur, & bonæ occaſiones corrumpuntur. Tyberius voluit Chriſtum referre in numerum Deorum, ſed putavit adhibendum Senatus conſenſum: verùm Senatus noluit, atque ita factum eſt, ut dum conſenſus expectaretur, Chriſtus in deos referri non potuerit, cum Tyberius id per ſeipſum valuerit perficere. Sed obſecto, dicant nobis, Quorum conſenſum expectare volunt? Epiſcoporum? At illi (ne dubitent) nunquam conſentient: ſunt enim jurati hoſtes veritatis.

Quando expectandus eſt conſenſus?

Tyberij factū.

Cla.l.2.c.4. ſect. 41.

29 Cæterùm, ad medios Magiſtratus redeamus, C de quibus antea loquebamur. Oportet nos meminiſſe quid filiis Deus præceperit de parentibus: Honora patrem & matrem. Quibus utique verbis, honor & obſervantia erga ſuperiores poteſtates præcipitur. Nā eæ parentum locum habent erga inferiores Magiſtratus. At videamus quidnam Chriſtus hac de re pronūtiarit: Qui amat patrem, inquit, aut matrem plus quā me, non eſt me dignus. Idem profectò de Magiſtratu, qui eſt pater patriæ, ſentiendum eſt. Colere illum oportet, D non tamen ſupra Dominum: Imò ſi quid adverſus eum præceperit, & odio habendus eſt & abnegandus. Nec licuit cuiquam ſe Chriſtianum profiteri, & à ſuperiori Magiſtratu, in iis quæ contra verbum Dei ſunt, nolle diſcedere. Hoc eſſet duobus dominis velle ſervire, atque in duas partes claudicare. Si Deus eſt Deus, eum ſequamur: idque non ex dimidio, ſed ex toto. Sed timendum eſt, inquiunt, ne dum poteſtati ſuperiori adverſamur, periculum creemus Reipub. Adhoc ego è diverſo reſpondeo, atque olim Athenié- E ſibus reſpondit Demades, Caſſander Macedo, qui Alexandro magno ſucceſſit, egit cum Athenienſibus, ut Alexandrum colerent pro Deo. Illi cunctabantur: & Caſſander, niſi morem geſſiſſent, eos bello invaſurus videbatur. Quare Demades ad populum ita loquutus eſt: verendum eſſe, ne dum cœlum retinerent, amitterent terram. Ita iſtis ego reſpondeo, ſed commutatis verbis: Eſſe verendum, nedum Rempublicam terrenam curant & defendunt nimium, cœlum amittant. Quamvis enim fremat & minetur ſuperior pote- F ſtas, in bona cauſa fortiter eſt agendum. Nobis enim invitis omnibus Magiſtratibus, & toto orbe terrarum reclamante, Deus ſanctè & pie colendus eſt: Et idcirco, ſi poteſtas illa ſuperior contra jus divinum imperet, non eſt audienda. Ita ſe geſſit Naboth Ijzraelita, vineam ſuam hereditariam noluit Achabo Regi cedere. Nec aliud ſpectavit in ea re, quàm ut lex Dei ſalva maneret, qua cautū erat, ut tribus & familiæ Iſraeliticæ, quoad poſſeſſiones, diſtinctæ manerent: Vnde Nabotho per eam non licuit alienare ſuam hæredita- G tem in perpetuum. Poterat attamen quiſpiam gravatus ære alieno, uſque ad annum jubilæi, ſuum agrum vendere. Sed is poſt illum annum, ad poſſeſſorem priſtinum redibat. Voluit hoc pacto Deus, ut hereditates Iſraeliticæ non confunderentur. Quare Naboth avita hæreditate cedere noluit, ne lex Dei reſcinderetur: quem etiam Magiſtratus imitari debent, ut non cedant locum in ſuis civitatibus vel ditionibus, Miſſis impuriſſimis & idololatriæ Papiſticæ. Iudæi cùm à Macedonibus oppreſſi tenerentur, quidvis potius H pati volebant, quàm ut ſtatua Iovis Olympici maneret in templo Dei: Et cùm iiſdem Romani imperarent, quantam ſeditionem ac tumultum excitarunt, potiùs quàm ut aquilam argenteam, aut Caligulæ ſtatuam in loco ſacro paterentur collocari? Quin & Valentinianus Imperator Arrianus (ut eſt apud Euſebiū, & in Epiſtolis Ambroſij) volebat Mediolani Baſilicam ſibi tradi, ubi cum ſuis hæreticis preces & ſacra celebraret. Verùm Ambroſius cedere noluit, imò diu noctúque manſit in Baſilica unà cum populo, ne Im- I perator eam vacuam occuparet. Si Hebræi divinum templum ſtatuis nolebant pollui, & Ambroſius Ec-

Exod.20.12.

Mat.10.36.

Mat.6.24.

1.Reg.18.21.

Demadis reſponſum.

Naboth. 1.Reg.21.3.

1.Mac.1.17. 2.Mac.6.2. Iudæorum conſtantia cōtra Macedonas & Romanos.

A cleſiam ab hæreticis contaminari non patiebatur, cur fideles Magiſtratus templa ſua permittant idololatriæ, & impuro cultui Papiſtarum?

30 Dicunt hæc ad ſe nihil pertinere, nec illa templa eſſe in ſua poteſtate. Quid ergo? Si homicidium in illis templis committeretur, aut ibi aliqui conſpirarent adverſus Rempublicam, an homicidas & conjuratos ibi relinquerent impunitos? Num hæc ſcelera dicerent ad ſe nihil pertinere? An prudentes B & ſcientes ita ferrent? Non arbitror, ſi ſaperent, & ſi Reipublicę conſultum vellent. Si quis illis objiceret, hoc templum non eſt veſtrum, nec veſtra refert quid ibi agatur: Imò dicerent, quando eſt in noſtra civitate, eo ipſo ſatis ad nos pertinet. Iam verò ſcelera longè graviora, quàm homicidia & conjurationes ibi committuntur, idololatria inquam, ſacrilegium, & blaſphemia: Et iſte Magiſtratus, qui vult dici Chriſtianus, ſua intereſſe non putat? Atqui ſuperior poteſtas, inquiunt, fieri hæc imperavit. Ad hoc jam antea C multis reſpondimus. Nunc addatur, ſi eadem poteſtas civitatem perdere, aut privilegia eripere, aut minuere conaretur, id nunquam ferrent, ad arma potiùs conclamarent: hæc autem quæ multo graviora & acerbiora ſunt, palàm in luce fiunt & feruntur. Et quod longe graviſſimum eſt ibi feruntur, ubi à multis annis Evangelium Chriſti receptum eſt.

Idololatria ſcelus majus adulterio.

31 Nunc ſupereſt, quoniam ſæpe Magiſtratus excuſat, dicendo cauſas Eccleſiaſticas ad ſe nō pertine- D re, ut id falſum eſſe oſtendatur. Quamvis ut ex iis, quæ jam dixi, perſpicuè ſatis habetur, attamen hæc, ad majorem perſpicuitatem, viſa ſunt adjicienda. Primum aio, Magiſtratum eſſe divinæ Legis cuſtodem, quæ non tantùm poſteriorem tabulam, ſed etiam priorem continet. Quare Magiſtratus, tam eſt curator unius, quā alterius. Addo etiam quod Auguſtinus ait, non tantùm homines privatos, verumetiam Reges oportere ſervire Domino. Nam in Pſalmo habetur, In conveniendo populos in unum, & E Reges, ut ſerviant Domino. Et alibi; Et nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis terram: Servite Domino in timore, &c. Privatus homo, inquit Auguſtinus, Domino ſervit, ſi confiteatur nomen ejus, & recte vivat. Hoc autem non eſt ſatis Regi & Magiſtratui. Nam is authoritate ac poteſtate ſua, ita debet ſervire Domino, ut puniat eos, qui adverſantur: quod niſi faciat, videtur aſſentiri blaſphemis & hæreticis. Rex enim cùm iſtos videt & patitur, perinde facit, ut ſi ſe illis adjungeret, & eorum flagitiis F faveret. Nebucad-Nezar, quamprimùm Deum novit, edictum propoſuit, capitale fore, ſi quis blaſphemiam dixiſſet in Deum Danielis. Conſimile decretum poſtea Darius fecit. Quare noſtri quoque Magiſtratus, omnes idololatrias, blaſphemias & ſuperſtitiones, cùm eas deprehenderint, omninò tollere deberent. Ethnici principes, nunquam putarunt à ſua poteſtate alienam religionis curam. Socrates cur Athenis damnatus eſt? Non quæro nunc, quàm ſanctè aut juſtè (ut enim ab omnibus propemodum G creditur, Anitus & Melitus adverſus eum mentiti ſunt) hoc dico, non alia cauſa quàm religionis, damnatum fuiſſe, quaſi nova Numina doceret, & juventutem à veteri & recepto cultu deorum abduceret, & à Magiſtratu prophano damnatus eſt. Quare putabant Athenienſes, religionis obſervantiam & curā, ad ſuum Magiſtratum pertinere. Lex Dei ſtatuit, blaſphemum occidi: non opinor à privato quovis homine, vel à ſacerdotibus, ſed à Magiſtratu. Ethnici quoque Imperatores, primis illis temporibus, non H alia de cauſa ſævierunt in Chriſtianos, niſi quia putabant negotium religionis ad ſuum tribunal pertinere. Et ſanè, quod attinet ad hanc ſententiam, non fallebantur. Nemo enim, ut Chryſoſtomus inquit, vel Apoſtolus, vel propheta, populum reprehendit Iudæum vel Ethnicos, quòd religionis curam ſuſciperent: ſed in ipſa cogitatione de religione fallebantur, quia ſuam, ut veram defendebant, Chriſtianā verò ut impiam & blaſphemam damnabant. Laudantur & Conſtantinus, & Theodoſius, & alii permulti ſancti Principes, quòd idola ſuſtulerint, & eorū templa I vel clauſerint, vel everterint. At illi non hæc fecerūt, niſi quia exiſtimarunt religionis curā ad ſe pertinere: alioquin

Vide in 1.Sa. 28.3.

Pſ.102.23.

Pſal.2.10.

Quomodo Reges Domino peculiariter ſerviant.

Dan.3.29. & 6.26.

Vide in Ethic. Ariſt.lib.1.ca. 9.

Ethnici principes, religionem curābāt. Socrates à Magiſtratu prophano religionis damnatus eſt.

Lev.24.14.

Digitized by Google

alioquin fuiſſent ἀλλοτριεπίσκοποι, & falcem in alienam A meſſem poſuiſſent. Id ęgerrimè tulerunt, & graviter queſti ſunt Donatiſtæ, Auguſtini tempore, quòd Epiſcopi Catholici à civili Magiſtratu auxilium contra ſe peterent. Sed Auguſtinus eos confutavit iiſdem argumentis, quæ paulò ſuperius retuli: & præterea id adjecit, Cur vos Cæcilianum Carthaginenſem Epiſcopum apud Cõſtantinum accuſaſtis, ſi nefas eſt Imperatorem de religione pronunciare?

Conſtan: auſam cognoſcit.

32 Colligitur adhæc ex iis, quæ idem pater con- B tra Petilianum ſcripſit, & contra Parmenianum, nec non in compluribus Epiſtolis, Donatiſtas accuſaſſe Cæcilianum, ut dictum eſt, apud Conſtantinum Imperatorem, qui cauſam primum remiſit ad Melchiadem Epiſcopum Romanum. Apud quem victi, rurſus ad Imperatorem provocarunt, nec ille provocationem eorum à ſe rejecit, ſed negotium Arelatenſi Epiſcopo commiſit, à quo denuo ſunt condemnati. Nec ibi quieverunt, ſed ad Imperatorem iterum provocaverunt, qui eos audivit, cauſam cognovit, illos damnavit, & ſententiâ ſua Cæcilianum abſolvit. C Vbi nunc ſunt, qui toties & tam impudenter clamãt, à Papa nullam eſſe provocationem, & cauſam religionis, ad magiſtratum civilem non ſpectare? Penes quos olim jus fuit indicendi concilia? Nónne penes Imperatores? Concilium Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Chalcedonenſe, convocarunt Imperatores. Leo primus ejus nominis, rogabat Imperatorem, ut Concilium indiceret in Italia, quod Græcos de errore Eutychetis haberet ſuſpectos, nec tamen id impetrare potuit: & Chalcedonenſi Epiſcopi ſunt convocati, ubi etiam Imperator D interfuit, quẽadmodum Conſtantinus Niceno Concilio. Nec arbitror aderant, ut ibi ſederent otioſi, & nihil agerent: Imo vero ut Epiſcopis, quod eſſet agendum proponerent, & ad rectè definiendum urgerent. Theodoretus refert, Conſtantinum Patres monuiſſe, ut omnia ex literis Evangelicis, Apoſtolicis, Propheticis, ac θεοπνεύστοις Scripturis decernerent. Iuſtinianus etiam in C. multas Eccleſiaſticas leges con- E ſcripſit de Epiſcopis & Presbyteris, & aliis hujuſmodi. Quin & ipſe Auguſtinus docuit, Magiſtratum eadem ratione, qua punit adulteros, idololatras ac hæreticos debere coercere, cùm ii animo ſcortentur adverſus Deum, quod multo gravius eſt quàm corpore mœchari. Et quo jure plectuntur homicidæ, idololatras quoq; ac hæreticos eſſe puniendos, cùm ab illis non corpora, ſed animæ trucidentur: licet vulgus tantùm contra homicidas incitetur, quod ſanguinem corporum interfectorum cernat, mortem vero F animorum non videat. Eſt ſanè utile, ut Magiſtratus curam hanc ſuſcipiat, & authoritate ſua homines cogat ad conciones ſacras venire, atque verbum Dei audire: ita enim fit, ut frequenter audiendo, placere incipiant, quæ antea diſplicebant. Vt hiſtorię docent, Deus pios Principes, quibus iſta curæ fuerunt, ſæpè clariſſimis victoriis illuſtravit.

Ab Imperatoribus indicabantur Concilia.

Idololatria ſcelus gravius ſcortatione.

Deus fortunavit Principes, quibus religio curæ fuit.

33 Adhæc negari non poteſt, officium eſſe Magiſtratus, tueri eas civitates & Reſpublicas, quibus pręficiuntur, & providere ne quid detrimenti capiãt. G Cùm itaque idololatria cauſa ſit captivitatis, peſtis, famis & everſionis Rerumpublicarum: quare non erit Magiſtratus eam reprimere, & veram ſanamque religionẽ conſervare? Poſtremò, docet Paulus patres inſtituere ſuos liberos in diſciplina & timore Dei: bonus verò Magiſtratus eſt pater patriæ: quare ad Apoſtolicum modum curare debet, ut ſubditi, tanquam communes liberi, erudiantur. At Reges & Principes, qui dicunt hæc ad ſe non pertinere, interea Epiſcopatus, Abbatias, & ſacerdotia conferunt, H donant, vendunt quibus viſum fuerit, nec id ab officio ſuo alienum putant: unam religionem arbitrantur non eſſe ſuæ cognitionis, & negligunt providere, ut illi, quos ad ampliſſimas dignitates promovent officio ſuo rectè fungantur. Quare illis tantum reſtat, ut Deus ipſe tandem iſta cognoſcat, & eorum negligentiam vindicta graviſſima ulciſcatur.

CAPUT XIV.

De Magiſtratuum officio, præſertim in judiciis exercendis.

PRincipes, utplurimum in otio, quaſi defuncti I laboribus, ſeſe ad venationes & ad libidines conferunt. Ita enim Alexander, profligato Dario, enervatus eſt luxu. Longè autem aliter ſe geſſit David. Non enim ſatis putavit eſſe ſubdiſſe hoſtem: Inteſtina etiam mala & injurias domeſticas, ratus ad ſuum officium pertinere. Res enim publica, ſicuti humanum corpus, non tantùm externis incommodis, ſed etiam ſæpe interioribus malis, tanquam noxiis quibuſdam humoribus, corrumpitur. Imò, ille debet eſſe finis belli, ut pax inter cives & diſciplina domeſtica conſtituatur. Itaque Iuſtinianus, in præfatione in Inſtitutione Iuris Civilis, Imperatoriam, inquit majeſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus armatam eſſe oportet: ut utrunque tempus cùm bellorum tum pacis, rectè poſſit gubernari: & Princeps Romanus, non ſolum victor exiſtat de hoſtibus, in præliis, ſed etiam per tramites rectos, & calumniatorum nequitias expellat: & fiat tam juris religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus triumphator magnificus. Eſt autem jus, non hominum opinio, ut quidam ſtultè putaverunt, ſed præceptio ſempiterna, à natura duce profecta & lege. Quod autem hic de natura dicitur, id nos multò verius, de Deo ipſo intelligimus, authore naturæ. Quod enim Deus dictavit, id nobis jus eſſe debet. Illud autem jus, homines ſæpe intelligunt lumine aliquo naturæ, utque Cicero dicit, longo uſu negotiorum & rerum publicarum adminiſtratione. Res enim ita à viris prudentibus animadverſæ, literis conſignatæ, generibus illuſtratæ, partibus diſtributæ, fient poſtriduo ars quædam, aut rectè nonnulla artis ſimilitudo. Vlpianus in ff. in tit. De jure & legibus, ait jus dictum eſſe à juſtitia. Sed miſſa iſta facio: hoc certum eſt, Illud prius eſſe quod dictat aliquid, proximum autem eſſe quod dictatum exequitur atque efficit. Illud Ariſtoteles appellat δικαίωμα, καὶ δικαιοπράγημα. Deinde ſequitur habitus quidam & proclivitas faciendi, quicquid dicetur. Idem etiam ex eo probari poteſt, quòd in omnibus artibus prius eſt objectum, quàm ſcientia. Numerus enim, prior eſt quàm Arithmetica: & cantus prior quàm muſica: & omnino omne ſcibile, prius eſt ſcientia. Ius ergo antecedit juſtitiam. Nam δικαιοσύνη, eſt quaſi δικαία σύνεσις. Scio eſſe quoſdam, qui defendant Vlpianum, dicúntque illum non conſideraſſe naturam ipſam rerum in ſeſe, ſed ita ut educitur & erumpit in actum: ſed quicquid eſt, non eſt tanti. Inprimis curare debet Princeps, ut jus reddat, idque animo bono & juſte reddat. Non enim ſatis eſt aliquid boni fieri, niſi aliud benè etiam fiat. Id autem qui faciunt, Vlpianus ait, appellari poſſe Sacerdotes. Sunt enim Sacerdotes & antiſtites legum. Leges autem ſunt res ſacræ, ut habetur in Cod. de legibus, l. Leges: pronuntiare igitur ſententiam & jus dicere, ſacra res eſt. Hoc autem eſt ita Dominari ut juves populum. Solomon in Proverbiis, Iuſtitia inquit, ſolium regis ſtabiliet in æternum. Contrà tyranni propter iniquitatem facile auferentur. Facere autem juſtitiam multiplex eſt, & multas habet partes. Oportet enim & patienter audire, & prudenter agnoſcere, & rectam ſententiam pronuntiare, & judicatum fortiter exequi. Multi enim ſæpe rectè pronuntiant, ſed propter ignaviam ſententiam tantùm habent in chartis. Videndum eſt ut ſontes puniantur, ut diſciplina conſtituatur, ut bonæ leges vigeant, ut boni mores conſervari poſſint. Hæc virtus longè utiliſſima eſt, non tantùm in pace, ſed etiam in bello. In primis autem iſta præſtare debet princeps ipſe. Eſſe enim princeps debet quodammodo jus quoddam animatum. Contrà autem impiè faciunt, qui putant, cognitionem cauſarum nihil ad ſuum officium pertinere. Hujuſmodi fuit Antonius Caracalla, qui nunquam voluit ius dicere: & Adriano, quum ſeſe excuſaret, quod non eſſet otium, muliercula ſubjecit, Noli ergo imperare.

In 2. Sam. 8. 15. Officium Principis fugiendum. Similе.

Ius quid & unde.

In artibus objectum eſt ars te prius.

Prov. 16. 12.

2 Sed dices, licétne regibus ſtatuere de religione? Certe licuit Sauli Pythonas & Ariolos exterminare, Deus enim juſſerat auferri. Qui autem dicunt, principes, ut appellant, profanos, non oportere iſta attingere, peſſimè conſulunt ſaluti Eccleſiæ. Quid enim ſi paſtor efficiatur lupus? quis eum tollet niſi magiſtratus? Aut ſi Epiſcopi, ut fit, non præſint ex dignitate Eccleſiæ, nec ex verbo Dei quis eos coercebit? Sed Oſias rex, inquiunt, cùm voluiſſet ſacrificare, percuſſus eſt leprâ. Et Oza, cùm attigiſſet ar- 2 Chro. 26. 16.

In 2. Sam. 8. 15. Magiſtratui religionis curam incumbere.

Digitized by Google

1.Sam.6.7. ſabentem ex curru, affectus eſt morte. Quare principes, inquiunt, non debent iſtis rebus ſe immiſcere. Quid ergo facient? fingunt in Eccleſia duo eſſe luminaria, & Papam quidem cum Epiſcopis eſſe luminare maius, Imperatorem autem & reges & magiſtratus eſſe luminare minus: illos oportere curare, hoc eſt perdere corpora, ſe verò animas. Ita volunt, principes tantùm eſſe paſtores quoſdam armẽtarios, ut ſaginent corpora. At ne Philoſophi quidem ita abſurdè ſentiunt: Nam Ariſtoteles in Politicis, ait, magiſtratus officium eſſe, ut curet, ut populus benè & ex virtute vivat. Nulla autem major eſt virtus quã

Deut.17.18. religio, & Deus in Deuteron. jubet ut princeps deſcribat ſibi legem, non tantùm ut eam ipſe ſervet, ſed etiam ut ad ſervandum cogat alios. Lex autem continet non tantùm politica, ſed etiam ceremonias & cultum Dei, & cùm lex diſtributa ſit in duas tabulas, utraque commiſſa eſt poteſtati magiſtratus.

Rom.13.1. Adhæc Paulus ait, magiſtratum obtinere vices & locum Dei, Omnémque animam, ſuperiori poteſtati oportere eſſe ſubjectam. Quo loco Chryſoſtomus ait, nec Epiſcopos, nec Evangeliſtas, nec Apoſtolos eſſe excluſos. Et Auguſtinus contra Donatiſtas: benè verò ſe res haberet (inquit) ſi magiſtratus adulteria punire poſſet: animorum autem ſcortationes non poſſet: & addit reges oportere ſervire Deo, non tantùm ut ipſi piè & modeſtè vivant, ſed etiam ut ad pietatem inducant alios, & defendant cultum Dei. In omnibus artibus, ut ait Ariſtoteles, eſt quædam ratio ἀρχιτεκτονική. Exempli cauſa, ars equeſtris imperat illi arti, quæ ephippia & frenos conficit. Ars etiam nautica, illi arti præeſt, quæ curat remos & carbaſa. Quare, cùm prima & ſumma ars ſit Magiſtratus, imperare debet omnibus Reipublicæ partibus. Non exercet quidem ipſe eas artes, ſed videre tamẽ debet, ne quis eas corrumpat & adulteret. Si medicus non curet ad præſcriptum Galeni aut Hippocratis, aut ſi pharmacopola merces ſuas corruptas & vitiatas vendat, Magiſtratus debet utrumque coërcere. Et ſi hoc poteſt in aliis artibus, non video cur idem in religione non poſſit. Ita Ezechias, Ioſias, David, Salomon, Conſtantinus & Carolus rectè judicabant, religionem ad ſuam curam pertinere. Ozias percuſſus eſt & meritò: Deus enim illum regem eſſe voluit, non ſacerdotem: ille tamen contra præſcriptum Dei, omnino voluit ſacrificare. At ſi ſacerdotum aliquem coarguiſſet, aut in ordinem redegiſſet, nihil illi, ea cauſa, mali contigiſſet. Oza affectus eſt morte, nimirum quòd temerè in arcam manum injeciſſet. Levitas oportuit in humeris geſtare arcam, at illi eam conjecerant in currum: hic cùm currus vacillaret, cùm injeciſſet manum, ea demum de cauſa dedit pœnas.

Quod ſit munus Principum in promovenda pietate, vide Epiſt.21.& 36.

In 1.Reg.20. v.31. Clementia decet Principes.

3 Porro pulchra ſanè laus eſt & digna Principibus, clementia. Quod & ipſi animadvertentes, in ſuis titulis, primo fermè loco clementiam deſcribunt, & à ſubditis clementiſſimi ſervari volunt. Tribus autem rationibus adduci debent, ut ſint clemẽtes.

1 Primùm quòd vices Dei gerunt in terris, & idcirco illum præ cæteris imitari debẽt. Proprium verò Deo eſt, parcere

2 & miſereri. Deinde homines regunt & tractant, non feras & bruta. Quocirca oportet, ut cum illis humaniter agant.

3 Poſtremò, clementer agendo, conciliant

Prov.20.28. ſibi benevolentiam. Vnde Salomon 20.c. Prov. dicebat thronum Regis corroborari clementia. Et Cicero cùm laudaret vel adularetur Cæſari, dicebat: Ejus fortitudinem, militares artes, victorias & triumphos, eſſe illi communes cum cæteris militibus: ipſam ejus clementiam & bonitatem integram & ſolidam ad ipſum pertinere. Proinde laudabilis eſt clementia,

Clementia in tempore & loco adhibenda. verùm non ſemper adhibenda: nam eſt tempus quod ſeveritatem expetat. Eſt clementia, quidam animi affectus, quo proni ſumus ad ignoſcendum, & ab ultione deflectimus.

Int.Sect.16. Is autem, ſi non adverſetur juſtitiæ, non violet jus & leges, nec pariat confuſionem rerum humanarum, eſt materia virtutis. Sin verò ea inducat, quæ commemoravi, jam ibi non eſt virtus, ſed in vitium degenerat, abitque in ſegnitiem, negli-

1.Reg.20.32. gentiam & mollitiem. Ita peccat Achabus, qui vult Deo eſſe clementior. Sic etiam peccavit Saul qui

1.Sam.15.9. pepercit Agago regi Amalechitarum, contra quam

A ipſi præſcripſerat Verbum Dei. Eſt itaque clementia hæc iſtorum, non virtus, ſed vitium, cùm ſecum non habeat conjunctam juſtitiam. David etiam laboravit nonnunquam hoc vitio, cùm erga Abſalomum filium ſuum & Amnonem nimium fuerit remiſſus.

An liceat Magiſtratibus, reos impunitos dimittere. In 1.Reg.20. ad finem.

4 Ex Scripturis hęc theſis liquidò colligitur, non eſſe Magiſtratui dimittendos immunes, quos Deus Amos 1.& 2. Pſal.137.8

B puniendos tradiderit. Sed objiciat quiſpiam, à Propheta Dei Amos, graviter taxari Moabitas, & Ammonitas, & Ædumæos, qui malè vexaverint & prodiderint Hebræos, qui ad eos confugerant, cùm à Chaldæis vaſtarentur: cùm tamen à Deo fuiſſent in illam calamitatem injecti. Prophetas officij ſui functione, offendere Magiſtratus. Quin & ipſi Chaldæi ſunt à Prophetis reprehenſi, quòd malè adverſus Iudæos egerint. Reſpondeo, Iudæos non fuiſſe traditos puniẽdos Moabitis, Ammonitis, & Ædumæis, ſed Chaldæis, ut Prophetæ vaticinati fuerunt. Quare cùm

C Deus nil iſtis populis de Iudæorum exitio per illos exequendo patefecerit, jure ſunt reprehenſi, & damnati crudelitatis. Nam cùm eſſent illis vicini, & alioqui genere cognati, non præſtiterunt eis humanitatem & hoſpitium in ea calamitate, quemadmodum conveniebat. Chaldæi verò idcirco reprehenduntur, quòd modum exceſſerunt contra victos: neque ſævierunt in Hebræos, ut voluntati divinę ſatisfacerent, ſed ut ſuam ambitionem & odium explerent. Sed quid Auguſtino faciemus, qui reos ac damnatos vo-

D lebat ſibi tradi ac donari à præſidibus Aphricæ, modò promiſſionem emẽdationis ac pœnitentiæ interponerent? Aiebat enim id eſſe officii ſui, & niſi quod petebat obtinuiſſet, offendebatur: & querebatur, quòd auferre non potuiſſet à publicis poteſtatibus, quod ad ſuum officium attineret. Macedonius qui reum ei donaverat, ſcripſit ad illum, ſe mirari, quomodo ad Epiſcoporum officium hoc pertineret, & ſuas adducit rationes, quare non ita videretur. Cùm itaque ſint utrinque argumenta, viſum eſt ea recen-

E ſere: deinde ſtatuere, quid ſit de quæſtione definiendum. Huc verò pertinet hæc tractatio, quòd rei traditi ſint à Deo Magiſtratibus, ut eos iuxta leges puniant: ideo non videtur poſitum in manu eorum, ut eos impunè dimittant. Auguſtinus ſecus docebat.

5 Libet autem priori loco ejus afferre argumenta: 1 Primum eſt, cùm accedat pœnitentia, & promiſſio emendationis, peccata redduntur (ut ipſe ſcribit) veniabiliora: unde nonnihil remitti debet de ſeveri- Rationes Auguſtini, ſontes dimittendos.

F tate pœnæ. 2 Secundò, Magiſtratus in puniendo nil aliud quærere debet, quàm emendationem ſeu correctionem ſcelerum. Hæc autem optima eſt ratio emendandi, ut qui reus eſt, pœnitentiam agat, & meliorem vitam inſtituat. 3 Tertiò, Poſt hanc vitam, non eſt locus emendationis & correctionis, & periculum eſt, ne ſi ſtatim afficiantur extremo ſupplicio, ne incidant in æternas pœnas, quæ nunquam ſint finiendæ: ideò illis concedenda eſt vita, ut eos pœniteat & emendentur. 4 Quartò, Principes decet imitari Deum. Matt.5.45

G Is autem impios non perdit, ſed Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: Eoſq; perfert, & fovet ampliſſimis huius mundi beneficiis, cum tamen optimè norit, & qui ſint, & qui futuri ſint. Vnde Principes multo magis reis debent ignoſcere, cùm eos lateat, quinam tandem illi ſint evaſuri. Confirmat ſuam rationem ex loco ad Romanos, quo dicitur: An ignoras, quòd bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Rom.2.4 Nos, inquit, Deum imitamur, quando nolumus reos perdi, ſed ad pœnitentiam ſervari: Principes quoq;

H id æmulari deberent. Deus non uſque adeò multos in hoc ſeculo plectit: aliquos tamen interdum ſupplicio afficit, ne videatur mundi curam abjeciſſe. At permultos impunes abire ſinit, ut nobis perſuadeamus, judicium univerſale tandem aliquando futurum, quo obſtinatos & obfirmatos in peccatis, ut meretentur, plectet: pollicentes autem pœnitentiam & emendationem Eccleſiæ donet. 5 Quintò, Mandavit Pater cœleſtis, ut inimicos diligamus: Matt.5.44. Damnati autem capitis ob ſua maleficia, inimici ſunt humani

I generis, quare juxta Dei verbum, illos benevolentia debemus proſequi. Nil autem illis poſſumus velle melius quàm ſalutem, hoc eſt, pœnitentiam emen-

Digitized by Google

6 emendationem,& æternam felicitatem.Sextò,In Ec A
cleſia non ſtatim ad ſacram Cœnam admittentur:ex-
plorabitur prius pœnitentiâ illa publica eorum ani-
mus, fundent in ſacro cœtu lachrymas, implorabunt
Eccleſiç fidem & preces,jejunabunt,habitu incident
lugubri,ac ſeſe piis operibus exercebunt:porrò quid
aliud eſt, quàm ſeipſos juſto ſupplicio afficere? Non
itaque apud nos,ii quos dimiſeritis,abibunt impuni-
7 ti.Septimò, Quod petimus eſt vobis facile, non ſolũ
poſſibile: quoniam poteſtatem vitæ ac necis in eos B
habetis , pro quibus intercedimus:unde illos cũ do-
natis Eccleſiæ , ab officio veſtro non diſceditis : non
enim id agitis . quod functionem vobis commiſſam
8 excedat.Octavò, Præterea quod à vobis poſcimus,e
re veſtra eſſe nolim vos dubitare, vobis enim quem-
admodum cæteris Chriſtianis,miſericordiâ opus eſt,
niſi putetis vos omnino peccatis vacare:dimittite i-
gitur illos nobis,ut & vobis à Deo culpa remittatur.
9 Nonò , Chriſti exemplum convenit ut ſequamini:
Joan 8.11. Adulteram ille capitis reatu abſolvit , non condem- C
navit , ad emendationem tantummodo illam eſt ad-
10 hortatus,dicens, Vade, noli amplius peccare. Deci-
Mat.1.19. mò , Ioſephi ſponſi beatæ Virginis factum poſthæc
attendite:Is alioqui juſtus,miſericordia ſic eſt emol-
litus erga ſponſam,ut licet illam agnoſceret eſſe gra-
vidam , noluerit attamen illam opprobrio afficere,
vel,accuſando adulterij, extremo ſupplicio expone-
11 re.Vndecimò,Habeatis præterea humanæ infirmita-
tis rationem , quæ tanta eſt , vt preſſius conſiderata,
queat non modo accuſatoris dolorem, ſed etiam ri- D
12 gorem judicantis frangere.Duodecimò,item civiles
homines,qui probi viri haberi vultis, paſſim jactatis
quaſi notam ingenuitatis & candoris , vos malle in
foro defendere quàm accuſare:ideò non debetis no-
bis offendi , ſi reorum ſalutem quærimus. Quamvis
inter defenſionem & interceſſionem multum inte-
reſt:Nam qui defendit,quod vitio reis datur, factum
rectè contendit, quod nos minimè facimus:latrones
enim & homicidas, aliósque facinoroſos , non rele-
vamus nec excuſamus : ſed cum peccaſſe illos fatea- E
13 mur,pro illorum ſalute intercedimus.Decimotertiò,
Deinde mos eſt urbanorum hominum , ut ſi turbas
videant ortas in aliena domo, quòd pater de filio,aut
vir de uxore pœnas velit ſumere, ſe interponant, ut-
que res mitigetur,intercedant. Quódque ipſi in do-
mo ſuâ punirent , intercedunt , ne in aliena familia
14 puniatur.Decimoquartò,Quin ipſi vos Romani po-
puli præfecti nonnunquam in ſynodis Eccleſiaſticis,
pro aliquib⁹ presbyteris intercedítis, ne acerbius, &
ad ſeveritatem canonum Eccleſiæ tractentur. Quòd F
igitur vobis erga Eccleſiam permittitis, nobis viciſ-
ſim concedite , ut exerceamus ad veſtra tribunalia &
15 ad veſtros gladios. Decimoquintò,nos dum hoc ge-
nus obſequij à veſtra poteſtate petimus , id potiſſi-
mùm ſpectamus, ut miniſterio Eccleſiæ & verbo ve-
ritatis quod prædicamus amorem benevolentiam-
que populi concilięmus. Nam cernentes verbi Dei
miniſtros , & Eccleſiæ paſtores , tam cupidos & ſi-
tientes vel ſceleratorum hominum ſalutis , non poſ-
ſunt eos non amare ac libenter audire. G

6 Atque hoc poſtremum argumentum , quan-
Reorum pœnitentiæ quomodo conſulendum. tum mihi videtur , illius animum ad hæc poſtulan-
da incitabat. Non tamen video alios Epiſcopos,
Orientales potiſſimùm , huius rei fuiſſe ſtudioſos,
quantum ex vetuſtiſſimis hiſtoriis Eccleſiaſticis po-
tui obſervare. Quod verò attinet ad ſalutem vel pœ-
nitentiam reorum , non erat quòd Epiſcopi adeò
cruciarentur , ſi miniſtri fuiſſent ad carceres dam-
natorum adhibiti, priuſquam ſupplicio afficerentur.
Nam ut noſtra ætate fit,illos hortando, monendo ac H
docendo,quæ ad pœnitentiam & emendationem fa-
ciunt , ad agnitionem peccatorum & ſolidam pœni-
tentiam , Deo juvante perducere poterant. Sed hoc
ſalubre inſtitutum non deprehendi antiquiſſimis
temporibus in Eccleſia fuiſſe in uſu , præſertim cùm
jam Imperatores Chriſto nomen dediſſent. Relatis
Benhadadi miſſio diſſimilis eius quam urgebat Auguſt. Auguſtini rationibus , id monere libet : Miſſionem
Benhadadi, de qua primo Regum capite 20. non eſ-
ſe omnibus partibus conformem indulgentiæ, quam
Epiſcopi reis à Magiſtratibus poſtulabant. Nam pro I
1.Reg.20 31. Benhadado , nemo Pontifex & Sacerdos interceſ-
ſit. Deinde nullam ipſe vel emendationis vel pœ-
nitentiæ promiſſionem interponit , imò religionis,
nulla facta eſt mentio. Similitudo attamen quæ-
dam manet , quod utrinque fiat miſſio eius , quem
Deus publicæ poteſtati puniendum tradiderat.

7 Verùm poſt Auguſtini rationes , audienda ſunt 1
argumenta Macedonii. Primùm dicebat , In iſta Argumenta Macedonij contra Auguſtinum.
miſſione, probare videmur,quod volumus punitum,
ſed peccatum eſt quod puniri volumus : ergo vide-
mur ipſum peccatum probare , atque ideò noſipſos
reddimus noxios , quoniam approbator & author
criminis , tenentur eodem reatu : cùm illis itaque
quos ita dimittimus,vincimur & ligamur eodem ge-
nere culpæ. Reſpondet Auguſtinus, Nos dum illos
Eccleſiæ donari petimus, non id quærimus , ut pec-
catum ſit impunitum,ſed emendatum. Quemadmo-
dum Deus,quando Solem ſuum oriri facit ſuper ma-
los , id non quærit , vt peccata evadant impunita:
ſed illos bonitate ſua, ut Apoſtolus inquit, ad pœni-
tentiam adducit.Deinde peccata ipſa omnino punita
voluntus,verùm alio genere pœnæ,hoc eſt pœniten-
tia,non poteſtatis gladio.Secundò, Macedonius ob- 2
jiciebat : Gladius civilis poteſtatis,erit inanis:Quor-
ſum carceres,cruces,carnifices,lictores,& alia huius
generis,ſi rei ſunt,ut vultis,impunes dimittendi? At
dicit Auguſtinus,Hæc non ſunt fruſtra : quia impœ-
nitentes & obfirmatos puniant, alios verò, qui ſe vi-
tam emendaturos pollicentur , veſtra poteſtas & in-
ſtrumenta pœnarum, eò adducunt : quia niſi hac ra-
tione terrerentur, adhuc in ſuis nefandis criminibus
hærerent. Non itaque noſtræ interceſſiones quic-
quam pugnant cum veſtra ſevera poteſtate:Imò ſi ea
non eſſet,noſtræ interceſſiones locum non haberent.
Deinde proficiunt eò, ut vitam pacatam & tranquil-
lam inter ſceleratos degamus. Tertiò argumentaba- 3
tur Macedonius, Quæ ſupplicia reis infligimus , aut
juſta ſunt,aut injuſta:Si ſunt injuſta,removeãtur,nec
amplius in Republica extent:ſin verò ſint juſta,qua-
re veſtris interceſſionibus ea impeditis ? Reſpondet
Auguſtinus.Iuſta ſunt adverſus obfirmatos & obſti-
natos in peccatis : at quando interponitur emenda-
tionis promiſſio & pœnitentia , quia reus eſt immu-
tatus,etiam ſupplicia ſunt mutanda ſeu tollenda.Ma-
cedonius ad hæc ſubjicit.Qui ſic liberantur,ſæpe fit, 4
ut poſtea in eadem recidant,velut graviora commit-
tant.Reſpõdet Auguſt.Cùm hoc fit, neque vitio no-
ſtro,neque voluntate id agitur: nec intercedimus pro
eis ut tales evadãt. Addebat præterea Macedoni⁹,A- 5
lii corrupti hoc exemplo , vehementiùs graſſabun-
tur,& ſic omnia implebũtur latrociniis.Ad hæc Au-
guſt. Deus etiam facile ſuſtinebit hoc genus , vel ca-
lumniæ , vel cavillationis. Cur etiam non dicimur
benevolentia Dei, qua ſuſtinet & fovet impios, cor-
rumpi malos , ut indies plura & graviora committ-
tant ? Poſtremò ſpectabat Macedonius damna illata 6
civibus,ac dicebat:Ita fiet,ut res furto ſeu latrocinio
ſublatæ non reſtituantur. Ad id Auguſtinus inquit,
Minimè omnium : Non enim pœnitentia vera cen-
ſetur , in qua retineantur aliena : neque remittitur
peccatum , niſi reſtituatur ablatum. Modum tamen
adhibuit,ſi fieri poſſit,&reus habeat aliena in ſua po-
teſtate.Sed quandoque hi latrones & fures malè par-
ta ſtatim conſumunt,abliguriunt & perdunt,& cum
eis non remanſerit quicquam unde reſtituant : quan-
do voluntatem immutarunt, Eccleſiæ ſunt donandi,
ne affligantur perpetuò ſine cauſa, & pœnitentia eo-
rum impediatur. Hæc audivimus dici ab Auguſtino
& Macedonio , pro utraque propoſitæ quæſtionis
parte. Poſſem addere , Iacobum ſcripſiſſe in ſua epi- Iac.2.13.
ſtola , Iudicium ſine miſericordia eum manere , qui
miſericordiam non fecit : nec non Ezechielem , qui Ez.18.31.
ſub perſona Dei ait , Non volo mortem peccatoris,
ſed potius ut convertatur & vivat.

8 Morabitur quiſpiam fortaſſis,cur Auguſtinus in- Auguſtini & Macedonij rationum conſideratio.
ter ſuas rationes non poſuerit , ſontibus etiam eſſe
parcendum,quod ignorantia laborent, vel cupidita-
te inflammentur , & ideo in tam gravia ſcelera inci-
dant.Ad id reſpondeo,Fortaſſis hoc genus argumen-
ti Auguſt. comprehendiſſe, cùm dixit, Infirmitatem
humanam eſſe attendendam : Et ſane ignorare , at-
que cupiditatibus vinci , ad imbecillitatem pertinet.

Digitized by Google

Sed aliter poſſemus reſpondere, Prudenter illum id
omiſiſſe, quod nollet ſuſtinere perſonam defenſoris,
ſed intercedentis: Non erant ejus partes, ut elevaret
vel extenuaret peccatum. Male facta eſſe illa, pro qui-
bus intercedebat, fatebatur, ſed condonationem pe-
tebat. Deinde, illi qui ea committebant, quæ ſcie-
bant publicis legibus puniri, non ignorabant peccata
Phreneticorum & eorum qui cupiditatibus agitantur collatio. eſſe. Nec qui cupiditatibus agitantur, conferri poſ-
ſunt, ut nonnulli faciunt, phreneticis & animo alie-
B natis, qui potius miſericordia quàm pœnis digni ha-
bentur: quoniam in illis adhuc viget ratio, in illis
verò extincta eſt vel alligata. Deinde phrenetici non
accerſiverunt malum: at qui cupiditatibus obediunt,
illas interdum excitant, quærunt occaſiones, non fu-
giunt illas, neque reluctantur, neque actiones exter-
nas reprimunt. Quod efficere poſſent, quamvis non
adhuc regenerati: quare collatio multum eſt diſſi-
milis.

August. ratio prima. 9 Quia verò Auguſtini rationes (pace tanti viri
C dixerim) non ſunt firmæ, idcirco diluendæ ſunt:
quod ut non difficile, ita non parum utile fore judi-
co. Primùm aiebat peccata eſſe, ut ſcribit, veniabi-
liora, quando habent adjunctam promiſſionem
emendationis, necnon pœnitentiam, & ideo non
amplius debere ſeveriter puniri. Ad hoc reſponde-
mus, Veniam quę conſequitur fidem, cui adjuncta
eſt pœnitentia, impetrari à Deo: non autem pertine-
re ad civilem judicem, qui factum ſpectat, non quæ
2 ſunt in præſentia. Addebat, ſeveritatem legum quæ-
D rere correctionem: at iſtos emendatione vitæ ac pœ-
nitentia corrigi: & ideo nihil aliud ab eis eſſe am-
plius extorquendum. At correctio quæritur à magi-
ſtratibus, non tantùm ejus cauſa qui punitur: ſed
etiam aliorum, qui ſpectaculo ſupplicii conſternan-
tur, ita ut deſiſtant ab illo genere peccati, quod tam
ſeveriter mulctari cernunt. Vnde ſcribitur in Deuter.
cap. 13. de lapidãdo idololatra: Vt Iſraelitæ videant &
Deut. 13. 1. timeant. Argumentabatur præterea Auguſtin. Non
3 eſſe poſt hanc vitam locum alium emendationis &
E pœnitentiæ: ideóque periculum eſſe, ne ſi rei hoc
pacto ex hac vita ſine pœnitentia dimittantur, in ea
ſupplicia incidant, quæ nunquam ſint finienda. Re-
ſpondeo ad hoc, Nequaquam damnatis negari pœni-
tentiam: Datur quippe illis tempus ac ſpacium reſi-
piſcendi. Et admittuntur ad eos paſtores ac miniſtri
verbi, qui eos de ſalute diligenter admoneant, fidem
inculcent & reſipiſcentiam. Sed Auguſtinus videtur
hoc loco, pœnitentię illi publicæ nimium tribuiſſe,
quaſi citra illam rei ſi occiderentur, non poſſent ha-
F bere ſalutem. Verùm non ita res habet, & quæ ibi
dicuntur, ſi preſſius conſiderentur, ſunt ἄκυρα.
Nam cùm pœnitentia ejus generis non repetatur, ne
(ut ipſemet Auguſtinus fatetur) tantum remedium
aſſiduitate vileſcat: quid faciemus iis qui poſt illam
pœnitentiam, rurſus in eadem & graviora crimina
recidunt? an jubebimus illos deſperare? Minime:
Si ſinceriter credant, & rurſus eos pœniteat, non du-
bitandum eſt, quin ſint à Deo veniam conſequuturi.
Quòd ſi peccata poſt illam commiſſa, citra eam re-
G mitti poſſunt: cur non & ea condonabuntur ſine illa,
quę priori tempore fuerunt perpetrata? Non eſt gra-
tia Dei aſtricta illis ritibus & cæremoniis, quæ no-
ſtra ætate ſunt abolitę. Subſtituerunt publicæ pœni-
tentiæ auricularem confeſſionem, quam perniciem
Occidentalis Eccleſiæ fuiſſe negari non poteſt. Præ-
terea obſervanda illa verba Auguſtini, Poſt hanc vi-
tam, non eſſe locum emendationis vel pœnitentię.
Purgatorius ignis Augustini oratione evertitur. Nam ſic aufertur Purgatorium, ſi diſcedentes hinc,
vel ad gloriam evehuntur, vel incidunt in ſupplicia
H nunquam terminanda.

4 10 Quod verò adducebatur de imitatione Dei, ſa-
tis infirmum eſt, quòd rationes ejus à noſtris mul-
tum differant. Ille ſolutus eſt omnibus legibus, & li-
bera ſua voluntate, ut libet, omnia gubernat: nos
verò ſub legibus agimus, & non quæ videntur, ſed
quæ præſcribuntur facere debemus. Imitandus eſt
nobis Deus, ſed quantum noſtra conditio & leges
impoſitæ ferunt. Ad confirmationem ex Epiſt. ad
Rom. 2. 4. Romanos, Quòd benignitate ſua Deus malos ad
5 pœnitentiam adducit, poteſt dici, etiam principes,
I hujuſcemodi reos ad pœnitentiam adducere: cùm
in ſumma benignitate & facilitate, miniſtris verbi
A aditum ad illos patefaciunt. Iuſſit quidem nos Deus, Matt. 5. 44.
inimicos diligere: verùm id intelligendum eſt, ut
faciamus quantum per leges & ſalutem Reipublicæ
conceditur. Nónne mandatur etiam nobis, ut rebel- Matt. 18. 17.
les & contumaces qui nolunt Eccleſiam audire, tan-
quam Ethnicos & Publicanos habeamus? Atque id
tametſi facimus, conſtat nihilominus adhuc erga eos
dilectio: ita licet Magiſtratui ſontes interficere, ac
ſimul dilectionem erga eos conſervare. Dicebatur 6
B etiam, iſtos non evadere impunitos, cùm ſeipſos in
Eccleſia puniant, jejunando, flendo, precando, &
ſeſe bonis operibus exercendo. Faciunt illi quidem
nonnihil, ſed non tantum pendunt, quantum leges
requirunt: quoniam eis non licet ſibiipſis manum af-
ferre, cùm tamen jure morte ſint afficiendi. Argu-
mentum illud à poſſibili & facili deductum, quòd
Magiſtratus habeant in reos poteſtatem vitæ & necis,
minime firmum eſt: quoniam poteſtates mundi gu- 7
bernatrices, gladium à Deo habent, ut nocentes ul-
C ciſcantur, probos autem & bonos viros tueantur:
non autem ut illo pro ſuo arbitrio vel libidine utan-
tur. Nec verum eſt eos ab officio ſuo non diſcedere, ſi 8
ſontes impunitos dimittant: cùm ad eos puniendos
poteſtatem acceperint. Aiebat deinde, Vobis quoq;
Magiſtratibus, opus eſt Dei miſericordia quãdoqui-
dem hanc vitam, ut alii homines, abſq; peccatis non
trãſigitis: Quare aliis donate, ut etiam vobis done-
tur. Sed attendendum eſt, quenque debere non de
alieno, verùm de ſuo donare. Quicquid autem reo
D pœnæ ac ſupplicii condonatur, non de bonis Magi-
ſtratus datur, ſed vel de parte læſa datur, vel de pu-
blica diſciplina, & legum ſeveritate: quæ ſi non ſer-
ventur & ſalva maneant, incredibilis conſequitur
ἀταξία.

11 Quod autem affertur ne adultera, quam Domi- 9 Ioan. 8. 11.
nus Ieſus Chriſtus abſolvit, minimè ad præſentem
quæſtionem facit: quia dum Chriſtus in terris egit,
non geſſit magiſtratum: ſed fuit interpres voluntatis
Patris, & verbum Dei populo miniſtravit: Quare
E non debuit adulteram capitis damnare, cùm gladium
in terris non aſſumpſerit. Accuſationem item ejus
perſequi non potuit, cùm eam in facinore non de-
prehenderit, neque crimen per teſtes probari poſſet.
Vt autem miniſter verbi Dei, accuſatores de pœni- 10
tentia primùm commonefecit: deinde ipſam adulte-
ram ex officio ſuo admonuit, ne amplius peccaret.
Vnde hinc non licet colligere, Chriſti factum vel
imminuiſſe, vel impedivisse Magiſtratus legitimam
F in eos animadverſionem. Nec magis Ioſephi ſponſæ
beatæ Virginis exemplum huc pertinet: nam ipſe
quoque non fuit Magiſtratus. At noluit Mariam tra- Matt. 1. 19.
ducere, quod eſſet juſtus. Hæc verba duplicem ſen-
ſum habent: Primùm *Tſedce*, Hebræis interdum eſt Tſedce pro
miſericordia, & ideo arbitrantur nonnulli Ioſephum miſericordia.
pepercisse Mariæ, quam ſuſpectam habebat adulterii,
quòd animo eſſet miſericordi & clementi: quare ſe-
cum ſtatuerat illam repudiare, omiſſa criminis accu-
ſatione. Hanc interpretationem ſi ſequamur, non
G poterimus Ioſephum non damnare mollitiei ac ni-
miæ remiſſionis, qui noluerit pro viribus curare, ut
adulterii malum e Repub. Iſraelis tolleretur, quem-
admodum lex Dei jubebat. Aut dicemus, Ioſephum,
cùm eſſet proprie ac verè juſtus, noluiſſe ſponſæ a- Deut. 22. 23.
dulterium traducere, quòd eſſet de criminis genere Ibid. v. 25.
incertus. Fieri enim potuit, ut puella, tam ante deſ-
ponſationem, quàm poſtea peccarit. Si lapſa fuit
poſt deſponſationem, tenebatur adulterii: ſin antea,
ſolum accuſari poterat ſcortationis: quod ſane cri-
men haudquaquam erat capitale: Sed eum qui vi-
H tium ei obtulerat, illam ducere oportuit, ſi tamen
illius parentes aſſenſum præbuiſſent. Cùm itaque ju-
ſtus eſſet, noluit Mariam accuſare ἐμφανῶς, quòd de
adulterio non ei conſtaret. Idcirco, ut hisce moleſtiis
ſe explicaret, repudium ſponſę decrevit dare: at id ne
fieret, divinum oraculum prohibuit. In ſumma, is
Magiſtratus non erat: deinde illi de genere criminis
non conſtabat. At illi de quibus modo agitur, ſunt
Magiſtratus, & cognitum crimen, non autem du-
bium, ſeu incertum, debent juſtis pœnis afficere.

12 Iubebat deinde Auguſtin. ut humana imbecilli- 11
I tas attenderetur: nam ea expenſa paulò attentius ar-
bitratur & dolorem accuſantis, & rigorem judican-
tis

tis eſſe frangendum. Vtilis & admodum pia eſt admo- A
nitio: etenim quenque dolere par eſt, naturam ho-
minum adeò nobiliter inſtitutam, in tantam imbecil-
litatem eſſe præcipitatam. Sed hoc dolore, quamvis
juſto, non debemus adduci, ut publicam juſtitiam
12 vel imminuamus, vel corrumpamus. Præterea dice-
batur, viros bonos dicere, ſe malle in foro defendere
quam accuſare. Scio id ſæpe jactatum, ſed utrunque
officium Reipublicæ neceſſarium affirmo: & modò
unum, modò alterum eſſe magis expetendum, ut rei, B
tempori ac loco magis videtur convenire. Qui enim
accuſat, Magiſtratui ſubvenit, qui omnia per ſeipſum
non poteſt videre. Iuvat etiam Rempublicam qui de-
fendit reum, quia Magiſtratum inſtruit contra vehe-
mentiam accuſatorum, vel calumnias, vel cavillatio-
nes. Quanquam Cicero dixit cùm Verrem accuſaret,
13 ſe defendere Siciliam: Atque ideo voluit ſuam accu-
ſationem pro defenſione haberi. Qui verò ad familias
accurrunt, in quibus vel turbam, vel diſſidium exci-
tatum ſentiunt: ſi eo animo id faciunt, ut ſuo adventu C
provideant, ne paterfamilias in ſervis aut liberis pu-
niendis, aut in coercenda uxore modum excedat,
collaudandi ſunt; at ſi ut omne genus caſtigationis
ac diſciplinæ tollant, non bene ſe gerunt. Nec etiam
14 is rectè fecit, qui pro presbytero interceſſit apud Ec-
cleſiaſticam ſynodum, ſi fortaſſe voluit impunitum
adulterum, ſcortatorem, ebrioſum, & honeſtos Ec-
cleſiæ canones gratiæ ſuæ poſtponi. At ſi tantùm
quæſivit, ne acerbius, vel plus æquo gravaretur, ut-
que leniter cum eo ageretur, quantum diſciplina Ec- D
Phil. v. 17. cleſiaſtica pateretur, non reprehendetur. Interceſſit
quidem Paulus apud Philemonem pro Oneſimo, qui
ab eo aufugerat: Sed ille ſervus jam in Chriſto rena-
tus, ultrò revertebatur ad herum ſuum; non capti-
vus erat, neque crimen fuit capitale. Quare hoc ex-
emplum, nihil ad cauſam quam agimus pertinet.

13 Reſtat poſtremum argumentum, quod apud
15 Auguſtinum maximi erat ponderis; nimirum, ut gra-
tiam & benevolentiam conciliaret verbo veritatis,
quod ab Eccleſiæ miniſtris prædicatur. Eſt quidem E
ratio plauſibilis: Videtur enim eo nomine, Chriſti
Eccleſia, jucunda & amabilis, quòd paſtores habeat
anxios & ſitientes admodum Chriſtianorum ſalutis,
eiſque cupiat facinora quantumvis gravia condonari.
Ita invitatum aliqui perhibent Conſtantinum ad
Chriſtianiſmum, quòd ei noſtri Epiſcopi veniam
ſint polliciti admiſſi parricidii; Filium quippe occi-
di curaverat, ſed hac de re fides penes authores eſto.
Benevolentiam & gratiam, ipſe quoque judico ſan-
cto Evangelio conciliandam; ſed non ea via, ut ſol- F
vantur leges & diſciplina, quæ ſunt Reipub. cardi-
nes. Gratia ſane prædicatur in Eccleſia Chriſti,
quoad reconciliationem cum Deo, quæ gratis con-
ceditur credentibus abſq; operibus; non autem quo
ad hoc, ut ſontes eripiantur Magiſtratibus. Id nun-
quam fecit Chriſtus, neque Apoſtoli, neque ſacræ
literæ tale quippiam vel in veteri vel in novo Teſta-
mento mandant. Neque ſancti Patres antiquitus in
Eccleſia hujuſcemodi exemplum leguntur edidiſſe.
Auguſtinus ingenii mitis admodum fuit, & cùm id G
jam ſuo tempore, in Eccleſia præſertim Aphricana
uſurparetur, nolebat abrogari: atque ideo illa Epi-
Iac. 2. 13. ſtola, tum ingenio ſuo, tum cauſæ inſervivit. Iacobus
autem cùm ait, Iudicium ſine miſericordia illum
manet, qui non fecit miſericordiam: non agit de
Magiſtratibus, ſed cæteris hominibus inculcat inju-
riarum & offenſarum condonationem: quæ res nun-
quam ſatis poteſt inter Chriſtianos urgeri. Et Ezech.
Ez. 18. 32. dicens, Nolo mortem peccatoris, ſed magis ut con-
vertatur & vivat: de Deo ſcribit, qui legib. eſt liber. H
At Magiſtratus humanus, juxta illas oportet judi-
care. Quin & boni Principes, per ſe nollent mor-
tem peccantium, ſed converſionem, & vitam illis
cupiunt, & vellent impendere: ſed quantum leges,
quarum ſunt miniſtri, eos ſinunt.

Quid ſit hac de re ſtatuendum? 14 Nunc reſtat, ut quid mihi de iſta controverſia
dicendum videatur, paucis expediam. Primùm, di-
ſtinguendum eſt de inferioribus & de ſupremis Ma-
giſtratibus, à quibus non eſt provocatio, quique me-
rum habent imperium. Inferiores omnino judicare I
debent, juxta ea, quæ illis à ſuperioribus præſcripta
ſunt. Supremi verò, qui & leges ubi ſunt obſcuræ

A poſſunt interpretari & ſuo judicio habent commiſſa,
de quibus non eſt conſtitutum, quò minus poſſint
condonare pœnas, tria obſtant. Primùm accuſator,
id eſt pars læſa, & quæ ad tribunal conqueritur. Ma-
giſtratus quippe, cuſtos eſt juſtitiæ, quare tenetur ex
officio jus ſuum cuiq; reddere: quod niſi faciat, non
eſt legitimus Princeps. Deinde Reipub. perturbatio:
dicit Ariſtoteles 5. Ethicorum cap. 5. Si videant cives
non recompenſari ſibi per ſupplicia illatas injurias,
B exiſtimare ſe agere in ſervitute, nec jam eſſe cives,
ſed mancipia. Sed facito jam accuſatorem eſſe placa-
tum, imò deprecari ſupplicium rei, ac dicere ſibi ſa-
tisfactum: An adhuc eſt integrum Principi, condo-
nare pœnam? Minimè, quia ejus eſt publicam ſalu-
tem Reipub. tueri: quæ non conſtat, niſi pœnis ma-
leficia coerceantur. Dum quis improbus punitur,
alii timent: impunitas verò unius aut alterius, ma-
los reddit audaciores. Vnde ſi neglectis pœnis, Prin-
ceps relaxat de ſeveritate legum, jam non utitur be-
C ne clementia, ſed cladem publicam invehit. Tertium
quod illum impedit, ſunt leges tam divinæ quàm na-
turæ: deinde humanæ, quæ ſunt honeſte ac legitimè
latæ. Cogitet ſecum populus non legiſſe Principes,
ut pro libidine imperarent, ſed ut eſſent miniſtri le-
gum: Imò nonnunquam illis abrogant imperium, ſi
non ex legibus gubernent. Perſæ quendam habue-
runt Regem appellatum Chabadem, id eſt, glorio-
ſum, qui cùm faveret adulteris contra præſcriptum
legum, & injuſtam legem tuliſſet, nempe ut adulte-
D ria non vindicarentur, niſi per vim eſſent perpetrata:
ſubditi adeo rem indigne tulerunt, ut Chabadem è
regno dejicerent. At vulgò dicitur, Principes eſſe de-
bere pronos ad lenitatem & clementiam: Fateor, ſed
quantum jus læſæ partis, bonum publicum, & legum
præſcriptio patitur. Deinde maxime id locum habet
in rebus dubiis, & quando leges interpretandæ ſunt,
& crimen ejus generis eſt, ut pœna legibus non ſit
definita. Proinde judico non rectè à Præſidibus & Non petẽdum
Principibus peti, ut facinoroſi dimittantur impuniti. ut rei impunè
E Quod ſi dixeris, Iam illos pœnitet, volunt emendare ferant ſcelera.
vitam, & ſunt immutati: Reſpondeo, Iudicem non
ſpectare quinam modò ſint, verum qui fuerint ſcelera
committendo. Vnde Ariſtoteles diſtinguens genera
cauſarum, Deliberativo aſſignavit futurum tempus:
qui enim deliberant, id maximè attendunt quid ſuc-
ceſſurum ſit, ſi hoc vel illud fiat. Demonſtrativo au-
tem generi, præſens tempus adſcripſit: nam quæ lau-
dantur, aut vituperantur, ponuntur ob oculos quaſi
nunc fiant, & præſentia ſint. Iudiciali generi præte-
F ritum, quia Iudicis eſt inquirere, factúmne ſit annon,
& bene an male ſit factum.

15 Ne tamen videar ſine luculentis teſtimoniis de 1
controverſia ſtatuiſſe: Primùm afferam quæ Deus an-
te Legem datam Iſraelitis dixerit: Qui ſanguinem Gen. 9. 6.
hominis effuderit, inquit, ſanguis ejus effundetur per
hominem, quia factus eſt ad imaginem & ſimilitudi-
nem Dei. In Lege Moſis punitionum fons, erat illa 2
Dei vox: Auferas malum de medio tui. De Idolola- Leu. 19. 20.
tria dixit, Non parcas ei, non miſerearis ejus, nec il- 3 Deut. 13. 5.
G lum abſcondas. De homicida voluntario, moriatur: 4
Fortuitæ cædi, aſſignantur civitates refugii: Qui au- Exod. 21. v. 12.
tem data opera interfeciſſet, non ait, dimittas illum, 13 & 14.
& dones altari meo: ſed avellas, inquit, ab altari
meo. Ex Teſtamento item novo, idem oſtenditur. Ad 5
Romanos habetur, Si malum feceris, time, non enim 6
ſine cauſa gladium geſtat: Miniſter enim Dei eſt & Rom. 13. 4.
vindex. Vnde ſi Deus illum conſtituit vindicem, ne- 7
ceſſe illi eſt, ut ſcelera ulciſcatur. Idem habetur ex
legibus civilibus, quas multas poſſem adducere. Ve-
H rùm tribus ero contentus, quæ in ff. habentur tit. de
Pœnis. Prima eſt Vlpiani, quæ incipit: Si quis forte,
ubi definitur, Plectendum reum, etiam ſi dixerit quę-
dam ſe habere arcana, quæ pertineant ad ſalutem
Principis, quæ illi velit patefacere: nec eſſe mitten-
dum ad eum, quòd iſta fiant, & fingantur ad ſuppli-
cium differendum, vel eludendum. Imò inquit, hu-
juſcemodi ſceleſtos gravius puniendos, quòd arcana
ſua tamdiu Principem celarint, quódque ne nunc
quidem eſſent indicaturi, niſi veniſſent in manum.
I Quòd ſi leges non patiuntur, ſupplicia vel pœnas elu-
di aut differri ob ſalutem Principis, quæ magna res
eſt in Republica: cur donabunt reos, interpoſita ſpe

Digitized by Google

ſeu promiſſione vitæ melioris? Altera lex eſt in eo-
dem titulo, l. Reſpiciendum. Et eſt Marcelli: Qua
monentur Præſides, ut rem ipſam & cauſam expen-
dant, nec laudem captent aut ſeveritatis aut clemen-
tiæ. Levia crimina levius puniantur: gravia ſeveriter,
cum aliquo tamen temperamento. Tertia lex in eo-
dem titulo eſt, l. Divi fratres: Vbi ſtatuitur, ne Præ-
ſides latas ſententias reſcindant. Hæc teſtantur abun-
de, non eſſe Iudicum aut Magiſtratuum, reos donare
interceſſoribus.

*An excuſatio Davidis, qua ſe purgat, quod non animad-
vertat in Ioabum, probari debeat: &, An Ma-
giſtratus rectè poſſit delictum ſimpliciter
impunitum remittere.*

In 2. Sam. 3. ad finem.
15 Hic expedienda nobis eſt quæſtio, An excuſa-
tio illa Davidis, qua utitur 2. Sam. 3. probari debeat.
Sunt enim argumenta in utramque partem. Hanc
ego brevem tractationem non inutilem fore ſpero.
Nam ut Baſilius ait Epiſtola prima; Hiſtoriæ & vi-
tæ ſanctorum, nobis eſſe debent inſtar vivæ cujuſ-
Argumenta quibus factum Davidis defenditur.
dam imaginis Reipub. Dei. In illis enim videre poſ-
ſumus quemadmodum lex Dei omnib. temporibus,
aut obſervata fuerit, aut neglecta. Factum Davidis
1 videtur his argumentis defendi poſſe. Primùm, Ioa-
bum gratioſum fuiſſe apud milites & præpotentem,
nec potuiſſe affici ſupplicio ſine magno tumultu: &
Davidem caviſſe, ne magnum damnum daret Reip.
& graviora mala commoveret. Nece enim tanti Prin-
cipis & ducis militaris, debilitatum iri Regnum. Ita
enim ſcribitur de Honorio Imperatore, cùm Stili-
conem Præfectum ſuum rei militaris interfeciſſet
Ravennæ, ipſum ſibi amputaſſe manus. Poſtea enim,
eo ſublato, nihil unquam egregie geſſit. Deinde præ-
2 ceptum de puniendis ſceleribus, affirmativum erat,
Lev. 19. 20. Gen. 9. 6.
nec obſtringebat ad omne tempus. Ita enim jubemur
Præceptorum affirmantium ratio.
accedere ad cœtum ſactum, facere eleemoſynas, &
alia ſimilia: at non ſemper, ſed cùm erit opportunum.
Ita David etſi debuit punire Ioabum, tamen potuit
3 expectare. Adhæc, etſi tum impediretur potentia
Ioabi, nunquam tamen illi defuit animus puniendi.
4 moriens enim mandavit Salomoni filio ſuo, ne pate-
retur canos ejus deſcendere cum pace ad inferos. Et
5 Plato ait pœnas eſſe inſtar pharmacorum, nec eſſe ad-
1. Reg. 11. 12.
hibendas, cùm res videantur ita deſperatæ, ut cura-
ri non poſſint: Principes autem, eſſe tanquam me-
6 dicos quoſdam Reipublicæ. Imò Deus ipſe ſæpe dif-
fert ſupplicia, etſi tarditatem compenſet, ut ait Vale-
rius Maximus, gravitate vindictæ. Saul etiam, cùm
2. Sam. 17. 10.
Iabenses obſidione liberaſſet, & jam toto imperio Iſ-
raelitico potiretur, & quidam authores eſſent ut il-
los afficeret ſupplicio, qui antea illum Regem repu-
diaverant, tamen illis ignoſcere maluit. David quoq;
ignovit Semei, & ea re plurimum commendatur.
7 Auguſtinus quoq; ſæpe interceſſit apud Imperatores
pro hæreticis: nec tantùm pro hæreticis, ſed etiam
pro homicidis & perditiſſimis graſſatoribus, Circun-
8 cellionibus. Poſtremò, Chriſtus, cujus David typum
gerebat & imaginem, condonat omnia peccata, &
omnes ultro recipit in gratiam. David ergo in hoc
facto nihil diſceſſit nec de officio ſuo, nec ab imagi-
ne quam gerebat.

Argumenta quibus improbatur factum Davidis.
17 Ex altera autem parte, alia ſunt argumenta, &
mea quidem ſententia multò graviora. Primum, cùm
eſſet Rex Iſrael, oportuit eum ſtare legibus ejus Rei-
pub. Deus autem graviſſimis verbis mandat in Deu-
Deut. 17. 18.
teronomio, ut Rex curet ſibi deſcribi Legem, eamq;
ſemper habeat ad manum, & ex ejus præſcripto im-
Exod. 21. 12.
peret. Iam verò ſcriptum erat 21. Exodi, Si quis alte-
rum occiderit caſu & fortuitò, ego illi deſignabo lo-
cum ad perfugium: At ſi id fecerit ex inſidiis, aut da-
ta opera, abſtrahes illum ab altari meo. Ioab autem
data opera, & ex inſidiis, occiderat Abner: quare
Exod. 18. 21.
nullo loco debuit eſſe tutus. Deinde Exodi 18. ſcri-
bitur, Eos qui verſari debeant in Magiſtratu, eſſe
oportere viros fortes, timentes Deum, amantes veri-
tatis, & odio habentes avaritiam. Quare David in
puniendo ſcelere, fortis eſſe debuit, nec formidare
cujuſquam potentiam: Hoc enim eſt, non habere
regnum, ſed haberi a regno. Is autem habetur à re-
gno, qui obtinendi regni cauſa negligit juſtitiam.

A Paulus ait, Principem eſſe miniſtrum Dei ad iram, Rom. 13. 4.
nec fruſtra geſtare gladium. Hoc officium præſtari
debuit à Davide. In Deut. 1. Deus edicit Tribunis & Deut. 1. 17.
Centurionibus, ne conſiderent perſonas judicio.
Nam ita pauperes tantùm & tenues tenerentur legi-
bus: potentes autem, Centauri, & nobiles evaderent:
Iudices autem, nec ira inflecti debent, nec miſericor-
dia. Et ea de cauſa in Areopago, ubi judicium ſeve-
riſſime exercebatur, interdicebatur Oratoribus, ne
moverent affectus. Imò in obſcuro etiam cauſæ co-
B gnoſcebantur, ne judex privatim cujuſquam gratia
tangeretur. Imò in Romanis legibus, in titulo de
Pœnis, l. Reſpiciendum, ita ſcribitur, Non captent
judices gloriam aut lenitatis, aut ſeveritatis. In levi-
bus tamen criminibus, permittitur propenſitas ali-
qua ad lenitatem: in gravioribus autem, ad ſeverita-
tem, ſed adhibito temperamento benignitatis. Quo
in loco gloſſa rectè obſervavit: ibi temperari poſſe
rigorem ſententiæ, ubi nihil ſit definitum in legibus
nominatim. Et in C. de Pœnis, l. Decurionum ſcri-
C bitur, Non audiendum eſſe populum, ſi clamet ali-
quem aut damnandum eſſe, aut liberandum: Popu-
lum enim eſſe belluam multorum capitum. Adhæc,
Iudex nihil aliud eſt, quàm lex ipſa loquens: nec ul-
lo modo videri poteſt judex, ſi diſcedat à præſcripto Eccl. 7. 6.
Legis. Et ſapiens Syrach prudenter monet, Noli, in-
quit, fieri judex, ſi non es par tollendis injuriis: ne
perſonam potentis timeas, & ſcandalum integritati
tuæ facias. Regi etiam Iſrael, qui Benhadadum re- 1. Reg. 20. 42.
gem Syriæ dimiſerat e manibus, dictum eſt, Anima
D tua erit pro anima illius: Tu punire noluiſti, ipſe er-
go punieris, & de aliorum ſceleribus reddes ratio-
nem. Sequitur ex hac mollitie & indulgentia, Ilias & 1. Sam. 3. 13.
myrmecia malorum. Lenitas Eli & familiam ipſius
extinxit, & pene evertit Rempublicam.

18 Sed dices, Deum iſta patienter ferre: Rectè. Objectiones nonnullæ.
Sed cogita tecum, Si inferiores judices ita ſe gerent
in Republica, quomodo id Princeps laturus ſit?
Haud dubiè condemnaret eos majeſtatis. Et putamus
Deum non indigne laturum, ſi videat contemni &
E conculcari Leges ſuas? Videbat impendere pericu-
lum: At habuit promiſſionem Dei: Ea autem non
erat ſcripta in vento aut in aqua, ſed ſtabilis erat &
æterna. Et quid ſi dejectus fuiſſet de regno? Tamen
Deus potuiſſet eum reſtituere in integrum. Videmus
ergo ita concuſſum fuiſſe Davidem, ut nonnihil pen-
deret ab hominibus. Difficile fuiſſet punire Ioabum,
at ſaltem tentaſſet: Hic nunc nihil facit, tantùm que- Cauſæ ob quas pœnæ differri poſſunt.
ritur de Ioabi potentia. Non equidem nego, differri
poſſe ſupplicia interdum, & expectari commodas oc-
F caſiones. Prorſus autem nihil facere, nimis magnæ
fuit lenitatis: Et multæ quidem ſunt cauſæ, cur pœ-
næ interdum differri debeant: ut apparet in C. de
Pœnis. l. Si vindicari. Primùm, ne Magiſtratus per
iracundiam aliquid præcipitet. Eam legem ſcripſit
Theodoſius Imperator juſſu Ambroſii, cùm ab eo
graviſſime reprehenſus & excommunicatus eſſet,
quòd per impetum animi & impotentiam, nimis
crudeliter in Theſſalonicenſes deſeviiſſet. Ea hiſtoria
& cauſa legis, extat apud Socratem, & repetitur in
G Decretis 11. q. 3. c. Apud Theſſalonicam. Itaque cau-
tum eſt, ut à ſententia lata uſque ad executionem, in-
terponerentur triginta dies. Altera cauſa dilationis
eſt, ſi mulier quæ afficienda ſit ſupplicio, ſit gravida.
Servum etiam differri oportet tantiſper, quoad do-
mino ſuo rationem reddiderit, eúmque de omnibus
rebus certiorem fecerit. Differtur etiam illi, in quem
quæſitum ſit tormentis, ut ſciri poſſit, an conſtet ſibi.
Sæpè enim homines victi cruciatibus ea fatentur,
H quæ nunquam cogitarunt. Differtur etiam ſuppli-
cium, quoties inquirendum eſt de aliis criminibus,
aut de conſciis. Atque hæ tantùm, quod ſciam, poſ-
ſunt eſſe juſtæ cauſæ dilationis. Nam ſi quis in pro-
vincia condemnatus, dicat ſe habere aliquid quod
pertineat ad ſalutem Principis, Romanę leges ſta-
tuunt non eſſe audiendum. Videtur enim tantùm
quærere dilationem pœnarum: quòd ſi quid habeat,
quod ad Principem pertineat, oportuiſſe id antea in-
dicare. Iam verò nihil horum convenire poteſt in
I Ioabum: Non debuit ergo David eius ſupplicium
differre tamdiu.

19 Remittitur interdum pœna, ſi quis minor Cur pœna

Digitized by Google

Quandoque remittatur, quandoque augeatur?

25. anno deliquerit. Adultero tamen, quamvis minori ea ætate, non ignoſcitur. Deinde etiam conſiderandum eſt, dolóne, an impetu animi, an laſcivia ac temere peccaverit. Nam in eo qui dolo & inſidiis uſus ſit, augetur etiam ſupplicium. Ioab autem & dolo malo uſus eſt, & Abnerum blandè & amicè revocatũ in conſpectu ipſo judicii publici occidit, & fidem publicam violavit. Augeri etiam poſſunt ſupplicia, ut habetur ff. de Pœnis, l. Aut facta. Si quid à multis per ſeditionem delictum ſit, tum enim unus aliquis gravius punitur, ad terrorem aliorum. Ex hac lenitate Davidis, alii quodammodo animati ſunt ad flagitia: Latrones enim poſtea auſi ſunt Isboſethum interficere domi ſuæ: Amnó, ſtuprare ſororem ſuam: Abſalon, Amnonem fratrem interficere: Ioab ipſe etiam Amaſam occidere. David non videtur ita ſe geſſiſſe erga alios: Nam Amalechitam, qui Saulem morientẽ juverat, & poſtea latrones qui occiderant Isboſethũ, juſſit ſtatim interfici. Videri ergo poteſt in Ioabo nonnihil indulſiſſe privato affectui: erat enim illi nepos ex ſorore. At, ut nullo hujuſmodi affectu ductus ſit, tamen magnam ſpeciem præ ſe tulit. Nam qui in eadem, aut in ſimili cauſa alii ignoſcit, alium punit, non poteſt videri ductus amore juſtitiæ. Fuit quidem David animo humano & miti: ſed non debuit opus illud Dei contaminare, & vas per ſe pulchrum incruſtare: Hoc erat enim communicare peccatis alienis. Quid ergo hic dicemus? Sãctus quidem erat David, & metuens Dei: tamen tam pulchrum corpus non caruit nævis ſuis. Vt nullus eſt dies tam amœnus & ſerenus, qui non habeat noctem ſuam: ita nemo unquam fuit homo tam ſanctus atque undique abſolutus, qui non aliquo peccato infuſcaretur. Nos quidem, virtutes piorum hominum ſequi atque imitari debemus: vitia autem illorum non diſſimulare.

2. Sam. 4. 6.
2. Sa. 13. 14.
2. Sam. 19.
David aliter ſe geſſit erga alios.
2. Sa. 10. 6.
2. Sam. 1. 15.
2. Sam. 4. 9.
Simil.

Refutatio rationum quæ pro Davide allatæ ſunt.

1 20 Iam refutandæ mihi ſunt paucis illæ rationes, quæ pro Davide ab initio afferebantur. Potens erat Ioab, Quid tum? David enim habuit ſuis partibus Deum ipſum: An eum fortè putabat infirmum eſſe?

2 Deinde omnes Iſraelitæ, qui Abnero tantum tribuerant, Davidem in puniẽdo Ioabo haud dubiè adjuviſſent. Quod de dilatione ſuppliciorum adferebatur, id jam ſolutum eſt. Non enim dico ſtatim eum fuiſſe occidendum: Capiendus erat, & in carcerem conjiciendus, cognoſcenda erat cauſa, poſtremò ſumendum erat ſupplicium. Ad mortem autem uſque rejeciſſe, nimis erat magna dilatio.

3 At moriens mandat filio Salomoni. Imò David ipſe aliud longè reſpondet: Deus, inquit, judicet. Hoc certè non eſt magiſtratus, cognitionem cauſarum rejicere in Deum. Suppliciа ſunt inſtar pharmacorum, ea non ſunt adhibenda, niſi cùm poſſint prodeſſe.

4 At ſi non profuiſſent Ioabo, tamen erant profutura aliis.

5 Deus differt ſupplicia: ergo David etiam rectè differt. Sed facta Principum non ſunt conferenda cum factis Dei. Deus enim æternus eſt & immortalis: Princeps autem mori poteſt. Et quid ſi craſtino die moriatur? Quis tum ſumet ſupplicium de impio? Deus autem ſi hodie non ſumit ſupplicium, tamen cras ſumet, aut ubi ipſe voluerit: deinde etiam habet exploratos omnium animos, & videt, qua cauſa quidque factum ſit. Hominibus autem nulla permittitur [illegible] in lege Dei.

6 Saul remiſit, Fateor: ſed remiſit de ſuo; David remittit de alieno.

7 Auguſtinus interceſſit pro hæreticis: Verùm id fecit, ne Ethnici putarẽt, homines Eccleſiaſticos perſequi odia ſua. Deinde non id egit, ut tolleret leges Principum: ſed quòd ſciret, Imperatores quandoque permiſiſſe præſidibus ſuis, ut poſſint aliquid remittere de acerbitate legum & pœnarum à ſe latarum, ſi illis videretur commodum. Quod autem ad Circumcelliones attinet, quàm rectè pro illis interceſſerit, ipſe viderit: nam illi erant & latrones & homicidæ.

8 Nos certe legibus oportet vivere, non exemplis. Chriſtus condonat peccata, & David ejus gerebat typum: Fateor, Chriſtus quidem condonat, ſed in regno Eccleſiæ, David autem adminiſtravit etiam regnum politicum. Nec ſemper eſt argumentum ſatis firmum à typis. Nam alioqui dicemus meretrices quaſdam, quæ in ſacris literis commemorantur, non peccaſſe, quòd fuerint typi atque imagines Eccleſiæ. Et Chriſtus ipſe, etſi ſit propenſus ad miſericordiam, & multa condonet, tamen ultimo illo tem-

Argumentum à typis.

A pore erit ſeverus & inexorabilis Iudex, dicetque impiis: Ite maledicti in ignem æternũ. Et omninò in eadem cauſa ſunt illi etiam, qui propter potentiam hominum remittunt excommunicationem & diſciplinam Eccleſiaſticam. Sed de ea, quid ſentiendum ſit, dictum eſt aliàs ſuo loco. Sed hic fortaſſe quiſpiam objiciet, Davidem immeritò à nobis accuſari: Illum enim in hac re, ut ſæpe alias, ſequutum fuiſſe ductum Spiritus ſancti, & ea cauſa nihil peccaſſe. At ego non B ſoleo libenter uti hac excuſatione, niſi cùm id quod factum ſit contra legem communem, videam à Sacris literis approbari. Deinde, nihil hîc oppugno, niſi excuſationem Davidis. Non enim ait, ſe duci impulſu Spiritus ſancti, ſed Ioabum potentem eſſe & gratioſum apud milites, nec poſſe teneri legibus. Hanc ego excuſationem dico non recipiendam.

Mat. 25. 41.

An David in hac re ſequutus ſit ductum Spiritus ſancti.

21 Sed quoniam videntur taxari, qui alios judicant, & quidem non male, cùm tamen ipſi vertentur in eiſdem ſceleribus: videndum eſt, an illi rectè ſentiãt, C qui opinantur, judices quando ſunt rei ejuſdem criminis, non poſſe, nec debere judicium in alios exercere, qui accuſantur. Sed hoc eſſet Reſpublicas evertere, ac judicia funditus tollere. Neque huic ſententiæ Paulus aſſipulatur: ſed tantùm oſtendit, eos maximè peccare, qui juſta ſeveritate animadvertunt in alios, & ſeipſos prætereunt. Deberent ſanè corrigere atque emendare ſeipſos. Non tamen jubet Paulus, ut deſerant commiſſam ſibi provinciam. Solent huc citare & Chriſti dictum, ad eos, qui perſequebantur D adulteram: Qui veſtrûm ſine peccato eſt, primus in illam lapidem mittat. Verùm hæc Chriſti ſententia non adverſatur juſtis pœnis & legitimis judiciis. Neque præcepit illis, ut mulierem, quam deprehenderant in adulterio, non pergerent accuſare: ipſe non erat magiſtratus, ſed ſummus Dei cõcionator. Ideo, quod ſui muneris fuit executus eſt, ſuadendo illis hypocritis pœnitentiam. Voluitque prius ut id curarent, ut ſemetipſos à peccatis quibus obſtringebantur, eximerent, per vivam fidem & pœnitentiam. Ne- E que prohibebat, quin quod lex Moſis præcipiebat, exequerentur. Videbat impios in his punitionibus duplici vitio laborare. Primùm enim juvabat eos pœna & ſupplicium, quod ſumebatur de proximo: quem perſequendo ad tribunalia & judicia ſua privatim odia & inimicitias exaturabant. Alterum erat crimen hypocriſeôs, quòd cùm ipſi alioqui ab eiſdem ſceleribus non abhorrerent, peccatores accuſando, ſimulabant ſtudium Legis. Hæc Chriſtus emendata voluit. Mulierem non condemnavit, quia judiciis poli- F ticis non præfuit: Non accuſavit magiſtratibus, quia illam in adulterio non deprehenderat. Quare cùm teſtis non eſſet idoneus, Lege non aſtringebatur, hujuſmodi accuſationem perſequi. Sed quod ſuæ functionis erat non prætermiſit: quippe illam monuit, ut poſtea à peccato abſtineret. Cùm nobis occurrit aliquod proximi noſtri flagitium, Deus minimè requirit, ut de illo ex ejus natura ne judicemus. Nam væ nobis, ut propheta dicebat, ſi bonum, malum dixerimus. Quod malum eſt, prout eſt judicetur oportet. G Nec minus debemus aut judicium ſuſpendere, aut oculos avertere ab his, quæ revera mala ſunt: Quod ſi ſenſerimus nos quoque vitio eodem teneri, in noſipſos deſcendamus, noſque debita caſtigatione redarguamus. Atque hinc fiet, ut ipſi per pœnitentiam correpti, fratrem peccantem, & dexterius & fructuoſius admoneamus. Neque pugnat cum his Matthæi ſententia, Nolite judicare & non judicabimini. Quia illic non agitur de fraterna admonitione tollenda, ſed tantùm impiorum curioſitas reprimitur: qui, cùm H omni vitiorum genere ſcateant, aliorum peccata diligentiſſime inveſtigant: non quò illa emendent, ſed quò multitudine peccantium ſe oblectent, & putent ſocietate ſuam cauſam relevari. Pii non laborant iſta curioſitate: ut qui in ſua peccata, & quotidianos defectus perpetuò habeant oculos defixos: ita, ut eis non vacet, niſi ſeſe offerant, aliena delicta conſiderare. Præterea non gaudent, neque ſe oblectant proximorum damnatione, præſertim quæ temere fiat. Nam ſciunt fratrem ſuum, cùm Dei ſit, domino ſuo I vel ſtare vel cadere. Verùm de privatis hominibus nunc agimus, non autem de Magiſtratibus, aut Paſtoribus: quibus incumbit ex officio in vitam & mo-

In Rom. 2.

An judex obnoxius alicui crimini, poſſit judicare accuſatum ejuſdem criminis. Cl. 2. Ca. 11. Sect. 57.

Locus Ioannis de adultera. Ioan. 8. 7.

Quando peccata proximi occurrunt, quid agendũ. Eſa. 5. 20.

Quomodo intelligendum. Nolite judicare. Matt. 7. 1.

Digitized by Google

Rom.14.4.

res eorum, qui ſuæ fidei commiſſi ſunt, inquirere. A Quare omnes, tam ſubditi quàm præfecti, peccata, quæ ſeſe objiciunt judicare debent, monendo & puniendo, quiſque pro ſuo officio, ne vitia propagentur.

An liceat juſtas pœnas à Legibus impoſitas relaxare.

In 1.Sa.11.ad finem.

22 De hac quæſtione argumenta multa ſunt in utramque partem. Primùm enim reges incitantur ad B clementiam: quod fruſtra fieret, niſi poſſent ignoſcere. David etiam condonavit hominibus ſeditioſis: & juravit Semei, ſe illum non affecturum ſupplicio. Paulus etiam, Oneſimum ſervum fugitivum commendat Philemoni domino ſuo, oratque ut culpam condonet. Et mos fuit Chriſtianis Imperatoribus, ut in hebdomada magna, cùm ageretur memoria mortis Chriſti, carceres ſolverentur. Et apud Iudæos conſuetudo fuit, ut in Paſchate, unus aliquis vinctus à Præſide dimitteretur. Auguſtinus etiam ſæpe in- C terceſſit pro Donatiſtis & Circumcellionibus, qui non tantùm religionem turbaſſent, ſed etiam vitam & fortunas Chriſtianorum violaſſent. Adhæc ſancitum legimus apud veteres, ut ſi quis nocens fugiſſet ad Eccleſias, immunis eſſet. Cujus rei Chryſoſtomus mentionem facit in Gaina.

Ad Phil.9.
Pœnas poſſe relaxari.

Quod non liceat pœnas juſtas condonare.

23 Contrariæ quoque parti non deſunt ſatis firma argumenta. Primùm enim, ſanctum opus videtur non eſſe impediendum. Eſt autem ſanctum opus, punire ſontes: prodeſt enim Reipublicæ, & tollit pec- D cata. Deinde hoc pacto, impeditur munus Principũ. Gerunt enim gladium: quo ſi non utuntur cùm tempus & cauſa poſtulat, non funguntur officio ſuo. Adhæc qui relaxat pœnas, largitur de alieno, non de ſuo. Eſt enim judicium jus Dei, quemadmodum ſcribitur 1.c.Deut. & 1.Par. 9. Ioſaphat ait, Exercete judicium, non tanquam pro homine, ſed tanquam pro Deo. Et pœnæ juris non poſſunt tolli, niſi ab eo qui eas impoſuit. Deus autem pœnas peccatis conſtituit: quare homo non debet eas imminuere aut tollere. Deum E autem impoſuiſſe gravibus peccatis capitale ſupplicium, apparet ex 18.ca. Deut. ubi ita ſcribitur, Populum petiiſſe, ne Deus ipſe ſibi loqueretur: ſe enim tantam majeſtatem ferre non poſſe, malle audire Moſem interpretem. Has populi preces, Deum audiſſe, pollicitúmque eſſe non ſolùm ſe illis daturum Moſem, ſed etiam curaturum, ne unquam illi populo Propheta deeſſet. Prophetam inquit, excitabo vobis, de fratribus veſtris. Sed addit, ſi quis non audierit Prophetam illum, ego inquiram in eum. Verùm hic F locus non probat, pœnam illam fuiſſe capitalem. Certior eſt locus alius in Deut. c.17. Si inciderit, inquit Deus, difficilis caſus, aſcendetis ad ſummum ſacerdotem, aut ad Levitam. Et qui non audierit vocẽ Levitæ aut ſummi Sacerdotis, aut Iudicis, morte moriatur. Nunc autem agebatur de mutando ſtatu Reipublicæ. Conſulebatur ea de re Samuel: Is autem, nõ tantùm Propheta fuit, verumetiam Iudex. Non audiunt eum. Erant ergo digni morte. Potuit quidem Deus illis ignoſcere: at Princeps non potuit. Præter- G ea aperitur via ſua ſceleribus, cùm homines pollicentur ſibi, ſe vel gratia, vel pretio, evaſuros impunè. Hoc etiam poteſt ex hiſtoriis comprobari. Deus juſſerat Amalechitas omnes interfici. Saul pepercit Agago illorum Regi. Arguitur graviter à Samuele, quòd hoc illi facere non licuerit. Et cùm Rex Iſrael pepercisset Regi Benhadado Syro, quem Deus juſſerat interfici, Anima tua inquit Propheta, erit pro anima illius. Habet quidem Princeps poteſtatem vitæ ac necis. Tamen quemadmodum non poteſt inſon- H tem punire, ita non debet ſontem dimittere. Imò Dominus ait, Homicidam ab ara mea auferes, & afficies morte. Denique hoc ſi permitteretur Principibus ſententiæ capitales venderentur, & arbitrium juſtitiæ poſitum eſſet in manu Magiſtratus. Ita habemus argumenta in utramque partem.

Deut.1.17.
2.par.19.6.
Deut.18.16.
Deut.17.8.
1.Sam.15.2.
Ibid.ver. 9. & 14.
3.Reg.20.31.
Deut.19.12.

Reſponſio ad quæſtionem propoſitam.
Legum humanarum interpretatio.

24 Sed hic cogitare debemus, leges alias eſſe humanas, alias divinas. Ad hanc autem quæſtionem, multum intereſt utræ ſint. Leges enim humanæ, quia ab infirma ratione proficiſcuntur, nunquam perfectæ I ſunt, nec complecti poſſunt omnia, aut omnes prævidere caſus & circumſtantias. Itaque ſæpe, ſi Legis verba ſeverè ac rigidè urgeremus, multa iniqua decernerentur. Quare ſæpe opus eſt ἐπιεικείᾳ, & interpretatione, & correctione Legis. Eſt autem ἐπιείκεια frænum & regula legum humanarum, cùm non tam verba ipſa, quàm conſilium & ſententiam ſcriptoris conſideramus. Deinde Iuriſperiti poſſunt humanas leges, aut ex aliis legibus, aut ex rebus præjudicatis, aut ex inſtituto & more civitatis, aut ex judicio & ſalute Reipublicæ interpretari, ſi videantur eſſe ambiguæ: corrigere verò, aut mutare, aut mitigare legem, non eſt cujuſvis privati hominis, ſed Principis ſolius, qui legem tulit. Vnde Auguſtinus de Vera religione, Iudex inquit, non debet judicare de Lege, ſed ſecundùm legem, alioqui emerentur omnia. Idem habetur in Pandectis, de Legibus & Senatuſconſultis. Iam verò divinas Leges non poſſumus imperfectas dicere, ut non omnia comprehendant. Mens enim Dei, infinita eſt & perfectiſſima. Eſt quidem ſapientum & theologorum excutere, atque expendere leges Dei, & locos alios ex aliis explicare, conſiderare inſtitutum & ordinem, quem Deus tulit, antinomias diſſolvere, & ex duabus legibus, cùm obſervari utraque non poteſt, utra utri anteponenda ſit, indicare. Vt, Lex eſt, colẽdum eſſe Sabbatum. Alia Lex eſt, defendendam eſſe civitatem. Incidit tempus ejuſmodi, ut niſi pugnetur Sabbato, civitas defendi non poſſit. Hic Lex potior ſervanda eſt, ut ſalus civitatis defendatur: Deus enim ait, Miſericordiam volo, non ſacrificium. Et Chriſtus reſpondit, licere Sabbatho benefacere. Lex Dei eſt, obediendum eſſe parentibus: Alia Lex, obediendum eſſe Deo. Imperant parentes aliquid, quod ſit contra legem Dei: Hic Lex potior ſervanda eſt, ut obediamus Deo. Hoc nobis licet in lege Dei. Abrogare verò, aut corrigere, aut ἐπιεικείᾳ imminuere, & diluere legẽ Dei, nobis nullo modo licet. Videat ergo Pighius qua ἐπιεικείᾳ intelligendum docuit primum præceptum, Amabis Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & cætera. Id enim cùm fieri non poſſit, ait verba Legis interpretatione commoda mitiganda eſſe. Chriſtus cœnam ſuam tradidit, & inſtituit, & adminiſtrari juſſit in utraque ſpecie. At Antichriſtus Romanus, multi, inquit, incidere poſſunt caſus propter barbas, propter morbos, propter effuſionem ſanguinis: Ergo poculum eripiendum eſt laicis. Deus in ſacro cœtu omnia adminiſtrari voluit lingua populari & nota. At illi, Myſteria, inquiunt, non ſunt temerè profananda: non eſt neceſſe, ut populus omnia intelligat: iſta committenda ſunt tantùm doctis & ſapientibus. Sed quis illos hanc moderationem docuit in lege Dei? Iudæi utebantur tantùm divinis Legibus. Itaque Principes non potuerunt eas interpretationibus mitigare: Leges autem humanas, quia ab ipſis rogatæ ſunt, poſſunt.

Divinarum legum interpretatio.
Exo.20.10.
Oſe.6.7.
Luc.6.9.
Exo.20.12.
Legum divinarum collatio.
Deut.6.5.
Papiſtæ qua ἐπιεικείᾳ Leges Dei interpretentur.
Mat.26.26.
1.Cor.14.19.

Præcepta affirmantia & negantia.

25 Adhæc mandata alia prohibent aliquid fieri, alia jubent: vel, ut Scholaſtici loquũtur, alia ſunt affirmativa, alia negativa. Quæ prohibent aut negãt aliquid, ſemper tenent: ut Ne furemur, Ne committamus adulterium, &c. in omne tempus obligamur. Quæ autem jubent aliquid, etſi ea quoque magnam vim habeant, non tamen perpetuò obſtringunt. Si quis nobis colaphum impegerit in dextram buccam, jubemur illi offerre ſiniſtram. Animum quidem ſemper habere debemus paratum, ut ita faciamus: At omni tempore, & erga omnes ita facere, nõ obſtringimur. Id enim Chriſtus ipſe non fecit, ſed percuſſus, reſpõdit; Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo. Et Paulus, Percutiet, inquit, te Deus, paries dealbate. Faciendum ita eſt, cùm id aut gloria Dei, aut ejus qui percuſſit, ſalus videbitur poſtulare. Iubet Deus, ut conveniamus ad ſacrum cœtum, & celebremus Sacramenta, ut faciamus eleemoſynas: Non tamen jubet, ut iſta perpetuò faciamus. Sed quorſum iſta? Huc ſcilicet: jubet Deus, ut ſi quis Iudicem aut Pontificem non audierit, occidatur. Hæc lex obſtringit quidem Magiſtratum: ſed non ſemper, verùm cùm poſſit fieri. Accidit autem interdum, ut fieri non poſſit. At ſi cùm poſſis punire, non punias, offendis in legem Dei. Deinde videndum eſt, ne majus bonum impediatur à minore. Ioab erat vir malus & ſicarius, & dignus qui occideretur à Davide. At cùm David videret eum multum poſſe apud exercitum, ne

Matt.5.39.
Ioan.18.23.
Act.23.
Deut.17.9.
Præceptum quod jubet punire quatenus obſtringat.
2.Sa.3.27.
2.Sa.20.9.

turba

Digitized by Google

2.S.20.21. turba aut ſeditio aliqua exoriretur, noluit eum at-
1.S.11.13. tingere. Et fieri poteſt, ut ea etiam de cauſa peperce-
rit Semei. Ita Saul, ne moveretur ſeditio, neve turba-
retur electio, in eum diem noluit rebelles occidere:
Nam alioqui non potuiſſet condonare illi pœnas cō-
ſtitutas à Deo. Imò ne ſacrificiis quidem expiari po-
tuiſſet peccatum, quod fuiſſet extenta manu & de in-
duſtria perpetratum.

Reſponſio ad argumenta adverſariorum. 26 Nunc reſpondemus ad argumenta, quæ ſolent
objici. Quod dicunt Principes incitari ſæpe ad cle-
mentiam, intelligere oportet, quod ſit ingenium cle-
mentiæ. Id autem facillime intelligi poteſt ex oppo-
ſito. Crudelis eſt, qui in arrogandis pœnis excedit
modum, ex quadam animi atrocitate, nec hominum
De clementia. miſeriis commovetur. Contrà, clemens eſt, qui ab-
horret à pœnis, & eas relaxat, idque ex animi lenita-
Supr.3. te. Addo autem ex animi lenitate: Nam ſi precio, aut
gratia, aut neceſſitate adducatur, ut relevet pœnas,
non eſt clemens. Hæc virtus, ut ait Seneca, ſpectat
maximè Principes, & eos, qui gerunt poteſtatem.
Nam ea cauſa Reges dicuntur clementes & clemen-
tiſſimi, nō quòd ita ſint, ſed eſſe debeāt. Privati verò,
qui publicā poteſtatem puniendi non habēt, poſſunt
multa condonare: imò etiam ſæpe debent. Clemen-
tes tamen appellari non debent, ſed manſueti. Scire
autem debemus, clementiam imminuere pœnas: non
temerè, non caſu, non pro libidine, ſed ex recta ra-
tione. Rationem autem appello, non judicium hu-
manum per ſe, ſed formatum verbo Dei. Nam ſi te-
merè aut pro libidine pœnæ relaxentur, non jam po-
teſt eſſe virtus: violat enim juſtitiam. Virtus autem,
eſt formula rectæ rationis. Clementia paulùm infle-
ctit leges: ſeveritas autem, nullo modo flectitur. Mo-
dò autem hac utendum eſt, modò illa. Si atrox cauſa
incidat, adhibenda eſt ſeveritas, non clementia. Inter-
dum relevatur cauſa ex circumſtantiis: ibi locus eſt
clementiæ. Clementia verò, quamvis inflectat legem
communem, tamen nihil facit contra rectam ratio-
nem. Habet enim rationem circumſtantiarum, atque
ita imponit pœnas. Dumque clemens remittit ali-
quid de ſupplicio, hoc judicat, eum cui remittit, plus
pati non oportere. Spectat enim non verba, ſed men-
tem & conſilium Legis. Cùm autem debita pœna
univerſa remittitur, non clementia eſt, ſed venia. Ea
Marc.2.7. autem à ſolo Deo ſperanda eſt. Quod etiam Iudæi in-
Iudæi quatenus potuerint uti clementia. tellegebant, cùm dicerent: Quis eſt hic, qui remittit
peccata? Papiſtæ tamen jactant, ſe ſuóſque poſſe pec-
catorum veniam dare. Sed dices, ſi ita res habet, tum
alii quidem Principes potuerūt uti clementia: at Iu-
dæi non potuerunt, quia utebantur Legibus Dei. Re-
ſpondeo, Illos quoque potuiſſe eſſe clementes, ſed
non aliter, quàm ſi nulla certa pœna fuiſſet præſcri-
Lev.19.35. pta lege Dei. In Levit. & Deut. præcipitur, ut ſint ju-
Deut.25.15. ſta pondera & juſtæ menſuræ: Qui ſecus feciſſet, pu-
Deut.25.2. niendus erat. Atqui pœna nulla imponebatur. Ibi er-
go locus erat clementiæ & ſeveritati judicis. Alia
Exo.21.20. Lex erat, ut illi qui fuſtuario dignus eſſet, ne plus
quàm quadraginta plagæ infligerentur. Hic erat in
poteſtate judicis, ut intra eum numerum, paucori-
bus plagis afficeretur. Alia Lex erat, ne ſervus, qui ſe
vendidiſſet in poteſtatem alterius, graviter affligere-
tur. At ſi Dominus eum violentius oppreſſiſſet, nulla
erat pœna definita legibus. Hic ergo quoque locus e-
rat clementiæ judicis. Non ergo fruſtra Iudæorum
principibus inculcabatur clementia. Ea enim uti li-
cebat, & in humanis legibus ab ipſis promulgatis, &
in divinis, quatenus, ut dixi, certa pœna non erat
præſcripta legibus.

27 Quod autem ad Auguſti Cæſaris clementiam
attinet, reſpondeo illam legem, quæ habetur ad le-
gem Iuliam Majeſtatis, fuiſſe humanā. Quibus enim
pœnis afficiendi ſint conſpiratores, decretum eſt à
Principibus: Itaque laxari ab illo lex ea potuit. Iudi-
cavit fore ſatis, ſi Cinnam graviter increpaſſet. Et
certè eum in ea hiſtoria graviter commotum fuiſſe
legimus: Itaque ſatius eſſe putavit, aliquid de pœna
remittere. Quota verò pars remittenda ſit, indicat
[illegible]. At leges humanæ, cùm ſequuntur præſcriptū
naturæ, habendæ ſunt leges Dei: Ut, homicidam
morte tollendum eſſe. Hic nihil à judice remitti de-
bet. Eſt autem clementia habitus, quo ex lenitate a-
nimi pœnas legales mitigamus intra terminos juſti-

A tiæ. David abſolvit Semei, Fateor: Tamen cùm vi- 2.Sa.19.23.
deret eum non debere abire impunitum, mandavit
Solomoni, ne ejus canos dimitteret ad ſepulchrum
impune. Davidi autem ipſi non expediebat eum oc-
cidere. Primùm enim, cum eſſet ex familia Saulis, vi-
deri poſſet odio incitatus in ejus poſteros: deinde
comprobaſſet ejus verba, à quo ante appellatus fue-
rat vir ſanguinum. Poſtremò non debuit eam lęti- 1.Reg.2.31.
tiam & gratulationem populi conturbare. Ita Ioabo
ignovit, qui occiderat duos viros ſe meliores. Vidit
B eum multum poſſe apud exercitum: Itaque eum quo-
que remiſit Solomoni. Peccaſſe tamen Davidem ne-
gari non poteſt, & cùm Amnonem de inceſtu, & cùm
Abſolonem de parricidio abſolveret. Sed quod Da- 2.Sa.13.19.
vid facere recuſavit, id poſtea Deus ipſe per ſe fecit. 2.Sa.18.9.
Nam Amnon interfectus eſt ab Abſolone, & Abſo-
lon, ſuſpenſus in arbore, lancea confoſſus eſt à Ioabo.
Quod Paulus Oneſimum domino ſuo Philemoni
commendat, id non multum ad rem facit. Nam Phi-
lemon erat privatus: & nulla hic præſcripta erat lex
C Dei. Orat tantùm Paulus, ut remittat privatam in-
juriam, quod commune eſt omnium Chriſtianorum.
Orat, inquam Philemonem, ut remittat iram, idque Ad Phil.9.
non contra, ſed juxta legem Dei, facit. Nam Lex eſt
in Deuteron. ſi fugerit ad te ſervus alienus, non red- Deut.23.15.
des illum domino ſuo: quod intelligendum eſt,
quamdiu dominus furit & impatienter commove-
tur. Id & domino utile erat, ne nimis iracundiæ ſuæ
indulgeret, & ſervo, ne vehementius plecteretur.

28 Romanorum verò factum, quod in Paſchate
D hominem aliquem vinctum & damnatum Iudæis Matt.25.15.
remiſerint, non poſſumus probare. Deus enim nuſ-
quam juſſerat, ut ſuis ſolennitatibus aliquis noxius
dimitteretur. Romani autem hoc pacto blandieban-
tur Iudæis, ut eam ſervitutem facilius tolerarent. Ea-
dem ratio fuit, cur Principes Chriſtiani in hebdo-
mada ſancta aperire voluerint carceres, & ſontes di-
mitti. Erant enim non ita prudentes divinarum le-
gum. Nam ſi propter æs alienum fuiſſent vincti, con-
donaſſent non ſuum, ſed alienum: ſin propter facino-
E ra, hoc fuiſſet feneſtrā aperire ad nequitiam. Sed non
poſſunt facilè medium tenere Principes: Quemad-
modum enim miniſtros verbi, aut miſeros & mendi-
cos eſſe volunt, & Principes Deos quodammodo: ita
aut ſontes unà cum inſontibus puniunt, quod fecit
Theodoſius: aut ita parcunt omnibus, ut nihil ſeve-
rè adminiſtretur. Auguſtinus verò, interceſſit ille
quidem fateor, pro Donatiſtis: ſed non negabat, lice-
re Magiſtratui animadvertere in hæreticos. Sed cùm
Circuncelliones ſęvirent in Chriſtianos, & Eccleſia
F jam cogeretur implorare auxilium Principum, jàm-
que Circuncelliones punirentur, Eccleſia videbatur
cruenta eſſe, & ſuas injurias perſequi. Non tamen o- *Auguſtini exemplum.*
rat Auguſtinus, ut illis in totum ignoſcatur, ſed tan-
tùm ut abſtineatur à ſanguine. Verùm, quicquid eſt,
Auguſtini exemplum non debet cuiquam præjudi-
care: Legibus enim vivimus, non exemplis. Hodiè e-
nim, ſi quis miniſtrum occidiſſet, aut latrocinium
exercuiſſet, quis pro illo intercederet? Sed erat ſonti-
bus perfugium ad Eccleſiam? Eſto. Nec nos Aſyla *Aſyla.*
G tollimus, Deus enim ea permiſit. Nam ſi cauſa ob-
ſcura eſt, interim dum ea agnoſcitur, melius ibi eſſe
poſſunt, quàm in carcere. Cognita verò cauſa, Deus
ipſe juſſit facinoroſum auferri ab ipſis altaribus, &
occidi. Hæc ſunt, quæ me movent, ut putem non li-
cere Principi cōdonare pœnam peccatorum. Et cer- Deut.19.13.
tè ſapientes ſemper judicarunt, optimè conſtitutam
eſſe Rempublicam, ubi quàm pauciſſima relinquan-
tur in poteſtate Iudicum. Reſpublica Iſraelitica, per-
pauca habuit hujuſmodi, at aliqua tamen. Quod erat
H definitum Legibus, nullo modo erat remittendum.
Non parcat, inquit Deus, oculus tuus uxori tuæ, quę
dormit in ſinu tuo.

De Carnificibus.

29 Porrò filium ad Reges interficiendos, Gedeon *In Iud. 8. v. 20.*
fortaſſis ob id impellebat, ut ejus animum contra *Cur Gedeon incitaret filiū ad perimendos hoſtes?*
hoſtes populi Dei à teneris annis inflammaret, ut de
I Hannibale ſcribitur, quòd adverſus Romanos à pue-
ro ſe devoverit. Seu quo tenera ætate diſceret Legi Deut.19.12.
divinæ parere, qua ſanguis propinquorum effuſus

loco, qui appellabatur Intermontius. Quotquot eò A veniſſent, quamvis facinoroſi, conſequebantur impunitatem. Cui Deo ſacer fuerit is locus, ambigitur. Sunt qui arbitrentur, dicatum fuiſſe Vejovi: ſed Halicarnaſſæus, ingenuè fatetur ſe neſcire. Auguſtinus de Concordia Evangeliſtarum lib. 1. c. 12. iſtud factum Romuli & Remi, eo nomine damnat: quod ut augerent creſcentem urbem quam extruxerant, impunitatem ſceleratis hominibus dederint, eóſque adverſus patriam ſuam armarint: cujus leges timebant, ac B inde pro mercede fugæ impunitatem adipiſcebantur. Non ad hoc exemplum, inquit, in Eccleſia Chriſti actum eſt: in qua datur quidem ſecuritas peccatoribus, ac pœnitentibus. Fuerunt itaque aſyla in variis locis, hoc eſt, in Aſia, in Græcia, Ægypto. Et Romæ poſtea decretum fuit, vt ſtatuæ Imperatorum eſſent

Aſylorum genera.

ἄσυλον. Vnde Philoſtratus inquit, ἄσυλοι ὡς αἱ ἕδραι [illegible]. Deinde immunitas hujuſcemodi ad templa Chriſtianorum, Abbatias & Monaſteria tranſlata eſt. Nam cùm principes Chriſto nomen dediſſent, privi- C legia quæ olim fuerant & fanorum & ſimulachrorũ, contulerunt ſacris domibus. Opinabantur enim, Aſyla eſſe adeò rem neceſſariam hominum ſocietati, ut ſine illis Reſpublica non poſſet conſiſtere. Vnde cùm illa oporteret habere, talem honorem detulerũt Eccleſiis. Cæterùm ſi vetuſtas requirenda ſit, ad Moſen potius quàm ad Nepotes Herculis eundum eſt.

Aſylorum origo ad Moſen referenda.

Moſes quippe multo eſt illis vetuſtior: Is autem in ſuis legibus, pluribus locis, civitatum refugii mentionem fecit. Et Exodi vigeſimoprimo, Dei nomine D juſſit homicidas, qui data opera & volentes quenquam occidiſſent, rapi ab ipſo altari. Sin verò quiſpiam imprudens ac nolens, hominem interemiſſet, civitates refugii ſe pro eis daturum promiſit: quod Numerorum trigeſimoquinto capite, præſtitit, cùm jam Iſraelitæ regna Og & Sehón occupaſſent, eáq; tribui Gad, Ruben, & dimidiæ tribui Manaſſe diſtribuiſſent. Ibi porrò tria conſtituta ſunt aſyla, unum ſcilicet in tribu Gad, alterum in tribu Ruben, tertiũ verò in dimidia parte tribus Manaſſe. Cujus itidem E rei, capite quarto Deuteronomii ſit aperta mentio. Deinde Iordane tranſmiſſo, alia tria per Iehoſuam fuerunt aperta, hoc eſt, in tribu Nephtali, Iuda & Ephraim. Sed in iis impunitatem non conſequebantur, niſi qui fortuitò & imprudentes hominem occidiſſent. Appellabantur civitates *Hammiclat*, quòd eò ſe colligerent & contraherent, quibus hoc accidiſſet. *Camlat* enim verbum, eſt contrahere & retrahere. Ethnicorum aſyla tempus præſcriptum an habuerint, quo confugientes eò, ibi commorari deberent, mihi F non conſtat: Attamen exiſtimo, illic manendum fuiſſe tantiſper, donec res inter partes fuiſſent compoſitæ. Sed Moſaica definierunt, non licuiſſe profugis redire domum, niſi obitu ſummi Pontificis: quod inſtitutum proculdubio myſticum fuit. Nam eo adumbrabatur, non aliter quàm per Chriſti mortem nobis contingere ad cœleſtem patriam reditum.

Exod. 21. 14. Num. 35. 1. Deut. 4. 41. Ioſ. 20. 7. Num. 35. 28.

Vnde orta Aſyla.

35 Nunc recenſendæ cauſæ ſunt, propter quas utilis viſus fuerit aſylorum uſus: ac è diverſo, damna & vitia eorum. Nam iis cognitis intelligemus, an con- G ducat noſtris temporibus aperta eſſe aſyla. Cauſæ utilitatis eorum, & quidem non vulgares, permultæ numerantur.
1 Primùm quandoque uſuvenit, ut cauſa dubia ſit, & interpretes legum plus æquo rigiditatem ſequantur. Et qui laborat in judicio, interdum animadvertit judicem ſibi eſſe iratum, & adverſarium ſuum admodum potentem: unde reus timet, ne vel ira judicis, vel adverſarii potentiâ opprimatur. Quocirca præſtat, ut aliquantiſper latitet, donec mitigentur animi, & leges exponantur aliquanto lenius. H Quòd ſi ageretur ſecus, caperetur illico reus, ac tolleretur è vita, non adeò juſtis rationibus.
2 Deinde, ſervi ex eo inſtituto, magnam commoditatem ſentiebant: Domini enim qui eos emerant, ſæviebant interdum in eos crudeliſſimè. Quare cùm eos incenſos ita contra ſe animadvertiſſent, ad aſyla confugiebant, ac ibi auxilia magiſtratuum implorabant: cognoſcebatur cauſa, & cautione immunitatis interpoſita, heris ſuis reconciliabantur.
3 At ſi herus deprehenſus fuiſſet nimium ſævus aut impudicus, qui ſervum aut I ancillam conatus eſſet ad obſcœna cogere, jubebatur ſua mancipia vendere, atque ita non pretium, A ſed dominatum in ea amittebat. Nec ii ſervi fugitivi habebantur, vt in ff. legitur, de Edicto ædilitio, l. Fugitivus.
4 Adhæc tempore belli, aſyla commoda erant. Nam cùm civitas capienda eſſet, nec auxilium appareret ullum, obſeſſi ad templa confugiebant: quod non leviter profuit Romanis, cùm urbs ab Alarico vi caperetur: Omnes enim qui ad templa Petri & Pauli confugerunt, ſervati ſunt. Præterea manifeſta eſt utilitas, quæ colligitur ex legibus Moſaicis, de B fortuitis homicidiis. Res illicò probari non poterat: ideo teſtabat, ut cognoſceretur, & ſtatuerent judices an voluntarium, an fortuitum commiſſum fuiſſet homicidium. At ſi non datæ fuiſſent civitates refugii, periculum erat, ne ſanguinis vindex, id eſt, propinquior defuncti cognatus homicidam interficeret, nondum cauſa ejus legitimè cognita. 5
Quin etiam ſunt nonnulli gravati ære alieno, qui non ſunt ſolvendo, & quædam leges admodum rigidæ ſunt, ac decernunt, Vbi non habet in ære, luat in corpore. 6
C Vnde in vincula & carceres conjiciunt illos miſeros. Vnde conducit aſylum habere, ut res certis conditionibus leniter poſſit componi. Non prætermittam uſuveniſſe tempore Baſilii (ut Gregorius Nazianzenus in oratione funebri ejus refert) ut præfectus Valentis Imperatoris aſſeſſorem haberet, qui nobilem quandam fœminam miſerè deperibat, cupiebátque illam uxorem ducere. At ea recuſabat, Præfectus aſſeſſori ſtudebat: Vnde vis mulieri afflictæ parabatur, quare illa confugit ad Eccleſiam: Baſilius D eam protexit jure aſyli, quod Eccleſiis & altaribus erat conceſſum. Has commoditates Principes attendentes, non ſolùm hæc privilegia Eccleſiis conceſſerunt, ſed caverunt legibus, ut qui aliquos inde vi abſtraxiſſent, crimen læſæ majeſtatis incurrerent: ut in C. habetur, De iis qui confugiunt ad Eccleſias, in l. Fideli. Habuerunt itaque pro capitali hujuſmodi crimen. Verùm è diverſo multa inde conſecuta ſunt & damna & incommoda, quæ viciſſim referre operæprecium erit.

Num. 15. 1. Deut. 19. 4.

Aſyla quorum malorum cauſa.

1. Reg. 1. 15.

Aſylorum cauſæ.

E 36 Inde ſæpe fit, ut heri à ſervis contemnantur, ſi ſpem habentes impunitatis ad aſyla confugiant, multíſque diebus ibi maneant, quibus domini eorum proculdubio coguntur officiis & neceſſario miniſterio carere. 1
Iis addas homines tum liberius peccare, ſi aſyla in promptu habuerint ad quæ confugiant. 2 Id Tiberius Cæſar prudenter vidit, qui referente Suetonio & Tacito pertæſus tantæ libertatis, privilegia omnibus aſylis abrogavit. Ventum eſt eò, ut Plutarchus in Problematis ait, ut ſacerdos Iovis, pro foribus F templi ſtaret, & qui veniſſent, ſéque pedibus ejus advolverent, immunes eſſent: ac ſi vincti fuiſſent, ilico ſolvebantur. Qua etiam ratione, multa Papiſtica templa ſpeluncæ latronum hodie fiunt: Nam qui obærati ſunt, ibi ſeſe continentes, haudquaquam ſolliciti ſunt, ut ſatisfaciant creditoribus. 3 Laborem fugiunt, & ſe in hujuſcemodi aſylis non incommodè tractant. Accedit aliud malum, ut qui eò ſe receperunt, & cauſa cognita malefici deprehenduntur, opera monachorum & ſacrificorum evadunt, atque 4 G hoc pacto gravia crimina relinquuntur impunita. Quin ipſa Reſpublica iſta ratione crebrò turbatur, cum ſcilicet in hujuſmodi aſylis, rei criminis læſæ majeſtatis defendantur: ut Adonias Rempublicam læſerat, & altaris cauſa illæſus manebat.

37 In hujuſmodi autem criminibus, immunitatem fuiſſe conceſſam ad Eccleſiam fugientibus, in ſua hiſtoria teſtatur Socrates libro quinto capite ſexto, ubi narrat Eutropium quendam ex proceribus Arcadii, cupiviſſe admodum ſe ulciſci de H iis qui profugerant ad Eccleſiam: & cùm ei per legem id non liceret, ab Imperatore decretum extorſit, quo Eccleſiæ jus aſyli abrogaretur. Sed paulò poſt contigit, ut ipſe idem Eutropius cum quibuſdam ſuis, Cæſaris indignationem incurrerit: Quare ne caperetur, ad Eccleſiam conceſſit, quòd ei minimè profuit. In hunc virum præſentem Chryſoſtomus concionando invectus eſt, dicens Eccleſiam illum defendere non poſſe, qui privilegium ei libertatis abſtuliſſet. Et quia Iuſtinia- I nus illam immunitatem adeo amplam & latam vidit Rebuſpublicis obeſſe, idcirco eam contraxit, ut in Authent. videre licet, titul. de mandatis

Aſyla Papiſtica quam concedant immunitatem.

Principum,5. Quòd ſi delinquentes:vbi excepit homicidas, adulteros,& virginum raptores. Nam profecto ſuo ſcribit,ut omnino tales puniat,nec eos patiatur ullis aſylorum privilegiis frui. Hanc legem alioqui firmam & authenticam,jus Pontificium enervavit. In Decretal, quippe,de Immunitate Eccleſiæ c. Inter alia, Innocentius tertius ad Regem Scotorum ſcripſit, Nemo ab Eccleſia rapiatur,quantumvis gravia commiſerit. Deinde ſanxit,ut qui ſe ad Eccleſias receperint, ſi poſtea liberentur, non poſſint amplius pœna corporis multari ejus criminis cauſa, ſed tantùm quibuſdã aliis pœnis civilibus. Prius verò quàm præfecti Eccleſiæ illos reddant, cautionem à magiſtratu accipiant,ut illos non occidant.

38 Ne tamen viderentur nimis fræna laxare, tres caſus exceperunt. Primùm defendere nolunt latrones publicos,qui vias obſident. Deinde nocturnos graſſatores,qui vaſtant agros. Tertiò illos qui vel in Eccleſia vel in cœmiterio enormia ſcelera committunt,freti ea ſpe,quòd ibi futuri ſint illæſi. Tales enim ab Eccleſia non proteguntur, cùm in Eccleſiam graviter peccent. Hoc ſancitur in Decretal. de Immunitate Eccleſ. in l. Immunitatem. De ſervis autem ſtatuerunt,ſi cõfugerint ad Eccleſiam & armati fuerint, non eſſe recipiendos. Id etiam habetur in C. De iis qui confugiunt ad Eccleſiam. l. Si ſeruus. At ſi eò ſe conferant juvenes,& apud Eccleſiam quærant advocatos,recipiuntur: domini eorum convocantur,qui data cautione impunitatis,eos recuperant. Cætera verò quantumvis gravia ſcelera,ut homicidia,raptus virginum, & adulteria defendunt, quemadmodum in Decretis habetur 36.quæſt.1.Canone,de Raptoribus. Præſtant item illam immunitatem non tantùm Chriſtianis, verumetiam Iudæis, modò non ſimulent: Ethnicis item,necnon excommunicatis & hæreticis. Diſtinguunt attamen ad hunc modum, Si hæreticus propter alia crimina in periculum veniat, defenditur: Sin verò propter ipſam hæreſim,aſylo non fruitur. Præterea non tantum Eccleſiæ hoc libertatis conceſſum eſt,verumetiam domui Epiſcopi,etſi cõjuncta non eſt Eccleſiæ. Quod habetur in Decretis 17.qu.4.Canone id conſtituimus. Tantundem etiam privilegii concedunt ſuo Deo panaceo, cùm vel in pompa vel ad ægrotos circumfertur. Nam tunc ſacrifico ſi ſe adjungat,aſylum habet. Qui autem degunt in aſylo,& libertatem aſſequuti ſunt, ibi poſſunt cũ adverſariis agere. Quòd ſi obærati ſunt,& fiſco debeant, Pontificii ſtatuunt, eo caſu licere judicibus hominem illum citare pro foribus Eccleſiæ. Si ſatisfecerit,benè res habet: ſin minus,procedunt ad bonorum poſſeſſionem,quæ deinde vendunt ac diſtrahũt, quoad omne debitum diluatur. Sin verò non fiſco, ſed aliis debeant, induciæ triginta dierum illis dantur,quibus è templo exire liceat, & patronum quærere. Quòd ſi contra eos pronuncietur,coguntur vel ſtare judicato,vel ad aſylum redire.

Epiſcopi domus aſylum.

Sacerdos quãdo aſyli vice ſit.

39 Belli etiam tempore, volunt jus aſyli valere, ut non trucidentur ab hoſtibus, qui ad templa confugerint,niſi fortaſſis templum arcem fecerint, & inde pugnarint. Permulta hujuſcemodi habent,quæ ſæpiſſimè abeunt in ſcelera: Ipſi tamen judicant,omnibus modis hanc immunitatem eſſe retinendam. Et ſanè videntur nonnulli Patres, & aliqua Concilia ſtare ab eis. De Baſilio & Chryſoſtomo jam antea diximus. Auguſtinus de Civitate Dei,libro primo,cap. 7. confert aſylum imperii Romuli cum templis Romanæ urbis, in quibus tempore Alarici Regis Barbari,Chriſtiani habuerunt immunitatem. Nam cùm civitatem Romanam vi cœpiſſet, ſalvos omnes eſſe voluit, qui ad Baſilicam D. Petri & D. Pauli confugiſſent. Romulus,inquit,aperuit aſylum, ut numerũ civium augeret: Alaricus ut hoſtium multitudinem conſervaret, quod magis laudandum eſt. Et eodem lib.c.4. ait, Chriſtianorum aſyla,longe fuiſſe potentiora quàm Ethnicorum,& iterum jam adducto exẽplo utitur. Et adjecit, Aſyla Chriſtiana, Romanos jam captos defendere potuerunt: aſt Iunonis aſylum quod Trojæ fuit, Trojanos à Græcis tueri non valuit. Vergilius 2. Æneidos,cecinit,

——Iunonis aſylo
Cuſtodes lecti Phœnix,& dirus Vlyſſes,
Prædam aſſervabant.

Quin dicitur,ipſum Regem Alaricum multum auri è Vaticano abſtractum reſtituiſſe. Auguſtinus Epiſtola 187. Bonifacio Comiti,qui nomine Romano Africam adminiſtrabat,cùm vi rapuiſſet quempiam ex Auguſtini Eccleſia, ſcribit ſe vehementer mirari, quod hominem inde abſtraxiſſet, mandátque ut ſalvum quamprimum reſtituat. Et adjicit ſe clericis præcepiſſe, ut oblationes ex ejus domo non accipiant,& ſe jam illum excommunicaſſe. Habetur autem hoc in Decretis 17.quæſtione 4.Canone, Miror. Epiſtola verò 188. idem Comes, Auguſtino, quem valdè amabat, demiſſo admodum ſtylo reſpondet, agnoſcendo ſe graviter peccaſſe. Virum,ait,quem abſtraxi, ecce jam reddo: Scias autem illum eſſe morte digniſſimum. Videmus itaque ſcelera gravia in Eccleſia jure aſyli defenſionem habuiſſe. Concilia item,aſylis admodum faverunt. Arauſicanum capite quinto decrevit,ut nulli ab Eccleſia rapiantur. Aurelianenſe 4.c.21. non tantùm præcipit ut hoc jus ab Epiſcopis retineatur, ſed illos excommunicari vult, qui facere id neglexerint. Toletanum 12.c.10.dat pro aſylo, triginta paſſus circa Eccleſias, ſi minores fuerint: Metropolitanis verò,quadraginta. Ilerdenſe & Triburienſe,propemodum eadem ſtatuerunt.

Aſyla habere an expediat.

40 Quid igitur cenſendum? Aſyla retinendáne
ſunt,an abroganda? Ego cùm cernam jus divinum
continuiſſe aſyla, verùm contracti admodum juris,
videam etiam jura gentium ea inſtituiſſe, ac juſtas
eorum eſſe poſſe interdum cauſas: idcirco definirem
eſſe retinenda,certis adhibitis cautionibus. Primùm, 1
ne privatæ ſeu publicæ res ea licentia lædantur.
Deinde, ne ſpe veniæ atque impunitatis, cuiquam 2
injuria fiat,aut vitia nutriantur & foveantur. Adhæc 3
videtur eſſe cavendum, ne pateant omni generi criminum, ſed certis quibuſdam concedantur: ut cùm quis nec prudens nec volens quempiam interfecerit,aut ſi vir bonus citra ſuam culpam,fortunæ injuria gravatus fuerit ære alieno,& conſimilibus. Omnibus autem ſceleribus aſyla dare, longè à pietate a-
lienum eſt. Statuendum præterea videtur,ne crebra & 4
frequentia ſint, ut homines prudentius & gravius in actionibus periculoſis agant. Lex vetus,in toto regno Iſraelitico,ſex tantummodò habuit. At in noſtris regionibus multa omnino ſunt. Pontificii quippe videntur mirum in modum ſtuduiſſe, ut licentiam illam amplificarent. Boni verò Magiſtratus eſſet,eo-
rum numerum contrahere. Occurrendum etiam eſ- 5
ſet,ne qui detinerentur in aſylis, cùm adhibito judicio ſontes deprehenſi fuerint, facilè poſſent evadere, & ſacrifici ſeu monachi ſi viam illis ad aufugiendum patefecerint,ad certas pœnas eſſent obligandi. Verùm eò ventum eſt, ut ipſi quoque ſint ἄσυλοι, ut qui extorſerint ac uſurparint varias exemptionis formas.

Num. 35. 13.

De Exilio.

Occaſio loci communis de exilio, & ejuſdem diſpoſitio.

2. Reg. 2.

41 Quoniam verò Abiatharus eſt relegatus in prædium paternum, & Semæi juſſus continere ſe Hieroſol. quæ ſunt genera Exiliorum,non erit intempeſtivum de ipſis Exiliis aliqua dicere. Primùm exilii definitionem inquiremus. Secundò,ſcrutabimur, quæ ſint ejus genera. Tertiò,diſputabitur, An hoc ſupplicii genus uſui eſſe debeat Rebuſpublicis,nempe ut maleficum de ſua pellant ditione, cùm illum punire valeant. Vt à recta Methodo non diſcedamus,à vocabuli etymo auſpicabimur. Ab Hebræis vocatur *Miklat*. Nam verbum *Kalat* eſt contrahere ſeu conſtringere: idcirco appellarunt civitates refugii hoc nomine, quòd ad eas ſeſe colligerent, & ibi contraherentur fugitivi. Græci etiam φυγὴν φυγαδείαν à fugiendo exilium vocarunt. Latini (Si Nonio Marcello credamus) Exilium dixerunt,quia ſic fugientes ſunt extra ſolum,nimirum ſuum. Et homines ſolum vertere dicebantur, cùm fugerent aliquod incommodum vel pœnas, quæ domi eos manebant. Qui autem conſolari ſtudent exules, eorum exilia peregrinationes appellant, cùm tamen haud leve diſcrimen inter iſta cernatur. Nam peregrinatio ſpontè ſuſcipitur, & variis de cauſis, non quòd infligendæ pœnæ domi evitentur. Sed ita loquuntur homines, ut illud ſupplicium verbo molliori leniant. Ea locutione hortantes amicos, ut quod patiuntur inviti, ceu voluntarii ſuſcipiãt. Et ſane fuga illa nõnihil in ſe voluntarii

Exilii etymologia.

Peregrinationis & exilii diſcrimen.

Exilium qualis actio.

Digitized by Google

voluntarii complectitur, quemadmodum actiones mixtæ, de quibus agitur in Ethicis. Nam qui ſic vertunt ſolum, evitare graviores pœnas volunt, in quas incurrerent manendo in patria. Conjunxerunt præterea Exiliis ea quæ vulgò Banna ſunt appellata. Sed inter ea quædam diſcrimina, licet non magna deprehenduntur. Verùm de hoc in ff. tit. de Interdictis & relegatis.

Bannum.

Exilii definitio.

42 His ad hunc modum poſitis, difficile non erit ad definitionem ingredi. Dicemus itaq; Exilium fugam eſſe, qua ſontes ideo ſolum vertunt, vt pœnas legum evitent, vel eas luant. Eſt itaque fuga, ſed non quælibet: quia interdum fugiunt homines aut paupertatem, aut annonam gravem, aut inclementiam cœli, ſeu morbos & peſtem, ſed redeunt cùm libuerit, & idcirco dictum eſt, Vt pœnas evitent, vel eas luant. Et pertinet, quod poſterius adjectum eſt, ad deportatos in inſulam, vel in metalla. Vnde verò hęc ortum habuerint, non eſt difficile oſtenſu. Reſpublica Romana, vel conſideratur, cùm ſtaret ejus libertas: vel, cum poſtea cœpit ab vno regi & gubernari. Sic & exilia duplicem rationem habuerunt: nimirum aliã tempore libertatis: aliam verò ſub principibus. Cùm civitas libera erat, ſatis fuit exilium, ſi cives fuiſſent, cùm de illorum capite ageretur. Poſtea verò Imperatores jubebãt maleficos, vel ad metalla, vel in inſulas deportar. Vnde Cicero pro Cæcinna dixit: Exiliũ portum pœnarum fuiſſe, non ſupplicium. Et adjecit civitatem Romanam ſuis legibus nullum flagitium exilio mulctaſſe. Verùm ſi qui voluiſſent, carceres, vincula, & alias pœnas vitare, ii fugiebant in exiliũ, tanquam ad aram. Nec legendum eſt, tanquam ad arma, ut corruptè habent aliqui codices. Nam ſi voluiſſent domi permanendo ſontes vim legum ſubire, non adimeretur eis prius civitas, quàm vita. Sed quando id nolunt, eis non dicebatur adimi civitas, ſed illi viciſſim dicebantur eam relinquere. Et in oratione Philippica quinta, inquit: Qui rerum capitalium damnabantur, non prius admittebant civitatẽ, quàm in eam recipiebantur, ad quam ſolum vertebant. Adhæc ex oratione quadam Iulij Cæſaris, quæ à Saluſtio deſcribitur, in conjuratione Catilinaria colligitur, antiquos Romanos Græcos fuiſſe imitatos, ut verberibus animadverterent in cives, & de dãnatis extremum ſumerent ſupplicium. poſtea leges Porciæ, necnon aliæ quædam latæ ſunt, quæ noluerunt, ut ſupplicium extremum de cive ſumeretur, ſed exilium ei permiſerunt. Cicero in Oratione pro domo ſua dicit: illis qui damnarentur legibus exilium non fuiſſe nominatim inflictum, ſed interdicebatur illis aqua & igni, ut ſcilicet rerum humanarum uſu, ſpacio aliquot milliarium frui non poſſent. Et ſanè Ciceronem ipſum quingentis milliaribus ab urbe oportuit abeſſe. Proinde cives Romani minimè in exilium nominatim mittebantur: ſed, quod ad rem attinet, parum videbatur intereſſe. Non quidem in eos manus injiciebantur, ſed cogebantur diſcedere, niſi voluiſſent aere victitare. Quoties itaque legeris in hiſtoriis dum ſtabat Reſpublica exilii nomen, ad hunc modum id interpretari debemus.

Rom. Reipub. conſideratio duplex.

Exilii Ro. uſitati conſideratio.

Exilii pœnam apud Roman. nulli irrogatam fuiſſe.

43 Apud Græcos præterea fuit exilii genus, quod ὀστρακισμὸν appellarunt, quod non infligebatur ob ſcelera, nec in cenſu pœnarum habitum eſt, nec afferebat exulantibus ignominiam, ſed potius invidiam leniebat. Nomen deductum eſt ἀπὸ τοῦ ὀστράκου quo vocabulo teſta ſignificatur: nam teſtacei calculi erãt, quibus inſcribebatur nomen exulaturi: nos illud vocare poſſemus exilium teſtularium. Nec tantum ſic exulabant, qui præ cæteris valebant opibus, gratia & potentia: ſed etiam qui excellebant eloquentia & ſapientia. Quare Damon pædagogus Periclis hoc nomine, quod ſaperet præ cæteris, ejectus eſt. Ariſtides quoque, cum Themiſtocle incitante, hoc genus exilii ei decernendum eſſet, in concione adfuit: Cui fortè fortuna ruſticus quidam aſſidebat, qui cùm ſuffragii jus haberet, neque poſſet ſcribere, rogavit Ariſtidem, quem non agnoſcebat, ut in teſta quam habebat, nomen Ariſtidis inſcriberet: cui Ariſtides: noſtine illum hominem? Negavit ſe noſſe. Qua igitur, inquit, de cauſa eum vis ejicere? Ruſticus inquit: Quoniam illum ſubinde juſtum appellant, nos autem Athenienſes tantam juſtitiam pati non poſſu-

Exilii genus apud Græcos, ὀστρακισμός.

Ariſtidis exilium.

A mus. Mos itaque fuit Democraticis politiis, ut maximam operam darent, nè quis in civitate nimium excelleret. Quin & Ariſtot. lib. 5. Polit. de conſervando ſtatu Democratico hujus rei mentionem facit conſulendo, ut ſi quis in civitate nimium excelluerit, ab eâ removeatur: quoniam tales volunt plerunque cæteris imperare.

44 Eſt præterea genus aliud exilii, quod appellatur voluntarium, nec eſt unius formæ. Vna dicitur B φυγὴ ἐπὶ φόνῳ, id eſt, fuga cædis, at non voluntariæ, ſed cùm quis interficitur ab inſciente & nolente. Cùm id eveniebat, expiationis cauſa vertebant ſolum, ſiquidem homicidæ ſemper habiti ſunt impuri. Quare in Pandectis, Tit. de pœnis. L. aut facta, Parag. eventus, juriſconſultus tale genus homicidii, ait, expiari conſueviſſe exilio, & carmina Homeri adjicit, quibus Patroclus dicit, ſe cùm puer eſſet, ſocium imprudenter occidiſſe: patrem verò ſe adduxiſſe ad Peleum, ut expiaretur, atque ita peracta expiatione, illi datum C eſſe comitem. Et apud Herodotum lib. 1. Adraſtus commemoratur, qui ut expiaretur, venit ad Crœſum. Et Euſtathius interpres Homeri docet expiationes illas adminiſtrari ſanguine conſueviſſe. Proinde vertere ſolum expiationis cauſa relatum eſt inter voluntaria exilia. Oreſtes attamen, qui volens & ſciens matrem interemit, ad Tauricam Cherſoneſum venit expiationis ergò. Quin & Livius libr. 1. ſcribit Horatium, cùm victor eſſet reverſus, & Horatiam ſororem occidiſſet, abſolutũ à cæde, ſed juſſum eſſe vertere ſo- D lũ, vt homicidiũ expiaret. In ſacris autẽ literis qui cędẽ feciſſet inſciẽs & nolẽs, ad civitatẽ refugii ſe recipiebat. Plato autẽ lib. 9. de Legibus conſtituit, ut qui volẽtes hominẽ occidiſſent, perpetuò exularẽt & hujuſmodi pœnã ἀειφυγίαν vocavit: qui verò imprudẽtes & nolẽtes cędẽ feciſsẽt, anni ſpacio exules eſſent.

Exilium voluntarium.

Patroclus.

Adraſtus expiatus.

Oreſtes.

ἀειφυγία quid.

45 Erat quoque aliud genus exilij voluntarij, cùm aliquis reus peragetur, primáque actio inſtituta eſſet, reo licuit fugere, quod nollet expectare ſententiam, ut qui de abſolutione deſperaret. Eo mo- E do fugit Verres, vt Aſconius Pædianus teſtatur. Sic etiam fugit ipſe Cicero, cùm videret ſe fore Clodio accuſatore inferiorem. Et in Oratione pro Cluentio traditur, quendam Fabritium à ſubſelliis cùm ſurrexiſſet abiiſſe. Livius etiã Decade 2. libro ſexto quẽdam Fulvium, ſcribit, antequam dies comitiorũ veniſſet, abiiſſe Tarquinios. Et libro tertio ab urbe cõdita, ſcribit, collegas Claudij Appij ſolum vertiſſe. Licuit itaque volentibus, cùm de eis judicium inſtitueretur vel inſtituendum eſſet, abire in exilium. F Græcos quo ad hoc imitati ſunt Romani: etenim Demoſthenes, ut habetur in ejus oratione adverſus Ariſtocratẽ, docet hoc licuiſſe: nec judices, quin fieret, potuiſſe prohibere. Tale quippiam David feciſſe videtur in ſacra hiſtoria, quando fugit non tantùm in ſolitudines, verumetiam ad Achim Regem Palæſtinorum. Abſolomus quoque fratre interfecto in Geſſur profugit. Ieroboamus item, cùm videret ſe crimen læſæ majeſtatis incurriſſe, abiit: Verùm in iis quippiam diverſum contingebat à legum Roman. in- G ſtituto: nam Iſraelitæ jam commemorati tantùm fugiebant, quod timerent ſibi, cùm eis adhuc dies non eſſet dicta: illi verò, ſcilicet Græci ac Romani, hoc ſibi datum habebant legibus, ut judicio conſtituto liceret abire.

Exiliũ voluntarium rei.

Exilij Iſraelitici & Romani differentia.

1. Sam. 21.

1. Sam. 13. 37.

1. Reg. 11. 40.

46 Erat etiam voluntarij exilij aliud genus, ut cùm experti eſſent judicium, & ſententiam paſſi nec vellent mulctam impoſitam ſeu pecuniariã, ſeu quãpiam aliam pendere, liceret aufugere. Quærunt autem nonnulli utrum fuerit gravius antevertere ſen- H tentiam fugiendo, an fugæ ſe committere, cùm jam lata eſſet. Et primùm quidem levius fuiſſe à multis exiſtimatur, quod illi ſponte viderentur abire, cùm alij quodammodo ejicerentur. Deinde, quòd priores qui ſententiam non expectabant, vertendo ſolum dignitatem & gradum ſuum utcunq. retinebãt: quod ex Oratione Ciceronis elicitur pro domo ſua. Notandum item eſt, cùm ſententia rerum capitalium in aliquem ferretur, ita ut ei aqua & igni interdiceretur, id aliquando ad tempus, aliquãdo verò in per- I petuum fiebat. Et nonnunquam prohibebantur exules hujuſcemodi accedere certa loca, interdum ſpatium eis diſtantiæ ab urbe conſtituebatur, neque

Exilii voluntarii genus aliud.

Digitized by Google

plerunque certus locus exilii circumſcribebatur, ſed relinquebatur exulibus liberum, ut eſſent ubi ubi vellent, modò terminos diſtantiæ ab urbe, vel ab Italia obſervarent. Vnde, quemadmodum ante notavimus ex Livio, Fulvius Tarquinios abiit, & Milo Maſſiliam. Sic res habuit cùm ſtaret libertas Romana.

Exilia Romæ qualia ſub Imperatoribus fuerint.

47 Sub Imperatoribus conditio gravior eſt reddita: etenim ut habentur in Tit. De interdictis & relegatis l. Exilium. Marcellus ſpeciem triplicem exilii facit. Primam, ſi vnus & alter locus prohibeatur, ut ſcilicet exul, à Mutina aut Bononia prorſus abſtineat. Alteram vocat latam fugam, cùm omnia præter unum loca interdicta erant: ad hoc genus exilii pertinuit relegatio Abiathari & Semei. Tertiam ſpeciem facit deportationem. Exules primi generis, interdicti dicebantur, alii autem relegati. Plutarchus in libro de Exilio, prioris generis meminit, dum conſolatur amicum, quòd ab una tantùm urbe ſit excluſus. Appellatur autem huius generis exilium ἐξορία, cùm relegatio dicta ſit περιορία: idcirco Dionyſius in Epiſtola quadam ad Ioan. Apoſtolum nonnullos taxat, qui exiſtimabant ſe poſſe ἐξορίζειν τὸν ἥλιον τοῦ εὐαγγελίου, hoc eſt, ſolem Evangelii relegare: quo dicto Ioannem Evangeliſtam Solem Evangelij appellavit.

Relegati.

ἐξορία. περιορία.

Deportatio exilii genus.

48 Exilium quod appellarunt deportationem, fuit grave genus pœnæ: ſontes quippe tradebantur ſervis publicis, & impoſiti navi ad loca ſolitaria procul amandabantur. Vnde Terent. in Phormione ait, ſcelus id eſſe publicitus in ſolitarias terras deportandum. Deportati amittebant civitatem, nec facere teſtamentum poterant, vel quicquam ſibi acquirere. Interdum homines ad metalla, hoc eſt, ad faciendum publicum opus, ablegabantur. Fuit etiam aliud exilium, cùm quis jubebatur, ſeſe domi continere, cui tunc domus inſtar carceris erat. Ad ſummam, tempore collapſæ libertatis exilia ſententiis Iudicum irrogabantur: idcirco Hieronymus in Apologia ſecunda contra Ruffinum ſcribit: Exilia ſua ætate non fuiſſe, niſi à judicibus irrogarentur. Adhæc aliud exilium turpe fuit, aliud verò tantummodo calamitoſum. Quare Cicero in Oratione pro domo ſua; Turpe, inquit, exilium eſt, ſi pœna fuerit peccati: Si verò ex condemnatione contigerit, ſolum erat turpe opinione hominum, ſed non reipſa: quia interdum homines juſtè, nonnunquam verò injuſtè condemnantur. Quare adjicit, Exilium nomen eſſe non turpitudinis, ſed calamitatis. Et ne quid omittamus, alia duo reperiuntur, non propriè ſed μεταφορικῶς dicta exilia. Vnum, quod in ſuis ſcriptis veteres Patres crebrò deplorant, nimirum huius noſtræ vitæ ſtatum, quo ab æterna patria, vel per ſecta regeneratione ſumus expulſi. Aliud verò laudabile, quo ſcilicet à nobis ipſis, carne & mundo exulamus. Quod ſi quæratur, ad quod genus exilii fuga eorũ pertineat, qui ſedes patrias reliquiſſent, ne ſuperſtitione ac idololatria ſeſe contaminent. Reſpondemus eſſe voluntarium: nam fugiunt ea mala, quæ ſibi domi à Tyrannis impenderent. Nam ſi manerent domi ſuæ, malorum alterutrum ſubeundum eſſet, quoniam eos oporteret, aut Miſſas accedere, aut graviſſima tormenta ſuſtinere.

Ad metalla damnati.

Domi ſuæ clauſi.

Exilium turpe.

Exilii quod metaphoricè conſideratur, genera.

Exilium religionis cauſa quale.

Exilii pœna an liceat Chriſtianis Magiſtratibus uti?

48 Tertium caput propoſitæ quæſtionis eſt, An hodie Chriſtianis magiſtratibus liceat exiliis uti. Quod ſi eis concedatur, quæritur, Quale genus deligendum ſit. Licere autem hoc pœnæ genus, multa ſuadent argumenta. Primùm, Deus Adamum exulare juſſit, cùm illum è Paradiſo ejecit. Caino eandem pœnã inflixit, quare ille ait, A facie tua hodie tu ejicis me. Deus verò idcirco eum non interfecit, ob paucitatem hominum, vel alias ob cauſas nobis ignotas, attamen exulare juſſit. Fuerunt præterea, quemadmodum antea dixi, lege divina conſtitutæ civitates, refugii, ad quas illi ſe recipiebant, qui cædem imprudenter feciſſent. Conſtat item ex libro Iudicum, Iphtam ejectum à fratribus, exulaſſe in terra Tob. Et Rex David Abſolomum, cùm rediiſſet ex Geſſur., ab aula relegavit in domum ſuam. Salomon quoque uſus eſt relegationibus adverſus Abiatharum & Semei: Et uti habetur in Amos capite ſeptimo, Amaſias prophetam jubet, nomine Regis, ut abiret è Samariæ finibus. In lege item Dei leproſi à cœtu hominum extra urbes ad ſolitaria loca relegabantur. Quin excommunicatio ipſa genus quoddam eſſe

1 Gen.3.23. Gen.4.12.

2 Deut.29.2.

3 Iud.11.2.

4 2 Sam.14.24

5 1 Reg.2.26.

6 Amos.7.12.

7 Lev.14.8

8

videtur exilii. Nam Chriſtiani jubentur facinoroſos homines evitare, nec ad ſocietatem illorum licet eos admittere. Phyſica quoque ratio nos hujus rei admonet: ſiquidem civitates corpora quædam eſſe dicuntur, & ad corporum ſalutem, conſueverunt medici pravos humores & putrida membra removere, credentes longè ſanius eſſe, ut abjiciantur: quam ut retenta univerſum corpus perturbent. In vitibus idem ſervatur, quæ ſingulis annis putantur, ne ſarmenta inutilia fructibus noceant. Arborum etiam inutiles rami ſolent certo anni tempore abſcindi & reſecari. Accedit præterea huc, non omnia peccata eſſe paria, & idcirco pœna capitis non omnia ſunt multanda. Quare videtur exilio relictum eſſe locum, nec eſt inutile iis, qui puniuntur, hoc ſupplicii genus, nam ſi verſarentur inter ſuos cives, quotidie illis, cùm admiſſum ſcelus, tum etiam alia pœnarum genera exprobrarentur.

9

10

11

Exilium diſſuadentium argumenta. 1 2

49 E diverſo non pauciora ſunt argumenta, quæ hoc ſupplicii genus plurimum diſſuadent. Primùm Legem Dei juſtum exilium non præſcripſiſſe: quod enim de civitatibus refugii mandat, ad juſtum exiliũ non pertinebat. Deinde pœnas ejuſmodi eſſe oportet, ut vel meliorem reddant illum qui plectitur, vel ſaltem alios à peccatis deterreant: exilium autem neutrum videtur præſtare. Nam qui ex urbe pelluntur, nihilo fiunt propterea meliores, ſed potius deteriores evadunt. Fingas quempiam exjici ex civitate, quæ profiteatur Evangelium, is fortaſſis ad Papiſticam urbem ſe conferet, atque ibi efficietur idololatra. Addas Euripidem ſcribere inter alia incommoda exilii auferri παρρησίαν: non enim audet in alieno ſolo peregrinus libere dicere quæ ſentit: etſi retinere voluerit legitimum Dei cultum, contra ipſum audiet multa, & illum vix audebit libere tueri. David ſæpe lamentabatur, dum exularet, ſe carere cœtu ſacro & communione ſacrificiorum. Adhæc eo nomine deteriores fiunt exules, quòd hoſtes evadunt patriæ, atque odium adverſus eam concipiunt, & ita concipiunt, ut crebrò audeant ſe cum hoſtibus conjungere, atque iis, quantum in ipſis patriam prodere. Quod feciſſe legimus Coriolanum, quando ſe contulit ad Volſcos. Hoc Plutarchus animadvertens in libello de virtute & fortuna Alexandri tradidit, exilia ſæpe quædam ſemina eſſe bellorum. Certe ipſe David, cùm exularet, vel invitus cogebatur cum Palæſtinis adverſus Iſraelitas in prælium venire. Quod ſi quiſpiam dixerit Camillum exulem patriam liberaſſe, necnon Athenienſes exules urbem Athenarum à triginta tyrannis aſſeruiſſe: Reſpondemus, tam præclara facinora non ſæpe, imò quàm rariſſimè accidere: nobis verò ſpectanda eſſe, quæ plerunque uſuveniunt. Deinde ſcelerati homines non redduntur exilio meliores quòd illud pœnæ genus leviſſimum ducunt: Dicunt quippe ſecum, etiam ſi diſceſſero hinc, Sol & Luna etiam in aliis regionibus conſpiciuntur, & quod aliqui ex virtute fecerunt, ipſi ex improbitate faciunt. Etenim cùm objiceretur philoſopho, quòd exularet, ſe civem eſſe mundi reſpondit. Diogenes cùm audiret Sinopenſes juſſiſſe ipſum Ponto exulare, ait: Ego viciſſim eos damno, ut perpetuò ſint in Ponti Euxini extremis littoribus. Prætexunt etiam Themiſtoclem, qui cùm exularet, vehementer ditatus eſt, & ſuis dicebat: Pueri, perieramus, niſi periiſſemus. Talibus exemplis exules redduntur audaciores, & rarò meliores fiunt. Ex Cœlio didicimus libro vigeſimo capite primo L. Neracium fretum divitiis admodum fuiſſe petulantem: unde luſus & jocus illi erat, liberum hominem in os cædere, illi ſiquidem noxæ pœna erat conſtituta viginti quinque aſſium: idcirco ille ſervum ducebat ſecum, qui crumenam benè refertam nummis geſtabat: is autem pro ſua libidine verberabat permultos, eiſque viginti quinque aſſes ſtatim jubebat numerari. Levis itaque pœna ad peccandum facilius provocat. Iſtis addas exules cùm arcana civitatis, & incommoda civium probè norint, ſæpius ea omnia hoſtibus indicant. Deinceps, ut ſeipſos excuſent, infamant ſuam urbem & cives, qui in ea ſunt, & in precio habentur, multò ſe affirment eſſe ſceleratiores, & exempla jactant Socratis, Ariſtidis, & Ciceronis, qui aliquando ſunt in exilium

Pſal.42.& 43.

1 Sam.28.2.

5

Digitized by Google

4 exilium pulſi. Præterea ſi ejiciantur ob adulterium A mœchus & mœcha, rurſus alibi conveniunt, & in eodem perſeverant ſcelere, cùmque furati fuerint in ſua
5 patria, ejecti ex ea non deſinent alibi furari: quare illorum exilio non obſtatur eorum peccatis. Videtur etiam hæc pœna charitati erga proximos non parũ adverſari: nam cum provincia vel urbs ſceleratos apud ſe habeat ita exonerat ſe, ut alias civitates, & provincias oneret. Dehinc, qui ſic ejiciuntur, ſi manerent in patria diligentius obſervarentur, cùm B ibi jam ſint probè noti: ſed in alieno ſolo, ubi non agnoſcuntur, & facilius, & impunè peccant, & domi agerent cum ignominia, nec non rubore ſuffunderétur, cùm alibi perfricta fronte vivant. Si cives infectum peſte ſic emitterent, ut alias civitates illum juberent ingredi, illæ non tantùm repellerent, ſed conquererentur, & quidem graviter, de illis hominibus: quòd ſi juſte fieret, quoad corporis morbum, quidnam de animi vitiis cenſendum eſt? Et ſi quis fontem veneno inficeret, peſſimus habeteretur: at mittere ſce- C leratos viros in alienas terras, nihil aliud eſſe videtur, quàm eas inficere. Poſſent alia, & quidem permulta argumenta excogitari, ad hanc partem perſuadendam, ſed hæc præcipua videntur.

Simile. *Simile.*

Exiliorum uſus qualis retinendus. 50 Conſtituendum nunc eſt, quid æquum videatur. Mihi ſane videtur, utraque pars amplectenda, & darem exiliorum uſum aliquo modo retineri oportere, ſed non ita, ut exules ad alios mitterentur, apud quos deteriores fierent, atque illos inficerent. Eſſent itaque relegandi intra fines ditionis magiſtratui ſub- D jectæ: quia ſcelerati homines facilius coercerentur, ſi eis vagari huc atque illuc non eſſet liberum, & ut eorum facinora graviora eſſent aut leviora, poſſent eis duriora vel commodiora loca definiri. Et ſane Deus cùm voluit Adamum & Cainum exulare, extra ditionem ſuam illos non emiſit. Adhæc leges Moſaicæ civitates refugij ita conſtituerunt, ut eas certas eſſe voluerint. Cæterùm dixeris: Tunc omnia in plebuntur exulibus. Reſpondeo ad hoc pœnæ genus non eſſe facile deſcendendum: ſunt enim alia ſuppliciorum E genera, ut carceres, diminutio facultatum, remotio ab honoribus, &c. Porro Deus Chore Dathan & Abyron, cùm ſeditioſi eſſent, non ejecit in exilium: Neque Achan homo ſacrilegus, exilio damnatus eſt. Sit itaque nõnunquam uſus exilij, ſed non adeo frequens. Leges Romanæ, ſtante libertate, ut dictum eſt, neminè ejiciebant in exiliũ, licet volentes remitterẽt abire. David relegavit Abſolomũ, ſed non extra fines Solomon quoque Abiatharum & Semei juſſit exulare, ſed extra Iſraelem non ejecit. Iiptha etiam eje- F ctus eſt à fratribus, ſed in terram Tob, quæ in tribu Gad fuiſſe creditur. Nec eſt, quod ab impio Amaſia exemplum petamus, etſi non ejecit Prophetam extra Iudæorum tribus, amandabat quippe illum in Iudæam. Leproſi quoque Lege jubebantur extra urbes eſſe, atque vagari per loca ſolitaria: non tamen emittebantur ad exteros: nec percuti lepra, culpa fuit. Vnde illa ſeparatio pœna cenſeri non debet, ſed potius cautio quædam, ne inficerentur ſani. Excommunicatio, quæ ſpecies dicebatur exilij, homines ex G Eccleſia prorſus non ejicit: quia licet excommunicatis verbum Dei audire. Deinde admonentur à fidelibus, quamvis non liceat verſari cum eis animi cauſà. Deinde nõ deſinit Eccleſia pro illis orare, ut reſipiſcant & in viam redeant. Pravi utique humores extra corpus & corrupta membra pelluntur: ſarmenta & rami infructuoſi cùm à vitibus, tum ab arboribus reſecantur: ſed iſtarum rerum non eſt juſta collatio cum exulibus. Quoniam hæc reſecta, & repulſa obeſſe non poſſunt, quemadmodum exules cùm ſibiipſis, H tum aliis nocere ſolent. Præterea, verum eſt, quod paſſim dicitur, Malum ubi natum eſt, oportere corrigi. Verùm obiiciet quiſpiam, inutile fore, ſi talibus in locis habeantur exules: quoniam ibi fortaſſis nihil potuerunt agere aut negotiari. Ad hoc dici poſſet, ad opus relegentur. Ad fodinas, & metalla olim ſcelerati mittebantur, & hodie multis in locis relegantur ad triremes, ut nec ſibi, nec aliis queant nocere, atque cum aliquo fructu Reipub. laborent: hoc pacto incommoda tolli poſſent, quæ ab exiliis proveniunt. I Non ſunt hæc quidem à nobis poſita rationibus ἀποδεικτικαῖς, verùm probabilibus, ut mihi videtur, confirmata. Id Præterea cenſeo addendum, ſi qui timentes aufugerint ultrò, ciuitatem propterea non eſſe culpandam, quòd ipſa non valuerit ipſos prohibere. Non tamen videtur conſultum, ſi poſtea reditum eis interdicat. Satius eſſet illos permittere ut redeant, quos, cùm reverſi fuerint, ad loca eiiciant, quæ maleficiis illorum debere cenſuerint.

Adami exilium quale. *Civitates refugij quo modo inſtitutæ.* *Nu. 16. 13. Ioſ. 7. 24.* *Similia.*

CAPVT XV.

An Chriſtiano litigare liceat.

HIc jam locus nos admonet, ut videamus num homini Chriſtiano concedatur iudicio experiri. Qua in re tria exequemur: Primùm firmis robuſtiſque argumentis probabimus, licere. Secundo loco, tradetur forma & ratio, qua id fieri debeat. Et demum, cum ſint quædam loca in ſacris literis, quæ videntur ſecus docere, & quædam rationes afferri ſoleant, quæ iudicantur obſtare, nos verba ſanctæ Scripturæ interpretabimur, & obiectas rationes diſſolvemus. Quoad primum, ſententia Pauli quam habemus prima Corinth. 6. Litigare non eſſe interdictum, aperte ſuadet. Reprehendit enim tantùm iſtos, quòd infideles acceſſerint: deinde quod perturbationibus vincerentur, quod non poſſint ferre iniurias: denique quod ipſi iniuriam fecerint. Vitia hæc, quæ carpuntur, ſubmoveas: quid ſupererit, niſi ut in Eccleſia atque inter fideles cauſæ cognoſcantur, & iudices prudentes conſtituantur, qui decernant, atque de cauſis iuſte pronuncient? In Actis Apoſtolicis, pronunciavit Paulus ad Cæſarem, ut ſuam vitam tueretur. Sub Præſide iudicari noluit, quod videret eius tribunal à Pontificibus & Sacerdotibus iam corruptum. Delegit ſibi Cæſarem iudicem, apud quem ſua cauſa cognoſceretur. Proponebantur Apoſtolo duo iniqua tribunalia, & utrumque infidelium: quod minus incommodi viſum eſt habere, ſibi delegit. Quilibet pius, quantum fieri poteſt, perfidorum & impiorum iudicia debet refugere, ut nos hodie à Papa nolumus iudicari, qui omnes pro excommunicatis habet, quotquot ſuæ tyrannidi nolunt ſubiici. Atque idem Apoſtolus, ut in eodem lib. Actorum legitur, adoleſcentem ſororis ſuæ filium ad Tribunum miſit, qui Iudæorum conſpirationem contra ſe factam indicaret: & ita ſeruatus eſt, & noctu miſſus Cæſaream. Vnde apparet, non eſſe vitium, publicæ poteſtatis auxilium implorare.

In 1. Cor. 6. *Partitio.* *1. Cor. 6. 1.* *Act. 25. 16.* *Paulus appellat ad Cæſarem.* *Act. 23. 17.* *Paulus curat inſidias indicari Tribuno.*

2 Deinde non inſtituit Deus quicquam, quod charitati adverſetur. Iudicia verò & Magiſtratus citra controverſiam à Deo ſunt inducta: quare non pugnāt cum charitate. Gen. 9. Exod. 18. & Deut. 1. Magiſtratum & Iudicia, legimus à Deo inſtituta eſſe. Anabaptiſtæ clamitant in Chriſtianiſmo, longe maiorem perfectionem, quàm in Lege veteri exigi: ideo argumenta non eſſe inde petenda. Hi fanatici homines, perfectionis colore, orbem Chriſtianum [illegible] nituntur confundere. Si magiſtratibus careremus, nonne paſſim cædes, rapinæ, ac alia maleficia graſſarentur? Non eſt ſperandum, ut quis prohibeat, ne accidant ſcandala: neceſſe quippe eſt (ut Chriſtus dicebat) illa evenire. Quid iſti facient? Punita volent, an impunita? Si dixerint, Impunita, quis tandem erit modus aut finis calamitatum? Sin verò punire velint, per quos denique ſumetur ultio? Certe ſublatis Magiſtratibus, quiſque puniat & ulciſcatur pro ſua libidine, omnia implebuntur [illegible], dúmque ſimulant ſe perfectionem ſectari, nos in ſummam rerum confuſionem addocent. Adhæc 18. ca. lib. Exod. & 1. Deuteron. ſumma cum diligentia curavit Deus exprimi qualitates & virtutes eorum, qui Iudices elegendi eſſent, ut plane videamus judicia ei ſummopere curæ fuiſſe. In Iſaia dicitur, Quærite judicium, ſubvenite pupillo, judicate viduam: & conſimilia ubique in Prophetis occurrunt. Et in Pſalmis oſtenditur, Deum uſque eò curare judicia, ut Iudicibus ipſe aſſideat. Quare dicitur, Deus ſtetit in Synagoga, vel cœtu Iudicum, in medio eorum Iudicem agit: Et in Paralipomenis admonentur Iudices, non eſſe hominum, ſed Dei negotium quod exercent, quod idem cap. 1. Deut. ſcribitur.

Deus inſtituit Magiſtratum & Iudicia. *Gen. 6. 9.* *Exod. 18. 19.* *Deut. 19.* *Matt. 18. 7.* *Exod. 18. 19.* *Deut. 1. 9.* *Eſa. 1. 17.* *Pſal. 82. 1.* *2. Par. 9. 6.* *Deut. 1. 10.*

Digitized by Google

3 Sed ne iſti putent, ſolùm ex veteri Lege Magiſtratum & judicia firmari, illa conſtabiliri audimus ad Romanos 13. cap. necnon à Petro in ſua Epiſtola. Atque piis hominibus licere Magiſtratum gerere, exempla Ioſephi, Davidis, Ezechiæ, Ioſiæ, Danielis & ſociorum ejus aperte demonſtrant. Et in novo Teſtamento ad Rom.16. ſcribit Paulus: Salutat vos Eraſtus Quæſtor civitatis. Atque in Actis Apoſtolicis, cùm Sergius Paulus Proconſul ad Chriſtum converſus eſt, Magiſtratu ſe non abdicavit. Et ad Magiſtratum pertinere, ut cauſas cognoſcat & dirimat lites, puniendo ac remunerando: ex illius definitione judicatur. Eſt enim poteſtas à Deo inſtituta, ad ſalutem bonorum, & pravorum reprehenſionem: his infligendo pœnas, illos verò præmiis afficiendo. Imò eſt firmiſſima ratio: Sunt Leges, igitur judices. Et ſi judices, cauſarum quoque actiones erunt. Iſraelitas autem jam inde ab initio legimus controverſias habuiſſe, quas ad Moſen deferebant: unde judices conſtituti ſunt, cùm unus Moſes non valeret tantum laboris perferre. Demúmque lata eſt Lex in monte Sina, ut in Exodo habetur, c.20. Neque poſſet Lex ullam quodãmodo utilitatem adferre, niſi Iudices conſtituti eſſent, qui eam exequerentur. Ariſtoteles in Politicis, Iudices appellavit legem animatam. Cùm itaque Iudicia, ſicut dictum eſt, opus Dei ſint, & ab illo inſtituta, piorum hominum eſt illa promovere. Atque ſæpe fit, ut pauperem, pupillum, viduam & peregrinum, & eos tandem qui tuæ fidei commiſſi ſunt, adjuvare non poſſis, & ab opprimentibus eripere, niſi publica judicia imploraveris: & illos deſerere ſalva conſcientia non licet. De pauperibus & oppreſſis ubique Lex admonet: & Paulus ad Tim. de his, qui ad nos pertinent, quomodo ſint adjuvandi, ſcribebat his verbis: Qui ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, abnegavit fidem, & infideli eſt deterior. Eliſæus propheta, ad agendum cum Magiſtratu, pro vidua ſua hoſpita, ſe ſponte offerebat. Neque facultatibus & hereditati paternæ ſtatim cedendum eſſe, teſtatur exemplum Naboth Iezraelitæ, qui vineam ſuam tyranno tradere noluit: quod rerum terrenarum cupiditate adductus minimè fecit, ſed ut legi Dei parêret, qui per tribus & familias juſta ratione agros diviſerat: ut in libro Ioſuæ continetur, & legibus vetuerat, ne ex una familia in aliam transferrentur.

Rom.13. 1.Pet.2.13.
Licere Magiſtratum gerere piis hominibus.
Rom.16.13. Act.13.12.
Definitio Magiſtratus.
Si ſunt leges ſunt judices & judicia.
Exod.22.21. 1.Tim.5.8.
2.Reg.4.13.
1.Reg.21.3.
Ioſ.13.7. &c. Num.36.7.

4 Deinde, ſi proximus noſter non poſſit adduci, ne res alienas detineat, per authoritatem judicii ſaltem ut à peccato eripiatur, adverſus eum litigare non impium fuerit. Et Auguſtinus in lib. de Sermone Domini in monte ait: Servus pio domino ſubductus, ſi corrumpendus ſciatur ſub poteſtate plagiarii, & ab ea revocari poſſit, & recuperari per judicium, non eſt deſerendus. Fit etiam ſæpenumero, ut paſtores Eccleſiarum à prædicando, vel à paſcendis ovibus Chriſti, per improbos impediantur, & poſſint à poteſtate publica juvari, ut liberè ſuo munere fungantur, tum detrectare non debent, quin judicio experiantur. Nam tunc Dei opem implorant, cùm poteſtatem ab eo inſtitutam adeunt, & niſi hoc facerent, viderêtur Deum tentare. Poteſt etiam dubius interdum caſus incidere, & quidem inter pios, de alicujus rei juſta poſſeſſione, ubi uterq; vellet alteri cedere, & neuter velit ſibi credi, quod vereatur ne fortaſſe alienam rem ſibi vendicet: & ideò rem dubiam per judicium definiri concordi animo cupiunt, quo tranquilliori conſcientia quod habent poſſideant. Et qui conantur prorſus adferre judicia, præbent anſam Iuliano, Porphyrio, & Proclo, qui Chriſtianiſmum calumniabantur, quòd legitimis Rebuſpublicis adverſaretur.

5 Proinde cum iam probatum ſit, licere piis interdum litigare: nunc de altero capite videndum eſt, quibus cautionibus id fieri debeat. Providendum eſt primo loco, ne diffidamus Deo, & Principibus atque Iudicibus confidamus. Illos execratur manifeſtiſſimè ſancta Scriptura, quæ prædicat non fidendum principibus, neque carnem ponendam brachium noſtrum. Deinde, Charitas inviolata ſervetur, ut non hoſtis loco ducamus adverſarium, contra quem lis inſtituitur. Sunt prætere a vires animi noſtri expendendæ, ac videndum ne perturbationibus vel corrupto affectu ad hoc incitemur. Satius enim eſt rem amittere, quàm ſpiritus lenitatis & A Chriſtianæ manſuetudinis jacturam facere. Neque etiam hac de cauſa debemus ad tribunalia nos conferre, ut vel patrimonium, vel cenſum augeamus, ſed gloria Dei & proximi ſalus cum primis ſpectãda eſt. Vtile quoque eſt, ut acturus contra quempiam in judicio, humanam imbecillitatem cogitet, & expendat quàm ipſe quoque ſit infirmus. Nam ita ſcribit Auguſtinus ad Macedonium, accuſandi ardorem frangi, quod Chriſtus commẽdavit, quando accuſationibus adulteræ reſpondit: Qui veſtrûm ſine peccato eſt, B primus in eam lapidem mittat. Et ut ſunt hodie judicia, videndum eſt, ne ſtudio contendendi, & nos, & adverſarios in graves atque inutiles expenſas conjiciamus. Extrahuntur quippe judicia paſſim ad longum tempus, quandoque judicum perfidia & avaritia, uti litigantes expilentur. Non poteſt attamen extractio judiciorum in univerſum damnari. Nam ſæpe occurrendũ eſt in foro, multiplici ac vetuſtiſſimæ hominum malitiæ, ad quam retegendam, nihil magis valet quàm cunctatio. Etenim tempore multa dete- C guntur, quæ per fallacias & aſtutiam celabantur.

Quibus cautionibus litigandum.
Pſal.146.3. Ier.17.5.
Ioan.8.7.
Auguſtin.

6 Sed omnia videntur prius tentanda eſſe, quàm ad judicia deſcendamus. Quemadmodum antequam bellum moveatur, omnia remedia ſunt inveſtiganda. Idque maximè decoraret Chriſtianos, ut controverſiæ per arbitros & communes amicos componerentur. Quod etiam Magiſtratibus non eſſet ingratum: ſumma enim & gravi moleſtia relevarentur. Coguntur enim ſæpius tota die ſedere ad cognoſcendas cauſas, & tempus quod dandum fuiſſet delibera- D tionibus de Republica ne quid caperet detrimenti, cogunt litigantibus impendere. Antiquitus apud Romanos judicabant equites, deinde ad Senatores judicia devoluta ſunt, ſed non ita, ut Senatus univerſus judicaret: erant enim certi aliquot Senatores ad hoc delecti. Et obſervandũ maximè id eſt, ne quæ noſtra ſunt, & non quæ Ieſu Chriſti, litigando quæramus. Quod facere cùm ſit arduũ, ad fallacias & prætextus noſtrarum cogitationum deprehendendos, nihil magis idoneum eſt, quàm excutere ſeipſum, & E cùm multas cauſas quiſpiam viderit, ob quas liceat homini Chriſtiano litigare, quærat cur illis honoribus perſæpè omiſſis, potius ob facultates & ſubſtantiam ſubductam ſibi, velit modò experiri judicio. Dicátque ſecum, Pauperes oppreſſos frequenter deſeruiſti, pupillos expoliatos non curaſti, viduas expilatas minimè defendiſti: imò & pietatem neglexiſti, cùm blaſphemiis & hæreſibus eam videres contaminari, quod ne faceres in Deuteronomio expreſſis verbis cautum eſt: Cur nunc tuo fundo vſurpato à F quopiam, illico patrocinaris? Hæc ſane indicant, te cupiditate potius quàm juſtitia commoveri. Eſt jam vulgatus mos, ut licet intueamur ſceleratos, qui Rempublicam deforment, civitates & Eccleſias paſſim fœdent, ibi tamen præ piſcibus muti ſimus. At ſi num muli & facultatulæ noſtræ appetantur, ſtatim ad procuratores & advocatos, & ad tribunalia volatur. Cùm igitur hæc certa ſint indicia, quod tui, non autem Dei vel proximi ſtudioſus ſis: ideirco illi qui hæc compererit, tutum non eſt, ut præceps ad litigandum G deſcendat. Poſſet interim totum hoc adverſario indicari, quo à judicio deſiſtat, ne charitatem violet, ne magis ſua quærat, quàm ea quæ Dei ſint & proximi: ne impenſis nimiis utrique premantur. Nam forte fortuna hæc commemorando, illius malitia frangetur. Id etiam cavendum eſt, ne ſub quovis judice agas: Illi enim, quem videris omninò iniuſtum, corruptum atque religionis contemptorem niſi cogaris, tuam cauſam non debes committere. Si Paulus Ne- H ronem appellavit, id invitus quodammodo fecit. Iniquorum tribunalia non licebat ei evadere, illud ſibi delegit, quod ſuæ vocationi magis videbatur commodum.

Deut.13.
Deuter. 3. & 16. & 29.
Deuter. 19. & 27.

7 Sed nunc tertio loco adducendæ ſunt Scripturarum ſententiæ, quibus videtur omninò interdici homini pio, ne in judicio contendat. In Matt. ſcribitur c. 5. Si quis te percuſſerit in una maxilla obverte illi & alteram: & qui voluerit abs te tunicam auferre, trade illi & pallium; ac ſi quis adigat ut ſecum ambu- I les mille paſſus, eas cum illo duo millia. Hæc videntur ſuadere, ut à contẽtionibus prorſus abſtineamus. Putant ſe nonnulli eo nomine ſatisfacere, quòd hæc dicant

Nunc diluentur objecta.
Matt.5.39.

dicant eſſe conſilia:Sed hi falluntur.Quandocunque enim aliquid nobis offertur faciendum, quod ad Dei gloriam conducere intelligamus, ſi facere id poſſimus & intermiſerimus, omnino peccavimus: quia non ſervatur dilectio, quam Deo debemus toto corde,tota anima,& omnibus viribus. Atque ſi pro conſiliis hæc habenda eſſent, atque tantùm ad perfectos attinerent,conſequeretur,Magiſtratus non ulciſcendo perfectiores eſſe, quàm ſi puniant & ulciſcantur. Atque privatus homo ſuam ipſius injuriam ulciſcendo non peccaret, quamvis à perfectione Chriſtiana fortaſſis deflecteret, quæ apertiſſimè abſurda ſunt. Vnde Origenes & Nazianzenus, quia adverſus Iulianum & Proclum dicunt, ulciſci non eſſe peccatum,ſed non ulciſci, melius atque perfectius: neque ſolidè, neque Chriſtianis dignè reſpondent. Accipienda iſta ſunt,ut præcepta, atque interpretanda ex collatione, quod potius deſiſtendum ſit à judicio, & à ſumenda pœna de adverſario: ferenda eſt alapa,toleranda pallij amiſſio,& iter duûm millium paſſuum, quàm ut violetur charitas, aut odium proximi incurras,aut ſis infirmis ſcandalum,atque ſecteris quæ tua ſunt,& non quæ Ieſu Chriſti.

Vindicta duplex. Rom.13.3. Claſſ.2.c.9. Sect.40.

8 Et quod attinet ad vindictam,ea duplex eſt:una publica,& altera privata. Publica quæ debet adminiſtrari per Magiſtratum, à Deo requiritur, tantùm abeſt, ut illi diſpliceat. De Magiſtratu dicitur, quod non ſine cauſa gladium portet. Miniſter Dei eſt & vindex in iram: Privata verò nemini licet.Et Auguſtinus ad Marcellinum ſcribit,Non ulciſci,eſt abhorrere à cupitate vindictæ:& illic aperte ſcribit, hæc præcepta quidem eſſe & neceſſaria ſemper,quoad animi præparationem:quo autem ad executionem externam,id perpetuò agendum eſt, quod maximè viderimus facere ad gloriam Dei, & illorum ſalutem, cum quibus agimus. Nam Chriſtus cùm cæderetur à ſervo Pontificis,non obvertit ei maxillam,ſed potius reprehendit, cùm tamen paratus eſſet pro ſalute illius, quoad animum, & mori & crucifigi.Idem Paulus præſtitit, quando cæſus reſpondit Pontifici,Percutiet te Deus paries dealbare: qui tamen promptus erat,ut ſe atque animam ſuam pro ſalute credentium impenderet. Vnde ſi noſtra patientiâ proximus reddatur deterior, non eſt deſiſtendum à reprehenſione & accuſatione,tantùm abeſt,ut externam manſuetudinem illi præſtare debeas.Quę Chriſtus in his locis dicebat,non ad Magiſtratus,ſed ad privatos homines attinet. Et cùm dixerit, Suum regnum non eſſe de hoc mundo:non movit loca ea, quæ ad ejus neceſſariam adminiſtrationem conducunt, ſed integra & ſalva manere voluit. Neque oportet exiſtimare charitatem violari, quando à publica poteſtate de ſceleribus pœnæ ſumuntur,quod parentes docent, quando liberos cædũt.Nam ea de cauſa illos proſequi paterna benevolentia non omittunt. Torquatus occidit filium pro ſalute Reipublicæ, quem tamen amare non deſiit,ut patrem decebat.Et Auguſtinus contra Fauſtum lib.2.inquit,Moſes multa millia propter idololatriam vituli occidit:ſed ut charitatem ſervarit erga illos,preces quas habuit ante cędem oſtendunt, Si dimittis illis(inquit)benè:ſin minus,deleas me de libro vitæ. Imò Deus ipſe, qui eſt ſumma charitas, ſuos electos punit & caſtigat,non tamen deſiſtit eoſdem amare.

Ioan.18.23. Act.23.3. Ioan.13.18. Exod.32.11. 25.& 32.

9 Atque cùm ſcribitur, Audiſtis quia dictum eſt: Oculum pro oculo, dentem pro dente: Ego autem dico vobis, ut omninò non reſiſtatis malo: non eſt credendum, Legem veterem privatam ultionem indulſiſſe, quæ in Levitico prohibetur diſertis verbis: Ne quæras ultionem de filio populi tui.Imo charitas erga inimicum præcipitur,cùm jubetur quiſque bovem & aſinum inimici errantem, ad ſe recipere, atque domino ſuo reſtituere: & aſino inimici, ſi lapſus fuerit,& ſub onere prematur,opem ferre. Sed illa talionis lege judex inſtruebatur, quidnam agere deberet in criminibus puniendis.Chriſtus autem cùm inquit,At ego dico vobis, ut non reſiſtatis malos emẽdat perverſam Scribarum interpretationem, qui docebant homines accedere ad judicia,cupiditate quoque vindictæ adductos, ut à judice oculum pro oculo expeterent, & dentem pro dente, libidine vindicandi. Chriſtus dicit, Non ita res eſt: quod ad te attinet,ne reſiſtas malo. At non prohibet, ſi pro ſalute alterius & gloria Dei, judicium accedere volueris, quin id tibi liceat. Quidam objiciunt, Deus vult ut patiaris iſtorum bonorum direptionem,ut iſti vel illi affligantur:ſi tu per judicia coneris occurrere, jam videris divinæ voluntati reſiſtere. At iſti craſſe falluntur: Quia non eſt firma conſecutio, Deus vult ut aliquando ægrotemus, igitur medicis aut pharmacis non eſt utendum. Quia Deus hæc quoque præparavit,& ſi ea non adhibueris, illum tentabis. Vtrunque vult Deus, & ut ægrotes & ut medecina tibi ſuccurratur. Ita etiam vult, ut aliquid patiamur damni, & ad blaſphemias non convertamur contra Deum:ſed idem vult, ut remedia judiciorum, quæ ipſe propoſuit,non aſpernemur. Tantum animus utentis eſt,qui vel hæc bona vel mala reddit. Apoſtolis quandoque impulſis ultionis cupiditate, ad ignẽ de cœlo petendum contra Samaritanos, interdictum eſt ne ſic rogarent, quod neſcirent cujus ſpiritus eſſent. Illis tamen eiſdem Spiritu ſancto jam confirmatis,& à perturbatione alienis, conceditur verbo interficere: Nam Petrus Ananiam & Sapphiram occidit. Paulus tradebat Satanæ,& Magum excæcabat.

Math.5.3. Lev.19.18. Exo.23.4. Matt.5.39. Luc.9.10. Act.5.5.& 13. 11.

CAPVT XVI.

De Bello.

Ex 2.Sa.2.ad finem. Vide in Gene. 14.

QVoniam in ſacra hiſtoria ſæpe mẽtio incidit de bello, viſum eſt mihi aliquid de ea re dicere. Quódque ad etymõ vocis attinet, *Milchama*, dicitur Hebræice à *Lacham*, quod eſt cadere ſive incidere, idque vel gladio, vel dentibus: quod in bello multæ ſæpe edantur cædes. Græci inter πόλεμον & μάχην idem diſcrimen poſuerunt, quod Latini inter bellum & prælium. Et πόλεμον videntur dixiſſe à πολεῖν, id eſt, à vertendo:quòd multæ ſunt converſiones rerum, & caſus in bello. Vnde fortaſſe eſt illud, πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Bellum Latinè dicitur, vel per antiphraſin, quaſi minimè bonum: vel,quod res bona ſit & comparata ad pacem,vel,ut Feſtus ait,à belluis. Nunc diſtinguemus bellum,ſubjectum nimirum, in accidentia. Eſt ergo bellum, aliud juſtum, aliud injuſtum. Quanquam ſi vere agere volumus,bellum injuſtum, non eſt bellum:eſt enim potius latrocinium. Bellum autem juſtum, ita poteſt non incommode definiri. Eſt diſſenſio hoſtilis, qua edicto Principis, vi & armis ſcelera reprimuntur,ut homines pacate & tranquillè,ex juſtitia & pietate poſſint vivere. Genus eſt diſſenſio: nam bello opponitur pax. Vtque pacis genus, eſt unio: ita belli genus, eſt diſſenſio. Sed quoniam multiplex eſt diſſenſio, nam vel opinionibus homines, vel genere vitæ, vel voluntate inter ſe diſſident, idcirco additur Hoſtilis. Et quoniam poteſt eſſe hoſtilis diſſenſio,qua non diſceptetur armis, additur etiam,Vi & Armis. Efficiens cauſa, eſt edictum Principis,ſine quo bellum non poteſt rectè geri. Finis eſt, ut populus tranquillè poſſit colere juſtitiam & pietatem. Hîc complexi ſumus quatuor genera cauſarum. Forma eſt diſſenſio hoſtilis: Materia, ſunt ſcelera,quę oporteat reprimi:Efficiens,eſt Magiſtratus: Finis, ut juſte & piè vivatur. Cùm autem dicimus requiri edictum Principis,non intelligimus diſcrimen inter Regem & ſtatum Ariſtocraticum, & Rempublicam. Sed tantùm opponimus Principem homini privato.

Nomen belli. Belli diviſio. Definitio juſti belli. Genus belli. Cauſa.

Conditiones tres belli juſti.

2 Hinc colliguntur tres illæ conditiones, quæ vulgò feruntur de bello rectè gerendo. Primùm requiri authoritatem Principis:deinde honeſtam cauſam,videlicet, ut pax quæratur:poſtremò, ut geratur animo bono. Non ſum ignarus, Platonem in Alcibiade 1. ſcribere, homines movere bellum, cùm aut decipiuntur, aut coguntur, aut ſpoliantur. Sed hæc omnia in illa parte includuntur, in qua dixi, Vt ſcelera reprimantur. Auguſtinus quæſt. 10. in Ioſue,ait, bellum habere vim ultricem: idcirco jus eſſe bello petere gentem aliquam, aut civitatem quæ neglexerit corrigere id, quod turpiter admiſſum ſit. Itaque juſtum fuiſſe bellum Iſraelitarum contra tribum Benjamin,quòd illi toties admoniti, tamẽ ſcelus noluiſſent vindicare. Et addit, juſtã eſſe cauſam belli, ſi

Iud.20.

ablata per iniuriam non reddantur. Iſidorus quoque A
lib.17.c.1.ait, Bellum rectè ſuſcipi vel de rebus repe-
tendis,vel de propulſandis iniuriis Et eodem illo ſu-
Num.21.22. periori loco Auguſtinus,Bellum, inquit, rectè geri-
tur, quod ſuſcipitur mandato Dei. Et qui ita gerunt
bellum, inquit, non tam ſunt authores belli, quàm
miniſtri Dei.Idem q.44.in Num.ait,Bellum id fuiſſe
juſtum, quod Iſraelitæ geſſerunt contra Amorræos,
quod illi tranſitum innoxium petentibus denegaſ-
Bellum non poteſt geri juſtè abſque authoritate Principis. ſent. Quod ad cauſam efficientem attinet, bellum B
non poſſe geri ſine authoritate Principis,certum eſt.
Paulus enim ait, illum geſtare gladium: ergo illum
poteſt vel dare, vel adimere quibus velit. Et in C.tit.
Vt armorum officia niſi juſſu principis ſint interdi-
cta.l.Nulli,Valentinianus ait,Nulli nobis inconſultis
uſus armorum tribuatur. Et in ff.ad l.Iuliam Majeſta-
tis l.3.Qui bellum gerunt,aut delectum habent, aut
exercitum comparant injuſſu principis,tenentur ea-
dem lege.Et in C.de re militari,l. Nemini, idem de-
cernitur.Idque non injuria: Nam ſi privatus pro ſuo C
arbitratu velit tractare arma, violat Magiſtratum:
cum enim oporteat, ſi afficiatur injuria, jus ſuum pe-
tere à Principe. At ſi ille armata manu velit ſibi jus
dicere,violat principis Majeſtatem.Imo etiam in ca-
ſtris, qui contra dictum Imperatoris pugnat, plecti-
tur capite,etiam ſi res alioqui rectè ſucceſſerit.Idem
habetur in ff.de re militari,l.Deſertorem. Et quæ ita
capiuntur ab hoſte,injuſtè poſſidentur, & debent re-
ſtitui:Quia Principis mandatum non interceſſit.Vi-
deant ergo hodie exules,quid faciãt,cùm civitatibus D
ſuis,à quibus ejecti ſunt,indicunt bellum. Non enim
id bellum eſt, ſed latrocinium. Itaque Cæſar cùm
Romam properaret cum exercitu, & Antonius at-
que aliqui ex tribunis plebis ſe ad illum contuliſ-
ſent, gaviſus eſt, quòd in exercitu aliquem haberet
Magiſtratum.

Argumenta Anabaptiſtarum, quod nõ liceat bellum gerere. 3 Nunc accedo ad quæſtionem. Furores & peſtes
noſtrorum temporum Anabaptiſtæ, omnino aiunt,
non licere bellum gerere. Et in ſententiam adferunt
ſpecioſa quædam argumenta è ſacris literis.Vos, in- E
quiunt,ipſi ſtatuitis, licere bellum gerere, vel ad ca-
vendam,vel vindicandam injuriam. Atqui neutra de
Matt.5.39. cauſa licet: Ergo nullo modo licet. Chriſtus enim
Rom.12.17. ait, Si quis tibi impegerit alapam in dextram maxil-
Ibid.v.19. lam, porrige illi ſeneſtram: ſi quis tibi tunicam eri-
1 puerit, dato etiam pallium. Et poſtremò concludit
2 Nolite reſiſtere malo. Et Paulus ait, Nemini malum
Rom.1.19. pro malo reddentes. Et, Non vos ulciſcentes dilecti,
Matt.26.52. ſed date locum iræ.Et Chriſtus Petro,Qui gladio fe-
3 rit, gladio peribit. Paulus etiam citat illud è Deute- F
Deut.32.35. ronomio:Mihi vindictam, & ego retribuam. Adhæc
5 Chriſtus,Nolite,inquit,judicare,& non judicabimi-
Prover.25.21. ni. At ille qui in alterum bellum ſuſcipit, eum certè
6 in quem pugnat,judicat:& uſurpat ſibi munus & au-
Matth 7.1. thoritatem Dei,& judicat alienum ſervum. Chriſtus
7 etiam in parabola, nõ vult auferri aut extirpari ziza-
Matth.13.29. nia, ſed ea jubet relinqui uſque ad meſſem: Iſti autem
8 cùm volunt eradicare malos, interea prodũt etiã bo-
Matt.22.7. nos. Et in parabola de nuptiis Rex ipſe dicit,ſe miſ-
9 ſurum exercitum, hoc eſt Angelos, & perditurum G
1.Cor.6.7. eos, qui venire nolint. Paulus quoque ad Cor. ait,
10 Quin potius damnum accipitis? quin potius inju-
Ioan.14.27. riam patimini?Quod ſi non licet litigare, multò mi-
11 nus licet bellum gerere. Et Chriſtus ait, Pacem meã
Rom.12.18. do vobis. Et Paulus, Cũ omnibus hominibus pacem
12 habentes.Eſaias quoque & Michæas aiunt, In regno
Eſa.2.4. Chriſti lanceas convertendas eſſe in vomeres,& gla-
13 dios in ligones. Adhæc noſtra bella ſpiritualia tan-
Mich.4.3. tùm eſſe debent.Ideóque Paulus ad Ep. inſtruxit nos H
14 armatura Dei:Non enim nobis eſt dimicatio adver-
Eph.6.13. ſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus cœleſtes ne-
2.Cor.10.4. quitias. Et rurſus, Arma noſtra, inquit Paulus, ſunt
ſpiritualia.Patres quoque cùm exponunt bella, quæ
deſcribuntur in veteri Teſtamento, aiunt ea fuiſſe
umbras illorum bellorum, quæ nos oporteat agere
cum diabolo. In quam ſententiam citant Greg. 23.
quæſt.1.cap.Niſi bellum.Alia præterea multa adferre
poſſem,quibus illi niti ſolent.Sed hæc mihi viſa ſunt I
ſatis: his enim confutatis, cætera facilè ſua ſponte
corruent.

Argumenta quod liceat bellũ gerere. 4 Contra autem, fas eſſe bellum gerere, firmiſ-
ſimis argumentis probari poteſt. Primùm enim in 3.
Lucæ, milites cùm veniſſent ad Ioannem, quærere Luc.3.14
cœperunt, quid facerent, ut ſalutem aſſequerentur.
At ille, Neminem concuſſeritis,inquit,nemini calu-
mniam inferatis,contenti eſtote ſtipendiis veſtris: Nõ
autem juſſit, ut renunciarent ſacramento. Chriſtus Mat.8.10.
quoque commendat fidem Centurionis, ait ſe tantam
non inveniſſe in Iſrael: Non autem juſſit, ut diſcede-
ret à militia. Cornelius Centurio, etiam cùm eſſet in Act.10.4.
ſtatu militari, audit preces & eleemoynas ſuas pla-
cuiſſe Deo. Auguſtinus in hoc negotio ſæpe citat il-
lud, Reddite quæ Cæſaris ſunt, Cæſari. Illa autem Mat.22.21.
non in alium uſum redduntur,niſi ut ſtipendia nume-
rari poſſint militibus,& defendi Reſpublica. Et Pau-
lus cùm dixiſſet, Principem geſtare gladium, & eſſe Rom.13.6.
miniſtrum Dei:Propterea inquit,reddite cui vectigal
vectigal,cui tributũ tributum:Pecuniæ enim sũt nervi
bellorum. Certiſſimum verò eſt,quod ait Principem Ibid.v.4.
eſſe miniſtrum Dei ad iram. Quod ſi princeps poſſit
domi caſtigare cives ſeditioſos, cur non etiam poſſit
externum hoſtem reprimere, ſi ille impetum faciat,&
vexet ac vaſtet Rempubl.? Deus ſæpe monet Princi-
pes, ut relevent oppreſſos,pupillos,viduas. At acci-
dit interdum, ut id fieri non poſſit ſine bello. Con-
ſulitur etiam hoc pacto,etſi non voluntati,tamen uti-
litati hoſtium. Quemadmodum enim pater,ex chari-
tate caſtigat & punit filium: ita Principem oportet,
hoſtis ſui ferociam frenare, non ex odio,ſed ex Chri-
ſtiana charitate, eíque benefacere etiam invito: Atq;
hoc pacto licentia peccandi in illo minuitur. Augu-
ſtinus autem ait ad Bonifacium, Nihil infelicius eſſe
felicitate peccantium. Deinde, Deus in veteri Teſta- Num.10.9.
mento leges tulit,de ſuſcipiendo & gerendo bello.At
res malæ tollendæ potius ſunt, quàm ornandæ legi-
bus. In Deut.20. Deus jubet illos eximi ab exercitu, Deut.20.1.
qui aut ædificaverint eo ipſo anno,aut plantarint, aut
uxores duxerint, quíque animo ſint meticuloſo, ne
conturbent fratres ſuos. Iubet adeſſe ſacerdotem,qui
inſtituat populum & moneat, ut forti animo ſint, Ibid.v.5.
Deum illis adfuturum: quamvis videant, ſe ſuperari
numero & multitudine,ne cadant animis, ſed fiduciã
ſuam coniiciant in Deum.Iubet iteram ne arbores fru-
giferas in hoſtili ſolo incidant. Num. 10. jubet fieri Num.10.9.
duas tubas,quibus clangerent, & maximè in bello: ut
illis auditis, non dubitarent, memoriam ſui eſſe co-
ram Domino. Num.31.jubet ultionem expeti de Ma- Num.31.2.
dianitis,quòd proſtitutione ſuarum puellarum, Iſrae-
litas in itinere circumveniſſent. Deinde juſſit etiam Ibid.v.27.
ut præda illa communis eſſet & militibus,qui pugna-
verant in hoſtem,& illis, qui ſubſtiterant ad ſarcinas,
& Levitis: utque pars aliqua conferretur ad uſum ſan-
ctuarii: Id autem non feciſſet, ſi nullo modo licuiſſet
bellum gerere. Exod.17. Cùm Amalechitæ impetum
feciſſent in Iſraelitas, Moſes juſſit Ioſue habere dele- Exod.17.9.
ctum & pugnare in hoſtem. Ipſe interim ſuſtulit ma-
nus ad Deum, Aarone & Hur laſſa illi brachia ſuſti- Ibid.v.16.
nentibus. Et Deus juravit, bellum illis fore cum A-
malechitis ſempiternum. Deuter.31. Deus promittit Deut.31.6.
etiam ſuis victoriam: Vnus, inquit, veſtrùm perſe- Lev.26.2.
quetur mille, & decem,decem millia. Ioſue, cùm ve- Ioſ.5.13.
niſſet in terram promiſſionis. vidit Dominum arma-
tum, & ſtrictum vibrantem gladium, & eum audivit
pollicentem, ſe fore Principem & ducem eius belli.
Deuter. 13. Si civitas aliqua deficiat ad idololatriam, Deut.13.15.
Deus jubet eam everti & prædam comburi. Cúmque
in 1. Iudicum bellum ſuſcipiendum eſſet contra Hæ- Iud.1.1.
veos,& Chananæos & Iebuſæos,conſulunt Dominum
quæ tribus prima aſcenderet: & ille reſpondit, Tri-
bus Iuda.David Pſalm.18.44. Qui docet manus meas Pſal.18.35.
ad prælium,& digitos meos ad bellum. At Deus non Pſal.44.1.
docet malum. Et magna emphaſis eſt in eo quod ait,
Manus meas. Erat enim vir ſecundum cor Dei. Ta-
men non ſuis auſpiciis bellum geſſit,ſed juſſu Dei.

5 Nec ſilentio prætereunda ſunt illa bella,quæ pro
religione & Republica geſta ſunt à Machabæis. Ec-
cleſiaſtes ait, Tempus belli,& tempus pacis. At nul- Eccl.3.8.
lum eſt tempus rei injuſtæ & prohibitæ. Cùm Han-
num maneret in fide, David cum eo coluit fœdus, & 2.Sam.10.1.
miſit ad eum legatos: at cùm ille legatos Davidis
contumelioſe tractaſſet, cœpit eſſe tempus belli. Za-
charias cap.10 Præliabuntur,quoniam Dominus erit Zach.10.5.
cum eis: Imò appellantur bella Domini. Ita enim 1.Sam.18.17.
Saul Davidi,Domini,inquit,bellum geres.Et Abigail 1.Sam.25.28.

2.Par. 20.15. Act. 23.1. Prælia inquit, Domini prœliaris. Et 2. Paralip. 20. Cùm Rex Syriæ conveniſſet contra Ioſaphat, & ille publicè oraret Dominum, Iehaziel Levita afflatus ſpiritu Dei, Hoc, inquit, Dei bellum eſt, non hominum. In Novo Teſtamento, Paulus à Præſidio militum deduci voluit Cæſaream, ne comprehenderetur à Iudæis. In Epiſt. ad Hebræos ita legitur, Sancti per fidem vicerunt regna: Ergo bellum poteſt eſſe exercitium fidei. Néve quis eum locum putet intelligendum eſſe de pugna ſpirituali, additur, Et everterunt caſtra exterorum. Auguſtinus ad Bonifaciū virum militarem ita ſcribit, Scire debes robur tuum eſſe donum Dei. Itaque quoties te induis armis, meminiſſe debes, cavendum eſſe ne illis utaris contra illum, qui dedit ea. Adhæc, in bello gerendo, opus eſt patientia in ferendis laboribus, fortitudine in periculis, induſtria in rebus adeundis, celeritate in conficiendis, conſilio in providendis: quæ certè haberi non poſſunt, niſi dono Dei. Et addit Auguſtinus pacem eſſe voluntatis, bellum neceſſitatis: Ergo orandum eſſe Deum, ut liberemur à neceſſitate belli, non autem à bello ſi ſit neceſſarium. Ex hac ſententia colligit Hoſtienſis, male facere, qui bellum ſuſcipiat, ex voluntate, non ex neceſſitate. Neceſſitas autem ſæpe ex eo eſt, quòd Magiſtratum oporteat ſæpe ex officio ſuo bellum gerere, ne videatur deſerere populum. Homines in officio duabus rebus retinentur, præmio, & pœna: ut obſervātes legum afficiantur præmio, negligentes ſupplicio: Id ergo magiſtratus rectè curare poteſt, & ſine culpa. Idem Auguſtinus, Pacata, inquit, omnia ſunt, cùm bella gerūtur. Non enim ex libidine, aut cupiditate potiundi, aut crudelitate bella geruntur, ſed ſtudio pacis, ut ſubleventur boni, & coërceantur mali. Quæ ſententia recitatur à Gratiano 23. quæſt. 1. Apud pios. Et in eadem quæſt. cap. Militare. Militare, peccatum non eſt, ſed prædæ cauſa militare, peccatum eſt. Et contra Fauſtū Manichæum, lib. 22. cap 73. Quid, inquit, reprehendimus in bello? Quòd moriuntur homines, qui erant alioqui morituri? At hoc hominis effœminati eſt & imbecilli. Damnamus ergo cupiditatem, feritatem pugnandi, & libidinem dominandi. Quod autem defenduntur pij, & improbi coërcentur, id damnari non poteſt.

Hebr. 11.33 & 34

Obiectio. teſtimonia hæc eſſe ex Veteri Teſtamento. 6. Sed audio ſcrupulum nobis à quibuſdam objectari, maiorem partem iſtorum teſtimoniorum petitam eſſe è Veteri Teſtamento. Sed quorſum hæc dicunt? An illi Vetus Teſtamentum non recipiunt? Certè Spiritus ſanctus, in Novo Teſtamento complura teſtimonia citavit è Veteri. At Vetus illi Teſtamentum non rejiciunt: ſed multa dicunt in eo extare quæ nobis propoſita non ſint ad imitandum: Fateor, Sed illa quæ de bello ſcripta ſunt, pertinent ad legem naturalem, quam oportet æternam eſſe. Eſt enim ius æternum, ut boni juventur, reprimantur mali. In novo autem Teſtamento idcirco nihil cautum eſt de re bellica: primùm, quòd Chriſtiani in illis initiis non haberent aut Rempubl. aut Magiſtratus ſuos; deinde quòd ea de re ſatis eſſet præceptum in Teſtamento Veteri. Nam ſtatim poſt diluviū, Deus tulit Legem, ut ſanguis injuſtè fuſus requireretur: id autem faciendum erat per Magiſtratum. Satis ergo fuit, iſta in Novo Teſtamento confirmari. Id verò Paulus fecit ad Romanos, cùm ſcribit, Magiſtratum habere jus gladij. Neque tamen Deus primis illis temporib. deſtituit Eccleſiam ſuam, quamvis ea non haberet Magiſtratum. Nam pro externo gladio habuit vim admirabilem Spiritus ſancti. Eā enim Petrus occidit Ananiam & Sapphiram, & Paulus excæcavit Elymam. Ita quæ Eccleſia ordinaria ratione non habuit, ea tum habuit ex miraculis. Non habebant linguas, non medicos, non ſcholas. At habebant à Deo donum linguarum, dona ſanationum, & ſermones ſapientiæ. At ea nobis nunc ſtudio & induſtria comparanda ſunt. Ita Deus Iſraelitis, cùm eſſent in deſerto, & nec agros colere, nec frumentum habere poſſent, dedit de cœlo Manna. At cùm illi perveniſſent ad terram promiſſionis, Manna eos deſtituit: Itaque cœperunt colere & arare terram, & e laboribus ſuis vivere. Ita ſe geſſerunt Chriſtiani ab initio. Interea tamen utebantur civili Magiſtratu. Nam ſi quid peccaſſent, aut ſi quid illis imperatum fuiſſet, non evaſiſſent, quòd eſſent Chriſtiani: imò militabant etiam ſub Imperatoribus Ethnicis. In primis enim commemoratur egregia illa legio Thebaica. Et Euſebius libro primo capite quinto, ait Chriſtianos militaſſe ſub Marco Aurelio Imperatore in Germania: & illos in magna ſiccitate oraſſe Dominum, & pluvias impetraſſe de cœlo. Adhæc, Evangelium, ut non prohibet uſum Solis & Lunæ, ita non prohibet juſtum uſum belli.

Gen. 6.9

Rom 13.4 Act. 5.5 Act. 13. 11

An ad bellum iuſtum ſemper requiratur authoritas Magiſtratus. 7. Quod autem dico, requiri authoritatem Magiſtratus, ſunt quidam qui putent hoc non eſſe verum in univerſum. Itaque utuntur hac diſtinctione: bellum aliud eſſe quo invadimus in hoſtem, aliud, quo noſtra defendimus. Inferri bellum fatentur non licere injuſſu Magiſtratus. In noſtris autem rebus defendendis, ſi ſit repentina impreſſio, ſæpe non eſſe tutum ut Imperium Magiſtratus expectetur. Ita enim viro bono & privato, oppreſſo in via à latrone, licere ſeipſum telo defendere: quod tamen ita temperant, ut liceat cum moderamine tutelæ inculpatæ. Poteſt enim fieri, inquiunt, ut urbs aliqua ſubitò obſideatur ab hoſte: ubi ſi expectetur aſſenſus Principis, omnia ventura ſint in periculum. Atqui qui ita opprimitur à latrone, ut non poſſit implorare fidem Magiſtratus, ille jam non eſt amplius privatus, ipſe enim Magiſtratus eum armat, traditq; illi gladium in manum, ut ſe defendat: non enim vult civem perire ſine cauſa. Idem reſponderi poteſt de defendenda civitate. Leges enim ipſæ volunt, ut in tali caſu, cives ſe defendant ipſi. Idque ut faciant aſtringuntur & legibus & Imperio Magiſtratus. Itaque Hoſtienſis rectè ait, bella eſſe injuſta quæ ſuſcipiuntur, aut non mandante, aut non tacitè approbante Magiſtratu. At Abrahamus, inquiunt, quamvis privatus, tamen armavit ſuos, & liberavit Lothum. Et Simſon homo privatus, tamen magnas cædes edidit Palæſthinorum. Verùm Abrahamus & Simſon, etſi videbantur privati re tamen vera non erant. Deus enim eos iam delegerāt, & voluit eſſe Principes. Nam de Simſone legitur: pervaſiſſe eum ſpiritum Domini. Hæc exempla nemo ſequi debet, niſi qui in ſeipſo certò experiatur & ſentiat eandem vocationem. Abrahamum autem ajunt percuſſiſſe fœdus cum Eſcol & Mambre: illos autem fuiſſe potentes & Principes. Itaq; Abrahamum illorū auſpiciis armaſſe milites. Quoniam autem ego in definitione adjeci, Vi & armis: ergo inquiunt, Non licet uti inſidiis: imò licet. Dolus enim an virtus, quis in hoſte requirat? Et inſidiæ includuntur in illis vocibus, Vi & armis: Eſt enim vis quædam in inſidiis. Ita Abrahamus etiam fecit: Diviſit enim exercitū, & hoſtem ſecurum occupavit per inſidias. Idem Iſraelitæ fecerunt cùm obſiderent Binjamitas: Idem Ioſue in obſidione urbis Hai. Tamen in locandis & faciendis inſidiis, diligenter videndum eſt, ne pacta & fœdera violentur: Servanda enim fides eſt etiam hoſti. Inſidiæ autem in eo ſitæ ſunt, ut celemus hoſtem conſilia noſtra. Sed hoc Deus ipſe fecit: Chriſtus enim populo multa loquutus eſt in parabolis, eáque dixit, non eſſe illis datum ut intelligerent: Seorſum tamen ea explicuit Apoſtolis. In ſumma, Inſidiæ cùm referantur ad juſtitiam, non poſſunt meritò condemnari.

Gen. 14. 14 Iud. 15. 8

Iud. 14. 6.

Gen. 14. 13

An liceat in bello uti inſidiis? Gen. 14. v. 15. Iud. 20. 29. Ioſ. 8. 4.

Math. 13. 11.

8. Sed major videtur difficultas in eo, quòd diximus, bellum ſuſcipiendum eſſe ad reprimenda ſcelera. Quomodo enim poteſt miles ſcire, quo animo Princeps bellum gerat? Fieri enim poteſt ut ille, quāvis jactet alias cauſas, tamen re vera ducatur aut crudelitate, aut ambitione, aut libidine. Reſpondeo, Quoad non conſtat bellum injuſtum eſſe, ſubditos oportere parere Principi: Hoc illis tantiſper debet eſſe ſatis. At ſi planè videant injuſtum eſſe, parendum eſt Deo potius, quàm hominib. Etſi enim Magiſtratus maximè jubeat, tamen nulla vis te obſtringere poteſt contra Dominum. Neq; verò ſubditos in hac re negligentes oportet eſſe, & ferri cęca tantum obedientia: Inquirere debent quantum poſſunt: neque enim oportet opera noſtra cæca eſſe. Hæc de ſubditis: Nam ad mercenarios milites iſta non pertinent. Illi enim ſine cauſa, ultrò & ſponte ſeſe objiciunt in has ambiguitates & in iſtos laqueos conſcientiæ. Subditi autē omnino parere debent Magiſtratibus ſuis, in rebus bonis & adiaphoris.

Act. 4. 19.

Subditi quærant an bellū iuſtum gerat Princeps.

Bellum iuſtū non ſtatim gerendum. 9. Et quamviſ bellum ſit juſtum, non tamen ſta-

Digitized by Google

tim geri debet. Omnia tentanda ſunt prius, quàm ut ad arma veniatur. Imò ut parcatur ciuili ſanguini, ſæpe recipiendæ ſunt conditiones, quamvis videantur paulò iniquiores. Ezechias pius Rex, non dubitavit conflare ornamenta templi, ut redimeret neceſſitatem pugnandi. Sed cùm nihil promoveret, confugit ad preces, & auxilium petiit à Domino. Sed dices, Hoc hominis ignavi eſſe & degeneris, ad hujuſmodi conditiones pervenire. Imò ea potius eſt vera animi magnitudo. Cicero enim, cùm Cæſarem vehementer laudare vellet, dixit eum nihil oblivisci ſolere, niſi injurias. Et Auguſtinus, Hoc, inquit, dixit, vel verus laudator, vel magnus adulator. Quòd ſi verum non erat, tamen oſtendit, qualem eum eſſe oporteret. Condonandæ quidem ſunt injuriæ, quantum licet. Bellum enim eſt ex atrocibus & ſævis remediis: quæ adhibenda non ſunt, niſi ea neceſſitas ſumma videatur poſtulare. Medici enim non vrunt aut ſecant, niſi cùm totum corpus quodammodo videtur periclitari. Et præterquam quòd multa in bello accidunt ſæva & atrocia, ne finem quidem, ubi ſemel cœperis, imponere potes, ubi velis. Itaque Homerus rectè dixit. Omnium rerum ſatietatem eſſe aliquam, prǽterquā belli. Hodie id nimis experimur eſſe verum: Noſtri enim Principes non diſcedunt ab armis, niſi deſtituti pecunia. Indicunt autem bella, leviſſimis ſǽpe de cauſis, cǽco tantùm impetu, ſine gravi judicio, aut deliberatione ſuorum, Sed inſtitui debet media quædam via, ut néve vehementes nimium ſimus, néve nimium remiſſi. Etſi enim non debemus eſſe difficiles ad condonandas injurias, tamen ea tantùm condonanda ſūt, quæ ſint noſtra in poteſtate. Neque enim aut cultus perverſos & idololatricos, neq. injurias alienas debemus remittere. Deinde etiam moderatè utendum eſt victoria. Hoc enim illud eſt quod Abner petiit à Ioabo, ne fratres uſque ad internecionē cǽderentur. Cùm enim illos, qui nobis fortuna & dignitate pares fuerint, videamus nobis jam ſubiectos eſſe, id nobis debebit eſſe ſatis. Itaque Virgilius pulcherrimè cecinit:

2.Reg.18.15.

Quatenus cō donanda ſint iniuriæ.

2.Sam.2.17.

Parcere ſubjectis & debellare ſuperbos.

Nam qui in victos utitur clementia, videri poteſt eorum ſeruator: & victi, quoad vivent, ſemper circunferent monumentum clariſſimum eius moderationis & clementiæ. Neque ulla in re alia, magis imitamur Deum, ut ait Seneca de Clementia. Neque tamen ita clementes debemus eſſe, quin ut aut obſides victis imperemus, aut illis imponamus præſidia: ne poſtea noſtra negligentia tumultus aliquis poſſit excitari. Tria enim in victis potiſſimùm quærenda ſunt. Primùm, ut vitia emendentur. Deinde, ut in illis exemplum conſtituatur, ut alij poſſint eſſe cautiores. Poſtremò, ut alij pacatè & trāquille poſſint vivere. Hos fines oportet illos ſibi proponere, qui bella volunt rectè gerere: Omnia enim referri debent ad gloriam & cultum Dei.

Quid in victis quærendum.

10\. Hactenus diximus, quemadmodum ſuccurrēdum ſit injuriis aliorum. Sed quid ſi Princeps ipſe oppugnetur per ſe? An ille ſe armata manu tueri debet? Reſpondeo. Primùm nihil facere debet per furorem aut cæcum impetum, ſed animum quàm maxime habere in poteſtate. Deinde magis exorabilis eſſe debet in ſuis injuriis, quàm in alienis. Vt enim liberalis non eſt, qui dat ex alieno, ſed potius qui partem aliquam decidit de ſuo, ita clemens eſt, qui ſuas potius injurias remittit, quàm qui alienas. Inprimis ergo Princeps expendere ſecum debet vocationem ſuam, utrum bonis artibus ad illam dignitatē pervenerit: an potius per vim & oppreſſionem ſeipsū intruſerit. Caveat autem ne civium ſanguine defendere velit id, quod ipſe ſibi male acquiſierit. Quòd ſi intelligat & certò ſentiat, ſe in eo munere à Deo eſſe collocatum, debet ſe omnibus juſtis rationib. defendere: Iam enim nō tā ſe defendit, quàm Rempublicā, & ordinationem Dei. Omnino ſua quærere non debet, ſed gloriam Dei, & ſalutem Eccleſiæ: maxime verò ſi ejuſmodi ſit hoſtis, qui vel perdere velit Rempublicam vel pervertere cultum Dei. Laudatur Cicero, quòd, cùm arma illi oblata eſſent, quibus poſſet ſe defendere, tamen maluerit ire in exilium, quàm ſua cauſa fundere civilem ſanguinem. Quanquam quòd poſtea ductus ſit pœnitudine, ſcribátque ad Atticum, ſe potuiſſe fortiter occumbere, in eo probari non poteſt. Neq; enim conſtans erat in eo, quod rectè cogitaverat. Otho Imperator, cùm videret rem ſpectare ad cædem civium, ultrò ceſſit: Atque id quidem rectè. Quòd autem ſeipſum occidit, laudari non poteſt. Davidis autem noſtri moderatio, omnibus modis prædicanda eſt. Is enim, cùm Abſolon eſſet in armis, cedere maluit, quàm cives inter ſe committere, paratus alioqui ad quamvis Dei volūtatem. Si dixerit, inquit, non places, præſto ſum, faciat quod bonum videtur in oculis ſuis. Ita iſtis diligenter conſideratis, licet Principi ſe defendere. Sed quid dicemus de Sedechia Rege? Ille enim, cùm haberet legitimam vocationem, & obſideretur à Nebucadnezare, principe idololatra, & videret civitatē & religionem excindendam eſſe, noluit ſeſe dedere: & ea de re damnatur. Quidam fortaſſe dicent, ejus vocationem non potuiſſe videri legitimam. Regnum enim ad Ioachimum potius pertinuiſſe. Sed hoc ego non dico: Nam cùm ille Ioachimus abductus jam eſſet captiuus, ſucceſſio videtur jure rediiſſe ad eius patruum Sedechiam. Sed hæc mihi videntur probabiliora: Violarat Sedechias iusjurandū & fœdus, erat idololatra, obſcuraverat legem & cultum Dei. Deinde Deus illi mandaverat per Hieremiam, ut ſeſe dederet: At ille parere noluit, ſed oppoſuit ſe verbo Dei. Tempus etiam jam erat, ut populus ille in exilium mitteretur: Peccata enim pervenerant ad ſummum. Neque enim aut Rex populo melior erat, aut populus Rege. Sed quid dicemus de Romanis illis Papis, cùm duo tréve creantur eodem tempore? Licétne illis electionem ſuam, ut ſolent, armis defendere? Non licet. Neque illorum aut ſucceſſio legitima eſt, aut finis bonus. Quantum enim poſſunt, obſcurant & opprimunt legem Dei.

An Principi licat ſeipſum bello tueri.

2.Sam.15.14.

Iere.34.&c.

Ibidem.

11\. Sed licétne miniſtris Eccleſiæ arma gerere? Non licet: Omnia enim illis fugienda ſunt, quǽ impedire poſſunt eorum functionem. Et Ariſtoteles in Politicis ſuis, ait, Nemini uni committendos eſſe duos Magiſtratus, quòd nemo utrique muneri par eſſe poſſit. Vtrunque enim requirit integrum & totum hominem: Imò vix unus aliquis inveniri poteſt, qui alterutrum rectè gerat. Nam primum miniſtri munus eſt, docere populum: quòd ſolum quantum ſit, quivis poteſt facile intelligere: deinde die noctúque orare pro populo, poſtremo etiam exercere diſciplinam. Quis iſta tria ita præſtare poteſt, ut otium præterea habere poſſit ad pugnandum? Paulus ad Timoth. ait, Afflictiones ſuſtineto, tanquam bonus miles Chriſti. Nemo militans implicat ſe vitæ negotiis, ut ei, qui ſe in militiam delegit, placeat: Nemo autem coronatur, niſi qui legitime certaverit. Monet Timotheum, oportere eum eſſe inſtar boni militis: itaque ut paret ſe ad afflictiones: Nam ſi munus tuum rectè obire velis, multa neceſſe eſt ut patiaris: & addit, Nemo militans implicat ſe negotiis vitæ. Nā & in C. & in ff. Milites jubētur & mercaturā, & agriculturā relinquere, ut ſēper poſſint facere imperata. Quantò autē hoc magis cogitandum eſt de munere Eccleſiaſtico? In ſacris præco proclamare ſolebat, Hoc age: ut Sacerdos intelligeret, ſe totum eſſe oportere in Sacris. Officium boni paſtoris nō eſt res perfūctoria, quæ ſine ſumma diligentia & attentione curari poſſit. Non coronabitur autem, inquit Paulus, niſi qui legitimè certaverit: hoc eſt, qui fecerit tantum, quantum Lex jubet. Et Paulus alio loco, Arma, inquit, noſtra, non ſunt carnalia, ſed potentia Dei, ad demoliendam omnem celſitudinem, quæ effertur contra Deum. Hæc arma committenda ſunt miniſtris. Tamen ſi hoſtis repentinus obſideat civitatem, & jam ſubierit in mœnia, miniſter Eccleſiæ rectè poteſt arma ſumere, & vim repellere, & idem facere, quod deceat bonum civem. At ubi acceſſerint alij milites, ille debet ſe revocare ad munus ſuum. Hoc tamen Epiſcopi nunquam dabunt: Nam ſi quis forte occiderit hoſtem, eum habēt pro irregulari. Et ad hoc probandum allegant, ſi diis placet factum & exemplum Davidis. Deus ait illi, Nō potes mihi ædificare templum, quia effudiſti ſanguinem. Ecce, inquiunt, propter ſanguinē iuſtè effuſum, prohibetur ædificare templum. Sed iſta merǽ ſūt nugæ. Templum enim illud typus erat Eccleſiæ. Et quia Chriſtus ædificavit Eccleſiam ſuā, non per vim aut

An liceat miniſtris Eccleſiæ bella gerere?

2.Tim.2.3.

Ibid.v.5.

2.Cor.10.4.

Miniſtri aliquando poſſunt arma ſumere.

1.Par.22.8.

aut ſanguinem, ideò Deus voluit templum ſuum ędificari non à Davide, ſed à Salomone Rege pacifico. Deinde Salomon in ſeipſo adumbravit Chriſtum. At Chriſtus collegit ad ſe non homines invitos, ſed populum ſpontaneum: Ea cauſa Deus hoc reſpondit Davidi. Et, quod aiunt, hoc intelligendum eſſe de juſto ſanguine, quem David fuderit, falſum eſt: Imò intelligi potius debet de proditione Vriæ, & illorum militum, qui unà cum illo occiſi ſunt. Hoc factum etſi Deus Davidi jam antea remiſiſſet, tamen in eo voluit diſciplinam aliquam conſtituere. Sed dicant mihi iſti homines ita acuti & ſapientes, An Petrus cùm occidiſſet Ananiam & Sapphiram, aut Paulus, cùm excæcaſſet Elymam, facti ſunt irregulares, aut ab eo tempore non verſati ſunt in munere Apoſtolorum?

Pſal.110.3. Act.5.5. Act.13.11.

Miniſtri debent eſſe in caſtris. Deut.20.2. Num.10.9.

12. In caſtris tamen miniſtri eſſe poſſunt & debent: non tamen ut pugnent, ſed ut doceant & inſtituant milites, & miniſtrent Sacramenta, ſi ſit opus. In Deut. Deus juſſit Sacerdotes eſſe in caſtris, qui clangerent tubis. Cúmque miniſtri doceant virtutes & cultum Dei, poſſunt ea inculcare, quæ ad illum finem pertineant. Etſi Princeps ſit gravior, poſſunt eum ad virtutem excitare: & illud proponere, Dominum mandare, ut malum tollatur e medio populi. Iojada bonus Pontifex conſervavit Ioam Regem: Cumque ille iã adoleviſſet, creavit eum Regem, & Athaliam iuſta pugna profligavit, quamvis ipſe non dimicarit manu ſua. At Moſes unà cum Levitis ſuis, magnũ numerũ idololatrarũ interfecit: Et Samuel occidit Agagum. Sed iſta, quoniam erant ſingularia, non ſunt trahẽda in exemplum. An autem Epiſcopi ius habeant utriuſque gladii, nihil dicam hoc loco: Hoc tantùm unum dicam, non convenire, cùm illi utrique functioni pares eſſe non poſſint. Tamen Aſſamonæi, inquies, & pontificatum geſſerunt, & regnum. Reſpondeo, quòd patriam liberarint, & religionem aſſeruerint, laudandi ſunt: Quod autem regnum ſibi retinere voluerint, nõ probo, uſurparunt enim ius alienum. Nam promiſſio de regno facta erat tribui Iuda & domui Davidis. Hoſtienſis prorſus in hac re mecum facit, & addit ad extremum: Dicant Leges, ſtatuant canones, clament homines quantum volunt, tamen noſtri clerici volunt eſſe militares. Et ſanè uſque à temporibus Adriani Papæ, qui Carolum Magnum vocavit in Italiam, Epiſcopi & Cardinales nunquam ab armis deſtiterunt.

Deut.13.5. 2.Reg.11.2. Exo.32.28. 1.Sam.15.32.

Epiſcopi an habeant ius utriuſq. gladij?

Gen.49.10. Pſ.89.11.

Mercenaria militia improbatur.

13. Mercenaria autem militia, multis rationibus improbatur. Primum enim, hujuſmodi milites ſine cauſa ſeſe conjiciunt in pedicas. Nam ſi bellum injuſtum ſit, & id à populo neſciatur, ſubditi poſſũt excuſari: iſti autem non poſſunt. Neque enim prætexere poſſunt obedientiam. Non enim obediẽtia ducuntur, ſed cupiditate. Deinde, niſi iſti ita facile accurrerent ad tympana, multa bella nec ita temerè ſuſciperẽtur, nec ita diu producerentur. Adhæc, efficiunt, ut patria ſua male audiat, & laboret odio aliarum gentium: Neceſſe enim eſt, ut læſus doleat. Prodigi etiam ſunt vitæ ſuæ, quam oportebat conſervare. Præterea relinquunt vocationes ſuas, uxores, liberos, familias, & curant aliena: Exhauriunt etiam vires patrię ſuæ. Neque enim credibile eſt, eos omnes qui exeant, redire domum. Adhæc, res eſt peſſimi exempli: Vendunt enim quodammodo vitam ſuam, non juſtitiæ cauſâ, ſed pecuniæ. At Abraham è Rege Sodomorum, cui ſtrenuã operam navaverat, nullam partem prædę accipere voluit: Satis id eſſe putabat, quòd liberaſſet Lothum. Deinde quod ſummæ eſt injuſtitiæ, lædunt eos à quibus nunquam lęſi fuerint: ut miſeri, quorum illi agros & oppida vaſtant & ſpoliant, clamare poſſint: Quid nos afficitis his iniuriis? Quid nos de vobis ſumus meriti? Tantúmne eſt à rebus veſtris otij aliena perdere? Huc adde, hujuſmodi milites, redire domum multò deteriores, quàm quum exierint. Ea enim quæcunque vident in aliis nationibus nequiter & libidinoſe geri, imitantur: & ubi redierint inficiunt patriã ſuam. Non tamen inter finitimos honeſta fœdera reprehendo: ſed ita tamen: ut cauſa belli conſideretur, juſtane ſit, an injuſta: deinde, ut ſibi adſint ad repellẽdam injuſtam vim: non autem ad inferendum bellum pro libidine. Sed ita, inquiunt, Reſpub. imperita erit rei bellicæ. Sed non eſt piorũ hominum ita cogitare: Qui enim unquam minus exercitati erant, quàm Hebræi, cùm exirent ex Ægypto? Tamen Deus illis ad-

Gen.14.22.

fuit, & profligatis bellicoſiſſimis nationibus, eos induxit in terrã, quam promiſerat. Et ſemper obtinere debet regula illa Pauli: Non eſt faciendum malum, ut eveniat bonum. Non ſunt ferenda tot flagitia, ut militem habere poſſimus exercitatiorem. Poſſidonius in Vita Auguſt. cap. 27. ait, Eum nunquam ſuis literis voluiſſe commendare illos, qui ultrò iviſſent aliquò militatum: quamvis pro aliis hominib. ſceleratis ſępe ſoleret intercedere. Mulierib. verò Plato, ut alia omnia exercitia, ita bella quoque voluit cum viris eſſe communia. Nos tamen e verbo Dei id judicamus nõ licere. Oportet enim eas familiam colere, & in primis rationem habere pudicitiæ. Tamen ſi id adeo magna neceſſitas Reip. exigat, juuare poſſunt milites, vel colligendis lapidibus, vel humo ad aggeres comportanda. Ordinariæ autem militiæ ſtudere non debent.

Rom.3.8.

An liceat mulierib. bellum gerere.

Reſponſio ad argumẽta adverſariorum.

14. Quod autem ad aduerſariorum argumenta attinet, prima quatuor aut quinque videntur eſſe unius generis, & una reſponſione poſſe dilui. Primum annotare debemus: Scribas & Phariſęos corrupiſſe legem Dei. Chriſtus ergo Legem reſtituit in integrum, & illorum commenta & δευτερώσεις explodit. Nihil autem docet contrarium Patri ſuo: Neque enim pugnat Lex cum Euangelio. Duo autem videtur proponere: primùm, ut amemus, deinde ut juvemus etiam inimicum. Hæc quidem peculiaria eſſe dicunt Novo Teſtamento: Sed longe errant, Deus enim ea præcepit in veteri: Nam Lev. 19. Non quæres, inquit, ultionem, nec memor eris injuriarum filiorum populi tui. Imò Deut. 22. Iubemur etiam hoſti noſtro benefacere. Si occurreris, inquit, bovi inimici tui erranti, reducito ad illum: ſi videas aſinum ejus ſuccumbentem ſub onere, ſublevato cum eo. Chriſtus ergo tantùm revocat veram ſententiam Legis, quam Phariſæi corruperant. Nulla ergo eſt pugna inter Legem & Euangelium. Vtrinque enim jubemur diligere inimicos. Conveniunt etiam Lex & Euangelium de publica authoritate gladii. Nam Lex ait, Oculum pro oculo: & Tolles malum de medio populi. His verbis gladius commendatur Magiſtratui. Idem docet Paulus ad Romanos, Gladium non fruſtra portat: vindex enim eſt Dei. Et 1. Pet. cap. 2. Ad ultionem, inquit, nocentiũ: laudem autem rectè agentium. At punire, inquies, & remittere, ſunt contraria: quorum alterum Lex docet, alterum Evangelium. Non ſunt contraria, ſi rectè attendas. Hoc enim ad privatos pertinet, illud ad Magiſtratum. Eſto, Magiſtratum cavere edicto, ne cives geſtent arma: Ergóne auferet arma lictoribus? Non opinor. Ita Chriſtus, cùm privatis hominibus eripit ſtudium vindictæ, non exarmat Magiſtratum. Nam Chriſtus inſtituit eo loco Apoſtolos, quos non erat facturus Magiſtratus, ſed miſſurus in orbẽ terrarum, tanquam oves inter lupos. Itaque docet, quid illos oporteat expectare. Omnes autem, qui pie volunt vivere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. De Magiſtratu verò egit alio loco. Neque illa ſunt inter ſeſe temere confundenda. Deinde Chriſtus loquebatur pro conſuetudine populi, & utebatur oratione tropica. Neſcio autem quomodo ea, quæ ſic efferuntur, magis feriant animos auditorum: Nam ſi quis tibi impegerit alapam in dextram maxillam, tropicum eſt. Id vidit Auguſt. Epiſt. 6. ad Marcellinum. Nam quod ad literam attinet; Abſurdum, inquit, eſt, nullam aliam partem corporis intelligi, quàm maxillam dextram. Quid enim ſi ille prius infligat colaphum in ſiniſtram? Iam tu non habes aliam ſiniſtram, quam objicias. Scopus autem Chriſti eſt, ne quæramus ultionem: idque expreſſit illo tropo. Neque verò ſemper offerenda eſt altera maxilla. Nam hujuſmodi patientia, ſæpe pervicacia inimici tui magis incitaretur: atque ita tu dares occaſionem ad malum, quam, quantum potes, debes minuere. Videndum ergo eſt, quid Chriſtus voluerit & ſenſerit. Et certe Lucas nec dextram nec ſiniſtram dicit: ſed tantùm maxillam. Chryſoſtomus ait, Chriſtum illis verbis complexum eſſe omne genus iniuriarum, quæ pulſatione inferuntur. Quid enim ſi quis tibi caput aut ſcapulas pulſet, non exigitur à te eadem patientia? Ita Chriſtus ait, ſi quis dicat fratri ſuo, fatue, dignus eſt gehennâ ignis. Quid ſi aſinum aut nebulonem vocet, nonne idem videtur promereri? Verùm, ut dixit Chriſtus

Matt.5.34.

Ad primum: Matth.5. non dantur præcepta peculiaria novi Teſtamenti. Levi.19.11. Deu.22.1.

Ex.21.24. Deut.13.5. Rom.13.4. 1.Pet.2.14.

Punire & remittere non ſunt cõtraria.

2.Tim.3.12.

Chriſtus utitur oratione tropica.

[illegible]5.22.

paucis comprehendere voluit omne genus injuriarum. Iſta autem nominatim expreſſit, quòd eſſent præcipua.

15. Hac de re Auguſt. fuſius contra Fauſtum Manichæum lib. 22. cap. 79. Nos in Scripturis divinis habemus partim mandata, partim hiſtorias & res geſtas. Et quamvis res geſtæ non ſemper exponunt legem Dei, tamen ejus vim videntur ſæpè non obſcurè declarare. Quis autem unquam fuit perfectus *Ioan. 18. 23.* Legis obſervator, niſi Chriſtus ipſe, niſi Paulus, niſi Prophetæ fuerint? At Chriſtus cùm accepiſſet alapam in maxilla, non obtulit alteram: imò reprehendit potius eum qui id fecerat. Si malè, inquit, loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſin autem bene, quid me cædis? Nec Paulus objecit alteram maxillam, ſed, Percutiat, inquit, te Deus, paries *Act. 2. 33.* dealbate: Tu ſedes hîc judicans ſecundùm Legem, *1. Reg. 22. 24.* & me contra Legem jubes cædi? Et Micheas, cùm *Ibid. v. 25.* expoſuiſſet Achabo ſucceſſum belli, accepit colaphum à Zedechia falſo propheta. Et ne ille quidem dedit maxillam alteram: ſed, Tunc ſenties, inquit, cùm abdes te in cubiculum intra cubiculum, ut poſſis effugere. Et quoniam Manichæi delectabantur Apocryphis, citat contra illos Evangelium *Thomæ Evangelium.* Thomæ: non quòd in illo poneret ipſe tantum authoritatis, ſed quòd ab ipſis ſæpiſſimè citaretur. In eo autem ita ſcribitur, Thomæ, cùm eſſet in convivio, miniſtrum impegiſſe colaphū, & Thomam ſtatim reſpondiſſe, Vlciſcatur te Deus. Illum cùm poſtea iviſſet allatum aquam, comprehenſum fuiſſe & occiſum à leone: manum autem ejus, qui Thomam percuſſerat, à cane illatam fuiſſe in convivium, indicium manifeſtiſſimum ultionis divinæ. Quare hæc, inquit, non ad literam referenda ſunt, ſed ad præpa-*Hæc ad animi præparationē pertinent.* rationem animi. Ita etiam animo parati eſſe debemus, ut omnia velimus, ſi ea factura judicemus, aut ad gloriam Dei, aut ad ſalutem ejus, qui intulit injuriam. At ſi noſtra patientiâ ille futurus ſit deterior, ea reipſa præſtare nòn debemus, ſed tantum in animo retinere. Ita enim Chriſtus animo paratus erat, etiam tum, cùm miniſtrum illum increparet: & ſuo tempore omnes contumelias, & injurias, & crucem ipſam pertulit. Et Paulus, etſi aſperius reſponderit *2. Cor. 12. 15.* Pontifici, tamen poſtea ſcribit ad Corinthios, Ego verò libenter & impendar & ſuperimpendar pro omnibus vobis. Qui in 1. Epiſt. ad Corinth. inceſtum ex-*1. Cor. 5. 5.*communicaverat, in poſteriori author eſt, ut idem *2. Cor. 2. 6.* recipiatur cum omni lenitate. Et qui ita durus fue-*Rom. 9. 3.*rat in fratres ſuos, pro illis iiſdem voluit fieri anathe-*Exod. 32. 27.*ma. Et Moſes, quamvis fratres ſui ita duriter cum *Ibid. v. 31.* acceepiſſent, tamen, Aut illis, inquit, parcito, ô Deus, *Luc. 23. 34.* aut dele me de libro tuo. Chriſtus quoque, quamvis non dederit alteram maxillam, tamen in cruce, Ignoſce, inquit, illis, quia neſciunt quid faciunt. Quare ſi videamus in nobis percuti & injuriis affici verbum Dei, id nullo modo debemus diſſimulare. Aut ſi fama noſtra lædatur, ſine qua nulla poteſt eſſe authoritas doctrinæ noſtræ, eam debemus omni ratione tueri. Scio fuiſſe, qui dicerent, Chriſtianis mandata perfectiora data eſſe, quàm Iudæis: Sed Chriſtus revera nihil aliud egit, niſi ut Phariſæorum traditiones refutaret.

Mat. 5. 39. 16. Ne reſiſtas malo. Id Chryſoſtomus ita exponit, Ne reſiſtas te aliqua mala: ac ſi, Malo, eſſet ablativi caſus. Nam ignis, inquit, igne non extinguitur, ſed aqua. Alij ſimplicius exponunt, non reſiſtendum eſſe injuriis privata authoritate, aut ad quærendum ultionem. Malum autem eſt quod lædit aut corpus, aut fortunas, aut famam. Eſt idem, quod alibi dici-*Ro. 12. 17.*tur, Nulli malum pro malo reddentes. Sed iſta omnia cum hac exceptione accipienda ſunt, ſi faciant aut ad gloriam Dei, aut ad ſalutem proximi. Et exceptionem quidem accipiendam eſſe in his verbis, apparet ex exemplis & factis Chriſti & Apoſtolorum & ex eo ipſo, quòd Chriſtus, cùm docuiſſet porrigendam eſſe maxillam, tamen poſtea ſubjecit: Si *Matt. 10. 23.* perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam. *Luc. 6. 30.* Deinde in Luca ita monet, Omni petenti à te, dato. Sed ſi ita faceres, brevi tibi nihil relinqueres, quo *2. Cor. 8. 13.* aleres familiam. Itaque Paulus addidit exceptionem: Non ut aliis ſit relaxatio, vobis autem anguſtia. Chriſtus ergo nihil aliud excludere voluit, quàm ſtudium ultionis. Cúmque certi ſimus de [illegible], quid oportet de [illegible] contendere? Nam ſi omnia potius dare vellemus, quàm ut veniretur in jus: improbis nebulonibus nihil aliud quàm augeremus audaciam. Tamen ſi aut vi opprimamur, aut iniquitate judicis, omnia potius danda ſunt quàm ut diſcedamus à recto. Iulianus, Celſus, Porphyrius, aliique, cùm iſta non intelligerent, clamabant: Doctrinam Chriſti facere ad everſionem Rerumpublicarum. Sed illi, ut dixi malitia excæcati, nihil intellexerant. Chriſti enim ſententia eſt, ut injurias noſtras contemnamus: non tamen ita, ut omnia noſtra prædæ & direptioni relinquamus. Date locum iræ: Dei videlicet. Scire debemus, Deum *Ro. 12. 19.* ulturum eſſe injurias noſtras: nos autem non oportet eius locum occupare. Iram autem ſuam, declarabit Deus, vel ipſe per ſe, vel per Magiſtratum. *Matt. 26. 52.* Chriſtus dixit Petro, Reconde gladium. Et meritò *Ro. 12. 19.* quidem: nam Petrus, & privatus erat, & malo ſpiritu movebatur. Mihi vindictam, & ego retribuam. Deus ait, vindictam ad ſe pertinere: cúmque ſe velle infligere, vel per ſe, vel per Magiſtratum. Quare non vult nos malè precari, aut petere ultionem: ſed potius hoc petere, ut animi malorum immutentur. Nihil enim eſſe periculi, etiamſi illi ſiant inſolentiores: Deum enim ipſum eſſe ſuſcepturum cauſam 6

noſtram: Nolite judicare, & non judicabimini. Sci-*Matt. 7. 1.*re hoc primùm debemus, Chriſtum non prorſus ſuſtuliſſe omne genus judicii: Nam iſto loco judicare eſt condemnare. Sed ſunt quidam, qui omnia dicta 7

factáque aliorum obſervant, non illi quidem ut eos corrigant, ſed potius ut traducant, & ipſi videantur meliores, aut quòd maledictis delectentur. Id quoniam ex odio, invidia, ſuperbia naſcitur, & fructus peſſimos profert, Chriſtus reprehendit. Hoc autem Chriſtum ſenſiſſe, apparet ex eo quod ſequitur, Ejice trabem ex oculo tuo, ut videre poſſis & *Ibid. 5.* tollere feſtucam ex oculo fratris tui. Non licere nobis ea damnare, quæ vidimus damnari in Scripturis, nuſquam invenimus: Nam ſi condemno apertum furtum aut adulterium, non ego illud condemno, ſed Deus ipſe. Quid judicas alienum ſervum? Non *Rom. 14. 4.* de peccato judicando Paulus ibi loquitur, ſed de rebus mediis, quibus & bene uti poſſis, & malè: quales ſunt cibus & potus. Sæpe enim homines ex ſuperbiâ ita de illis rebus judicant, ut quod ſit medium & [illegible], haberi velint pro graviſſimo ſcelere.

17. Chriſtus noluit auferri zizania, ergo inquiunt, non licet bellum gerere aut uti gladio. Hic 8 *Mat. 13. 29.* locus quibuſdam lubricus videtur & difficilis. At ſi parabolam illam in univerſum velimus intelligere, ne excommunicationi quidem relinquemus locum: quam tamen Anabaptiſtæ in primis urgent. Illi ergo utroque modo refutantur. Quid ergo eſt? Dicunt: Non agitur eo loco de munere miniſtri, aut magiſtratus: ſed tantùm de futuro ſtatu & cōditione Eccleſiæ. Eam ſemper habituram zizania cū frumento, bonos piſces cum malis, fatuas virgines cum prudentibus, & zizania illa ita manſura, ut nulla unquam humana ope tolli poſſint. Atqui paterfamilias jubet, ne extirparentur, Ergo mali non ſunt tollendi gladio. Reſpondeo, Parabolas non eſſe urgendas ad omnes partes: alioqui incidemus in multa abſurda. Villicus iniquus laudatur in Parabola. Hic ſi per-*Luc. 16. 8.*ſequi & urgere velis omnes partes, neceſſe erit ut laudandos dicas ſervos furaces, qui dominorum bona diſſipant & avertunt. Parabola ergo illa ex altera tantùm parte ſpectanda eſt, quam partem Chriſtus ſibi propoſuit. Nam alioqui magiſtratus jubetur tollere malum de medio populi: & Paulus ad Corinthios monet, ut fermentum expurgetur. Sed *Deut. 13. 5.* ſæpe ſit, ut peccata non poſſint probari: aut ſi poſ-*1. Cor. 5. 7.*ſint, tamen quòd jam publica & pervulgata ſint, non poſſint tolli. Chriſtus ergo monet, etſi id accidat aliquando, tamen non eſſe deſperandum: Futurum enim eſſe, ut ad extremum tollantur per Angelos. Interea tamen nō eripit gladium Magiſtratui, quin, quantum poſſit, exercere queat munus ſuum. Sed Magiſtratus, inquiunt, cum capite plectit noxium, non relinquit locum pœnitentiæ: Ergo non debet uti gladio. Sed hoc nimis eſt futuum: Nam ſi nun-

quam

Digitized by Google

quam liceat uti gladio,cur datus eſt? An,ut,reconde- A
Rom.13.4. tetur perpetuò in vagina? At cur eum Paulus appel-
lat vindicem ad iram? Quod autem dicunt de pœni-
tentia, ſatis habent ſpacij, etiam tum,cùm vident ſe
Lu.23.40. jàmque eſſe feriendos: Latro enim etiam in cruce e-
git pœnitentiam. Et multi hodie,qui vix alio modo
videntur poſſe revocari, tamen hac ratione caſtigan-
tur,& redeunt ad ſe. Omnino pro certiſſimo habere
debemus, electos quocunque tempore moriantur,
nunquam mori ſine pœnitentia. B

9 18 Verùm Rex illos, qui contempſerant venire
ad nuptias, miſſo exercitu ſuo, perdidit. Rex ille,
Deus eſt,inquiunt,& exercitus Angeli: Ergo ſe non
Matt.22.7. debet interponere Magiſtratus.Atqui exercitus Dei,
non tantùm ſunt Angeli, ſed etiam Magiſtratus.
Nam ita vires Nebucadnezaris appellantur exerci-
tus Dei. Et ſanè,cùm populus jam contemneret &
Ez.29.20. ludibrio haberet dicta Prophetarum, & nollet quo-
dammodo venire ad nuptias, Deus immiſit in illos
exercitum ſuum,hoc eſt,Nebucadnezarem, cum in- C
credibili militum multitudine. Ita poſtea in eoſdem
immiſit Romanos. Hodie quoque cùm Sacræ con-
ciones contemnuntur,Deus excitat ſævos Principes
& tyrannos,qui dici poſſunt exercitus Dei. Vnde e-
nim ſunt hodie tot bella, niſi quod homines ingra-
ti negligant verbum Dei, & ſalutem oblatam re-
ſpuant? Litigare non licet, inquiunt, id autem eſt
bellum quoddam forenſe, ergo multò minus licet
bellum gerere.Hoc enim cum multò majori acerbi-
10 tate conjunctum eſt. Atqui Paulus non prorſus ſu- D
1.Cor.6.1. ſtulit omnia judicia, ſed tantùm ea, quæ exerceban-
tur à Chriſtianis apud tribunalia Principum Ethni-
corum.Imo,inquiunt,prorſus revocat à judiciis. Ait
enim, Cur non potius damnum patimini? Cur non
potius injuriam accipitis? Id Paulus idcirco dicit,
quod homines rarò ſoleant animo tranquillo litiga-
re. Tamen,ſi offeratur commoda ratio, qua poſſis ad
tuum pervenire, non tantùm potes, ſed etiam ſæpè
debes lites perſequi. Tantùm odium & inimicitiarũ
acerbitas ponenda eſt. Nam alioqui licere litigare, E
apparet ſatis ex ipſo Paulo. Is enim monet,tenuio-
res in Eccleſia homines deligendos, qui cognoſcant
fratrum ſuorum cauſas. Ridiculi autem ſunt Sorbo-
nicorum & Sophiſtarum commenta, hæc non ad
præcepta pertinere,ſed ad conſilia. Illi enim cùm i-
ſta dicunt, eludunt & enervant vim omnem manda-
torum Dei.Certè Chriſtus,cùm ita loquitur: Cede
Matt.5.4.44. & 17. etiam pallium, Offer lævam maxillam, Non veni
ſolvere Legem,ſed implere, oſtendit ſe non conſilia
Ibid. v. 19. & 22. dare,ſed præcepta. Sed poſtea apertius etiam dicit, F
Qui ſolverit unum,non de conſiliis ſed de mandatis
Ioan.14.27. iſtis minimis: Et, Dictum,inquit, eſt antiquis, Ego
autem dico vobis: Iſta verba præcipientis ſunt,non
conſulentis.

11 19 Chriſtus ait,Pacem meam do vobis:Ergo non
licet bellum gerere. Si volumus perſpicuè hunc lo-
cum intelligere, ſcire debemus, quid ſit apud He-
bræos pax, Scholom autem, ſignificat felicem ſuc-
ceſſum rerum: & ita ſolebant ſeſe mutuò ſalutare.
Chriſtus etiam diſceſſurus è terris,ita voluit ſalutare G
ſuos. Idque,inquit,longè aliter, quàm mundus ſolet
Ro.12.18. dare pacem. Nam homines precari tantùm poſſunt
pacem & omnia bona, ego ea omnia reipſa præſta-
Es.2.4. bo. Sed ſi volumus eam vocem verè ſignificare pa-
cem, certè Chriſtus reliquit nobis pacem conſcien-
12 tiæ:reliquit etiam pacem hominibus inter ſe. Nihil
iſta faciunt ad Magiſtratum aut ad gladium. Paulus
ait,Cum omnibus hominibus pacem habentes. Sed
duas addidit exceptiones: Quantum in vobis eſt:&,
Si fieri poteſt. Atque equidem nullum eſſe arbitror H
Magiſtratum, qui non invitus accedat ad gladium.
Nero ipſe, cùm ſubſcribendum eſſet ſententiæ capi-
tali,Vtinam,inquit,neſcirem literas.Tamen ut utan-
13 tur gladio, neceſſitate adiguntur. Convertent lan-
ceas in ligones. Hunc locum Iudæi quoque nobis
objiciunt: Vbi eſt Meſſias,inquiunt,veſter? Nam ex
quo tempore cœpiſtis illum colere, plura experti
eſtis bella,quàm unquam antea. Sed miſeri non in-
telligunt, Prophetam eo loco commendare voluiſ-
ſe doctrinam & inſtitutionem Chriſti: Nam ſi om- I
nes tales eſſemus, quales Chriſtus inſtituit, nibil o-
pus eſſet gladio. Nemo enim committeret aliquid,

A cujus cauſa afficiendus eſſet capitali ſupplicio. Sed
quoniam in frumento Domini ſemper eſt aliquid
zizaniorum,idcirco opus eſt Magiſtratu. At ſi Ec-
cleſia nunquam erit purgata, quorſum ſpectat illa
promiſſio de conflandis lanceis in ligones? Reſpon-
deo, Satis nobis eſſe debet, ſi in hac vita habemus
illius felicitatis aliquam inchoationem. Nam etiam
nunc inter homines verè Chriſtianos, nihil opus eſt
gladio. Promiſſio autem illa,omnibus numeris im-
B plebitur in ſecundo adventu Chriſti. Et hoc ipſo
tempore, quicunque verè Chriſtum colimus, ita vi-
vimus,ut per nos non excitentur bella. Et Chriſtum
fuiſſe authorem hujus pacis, apparet ex eo, quod
cùm ille naſceretur,Ianus Romæ clauſus fuerit. Vo-
luit enim illud extare indicium adventus ſui. Pau-
lus ad Epheſ.ait,arma noſtra eſſe ſpiritualia. Verum Eph.6.12.
eſt, quatenus ſumus Chriſtiani. Sed quoniam non 14
tantùm Chriſtiani ſumus, ſed etiam homines, idcir- 15
co nec Paulus,nec Chriſtus arma eripere voluit Ma-
C giſtratui. Lucta noſtra non eſt adverſus carnem &
ſanguinem. Sermo ille intelligendus eſt ex collatio-
ne, ut alia multa loca Scripturarum, in quibus ali-
quid negatur,non in univerſum, ſed tantùm ex col-
latione. Paulus ad Corinth.ait, Non miſit me Chri- 1.Cor.10.4.
ſtus ad baptizandum.Quid ergò,cùm baptizaret, fe-
cit præter vocationem ſuam? Minimè. Neque enim
hoc ſenſit: ſed ſeſe præcipuè miſſum fuiſſe ad do-
cendum Evangelium.Ita hæc lucta cum carne & ſan-
guine nulla eſt, ſi cum illa altera ſpirituali confe-
D ratur.

20 Tertullianus etiam author antiquiſſimus, in Tertulliani
libro de Corona militis, videtur ſtare ab adverſariis. ſententia de
Chriſtianorum ait non eſſe bellum gerere. Vtitur bello.
autem hujuſmodi diſtinctione, Si Baptiſmus te de-
prehenderit in Sacramento,ne diſcedas à militia:ſin
te invenerit liberum,ne te obſtringas. Iſta diſtinctio
non eſt bona. Nam ſi bellum ſua natura malum eſt,
quocunque tempore nomen dederis, diſcedendum
eſt. Injuſta enim ſtipulatio ſtatim reſcindi debet,ut
E primùm eam intelligas injuſtam eſſe. Verùm Ter-
tullianus non agit de quavis militia: ſed de ea tan-
tùm,in qua milites adigebantur ad idololatriam, ad
Sacra deorum,ad comedenda idolothyta, ad geſtan-
das coronas.Ad hoc genus militiæ, Tertul.hortatur,
ne Chriſtiani accedant. At ſi eos in illa Baptiſmus
deprehenderit, ut maneant in ſtatu ſuo: ita tamen
ne quid illorum faciant quæ diximus, ſed potius ut
ſeſe offerant martyrio. Et certè multi milites ea cau-
ſa facti ſunt martyres.Quod autem dicit, non eſſe di-
F ſcedendum à vocatione militari, ſi Chriſtus in ea te
invenerit:ſin liber ſis,non eſſe accedendum,declarari
poteſt exemplo. Paulus enim ait, Si quis habeat u-
xorem infidelem, quam duxerit antequã eſſet Chri-
ſtianus,& ea velit unà cum illo habitare,non eſſe ab-
jiciendam: at ſi jam nomen Chriſto dederis,infidelẽ
nullo modo eſſe ducendam. Omnino Tertul.nihil
aliud videtur excludere,quàm voluntariam militiam
& mercenariam. Nam alioqui dicere, Chriſtianum
non oportere parere Magiſtratui, ſi vocetur ad arma,
G inſanum eſt. Neque vero mirum videri debet,ſi Ter-
tullianus in hac re erraverit: Deflexerat enim jam ad
Montaniſtas, & malè ſenſit de ſuga in perſequu-
tione.

An liceat piis pacem habere cum impiis.

21 At ſi rogaveris, an ſit fas copias & vires cum Ex Iud.4.v.17.
impiis jungere, communem expeditionem ſuſcipiẽ- 1.Reg 22.32.
do: Id videtur negandum. Ioſaphato quippe malè 2.Par.20.36.
cecidit,quando in prælio contra Ramoth Gilead in-
H eundo, cum Rege Iſrael ſeſe conjunxit. Nec eidem 2.Par.19.2.
Regi feliciter ſucceſſit,quando naves unà cum Rege
Iſrael in Tharſis miſit. Nam tempeſtate orta in Aſi- 1.Mac.14.17.
hon Gaber naufragium paſſus eſt & claſſem amiſit.
Vtque in lib. Paralip.poſter.habetur, Deus Prophe-
tæ ſui voce Ioſaphatum coarguit, quod ſeſe cum
impio Rege conjunxerit. Machabæi quoque fœdera
cum Romanis & Lacedæmoniis percuſſerũt, verum
id,quam illis inutile fuerit, eorum hiſtoria teſtatur.
Cæterùm quando res jam exemplis eſt patefacta,ra-
I tionib. ipſis quod prolatum eſt confirmetur. Id infi-
ciari non poſſumus in exercitibus hujuſcemodi, ex
impiis videlicet & piis conflatis, religionem ſincerã

Digitized by Google

& εἰδωλολάτραις miſceri: quò facilè uſuvenit, quæ no- A
ſtræ naturæ infirmitas eſt, ut impuri ſanctos inficiāt:
& rarò fit, quin aliquid impietatis filiis Dei affrice-
tur. Deinde cùm ad manus venitur, Deus invocan-
dus eſt, & cùm parta fuerit victoria, gratias Deo agere
oportet. In iis autem conficiendis, quæ obſecro in-
vocatio, quæ ſacrificia, quæ gratiarum actio erit? Ve-
tus Deus cum Beliale commiſcebitur, cum ſacris le-
gitimis εἰδωλόθυτα, & vera pietas cum ſuperſtitione.
Iſta planè Deo diſplicent. Nam ſi vellet hoc pacto B
res commiſceri, quare ſibi peculiarem populum de-
legiſſet? Certè id fecit, ut fideles purè ſeorſim age-
rent, & verum Deum ſinceriter colerent. Cúm-
que res hoc pacto habeat, non licet cum impiis con-
fuſè agere: alioquin ordo poſitus à Deo turbatur.
Gen.14.13. 22 Dicet quiſpiam, Abrahamum fœdus habuiſſe
cum Abner, Æſcol, & Mambre, atque illorum auxi-
lio expeditionem ſuſcepiſſe, qua Lothum cognatum
ſuum, qui captivus abducebatur, eripuit. Sed qui hoc
exemplum objiciunt, undénam habent, viros iſtos C
fuiſſe εἰδωλολάτρας? Ego ſanè id ex divinis literis non
video colligi: ſed potius veri Dei fuiſſe cultores exi-
Gen.15.16. ſtimo. Deus enim Abrahamo ait, non ſe daturum ei
ſtatim Chananæorum terram, quòd ejus gentis pec-
Gen.14.18. cata non adhuc eſſent completa. Quare non eſt ab-
ſurdum, tres iſtos viros adhuc ibi fuiſſe, qui verum
Deum ſimpliciter colerent. Quandoquidem in illis
regionibus, & Melchiſedecum fuiſſe, certò ſcimus,
qui benedixit Abrahamo, & Dei altiſſimi ſacerdos
fuit. Sed eſto, fuerint εἰδωλολάτραι, ut iſti volunt: An D
quod Abrahamo ſingulari quædam prærogativa l-
cuit, omnes illico ſibi iure atque impunè arrogabūt?
Non arbitror. Attendendum præterea, Iudaicam
Remp. nondum fuiſſe conſtitutam. Et unum Abra-
hamum non potuiſſe inter Chananæos verſari ſine
aliquibus pactis aut fœderibus cum illis initis. Qui-
bus addas legem necdum à Deo fuiſſe latam, qua de
iſta re peculiariter quicquam caverit.
23 At ſi quis Princeps vel Chriſtiana Reſpub. (ut
aliquando accidit) periclitetur, poteritne ſibi auxi- E
liares copias ab infidelibus advocare? Non poterit.
1.Cor.6.9. Nam ſi Paulus nos potius vult injurias & damnum
pati, quàm ut ad tribunalia infidelium adeamus, ubi
cum fratribus litigemus: quanto minus licebit præ-
ſidio impiorum uti, quo ab aliis Chriſtianis, qui nos
1.Re.15.18. injuſtè premunt, eripiamur? Scio Aſam Regem Ie-
hudah, pecuniam, aurum & argentum ad Benadad
Regem Syriæ miſiſſe, ut bellum contra Regem Sa-
mariæ moveret, quo ab eo, ſe propemodū opprimē-
te, liberaretur: ego tamen hujus regis factum (licet F
ſucceſſum optatum habuerit) non cenſeo ſequendū,
nam à Deo reprehenditur. Et licet id in libris Regū
non explicetur, in Paralip. tamen luculenter deſcri-
2.Par.16.7. bitur. Ibi enim legimus Prophetam ad Aſam Regē
miſſum à Deo ex profeſſo, qui ejus hoc factum gra-
viter arguerit. Quin & aliud exemplum illuſtre hu-
jus generis in eodem libro traditur, Amaziam vide-
2.Par.25.7. licet adverſus Edomæos conduxiſſe centum millia
Iſraelitarum: quod Propheta Dei nomine graviter
improbavit, juſſitque ut Iſraelitas milites à ſuo exer- G
citu ſemoveret, quòd in eis Dei voluntas ac benepla-
citum omnino non eſſet. Rex Prophetæ reſpondit:
At jam illis pro ſtipendio centum talenta dedi. Re-
ſpondit vir Dei Iehovam commodè poſſe ac facilè
totidem talenta illi rependere, neque ob tantulam
jacturam committendum, ut εἰδωλολάτρας, qui Deo
eſſent odioſi, in ſuis caſtris haberet. Taceo quoties
per Prophetas Iudæi abſterriti fuerint, ne vel ab Æ-
gyptiis, vel ab Aſſyriis auxilia peterent.

De Arcibus & Munitionibus. H

Ex Iud.6.6. 24 Eſt autem Principibus & populis obſervatio-
ne dignum, miſeros Iſraelitas, Deo irato, neque ſpe-
cus neque arces munitiſſimas, neque cavernas juvaſ-
ſe. Peccatoribus enim non tantùm externi hoſtes ca-
vendi ſunt, ſed ab ira Dei præſertim fugiendum eſt: à
qua profectò antris, ſpecubus aut munitionibus, ne-
mo poteſt evadere. Dúmque illa durat, hæc humana
præſidia, ne ab hoſtibus quidem externis defendūt.
Id verò ſi quis minus credit, latitudinem murorum
Ecbatanis in mentem revocet, quæ fuit triginta pe- I
dum, altitudo verò ſeptuaginta, & turrium centum:
quæ tamen omnia oppugnantibus non reſtiterunt.

De Babylone autem, ſcribitur, muros ejus altos fuiſ-
ſe centum, & latos quinquaginta pedes, támque am-
pla dicitur fuiſſe, ut provincia potius, quam urbs vi-
deri potuerit. Ea tamen expugnata eſt ac funditus e-
verſa. Talia moliuntur homines, cùm ſe à Deo ſub-
duxerunt. Hæc illorum cornua contra Deum erigū-
tur. Hæc afflictos, qui de Deo non cogitant, in de-
ſperationem adducunt: quaſi tyranni à quibus pre-
muntur, non ſint unquam ex tam robuſtis & muni-
tis locis educendi. Sed in Habac. Propheta hujuſce Hab. 2. 9. ver. 4.
modi ſubſtructiones inſanæ à ſpiritu Dei mirificè ri-
dentur. Et Abdias minatur Dei nomine filiis Eſau,
dejiciendum ad terram illorum nidum, utut in cœlo
ſibi viſi fuerint, illum poſuiſſe. Verùm quodnam præ-
clarius exemplum illa turri quærendum eſt, quam
homines mox à diluvio cœperunt ædificare, quaſi
adverſus Deum tueri ſe vellent, ſi rurſus aquis or-
bem perdere conaretur? Sed illorum inſanos furores
Dominus è cœlo irriſit, quemadmodum in lib. Gen. Gen.11.4.
fusè narratur. Deo pulcherrima ſtratagemata non
deſunt. Primum enim conſuevit, iis qui munitioni-
bus egregiè fidunt, quando jam utendi eis opportu-
nitas evenerit, animos, audaciam & omnem alacrita-
tem adimere: amentia ita percutere, ut nihil pruden-
tiæ omnino reliquum fiat. Quapropter illorum cor
enervatur, & vires eos deficiunt. Quin ab ipſis lapi-
dibus trabibus & muris arcium ſuarum, conſternari
videntur & vehementiſſimè perterreri. Facilè poſſem
hîc referre, quæ noſtra ætate contigerunt, niſi brevi-
tatis ratio habenda eſſet. Legatur Habacuc ſecun- Hab.2.9.&c.
dum caput. Quid igitur non ſunt muniendæ urbes
aut arces? non id prohibeo quin fiat, ſed principes ve-
lim, qui ſic ædificant, prius apud ſeſe ſtatuere, nullas
res creatas homines tueri poſſe aut ſuſtentare, niſi ea
Dei vis acceſſerit, qua mundum nutu ſuo regit atque
gubernat. Eam ille cùm ſubtraxerit, quicquid conen-
tur vel moliantur homines, in diverſum protinus ca-
dit. Et quemadmodum à pane, vino, reliquiſve cibis
alimentum expectari non debet, ſi Deus vim illam
ſuam & ἐνέργειαν ad ſe retraxerit, quam iis rebus quo-
tidie accōmodat: ita ex munitionibus firmis alioqui
muris, arcibus robuſtiſſimis cōtra illam, defenſio ne-
quaquā habebitur. Proinde antequā ulla munitio in-
choetur, in Deo ipſo fiducia eſt collocāda, & ſancto-
rū precum facienda ſunt utiliſſima fundamenta, ore-
túrque Deus, ut nos cumprimis in vera & ſincera
pietate conſervet, à peccatis revocet, & ſolidam pœ-
nitentiam ſubinde impertiatur. Petatur denique, ut
cùm uſus talium munitionum juſtus & ſanctus appe-
tierit, ſuam illam vim potentiſſimam & ſaluberrimā
dignetur elargiri. Quas eaſdem cogitationes atque
preces, adhibere par eſt in cibo, veſte, aut alia qua-
piam re, cùm eam incipimus uſurpare.

De exploratoribus.

25 Prima exploratio lib. Numerorum 13. cap. ha- In Iud.1.25.
betur: altera ſub Iehoſua contigit, quando Ierichun- Num.13.2.
tinam urbem illi duo explorarunt, quos meretrix Ioſ.2.1.
Rahab magna fide ſervavit: tertia demum eſt, de
qua 1. Iudicum verſ.24. Quamvis in lib. Gen. non Gen.42.9.
ignoro Ioſephum ſuis fratribus objeciſſe, quòd eſ-
ſent exploratores. Munus autem exploratorum, vel Quod ſit mu-
opus, eſt (ut Chryſoſtomus in Epiſtola ad Galatas nus explora-
cap.2. illa Pauli verba exponens, quòd eſſent ſubin- torum.
greſſi falſi fratres, ad explorandam noſtram liberta- Gal.2.4.
tem, ait) res adverſariorum cognoſcere, ut ſibi ac ſuis Finis explora-
faciliorem aditum parent, ad illorum expugnatio- tionis.
nem aut repulſam. Iam intelligimus actionem eſſe,
ac videmus in quem finem inſtituatur. Ab inimicis
porrò, & ab hoſtili animo proficiſcitur: fit verò clam
& aſtutè. Vt pugnare licet cum hoſtibus vi atque ar-
mis, cùm bellum juſtè ſuſceptum fuerit: ita juſtum &
fas eſt, explorandi arte ſeu aſtutia uti. Quare Hiero-
nymus ſuper Ezechielem cap. 27. dixit, Exploratio- Exploratio res media.
nem rem eſſe mediam, quâ nimirum, cum benè,
tū malè uti liceat. Bene uſus eſt Moſes & Iehoſuah,
nec non Ioſephi domus. Quod ſi bellum iniquum Pœna exploratorum.
fuerit, exploratio quoque illi ſubſerviens injuſta erit.
Vnde fratres Ioſephi, cùm ipſe diceret eis, Per ſalu- Gen.42.19.
tem Pharaonis exploratores eſtis, id à ſe ceu inju-
riam & contumeliam depulerunt. Pœna verò ex-
ploratorum ea eſt, ſi deprehendantur, quæ hoſtibus
irrogari ſolet, cùm in manus inimicorum inciderint.

Digitized by Google

Nihil enim refert, an armis, an verſutia & vaſritie quiſpiam certet: Quamobrem forti animo eos eſſe oportet, qui pro bono publico vitæ diſcrimen explorando ſubeant: Non eſt ſanè opus vulgarium hominum exploratio. Scribit Ioſephus, exploratores à Ieſua miſſos, Geometras fuiſſe, quod eos oporteret benè ac perſpicuè terræ Chanaan ſitum cognoſcere. Homerus verò, Vlyſſem ac Diomedem, Heroas alioquin inſignes, exploratores fecit. Paulus Apoſtolus, explorandi opus ad contentiones de religione, in Epiſtola ad Galatas loco jam adducto c. 2. eleganter traduxit, ubi ſcribit παρεισάκτους, hoc eſt, emiſſarios quoſdam ex falſis fratribus extitiſſe, qui παρεισῆλθον inſinuarunt ſe, κατασκοπῆσαι ad explorandam libertatem noſtram, ac ſi diceret, Perveſtigabant ac perſcrutabantur ſubtiliter noſtram voluntatem, ut eam expugnarent, ac ſubtili diligentia inquirebant, an qui nobiſcum erant, præputium retinerent. Illud erat libertatem Eccleſiæ explorare, ut videlicet Chriſtianos ea dejicerent.

Exploratores oportet eſſe fortes.

De Proditione.

In Iud. 1.

16 Locus admonet, ut de ipſa Proditione aliquid adferatur: & quæritur, an unquam liceat, vel, an ſemper interdicatur. Hieronymus de Optimo genere interpretandi ad Pammachium ait, Proditionē Principes recipere quidem, ſed Proditores damnare. Cui finitimum eſt, quod Rex Antigonus dicebat, Proditores rantiſper amo, dum produnt: aſt ubi prodiderint, odi. Plutarchus idē refert de Rhimotalce Thracum Rege, qui ab Antonio ad Auguſtum deſciverat, idémque poſt victoriam inter pocula ſe jactabat, idque tam ſupra modum atque inſolenter, ut Auguſtus converſus ad amicum de illo dixerit, προδοσίαν φιλῶ, προδότας δ' οὐκ ἐπαινῶ. Quæ ſententia, ut plauſibilis & juſta primo aſpectu videatur: attamen nec vera, nec prudens exiſtimari debet. Nam ſi quam ſapientes actionem probent atque laudent, ejus quoque authorem laudare ac probare debent. Nec aliis quiſquam id licitè infert, quod ipſe pati nollet. At nemo eſt mortalium, qui vel ſe, vel ſua prodi vellet. Præterea Laſthenes quidam, cùm patriam ſuam Olynthū Macedonibus prodidiſſet, atq. ob id ſe apud eos in honore futurum arbitraretur, ei ſecus longè accidit: Nam per caſtra paſſim à militibus Proditor appellabatur. Quocirca ea de re cum Philippo rege graviter conqueſtus eſt, qui ei reſpondit: Macedonas ſuos homines eſſe admodum rudes & agreſtes, qui res alio nomine quàm ſuo ac proprio, vocare neſcirent. Dicunt, inquit, σκάφην, σκάφην. Hoc fuit ac ſi reſpondiſſet, Cum ipſe talis ſis, aliter appellari non debes. Aſconius Pædianus in ſecundam Verrinam, Prodere inquit, deterius eſt, quàm oppugnare. Nam oppugnant inimici, quod eis vitio verti non debet: at produnt, qui amici videri volunt, ac tales erga nos eſſe deberent: ideóque cùm ab officio diſcedant, longè gravius quàm illi peccant. Hieronymus item loco jam adducto, de Optimo genere interpretandi ad Pammachium refert, Theodoſium Imperatorem, Heſychium virum conſularem, capitis damnaſſe, quòd Patriarchæ Gamalielis chartas invaſiſſet. Nec id ſanè mirum fuit, quandoquidem apud Romanos, ut in ff. habetur de re militari. l. Omnes. §. 2. & C. de Commerciis & mercaturis. l. 2. Revelaſſe cujuſpiam ſecreta, capitale fuit. Et in ff. ad legem Iuliam Majeſtatis. l. 1. 2. & 3. qui munitionibus fidei ſuæ commiſſis ceſſiſſet, crimen læſæ Majeſtatis incurrebat.

Theodoſius Imperator.

27 Eſt deinde admiratione dignum Camilli exemplum, qui puerorum Phaliſcorum Pædagogum à ſuis diſcipulis in patriam reduci verberibus juſſit, cùm ipſe voluerit eos prodere. Pyrrhi quoque medicus, qui Romanis pollicebatur, ſe in illorum gratiā Regem ſuum necatū ire, ab ipſis, Regi eſt indicatus, quò ab eo ſibi diligentius caveret: Vnde pax inter Pyrrhum & Romanos eſt conſecuta. Eſaias cap. 16, ideo Moabitas graviter increpat, quod Iſraelitas, dū ab inimicis opprimerentur, acerbiſſimè tractarint: & illos admonet, ne Iudæos illo eorum tempore ad ſe confugientes prodant. Et Paulus ad Timotheum Epiſtola poſteriori ſcribit. Fore poſterioribus temporibus, homines graviſſimis ſceleribus corruptos, in

Medicus Pyrrhi.

Eſ. 16. 2. & 4.

2. Tim. 3. 4.

A quorum cenſu, etiam proditores enumerat. Accedit adhæc, cives juratos eſſe Magiſtratibus, ut civitatem ſeu Rempublicam cùm fuerit opus, tueantur. Et ut jurati non eſſent, naturale atque commune jus id exigit: quod animantium membra teſtantur, quæ ſe pro corpore, atque pro nobilioribus ejus partibus, capite inquam ſeu corde, ſponte ac promptiſſime periculo exponunt. Quod idem ut cives faciant pro patria, ſi periclitetur, naturę legibus obſtringuntur. B Quare ſi eam prodant, quin graviſſimè peccent, excuſari non poſſunt.

Animantium membra ſe pro nobilioribus periculo ſe exponunt.

28 Cæterùm videtur prius quid ſit Proditio definiendum, quàm ulterius progrediar. Prodere, Latinis (quantum ad præſens negotium ſpectat) videtur tria ſignificare: nimirum Patefacere, Fallere, ac Tradere. Proditio igitur, actio eſt, qua dolo, patefactione, ſeu traditione proximi, aut res eorum læduntur: ab iis præſertim, qui eas potius tueri debuerant. Sunt autem proditionum complura genera. Produnt C quippe illi, qui fratrum crimina dolo malo patefaciunt. Auguſtinus hac de re adducitur 2. quæſt. 1. cap. Si peccaverit, ubi ait, fratrem, cujus peccati privatim conſcius es, clam arguito: nam ſi coram hominibus id feceris, jam non eris peccati corrector ſed proditor. Item, qui alium circunvenit, & in diſcrimen adducit, is eum prodit. Vnde Hieronymus, ut habetur in 24. quæſt. 3. cap. Transferunt: id maximè falſis prophetis, malis paſtorib. ait congruere: qui pravis doctrinis & exemplis oves Chriſti ſuæ fidei com- D miſſas perdunt, quas tueri debuerant: Iis annumerantur, qui hoſtibus munitiones & arces tradunt: qua de re 22. quæſt. 5. capite De forma 5. prolixe ſcribitur. Illi etiam proditores habentur, qui arcana ſibi commiſſa publicant & patefaciunt, quę præſertim magni momenti ſunt, & fratrum vitam, exiſtimationem aut fortunas lædunt. Notatúrque hoc genus, de Pœnitentia, diſtinct. 6. cap. Sacerdotes. Chryſoſtomus poſtremò ſuper Matthæum Homilia 25. ut adducitur in Decretis undecimo, quæſt. 3. capite, Nolite timere. E Illi non ſolùm dicuntur veritatem prodere, qui ejus loco mendacium dicunt, ſed etiam illi qui eam minus liberè profitentur. Plures itaque numerantur proditionis modi ſeu ſpecies. At de iis omnibus in præſentia non eſt dicendum, ſed ea tantùm attingam, quæ ad noſtrum inſtitutum fecerint. Cęterum id eſſe addendum cenſeo, nonnullos exiſtimare, Proditionem ac Explorationem à ſe invicem non multum diſtare, ſed fieri quandoque poſſe, ut idem ſit & proditor & explorator. Nam ſi quiſpiam civis ab ho- F ſtibus pecunia corrumpatur, is & proditor eſt patrię, & domeſticum interim exploratorem agit. Verùm hoc videtur minus prudenter dictum, quia rerum iſtarum natura, ut ex earum definitionibus liquet, permultum diſtat, licet in eodem homine quandoque inhęreant, ita ut idem proditor ſit & explorator. Quemadmodum Muſica & Grammatica diſtant à ſe invicem plurimum, cùm tamen ſæpe contingat, ut idem ſit Grammaticus & Muſicus. Id tamen, cujus antea mentionem feci, diſcrimen plerunque ſerva- G tur, licet non ſemper, ut exploratio ab hoſtibus, proditio à conjunctis, quibus ut amicis confidimus, proficiſcatur.

Quid ſit proditio?

Mat. 18. 15.

Genera proditionū multa.

Idem interdū eſt proditor & explorator.

29 De proditione verò, An unquam liceat, ut apertius cognoſcere poſſimus, puto ea verba eſſe in memoriam revocanda, quæ Auguſtinus adverſus literas Petiliani lib. 2. cap. 10. habet. Non oportet querelas eorum qui patiuntur, audire, ſed animum eorū qui faciūt quærere. Hęc adverſus Donatiſtas vir Dei ſcripſit, qui noſtros accuſabant, ceu proditores ac H perſequutores. Eis autem reſpondet, Paulum quoq; Satanę aliquos tradidiſſe, quorum ſalus ei videbatur commiſſa: qui tamen bono animo id faciebat, nempe ut diſcerent non blaſphemare, utque ſpiritus eorum in die Domini ſalvus fieret, neque proditionis neque traditionis accuſari potuit: quia, ut verbis jam allatis dicitur, non eorum qui patiūtur querelæ ſunt audiendæ, ſed animum eorum qui faciunt oportet quęrere. Quando itaque bellū vel controverſia inter aliquos inciderit, quorum altera pars juſtam bonámque cauſam habere cognoſcatur, ſi altera quę tuetur I deteriorē & propterea injuſtè agit, ad bonas æquáſq; conditiones adduci ſe nullo modo patiatur: profectò

An unquam proditio liceat.

1. Tim. 1. 20.

Quæ proditio ſit bona.

boni viri qui fortaſſis in ea parte reperiuntur, ea ratione qua poſſunt juſtitiam promovere, juvare, atq; tueri debent, ac ſi oporteat ab injuſtis ad juſtos deficere. Nec eorum proditio ceu mala jure poteſt damnari, quamlibet iis qui perverſè agunt, amici & admodum conjuncti prius fuerint. Nunc verò de cauſa Iſraelitarũ erga Chananæos nonnulla dicenda ſunt.

Qualis fuerit cauſa Iſraelitarum contra Chananæos.

Ea poteſt à nobis dupliciter cogitari, nimirũ aut jure communi, ſeu naturæ ac ordinario, aut ex fide ſeu verbo Dei. Quo ad naturale ſeu commune jus, tradit Epiphanius, Palæſtinam revera pertinuiſſe ad Semei filios, unde ibi Melchiſedec regnavit, qui vel Sem, vel ex filiis ejus fuit. At Chananæi, qui ex Chamo ſunt orti, tranſgreſſi fines Aphricæ ac Ægypti ſibi deſtinatos, ex Palæſtina Semi filios ejecerunt. Idcirco Hebræi, qui Semi poſteritas erat, cùm ſedes paternas repeterent, juſta & æqua facere videbantur. Quamobrem, ut inquit, Deus una eadémque opera, & Iſraelitis avitas regiones reſtituebat, & Chananæos ob ſua ſcelera malè mulctabat. Cæterùm Epiphanio haud facilè aſſentior, ſiquidem præſcriptio longiſſimi temporis erat elapſa: interceſſerant enim anni minimum 500. Proinde non videbatur poſſe dici, Chananæos eam terram injuſtè poſſidere. Si hodie hac ratione ageretur, nemo quodammodo legitimus Princeps & juſtus poſſeſſor haberetur: cùm eorum majores ante multos annos, & provincias illas & regna vi occuparint, inde prioribus & regibus & incolis expulſis. Quare humano jure, Iſraelitæ nõ videbantur juſtas habere cauſas, ob quas Palæſtinã, tanquam ſuam repeterent, nec hujuſcemodi rationem unquam attulerunt: & nihilominus bonum jus ad eam habuerunt, cùm Deus tam verbis quàm admirandis operibus, ut Hebræi regiones illas obtinerent, ſe velle teſtaretur: cujus, ut David rectè cecinit, & terra eſt & plenitudo ejus. Nec poterant Chananæi de judicio divino conqueri, cùm de ſuo jure, propter varia & multiplicia ſcelera excidiſſent. Quocirca nulli potuerunt in iſta cauſa juſtè à Chananæis ſtare, modo vellent adhærere vero Deo, ac ejus verbis credere. Vnde ille Luzita, qui ſuos cives prodidit, aut fide agebatur, quemadmodum Rahab in Iericho, aut humana pactione. Cuſtodes quippe ſeu Exploratores illi dixerunt, Faciemus tecum miſericordiam. Si timore perculſus eſt, qui poſſit, ut aiunt, in virum conſtantem cadere (nam erat quodammodo captivus, & in manus hoſtium pervenerat) tum humano pacto adductus eſt, ac turpiter ſanè fecit: nõ enim turpia pacta contra patriam inire licet. Neque ob timorem excuſari poteſt, quia contra juſtitiam & conſcientiam non eſt quicquam agendum, quamvis timor qualiſcunque incutiatur. Verùm ſi fide incitatus eſt, viditque ſuos cives obſtinatè adverſari Dei ſermoni atque operibus, rectè fecit, nec ejus proditio, vel improbari vel damnari poteſt. Nulla quippe jura, nulla vota, nulla pacta vel nexus, quamlibet arcti, aſtringere quenquam poſſunt, ut pugnet aut reſiſtat verbo Dei, quod ut fiat & compleatur, omnibus enixè laborandum eſt. Stat enim ſtabitque perpetuò illa ſententia: Magis Deo quàm hominib. eſſe parendum. Nec poteſt quiſquam, ut Chriſtus ait, duobus dominis, præſertim ſi pugnantia jubeant, inſervire.

Pſal 24.1.
Iud.1.25.
Ioſ.2.4.
Non licet cõtra patriam turpia pacta inire.
Ex timore nõ eſt agendum contra juſtitiam.
Act.4.19.
Matth.6.24.

30 Adhæc Magiſtratus ad vitia extirpanda juvãdus eſt, cui proculdubio licet interdum ſubmittere homines, qui facinora deprehendant & indicẽt, quò puniantur: & ut juſſit Deus malum è medio tollatur. Quin ei etiã licet conjuratis offerre præmia, ut conſpirationem detegant, quod citra controverſiam ad proditionem pertinet. Nunquam tamen eſt aut ſimulanda hæreſis, aut laudanda, vel aliquod ſcelus committendum, quo licita proditio ſucceſſum habeat: unde Auguſtinus in libro Retractationum poſteriori, teſtatur, ſe librum de Mendacio ea potiſſimùm de cauſa ſcripſiſſe, quòd nonnulli, ut Priſcillianiſtas detegerent, ſe aſſimularent ſectatores ejuſdem hæreſeos eſſe, quandoquidẽ ipſi Priſcillianiſtæ cùm deferrentur, magna contentione affirmabant, ſe à talibus dogmatibus alienos. Attamen poſtea ſeſe iis prodebant, quibus eorum ſimulatione decepti, putabant rectè fidendum. At Auguſtinus in eo libro de Mendacio, docet ex ea Catholicorum ſimulatione, permulta & mala & pericula evenire. Nam ibi Priſcillianum commendabant, ejus librum, qui Libra inſcribebatur, efferebant injuſtis laudibus, hæreſin approbabant, multa pronũciando, quæ citra blaſphemiam dici non poterant. Deinde quod agebant, periculoſum erat: quoniam ſi hoc pacto ſimulantes, alicujus authoritatis ac exiſtimationis fuiſſent eorum commendatione, hæretici poterant in ſua ſententia confirmari, & ij præſertim cum quibus ita diſſimulabant. Nam fortaſſe ij Priſcillianiſtæ prius erant, quãvis non multum firmi atque conſtantes: qui poſtea ſuam hæreſin laudari à viro gravi audientes, in ſuo errore magis ac magis hærebant. Præterea ita ſimulãdo ac verſando cum Priſcillianiſtis, periculũ ſimulanti facilè creabatur, ut ne ipſe tandem ex Catholico Priſcillianiſta evaderet. Et denique ipſi hæretici, ex noſtrorũ diſſimulatione, facilè ſtatuere poterant: eùm ſua celarent, diſſimularent, & negarent ſe rectè facere. Quòd verò in cauſa juſta & extra commemorata pericula, interdum proditio liceat, non tantùm allatæ rationes demonſtrant, ſed per multa exempla in divinis literis paſſim obvia comprobant. Gabaonitæ cæteros Chananæos prodiderunt, cùm ab ipſis ad Hebræos deficerent. Rahab item, ſuam Rempublicam ſeu Regem prodidit, recipiendo, occultando, & dimittendo capitales ejus hoſtes: quæ tamen in Epiſtola ad Hebræos fide iſta feciſſe dicitur. Iahel quoque uxor Aber Kenæi, Siſaram prodidit: nam eũ ad ſe invitatum, & bene celatum, aſtu mirabili peremit, ut ſuo loco in illa hiſtoria Iudicũ narratur. Quin & Ionathanus Saulis filius, voluntatem & conſilia patris, ut ſcribitur in priori libro Samuelis Davidi prodidit. Adhæc Huſai Arachites Abſalomum filiũ Davidis prodidit, cùm oppugnato Achitophelis cõſilio, ſuum longè deterius obtruſit, & Davidi omnia indicavit. Poſſem alia multa exempla inducere, ſed iſta prudenti Lectori ſatis eſſe judico.

Licet Magiſtratui ſubmittere delatores.
Deut.18.5.
Licet conjuratis offerre præmia, ut conſpirationẽ detegant.
De Priſcillianiſtis.
Gabaonitæ. Ioſ.9.3.
Ioſ.2.4. Rahab.
Heb.11.31.
Iud.4.18. Iahel.
Ionathanus. 1.Sam.20.18.
2.Sam.16.22.
Huſai Arachites.

CAPUT XVII.

Servandine an occidendi captivi.

AN verò captivi occidendi ſint, an ſervandi, non una ſententia poteſt definiri. Nã interdum reprehenſi ſunt qui ſervarunt, alibi verò quidam revocantur à cęde. Improbat Deus Babyloniorum crudelitatem in Iſraelitas. Achabus porro, quod pepercerit Benhadado, audivit à Propheta: Erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. Saul etiam excidit regno, quod Regi Amalechitarũ pepercit. Eſt itaq. nonnunquã parcendũ, aliquando vero ſunt occidendi. Quod in uno ac eodẽ Elia, facilè cognoſci poteſt: qui priorib. duobus quinquagenariis igne de cœlo elicito interfectis, tertium ſervavit: Quod pro diverſa illorum affectione contigiſſe minime dubitatur. Duo quippe quinquagenarij priores, impij omnino erant, contemptores verbi Dei & Prophetarũ: alter vero precib. ac demiſſa oratione, qua ſe prophetę approbabat, aliquid pietatis & fidei in animo ſuo inhęrere declaravit. Baalitis etiã nõ judicavit parcendum, quod eſſent profligatę impietatis, nec publicè victi manus darent, imò parati & pręſto ſemper eſſent ad turpiſſimam idololatriã tuendam & amplificandam. Quamobrem, opus eſt peccata expendere: non enim alia de cauſa hoſtes aliqui nobis fiunt, niſi quòd peccaverint, & ſint coercendi. Inter alia verò quę culpam elevant vel aggravant, ſunt ſcientia & ignorantia. Atque ignoratione, culpam non parũ elevari, certum eſt: quia cùm impediat voluntatem, illi qui ſic peccant, non videntur peccaſſe volentes, verùm potius inviti. Sed ſciendum eſt, illam duplicem eſſe: Quędam facti dicitur, quædam juris. Quæ facti eſt, rationem peccati omnino tollit. Vt ſi quis volens feram occidere, ſuum patrem interemerit inter arbuſta & vepres latitantem, ubi aliàs verſari non conſueverat. Ignorantia verò juris, non excuſat in univerſum. Nam quiſque aſtringitur, ut leges norit, præſertim communes & naturę: & Dei fideles, præcipua capita ſacrarum Legum tenere oportet. Attamen ſi conferantur ſimul, peccans ex hac ignoratione, & ille qui ea committit quę novit pugnare cum recto & legibus, graviori ſupplicio dignus eſt hic: unde Chriſtus ait, Servus ſciens voluntatem domini ſui & non faciens, vapulabit duplo. Nec etiam parum intereſt, ſi quis ultro & pro-

In 2. Reg.6.22. Heliſæus non patitur Syros trucidari.
Zach.1.15.
1.Reg.20.42.
1.Sam.15.23.
2.Reg.19.&15.
1.Reg.18.40.
Quibus rebus culpa vel aggravetur vel minuatur.
Luc.12.47.

Digitized by Google

& propria malitia ruat in gravia ſcelera, & alter non ſponte, ſed ab alio incitetur: eóque præſertim, qui in illum habeat imperium: Vt milites ij de quibus libro Regum agitur. Rex quippe Syriæ, illos miſit ad virũ Dei capiendum: deinde Samariam profecti ſunt, non ſua voluntate, verùm Dei manu quodammodo adducti. Non enim ſuo exilio ad urbem populoſam, & cui non poſſent reſiſtere, ſe contulerunt. Quo etiam accidit, illos eò perveniſſe abſque maleficio. Non enim vaſtarunt agros, non arces, non oppida, ſed Prophetam rectà ſunt comitati.

2. Reg. 6. 14.

Quæ gentes à Deo proſcriptæ.
Deut. 7.
Iud. 1. & 2.
Ioſ. 9. 3.

2. Sciendum eſt etiam, ex nationibus, quaſdam fuiſſe à Deo proſcriptas, alias minimè. Chananæos ita Deus proſcripſit, ut eos voluerit à Iudæis omnino perdi. Quare parcendo eis, cùm illos redigebant ſub tributum, Deum graviſſimè offenderunt, ut liber Iudicum apertiſſimè teſtatur. Quod verò ignotum ſit Gabaonitis, id peculiari quodam eventu cõtigit. Fraus interceſſit, deinde juramentum: quo etſi Iudæi revera non aſtringebantur, attamen propter nominis divini reverentiam, Deus voluit nonnihil valere. Quod idcirco ſubjicio, quoniam utcunque morte ſunt mulctati. Nam Hebræi fecerunt illos ſervos, adegerúntque eos ad ligna cædenda, & ad aquã hauriendam: Servi autem pleriſque in rebus, ut docent Romanæ leges, pro mortuis habentur. De nationibus vero non proſcriptis, variam rationem animadvertimus; nimirum pro gravitate ſcelerum. David etiam Ammonitas ob ingratitudinem & ignominiam ſuis legatis illatam, ſeveriſſimè accepit: Nam capta urbe, cives juſſit ſerris, raſtris, & ſecurib. occidi, nec non comburi in calcariis, ubi & lateres & calx coquebantur. E diverſo autem, Syros, quos bello ſuperavit, redegit ſub tributum. Adhæc ex hoſtibus aliquos pœnitet, ſéque dedere volunt, & de illatis injuriis pollicentur ſe velle ſatisfacere: Et ſanè iis clementer parcendum eſt. Alij verò ſunt, qui obſirmatiſſimo animo reſiſtunt, & armis perperam facta parati ſunt defendere, in hos ſeverius ſtatuendũ eſt. Ita Iſraelitæ in Binjamitas ſe geſſerunt, cùm illam tribum ferè ad internecionem extinxerunt. Simili quoque exemplo, ſub Veſpaſiano & Tito adducta eſt ea gens in interitum, quòd Romanis paratis ignoſcere obſeſſis, pertinaciter admodum reſtiterint. Hæc duo Poëta expreſſit cùm propriam notam populi Romani, hanc eſſe dixit,

Quid de gentibus non proſcriptis ſtatuendum.
2. Reg. 10.
Ibid. 19.

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

3. Parcitur deinde hoſtibus, quando ſpes aliqua ſit pacis, ut ſcilicet firmior evadat, & magis animi coaleſcant: quando etiam captivi clementer habiti, remittuntur in patriam. Servantur etiam hoſtes, cùm utrinque ſperatur captiuorum commutatio: nempe ut utraque pars recipiat ſuos. At contra interimuntur capti, ut hoſtib. terror incutiatur, ne putent mitẽ fore conditionem, vel ſortem, ſi citra deditionem in manus adverſariorum inciderent. Siquidem nimia lenitas, ſit ſæpe magna incitatio ad peccandum. Nec rarò perimuntur captivi ob ultionem: nempè quòd adverſarij captivos quos ceperant, crudeliſſimè interfecerint. Videntur itẽ juſtè interfici illi, quibus ignotum eſt ſæpius, & nihilominus ad ingenium, hoc eſt, ad priſtina maleficia redierunt. Diſſimulaverat aliquoties populus Rom. Iugurthæ perfidiam, quæ poſtea crebrius iterata, juſtum ſupplicium luit. Illis quoque non parcitur, quos certis conjecturis, victores ſuſpicantur denuò eſſe nocituros. Et ſanè huc Syllæ ac Marij ſæviſſimę proſcriptiones referri debẽt. Etenim alter horum, cùm intelligeret populares non eſſe quieturos, eos proſcripſit: Marius è diverſo, animadverſo nobilium odio internecino in plebem, nobilitatem proſcripſit. Curabat porrò uterque, tutã reddere potentiam ſuarum partium. Facilè verò illis contrà ignoſcitur, à quibus jam victis, nihil incõmodi ulterius timetur. Hoc pacto Aurelianus, cùm Zenobiam, quæ imperium invaſerat in Syria viciſſet, & de illa Romæ de more triumphaſſet: non ſolùm ei vitam condonavit, ſed ut viveret in urbe commodè ac honeſtè permiſit. Et qui his de cauſis hactenus commemoratis in victos clementia utuntur, jure ac merito fortè laudari merentur. At alij ſunt, qui non animi virtute, ſed avaritiâ potius inducuntur ad ignoſcendum captivis: nempe ut precium redemtio-

Zenobia.

A nis quàm maximum ab illis extorqueant. Et plerunque ij neque honeſti, nec Reipublicæ ullam rationem habent. Reperiuntur & qui multitudini hoſtiũ parcunt, & ſolùm capita mali & ſcelerum Principes morte afficiunt, ut exemplo ſint cæteris, ne audeant conſimilia. Fuit etiam olim apud Perſas lex, ut cùm quis convictus eſſet ſceleris capitalis, non ſtatim damnaretur, ſed exploraretur tota ejus vita diligenti examine, quò, ſi deprehenderentur egregia facta numero & magnitudine vincere mala opera, illum ab-
B ſolvebant. Sin verò è diverſo peccata & ſcelera ſuperaſſent, ipſum tum demum damnabant, & extremo ſupplicio afficiebant. Ita videtur Salomon ſe geſſiſſe: 1. Reg. 2. 26.
Cùm enim Abiatharus ſacerdos crimen læſæ majeſtatis incurriſſet: dixit ei, Filius mortis es: attamen quia parenti meo Davidi temporibus ejus adfuiſti, & unà cum eo periclitatus es, & laboraſti, idcirco te hodie non interficiam. Abi ergo ad agros tuos paternos in Anathoth. Hoc jus victorum in hoſtes adeò latum, juſti boníque Imperatores contrahere ſolent
C intra certos fines. Etenim expugnatis civitatibus, quando ſunt diripiendæ, ſolent edicto proponere, quibus mandant, ut liberis corporibus vis non afferatur. Statuunt etiam nonnunquam, ut ſalvi ſint ac inviolati quotquot ad templa confugiunt: Vt fecit Alaricus rex Vandalorum, cùm urbem Rom. occupaſſet. Et ſanè in victoria, ſi victis nulla ſpes eſſet veniæ, res prorſus eſſet inhumana. Decet itaque Imperatorem, niſi cauſæ jam allatæ vel conſimiles eum impedierint, animo eſſe leni, magiſque propenſo ad
D eos quos vicerit conſervandos, quàm perdendos.

Ius victorum in victos latè patet.

4 Nec dubium eſt, complures inveniri heroicos viros, quos licet victoria plurimùm delectet, à crudelitate nihilominus vehementer abhorreant. Æneas, qui dictus eſt pius, ut decimo Æneidos habetur, indoluit, quod Lauſum Mezentij filium interemiſſet. Et Marcellus Syracuſanis à ſe devictis, qui obſtinatiſſimè reſtiterant, cùm urbem videret incenſam corruere, collachrymatus eſt: Ita enim doluit ruina urbis inimiciſſimæ. Quiddam etiam hujus generis de Sci-
E pione refertur, in everſione Carthaginis. Quin & veteres ita ſibi temperabant à ſanguine hoſtium fundendo, ut victos ſub jugum mitterent. Quemadmodum ad Furcas Caudinas factum legimus. At quandoque Principes, aliqui acti præcipiti, non minus quàm vehementi ſtomacho & iracundia, re non benè perpenſa, in hoſtes adeò ſævierunt, ut curarint promiſcuè necari tam ſontes, quàm inſontes. Quod Magno Theodoſio contigit, cùm ira vehementer inflammatus eſſet adverſus Theſſalonicenſes, quod
F ejus peccatum ſeveriſſimè caſtigavit Ambroſius. Ad clementiam provocabuntur, ſi non obliviſcantur ſe quoque homines eſſe, & quæ victis contigerunt, poſſe aliquando ſibi evenire. In quam cogitationem Cyrus venit, qui captum à ſe Crœſum ignibus addixerat. Ille verò mox cremandus, cœpit clamare, ô Solon, Solon: quòd ille ſibi jactanti ſuas opes & felicitatem, reſponderit, ante obitum neminem poſſe dici felicem. Cyrus hac ſententia motus, non modò liberavit hominem à ſupplicio, ſed illum apud ſe in ho-
G nore habuit, ac ejus conſiliis non rarò eſt uſus. Iuſtinianus item, cùm per Beliſarium viciſſet Gilimerem Regem Vandalorum, poſt triumphum de illo actũ, Eccl. 1. 2.
rogatus ut de ipſo ſtatueret, exclamavit; Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: nec interfecit hominem, ſed eum longè ablegavit in Gallias. Iulius quoque Cæſar victoriam adeptus propenſiſſimo fuit animo ad condonandum victis. Qua de cauſa mirum in modum à Cicerone collaudatur. Id etiam permultum Principes ad miſericordiam impellere debet, quod
H inter ſuos titulos illum in primis amplectuntur, ut vocentur clementiſſimi. Cùm itaque hoc titulo gaudeant, etiam ſe tales reipſa declarent, decet. Porrò cùm bella quæ inter Chriſtianos geruntur, cùm ſint ejuſdem religionis, etiamſi juſta fuerint, plus quàm civilia ſint: noſtri magiſtratus (niſi obſtiterint juſtæ occaſiones quæ præter jam allatas multæ conſimiles poſſunt colligi) eò animos debent habere propenſiores ad miſericordiam victis impetrandam. Et hac
I de re hactenus.

De rebus quæ capiuntur iure belli.

5 Poſſe fieri, ut aliquid jure belli vindicetur, hu-

Digitized by Google

In Iudic.11.a

manis legibus confirmari poteſt & divinis. Sed exordiar ab humanis. In ff. de Captivis & Poſtliminio reverſis l. Poſtliminium: Quæ in bello amiſimus, vel circa bellum, ea ſi poſt recuperabimus, obtinebimus poſtliminio. Nam dum non recuperantur, ab hoſtibus poſſidentur. Hoc autem jus eſt erga eos, qui declarati ſunt hoſtes: Illi autem hoſtes declarati ſunt, quibus populus Romanus publicè bellum indixit, aut qui populo Romano bellum indixerunt, ut habetur in eodem tit. l. Hoſtes. Nam piratæ aut prædones, non poſſunt hoc pacto dominium acquirere, aut quippiam armorum jure poſſidere. Oportet enim bellum geri, ut aliquid jure belli acquiratur. Et in ff. de Acquirendo rerum dominio, l. Naturale. §. ultimo. Et quæ ab hoſtibus capiuntur, jure gentium, ſtatim fiunt capientium. Atque ita humanæ leges in hac re ſatis ſunt perſpicuæ. Ita etiam res in divinis legibus habet. Abraham, vt conſtat libro Geneſeos capite decimo quarto, bellum contra quinque Reges geſſit, qui Lothum captivum abduxerant. Confecto bello, præda illorum, in poteſtatem & dominium Abrahami tranſiit: quod facilè probari poteſt, quoniam ex illa præda, Melchiſedecho decimas dedit. Non autem licuiſſet decimas de alieno dare: ſua igitur erant, de quibus dedit. Quocirca prædam illam, in ejus dominium deveniſſe credendum eſt: Nam quod eam donaverit Regi Sodomæ, fuit mera liberalitas: non enim lege cogebatur. Poſſem commemorare quæ Iehoſuah, quæ Othoniel, quæ David, quæ Solomon, quæque alij complures jure belli poſſederint: Nam cùm ij principes viciſſent, erepta hoſtibus venerunt in eorum poteſtatem. Sed nõ ſatis eſt geri bellum, ut aliquid ejus jure vindicetur, ſed juſtum eſſe oportet: quia niſi juſtum ſit, non bellum eſt, ſed latrocinium & deprædatio.

Gen.14.14.

Bellum opus eſſe juſtum ut dominium acquiratur.

Vnde internoſcatur bellum juſtum ab injuſto?

6 Quomodo autem ſcire poſſumus juſtum eſſe bellum? Auguſtinus ut adducitur vigeſima tertia quæſtione, ſecundo capite, Notandum, ſcribit, bellum inter Sihonem & Iſraelitas, fuiſſe juſtum. Illi enim petebant tranſitum innoxium per regnum ejus, qui ex humana ſocietate negandus non erat, præſertim cùm illi fidem interpoſuiſſent, nemini ſe fore moleſtos. Hanc Auguſtini ſententiam, gloſſator conatur defendere, idque legibus civilibus. In ff. de Aqua pluvia coercẽda l. In ſumma. §. Item Varus. permittitur aliquid in alieno agro, modò id fiat ſine poſſeſſoris nocumento. Et in C. de Servitutibus, l. Per agrum, Maximianus & Diocletianus ita decernunt, Vt via publica utaris, nemo poteſt prohibere. At hoc tãtùm Iſraelitæ petebant: ergo repulſi, juſtè bellum ſuſceperunt. Hæc gloſſator, cujus ratio mihi nõ multum ſatisfacit. Nam quod Auguſtinus dicit de privatis hominibus, facilè admitteretur, & illa quæ afferuntur e jure civili, de privatis ita ſcripta videntur. Sed ſi quis velit exercitum per alienam regionem traducere, etſi fidem faciat, ſe non fore moleſtum: attamen an ei ſtatim aperienda ſit via, & fides habenda, incertum eſt. Promittunt, inquies, exercitum fore innoxium, At ſi promiſſis obſtiterint, terra erit in illorum poteſtate. Certè Iulius Cæſar, Helvetiis tranſitum per provinciam concedere noluit, quamvis pollicerentur ſe abſque injuria & maleficio iter facturos. Ego verò dixerim, juſtum fuiſſe bellum, quod Iſraelitæ geſſerunt cum Sihone: ſed nõ ea cauſa quòd ille tranſitum negarit, ſed quòd egreſſus ſit è finibus ſuis cum exercitu, & Iſraelitis ultrò injuriam intulerit. Quilibet enim debet ſe ſuóſque contra vim defendere. Habet quidem aliquam ſpeciem, quod Auguſtinus dicit, non tamen firma eſt ejus ratio. Quî enim poterat Sihon certo ſcire Iſraelitas fore innoxios præſertim cùm tot numero eſſent? Erant enim 666000. militum armatorum, & inſtructorum ad pugnam. Potuiſſet fortaſſe illis præbere iter, idque tuto, ſi non omnes ſimul admiſiſſet, ſed per turmas. At cum prior jam adducta ratio ſatisfaciat, de Auguſtini cauſa non eſt multum laborandum.

An exercitui aperienda ſit via, ut tranſeat.

Quæ ſint cavenda in bellis juſtis.

7 Idem Auguſt. epiſt. 205. ad Bonifacium, In bello juſto, inquit, gerendo, multa cavenda ſunt. Non enim ſatis eſt bellum juſtum eſſe, niſi etiam bellum juſtè geratur. Quapropter monet ſuum Comitem: Cùm, inquit, induis arma, cogitato Dei donum eſſe robur illud, & ſtatue apud te, ne adverſus Deum eo munere abutatis: imò id age, ut pugnes pro ejus legibus ac nomine, ſerventur promiſſa vel hoſtibus, ſed multò magis amicis, pro quibus bellum geris. Quibus verbis eos milites perſtringit, qui ſunt in civitatibus graviores quàm ipſi hoſtes, quales noſtra ætate plures videmus quàm velimus, qui cùm ſint in hybernis, Deus bone, quomodo cives & ruſticos tractant? quàm turpia & infanda committunt? Addit etiam tertiam cautionem, Cogita tecum pugnam neceſſitatis eſſe: quare animo ſemper feraris ad pacem. Bellum gere, quod aliter non poſſis: ſed ſi pax coire poſſit, ne illam negligas. Bellum tantùm ſuſcipitur ad res emendandas. Quin & Apoſtoli quoſdam ſic afflixerunt, ut meliores evaderent. Paulus Corinthiis dixit, Tradite hujuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus fiat. Et ad Timotheum de Hymenæo & Alexandro, Tradidi ait illos Satanæ, ut diſcant non maledicere. Sic & Principes malos coërcere debent, ut meliores fiant. Auguſtinus item 19. de Civitate Dei, Bella quantumvis juſta, inquit, piis attamen hominibus, & moleſta & triſtia videntur: nam præter alia quæ refugit humanum ingenium, videbunt adverſariç partis iniquitatem, propter quam coguntur pugnare: nec de ea poterunt non dolere. In Epiſtola verò jam adducta, Ne ſævias, inquit, aut inſoleſcas in ſupplices, ſed miſericordia in victos impendatur. Quale eſt illud Vergilij:

1.Cor.5.5.

1.Tim.1.20.

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

8 Monet inſuper eundem comitem, ut à vitiis caveatur, quæ comitati ſolent caſtra, videlicet à libidine, à rapinis, & ab ebrietate. Turpiſſimum enim eſt ea cauſa bellum gerere, ut aliorum vitia emendes: cùm ipſe interim multò gravius labores, & affectibus & morbis, præ illis qui victi ſunt, longè magis ſuccũbas. In bello finem enim minimè reprehendimus, ſed cupiditatem nocendi, crudelitatem ultionis, feritatem rebellandi, libidinem dominandi. Hæc damnantur, inquit: Nam qui citra iſta vitia bella gerunt juſta, Dei ac legum miniſtri ſunt. Idem Pater contra Fauſtum Manichæum: Servandus eſt, inquit, hic ordo, ut bellum vel à Deo, vel à Principibus indicatur, ad frangendam humanam ſuperbiam & contumaces domandos. Adhæc militibus perſuaſum eſſe debet, bellum juſtè geri, neque contra verbum Dei ſuſceptum eſſe: alioqui ne militẽt. Nec eò iſta dico, quod velim milites conſilia Principum intelligere, ſed ne ſe patiantur cogi, prudentes & ſcientes, veras & juſtas cauſas oppugnare. Fieri tamen poteſt, inquit Auguſtinus, ut Princeps ipſe, contra conſcientiam ſuam bellum gerat, & milites tamen nihil peccent, dum ordinariæ poteſtati obtemperant. Populum enim obtemperare oportet ſuo Principi: Id verò dum faciunt, poteſt illis dubium eſſe, an à Principe ſuo, cõtra mandatum Dei pugnetur. Excuſantur autem dũ in cauſa dubia Principi ſuo parent: ſuo, non inquam, alieno. Vnde milites conductitij ferri non poſſunt, qui nulla cauſæ habita ratione, pecuniæ ac mercedis cauſa, Principibus alienis inſerviũt. Sic ergo Iiphtáh ratiocinatus eſt. Nos accepimus hanc terram jure belli, ergo tu eam à nobis injuſtè repetis.

Contra milites mercenarios.

Iud.11.11.

9 Addit poſtea, Deus noſter illam nobis donavit, qui omnium rerum humanarum Dominus eſt, & diſtributor. Ducit argumentum à donatione Dei. Quod autem Deus poſſit regna dare ac diſtribuere, ſcriptores etiam Ethnici viderunt. Eóque apud Vergil. Æneas toties jactat, ſe Dei juſſu in Italiam proficiſci: & ea cauſa noluit vel Carthagini, vel in Sicilia manere, cùm vtrobique regno potiri potuiſſet. Auguſt. de Civit. Dei, lib. 5. cap. 21. De regnis, inquit, & provinciis, certum eſt Deum ea diſtribuere, & quando, & quantum, & quibus voluerit: judiciis quidem occultis, ſed non injuſtis. In lib. Gen. Deus promiſit Abrahamo & poſteris ejus, terram Chanaan, ſed promiſit poſt quadringentos annos: Nunc, inquit, non dabo, nondum enim Chananæi peccata ſua impleverunt. Non ejiciam eos modò, ſed expectabo donec illorum iniquitas ad ſummum perveniat, poſtea vos introducam. Deut. quoque 2 cap. ſcribitur 1 In monte Seir habitaſſe Horæos, viros bellicoſos & robuſtiſſimos, quos Deus ait ex illis montibus expulſos à ſe, ut filij Eſau eam terram occuparent. Et in eodem capite, ſe teſtatur populum Emim ejeciſſe, & eorum

Deus eſt regnorum diſtributor.

Gen.15 13.

Deut.2.12.

Ibid.10.

Digitized by Google

eorum regna dediſſe Ammonitis, & Zanzumim è A ſuis locis expuliſſe, ac Moabitas ibi collocaſſe.

10 Quod ſi dixeris, à Deo peculiariter id eſſe factum erga iſtas nationes, quòd Edomæi ab Eſau originem ducerent, Ammonitæ & Moabitæ à Lotho, qui Abrahamo cognatus fuerat, & ſimul cum eo difficillimas profectiones obierat: Reſpondeo, in eodem loco de aliis nationibus idem dici, quę non ſunt ex Abrahamo derivatæ. Hevæos priores incolas, Cappadoces expulerunt: qui egreſſi de Cappadocia, B deleverunt eos, & loco eorum habitarunt illas regiones. Et Deuteronom. 32. ſcribitur, Cum Deus ſorte dividebat gentes, & populum juxta numerum filiorum Iſrael: Quod ſorte id factum dicatur, id totum ad noſtram intelligentiam referendum eſt, qui rerum cauſas non videmus. Apud Deum autem, nihil fortuitò geritur. Deus diſtribuerat gentes juxta numerum filiorum Iſrael. Etenim Iſraelitæ nondũ creverant, cum Deus populos in illis poſuit regionibus, qui poſtremò venientibus Iſraelitis cederent. Nec C debemus offendi, ſi hac diſtributione, ſæpe fertiles ac opimæ terræ impiis contingant. Auguſtinus enim de Civitate Dei, libro quarto, capite 33. ait Dona temporaria, & juſtis & injuſtis evenire. Solem enim ſuum Deus lucere facit & bonis & malis, pluitque ſuper juſtos & injuſtos. Verùm ex hoc beneficio communi, pij ſoli hoc habent commodi, quòd intelligũt hæc non eſſe dona illa ſumma, quæ nos debemus expectare: quia iſta & bonis & malis communia ſunt. Et pij alia expectant præclariora, quæ bonis maliſ- D que communia non erunt. Quin & Daniel ait, Sit nomen Domini benedictum in ſecula: Ipſe enim eſt qui transfert regna, & expellit priores incolas, & inducit alios. Nec tantùm homines inducit in provincias, ſed etiam illis Angelos præficit, ut ibi legimus, principem Perſarum atque Græcorũ. Nec ſolum regionib. homines diſtinxit, ſed etiã linguis & moribus. Cogitandum præterea, nõ tantùm à principio factas iſtas mutationes, ſed etiam poſterioribus tẽpotibus. Nam Franci occuparunt Galliam, & Angli Saxones E Britanniam: Britanni verò ab illis ejecti, novas ſedes vi & armis in Gallia invenerunt, & eam partẽ quam obtinuerunt, Britanniam à ſeipſis appellarunt. Galli etiam egreſſi olim è finibus ſuis, magnam partem Italiæ occuparunt. Hunni ſubjecerunt ſibi Pannonas, & regionem dixerunt Hungariam. Ita Deus regna diſtribuit, alios ejicit, & alios inducit, ut juſto ejus judicio, quod occultum eſt, viſum fuerit: Terra quippe Domini eſt & plenitudo ejus. Diſtributio F hæc jam inde ab initio filiis Noe contigit, & poſtea illis qui turrem Babel ædificarunt: ipſos enim Deus per totum orbem ſparſit.

Ibid. 23.

Deute. 32. 8.

Quomodo regiones dicantur ſorte diſtributæ?

Math. 5. 45.

Dan. 2. 20.

Dan. 10. 13. & 20.

11 Nunc, quo pacto Deus regna donare ſoleat, exponam. Donat propria liberalitate, nullo jure cogente. Ea eſt vera donationis ratio, quæ non eſt alioqui donatio, niſi ſit libera: Nihil tamẽ impedit, quin Deus officiis atque obſequiis piorum hominum, ad donandum provocari poſſit. Dat quidem ſæpe multa hominibus piis, ſed tamen nullo jure cogente. Nemo enim unquam tam pius fuit, ut poſſit aliquid à G Deo ceu ſuum jure ſuo petere. Oportet ſiquidem officium facere, etiamſi Deus nihil ſit daturus. Eſt attamen donatio quædam remuneratoria, quæ tametſi libera eſt, & datur nullo jure cogente, nihilominus quia officiis quodammodo rependitur, habet ſpeciem mercedis. Ita Deus donat regem Babylonis apud Ezechielem. Quoniam inquit, laboravit in obſidione Tyri, dabo illi terram Ægypti. Sunt enim inter homines ἀντίδωρα, cum officium officio rependitur. Hæc quoque ſunt voluntaria, nec actione judi- H ciaria poſſunt repeti, & ob id referuntur in donationes. At nos nihil habemus quod poſſimus ei donare. Quare ſi quid illi tentamus offerre, ſua ei reddimus. Et idcirco ratio meriti nobis erga eum nulla congruit. Proinde liberaliter dat Deus, nullo jure cogente. Sed quæri poteſt, donationes hujuſmodi poſſint ne revocari? Quid ni poſſint? quando & hominum donationes nonnunquam revocantur: ut in C. habetur, de Revocatione donationum. Primùm quidem ſi annexas conditiones habeant, quæ præſtitæ I non fuerunt. Et ea ſanè ratione Deus filiis Iſrael terram Chanaan dedit, nimirum ut ſe colerent, non

Deus regna diſtribuit ex mera liberalitate.

Donatio remuneratoria.

Ezech. 29. 28. ἀντίδωρα.

Nihil habemus quod poſſimus Deo donare.

Donationes poſſunt revocari.

tantùm cæremoniis, ſed etiam probis moribus & ſanctitate. Hæc autem conditio, cum præſtita non eſſet, ſuam donationem jure Deus revocavit, & eos abduxit captivos, terramque Babyloniis, Aſſyriis, Aegyptiis ac Romanis dedit. Magna etiam ingratitudo donatarij, donationem infirmat: nam ſi adeò ſit ingratus, ut cõtumelia vel ignominia velit afficere donatorem, donatio revocatur. Ita Deus apud Ezechielem conqueritur, Ego te veſtivi pannis & indumentis verſicoloribus: tu hæc idolorum feciſti, & ea Baali dediſti: Quapropter ego veſtes meas eripiam, & indumenta mea verſicoloria, &c. Verùm dices, Abſque pœnitentia ſunt dona & vocatio Dei, ut ad Romanos habetur. Fateor: ſed mutatio in nobis eſt, non in Deo. Si enim grati permaneremus, & ſtaremus conditionibus, firma & rata eſſet donatio. Deinde Paulus, ea ſententia, de donis & vocatione loquebatur, quæ hominibus ex æterna Dei prædeſtinatione obtingunt, non de iis quę tantùm ad tẽpus dãtur.

Eze. 28. 10. &c.

Sine pœnitentia dona Dei. Ro. 11. 29.

12 David 1. Sam. 30. ſtatuit, ut præda ex æquo inter omnes dividatur: Iuſtum enim decrevit eſſe, ut qui manſiſſent ad ſarcinas, participes eſſent prædæ. Id autem multis de cauſis videtur eſſe juſtum. Primùm, quod de communi omnium conſilio manſiſſent: deinde, quod quamvis diſtarent locis, tamen non eſſent disjuncti ſocietate: adhæc quod cùm laſſi & defatigati ſubſtiterint, & alioqui in hoſtem ire voluiſſent, voluntas ea habenda fuerit pro facto: quódque ad commune periculum ſe contuliſſent. Nam ſi illi priores ceciddiſſent, iſti non potuiſſent diu eſſe incolumes. Quid quod ſi interea, dum David aberat cum ſuis, hoſtis aliquis iſtos ad ſarcinas oppugnaſſet, iſti non minori in diſcrimine futuri fuerant, quàm illi qui iverant in Amalechitas? Cùm Abraham armaſſet ſuos, ut quinque illos regulos perſequeretur, & Lothum liberaret, adjunxit ſibi Abner & Eſchol: Illi autem quantum licet ex hiſtoria colligere, non pugnarunt: Fortaſſe relinquebantur apud impedimenta. Tamen profligato hoſte, Abrahamus illis quoque dedit partem prædæ. Et in Num. cap. 31. cum pugna ſuſciperetur adverſus Madianitas, & ex ſingulis tribubus armata eſſent ſingula millia, reliqui autem manſiſſent in tabernaculis, confecta victoria, præda ita diſtributa eſt, ut prima pars cederet tabernaculo, altera pugnantibus, tertia illis, qui remanſerant in caſtris. Et in Levit. Sacerdotes, qui miniſtrabant in tabernaculo, etſi non omnes quotidie miniſtrabant, tamen omnes alebantur ex oblationibus. Sed bona inſtituta, ſæpe hominum ſocordia oblitterantur. Itaque piorum eſt principum curare, ut ea ſubinde revocentur. Ex malis moribus, inquit ille, bonæ leges natæ ſunt. Ita hic ex iſtorum malitioſa importunitate, bona inſtituta revocata ſunt.

In 1. Sam. 30. verſ. 21.

Quibus de cauſis juſtum eſt ſtatutum Davidis?

Gen. 14. 24.

Lev. 6. 29.

Lev. 22. 10.

13 Sed iſta quæſtio de diſtributione prædæ, paulò altius cogitanda eſt. Ambroſius in libro de Patriarcha Abrahamo, qui locus etiam citatur in Decretis, 23. quæſtione quinta, capite Dicat. ait, Milites rapere prædam, non ſibi, ſed Imperatori: quæ diſtribuenda ſit inter milites pro Imperatoris arbitrio. Imperator autem ipſe, debet retinere ſibi partem, quam appellant principalem: Nam alioqui vix videtur æquum, ut ſibi quiſque rapiat, quantum poteſt. Ita enim fieri poteſt, ut ealo, aut vilis lixa incideret in opimã prædam, & dux aliquis militaris, aut miles benè meritus, excluderetur. Hanc ergo David ſequutus eſt in dividenda præda humanam & æquabilem rationem: nec paſſus eſt, ſe illorum hominum importunitate & calumniis commoveri. Ita mihi illa videntur intelligenda in ff. de Acquirendo rerum dominio. l. Naturalem, §. ultimo: ubi ſcribitur, Ea quæ in bello capiuntur, fieri occupantium. Fiunt quidem, ſed pro judicio Imperatoris, non pro ſua cujuſque libidine. In diſtributione autem, proportio ſervanda eſt, non Arithmetica, ſed Geometrica. Id annotavit Iſidorus, qui citatur in Decretis diſtinct. 1. cap. 1. can. Ius militare. Ait enim, prædam dividendam eſſe pro ratione dignitatis, fortitudinis, & laboris cujuſque: & ſeorſim ſeponendam eſſe portionem princ. palem. Nam ea portio ex univerſa præda, quam milites comportaverant, deligebatur, & magno cum triumpho poſtea deferebatur in ærarium. Cui ergo, inquit, partitus eſt David prædam ex æquo inter omnes? Quidã

De præda dividenda.

Digitized by Google

A reſpondent; cum ita voluiſſe conſulere communi paci militum, & reſtinguere invidiam: Omnes enim reclamaſſent, ſe æquè eſſe fortes, æquè egregiam operam præſtitiſſe: ut difficile futurum fuerit judicium. Alii id factum putant, quòd illa victoria non humanis viribus, ſed Dei ſolius beneficio contigiſſet. Verùm id non ita videtur veriſimile: Etſi enim verum ſit, Deum ſolum dediſſe illam victoriam, tamen David legem illam tulit, non in illud ſolùm tempus, ſed in perpetuum. Non eſt autem credibile, B eum voluiſſe Geometricam proportionem abolere, aut ſi Deus dediſſet victoriam, idcirco juſtum ordinem voluiſſe excludere: Nam cum Deus juſſit, in illis etiam, quæ maximè ab eo data ſint, retinere. Nam in diſtribuendis eleemoſynis, voluit in primis rationem haberi domeſticorum noſtrorum & fidelium. Quare Davidi in diſtributione prædæ, proportio quædam ſervanda erat juſtitiæ. Etenim Dominus in Evangelio plus illi dedit, qui quinque talenta lucratus fuerat, quàm illi qui tantùm unum. Ego verò ſic C ſtatuo, Davidem non ex æquo diviſiſſe prædam, ſed habuiſſe rationem militum. Imò, inquies, duplex Caph indicat ſimilitudinis æqualitatem. Ita enim Eſaias ait, Qualis populus, talis ſacerdos. Et, Qualis populus meus, talis populus tuus: &c. Quales equites mei, tales equites tui. Eſt quidem æqualitas aliqua utrinque reciproca etiam hoc loco: & David tam hos, quàm illos participes fecit prædæ, idque etiam eodem modo: ita tamen, ut proportio haberetur, quid quiſque eſſet meritus, non tantum illorum qui pugnaverant in hoſtem, ſed etiam illorum D qui remanſerant ad ſarcinas. Mihi ergo hæc videtur eſſe ſententia: Davidem quidem dediſſe ex præda omnibus, ſed tamen rationem habuiſſe, quid quiſque eſſet meritus. Atque ita lex juſta erat, quæ alioqui videri potuiſſet injuſta.

Eſa.24 2.

Caput XVIII.

De ſingulari certamine ſive duello.

In 1.Sam.17. Duellum An duellum ſit licitum?

NUnc videndum eſt, an liceat decertare E ſingulari certamine. Vulgò appellant duellum, non quod id vox ea propriè ſignificet: Nam propriè, duellum ſignificat omne prælium, quod in eo duæ partes confligant. Ego tamen, quò hæc tractatio ſit dilucidior, μονομαχίαν appellabo duellum. David, inquiunt, duello dimicavit: ergo licet. Et Patres dum ſcriberent in eum locum, aliquid de ea re annotarunt. Canonica tamen jura id prorſus damnant. Et recentiores juriſperiti, cùm de eo agunt, F præfantur, rem quidem ipſam damnatam eſſe: quoniam tamen toleratur inter principes, idcirco ſe dare conſilia quemadmodum ea ſit utendum. Ut ſi diſceptaretur de arte meretricia, omnes ſtatim faterentur, rem eſſe flagitioſam & damnatam: Sed quoniam in multis Rebuſpublicis toleratur, ſe velle monere, qua moderatione ea ſit utendum. Multi dicunt licere duello certare: ut ſi ſententia capitalis feratur in innocentem, cum hac exceptione, niſi velit duello decernere. Idem putant licere, ſi lites civilium & criminalium rerum aliter finiri non poſſint. Aiunt G exempla extare Chriſtianorum principum, qui non ſolùm hoc permiſerint aliis, ſed etiam ipſi ita certarint. Addunt hoc genus certaminis, habere ſpeciem aliquam fortis. Cùm autem ſortes permittantur, quòd nos ſupra prolixè docuimus, hoc etiam eodem jure poſſe permitti. Poſtremò aiunt, hoc non minus licere quàm bellum: At bellum legitime poſſe geri: ergo etiam duellum. Antequam ad rem ipſam accedo, præfari oportet, magnum diſcrimen eſſe inter duellum & bellum. Nam in bello concurritur ma- H gnis, ſæpe etiam totis viribus. At hic totius rei diſceptatio, duobus tantùm permittitur: & quamvis Magis & Minus, ut aiunt, non mutent ſpeciem, tamen hîc ſunt magna diſcrimina. Deinde etiam conſiderandum eſt, magnam eſſe differentiam inter duellum, & defenſionem eam, qua dicunt vim vi licere repellere. Nam qui ita invaditur à graſſatore aut latrone, etſi ſit privatus, tamen ſatis armatur à Republica, tantùm ut ſe defendat, non autem ut occidat alterum: Nam qui eo loco eſt, non poteſt ſemper I in vocare fidem magiſtratus. Hic autem ex condicto convenitur, & uterque prorſus decretum habet alte-

Duellum à bello differt.

μονομαχεῖν, & vim vi repellere differunt.

rum occidere. Adhæc, iſta certamina ſuſcipiuntur, vel privato conſilio, vel permiſſu magiſtratus. Illud omnino damnatur: Scribitur enim: Non occides. At ſi id magiſtratus permitat, videtur in eo ſpecies aliqua eſſe juſtitiæ. Scire tamen debemus, parendum non eſſe magiſtratui, ſi aut imperet, aut permittat ea, quæ injuſta ſint & pugnent cum verbo Dei. Obtemperandum quidem eſt magiſtratui, ſed uſque ad aras. Cúmque hujuſmodi pugna ſit actio humana, id in ea obſervari debet, quod obſervatur in aliis actionibus, hoc eſt, in quem ea finem ſuſcipiatur. Finis autem actionis cujuſque, rationem habet aut juſtitiæ, aut injuſtitiæ, aut bonitatis, aut malitiæ. Sumemus ergo rationes primùm à verbo Dei: deinde à bonis legibus, poſtremò à fine. Nunc ad rem ipſam aggredior.

Duellum permiſſu magiſtratus, aut abſque ſuſcipitur. Exod.20.13.

2 Cauſæ finales propter quas quidam putant duellum eſſe permittendum, variæ ſunt & multiplices, apud authores multorum generum, & Iuriſperitos, & Canoniſtas, & Scholaſticos ſparſim propoſitæ. Primùm id licere aiunt, quod ſit loco probationis rei occultæ, ut liquere poſſit, aliquem habere jus, aut eſſe innocentem. Nam cùm non extent nec teſtes, nec tabulæ, extremum eſt, ut diſceptetur armis: Et à Iuriſperitis, hoc genus probationis vulgare appellatur. Ut in Decretalibus, de Purgatione vulgari: & ibidem de Clericis duello certantibus, & in decretis 2. quæſt. 5. capite Conſuluiſtis, & capite Monomachia. Dicitur autem vulgare, quòd ſit tantùm vulgarium hominum: vim autem non habeat, aut à jure, aut à legibus: Itaque fallax & incerta eſt ejuſmodi probatio. Non licet abuti creaturis Dei. At iſti abutuntur: id enim arripiunt ad teſtimonium, quod inſtitutum non fuit in illum uſum. Idque exitus ſæpe declarat. Iuſtior enim pars, non rarò vincitur. Is enim videtur eſſe ordo naturæ, ut vincat non innocentior, ſed fortior & peritior. Et in decretalibus de Purgatione vulgari cap. Significantibus, deſcribitur caſus: duos, quorum unus alterum accuſabat furti, inter ſe probationis cauſa pugnaſſe duello, & juſtiorem cecidiſſe. Nam furtum in ventum fuiſſe apud alium. Quod autem jus cujuſque ſit, probari poteſt, ſi conſulere velis ſacras literas: vel à teſtibus, ut cùm dicitur: In ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbum: vel ex tabulis, ut Hiere. 32. cùm affinis vellet redimere agros, conſcriptæ ſunt & obſignatæ tabulæ: vel publica confeſſione, itaque Ioſue juſſit hominem ſacrilegum, confiteri ſcelus ſuum publicè, & dare Deo gloriam vel jurejurando. Itaque in Exodo ſi quis alteri mutuo dediſſet veſtem, & ea poſtea fuiſſet ſublata, oportuit eum cui fuerat commodata, jurejurando confirmare ſe eam non ſuſtuliſſe. Et in ſexto capite ad Hebræos ſcribitur, Omnis controverſiæ finem eſſe juſjurandum. Duello autem dirimendas eſſe lites, nuſquam legitur in ſacris literis: Quare qui ita pugnant, non agunt ex fide, Quod autem non eſt ex fide peccatum eſt. Nec dubitari poteſt, hanc eſſe utriuſque voluntatem, ut alterum velit interficere. At alterutrum neceſſe eſt innocentem eſſe. Volunt ergo qui iſta defendunt, hominem innocentem interfici. Adhæc, quid hoc aliud eſt: quàm tentare Deum? Nam ſi res nullis veſtigiis poſſit deprehendi, & Deus eam ſibi ſoli reſervarit, intolerabilem oportet eſſe importunitatem, eam velle inveſtigare. Quòd ſi omnibus tentatis juſtis rationibus, magiſtratus nihil poſſit de facto intelligere, debet abſolvere reum, non eum fortuitæ dimicationi committere. Præterea magiſtratus, qui iſta fieri permittet, videtur quærere miraculum, quod olim in ferro candenti, & in aqua ferventi ſolebat fieri. Nam in Decretalibus, de Probatione vulgari, capite ultimo ſcribitur, morem fuiſſe in Livonia, ut ſi crimen juſtis argumentis probari non poſſet, & reus clamaret ſe eſſe innocentem, probationis ergo aut ferrum candens pedibus calcaret, aut in aquam ferventem manum immergeret. Imò in hunc ipſum uſum, vel potius in hunc abuſum, ſoliti ſunt aliquando adhibere Euchariſtiam, cum hac formula verborum: Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit tibi ad probationem. Videtur ea cacozelia quædam fuiſſe aquæ Zelotypiæ, quæ deſcribitur in quinto capite Numerorũ. Verum de hac profanatione & abuſu Euchariſtiæ, nullum ibi habuerunt verbum Dei. Neque enim in hunc finem

An duellum ſit juſta probatio rei occultæ.

Ius ſuum quomodo quis probare debeat? Deut.19.15. Ier.32.7. Ioſ.7.19. Exod.22.7. Heb 6.16.

Duello petitur mors innocentis. Rom.14 24.

Tentatur Deus.

Probationis mos in Livonia.

Abuſus Euchariſtiæ. Num.5.12.

inſtituta ſunt ſacramenta, ut ad dirimendas lites fo- A
renſes adhiberentur: Sunt enim teſtimonia cœleſtis doctrinæ & Evangelij, & obſignationes atque ſigilla promiſſionum divinarum. Quare non debebant ita temerè proſtitui ad finiendas civiles controverſias. Deinde, utcunque caveatur, ut paria ſint arma utrinque, & ut ne quis ſuccurrat alterutri, tamen caveri nō poteſt, quin alter altero ſit imbecillior. Iniquum autem eſt, ut imbecillior cum fortiore committatur. Itaque quidam ex patribus appellabant hoc inven- B
tum diaboli.

An liceat duellum ſuſcipere cauſa virium oſtendendarũ.

3 Altera cauſa cur homines velint ita dimicare, eſt oſtentatio virium. Quidam enim Thraſones, ſi quando vident ſe contemni, ſtatim provocant ad certamẽ. Sed illa inſania nullo modo ferri debet. Imò Panormitanus de Torneamentis, cap. Felicis, ait, Omnes ludos, in quibus periclitatur aut vita hominis, aut ſalus animorũ, omnino tollendos eſſe, quòd pugnent cum verbo Dei. Neque verò ille ſolus ita ſenſit, ſed etiam

Ludi tollendi in quib. vita & ſalus hominis periclitatur.

leges civiles. In C. de Gladiatoribus, eſt lex. Conſt. In C
otio civili & pace domeſtica, cruenta ſpectacula non placent. Duellum autem, de quo loquimur, eſt quodammodo gladiatura. Et Leo & Anthemius in titulo in Feriis, l. Dies feſtos, faciunt, ut lachrymoſa ſpectacula ferarum tollantur: Ea autem erant, ut homines cum urſis aut leonibus committerentur. In ff. ad legẽ Aquiliam l. Nam ludus, ita ſcribitur, Ludus noxius eſt in culpa. Et in proœmio ff. §. Illud verò, Quis dixerit ludos, unde oriuntur crimina? Eſt abuſus vocis: Quid vis enim potius appellari debent quàm ludi. Et in Au- D
thent. in tit. Vt omnes pareant Iudicibus provinciarum. §. primo. Iuſtinianus ait: Fortitudinem citra juſtitiam, nō eſſe laudabilem. Et addit, Se patria lingua dicere fortitudinem: Nam Romani fortitudinem dicebant eam, quæ cum virtute conjuncta eſſet. Cõtra autem in C. de Athletis, eſt lex Alexandri Mammeæ: Eos qui ter vicerint in certaminibus ſacris, & legitimè coronati fuerint, habituros poſtea immunitatem. Et ad Aquiliam. l. Qua actione. §. Si quis decernitur. Vt ſi pancratiaſtes adverſarium ſuum interfeciſſet, E
Aquilia ceſſaret. Extat etiam reſcriptum Friderici ſecundi, qui videtur ad hanc rem convenire. Quod ad primam illud de Athletis & luctatoribus attinet, non damnamus omnia exercitia, quibus aut valetudo aut vires poſſent exerceri. Quod ſi quis fortè in illis occidatur, id & caſu ſit, & raro, & præter voluntatem ejus qui occidit. De Aquilia autem illa lege ratio redditur: quod damnum datum, non ſit injuriæ cauſa. At in duello, animo deſtinato venitur ad cædem, & rariſſimè accidit, ut non alteruter occidatur. Friderici autẽ F
reſcriptum corrigi oportet ad verbum Dei.

An duellum liceat ſuſcipere fugiendę ignominię cauſa.

4 Tertia cauſa eſt, ut fugiatur ignominia. Provocor inquit quiſpiam, quòd ſi fugio, habebor pro ignavo: & ea nota toti familiæ meæ inuretur. Sed iſta non eſt ſatis juſta cauſa. Vti enim debemus rebus, prout rei cuiuſque dignitas poſtulabit, ſi honor tuus videatur venturus in diſcrimen, non idcirco exponenda eſt vita: ea enim pluris tibi eſſe debet, quàm quivis honor. Id potius videndum eſt, ne quod dedecus inuras profeſſioni tuę. Profeſſio autem omnium Chriſtianorum G
communis eſt, benefacere, & mala pati. Quare Principes graviter peccant, qui faciunt hujuſmodi certaminum poteſtatem. Quarta cauſa eſt, odia, lites, inimicitias, alio pacto ſæpe non poſſe finiri. Itaque duello experiendum eſſe, ut aliquis aliquando eſſe poſſit malorum finis. Sed ne iſta quidem cauſa eſt ſatis juſta: Aliæ enim ſunt rationes finiendarum litium. Illæ enim finiuntur aut per conſenſum partium, aut per ſententiam judicis. Quod ſi adhuc pergant, Magiſtratus habet gladium: eo uti debet, non rem duello aut H
caſui permittere. Habet arma, debet juſtum bellum gerere, & tueri innocentem: Sed tueri eum debet juſtitiâ non incerto exitu & fortuna duelli. Adhæc cognita jam cauſa, novit Magiſtratus, alterum eſſe innocentem. Quare eum non debet exponere præſenti neci. Non eſt illi commiſſa poteſtas gladij, ut eam poſtea duorum hominum temeritati & furori permitteret. Imò idcirco locatus eſt in tanta authoritate, ut faciat quantum poſſit: quod certè non facit, ſi controverſias permittat decerni duello. I

An licitum ſit duello lites finire.

5 Quinta cauſa eſt, In exercitu ne periclitentur omnes copiæ, præſtat rem omnem in duorum peri-

Rom. 3. 8.

culo conſtitui. Atqui id non eſt ſatis: Non enim faciendum eſt malum, ut veniat bonum. Quod ſi cauſa tua juſta eſt, cur eam pateris in unius capite periclitari? Primùm videre debes, ne bellum injuſtum ſuſcipias: deinde facere, quantum potes, & omnibus copiis dimicare. Neque enim juſtitia habenda eſt ludibrio, & in duorum fortuna collocanda. Eſt etiam alia cauſa, quâ quidam è ſcholaſticis (quod diſſimulare non debeo) victi, fatentur incidere poſſe ejuſmodi tempus, cùm duellum permitti debeat. In ea ſententia fuit Cajetanus. Quòd ſi duo ſint exercitus, inquit, & alter æquitate cauſæ ſuperior, viribus autem multis partibus inferior, ut ſi ad manus veniatur, omnes ſint neceſſariò perituri: potius eſt unius vitam in dubium venire, quàm totum exercitum ire in certum exitium. Verùm ne hæc quidem cauſa poteſt eſſe ſatis: Proficiſcitur enim ex timore & deſperatione. Deus enim, ut ſupra diximus, non defendit in gladio & clypeo, nec minus in paucis vincere poteſt, quàm in multis. Sed peribimus, inquies. Quî ſcis? Anima tua, anima Dei eſt. Et cauſa tua ſi ſit juſta, cauſa eſt Dei. Sed addit Cajetanus. Si innocens prematur calumnia ſuperioris, & Magiſtratus corruptus ferat in eum capitalem ſententiam, & alter non poſſit reſiſtere: hîc licet, inquit, recipere duellum, ſi offeratur à Magiſtratu. Nam ſi contra latronem liceat teipſum defendere, cur adverſus potentem calumniatorem non liceat? Quid enim intereſt, utrum ille ſtringat in te gladium, an magiſtratus ejus juſſu?

An ſit in bello licitum, ne totus exercitus periclitetur?

Si quis iuſtam cauſam habeat & in bello viribus ſit inferior, an tum duellum licitum ſit?

An liceat recipere duellum ſi id Magiſtratus corruptus inſonti offerat?

Nam ita David dicitur occidiſſe Vriam, gladio Ammonitarum. Hic quidam dant manus. Ego autem, cur ita debeant, non video: Nam, ut ſupra docuimus, magnum eſt diſcrimẽ inter duellum & defenſionem contra latronem: Hic enim ex condicto pugnatur: ibi caſu: Ille id agit, ut ſe defendat, hic vt occidat alterum. Quid ergo faciam, inquies? Vt petas auxilium à Domino: & omnia potius patiaris, quàm ut aliquid committas contra verbum Dei. Nunc reſpondendum eſt illorum argumentis. *2. Sa. 12. 9.*

6 Parendum, inquiunt, eſt Magiſtratui. Fateor: ſed uſque ad aras. Finiri, inquiunt, lites non poſſunt alia ratione: Imò ſuprà docui, quibus rationibus finiri poſſint. Sancti principes ita certarunt: Etſi ſancti fuerint, tamen erant etiam homines & falli atque errare potuerunt. Et prudentiſſimè reſpondit Demoſthenes, Legibus vivendum eſt, non exemplis. Licet inquiunt, uti ſortibus: ergo licet duello. Reſpondeo, etſi aliquid ſit ſortis in duello, tamen accedit etiam cædes. Sed etiam Ionas inquies, ſortibus abjectus eſt in mare. Imò deprehenſus quidem eſt ſortibus, at non projectus: Sed cùm eſſet Propheta, juſſu & afflatu Dei juſſit ſe projici. Bellum legitimè poteſt geri: ergo duellum, inquiunt. Imò ſuprà docuimus, inter duellum & bellum, multum eſſe diſcriminis. Sed David pugnavit cum Goliatho, Fateor: Sed ut ita faceret, inducebatur afflatu Spiritus ſancti. Neque omnia quæ à Sanctis viris facta ſunt, trahenda ſtatim ſunt in exemplum. Hebræi convaſarunt bona Ægyptiorum: Abraham decreverat ſacrificare filiũ ſuum: Simſon duxit uxorem alienigenam: Sed illud factum erat à Domino. Quare audiendæ nobis ſunt rationes & bonæ leges: nam facta ſanctorum hominum, miranda ſæpe nobis ſunt, potius quàm imitanda.

Reſponſio ad argumenta pro duello allata.

Ionæ. 1. 7.

1. Sa. 17. 60.

Exo. 12. 35.

Gen. 22. 3.

Iud. 14. 4.

7 Nunc verò proponam tibi, lector, duellum neceſſarium, quod nobis ſemper gerendum eſt. Deus ipſe duos adverſarios commiſit inter ſe, veterem videlicet hominem & novum: carnem & ſpiritum. Nam ut Paulus ait ad Gal. Caro concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem. Et ad Rom. Prudentia carnis inimicitia eſt adverſus Deum. Scio quod non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum: Sentio aliam legem in membris meis repugnãtem legi mentis meæ. Infœlix ego homo, quis me liberabit? Hic certemus, ne peccatum regnet in noſtro mortali corpore, utque vetus noſter homo crucifigatur. Neque verò ſunt iſta levia aut ludicra ſpectacula. Caſtigo, inquit Paulus, corpus meum, & in ſervitutem redigo. Nec coronabitur, niſi qui legitimè certaverit. Et qui certant in agone, ab omnibus ſeſe abſtinent. Et nemo militans Deo, implicat ſe carnalibus deſideriis. Et ad Hebræos 12. Reſpiciamus Ieſum Chriſtum, ducem & perfectorem fidei no-

Duellum iuſtũ & neceſſarium.

Gal. 5. 17.

Rom. 8. 7.

Rom. 7. 18.

Ibid. 23.

1. Cor. 9. 27.

2. Tim. 2. 5.

Heb. 12. 2.

Digitized by Google

ſtræ. Hoc duellum non eſt unius horæ, aut menſis, A aut anni, ſed totius vitæ. Magnificum auté habemus theatrum, facti enim ſumus ſpectaculum Deo, Angelis & hominibus: Gladium habemus verbi Dei, ſcutum fidei, adverſarium diabolum. Non enim eſt nobis lucta adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus ſpirituales nequitias in cœleſtibus. Vires habemus à Chriſto. Omnia poſſum in Chriſto, qui me confortat: victoriam ad extremum certam. Scio enim, cui crediderim, quod potens ſit ſervare depoſitum meum. Bonum certamen certavi, fidem ſervavi, curſum conſummavi: repoſita eſt mihi corona juſtitiæ. B Et Deus ſubjiciet Satanam ſub pedibus noſtris.

1.Cor. 4. 9. Eph. 6.12. Phil 4.13. 2 Tim.1.12. 2.Tim.4 7. Rom.16.20.

Caput XIX.

De Nobilitate, Servitute, Negotiatione & Monopolis.

Lib. Rhet.9.

In quo ſita nobilitas.

Ariſtoteles, in ſecundo Rhetoricorum, ſcribit de nobilitate: eam in eo ſitam eſſe, ut aliquis majores præclaros & illuſtres habeat. C Etſi enim ſæpenumero inveniantur etiam noſtrorũ temporum homines, qui edant facinora non minus præclara, quàm ſunt ea, quæ commemorantur de veteribus: tamen illa antiqua majoris ſunt admirationis propter vetuſtatem. Diſcrimen tamen eſt inter εὐγενεῖς & γενναῖοι. Illi enim dicuntur εὐγενεῖς, qui ex præſtantibus majoribus nati ſunt: γενναῖοι autem ſunt, qui majorum ſuorum virtutem retinent & ab illis non degenerant: Videmus in familiis nobilium hominum, idem ferè evenire quod in ſegete, quæ a- D liis annis copioſius ſolet provenire, aliis malignius. Et fit interdum, ut poſt aliquot annos ſteriles, ſequatur alii admodum fœcundi: ita nobiles familiæ interdum multos viros præclaros tanquam meſſem copioſam effundunt, interdum tanquam ſolum effœtum ignavæ atque otioſæ jacent: rurſus autem poſtea, ad majorum virtuté quodammodo reviviſcunt. Quemadmodum autem fiat iſta degeneratio, idem tradit ad hunc modum: Fit non raro, ut ingenioſorũ & acutorum parentum liberi aut poſteri evadant fe- E roces & crudeles, ut ſcribitur de poſteris Alcibiadis: è diverſo è majoribus manſuetis, benignis, affabilibus, naſcantur poſteri ſocordes, ignavi, ſtupidi: quod legimus accidiſſe in familia Cymonis, & Socratis. Hæc eadem licet contemplari in filiis Iſraël. Habuerunt Patriarchas, ceu Principes generis, magnis virtutibus & ſumma præſtantia ornatos viros. Ex illorũ poſteritate, ſubinde viri præclari nati ſunt: quæ, quàvis interdum jacere videretur abſque aliqua præſtanti ſobole, tamen Deus per intervalla ſemper in F ea excitavit aliquos, vel Iudices, vel Reges, vel Prophetas, vel Sacerdotes, vita, ſapientia, pietate excellentes. Adhæc idem Ariſtoteles in 1. Rhetoricorum ſcribit, Nobilitatem, aut felicitatem alicujus gentis, in eo maximè conſiſtere, ut cùm proſpero ſucceſſu conjunctam habeat virtutem: quæ duo Hebræis affatim conceſſit. Addit præterea populum dici nobilem, qui non ſit ex colluvie & confuſione aliarum gentium conflatus. quo nomine Athenienſes jactabant ſe eſſe αὐτόχθονας. G

Εὐγενεῖς. Γενναῖοι.

Vera nobilitas exigit cum proſperitate fortunæ conjunctam virtutem.

2 Nulla autem natio oſtendi poteſt, quæ genus ſuum ita purum atque impermixtum habuerit, ut Hebræi. Illi enim Abrahamum ſui generis Principem nacti ſunt: cujus nepos Iacobus duodecim liberos, à quibus procreatæ ſunt duodecim tribus. Deinde quævis tribus habuit certas familias, agros, civitates, regiones, quas incoleret. Breviter, ut ſcribit Euſebius de Præparatione Evangelica, nulla Reſpublica, nec Lacedæmoniorum, nec Athenienſium, quæ aliis omnibus videbantur illuſtriores, ita certum H habuerunt genus, aut tribus ita certas ab uno Principe & progenitore propagatas. Deinde ad nobilitatem requiritur, ut populus vivat ſuis legibus. At eas nulla unquam natio tam habuit proprias, quàm gens Hebraica. Leges enim illis propriæ à Deo datæ ſunt: quæ aliorum omnium populorum leges infinito intervallo ſuperarent. Vixerunt autem ſuis Legibus, quamdiu Domino paruerunt: Is enim tum eos ab omnibus infortuniis tuebatur. Propter peccata autem, abducebantur interdum in exteras nationes: I verùm illa exilia non erant perpetua: poſtquã enim

Hebræi habuerunt genus purum & impermixtum.

Hebræi verè proprias leges habuerunt.

Genus Hebræorum antiquiſſimum.

dediſſent ſcelerum ſuorum pœnas, reſtituebantur avitis ſedibus. Præterea commendat populi nobilitatem vetuſtas. At nihil antiquum inveniri poteſt in hiſtoriis Ethnicorum, quin conſtitutam Remp. Iudæorum longo poſt tempore ſequutum ſit. Ante bellum Troianum, quicquid traditur à ſcriptoribus Ethnicis, fabuloſum eſt. Illud autem bellum tum geſtum eſt, cùm jam Reſpublica Iudæorum ducem haberet Iephte. Facit etiam nonnihil ad nobilitatem, habuiſſe multos præclaros viros. Nulli autem unquã aut plures, aut præclariores extiterunt, quàm apud Iudæos. Taceo πλουτείαν & εὐγενείαν, quæ apud Iudæos maximè floruerunt.

Belli Troianorum circa tẽpora Iephte.

πλουτεία. εὐγενεία.

3 Scio eſſe nonnullos, qui hanc nobilitatem ex majoribus deductam contemnant. Aiunt enim, ex equis ſæpe naſci mulos. Et commemorant Iphicratẽ, qui cùm eſſet egregius Imperator, & audiret ſibi à quodam contumelioſè atque inſolẽter objici, quod eſſet ſutoris filius, ita reſpondit: Meum genus à me incipit, tuum autem in te deſinit. Et qui alteri aut fortunam, aut ignobilitatem exprobrat, idem facit quod qui veſtes verberat, corpus autem non attingit. Vt enim veſtes ſunt extra corpus, ita nobilitas & fortuna extra nos ſunt, & in externis bonis numerantur. Cicero quamvis eſſet homo novus, tamen nobilitatem contempſit. Qui ſtudent venationi, canes optimos ad venandum comparant, non catulos, quamvis ſint ex optimo genere. Et ad pugnam, equi robuſti & bellicoſi quæruntur, non equorum bonorum pulli.

Argumenta contra nobilitatem.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri? longas quid avorum ducere turmas?

Ridiculum eſt gloriari, ſe poſſe πάππους ἀπάντας numerare. His rationibus quidam utuntur ad extenuandam generis nobilitatem. Neque ea aut importunè, aut inutiliter dicuntur, in eos præſertim, qui majorum tantùm ſuorum virtute volunt videri nobiles, quum ipſi alioqui ſordidè, turpiter & obſcurè vivãt. Sed ſi quis cum virtute, generis etiam nobilitatem adeptus ſit, ex ea certè multum habet adjumenti. Nõ enim eſt nobilitas res, ut objiciebatur, planè externa. Proprietates enim, & notæ, & motus majorum, neſcio quo pacto ad poſteros transferuntur: quæ quamvis in proximis filiis aut nepotibus ſæpe non eminent aut apparent, vi tamen quadam retinentur, & in aliis poſteris reviviſcunt, ita ut in illis ſpiritus majorum atque impetus ad virtutem renoventur. Quare cùm ejuſmodi igniculi in nobis reſerventur, non ſunt reponendi prorſus inter externa bona. Neque convenit collatio de mulo, quem dicunt ex equo procreari. Quoniam in mula, ſiſtitur generatio: neque ea, ſi ſpectes communem naturæ curſum, poteſt longius vivere. At qui generantur ex parentibus nobilibus, quamvis ipſi degenerent, tamẽ poſſunt alios poſtea procreare. Et ſi velimus in illa ipſa ſimilitudine conſiſtere, non parum ornat mulũ, quòd procreatus ſit ex equo: Ea enim de cauſa multo ſunt generoſiores aſinis.

Quis uſus horum argumẽtorum?

Vtilis eſt nobilitas generis.

4 Iuvenalis autem, Cicero, & Iphicrates, de illis nobilibus loquebantur: qui quum ipſi nihil haberẽt paternæ aut avitæ virtutis atque indolis, tamen in pretio haberi volebant, eò tantùm nomine, quòd eſſent ex nobili proſapia. Longè quidem præſtantior eſt, qui natus obſcuro loco, ſuis ſe virtutibus illuſtravit, quàm qui orti ex magna nobilitate, vitiis & ſceleribus, & ignavia, & ſocordia & ſe & genus ſuum dehoneſtant. Quantum autem Deus piorum poſteris tribuat, non ſolum ex loco ad Rom. patet, ſed & ex illo Exodi, ubi pollicetur ſe benefacturum juſtis in mille generationes: verumetiam ex eo, quòd Sacerdotes & Reges ex certa ſtirpe deligendos eſſe decrevit. Hanc prærogativam non contempſerunt Ethnici: Is enim qui laudavit Alcibiadem, quum in Olympicis coronaretur, quem quidam putant fuiſſe Euripidem, ait, Eum, qui ſit futurus fœlix, oportere eſſe oriundum è nobili civitate. In quam ſententiam, alia multa, ſi eſſet opus, citare poſſem. Verùm quid dicemus de noſtra ſorte? Num ſumus nos Iudæis abjectiores? An cum illis collati, videri poſſumus ignobiles? Paulus enim ita ſcribit, Videte vocationem veſtram, fratres: Non multi nobiles, non multi ſapiẽtes. Reſpondeo, nihil eſſe, cur vices noſtras eò nomine doleamus.

Deus poſteritati ſanctorũ multa conceſſit.

Rom. 9. 4. Exod. 20. 6. Gen. 49 10. Num. 1. 47. & 3. 6.

An gentes abjectiores Iudæis habendæ ſint?

1. Cor. 1. 26.

Inſitis Chriſto,communicatur omnis Chriſti nobilitas.
Eph.5.30.

doleamus. Quamvis enim,ſi ſtirpẽ ipſam cogitemus, A unde ſumus exciſi,quamque negare non poſſumus fuiſſe oleaſtrum, obſcuri ſumus & ignobiles: tamen poſtquam inſiti ſumus in Chriſtum, omnis ejus nobilitas nobis veriſſimè communicatur. Sumus enim jam non ſolùm ejus membra, ſed etiam caro de carne ejus,& os de oſſibus ejus: jam omnes ejus partes factæ ſunt noſtræ partes:quæ quamvis nobis naturali generatione non contigerint, ſatis tamen homini pio eſſe debet,quòd poſtea nobis donata ſint.

B

De Seruitute.

In Gen.9.
Vide in 1. Sam.49.
Servitus unde dicta.
Servitutis ortus.

5 Servitutis prima Gen.9.in Sacris literis mentio habetur: nec erit inutile, ſi de ea aliquid dicamus. Nomen,ſi Latinum etymon expendamus,à ſervando fuit derivatum, eò quòd quos in bello non occidiſſent victores,illos ſibi ſervabant,ut eorum uterentur opera inde ſervi dicti ſunt, ut Florentinus Iuriſconſultus inquit,inſtitutionum lib.4. Mancipia eadem ratione dicta ſunt,quòd ab hoſtibus manu caperentur, ut primo Pandectarum Iuſtiniani habetur. C Plinius lib.7. c.56. inventum rei Lacedæmoniis tribuit. Sed literæ noſtræ vetuſtiores, illum decipi,fidem faciunt.

Cauſa ejuſdẽ.

Cauſa ſervitutis eſt peccatum,nam bellum inductum aut illatum,ſi juſtum fuerit,ad reprimenda peccata fit:ſin injuſtum quoad ad inferentes, tamen Dei diſpenſatione eſt juſtum, qui eo punire parat,quos caſtigatione novit eſſe dignos.

Dan.9.1.

Daniel & alij Prophetæ hoc apertiſſimè indicabant, cùm victoriæ hoſtium contra Dei populum ſuas & majo- D rum iniquitates cauſam faciebant.

Servitus eſt contra naturam.
Gen.1.27.

Pœna verò ideò eſt ſervitus, quia humanæ naturæ atque conditioni adverſatur. Deus hominẽ inſtituit, nõ ut ſerviret,ſed quò dominaretur. Vnde boni Patres antiquitus, non dominatum exercebant in homines, paſtores pecorum erant,homines verò duntaxat amore & conſiliis regebant. Cúmque homo ad imaginem Dei ſit conditus, Deique ſit imperare non imperata facere, convincitur & hominis naturæ non eſſe ut ſerviat.

Servitus non eſt vi abjiciẽda.

Non tamen hoc argumento ſervitus eſt rejicienda, cùm E inventa ſit uti iniquitatis frænum & humanæ malitiæ pharmacum. Complura enim invenias, quæ à mala cauſa, ſua habuerunt initia, quæ tamen non ſunt omnino aſpernenda ſed retinenda.

Eph.6.5.
Col.3.21.
1.Pet.2.18.

Hinc Apoſtoli, Petrus & Paulus in ſuis Epiſtolis frequenter id inculcabant, ut ſubditi atque ſervi in ſuos Dominos eſſent officioſi, neque jugum ſervitutis auderent excutere: imò & Petrus diſertè dixit. etiam minus bonis & difficilioribus inſerviendum eſt. Laboravit etiam hac ſuſpicione ab initio Evangelium, quòd te- F merè revocaret homines ad libertatem indéque Rerumpublicarum tumultus concitaret: ubi tota errabatur via, ſiquidem Chriſtiana pietas rerum mundanarum ſtatum minimè turbat. Diſpicias igitur ſervitutem, ſuam à peccato nactam eſſe primam originẽ, accedente victorum miſericordia: quare cùm ita Deus emendare perverſos mores decreverit, perperam ab hominibus fieret,ſi illam vi abjicerent. His adde,factum atque ſuperbiam noſtram ita retundi. Populus Iſrael vix unquam ad Deum convertebatur,niſi hoc admonitus flagello, ut legere quivis po- G teſt in Iudicum volumine. Quòd ergo adeò eſt utile,injuſtè reſpueretur, cùm à Domino ſit inflictum.

Matth.5.45.

Quod ſi cui durum videatur difficilibus & minus æquis dominis parere, is cogitet Deum optimum patrem noſtrum ſuo exemplo nos inſtruere,qui ſuo ſole & pluviis non modò piorum, ſed impiorum quoque commoditatibus inſervit. Et ſæpenumero,ſi ſtatus facilitatem ſpectes, invenies rem eſſe difficiliorem bene imperare, præſertim ſi malis aut ineptis H moderares, quàm ſit parêre. Invenias ergo plerunque ſerviendi ſtatum minus moleſtum,quem tamen durum nobis facit, cùm noſtræ naturæ conſtitutio non ad ſerviendũ nata,tum faſtus & ſuperbia, quàm quiſque noſtrûm jam inde ab origine contraximus.

Quomodo ſervi tractãdi ſint à dominis?

6 Sed jam videamus, à Dominis quomodo ſint tractandi ſervi. Vbi duplicem rerum ſtatum ſive cõditionem eſſe profero. Vnum, qui animi ſalutem cernit,Chriſtum & ſpiritualia ſpectat:& quo ad hûc, I ſciant domini ſervos ſibi æquales eſſe, id eſt, nec ſe, neque ſuis liberis, uxore, & cognatis minores,ſiqui-

Gal.3.28.

dem in Chriſto neque maſculus eſt, neque fœmina, A neque ſervus,neque liber. Alter eſt corporalium ſive externarum & civilium rerum:& circa hæc bona,poteſt & debet aliquod ſtatui diſcrimen in cultu corporis,victu,& aliis hujus generis,inter liberos homines & ſervos.

Vide in 1. Sam.30.11.&2. Reg.6.13.

Qui ſi non ſuo fungantur officio, ſeditioſi aut rebelles fuerint,caſtigari & cædi poſſunt,quò per illos domeſtica vel civilis pax minimè perturbetur, dummodo hoc non fiat crudeliter,ſed in illorum cõmodum,ut ipſi ſanitati mentis reſtituantur. Hortatur autem Paulus cùm ad Epheſ. tum ad Coloſſ. ut

Eph.6.9.
Col.4.

B æqui ſint in ſervos & ipſi domini,quod quo argumẽto facere debeant,ibidem exponit. Cogitent,inquit, & ſeipſos Dominũ habere in cœlis:ac ſi dicat, Quẽadmodum ſeipſos ab eo accipi vellent, ita ſe erga illos comparent. Meminerit oro quivis eorum, dum minus ſibi appoſitè inſerviri exiſtimat,utrum ipſe ad amuſſim & ex præſcripto, cœleſti univerſorum Domino pareat.

Gal.5.13.

Eſt præterea aliud ſervitutis genus,cujus Apoſtolus ad Gal.5.meminit,Per charitatem invicem ſervire: & illa quidem minimè coacta eſt, ſed C voluntaria,quæ etiam ſi primi homines non lapſi eſſent,locum in noſtro genere habere potuit. Siquidẽ par eſt, ut minores natu majoribus imprudentiores ſapientioribus pareant: qui verò ſunt majores, magiſque ſapiunt,convenit ut præſint. Ergo non eſt opinandum hoc ſervitutis genus,de quo nunc agimus, fuiſſe inductum per peccatum, ſed illud aliud quod vi & lege repertum eſt. Non igitur tollitur quod vulgò & ab Ariſtotele etiam in Politicis dicitur, Servitutem partim naturalem eſſe,partim ex lege. Neque D oblivisci debemus,cultum Dei, quo fideles illi parent & fidunt, ſervitutem quandam dici, quæ omni carnis libertati eſt anteponenda.

Rom.6.18.

Hujus meminit Paulus ad Romanos multis verbis,cùm inquit, Nos per Chriſtum à peccato liberatos, jam eſſe juſtitiæ ſervos.

In 2.Reg.4.
Debitorum ſors quæ fuerit apud Hebræos?
Exod.21.8.

7 Porrò Servitus olim pœna fuit debiti, & nemo ignorat,ut proverbio dicitur, quot mala ſervitutem expectant. Quemadmodum licuit apud Hebræos,homini ſeipſum vẽdere ac etiam liberos, cùm E ad paupertatem eſſet redactus: ita credibile eſt ibi fuiſſe Magiſtratũ, qui requiſitus à creditoribus, cùm debitores non eſſent ſolvendo, illos cogeret, ut ſeipſos ac liberos venderent, ut ſic eorum nomina perſolverentur.

Matt.18.25.

Quod ſatis evidenter elicitur ex parabola Matthæi,quæ 18.cap.ſcribitur, de Rege qui ſuũ debitorem & filios ejus juſſit vendi, ut ſibi ſatisfieret.

Leges civiles de debitorib.

Quomodo autem leges humanæ ac divinæ ſe habuerint erga debitores,paucis perſtringam. In uſu eſt hodie Arreſtum,ut appellant, cujus tamen leges F civiles non meminerunt. Eo autem ſiſtuntur obærati,eo loco ubi deprehenſi fuerint, atque inde prohibentur diſcedere, priuſquam res componant cũ creditoribus. In quibuſdam autem Reſpub. conjiciuntur in carcerem qui debent, donec perſolverint. In legibus duodecim tabularum, ut Aulus Gellius refert lib.20.c.1. Conſtituebatur à Iudice ſpatium triginta dierum, quibus pecunias ad ſolvenda ſua nomina debitor quæreret. Quàm ſi non poſſet aſſequi, vinctus compedibus atque in nervo tradebatur cre- G ditori,qui eum domi ceu jumentum cogebat operari,quoad ſibi ſatisfactum eſſet. Et Livius nexorum hujuſcemodi meminit: & eorum cauſa magnam ſeditionem ortam eſſe tradit, quòd plebs nollet à Patriciis & opulentis adeò crudeliter tractari. Leges Saxonicæ vinciunt debitores: at Romanæ nuſquam, quod ego ſciam, carceres expreſsè decreverunt obæratis: expreſsè autem dixi, quoniam obliquè videtur elici. Nam in C. Qui bonis cedere poſſint. l.1.ſcribitur, Cedendo bonis, evitari carcerem, inde quippe H confici videtur, debitores, qui non ceſſiſſent bonis, fuiſſe detrudendos in carcerem. Atque inde colligitur,ceſſionem bonorum, fuiſſe Romanis beneficij loco,nam per illam carcerem evadebãt. At qui damnati à Iudice mulctam impoſitam ſolvere non poſſent,corpore affigebantur:nam ad tot ac tantos labores atque operas adigebantur,quoad mulctæ impoſitæ ſatisfieret,ut habetur in titulo ff. de pœnitentia.l. 1.§.Generaliter.

8 Non tamen à legibus Romanis Magiſtratui I facultas adimitur, quin in carcerem illos poſſit conjicere,qui aſtu nonnullos circumveniunt,ut ſibi pecunias credant, quibus poſtea inſultant, cùm ſe de-

Digitized by Google

monſtrant non eſſe ſolvendo. Verùm id fit authori- A
tate Iudicum, non quod leges diſertè ita ſanxerint. Vt autem à privatis hominibus hoc fiat, Romanæ leges diſertè prohibuerunt, ut habetur ff. de Reg. juris, l. Non eſt ſingulis. Neque liberi homines in ſervitutem adigebantur ob nomina non perſoluta, ſicuti habetur in C. de actione & obligatione. l. Ob æs alienum. Quin à Iuſtiniano graviſſimæ pœnæ illis decretæ ſunt, qui hoc tentare auſi eſſent, quemadmodum habetur in Authent. Vt nulli judicum li-
ceat. §. Quod verò, col. 8. Vbi vult eos, qui hoc faci- B
nus admiſerint, cedere jure petendi quod ſibi debetur. Deinde, quòd vult numerare tantundem pecuniæ affecto injuria. Neque debiti publici causâ, quiſquam in carcerem trudebatur, ut videre licet in C. de Exactionibus tributorum, l. Nemo. Bartolus quoque circa l. Alia, in ff. de Matrimonio ſoluto, ait, non valere contractum, quo quis aſtringat ſe carceri, ſi certo tempore debitum non perſolvat, abdicando ſe beneficio ceſſionis bonorum. Idē ſenſit Panorm.
de Pignoribus cap. lator. Verùm duo caſus hic exci- C
piuntur, prior eſt, ſi is qui æs alienum perſolvere non poteſt, antea in fraudem creditorum diſtraxit omnia ſua bona: Vt habetur in ff. titulo, Quæ in fraudem creditorum, l. ult. Caſus alter eſt, ſi debitor quando æs alienum contraxit, ſciebat non eſſe ſolvendo, ut ſcribitur in ff. de Iure dotis. l. penult. Nec prætereundum eſt, quod in C. habetur, de captivis & poſtliminio reverſis. l. ult. quæ lata fuit ab Honorio: ut ſi quis captivus liberetur mercede ſeu pretio ab alio dato,
is, cùm reverſus domum fuerit, debet ei qui ſe rede- D
mit pretium rependere. & ſi fortè ſolvendo non fuerit, obſequiis & laboribus, & deniq; opere quinquennij ſuo redemptori ſatisfacere. Atque hæc de carcere ſeu ſervitute debitorum, ex Romanis legibus.

Divinæ leges de debitorib.
Servus quid.

9 Divinæ, quo ad eos, carceris non meminerunt: ſervitutem verò impoſuerunt debentibus qui ſolvendo non eſſent. Vtque res melius intelligatur, ſervum definiemus. Is eſt inſtrumentum ratione prę-

Servitutū genera.

ditum, quod ſeparatum ab aliis, poteſt ſuum munus
obire, & non ſui, verùm alieni juris. Servitutum au- E
tem plura genera ſunt. Quædam jure victoriæ obtinuit, & qui ſervos in bello capiebant, habuerunt in eos poteſtatem vitæ ac necis. Alij ſervi facti ſunt non jure belli, ſed quòd ob egeſtatem ſeipſos vendiderint, aut à parentibus diſtracti fuerint, vel à ſuis dominis, vel à ſententia Iudicis, quando pro furto non poterant ſatisfacere. Alij ſervi ſunt, quod ex pa-

Servitus mitigata legibus divinis.
Levit. 25. 39.
Deut. 15. 12.
Exo. 21. 2.

rentibus ſervis procreati fuerint. Deinde, quantum ad Leges divinas attinet, aliqui ſervi erant Hebræi,
alij verò alienigenæ, ut Chananæi, Palæſtini, Tyrij, F
&c. Deus mancipiorum Hebræorum ſervitutem, ſuis Legibus vehementer mitigavit. Primùm noluit, ut illis duriter ab heris imperaretur, id eſt, dominatu & faſtu ſuperbo. Deinde ſtatuit, ut liberatio ſemper eſſet præſto, nec impediri poſſet tenumerato pretio. Præterea, Iudæus adigi non poterat ad ſerviendum ultra ſex annos, nam ſeptimo liber dimittebatur. Nec ſemper abſolvebat ſextum annum, nam Iubilæus annus incurriſſet tertio vel quarto anno ſervituris, li-
ber evadebat. Tractari adhæc voluit ſervum hujus G
generis inſtar mercenarij, qui ſuas elocat operas. Neque licuit per divinas Leges Hebræum vendere alienigenis. Et cùm liber admittebatur, præceptum eſt, ut non vacuus emitteretur. Voluit enim aliquam portionem de horreo, de gregibus, & aliis bonis ei decidi: nec tantùm ipſe liberabatur, verùm unà filij ejus & uxor, ſi tamen fuiſſet Hebræa. Nam ſervi exteri non redimebantur, neque liberabantur unquā, niſi hero volente: & filij quos procreabant, perpetua
ſervitute detinebantur. Liquet ex his, quæ comme- H
moravi, Deum leniviſſe admodum ſervitutē, quoad ſuos Iudæos. Ad hanc lenitatem, Conſtantinus quoque reſpexiſſe videtur, ut in C. apparet l. ſecunda, de patribus qui filios diſtraxerunt. Non enim patitur, ut filij à parentibus vendantur, niſi extrema neceſſitate famis: & vult ad ingenuitatem ſtatim redeant, cùm data fuerit redemptionis facultas, ſive reddita pecunia emptori, ſive alio mancipio ſuppoſito ejus

2. Reg. 4. 1.

loco. Et licet divina Lex adeo mitigaverit ſervitu- I
tem, vidua tamen apud Eliſæum deprecatur, ne ſuis liberis contingat: partim quòd matres à liberis mala etiam levia cupiunt averti: partim quòd illa Dei clementia Legibus expreſſa non integrè ſervabatur à

Ier. 34. 12.

crudelibus dominis. Cujus prævaricationis Ieremias Regem Sedechiam vehementer corripiebat, quia fortaſſe verebatur, ne filij diſtracti ad idolomaniam, quæ tum graſſabatur in decem tribubus, à creditoribus impellerentur.

De Negotiatione & Monopoliis.

In 1. Reg. 10.
Solomonis negotiatio.

10 Quum verba faciat hiſtoria Sacra de negotiatione Solomonis, ea narratio duplex habet operępretium. Primùm, ut indicium fiat, quomodo Solomoni tot equi ſuppeterent, cùm Palæſtina ejus animalis non ſit admodum ferax. Multos porrò aſinos habet, multos item mulos, nec non camelos, equos verò paucos. Proinde Salomon docetur, equos ex Ægypto facilè ſibi comparaſſe. Deinde demonſtratur, opes non tantùm ex navigatione Solomoni provenisse, verùm ex Ægyptiaca negotiatione. Res hoc pacto habebat: In Ægypto magnus numerus equorum, & quidem ferocium ac generoſorum provenit, qui non modò illi nationi ſufficiunt, verùm & à vicinis populis illinc educuntur, quod gratis fieri non eis permittebatur. Voluit quippe Pharao, certum inde vectigal habere. Dabatur itaque conſtitutum pretium, in equum quemque abducēdum, quemadmodum hodie videmus in quibuſdam regnis. Cùm autem Pharao ſocer eſſet Salomonis, hoc ſuum jus illi tribuit, nempe ut exteri equos ex Ægypto non abducerent, niſi ad arbitrium Salomonis, & eo perſoluto pretio, quod ipſe conſtituiſſet. Quare fuit ei ſatis facile, copiam equorum in ſuo regno habere. Deinde fiſco ipſius, ex illo vectigali, permultum accedebat. Exigebat autem vectigal, per quandam ſuorum mercatorum ſocietatem, quos ad hoc munus deſtinaverat.

Monopoliis interdictum.

11 Verùm hoc genus quæſtus, non tantùm ſordidum videtur, imo etiam civitatibus & provinciis inutile ac damnoſum. Nam ſpectat ad μονοπώλιον: quod tum admittitur, cùm uni cuipiam ſoli certa rerum ſpecies vendenda committitur. Monopolia interdixerunt leges Rom. ut habetur in C. de Monopoliis l. unica. Qua lege admodum ſevera, Zeno Imperator ſtatuit, ut exercentes Monopolia bonis omnibus ſpoliarentur. Et adjecit, ipſa reſcripta Imperialia non eſſe audienda, ſi cuipiam videantur Monopolia concedere. Ac ſanè Monopolæ, res pro earum dignitate ac excellentia non vendunt, ſed illis pro ſuo arbitrio pretium ſtatuunt. Vt autem hoc genus negotiationis ad quæſtum & comparandas opes faciat, Ariſtoteles primo Politicorum cap. 7. demonſtravit Thaletis Mileſij exemplum adducens: cui

Thaletis Mileſij facinus egregium.

dum exprobraretur paupertas, nempe quod cùm ſtudioſior Philoſophiæ præ cæteris eſſet, pecuniis quoque præ aliis videretur indigere. Vnde Philoſophiam volens ab injuria vindicare, ac importunos homines repellere: cùm ex Aſtrologia pręſenſiſſet, magnam ſequenti anno futuram olei copiam, antequam hyems elaberetur, id eſt, priuſquam oleæ florerent, omnes officinas olearias, torcularia, prœla, necnon trapeta conduxit. Cùm verò magna ubertas olearum in Chio & Mileti conſequeretur, nemo habere potuit officinas, & inſtrumenta olearia, niſi à Thalete permitterentur ſibi. Hæc ille dum elocaret, precium aliquantulum auxit, unde magnam vim pecuniæ conflavit: oſtenditque ineptis hominibus, facile ſapienti fore, ut ſibi pecunias amplas colligat ſi commodum ipſi videatur. Hoc idem factum Cicero in primo libro de divinatione refert, ſed paulò aliter, quàm Ariſtoteles. Non enim ſcribit officinas oleatias conductas, verùm ipſum oleum coemptum. Plinius hoc quoque tradit, lib. 18. c. 28. Sed non Thaleti, verum Democrito aſcribit. Et ait illum præſenſiſſe non olei ubertatem, ſed ejus maximam penuriam, atque ideò ſibi omne oleum proventurum in patria coemit. Affert idem Ariſtoteles exemplum ejus, qui mercatus fuit Siracuſis univerſum ferrum. Cúmque mercatores ad nundinas veniſſent, ille paululum aucto pretio, multum eſt lucratus: quod Dion. Tyrannus indigne tulit, & idcirco illum ex urbe expulit. Non enim rebatur conducere fiſco monopolia privatorum. Strabo in 4. lib. ſuæ Geographiæ, Tauriſcos ait (quos hodie Taurinates appellamus, qui populi

ſunt

Digitized by Google

ſunt verſus Alpes in finibus Italiæ) olim inſignes aurifodinas habuiſſe: cúmque à reliquis Italis in auro fodiendo juuarentur, poſtea illud quod ad ſe proveniebat ex mercede per alias Italiæ partes diſtrahebant. Quo factum eſt, ut bimeſtri ſpatio temporis, aurum tertia parte utilius atque antea in Italia venderetur: Quare Tauriſci monopolium conſtituerunt, quo liceret unis ipſis aurum ſuum vendere. Solent autem monopolia inſtitui, de ſale, alumine, ac pleriſque aliis rebus, cùm eſculentis tum poculentis: & eo ſæpe confugiunt, ut docet Ariſt. loco jam adducto. Reſpub. ac Principes civitatum, cùm pecuniarum laborant penuria. Et noſtra ætate quandóque id fecit Carolus V. in Belgio, necnon Rex Luſitaniæ quoad aromata.

12 Sed ut ad Solomonem redeam, is turpis ac noxij quæſtus non poteſt accuſari. Non enim hoc μονοπώλιον, qualecũq; fuerit, in ſuo regno exercebat: Vnde ſuis civibus minimè officiebat. Verùm dixeris, ita negotiando in Ægypto, ipſis Ægyptiis oberat. Nequaquam: Non enim præſcribebat Ægyptiis quicquã, illis enim emere licebat, à quibus voluiſſent, & uſitato pretio. Exteris etiam nationib. haudquaquã nocebat. Quia nobiles & principes vicini, ſeu mercatores alioquin non poterant equos illinc educere, niſi concedente ac volente Pharaone, cui erã oportebat vectigal ab ipſo impoſitum ſolvere. Quod ſi Pharao ſuam hoc jus voluit concedere Solomoni liberum id ei fuit, & citra cujuſquam injuriã id facere potuit. Non ſum id neſcius, ex Hebræis quoſdam eſſe, qui opinentur hoc jus datum Solomoni, ad equos non ſolùm pertinuiſſe, verum etiam ad byſſum. Nam Hebraicam vocẽ *Micue*, idem valere judicant, ac *Ticue*, qua ſignificatur netum ſeu filum byſſi: Etenim veſtes byſſinæ in regionib. Orientalibus & Auſtralibus, in magno pretio fuerunt. Itaq; ſentiunt, tũ equos, tum byſſum nõ potuiſſe adduci ex Aegypto, niſi per Solomonem, vel ejus inſtitores. At res incerta eſt, nempe quoad byſſum: quare non multum ea de re contendo: ſed illud affirmo, etiam hinc colligi, quod alij boni authores (ut ſuperius annotavi) tradiderunt: monopolia eſſe viam ad quæſtum faciẽdum valde certam & compendiariam. Quo verò pretio conſtarent equi, & quanti educerentur, exprimitur. Conſtabat quadriga ſexcentis argenteis ſiclis, ſeu drachmis, id eſt, ad rationem tẽporum noſtrorũ ducentis quadraginta aureis ſolatis, ut Budæus vir doctiſſimus in libro de Aſſe retulit, cùm hunc locũ peculiariter explanandum ſuſcepiſſet. Quare impendebantur in ſingulum equum 60. coronati. Quod etiã hodie uſuvenit. Non enim equus generoſus & magnus ut cataphracti ſunt, minoris conſtabit ſexaginta coronatis.

Eorum quos ex Ægypto Solomon adduxit, equorũ precium.

13 Quum autẽ in ſeit Pharao clamantẽ populum ad Ioſephum, iſq; vendit frumenta, oportet, ut hinc illi qui monopolia inſtituunt, ſuæ avaritiæ improbitatẽ iſto exẽplo tueantur: ideò illa ipſi exercẽt, quòd ad diſceſcendum plurimum cõducant. Res plane parum digna ſapiente & ingenuo homine. Modò enim emunt privati homines à principibus jus vendendi hoc vel illud genus rerum, ita ut illis ſolis liceat, & pretia ipſi conſtituunt non pro juſtitia, ſed pro cupiditate. Quare ſunt damnanda monopolia, ut quę bonum publicum affligant, & juſtitiæ adverſentur. Nõ tamen negarim, quin ipſa Reſpublica ſi conſtituta ſit in aliqua neceſſitate ut pecuniis egeat, hoc inſtituere valeat, ut quædam res publico duntaxat nomine diſtrahantur: nam hoc facere, vel novum vectigal inducere nil judico intereſſe. Sed hic alia fuit ratio: ad publicam ſalutem, Rex & conqueri & ſervari juſſit frumenta. Nam privati homines hoc ſtudium neglexiſſent, ideo oportuit Magiſtratus curam hic involare. Prętereà non impedivit alios, qui id agere vellẽt: acceſſit & juſſio divina, quæ excuſat quicquid humanæ rationi hic abſurdũ videri poſſet. Monopolia prohibuit Iuſtinianus, quod non ad utilitatem, ſed ad everſionem plebis inveherentur; & quia potiſſimũ in Palæſtina fuerunt in uſu, quoad bitumẽ quod ibi naſcitur, ut ſcilicet unus quiſpiam omnem illam materiam coëmeret, ut ſolus diſtraheret, & Græci illud bitumen ἄσφαλτον appellant: hinc factum eſt, ut vulgò illa monopolia Appalta dicantur. Sed hoc loco dicimus, vel hoc non fuiſſe verè monopolium, aut non trahendum in exemplum quicquid hîc fieri legimus, cùm divinum mandatum accedat.

In Gen. 41. Monopolia.

Caput XX.

De Turbis & Seditione. Adhæc de Tyrannide perferenda.

Seditionis olim accuſatus eſt etiam Chriſtus, necnon Paulus, & omnes propemodum ſancti viri, ac Evangelij prædicatores. Et primis temporibus Chriſtianiſmi, omnia incommoda & calamitates Reipublicæ naſcenti Eccleſiæ adſcribebantur. Cúmque à Magno Conſtantino Chriſtiana religio recepta eſſet & per univerſum orbem Romanum promulgata, id Ethnici homines deputarunt initium fuiſſe imminutionis Romanæ poteſtatis: & eam non alia ratione poſtea fuiſſe dejectam, niſi quòd paternis cultibus & ſuperſtitionibus abjectis, Chriſtiana religio fuiſſet invecta. Vnde Auguſtinus & permulti alij ſcriptores Eccleſiaſtici, nobiles analogias & inſignes libros ea de re conſcripſerunt. Eliam, inquit Ahabus, Iſraelem turbaſſe. Quæ locutio Metaphorica eſt, quia non aliud eſt turbare, quàm infima cum ſummis, & ſuprema cum imis permiſcere atque confundere. Id autẽ liquidò cernitur in vaſe, quo continetur liquor diverſarum partium, craſſarum inquam, & ſubtilium. Ibi tenuiores loca ſuperiora occupant, ſúntque magis claræ ac perſpicuæ: fæces verò & craſſa quæque fundum petunt, ac ibi depreſſa jacent. Si quis autem ea commoverit, & revocaverit ad ſuperiora, omnia turbari dicuntur: nam craſſa fiunt & infuſcãtur. Hinc ſimile deducitur ad Rempublicam & ad Eccleſiam. Vbi cùm ſuperſtitio & religio corrupta, quã oportuit jacere oppreſſam, in honore habetur & viget: ac è diverſo pura caſtáque pietas deturbatur, omnia jam ſunt confuſa ac perturbata. Quòd idem uſuvenit, ubi probi & ſapientes viri contemnuntur & ejiciuntur, impij verò ac ſtulti rebus præſunt. Hac ergo ratione cùm Reſpub. tum Eccleſia turbantur. Sed quãdo id contingat, non eſt eadem ſententia piorum & impiorum. Nam impij tum res bene habere arbitrantur, quando prava eminent. Sancti è contra, vero judicio præditi, res eas turbatas exiſtimant, ac tum eſſe tranquillas ac bene compoſitas arbitrantur, cùm juſtitia & ſanctitas coluntur: impietas verò ac malitia, ut commerita ſunt, abjiciuntur.

In 1. Reg. 18. ver. 17. Luc. 23. a. Ioan 8 12. Act. 11. 28. Su Cl 4. c. 6. & in Iud. 12. initio.

Turbare, quid?

Simile.

2 Cùm Eliæ Ahabus turbationem objecit ſui regni, duplicem turbationem ſpectaſſe videtur: unam civilem, alteram autẽ religioſam. Nam quod attinet ad pietatẽ & cultum Dei, nihil magis cordi erat corruptiſſimo Regi, quàm idololatriam promovere, ac illam pro viribus amplificare. Sed Propheta Elias, nihil è diverſo ſtudioſius agebat, quàm ut inde averteret populum, & ad Iehovam Deum verũ colẽdum traduceret. Idcirco Ahabus dicebat, eum turbaſſe Iſraelem. Civilis turbatio erat, quòd Rex voluiſſet ditionẽ ſuã frui cõmodis vitę, atq; opibus & abundãtia floreret: at ea bona mirũ in modũ erant imminuta & extenuata pluviarum defectu, atq; triennij ſiccitate. Turbata itaq; Reſpub. erat, & quoad religionem, & quoad vitæ neceſſaria ſubſidia. Hæc eſt in ſumma objurgatio Ahabi Regis adverſus Eliam. Sed jam attendendum eſt, quomodo Elias cũ Rege ſe geſſerit. Profectò nihil admiſit, quod Prophetã & legato Dei eſſet indignum. Conſtanter egit, & miniſteriũ verbi Dei fortiter defendit, non ſe abjecit ad pedes Regis, non petiit veniam, neque ſe promiſit emendaturum, ſi quid ei feciſſet ingratum: non quòd ſuperbus aut arrogans eſſet, ſed quia cernebat accuſationem iſtam rectà impetere verbum Dei, quaſi turbatio inde orta fuiſſet. Si de ſuis privatis rebus agendum fuiſſet, non dubito illum modeſtiam homine pio dignam fuiſſe adhibiturum: ſed lædi ſummi Dei exiſtimationem ac dignitatem, ferre non potuit. Ideò reſpõdit: *Non ego turbo Iſraelem, ſed tu, & domus patris tui.* Vtitur ἀντικατηγορία, & crimen regerit in ſuum accuſatorem, hoc eſt, in impium Regem. Neq; accuſandus eſt inſolentiæ, quoniam, ut Paulus declaravit ad Gal. 1. cap. ἀνάθεμα habendus eſt, quiſquis, etiamſi Angelus fuerit, contra docet, quàm Evangeliũ ſeu veritas divina ſe habeat. Quod ſi nec Angeli excipiuntur,

Elias tuetur dignitatem officij.

Gal. 1. 8. Matt. 24. 7.

Reges quoque non ſunt eximendi. Magno porro A ſpiritu opus fuit Eliæ, ut ſe auderet opponere furenti Regi. Hoc etiam præſtitit idem Ioannes Baptiſta, qui Herodi, crudeliſſimo alioqui Principi, ſe oppoſuit. Cauſam adjicit Elias, cur Ahabus & majores ejus turbaverint Iſraelem, nempe quòd verum & patrium Deum reliquerint, ejúſque præcepta & Leges contempſerint, diiſque alienis inſervierint. Hoc inquit, fuiſſe principium, fontem, & radicem turbationis. Et quia res hæc magna eſt, & cognitio ejus plurimum commodat hiſce temporibus, quibus Papiſtæ B aiunt, nos eſſe perturbatores Eccleſiæ, ac ſeditionis authores: nóſque viciſſim regerimus, ab illis hęc mala orta eſſe: operæpretiũ erit, ut cauſa poſſit dijudicari, de Turbatione vel Seditione aliquid in medium afferre. Quid autem vox Turbandi ſignificet, atque unde tranſlatio ducta ſit, paulò ſuperius expreſſi. Nũc ad rei juſtam definitionem veniendem eſt. Sed prius operæpretium eſſe duxi, ἔτυμον vocis ejus, Turbæ inquam, oſtendere. Vlpianus ex ſententia Labeonis in ff. tit. Vi fractorum bonorum, dicit in genere, tumultus eſſe ἀπὸ τοῦ θορυβεῖν. Cicero in ſexto, de Repub. ut C fertur, ſcripſit, Seditionem eſſe diſſenſionem omniũ inter ſe, cum eunt alij in aliud. Græci dicunt στάσιν & διχοστασίαν: authores autem ſeditionis & turbæ, Hebræi vocant *Hakerim*, Græci στασιώτας vocant, & ἀναστατοῦντας. At tantum de voce.

Locus de Seditione ſeu Turbis.

Seditionis & tumultus nomen explicatum.

Seditio quid.

3 Quod ad veram naturam ſeu definitionem attinet, ſeditio vel turbatio ſpectat ad prædicamentum actionis. Nam qui turbant, vel ſentiendo contraria & diverſa id faciunt, vel ea loquendo ſeu perfi- D ciendo ipſo opere. Actio inquam, eſt non naturalis, ſed voluntaria, quæ ad vitium refertur. Proximum ejus genus eſt contentio: In omni ſiquidem turba, homines adverſum ſe mutuo contendunt. Sub hoc genere, quatuor ſpecies numerari poſſunt. Nam ea vel inter multos, vel inter unum & alterum accidit. Si multi fuerint contendentes, ij vel cognati ſunt & propinqui, vel ſunt exteri & alieni. Plato, Dialogo quinto de Republica, Cognatos & propinquos, dicit eſſe Græcos: Barbaros verò, appellat exteros. Si cum E hujuſmodi contendendum ſit, bellum eſſe puta: quando verò Græci pugnabant inter ſe, id ad ſeditionem pertinere ait. Quòd ſi de rebus ſacris & religioſis contendatur, ſchiſma id vulgò appellatur: at ſi contentio inter unum & alterum agitetur, eſt rixa, quemadmodum idem Vlpianus ex mente Labeonis affirmavit, lege ſuperius adducta. Nec volũt eſſe turbam vel ſeditionem, ſi duo, vel tres, vel quatuor inter ſeſe contendãt, ſed oportet (ut aiunt) eſſe bene multos. Hæ ſunt ſpecies præcipuæ contentionis: ego F nunc bellum & rixam non tractabo: ſed turbam & ſchiſma, hoc eſt, ſeditionem, tam de religioſis, quàm de civilibus rebus unà comprehendam.

Seditionum ſpecies.

Schiſma.

4 Quoniam verò actiones cognoſci ſolent ex objectis, hoc eſt, ex materia circa quam verſantur (unde viſio cognoſcitur, quod fiat in apprehendenda luce, & cernendis coloribus, auditus item quod ſonos & voces admittat) ideò videndum nobis eſt, ſeditio vel turba quid faciat, & circa quæ verſetur. Dicimus eam inducere privationem duarum præſtan- G tiſſimarum rerum, ordinis inquam & unitatis. Ordo (ſi credamus Auguſtino) eſt parium diſpariúmque rerum ſua cuique loca tribuens diſpoſitio. Non ſunt omnia in mundo æqualia, nec ejuſdem rationis: tunc autem dicuntur ordinata, cùm bene diſpoſita ſunt, & loca obtinent ſibi congrua. Et humanæ actiones tunc ordinem habent, cùm rebus attemperantur juxta earum conditionem & dignitatem. Vnde Chryſoſtomus pulcherrime ſcripſit Homil. 23. in Epiſt. ad Roman. Deũ conſtituiſſe inter homines mul- H tas differentias dominatus & ſubjectionis. Nam reperiuntur heri & ſervi, parentes & liberi, vir & uxor, Magiſtratus & ſubditi, ſenes & juniores. Non erunt autem actiones hominum ordine compoſitæ, niſi bene ſeſe ad iſtos gradus & conſimiles attemperarint. Id autẽ fieri non poteſt, niſi res gerantur ad pręſcriptum Legis. Cùm ergo turbatio dicitur auferre ordinem, intelligimus eam legem tollere, quæ caput & fons eſt omnis boni ordinis. Vt enim Deus in I natura humani corporis diſtinxit varia membra, & ordine admirando ea collocavit, caput in arce ſumma, & in ea oculos inſtar feneſtrarum, ſubjecit illi os per quod cibos caperet, pectus ut præcordia vitalia contineret, ventriculum ad concoquendos cibos, femora, crura, poplites & pedes: quæ cùm ſic ordinata viſuntur, ſummam ſapientiam opificis teſtantur: ſin verò confuſa & tranſpoſita fuerint, non hominem, ſed monſtrum faciunt. Ita in ſuis legibus rationem & menſuram patefacit, qua noſtræ actiones rectè diſponantur & ordinentur.

Ordo quid.

Simile. Corporis humani membrorum ordo.

5 Deinde turba vel ſeditio privat unitate: ſiquidem civium animi diſtrahuntur à ſe invicem & mirificè divelluntur, quod eſt deformiſſimum, & minimè Rempublicam decet. Vnde Lucas in Actis Apoſtolicis, volens Chriſtianorum ſocietatem commendare, inquit, Erat eis anima una & cor unum. Sita verò eſt hęc unitas in adhærendo ei, qui ſummè omnium eſt unus. Is verò eſt verus Deus, ſine cujus timore atque cultu, non poteſt vera unitas obtineri, ſed omnia divulſa manent & à ſe invicem diſtracta. Vnde Auguſtinus in Sermone de verbis Domini ſuper Lucam 10. tractans verba, quibus Chriſtus dixit Marthæ, Porrò unum eſt neceſſarium, ſcribit, Da unum, & habebis populum, ſcilicet rectè ac legitimè conſtitutum: tolle unum, & habebis turbam. Turba verò, nihil aliud eſt, quàm multitudo turbata. Ex iis verbis colligere licet, quódnam ſit privationis hujus verum ſubjectum. Non enim per ſe privatio ſubſiſtit, vel in aëre pendet. Eſt ſubjectum ejus, multitudo vel cœtus hominum, qui eſt idoneus, vel aptus, ut ordine inſtruatur, vel ut eo privetur: & item, ut verè ſit unus, vel à ſe mutuò divulſus. Si privatio harum rerum acceſſerit ei, pace deſtituitur & tranquillitate, quæ maximè iis duabus rebus continetur.

Vnitas.

Act. 4. 32.

Lu. 10. 42.

6 Hanc noſtram definitionem verba Eliæ confirmant, qui volens coarguere Ahabum turbationis, Deum, inquit, deſeruiſti: quod privationem unitatis reſpicit. Et mandata ejus: quod facit ad privationem ordinis. Atque inde convincit eum eſſe turbatorem. Paulus nos hortatur ad illa bona, eóſque habitus egregios retinendos, pluribus in locis: ſed potiſſimum 1. ad Cor. cap. 1. dicendo: Obſecro vos fratres (alloquitur multitudinem Chriſtianorum, quæ ſubjectum erat, vel eſſe debebat ordinis unitatis) idem loquamini: nec ſint inter vos ſchiſmata, ſed ſitis ὁμόψυχοι in eadem mente & in eadem ſententia. Requirit conſenſum inter fideles quoad animum & quoad verba, quoad fieri poteſt, necnon quoad opera: verum de operibus, quod hic tacere videtur, ad Philippenſes præclarè docet cap. 2. Eſtote unanimes, idipſum ſentientes, nihil agentes per contentionem & vanam gloriam. Saluberrima porrò adhortatio, quæ ad pacem & unitatem ſpectat. Dicebat etiam Pythagoras, φευκτέον στάσιν τῆς πόλεως, fugienda eſt ſeditio civitatis.

1. Re. 18. 18.

1. Cor. 1. 10.

Phil. 2. 2.

7 Si de cauſis quæratur hujus mali, multæ afferri poſſunt. Loco jam adducto, ad Philip. Paulus retulit duas, Contentionem, quæ videtur ſignificare propenſionem ad certamina & lites: Non debemus obſequi corruptę inclinationi. Item cupiditas glorię multos eò impellit, & deſiderium voluptatum & lucri: ſed maximè omnium, diverſitas fidei. Quod Hieronymus attigit ſuper Matth. in cap. 10. tractans ea verba, Non veni pacem mittere, ſed gladium: ubi ait, Ad fidem Chriſti, totus orbis eſt contra ſe diviſus, nec ulla eſt domus in qua non ſint credentes & infideles. Et idem caput illud exponens, Frater tradet fratrem, inquit, Nullus eſt eorum fidus affectus, quorum diverſa eſt fides. Plato in lib. 4. de Republi. Seditiones ait oriri, tam ex nimia copia quàm ex nimia inopia. Qui enim facultatibus undique affluũt, elato ſunt animo, & pauperes præ ſe contemnunt. Pauperes è diverſo ſpreti, contra divites irritantur & una civitas in duas dividitur. Hoc in Eccleſia Corinthiorum accidiſſe novimus, ubi divites & opulenti nolebant cum pauperibus accumbere: verùm ſe adjungebant ad homines ſui ordinis, & inter ſe lautè ac ſplendidè convivabantur, nec pauperes expectabant: illi verò contempti, ſeorſim ac tardius accumbebant, tenuiſſimum ac vilem uſurpando cibum. Inde ſeditiones & turbæ: Hoc eſt, ut inquit Paulus, manducare quidvis aliud, quàm cœnam Dominicam. Poſſent fortaſſis & aliæ afferri cauſæ: verùm jam memoratæ potiores ſunt. Reſtat finis: qui, ſi ſpectemus turba-

Turbationis cauſæ.

Contentio.

Ibid. v. 3.

Fidei diverſitas.

Matth. 10. 34.

Ibid v. 21.

1. Cor. 11. 21.

Ibid. v. 20.

Digitized by Google

turbatores & ſeditioſos, eſt rectè inſtituta evertere atque conſumere, propter ſua compendia. Vnde Chryſoſtomus in 5.cap. ad Galatas, exponens ea verba, Si vos mordetis & comedetis, videte ne conſumamini, ait, Seditionem afferre tandem conſumptionem & corruptionem: illamque tineæ confert, quæ non diſcedit à panno, niſi pro viribus illum conſumpſerit. Sin verò ſpectemus Deum, & quæramus in quem finem hæc fieri patiatur, reſpondebimus, ut qui probati ſunt, in turbis & ſeditionibus manifeſti fiant, & cùm antea latuerint, præluceant aliis. De hoc Paulus nos cómonefecit ad Corinth. 1. dicens: Oportet hæreſes eſſe, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant.

Gal. 5. 15.
1. Cor. 10. 19.

8 Ex iis quæ jam adduximus, tota definitio colligi poteſt, quæ genere ac differentiis conſtet, & cauſas omnes comprehendit, ut dicamus: Turbationem vel ſeditionem, actionem eſſe voluntariam, qua contéditur inter multos tam de rebus civilibus quàm religioſis, induciturque privatio cùm ordinis tum unitatis, ob propenſionem animi ad litigandum: aut iram, ex excepta offenſione, aut cupiditatem gloriæ, aut voluptatum, aut lucri, maximè omnium ob diverſam fidem, vel nimiam copiam, vel nimiam paupertaté, idque ad everſionem rectorum inſtitutorum, & ut ſancti homines, ea occaſione magis magiſque fulgeant. Hæc pleniſſima eſt definitio: Non me latet, alias circumferri deſcriptiones, ut cùm dicitur, Seditionem, eſſe populi vim & iracundiam: ſed hîc tantùm attingitur impellens cauſa. Dicitur etiam, Seditionem eſſe, cùm populo diſcordante, venitur ad manus: quo demonſtratur eam non eſſe motum levem, ſed vehementem, quæ rem pertrahat ad certamen. Quod Virgilius ob oculos videtur poſuiſſe, cùm ait:

Seditionis deſcriptio.

Ac veluti magno in populo cùm ſæpe coorta eſt
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Sed ea quam adduximus plena eſt definitio, & totam rem comprehendit. Reſtat, ut videamus de hypoſtaſi vel de ſubjecto, vel concreto, ut Dialectici loquuntur, cùm de natura ipſa dixerimus. Seditioſus eſt, inquit Iſidorus in ſuis Etymologiis, qui diſſenſionem animorum facit, & diſcordias gignit. Sed non tantùm authores & capita ejus facinoris habédi ſunt ſeditioſi, verùm & illi, qui ſequuntur eos, qui adjuvant, fovent ac tuentur: quamvis illi qui ſe duces præbent & turbas excitant, multò gravius aliis peccent.

Seditionis ſubjectum.

6 Magnitudo autem ſeu gravitas hujus criminis, pendet ex bonorum excellentia, quæ per ipſum auferuntur. Quid pejus multitudini poteſt accidere, quã ſi ordo & unitas auferatur? Plato in Sophiſta dixit, Seditionem eſſe naturalis cognitionis corruptelam. Quod ut luculentius adhuc intelligatur, Auguſtini ſententiam adducam, quæ lib. 2. cap. 21. de Civitate Dei habetur; ubi dixit: Sapientes determinaſſe, non quemlibet hominum cœtum, eſſe populum, ſed eum qui conſenſu juris, & communione utilitatis eſſet aſſociatus. Cum autem turbatio jura tollat, & communem utilitatem, multò gravior eſt culpa, quàm rixa in qua certatur de unius aut alterius bono: non tamen commune jus evertitur, nec publicum bonum tollitur. Peccati hujus item gravitas, ex pœnis colligitur, ut dicebat Paulus ad Galatas: Vtinam excindãtur, qui vos conturbant: Eſt itaque turbatio digna excidio. Itidem dixit Apoſtolus in eadem Epiſtola ad Galatas, Iudicium ſuum portabunt, qui vos conturbant. Seditio Coræ, Dathan & Abiram, morte punita eſt: item ſeditio Abſalomica, & ea quam excitavit Seba, filius Bichri adverſus Davidem. Iura humana, inter capitalia hoc ſcelus retulerunt, ut videre eſt in ff. de pœnis. l. Si aliquis aliquid ex metallo. §. Authores, vel fautores: utraque lectio invenitur. De illis ibi ita pronunciatur, Aut furca ſuſpendantur, aut beſtiis objiciantur, aut in inſulam deportentur. Idem ſcribitur eodem tit. l. Capitalium. §. Solet. Et in C. de Seditioſis. l. 1. & 2. Et nonnunquam irrogantur ex pœnæ, quibus rei criminis læſæ Majeſtatis afficiuntur, ut habet ad l. Iuliam Majeſtatis. L. 1. Canones Eccleſiæ ſæpe decreverunt, ut ſeditioſi nequaquam ordinentur. Et hæc de pœnis, & gravitate criminis.

Seditio quantum crimen.
Gal. 5. 12.
Ibid. 10.
Ibid. 16. 32.
2. Sam. 18. 21.
2. Sam. 20. 22.

10 Sciendum præterea eſt, non omnes qui contendunt in ſeditione, accuſandos eſſe. Cùm enim ſint duæ partes, quarum una pugnat adverſus alteram, neceſſe eſt, ut cùm de contradictoriis vel pugnantibus certent, unius cauſa ſit bona, alterius verò mala. Qui defendunt juſtum, bonas leges, & communem utilitatem, non ſunt habendi ſeditioſi: alii è diverſo gravandi ſunt, qui hæc oppugnant. Elias & Achabus ſunt in eodem certamine: Videndum eſt, utra pars turbationis rea ſit. Ex iis quę diximus κριτήριον haberi poteſt. At melius eſt, ut ex verbis Prophetæ id eliciamus. Tu à vero Deo Iſraelitas ad Baalem traducis, & legem veri Dei aufers: ergo ipſe turbator es. Aſt ego populum revoco ad Iehovam Deum patrium, & Leges propugno latas in monte Sina, & receptas à majoribus noſtris: ergo non ſum turbator neque ſeditioſus. Contraria quidem ſequimur tu & ego: ſed cùm ipſe defendam & tuear ſanam ſententiam & meliores partes, turbationis & ſeditionis minimè ſum accuſandus. Hoc idẽ nobis licet Papiſtis regerere, quãdo nos turbatores & ſeditioſos vocant. Nos propugnamus verum Dei cultum, Chriſti gloriam, recipimus divinas literas, Sacramentis utimur integris, ut à Chriſto fuerunt inſtituta: tria ſymbola recipimus: nolumus creaturas, ſimulachra vel idola colere; igitur non ſumus turbatores. Illi jure accuſantur tanti ſceleris, qui omnia è diverſo faciunt. Illa eſt felix & beata Reſpublica ſeu Eccleſia, quæ verbo Dei regitur & gubernatur: E diverſo infelix eſt, quæ humana inventa ſequitur, rejectis divinis oraculis. Beata gens, cecinit David, ea eſt, cujus Deus eſt Iehova: unde concluditur è diverſo, infelicem eſſe gentem, quę pro Deo non habet Iehovam. Et in illa hiſtoria videmus illud regnum decem tribuum laboraſſe fame, ac cœlum habuiſſe clauſum. Papiſtæ autem, etſi non laborant fame cibi externi, magna tamen inopia divinorum eloquiorum conficiuntur, eiſque cœlum divinæ lucis manifeſtiſſimè clauſum eſt. Validum admodum fuit argumentum Prophetæ, ac ita fregit Achabi cor, ut nihil habuerit quod reſpõderet. Ceſſit ergo Prophetæ. At Romanenſes, hujuſmodi rationi hodie non acquieſcunt: quoniam traditiones & ſua inventa, Scripturæ vel adæquant vel præferunt. Reſtat nunc ut videamus, an Scripturæ Turbãdi verbo ſic utantur, quamadmodum ego propoſui. In libro Iehoſua dicitur Achan turbaſſe populum, quod adverſus Dei mandatum ex anathemate ſurripuerit, quod malè placuit. Et Iacobus Simeoni & Levi ait, Vos me turbaſtis: nam contra jus & fas atque datam fidem Sichemitas intercemerãt tertia die à ſua circumciſione. Sed multò magis id liquet ex Paulo ad Galatas, 1. cap.; ubi ait, Miror vos à Chriſto tam citò defeciſſe ad aliud Evangelium, quod nõ eſt aliud, ſed ſunt qui vos cõturbant. Turbare Apoſtolus intellexit Pſeudochriſtianos, eo nomine, quòd eos à vero Evangelio abducebant.

Eos qui in ſeditione contendunt non omnes accuſandos.
1. Reg. 18. 18.
Pſal. 144. 15.
1. Reg. 17. 1.
Turbandi verbum quemadmodum in Scripturis uſurpetur.
Ioſ. 7. 25.
Gen. 34. 25.
Gal. 1. 6.

11 Sed quoniam Magiſtratus eſt lex animata, & vices Dei gerit, qui adverſus eum inſurgunt, ii meritò dicuntur ſeditioſi. Nam & legum executionem, & imaginem Dei, quantum in ipſis eſt auferunt. Suſcipiendus itaque Magiſtratus eſt, nec adverſandum illi, tantiſper dum imperat ex verbo Dei, aut ex honeſtis decretis civilibus: vel etiam dum ἀδιάφορα mandat, etiamſi gravia & dura interdum videantur. Nam Petrus dicit, Etiam difficiliores dominos eſſe ferẽdos. Et eò retrahi poſſunt verba Chriſti, quibus dixit, Si quis te angariaverit mille paſſus, duo millia pergas cum eo. Etſi quis velit auferre tunicam, da illi & pallium. Verùm ſi juſſerit Magiſtratus impia, & quæ pugnant cum verbo Dei, non eſt audiendus, nec illi oportet obſequi. Nam Deo magis parendum eſt quàm hominibus. Si jubeat colere ſimulachra, corrumpi & vitiari Sacramenta, vel mores imperet turpes, ſeu novos articulos fidei audeat proponere, non eſt parendum. Neque ſic agendo, ſeditionis vel turbationis crimen impingi nobis poterit. Nec tantùm parẽdum non eſt, ſed reclamandum & adverſandum pro viribus impietati, ad exemplum Chriſti, Ioannis Baptiſtæ, ac omnium Prophetarum, necnon Apoſtolorum, quos nefas eſt credere fuiſſe turbatores. Moſes & Aharon adverſabantur Pharaoni, ei proponendo verbũ Dei. Appellati ſunt ab eo ſeditioſi, cùm nihil minus tamen eſſent. Neque Ioſias, Ezechias, & Aſa fuerunt ſeditioſi Principes, cùm everterent ſimulachra, idola & ſuperſtitiones, quas majores eorum erexerant, &

Magiſtratui reluctantes eſſe ſeditioſos, & quatenus huic obediendum.
1. Pet. 2. 18.
Matt. 5. 41.
Act. 4. 19.
Matt. 21. 2.
Matth. 3. 7. & 14. 5.
Exod. 7. 6.
Eſa. 6. 4.
1. Reg. 5. 12.
1. Reg. 18. 3.
2. Reg. 23. 1.

in precio habuerant. Pontifices & Scribæ, necnon A
Romani principes, voluiſſent Apoſtolos omnino ta-
cere, nec Ieſu Chriſti nomen prædicare: quod illi fa-
cere noluerunt. Abrahamus item adorare noluit i-
Dan 2.18. gnem, ut in ſua patria colebatur. Daniel & ſocii ejus
dixerunt Nebucad-Nezar, Statuam tuam non ado-
rabimus: nec propterea ſunt habiti ſeditioſi piorum
judicio. Audiatur igitur Magiſtratus & in honore ha-
beatur: cùm præcipit ex verbo Dei, cùm imperat ex
An Elias appellans Regẽ turbatorem, legem: Ne maledicas Principi, violaverit? juſtis decretis, vel mandat indifferentia. Sed quæſitũ
eſt, an Elias appellando Regem turbatorem, in illud B
præceptum incurrit, quo Deus juſſit, ne quis maledi-
cat Principi ſuæ gentis? Reſpondetur, Illud manda-
tum violari, cùm temerè id agitur, vel ſui compendii
cauſa, vel cùm ipſa poteſtas contemnitur: quod Elias
non fecit. Tantùm accuſavit ejus peccatum, quod ad
Luc.13.32. ſuam functionem ſpectabat. Et Chriſtus Herodem
Io.8.44. vulpeculam appellavit: & de iis qui ſe volebant inter-
ficere, dicebat illos diaboli filios eſſe. Intereſt quan-
dóque permultũ gloriæ Dei, necnon Eccleſię, ut pec- C
cata magiſtratuum arguantur: idque fit citra ſeditio-
nis ac turbationis crimen. Verùm hac de re ſatis.

An ſubditis liceat contra ſuos Principes inſurgere.

12 Partiamur ſubditos, ita ut eorum alii ſint me-
In Iud. 3. sub finem. rè privati, alii verò ſic inferiores, ut ſuperior poteſtas
ab illis utcunque pendeat: quemadmodum apud La-
cedæmonios ἔφοροι, & Romæ Tribuni plebis erant. Ii
Eph. 6.5. qui tantùm ſubjiciuntur, & privati omnino cenſen-
Col.3.22. tur, adverſus Principes atque dominos ſuos non de-
bent incitari, ut eos è dignitate ſeu gradu ſuo detur- D
1.Pet.2.18. bent. Duo Apoſtoli, Petrus & Paulus, idem manda-
runt, nimirum ut ſervi dominis obedirent, utut mo-
Rom.13.1. roſi ac difficiles eſſent. Gladius præterea (ut ad Ro-
manos habetur) poteſtatibus duntaxat eſt datus. Po-
Ier.27.& 29. teſtati autem qui reſiſtunt, ordinationi Dei reſiſtere
dicuntur. Volebat Deus, ut Iudæi Nebucad-Nezari
2.Reg. 24.20. obtemperarent: & Zedechiæ Regi ſuccenſuit, quod
ab eo defecerit. Quin & Ieremias juſſu Dei monebat
Ier. 29.7. & hortabatur, ut populus pro ſalute Regis Babylonię
orarer. David quoque manũ ſuam in Chriſtum Do- E
1.Sa.24.7. mini extendere noluit, cùm id momento & magno
ſuo commodo facere potuerit. Iuliani Apoſtatæ pii
milites, pugnando & caſtrametando ei parebant: nec
unquam (cùm etiam armati eſſent) in crudeliſſimum
tyrannum ferrum ſtrinxerunt. Phocas, occiſo Mauri-
tio per ſummam vim ac injuſtitiam, occupavit impe-
rium: Romam ad Gregorium ſcripſit, qui ei ut Princi-
pi morem geſſit, & magnam reverentiam exhibuit.

13 Alii verò ſunt quidem in Republica loco ac di-
gnitate Principibus minores: at re ipſa poteſtatem F
ſuperiorem eligunt, certiſque legibus Reipub. præfi-
ciunt, ut hodie ab Electoribus Imperii fieri videmus,
& fortè in aliis quibuſdam Regnis idem agitur. Iis
profectò licet, ſi Princeps pactis & promiſſis non ſte-
terit, eum in ordinem cogere ac vi redigere, ut condi-
tiones & pacta quæ fuerat pollicitus, compleat, idque
vel armis, cùm aliter fieri non poſſit. Hoc pacto Ro-
mani, Conſulem interdum, quem ipſi crearunt, abdi-
care ſe coëgerunt. Dani ſuum Regem noſtra ætate
dejecerunt, atque captivum diutius habuerunt. Poly- G
dorus Virgilius tradit, Anglos aliquando ſuos Reges
compuliſſe ad rationem reddendam pecuniæ malè
adminiſtratæ. Nec ignoramus Tarquinium Super-
bum, ob nimiam crudelitatem atque arrogantiam,
De Bruto & Caſſio. fuiſſe à Romanis ejectum. Taceo Brutum & Caſſium,
qui Cæſarem occiderunt, juſtène an ſecus, graviſſi-
morum hominum ſententiæ variant. Ego vero dum
illorum conſilium ad regulam Scripturarum exami-
no, id non probo. Quia Romanam tyrannidem vel
imperium ei non contulerant, ſed ipſe vi atque potẽ- H
Dan.2.37. tia uſurparat. Deus autem, ut Daniel teſtatur, Impe-
ria & Regna transfert. Et quamvis fas eſt tyrannis in-
vadentibus Principatum reſiſtere, cùm tamen obti-
nuerint atque imperent, privatorum eſſe non vide-
tur illos moliri. Quapropter cùm regnum Iudæorum
ejuſcemodi eſſet, ut omnes ibi à Rege penderent (nõ
enim à proceribus eligebantur, ſed ex ſucceſſione po-
ſteri ejus familię imperabant, quàm Deus præſcripſe-
Deut.17.15. rat) ideò in legibus Deuter. & 1. Samuelis, in quibus
1.Sam.8.11. Regnum ſancitur, nullis facultas conceditur, ut illos I
deturbent. Imò aliquando contigit, ut nonnulli eo-
rum perimerentur. Deus autem nuſquam legitur cæ-

A dem eorum approbaſſe: imò ſupplicium de homici-
dis ſumebatur. Quod ſi Deus quandoque voluit Re- 2.Reg 9. 2.
ges Iuda exturbare: per Babylonios, Aſſyrios, & Æ-
gyptios id fecit, non autem per Iudæos. Vnum tan- 1.Sa.31 2.
tum Iehu contra dominum ſuum armavit: quod ut
peculiare fuit, ita non eſt in exemplum trahendum.
Saulem porrò non per Davidem, ſed Palęſtinorum
manus perdidit, nec ignoro quàm multa in C. ac ff.
ad l. Iuliam Majeſtatis, ea de re ſancita fuerint: ſed
ea brevitati ſtudens conſulto prætereo. Et quamvis
B probè noverim ab Ethnicis præmia olim conſtituta
τυραννοκτόνοις, attamen id reſpondi, quod pietas & Sa-
cræ literæ ſuadent. Certè ſi populo ſit fas Regno de-
jicere injuſtè imperantes, nulli Principes aut Reges
uſquam tuti erunt. Quamvis enim probè ac ſanctè
regant, non tamen populo ſatisfaciunt.

14 Multæ tamen ſunt rationes, quibus demon- In 2.Reg.11. Initio.
ſtrari poteſt, Iojadam ſanctè ac rectè adverſus Atha-
liam conſpiraſſe. Primum non fuit omnino vir priva- Iojadę factum expenditur.
tus, ſed in Republica erat ſummus Pontifex, ad quẽ
C pertinebat, non modo judicare res Eccleſiaſticas &
ſacras, verùm etiam civiles. Non enim Iudæi habue- Deut.17.8.
runt alios codices juris, atque ſacra Biblia. Dein ſe-
cum habebat conjuratos Levitas & Sacerdotes, nec-
non Principes familiarum & nobiliſſimos viros totius
regni, atque primores ex militibus, à quo genere ho-
minum par fuit, ut Reſpublica ſeu regnum Iudæ aſ-
ſereretur ex muliebri tyrannide. Accedebant præte-
rea Dei promiſſa, quæ fecerat Davidis familiæ, qua-
D rum promiſſionum intererat Pontificis, ut eſſet vin-
dex. Lex quoque Deuteronomii conſervanda erat, Deut. 17. 15.
nimirum ut regnum ad extraneos minimè recideret.
Erat deinde Iojada conjunctus affinitate cum fami- 2.Par.22.11.
lia Regis, quandoquidem uxorem habebat ſororem
defuncti Achaziæ. Quocirca ejus erat proſpicere, ut
è regno Iudæ tolleretur ἀταξία. Sed forte quis hoc
ſtudium Iojadæ reprehenderit. Primum, quòd non
rectè neque ordine faciat, eam perſonam dejiciendo
quæ jam erat in Magiſtratu, fas quidem eſt conari &
E niti pro viribus, bonis viris, ne in Republica ſtatus
rerum præſentium commutetur. Sed quando eſt im-
mutatus, & quiſpiam jam rerum potitur, & Magi-
ſtratum iniit, non licet eum dejicere. Deinde,
quamvis conjuratio aliqua poſſit interdum eſſe bo-
na, videtur attamen, ſua natura mali ſpeciem habe-
re. Quare ab ea juſti homines cavere debent, præ-
ſertim Sacerdotes, quorum eſt innocentiam exactè
cuſtodire. Dehinc poterat videri Iojada Sacerdos hæc
in parte ſua quærere. Nam cùm puer eſſet admodum
F parvulus, ille ſe pro gubernatore, loco ejus quodam-
modo ingerebat. Quid quod rem diſplicuiſſe Nu-
mini videtur, quod ex eo probari poteſt, quod Ioas 2.Par.24.21.
Rex, defuncto Iojada, filium ejus interemit, quaſi
Deus voluerit peccatum patris ejus ulciſci. Accede-
bat illud, quod hæc res à Levitis & Sacerdotibus
geſta ſit armis, à quibus miniſterium ſacrum ab-
horrere debet. Præterea, quod locum ſacrum vio-
landum expoſuerit cædibus & ſanguine, quod alie-
num à pietate creditur. Ad omnia hæc ordine reſ-
G pondebimus.

15 Ad primam rationem ita reſpondetur, non eſſe
quidem privati hominis magiſtratum jam conſtitutũ
aut Principem, qui rerum potiatur loco dejicere.
Sed Iojadam negamus privatam fuiſſe perſonã, cùm
in Republica ſecundum poſt regem locum haberet,
nec tamen ſacra verum etiam civilia negotia, cùm
judicaret, tum interdum obiret, & cuſtos eſſet Legũ.
In Deuteronomio autem Lex habetur de Rege in-
ſtituendo, quæ jam per Athaliam erat violata, & pro-
H miſſa Davidi facta & poſteritati ejus, per Athaliam
impediebantur. Huc deinde accedebat, eam non
modò fuiſſe alienigenam, ſed idololatram, & quidem
incurabilem. Quare merebatur deponi à primati-
bus & proceribus regni. Quod vero ſecundo loco
dicebatur non tantùm cavendum eſſe malum,
ſed etiam ſpeciem mali: Apoſtolicam ſententiam ut 1.The.5.22.
veram admittimus, adjiciendo tamen, eam non eſ-
ſe univerſalem, ut quę ad res indifferentes perti-
neat. At in iis quę obſervatu neceſſaria ſunt, locum
I habere non poteſt. Quòd ſi ea, quę præcipit Deus,
quandoque videantur mala humano judicio, non eſt
in manu noſtra poſitũ, ut eam ſpeciẽ mali caveamus,
ſed

Digitized by Google

ſed facere oportet omnino, quod imperetur à Deo. A
Gen.12.3. Exo.12.35. 1.Ma.1.65. Species mali erat proprium filium velle mactare, aſportare bona Ægyptiorum per fraudem, nolle parere Antiocho, imperanti eſum carnis porcinæ, nec id facere, quod Romani Cæſares jubebant, (unde Chriſtiani paſſim accuſabantur ſeditionis) ſed quæ commemoravimus, tam erant ad ſalutem neceſſaria, ut nihil ibi curanda fuerit ſpecies mali. Sic etiam cùm ad Pontificem pertineret ex officio rerum collapſarum reformatio, non erat quòd iſtam reformidaret mali ſpeciem. Non in re verſabatur indifferenti, B ſed neceſſaria. Quod poſtea fuit allatum quærendæ ſuæ rei cauſa, illum potuiſſe videri hæc inſtituiſſe, ut prætextu puerilis tutelæ ipſe imperaret, quod Ioas ad ætatem perveniſſet adultam, vanum eſt: quandoquidē pueri ætatē ille quidē regebat, ut bonus tutor, ſed regnum gubernabatur cōſilio & judicio magnatum, nō unius Pontificis judicio. Et ſtatim res decreta eſt. Nō enim regnum ſibi ipſi, vel domui ſuæ aſſeruit, ſed illi ad quem jure pertinebat. Qua in parte Aſſamonæi non leviter peccarunt, non quidē C eo nomine, quòd pugnarint pro aſſerenda religione ac patria cum exteris nationibus, ſed quòd regnum ſibiipſis potius vendicarint, quàm Tribui Iudæ, familiæ Davidis, ad quam jure pertinebat. Ceſſantibus itaque aliis proceribus regni inſtaurationis cura devoluta eſt ad ipſum Pontificem, quam ſi ex officio ſuſcepit, laudandus eſt, non reprehendendus. Gravabatur deinde quoad locum, quòd viſus ſit templum ſacrificiis addictum cædibus expoſuiſſe, & ſanguini hominum effundendo, quod ſanctitati ejus non cō- D
Iud.20.1. 1.Sa.10.17. veniebat. Ad hoc reſpondetur, Cùm Athalia tyrannide potiretur, Comitiorum uſitatum locum in Miſpah, ubi in difficilioribus caſibus aliàs ſolebat populus congregari, ut ex libro Iudicum, & primo Samuelis conſtat, non facilè concedendum fuiſſe. Quare delectus eſt locus idoneus, & ſuſpicionibus minimè obnoxius. Quòd ſi aperta vi agere voluiſſet Iojada, facilè bellum civile ortum fuiſſet, & cives inter ſeſe commiſſi, nam & Athalia ſuos habuit fautores, nec prorſus milite deſtituta erat. Ad hoc igitur, ut E Rex qui latebat in templo, inde poſſet facilius produci, necnon inungi à Sacerdotibus & defendi ab impreſſionibus, aliqua munitione clauſi ædificij non poterat commodior locus, quàm templū fuerat, decerni. Quod verò attinet ad cędes & humani ſanguinis effuſionem, hæc non tanti fiebant, quāti à ſuperſtitioſis fieri ſolēt. Deus in lege conſtituit, ſicuti ha-
Deut.19.2. betur in Deuteronomio, Vt quicunque imprudens, aut nolens, aliquem interemiſſet, ad civitates refugij ſe reciperet. At ſi quis prudens & data opera cædem F feciſſet, illum inquit Deus vel ab altari meo abſtra-
Ex.21.14. hito. Cúmque Ioabus nollet inde cedere, Salomon prǽcepit, ut illic occideretur, nec veritus eſt taberna-
1.Reg.2.29. 3.Reg.1.51. culi Dei violationem. At dixeris, Adoniæ tamē cùm eandem ob cauſam eò confugiſſet, pepercit. Fateor, ſed tamen id non ideo fecit, quòd exiſtimaret, ſi ibi cæſus eſſet, propterea polluendum, ſed vel quòd de ejus ſalute ſpem non prorſus abjeciſſet, vel quia, ut Ioabus duplicis cædis & quidem injuſtiſſimæ minimè reus erat. Quando itaque templo licebat parce- G re, id libenter faciebat: cùm autem impij alibi non poſſent coërceri, in ipſo templo eos occidere non extimeſcebat, cùm illorum cædes eſſet quoddam genus ſacrificij Deo non ingrati.

16 Supereſt, ut videamus, an Pontificem & Levitas decuerit armis rem gerere, imò an in univerſum Eccleſiaſticis arma tractare, exemplo Iojadæ & ſuorum collegarum, conveniat. Quod ut commodius fiat, diſtinguendum in hac quæſtione cumprimis ar- H bitror, inter veteris & novi Teſtamenti cōditionem ſeu ſtatum. Quoad veteres, mihi dubium non eſt id licuiſſe. Quoniam Levitica tribus exempta prorſus non erat à civilium rerum adminiſtratione, imò illi, quemadmodum eſt dictum, commiſſa erant judicia non tantùm Eccleſiaſticarum, ſed etiam civilium re-
Deut.17.1. rum. Deinde adminiſtratio ſacrificiorum & Sacramentorum non erat uſque adeò frequens, quia tantùm uno loco, id eſt in templo Salomonico fiebant
Deut.12.5. 1.Par.24.7. ſacrificia. Cúmq; viginti quatuor claſſes eſſent cùm I Levitarum, tum Sacerdotum, vix in anno ſemel aut bis, vel paulò plus, his inſerviebant ſacris. Quare illis vacabat & judicia & res civiles adminiſtrare. Atque id etiam multis exemplis illuſtrari poteſt. Cùm iter Nu.2.5.7.8. facerent Iſraelitæ per deſertum, Levitæ quoque ſua habuerunt caſtra, & armati cum aliis ſuis fratribus procedebant. Deinde Moſes Levitas deduxit ab una Deut.32.20. porta caſtrorū ad alteram, qui nudatis gladiis interficiebant obvios idololatras, non fratribus, nō cognatis, neque affinibus parcentes: quibus tandem Moſes ait: Conſecraſtis manus veſtras. Banaias quoque filius 2.Sam.23.20. Iojadæ præfectus erat exercitui Salomonis vice Ioabi, cùm tamen eſſet Sacerdos. Eli Pontifex erat, qui 1.Sam.2.9. tamen principatum in populo geſſit, & multos annos judicabat Iſraelem. Quod idem fecit Samuel homo 1.Sam.15.32. Levita, qui etiam bello interfuit, & Agagum Regem Amalek interfecit. Aſſamonæi etiam, quorum genus erat Sacerdotale, pugnarunt adverſus Macedones, & multis prælijs interfuerunt. Cur verò antiquitus & principatus & ſacerdotium quandoque conjungerētur, hæc ratio poteſt aſſignari, quòd in illis perſonis Chriſtus adumbrabatur, cui & verum ſacerdotium & ſupremum regnum debebatur. Sed poſt ejus adventum in terram, nos alium Sacerdotem non habemus, præter ipſum unicum noſtrum redemptorē ac mediatorem. Qui verò ſunt ab eo inſtituti Eccleſiarum miniſtri, hi ad prædicandum Evangelium filij Dei, & ad Sacramentorum adminiſtrationem, ſunt deſtinati. Quare ab extremo principatu & adminiſtratione civilium rerum par eſt ut ſibi temperent, cùm ſic à Chriſto fuerint eruditi: Apoſtolis enim dixit: Principes gentium illis dominantur, vos autem nō ita. Et Mat.20.25. rogatus à quodā, ut juberet fratrē ſecū hæreditatem dividere, ait: Quis me cōſtituit judicem ſuper vos? Luc.12.14. Oſtendens vocationi ſuæ, dum erat in terris, nō cōgruere, ut hæreditati hercíſcundæ præeſſet. Eodē autem modo exiſtimare debent miniſtri ſe miſſos, quēadmodum ille à patre fuit miſſus. Deinde Paulus for- 2.Tim.4.2. mans Timotheum ſuum, & de ſacro miniſterio inſtruens, inquit: Nemo militans admiſcet ſe negotiis vitæ: ubi argumento à comparatis utitur, nimirum à minori ad majus. Perinde ac ſi diceret: ſi nō licet iis, qui Sacramento militari tenentur, alia negotia ſeu vitæ inſtituta ſuſcipere, multò minus hi, qui miniſterio ſacro emancipati ſunt, ſe debent admiſcere aliis curis. Etenim vocatio illorum totum requirit hominem, quia bis térve in anno illos officio ſuo fungi oportet, ſed (ut monuit idem Apoſtolus tempeſtivè ac intempeſtivè neceſſe eſt prædicent Evangelium, & ſtudioſè incumbant lectioni & doctrinæ.

17 Id tamen ſciendum eſt, non penitus arma eſſe adempta miniſtris Eccleſiæ, quia tales poſſunt caſus interdum incidere, quibus liceat eis arma tractare. Nam ſi quis eorum in ſolitudine, ubi non liceret implorare civium auxilium vel opem magiſtratus, invaderetur à ſicariis, liceret ei vim vi repellere, & armis uti ſi eſſent ad manum, adhibita defenſione tutelæ, ut loquuntur, inculpatæ. Nam eo loco, qui ſic invaditur, non eſt privata perſona, ſed armatur à magiſtratu, & à legibus juſtis, & publicè receptis. Nam ipſæ ac equus magiſtratus nolunt ſuos cives perire temerè, idcircò ea caſu arma ſuppeditāt. Deus item voluit ſuis legibus, ut ſi fures noctu venirent ad aliquam domum armis inſtructi, ſi à Domino ædium occiderentur, id impunè fieret: Quod æſtimentur non modò veniſſe ad furandum, ſed etiam ad cædem faciendam. Deus autem nihil injuſti ſanxit. Cùm ergo miniſtri non tantùm Eccleſiæ ſerviant, ſed etiam ſint cives urbium & partes Reipublicę: non debent nudari privilegiis, quibus alij cives fruuntur, præſertim cùm eorum uſu à ſacro miniſterio non avocantur. Quandóque etiam contingere poſſet, ut tanta eſſet in oppido penuria hominum, ut abſque opera miniſtrorū defendi non poſſet murus vel porta, nec hoſtis repelli, eo caſu non impediuntur, imò tenentur, & jure quidem, laboranti patriæ opem ferre. Verùm ſi talis aut conſimilis neceſſitas non urgeat, minimè duco eſſe pij magiſtratus illos urgere, ut militent. Quia ſalva conſcientia non poſſunt ſuā deſerere vocationem, nec valent illam unà cum exercitio militari obire. Sed quia ad breve tempus & urgente neceſſitate fieri liceat, minimè inficior. Nec etiam nego in caſtris eſſe poſſe, ut militibus concionētur, imò ſum author, ut id ſedulò fiat, nā ibi

potiſſimũ eſt opus verbo Dei, cùm propter ſcelera, quæ bella comitari ſolent reprehendenda, tum ad animos pugnantium confirmandos: quandoquidem ipſe Deus legem tulit, ut in Deuteronomio habetur, ut ſacerdotes in caſtra proficiſcerentur, ad promiſſiones Dei militibus inculcandas. Nec tamen, propter has exceptiones, Papæ ac Epiſcopi noſtrorũ temporum excuſantur, cùm ipſi bella indicant & gerant, imò principes inter ſe committant, nec benè ſeu tranquillè habere ſibi videantur, niſi cùm omnia cædibus, armis & bellis ardeant.

Deut.20.2.

De Tyrannide perferenda, à piis hominibus.

18. Tyrannis à verbo Græco τυραννεῖν dicitur, quod eſt dominor, & illam vocem quandóque in bonam, quandóque in malam partem interpretamur: in bonam apud Virgilium,

Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe Tyranni.

In Gen.14.

Tyrannus vox eſt ambigua.

Ac in Horatianis Odis lib.3. Acron illud exponens, Laiæ tyranni: inquit, tyrannum crudelem, potentem & dominum ſignificare. Dum autem rapitur in malam partem, ita definitur, ut ſit is, qui contra æquum, bonum, ac leges imperat. Hoc verò ab ipſo committi poteſt bifariam, vel injuſtè invadendo, vel malè adminiſtrando Principatum. Hujuſmodi itaque improbum Principem, pij homines quando privati ſunt, & ſuper illo jus non habent, ferant oportet: neque illorum eſt ſeditiosè adverſus eum movere arma. Paulus ait, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſit ſubdita; quæcunque enim ſunt poteſtates, à Deo ſunt ordinatæ, quique poteſtati reſiſtunt, judicium ſibi acquirunt. Atque ita ratiocinemur, Quæ Deus ſuis auferret aliis mediis ac inſtrumentis, ſi per tyrannos auferat, non minus eſt patienter ferendum: & quis non ferat morbos, grandines & jacturas, cujus generis Iobus paſſus eſt, modò ſit pius? Adeò enim iſta eadem non minus à Deo fieri per tyrannos, atque per illa alia, ſtatuendum eſt.

Rom.13.1.

Tyrannorum Imperium ferant oportet pij homines.

19 Verùm dicat hìc quiſpiam, Si valeat hæc ratio, nunquam licebit quærere Magiſtratus auxilium, ut eripiat ab improbis, ſi me contra jus & fas afflixerint, quia per illos exiſtimabo Deum ita fieri velle. Sed non eſt par ratio, quòd in hoc caſu, Deus legitimam tibi viam patefacit, ut ſervatis pietatis conditionibus Magiſtratus remedium juſtè poſſis obtinere. At adverſus tyrannum non habes quod agas, niſi ſeditionem aut tumultum conſpirationémve contra illum excites, aut ipſe privata authoritate interficias, quæ aliena ſunt à ſacrarum literarum ſententia. Atqui objiciunt nonnulli Gedeonem, Simſonem, Iphthah & hujuſmodi ſanctos judices. Verum iſti non ſua ediderunt facinora privata authoritate, cùm agerentur ſpiritu Dei: quod ipſe teſtabatur, cùm magnis miraculis eorum ſucceſſus fortunaſſe legatur. De Chriſto potius diſcamus, quid in his ſit agendũ, qui ſolvit didrachmum, & Cæſari reddidit, quæ Cæſaris ſunt. Herodianis reſpondit: neque unquam aliquid movere aut moliri voluit contra Romanos, qui tyrannicam poteſtatem in Iudæos abſque controverſia exercebant. Contrà verò Iudas & Theudas, ut libro Antiquitatum 18. tradit Ioſephus, cùm tyrannidi Romanorum præ ſe ferrent velle ſe opponere, habuerunt ſucceſſus non minus exitiales atque impios omnia latrociniis impleverunt, armis demum in ſemetipſos converſis. De Machabæis idem ſtatuas, quod jam reſpondimus de Iudicibus. Nam Levita qui cadaver ſuæ concubinæ cæſum in tot partes, ac diſtributum per tribus Iſrael miſit, atque ideo viſus eſt bellum excitaſſe, non eſt quod te moveat. Etenim fuit illud factum accuſationis genus: cùm in ea libertate eſſent Iſraelitæ, ut Regi non parerent, publicè judicari debuit tantum facinus, quo publica ſententia atque conſilio puniretur. Liberandi autẽ populum ſuum à tyrannide, tres habet Deus præcipuas vias, nobis in Sacris literis accuratè deſcriptas, miracula primùm adhibendo & vim ſupernam, ut in exitu ex Ægypto contigit. Interdum contrà, Regum & Principum animos immutando, ut in Cyro & Dario fieri voluit. Nam iſti adeò humani & benevoli redditi ſunt in Iſraelitas, ut illos honorificè domum remiſerint ampliſſimis donatos muneribus. Excitat quandoque Dominus aliquẽ populo ſuo ſervatorẽ, qui libertatis ſit author, & ad hoc certam vocationẽ

Iu.6.11.14.

Marc.17.22. & 22.21.

Act.5.35.

Iud.19.29.

Tribus modis Deus populũ ſuum à tyrannide liberat.

Exo.7.&c.

Eſd.1.1.

habeat, ut in libris Iudicum ſæpe factum legimus. Notabis præterea fratres Dinæ, potuiſſe objicere, puella læſa à tyranno ad nos pertinet, ejus pudicitia eſt nobis commiſſa, quare violatorem poſſumus ulciſci. Verùm cogitare debuerant, illa prius ac magis quàm nobis Deo eſt propria, ad illum pertinet, is ulciſcetur, is liberabit quando nobis ad iſtam nõ patet legitima via, feramus ut poſſumus, & Deo negotiũ, quod omnino ejus eſt, permittamus. Nec ovis rapi, nec porci perdi poſſunt, niſi ipſe voluerit, nedum à tyrannis, imò nec à diabolo, uti ex libro Iobi & Marci Evangelio videre licet.

Iud.2.18.

Geneſ.34.&c.

Deo relinquẽda erat ultio Dinæ conſtupratæ.

Iob.1.&2.

Marc.5.12.

20 In ſumma, quia poteſtas à Deo, tyrannis ferẽda eſt. Et Daniel 9. cùm hac de re Propheta cœpiſſet velle agere, ſtatim dixit, Egreſſum eſt verbum. Ac ſapientia Dei apud Solomonem concionatur, Per me Reges regnant: & ne de legitimis tãtùm dici credas, tyrannorum quoque meminit. Quod ſi contendas ibi interpretandum in bonam partem, ne excidat in libro Iobi ſcriptum eſſe: Propter peccata populi regnare hypocritam: tametſi ille locus aliter poſſet exponi, juxta Hebraicam veritatem. Chriſtus quoque præſidi Romanorum, qui tyrannum in Iudęa agebat, apertè reſpondit, Non haberes poteſtatem adverſum me ullam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Cùm itaque ſis certus tyrannos quoque Deo volente imperare, ita dum premeris illorum jugo aut injuriis, ratiocineris: Deus nî hæc me pati vellet, vel ſua poteſtate me hac exemiſſet injuria, poſtquam in illam incidi, vel avertiſſet illam, ne in eam incurrerẽ, utrunque ei facile factu fuit: verùm ubi neutrum fecit, jam de ejus voluntate ſum certus, patiar idcirco hanc ejus manum. Atque ita certior factus, nil ſeditiosè in Republ. tentabis vel molieris. Proinde ſolummodo ad tribunal Dei eſt appellandum, cùm nõ detur alia ſuperior aut major poteſtas, cui tuus tyrãnus pareat. Etenim ſi haberetur, nihil obſtaret, quin ad illam poſſes confugere, ut Paulus, qui à judicio Hieroſolymitano ad Cæſarem appellavit. Itaque omnes pij hoc ſibi perſuaſum habeant, exauthoratas eſſe eorum vires ad movendas in Republ. turbas, eo nomine quòd vi aliquid facere velint adverſus publicum Magiſtratum, cujuſvis forma fuerit. Cúmque prętexunt uxoris, filij, aut ſororis, peccatum, abuſum, & alia hujus facienda mala quò bona eveniant. Quæ potes & facere licet, bona fide præſtes: moneas tyrannum, ores, & alia hujuſmodi negligas, quæ negotio conducere putaveris, téque Domino diligentiſſimè commendes.

Deo volente imperant tyranni.

Dan.9.29.

Prov.8.

Iob.34.30.

Ioan.19.11.

Ad Dei tribunal appellandum ubi premimur.

Act.25.11.

Rom.3.8.

21 At modò videtur tractandum, quare ita concitentur tyranni adverſus pios & Evangelium. Paulus 2. c. ad Epheſios mundi Principem ait ἐνεργεῖν in filiis ἀπειθείας, quemadmodum pij homines agitari dicuntur Spiritu ſancto: ex quo loco manifeſtè elicitur, impios homines eſſe inſtrumenta, quibus diabolus utitur ad ſuum furorem exequendum. Addas poſtea, Diabolo poteſtatem dari in ſanctos, quamvis certis finibus & limitibus repreſſam ac frænatam, prout magis Domino viſum fuerit ſuis expedire. Ea re quãtum poteſt Diabolus furit in his ſuis membris, ut ſervis Dei & Evangelio ſit impedimento. Deus verò ideo iſta permittit, quò martyrum illuſtres victoriæ appareant, & Eccleſia non minus atque mundus habeat ſuos Heros. Habes idcirco quo fine aut conſilio Deus iſta fieri patiatur. Diabolum porrò in Evãgelium furere non eſt mirum, quandoquidem per illud à Chriſto expoliatur: Eſt enim Evangelium virtus Dei in ſalutem omni credenti.

Cur ſic in pios & Evangelium furant tyranni?

Eph.2.2.

22 Reſtat ſcrupulus, Cur Deus tyrannos omnino improbos & malos fortunet, qui ita proſperos habuerunt aliquando ſucceſſus, ut illorum Regna ſæpe in ampliſſimas Monarchias ſint evecta: ut liquet in Romulo, Cyro, Philippo & Alexandro Macedone, qui violenti & injuſti ab hiſtoricis quoque Ethnicis produntur. Primò de iſtis Monarchiis, quomodo creverint, iſta aſſignabitur cauſa: Quòd in mundo eſt quædam connexio inter cauſas & effecta, ex Dei inſtituto firmiter poſita, quæ non facilè mutatur, imò plerunque videtur locum habere. Qui ergo Principes aut populi illa ſtudia & artes aſſequuti ſunt atque retinuerunt, quæ ditionem & imperium augere tum ampliare valent, illi hoc obtinuerunt. Modò, ut exempli

Cur, quomodo, & in quẽ finem tyrãnos augeri ſinat Deus?

Digitized by Google

exempli gratia, de Romanis agamus: Illi, ut hiſtoriæ perhibent, & Auguſtinus teſtatur, potuerunt tantam poteſtatem ſibi parare, quòd ea habuerint, à quibus produci conſuevit. Primo appetitum laudis, non quidem omnino falſæ aut fucatæ, quo ſcilicet judicibus ſanis & juſtis ſe approbarent. Deinde fuerunt pecuniarum liberales, imò ſi placet addere, ſæpenumero contemptores, gloriæ cupidi; quam tamen gloriam in communem patriam referebant: quam ita amarunt, ut voluerint diu liberam eſſe, ſemper verò cæterarum dominam. Romanorum illa præclara proprietas, à Virgilio decantatur:

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

23 Non patiebantur ſe deliciis & voluptatibus enervari, neque intenti erant congerendis opibus. Accedebat laborum patientia, & diſciplina militaris. Subditos non expilabant, ſed protegebant. Hiſtrionibus, ſcurris, aleæ, meretricibus aut popinæ, pecunias non profundebant. Non dolo, fraudibus, aut ambitu, Magiſtratus inibant, ſed bonis artibus, unde habuerunt domi induſtriam & foris juſtum imperium. Liberè conſulebant, caventes ne cupiditatibus aut vitiis animum haberent obnoxium. Cùm itaque tam præclara ſtudia, virtutes & facultates haberent, id natura conſequebantur, ut aliis facilè imperarent. Talis enim connexio & catena, in orbe eſt conſtituta à Deo, ut ni ipſe prohibeat, ex rebus hujuſmodi, illa aut ſemper aut plerumque conſequantur. Non tamen inficior, in Repub. Romana fuiſſe item multa vitia, cùm tyrannide patrum plebs non ſemel coacta ſit ſecedere: quanquam & illis iiſdem temporibus habuerunt quoſdam præclaros, induſtrios ac ſtrenuos viros, qui hujuſmodi vitia temperarunt & correxerunt. Sed poſteà adepto Imperio, cùm admodum vitia invaluiſſent, mole ipſa tanti Regni, & plebis & nobilium ſimul vitia ſuſtinebantur. Sic tanto Imperio quamvis ipſi abutebantur, Deum tamen & orbem caſtigavit, atque punivit infinita ejus flagitia: & Eccleſia teſtibus, cœlum verò ſanctis mirificè eſt auctum. Sunt præterea aliæ cauſæ ut nobis ignotæ, ita juſtiſſimæ, propter quas Deus iſta ſinit evenire. Romanum imperium tandem Eccleſiæ dedit pacem. In Perſarum Monarchia populus Iſrael eſt reſtitutus in patriam. Dúmque Nabucad-nezar regnum Chaldæorum obtinuit, Dei nomen in gentibus eſt illuſtratum & prædicatum. Sub Macedonibus regibus, ſacra Biblia in linguam Græcam, dum Ptolemæus Ægypto præeſſet, ex Hebræo ſunt converſa. Et ita ſemper reperies, re mala Deum optimè noviſſe uti.

Soli Deo & Patri, Regnum, Poteſtas & Gloria in æternum, cum Filio & Spiritu ſancto.
Amen, etiam Amen.

TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI.

POSTQUAM *Librum Locorum communium D. Petri Martyris Vermilij, Theologi præſtantiſſimi, ad calcem perduximus, viſum eſt in gratiam ſtudioſorum ſacræ Theologiæ, auctarij vice, hæc ſequentia ex editionibus Tigurina & Baſilienſi adjicere. Primùm locos aliquot communes ejuſdem authoris, de Libero arbitrio, Providentia, Prædeſtinatione, Cauſa peccati, & Miſſæ ſacrificio. Adhæc, Theſes ex Geneſi, Exodo, Levitico, & Iudicum Libro deſumptas. Quibus ſubjiciuntur Quæſtiones aliquot & Reſponſa. Deinde Orationes ſive Conciones variæ, de Morte Chriſti & Reſurrectione: de uſu & Dignitate verbi Dei vel Sacrarum literarum. Adduntur præterea ad Cœnam Domini exhortatio, & de Chriſti in Sacramentis præſentia & participatione, Confeſſiones tres. Denique Epiſtolas ejuſdem authoris, eo ferè temporis ordine, quo ſcriptæ fuerunt, addidimus: in quibus, paucis exceptis, loci aliquot theologici excutiuntur. Continetur etiam in his, hiſtoria vel narratio Colloquij Poſſiaceni in Gallia habiti. Etſi verò cùm alia, quæ in hac Appendice comprehenduntur, tum inprimis loci de Providentia & Prædeſtinatione, in hoc libro tractati ſunt, voluimus tamen hoc tempore hos locos integros in lucem emittere: quia diligentius, &, ut videtur, meliore ordine in his ſingula tractantur, & antea in lucem editi à nobis non ſunt. Idem de varijs illis Orationibus, Quæſtionibus, & Reſponſis dicere poſſumus.*

Porrò huic omnium Editionum poſtremæ & emendatiſſimæ, quædam prætermiſſa, triplici notula † † † diſtincta, & in prioribus deſiderata, anonymus, orthodoxi Martyris diſcipulus orthodoxus, adjunxit. Quod ſi fortè nonnulla in poſterum prodeant in lucem, quæ ſint alicuius momenti ab hoc noſtro authore profecta, ſic excudenda curabimus, ut huic volumini facilè attexi poſſint, nec ſint deinceps novi ſumptus lectoribus faciendi, Vale.

Digitized by Google

D. PETRI MARTYRIS DE LIBERO ARBITRIO, LOCVS.

Liberi arbitrij vox nuſquam in ſcriptura extat.

LIBERI arbitrij vox in divinis literis, quod ſciã, non reperitur: non tamẽ propterea ſignificata res, eſt contemnenda, nam de ea ubique diſputatur, & magna eſt hodie controverſia, fuitque ſemper inter Doctores & Theologos. Quamvis & ipſi Philoſophi de Anima loquentes ejus mentionem nunquam fecerunt, ſed proæreſin ejus loco tradunt. In mente enim ponunt tantùm intelligentiam & voluntatem, additur nonnullis memoria. Cicero quoque, optimus author Latinæ linguæ, nunquam dixit liberum arbitrium: ſed in libro de Fato, dixit ſemel & iterum, liberam voluntatem, quod perinde eſt. Græci dixerunt αὐτεξούσιον, voce compoſita ex αὐτὸς & ἐξουσία, & nihil aliud ſignificat, quàm quod eſt ſui juris, & in ſua poteſtate, nec poteſt cogi. & hoc pacto liberum arbitriũ poteſt Deo tribui, qui non poteſt cogi, quoniam non habet vertibilem voluntatem. Angeli quoque boni, neque poſſunt peccare, neq; averti à Deo, quem habent ob oculos, hoc pacto dicuntur habere liberum arbitrium. Quin & Diaboli quoque. Neque vox αὐτεξούσιον, quod ego ſciam, in divinis literis habetur. Latinum vocabulum arbitrij conſtat duabus vocibus, Arbitrio & libero. Arbitrij eſt æſtimare, ſentire, opinari, judicare. Liberum autem jam diximus, quod eſt ſui juris. Quamobrem videtur eſſe liberum arbitrium, quando appetitus in id fertur ultro, quod intelligentia vel vis cognoſcens oſtenderit. Eſt quidem in voluntate, ſed radices agit in intelligentia: quia oportet rem prius judicari & æſtimari: deinde ſequitur aut fuga aut perſequutio. Auguſtinus ſæpe dixit eſſe facultatem & rationis & voluntatis. Damaſcenus etiam dixit liberum arbitrium & judicare & capere. Iudicium pertinet ad partem intelligentem: deſiderium verò eſt voluntatis. Ratio ſeu intelligentia habet conſulentis locum, voluntas autem appetit, ſuſcipit aut repudiat.

Philoſophis etiam ignota.

αὐτεξούσιον.

Arbitrari quid.

Auguſtinus.
Damaſcenus.

Poſſumus igitur ſic definire liberum Arbitrium, quòd ſit facultas quædam voluntatis, quæ dum ſequitur partem cognoſcentem, aliquid repudiat aut expetit ultrò. Cùm dico facultatem, nihil aliud intelligo, quàm poteſtatem, ne quis credat me hîc ſignificare qualitatem aliquam, quaſi ſit habitus additus. Quamvis Bernardus dixerit, liberum arbitrium eſſe habitum animi liberum ſui. Eſt itaque facultas volũtatis, non ut voluntas eſt ſimpliciter, prout de eo nõ diſputatur. Nam volumus etiam felicitatem, nec poſſumus aliter: ſed dicitur eſſe voluntatis facultas, prout ex ea προαίρεσις aut electio provenit. Quæ eligimus, eligimus, propter aliud, non per ſeſe, ſed cõſilio quodam præeunte. Non enim eligimus, niſi quę fuerint diſcreta: diſcretionem verò hãc oportet fieri per partem intelligentem. Hæc eſt cauſæ definitio, quę ſi non ſatisfecerit, adferemus alteram, quæ eſt Magiſtri Sentent. diſt. 25. lib. 2. Sentent. Is dicit liberum arbitrium eſſe facultatem rationis & voluntatis, qua deligitur bonum aſſiſtente gratia Dei, aut malum deſiſtente gratia. Voluit admiſcere Magiſter gratiam, ne videretur conſentire cum Pelagianis, ſed tamen gratiam non appellat juſtificantem, ſed prævenientem, quæ pulſet animum, & utrumque extimulet: tunc ſi aſſentiamur verbo Dei, ſequitur regeneratio. Hæc ſatis eſſe arbitror ad naturam liberæ voluntatis cognoſcendam. Sed res, id eſt, objecta diſtinguenda ſunt, in quæ fertur hoc arbitrium. Ea ſunt duplicis generis. Nonnulla humiliora, quæ ſubjacent ſenſibus, & rationi humanæ, nec excedunt captum noſtrum, nec opus habent lumine ſupernaturali: ut eſt quod ego nunc doceam vel non doceam, maneam aut nõ maneam, bellum ſuſcipiatur, aut non ſuſcipiatur, iſta ſenſibus noſtris ſubjacent, & ratione de illis rebus poſſumus in utramque partem diſſerere. Alia ſublimiora ſunt, de quibus ne ſomniare quidem poſſumus, ut credere in Ieſum Chriſtum, obedire mandatis Dei, ſperare in illum, diligere Deum toto corde, tota anima, & totis viribus, bonis motibus; & impulſu ſpiritus Dei obedire legi. Hæc ſublimia ſunt, ita ut Paulus dixerit, Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Item: Quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non aſcenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus ſe, &c.

Definitio.

Bernardus.

Magiſt. Sentent.

Arbitrij objectum duplex.

1. Cor. 2, 14.

1. Cor. 2. 9.

Hac poſita diſtinctione, ſequitur alia, quæ pertinet ad ſtatum & conditionem hominũ. Adamus habuit ſuum ſtatum priuſquam peccaret: hunc ſubſequuta eſt miſera corruptio, priuſquam homines regenerarentur, cùm degenerẽt adhuc in meris tenebris. Tertius ſtatus eſt in ipſa regeneratione. Quartus eſt ſtatus poſt regenerationem, cùm jam homines renati ſunt & ſuffulti gratia. Quintus eſt de beatis, qui jam ſunt in patria. De iſtis omnibus non oportet me diſputare, nam de cõditione primi hominis pauca habemus ex divinis literis, tantùm ſcimus Deum feciſſe hominem rectũ, & ſuo arbitrio illũ libero cecidiſſe. Nec de poſtremo eſt, quod in præſentia dicam, quòd non multum faciat ad rem noſtram. Superſunt ergo ut res ſtatus conſiderandi, antequam regeneretur, & quomodo ſe habeat in regeneratione, tertio cũ jam regeneratus eſt David, cum optio ei à Gado Propheta proponeretur, erat in tertio illo ſtatu: erat jam regeneratus, redierat etiam in gratiã. Sed tamen ut tota res fiat dilucidior, oportet me etiã de aliis dicere.

Hominis ſtatus diſtinctio.

2. Sa. 24. 18.

Dico igitur homines nondũ regeneratos, quoad illa bona, quæ ſubjacent ſenſibus, & non ſuperant captum humanum, liberum arbitrium partim habere, quia experiẽtia docet, me poſſe ſtare vel ſedere, hinc abire vel manere. Nam Phyſicè ſic agitur in nobis, cogitationibus moventur nervi, & muſculi, & mẽbra: fiunt magni impetus, ſed in volũtate ſeu ratione poteſtas quædam eſt coercendi. Hypocritæ ſæpiſſimè hoc faciunt, habent & ipſi pravos motus, ſed appetitu gloriæ ducti, ratione coërcent eos: nã indicãt illa via communium affectuum, ſe non poſſe gloriã Dei conſequi. At non ſemper id poteſt fieri, ideo dixi partim non habere, quia tanta vehemẽtia eſt motus & affectuum, ut non ſit penes rationem eos coërcere. Et annotãdum eſt hoc loco, cogitationes illas primas, vel impetus primos non eſſe in noſtra poteſtate, cùm incitãtur, cúmque primũ erũpunt, quin moveantur: nec etiã ratio ipſa coercẽs ſemper eſt in noſtra poteſtate. Vnde Ambroſius, ut ſæpe allegatur ab Auguſtino, dixit: Cor noſtrum non eſt in poteſtate noſtra. Hoc intelligo ſemper: Quia quãdóque eſt in noſtra poteſtate, & poteſt eſſe tãta perturbatio timoris, ut qui decreverint in bello conſiſtere, converrãtur in fugam, cùm ratio non ſit coërcendo. Accidit hoc ſub Ioſua Chananæis, qui cùm vellent perdere Iſraelitas, non potuerũt ſtare à facie Ioſuæ: quia Deus incutiebat illis terrorem juxta ſuas promiſſiones.

Non regeneratorum libertas.

Primi motus non ſunt in poteſtate noſtra.

Ioſ. 5. 1.

Partim

Partim ergo eſt libertas in iſtis, partim non eſt. Neque in omni ætate eſt: pueri enim, & moriones, potius moventur, ut bruta, quàm moveant.

Quid poſſint non regenerati in lege Dei? Rom.2.14.

Si quæratur, An iſta libertate partim conceſſa, queât homines facere ea, quæ congruant cũ lege Dei? Dico nos poſſe aliquo modo uti eo ſermone, ſed ſanè intellecto, quia ſcriptura ſic loquitur. Paulus ad Rom. dicit, Gentes naturaliter ea quę legis ſunt faciunt. Nõ eſt enim ulla natio tam inſana, aut barbara, quæ non tangatur aliquo ſenſu recti, juſti & honeſti, alioquin ſi lex Dei accipiatur propriè & vere, in iſta libertate, B homines non poſſunt facere, quæ congruant cũ lege.

Deut.6.5.

Lex enim nõ requirit à nobis externa tantummodo, imò illud minimum quoque erat, ſed requirit maximè bonos motus interiores, ut toto corde, tota anima, & totis viribus Deum amemus. Atq; illud præceptum, eſt anima quodammodo & ſpiritus aliorũ præceptorum, ita, ut qui voluerit obedire aliis præceptis, oporteat eum id facere ex toto corde, tota anima, & omnibus viribus, quibus proſequatur Deum, & eo animo abſtinere, à furtis, ſcortationibus, & aliis hujuſmodi C propter Deum, quem amet toto corde. Potius diceremus, iſta libertate poſſe opera noſtra congruere legi civili vel Oeconomicæ, quę ea, quæ aguntur exterius conſiderat, nec eſt ſollicita de voluntate.

1.Tim.1.9.

Vſus legis.

Cùm autem Paulus dicit, legem impoſitam eſſe ſceleratis, impiis, & parricidis, non inde inferendum eſt, non poſſe legẽ facere. Nam & ſi quis dicat; Iuſtis non eſſe poſitam legem (quia ſunt regenerati, & extra aleã damnationis, non habent legẽ, quę ſe accuſet & damnet, niſi quatenus perfectè adhuc non ſunt regenerati) D non tamen inde poteſt concludi, homines iſta ſua libertate, de qua loquimur, non poſſe facere legem. Nam lex illa poſita, poteſt habere multos alios fines quàm ut fiat, nempe ut agnoſcant homines peccata ſua, & infirmitatem ſuarum virium, ut videant quid faciendũ fuiſſet, & extimulentur ad meliora, veniantque ad Chriſtum: eo organo utitur Deus ad reducendum eos in viam. Auguſt. in lib. de Gratia & libero arbitrio c.2 videtur hoc docere, ex ipſis præceptis conſequi noſtrum liberum arbitrium: alioquin præcepta E eſſent inutilia. Dico ad iſta, legem ſic poſitam, inferre liberum arbitrium, quoad hominem conditum primo ſtatu naturæ integræ, necnon quoad regeneratos, ut poſſint inchoata obedientia parere, ſed non perfecta.

Quatenus ex mandatis concludatur liberum arbitriũ.

Quid vero ex mandatis concluditur de hominibus non [illegible] Minime poſſunt probari inde vires [illegible] hominis, ſed quod habeant voluntatẽ, [illegible] per [illegible] moveatur, aliquam habebunt facultatem [illegible] obediendi, cum ei non repugnet F [illegible] talis ſit naturæ, ut poſſit à Deo regenerari, & inchoata ſaltem obedientia ei parere. Deinde ſi res externæ cogitentur, habet aliquid libertatis, ſed hoc non eſt facere legẽ, quæ in primis motus ipſos interiores exigit, qui provenĩũt ex fide, & afflatu Spiritus ſancti. Concedo itaq; aliqualem hujuſmodi libertatẽ, quod experientia talem doceat. Non quòd cogar illo argumento, ſi non ex libero arbitrio poſſet ſervari lex, fruſtra magiſtratus puniret ſontes, & fruſtra leges ponerentur. Nam ſi hoc argumentum eſſet firmum, concluderetur inde nos, dum non ſumus rege- G nerati, habere quoq; liberum arbitrium ad illa ſupernaturalia, cum etiam nõ renatis de illis dederit Deus leges & propter illa puniat, niſi illa habeant. Concedo itaq; quo ad externa, nos habere partim hãc libertatem. Sed illis argumentis niſi aliud eſſet, non moverer. Nam magiſtratus ipſe, ſi adducantur latro, aut fur, modo ſcientes fecerint ac volentes facinus, puniet eos. Non requiret magiſtratus tunc, an liberam habuerint voluntatem, aut an perturbati fuerint affectus, ita ut ratio non potuerit reſiſtere. Quin & homines H non renati adhuc, qui carent fide, ſpe, charitate, ſi morerentur, puniret Deus eos, neque reſpiceret an potuerint in eo ſtatu habere, vel nõ habere. Et Deus ipſe punit peccatum originis: Neque quærit cũ naſcimur, an eo poſſimus carere, vel non carere. Auguſt. in lib. Confeſſionũ dicit, Infantibus quoque in illa ætate ineſſe ſua vitia & peccata, Laborant enim invidia. Et peccata ſunt cum tamen aliter non poſſint: Neque habent rationem quæ poſſet reſiſtere iis motibus. I

Ex lege ac mandatis Dei, non ſunt colligendæ liberi arbitrii vires. A Fateor quidem cùm aliquid præcipitur, liberum arbitrium convenire: nam ſi paremus, aut ſi renuamus, id voluntate agimus. Non enim aſſentimur, vel diſſentimus, naribus, digitis, aut aliis mẽbris corporis, ſed arbitrio. At inde non conficitur, nos tantum poſſe, quantum nobis mandatur. Proinde licet hac ratione ad affirmãdam hanc libertatem non movear, attamen eam do, motus experientiã, non qualibet, ſed ea quæ teſtimonium habet ex divinis literis, quæ non fallunt.

Quod agimus, liberè agimus.

Rom.1.19.

Ad Romanos primo capite, de illis B agitur, qui non renati erant, qui dicuntur ex creaturis cognoviſſe inviſibilia Dei: divinitatem inquam, & æternitatem, quod idem affirmat David. Cœli enarrant gloriam Dei, &c. Et in eadem Epiſtola gentes quę legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciũt. Et quoad agẽda, traduntur notitiam rectitudinis habuiſſe, nam cùm juſtitiam Dei cognoviſſent, & quòd qui talia faciũt, digni ſunt morte, nõ ſolùm ea faciũt, verùm etiam conſentiunt faciẽtibus, & ita redduntur inexcuſabiles, non enim poſſunt ignorantiam prætexere: C noverunt enim, & illud parum quod aſſequuti ſunt, non fecerunt, Nec rectè poſſunt excuſare debilitatem virium, cùm ipſi ei aditum patefecerint, per Adami peccatum, in quo omnes peccaverunt.

Pſal.19.1.

Rom. 2. 14.

Ibid.3.

Mat.5.45.

Dixit item Chriſtus, ſi tantum dilexeritis eos, qui vos diligunt, publicani & meretrices hoc faciunt. Nemo autẽ dubitat in genere mores probandos eſſe ad rectum, colere amicitiam: nam illi vituperantur, qui amicos aut produnt, aut lædunt. Dicebat item Dominus: Si vos cùm mali ſitis, noſtis bona dare filiis veſtris, &c. D Nec dubitandũ arbitror στοργὴν parentum erga liberos, qua bene afficiuntur erga eos, rectam eſſe. Nam qui liberos negligũt, aut crudeliter tractant, admodum vituperantur. Adhæc Paulus, cùm adhuc inimicus Dei eſſet, & perſequeretur Eccleſiam, profecit externa juſtitia ſuper plurimos æquales, ut ad Galatas teſtatur. Ad Philippenſes autem ponit, ſe juxta legis juſtitiam vixiſſe ἄμεμπτον, inculpabilẽ.

Gal. 1. 13.

Phil.3.6.

Hiſtoriæ quoque Ethnicorum multa perhibent, Scipionem, Pompeium, Cæſarem, Catonem & Ciceronem, egregia di- E xiſſe, ſanxiſſe, ac feciſſe, pro patriæ commodis, & boni publici gratia, cùm tamen à Chriſto eſſent alieni. Inde apparet, tam ex ſacris, quàm ex Ethnicis literis, aliquid huic libertati eſſe dandum, quamvis in ea conſtituendi ſint gradus: non enim omnibus ex æquo videtur concedi. Varietas poteſt eſſe penes temperamenta corporis, penes inſtitutionem, ſeu educationẽ, penes loca, ſeu patriam, exercitia, & conſimilia.

In infidelibus motus eximios eſſe à Deo.

Nec tacendum egregia illa facta, quæ in hiſtoriis commemorantur de infidelibus, contigiſſe aliquo motu, & F impulſu Dei peculiari, qui talia exempla voluerit extare, quo Reſpublica ac regna conſervarentur, nec omnia ſúſque dèque abirent, oportuit eſſe aliquos egregiis motibus ornatos, qui cæteris prodeſſent, continendo eos in officio. Vnde ſicut concedimus à Deo concedi ſpiritum prophetandi, & alia chariſmata hujus generis, nõnunquam hominibus impiis, ita etiam citra juſtificantem gratiam dari potuerunt divinitus, præter communem influentiam, ſpiritus aliqui fortitudinis, aut caſtitatis, & ſeveritatis, & conſimilium.

Libertas eriã in externis ſaucia.

G Hæc itaque libertas eſt, quam judico eſſe dandam, cũ qua tamen mirabiles infirmitates & ſervitutes cõjunctæ ſunt. Primùm, in intellectu ſunt magnæ caligines & tenebræ, ut vix quandoque intelligat quid ſit agẽdum. In voluntate autem magna infirmitas, ut reſiſtat cupiditatibus. Adhæc, cum ſit duellum perpetuum inter partem ſuperiorem, & inferiorem, fieri nõ poteſt, quin quandoque ſuccumbatur, & qui ſic pugnant vulnera nequeunt evadere, ſæpenumero lethalia. Adjungit ſe vnà infirmitas corporis quod & H corrumpitur, & aggravat animum, ac ſæpius ſtat per ipſum, quo minus poſſimus ea efficere, quæ facienda judicavimus.

Rom.7.23.

Cum vera ſint quæ Paulus de renatis dixit, quod ſentiant aliam legem in membris ſuis, repugnantem legi mentis, quæ captivos illos abducat, quo non vellent, & ſi caro in eis ita concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem ut non faciant ea quæ velint, & ſi non faciunt bonum, quod cupiunt, ſed malum quod oderunt, I quid evenire putamus in non renatis? Certè multò graviora.

Finis virtutis philoſoph.

Spectemus adhæc naturalem finem, quem philoſophi conſtituerunt, ut homines ex ratione vi-

verét, ſecundùm optimam virtutē, & videamus quàm paucis obtigerit, ac inde infirmitatem humanarum virium deprehendemus, etiam in iis rebus, quæ captū humanæ rationis non ſuperant.

Quæ fiunt extra gratiam peccata ſunt.

Alia præterea conſideretur neceſſitas, cui homines in hoc ſtatu ſubjiciūtur: ea eſt peccati.

Eph. 2. 3.

Nam quæcūque faciunt extra gratiam Dei & fidem, neceſſe eſt ut ſint peccata. Sunt enim filii iræ, & cùm non credunt in Chriſtum, ira Dei manet ſuper eos.

Ioan. 3. 36.

Quare nihil boni quod placeat Deo poſſunt agere, prius enim Deus reſpicit ad homines, quàm ad eorum munera.

Gen. 4. 4.

Sunt arbores malæ, ideo nō poſſunt ferre fructum, niſi malum.

Mat. 7. 18.
Phil. 2. 7.

Et Paulus illa ſua bona opera Iudaiſmi, non tantùm vocat ſtercora, ſed damna, quòd ſibi fuerint noxia: deinde quod eſt ex carne, non poteſt eſſe, niſi caro.

Ioan. 3. 6.

Carnem autem eſſe homines non renatos, non eget probatione. Quin & in libro Geneſeos ſexto capite & octauo habetur, cogitationes hominum, quas ipſi fingunt malas eſſe, idque à prima ætate.

Gen. 6. 5. & 8. 21.

Porrò quæ fiunt à non renatis debito fine carent: quia in Deum non referuntur. Quare non poſſunt Deum diligere ſuper omnia: quod vtique nihil aliud eſt, quàm in illum omnia referre. Corrupta ſunt itaque omnia illorum opera, & ideo peccata, cùm fide careant. Etenim omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

Rom. 14. 23.

Quæ Deus præcepit nobis, ſi ad illum ſtatum, de quo agimus, comparentur, impoſſibilia ſunt: quamvis à renatis inchoata quadam obedientia præſtari queant.

Auguſtini loca de neceſſitate peccati.

Auguſtinus hanc neceſſitatē peccandi agnovit in libro de Natura & Gratia, capite ſexageſimo ſexto, ubi ſcripſit ex vitiis naturæ, non ex conditione naturæ, quandam eſſe peccandi neceſſitatem. Vnde clamatur ad Dominum; De neceſſitatibus Domine educ me. Et ibidem, capite ſexageſimo ſeptimo, docet quædam neceſſe facta eſſe improbanda, ubi vult homo rectè facere, & non poteſt. Sed iſta vult eſſe, non tantùm peccata, ſed peccati pœnas. Diſputatione autem ſecunda cōtra Fortunatum Manichæum ſcribit, primum hominem libera voluntate non ſtetiſſe: nos autem inde præcipitatos in neceſſitatem. Et in libro de Natura & Gratia, capite quadrageſimo ſexto ait; Non omnem neceſsitatem pugnare cum voluntate, quia felicitatem volumus, nec aliter fieri poteſt. Quin & ipſe Deus Iuſtitię non habet magis voluntatem quàm neceſsitatem. Idem author in tertio de libero Arbitrio, capite decimo octavo, quod etiam attingitur in primo Retractationū capite nono. In libro de Natura & Gratia, capite ſexageſimo ſexto, inquit de homine, qui nō ſit renatus: Malus eſt, nec poteſt eſſe bonus, vel quod non videat, quid ſit agendum, vel ſi viderit, non poſsit facere quod novit ſe debere facere ut ſit bonus. Et ſanè illud receptum eſt, primum hominem potuiſſe non mori, potuiſſe non peccare: & cùm erimus in patria, futurum eſſe, ut non poſsimus peccare, & non poſsimus mori: dum verò hîc ſumus, non poſſe non mori, & non poſſe nō peccare. Scripſit etiam idem pater libro de Spiritu & Litera, Liberum arbitrium non valere, niſi ad peccandum: quod ad hunc ſtatum hominum referendum eſt.

Concilium Mileuitanum.

Et in Concilio Milevitano, damnati ſunt illi, qui dicebant, gratiam Iuſtificationis dari, ut quod requirebatur per liberum arbitrium, facilius præſtaretur: quaſi liberum arbitrium per ſe quidem poſſet id præſtare, ſed difficilius. Iſtam quoque neceſsitatem ſacræ literæ oſtendunt.

Rom. 8. 7.

Nam ſcribitur ad Romanos, Prudentia vel ſenſus carnis, inimicitia eſt adverſus Deū, & legi Dei non ſubjicitur, nec enim poteſt.

verſ. 3.

Et ibidem, quod impoſsibile erat legi, quatenus infirmabatur per carnem, &c. Sunt itaque non renati ſub iſta neceſsitate peccandi; quod tamen intelligendum eſt generatim, non de ſingularibus peccatis: non enim eſt neceſſe, ut potius hoc, quam illud admittant. Eſt & alia quædam neceſsitas, quæ reſpicit Dei providentiam & prædictiones vaticiniorum. At hæc non eſt ſimplex neceſsitas, ſed ex hypotheſi, vel quam appellant, conſequentiæ, at de illa poſtea dicam, nunc verò ulterius non attingam.

Affectuum varietas & viciſſitudo.

Eſt etiam attendendum, in varietate humanarum voluntatum, affectuum eſſe alternationem, ita ut vnus alterum vincat, idque fieri alternis vicibus, & illos eſſe ſuperiores, qui vehementiores fuerint. Sunt porrò affectus diſtincti, ita ut aliqui ſint ſpecioſiores, aliqui turpiores, & in eo voluntas aliquam libertatem habet, quo modo iſtis, modo illis ſuccumbat. Neque id negligendum eſt, ut cogitemus voluntatem ipſam natura ſua cæcam eſſe, nec aliud ſequi, quàm quod à mente ſeu intelligentia proponatur.

Voluntas à mente regitur.
Notitiarum genera tria.

Notitiæ verò ita partiendæ ſunt, ut vel ad ſenſum vel ad rationem vel ad fidem pertineant. Voluntas quæ notitiis aſſentietur, prout vehementiores fuerint, ac in manu ejus nō eſt ut magis ab iſtis, quàm ab illis pulſetur. Aiunt nonnulli hoc eſſe in ejus poteſtate, ut mentem ſeu rationem adigat & melioribus conciliis & rationibus incumbat, nec ſinat ſe ab illis dejici. Cæterùm hoc bonum eſſe, voluntas ex ſe minimè novit, niſi quantum ratio eam docuit. Quamobrem ego nullum ſcio præſentius remedium, quam Deum invocare, ut ſuo ſpiritu efficiat, illam cogitationem & conſilium in voluntate potentiorem, quæ magis ad ſalutem noſtram & ejus gloriam pertineat. Ejus eſt illam vehementius accēdere ac illuſtrare, quo noſtra voluntas & præ cæteris moveatur. Omnes quippe ſcimus voluntatem imperare, ac jubere humanas actiones, verum cùm ſit inter notitias & affectus, diſputamus an ſit in ejus manu poſitum, à quibus vehementius commoveatur.

Voluntatis captivitas.
verſ. 19.

Certè cùm ſuperatur peccatis, eorum ſerva efficitur: nam Petrus Epiſtola ſecunda, capite ſecundo, dicit; Vnumquemque ſervum ejus fieri à quo ſuperatur.

Rom. 6. 16.
Ioan. 8. 36.

Et ad Romanos ſcribitur: Nos ejus fieri ſervos, cui nos ad obediendum tradimus: nec non, cum ſervi eſſetis peccati, liberi eſtis juſtitiæ. Chriſtus quoque dixit: Si filius vos liberaverit, tunc liberi eritis.

Matt. 12. 19.

Vnde ſequitur, falsò liberos eſſe homines, quando nondum ſunt renati. Adhæc omnia, diaboli tyrannis accedit, qui homines antequam Chriſti ſint, captivos detinet. Chriſtus enim dixit; Fortem armatum cuſtodire atrium ſuum in pace & ſpolia detinere captiva, quoad fortior venerit, qui ea diripiat.

Simile.
2. Tim. 2. 26.

Et in Epiſtola ad Timotheum 2. habetur, Contradicentes veritati detineri captivos à Satana ad ejus voluntatē. Et ſatis eſt vulgata ſententia, quæ ait; voluntatem inſtar equi eſſe, quæ modò habeat ſeſſorem ſpiritum Dei & gratiam, modò verò diabolum, & nunc ab eo agitari, nunc verò à gratia regi. Eſt igitur libertas ejus multiplici ſervitute accīſa, & mirum eſt, cùm tam parva ſit ejus libertas in hoc præſertim ſtatu, eam potius appellari liberam, quàm ſervam.

Lutherus.
Simile.

Hæc Lutherus conſiderans, arbitrium potius dixit ſervum, quàm liberum. Si quis eſſet in carcere compedibus & manicis conſtrictus, an rectè diceret ſe liberum, quod poſſet caput movere, aut oculos attollere? Poteſt ſanè voluntas noſtra liberè ſpiritualia dona repudiare, cum in hoc ſtatu verſatur: poteſt etiam oppoſita eis diligere, at ea ipſa non valet ſibi vendicare aut expetere.

Congruum & condignum.

Cúmque ſit adeò debilis, vt tantum externa quædam & humiliora præſtare queat, non defuerunt, qui ei meritum de Congruo in iſta conditione tribuerint, nempe ut ſi faceret quod in ſe eſt, gratiam vtcunque mereretur, & ſi non de Condigno, ut loquuntur, ſaltem de Congruo. Valeant hæc figmenta: Gratia ſi ex operibus daretur, jam non eſſet gratia.

Rom. 11. 6.

Hæc tamen ita dico, ut non laxem fræna vitiis aut ſceleribus: nam ipſi etiam non renati, ſi hæc externa quæ poſſunt non præſtiterint, longè gravius punientur. Quòd ſi quis conqueratur hoc pacto liberum arbitrium nimium extenuari, dicam non ita eſſe: ſed dum, quemadmodum habet, dejicitur, multa inde commoda reportari. Primùm, qui hæc noverint, non efferri, neque ſuperbire de ſuis viribus, vehementius accendi ad auxilium divinum poſcendum, cùm ita ſe debiles viderint, & cùm poſtea renati fuerint, & intellexerint è quantis malis ſint erepti, vehementius impelli ad gratias agendas ſuo liberatori. Hæc Pelagiani minimè cuſtodierunt, qui ante regenerationem putabant, ſe poſſe ſuis viribus mereri gratiam, & ideo ſeſe efferendo plus æquo, & ſeſe perdiderint, & Eccleſiam turbarunt.

Deus animis vt inſtrumentis vtitur.

Poſſet alia ſubjectio addi, quod animis noſtris Deus tanquam inſtrumentis vtatur. Cor enim regis in manu Dei, quocunque voluerit illud inclinat. Sic Nebucadnezar, cùm eſſet in bivio, ambigebat quò eſſet moturus, & fortaſſis aggreſſus eſſet Moabitas vel Ammonitas, conſuluit ſortes, & Deus illas temperavit, eúmque direxit ad Hieroſolymitanos, qui erant pro meritis puniendi, ut apud Ezechielem habetur.

Ezech. 21. 21.

Et in

Digitized by Google

Eſa.10.15. Et in aliis Prophetis dicitur, Iſtos monarchas in manu Dei eſſe inſtar ſecuris: ſed quia iſte uſus Dei non infert animis noſtris vim, ideo non tollitur prorſus libertas talis qualis erga hæc de quibus nunc agimus. Itaque illam concedo & ex divinis literis confirmavi. Quare per me ſtat, & ſalva manet ſcientia moralis, civilis, & œconomica. Verùm in eo aliquibus falſus videor, quòd dixerim vocem liberi arbitrij non reperiri in verſione Latina divinarum literarũ, nec etiam Græcum vocabulum αὐτεξούσιον. De re utique nõ dixi id, ſed de vocibus ſum loquutus, & quod nunc dixi, rurſus affirmo. Quod autem προαίρεσις aut προαιρετὸν in ſacris literis non reperiatur, non dixi, ſin verò quæratur an iſta idem ſint, reſpondeo non videri. Et ſanè Damaſcenus libro ſecundo cùm de libero arbitrio, & de iis quæ ſunt in nobis agit, αὐτεξούσιον nominat, προαίρεσιν verò definit, vbi agitur περὶ τοῦ θελήματος. Rationem addam, cur differant, quia αὐτεξούσιον pertinet ad genus qualitatis, eſt enim affectus & proprietas voluntatis: προαίρεσις autem eſt actio.

Margin: προαίρεσις & προαιρετὸν, & αὐτεξούσιον diſcrimen.

Qualitatem autem & actionem ut inter ſe differant, omnes norunt. προαίρεσιν actionem eſſe demonſtrat idem author eam definiendo, προαίρεσις ἐστιν inquit, ὄρεξιν προβεβουλευμένην ... : Deinde ille author ubi agit de voluntate Domini θέλησιν dicit ei convenire, qui proculdubio αὐτεξούσιος eſt, non autem προαίρεσιν. Nam ea requirit conſultationem, & ea notat præceſſiſſe ignorantiam, quæ non poteſt Deo aſcribi. Præterea, ut ex Ariſtotele tertio Ethicorum βούλησις eſt de fine, προαίρεσις autem de his quæ ſunt ad finem. Deinde ad προαίρεσιν attinent, quæ à nobis facienda ſunt: voluntas enim eſt de iis, quæ à nobis non facienda, quando volumus, Athletam unum alterum vincere & navim rectum curſum tenere. Hæc velle poſſumus, non tamen eligere. Voluntas item ſponte, atque αὐτεξούσιος vult impoſſibilia nonnunquam, ut non mori: electio verò tantum circa poſſibilia verſatur. Differunt igitur, quod αὐτεξούσιον latius pateat: non enim ſolùm convenit προαιρέσει, ſed etiam θελήματι, non tamen eſt genus eorum. Quod ſi dixeris, ex προαιρέσει αὐτεξούσιον infert: Fatebor, quamvis voces non idem ſignificent. Et concedo in divinis literis rem ipſam inveniri, licet vocabulum non reperiatur, quemadmodum ὁμοούσιον quod ad vocem attinet, non eſt in divinis literis: quamvis res ipſa ibi concludatur & demonſtretur. Cùm iſta utique non ſint eadem, rectè potui dicere, alterum non eſſe in ſacris literis, quamvis alterum ibi reperiatur.

Margin: θέλησις. βούλησις.

Oecolampadius. Eſa.1.19. Nec ſolus ego id affirmavi, ſed Oecolampadius vir doctiſſimus, & Eccleſiæ noſtræ Tigurinæ bene conjunctus, idem ſcripſit in Iſaiam Prophetam, tractans illa verba: Si volueritis & audieritis me, &c. Nam dicit: Hoc loco Pelagiani & multi etiam ex Patribus pro libero arbitrio ſtatuendo abutuntur, dicentes: Si volueritis, & ſi nolueritis. Ergo libera eſt electio noſtra. Et huc trahunt teſtimonium ex Ieremia, capite 21. Ecce ego do coram vobis viam vitæ & mortis. Sic etiam Eccleſiaſtici decimo quinto, & Deuteronomij trigeſimo. Quibus reſpondemus, Si quidem de nomine contentio eſt, ut idem dicamus voluntatem, & liberum arbitrium vel αὐτεξούσιον, quod nomen in ſcripturis nondum inveni: quoniam morem contendendi non habet Eccleſia, permittimus eis abuti nominibus: pretioſior enim nobis charitas, quàm vocula. Quis enim neſcit peccare & bene agere volentes? Sin gloriæ & miſericordiæ Dei hoc prætextu derogatur, ſatius eſt contradicere hominibus, quàm participes fieri blaſphemiæ, &c. Et mox: Veruntamen hãc ob cauſam, ut dixi, non ſunt deplorandi, quaſi in barbarica ſervitute contineantur: bonos enim libertatis ſuæ Deus participes facit, & verè liberi ſunt operante in eis ſpiritu Dei, qui rectius adjuvare, quàm auferre voluntatem dicitur: quorum Apoſtolus dignitatem commendans inquit: Quicunque ſpiritu Dei aguntur, &c. Tanto enim meliora ſunt opera noſtra, quanto purius à Deo proficiſcuntur. Et in bonis nec minimus cogitatus vel conatus aliunde quàm à Deo eſt. Et mox: Deo gloria, nobis ſola confuſio debetur: deſtitutos autem ſpiritu Dei, qui ſupponebat manũ ne collaberentur, nónne veriſſimè ſervos dixeris, qui in præceps feruntur ſua culpa quocunque gravitas ſua fertur. O miſeram libertatem poſſe peccare! Nam

Margin: Iere.21.8. Eccle.15.18. Deut.30.5. Rom.8.14.

A nos Deus peccabiles relinquit, & tales qui ab ipſa natura nos avertere poſſimus. Et mox: Quid de libertate arbitrij nos jactamus? quos ſcriptura coarguit eſſe ſervos peccati, Ioannis octavo. Omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati, ibidem. Et mox, unde & hic qui dicit: Si volueritis, is eſt qui voluntatem in nobis excitat, & operatur, & quicquid id eſt, non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei. Et mox: Tales enim natura noſtra ſumus, poſtquam Adam B peccavit, ut nobis derelicti torpeſcamus, & ad vocem Domini obſurdeſcamus, peccemus, & cùm nolle per ſe ſit damnabile, deſtituti ſpiritu Dei impellimur, ubi & Deum amaricemus, cujus verbum contemnimus. Hujus ſententiæ aſſertionem docet etiam Ieremias capite decimoquinto, Convertimini & convertar, &c. Et mox: Senſit hoc Auguſtinus dicens, Da quod jubes, & jube quod vis, &c. Colligimus ex his verbis de voce non eſſe contendendum, & liberum arbitrium poſſe concedi, ita ut ſit idem quòd volun- C tas, modò non detur ei libertas ad ſpiritualia. Habemus etiam voluntatem non fieri liberam niſi per gratiam, aliòquin ſervam eſſe. Statuitur etiam quod poſui, voces iſtas liberum arbitrium, & αὐτεξούσιον in ſacris libris non reperiri.

Margin: Iere.15.19.

A Philoſophis autem προαίρεσιν haberi & doceri minimè negavi, ſed dixi eos in mente noſtra ponere intelligentiam & voluntatem, & fortaſſis memoriã. Non autem ibi collocare ceu quartam aut quintam potentiam animi, liberum arbitrium, ſed προαίρεσιν vo- D luntati attribuere. An verò hæ duæ voces liberum arbitrium Latinæ ſint, nunquam in dubium revocavi, ſed compoſitam vocem ex iis duobus, Liberum arbitrium, dixi apud Ciceronem non extare, idémque nunc confirmo. Poſſémque addere adhuc, neque apud Cæſarem, neque apud Terentium, & ejus ætatis viros fuiſſe uſitatam. Et hæc ſatis pro defenſione illorum quæ in prooemio habui. Nunc ad rem venio, & de voluntate adhuc non renata quæro, quomodo erga divina & cœleſtia ſe habeat. Recipiunt E omnes per ſe non poſſe à non renatis ea vel intelligi, vel experi. Et ſtatuunt opus eſſe, ut ſpiritus Dei per verbum adſit, moneat, hortetur, & ſuadeat. Nam ſicuti ſenſus non poteſt apprehendere univerſalia, ita mens noſtra dum vitiata eſt & corrupta, non poteſt ad ſupernaturalia conſcendere. Sed an ſit ſatis, ut per ſpiritum Dei verbum & promiſſiones nobis ſuggerantur, aliqui affirmant: ego nego. Quia niſi emendentur iſtæ vires, quoquomodo divina & cœleſtia non capiemus, neque amplectemur. Neque in po- F teſtate noſtra eſt, ut quæ nobis proponuntur placeant: quare opus eſt ut vi, efficacia, & potentia quædam nobis proponantur, ita ut intellectus afficiatur non vulgari lumine, & voluntas corroboretur, ne cedat cupiditatibus & diſtractionibus, quibus à ſpiritualibus rebus avocatur: quod ubi factum fuerit aſſentitur verbis Dei & promiſſis: unde ſequitur juſtificatio: ad quem aſſenſum activè ſe habet, & ipſe vult & conſentit iis quæ proponuntur: ſed ad illam potentiam Dei, vehementiam & efficaciam, qua ſana- G tur & immutatur paſſivè: nam iſta recipit & in ea fiũt ab eo. Nec id videri debet abſurdum, quandoquidem Scripturæ dicunt nos trahi, quod paſſionem quandam notat & diſpoſitionem. Dicitur etiã Deus ſtare ad oſtium & pulſare. Proinde illi pulſus & motus in mente recipiuntur: nec tamen propterea facimus credentes enthuſiaſtas. Nam enthuſiaſtæ reprehenduntur, quòd dicant ſe pati neſcio quos afflatus & inſtigationes (quæ pugnant cum verbo Dei) ad res malas & interdictas. Nos verò ponimus talem Dei H efficaciam, quæ ad promiſſiones & verba Dei animos inclinet, & ſimul fiat cum verbo Dei: quamvis in multis tantùm fiat illuſtratio vel imitatio & ſuggeſtio ſine immutatione, cum efficacia illa & vehementia ſpiritus non detur omnibus, neque omnes capaces fiant cœleſtium donorum, quæ Deus ipſe diſpẽſat, diſtribuit, & temperat, ut viſum fuerit. Unde vocationum duo genera oriuntur. Una enim communis eſt, altera verò ſecundùm propoſitum de quibus ſuo loco dilucidè dicetur. Et quos Deus afficit ſuo I dono & efficacia, quemadmodum eſt dictum, non cogit neque vim infert, ita ut voluntatem vel arbitrium corrumpat, ſed potius perficit, quemadmodũ

Margin: Volũtas quid poſſit in divinis & cœleſtibus.

Margin: Voluntas & activè & paſſivè ſe habet.

Margin: Enthuſiaſtæ quid ab afflatu piorũ differunt.

forma ornat & abſolvit materiam, non perdit. Hanc Dei potentiam in converſione noſtra Huldrichus Zuinglius, vir pius & doctus, & de Eccleſia bene meritus, notavit in Epiſtola ad Rom. exponens ea verba, Potentia Dei eſt ad ſalutem omni credenti, atque ait: Nam dum noſtra potentia & virtute nullo pacto ſervari poteramus, Dei potentia opus fuit, ut ſervaremur. Hanc potentiam nobis per Chriſtum exhibuit, qui omnes homines in Adamo mortuos vitæ reſtituit. Tollit hic locus arbitrij libertatem, & vitium humanarum virtutem, &c. Quod ego intelligo quoad ſupernaturalia, quæ noſtrum captum ſuperant. Idem Zuinglius in libro de vera & falſa religione, capite de Deo, ita ſcribit: Fideles autem (ſic autem credulos vel pios, vel Dei veri cultores appellari vulgò receptum eſt) hoc uno fideles ſunt, quod unum, verum, ſolum, omnipotentem Deum eſſe credunt, eique ſolo fidunt. Porrò quî fiat, ut pij ſic de Deo ſentiant, nec gentium more quâmlibet ignotam vim Deo faciant, pio facile eſt dicere. Ejus fit tum virtute, tum gratia, in quem creditur, nam quod ingenium & naturam hominis, quatenus animalis eſt, attinet, nihil differt pius ab impio. Proinde in Deorum errore, cuivis poſſe contingere, quod cuiquam, niſi eſſet auguſtior quædam vis quæ mentem humanam naturâ nihil abhorrentem ab his qui maximè errant, ad ſe vocaret, ac ſibi alligaret. Atque hîc ſe primæ fidei ac pietatis venæ aperiunt.

[Rom. 1. 16.]

Et ſanè ſciendum eſt Pelagianos viſus fuiſſe utcunque gratiam Dei fateri, & ponebant ſuggeſtiones illas & Spiritus Sancti illuminationes, & conſimilia; ſed iſtud donum & efficaciam ſpiritus immutantis animos noſtros non agnoſcebant neque attingebant. Quod Auguſtinus de Gratia Chriſti contra Pelagium & Celeſtinum capite ſeptimo coarguit, dicens: Sed nobis hac expectatione ſuſpenſis quid addiderit intuemini. Adjuvat enim nos (inquit) Deus per doctrinam & revelationem ſuam, dum cordis noſtri oculos aperit: cùm nobis, ne præſentibus occupemur, futura demonſtrat, dum diaboli pandit inſidias, dum nos multiformi & ineffabili dono gratiæ cœleſtis illuminat: deinde ſententiam ſuam velut quadam abſolutione concludens: Qui hoc dicit, inquit, gratiam tibi videtur negare? Anne liberum hominis arbitrium, & gratiam Dei confitetur? &c. Deinde capite octavo dicit ipſe Auguſtinus: Hinc itaque dilucidè apparet hanc eum gratiam confiteri, qua demonſtrat, & revelat Deus, quid agere debeamus, non qua donat, atque adjuvat ut agamus, cum ad hoc potius valeat legis agnitio: ſi gratiæ deſit opitulatio, ut fiat mandati prævaricatio, &c. Ad hæc decimo capite, Pelagius inducitur ita dicens: Operatur in nobis velle, quod bonum eſt, velle quod ſanctum eſt, dum nos terrenis cupiditatibus deditos mutorum more animalium tantummodo præſentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine & præmiorum pollicitatione ſuccendit, dum revelatione ſapientiæ in deſiderium Dei ſtupentem ſuſcitat voluntatem, dum nobis, quod tu alibi negare non metuis, ſuadet omne quod bonum eſt, &c. Verùm in eodem capite decimo his eum refellit verbis Auguſtinus. Sed nos eam gratiam nolumus, iſtam aliquando fateatur, qua futuræ gloriæ magnitudo, non ſolùm promittitur, verumetiam creditur & ſperatur, nec ſolum revelatur ſapientia, verumetiam & amatur, nec ſuadetur ſolum omne quod bonum eſt, verùm & perſuadetur: non enim omnium eſt fides, &c. Idem Auguſtinus de Gratia & libero arbitrio capite decimoſexto, Certum enim eſt nos mandata ſervare, ſi volumus, ſed quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum eſt, ut tantum velimus, quantum ſufficit, & volendo faciamus. Certum eſt nos velle cùm volumus: ſed ille facit ut velimus bonum, de quo dictum eſt, quod paulo ante poſui, quod præparatur voluntas à Domino, de quo dictum eſt: A Domino greſſus ejus dirigentur, & viam ejus volet. De quo dictum eſt: Deus eſt qui operatur in nobis, & velle & operari. Certum eſt nos facere cùm facimus, ſed ille facit, ut faciamus, præbendo vires efficaciſſimas voluntati: Qui dixit, Faciam ut in juſtificationibus meis ambuletis, &c. Idem Auguſtinus contra duas Epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium, libro tertio capite nono,

[Pelagianorũ hæreſis.]

[Immutari tũ mentem tum voluntatem.]

[2. Theſſ. 3. 2.]

[Phil. 2. 13.]

A Quid eſt ergo, inquit, quod in conſequentibus, ubi ea quæ ipſi ſentiunt, commemorant, dicunt ſe confiteri, gratiam quoque adjuvare uniuſcujuſque bonum propoſitum, non tamen reluctanti ſtudium virtutis immittere, &c. Hoc Auguſtinus volebat Pelagianos etiam fateri, Deum reluctantibus immittere ſtudium bonarum rerum, quod fieri non poteſt, niſi mens noſtra convertatur, & ex mala & vitiata fiat bona. Hæc eſt illa mutatio, quam Spiritus ſanctus
B in nobis efficit. Eâ, cùm duri ſimus & obfirmati, emollimur. Dicebat idem pater: Deum indurare nihil aliud eſſe, quàm nolle emollire, quod niſi ab eo fiat, ut emolliamur, in noſtra duritie permanemus. Hoc efficit Spiritus ſanctus, ut reddamur dociles Dei, cùm divinarum rerum per nos ipſos ſimus incapaces. Petiit Salomon à Deo, ut habetur in primo libro Melachim capite tertio, cor audiens aut docile. Hoc eſt quod dicitur in Evangeliis, ut ſimus θεοδίδακτοι, quod in Prophetis promiſſum fuit. Deus eſt
C verus Magiſter, qui non tantum erudit & docet, ſed etiam efficit ut diſcamus, quod externi præceptores minimè facere poſſunt. Nam Deus dat aures ad audiendum, oculos ad videndum, & cor ad intelligendum. Vnde Chriſtus in Evangelio dicebat, Qui habet aures ad audiendum, audiat. Niſi hoc in nobis fiat, videntes non videbimus, audientes non audiemus, neque corde percipiemus. In Deuteronomio vigeſimonono habetur: Non dedit vobis oculos ad videndum, nec aures ad audiendum, neque cor ut
D perciperetis, nimirum quæ Deus geſſit per deſertum vobiſcum, & verba quæ loquutus eſt. Cur autem hoc oporteat in nobis fieri, rerum divinarum ſublimitas nobis demonſtrat. Quoniam, vt Apoſtolus Paulus ait, Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ Deus præparavit diligentibus ſe. Vnde ſcribitur ad Corinthios prima: Animalis homo non percipit, quæ ſunt Spiritus Dei, nec quidem poteſt: Illi enim ſtultitia ſunt. Ratio ſubditur, quare non poſſit homo animalis hæc intelligere, aut
E expetere: quoniam ſpiritualia ſunt, & ſi ſpiritualia ſpiritu tantùm dijudicantur. Et ſecunda Epiſtola ad Corinthios, Nos non eſſe idoneos ad cogitandum quicquam ex nobis tanquam ex nobis; quòd ſufficientia noſtra ſit ex Deo. Quod ſi de iis rebus, ne cogitare quidem poſſumus, quomodo ea poterimus intelligere aut expetere, quod longè magis eſt, & difficilius, quàm cogitare? Vnde ſi Spiritus Dei nobis propoſuerit aut legem, aut promiſſiones, aut verba ſacræ Scripturæ, nec immutatio fiat, non movebi-
F mur, quod neque idonei ſimus & habiles ad ea. Oportet, ut antecedat converſio, quæ poteſt appellari diſpoſitio quædam. Eam Papiſtici homines dant humanis viribus, & arbitrio noſtro, quaſi nos poſſimus ad gratiam & ad finem diſponere. At id prorſus Spiritui divino non humanis viribus aut arbitrio, ut oſtendimus, dandum eſt. Diceretur etiam rectè ſanitas animi, & hujuſmodi ſanationis Auguſtinus in libro de Spiritu & litera ſæpe mentionem facit. Quo ad peccata, nos primò ſtatuimus, naturam humanam
G corruptam & vitiatam: deinde pravos actus erumpere animadvertimus. Ita è diverſo ponendum eſt, prius aliquam ſanationem mentis antecedere, poſtea ſequi aſſenſum fidei, fiduciam & amorem erga Deũ & amplexus verborum ejus. Quod ſi non præceſſerit ejuſmodi converſio, aut medicina, refugiemus à Deo, quod in Adamo primo homine ceu in quodã typo pulcherrimè demonſtratum eſt, qui cùm tranſgreſſo Dei mandato incidiſſet in corruptionem & ſpiritualem mortem, à Deo fugiebat ſe abſconden-
H do. Et Apoſtolus Paulus, quamvis multa de Chriſto audiviſſet & legiſſet in lege & Prophetis, nihilominus tamen ab eo avertebatur, & vaſtabat Eccleſiam. Quin ut ipſe dixit ad Romanos, Senſus carnis inimicitia eſt adverſus Deum, & legi Dei non eſt ſubjectus, nec enim poteſt. Et quia conſtat hoc donum Dei eſſe, hinc ſunt preces ſanctorum, quia aiunt illumina oculos meos, ne videant vanitatem. Da mihi intellectum, ut diſcam, ſeu cognoſcam mandata tua. Et Paulus ad Epheſios Deum orabat, ut illis daret
I illuminatos oculos, ut cognoſcerent quæ eſſet ſpes vocationis eorum. Et quo ad voluntatem precabatur David: Inclina cor meum in teſtimonia tua. Et:

[verſ. 9.] [Ioan. 6. 45.] [Matth. 13. 9.] [Deut. 29. 4.] [1. Cor. 2. 9.] [Ibi v. 14.] [2. Cor. 3. 5.] [Gen. 3. 8.] [Act. 9. 1.] [Rom. 8. 7.] [Pſ. 119. 36.] [Eph. 1. 18.] [Pſal. 51. 12.]

Digitized by Google

Pſal. 51. 12. Cor mundum crea in me Deus. Et Salomon filius e-
1.Reg.8. 58. jus,oravit Deum,ut ille populo daret cor intelligens.
Cum itaque ſic oretur à ſanctis,quid implorant,quid
rogant? An ut Deus oſtendat verbum ſuum, ut ſpi-
ritus ejus pulſet? At id facit per ſe, ac ſemper, ut iſti
dicunt.Quod ſi habent in manu ſua,ut aſſentiantur,
quid orant? Faciant ipſi,cùm poſſint. At cum rectè à
ſanctis oratum ſit,id nobis indicio eſt,à Deo id poſtu-
lari,ut mentes noſtras immutet.Hoc argumento non
Auguſtinus. ſemel uſus eſt Auguſtinus. Vnde in libro de Libero
arbitrio, cap.decimo quarto, ſic habet: Nam ſi fides
liberi eſt tantummodo arbitrii, nec datur à Deo,pro-
pter quid pro eis qui nolunt credere oramus, ut cre-
dant, quod prorſus faceremus inaniter, niſi rectiſſime
crederemus, etiam perverſas & fidei contrarias vo-
luntates, omnipotentem ad credendum poſſe con-
vertere. Liberum quidem hominis arbitrium pulſa-
Pſal.95.8. tur,ubi dicitur,Hodie ſi vocem ejus audieritis,nolite
obdurare corda veſtra.Sed niſi poſſet etiam Deus du-
Ez. 11. 19. ritiem cordis auferre, non diceret per prophetam,
Auferam ab eis cor lapideum,& dabo illis cor carneũ.
Idem contra duas Epiſtolas Pelagianorum ad Boni-
facium, libro primo capite decimo nono ſcribit: Vt-
quid enim nobis præcepit Dominus, ut oremus pro
eis, qui nos perſequuntur? Nunquid hoc oramus,
ut eis pro bona eorum voluntate gratia Dei retri-
buatur, ac non potius, ut mala in bonam voluntas
eorum mutetur? ſicut credimus tunc à ſanctis quos
perſequebatur, non inaniter oratum eſſe pro Saule,
ut ad fidem quam vaſtabat voluntas ejus converte-
retur, & illius quidem converſio deſuper facta, ma-
nifeſto etiam oraculo apparuit? Quàm multi inimi-
ci Chriſti quotidie ſubito Dei occulta gratia trahun-
tur ad Chriſtum? Et ibidem capite 20. declarat, ut
verum ſit, Deum convertere ac immutare hominum
voluntates, & ait: Hoc verum eſſe, non conjectura
ſuſpicamur humana, ſed evidentiſſima Scripturarum
2.Par.30.12. authoritate dignoſcimus. Legitur in libris Paralipo-
menon: Et quidem in Iuda facta eſt manus Dei, ut
daret illis cor unum, ut facerent præceptum regis &
Ez.36. 26. principum, in verbo Domini. Item per Ezechielem
prophetam, Dominus dicit: Dabo illis cor aliud, &
ſpiritum novum dabo eis, & evellam cor eorum la-
pideum de carne eorum. Et dabo eis cor carneum,
ut in præceptis meis ambulent, & juſtificationes
meas obſervent, & faciant eas. Quid eſt autem quod
Eſth.14. 13. Eſther illa Regina orat & dicit: Da ſermonem con-
cinnum in os meum, & verba mea clarifica in con-
ſpectu leonis, & converte cor ejus in odium impu-
gnantis nos. Vt quid iſta in oratione dicit Deo, ſi
non operatur Deus in cordibus hominum volunta-
tem? Et ita certè ut precata eſt, uſuvenit: nam ille
rex ut taurus ferox primo aſpectu intuitus eſt eam,
ac illam ferocitatem convertit in lenitatem. Expen-
dendus denique eſt ille locus Actorum Apoſtolo-
rum,capite decimo ſexto, de Lydia purpuraria mu-
verſ. 14. liere, cui Deus cor aperuit, ut attenderet iis, quæ à
Paulo dicebantur. Multi ſanè aderant, & peculiari-
ter illi mulieri dicitur Deus cor aperuiſſe: quem lo-
cum Conradus Pellicanus, vir doctiſſimus juxtaque
ſanctiſſimus præceſſor meus, ita exponit: Fit autem
hæc reſipiſcentia non ex natura, ſed gratia, cujus,
inquit, cor Dominus aperuit, ut attenderet his quæ
dicebantur à Paulo. Nemo enim Evangelio fidem
adhibere poteſt ſuis ipſius viribus, ſed dono ſpiritus
ſancti, non præſumptione noſtra. Audientes ergo
Evangelii promiſſiones,deſperemus de carnis viribus,
precemur autem Dominum, ut aperiat cor noſtrum,
tribuat donum ſpiritus ſancti ad corde credendum,
& facto implendum,quod agendum audimus. Quod
verſ. 26. in iſta purpuraria factum legimus, & hiſtoria Samue-
lis libro primo, capite decimo tradit, cùm ſcribitur
eos fuiſſe regem Saulem ſequutos, quorum Deus
cor tetigerat. Et huc ea pertinent, quæ dixit Eze-
Ez.36.26. chiel, auferendum cor lapideum, & dandum cor
Phil.2.13. carneum. Ad Philippenſes etiam docuit Paulus,
Deum eſſe qui operetur in nobis & velle & perficere:
idque non pro noſtro, ſed pro ſuo beneplacito. Et
ad Epheſios habetur, nos gratia ſervatos per fidem,
Eph. 2. 8. atque id non ex nobis. Quo verbo noſtra coopera-
tio,nimirum activa, removetur: non quidem quoad
aſſenſum fidei, ſed quoad illam immutationem per

A gratiam, de qua nunc agimus. Et additur: Donum
eſſe Dei. Et ad Theſſalonicenſes ſecunda epiſtola 2 Theſſ.3.2.
ſcribitur: Non omnium eſſe fidem, eò quod illa ſa-
natio ſeu medicina ſpiritus non omnibus detur. Qui
fit ut non omnes conſentiant Dei promiſſionibus. Et
ad Epheſios capite primo ſcribitur: Qui credimus, verſ. 19.
ſecundum operationem potentiæ fortitudinis ejus,
qua operatus eſt in Chriſto, exuſcitans eum ex mor-
tuis. Quibus verbis oſtenditur eandem eſſe poten-
tiam, qua mutatur & convertitur noſtra voluntas ad
B credendum, & quia Chriſtus reſuſcitatus eſt ex mor-
tuis. Et Pellicanus iſtum locum exponens, inquit:
Potentiam & bonitatem ſuam ſic Deus & pater no-
ſter declarat in nobis, quod vi quadam occulta & in-
effabili ſic à veteri inſtituto transformavit nos, ut cæ-
teris omnibus ſpretis,illi ſoli fidamus, contemptiſque
his quæ videmus, ea ſperemus ab illo quæ non vide-
mus,&c. Congruunt hæc iis quæ ab eodem Apoſto-
lo ſcribuntur, in eadem Epiſtola capite ſecundo:
quod nos, cum mortui eſſemus in peccatis noſtris,
C Deus convivificavit in Chriſto.Quare ut mortuus ad verſ.1.&c.
ſui excitationem ſeu reſurrectionem nihil agere po-
teſt: Ita & nos minime reſurgimus, quantumvis in-
clamentur Dei verba, niſi prius ſpiritus & vita reſti-
tuta fuerit, tunc nos movemus & incitamus ad bene
agendum. Et in Epiſtola ad Corinthios priore ſcribi-
tur: Quis enim te diſcernit? Et quid habes quod non 1.Cor.4. 7.
accepiſti? Et ſi accepiſti, quid gloriaris,quaſi non ac-
ceperis?Si conſtituamus Liberum arbitrium poſſe ac-
cipere oblatas promiſſiones, & verbis Dei propoſitis
D aſſentiri,facilis erit reſponſio, ut ſi quis dicat: Me di-
ſcrevit meum Liberum arbitrium à cæteris, quia ego
volui,illi noluerunt: Ego ſum aſſenſus, illi repudia-
runt. Apparet ergo diſcretio ex nobis: & cùm Paulus
dicit: Nihil habes quod non accepiſti, non id intelli-
git de creatione, ſed de fide, de Chriſtianiſmo & re-
generatione. Nam cum ipſis Corinthiis agebat, qui
jam Chriſtianiſmum profitebantur.

Deinde cum iſta ſanitas animi à Deo pendeat, re- Ier.17.14.
ctè oratur: Sana me Domine,& ſanabor. Et in Pſalmis:
E Deus virtutum converte nos, quod cùm Deus præ- Pſal.80.8.
ſtat,velum aufert è cordibus noſtris, quo impedieba-
mur, ne ad divina,eſſemus idonei, & clavus obſtina-
tionis & obfirmationis,clavo verbi Dei evellitur.Di-
xit item Chriſtus: Nemo venit ad me,niſi Pater meus Ioan.6.44.
traxerit. Qua de re agens Auguſtinus in Ioannem,
tractatu 26.ait: Ne timeas,quaſi ſis trahendus invitus, Auguſtinus.
animus trahitur,& amore trahitur. Nec dixeris: Quo-
modo credo volens,ſi trahor? Non tantùm voluntate
F traheris,ſed etiam voluptate,nam,ut dixit Poeta,

Trahit ſua quemque voluptas.

Et addit ſimilia: Oſtendis oviculæ ramum viridem,&
illam trahis: oſtendis puero nuces,& trahis eum. Non
læſione corporis trahimur,ſed vinculo cordis. Adhæc,
exprimens iſtum tractum ait: Ego dum loquor vo-
bis, quid ago? Strepitum ingero in aures veſtras, niſi
ſit intus qui revelat quid loquor: quid dico? Cultor
arboris ſum exterior, intus eſt creator. Sed qui plan-
tat,& qui rigat, nihil eſt: ipſe eſt qui dat incrementũ,
G & dociles facit omnes. Quos omnes? Qui audierunt
& didicerunt à Patre, illi ad Chriſtum veniunt. De
hoc eodem tractu contra duas Epiſtolas Pelagiano-
rum,capite decimonono ſcribit: Quis trahitur,ſi jam 1 Cor.3.7.
volebat? Et tamen nemo venit,niſi volens. Trahitur Ioan.6.45.
ergo miris modis ut velit, ab illo qui novit intus in
ipſis hominum cordibus operari. Non ut homines,
quod fieri non poteſt,nolentes credant: ſed ut volen-
tes ex nolentibus fiant. Scio eſſe qui velint omnes
homines à Deo trahi, & quoſdam non venire, quòd
H velint, non quod non trahantur. Sed non congruit
narrationi Evangelicæ iſta expoſitio. Nam aliqui
verba Chriſti contempſerunt, murmurarunt,& abie-
runt. Duodecim vero hæſerunt Chriſto,qui diverſi-
tatis hujus rationem reddere videtur, quòd nemo ad
ſe veniret,niſi Pater traxerit. Sub hac ſententia ſuma-
tur: illi diſcedunt,& non veniunt ad Chriſtum, igitur
non trahuntur. Apoſtoli adhærent Chriſto, & ſequũ-
tur eum: igitur trahuntur. Proinde iſti trahuntur, &
I illi non trahuntur. Quare autem iſte trahatur,& al-
ter non trahatur, noli judicare, ſi non vis errare,
dixit Auguſtinus. Plura poſſent adhuc dici de hoc tra-

Eſa.45.69. Rom.9.20. A ctu, verùm ſuperſedeo. Venio ad Paulum & Eſaiam Prophetam, qui nos cum Deo ita comparant, ut ille ſit fictor, nos verò lutum, quòd non tantùm de creatione accipiendum eſt, ſed etiam de reformatione. Sic enim Paulus ad Rom. eo ſimili utitur. Et diligẽter conſiderandum eſt, figulum non tantùm fingere & formare lutum, ſed etiam emollire, reparare, ac temperare, quod ad illam immutationem attinet, de qua nunc agimus. Rom.9.15. Dicitur etiam ad Romanos: non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. B Quibus verbis Paulus teſtatur, noſtram ſalutem ejus totam eſſe: neque oportere cum eo de finibus litigare, ut dicamus: Hoc eſt meum, & hoc eſt ejus, ſed ſynceriter ac verè fatendum eſt, quantum quantum eſt noſtræ ſalutis, Dei eſſe. Oecolamp. Quod Oecolampadius, vir pietate & doctrina inſignis, annotavit in vigeſimo ſexto capite Eſaiæ, folio centeſimo quinquageſimo ſexto. Non autem ita imaginandum quod Deus proſperetur negotium, & nihil agat. Nam iſtud ipſum paulo poſt refellit, dans Deo omnia noſtra opera: C neque enim ſolos titulos mendaces ei tribuimus, ſicut adulatores quidam regibus, quòd regum auſpiciis multa millia occiſa ſint in bello, cùm tamen illi domi ludis & venationibus interim vacarint. Auguſtinus de Bono perſeverantiæ, ca. 2. ait, nos rectè vivere, quando totum Deo tribuimus. Cyprianus. Et Cyprianus quemadmodum adducitur ab Auguſtino, dixit noſtrum nihil eſſe, idcirco nos minimè poſſe gloriari. Atque hoc non dixit pro Chriſtiana modeſtia tantùm, ſed ad veritatem quod ita ſe res habeat. D Et ſi vera eſſet quorundam expoſitio illorum verborum: Nõ eſt volentis, neque currentis, quod idcirco dictum ſit, quod voluntas & vires noſtræ non ſufficiant, niſi adſit miſericordia Dei, poſſent inverti præſentia, ut diceremus: Non eſſe miſerentis Dei, ſed volentis hominis. Quod ſecundum eos non ſufficiat miſericordia Dei, niſi & ipſi velimus. Sed hanc inverſionem ille putat non ferendam, ut tradit in Euchiridio ad Laurentium cap. vigeſimo ſecũdo: Auguſtinus. ſed fuſius ad Simplic. libro primo, quæſtione ſecunda, E ubi ad hunc modum ſcribit: Illa etiam verba ſi diligenter attendas; Igitur non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei; non hoc Apoſtolus propterea tantùm dixiſſe videbitur, quòd adjutorio Dei ad id quod volumus perveniamus: ſed etiam ex illa intentione, qua & alio loco dicit: In timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operemini. Deus enim eſt, qui operatur in nobis, & velle, & operari, pro ſuo beneplacito. Vbi ſatis oſtendit, etiam ipſam bonam voluntatem in nobis operante Deo fieri. F Nam ſi propterea ſolum dictum eſt, Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, quia voluntas hominis ſola ſufficit, ut juſte rectéque vivamus, niſi adjuvemur miſericordia Dei: poteſt & hoc modo dici: Igitur non miſerentis eſt Dei, ſed volentis hominis: quia miſericordia Dei ſola non ſufficit, niſi conſenſus noſtræ voluntatis addatur. At illud manifeſtum eſt, fruſtra nos velle, niſi Deus nobis miſereatur. Illud autem neſcio, quomodo dicatur, Fruſtra Deum miſereri, niſi velimus: ſi enim Deus miſeretur, etiam volumus. G Ad eandem quippe miſericordiã pertinet, ut velimus. Deus enim eſt qui operatur in nobis, & velle, & operari pro bona voluntate. Phil 2.13. Nam ſi quæramus utrum Dei donum ſit volũtas bona, mirum ſi negare quiſquam audeat, &c. Et in eadem quæſtione ad Simplicianum idem ſcribit. Sed ſi vocatio iſta ita eſt effectrix bonæ voluntatis, ut omnis eam vocatus ſequatur, quomodo verum erit, Multi vocati, pauci electi? Quod ſi verum eſt, & non conſequenter vocationi, vocatus obtemperat: H atque ut obtemperet in ejus poſitum eſt voluntate, rectè etiam dici poteſt: Igitur non miſerentis Dei, ſed volentis, atque currentis eſt hominis, quia miſericordia vocantis non ſufficit, niſi obedientia conſequatur. At forte illi qui hoc modo vocati non conſentiunt, poſſent alio modo vocati accommodare voluntatem, ut & illud verum ſit, Multi vocati, pauci electi, ut quamvis multi uno modo vocati ſint, tamen quia non omnes uno modo affecti ſunt, illi ſoli ſequantur vocationem, qui ei capiendi reperiuntur idonei. I Et illud non minus verum ſit, Igitur non volentis nec currentis, ſed miſerentis Dei, qui hoc modo vocavit, quomodo aptum erat eis, qui ſecuti ſunt vocationem: A Ad alios autem vocatio quidem pervenit, ſed quia talis fuit, qua moveri non poſſent, ut eam capere apti eſſent, vocati quidem dici potuerunt, ſed non electi. Et non jam ſimiliter verum eſt, Igitur non miſerentis Dei, ſed volentis atque currentis eſt hominis, quoniam non poteſt effectus miſericordiæ Dei eſſe in hominis poteſtate, ſi fruſtra ille miſereatur, ſi homo nolit: quia ſi vellet etiam ipſorum miſereri, poſſet ita vocare, quomodo illis aptum eſſet ut & moverentur, & intelligerent, & ſequerentur. B Verum eſt ergo, Multi vocati, pauci verò electi. Illi enim electi congruenter ſunt vocati. Illi autem qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi, non electi quia non ſequuti, quamvis vocati. Iterum verum eſt: Non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei: quia etiamſi multos vocet, eorum tamen miſeretur, quos ita vocat quomodo eis vocari aptum eſt, ut ſequantur. Falſum eſt autem, ſi quis dicit: Igitur non miſerentis Dei ſed volentis, atque currentis eſt hominis. C Quia nullius Deus fruſtra miſeretur. Cujus autem miſeretur, ſic eum vocat, quomodo ſcit ei congruere, ut vocantem non reſpuat. Hic diceret aliquis: Cur ergo Eſau non ſic eſt vocatus, ut vellet obedire? Luc.2.25. Ioan.1.48. Videmus enim alios aliter, iiſdem rebus demonſtratis, vel ſignificatis, ad credendum moveri, ſicut, exempli gratia, Simeon in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ adhuc infantem parvulum credidit, ſpiritu ei revelante cognoſcens. Mat.16.18. Nathanael ad unam ſententiam quã ab illo audivit, D Priuſquam te Philippus vocaret, cùm eſſes ſub arbore vidi te: reſpondit, Rabbi, Tu es filius Dei, tu es rex Iſrael. Quod tanto poſt, quia confeſſus eſt Petrus, meruit audire quomodo beatus eſſet, & quod ei darentur claves regni cœlorum. Miraculo facto in Cana Galilææ, quod initium fuit ſignorum Ieſu, Ioannes Evangeliſta commemorat, aqua in vinum converſa crediderunt in eum diſcipuli ejus. Ioan. 2. 11. Multos loquendo incitavit ad fidem, multi nec ſuſcitatis mortuis crediderunt, de cruce ac morte ejus cõterriti diſcipuli titubarunt, E & tamen latro tunc credidit, cùm eum non præſtantiorem videret in operibus, ſed conſortio crucis æqualem. Vnus etiam de numero diſcipulorum, poſt ejus reſurrectionem, non tam viventibus membris, quàm recentibus cicatricibus credidit. Act.2.37. multi ex eorum numero, à quibus crucifixus eſt, qui videntes eum miracula facientem contempſerant, diſcipulis eum prædicantibus, & in nomine ejus talia facientibus crediderunt. Cùm ergo alius ſic, alius autem ſic moveatur ad fidem, eadémque res ſæpe alio F modo dicta moveat, alio modo dicta non moveat, aliúmque moveat; quis audeat dicere defuiſſe Deo modum vocandi, quo etiam Eſau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatémque conjungeret, in qua Iacob juſtificatus eſt? Quod ſi tanta quoque poteſt eſſe obſtinatio voluntatis, ut cõtra omnes modos vocationis obdureſcat mentis averſio, quæritur etiam utrum de divina pœna ſit ipſa duritia? Cùm enim Deus deſerit non ſic vocando, quomodo ad fidem moveri poteſt? Quis etiam dicat modum, quo ei perſuaderetur, ut crederet etiã omnipotenti defuiſſe, &c. G Iam patet quid Auguſtinus de eo loco ſenſerit: Non eſt volentis, neque currentis, &c. Poſthæc ad id me refero, quod Paulus ſcripſit: Quoniam autem eſtis filii, Gal. 4. 6. Deus miſit ſpiritum filii ſui in corda veſtra, clamantem, Abba pater. Quod ſi ſpiritus à Deo immiſſus in homines, facit eos clamare, facit etiam credere, ſimúlque facit & rectè vivere. Nam cùm in Propheta dictum eſſet: Auferam illis cor lapideum, & dabo cor carneum, ſubjicitur, Exod.11.19. Et dabo ſpiritum meum in medium eorum, H & faciam ut ambulent in præceptis meis, &c. Ad Romanos item habetur: Rom. 8. 14. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filii Dei. Vbi annotandum eſt, ſanctos aliquando tantùm ſe habere paſſivè ad quoſdam Spiritus ſancti motus, atque ſi à nonnullis voluntas noſtra conceditur aliquando eſſe tantùm ſubjectum paſſivum, cùm tribulationes & moleſtiæ graviter urgent, cùm in nobis tantùm habemus reſponſum mortis, animus enim à Deo tunc ſuſtentatur ne ſuccumbat; Quid obſtat, quo minus paſſivè I quoque nos habeamus, quoad iſtam mutationem, de qua nunc agitur? Eſt itaque voluntas ſubjectum utriuſque converſionis, inquã, ſeu ſanationis & fidei, ſed

quoad

quoad prius tantùm paſſivè concurrit : quo verò ad
alterum & activè : quoniam volentes credimus. In
priori non eſt συνεργὸς, in altero verò cooperatur. Ad
Gal.1.15. Galatas legitur: Quando autem viſum eſt ei, qui me
ſegregavit de utero matris meæ, non autem dicitur:
Rom.12.3. Quando viſum eſt mihi. Et ad Romanos, Deus uni-
cuique partitus eſt menſuram fidei, & de gratuitis
donis legitur, illa Spiritum ſanctum diſtribuere ſin-
gulis prout vult. Non autem minus eſt Dominus re-
generationis & fidei Deus noſter, quàm gratuitorum
donorum: & idcirco diſtribuit utrunque genus prout
Phil.1.29. lubet. In Epiſtola ad Philippenſes habetur, il-
lis fuiſſe datum, non tantum ut crederent, ſed ut pa-
2.Tim.1.7. terentur pro Chriſto. Et in Epiſtola ſecunda ad Ti-
motheum ſcribitur : Non enim dedit nobis Deus
Mat. ſpiritum timiditatis, ſed potentiæ, dilectionis & ſo-
4.13.11. brietatis. Chriſtus dixit Apoſtolis : Aliis quibus lo-
quebatur in parabolis non fuiſſe datum, ut intelli-
gerent, ipſis verò ſuis Apoſtolis fuiſſe datum. Poſ-
ſent & alia permulta divinarum literarum teſtimo-
nia huc adferri, ſed iſtis volo eſſe contentus, nam ſi
qui non credant iſtis bene multis, etiam pluribus
non credent.

Nos minime moveri ut lapides. Sed multi dicunt: Si hoc pacto res habeat, tunc e-
rimus ut trunci & lapides qui à Deo moveantur. Nõ
ita res habet, quia & trunci & lapides dum movẽtur,
nec ſentiunt, nec intelligunt, nec volunt. Deinde ſi
aliqua in re paſſivè moveamur, quemadmodũ trunci
& lapides, non tamen idcirco ſic appellandi ſumus,
quãvis in iſta immutatione de qua nũc agimus, non
moveamur violenter, ut lapides & trunci, ſed motu
convenienti noſtro fini & perfectioni. Quod tamen
iſti nobis impingunt, non bene concluditur: nam eſt
argumentum in ſecunda figura ex affirmativis pro-
poſitionibus, ut ſi dicamus:

Lapides & trunci moventur paſſivè.
Homines in iſta immutatione, ſeu converſione moventur (paſſivè.
Ergo ſunt lapides & trunci.

Quin etiam dicamus:

Lapides & trunci ſunt corpora, ſunt etiam ſubſtantiæ.
Homines item corpora ſunt, & ſubſtantiæ.
Ergo ſunt lapides & trunci.

Omnes vident connexiones non eſſe firmas, &
pertinere ad ſecundam figuram ex affirmativis. Nec
tamen ex iſta noſtra ſententia, quam tuemur Dei
mutatione aut ſanatione animi, priuſquam poſſimus
aut credere, aut ſperare, aut expetere cœleſtia : conſe-
quitur nos facere cum Schvenckfeldio. Ille quippe
videtur fidem ponere ante verbum Dei, nos verò nõ
ſic agimus, quia ponimus verbum Dei cum externũ,
tum internum inſtrumentum eſſe Spiritus ſancti,
quo ſuadeat & oſtendat quæ ſint credenda, & agen-
da, & efficaciam ſuam declaret & exerat in nobis im-
mutandis. Scimus enim fidem eſſe & ex auditu, &
Rom.10.17. auditum eſſe per verbum Dei. Paulus dicit: Quomo-
Ibid.v.14. do credẽt ei quẽ nõ audierunt? Et alibi ſcribitur: Do-
mine, quis credit auditui noſtro? Deinde Schvenck-
feldius videtur ſtatuere verbum externum, ut exerci-
tium quoddam fidelium, & miniſteriũ rejicit. Quod
nos deteſtamur : tam enim verbum externum, quàm
internum, inſtrumenta Spiritus ſancti facimus : nec
dubitamus verbum ſaltem naturâ prius eſſe fide, cùm
ſit ejus ſubjectum.

Conſtituimus itaque voluntatem ſeu arbitrium
ante renovationem per ſe nihil poſſe, quoad res di-
vinas & ſpirituales : exigi autem ſpiritum Dei, quia
proponat & doceat, nec illum eſſe ſatis, niſi efficiat
immutationẽ animi. Pelagiani dicebant gratiã Dei
requiri, ſed tantum ad id, ut facilius crederemus, &
benè ageremus. Scholaſtici, ut ab illis differrent, ſta-
tuerunt gratiam prævenientem: at nos rogamus quæ-
nam ea ſit? & dicimus non ſatis eſſe reſpondere, qua
proponantur nobis verba Dei & ejus promiſſiones,
ſive interius, ſive exterius. Sed oportere, ut immuta-
tio ſeu converſio adhibeatur, neque debere poni in
noſtra voluntate ſeu arbitrio, ut ſequatur vel adhæ-
reat promiſſis. Admonuit Auguſtinus ſub laudibus
Vocationis genera duo. naturæ latere hoſtes gratiæ. Cùm itaque ſic ſtatue-
rimus, duo jam ſe produnt vocationum genera, unũ
commune, alterum efficax, quam diſtinctionem pri-
Rom.8.29. mum ex divinis literis probo. Paulus dicit, Quos vo-
cavit, hos & juſtificavit. Quare aliquod genus eſt vo-

A cationis, cui conjungitur juſtificatio. Nam ea eſt
catena Pauli, ut annulos habeat firmiter connexos.
Ex altera parte dicitur à Chriſto, multos eſſe voca- Matt.20.16.
tos, & paucos electos. Iam hîc vocatio ponitur, ad Eph.1.5. & 11.
quam non ſequitur juſtificatio. Deinde vocatio quæ-
dam eſt, quæ à Paulo peculiariter ſecundùm propo-
ſitum appellatur, quæ ab altera communi oſtenditur
differre. Ex divinis itaque literis confectum eſt, di-
ſcrimen eſſe vocationum. Auguſtinus id confirmat. Auguſtinus.
Primum contra duas epiſtolas Pelagianorum capite
B decimonono, ubi ſcribit : Non enim omnes vocati,
ſecundum propoſitum ſunt vocati, quoniam multi
vocati, pauci electi. Ipſi ergo ſecundùm propoſitum
vocati, qui electi ante conſtitutionem mundi. Atque
de iſta re idem Auguſtinus ad Simplicianum, libro Auguſtinus.
primo ad finem. Reſtat ergo, ut volentes eligantur:
ſed voluntas ipſa, niſi aliquid occurrerit, quod dele-
ctet atque invitet animum, moveri nullo modo po-
teſt. Hoc autem ut occurrat, non eſt in hominis po-
teſtate. Quid volebat Saulus, niſi ut invaderet & tra-
C heret, vinciret & necaret Chriſtianos? Quàm rabida
voluntas? quàm furioſa? quàm cæca? qui tamen una
deſuper voce proſtratus, occurrente utique tali viſo,
quo mens illa & voluntas refracta ſævitia retorque-
retur & corrigeretur ad fidem? Repente ex Evangelij
mirabili perſequutore, mirabilior prædicator effe-
ctus eſt. Conſtat igitur duplicem eſſe vocationem,
unam communem, aliam verò ſecundùm propoſi-
tum, ad quam intelligendam ſcire oportet, ipſum
propoſitum nihil aliud eſſe, quàm certum & firmum,
D conſtánſque decretum Dei, quo præſcivit & conſti-
tuit quos vellet Chriſto conjungere, juſtificare, ac
beare. Vocatio, quæ ad iſtud propoſitum confirma-
tur, eſt efficax, & immutat homines per verbum Dei,
opera Spiritus ſancti. Altera verò communis eſt, qua
offeruntur Dei promiſſiones per verbum, aut exter-
num, aut internum, ſed non ea efficacia, qua animi
ſanentur. Hanc diſtinctionem probè novit Auguſti- Auguſtinus.
nus, qui contra Iulianum Pelagianum libro quinto,
capite tertio, ad hunc modum ſcripſit, Non enim o-
E mnes, qui vocati ſunt ſecũdùm propoſitum, ſunt vo-
cati, Multi enim vocati, pauci verò electi. Vnde & a-
libi dicit, Secundùm virtutem Dei ſalvos nos facien-
tis, & vocantis vocatione ſua ſancta, non ſecundum
opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum & gra-
tiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante ſecula 2.Tim.1.9.
æterna. Idem Auguſtinus de Prædeſtinatione ſan-
ctorũ, cap.16. Vocat enim Deus prædeſtinatos mul- 1.Cor.1.23.
tos filios ſuos, ut eos faciat membra Prædeſtinati u-
nici filij ſui, non ea vocatione qua vocati ſunt, qui
F noluerunt venire ad nuptias. Illa quippe vocatione
& Iudæi vocati ſunt, quibus Chriſtus crucifixus ſcã-
dalum eſt, & Gẽtes, quibus Chriſtus crucifixus ſtul-
titia eſt: ſed ea vocatione prædeſtinatos vocat, quam
diſtinxit Apoſtolus, dicens : Ipſis vocatis Iudæis & Ibid.24.
Græcis prædicare ſe Chriſtum Dei virtutem & Dei
ſapientiam. Sic enim ait: Ipſis autem vocatis, ut illos Rom.8.29.
oſtenderet non vocatos, ſciens eſſe certam quandam
vocationem eorum qui ſecundum propoſitum vo-
cati ſunt. Quos præſcivit, & prædeſtinavit, conformes Rom.9.11.
G imagini filij ſui, quam vocationem ſignificans ait,
Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, Quia
major ſerviet minori. Non dicit, non ex operibus, Rom.11.29.
ſed ex credente. Prorſus etiam hoc abſtulit homini,
ut totum daret Deo. Dixit ergo, Sed ex vocante, non
quacunque vocatione, ſed qua vocatione fit credẽs.
Hanc etiam intuebatur, cùm diceret : Sine pœniten-
tia ſunt dona & vocatio Dei. Idem Pater de Spiritu
& Litera, capite trigeſimoquarto, alterum attingit di-
H ſcrimen iſtarum vocationum, quod una ſuadeat, al-
tera perſuadeat, & ait : Iam ſi ad illam profunditatem
ſcrutandam quiſquam nos coarctet, cur illi ita ſua-
deatur, ut perſuadeatur, illi autem non ita : duo ſola
occurrunt interim quæ reſpondere mihi placeat: O
altitudo divitiarum! Et, Nunquid iniquitas apud Ibid.18.
Deum? Cui reſponſio iſta diſplicet, quærat doctiores,
ſed caveat ne inveniat præſumptores.

Ita concluſit Auguſtinus hanc ſententiam, quod
ſciebat homines reperiri, qui rationem diſcriminis
I ex Libero arbitrio peterent : quos ille vocavit præ-
ſumptores. Scribit itidem capite nono de Prædeſti-
natione ſanctorum. Cur autẽ non omnib. detur, fide-

Digitized by Google

lem movere non debet. Qui credit ex uno omnes, credit eſſe condonationem ſine dubitatione juſtiſſimam. Ita nulla eſſet juſta Dei reprehenſio, etiamſi nullus inde liberaretur. Unde conſtat magnam eſſe gratiam, quòd plurimi liberantur. Et quid ſibi deberetur, in eis qui non liberantur agnoſcunt, ut qui gloriantur, non in ſuis meritis quæ paria vident eſſe damnatis, ſed in Domino glorientur, &c. Hîc quoque dilucidè Auguſtinus oſtendit, vocatione illa qua liberamur, quicunque liberamur, non omnes vocari. Idque circa ullam Dei injuſtitiam. Et in eodem lib. cap.8. Quare, inquiunt, non omnes docet? Si dixerimus, quia nolunt diſcere, quos non docet, reſpondebitur nobis, Et ubi eſt quod ei dicitur? Domine tu convertens vivificabis nos: aut ſi nō facit volentes ex nolentibus Deus, cur orat Eccleſia ſecundum præceptum Domini pro perſequutoribus ſuis? Nō acquieſcit Auguſtinus illi reſponſioni, quòd illi non doceantur, qui nolunt diſcere, quoniam inquit Deum poſſe facere volentes ex nolentibus. Proſper ad cap. Gallorum cap.9. reſpondet objicientibus, quòd qui vocati ſunt, non æqualiter ſunt vocati, ſed alij ut crederent, &c. Sequitur reſponſio. Si vocatio in Evangelij tantùm prædicatione intelligatur, non veraciter dicitur, quòd aliis atque aliis aliter atque aliter prædicetur, cùm unus ſit Deus, una fides, una regeneratio, una promiſſio. Si autem ad effectum plantationis & rigationis aſpicitur, aliud actum eſt cum eis, quorum exteriores aures corporali voce pulſatæ ſunt, aliud in eis, quorum interiorem ſenſum Deus aperuit, & in quorum corde poſuit fidei fundamentum, dilectioniſque fervorem, &c. Non potuit apertius duplex illud vocationis genus exprimi. Zuinglius de Providentia, Tomo 1. folio 270. Ea definitio ſive ordinatio ubi decreta ſit, jam vocari hominem à Deo, non generali iſta vocatione modò, quæ externam Apoſtolorum prædicationem ſignificat, ſed ea etiam, qua ſpiritus electis aurē vellicat, ut Deo auſcultare quid jubeat, aut promittat, cupiāt, &c. Idem in Epiſtola ad Romanos capite 8. Tomo. 4. folio 428. His qui ſecundū propoſitum, qui ab æterno ſcilicet vocati ſunt. Ego enim hæc de interna vocatione, id eſt, de electione intelligo, non de externa verbi vocatione: quaſi dicat: Dixi jam omnia in bonum cedere, ſanctis aut vocatis. Quod probo. Nam omnia electione Dei libera conſtant. Deus qui omnia novit antequam ſint, etiam præfinivit eos, ut cohæredes ſint filij ſui. Ita tamen ut Chriſtus ſit primogenitus, id eſt, naturalis & eſſentialis Filius Dei, nos verò adoptivi. Quos ſic præfinivit, & præordinavit, eos deinde interna vocatione vocat, id eſt, trahit intus, Iohannis ſexto, id eſt, fideles reddit, trahit ut mens ei adhæreat, & fidat, quos ſic fideles reddit, hos & juſtificat per certam fidem: ſcilicet filij ſui, &c. Idem in libro de Providentia, Tomo 1. folio 368. ait: Ipſi enim hoc non jam ſymbolis ſignificari, ſed ante oculos geri videbant, quo peccata totius mundi expiabantur, ſed hujus nihil factum eſt. Soli enim iſti pœnitentiam egerunt, quos Spiritus ſanctus illuſtrabat, ut hunc eſſe ſalvatorem cognoſcerent, & pater trahebat, ut ad illum venirent, & amplecterentur, ut porrò externa nihil poſſent, quàm ſignificare & nunciare, &c. Con. Pellicanus in primo capite ad Epheſ. interpretans ea verba: Qui prædeſtinavit nos in adoptionem filiorum, ita ſcribit: Qua quidem in re notandus eſt ordo, in quo electio primas tenet, deinde adoptio in filios, quæ vocatio dicitur, dum ſpiritu ſuo donatos trahit ad ſe Dominus, donans ſui cognitionem, demum ſuccedit ſanctimonia vitæ. &c. Iam ex iſtis clariſſimis ac doctiſſimis viris apparet iſtam geminam vocationem, à me non eſſe confictam, ſed ab illis & receptam & conſcriptam, unde fit, ut qui ſunt in eadem concione, atque audiunt idem Evangeliū alij credant, alij contemnant, alij amplectantur, alij verò irrideant. Porrò qui contemnunt, rident, & reſpuunt, ſua malitia id faciunt, quam Deus illis non infundit, qui aut credunt, aut amplectuntur, ex efficaci vocatione Dei hoc faciunt, quæ minimè omnibus datur. Unde Auguſt. de Prædeſtinatione ſanctorum, c.8. Cùm igitur Evangelium prædicatur, quidam credunt, quidam non credunt, ſed qui credunt, prædicatore forinſecus ſonante, intus à patre audiſit,

[Margin: Auguſtinus. — Pſal.85.7. — Proſper. — Zuinglius. — Pellicanus. Eph.1.4. — Auguſtinus.]

A atque diſcunt: qui autem non credūt, foris audiunt, intus non audiunt, neque diſcunt. Hoc eſt, illis datur, ut credant, illis non datur. Quia nemo, inquit, venit ad me, niſi pater meus traxerit eum. Idem in eodem libro, ca.6. Multi audiunt verbum veritatis, ſed alij credunt, alij contradicunt. Volunt ergo iſti credere, nolunt autem illi, quis hoc ignorat? quis hoc neget? Sed cum aliis præparetur, aliis non præparetur voluntas à Domino, diſcernendum eſt utique, quid veniat B de Miſericordia ejus, quidve judicio. Quod quærebat Iſrael, ait Apoſtolus, hoc non eſt conſequutus, electio autem conſecuta eſt. Cæteri verò excæcati ſunt, ſicut ſcriptum eſt: Dedit illis Deus ſpiritum cōpunctionis, oculos ut non videant, & aures ut nō audiant, uſque ad hodiernum diem, &c. Eſt itaque magna diverſitas audientium, quam Auguſtinus, ut cognovimus, ex diverſitate vocationum attendit. Quare autem Deus ita illas temperet, & ita diſtribuat, in eodem lib. cap.8. iis verbis docet: Cur autem non omnes C doceat, aperuit Apoſtolus, quantum aperiendum judicavit. Quia volens oſtendere iram, & volēs demonſtrare potentiā ſuā, tulit in multa patiētia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionē, & ut notas faciat divitias gloriæ ſuę in vaſa miſericordię, quæ præparavit in gloriam, &c. Petitur hæc ratio, ut manifeſtè appareat, à cauſa finali, quòd Deus non modò cōſtituerit patefacere ſuam bonitatem, ſed etiam juſtitiam & ſeveritatem. At dixerit aliquis. Si res hoc pacto habet, Deus non erit univerſalis, ſed particularis. D Quo ad hoc, id negari non poteſt. Videmus quippe illum pro ſuo arbitrio impertare ac diſtribuere duo hæc vocationum genera. Sed hac de re poſtea dicemus, cùm ad Prædeſtinationem ventum fuerit.

[Margin: Ioan.6.44. — Rom.10.3.]

Interea illis occurrendum eſt, qui aiunt parum eſſe quod petunt, & liberum arbitrium quod dari ſibi vellent, aiunt eſſe ſcintillulam quandam. Eam, quantum ſalvâ pietate fieri poteſt, damus, nempe in iis, quæ ſenſui & rationi humanæ ſubjacent, neque captum naturæ noſtræ ſuperant. Renatis etiam conce- E dimus, quantum infirmitas humana patitur, dum hîc vivimus. At non renatis, quo ad cœleſtia bona & ſpiritualia, eam dare non poſſumus, quæ talis eſt ſcintillula, quæ minimè ſplendorem pareret, ſed fumū, quo ſuperbirent facilè homines, & de miſericordia Dei & gratia multum ſubtraherent. Iſta enim ſcintillula jactarent ſe diſcerni ab aliis: at non diſcerni volunt, niſi Dei miſericordiā & gratiā, non autem libero Arbitrio, aut donis & virtutibus. Qua de re ita ſcripſit Auguſtinus de Prædeſtinatione Sanctorum F capite quinto, Nunquid enim per hæc dona, quæ omnibus communia ſunt hominibus, diſcernuntur homines ab hominibus? Hîc autem prius dixit, Quis enim te diſcernit? Et deinde addidit, Quid autem habes, quod non accepiſti? Poſſet quippe dicere homo, inflatus adverſus alterum: Diſcernit me fides mea, juſtitia mea, vel ſi quid aliud, talibus occurrens cogitationibus bonus doctor, Quid autem habes, inquit, quod non accepiſti? A quo niſi ab illo, qui te diſcernit ab alio? Cui non donavit, quod donavit ti- G bi? &c. Sed aiunt. Hoc tantillum quod poſtulamus, per ſe nihil agit. At idem etiam poſſemus dicere de gratia, quoniam per eos ipſa quoque nihil agit, niſi acceſſerit mentis noſtræ conſenſus. Et ſanè perabſurdum eſt, ut ad immutationem ſeu regenerationem aliquid activè conferemus: quandoquidem nemo quicquam agit ad ſeipſum generandum. Quod ſi verum eſt in iis phyſicis atque carnalibus, quanto magis eſt dandum in ſpiritualibus, quæ à noſtris viribus longius diſtant? Hoc vidit Oecolampadius in H Zachariam cap. primo, cùm interpretaretur ea verba, Et dices ad eos, Convertimini ad me, ubi ſic ſcribit. Ieremias dixit, Converte me Domine & ego convertar, quia tu Dominus Deus meus, poſtquam enim convertiſti me, egi pœnitentiam. Qui me ad carnalem vitam, cùm non eſſem, generare non potui, quomodo ad ſpiritualem vitam generabo? Unde Iohannes clamat: Nativitatem illam à Deo eſſe. Itaque obluctantes nobis in hoc loco, non tam nobis, quàm gratiæ Dei repugnant. Et hoc colligunt, quod I fugit Spiritus ſanctus, quæ enim hic docemur, ideo docemur, ut miſericordia Dei ſciamus civitatem conſtrui. Illi hinc fugiunt, quaſi liberum quippiam in nobis

[Margin: Hujus doctrinæ uſus. — Auguſtinus. 1.Cor.4.7. — Simile. — Oecolampadius. Zach.1.3. Ier.31.18. — Ioan.3.3.]

Digitized by Google

in nobis ſit, & à carnali nativitate conceſſum, quo A convertamur, & ita noſtro robore civitatem Dei ædificemus, &c. Non negat Oecolampadius nos à nativitate quippiam liberum habuiſſe: ſed id negat eſſe tale, quo convertamur. Dicunt etiam Deum ſe habere, ut homines, qui viatoribus fideliter monſtrant iter, & ſuadent atque admonent, ut ſalutarem viam deligamus, relicta periculoſa & exitiali. Quod ſi non audiantur, per eos non ſtat, & functi ſunt officio. Verùm ſimilitudo ejuſmodi locum hîc B non habet, quia vitæ monſtratores non habent in ſua poteſtate, ut perſuadeant, vel ut voluntatem iter facientium immutent. Deus verò hæc facere poteſt, ſi velit, & facit erga eos quos efficaciter vocat. Contendunt etiam nullum hominem eſſe adeo vitiatum & perditum, quin per ſuum liberum arbitrium poſſit optare felicitatem, Dei gratiam & favorem, utque ſibi bene ſit. Fateor homines non renatos felicitatem cupere generaliter, at ſi eis proponatur illa, quàm ſimus habituri per Chriſtum, & fidem in eum, & per C crucem, dico id non poſitum in arbitrio eorum, ut illum cupiant, imò ſpernunt ac repudiant.

Simile diſsimile.

Objectio. Nazianzenus.

Objicitur dictum Nazianzeni, πάντα κατορθώματα ἀπὸ Θεοῦ ἐστὶ δίδοται δὲ κεκλημένοις καὶ οὕτω νεύουσι. Cæterum id ſi recte intelligatur, nobiſcum facit, per vocem κατορθώματα officia credendi, ſperandi, diligendi Deum, & proximum, & recte vivendi accipio. Hæc à Deo eſſe & dari vocatis confiteor: qui ſi vocati fuerint efficaciter & ſanati, utique annuunt & conſentiunt, quod ante præparationem vel ſanitatem receptam facere D non potuiſſent. Affertur etiam Chryſoſtomus, qui dicit, ἕλκει μὲν ὁ Θεὸς βουλόμενον δὲ ἕλκει, &c. Iſtud quoque dictum non rejicimus: verùm attendendum eſt, cùm divinus tractus mutationem dicat, ſi ejus terminus, à quo incipit, conſideretur, homo deprehenditur nolens: & cùm immutetur à Deo, & ſanetur, efficitur volens: & cum ad ulteriora trahitur, nimirum ad credendum, ſperandum & amandum ipſum Deum, jam volens trahitur, qui tamen illo primo momento, quo cœpit trahi erat nolens. Vnde Auguſtinus rectè di- E xit, contra duas Epiſtolas Pelagianorum, capite decimo nono: Chriſtum appoſitè fuiſſe uſum verbo trahendi, non autem ducendi: nam illi ducuntur, qui prius volebant, trahuntur autem, qui nolebant, ne itaque intelligeremus nos habuiſſe bonam voluntatē cum à Deo moveri cœpimus, trahi nos dixit, non duci. Vnde ſi quæratur an Paulus in ſua converſione, cujus hodie anniverſarius dies recolitur, libero arbitrio fuerit tractus, dico propoſitionē eſſe ambiguam, neque uno reſponſo ei poſſe ſatisfieri. Nam ſi roges, F qua parte animi Deus cœperit ſanare Paulum, & illū convertere, facile concedam libero arbitrio, id eſt voluntate & intelligentia, quæ paſſivè ad iſtam renovationem concurrebant. Sin verò interroger, an Paulus ſit tractus libero arbitrio, quo tanquam activo principio concurreret ad primam ſui renovationem & præparationem, nego tractum fuiſſe libero arbitrio, præſertim quoad primum momentum ejuſcemodi commutationis. Cur autem eam libertatē ibi dari nolim, cauſa eſt in promptu, quoniam ab initio & ſpiritu & G gratia carebat, quę ubi defuerint, ad cœleſtia & ſupernaturalia nullæ ſuppetunt vires. Cæterùm dicunt, cū promiſſiones offeruntur nobis, etiam ſi renati non ſimus, luctandum eſt, ut credamus. Facile hoc præcipitur, ſed fieri non poteſt, quia niſi reformemur à ſpiritu, reluctabimur nō luctabimur, & fugiemus, ut Paulus adverſabatur veræ fidei, & Auguſtinus, priuſquam converterentur & ſanarentur.

Chryſoſtom.

Auguſtinus.

Pauli converſio.

Aiunt nos expectare motus violentos, quòd minimè verum eſt: non expectamus violentiam: ſed efficaciam divinæ potentiæ prædicamus. Violentum, ut H Ariſtoteles definit, in 3. Ethicorum, eſt quod movetur ab extrinſeco principio, neque cōfert quicquam: Talis autem non eſt voluntas noſtra. Vt autem videatur, quid conferat, ſimili utendum eſt phyſico: materia prima per tranſmutationem ſuſcipit novas formas, & movetur ab efficienti. Confert autem ſubjectū: nam ſubjicitur illis motibus: deinde habet potentiam, ſeu habilitatem quandam ad has formas: ita mens humana ſubjectum eſt paſſivum iſtius converſionis atque I ſanationis: deinde potentiam quandam habet, vel habilitatem, non quidem activam, ſed paſſivam: idque

Objectio.

Violentum quid.

Simile.

Potentia paſſiva & obedientia.

dum comparatur Deo, quòd poſſit ab eo activè commutari. Sumus enim creati rationales ad imaginem & ſimilitudinem Dei. Et ſanè hæc potentia paſſiva hujus generis, poſſet dici, more ſcholaſticorum, potentia obedientialis: quia ſumus capaces divinæ immutationis, cùm Deus illam efficere voluerit. Hinc rectè poteſt intelligi, quod ab Auguſtino dictū eſt: poſſe habere fidem, ſpem & charitatem, eſſe naturæ: habere autem, eſſe gratiæ. Nam ex natura habemus, quod paſſivè à Deo immutari queamus, quod autem reipſa immutemur, hoc eſſe gratiæ. Auguſtinus in libro ſuo de Corrept. & gratia, capite 11. rectè dixit, Liberum arbitriū parum eſſe, niſi ab omnipotenti Deo immutetur, non autem opus eſſe potentia, ſi tantùm ſuaſio vel oſtenſio bonarum rerum adhibenda fuiſſet. Quare potentia requiritur ad id, ut mutatio mirabilis habeatur. Quare idem Pater, de Gratia Chriſti contra Pelag. & Celeſt. cap. 24. rectè ſcripſit: Legant ergo & intelligant, intueantur atque fateantur, non lege ac doctrina inſonante forinſecus, ſed interna atque occulta mirabili atque ineffabili poteſtate, operari Deum in cordibus hominum non ſolùm veras revelationes, ſed etiam bonas voluntates. At nobis objiciuntur ex Iohanne; Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. At nihil dicunt, quia ibi loquitur Iohannes de renatis & credentibus, illico enim ſubditur, His qui crediderunt in nomine ejus. Et ſtatim poſtea, Qui nati ſunt ex Deo. Quòd ſi velis hæc accipere de non renatis, dicemus ex prædeſtinatione illos habuiſſe eam poteſtatem ante omnem æternitatem, quamvis eam nondum actu poſſideant. Id etiam nobis videtur obſtare, quod ſcriptum eſt in Zacharia: Convertimini ad me. Et in Ezechielis capite decimo octavo: Facite vobis cor novum. Vbi videmur & ipſi activè concurrere. Cæterùm de tractu, ſicut prius admonui, diſtinguendum eſt, ſi conſideremus terminum à quo incipit motus, dum ſumus nolentes. Ibi Deus non convertit, immutat, & ſanat, ac ex nolentibus facit volentes. Quia tamen dum hîc vivimus, non ſumus perfectè, ad Deum cōverſi, neque faciles & cerei ſeu carnei ad ejus mandata, ut eſſe oporteret: ideo præcipitur nobis ut jam cooperatoribus Dei, ut convertamur magis ac magis ad illū, & ut nobis faciamus in dies magis ac magis corda nova. Sed alia eſt quorundam cavillatio. Primùm ſibi ſumunt, legem eſſe voluntatem Dei revelatam: addunt eam eſſe potentem & invictam, & quærunt, cur non omnes eam faciant. Si Deus, inquiunt, præcepit mari, ut ſtaret intra fines ſuos, ve ſeſe aperiret, & factum eſt, quia ita voluit fieri: cùm præcipiebat mortuo, ut excitaretur, voluntas ejus non erat caſſa, ſed erumpebat in actum, cur ergo voluntas ejus quæ eſt in Lege ad affectum non pervenit? Non certè ob ſuam infirmitatem, ſed quia Deus ita videtur voluiſſe iſta mandare, ut ſitum in nobis relinqueret ea facere, quæ non faceret. Reſpondeo: Deum velle ſervare præcepta ſua, at non ex viribus tantum arbitrij, ſed per gratiam, qua prius ſanemur, & deinde ad illam obediētiam perducamur. Deinde cùm dicitur; legem eſſe voluntatem Dei, annuo, ſed non quævis eſt. Voluntas dici poteſt approbantis: eſt voluntas placiti: voluntas etiam prævians: ſed non eſt voluntas efficiens, conſtituens, decernens & efficax quo ad omnes homines, ſed quo ad omnes quibus Deo viſum fuerit: quemadmodum & de peccato dicimus, eum nolle peccatum, quia prohibet, odit, & punit: non tamen voluntas ejus ita ſe habet erga ipſum, ut efficaciter & potenter, & conſtituendo ſeu decernendo, illud nolit: alioquin non permitteret, ſed impediret. Et nullæ ſunt tam perverſæ voluntates, quas Deus non poſſit immutare. Verùm quæritur adhuc, an poſſimus reſiſtere vocationi Dei? Poſſumus, & præſertim communi & generali, imò ab ea refugimus, quando non ſumus adhuc renati, ut Adamus ab initio, & Paulus diu fecit: quin & poſtea cùm ſanati ſumus & præparati, ſæpè labimur, ut Petro & Davidi ſcimus accidiſſe. Sin autem quæſieris, cùm vocatio efficax, & ſecundùm propoſitum adeſt, an prævaleat? Affirmo. Nam Paulo dictum eſt, in ipſa hora ſuæ converſionis: Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare: non ut violentia inferatur voluntati. Non enim poteſt id fieri: licet in Luca decimo quarto

Auguſtinus.

Objectio. Ioan. 1. 18.

Zach. 1. 3. Ezec. 18. 31.

Objectio.

Voluntatis in Deo deſtinatio.

Objectio. Vocationi Dei quatenus reſiſti poſſit.

Gen. 3. 8. Gal. 1. 13. Matt. 26. 69. 2. Sam 11. 2. Act. 9. 2.

Luc 14. & 23.

capite ſcribatur, Compelle eos intrare. Sed ibi potius agitur de bonitate Dei, quæ in vocando ſuos eſt importuna, & quadam, ſi fas eſt ita loqui, utitur improbitate: agit non tantùm abhortationibus ſeu etiam conviciis & flagellis: quamvis Auguſtin. hoc detorſerit ad Chriſtianorum principum edicta, quæ contra hæreticos proponunt graves pœnas, exilia, carceres, mulctas, & alia hujuſmodi. Et licet fides voluntaria ſit, attamē Deus ad illam per hujuſmodi vias & media impellit. Illud item objicitur, Quoties volui congregare filios tuos, ſicut gallina ſuos pullos. Cæterum ad id Auguſtinus reſpondet: Et tamen quot volui congregare, te nolente congregavi. Idem autem pater, duriter videtur loquutus fuiſſe cōtra Adimantum Manichæum, capite 26. ubi ſcripſit, in poteſtate hominis eſſe, voluntatem commutare in melius. Cæterum ad id ipſe reſpondet in 1. li. Retract. cap. 22. ubi ait: Sed ea poteſtas nulla eſt, niſi à Deo detur: de quo dictum eſt, Dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri. Cùm enim hoc ſit in poteſtate, quod cùm volumus facimus, nihil tam in poteſtate, quàm ipſa voluntas eſt, ſed præparatur voluntas à Domino, & eo modo dat poteſtatem. Sic intelligendum eſt & id, quod dixi poſtea in noſtra poteſtate eſſe, ut vel inſeramur bonitate Dei, vel excindamur ejus ſeveritate, quia in poteſtate noſtra non eſt, niſi quod noſtram ſequitur voluntatem: quæ cùm fortis & potens præparatur à Domino facile fit opus pietatis, etiam quod difficile atque impoſſibile fuit, &c. Valeat ergo iſta regula & expoſitio ad omnia Loca Auguſtini, quibus videtur plus æquo tribuere libero arbitrio quoad cœleſtia & ſupernaturalia bona. Reſpondendum eſt, id tantum, habere locum in voluntatibus jam præparatis & ſanatis. Hanc regulam nunquam retractavit iſte pater ſed ut firmam & certam in ſuis Retract. poſuit. Quin & in 10. ca. ejuſdem libri tradit, ea quæ ſcripſit de Libero arbitrio contra Manichæos, fuiſſe dicta, ut oſtenderet, non eſſe quoddam primum principiū malum, oppoſitum Deo bono, à quo ſcilicet malo principio peccata defluerent. Sed initium peccatorum fuiſſe à voluntate. Vnde illi tractationi minimè congruebat, ut de gratia Dei præparante & ſanante multa diceret: quam tamen utcunque tacuit. Et de Libero arbitrio loquutus eſt potius, ut fuit in natura inſtituta, quàm ut nunc invenitur in vitiata & corrupta.

Matt. 23. 37.
Objectio.

Objectiones ex Auguſtino.

Ioan. 1. 12.

Opponitur etiam nobis, malè nos facere negando Liberum arbitrium: quòd occaſionem demus eam quærentibus, & jugulum præbeamus Papiſtis. Aſt ego in univerſum libertatem tollo, ſed eam do in externis, & in iis, quæ humanum captum non ſuperant. Deinde, illam concedo ex parte præparatis, ſanatis, & converſis à Dei gratia, ut mox dicetur. Deinde, ſcandalum Phariſæorum non eſt magnifaciendum: cæci ſunt & duces cæcorum: ideóque ſinendi ſunt. Omnis planta, quam non plantavit Pater cæleſtis, eradicabitur. Præterea quærunt, an Deus quoad omnes faciat, quantum ſatis eſt ad eorum ſalutem. Aliqui affirmant: ſed mihi non videtur. Nam ſcio ex divinis literis & Tyrios & Sydonios fuiſſe credituros, ſi ea vidiſſent quæ in Chorazin & Bethſaida & Capernaum à Chriſto geſta fuerunt. Quod & Proſper annotavit ad ca. Gallorum, cùm ad 10. caput reſpondet, quo doctrinæ Auguſtini opponebant, quod affirmaret à Deo quibuſdam ſubtrahi gratiam Evangelij. Ad hunc modum ibi ſcribit. Item qui dicit, quod quibuſdam Evangelij prædicatio à Domino ſubtrahatur, ne percepta Evangelij prædicatione ſalventur, poſt objectionis invidiam declinare, patrocinio ipſius ſalvatoris, qui apud quoſdā, quos ait fuiſſe credituros, ſi miraculorum ejus ſigna vidiſſent noluit operari. Et quibuſdam populis vetuit Apoſtolos Evangelizare, & nunc aliquas adhuc gentes patitur extra gratiam ſuam degere, cùm tamē conſtantiſſima fide perceptum habemus, in omnes mundi partes Eccleſiam dilatandam, &c. De eadem quoque re idem pater, ad excerpta Genuenſium dubio 8. ſic ſcribit. De Tyriis verò & Sidoniis, quid aliud poſſumus dicere, quàm non eſſe eis datum, ut crederent, quos etiam credituros fuiſſe ipſa veritas dicit, ſi talia, qualia apud non credentes facta ſunt, virtutum ſigna vidiſſent? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant ſi poſſunt qui calumniantur, ut oſtendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit. Nos etiam ſi rationem facti, & profunditatem judicij ejus penetrare non poſſumus, manifeſtiſſimè tamen ſcimus, & verum eſſe quod dixit, & juſtum eſſe quod fecit & non ſolùm Tyrios & Sidonios, ſed etiam Chorazin & Bethſaida potuiſſe converti, & fideles ex infidelibus fieri, ſi hoc in eis Dominus voluiſſet operari: neque enim ulli falſum videri poteſt quod veritas ait: Nemo poteſt venire ad me, niſi ei fuerit datum à Patre meo. Et vobis datum eſt noſſe myſterium regni cælorum: illis autem non eſt datum: & nemo novit Filium niſi Pater, neque Patrē, niſi Filius, & cui Filius voluerit revelare. Et ſicut Pater vivificat mortuos, ita & Filius, quos vult vivificat, & nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto. Oſtendit præterea idem Proſper, Evangelij prædicationem omnibus gentibus non ſemper eſſe datam, neque omnibus temporibus, quæ tamen ad ſalutem eſt neceſſaria. Ad capita Gallorum, capite quarto, quo contra Auguſtinum objiciebatur: juxta ſententiam ejus non omnes homines vocari ad gratiam, ita reſpondet: Etiamſi conſtaret, quòd jam in univerſis nationibus & omnibus finibus terræ totus mundus Evangelium recepiſſet, quod utique futurum veriſſimè pronunciatum eſt, non eſſet tamen dubium, à tempore reſurrectionis Domini uſque ad præſentem ætatem, fuiſſe homines, qui ab hac vita ſine Evangelij cognitione tranſierint, de quibus dici poſſit, quod vocati non ſint, quia nec ſpem vocationis audierint. Quod ſi quiſquam hâc vocationis plenariam generalitatem, ita ſemper aſſerit celebratam, ut ab aſcenſione Domini in cælum, ne unus quidem annus effluxerit, intra quem non ad omnes prædicatio miſſa pervenerit, videat quomodo tunc Aſianos vocatos probet, quando Apoſtoli, ſicut ſcriptum eſt, vetiti ſunt à Spiritu ſancto, loqui verbum Dei in Aſia apud Bithynios, ad quos iidem Apoſtoli tentabāt ire, & non permiſit eos ſpiritus Ieſu. Videat etiam quomodo tueatur denuntiationem ipſius veritatis, dicentis, Prædicabitur hoc Evangelium in univerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Nutat námque, quod dici nefas eſt, fides verbi, ſi ante quadringentos annos Evangelio impletus eſt mundus, & adhuc Domini adventus differtur, &c. Idem in Epiſtola ad Ruffinum, de eo quod ſcriptum eſt. Qui vult omnes homines ſalvos fieri. Et rurſum eo ipſo tempore, quo ad omnes homines prædicatio mittebatur, quædam loca Apoſtoli adire prohibebantur, ab eo qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, multis utique in illa retardatis atque averſis Evangelij mora ſine agnitione veritatis, & ſine regenerationis cōſecratione morituris. Dicat ergo ſcriptura quod geſtum eſt: Tranſeuntes autem inquit, Phrygiam & Galatiæ regionem, vetiti ſunt à Spiritu ſancto loqui verbum in Aſia. Cùm veniſſent autem in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit illis ſpiritus Ieſu. Quid autem mirum ſi inter ipſa Evangelicæ prædicationis exordia, non poterant ire Apoſtoli, niſi quo eos ſpiritus Dei ire voluiſſet, cùm videamus pleraſque gentes modò primum Chriſtianæ gratiæ fieri cæpiſſe participes, alias autem nullum adhuc odorem boni iſtius attigiſſe? An dicendum eſt voluntati Dei humanas obſiſtere voluntates, & tam feros, támque intractabiles horum hominum mores, ut Evangelium ideo non audiant, quia prædicationi impia corda non pateant? Et quis iſtis corda mutavit? Niſi qui finxit ſigillatim corda eorum? Quis hujus rigoris duritiem ad obediendum mollivit affectum, niſi qui potens eſt de lapidibus Abrahæ filios excitare? Et quis dabit prædicantibus intrepidam, illæſámque conſtantiam, niſi ille qui ait Apoſtolo Paulo. Noli timere, ſed loquere & ne taceas, propterea quod ego ſum tecum, & nemo opponetur tibi, ut noceat, quoniam populus eſt mihi multus in hac civitate? Puto autem quòd nemo audeat dicere, ullam mundi gentem, ullam terræ prætermittendam eſſe regionem, in qua non ſint Eccleſiæ tabernacula dilatanda, &c.

Matt. 15. 12.
Matt. 11. 21.
Scandalum quatenus vitandum.

Io. 6. 44.
Matt. 13. 11.
Ma. 11. 27.
Ioan. 5. 21.
1. Cor. 12. 3.
Prædicatione non omnes vocari.
Act. 16. 6. & 7.
Matt. 24. 14.
1. Tim. 2. 4.
Act. 16. 6. & 7.
Pſal. 33. 15.
Matt. 3. 9.
Act. 18. 1.

Ex iis apparet, quàm multis probaverit is pater, multis

Digitized by Google

multis gentibus,& ætatibus defuiſſe prædicationem A
Evangelij , quæ ad ſalutem eſt neceſſaria: unde affir-
mari non poteſt , Deum feciſſe quod ſatis erat ad
hominum ſalutem. Sed ut cumulatius mens ejus ap-
pareat,addamus quæ ſcripſit ad quartum caput Gal-
lorum. Item qui dicit,quod non omnes vocentur ad
gratiam. Si de his loquitur , quibus Chriſtus annun-
ciatus non eſt , reprehendi non debet : quia ſcimus
quidem in omnes fines terræ Evangelium deſtina-
tum,ſed non putamus jam in omnibus finibus terræ B
prædicatum,nec poſſumus dicere,quòd ibi ſit gratię
vocatio , ubi matris Eccleſiæ adhuc nulla eſt regene-
ratio , &c. Idem in reſponſionibus ad excepta Ge-
nuenſium,ad dubium ſextum. Et ſicut non poſſu-
mus conqueri de eo,quòd in præteritis ſeculis dimi-
ſit omnes gentes ingredi vias ſuas , ita juſtam non
haberemus querelam, ſi cum eis, cum quibus nobis
fuit cauſa communis , ceſſante adhuc gratia perire-
mus,quę tamen ſicut tunc de omni mũdo eruit pau-
cos,ita nunc de univerſo genere hominum ſalvat in- C
numeros,non ſecundum opera noſtra,ſed ſecundum
ſuum propoſitum, & gratiam , quæ data eſt nobis in

Deum ex rebus creatis ad ſalutem cognoſci non poſſe.

Chriſto Ieſu ante tempora æterna,&c. Dilucidè jam
apparet ex ſententia hujus viri , Dei gratiam quan-
doque ceſſaſſe, neque omnes homines juſtam voca-
tionem ad ſalutem ſemper habuiſſe , quare non eſt
ita univerſalis,ut quidam volunt, ſed potius particu-
laris. Cæterùm quia ſuffugio quodam nonnulli u-
tuntur,ut dicant, eos , quibus Evangelium prædica-
tum non fuit,ſatis Vocationis habuiſſe à Deo, cùm D
per elementa, orbes cælorum , & alias creaturas in-
ſtructi fuerint de uno vero Deo , quem colere de-
buerant , ita ut ad Romanos tanquam inexcuſabiles
reprehendantur. Sed hoc quàm ſit verum,demon-
ſtrat idem Proſper in Epiſt. ad Ruffinum de Libero
arbitrio,ubi ſic habet : Neque enim remotum eſt ab
inſpectione communi quot ſeculis quàm innumera
hominum millia erroribus ſuis impietatibúſque di-
miſſa,ſine ulla veri Dei cognitione defecerint , ſicut

Act.14.15.

etiam in Actis Apoſtolorum Pauli & Barnabæ verba E
declarant,dicentium Iconiis : Viri fratres,quid hæc
facitis ? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homi-
nes, annunciantes vobis, ut ab his vanis convertami-
ni ad Deum vivum,qui fecit cœlum & terram, mare
& omnia quæ in eis ſunt.Quin præteritis generatio-
nibus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas,& qui-
dem non ſine teſtimonio ſemetipſum relinquens,
benefaciens eis , de cœlo dans pluviam & tempora
fructifera,implens cibo & lætitia corda eorum. Cùm
vtique ſe eis vel naturalis intelligentia,vel uſus be- F
neficiorum Dei,ad capeſſandam vitam æternam ſuf-
ficere potuiſſet,noſtro etiam tempore rationalis nos
contemplatio & temperies aëris , & fructuum copia
ciborúmque ſalvaret , quia ſcilicet melius naturâ u-
tentes,creatorem noſtrum,propter quotidiana ipſius
dona , coleremus. Sed abſit ab animis piorum &
Chriſti ſanguine redemptorum ſtulta nimiũ & per-
nicioſa perſuaſio : naturam humanam non liberat
extra unum mediatorem Dei & hominum, hominẽ
Chriſtum Ieſum. Sine illo nemini ſalus eſt: ſicut ipſe G
reficit nos,& non ipſi nos,&c. Statuit itaque is Pa-
ter , ad ſalutem ſatis non fuiſſe per elementa & crea-
turas vocari : quia ſi aliquando valuiſſet hoc genus
vocationis, hodie quoque deberet valere : quando-
quidem humana conditio ab adventu Chriſti non
eſt facta deterior , aut pejoris conditionis quàm an-
tea fuerit.Deinde id contendit,quod veriſſimum eſt,
citra Ieſum Chriſtum ſervatorem noſtrum fide per-
ceptum,ſalutem non poſſe conſtare. Quod verò at-

Rom.1.18.

tinet ad Paulum,qui gentes facit in Epiſt.ad Roma- H
nos,propter illam notitiam naturalem,inexcuſabiles:

Quare gentes inexcuſabiles.

Primum reſpondeo:Illis excuſationem idcirco præ-
cidi, quòd id tantillum, quod noverunt ex creaturis
de Deo , fideliter non retinuerint , de uno tantùm
Deo retinendo , nec eam juſtitiam ſint ſecuti,quam
animo perceperant. Deinde facti ſunt ex eo inexcu-
ſabiles , quòd adeò viribus ſuis fiderent,ut exiſtima-
rent tantùm ſibi opus eſſe monſtratore atque noti-
tia rerum agendarum : quod ubi conſequerentur, ſe
poſſe juſtitiam cognitam præſtare. Quare cùm à I
Deo accepiſſent aliquam notitiam per creaturas, ju-
ſtitiæ,ac rectitudinis, cùm adverſus eam vitam inſti-
A tuerint,excuſatione prorſus deſtituebantur. Deinde
conſiderandum eſt , nationes deſtitutas verbo Dei,
ac Evangelij prædicatione , tractum illum Dei ad
Chriſtum non habuiſſe : nam is ut expoſitum eſt,
verbo Dei conſtat exterius prædicato, ſi vocationem
ordinariam ſpectemus , aut interius per ſpiritum re-
velato,& quidem efficaciter,quod an Ethnici habue-
rint,& incertum eſt,& affirmari non poteſt. Quocir-
ca non eſt aſſerendum , Deum quo ad omnes feciſſe
B quantumvis ſatis erat ad eorum ſalutem. Non enim
omnes vocavit Evangelij prædicatione , & quibus
eam dedit , non omnibus eam conceſſit efficacem,
qua animi eorum ſanarentur.

At dicunt Deus cùm vocat non ludit , ſed verè
nos vocat. Nec nos dicimus Deum ludere,ſed verè
dicimus vocare,eò quòd ipſe ſit qui vocet,non enim
ſunt revelationes rerum bonarum , & impulſus ad
bene agendum, niſi à Deo vero , & ea quæ ſuggerit,
ut ſunt mandata ac promiſſiones,vera ſunt,nec falſi-
C tati obnoxia. Quamobrem verè vocat , etiam eos,
quorum vocationi efficaciam non adhibet. Nec lu-
dit ita vocando,nam ſuos fines habet , etſi nobis nõ
ſunt comperti, attamen ut ſcripturæ docent, hoc in-
terdum ex judicio facit, & ut homines , quemadmo-
dum jam dictum eſt,inexcuſabiles reddantur , atque
ut pij & electi videant clarius in iis qui ſic vocantur,
quantum boni præ illis acceperint, & intelligant ſe,
quod ad ipſos attinet , ad eundem modum potuiſſe
vocari, cùm haberent cauſam cum illis communem.
D Valet etiam id genus vocationis ad homines excæ-
candos & obdurandos , pro eorum malis meritis,
quemadmodum in Iſaia legitur , cùm ipſe mittere-
tur.Excæca,inquit Deus,eos, & aggrava & impingua
cor eorum,ne convertantur,& ſanem eos,&c. Solent
etiam nobis objicere , tales eſſe homines ab eo con-
ditos , ut non ſint adducendi verberibus & fuſtibus
inſtar aſinorum,quod ego quoque non abnuo.Nam
efficacem illam vocationem , ut ſæpius dixi,non ſta-
tuo violentam,nec ſine verbo , quo affirmo,non tan-
E tùm ſuaderi,ſed perſuaderi qui convertuntur. Dixit Io.10.27.
utique Chriſtus , oues ſuas vocem ſuam audire : ſed
attendendum eſt, prius oves ejus eſſe ac fieri,quàm
audiant : ſicut etiam neceſſe eſt , prius fieri arbores
bonas, quàm fructum bonum ferant.Cæterum ima- Mat.7.17.
ginantur homines ita rem eſſe partiendam , ut Dei Deus efficit ut accipiamus.
ſit dare,noſtrum autem accipere. Ac ſanè fateor nos
eſſe qui accipiamus dona quæ Deus offert , ſed per
nos ipſos non accipimus : imò recuſaremus, niſi ille
nos immutando efficeret ut acciperemus. Deus igi-
F tur utrunque facit. Nam & offert munera ſua,& effi-
cit ut nos accipiamus : quod non eſt in poteſtate ho-
minum:offert enim pater quãdoque liberis aliquid,
ſed non poteſt immutare illorum voluntatem , ut id
capere velint,quod ipſe præbet. Poſtremò,ut oſten-
dant Dei tractum univerſalem eſſe, id ſolent afferre,
quod in Ioanne duodecimo habetur: Cum exalta- Verſ.32.
tus fuero à terra,omnes traham ad me ipſum:ſed hal- Vniverſalis
lucinantur , quoniam ea univerſitas ad filios Dei particula con-
contrahenda eſt, non qui jam actu eſſent , ſed qui trahenda.
G prædeſtinati jam ante orbem cõditum fuerint,quos Io.11.52.
idem Evangeliſta capite undecimo expreſſit , cùm
ait:Caiapham propheraſſe , quòd Ieſus non tantùm
pro gente moriturus eſſet , ſed ut filios Dei,qui di-
ſperſi erant,congregaret. Ij autem fuerunt non tan-
tùm ex Iudæis , verùm etiam ex gentibus. Vnde
Chryſoſtomus ea verba interpretando ait , univerſi-
tatem illam ad utrumque populum referendam, nẽ-
pe ad nationes,& ad Iudæos. Qui enim tunc poſtula-
bant admitti ad Chriſtum, Græci erant. Chriſtus au-
H tem non admiſit Ethnicos ad ſuum congreſſum , dũ
viveret,ſed oſtendit ſe tunc omnia genera hominum
admiſſurum, cùm per crucem & mortem fuiſſet exal-
tatus. Non itaque ſinguli homines hîc ſpectandi
ſunt,ſed potius varia eorum genera. Sed ut redeam
ad ipſam animi præparationem , vel ſanationem,ad
quam dixi mentem noſtram tantùm paſſivè cõcur-
rere,dico me id ſcripturis evidenter probaſſe, ac etiã
teſtimoniis patrum. Nunc verò addo , Scholaſticis Scholaſticorũ
Theologis id non eſſe inauditum : nam & ipſi con- ſententia.
I cedunt habitus , & Theologicas virtutes à Deo infu-
ſas,ad quas recipiendas nos tantùm habemus paſſivè:
definiendo autem illas, dicunt eſſe bonas qualitates

mentis, quas Deus in nobis ſine nobis operatur: ita enim elargitur ſpiritum ſapientiæ, ſpiritum conſilij, ſpiritum fortitudinis, & alia id genus. Quin & Auguſtinus de Gratia & Libero arbitrio, capite decimo ſeptimo ita ſcripſit: Vt ergo velimus, ſine nobis operatur, cùm autem volumus, & ſic volumus, ut ſic faciamus, nobiſcum cooperatur, tamen ſine illo vel operante, ut velimus, vel cooperante cùm volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De operante illo, ut velimus, dictum eſt, Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle. De cooperante illo cùm jam volumus & volendo facimus: Scimus, inquit, quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Dū autem ita præparamur & ſanamur à Deo, non aufert à nobis velle, ſed dat bene velle, neque aufert intelligere, ſed dat rectè intelligere. Et ſanè voluntas ipſa eſt, quæ actum volendi elicit, ſed Deus ille dat vires, ut eliciat. Vnde Auguſtinus de Spiritu & Litera capite tertio ita ſcripſit: Nos autem dicimus humanam voluntatem ſic divinitus adjuvari ad faciendam juſtitiam, ut præter quod creatus eſt homo arbitrio voluntatis, præterque doctrinam qua ei præcipitur quemadmodum vivere debeat, accipiat Spiritum ſanctum, quo fiat in animo ejus delectatio dilectióque ſummi illius atque incommutabilis boni, quod Deus eſt, etiam nunc cùm per fidem ambulatur, nōdum per ſpeciem, ut hac ſibi velut arrha data gratuiti muneris, inardeſcat inhærere creatori, atque inflammetur accedere ad participationem illius veri luminis, ut ex illo ei bene ſit, à quo habet, ut ſit. Nam neque liberum arbitrium, quicquam niſi ad peccandum valet, ſi lateat veritatis via. Et cùm id quod agendum, & quo nitendum eſt, cœperit non latere, niſi etiam delectet & ametur, non agitur, non ſuſcipitur, non bene vivitur. Vt autem diligatur, charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris, non per liberum arbitrium, quod ſurgit ex nobis, ſed per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, &c. His verbis oſtendit, non ſurgere ex nobis liberum arbitrium, quod ad ſanitatem animi, activè concurrat, ſed per Spiritum ſanctum effici ut poſtea bene agamus, diligendo Deum, & rectè vivendo. Non expectat gratia voluntatem noſtram, nam ſi expectaret, poſſemus in nobis exiſtimare, antea vires fuiſſe ad ſpiritualia bona & ſupernaturalia expetenda.

Concilium Arauſic.

Concilium Arauſicanum, Canone 4. eam damnavit ſententiam, qua divina gratia creditur humanam voluntatem expectare: ſiquidem pervenit, neque tamen vim infert: ad quod explicandum dilucidius, nō parum facit ſimile reſurrectionis Domini, Excitatus eſt à mortuis quo ad humanitatem, ad quam excitationem ex mortuis natura humana tantum paſſivè ſe habuit. Iam expoſitum eſt quomodo in rebus externis, & quæ ſubjiciuntur humano captui, aliqua libertas danda ſit noſtræ voluntati, quæ poſtea ei negatur, quoad cæleſtia & ſupernaturalia, niſi convertatur & præparetur divinitus. Nunc de ſtatu renatorum videndum eſt, quibus quo ad cæleſtia & ſupernaturalia, conceditur libertas, quantum infirmitas hujus vitæ patitur. Ea de re Proſper ſcripſit in Epiſtola ad Ruffinum de Libero arbitrio. Quod ad omnes homines volunt pertinere laborantes in incerto iſtius vitæ onerati óſque peccatis, ut qui voluerint manſuetudinem & humanitatem ſalvatoris imitari, & jugum mandatorum ejus ſubire, inveniant requiem animabus ſuis, & ſpem vitæ æternæ. Qui autem hoc facere noluerint, ſua culpa careant ſalute: quam ſi voluiſſent, potuerint obtinere. Sed audiant edictum à Domino libero arbitrio utentibus; Sine me nihil poteſtis facere. Et, nemo venit ad me, niſi Pater meus qui miſit me adduxerit eum. Et, Nemo poteſt venire ad me, niſi datū ei fuerit à Patre meo. Et, Sicut Pater vivificat mortuos: ita & Filius quod vult vivificat. Et, nemo novit Filium, niſi Pater, & Patrem quis novit, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare? quę omnia cùm ſint incommutabilia, & nequeant ulla interpretatione in ſenſum alium detorqueri, quis ambigat hoc liberum arbitrium cohortationi vocantis obedire, cùm in illo gratia Dei affectum credendi obediendique generaverit? Alioqui ſufficeret moneri hominem, non etiam in ipſo novam fieri voluntatem, ſicut ſcriptum eſt: Præparatur

De ſtatu renatorum.

Ioan.15.7.
Ioan.6.44.
Ibid v 65.
Ioan.5.21.
Matt.11.27.

A voluntas à Domino, & ſicut ait Apoſtolus, Deus eſt enim qui operatur in nobis & velle, & perficere, pro bona voluntate. Pro qua bona voluntate? Niſi quam in ipſis operatus eſt Deus, ut qui donaverat velle, donaret etiam perficere, &c. Philip.2.13.

De qua eadem re idem Proſper loco jam adducto ita ſcribit: Tamen ſi eam filiorum Dei partem, quæ ad pietatis opera reſervatur, pio conſideramus intuitu, nónne in eis non peremptum invenîemus liberum arbitrium, ſed renatum? Quod utique cùm ſolum eſſet, ſibique permiſſum, non niſi in ſuam perniciem movebatur, ipſum enim ſe excæcaverat, & ipſum ſe illuminare non poterat. Nunc autem idem arbitrium converſum eſt, non everſum eſt, & donatum eſt ei aliter velle, aliter ſapere, aliter agere, & incolumitatem ſuam non in ſe, ſed in medico collocare: quia nec dum tam perfecta utitur ſanitate, ut ea quæ nocuerant nequeant jam nocere, aut ab inſalubribus poſſit jam viribus ſuis temperare. Proinde homo qui libero arbitrio fuit malus, in ipſo libero arbitrio factus eſt bonus: ſed per ſe malus, per Deum bonus. Qui eum ita in illum initialem honorem alio initio reformavit, ut ei non ſolùm culpam malæ voluntatis & actionis remitteret, ſed etiam bene velle, bene agere, atque in his permanere donaret. Omne enim (inquit Apoſtolus Iacobus) datum optimum & omne donum perfectum, de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, &c. Ex iis videmus libero arbitrio, id eſt, voluntati jam reformatæ, non parum eſſe tribuendum. Proinde affirmo renatos poſſe cognoſcere ſpiritualia, poſſe itē eligere, & ea quadātenus facere, quia non ſunt jam puri & nudi homines, verùm homines Dei: ſunt Chriſto inſiti, ſunt ejus mēbra, & idcirco participes ejus libertatis. Illis dicitur, Cū timore ac tremore operemini veſtram ſalutem: non ſunt amplius hoſtes Dei, ſed amici Dei & Chriſti, & ideo nota eis fecit quæ à Patre audivit. Iam habent leges Dei conſcriptas in cordibus & in viſceribus. Non ſunt in primo termino tractus, unde incipit motus, ſed progreſſi ulterius, ex nolentibus facti ſunt volentes. Illis convenit ſimile Auguſtini ſuper Ioannem de ramo viridi oviculæ oſtenſo, & pueri cui nuces proponuntur, anteire nolebant, poſtea magna voluptate trahuntur. De ipſis & illud commodè poteſt dici: Si non traheris, ora, ut traharis. Iam aguntur ſpiritu Dei, cum ſint filij, & ſic aguntur, ut ipſi agant quæ recta ſunt. Qua de re ſcripſit Proſper in Epiſtola ad Ruffinum, ita dicens, Non enim omnium eſt fides, nec omnes credunt Evangelio: ſed qui credunt, Dei aguntur ſpiritu: quia non credunt, libero avertuntur arbitrio. Converſio ergo noſtra ad Deū nō ex nobis, ſed ex Deo eſt, ſicut Apoſtolus dicit: Gratia ſalvi facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt. Et non ex operibus, ne quis glorietur, &c. Poſſunt etiam renati excitare in ſe ipſis dona & gratiam Dei, ut ad Timotheum ſcripſit Paulus Epiſtola ſecunda. Accommodant etiam ſe Spiritui ſancto, ut præſtantioribus & utilioribus chariſmatis polleant & utantur, ut Corinthij à Paulo, prima Epiſtola monentur. Faciunt etiam renovati opera quę Deo placent. Commendatus enim eſt divinitus Abrahamus, quod filio ſuo unigenito Dei cauſā non pepercerit, & eleemoſynæ Philippenſium, vocatæ ſunt odor bonæ fragrantiæ coram Domino. Et ad Hebræos decimo tertio ſcribitur, Beneficentiam & hoſpitalitatem hoſtias eſſe, quæ Deo placeant. Sunt jam bonæ arbores, ideóque non mirum ſi bonos fructus faciant, qui vel ab ipſo judice Chriſto in extremo die probandi ſint: & eò perveniunt renati homines, ut perfecti dicantur, & ad omne opus bonum parati, qui tamen in omnibus rectè agendis, opus perpetuò habeant ſpeciali Dei auxilio. Qua de re ſcripſit Proſper in adducta ſæpius Epiſtola: Gratia igitur Deì quoſcunque juſtificat, non ex bonis meliores, ſed ex malis bonos facit, poſtea per profectum ex bonis facit meliores, non adempto libero arbitrio, ſed liberato. Vbi autem ipſum illuminavit miſericordia Chriſti, erutum eſt à regno diaboli, & factū eſt regnum Dei, in quo & permanere poſſit. Nec ea quidem facultate ſufficit ſibi, niſi inde accipiat perſeverantiam, unde accepit induſtriam. Nec tamen converſi, præparati, & ſanati dum hic vivunt, plenam arbitrij

Proſper.
Phil.2.13.
Eph.2.16.
Ioan.15.15.
Ier.31.33.
Rom 8.14.
Eph 2 8.9.
1.Cor.12.1.
2.Tim.1.6.
Gen.22.19.
Phil.4.8.
Heb.13.16.
Matt.7.17.
Matt.25.35.
2.Tim.3.17.

Digitized by Google

Rom.7.23. arbitrij habent libertatem:ſed experiuntur legem in A
Ibid.v.19. membris ſuis pugnantem cum lege mentis: non fa-
verſ.25. ciunt bonum, quod volunt, ſed malum quod ode-
Gal.5.17. runt:nec valent legem abſolutè implere: mente ſer-
Ma.26.69. viunt legi Dei,carni autem legi peccati. Spiritus cõ-
2.Sa.11.2. cupiſcit adverſus carnem, caro autem adverſus ſpiri-
tum,ut non faciant quæ velint, & ſæpius eventa non
reſpondent eorum conſiliis, & horribiles interdum
lapſus accidunt,ut Petro & Davidi uſuvenit. Neque
1.Ioan.1,10. peccatis carere poſſunt, Ioannes enim dixit Si dixe-
rimus,quod peccatum non habeamus, ipſi nos ſedu- B
Iac.3.2. cimus,& veritas in nobis non eſt. Iacobus quoque
ſcripſit:In multis offendimus omnes.

Diſcrimen tamen eſt inter impios & renatos, nam
illi delectantur & exultant in peccatis: pij vero do-
Matt.6.12. lent,gemunt,& quotidie precantur, Remittes nobis
Rom.8.24. debita noſtra,&c. Clamant etiam,Infælix ego homo,
quis me liberabit? Cúmque ſe videant imperfectos,
& primitias tantùm ſpiritus habere, optant ſibi ma-
num extremam imponi, ut nimirum in ultima re-
generatione plenè perficiantur. Et ad ſummam,vi- C
dentur illi rectè dixiſſe, qui triplicem libertatem cõ-
ſtituerunt. Unam à neceſſitate cogente,quæ tam piis
quàm impiis eſt communis, non enim poteſt huma-
Rom.2.24. na voluntas cogi. Aliam poſuerunt libertatem à pec-
cato,impij nullo pacto habent, renati verò ex parte
poſſident,ut jam eſt declaratum. Tertiò,libertas eſt
à miſeria,quam impij non habent:nos verò quadan-
tenus habemus: nam ſi jactamur diverſis caſibus, ſpe
tamen ſalvi facti ſumus, & à peccato & à miſeria,
cùm pervenerimus in patriam, plane liberi erimus. D
Et hæc de arbitrij libertate ſufficiant.

DE LIBERO ARBITRIO,

THESES.

*Quæ de Libero arbitrio proponuntur cognoſcenda, non
ſunt levia,ſed maximi momenti. Nam quotquot gratia Chri-
ſti ſumus reuocati, cognita eius debilitate atque infirmitate, E
non ſuperbiemus neque nos de viribus eius extollemus. Quin
potius vehementius accendemur ad auxilium divinum poſtu-
landum:cùmque progreſſi ulterius fuerimus, & intellexerimus,è
quantis malis & periculis erepti ſimus, ad gratias agendas
noſtro liberatori vehementius impellimur. Adhæc ſuus honor
Deo aſcribitur, cuius bonitati, miſericordiæ ac liberalitati
decedit, quantum viribus & facultatibus noſtris adiudica-
tum fuerit. Id maximè quæſivit Apoſtolus ut non glo-
riaremur,ſed Deo totum tribueretur. Dando autem libero ar-
bitrio, quantum à nonnullis poſtulatur, & iuſtificatio gra- F
tuita in periculum venit, & liberalis electio ac prædeſtinatio
non poteſt conſiſtere.*

EST vis quædam voluntatis, quæ dum ſequitur
partem cognoſcentem, aliquid ultro aut repu-
diat,aut expetit.

Definitio. Ponitur facultas voluntatis: ſed prout ex ea *προαιρέσεως*
elicitur. Magiſter Sentent.lib.2.diſtinct.25. di-
cit eſſe facultatem rationis,vel voluntatis,qua diligi-
tur bonum aſſiſtente gratia, vel malum deſiſtente G
gratia.

Objectorum diſtinctio. Res in quas fertur voluntas,ſunt duplicis generis.
Quædam ſubjiciuntur ſenſui & rationi:quædam ve-
ro ſuperant captum noſtrum, ut divina & ſuperna-
turalia.

Statuum hominis diſtinctio. Diſtinguuntur item ſtatus & conditiones homi-
num. Quidam nondum ſunt renati,ſed adhuc alieni
à Chriſto. Alij verò ſunt regenerati.

Non renatorũ libertas. Homines nondum renati, erga ea quæ ſubjiciun-
tur ſenſui & rationi, nec ſuperant captum noſtrum, H.
liberum arbitrium partim habent, partim non ha-
Propoſitio.1. bent. Habent, quoniam in poteſtate noſtra eſt am-
bulare,ſtare,ſedere,ſtudere, mercari, peregrinari, &c.
Et poteſt ſæpe ratio coërcere motus externos,aut eos
incitare. Partim non habent:quoniam ſæpe tanta ex-
citatur commotio,& tantus impetus,ut penes ratio-
nem non ſit illos coercere: ut vehementer irati tre-
munt, commoventur, nec poſſunt aliquando ſe
commovere loco, & nimio timore conſternati,non I
poſſunt non fugere, ut Chananæi contra Iſraelitas
non poterant ſtare. Primi quoque motus non ſunt in
noſtra poteſtate.

Iſta libertate quam damus,poſſunt homines face-
re,quæ congruant cum legibus civilibus & œcono-
micis. Unde manent ſalvæ ſcientiæ civiles & mora-
les,authoritas Magiſtratus non impeditur, ſed con-
ſtabilitur. Poſſunt etiam multa facere externa,quæ
cum lege Dei videntur congruere, ut hypocritæ fa-
ciunt: ſed revera cum lege Dei non conſentiunt e-
juſmodi facta. Nam divina lex requirit fidem, bonos
motus internos,& ut toto corde,tota anima,& omni-
bus viribus id fiat.

Ad concedendam libertatem jam expoſitam, ad-
ducor experientia, quæ teſtimonium habet ex
divinis literis. Paulus ad Rom. de impiis agit, & Rom.2.18.
non regeneratis, quibus tamen dat, potuiſſe noſſe Rom.2.1.
Deum ex creaturis. Poſſunt etiam multa juſta, re-
cta & honeſta cognoviſſe. Paulus ipſe non renatus Gal.1.13.
profecit in Iudaiſmo ultra ſuos æquales, ita ut vixe-
rit inculpabilis. Et extant permulta exempla præcla-
ra Ethnicorum.

Iſta libertas quam concedo quo ad moralia & œ- Difficultates
conomica,magnas patitur difficultates. Caligo eſt in quæ libertatẽ
ratione, infirmitas in voluntate non levis:Et cum ſit impediunt.
perpetuum duellum inter rationalem partem, &
craſſiores animi vires, non poſſunt non infligi vul-
nera, ut quandoque ratio ſuccumbat. Et accedit Gal.5.17.
infirmitas corporis. Quod ſi de renatis dicitur;Spi- Rom.7.23.
ritus pugnat adverſus carnem, caro adverſus ſpi-
ritum, ut non quæ vultis ea faciatis. Et ſi ſentiunt Ibi.v.18.
legem in membris pugnantem cum lege mentis, & Rom.1.18.
ſi non faciunt bonum quod volunt,ſed malum quod
oderunt: quanto magis id in non renatis locum
habet?

Additur,dum non ſunt regenerati, peccandi quę-
dam neceſſitas: non qua cogatur voluntas ut invita
quippiam velit(id enim fieri non poteſt) ſed neceſ-
ſitas qua non poſſit aliter ſe habere, dum ita manet.
Nam quæ faciunt, cùm ex fide non faciant,oportet Rom.14.23.
eſſe peccata. Omne enim quod non ex fide, pecca- Matt.7.23.
tum eſt. Et cùm ſint adhuc malæ arbores, non poſ- Gen.8.21.
ſunt ferre niſi malum fructum. Et cogitatio & fig- Rom.8.7.
mentum hominis malum eſt à pueritia. Sapientia
carnis,inimicitia eſt adverſus Deum,legi Dei non eſt
ſubjecta,neque enim poteſt. Dúmque ita ſunt,non
amant Deum, præ omnibus rebus: unde cùm in il-
lum non referant omnes ſuas actiones, quas faciunt
peccata eſſe oportet.

Huc accedit,cum qui peccat, ſervum eſſe peccati, Ioan.8.34.
ut Chriſtus dixit. Et ad Rom. Servi ejus eſtis cui vos Rom.6.16.
ad obediendum tradidiſtis. Et tunc verè liberi eritis
cum Filius vos liberaverit. Petrus quoque ait, unũ- 2.Pet.2.19.
quemque ſervum ejus fieri,à quo ſuperatur. Ergo i-
ſta conditione dum ſunt homines, abſque Chriſto
verò,non ſunt liberi.

Alia difficultas oritur à Diabolo, qui ſemper quæ- 2.Pet.5.8.
rit quem devoret, quòd fortis ſit armatus, detinet Ma.14.26.
ſuos,antequam veniat eo fortior. Et ad Timotheum 2.Tim.2.26.
dicitur Captivos detinere eos qui reſiſtunt fidei, ad
ſuam voluntatem. Quare iſtam libertatem prius ex-
poſitam, do quidem,ſed magnis difficultatibus im-
minutam.

Altera quoque poſſet addi ſubjectio, quòd Deus
animis noſtris, ut inſtrumentis, ad ſuæ providentiæ
conſilia exequenda utatur. Cor enim regis in manu Pro.21.18.
Dei, quocunque voluerit illud inclinat. Ut apud
Ezechielem, Deus Nebucadnezar magis in Hiero- Eze.21.21.
ſolymos direxit, quam in Moabitas vel Ammonitas,
cùm ipſe alioquin ambigeret. Et Prophetæ aiunt, Iſ.40.5.
iſtos monarchas eſſe in manu Dei ut ſerram & bacu-
lum. Sed quia iſte Dei uſus non tollit libertatem,
quam poſui, nec voluntati hominum vim facit, aut
cogit;ideo ſalva manet, ut eam dedi. Nam quæ iſti
faciunt nutu Dei,volentes faciunt.

Hos verò eoſdem homines non renatos, quo ad Propoſitio 2. Libertas in ſpiritualibus.
ſpiritualia,ut eſt credere in Chriſtum, ſperare, amare
Deum ſuper omnia, fide parere. Legi Dei, dico non
eſſe liberos,ſed inhabiles, & oportere ad id, ut iſta
velint & recipiant,adeſſe Spiritum ſanctum, qui per
verbum aut externum, aut internum, vel utrunque
ſimul,illuminet mentem,voluntatem accendat, mo-
neat,hortetur,& ſuadeat.

Sed an hoc ſit ſatis,alij affirmant,ego nego. Quia

Digitized by Google

A nisi emendentur & ſanentur iſtæ vires, divina illa nõ capiemus, neque amplectemur, neque in poteſtate noſtra eſt, ut quæ nobis proponũtur, placeant. Quare opus eſt, ut à Spiritu ſancto intellectus afficiatur non vulgari lumine, & voluntas corroboretur, ne diſtrahatur & cedat commoditatibus aut adverſariis ſententiis, quibus à ſpiritualibus rebus avocatur. Quod ubi factum fuerit, mens aſſentitur verbis Dei & promiſſis, & ex tali aſſenſu ſeu fide, ſequitur Iuſtificatio ex Dei miſericordia per Chriſtum. B Ad quem aſſenſum mens activè ſe habet: ipſi enim ſumus, qui & volumus & conſentimus, dum credimus iis quæ proponuntur. Sed ad illam efficaciam & potentiam Spiritus ſancti, quæ præparatur, immutatur, diſponitur animus noſter, paſſivè mens concurrit. Nam iſta recipit, & in ea fiunt à ſpiritu Dei. Hoc videri non debet abſurdum, nam Scripturæ dicunt nos ad Chriſtum trahi à Patre, tractus autem paſſionem & diſpoſitionem quandam ſignificat. Stat item Deus ad oſtium & pulſat: illi autem pulſus in mente fiunt & recipiuntur.

Ioan.6.44.
Apoc.3.20.

C Hanc efficaciam Spiritus ſancti dico inclinare mentem, & corda noſtra ad verba Dei, ad promiſſiones amplectendas, nec tamen iſta efficacia ſpiritus, aut cogi, aut inferri violentiam animis, ut inviti velint, quod volunt, aut nolentes credant: ſed perſuaſione placida & ſuavi, ex nolentibus volentes facere, tantúmque abeſſe, ut corrumpat, aut vitiet voluntatem, ut potius eam perficiat. Atque hoc eſt, Deum operari in nobis & velle, & perficere: alioqui non D omnium eſt fides. Nam qui non ſic præparantur, non credunt. Et Scriptura ſatis apertè teſtatur voluntatem à Domino præparari. Et ſanè id eſt iis qui ab initio reluctantur, ſtudium virtutis immittere.

Spiritus ſancti vis & efficacia.
Phil.2.13.
2.Theſ.3.2.

Immutatio iſta noſtræ mentis, cùm è mala efficitur bona, ſita eſt, ut cor noſtrum alioqui lapideum emolliatur, & fiat carneum, quod Deus promiſit per Ezechielem, ut efficiamur dociles divinarum rerum. Vnde Salomon orabat Deum, ut ſibi daret cor audiens; innuens, natura ſua vitiata cor obſurdeſcere ad E divina. Hoc eſt fieri θεοδιδάκτους, hoc eſt audire à Patre & diſcere, & habere aures audiendi, ſine quibus videntes non videbimus, & audientes non audiemus. Nam talia ſunt hæc divina & cœleſtia, ut oculus non videat, auris non audiat, nec in cor hominis aſcendant, quæ Deus præparavit diligẽtibus ſe. Animalis homo non percipit quæ ſunt Dei. Non ſumus idonei cogitare quicquam ex nobis, quaſi ex nobis. Sufficientia noſtra ex Deo eſt. Niſi ſic præparetur & ſanetur animus noſter, refugimus à Divinis, F ut Adamus: perſequimur & odimus, ut Paulus. Hinc oratur: Da mihi intellectum, ut diſcam mandata tua: Aperi oculos meos: Et Paulus ad Epheſios optabat illis illuminatos oculos, ut viderent, quæ eſſet ſpes ſuæ vocationis. David: Inclina cor meum in teſtimonia tua. Cor mundum crea in me Deus. Aperuit Deus cor purpurariæ, ut attenderet iis quæ dicebantur. Secuti ſunt Saulem quorum Deus cor tetigerat. Gratiâ eſtis ſervati per fidem, & hoc non ex vobis. G Hic negatur cooperatio noſtra, quoad illam ſanationem. Item ad Epheſ. Credimus ſecundum operationem virtutis fortitudinis ejus, qua operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans eum à mortuis. Cùm eſſemus mortui in delictis & peccatis ille convivificavit cum Chriſto. Mortui non habent vim ad ſe ipſos præparandos, nec ad ſe ipſos regenerandos. Præparationẽ à Deo habemus, alioqui de ipſa poſſemus gloriari. Quid habes quod non accepiſti? Quis enim te diſcernet? Poſſet dicere quiſpiam. Liberum arbitrium me diſcernit. Oratur pro infidelibus, ut Deus aperiat H cor eorum. Nemo venit ad me, niſi Pater traxerit. Qui autem dicitur trahi, oſtenditur antea noluiſſe, alioqui non trahi, ſed potius duci videretur. Ab initio igitur nolebat, qui trahitur, at in illa immutatione fit ex nolente volens. Sequitur inde tractum ultro & ſponte. Nec intelligendum eſt, ut quidam putant, omnes trahi (ut id obiter dicam) quia textus ratio id non patitur. Reddebatur enim ratio, quare illi qui obmurmurabant diſcederent, & quare Apoſtoli manerent adhærentes Chriſto, nimirum quod I iſti traherentur, illi non traherentur.

Exo.36.26.
2.Reg.3.9.
Ioan.6.45.
Matt.13.9.
1.Cor.2.9.
Ibid.v.14.
2.Cor.3.5.
Gen.3.8.
Actor.9.1.
Pſal.19.34.
Pſal.119.18.
Epheſ.1.18.
Pſal.119.36.
Pſal.51.12.
Act.16.14.
Epheſ.2.8.
1.Cor.4.7.
Ioan.6.44.

Nos habemus nos ad Deum, tanquam lutum: figulus autem non tantùm fingit lutum, ſed emollit & temperat. Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis. Hîc Deo tribuitur totum: præſertim quoad prædeſtinationem, & illam primam mentis ſanationem, quæ à Spiritu ſancto fit per verbum Dei: Deus vertit cor Regis Ahaſueri à feritate ad benevolentiam erga Eſther: Dedit Sauli cor aliud.

Rom.9.20.
Ibid.v.16.
Eſth.5.2.
1.Sam.10.9.

Hinc fiunt duo genera vocationum. Aliqui enim ſic vocantur, ut quoquomodo illuminentur prædicatione externa, aliquibus ſuggeſtionibus pulſantur, ſuadetur illis, & fit aliqua excitatio. Alij verò præter id, quod dixi præparantur, leniuntur, accipiunt aures audiendi, ex nolentibus fiunt volentes, aufertur cor lapideum, immutatur & ſanatur. Primum genus appellatur vocatio ſimpliciter, alterum vocatio ſecundum propoſitum. Paulus dicit: Quos vocavit, hos & juſtificavit. Iſta vocatio ſemper habet conjũctam fidem, juſtificationem, & pendet ab electione. Nam dicit Paulus: Quos prædeſtinavit, hos & vocavit. Et poſteriore ad Timoth. Qui vocavit nos vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis per Chriſtum Ieſum ante tempora æterna. Ecce dicit, iſtam vocationem eſſe conformem æternę prędeſtinationi. Huc etiam illud pertinet, Sine pœnitentia ſunt dona Dei & vocatio. De illo verò priori genere dicitur. Multi ſunt vocati, pauci vero electi. Hæc genera vocationum diſtribuit Deus prout vult, nam de ſuo poteſt facere, quod videtur, cum nullius injuria. An oculus tuus nequam eſt, quod ego bonus ſim? Nónne poſſum de meo facere quod volo? Auguſtinus pulchrè dixit: Cur iſte trahatur, & ille non trahatur, noli judicare, ſi vis non errare. Potuiſſétque Deus, ut Iacobi, ita Eſau quoque animum ſanare ſi voluiſſet, at huic dare voluit, illi noluit. Et Deut.29. ſcribitur, nec dedit vobis Dominus cor ad intelligendum, & oculos ad videndum, neque aures ad audiendum, uſque in præſentem diem.

Rom.8.29.
Ibid.v.30.
2.Tim.1.9.
Rom.11.29.
Matt.20.16.
Matt.20.15.
Rom.9.21.
Deut.29.4.

Qui ſic præparati ſunt à Deo, ij ſunt quibus poteſtatem dedit filios Dei fieri. Nam ſanati credunt, & ex Deo naſcuntur. Et quoties patres, præſertim Auguſtinus, libero arbitrio aliquid tribuere videntur quoad hæc ſpiritualia & cœleſtia, id eſt intelligendũ de ſanato, immutato, & jam præparato Libero arbitrio. Si quæritur, an poſſimus Dei vocationi reſiſtere? Dico nos poſſe, ac interdum ab initio aliquandiu reluctari, & poſtquam ſumus renati nonnunquam contra Dei vocationem facere, ac labi quidem & graviter, ut Petrus & David. At cùm Deus omnino conſtituit aliquem immutare, ac ex nolente volentem facere, omnino fit ejus voluntas, licet citra violentiam. Vnde Paulo dicitur, Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.

Ioan.1.12.
Mt.16.69.
2.Sa.11.2.
Act.9.5.

At ſi non omnibus vocatio efficax tribuatur, Deus videbitur erga omnes non feciſſe, quantum erat ſatis ad ſalutem. Id concedo, nam & ſcriptura dicit, Tyrios & Sidonios fuiſſe acturos pœnitentiam in cinere & cilicio, ſi in eis facta fuiſſent quæ in Chorazin & Bethſaida facta fuerunt. Deus ergo non dedit illis ea per quæ ſcivit eos potuiſſe ad pœnitentiam commoveri. Teſtatur experientia multas prætetiiſſe ætates, quibus Ethnicis non eſt prædicatum verbum Dei, & multa loca in nova India, quæ ad hæc uſque tempora, nihil de ſalute per Chriſtum audiverunt. Quin & Apoſtoli 16. cap. Actor. prohibiti ſunt in Aſia prædicare, & in Bithyniam ire. Quare nos quibus datum eſt, maximè debemus Deo gratias agere.

Matt.11.21.
verſ.6.

Aliqua fieri in mente noſtra à Deo, non expectato noſtro conſenſu & voluntate, dubium non eſt, infunditur enim nobis fides, & varia dona ſpiritus à Deo, ubi noſter conſenſus non præexigitur. Deus iſta ſua mutatione non aufert nobis intelligere, ſed dat rectè intelligere: non aufert velle, ſed dat bene velle. Ipſe convertit nos & ſanat. Cùm autem renati ſumus & ipſi dicimur nos convertere, ac magis perficere, ut mox dicetur.

Homines renati ad ſpiritualia opera, quæ Deo placeant, liberam habent mẽtem, ut iſta ſaltem inchoata quadam obedientia poſſint præſtare. Valent ergo cogno-

Propoſitio ſ. Renatorum ſtatus.

Phil.2. 13. cognoſcere,& judicare ſpiritualia, eligere & quadan-
tenus facere: quia non ſunt puri homines, ſed homi-
Ioan.15.5. nes Dei, ſunt inſerti in Chriſto, ſunt membra ejus &
facti participes libertatis ejus. Iſtis dicitur, ut operen-
Ier.13. 33. tur cum timore & tremore ſuam ſalutem, iſti nõ ſunt
Rom.8.4. amplius ſervi ſed amici, & ideo quæ Dei ſunt, nove-
runt: habent cor carneum, non lapideum: habent in-
2.Tim. 6. ſcriptas leges Dei in cordibus, aguntur ſpiritu Dei: &
Gen.22. 19. excitare poſſunt gratiam, quam in ſe habent, ad me-
liora chariſmata ſe poſſunt accommodare. Sic opus
Phil.4.18. Abraham à Deo laudatur. Eleemoſ. Phil. ſunt odor
bonæ fragrantiæ. Cùm ſint bonæ arbores, poſſunt
Mat.7. 17. facere bonos fructus, & eorum opera commendabun-
Mat 25.35. tur in die judicii. Eò producuntur, ut dici poſſint
2.Tim.3.17. perfecti, & ad omne opus bonum inſtructi, ſic tamen
Rom.6.23. ut in omni opere bono quod faciunt, non tantùm
Ibid. v.19. generali Dei opus habeant influentia, ſed etiam ſpe-
ciali auxilio Spiritus ſancti. Nec tamen in iſta liber-
tate recuperata, ita ſunt inſtaurati, ut non ſentiant a-
Gal.5. 16. liam legem in membris, repugnantem legi mentis, ut
Rom.7.25. non faciant malum quod oderunt; ut legem ſic im-
pleant, quemadmodum ipſa requirit, ut non ſit pu-
gna inter ſpiritum & carnem, & talis pugna, ut non
faciant quæ volunt: neque ita liberi ſunt quin men-
te quidem ſerviant legi Dei, carni autem legi pecca-
ti. Eventa quoque & ſucceſſus non ſunt in eorum
poteſtate: graves quoque intercedunt lapſus, nec ſunt
immunes à peccato. Dicit Ioan. Si dixerimus quod
1.Ioan. 1.10. peccatum non habeamus, ipſi nos ſeducimus, & veri-
tas in nobis non eſt. Iacobus: in multis offendimus
Iac.3.2. omnes.

Inter impios tamen & regeneratos hoc eſt diſcri-
men, quòd illi ſibi placent in peccatis, non dolent;
imò in eis volentes & ultro verſantur. Renati verò
deflent, gemunt, ſuſpirant, dolent, & perpetuò cla-
mant, Remitte nobis debita noſtra. Et cùm primi-
tias ſpiritus habeant, optant extremam manum ſibi
imponi. Ac hæc de libero arbitrio.

DE PROVIDENTIA ET PRÆDESTINATIONE.

Doctrina de providentia & prædeſt. quàm utiliſſima eſt. Nam in ea oſtenditur fons noſtræ ſalutis. Et inde fit, ut omnia noſtra bona, divinæ adminiſtrationi & diſpenſationi, non nobis ipſis tribuamus: & in reprobis videamus quid nobis quoque fieri potuiſſet iure, niſi divina miſericordia ſua prædeſtinatione interveniſſet. Ex ea fide, quòd prædeſtinati ſumus, magna conſolatio in adverſis caſibus percipitur. Inde Paul. ad Rom. Argumenta ſumpſit. Habemus etiam ex iſto capite certitudinem noſtræ ſalutis, quæ ſi à libero arbitrio inconſtantiſſimo penderet, non à conſtanti Dei prædeſtinatione, incerta eſſet.

DEI Providentia eſt ejus ordinata, immobilis, &
Definitio. perpetua univerſarum rerum adminiſtratio, &
ea potiſſimùm omnia quæ condidit, ad ſuos fines
dirigit. Non eſt utique ſimplex intelligentia, ſed etiã
voluntas ei adjecta eſt, quæ cuncta pro ſuo arbitrio
dirigit.

Non poteſt à Deo removeri hæc facultas. Nam
Dan.2.21. regna diſtribuit pro ſuo arbitrio. Numerati ſunt ca-
pilli capitis noſtri. Non cadunt in terram duo paſſe-
Mat.10.30. res abſque voluntate patris. Qui caſu occiditur, Deus
Ibid. 29. illum in manum alterius tradidiſſe dicitur. Principes
Exod. 21.13. ſunt in manu ejus, ut baculus & ſerra. Omnia portat
Deut. 19.5. verbo virtutis ſuæ. Omnia operatur ſecundum con-
Iſa.10.5. ſilium voluntatis ſuæ. Ideo Spiritus ſanctus inquit,
Pſal.37.5. Iacta cogitatum tuum in Deum, & feret, vel nutriet
1.Pet.5.7. te. Petrus: Illi cura eſt de nobis. Qui tangit vos, tan-
git pupillam oculi mei. Hæc eſt magna conſolatio
Zach.2. 8. piorum, quòd ſe in manu Dei eſſe ſciant.

Faciant impii quicquid velint, præter Dei provi-
Act 4.27. dentiã facere nihil poſſunt, ut Petrus inquit in Actis.
Herodes & Pilatus convenerunt, ut facerent, quæ
Iob. 1. 21. manus & conſilium tuum facere decreverant. Et Io-
bus dicebat, Dominus dedit, Dominus abſtulit.

Gen.45.8. Quæ videntur fortuita, à providentia gubernan-
tur. Ioſeph inquit, Deus me præmiſit in Ægyptum.
1.Sam.9. 16. Deus ait ſe miſiſſe Saulem ad Samuelem, quamvis

A fortuitò potuit videri veniſſe. Et Chriſtus inquit, Mar.14.13.
Occurret vobis homo portans hydriam aquæ. Pſal. 139. 8.
Latitudo iſtius providentiæ exponitur. Si aſcen- Mal. 3. 6.
dero in cœlum, tu illic es: Si deſcendero ad infer- Iac. 1. 7.
num, ades. Si ſumpſero pennas auroræ, &c. verſ. 10.

Decreta providentiæ ſunt immutabilia. Ego ſum Luc. 22. 37.
Dominus, & non mutor. Apud Deum non eſt muta-
tio, aut viciſſitudinis obumbratio. Conſilium Domi-
ni manet. Iſa.46.

Providentia Dei non tollit humanam electionem,
B non etiam tollit contingentiam, quia res æſtimandæ
ſunt ex natura proximarum cauſarum. Cùm igitur
voluntati, & materiæ phyſicæ nihil repugnet, ut tam
iſto quàm alio modo agantur, cauſę poſſunt dici con-
tingentes, quoad electiones humanas, & phyſicas
productiones. Deinde providentia Dei non guber-
nat res, niſi juxta earum naturas. Itaque cauſas con-
tingentes & voluntarias ita regit, ut contingenter a-
gant, & voluntariè agant. At ſi res ipſæ ad Deum re-
ferantur, eſt tantùm neceſſitas ex hypotheſi, quemad-
C modum eſt prædictionum neceſſitas. Oportuit im- Luc.24. 26.
pleri ſcripturas. Et oportuit Chriſtum pati. Quamvis
in Providentia ſit major vis, quàm in prædictioni-
bus. Prædictiones enim non agunt in creaturas, ut
Dei providentia operatur: quamvis nec ipſa cauſa-
rum ſecundarum naturas & proprietates violet.

Res, quoad providentiam Dei, ab æterno ſunt
definitæ. Omnia enim ei ſunt in numerato. Sed in
voluntate & mente noſtra non ſunt definitæ. Ideò
adhuc quoad nos, dici poſſunt & voluntariæ & con-
D tingentes: licet quoad Deum nihil ſit fortuitum,
aut contingens. Dicit Deus apud Eſaiam. Omnia quę Eſa 55.11.
volo, facio, &c. Paul. Omnia operatur ſecundum Eph.1.11.
conſilium voluntatis ſuæ.

Providentia Dei cùm ita ſe habeat, conſiliis & ad-
monitionibus & deliberationibus & correctionibus
relinquitur locus, cùm ipſa fines quos præſtituit, per
hæc media decreverit aſſequi. Vt cùm decrevit ali-
quam malam voluntatem mutare, per iſta media
eam convertere ſtatuit. Sunt itaque iſta media orga-
E na Dei.

Prædeſtinatio eſt ut pars quædam providentiæ di-
vinæ: nam eſt ea vis Dei & facultas, qua homines
deſtinat, & dirigit ad æternam vitam, per Ieſum Chri-
ſtum conſequendam.

Prædeſtinatione rerum naturę non mutantur,
quoad neceſſitatem, contingentiam, & deliberatio- Prædeſtinat.
nes, ut dictum eſt de Providentia.

Dei præſcientiæ & æternitati etſi omnia præſentia
ſunt, creaturæ tamen quæ initium habuerunt, Deo Eph.1. 4.
F non ſunt coæternæ, ita ut ejus æternitati coexiſtant.
Ideo Paulus dicit, nos electos ante jacta mundi fun- Rom. 9. 11.
damenta. Et de Iacob & de Eſau dictum: Antequam
aliquid boni egiſſent, aut mali, Iacob dilexi, Eſau au-
tem odio habui.

Qui ſtatuunt apud Deum res non eſſe definitas,
niſi quoad præſcientiam, vehementer errant: nam Mat. 10. 9.
Scripturæ voluntatem interponunt. Paſſer non ca- Ier.25. 11.
dit ſine voluntate patris: voluntate inquam, non Eſa.38 5.
nova ſed æterna. Septuaginta anni præſcripti erant Ioan.7.6.
G captivitati Babylonicæ. Et Ezech. additi ſunt 15. anni. Exod.33.19.
Chriſtus, Nondum venit hora mea. Miſerebor cujus Act.13.48.
miſerebor: Crediderunt quotquot ordinati erant, &c.
Chriſtus eſt crucifixus juxta deſtinatum Dei conſi- Act.2. 23.
lium.

Prædeſtinationem aliqui dicunt eſſe præparatio-
nem gratiæ, aut præſcientiam, aut præparationem
donorum Dei, quibus certò liberantur, qui liberan-
tur, cæteri verò in maſſa perditionis relinquuntur.
Aliqui dicunt eſſe propoſitum miſerendi. Alii præ-
H parationem gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.
Ego verò dico eſſe ſapientiſſimum Dei propoſitum,
quo ante omnem æternitatem conſtanter decrevit,
eos quos dilexit in Chriſto: vocare ad filiorum ado-
ptionem, ad Iuſtificationem per fidem: & tandem
ad gloriam per opera bona, quò conformes fiant ima-
gini filii Dei, utque in illis declaretur gloria & mi-
ſericordia Creatoris.

Prædeſtinatio eſt immutabilis, Firmum ſtat Dei
I fundamentum, Novit Dominus qui ſint ſui. Hinc 2.Tim.2.19.
eſt certitudo ſalutis. Vnde Paulus cùm egiſſet de Rom.8.31.
prædeſtinatione, inquit: Quis nos accuſabit? Quis

Digitized by Google

Mal. 3. 6. damnabit? quis nos ſeparabit à charitate Dei? Ego ſum Dominus & non mutor.

A

Reprobatio. Reprobatio eſt ſapientiſſimum Dei propoſitum, quo Deus ante omnem æternitatem decrevit conſtanter, abſque ulla injuſtitia, eorum non miſereri, quos non dilexit, ſed præteriit, quò juſta illorum cõdemnatione iram ſuam erga peccata, potentiam & gloriam declararet.

Peccata non ſunt cauſa reprobationis, quòd videlicet aliqui à dilectione Dei prætereantur, & relinquantur, quamvis cauſæ ſint damnationis. Vnde ſi Patres aliquando dicunt: Peccata eſſe cauſam reprobationis, id intelligunt quo ad extremam damnationem, quæ prorſus ob peccata infligitur.

B

Deus prædeſtinat nos ad id, ut bene operemur dũ vivimus. Dicitur enim ad Epheſ. illum præparaſſe bona opera, in quibus ambularemus. Non tamen poſſunt bona opera vel fides cauſę eſſe prædeſtinationis: quia ſunt ejus effecta. Quos enim decrevit beare, illis prædeſtinavit dare fidem, & bona opera. Ad Rom. de geminis cùm adhuc nihil boni feciſſent, aut mali, dictum eſt: Major ſerviet minori. Iacob dilexi, Eſau odio habui. Non ex operibus, ſed ex vocante. Non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. Miſerebor cujus miſereor. Miſeretur cujus vult, & quem vult indurat. Argumenta Pauli nihil valerent, ſi Dei prędeſtinatio penderet ex fide, vel ex operibus pręviſis. Miſericordiam conſequutus ſum, ut ſim fidelis, non quia eram futurus fidelis, ideo ſum miſericordiã conſequutus. Crediderunt quotquot ordinati erant ad vitam æternam: quia ordinati erant, crediderunt, non quia crediderunt, ordinati, ſeu prædeſtinati ſunt à Deo. Iuſtificatio noſtra pendet ab electione Dei, ſeu prædeſtinatione. Quos prædeſtinavit, hos vocavit, quos vocavit, hos juſtificavit. At ſi prædeſtinatio penderet à libero arbitrio, jam libero arbitrio juſtificaremur.

Rom. 9. 11. 12. — 1. Cor. 7. 25. — Act. 13. 48. — Rom. 8. 29.

C — D

Electio Dei & hominum diverſo modo ſe habent. Homines eos diligunt, & eligunt, in quibus virtutes aut aliquid boni deprehendunt. At Deus in hominibus nihil boni poteſt reperire, quod ipſe in eis non poſuerit. Vnde ſi elegit, quos vult in Chriſto, ipſi non habent ex ſeipſis, ut ſint in Chriſto, ſed à Deo ipſo id ſunt habituri. Quamobrem eſſe in Chriſto, non eſt ratio & cauſa prædeſtinationis, ſed effectus.

E

Chriſtus effectus prædeſtinationis. Chriſtus eſt primus, & præcipuus effectus prædeſtinationis, illum dedit Deus, ut prædeſtinatos per eum ſervaret. Per illum enim, ceu per canalem, cætera effecta prædeſtinationis in nos derivantur ex Dei miſericordia.

F

Rom. 11. 33. Si penderet electio ex operibus pręviſis, non fuiſſet Paulo tam difficile, ut exclamaret: O altitudo divitiarum, &c.

Non aperitur ex doctrina prędeſtinationis feneſtra ſocordiæ, ſed potius ſolicitudini & ſtudio rectè vivendi. Cùm enim credamus nos eſſe prædeſtinatos, ſcimus ad bene operandum nos eſſe prædeſtinatos, & ideo ſtudemus noſtram vocationem certam facere, & ex ingenio prædeſtinatorum vivere.

G

Rom. 9. 21. Ibid. v. 19. & verſ. 22. Aliquos eſſe creatos à Deo ut perirent, videtur prima fronte abſurdum. Scriptura tamen id dicit, figulum facere alia vaſa in honorem, alia in contumeliam: & Deum Pharaonem conſtituiſſe, ut ſua potentia in eo declararetur. Dicitur etiam tuliſſe multa patientia vaſa iræ aptata in interitum, ut ſuam iram oſtenderet.
Prov. 16. 4. Facit etiam impium ad diem malum.

Mat. 20. 16. Non omnes qui ſunt vocati, ſunt prædeſtinati. Dixit enim Chriſtus: Multi ſunt vocati, pauci verò electi.
H
1. Tim. 2. 4. Sed contendunt vocationem eſſe univerſalem, & Deum omnes velle ſalvos fieri. Si intelligatur vocatio univerſalis, quòd in communi proponatur, & nemo excludatur nominatim, verum eſt. Si etiam dicatur univerſalis, quòd mors Chriſti, redemptio ejus, ſufficiat, pro toto mundo, & illud eſt veriſſimum. Sin verò intelligatur iſta univerſalitas, quòd in manu omnium ſit ſitum accipere promiſſa, nego: quia quibuſdam eſt datum, aliis non datum. Quaſi etiam non videamus, vel ipſam prædicationem Evangelii multis locis, ætatibus, & nationibus diu non fuiſſe datam. Deus vult omnes homines ſalvos fieri, ſed credentes. Fidem autem dat quibus viſum fuerit. Nam juſtè de ſuo poteſt, quod vult facere.

Mat. 20. 15. — I

Rom. 8. 16. Certitudo noſtræ ſalutis inde pendet, dum enim videmus nos & vocatos, & credentes, arrham ſeu pignus certum habemus noſtræ ſalutis, ſpiritu Dei teſtimonium perhibente ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei, attamen ſenſus vocationis & fidei noſtræ, prædeſtinationis eſt indicium, non cauſa.

Vt providentia, ita etiam prædeſtinatio nullam coactionem aut violentiam infert humanæ voluntati. Quicquid enim agimus, ſponte & ultrò agimus.

AN DEVS SIT CAVSA ET AVTHOR PECCATI.

Scio me traduci, quòd faciam Deum cauſam & authorem peccati, quod non eſt verum, ut liquidò patebit. Sed mea doctrina tantùm ſum conatus exponere, quomodo ſcripturæ ſint intelligendæ, quando id videntur aſſerere. Quomodo & in Auguſtinus, qui dixit, Deum inclinare voluntates hominum, tum ad bonum, tum ad malum: quo etiam pacto accipiendi ſint Zuinglius & Oecolampadius, aliique doctiſſimi viri profeſſores Evangelii, cùm hoc aſſerere videntur.

HVmani peccati cauſam, pono voluntatem, ſeu liberum arbitrium primorum hominum, qui ſpõte lapſi ſunt, & ſuggeſtioni diabolicæ potius, quàm præcepto Dei paruerunt, à quibus poſtea in omnes poſteros transfuſum eſt originale peccatum. Quare habemus in nobis ipſis ſatis vitii, atque corruptionis. Vnde ad peccandum non inſtillat nobis Deus nox à malitiam, neque pravitatem immittit. Noſtras itaque voluntates cauſas facio peccati, non Deum.

Sed ſcriptura dicit ad Romanos Deum Ethnicos tradidiſſe in reprobum ſenſum, & in affectus ignominioſos. Et 2. Samuelis dicitur, Deum incitaſſe Davidem ad numerandum populum. Et in eadem hiſtoria dixit David: Iuſſiſſe Deum Semei ut malediceret Davidi. In eodem libro cap. 12. dixit Deus Davidi per Prophetam, Tollam uxores tuas, & dabo proximo tuo, qui dormiet cum eis. Tu feciſti in abſcondito, ego verò coram univerſo populo Iſraelitico, & coram ſole ipſo. Dicitur ab aliis, has locutiones referendas ad permiſſionem, quod ego ſimpliciter non renuo: quia Deus ſi voluiſſet, hæc mala potuiſſet impedire. At impedire noluit. Verùm addo, non eſſe ponendam talem permiſſionem, qua Deus aſſeratur ſic otioſè agere, & à gubernatione rerum diſcedere, ut circa ipſa peccata nihil faciat.

Rom. 1. 26. — 2. Sam. 24. 1. — 2. Sam. 16. 11. — 2. Sam. 12. 11.

Primum aliquibus hominibus dona & gratiam ſuam aufert, quod illa ſint abuſi: qua ſubmota gratia, & quidem juſte, in pœnam præcedentium peccatorum, homines illo auxilio deſtituti labuntur in graviora. Deum autem gratiam ſuam interdum ſubducere, Davidem non latebat, cùm aliquando diceret: Ne avertas faciem tuam à me: Spiritum ſanctum ne auferas à me. Pſal. 51. 13.

Secundò, punit Deus peccata peccatis, ut patet ad Rom. & in locis jam allatis: peccata verò, quatenus pœnæ ſunt, ad juſtitiam pertinent, & rationem boni habent. Quare Deum non dedecet ita per peccata, præcedentia peccata punire. Rom. 1. 24.

Tertiò, peccata ipſa regit & gubernat, non enim ſinit graſſari, quanta mala hominum voluntas cupit. Refrenat, cohibet, nec ſinit in quoslibet ſævire, atque in omni tempore. Dirigit etiam ea ad ſua cõſilia perficienda, nimirum ad probationem juſtorum, & ad flagellandos impios, & conſimilia.

Quocirca ſcriptura dicit, ſævos & crudeles tyrannos eſſe in manu Dei, ut baculos, malleos, & ſerras.

Quartò, Deus immittit aliquas occaſiones, quæ ſi inciderent in bonos homines, provocarent eos ad bona: quia verò in malos incidunt, eorum vitio arripiũtur in malam partem, & fiunt occaſiones peccati. Ita Paulus dicit, per legem auctum peccatum: & verba Dei per Moſen dicta Pharaoni, ei fuerunt occaſio depromendi ſuas blaſphemias, & animi duritiem. Quod futurum Deus vidit, nec tamen verbum ſuum repreſſit, cùm Pharaonem ſciret illo reddendum deteriorem, qui tamen in ſeipſo malitiam habebat, non illam à Deo accepit. Rom. 7. 8.

Quintò,

Digitized by Google

Quintò, cum peccati defectus non inſit niſi humanis actionibus, quæ privantur decenti rectitudine, ipſa humana actio non poteſt ſuſtentari, conſervari, & cieri ſine communi influentia Dei, qua cũcta reguntur & ſervantur. Nam vere dictum eſt: In Deo nos eſſe, vivere & moveri. Defectus ergo qui propriè peccatum eſt, non procedit à Deo: ſed actio, quæ res naturalis eſt, in qua defectus hæret, non poteſt ſine communi influentia Dei cieri.

Act. 17. 18.

Hæc ſunt quæ ego dixi Deum agere ſua Providentia & gubernatione, circa peccata, quamvis peccatorum non ſit vera & propria cauſa. Qua interpretatione rectè intelligere poſſumus, quid ſibi velint illæ Scripturarum loquutiones, & Patrum dicta, quibus Deus cauſa vel author peccati fieri videtur.

AN MISSA SIT SACRIFICIVM.

Miſſam eſſe ſacrificium, non minus hodie contenditur, atque olim certatum fuit à Troianis & a Græcis pro Helena. Quique Miſſæ patrocinantur, Euchariſtiæ duplex munus eſſe volunt: primum, ut oblatio & victima ſit, quæ per ſacrificium immoletur; alterum, ut fidelibus ad communionem diſtribuatur. Atque in ſuo miſſæ ſacrificio duo hæc adnituntur complecti, nam ibi miſſificus non ſolùm immolat & offert Dominum Ieſum Chriſtum, ut pleno ore teſtantur ipſi, ſed comedit & bibit, & quidem ſolus, quicquid antea Deo cùm pro ſe, tum pro aliis obtulerat. Vt verò cognoſcas quid erroris atque ſuperſtitionis in hac ſententia contineatur, videndum eſt quàm paucisſimis de natura ſacrificij. Quod, ut non recedamus à juſta tractationis methodo, partiemur, ut aliud propitiatorium dicamus, aliud gratulatorium, ſive (ut Græci loquuntur) εὐχαριστικόν. Concluduntur hæc diſtinctionis membra ſub communi quadam generalique definitione, qua dicimus nihil aliud eſſe ſacrificium quàm opus, quo Deo aliquid offerimus ex ejus voluntate, ut eum honore afficiamus. Nec illam particulam mireris adjectam, Ex ejus voluntate, quandoquidem nihil offerendum à piis eſt Deo, quod ipſe non requiſiverit & ſibi gratum eſſe declararit. Hoc obſervamus, quando volumus quempiam donare honoris cauſa, cum primis inveſtigamus quibuſnam potisſimum oblectatur. Inter propitiatorium autem ſacrificium & gratulatorium hoc diſcrimen animadvertimus, ut propitiatorium vim dicamus habere placandi iratum Deum, & merendi omnibus, pro quibus offertur, condonationem peccatorum. Gratulatorium verò ſive Euchariſticum non hoc habet, ut Deo reconciliet: ſed ab his qui jam in amicitiam ſunt recepti offertur, ad gratias Deo agendas cùm ob reconciliationem impetratam, tùm ob innumera alia beneficia, quæ ſentiunt ſe quotidie conſequi. Atque hæc diſtributio, nobis ex lege veteri ſuppeditatur, nam ex Levitico apparet, ſacrificia pro peccato antiqui habuerunt & holocauſta quæ perhibentur Deum illis reddidiſſe propitium. Vnde hoc primum noſtræ ſectionis membrum jure conſtituunt. Habuerunt ad hæc pacifica ſacrificia: nam offerebant primitias, decimas & alia id genus multa, quæ ad alterum membrum gratulatorij ſive Euchariſtici ſacrificij referenda ſunt. Probabimus itaque Miſſam non eſſe propitiatorium ſacrificium, ut videlicet ſacrificus offerat filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum patri, eúmque per hujuſmodi ſacrificium reddat placatum atque propitium, à quo etiam remisſionem peccatorum his impetret, pro quibus dicit ſe offerre, ſive (ut malunt) ſacrificare. Quo demonſtrato videbimus num Miſſa ſacrificium Euchariſticum ſive gratulatorium dici poſſit. Vt autem præſtemus quod primo loco decrevimus oſtendere, ab eo auſpicabimur, in quo nobiſcum ſcimus adverſarios conſentire, id quod eſt, cœnam Domini ſive Euchariſtiam ſacramentum eſſe. Quod ſi eſt, ut ultro fatentur, conſequitur non poſſe eam eſſe propitiatorium ſacrificium, nam ſacramenti natura prorſus diverſa eſt à natura ſacrificij, quod ut percipiatur, non gravabor definitionem ſacramenti proferre.

Duo ſacrificiorum genera.

Definitio.

Propitiatoriũ ſacrificium.

Gratulatoriũ.

Levit. 1. 2. &c.

Levit. 3. & 7.

Sacramentum & ſacrificium differunt.

A Sacramentum eſt opus, quo Deus exhibet quod ibi verbo promisſionis ſignificatur, adjecto externo ſymbolo, quaſi promisſionis factæ ſigillo. Duo enim continet ſacramentum, Verbum in primis quo exprimitur atque offertur à Deo promisſio. Habet deinde elementum externum, quo promisſio conſignatur, ut eam firmius apprehendamus. Tantum igitur inter ſe diſtant ſacramentum & ſacrificium, quãtum dare & accipere: quia in ſacramento accipimus à Deo quod eſt pollicitus. In ſacrificio damus & of-
B ferimus, quod à nobis requirit, unde ſi volumus propriè loqui, Cœna Domini cùm ſit, ut illi volunt, ſacramentum, non poterit eſſe ſacrificium, ni velimus idem eſſe dare atque accipere. Neque proderit eò confugere, ut dicant Miſſam nomen habere propitiatorij ſacrificij, quòd ſit memoria oblationis, quam Chriſtus in ara crucis patri obtulit, eámque inficiabitur nemo verè fuiſſe propitiatorium ſacrificium, & videtur congruere ut monimenta itidem nominentur ac res quas exprimunt. Vnde Auguſtinus in Epi-
C ſtola vigeſimatertia ad Bonifacium: Nonne ſemel immolatus eſt Chriſtus in ſeipſo, & tamen in ſacramento non ſolùm per omnes Paſchæ ſolennitates, ſed omni die populus immolatur, nec utique mentitur qui interrogatus eum reſponderit immolari? Si enim ſacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum quarum ſacramenta ſunt, non haberent, omnino ſacramenta non eſſent. Ex hac autem ſimilitudine plerunque etiam ipſarum rerum nomina accipiunt. Hæc illi objicere pro ſua ſententia conſue-
D verunt, idcirco dixi iſto prætextu nil ab adverſariis profici, quia hîc non agimus quid Cœna Domini per quandam ſimilitudinem dici poſſit, verum quid propriè ſit, & reipſa exiſtimari debeat. Auguſtinus enim, qui citatur, id nomen haud concedit, niſi per Tranſlationem atque Metonymiam. Eſt altera ratio, quæ idem probat. Chriſtus obtulit ſemetipſum, idcirco non eſt quod nos ipſi rurſus eum offeramus, alioquin fateri oportet illud Chriſti ſacrificium non fuiſſe plenum atque ſufficiens, quod Epiſtolæ ad
E Hebræos paſſim adverſatur nono & decimo capite. Verùm hic etiam cauſari ſolent, Chriſti ſacrificium in cruce fuiſſe quidem plenum atque integrum, ſed cùm nos quotidie labamur & aſſiduè peccemus, opus eſſe ut nova recentíque ſacrificiorum oblatione frequenter inſtauremur. Figmentum eſt, quod aliquibus poteſt imponere, at non illis qui legerunt Epiſtolam ad Hebræos, Dominum Ieſum ſua morte & ſacrificio nos in æternum ſanctificaſſe, atque una oblatione in æternum conſummaſſe ſanctificatos.
F Nõ fuit itaque temporarium meritum mortis Chriſti, ut non poſſit noſtris quotidianis lapſibus opitulari. At idem facit, quod in confeſſo eſt, ex offerentis gratia & dignitate id quod offertur Deo illi gratum eſſe atque acceptum, nam Deus cùm omnia condiderit, & ſit omnium Dominus, minimè opus habet, ut ſibi à nobis quippiam donetur. Sed benevolentiâ, qua erga ſuos afficitur, conſuevit munera ſuſcipere & grata habere in odorem ſuavitatis, quæ fideles amici & ab illo in filios cooptati, ex ejus præ-
G ſcripto, ei adduxerunt. Vnde ſi mali ſint qui offerũt, fide ſpoliati, orbati charitate, & ſpe deſtituti, execrationi ſunt Deo illorum munera, ut in pleriſque locis ſanctæ Scripturæ apertisſimè videtur, & præſertim in primo capite Eſaiæ. In quam ſententiam & Irenæus concedit, qui affirmat dona & oblationes à ſanctitate offerentium mereri, ut grata & accepta ſint Deo. Quod cùm ita habeatur, quãta blaſphemia & abſurditas ab illis invehitur, qui Chriſtum à miniſtro of-
H ferri volũt, ut nimirum ex ipſis efficiatur gratus patri, is qui præ omnibus eſt dilectus, cujus gratia & meritis nos oportuit miſeros Adami filios Deo & patri reconciliari. Quare aſpexit Deus ad munera Abel, nõ autẽ ad munera Cain? Cur ſuſcepit Aaronis ſacrificia, non autẽ Coré, Datan & Abiran? non poſſumus aliam reddere cauſam, niſi id factum pro conditione & ſanctitate perſonarum, Abelis inquam, & Aaronis, non quo ad Deum cui ſacrificabatur, idem fuit, & munera utrinque paria: num eadẽ ratione di-
I cemus in iſto eorum ſacrificio Miſſæ propitiatorio, Deum ſuſcipere ſibi immolatum filium, ob gratiam, merita, dignitatémque ſacrifici? Avertat Deus à fide-

Sacramenti definitio.

Heb. 9. & 10.

Sacrificia ab eorum qui offerunt perſona dignitatem accipiunt.

Iſaiæ 1. 8.

Gen. 4. 4. & 5.
Levit. 9. 24.
Num. 16. 19.

Digitized by Google

lium mentibus tantam impietatem. Obiter admonebo Sacramentorum eſſe longè diverſam ſortem, ut quæ à miniſtro nequaquam efficaciam, ſanctitatem vel honorem ſibi vendicent. Ea enim quicquid habent dignitatis, ab inſtitutione videlicet à Deo & Chriſto Ieſu Domino noſtro habent, qui fit ut à malis miniſtris minimè contaminētur. Quemadmodum id concedendum eſſe non dubitarim, offerentem nil poſſe Deo offerre ſeipſo dignius: idcirco videmus Chriſtum, cùm eſſet nobiliſſimum ſacrificium facturus, obtuliſſe ſemetipſum, atque à nobis pro ſummo eximióque munere id petiſſe, ut in ſui gratiam perderemus animas noſtras, noſmetipſos abnegaremus. Quod Paulus ad Roman. duodecimo capite vehementiſſimè hortatur ut fiat, cùm inquit, Obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem. Vbi vides nos nihil habere præſtantius nobis ipſis quod immolemus Deo, modo ſimus per fidem filij ejus grati & accepti. Ideo ſi volumus in Cœna Domini idem agere quod Chriſtus egit, non illum, ſed nos ipſos Deo mactabimus, & ut hoſtias in odorem ſuavitatis mortificabimus. E diverſo in Sacramentis adminiſtrandis nullus eſt Eccleſiæ miniſter, niſi extrema laboret dementia, qui non fateatur, ſe adminiſtrare ovibus Chriſti ſibi cōmiſſis, res quæ ſuam dignitatem maximo intervallo ſuperant: nam fidelibus per Sacramenta Chriſtum ipſum, gratiam, Spiritum ſanctum & remiſſionem peccatorum diſtribuit, quæ omnes ejus virtutes non ſolùm vincunt, ſed cum eo qui pulvis eſt & cinis, nullo pacto ſunt conferenda. Longè adeo eſt aliud Chriſtum offerre Patri, & Chriſtum exhibere per Sacramenta credentibus: hoc à miniſtro Eccleſiæ puro homine fieri poteſt, id verò tantùm ab ipſo Chriſto homine & Deo fieri potuit. Quare ut prorſus rejiciatur hęc blaſphemia, qua cogeremur fateri Chriſtum filium Dei à Patre reſpici & acceptari ex gratia & dignitate offerentis, execremur & damnemus ejuſmodi eſſe Miſſam, ut illa Chriſtus offeratur Patri (ut loquuntur) per ſacerdotem. Non eſt ullus ſacerdos, qui talem hoſtiam offerre valeat, niſi ipſemet Dominus noſter, qui ſemel id fecit, atque tam abſolutè, ut verè in cruce dixerit, Conſummatum eſt.

Sacramentorū à ſacrificiis ratio diverſa.

Verſ. 1.

Hoc aliud addemus, omnibus ſacrificiis id neceſſarium eſſe, ut præcepto Dei innitantur, alioquin ſunt inutilia: tantùm abeſt, ut Deum placent, eum potius irritant atque offendunt, quod Sauli uſu venisse ſcimus, cui Samuel dixit, Meliorem eſſe obedientiam victimis. Et Hieremias capite ſeptimo inquit, Deum non fuiſſe loquutum de victimis & ſacrificiis majoribus Iudæorum, quando eduxit ex Ægyptiaca ſervitute, ſed tantùm requiſiviſſe, ut ſuam vocem audirent. Nec alia de cauſa ut iam præfati ſumus in definitione ſacrificij, viſum eſt addere, ex voluntate Dei offerendum. Quod ſi obedientia nō fuerit ſacrificij radix, mortiferum offerentibus efficitur. At ubi mihi oſtendent iſti homines mandatum de immolando filio Dei? Tantum præcepit Chriſtus Apoſtolis quando cœnam inſtituit, Accipite, mānducate, accipite, bibite ex eo omnes, & quando hæc feceritis, in mei memoriam facite. Audivi nonnullos qui dicere auſint iſto loco Facere, idem eſſe atque ſacrificare, quaſi Chriſtus præceperit illis verbis, ut ſe in qualibet cœna ſacra, ſive ut illi dicere malunt, in omni Miſſa ſacrificarent. Me certè pudet tam ſophiſticum figmentum diluere, hoc unum dicam in ambiguis vocibus non fundandum eſſe dogma: & mandata, potiſſimum de tantis rebus, non conſueviſſe tradi in ſacris literis amphibolis loquutionibus. Paulus & Evangeliſtæ tam luculenter horum myſteriorum meminerunt: ubinam quæſo ullum verbum vel ſacrificij vel victimæ à nobis offerendę ab illis eſt probatum? Atque hîc ſiſtęre gradus noluit impudens iſtorum audacia, nam affinxit mendaci huic ſacrificio quandam ejus applicationem, ut ſacrifico videlicet arbitrarium ſit, immolationem Chriſti, quibus voluerit, viventibus vel defunctis communicare: Quaſi ſimus ignari mortem Chriſti cuilibet Chriſtiano applicari per Evangelij prædicationem, ſi ab illis per fidem ſuſcipiatur: Sacramentum verò pro alio ſumere, non eſt aliud atque ſi ego pro te comederem aut

1. Sa. 15. 22.
Verſ. 22.

Matth. 26. 26.
Facere.

Applicatio.

A biberem: quod ſanè ut adjumento tibi eſſe poſſit, ipſe conſideres. Quis unquam pro altero ſe baptizavit? Audet nihilominus hæc ſacrificulorum turba aſſeverare, ſe pro quibus libuerit vivis & defunctis in hoc ſuo ficto ſacrificio Sacramenta comedere & bibere. Sed tam abeſt ut mortem Chriſti in his ſuis ementitis immolationibus ſibi vel aliis à ſe deceptis communicent, ut potius ipſi & qui eis auſcultant, per ejuſmodi miſſas beneficio veri ſacrificij Chriſti
B in cruce ſemel oblati priventur. Vnde non videntur ineptè iſtas Miſſas, ubi tantùm ſacrificus edit & bibit, appellaſſe privatas, nomine quidem patribus inaudito, quod reverâ privatæ & deſtitutæ ſint omni fructu ſacrificij Chriſti. Faceſſant itaque ab Eccleſia Dei tandem hæ privatæ miſſæ: & plenæ inducantur, in quibus juſta veráque obſervetur Chriſti inſtitutio, quam de habenda cœna ſacra ſuis diſcipulis reliquit, ubi fratrum habetur communicatio, qui unà integra & juſta Sacramenta Domini percipiant: nam
C excommunicatio habetur potius in illis privatis miſſis, quàm communicatio. Illic enim ita unus oblata ſumit, ut alij nihil percipiant. Novi eos conari hæc eludere eo commento, quòd ille unus, ut aiunt, ſacerdos nomine totius Eccleſiæ communicat: ſed quo mandato id facit? quo Dei verbo fulcitur hæc cæremonia? quæ ſi utilis eſt, ex fide oportet ut fiat: fides autem non habet locum ubi ſermo Dei non ſonat. Eadem ratione quiſpiam eat & ſe quotidie baptizet & obtendat ſe nomine totius Eccleſiæ id facere, &
D hanc ſuam tinctionem quibus voluerit aut vivis aut defunctis applicet. Nec minus illud expendendum, nos hoc novi Teſtamenti tempore non habere externum ſacrificium; idcirco invenimus noſtram à Paulo appellatam λογικὴν λατρείαν. Et Chriſtus monuit fore, ut veri adoratores in ſpiritu & veritate adorent. Vnde dicimus illud argumentum malè connecti: Fuerunt ante legem & ſub lege externa ſacrificia, igitur & modò eſſe oportet. Etenim in Chriſtum tranſlatum eſt nunc ſacerdotium, & nulli præter illum extant ſacerdotes, ita ſacrificium non eſt a-
E liud præter illud, quod ipſemet in cruce obtulit. Quare veterum ſacrificia dicimus umbras & imagines fuiſſe mortis Chriſti, & picturarum inſtar. Altare & victimarum mactatio illis inſerviebat, ſed Chriſtus verum ſacrificium obtulit: fuit corpus ejus, hoſtia, & crux altare ſuper quo eſt oblatus: nobis verò, qui jam fructum habemus mortis Chriſti, neque illam præteritam oportet adumbrare, convenit ex hoc ſacrificio convivium habere inſtructum, cujus diſpen-
F ſator eſt miniſter Eccleſiæ non oblator, nec verum altare habet, niſi velis menſam figuratè dicere altare. Quicunque igitur contendunt ſacerdotium, altare & ſacrificium externum inſtaurare, hi proculdubio conantur novum Teſtamentum in vetus transformare. Hinc eſt quod veteres hoſtias noſtras dicebant incruentas, id eſt, ſpirituales & rationales. Conſiderandum præterea, mādaſſe Dominum dum agitatur Cœna ſacra, ut ſua mors annuncietur, quòd profectò non eſt aliud quàm mentionem facere
G mortis ejus, ut fuit ſacrificium, quo nobis Deus reconciliatus eſt, & pro eo gratias agere. Nemo verò ut arbitror eſt, qui non intelligat memoriam ſive monimentum alicujus rei, natura diſtare ab ipſa re, quam deſignat & memoriæ ſuggerit. Nam ſi idem cum illo eſſet, non monumentum appellaretur, ſed rei nomen haberet, quo appellatio cum natura congrueret. Quamobrem, cùm demus hanc actionē eſſe memoriam oblationis Chriſti, abſurdū eſſet dicere, eam eſſe Chriſti oblationem. Sed aiunt argumentū concludere Miſſam non eſſe illam cruentā oblatio-
H nem ſemel factam in cruce ab ipſomet filio Dei, ſed neque ſe hoc aſſerere contendunt, ut qui dicant hāc eſſe quandam aliam oblationem corporis & ſanguinis Chriſti incruentam, quam debeant frequentiſſimè repetere. Sed ita reſpondere, eſt nihil dicere: quia tantùm hîc duo ſe nobis offerunt cognoſcenda, nec aliquid tertium apparet, niſi ipſe quippiam affingas. Neceſſe quippe eſt, ut quæ de Chriſti oblatione dicuntur, vel ad ejus mortem referantur, quam ultro in cruce obiit pro noſtra ſalute, vel de memoria & e-
I jus gratiarum actione intelligantur: Nihil inter iſta duo medium vel ex rerum natura, vel ex ſacris literis

Rom. 12. 1.
Ioh. 4. 23.

1. Cor. 11. 26.

Sacrificij cruenti ab incruento diſtinctio.

videre

Digitized by Google

videre poſſumus quod ſacrificium dici poſſit, quo [A] Chriſtus Patri offeratur. Iſtud idem à nominiſ proprietate oſtenditur. Nam Latinis quod ſacrificium

Miſſæ nomen.

eſſe volunt, Miſſa eſt dictum, & Græcis λειτουργία. Primum contendunt eſſe vocem Hebraicam de qua in Deuteronomio bis. Verùm non aſſentior huic opinioni, quia ſi Hebraica vox eſſet, inveniretur apud ſcriptores Græcos qui Eccleſiaſtica tractarunt. Non enim Latina Eccleſia recepit Chriſtianiſmum ſtatim ab Hebraica lingua: ſed per Græcam, ubi patet de Epiſtola ad Roman. Græce ſcripta & de univerſo [B] novo inſtrumento, niſi quod tantùm de Matthæi Evangelio eſt dubium, quod nonnulli putarunt id ab initio Hebraicè ſcriptum. Quod etiamſi ita fuit, adhuc veriſimile eſt Latinos illud primùm accepiſſe

Hebraicè vocabula.

Græcè nō Hebraicè ſcriptū, atque quod aſſero in his dictionibus videre licet Alleluia, Hoſanna, Paſcha, Meſſia, & aliis id generis, quæ non ſolùm videas à Latinis ab Hebræis integra eſſe uſurpata, ſed à Græcis ante illos: eſt enim Græca Eccleſia Latina vetuſtior. Quare firmum certúmque eſt, vocem non eſſe [C] Hebraicam in Latina Eccleſia, quæ in Græca perinde non fuerit ſervata. Quare cum in Græcis, quod attinet ad Eccleſiaſtica, nunquam vox Miſſæ inveniatur, ſed loco ejus λειτουργίας ſcribant, ſequitur non Hebraicam eſſe vocem, ſed Latinam. In qua re Auguſtini ſententia me confirmat, qui ait in quodā Sermone, poſt prædicationem Miſſa fit Catechumenis, & cæteri fideles manent, ſic eſt appellata communio fidelium ac myſteriorum tractatio, quòd tunc illam auſpicarentur, quando Catechumeni miſſi fiebant: [D] unde Miſſa nihil eſt aliud quàm miſſio, quando videlicet copia fit abeundi. Et Miſſam hoc ſignificare, adhuc habemus certum teſtimonium, quia myſteriis abſolutis clamat Diaconus, Ite, Miſſa eſt: facit miſſionem, eſt, inquit, abeundi copia. Hoc ego de iſta voce ſentio, quamvis ab aliquibus audivi, & fide non indignis, dictam inde quòd mitterentur à fidelibus dona ad altare, panis, vinum, & alia permulta, ex quibus deinde capiebatur pars quædam panis & vini, ut ad myſteria depurarentur, & reliquum pauperibus [E] diſtribuebatur, quod non ſolùm ex Irenæo & Cypriano videre licet, ſed & ex multis precibus quę hodie in Miſſali leguntur. Imò veriſimile eſt ob id il-

Collectæ.

las preces obtinuiſſe ut Collectę vocarentur: quamvis nonnulli dicant idcirco ſic dictas, quòd miniſter ibi oret non tantùm ſuo, ſed potius multitudinis collectæ nomine. Parum itaque refert, vel dicatur miſſa pro miſſione, vel quod tunc fideles dona mitterent, nimirum quando canitur offertorium, ibi enim myſteria incipiunt tractari, utroque modo vox [F] eſt Latina à verbo Mitto. Sed eſto, ut volunt, vox Hebraica, quæ in Deuteronomio legitur, tamen pro eis nil facit, quia ſignificat primitias & dona, quę populus ad Tabernaculum Domini afferebat quaſi tributum: ne vacuus coram Deo appareret. Quid hoc ad oblationem Chriſti? Non enim ſacerdos illa offerebat, ſed populus. At modo ſacrifici volunt ipſum Chriſtum offerre, & laicos ab illa immolatione excludunt. Græci λειτουργίαν dicunt, quæ vox non ſacrificium, ſed publicum ſignificat miniſterium, unde [G] λειτουργὸς qui tractat publicum munus, id eſt, tributa, vectigalia, ad ſpectacula, ad claſſis extructionem vel exercitum alendum, & alia id generis: per tranſlationem convenit miniſtro Eccleſiæ: nàm is cùm docet, profert Sacramēta & diſtribuit, ſe declarat bona publica & communia tractare, quod ut in privatis miſ-

2. Cor. 9. 12.

ſis locum habeat, alij viderint, Paulus alicubi pro collatione uſurpavit. Imò & ad Philippenſes appellavit Epaphroditum λειτουργὸν, id eſt, miniſtrum ſuarū [H]

Phil. 2. 25.

neceſſitatum, nomine quippe Philippenſium illi inſerviebat. Qui fit ut λειτουργία non ſignificet propriè ſacrificium. Neque vox deducitur à λιτὴ quòd eſt preces, ſed λεῖτα quod eſt bona publica. Atque hujus vocis non ſemel Demoſthenes meminit, nec nō illius interpretes. E nominibus itaque tùm Miſſę tùm Liturgię nihil colligunt, quod pro ſe faciat ad oſtendendum Miſſam eſſe ſacrificium, imò potius declaratur hæc nomina longè aliud ſignificare. Neque

Miſſæ privatæ.

Miſſæ privatę fuerunt antiquitus, nimirum uſque ad tempora Gregorij. Quod apertè declarat Chryſoſtomus, qui inquit, ſacerdotem ſtare ad altare & invitare aſtantes ut accederent. Neque apud veteres mentionem ullam invenies privatarum Miſſarum uſque ad Gregorium.

Patres ſacram communionē ſacrificium appellant.

Quid itaque faciemus patribus, qui ubique videntur nobis iſtam immolationem & ſacrificium obtrudere? Hi non de propitiatorio loquuntur, ſed de Euchariſtico, ad quod genus pertinent laudes, gratiarū actiones, confeſſio, Eleemoſynarum oblationes, & maximè quòd nos ipſos totos Deo tradamus regendos & gubernandos, quæ omnia cùm in ſacra communione locum habeant, non eſt mirum ſi nomen ſacrificij ibi audias, illic enim gratię aguntur Deo, quòd ita filium ſuum in mortem tradiderit pro nobis. Confitemur nos infinitis obrutos eſſe peccatis, & ſola Dei miſericordia ſervatos. Eleemoſynę, cùm ad pauperes tum ad altare ſuppeditantur, & nullus eſt fidelium qui dum ſacra myſteria percipit, non ſe offerat Deo ſubditum, mortificandum, regendum & gubernandum. Nonne ſunt hęc omnia ſacrificia Euchariſtica ſive gratulatoria? Verùm dices, Illi loquūtur de filio Dei, quod illic immoletur, offeratur & ſacrificetur, non itaque videtur ad iſta Euchariſtica confugiendum. Imò nihil prohibet: quia apud illos eoſdem patres ſi attentè legas, reperies, quod agitur in myſteriis eſſe imitationem illius veri ſacrificij, quod Chriſtus ipſe in ara crucis obtulit, & illius eſt, aiunt, myſterium. Nulli verò eſt dubium, myſteria ſive Sacramenta & imitationes nomina rerum habere quas exprimunt. Ergo apud eos ſacrificare nil erit aliud, quàm ſacrificium repræſentare, commemorare, ob oculos ponere, & de illo gratias agere: ſempérque in illorum ſententiis, quę ab adverſariis citātur, ſi bene ac diligenter omnia excutias, quę ſupra & infra ponuntur, aliquid ejuſmodi invenies. Quod ſi fortè fortuna aliquo in loco non ſe offerat, erit ea ſentētia interpretanda per alia dicta ejuſdem patris alibi. Sed mihi crede raró eveniet, quin illæmet citatæ ſententiæ ſecum ipſe medicinam non habeant, & raró opus erit eas aliunde accerſere: quamvis id nō negarim patres nimis hyperbolis eſſe uſos, & plus quam oportuiſſet ad veteris Legis umbras deflexiſſe. Duo adhuc in calce addenda eſſe judicavi, iſta Euchariſtica ſacrificia in Cœna Domini non eſſe peculiaria & præcipua ſacrificorum, imò quotquot fideles adſunt & communicant, illa offerunt, neque inter miniſtrum & communicantes aliud novi diſcrimen, quoad hanc actionem, niſi quòd per illum verba Dei & doctrina populo exponitur, per illum Sacramenta proferuntur & diſtribuuntur, populus verò & mente ſua dictis credit, & corpore Sacramenta ſuſcipit: miniſter in actione choragum agit, & populus ad omnia prout ſunt ſuæ partes ſuccinit. Deinde in Miſſis Papiſticis ſacrificium hoc Euchariſticum ſive gratulatorium non habet locum: quia non intelligunt adſtantes quidnam dicatur à ſacrifico, quare ad laudes Dei & gratiarū actiones haud poſſunt reſpondere Amen: ſolus ille communicat, alij nil percipiunt, oblationes Eleemoſynarum ferè nullæ fiunt, mors Domini minimè prædicatur. Quare ut

Miſſa non eſt Euchariſticū ſacrificium.

liquet ſuâ privata Miſſa omnia everterunt. Et cùm duo ſint ſacrificiorum genera, propitiatorium inquā & Euchariſticum, propitiatoriúmque haud magis quàm nos habeant (ſiquidem id totum ac perfectè Chriſtus obtulit) Euchariſtico verò quod nos habemus, illi carent: quid ſupereſt eorum Miſſæ, niſi ut mera ſit hypocriſis & ficta exitioſáque Cœnæ Dominicæ aſſimulatio? Quamobrem, ſinamus quæſo eam tandem, ut commenta eſt, malè valere, & ſedulo in hoc incumbamus, ut juſtus legitimúſque inſtitutionis Domini uſus inſtauretur.

Digitized by Google

T H E S E S

D. PETRI MARTYRIS PROPOSI-
TÆ AD DISPUTANDUM PUBLICE IN SCHO-
la Argentinenſi, Anno Domini M. D. XLIII.

Ex primo Capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I.

CUM Divina ſcriptura ſit expreſſio divinæ ſapientiæ, inde nos principium habemus noſtræ felicitatis.

II. Quamvis quæ tradita ſunt in ſacris literis, & ad cognitionem faciant, & ad res agendas, nihil tamen ibi continetur, quod noſtris actionibus non conducat.

III. Præſtantia ſacrarum literarum in hoc attenditur, quod reſolvit ad ſummam cauſam divinæ voluntatis, quæ in eis revelatur.

IV. Summa eorum quæ tractantur in ſacris literis, eſt Lex & Evangelium, quæ partes tam in novo quàm in veteri Teſtamento promiſcuè continentur.

V. Geneſeos liber habet congruum prooemium ad legem & Evangelium, cùm qui capax futurus erat utriuſque partis.

VI. Qui Dei notitiam ex creatione hîc traditam percipiunt, eam fide aſſequuntur.

VII. Mundum à Deo conditum credimus, ut tamen divinæ voluntatis nulla aſſeratur mutatio.

PROBABILIA.

I. Cœlum & terra quæ primò ſcribuntur condita, referunt omnium producendorum materiam, cum ſuperiorum, tum inferiorum corporum.

II. Spiritus Domini qui ferebatur ſuper aquas, pro Spiritu ſancto, & pro vento, veriſimiliter ſumi poteſt.

III. Dei ſermo in rerum productione, eſt manifeſtatio ſuæ voluntatis.

IV. Cum variis modis potuiſſet Deus mundum condere, hunc duntaxat approbavit, idcirco additur frequenter: & vidit Deus quod eſſet bonum.

V. Veſpera & mane primis diebus ante Solis productionem ex lucis contractione & effuſione fiebant.

VI. Aquæ ſuper firmamentum, ſunt in media aëris regione.

DISPUTATIO DE ARTICULO Creationis.

I. Cùm de creatione rerum loquimur, non Ariſtotelico more res ex rebus producimus, ſed affirmamus, omnes, tam corporales quàm incorporales naturas ex nihilo conditas eſſe per verbum Dei.

II. Nam Deus, ut manifeſtam redderet ſuam & potentiam & miſericordiam, infinitam hominum vim tota rerum natura ex nihilo creavit.

III. Atque hæc creatio ita intelligi debet: non quòd hîc conditæ res ſint, ut ſine Dei conſilio conſiſtant, ſed Deus gubernat eas & agitat aſſiduè, ſicut in Actis Paulus inquit: In ipſo ſumus, vivimus & movemur.

IV. Porrò creationis modus hic fuit. Primò Deus
A condidit cœlum, & terram, & quæ in his continentur.

V. Deinde ut eſſet mens aliqua, quæ intelligeret infinitam hujus creationis potentiam & ſapientiam, hominem formavit, eumque ſuis creaturis præpoſuit.

VI. Et quia hunc ad ſui imaginem fecerat, jubebat etiam ut ab eo ſuper ſuis operibus cognoſceretur, & celebraretur.

VII. Id autem præſtare difficile homini non e-
B rat, cùm integram ejus in ſua manu habuerit poteſtatem.

VIII. Imago enim Dei, ſecundùm quam hominem Deus creaverat, erat ipſa mens in homine, in qua lucebat vera notitia Dei, & in voluntate vera obedientia.

PROPOSITA EX PRIMO Capite Geneſeos.

C NECESSARIA.

I. Quamvis nomina induntur pleriſque ab hominibus, tamen id quoque in Deum referendum eſt, cùm eventus & conditiones unde res nominantur, ſunt à Deo, & illo procurante is qui nominat magis ab uno eorum quàm ab alio moveantur.

II. Repreſſio aquarum ne terram inundent, non ſideribus, ſed verbo Dei à nobis tribuitur, & vis pariter qua è terra plantæ ac herbæ producuntur.

D III. Luminaria poſita ſunt in ſigna, ut inde colligamus ſerenitates ac tempeſtates futuras, & reliquas aëris affectiones, ſunt etiam ſigna, quibus divina ira aut miſericordia preſentitur.

IV. Signis cœleſtibus non eſt tribuenda facultas in animi noſtri rationalem partem, neque libera eventuum poteſtas.

V. Quamvis dicitur, producant aquæ vel terra hoc aut illud, tamen Deo ſoli tribuenda omnium rerum creatio.

E VI. Ita in libris philoſophiæ debemus verſari, & contemplatione rerum naturalium, ut omnes illarum proprietates, organa, actiones, & ſubſtantias, in Deum authorem referamus.

VII. Quæcunque de imagine Dei ac ſimilitudine dicuntur in hominis creatione, Chriſto pleniſſimè conveniunt, & nobis per illum reſtituuntur.

VIII. Ex eo quod homo ad imaginem Dei conditus præficitur creaturis, elicimus regulam noſtrarum electionum, quales eſſe debeant ſive mini-
F ſtrorum Eccleſiæ, ſive magiſtratuum.

IX. Non eſt vitæ perfectio æſtimanda, abſtinere ab eſu carnis.

X. Verum ſabbatum eſt ab operibus ceſſare, quæ propria ſunt vitiatæ naturæ. Non autem ab his ad quæ nos Deus impellit ſuo ſpiritu & admonitione.

XI. Omnis viri Chriſtiani vita debet eſſe prædicta

Digitized by Google

A dicta ratione ſabbatum.

PROBABILIA.

I. Homo dicitur ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatus. Quoniam cùm ſit conditus rationali natura, præditus omnibus virtutibus quibus Deum referret, dominatũ à Deo habuit in creaturas.

II. Sæpe Deus hominibus ſanctis reſtituit fide illam poteſtatem in creaturas, quæ data fuit ab initio.

B III. Corpus noſtrum divinæ imaginis eſt particeps; quia organum eſt quo per noſtras actiones exprimimus divinas proprietates.

IV. Ex hac ratione, quòd imagine & ſimilitudine Dei homo eis inſignitur, declaratur natura vel felicitas, virtutum & legum omnium, quoſque Eccleſia debeat habere cives.

C V. Deus cùm dixit, Fructificate & multiplicate, præcepit matrimonium quo præcepto omnes adſtringuntur, qui eo officio fungi poſſint, vel ſingulari Dei afflatu non adiguntur, ut in cœlibatu expeditiores ſerviant Evangelio.

VI. Ante diluvium non eſt relaxatus eſus carnium, vel quòd homines tunc eſſent fortiores, vel quòd terra meliores fructus produceret, quàm nunc: ſive ut homines humanitati magis aſſueſcerent.

D VII. Cùm in Sacris literis multa ſumantur argumenta & ſimilitudines, quibus ad bene vivendum ſuademur, à plantis luminaribus, & animantibus nobis datur forma, qua & cæteris uti poſſimus quando occurrunt.

PROPOSITA EX II. CAPITE libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Anima humana non eſt ex Dei ſubſtantia, neque eandem habet naturam atque habent animæ brutorum animalium.

E II. Animæ hominum non ſunt omnes ſimul creatæ ab initio, ſed quotidie creantur à Deo corporibus inſerendæ.

III. Quæ traduntur de Paradiſo, non ſunt ita allegoricè ſumenda, ut hiſtoriæ veritas non retineatur: ſed geſtæ rei poſſunt adjungi utiliter allegoriæ.

IV. Vtrum ille delitiarum hortus adhuc extet, non poteſt ex ſacris literis definiri.

F V. Non meritis actionum quæ præcipiuntur aut interdicuntur divina Lege, illius dignitas æſtimanda eſt: ſed ex eo quod ibi Dei judicium de agẽdis continetur, quod ſemper noſtris humanis conſiliis eſt præferendum.

VI. Mors utràque & corporis & animæ Adamo proponitur, ſi Dei mandatum prævaricetur.

VII. Primus homo eſt conditus mortalis, etſi poterat non mori.

VIII. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: quia non jucundum, non honeſtum, neque utile.

IX. Tria proponuntur exercitia homini creato: ut Deo obediat, conditarum rerum naturas contempletur, & agriculturæ vacet.

G X. Somnus Adami in mulieris productione, nobis refert Chriſtum morte ſua acquiſiviſſe Eccleſiã.

PROBABILIA.

I. Flatus Dei, quo primus homo eſt animatus, ſymbolum eſt nobis indicans, rationalem animam non naturæ viribus, ſed extrinſecus Dei opera hominibus afferri.

II. Hortus delitiarum plantatus eſt in Eden regione, ut nomen indicat, non procul ab Aſſyria, Meſopotamia & Arabia.

H III. Arbor vitæ, fructus habens edentibus vitam protogantes, ἀλληγορικῶς Chriſtum ſignificat.

IV. Arbor ſcientiæ boni & mali, non ſolùm ex eventu ita dicitur: ſed quia de illa fuit lex lata, cujus eſt proprium boni & mali judicare diſcrimen.

V. Ex interdictione fructuum ſcientiæ boni & mali, docemur ne audeamus carnis prudentiã noſmetipſos regere: aut noſtro humano judicio ſtatuere quid ſit bonum, quidve malum: quod tamen divino ſpiritui & verbo par eſt ut decernamus.

I VI. Cum Adamo ſit lata lex muliere nondum creata, oſtenditur de lege & verbo Domini mulieres à viris debere inſtrui.

A VII. Ex coſta viri ædificatur mulier, ut declaretur Eccleſia fundata in Chriſti robore.

PROPOSITA EX SECVNDO ET tertio Capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Filij uxoris cauſa non ita debent parentes relinquere, ut illos non alant aut venerentur: quamvis arctius convivendum ſit conjugibus ſuis, quàm parentibus.

B II. Cùm vir & uxor dicuntur una caro, matrimonium declaratur indiſſolubile, quamdiu poſſunt eſſe una caro, quod tollitur adulterio & impotentia præſtandi ſibi invicem conjugale officium.

III. Matrimonium ideo myſterium dicitur, quòd nobis referat arctiſſimam Chriſti cum Eccleſia conjunctionem.

C IV. Eccleſia ſtatim à ſuo ortu Adamum rectorem habuit, non ſine Dei verbo: nam divino afflatus ſpiritu, & de matrimonio & de Chriſto eiſdem verbis egit.

V. Tentationes ideo permittuntur à Deo, quia utiles ſunt Eccleſiæ.

VI. Pollicebatur diabolus mulieri, quę illa jam habebat, apertionem oculorum & ſimilitudinem Dei.

PROBABILIA.

D I. Cùm Deus Evam formatam ad Adamum adduxit, eo nos docemur, non bene matrimonia coaleſcere, niſi Deo conjungente ineantur.

II. Cùm anima humana ſit ſpiritualis ſubſtantia, & immortalis, non eſt dandum, ut parentum ſemine traducatur in filios.

III. Serpens aptiſſimum fuit inſtrumentum in tentatione, ad exprimendas diaboli malas artes & verſutiam contra homines.

IV. Tentatoris improba voluntas, Dei ſapientiſſimam declarat artem, qua peſſimis etiam rebus bene uti novit.

E V. Prima tentatione hoc potiſſimum diabolus molitus eſt, ne Dei verbo fides, uti par erat, adhiberetur.

VI. Principium lapſus Evæ fuit, quod omiſſa attenta cogitatione divini verbi, cœpit animo verſare interdicti fructus utilitatem à diabolo propoſitam, unà cum ejus pulchritudine atque ſuavitate.

F VII. Erubeſcentia & tegumentorum inventum non diabolo ſunt aſſcribenda, ſed bonitati divinæ, uti frena, quibus minus late ſerperet introductum malum.

PROPOSITA EX TERTIO ET quarto Capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Pudor & evitatio divini conſpectus, propria ſunt quæ peccatum conſequuntur.

II. Inimicitiæ quæ à Deo inter Diabolum & mulierem conſtituuntur, ad omnes pios pertinet.

G III. Quamvis facultas diabolum calcandi Chriſto ſit propria, tamen ſuis fidelibus illam communicat.

IV. Maledictiones inflictæ à Deo primis hominibus, non ſolùm pœna fuerunt, ſed ſimul humana explicarunt officia, atque remedia attulerũt contra tentationes & peccata.

V. Si creaturæ hominis tranſgreſſione collapſæ ſunt in deteriores conditiones, par eſt, ut ejus reformatione ipſæ quoque inſtaurentur.

H VI. Cùm Deus otium ab homine removeat, qui prorſus laborem fugiunt, ejus voluntati non conſentiunt.

VII. Chriſtus harum maledictionum pœnas priori ſuo adventu non abſtulit, ſed lenivit, ſecundo verò omnino tollet.

VIII. Cùm veſtes propter utilitatem & honeſtatem præſentis vitæ ſint inventæ, illæ meritò reprehendentur, quæ aliquid contra hæc duo habuerint.

IX. Sacrificia ſunt ſigna quibus divinam confitemur excellentiam.

I X. Antea quiſpiam Deo eſt acceptus, quàm ejus opera illi grata ſint.

XI. Quæ Deus vel hortando vel jubendo de-

Digitized by Google

A monſtrat agi oportere, illa ut à nobis fiant non eſt in facultate noſtra niſi illius adjuvet gratia.

PROBABILIA.

I. Apertos fuiſſe oculos primorum hominum poſt peccatum dicit Scriptura, quòd novæ pœnæ ſenſus novus eruperit.

II. Exemplo Dei tam accuratè de peccato interrogantis, Iudices admonentur, ne damnent inauditos & non excuſſa cauſa.

B III. In ſerpentis maledictione illæ commemorantur diaboli pœnæ, quibus facilè poſſumus adduci, ut nobis ab eo caveamus.

IV. Ex impoſitis nominibus uxori primi hominis, ejus primogenito & multis aliis in veteri inſtrumento, docemur ut noſtris domeſticis ea nomina imponamus, quibus de beneficiis Dei ſubinde admoneamur.

V. In ejectione Adami è Paradiſo, & abſtentorum & excommunicatorum umbram videre licet.

C *PROPOSITA EX IV. V. & VI. Capite Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Qui proximi ſui cuſtodem ſe eſſe recuſat, inſtar Caini, is à charitate ſe eſſe alienum oſtendit.

II. Quamdiu ſceleratos Deus permittit eſſe ſuperſtites, contra illos privatus gladius non debet inſurgere.

III. Cùm Deus valeat defendere quos diligit, & tamen illos interdum ſinat opprimi, conficitur eam oppreſſionem illis ipſis utilem eſſe. D

IV. Ex eo quòd Deum credimus juſtum eſſe, & nunc ſæpe illius amici malè tractantur, infertur illius expectandum eſſe judicium in poſterum quo iſta recompenſentur.

V. Quamvis munitionum inventum, ex mala fuit occaſione, tamen ejus licitus eſt uſus.

VI. Genealogiarum deſcriptio, quæ in Sacris literis habetur, non eſt levis utilitas.

VII. Vti piorum mos eſt titulos & nomina rebus invenire, dum Dei laudes reſonant: contra impij non Dei ſed ſui ipſius memoriam quærunt illis ſtabilire. E

VIII. Quotquot nunc inter homines naſcuntur, non ſolùm Dei imagine, ſed primi quoque Adami ſunt inſigniti.

PROBABILIA.

I. Veteres qui fuerunt ante diluvium, ſeriùs quam noſtræ ætatis homines perveniſſe ad pubertatem eſt veriſimile.

II. Qui recenſentur in hac genealogia, fieri poteſt, ut non omnes fuerint primogeniti. F

III. Hominum genus citò auctum fuiſſe numero, argumento eſt copioſa manus filiorum Iſrael, in Ægypto brevi tempore ex paucis hominibus procreata.

IV. Vtrum angeli, Dæmones, an homines pij, ſive principum filij, dicantur fuiſſe filij Dei, qui ad filias hominum ingrediebantur, ex Sacris literis non poteſt definiri.

V. Centum & viginti anni, qui perhibentur G hominibus dati ante diluvium, fuerunt ſpacium illis conceſſum ad reſipiſcendum.

PROPOSITA EX VI. VII. & VIII. Capite libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Non ſolùm verbis curavit Deus ut ſui prophetæ de utilibus admonerent homines, ſed externis quibuſdam actionibus, id etiam ab illis effici voluit.

II. Quamvis Deus novit aliquos ad ſe non eſſe reverſuros, haud tamen illos fruſtra multis modis H vocat.

III. Quandoque fieri poteſt, ut ſancti pro aliquibus non orent, haud vitio ſuo adducti, ſed juſſu Dei.

IV. Quando fœdus init Deus cum hominibus, omnia ibi ex ejus miſericordia pendent.

V. Deus nonnunquam multa bona quibuſdam largitur, in illorum majorum & poſterorum gratiam.

VI. In Eccleſia bene inſtituta, id inter cætera curandum eſt, ne membris Chriſti corporalis deſit I ſuſtentatio.

VII. Bona opera non ſunt cauſæ ſalutis: ſed bene concedimus, par eſſe, ut quibus Deus illa dedit, eiſdem quoque ſalutem largiatur.

VIII. Multa quæ in Moſaica lege de cæremoniis jubentur, etiam ante legem ſervata fuiſſe reperitur.

IX. Deus recordari dicitur, non quòd is unquam obliviſcatur, ſed quia effecta habet hominis, qui alicujus rei meminerit.

X. Deum nonnunquam pœnituiſſe legimus, non quòd hac perturbatione agitetur, ſed quia id facit, quod pœnitentes agere conſueverunt.

XI. Cùm aſſerimus Deum alicujus rei pœnitere, non in ipſo, ſed in hominibus collocanda eſt mutatio.

XII. Pœnæ id non eſt tribuendum per ſe, quòd vim purgandi peccatum habeat.

XIII. Sacrificia externa Deo ſunt grata, ſi interno ſacrificio ſint conjuncta.

XIV. Sacrificia externa Deo plurimum diſplicent, ſi animus vacuus ſit interno ſacrificio.

PROBABILIA.

I. Quòd munda & immunda ſint quædam animalia, potius noſtra exiſtimatione factum eſt, quàm illorum natura.

II. Diluvium typus eſt judicij extremi.

III. Arca typus Eccleſiæ erat.

PROPOSITA EX VIII. & IX. capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Cœna dominica ſacrificium dici poteſt, verùm non quòd expiet mortuorum animos, nóſque ut dicunt ex opere operato juſtificet.

II. Quicunque ex Adamo omnino naſcuntur, peccato originis ſunt obnoxij.

III. Pœnitentia & fide, qua præditi fuerunt ſancti, hoc vitio abſoluti, naturæ corruptio non tollitur.

IV. Qui ob peccatum originis mulctantur, non alieni, ſed ſui peccati pœnas luunt.

V. Nullæ morales virtutes, aut humana induſtria, hunc naturæ morbum tollere poſſunt.

VI. In hoc originis vitio peccatum & reatum complicari affirmamus.

VII. Reatus & peccatum originis inter ſe non ſunt eadem.

VIII. Peccatum originale eſt totius hominis depravatio ab imagine Dei poſt lapſum primi hominis inducta.

IX. Non admittitur hæc illatio: Iſtud non eſt in noſtra poteſtate, ergo non eſt peccatum.

X. Peccatum originis remittitur fide per Chriſtum.

XI. Baptiſmo minimè remittitur, ut dicunt, ex opere operato, ſed vi fidei.

XII. Non addixit hujus peccati remiſſionem Deus uſque adeo ſacramento baptiſmi, ut ſine eo illam interdum non largiatur.

XIII. In his qui ad Chriſtum non pertinent, peccatum originis gehennæ parit damnationem.

XIV. Dei promiſſiones ad ſtudium orandi accedunt.

PROBABILIA.

I. Ex maxima animi conjunctione cum carne illa vitiata poſt primi hominis lapſum, & ipſe contaminatur originis peccato.

II. Ceremonia qua præcipiebatur, ut ſibi temperarent à ſanguine, partim Chriſti ſacrificium adumbrat, partim de lenitate nos admonet.

III. Anima cum brutorum tum hominum, dum ſanguis dicitur, id tropica locutione eſt intelligendum.

PROPOSITA EX IX. X. XI. & XII. Capite libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Non licet alicui ſibiipſi manus afferre, niſi ad hoc præcipuo Dei afflatu incitetur.

II. Ab hominis cæde temperare debemus, quia ad imaginem Dei eſt factus.

III. Licet Chriſtianis ad tuendam vitam uti

armato

Digitized by Google

armato magiſtratus præſidio.

IV. Ebrietas, uti meritò in ebrioſis damnatur, ita in Noacho excuſationem non meretur.

V. Quæ vera ſervitus eſt, ex peccato ſuam originem habuit.

VI. Servitus humanæ naturæ contraria eſt, prout à Deo fuit inſtituta.

VII. Non licet ſervis, Chriſtianiſmi titulo, jugum ſervitutis executere: Imò quò magis Chriſtiani ſunt, dominis ſuis inſervire debent.

VIII. Quo ad redemptionem, animorum fœlicitatem & juſtificationem per Chriſtum, inter ſervos & liberos nihil intereſt. B

IX. In externis & politicis rebus, inter ſervos & liberos Chriſtianis hominibus multis differentiis uti licet.

PROBABILIA.

I. Fœdus initum à Deo cum Noacho, cujus ſymbolum arcus cœleſtis eſt, adumbravit fœdus liberationis per Chriſtum. C

II. Ex Dei promiſſionibus reſpicientibus corporis vitæ conſervationem, inferre poſſumus illum eundem animorum ſalutem nobis daturum eſſe.

III. Materia & efficiens cauſa arcus cœleſtis, illius colores & figura, ſunt appoſita ſymbola, ut deſignent generale diluvium non amplius eſſe timendum.

IV. Chriſtiani patres arcum cœleſtem veriſimili argumento Chriſtum interpretantur. D

V. Noach cùm ebrius ac denudatus in ſuo tentorio derideretur à filio, Chriſti crucifixi typum geſſit.

VI. Eſt quædam ſervitus voluntaria ex charitate, quæ etiamſi peccatum non contigiſſet, locum in noſtra natura habere potuit.

PROPOSITA EX XIII. ET XIV. *capitibus Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Divina vocatio reſpicit ſalutem vocatorum per fidem: interdum id ſpectat ut ab eis certa aliqua obeatur functio.

II. Eſt & quædam vocatio inefficax, quia vocati eò non perveniunt, quò vocantur.

III. Fides pendet à vocatione.

IV. Vocatio propter noſtra opera, aut merita, nobis à Deo minimè offertur. F

V. In emergentibus periculis, quando homini ſuggeritur, quid humana via agere poſſit, niſi id faciat, Deum tentat.

VI. Divitiarum uſus atque poſſeſſio, Chriſtiano homini à Deo non eſt interdicta.

VII. Chriſtianus hoc pacto bona ſua tenetur relinquere, ut inde avocet animum, ne illis nimis implicatus vocationi ſuæ minus inſerviat.

VIII. Tenetur interdum Chriſtianus, ita ſuas relinquere facultates, ut illas re ipſa propter Chriſtum abjiciat. G

IX. Licet Chriſtus divitiarum poſſeſſionem nō interdicat, damnat nihilominus earum fiduciam.

X. Chriſtiano convenit juſtis rationibus facultates ſibi acquirere.

XI. Carnali ſemini Abrahami Deus pollicitus eſt provinciam Chanaan: at ſpirituali, orbis hereditatem.

XII. Fidem non mediocriter excitat aſſidua repetitio promiſſorum Dei. H

PROBABILIA.

I. Complures res quæ ab Abrahamo geſtæ leguntur, non modò eorum umbræ fuerunt, quæ ad novum inſtrumentum pertinent: verumetiam illorum, quæ eventura erant ejus poſteris ante Chriſtum natum.

II. Tempore legis mors vehementius à patribus timebatur, quàm nunc à veris Chriſtianis ſub Evangelio. I

III. Quando permittit Deus præcipuos ſanctos nonnunquam labi, utitur illorum infirmitate ad

A eorum ſpiritnale commodum.

IV. In Saræ pudicitia tuenda, cùm Abrahamus non haberet quid ageret, illam domino piè committit ſervandam.

V. Qui Abrahami factum, quo Saram ſororem ſuam, non uxorem haberi voluit, probant, quique cum tum lapſum eſſe aiunt, probabiles utrinque habent ſuæ ſententiæ rationes.

PROPOSITA EX XIV. ET XV. *Capitibus Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Bellum gerere pietati Chriſtianæ minimè repugnat.

II. Bellum quando gerendum eſt, non à privatis hominibus, verùm à publica poteſtate ſuſcipi debet.

III. Magiſtratus ut bellum juſtè gerat, habeat neceſſe eſt juſtam cauſam: atque illa ad id incitari debent, non privatis affectionibus.

IV. Miniſtrorum Eccleſiæ non eſt ut externis armis bella gerant, niſi privato Dei afflatu ad hoc inſtigentur.

V. Miniſtris Eccleſiæ licet in bello juſtè pugnantibus adeſſe, ac interdum ſuadere juſta bella magiſtratibus.

VI. In bello uti inſidiis non eſt interdictum.

VII. Magiſtratus omnia quæ fieri poſſunt pro pace cùm retinenda tum impetranda, antea debet experiri & facere, quàm bellum ſuſcipiat.

VIII. Confœderatos adjungere ſibi ad ea vel tuenda vel obtinenda, quæ nobis Dei bonitate donantur, Chriſtianis non eſt prohibitum.

IX. Chriſti ſacerdotium & diuturnius & præſtantius Levitico, deprehenditur in typo Melchiſedechi.

X. In promiſſionibus Abrahamo factis, Chriſtum ſervatorem ſibi offerri illum ſenſiſſe, fateri debemus. E

PROBABILIA.

I. Deus patres in veteri inſtrumento & divitiis & victoriis inſignivit, quo illis conciliaretur autoritas in Dei cultu legitimo promulgando.

II. Abrahamus quando bellum geſſit adverſus quatuor reges, non omnino privatus fuit.

PROPOSITA EX XV. CAPITE *libri Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Accepiſſe à Deo legem aut audiviſſe, non juſtificat.

II. Ex operibus legis, quæ nonnulli Moralia appellant, non juſtificamur.

III. Ex fide viva, non mortua, juſtificamur.

IV. Cæremoniæ ex vi actionis, ſive (ut dicunt) ex opere operato, non juſtificant.

V. Iuſtificari, quamvis multipliciter dicitur, in noſtris Propoſitionibus accipiendum eſt, ut ſignificet Remiſſionem peccatorum & participationem juſtitiæ Chriſti habere.

VI. Fides eſt firmus animi aſſenſus divinis promiſſionibus de Chriſto ex perſuaſione Spiritus ſancti ad ſalutem.

VII. Præter juſtitiam Chriſti nobis imputatam per fidem, concedimus adhuc dari juſtificatis hominibus aliam quandam inhærentem juſtitiam, illámque bonis operibus & ſanctis exercitiis acquiri.

VIII. Inhærentem ac acquiſitam juſtitiam & Deo gratam & neceſſariam ad ſalutem fatemur.

IX. Iuſtitia inhærente & acquiſita homines, quātumvis ſancti, in Dei judicio non poſſunt ſubſiſtere.

X. Opera ad conſequendam juſtitiam Chriſti & remiſſionem peccatorum, quam fide percipimus, non concurrunt tanquam eorum partialis cauſa.

PROBABILIA.

I. Legis cæremoniæ, quæ continebant Chriſtum fide apprehenſum, poſſunt concedi, juſtificaſſe.

Digitized by Google

II. Cùm dicimus nos fide juſtificari, fidem arbitramur accipiendam, pro diſpoſitione & facultate qua efficimur capaces remiſſionis peccatorum & juſtitiæ Chriſti.

III. Operibus juſtificari hominem cócedimus, verùm id, quoad juſtitiam inhærentem, vel ad præmia, quæ prius bonam ac ſanctam vitam à Deo conſequimur.

PROPOSITA EX XVI. ET XVII. capite libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Fœdus patrum, & quod modò nos habemus, poſt Chriſti adventum, idem eſt, quo ad ejus fundamentum, quod eſt Chriſtus, licet aliqua ſit diverſitas in ritu cæremoniarum.

II. Circuncíſio & baptiſmus, quo ad rem Sacramenti, idem ſunt, non abſtante cæremoniæ diverſitate.

III. Chriſtianorum infantes, quando naſcuntur, non minus ad Deum pertinent, quàm Iudæorum filij antiquitus pertinuerunt: ideo ita baptiſmo tingendi, ut illi circuncidebantur.

IV. Sacramentum eſt ſymbolum externum à Deo inſtitutum, ad ſignificandam & exhibendam gratiam illud ritè ſuſcipientibus.

V. Sacramenta in veteri inſtrumento, non modò ſignificabant, ſed exhibebant etiam Dei gratiam.

VI. Sacramenta non ſunt cauſa gratiæ, ſed organa, quibus Deus utitur dum ſuos ſanctificat.

VII. Sacramenta non ſunt organa divinæ gratiæ adeò neceſſaria, ut Deus illis omnino ſuam vim alligarit, quaſi ſine eis præſtare ſalutem non valeat.

VIII. Vt Sacramenta non poſſunt ſine graviſſima culpa negligi, ita cum maxima utilitate percipiuntur.

IX. Circuncíſio eſt Sacramentum à Deo patribus traditum, ad ſignificandam & exhibendam regenerationem, illam ritè ſuſcipientibus.

X. Pueri Iudæorum, etiamſi ante octavum diem incircunciſi periiſſent, ſervabantur: nec minus Chriſtianorum parvuli ſi obeant ante baptiſmum.

PROBABILIA.

I. Iudæi qui hodie Chriſto reſiſtunt ſua infidelitate, ad fœdus Dei cum Patribus initum non pertinent.

II. In Iudæis, quod attinet ad illorum genus ſecundum carnem, adhuc non ſunt impletæ divinæ promiſſiones: ideo non prorſus aliena illorum natio eſt à fœdere Dei.

III. Quando Abrahamus ancillæ ſuæ commixtus eſt, ibi nec ipſe nec illius uxor peccavit.

IV. Ancillæ, quas uxores ducebant quidam Patriarchæ, non propter illud conjugium eximebantur à ſervitutis conditione.

PROPOSITA EX XVIII. ET XIX. capite libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Incurvatio corporis, quam honoris gratia Abrahamus exhibuit angelis, non eſt accuſanda, quòd pertineat ad idololatriam.

II. Ex illorum angelorum numero, aut ſermonibus inter illos & Abrahamum, non colligitur neceſſariò in una divina natura tres eſſe perſonas.

III. Quamvis certa ſit peccatorum menſura, ultra quam Deus non differt ultionem; illam tamen minime percipit naturalis noſtra notitia.

IV. Regionibus & urbibus interdum parcit Deus in gratiam electorum ſuorum: at non ſemper.

V. Non poteſt divinæ juſtitiæ lex præſcribi, ut definiamus, quòd requirantur juſti in aliquo loco, ut Deus illis parcat.

VI. Compenſatio delictorum non eſt approbanda, ita ut levius peccatum quiſpiam admittat, ne alius in gravius incidat, ſive aliquo pacto malè afficiatur.

VII. Mendacia, quantumvis officioſa, evitari debent.

VIII. Miniſtris ſuis communicat Deus idiomata quarundam ſuarum actionum.

IX. Everſio Sodomorum ſpecimen exhibet nobis extremi judicij.

X. Infantes qui perierunt in Sodomorum everſione, non injuſtè oppreſſi ſunt.

PROBABILIA.

I. Qui excepti ſunt ab Abrahamo in convivio, & profecti ad Sodomam evertendam angeli fuerunt: non tres Hypoſtaſes, quas in ſancta trinitate colimus.

II. Spes eò magis in hominibus piis augetur, quo pluribus divina gratia donis ornatur.

III. Si cui loco, ubi plurima vigent ſcelera, diutius à Deo parcatur, illum cogitare debemus ibi ſuos habere electos, quamvis occultos.

PROPOSITA EX XIX. ET XX. Capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Quæ non rectè fiebant à Patribus, non poſſumus hoc titulo excuſare, ut dicamus illa non fuiſſe peccata, quia Typi erant novi Teſtamenti.

II. Ignorantia, à peccato, non prorſus excuſat filias Lothi, quando ei commixtæ ſunt.

III. Non decet pium virum ex ebrietate conſolationem quærere, quando adverſis caſibus premitur.

IV. Ebrioſi debent excommunicari.

V. In vitio ebrietatis, alienatio mentis non eſt peccatum, ſed pœna conſequens immoderatam potationem, quæ revera peccatum eſt.

VI. Somniorum obſervatio non eſt à Deo generaliter interdicta, verùm ſolummodo vana & ſuperſtitioſa.

VII. Somnia licet obſervare quò à Deo per illa interdum homines erudiuntur, aut quo naturali connexione aliqua nobis indicant.

VIII. Prophetia quæ in ſacris literis probatur, eſt vis agnoſcendi arcana lumine divino hominibus per afflatum Spiritus ſancti conceſſa, ſine humana doctrina adhibita.

IX. Non eſt connexio neceſſaria inter Prophetiam & fidem juſtificantem.

X. Pietatis eſt proprium cuncta referre in divinam cauſam.

PROBABILIA.

I. Mala quæ ab ebriis committuntur, illis adſcribenda vel non adſcribenda ſunt, prout volentes aut imprudentes immoderatè biberunt.

II. Quia minus rationem opprimit cupiditas, quàm vinum, ideo magis excuſandi ſunt ebrij, ſi quid perperam agant, quàm peccantes cupiditatis impulſu.

III. Primitiva Eccleſia habuit plures Prophetas, quàm modò habet, quia ſigna exigebantur ad homines cogendos ad Chriſtum, & quia Chriſtiana doctrina nondum à piis humano ſtudio haberi poterat.

IV. Nos non habemus, quemadmodum antiqua Synagoga, perpetuos Prophetas, quia omnibus veteribus unus ſucceſſit Chriſtus & ejus Spiritus, qui Eccleſiæ ſuæ adeſt.

PROPOSITA EX XXI. Capite libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Iuramentum eſt confirmatio voluntaris Dei, vel divinarum rerum teſtimonium.

II. Iuramentum ex ſuo genere eſt bonum.

III. Chriſtiano homini licet jurare.

IV. Iuramentum quamvis oriatur ex mala occaſione, eſt tamen ex bona cauſa.

V. Iura-

Digitized by Google

V. Iuramentum, quo ea confirmantur, quæ cum verbo Dei pugnant, eſt irritum.

VI. Ad perjurium cavendum valet, non uti juramento, niſi raró, & magnis de cauſis.

VII. Non eſt jurandum per nomina idolorum.

PROBABILIA.

I. Iurare per creaturas, non eſt omnino à Deo prohibitum.

II. Non excuſantur à perjurio, qui fraudulentis & doloſis verbis agunt.

III. Licet Chriſtianis ſuſcipere juramenta ab infidelibus, quamvis jurent per ſuorum idolorum nomina.

PROPOSITA EX VIGESIMO ſecundo & vigeſimo tertio capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Tentatio eſt ignotæ rei exploratio, ad ejus notitiam eliciendam.

II. Deum authorem eſſe tentationum, non eſt negandum.

III. Tentationum non ita ponendus eſt Deus author, ut peccatorum culpa in eum rejiciatur.

IV. Sanctis licet deprecari tentationes.

V. Pij homines non timent tentationes, quibus à vita æterna excludantur.

VI. Plorare in funeribus non interdicitur.

VII. Etſi mors nulli contingit, niſi volente Deo, tamen qui mortem aliorum dolent, divinæ voluntati non repugnant.

VIII. Cavendum ne protractus vel auctus luctus, fidei reſurrectionis adverſetur.

IX. Vtrum ſepulti an inhumati jaceant defuncti, quoad eorum ſalutem, nihil refert.

X. Sepulchro ornari vel illo deſtitui, viventium eſt vel ſolatium, vel triſtitia.

XI. Cura ſepeliendi, ut religioſum munus eſt retinenda.

XII. Revelationi, qua præcipiuntur martyrum oſſa effodi ſepulchris, ut adorentur, non eſt credendum.

PROBABILIA.

I. Abſurdum eſt in templis cadavera ſepeliri.

II. Mortui ſancti ignorant ex ſeipſis, quid circa illorum cadavera aut ſepulchra fiat.

III. Locum ſepulchri ſibi deligere, pietati eſt conſentaneum.

PROPOSITA EX XXIV. ET XXV. Capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Servus Abrahami, qui ſignum ſibi conſtituit ad agnoſcendam uxorem Iſaaco à Domino delectam, non tentavit Deum.

II. Qui experimentum quærit divinæ virtutis, ut ejus fides aut aliorum magis confirmetur, aut ipſe magis, aut alij inſtruantur, is non tentat Deum.

III. Illi tentant Deum, qui ſine vera fide, ſed ex contemptu, ut ſuæ curioſitati cupiditative ſatisfiat, ſigna quærunt.

IV. Tentare Deum, eſt de ejus potentia, bonitate, & fide ſine cauſa experimentum quærere.

V. Curioſitas eſt immoderata ſciendi cupiditas, qua vel non inquirenda inquirimus, aut quærenda non recta ratione indagamus.

VI. Mulieres, quæ interdum patriarcharum concubinæ dicuntur in ſacris literis, fuerunt eorum uxores.

VII. Ea quæ nobis ex prædeſtinatione debentur, ut aſſequamur, precari & laborare debemus.

VIII. Cùm prædeſtinatio actionem Dei æternam ſignificet, nullam ei poſſumus extra Deum aſſignare cauſam efficientem.

IX. Concedimus Deum prædeſtinare illos, quos præſcivit bene uſuros donis ſuis: verùm negamus, illum bonum uſum donorum Dei, cauſam eſſe divinæ prædeſtinationis.

X. Vocatio, bonus uſus donorum Dei, fides, cæteráque virtutes & ſanctæ actiones piorum, cauſæ & principia prædeſtinationis eſſe poſſunt: verùm à poſteriori & ad cognoſcendum.

XI. Declaratio divinæ bonitatis & juſtitiæ finalis cauſa, ſed generalis, divinæ prædeſtinationis aſ-

A ſignari poteſt.

PROBABILIA.

I. Patres ex ſua cognatione quærebant uxores, ut major conformitas morum in matrimonio haberetur, firmiúſque vigeret apud eos divinus cultus, & cum infidelibus minus communionis eſſe oſtenderetur.

II. Steriles, quæ non peperiſſe deſcribuntur in veteri inſtrumento, declarant Dei donum eſſe fœcunditatem: & partui Virginis fidem faciunt: poſtre-
B mò filiorum Dei regenerationem adumbrant, ad quam ineptæ ſunt humanæ vires.

III. Non redduntur modò nobis oracula ut priſcæ ſynagogæ, ſed quòd oraculorum finis Chriſtus jam datus ſit & copioſior per illum ſpiritus provenerit: demúmque plures & clariores ſcripturæ ſanctæ modò extent, quàm patres habuerint.

PROPOSITA EX XXV. XXVI. ET xxvij. Capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

C I. Etſi Deus aliquid eventurum eſſe hominibus revelat, non ideo eis licet contra divinas leges aut contra rectam rationem facere, quo illud eveniat.

II. Tametſi qui nobis benefaciunt, mali ſint, eis nihilominus debemus grato animo & benefacere & bene cupere.

III. Quando in ſacris literis aliqua Patrum peccata narrantur, inde vitæ exemplum non debemus petere: verùm illic potius admirari Dei fidem.

D IV. Cùm orbis fame premitur, ea non eſt dubitandum peccata puniri.

V. Deus poſteris interdum benefacit propter majorum merita, qui jam obierunt.

VI. Quamvis invidia ſit grave peccatum; tamen affici νεμέσει & zelo, contingit quandoque citra culpam.

VII. Vehementes animi perturbationes vitandæ ſunt, ut apta ſimus Spiritus ſancti organa.

VIII. Actiones Patrum quas peccati ſpeciem
E habere videmus ſi illos demus incitatos fuiſſe ad ea divino ſpiritu, peccatum ibi non habet locum.

IX. Ex proſperis & adverſis quoad externa, non poteſt certò judicari, qui homines Deo ſint chariores.

X. Quamvis miniſter verbi & ſacramentorum eſt Dei inſtrumentum, non tamen ſuo arbitratu facit, ut illa proſint quibus voluerit, cùm id ex Dei voluntate pendeat.

PROBABILIA.

F I. Cùm nobis ſacræ literæ diligenter exponunt quaſdam Patrum actiones, dum pueri eſſent, nobis declarant, conſueviſſe Deum ſæpe hominibus indicare hujuſmodi præludiis, quæ poſtea adultis eventura ſint.

II. Peccata Patrum allegorica ſignificatione ſæpe nobis typos exhibent rerum ad ædificationem pertinentium.

III. Patres in veteri inſtrumento leguntur quandoque liberis ſuis ſolenniter benedixiſſe ſub fi-
G nem vitæ, ut præclara vaticinia & ſententiæ quas tũc in illis benedictionibus proferebant, attentius & perciperentur & retinerentur.

PROPOSITA EX XXVII. ET xxviij. Capitibus libri Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Cùm fœlicitas æterna obtinenda per Chriſtũ minimè percipiatur humano ſenſu aut ratione: terrenorum bonorum nominibus commodè nobis deſcribitur in ſacris literis.

H II. Chriſti fidelibus, quamvis ſub cruce, & in perſecutionibus modò vivunt, tribuitur à ſancta ſcriptura ſumma copia bonorum temporalium quo illis exprimitur vera felicitas, quam in præſentia etſi non abſolutam, inchoatam tamen poſſident.

III. Fletus & dolor poſt admiſſum peccatum eſt inutilis, ſi à vera pœnitentia non proficiſcatur.

IV. Deus in fines à ſe prædeſtinatos dirigit hominum opera, illis quandóque imprudentibus; in-
I terdum verò conſilio rationéque ſua eis demonſtrata.

V. Qui cum pro ſua vocatione, ut indignus non

Digitized by Google

promoveatur aut præficiatur aliis: is non odio, ſed amore erga illum exiſtimandus eſt affici: ſiquidem inter alia ſtudet, ne ita promotus, dum malè ſe gerit, graviorem damnationem ſubeat.

VI. Imprudentibus & minus bonis, magis expedit ſervire quàm imperare: ideò eis, quoad ſe tales exhibent, illam debemus optare conditionem.

VII. Mulieribus etſi in Eccleſia loqui eſt interdictum, quia tamen nonnunquam ſunt prudentes, & gratia Dei illuſtratæ, privatim ſunt audienda earum conſilia: neque ita, quòd à fœmina ſint, ſtatim contemni debent.

VIII. Declinare perſecutiones & fugere, ſi in loco & tempore fiat, laudabile eſt.

IX. Quamvis ad ferendam ſententiam de alicujus probitate & juſtitia, non habemus certius indicium, quàm ex ejus operibus: tamen argumentum neceſſarium, non inde colligitur ad eam inferendam.

X. Chriſto tribuitur primò, ut ſit domus Dei: per illum verò Eccleſiæ, & cuique fideli.

XI. Figere aliquos titulos publicè in memoriam beneficiorum Dei, nec eſt ſuperſtitioſum, nec legi divinæ adverſatur.

XII. Illæ preces ſunt efficaciſſimæ, quibus ea petimus quæ ſcimus nobis à Deo eſſe promiſſa.

PROBABILIA.

I. Vtrumque fieri potuit, & quod Iſaacus voluntatem Dei ſciverit circa filios, antequam illis benediceret, atque eam ignoraverit.

II. Cùm non ſit niſi unus Chriſtus, non potuit dari Eſavo eadem benedictio, quæ Iacobo.

III. Quod Rebecca minorem filium majori prætulerit, excuſari poteſt, cùm propter oraculum quod de eis audiverat: tum quia curavit, ut populo Dei præficeretur melior, & minus idoneus removeretur.

IV. Conſuetudo ut tempore Apoſtolorum ordinandis miniſtris Eccleſiæ adhiberentur precationes & prophetiæ, videntur à veteribus patribus deſumpta: qui filiis benedicendis & illis bona precabantur, ac eventura prædicebant.

PROPOSITA EX VIGESIMO octavo & vigeſimonono capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Divina providentia, quam Sacræ literæ Dei ſapientiam appellant, non modò futura prævidet, verum creatis rebus proprios fines conſtituit, & eas in ipſos dirigit.

II. Nihil eſt adeo abjectum in rebus creatis quod providentiam divinam ſubterfugiat.

III. Si quid in orbe caſu aut fortuna fieri dicitur, hoc non ad divinum, ſed ad noſtrum intellectum eſt referendum.

IV. Votum in earum rerum genere ponitur, quæ ad cultum Dei pertinent.

V. Hominibus natura inſitum eſt, ut Deo vota nuncupent, ſi quando adnitantur ſeriò quippiam impetrare.

VI. Votum eſt ſancta promiſſio, qua nos obligamus ad aliquid offerendum Deo.

VII. Ad bene vovendum neceſſaria eſt notitia earum rerum quæ Deo offerri, vel ab ipſo peti debent, ut vovendo non offeramus, niſi quæ Deo ſcimus eſſe grata, nec illa petamus, quæ divinæ voluntati adverſantur.

VIII. Quæ ſint illa quæ Deo placeant, ad amuſſim divinarum ſcripturarum debemus expendere, ſed ante legem latam Patribus licuit regula naturalis luminis ea examinare.

IX. Monaſtica vota, & quibus obſtringunt ſe homines ad peregrinandum, ut fit in Papiſmo, impia ſunt habenda.

X. Quando Iacob decimas vovit, utque divino cultui certum locum deputaret, ea obtulit Deo quæ illi grata eſſe per ſe notum erat.

XI. Quamvis vel ſine voto ea omnia facere tenemur, quæ Deo ſcimus eſſe grata, tamen aliquid vovere, non eſt ſupervacaneum.

XII. Voti obligatio non adverſatur veræ libertati.

XIII. Vbi incerti ſumus de aliqua re, utrum Deo placeat, aut inde videmus periculum nobis imminere, temperandum eſt à voto, quo nos obſtringamus ad offerendum illam Deo.

XIV. Qui aliquid vovere ſtatuunt, ante omnia id curare debent, ut ipſi Deo placeant.

XV. Deus quoad matrimonium, ut multos propinquitatis gradus interdixit, ita iniri voluit inter illos qui non admodum eſſent diſpares genere, quò charitas eſſet amplior, & conformitas major.

XVI. Cùm in matrimonio conſenſus requirantur conjugum, ſic ut una pro alia ſupponatur, etſi carnalis conjunctio ſequitur, ibi ratum non eſt matrimonium.

PROPOSITA EX XXIX. XXX. & XXXI. Capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Iacob non eſt accuſandus, quòd plures habuerit uxores, tum ratione temporis, tum quia ipſe unam tantùm petiit, cæteras verò duxit aliorum impulſu.

II. Quamvis liberi, divitiæ, ac honores, ſint benedictiones Dei, non tamen qui iſtis carent ſunt pronunciandi ſimpliciter maledicti.

III. Vt ſollicitudo eſt evitanda comparandarum divitiarum liberis noſtris, ita amplectendus eſt labor & ſtudium parandi illis neceſſaria, quò non cogantur mendicare.

IV. Induſtria & obſervatio, qua à naturalibus rebus noſtra commoda elicimus, non faciunt, quo minus illa divinæ bonitati aſcribi debeant.

V. Induſtria Iacobi, qua oves & capras propoſitis virgis in canalibus concipere curavit, miraculum adjunctum habuit.

VI. Cùm ſanitas ægrotis reddenda, ſit in manu Dei, & pharmaca ſint inſtrumenta, quibus ipſe utitur ad eam reparandam, ideo non ſunt negligenda, neque illis eſt nimium tribuendum.

VII. Non debemus ab aliquo furtim ſubtrahere, quod ab eo nobis debetur, ne magiſtratus publicam poteſtatem violemus.

VIII. Vera fides non patitur, ut ſyncero Dei cultui alienum & ſuperſtitioſum admiſceamus.

IX. Vt religio repurgetur ab idolis & ſuperſtitionibus, non eſt privatorum hominum vi agendum, verum ad hoc legitima ſunt inſtrumenta, ſacræ conciones, & pia colloquia adhibenda.

X. Magiſtratus eſt curare, ut in ſua ditione habeatur doctrina ſana: deinde armis & vi prohibere debet, ne quid in ea fiat quod legitimo Dei cultui repugnet.

XI. Præceptum Domini de fuga in perſequutione, non eſt revocatum, neque fuit, ut nonnulli aſſerunt, temporarium.

XII. Non eſt fugiendum in perſecutione, ut infirmitati & timori indulgeamus, verùm quo divinæ gloriæ magis inſerviatur.

XIII. Paſtores Eccleſiæ ſunt neceſſarij, cùm ſine illis ovium Chriſti ſpiritualis vita, nec parari, nec retineri poſſit.

PROBABILIA.

I. Polygamia eſt evitanda, quia & multa affert incommoda, & leges civiles, quæ receptæ ſunt, & honeſtas, illam prohibent.

II. Qui donum à Deo non habet continendi, matrimonium detrectare non debet paupertatis prætextu.

III. Ex vi imaginariæ facultatis, quæ corpus immutat, & fœtum corpori adjunctum, concludere poſſumus, magnam fidei vim, quæ totum immutet hominem, dum Chriſtum efficaciter apprehenderit.

PROPOSITA EX XXXI. XXXII. XXXIII. & XXXIV. Capitibus Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Habuit Eccleſia, ante Chriſti adventum, δυνάμεις, id eſt ſpiritus facultatem puniendi impios.

II. Cavendum eſt ab irritandis ſanctis hominibus, nam ſæpenumero audiuntur, quum aliquibus male precantur.

III. Convenit his qui præſunt populo Dei, ut de objectis criminibus ſe purgent, ſi ſuam innocentiam teſtatam velint.

IV. Tametſi

IV. Tametſi Scriptura commemorat plura angelorum nomina, tamen illorum naturam, proprietates & differentias parum nos docuit.

V. Ex eo, quod Chriſtus omnes angelos gloria excedit, nóſque ſecum ad dexteram Dei ſedere fecit, non infertur neceſſario, ſanctos futuros eſſe Angelis præſtantiores.

VI. Timor piis hominibus ideo prodeſt, quod illis ſtimulus eſt ad Deum invocandum, & caute agendum.

VII. Quando hominibus Deus vel Angeli ſe offerunt ſub aliqua ſpecie corporalium rerum, non mentiuntur, cum illis utantur ad eos inſtituendos.

VIII. Lucta Iacobi cum Angelo eum admonuit de viribus à Deo ſibi collatis: ita ut vinci non poſſit, neque repelli à conſequendis promiſſis.

IX. Nominum varietas, qua Deus & Angeli in Scripturis nominantur, derivata eſt ex actionum diverſitate, quæ illis tribuitur.

X. Peccati pœna eſt, quod hominis aſpectus Dei præſentiam ferre non valet.

XI. Qui matrimonia init cum infidelibus, neglectæ religionis habetur reus.

XII. Nullus populus verè eſt unus, qui in ſeipſo de religione diſſentit.

PROBABILIA.

I. Vtrum per ſomnium aut vigilando luctatus ſit Iacobus cum Angelo, nil poſſumus ex Scriptura convincere.

II. Deum videre à facie ad faciem non ſemper ſignificat in Sacris literis, Dei naturam & eſſentiam perſpicuè intueri.

III. Nervus ab Angelo percuſſus in lucta Iacobi, portendebat eum non ſine carnis moleſtia ſuperaturum eſſe adverſa quæ illi imminebant.

IV. Nos etiam luctamur cum Deo & vincimus, quando tentationes illatas ſuperamus.

PROPOSITA EX XXXIV. ET XXXV. Atque XXXVI. Capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Non licet privatis hominibus adverſus tyrannos excitare ſeditiones, aut privata authoritate illos occidere.

II. Quando Tyrannus poteſtati ſublimiori ſubjacet, apud illam privatis licet jure agere contra eũ: verùm ſi habeant ſummum imperium, Deo committenda eſt ultio.

III. Iudices qui ſurgebant in Iſrael, & populum Dei à Tyrannis vindicabant, id non privata authoritate, verùm divino inſtinctu fecerunt.

IV. Cùm Tyrannide aliqui premuntur, illam cogitare debent eſſe manum Dei, quemadmodum famem, peſtilentiam, grandinem, fulmina, & alia id genus.

V. Ad ſacrum cœtum convenientes majori diligentia animi noſtri ſunt repurgandi quàm ſi in alio quopiam loco eſſemus Deum precaturi.

VI. Neceſſitas moriendi non facit, ut mortem dolere non debeamus.

VII. Morte non debemus conſolari hoc nomine, quòd ſimpliciter ſit bona, cùm potius è contra, in malis ſit habenda.

VIII. Neque rurſus hoc argumento quòd corpus malum ſit, aut ejus conjunctio cum animo: quandoquidem iſta ſimpliciter ſunt bona.

IX. Conſolationem mortis veram adfert ſpes reſurrectionis: nam per eam corpus animo reſtituitur, ſublata omni eius corruptione, & vitiis quibus animum afficit.

X. Conſolamur & hac de cauſa, quòd mors à Chriſto ſit victa, nec in præſentia habeat amplius rationem mortis: datur enim ab ea reditus ad vitam.

XI. Mortis habetur conſolatio, quòd piis liceat ea bene uti.

XII. Mortem minus dolemus, quando cogitamus eam eſſe piis abſolutam carnis mortificationẽ, & peccandi finem, demúmque per eam tranſitum nobis patere ad vitam æternam.

XIII. Quamvis ex multis argumentis fideles conſolationem mortis deducere poſſunt: non tamen eam quærere debent, ut nullo pacto doleant, cùm Deus eam voluerit eſſe pœnam.

XIV. Genealogiæ quæ traduntur in Sacris literis, faciunt ad hiſtoriæ notitiam, atque ut deprehendamus veras fuiſſe promiſſiones Dei.

XV. De genealogiis multum contendere, aut eas curioſius tractare non facit ad ædificationem.

PROPOSITA EX XXXVII. & XXXVIII. Capite Geneſeos.

NECESSARIA.

I. Non eſt filiorum Dei, ut hanc vitam ſine moleſtiis agere ſibi proponant.

II. Cujuſnam criminis Ioſephus accuſaverit fratres, cum ſancta Scriptura non exprimat, nos temere non debemus affirmare.

III. In Republica bene inſtituta debent inhiberi pravorum hominum accuſationes.

IV. Cum fraterna correctio & accuſatio mundo carníque ſit odioſa, idcirco eſt majori ſtudio in Eccleſia retinenda.

V. Præditi ſpiritu prophetico ſuo arbitrio arcana non intelligunt, ſed prout Deo placuerit illis revelare, & inde in ſuis negotiis plura interdum ignoraſſe deprehendantur.

VI. Quando Sacra Scriptura inferiorum meminit, ſtatum mortuorum quoad utramque hominis partem ſignificat.

VII. Qui de Limbo, & aliis manſionibus inferorum loquuntur, dum plures deſcribunt, incerta afferunt.

VIII. Dum aliqui fœdi lapſus Patrum in Sacris literis commemorantur, id piis non officit, ſed multis modis prodeſt. Lapſus Patrũ.

1. Primò, Dei fidem hinc admiramur, qui propter illa peccata ſuam promiſſionem ab illis non abſtulit.

2. Deinde videmus quantumvis ſanctos peccato fuiſſe obnoxios.

3. Admonemur præterea, ut quod in aliis damnamus, ipſi caveamus.

4. Et Scripturæ divinæ conciliatur authoritas, quæ tam fideliter crimina prodat eorum, quos laudandos aſſumit.

5. Poſtremò, Deum admiramur, qui ex illis malis, bona elicuerit.

IX. Ante legem quædam cæremoniæ fuerunt in uſu, quæ poſtea fuerunt per legem confirmatæ.

X. Iudas malè Thamaræ præcepit, ut expectaret Selæ adultam ætatem, cùm nemini injungi debeat matrimonij dilatio.

XI. Lapſus Patrum qui nobis in Scripturis proponuntur, etſi allegoricôs myſteria quædam continent, tamen non ideo ſunt vel laudandi, vel imitandi.

XII. Mulier honeſta non debet ita mutare habitum, ut meretrix videri poſſit.

XIII. Quamvis fortè exiſtimarit Thamara (ut quidam Hebræorum interpretum aſſerunt) ſe poſſe virum habere ſocerum ſuum, non propterea excuſanda eſt ejus ſimulatio, qua ſe meretricem fecit.

XIV. Chriſtiano magiſtratui non licet in ſua ditione ferre lupanaria.

PROBABILIA.

I. Studium hominibus naturá inſitum, ut crimina occultent quæ admiſerint, debet eis eſſe frenum, ut ſibi ab illis temperent.

II. Lege qua tenebatur quis mortui ſemen excitare, neque pater tenebatur, neque illi qui Levitici 18. cap. perhibentur inter ſe conjugia inire, præter fratres.

III. Chriſtus in ſua ſtirpe quoſdam majores habere voluit gravium criminum reos, quos demonſtraret ſe peccatores faſtidio non habiturum, modò ad illum fide accedant.

Digitized by Google

POPOSITA EX XXX. ET XL. *Capitibus Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Pulchritudo corporis cùm ſit donum Dei, ſtimulos adfert ad pietatem & virtutes, ſed hominum vitio eſt res periculoſa.

II. Cùm morum honeſtas periclitetur propter formam bonam, ideo cavendum ne nimio cultu corporis conquiratur.

III. Inſomnia divinitus immiſſa conceduntur quibuſque infidelibus, quo pij inde illuſtrentur.

IV. Prophetiæ & interpretationis ſomniorũ quę divinitus immittuntur, Deus tantummodo faciendus eſt author.

V. Chriſtianæ ſpei adverſatur, plus æquo tribuere naturalibus cauſis.

VI. Sperantibus in Deum licet uti temporalibus auxiliis, modò illa habeant ut divinæ virtutis organa.

VII. Quum premuntur homines adverſis, id propter peccata fieri credendum eſt: non tamẽ ideo licet inde inferre temerè, illa eis accidere privàtim ob hoc vel illud peccatum.

VIII. Diem celebrare natalem convivium agitando, quo Deo agantur gratiæ de beneficio creationis, non eſt à pietate alienum, modò id fiat cum modeſtia.

IX. Vſus honeſtarum voluptatum eſt, ut ſemper habeant pietatem adjunctam.

X. Quibus annis datur ubertas, magiſtratus eſt, ex præſenti copia ſubvenire ſterilitati, quæ ſuccedenti tempori evenire poſſet.

XI. In magiſtratibus creandis & pietas & induſtria civilis ſpectanda eſt.

XII. Vltio etſi prohibetur privatis hominibus, magiſtratui tamen præcipitur.

XIII. Vim vi cuique repellere licet.

XIV. Vt magiſtratui præcipitur ultio de criminibus ſumenda, ita reis jubetur, ut pœnas inflictas ſibi propter admiſſa ſcelera patienter ferant.

XV. Quum principes aut eximias creaturas debita veneratione adoramus, obſervandum eſt, ne quid ab eis petamus, de quo non ſimus certi ex verbo Dei, quòd à creatura peti liceat.

XVI. Confeſſiones peccatorum probamus, non tantùm Deo factas, verùm etiam hominibus.

XVII. Enumeratio ſingulorũ peccatorum, impium eſt ut prædicetur neceſſaria ad ſalutem.

PROPOSITA EX XLI. ET XLII. XLIII. XLIV. XLV. & XLVI. *Capitibus Geneſeos.*

NECESSARIA.

I. Contritio ſine pœnitentia, non eſt cum fructu remiſſionis peccatorum, niſi fide innitatur.

II. Si ex dignitate & merito contritionis conſequeremur peccatorum remiſſionem, de ea ſemper eſſemus dubij.

III. De reliquis ſanctis operibus idem ſentimus, quòd promiſſiones aſſequuntur, prout illis Scriptura ſancta attribuit, non ex ſua dignitate aut merito, ſed prout à fide excitatur.

IV. Furtum ſi morte puniatur, reus non poteſt juſtè conqueri, quod patiatur ultra meritum.

V. Furtum, quorundam patrum judicio ante legem latam, judicatum eſt morte dignum.

VI. Si pius rhetor, pro innocentium defenſione orando, affectus moveat, non peccat.

VII. Affectuum bonus eſt uſus, qui eos ut incitamenta ad virtutes dirigit.

VIII. Eccleſia non eſt affixa certis ſedibus aut ſucceſſionibus epiſcoporum, ut Papiſtæ aſſerunt.

IX. In his quæ ad ſubſtantiam fidei non pertinent Apoſtoli in novo Teſtamento interdum ſequuntur Septuaginta interpretationem, etſi à veritate Hebraica diſcrepet.

X. Magiſtratus in ſua Republica proſpicere debent, ne otioſi tollerentur.

XI. Ad laborem & opus manuum, quamvis de eo præceptum habeamus in Sacris literis expreſſum, miniſtri verbi cùm multum habeant quod agant in ſuo munere non ſunt aſtringendi, quod idem dicimus & de his qui ad ſacrum miniſterium ſeparantur.

XII. Miniſtri verbi ſi tam copioſum habeant Spiritum Dei, ut non ſolùm valeant ſuo miniſterio eſſe pares, ſed & illis vacet, ut ſuo labore vel ſe alant, vel alios adjuvent, laborare tenentur.

XIII. Quando miniſtri labores manuum ſuſcipiunt, vitent turpe lucrum & artificia caveant, quæ à miniſterio ſacro abſtrahere poſſint.

XIV. Qui laborant id cavere debent, ne lucrum primò, & per ſe ſpectent, ſed obedientiam divini præcepti.

XV. In labore manuum non ita collocanda eſt fiducia, ut putemus Deum (ſi ab illo impediamur) nos eſſe deſerturum.

XVI. Qui laborando victum ſibi acquirunt, & hoc donum Dei eſſe intelligant, ut ſuis laboribus frui poſſint.

PROPOSITA EX PRIMO *Capite libri Exodi. Anno* XLV.

NECESSARIA.

I.

QVAMVIS Deus per homines multa nobis præſtat beneficia, tamen illi, non hominibus, debemus fidere.

II. Ex eo quod ingratos videmus homines in ſuos benefactores, non debemus deſiſtere à beneficiis impendendis.

III. Qui adverſus hominem benefactorem ingratè ſe gerit, eadem actione in Deum eſt ingratus.

IV. Licet peccarint Ægyptij premendo Iſraelitas graviſſima ſervitute, tamen Iſraelitarum peccata id merebantur.

V. Dura ſervitus, qua Ægyptij filios Iſrael vexabant, fuit Dei inſtrumentum, quo illos revocaret ad pœnitentiam.

VI. Eſt per ſe notum ex lege naturæ, Deo parendum potius, quàm injuſtis edictis principum.

VII. Timor Dei in Sacris literis ea eſt religio, ut quæ putantur voluntati Dei adverſari, à nobis quoque refugiantur.

VIII. Lex naturæ & quævis alia, modo juſta ſit, eſt explicatio divinæ voluntatis.

IX. Non licet prætextu ſalutis Reipublicæ innocentes occidere.

PROBABILIA.

I. Obſtetrices, de quibus modò agitur, & Ægyptiæ & Hebrææ eſſe potuerunt.

II. Obſtetrices non ſolùm lege naturæ prohibitæ ſunt à facinore illis per legem injuncto, ſed etiam à lege lata per Deum ad Noah & filios ejus contra homicidium.

III. Mendacium obſtetricum, quamvis defenditur à multis, quod fuit officioſum, tamen quia ibi ſuppreſſa eſt confeſſio timoris domini, non poteſt omnino excuſari.

IV. Quod ædificarit Deus domos obſtetricibus, ſic videtur intelligendum, quod poſteritatem & familiam dederit eis firmam & amplam.

PROPOSITA EX SECVNDO *Capite Exodi.*

NECESSARIA.

I. Pulchritudo quam in Moſe viderunt parentes ejus, non fuit perfecta cauſa, ut illum ſervarint: occaſio nihilominus extitit, qua admoniti ſunt de fide promiſſis Dei adhibenda.

II. Si Chriſtiano homini facultas detur diſcendarum bonarum artium, non debet eas aſpernari prætextu religionis.

III. Electis

III. Electis Dei & hoſtes inſerviunt ad ſalutem, quamvis aliud agentes, unde illis non debent iraſci more Ethnicorum.

IV. Magis expetendum eſt populo Dei ſe adjungere, licet afflicto, quàm apud Reges in precio eſſe, qui obſtinato animo Chriſtum perſequuntur.

V. Non eſt de populo Dei ſtatuendum ex affluentia externorum bonorum, ſed tantùm ex promiſſionibus & verbo Dei.

VI. Aulam deſerere, & in ea vivere, natura ſua pro rebus indifferentibus habetur: atque in ſancta Scriptura ex utraque parte habentur exempla ſanctorum virorum.

VII. Quicunque à Deo agitur ſingulari præcepto ad aliquid agendum contra communem regulã, oportet ut bene confirmatus ſit, Deum ita velle.

VIII. Non fuit populus Dei abſque prophetis in Ægyptiaca ſervitute.

IX. Veræ invocationi Dei conjuncta eſt pœnitentia.

X. In quocunque eſt ſpiritus Chriſti, is ad preces eum potiſſimum excitat.

XI. Quando patres invocabant Deum per pactum initum cum Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo, per Ieſum Chriſtum illum invocabant, & viciſſim cum Deus dicit ſe exaudire illos propter hujuſmodi pactum, propter Chriſtum ſe ait illos audire.

Probabilia.

I. Fides qua moti ſunt parentes Moſis ad eum ſervandum, potuit eſſe cùm circa promiſſionem factam antiquitus Patribus, tum etiam privatim illis ipſis.

II. Moſes interficiendo Ægyptium hominem non peccavit, ſed paruit ſuggeſtioni Spiritus ſancti.

III. Socer Moſis, quamvis vulgò habeatur ſacerdos, tamen fieri potuit, ut princeps extiterit in Madian.

IV. Populus Dei liberandus à calamitate Ægyptiaca ad Deum clamavit, non ſolùm naturali dolore commotus, ſed pœnitentia excitatus.

PROPOSITA EX III. Capite Libri Exodi.

Neceſſaria.

I. Seceſſus ad tempus, quo ſe quis parat ad ſuã vocationem obeundam, non eſt improbandus, itémque ſi fiat ad perſequutionem declinandam.

II. Is damnatur ſeceſſus, qui proficiſcitur ex odio hominum, aut commodi cupiditate, quique habetur pro cultu Dei abjecto.

III. Deus non ſolùm requirit, ut reverentiam ſibi exhibeamus, verum ut etiam illam declaremus externis ſymbolis.

IV. Deus cum natura ſua non percipiatur ſenſu, tamen humano captui condeſcendit, & hominibus cognoſcendum ſe exhibet ſenſibili verbo, corporalibus formis, atque Sacramentis.

V. Quamvis cuilibet certum eſſe debet Deum ſpiritum eſſe, tamen de eo cogitare ſub figuris & formis traditis in Sacris literis, non eſſe inutile.

VI. Cùm Deus in ſancta Scriptura eſſe dicatur Abrahami, Iſaaci, Iacobi qui obierunt, inde mortuorum reſurrectio infertur.

VII. Quod Iudæi nolunt proferre nomen Dei Tetragrammaton, eſt ſuperſtitio.

VIII. Vis divini nominis non ex ejus prolatione aut recitatione eſt ſolummodo æſtimanda.

IX. Deus jubendo Iſraelitas, ut aurum, argentũ, veſtes & vaſa peterent ab Ægyptiis, non eis præcepit furtum, licet Deus videatur interdum aliquid præcipere contra ſecundam tabulam, tamen revera contra eam non præcipit.

X. Auri, argenti, gemmarum & ſerici atque hujuſmodi, poteſt eſſe bonus uſus.

Probabilia.

I. Quando (ut ſæpe fit) in Veteri Teſtamento A nomen Angeli conjungitur nomini Dei, ſecunda perſona Trinitatis, id eſt Filius, innuitur.

II. Nomen Dei, Ero qui ero, indicat Deum à nobis eſſe cogitandum, qui ſuas promiſſiones non patietur irritas.

III. In nomine Dei, Ero qui ero, demonſtrat Deum pro ſuis diverſis actionibus variè nominãdũ.

V. Nomen Dei, Ero qui ero, idem eſt cum nomine Tetragrammato.

B VI. Hebræi non mutuò, ſed liberè, & dono, petierunt ab Ægyptiis aurum, argentum, veſtes, &c.

PROPOSITA EX IV. CAPITE Libri Exodi.

Neceſſaria.

C I. Miracula teſtimonia ſunt doctrinæ & promiſſionum Dei: non tamen ea ſunt, ut eis ſine delectu fidem adhibere oporteat.

II. Deus non dat ſingulis quibúſque miniſtris ſuis omnia ſpiritus dona, quo Eccleſiæ membra magis inter ſe conjungantur.

III. Officia domeſtica & civilia Deo probantur, neque intermitti debent prætextu divinæ vocationis, modò cum ea non pugnent.

IV. Non eſt neceſſarium ſubeunti ſacram functionem, ut uxorem dimittat.

D V. Vocatio Dei eſt declaratio divinæ voluntatis, quoad genus vitæ, aut peculiarem functionem, ad quam deſtinati ſumus.

VI. Fit vocatio, quandoque ab ipſomet Deo, abſque ullo medio, interdum verò per illos qui præditi ſunt ordinaria poteſtate.

VII. Vocantur nonnulli quandoque per extraordinariam poteſtatem.

VIII. Natura aliquando eſt medium, ſive inſtrumentum divinæ vocationis.

E IX. In qualibet vocatione id requiritur, ut Dei vocantis notitia vocatus bene inſtruatur.

X. Ad bene exequendam vocationem Dei, oportet ut qui vocatur, de ea ſit certus.

XI. Vocationes divinæ, adjunctas habent promiſſiones, & dona.

XII. Cum Dei vocatione pugnat, tam ſe arroganter obtrudere, quàm pertinaciter reſiſtere.

XIII. Multa videntur per ſe parum decere, quæ tamen facienda ſunt, ſi reſpiciatur vocatio.

F XIV. Qui ſuſcipere negligunt Sacramenta, graviſſimis periculis, etiam corporalibus, ſe exponunt.

XV. Quando in Sacris literis Deus placari ſcribitur ſacrificiis, id non intelligendum eſt de merito operis ſed de vi adjuncta fidei.

PROPOSITA EX V. VI. VII. VIII. Capite Exodi.

Neceſſaria.

G I. Duplex eſt genus notitiæ divinæ, quædam communis eſt, & naturalis appellatur, quæ etiam impiis tribuitur, alia eſt plena & efficax, ad quam ſequitur obedientia divinæ legis, deníque vita æterna, éſtque duntaxat electorum.

II. In rebus adverſis cogitandum eſt homines & diabolum poſſe eſſe illarum miniſtros & inſtrumenta, verùm à Deo, uti potiſſima cauſa, immitti: unde precibus ad illum eſt confugiendum.

H III. Commoveri contra Deum ob impiorum fœlicitatem & ſanctorum oppreſſionem, eſſet quidem peccatum: verum ejuſmodi affectum coram Deo exprimere ut ſancti fecerunt in ſcripturis, & utile & juſtum eſt.

IV. Quamvis pij & impij dicta de cauſa commoventur in judicia Dei, inter eos attamen eſt diſcrimen tum quale inter incontinentem & intemperatum, tum quòd ipſi reſipiſcunt, illi vero obſtinatè perſeverant in vitio.

I V. Fœdus eſt conventio aliquorum inter ſe, qua eorum quilibet recipit ſe aliquid daturum, & viciſſim ab aliis ipſe quippiam requirit.

Digitized by Google

V I. Miracula per ſe non faciunt firmum argumentum doctrinæ, niſi ipſi verbo Dei conſentiant. A

VII. Miracula Deus quandoque vult fieri ab adverſariis religionis, ut pij eo genere tentationis probentur, impij verò magis ob id excæcati, dent pœnas ſuæ impietatis.

VIII. Miracula quæ ediderunt Magi Pharaonis, non fuerunt plena & perfecta cauſa incredulitatis ejus.

IX. Pœnitentia eſt triplex, prima perfecta & integra, quæ Deo placet, altera temporalis cui Deus aliquid tribuit, tertia hypocritica quam Deus execratur. B

PROBABILIA.

I. Nomen Schadai ſi refert omnipotentem, maximè ſpectari debet in promiſſionibus Dei, requiritur enim ut illũ putemus poſſe præſtare quę promittit. At nomen Iehova cùm Deus promiſſa exhibet (ab eſſentia enim derivatur) & Deus tum actu & re ipſa facit ut ſint quæ pollicitus eſt. C

II. Si nomen Schadai ſignificet per ſe ſufficiẽs, antiquis Patribus maxime uſui fuit cum opes & divitias à Deo ſint adepti. Nomen vero Iehova cùm primum Deus miracula cœpit edere exeritur. Nam eo demonſtratur in Deo ſitam eſſe & naturam & eſſentiam rerum quam pro arbitrio poſſit invertere.

III. Magi Pharaonis quando dixerunt, digitus Dei eſt, minimè veram confeſſionem Deo dederunt.

IV. Quare magi Pharaonis potius defecerunt in tertio ſigno quàm in aliis, non habemus quam poſſimus aſſignare firmam & certam rationem. D

PROPOSITA EX VIII. IX. X. XI. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Qui creaturis divinum cultum exhibent, non ideo excuſantur, quòd Deum, aut Dei proprietates dicant ſe in illis colere. E

II. Quamvis idololatræ fingant ſe verũ Deum in creaturis colere, non ei, verùm dæmonibus cultum exhibent.

III. Inter præcepta Dei eſt bene diſtinguendũ, ut videamus quænam ſint generalia, quæve temporaria, aut certis quibuſdam perſonis mandata.

IV. Scriptura cùm aſſerit Deum induraſſe cor Pharaonis, ipſúmque Pharaonem ſibi cor induraſſe, non dicit pugnantia. F

V. Deum corda quorundam indurare, & nihilominus ad illos ſuum verbum mittere, non pugnant inter ſe.

VI. Grandines, tempeſtates, morbi, & aliæ calamitates hujus generis, etſi cauſis naturalibus quandoque fiunt, ſunt nihilominus ultiones peccatorum, inſtituuntúrque ad homines admonendos & provocandos ad pœnitentiam.

VII. Non poteſt dictarum calamitatum aſſignari extremus finis, corruptio & devaſtatio bonarum rerum, cùm finis habeat rationem boni. G

VIII. Fides quantumvis infirma non debet contemni, cùm Deus illi multum tribuat.

IX. Fide non ſolùm ipſi ſervamur, verùm & res ad nos pertinentes, quæ viciſſim noſtra infidelitate pereunt.

X. Hyperbolę & tropi quibus utitur ſancta Scriptura, non faciunt in ea orationes mendaces.

XI. Quamvis in veteribus cæremoniis multa ſæpe commendentur facientia ad illa tempora, & illam politiam, tamen ibi primùm proponebatur Chriſtus & redemptio per illum exhibenda. H

XII. Ad hoc ut Sacramenta auguſtè tractentur, requiritur non unius aut alterius, verùm complurium fratrum, conventus.

XIII. Hiſtoriæ ſacræ & prophanæ quamvis habeant multos conſimiles caſus, attamen hoc differunt, quòd in ſacris verbo Dei res geruntur, cujus in prophanis non habetur expreſſa mentio, & nihilominus quæ ibi narrantur, agnoſcimus eſſe ingentia opera. I

PROPOSITA EX XIV. XV. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Laudes Dei celebrare cantibus, non ſolùm eſt licitum, ſed in Eccleſia debet retineri.

II. Muſica vim habet excitandi fidelium hominum affectus ad pietatem.

III. Non ſolùm humana voce debemus gratias Deo agere, & ejus laudes canere, ſed etiam muſica inſtrumenta licet adhibere.

IV. Caveri debet, ut verba cantionum eccleſiaſticarum ſint Sacræ literæ, aut ex eis decerpta, utque à plebe intelligantur.

V. Curandum præterea ne modi hujuſmodi cantionum ſint laſcivi.

VI. Stipendia quæ dantur cantoribus in Eccleſia non debent ſubduci à miniſtris verbi & à diaconis.

VII. In cantoribus eccleſiaſticis dum apta vox quæritur, videndum eſt, ne vitæ eorum cenſura negligatur.

VIII. Talis habenda eſt in Eccleſia Muſica, quæ preces & animi attentionem non impediat, ſed promoveat, quantum fieri poteſt.

IX. Saltatio, ut choreas ducere, per ſe non eſt res illicita.

X. Saltationibus uti, ut modo fit, ubi viri mulieres ducunt, & non ſuas, alienum eſt à Chriſtiana pietate.

XI. Saltationes quæ in Sacris literis commemorantur, fuerunt mulierum ſeorſim, & virorum ſeorſim.

XII. Actiones judicantur juſtæ, vel injuſtæ, non ſolùm ex natura ſua, verùm & ex accidentibus quæ illas plerunque conſequuntur.

PROBABILIA.

I. Filij Iſrael cùm mare rubrum tranſmiſerunt, non pervenerunt uſque ad alterum ejus littus, quod erat è regione ejus latitudinis.

II. Figuram ſemicirculi iter per mare tenuerunt.

III. Littus deſerti Elim unde receſſerunt, idẽ fuit cum eo, ad quod appulerunt, quamvis locus littoris non fuerit idem.

PROPOSITA EX XVI. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Deus non deſerit illos, qui parent ſuæ vocationi, imò alit pro eorum neceſſitate.

II. Bona ſemper alia à Deo petenda ſunt, non quidem ut merces principalis, ſed ut neceſſaria auxilia, pro noſtra vocatione exequenda.

III. Cum in oratione Dominica panis quotidianus poſtulatur, bona temporalia petuntur.

IV. Quamvis præceperit Deus Man dietim colligi, non tamen ob id prohibemur in horreis, aut penu, conſervare annuos proventus ad neceſſarios vitæ uſus, modo caveatur ſolicitudo avara, jactura proximorum, & infidelitas.

V. Illi incidunt in ſolicitudinem de craſtino prohibitam, qui ſuam relinquunt vocationem, aut minus diligenter ipſam obeunt, ut cenſum ſibi ipſis acquirant, vel ut adipiſcantur lautiorem fortunam.

VI. Quod Man ſervatum in craſtinum computruerit, & ſcatuerit vermibus, factum eſt miraculo.

VII. Infirmum argumentum eſt quorundam Papiſtarum, idcirco Euchariſtiam ſervandam eſſe in templis, eo quod populo Iſrael præceptum fuerit, ut Man conſervaret ad perpetuum monimentum.

VIII. Miraculum exhibiti Man, propterea quòd multa alia miracula complectebatur, fuit etiam diuturnius cæteris omnibus.

IX. Impium dogma eſt aſſerere, quòd ex merito & vi recitationis aliquorum verborum, etiamſi deſumpta fuerint ex Sacris literis, homines aſſequantur à Deo certa quæpiam beneficia.

X. Idem

Digitized by Google

A X. Idem fuit Sacramentum, quoad ſubſtantiam Man apud veteres, quod in Novo Teſtamento eſt Euchariſtia.

XI. Cùm Chriſtus dicit in Ioanne; Manducantes carnem ſuam non moritúros, imo habituros vitam, intelligit de vera & ſpirituali manducatione, quæ nunquam fructu ſuo caret.

XII. Et cùm viciſſim ait, mortuos eſſe patres, qui Man in deſerto manducarunt, hoc refert ad illos, qui indigne ſumebant ejuſmodi cibum.

B XIII. Inter patres qui in deſerto Man comederunt, nõnulli fuere, qui ſpiritualiter ac digne manducarunt, neque mortui ſunt æternum.

XIV. Man, quod fuit externus cibus, non potuit vitam æternam dare: ſed quod Chriſtum conjunctum habuit.

XV. Cavendum eſt, ne tribuamus elementis, aut ſymbolis, à Chriſto ſeorſim conſideratis, ea quæ ipſi Chriſto conveniunt: verùm cùm accipiuntur, ſimul juncta, Chriſtus & ſymbolum, ibi communicantur idiomata. C

PROBABILIA.

I. Quando jubetur populus, per Moſen & Aaron, accedere ad Dominum, ego non intelligo, ad nubem, verùm ad cœtum ſacrum.

II. Coturnices ideo dantur ad veſperam, quoniã interdiu mare tranſmittunt, & hora veſpertina, conſueverunt littus attingere, & Man datur horis matutinis, quando deſcendebat cum rore.

D III. Cùm haberent filij Iſrael armenta & greges, carnes cupiverunt, vel quia animalia eorum tantæ multitudini non fuiſſent ſatis, vel quoniam delicatas & non vulgares carnes deſiderarunt.

IV. Man Sanctæ ſcripturæ accedit ad Man Arabum medicorum, non autem ad illud quod Galenus & Græci medici Man appellant.

V. Cùm Deus ſingulo cuique certam menſurã colligendi Man deſcripſit, oſtendit in politiis non debere eſſe magnam victus inæqualitatem.

PROPOSITA EX XVII. ET XVIII. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Bella gerere non eſt interdictum Chriſtianis, modò juſta de cauſa ſuſcipiantur & ab his qui jus gladij habent.

F II. Magiſtratus eſt publica poteſtas à Deo inſtituta, ut bonis adjumento ſit, & malos ulciſcatur, pœnas ac præmia diſtribuendo, prout leges conſtituunt.

III. Bella non ſunt ob id gerenda, ut parta victoria cives ocientur, aut delitiis incumbant, verùm ad augendam inſtaurandamque religionem ac civilem diſciplinam.

IV. In bellis gerendis quamvis Deo maximè fidendum eſt, non ſunt attamen contemnenda media & rationes facultati militari conſentaneæ.

G V. Qui in caſtris pro ſalute populi militant, etſi ab univerſa plebe juvandi ſint precibus, attamen id eis præſtari ſingulariter decet à miniſtris Eccleſiæ, quorum vocationis partes ſunt, non armis pugnare, ſed precibus.

VI. Licet ſucceſſus accommodatus habeatur precibus, non tamen ejus prætextu ſacer cœtus Eccleſiæ eſt omittendus, ſunt enim efficaciſſima vota quæ à pluribus conjunctis proficiſcuntur.

H VII. Cùm Deus præcipit, ut parta victoria ſcribatur, eadem opera mandat ut legatur, quemadmodùm ubi præcipit Evangelium prædicari, jubet ut audiatur.

VIII. Signa reverentiæ, ut eſt aperire caput, corpus incurvare, & hujuſmodi licet non ſolum exhibere Deo, ſed iis etiam hominibus qui publica authoritate, ſanctimonia, doctrina, aut præclaris Dei donis pollent, ſervata nihilominus diverſitate rationis, inter divinos & humanos honores.

IX. Non eſt firma connexio, Iſta ſigna reverentiæ licet exhibere præclaris hominibus, ergo & ſtatuis & defunctis Divis.

X. Qui contendunt in judicio, ita animo ſe cõparare debent, ut voluntatem Dei inquirant à judicibus, depromptam à legibus, eique auditæ velint acquieſcere.

XI. Iudices viciſſim, cum ſint miniſtri legum, ità ſe gerant, quaſi de voluntate Dei ſint reſponſuri, non autem juxta proprios affectus.

XII. Non ſemper majores in Eccleſia & Reipub. meliora vident, quo fit, ut in cauſis difficilioribus & minores conſuli deberent.

XIII. Quæ utilia & ſalutaria traduntur ab Ethnicis autoribus, Chriſtiani homines minimè debent negligere, cùm ſint à Spiritu ſancto.

XIV. Non eſt utile Reipublicæ aut Eccleſiæ, ut unus per ſeipſum omnia velit obire munera.

PROBABILIA.

I. Amalec primus occurrit hoſtis Iſrael, quia fuit ex poſteritate Eſau, & timuit ne benedictionem primogenituræ ſibi vendicarent Iſraelitæ.

II. In monte voluit orare Moſes elevatis manibus cum virga, ut eſſet conſpicuus certanti populo, eſſetque loco vexilli, quo conſpectu repeterent memoria, quot & quanta beneficia per ipſum hactenus, & miniſterium ejus virgæ obtinuiſſent, atque ita firmior illorum fides redderetur.

III. Manus elevatæ ſymbolum erant contentarum precum.

IV. Convenit precibus elevatio manuum, quaſi corpus eò rapiatur, id eſt, in cœlum, quò contendit animus. Indicatúrque externo ſigno, nos è cœlo petere auxilium à Patre noſtro.

PROPOSITA EX XVIII. XIX. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Non eſt utile in Republica, ut unus omnino præſit, ſed expedit, ut plures eam adminiſtrent.

E II. Regna & Magiſtratus ut à Deo ſunt conſtituti, ita ab illo ſic ſervantur, ut ab impiis qui eos invadunt & gerunt, non adeo confundi & vitiari poſſint, quo nil boni ſuperſit in eis.

III. Hæc eſt firma connexio, Deus dedit leges, igitur vult eſſe magiſtratus.

IV. Debemus à litibus abſtinere quantum licet, nihilominus haud interdictum nobis eſt quin jure quandoque experiamur.

V. Nullus pius debet, quod ad ſe attinet, judicium Eccleſiaſticum refugere, ſi illud conſequi poteſt.

VI Eſt opportuna incitatio ad legem ſuſcipiendam, & illi parendum, ſtatuere, Deum ita providentia ſua res humanas regere, ut benefaciat ſibi obſequentibus, & inobedientes malè tractet.

VIII. Promiſſiones quæ habentur in Sacris literis, primò in Chriſto locum habent, deinde per illum in ſanctos derivantur.

VIII. Deus cùm ſit infinitus, omnia occupat, & nihilominus venire aut deſcendere aliquò dicitur, cùm nova quadam ratione ibi ſe declarat.

IX. Sanctitas primò Deo conveniet, deinde omnibus ad ejus cultum deputatis.

X. In eo ſita eſt ſanctitas creaturarum, ut à prophano uſu removeantur & ſacro deputentur.

XI. Baptiſmata fuerunt ante legem, in lege, & ſub Evangelio, & omnia quo ad eorum ſubſtantiam eandem vim habuerunt.

XII. Non eſt verum cæremonias antiquorum fuiſſe tantùm externa exercitia, in quibus non eſſet remiſſio peccatorum.

XIII. Curioſitas idcirco plurimum fidei obſtat, quia fides eſt rerum non apparentium.

XIV. Cùm Deus requirit ut Iſraelitæ ſibi temperent ab uxoribus uſque in diem tertium, non propterea damnat matrimonij congreſſum, ita ut in eo ſit peccatum ſi quis legitimè utatur.

PROBABILIA.

I I Præſtaret in Republica ut quilibet cives haberent ſuos decanos, centuriones & alios hujuſmodi præpoſitos, quibus peculiariter curæ eſſent.

Digitized by Google

II. Credere Deo & in Deum, perinde ſignificat. A

III. Ablutio veſtium, fuit ſymbolum adeptæ juſtitiæ & vitæ innovatæ.

PROPOSITA EX XIX. CApite Exodi.

Necessaria.

I. Deus à populo Hebræorum dicitur conſpe- B
ctus in monte Sina, per idiomatum communicationem, cùm illi nil ſenſerint præter externa ſymbola, quibus fuit involutus.

II. Bona opera in Sacris literis propriè & verè interdum nobis, quandoque Deo attribuuntur.

III. Liberum arbitrium, quod αὐτεξούσιον Græcè dicitur, eſt voluntatis facultas, qua expetimus aut repudiamus aliquid pro rationis judicio.

IV. Quæ manifeſtè & evidenter ſunt bona, vo- C
luntati oblata neceſſariò eliguntur.

V. Bona quæ ſunt utcunque incerta & evidentia fugiuntur & expetuntur, prout rem illam cognoſcimus.

VI. Libertati arbitrij neceſſitas propriè non opponitur, ſed violentia & coactio.

VII. Homo non regeneratus vera & ſolida bona, quæ Deo placeant, non poteſt eligere.

VIII. Quo ad morales & civiles actiones complura bona poſſunt eligere non renati: quanvis
illa nunquam fermè abſque errore vel eligunt vel D
exequuntur.

IX. Qui renati ſunt in Chriſto habent reſtitutum liberum arbitrium: quo ad utrunque bonorum genus.

X. In regeneratis exequutio deliberatarum actionum non eſt expedita & plenè inſtaurata.

XI. Non renati quo ad vera bona etſi illa non poſſunt expetere, haud tamen dicendi ſunt circa ea non liberè agere.

XII. Libertas arbitrij non impeditur: etſi di- E
cantur filij Dei ſpiritu ejus agi: aut ex eo quòd in filiis inobedientiæ Diabolus efficaciter operatur.

Probabilia.

I. Cùm lex promulganda eſſet, admodum terrifica ſigna præceſſerunt: ut ejus increpatione monſtrarentur hominum animi conſternandi, & Dei promulgatoris Majeſtas indicaretur.

II. Fulgura, tonitruá, terræmotus & tubæ ſonus in monte Sina Angelorum opera edebantur.

III. Signa quæ præceſſerunt Evangelium le- F
nia & mitia fuerũt: ut conſolatio notaretur: quæ per illud mortalibus erat proventura.

IV. Quæ in promulgatione legis geſta ſunt, cõferri debent cùm ſolenni Spiritus ſancti miſſione ſuper Apoſtolos: nam utroque loco Deus rex populi ſui eſt publicè inauguratus.

V. Deus legem tulit extra terram promiſſionis in deſerto: ut ingreſſi regna Chanaan Iſraelitæ abhorrerent à gentium legibus: jam divinis aliquandiu
aſſuefacti. G

PROPOSITA EX XX. CAPITE Exodi.

Necessaria.

I. Deus non poteſt definiri, ſed loco ejus definitionis utimur notionibus, tam ex Sacris literis quàm ex creaturis, elicitis.

II. Cùm Deus proponat ſe nobis cognoſcen- H
dum ſub aliquibus certis notionibus, nulla eſt eâ præſtantior, qua illum apprehendimus Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem nos redemerit & ſervarit.

III. Subſtantia primi præcepti eſt, ut verum Deum pro domino habeamus, ex qua ſtatim conſequitur, illi deberi fidem, ſpem, dilectionem & obedientiam.

IV. In primo præcepto non ſolùm contempla- I
ri debemus ipſum mandatum, ſed adjunctam Evangelij promiſſionem.

V. Quamvis non interdicatur piis, omnis uſus imaginum, mendaces tamen & ſcandaloſæ quæ adhibentur ad repræſentandum Deum non ſunt ferendæ, neque item obſcœnæ.

VI. Iſta non pugnant inter ſe, Filium non portare iniquitatem patris, & Deum viſitare peccata in tertiam & quartam generationem.

VII. Ob ſanctitatem majorum Deus benefacit poſteris.

VIII. Quicquid inſtituitur pro cultu Dei contra illius verbum, pertinet ad idololatriam quam non male pronuntiavit Tertullianus eſſe omnem cultum aut ſervitutem cuivis idolo.

IX. Ad idololatriam non requiruntur ſemper externa ſimulachra.

X. Omnes Hæretici merito accenſentur Idololatris.

XI. In qualibet idololatria Diabolus colitur.

XII. Artifices qui ſigna elaborãt, quæ deſtinanda ſciunt in uſum idololatriæ, graviſſimè peccant.

XIII. In tertio præcepto nõ modò perjurium & vana juramenta prohibentur, ſed omne genus contemptus divini nominis.

XIV. In Republica bene conſtituta, crimen blaſphemiæ in Deum capitale eſſe oportuit.

XV. In tertio præcepto non ſolùm mandatur ne polluatur nomen Dei, ſed è contra requiritur ut ſanctificetur.

XVI. Quemadmodum libet fidelibus juramẽtis uti, loco & tempore: ita illis non ſemper interdictæ ſunt execrationes.

XVII. A magiſtratu curari debet, ut inviolata ſint juramenta, cum ob honorem nominis Dei, tum propterea quod vincula ſint humanæ ſocietatis.

Probabilia.

I. Imagines in templis non eſſe collocandas.

II. Quod ex imitatione homines voluntatem capiant, inde eſt, quod facti ſunt ad imaginem Dei.

III. Prophanorum authorum profeſſores in primitiva Eccleſia antequam Evangelium eſſet publicè receptum, docebant cum magno periculo auditorum: hodie non item.

PROPOSITA EX XIX. CApite Exodi.

Necessaria.

I. Quicquid juſtitiæ in humanis legibus reperitur, aut Ethnicis ſcriptoribus, aut Decalogo continetur.

II. Omnes juſtæ & injuſtæ actiones ad Decalogum reduci poſſunt: quemadmodum omnia quæ ſunt, ad prima decem genera, quæ κατηγορίας appellantur.

III. In Decalogo traduntur paucis ea quę ſunt craſſiſſima: nam principia & brevia eſſe debent, & evidentia.

IV. Omnia quæ in Decalogo mandantur, naturæ lumini probè conſentiunt.

V. Intelligitur Decalogus ab omnibus ratione prędiris, quo ad illa quę prima fronte in eo proponuntur: ſed quę habet in receſſu, non ſunt percepta, niſi his qui Spiritu Dei illuſtrantur.

VI. In utraque tabula tria genera actionum tractantur, cordis nimirum, linguę & operis.

VII. Quędam pręcepta Decalogi non fuerunt tum primùm à Deo juſſa, quando in monte Syna tulit legem, ſed longè antea: in lege autem repetuntur & inculcantur ad majorem expreſſionem.

VIII. Mandati Sabbathi duę traduntur cauſę, quarum una eſt totius pręcepti, altera verò partis.

IX. Diliges Dominum Deum tuum ex toto Cor.
corde tuo, &c. ac proximum tuum ſicut teipſum, Lingua.
quamvis expreſsè non habeantur in ullo decem Opus.
pręceptorum, ſunt tamen forma & modus omnium.

X. Etſi qui proximum diligit legem implebit, non tamen tot mandata Decalogi ſuperfluunt.

PROBA-

Digitized by Google

PROBABILIA. A

I. In prima tabula quatuor præcepta collocamus. Primum, ut qui eſt verus Deus, is unus pro Deo habeatur. Secundum, ut nulli alij Dij, aut ullæ imagines ſimul cum eo colantur. Tertium, nomen ipſius habeatur ſanctum. Quartum, cuſtodiatur ſabbatum. In altera verò tabula ſex traduntur præcepta, parentes venereris: ne mœcheris: ne fureris: ne teſteris falſa: ne concupiſcas.

II. Poſtremum præceptum in quo de concupiſcentia agitur, in unum eſt comprehendendum non deducendum in duo. B

III. Duo genera cupiditatis in eo tantummodo recenſentur, quòd illa craſſiora ſunt ac magis occurrant.

IV. Primum mandatum & poſtremum pulcra ratione ſibi correſpondent, utrumque enim de ſpiritualibus animi moribus præcipit: nam primum bonos requirit, in poſtremo autem pravi interdicuntur.

V. Qui in uno offendit, reus efficitur omnium: C quia non minus conjuncta ſunt Dei mandata, quàm virtutes philoſophorum.

PROPOSITA EX XX. CApite Exodi.

NECESSARIA.

I. Legi Dei pugnantia videntur tribui in ſacris literis, prout vel per ſe vel per accidens accipitur, aut D quo vel integra conſideratur & tota, ſive mutila, ſive manca: quando per ſe & tota ſumitur, id eſt, non abſque Chriſto & fide, tum dicitur ſpiritualis, vivifica & ſalutaris: contra verò ſi per accidens & non integra accipiatur, id eſt abſque fide & Chriſto, damnationem, mortem, iram Dei & hujuſmodi mala dicitur adferre.

II. Opera legis non debent negari prorſus cauſas eſſe noſtræ juſtitiæ & ſalutis: at illud eſt negandum, quòd iſtorum bonorum præcipuæ ſint & inte- E græ cauſæ: miſericordia autem Dei, ſumma ac veriſſima cauſa eſt noſtræ juſtificationis.

III. Opera legis, imò & fides ipſa, quando accipitur per ſe, id eſt ſeorſim à Chriſto & miſericordia Dei, prout à nobis proficiſcuntur, ſemper habent conjunctum peccatum, imò ſunt peccata.

IV. Si legem abſque Chriſto accipiamus, ibi videbimus præcipi nobis impoſſibilia & irritamenta malarum affectionum.

V. Cùm Deus legi conjunxerit Evangelium, o- F portet ut illam ſuſcipiamus quomodo eſt nobis lata ab ipſo, ita ut alterum ab altero non divellamus.

VI. Quamvis lex à nullo mortalium in hac vita plenè ſervari poſſit, haud tamen legales promiſſiones vanæ ſunt habendæ.

VII. Opera legis juſtitiam declarant à poſteriori, id eſt argumentatione per effectum cauſam inferente: & ex frequenti illorum uſu juſtitiam adipiſcimur, qua natura inſtauratur & perficitur, non tamen ea per ſe juſtificamur coram Deo. G

VIII. Etſi opera legis dicantur juſtificare per aliud, id eſt per fidem annexam: non tamen per accidens, quia connexio fidei cum bonis operibus eſt per ſe.

IX. Leges civiles & morales veteris populi ſunt abrogatæ, non quo ad ſubſtantiam, ſed quo ad modum obſervationis ſive circunſtantias: moralis autem pars in ſuo robore ſimpliciter manet, ſecundum quid attamen poteſt dici abrogata, quia non damnat fideles, deinde quia non eſt illis moleſta, cùm ad i- H pſam voluntarij ſint & ultronei.

X. Quilibet fidelis hujus liberationis à lege particeps eſt pro fidei ſuæ portione.

XI. Apud fideles is eſt uſus legis, ut eam infidelibus prædicent, deinde ut illa ſe ipſos etiam ad pœnitentiam excitent, ad bona opera inſtaurent & ad meliorem vitam.

XII. Lex Dei tres requirit in noſtris actionibus perfectiones. 1. ut quod externè agimus honeſtum ſit. 2. ut id volentes & ultrò faciamus. I 3. ut bono & ſpirituali motu totum id referamus in Deum.

XIII. Arbitrio legis Dei, non judicio noſtro conſtituendum eſt de honeſto & turpi, ſive rectitudine & pravitate noſtrarum actionum.

PROBABILIA.

I. Factores legis apud Deum habentur, qui Chriſto credentes in obedientia ejus mandatorum ſe ſtudioſè exercent.

II. In illa ſententia Danielis; Eleemoſynis redime peccata tua, propheta intelligit per peccata ſupplicium & pœnam quæ peccatis debetur.

III. Qui ſuo judicio non autem ex verbo & lege Dei volunt ſtatuere de rectitudine & pravitate humanarum actionum, illi comedunt fructum arboris ſcientiæ boni & mali primis parentibus interdictum.

PROPOSITA EX XX. CApite Exodi.

NECESSARIA.

I. Sabbati præceptum eſt partim morale, partim cæremoniale, unde in eo aliquid continetur æternum, & aliquid temporarium.

II. Non erravit Chriſtiana Eccleſia cùm loco ſabbathi ſtatuit obſervãdum diem Dominicum, cujus in ſacris literis mentio habetur, quamvis de ejus obſervatione ibi præceptum non extet.

III. Magiſtratus debet adigere peregrinos, tametſi diverſæ religionis ſint, ne quid externè contra civitatis religionem faciant.

IV. Ea opera die ſabbathi non interdicebantur, quæ citra ſalutis jacturam nec differri nec anticipari poterant.

V. Opera Charitatis quæ neceſſariò tenemur impendere proximo, ſunt præferenda ſacris cæremoniis.

VI. Præcepta Dei ordinem inter ſe habent, ideo cum duo concurrerint in eodem opere, quæ ſimul compleri non poſſint, priori eſt incumbendum, poſteriori quidem non neglecto ſed in aliud tempus dilato.

VII. Ea opera feſtis diebus facienda ſunt, quæ ex verbo Dei conſtat ad divinum cultum pertinere.

VIII. Cæremoniis à verbo Dei nobis traditis, licet Eccleſiæ tempus, modum, locum, & aliquam ex circunſtantiis addere, cùm ad ornamentum, tum ad fidelium ædificationem: cui tamen minimè permittitur earum mutare ſubſtantiam, ut Papiſtæ fecerunt in ſua miſſa, quæ jam ſalva conſcientia fieri non poteſt.

IX. Monachi qui filios ſubducunt parentibus, ac monachos faciunt, graviùs peccant atque Scribæ & Phariſæi, quos Chriſtus arguebat, quòd præceptum de honorandis parentibus tranſgrederentur.

X. In promiſſionibus temporalium rerum implicat Deus ſpirituales promiſſiones.

XI. Res temporales, etſi videntur interdum viles, attamen in promiſſionibus divinis continentur, quo doceamur Dei providentiam ad omnia ſe extẽdere, utque ſciamus bona quantumvis minima à Deo petenda eſſe.

PROBABILIA.

I. In voce parentum comprehenduntur præceptores, magiſtratus & miniſtri Eccleſię, quia antiquitus dum pauci eſſent homines, patresfamiliàs hæc omnia obibant munera.

II. In decalogo non præcipitur expreſsè parentibus de officio erga filios, quia habent ad illud natura vehementiores στοργὰς, quàm liberi erga parentes.

III. Præceptum de parentibus obſervandis, primum eſt in promiſſione, (ut inquit Paulus) nimirum particulari, nam quæ in ſecundo præcepto habetur, eſt generalis.

PROPOSITA EX XX. CApite Exodi.

NECESSARIA.

I. Quando præcipit Deus non eſſe occidendum, Chriſti teſtimonio & iram prohibet, quod non

Digitized by Google

de qualibet eſt intelligendum, verùm de ea tantùm, A quæ pugnat cum charitate.

I I. Vltio non pertinet ad privatos, cùm ſit opus magiſtratus.

I I I. Qui præceptum non ulciſcendi dicunt eſſe conſilium, & ad ſalutem non neceſſarium, graviter errant.

I V. Cuique licet adverſus privatos vim vi repellere, modò non fiat ex odio aut appetitu vindictæ, & ſolum quando extrema urget neceſſitas, in B qua non poſſimus uti opera legitimorum defenſorum.

V. Dolendæ ſunt vices eorum qui extremo ſupplicio afficiuntur: ſed noſtris defenſionibus vel aliorum interceſſionibus non debet impediri exequutio juſtæ ſententiæ contra eos.

V I. Non licet homini ſibi ipſi manus adferre. Vnde Petilianus jure damnatur, quòd Martyres prædicaverit eos, qui cùm in gravia ſcelera eſſent prolapſi pœnitentiæ prætextu ſeipſos occidebant. C

V I I. Neque illi ſunt audiendi, qui id concedunt, cùm periclitatur caſtitas.

V I I I. Samſonis mors non excuſat eos, qui ſibi ipſis ſua voluntate manus adferunt.

I X. In præcepto quo adulterium prohibetur, è contra matrimonium commendatur, quod eſt legitima conjunctio maris & fœminæ in eandem carnem, ex inſtituto Dei, ad procreationem liberorum & ſanctam educationem, atque ut devitetur fornicatio. D

X. Vſus legitimus matrimonij non eſt, ut multi ſentiunt, peccatum veniale.

X I. Qui matrimonium dicunt non eſſe bonum, niſi ex collatione ad ſcortationem & adulteria, non bene ſentiunt.

X I I. Violatur matrimonium quando conjugibus in eandem carnem legitimè conjunctis admiſcetur aliena caro, non modò craſſo & externo opere, ſed corde, verbis, nutibus & aliis impuris actionibus. E

X I I I. Violatur etiam matrimonium divortio, abſque legitimis cauſis admiſſo.

X I V. Non eſt in facultate conjugum, ut alter alteri permittat ſui corporis facere copiam aliis, extra matrimonium.

X V. In Repub. bene conſtituta crimen adulterij deberet eſſe capitale.

X V I. Chriſtus ſeveritatem iſtam divinæ legis non remiſit ex eo, quòd non condemnavit mulierem illam adulteram. F

PROPOSITA EX XX. CAPITE Exodi.

NECESSARIA.

I. Ex præcepto, Ne fureris, non potuerunt Iſraelitæ furti coargui, quod Ægyptum exſpoliarint: cum ad rationem furti pertineat, aliena uſurpare invito Domino: at ipſi non aliena ſed ſua exportarunt, G nimirum ſibi à Deo collata.

I I. Ex iſto præcepto conſtabiliuntur privatæ poſſeſſiones rerum, ita ut non ſit inducenda communitas omnium facultatum, quoad poſſeſſionem, ſed tantùm quoad communicationem uſus & fructuum.

I I I. Mercatoria commercia, ſi juſtè inſtituantur, non ſunt damnanda, imò haberi debent ut vincula humanæ ſocietatis.

I V. Qui vectigalia defraudant, rei ſunt furti: ſed H principes non minus, quando illa exigunt graviora, quàm par ſit: ut quando ſubditis illa non præſtant, quorum gratia dantur.

V. Qui facultatibus, Deo, id eſt, Eccleſiæ conſecratis defraudant miniſtros, ſtudioſos juvenes, & pauperes, tenentur furti, & iſti viciſſim quando illis utuntur, & te non præſtant ea ad quæ ſunt inſtituti.

V I. Non omnis uſura huic mandato adverſatur, ſed illa quæ tantùm cum oppreſſione & jactu- I ra proximi contra leges & æquitatem lucrum adfert.

V I I. Hoc præcepto mandantur Eleemoſynæ, quæ ita ſunt moderandæ, ut in populo Dei quædam ſit rerum æqualitas, non quidem Geometrica, ſed Arithmetica.

V I I I. Falſum teſtimonium quod prohibetur, non ſolùm aſtringendum eſt ad forenſes actiones, verùm interdicitur etiam omnis ſignificatio, qua proximus noſter læditur, ita ut cohibeatur animus, lingua & actiones ad id facientes.

I X. Ex præcepto hoc infertur, ut quoad fieri poteſt, proximum noſtrum & commendemus, & ornemus ad gloriam Dei.

X. In mendacio quod officioſum vocant, etſi loquimur aliter atque ſentimus rem habere, non tamen ſecus quàm charitas & recta ratio loquendum eſſe judicet.

X I. Poſtremo præcepto quo dicitur, Ne concupiſcas, declaratur ut præſtet divina lex civilibus legibus & morali philoſophiæ.

X I I. Ex primo & ultimo præceptis oſtenditur lex eſſe ſpiritualis: nam ibi de omnibus animi motibus præcipitur, ac inde plenus elicitur ſenſus omnium aliorum mandatorum.

X I I I. Primum & poſtremum mandatum, cum obſerventur à nemine, illis valent homines facile ſe deprehendere peccatores.

PROPOSITA DE SACRARIO EX capite XXVI & ſequentibus libri Exodi.

NECESSARIA.

I. Quanquam ubique habendi eſſent populo ſacri cœtus, utile tamen fuit unicum habere ſacrarium, ubi ſolenniter ſacra fierent, & oracula reciperentur.

I I. Vt conveniat & nunc certis quibuſdam cæremoniis diſcrimen facere inter loca ſacra: impiè tamen illud diſcrimen inter templa noſtra fit, quòd homines ſe opem Dei in aliis citius quàm in aliis impetraturos arbitrantur.

I I I. Nec illud piè fit, cuiquam populo, loci cauſa præcipuas negare cæremonias: aut etiam ullum templum habere ſanctius, ob ſecundarias cæremonias: ut quædam Epiſcopis olim propter authoritatem majorem illis conciliandam peculiariter committebantur.

I V. Ornamenta & imagines in ſacrario tametſi non viderentur, populo tamen ſerviebant ad inſtaurandam pietatem.

V. Novo populo, quæ in ſacris locis audiat & percipiat, non quæ ſpectet tantùm, ordinata ſunt.

V I. Salubriter olim arcebantur interiore ſacrario, & eo quod ibi fiebat, ſacerdotes: exteriore & iis quæ in eo gerebantur, populus.

V I I. Nunc nemo ex populo Dei, niſi impiè, ullo loco, ubi ſacræ cæremoniæ habentur, aut ullis ſacris actionibus, quæ in Eccleſia Dei geruntur, excludi poteſt.

V I I I. Sacratiora ſymbola divinæ benevolentiæ, ut arca fœderis, propitiatorium, ſacri panes, lucerna, ſacrique ſuffitus à conſpectu populi veteris, utiliter abſcondebantur. Novo convenit exhiberi, monſtrarique omnia ſacra ſymbola clariſſimè.

PROBABILIA.

I. Per ſanctum ſacrarium majeſtas ſacerdotij Chriſti: per ſancta, dignitas ſacri miniſterij repræſentata eſt.

I I. Quia veteri populo precioſè atque variè ornatum Sacrarium conſtitutum eſt, putare conſentaneum eſſe, ut & nobis templa magnificè ædificentur atque ornentur, irreligioſa conjectatio eſt.

I I I. Imagines veræ decentéſque rerum, quarum recordatio ſalutaris ſit, Sanctis ſancto uſui eſſe poſſunt, ſed non in templis: ſiquidem illa à nobis habeantur, ut decet Chriſtianos.

I V. Vt Ambroſius piè Imperatorem cancellis presbyterorum excedere juſſit: ita pietati citius incommodat quàm commodet, clericis locum in Eccleſia ita conſecrare, ut non ſit fas aliis eodem loco conſiſtere.

PROPO-

PROPOSITA EX PRIMO Capite Levitici.

NECESSARIA.

I.

SACRIFICIVM eſt cæremonia, qua Deo aliquid offertur ex ejus præſcripto, ad remiſſionem peccatorum obtinendam, non modò civilem, ſed æternam per fidem Ieſu Chriſti, ibi repræſentati & exhibiti.

II. Fides diverſis promiſſionibus Dei accommodatur, ſed quæ juſtificat, Chriſtum ipſum reſpicit.

III. Cùm in Epiſtola ad Hebræos vel alibi in ſacris literis dicitur, veteres ceremonias non contuliſſe remiſſionem peccatorum, idem intelligendum, ut operis, aut ſemota fide Chriſti.

IV. Moſes de morte Chriſti nullibi eſt apertius locutus, quàm in legibus ſacrificiorum.

V. Mortificatio carnis eſt ſacrificium, ubi quiſpiam ſeipſum offert Deo.

VI. Sacramentorum ſymbola Deus voluit res eſſe paratu faciles.

VII. Quia Chriſti participatio habebatur edendo, quæ in ſacrificiis oblata fuerant, idcirco fuerunt apta humano eſui, quemadmodum cœnæ Dominicæ ſymbola.

VIII. In oblatione victimæ, offerens peccatum ſuum fatebatur, & agnoſcebat ſe reum mortis, qua mactabatur hoſtia.

IX. Peccata remittebantur in ſacrificiis, non quoad forenſe judicium, ſed quoad Deum.

X. In ſacrificiis præterea, quibus Chriſtus repræſentabatur & exhibebatur, inſtruebatur quoque populus de præcipuis virtutibus.

XI. Sacrificium quidem pauperum levius erat ſacrificio divitum, quoad impenſas, non tamē quoad dignitatem.

XII. Quamvis Chriſtus una oblatione conſummavit noſtram ſalutem, adhuc tamen ſuperſunt nobis multiplicia & varia ſacrificia in novo Teſtamento.

PROBABILIA.

I. Impoſitio manuum, quæ miniſtris Eccleſiæ in novo Teſtamento exhibetur, poſſet videri emanaſſe ab impoſitione manuum ſuper victimas, niſi inveniremus ejus mentionem in veteri Teſtamento ante latas leges de ſacrificiis.

II. Odor quietis cujus eſt frequens mentio in ſacrificiis, ſignificat ibi acquieviſſe Dei voluntatem, ut in re ad ejus arbitrium geſta, quodque ira qua fuerat irritatus in offerentes, ibi ſedaretur.

III. Sacrificiorum idcirco multa fuerunt genera, quòd Chriſtus non bene potuerit uno exprimi.

IV. Veteres cùm ſcirent per ſacrificia ſe Deo reconciliari & tamen intelligerent pecora quæ mactabantur non præſtare natura illis, pro quibus offerebantur, concludebant neceſſariò, ſacrificiorum dignitatem aliunde pendere, unde confugientes ad promiſſiones de Meſſia, ibi illum agnoſcebant ſibi proponi.

V. In hircis & hœdis qui immolabantur, Chriſtus exprimi poterat propter formam perfecti, quam aſſumpſit.

PROPOSITA EX II. III. IV. Capitibus Levitici.

NECESSARIA.

I. Sacrificia offerentibus excitabant memoriam promiſſionum Dei.

II. Cum Deus repudiat fermentum, ne ſibi incendatur, damnat pravam doctrinam & corruptos mores.

III. Mel & fermentum non repelluntur à Deo, ne ſibi incendantur, quòd ſint malæ res natura ſua: imo ſanctificari poſſunt verbo Dei & precibus, ut reliquæ creaturæ, & ideo inter decimas & primitias offerri poterant.

A IV. Symbola thuris, olei & ſalis, tranſtuliſſe ad cæremonias novi Teſtamenti (ut Papiſtæ fecerunt) fuit ſuperſtitioſum.

V. In ſacrificio pacificorum exercebatur ſancta communio inter fideles: nam Chriſtus ibi non ſolùm proponebatur credendus, ſed percipiebatur.

VI. Quamvis Cœna dominica per ſe non ſit ſacrificium, attamen non habetur abſque ſacrificio.

VII. Sacrificiorum dignitas non attendebatur B ex præſtantia rerum oblatarum, ſed ex acceptatione Dei & fide offerentium.

VIII. Adipis & ſanguinis uſus non prohibebatur quaſi natura ſua animum pollueret: ſed ob certas quaſdam ſignificationes.

IX. In cæremoniis, quarum ignoratur ratio, id ſæpe à Deo ſpectabatur, ut Hebræi diſcederent à ritibus Idololatrarum.

X. Peccatum eſt defectus non ſolum in actionibus ſed in natura humana: quo legi Dei homines C adverſantur, atque incurrunt ejus iram & æternam damnationem, niſi fide Chriſti juventur.

XI. Quòd peccatorum quædam commiſſionis dicantur, & quædam omiſſionis, inde oritur, quòd præcepta quædam tulit Deus affirmativa, & quędam negantia.

XII. Ignoratio quæ peccatum verè excuſat non eſt affectata, & verſatur potiſſimum in circunſtantiis actionum.

XIII. In oblationibus ſacrificiorum, etſi re D mittebantur peccata per fidem Chriſti, non tamen propterea tollebantur civiles pœnæ, aut forenſes actiones.

PROBABILIA.

I. Quod in ſacrificio Minha nulla pars thuris ceſſit offerenti vel ſacerdoti, ſed totum coram Domino intendebatur, oſtendit invocationem deberi ſoli Deo, non hominibus.

II. Mel à Deo repudiabatur ne ſibi incenderetur: quòd carnis voluptates ad cultum Dei non faE ciant.

III. Sal perpetuò requiritur in ſacrificiis: quod abſque fide nil Deo placet.

IV. Apoſtoli renovarunt in primitiva Eccleſia mandatum, ut ſanguis non ederetur: & de adipe tacuerunt: quoniam illud præceptum ſanguinis tempore Noah fuit promulgatum & gentibus potuit innoteſcere, non item de adipe.

F

PROPOSITA EX IV. ET V. Capite libri Levitici.

NECESSARIA.

I. Peccatum ſacerdotum gravius eſt peccatis vulgarium: quia doctrinæ imminuitur authoritas, exemplum ad peccandum eſt efficacius, & miniſterium habetur ludibrio.

II. In ſacrificiis confeſſio erat triplex. Prima conſtabat victimæ ſymbolo, quæ offerebatur. Se G cunda generalis adhibebatur peccatorum expoſitio. Deinde nonnunquam particulariter peccata indicabant.

III. Confeſſio, quam appellat auricularem, non debet ex Eccleſia tolli, ſed potius emendari.

IV. Illis rebus, quæ ſymbola fuerunt ſacramentorum, aliquis debetur honor poſt ſacramentalem uſum, verùm citra ſuperſtitionem & ſcandalum infirmorum.

V. Nullus eſt in populo Dei gradus tam eximius, qui fraternæ correctioni ſubjici non debeat.

H VI. Poteſtatis Eccleſiaſticæ plenitudo eſt in Chriſto, qui hanc communicavit univerſitati fidelium, & ipſa executionem illis tribuit miniſtris à ſe electis.

VII. Eccleſia poteſt errare, & reipſa quandóque erravit, etiam in his quæ ad fidem pertinent.

VIII. Quando à magiſtratu inſtituitur inquiſitio de aliquo crimine, quicunque examinantur debent fateri id quod de eo ſciunt.

IX. Fideles Chriſti ſi in judicio inquirantur de I ſua fide, tenentur eam confiteri.

X. Cum judex fortè quæſiverit, ut fratres pro-

Digitized by Google

dantur,eos non debemus iudicare.

XI. Qui ab accuſationibus legitimis deſiſtunt in Repub.non poſſunt prætexere juſtam miſericordiam.

XII. Qui juravit ſe quippiam mali facturum,id non præſtando minimè peccat,ſed peccavit jurando temerè.

XIII. Sacrificiorum oblationes complures habuerunt utilitates. Primò, confirmabatur fides offerentium. Secundò,fuit ibi gratiarum actio. Tertiò, ſuſtentabantur miniſtri:ac demum confitebantur ſacrificantes , propter ſua peccata illam ſibi deberi mortem,qua victimæ afficiebantur.

XIV. Qui verè credit Deo , non eſt dubius de remiſſione peccatorum aut de ſalute ſua , alioquin ex fide fieret opinio.

XV. Certitudo quã habemus noſtræ ſalutis,non eſt ſenſus,neque experientiæ, aut ſcientiæ,ſed fides.

PROPOSITA EX V. VI. & VII. Capitibus Levitici.

NECESSARIA.

I. Vera fides quæ juſtificat,non eſt abſque ſalutari pœnitentia.

II. Qui non reſtituit ablata, ſi ei facultas reſtituendi fuerit , eum non verè pœnitet ſuorum peccatorum.

III. Reſtitutio ablatorum tempore anteponitur ſacrificio.

IV. Lampades ardentes , aut cereos accenſos habere ante Martyrum reliquias , aut quemadmodum fit in Miſſa papiſtica,ſuperſtitioſum eſt.

V. Non eſt firma connexio: Nunc licet ſanctorum preces,dum vivunt,implorare : ergo & quando ex hac vita diſceſſerunt,idem conceditur.

VI. Qui ſacramenta , quoad eorum ſubſtantiam,aliter percipit quàm à Deo ſunt inſtituta , id ei eſt exitioſum,& Deo res abominabilis.

VII. Vt Deus appellat ſacrificia , quando fiebant abſque fide,abominationes:ita nos verè ſtatuere poſſumus de aliis bonis operibus in genere , ſi fiant abſque fide.

PROBABILIA.

I. Ortus luminarium in Eccleſia inde fuit, quòd templa erant antiquitus obſcura , & ibi noctu Chriſtiani vigilias agebant.

II. Elevatio & motio panis in miſſa , quæ fit per ſacrificos, eſt deſumpta ex Levitica ratione levandi & movendi,quæ Deo erant oblata.

PROPOSITA EX LIBRO IVDICUM, capite undecimo.

Et eiecerunt fratres Iephtham,& dixerunt,non eris heres in domo patris noſtri,quoniam filius es mulieris extraneæ.

I.

QVOAD pœnas æternæ damnationis, quiſque onus ſuum portabit , non alienum.

II. Pœnas temporarias cùm aliqui pro aliis ferre dicuntur, conqueri non poſſunt, quin eas mereantur.

III. Nulla committitur à Deo injuſtitia , ſi quandoque à filiis pro ſalute parentum aliquas temporarias pœnas exigat.

IV. Non tantùm juſtitiæ , ſed miſericordiæ quoque Dei tribuendum eſt, quod peccata parentum in tertiam & quartam generationem puniat.

V. Dum boni pœnis temporariis malorum involvuntur,Deus in terris diſciplinam ſtatuit.

VI. Id proprium eſt Dei , neque ab hominibus uſurpari debet , ut filios propter peccata parentum puniant , quando facinoribus parentum non conſenſerunt.

FINIS.

QVÆSTIONES.

I.

AN Lex Exodi 22. de puellis conſtupratis à conſtupratoribus ducendis in republica Chriſtiana ſit retinenda?

II. Si propter puellarum laſciviam magiſtratus nimis rigidam legem exiſtimet,& ideo abrogandam , An miniſter illis author eſſe debeat abrogandæ? an liberum hoc illis permittere? aut quid debeat eis reſpondere?

III. An Magiſtratus rectè faciat , ſi diſcedat à lege divina?

IV. An hæc pars pertineat ad libertatem Chriſtianam? An legi naturæ conveniat , an verò tota ſit politica?

V. Cùm ſanctiſſimi viri non tantum iuraſſe legantur, Vivit Dominus:ſed addunt aliquando , & vivit anima tua, non tantùm in aſſeverationibus , ſed etiam in atteſtationibus. Quid reſponderi poteſt Papiſtis,qui dicunt non per ſolius Dei nomen oportere iurare.

AD PRIMAM QVÆST.

Ex Lege Dei Exod.22. non eſt prorſus neceſſe,ut quis conſtupratam à ſe virginem ducat,quoniam ibi additur: Quod ſi pater corruptori eam dare noluerit, is perſolvat dotem virginum. Hæc additio eſt magni momenti. Nam Deus vult patriam poteſtatem ſalvam eſſe , nec patitur liberos contrahere nuptias citra parentum conſenſum. Atque ſi lex iſta,nuptias inter corruptam & ſtupratorem ſanciret omnino neceſſarias, petulans puella facilè pateretur ſibi ſtuprum inferri ab eo, quem patre invito maritum cuperet,quo citra eius conſenſum optatis nuptiis potiretur. Voluit ergo Deus eſſe in manu patris,huiuſmodi nuptias approbare vel improbare. Cùm igitur magiſtratus ſit pater patriæ , poteſt huiuſmodi nuptias ſuis legibus vel iubere vel remittere , modò crimen non evadat impunitum,quia lege Dei ad id aſtringitur, ut malum tollat de medio populi.

AD SECVNDAM.

Mihi non videtur conſultum Reipublicæ,ut propter puellarum laſciviam ſive petulantiam,Lex de corrupta & à ſe viciata ducenda in uxorem , abrogetur , quia niſi timore huius pœnæ coerceantur homines à ſtupris,paſſim audebunt laſcivas & petulantes polluere, unde in civitate fœditas & turpitudo magis ac magis abundabit. Vt itaque imminueretur ſupplicium corruptorum nunquam eſſem author,ne feneſtra peccatis aperiretur. Quare miniſtri eſſet,mea ſententia, magiſtratus fideliter admonere,ut ſuis legibus,quoad fieri poſſit,criminibus habenas magis contrahant,quam relaxent.

AD TERTIAM ET QVARTAM.

Lex iſta partim civilis eſt, partim moralis. Id eſt morale ac ſempiternum,ut à Magiſtratibus ſtupra & vagæ libidines prohibeantur. Ad rationem verò politicam ſpectat, genus pœnæ decernere , quod principi liberum quidem relinquitur. Sed ita liberum,ut mutet Iudaicæ legis civilem ſententiam,ut populo ſuo magis videbitur congruere , non ſane ad carnis libertatem,ſed ad vitiorum emendationem. Leges Romanæ ut habetur in Inſtitutionibus de Iudiciis publicis primo , virum honeſtioris ordinis ob tale crimen admiſſum dimidia parte bonorum mulctabant. Viliores autem perſonas relegabant & corporali pœna coercebant. Et Auguſtinus in lib. de Mendac. ad Conſentium cap. 8. dicit : furta levius puniri quàm ſtupra. Pœnam igitur commutare Magiſtratui liberum eſt. Sed cùm neceſſe habeat vitia coercere,ut id conſequatur,non leviorem , ſed graviorem potius decernere debet, alioquin id vitij,ut reliqua, indies magis magiſque graſſabitur. Et ex iis quæ dixi iam,ad quartam quæſtionem ſatis reſponſum arbitror.

Quatenus pœnã magiſtratui mutare liceat.

Ad ultimam quæſtionem de iuramentis , Reſpondeo tres eſſe iurandi formas in ſcripturis uſitatas. Vna cùm dicimus: Per Deum , per Chriſtum & conſimilia. Alia duæ ſpeciem habent vel precum vel execrationis. Execrationis formæ ea ſunt: Diſpeream,malè mihi ſit. Quod iuramenti genus eſt in Pſalm.7. Si iſtuc commiſi,ſi eſt perverſitas in manibus meis: Si ei qui fœdere panis mecum vinctus eſt , malum rependi, imò ſi deſtitui infeſtantem me,abſque cauſa,perſequatur hoſtis

Ver.4.

animam meam, & aſſequatur & conculcet in terra vitam meam,& deducat gloriam meam in pulverem. Formula verò iurandi in precibus eſt. Ita vivam, ita me Deus adiuvet,ad quam ſpeciem ea revocantur, de quibus modò quæſitum eſt, Vivit anima tua, ſeu Vivit anima mea,&c. De prima ſanè iurandi ratione ſatis conſtare arbitror per Deum tantummodo eſſe iurandum. At in duabus aliis formulis nihil prohibet,quin res creatæ quoquomodo nominentur, quod utique obliquè fit,ſi res penitius inſpiciatur,cùm ipſius Dei recta,licet tacita,ſit imploratio. Quid enim aliud eſt, Vivit anima tua, quàm ita Deus te vivum ſervet,ut hoc verum eſt quod modo teſtor:Vt hoc ſum facturus,quod tibi polliceor? Similiter quoad execrationes ad Deum oratio dirigitur, cùm dicimus:Perſequatur hoſtis animam,perinde eſt ac Deus efficiat, ut ab hoſtibus perpetuò divexer. Sunt itaque præciſæ & abruptæ iurandi rationes, quibus ut integræ reddantur, nomen Dei eſt ſubiiciendum. Sicut è diverſo quandocunque Dei nomen exprimitur & vel execrationes non explicantur: ut, hæc mihi faciat Deus,& hæc addat.Vbi reticetur quænam ea ſint quæ pati velis,ſi fefelleris is qui peierat.

††† CONSILIA ASTVTA
quomodo valeant.

Ex 2. lib. Samuelis,cap.15. 31.

QVVM Davidi nuntiatum eſſet, Achitophelem cum Abſalomo facere, animus ejus multis modis impeditur. Patientiâ ſingulari opus ergo fuit. Neque ita pungebatur animus Davidis, ut dolor ſtatim tranſiret, ſed aculeus relinquebatur. Nam cùm hæc pateretur,ad cauſam malorum ſuorum ſe referebat,nempe peccatum. Ioſephus ſcribit nihil triſtius hoc tempore Davidi nunciari potuiſſe. Nam inter ſe conferre oportet apparatum bellicum & vires Abſalomi, cum aſtutis conſiliis. Certè mala conſilia magis noxia ſunt quàm apparatus bellicus & vires corporis, quia hæc omnia ſunt inſtrumenta ad victoriam: at callidum conſilium ceu artifex exiſtit. Vt artifex inſtrumentis præſtat:ita cõſilium malum plus noxium eſt quàm alia illa quæ corporea ſunt, conſilium verò ad rationem pertinet. Multos Achitopheles hodie Antichriſtus habet ſecum, quod intelligimus ex illis quæ aſtutè agit. Abundat Papatus copiis & Principum armis, ſed aſtuta conſilia magis timenda ſunt. Imitemur ergo Davidem:oremus Deum ut infatuet conſilium Achitophelis. Vt conſilia dona Dei ſunt: ita illius eſt iſta impedire.

Aſtuta conſilia jurando valeant.

Quomodo Deus infatuat mala conſilia?

Dixeris fortaſſe, Deus non infatuavit conſilium Achitophelis:ergo non audivit Davidem. Certè effecit Deus,ut ea conſilia quę aſtuta erant,Abſalomo fatua viderentur. Dei ergo eſt opus, conſilia hominum irrita facere,aut iis dare ſucceſſum. Pulcherrime ſcribit idẽ David,Pſal.33.ver.10.11. Deus diſſipat conſilia gentium: Dei verò conſilium manet in æternum. Non eſt eo ingenio Deus,ut delectetur fruſtratione hominum: ſed culpa hominum fit,qui temerarij ſunt, ut Deus illis ſeſe opponat. Conſilia eorum ſi bona eſſent,non impedirentur:at adeo mala ſunt, ut ſi ſucceſſus eis daretur,nihil eſſet ſalvum. Suſcipiunt bella, non tantùm contra honeſtatem & pietatem,ſed etiam contra Deum ipſum:ideo eis occurrit. Sed ipſum Dei conſilium,quod deſtinavit ad gloriam ſuam & ſalutem electorum, manet. Sunt adamantina Dei cõſilia. Zacharias cùm videret quadrigas,h.e.quatuor monarchias,quæ afflicturæ erant Eccleſiam, mittebat eas Deus intra montes æreos, ad ſignificandam firmitatem ſui conſilij: ut Deus decreverat,ita evenit.

Zach.6.1.

Dei Sapiẽtia.

Davidis preces conjunctæ ſunt cum inſigni confeſſione divinæ potentiæ, quod in manibus habeat hominum conſilia. Sæpe efficit ut quæ utilia proferuntur,videantur ſtulta & reiiciantur: ita etiam efficit ut mala impiis utilia videantur. Vnde Auguſtinus ſcripſit ad Simplicianum, Non eſſe in poteſtate noſtra, ut res nobis offerantur eo modo, ut poſſint accipi aut placere: id efficit Deus. Sæpe fit, ut bona ſe nobis offerant,ut placeant, id (inquit ille)non eſt noſtrum. E diverſo videtur mentes impiorum excæcare,ut quæ bona ſunt ſicut mala accipiant. Videmus igitur,ut nobis opus ſit divino auxilio. Primum,ut bene judicemus de rebus; deinde,ut voluntas eligat: quod ut fiat,impedimenta removeri oportet. Fit ut lumine Dei bene judicemus,ſed affectibus repreſſi non eligamus. Hinc videmus quàm infirmum ſit arbitrium humanum. Quo ad judicium,quatitur vehementer:res non ſemper offeruntur, ut placeant: ſi offerantur, adhuc ſunt impedimenta multa. Gratiâ ergo opus eſt,ut regamur quo ad notitiam & amotionem impedimentorum.

Lib.1.quæſt.2.

Auxiliũ Dei quàm nobis ſit neceſſariũ.

Si filius nos liberaverit,inquit Servator noſter,verè liberi erimus. Poſſumus quidem jactare libertatem ſed aliud eſt jactare,aliud habere. Rogat ergo David, ut Deus infatuet conſilia Achitophelis, adeo ut vafra conſilia ſtulta videantur:orat ne ita noceant ut vellet impius. Cæterùm dixeris, non omnino impedita ſunt ejus conſilia, quoniam ut conſuluit, nempe ut Abſalom pollueret novercas ſuas, id fecit, nec judicavit conſilium illud fatuum. Concedimus,quo ad hanc partem,Deum non irritum feciſſe Achitophelis conſilium; ſed quo ad alteram partem,videlicet oppreſſionem Davidis. Cur in priore non fecit irritum?quia decretum erat, ut hoc fieret: Dixerat enim Propheta, veniet proximus tuus, & auferet uxores tuas,&c.

Ioan.8.36.

Achitophelis conſilia quatenus impedita.

2.Sam.12.11.

††† CONSILIVM DEI, IN
mutationibus variis,quomodo conſiderandum?

QVæritur, quo modo Samuel dixerit Sauli, Dominus ſtabilierat regnum tuum ſuper Iſraelem uſque in æternum, nunc autem regnum tuum non ſtabit. Quomodo enim potuiſſet regnum manere in familia Saulis in æternum, cùm antea prædictum fuerit à Iacobo, regnum fore in tribu Iuda, & Deus ab omni æternitate decreverit ſe daturum jus regiũ domui Davidis? Hîc non poſſumus reſpondere, Deum quidem ita primùm decreviſſe, ſed poſtea mutaſſe ſententiam. Deus enim non mutatur. R. Levi Ben Gerſon putat עד-עולם hadh-holam, in æternũ non ſignificare æternitatem, ſed certum aliquod ſpacium temporis: atque ita & Saulem regnare potuiſſe in ſeculum, i. ad longum tempus, & poſtea David illi ſuccedere. Sed hęc ſententia mihi non multum probatur. David enim jam non tantùm natus, verum etiam adultus erat, ut Saul ad longum tempus regnare non potuerit. Deum verò non mutari omnes fatentur, ſed non omnes tamen eodem modo. Quidam enim aiunt nos fingere, Deum prædeſtinare aliquid ab æterno quod tamen poſtea exequatur. Id abſurdum eſt,inquiunt:Deo enim omnia ſunt præſentia.

Lib. 1. Sam. cap.13. v.13. & 14.

Gen.49.10.

Atqui nos non dicimus, Deum moveri ad tempus,ſed ejus conſilia eſſe ab æterno. Sed hoc dicimus,cùm ad eventum pervenitur, illum nulla inſtituere nova conſilia. Paulus ait ſe fuiſſe electum ab utero matris: & nos fuiſſe prædeſtinatos ante jacta fundamẽta mundi. Iſta in Deo quidem æterna ſunt: in rebus tamen ipſis longè antea prædeſtinata ſunt quàm facta. At ſi volunt cavillari de prædeſtinatione,objiciemus prædictiones, in quibus non poſſunt tergiverſari. Quum nihil egiſſent aut boni aut mali, ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, dictum eſt; Iacob dilexi,Eſau autem odio habui. Ita de regno conſtituẽdo in tribu Iuda multò ante prædictum eſt quàm David, qui primus ex ea tribu regnavit, naſceretur. Quo modo ergo dicit Samuel, Deus conſtituiſſet regnum tuum in æternum? Eſt potentialis loquutio. Sed quæ eſt iſta potentia? Multæ aliæ ſunt ejuſmodi formæ loquendi in ſacris literis. Si cognoviſſent, inquit Paulus, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Atqui prædeſtinatum erat à principio,Chriſtum eſſe moriturum. Ita vulgo dicere ſolent, Si Adamus non peccaſſet, Chriſtus non fuiſſet paſſus,ſed mittamus illa, & iſtam ſententiam quam habemus in manibus, ex qua bene intellecta ſimilia cætera omnia intelligi poſſunt, expediamus.

Deus non mutatur.

Galat.1.15.

Epheſ.1.4.

Rom.9.11.

Loquutio potentialis.

1.Cor.2.8.

Primum autem videamus, utrum prædeſtinatio Dei de Davide fuerit cauſa cur Saul ejiceretur è regno. Eiectionis ejus duæ mihi videntur fuiſſe cauſæ:altera irritans Deum, nimirum Saulis peccatum:

Cauſa ejectionis Saulis.

altera autem voluntas Dei, ſed provocata & irritata peccato. Vtri ergo harum cauſarum adſcribemus ejectionem? Certè peccato. Par enim erat, ut qui male ſe geſſiſſet, moveretur loco. Itaque Oſeas ait, ex te malum tuum, ô Iſraël. Negare quidem non poſſumus, voluntatem Dei aliquo modo fuiſſe cauſam, vera autem & certa cauſa peccatum erat. Aliud etiam diſcrimen non parvum erit, ſi peccata noſtra ad ſupplicia conferamus: & bona noſtra opera ad mercedem. Nam peccata noſtra merentur ſuppliciũ: opera verò bona mercedem non merentur. Cur ita? inquies. Quoniam eſt proportio inter peccatum & pœnam. At ea inter bona opera & mercedem nulla eſt. Non enim ſunt condignæ paſſiones hujus vitæ ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Adhæc mala opera propriè ſunt à nobis: bona autem non ſunt niſi à Deo. Itaque mors æterna poſſet dici merces peccati. Contrà, vita æterna non poteſt dici merces juſtitiæ noſtræ. Dicimus ergo, peccatum Saulis fuiſſe veram cauſam cur exciderit è regno. Vt autem conſiſteret, bona opera nunquam potuiſſent eſſe cauſa.

Oſe. 13. 9.
Rom. 8. 18.
A B C

Dei decretum an Sauli neceſſitatem imponuerit?

Sed iſtud conſilium & decretum Dei an imponebat Sauli neceſſitatem? Nulla erat in eo neceſſitas ejus rei abſoluta: nam quod attinet ad interna principia peccandi, ea Saul habuit in ſeipſo; & quod fecit, volens ac ſua ſponte fecit. Decrevit quidem Deus regnum Davidi & tribui Iudæ, ita tamen ut id Sauli juſtè prius eriperetur. Et ſi Deus prævidebat Davidem fore regem, prævidit etiam peccatum Saulis. Vidit utrunque & hunc peccaturum, & alterum regnaturum. In hoc ordine nihil peccatur à Deo. Verum quidem eſt, potuiſſe Deum ita punire Saulem, ut illi non auferret regnum. Poſteros enim Davidis, cùm jam facti eſſent idolatræ, punivit multis modis: regnum tamen illis reliquit integrum. Sed erat in manu Dei, ut Saulem puniret, quo ipſe modo vellet. Non autem eadem conditione regnum Sauli datum erat qua Davidi. Nam cùm Ieroboam invaderet Iudam cum octingentis millibus militum, Abia rex Iuda aſcendit in collem, habuitque orationem ad decem tribus. An neſcitis (inquit) Deum dediſſe regnum Davidi fœdere Salis? Sal non putreſcit aut corrumpitur: deinde adumbratur etiam in ſacrificiis. Alterum ergo ſignificabat, fœdus illud ictum cum Davide nunquam fore violandum: alterum, ictum illud fuiſſe quodammodo per ſacrificia, atque ita jam eſſe ſacroſanctum. Non ita pollicitus eſt regnum Sauli: nam ſi promiſiſſet, auferri id illi non potuiſſet. Quamvis ergo Deus iſta de Saule & Davide decreviſſet, tamen Saul ex propriis principiis & ſua ſponte peccavit.

D E
2. Chron. 13. 3. 5.
F

Præſcientia Dei.

Ad præſcientiam autem Dei ſi reſpicias, eſt quidem in ea neceſſitas aliqua; ſed tantùm (ut ajunt) ex hypotheſi: quia Dei præſcientia falli non poteſt. Non tamen turbat Deus naturam rerum; ſed patitur ut quicquid fit naturaliter & ſponte fiat. Sed propius accedamus. Conſtituiſſet regnum tuum in æternum. Quomodo? quia æterno decreto conſtituere potuiſſet, ut regnum ejus poſteritati ſtaret in æternum. Atque ita potentia iſta ſita erit in decreto Dei. Deinde etiam, quod ad Saulis naturam attinet, potuiſſet Deus illi conſtituere regnum in æternum. Quod in aliis regibus videmus factum, quos Deus, cùm peccaſſent, non dejecit. Sed eſt alia ſolutio, longè facilior, ut dicamus iſta dici more hominum, qui ſolent dicere aliquid fieri, vel fieri poſſe, cùm apparet factum, aut videtur poſſe fieri. Ita enim Chriſtus loquitur cùm ait, Gaudete & exultate, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Ibi tamen aderat Iudas: ibi erant ſeptuaginta diſcipuli, qui poſtea à Chriſto diſceſſerunt. Quomodo ergo erant illorum nomina ſcripta in cælis? Quoniam ita videbantur, & jam ex illis principiis habebant inchoationem.

G
Hæc hominũ more dicta videntur.
Luc. 10. 20.
H

Ita ſcribitur in Apocalypſi: Tene locum tuum, ne alius accipiat coronam tuam. Quomodo erat ea corona quæ poſſet amitti? Quoniam ita eſſe hominibus videbatur: & quoniam utebantur externis illis mediis quibus pervenitur ad coronam. Corona enim vel eſt ex prædeſtinatione; atque ea certa eſt, nec poteſt amitti: vel ex inchoatione, aut quod ita videatur, atqui ea poteſt interverti. De corona quæ videatur,

Apocal. 3. 11.
I

A ita loquitur Chriſtus; ei qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur. Non dicit, quod habet: ſed tantùm, quod videtur habere. De inchoatione autem ſcribitur ad Hebræos: Qui ſemel illuminati ſunt, guſtaveruntque bonum Dei verbum, &c. Illi, quod attinet ad hæc media habere videntur coronam. At ſi excedant non poſſunt renovari, inquit Paulus. Ita Sauli regnum conſtitui potuiſſet in æternum: quia habuit eam inchoationem, & ea media quibus regnum retinere potuiſſet. Ita Iudæ ſubſtitutus eſt Matthias, Caino Sethus, Iudæis Gentes. Ita Iob ait, Deus conteret gentes multas & fortes, & alias illis ſubſtituet. Ita cùm Angeli cecidiſſent, homines ſucceſſerunt in eorum locum. Atque hæc eſt ſententia hujus loci apud Ieremiam: Si ego locutus fuero malum de aliqua gente, & gens ea egerit pœnitentiam, ego quoque pœnitentiam agam de omni malo quod cogitaveram facere. Promiſſio facta Sauli de regno habuit conditionem, cui cùm ille non ſtaret, regnum illi optimo jure eripitur.

Mat. 25. 29.
Heb. 6. 4. 5. 6.
B
Iob. 34. 24.
C

††† DE FLETV, LACHRYMIS ET LVCTV.

SVnt qui in Davide, fletum tam effuſum ob Abneri cædem, non probant, dicentes factum illud nimis fuiſſe muliebre; & Lycios veteres, ſi quis lugere publicè voluiſſet juſſiſſe, ut tantiſper muliebri veſte uteretur, ut intelligeret ſe facere muliebriter. Nos tamen non poſſumus moderatas lachrymas ita facilè contemnere. Nam illorum orationes mihi nimis Stoïcæ videntur. Adhiberi quidem poſſunt lachrymæ, ſed modo, loco, & tempore. Chriſtus ipſe flevit ſuper Hieroſolymam, & ad Lazari ſepulchrum: atque habetur in epiſtola ad Hebræos, oravit cum multis lachrymis. Paulus etiam ait ſe ſerviſſe Eccleſiæ cum lachrymis, & per multas lachrymas ſcripſiſſe. Seneca, quamvis Stoicus, tamen lachrymas non prohibet in univerſum. In morte amici non ſicci ſint (inquit) oculi, non tamen fluant. Flendum eſt, non plorandum: flere enim eſt argumentum deſiderii & interioris doloris. Curandum eſt ne excidat amicus e memoria. Quod ſi dicas, id fieri non poſſe ſine dolore, ſcire debes illud ipſum dulce eſſe. Idque probat duobus ſimilibus. Vinum vetus (ait) dulce eſt, cum ſua quadam amaritudine: & poma quædam cum aliqua aſperitate ſuavia ſunt. Ita dulcis eſt amicorum memoria mortuorum: vivorum autem, jucundior omni melle: idque ſine ulla aſperitate. Sed alii ſunt (inquit) qui amicos vivos negligunt, poſtea magnopere deflent mortuos. Eam appellat magnam perverſitatem. Ipſe tamen Seneca tenere ſe antea non potuit, quin immodicè & effuſè fleret in morte Annæi Sereni. De peccatis verò nullus præſcribitur modus ad lugendum. Horror enim peccati ſemper nobis verſari debet ante oculos. Licet ergo lugere mortem aut calamitatem ejus, qui nobis, charus eſſe debet: modò id honeſtè & graviter faciamus.

Lib. 2. Sam. ca. 3. v. 31. 32. 33.
D
Luc. 19. 41.
Ioan. 11. 35.
Heb. 5. 7.
Act. 20. 19. 31.
2. Cor. 2. 4.
E
F
Peccata quomodo lugenda.

David à facie filii Abſalomi fugiens aſcendit per montem olearum, & incedens flet. Nimirum quod ipſe cauſam dederit tot ærumnis. Lachrymæ ſanctorum multum faciunt ad provocandam miſericordiam Dei: imò, ut cecinit David, ſunt numeratæ ante Deum. Vnde pulcherrimam habemus vocem Chriſti in Evangelio; Beati qui lugent, quoniam conſolationem accipient. Ita quodammodo Deus cudit ſuos & format ad vitam æternam. Crucibus iſtis revocantur homines ad vitam: magni Spiritus, qui ſunt inimicitia adverſus Deum, hoc pacto deprimuntur. Quis in Davide flente non videat Chriſtum aſcendentem in Golgotha? flebat David & populus cum eo. Dum flet invocat Dominum Deum ſuum, quemadmodum Pſalmi ea de re compoſiti abundè teſtantur. In iſta invocatione luctuoſa æſtimare debemus acerrimam luctam fuiſſe inter carnem & Spiritum. Deum invocat, quem caro hoſtem ſentiebat: affligentem ſe vocat: tamen victoria erat fidei. Incedebat tecto capite; quod nonnulli dicunt dejectionis fuiſſe ſymbolum: unde mulier cooperto capite orare jubetur. Sed veriſimilius eſt, opertum fuiſſe caput more lugentium. Qui vere lugent, delectantur fletu: &

G
Lib. 2. Sam. ca. 15. v. 30.
Sanctorum lachrymæ.
H
Preces in luctu.
Incedere capite operto.
I
1. Cor. 11. 5.

qu-s

Digitized by Google

quos verè pœnitet delictorum, toti in hac cogitatione eſſe volunt; non oculos hinc inde circunferri nec ſuas lachrymas cupiunt ab aliis videri: ſatis eſt ut à Deo videantur.

††† REGI, PRINCIPI, MAGIſtratui, num liceat de Religione ſtatuere?

In 1. lib. Samuelis, cap. 28. v. 3. QVæritur, liceréítne Regi ſtatuere de Religione? Videtur potius fuiſſe ad Sacerdotes & Prophetas. Imo licuit Sauli iſta facere, idque ex officio. Deus enim juſſerat ariolos auferri. Qui autem dicunt, principes (ut appellant) ſeculares & profanos non oportere iſta attingere, peſſimè conſulunt ſaluti Eccleſiæ. Quid enim, ſi paſtor efficiatur lupus, quis eum tollet niſi magiſtratus? (Deut. 18. 11.) Aut ſi Epiſcopi, ut fit, nõ præſint ex dignitate Eccleſiæ, nec ex verbo Dei, quis eos coercebit? Sed Ozias rex, inquiunt, cùm voluiſſet ſacrificare, lepra percuſſus eſt: & Oza, cùm attigiſſet Arcam labentem ex curru, affectus eſt morte. (2. Chron. 26. 21. 2. Sam. 6. 7.) Quare principes (inquiunt) non debent iſtis rebus ſe admiſcere. Quid ergo facient? fingunt in Eccleſia duo eſſe luminaria: & Papam quidem cum Epiſcopis eſſe luminare majus: Imperatorem autem, Reges & Magiſtratus eſſe luminare minus. Illos oportere curare, (i. perdere) corpora; ſe verò animas. Ita volunt Principes tantùm eſſe paſtores quoſdam armentarios, ut ſaginent corpora.

Rationes adv. errorem Pontif. Ar ne Philoſophi quidem ita abſurdè ſentiunt. Nam Ariſtoteles in Politicis ait, Magiſtratus officiũ
1 eſſe, curare ut populus bene & ex virtute vivat. Nulla autem major eſt virtus quàm religio. Deus jubet,
2 ut princeps deſcribat ſibi legem, non tantùm ut eam ipſe ſibi ſervet, ſed etiam ut ad ſervandum cogat alios. (Deut. 17. 18.) Lex autem non tantùm continet politica, ſed etiam ceremonias & cultum Dei. Quum Lex diſtri-
3 buta ſit in duas tabulas, utraque commiſſa eſt pote-
4 ſtati magiſtratus. Adhæc Paulus ait, Magiſtratum obtinere vices & locum Dei, & omnem animam ſuperiori poteſtati oportere eſſe ſubjectam. (Rom. 13. 1. 2. &c.) Quo loco Chryſoſtomus ait, nec Epiſcopos, nec Evangeliſtas, nec Apoſtolos eſſe excluſos. Auguſtinus contra Do-
5 natiſtas, Benè verò num ſe res haberet (inquit) ſi magiſtratus adulteria punire poſſet, animarum autẽ ſcortationes non poſſet? Et addit, oportere Reges ſervire Deo, non tantùm ut ipſi piè & modeſtè vivant, ſed etiam ut ad pietatem inducant alios, & defendant cultum Dei.

6 In omnibus artibus, ut ait Ariſtoteles, eſt quædam ratio ἀρχιτεκτονική. Exempli cauſa, ars equeſtris imperat illi arti quæ ephippia & frenos conficit. Ars etiam nautica illi arti præeſt, quæ curat remos & carbaſa. Quare cùm prima & ſumma ars ſit magiſtratus, imperare debet omnibus Reipublicæ partibus. Non exercet ipſe quidem eas artes: ſed videre tamen debet, ne quis eas corrumpat aut adulteret. Si medicus non curat ad præſcriptum Hippocratis aut Galeni, aut ſi pharmacopola merces ſuas corruptas & vitiatas vendat, magiſtratus debet utrumq; coercere. Et ſi hoc poteſt in aliis artibus, non video cur idem in religione non poſſit. Ita David, Salomon, Ezechias, Ioſias, Conſtantinus, Carolus Magnus, rectè judicabant, religionem ad ſuam curam pertinere.

Ad objectiones Pontif. reſponſio. Oſias leprâ percuſſus eſt, & meritò. Deus enim voluit illum eſſe Regem, non ſacerdotem. Ille autem contra Dei præſcriptum ſacrificare voluit. At ſi Sacerdotem delinquentem coercuiſſet, aut in ordinem redegiſſet nihil illi ea cauſa mali contigiſſet. Oza morte eſt affectus, quòd temere manum injeciſſet in arcam, quam Levitas oportuit in humeris geſtare. At illi conjecerant in currum. Hic, cùm currus vacillaret, & manum injeciſſet, dedit pœnas.

††† DE ZELOTYPIA.

Iudic. cap. 13. verſ. 8. &c. ANgelus Iehovæ, quum ſterili mulieri quæ Manoah maritum habebat, apparuiſſet, ex eáque naſciturum filium prænunciaſſet, ſervatorem populi Iſraelitici, jugo Philiſtæorum oppreſſi: illa marito

A ſuo Angeli (quem virum Dei nominat) dicta referens probæ uxoris officio fungitur. Matrimonium enim eſt individua ſocietas, habens communionem rerum divinarum & humanarum. Pertinebat autem hoc negotium partim ad res divinas, quia nuntiabatur Dei nomine: partim ad humanas, quoniam agebatur de concipiendo, pariendo & educando filio, qui nominatus eſt.

B Se ait non interrogaſſe virum illum Dei unde nam eſſet: quia in his viſionibus ita moventur homines, ut attenti ſolummodò ſint iis quæ dicuntur, nec vacet illis plura quærere. Ita mater Domini, quum ab Angelo ſalutationem accepiſſet, non quæſivit (Luc. 1. 13.) quo ille nomine appellaretur, vel unde veniret. Gedeon quoque cùm ab Angelo mandatum accepiſſet (Iudic. 6. 13.) de liberando populo, ita prorſus attonitus fuit, ut nihil eſſet ſollicitus quod ejus nomen eſſet. Talia verò dicit hæc mulier per occupationem: putavit enim maritum velle audire illum, & ex eo verum exquirere.

C Quamvis Ioſephus in antiquitatibus dicat, illum (Ambroſius.) auditis verbis conjugis ſuæ, nonnihil de ea mali ſuſpicatum eſſe: tamen Ambroſius Epiſtola 70. ubi hãc hiſtoriam tractat ſatis accuratè, negat id eſſe veriſimile. Si enim, inquit, fuiſſet zelotypus, Deus Angelum ad eum non miſiſſet. At mihi ratio Ambroſij firma non videtur. Potuit enim eſſe Manoah alioqui vir bonus, quamvis aliqua ſuſpicio eum attingeret. Optimi etiam viri ſæpe de iis rebus nonnihil ſuſpicantur. Quin ipſe Ioſephus Mariæ ſponſus, cui ſacra (Matt. 1. 19. 20.)
D Scriptura teſtimonium fert, quòd eſſet vir juſtus, nõnihil ſiniſtrè de ſua ſponſa ſuſpicatus eſt, cui tamen Angelus apparuit.

Ego itaque crediderim potius Manoam, aut omnino non laboraſſe zelotypia, aut non graviter laboraſſe. (Cauſa Legis Zelotypię deſcripta, cap. 5. Numer.) Non enim uxorem traduxit, non repudiavit, non uſus eſt publico legis remedio: valebat enim tum lex à Deo lata, ut ſi quis uxorem de adulterio ſuſpectam haberet, eam adduceret ad oſtium tabernaculi, ubi Sacerdos ſolennibus aquis & dira exe-
E cratione mulieris pudicitiam exploraret. Volebat enim Deus, ut conjuges inter ſe læto animo, ſereno, & minimè ſuſpicioſo viverent. Nec ſolùm Manoah iis remediis non eſt uſus: imò nec uxorem quoquomodo increpuit. Sed ſtatim precatus eſt Dominum, ita ut ſecundò vir ille Dei (nempe Angelus Iehovę) redierit, à quo intellexit, quemadmodum puer eſſet educandus. Neque Deus ſuis precibus Deum tentavit. Nemo quidem ſignum petere debet, ut articulos fidei credat: nam ea quæ illis continentur, ſatis jam
F antea probata ſunt, & verbo Dei atque miraculis confirmata. Sed ſi aliqua ſingularis & nova intercedat revelatio (quoniam ibi deceptiones & fallaciæ dæmonum, qui ſe in angelos lucis transfigurãt, interponi poſſunt) ſi precemur à Domino ſignum, vel inſtructionem, minimè peccamus. Vt ſterilis pareret, aut puer vindicaret, ſingulare quiddam fuit. Quare Manoah nihil curioſè precatur: idcirco exauditus eſt. Quæſivit poſtea nomen Angeli, ſed quoniam curioſè quæſivit, non eſt exauditus.

G

ORATIO SIVE CONCIO EX ſecundo capite Malachiæ de utilitate & dignitate ſacri miniſterij.

CVm viſum fuerit, optimi viri, & in Chriſto Ieſu fratres chariſſimi, ut in hac pecuniarum diſtributione ad vos conſolandos & excitandos oratio haberetur, ut quemadmodum nonnihil relevatur externa corporis inopia, ſic animi ad perſequendum ſacra
H ſtudia vobis adderentur, ad me ventum eſt, qui tametſi non deſtituor voluntate obſequendi honeſtis & juſtis poſtulatis, ea tamen penè jam deficere ſentio, quibus vos ad id ſtudium, quod Eccleſiæ maximè neceſſarium eſt, cohortor. Cumque ſim ingenio parum promptus ad inveniendum, tum quod hîc & in Schola de hac eadem re ſæpius dixi: & ut omnia hæc nihil mihi obſtarent, certè parum habui temporis ad cogitandum, non tantùm propter brevia hora-
I rum ſpacia, ſed propter vehementem animi ægritudinem: ex triſti & immatura morte Sereniſſimi noſtri regis contractam. (Eduardi regis mors immatura.) Attamen ut quæ Deus voluit

Digitized by Google

ſuppeditare, huic officio non ſubducam, paucis quod mihi ſe offert vobis depromam. Annuat Chriſtus ut quæ ad eius gloriam & veſtrum commodum ſum dicturus, optato fructu non careant, cuius mihi ſpem non parvam faciet veſtra benevolens & diligens attentio. Video hanc eſſe præcipuam cauſam, viri fratres, quia plerique à ſtudio ſacrarum literarum & à miniſterio Eccleſiæ revocantur: quòd hoc munus & parum fructuoſum, & ut hodie ſunt res, deſpicatum exiſtiment. Ideoque humanũ ingenium, quod utilia & ſplendida expetit, à perfecta cognitione ſcripturæ divinæ refugit, quaſi ſit effœta & infrugifera: nec non miniſterium Eccleſiaſticum repudiat, quòd nulla fermè dignitas, nullaque amplitudo in eo cernatur. Propterea cùm in hoc ſumma & cardo hujus cauſæ verſetur, ut duo vobis exponam fore operæ pretium arbitror. Primum, & ſumma cõmoda, & eximiam dignitatem in ſacra functione ineſſe. Deinde, miniſtrorum abjectionem & deſpectum longè alias habere cauſas, quam ipſius naturam & proprietatem, quas miniſtri ſi caverent, & felices eſſent, & in magno precio ac æſtimatione proculdubio haberentur. Hæc duo ſi plana fecero, authoritate præſertim verbi Dei, nil amplius erit cauſæ, quin lubenti & alacri animo iſtud munus, ad quod vocamini, obire deſideretis. Quamvis autem in divinis literis multa ſint quæ ad hoc inſtitutum non parum conducant, tamen hoc tempore ſecundi capitis particulam Prophetæ Malachiæ interpretandum mihi ſumam: *Et ſcietis quod miſerim ad vos mandatum illud, ut ſit fœdus meum cum Levi, dixit Dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem: & timuit me, & à facie nominis mei pavebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inventa in labiis eius: in pace & in æquitate ambulavit mecum, & multos avertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum eſt. Vos autem receſsiſtis de via & ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactum Levi, dicit Dominus exercituum. Propterea ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis, ſicut non ſervaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege, &c.*

Mal. 2. v. 4. 5. &c.

Utilitas miniſterii.

SAcerdotibus dicit Dominus, hoc ſuum fuiſſe jam inde ab initio conſilium, ut fœdus inter ipſum & Levi, hoc eſt ordinem ſacerdotalem firmaretur, & cum quicquid eſt fructus & utilitatis in ſacerdotio, primis fermè verbis comprehendatur, illa quæſo attentè mecum ponderate. *Fœdus cum eo,* inquit, *fuit vitæ & pacis, dedi ea ei, &c.* Hic de vobis ante omnia velim audire, quænam ut extrema & ſumma finis deſideretur. Scio dicetis fœlicitatem optari. At illa, ni vehementer fallor, in duobus maximè conſiſtit. Primum, ut nullum honeſtum bonum, quod faciat ad nos perficiendos & ornandos, deſit: quia nunquam placatus eſt animus noſter, idemque nunquam acquieſcit, niſi cumulum bonorum omnium ſit adeptus. Hoc autem nunc Deus nomine pacis complectitur. Hinc Hebræi cum aliquem ſalvere iubent, inquiunt, *Shalom lec,* pax tibi, quemadmodũ ut Evangelia teſtantur, Chriſtus hoc nomine plenam ſalutem precabatur ſuis, dicens, Pax vobis, & Apoſtolis iuſſit, ut domum quamvis ingredientes, illico dicerent, Pax huic domui. Cùm itaque Deus fœdere quod ſanxit, cum Levitis, pacem polliceatur, vos ipſi iam intelligitis, quid ſibi velit, cumulum ſanè bonorum omnium copiæ cornu Levitis promittit. Alterum caput eſt fœlicitatis, ut non ſit volatica, ſed firma & conſtans, bona enim quæ poſſidemus, non videntur plenè bona, ſi facilè auferri poſſint. Ut igitur de ſui propoſiti ſtabilitate Deus illos certiores faceret, adiecit *vitæ*, ut non tantùm ſcirent ſe pacem habituros, ſed etiam victuros in ea. Proinde cùm has promiſſiones Deus voluerit ſacerdotio annexas, perſuadere vobis poteſtis miniſterium rem inutilem, effœtam & infructuoſam eſſe? Credant hoc alij, at qui rationem ſummæ fœlicitatis intelligit, in tam alienam & abſurdam ſententiam non diſcedit. Quid igitur noſtra caro conqueritur? Profectò qui ſumma fœlicitate non eſt contentus, nil aliud invenire poterit, ubi acquieſcat non huic explebitur aviditas, nuſquam alibi ſatiabitur. Qui

Pax.

Ioan. 20. 19. & 21.
Luc. 10. 5.

non ſeipſum hic affatim impleverit, quocunque ſe conferat, vacuus erit & inanis. At pro tanta commoditate nobis, ut audiſtis promiſſa, quid viciſſim Deus pro ratione fœderis poſtulat? Decentem erga ſe honorem ac obſervantiam, quæ loquutione Hebraica timorem appellat. *Et dedi ea ei ob timorem, & timuit me, à facie nominis mei ipſe contritus &c.* De Phinees Eleazari filio hæc loquitur, etenim cum illo ictum eſt fœdus, & talia tum temporis ad eum dicebantur, ſed quiſque noſtrûm ſibi dictum putet: Deum præ omnibus rebus obſervet & revereatur, eius mandata perpetuo ſpectet, nunquam Lex eius animo excidat, horreatque pavore horribili vel minimum eius præceptum violare, & ſi quid in iſta commiſiſſe unquam ſe videt, id ſumma ægritudine animi & maximo dolore deteſtetur. Hæc quo ad integritatem vitæ debet eſſe miniſtri prima cura, ſibique mutuò hæ duæ fœderis partes reſpondent: Vitam & pacem pollicetur Deus, nos viciſſim cultum, reuerentiam, timoremque illi ac ejus voluntati præſtemus.

Miniſtrorum munus.

Verùm, quia de utili & commodo ſatis eſt dictũ, iam de ſplendore ac dignitate videamus. *Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inventa in labiis eius: in pace & in æquitate ambulavit, & multos avertit ab impietate, Quia labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, ac legem requirent ab ore illius, quia angelus Domini exercituum, ipſe &c.* Si cognoſcere volumus, quid magnificentiæ, ornamenti ac decoris miniſterio ſacro Deus affixerit, poſtrema oraculi recitati ſpectemus: *Quia angelus Domini exercituum ipſe, &c.* Si hominem eſſe ac non brutum, præclarum Dei eſt donum, ita ut Deo nonnulli etiam Ethnici de eo gratias agendas putarint: & inter homines præſtare, ſi adeò eſt glorioſum, ut ad id omnium fermè ſtudia colliment, iam id citra controverſiam omnem vincet nobilitatem & excellentiam, ſi non homines, verùm Dei angeli eſſe cognoſcamur. Non eſt vulgare munus, alicujus Principis legatum eſſe, multò ſplendidius ab inſigni Rege mitti, ab Imperatore adhuc honorificentius, Dei verò & Chriſti nomine, ut Paulus dicebat, legatione fungi, eſt incomparabilis dignitatis. Quantum cœleſtia præſtant mundanis, tantum angelum Dei eſſe, omnes huius vitæ antecellit honores.

Splendor & dignitas miniſterii.

2. Cor. 5. 20.

Proinde hujus vocationis & cõmoda & amplitudinẽ audiviſtis, reſtat ut officiũ exponamus, quod ipſi debemus exhibere, quò tot & adeò præclaris donis nõ ſimus dedecori. *Labia ſacerdotis,* inquit, *cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ab ore eius, &c.* Ante omnia id curare debent, ut ſacrarum atque adeo divinarum rerum ſint periti: hoc verò nunquam conſequentur, niſi nocturna manu & diurna; divina oracula evolvant. Neque ſua caret emphaſi, quod ſcientiam cuſtodire dicitur miniſter, & quidem labiis. Hæc enim cuſtodia primùm in eo ſita eſt, ut videat ne quod illi aliquando mendacium excidat; deinde ut quæ docet ex ſacris literis non mutet, ſed conſtanti fortitudine tueatur: non quidem carnis (hoc enim magiſtratus eſt) ſed labiis, hoc eſt, certiſſimis rationibus è fontibus & ſacrario divinarum literarum petitis. Adhæc, quoniam non ſibi ipſi tanta notitia, verùm aliis paratur, oportet miniſtrum de omnibus, quæ ad ſalutem attinent, & poſſe & velle reſpõdere. Sunt enim aliqui de religione aut peſſimè ſentiẽtes, quiq; docti ſunt, & divinarum literarum profectò non imperiti, ſed ea quæ noverunt, aut nullo modo aut malignè communicant. Sed Angeli qui deſcribuntur à Propheta, non ſunt ejuſmodi, quoniam ex eorum ore Lex Dei requiritur, ſuo igitur iſti fungantur munere, ut voluntatis Dei ſint interpretes: aut Eccleſiæ miniſtri, vel ut Propheta loquitur, angeli Domini eſſe deſinant. Illi ſanè, ut non diſcedamus ab humanis, Iuriſcõſulti dicuntur, qui reſpõdent de iure ac iura interpretantur: propterea & illi cùm ſint divinarum Scripturarum conſulti, & de illis debent reſpondere, ac eas Chriſti populo interpretari. Honorem angelorum ut audiviſtis, Deus nobis pollicetur iure fœderis, ac requirit viciſſim, ut ſimus divini verbi ſtudioſi, ac eius benigni & liberales interpretes, ubi & quando à nobis requiritur. Requiritur autem cùm Dei plebem videmus indoctam, famelicam, atque adeò præ macie deficientem, & pravis perverſiſque opinionibus undique infectam: Quod licet

Officium miniſtrorum Dei.

Digitized by Google

licet haćtenus acciderit ſæpius, & etiam in aliis locis facile inveniat, hodie attamen & Oxonii præſertim, quotquot præ doćtrinæ ſtudio flagramus, magno noſtro dolore ſentimus. Hic plebs adeo imperita eſt, ut Evangelium fabula eis videatur. Hic à Paſchali ſolennitate uſque ad hunc diem, nullæ publicæ conciones habitæ ſunt. Hic tam omnia ſunt exhauſta ſucco purioris & ſincerioris doćtrinæ, ut vel ipſi fontes areſcant & ſqualleſcāt. Hîc ut omnia ferme ſuperſtitionis & perverſis dogmatis infecta ſint, utut diſſimuletur a nobis, res ipſa cælari non poteſt. Quot obſecro ſunt in iſta civitate collegia (dicant & fideles & pii eleemoſynarum diviſores) quæ nec unum quidem poſſunt aut volunt dare pietatis Evangelicæ profeſſorem, ac prędicatorem? Nónne qui hic ſunt ſapientes, cogitare apud ſe deberent rempublicam Eccleſiam, magiſtratus ita eſſe dićtatos: Hanc utilitatem ex tot impenſis capimus? hunc fructum colligit Reſpublica ex liberali ſumptuum & rerum neceſſariarum ſuppeditatione? hoc in his locis Evangelii publice recepti ſtudium ſentimus? Hanc diligentiam paſtores & præfecti adhibent, ut regiæ majeſtatis pios conatus adjuvent? Quid hoc obſecro aliud eſt quàm multos latitantes pietatis hoſtes & ſerpentes venenatos in ſinu educare? Nec pudet interea tantùm mittere pueros, qui ſtipem eleemoſynarum accipiant, quos illi ſcilicet ad impietatem poſtea pro arbitrio ſuo domi formant. Nec aliqui contenti fuerunt male ſentire, ac nolle pietatis propagationem juvare, ſed non judicarunt animo ſuo factum ſatis, niſi accederent, & pro ſe & pro collegis teſtarentur, nolle propoſitam veritatem admittere. Quis aliquem ad iſta cogit? Quis ullam violentiam affert? Quis ad bene ſentiendum vel Evangelica dogmata profitenda quenquam compellit? Cum itaque de his conqueri nequeant, cur ultrò atque palam virus atque peſtem animi ſui produnt? Profećto ex his gregibus nō habemus nec expećtamus, niſi Deus ἀπὸ τῆς μηχανῆς, ut vulgo dicitur, præſto adſit, qui iuxta Prophetæ ſententiā, aſſervent & cuſtodiant diſciplinam ſuis labiis, & à quorum ore Lex Dei requiri & exigi queat.

At ne iſta poſci à Deo abſque ullo exemplo conqueramur, ea præſtitiſſe Phinees, vel, ut Hebræi dicunt, Pinhas, affirmat noſter Malachias: *Lex veritatis fuit in ore eius & iniquitas nō eſt inventa in labiis eius, in pace & in equitate ambulavit mecū, & multos avertit ab impietate, &c.* Primum duo refert, quibus antiquiſſimi illi ſacerdotes fuerunt ornati. Quo enim ad doćtrinam & ad prædicationem, ſinceri fuerunt & veraces. Nihil enim in dogmatibus & in iudiciis mentiebātur, nihil ſecus ore profecebāt atque animo ſentirent, & denique nullum perſonarum reſpećtum habuerunt iſti unum, illi verò aliud dicendo, ſed omnia omnibus & ubique ſinceriter tradebant. Deinde quod attinet ad converſationem & vitam, pacem habuerunt, nimirum per fidem iuſtificati, nam hinc eſt pax & tranquillitas erga Deum in conſcientia. Deinde additur, *In æquitate*, ſiquidem illa iuſtificatio in cordibus eorum non fuit ſterilis, inanis & effœta: ſed fructus dabat copioſos, qui vel ab ipſis hominibus, modo æquitate vellent eos æſtimare, poſſent approbari. Hoc vero eſt non tantùm pura doćtrina, ſed etiam innocentia vitæ prædicare. Et ad iſta quid tandem conſequatur, noſter Propheta non tacet. *Et multos avertit ab impietate.* Hoc revera eſt fœliciter piſcari homines, lucrifacere Chriſto commiſſas plebes, & agrum humanorum pećtorum colere, ac utili fructuoſóque implere ſemine. Armis, inventis hominum, ſuperſtitioſis cæremoniis, unćtionibus, tonſura capitis, & charaćteribus ordinum, hæc non perficiuntur: ſed exemplo innocentis vitę ac pura doćtrina ad Deū trahuntur homines, & ut priſtinas impietates deſerāt, perſuadentur. Proinde miniſtris haud ſatis eſt ſcientia pia & ſana pollere, non ſufficit integris & probatis moribus vivere, niſi homines ad Deum convertere ſtudeant. Hæc etiam Chriſtus ab Apoſtolis requirebat, ſi Evangelia conſulamus. Hæc Paulus ad Timotheum, ad Titum, & ferme in omnibus epiſtolis prædicat, modo velimus audire: neque in veteri Teſtamento aliud adumbrarunt ſacerdotum veſtes. In pećtore fuit Urim & Tumim, quod eſt illuminatum

Mat. 10.7.

Ti. 4.11.
2 Tim. 2. 15. &c.
Tit. 3. 8.

Exod. 25. &c.

& abſolutum ſeu perfectum: quia ſplendore doćtrinæ volebat Deus ut eſſent illuſtres, deinde ut vitæ integrę ac moribus purgatiſſimis. In fimbriis erant etiam tintinnabula, quoniam ſonare in Eccleſia & audiri eorum ſententiam oportuit: & quia id curandum erat, ne fieret bombo irrito & vano ſtrepitu, adjungebantur tintinnabulis malogranata, fructus ſanè dulces & pulcherrimi. Utque intelligerent, ſibi onus impoſitum trahendi homines ad Deum, in humeris & pećtore nomina duodecim tribuum geſtabant inſculpta. Poſtremò verò Dei, cujus legati erant, nomen ſanćtiſsimum in cidari ſculptum circumferebāt. Ex his omnibus vos facile, ſi cordati eſtis, commoda & dignitates miniſterii ſacri poteſtis colligere.

Ib. ver. 36.

Nunc verò ne plus ęquo in hac parte vos detineā, recitabo paucis quo noſtro vitio fiat, ut ordo Eccleſiaſticorum, ſuis careat commoditatibus, & vulgo tantopere ſit deſpicatus. *At vos declinaſtis à me, &c.* Eſt ac ſi diceret, de me non conqueramini. veſtra eſt culpa, qui pactis & fœderibus non ſtetiſtis, idcirco vos honoribus & utilibus emolumentis expoliavi. Sal eſtis infatuatus, propterea foras ejiciemini & calcabimini. Eſtis lucerna ſub modio, propterea obſcuri & ignobiles habebimini. Non ædificatis in monte civitatem, ut veſtra bona opera ſint omnibus conſpicua, ſed in profundiſſimis vallibus, ubi ædificia limo & cœno cupiditatum undique fœdantur. Vos igitur hæc acceſſiviſtis mala, ſic veſtrorum commodorum jacturam facitis, hoc modo dignitatem & amplitudinem ordinis hujus ipſi abjeciſtis. *Et ſcandalizaſtis plurimos in via, &c.* Qui homines debebatis ad Deum trahere, tum perverſa doćtrina, tum exemplo corruptiſſimæ vitæ, tum etiam ſuperſtitioſis ritibus, alioqui bene currentes à curſu revocaſtis. *Corrupiſtis pactum Levi dicit Dominus exercituum, &c.* Conditiones & pacta fœderis utrinque debuerunt eſſe ſalva, diſpiciamus uter veſtrum aut conſervarit aut fefellerit datam fidem? Ego ut promiſeram, veſtris majoribus pacem & vitam dedi, longævo quippe tempore in magna gloria & fœlici rerum ſucceſſu vixerunt. Ille quippe Pinehas cum quo fœdus pepigi, vitam extraxit admodum longævam, nam ut in libro Iudicum habetur, fuit adhuc ſuperſtes quando Iſraelis univerſæ trib. contra Benjamin geſſerunt bellum. Et ſi Ioſepho credimus, ab Aarone uſque ad templi Salomonis fabricam 13. tantum habuit illa gens Pontifices, atque omnes ejuſdem ſtirpis nimirum Aharonicæ, intercesſerunt autem anni propemodum 500. Et quin habiti ſint ut angeli Dei, nemo jure poteſt objicere. Propterea Deum fateamur eſſe fidelem, cujus verba æquitate & veritate firmiſſima æternùm manent. Satis itaque probatus eſt & evidens divinæ fidei candor. Verum ex altera parte inquit: Vos pactū corrupiſtis, quibus id tantum ſatis fuit, & id pro ſummo extremóque veſtro bono duxiſtis, ut ſalvæ manerent ſuperſtitioſæ cæremoniæ, tituli ac proventus: at veritatem, ſcientiam, æquitatem & miſericordiam cordi non habuiſtis, lapſos tantùm abſuit ut reduceretis & erigeretis, ut ſtantibus & euntibus impedimēto fueritis. Meos angelos, hoc eſt, Legatos non præſtitiſtis, imò potius adverſariarum poteſtatum, mundi, tenebrarum & ipſius Papæ & cujuſvis potius quā meam cauſam egiſtis. Et etiam ego dedi vos contemptibiles. Iam cauſa eſt plana, cur Dei miniſtri ſint dejecti, jaceant in ſqualore, ſordibus, in deſpectu ferme omnium, & ab omnibus videantur ludibrio haberi. *Eò quod vos non ſervaſtis vias meas, &c.* Non vitio detur ordini veſtra calamitas, quaſi ejus hoc ſit ingenium & natura, omnia enim quæ creata ſunt, eas habent proprietates, quas verbum Dei eis affixit. Quare illas cùm videamus in cæteris rebus fideliſſime conſervari, an ſacrum miniſterium quod inter Dei ordinationes adeò eminet, accuſari jure poterit, quòd priſtinis & præclariſſimis conditionibus, aut ſuo aut Dei vitio exciderit? Longè ſecus hic accidiſſe dicitur, *Eo quod vos non ſervaſtis vias meas, & accepiſtis perſonas in lege, &c.* Quid eſt, obſecro fratres chariſſimi, perſonas in lege ac verbo Dei adminiſtrādo accipere? niſi ſui ipſius cumprimis in ſacra functione rationem habere? cavere quàm maximè ne ſuis commodis, dignitatibus & patris opibus malè conſulatur? Videre ne divites, potentes, nobiles &

Quare ſacrum miniſterium contemnatur.
Mat. 5. 15.
Mat. 4. 19.

Iud. 20. 28.

Digitized by Google

V I. Miracula per ſe non faciunt firmum argumentum doctrinæ, niſi ipſi verbo Dei conſentiant. A

V I I. Miracula Deus quandoque vult fieri ab adverſariis religionis, ut pij eo genere tentationis probentur, impij verò magis ob id excæcati, dent pœnas ſuæ impietatis.

V I I I. Miracula quæ ediderunt Magi Pharaonis, non fuerunt plena & perfecta cauſa incredulitatis ejus.

I X. Pœnitentia eſt triplex, prima perfecta & integra, quæ Deo placet, altera temporalis cui Deus aliquid tribuit, tertia hypocritica quam Deus execratur. B

PROBABILIA.

I. Nomen Schadai ſi refert omnipotentem, maximè ſpectari debet in promiſſionibus Dei, requiritur enim ut illũ putemus poſſe præſtare quę promittit. At nomen Iehova cùm Deus promiſſa exhibet (ab eſſentia enim derivatur) & Deus tum actu & re ipſa facit ut ſint quæ pollicitus eſt. C

I I. Si nomen Schadai ſignificet per ſe ſufficiẽs, antiquis Patribus maxime uſui fuit cum opes & divitias à Deo ſint adepti. Nomen vero Iehova cùm primum Deus miracula cœpit edere exeritur. Nam eo demonſtratur in Deo ſitam eſſe & naturam & eſſentiam rerum quam pro arbitrio poſſit invertere.

I I I. Magi Pharaonis quando dixerunt, digitus Dei eſt, minimè veram confeſſionem Deo dederunt.

I V. Quare magi Pharaonis potius defecerunt in tertio ſigno quàm in aliis, non habemus quam poſſimus aſſignare firmam & certam rationem. D

PROPOSITA EX VIII. IX. X. XI. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Qui creaturis divinum cultum exhibent, non ideo excuſantur, quòd Deum, aut Dei proprietates dicant ſe in illis colere. E

I I. Quamvis idololatræ fingant ſe verũ Deum in creaturis colere, non ei, verùm dæmonibus cultum exhibent.

I I I. Inter præcepta Dei eſt bene diſtinguendũ, ut videamus quænam ſint generalia, quæve temporaria, aut certis quibuſdam perſonis mandata.

I V. Scriptura cùm aſſerit Deum induraſſe cor Pharaonis, ipſúmque Pharaonem ſibi cor induraſſe, non dicit pugnantia. F

V. Deum corda quorundam indurare, & nihilominus ad illos ſuum verbum mittere, non pugnant inter ſe.

V I. Grandines, tempeſtates, morbi, & aliæ calamitates hujus generis, etſi cauſis naturalibus quandoque fiunt, ſunt nihilominus ultiones peccatorum, inſtituuntúrque ad homines admonendos & provocandos ad pœnitentiam.

V I I. Non poteſt dictatum calamitatum aſſignari extremus finis, corruptio & devaſtatio bonarum rerum, cùm finis habeat rationem boni. G

V I I I. Fides quantumvis infirma non debet contemni, cùm Deus illi multum tribuat.

I X. Fide non ſolùm ipſi ſervamur, verùm & res ad nos pertinentes, quæ viciſſim noſtra infidelitate pereunt.

X. Hyperbolę & tropi quibus utitur ſancta Scriptura, non faciunt in ea orationes mendaces.

X I. Quamvis in veteribus cæremoniis multa ſæpe commendentur facientia ad illa tempora, & illam politiam, tamen ibi primùm proponebatur Chriſtus & redemptio per illum exhibenda. H

X I I. Ad hoc ut Sacramenta auguſtè tractentur, requiritur non unius aut alterius, verùm complurium fratrum, conventus.

X I I I. Hiſtoriæ ſacræ & prophanæ quamvis habeant multos conſimiles caſus, attamen hoc differunt, quòd in ſacris verbo Dei res geruntur, cujus in prophanis non habetur expreſſa mentio, & nihilominus quæ ibi narrantur, agnoſcimus eſſe ingentia opera. I

PROPOSITA EX XIV. XV. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Laudes Dei celebrare cantibus, non ſolùm eſt licitum, ſed in Eccleſia debet retineri.

I I. Muſica vim habet excitandi fidelium hominum affectus ad pietatem.

I I I. Non ſolùm humana voce debemus gratias Deo agere, & ejus laudes canere, ſed etiam muſica inſtrumenta licet adhibere.

I V. Caveri debet, ut verba cantionum eccleſiaſticarum ſint Sacræ literæ, aut ex eis decerpta, utque à plebe intelligantur.

V. Curandum præterea ne modi hujuſmodi cantionum ſint laſcivi.

V I. Stipendia quæ dantur cantoribus in Eccleſia non debent ſubduci à miniſtris verbi & à diaconis.

V I I. In cantoribus eccleſiaſticis dum apta vox quæritur, videndum eſt, ne vitæ eorum cenſura negligatur.

V I I I. Talis habenda eſt in Eccleſia Muſica, quæ preces & animi attentionem non impediat, ſed promoveat, quantum fieri poteſt.

I X. Saltatio, ut choreas ducere, per ſe non eſt res illicita.

X. Saltationibus uti, ut modo fit, ubi viri mulieres ducunt, & non ſuas, alienum eſt à Chriſtiana pietate.

X I. Saltationes quæ in Sacris literis commemorantur, fuerunt mulierum ſeorſim, & virorum ſeorſim.

X I I. Actiones judicantur juſtæ, vel injuſtæ, non ſolùm ex natura ſua, verùm & ex accidentibus quæ illas plerunque conſequuntur.

PROBABILIA.

I. Filij Iſrael cùm mare rubrum tranſmiſerunt, non pervenerunt uſque ad alterum ejus littus, quod erat è regione ejus latitudinis.

I I. Figuram ſemicirculi iter per mare tenuerunt.

I I I. Littus deſerti Elim unde receſſerunt, idẽ fuit cum eo, ad quod appulerunt, quamvis locus littoris non fuerit idem.

PROPOSITA EX XVI. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Deus non deſerit illos, qui parent ſuæ vocationi, imò alit pro eorum neceſſitate.

I I. Bona ſemper alia à Deo petenda ſunt, non quidem ut merces principalis, ſed ut neceſſaria auxilia, pro noſtra vocatione exequenda.

I I I. Cum in oratione Dominica panis quotidianus poſtulatur, bona temporalia petuntur.

IV. Quamvis præceperit Deus Man dietim colligi, non tamen ob id prohibemur in horreis, aut penu, conſervare annuos proventus ad neceſſarios vitæ uſus, modo caveatur ſolicitudo avara, jactura proximorum, & infidelitas.

V. Illi incidunt in ſolicitudinem de craſtino prohibitam, qui ſuam relinquunt vocationem, aut minus diligenter ipſam obeunt, ut cenſum ſibi ipſis acquirant, vel ut adipiſcantur lautiorem fortunam.

V I. Quod Man ſervatum in craſtinum computruerit, & ſcatuerit vermibus, factum eſt miraculo.

V I I. Infirmum argumentum eſt quorundam Papiſtarum, idcirco Euchariſtiam ſervandam eſſe in templis, eo quod populo Iſrael præceptum fuerit, ut Man conſervaret ad perpetuum monimentum.

V I I I. Miraculum exhibiti Man, propterea quòd multa alia miracula complectebatur, fuit etiam diuturnius cæteris omnibus.

I X. Impium dogma eſt aſſerere, quòd ex merito & vi recitationis aliquorum verborum, etiamſi deſumpta fuerint ex Sacris literis, homines aſſequantur à Deo certa quæpiam beneficia.

X. Idem

Digitized by Google

X. Idem fuit Sacramentum, quoad ſubſtantiam Man apud veteres, quod in Novo Teſtamento eſt Euchariſtia. A

XI. Cùm Chriſtus dicit in Ioanne; Manducantes carnem ſuam non moritùros, imo habituros vitam, intelligit de vera & ſpirituali manducatione, quæ nunquam fructu ſuo caret.

XII. Et cùm viciſſim ait, mortuos eſſe patres, qui Man in deſerto manducarunt, hoc refert ad illos, qui indigne ſumebant ejuſmodi cibum.

XIII. Inter patres qui in deſerto Man comederunt, nõnulli fuere, qui ſpiritualiter ac digne manducarunt, neque mortui ſunt æternum. B

XIV. Man, quod fuit externus cibus, non potuit vitam æternam dare: ſed quod Chriſtum conjunctum habuit.

XV. Cavendum eſt, ne tribuamus elementis, aut ſymbolis, à Chriſto ſeorſim conſideratis, ea quæ ipſi Chriſto conveniunt: verùm cùm accipiuntur, ſimul juncta, Chriſtus & ſymbolum, ibi communicantur idiomata. C

PROBABILIA.

I. Quando jubetur populus, per Moſen & Aaron, accedere ad Dominum, ego non intelligo, ad nubem, verùm ad cœtum ſacrum.

II. Coturnices ideo dantur ad veſperam, quoniã interdiu mare tranſmittunt, & hora veſpertina, conſueverunt littus attingere, & Man datur hoſtis matutinis, quando deſcendebat cum rore.

III. Cùm haberent filij Iſrael armenta & greges, carnes cupiverunt, vel quia animalia eorum tantæ multitudini non fuiſſent ſatis, vel quoniam delicatas & non vulgares carnes deſiderarunt. D

IV. Man Sanctæ ſcripturæ accedit ad Man Arabum medicorum, non autem ad illud quod Galenus & Græci medici Man appellant.

V. Cùm Deus ſingulo cuique certam menſurã colligendi Man deſcripſit, oſtendit in politiis non debere eſſe magnam victus inæqualitatem.

PROPOSITA EX XVII. ET XVIII. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Bella gerere non eſt interdictum Chriſtianis, modò juſta de cauſa ſuſcipiantur & ab his qui jus gladij habent. E

II. Magiſtratus eſt publica poteſtas à Deo inſtituta, ut bonis adjumento ſit, & malos ulciſcatur, pœnas ac præmia diſtribuendo, prout leges conſtituunt. F

III. Bella non ſunt ob id gerenda, ut parta victoria cives ocientur, aut delitiis incumbant, verùm ad augendam inſtaurandámque religionem ac civilem diſciplinam.

IV. In bellis gerendis quamvis Deo maximè fidendum eſt, non ſunt attamen contemnenda media & rationes facultati militari conſentaneæ.

V. Qui in caſtris pro ſalute populi militant, etſi ab univerſa plebe juvandi ſint precibus, attamen id eis præſtari ſingulariter decet à miniſtris Eccleſiæ, quorum vocationis partes ſunt, non armis pugnare, ſed precibus. G

VI. Licet ſucceſſus accommodatus habeatur precibus, non tamen ejus prætextu ſacer cœtus Eccleſiæ eſt omittendus, ſunt enim efficaciſſima vota quæ à pluribus conjunctis proficiſcuntur.

VII. Cùm Deus præcipit, ut parta victoria ſcribatur, eadem opera mandat ut legatur, quemadmodùm ubi præcipit Evangelium prædicari, jubet ut audiatur. H

VIII. Signa reverentiæ, ut eſt aperire caput, corpus incurvare, & hujuſmodi licet non ſolum exhibere Deo, ſed iis etiam hominibus qui publica authoritate, ſanctimonia, doctrina, aut præclaris Dei donis pollent, ſervata nihilominus diverſitate rationis, inter divinos & humanos honores.

IX. Non eſt firma connexio, Iſta ſigna reverentiæ licet exhibere præclaris hominibus, ergo & ſtatuis & defunctis Divis. I

X. Qui contendunt in judicio, ita animo ſe comparare debent, ut voluntatem Dei inquirant à judicibus, depromptam à legibus, eique auditæ velint acquieſcere.

XI. Iudices viciſſim, cùm ſint miniſtri legum, ita ſe gerant, quaſi de voluntate Dei ſint reſponſuri, non autem juxta proprios affectus.

XII. Non ſemper majores in Eccleſia & Rep. meliora vident, quo fit, ut in cauſis difficilioribus & minores conſuli deberent.

XIII. Quæ utilia & ſalutaria traduntur ab Ethnicis autoribus, Chriſtiani homines minimè debent negligere, cùm ſint à Spiritu ſancto.

XIV. Non eſt utile Reipublicæ aut Eccleſiæ, ut unus per ſeipſum omnia velit obire munera.

PROBABILIA.

I. Amalec primus occurrit hoſtis Iſrael, quia fuit ex poſteritate Eſau, & timuit ne benedictionem primogenituræ ſibi vendicarent Iſraelitæ.

II. In monte voluit orare Moſes elevatis manibus cum virga, ut eſſet conſpicuus certanti populo, eſſétque loco vexilli, quo conſpectu repeterent memoria, quot & quanta beneficia per ipſum hactenus, & miniſterium ejus virgæ obtinuiſſent, atque ita firmior illorum fides redderetur.

III. Manus elevatæ ſymbolum erant contentarum precum.

IV. Convenit precibus elevatio manuum, quaſi corpus eò rapiatur, id eſt, in cœlum, quò contendit animus. Indicatúrque externo ſigno, nos è cœlo petere auxilium à Patre noſtro.

PROPOSITA EX XVIII. XIX. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Non eſt utile in Republica, ut unus omnino præſit, ſed expedit, ut plures eam adminiſtrent.

II. Regna & Magiſtratus ut à Deo ſunt conſtituti, ita ab illo ſic ſervantur, ut ab impiis qui eos invadunt & gerunt, non adeo confundi & vitiari poſſint, quo nil boni ſuperſit in eis.

III. Hæc eſt firma connexio, Deus dedit leges, igitur vult eſſe magiſtratus.

IV. Debemus à litibus abſtinere quantùm licet, nihilominus haud interdictum nobis eſt quin jure quandoque experiamur.

V. Nullus pius debet, quod ad ſe attinet, judicium Eccleſiaſticum refugere, ſi illud conſequi poteſt.

VI Eſt opportuna incitatio ad legem ſuſcipiendam, & illi parendum, ſtatuere, Deum ita providentia ſua res humanas regere, ut benefaciat ſibi obſequentibus, & inobedientes malè tractet.

VIII. Promiſſiones quæ habentur in Sacris literis, primò in Chriſto locum habent, deinde per illum in ſanctos derivantur.

VIII. Deus cùm ſit infinitus, omnia occupat, & nihilominus venire aut deſcendere aliquò dicitur, cùm nova quadam ratione ibi ſe declarat.

IX. Sanctitas primò Deo conveniet, deinde omnibus ad ejus cultum deputatis.

X. In eo ſita eſt ſanctitas creaturarum, ut à prophano uſu removeantur & ſacro deputentur.

XI. Baptiſmata fuerunt ante legem, in lege, & ſub Evangelio, & omnia quo ad eorum ſubſtantiam eandem vim habuerunt.

XII. Non eſt verum cæremonias antiquorum fuiſſe tantùm externa exercitia, in quibus non eſſet remiſſio peccatorum.

XIII. Curioſitas idcirco plurimum fidei obſtat, quia fides eſt rerum non apparentium.

XIV. Cùm Deus requirit ut Iſraelitæ ſibi temperent ab uxoribus uſque in diem tertium, non propterea damnat matrimonij congreſſum, ita ut in eo ſit peccatum ſi quis legitimè utatur.

PROBABILIA.

I Præſtaret in Republica ut quilibet cives haberent ſuos decanos, centuriones & alios hujuſmodi præpoſitos, quibus peculiariter curæ eſſent.

Digitized by Google

II. Credere Deo & in Deum, perinde ſignificat. A

III. Ablutio veſtium, fuit ſymbolum adeptæ juſtitiæ & vitæ innovatæ.

PROPOSITA EX XIX. CApite Exodi.

NECESSARIA.

I. Deus à populo Hebræorum dicitur conſpectus in monte Sina, per idiomatum communicationem, cùm illi nil ſenſerint prȩter externa ſymbola, quibus fuit involutus. B

II. Bona opera in Sacris literis propriè & verè interdum nobis, quandoque Deo attribuuntur.

III. Liberum arbitrium, quod αὐτεξούσιον Græcè dicitur, eſt voluntatis facultas, qua expetimus aut repudiamus aliquid pro rationis judicio.

IV. Quæ manifeſtè & evidenter ſunt bona, voluntati oblata neceſſariò eliguntur. C

V. Bona quæ ſunt utcunque incerta & evidentia fugiuntur & expetuntur, prout rem illam cognoſcimus.

VI. Libertati arbitrij neceſſitas propriè non opponitur, ſed violentia & coactio.

VII. Homo non regeneratus vera & ſolida bona, quæ Deo placeant, non poteſt eligere.

VIII. Quo ad morales & civiles actiones complura bona poſſunt eligere non renati: quanvis illa nunquam fermè abſque errore vel eligunt vel exequuntur. D

IX. Qui renati ſunt in Chriſto habent reſtitutum liberum arbitrium: quo ad utrumque bonorum genus.

X. In regeneratis exequutio deliberatarum actionum non eſt expedita & plenè inſtaurata.

XI. Non renati quo ad vera bona etſi illa non poſſunt expetere, haud tamen dicendi ſunt circa ea non liberè agere.

XII. Libertas arbitrij non impeditur: etſi dicantur filij Dei ſpiritu ejus agi: aut ex eo quòd in filiis inobedientiæ Diabolus efficaciter operatur. E

PROBABILIA.

I. Cùm lex promulganda eſſet, admodum terrifica ſigna præceſſerunt: ut ejus increpatione monſtrarentur hominum animi conſternandi, & Dei promulgatoris Majeſtas indicaretur.

II. Fulgura, tonitrua, terræmotus & tubæ ſonus in monte Sina Angelorum opera edebantur.

III. Signa quæ præceſſerunt Evangelium lenia & mitia fuerũt: ut conſolatio notaretur: quæ per illud mortalibus erat proventura. F

IV. Quæ in promulgatione legis geſta ſunt, cõferri debent cum ſolenni Spiritus ſancti miſſione ſuper Apoſtolos: nam utroque loco Deus rex populi ſui eſt publicè inauguratus.

V. Deus legem tulit extra terram promiſſionis in deſerto: ut ingreſſi regna Chanaan Iſraelitæ abhorrerent à gentium legibus: jam divinis aliquandiu aſſuefacti. G

PROPOSITA EX XX. CAPITE Exodi.

NECESSARIA.

I. Deus non poteſt definiri, ſed loco ejus definitionis utimur notionibus, tam ex Sacris literis quàm ex creaturis, elicitis.

II. Cùm Deus proponat ſe nobis cognoſcendum ſub aliquibus certis notionibus, nulla eſt eâ præſtantior, qua illum apprehendimus Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem nos redemerit & ſervarit. H

III. Subſtantia primi præcepti eſt, ut verum Deum pro domino habeamus, ex qua ſtatim conſequitur, illi deberi fidem, ſpem, dilectionem & obedientiam.

IV. In primo præcepto non ſolùm contemplari debemus ipſum mandatum, ſed adjunctam Evangelij promiſſionem. I

V. Quamvis non interdicatur piis, omnis uſus imaginum, mendaces tamen & ſcandaloſæ quæ adhibentur ad repræſentandum Deum non ſunt ferendæ, neque item obſcœnæ.

VI. Iſta non pugnant inter ſe, Filium non portare iniquitatem patris, & Deum viſitare peccata in tertiam & quartam generationem.

VII. Ob ſanctitatem majorum Deus benefacit poſteris.

VIII. Quicquid inſtituitur pro cultu Dei contra illius verbum, pertinet ad idololatriam quam non male pronuntiavit Tertullianus eſſe omnem cultum aut ſervitutem cuivis idolo.

IX. Ad idololatriam non requiruntur ſemper externa ſimulachra.

X. Omnes Hæretici merito accenſentur Idololatris.

XI. In qualibet idololatria Diabolus colitur.

XII. Artifices qui ſigna elaborãt, quæ deſtinanda ſciunt in uſum idololatriæ, graviſſimè peccant.

XIII. In tertio præcepto nõ modò perjurium & vana juramenta prohibentur, ſed omne genus contemptus divini nominis.

XIV. In Republica bene conſtituta, crimen blaſphemiæ in Deum capitale eſſe oportuit.

XV. In tertio præcepto non ſolùm mandatur ne polluatur nomen Dei, ſed è contra requiritur ut ſanctificetur.

XVI. Quemadmodum libet fidelibus juramẽtis uti, loco & tempore: ita illis non ſemper interdictæ ſunt execrationes.

XVII. A magiſtratu curari debet, ut inviolata ſint juramenta, cum ob honorem nominis Dei, tum propterea quod vincula ſint humanæ ſocietatis.

PROBABILIA.

I. Imagines in templis non eſſe collocandas.

II. Quod ex imitatione homines voluntatem capiant, inde eſt, quod facti ſunt ad imaginem Dei.

III. Prophanorum authorum profeſſores in primitiva Eccleſia antequam Evangelium eſſet publicè receptum, docebant cum magno periculo auditorum: hodie non item.

PROPOSITA EX XIX. CApite Exodi.

NECESSARIA.

I. Quicquid juſtitiæ in humanis legibus reperitur, aut Ethnicis ſcriptoribus, aut Decalogo continetur.

II. Omnes juſtæ & injuſtæ actiones ad Decalogum reduci poſſunt: quemadmodum omnia quæ ſunt, ad prima decem genera, quæ κατηγορίαι appellantur.

III. In Decalogo traduntur paucis ea quȩ ſunt craſſiſſima: nam principia & brevia eſſe debent, & evidentia.

IV. Omnia quæ in Decalogo mandantur, naturæ lumini probè conſentiunt.

V. Intelligitur Decalogus ab omnibus ratione prȩditis, quo ad illa quȩ prima fronte in eo proponuntur: ſed quȩ habet in receſſu, non ſunt percepta, niſi his qui Spiritu Dei illuſtrantur.

VI. In utraque tabula tria genera actionum tractantur, cordis nimirum, linguȩ & operis.

VII. Quȩdam prȩcepta Decalogi non fuerunt tum primùm à Deo juſſa, quando in monte Syna tulit legem, ſed longè antea: in lege autem repetuntur & inculcantur ad majorem expreſſionem.

VIII. Mandati Sabbathi duȩ traduntur cauſȩ, quarum una eſt totius prȩcepti, altera verò partis.

IX. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. ac proximum tuum ſicut teipſum, quamvis expreſsè non habeantur in ullo decem prȩceptorum, ſunt tamen forma & modus omnium. Cor. Lingua. Opus.

X. Etſi qui proximum diligit legem implebit, non tamen tot mandata Decalogi ſuperfluunt.

PROBA-

Digitized by Google

PROBABILIA.

I. In prima tabula quatuor præcepta collocamus. Primum, ut qui eſt verus Deus, is unus pro Deo habeatur. Secundum, ut nulli alij Dij, aut ullæ imagines ſimul cum eo colantur. Tertium, nomen ipſius habeatur ſanctum. Quartum, cuſtodiatur ſabbatum. In altera verò tabula ſex traduntur præcepta, parentes venerêris: ne mœcheris: ne fureris: ne teſteris falſa: ne concupiſcas.

II. Poſtremum præceptum in quo de concupiſcentia agitur, in unum eſt comprehendendum non deducendum in duo.

III. Duo genera cupiditatis in eo tantummodo recenſentur, quòd illa craſſiora ſunt ac magis occurrant.

IV. Primum mandatum & poſtremum pulcra ratione ſibi correſpondent, utrumque enim de ſpiritualibus animi motibus præcipit: nam primum bonos requirit, in poſtremo autem pravi interdicũtur.

V. Qui in uno offendit, reus efficitur omnium: C quia non minus conjuncta ſunt Dei mandata, quàm virtutes philoſophorum.

PROPOSITA EX XX. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Legi Dei pugnantia videntur tribui in ſacris literis, prout vel per ſe vel per accidens accipitur, aut quo vel integra conſideratur & tota, ſive mutila, ſive manca: quando per ſe & tota ſumitur, id eſt, non abſque Chriſto & fide, tum dicitur ſpiritualis, vivifica & ſalutaris: contra verò ſi per accidens & non integra accipiatur, id eſt abſque fide & Chriſto, damnationem, mortem, iram Dei & hujuſmodi mala dicitur adſerre.

II. Opera legis non debent negari protſus cauſas eſſe noſtræ juſtitiæ & ſalutis: at illud eſt negandum, quòd iſtorum bonorum præcipuæ ſint & integræ cauſæ: miſericordia autem Dei, ſumma ac veriſſima cauſa eſt noſtræ juſtificationis.

III. Opera legis, imò & fides ipſa, quando accipitur per ſe, id eſt ſeorſim à Chriſto & miſericordia Dei, prout à nobis proficiſcuntur, ſemper habent conjunctum peccatum, imò ſunt peccata.

IV. Si legem abſque Chriſto accipiamus, ibi videbimus præcipi nobis impoſſibilia & irritamenta malarum affectionum.

V. Cùm Deus legi conjunxerit Evangelium, oportet ut illam ſuſcipiamus quomodo eſt nobis lata ab ipſo, ita ut alterum ab altero non divellamus.

VI. Quamvis lex à nullo mortalium in hac vita plenè ſervari poſſit, haud tamen legales promiſſiones vanæ ſunt habendæ.

VII. Opera legis juſtitiam declarant à poſteriori, id eſt argumentatione per effectum cauſam inferente: & ex frequenti illorum uſu juſtitiam adipiſcimur, qua natura inſtauratur & perficitur, non tamen ea per ſe juſtificamur coram Deo.

VIII. Etſi opera legis dicantur juſtificare per aliud, id eſt per fidem annexam: non tamen per accidens, quia connexio fidei cum bonis operibus eſt per ſe.

IX. Leges civiles & morales veteris populi ſunt abrogatæ, non quo ad ſubſtantiam, ſed quo ad modum obſervationis ſive circunſtantias: moralis autem pars in ſuo robore ſimpliciter manet, ſecundum quid attamen poteſt dici abrogata, quia non damnat fideles, deinde quia non eſt illis moleſta, cùm ad ipſam voluntarij ſint & ultronei.

X. Quilibet fidelis hujus liberationis à lege particeps eſt pro fidei ſuæ portione.

XI. Apud fideles is eſt uſus legis, ut eam infidelibus prædicent, deinde ut illa ſe ipſos etiam ad pœnitentiam excitent, ad bona opera inſtaurent & ad meliorem vitam.

XII. Lex Dei tres requirit in noſtris actionibus perfectiones. 1. ut quod extremè agimus honeſtum ſit. 2. ut id volentes & ultrò faciamus, 3. ut bono & ſpirituali motu totum id referamus in Deum.

A XIII. Arbitrio legis Dei, non judicio noſtro conſtituendum eſt de honeſto & turpi, ſive rectitudine & pravitate noſtrarum actionum.

PROBABILIA.

I. Factores legis apud Deum habentur, qui Chriſto credentes in obedientia ejus mandatorum ſe ſtudioſè exercent.

II. In illa ſententia Danielis; Eleemoſynis redime peccata tua, propheta intelligit per peccata B ſupplicium & pœnam quæ peccatis debetur.

III. Qui ſuo judicio non autem ex verbo & lege Dei volunt ſtatuere de rectitudine & pravitate humanarum actionum, illi comedunt fructum arboris ſcientiæ boni & mali primis parentibus interdictum.

PROPOSITA EX XX. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I. Sabbati præceptum eſt partim morale, partim cæremoniale, unde in eo aliquid continetur æternum, & aliquid temporarium.

II. Non erravit Chriſtiana Eccleſia cùm loco ſabbathi ſtatuit obſervãdum diem Dominicum, cujus in ſacris literis mentio habetur, quamvis de ejus obſervatione ibi præceptum non extet.

III. Magiſtratus debet adigere peregrinos, D tametſi diverſæ religionis ſint, ne quid externè contra civitatis religionem faciant.

IV. Ea opera die ſabbathi non interdicebantur, quæ citra ſalutis jacturam nec differri nec anticipari poterant.

V. Opera Charitatis quæ neceſſariò tenemur impendere proximo, ſunt præferenda ſacris cæremoniis.

VI. Præcepta Dei ordinem inter ſe habent, ideo cum duo concurrerint in eodem opere, quæ ſimul E compleri non poſſint, priori eſt incumbendum, poſteriori quidem non neglecto ſed in aliud tempus dilato.

VII. Ea opera feſtis diebus facienda ſunt, quæ ex verbo Dei conſtat ad divinum cultum pertinere.

VIII. Cæremoniis à verbo Dei nobis traditis, licet Eccleſiæ tempus, modum, locum, & aliquam ex circunſtantiis addere, cùm ad ornamentum, tum ad fidelium ædificationem: cui tamen minimè permittitur earum mutare ſubſtantiam, ut Papiſtæ fecerunt F in ſuą miſſa, quæ jam ſalva conſcientia fieri non poteſt.

IX. Monachi qui filios ſubducunt parentibus, ac monachos faciunt, graviùs peccant atque Scribæ & Phariſæi, quos Chriſtus arguebat, quòd præceptum de honorandis parentibus tranſgrederentur.

X. In promiſſionibus temporalium rerum implicat Deus ſpirituales promiſſiones.

XI. Res temporales, etſi videntur interdum viles, attamen in promiſſionibus divinis continentur, G quo doceamur Dei providentiam ad omnia ſe extẽdere, utque ſciamus bona quantumvis minima à Deo petenda eſſe.

PROBABILIA.

I. In voce parentum comprehenduntur præceptores, magiſtratus & miniſtri Eccleſię, quia antiquitus dum pauci eſſent homines, patresfamiliàs hæc omnia obibant munera.

II. In decalogo non præcipitur expreſsè parentibus de officio erga filios, quia habent ad illud H natura vehementiores στοργὰς, quàm liberi erga parentes.

III. Præceptum de parentibus obſervandis, primum eſt in promiſſione, (ut inquit Paulus) nimirum particulari, nam quæ in ſecundo præcepto habetur, eſt generalis.

PROPOSITA EX XX. Capite Exodi.

NECESSARIA.

I I. Quando præcipit Deus non eſſe occidendum, Chriſti teſtimonio & iram prohibet, quod non

Digitized by Google

de qualibet eſt intelligendum, verùm de ea tantùm, A quæ pugnat cum charitate.

II. Vltio non pertinet ad privatos, cùm ſit opus magiſtratus.

III. Qui præceptum non ulciſcendi dicunt eſſe conſilium, & ad ſalutem non neceſſarium, graviter errant.

IV. Cuique licet adverſus privatos vim vi repellere, modò non fiat ex odio aut appetitu vindictæ, & ſolum quando extrema urget neceſſitas, in B qua non poſſimus uti opera legitimorum defenſorum.

V. Dolendæ ſunt vices eorum qui extremo ſupplicio afficiuntur: ſed noſtris defenſionibus vel aliorum interceſſionibus non debet impediri exequutio juſtæ ſententiæ contra eos.

VI. Non licet homini ſibi ipſi manus adferre. Vnde Petilianus jure damnatur, quòd Martyres prædicaverit eos, qui cùm in gravia ſcelera eſſent prolapſi pœnitentiæ prætextu ſeipſos occidebant. C

VII. Neque illi ſunt audiendi, qui id concedunt, cùm periclitatur caſtitas.

VIII. Samſonis mors non excuſat eos, qui ſibi ipſis ſua voluntate manus adferunt.

IX. In præcepto quo adulterium prohibetur, è contra matrimonium commendatur, quod eſt legitima conjunctio maris & fœminæ in eandem carnem, ex inſtituto Dei, ad procreationem liberorum & ſanctam educationem, atque ut devitetur fornicatio. D

X. Vſus legitimus matrimonij non eſt, ut multi ſentiunt, peccatum veniale.

XI. Qui matrimonium dicunt non eſſe bonum, niſi ex collatione ad ſcortationem & adulteria, non bene ſentiunt.

XII. Violatur matrimonium quando conjugibus in eandem carnem legitimè conjunctis admiſcetur aliena caro, non modo craſſo & externo opere, ſed corde, verbis, nutibus & aliis impuris actionibus. E

XIII. Violatur etiam matrimonium divortio, abſque legitimis cauſis admiſſo.

XIV. Non eſt in facultate conjugum, ut alter alteri permittat ſui corporis facere copiam aliis, extra matrimonium.

XV. In Repub. bene conſtituta crimen adulterij deberet eſſe capitale.

XVI. Chriſtus ſeveritatem iſtam divinæ legis non remiſit ex eo, quòd non condemnavit mulierem illam adulteram. F

PROPOSITA EX XX. CAPITE Exodi.

NECESSARIA.

I. Ex præcepto, Ne fureris, non potuerunt Iſraelitæ furti coargui, quod Ægyptum exſpoliarint: cum ad rationem furti pertineat, aliena uſurpare invito Domino: at ipſi non aliena ſed ſua exportarunt, G nimirum ſibi à Deo collata.

II. Ex iſto præcepto conſtabiliuntur privatæ poſſeſſiones rerum, ita ut non ſit inducenda communitas omnium facultatum, quoad poſſeſſionem, ſed tantum quoad communicationem uſus & fructuum.

III. Mercatoria commercia, ſi juſtè inſtituantur, non ſunt damnanda, imò haberi debent ut vincula humanæ ſocietatis.

IV. Qui vectigalia defraudant, rei ſunt furti: ſed H principes non minus, quando illa exigunt graviora, quàm par ſit: ut quando ſubditis illa non præſtant, quorum gratia dantur.

V. Qui facultatibus, Deo, id eſt, Eccleſiæ conſecratis defraudant miniſtros, ſtudioſos juvenes, & pauperes, tenentur furti, & iſti viciſſim quando illis utuntur, & re non præſtant ea ad quæ ſunt inſtituti.

VI. Non omnis uſura huic mandato adverſatur, ſed illa quæ tantùm cum oppreſſione & jactura I proximi contra leges & æquitatem lucrum adfert.

VII. Hoc præcepto mandantur Eleemoſynæ, quæ ita ſunt moderandæ, ut in populo Dei quædam ſit rerum æqualitas, non quidem Geometrica, ſed Arithmetica.

VIII. Falſum teſtimonium quod prohibetur, non ſolùm aſtringendum eſt ad forenſes actiones, verùm interdicitur etiam omnis ſignificatio, qua proximus noſter læditur, ita ut cohibeatur animus, lingua & actiones ad id facientes.

IX. Ex præcepto hoc infertur, ut quoad fieri poteſt, proximum noſtrum & commendemus, & ornemus ad gloriam Dei.

X. In mendacio quod officioſum vocant, etſi loquimur aliter atque ſentimus rem habere, non tamen ſecus quàm charitas & recta ratio loquendum eſſe judicet.

XI. Poſtremo præcepto quo dicitur, Ne concupiſcas, declaratur ut præſtet divina lex civilibus legibus & morali philoſophiæ.

XII. Ex primo & ultimo præceptis oſtenditur lex eſſe ſpiritualis: nam ibi de omnibus animi motibus præcipitur, ac inde plenus elicitur ſenſus omnium aliorum mandatorum.

XIII. Primum & poſtremum mandatum, cum obſerventur à nemine, illis valent homines facile ſe deprehendere peccatores.

PROPOSITA DE SACRARIO EX capite XXVI & ſequentibus libri Exodi.

NECESSARIA.

I. Quanquam ubique habendi eſſent populo ſacri cœtus, utile tamen fuit unicum habere ſacrarium, ubi ſolenniter ſacra fierent, & oracula reciperentur.

II. Vt conveniat & nunc certis quibuſdam cæremoniis diſcrimen facere inter loca ſacra: impiè tamen illud diſcrimen inter templa noſtra fit, quòd homines ſe opem Dei in aliis citius quàm in aliis impetraturos arbitrantur.

III. Nec illud piè fit, cuiquam populo, loci cauſa præcipuas negare cæremonias: aut etiam ullum templum habere ſanctius, ob ſecundarias cæremonias: ut quædam Epiſcopis olim propter authoritatem majorem illis conciliandam peculiariter committebantur.

IV. Ornamenta & imagines in ſacrario tametſi non viderentur, populo tamen ſerviebant ad inſtaurandam pietatem.

V. Novo populo, quæ in ſacris locis audiat & percipiat, non quæ ſpectet tantùm, ordinata ſunt.

VI. Salubriter olim arcebantur interiore ſacrario, & eo quod ibi fiebat, ſacerdotes: exteriore & iis quæ in eo gerebantur, populus.

VII. Nunc nemo ex populo Dei, niſi impiè, ullo loco, ubi ſacræ cæremoniæ habentur, aut ullis ſacris actionibus, quæ in Eccleſia Dei geruntur, excludi poteſt.

VIII. Sacratiora ſymbola divinæ benevolentiæ, ut arca fœderis, propitiatorium, ſacri panes, lucerna, ſacrique ſuffitus à conſpectu populi veteris, utiliter abſcondebantur. Novo convenit exhiberi, monſtrarique omnia ſacra ſymbola clariſſimè.

PROBABILIA.

I. Per ſanctum ſacrarium majeſtas ſacerdotij Chriſti: per ſancta, dignitas ſacri miniſterij repræſentata eſt.

II. Quia veteri populo precioſè atque variè ornatum Sacrarium conſtitutum eſt, putare conſentaneum eſſe, ut & nobis templa magnificè ædificentur atque ornentur, irreligioſa conjectatio eſt.

III. Imagines veræ decentéſque rerum, quarum recordatio ſalutaris ſit, Sanctis ſancto uſui eſſe poſſunt, ſed non in templis: ſiquidem illa à nobis habeantur, ut decet Chriſtianos.

IV. Vt Ambroſius piè Imperatorem cancellis presbyterorum excedere juſſit: ita pietati citius incommodat quàm commodet, clericis locum in Eccleſia ita conſecrare, ut non ſit fas aliis eodem loco conſiſtere.

PROPO-

Digitized by Google

PROPOSITA EX PRIMO *Capite Levitici.*

NECESSARIA.

I.

SACRIFICIUM eſt cæremonia, qua Deo aliquid offertur ex ejus præſcripto, ad remiſſionem peccatorum obtinendam, non modò civilem, ſed veram per fidem Ieſu Chriſti, ibi repræſentati & exhibiti.

II. Fides diverſis promiſſionibus Dei accommodatur, ſed quæ juſtificat, Chriſtum ipſum reſpicit.

III. Cùm in Epiſtola ad Hebræos vel alibi in ſacris literis dicitur, veteres ceremonias non contuliſſe remiſſionem peccatorum, idem intelligendum, ut operis, aut ſemota fide Chriſti.

IV. Moſes de morte Chriſti nullibi eſt apertius locutus, quàm in legibus ſacrificiorum.

V. Mortificatio carnis eſt ſacrificium, ubi quiſpiam ſeipſum offert Deo.

VI. Sacramentorum ſymbola Deus voluit res eſſe paratu faciles.

VII. Quia Chriſti participatio habebatur edendo, quæ in ſacrificiis oblata fuerant, idcirco fuerunt apta humano eſui, quemadmodum cœnæ Dominicæ ſymbola.

VIII. In oblatione victimæ, offerens peccatum ſuum fatebatur, & agnoſcebat ſe reum mortis, qua mactabatur hoſtia.

IX. Peccata remittebantur in ſacrificiis, non quoad forenſe judicium, ſed quoad Deum.

X. In ſacrificiis præterea, quibus Chriſtus repræſentabatur & exhibebatur, inſtituebatur quoque populus de præcipuis virtutibus.

XI. Sacrificium quidem pauperum levius erat ſacrificio divitum, quoad impenſas, non tamē quoad dignitatem.

E XII. Quamvis Chriſtus una oblatione conſummavit noſtram ſalutem, adhuc tamen ſuperſunt nobis multiplicia & varia ſacrificia in novo Teſtamento.

PROBABILIA.

I. Impoſitio manuum, quæ miniſtris Eccleſiæ in novo Teſtamento exhibetur, poſſet videri emanaſſe ab impoſitione manuum ſuper victimas, niſi inveniremus ejus mentionem in veteri Teſtamento ante laras leges de ſacrificiis.

F II. Odor quietis cujus eſt frequens mentio in ſacrificiis, ſignificat ibi acquieviſſe Dei voluntatem, ut in re ad ejus arbitrium geſta, quodque ira qua fuerat irritatus in offerentes, ibi ſedaretur.

III. Sacrificiorum idcirco multa fuerunt genera, quòd Chriſtus non bene potuerit uno exprimi.

IV. Veteres cùm ſcirent per ſacrificia ſe Deo reconciliari & tamen intelligerent pecora quæ mactabantur non præſtare naturâ illis, pro quibus offerebantur, concludebant neceſſariò, ſacrificiorum dignitatem aliunde pendere, unde confugientes ad promiſſiones de Meſſia, ibi illum agnoſcebant ſibi proponi.

G V. In hircis & hœdis qui immolabantur, Chriſtus exprimi poterat propter formam perfecti, quam aſſumpſit.

PROPOSITA EX II. III. IV. *Capitibus Levitici.*

NECESSARIA.

I. Sacrificia offerentibus excitabant memoriam promiſſionum Dei.

II. Cùm Deus repudiat fermentum, ne ſibi incendatur, damnat pravam doctrinam & corruptos mores.

III. Mel & fermentum non repelluntur à Deo, ne ſibi incendantur, quòd ſint malæ res natura ſua: imò ſanctificari poſſunt verbo Dei & precibus, ut reliquæ creaturæ, & ideo inter decimas & primitias offerri poterant.

A IV. Symbola thuris, olei & ſalis, tranſtuliſſe ad cæremonias novi Teſtamenti (ut Papiſtæ fecerunt) fuit ſuperſtitioſum.

V. In ſacrificio pacificorum exercebatur ſancta communio inter fideles: nam Chriſtus ibi non ſolùm proponebatur credendus, ſed percipiebatur.

VI. Quamvis Cœna dominica per ſe non ſit ſacrificium, attamen non habetur abſque ſacrificio.

B VII. Sacrificiorum dignitas non attendebatur ex præſtantia rerum oblatarum, ſed ex acceptatione Dei & fide offerentium.

VIII. Adipis & ſanguinis uſus non prohibebatur quaſi natura ſua animum pollueret: ſed ob certas quaſdam ſignificationes.

IX. In cæremoniis, quarum ignoratur ratio, id ſæpe à Deo ſpectabatur, ut Hebræi diſcederent à ritubus Idololatrarum.

C X. Peccatum eſt defectus non ſolum in actionibus ſed in natura humana: quo legi Dei homines adverſantur, atque incurrunt ejus iram & æternam damnationem, niſi fide Chriſti juventur.

XI. Quòd peccatorum quædam commiſſionis dicantur, & quædam omiſſionis, inde oritur, quòd præcepta quædam tulit Deus affirmativa, & quędam negantia.

XII. Ignoratio quæ peccatum verè excuſat non eſt affectata, & verſatur potiſſimum in circunſtantiis actionum.

D XIII. In oblationibus ſacrificiorum, etſi remittebantur peccata per fidem Chriſti, non tamen propterea tollebantur civiles pœnæ, aut forenſes actiones.

PROBABILIA.

I. Quod in ſacrificio Minha nulla pars thuris ceſſit offerenti vel ſacerdoti, ſed totum coram Domino intendebatur, oſtendit invocationem deberi ſoli Deo, non hominibus.

II. Mel à Deo repudiabatur ne ſibi incenderetur: quòd carnis voluptates ad cultum Dei non faciant.

III. Sal perpetuò requiritur in ſacrificiis: quod abſque fide nil Deo placet.

IV. Apoſtoli renovarunt in primitiva Eccleſia mandatum, ut ſanguis non ederetur: & de adipe tacuerunt: quoniam illud præceptum ſanguinis tempore Noah fuit promulgatum & gentibus potuit innoteſcere, non item de adipe.

PROPOSITA EX IV. ET V. *Capite libri Levitici.*

NECESSARIA.

I. Peccatum ſacerdotum gravius eſt peccatis vulgarium: quia doctrinæ imminuitur authoritas, exemplum ad peccandum eſt efficacius, & miniſterium habetur ludibrio.

II. In ſacrificiis confeſſio erat triplex. Prima conſtabat victimæ ſymbolo, quæ offerebatur. Secunda generalis adhibebatur peccatorum expoſitio. Deinde nonnunquam particulariter peccata indicabant.

III. Confeſſio, quam appellat auricularem, non debet ex Eccleſia tolli, ſed potius emendari.

IV. Illis rebus, quæ ſymbola fuerunt ſacramentorum, aliquis debetur honor poſt ſacramentalem uſum, verùm citra ſuperſtitionem & ſcandalum infirmorum.

V. Nullus eſt in populo Dei gradus tam eximius, qui fraternæ correctioni ſubjici non debeat.

H VI. Poteſtatis Eccleſiaſticæ plenitudo eſt in Chriſto, qui hanc communicavit univerſitati fidelium, & ipſa executionem illis tribuit miniſtris à ſe electis.

VII. Eccleſia poteſt errare, & reipſa quandóque erravit, etiam in his quæ ad fidem pertinent.

VIII. Quando à magiſtratu inſtituitur inquiſitio de aliquo crimine, quicunque examinantur debent fateri id quod de eo ſciunt.

I IX. Fideles Chriſti ſi in judicio inquirantur de ſua fide, tenentur eam confiteri.

X. Cum judex forte quæſiverit, ut fratres pro-

Digitized by Google

dantur, eos non debemus indicare.

XI. Qui ab accuſationibus legitimis deſiſtunt in Repub. non poſſunt prætexere juſtam miſericordiam.

XII. Qui juravit ſe quippiam mali facturum, id non præſtando minime peccat, ſed peccavit jurando temerè.

XIII. Sacrificiorum oblationes complures habuerunt utilitates. Primò, confirmabatur fides offerentium. Secundò, fuit ibi gratiarum actio. Tertiò, ſuſtentabantur miniſtri: ac demum confitebantur ſacrificantes, propter ſua peccata illam ſibi deberi mortem, qua victimæ afficiebantur.

XIV. Qui verè credit Deo, non eſt dubius de remiſſione peccatorum aut de ſalute ſua, alioquin ex fide fieret opinio.

XV. Certitudo quã habemus noſtræ ſalutis, non eſt ſenſus, neque experientiæ, aut ſcientiæ, ſed fides.

PROPOSITA EX V. VI. & VII. Capitibus Levitici.

NECESSARIA.

I. Vera fides quæ juſtificat, non eſt abſque ſalutari pœnitentia.

II. Qui non reſtituit ablata, ſi ei facultas reſtituendi fuerit, eum non verè pœnitet ſuorum peccatorum.

III. Reſtitutio ablatorum tempore anteponitur ſacrificio.

IV. Lampades ardentes, aut cereos accenſos habere ante Martyrum reliquias, aut quemadmodum fit in Miſſa papiſtica, ſuperſtitioſum eſt.

V. Non eſt firma connexio: Nunc licet ſanctorum preces, dum vivunt, implorare: ergo & quando ex hac vita diſceſſerunt, idem conceditur.

VI. Qui ſacramenta, quoad eorum ſubſtantiam, aliter percipit quàm à Deo ſunt inſtituta, id ei eſt exitioſum, & Deo res abominabilis.

VII. Vt Deus appellat ſacrificia, quando fiebant abſque fide, abominationes: ita nos verè ſtatuere poſſumus de aliis bonis operibus in genere, ſi fiant abſque fide.

PROBABILIA.

I. Ortus luminarium in Eccleſia inde fuit, quòd templa erant antiquitus obſcura, & ibi noctu Chriſtiani vigilias agebant.

II. Elevatio & motio panis in miſſa, quæ fit per ſacrificos, eſt deſumpta ex Levitica ratione levandi & movendi, quæ Deo erant oblata.

PROPOSITA EX LIBRO IVDICUM, capite undecimo.

Et eiecerunt fratres Iephtham, & dixerunt, non eris heres in domo patris noſtri, quoniam filius es mulieris extraneæ.

I.

QVOAD pœnas æternæ damnationis, quiſque onus ſuum portabit, non alienum.

II. Pœnas temporarias cùm aliqui pro aliis ferre dicuntur, conqueri non poſſunt, quin eas mereantur.

III. Nulla committitur à Deo injuſtitia, ſi quandoque à filiis pro ſalute parentum aliquas temporarias pœnas exigat.

IV. Non tantùm juſtitiæ, ſed miſericordiæ quoque Dei tribuendum eſt, quod peccata parentum in tertiam & quartam generationem puniat.

V. Dum boni pœnis temporariis malorum involvuntur, Deus in terris diſciplinam ſtatuit.

VI. Id proprium eſt Dei, neque ab hominibus uſurpari debet, ut filios propter peccata parentum puniant, quando facinoribus parentum non conſenſerunt.

FINIS.

QVÆSTIONES.

I.

AN Lex Exodi 22. de puellis conſtupratis à conſtupratoribus ducendis in republica Chriſtiana ſit retinenda?

II. Si propter puellarum laſciviam magiſtratus nimis rigidam legem exiſtimet, & ideo abrogandam, An miniſter illis author eſſe debeat abrogandæ? an liberum hoc illis permittere? aut quid debeat iis reſpondere?

III. An Magiſtratus rectè faciat, ſi diſcedat à lege divina?

IV. An hæc pars pertineat ad libertatem Chriſtianam? An legi naturæ conveniat, an verò tota ſit politica?

V. Cùm ſanctiſſimi viri non tantum iuraſſe legantur, Vivit Dominus: ſed addunt aliquando, & vivit anima tua, non tantùm in aſſeverationibus, ſed etiam in atteſtationibus. Quid reſponderi poteſt Papiſtis, qui dicunt non per ſolius Dei nomen oportere iurare.

AD PRIMAM QVÆST.

Ex Lege Dei Exod.22. non eſt prorſus neceſſe, ut quis conſtupratam à ſe virginem ducat; quoniam ibi additur: Quod ſi pater corruptori eam dare noluerit, is perſolvat dotem virginum. Hæc additio eſt magni momenti. Nam Deus vult patriam poteſtatem ſalvam eſſe, nec patitur liberos contrahere nuptias citra parentum conſenſum. Atque ſi lex iſta, nuptias inter corruptam & ſtupratorem ſanciret omnino neceſſarias, petulans puella facile pateretur ſibi ſtuprum inferri ab eo, quem patre invito maritum cuperet, quo citra eius conſenſum optatis nuptiis potiretur. Voluit ergo Deus eſſe in manu patris, huiuſmodi nuptias approbare vel improbare. Cùm igitur magiſtratus ſit pater patriæ, poteſt huiuſmodi nuptias ſuis legibus vel iubere vel remittere, modò crimen non evadat impunitum, quia lege Dei ad id aſtringitur, ut malum tollat de medio populi.

AD SECVNDAM.

Mihi non videtur conſultum Reipublicæ, ut propter puellarum laſciviam ſive petulantiam, Lex de corrupta & à ſe vitiata ducenda in uxorem, abrogetur, quia niſi timore huius pœnæ coerceantur homines à ſtupris, paſſim audebunt laſcivas & petulantes polluere, unde in civitate fœditas & turpitudo magis ac magis abundabit. Vt itaque imminueretur ſupplicium corruptorum nunquam eſſem author, ne feneſtra peccatis aperiretur. Quare miniſtri eſſet, mea ſententia, magiſtratus fideliter admonere, ut ſuis legibus, quoad fieri poſſit, criminibus habenas magis contrahant, quam relaxent.

AD TERTIAM ET QVARTAM.

Lex iſta partim civilis eſt, partim moralis. Id eſt morale ac ſempiternum, ut à Magiſtratibus ſtupra & vagæ libidines prohibeantur. Ad rationem verò politicam ſpectat, genus pœnæ decernere, quod principi liberum quidem relinquitur. **Quatenus pœnã magiſtratui mutare liceat.** *Sed ita liberum, ut mutet Iudaicæ legis civilem ſententiam, ut populo ſuo magis videbitur congruere, non ſine ad carnis libertatem, ſed ad vitiorum emendationem. Leges Romanæ ut habetur in Inſtitutionibus de Iudiciis publicis primo, virum honeſtioris ordinis ob tale crimen admiſſum dimidia parte bonorum multabant. Viliores autem perſonas relegabant & corporali pœna coercebant. Et Auguſtinus in lib. de Mendac. ad Conſentium cap. 8. dicit: furta levius puniri quàm ſtupra. Pœnam igitur commutare Magiſtratui liberum eſt. Sed cùm neceſſe habeat vitia coercere, ut id conſequatur, non leviorem, ſed graviorem potius decernere debet, alioquin id vitii, ut reliqua, indies magis magiſque graſſabitur. Et ex iis quæ dixi iam, ad quartam quæſtionem ſatis reſponſum arbitror.*

Ad ultimam quæſtionem de iuramentis, Reſpondeo tres eſſe iurandi formas in ſcripturis uſitatas. Vna cùm dicimus: Per Deum, per Chriſtum & conſimilia. Aliæ duæ ſpeciem habent vel precum vel execrationis. Execrationis formæ eæ ſunt, Diſpeream, male mihi ſit. Quod iuramenti genus eſt in Pſalm.7. Si iſtuc commiſi, ſi eſt perverſitas in manibus meis: Si ei qui fœdere panis mecum vinctus eſt, malum rependi, imò ſi deſtitui infeſtantem me, abſque cauſa, perſequatur hoſtis animam

Ver.4[?] *[ani]mam meam, & aſſequatur & conculcet in terra vitam meam,& deducat gloriam meam in pulverem. Formula verò iurandi in precibus eſt. Ita vivam, ita me Deus adiuvet, ad quam ſpeciem ea revocantur, de quibus modò quæſitum eſt, Vivit anima tua, ſeu Vivit anima mea,&c. De prima ſanè iurandi ratione ſatis conſtare arbitror per Deum tantummodo eſſe iurandum. At in duabus aliis formulis nihil prohibet, quin res creatæ quoquomodo nominentur, quod utique obliquè fit, ſi res penitius inſpiciatur, cùm ipſius Dei recta, licet tacita, ſit imploratio. Quid enim aliud eſt, Vivit anima tua, quàm ita Deus te vivum ſervet, ut hoc verum eſt quod modo teſtor: Vt hoc ſum facturus, quod tibi polliceor? Similiter quoad execrationes ad Deum oratio dirigitur, cùm dicimus: Perſequatur hoſtis animam, perinde eſt ac Deus efficiat, ut ab hoſtibus perpetuo divexer. Sunt itaque preciſæ & abruptæ iurandi rationes, quibus ut integræ reddantur, nomen Dei eſt ſubiiciendum. Sicut è diverſo quandocunque Dei nomen exprimitur & vel execrationes non explicantur: ut, hæc mihi faciat Deus,& hæc addat. Vbi reticetur quænam ea ſint quæ pati velit, ſi fefellerit is qui peierat.*

††† CONSILIA ASTVTA *quomodo valeant.*

In 2. lib. Samuelis, cap. 15. 31.

CVM Davidi nunciatum eſſet, Achitophelem cum Abſalomo facere, animus ejus multis modis impeditur. Patientiâ ſingulari opus ergo fuit. Neque ita pungebatur animus Davidis, ut dolor ſtatim tranſiret, ſed aculeus relinquebatur. Nam cùm hæc pateretur, ad cauſam malorum ſuorum ſe referebat, nempe peccatum. Ioſephus ſcribit nihil triſtius hoc tempore Davidi nunciari potuiſſe. Nam inter ſe conferre oportet apparatum bellicum & vires Abſalomi, cum aſtutis conſiliis. Certè mala conſilia magis noxia ſunt quàm apparatus bellicus & vires corporis, quia hæc omnia ſunt inſtrumenta ad victoriam: at callidum conſilium ceu artifex exiſtit. Vt artifex inſtrumentis præſtat: ita cõſilium malum plus noxium eſt quàm alia illa quæ corporea ſunt, conſilium verò ad rationem pertinet. Multos Achitopheles hodie Antichriſtus habet ſecum, quod intelligimus ex illis quæ aſtutè agit. Abundat Papatus copiis & Principum armis, ſed aſtuta conſilia magis timenda ſunt. Imitemur ergo Davidem: oremus Deum ut infatuet conſilium Achitophelis. Vt conſilia dona Dei ſunt: ita illius eſt iſta impedire.

Aſtuta conſilia jurando valeant.

Dixeris fortaſſe, Deus non infatuavit conſilium Achitophelis: ergo non audivit Davidem. Certè effecit Deus, ut ea conſilia quę aſtuta erant, Abſalomo fatua viderentur. Dei ergo eſt opus, conſilia hominum irrita facere, aut iis dare ſucceſſum. Pulcherrimè ſcribit idē David, Pſal. 33. ver. 10. 11. Deus diſſipat conſilia gentium: Dei vero conſilium manet in æternum. Non eſt eo ingenio Deus, ut delectetur fruſtratione hominum: ſed culpa hominum fit, qui temerarij ſunt, ut Deus illis ſeſe opponat. Conſilia eorum ſi bona eſſent, non impedirentur: at adeo mala ſunt, ut ſi ſucceſſus eis daretur, nihil eſſet ſalvum. Suſcipiunt bella, non tantùm contra honeſtatem & pietatem, ſed etiam contra Deum ipſum: ideo eis occurrit. Sed ipſum Dei conſilium, quod deſtinavit ad gloriam ſuam & ſalutem electorum, manet. Sunt adamantina Dei cõſilia. Zacharias cùm videret quadrigas, h. e. quatuor monarchias, quæ afflicturæ erant Eccleſiam, mittebat eas Deus intra montes æreos, ad ſignificandam firmitatem ſui conſilij: ut Deus decreverat, ita evenit.

Quomodo Deus infatuat mala conſilia?

Zach. 6. 1.

Davidis preces conjunctæ ſunt cum inſigni confeſſione divinæ potentiæ, quod in manibus habeat hominum conſilia. Sæpe efficit ut quæ utilia proferuntur, videantur ſtulta & reiiciantur: ita etiam efficit ut mala impiis utilia videantur. Vnde Auguſtinus ſcripſit ad Simplicianum, Non eſſe in poteſtate noſtra, ut res nobis offerantur eo modo, ut poſſint accipi aut placere: id efficit Deus. Sæpe fit, ut bona ſe nobis offerant, ut placeant, id (inquit ille) non eſt noſtrum. E diverſo videtur mentes impiorum excæcare, ut quæ bona ſunt ſicut mala accipiant. Videmus igitur, ut nobis opus ſit divino auxilio. Primum, ut bene judicemus de rebus; deinde, ut voluntas eligat: quod ut fiat, impedimenta removeri oportet. Fit ut lumine Dei bene judicemus, ſed affectibus repreſſi non eligamus. Hinc videmus quàm infirmum ſit arbitrium humanum. Quo ad judicium, quatitur vehementer: res non ſemper offeruntur, ut placeant: ſi offerantur, adhuc ſunt impedimenta multa. Gratiâ ergo opus eſt, ut regamur quo ad notitiam & amotionem impedimentorum.

Dei Sapiētia.

Lib. 1. quæſt. 2.

Auxiliū Dei quàm nobis ſit neceſſariū.

B Si filius nos liberaverit, inquit Servator noſter, verè liberi erimus. Poſſumus quidem jactare libertatem ſed aliud eſt jactare, aliud habere. Rogat ergo David, ut Deus infatuet conſilia Achitophelis, adeo ut vafra conſilia ſtulta videantur: orat ne ita noceant ut vellet impius. Cæterùm dixeris, non omnino impedita ſunt ejus conſilia, quoniam ut conſuluit, nempe ut Abſalom pollueret novercas ſuas, id fecit, nec judicavit conſilium illud fatuum. Concedimus, quo ad hanc partem, Deum non irritum feciſſe C Achitophelis conſilium; ſed quo ad alteram partem, videlicet oppreſſionem Davidis. Cur in priore non fecit irritum? quia decretum erat, ut hoc fieret: Dixerat enim Propheta, veniet proximus tuus, & auferet uxores tuas,&c.

Ioan. 8. 36.

Achitophelis conſilia quatenus impedita.

2. Sam. 12. 11.

††† CONSILIVM DEI, IN *mutationibus variis, quomodo conſiderandum?*

D QVæritur, quo modo Samuel dixerit Sauli, Dominus ſtabilierat regnum tuum ſuper Iſraelem uſque in æternum, nunc autem regnum tuum non ſtabit. Quomodo enim potuiſſet regnum manere in familia Saulis in æternum, cùm antea prædictum fuerit à Iacobo, regnum fore in tribu Iuda, & Deus ab omni æternitate decreverit ſe daturum jus regiū domui Davidis? Hic non poſſumus reſpondere, Deum quidem ita primùm decreviſſe, ſed poſtea mutaſſe ſententiam. Deus enim non mutatur. R. E Levi Ben Gerſon putat עד־עולם hadh-holam, in æternū non ſignificare æternitatem, ſed certum aliquod ſpacium temporis: atque ita & Saulem regnare potuiſſe in ſeculum, i. ad longum tempus, & poſtea David illi ſuccedere. Sed hęc ſententia mihi non multum probatur. David enim jam non tantùm natus, verum etiam adultus erat, ut Saul ad longum tempus regnare non potuerit. Deum verò non mutari omnes fatentur, ſed non omnes tamen eodem modo. Quidam enim aiunt nos fingere, Deum præ-F deſtinare aliquid ab æterno quod tamen poſtea exequatur. Id abſurdum eſt, inquiunt: Deo enim omnia ſunt præſentia.

Lib. 1. Sam. cap. 13. v. 13. & 14.

Gen. 49. 10.

Atqui nos non dicimus, Deum moveri ad tempus, ſed ejus conſilia eſſe ab æterno. Sed hoc dicimus, eùm ad eventum pervenitur, illum nulla inſtituere nova conſilia. Paulus ait ſe fuiſſe electum ab utero matris: & nos fuiſſe prædeſtinatos ante jacta fundamēta mundi. Iſta in Deo quidem æterna ſunt: in rebus tamen ipſis longè antea prædeſtinata ſunt G quàm facta. At ſi volunt cavillari de prædeſtinatione, objiciemus prædictiones, in quibus non poſſunt tergiverſari. Quum nihil egiſſent aut boni aut mali, ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, dictum eſt; Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Ita de regno conſtituēdo in tribu Iuda multò ante prædictum eſt quàm David, qui primus ex ea tribu regnavit, naſceretur. Quo modo ergo dicit Samuel, Deus conſtituiſſet regnum tuum in æternum? Eſt potentialis loquutio. Sed quæ eſt iſta potentia? Mul-H tæ aliæ ſunt ejuſmodi formæ loquendi in ſacris literis. Si cognoviſſent, inquit Paulus, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Atqui prædeſtinatum erat à principio, Chriſtum eſſe moriturum. Ita vulgo dicere ſolent, Si Adamus non peccaſſet, Chriſtus non fuiſſet paſſus, ſed mittamus illa, & iſtam ſententiam quam habemus in manibus, ex qua bene intellecta ſimilia cætera omnia intelligi poſſunt, expediamus.

Deus non mutatur.

Galat. 1. 15.

Epheſ. 1. 4.

Rom. 9. 11.

Loquutio potentialis.

1. Cor. 2. 8.

I Primum autem videamus, utrum prædeſtinatio Dei de Davide fuerit cauſa cur Saul ejiceretur è regno. Eiectionis ejus duæ mihi videntur fuiſſe cauſæ: altera irritans Deum, nimirum Saulis peccatum:

Cauſa ejectionis Saulis.

Digitized by Google

altera autem voluntas Dei, ſed provocata & irritata peccato. Vtri ergo harum cauſarum adſcribemus ejectionem? Certe peccato. Par enim erat, ut qui male ſe geſſiſſet, moveretur loco. Itaque Oſeas ait, [Oſe. 13. 9.] ex te malum tuum, ô Iſraël. Negare quidem non poſſumus, voluntatem Dei aliquo modo fuiſſe cauſam, vera autem & certa cauſa peccatum erat. Aliud etiam diſcrimen non parvum erit, ſi peccata noſtra ad ſupplicia conferamus: & bona noſtra opera ad mercedem. Nam peccata noſtra merentur ſupplicia: opera verò bona mercedem non merentur. Cur ita? inquies. Quoniam eſt proportio inter peccatum & pœnam. At ea inter bona opera & mercedem nulla eſt. [Rom. 8. 18.] Non enim ſunt condignæ paſſiones hujus vitæ ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Adhæc mala opera propriè ſunt à nobis: bona autem non ſunt niſi à Deo. Itaque mors æterna poſſet dici merces peccati. Contrà, vita æterna non poteſt dici merces juſtitiæ noſtræ. Dicimus ergo, peccatum Saulis fuiſſe veram cauſam cur exciderit è regno. Vt autem conſiſteret, bona opera nunquam potuiſſent eſſe cauſa.

[Dei decretum an Sauli neceſſitatem impoſuerit?] Sed iſtud conſilium & decretum Dei an imponebat Sauli neceſſitatem? Nulla erat in eo neceſſitas ejus rei abſoluta: nam quod attinet ad interna principia peccandi, ea Saul habuit in ſeipſo; & quod fecit, volens ac ſua ſponte fecit. Decrevit quidem Deus regnum Davidi & tribui Iudæ, ita tamen ut id Sauli juſtè prius eriperetur. Et ſi Deus prævidebat Davidem fore regem, prævidit etiam peccatum Saulis. Vidit utrunque & hunc peccaturum, & alterum regnaturum. In hoc ordine nihil peccatur à Deo. Verum quidem eſt, potuiſſe Deum ita punire Saulem, ut illi non auferret regnum. Poſteros enim Davidis, cùm jam facti eſſent idolatræ, punivit multis modis: regnum tamen illis reliquit integrum. Sed erat in manu Dei, ut Saulem puniret, quo ipſe modo vellet. Non autem eadem conditione regnum Sauli datum erat qua Davidi. Nam cùm Ieroboam invaderet Iudam cum octingentis millibus militum, [2. Chron. 13. 3. 5.] Abia rex Iuda aſcendit in collem, habuitque orationem ad decem tribus. An neſcitis (inquit) Deum dediſſe regnum Davidi fœdere Salis? Sal non putreſcit aut corrumpitur: deinde adumbratur etiam in ſacrificiis. Alterum ergo ſignificabat, fœdus illud ictum cum Davide nunquam fore violandum: alterum, ictum illud fuiſſe quodammodo per ſacrificia, atque ita jam eſſe ſacroſanctum. Non ita pollicitus eſt regnum Sauli: nam ſi promiſiſſet, auferri id illi non potuiſſet. Quamvis ergo Deus iſta de Saule & Davide decreviſſet, tamen Saul ex propriis principiis & ſua ſponte peccavit.

[Præſcientia Dei.] Ad præſcientiam autem Dei ſi reſpicias, eſt quidem in ea neceſſitas aliqua; ſed tantùm (ut ajunt) ex hypotheſi: quia Dei præſcientia falli non poteſt. Non tamen turbat Deus naturam rerum; ſed patitur ut quicquid fit naturaliter & ſponte fiat. Sed propius accedamus. Conſtituiſſet regnum tuum in æternum. Quomodo? quia æterno decreto conſtituere potuiſſet, ut regnum ejus poſteritati ſtaret in æternum. Atque ita potentia iſta ſita erit in decreto Dei. Deinde etiam, quod ad Saulis naturam attinet, potuiſſet Deus illi conſtituere regnum in æternum. Quod in aliis regibus videmus factum, quos Deus, cùm peccaſſent, non dejecit. [Hæc hominũ more dicta videntur.] Sed eſt alia ſolutio, longè facilior, ut dicamus iſta dici more hominum, qui ſolent dicere aliquid fieri, vel fieri poſſe, cùm apparet factum, aut videtur poſſe fieri. Ita enim Chriſtus loquitur cùm ait, [Luc. 10. 20.] Gaudete & exultate, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Ibi tamen aderat Iudas: ibi erant ſeptuaginta diſcipuli, qui poſtea à Chriſto diſceſſerunt. Quomodo ergo erant illorum nomina ſcripta in cælis? Quoniam ita videbantur, & jam ex illis principiis habebant inchoationem.

Ita ſcribitur in Apocalypſi: [Apocal. 3. 11.] Tene locum tuum, ne alius accipiat coronam tuam. Quomodo erat ea corona quæ poſſet amitti? Quoniam ita eſſe hominibus videbatur: & quoniam utebantur externis illis mediis quibus pervenitur ad coronam. Corona enim vel eſt ex prædeſtinatione; atque ea certa eſt, nec poteſt amitti: vel ex inchoatione, aut quod ita videatur, atqui ea poteſt interverti. De corona quæ videatur, ita loquitur Chriſtus; ei qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur. [Mat. 25. 29.] Non dicit, quod habet: ſed tantùm, quod videtur habere. De inchoatione autem ſcribitur ad Hebræos: [Heb. 6. 4. 5. 6.] Qui ſemel illuminati ſunt, guſtaveruntque bonum Dei verbum, &c. Illi, quod attinet ad hæc media habere videntur coronam. At ſi excedant non poſſunt renovari, inquit Paulus. Ita Sauli regnum conſtitui potuiſſet in æternum: quia habuit eam inchoationem, & ea media quibus regnum retinere potuiſſet. Ita Iudæ ſubſtitutus eſt Matthias, Caino Sethus, Iudæis Gentes. [Iob. 34. 24.] Ita Iob ait, Deus conteret gentes multas & fortes, & alias illis ſubſtituet. Ita cum Angeli cecidiſſent, homines ſucceſſerunt in eorum locum. Atque hæc eſt ſententia hujus loci apud Ieremiam: Si ego locutus fuero malum de aliqua gente, & gens ea egerit pœnitentiam, ego quoque pœnitentiam agam de omni malo quod cogitaveram facere. Promiſſio facta Sauli de regno habuit conditionem, cui cùm ille non ſtaret, regnum illi optimo jure eripitur.

††† DE FLETV, LACHRYMIS ET LVCTV.

SVnt qui in Davide, fletum tam effuſum ob Abneri cædem, non probant, [Lib. 2. Sam. cap. 3. v. 31. 32. 33.] dicentes factum illud nimis fuiſſe muliebre; & Lytios veteres, ſi quis lugere publicè voluiſſet juſſiſſe, ut tantiſper muliebri veſte uteretur, ut intelligeret ſe facere muliebriter. Nos tamen non poſſumus moderatas lachrymas ita facilè contemnere. Nam illorum orationes mihi nimis Stoïcæ videntur. Adhiberi quidem poſſunt lachrymæ, ſed modo, loco, & tempore. [Luc. 19. 41.] Chriſtus ipſe flevit ſuper Hieroſolymam, & ad Lazari ſepulchrum: [Ioan. 11. 35.] atque habetur in epiſtola ad Hebræos, oravit cum multis lachrymis. [Heb. 5. 7.] Paulus etiam ait ſe ſerviſſe Eccleſiæ cum lachrymis, & per multas lachrymas ſcripſiſſe. [Act 20. 1. 931.] [2. Cor. 2. 4.] Seneca, quamvis Stoïcus, tamen lachrymas non prohibet in univerſum. In morte amici non ſicci ſint (inquit) oculi, non tamen fluant. Flendum eſt, non plorandum: flere enim eſt argumentum deſiderii & interioris doloris. Curandum eſt ne excidat amicus e memoria. Quod ſi dicas, id fieri non poſſe ſine dolore, ſcire debes illud ipſum dulce eſſe. Idque probat duobus ſimilibus. Vinum vetus (ait) dulce eſt, cum ſua quadam amaritudine: & poma quædam cum aliqua aſperitate ſuavia ſunt. Ita dulcis eſt amicorum memoria mortuorum: vivorum autem, jucundior omni melle: idque ſine ulla aſperitate. Sed alii ſunt (inquit) qui amicos vivos negligunt, poſtea magnopere deflent mortuos. Eam appellat magnam perverſitatem. Ipſe tamen Seneca tenere ſe antea non potuit, quin immodicè & effuſè fleret in morte Annæi Sereni. [Peccata quomodo lugenda.] De peccatis verò nullus præſcribitur modus ad lugendum. Horror enim peccati ſemper nobis verſari debet ante oculos. Licet ergo lugere mortem aut calamitatem ejus, qui nobis, charus eſſe debet: modò id honeſtè & graviter faciamus.

David à facie filii Abſalomi fugiens aſcendit per montem olearum, & incedens flet. [Lib 2. Sam. cap. 15. v. 30.] Nimirum quod ipſe cauſam dederit tot ærumnis. [Sanctorum lachrymæ.] Lachrymæ ſanctorum multum faciunt ad provocandam miſericordiam Dei: imò, ut cecinit David, ſunt numeratæ ante Deum. Vnde pulcherrimam habemus vocem Chriſti in Evangelio; Beati qui lugent, quoniam conſolationem accipient. Ita quodammodo Deus cudit ſuos & format ad vitam æternam. Crucibus iſtis revocantur homines ad vitam: magni Spiritus, qui ſunt inimicitia adverſus Deum, hoc pacto deprimuntur. [Preces in luctu.] Quis in Davide flente non videat Chriſtum aſcendentem in Golgotha? flebat David & populus cum eo. Dum flet invocat Dominum Deum ſuum, quemadmodum Pſalmi ea de re compoſiti abunde teſtantur. In iſta invocatione luctuoſa æſtimare debemus acerrimam luctam fuiſſe inter carnem & Spiritum. Deum invocat, quem caro hoſtem ſentiebat: affligentem ſe vocat: tamen victoria erat fidei. [Incedere capite operto.] Incedebat tecto capite; quod nonnulli dicunt dejectionis fuiſſe ſymbolum: unde mulier cooperto capite orare jubetur. [1. Cor. 11. 5.] Sed veriſimilius eſt, opertum fuiſſe caput more lugentium. Qui verè lugent, delectantur fletu: &

qu-s

Digitized by Google

quos verè pœnitet delictorum, toti in hac cogitatione eſſe volunt; non oculos hinc inde circunferri nec ſuas lachrymas cupiunt ab aliis videri: ſatis eſt ut à Deo videantur.

---

†† † *REGI, PRINCIPI, MAGIſtratui, num liceat de Religione ſtatuere?*

In 1. lib. Samuelis, cap. 28. v. 3. QVæritur, licueritne Regi ſtatuere de Religione? Videtur potius fuiſſe ad Sacerdotes & Prophetas. Imo licuit Sauli iſta facere, idque ex officio. Deus enim juſſerat ariolos auferri. Qui autem dicunt, principes (ut appellant) ſeculares & profanos non oportere iſta attingere, peſſimè conſulunt ſaluti Eccleſiæ. Quid enim, ſi paſtor efficiatur lupus, quis eum tollet niſi magiſtratus? Aut ſi Epiſcopi, ut fit, nō præſint ex dignitate Eccleſiæ, nec ex verbo Dei, quis eos coercebit? Sed Ozias rex, inquiunt, cùm voluiſſet ſacrificare, lepra percuſſus eſt: & Oza, cùm attigiſſet Arcam labentem ex curru, affectus eſt morte. Quare principes (inquiunt) non debent iſtis rebus ſe admiſcere. Quid ergo facient? fingunt in Eccleſia duo eſſe luminaria: & Papam quidem cum Epiſcopis eſſe luminare majus: Imperatorem autem, Reges & Magiſtratus eſſe luminare minus. Illos oportere curare, (i. perdere) corpora; ſe verò animas. Ita volunt Principes tantùm eſſe paſtores quoſdam armentarios, ut ſaginent corpora.

Deut. 18. 11.

2. Chron. 26. 21.

2. Sam. 6. 7.

Rationes adu. errorem Pontif.

At ne Philoſophi quidem ita abſurdè ſentiunt. Nam Ariſtoteles in Politicis ait, Magiſtratus officiū eſſe, curare ut populus bene & ex virtute vivat. Nulla autem major eſt virtus quàm religio. Deus jubet, ut princeps deſcribat ſibi legem, non tantùm ut eam ipſe ſibi ſervet, ſed etiam ut ad ſervandum cogat alios. Lex autem non tantùm continet politica, ſed etiam ceremonias & cultum Dei. Quum Lex diſtributa ſit in duas tabulas, utraque commiſſa eſt poteſtati magiſtratus. Adhæc Paulus ait, Magiſtratum obtinere vices & locum Dei, & omnem animam ſuperiori poteſtati oportere eſſe ſubjectam. Quo loco Chryſoſtomus ait, nec Epiſcopos, nec Evangeliſtas, nec Apoſtolos eſſe excluſos. Auguſtinus contra Donatiſtas, Benè verò num ſe res haberet (inquit) ſi magiſtratus adulteria punire poſſet, animarum autē ſcortationes non poſſet? Et addit, oportere Reges ſervire Deo, non tantùm ut ipſi piè & modeſtè vivant, ſed etiam ut ad pietatem inducant alios, & defendant cultum Dei.

1
2
Deut. 17. 18.
3
4
Rom. 13. v. 1. &c.
5

6 In omnibus artibus, ut ait Ariſtoteles, eſt quædam ratio ἀρχιτεκτονική. Exempli cauſa, ars equeſtris imperat illi arti quæ ephippia & frenos conficit. Ars etiam nautica illi arti præeſt, quæ curat remos & carbaſa. Quare cùm prima & ſumma ars ſit magiſtratus, imperare debet omnibus Reipublicæ partibus. Non exercet ipſe quidem eas artes: ſed videre tamen debet, ne quis eas corrumpat aut adulteret. Si medicus non curat ad præſcriptum Hippocratis aut Galeni, aut ſi pharmacopola merces ſuas corruptas & vitiatas vendat, magiſtratus debet utrumq; coercere. Et ſi hoc poteſt in aliis artibus, non video cur idem in religione non poſſit. Ita David, Salomon, Ezechias, Ioſias, Conſtantinus, Carolus Magnus, rectè judicabant, religionem ad ſuam curam pertinere.

Ad objectiones Pontif. reſponſio. Oſias leprâ percuſſus eſt, & meritò. Deus enim voluit illum eſſe Regem, non ſacerdotem. Ille autem contra Dei præſcriptum ſacrificare voluit. At ſi Sacerdotem delinquentem coercuiſſet, aut in ordinem redegiſſet nihil illi ea cauſa mali contigiſſet. Oza morte eſt affectus, quòd temere manum injeciſſet in arcam, quam Levitas oportuit in humeris geſtare. At illi conjecerant in currum. Hic, cùm currus vacillaret, & manum injeciſſet, dedit pœnas.

---

† † † *DE ZELOTYPIA.*

Iudic. cap. 13. verſ. 8. &c. ANgelus Iehovæ, quum ſterili mulieri quæ Manoah maritum habebat, apparuiſſet, ex éaque naſciturum filium prænunciaſſet, ſervatorem populi Iſraelitici, jugo Philiſtæorum oppreſſi: illa marito

A ſuo Angeli (quem virum Dei nominat) dicta referens probæ uxoris officio fungitur. Matrimonium enim eſt individua ſocietas, habens communionem rerum divinarum & humanarum. Pertinebat autem hoc negotium partim ad res divinas, quia nuntiabatur Dei nomine: partim ad humanas, quoniam agebatur de concipiendo, pariendo & educando filio, qui nominatus eſt.

B Se ait non interrogaſſe virum illum Dei unde nam eſſet: quia in his viſionibus ita moventur homines, ut attenti ſolummodò ſint iis quæ dicuntur, nec vacet illis plura quærere. Ita mater Domini, quum ab Angelo ſalutationem accepiſſet, non quæſivit quo ille nomine appellaretur, vel unde veniret. Gedeon quoque cùm ab Angelo mandatum accepiſſet de liberando populo, ita prorſus attonitus fuit, ut nihil eſſet ſollicitus quod ejus nomen eſſet. Talia verò dicit hæc mulier per occupationem: putavit enim maritum velle audire illum, & ex eo verum exquirere.

Luc. 1. 13.

Iudic. 6. 13.

C Quamvis Ioſephus in antiquitatibus dicat, illum auditis verbis conjugis ſuæ, nonnihil de ea mali ſuſpicatum eſſe: tamen Ambroſius Epiſtola 70. ubi hāc hiſtoriam tractat ſatis accuratè, negat id eſſe veriſimile. Si enim, inquit, fuiſſet zelotypus, Deus Angelum ad eum non miſiſſet. At mihi ratio Ambroſij firma non videtur. Potuit enim eſſe Manoah alioqui vir bonus, quamvis aliqua ſuſpicio eum attingeret. Optimi etiam viri ſæpe de iis rebus nonnihil ſuſpicantur. Quin ipſe Ioſephus Mariæ ſponſus, cui ſacra Scriptura teſtimonium fert, quòd eſſet vir juſtus, nōnihil ſiniſtrè de ſua ſponſa ſuſpicatus eſt, cui tamen Angelus apparuit.

Ambroſius.

Matt. 1. 19. 20.

D Ego itaque crediderim potius Manoam, aut omnino non laboraſſe zelotypia, aut non graviter laboraſſe. Non enim uxorem traduxit, non repudiavit, non uſus eſt publico legis remedio: valebat enim tum lex à Deo lata, ut ſi quis uxorem de adulterio ſuſpectam haberet, eam adduceret ad oſtium tabernaculi, ubi Sacerdos ſolennibus aquis & dira execratione mulieris pudicitiam exploraret. Volebat enim Deus, ut conjuges inter ſe læto animo, ſereno, & minimè ſuſpicioſo viverent. Nec ſolùm Manoah iis remediis non eſt uſus: imò nec uxorem quoquomodo increpuit. Sed ſtatim precatus eſt Dominum, ita ut ſecundò vir ille Dei (nempe Angelus Iehovę) redierit, à quo intellexit, quemadmodum puer eſſet educandus. Neque Deus ſuis precibus Deum tentavit. Nemo quidem ſignum petere debet, ut articulos fidei credat: nam ea quæ illis continentur, ſatis jam antea probata ſunt, & verbo Dei atque miraculis confirmata. Sed ſi aliqua ſingularis & nova intercedat revelatio (quoniam ibi deceptiones & fallaciæ dæmonum, qui ſe in angelos lucis transfigurāt, interponi poſſunt) ſi precemur à Domino ſignum, vel inſtructionem, minimè peccamus. Vt ſterilis pareret, aut puer vindicaret, ſingulare quiddam fuit. Quare Manoah nihil curioſè precatur: ideirco exauditus eſt. Quæſivit poſtea nomen Angeli, ſed quoniam curioſè quæſivit, non eſt exauditus.

Cauſa Legis Zelotypię deſcriptæ, cap. 5. Numer.

E

F

G

ORATIO SIVE CONCIO EX ſecundo capite Malachiæ de util tate & dignitate ſacri miniſterij.

CVM viſum fuerit, optimi viri, & in Chriſto Ieſu fratres chariſſimi, ut in hac pecuniarum diſtributione ad vos conſolandos & excitandos oratio haberetur, ut quemadmodum nonnihil relevatur externa corporis inopia, ſic animi ad perſequendum ſacra ſtudia vobis adderentur, ad me ventum eſt, qui tametſi non deſtituor voluntate obſequendi honeſtis & juſtis poſtulatis, ea tamen penè jam deficere ſentio, quibus vos ad id ſtudium, quod Eccleſiæ maximè neceſſarium eſt, cohortor. Cumque ſum ingenio parum promptus ad inveniendum, tum quod hic & in Schola de hac eadem re ſæpius dixi: & ut omnia hæc nihil mihi obſtarent, certè parum habui temporis ad cogitandum, non tantùm propter brevia horarum ſpacia, ſed propter vehementem animi ægritudinem: ex triſti & immatura morte Sereniſſimi noſtri regis contractam. Attamen ut quæ Deus voluit

H

I

Eduardi regis mors immatura.

Digitized by Google

licet haſtenus acciderit ſæpius,& etiam in aliis locis facilè uſuveniat, hodie attamen & Oxonii præſertim, quotquot præ doctrinæ ſtudio flagramus, magno noſtro dolore ſentimus. Hic plebs adeò imperita eſt, ut Evangelium fabula eis videatur. Hîc à Paſchali ſolennitate uſque ad hunc diem, nullę publicæ conciones habitæ ſunt. Hîc tam omnia ſunt exhauſta ſucco puriore & ſincerioris doctrinæ, ut vel ipſi fontes areſcant & ſqualleât. Hîc ut omnia fermè ſuperſtitioſis & perverſis dogmatis infecta ſint,utut diſſimuletur à nobis,res ipſa celari non poteſt. Quot obſecro ſunt in iſta civitate collegia (dicant & fideles & pii eleemoſynarum diviſores) quæ nec unum quidem poſſunt aut volunt dare pietatis Evangelicæ profeſſorem, ac prędicatorem? Nónne qui hîc ſunt ſapientes, cogitare apud ſe deberent rempublicam Eccleſiam; magiſtratus ita eſſe dictatos: Hanc utilitatem ex tot impenſis capimus? hunc fructum colligit Reſpublica ex liberali ſumptuum & rerum neceſſariarum ſuppeditatione? hoc in his locis Evangelii publicè recepti ſtudium ſentimus? Hanc diligentiam paſtores & præfecti adhibent,ut regiæ majeſtatis pios conatus adjuvent? Quid hoc obſecro aliud eſt quàm multos latitantes pietatis hoſtes & ſerpentes venenatos in ſinu educere? Nec pudet interea tantùm mittere pueros, qui ſtipem eleemoſynarum accipiant, quos illi ſcilicet ad impietatem poſtea pro arbitrio ſuo domi forment. Nec aliqui contenti fuerunt malè ſentire, ac nolle pietatis propagationem juvare, ſed non judicarunt animo ſuo factum ſatis, niſi accederent, & pro ſe & pro collegiis teſtarentur, nolle propoſitam veritatem admittere. Quis aliquem ad iſta cogit? Quis ullam violentiam affert? Quis ad bene ſentiendum vel Evangelica dogmata profitenda quenquam compellit? Cum itaque de his conqueri nequeant, cur ultrò atque palam virus atque peſtem animi ſui produnt? Profectò ex his gregibus nô habemus nec expectamus,niſi Deus ἀπὸ τῆς μηχανῆς, ut vulgo dicitur, præſto adſit, qui juxta Prophetæ ſententiâ,aſſervent & cuſtodiant diſciplinam ſuis labiis, & à quorum ore Lex Dei requiri & exigi queat.

At ne iſta poſci à Deo abſque ullo exemplo conqueramur, ea præſtitiſſe Phinees, vel,ut Hebræi dicunt, Pinhas,affirmat noſter Malachias: *Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas nô eſt inventa in labiis eius, in pace & in æquitate ambulavit mecû, & multos avertit ab impietate, &c.* Primum duo refert: quibus antiquiſſimi illi ſacerdotes fuerunt ornati. Quo enim ad doctrinam & ad prædicationem, ſinceri fuerunt & veraces. Nihil enim in dogmatibus & in iudiciis mentiebâtur,nihil ſecus ore proferebât atque animo ſentirent, & denique nullum perſonarum reſpectum habuerunt iſti unum, illi verò aliud dicendo, ſed omnia omnibus & ubique ſinceriter tradebant. Deinde quod attinet ad converſationem & vitam, pacem habuerunt, nimirum per fidem iuſtificati, nam hinc eſt pax & tranquillitas erga Deum in conſcientia. Deinde additur. *In æquitate,* ſiquidem illa iuſtificatio in cordibus eorum non fuit ſterilis, inanis & effœta: ſed fructus dabat copioſos, qui vel ab ipſis hominibus,modo æquitàte vellent eos æſtimare,poſſent approbari. Hoc vero eſt non tantùm pura doctrina, ſed etiam innocentia vitæ prædicare. Et ad iſta quid tandem conſequatur,noſter Propheta non tacet. *Et multos avertit ab impietate.* Hoc revera eſt fœliciter piſcari homines,lucrifacere Chriſto commiſſas plebes, & agrum humanorum pectorum colere,ac utili fructuóque implere ſemine. Armis, inventis hominum, ſuperſtitioſis cæremoniis,unctionibus, tonſura capitis,& characteribus ordinum, hæc non perficiuntur: ſed exemplo innocentis vitę ac pura doctrina ad Deû trahuntur homines,& ut priſtinas impietates deſerâ, perſuadentur. Proinde miniſtris haud ſatis eſt ſcientia pia & ſana pollere, non ſufficit integris & probatis moribus vivere,niſi homines ad Deum convertere ſtudeant. Hæc etiam Chriſtus ab Apoſtolis requirebat,ſi Evangelia conſulamus. Hæc Paulus ad Timotheum, ad Titum, & fermè in omnibus epiſtolis prædicat,modo velimus audire: neque in veteri Teſtamento aliud adumbrarunt ſacerdotum veſtes. In pectore fuit Urim & Tumim, quod eſt illuminatum

Margin: Oxonium. — Mat 10.7. — 1 Ti.4.11. 2 Tim.2.15.&c. Tit.3. 8. — Exod.25. &c.

& abſolutum ſeu perfectum: quia ſplendore doctrinæ volebat Deus ut eſſent illuſtres, deinde ut vitæ integrę ac moribus purgatiſſimis. In fimbriis erant etiam tintinnabula, quoniam ſonare in Eccleſia & audiri eorum ſententiam oportuit: & quia id curandum erat,ne fieret bombo irrito & vano ſtrepitu,adjungebantur tintinnabulis malogranata,fructus ſanè dulces & pulcherrimi. Utque intelligerent, ſibi onus impoſitum trahendi homines ad Deum, in humeris & pectore nomina duodecim tribuum geſtabant inſculpta. Poſtremò verò Dei, cujus legati erant, nomen ſanctiſsimum in cidari ſculptum circumferebât. Ex his omnibus vos facilè,ſi cordati eſtis, commoda & dignitates miniſterii ſacri poteſtis colligere.

Nunc verò ne plus ęquo in hac parte vos detineâ, recitabo paucis quo noſtro vitio fiat, ut ordo Eccleſiaſticorum, ſuis careat commoditatibus, & vulgo tantopere ſit deſpicatus. *At vos declinaſtis à me, &c.* Eſt ac ſi diceret,de me non conqueramini, veſtra eſt culpa, qui pactis & fœderibus non ſtetiſtis, idcirco vos honoribus & utilibus emolumentis expoliari. Sal eſtis infatuatus, propterea foras ejiciemini & calcabimini. Eſtis lucerna ſub modio, propterea obſcuri & ignobiles habebimini. Non ædificatis in monte civitatem, ut veſtra bona opera ſint omnibus conſpicua,ſed in profundiſſimis vallibus,ubi ædificia limo & cœno cupiditatum undique fœdantur. Vos igitur hæc acceſſiviſtis mala, ſic veſtrorum commodorum jacturam facitis,hoc modo dignitatem & amplitudinem ordinis hujus ipſi abjeciſtis. *Et ſcandalizaſtis plurimos in via, &c.* Qui homines debebatis ad Deum trahere,tum perverſa doctrina, tum exemplo corruptiſſimæ vitæ, tum etiam ſuperſtitioſis ritibus, alioqui bene currentes à curſu revocaſtis. *Corrupiſtis pactum Levi dicit Dominus exercituum, &c.* Conditiones & pacta fœderis utrinque debuerunt eſſe ſalva, diſpiciamus uter veſtrum aut conſervarit aut fefellerit datam fidem? Ego ut promiſeram, veſtris majoribus pacem & vitam dedi, longævo quippe tempore in magna gloria & fœlici rerum ſucceſſu vixerunt. Ille quippe Pinehas cum quo fœdus pepigi,vitam extraxit admodum longævam, nam ut in libro Iudicum habetur,fuit adhuc ſuperſtes quando Iſraelis univerſæ trib. contra Benjamin geſſerunt bellum. Et ſi Ioſepho credimus, ab Aarone uſque ad templi Salomonis fabricam 13. tantum habuit illa gens Pontifices, atque omnes ejuſdem ſtirpis nimirum Aharonicæ,interceſſerunt autem anni propemodum 500. Et quin habiti ſint ut angeli Dei,nemo jure poteſt objicere. Propterea Deum fateamur eſſe fidelem, cujus verba æquitate & veritate firmiſſima æternùm manent. Satis itaque probatus eſt & evidens divinæ fidei candor. Verùm ex altera parte inquit: Vos pactû corrupiſtis, quibus id tantum ſatis fuit,& id pro ſummo extremóque veſtro bono duxiſtis,ut ſalvæ manerent ſuperſtitioſæ cæremoniæ,tituli ac proventus: at veritatem, ſcientiam, æquitatem & miſericordiam cordi non habuiſtis, lapſos tantùm abfuit ut reduceretis & erigeretis, ut ſtantibus & eûtibus impedimêto fueritis. Meos angelos,hoc eſt, Legatos non præſtitiſtis,imò potius adverſariatum poteſtatum, mundi, tenebrarum & ipſius Papæ & cujuſvis potius quâ meam cauſam egiſtis. Et etiam ego dedi vos contemptibiles. Iam cauſa eſt plana,cur Dei miniſtri ſint dejecti, jaceant in ſqualore, ſordibus, in deſpectu fermè omnium, & ab omnibus videantur ludibrio haberi. *Eò quod vos non ſervaſtis vias meas, &c.* Non vitio detur ordini veſtra calamitas, quaſi ejus hoc ſit ingenium & natura, omnia enim quæ creata ſunt, eas habent proprietates, quas verbum Dei eis affixit. Quare illas cùm videamus in cæteris rebus fideliſſimè conſervari, an ſacrum miniſterium quod inter Dei ordinationes adeò eminet, accuſari jure poterit, quòd priſtinis & præclariſſimis conditionibus, aut ſuo aut Dei vitio exciderit? Longè ſecus hîc accidiſſe dicitur, *Eo quod vos non ſervaſtis vias meas, & accepiſtis perſonas in lege, &c.* Quid eſt, obſecro fratres chariſſimi, perſonas in lege ac verbo Dei adminiſtrâdo accipere? niſi ſui ipſius cumprimis in ſacra functione rationem habere? cavere quàm maximè ne ſuis commodis, dignitatibus & patriis opibus malè conſulatur? Videre ne divites, potentes, nobiles &

Margin: Ib.ver.36. — Quare ſacrum miniſterium contemnatur. Mat.5.15. — Mat.4.19. — Iud.20.28.

ſummates offendat? Proſpicere ſumma cautione, ut partes & ſuperſtitioſæ opiniones, quas arripuerunt ſemel defendendas, obtineant? Valeat potius veritas, inquiunt: ſcriptura traditionib. & inventis hominum ſubjiciatur. Majeſtati ſeu tyrannidi ſacerdotali verba Dei ſerviant. Religionem verò non oracula cœleſtia divinarum literarum, ſed noſtræ potius voluntates moderentur. Hoc ſanè dicit Propheta, imò Deus in eo, & accepiſtis perſonas in lege: quod non fecerunt Apoſtoli & ſanctiſſimi Eccleſiæ proceres, qui optimis ejus temporibus vixerunt. Atque adeo tempore Moſis & Aharonis Levitæ à porta caſtrorum uſque ad portam armati tranſiverunt, non patri, non matri, non fratribus, nõ liberis parcentes, & ob id ſuas manus in eo dicuntur conſecraſſe. Nunc itaque, fratres, vos obſecro & obteſtor per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut quotquot vel jam ſuſcepiſtis, vel aſpiratis ad ſacrum miniſterium, illud non tanquam rem inutilem & ſordidam ſpecteris. Quæ ſint ejus dignitates, commoda & pacta diligenter inſpicite, ſteris vos propoſitis cõditionibus, & de fide Opt. Max. Dei & Servatoris noſtri Ieſu Chriſti nil ambigaris. Eſt enim verax, conſtans & firmiſſimus in ſervandis quæ promiſit. Cœlum & terra peribunt, verba autem mea non diffluent, ait Dominus. Atque hæc vobis majorib. de ſacro miniſterio dicta ſunt. Nunc ad minores & pueros nonnihil eſt, ut cenſeo, deſcendendum.

EX SECVNDO CAPITE EPIſtolæ Divi Pauli ad Philippenſes.

QVi vires animi noſtri contemplantur, optimi & in Chriſto chariſſimi auditores, quique de illis aliquid conſcripſerunt, memoriam eo nomine prædicant & admirantur, quòd theſaurus incomparabilis rerum præteritarum ſit, & earundem cuſtos fideliſſima. Deinde, quia ſummo ſtudio cavendum eſt, ne quæ præſtantiſſima hominibus conceſſa ſunt à natura, culpa noſtra violentur, ideo memoriæ non quælibet, ſed illuſtria & quàm utiliſſima commendanda ſunt. Operibus autem Dei Optimi Maximi nihil extat in orbe, quod aut nobis magis conducat, aut majori admiratione ſit. Quamobrem ille, qui noſtrum & noſtrarum rerum eſt amantiſſimus, frequẽter ſuis legibus præcipit, ut admirabilia facinora, quę pro ſalute noſtra edidiſſet, memoria indelebili nobiſcum repeteremus. [Exo. 20. 8.] Quod mundi machinam uſque ab initio ad noſtrum commodum fabricarit, non tantùm voluit populum ſuum meminiſſe, verum ſeveriter mandavit, [Exo. 12. 1. & 26.] ut Sabbathi obſervatione inter eos commemoraretur. Quod aſſeruerit Iſraelitas ex tyrannide Pharaonis, eoſdem qui vindicati fuerant in libertatem, aſſiduè narrare juſſit, atque ut recordatio externo ſigno juvaretur, Paſcharis feſtum & ſacrificiũ curavit ſingulo quoque anno inſtaurare. Quodque poſtrema ætate mundi filium ſuum unigenitum ad orbem redimendum in mortem & in crucem tradiderit, nullo unquam tempore ſuam Eccleſiam æquo animo patitur oblivisci. [Eſ. 53. 3. &c.] Propterea Chriſti ſupplicium ſacrarum literarum monumentis tam Novi quàm Veteris Teſtamenti conſignari, non ſolùm curavit, ſed etiam Sacramenti Euchariſtiæ inſtitutum inter fideles agitandum, cùm ſolveret ex orbe ad patrem, diſcipulis ſuis reliquit. [Ma. 26. &c.] Cùm itaque hoc ſummum extremúmque beneficium ſit, quo noſtrum genus unquam à Deo affectum fuerit, nullam oblivionem illud ex animis noſtris obliterare ſinamus. Id ne fiat, me provocat annuus dierum orbis jam revolutus, Chriſtus pro nobis cruci affixus creditur, ut vobis quo pacto valuero, immenſam ejus charitatem exponam, qua propter nos crudeliſſimam oppetere mortem non recuſavit. At quoniam ingens moles dicendarum rerum mihi ſe offert, ne oratio undarum impetu & fluctuum cumulo, vel erret parum diſpoſitè, vel in profundum confuſionis mergatur, aliquis locus è ſcripturis eſt deligendus, qui tanquam certa & ſtabilis Cynoſura, & vos audientes & me dicentem dirigat. Is deſumetur ex cap 2. ad Philip. [Ph. 2. 5.] *Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum: & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus ad gloriam eſt Dei patris.*

Vt autem Deus conſilio ſuſcepto annuat, precibus de more pulſandus eſt. [Simile.] Qui de aquarum natura judicant, earum ſaporem guſtu experiuntur, perſpicuitatem aſpectu probant, pondus diligenter examinant, & ex quo fonte oriantur denique attendunt: ita in ſcripturarum ſententiis exponendis, non ſolùm verborum ſignificata, ſententiarum ſenſus, antecedentia & ſequentia conſideranda ſunt, verùm attentione ſumma videre oportet, quo animo, quóve cõſilio dicantur, quæ propoſita fuerint. Repete ab initio hujus capitis Apoſtoli verba, mens ejus eſt ad charitatem & ad conjunctionem hortari. Duæ ſunt harum virtutum peſtes, contentio & gloria vana: duę radices earum, ſubmiſſio & ſtudium juvandi proximum. Non ſolùm ad hęc hortatur, ſed Chriſtum exẽplum proponit: Quia imago ęſt Dei, ad quam facti ſumus. Inter homines non eſt commodum exemplũ, illud de cœlo fuit adducendum. Deciorum exemplũ militibus proponitur, in quibus duo ſunt στρατηγήματα militaria, ut ſequeretur exercitus, in hoſtes ferebantur excitati, & in ſua morte numen placarũt. Primum fatetur Cicero de natura Deorum, alterum negat. Nos de morte Chriſti utrumque ſcimus, & quòd imitanda ſit, & quòd propitium Deum reddiderit. Vult ut idem ſentiatur in nobis, nam ſi ſpiritu Chriſti agimur & illo vivimus, eundem ſenſum cum eo habere debemus. [Rom. 8. 9.] Ab hoc ut à communi, omnia quæ ſequuntur æſtimanda ſunt, Chriſtum cum prædicat imitandum, à præceptis ejus non recedit: Diſcite à me, qui mitis ſum & humilis corde. Exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego, &c. Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. [Matt. 11. 29.] Sic fecerunt prophetis qui fuerunt ante vos: ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. [Ioan. 13. 15.] [Matt. 16. 24.] Primò oſtendit igitur quiſnam iſte ſit quem imitari debemus, Deus & homo. Secundò, in quibus rebus fuit obediens, uſque ad mortem & mortem crucis. Tertiò, quid propter iſta ſit conſecutus: exaltationem ſuper omne nomen. [Luc. 6. 23.] [Matt. 10. 38.]

[Chriſti Deitas & majeſtas.] Dignitatem Chriſti effert, ut cùm ille è tanto faſtigio ſe demiſerit, nos qui ſumus vermes, non inflemur & intumeſcamus. Cedamus & nos de jure noſtro, qui ſi deſcenderemus infra quam Chriſtus deſcendit, ei non ſumus conferendi, qui vermes ſumus illi collati *In forma Dei.* Majeſtate, ſpecie, decoro, dignitate, gloria, &c. Iſta ſepoſuit aliquantulum, ut princeps amans plebeiam puellam, privatus & fores ejus accedit. In regia majeſtate potentiam declarat, ſed claudit amorem: in habitu plebeio majeſtatem abſcondit, ſed aperit flammam. Prius illuxerat verbi Dei potentia per creationem & providentiam, nunc demonſtrata eſt charitas. Qui non vidit divinitatem Chriſti, nihil vidit. Aiunt formam non ſignificare naturam aut eſſentiam, ſed apparatum, majeſtatem & gloriam, ut diximus. Sed iſta non erant mendacia, non ficta: Ideo illum Deum declarant. Honorem meum alteri non dabo: [Eſ. 42. 8.] Quod ſi dat illi ſuam Majeſtatem, gloriam, decorum, &c. non eſt alter ab illo, ſed eſt Deus. Formæ voce utrinque utitur, tam quoad ſervum, quàm quoad Deum, ut ſcias neutrã naturam in alteram mutatam. Non eſt proprium formæ corrumpere, ſed ſervare. Si Chriſtus fuiſſet creatura, ut vult Arrius, fuiſſet ſervus, nam omnis creatura Deo ſervit, & non formam ſervi accepiſſet. Non accepimus quod habemus, ſed quod non habemus. Deinde audis pluralitatem perſonarum & æqualitatem. Non arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo. Hæc Chryſoſt. in hom. de conſubſtantialitate Trinitatis. Idem, Fatetur Arrius Chriſtum verum hominem, ſed ibi eſt vox formæ, formam ſervi accepit: ergo cum dicit formam Dei, Deum intelligit. Forma alicujus rei non patitur varietatem eſſentiæ ab eo, cujus eſt forma: homo non habet formam angeli,

angeli, quia non poteſt eſſe angelus: brutum nõ habet formam hominis, quia non poteſt eſſe homo. Argumentatur idem à fine Apoſtoli, adhortabatur æquales Philippenſes, ut unus alteri cederet, nõ perſuadebat, ut ſervi parerent dominis. Argumentum igitur debet accipi à paribus, ſi filius eſſet impar patri, nihil iſtis perſuaderet quod volebat, fuit æqualis patri & illi obedivit, fuit æqualis aliis hominibus natura, & illis ceſſit. Eſt ſenſus, in forma erat Dei: verùm additur altera particula, ut magis exprimatur: ſenſit, agnovit, & arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, & non ſecundum rapinam, & tamen imperio Patris ceſſit, ſuam dignitatem non jactavit, quod facere potuiſſet, ſed exinanivit ſemetipſum & accepit formam ſervi, nos ſervi ſumus & accipimus formam Dei. Væ nobis! Non abdicavit ſe divinitate, ſeipſum negare non poteſt, & qui cauſa eſt omnibus, ut ſint, non deſinit eſſe, occultavit tantum ſub homine, & illo abjectiſſimo. Exinanivit ſe, quoad utramque naturam, quia divinam occultavit, humanam ſubmiſit. Non tamen ita exinanivit divinam, quin aliquo modo exereret: Pater dedit vocem, angeli canunt, cœli aperiuntur, columba deſcendit, aër obtenebratur, venti componuntur, mare fit tranquillum, ſternitur ſub pedibus ejus & diſcipuli, terra tremit, petræ ſcinduntur, velum rumpitur, monumenta aperiuntur, infernus edit mortuos, aqua mutatur in vinum, panis & piſces augentur, arbor ſiccatur, morbi hominum cedunt, Simeon, Anna, latro, Ioan. confitentur, diabolus, uxor Pilati: ipſe vaticinatur & videt cogitationes cordis. Quantum ſatis fuit prædeſtinatis gloriam divinæ naturæ demonſtravit, & aliis accuſatio non erat, velum tamen humanitatis interpoſuit quo occultabatur. Vt ſolem videmus nube interjecta, ſic obſcurabatur. Vnde orat: Pater clarifica, Deus fuiſti abſconditus, & neſcivimus. Paulus, à reſurrectione declaratus eſt Filius Dei. Hæc benè miſcuit & temperavit. Factus ſervus, noluit eſſe ſui juris. Fidelis fuit ſervus, quia conſilium non cepit à carne, neque ab hominibus. Iuſſerat Deus, ut redimeret nos per crucem: caro refugit, non audit, Petrus diſſuadet, repellitur. Iudæi volunt facere regem, caro applaudit, ille non vult. Compone malum ſervum, primum hominem. Videt quod placet, accipit, formam Dei appetit, diabolum & uxorem audit, non Deum. Ideo contrarius exitus: perdidit ſe & nos, Chriſtus profuit ſibi & nobis. Inobedientiâ unius peccatores multi, obedientiâ unius juſti multi. Ideo judicemus de actionibus ex verbo Dei, non ex ſenſu hominum. Idem ſit ſenſus in nobis, qui in Chriſto: ſervivit Deo, ſervivit hominibus, miniſter fuit circumciſionis, non venit miniſtrari, ſed miniſtrare.

Io. 17. 5. Rom. 1. 3.

Chriſti humana natura.

In ſimilitudine hominum inventus & in figura, &c. Hîc Marcionitæ triumphent, dicunt: Videbatur homo, ſed non erat: ut tranſſubſtantiatores. Videtur panis, non eſt: videtur vinum, non eſt. Sed errant, quia Paulus loquitur de converſatione quòd ſimilis cæteris hominibus fuerit, ederit, biberit, dormierit, ambulatit, eſurierit, ſitierit, &c. Oſtendit naturam divinã nõ corrupiſſe humanam, neque quo ad eſſentiam, neq; quoad converſationem. Deinde, ut dicit Chryſ. non fuit per omnia ut alij homines, non natus ex ſemine virili, non cum peccato, non purus homo, quia Deus. In Pſal. 22. Vermis & non homo. Hebr. non eſt *Adã*, ſed *iſch* vir, unde non negat naturam humanam, ſed claritatem. *Humiliavit verò ſemetipſum*, fuit ut virgultũ in terra ſitienti, ut dicit Iſaias, ſine foliis & floribus, talia ſunt in aridis locis. Multi credere noluerunt, expectarunt magnum monarcham. Venit qui non habet ubi caput ſuum reclinet, qui aſellum equitat, vivit eleemoſynis, odioſus, ſacerdotibus & principibus, exprobratur filius fabri, quòd à Galilæa, quòd à Nazareth, amicus peccatorum, potator vini, Samaritanus, dæmoniacus, excantator, furioſus & inſanus, ſeductor & regni affectator. Sacerdos eſt, non ex genere Levi, non ſacrificat, non induit veſtem pontificalem, non ingreditur ſancta ſanctorum, quis ſuum agnoſcet? Rex eſt, non habet ſceptrum, non diadema, non ſatellitium, ideo non receptus pro Meſſia. Vidimus eum, & non erat aſpectus, reputavimus à Deo percuſſum. Ecce jam Eccleſia errat, & in neceſſariis ad ſalutem, quia verũ Meſſiã excludit. Aliqui pauci homines ſancti Chriſtum amplectũtur. Eccleſia ſcribarum, pontificum & ſacerdotum, non recipit. Ita Evangelium quia damnat carnem, reprimit liberum arbitrium, rationẽ, vires humanas, facere quod in ſe eſt, opera infidelium dicit peccata, operibus negat vivificationem: his ſtulmaticis contectum repudiãt. At nos qui ſpiritum fidei habemus, Chriſtum in his opprobriis recipimus, imò videmus illum ſuis afflictionibus omnes adverſitates ſanctificaſſe. Corpore ſanctificavit aquas ad Baptiſmum, cùm in Iordanem deſcendit, cur non contactu crucis mortis & flagellorum omniverſa ſanctificavit? Iſtæ ſunt reliquiæ illius. Hoc ſuperfuit nobis ex ejus poculo: multi nollent reliquias iſtas, fugiunt. Multi crucem quærunt ut adorent, cùm illos tangit, fugiunt. Multi illã oſculãtur liberaliter, cùm illa premuntur eam rejiciunt, & crucifixos homines vitant & execrantur. At nos non ita dicamus, ſed cum Paulo: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini mei Ieſu Chriſti, in infirmitatibus gloriabor, ſtigmata Domini mei in carne mea porto. Omnia quæ patimur, reliquiæ ſunt Chriſti, nam ſi ad illas conferantur nihil ſunt: ſi morbi, labores, conferuntur cum ſpinis & clavis, nihil eſt: ſi cogeris, facere, quæ nolles, aut relinquere quæ velles, nihil eſt ſi conferas Chriſto ligato, qui ſurſque deque trahitur: convitiis laceſſeris, quid hoc ad illuſiones Chriſti? Nonne cum iniquis deputatus eſt? Libidinibus debes reſiſtere, at caro Chriſti vulnerata, lacerata, cæſa: odio te proſequũtur, vide Chriſtũ qui orat pro crucifixoribus. Dura imponũtur, vide Chriſtum in horto ſudantem. Eſt nefas ut ſervus curet cutim & ille tam acerbè tractetur: tu es nocens, ille innocẽtiſſimus. Vt halciones in media hyeme tranquillæ ſunt, ſic tu ſi hæc cogitaveris, in mediis tribulationibus lætus, & in Chriſto videbis indigniora facta quàm in teipſo fiant, ibi pietas pro impietate cæſa, ſapientia pro ſtultitia illuſa, veritas pro mendacio negata, juſtitia pro iniquo occiſa, miſericordia pro crudeli ſævitie tractata: fœlicitatem pro miſero vides aceto perfuſam, quod eſt dulciſſimum pro amaritudine peccati felle paſtum, innocentiam pro innocenti damnatam, vitam pro mortuo mortuam. Si hoc non ſentis, ſtupidiores omnibus creaturis, quæ ſenſum hujus indignitatis in morte Domini demõſtrarunt. Hæc ille præſtitit, ut nobis prodeſſet. Si idem ſenſus in nobis vigeret qui in Chriſto deberemus & nos imbecillitates infirmorum portare, &c Iudicas te fortem eſſe, quoniam vis ea fortitudine uti ad premendum, ut ipſe poteris: quin potius tu geſtas & portas homines infirmos? Odio me habet, reconciliare: aſt membrum, quando eſt nonnihil à corpore diſciſſum, ſtatim accurris ad medicum, ut coaleſcat reliquo corpori: cur idem non facis fratri? ægrotat, illum vis in morbo deſerere: friget ejus charitas, quin tu charitate tua illum non redaccendis. Non eſt opus benevalentibus medico, ſed ægrotis. Deſpicis illum, à Chriſto tantopere fuit dilectus, ut pro eo moreretur, & cùm eſſet illius hoſtis. Nunc habet Chriſtum pro capite, pro veſte, pro menſa, pro ſponſo, pro lumine, pro vita: ſi odio habeas, es ut Cain. Quomodo ſubſiſtes coram Deo? Es durior ſaxo, & obſcurior inferno, niſi hæc ſervitus, quam Chriſtus pro te ſuſcepit, abducat te, ut idem ſentias erga proximũ, & eodem modo ſis erga illũ affectus.

Chriſti opprobrium. Iſ. 53. 2.

Gal. 6. 14. & 17.

Plato ſecundo de Repub. pueros ad caſtra voluit adduci, ut ſpectando pugnam militarem, animum inducerent: ita nos ad Chriſti crucem debemus accedere. *Factus obediens uſque ad mortem, & mortem crucis.* Hîc omnia myſteria ſalutis noſtræ recapitulantur, obedire debemus eodem ſenſu, quo Chriſtus obedivit. Toto corde, tota anima obedivit. Sed quomodo toto corde, cũ in horto ſit reluctatus & ſudaverit ſanguinem? & dixerit, Non mea voluntas fiat, ſed tua? Peccatum dupliciter ſe habet ad nos. Primo adducimur voluptate, & tranſgredimur legem: peccamus, ſed nos oblectamus & non ſentimus exitium: eſt ibi mors cæca & crux inſenſibilis, re tamen vera crucifigimur & perdimur. Deinde lex adhibetur, ibi jam crucem & malum noſtrum ſentimus, conſcientia flagellat, ira Dei imminet, quam in morte nos videmus & in damnatione. In Chriſto non habuit locum peccatum primo modo, ſed tantùm ſecundo

nam ſenſit iram Dei,& doluit,& paſſus eſt , ac ſi om- A
nia peccata commiſiſſet. Verùm adhuc eſt diſcrimen
inter illum & nos,quoniam nos illa mala ex peccato
patimur cum aliquo malo affectu, Deum judicamus
nimium rigidè nobiſcum agere,nollemus tales leges
poſitas, conquerimur de noſtra ſorte , quæ ſine pec-
cato non fiunt:eodem modo Chriſtus non peccavit,
habuit omnes affectus rectos. Morti reluctatus eſt
ſolùm quæ repugnat naturæ & illam deſtruit. Sed
oblectari potuit cibis dulcibus & delicatis, quòd na-
turæ convenirent, ſine ulla φιλαυτία voluptatis amo- B
re,quærendo quod ſuum eſt:ideo non fuiſſet ibi pra-
vus affectus,ut Adamus in primo ſuo ſtatu feciſſet:at
nos nō ita poſſumus , cùm pravis affectibus corrupti
ſimus. Vnde licet ſimilia Chriſto faciamus,peccamus
verſ.15. ubi ille non peccavit. Quare dicitur ad Heb.4.per o-
mnia tentatus in ſimilitudinem abſq; peccato, Nul-
la Dei lex prohibet dolere mortem, ſi offeratur:vult
Deus ut doleat,& ut pœnam inflixit. Vnde nil ob-
ſtitit ea triſtitia, quin dilexit toto corde & omnibus
viribus. Ferre mortem talem innocens,eſt ultra vires: C
nobis quoque eſt ultra vires , ſed vires noſtræ ſunt
fermentatæ corruptione peccati originis. Ideo quic-
Tit.1.15. quid attingunt contaminant. Manus munda ſi tan-
gat ſyndonem , non contaminat illum, at immunda
Matt.27.46. manus illum coinquinat. Omnia munda mundis,
quia ſolummodo non imputatur immunditia. Idem
poſſemus dicere cùm Chriſtus clamavit, Deus meus
Deus meus,quid me dereliquiſti? Id clamavit Chri-
ſtus ſine peccato , nos haud faceremus abſque defe-
ctu & vitio. Fuit itaque verè obediens toto corde,to- D
ta anima , &c. Alacritatem obedientiæ declaravit,
quòd ſicut ovis ad mortem ductus eſt, non clamavit,
non reluctatus eſt , ita ut prǽſes miraretur ſilentium
eius. Tacendo tamen cauſam non deſeruit : non tam
erat perſpicua ſua innocentia , ut defenſione opus
non haberet,eam novit præſes,uxor ejus, Iudas,qui
dixit ſe tradidiſſe ſanguinem innocentem : Iudæi itē
qui pretium noluerunt in corbonam mittere,tanquā
immundum. Latro in cruce illam teſtatus eſt,& cen-
turio. Quare non opus fuit multis verbis defenden- E
Gen.3.12.&13. do. Eva & Adamus voluerunt ſe defendere in mala
cauſa , & illam excuſatione fecerunt deteriorem.
Ioan.12.18. Chriſtus verò detulit magiſtratui, & illi quoque fuit
obediens & obediendo illum quæſivit lucrifacere,
uſque ad mortem. Maxima igitur fuit obedientia, itē
ſpontanea : quia nemo poterat ab illo animam tolle-
re,ipſe illam poſuit. Non tamen quod ad naturam
divinam,ita obediendo factus eſt minor patre, ut a-
micus amico obedivit,non ut inferior. *Ad mortem.*
Dominus vitæ ſubjecit ſe morti, & immortalis mor- F
tuus eſt , quoniam rex pro populo debet mori:paſtor
pro ovibus ponit animam,& victima pro peccato oc-
ciditur,oportuit ut eſſet ſacrificium. Vbi eſt ſacrifi-
cium,Deus reconciliatur,& peccatum interimitur,in
ſumma,fuit ibi noſtra juſtificatio.

Rom.9.16. Sed quomodo nobis applicatur. Putant aliqui
Chriſtum ut judicem ſedere , & melius currentibus
& operantibus hanc ſuam juſtitiam dare. At non eſt
volentis neque currentis,ſed miſerentis:& non juſti-
ficamur ex operibus , & quæ fiunt ante regeneratio- G
nem,ſunt peccata. Alij dicunt hanc juſtificationem
applicari nobis Miſſis:ſed Miſſa inventum eſt huma-
num, & tantùm abeſt ut offerat nobis Chriſti bene-
ficium,ut illud ſupprimat. Nam verba potiſſimùm
præcipua occultat murmurando,& Latinè omnia di-
cit,atque eſt opus operatum ut eſt in uſu. Alij di-
cunt , Chriſtus gratis mortuus eſt, & gratis dat gra-
tiam,fidem,ſpem & charitatem , & omnia bona ope-
ra,& propter illa dat juſtitiam. Sed iſta bona opera, H
ſpes & charitas,ſequuntur juſtificationem, non præ-
cedunt,& ſunt imperfecta cum peccato. Veritas in
eo ſita eſt quod verbo Dei juſtitia nobis proponitur,
manifeſtatur & ſignificatur item ſacramentis , quæ
verba Dei ſunt viſibilia:fides intervenit quæ donum
Dei eſt , & per illam apprehendimus oſtenſam juſti-
Mar.16.15. tiam. Quare Chriſtus miſit Apoſtolos dicens: Prædi-
cate Evangelium univerſæ creaturæ,& addidit : Qui
Iſa.53.11. crediderit & baptizatus fuerit,ſalvus erit. In Iſaia 53.
Ioan.17.3. dicitur quod cognitione multos juſtificabit. Hæc eſt I
vita æterna,ut cognoſcant te ſolum Deum, & quem
miſiſti Ieſum Chriſtum. Mors crucis,novum ſacrifi-
cij genus,ideò novum altare , crucifixit chirographū
decreti quod erat contrarium nobis , & triumphavit
hoſtes ſuos. Eſt iſte currus Chriſti triumphalis. Crux Col 2.14.
ſtatera in qua ſanguis Chriſti fuit appenſus. Datum
eſt precium pro toto mundo , & niſi fuiſſet melius
toto mundo,non redemiſſet mundū. Hîc oporteret
percurrere omnes moleſtias quas in cruce pro nobis
Dominus pertulit , ſed eſt impoſſibile : quoniam ut
ſapientes pictores plus quam pingant , ſpectatori-
bus oſtendunt : ita plus hîc reſtat conſiderandum,
quàm dicatur etiam ab his , qui ferream haberent
vocem, centum linguas & centum ora. Tamen di- Matt.27.21.
ſtribuam in certa capita Chriſti moleſtias , alioquin
ut abundarent miſericordiæ , neceſſarium fuit ut a-
bundarent miſeriæ , ſed niſi miſericordiæ viciſſent
miſerias,adhuc eſſemus in miſeriis. *Prima* calamitas
eſt, jacturam facere æſtimationis. Chriſto prælatus Matt.27.46.
eſt latro , Barrabas dimiſſus , cum iniquis deputatus
eſt. *Altera* , Dei auxilio,quoad corporalem libera-
tionem fuit deſtitutus: Deus meus,Deus meus quare
me dereliquiſti ? Auguſtinus ad Honoratum diſcri-
men inter novum & vetus Teſtamentum facit,in no-
vo ſancti non recipiunt redemptionem,ut meliorem
habeant reſurrectionem , ideo in morte relinquun-
tur, ut vitam æternam habeant : ſed in Veteri Teſt.
periclitabātur de facultatibus & de vita corporis, ſed
liberabantur,reddebatur illis centuplum, judices da-
bantur liberatores,&c. Non quod aliqui antiquitus
in morte non relinquerentur , ut Abel , Naboth,I-
ſaias,&c. Illi ſortem Novi Teſtamenti habuerunt , &
multi item in Novo quandoque liberantur : Sed lo-
quitur Auguſtinus in pluribus,& de publico ſtatu &
de promiſſionib. Ideo Chriſtus,caput Novi Teſt.de-
ſertus eſt & verè clamabat, Deus reliquiſti me, & ut
intelligatur antitheſis,in Pſal.22.dicitur , Clamave- verſ.9.
runt patres & liberati ſunt , clamaverunt & non ſunt
confuſi:ego autem ſum vermis, & non homo,& lon-
gè à ſalute mea verba delictorum meorum. *Tertia*
moleſtia,à malis miniſtris patiebatur,Iudæis,Iuda &
ſacerdotib.pro multis item malis & ingratis, quibus
illa mors non erat profutura. *Quarta* , derelictus à
ſuis. Moſes cùm vidit virgam in colubrum verſam
fugit. Multos liberavit Chriſtus à diverſis morbis,
nullus in medium proſiluit qui diceret , Abſtinete
manus ab hoc viro,quoniam ſanctus eſt, hoc & illud
mihi præſtitit. *Quinta*,qui remanſerant & ſpectatores
aderant,illi tentationem augebant, deriſerunt,puta-
rūt iniquum,cui Deus iratus eſſet. Sic Eliphas The- Iob.4.6.
manites putat de Iobo,quod eſſet inimicus Dei. Sic Ioan.9.3.
Apoſtoli de cœco nato,ita Melitenſes de Paulo pro-
pter viperam. Sed *extrema* eſt tentatio,quod dicitur: Act.28.4.
Speravit in Deum, eripiat eum , ſalvum faciat eum,
quidem vult illum,in dubium revocant , an Deus
illum amet & prædeſtinarit ? O Chriſte libera nos
ab hac tentatione in morte. Cùm acceſſerit, tacea-
mus,Chriſtum imitemur, & Patri dicamus , In ma-
nus tuas commendo ſpiritum meum. Item imitemur
latronem magnæ fidei,qui cùm omnes diffiterentur:
confeſſus eſt dicunt. Memento mei , cùm vene- Lu.23 42.
ris in regnum tuum. Reſpondit ei,hodie mecum e-
ris in paradiſo. O bone Ieſu cruci es affixus,& iſtum
vis deducere ad cœlum. Quomodo?qua clavi ape-
ries? profectò fuit hujus latronis magna fides,qui in
tam miſero Chriſto ſperavit. Mirentur alij ſolis ob-
ſcurationem,terræ motum,petras ſciſſas,&c. ego hoc
miror , pectus latronis ita potuiſſe inflammari tanta
fide. Petrus negabat in terris:iſte fatetur in cruce.
Non viderat Chriſti miracula,illi non dixerat Chri-
ſtus; Faciam te piſcatorem hominum,faciam te ſede-
re ſuper duodecimum thronum : & non ſolùm cre-
dit,ſed confitetur peccatum ſuum & aperit , ſalutiſ-
que proximi curam gerit. Nullus rex cùm primùm
regnum ingreditur,ſocium aſſumit latronē,Chriſtus
hoc fecit & paradiſum non contaminavit,ſed potius
reddidit honorificum, quod haberet talē dominum,
qui latrones & meretrices ita ſtatim purgare poſſet,
ut idonei eſſent regno cœlorum. *Sexta* fuit afflictio
Chriſti,quod ejus corpus undiq; fuit vexatū. Verè Eſa.53.6.
Deus incurrere fecit in eum omnes noſtras iniquita-
tes,& pœnas , Hebraicè dicitur *hiphghihat*. Iſtæ ſunt Pſal.69.2.&15.
aquæ , quas David uſque ad animam tranſiviſſe cla-
mat: Limus,in quo erat hypoſtaſis,profūdiſſim⁹. Ve-
rùm

Digitized by Google

tùm iſta ſi cum fructu contemplari volumus, quiſq; noſtrûm dicat, mea ſuperbia figit caput Chriſti ſpinis, avaritia mea ſunt ejus clavi, mea libido ut lancea cor illi aperit, πανωλεθρία omnium meorum peccatorum totum ejus corpus malè afficit.

Cùm hæc omnia conſpexerimus, penetremus, obſecro vos, fidei oculis pectus Domini ſacratiſſimum, & videbimus flammam incredibilem charitatis & ignem amoris immenſum, quo totus orbis poſſit ſuccendi, ſi agnoſceretur. Vno verbo, ut mundum creaverat, nos redimere potuiſſet: noluit, ut ejus charitatem intelligeremus. Oblitus ſuorum malorum pro ſuis crucifixoribus, id eſt, pro nobis orat, qui noſtris peccatis illum crucifiximus: Ignoſce illis quia neſciunt, quid faciunt. (Lu. 23. 34.) Certè amor hic eſt ineffabilis: verùm cum iſta filij voluntas ex voluntate patris nata ſit, ille nos ita amando Patri obedivit. Iam certi eſſe poſſumus, quòd pater amat nos: Nam ſic dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum dederit. (Ioan. 3. 16.) Hoc eſt per filium trahi ad patrem. Hoc eſt ſolem nõ in Oriente videre, ſed in Occidente, quando ferit parietes: in Chriſto moriente amor patris erga nos reſplendet. Qui ingreditur hæc contemplando iſtud balneum caloris & charitatis, frigus poſtea vehementer horret, neque ſuſtinet facilè ut peccet. Vide Chriſtum pro te mori, & patrem illum tradidiſſe: Nõ quod pater ſævus ſit aut crudelis, malo per ſe nõ delectatur, mẽbrum unum pro omnib. aliis tradidit. Deinde ita tradidit non ut in perpetuũ interierit, ſed ut poſtea optimè haberet, ut inde placatio ſequeretur, & nos cùm de ſalute certi redderemur, tum exẽpla omnium virtutum haberemus. Hîc maxima ſocietas inter nos & Chriſtum inita eſt. Dedit ille nobis ſuam juſtitiam, & ſuſcepit noſtra peccata: verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit. Poſuit in eo delicta omnium noſtrûm, propter peccata populi mei percuſſi eum. Factus eſt ſub lege, ut nos à lege liberaret. Factus eſt ſub lege, ut nos à maledicto liberaret. Plus illi tenemur quàm medico: nam ille curat ægrotum non ſuſcepto in ſe morbo: at Chriſtus ita ſanavit, ut in ſe mala noſtra ſuſceperit. Niſi hoc beneficium tanti fecerimus, ut idem in nobis ſentiatur, quod in Chriſto, rei ſanguinis ejus & mortis arceſſemur: quaſi ſanguinem filij Dei conculcaverimus. Dedit Chriſtus pro nobis magnum pretium, quanta obſecro cum uſura & fœnore illud repetet? fuimus ei etiam chari: deſinamus obſecro nobis ſerviles eſſe, & peccato non ulterius ſerviamus. Audivimus Chriſti mortem, & paſſionem, amaróſque dolores, at putamus illam finitam? non certè, hodie quoque eadem fermè patitur in membris ſuis & in Eccleſia. Ibi deſeritur, quoniam deficit fides: & cùm filius hominis venerit, putas fidem inveniet? refrigeſcet charitas multorum. Inſtant tempora periculoſa & homines ſunt amantes ſui. In ſuis aliquot, quæ ſuperſunt membris, Chriſtus appellatur ſeductor, hæreticus, excommunicatur & fit ἀποσυνάγωγος. Circumſtant illum canes, vituli, tauri, (verſ. 13.) pingues, leones, rhinocerotes, ut deſcribitur Pſalm. 23. Papa, Cardinales, Pſeudoepiſcopi, magiſtri noſtri, iſti illum quantum poſſunt affligunt. Oſſa & membra Chriſti vexantur, ſanguis ut aqua funditur, animæ fermè nullibi curantur. Lingua Chriſti fermè ut teſta exareſcit, quia purum ejus Evangelium pauci annũciant, & veritas non docetur. Magnus eſt numerus canum, qui neque valent neque volunt latrare, iidémque ſunt impudentiſſimi ac inexplebiles. Spinis pungitur caput, quod Eccleſiæ proceres onuſti divitiis & curis hujus mundi Chriſtum premunt, non promovent. Sunt ut animalia ventris & gulæ mancipia, qui tantum curis ſeculi laborant, & ad divina tractanda non ſunt idonei. Purpura circũponitur, quod in magnis iſtis potentiis mirificè deluditur. Canna datur in manibus, vanitas doctorum & Theologorum, ſophiſtarum argutiæ, quæ Ariſtotelẽ, non ſacram ſcripturam ſpirant. Genu flectunt, cultus fictos perpetuò inveniunt: nam templa immania ſtruunt, intus non ſunt niſi idola, ſigna, ſuffitus, cerei, boatus & alia id genus, ita ut altare Damaſci tranſlatum ſit in templum Dei. Anniverſariorum non eſt finis & miſſarum. Percutiunt caput Chriſti: decreta enim faciunt, ut una ſpecies ſufficiat, ut tranſſubſtantiatio credatur, ut matrimonium clericis eripiatur, & alia id genus. Chriſtum inter latrones crucifigunt, quando Evangelicos omnes cum iniquis deputant: toto corpore ipſum divexant, quando ſuis impiis decretis conſcientias nectunt, ligant & lancinant, hominem nolunt partem in regno Dei habere, niſi omnia ſua peccata confeſſus fuerit. Veſtes Chriſti, hoc eſt, ſcripturas quibus involvitur, dividunt in multos ſenſus, hiſtoricum, allegoricum, tropologicum & anagogicum, ita ut jam literalem ſenſum faſtidiant, & ſomnus hominum populus Dei decipiatur. Atque licentiâ gloſſandi, dividendi, ſic omnia lacerant, diſrumpunt, ut nihil ſani ſuperſit. Sortem mittunt ſuper veſtem, quoniam reſponſum Papę eſt expectandum, priuſquam definiatur: à ſcrinio pectoris determinatio eſt expectanda, neque Concilio Tridentino fas eſt abſque Papa ſtatuere, nónne hoc eſt ſortitò agere, variant enim reſponſa diabolici pectoris. Hinc fit ut in Scholis, in Vniverſitatibus nil permittatur tractari, niſi inquiſitivè, diſputativè, magiſtraliter, ſed non definitivè aut determinativè. Omnes proteſtãtur ſe nolle aliquid contra Eccleſiam dicere: quæ eſt Eccleſia? Romana. Quæ Romana? Papa. Ah Chriſte, quando eripietur populus tuus? Ah Deus, iraſceris uſque in finem? ſumus oves paſcuæ tuæ, ſumus opus manuum tuarum, ſic Eccleſiam tuam vis uſque ad finem mundi in iſta cruce? da ei ſaltem conſtantiam, & illam in morte ne deſeras.

Propter quod & Deus exaltavit illum. Crux Chriſti fuit currus triumphalis, quo vectus eſt ad capitolium regni Dei. Deus cùm eſſet, formam ſervi accepit. Tyranni non audent unquam deponere faſtum regium & principalem cuſtodiam corporis, timent enim ſibi, ne ſi ſemel deponant, reſumere non liceat. Vnde Dionyſius tyrannus nulli fidebat, ex arce ſine ſtipatoribus non progrediebatur. At reges nati ut privati, quandoque ut privati agunt, neque timent regnum ſibi eripiendum: ita Chriſtus egit, ſic & nos facere debemus, cedere facilè proximis noſtris, & nos humiliare ſicut Chriſtus ceſſit: nam & nos exaltabimur, & valdè exaltabimur. Non enim ſunt condignæ paſſiones hujus vitæ ad futuram gloriam quę revelabitur in nobis. Et ſi unà paſſi fuerimus, unà quoque regnabimus. Oportuit illum pati, & ſic intrare in gloriam ſuã, ita nos facere oportet. Quia nos unà convivificavit cum illo & ſedere fecit in cœleſtibus. Exaltavit illum ut ſederet ad dexteram ſuam, & omnia ſubjecit ſub pedibus ejus. (Luc. 24. 26.) Cùm dejeciſſet illum infra omnes mortales, evexit illum ſuper omnes creaturas. (Ephe. 2. 6.) A cruce ad ſolium divinitatis: iſta exaltatio juxta immanitatẽ intelligenda eſt. (Ephe. 1. 20. & 22.) Non enim divina natura unquã imminuta fuit, ſolũ quoad hominum exiſtimationem dici poteſt elevata: nam non ſe declaravit. *Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen*, id eſt, dignitatem, poteſtatem & gradum. Ad Epheſios ſcribitur: ſuper omne nomen, quod nominatur in hoc ſeculo vel in futuro. (Ephe. 1. 21.) Poſitus eſt Chriſtus caput Eccleſiæ, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur. Locus deſumptus ex Iſaia, & citatus ad Romanos cap. 14. (Iſ. 45. 35. Rom. 14. 11.) Vivit Dominus mihi curvabitur omne genu. (Adoratio.) Adoratio ſignificatur & quidem Deo debita, non ad nomen aut ſyllabas, ut ſtulti faciunt, qui audito nomine Ieſu caput aperiunt, & nil de re ipſa cogitant. Ita etiam agunt ad ſymbola Euchariſtiæ, & rem ſignificatam parum attendunt. Genu flexio eſt ſignificatio externa interioris adorationis. Num adoratio hæc humanitati datur an divinitati? Toti Chriſto: non diſtinguuntur naturæ. Neque cùm adoramus regem, jubemus ut deponat purpuram, quãvis ratio adorandi ſumatur à divinitate. Sed Paulus videtur ad Romanos dicere hoc futurum in die judicij, ut flectatur omne genu. Verum eſt, ſed nunc is honor eſt inchoatus, tunc erit perfectus, cùm omnes inimici poſiti erunt ſcabellum pedum ejus. Hinc etiam apparet Chriſti divinitas, cùm illi tribuatur adoratio. Nonnulli blaterant quædam de purgatorio, quia flectantur genua inferorum: ſed quid fiet in tempore judicij, cùm amplius non erunt in purgatorio, num ceſſabit Chriſti honor? Nonne diaboli credunt & contremiſcunt, & dum Chriſtus in mundo eſſet, confitebantur & adorabant, rogabántque ne ſe torqueret? Nonne multi mortui per Apoſtolos

A & alios ſanctos in nomine Chriſti reſuſcitati ſunt, & infernus nomini Dei patuit? Nunc quoque Diaboli non poſſunt plus tentare, quàm Chriſtus velit & patiatur. Nonne vident metaphoricam loquutionem? angeli non habent genua. Senſus eſt, Dominum illum fore omnium, & ab omnibus & in omni loco honorandum: omnis lingua illum confitebitur eſſe Chriſtum, idque ad laudem & gloriam Dei. Iſte triumphus nobis ob oculos poſitus eſt in Chriſto, ut intelligamus nos ejus fore participes, ſi cũ ipſo nos humiliaverimus. B Neminem igitur pigeat humiliari & afflictiones pati. Si cum Chriſto non fuerimus mortificati, cum Diabolo æternum moriemur. Satius ergo eſt cum Chriſto pati, nam iſtæ paſſiones qui ſunt ad gehennam? quid ad ignem inextinguibilem? qnid ad vermem, qui non moritur? quid ad ſtridorem dentium? quid ad tenebras externas? Certè ſatius eſt nunc leviter pati, quàm illa extrema ferre. Deinde, componas iſta cum æterna gloria: Nonne illa tanta eſt, ut pro toto tempore hujus vitæ debeamus in aduſtione atque vexatione degere? C Certè, ut dicitur ad Corinthios, hoc momentaneum & leve, grave pondus nobis acquiret gloriæ. (2. Cor. 4. 17.) Sed ego deliro, qui paſſiones requiram, ſimiles paſſionibus Chriſti, cùm non poſſimus pecunias contemnere, illis nõ incubare, atque ſi ſint nunquam perituræ, quaſi nos ipſi ſimus immortales. Non poſſumus eſſe contenti neceſſariis, niſi greges alantur ſervorum, nihil eſt. Niſi omnia ſint ſerica & argentea, nihil fit. Certè iſta non eſt Chriſti crux. D Chriſtus monſtrat hàc eundum, vos alia pergitis. Niſi hanc acceperitis clavem, quo modo cœlum vobis aperietur? Si gravis & dura videtur tua crux, accipe lignum quod in aquas marath conjectum fuit, mortem ipſam Chriſti, & inde tuæ afflictiones condientur: crux Chriſti omnia reddit ſapida, modò cum fide repetatur. Per illam ſunt nobis remiſſa peccata: Fracta noſtra concupiſcentia, nec imputatur: Diabolus victus: A lege erepti à morte & condemnatione. Per illam fracta maceria quæ inter nos & Iudæos diſterminabat, E reconciliati ſumus cœleſtibus. Deus oſtendit quanti nos faceret, & in nobis viciſſim accenditur in eum charitas. Per illam juſtitiæ Dei ſatisfactum eſt, Deus (alioquin propter delicta iratus) nobis placatus, juſtitia gratis donata. Per illam exempla omnia bene vivendi demonſtrata. Omnia Chriſtus ad ſe traxit, in omnibus ſacramentis repetitur & fide comprehenditur. Per illam infernus eſt expugnatus. Quare, cum Chriſto illam ſubire non dedignemur, ſumus alioqui crucifixi propter peccatum, F ab illo confecti ſub ira Dei & damnatione, niſi ſumus cum Chriſto, ſed noſtram crucem peccati non ſentimus, donec admoveatur lex, ibi animadverterimus noſtrum malum. Hinc incitati ad Chriſtum accedamus, & offeramus libenti animo paſſuros quæ ipſe voluerit. Chriſto paſſo in carne vos eadem cogitatione armemini. Potiſſimum cùm ille, ut dicitur ad Hebræos, talem contradictionem à peccatoribus ſit paſſus. Petrus rurſus dicat, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquens exemplum ut ſequamini veſtigia ejus. G

ORATIO DE RESVRRE-ctione Chriſti.

CHRISTVS in Prophetis dicitur Sol, non tantum quòd illuminet, ſed quia occidit, & poſtea iterum exoritur: Ita Chriſtus mortuus eſt & reſurrexit. (Io. 12. 24.) Dixit ſe granum frumenti quod fructum non affert, niſi corruptum fuerit & mortuum, H non ſatis ut ſeminetur, ita Chriſto non ſatis fuit naſci, mori voluit, ut fructum afferret. Mentionem fecimus mortis, nunc faciemus Reſurrectionis. Primò, videbimus reſurrexiſſe Chriſtum. Secundò; Nos cum eo unà reſurrexiſſe. Tertiò; Quid jam ſuſcitatis agendum ſit.

(Matt. 28. 1. Chriſti reſurrectio.) De primo Matthæus mulieres, dicit veſpere mane veniſſe, Mulieribus dicunt primo demonſtratam reſurrectionem, ut quæ primæ mortem in mundum vexerunt, primæ reſurrectionem annunciarent: quia I ſunt infirmæ, & Chriſtus utitur fragilium miniſterio. His omiſſis, potius dicendum, quod in morte vehementer doluerant, A & quadam recompenſatione par fuit, ut primæ gauderent. Ita pænitentes, qui dolent de morte Chriſti, potiſſimum quòd illum crucifixerint, conſolationem accipiunt. Deinde quærebant Chriſtum, & qui eum quærunt non fruſtantur. Quare ſi Chriſtum non invenimus, id eſt, quia non pænitet nos, & quia non quærimus. Mulieres iſtę coluerant illum dum vixerat, mortuo quoque impendere voluerunt extremos honores. Non faciebant ut mundus, qui prius occidit ſanctos, poſtea defunctos adorat. B Quamquam ſi verum dicendum ſit, Zelus & fervor iſtarum mulierum fuit abſque fide, & ſine juſta ſcientia. Chriſtum audiverant ſibi dicentem de ſua reſurrectione, ut angelus illis modò dicit, & ipſæ ferunt unguenta & emplaſtra, quaſi non eſſet reſurrecturus: vel parum crediderunt, vel oblitæ erant: movebantur ſolùm quodam affectu, ſed non ex fide. Ideo imprudenter agunt in itinere, tandem illis venit in mentem de lapide monumenti revolvendo: quod ſi antea cogitaſſent, unum aut alterum hominẽ C ſecum potuiſſent adducere. Ita fit, ubi non eſt prudentia fidei: ſic Petrus putavit ſe egregie feciſſe cũ educto gladio aurem ſervi Pontificis ſcidit. Cùm ſine fide agitur, multa imprudenter committuntur. (Matt. 26. 15.) Et Deo ſæpe datur quod non requirit, ut iſtæ mulieres aromata ſecum fruſtra ferebant: multi quoque hodie miſſas, ciborum delectus & alia id genus. (Matt. 22. 30.) Angelus deſcendit de cælo, deerant teſtes humani, Angelus adeſt reſurrectionem nuntiaturus. Eadem opera D in eodem demonſtratur conditio futuræ vitæ. Erimus ut angeli Dei, & fulgentes ut Sol: ideo angelus ſplendebat mirifice. Terræmotus factus eſt, quia in reſurrectione invertitur natura rerum. Et oportuit cuſtodes terrefieri. Mulieres aſpectu angeli territæ ſunt, propter diſſidiũ naturæ noſtræ ortum per peccatum cum angelica natura, cui tamen debuimus eſſe familiares, nam ſunt noſtri cuſtodes. Durabit hoc diſſidium quo ad corpus depoſuerimus. Cuſtodes facti ſunt velut mortui. Voluerunt retinere Chriſtũ E in ſepulchro: ita hodie principes armis & conciliis volunt Evangelium ſepultum eſſe. Erumpat prudentia humana, nil contra Deum: Imò omnia cadunt in contrarium. Voluerunt terrefacere accedentes, & ipſi ſunt perterrefacti. Voluerunt impedire Chriſtum ne egrederetur, & ipſi ſunt impediti & facti velut mortui. Angelus conſolatur mulieres: Nolite timere vos. Pij poſt timorem conſolationem capiunt ab angelis, quia loquuntur verba Dei, & verbum Dei nos conſolatur. Non conſolantur cuſtodes, quia ſunt inimici F Dei, & in inimicitia perſeverant. Surrexit, non eſt hic, corpus Chriſti non ubique. Nuntiatur diſcipulis. Cum aliquod bonum nacti ſumus, communicandũ eſt. Præcedent in Galilæam, octiduo tamen quibus manendum erat Hieroſolymis, propter feſtum, illis apparuit: in Galilæam erant redituri, quia inde erant oriundi, ſæpe ibi cum illis verſatus eſt Dominus. Quo ad tempora Pentecoſtes, redeundum fuit in (Act. 1. 4. &c.) Hieruſalem, ibi ad montem oliveti viderunt aſcendentem in cælum, & juſſi ſunt manere Hieroſolymis, G donec induerent virtutem è cælo. Iam reſurrexiſſe Dominum patet teſtimonio angeli, mulierum & Evangeliſtæ. Sed in veteri Teſtamento ubicunque legitur Chriſtum in æternum regnaturum, ejus reſurrectio monſtravit. In oppreſſione piorum & liberatione, quæ legitur in veteri Teſtamento habemus Chriſti mortem & reſurrectionem, non in figura, ſed vere: quia Chriſtus verè in ſuis membris patitur, (Act. 9. 4.) ut, Saule, Saule, quid me perſequeris? (Matt. 12. 40.) Ionas demonſtravit utrumque, ut Chriſtus dicit. (Pſal. 16. 10.) David: non H relinques animam meam in inferno, neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Chriſtus illam prædixit, Solvite templum hoc, & in triduo erigam illud. (Act. 2. 3.) Et in aliis locis de filio hominis tradendo ſæpe dixit. (Luc. 24. 26.) Probavit per 40. dies ſuam reſurrectionem apparendo. (1. Cor. 15. 14.) Ait diſcipulis in Emaus, Moſen, Prophetas & Pſalmos teſtari, Chriſtum oportuiſſe pati, & ſic intrare gloriam ſuam. Ad Corinth. Si Chriſtus non ſurrexit, vana eſt prædicatio noſtra, vana eſt fides veſtra, invenimur falſi teſtes, qui mortui ſunt in Chriſto, perierunt, I Chriſtus non eſſet Dominus vivorum & mortuorum. Et ad Romanos dicitur in hoc reſurrexiſſe. Hæc de primo.

Nos

Digitized by Google

Matt.27.52. Nos cum illo reſurreximus. Nam ut id oſtenderet: A
Noſtra cum Chriſto reſurrectio. Cùm reſurrexit multa corpora ſanctorum ſecum
habuit,quæ apparuerunt aliis. Deinde non ſibi ipſi
reſurrexit, ſed aliis, nobis inquam cùm ſit noſtrum
caput. Si reſurrexit ipſe,membra quoque cum illo
ſunt excitata. Exemplum illorum qui ſunt in aquis
præfocati. Ad Romanos, Cùm donaverit filium ſuũ,
Rom.8.3. quomodo non omnia donabit cum illo? quod ſi donavit
omnia, donavit etiam reſurrectionem. Ad E-
Epheſ.2.5. pheſios, Cum mortui eſſetis in delictis veſtris,unà
convivificavit cum illo, neque ſolùm convivificavit, B
ſed etiam conſidere fecit ad dextram in cæleſtibus.
Epheſ.1.19. Atque in eadem epiſtola ad Epheſios, Quæ ſit ex-
cellens magnitudo potentiæ ejus in nos, qui credi-
mus ſecundum efficaciam roboris fortitudinis ejus
in nos, quam exeruit in Chriſto cùm ſuſcitaret eum
ex mortuis,&c. Deinde, ſurrexit nobis & ſedet ad
dextram Patris, & nobis impetrat ſpiritum, qui fuit
Rom.8.11. in eo principium reſurrectionis. Nam ad Rom. dici-
tur; Si ſpiritus ejus qui ſuſcitavit Chriſtum ex mor-
tuis, habitat in vobis, vivificabit & mortalia corpora C
ver.11. veſtra, propter ſpiritum habitantem in vobis. Ad
Romanos item 6. Ita & vos reputate, vos quidem
peccato mortuos, viventes autem Deo per Chriſtũ
Ieſum. Mortui ſumus per Adamum & mortem in
præſentia guſtamus. Vnde, ſi nolimus Chriſtum fa-
cere Adamo deteriorem,dicamus & illum vitam no-
vam dediſſe,quam in præſentia guſtemus. Chriſtus
1.Cor.15.20. eſt primitiæ reſurgentium ut dicitur ad Corinthios.
Primitiæ non ita præcedunt alios fructus, quin ſi-
mul ſint. Non quidem ſunt maturi,ſed tamen jam D
extant: ſic & noſtra reſurrectio licet matura non ſit,
attamen habetur. Et ſicut Chriſtus nos traxit ſe-
cum in mortem & ſepulturam per baptiſmum: ita e-
tiam extraxit ad vitam. Hoc denotat immerſio,& e-
merſio quando baptizamur. Dicitur ad Romanos,
Rom.10.9. Quod ſi confiteamur Dominum Ieſum à mortuis re-
ſurrexiſſe,ſalvi erimus. Ergo reſurrectio Chriſti ad
noſtram reſurrectionem ſpectat,non enim poſſumus
eſſe ſalvi, niſi ſimus illius participes. Traditus eſt
Rom.4.5. propter delicta noſtra, & reſurrexit propter juſtifica- E
tionem noſtram,&c. Si conſurrexiſtis cum Chriſto,
Col.3.1. quæ ſurſum ſunt quærite, &c. Minor addenda.
Sed conſurrexiſtis cum Chriſto. Ergo debetis
quærere, quæ ſurſum ſunt. Qui credit in fi-
Ioan 3.36. lium, vitam habet æternam. Spe ſalvi facti ſu-
Rom 8.24. mus. Sed tamen adhuc ſumus ſub morte utcunque,
neque ut Libertini, dicimus reſurrectionem eſſe fa-
ctam,tantùm inchoatam affirmamus,quia Deus non
adducit ſtatim ad ſummum & perfectum gradum,
prius quædam præludia & exordia largitur. Priuſ- F
quàm Moſes dux populi Dei declararetur, ſi credimus
Ioſepho, diadema Pharaonis ad terram dejecit &
conculcavit, Ægyptium interfecit,& pacem inter Iſ-
raelitas componebat: quo declaratur vocationis ſuæ
fuiſſe participem, licet non adhuc plena eſſet & de-
1.Sam.17.34. clarata. Item David puer interficiebat leones & ur-
ſos,adoleſcentulus interfecit Goliath, vnde regimi-
nis Iſraelitici jam incipiebat eſſe particeps, licet rex
Ibid.49. non eſſet declaratus. Ita nos,licet perfectam non ad-
huc obtinuerimus reſurrectionem, in ea tamen ver- G
ſamur.

Fructus reſurrectionis. Nunc videndum eſt, in quo noſtra hæc reſurre-
ctio conſtet. Primum in bonis operibus,quæ nihil
aliud ſunt,quam inchoationes & initia vitæ æternæ:
ſunt gradus per quos Deus nos trahit ad perfectam
Rom.8.12.13. vitam,non merita,ſed iter & inchoationes. Debito-
res ſumus,ut non ſecundum carnem vivamus,ſed ſe-
cundum ſpiritum, ſi enim ſecundum ſpiritum facta
Col 3.5. carnis mortificaveritis, vivetis. Mortificate membra H
2.Cor.4.7. veſtra,quæ ſunt ſuper terram.Et illa exprimit,forni-
cationem,avaritiam,idololatriam,&c. Et vetus ho-
mo noſter quo magis deſtruitur, novus renovatur
indies. Item ad Corinth.2. Mortuus eſt pro omni-
bus,ut qui vivit jam non ſibi vivat, ſed ei qui mor-
2.Cor.5.15. tuus eſt pro nobis. Vnde Paulus: Vivo ego jam non
Gal.2.20. ego,vivit verò in me Chriſtus. Videndum eſt ut non
tantum verbis teſtemur Chriſtum ſurrexiſſe, ſed illũ
oſtendamus in nobis reſurrexiſſe. Chriſtus cum ſur-
rexiſſet intravit gloriam patris, ut nos probemus nos I
in hac inchoata reſurrectione filios Dei, ut ſumus,
Rom.1.4. unde ad Romanos dicitur: Chriſtus definitus ſeu po-
tius declaratus filius Dei ex reſurrectione mortuo-
rum. Omnia ſunt Chriſto ſubjecta, ita nos omnia Col.3.1.
debemus vincere, & nulli rei ſuccumbere, ſuperſte-
mus tentationibus & de tribulationibus triumphe-
mus. Chriſtus eſt ſurſum,& noſtra converſatio ſit in Ro.6.10.
cælis. Poſtremò perſeveremus,quoniam quod Chri-
ſtus mortuus eſt,mortuus eſt ſemel, & mors illi ultra
non dominatur,&c.

SERMO IN LOCVM Ioan. xx. Cap.

*Chriſtus die una ſabbatorum (hoc eſt, Dominico) ad ve-
ſperam apparuit congregatis diſcipulis, foribus clauſis, oſten-
dit eis manus & latus, dixitque, Pax vobis. Illi viſo Domino
ſunt exhilarati. Poſtea addidit, ſicut miſit me Pater, ego
mitto vos. Et cùm hæc dixiſſet, flavit in eos & dixit eis:
Accipite Spiritum ſanctum. Quorumcunque remiſeritis
peccata remittentur eis: quorumcunque retinueritis, reten-
ta ſunt.*

CHRISTVS eadem opera tria fecit. Primò appa-
ritione iſta ſuam reſurrectionem probavit. Secũ-
dò, illos eſt conſolatus data pace. Tertiò, mandavit
ad alios conſolandos data clavium poteſtate. Quo ad
primum de apparitione Chriſti, notabis factam die
Dominico Nam dicitur, Vno ſabbatorum. Erant A-
poſtoli congregati concluſi atque triſtes: nec mirum.
Triſtitia vel ex metu impendentis mali, vel ex præ-
ſenti malo. Præſens malum erat, quòd charo præce-
ptore deſtituti erant. Illum auferant morte igno-
minioſa affectum, deinde videbantur ſibi jam reddi-
ti infames, quaſi diſcipuli fuerint ſeductoris & male-
fici hominis. Metuebant etiam quod futurum, ne ta-
lia exempla in ſe ederentur: nam Iudæi videbantur
in eos quoque ſævire. Congregati ſimul erant,& pro-
pter iſta triſtes conſultabant fortè ſimul quid agen-
dum: ſed humana conſilia erant infirma. Ecce Chri-
ſtus adeſt: quoniam ſuis in maximis periculis non
deeſt. Fores erant clauſæ: Fortè ceſſerunt, fortè Chri-
ſtus per feneſtras aut rectum ingreſſus eſt: aut ſi pe-
netravit fores, miraculum fuit, quod ex ſacris literis
dabitur. At non debent hic Tranſſubſtantiatores in-
ferre, Corpus Chriſti eſſe in multis locis: quòd Scri-
ptura non dicat id fieri, neque ſtatuat panis aut vini
ſubſtantiam recedere.

Tales nos frequentiſſimè ſumus triſtes, cùm pro-
pter malam conſcientiam, tum propter mentis tene-
bras & voluntatis infirmitatem. Accedit metus in-
ferni, & multæ præterea calamitates oppugnant: &
niſi Chriſtus adſit, peſſimè nobiſcum agitur. Sed ad-
venit,& ſi fide illum amplectimur, tum omnia ſiunt
pacata: & exhilaramur, ut Apoſtoli viſo Domino.
Quoniam Evangelium eſt lætum nũtium: per ipſum
Chriſtus ad nos venit, & reddit lætos. Non eſt ut
Domini hujus mundi Chriſtus Dominus noſter. Nã
ſi illi veniant, premunt, exigunt tributa, gravant &
auferunt. At Chriſtus non venit vacuus, ſed affert ſua
dona, neque unquam venit vacuus. Videamus quid
attulerit? Pacem & gaudium & certitudinem de Re-
ſurrectione ſua. At nunc miſſa probatione Reſurre-
ctionis agamus de Pace.

Pax eſt tranquillitas ordinis. Ordo parium diſpa- Pax.
riúmque rerum ſua cuique tribuens diſpoſitio. Ve- Ordo.
rùm pax eſt duplex. Vna removet quæ turbant, aut
moleſtiam pariunt: Altera ſinit illa, quę affligunt, ad-
huc manere, ſed conſolatur & roborat animos, ut for-
tes ſint,& non ſuccumbant, ſed læti ſint & gaudeant.
Prima pax eſt mundi, altera Dei. Si civitas obſidea-
tur, poteſt pacem habere, ſi removeatur obſidio, vel Simile.
ſi maneat quidem obſidio, ſed intus annonæ ſit ſa-
tis, ſintque boni duces & munitiones tutiſſimæ. Præ-
terea pax mundi dicitur, quia mundus illam facit.
Poteſt enim facilè divitiis pelli paupertas, medicinis
morbus,& gratia principum obſcuritas. Deinde ap-
pellatur mundi, quia mundus illam ſolam novit. Al-
teram quæ manentibus tribulationibus adſit. Sed ro-
gabis: An non quandoque philoſophi non curarunt
externas moleſtias? Reſpondeo: Acceſſerunt ſuis vir- Ethnicorum virtutes.
tutibus moralibus aliquantiſper, ſed non attigerunt
pacem, de qua loquimur. Fuerunt illæ umbræ & ſi-

Digitized by Google

A militudines virtutum, non juſtæ atque ſolidæ virtutes. Vnde cùm venitur ad graviſſima mala, ſuccumbunt. Cato, Brutus & Caſſius ſe interfecerũt: verùm Chriſti martyres fortiter durant. Adhæc fortis mortalis habet, quando pro patria vel moritur vel extrema pericula obit, obſcuratam felicitatem magnitudine doloris & laborum, tantùm ſentit aliquid levis guſtus, cùm reſpicit finem. At in martyribus tum maximè ſpiritus ardet ac viget. Pax ergo Chriſti non B removet externa, ſed pacat animum, & Deo reconciliat, mentem illuſtrat, voluntatem roborat, & conſcientiam pacat, & firmam ſpem facit, externa hæc tandem finem habitura, neque unquam poſſe nobis nocere. In mediis tribulationibus nos reddit pacatos & tranquillos: Non mutat res, verùm homines, idq; per Fidem. Nam apprehendimus Chriſtum noſtrum Mediatorem nobiſcum eſſe, atque per illum nos Deo placere. Vnde nil nocet. Hæc eſt pax Dei: quoniam illam ſolus Deus facit, & qui non ſunt ſpirituales, C eam non norunt. Pax mundi removet externas moleſtias, ſed homines non mutat: Remanent enim in ſua deſperatione, tenebris, mala conſcientia & peccatis. Vnde pax Dei efficacior eſt, quæ contrario adhuc præſente & infeſtante nos protegit, & mutat (Pſal.27.1.) nos: Quoniam ex puſillanimis facit robuſtos, ex timidis fortes, ex debilibus firmos. Quando enim per fidem Chriſtum apprehendimus, nil poteſt nobis illi conjunctis obeſſe, ſed dicimus: Dominus fortitudo mea, non timebo quid faciat mihi homo: Si conſur- D gant adverſus me caſtra non deſperabo. Mundus reputat hanc piorum pacem atque tranquillitatem juſtitiam: quia non videt ejus intrinſecum principium. Sicut qui videret homines procul ſaltantes, & non audiret ſonum, judicaret illos inſanire: verùm ſi accedat, & numeros Muſicos per aures in animum admittat, jam & ille ad eoſdem motus incitabitur. Ita mundus: cùm Chriſtum in ſe non ſentiat, ejúſque gaudium & pacem non expectatur, inſaniam putat gaudere in mediis tribulationibus. Diſcipuli gaviſi E ſunt, quòd viderint Dominum. Nam ſi mundum intueamur, aut nos ipſos, nuſquam eſt materia lætitiæ: imò potius lachrymas ſubminiſtrant. Quare lætari ſi volumus, opus eſt ut Chriſtum ſpectemus. Ibi erimus læti. Sed cùm ipſi ſumus pacati & reſtituti, neceſſarium eſt, ut bonum acceptum aliis communicemus. Vnde Chriſtus dicit, Sicut miſit me Pa- (Ioan.20.21.) ter, ego mitto vos. Chriſtus non pro ſeipſo venit, ſed pro aliis ſervandis: ita & nos aliorum ſalutem debemus quærere. Quod ut fiat utiliter, tradidit Chri- F ſtus flatu Spiritum ſanctum: non quòd halitus eſſet Spiritus ſanctus, verùm fuit ſymbolum, quo ſignificabatur.

(Metaphora clavium.) Eſt Metaphora in voce clavium. Vt enim clauduntur aliqua & aperiuntur clavibus: Ita in peccatis clauduntur & detinentur interdum animi, atque interdum ſolvuntur. Certè non alia ratione expedimur à peccatis, quàm notitia per fidem Chriſti. Pec- (Matt.28.19.) catis obligamur, quando in incredulitate relinquimur, & obſtinatione. Vtque res bene intelligatur, (Mar.16.15.) G ſciendum eſt, hîc ab Ioanne tradi, quod à Matthæo & Marco, cùm dicitur; Ite & prędicate omni creaturæ: Nam qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Qui non crediderit, condemnabitur. Sed Ioannes plenius agit, & inquit, datum Spiritum ſanctum, quia per illũ intelligitur Scriptura ut prædicetur, & cùm prædicatur, per eundem ab audientibus creditur. (Luc.24.45.) Ideo ſubdit; Quorum remiſeritis peccata, &c. Lucas cum hoc idem diceret ad finem Evangelij ait, Chriſtum aperuiſſe illis ſenſum, ut intelligerent Scriptu- H ras: quod factum eſt hac inſufflatione Spiritus ſancti. Hoc eſt inaugurare miniſtros & epiſcopos, non mitra paſtorali & unctione, &c.

(Clavis duplex.) Duplex itaque clavis eſt, una prædicandi verbum Dei, altera verò credendi cùm auditur, Vna ſine altera non aperit, neque relaxat crimina. Putant Pontificij autoritatem eſſe à Deo ſibi datam ſolvendi & ligandi quos voluerint clavibus regnum cælorum. At clavis illa nihil revera eſt aliud quàm Verbum Dei, non magis ſacrificis quàm aliis, ſed omnibus Chriſtianis communicatum. Afflatúrque iſtud Ver- I bum Dei Spiritu ſancto, partimque prædicatur, partim creditur: & hoc modo peccata remittuntur: retinentur autem, cùm homines increduli ſunt, & deſe- (Matt.11.24.) runtur in ſua incredulitate: atque tunc illos Deus ligat in cælo. Nam tolerabilius erit Sodomę, quàm illi genti, &c.

(Miniſtri ligāt & ſolvunt.) Sed dicunt, ſi ita ſit, tunc nos non ligamus, neque ſolvimus, ſed Deus per Verbum ſuum. Verùm actiones Dei ſæpe ex illius bonitate communicãtur hominibus. Dicuntur enim electi cæcos illuminare, claudos ſanare, mortuos excitare, cùm iſta ſint opera Dei. Sic dicuntur ligare & ſolvere, quatenus inſtrumento Dei utuntur, qui ipſe ſolvit & ligat. Cùm Petro promiſſæ ſunt claves, non ſunt datæ: ſed etiamſi datæ eſſent, non ille ſolus eas habuiſſet, ſed omnes alij Apoſtoli cum illo, ſub quorum perſona reſpon- (Matt.16.16.) debat; Tu es Chriſtus, Filius Dei vivi. Quoniam ſub (Ioan.6.66.) perſona aliorum hoc dixit, ut prius Ioan. 6. cùm dicit: Ad quem ibimus? Tu verba vitæ æternæ habes: Scimus enim, quòd tu es Filius Dei vivi, &c. Vbi vides illum numero multitudinis loqui pro omnibus. (1.Pet.5.1.) Neque hoc ille ſibi tribuit, ut ſit ſuper alios. Imò in ſua epiſtola priori adhortatur presbyteros ipſe compresbyter. Non differt ipſe presbytero, ut inquit Hieronymus. Idémque ſentit Chryſoſtomus ſuper epiſtolam ad Titum.

(Luc.22.32.) Ibi ſunt ergo promiſſæ claves, ſed ubi datæ? Dicũt aliqui, tunc quando eſt dictum, Oravi pro te Petre, ne deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Sed hoc non fuit niſi Petrum conſolari, ut non deſperaret poſt peccatum, atque diceretur illum eſſe reſtituendum priſtino gradui. Nihil hic de clavibus. Quòd ſi urgeatur Verbum confirmandi, jam ſentient nobiſcum: Quia non confirmabat fratres Petrus aut ullus Apoſtolus, niſi verbo Dei. Quare claves erunt Verbum Dei. Alij dicunt, tunc datas Petro claves, quando eſt ter interrogatus, num diligeret Ieſum plus cæteris? & reſponſum eſt illi, Paſce agnos meos. Verùm Auguſtinus & Cyrillus hæc ideo dicta eſſe ſcribunt, ut per trinam confeſſionem recompenſaretur nota trinæ negatio- (Ioan.21.15.) nis. De clavibus autem nulla fit mentio. Sed ſi daremus eis iſto loco datas Claves, quid haberent ultra id quod nos concedimus? Conſiſterent in paſcendo: hoc autem fit ut nos dicimus per Verbum Dei. Quare accipiant ut volunt, Claves ſunt Verbum Dei. Non enim alia re paſcitur animus quàm Dei verbo.

Eſt quidem & Clavis quo ad Excommunicationẽ & Reconciliationem: ſed illæ Claves non ſunt univerſales, niſi quo ad peccata enormia jam publica & convicta. Claves autem ſunt res generales, quo ad omnes, qui ad Eccleſiam adducendi ſunt, quibus relaxanda ſunt vel retinenda peccata. Sed tamen ſciendum, quòd & illa Clavis excommunicandi aut recõciliandi non eſt niſi Verbum Dei. Cùm enim excluditur publicus peccator, aut reconciliatur, hoc non fit niſi Verbo Dei. Ita ut, quocunque te vertas, id ſemper ſequitur, quod nos docemus. Claves ſunt Verbum Dei: quare non eſt quod ſacrifici adeo glorientur. Sunt enim duæ Claves, una docendi, altera credendi. Vtuntur illi ſua Clavi, ſed ea non eſt ſatis, ad regnum cælorum aperiendum, niſi & qui audit utatur ſua, & credat. Spiritus ſanctus author eſt amborum: quia nec bene prædicatur, neque ritè creditur, niſi ipſo juvante. Imò Chriſtus quando prædicabat, ſua prędicatione non omnibus aperiebatur Cœlum, neque omnibus remittebantur peccata, ſed tantùm his qui utebantur ſua Clavi, & credebant. Fatemur quidem Verbum Dei à quocunque dicatur perinde eſſe ac ſi diceretur ex ore Dei: ſed non hoc facit, quia omnes habeant Claves. Imò quo ad cre- (Ioan. 1.12.) dentes & audientes, dicitur: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Neque Clavis utendi Verbo Dei tantùm ſacrificis data eſt, ſed toti Eccleſiæ. Vnde Spiritus ſanctus eſt qui dat Claves: omnes autem credentes habent Spiritum Chriſti, alioqui nõ eſſent ejus: ergo omnes habent Claves. Non tamen quo ad functionem externam, omnes debent prędicare & Sacramenta adminiſtrare: ſed Paulus vult omnia ordine fieri. Ideo eliguntur aliqui doctiores & meliores, qui loco totius Eccleſiæ agunt, dicuntúrque miniſtri Eccleſiæ. Nam ſi omnes ſimul vellemus concionari, eſſet ranarum coaxatio. Cæterùm privatim quiſque habet

Digitized by Google

habet Claves, cùm proximo ſuo, & poteſt Verbo Dei cum illo agere: & ſi ille detexerit ei peccatum ſuum, illum ex Verbo Dei conſolare, monere, hortari: Cui verbo Dei ſi ille fidem habeat, remittuntur peccata, & cælum aperitur: ſin verò non credat, peccata retinentur, & ligatur. Atque hæc de Clavibus. Benedictus Deus, qui dedit talem poteſtatem hominibus.

EXHORTATIO IVVENTVTIS ad ſacrarum literarum ſtudium.

VObis, optimi auditores, hoc ſtudium, quo frequentes conveniſtis ad audiendum ſacrarum literarum interpretationem, gratulor, neque id immeritò facio, quandoquidem iſta voluntas à carne, à ſenſu, à natura minimè proficiſcitur. Eſt, mihi credite, data divinitus, è cælo inſtillata, & à numine ſancti Spiritus cordibus veſtris afflata. Etenim cùm lex ſit ſpiritualis, & mandatum ſanctum, juſtum, ac bonum, ut Paulus prædicat, & nos è diverſo mali, corrupti proſúſque vitiati, fieri non poteſt, quin Dei ſermones, legem atque ſcripturas inviſas habeamus. Vnde quotquot Chriſti ſpiritu uon fuerint inſtigati, & ab ipſis refugiunt, & illas odio graviſſimo proſequuntur, non quidem carnis vitio, ſed ſua culpa. Populus ille Iſraeliticus, quia parvus erat & in infidelitate perpetua jam obduruerat, ſanctum Moſen non ſolùm exoſum habuit: ſed illum non ſemel interimere lapidibus conatus eſt: quod apud eam gentem extremū ſupplicium erat, quo malefici plectebantur. Non poteſt dici quàm gravis, moleſtus & odioſus vir ille univerſæ multitudini fuerit, cùm revera placidus, amabilis & ſuaviſſimus eſſet, ut quem Deus omnium hominum mitiſſimum atque manſuetiſſimum prædicarit: cujus teſtimonium ille verum eo probavit, quòd pro his ardentiſſimas preces Deo exhibuit, apud quos invidiâ infinita & odio immenſo videbat ſe flagrare, ſéque potius ex libro vitæ cupiebat expungi, quàm illos extremas pœnas dare ut merebantur. Quamobrem planum eſt, injuriâ, nec ulla ſua culpa eum à populo fuiſſe tantopere odio habitum. Non autem mihi videor ineptè facere, qui Moſi Dei Prophetæ lectiſſimo ſacras literas conferam, quandoquidem illis par eſt conſilium & commune inſtitutum: ut enim Moſes ad promiſſam terram tāquam ad portum omnium laborum ſuſceptorum adducebat, ita divina Scriptura credentibus ad ſupremam felicitatem iter aperit, eóſque dogmatum ſententias & morum præceptiones docet, quæ à Paulo (ut exiſtimo) καλὴ παρακαταθήκη nuncupantur. Quid enim pulchrius eſſe cogitare poſſumus Dei cognitione & clementiſſima ejus voluntate, qua nos per Chriſtum ſervare decrevit? hæc ſacris literis conſignata ſunt, & apud eos ad noſtros quotidianos uſus depoſita. Idcirco requiritur, ut ſi quod in nobis eſt Dei cognoſcendi ſtudium, ſi qua noſtræ ſalutis cupiditas, ut hoc inſigne depoſitū omni cura, diligentia & vigilantia obſervemus, ne rapiatur, vitietur, vel tenebris pluſquam Cimmeriis ſupprimatur.

Ro. 7. 18.

Num. 12. 3.

Exod. 32. 36.

Moſis & Scripturæ comparatio.

1. Tim. 1. 14.

Sacræ Scripturæ utilitas.

Sunt multi à quibus & obſidetur & oppugnatur. Illud Phariſæi ſumma hypocriſi obfuſcant. Sadducæi opinionibus Epicuri quantum poſſunt demoliuntur. Centauri Papiſtæ ſuis traditionibus atque decretis vinctum & captivum niſi caveamus abducent. Demum cyclopes, hujus mundi tyranni, perſequutione, vi atque crudelitate dilacerare nituntur. Quare occurrendum eſt, & eorum blaſphemiis, contumeliis, & injuriis reſiſtendum. Eam tamen cautionem adhibere oportet, ut iſtorum convitiis & maledictis, quæ objectant, nihil ex noſtro capite noſtráve ſententia reſpondeamus. Quicquid ab eis dicitur ad noſtrum ſenatum referamus, in noſtro conſilio deliberandum proponamus. Id autem conſtat Moſaica lege, S. hiſtoriis, hymnis Davidis, Iobi & Salomonis prudētiſſimorum inſtitutionibus, vaticiniis Prophetarum, ſanctis Evangeliis, & Epiſtolis Apoſtolicis. Hoc noſtrum eſt armamentarium. Hinc tela, hinc ſcuta & omnem noſtræ militiæ apparatum petimus. Quòd ſi harum ſententiarum atque ſenatuſconſultorum hactenus fuiſſemus religioſi ac ſancti cuſtodes, non tot mendacia, ſuperſtitiones & abuſus in religionem fuiſſent admiſſi. Cœpit humana prudentia, ut ſolet, nauſeare ac faſtidire ſacras literas, quaſi jam eam tæderet mannæ & panis è cælo dati: & ſanctam Scripturam adeò tenuem & ſimplicem exiſtimavit, ut uno jactu oculi, unoque ſpiritu totam valeret ſtatim conſequi: ſatis eſſe putavit ſemel perlegere, & ex guſtu unius aut alterius libri totam ejus dignitatem exiſtimavit, ſepoſuit, & alibi quoque inquirendam ſapientiam decrevit. Neque potuit animadvertere quàm multiplex & varia ſuppellex doctrinæ atque ſcientiæ vel in una ſententia, & ſępenumero voce ſacrarum literarum inveniant. Nulli rhetores hujus mundi habuerunt unquam tot ornamenta, figuras, tropos, colores & formas ac rationes dicendi, quot uſus eſt Spiritus ſanctus in una eadémque re infinitis modis tractanda. In nulla humana facultate tanta eſt rerum copia & varietas atque in Dei ſermonibus, in quibus nemo unquam eſt ſatis doctus, nullus omnia videt. Quæ ibi continentur cognoſcimus, verùm ex parte: multa ſibi reſervavit Spiritus ſanctus adhuc ibi clauſa ut nos uſque ad orbis conſummationem diſcipulos habeat. Oſtendit quædam ſubinde ut nos alliciat, utque afficiat animos legentium aliqua tradit. Sed non eſt in terris tanta herbarum, florum, plantarum, fructuum varietas, quanta eſt in ſacris literis divinorum ſenſuum copia. O ſi perſuaſum haberemus eos divinos ſermones eſſe aurum, argentum, ſmaragdos, ſaphiros, pretioſiſſimas gemmas & mel ſuaviſſimum, nullus ab eis unquam avelli ſe pateretur. At divinam ſcripturam eſſe amabilem ſuper aurum & topezium, vehementius deſiderandam lapidibus pretioſis dulciorem melle & ejus favo, David cecinit, qui perpetuò in ea verſabatur: Quem quiſque voluerit imitari, ſive ingrediatur, ſive egrediatur, feliciſſima paſcua inveniet.

Hoſtes S. Scripturæ.

Pſal 19. & 119. paſſim.

Sed prævideo quid aliqui ſint oppoſituri eas propter obſcuritatem atque difficultatem non eſſe ſatis, ideo potius in Patrum lectione ſudandum, qui eā ſunt interpretati, & dilucidè tradiderunt, quæ in illis obſcuriſſimè habentur. Hic adverſarij noſtri ſe jactant, hinc plus quàm Pompeianos triumphos ſperare. Qui tamen interim aut non vident, aut videre ſe diſſimulant, qui ſint Patrum labyrinthi, qui meandri, qui ſinus in eorum ſcriptis reperiantur, quàm infinitum ſit omnes perlegere & quę legeris memoria tenere. Quænam de illis, cùm inciderint in Patribus obſcura loca, quid agam, quo confugiam? Succedent alij patres qui priores interpretentur: & in eis cùm rurſus obſcuritas & difficultas occurrerit, ſubſtituentur alij recentiores interpretes, ita ut nunquam res finem ſit habitura. Et certè, quòd fingere videor jam reipſa uſuvenit. Prioris ætatis Patres interpretati ſunt poſteriores, nam Auguſtinus contra Iulianum Pelagianum & alibi teſtes adducit ſententiæ ſuæ Baſilium, Gregorium Naziāzenum, Chryſoſtomum, Ambroſium, & vetuſtiores. Ipſum Auguſtinum poſtea Gregorius, Beda, & alij qui ſucceſſerunt interpretati ſunt, cúmque finis neque modus ullus fieret, acceſſit Petrus Lombardus, ut obſcura omnia perſpicua redderet. Sed quæſo vos per noſtram communem Theologiam, quantum profecit? Opus illi fuit infinitis interpretibus: Anteſignani conſtituti ſunt Thomas, Scotus, & Occamus, qui nil potuerūt dicere tam ſcholaſticè, támque (ut loquuntur) magiſtraliter, ut veritatem è tenebris educerent. Expoſitoribus Thomæ fuit opus: Caietanum & Capreolū habuit. Scoto acceſſit Zorobellus & Leſchetus: Occamo Gabriel Biel, & Gregorius Ariminenſis adjūctus eſt. Hi omnes, quemadmodum eſt perfectiſſimum, tantum promoverunt, ut omnia tenebris oppleverint. Quid igitur ſic prudentes & ſcientes errare volumus: redeamus obſecro redeamus ad primos ſcripturarū fontes. Ethnicus Socrates tantū naturæ lumini tribuit, ut ſi adoleſcentē quamvis imperitum juſto interrogaſſet ordine, in quacunque ſcientia illum ſe adducturum dicebat, ut rectè atque appoſitè de omnibus reſponderet: & vos ſpiritui Dei qui pupillorum eſt pater & infantium magiſter, tam parum dabimus, ut ſuis ſcripturis lumine cœleſti perfuſos non poſſit edocere, quod Socrates in rebus huma-

Scripturas eſſe obſcuras obiicitur.

Socrates.

Similia.

nis, ſuis interrogationibus ſe facturum profitebatur? A
Cur ubi ſcripturarum obſcuritatis mentio fit, non in
mentem venit artis nauticæ? Poteſt nauclerus pru-
dens, ſtudio & exercitatione adjutus, tempora noſſe,
quibus naves educendæ ſint è navalibus, & ventorũ
perplexiſſimas alioquin rationes tenet, neque minus
vias, itinera, ſemitas, tractus, diverticula & compendia
vaſtiſſimi maris vel noctu callet, quàm ſui oppidi vi-
cos aut plateas, neque minus cavet ſcopulos & Syr-
tes, quàm nos equos, plauſtra & foveas. Aſſueſcamus
Dei ſermonibus, perpetuò verſemur in ſacris literis: B
laboremus in earum lectione, & ſpiritus Chriſti be-
neficio, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, nobis erunt
dilucida, directa, & quàm apertiſſima. Sæpe fit ut
noſtræ ignaviæ atque ſocordiæ imputetur Scriptura-
rum obſcuritas. Qui lapillos pretioſos in mari quæ-
runt, non ſedent juxta littus & in harena pingunt, vel
fluctus vel ventos numerant, ſed ſe in profundum
uſque demittunt ac urinantes gemmas referunt, fiũt-
que voti compotes. Qui aurum vel argentum in ve-
nis terræ perveſtigant, minimè fodiunt leviter quæ C
ſunt in ſuperficie, ſed in ima & profunditates quodã-
modo abyſſi penetrant, ac demum inde aliquas auri
micas colligunt. Sic ſi eandem diligentiam ac vigi-
lantiam nos verbo Dei adhiberemus, quæ obſcura
ſunt penetraremus: Nil eſt tam aſperum, quin aſſi-
duè tractando fiat leve: nil tam arduum, quin cona-
tu ſuperetur.

Vocant in ſuſpicionem illos, quòd interdum pu-
gnent. Sed ut Patres interdum à ſe mutuò diſſen-
tiant, nullum veſtrûm arbitror ignorare. De his qui D
ſunt majorum gentium multa ſubinde, cùm oppor-
tunitas daretur, vobis annotavi. Alii verò plebeii
theologi ſic certant, ut clamore atque convitiis res
agatur & nonnunquam ad manus propemodum &
ad pugnam veniant. In ſacris autem literis nil eſt a-

Sacræ literæ ſæpe videntur inter ſe pugnare.

deo magni diſſidii, quin ſi diſcrepantia loca diligen-
ti attentione diſcuſſerimus, facilè poſſimus reconci-
liare. Vultis patribus hoc arbitrium committere, ut
ſacris literis præſtent, quod illi graviter & acerbè fe-
runt? ſi quid probant, ſacras ſcripturas adducunt, ſi E
qua premuntur authoritate ad illas provocant & ita
nobis faciendum eſſe docent. Si aliis in rebus tan-
tam eis fidem habetis, cur hîc illis non creditis? Ve-

Videntur etiam dubia.

rùm dicere ſolent, Hæretici ſcripturas habent, & ſe-
ducunt: nos è diverſo quoque illis ſcripturas repo-
nimus: altereamus, neque poſſumus convenire, quis
tandem ſedebit judex? quis noſtram litem dirimet?
Iam hîc quoque ſe viciſſe putant. De illis attamen
libenter percunctarer, quomodo primi Patres ege-
runt, qui cum hæreticis conflictati ſunt? illi profectò F
non habuerunt niſi Scripturas, & illarum teſtimo-
niis eos confutarunt. Num hodie dicent Spiritus vi-
res imminutas eſſe, aut Scripturam ſanctam immu-
tatam? Si noſtra tempeſtate manent hæc eadem, cur
non idem & nos debemus confidere poſſe fieri? ſi
tunc non fuerunt neceſſarii Patres, cur hodie ſine il-
lis putamus non poſſe religionem tueri? Idque po-
tiſsimum cum hæretici facilè ſint dicturi, ſe non te-
neri ut omnes Patrum ſententias admittant? Nolite
quæſo, nolite vobis perſuadere, Patres omnia dixiſſe, G
quod unus ex eis manifeſtiſsimè fatetur Chryſoſto-
mus ſuper Geneſim Hom. 3. cùm dicit; Magna eſt e-
nim hujus theſauri abundantia & larga fontis hujus
ubertas; nec mireris, dilecte, ſi nobis hæc accidant,
etiam qui ante nos fuêre, pro viribus ſuis aquas in-
de hauſerunt, & ſimiliter qui poſt nos futuri ſint, i-
dem attentabunt, neque ſic totum evacuare potue-
runt.

Non tamen ex his quæ jam dixi, velim in me col-
ligi odium, aut invidiam concitare, quaſi Patrum H
authoritatem elevare coner, aut doctrinam eorum ex
Eccleſia removere. Non ita eſt, ſcio & ingenuè fateor
me non parum in lectione Patrum profeciſſe, eoſ-
que mihi fateor ingenuè non levi adjumento fuiſſe:
nam per ipſos plurima intellexi, alioquin per me-

Act. 8. 30.

ipſum fortaſſe nunquam penetraturus. Novi Eunu-
chum in curru Scripturas legiſſe, verùm à Philippo
de illis fuiſſe inſtructum. Supercilium ingens & ſu-
perbia eſſet intolerabilis, ut unus totam Scriptura- I
rum ſacrarum ſcientiam ſibi vendicaret. Quid hoc
putaretur aliud quàm laqueis Diaboli ſe ultro deci-
piendum offerre? Hac via manifeſtiſsimè Deum
tentaremus, videremúrque ſpretis hominibus piis
ac doctis, qui nos juvare poſſent, expectare, ut ad
tertium cœlum unà cum Paulo rapiamur. Corne- **Act. 8. 28.**
lius Centurio fuit ad Petrum miſſus, ut ab eo inſti-
tueretur. Neque nos latere debet ſanctos viros eſſe
templa Spiritus ſancti, vnde ſolet Deus oracula ſua
non rarò depromere. Atqui dum in Eccleſia unus al-
terum docet, & conſervatur & augetur charitas. Cur
obſecro nos quotidie huc accedimus? Certè, ut de
ſacris literis unà tractemus, & ideo publicè diſputa-
tur, quo nos mutuò audiamus, & unus ab altero di-
ſcat. Quare nihil ſuccenſere deſinant qui ſuſpicati
fortè ſunt, quòd vel Patrum lectionem, vel doctri-
nam à fide extorquere tentem, non iſta quæ opinan-
tur dicebam, ſed hoc dico, Patres & quemcunque
mortalium cum judicio legendos, ita ut quælibet
doctrina ad lydium lapidem ſacrarum literarum pro-
betur. Neque ſi hoc egerimus, ullam Patribus fa-
ciemus injuriam, imò eis nil hoc aut gratius aut op-
tatius, quæ eſt ipſorum pietas, eſſe poterit. Patitur
Paulus, ut ſua traditio de muliere ut habeat conte- **1. Cor. 11. 13.**
ctum caput, probetur, item ut quæ ſtatuit ut in Ec-
cleſia taceat, à ſpiritualibus judicetur. Vnde Patres
quoque non dedignabuntur, cùm ſe Paulo multò **1. Cor. 14. 37.**
minores agnoſcant, & divini ſpiritus & ſacrarum li-
terarum examine probari. Cùm itaque divina Scri-
ptura Dei notitiam tradat, arcanum voluntatis di-
vinæ de humana ſalute doceat, arma & reſponſio-
nes contra impietatem affatim ſuppeditet, pretioſior
ſit atque ſuavior omnibus opibus & deliciis munda-
nis, clara & in rebus neceſſariis ad ſalutem perſpi-
cua, non ita pugnet ut componi facilè non poſsint
diſsidia, ſola valeat ad hæreticos refellendos, nec Pa-
tres omnes ejus ſenſus eruerint, demúmque omnia
ſint ad ejus examen probanda, proh Deum immor-
talem vos oro, conjungamus operas, ego docendo,
vos audiendo, ſumma cum diligentia verbo Dei in-
cumbamus. Theologi dicimur atque tales haberi vo-
lumus, nomini & profeſsioni reſpondeamus, niſi pro
theologis velimus eſſe patrologi.

Porrò noſtra profeſsio requirit omnino ut verba
Dei tractemus, qua in re Deo ſummum honorem
impendimus, nam revera ſacrificamus: preces in nu-
mero ſacrificiorum cenſentur, eas paſſim habent ſa-
cræ literæ: gratiarum actiones hoſtia ſunt, & in ſa-
cris literis ubique occurrunt. Confeſſiones peccato-
rum & Dei laudes victimæ Deo prædicantur gratiſ-
ſimæ, à quibus omnibus divina ſcriptura fermè nun-
quam remota eſt. Ideóque cùm, Deo gratia, Miſſa
fuerit ſublata, ſuperſtitioſum & deteſtandum ut aſſe-
rebatur ſacrificium, iſti uni toto pectore vacemus.
His titulis labiorum Deus capitur, & dum cum eo
in ſcripturis loquimur, dignabitur proculdubio adeſ-
ſe. Atqui ſi purè caſtéque, ut decet, ſacras literas
tractaverimus, de illis bene merebimur, nam detru-
ſæ fuerunt diu in carcere oblivionis, vos illas aſſera-
tis refricando earum memoriam: jacuerunt in tene-
bris humanarum traditionum, eripite illas reſtituen-
do ſuo genuino & nativo ſenſui: oppreſſæ manſe-
runt in ſqualore ſuperſtitionum, traducite illas ut
puro ſynceróque Dei cultui patrocinentur. Vixerũt
in ſordibus vitæ contaminatæ atque pollutæ ſacrifi-
ciorum, ornate jam ipſas pulcherrimis ac honeſtiſsi-
mis moribus. Hæc erit præclara victoria, hi theolo-
gorum juſti triumphi, ſacras literas in libertatem
vindicaſſe. Neque id facietis abſque veſtro compen-
dio & magna utilitate. Nam ut vos experientia do-
cere potuit, cor noſtrum eſt varium, mutabile atque
inconſtantiſsimum, nunquam verò poterit firmari
atque conſtabiliri, niſi rei alicui firmiſsimæ innita-
tur. Quid autem conſtantius aut ſolidius verbo Dei
poterimus reperire? manet in æternum, & nulla in
parte vacillat. Deinde noſtra omnia reddentur ſplen-
dida & fulgentiſsima, quod cum multis rationibus
monſtrare poſsim, uno Moſis exemplo ero conten-
tus. Is ex alloquio Dei eum in facie contraxit ſplen- **Exod. 34. 30.**
dorem, ut filii Iſrael ejus aſpectum aut congreſſum
ferre non potuerint. Ita vobis uſuveniet: ex conſue-
tudine ſcripturarum divinarum opera prodetis luci-
da, ut qui ea viderint, non poſsint Patrem non glo-
rificare: verba veſtra tam erunt efficacia ut fulgura &
fulmi-

Digitized by Google

fulmina videri poſſint, cùm inſtructa ſacris literis in impietatem & errores torquebuntur: nulli (mihi credite) adverſarii ea ferre poterunt. In ſumma quæ fœlicitas dum hîc vivimus haberi poteſt, ea in ſacris literis clauditur. Nã David ajebat illũ beatũ cuius voluntas eſt in lege Domini, ac in ea diu noctuque meditatur. Hæc meditatio ut rectè à vobis inſtituatur, ſcire debetis in duobus potiſſimũ ſitã eſſe. Primũ eſt, ut verba & ſententias, quæ occurrunt, quàm diligentiſſimè ponderetis: [B] ſunt enim fœcundiſſimæ, ac infinita pulcherrima in ſeſe comprehendũt. Alterum eſt ut loca alia per Scripturas inquiratis, quæ cum his faciunt quæ in manibus habetis: nil enim magis, quàm ſacræ literæ, facit ad ſuam ipſarum declarationem. Eſt hæc & utilis & jucundiſſima venatio, non cervorum aut aprorum, ſed ſenſuum cœleſtium, unde poterimus nobis viaticum vſque in cœlum comparare. Sed venando hæc ſcandendus eſt mons altiſſimus, quo ſuperemus rationem ſenſuum ac humanam prudentiam, ut in clariſſima regione divinæ [C] lucis conſtituti, poſſimus noſtræ ſalutis & ſummæ ſapientiæ arcana intueri. Prætereà eſt Deus contentiſſimis precibus orandus, ut ad ſacram lectionem ſancto Spiritu accedamus inſtructi, niſi enim hic detur, erit nobis ſancta Scriptura litera occidens. Qui enim Spiritu carent ex divina lectione fructum non capiunt, quin illas non tenent, ſed cadavera ſcripturarum habent. Quando videtis pulcherrimum hominem, puto magnam voluptatem inde capitis, fulgent oculi, frons eſt jucunda, facies amabilis, per om-[D]nia membra ſparſa eſt mira ſuavitas. Verùm ſi rogaret quiſpiam, Vndenam tanta pulchritudo corpori huic accedit? fermè nil aliud poſſetis dicere, quàm ab anima, quam ſi contingat abire, corpus jacet horribile cadaver, fætidum, quodque vermibus & putrefactione undique diſſolvitur, à quo omnes aufugiunt. Ita ſacræ literæ, quando legenti ſpiritus deeſt, cadavera ſunt horrida, offendunt, diſplicent, animos eorum qui eas tractant mirum in modum à [E] lectione alienant. Precemur itaque Deum, ut ſicut ab initio cùm orbem condidit, verbum ſuum emiſit, idque demiſit uſque in viſcera terræ, unde tanta copia herbarum, olerum, fruticum, plãtarum & fructuũ germinavit: ita in corda noſtra penetret, quo & cogitata, & verba & opera, ſua vocatione digna edamus. Neque miremini ſi pro fructu verbi orandum quam maximè ſuadeo, quia verbi Dei hæc eſt ſors, ut non frequenter fœliciter cadat. Nam ut in parabola ſeminis quæ narratur in Evangelio, traditur, pars in viam cadit, pars in petroſa, pars inter ſpinas, & demũ quod [F] terræ bonæ committitur, non univerſum eodem modo fructum affert, ſed partim triceſimum, partim ſexageſimum, partim verò centeſimum. Quamobrem Deum rogo ut vos atque me ſic Spiritu ſuo muniat, ne inſtar viæ, aut ſpinarum, aut terræ lapidoſæ, divinum ſemen recipiamus: faciat ipſe qui poteſt, corda noſtra terram bonam, quæ centeſimum fructum in vitam æternam afferat. Amen.

Pſal. 1. 2.

Meditatio ſcripturarum in quibus ſita.

Matt. 13. 4. &c.

[G]

ENCOMIVM VERBI DEI IN Scripturis traditi & ad harum ſtudium ADHORTATIO.

SI poſt diuturnum feriarum ſilentium, verborum Pauli ſuſceptam enarrationem reſumerem, nec vos ad repetẽda ſtudia intermiſſa, de more, aliquantulum adhortarer, non ſolùm poſſetis meum conſilium mirari, ſed etiam violatam eſſe conſuetudinem, haud immeritò, conqueri. Verùm cùm [H] ſingulis annis hoc fecerim, ſuſpicio jure incidit, ne non cogar aut eadem rurſus in medium proferre, quæ aliàs à me vobis dicta fuerunt, aut ad ea digredi quæ cum cauſa noſtra parum ſint conjuncta. Recreat me tamen & multum reficit, quòd vos tam multiplicibus variiſque rationibus intelligam, ad ſacrarum literarum ſcientiam incitari, ut me ſperem, licet ingenio ſim tenui, & dicendo parum valeam, à conſuetudine, cùm laudabili tum recepta, nec diceſſurum, neque degreſſurum ad ea, [I] quæ non vehementer poſſint ad ſtudia divinarum rerũ animos revocare. Ac ne proœmiis plus vos detineam, quàm ſynceritas Chriſtiana

[A] requirat, non erit, ab re, ut id cum primis nobiſcum reputemus, non fuiſſe hominem à Deo patre Domini noſtri Ieſu Chriſti conditum, niſi per verbum, ideoque non expectandum eſſe, ut ratione alia lapſus & everſus quàm per idem verbũ reficiatur. Adamus quod princeps humanæ ſtirpis, ad id fuerat à Deo conditus, ut fidelis eſſet divini ſermonis diſcipulus, à quo pulcherrimo inſtituto eò defecit, quòd perſuaſioni ſerpentis, non verbo Dei credidit. Et [B] quod tunc Diabolus per verba ſerpentis eſt molitus in paradiſo, nunc in Eccleſia idem per ſuperſtitioſas & impias hominum traditiones facit. Vnde qui ſibi vult ab exitio & interitu cautum, aures non præbeat inventis hominum, ſed uni Scripturæ ſanctę fideliſſime credat. Ponamus ob oculos Adamum, quàm diu fuit obſervans divini ſermonis, eundem animadvertemus omnium dominum & paradiſi delitioſiſſimæ colonum: è diverſo autem agnoſcemus eundem cùm verbo Dei eſſet diffiſus, mortis & pec-[C]cati ſervum, execrationi divinæ obnoxium, aratorẽ perpetuo ſudore cum ſpinis & tribulis colluctantẽ. Manet ſanè omnes idem periculum, quotquot verbo Dei neglecto, ſequuntur promiſſionem falsò nominatæ ſcientiæ, quaſi poſſent eſſe Dei & ſui ipſorum magiſtri. Vtinã fortunatus ille hortus non habuiſſet ſerpentem, atque hodie non eſſent in Eccleſia, qui homines à Scripturis divinis ad carnis prudentiam avocarent. Nec tantùm ex humani generis productione ac initiis ediſcere poſſumus, ut nos doceat e-[D]loquiorum Dei ſtudioſos eſſe, verum etiam redemptionis noſtræ myſterium idem apertiſſimè teſtatur. Naturæ enim Dei & hominis, cùm à ſe invicem infinito diſtarent intervallo, in unam tamen eandemque perſonam, per verbum ſunt unà copulatæ. Quamobrem nobis quoque ſperandus eſt reditus ad patrem, ſi Verbum ejus magno fidei ſtudio amplexi fuerimus.

Homo ut verbo conditus ſic verbo regenitus.

Gen. 3. 6.

Gen. 1. 11.
Gen. 3. 15.

Quid obſecro vos de ſacris libris exiſtimandum putatis? non ſunt planè aliud quàm pædagogi ele-[E]ctorum, dati eis à Deo quàm utiliſſimè. Cúmq; ſint inſtrumenta noſtræ ſalutis, non eſt eorum natura, cultus, habitus & ornatus moroſius intuendus, quandoquidem omnia eorum dignitas & præſtantia, ſit ex vi Dei utentis metienda. Quid vanius habet rerum natura inſomniis? ea tamen cùm Deus aſſumit, Pharaonem & Nabucadnezar potentiſſimos orbis monarchas de rebus graviſſimis inſtruit, & Ioſephi, Gedeonis ac Danielis fidem confirmat. Hinc eximia vis Dei cognoſcitur, quando per abjecta & vilia in-[F]ſtrumenta incredibilia edit facinora. Quemadmodũ faber lignarius eo nomine inſignis & egregius haberetur, ſi aut fune, aut filo, aut capillis duriſſima ligna ſecaret atque ſcinderet: ita Chriſtus luto cœcum ſanavit, & Deus in Sacramentis aquæ, panis & vini ſymbolis, fidem ſuorum exuſcitat, & promiſſiones de rebus cœleſtibus obſignat. Proinde ſacræ literæ, quæ plenæ ſunt dignitatis ac majeſtatis penitius animadverſæ, cum primo aſpectu rudes viſæ fuerint aut barbaræ, illas tecum reputes inſtrumenta eſſe Spiritus [G] ſancti, & in ipſis haud exigas verborum leporem, ſed potius vim crucis admirare, quam Chriſtus per humanam eloquentiam irritam fieri non patitur. Quin potius cum hæc in mentem veniunt, Deo optimo maximo gratias agamus, qui hæc teſtimonia ſuæ volũtatis literis conſignari voluerit, néve illorũ, ut ſumus hebetis memorię, obliviſceremur, néve doctrinã quilibet arbitratu ſuo in Eccleſia fingeret, ſed publicum ſpecimen extaret, quo dicta omniũ & probari & explorari queant. Idcirco Lucas in proœmio [H] Evangelij ob id ſe Theophilo ſcribere teſtatur, quò agnoſceret eorum de quibus edoctus fuerat, certitudinem. Quiſquis igitur Chriſto credidit, evolvendo librũ Dei, per illum à Spiritu ſancto indies fit de his quæ profitetur certior, quia ut ferrum uſu purgatur ab ærugine, magiſque fulget & reſplendet: ita dogmata pietatis, quæ cõtinentur in ſacris voluminibus, quo manu teruntur frequentiori, eo fiunt nobis magis perſpicua & veriſimilia. Plato de legibus, agricolæ præcipiendum cenſet, ut ne aliena aqua fundum [I] irriget: effodito (inquit) in eo puteum, quo tuis aquis cum opus fuerit uti liceat. Quare Deus etiam voluit, ut in Eccleſia, quæ illius eſt vinea, ſcripturarũ lectio

Deus inſtrumentis infirmis utitur.

Inſomnia.
Gen. 41. 1. &c.
Dan. 2. 1.
Gen. 37. 5.
Iud. 7. 13.

Simile.
Dan. 7. 1.

Ioan. 9. 6.
Luc. 14.

Vſus ſacrarũ literarum.

Simile.

Digitized by Google

nis, ſuis interrogationibus ſe facturum profitebatur? Cur ubi Scripturarum obſcuritatis mentio fit, non in mentem venit artis nauticæ? Poteſt nauclerus prudens, ſtudio & exercitatione adjutus, tempora noſſe, quibus naves educendæ ſint è navalibus, & ventorũ perplexiſſimas alioquin rationes tenet, neque minus vias, itinera, ſemitas, tractus, diverticula & compendia vaſtiſſimi maris vel noctu callet, quàm ſui oppidi vicos aut plateas, neque minus cavet ſcopulos & Syrtes, quàm nos equos, plauſtra & foveas. Aſſueſcamus Dei ſermonibus, perpetuò verſemur in ſacris literis: laboremus in earum lectione, & ſpiritus Chriſti beneficio, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, nobis erunt dilucida, directa, & quàm apertiſſima. Sæpe fit ut noſtræ ignaviæ atque ſocordiæ imputetur Scripturarum obſcuritas. Qui lapillos pretioſos in mari quærunt, non ſedent juxta littus & in harena pingunt, vel fluctus vel ventos numerant, ſed ſe in profundum uſque demittunt ac urinantes gemmas referunt, fiũtque voti compotes. Qui aurum vel argentum in venis terræ perveſtigant, minimè fodiunt leviter quæ ſunt in ſuperficie, ſed in ima & profunditates quodãmodo abyſſi penetrant, ac demum inde aliquas auri micas colligunt. Sic ſi eandem diligentiam ac vigilantiam nos verbo Dei adhiberemus, quæ obſcura ſunt penetraremus: Nil eſt tam aſperum, quin aſſiduè tractando fiat leve: nil tam arduum, quin conatu ſuperetur.

Vocant in ſuſpicionem illos, quòd interdum pugnent. Sed ut Patres interdum à ſe mutuò diſſentiant, nullum veſtrûm arbitror ignorare. De his qui ſunt majorum gentium multa ſubinde, cùm opportunitas daretur, vobis annotavi. Alii verò plebeii theologi ſic certant, ut clamore atque convitiis res agatur & nonnunquam ad manus propemodum & ad pugnam veniant. In ſacris autem literis nil eſt adeo magni diſſidii, quin ſi diſcrepantia loca diligenti attentione diſcuſſerimus, facilè poſſimus reconciliare.

Sacræ literæ ſæpe videntur inter ſe pugnare.

Vultis patribus hoc arbitrium committere, ut ſacris literis præſtent, quod illi graviter & acerbè ferunt? ſi quid probant, ſacras ſcripturas adducunt, ſi qua premuntur authoritate ad illas provocant & ita nobis faciendum eſſe docent. Si aliis in rebus tantam eis fidem habetis, cur hîc illis non creditis? Verùm dicere ſolent, Hæretici ſcripturas habent, & ſeducunt: nos è diverſo quoque illis ſcripturas reponimus: altercamus, neque poſſumus convenire, quis tandem ſedebit judex? quis noſtram litem dirimet? Iam hîc quoque ſe viciſſe putant.

Videntur etiam dubia.

De illis attamen libenter percunctarer, quomodo primi Patres egerunt, qui cum hæreticis conflictati ſunt? illi profectò non habuerunt niſi Scripturas, & illarum teſtimoniis eos confutarunt. Num hodie dicent Spiritus vires imminutas eſſe, aut Scripturam ſanctam immutatam? Si noſtra tempeſtate manent hæc eadem, cur non idem & nos debemus confidere poſſe fieri? ſi tunc non fuerunt neceſſarii Patres, cur hodie ſine illis putamus non poſſe religionem tueri? Idque potiſsimum cùm hæretici facilè ſint dicturi, ſe non teneri ut omnes Patrum ſententias admittant? Nolite quæſo, nolite vobis perſuadere, Patres omnia dixiſſe, quod unus ex eis manifeſtiſsimè fatetur Chryſoſtomus ſuper Geneſim Hom.3. cùm dicit; Magna eſt enim hujus theſauri abundantia & larga fontis hujus ubertas; nec mireris, dilecte, ſi nobis hæc accidant, etiam qui ante nos fuêre, pro viribus ſuis aquas inde hauſerunt, & ſimiliter qui poſt nos futuri ſint, idem attentabunt, neque ſic totum evacuare potuerunt.

Non tamen ex his quæ jam dixi, velim in me colligi odium, aut invidiam concitare, quaſi Patrum authoritatem elevare coner, aut doctrinam eorum ex Eccleſia removere. Non ita eſt, ſcio & ingenuè fateor me non parum in lectione Patrum profeciſſe, eoſque mihi fateor ingenuè non levi adjumento fuiſſe: nam per ipſos plurima intellexi, alioquin per meipſum fortaſſe nunquam penetraturus. Novi Eunuchum in curru Scripturas legiſſe, verùm à Philippo de illis fuiſſe inſtructum. Supercilium ingens & ſuperbia eſſet intolerabilis, ut unus totam Scripturarum ſacrarum ſcientiam ſibi vendicaret. Quid hoc putaretur aliud quàm laqueis Diaboli ſe ultro decipiendum offerre?

Act.8.30.

A Hac via manifeſtiſsimè Deum tentaremus, videremúrque ſpretis hominibus piis ac doctis, qui nos juvare poſſent, expectare, ut ad tertium cœlum unà cum Paulo rapiamur. Cornelius Centurio fuit ad Petrum miſſus, ut ab eo inſtitueretur. Neque nos latere debet ſanctos viros eſſe templa Spiritus ſancti, vnde ſolet Deus oracula ſua non rarò depromere. Atqui dum in Eccleſia unus alterum docet, & conſervatur & augetur charitas. Cur obſecro nos quotidie huc accedimus? Certè, ut de B ſacris literis unà tractemus, & ideo publicè diſputatur, quo nos mutuò audiamus, & unus ab altero diſcat. Quare nihil ſuccenſere deſinant qui ſuſpicati fortè ſunt, quòd vel Patrum lectionem, vel doctrinam à fide extorquere tentem, non iſta quæ opinantur dicebam, ſed hoc dico, Patres & quemcunque mortalium cum judicio legendos, ita ut quælibet doctrina ad lydium lapidem ſacrarum literarum probetur. Neque ſi hoc egerimus, ullam Patribus faciemus injuriam, imò eis nil hoc aut gratius aut C optatius, quæ eſt ipſorum pietas, eſſe poterit. Patitur Paulus, ut ſua traditio de muliere ut habeat contectum caput, probetur, item ut quæ ſtatuit ut in Eccleſia taceat, à ſpiritualibus judicetur. Vnde Patres quoque non dedignabuntur, cùm ſe Paulo multò minores agnoſcant, & divini ſpiritus & ſacrarum literarum examine probari. Cùm itaque divina Scriptura Dei notitiam tradat, arcanum voluntatis divinæ de humana ſalute doceat, arma & reſponſiones contra impietatem affatim ſuppeditet, pretioſior D ſit atque ſuavior omnibus opibus & deliciis mundanis, clara & in rebus neceſſariis ad ſalutem perſpicua, non ita pugnet ut componi facilè non poſsint diſsidia, ſola valeat ad hæreticos refellendos, nec Patres omnes ejus ſenſus eruerint, demúmque omnia ſint ad ejus examen probanda, proh Deum immortalem vos oro, conjungamus operas, ego docendo, vos audiendo, ſumma cum diligentia verbo Dei incumbamus. Theologi dicimur atque tales haberi volumus, nomini & profeſsioni reſpondeamus, niſi pro E theologis velimus eſſe patrologi.

Act.8.28.

1.Cor.11.13.

1.Cor.14.37.

Porrò noſtra profeſsio requirit omnino ut verba Dei tractemus, qua in re Deo ſummum honorem impendimus, nam revera ſacrificamus: preces in numero ſacrificiorum cenſentur, eas paſſim habent ſacræ literæ: gratiarum actiones hoſtia ſunt, & in ſacris literis ubique occurrunt. Confeſſiones peccatorum & Dei laudes victimæ Deo prædicantur gratiſſimæ, à quibus omnibus divina ſcriptura fermè nunquam remota eſt. Ideóque cùm, Deo gratia, Miſſa F fuerit ſublata, ſuperſtitioſum & deteſtandum ut aſſerebatur ſacrificium, iſti uni toto pectore vacemus. His titulis labiorum Deus capitur, & dum cum eo in ſcripturis loquimur, dignabitur proculdubio adeſſe. Atqui ſi purè caſtéque, ut decet, ſacras literas tractaverimus, de illis bene merebimur, nam detruſæ fuerunt diu in carcere oblivionis, vos illas aſſeratis refricando earum memoriam: jacuerunt in tenebris humanarum traditionum, eripite illas reſtituendo ſuo genuino & nativo ſenſui: oppreſſæ G manſerunt in ſqualore ſuperſtitionum, traducite illas ut puro ſynceróque Dei cultui patrocinentur. Vixerũt in ſordibus vitæ contaminatæ atque pollutæ ſacrificiorum, ornate jam ipſas pulcherrimis ac honeſtiſsimis moribus. Hæc erit præclara victoria, hi theologorum juſti triumphi, ſacras literas in libertatem vindicaſſe. Neque id facietis abſque veſtro compendio & magna utilitate. Nam ut vos experientia docere potuit, cor noſtrum eſt varium, mutabile atque inconſtantiſsimum, nunquam verò poterit firmari H atque conſtabiliri, niſi rei alicui firmiſsimæ innitatur. Quid autem conſtantius aut ſolidius verbo Dei poterimus reperire? manet in æternum, & nulla in parte vacillat. Deinde noſtra omnia reddentur ſplendida & fulgentiſsima, quod cum multis rationibus monſtrare poſsim, uno Moſis exemplo ero contentus. Is ex alloquio Dei eum in facie contraxit ſplendorem, ut filii Iſrael ejus aſpectum aut congreſſum ferre non potuerint. Ita vobis uſuveniet: ex conſue- I tudine ſcripturarum divinarum opera prodetis lucida, ut qui ea viderint, non poſsint Patrem non glorificare: verba veſtra tam erunt efficacia ut fulgura & fulmi-

Exod.34.30.

Digitized by Google

fulmina videri poſſint, cùm inſtructa ſacris literis in impietatem & errores torquebuntur: nulli (mihi credite) aduerſarii ea ferre poterunt. In ſumma quæ fœlicitas dum hîc vivimus haberi poteſt, ea in ſacris literis clauditur. Nã David ajebat illũ beatũ cuius voluntas eſt in lege Domini, ac in ea diu noctuque meditatur. Hæc meditatio ut rectè à vobis inſtituatur, ſcire debetis in duobus potiſſimũ ſitã eſſe. Primũ eſt, ut verba & ſententias, quæ occurrunt, quàm diligentiſſimè ponderetis: ſunt enim fœcundiſſimæ, ac infinita pulcherrima in ſeſe comprehendũt. Alterum eſt ut loca alia per Scripturas inquiratis, quæ cum his faciunt quæ in manibus habetis: nil enim magis, quàm ſacræ literæ, facit ad ſuam ipſarum declarationem. Eſt hæc & utilis & jucundiſſima venatio, non cervorum aut aprorum, ſed ſenſuum cœleſtium, unde poterimus nobis viaticum vſque in cœlum comparare. Sed venando hæc ſcandendus eſt mons altiſſimus, quo ſuperemus rationem ſenſuum ac humanam prudentiam, ut in clariſſima regione divinæ lucis conſtituti, poſſimus noſtræ ſalutis & ſummæ ſapientiæ arcana intueri. Prætetea eſt Deus contentiſſimis precibus orandus, ut ad ſacram lectionem ſancto Spiritu accedamus inſtructi, niſi enim hic detur, erit nobis ſancta Scriptura litera occidens. Qui enim Spiritu carent ex divina lectione fructum non capiunt, quin illas non tenent, ſed cadavera ſcripturarum habent. Quando videtis pulcherrimum hominem, puto magnam voluptatem inde capitis, fulgent oculi, frons eſt jucunda, facies amabilis, per omnia membra ſparſa eſt mira ſuavitas. Verùm ſi rogaret quiſpiam, Vndenam tanta pulchritudo corpori huic accedit? fermè nil aliud poſſetis dicere, quàm ab anima, quam ſi contingat abire, corpus jacet horribile cadaver, fætidum, quodque vermibus & putrefactione undique diſſolvitur, à quo omnes aufugiunt. Ita ſacræ literæ, quando legenti ſpiritus deeſt, cadavera ſunt horrida, offendunt, diſplicent, animos eorum qui eas tractant mirum in modum à lectione alienant. Precemur itaque Deum, ut ſicut ab initio cùm orbem condidit, verbum ſuum emiſit, idque demiſit uſque in viſcera terræ, unde tanta copia herbarum, olerum, fruticum, plãtarum & fructuũ germinavit: ita in corda noſtra penetret, quo & cogitata, & verba & opera, ſua vocatione digna edamus. Neque miremini ſi pro fructu verbi orandum quam maximè ſuadeo, quia verbi Dei hæc eſt ſors, ut non frequenter fœliciter cadat. Nam ut in parabola ſeminis quæ narratur in Evangelio, traditur, pars in viam cadit, pars in petroſa, pars inter ſpinas, & demũ quod terræ bonæ committitur, non univerſum eodem modo fructum affert, ſed partim triceſimum, partim ſexageſimum, partim verò centeſimum. Quamobrem Deum rogo ut vos atque me ſic Spiritu ſuo muniat, ne inſtar viæ, aut ſpinarum, aut terræ lapidoſæ, divinum ſemen recipiamus: faciat ipſe qui poteſt, corda noſtra terram bonam, quæ centeſimum fructum in vitam æternam afferat. Amen.

Pſal. 1. 2.

Meditatio ſcripturarum in quibus ſita.

Matt. 13. 4. &c.

ENCOMIVM VERBI DEI IN Scripturis traditi & ad harum ſtudium ADHORTATIO.

SI poſt diuturnum feriarum ſilentium, verborum Pauli ſuſceptam enarrationem reſumerem, nec vos ad repetẽda ſtudia intermiſſa, de more, aliquantulum adhortarer, non ſolùm poſſetis meum conſilium mirari, ſed etiam violatam eſſe conſuetudinem, haud immeritò, conqueri. Verùm cùm ſingulis annis hoc fecerim, ſuſpicio jure incidit, ne non cogar aut eadem rurſus in medium proferre, quæ aliàs à me vobis dicta fuerunt, aut ad ea digredi quæ cum cauſa noſtra parum ſint conjuncta. Recreat me tamen & multum reficit, quòd vos tam multiplicibus variiſque rationibus intelligam, ad ſacrarum literarum ſcientiam incitari, ut me ſperem, licet ingenio ſim tenui, & dicendo parum valeam, à conſuetudine, cùm laudabili tum recepta, nec diceſſurum, neque digreſſurum ad ea, quæ non vehementer poſſint ad ſtudia divinarum rerũ animos revocare. Ac ne procemiis plus vos detineam, quàm ſynceritas Chriſtiana requirat, non erit, ab re, ut id cum primis nobiſcum reputemus, non fuiſſe hominem à Deo patre Domini noſtri Ieſu Chriſti conditum, niſi per verbum, ideoque non expectandum eſſe, ut ratione alia lapſus & everſus quàm per idem verbũ reficiatur. Adamus quod princeps humanæ ſtirpis, ad id fuerat à Deo conditus, ut fidelis eſſet divini ſermonis diſcipulus, à quo pulcherrimo inſtituto eò defecit, quòd perſuaſioni ſerpentis, non verbo Dei credidit. Et quod tunc Diabolus per verba ſerpentis eſt molitus in paradiſo, nunc in Eccleſia idem per ſuperſtitioſas & impias hominum traditiones facit. Vnde qui ſibi vult ab exitio & interitu cautum, aures non præbeat inventis hominum, ſed uni Scripturæ ſanctę fideliſſime credat. Ponamus ob oculos Adamum, quàm diu fuit obſervans divini ſermonis, eundem animadvertemus omnium dominum & paradiſi delitioſiſſimæ colonum: è diverſo autem agnoſcemus eundem cùm verbo Dei eſſet diffiſus, morti & peccati ſervum, execrationi divinæ obnoxium, aratorẽ perpetuo ſudore cum ſpinis & tribulis colluctantẽ. Manet ſanè omnes idem periculum, quotquot verbo Dei neglecto, ſequuntur promiſſionem falsò nominatæ ſcientiæ, quaſi poſſent eſſe Dei & ſui ipſorum magiſtri. Vtinã fortunatus ille hortus non habuiſſet ſerpentem, atque hodie non eſſent in Eccleſia, qui homines à Scripturis divinis ad carnis prudentiam avocarent. Nec tantùm ex humani generis productione ac initiis diſcere poſſumus, ut nos doceat eloquiorum Dei ſtudioſos eſſe, verùm etiam redemptionis noſtræ myſterium idem aperttiſſimè teſtatur. Naturæ enim Dei & hominis, cùm à ſe invicem infinito diſtarent intervallo, in unam tamen eandémque perſonam, per verbum ſunt unà copulatæ. Quamobrem nobis quoque ſperandus eſt reditus ad patrem, ſi Verbum ejus magno fidei ſtudio amplexi fuerimus.

Homo ut verbo conditus ſic verbo regenitus.

Gen. 3. 6.

Gen. 1. 12.

Gen. 3. 15.

Quid obſecro vos de ſacris libris exiſtimandum putatis? non ſunt planè aliud quàm pædagogi electorum, dati eis à Deo quàm utiliſſimè. Cùmq; ſint inſtrumenta noſtræ ſalutis, non eſt eorum natura, cultus, habitus & ornatus moroſius intuendus, quandoquidem omnia eorum dignitas & præſtantia, ſit ex vi Dei utentis metienda. Quid vanius habet rerum natura inſomniis? ea tamen cùm Deus aſſumit, Pharaonem & Nabucadnezar potentiſſimos orbis monarchas de rebus graviſſimis inſtruit, & Ioſephi, Gedeonis ac Danielis fidem confirmat. Hinc eximia vis Dei cognoſcitur, quando per abjecta & vilia inſtrumenta incredibilia edit facinora. Quemadmodũ faber lignarius eo nomine inſignis & egregius haberetur, ſi aut fune, aut filo, aut capillis duriſſima ligna ſecaret atque ſcinderet: ita Chriſtus luto cœcum ſanavit, & Deus in Sacramentis aquæ, panis & vini ſymbolis, fidem ſuorum exuſcitat, & promiſſiones de rebus cœleſtibus obſignat. Proinde ſacræ literæ, quæ plenæ ſunt dignitatis ac majeſtatis penitius animadverſæ, cum primo aſpectu rudes viſæ fuerint aut barbaræ, illas tecum reputes inſtrumenta eſſe Spiritus ſancti, & in ipſis haud exigas verborum leporem, ſed potius vim crucis admirare, quam Chriſtus per humanam eloquentiam irritam fieri non patitur. Quin potius cum hæc in mentem veniunt, Deo optimo maximo gratias agamus, qui hæc teſtimonia ſuæ volũtatis literis conſignari voluerit, néve illorũ, ut ſumus hebetis memorię, obliviſceremur, néve doctrinã quilibet arbitratu ſuo in Eccleſia fingeret, ſed publicum ſpecimen extaret, quo dicta omniũ & probari & explorari queant. Idcirco Lucas in prooemio Evangelij ob id ſe Theophilo ſcribere teſtatur, quò agnoſceret eorum de quibus edoctus fuerat, certitudinem. Quiſquis igitur Chriſto credidit, evolvendo librũ Dei, per illum à Spiritu ſancto indies fit de his quæ profitetur certior, quia ut ferrum uſu purgatur ab ærugine, magiſque fulget & reſplendet: ita dogmata pietatis, quæ cõtinentur in ſacris voluminibus, quo manu teruntur frequentiori, eo fiunt nobis magis perſpicua & veriſimilia. Plato de legibus, agricolæ præcipiendum cenſet, ut ne aliena aqua fundum irriget: effodito (inquit) in eo puteum, quo tuis aquis cum opus fuerit uti liceat. Quare Deus etiam voluit, ut in Eccleſia, quæ illius eſt vinea, ſcripturarũ lectio

Deus inſtrumentis infirmis utitur.

Inſomnia.

Gen. 41. 1. &c.

Dan. 2. 1.

Gen. 37. 5.

Iud. 7. 13.

Simile.

Dan. 7. 1.

Ioan. 9. 6.

Luc. 14.

Vſus ſacrarũ literarum.

Simile.

Digitized by Google

perpetuò ſcateret, unde noſtræ fidei ſubinde areſcenti, verbi Dei neceſſaria unde ſuppeditatur. Vox erat
Socratis Dæmonium. Socrati familiaris, cùm ad aliquid agendum dicendúmve provocaretur: Si dæmonium permiſerit: dæmonium quippe à conſiliis & παρέδρον habebat. At nos cùm verbo Dei ut conſiliario debeamus perpetuò adhærere, quando proponitur quippiam vel agendũ, vel credendum, oportet reſpõdere, quantum per verbum Dei licuerit, & ipſum in quovis negocio
B bona fide conſulere. Docet ſacra hiſtoria, laudabilem fuiſſe morem populi Dei ut de quovis incepto prius Deum conſulerent, quàm ipſum faciendum ſuſciperent.
Iud. 1. 1. In lib. Iudicum poſt mortem Ioſuæ rogant Iſraelitæ, quis nam eſſet adverſus hoſtes aſcenſurus? In
2.Sam.30.8. lib. 1.Sam. David percontatur, an perſequi deberet latrones qui Sicilecham urbem vaſtaſſent ac ſuccen-
1.Reg. 22.6. diſſent. Quin & Achabus licet impius, à patrio more non receſſit penitus, imò contra regem Syriæ pugnaturus, Deum per prophetas conſuluit. Ideo nos quoque nil debemus tentare, de quo prius conſcien-
C tiam non perſuaſerimus Dei verbo, ſanctum eſſe opus quod aggredimur, & numini fore gratum.

Iactabant poetæ ſuos numeros, cantus & verſus, non humanitus factos, quibus homines demulcebant, imò decipiebant, at ex Elicone, Parnaſſo, Caſtalio fonte, Pegaſeo ſeu Caballino, Cytherone, Muſis dictantibus hauſtos: quæ ut fabuloſa mendacia ſunt, ita veriſſimum eſt, doctrinam quam modò commendamus, è cœlo derivatam & communicatam Ec-
Exod.20. cleſiæ in monte Syna, in Hieruſalem, & monte Zio-
D Iſa.3. ne, ut in Exodo legitur, & Iſaias teſtatus eſt: Exibit lex de Zion, & verbum Domini de Hieruſalem. Ha-
Ethnicorum oracula. buerunt Ethnici antiquitus adyra, oſtia ſubterranea, lebetem Θεσπρωτικὸν, tripoda κιῤῥαῖον, Dodoneum æs, antiquiſſimas quercus, antra, ſtatuas, nomina mandata foliis, denique ἄχρηστα χρηστήρια, infinitíſque modis diabolus eis illudebat: nobis autem Dei clementia & bonitate, pro his omnibus unum divinarum literarum propoſitum eſt oraculum. Pythagoras eo
E nomine haud parum prædicatur, quòd cum bubus & aquilis miſceret ſermones, Pompilius cum Ægeria nympha loquebatur, Apollonius Thyanæus aviculàrum cantus & garritus intelligebat, ut referunt ſeu potius fabulantur hiſtoriæ. Nobis verò Deus verus, cœli & terræ creator, per Moſen, Prophetas, per unicum filium Chriſtum Ieſum, per Apoſtolos in Scripturis apertiſſimè loquitur, & ita loquitur, ut animos, corda, mentes, & totos homines immutet, ac ex lapidibus filios Abrahami faciat, non quos inſtar
F poetici Amphionis ad muros Thebanos pertrahat, ſed quos ædificet ſuper Chriſtum, quod unicum eſt & ſolidum, cùm Apoſtolorum, tum Prophetarum fundamentum. Iactitent Poetæ ut velint Orpheum eicuraſſe feras beſtias, nos interim experientia edo-
Matt.3.7. cti, non dubitabimus, eloquia Scripturarum, eos qui prius fuerint ſerpentes & genimina viperarum, in fi-
Tit.3.3. lios Dei convertere. Vnde Paulus commemorans ad Titum quales ante fuerimus quàm in Chriſto regenerati eſſemus, inquit, Nam eramus quondam &
G nos ſtulti, inobedientes, errantes, ſervientes deſideriis ac voluptatibus variis, in malitia & invidia degentes, odioſi, & invicem odio proſequentes. Nec
1.Cor.6.11. non ad Corinthios priore 6. cap. cùm multa recenſuiſſet deteſtabilia ſcelera: ſubjecit: Atque hæc eratis quidem, ſed nunc abluti eſtis, ſanctificati eſtis, juſtificati eſtis.

Et cùm ad noſtra corda frangenda, quæ rigida ſunt & obfirmata, non vulgaribus machinis, imò arietibus fortiſſimis opus eſſet, ea cauſa non languidum
H hebetémque ſermonem Deus Eccleſiæ ſuæ revelavit, verum præ omnibus & πολύφωνον & πολύτροπον. Etenim hortatur, deterret, impellit, revocat, docet, confutat, promittit, comminatur, canit, deflet, orat, deprecatur, laudat, vituperat, narrat præterita, monſtrat præſentia, vaticinatur futura, & in omnes formas, ut molliſſima cera flectitur, quo flectat ſaxeos
1.Sam.16.23. impiorum animos. Vnde non immeritò vocaretur
Matt.4.5. [illegible]. Quin & Satan licet potentiſſimus, excutiebatur e Saulis impio & internecioni extremæ de-
I voto pectore, Davidis citharœdi ſancti Spiritus divina carmina ferre non valens. Illis excantatus antiquus ſerpens quodammodo rumpebatur. Idémque

A à tentando Servatore noſtro non aliis armis, quàm verbo Dei eſt repulſus. Non itaque mirum, ſi Paulus 2.Tim.3.15.
Timotheum ex eo laudat, quòd ſacras literas à prima infantia didicerit, per quos ei liceret docere & confutare, inſtituere atque corrigere & perfecto eſſe ac ad omne opus bonum parato. Felix habita eſt Reſ- Exo.28.30.
publica Iſraelis, quæ per Vrim & Thumim, Deum poſſet de ſuis rebus conſulere, at nos illis non ſumus pejori loco, qui lucem divinam & perfectionem ſpiritus, in divinis eloquiis habeamus, cum voluerimus expoſitam. Non potuit ea eſſe noſtra felicitas, ut animis vi ſpiritus inſculperentur quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, ita ut externis literis, & adminiculo non egeremus librorum, quandoquidem peccato commercium & dulciſſima familiaritas, quam ab initio noſtrum genus cum Deo habuit, eſt interrupta. Idcirco Scripturarum munus, quod vicarium ei ſucceſſit, aſpernari, extrema eſſet dementia, maximè cùm adeo facile tum in actionibus vitæ, tum in dogmatis
C aberretur. Meminerimus Deum ſacerdotibus mandaſſe, ut magno ſtudio vendicarent ſibi ſcientiam Mal.2.7.
legis, item regi præcepiſſe, ut librum cœleſtis doctrinæ haud unquam ſibi pateretur è manibus excuti. Deut.17.18.
Vnde nec reges nec ſacerdotes habendi ſunt, qui ſacras literas turpiter negligunt. Et cùm ſuos jam Chriſtus fecerit & ſacerdotes, & reges, nulli ſe Chriſtianos eſſe jactare poterunt qui ſtudio verbi Dei non tenentur. Placeant ſibi nonnulli quantum ve-
D lint indocta ruſticitate, nemo quiſquam ſanæ mentis unquam perſuadebitur, prudenti legiſlatori non vehementer placere, ut leges à ſuis civibus cognoſcantur, quandoquidem incognitarum, quantumvis juſtæ ſint res & honeſtæ, nullus ad Rempub. fructus Similia.
redundabit. Deus Opt. Max. in edito & ſublimi loco cœli, ſolem idcirco poſuit, ut cùm in eo fontem lucis eſſe decreverit & omnia illuſtrare, ab omnibus mortalibus conſpici poſſit: ideo mirum in modum ei placet, ſi ad ſacrarum literarum doctrinam omnes in Eccleſia mentis aciem aſſiduè converterint.

E Atque id ut etiam noſtris animis conducat, inde poteſt intelligi, quòd illorum oculi qui ferè ſemper verſantur in fumo, non ſolùm dolent & lachrymis opplentur, ſed etiam obtuſi & hebetes fiunt, ſicut viciſſim cùm degimus in liberis campis, virentibus pratis, magna florum varietate diſtinctis, & lympidiſſimis aquis circumſeptus, cùm integri ſumus virium, tum oculos habemus & fulgidos & admodum perſpicaces. In fumo ætatem agunt, qui ſemper terrena curant, & ſolùm ſcientiis naturalibus mentem occu-
F pant: hi anguſtiis, curis & magna ſolicitudine ferè perpetuò diſcruciantur & indies ad cœleſtia contemplanda redduntur minus idonei. Et nihil ſanè conditioni & ſtatui horum infelicium magis fumo congruit. Vt enim à craſſo igne fumus exhalatur, ſic à fervore, incendio ac tenebris ſordidarum cupiditatum, omnes ipſorum occupationes circumfunduntur. Vt autem ſacræ literæ libero cœlo, apertis campis, floridis pratis, & irriguis ac pellucidis aquis jure conferantur, neminem veſtrum eſſe arbitror qui nõ
G animadvertat. Proinde cùm vos ad hanc ſcientiam, tum percipiendam tum aliis communicandam incito, voce ad ea quæ ſalutaria ſunt, & ad nativum acumen, animi noſtri, imò ad totum hominem inſtaurãdum plurimum ſunt utilia. Quo eodem conſilio, Paulus Timotheum ſuum ita inſtruebat epiſtola Verſ.2.
poſteriore capite ſecundo: Quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei ut alios quoque doceant. Non poterat ferre Apoſtolus Evangelicam doctrinam adeo
H ſalutarem homines latere, aut inter paucos retineri & ſupprimi. Et omnes fideles doctores in Eccleſia, non aliud ſpectant, docendo, niſi ut verbum Dei communicatum his qui coram adſunt, per eos ad infinitos alios transfundatur: quemadmodum cupidi & quæſtu viventes, pecuniam quam habent diſtribuunt eam exercentibus, quo denique amplior & auctior ad ipſos redeat. Sed fuit aliquandiu, proh dolor, iſte gladius verbi Dei repoſitus, & in vagina ſuperſtitionum, & traditionum humanarum recon-
I ditus, ideoque tot imperatibus oppreſſi jacuimus. Chriſtus olim dixit, Erratis, neſcientes Scripturas, at Matt.22.29.
modo Phariſæi noſtrorum temporum aiunt: Erratis
ſcientes

ſcientes ſcripturas: nihilque magis optant cupiúntque, ac ut iſte ſpiritualis gladius denuo condatur. Sed vos Chriſti genus, & Deo fidiſſima capita, non patiamini rurſus illum vobis è manibus excuti. Quoniam pro libro vitæ, mihi credite, librum mortis in veſtras manus dabunt. Atque inde, bone Deus, quas incurretis calamitates! Doceat vos funeſtum Saulis exemplum, qui cùm jam eſſet à Deo abjectus, nullũ ejus reſponſum, vel per prophetas, vel per ſacerdotes, vel per oraculum habere poterat, unde ſe jam in graviſſimis periculis poſitum cõſolaretur. Quid egit miſer? ad verba Pythonis & magica deflexit conſilia. Verùm inde nihil hauſit, quam pavoris, mortis minas, & extremam deſperationem. O miſeros & infelices qui verbo Dei deſtituti, ad ſuperſtitiones & commenta diabolica humanarum traditionum ſe conferunt. Præcipitantur in æternam mortem & inextricabiles errores, neque id immeritò, ſiquidem, ut Paulus dicit ad Theſſal. charitatem veritatis non receperunt. Qui illi etiam finitimi ſunt, nec minus ob id evitandi, quòd inſtar Samaritanorum utrunque decreverunt complecti, nempe Dei verbum, & humanarum traditionum impietatem, ut qui neſciant in Deuteronom. & alibi graviſſimè cautum, ut ne verbo Dei quippiam vel addatur vel ſubtrahatur, & non iniuria. Quæ enim eſt homunculi, jam jam perituri, tanta vis & authoritas, ut ſe plus vidiſſe arbitretur, quàm Dei verbo fuerit definitum? Tertullianus in Apologetico cap. 46. tradidit, Licurgum ἀποκαρτερήσειν deſideraſſe, hoc eſt ſibiipſi aut laqueo aut inædia manus afferre, quòd Lacedæmonii leges ejus nõnihil emendaſſent, contra ſuam exiſtimationem: id vehementer eſſe judicavit homo caro & ſanguis, quòd ſui cives quidpiam decernerent ac legibus à ſe latis adjicerent: & idem æquo animo Deus Opt. Max. feret ab hominibus committi, qui ab illius dignitate ſapientiáque immenſo ſpatio ſeparantur? Proh pudor & audacia ſi quid ſaperemus, nuſquam ferenda. Tranſeat cœlum & terra, verbum autem Dei fixum, inviolatum & purum æternum maneat. Eſto, ut inquit Iſaias, omnis caro fœnum & ut flos agri gloria ejus. Sermones vero Dei, ut qui ſint purgatiſſimi, durent in perpetuum ſynceri & integri. Poſtulet dives qui torquetur gehennæ flammis, ut mortui accedant, qui fratres & ſui ſimiles, de judiciis Dei admoneant: at nos Abrahami per fidem electa progenies, juxta illius pium conſilium Moſen, Prophetas & Apoſtolos audiamus. Quorum libros dum conſulimus, non ad penum pauperis heri mihi credite accedimus, verùm ad Theſauros copioſiſſimos & uberrimos divinæ ſapientiæ, quos nullo unquam noſtro labore quantumvis improbo valebimus exinanire. Et quemadmodum eſt natura jugis putei, ut frequenti hauſtu non conſumatur, ſed potius ex eo cùm prior tum melior ejus aqua reddatur: jucundior item & ſuavior divinarum literarum ſenſus nobis efficitur, quò ipſum profundius & frequentius eruimus. Atque ut in hauriendis externis aquis corporis labor eſt neceſſarius, ita in ſacris literis perlegendis, judicio gravi & ſpirituali opus eſt attentione. Quæ ut à nobis jure & meritò exigantur, decreta prætorum & regum edicta ſatis declarãt. Nam iſti dum à præconibus populo invulgantur, ea eſt diligens cura, & attentio in illis audiendis circunſtantium, ut nihil prætereat aut excidat, non probè animadverſum.

Humana cõmenta rejicienda.

1. Theſſ. 2. 10.
2. Re. 17. 41.
Deut. 4. & 12.
Apo. 22. 18.

Matt. 24. 35.

Pſal. 2. 7.

Iſai. 4. 6.

Luc. 16. 27.

Similia.

Ab hoc laudabili ſtudio & ſedula diligentia, illi non vulgariter Evangelii tyrones revocant, qui ſupra modum Scripturarũ obſcuritatem exaggerant, quaſi per ſanguinem Chriſti velum non ſit ſublatũ, & omnia per ſpiritum ejus quantum noſtra ſalus exigit, non ſint illuſtrata. Aiunt qui tenebras pluſquam cimmerias divinæ ſcripturæ atque obſcuritatem inſuperabilem ubique prædicant, non eſſe arcana divinorum eloquiorum perſcrutanda, & dum efficaciam verborum Dei potius in recitando atque intelligendo conſtituunt, ex divinis oraculis & ſacroſanctis literis magiam turpiſſimam efficiunt. Fatemur nos quoque humanam rationem intra terminos coercendam, ne pro ſuo captu de divinis rebus velit ſtatuere. Sed nullus vir Chriſtianus arceri debet, quin pro viribus ea conetur intelligere, de quibus nos divina ſcriptura inſtituit. Faceſſat à ſacra

Scriptura obſcuritatis inſimulantur.

A lectione temeritas, de ſtudio tamen ejus accurata inquiſitione nihil frigeſcat, nihilve remittatur. Facilè itaque damus verborum Dei myſteria eſſe adoranda nec tamen interea loci minus animo retineamus, eloquia divina veluti lucernam eſſe in obſcuro loco poſitam, à qua vel ſi tantillum oculos dejecerimus, in erroribus & extremis tenebris tandem peribimus. Quando autem de obſcuritate ſcripturarũ adeo multa oſores lucis garriunt, videntur ſibi non male de Spiritu ſancto exiſtimare, ſi eum Poetis atque Philoſophis æquaverint, B quorum illi quidem fabularũ involucris ita ſimplicem & fulgidam veritatis faciẽ nebulis obduxerunt & transformarunt, ut ab oculis infidelium hominum quàm longiſſimè avolarit: Iſti vero ſua dogmata ænigmatis, ideis, numeris & atomis tam reddiderunt perplexa, ut tota hominis ætas quamlibet vivaciſſimi, par eſſe non poſſit ad explicandum. At Dei parentis noſtri optimi non adeo ſumus experti bonitatem contractam, ac tenuem Spiritus ſancti lucem, nec dederunt ſacros libros ut à C mortalibus intelligi non poſſent. Non luſit nobiſcũ divina ſapientia, nec literas ad homines dedit, è quibus ullam utilitatem percipere non queant. Iſta ſinamus Apollini, quem quod obliquè reſponderet, λοξίας Græci appellarunt; Diaboli ſunt hæ impoſturæ, non Dei noſtri neque Spiritus ſancti vitalis doctrina. Scimus quidem Crœſum interrogaſſe Thaletem, quænam eſſet Dei natura ſeu definitio, qui ſubinde in quemque diem ſpatia & dilationes petebat ad reſpondendum, neque potuit unquam D propoſitam ſibi quæſtionem diſſolvere: quo enim ſecum de natura Dei magis cogitabat, eo minus occurrebat, quid eſſet dicendum. At qui vera fide ſunt ornati, è ſacris literis Deum non ſolum poſſunt cognoſcere quantum eis ad ſalutem eſt neceſſarium, ſed illum præclaris moribus & ſanctis operibus queunt exprimere. Nemo igitur nos ad Patres, nemo ad concilia, nemo ad ullos homines vocet, quaſi copioſiorem lucem apud eos reperturi ſimus, quàm ex fulgidiſſimo jubare divinarum literarum erumpat.

1. Pet. 1. 17.

E Habẽt Patres ſanè atq; cõcilia diſſidia, tenebras, ænigmata, obſcuritates, & veritatem (ne inconſtantiam dixerim) incredibilem. Neque legendis illis ita Spiritus ſanctus nobis fit obvius, ut cum verba Dei expendimus atque nobiſcum repetimus: quandoquidem haud æquum eſt, ut verbis Dei non plus honoris deferatur, atque verbis hominum. Si enim Eunucho reginæ Candaces, homini necdum Chriſtiano, legenti Prophetam Iſaiam, Deus miſit ſubſidio Philip. Evangeliſtam, multò magis jam credentibus adeſt F ſpiritu ſuo, cùm ex fide ac reverentia ſe in ſacris literis exercent. Mitto quod licet animalis homo quę Dei ſunt minimè percipiat, ſpiritualis nihilominus judicat omnia. Unde quod noſtris viribus & rationis captu non poſſemus in ſacris literis percipere, ut divini ſpiritus, pro eo quod neceſſarium eſt diſcimus. Nec ſanè levia ſunt aut parvi momenti, quæ ſancta ſcriptura docet, nam ut taceam infinita quæ ſplẽdida ſunt & præclariſſima, nonne agitur in eis de providentia Dei, de natura Dei, productione G rerũ, hominũ gubernatione atq; redẽptione, electione ante omnẽ æternitatẽ, rejectione, cõtingẽtia, neceſſitate, libertate humanę volũtatis, cauſa peccatorũ, & ſexcentis hujuſmodi, de quibus ambigentes perſæpe impii pereunt in ſua impietate, & pii de ipſis à ſacris literis apprimè inſtituti, ſummam inde cùm voluptatem tum ædificationem capiunt? Sunt permulti, qui ſe aiunt moleſtiſſimè ferre, quòd hanc vitam degentes, nequeant videre cœleſtia: quibus jure noſtro poſſumus regerere, ecquid hoc theatrum divinarum literarum non aſcenditis, ut divina ex eo, H ne cœleſtia dixerim, contemplemini? Hos tamen & unà vos omnes in Chriſto fratres chariſſimi, velim monitos, locum ceu Scholã hujus Philoſophiæ cœlum eſſe, unde qui repunt humi, & ſuam cõverſationem in cœlis, ut Apoſtolus juſſit non inſtituunt, periclitantur ne ſtudendo non ludant operam.

Act. 8. 28.

1. Cor. 2. 14.

Phil. 3. 2. 20.

Adhæc minimè tacendũ eſt, informatorẽ ejus eſſe Spiritum ſanctum. Nã licet doctores, concionatores, inſtitutores & pedagogos innumeros habueritis, niſi I ſpiritus ſanctus intus præcordia refingat, illi omnes abſque operæpretio ſudabũt. Quique fuerint ſacræ hujus doctrinæ, jam inde ab initio delecti mini-

ſtri, ſacræ hiſtoriæ affatim indicāt. Prophetæ nem-
pe plebei & ruſtici plerumque homines, piſcatores,
publicani & pellium ſutores. Verum ex iſtorum iux-
ta mundum contempta ſorte nihil divina oracula,
aut indignitatis, aut vitii cōtraxerunt: ſi quidē facul-
tas hęc quāta quāta eſt à Deo & ſpiritu ejus pendet.
Propterea nō qui fuerint illi attendēdū eſt, ſed quid
tradant, quóve doctrina ſeu nos impellāt. Haud ſanè
vocant ad ramū oleæ, ad coronā oleaſtri Appii foliis
intertextā, non ad laureā muralē, navalē aut civicam,
non ad ſtatuas marmoreas, æreas, argenteas, vel au-
reas, non ad imagines, convitia perpetuo inſtructa, &
victum in Prytanio, ſed eo ut Dei efficiamur chariſ-
ſimi filii, hæredes ejus, & Chriſti cohæredes. Deinde
vos per ſalutem veſtram obſecro, ut ſi quæ viſcera, ſi
quæ miſerationes, ſi quæ ſollicitudo vel cura vos tan-
git Eccleſiæ, hoc eſt, corporis Chriſti adeò noſtris
temporibus diſcerpti atque diſiecti, huc quæſo huc
reſpiciatis: non enim opibus, aut ſacris veſtibus, non
ciborum delectu, non ritibus & cæremoniis inſtaura-
bitur, ſed hoc vno pharmaco Dei verbi curari poteſt.
Certè ſi facultas edendi miracula hodie in Eccleſia
extaret, ut in primitivo tēpore habebatur, dogmata
pietatis haud parum forraſſe confirmarent. At ſi om-
nes in unum conveniemus, agamuſque precibus ve-
hementibus & efficaciſſimis lachrymis, non tantùm
efficiemus, quantum olim Pauli ſemicinctia præſti-
terunt. Vnde liquido apparet quanto ſtudio, ſcien-
tia ſcripturarum ſacrarum comparanda ſit, cum eo
duntaxat præſidio tuenda ſint caſtra Dei.

Actor.6.2. Porro Apoſtoli qui adeo ſpiritu & miraculis fuerūt
eximii, ab opere tractandi communicandíque verbū
Dei, nulla ratione ſe paſſi ſunt removeri: ſed potius
in Eccleſia diaconos curarunt inſtitui, quò ipſi à cu-
ra menſarum abſoluti adminiſtrationi Evangelii
tantummodo incumberent. Quin & Paulus peram
cum membranis & libris afferri ſibi juſſit, cùm Ro-
mæ detineretur captivus, ut legendo quoque ac ſcri-
bendo prodeſſet Eccleſiæ. Idemque monebat Ti-
2.Tim.4.13. motheum ut doctrinæ ac lectioni ſedulò operā da-
ret, quò & ſeipſum, & eos qui audirent, conſervaret.
Sin verò hæc omnia quæ ſane permultū debuerant
movere, parū moverint, cur nō ſpectamus quæ nos a-
1.Tim.3.13. trocia prælia circūſtēt? nō eſt nobis, ut Apoſtolus ait,
Ephe 6.12. colluctatio adverſus carnē & ſanguinē, ſed adverſus
pincipatus ac poteſtates & cœleſtes nequitias. Quod
bellum cum non unum, ſimplex & leve, ſed varium,
multiplex & acerrimè geratur, nos monet, ut ex ar-
mamētario Scripturæ tela ſemper habeamus quàm
expeditiſſima: omnes pugnandi rationes & modos
certandi nos oportet in hoc bello tenere, ne turpiter
nos demus, cùm ad manus ventum fuerit. Quid pro-
derit adverſus Ethnicos & Philoſophos acriter diſ-
putaſſe, cùm Iudæi ex altera parte cuncta depopu-
lentur? Quidve proderit Marcionitas, Valentinia-
nos, Arrianos, & cæteras hujuſmodi peſtes expu-
gnaſſe, ſi omnia Papiſtæ longè latéque devaſtent?
Poſtremò, quid operæpretii faciemus, ſi tantū dog-
mata pia tutati fuerimus, & nihil de ſanctæ vitæ in-
ſtitutione, moribus emendandi, ac ædificatione ſpiri-
tuali allatum fuerit?

Propterea huc omnes adeſte, Rempublicā Eccle-
ſiaſticam juvate, ac Domini populum, dum invaditur
à copiis tam violentis & ſubdolis, hoc muro verbi
Act.10.18.&c. Dei plus quàm adamantino circundate. Veniat in
mentem Paulus, qui, ut in Actis habetur, comme-
morabat Epheſiis, apud eos toto triennio ſe fuiſſe,
monuiſſe unumquemque, ac id cum multis lachry-
mis; & nos pudeat noſtrùm, qui aut nuſquam Evan-
gelium Chriſti prædicamus in Eccleſia, aut quàm
tarò & adeò frigidè, ut videamur faciſē alienum tra-
ctare negotium: nulli adhibentur vehementes affe-
ctus, nec ſeriò vel ex animo fit quicquam, ſed po-
tius omnia ex ritu & cæremonia quadam agitantur.
Nemo excuſet, hæc ad Epiſcopos tantùm & ad pa-
Col 3.16. ſtores attinere, cùm ad Coloſſenſes Paulus unum-
quemque admoneat, tum ut ſermo Dei habitet in
nobis opulenter, tum ut ſermo noſter ſemper cum
gratiæ ſale ſit conditus, ut ſciamus quomodo nos o-
1.Pet 3.15. porteat cuique reſpondere. Et Petrus vult nos eſſe
paratos, ut de ea quæ in nobis eſt ſperationem poſ-
ſimus reddere. Verum quia jam ſpatio temporis ex-

A cludi ſentio, idcirco vela orationis contraham, & ad
implorandam auxilii divini opem, ut ad portum tu-
tiſſimum appellam. Vtique divinus Moſes cùm jam
annos 40. populum Dei rexiſſet, ita oravit, Vt pluvia Deut.32.2.
doctrina mea ſtillet, & ut ros dictum meum: ſic ego Precatio.
te Deus ter maxime, precor, ut quæ ſum tuos diſci-
pulos doctutus, minimè ſint errorum procella, ſed
veritatis optata & fœcunda pluvia; meæq; interpre-
tationes haud ſint hymber Eccleſiam vaſtans & con-
B ſcientias proſternens, verū conſolatio roſcida, & uti-
lis animorum ædificatio; teque item oratum & exo-
ratum velim, ut omnes qui præſentes coràm adſunt,
nec publica via, nec ſpinæ, neque petroſus ager, ſan-
ctum Verbi tui ſemen audiant; ſed bona terra & fun-
dus à ſpiritu tuo præparatus, è ſcripturis quæ ſulcis
cordium eorum mandabuntur, fructum trigeſimum,
ſexageſimum & centeſimum referant.

C *ORATIO AD ACADEMIAM*
Argentinenſem poſt ſuum ex Anglia redi-
tum, de ſtudio Theologico.

FIdei non malæ debitores gravi animi anxietate
curáque vehementi afficiuntur, viri Theologi,
quando ſe vident aliquo caſu impediri, quo minus
ea præſtare queant quæ ſe debere intelligunt: neque
illis abſque magna ratione id uſuvenit, ſiquidem
multi habent mortales, quod anteferri conſtant fidei
D jure valeat. Vnde Paulus, ille inſignis Chriſti Apo-
ſtolus, cor orbis, & Evangelicæ doctrinæ promulga-
tor clariſſimus, cùm inter cæteras nationes Romanis
quoque ſe debitorē non ignoraret, perpetuis votis
atque flagrantiſſimis precibus Deum interpellabat Rom.1.10.
quò ſibi tandem aliquando liceret illos accedere, ut
etiam ex ipſorum divite agro in cœleſte horreum
meſſem largam fructúmque vberem ſupportaret. Et
quoniam generoſi animi ſibiipſis præclara deſide-
rando non ſatisfaciunt, niſi conatus non minores ip-
E ſa cupiditate adjunxerint, ideo ſe teſtatur ſæpius ten-
taſſe ad eos ire, ſed per Satanam impeditum: quæ re-
mora (vt perſuaſum habeo) ſanctiſſimum ipſius ani-
mū non levi moleſtia excruciabat. Incredibili enim
aviditate bona fide præſtare optavit, quæ ſapienti-
bus & incipientibus Gręcis & barbaris in prędican-
do Chriſto ſe debere noverat, & ingenuè profiteba-
tur. Cùm itaq; is affectus in animis liberalibus & piis
hominibus tantopere vigeat, ſi me putaveritis debi-
tu, quo à multis annis Argentinenſi Scholę ſeu
F Eccleſię nexu aſtringor, quamdiu hinc abſfui obli-
tum, à vobis & liberali mente & pio animo prorſus
expoliabor. At res (mihi credite) non ita ſe habuit.
Verum ut Homericus Vlyſſes in Alcinoi hortis, in
Calypſo ſpecubus, inter Syrenarum cantus, ínque
Circe pręſtigiis atque Cyclopum violentia, cæteriſ-
que ſuis itineribus, aſperæ licet Ithacæ nunquam
depoſuit jucundam memoriam. Vtque Iſraelitæ,
quotquot religioſi fuerunt in peregrinatione qua-
draginta annorum per deſertum, promiſſę à Deo
G terrę cogitationem perpetuò ſecum repetebant: Ita
veſter Martyr neque hujus gymnaſij memoriam vn-
quā depoſuit, neque de ſua prima pręcipuáque vo-
catione vllo momento hujus abſentiæ deſiit eſſe ſo-
licitus: atque memoriæ hujus & voluntatis perpetuę
nō tātùm Deū teſtē & καρδιογνώστην habeo (quē pre-
cor, & per ſeveram ejus juſtitiam obſecro, ne vobis
impune me ſinat mentiri) ſed etiam complures egre-
gios inſignéſq; viros in Anglia, qui probè notūt, quā
ego enixè à Rege contenderim, vt me huc revocatū
H jam miſſum faceret. Quod tamen impetrare non po-
tui. Nam ille rex, vt pietatis erat ſtudioſiſſimus, com-
plures mei ordinis homines maluiſſet ex Germania
illuc ad ſe pertrahere, ne dum me, quem jam habe-
bat ſecū, mitteret diſcedere. Sic itaque paſſus repul-
ſam, cogebar vellem nollem hinc abeſſe. Exponere
autem nequeo, niſi per vos ipſi cogitetis, quo animo
loco ceſſerim, quem hic tamdiu obtinuerā, quantá-
que triſtitia ſpem omnem reditus animadverterim
jam mihi eſſe præciſam. Solabar me nihilominus,
I quòd vos non latere arbitrabar quænam ſit ratio di-
vini cultus. Non enim Deus ex noſtra voluntate, ſed
pro ſuo arbitrio colendus eſt: Nec illa ei placent, quę
nobis

nobis ipſi propoſuimus facienda,ſed quæ providentia (A) ejus in ſingulos dies cuique deſtinat vel obeunda vel toleranda. Iucundum ſanè mihi ac dulciſſimū videbatur Argentinam reverti:at Deus,in cujus erā, & modò ſum,poteſtate,aliud præſcribi juſſit.Neque, ſi dico eum juſſiſſe,mirari debetis: non enim vos fugit,in his omnibus,quę Scripturis divinis non repugnant, principibus æquè ac Deo eſſe auſcultandum: & vulgò tritiſſimum,obedientiam longè victimis eſſe anteferendam. Accedebat præterea fructus operis quem Deus in eo ampliſſimo regno per meum miniſterium (B) quotidie augebat.

Rom.13.&c.
Eduardi Angliæ R. encomium.

At præter omnium ſpē acerba & luctuoſa morte ſublatus eſt Eduardus Angliæ Rex, monarcharum Chriſtiani orbis candidum lumē,pietatis legitimus alumnus,& Evangelij Chriſti propugnator acerrimus:

Oſ.6 7.

Lux in tenebras eſt commutata,pietati ſucceſſit impietas, & novam ac recentem Eccleſiam invaſerunt lupi crudeliſſimi:viri boni ſunt impiè oppreſſi, quorum ego periculis & malis quomodo providentia unius Dei fuerim ſubtractus, nec ſatis cogitare poſſum, nedum referre. (C) Proinde numinis favore tectus,per mare, per hoſtes,per mediam denique peſtem, ad vos chariſſimi fratres perveni.

Martyris ex Anglia diſceſſus.

Et niſi Dei voluntas, quæ perrupit vim, firmo conſilio hunc meum reditum decreviſſet,ut incolumis huc adduceret, fuit impoſſibile. Eadémque vis Dei hujus urbis nobiliſſimum magiſtratum non tātum permovit, ſed etiam complures viros partim ex Schola,partim ex Eccleſia,pietate & doctrina clariſſimos ita excitavit, & erga me citra meum meritum accendit, ut non tantùm me hîc retinere voluerint, (D) ſed magnis ſtudiis in priſtinum gradum reſtitui curaverint. Quibus nunc publicè in hoc ad dicendum ornatiſſimo loco gratias ago, Deúmque immortalem per Ieſum Chriſtum Filium ejus obſecro & obteſtor, ut illis pro candore ipſorum perpetuo benefaciat,mihique concedat,ut licet non omnibus numeris eorum expectationi, tamen aliqua ex parte, reſpondeam. Vos autem cùm animadverto, viri Theologi,tam frequenter alacritérque conveniſſe ad Dei verbum audiendum, non ſolùm incredibili perfundor (E) lætitia, ſed undique geſtio, intimoque corde ac viſceribus exulto. Deinde, cùm id exigāt veſtra merita,ex animo laudo,qui ſapientiæ cœleſtis amorem in veſtris candidis pectoribus tam diligenter fovetis & conſervaveritis:& veſtra cupio pro meis viribus juvare ſtudia.

Verum, ne fruſtra huc hodie conveniremus, jam operæpretium eſſe arbitror,id breviter exponere, de quo ſum dicturus. Ita enim cùm oratio noſtra certis finibus à vagando revocabitur, tum vos quæ à me afferentur (F) facilius vobiſcum reputabitis. Animadverti ſæpius, cum res Theologica laudaretur, uno labore duos,illóſque non vulgares, decerpi fructus. Principio quidem gratiæ aguntur Deo, qui ſunt cœleſti Reipublicæ,hoc eſt,Eccleſiæ tantùm ac tale donum conceſſerit. Deinde monſtratur non imprudentes eſſe,qui pertinaci ſtudio eam conſectantur. Quamobrem ego quoque ne Deo ſim ingratus, & ut veſtram ſicuti meretur collaudem ſapientiam,de Theologiæ dignitate agam, ac unà ſtudium veſtrum erga eam, (G) ut prudentiſſimum,commendabo. Quamvis intelligo hanc divinam facultatem me non poſſe pro dignitate ornare, veréorque ne veſtrum approbando conſilium in ea complectenda, videar animos veſtros non ad ipſam Theologiam, ſed ad mei ſtudium & obſervantiam ſolicitare. Verum quo minus propter hæc ab inſtituto deſiſtam, pietas & candor veſter efficiunt: iis enim adducemini, ut parum dignè probata miníſque ornatè dicta benignè condonetis (H): cúmque ſitis non minus religioſi quàm mei amantes,dextra manu ſumatis,quæ ab aliis facilè acciperentur ſiniſtra.

Theologiæ dignitas.

Ad primum, nempe rei Theologicæ dignitatem, obſecro quanam ratione attingam? De hoc certo ſcio ſæpius audiviſtis, & certe in proverbium abiit, crambem recoctam faſtidiri, & rem eandem ſæpius repetitam, quamvis tectorio verborum aut expolitione rhetorica renovetur, nauſeam audientibus parere. Quis ignorat quàm ſit moleſtum tractare ſimilia (I)? omnéſque ambulantes in æqualibus citò fatigari?

Similia.

Sed tamen vos ut audiatis attentè, méque ut intrepidè dicam,id potiſſimum debet incitare, Scripturam divinam ſui fulgoris promicantiora lumina ſemper offundere, quo frequentius vel conſideranda vel tractanda ſuſcipitur. Aurum & gemmæ,ut noſtis,eo magis reſplendent,quo plus inter manus teruntur:& Verba Dei aurum ac topazium omnéſque lapides pretioſos vincere ſplendore,non ignoratis. Docemur etiam ſermones Dei aquæ vivæ conferri,ut quę non ſolùm reſtinguat affatim ſitim,ſed in vitam æternam ſaliat: & aqua ut magis movetur & hauritur, eo limpidior eſt & ſuavior. Atque cùm divina eloquia ſint inſtar ignis conſumentis,is item ut ſæpius agitatur & perflatur, ita flammas ampliores & magis fulgentes emittit, Proinde nos quoque commodum voluptatémque uberiorem habebimus, quo noſtra oratione divinæ ſapientiæ præſtantiam cumulatius celebrabimus.

Theologiæ vetuſtas.

Athenienſes hoc præſertim argumento colonorum ſuæ regionis vetuſtatem prædicabant, quòd in ea primum omnium fruges repertæ fuerint, & hac ratione conficiebant,jam inde à principio ibi cæpiſſe homines. Nam ubi natura pabulum atque alimoniam generis noſtri primum naſci voluit, eo in loco veriſimile eſt ab initio eſſe homines ortos. Rationis hujus vim & efficaciam mecum reputans, & firmam & validam ſemper ſum arbitratus, quamvis poëtarum mendacium eſſe non ambigam, quòd Athenis fruges primum & natæ ſint & agnitæ. Tradit enim Plato, Deus(ut quidam inquit)philoſophorum,artes,ſcientias,cultus & omnia ferme præclara fuiſſe ab Orientalibus,hoc eſt,ab Aſſyriis & Chaldæis(quos Barbaros vocat)reperta. Quod item verum eſſe noſtra religio & orthodoxa fides agnoſcit, quæ paradiſum delitioſum tradit ab initio plantatam ad Orientem, in qua primi homines à ſua ſtatim creatione fuerunt collocati.

Gen.2.8.

Proinde ut vanum & fabuloſum repudiamus quod in argumento ſumitur,nempe homines & generis eorum alimoniam primum omniū in regione Attic.locum habuiſſe. Id è diverſo tanquam verum & conſtans amplectimur,cùm de vetuſtate agitur,ea omnibus eſſe antiquiora,quæ habent, ut propria & αὐτόχθονα, quæcunque ad hominum vitam & ſalutem ſunt neceſſaria. Nam illi à quibus aliunde importantur,eis cedant oportet, à quibus ipſi prius acceperint. Quod cùm nullo pacto à quoquam negari, vel omnino inficiari poſſit,quæ alia facultas, quantumvis ſplendida, magnifica, nobilis, priſca & illuſtris, cum noſtra,noſtra inquam Theologia, hoc eſt, divinorum eloquiorum ſcientia quoad vetuſtatem,conferri poterit? Certè nulla. Non enim quæ in ſacris literis traduntur, ab ulla aliarum ſcientiarum trāſlata demonſtrari poſſunt:quin potius ex his fontibus reliquæ omnes hauſerunt ſi quid in ſe habent (ut quandoque habent) quod ad hominum vitam conſervandam & veram eorundem ſalutem poſſit conducere. Proinde cùm ab ea cæteræ facultates & ſcientiæ multa ſumpſerint, & ipſa nihil prorſus ab aliis acceperit, omnium jure dicitur antiquiſſima. Quod item ſimplicitas ejuſdem demonſtrat infucata & caſta,cum gravitate admirabili conjuncta. Et hiſtoriarum, quæ in ea narrantur tanta eſt antiquitas, ut quæ ab aliis referuntur ſcriptoribus, illis comparata multis ætatibus poſterius geſta eſſe, facilè agnoſcatur.

Utilitas

Sed quia non tota laus à vetuſtate petenda eſt, ideo ejus utilitatē jam ſpectare volumus, & uti ſpero demonſtrabimus, illam in ſacris literis longè copioſiorē eſſe quàm alibi uſquā inveniri poſſit. Quis, obſecro vos, fructus uberior à ſanis & ſobriis animis expectari debet ex humanarum rerum ſcientia, cùm illam abſolutiſſimè conſecuti fuerint, quàm ut Dei Opt.Max.ex ejus effectis aliqua tandem notitia humanæ intelligentiæ affulgeat,utque illis ad corporis vitam ſuſtentandam juvemur? Non poteſt hac utilitate in hujuſmodi ſcietiis ulla major vel haberi, vel fingi. Atqui opera Dei naturalia ſacræ literæ paſſim prædicant, & Deum ipſum æterna vi & ſingulari providentia omnium illorum cauſam eſſe ubique docent:naturam,caſum,fortunam, formam,privationem,elementa,ideas,atomos,litem vel amicitiam, ut principia rerum,nuſquā commemorantes. Verſantur ſanè ſcientiæ humanæ in effectis Dei conſiderandis: ſed quam rarò ad ipſum Deū, ad ejus bonitatem,cō-

Digitized by Google

filium & ſapientiam ibi ſit ἀνώνυμος? Poteſt quidem A
ſcientia naturalis curioſior videri in excutiendis re-
rum viribus,& naturæ arcanis ac penetralibus rimã-
dis aliquanto ſubtilior & operoſior: Verùm,quo ad
ipſum finem, ſcilicet ut Deus verè noſcatur ex effe-
ctis,utque illis creaturis propè ac piè utamur,ſi cum
Theologia conferatur, longè negligentior eſt, imo
bene cæca & muta. Denique quoddam genus ope-
rum Dei ſacræ literæ commemorant eximium & ad-
mirabile, quo vires naturæ ſuperantur, & conſuetus B
rerum curſus exceditur, in quibus cùm propius tum
expreſſius Deus refulget, quàm in rerum quotidia-
na & familiari ſucceſſione, quæ ob ejus aſſiduam cõ-
ſuetudinem viluit. Atque recepta jam voce ſolent
hæc appellari miracula: non alia ſanè de cauſa,niſi
quod mortales in ſui admirationem prorſus rapere
conſueverunt. At in naturali ſcientia hujus generis
opera ſilentur. Nuſquam enim ibi legas primige-
niam illam rerũ creationem,jacta mundi fundamen-
ta, intelligentem animam limo noſtri corporis à C
Deo inſpiratam, numen cum hominibus publice lo-
quutum, ceſſiſſe pelagum iter facientibus pro ejus
profunda, ita ut ex utroque latere cùm dextro tum
ſiniſtro aqueos parietes tranſeuntibus præberet, ſte-
tiſſe cœlum,ejúſque perpetuas converſiones ab ortu
in occidentem quieviſſe, Deum factum hominem,
virginem matrem,excitatos à morte defunctos,& de-
ſperatis infirmitatibus atque inſanabilibus morbis
laborantes admirabili efficacia Chriſti Servatoris no-
ſtri curatos. Hæc ſanè prodigia Deus nos voluit ex D
literis divinis cognoſcere,ne fortè ſuſpicaremur,om-
nem ejus vim atque potentiam ita conſumptam &
exhauſtam eſſe in rebus naturalibus producendis &
conſervandis, ut nihil adhuc majus & excellentius
facere poſſit. Doctrinam hujus generis philoſophia
non ſuppeditat,ſed tantum conſuetum naturæ pro-
greſſum intuetur.

Doctrinæ de providentia fructus.

Et ſanè piis hominibus non leve ſit ſolatium,intel-
ligere Deum eſſe naturæ principem & authorem.
Nam cùm filij Dei ſint, in manu ſui optimi parentis E
omnia quæ ſunt eſſe dum cogitant, nullarum crea-
turarũ vim extimeſcunt, cùm nihil moleſtiæ aut do-
loris inferri ſibi poſſe ab eis certò ſciant, niſi quãtum
Deus illarum moderator,ad ſalutem eos perferre de-
creverit. Hic eſt egregius qui habeatur à ſanctis ex
naturalium rerum ſcientia fructus. At is quanto eſt
amplior,ſi perſuaſum conſtanti fide habeant, immẽ-
ſam eſſe Patris cœleſtis potentiam, qua valeat adhuc
permulta,imò infinita, gerere ac producere,ſecus at-
que de more in natura fiant? Hic redduntur pij viri F
ſpe quàm optima erecti etiam adverſis caſibus,fortes
in periculis,in ipſa cruce læti,infracto animo,& pror-
ſus impavidi, cùm pro Dei veritate ſeu Chriſti no-
mine ſubeunda ſunt ulla certamina. Hinc ſociorum
Dan.3.17. Danielis vox illa heroica: Ecce eſt Deus noſter, quẽ
nos colimus, potens ut ſervet nos de fornace ignis
Pſal.27 1. ardentis,atque de manu tua,ô Rex,eruet. Hinc Da-
vid invicto animo canebat: Dominus lux mea & ſa-
lus mea:quem timebo?Dominus fortitudo vitę meę,
à quo trepidabo?ſi obſideant me caſtra,non timebit G
cor meum ſi conſurgat adverſus me prælium, in hoc
Pſal. 23.3. ego ſperabo. Et rurſum:Etiamſi ambulavero per val-
Rom.8.14. &c. lem umbræ mortis, non timebo malum. Hinc deniq;
Paulus:Quis nos ſeparabit à dilectione Dei?num af-
flictio?num anguſtia?num perſecutio?num fames?nũ
nuditas?num periculum? num gladius? (Quemad-
modum ſcriptum eſt,Propter te morti tradimur tota
die, habiti ſumus velut oves deſtinatæ mactationi.)
Verum in his omnibus ſuperamus per eum,qui dile-
xit nos. Nam perſuaſum habeo,quod neque mors, H
neque vita,neque angeli, neque principatus, neque
poteſtas,neque inſtantia, neque futura, neque alti-
tudo, neque profunditas, neque ulla creatura alia
poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in
Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Talia filij Dei vera gloriatione prædicant ſacris e-
docti literis: Deum non(quemadmodum ſapientes
mundi fingunt) naturam ſinere legibus illis progre-
di,quas ipſe jam inde ab initio ei poſuerit:verũ om-
nia ſingulis quibúſque momẽtis dirigere, temperare I
ac moderari pro arbitrio, & multa contra uſum &
morem ſolitum quandoque adminiſtrare, feris adi-

mendo ſævitiam & crudelitatem naturaliter inſitam,
ignibus vim comburendi, Soli & aſtris nativam lucẽ,
robur legionibus atque militarib. viris, impetũ ven-
tis,& mari undarum tempeſtatiſque vehementiam:
è diverſo immittendo inſaniam ſapientibus, incu-
tiendo timorem potentiſſimis, doctrinam afflãdo ru-
dibus, infantibus eloquentiam & debilibus robur &
firmamentum incredibile. Certè dum iſta ſecum re-
putant & credunt divinæ hujus ſapientiæ diſcipuli,
domum ſuper munitiſſima petra fundatam & extru-
ctam habitant,quæ nulla vel inundatione pluviarũ,
fluminum & torrentum, vel turbinis ac tempeſtatis
impetu everti poteſt. Sciũt omnia ſua eſſe,cum ipſi
Chriſti ſint,& Chriſtus Dei: & omnia ſibi à Deo in
Chriſto donata ſciunt.Spectes mihi è diverſo,quem
volueris,humana ſapientia dũtaxat inſtructũ, quiq;
ſola rationis luce adjutus, naturalia ſcrutetur opera,
is certè ſi perfectiſſimus erit, & heroica virtute præ-
ditus,cùm ad extrema pericula ventum fuerit, fortaſ-
ſe pro patria, aut aliqua juſta cauſa morietur, & ho-
neſtum propoſitum in cruciatibus conſervabit. Ve-
rùm à Deo non expectabit opem ſibi ferri, auxilia
extraordinaria nulla ſperabit, nec præſtolabitur di-
vinarum promiſſionum & Spiritus Chriſti conſola-
tionem,animum deſpondebit,replebitur deſperatio-
ne, & naturali neceſſitati ſuccumbendum ſibi omni-
no arbitrabitur:reprehendet ſortem, arguet fata,vel
denique aſtrorum accuſabit calamitoſas vires. O in-
fœlicem conditionem, ô vitæ miſerum genus,ô in-
tolerabilem deſperationem! Nihil habet(mihi credi-
te)ſtatus hominum ærumnoſius, quàm ignorationẽ
divinarum literarum: & nihil è diverſo fortunatius,
quàm earundem ſcientiam, jactent per me,ut volue-
rint,civiles artifices & humanarum legum periti ſuã
juſtitiam & virtutes, (quas ſi earum naturam ſpectes
haud reprehendo) minimè tamen concedo,aut veras
haberi poſſe, aut utiliter ad vitam æternam abſque
Dei verbi certa notitia. Etenim cùm(ut ipſi confitẽ-
tur) in mediocritate omnis virtus conſiſtat, unde ſi
vel exceſſu vel defectu aberres, cùm nomen tũ ratio
virtutis perit, inter extrema verò quàm latiſſima pa-
teat diſtantia, cujus tandem arbitrio conſtituendum
erit de medio? An rationis? At quam mihi dabis,quæ
ſtimulis & lenociniis cupiditatum, à recto non de-
flexerit? An ſenſuum? Multo minus. Nam illi quam-
vis ratione ſint emiſſarii atque ſatellites, attamen
aut ſapientiæ aut mentis nexu, in officio contineri
non poſſunt,neque adeo ſunt perſpicaces, ut de tan-
tis rebus judicare valeant. Quamobrem ſolius eſt
Dei verbo ſuo, tanquam certa menſura omnis recti-
tudinis vel juſtitiæ, de vero virtutum medio conſti-
tuere ac definire. Quicquid is præcipit, quicquid is
laudat, quicquid is approbat,ſyncera eſt virtus & ſo-
lida juſtitia quàm aliũde quiſquis arbitratur ſe poſ-
ſe diſcere, is è pumice aquam petit,ab aſino lanam,
reti venatur ventos, in arena ædificat, cribro aquam
haurit,prorſúſque oleum & operam perdit.

Ethnicorum virtutes.

At fingite vobis mundi ſapientes judicii acie me-
dium inter extremitates vitioſas poſſe demonſtrare
(quod ſane minimè dandum cenſeo) quem fructum
ex his virtutibus alienus à verbo Dei tandem habe-
bit? Nullum,quia virtutes natura ſua præſtantes at-
que inſignes in animum ſuum corruptum peccatis,
nedum fide purgatum inſerendo inquinabit & con-
taminabit miſerè, non aliter quàm ſi generoſiſſimũ
vinum in dolio putri ac fœdiſſimè olenti quis con-
diderit. Adhæc præclaris Dei donis eo uſque abute-
tur,ut cùm virtutes tum civiles actiones,quæ homi-
num judicio probantur, non in Dei gloriam,quem-
admodum par fuiſſet,dirigat, ſed ad ſua privatim cõ-
pendia & ſuas laudes torqueat. Nam humana ſcien-
tia & induſtria deorſum tantùm prælucet noſtro in-
tellectui, ſcientia verò ſermonum Dei ſurſum ver-
ſum cœleſtem facem grandem & illuſtrem præfert a-
nimis. In ſacris igitur Scripturis, tanquam veritatis
religioſis auguſtiſſimiſque ſacrariis, aſſiduè habitan-
dum eſt. Hîc certa oracula illius Themidos βουλαίας
habentur, quam ut modò audiviſtis, Conſiliariam
Græci ſua voce cognominarunt,quaſi præſidem po-
tentémque ſalutarium homini conſiliorum.

Equidem cùm hæc de re ſæpius mecum cogito,
non ſatis admirari poſſum illorum inauditam ſapiẽ-
tiam,

Digitized by Google

quidam, qui à ſacrarum literarum lectione paſſim homi-
nes abſterrēt, nec aliis profectò argumētis, niſi quod
multi homines criminibus atque ſceleribus cooperti
ſint, & perpetuò laborent animi vitiis infinitis, ideó-
que ad tam ſancta colloquia ſint prorſus inepti, ma-
giſque inde ſæpius damnum quàm commodum ul-
lum reportent. Deinde non eos pudet team quodā-

Scripturæ obſcuritatis inſimulantur.

modo facere Scripturam obſcuritatis ac tenebrarum
cujuſdam ſempiternæ noctis, in quibus nihil certò
vel cognoſci vel definiri poſſit. Hæc ſunt, viri Theo-
logi, quæ nobis magna impudentia & intolerabili
audacia fermè ſemper opponuntur.

Sed primùm de his doctiſſimis viris intelligere ve-
lim, medicinam inſtitutam ægrotis an ſanis arbitren-
tur? Profectò niſi deſperanter inſaniant, malè affe-
ctis, reſpondebunt, quod & Chriſtus oſtendit, cum
diceret, non eſſe opus valentibus medico, ſed his qui

Scripturæ utilitas.

malè habeant. Qua igitur fronte homines, licet pec-
catores, à cognitione verborum Dei revocant? quo
alio medicamenti genere illos curari volunt? nullum
eſt aliud remedium, quod præſentius à mentibus
humanis depellat mala, & ſalutem reſtituat, quàm
ſacrarum literarum repetita doctrina: ut verè amule-
tum, alexipharmacum & fomentum παγχρηστὸν dici
poſſit. Facultas iſta non tam liberalis eſt quàm libe-
ratrix, & hominum ex potentiſſima tyrannide dia-
boli, peccati & mortis aſſertrix. Omnes igitur om-
nium generum homines ad hos fontes magna fidu-
cia & alacritate accurrant. Nullum pœnitebit (Deum
teſtor) hanc πανακείαν uſurpaſſe. Diſcent juvenes ra-
tionem præclariſſimam inſtituendæ vitæ. Diſcent vi-
ri, quo pacto ſit perſeverandum in rectis dogmatis &
ſanctis operibus. Diſcent ſenes mox obituri, lætitiā,
quæ capienda eſt ex diſſolutione corporis, & migra-
tione animi ad Chriſtum. Diſcent pauperes & affli-
cti, ſe fœlices in Chriſto eſſe, licet vel à mundo, vel à
carne miſeri judicentur. Diſcent mulieres officia ſuę
conditionis, nempe modeſtiam, taciturnitatem, ſub-
jectionem erga viros, & pudicitiam.

Cúmque omnes maxima cum utilitate ſint in di-
vinis literis habitaturi, an exiſtimatis, viri Theologi,
ſolos vos abſque fructu in hoc ſtudij genere futuros?
Deus hanc ſuſpicionem avertat. Nulli magis quàm
vos (ſcio quid loquar) hinc juvabūtur. Nam veſtrûm
pleriqùe omnes, vel jam inſtituti eſtis, vel ſuo tem-
pore inſtituemini Eccleſiæ miniſtri: cujus ordinis
munus id eſt, homines piſcari, homines paſcere, ho-
mines ad Deum trahere. Sed obſecro, quæ ſunt retia?
quæ pabula? quæ catenæ vobis in opere veſtro uſui
futuræ? Verba Dei. Si quid eſt docendum, doceant
ſermone Dei: ſi quid eſt confutādum, confutetur ſer-
mone Dei: ſi quid eſt corrigēdum, corrigatur ſermo-
ne Dei: ſi quid inſtituendum eſt, inſtituatur ſermone
Dei. Deniq; verbū Dei ſit vobis in omni eccleſiaſti-
ca functione prora & puppis. Quicquid Homerus
Iliam ſuam χρυσὰν σειρὰν, qua Iovem ad ſe omnia tra-
here finxit, ſignificare voluerit, in præſentia omitto,
& veram catenam, qua homines ad Deum per vos ad-
duci poſſunt, cœleſtiûm verborum ſeriem eſſe affir-
mo, connexam per ætatum gradus, ad mortales ju-
vandos & rapiendos ad vitam nunquam occaſuram.
Hæc planè in veteri & novo Teſtamento cōtexa eſt,
& ſcala Iacobi apertiſſimè dici poteſt ad cœlum per-
tingens, per quam Angeli & deſcendunt & aſcen-
dunt. Quis enim tam ſtupidus, ut non intelligat,
quàm in divinis literis infinitæ Dei ſapientiæ ſenſus
ad captum hominum à ſua Majeſtate ſe demittant?
& quaſi ex Olympo in mundi planitiem deſcen-
dant? Nec quiſquam ut arbitror, ſic eſt à ſole averſus,
ut non videat quam ſublimis à terra elevetur, quotus
quiſque ſacram lectionem familiarem habet.

Sacras literas non eſſe obſcuras.

Nunc ubi reſponſum eſt illis, qui nolunt homi-
nes paſſim legere divinas literas, quòd vitiis atq; pec-
catis laborent, vela jam ad eorū gregem vertamus,
qui tenebras & obſcuritatem divinorum oraculorum
accuſant. Hi ſibi reſponſum habeant, in his quæ re-
quiruntur neceſſario ad hominum ſalutem, divinas
literas neq; involutas eſſe, neq; caliginē habere offu-
ſam: & ſi quis in illis evolvendis & attentus & dili-
gens fuerit, obſervabit facilè, in aliis locis perſpicuè
ac manifeſte doceri, quæ alicubi ſub quopiam ænig-
mate deſcribūtur. Effuſiſſima Dei bonitas non labo-

A rat invidia, neque hominibus quos tantopere diligit,
obſcuritate orationis notitiam ſalutarium rerū ſub-
tractam voluit. Optarim autem, viri Theologi, hoc 2. Cor. 10. 4.
hodie vobis quàm maximè perſuaſum, obſcuritatem
ſacrarum literarum ſicubi ſit, inſtar cœleſtium eſſe ex
quibus veſtra opera & meditatione, ſi frequenter cō-
cutiantur, ac ſimul eliſæ fuerint, cùm fulgetra coru-
ſcantia veritatis erumpent, tum jactus cœleſtiū ful-
minum, quibus omnes munitiones ac excelſa detur-
babuntur atque disjicientur, quæ ſeſe adverſus Deū
B & ejus veram notitiam extollunt. Mirum porrò eſt,
niſi jam ſentiatur quàm apertiſſimè, quid iſta Papæ
mancipia tandem ſibi velint, dum homines abſtra-
hunt à Verbo Dei legendo & meditando. Vellent
proculdubiò religionem denuò in priſtinum chaos
& præteritam confuſionem redire.

At vos, optimi fratres, & quo ad hoc nunquam ſa-
tis laudati, ſapientiſſimè facitis, qui Verbum Dei aſ-
ſervandum ut pupillam oculi, ſcribendúmque in ta-
bulis cordis cenſuiſtis. Cuſtodia ejus quamvis ad o-
C mnes pertinet Chriſtianos, attamē ad illos maximè,
qui vel docendo & concionando jam Eccleſiæ inſer-
viunt, vel ad ſacrum miniſterium ſeſe præparant.
Quod munus licet nonnulli ſervi carnis & mundi, ut
deſpicatum & contemptum, rideant, attamen hono-
rificum eſt & dignitatis undique plenum. Nam qui
ſapientes habiti ſunt, putarunt judicem eſſe legem
loquentem, non alia ſanè de cauſa, niſi quòd volun-
tatis, mentis & ſenſus Legis ſit interpres. Quod ſi
non illi ſunt ineptè commenti, nos verum atq; ſyn-
D cerum Theologum, non abs re dicere poterimus,
Deum inter homines loquentem. Quod tantiſper
judico recipiendum, quoad non ex inventis homi-
num, ſed ex verbo Dei reſponderit, neque unà cum
Virgiliano Sinone vera falſis miſcuerit. Ad quam
puritatem ſectandam in docendo & concionando,
Symmyſtę chariſſimi, vos toto pectore omniq; Chri-
ſtiano affectu adhortor. Cavete obſecro vitiorum
nutriculas, voluptatem & inertiam.

Hos tamen & unà vos omnes, in Chriſto fratres
E chariſſimi, velim monitos, locum ceu ſcholam hujus
philoſophiæ cœlum eſſe, unde qui repunt humi, &
ſuam converſationem in cœlis, ut Apoſtolus juſſit,
non inſtituunt, periclitantur ne ſtudendo ludant o- Phil. 3. 20.
peram. Adhæc minimè tacendum eſt informatorem
ejus eſſe Spiritum ſanctum. Nam licet doctores,
concionatores, inſtitutores, & pædagogos innume-
ros habueritis, niſi Spiritus ſanctus intus præcordia
refingat, illi omnes abſque operæpretio ſudabunt.
Quiq fuerint ſacræ hujus doctrinæ, jam inde ab ini-
F tio delecti miniſtri, ſacræ hiſtoriæ affatim indicant:
Prophetæ nempe, plebeij & ruſtici plerumque ho-
mines, piſcatores, publicani & pellium ſutores. Ve-
rùm ex iſtorum juxta mundum contempta ſorte ni-
hil divina oracula aut indignitatis aut vitii contra-
xerunt: ſiquidē facultas hæc quāta quanta ęſt, à Deo
& Spiritu ejus pendet. Propterea non qui fuerint
illi attendendum eſt, ſed quid tradant, quóve doctri-
na ſua nos impellant. Haud ſanè vocant ad ramum o-
leæ, ad coronam oleaſtri appii foliis intertextam, nō
G ad lauream muralem, navalem aut civicam, non ad
ſtatuas marmoreas, æreas, argenteas, vel aureas, nō ad
imagines, convivia perpetuò inſtructa, & victum in
Prytaneo, ſed eò ut Dei efficiamur chariſſimi filii,
hæredes ejus, & Chriſti cohæredes.

Deinde vos per ſalutem veſtram obſecro, ut ſi qua
viſcera, ſi quæ miſerationes, & ſi qua ſolicitudo vel
cura vos tangit eccleſiæ, hoc eſt, corporis Chriſti, a-
deo noſtris temporibus diſcerpti atque disjecti, huc
quæſo huc reſpiciatis. Non enim opibus aut ſacris
H veſtibus, non ciborum delectu, nō ritibus & ceremo-
niis inſtaurabitur, ſed hoc uno pharmaco Dei verbi
curari poteſt. Certè ſi facultas ędēdi miracula hodie
in eccleſia extaret, ut primitivo tempore habebatur,
dogmata pietatis haud parū fortaſſe cōfirmarent. At
ſi omnes in unum conveniamus, agamúſque preci-
bus vehementibus & efficaciſſimis lachrymis, non
tantùm efficiemus quantum olim Pauli ſemicinctia
præſtiterunt. Vnde liquidò apparet, quanto ſtudio
I ſcientia Scripturarū ſacrarū comparanda ſit, cùm eo
dūtaxat præſidio tuenda ſint caſtra Dei. Porro Apo-
ſtoli, qui adeò ſpiritu & miraculis fuerunt eximii, ab Act. 6. 2.

opere tractandi communicandique verbum Dei, nulla ratione ſe paſſi ſunt removeri: ſed potius in Eccleſia diaconos curarunt inſtitui, quo in ipſa à cura menſarum abſoluti, adminiſtrationi Evangelij tantummodo incumberent. Quin & Paulus peram cum membranis & libris afferri ſibi juſſit, cum Romæ detineretur captivus, ut legendo quoque ac ſcribendo prodeſſet Eccleſiæ. Idémque monebat Timotheum, ut doctrinæ ac lectioni ſedulo operam daret, quo & ſeipſum & eos qui audirent, conſervaret.

2.Tim.4.13.

1.Tim.4.13.

Sin verò hæc omnia, quæ ſanè permultum debuerant movere, parum moverint, cur non ſpectamus, quæ nos atrocia prælia circunſtent? Non eſt nobis (ut Apoſtolus ait) colluctatio adverſus carnē & ſanguinem, ſed adverſus principatus ac poteſtates & cœleſtes nequitias. Quod bellum cùm non unum ſimplex & levitet, ſed varium, & multiplex & acerrimè geratur, nos omnes, ut ex armamentario Scripturæ tela ſemper habeamus quam expeditiſſima. Omnes pugnandi rationes & modos certandi nos oportet in hoc bello tenere, ne turpiter nos demus, cùm ad manus ventū fuerit. Quid proderit adverſus Ethnicos & philoſophos acriter diſputaſſe, cùm Iudæi ex altera parte omnia depopulentur? Quidve proderit Marcionitas, Valentinianos, Arianos & cæteras hujuſmodi peſtes expugnaſſe, ſi omnia Papiſtæ longe latéque devaſtent? Poſtremò, quid operæpretij faciemus ſi tantum dogmata pia tutati fuerimus, & nihil de ſanctæ vitæ inſtitutione & moribus emendandis, ac ædificatione ſpirituali allatum fuerit? Propterea huc omnes adeſte, rempublicam eccleſiaſticam juvare, ac Domini populum, dum invaditur à copiis tam violentis & ſubdolis, hoc muro Verbi Dei plus quàm adamantino circundate. Veniat in mentem Paulus, qui ut in Actis habetur, commemorabat Epheſiis, apud eos toto triennio ſe fuiſſe, monuiſſe unumquemque ac id cum multis lachrymis: & nos pudeat noſtrum, qui aut nunquam Evangelium Chriſti prædicamus in Eccleſia, aut quam rarò & adeò frigidè, ut videamur facilè alienum tractare negotium: nulli adhibentur vehementes affectus, nec ſeriò vel ex animo fit quicquam, ſed potius omnia ex ritu & ceremonia quadam agitantur. Nemo excuſet, hæc ad Epiſcopos tantum & ad paſtores attinere, cùm ad Coloſſenſes Paulus unumquemque admoneat, tum ut ſermo Dei habitet in nobis opulenter, tum ut ſermo noſter ſemper cum gratia ſale ſit conditus, ut ſciamus quomodo nos oporteat cuique reſpondere. Et Petrus vult nos eſſe paratos, ut de ea quæ in nobis eſt ſpe rationem poſſimus reddere.

Ephe.6.12.

Act.20.18.19.

Col.3.16.

1.Pet.3.15.

Verùm quia me jam ſpatio temporis excludi ſentio, idcirco vela orationis contraham, & ad implorandam auxilij divini opem, ut ad portum tutiſſimum appellam. Vtque divinus Moſes cum jam annos quadraginta populum Dei rexiſſet, ita oravit. Vt pluvia doctrina mea ſtillet, & ut ros dictum meum: ſic ego te Deus ter maximè precor, ut quę ſum tuos diſcipulos docturus, minimè ſint errorum procella, ſed veritatis optata & fœcunda pluvia, meæque interpretationes haud ſint imber Eccleſiam vaſtans & conſcientias proſternens: verùm conſolatio roſcida, & utilis animorum ædificatio: Téque item oratū & exoratum velim, ut omnes qui præſentes coram adſunt, nec publica via, nec ſpinæ, neque petroſus ager, ſanctum Verbi tui ſemen excipiant: at bona terra & fundus à ſpiritu tuo præparatus, è Scripturis quæ ſulcis cordium eorum mandabuntur, fructum trigeſimum ſexageſimum & centeſimum referant.

Deut.32.2.

ORATIO QVAM TIGVRI PRImam habuit cùm in locum D. Conradi Pellicani ſucceſſiſſet.

Quæ ſoleant à gravioribus functionibus deterrere.

QVæ cauſæ ſoleant, viri Theologi ac fratres in Chriſto dilectiſſimi, à gravi aliqua functione nonnunquam homines abſterrere, ut me vel experientia vel ſapientiſſimorum virorum literæ docent, non quidem infinitæ ſunt, ut certo numero comprehendi nequeant, ſed tamen variæ atque multiplices A animo meo ſe offerunt. Primùm, ſibi oblatam non nulli procurationem recuſant, quod ejus nova, recens & inopinata imponatur. Nam quemadmodum à juvencis indomitis jugum, & à pullis equinis frena excutiuntur, ſic homines omnia ea facilè perturbāt, quorum inſolentes fuerint. Et præſertim ſi genus vitæ ſibi delegerint, quod omnino ab eo ad quod vocantur munere ſit diverſum, quam ob cauſam Baſilium Magnum, Gregorium Theologum, & Ioannem Chryſoſtomum, ſummo labore illorum temporum, B Eccleſiæ ad Epiſcopatum capeſſendum adduxerunt, quod ſolitariæ vitæ cupidiores fuerint, quàm Chriſtianos viros eſſe oporteat, ut qui non ſibi tantùm nati ſint, verùm cæteris hominibus, nec non ſanctorum ſocietati, & maximè omnium vero cultui quam longè latéque propagando. Sumus omnes decretorum voluntatis noſtræ tenaciſſimi, neque libenter in aliorum judiciis atque placitis conquieſcimus. Secundo loco annumerandi ſunt, qui vocantibus ob id reluctantur, quia exiſtimant ſuam operam C fore ſupervacaneam, cum in ea re paſſim laborent plurimi ad quam efficiendam acceſſuntur. Si deeſſent (inquiunt) operæ, non committeremus, ut à nobis ſtudium noſtrum & induſtria deſideraretur, qui ſit ut artes eæ ab elegantioribus contemnantur, in quibus exercere ſeſe permultos viderint. Illi poſtremò cùm invitantur munus vel præſtantiſſimum ſuſcipere, ideo nolunt quod ſe non eſſe obeundo intelligant, materiam clamitant æquam viribus deli- D gendam, neque committendum ut oneri quantumvis inhonorifico ſuccumbamus. Nam ut id præclarius fuerit, noſter quoque ſub eo caſus erit illuſtrior. Hoc utique nomine Moſes vocanti Deo aliquandiu eſt refragatus: Et Hieremias, ut ſuæ ætatis ratio haberetur, orabat. Cogitabant ij ſancti viri, & quanta eſſet humanarum virium imbecillitas, quàm grave pondus adminiſtrationis propoſitæ, atque ideo jubenti Deo non illico paruerunt. Hæc à me in præſentia, fratres, non ſine magna ratione ſunt comme- E morata: cùm enim nulla recuſatione, declinatione, tergiverſatione, vel mora ſaltem interpoſita, locum hunc ampliſſimum ad ſacras literas interpretandas occuparim, nollem exiſtimari, vel imprudenti conſilio, vel audacia temeraria id commiſiſſe. Potuiſſem utique à tam ſancto miniſterio, ut hoc haberi debet, facilè avocari, ſi aliqua ex iis rationibus, quas jam audiviſtis, animum meum ab eo retraxiſſet. Verùm, quia nulli earum ſpiritus Chriſti gratia in me locus ſit relictus, ideo ſic promptum, alacrem, hilarem, e- F recto animo huc aſcendiſſe conſpicitis. Quod ut vobis commodo veriſimilique argumento perſuadeam, eodem quo cœpi ordine cauſas jam adductas excutiam, neque ſolùm demonſtrabo nullam potuiſſe me jure ab inſtituto deterrere, ſed ab earum ſingula quaque meam voluntatem ad hoc faciendum fuiſſe mirifice inflammatam. Sed adeſte quæſo, ut quæ dixi, non deteriori fide, quàm ſim pollicitus, expediam.

Simile.

Exod.3.11.&c4.

Iere.16.

Quod inprimis poſitum eſt, à quo deterrentur G homines, ne functionem propoſitam capeſſant, id porrò eſt, ſi novum & in expectatum fuerit, quod mandatur. Mihi vero eſſe non poteſt hac ætate novum, inſolens, & non opinatum tractandi verbi Dei exercitium. Nam jam inde à prima ætate cum adhuc agerem in Italia, præ cæteris hominum artibus & inſtitutis, hoc unum decrevi perſequi, ut literas cum primis divinas & diſcerem & docerem, neque conatum ſucceſſus deſtituit. Nam ſum quidem & ipſe, ut caligo, tenebræ, obſcuritas & nox papatus H multis imponit, ad tempus hallucinatus, attamen ſcripta ſacra in illo cæco ergaſtulo, ut tum concedebatur, cùm diſcere tum docere non deſiſtebam. At poſtea cum beneficio Chriſti miſertus eſt mei cœleſtis pater, Evangelij veritatem per nubem, & ut arbores ambulantes cœpi videre, neque quod adhuc pingui & craſſa Minerva intelligebam reticere potui, communicabam aliis augebatúrque lumen, auctaq; menſura & ratione, docebam apertius eóque res adducta eſt, ut jam ſine ſummo diſcrimine in Italia nō I poſſem agere: quare in Germaniam, viri Theologi, me contuli, quo unde per literas prima repurgatæ veritatis elementa guſtaveram, indidem uberiorem abſolu-

D. Martyris in Theologia progreſſus.

Digitized by Google

abſolutiorémque doctrinam affatim biberem. Cupiebam etiam præſens aliquas reſtitutas Eccleſias cõtemplari, ne ceu rempub. Platonis Eccleſiæ revocationem putarem, quæ intelligi plane queat, ſed nulla ratione alicubi locum habeat. Quod verò tum

Tigurum.

avidè quærebam, Tiguri primùm, Tiguri inquam cœpi conſequi, Deo curſum itineris cœpti, non abſque omine fœliciſſimo, dirigente. Nam cùm huc perveniſſem, & piam ſinceráṁque Theologiam hìc doceri, & ſimplicibus apoſtolicisq́ue inſtitutis Eccleſiam formatam eſſe animadverti. Quamobrem ſi tunc ratio fuiſſet oblata, qua meum exilium tueri potuiſſem, illam quam cupidiſſimè fuiſſem amplexus: neque parum hanc meam voluntatem ac deſiderium in me jam excitatum, veſtra benigna humanitas auxit. Nam eo biduo, quo hic una cum meis commoratus ſum, D. Bullingeri, Bibliandri, Gaultheri, & piæ memoriæ Pellicani, & aliorum quos nominatim in præſentia recenſere nequeo, pia docta atq; ſuavi colloqutione ita ſum delectatus, ut illos pro beatis haberem, qui cum talibus viris degerent. & mihi ipſi præſens exilium gratularer, per quod fueram à Deo Opt. Max. ad eam conſolationem, & ad tantorum virorum notitiam & ſermones adductus, neque poſtea unquam, mihi credite, hujus Eccleſiæ illius bidui & convivij oblivisci potui. Quid plura? Ægrè ſum hinc avulſus, & quando manendi nulla occaſio per illud tempus occurrebat, non gratiora conſilia, ſed magis neceſſaria in re oportuit.

Argentoratū.

Sum deinde Argentoratum accitus, ubi defuncto Capitoni clariſſimo viro ad docendum Theologiam ſucceſſi, & ſenatus ejus urbis ampliſſimi, Eccleſiæ miniſtrorum, cum primis D. Buceri piæ memo-

Bucerus.

riæ, & profeſſorum Scholæ non parvam humanitatem ſum expertus, quam niſi velim ingratiſſimo eſſe animo, candidè laudare, atque ſinceriter prædicare debeo. Sex itaque propemodum totos annos interpretando ſacros libros ibi egi ac diutius manſiſſem,

Anglia.

niſi & à Magiſtratu & ab Eccleſia fuiſſem in Angliã miſſus, quo cùm à rege, tum ab archiepiſcopo illius regni Primate, accerſitus fueram. Duram utique provinciam ſuſcepi. Nam & in Oxonienſi gymnaſio Theologiam docere oportuit, & ad conſultationes de rebus eccleſiaſticis Londinum ſubinde advocabar, ubi quos pertulerim labores, quæ pericula obierim, in ſententia orthodoxa de Euchariſtia tuenda, quam vos quoque viri Tigurini, ut primarij & quodammodo unici patroni conſtantiſſime ſemper defendiſtis, ex aliis quam ex me vos audire malim. Norunt qui ea tempeſtate ibi fuerunt, me plus quam ſemel in ſummo periculo, in ſummo diſcrimine vitæ fuiſſe, cúmque ad optatam victoriam jam perventum fuiſſet, & dogma quod & rectum & ſanctum eſt obtineretur, expectaretúrque tranquillitas pacatiſſi-

Eduardus.

ma, obiit proh dolor, obiit Eduardus ille ſanctiſſimus rex, quo adoleſcente neſcio an ſol doctiorem pro ætate, ſanctiorem atque prudentiorem uſquam viderit. Succeſſit ei ſoror diſſimilis prorſus animi & voluntatis, ab Evangelij profeſſione aliena, Papæ mancipium, minus civium ſuorum dignitatis & honoris quàm Hiſpanorum imperij atque compendij ſtudioſa: ibi omnia defuncti regis pulcherrima inſtituta ſunt everſa, quemadmodum ſcitis, boni vero aut fugati aut occiſi. Quod autem ipſe tam funeſtam calamitatem evaſerim, tantiſper ſomnium putavi, quoad maximis difficultatibus mari tranſmiſſo in Belgium venerim. Benigniſſimam Dei curam multoties erga me ſum expertus, at nunquam æquè atque tunc manifeſtam, dilucidam & expreſſam ſenſi. Poſt illud miſerandum excidium, Argentinam redij, quod illius urbis civis eſſem, & à magiſtratu ante annum revocatus. Revertebar ut in rebus triſtibus alacri animo, ut in ea Schola Theologiam de more profiterer.

Argentinæ de Euchariſtia concertationes.

Senatui porro, profeſſoribus, veteribúſque amicis reditus meus gratiſſimus fuit, non tamen omnibus miniſtris. De iis loquor qui placentas & cruſtula corpus Chriſti reipſa eſſe, non quidem probare, ſed audaciſſimè vociferari quotidie ſunt parati. Quibus tamen invitis & clam impedientibus, cum palam abblandirentur, priſtino loco & functioni ſum reſtitutus. Cúmque tum temporis controverſia ſacramen-

A taria ferveret, ut nunc etiam magno certamine agitur, non abſque Dei ſumma cura, qui nolit adeo bonam cauſam turpiter in tenebris jacere, magiſtratus Argentinenſis, qui externæ paci ſummopere ſtudet, in me recipiendo id cavere voluit, ne contentionem iſtam in Schola excitarem, ſed una cum ſymmyſtis pacem colerem. Pacis, quæ tamen honeſta eſſet, reſpondi me ſemper amantem fuiſſe, ideóque illam non violaturum, ſi modo id liberum relinque-

B retur, & cum locus in dicendo tractandus id requireret, ſententiam quam veriorem puto, amicè & placidè traderem, citra convitia & amaras verborum inſectationes: verùm admonebam, ſi pacem ſartam tectam vellent, curandum eſſe, ut etiam qui diverſarum partium eſſent, à contentione abſtinerent, & illa de re parcè ac moderatè loquerentur: alioqui ſalva conſcientia fieri non poſſe, ut veritas à me indefenſa relinqueretur: demum & id adjeci, pactione hujuſmodi me de iis quæ antea conſcripſiſſem, iſta de re

C nihil velle mutatum, caſſum, imminutúmve haberi. Diſceſſum iis conditionibus eſt, & pax utcunque ſervabatur. Sed cum paulo poſt à Saxonibus & à noſtris libellis editis acrius certaretur, illi quoque mei eruperunt, & licet in Schola nil moverint, è ſuggeſtu tamen ad populum ſententiam noſtram acerbiſſimè damnabant, ſed quia hæc germanice gerebantur, & extra Scholam, non uſque adeo movebar, quòd prudentibus & doctis viris liquidò conſtare viderem, adverſarios parum cauſæ confidere, cùm

D illam in ſchola publice tractare, vel de ea diſputare non auderent.

Verùm cùm & hoc ipſos non lateret, ſubornatus eſt puer, qui vel ab alio, vel potius ab aliis, compoſitam declamationem de ſcripto recitarit, eáque acerrima erat in ſacramentarios invectiva: magno dolore ac gemitu illam boni & pij viri audierunt. Quid enim hoc aliud erat quam claſſicum ceciniſſe? quamobrem cùm pax apertè violata eſſet, ego quoque mihi nequaquam rebar quieſcendum, quando ut

E Deo viſum eſt, literis cum à vobis optimis fratribus, tum ab hoc ampliſſimo ſenatu accepi, quibus huc evocabar. Quod ceu Dei munus ut inexpectatum ita opportuniſſimum cum animadverterem, omnino amplectendum cenſui. Verùm quanto labore ac difficultate ab ampliſſimo illo ſenatu miſſionem impetraverim, nunc tacendum cenſui, cum id veſtrum nemini obſcurum exiſtimem. Ne tamen inconſtantis defectionis inſimularer, me ibi omnino manſurum pollicebar, ſi mihi de cauſa illa docendi,

F diſputandi & ſcribendi libere, quid ſentirem copia fieret, cum adverſarii jam iſta palam ſibi permitterẽt, nec æquum eſſe, ut dum illis fas eſſet loqui, ego tacere cogerer, & rem jam eò adductam eſſe, ut à multis aut levitatis accuſarer, quaſi ſententiam inconſtanter mutaſſem, aut impietatis, quòd verum dogma in oculis & auribus meis, tam crudeliter proſcindi tacendo paterer. Cunctatum eſt diu, ſed cum civiles rationes apud eos qui Reſpub. adminiſtrant plurimum valeant, denique abeundi poteſtas facta

G eſt, licet id ſe invito animo facere magiſtratus coram me teſtaretur. Libertatem igitur viri Theologi, quã ibi non potui conſequi, veſtro beneficio ſum adeptus. Propterea Deo in primis, deinde vobis & ampliſſimo ſenatui hujus urbis gratias ago: videórque mihi diem illum, quo huc veni, natalem habere. Sed quorſum dicetis hæc tam altè repetita & commemorata? Duplici, ô boni, cauſa. Primum ne tot meæ peregrinationes levitati, ſed potius delectui animi & conſtanti voluntati aſcriberentur: nam ſolitariam vi-

H tam non delegi, quaſi mihi uni vellem ſtudia mea prodeſſe, neque patrum quorundam tantam cupiditatem ſeceſſuum & ſolitudinis probo, cùm homines non ad id eſſe factos, neque legem Dei hoc pati animadverterem. Hoc tantùm optavi, ut in ſancta Eccleſiæ ſocietate labore atq; ſtudio poſſem unquam cõſequi, aliis communicarem. Deinde, ut intelligatis hoc ſemper meorum omnium conſiliorum fuiſſe caput, ut in divinis literis explicandis omnem operam navarem. Quamobrem hoc exercitium mihi à

I vobis nuper mandatum, cum inexpectatum & improviſum non ſit, ſed expetitum & deſideratum, me deterrere non potuit, ſed potius vehementer impu-

Digitized by Google

lit, ut locum hunc alacri animo aſcenderim. Video jam orationem meam longius provectam de iſto primo capite quàm putaram, ſed ſtudium pugnandi ſuſpicionem, quæ de me potuiſſet haberi, & veſtra non vulgaris attentio, ut plus æquo forſan auderem, effecerunt.

Nunc tandem ad alterum caput venio, & in eo tractando brevitate ſumma utar, ut prolixitas jam allatæ orationis compenſetur. Neque me potuiſſe revocari ab hoc ſancto inſtituto, quòd pervulgatum ſit, & in eo quam plurimi laborent.

Theologorũ paucitas.

B Vtinam viri Theologi ſic eſſet, non ita miniſtrorum & ſyncerorum Theologorum penuria laboraretur. Non ſum ignarus Lutetiæ Pariſiorum, Lovanij, Salamanticæ, Bononiæ atque Patavij, & in pleriſque aliis gymnaſiis numeroſas eſſe turbas, imò greges & armenta, ſi velitis eorum, qui Theologiam profitentur, ſed qualem vos obſecro? tenebroſam, lutulentam, ſpinoſam & agreſtem, & diabolicis contentionibus undique inquinatam, ita ut in tanto eorum numero qui Theologi vocitantur, Theologum purum & ſyncerum vix unum reperias. C Conquerebatur Nazianzenus in ſuo Apologetico, quàm pauciſſimos fuiſſe veros Eccleſiæ paſtores, quamvis tanta eorum turba, qui munus illud uſurpabant, ut ſubditorum numerũ vinceret: quod hodie in Papatus tyrannide quàm manifeſtiſſimè videtur, initiantur quotidie infiniti ſacrificuli, qui ſacerdotia coguntur diutius quàm vellent expectare. Noſtrorum verò qui Evangelii puriorem prædicationem admiſerunt, quàm paucæ quàm raræ Scholæ numerari poſſunt? D Vobis quidem, viri Tigurini, ſcio doctos & pios (Deo gratia) non deeſſe Theologos, & qui profiteatur divinas literas doctiſſimum & exercitatiſſimum habetis D. Bibliandrum, de quo ſanè dubites an eruditione an ſanctitate magis excellat: illum honoris cauſa nominavi, quod mihi ſit futurus collega chariſſimus, quódque vos illi me voluiſſe video, ut Barnabam Paulo, adjungere.

Bibliander.

Eccleſia igitur hæc citra controverſiam abundat, ſed videndum eſt ne illi deſint quibus lampas de curſu tradi poſſit, & non civitati & E agro tantummodo veſtro debetis proſpicere, ſed etiam aliis qui miſerè doctoribus & paſtoribus deſtituuntur.

Matt.9.37.

Si unquam quod ait Dominus locum habuit, hodie veriſſimum eſt, meſſem eſſe multam, operas verò paucas. Cùm piæ memoriæ Lutherus & Zuinglius Evangelium prædicare cœperunt, ſi quis eis dixiſſet hanc doctrinam quam invulgabant, jam longè latéque ſpargendam, nunquam arbitror credidiſſent. Bono igitur, optimi juvenes, animo eſtote, F & ad ſacra ſtudia promptitudine atque alacritate ſumma vos parate: reſtibilis eſt ager Domini, neque ſpiritus Chriſti vis eſt effœta, ita ſuccenturiati, ut cum primùm vocem Domini audiveritis, cum Iſaia dicatis, Ecce ego, mitte me.

Iſa.6.8.

Videntur aliquot Helvetiorum Reſpublicæ adhuc Evãgelio reſiſtere, at & ipſæ cùm maturuerint erunt metendæ. In tantam igitur paucitatem operarum, & in talem ſpem propagandæ doctrinæ ſancti evangelii cùm hæc noſtra tempora inciderint, hoc nomine retrahi ab hac voluntate non debui, G ſed potius ad illam retinendam vehementius inflammari.

Muneris Theologici difficultas.

Dixi de hoc ſecundo capite brevius, quoniam ita perſpicuum & apertum eſt, ut prolixa expoſitione longáque prolatione opus non habuerit. Verum in tertio noſtræ diſtributionis membro, multo majorem video fore difficultatem, quia multa in eo comprehenduntur, quæ poſſent animum vel prudentis viri non leviter permovere. Quis enim auſit negare, H ſupra vires nil eſſe tentandum? Quod ſi verum eſt, qui ego poſſum ab opere propoſito non revocari, cùm hactenus tantum eruditionis atque ſcientiæ mihi non comparaverim, ut illi jure meo confidere poſſim, cùm etiam ætas ingraveſcat, neque lucubrãdi ſummos labores, moleſtiámque perpetuò incumbendi libris & ſcriptionibus, non ſit ferendo, cùm facultas tradenda, nimirum explicatio divinarum literarum, perardua ſit, & ut noſtra tempora ſunt, controverſiis & quidem graviſſimis undique ſcateat, cũque poſtremo non apud imperitos, quorum oculi I facile perſtingi, aut quorum animis nullo negotio imponi queat, ſed apud juris divini prudentiſſimos A viros, omni pietate omnibúſque doctrinis clariſſimos, qui vel ab ipſa infantia in hoc ſtudii genere ſunt exercitati, quique paleſtræ hujus non vulgaria certamina quotidie obeant, & olim fœliciſſime obierunt? Hic ſanè, optimi auditores, ut ingenue fatear, aliquantiſper nonnihil hæſitavi. Quid enim aliter facerem, neſcire potui, quam ſit mihi curta ſupellex domi: at ipſe permulta quo ad ſcientiam rerum, quęſtionum explicationem & linguarum peritiam in me ipſo deſidero. B Negabo me grandem natu? canities & rugata frons arguet. Inficiabor in divinis literis excutiendis multa paſſim occurrere obſcura & ſalebroſa loca quæ ſint & intellectu & explicatu difficilia? res ipſa loquetur cùm ad opus ventum fuerit, & omnia propemodum Patrum luculenta & ampliſſima monumenta, teſtimonium contra me dicent. Cunctabor ne demum fateri conſenſum veſtrũ ampliſſimum ſumma pietate omnique doctrinæ genere ornatum & excultum? ſi hoc diffitear, me vel ipſi lapides mentiri clamabunt, nedum omnes coarguent C falſi, quotquot ſcripta communis patris D. Bullingeri viri clariſſimi, Bibliandri, Gualtheri legerunt, & aliorum qui adeſtis vel conciones, vel divinarum literarum interpretationes publicè audiverunt. Horum argumentorum tanta eſt evidentia, ut negari prorſus nequeant. Neque tamen ut quod eſt verè atque ſincerirer dicam, quamvis mihi verſata ab oculos perſæpe ſunt, me vel minimum potuerunt avertere, quin quod ſum obiturus munus, prompto & alacri animo ſuſciperem. Nam etſi doctrinam habeo per- D tenuem & auguſtã, qualis qualis eſt, donum Dei eſſe ambigi non debet, donorum verò Dei proprium eſſe ſcimus omnes, cum id Chriſtus docuerit, ut ſi humi negligenter infodiantur, minora fiant, ſin verò negotiatione ſancta & juſta exerceantur, ampliſſime creſcant & quodammodo in immenſum fundantur, unde bonitate Dei fretus fore omnino confido, ut farina doctrinæ, quam in arca mea paucam eſſe ſcio, ſic augeatur, ut panes huic noſtræ menſæ non ſint defuturi, & oleum ſcientiæ, quod in lecytho meo Deus E poſuit, utut exiguum ſit, Chriſto favente, quoniam Deus prophetam ſummum excitavit nobis ex fratribus, tantas habeat acceſſiones, ut cibos proponendorum à me ſermonum etſi non lautè, commodè tamẽ poſſit condire, atque ita fortaſſis redundabit, ut non tantùm mihi ſit futurum ſatis ad uſus domeſticos, verùm quo & vobis, quibus multis modis ſum obſtrictus, valeam diſſolvere quæ debeo.

Mat.15.14.&c.
1.Reg.17.14.
2.Reg 4.3.

Vt igitur iſta copiâ, quam maxime cupio, non deſtituar, vehementer impellor ad impertiendum F vobis id parum doctrinæ & ſcientiæ, quantum quantum id eſt, quod ſua bonitate Deus largiri mihi voluit. Senectus fortaſſe corpus non nihil gravat, quãvis Chriſti beneficio, id hucuſque parum ſenſi, verũ id commodi mihi attulit, ut multa quæ lectione ſolum mentis intelligentia cognoſcere poteram, experientia quoque didicerim, quod ad firmiorem notitiam quantum habeat momenti, omnes artifices in ſuis artibus & ſciunt & liberè confitentur. Deinde, quæ veſtra clementia eſt & humanitas, & abſenti ve- G ſtris literis & præſenti coram ſignificaſtis, ita ætatis meæ rationem hìc eſſe habendam, ut labores tolerabiles & moderatos impoſituri ſitis. Quare illi anni quos natus ſum, nihil impediunt, quo minus hoc ſtadium quod offertur percurram. Neque materia tractanda, quod perardua ſit & difficilis, paratum & erectũ animum meum dejicit: quia video hanc glaciẽ nõ eſſe meo gladio ſecandã: ſpiritus promiſſus abſq; dubio aderit, atq; labyrinthi, ſi qui occurrent, divino H lumine illuſtrabuntur. Scio animalẽ hominem, quæ Dei ſunt non percipere, nec poſſe quidem, quod illa meram ſtultitiam & ſummã inſaniam judicet. Scio hæc prudentibus & ſapientibus mundi eſſe abſcondita, ſcio etiam prudentiam carnis nihil eſſe, quàm graves adverſus Deum inimicitias. Verùm e diverſo non me latet iis, qui ſpirituales, parvuli, & inimici carnis fieri cœperunt, arcana ſua tanquam amicis, ut promiſit Deus, luculenter patefacit. Novi ad hæc petentibus dandum, & quærentes inventuros, & pul- I ſantibus aperiendum, quamobrem precibus & meis & veſtris adjutus, divinam lucem adfuturam ſpero, qua per aperta liberè gradiamur, per obſcura & perplexa

1 Cor.2.14.
Matt.11.25.

plexa tutò & abſque ullo errore, per arcana verò & adhuc omnino recondita cum ſumma divinæ majeſtatis reverentia ſuſpiciendo, & demiſſo animo adorando, quæ adhuc intelligi non poſſunt. Neque me præterea latet, ex locorum ſimilium collatione, quæ prius obſcura videbantur, fieri poſſe illuſtriora, neq; parum Hebræorum expoſitorum monimenta interdum lucis afferre, multóque magis orthodoxorum patrum doctiſſima ſcripta, conſilia quoque admodũ prodeſſe virorum qui vivant, in divinis literis exercitatorum, quorum in hoc cœtu, quemadmodum jam dixi, permulti ſunt, hos accedere non verebor, & ſi quid alicubi hæſitem familiariter communicabo. Eſt difficile dictu, ſed creditu difficilius, quàm eæ doctorum & piorum virorum collationes, modò abſque præjudiciis, & animi obfirmatione illas acceſſerimus, ad veritatem eruendam proſint. Quando igitur tot adminicula undique ſe offerunt, divina inquam & humana, contra difficultatem & obſcuritatem, ſi qua interdum occurrit in verbis Dei, an hac de cauſa debuit à pulcherrimo incepto retardari? non planè, imo extrahi ſi cunctarer, ad hunc nobiliſſimum agrum proſcindendum.

Quod verò poſtremo loco adducebatur leve ut omnino eſt, ad abſterrendum, ita firmiſſimum eſt argumentum ad inflammandum & incitandum, nempe quod non ad ſimplices & rudes, verùm ad ſapientiſſimos & eruditiſſimos orationes meas ſim habiturus. Eſt porro impoſtoris, non probi viri, ſtupidos & ignaros quærere auditores, quos poſſit fallere. At qui veri eſt cupidus, neque vel ad ventrem vel ad quæſtum loquitur: cum illis qui ſapientia ſpirituali & Chriſtiana ſcientia prædití ſint libentiſſimè agit. Nã alterum duorum bonorum ſe aſſequuturum pro certo habet, nam ſi in doctrina à ſe propoſita illi acquieverint, gaudebit utique ſanorum virorum judicio ſententiam ſuam probari, & ad eam retinendã illorũ adjecto teſtimonio magis magiſque confirmabitur. Sin verò ab illis contradici ſenſerit, cùm ſciat viros eſſe graves, & velle in dogmatis ὀρθοτομεῖν, haud ſuſpicabitur φιλονεικίας cauſâ ſibi eos reſiſtere, unde ſi ab ipſis aliter eſſe fuerit edoctus, quam prius verum eſſe judicaverit, in eorum ſententiam pedibus ibit, non itaque jacturam, ſed veritatis lucrum omnibus modis expetendum fecit. Neque rarò fit, ut ſedenti, quemadmodum Paulus ad Corinthios loquitur, (1.Cor.14.30.) aliquid reveletur quod loquenti non eſt adhuc oſtenſum. Proinde ut agnoſco, doctiſſimi eſtis viri Theologi, ac θεοδίδακτοι, at iidem mihi unanimes, benevoli & amiciſſimi: quid ergo verear in hac veſtra corona docta, ſed amica, gravi ac benevola: ſevera, ſed humana: ſancta, verùm benigniſſima: illo fungi munere, ad quod obeundum ego non me ingeſſi, ſed vos vocaſtis? Non itaque ab hac repellor functione, quod improviſa ſeu inopinata mihi & alia cogitanti, atque diverſa inſtituta perſequenti evenerit: non quòd à pleriſque paſſim ſuſcipiatur, atque ob id redundans & ſupervacanea videatur: nõ denique quòd onus habeat meis viribus longè majus. Imò propter omnes iſtas cauſas magis magiſque erigor, magis inſtigor, magiſque rapior, ut totus in hanc provinciam incumbam.

Atque, ad id faciendum præter argumenta jam allata, maximè trahit, & vos etiam ut frequentiſſimè adſitis, acriter urgere debet, rerum tractandarum & dignitas & utilitas. Quæ duo à me pluribus commendanda eſſent, niſi à pietatis cultoribus ea ſæpius audiviſſetis facũdius & eloquentius celebrari, quàm à me ſterili dicendi genere humilíque oratione vel ornari vel prædicari queant: pauca tamen ut officio non defuiſſe videar, per ſumma capita excurrens, potius delibabo quàm dixiſſe videri poſſim. Vtque non perturbatè, ſed ordine agam, à definitione incipiendum judico. (Theologiæ dignitas & utilitas.) Theologiam itaque doctrinam exiſtimo eſſe non utique naturæ lumine ſed fidei luce animis noſtris veriſimilem & perſpicuam, qua tum divinæ ſapientiæ, tum voluntatis, certa quædam notitia ex divinis literis in Eccleſia, & dicitur, & docetur. Ejúſque naturæ ac proprietatis deprehenditur, ut inſtar auri & gemmarum, quæ ut frequentius inter manus habentur ac teruntur, eò plus reſplendẽt, tractando & conſiderando ſui fulgoris promicantiora lumina effundit, & ſeu aqua viva, quæ non modò ſitim reſtinguat, verùm ad æternam uſque vitam ſaliat, ut magis movetur & hauritur, eò lympidior & ſuavior efficitur: Et ut ignis qui dum ſæpius perflatur & agitatur, flammas cum ampliores tum clariores emittit. Neque putandum eſt hæc ſimilia temerè huc eſſe accommodata, cùm in divinis literis, verba Dei ac ſana doctrina gemmis, auro, argento, nec non aquæ vivæ, atque igni ardenti conferre ſoleant. Et non injuria. Vt enim iſta cæteris rebus inter mortales anteponuntur, vel teſte Pindaro qui ait ἄριστον μὲν ὕδωρ: ita divinæ literæ omnes humanas doctrinas & ſcientias antecellunt. Deſcribunt ſane aliæ quoque nonnulla Dei opera, ſed ea quæ perpetuo naturæ curſu durare cernuntur: at eæ admiranda illius geſta exponunt, quæ rara & inuſitata ſunt, atque, quod omnem vim naturæ ſuperant, miracula conſueverunt appellari. Produntur autem, ne fortè Deum ſuſpicemur, in rebus naturalibus producendis & conſervandis, ita omnem ſuam vim & potentiam, profudiſſe, ut nihil majus, amplius & excellentius facere queat. Quod profectò non ita eſt, nam infinitas (Simile.) Deus vires habet, unde nil eſt in natura tam firmum, conſtans & robuſtum, quod ab eo inverti non poſſit, & longe in diverſum flecti, atque ab initio fuerit inſtitutum.

Quod piis hominibus non leve ſolatium affert. Intelligunt enim divinis literis admoniti, omnia in ſui optimi parentis manu eſſe, nihilque ſibi doloris aut moleſtiæ inferri poſſe, niſi quantum Deus omnium rerum moderator eos ad ſalutem perferre decrevit. Hinc reddimur erecto animo in adverſis caſibus, fortes in periculis, in ipſa cruce, læti, infracto animo & prorſus impavidi cùm pro Chriſti nomine ſubeunda certamina fuerint. Hinc ſociorum Danielis vox illa heroica: (Dan.3.17.) Ecce Deus quem colimus nos, poteſt eruere de fornace ignis ardentis, & de manu tua, ô rex? liberare. Hinc David invicto animo canebat: (Pſal.27.1.) Dominus lux mea & ſalus mea, quem timebo? Dominus fortitudo vitæ meæ, à quo trepidabo? Si obſideant me caſtra, non timebit cor meum: ſi conſurgat adverſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Et alibi, Si ambulavero per vallem umbræ mortis, non (Pſal.23.5.) timebo malum. Atque hinc denique Paulus inſignis Chriſti Apoſtolus & puræ Evangelicæque doctrinæ aſſertor & promulgator clariſſimus: Quis inquit, ſeparabit nos à dilectione Dei? (Rom.8.30.) num afflictio, anguſtia, perſequutio, fames, nuditas, periculũ, gladius? Quemadmodum ſcriptum eſt, Propter te morti tradimur tota die, habiti ſumus ut oves deſtinatæ mactationi: verùm in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Nam mihi perſuaſum habeo quod neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtãtia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neque alia ulla creatura poterit nos ſeparare à dilectione Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Talia porrò ſacris edocti literis vera gloriatione filii Dei prædicant, ut qui ſciant, ut in divinis literis audiverunt & credunt, optimum parentem ſuum omnia ſingulis quibuſque momentis agere, dirigere, temperare ac moderari pro arbitrio, & quando viſum fuerit citra naturæ curſum per multa facere, feris adimendo ſævitiam & crudelitatem naturaliter inſitam, ignibus vim comburendi, ſoli & aſtris nativam lucem, robur legionibus, impetum ventis, & mari undarum tempeſtatúmque vehementiam: è diverſo multando ſapientes inſania: timorem incutiendo potentiſſimis, doctrinam afflando rudibus, infantibus eloquentiam & validiſſimum robur infirmis. Qui hæc in divinis literis norunt & conſtanter credunt domum ſuper munitiſſima petra fundatam inhabitant, quæ nulla pluviarum, fluminum, torrentium inundatione, aut venti tempeſtatiſve impetu everti poteſt.

ADHORTATIO AD COENAM Domini myſticam.

EIA fratres dilectiſſimi, jam Dominica Cœna eſt agitãda, ad quam Dei nomine vos omnes, quot-

quot adeſtis invito, vóſque obſecro per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, per beatam ſpem adventus ejus & fœlicitatem æternam, quam expectamus, ut ſic benignè atque humaniter vocati & invitati à Deo non detrecteris accedere. Noſtis quàm grave ſit atque moleſtum, jam paraſſe ſplendidum convivium, menſam apparatu magnifico inſtruxiſſe, atque dum nil aliud ſupereſt quàm ut accumbatur, convivas nulla juſta legitimáque cauſa renuntiare ſe non eſſe acceſſuros. Quis veſtiùm ibi non commoveretur? Quis non arbitraretur graviſſimam injuriam ſibi eſſe factam? Quamobrem, vos quoque in Chriſto chariſſimi, cavete, ne hanc ſacram Cœnam detrectando provocetis contra vos indignationem Dei, & acerbiſſimam ejus iram incurratis. Facile eſt dicere hominibus, Non communico, quia non poſſum. At eſt difficillimum, imò impoſſibile, ut hujuſmodi excuſatio coram Deo approbetur. Fac Deum interrogare, Cur non potes? Quid obſecro reſpondebis? Peccatis ſum contaminatus. Cur non te pœnitet? Ad reſipiſcendum non exiguntur longa temporum ſpatia. Potes nova ſpe lucri aut commodi ſtatim mutare propoſitum, potes conſilium invertere, potes contra quæ inſtitueras agere. At cùm à peccato eſt recedendum, ais, Non poſſum: cùm ad Deum eſt redeũdum excuſas, Non valeo. Cogitate etiam atque etiam, tales excuſationes non profuturas. Qui convivium patrisfamilias recuſarunt, quod villam emiſſent, quod eſſent probaturi juga boum, aut duxiſſent uxores: minimè fuerunt excuſati, ſed cœleſti vocatione atque invitatione habiti ſunt indigni. Equidem hic adſum, & pro officio legationis meæ Dei nomine vos invito, per Chriſtum voco, per veſtram ſalutem vos adhortor, ut communicetis: & quemadmodum Filius Dei eſt dignatus ob veſtram ſalutem in cruce animam ponere: ita vos dignemini memoriam ejus mortis hic unà cum cęteris fratribus, prout ipſe juſſit, agitare. Quod ſi non vultis omnino facere, atque ab obfirmato & obdurato propoſito vos non patimini abduci, vobiſcum bene reputate, quàntam Deo injuriam faciatis, & quanta propterea ultio vos maneat. Atque cùm iſtud ſacrum convivium detrectando ſatis ſuperque Deum offendatis, vos moneo & hortor atque obſecro, ne peccato huic aliud prætereà conjungatis: quod eſſet, ſi non communicaturi aſtaretis ceu ſpectatores communicantiũ. Quid hoc aliud erit, quàm Deo majorem injuriam facere? Eſt quidem contumelia repulſam dare invitanti, ſed ea longe fit major dum aſtatur, & interim cùm aliis non diſcumbitur, nec editur, neque bibitur. Hoc porro eſt ludibrio habere Chriſti myſteria. Dicetur cunctis: Accipite, & edite: Accipite & bibite ex hoc omnes: Hoc facite in memoriam mei. Quo ore? qua fronte? quo animo hæc audietis? Quid erit aliud negligere, contemnere ac irridere Teſtamentum Chriſti, niſi hoc fuerit? Quare potius abite, atque ſanctis date locum. Sed abeundo, quæſo vobiſcum reputate maturè ac graviter, undénam diſcedatis? Nempe à Deo, à Chriſto, à fratribus & epulo ſummæ charitatis. Hæc ſi fideliter cogitaveritis, & ad cor & in viam fortaſſe redibitis. Quod ut nobis divina miſericordia concedatur, nos hic precabimur dum unà communicabimus.

Matt.22.5.

Matt.26.19.

CLARISSIMIS ATQVE MAgnificis Dominis Scholarchis Argentinenſis gymnaſii, Dominis meis colendiſſimis, gratiam & pacem à Deo per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

QVandoquidem ſcrupulus eſt injectus de re ſacramentaria, timéntque hujus Eccleſiæ miniſtri, ne in ea cauſa per me aliquæ contentiones oriantur, ideo viſum eſt, quæ coram vobis ante aliquot dies affirmavi nunc eadem ſcripto repetere. Primùm, Confeſſionem Auguſtanam & alias quæcunque ab ea non diſcrepant, ſi rectè atque commodè intelligantur, me libenter amplecti & profiteri. Deinde, lites aut contentiones per me nullas excitatum iri, imo ſi locus aliquis pertractandus in Scripturis, vel quæpiam alia neceſſitas requiſiverit, ut circa hujuſmodi quæſtionem ſententiam meam explicem, id me cum omni modeſtia & citra cujuſquam amaram inſectationem recipio facturum. Quæ verò mea ſit ſententia, ex libellis à me jam editis intelligi poteſt. Quibus hoc meo ſcripto ſeu promiſſo nil detractum vel immutatum volo, quò ad per ſcripturas & ſpiritum edoctus aliter eſſe cognovero. Quod verò concordię initæ inter D. Martinum Bucerum atque Dominum Lutherum & ejus ſymmyſtas non ſubſcripſerim, ea cauſa eſt, quod per verbum Dei & conſcientiam nequeo dare, illos qui fide ſunt deſtituti, percipiendo ſacramenta corpus Chriſti ſumere. Neque mirum eſt me huic articulo nolle aſſentiri, cùm ipſemet Bucerus in hac noſtra Schola me præſente ſecus publicè docuerit, dum Acta Apoſtolorum explicaret, atque idem longè aliter in Anglia (ut ex quibuſdam ejus articulis poſſum oſtendere) ſcripſerit. Et rectè ſane judicavit, cùm fides unicum ſit inſtrumentum, quo Chriſtus corpus & ſanguis ejus à nobis percipitur, qua etiam ſubmota corporis os nil niſi ſacramenta corporis & ſanguinis Chriſti percipit, panem inquam & vinum Eccleſiæ ſeu miniſtri functione conſecrata. Quemadmodum hominem adultæ ætatis ſi ad Baptiſmum abſque fide accederet, nil diceremus præter ſacramentum, hoc eſt, aquam percipere, ſi quidem non poſſet non credendo gratiam regenerationis adipiſci: ſic citra fidem nemo ad communionem corporis & ſanguinis Chriſti admittitur. Poſtremò, ſubvereor ne ſubſcribendo concordiæ huic ad me perlatæ, videar Eccleſiam Tigurinã, Baſilienſem, Bernatem, Genevenſem & Anglicanam, omnéſque fratres per Italiam & Galliam diſperſos damnare. Quod ſanè mihi per verbum Dei non arbitror licere. Proinde ut Saxonicas Eccleſias & veneror & ſuſpicio, ſic & has alias quas commemoravi amplector in Domino ac vehementer diligo. Deus ut eſt pacis author, det nobis ut aliquando idem omnes & dicamus & ſentiamus. Vobis autem Dominis meis colendiſſimis pro clementia & bonitate, quam in me declaratis, gratias ago maximas, quando non aliud poſſum rependere. Atque oro Deũ Opt. Max. ut per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum perpetuò ſit vobis propitius. 27. Decembris 1553. Argentinæ in meo conducto hoſpitio.

Concordia inter Bucerum & Lutherum.

Fide Chriſtus percipitur.

CONFESSIO SEV SENTENTIA D. Petri Martyris Vermilij de Cœna Domini, exhibita ampliſſimo Senatui Argentinenſi, cùm vocaretur Tigurum, Anno M. D. LVI.

SErvator noſter Ieſus Chriſtus duabus naturis cõſtat in una eadémque perſona ſeu hypoſtaſi conjunctis, nec his quidem vel confuſis aut permixtis, ſed proprietatibus & conditionibus utriuſque ſalvis & integris. Ideóque Chriſti divinitati quæ infinita eſt, & nullis menſuris aut terminis circumſcribitur, ut ſit ubique, citra controverſiam conceditur. Humanitati verò ex ipſius natura & veritate, ita circumſcriptio, termini & fines debentur, ut nec ubique neque abſque certo aliquo loco eſſe poſſit: non ſanè imbecillitate divinæ potentiæ, ſed naturæ humanæ perpetua immutabilique conditione. Sicut enim fieri nõ poteſt, ut vel numerus ternarius ſit ſenarius, vel ut res heri geſta ſit infecta, ſic non poſſibile, ut, quod eſt humanum corpus, non ſit humanum corpus, cujus definitio neceſſariò magnitudinem, partes diſtinctas, & membra comprehendit. Quamobrem quicunque illud fundunt, & tam latè patere volunt, quàm divinum verbum, & ob id vel ubique, vel in multis locis eſſe, id quod eſt humanum corpus, non eſſe humanum corpus affirmant, & quod eſt creatum, id dicunt non eſſe creaturam. Quia nulli creaturæ convenit, cùm ſit finita, eodem tempore in multis locis eſſe. Chriſtum verò, quò ad naturam humanam, Eccleſia creaturam eſſe ex verbo Dei nunquam dubitavit. Chriſtus igitur, quà homo eſt, mundum reliquit, à nobis corpore præſens nõ habetur: cũ eo enim aſcendit in cœlũ, quòd eum continere ſeu accipere oportet, uſque ad tempora reſtitutionis omnium, ut Petrus in Actis Apoſtolicis capite 3. docuit.

Una in Chriſto perſona duabus conſtans naturis.

Humanitas Chriſti nõ eſt ubique.

SacramentumEuchariſtiæ ſic inſtitutũ à Chriſto

Quæ ſit in Sa-

Serva-

…ramētis Chriſti præſentia. *Verſ.21.*

Servatore noſtro fateor, ut verbis ejus adhibitis, quæ communionem veram fidelium cum eo pollicentur, & ſymbolis interpoſitis panis & vini, quæ Spiritus ſancti, dum ſacra Cœna peragitur, quò ad fideles, efficacia inſtrumenta ſunt, fides in nobis excitetur, qua verè, non fictè animo apprehendamus, & corpus & ſanguinem ejus, ut pro nobis in mortē & crucem tradita ſunt, in remiſſionem peccatorum. Quæ ſanè perceptio, licet rerum abſentium ſit & animo fiat, nō tamen ipſi animo tantùm prodeſt, verùm & ad corpus ſumentium redundat, ita ut vi quadā ſanctifica- B tionis conjunctioniſque ſpiritualis, capax fiat beatæ reſurrectionis & æternæ vitæ. Quare neq; in ſymbolis, neque in ipſis communicantibus, realem aut ſubſtantialem, corporalémve corporis Chriſti præſentiā admitto, neque poſſum agnoſcere, cùm tamen communionem & participationem corporis & ſanguinis ejus, communicantibus dari ſpiritualem non dubitem, ſed affirmem, quæ nihilominus & ante Sacramenti manducationem habeatur, fidei vero exercitio in comedendo myſterio creſcat. Quia niſi ante C ſumptionem Euchariſtiæ carni & ſanguini Chriſti communicaremus, ab eo eſſemus alieni, fide careremus, & indignè ad menſam ſpiritualis ejus convivij adiremus.

Infideles ſigna tantum participant.

Qui fide vera in Chriſtum ſunt deſtituti, quamvis ad ſymbola percipienda, panem inquam & vinum, accedunt, tamen corporis ejus & ſanguinis minimè participes ſiunt, niſi quatenus illa ſigna corporis & ſanguinis Domini appellatione donantur. Ea enim connexio eſt inter ſigna ſacra, & res quæ ſigni- D ficantur, ut divinæ literæ nomina eorum facilè permutent. Nam & caro Chriſti panis dicitur, ut Ioannis ſexto apparet, & panis in ſacra Cœna corpus Chriſti vocatur. Ita etiam Dominus & Iudæi ſe aiebant comedere Paſcha, cùm ipſum agnum ederent, quo Paſcha, id eſt, tranſitus, denotabatur. Poſſem itaque dare, impios corpus Domini ſumere, quia ſigna ejus accipiunt. Et quemadmodum in deſerto murmuratores Manna edebant, & aquam de petra bibebant, qui tamen cū expectato Chriſto nullā communionem ha- E bebant: ſic è diverſo ſancti & pij Hebræi, dum vnà cū illis edebant & bibebant, ſpiritualis cibi & potus nobiſcum erant participes. Et ne dubitemus, quis ille cibus potúſve fuerit, quem communem nobiſcū habuerunt, Paulus 1. ad Corinth. 10. capite id explicat, dicens: Bibebant de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. Proinde impij, qui eo deſtituuntur inſtrumento, quo corpus & ſanguis Domini ſumuntur, nimirum fide, idcirco non res ipſas quæ ſignificantur, verùm ſymbola tantùm earum F accipiunt. Qui verò fide ſunt inſtructi, ut corporis ore ſigna edunt & bibunt, ita fide atque ore mentis corpus & ſanguinem Chriſti verè apprehendunt.

Iohan. 6.51. Matt.26.26. Matt.26.17. Ioh.18.28. Verſ.4.

Verba inſtitutionis. Matth. 26.26.

Verba illa, Hoc eſt corpus meum, à Domino omnino tropicè dicta ſunt. Cum enim panem in manus accepertt, illúmque oſtenderit diſcumbentibus Apoſtolis, de eo, ſi panis eſſe non deſinat, quod ſuum corpus fuerit, affirmare non potuit. Quis enim proprio ſermone panem dicat eſſe humanum corpus? G profectò nemo qui ſapiat. Sunt enim eæ formæ naturæque omnino diſtinctæ ac ſeparatæ, ita vt vna eſſe altera minimè queat. Quamobrem, cum ſit adhibendus tropus, is deligatur oportet, qui Sacramentis magis conveniat. Sacramentorum autem definitio recepta eſt, ut ſint ſacrarum rerum ſigna. Proinde, ſicut victima Hebræorum Paſcha dicebatur, quod Paſcha, id eſt, tranſitum ſignificaret, & Circumciſio Dei fœdus, quod illius eſſet ſignum, neque petra, de qua veteres bibebant, alia ratione dicta ſit Chriſtus: ita H panis Euchariſtiæ appellatur corpus Domini, quòd illud ſignificet, non ſanè vulgari, ſcenica, vel theatrali ſignificatione, ſed efficaci: quandoquidem Spiritus ſanctus eo inſtrumento utitur ad fidem in nobis excitandam, qua corporis Domini communionem promiſſam apprehendamus. Darem etiam panem ipſum corpus Chriſti ſuo quodammodo eſſe, ac dici, nempe, quòd ejus ſit Sacramentum. Nam & ſcripturæ & Patres de Sacramentis non rarò ita loquuntur. Illi autem qui contrariam ſententiam defen- I dunt, & ipſi fortè in verbis allatis tropum concedent,

Matt.26.17. Gen.17.10.

A imò neceſſitate coacti locutionem illam ſic explicant: Hoc eſt corpus meum, id eſt, cum hoc nimirum pane datur corpus meum. Quam ego quoque interpretationem recipere non gravarer, ſi dari corpus Chriſti abſque ſubſtantiali vel corporali præſentia intelligerent. Quod quia nolunt admittere, ideò ad ambiguitatem cavendam, illo tropi genere abſtineo, & communi ac recepto Significationis, quo & Patres antiquitus utebantur, ſum contentus.

Corpus Chriſti quantùvis abſens participamus.

In eo controverſiæ noſtræ ſtatus eſt, quòd à multis non exiſtimatur corpus Chriſti verè poſſe communicari, niſi realiter & corporaliter, ut ita loquar, præſens fuerit. Verùm ii meo judicio vim fidei non ſatis perceptam habent. Non enim animadvertunt, per eam præſentia nobis fieri, quæ alioqui longiſſimè diſtant. Veteres quoque, quotquot pij erant, ut Paulus atteſtatur, eundem cibum potúmque ſpiritualem nobiſcum perceperunt, id eſt, corpus & ſanguinem Domini, ut ad Corinthios dicitur. Neque ſpirituali veræque communioni harum rerum obſtabat magna temporum diſtantia, in qua Chriſto jam nato hæc eſſe cœperunt. Fide quippè illis præſentia reddebantur. Quid igitur impedient modò locorum ſpatia, quæ inter cœlum, ubi Chriſtus degit, & nos intercedunt, quò minus corpore illius ac ſanguine verè fruamur, & eis vivificemur? Nihil planè, ſi fides adſit, quo noſtri animi verbo Dei & Sacramentis adjuti ſubvehantur in cœlum, ibíque ſpirituali cibo & potu corporis atque ſanguinis Chriſti reficiantur, & ad vitam æternam inſtaurentur. Dúmque cœlum ſubinde nomino, metaphora nulla vtor, ſed revera ipſos cœleſtes orbes intelligo, in quos Chriſtus cùm à nobis aſcendit, receptus eſt, ut ſancta Scriptura perhibet.

1.Cor.10.1. Cœlorum nomen. Luc.24.51.

Quiſque fidelium, cùm ſit Chriſti membrum, vbicunque fuerit, habet illum pro capite, & ei verè atque arctiſſimè conjungitur, ita ut inde vitam atque ſpiritum hauriat, quæ ſic à divinitate fluunt, ut per carnem & ſanguinem Domini tradita in mortem, ad nos deriventur. Nil enim Deus cœleſtium donorum communicat mortalibus, niſi per unum mediatorem Dei & hominum, hominē Ieſum Chriſtum, ut Paulus ad Timotheum ait. Qui fit ut oſſa noſtra, & carnes noſtræ, quā cœleſtem regenerationem, & æternam vitā participant, ſint ex carnibus ejus, & ex oſſibus ejus, ut ad Epheſios idem Apoſtolus docuit. Niſi enim ab illis pēderēt, & ſpiritualiter illis cohærerēt, neque regenerationem, neque vitam æternam, neque ſpiritum per illa ex Deo ad ſe traherent. Vnde quamvis inter nos & Chriſti corpus magna locorum ſpatia interponantur, ab eo tamen pendemus, & illi mirabiliter adjungimur: cúmque ſpiritualis, arcana & divina ſit iſta conjunctio, ſubſtantialis & corporalis præſentia corporis & ſanguinis ejus non requiritur, nóſque illam idcirco non ponimus, quia veritati humanæ naturæ Domini repugnat, & à ſcripturæ teſtimoniis clarè diſcrepat.

1.Tim.2.5. Corporis regeneratio. Epheſ.5.30.

In rebus humanis, cùm vir in longinquam regionem ob aliquos occurrentes caſus proficiſcitur, vxore ad tempus domi relicta, non deſinit propterea cum illa, ut ſcriptura loquitur, una eſſe caro. Manet igitur ſalva eorum vera, propria & legitima conjunctio, licet unus ab altero longiſſimè abſit. Quanto magis Chriſtus, qui Eccleſiæ, ut Apoſtolus ait, vir eſt, omnibus ſuis membris conjunctus manet, licet in cœlum abierit, & corporaliter diſceſſerit?

Epheſ.5.23.

Ad iſtam igitur unionem, quam cum Domino, id eſt, corpore, ſanguine atque oſſibus eius habemus, non eſt opus contactu phyſico, neque locis conjunctis, continuis, contiguis: Spiritus tantùm & fides adhibenda ſunt, quibus toti Chriſto ſponſo & Servatori noſtro quàm arctiſsimè copulamur. Qui autem negant veram iſtam conjunctionem cū carne Chriſti fieri, & haberi abſque ſubſtantiali corporalive ipſius præſentia, videntur potentiæ Dei parùm tribuere, cùm interea nos perpetuò moneant ad illam reſpiciendam, quando judicamus, corpus Chriſti non poſſe neque ubique, neque multis in locis eſſe ſimul. Eo ipſo remedio quod aliis porrigunt, utamur, & illam Dei potentiam concedant, quam veritas & noſtra pia ſententia requirit. Eáque data nihil detrahetur de humanitate Domini, ſalva manebit Sacra-

Digitized by Google

menti natura, & oraculis divinarum literarum unà conſentiemus.

In confeſſione Auguſtana, quantum ipſe video, nihil eſt hac de re, quod cum ſententia jam expoſita non poſſit convenire. Sed quia ἐν τῷ ῥητῷ καὶ διανοίᾳ, ut manifeſtè apparet, minimè inter nos convenimus, ideo quod ex verbo Dei credo atque intelligo explicare volui, ne ulli poſtea verba ſibi data eſſe juſtè conqueri poſſint. Et hæc complexus ſum pauciſſimis, de quibus docendo, diſputando & ſcribendo non poſſum diutius tacere, ſalva & integra conſcientia.

Ideo oro, ut de illa ſubſtantiali corporalique preſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna, & de cæteris, quæ jam commemoravi, mihi liberum ſit clarè ac dilucidè, quemadmodum ſentio, tractare dicto & ſcripto, cùm opportunum fuerit. Quod ſi non videatur concedendum, bona gratia & venia veſtrarum ampliſſimarum dominationum, peto, ut miſſus ſiam.

SENTENTIA D. PETRI MARTYris Vermilij, de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia, propoſita ab ipſo in Colloquio Poiſsiaci habito.

Reverendi Antiſtites, ac doctiſſimi viri, cùm videretur initus propemodum conſenſus de corporis Chriſti præſentia in uſu Cœnæ, vobis heri ſum profeſſus quæ mea de illo dogmate fides ac ſententia eſſet, quam ut tum verbis expreſſi, ſic in præſentia de ſcripto recitare ſtatui, quo certiorem ac magis perſpicuam illam vobis faciam. Sentio itaque corpus Chriſti reale atque ſubſtantiale tantùm in cœlis eſſe, fideles tamen communicando verum ejus corpus, & verum ſanguinem, quæ pro nobis tradita ſunt in crucem, ſpiritualiter per fidem verè percipere. Quare in pane & vino Cœnæ tranſſubſtantiationem & conſubſtantiationem minimè probo. Deinde affirmo, noſtræ conjunctioni cum corpore & ſanguine Chriſti locorum diſtantiam non obſtare, quoniam Cœna Domini res eſt cœleſtis, & licet ore corporis accipiamus in terris panem & vinum, Sacramenta corporis & ſanguinis Domini, fide tamen & ope Spiritus ſancti animi noſtri, quorum in primis eò hic ſpiritualis & divinus cibus, ad cœlum evecti, præſenti corpore ac ſanguine Chriſti fruuntur. Et ideo aſſero non opus eſſe ſtatuere corpus Chriſti verè ſubſtantialiter & corporaliter adeſſe vel nobis, vel ſymbolis, præſentia non locali. Res adhæc ſignificatas aio non aliter conjungi ſymbolis externis, quàm Sacramentaliter, quòd ab eis non prophanè ac leviter, ſed ex inſtituto Domini efficaciter ſignificentur. Hęc eſt ſumma fidei meæ quam in hoc dogmate ſequor, & idcirco allatas formulas conſenſus ea ratione admitto, qua referuntur, vel accommodari poſſunt ad ſenſum jam explicatum: contra quem ſi quis illas vel rapiat, vel interpretetur, ab eo me profiteor diſſidere. Cúmque in his formulis fiat mentio ſubſtantiæ corporis Chriſti, per illud nomen, ſeu vocabulum, nil aliud intelligo, quàm verum Chriſti corpus. Non enim fides noſtra in rem fictam, aut phantaſma dirigitur, ſed in corpus humanum verum & naturale, quod Verbum Dei ex beata Virgine aſſumta, & in crucem pro nobis dedit. Vnde non eſt, quod ex ea voce credamur exiſtimare præſentiam ejus realem alibi quàm in cœlis eſſe. Ego Petrus Martyr Vermilius, Florentinus, hæc manu mea ſcripſi, & ore proprio ſum proteſtatus coram Reverendis Dominis collocutoribus.

VNIVERSIS ECCLESIAE LVcenſis fidelibus, ſanctis, vocatis, gratia & pax à Deo patre noſtro, per Dominum Ieſum Chriſtum.

D. Martyris à Papatu ſeceſſio.

Diuturnum ſilentium meum in hac fuga, vobis quidem incommodum, ingratúmque foret, mihi vero magnopere dedeceret. Quapropter divinitus (ut autumo) inſpiratus, hiſce vobiſcum literis, quando id coràm non datur, colloqui conſtitui. Baſileæ commoratus uſque ad 16. Calendas Novembris, gratus licet acceptúſque omnibus eſſem, nullam tamen aptam ſtudiis meis vitæ conditionem nactus ſum, quòd civitas doctoribus non indigeret. Itaque cùm paupertatem atque inopiam abſque honeſto aliquo labore tolerare minimè valerem, animus autem aliud inſtitutum, quàm meum, exponendi ſcilicet verbi divini, ſuſcipere non daret, anxius hærebam, expectans, quid me, fidiſque comitibus meis, factum vellet Dominus. Nobiſcum ipſi nonnunquam dolebamus, quod ubi Tigurum perveneramus, Genevam, quo pridie ante adventum noſtrum iter fecerat Bernardinus Ochinus, non perrexeramus. Verùm accuratè expenſus rei eventus, demonſtrat ſatis omnia contigiſſe Dei providentia, qui præſentiam noſtram Argentorati opportuniorem fore, quàm Genevæ, proſpexerat. Bucerus enim, qui primas nunc tenet in Argentoratenſi Eccleſia, certior factus, Baſileæ nos abſque certa vocatione vivere, huc per literas accerſivit. Hoc nuntio læti, quòd alias quoque ob cauſas eum videre avebamus, immenſas Deo Optimo Maximo gratias agentes, propter hujuſmodi occaſionem nobis oblatam, Baſilea Argentoratum profecti ſumus. Simulárque huc pervenimus, amantiſſimè à Bucero, in ipſius ædibus, excepti fuimus. Dies ſeptendecim apud eum ſum diverſatus: quibus in ipſius cùm doctrina, tum etiam vita, exempla pietatis perſpexi admiranda. Ejus domus hoſpitio ſimilis videbatur: uſque adeò erga peregrinos, qui Evangelij & Chriſti cauſa peregrinari coguntur, eſt hoſpitalis. Familiæ tam bene præeſt, ut tot dierum ſpacio ne minimam quidem offendiculi occaſionem in ea animadverterim, ſed undique ædificationis materiam conſpexerim. Menſa ipſius neque luxum, neque ſordes præ ſe fert, ſed piam frugalitatem. Nullum facit in cibis dierum diſcrimen, verùm quibuſvis cibis, prout apponuntur, abſque ſuperſtitione veſcitur, agens ſæpe gratias Deo per Ieſum Chriſtum, pro tot tantiſque beneficiis. Ante ac poſt ſumptum cibum aliquid ex Sacris literis recitatur, quod piis & ſanctis ſermocinationibus ſuppeditat materiam. Auſim affirmare, me ab illa menſa ſemper diſceſſiſſe doctiorem: quoniam ſemper aliquid audiebam, quod nũquam antea tam accuratè expenderam, vel in quo non ita ſatisfactum mihi fuerat. Quod ad cæteras ejus attinet actiones, occupatum ſemper ipſum vidi, neque in privatis negotiis, ſed in iis rebus, quibus proximos juvare queat, in aſſiduis nimirum concionibus: in rebus Eccleſiaſticis rectè adminiſtrandis, ut Parochi creditas ſibi animas ex verbo Dei regant, & ſanctis exemplis confirment: in ludorum literariorum viſitatione, ut opera, quæ illic impenditur, omnis ad Evangelij promotionem, Eccleſiæque utilitatem referatur: in cohortationibus, quibus aſſiduè magiſtratum ad Chriſtianam pietatem excitat atque inflammat, nulla propè abit dies, quin curiam inviſat. Quoniam verò totum diem eſt in hujuſmodi negotiis, noctem privatis ſtudiis ac precibus tribuit. Ego (ut dicam, quod res eſt) noctu nunquam à ſomno excitatus fui, quin eum vigilantem animadverterem. Tum ſtudiis comparabat ſe ad ea, quæ dicturus erat interdiu: tum precibus vires ad diurnas actiones impetrabat. Ecce, fratres dilecti, noſtra ætate in terris, imò potius in Eccleſia Chriſti, verè ſanctos Epiſcopos. Hoc eſt Paſtoris officium: hæc eſt Epiſcopalis illa dignitas, à Paulo Epiſtolis ad Timotheum & Titum deſcripta. Multũ juvat in ſanctis illis Epiſtolis deſcriptionem iſtiuſmodi legere: verùm longè etiam magis placet oculis cernere ipſamet exemplaria. Objicient fortaſſe veſtri illi nomine tenus Epiſcopi, Dignitatem atque adeò majeſtatem Epiſcopalem ſervari hoc modo nõ poſſe: Si Epiſcopo quotidie concionandum, docendum in curias ludóſque literarios eundum eſt: Si egenorum, advenarum, & peregrinorum cura ſuſcipienda: ſi paupertas æquo animo abſque proventuũ magnitudine toleranda, ubi erit dignitas, ubi majeſtas Epiſcopalis? Reſpondemus, Animarum Paſtoribus, Epiſcopiſque Apoſtolicis, dignitatem, opes, gloriam minimè in precio eſſe. Damus contrà, Epiſcopis, non Eccleſiæ, ſed Mundi; Parentibus, non animarum, ſed nepotum, Paſtoribus, non hominum, ſed canum,

Bernardinus Ochinus.

Bucerus.

Veri Epiſcopi graphica effigies.

1.Tim.3.2. Tit.1.6.

> *Martyr ad docendũ vocatus.*
> *Capito.*
> *Fugæ defenſio.*

canum, equorum, accipitrum; hæc eſſe in primis curæ, A hæc eſſe in deliciis, in hæc ſummo ſtudio incumbendum, in hæc nervos omnes intendendos. Verùm, ne nimis excreſcat epiſtola, omiſſis ineptis ejuſmodi Epiſcopis ad id redeamus, de quo dicere cœperimus. Bucerus honeſtum mihi ſtipendium, unde poſſum commodè vitam ſuſtentare, à Senatu impetravit: ſimúlque provinciam demandavit, locum aliquem ex Sacris literis ſingulis diebus interpretandi. Prophetas minores, quos vocant, interpretor in præ- B ſentia, Hamoſo extremam manum brevi impoſiturus. Et quoniam plerique in hac ſchola Hebraicè norunt, Hebraicum contextum Latinè expono. Capito, vir cum eruditione, tum pietate clarus, locum mihi deſignatum tenebat antea: quo defuncto anno jam vertente, nemo fuit adhuc in ejus locum ſubſtitutus. Deus clementiſſimus Pater huc me adduxit, quo infinitos Buceri labores ex parte leuem: cui ante adventum meum erat quotidie docendum in ſchola. C Quando Capitoni ego ſum ſubſtitutus, ut cætera non levioris momenti negotia adminiſtret, jã ſcholaſticis muneribus poteſt ſuperſedere. Quotidie concionatur, docet nonnunquam magno cum totius ſcholæ fructu, meíq; ipſius, qui eum prælegẽtem audio. Res igitur meæ, divinæ miſericordiæ beneficio, optimo ſunt loco. Porrò non poſſum verbis explicare, quàm gratus & charus ſim omnibus & quàm toti ſcholæ ſatisfaciam. Benedictus ſit Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pro immenſa ſua clementia eſt mei miſertus. Vtinam iſta Eccleſia D hujuſmodi politia foret ornata. Longe majorem profectò fructum ex quotidianis concionibus, publicíſque Sacrarum literarum prælectionibus perciperetis, quam ex tot Miſſis, neque à ſacrificis, qui illas peragunt, neque ab auditoribus plerunque intellectis. Verbum Dei nunquam cadit infructuoſum. Quare omnibus cujuſvis conditionis, generis, ætatis, ſexus hominibus conduceret: atq; ita veſtra cùm Eccleſia, tum etiam civitas melior præſtantiórq; redderetur. Niſi me animus fallit, reſpondebitis omnino E in hunc modum: Hoc longè ſatius, longéque utilius profectò foret, ſed Paſtoribus opus eſt, quorum penuria laboramus. Quòd ſi pauci illi qui nobis reſtãt, fugam tuam, qua nos deſeruiſti, imitarentur, prorſus deſtitueremur, neque ullus eſſet, qui aut conſolari aut erudire ex Evangelio nos poſſet. Fratres dilecti, ne propterea exterreamini, neque animum deſpondeatis. Licèt enim ereptus vobis fuerim, non deſeret tamen vos clementiſſimus Pater noſter Deus: ſed aliquem ſemper excitabit qui veritatem vos doceat. F Precatus ſum, ac denuò precor, quod conferre vobis judico: at non ſum ego Deus, qui vobis ante præſtitutum tempus id largiri poſſim. Clementiſſimus Deus pro infinita ſua ſapientia, loco ac tempore maximè opportuno ſtabiliet Eccleſiam veſtram, quæ perculſa nunc & conſternata videtur, quam ſpiritus virtute non eſſe prorſus deſtitutam certò liquet, in exilio enim & perſequutionibus, quibus vexatur quotidie, non minorem adfert fidei fructum, quàm hæ Eccleſiæ, quæ Dei beneficio quiete ac pace fru- G untur. Adde, quòd tametſi miniſtris verbi, quibus prædicandi Evangelii demãdata eſt provincia, prorſus deſtitueremini (quod malum avertat Deus) nunquam tamen deerit Dei ſpiritus, qui concionatorum vices in cordibus veſtris obibit. Præterea ſunt ex vobis, qui per Dei gratiam uſque adeò veritatis luce ſunt illuſtrati, ut cæteris quoque prælucere, & veritati teſtimonium dare queant: & præter illos, quos jam donavit hac gratia, alios ſemper excitabit Dominus. Quare ex his omnibus colligo, diſceſſum meũ H ſaluti veſtræ minime fuiſſe detrimentoſum. Agnoſco fieri non poſſe, quin graviter feratis, privatos vos eſſe ſolatio ſpirituali, quod per conciones, prælectiones, collocutionéſque meas vobis interdum largiebatur Deus. Verùm quando ampliore ſpiritus virtute hanc jacturam compenſat Dominus, conſtat nõ eſſe ſaluti veſtræ damnum allatum. Præterquã quod hujuſmodi conciones, prælectiones, collocutiones durare non poterant amplius, niſi aut tenebras veritati inducere, aut apertè falſa profiteri voluiſſem, I quorum illud, nimirum veritatem obſcurare, nonnunquam feciſſe piget: hoc verò, nempe falſum docere, nullo modo faciendum fuit. Romæ apud eos, qui in hiſce rebus verſantur, percrebuerat jam rumor, mihi in primis tribuendum, quod veſtra civitas in errore permaneret. Imò Lucæ in os mihi objectũ illud fuit, poſſe me concionibus meis, meáq; authoritate hiſce malis omnibus mederi. Ipſi quoque monachi mei quotidie murmurabãt, pejus audire propter me monaſterium noſtrum Auguſtinianorum monaſterio: & poſſe me tribus verbis pro ſuggeſtu hanc labem abſtergere. Hæc eadem fama ad præfectũ primoréſq; ordinis jam pervenerat. Quare undequaque proſpiciebam, fore ut mihi concionãdi munere interdiceretur, vel à Romano Pontifice, vel à civitate veſtra, vel à noſtra ſocietate, & pœnæ præterea, abſq; ullo veſtro cõmodo, corporales infligerentur: etenim quànam in re vos ſilentio meo juviſſem? præſertim quando hominib. minimè ſurdis expoſuerã tot concionibus tótq; prælectionibus ea doctrinæ cœleſtis capita, quæ ſunt ad ſalutẽ neceſſaria, imò propè omnia, quæ ego ipſe intelligebam. Objicietis, Perſeverãdum fuiſſe atque exſpectandũ dum imminentes oppreſſiones ingruerent, eas conſtanti patientique animo ferendas. Id demum ad Eccleſiæ ædificationem magnopere contuliſſet, quoniã exẽplo tuo cæteros ad conſtantiam animaviſſes. Minimè omnium probatur quod fugam arripuiſti, nulla urgente neceſſitate. Hîc totius controverſiæ vertitur cardo, ut intelligamus, quando urſerit neceſſitas. Neceſſitatem atque opportunitatem hujuſmodi Deus illis retegit, qui ſeſe totos in adverſis ipſius fidei cõmittunt. Illud autem temporis momentum, quo diſceſſi, fuiſſe ad eam rem opportunum, ita mihi perſuaſi, ut divinam inſpirationem eſſe iſtiuſmodi perſuaſionem minimè dubitem. Quanquam verò noviſſimas ante diſceſſum ærumnas non tuli, non potui tamen omnes prorſus vitare. Quid Neapoli & iſthic malorum paſſus ſim, ſatis novi. Vos ipſi judicate, quantum moleſtiarum anno toto proximo devoraverim, quantúmque adverſitatum: quæ licet non fuerunt graviſſimæ calamitates, earum tamen erant prænunciæ atque indices. Tam multa igitur mihi tuliſſe videor, ut Evangelium abſque afflictionibus non prædicaverim: poſtea opportunè oblatam incolumitatis occaſionem non neglexi. Dum hîc ſum, Dei beneficio, alicui ſum uſui. Si rebus veſtris aliquam dederit quietem Deus, rurſus fortaſſis vobiſcũ vitam degam. Neque ullum diſcrimen, ad quod me vocabit Dominus, pro animarum ſalute declinabo. Præterea vos minimè fugiunt cruciatus, quibus angebatur conſcientia mea, propter illam, quam ſequebar, vitę rationem. Innumeris quotidie ſuperſtitionibus connivendum erat, ſuperſtitioſi ritus non mihi ſolùm peragendi, verùm etiam ab aliis importunè exigendi, multa faciunda aliter quàm ſentiebam & docebam. Paſtor veſter eram, quod concionibus & prælectionibus aſſequi potui, id præſtiti, cùm non poſſem Eccleſiam regere, quemadmodum veritas Chriſtiana poſtulat, ſatius eſſe duxi, tam ardua provincia ſuperſedens, me aliquò proripere unde per literas ſaltem vos cohortari queam: quàm eo loci manere, ubi interdictum mihi fuiſſet veſtra omni conſuetudine, neque licuiſſet aut coràm aut per literas vobiſcum agere. Conſcius mihi non ſum, propter fugam meam conjectum fuiſſe quèquam in ullum diſcrimen. Hîc ſum Dei beneficio, ubi poſſum Sacras literas interpretari, vos per literas cõſolari, atque ad retinendã Evangelii puritatẽ cohortari. Neq; verò (hoc ad unius Dei gloriam illuſtrandam dictũ velim) diligenter expenſa diſceſſio mea caret mei ipſius mortificatione: non dignitatis atq; honorũ neglectione, quibus ſecundũ hominẽ erã abundè decoratus: non commodorum deſertione, quibus undique affluebam: nõ authoritatis ac gratię abdicatione, qua apud omnes multùm valebam. Atq; hęc omnia multifariam augere potuiſſem, ſi à veritate Dei atq; Evangelio diſceſſionem facere voluiſſem. Quapropter quando à tanto periculo expulſus, ærumnarũ iſtiuſmodi minime ignarus, Roma, à ſocietate, à monaſterio, à civitate veſtra imminentis oppreſſionis certior factus: nullo cuiquam damno illato, ſed concionibus & prælectionibus veritate manifeſtata, dignitatibus, opibus, commodiſque omnibus

Digitized by Google

poſthabitis,ſuperſtitionum vinculis ſolutus,ex tot ſimultatibus ereptus, ab imminenti oppreſſione caput meum redemi, non eſt quod offendiculi anſam quis arripiat. Annon concedit Dominus Ieſus, ut perſequutiones vitemus? Ego ingenuè dicam quod res eſt,nullam hîc culpam agnoſco. Vtinam cæteræ omnes actiones meæ mihi æquè probarentur. Si tamen peccatum eſt aliquod, rationi magis quàm voluntati eſt tribuendum. De his,fratres dilecti,paulò fuſius ſcripſi,verùm,uti autumo,non inutiliter. Nam interpres verbi Dei dictorum factorúmque,quæ magni ſunt momenti,& aliter ab aliis accipiuntur,rationem populo debet reddere:ne magis deſtruat actionibus,quàm ædificarit ſermonibus. Crebriores poſthac literas ad vos dabo, neque aliud quàm Chriſtianam doctrinam,& ſpirituales conſolationes ſcribam. Volui primùm certiores vos facere, ubinam terrarum ſim, & quid rerum agam: ſimúlque diſceſſionis meæ rationem reddere. Mentionem veſtri facio in omni precatione mea:quare obnixè peto,ut par officium mihi reddatis, divinæ miſericordiæ me in precibus veſtris commendantes. Gratia & pax per Chriſti ſpiritum vobis omnibus indies multiplicetur. Amen. Datum Argentorati octavo calendas Ianuarias,Anno M.D.XLIII.

D. PETRI MARTYRIS VERMILII Epiſtola ad amicum quendam,de fuga in perſequutione,ab ipſo autore Italicè ſcripta, & à Thaddæo Duno Locarnenſe Medico, in Latinum ſermonem tranſlata.

PEtitionem tuam, vir præſtantiſſime, cùm animo meo volverem, ancipiti deliberatione diſtractus fui:una enim ex parte morem tibi,ſicut debeo, gerere volebam:ex altera vero controverſiam de fuga,inter fratres agitatam,ſcriptione mea denuò exacerbatum iri metuebam. Tua tamen fretus prudentia,quę mea ſit de hac quęſtione ſententia declarare aggreſſus ſum,te in tuum,non in aliorum uſum,hoc petiiſſe ratus. Si tamen quæ ſcripſero aliis communicare libuerit, non dubito quin ea moderatione facturus ſis,ut tumultus hinc nullus oriatur. Vt igitur rem, quàm fieri poteſt,breviſſime perſtringam,ſic accipe. Vterque quidem fratrum, hac de re diſceptantium, Chriſtianis infirmioribus tempore perſequutionum fugam ſuadet,ſed ſuadēdi modo diverſo. Alter enim fugam,quatenus cum abjuratione confertur,probat, tanquam minus malum: alter verò ut per ſe bonam, aut e bono malóque mixtam: Fugere autem,ut Epicureorum more carnis cupiditates commodiùs expleamus,& valde turpe,& Chriſtiano homine planè indignum ab utroque cenſetur. Quamobrem controverſiæ hujus capita præcipua mihi videntur eſſe duo: unum quidem: An mortis metus in homine Chriſtiano peccatum ſit,nec ne: alterum verò, An præceptum hoc,quod Matth.10. cap.habetur: Cùm vos perſequuti fuerint in ea urbe, fugite in aliam, hodie adhuc vigeat,an à Chriſto ſit abrogatū, ſicuti illud: In viam gentium ne abieritis, & in urbes Samaritanorum ne ingrediamini. Duo hæc ſi expediantur,facile, opinor, diſcrepantes fratrū ſententiæ conciliabuntur.

verſ.23.
Ibid 5.

Timor quid.

Principio igitur,timorem nihil aliud eſſe animadverto, quàm animi affectum, quo propter imminentia pericula perturbamur & affligimur. Perturbatio autem hæc bifariam vitioſa eſſe poteſt:

In timorem vitia duo.

priore modo,cum quis metuit tāquam malum, quod revera malum non eſt: ſicuti videmus pueros, umbras,& eos,qui intelligentiá minimum valent,medicos & medicinas,ubi ægrotant metuere. Hujuſmodi enim timor vitioſus ducitur,ut qui a judicii defectu atque pravitate omnino proficiſcatur, & in S.literis damnatur. Hoc peccati genere impliciti ſunt, qui metuunt ne quid ventri deſit, aut mundus hic cum ſuis carnalibus voluptatibus ſit relinquendus. Altero modo vitioſus timor eſt, quando quis quod vere malum eſt timet, ſed non in eum finem, vel non eo, quo oportet,modo. Hoc vitio laborant,qui timent pœnas legis violatoribus in S.literis propoſitas,ſua ipſorum commoda, non autem Dei gloriam reſpiciētes;ſic Eſau, Achitophel, & Iudas proditor divinam iram & damnationem æternam timuerunt. Etſi enim timuerunt quod timendum erat,peccaverunt tamen timentes abſque modo & abſque fide. Diſtinctio hæc adeo clara eſt, mea quidem ſententia,ut quivis facilè intelligere queat. Videndum porrò eſt,num mortis terror,qui cum vitio conjunctus ſit, ad prius à nobis dictum erratum, an verò ad poſterius referri debeat:id eſt, peccetúrne, quia quod malum revera non eſt,malum eſſe putetur, an verò, quia timendi modus non ſervetur? Equidem mortis metum vitioſum ex eo non æſtimo,quòd mors metuenda non ſit: hanc enim animantia cuncta naturæ inſtinctu magnopere exhorreſcunt: id quod non experientia modò,ſed etiam naturalibus & efficacibus rationib. probare poſſem:ſed brevitatis cauſa ſolius ſacrę Scripturæ teſtimoniis cōtentus ero.

Num mortis timor ſit vitioſus.

Primò,homini mortem Deus propoſuit ut horrendam pœnam ſi præcepta ſua non ſervaſſet. Similiter & Moſes legem Dei nomine ferens dicebat:Ecce propoſitam tibi mortem & vitam:vitam,ſi præcepta ſervaveris,mortem ſi non ſervaveris. Sanè niſi mors res mala & timenda eſſet, eam Deus non minaretur contumacibus. Quid multa? Paulus in 1.ad Corinthios mortem, hoſtem ultimum,per Chriſtum debellandum appellat. Idem in 2.ad Corinth.ſcribit: Nollemus expoliari, ſed ſuperindui.

Gen.2.17.
Deut.30.15.
1.Cor.15.26.
2.Cor.5.4.

Quòd autem ſancti viri non pauci,ut David, Helias, & prophetæ illi qui propter Achabi & Iezabelis crudelitatem in ſpeluncis latitabant, mortem timuerint,ſacræ literæ luculenter docent. Sed ne ipſe quidem Chriſtus, qui verè homo fuit hujus timoris expers eſſe voluit. Frivolum autem eſt,quod quidam dicunt,non Chriſtum,ſed Eccleſiā in Chriſto mortem timuiſſe. Etenim ſi confitemur,quemadmodum verè res habet,illum pro nobis mortem,crucem,reliquáſque humanas ærumnas pertuliſſe, & nō modo ejus mortem, ſed mortis quoque horrorem ſaluti nobis fuiſſe (quanquam firmiter credam, & ab omnibus credendum ſit, omnia quæ noſtri cauſa Chriſtus fecit, juſtè, ſanctè & honeſte facta fuiſſe) ſi inquam, mortem noſtri cauſa timuit revera, ſicut ab Evangeliſtis traditur, timorem illum ſuapte natura vitioſum eſſe, non eſt quòd dicamus, alioqui in Chriſtum minime caderet. Neque in eo quicquam contra patris voluntatem fecit Dominus noſter,tum quia patris voluntas fuit, ut pro nobis non modò mortem oppeteret, verumetiam ut illam timeret: tum quia mortem naturali inſtinctu metuendo, patris autem voluntatem & decretum conſiderando,timorem illum ſuum ei ſubjiciebat,præcepto illi ſatiſfaciens,quòd Deum tota anima, totiſque viribus amandum eſſe jubet.

Chriſtus & pij mortem timuerunt.
1.Reg.18.13.
Matth.14.13.& 26.37.

Proculdubio timor animi affectus eſt & Dei opus,quod ad ejus cultum tunc dirigitur,quando voluntati & præcepto ipſius ſubjicitur. Dicat verò aliquis: timor iſte quanquam in Chriſto vitioſus non fuit,in hominibus tamen vitioſus eſt. Reſpondeo, timorem hunc per ſe naturáve ſua cōſideratum vitioſum nequaquam eſſe: neque enim à nobis requirit Deus ut affectione prorſus omni careamus, cùm has nobis ingeneraverit,nec ut objectorum naturas immutemus,hoc eſt, quod natura ſua horrendum atq; terribile eſt,placidum reddamus, vel quod aſperum & acerbum,dulce faciamus: verùm poſtulat ut à voluntate ſua juſta ſanctáque propter hæc avelli nullo pacto patiamur. Quinimò ea eſt Dei voluntas,ut ſi peccatum,æterna damnatio, & mors cum ſuis ſatellitib. omnibus,quæ ſunt vitæ hujus calamitates,nobis ob oculos ponātur,omnia hęc timeamus,nec aliter ea accipiamus,quā natura ſua ſint cōparata, quādoquidē malorū metus animis noſtris à Deo inſitus eſt. Si tamen metū hūc cōſideremus quatenus à nobis penitus vitiatis & corruptis proficiſcitur, ubique eſt,vocarique debet peccatum: quia nemo noſtrum metuit quantum, quomodo, & quem in finem metuere debet. Hoc tamen non eſt peculiare & proprium metus mortis,cùm inſit etiam ſpei, fidei, & amori:nemo enim,quantumvis ſanctus, ſperat,credit, nec amat ut oportet, nec ut divina lex exigit. In Chriſto itaq; metus peccatū non erat, in nobis autē peccatum eſt, non ſuopte ingenio, ſed vitioſitate quam à vitioſo vaſe noſtro,per quod meat,cōtrahit: quemadmodum accidit generoſo vino, in dolium

Deut.6.5.
Metus per ſe peccatum non eſt.

non

non ſyncetum infuſo. Sed dixerit rurſus quiſpiam: Si res ita haberet, quomodo Chriſtus mortem optaſſet, dicens; Deſiderio deſideravi hoc paſcha comedere vobiſcum? & Apoſtolus: Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto? & iterum: Mori mihi lucrum eſt? Quomodo divus Andreas (ſi vera ſunt, quæ de illo narrantur) ad ſupplicii locum eductus tam alacri animo dixiſſet: Salve crux pretioſa, ſuſcipe nunc diſcipulum, cùm prius ſuſtinueris magiſtrum? Manifeſtum enim eſt, hos omnes vel affectibus caruiſſe, vel quod malum erat, bonum judicaſſe. Reſpondeo, Mortem, ut dictũ eſt, per ſe bonam eſſe: ideóque quatenus à nobis ſic accipitur, terrorem ſemper incutit. Verùm non rarò fit, ut cogitatio noſtra in morte non ſubſiſtat, ſed ulterius proſpiciens videat quòd moriendo peccandi finem facimus, ad æternam vitam tranſimus, eccleſiæ ædificationem promovemus, Evangelicæ veritati teſtimonium damus, quæ nemo non Chriſtianus vehementer appetit. Dum itaque talia tantaque bona contuemur, animus præ gaudio exſultat, timor autẽ, quem mors naturaliter incutit, cedit, & à gaudio illo magno ſic obruitur, ut tunc non ſic ſentiatur, ſicuti cùm mortem ipſam per ſe ſolam ſpectamus. Sæpenumero quoque Deus tantum favoris ſpiritúſque ſui martyrum animis infundit, ut timor, qui natura ſua moleſtus alioquin illis eſſet, ita debilitetur, & mortificetur, ut nihil noceat. Doctrina hæc, niſi fallor, facilis eſt, manifeſta & clara, ideo propoſitas quæſtiones facilè ſolvit. Quapropter prior noſtræ ſuprapoſitæ diſtinctionis pars vel membrum declaratum jam eſt, videlicet quòd non ideo quis peccet mortem metuendo, quia timeat quod timendum non eſt. Nam mors per ſe horrenda eſt crudelis & dura, animiſque noſtris Deus benedictus timoris affectum indidit, ut eo ad obiecta ejuſmodi excitato, promti atque parati ſimus malis à nobis propulſandis, quatenus per Dei verbum licet.

Luc. 22. 15.
Philip. 1. 23.
Quomodo pij mortem quã timent optar.

Alterũ timoris officium.

Nunc ad alterum diviſionis membrum veniamus, ad peccatum ſcilicet, quòd in mortis metu exſiſtit, cùm quis timet non in eum finem, nec quo oportet modo. Vitioſus mortis metus eſt, quod ad finẽ, ſi de ſalute noſtra duntaxat ſoliciti, Dei gloriam verbumque illius nihil curemus. Quis enim non videt longe turpiſſimum eſſe, ſi ſummum finem utilitate noſtra metiamur, ſi res noſtras, non Ieſu Chriſti, ſpectemus? Is potius finis ſtatuendus eſſet, ut cor noſtrũ, mortis terrore perculſum à peccato, quòd mortis cauſa fuit, ſibi caveret, ut Dei iram & offenſionem vitaret, ut divinam bonitatem confidenter pro liberatione deprecaretur, denique ut mundum hunc tot periculis nos involventem ſperneret. Vt autem paucis abſolvam, timoris hujus finis is potiſſimùm eſſe debet, ut ipſum Dei voluntati ſubjiciamus, quo illum affectibus animi noſtri omnibus amemus. Modus verò timoris mortis eſt, ne ſic percellamur, ut verbum Dei deponemus, gloriámque illius negligamus. Proinde peccatur ſi præ metu veritatem quis abneget, ſi vocationem ſuam deſerens, oviculas ſibi cõmiſſas à lupis rapi patiatur. Ex his, quæ dicta ſunt, colligimus, fugam peccatum non eſſe, ſi pro Dei gloria ſuſcipiatur, in eum videlicet finem, ut puro corde illi ſerviamus, idololatrias atque ſuperſtitiones relinquamus, in abjurationis periculum temerè nos non conjiciamus, ſancti conjugii beneficio impolluti vivamus, Deũm pura conſciẽtia invocemus, melius in iis, quæ ad divinum cultum pertinent, ab eruditis viris inſtituamur, ſanctorũ ſocietatẽ viſamus, in Eccleſia bene reformata vitam traducamus, ut nos deniq; ſic roboremus, quò opportuniori tẽpore alios ad ædificationẽ erudire poſſimus, prout Deus nos vocaverit, ſpirituq; ſuo impulerit. Fuga, inquã, hæc peccatũ non eſt, tametſi adjunctum habeat mortis metum: nam, ut diximus, metus ille vitioſus non eſt, niſi à fine, aut metuendi modo vitietur & corrumpatur. Quod igitur ad hoc attinet, à fratrum horum utroq; diſſentio, à priore quidem, quia fugã minoris mali rationem habere dicit: iis enim circunſtantiis ornatam damnare non poſſum, nec vitioſam dicere: ab altero, quia mixtam eſſe ſcribit, ut ſi culpam in ea aliquam agnoſcat, tametſi boni aliquid inſit. Diverſum enim ego ſentio, qui mortis metũ, ut poſui, moderatum, opus bonum & laudabile judico, nihil quidem mali admixtum habẽs, niſi quatenus à vitiata & corrupta natura noſtra proficiſcitur. Sed hoc, ut ſupra diximus, commune illi eſt cum fide, ſpe, & dilectione Dei.

Quibus finib. timor corrigendus.

Non poſſum autem non aliquantulũ mirari, quòd clariſſimi duo iſti fratres, cùm exiſtiment fugam malum eſſe, aut mali aliquid in ſe habere, eam fratribus infirmioribus ſuadeant, quò veritatis profeſſionem tueantur & non abjurent: hoc etenim pacto malum ſuadent, ut bonũ adipiſcantur, quod Paulus ad Rom. vetat: neque enim permittit nos facere mala, prætextu boni alicujus ſequuturi. Nec eſt ut quis objiciat: Deum præcepta ſua omnia omniſque generis opera bona nobis ſervanda proponere, tametſi ſciat nos ea facere non poſſe abſque peccato. Nam Deus hoc ſolo excuſari poteſt quòd nihil ab ipſo præcipiatur, quod natura ſua bonum non ſit: ſi verò quid peccetur, id non divino præcepto, ſed vitioſitati nobis inhærenti acceptum eſſe referendum. Horũ autẽ perſuaſio hoc modo excuſari nõ poteſt, nam fugã mortis metu ſuſceptam vel peccatũ eſſe, abjuratione tamen minus, vel ſaltem peccatum habere commixtũ, & quidem per ſe, judicant: neque circumſtãtias ullas, neque modos terrori mortis, vel fugæ ob mortis terrorem, tribuunt, propter quæ fuga naturâ ſit bona. Cogitabat autem ſecum ipſe quiſpiam: Ecquid mortis metus, in prædictis etiam caſibus, & cum prędictis circumſtantiis, vitioſus non erit, cùm voluntati divinæ reluctetur? Manifeſtum enim eſt, quòd Chriſtus mortem noſtram interdum requirit propter nomen ſuum, ait enim: Qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, ſervabit eam: & qui ſervare voluerit, perdet. Apud Ioannem quoque legimus, officii noſtri eſſe, vitam pro fratribus ponere. Proinde ſi quilibet noſtrûm Deo obedire debet totis viribus, & animo toto, qua ratione præcepto huic ſatisfacimus, cùm mortem metuẽdo à Dei præcepto manifeſtè avocemur, peccatum autem omninò ſit, quicquid Dei voluntati patefactæ repugnat? Nonnulli qui peccati naturam non ſatis intelligunt, dicere ſolent, primos illos motus, qui ſine deliberatione in nobis excitantur, peccata non eſſe, donec ipſis aſſentiamur. Sed quantopere iſti fallantur, Paulus ad Rom. declaravit, cùm legem membrorum manifeſtè peccatum appellarit, de iis loquens motibus, qui nolentibus nobis tumultuantur, feréque captivos nos per vim tenent, dum mens noſtra (quæ Dei lege ſummopere alioqui delectatur, ad ſe quod attinet) illis repugnat & contradicit, ut exclamet: Miſer & infelix ego, quis me liberabit à corpore mortis hujus? Fateor quidem reſponſionem hanc utcunque obſcuram eſſe, ſed me illuſtraturum ſpero. Aliqua ſunt à Deo ita vetita, ut nulla in parte quicquam habeant juſti honeſtive, cujuſmodi adulterium eſt, furtum, perjurium, idololatria, & ſuperbia. Quod ad has itaque actiones omnes attinet, tã in juſtificatis, quàm in nondum renatis, ſive deliberationem & aſſenſionem adjunctã habeant, ſive in primo motu ſint, vitioſæ ſemper ſunt, quatenus per ſe conſiderantur: quãquam primi illi motus, iis, qui per Chriſtum juſti facti ſunt, condonentur, nec ad exitium imputentur propterea, quod integra & vera fides, per quam promiſſæ ſalutis conſortes fiunt, in ipſis non exſtinguitur. Alii verò affectus quidam humanæve actiones ſunt à Deo per ſe nequaquam vetitæ, ut timere adverſa, utilibus oblectari, vitæ hujus bona poſſidere, & hujus generis alia, quæ Deus non vetuit, niſi quatenus ab iis pertrahimur ad ea facienda, quæ præceptis ſuis adverſantur.

Rom. 3. 8.

Boni cauſa mala non facienda.

Quatenus animam perdere debeamus.

Luc. 9. 24.

Ioan. 15. 13.
1. Ioan. 3. 16.

Primos etiam motus peccata eſſe.
Rom. 7. 13.

Rom. 7. 24.
Eorum quæ à Deo prohibita ſunt diſtinctio.

Quanquam igitur primi illi motus, quibus ad adulterium, ad furtum, ad blaſphemiam, ad idololatriã incitamur, vitioſi ſunt, licet expreſſa aſſenſio non accedat: timor tamen, qui naturaliter in nobis expergiſcitur, morte ſeſe offerẽte, vitioſus non eſt, modò Dei volũtati & præcepto ſubjiciatur, ſi fortè tuendi honoris illius cauſa mori oporteat. Quatenus igitur voluntati divinæ repugnat, vitioſum eſſe concedo: & eum, qui affectum ejuſmodi ſuo impetu ferri abſq; fræno ſiverit, ſanctis præceptis repugnare non dubito. Secus autem ſi fides & ſyncera charitas ei moderetur, ut cum aliis animi affectibus & motibus volũtati divinæ ſubjiciatur & conquieſcat. Nec primus ejus motus cum earum rerum cupiditatibus, quas vel habere, vel conſequi honeſtas vetat, cõparari debet:

hæ ſiquidem per ſe naturáve ſua vitioſæ ſunt. Rebus
autem proſperis gaudere, adverſis dolere, cùm non
raro, imò perſæpe juſtè fiant, vitioſi motus per ſe
non ſunt, ſed tantùm quatenus à nobis vitiatis pravi
aliquid contrahunt, quemadmodum accidit virtuti-
bus omnibus. Vitioſi etiam eſſent affectus ejuſmo-
di, ſi eoúſque efferari pateremur, ut contra Dei vo-
luntatem quippiam faceremus. Quin & illud ad-
dam, mortem ſimpliciter & per ſe conſideratam ti-
mendam eſſe, ſed quatenus verbo Dei præcipitur, to-
B
to corde, tota anima, omnibúſque affectibus ample-
ctendam. Tametſi autem à timore ut conſentiat
non requirimus (alienum enim à natura illius eſt) ab
eo tamen poſtulamus ut cedat: quod ſi fecerit, ipſe
quoque, quoad ejus facere poteſt, Deo paret. Vbi
verò mors nobis præcipitur, neque hoc nomine in
conſultationem venit, ejus metus, modò juſtos intra
limites ſeſe contineat, jure damnari non poteſt. De
his cùm abundè dictum ſit, primæ tractationi finem
imponimus, qua ſententiam noſtram de mortis me-
C
tu, vitioſus ſit néne, apertè declaravimus: alterā ve-

Præceptum Chriſti de fuga perpetuū. Matt. 10. 23.

rò tractationem aggredimur, de præcepto Chriſti A-
poſtolis tradito: Si vos perſequuti fuerint in una ci-
vitate, fugite in aliam, quod à Chriſto poſtea abro-
gatum fuiſſe, ſicut illud: In viam gentium ne abie-
ritis, & in urbes Samaritanorum ne ingrediamini,
multi ſunt qui ſibi perſuadent. Cui opinioni ſubſcri-
pſit Tertullianus de fuga ſcribens: propterea quod
vigente & durante præcepto illo, fugam fidelibus ju-
re denegari non poſſe videbat.

D
Sed ut quod ſentio breviter dicam, idem pondus
habere nunc præceptum illud exiſtimo, atque tum,

Mar. ult. 15.

quando Apoſtolis traditum fuit. Quod autem ad id
attinet: In viam gentium ne abieritis, & in urbes Sa-
maritanorum ne ingrediamini, temporarium præce-
ptum fuiſſe cenſeo: nam contrarium poſtea Chriſtus
præcepit, quando hinc in cœlum migraturus, diſci-
pulos in orbem univerſum emiſit ad prædicandum
Evangelium. Quapropter cùm nullum extet Chriſti
mandatum, quo fuga prohibeatur, præceptum illud
E
de fuga inviolatū conſervare oportet, ut ſcilicet tan-
tundem valeat hodie, quantum olim, quando Apo-
ſtolis primùm propoſitū fuit. Nec, meâ ſententiâ, ob-
jectio illa quicquā evincit, quòd Dominus dixerit:
Nolite timere eos, qui occidunt corpus: quo tanquā
fundamento nituntur, quicunque fugam illicitā eſſe
arbitrantur. Obſervandum enim eſt, quod in eodem

Matt. 10. 28.

apud Matth. 10. cap. & in eodem ſermone Domini ad
Apoſtolos utraque ſententia contineatur, & utraque
illis ad prædicandum miſſis recitata fuerit. Si igitur
F
ambæ ſententiæ tunc ſimul conſiſtere potuerunt,
quoad Apoſtolos, quid prohibet, quo minus hodie
quoque ſimul conſiſtant quoad nos? Nihil enim ab-
ſurdi video, ſi quis perſequutionum tempore (dum
legitima fugiendi via & facultas datur) eo animo fu-
giat, ut Deo, non ſibiipſi vivat, utque Deum tentare,
periculo non neceſſario ſeſe exponendo, caveat: per
fidem certior factus, viam ad effugium ſibi à Deo
monſtrari, quòd ſine ejus voluntate effugiendi ratio
non patefiat: paratus veritatis & Evangelii hoſtibus
G
reſiſtere, quando hora ſua aderit: interim tamen ita
animatus ſit, firmiſſiméque ſibi propoſuerit, ſi cape-
retur, & ad tyrannos duceretur, non ſemel ſed millies
mori potius, quàm veritatem abnegare, ſuavémque
Chriſtum ſuum relinquere. Sane qui tali præditus
eſt animo, quique ſic apud ſe decrevit, fugiendo Chri-
ſti doctrinam ſequitur, cùm eos, qui corpus occidūt,
non ita timeat, ut propter illos, etiamſi captivus ab
ipſis teneretur, fidē confiteri, aut confeſſam tueri no-
lit ad mortē uſq; ſanguinem, ignem, & extremos cru-
H

Piorum fuga. Joh. 10. 39. Act. 9. 30.

ciatus. Hoc enim modo fugiſſe ipſum Chriſtū Do-
minum noſtrum puto, quando hora ipſius nondum
venerat: ſic Paulum, quando à ſanctis fratribus per
Damaſci urbis murum demiſſus fuit: ſic nonnunquā
fugerunt martyres, Polycarpus, Cyprianus, & alij, fu-
gientes ad tempus. In veteri quoque Teſtamento
hoc ipſum à Prophetis factitatum legimus.

1. Reg. 18. 13.

Cùm itaque à Chriſto revocatam, aut abrogatam
fugiendi permiſſam poteſtatem non inveniamus, ea
I
non videtur à nobis coarctanda, ſi modis & circun-
ſtantiis æquis contineatur. Si quis otii, aut mūdi hu-
jus deliciarum cauſâ fugiat; aut quia Chriſtū confi-
A
teri erubeſcat; aut alios ejuſmodi carnales ſcopos
propoſitos habeat: dubium nō eſt, quin hoc illi vitio
vertendum omninò ſit. Sed qui propter ſuperius di-
ctas cauſas, potiſſimùm autem periculi animæ im-
pendentis (cui nemo temerè, niſi Deum tentare ve-
lit, exponere ſeſe debet) declinandi gratiâ fugit, qua
ratione reprehendetur? Mihi quidē reprehenſione
dignus non videtur, præcipuè cùm fugiendo ſemeti-
pſum abneget, & cum Chriſto crucem tollat: neque
fugam talibus de cauſis ſuſceptam confeſſionis ſpe-
B
ciem eſſe inficiari quiſquam poteſt. Facilè enim eſt
intelligere, ſi rem recta expendas trutina, Evangeliū,
purámque in Chriſtum fidem iis, qui ſic fugiunt, nō
parum eſſe cordi. Quis enim non maluerit domi ſuę

Fuga ſpecies eſt confeſſionis.

manere, bonis ſuis frui, ſuæ gentis hominū familiari-
tate uti, quàm pauper & ignotus in longinquā re-
gionem peregrè proficiſci, ubi gentis linguam non
intelligat, ubi hunc & illum pro rebus neceſſariis ſi-
ne intermiſſione rogare oporteat, ubi plerunq; pro
viro minimè probo habeatur, ubi non raro (ut pere-
C
grinorum fert conditio) & rejiciatur, & male accipia-
tur, ubi vel propter aëris mutationem, vel propter ci-
borum & hoſpitiorū varietatē incommoda perpetuò
ferenda ſint non levia? Qui pro Chriſto, próq; ipſius
veritate perpeſſionē hanc eſſe negant, pręter tormē-
ta, pręterq; mortem violentam (quæ, qui, ſicut dictū
eſt, fugiunt, ſuſtinere, nihilominus parati ſunt, ſi à ty-
rannis capti profeſſionem ſuam eo modo defendere
cogantur) alias afflictiones nullas agnoſcunt. Enim-
verò ſi quis in medium procedat, ac ſe dedat verita-
D
tis hoſtibus, Chriſtiq; doctrinā ſponte confiteatur,
oblatam fugiendi occaſionem reſpuēs, magnū quid,
& ſingulari admiratione dignum eſt, utpote quod à
fide charitatéque ferventiſſima proficiſcatur: verùm
hoc non cujuſvis eſt. Debet autem noſtrum quilibet
Spiritus ſancti afflatum ſequi, qui intus quémque ad
ſalutem impellit per eam vim, quæ conveniat magis
viribus & donis à ſe tributis, non ſecundùm volun-
tatem noſtram, ſed ſecundùm prudentiſſimum & ſa-
pientiſſimum judicium ſuum. Qui verò præſenti ad
E
martyrium ſubeundum animo præditus eſt, huicque
à ſpiritu impellitur, is contemnere, damnare, maledi-
ctis inſectari eum non debet, qui vitandæ abjuratio-
nis cauſa fugit: qui ſi vitam non ponit, patriam tamē
deſerit: ſi nec cruciatus, nec carceres ſuffert, incom-
moda tamen graviſſima ſuſtinet: ſi ſanguinem non
fundit, veritati tamen teſtimonium reddit, cor habēs
promptum atque paratum ad extrema quæque fe-
renda, quoties manifeſta Dei voluntate & ſpiritus
impulſu huc adactus fuerit. Exemplo ſuo nos inſtru-
F
xit Paulus, qui ſeſe modò ſubtrahebat inimicis ſuis Act. 9. 30. &
cedens, modò ſponte periculis obviam ibat, & neq; 17. 10.
lachrymis neque precibus ullis ab animi ſui firmo
propoſito divelli poterat. Qui igitur prudenter fu- Act. 21. 13.
git, quando & occaſio adeſt, & periculum imminet,
is Deum in primis ad hunc modum orare debet.

Cùm erga me tam benignè egeris, Domine mi, ut
veritatis tuæ participem facere, mihique mundi ſer-
vatorem Ieſum Chriſtum, redemptorem meum, pa-
tefacere volueris, da præterea, rogo, ut theſaurus hic
G
ſancti Evangelii cordi meo pridem inſcripti, apud
me conſervetur, creſcat, & fructus proferat quacun-
que ratione tibi viſum fuerit. Quod ad me attinet,
ecce meipſum tibi offero, de me ſtatuas prout tuæ
voluntati adlubet, citius aut tardius tua cauſa mori
non magnopere curo: fiat voluntas tua, non mea, ad-
ſis mihi, méq; ſic regas, ut in inſtituto hoc nihil pec-
cem. Me totum tibi dedo & committo. Scio nō exor-
tum nec patefactum præſens periculum tua abſque
voluntate, nec ſine te viam ad effugium patentem
H
invenire me poſſe confido. Cùm itaque ſic dubius
& incertus ſim, ne me carnis & prudentiæ meæ ſenſu
duci patiaris, miſericordiarum pater, voluntatem o-
mnem & judicium meum bonæ tuæ voluntati ſub-
mittas ne errem, néve infeliciter res mihi ſuccedat:
me ut exaudias precor per unicum filium tuum Ie-
ſum Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. Qui ſic
hoc in caſu Deo ſe ex animo commendat, divini ſpi-
ritus favore deſtitutum iri credendum non eſt: iccir-
I
co ſi intus ſe ad fugam ſtimulari ſenſerit, & rerū ſua-
rum curam abjecerit, quærens tantùm quæ Chriſti,
nō quæ ſua ſunt, rectè faciet, neq; accuſari poterit ſi
aufugerit,

Digitized by Google

aufugerit, conſcientia ipſius per verbum Dei certiore facta,nihil à ſe illicitum tentari, ſcriptũ eſt enim: Si vos perſequuti fuerint in una civitate, fugite in aliam: præcipuè cùm nullus ſit in Scripturis locus, quo poteſtas hęc reſtringatur aut revocetur:& in eodem Matthęi cap.doctrina utraque inveniatur,de fuga videlicet,& de non timendis iis, qui ſolius corporis occidendi poteſtatem habent. Cùm ergo ſibi invicem non repugnent duo hæc,conciliari poſſunt & ſervari,ſicut antea dictum eſt. Cui rei fidem faciunt Apoſtolorum exempla, nam & poſt illi acceptum Spiritum ſanctum fugiebant,quemadmodum Chriſtus hoc loco præcepit, pulverem de pedibus excutiebant.

Matt.10. v.23. & 28.

Apoſtolorum fuga.

Act.13.& 17.

Matt.10 14.

Me quidem non latet, aliquos è Patribus exiſtimaſſe,præceptũ illud temporarium fuiſſe,quod non perpetuò ſervandum eſſet, ſed illi tantùm tempori accommodandũ:non memini tamen me apud quenquam illorum legere, fugam Chriſtianis interdum nõ eſſe licitam.Vnum excipio Tertullian.hac de re, pace illius dictum ſit,aſperè nimis ſcribentem:cujus rationes ſi quis diligentius expenderit,multò plus elegantiæ,quàm firmitudinis habere comperiet, quas omnes, niſi quod tempori parco & minimè neceſſarium puto,confutarem. At dicet jam quiſpiã:Si præceptum de fuga,ut ais,abrogatum non eſt, fugiendũ omnibus erit,& nemini manendum? Reſp.Præceptum fuiſſe ut maneremus,& item præceptum fuiſſe ut fugeremus: ſed præcepta hæc univerſalia nõ ſunt, nunc huic,nunc illi parere oportet. Cùm quis intus Spiritus ſancti opera confirmatur & invitatur ad manendum, & hoc ad Dei gloriam magis facere credit, manere debet(præſertim ſi jam vinctus ſit magiſtratus juſſu)& neque carceres effringere,neque fraude effugium ſibi parare. Etenim quod in vinculis ſit, hoc ipſo Deus declarat horam illius veniſſe, quare abeundum ei non eſt. Quod ſi res ſecus habeat,ut nec in manus hoſtium traditus adhuc ſit, nec vires neceſſariæ ſuppetant, nec ſpiritus afflatu ad manendum adigatur,nec privata vocatione aliqua obſtrictus ſit,tunc fugiendum ei eſt. Vt enim,communiũ legum beneficio, commodi alicujus gratia aliò ire quis poteſt,vel mercaturæ exercendæ, vel ſimilium rerum occaſione: eodem modo vitandi lapſus & veritatis Evangelicæ,utut,licet confitẽdæ cauſa, ſe ſubducere poteſt: tum enim præceptum de fuga locum habere judico.

Tertul. de fuga ſententi..

Quod autem præcepta duo, prima facie contraria dari poſſint,quæ tamen cùm ſint particularia, ſecum ipſa non pugnent, luculẽtis exemplis demonſtrabo. Vna ex parte, Chriſtianã libertatem tueri & conſervare,nec eam hypocritarum tyrannidi & abuſui ſubjicere, ex altera verò fratrum infirmitati inſervire jubemur,ut in Epiſtola ad Romanos habetur. Videntur quidem hæc contraria, ſed qui temporum rationem rectè ſequitur, facilè apparentem repugnantiam tollit: id quod pulcherrimè factum à Paulo fuit, qui Titum circumcidere tum renuit, quando hoc ſaluti neceſſarium poſtulabatur: Timotheum tamen circumcidi paſſus eſt, quando ad ædificationem facere,& abſque periculo,quod neceſſariò conſequeretur,fieri poſſe cognovit. Idem Petrum judaiſantem ferre non potuit, quòd videret exemplo illo multos graviſſimè offendi: Romanos tamen poſtea ſuos ſapientes hortatur, ut novitiorum & infirmorũ fratrum infirmitatem leni charitate ſufferant. Hæc primo intuitu valde contraria,pugnantia non ſunt,ſi quódque in tempore fiat. Quis eſt,qui neſciat divina lege præcipi ut parentibus, principibus & magiſtratibus obediamus:contra autem præcipi, ut Chriſti & Evangelij cauſa parentes relinquamus, filios, fratres,& quicquid poſſidemus? Hæc ſimul optimè conſiſtunt ſine repugnantia, modò ſuis horis & momentis fiant. Poſtulat nonnunquam tempus, ut bona noſtra opera faciamus in occulto, quemadmodũ de oratione & jejunio Chriſtus monuit, interdum etiam poſtulat,ut ea faciamus in propatulo,ubi videlicet cum laude & gloria Domini noſtri fieri poſſunt: olim præceptis Dei non paucis ſacrificia erant inſtituta,quæ tamen propter miſericordiam,aut rem aliam graviorem interdum omittebantur. Bonum erat aliquando quieſcere ab omnibus corporalibus

Pręcepta quę dam videri contraria quæ non ſunt.

Rom.14.1.

Gal.2.3.

Act.16.3.

Gal.2.14.

Exo.20.12.

Rom.13.1.

Matt.10.37. & 19.29.

Math.6.1.&c.

Matt.5.15.

A operibus ſabbathi die, nonnunquam verò pugnare oportebat. Sunt itaque præcepta nonnulla particularia,quę in ſpeciem videri poſſunt contraria,at hoc nihil refert,quia utrunque ſimul eodem tempore locum non habet. Vt igitur præcepta illa,quibus manere & non fugere jubemur,firma manent, ita etiam firmũ manet præceptum,quo jubemur fugere, quia quodlibet ipſorum opportunè uſurpandum eſt. Fũdamentum autem doctrinæ eorum, qui præceptum hoc abrogatum eſſe contendunt, eſt hoc,quòd fugã,

B quæ mortis metum conjunctum habet,gloriam Dei illuſtrare non poſſe exiſtimant: verùm fallũtur,quoniam mortis metus per ſe,ſicut monſtravimus,vitioſus nequaquam eſt.Ac ſi pij ſunt qui fugiunt,ſcopũ hunc ſibi propoſitum in primis habent, veritatem nolle abnegare, ſatagentes eam conſervare fidam, quã à cœleſtis patris benignitate ſe accepiſſe ſciunt: quæ nemo dubitat ad Dei gloriam promovendam pertinere. Timore igitur hoc id conſequimur, ut mala multa vitemus, corporis ſcilicet cruciatus &

C mortem,ne horum aſperitate compulſi, veritatẽ negemus,aut fidei jacturam faciamus.Nemo igitur eſt, qui non intelligat timorem illum bonum eſſe, quia mortem & cruciatus corporis non conſiderat per ſe (quod ſi faceret, non ideo vitioſus per ſe eſſet) ſed quatenus Chriſtianum hominem paulò infirmiorem in abjurationis periculum præcipitare, aut Chriſtiana fide privari poſſet, quod proculdubio ad Dei gloriam facit.

Ad duas initio propoſitas quæſtiones cùm reſpon-

D derim,dicẽdi finem facerem, niſi animadverterem te plura meritò deſiderare poſſe, nimirum ut etiam reſpondeam ad argumenta eorum, qui contrariam de fuga ſententiam ſumma contentione tuẽtur:qui nos ſecum ſentire omninò vellent, ut peccati evitandi prætextu, ſuis in amœnis regionibus commodè permanerent,cum opibus, quas habebant, uſitatam in religionis negotio ſegnitiem & diſſimulationem retinentes. Vt igitur plenius tibi ſatisfaciam,cùm oſtẽderim mortis metum ſuapte natura vitioſum nõ eſſe,

E neque præceptum de fuga fuiſſe reſciſſum, quæ objici ſolent utut potero recenſebo, poſtea etiã,quantum res præſens poſtulare videatur,refellam. Primũ objiciunt nonnulli,quod Paulus habet ad Tim. Nõ enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed fortitudinis,charitatis,& temperantiæ. Hoc ſi ſic habet,inquiunt,Chriſtianum hominem fuga minimè decet, ut quæ timoris indicium ſit. Debet ergo fortitudinis ſpiritu roboratus manere,& tyrannorum minas nihili prorſus facere.Quibus reſpondeo, decere quidem

Objectiones.

2.Tim.1.7.

F Chriſtianum fortem eſſe atque conſtantem,& vitioſi timoris expertem,atqui fortitudo hęc ſpiritus nec in omnibus,nec ſemper eſt eodem modo. Nonnunquã enim hominem ſic animat, ut & veritatem confiteri, & pro illa mortem obire non detrectet,quemadmodũ martyrum multorum exempla teſtantur: nonnunquam verò ad hoc aliud confeſſionis genus impellit, ut ſcilicet unà cum patria commoda omnia & delectamenta relinquat,& eorum vice incommoda multa,ærumnas,pericula atque detrimenta(quę qui aliò

G commigrant,ſuſtinere coguntur)acceerſat. Qui Chriſtum confiteri neutro modo audet, is turpiter à timoris metu rapitur,& veritatem abnegare, aut diſſimulando ſupprimere, quàm mori, dulcémve patriæ terrenarúmque voluptatum nidum relinquere mavult. Admonet igitur præſens ſacræ Scripturæ locus Chriſtianos,ut ſpiritum fortitudinis retineant, & ad uſum adhibeãt:ſed quia plures ſpiritus illius ſpecies ſunt, non magis ad hanc, quàm ad illam reſtringi debet. Cæterum quando hæc quando illa ad uſum

H ſit neceſſaria, ex ſolo ſpiritus afflatu dignoſcitur, qui nunc ad hanc nunc ad illam confeſſionis ſpeciem impellit,prout tum loca,tum tempora, perſonarúmque conditiones & vires requirunt.

Sciendum præterea,quod Paulus hoc loco de Eccleſiæ miniſtro privatim ait, nam prius dixit: Excita donum quod in te eſt per impoſitionem manuum mearum:quibus deinde ſubnectit ea quæ nunc objiciuntur:Non enim dedit nobis Deus ſpiritũ timoris, &c.His quippe verbis aliud nihil docere voluit, quã

2.Tim.1.6.

I quòd miniſtrorũ officia(quę gravia ſũt,laborũ & periculorum plena,carniſque affectibus terrorẽ magnũ

incutientia)ſpiritu forti ſint obeunda. Etenim ſpiritus, quem Deus tribuit iis, qui jam ad miniſterium promoventur, propriè ſpiritus fortitudinis eſt, dilectionis, atque temperantiæ. Nam eruditio, mores boni, cæteræque dotes antè requiruntur, quàm in miniſtrum quis eligatur, qui enim dotibus hujuſmodi deſtituitur, dignus non eſt ut eligatur. Spiritū autem illum, cujus ductum miniſtri munera quæquè animo forti, dilectione multa, ſingularique modeſtia ad Eccleſiæ ædificationem exſequuntur, à Deo plebs Chriſtiana petit, & tum impetrat, quando miniſter jam eligitur, & manuum impoſitione ſacro miniſterio inveſtitur. Si igitur de hoc hominū genere, ſicut Paulus, privatim loquamur, facilis erit reſponſio: dicam enim quod & Chriſtus dixit, mercenarios eos eſſe, non autem paſtores, qui oves ſuas deſerunt: niſi Eccleſia miniſtros habeat multos, unus autem duntaxat ex eis periclitetur. Hoc enim in caſu cùm Eccleſia carere illo poſſit, fugere ei licebit: ſic etenim exiſtimo fugiſſe Paulum ex urbe Damaſcena, Eccleſia illic abſque paſtoribus minime relicta. Illud tamen advertendum, ne fortè is in Eccleſia ſic emineat, ut & veritatis defenſio, & Eccleſiæ ſalus ab eo maximè pendere videatur, veriſimiléque ſit poſt ejus diſceſſum omnia turbatum iri: rebus enim ſic cōſtitutis manere debet, & pro ovibus, ſicut bonum paſtorem decet, vitam ponere. Docet præterea Auguſtinus epiſt. 180. ad Honoratum, quòd ſi Eccleſia multis ornata ſit miniſtris, è re ipſius ſit, ut perſequutionibus impendentibus pars illorum lateret, ne omnes ſimul uno momento tollantur: nam ſi primi ſublati fuerint, qui latitarunt in aliorum locum ſuccedere poſſunt. Et hanc quidem ob cauſam Achabi & Iezabelis temporibus Abdiam Prophetas multos in ſpeluncas abdidiſſe putaverim, ut ſi primi illi occiſi fuiſſent, Prophetæ tamen adhuc alii ſupereſſent, quorum opera populus opportuno tempore juvari poſſet. Hunc itaque Pauli locum bifariam enarravimus, priore quidem modo, quod fuga, ut à nobis fuit deſcripta, fortitudinis opus ſit: altero verò, quòd de Eccleſia paſtoribus & miniſtris privatim author agat.

Ioh. 10. 12. — *Fuga quatenus paſtorib. licita.* — *Act. 9. 30.* — *3. Reg. 18. 13.*

Matt. 10. 28.

Objicitur præterea, quòd qui fugiunt ob mortis metum fugiant, quod ſcripturis repugnat, nam jubemur nihil timere eos, qui occidunt corpus. Quibus reſpondeo, ſicut antea expoſitum eſt, mortis metum juſtos intra fines ſeſe continētem per ſe vitioſum non eſſe: præcipuè ſi qui timet, non tātùm mortem timeat, ſed eo potiſſimum reſpiciat, ne videlicet (quando nondum in magiſtratus poteſtatem venit, nec à ſpiritu ad manendum, cruciatúſque, vel mortem ipſam perferendum incitetur, fugiendi interim occaſione ablata) veritatem abneget, & à fide ſemel accepta excidat, quod alioquin evenire ipſi poſſet. Qui mortem hoc pacto metuit, & metum iſtum ſuū ad Dei gloriam dirigit, ſicut divina lex in omnibus jubet, is præcepta Dei non violat, nec peccat. Si quis fide infirmus eſt, inquiunt adverſarii, non mox ad fugæ remedium, ſed ad preces confugere debet, quēadmodum Chriſtus docuit, oraréque ne tentationibus ſuccumbat: hac de re præceptum habemus, quod ſi ſequuti fuerimus, exaudiemur: de fuga autem nullus ſcripturæ locus nos inſtruit.

Matt. 10. 28.

Qui hoc objiciunt, præcepti illius, quod apud Matthæum extat, abrogationem ſemper ſupponunt: nos autem eos errare oſtendimus: nec ipſi quod dicunt efficaci ulla ratione probant. Quod ſi liceat abſque ratione quicquid libuerit afferre, dicam & ego præceptum illud de non timendis iis, qui occidunt corpus, reſciſſum eſſe, quia traditum fuit Apoſtolis in prima legatione, & in eodem Matth. 10. c. ſcriptum. Firmum itaque manet utrunque præceptum, ſed cavendum ne ſiniſtre accipiantur. Ei igitur, qui ſecundùm præſcriptos modos fugit, non ſcriptura modò, verum etiam Prophetarum multorum, Apoſtolorum, martyrúmque exēpla favent, imo Chriſti ſervatoris noſtri, qui licet non fugerit peccandi metu, fugit nihilominus, ut exemplo ſuo doceret, quid nobis liceat, quamdiu hora noſtra nondum adeſt: quam tum adeſſe intelligendum eſt, quando ſpiritus nos intus ſtimulat & ſolicitat ad manendum vel neceſſitas alioqui poſcit, nimirum ſi jam in magiſtratus poteſtate ſimus, ſi vocatione quapiam obſtricti abire nequeamus, quemadmodum paulò ante de paſtoribus dictum fuit. Quod ad preces attinet, eas non rejicimus, ſed probamus plurimùm; idcóque ſuperius monuimus, debere eos, qui fuga ſibi conſulere velle cogitant, precibus intentiſſimis Deo ſeſe commendare, ne quà fiat ut errent. Cæterùm ſi fuſis precibus ſpiritus eos adhuc ſolicitet ad fugam capiendam, nec vires vel fidentiam majorem ſuppeditet, eo uti debent remedio, quod Dei benignitas porrigit, niſi Deum tentare velint. Iccircò legimus in ſacris literis, Davidem ipſum à facie Abſalomi filij ſui fugiſſe: qua in fuga elegantè Pſalmum illum, qui ordine tertius eſt in libro Pſalmorum, cecinit. Fugit itaque, & ceſſit furori filij, quanquam regni promiſſionem haberet, ſciretque illam non poſſe fieri irritam. Si dixeritis non de fide, religionéve, ſed de regno controverſiam fuiſſe, veſtris rationibus inſtructus reſpondebo, debuiſſe illum fidem habere promiſſis Dei, atq; orare regnum, quod ad ſe per verbum Dei pertinere ſciebat, non deſerere. Fugit tamen, ſed ſe reſtitutum iri ſecundùm promiſſionem credidit. Ad hunc modum vir pius fugiens, Deum fidem ſibi conſervaturum, & ne abjuret effecturum credit, quod etiam ab intimis affectibus ab eo petit. Verùm ſi fuga interim utitur, quam & Deus illi aperuerit, & ſacræ literæ, ſanctorúmque exempla comprobant, non peccat, quinimò recta ratione fidem ſuam confitetur.

Davidis fuga. 2. Sam. 15. 16. Pſalm. 3. 1.

2. Tim. ult. 6.

Alij fugam prorſus damnari putant, propterea quòd Paulus in poſteriori ad Tim. conqueritur, ſe in prima defenſione ab omnibus fuiſſe derelictum. Nā quòd hac in re peccatum ab illis fuiſſet, inde liquet, quod Apoſtolus orat ne ipſis imputetur: benefacta enim veniā opus non habent. Sed hæc, ſi rectè expendantur, ad fugam minimè transferenda judico: contra eos potiùs ſcribuntur, qui vel ob vitioſum timorem, vel ob rerum ſuarum curam officia ea prætermittebant, quæ Chriſtiana charitas requirit. Veriſimile non eſt Paulum de iis conqueri, qui tum tēporis Romæ non erant, tametſi perſequutionem invaleſcente non ita pridem aufugiſſent: quippe hoc illis vitio verti non debeat: niſi ideò fugiſſent, quòd dilexiſſent ſeculum hoc, quemadmodum fecerat Demas. Apoſtolus itaque non de abſentibus, ſed de iis conqueritur fratribus, qui Romæ quidem erant, ſed charitatis officia, vel quia Chriſtum confiteri erubeſcerent, vel quia tædio, aut vitioſo timore afficerentur, ſic prætererunt, ut in prima defenſione nemo ipſi adfuerit. Enimverò turpiſſimè fecit Romana Eccleſia, quæ Apoſtolum ſuum ſic deſeruit. Mirum itaque non eſt, ſi hoc Paulo doluit plurimùm, ſicque oravit ne illis imputaretur. Quocirca in prædictis verbis non agit Paulus de juſta fuga, quam nos paulò ante ſuis numeris deſcriptam dedimus, ſed eos duntaxat reprehendit, qui in oppreſſos Chriſti cauſâ ea beneficia non conferebant, quæ & poterant & debebant.

Ibid. 10.

Quatenus vitā pro fratribus ponere debeamus. 1. Ioh. 3. 16.

Sed objicietur hoc loco: Quid? Ioannes ſcribit quémque debere vitam pro fratre ſuo ponere: quando itaque ſcimus & videmus Chriſti membra carceribus eſſe concluſa, ea deſerere fugiendo non licet, dum ſalutem noſtram quærimus, & afflictorum fratrum miſeria non tangimur? Hic diſtinctione opus eſt, nam mors proximi vel corporalis eſt, vel ſpiritualis. Si de corporali & externa morte proximi loquamur, corporalem vitam noſtram pro illo non ſemper eſſe ponendam judico, quod tum exemplis compluribus, tum etiam rationibus confirmare poſſem. Si vero de ſpirituali fratris morte agamus, ſi quis corporali ſua morte ſic illum juvare poſſit, ut æternum nō pereat, utique mori debet: etenim Chriſtus hoc pacto pro nobis mortuus eſt, diſcipulorum verò fuerit magiſtrum ipſum imitari. Quapropter ſi quis certò ſperet ſe præſentia ſua, cohortatione, & conſolatione fratrem adjuturum, ne in exitium ruat ſempiternum, manere debet, tametſi cum vitæ periculo id faciat, &, ſicut ſcriptura requirit, corporalem vitam pro fratris æterna ſalute ponere. Sed cùm hoſtium noſtrorum crudelitas adeò ſit efferata, ut ad eos, quos Evangelii cauſa vinctos tenent, præter inquiſitores, & eos, qui quæ contra fidem ſunt perſuadere illis poſſint, neminem plerunque admittant, qui cum illis loquatur, officium hoc eis non ſemper præſtari

Digitized by Google

A ſtari poteſt: quotquot enim puræ religioni, quam adverſarii Lutheraniſmum vocant, favere ſuſpicantur, excludunt. Clementiùs actum fuit olim cum Paulo, nam ut primùm Romam pervenit, ſicut in Actis legimus, in ſuo conducto habitare ei licuit, ſub unius tamen militis cuſtodia: quo in ſtatu Evangelium omnibus ſe inviſentibus magna conſtantia prædicabat. Ex hiſtoriis quoque Eccleſiaſticis apparet, licuiſſe olim fratribus martyres vinctos convenire, & corpora cibo, animos autem conſolatione & adhortatione reficere. B Non eſt itaque quod miremur Paulũ & ejus ſimiles conqueſtos, quando à fratribus ob puſillanimitatem & tepiditatem adeò turpiter deſerebantur, ut ne unus quidem ipſis aſſiſteret in judiciis, quod alioqui tum temporis liberum erat. Deinde, quod Ioannes præcipit, ut corporalem vitam noſtram pro ſpirituali ſalute proximi ponamus, non ſic eſt accipiendum, quaſi omni in caſu nos obſtringat, quaſi in manifeſtum abjurationis & damnationis æternæ periculum venimus: nam hinc duo ſequerentur incommoda, C unum, quòd vincti fratres ex lapſu eorum, qui ſeſe periculis commiſiſſent, doloré acerbiorem caperent, offenderentúrque ac fortaſſe ipſi quoque deficerent: unde divina lege cautum erat, ut egredientibus Iſraelitis ad bellum, timidi & puſillanimes domum remitterentur, ne quando fortium virorum corda timore ſuo diſſolverent: alterum, quòd ærumnis vinctorum & martyrum Chriſti remedium ſolamenve nullum adhiberetur: imò ad reliquas calamitates accederet, D ut infirmi fratres & laberentur & perirent. Cupientes itaque uni occurrere, in duo incideremus. Illi ergo, de quibus Paulo conqueritur, non ob id, quo de nunc agimus, ipſum deſeruerant, ſed potiùs quòd mundum & ſua commoda nimium diligerent, vel quòd tædio, aut denique pudore Evãgelii Chriſti afficerentur, quemadmodum ſupra expoſitum eſt.

Act. ult. 16.

Deut. 10. 5.

4. Objiciunt præterea multi: fieri non poſſe quin Eccleſiæ Italicæ, Galliæ, cæterarúmque regionũ minuantur & diſſipẽtur, E ſi tam multi aufugiant: rectius itaque facturos ſi manſerint, ut Eccleſiæ conſerventur & creſcant. Rectè quidem monerent hi, ſi qui in Eccleſiis manent conſtantes poſtea eſſent: ſed cùm plerique in abjurationem labantur, plus detrimenti Eccleſiæ inde capiunt, quàm ſi fugiſſent: fugiendo enim, quo diximus modo, veritati teſtimonium aliquod reddunt, hoc ipſo declarantes ſuperſtitiones & idololatrias nullo modo eſſe ferendas: neque enim fugerent, ſi ſalva conſcientia Papiſticis ritibus aſſentiri poſſent. F Qui verò abjurant, primùm quidem ſemetipſos in exitium conjiciunt: deinde malo exemplo Eccleſias deſolantur & labefactant. Si duo hæc, fuga inquam & abjuratio, inter ſe comparentur, dabunt fortaſſe multi fugam minus malum eſſe: ſed iis reſpondeo, ut etiam ſupra feci, veritatem agnitam negare peccatum eſſe graviſſimum, fugere autem juſtis de cauſis bonum eſſe, Deo placere, & ſacris literis probari. Deinde quales iſti Eccleſias in Italia, in Gallia, in Belgio, aliiſve regionibus ſibi fingant neſcio: G illud quidem nimimè negavero, fratres iis in locis inveniri multos, qui revera Chriſti membra, & de ejus Eccleſia ſint, ſed quod illis in regionibus aſpectabiles Eccleſiæ ſint conſtitutæ, bonis inſtitutis fundatæ, in quibus pura Chriſti doctrina proponatur, ſacramenta ritè adminiſtrentur, & diſciplinæ forma aliqua habeatur, quomodo concedam non video. Etenim fratres rariſſimè conveniunt, & Sacramenta nunquam fere ut oportet adminiſtrant, paſtores ordinarios non habent, ſectæ ibi ſupra modum H creſcunt, contumaces nulla Evangelicæ cenſuræ forma puniuntur. Rectiùs ergo illinc fugientes Eccleſiis ſeſe adjungere, quàm Eccleſias relinquere dixerimus. Qui enim religionis cauſa fugiunt, ferè eò ſe conferunt, ubi ſacra concio quotidie habetur, ubi Sacramenta datis temporibus rectè adminiſtrantur, ubi Deus à congregatis fidelibus collaudatur, ubi paſtores boni ſunt conſtituti, ubi cum cæteris fidelibus ordinatè verſari licet, ubi denique, qui frugi eſſe volunt, bene vivendi rationem ſibi negatam prætexere non poſſunt, quare in ſeipſos culpam omnem I transferant neceſſe eſt. At videmus, inquiet aliquis, fratres multos nondum ſatis inſtitutos, iis in locis,

Quatenus Eccleſiæ fuerint in Gallia, Belgio, Italia.

A quæ nos fugiendo linquimus, remanere, qui debiles & infirmi cùm ſint, à vobis erudiri, confirmari, & in via Domini ſtabiliri poſſent: verũ ſi fugiamus fratres hos deſerimus, & charitatis officia erga eos prætermittimus. Hos ſanè juvãdos, quoad ejus fieri poteſt, cenſeo, cùm doctrina, tum etiam conſiliis: at ſi nos ipſi poſtea periclitemur, fugiendo haud propriè dicemur eos deſerere: quia cùm oratione prius monuerimus, fugæ deinde exemplo quid & ipſi facere debeant, declaramus, idololatriam videlicet quàm fieri B poteſt maximè devitare. Nunquam non præterea Dominus ſuos quoſdam habet iis in locis, quos ſpiritu ſuo ſic roborat, ut Evangelicam veritatem impavidi tueantur, certiores ab illo facti, nullum abjurandi eſſe periculum, à quibus qui fide debiles & rudiores ſunt, conſolatione erigi & confirmari poſſunt. Præceptum enim de fuga ad eos tantùm pertinet, qui periclitantur, qui ſuam infirmitatem exploratam habent, qui interno Spiritus afflatu, ad manendum non moventur, C viam interim ad effugium patefactam cernentes, & magiſtratuum poteſtati nondum ſubjecti. Neque enim verendum abituros prorſus omnes, nunquam deerunt qui remaneant. At fugientium quidem eſt pro iis orare, qui domi manent, quoniam plerunque infelices ſunt eorum exitus.

Transeamus hinc ad eos, qui nemini propriam vocationem eſſe deſerendam arbitrãtur, nam quemque ſua in vocatione perſiſtere volunt. Quorum D ſententia ſi admitteretur, nemini utique liceret à patria diſcedere: id quod ſervitutis cujuſdam intolerabilis loco habendum eſſet. Cùm enim leges omnes multis honeſtis de cauſis cives ſuos peregrè proficiſci permittant, neſcio cur hominib. Chriſtianis ita in univerſum negari debeat. Quod ſi ipſis licet à patria diſcedere juſtas ob cauſas multas, cur non licuerit etiam fidei melius conſervandę gratia? Fame compulſus Iſaac peregrinus factus eſt. Noemi quoque eandem ob cauſam patriam reliquit. David vitæ ſuæ E conſervandæ cauſa, Saulis perſequutiones fugit: ſic Moſes perſequutionem Pharaonis, abiens in terram Madian: & hi quidem omnes ſola corporali vita periclitabantur, neque tamen unquam accuſati fuerunt ut ſuæ vocationis deſertores. Præterea minimè verum videtur, quod iſti pro firmo principio ponunt, neminem ſic eſſe ſolutum & liberum, quin alicui vocationi obſtrictus ſit, quæ illum fugere non ſinat. Quam, quæſo, vocationem ſequuntur qui vitam in monaſterio degunt, ubi manere prorſus non poſ- F ſunt, niſi mille ſuperſtitionibus ſeſe polluant, ſua ipſorum conſcientia perpetuò reluctante? Hi ſi fugiant non aliam quàm diaboli vocationem linquunt, ne quid eos detineat video. Quid impedit viduam, quæ familiam nullam habet, quo minus eò concedat, ubi melius inſtitui, Sacramentis perfrui, & in Eccleſiis benè inſtitutis vivere poſſit? Hoc pacto multæ honeſtæ matronæ olim Chriſtum per regiones Iudææ Evangelium annunciantem ſequebantur, nec earum inſtitutum à quoquam unquam damna- G tum fuit: imò illarum exemplo provocatæ aliæ multæ, Apoſtolos, ut fertur, ſequutæ ſunt. Quàm numeroſi inveniuntur cives, opifices, & nobiles, ſoluti prorſus, qui vel ex opificiis ſuis, vel reditibus vivunt? quid hos impedit, quin unà cum filiis ſuis eò ſeſe recipiant, ubi Evangelica veritas floreat, & ab omnibus prædicetur? Licuit Reginæ Seba venire ex remotiſſimis regionibus videndi & audiendi Salomonis gratia, iis autem liberum non erit illuc abire, ubi ipſiſſimam veri Salomonis, id eſt, Chriſti ſapientiam H audiant? Licuit Eunucho Reginæ Candaces ex Æthiopia Hieroſolymam proficiſci adoratum, noſtris autem fratribus non licebit ea loca petere, in quibus Deus purè adoratur, & Chriſti inſtituta rectè ſervantur? Excipies fortaſſe, neque Reginam Seba, neque Eunuchum abiiſſe ut perpetuò abeſſent, ſed tantum ut temporariam peregrinationem ſuſciperent. Dicam verò & ego, eos, qui religionis cauſa fugiunt, eo animo abire, ut tamdiu abſint, quandiu Deo placuerit, paratos domum redire quotieſcunque ab illo I revocati fuerint, & via ad reditum per illius gratiam patuerit.

De vocatione non deſerẽda.

Gen. 26. 1.

Ruth. 1. 1.

1. Sam. 19. &c.

Exod. 2. 15.

Luc. 8. 2.

1. Reg. 10. 1. &c.

Act. 8. 27. Verſ. 8.

Proferuntur etiam verba Pauli in priori ad Ti-

Digitized by Google

motheum, capite quinto: Quicunque curam nō habet ſuorum, præcipuè domeſticorum, fidem abnegavit, & eſt infideli deterior. Videndum hoc loco ante omnia, quorſum hæc dixerit Apoſtolus. Verba faciebat de viduis, oſtendens, quales eſſe oporteat, ut Eccleſiæ ſumptibus alantur. Quoniam enim Eccleſia ſupra modum ab aliquibus fortaſſe gravabatur, qui ut propriis ſumptibus parcerent, viduas ſuas, tametſi nihil illis fortè deeſſet, admitti volebant: ideo monebat Paulus, ut pro ſua quiſque facultate ſuis ſubveniret. Atque hinc eſt ut paulo inferiùs addat: Si quis, aut qua fidelis viduas habet, ſubveniat eis, ne Eccleſia gravetur, ut iis, quæ veræ viduæ ſunt, ſubvenire poſſit. Declarat enim his verbis Paulus, eas ſolas verè viduas eſſe, quæ ſe ipſas ſuis reditibus aut lucro alere non poſſunt, nec propinquos habent, qui ipſis ſubveniant. Ad hunc ergo modum enarrata Pauli verba fugam prohibere non videntur. Qui fugit, ſi viduas aut alios ſibi conjunctos pauperes habet, de ſuo illis ſubveniat, ſi quid habet. Si una proficiſci illi velint ne deſerat eos. Si verò pauper ſit, foris autem aliquid lucrifaciat, lucri partem illis mittere nemo vetat. Sic affectum eſſe oportet etiam erga parentes, niſi vel propter adverſam illorum valetudinem, vel propter virium imbecillitatem filii præſentia fuerit neceſſaria, tunc enim deſerendi non ſunt. Quod ſi parentibus non invitis filius diſceſſerit, poſtea verò certior fiat, præſentiam ſuam illis eſſe neceſſariam, redire mox ad illos juvandos & conſolandos, ſecundum Dei legem debet. Quod ſi perſequutionis periculum illic ſit, de divino auxilio non eſt, ut diffidat. Quippe cùm Deus eum in ejuſmodi neceſſitatem detruſerit, auxilio ſervum ſuum non deſtituet. At ſi fide debilis, & nullo precepto adactus manere velis, abire cùm poſſis, non eſt ut divini auxilii ſpe id facias, cùm Deus fugiendi rationem mōſtraverit, qua ſi non uteris, non niſi de teipſo conqueri potes.

Quomodo quiſque erga ſuos ſe gerere debeat.

De iis qui cōjugio copulati ſunt.

Quid verò dicemus de iis, qui matrimonio juncti ſunt? Primùm, non licere uxori perſequutionum vitandarum cauſa à marito diſcedere, niſi is ob fidei illius infirmitatem conſentiat, ut ad tempus ſe ſubducat. Lex Dei uxorem marito ſubjicit, ideo illo nolente diſcedere non debet. Vxoris tamen fuerit maritum abeuntem ſequi, ut pacificè & abſque periculo cohabitare queant. Si tamen illa juſtis de cauſis ſequi non poſſit, aut obſtinatiore animo prædita, nolit, relinquenda non eſt, ne uterque caſtitate periclitetur. Eſt enim in connubio neceſſaria conjugum cohabitatio, quandoquidem neuter corpus ſuum in libera poteſtate habet: quamobrem ſi maritus manſerit, auxilium à Deo in perſequutionibus ſperabit, expreſsè enim ei præcipitur ut maneat. Quod ſi uterq; ſingulari caſtitate præditus ſit, à ſe mutuo diſcedere poſſunt ad tempus, quemadmodum Paulum cum ſua conjuge feciſſe aiunt, quando orbem terrarum perambulabat prædicans Evangelium: nam illam ſecum non circūducebat, ſicut reliqui Apoſtoli. Sciendum tamen illicitum hìc eſſe votum, quia eo animo & ea lege mutuo à ſe diſcedere debent, ut in unum conveniant, quoties alteruter poſtulaverit. Sic etenim Deus per Paulum, prima ad Cor.7. præcipit, ut ſcilicet rurſus in unum conjungantur, ne locum dent ſatanicæ tentationi.

1.Cor.7.4. 1.Cor.9.5. 1.Cor.7.5.

De ſervis.

Quod ad ſervos attinet, non multis opus eſt: neque enim illis licet religionis aut perſecutionū prætextu à dominis ſuis aufugere: nam in ſacris literis expreſsè præcipitur, ut id non faciant. Cùm ergo ſic obſtricti ſint, ſi manſerint, dabit Deus ut in abjurationis periculum non veniant, ſi ex animo & fide ſyncera ſeſe illi commendaverint: opportuno enim tempore, ut ſacræ tradunt literæ, adeſt & fidelitet ſuccurrit, præcipuè cum ipſe præceptis ſuis in ejuſmodi pericula conjicit. Epiſcopos & Paſtores diximus ſuprà oves ſuas non debere deſerere, niſi vi expellantur. At quia copioſè hac de re dictum eſt, venio nunc ad Principes, quorum nonnulli liberi ſunt, ſummum habentes imperium, ut Eccleſias ſuas reformare, puræ veræque religionis reſtitutione poſſint. Hi igitur ſi pietate imbuti ſint, ſibi ſubditos linquere non debent, ſed in ea poteſtate conſtituti ſervire Deo (cujus etiam miniſtri ſunt, ut in Epiſtola ad

Exod.21.6. Phil.1.3. Pſal.9.10.

De principibus.

A Romanos ſcribitur) quò lux Evangelica per ipſos mirum in modum accendatur: nam & populi Principes ſuos imitari ſolent: & principum ea eſt authoritas atque poteſtas, ut ſubditos ad obediendum cogere poſſint. Facilè itaque intelligunt, ſi diſceſſerint, ſe verbum Dei non ſolùm non promovere, quod alioqui potuiſſent, verùm etiam ſibi ſubjectos in infidelium poteſtate relinquere, & malis graviſſimis horrendiſque periculis exponere. Principibus addendi ſunt ij, qui in magnorum regum & monarcharum B aulis verſantur, viri ſingularis exiſtimationis & authoritatis, vel quia prudenter conſulant, vel quia armis, opibus, aut generis nobilitate illuſtres ſint: his abire non debent, quando periculum ipſis non impendet, quoniam religionis cauſam ſua ipſorum præſentia non parum juvare poſſunt. Sunt enim in regnis clypei & defenſionis loco miſeris fidelibus: ſæpe conſiliis authoritatéque ſua tyrannorum impetū compeſcunt, phariſæorum crudelitati reſiſtunt, cúmque ſibi faciles atque benevolos magnos principes C habeant, pro multis oppreſſis intercedere, & monarcharum animum ab atrocibus Evangelii perſequutionibus ad occupationes alias majores, utiliores, & graviores convertere poſſunt. Tales fuerunt in regū aulis, Ioſephus, Daniel, Nehemias, aliique viri ſancti. Quapropter fugiendum iis non eſt, niſi ſumma cogat neceſſitas. Sunt deinde alii quidam, hodie appellati domini, non pauci, cæteris non conferendi, qui ſummum imperium non habent, ſed tantum civilem aliquam juriſdictionem, reformandæ religio- D nis poteſtate omni privati (ſacerdotes enim vel epiſcopi ſubditi iis non ſunt, ut qui poteſtate & authoritate antecellant) nec minus, quàm populus reliquus, inquiſitoribus, cæteriſque phariſæis ſubjecti. Hi cùm à communi aliorum hominum conditione parum aut nihil differant, de ipſis idem propè judicandum, quod de reliquis. Si ergo fugiant ſecundùm modos à nobis præſcriptos, non modò non reprehendendi, ſed laudandi etiam ſunt, cum Chriſtum teſtimonio ſuo celebrare minimè graventur, quod E eo dignius & illuſtrius eſt, quò è ſublimiori dignitate ad infima ſeſe demittunt, quod ad mundi honores attinet.

Rom.13.14. De proceribus. Gen.14.90. Dan.1.48. Neh.2.1.

Verum quia in eos qui fugiunt, vulgus exclamare ſolet: Quorſum vagantur iſti, qui domi ſuæ ſeſe continere poſſent? ubivis locorum Deus coli poteſt. Paulus ad Timotheum ſcribit: Volo quenque in omni loco puras ad Deum manus tollere. Conſiderandum iis, quia talia dicunt, tam effrænem plerunque eſſe adverſariorum rabiem, ut quibus in locis Papa do- F minatur, nemo bonus degere poſſit niſi ſe Miſſis, idololatriis, aliiſque ſuperſtitionibus inquinet: aliàs lictorum, inquiſitorum, denique carnificis ipſius manus non evaſurus: quæ, qui nondum ad vitam exponendam à ſpiritu incitantur ſed aliquanto debiliores etiamnum ſunt, ſibi expectanda non eſſe judicant, ſiquidem Deus fugiendi rationem ipſis oſtendat. Huc præterea accedit, quòd ſi nullius vocationis vinculis aut legibus, de quibus ſupra locuti ſumus, retineantur, cæteris fidelibus & fratribus ſeſe adjun- G gere, & cum illis verſari, quotidiano pane verbi Dei refici, Sacramentorum legitimæ adminiſtrationis participes eſſe, diſciplinæ puræ ſanctæq; ſicut Chriſtianos decet, ſubjici, in fidelium cœtibus linguā nemini peregrinam aut incognitam audire, & connubio, iis qui eo opus habent, licito atque conceſſo potiri mirum in modum expetunt. Sciunt quidem Deum ubique locorum coli poſſe, & diſcrimen inter loca nullum ponerent, niſi impedimenta compluti- H bus in locis ab hominibus objecta obſtarent. Paulus huc tendebat verbis illis, ut ſuperſtitione liberaret eos, qui locum loco ſanctiorem opinabātur: id quod contra nos nullo modo facit, qui non quidem ſanctioris loci inveniendi, ſed exitii vitandi, & ſolidioris minimèque dubiæ doctrinæ Chriſtianæ quærendæ cauſa fugimus. Quis jure eum reprehenderit qui aeris noxii atque peſtilentis vitandi gratia fugiat? aut famis tempore regionem feliciorem quærat? bellóve impendente violento & periculoſo in tranquilla lo- I ca concedat? O mitto dicere de iis, qui propter malos litigioſóſque vicinos abeunt: ut cum Abrahamus à Lotho diſcederet, & Iſaacus à puteis ſuis, ne cum Palæſti-

1.Tim.2.8. Gen.13.8.

Gen.26.6.19. &c.

læſtinis contenderet. Prætereo etiam eos, qui propter inundationes aquarum, terræmotus, mutationéſque regnorum aliò habitatum eunt. Equidem horum neminem aliorúmve multorum qui his addi poſſent, à quoquam jure reprehenſum.

Cur igitur qui propter religionem fugiunt, clamoribus adeo tumultuoſis excipiuntur? Excuſatos tamen eos habeo, qui fugiendum non eſſe perſuadere conantur, quoniam alicujus boni gratia id faciũt: fideles enim intrepidos eſſe, & veritatem in ipſis tormentis non abnegare, quin potius fortitudine ſuas Eccleſias ædificare, & cum reliquis fratribus ſimul junctos manere vellent, inſtar egregii ovium gregis à lupis circumdati. Cui enim hæc non placuerint? quis conſilium hoc non laudaverit? quis non optaverit tales Evangelii progreſſus? nemo ſanè qui vel tantilla charitate præditus ſit. Quanquam conſiderandum etiam eſt, num vires ſuppetant: neque enim omnes ad hæc ſunt idonei. Sapientis eſt ſeipſum metiri. Minimè prudenter ædificat, qui ſecum ipſe prius non reputavit, an ſumtus facere poſſit. Non feliciter ſuccedit prælium Imperatori illi, qui vires ſuas bene exploratas non habet. Vires à Deo ſunt, inquies, non autem à nobis. Sunt quidem, ſed is illas diſtribuit ad ſuum, non ad noſtrum arbitrium: admirandáque providentia ſua varios in Eccleſia fortitudinis gradus ſtatuit, ab aliis veritatem cruciatibus & morte ſtabiliri, ab aliis autem fuga, acceptum ei eſt, prout fortitudinis menſura, illis tributa, tulerit. Nemo igitur quod Deo placuerit culpet. Laudamus & celebramus fortes Chriſti equites, qui martyrio ſuo fidem confirmant. Laudamus pariter eos, qui ritè fugiendo, veritati non leve, nec vanum teſtimonium dant. Tales Chriſti ſervos peccati damnare non decet: qui ſi nunc fugiunt, manebunt olim: & nunc manerent, ſi à duce ſuo inſtruerentur. Fideles omnes ſuos ſimul occumbere Deus non vult. Nemo autem legitimè fugientium in hoſtium caſtra concedit: neque hoc nomine fugit, ut manum Dei fugiat: imò illi ſe committunt, firmiter apud ſe ſtatuentes, Chriſti cauſa vitam & ſanguinem ponendum eſſe, quandocunque opus fuerit: opus autem tunc eſſe credunt, quando in magiſtratuum manus pervenerunt, quando à Deo ad reſiſtendum impelluntur, quando vocatione quapiam ita obſtringuntur, ut fugere omnino non liceat. Quandiu autem horum nihil urſerit, fugiendo Deo ſe ſervire non dubitant, cùm à Domino præcepto ſimul & exemplo edoceantur Apoſtolorum, Prophetarum, Patrúmque exemplis etiam ſuffragantibus.

Nec eſt ut quis excipiat, particularia hæc eſſe, peculiaria privilegia, aut prærogativas extraordinarias: quia hoc tunc locum habet in ſanctorum factis, quãdo ſcripturæ teſtimonio commendantur, licet contra generale præceptum aliquod fiant: quæ nobis, qui præceptis generalibus obſtringimur, imitanda non ſunt.

Gen.22.2.

Exemplo eſt Abrahami factum, quando filium ſuum occidere voluit, quod contra divinam illam legem, Non occides, faciebat. Commendatur autem factum hoc, quod peculiari afflatu impulſus ſit Abrahamus, & ſine cunctatione obedierit: quod tamen facere debuit ipſe ſolus, cæteris communi præcepto rejunctis. Fugæ verò exemplum nobis à ſanctis viris propoſitum, Scripturæ non repugnare, ſed potius conſentaneum illi eſſe, cùm ſciamus, eos qui illud ſibi imitandum ducunt, damnare non poſſumus: etenim Chriſtiana charitas fuga, nec violatur, nec detrimento ullo afficitur, quia ſæpe fugere contingit, ubi nec præſentia noſtra manentibus prodeſſe, neque abſentia nocere poteſt, quemadmodum antea dictum eſt.

Mar.16.15.

Præterea, ſi Apoſtoli juſſi ſunt abire in omnem terram, & prædicare Evangelium, ut fides lõgè latéque diffunderetur: cur locum mutare non licuerit: acceptæ jam & partæ fidei conſervandæ gratia? Non minus ad charitatem pertinet acceptam fidem, ſanctum piæ doctrinæ depoſitum, conſervare, quàm augere: neque contra charitatem eſt propinquos, modis à nobis ſuperius commemoratis, relinquere.

Verſ.37.

Docuit enim Chriſtus Matthæi decimo; Patrem & matrem, & fratres, & ſimilia eſſe relinquenda,

Verſ.29.

ſi ſalutem fidémve noſtram remorentur. Idem præceptis ſuis tradit, Matthæi quinto, nullum eſſe in noſtro corpore tam nobile membrum, quod amputandum non ſit ſi ſcandalum afferat, id eſt, ſi ſalutem noſtram impediat. Si igitur fugiendo circumſtantias æquas ſervaverimus, nullo modo Chriſtianam charitatem violabimus.

Fuga in charitatem nõ peccari.

Nec eſt ut quis objiciat: Charitatem ideo fuga violari, quod proximorum animos minus, quàm ipſorum corpora curemus. Cui enim abſque peccato licuerit alterius corpus capitali periculo exponere? aut à lupis, latronibus, & ſicariis lacerandum linquere? Profectò charitas hic poſtulat, ut proximis noſtris adſimus, eóſque juvemus. Quo poſito, ſatis liquet charitatem fuga violari, ſiquidem fugiendo proximos deſerimus, & animos illorum damnationis periculo exponimus, dum eos in poteſtate Phariſæorum, hypocritarum, & pſeudodoctorum linquimus, à quibus, noſtro privati auxilio, facilè ſeducuntur & perduntur. Ad hoc primum reſpondebo, eos, qui fugiunt, remanentium animos periculis non exponere: jam enim expoſiti ſunt perſequutione exorta, cui nullam occaſionem præbuit illorum fuga. Deinde, illud conſiderandum eſt, non ſemper aptos eſſe eos qui fugiunt, juvandis & ſervandis in tentatione manentibus. Hic falluntur multi, exiſtimantes omnes eos qui fugam detrectant, idoneos eſſe juvandis fratribus, non advertentes quòd ij ipſi, qui manent, fugere alioqui cùm poſſint, magnum ſæpe abjurando apportent malum: qui ſi fugiſſent, nihil attuliſſent incommodi. Etenim ſi manent, ipſi aliorum potius opera & auxilio, debiles cùm ſint, indigent, ut confirmari, quàm confirmare magis opus habeant. Horum igitur fuga infirmis nihil nocet, fortibus autem manentibus etiam utilis eſt, quoniam cura & ſolicitudine ſalutis ipſorum liberantur, exultantes gaudio magno quòd evaſerint, & eò ſeſe receperint, ubi inſtitutione, conſolatione, boniſque exemplis magis confirmari & corroborari queant: ut, ſi quando opus fuerit, illuc, unde diſceſſerunt, redeant, pugnam cum adverſariis redintegrantes, ac in illorum locum ſuccedentes, qui per glorioſum martyrium hinc ad Chriſtum migrarunt. Hoc enim fieri ſolet in obſeſſis urbibus, ut qui debiliores ſunt, bonæ alioqui ſpei, & nobiles, in tutum quempiam locum ad tempus emittantur, ut ætate & induſtria fortiores facti, opportuno poſtea tempore patriæ ſuccurrant, & interim à periculis tuti timore ſui liberent viros fortes, qui ſtrenuè pro patria pugnant.

Qui fugam damnant, ſuis commõdis ut plurimum inſeruiunt.

De iis verò, qui eruditione, fortitudine, & magnanimitate adeò præſtant, ut ad pietatem cùm ædificandam, tum etiam tuendam idonei ſunt, bifariam reſpondendum videtur. Primùm, ſi certò animadvertant, ſe manendo fructum, fugiendo autem ſcandalum & ruinam allaturos, manere utique debent.

Simile.

Sin autem intelligant, quod non rarò uſuvenit, occultè ſibi moriendum ſi à tyrannis capiantur: aut oris & linguæ uſu ſe privandos, ut ne verbulo quidem Eccleſiam ædificare poſſint: contra verò ſi fugiant, ſcriptis & ſermonibus ſuis Eccleſiæ cauſam plurimum adjuturos arbitrentur, & ſpiritus afflatu huc vocentur, fugam capere debent, ſi abſque ſcandalo fugiendi via pateſcat. Quod ideo addo, quia neque ſi in carcerem conjecti ſimus, neque ſi fide data, aut vade magiſtratui nos ſiſtere debeamus, fugere liceat: his enim in caſibus in alterius poteſtate ſumus, nec ulterius via ulla honeſtè fugiendi patefacit. Intelligendum autem hoc eſt ſecundùm præſcriptas leges. Nam ſi Deus te, ut olim Petrum, è carcere per angelum ſuum educeret, ſingulare factum eſſet, de quo nunc non agimus. Omnis verò hæc noſtra diſputatio eò tantum ſpectat, ut fugam, quæ modis & circumſtantiis æquis contineatur, charitatis legi non repugnare, ſed potius optimè quadrare intelligas.

Hac de re tam fusè ideo diſſerui, quòd videam multos, noſtra præſertim in Italia, veritatis luce aliqua prędítos, advocatis litigantibus ſimiles. Ut enim hi, ſi injuſtam tueantur cauſam, omni ſtudio legem quampiam, quæ iniquo ipſorum ſcopo utcunque faveat exquirunt, ut juſtitiæ zelo cauſam iſtam tueri videantur: ſic noſtri illi domi ſuæ manent, ubi pro fide & veritate cognita in medium prodire non au-

Digitized by Google

dent: cúmque primum hoc prætermittant, alterum A
quoque, fugam videlicet (quæ luculentum ſynceræ fidei teſtimonium eſſet) omittunt, commodorum & bonorum ſeculi hujus catenis detenti. Quibus gratius nihil obtingere poteſt, quàm ſi ſcriptis & concionibus noſtris doceamus, fugam Chriſtianis eſſe illicitam, ut hoc prætextu commodè ſuis perfrui bonis poſſint. Eodem modo affecti ſunt & ſtulti ægroti, qui ſi ex vulnere vel abſceſſu laborent, ignem & ſectionem admittere cùm nolint, medicos illos magis amant & audiunt, qui præclari alicujus ſcri- B
ptoris teſtimonio talem curandi rationem redarguāt, ut remedia illa recuſare videantur, non quia molles ipſi nimium ſint, ſed quia remedia morbis ſuis non conveniant. Verùm ſicut ægroti iſti miſerè tandem moriuntur: & advocati illi iniqui coram ſapiente & prudente judice cauſa cadunt: ſic noſtri hi optimum ſuæ ægritudinis remedium reſpuentes, conſcientias ſuas ſimulationibus, ſuperſtitioſis cæremoniis, & profundo ſilentio, vel, quod pejus eſt, abjuratione deteſtanda contaminant. Omnes enim qui in refor- C
matis ſanctiſque Eccleſiis rectè de rebus judicant, injuſtas & effrænes cupiditates bonorum ſæculi hujus in cauſa fuiſſe poſtea intelligunt. Quapropter cùm animi ipſorum propoſitum ſit malum, mirum non eſt ſi deteriorem exitum habent. Qui ſemetipſum non abnegaverit, nunquam ſanè ad Evangelii
Luc.14.28. normam vixerit. Qui ſibi ipſi vivere vult, & Chriſtianam profeſſionem retinere, ſimilis ei eſt, qui ſine ſumptibus vult ædificare, aut ſine exercitu bellum gerere, vel hoſtes ſine viribus vincere. Qui ſibiipſi D
mortuus non eſt, nec à ſeipſo fugit, Chriſtianam veritatem, nec martyrii triumpho, nec laudabili pia Chriſtianave fuga unquam confirmaverit. Vos itaque, fratres in Domino chariſſimi, oro, ut ſeriò tandem agatis: ſimulationes & fictiones hypocritis &
Gal.6.7. comicis ſunt relinquendæ. Si Chriſtus & Evangelium ejus (quod vos, Dei beneficio, & amplexi & confeſſi eſtis) res vera eſt, cur tam frigidè illius imperata facitis? ſin autem poëſin quandam aut fabulam judicatis, quid cunctamini palàm dicere? cur ſimulatis E
Matt.6.24. ſidem illi habere? Deus irrideri non patitur, hominis vires omnes requirit: & Mammonæ ſimul ſervire nemo poteſt: nec de duobus dominis contraria jubentibus obedire. Si Evangelium verax eſt, vitæ rebúſque noſtris aliis anteponendum eſt. Milites pro ſuis partibus vitam exponere audent: mercatores non pauci ætatem omnem in peregrinationibus, ut ditèſcant, terunt: qui navigant, dies noctéſque maris extrema pericula adeunt, ob ſines incertitudinis plenos. Nos verò, quibus cœleſte regnum, vita æterna, F
veráque felicitas à Deo firmiter promiſſa eſt, in mortali vita hac, miſeriſque bonis his, illius nomine ponendis, cùm res poſtulat, ne veritatem ipſius abnegemus, tam pigri, tam tardi, ſegnéſque ſimus? Tollat tandem Deus à ſuis ſcandalum, probrum, & contumeliam tantam, & fideles omnes conſtantes, fortes, promptos & paratos reddat, ipſiſque perſuadeat eos, qui pro verbo hoc mortem oppetunt, ad vitam æternam migrare, & qui temporariam patriam hanc linquunt, ab inferis fugere, & in cœleſtem regionem G
ſubvolare.

††† *M. BUCERO.*

MItto ad vos Iulium, quò Reverendiſſimus de noſtris diſputationibus certa poſſit cognoſcere, & quæ perferri curavi, non dubito eſſe tibi communicanda. Tu boni conſules. Nam, ut meæ vires H
ſunt imbecillæ, res involuta, & adverſarii cum obſtinati, tum audaciſſimi, pro quatuor dierum ſpatio non plus, quàm vides, præſtare valui. Sed ſi longius certamen fuiſſet extractum, major lux indubitatò cauſæ acceſſiſſet. Solet veteranis militibus, & jam, uti tu es, rude donatis, jucundum eſſe, videre tyrones interdum pugnare: ita fortè puto, ut noſtra hæc legiſſe te non pœniteat: niſi fortè viſus fuero nonnihil in ea quæſtione à te diſſentire, in qua tamen, ſi omnia bene perpéderis, facilè intelliges, cùm ego aé, I
fide corpus Chriſti fieri nobis præſens: nóſque illi communicando incorporari, & in illud transmutari, me non multum ab eo, quod ipſe doces, aberrare. Sacramenti res, id eſt, corpus & ſanguinem Chriſti nos verè, fateor, percipere: ſed ita, ut animo & fide hoc fieri dicam, & interim concedam, Spiritum ſanctum in Sacramentis efficacem, vi ſpiritus & inſtituti Domini. Id verò maximè contra ſuperſtitiones aſſerere conor, ne ipſi pani & vino, vel corpus, vel ſanguinem Chriſti carnaliter, & per corporalem præſentiam admiſceant. Quod verò noſipſi verè illi conjungamur, non ambigo. Neque etiam ſymbola abſque honore & dignitate ſacramenta eſſe velim. Vnum tantùm ſupereſt, quo ſorte offenderis, me aſſerere, non convenire corpori Chriſti, ut quantumvis glorificatum, ſit in multis locis. Sed, ut vides, ſcriptura non mihi hoc ſignificat credendum: Ratio corporis humani reclamat: & Patres affirmant, nulli creaturæ, Deo excepto, concedi, neque ulla inde major utilitas ad nos pervenit. Sacramentis, uti videbis, tribuo quantum poſſum per verbum Dei, unde mihi perſuadeo, vel æquo animo te laturum eſſe, quę diſputando protuli: vel quæ indicaveris me debere corrigere, non taciturum. Plura ſcriberem: ſed tempus habeo contractum, aliàs fuſiùs agam. De tuis rebus & Pauli cupio certior fieri, vóſque ambos cum Petro rurſum invito, ut cùm fuerit commodum, nos inviſatis. Quomodo verò noſtræ res habeant, Iulius docere poterit. Vale, ac me ut facis, ama. Oxonij, 15. Iunij 1549.

AMICO CUIDAM.

TUæ literæ vir eximie, quas ad me ſcripſiſti plenas humanitatis, ita mihi fuerunt jucundæ, ut de illis ingentes gratias tibi agam, certè ipſis eo potiſſimum nomine recreatus ſum, quòd adeo te intelligam mei eſſe memorem; videámque non alia de cauſa id fieri, niſi quod pietatem & ſacras literas vehementi amore proſequeris. Itaque cùm in me Deum, & operam (licet ſit admodum tenuis) quam impendo Eccleſiæ diligas, iſtam voluntatem atque animum tibi gratulor, Deúmque Optimum maximum, etiam atque etiam & rogo & obſecro, ut ſtudium pietatis & ſacræ doctrinæ, quo te hactenus ornavit, indies magis ac magis augeat. Doleo plus quàm dici poſſit, tanta ubique in Anglia verbi Dei penuriâ laborari, & eos qui oves Chriſti doctrina paſcere tenentur, cùm uſque eò remiſsè agant, ut officium facere prorſus recuſent, neſcio quo fletu, quibúſve lachrymis deplorari poſſit. Verùm confido fore ut meliora ſimus viſuri. Faxit autem Deus, ut hac mea ſpe non excidam. Tantiſper verò dum Eccleſiarum paſtores à functione ſibi divinitus impoſita ceſſant, tu ſtudeas & confirmare teipſum Dei ſermonibus, & domeſticis tuis pro viribus non deſis, quod ſi feceris, non modo carne, ſed etiam ſpiritu familiæ tuæ præeris. Atque hæc ſcribo, non quòd te deſidem eſſe putem, ſed ut ad id, quod ad te facere arbitror, intentius faciendum animum addam. De controverſia quam mihi explicandam proponis, nō exiſtimo eſſe multa dicenda, ipſe enim uſque eò, tuo judicio, ſanam piámque dixiſti ſententiam, ut ego in id, quod abs te approbatum eſt, omnino deſcendam. Quare cùm iſta ſint ἀδιάφορα, per ſeipſa pia, pium aut impium faciunt neminem, attamen, uti tu quoque cenſes, magis expedire judico, ut ea veſtis & Veſtes.
alia plura id genus, cùm fieri commode poterit auferantur, quò Eccleſiaſticæ res multò ſimpliciſſimè Simplicitas in rebus Eccleſiaſticis ſervanda.
gerantur. Etenim dum ſigna tam obſtinato animo defenduntur & retinentur, quæ non ſunt verbo Dei fulſulta, ibi perſæpe videas homines rerum ipſarum minimè cupidos. Et ubi oſtentatio plurimum valet, non rarò uſu venit, ut id quod ſerium fuerit admodum negligatur. Proh Deum immortalem! quot hodie videas, ut videri volunt, Eccleſiaſticos viros, qui ſi ab eis veſtem & pileum detraxeris, nihil ſanè habent quod Eccleſiæ miniſtrum referat, ſed ſi ſtomacho indulgendum eſſet, nullus eſſet finis querelarum. Adoleſcentem de quo mihi ſcribis D. Coxo, cùm ad nos venerit, qua fide ac diligentia potero, commendabo, & ſi quid aliud eſt quod me velis, audacter jubeas, me promptum ad obſequendum habebis. Vale & me in Domino, ut facis, ama. Cùm nihil habeam novi

Digitized by Google

A novi quod tua cognitione dignum judicem, id tantùm ſignifico, omnia quemadmodum cùm tu hic aderas agi. Oxonii 1. Iulii M.D.L.

R. V. DOMINO IOANNI HOPpero Epiſcopo Gloceſtrienſi. Videtur huic inſcripta, quamvis in αὐτογράφῳ authoris nullum nomen ſit appoſitum.

B Reverende, ac in Chriſto Ieſu dilectiſſime. Literis, quas ante paucos dies ad me dediſti, prius quam nunc reſpondere ſtatueram, ſed gravibus multiplicibúſque negotiis fui adeo impeditus, ut neque meæ voluntati, neque tuo fortaſſe deſiderio niſi modo ſatisfacere licuerit. Quare hanc dilationem, quæ tua eſt humanitas atque prudentia, boni æquique conſulas. Quæ de controverſia, inter te atque Reverendum Dominum Londinenſem orta, quo ad veſtes miniſtrorum Eccleſiæ, literis conſignaſti, & legi ut rogaveras, & quanta cum attentione potui per C anguſtiam temporis conſideravi. Quod ideo dico, quia tuum ſcriptum non niſi una nocte retinere potui. Nũtius enim per quem ipſum acceperam, poſtridie ejus diei ſummo mane, Cantabrigiam hinc diſceſſit, quo tu monueras, ut per eundem, quæ legiſſem, ad Dominum Bucerum tranſmitterem. Quod & diligenter & ſine mora effeci, eo brevi ſpacio quod tum dabatur, univerſam cauſam ita mecum ſum complexus, ut primùm non mediocrem voluptatem ceperim de tuo ſingulari & ardenti ſtudio quo niteris, ut D ad caſtam ſimplicémque puritatem Chriſtiana religio denuo aſpiret. Quid enim omnibus piis optabilius eſſe debet, quàm ut omnia paulatim reſecentur, quæ parum aut nihil habent quod ad ſolidam ædificationem referri poſſit? & potius redundare ac ſuperflua quodammodo eſſe à piis animis judicantur? Equidem ut de me ipſo dicam, ægre patior ab ea ſimplici puráque contuernine avelli, qua tu noſti Argentinæ diu nos omnes uſos eſſe, ubi veſtium diſcrimina quo ad ſacra erant ſublata, morem illum uti E candidiorem & apprimè reſipientem Apoſtolorum Eccleſiam maxime omnium ſemper probavi. Atque rogo Deum immortalem, ut & ibi quàm diutiſſimè conſervetur, & ubicunque reſtituitur Eccleſia Chriſti, tandem recipiatur. Vides itaque quod in ſummo & in præcipuo capite abs te non diſſentio, ſed ut id quod conaris, locum habeat vehementer cupio. Accendit hoc meum deſiderium partim quod in ritibus quàm proximè vellem ad ſacras literas accedere, atque meliorum temporũ Eccleſiæ imitationem perF ſequi, partim quòd animadverto Papæ ſectatores adhuc his reliquiis conari ſpeciem ſaltem miſſę inſtaurare, atque in illis plus inhærere, quàm natura indifferentium rerum exigat.

Non tamen eò illa me adducunt, neque etiam rationes abs te allatæ, ut ſtatuam uſum hujuſmodi veſtiũ exitioſum eſſe, aut natura ſua verbo Dei contrarium, quem omnino ἀδιάφορον arbitror, non ignarus quòd ea quæ ſunt indifferentia, quandoque uſurG pari poſſint, quandoque vero debeant removeri. Præ focarum comedere per ſeſe indifferens eſt, attamen ejus uſum interdum convenit ſeponere, interdum verò illo veſcendum eſt liberrimè. Atque hoc pacto licet ut dixi retinendum veſtium in ſacris diſcrimen haud putem, impium nihilominus eſſe nequaquam dicerem, ita ut quoſcunque viderem illum uſurpare, damnare audeam. Certè, ſi perſuaſum id haberẽ, nunquam cum Eccleſia hic in Anglia communicaſſem, in qua diſcrimen hujuſmodi adhuc eſt conſerH vatum. Nam licet, ut dixi, parum illud approbem, attamen video quandoque in his indifferentibus nõnulla, quamvis moleſta ſint & oneroſa, quo ad non aliter liceat, ferenda eſſe, ne ſi pro illis acerbius quam oporteat contendatur, id & progreſſui Evangelii ſit impedimento, & quæ natura ſua ſunt indifferentia, noſtra vehementi contentione doceantur eſſe impia. Quæ, niſi fallor, duo graviſſima ſecum apportãt incommoda. Nam ſi pateremur Evangelium prius & I propagari & altas radices agere, melius fortaſſe atq; facilius perſuaderentur homines, ut hos externos apparatus removerent. Dum quis ægrotat & paulaA tim convaleſcit, ægerimè patitur levicula & inepta quædam à ſe removeri, tam in cibo quàm in potu, attamen is idem ſanitate recuperata, ea per ſeipſum ut incongrua parúmque utilia rejicit. Si Anglia in capitibus de religione maximè neceſſariis prius benè diligentérque inſtituta & confirmata fuerit, quantum mihi videre videor, non indignè denique feret hæc utcunque ſupervacanea removeri. At nunc quando mutatio in capitibus neceſſariis de religione inducitur, atque id tanta cum difficultate, ſi etiam B illa quæ indifferentia ſunt ut impia prædicemus, adeò ferè omnium animi à nobis alienantur, ut doctrinæ ſolidæ atque concionibus neceſſariis attentos & patientes auditores amplius non ſe præbeant. Multum citra controverſiam Anglia tua tibi debet, quandoquidem prædicando atque docendo nõ vulgariter laboraſti. Et viciſſim tu magnum tibi ex eadem Anglia favorem magnámque authoritatẽ conciliaſti, per quam multa utiliter ad gloriam Dei poteris efficere. Tantùm id caveas, ne intempeſtivis niC miſque acerbis concionibus tibi ipſi obſtaculo fias. Non tamen hinc colligas me ſentire, nunquam pro aſſerenda veritate ſcripturarum & dogmatum, miniſtro Evangelii contendendum eſſe: non hoc ego aſſero, qui quotidie in diſputationibus & publicis & privatis, in graviſſimis controverſiis pro religione me oppono. Sed hoc dico, quòd hæc quæ minoris momenti ſunt, non debeteur per noſtram contentionẽ impedimento eſſe, neque pluris facienda ſunt, ut aut induci aut inducta confirmari poſſint. Deinde ſi D pergamus hæc indifferentia quaſi perniciosa & impia diſſuadere, permultas Eccleſias non ab Evangelio alienas damnamus, & innumeras quæ antiquitus ut laudatiſſimæ celebrantur, nimis acerbè taxamus. Non me latet Eccleſiarum authoritatem ſive præſentium ſive præteritarum non eo debere valere, ut illis verbi Dei veritas prematur, nam ea etſi fractus orbis illabatur, inconcuſſa & immota permanere debet, ſed propter ἀδιάφορα id minimè faciendum eſſe contendo, vel ut damnentur, vel ut de eis minus hoE neſte loquantur.

Et quia te animadverto arbitrari, hæc nequaquam eſſe indifferentia, jam rationes quibus hoc tibi perſuades fortè utile fuerit expendere. Ideo eas ut compendio agam, quemadmodum tu facis, ad duo capita præcipue redigam. Primùm, dicis Aharonis ſacerdotium non eſſe revocandum, ad quod iſta diſcrimina veſtium pertinere videntur. Nam cum habeamus Chriſtum ſacerdotem, ceremonię Aharonis abrogatæ ſunt, neque ſalva pietate ruſus accerſiri debent. F Alterum fundamentum eſt tuarum rationum: Hæc Antichriſti eſſe invẽra, cúmque non tantum à Papa, ſed ab omnibus ejus commentis nos alienos eſſe oporteat, vis etiam differentias & ornatus miniſtrorũ abjiciendos. Cùm hi ſint duo tui præcipui arietes, primo loco de illis videbimus. Deinde quoque addendum erit ſi quid aliud præter hæc memoria ſuggeret, pro tua opinione confirmanda eſſe abs te allata.

Veterum ceremoniarum diſtinctio.

In lege ſeu Aharonico ſacerdotio fuerunt ſacramenta quibus Deo placuit obſignare promiſſiones G Chriſti venturi, quæ omnia novi fuiſſe abrogata, & Chriſtum jam datum, non dandum credendum eſſe, cúmque aliæ promiſſionum divinarum σφραγῖδες ab ipſo Domino ſub Evangelio traditæ ſint, panis inquam, vinum & aqua, nos antiquas notas minimè debemus repetere. Fuerunt nihilominus ibi aliquæ actiones ita comparatę, ut ſacramenta proprie dici non poſſint, faciebant enim ad decorum, ad ordinem & aliquam commoditatem, quę ut lumini naturę congrua & ad noſtram aliquam utilitatem conduH centia, ego & revocari & retineri poſſe judico. Quis non videt Apoſtolos pro pace & convictu credentiũ faciliori mandaſſe gentibus, ut à ſanguine ac præfocato abſtinerent? Erant hęc citra controverſiam Aharonica, ſi generaliter omnia quę in lege fuerunt cõplecti volueris. Decimas quoque hodie in infinitis locis inſtitutas eſſe ad alendos miniſtros Eccleſię, nemo noſtrûm ignorat. Pſalmos & hymnos cani in ſacris cœtibus non facilè monſtrabis ex literis novi I Teſtamenti, quod in veteri fuiſſe factum manifeſtiſſimè conſtat. Mitto quòd Ambroſius, dum interpretatur Epiſtolam ad Corinthios priorem, capite 14.

Act. 15. 23.

Verſ. 26.

apertiſſimè dicit, morem à Paulo ibi traditum prophetandi, à ſynagogis deſumptum, in noſtras Eccleſias fuiſſe transfuſum. Adhæc ſi diligentius inſpicerem atque conſiderarem, quod tempus minimè patitur, non pauca poſſem invenire, quæ noſtra Eccleſia ex Moſaicis decretis mutuata ſit, idque jam inde à primis temporibus. Vtque hoc non omittam, dies habemus feſtos in memoriam dominicæ reſurrectionis, nativitatis, pentecoſtes & mortis Chriſti, num omnia iſta erunt abolenda, quia ſunt veſtigia legis antiquæ? Ex his omnibus jam arbitror te videre, non ita omnia ſacerdotii Aharonici ſic eſſe abolita, ut nihil eorum vel retineri vel uſurpari poſſit. Neque mihi ſtatim dixeris aperietur jam feneſtra omnibus abuſibus, aquę luſtrali, ſuffitui, atque aliis infinitis id genus, quia reſpondebunt adverſarii modum in his quę revocant & retinent eſſe conſtituendum, ut non oneretur cœtus fidelium hoc rerum genere, neque ibi cultus aut vis religionis collocetur, ut in aqua luſtrali & ſuffitu factum vidimus. Denique Chriſtiana libertas cavendum ne periclitetur, ut etſi qua reſtituta fuerint, non ita reponantur, quaſi neceſſaria ſint ad ſalutem conſequendam. Sed ita oportet quæ ſunt hujuſcemodi tolerare, ut quando viſa fuerint minus utilia, ſeponantur, ut jam ſum teſtatus mihi videri de hoc veſtium diſcrimine hodie agendum, illud enim revera ſepoſitum voluiſſem, verùm quando non ſucceſſit, id quo ad meliora dentur ferre ſtatui. Vtinam Eccleſiæ quæ ſunt in Germania, hoc uno diſpendio ſuam priſtinam libertatem redimere poſſent, licet omnibus modis optem ut nihil ſuperfluum eis obtrudatur.

Dies feſti paſſionis, reſurrectionis, &c.

Sed jam aliud argumentum expendamus, quo videbatur non licere harum veſtium uſum, quòd à Papæ tyrannide fuerint inventæ. Hic ego non video quomodo firmiter ſtatuatur, nihil nos uſurpare poſſe quod in Papatu ſit conſuetum fieri. Cavendum profectò eſt, ne Chriſti Eccleſia nimia ſervitute prematur, ut nihil uſurpare valeat quod Papæ fuerit. Certè majores noſtri receperunt idolorum templa & converterunt in ſacras domos, in quibus Chriſtus coleretur, atque reditus conſecratos Diis gentium, ludis theatri & virginibus veſtalibus, tulerunt ad alendos miniſtros Eccleſiæ, cum hæc prius non modò Antichriſto, ſed diabolo inſervierint. Quin & carmina poëtarum quæ dicata fuerant Muſis atque diverſis Diis, vel fabulis agendis, in theatro ad deos placandos, quando commoda & pulchra veráque fuerint, Eccleſiaſtici ſcriptores uſurpant, atque exemplo id Apoſtoli, qui Menandrum, Aratum & Epimenidem citare non eſt dedignatus. Atque id in ipſa divina ſcriptura, quam tradebat, & ea verba quæ alioquin prophana erant, divino cultui adaptavit, niſi fortaſſe dicere velis, minus ad cultum Dei facere verba illius deſcripta in ſacris literis, quàm verba viſibilia quæ in ſacramentis verſantur. Quis præterea non intelligit, vinum conſecratum fuiſſe Baccho, panem Cereri, aquam Neptuno, oleam Minervæ, literas Mercurio, cantum Muſis vel Apollini, & alia permulta hujus generis invenire poteris apud Tertullianum de corona militis, ubi verſatur ferè in hoc eodem argumento quibus tamen omnibus nos uti liberè non veremur, tam in ſacris quàm in prophanis uſibus, tametſi vel dæmonibus vel idolis dedicata fuerint? Neque ſtatim concedo has indumentorum diverſitates à Papa ſuum ortum habuiſſe, quãdoquidem legimus in hiſtoria Eccleſiaſtica Ioann. Apoſtolum Epheſi geſtaſſe Petalum ſeu Laminam pontificalem. Et de Cypriano Martyre teſtatur Pontius diaconus, quòd cum eſſet mox capite plectendus, Birrum dederit carnificibus, Dalmaticam veſtem diaconis, & ſteterit lineis. Præterea veſtis candidæ miniſtrorum Eccleſiæ Chryſoſtomus facit mentionem. Atque Chriſtianos cùm ad Chriſtum acceſſiſſent, veteres teſtantur mutaſſe veſtem, & pro toga induiſſe pallium, de quo cùm irriderentur ab Ethnicis, Tertullianus libellum eruditiſſimum de pallio ſcripſit. Neque te latere puto, illis qui baptiſmo initiabantur, fuiſſe traditam albam veſtem. Apparet itaque priuſquam eſſet Papæ tyrannis, diſcrimina nonnulla veſtium fuiſſe in Eccleſia.

Papiſtica quatenus repudianda.

Verum eſto, fac iſta eſſe à Papa inventa, non mihi perſuadeo papatus impietatem eſſe tantam, ut quicquid attingit omnino reddat contaminatum & pollutum, quo bonis & piis uſui ſancto non poſſit concedi. Iam exiſtimo te intelligere quid ego vel de Moſaicis ritibus vel de Papiſticis ſentiam, aut revocandis aut retinendis. Quare his ita breviter annotatis de duobus præcipuis capitibus tuarum rationum: nunc ad id venio, quod ipſe quoque fateris, omnia humana inventa non illico damnanda eſſe, alioquin humanum inventum eſt, ut mane potius quàm à prandio communicemus. Et humanum inventum fuit, ut pretia rerum divenditarum in primitiva Eccleſia ponerentur ad pedes Apoſtolorum. Fatebor unà tecum veſtes illas humanum inventum eſſe, & per ſeſe non ædificare, ſed à nonnullis putabitur conducere ut ad tempus ferantur, nam id fortaſſis efficiet, ut evitentur illæ contentiones, quibus majores fructus ac uberiores commoditates periculum eſt ne impediantur, ac ne, ut fieri videmus, ſtatim ab Evangelio animi hominum avertantur. Mitto quod illi qui hæc defendunt, prætexere poterunt aliquam honeſtam juſtamque ſignificationem, à ſcripturis non alienam. Miniſtri Eccleſiæ ſunt angeli & nuntii Dei, ut Malachias teſtatur: Et angeli ſemper ferè albis apparuerunt veſtibus induti, quomodo privabimus Eccleſiam hac libertate, ut non poſſit ſuis actionibus & ritibus aliquid ſignificare, modò id fiat ſibi, non ſtatuendo cultum Dei, modeſtè atque paucis, ut populus Chriſti cæremoniis non oneretur, & ne meliora impediantur? Dicas præſtent ſe angelos, non id ſignificent? Audio. At idem potuiſſet Paulo reſponderi, quando ſtatuebat ad Corinthios, ut mulier eſſet operto capite & vir aperto, rationem quippe ſignificationis tantummodo urget, nam quiſpiam illi ex Eccleſia Corinthiaca reſpondere potuiſſet, præſtet ſe vir caput mulieris, & mulier ſubjectam viro ſe factis & vita demonſtret, non id ſignis declarare contendant. At vidit Apoſtolus & hoc utiliter fieri, ut non tantùm rectè vivamus, ſed etiam verbis & ſignis de officio admoneamur. Quod ſi datur hinc infirmis occaſio errandi, moneantur ut hæc indifferentia credant, concionibus doceantur, ut cultum Dei in hoc ſitum non judicent.

Non omne inventum humanum damnandum.
Act. 4. 37.
Mal. 3. 1.
Non modo res ſed & ſigna ſæpe retinenda.
1. Cor. 11. 5.

An autem oculi aſtantium propter veſtium diſcrimen avertantur à rebus ſeriis cogitandis, non ab omnibus fortè judicabitur verum. Primùm enim reſpondere poterunt adverſarii, id non eventurum, ſi abſque luxu & admodum ſimplices atque in ſacris hactenus uſitatæ fuerint illæ veſtes, quas adhibebũt, nam uſus & utilitas admirationem auferent, quin & fortaſſe reſpondebunt veriſimile eſſe, ut illa petinoti admiratione, quæ ſeria ſunt magis attente cogitent, ad quem finem ſacramentorum ſymbola videntur eſſe reperta, ut vel ex ipſo aſpectu ac ſenſu ad cogitandum de divinis rapiamur. Neque illico tyrannidem induci arbitror, ſi quid in Eccleſia indifferens ſuſcipiatur agendum, & à multis conſtanter ſervetur. Hodie ſic adminiſtramus Euchariſtiam tempore matutino, ut à prandio nolimus in ſacro cœtu ſynaxin habere: at quis dicet hoc eſſe tyrannicum, quod voluntate atque conſenſu pari omnes facimus? Mihi ſanè, ut ſæpius jam commemoravi, magis placeret, ut ſolùm, quæ Chriſtus geſſit & Apoſtolis tradidit, ageremus. Verum ſi aliqua indifferentia ſunt adjecta, non hac de cauſa nunc velim acrius contendere, præſertim cùm videamus eos, per quos Evangelii lux multum promota eſt in Anglia, & adhuc magis promoveri poteſt, ſe nobis opponere. Agnoſco quidem tecum omne quod non eſt ex fide, peccatum eſſe, verùm ut in actionibus tranquillam conſcientiam habeamus, id potiſſimùm facere videtur, quod in Apoſtolo ſcriptum eſt ad Titum: Omnia munda mundis: & ad Timoth. Omnis creatura Dei bona eſt: non autem requiritur neceſſario, ut in ſacris literis expreſſam mentionem exhibeamus ſingularum rerum quas uſurpamus, id ſatis eſt in univerſum fide cognoſcere, indifferentia nõ poſſe illos qui pura ſynceraque agunt mente atque conſcientia contaminare. Hæc tibi paucis perſtrinxi de controverſia quam mihi propoſuiſti, ex quà toto pectore tibi opto ut te feliciter explices. Quæque ſcripſi oro ut boni conſulas, nam ſi vel meliora vel dilucidiora

Rom. 14. 23.
Tit. 1. 15.
1. Tim. 4. 4.

cidiora potuiſſem reſpondere, tuæ petitioni fortaſſe magis ſatisfeciſſem: verum quia non omnibus de his commodè ac expeditè ſcribere datur, mihi te oportebit ignoſcere. Scies præterea me ſemper eſſe paratū, ſi aliter fuero edoctus, veritati cedere. Neque ſententia, quam modò expoſui, recens eſt animo meo perſuaſa, ſed jam inde ab initio, cùm ad Evangelium animum applicavi, diſcriminibus his veſtium non utendum cenſui, verùm illorum uſum ſi cætera quæ nobis à verbo Dei præſcribuntur, ſalva manerent, neque impium, neque perniciosum per ſeſe aut ſua naturâ eſſe putavi. Oro Deum Opt. Max. ut te unà cum tota familia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum ſalvum & incolumem ſervet: mea conjunx te plurimum ſalvere jubet, atque ſimul mecum optimæ uxori tuæ ſalutem impertit. Vale Oxonii 4. Novemb. 1550. De divortio nil reſcribo, partim quoniam tu ipſe rem in aliud tempus differs, partim quoniam optimè ſcio, te noſſe quid ego cum Argentinenſi Eccleſia, & omnibus aliis in Chriſto fratribus ſentiam.

COLLEGIO AD D. THOMAM Argentorati.

FViſſet certè, Domini obſervandi & fratres in Chriſto chariſſimi, longè mihi charius, læta meis literis quàm triſtia ſignificare, ſed quādo providétię Dei nūquā accuſandę ita viſum eſt, me quoq; quod accidit, eo animo quo poſſum, ferre oportet. Hactenus potui fortaſſe nomine negligentiæ ſuſpectus eſſe, quòd ad vos non ſcripſerim, ſed quia id ſciebam

Mors Buceri.

à D. Bucero diligenter fieri, non opus eſſe meis literis exiſtimavi, ex eo certò ſcio ſubinde cognoſcebatis, quid ambo ageremus, quiſve rerum expectaretur ſucceſſus. At nunc ille ad ſuum noſtrúmque Dominum Ieſum Chriſtum in pace migravit: idq; ſe pridie Calendas Martias magno omnium piorum luctu, & meo inter cæteros maximo. Neque dubito quin & vos collegæ venerandi magnum dolorem accepturi ſitis, cum Eccleſia, Schola noſtrumq; Collegium tanti viri jacturam fecerit. Hic jam graviores difficultates vicerat, & moleſtias quę principiis obſtare conſueverant, ſuperaverat, ita ut jam omnibus fermè doctis & piis illius Vniverſitatis acceptus eſſet, in qua profitebatur. Idcirco voluit Deus ut laborum ſuorum jam fructum caperet, & ut triumphi honore, ſua emerita militia ornaretur. Illi optimè conſultum eſt, nos miſeri potius & infelices habendi ſumus, qui adhuc procellis calamitatum jactamur. Rogo itaque Deum immortalem, qui illum pro ſua miſericordia in pace quieſcere fecit, nos quoque ab impendentibus flagellis eripiat. Neque minus cupio ut noſtro capitulo, decanus & collega provideatur, qui cum ſuo prædeceſſore pietate atque doctrina conferri poſſit. Vos omnes opto in Domino bene valere. Oxonii in Anglia, 8. Martii M.D.L I.

---

††† CONRADO HVBERTO.

CRedere fortaſſè poſſes, Ruberte in Chriſto chariſſime frater, idémque venerande Collega, quòd ad te hactenus minimè ſcripſerim, tui memoriam ex animo meo deletam. Verùm iſtud cave putes, ſi quid in te Chriſtianæ charitatis reliquum eſt, vt multum eſſe confido: & de tua erga me ſingulari benevolentia nihil immutatum eſſe arbitror. Anteà ſanè nō ſcribebā: quia vivebat tuus, imo meus Bucerus. Ille (compertiſſimū id habeo) nō deerat officio: ad te cùm primis & ad alios in Chriſto fratres Argentinenſes perpetuò ſcribebat: & mihi ſubinde, ut amātiſſimus collega, quæ agerentur, per literas indicabat. quare cùm ab eo iſtud genus officii quàm diligentiſſimè obiretur, meâ opera non opus eſſe judicavi. Verùm nunc ille ad Deum noſtrum, & Chriſtum Ieſum in pace migravit, communi omnium bonorū luctu & incredibili mœrore. Adeò ſum ob illius mortem fractus & conſternatus, ut pluſquàm dimi-
A dia parte mei, & ea quidem potiori, mihi videar mutilatus. Quam ob rem alumnis & lachrymis penè conficior: & præ doloris acerbitate me amplius apud me, ipſum eſſe, non arbitror. Obiit ille pridie Calend. Martias, qui ſtrenuè bella Domini permulta vicit. In pace Deus illum ad ſe vocavit: neque paſſus eſt, ut in manus inimicorum incideret. Fœlix ille quidem nunc eſt: ſed nos deflendi ſumus, qui caſibus graviſſimis & miſeriis infinitis adhuc ſumus expoſiti. Deus hunc noſtrum nunquam ſatis lau-
B datum patrem atque doctorem ad aliquod tempus dedit commodatò: modò cùm illi viſum eſt, ad ſe revocavit. Noſtrûm eſt judicia ejus non accuſare, ſed ad miſericordiam ejus provocandam, precibus omni ſtudio atque conatu inniti, hoc intentis votis petendo, ut pro militibus emeritis, quos per mortem exauthorare ſubinde pergit, ſtrenuis rurſus bellatoribus jam vacuas acies expleat. O me miſerum, dum Bucerus in Anglia fuit, aut in Germania ſimul viximus, nunquam mihi ſum viſus exu-
C lare. Nunc planè mihi videor ſolus eſſe deſertus. Habui hactenus fidum comitem in hac via, qua pariter atque conjunctiſſimè ambulabamus. Modò ab homine unanimi, & qui verè ſecundum cor meum erat, morte amariſſima, quæ interceſſit, ſum divulſus. Verè manus Domini tetigit me. Vivit ille, ac ſuorum laborum fructus dulciſſimos percipit, in meliorem vitam eſt à Deo tranſplantatus: charos reliquit, ſed à charioribus in æternis ta-
D bernaculis exceptus. Quod erat putridum & corruptibile abjecit, & immortalitatis æternæ ſtolam induit. Ah! quàm ille perpetuò Argentinenſem Eccleſiam in ore habebat! quas pro ea curas gerebat: licet procul eſſet, & quoad corpus ab ea videretur disjunctus, erat tamen ſpiritu (credas mihi velim) ſemper vobiſcum. Venit ad me huc Oxonium elapſa æſtate, atque in domo mea per undecim dies fuit, qui ſermones & quæ confabulationes de vobis omnibus optimis in Chri-
E ſto fratribus interceſſerunt? Dum unà loqueremur, in medio veſtrûm Argentinæ videbamur nobis agere. De reditu cogitabamus: verùm ille me anteverrit, & non in Argentinam noſtram, ſed in auream cœlorum Eccleſiam ſe recepit. Hæc æterna ſedes & beata domus à Deo nunc eſt illi conceſſa, unde nulla unquam vi poterit ejici: neque ulla ratione volet emigrare. Deum immortalem precor, ut cùm illi fuerim in vita conjunctiſſimus, non diu me patiatur ab eo per mortē divelli. Alia complura ſunt
F quæ liberet ad te ſcribere, verùm doloris pondere ita premitur animus, ut etiam gravetur manus, & cùm vires ad ſcribendum ulterius non ſufficiant, precor, ut mei ſis memor: & quando non es amplius ad D. Bucerum ſcripturus, me tuis literis quandoque refice atque recrea. Et literas quas hîc inſerui venerabili Capitulo S. Thomæ nomine meo reddas, omnéſque collegas in Domino ſalutes. Deinde D. Hedionem atque Theobaldum Nigri, necnon Iohannem Garnerium Eccleſiæ noſtræ
G peregrinorum optimum paſtorem. Vxor mea & Iulius te tuámque familiam omnem ſalutant. Opto te in Chriſto bene valere, & fortiori animo ferre caſum D. Buceri, quàm ego ferre poſſim. Oxonii 8. Martii anno 1551.

VIDVÆ D. MARTINI BVCERI.

H CVm filiis Adami, veneranda & in Chriſto chariſſima ſoror, infeliciter comparatum eſſe animadverto, ſiquidem felices fieri non poſſunt, niſi eos quos in vita ipſa vita chariores habuerunt, in lachrymis acerbiſſimis & luctu incredibili relinquant. Bucerus vir tuus, ſummus amicus meus, & omnibus qui Chriſti Evangelio ſtudent longè chariſſimus, ad Deum ſuum, quem unicè ac ſuper omnia dilexit, per mortem concedere non potuit, quin te atque me unà cum omnibus piis hominibus dolore
I penè inæſtimabili confecerit. Quis mortem crudelem non dicat, quæ inter amicos & fratres dividit, & perquam arctiſſimæ neceſſitudines & chariſſi-

Conſolatio de morte Buceri.

ma nomina diſſocientur. Conjugum nexu nihil poteſt eſſe conjunctius, inter veros amicos omnia candidè atque ſyncerè communicantur, ideò has neceſſitudines quicunque homo eſt, indiſſolubiles atque perpetuas eſſe vellet. At ſæva mors juſtum Dei telũ hanc noſtram voluntatem juſtiſſimè impedit, & qui per peccatum à Deo nos ſejunximus, ab his quos vehementiſſimè amavimus, inviti divellimur. Vellem ſane in tanto luctu aliquam tibi meis literis conſolationem afferre, ſi ulla conſolatio à triſti & afflictiſſimo quoquo modo poſſet exprimi: ſed cũ id à meo ingenti dolore impetrari non poſſit, hoc unum tantum ſupereſt, ut de communi vulnere tecum unà conquerar. Et ſi perſæpe gaviſus ſum cum gaudentibus, quando Bucerus vir tuus erat ſuperſtes, nunc viciſſim, ut Paulus jubet, flenti uxori ejus lachrymas

Rom. 12. 15.

quoque meas adjungam. Quod enim patitur unum membrum in corpore, dum alterum membrum ſimul patitur, & levius & tolerabilius nonnihil fieri ſolet. Non quod per ſeſe dulce aut expetendum ſit, ut dolor atque afflictio latius propagetur, cum mala ſint eò præſertim graviora, quod ſerpant contagio, & per complures à ſe infectos viam calamitatis explicent, ſed ideo conduplicatus multorum luctus mœrentem animum allevat, quòd ſocietas charitatis, quę ſuaviſſima eſt, percipiatur. Deinde quando recens eſt vulnus, facilius voces complorantium admittuntur, quàm eorum conſilia auſcultentur, qui modum finemque lachrymis imponendum ſuadent. Hoc ego de me ipſo his diebus didici, quo enim aliqui magis adhortabantur ut me non afflictarē, eo magis renovabatur dolor, & oculi nolenti mihi lachrymis copioſius implebantur. Neque ſuos proſequi luctu Chriſtianis interdictum eſt, quorum fortitudo non eò ſpectat, ut illos ferreos aut ſaxeos reddat, ſed fides quam è Scripturis didicerunt, mortem peccati pœnã & ſupplicium eſſe docet, unde ſenſus ejus & iræ Dei admonet, & peccatum magis magisque horribile ac deteſtandum prædicat. Plorabant in Evangelio duæ ſorores Lazari, quamvis neutra earum ignoraret, illum extremo ſaltem judicii die à mortuis excitandum. Flevit & Chriſtus, qui tamen probè noverat,

Ioan. 11. 19. & 35.

quomodo ad vitam, quam ante quatuor dies deſeruerat eſſet illum revocaturus. Paulus item quem

Phil. 1. 21.

non latebat compendium eſſe mori, & luculento magnóque lucro deputandum eſſe, ut hinc ad Chriſtum ſolvatur: in Epiſtola tamen ad Philippenſes

Phil. 2. 27.

Deo gratias agit, qui Epaphroditum à morbo convaleſcere dederit, ne illius afflictionibus, quarum cumulo vehementer premebantur, altera quoque afflictio accederet. Quamobrem cùm Deus optimus pater, ſuorum gemitus de amiſſione charorum boni conſulat, me ipſum ego cohibere non poſſum, quin Eccleſiæ Chriſti tam bonum paſtorem, ſcholæ tam fidum doctorem, tibi adeo ſanctum virum, mihi amicum incomparabilem, familiæ tuæ diligentiſſimum & optimum patrem ſubtractum graviſſimè lamenter. Meis temporibus ab eo fui non raro & adjutus & recreatus, ad eum quicquid moleſtiæ paterer, ſolebam protinus deferre, in illo uno tutiſſima & fideliſſima conſilia mihi ſemper ut parata fuerint, nullo unquam die obliviſci potero. Et nunc me cùm primis id male habet, quod morienti non adfuerim, & extrema verba quæ ſummæ pietatis fuiſſe non dubito, cum aliis exceperim. Quique fui ei tam diu junctiſſimus, ultima funeris obſequia reddere non potui. Conſtitueram omnino poſt Paſcha me ad vos conferre, idque illi jam ſignificaveram, reſcripſit ſe meum probare conſilium, & ardentiſſimis verbis indicabat, quàm ſibi meus adventus optatus eſſet. Verè Cygneus cantus extremæ literæ ejus ad me fuerunt. De morbo aiebat ſe bene ſperare, idcirco ego miſer vanam concipiebam ſpem, brevi fore ut convaleſceret, utque incolumem illum ſoſpitemque Cantabrigiæ invenirem. O meam mentem incertam futuri, atque adeo male credulam. In cœlum meus Bucerus, Martyre ſuo nec ſalutato nec expectato ſe proripuit. Quid igitur faciã? Quo me convertam? in Cœlum, niſi evocer, hinc ire non poſſum, vivere ſolus & divulſus ab eo non valeo, te Chriſte precor, ut dolorem meum pro tua bonitate miſeratus, non diu me miſerum ab eo disjunctum eſſe patiaris. Nunc me ſentio exula-

A re, nunc me patria carere animadverto, & quæ antea dum ille viveret non ducebam incommoda, modò cùm ſolus relictus ſim, eorum gravitatem atque moleſtiã experior. Nũc ille ſemel eſt mortuus, ut quotidie mori deſineret, tutus ipſe jam agit, nos dolendi ſumus qui ſtamus in prælio, & vulnera ſemper accipimus. Noſtram itaque non Buceri qui abiit, ſortem lugeo qui ille cùm fracta ſit hydria teſtacea corporis, ad Deum qui ſe in mundum miſerat, reverſus eſt. Et licèt nos hîc amicos chariſſimos deſeruerit, ab aliis

B amicis longè dignioribus quàm nos ſumus exceptus eſt. Nunc vero quam te mihi ob oculos proponam & afflictam & triſtem, ideo ſcribere non audeo, quia cõmemoratione recrudeſceret dolor & renovaretur triſtitia. Sed ex his quę de meipſo narro, facilè poteſt intelligi, quid de te dulciſſima ejus olim uxore, nunc autem deſerta vidua exiſtimem. Verùm cum aliud facere nõ poſſim, te oro per Chriſtũ, cui te ſervire in ſpiritu & veritate non dubito, quemadmodum ab illo quem modo lamentamur & doctrina & vita edocta

C es, ut ad Scripturas confugiamus, quo noſter dolor ſic temperetur, ut Chriſtianum modum & fines pietatis non egrediatur. Illic veram reperiemus vulnerum medicinam & dolorum noſtrorum certa remedia. Tu ibis dicebat Chriſtus, non eſt mortua puella, ſed dormit: atque de Lazaro qui jam abierat; Lazarus amicus noſter dormit. Paulus quoque dormientes vocat de quibus non vult ut ita contriſtemur, ſicut impii qui de vita æterna ſpem omnem abjecerunt. Docet etiam nos Iobus noſtræ militiæ dux

Matt. 9. 24.
Ioh. 11. 11.
1. Theſ. 4. 13.
Iob. 1. 21.

D fortiſſimus, ut ſecum dicamus, Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſi bona recepimus de manu Domini, cur non etiam mala ſuſtineamus? Hanc pietatem & fortitudinem Scripturæ nos docent, quarũ cùm ampliſſima bibliotheca viri tui pectus eſſet, non dubito quin eam ita ex illo didiceris, ut admonitione mea opus non habeas. Verùm dum iſta commemoro, non te doceo, ſed te unà mecum excito, ut quorum per caliginem doloris & lachrymarum parum quandoque ſumus

E memores, ea modò cùm maxime neceſſaria ſunt, animo repetamus. Qui ſpe Chriſtiana deſtituti ſunt, abſque ulla conſolatione ſuos mortuos lugent, quandoquidem ſe ab illis in perpetuum diviſos animadvertunt. At nos certo certius ex Chriſti ſpiritu novimus, eos qui obierunt diem, non eſſe amiſſos, cum illos ad Deum & in æterna tabernacula præmiſimus. Dolemus quidem quod à tam grato, commodo & ſapienti ſocio ſimus divulſi, præſertim in hujus tenebroſę vitę itinere: ſed etiam gau-

F dere debemus & gratias Deo agere, quod eum tam diu nobiſcum habuerimus. Conſtantiſſimus & in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti obiit, multa mala non vidit, quæ nobis & Eccleſiæ Chriſti propter peccata impendent. Vtinam nos quoque hinc ſolvamus, priuſquam calamitatum diluvium inundet. Ah quantum nobis miſeris ego timeo, qui perpetuò Chriſtum & Evangelium crepamus, cum interim meram puramque vivamus impietatem! Mortuus eſt in pace noſter Bucerus, in manus hoſtium Chriſti

G non incidit, & quæ bona dum vixit largiter ſeminavit, nunc in regno cœlorum ſumma cum voluptate metit. Non tamen exiſtimes, quod mecum ſæpe nõ cogitem, poſſe tibi videri Dei ſententiam admodum rigidam, quæ te non raris funeribus tuorum, exilio, magnę familię oneribus, & corporis nõ levibus morbis adeo frequenter exerceat. Verùm fac quæſo viciſſim in mentem veniat, Deum eſſe qui percutit, quare idem cùm ſit optimus pater, vires ad ferendũ verbera ſuppeditabit, non quod ipſe noſtris calami-

H tatibus lætetur & gaudeat, ſed quod ſua infinita providentia ſapienter intelligat, quàm nobis interdum expediat jactari & premi adverſis caſibus. Iſraël nonniſi multis plagis & doloribus eruditur, & tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpem, ſpes autem non confundit. Atque ideo ne terreamur, Scriptura nos præmonuit, ut accedentes ad ſervitutem, cor noſtrum non ad voluptates & delicias, ſed ad tentationes præ-

Rom. 5. 5.

I paremus. His rationibus, quæ verè vidua eſt impellitur, ut Deum ſuum diu noctuque præcibus fatiget. Verùm ne fines modumque jam ingrediar epi-

ſtolæ

Digitized by Google

ſtolæ, hoc extremum obſecro, ne te deſertam aut deſolatam arbitreris, cùm habeas Chriſtum per fidem in corde tuo habitantem. Virum qui ſe tibi deſponderat, carnaliter amiſiſti, ſed Chriſtum cui pietate & religione integerrima nupſiſti, ulla mortis violentia nunquam amittes. Conſoletur te Deus, qui totius conſolationis & pater eſt & author. Fides tua, ſpes & charitas conſolentur, conſoletur denique ſpiritus Chriſti, quem in corde tuo diffuſum opulentiſſimè non dubito. Atque id cum primis & ante omnia cures, ut in protectione Domini cor tuum ſemper habitet. Vxor mea & Iulius adeo ſunt ob hoc tam grave vulnus dolore atque triſtitia confecti, ut ſi veſtrum luctum non æquant, ad ipſum tamen quam proximè accedant: precantur autem toto pectore, ut tibi totique iſti ſanctæ familiæ Dei luculentum auxilium citò affulgeat. De me autem cave putes ut quippiam tibi minus polliceri poſſis, quam dum tuus meúſque Bucerus viveret. Vnde etiam rogo, ut ſi quid opera mea exiſtimaveris tibi commodare poſſe, ut ea digneris uti, nam perpetuò expoſitam promptámque ſanctis tuis obſequiis eam reperies.

RODOLPHO GVALTHERO.

SI tibi velim, ornatiſſime vir, gratias agere de laboribus, quos ingentes dignatus es pro meo libro excudendo ſubire, neque tuis meritis reſpondere potero, & beneficium quod in me confers, quanti faciam, minimè declarabo. Quare potius id cupio, ut aliqua ſe offerat occaſio, qua reipſa, non verbis demonſtrare poſſim tuam hanc erga me charitatem quo loco habeam. Dolet ſane mihi vehementer, in his meis nugis teſtituendis tantum eſſe moleſtiæ devotandum, ſatiſque vereor ne opus materiam ſuperet. Et ſæpe mecum reputo, jam mea negligentia factum, ut non multò fortè majori labore paria vel meliora potuerint abs te componi, quàm mea ſatis mendoſe deſcripta valeas reponere. Sed quæ tua eſt charitas, omnia ferre decreviſti, ut operam tuam amicis non deneges. Quare me certò ſcias hâc tibi gratiam perpetuò debiturum, quam poſſe unquam referre deſpero. Verùm Deus, qui eſt piorum laborum æquiſſimus æſtimator, is te non incaſſum laborare patietur. Videas igitur tu viciſſim, chariſſime in Chriſto frater, ſi quid ſit, quod me velis tua cauſa agere, atque non minus in tuis rebus me promptum invenies, quàm ipſe in meis te alacrem laborioſumque exhibueris. Iuvenes, quos tuis literis mihi commendas, præterquam quòd ad favendum eis Chriſtiana charitas me adigit, tua quoque poſtulatio id efficiet, ut nullum officium prætermittam, quodcunque à me vel ipſi requiſiverint, vel Ioannes Vlmerus eorum nomine popoſcerit. De Hoppero jam omnibus moleſtiis liberato, ab aliis jam te cognoviſſe puto. Illi ego nunquam defui, & de cauſa illius bene ſemper ſperavi. Nunc eſt in ſuo Epiſcopatu, ſuo munere piè ac ſtrenuè fungitur. Deus illi det, ut fructus, quos maximè optat, uberrimè poſſit metere. Chriſtophorus quoque Froſchoverus bene ſe geritilli quantum ipſe potero tua cauſa nunquam ſum defuturus, & de illo ſic ſpero, ut expectationi veſtræ non malignè reſponſurum arbitrer. Opto te cum omnibus tuis in Domino optimè valere. Oxonii 25. Aprilis 1551.

EIDEM.

SI tibi, Vir doctiſſime, pro ſuſceptis laboribus in meo libro recognoſcendo ac emendando cùm excuderetur, gratias non agerem, & ingratiſſimus eſſem, & mererer ut à quoquam mortalium nulla poſthac beneficia conferrentur. Certè ut video ea in re non parum ſudaſti. Nam in libro deſcribendo, quem ad vos miſi, non fuit adhibita diligentia quam oportuit. Verùm curabo ut magis accuratè res agatur, cùm aliquid ad vos excudendum tranſmi-A ſero. Deum itaque Optimum Maximum precor, ut tibi rependat quod mea cauſa laboraſti. Vigilantia ſanè tua factum eſt, ut opus ſatis emendatum prodierit. Sed quantum impreſſionem tu juviſti, tantum fortuna vecturæ librorum parum favit. Non enim potuerunt uſque ad hunc diem convehi huc niſi triginta volumina. Fruſtra igitur à multis petuntur, cùm venalia nuſpiam in hoc regno extent. Byrkmannus, qui viginti exempla mihi pollicitus erat, nec unum miſit, quod malitia B factum exiſtimare nolim, ſed potius aliquo infortunio eveniſſe. De rebus autem noſtris non multo plura ſignificare poſſum, quàm iſte noſter tabellarius, veſtrâs inquam Froſchoverus, valeat referre. Qui certè ut probus eſt & pius juvenis, quàm diu apud nos vixit, moderatè ac religioſè vixit. Vnde apparet, cum ab initio non fuiſſe temerè abs te commendatum. Deus illi pietatem augeat, & vobis det ut pergatis, quemadmodum facitis, juvenes ac adoleſcentes veſtros inſtituere. Mul-C ta hîc ex Germania ſparguntur nova, ſed adeò incerta & diverſa, ut quid aut cui credendum ſit, non facile ſtatui poſſit. Optamus autem cognoſcere, an Helvetii qui profitentur Evangelium, aliquos Eccleſiarum ſuarum miniſtros ad Concilium Tridentinum mittere decreverint. Sed multa de his quærere fortaſſe videbitur importunum: quod Chriſti cauſa cum primis ipſi Chriſto ſit commendanda. Verùm ut membra corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia, ſunt inter ſeſe arctiſſimo vinculo ſpiritus conjuncta: ita D par eſt, ut mutuo pro ſe ſint ſolicita. Opto te in Domino bene valere. Salutes meo nomine Dominum Pellicanum, Dominum Bibliandrum, unà cum cæteris ſymmyſtis. Datę ex ædibus Domini Cantuarienſis, ſexto Martii 1552.

IOANNI CALVINO.

Martyris reditus ex Anglia.

E QVa ratione, Vir clariſſime, Deus eripuerit me de ore leonis, ne ipſe adhuc habeo compertum, nedum tibi queam ſignificare. Sed ut Petrus eductus è carcere per angelum, putavit ſe quæ fiebant per ſomnium videre, ita ego vix adhuc arbitror eſſe verum quod evaſerim. Sum attamen hîc Argentinæ ſalvus & incolumis: quod ſanè ideo tibi cum primis indicate volui, ut unà mecum, cúmque aliis bonis fratribus Deo gratias agas, tuámque ſanctam Eccleſiam hotteris plurimum, ut à Deo con-F tendant ardentiſſimis precibus auxilium impetrare, quo gravia mala, quę Anglicanam Eccleſiam premunt, leniantur. Ibi Archiepiſcopi, Cantuarienſis & Eboracenſis, Epiſcopi Vigornienſis & Oxonienſis cum plerîſque aliis doctis & piis concionatoribus propter Evangelium ſunt in vinculis, & unà cum multis aliis ſanctis verſantur in extremo diſcrimine. Scio hæc, quæ tua pietas eſt, gravia tibi eſſe auditu: ſed nunc duo referam, quæ moleſtiam nonnihil

Eccleſię Anglicanæ probatio.

G queant mitigare. Primùm, licet aliquorum ſeſe prodat infirmitas, attamen longè plurium quàm putaſſemus eſt magna conſtantia, ita ut non dubitem, complures nos habituros inclytos martyres, ſi Vintonienſis, qui jam omnia poteſt, pro libidine cœperit ſævite. Alterum eſt, judicium fermè omnium eſſe, calamitatem hanc non fore diuturnam: qui ut ſunt prudentes, hujuſmodi ſuæ ſententiæ non leves habent conjecturas. Quare nos etiam Deum

Iudicium de regno Mariæ.

H rogemus, ut cito Satanam ſub pedibus illius Eccleſiæ conterat. Quod verò ad me attinet, adhuc ſum incertus, an hîc Argentinæ ſim commoraturus. Obſtabit mihi fortè nonnihil Sacramentaria controverſia: verùm de hoc non multum laboro. Id non videtur parum, quòd meliores & doctiores me retinere cupiunt. Eò autem libenter me conferam, quò Deus vocabit. Attamen hoc non parum doluit, quòd Iacobus Sturmius, cui & Reſpublica & Schola noſtra multum debet, illo eo die deceſſit, I quo ego ſum hanc urbem ingreſſus, 30. inquam die Octobris. Ejus autem frater, nimirum Petrus Sturmius exiſtimatur illi ſufficiendus inter Scholarchas.

A Iohannes verò Sturmius, Scholæ rector, ſtudet omnibus modis ut hîc retineat. Quid verò ſit conſecuturus, neſcio. Id nihilominus tacere nequeo, meum in itinere fuiſſe conſilium Genevam accedere, atque iſthic aliquantiſper tua conſuetudine frui. Sed hyems, quæ jam nos opprimit, à via longinquiori me deterruit. Verum quod nunc diſtuli, me ſpero vere proximo effecturum. Si quid verò jam hîc me arbitraris in tuam gratiam poſſe facere, tantùm commonefacito, & erit ſatis. B Te opto in Domino bene valere, ac diu incolumem Chriſti Eccleſiæ aſſervari. Argentinæ 3. Novemb. 1553.

LVDOVICO LAVATERO.

HVmaniſſimis tuis literis, chariſſime frater, non parùm ſum lætatus, quòd mihi gratulando liberationem ex Anglicanis periculis, maximam erga me C charitatem præ te tuleris, quæ licèt antea mihi probè cognita eſſet: nunc tamen facta eſt longè perſpectior. Subſiſto adhuc Argentinæ, quid vero poſthac ſim facturus non decrevi, quod ubi ſtatuero, ut ipſe quoque ſcias curabo. In priſtinum ſtatum hîc nondum me reſtituerunt. Et quid obſtet quò minùs hucuſque ſim receptus, melius ipſe potes conjicere, quàm par ſit ac tutum ut literis explicetur. Quòd ſi contigerit ut maneam, παρρησίαν illam, ad quam me D adhortaris, non ſinam vel ori meo vel linguæ excuti: congrua nihilominus & moderatione & opportunitate adhibita. Spero itaque votis meis, precibus veſtris & aliorum bonorum fratrum à Deo eſſe concedendum, ut ſi me contigerit hîc in agro Domini laborare, fructus non pœnitendos tandem colligam. De hoſpitio in tuis ædibus, ſi iſthuc acceſſero, quod ultrò offers, ago gratiam, neque munus vel potius humanitatem aſpernor. Proinde ſi venero facilè fiet ut apud te diverſer. De meis verò edendis libris aliàs E magis per otium agemus. Interea Chriſto vivas ac valeas, méque omnibus tuis collegis atque ſymmiſtis ſalutem mittere ac precari ſignificato, præſertim verò Ioanni ab Vlmis, cùm illum videris. Argentinæ 30. Decemb. 1553.

Eſt denique conſtitutum ut hîc Argentinæ maneam, mihíque priſtinum reddunt locum, quem hinc ante meum diſceſſum in Angliam habui. Cal. Ianuarii 1554.

IOANNI CALVINO.

CIrca feſtum Paſchæ literas ad te, vir clariſſime, dederam, ſed adoleſcenti Hungaro, & quidem nobiliſſimo, qui non longè à Scleſtadio eſt interfectus: quare cùm tã mœſtus intervenerit caſus, ad te perferri non potuerunt, & quæ tùm noveram atque ſcribebam, cùm te aliunde jam reſciviſſe non dubitem, minimè repetenda cenſeo. G Huc verò triſtiſſima ex Anglia ſunt allata, nimirum ibi Parlamentum (ut vocant) eſſe aſſenſum, ut Papæ ſua reſtituat tyranniſſima: & Philippus Rex Angliæ ſit & habeatur. Bonorum virorum qui abire poſſunt undique fit fuga: atque tanta eſt rerum perturbatio, ut nullo pacto explicari queat. Iámque hîc ſunt apud nos tres præclariſſimi equites, nempe Moriſinus, Chæcus & Coccus, non minus pietate quàm eruditione inſignes, quos intra paucos dies puto venturos. Hęc ideo H ſcribo, ut rebus illis propemodum perditis, nedum afflictis, velis precibus unà cum tua Eccleſia ſubvenire. Certè jam Cantuarienſis & reliqui Epiſcopi, qui unà captivi detinentur, in extremo verſantur diſcrimine. Nos hîc jam ſatis quiete agimus quoad externa. Et jam de noſtra Gallica Eccleſia liberati metu videmur, quo multi antea ſuſpicabantur fore, ut aliquid in doctrina & Sacramentorum adminiſtratione mutaretur. Id neque factum eſt, & ut confido non fiet. Vtinam quorundam contentio adverſus Paſtorem tolli queat. I Eam tamen ſpero tandem quieturam, utque judico faciliùs diſſimulando conſopietur, quàm ſi vi & potentia contra eatur. Et hoc quoque malum precum indiget. Nec te poſtremò latere velim, me unà cum reliquis bonis viris id vehementer dolere, quòd adverſus veritatem ac tuum nomen, adeò inepta & falſa ſpargant de æterna Dei electione, atque de hæreticis extremo ſupplicio non afficiendis. Sed bene habet, quòd in his quæ ſcribunt (ut audimus) nomen ſuum profiteri non audent. Vt audimus, dixi, quoniam huc Argentinam ne unus quidem allatus eſt ex illis anonymis libris. Nos hîc quoties rogamur, cùm publicè tum privatim partes & veri & tuas pro virili tuemur, præſertim Zanchus & ego. Quomodo verò D. Alaſco ſit per Daniam & Saxonicas Eccleſias malè acceptus, ex iſto, qui tibi meas reddet, poteris cognoſcere. Vale atque pro nobis ora. Zanchus te plurimum ſalutat. Viciſſim quæſo Martinengo, nec non Galeatio Marchioni & N. ſalutem meo nomine dixeris. 8. Maij Argen.

Papatus in Anglia inſtauratus.

Libri Anonymi in Calvinum.

Zanchus. Alaſco.

AMICO CVIDAM.

C ESt ſanè, ut ſcribis, Vir clariſſime ac mihi ſingulari charitate in Chriſto dilecte, atque indies magis ac magis experientia doceor ipſa, mortem per corpus Eduardi regis Angliæ ſanctiſſimi adoleſcentis, ad complures Eccleſiæ partes pertinere, ut tantum inferre damni, quantum nunc multi non vident. Sed faxit Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti ne magno cum dolore non multo poſtea ſentiant. D Ego verò lapis ſim & plumbum, qui illarum rerum pars qualiſcunque fuerim, ſi ob miſerandum clariſſimorum fratrum caſum & præſentiſſima cùm animi tum corporis eorum pericula acerbè non ingemiſcerem, imò juſtis quotidie lachrymis tanta illius populi mala non proſequerer. Dum jam vehementer affliguntur, offenſionibus undique exponuntur, tentationum flammis omnibus horis incenduntur, dum ſumma hypocritarum impietate conculcatur illa Eccleſia atque proteritur, quî fieri poterit ut e- E go & mei ſimiles temperatè ac mediocriter doleamus? Fuerunt dum ibi docerem permulti diſcipuli divinarum literarum atque Theologiæ alumni non pœnitendi, quorum meſſis erat propemodum matura, quos nunc videre cogor aut incertis ſedibus errãtes miſerè, aut manẽtes infeliciſſimè ſubverſos. Fuerunt in eo regno permulti ſanctiſſimi juxta ac doctiſſimi Epiſcopi, qui duriſſimo carcere clauſi detinentur, jamjam ad extrema ſupplicia quaſi latrones rapiendi. Fuerunt in ea gente Evangelii fundamen- F ta & nobilis Eccleſiæ jacta, & aliquot annorum laboribus ſanctum ædificium nonnihil proceſſerat, ac indies meliora ſperabantur. Nunc denique niſi Deus ἀπὸ τῆς μηχανῆς ſuccurrerit, futurum videtur, ut ne veſtigium quidem pietatis quo ad externam profeſſionem futurum ſit reliquum. Hæc & alia vir ſapientiſſime, ut tranquilla mente ac animo ſim quieto non patiuntur. Quare toto pectore Deum oro, ut & de pœnis aliquid remittat, & effuſionem tantæ irę per Ieſum Chriſtum nonnihil ſuſtineat, alioqui mo- G le ingentium malorum facilè opprimemur. Quódque tam enixè peto, quæſo te ut identidem à Deo poſtules, ut tandem aliquando miſeræ Angliæ miſereatur, quam probè novi tui aliorúmque piorum virorum ac bonarum literarum, ante calamitatem hanc, fuiſſe perſtudioſam. Quod verò mones ut conjunctionem hîc cum iis qui docent colam ac tuear, abs te mihi dici benevolè atque amanter interpretor, & bona fide recipio, quantum erit in me pacem charitatémque manſuram inviolatã. Fui ſemper na- H tura lenis, pacis tranquillitatiſque mirificè amans, quare ab ingenio in ſenectute præſertim (ni fallor) nõ deſiſtã. Profeſſores bonarum artium ac literarum omnes propemodum magna me charitate complectuntur, eos quoque viciſſim amo. Erga miniſtros Eccleſiæ res eodem modo habet, niſi quod eorum aliquot animo alieniori in me animadverto, ipſe tamen eos habere eo quo ſacrum decet miniſterium loco non deſino, atque confido, non ſum deſiturus. Pacẽ itaque, ut mones, colã & tuebor, ita tamẽ ut de I ea re, in qua illos à me diſſentire novi, quod verum judico ſim docturus & dicturus, ubi ſe aliqua obtulerit occaſio, nõ quidẽ captata aut accerſita, ſed juſta & ne-

Pax quatenus colenda.

& neceſſaria, atque id tanta moderatione ac temperamento, ut vel neminem, qui ſecus exiſtimet, inſectet, vel ulla acerbitate perſtringam. Silentium verò aut indici mihi, aut palinodiam impetari, neque ſum paſſus hactenus neque patiar. Nam hæc pio animo & viro qui docet publicè ſacras literas indigniſſima judico, ea dum ex verbo Dei ſecus eſſe quàm credam non liqueat, nam ubi hoc conſtaret & ita eſſe cognoſcerem, verùm teſtari & publicè confiteri nulla ratione detrectarem. Hæc tecum, vir clariſſime ac frater in Chriſto (ut ſcribis) conjunctiſſime, ut vides familiariter ago, animúmque & pectus ut affectum habeam ſinceriter aperio, qui tua juſtitia & æquitate ita fretus ſum, ut teipſum rectum judicem, probum æſtimatorem nunquam mihi videar aut velle aut poſſe recuſare. Vale, ac feliciter Chriſto & ejus Eccleſiæ vivas, utinam te aliquando tandem, uti vehementer cupio, videam & coram colloquar. Argentinæ 26. Iunij. 1554.

††† *OMNIBVS ANGLIS, QVI Tiguri degunt in ſancta ſocietate, dilectis Deo, & mihi in Chriſto chariſſimis.*

CVm D. Hornus, optimus frater, hâc tráſierit, plurima de vobis cum eo (chariſſimi atque in Chriſto deſideratiſſimi) ſum loquutus. Nam corpore licet à conſpectu veſtro abſim, vobis nihilominus vivo ſpiritu quàm conjunctiſſimus. Ab illo audivi quæ D volui, quæque me vehementer (Deo gratias) delectarunt. Retulit quippe, ut pietatem in vobis ipſis, & foveatis, & augeatis, ut quiſque veſtrûm doctrinæ ac ſtudiis incumbat, ut denique inter vos innocenti converſatione, utilibus atque honeſtiſſimis exercitiis, laudabili æmulatione certetis. Benedictus itaque Deus, cui pro ſua bonitate libuit adeò nobiliter fructum ex tanto naufragio colligere. Sic ille conſuevit, is eſt mos divinæ clementiæ, ut ex ruinis, admirando conſilio, quaſdam reliquias, ad gloriam ſui E nominis eripiat, quibus everſa inſtauret, & quæ ſuo vitio magnóque malo & ſcandalo deſipuerunt, condiat. Proinde iſtum ſeceſſum mirificè, gratulor, in quo vos audio ſic degere, ut non vobis ipſis, verùm uni Chriſto & membris ejus ædificandis vivatis. Reſtat modò, ut quod cœpiſtis, abſolvatis, quia ut probe noſtis, auſpicari præclara, ſolet expectationem hominum excitare, quæ tandem evadet in uberem piámque gratiarum actionem, quando ſanctè inchóata fortiter abſolvuntur: quæ ſi deſerantur im- F perfecta, piis amicíſque dolorem juſtum pariunt, & viciſſim hoſtibus ac impiis riſum movent. Neque hæc eò ſpectant, ceu de veſtra perſeverantia quicquam diffidam: de illo quippe mihi polliceor, qui cœpit in vobis opus bonum, eundem ipſum perducturum ad finem: & vos præterea divinitùs donatos tanta fortitudine, atque conſtantia video, ut veſtrum ædificium non ſuper arenam, ſed ſupra firmam petram extructum non dubitem. Sed illa interponere volui, ut bene currentibus plauſu ſolùm faveam, & G de fine vobiſcum loquerer, quem vos propoſuiſſe vobis in illo incœpto perſuaſum habeo, & expectari ab omnibus piis intelligo. Neque operæpretium duco, ut veſtrum ſanctum conſilium, & pium inſtitutum collaudem, quia per ſeipſum eſt evidens ejus utilitas: cùm enim vita ſit brevis, & ob infirmitatem vitiatæ noſtræ naturæ humanum conſilium haud raro cæcutiat, inde fit ut omnis ætas, non ſit ſatis ad omnia diſcenda, quibus Eccleſiæ idoneum miniſtrũ inſtructum eſſe oporteat, niſi delegerit ſibi ſeceſſum H ad tempus, ubi nulla impedimenta, nullæve aliæ curæ ipſum à ſtudiis aut diſtrahant aut avertant, & niſi ſocios adjutoréſque adjũxerit ſibi ad opus, per quos à ſocordia naturaliter hominibus inſita, frequenter excitetur, utque dum uni mentis acies, ut ſæpe fit, hebetatur, alter acutius monſtret, & quæ alius qui tardior ſit non per ſeipſum aſſequitur, ea ex alio percipiat, qui expeditiore præditus fuerit intelligentia. Ij ſunt meo judicio ſeceſſus, ac ſanctæ ſocietatis, quoad ſtudia, legitimi fructus. Mitto ſanctioris & I purioris vitæ infinita propemodum adminicula, quæ in iſto vitæ genere obveniunt, quoniam ea commo-

A morando: exitum non facilè invenirem, ac viderer ea profectò vos docere, quæ ipſi quotidiana jam experientia percepta & cognita probè ac familiariter habeatis. Quare ne vos diutiùs obtundam, ulteriùs mihi progrediendum non cenſui. Tantùm id vos oro, ut ſi verboſior fuerim viſus, boni conſulatis, ac meæ ſingulari erga vos charitati adſcribire. Deum oro, immortalem, patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut, quæ illius bonitas eſt & clementia, quò ad o- B mnia per ipſum opulenti evadatis, in omni ſermone inquam & cognitione, quò teſtimonium Ieſu Chriſti per vos confirmetur, utque ad finem uſque in diem Domini noſtri Ieſu Chriſti conſtabiliamini, ſinceri atque inculpati. Vos etiam rogatos velim, ut veſtris precibus meum miniſterium Deo commendetis, ne in vanum curram, & abſque fructu in Eccleſia laborem. Argentinæ, 30. Septembris, 1554.

C *THEODORO BEZÆ.*

LIbrum, eximie Vir, atque in Chriſto amabilis frater, ab Himmanuele noſtro accepi, quem illi, cum à nobis diſcederet, mihi tradendum dederas. De munere igitur cùm ob ipſius dignitatem ac meritum gratias ago, tum quòd jam viam patefactam ſentio, qua noſtram per Chriſtum ac ejus Evangelium benevolentiam, non ita in nobis ipſis tacitè claudamus, verùm illam mutuis crebríſque poſthac D & literis & ſalutationibus colamus. Abs te quidem hoc pulcherrimum & jucundiſſimum conjunctionis genus incœpit, quare non æquum fuit ut in me deſineret. Illud igitur alacritate ac voluptate qua par erat, excepi, & ut continuetur, nunc pauca hæc ſcribere volui, quò tibi primùm iſtam felicitatem ſtyli, doctrinæ ubertatem, ac ſinceritatem fidei gratuler. Quę dona porrò egregia cùm tibi à Deo collata ad utilitatem Eccleſiæ intelligas, illis nunc ſedulò utitor, quando gregi Chriſti maximè ſunt neceſſaria, & dũ E ætas ad id faciendum integra eſt. Sed cum monere qui per ſeipſum ſatis ſapiat, quia eſt ſupervacaneum, ideo pluribus id non faciam. Alterum quod tibi ſignificandum exiſtimavi, eſt me, ac (ut arbitror) mecum omnes pios & quotquot Eccleſiæ ſalutem amant, gratias tibi agere ingentes, ob ſuſceptum in ſcribendo laborem, quod idem tibi calcar addat velim, ut pergas quemadmodum cœpiſti, & quò ſunt plures veritatis hoſtes, eò tu majores copias & robuſtiores adverſus eos acies inſtruas. Deus te nobis in- F columem diu ſervet, ac largiatur ut Chriſto & Eccleſiæ feliciter vivas. Dominum Viretum nomine meo ſalutari cupio, cui ſignificabis Gallicanæ hujus Eccleſiæ cauſam tandem felicem exitum habuiſſe. Argentinæ 18. Novemb. 1554.

IOANNI CALVINO.

Conſenſus Helveticarum Eccleſiarum cum Geneveṅſi.

LIbellum defenſionis conſenſus noſtrarum Eccle- G ſiarum de Sacramentaria controverſia, & jam editum gaudeo, & illi quàm cumulatiſſimum fructũ opto, nec dubito, pro eruditione ac pietate qua inſtructus prodit, infirmis utilitatem, eruditis conſolationem, pertinacibus verò multum ſtomachi atque odii allaturum: neque id novum erit, quia ita verbi Dei fert conditio. Quòd nihil eorum quæ monuerã ſit immutatum, auditis rationibus quas aſſignaſti epiſtolâ tuâ, in optimam, nedum in bonam partem accipio. Hoc tamen ſum miratus, & læto animo, ſi ſic H haberet, audirem, N. quæ ſcripſiſti ſuo calculo probaſſe. Virum enim ob alias ejus egregias dotes amo, ſed in hac de qua nunc agimus controverſia, ſemper mihi viſus eſt παρρησιάζειν plus æquo, & à vero, quod tuemur, alienum animum habere. Quid noſtri judicaturi ſint neſcio. Marbachio tradendas & literas & librum judicavimus: nil enim ſcribebas, quod à cordatis hominibus non debeat & poſſit æqui boniq́ue fieri. Non autem mireris, quòd fortaſſe tardiùs reſpondeatur. Conventus quidem à tuis literis reddi- I tis habiti ſunt, at menſem totum Marbachius ipſe abfuit, qui à quatuor diebus eſt reverſus. In patriam ivit, & redeundo Tiguro iter fecit, méque illorum

Marbachius.

Digitized by Google

omnium miniſtrorum nomine ſalutavit. Loquendo A ſatis eſt lenis & blandus, at ſuæ opinionis admodum tenax. Eo profecit, ut pani corpus Chriſti non includat, ſed præſentiam quoad communicantes carnis & ſanguinis Chriſti reipſa & veriſſimè contendit aſſerendam, & eam præſentiam, qua etiam perverſi homines & indignè manducantes veſcantur: quod liquidò patefacit, cum perceptionem fidei non attribuere, niſi de vitali & ſalutifera loquamur: quaſi alia quædam ſit vera & realis (ut aiunt) corporis Chriſti manducatio, quam impii quoque uſurpent. Verùm B de his nimis multa, præſertim tecum, qui uno verbo controverſiæ ſtatum intelligis. De N. N. quæ ſcribis, ego quoque ita eſſe & novi & doleo. Prædeſtinationis doctrinam ſyncerè non admittit, atque ut olfeci, totus cum Philippo facit, imò & explicat permulta, in quibus ne Philippus quidem ei ſubſcriberet, quæ nunc retexenda non judico. Cur verò panem atque vinum ſymbola eſſe corporis ac ſanguinis Domini neget, nullam video juſtam rationem afferri poſſe, quam etiamſi oſtenderet, potius divinis literis quàm C ipſi credendum exiſtimarem, à quibus tam panis quàm calix ut ἀντίτυπα corporis & ſanguinis Domini commendantur. Actionem tamen ipſam, id eſt, comeſtionem atque potationem, ſymbolum eſſe illi concederem ſuaviſſimi paſtus animorum, & naturæ noſtrę totius inſtaurationem, quam Sacramento Euchariſtiæ communicando per fidem ſumimus. Quod verò dicat naturale Chriſti corpus in cibum non dari, equidem ſic accipiebam, quaſi hoc dicendo ſeſe iis D opponeret, qui ore corporis, dentibus, lingua & palato atque faucibus corpus Chriſti à nobis tranſmitti in ventrem blaterant. Quod ſi aliò ſpectet, ipſe viderit. Mihi ſanè id exploratiſſimum eſt, quicquid alimenti ſeu eſcæ ſpiritualis ex corpore Chriſti à nobis percipitur, id ex ejus vero & naturali corpore haberi: quod noſtrę ſalutis cauſa olim cruci affixum eſt, & in cœlis modò ſumma gloria circumfuſum reſidet. Cùm enim quicquid eſt alimonię, quod utique permultum eſt, fide à nobis hauriatur, quis eam dixerit in corpus aut fictitium aut phantaſticum fieri? Nul- E lus profectò ita ſtatuet, qui ſalvam fidei veritatem & dignitatem velit. Nam ea res, uti ſunt, apprehendit. Quare cùm Chriſti corpus neque olim in cruce, neque modò in cœlo natura ſua ſit exutum, à nobis per fidem naturale, ut eſt, percipitur.

Quæ noſtra ſit cum Chriſto cõmunio?

Sed dum de N. N. hæc ad te ſcribo, ecce mihi aliud in mentem venit, de quo ut ſciſcitèr, & quid ipſe judicem adſcribam, juſta cauſa me movet. Quod ut audacter facio, ita liberum tibi erit, quando vacaverit, quid judices indicare. Non enim reſponſum F urgeo, ut qui te occupationibus non pœnitendis nimium premi non ignorem. De communione quam habemus cum corpore Chriſti atque ſubſtãtia ipſius naturæ, non omnes eadem dicunt: quamobrem ipſe credam audies. Res magni momenti eſt, ut qui Chriſti eſt, qua ratione illi ſit conjunctus, intelligat. Principiò quidem video, beneficio incarnationis ejus, illum (ut ad Hebræos dicitur) voluiſſe nobis cum carne & ſanguine communicare. Cum enim pueri carni & ſanguini communicarint, & ipſe voluit horum G eſſe particeps. Verùm, niſi aliud communionis genus intercederet, communis admodum hæc eſſet & debilis. Nam quotquot humana ſpecie comprehendũtur, hac ratione jam cum Chriſto communicãt: ſunt quippe homines, ut ipſe fuit. Ideo præter illam hoc accedit, electis deſtinato tempore fidem adſpirari, qua in Chriſtum credant, atque ita illis non tantùm condonari peccata, & Deo reconciliari, qua in re vera & ſolida juſtificationis ratio ſita eſt, ſed etiam ſpi- H ritus vim inſtaurantem addi, qua noſtra quoque corpora, caro, ſanguis & natura immortalitatis capacia fiunt, & Chriſti forma (ut ita dixerim) indies magis ac magis evadunt: non quod ſubſtantiam ſuæ naturę abjiciant, & reipſa in corpus atque carnem Chriſti tranſeant, ſed quòd ſpiritualibus donis atque proprietatibus non minus ad illum accedant, quàm corpore, carne ac ſanguine cum eo jam ab ipſa nativitate naturaliter communicaverint. Habemus itaque hìc jam duas communiones cum Chriſto: Una eſt I naturalis, quam ab ipſis parentibus per ortum trahimus: altera vero contingit per Chriſti ſpiritum, quo

Heb. 2. 14.

Corpora quoque noſtra carnem Chriſti participare.

ab ipſa regeneratione ad ſpeciem ejus gloriæ innovamur. At credo inter has duas mediam eſſe, quæ ſit fons & origo omnis cœleſtis & ſpiritualis ſimilitudinis, quam cum Chriſto adipiſcimur: & ea eſt, qua ſtatim cùm credimus, Chriſtum ipſum, verè caput noſtrum, naneiſcimur, efficiamúrque ipſius membra. Unde ab ipſo capite per compagines & commiſſuras (ut inquit Paulus) ſpiritus ejus in nos tanquam in ſua vera legitimáq; membra fluit ac derivatur. Proinde communio hæc noſtra cum capite, prior eſt ſaltem natura, licet fortaſſe non tempore, illa poſterior communione quæ per inſtaurationem inducitur. Atque hìc, ut mihi videor intelligere, phyſica ratio nos adjuvat. Primùm, ut ea tradit, in fœtibus cor ipſum generatur, inde per quandam venam ſpiritus à corde funditur, penetrátque aliquantulum præparatam materiam animãtis, ac ibi caput fingit: unde per illam venam, qua ſpiritus à corde profectus eſt, caput cum corde conjungitur. Inde rurſus per aliam venam ſpiritus à capite fluit, & poſt aliquod ſpacium hepar informat, quod genus viſceris per colligantes arterias aut venas cum capite atque corde communicat. Ab hepate item aliíſque primoribus membris aliæ arteriæ ſeu venæ tendũtur ad alias materiæ partes, per quas ille generator ſpiritus tranſiens, alia fingit reliqua membra: qui fit, ut ea omnia ſimul communicent, & in primis cordi, hoc eſt, fonti vitæ jungantur, non quidem loco ſeu contactu, quemadmodum aiunt, immediato, ſed quod inde admirando ſummi artificis opificio ſpiritum vegetantem, ac vitã hauriunt. Et licet iſta ſimilitudo quoad omnes ejus partes urgeri ſubtiliter non debeat, rem tamen utcũque ſub oculos ponit, oſtenditque nobis, poſtquam jam homines ſumus, ut ille fuit, cum Chriſto hanc primam intercedere communionem, quòd ejus mẽbra efficimur. Deus quippe illũ (ut Paulus teſtatur) caput dedit Eccleſiæ. quia ut ſpiritus ab eo fluit, modo hoc modo illud membrum ſibi fingit atque adglutinat, illúdque per ſpiritum ipſum proprietatibus ac temperamento ſibi ſimile reddit, quandoquidem jam naturaliter ſimul conveniunt.

Epheſ. 4. 16.

Simile.

Col. 1. 18.

Prius itaque Chriſtus, dum convertimur, efficitur noſter, & nos illius, quàm ei ſanctitate ac inhærenti juſtitia reddamur ſimiles. Hæc illa eſt arcana communio, qua illi dicimur inſeri. Sic illum primò induimus, ita caro ex carnibus ejus, os ex oſſibus ejus ab Apoſtolo dicimur. Et ex hac jam expoſita communione ſemper illa poſtrema, dũ hìc vivimus, perficitur. Nam membra Chriſti ſemper eò ſpectant, ut ejus ſimiliora evadant. Neque communionem hanc myſticam impediunt locorum ſpacia, ſed dum in terris degimus haberi poteſt, licet ipſum Chriſti corpus in cœlis cum Patre ſedeat atque regnet. Abũdè ſatis eſt, ut nexibus atq; compagibus quibuſdam ſpiritualibus illi nectamur: quæ tamen vincula ſeu colligationes ab ipſo capite pendent ac derivantur. Et ea ſunt fides cumprimis, verba Dei & Sacramẽta. Per iſta ſpiritus à noſtro capite dimanans, per Eccleſiam divagatur, & ſua membra proportione juſta vegetat & aſſimilat. Has ego communiones cum Chriſto recipio, alias (ut verum dicam) non intelligo: quod præſertim ob illam dico, quam nõnulli ex Patribus etiam inducunt, potiſſimum Cyrillus, qui ſubſtantiã carnis & ſanguinis Chriſti ſic cibum noſtrum faciũt, ut miſceri dicant reipſa cum ſubſtantia noſtra. Nec video, quomodo ponere non cogantur, dum ita dicunt, noſtram eandem carnem & ſanguinem, quæ ſic nutriatur, nõ abire in eandem hypoſtaſin cum Chriſto, & corpus illius hoc pacto ad innumerabilia loca diffundere. Sunto ſanè Sacramenta & Verbum Dei notæ & ſymbola veræ communionis cum Chriſto, quam ut potui jam explicui: ſunto etiam compagines & commiſſuræ, per quas ſpiritus Dei fiat efficax, modo fides interceſſerit, in quibus locum poteſt habere. Neque ita iſta intelligantur, quaſi gratiam & ſpiritum aut externo Verbo aut Sacramentis alligemus, quaſi nullo modo fieri poſſit, ut quiſpiam ſuo capiti, Chriſto inquam, ſine his jungatur. Fidei una eſt in adultis compago & commiſſura neceſſaria, qua Chriſto ipſi, & quidem indiſſulsè aptamur. Hoc illud eſt, quod ſuis hyperbolis Patres fortaſſe voluerunt, quibus dum uſi ſunt immodicè, cum ſua ſcripta ob-

ſcura

Digitized by Google

ſcura nobis reliquerunt, tum multis erroribus anſam non parvam ſuppeditarunt. Pluribus, ut ſuſpicor, egi, quàm tuæ occupationes patiantur, & fortaſſe minus dixi, quàm ad meum ſenſum explicandum plenè valeat. Cùm tibi licuerit, ne me quæſo de tua ſententia quicquam celaveris.

Martyr Genevam vocatus.

Reſtat nunc ut ad electionem Eccleſiæ noſtræ Italicæ reſpondeam, atque hunc locum, quòd mihi cauſa facilis videatur, pauciſſimis expediam. Cuperem quidem, ac mihi jucundiſſimum eſſet aliquando tandem meis Italis inſervire: Non enim ſum æneus, & carnem ferream nõ habeo, Quare ut Paulus Iudæos, ita ego meos Italos cum primis ſalvos deſidero. Verùm, ut ipſe noſti, iam non ſum mei juris. Iſta reſpublica & Eccleſia me ſibi à duodecim propemodum hinc annis obſtrictũ habet. Nam cùm profectus ſum in Angliam, voluntate magiſtratus & Eccleſiæ huius ivi. Speravi cùm redirem, ut abſolverer: quod ſi contigiſſet, ad te rectà ire ſtatueram. Sed propoſita re in Senatu, non ſum dimiſſus, imò ad priſtinum locum ſeu jugum relegatus. Deinde, quia Senatus hujus & Eccleſiæ multa in me beneficia exſtant, vereor ne levitatis aut cujuſpiam alterius cupiditatis jure accuſer, ſi me hinc abſque juſta ulla occaſione tentẽ ſubducere. Quid prætexam? Eccleſiam Italicam paſtore deſtitui? at Celſum habent, qui mihi æque ac mea ipſius anima eſt charus, quemque probum virum, doctum, gravem & ad regendam Eccleſiam idoneum probè novi. Dicam me in rebus majoris momenti eum conſilio velle juvare? at ibi tu Superintendens es poſitus, qui operam & conſilium, quæ tua eſt charitas, nunquam es denegaturus. Certè nullus eſt vel honeſtus color, quo poſſim ab hoc magiſtratu miſſionem petere. Deinde, licet in ſchola non præſtẽ quantum deberem, ibi tamen, ut arbitror, opera mea non eſt inutilis: & Germani ſunt & peregrini qui audiunt curatúrque id ſedulò, ut quæ ſint illis poſtea dediſcẽda, non doceantur. Dumque Zanchus & ego, qui cõjunctiſſimè vivimus, ita pergimus, erroribus in ſchola non datur locus. Eccleſia præterea Gallica me orat, ne abeam. Tu ſapiens in Chriſto es, hæc diligenter expendito. Non refugio tuum arbitrium, quod ipſe judicaveris facto, faciam: Sed tamen hoc ultro polliceor, ſi qua detur unquam honeſta occaſio, qua me juſta ratione queam hinc explicare, nil fore mihi antiquius, quàm ut iſthuc me conferam, ubi tecum cum primis & cum civibus meis poſſim, quicquid vitæ ſupereſt, Chriſto vivere. Vale vir Dei, atque mihi pluribus nominibus obſervandiſſime. Sturmius, Sleidanus & Zanchus officioſiſſimè te ſalutant. 8. Martii, Anno 1555. Argentinæ.

PETRO ALEXANDRO.

Literas, quas ad me chariſſime atque obſervandiſſime Petre, 3 Iunii dediſti, quartadecima ego accepi, neque dubito integra & optima fide te mihi ea ſignificaſſe, quæ indigna ſanè tuis meritis & innocentia contigerant. Cur enim tibi non crederem? aut quare mendacii ſuſpectum haberem? Vt mentireris cauſam non video, neque ratio ulla eſt, propter quã tua fides mihi non debeat eſſe ſpectatiſſima. Proinde non ſolùm iis quæ ſcripſiſti fidem adhibui, ſed etiam inde, ut par erat, vehementer dolui. Quod verò tibi ſim viſus calumniatores excuſare, id fortaſſe fuit, quòd cùm literas ac teſtimonia eorum non viderim, nihil ſævum aut atrox de talibus hominibus facilè potui cogitare, qui mihi hac de re, quando cum ipſis expoſtulavi, reſponderunt, ſe nihil contra te ſcripſiſſe, quod aut verum non putarint, aut Chriſtianæ modeſtiæ limites excesſerit: neque de te quicquam per ſeipſos vel dicere vel ſcribere voluiſſe, niſi ab Eccleſia illa Mombelgardenſi fuiſſent adjurati & per omnia ſacra obteſtati. Cùm hæc ab illis audivi, ſic mecum cœpi cogitare: Ad te fortaſſe rem aliquanto acerbius eſſe delatã, quàm ab eis ſcripta fuerit. Hinc, ut arbitror, eſt in meis literis, quòd tibi ſim viſus factum eorum lenire ac mitigare. Quid hic faciam? eo ſum ingenio, ut de viris, quos probos exiſtimo, non facilè ſuſpiciones criminoſas admittam. Nunc verò quia teſtaris tibi rem omnino compertam eſſe, illi quid fecerint videant, mihi non eſt animus quæ malè vel ab ipſis vel ab aliis geſta fuerint, aut fovere aut excuſare. Hoc tamen tibi confirmo, propter hanc turbam & caſus, quos es perpeſſus, nihil apud viros probos ac prudentes de tua dignitate ac exiſtimatione detractum eſſe. Mombelgardenſis Eccleſia lugenda eſt; quæ in has ruinas & gravia mala, quæ ſcribis, adducta fuerit. Deus illius tandem miſereatur. Dolendum etiam eſt quando calumnias pii viri patiuntur. Hæc ut acerba & triſtia mentibus piorum ſunt, ita orandum eſt, ut aliquando tandem finem ac modum habeant. Apologiam, quam ſcripſiſti ad Principem, vidi, atque mihi optimè placuit, & Doctori Marbachio dixi, mihi videri mittendam. Spero enim ſi eam legerit Princeps, non paſſurum ut in animo ſuo poſthac mala ſuſpicio inhæreat. Det Dominus illum ſucceſſum, quem optamus. Conſilium tuum de expectanda honeſta vocatione atque amplectenda cùm offeretur, vehementer approbo, nec dubito, Deum te in opus ſuum citò miſſurum. Non enim dona quibus te ornavit, diutius patietur otioſa. Nũc de aliis quid acciderit, accipies. In Anglia hebdomada ſuperiori ſeptem boni viri ſunt combuſti, qui bono animo atque firma conſtantia teſtimonium fidei reddiderunt. Regina non adhuc peperit, & jactaſſe ſcribitur, ſe non poſſe feliciter parere, neque putare ſibi quicquam proſperè ſucceſſurum, niſi omnes hæreticos, quos in carcere habet, ad unum combuſſerit. Quamobrem ex his potes cognoſcere Dominum Cantuarienſem in magno nunc eſſe diſcrimine. VVormacienſes dicuntur Gallis Eccleſiam daturi, quam inſtituet ille Theologus amicus tuus, qui fuit olim apud Dominum Elyenſem defunctum, & appellatur, ni fallor, Philippus. Poloniæ regnum admiſit Evangelium, & Auguſtæ, ut omnes putant, Eccleſiis Confeſſionis Auguſtanæ pax dabitur, quæ in Comitiis decreto Imperiali confirmetur. Dominus à Laſco eſt Francofordiæ. Nam coactus eſt è Phriſia diſcedere. Iulius cum uxore te ac tuam lectiſſimam conjugem ſalutant, cui ego quoque ſalutem dico. Meo autem nomine non gravaberis Domino Vireto, Bezæ ac Euſtachio, clariſſimis viris, ſalutem dicere. 18. Iunij. 1555. Argentinæ.

Martyria Anglorum.

IOANNI CALVINO.

Faſciculum hunc literarum his diebus, Vir clariſſime, accepi, committere autem nolui ut abſque meis tibi redderentur. Valeo de more, libentérque Dominum de S. Andrea, tuum ſymmiſtam vidi, ex quo de rebus Genevenſibus luculenter cognovi, quod antea ob rumores, qui varii ſpargebantur non mediocriter optaveram. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſuos non deſerit. Saxones non quieſcunt. Farraginem (ſic enim appellant) valde ineptam ediderunt. Sententias quaſdam ex Patribus colligunt, nec non ex Luthero, Philippo, Brentio, Pomerano & ſimilibus. Addunt ei Bucerum, Illyricum & Ioachimum VVeſtphalum, quò ſe inter ſeſe conſentientes eſſe oſtendunt. Inſeruerunt quoque varias epiſtolas in nos aliquãdo ſcriptas. Te verò & me nominatim non attingunt. Ioannem à Laſco proſcindunt, non ſanè quòd peculiarem foveat opinionem, ſed tantùm nomine Sacramentarii. Atque, ſi Deo placet, in hujuſmodi Centone titulũ habent privatum, Quod Chriſti corpus ſit ubique. Hoc jam palàm tuentur, & iſtum articulum tribus aut quatuor foliis tractant, neque alia ratione utuntur, quàm Filium Dei aſſumſiſſe naturam humanam in eandem hypoſtaſin. Ad extremum addiderunt locum de Magiſtratus officio, quod alia cauſa eos nõ feciſſe arbitror, niſi ut Principes in nos inflamment. Omnia tamen tam inſulsè ac ineptè referunt, ut miſericordia potius quàm confutatione opus habeant. Quid hic dicet noſter Philippus Melanchthon? Eum paſſim teſtem citant. Verum ipſe melius judicabis cùm librũ videris. Molinæus rediit huc à nuptiis cum Principibus, quem audiveram neſcio quæ de libero arbitrio non rectè ſentire, ac ea velle

Farrago doctrinæ Lutheranæ.

Molinæus.

in lucem edere. Hominem ad me vocavi, oſtendi, A
quàm ſic agendo cùm Eccleſiaſticæ paci, tum ſibi
malè conſuleret. Viſus eſt perſuaderi, ſéque pollici-
tus eſt non facturum: imò negavit, unquam in ani-
mo habuiſſe, ut quæ de hac re ſcripſerat, invulgaret.
Balduinus.
Præterea Doctor Balduinus, cùm de aliis rebus unà
loqueremur, dixit, te illi ſignificaſſe, Molinæum con-
queri de ipſo, quòd ejus locum apud nos occuparit.
Certè ſi hoc dicit, vehementer mirandum eſt. Is e-
nim cum hìc fuiſſet, cum Dominis Scholarchis non B
potuit convenire. Ivit itaque Tubingam, & condi-
tionem ibi recepit: atque per annum propemodum
eſt profeſſus Leges: deinde Mombelgardum ſe trans-
tulit, eámque conditionem rurſus amplexus eſt,
dumque illic eſſet, D. Balduino venienti huc literas
commendatitias ad me dedit. Vacabat proinde tunc
temporis iſte locus. Vnde meo judicio non habet
quod juſtè queratur.

VVeſtphalus.
Alius præterea (ut hodie audivi) editus eſt liber
à Ioachimo VVeſtphalo in te, ut aiunt, aut certè in C
Sacramentarios: eum non vidi. Mirum eſt hos ho-
mines neque poſſe rectè ſcribere, neque velle tacere.
Omnia hæc ſua Francofordiæ curarunt imprimi, for-
taſſe ut Gallicanæ atque Anglicanæ Eccleſiæ, quæ i-
Garnerius.
bi collectæ ſunt, negotium faceſſant. Garnerius hinc
diſceſſit, & ad Landgravium ſeſe contulit. Eccleſia
noſtra incipit reſpirare, atque ſi Dominus favêrit, ali-
quando tandem erit nonnihil quietior. Sinceram
tranquillitatem non facilè mihi promitto. Illi enim
qui Garnerium vexarunt, adhuc manent, ſúntque ut D
ſemper fuerunt ingenio turbulento. Petrus enim
Alexander pergit in opere cœpto, ac ſatis efficaciter
& rectè docet. Balduinus, ut ſuſpicor, Heidelbergam
ibit, nihil certò ſcio, nam rectè agit, & quæ in animo
habet, non apertè loquitur. Si diſcedat, Hotomanum
ſubſtitui loco ejus velim. Sed Molinæus, ut video,
hìc hærebit: quærit enim, quantum olfacio, vel iſtam
vel Heidelbergenſem conditionem obtinere: non
tamen facilè ei ſuccedet, cùm à Deo facultatem do-
cendi non ſit nactus. Nemo propemodum intelligit E
eum, dum loquitur. Certè me illius miſeret. Nam in
facultate ſua doctus eſt, & adverſus Papam non ma-
lam navavit operam. Si animum ad ſcribendum tu-
tandámque noſtram cauſam appelleret, & apud ali-
quem Principem locum haberet, illi bene conſultũ
putarem. Sed homini conſtantia deeſt: unde quid ei
faciendum ſit, planè incertum habeo. Noſtram Itali-
cam Eccleſiam, quamvis non opus eſſe arbitror, quã-
Saxonum convitia.
ta poſſum vehementia tibi commendo. Literas ex
Saxonia modo accepi, à paſtore quodam amico meo F
veteri, qui non tantùm eſt doctus, verùm pius, & be-
ne de iſta controverſia ſentiens dicitur habere ſecum
nonnullos fratres, qui ſecum idem ſentiant, ſed mul-
titudine obruuntur: cæteros verò ait furere, ita ut in
ſuggeſtis nil aliud propemodum clament, niſi nos eſ-
ſe hæreticos, falſos prophetas, lupos, Suermeros, ſa-
cramentiperdas. Additque in te præcipuè illos de-
bacchari, & jam adverſum te ſuffragia colligi. Arbi-
tror eos, ſi poterunt, aliquod genus moliri excom-
municationis. Deus conatibus eorum obſiſtat. Is au- G
tem bonus vir in ſummo eſt odio, quòd, ut cæteri
faciunt, in nos clamare nolit, quódque Anglos è re-
gno ſuo profugos, quos alii ejiciebant, hoſpitio ſu-
ſceperit, & aliquando cum Eccleſia Phriſica commu-
nicaverit. Vnde neque ſuam civitatem, neque Saxo-
niam ſperat ſe diu poſſe ferre. Tamen quoniam iſti
Lutheropapiſtæ, ut nobis invidiam conflent, multi-
tudini perſuadent, omnes illorum Eccleſias à noſtris
eſſe damnatas, & quod volunt imperitis rerum facilè
perſuadent, judicaret eſſe utile, ſi communi noſtra- H
rum Eccleſiarum voluntate ſcriptum ad filios Eccle-
ſiæ Saxonicæ ederetur quo calumnia hæc purgare-
tur, redderetúrque ratio quàm ſimpliciſſimè fidei
noſtræ. Quod licet aliàs factum utcunque fuerit,
attamen hoc tempore ait, ſe judicare id multum
poſſe prodeſſe: præſertim ſi Eccleſiarum ſubſcriptio-
nes haberentur, quoniam paſſim adverſarii jactant,
hac de re ſummam inter nos eſſe diſſenſionem: hæc
tacere nolui, ut circa ea tuo utaris judicio. Faſcicu-
lum literarum antea miſi, quòd exiſtimaverim, ibi li-
bellum incluſum VVeſtphali. Has autem conſti-
tueram dare Domino de S. Andrea, ſed quia (ut au-
dio) diſcedit in Belgium, nolui ulterius differre. Deus
te nobis diu incolumem ſervet. Argentinæ 23. Se-
ptemb. 1555.

ECCLESIÆ ANGLORVM, N.
S. D.

NOs, fratres in Chriſto chariſſimi, quamvis Ec-
cleſiam veſtram mirificè diligimus, ac jure me-
ritóque plurimi facimus, de ſpinoſis attamen quæ-
ſtionibus, & quæ nihil aut certe parum ædificatio-
nis adferunt, non libenter imò perinviti judicamus.
Nã cũ inter vos duæ ſint partes, quarũ una affirmat,
altera verò negat, facile poſſet fieri, ut latam ſenten-
tiam non ferentes, Eccleſiam ſcindere malint, quàm
fidem vel opinionem commutare. Proinde cùm
unitatis Eccleſiæ ſimus cupidiſſimi, mirum in mo-
dum coortam inter vos altercationem optaremus
eſſe conſopitam, quod fieri poſſe arbitraremur, ſi li-
beros veſtros iis Eccleſiis poſthac tingendos trade-
retis, cum quibus in fide ac doctrina conſentitis. Nã
ſi ad hunc modum fieret, & illi qui exiſtimant illud
Baptiſmus nõ niſi ab orthodoxis ſuſcipiẽdus.
baptiſmi genus, de quo diſputatur, eſſe illicitum, ſuæ
conſcientiæ eſſe ſatisfactum vehementer gauderent:
qui autem è diverſo rectum & conceſſum opinan-
tur, propterea ſuam fidem ſeu conſcientiam nulla ex
parte contaminarent. Huc accedit pios homines in
rebus dubiis maximè decere, ut quæ tutiora ſunt
maximè amplectantur. Ex verbo Dei, quod exſtet
diſertis & expreſſis verbis pronuntiatum, res, quam
proponitis, non legitur definita: quare de illa opor-
tet diſputare, juxta id quod ex conſequutione divi-
narum ſcripturarum licet conjicere: ſed eas conne-
xiones & concluſiones, quando non omnes admit-
tant, hinc difficilis & periculoſa evadit iſtarum re-
rum tractatio. Attamen quia conſulti à vobis non
poſſumus quidnam judicemus de propoſita con-
troverſia tacere, ea paucis referemus quæ in præſen-
tia videntur magis conſentanea. Ea ſi placuerint,
grato animo accipietis: Sin minus, ſalva & incolumi
Chriſtiana charitate, quæ meliora fueritis aliunde
conſequuti, amplectimini. Videtur itaque nobis ante
Baptiſmus nõ repetendus.
omnia fideles admonendos, ne Baptiſmum à Luthe-
ranis perceptum repetant, quandoquidem nec illum
reiteramus, quem Papiſtæ nobis miniſtrant. Cùm
verò poſtea de vobis quæritur, An liceat hominibus
Evangelicis Baptiſmum à Lutheranis accipere? Di-
cimus id ab eis citra vitium non poſſe fieri, non ſanè
quòd illorum Eccleſias prorſus Eccleſias eſſe nege-
mus, neque quod vitio crudelitatis, quo miniſtri ea-
rum in nos laborant, baptiſmum ipſum inſici arbi-
tremur, ſed aliis de cauſis, iiſque ut videtur juſtiſſi-
mis, ita ſentimus. Primùm Baptiſmum affirmamus
obſignationem quandam eſſe fidei ejus qui tingi-
tur, aut ſi per ætatem is adhuc fide non eſt imbutus,
eam intelligimus obſignari, quam offerentes bapti-
zandum profitentur. Quare cùm Lutheranorum &
noſtrûm ſit diverſa fides, non poſſumus noſtram Lu-
theranis obſignandam tradere, cùm illi ab ea vehe-
menter abhorreant, tantum abeſt, ut ipſam baptiſmi
ſigno videri velint comprobare. Quocirca id agen-
do potius videbimur eorum fidei conſentire, no-
ſtrúmque animum & ſenſum jam ad illorum Eccle-
ſiam & fidem tranſtuliſſe. Porrò Eccleſiam N. non
arbitramur in aliam fidem baptizare, quàm in eam,
quæ in illa viget & traditur. Baptiſmum verò fidei
obſignationem eſſe, Paulus demonſtrat, cùm ad
Romanos inquit: Abrahamum prius credidiſſe, íd-
que imputatum ei fuiſſe ad juſtitiam: deinde ſigil-
lum juſtitię fidei, hoc eſt, circuncīſionem accepiſſe.
Nec dubium fidelibus eſſe poteſt noſtrum Baptiſ-
mum circuncīſioni ſucceſſiſſe. Quin & Iudæi non
alia ratione circuncidiſſent externum hominem, ni-
ſi antea proſelytus effectus, religionem & fidem eo-
rum fuiſſet profeſſus. Et noſtri adultos minimè
tingebant, niſi eos per quadraginta dies antea inſti-
tuiſſent.

At fortaſſe putatis controverſiam Euchariſticam,
leve quoddam eſſe diſſidium, quod non ita ſe habet
cùm in ea de præcipuis religionis capitibus ſit cer-
tamen. Deinde ſi res parvi momenti eſt, cur tam
acriter

acriter ob eam contendimus? Cur minutam differentiam non diſſimulamus? Sin verò eſt, ut eſſe docemus graviſſimi ponderis, cur à ſpecie taciti conſenſus non cavemus cum iis Eccleſiis quas malè ſentire certò ſcimus? cur Lutheranos miniſtros potius non imitamur, qui ſuos liberos noſtris miniſtris tingendos minimè committerent? Porrò, ſi tradendis filiis veſtris ut baptizarentur, illis miniſtris conteſtaremini vos ea fide circa Euchariſtiam illos velle tingi, quam retinetis & profitemini, eos proculdubio non baptizarent. Pij quoque Hieroſolymitani olim ſuos liberos Hieroboamitis circuncidendos nōn dediſſent, qui vitulos aureos unà cum Iehova colebāt. Exemplis etiam noſtrorum majorum haud parum commovemur. Etenim Theodoſius ille magnus, ut Socrates libro 5. capite 6. ſcripſit, cùm Theſſalonicæ graviter ægrotare cœpiſſet, Chriſtianóque baptiſmo vellet initiari, epiſcopum urbis ad ſe accerſivit, eum in primis rogans, quam illa Eccleſia fidem profiteretur, Arrianam ſcilicet an orthodoxam: cùmque ipſam audiviſſet ὁμουσίαν confiteri, & alienā ab Arrianis eſſe, tum læto & alacri animo ſe baptizari juſſit. Quin & Valentinianus junior, cùm in Gallia tingi potuiſſet, tamen ob hæreſium ſuſpiciones quibus Eccleſiæ tum laborabant, Mediolanum contendit, ut ab Ambroſio illic initiaretur, cujus Eccleſiam ſciebat ſynceram & orthodoxam fidem ſequi. Iis addam Satyrum ipſius Ambroſii fratrem, qui cum è naufragio periculoſiſſimo evaſiſſet, neque baptiſmum vellet ulterius differre, Arrianorum Eccleſiis quàm diligentiſſimè vitatis, ad Catholicam ubi tingeretur ſeſe celerrimè contulit. Cur iſta cautione celeberrimi viri tantopere uſi fuiſſent, ſi baptizari à rectè ſcientibus & ab errantibus in præcipuis fidei capitibus nihil intereſſet? Præterea baptiſmi ſymbolo qui baptizantur, Eccleſiæ viſibiliter inſeri dicuntur, & illi præcipuè in qua baptiſmi ſacramentum ipſis diſpenſatur. Cùm itaque nolitis, & rectè quidem, cum N. Eccleſia ſentire, cur illi filios veſtros tingendos offerretis? In eo præterea fratres chariſſimi noſtro judicio haud parum fallimini, quòd illos miniſtros de ſacramento baptiſmi vobiſcum ſentire arbitramini. Res profectò multo aliter ſe habet. Nam ſacramentis plus nimium quàm par ſit attribuunt, & Dei gratiā baptiſmo alligant, perperam id interpretantes, quod in Iohanne habetur: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Et qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Adhæc ex eo colligimus, illos plus æquo tribuere baptiſmo, quod nobis accedentibus ad eos Euchariſtiam non darent, cùm tamen baptiſmum veſtris parvulis negare non audeant, quòd abſque illo ſalutem eos habere poſſe deſperent. Deinde parvulos fide præditos eſſe credunt, quod neque vos neque nos credimus, qui ad illorum ſalutem ſatis eſſe arbitramur, ut ſint ſpiritu Chriſti præditi, qui fidei radix & initium eſt, quique ſuo tempore illam in eis excitabit.

Iohan. 3. 5. Matt. 16. 16. Lutheranorũ de baptiſmo ſententia.

Cùm itaque de neutro ſacramento inter nos & illos rectè conveniat, neſcimus cur veſtris liberis inde velitis baptiſmum accipere? Adjiciendum præterea his cenſemus offenſionem ſeu ſcandalum infirmorum Eccleſiæ veſtræ, quando non ex impietate, vel ſuperbia, vel nimia obfirmatione proficiſcitur, ſed ex religionis purioris magno ſtudio, & rationes habet non malas, quibus nitatur à paſtoribus & ſenioribus eſſe pro viribus evitādum. Quid obſecro emolumenti vel ſpiritualis ædificationis tandem habetur ex baptiſmo à Lutheranis petito? Profectò infantes veſtri de ſalute non periclitantur ſi abſque baptiſmo intereant, quia nec gratia Chriſti, nec prędeſtinationis effecta externis rebus & ſacramentis ſunt alliganda. Certè pueri Hebræorum, qui per annos quadraginta præputiati moriebantur, minimè credendi ſunt omnes ob id æternæ pœnæ damnationem ſubiiſſe, nam id à pacto & fœdere cum patribus inito, nec non à Dei bonitate ac ejus promiſſis longè alieniſſimum eſſet. Nec parentibus fraudi erit Baptiſmi Lutherani prætermiſſio, cùm ex contēptu ſacramenti non accidat, ſed tantùm conſcientiæ & fidei conſulatur. Hortamur itaque vos, fratres in Chriſto chariſſimi, ut ab iſto baptiſmi genere tantiſper

A ſaltem abſtineatis, dum veſtros infirmos, quemadmodum eos appellatis, licere ſacramenta ſumere à Lutheranis docueritis. Nam ea res vel eſt interdicta, vel ad ſalutem neceſſaria, vel neutra. Ad ſalutem neceſſaria non eſt, cùm ſacramentis gratia Dei non ſit aſtricta. Si verò id fieri, ut ipſi opinamur à Deo prohibitum eſt, eò magis abſtinere debetis. Denique ſi res eſt ἀδιάφορα, ut videmini ſtatuere, ſi vobis etiam hoc daremus, illam cum ſcandalo infirmiorum uſurpare non liceret: cùm Paulus in hiſce rebus neutris Rom. 14. 1. &c.
B conſcientiis debilium velit conſultum, idq́ue ut minimum ad tempus, donec res quemadmodum optamus liquidius pateſiat. Neque oblivioni tradenda eſt Pauli regula, qua dixit de hoc toto rerum genere: Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt. 1. Cor. 6. 12.
Cogitetis, oramus, vobiſcum, etiāſi liceret baptiſmus Lutheranorum, attamen huic tempori & veſtris fratribus non expedire. Nec eſſe videtur Chriſtianæ pietatis, tantum audere ac velle conſequi, quantum per leges liceat, ſiquidem nonnunquam oportet fra-
C trum cauſa de jure ſuo cedere, præſertim in iis rebus quæ pro indifferentibus habentur. Sed interea dicitis, inter nos & Lutheranos diſſidium etiam atque etiam augetur. Verùm fortaſſe id eſt, at noſtra culpa non accidit, quandoquidem nos illos amamus, atque ut fratres non ſemel habere illos voluiſſemus, quod illi non modò recuſarunt, ſed nos ferè ubique proſcripſerunt, & ex Eccleſia modis omnibus ejicere conantur. Neque diſſidium credi poteſt idcirco dimi-
D nutum iri, quod filiis veſtris baptiſmum ab eorum miniſterio petatis. Imò fortaſſe veſtri ex iſta communione ſacramenti periclitabuntur, ne poſthac tam fortiter atque conſtanter eam veritatem circa ſacramentarium articulum propugnent, quam hactenus magna laude ac virtute defenderunt. Eſt enim flexibile humanum ingenium, nec magis alia re conciliatur malè ſentientibus, quàm eorundem ſacramentorum uſurpatione. Hæc itaque fratres hac de re viſum eſt in præſentia reſcribere, vos boni conſulite, ac pro
E noſtris Eccleſiis inſtanter orate, quemadmodum nos pro vobis impensè oramus.

EPISTOLA D. PETRI MARTYris ad fratres Lucenſes italicè edita, Anno 1556. Nunc verò in Latinam tranſlata à Thaddæo Duno Locarnenſe.

F
CVm idem corpus unà ſimus, fratres per Chriſtũ dilectiſſimi, officii noſtri omnino eſt, affectiones, quibus interdum commovemur, mutuò nobis communicare, eas potiſſimùm, quas communi ſaluti auxilium aliquod afferre poſſe exiſtimamus. Ego itaque, qui longo jam tempore jucundè ſecundùm Deum vixi, propter laudabiles progreſſus veſtros in via ſancti Evangelii Ieſu Chriſti, honorificam veſtri mentionem facientibus ubique fidelibus omni-
G bus, calcar vobis literis meis addere hactenus nihil opus fuiſſe putavi. Ideóque id unum à me curatum eſt, gratiam ut agerem cœleſti Patri pro copioſis fructibus noſtris ſpiritualibus: rogarémque, ut conceſſam vobis benedictionem augere dignaretur. Quod ut facerem, movebat, me non parum, poſuiſſe apud vos initio aliqua Chriſtianæ veritatis fundamenta, ſecundùm voluntatem cœleſtis Patris: imbecilliter quidem tum temporis, quemadmodum coram Deo confiteor, ſic tamen ut non virtute mea,
H ſed Ieſu Chriſti favore, mihi ſimul & vobis utilitatis non parum attulerit conatus ille qualiſcunque. Voluptatem præterea ex eo capiebam, quòd poſt illa qualiacunque jacta fundamenta, doctores alios à Deo obtinuiſſetis magis idoneos, quorum prudenti opera, doctrináque ſanctiſſima cœpta in vobis agricultura creſceret. Gaudebam itaque & triumphabam mirum in modum propter vos, ut propter incorruptibilem coronam meam, nec veſtri mentio apud me fiebat unquam, quin totus ſpirituali læti-
I tia perfunderet. Nunc autem, cùm Deo viſum ſit familiam ſuam tribulationibus probare, veſtræque fidei firmitudinem tentare, heu quàm plenæ doloris

De lapſu in perſecutione.

probationes, quàm infelices exitus auditi ſunt. Pro A exſpectata enim conſtantia debilitas, pro fortitudine Chriſtiani cordis titubans imbecillitas, fides languida, & cor tremulum cum turpiſſima veritatis abnegatione ſeſe prodidit. Cujus rei cùm ex improviſo tam triſte nuntium accepiſſem, amaritie repletus eſt illicò ſpiritus meus omnis. Cùm enim Propheta Samuel Saulis Hebræorum Regis caſum defleverit:

1 Sam. 18. 1.
Jer. 9. 1. &c. in Lament.
2. Cor. 2. 4.

Hieremias Iudaicam ruinam lamentatus ſit: Ieſus Dominus noſter lachrymas ſuper Hieroſolymam, B illius excidium prædicens, fuderit: Paulus Corinthiis ſuis Epiſtolas lachrymis plenas dederit: qua ratione à fletu, à lachrymis, à lamentatione ego mihi temperabo, cùm videam tam amœnum hortum, qualis erat Eccleſia fratrum meorum Lucenſium, uno momento à vehementiſſimo vento, à ſæva tempeſtate, à diabolica grädine ita vaſtatum, diſſipatum & disjectum, ut nec bonum ullum ſemen antehac concepiſſe, nec culturam, nec cœleſtium imbrium Spiritus ſancti aſperſionem unquam ſenſiſſe videatur?

C Qui vos non bene norant, meritò, ob ingruentem vexationum tempeſtatem ne ſcandalo eſſetis, metuere poterant: ego verò adduci nunquam potuiſſem, ut vos tam graviter caſuros exiſtimarem. O fratres, ô viſcera mea in Domino Ieſu Chriſto: quis mentem veſtram ſic turbavit? quis corda ſic mutavit? Vtinam præſens apud vos eſſem, liceretque mihi viva voce flere, lachrymari, ac lamentari in calamitoſis infelicibúſque exequiis veſtris. Nunc quando ob præſentes perſequutiones valida pugna, glorioſa D victoria, triumphúſque nobiliſſimus exſpectabatur, contraria prorſus ſunt conſequuta: animi vobis turpiter conciderunt, victi eſtis magno cum dedecore, & in horrendam captivitatem abducti. Cùm patefactus jam eſſet diabolicus Antichriſti furor, periculúmque cervicibus veſtris imminere cerneretis, neque tamen communi infirmorum remedio, ut plerique hodie appellant, fuga ſcilicet (quam ego prudentem cautelam judico, ſi ritè adhibeatur) ſaluti veſtræ conſulueritis, qui bonam de vobis ſpem con- E ceperat ſic ſecum reputabat: fugam averſantur hi, quoniam probati fortéſque Chriſti equites ſunt, morte, ſanguine, & martyrio viam ſternere volunt Evangelio per Italiam noſtram, fratrum ſuorum Gallorum, Belgarum, Anglorúmque quotidianis exemplis provocati. O quàm multos fefellit hæc vana ſpes! O quantum exultandi materiam præbuit iniquo Antichriſto malus hic eventus! Admirandi caſus hujuſmodi lachrymas potius, quàm verba requirunt. Ne putetis, fratres chariſſimi, nos hîc de F noſtra tantùm ſalute eſſe ſolicitos: nullum poteſt vobis infligi vulnus, quin ictus nos etiam ipſos confodiant. Dum vos caditis, viſcera nobis evelluntur, ac ſub veſtro lapſu labimur & nos. Sic enim Chriſtus corporis ſui, quod eſt Eccleſia, membra conjunxit omnia, ut affectu mutuo ſibi communicarent. Poſtulabat nunc à vobis Dominus diuturnæ pacis & tranquillitatis conceſſæ fructus, cúmque & vocaſſet vos, & fidem impertiviſſet, confeſſionem requirebat: at tantum abeſt ut confeſſi ſitis, ut etiam abjuraveritis. G

Matt. 10. 33.

Nunquid non pudebit Chriſtum veſtri, cùm vos illius tam miſerè puduerit? Nunquid non negabit vos, cùm ipſum tam probroſè negaveritis? Si fortè amicus periret vobis, aut conſanguineus, aut filius, aut uxor, proculdubio funera haberetis valde lachrymoſa: ipſi cum perieritis, & æternùm quidem, nihil curatis.

Fructus veræ pœnitentiæ.

Dixeritis fortaſſe, dolet utique nobis non parum factum noſtrum, & multa amaritudine illud deflemus. Vtinam faceretis. Sed ponamus rem ſic ſe ha- H bere, peto autem à vobis, quid abſque emendatione fletus valet? Si abjurationis pacta ſervatis, ſi ad miſſas reliquáſque vanas ſuperſtitiones acceditis, quid valent lachrymæ? Expergiſcimini tandem, rogo vos, ſi perſequutione iſta cœleſte lumen in animis veſtris prorſus extinctum non eſt, conſideratéque qualis ſit præſens conditio veſtra priori collata. Antea fortes adeo videbamini, ut pro Chriſtiana veritate quidvis pati parati eſſetis; at ubi pugna incunda fuit, ad primas Antichriſti minas torvúmque illius I aſpectum concidiſtis. Si huc vos adegiſſet tormentorum vis, prætextum quidem aliquem, non tamen A juſtam excuſationem haberetis, victam ſcilicet fuiſſe infirmitatem naturæ carniſque humanæ. Verùm cùm neque vulnera, neque torturam, neque carcerẽ, neque exiliũ ſuſtinueritis: imò ne minima quidẽ in re ulla læſi fueritis, diſpicite ipſi quid de vobis ipſis ſitis judicaturi. Ecce, adulari, nec poſſum nec ſcio, cogit me officium miniſteriúmque meum vera dicere, rémque, ut eſt proponere. Niſi Eccleſia amplioribus tum confeſſionibus, tum martyriis illuſtris eſ- B ſet, peſſimè ſecum ageretur, his præſertim temporibus, quibus per Ieſu Chriſti benignitatem ſic veritas illuxit in mundo, ut doctrinæ ſatis quidem habeamus, cæterùm vires deſideremus quibus illa defendatur in perferendis afflictionibus, tormentis, & morte quantumvis horrenda. Hæc non ideo vobis ſcribo, fratres per Chriſtum chariſſimi, ut cauſam veſtram graviorem faciam, neque ut commiſſum facinus plus quàm par ſit, amplificem: (teſtis enim mihi eſt Deus) ſed ut mali, quo opprimini, ſen- C ſum animis veſtris imprimam, ut eo vehementius incitati, è fœda & lethali fovea, in quam cecidiſtis, reſurgatis.

Quod liberè & audacter ſcribo, non ideo ſine meo maximo dolore fit, qui me meritò ſic affecit, ut magnopere doleat quòd cum Deo tam familiariter agere non poſſim, ut olim bonus ille Moſes, qui cùm

Exod. 32. 31.

populus aureum vitulum conflaſſet, & divinum cultum illi exhibuiſſet (unde divinam iram in ſe tam gravem concitarat, ut periculum fuerit extremi ex- D cidii) ſupplex coram Deo, ut aliâs ſæpe, procidit, & ait: Verè quidem populus graviſſimè peccavit, qui Deum aureum ſibi fecerit, rogo tamen ignoſcas illis, & condones ſcelus hoc, aut me deleas de libro quem ſcripſiſti. Simili affectu & ego ſupplico Chriſto pro vobis, adeò me calamitas veſtra premit & angit. Ac dolet, quemadmodum dixi, meam authoritatem meámque fidem tanti apud Deum non eſſe, quanti Moſis fuit, non quidem Dei vitio aut culpa, cùm idem ſit nunc, qui fuit olim, ſed vitio fidei, & E imbecillitate fiduciæ erga illum meæ. Atque hinc eſt ut tardius meæ exaudiantur preces, ſed & inde, quòd vos tardius exoptatos pœnitẽtiæ fructus edatis. Pergo tamen in iiſdem precibus, cùm ſciam, neque Paulum ipſum, cupientem anathema eſſe à Chriſto pro

Rom. 9. 3.

ſalute Hebræorum fratrum ſuorum ſecundùm carnẽ, tam citò fuiſſe exauditum. Vt autem preces illius vanæ non fuerunt, ita illud mihi Dei bonitate polliceor, me, ubi opportunum fuerit, exauditum iri. Ne verò longior ſim quàm par ſit, néve citra fructũ ver- F ba faciam, duo mihi conſideranda videntur: unum eſt, ut ipſi vobiſcum rectè expendatis, quænam fuerit tanti cauſa mali, ut cognitam ex animis veſtris radicitus extirpetis. Fieri enim nequit ut à morbo quopiam liberemur, niſi morbi cauſa tollatur. Quamprimum autem mali veſtri cauſa detecta fuerit, mox ad remedium quærendum ſecundum loco convertemur: illud attendentes, ut animæ ſaltem quoquo modo per Dei gratiam ſerventur, tametſi grave naufragium perpeſſæ ſint.

Divitiarum amor noxius.

G Quod igitur ad mali iſtius cauſam attinet, nihil aliud homines ab incepto fidei ſtudio magis avocaſſe cenſeo, quàm divitiarum amorem, ut ſcilicet opes & honores vel pararentur, vel parta conſervarentur.

Matt. 13. 22.

Hæ ſunt petræ ſuper quas nec radices agere, nec hærere poteſt bonum illud ſemen verbi Dei: hæ ſunt ſpinæ, quæ ſuffocant & perimunt ſanctam doctrinam, tametſi fructus ſuos ferre jam cœperit: hæc eſca, hic hamus, hæc retia, quibus diabolus perpetuò in mari hoc, nempe mundo, piſcatur. Sanè multi in- H veniuntur, ut experientiâ compertum habemus, deliciarum vitæ hujus, bonorúmque terrenorum catenis ita conſtricti, ut mori malint, quàm hæc relinquere.

Matt. 19. 16.

Magna miráque importunitate petebat à Chriſto juvenis ille quid ſibi facto opus, ut vitam æternam poſſideret: at ubi audivit vendẽdas eſſe poſſeſſiones, abiit inde admodum triſtis. Et hæc quidem fidei cõparatio eſt. Quapropter dicebat Apoſtolus: Qui volunt diteſcere, incidunt in tentationem, laqueum, & cupiditates multas, quæ demergunt homines in exi- I tium & perditionem. Studium enim divitiarum radix eſt malorum omnium, quas qui ſequuntur, à fide excidunt, transfigentes ſemetipſos doloribus multis.

1. Tim. 6. 9.

Digitized by Google

tis. Tu autem homo Dei hæc fuge. Ecce radicem tentationum, laqueorum, & defectionis à fide. Nemo ſanè veſtrûm abduci ſe, jam comprehenſa luce, à verbi Dei cognitione paſſus unquam fuiſſet, niſi bonorum vitæ hujus jacturam timuiſſet. Quid verò tandem proderunt opes, ſplendores, omniaque carnis commoda, quorum acquiſitio laborem, poſſeſſio timorē, relictio denique dolorem conjunctum habet: imò ſæpè multos in extremam perpetuamque conjiciũt miſeriam? O quam multi decepti ſunt villarũ amœnitate, palatiorum ornatu, patrimoniorum amplitudine, ſocietatumque opulentia! Si pacis tempore animos veſtros retinaculis his atque laqueis liberaſſetis, dubium non eſt, quin alacri fortique animo crucem veſtram in ipſis perſequutionibus ſumſiſſetis, Chriſtum ſequuti.

Sed qua ratione ſeſe expediet, qui tum manus, tũ pedes vinculis conſtrictos habet? Cui unquam in mentem veniſſet, inquietis fortaſſe tantam calamitatem eventuram? Bonis noſtris quiete perfrui ſancta cũ pace evangelica nobis propoſueramus, nũc ex urbe rus eundo, nunc è rure in urbem redeundo. Intelligo quidem, at hoc eſt quod proverbium dicitur, rationem ſine hoſpite ſubducere. Cum Chriſto non poteſtis niſi injuſtè expoſtulare, is enim prædixerat vobis; Qui meus voluerit eſſe diſcipulus, tollat crucem ſuam & ſequatur me. Promittebat diſcipulis fidelibuſque ſuis Chriſtus ampliſſima bona, ſed non abſque perſequutionibus. Docuit etiam, non oportere diſcipulum eſſe ſupra magiſtrũ Si igitur illum mundus miſeris accepit modis, non eſt quod arbitremur nos clementius acceptum iri. Proinde cùm uxor Zebedæi ipſum rogaret ut filios ſedere faceret in regno ſuo, locis dignitatis pleniſſimis, converſus ad illos matre relicta ait: Poteſtis vos bibere calicem meum? Quibus innuebat, neminem eo pervenire poſſe abſque cruce. Paulus denique in poſteriori ad Timotheũ ſcribit: Quicunque propoſuerint ſibi piè vivere, cũ Chriſto perſecutionẽs patiẽtur. Quis igitur è familia Domini noſtri jure dixerit, ſe non fuiſſe admonitũ? Nemo equidem alius quàm qui audire noluerit. Illius dicti Ieſu Chriſti meminiſſe vos ſemper oportuit, fidelium ſuorum mercedem eſſe copioſam, abſconditam etiamnum, & repoſitam in cœlo: beatos autem eos qui perſequutiones paterentur propter nomen ſuum. In epiſtola verò ad Romanos ſcriptum legimus: prædeſtinatos nos eſſe ut conformes ſimus imagini filii ejus, ut ipſe ſit primogenitus inter multos fratres. Quod ſi oportuit Chriſtum pati, ut intraret in gloriam ſuam, nimirum & nos pati oportet, ſi illic eſſe velimus cum ipſo. Cõplures alios Scripturæ locos monſtrare poſſem, quibus certiores ante facti fuiſtis, quid nobis eventurũ eſſet circa vitæ hujus bona atque commoda, Chriſtum ſeriò ſequi ſtatuiſſetis, ut jam nulla juſta excuſatio vobis reliqua ſit.

Perſecutio pios manet.

Matt.16.24.

Matt.10.24.
Matt.20.21.

2.Tim.3.12.

Matt.5.11.

Rom.8.28.

Luc.24.26.

Potiſſima autem veſtræ calamitatis cauſa hęc fuit, quòd derepente in hoſtium manus incideritis, non attendentes conſilium Chriſti dicentis: Qui turrim ædificare voluerit, primùm quidem apud ſe ſupputat, quos ſumtus facere oporteat, ne, ſi opus aggrediatur, perficere autem nequeat, riſui ſit omnibus tranſeuntibus, qui illudunt dicentes; hic cœpit ædificare, ſed non potuit ad ſummum perducere. Similiter ſi rex bellum alteri inferre cogitaverit, conſiliũ prius capit ac conſiderat, quot militum millibus cum hoſte pugnare poſſit: ſi ſe imparem animadvertat, à propoſito diſcedit. Ad hunc itaque modum & vos conſilium inire debuiſtis tum, quando per otium & tranquillitatem licebat, talia vobiſcum reputando: Si fortè ſæva perſequutionum tempeſtas orietur (quod facile fieri poteſt) ſatiſne fortes ſumus? ſatiſne animoſi? Si cum adverſario congrediamur, opes, honores, fortaſſe & vitam hanc amiſerimus. Si igitur huc ventum fuerit, an parati ſumus iſta omnia perferre? Si itaque animum vobis addidiſſet ſpiritus (quæ res à Deo in primis petenda erat) ſapienter fortiterque in cœpto opere perſiſtendum fuiſſet, & cum hoſte depugnandum. Quòd ſi debiles & hæſitantes animos veſtros ſenſiſſetis, ut bonorum omnium, honorum, vitæque jacturam ſuſtinendo non eſſent, aliud conſilium capiendum erat, non ut fidem deſereretis,

Luc.14.28.

In pace de bello cogitandum.

neque Chriſtianam profeſſionem relinqueretis, ſed ut aliò commigraretis (cùm nec tẽporis diuturna opportunitas, nec reliquarum rerum commoditas vobis defuerit) ubi cum aliis Ieſu Chriſti ſervis ab imminentibus periculis tuti eſſetis, & ſynceri verbi Dei auditioni jugiter attendentes, magis magiſque vos armaretis, ſi fortè nova ſubeunda fuiſſent pericula. In hunc quippe finem tranquilla tempora nonnunquam concedit Deus, ut quantæ ſint noſtræ à ſpiritu ſancto tributæ vires, quámque ad ferendas imminentes cruces parati ſimus, commodè expendere valeamus. Chriſtiani enim hominis non eſt otiari.

Induciæ quidem aliquando inter Chriſtianos, & ſatanam atque Antichriſtum eſſe poſſunt, firma verò pax nunquam. Qui itaque pacis quietiſque conceſſum tempus non bene collocat, uno momento ab hoſtium furore opprimitur, cúmque in loca tutiora ſe non receperit, nec præſentes vires ſuas æſtimaverit, neque majores ardentibus precibus impetrare ſtuduerit, neque ſe ad certamen paraverit, ut in prælio Ieſu Chriſti fortiter pugnaret, quid mirum ſi poſtea cadit ſi ruit, ſi reliquis fratribus, incredibili ſuo damno, veritatem abnegans, confuſionem, atque ignominiam parit? Vt paucis dicam, fratres, malum & miſeria veſtra omnis inde eſt, quòd opes, honores, voluptates, & ſolatia ſeculi hujus pluris, quàm par erat, feceritis: quòd ſtatum conditionémve veſtram, in qua tum eratis cõſtituti, carnali ſenſu veſtro firmam judicaveritis, ut ſi perpetua futura eſſet, & rerum viciſſitudo nulla unquam ſequutura. Quibus de cauſis factum eſt, ut in tranquillo rerum ſtatu animos ad imminentia indies pericula excipienda non præparaveritis. O quantum ſemper nocuit, ſempérque nocebit in Eccleſia Chriſti, cunctari felicioribus temporibus: tunc enim animos confirmare, & nobis proſpicere, rebus, inquam, noſtris Chriſtiana prudentia bene conſulere debemus. Quorſum putatis pacem aliquam nobis à Deo patre optimo nonnunquam concedi? Vt caro noſtra oblectamentis voluptatibúſque ſeculi hujus diffluat? Vt pauliſper, imò nimiùm ſepoſito divini cultus ſtudio, fidei exercitiis, bonis actionibus & precibus, toti intenti ſimus auro, argento, poſſeſſionibus, divitiis accumulandis? Profectò hæc non eſt voluntas, non conſilium, non propoſitũ patris noſtri optimi. Iam vobis expoſui quem in finem pace & quiete frui aliquando permittat Deus, quod vos vel non cognoviſtis, vel cognitum non exequuti eſtis, ideóque minimè mirum ſi res infeliciter vobis ceciderunt.

De veſtri lapſus origine abundè ſatis diſſeruiſſe mihi videor: remedium itaque tanto malo adhibendum monſtrare nunc operæpretium eſt. Si enim nulla adhiberetur medicina, de duobus alterum, aut utrunque ſimul ſequeretur: nempe ut vel in æternã deſperationis mortem incideretis, vel ex Evangelii fautoribus atque defenſoribus, oſores & oppugnatores fieretis, quemadmodum recentia aliorum exempla plus ſatis declarant. Cavete rogo quantopere vobis ſempiterna ſalus cordi eſt, tum à deſperatione, tũ ab odio cognitæ veritatis Chriſtianæ: ac potius malorum horum loco & vice ſynceram, puramque & minimè fictam pœnitentiam amplectimini. Hoc etenim ſalutis initium poſuit cœleſtis pater, ſi quando filii ſui ſe relicto, in peccati & mortis manus incidiſſent. Inter prædeſtinatos & reprobos quantum ſit diſcriminis accipite. Illi ut primum lapſi ſunt, mox ad ſe redeunt, dolent, lamentantur, & Deo ſupplices facti, lachrymis ardentibus clamant: Peccavi pater, peccavi coram te, peccavi in cœlo & in terra: oculos faciémve meam ad te tollere non audeo. Heu ille ego ſum, quem pro tua immenſa miſericordia in filium adoptare dignatus es, at ego te nunquam, ut patrem reveritus ſum, ſed tanquam extraneus & alienus præcepta tua ſum tranſgreſſus: dignũ itaque me non judico, qui tuus dicar filius. Ille ego ſum, pro quo unigenitum filium tuum Ieſum Chriſtum in crucem dediſti, Deum verum & hominem ſapientiæ tuæ theſauros omnes in ſe habentem, creaturarum omnium, quas verbo ſuo ſuſtinet & conſervat, authorem: hunc inquam tam excellentem filium tuum mei cauſa in ignominioſam

Præcipitia cavenda.

Sinceræ pœnitentiæ ingenium.

Precationis formula pro lapſis.

crucis mortem tradidiſti, id unum ſpectans, ut con-
formis factus imagini illius ſimul cum ipſo in fi-
lium tuum evaderem. Ego verò tanti beneficii im-
memor, veritatem illius ſanctámque fidem tur-
piſſimè pernegavi. Peccavi itaque pater, peccavi gra-
viter coram te, peccavi in cœlo & in terra: dignus nō
ſum amplius qui tuus dicar filius. Ille ego ſum quem
tu pro benignitate tua (aliis multis, me multò præ-
ſtantioribus, in tenebris relictis) luce verbi tui illu-
ſtraſti, vocaſti, in corpus eccleſiæ tuæ inſeruiſti: quē
regenerationis, & remiſſionis peccatorum ſancto-
rúmque ſacramentorum participem feciſti: quem de-
nique ſpiritualibus theſauris, quos potentibus, phi-
loſophis, & ſapientiſſimis hujus mundi viris patefa-
cere nolueris, locupletaſti. Ego nihilominus pretio-
ſiſſima dona hæc, mihi & à te, & à Ieſu Chriſto filio
tuo, Domino, ſapiētia, juſtitia, ſanctitate, redemptio-
néque mihi tributa, nihili faciens, perfide defeci,
méque ſancti nominis tui hoſtibus, rebellibus, atque
perſequutoribus perditè adjunxi: Peccavi pater, pec-
cavi coram te, peccavi in cœlo & in terra: dignus non
ſum qui tuus dicar filius.

Ille ego ſum, quem peccatorum ſordibus, & ſce-
lerum luto inquinatum, Ieſu Chriſti ſanguine mū-
daſti, ſpiritu illuminaſti, ſanctæ vitæ reſtituiſti, æter-
næ felicitatis hæredem, conſortem & participem fe-
ciſti. Quid præterea abs te petere unquam potuiſ-
ſem, cùm omnia mihi cum Chriſto donaveris? Quā-
quam autem dona & ornamenta hęc verè incompa-
rabilia mihi tribuiſti, me tamen erga te peſſimè e-
Iſa. 1. 3. giſſe confiteor. Melius cognoſcit bos & aſinus poſ-
ſeſſorem ſuum, canis quoque, viliſſima beſtia, majori
fide obſervat ac ſequitur dominum, quàm ego, quem
tu, Deus meus, tantopere extuliſti, glorificaſti, & bo-
nis omnis generis ornaſti. Proinde nullam amplius
excuſationem habeo. Tibi optimo jure debetur
gloria & honor, mihi verò aliud nihil, præter igno-
miniam & confuſionem cordis, vultus atque facto-
rum. Peccavi pater, peccavi coram te, peccavi in cœlo
& in terra. De me ſtatuas quicquid libuerit, tuus ta-
men eſſe volo. Doleo quòd tam turpiter peccave-
rim, & factum iſtud execror. Quò gravius peccavi,
eò ardentius tuam imploro inexhauſtam miſericor-
diam. Cùm immundus totus ſim, memetipſum mū-
dare nequeo: id ſi facere coner, amplius me inquina-
vero. Tu Domine mi Ieſu Chriſte, qui ipſiſſima pu-
ritas es, qui in hunc mundum non pro juſtis, ſed pro
peccatoribus veniſti, munda me denuo, quæſo, ſan-
guine tuo, reple me totum fide, ut vivificam mortem
tuam, ſanguinem tuum, pretium æternæ vitæ, & paſ-
ſionem tuam amplectar, quæ requies eſt, conſolatio,
portus, & refugium miſeris & infelicibus peccatori-
Ioan. 20. & 21. bus. Cùm Petrum, qui te negaverat, in priſtinā gra-
tiam receperis: Apoſtolos, qui te reliquerant, beni-
2. Sam. 12. 13. gnè iterum complexus ſis: Davidem graviſſimis ſce-
leribus obrutum, tibi reconciliaris: Hebræum popu-
lum, multiplici ſua defectione te quotidie provocā-
tem, magna clementia tuleris, cúmque infirmæ &
ſtultæ creaturæ tuæ caſum miſeratus, per prophetam
tuum ſignificaveris, te nolle mortem peccatoris, ſed
ut convertatur & vivat: miſerúmque peccatorem nō
ſemel modò, verumetiam ſeptuagies ſepties, ſi opor-
tuerit, recipi velis, ſi reſipiſcat, & ad gregem tuum
redeat, ecce adſum damnans, deteſtans, revocans, re-
nuncians quicquid contra tuam dignitatem, tuám-
que ſanctam voluntatem admiſi, proteſtórque me
vitam omnem meam melius inſtitutam exhibitu-
rum. Rogo igitur te, pater bone, quandoquidem
me ſic, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum ani-
maſti, virium quod ſat ſit ſubminiſtrare velis. Opus
tuum ſum, tum quo ad naturalem conſtitutio-
nem, tum quo ad hanc ſpiritualem & novam rege-
nerationem. Precor itaque, me ne deſpicias, ac quo
per merita mea, quæ nulla reperio bona, fieri non
poteſt, fiat per merita Ieſu Chriſti, pérque ſanctum
nomen tuum, cui honor & gloria in ſecula ſeculo-
rum. Amen.

Reproborum mores. Expoſui, vel potius craſſa Minerva delineavi, quid
filii Dei ad æternam vitam prædeſtinati facere ſo-
leant, quando graviter lapſi ſunt: ad patrem enim ſuū
cœleſtem, quem ſe offendiſſe peccando ſciunt, niſi
prædictis verbis, ſimilibus ſaltem, confugiunt. Con-
A tra verò rejecti, ij enim peccata cùm excuſare ne-
queant, diſſimulant: &, perinde ac ſi nulla vel levia
ſcelera perpetraſſent, locis, temporibus, & præſenti-
bus occaſionibus ſerviendum eſſe dicunt. Cor pu-
rum, animúmque immaculatum ſufficere prętexunt,
nec magnopere curanda eſſe exteriora facta, ut ſi
Deum animorum duntaxat Dominum agnoſce-
rent, & ad illum nihil pertinere putarent, quæ ver-
bis, externiſque factis exprimuntur. Sic illi peccata
B ſua velare ſolent. Quibus ſi vir pius, ut ſæpe fit, com-
miſſi peccati imaginem ob oculos ponere ſtuduerit,
nonnunquam cognita patrati ſceleris atrocitate, fide
ſpiritúque deſtituti, Caini & Iudæ modo deſperant,
in miſerrimámque amentiam incidunt: aut ſemeti-
pſos perimunt, quemadmodum noſtra ætate accidiſ-
ſe ſcimus horrendo & formidabili Dei judicio. Quā-
doque verò minimè graviter peccaſſe ſibi perſua-
dentes, placent ſibiipſis, ut ſi elegantes & ſancti eſ-
ſent: capitalique odio eos interdum proſequuntur, à
C quibus ſeverè & bono zelo correpti fuerint: qua qui-
dem ratione ex abjuratoribus perſequutores fiunt.
Nocentiores autem hoſtes Chriſti Eccleſia hodie
habet nullos, ſicut olim habuit Iulianum Apoſtatā,
qui Chriſto initiatus, hoſtis poſtea factus eſt, & cæ-
terorum tyrannorum, quibus Chriſtus nunquam in-
notuerat, ſævitiam omnem & crudelitatem ſupera-
vit. Cavete itaque, fratres, ne poſt primum hunc la-
pſum, in æternæ damnationis mortiferas ruinas &
præcipitia incurratis. Ad pœnitentiæ ancoram po-
D tius confugite, & cum electis ad eum, quem læſiſtis,
redite. Novas ſalutis conſequendæ formas vobis
ne fingatis: hæc una à Deo lapſis eſt propoſita. Pſeu-
doprophetarum illecebris ſeduci ne patiamini. Di-
cite cum Davide, & cum filio prodigo, peccavi: ſed
dicite ex corde. Flete cum Ezechia, ſed lachrymis fi- 2. Sa. 12. 13.
delibus & ſynceris. Procumbite coram Chriſto Luc. 15. 17.
cum muliere peccatrice. Flete amarè cum Petro Iſa. 38. 3.
precibus & jejuniis è vera fide manantibus. Cla- Matt. 26. 75.
mate ad Deum cum Ninivitis. Convertimini cum Ioan. 3. 5.
E Iudæis, à quibus Chriſtus fuerat crucifixus: quibus ſi Act. 2. 37.
parſum fuit, haud dubiè & vobis parcetur: hoc enim
vobis ego polliceor authoritate verbi Dei, modò
pœnitentia iſta, quam vobis propono, valida atque
efficax ſit.

Quid autem per validam & efficacem pœnitentiā Pœnitentia efficax.
intelligam, ſi rogetis, cauſam effectáque illius de-
promam, ut à vana, ficta & hypocritica diſcerni poſ-
ſit. Origo & mater illius neceſſariò vera & perfecta
fides eſt: ſiquidem quicquid à nobis ſine verbi Dei
F fundamento fit, infructuoſum & damnoſum eſt. Ver-
bum autem Dei pro fundamento non habemus, niſi
quatenus credimus. Si igitur doletis, ſi lamentamini,
ſi defletis præteritum caſum, verbo Dei vos movere
neceſſe eſt. Et ſi quis credit, copioſos fructus perci-
pit, otiari enim id neſcit in fidelium cordibus. Ecce
itaque vobis principium, fontem, & originem veræ
pœnitentiæ: effecta nunc conſideremus. Vera & effi-
cax pœnitentia peccatum commiſſum impunitum
& abſque juſta emendatione abire non patitur. Ec-
G quid fieri unquam poterit, inquietis, ut infectum ſit
quod factum eſt. Quod factum eſt infectum quidem
eſſe nequit, in poſterum tamen contrarium ejus,
quod antè factum fuit, fieri poteſt. Veritatis abnega-
tioni prius factæ contraria erit ejuſdem confeſſio.
Oportet itaq; ut teſtimonio veſtro affirmetis, quic-
quid abjurando negaſtis: hoc autem duobus fieri po-
teſt modis. Primùm, ſi iſthic, ubi crimen commiſi-
ſtis, erraſſe vos intrepidè confeſſi fueritis, viváque
contradictione teſtemini, vos nequaquam ſic ſentire,
H ſicut abjurationis forma habet. Vòrum enimverò
quia hoc remedii genus fortitudinem, conſtantiam
animique præſentiam ſingularem requirit, pro-
pterea quod via ferè certiſſima eſt ad martyriū (quod
ſubire non ſemper cuivis datur) idcirco rem tantam
à quolibet veſtrum poſtulare non auſim. Metiatur Piorū redintegrata conſtantia.
quiſque vires ſibi à Deo tributas, diſpiciátque an
eximium & laudabile opus hoc conficere poſſit. Si
fiduciæ ſatis adſit, aggrediatur in nomine Domini
nihil enim novi faciet in Eccleſia Chriſti. Petrus,
I qui Chriſtum negaverat, pro Chriſto crucis ſuppli-
cium paſſus eſt. Marcellinus epiſcopus Romanus,
cùm prius idolis ſacra feciſſet, pœnitentia ductus

prædicavit

prædicavit quod negaverat, ſanguineq́ue ſuo martyr A
factus veritati teſtimonium perhibuit. Divus Cypria-
nus in ſermone, De lapſis Caſti & Æmilii mentio-
nem facit, qui perſequntionum acerbitate victi cùm
fuiſſent, humiliter poſtea ad pœnitentiam converſi
ſunt & à Chriſto ita roborati, ut pugna cum adver-
ſario redintegrata, vicerint, igni fortiores, & flammis
potẽtiores facti, confitentes interim magna conſtan-
tia quicqnid antea negaverant.

Sed nihil opus eſt (Dei beneficio) vetera comme- B
morare exempla, noſtra enim ætate ſimile quid acci-
dit Lõdini in Anglia. Sacerdos quidam diris crucia-
tibus, & diuturna captivitate devictus, abjuravit. E-
piſcopus abjuratione non contentus, Chirographũ
petit: datur. Inde miſellus ille domum abit, ibique
tanto dolore, tanta compunctione, tam vera & effi-
caci pœnitentia afficitur & incitatur, ut (cum nulla
conſolatione, quiete, aut animi tranquillitate frui,
neque rigidas conſcientiæ minas amplius ferre poſ-
ſet) Deo ſe commendans, ad epiſcopi domum redeat, C
& Chirographum paucis antè diebus datum ſibi
oſtendi petat, oſtenſumq́ue per vim accipiat & lace-
ret, ſemetipſum increpans quòd tam perfidus, tám-
que inſignis proditor fuiſſet Domini ſui Ieſu Chri-
ſti: addens præterea: En adſum, me pro animi veſtri
libidine tractare, contraria iis, quæ prius dixi ſcripſi-
q́ue, dico, ſentio, & affirmo. Quod verò tam ſplen-
didè támque animoſè confeſſus ſit, captus eſt denuò,
& non multò poſt combuſtus. Vtinam tantum ſal-
tem fortitudinis cuilibet veſtrûm obtingeret à patre D
æterno, ut hoc pacto veritas Chriſti in vobis illuſtris
fieret, & qui infirmiores propter vos facti, & ſcanda-
lum paſſi ſunt confirmati iterum in viam Dei redi-
rent, & inſtituto itinere pergerent. Si verò ea ſit vi-
rium veſtrarum imbecillitas, ut monſtratam pœni-
tentiæ formam, & fructum edere nequeat, ad alte-
rum remedii genus veniendum, quod in eo conſi-
ſtit, ut fuga atque diſceſſu abjurationem irritam fa-
Pagz. ciatis. Alioqui illa etiamnum ardet coram Deo ho-
minibúſque. Quo pacto enim à pœnitentia ex- E
tingnetur aut delebitur, dum eodem in ſtatu perma-
netis? Dum contrariæ ſentẽtiæ ſignificatio nulla in
vobis apparet? Dum manendo & tacendo, quod fe-
ciſtis, non obſcurè confirmatis? Diſcedite ſaltem
quæſo, ab iſtiusmodi intolerabili morte: diſceſſus e-
nim veſter martyrii & confeſſionis ſpecies quædam
erit.

Quoties rerum veſtrarum ſtatum animo meo vol-
vo, ſi quis fortè pietatis ſenſus, ſi qua luminis ſcintil-
la qua Spiritus ſancti guttula in vobis reſidua ſit, F
quemadmodum certè reſiduam puto, miror, imo
obſtupeo quod ſic vos contineatis. Quomodo enim
vivere, qua animorum tranquillitate uti, qua fiducia
orare, qnos ſermones inter vos mutuò habere poſ-
ſitis non video. Ecquid poteſt res ulla quantumvis
bona, ſive ea ad ſpiritũ, ſive ad corpus pertineat, ſua-
vis & jucunda vobis eſſe, vóſque recreare? An non
toti quanti eſtis tremore concutimini quando miſ-
ſas aditis, Chriſti præcepta ſúſque déque habendo?
Hominibus autem ſerviendo, & ut teſtes atque con- G
ſentientes filium Dei denuo crucifigendo? Crucia-
tus hic an non nobis mille mortibus amarior eſt?
Hæc una idololatria cum Antichriſto communicatis
rebus in omnibus. Miror quî fiat ut illic nõ concida-
tis, niſi mortui, mortuis tamẽ ſimiles. Adhæc, quãdo
cõmunionis participes ſitis ſemel quotannis, vel eo
ſæpius, quo animo, quo corde, quo cõſilio auguſti ſa-
cramenti hujus ordinem à Chriſto inſtitutum cor-
rumpitis, perturbatis, laceratis? Cùm Dei donum gu-
ſtaveritis, veritatem cognoveritis, manibus vel ipſis H
hypocriſin ſummam, injurias, blaſphemias, diaboli-
cis iſtis ritibus & ſacris contentas palpaveritis, amens
profectò fio quoties cogito vos dolore non dirum-
pi, cum ad ea facienda convenitis. Tam itaque in-
felix & miſera cùm ſit conditio veſtra, quid vos iſtic
remoratur, patriáne? domus? villas conſanguinei?
opes? ſolatia hujus mundi? Hæc igitur omnia pluris
quàm Deum ipſum facitis: hæc Deus veſter ſunt, ſi-
quidem præ his aliud quidvis contemnitis: quo ſanè
pacto cordis veſtri idololatriam patefacitis. Si du- I
rum videtur, patrimonium, hæreditates, poſſeſſiones
relinquere, quid facietis ubi moriendum vobis erit?
Tũ enim velitis nolitis relinquere cogemini. Si im-
piè agere pergitis, quomodo verè unquam dixeritis,
dolore vos affici ſerio propter abjurationem iſtam?
Tollite malum è vobis, tum vos pœnituiſſe crede-
mus, Chriſtus ut de ſuo erga nos incomparabili
amore certos omnino faceret, gloriam ſuam reliquit,
regnum depoſuit, peregrinus & pauper propter nos
factus eſt, infamiam & probroſam mortem non eſt
aſpernatus. O quàm malè ei reſpondemus, qui pro-
pter illum, vel potius propter noſtram ipſorum
ſalutem, tantillum pati recuſamus! Longior iu-
ſtò eſſem, ſi præter exemplum Chriſti, Apoſto-
lorum quoque, & cæterorum ſanctorum omnium,
qui cum illo vivunt regnántque, exempla profer-
re vellem. Illis ergo omiſſis de fratribus veſtris dicã,
qui ne talia committerent, ſolum verterunt, vos ad
imitationem provocantes. Hi è carne facti ſunt ſicut
vos, ejuſdem patriæ, ejuſdem conditionis: ipſi quo-
que in patria commorati, civilibus & familiaribus ju-
cunditatibus perfundi, cum amicis verſari, paterniſ-
que bonis perfrui, quoad carnis deſiderium, maluiſ-
ſent. Verùm tamen Chriſtus gratia ſua magis, quàm
mundus, illos impulit: vicerunt ſeipſos, Chriſtum ſe-
quuti ſunt, ut tranquillam haberent conſcientiam, ut
à Deo non divellerentur, demum ut luculentum E-
vangelio teſtimonium perhiberent. Quamobrem
nõ eſt quod dicatis, fieri hoc non poſſe, cũ nõ modò
ſuperiorum ætatum fidelibus uſitatum fuerit, ſed
nunc quoque à fratribus veſtris plenè conſummatũ.
Hortor itaque vocationi huic aures ut præbeatis, &
ſurditatem non ſimuletis. Cogitate flagella eſſe pa-
rata, vobiſque periculum imminere, ne brevi vel no-
lentes ea ſitis relicturi, quæ veſtra ſponte, fide, virtu-
te, & ſpiritu duce relinquere recuſatis.

Hactenus rogavi vos, nunc autem rogo & rogabo
Chriſtum, ut ſecundùm conſilium ſuum commiſe-
rationis plenum corda veſtra aperiat, voluntatem
accendat, & ſpiritui vires ſuppeditet, ut alterutrum
de duobus propoſitis remediis (quæ ſolidæ pœniten-
tiæ fructus hoc in caſu ſunt) alacriter ſuſcipiatis. Si
utrumque ſpreveritis, quod abſit, tametſi calamitas
alia nulla inde ad vos redeat, infelicitas tamen hæc
vos comitabitur: veritatis lumine privabimini, lon-
gius indies à cœleſti patre recedetis, eo uſque adeo
indurabimur ut mente & intelligentia deſtituamini.
Quod vero aliud eſt æternæ damnationis initium, ſi
hoc non eſt? Averte, quæſo, Domine mi Ieſu Chri-
ſte, horrendum hoc infortunium à chariſſimis fra-
tribus his, à luxatis membris tuis, à miſellis oviculis
deviis. Tu qui eos primum condidiſti, poſtea refor-
maſti, cœleſti cibo, verbo inquam, carnéque tua pa-
viſti, ſpiritu vivificaſti, donis pretioſiſſimis ornaſti,
ſuccurre illis forti & extento brachio tuo, quo He- Ex. 14. 28.
bræos olim ex Ægypto, ſocios tres è fornace accen- Act. 12. 5.
ſa, Petrum è carcere, Paulum è naufragio, Abraha- Act. 28. 44.
mũ è terra & cognatione ſua eduxiſti. Ne cõtempſe- Gen. 12. 1.
ris, rogo, hereditatem tuam, exaudi propter ſanctum
nomen tuum, libera eos à peccato, ſuſcita à perditio-
ne, ad fidelem gregem tuum duc eos, ut ibi fratres
ſuos agnoſcant, & ab illis viciſſim cum pace ſpiritua-
li, charitatis gaudio, & ſincera dilectione accipian-
tur, inſtruantur, & confirmentur, conſcientiæ ſuæ i-
pſorum fidem pacem & quietem inveniãt: quò om-
nes bona ſanctáque ſocietate juncti, illi nobiſcum,
nos cum illis, quando tibi viſum fuerit ad te migre-
mus, bonis ſempiternis fruituri. Amen.

AMICO CVIDAM.

EQuidem, vir ob pietatem juxta ac eruditionem
ſuſpiciende, mihíque in Domino chariſſime, pro-
be cognovi ex tuis literis, te meam ſententiam de
fructu Cœnæ Dominicæ pulchrè aſſecutum; quare
minus erit negotij ſuſcipiendum, ut Epiſtolæ tuæ
humaniſſimè ac eruditiſſimè reſcribam. Status quæ-
ſtionis eſt ut rectè colligis, an juxta incrementa fi-
dei, quæ utrique fidelibus concedi in uſu Euchariſtiæ
conſentimus, magis etiam Chriſto Domino ac Deo
per illũ uniamur ſeu incorporemur, quod ego aie-
bam, tu verò negabas, ut qui exiſtimes quantum-
vis fides noſtra creſcat, conjunctionem quam habe-

Augeri noſtram in Chriſto conjunctionem.

mus cum Chriſto ob id non augeri. At ego meam volens confirmare ſententiam judicavi operæpretium eſſe, ut loca ſcripturarum prodam, quibus noſtrum augmentum in Chriſto quàm apertiſſimè declaratur. Paulus ad Epheſios capite tertio inquit:

Eph 3.19.

Ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. His Apoſtoli dictis aperitur ac docetur, fidelium eſſe quotidie impleri & perfici. Cæterum atteſtatur idem Apoſtolus, Chriſtum eſſe ſolum quo implemur atque perficimur, imo is eſt qui & impletur & perficitur in nobis. Nam in eadem Epiſtola legitur, Ecclesiam eſſe corpus Chriſti & plenitudinem ejus qui impletur per omnia in omnibus, ut dum augetur unum membrum iſtius corporis, Chriſtus in eo dicatur augeri, hoc eſt, in eo efficitur major eique conjunctior. Capite quarto ejuſdem Epiſtolæ ad Epheſios dicitur, datos Eccleſiæ, Apoſtolos, Prophetas, Evangeliſtas, Paſtores atque Doctores, qui profecto non agunt niſi organo verbo Dei & Sacramentis ad inſtaurationem ſanctorum in opus adminiſtrationis, in ædificationem corporis Chriſti, donec perveniamus omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, ut non ſimus amplius pueri. Huc itaque dicentur ita ſpectare miniſteria Eccleſiæ & ſacramenta, ut quiſque inſtauretur in ſua vocatione & miniſterio, atque ut non ſemper imperfectam vivat ætatem, ſed in corpore Chriſti augeatur, fiatque tandem adultus, atque perfectæ ſtaturæ, quo perfecti & virilis capitis, Chriſti inquam, non ſit infantile ac puerile membrum, neque augmentum membrorum aliud ſtatuendum eſt, quàm ut Chriſtus ipſe amplificetur majórque reddatur in quolibet ſuo membro, id autem fit ſi magis indies fideles efficiantur ejus participes.

Eph.1.23.

v.11.12.13.14.

Cap.4.v.15.16.

Mox verò ait idem Apoſtolus, ſed veritatem ſectantes in charitate adoleſcamus in illum per omnia, qui eſt caput, nempe Chriſtus, hic etiam non demonſtrat aliam acceſſionem niſi quæ fiat in ipſum Chriſtum. Et ſubdit: In quo totum corpus ſi coagmentetur & compingatur per omnem commiſſurá ſubminiſtrationis juxta actum, in menſura cujuſque partis incrementum corporis facit, in ædificationem ſui ipſius per charitatem. Auditur etiam hoc loco augmentum corporis quoad unamquamque partem pro ſua menſura, & acceſſionis modus exponitur, nimirum quod unumquodque membrum per compages & commiſſuras quibus capiti jungitur, ab illo etiam habeat ſibi influentem, quod ſane quid aliud eſt quàm indies magis ac magis fieri participes capitis? Habes præterea in eadem Epiſtola capite ſecundo. Iam igitur non eſtis hoſpites & advenę, ſed eſtis concives ſanctorum & domeſtici Dei, ſuperſtructi ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ſummo angulari lapidi ipſo Chriſto Ieſu, ſuper quo omnis ædificatio aptata creſcit in templum ſanctum, in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei per Spiritum. Deſcribit Apoſtolus, ut audis, noſtrum augmentum ſub metaphora ædificationis, quæ non ſolum habeat Chriſtum fundamentum, ſed etiam ſummum angularem lapidem. Quamobrem ut parietes quodammodo à fundamento enaſcuntur & aſſurgunt, atque ad ſummum angulum & extremam pinnam tendunt, ita nobis ab initio Chriſtus inſtar fundamenti adjungitur, & pro angulari ſupremo lapide in vertice fabricæ noſtræ conſtituitur, idcirco veluti ab illo per regenerationem movimur, ita quotidianis acceſſionibus in illum aſſurgimus, illíque indies efficimur propiores. In Epiſtola ad Philippenſes capite tertio Sector ſi etiam apprehendam quatenus apprehenſus ſum à Chriſto Ieſu, Fratres ego meipſum nondum arbitror aſſequutum eſſe, unum autem illud ago ea quidem quæ à tergo ſunt obliviſcens, ad ea verò quę à frõte ſunt enitens, juxta præfixum ſignum, ſequor ad palmam ſupernæ vocationis Dei. Video hic ſua bonitate ac miſericordia Chriſtum ſe cuiq; noſtrum adjunxiſſe & omnibus præfixam diſtribuiſſeque divino conſilio certam mẽſuram participationis Chriſti, ad quam dum vivimus, perpetuò tendimus, relinquentes imperfectiora, ſectantes meliora, deponentes veterem hominem ac novum induentes. Et

v.19 20.21.

ver.12.13.

quàmdiu hic ſumus nullus noſtrum oportet ut ceſſet, quaſi ſe aſſequutum exiſtimet, qui fit ut omnes ſancti ſemper in hoc mundo progrediantur & acceſſiones habeant ad ſupernam vocationem, neque eſt aliud noſtra ſuperna vocatio quàm Chriſtus. Ad illum vocamur, ad illum inquam, qui ut dum in terris erat dicebat ſuis: venite ad me aut ſequimini me, ita nos in præſentia minime alio quam ad ſe vocat, unde illi qui magis ac magis proficiunt, ei non injuria dicuntur magis ac magis conjungi. Ad Coloſſenſes idem habes: Nec obtinens caput, ex quo totum corpus per commiſſuras & compagines ſubminiſtratum & compactum augeſcit augmento Dei. Addas Petrum priori ſua Epiſtola dicentem, capite ſecundo, Quaſi modo geniti infantes lac non corporis, ſed animi concupiſcite, quod dolum neſcit, ut per illud adoleſcatis. Is quoque fidelibus ac modo renatis tribuit in Chriſto ſuas acceſſiones.

Col.1.19.

1.Pet.2.2.

Incrementum ex verbo & ſacraméris percipi.

Cùm jam liquido patuerit, Chriſtum in nobis creſcere & nos in Chriſto, videndum ſupereſt, undenam hoc habeamus, num ex operibus aut ex noſtris viribus? Nequaquam: habemus enim id totum quantum quantum eſt ex mera Dei miſericordia, quanquam bona opera credentibus nunquam abſunt. Dei verò miſericordia nobis propoſita per verbum & ſacramenta, non alio medio, organo vel inſtrumento à nobis apprehenditur, quàm fide, ideo illa dicimur jungi Chriſto, quam tamen auſit nemo prædicare à ſeipſo eſſe, cùm Paulus eam eſſe donum Dei manifeſtiſſimè doceat. Neque eadem conſideranda eſt, ut à nobis proficiſcitur, utque noſtra mente ſeu voluntate elicitur: etenim hac ratione ut omnia noſtra ſunt, perplurimum habet imperfectionis, ſed cogitamus de illa quã à Deo illius authore in nos derivatur, atq; ut in objecto promiſſionum Dei acquieſcit, acſi dixeris Chriſtum ipſum prout magis aut minus dederit ſe fide à nobis apprehendi, eò magis aut minus nobis conjungi. Sed cum hoc in perceptione verbi & Sacramentorum ſuis fidelibus concedat, ei ſanè tum magis unimur & incorporamur, ideóq; vis non aſcribitur fidei quatenus res noſtra eſt, ſed Chriſto ipſi prout nobis per illam ſe magis minúſque apprehendendum exhibet. Deinde, ſic fieri demonſtrabitur alia ratione: Manducare Chriſtum eſt revera credere. Sed manducationem ejuſmodi, ut Chriſtus ipſe indicat, conſequitur ut Chriſtus in nobis maneat & nos in Chriſto, quare infertur ut ſi manducatio, id eſt, fides augeatur, creſcat etiam manſio, id eſt, unio noſtra cum Chriſto, nam hæc natura & vis conjunctorum eſt, ut uno aucto alterum quoque acceſſionem habeat. Quod idẽ concludere poſſum non alia ratione ex Epiſtola ad Epheſios ubi dicitur: Corroboramini per Spiritum ſanctum in interiorem hominem, ut Chriſtus habitet per fidem in cordibus veſtris. Ita inſinuat Chriſtum per fidem in nobis habitare, quare convincitur habitationi ejuſmodi augmentum accedere, ſi fides creſcat, idque conjunctorum lege, quorum ſi unum majus efficias, alterum quoque majus fieri conſequitur. Hæc ego & conſimilia habeo argumenta pro mea ſententia.

Epheſ.2.8.

Eph.3.16.17.

A Chriſto ne, an verò fide, ſit noſtra cum Chriſto conjunctio.

Sed hic tu à me, cùm diverſum ſentias vir doctiſſime, interrogas, num potius Chriſto jungamur, quã ſumus ab illo apprehenſi, idque ut Paulus loquitur, cum adhuc inimici eſſemus, cúmq; ante mundi conſtitutionem nos elegit, an per noſtram fidem, quæ & infirma eſt, & ſua indies habet incrementa? Et perſuaſum habes nos unitos & conjunctos eſſe dudum Chriſto, quã ſumus ab illo comprehenſi, non autem ut illum ipſi per fidem apprehendimus. Ego verò ſic iſti rationi occurrendum judico, ut fieri utrumq; confitear, primum quidem nos à Chriſto per dilectionem apprehendi, quã ab ipſo electi ſumus ante mundi conſtitutionem, & cuiq; noſtrum modus mẽſuraque eſt diſtributa conjunctionis & adhæſionis cum illo, ad quem modum menſurámque nobis deſtinatam, perpetuò fide anhelamus, adnitentes, ut loquebatur Paulus ad Philipp. & antea citavi, apprehendere quatenus apprehenſi ſumus à Chriſto Ieſu. Quare finis erit incrementorum noſtræ fidei, ut eo uſque perveniat, quò eam Chriſtus perventuram ſtatuit, ejúſque acceſſionibus nos Chriſtum magis magiſ-

Phil.3.12.

magiſque apprehendimus. Licet non extra fines li- A
mitéſque apprehenſionis qua ipſe nos cùm inimici eſſemus & ante jacta mundi fundamenta complexus eſt. Tueris deinde tuam opinionem hoc ratiocinio. Fides noſtra eſt parum abſoluta, infirma ac ſæpe nutans, quid igitur ab illius incrementis pendere volumus noſtram cum Chriſto conjunctionem? Cúmque ea πληροφορία quę à quoquo noſtrûm requiritur nunquam haberi poſſit, fruſtra expectabimus ab ejus incrementis & acceſſionibus, ut nobis Chriſtus B
magis magiſque uniatur. Equidem adhæc non inficiabor quam ego ſentio & ipſe objicis noſtræ fidei infirmitatem, ſed ejus hæc infirmitas nihil efficit quo minus haberi debeat fides, organum & inſtrumentum, quo Chriſtum, vitam æternam, remiſſionem peccatorum & alias hujuſmodi promiſſiones apprehendamus, quemadmodum è ſacris literis apertiſſimè liquet. Vnde ſi quantumvis minima fides, modò vera ſit iſta, conſequitur, non video quî fiat, ut cùm ſubinde majores atque majores, quemadmodum i- C
pſe quoque fateris acceſſiones habeat, non debeat etiam exiſtimari indies illa eadem magis ac magis apprehendere.

Fidei imbecillitas non obſtat Chriſti conjunctioni.

Neque eſt, meo judicio, firmum argumentum, Fides non habetur unquam à nobis plena atque perfecta, igitur per ejus incrementa & acceſſiones non magis adhæremus & unimur Chriſto. Mutuemur ſimilitudinem à charitate, ea ſemper imperfecta eſt dū hic vivimus, & illa nemo dubitat nos conjungi proximo, non itaque ſequitur, acceſſionem habet iſtius D
vel illius charitas, igitur magis unitur & jungitur ſuo proximo? Arbitror ſequitur, & nullus qui ſapiat ejus generis argumentum rejiciat. Vtilitatem præterea quam tu demonſtras exercitiorum fidei, ut nimirum infirmitati noſtræ conſultum ſit, ne ſcilicet ab ea excidamus, ſi neglectam & otioſam illam jacere ſinamus, libenter amplector, ita tamen ut huic tuo alterum quoque commodum adjiciam, exercitia videlicet fidei non tantum valere ad eam retinendam, ſed eam robuſtiorem majorémque reddere, ea verò quo E
evaſerit vegetior & auctior, magis inſervit ad Chriſtum apprehendendum: quare illi per eam auctam magis unimur, quam per eam debilem & imminutam. Vocabula verò uniendi vel incorporandi, ſi ut dicis, evitas, mihi dubium non eſt id te bono animo facere, quid enim de te ſiniſtri ſuſpicer, quem videam pietate, doctrina & ſanctimonia tam luculenter à Deo inſtructum. Sed ut arbitror, nō erit abs re, ut exponam cur ego è diverſo ab illis non abhorreā. Etenim præter id quod huic negotio expediendo F
pulchre inſerviunt, & hoc accedit quod à ſacris literis non ſunt aliena. Habemus enim ad Epheſios cap. 3 εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ σύσσωμα καὶ συμμέτοχα, ut gentes eſſent cohæredes & ejuſdem corporis, quaſi diceres, ſi liceret, concorporatæ nimirum inter ſe in Chriſtum & comparticipes promiſſionum Chriſti. Et in ſecundo capite ejuſdem Epiſtolæ, ut duos conderet in ſemetipſum in unum novum hominem, faciens pacem: & ut reconciliaret ambos in uno corpo- G
re Deo per crucem: & quæ ſequūtur. Audimus Apoſtolum dicentem Chriſtum duos nimirum, Gentiles & Iudæos, in unum redegiſſe, & id in ſeipſo, quòd non poſſunt eſſe inter ſe unum, niſi qua Chriſto ſimul copulantur & uniuntur: ſubditque illos conciliari ſimul, ſed in uno corpore, nimirum ipſius Chriſti, nam addit per crucem, è quibus elicio uniendi & incorporandi verba ſacris literis eſſe affinia, idcirco ut peregrina & à ſeculo inventa ea nō reſpuo, quod ſi qui illis abutantur, male faciunt. Sed quid? Num ſi abuti volent hæretici ſacris literis, ab illarum ſenſu H
deſiſtent fideles? non arbitror, quare præſtat abuſum corrigere, quàm legitimum & commodum iſtarum vocum uſum evitare. Attamen hic abundet quilibet, ut per Apoſtolum, ita etiam per me in ſenſu ſuo.

Vniendi & incorporandi vocabula.

Ver. 6.

Ver. 15.

V ſu Sacramētorum unionē augeri.

Rom. 14. 5.

Quod verò poſtremò ſcribis, me dicere uſu ſacramentorum nos magis uniri Chriſto, id me dixiſſe non abnuo: modò non impingatur, ne quod elementis vel operi (ut loquuntur) operato id tribuam, ſed hæc mea eſt ſententia, ut paucis expediam, quemadmodum ſermonibus ſacris dum vel audiuntur vel leguntur, fides noſtra excitatur, incaleſcit & augetur, ita etiam contingit dum Sacramenta percipi- I
mus, quæ verba Dei ſunt, ſed viſibilia, ut fides noſtra reddatur firmior & creſcat, cujus acceſſionis beneficio, quod nimirum à Deo eſt, nos magis magiſque Chriſto reddimur juncti atque incorporati. Tu quidem dicis iſtam unionem ſive incorporationem cum Chriſto nos prius habuiſſe, verùm illam in perceptione Sacramentorum obſignari. Quod ego minimè inficior, nam ſacræ literæ id nos docent: ſed ad hæc illud quoque mihi videtur aſſerendum, quod ad obſignationem conſequitur. Vt enim diplomata, ſi fuerint obſignata, veritatis quam continent magis fidem faciunt, ita Sacramenta adjuncta donis Dei reddunt illa certiora & clariora, unde lumine ac ſplendore qui additur ex obſignatione mens excitatur, ut magis credat: quo autem magis credit, Chriſtum vehementius apprehendit, illique propior & accedit & adhæret. Hæc habui nunc, vir doctiſſime, quæ reſcriberem. Et certiſſimè ſcio te boni conſulturum, quādoquidem non minus humanitate quàm aliis Dei donis te ornatum conſpicio. Vale, & cave putes me iſta ſententiæ diverſitate, quæ non magna eſt, unquam remiſſurum, ut minus te quàm antea & amem & venerer.

THEODORO BEZÆ
Lauſannæ.

AD tuas literas, vir clariſſime, atque in Chriſto frater amabilis, eruditionis atque humanitatis plenas, expectaſti proculdubio, ut longè antea reſponderem, quod ſane feciſſem, at fidis certiſque tabellariis carui. Et ita ſum comparatus, ut non cuivis literas credendas exiſtimem. Nunc tandem reſcribo, & hanc moram, ut boni conſulas oro, cùm non interpoſita ſit, vel quòd parum literis tuis tribuerim, vel quod te reverentia vulgari, aut remiſſa charitate proſequar. Sed ut quæ ſcribo rectà quo deſtinavi proferantur, Dogma prædeſtinationis ut in Eccleſia retineatur purum, & verè ſimplicitérque doceatur, perutile ac neceſſarium eſſe intelligo, quod quia non videmus fieri, ut noſter uterque optat, inde magnum acerbúmque dolorem capio. Zanchius & ego hîc pro viribus à Deo conceſſis officio non defuimus, verùm & docendo & diſputando, quod verum eſt dilucidè atque apertè defendimus. At non omnes per omnia conſentiunt, cauſam non ſcribo, quoniam ut ubique puto eandem, ſic te illam ſcio non ignorare. Quod verò tu, quo rem non minus utilem quàm oppugnatam ita producere in medium ſtatueris, ut etiam tabulis quibuſdam pictis eam ob oculos ponas, patefacias, ac enodatè dilucides, & laudo & vehementer probo. Conſilio verò meo, quod pro tuo candore atque animi quadam moderatione requiris, egere te non exiſtimo, quo etiamſi egeres, illud tamen ex iis deſcriptionibus, quas ad me per Sampſonem Anglum miſiſti, non poſſem dare, in illis enim etſi video methodicam partitionem, & ἀναλογίας rationem diligenter obſervari, non tamen quæ tota ſit doctrina, dum non additur aliqua explicatio, & loca ex divinis literis non aſcribuntur, poſſum perfectè comprehendere, nihilominus ut de leone queo ex unguibus conjicere, totum id prudenter excogitatum, & accuratè abs te comprehenſum non dubito, quare ut quod delineaſti perficias, quodque parturis, ut parias, & in lucem edas non ſolùm tibi ſum author, verumetiam ut id facias moneo & oro. Iam reſtat, ut ad ea reſpondeam, quæ de noſtra communione cum Chriſto interrogas, & quid ea de re Ioannes à Laſco vir clariſſimus iuxtáque literis & pietate ornatiſſimus judicarit, miſſum facio, ſolúmque circa hoc myſterium quæ mea ſit fides paucis aperiam, ſtudeo quippe brevitati, præſertim cum ea ſit eruditio tua, & id acumen, ut paucis quid velim intelligas.

Tabulæ de prædeſtinatione.

Conjunctio ejuſdem naturæ, quā cum Chriſto ab ejus incarnatione communē habemus, nō eſt nihil, ſiquidem ad Heb. cap. 2. cōmemoratur, ubi ſcribitur: Poſteaquam igitur pueri commercium habent cum carne & ſanguine, & ipſe ſimiliter particeps factus

De noſtra cū Chriſto communione.

Heb. 2. 14.

eſt eorundem. Non tamen Chriſtianis eſt propria, ſic enim Iudæi, Turcę & quotquot hominum cenſu comprehẽduntur cum Chriſto conjunguntur. Quãobrem ſimilitudo alia intercedat oportet, qua natura cujuſque Chriſtiani quoad animum corpus & ſanguinem Chriſto adjungatur, ea verò eſt quando beneficiorum Chriſti opera & cultu, quo ad omnia inſtauramur, efficimúrque ſancti, juſti, proprietatibus divinis ornati, & immortalitatis donum ac æternæ gloriæ nobis ex donis Dei vendicamus. Vnde non amplius noſtra infirma & imbecilla carne, nõ anima B amplius vitioſo & corrupto ſanguine, non amplius feculento & morboſo conſtamus, verũ Chriſti carne veſtimur, Chriſti ſanguine rigamur, Chriſti animo vivimus & movemur. Non quod carnem noſtram, ſanguinẽ & animum quo ad naturam abjecerimus, ſed quia illam, quæ originis beneficio eadem erat genere cum ea, quam Chriſtus naſcendo ex virgine aſſumpſit, donis cœleſtibus quæ credendo ſumus aſſequuti, excultam habere hic vivendo incipimus, & magis inſtauratam indies habebimus, ac denique C perfectam cùm ad beatam reſurrectionem pervenerimus. Habes itaque, optime frater, paucis comprehẽſum initium finémque communionis noſtræ cum Chriſto, tũ illi ſimiles quoquo modo eſſe incipimus cùm homines naſcimur, & denique cùm per fidem Chriſti meritis ejus, donis, beneficiis, atque proprietatibus inſtauramur, quod ut à noſtra converſione incipimus conſequi, ſic non prius abſolutum habituri ſumus, quàm ad æternam vitam per beatam reſur- D rectionem excitemur. Cæterùm inter initium finémque hujuſmodi communionis medium eſt neceſſe ut [illegible]emus & credamus, quod arcanum eſt, minúſque multo duobus illis commemoratis extremis percipitur; percipitur tamen, ſi fideli attentione divinas literas conſideremus, illæ ſiquidem nos quotquot credimus, membra Chriſti prædicant, quę unum caput, nimirum Chriſtum commune habeant, ita cuique noſtrum conjunctum, ut inde per compages ac vin- E cturas, ut dicitur ad Coloſſenſes & ad Epheſios, hauriamus ſpiritum, cœleſtem vitam, omnéſque Dei, Chriſtíque proprietates atque virtutes. Proinde inter primam conjunctionem quam naturæ voco, & poſtremam quam ſimilitudinis jure appellaverim, hanc mediam pono, quæ unionis, aut arcani myſterii dici poteſt, eá ſanè Chriſto jungimur, ut capiti, ſumúſque carnes de carnibus ipſius, & oſſa de oſſibus ejus, ſiquidem toti quatenus credimus, in eo vivificamur, augemur, atque ſimul cum aliis membris jun- F gimur, hujuſque intimæ conjunctionis, cùm baptiſmus tum Cœna Domini ſunt certiſſima ſymbola, eáque non inania.

Col.2.19.
Ephe.4.16.

Etenim communicationis hujuſmodi, ſtatim ut in Chriſtum credimus, participes reddimur, & quia in ſacramentis utiliter percipiendis fides adhibenda eſt, idcirca per eam conjunctio illa, dum Sacramentis utimur, & confirmatur & augetur. A naturæ itaque gradu per fidem attollimur, ut Chriſto ceu membra capiti ſuo jungamur: deinde à capite immortali atque cœleſti, quod jam reipſa per fidem poſſide- G mus, varia dona, beneficia cœleſtia, divinæque proprietates in nos derivantur. Hæc habui, chariſſime frater, quæ de conjunctione cum Chriſto referrem. Non tamen mediam illam communionem intelligo, quaſi putem ipſam carnis ſanguiniſque Chriſti ſubſtantiam, cum ſubſtantiis carnis & ſanguinis cujuſque noſtrum reipſa permiſceri, ceu Chriſti corpus, reale, ut ita dixerim, per omnes homines diffundatur, ſed communionem quandam cum illo arcanam & myſticam credo, ex qua verè caput noſtrum H fiat, ut divinæ literæ teſtantur. Quî fit ut Cyrillo non tam facile ſubſcribã, qui ſtatuit ejuſmodi communionem, qua ſubſtantia ipſa carnis & ſanguinis Chriſti primum benedictioni (ſic enim panem ſacrum vocat) conjungatur: deinde per illum cibum, carni quoque ac ſanguini communicandum permiſceatur. Vides igitur quid ego in hac re videam. Credo noſtræ communionis cum Chriſto tres gradus, atque illum medium, arcanum, myſticúmque metaphora membrorum & capitis, viri atque uxoris in I divinis literis exprimi animadverto. Vtque ſubſtantia ipſa capitis, non permiſcetur cum ſubſtantia pe- A dis aut manus, licet cum ipſis arctiſſimis nexibus revincta & colligata ſit. Et ut ſubſtantia corporis viri non coaleſcit in idem uxoris corpus, licet cum eo ſit ſumma neceſſitudine copulata, ita nos cum Chriſti corpore & ſanguine miſtica & intima ſocietate conjungimur, tametſi noſtræ ab utraque parte ſubſtantiæ impermixtæ maneant. Sed pluribus ut jam animadverto, vir doctiſſime, tecum egi, quàm eruditioni tuę conveniebat, quare ignoſcas pro tuo candore ſi verboſior fui. Inter utriuſque noſtrûm ſenten- B tiam vel parum vel nihil eſt diſcriminis. Concordiam Chriſtus in Eccleſiis ſuis, ubi non adhuc eſt, adducat, & ubi eſt fovere ac augere dignetur. Vale, ac me ut facis ama. Diligenter quæſo ſalutes meo nomine Viretum. Zanchius meus collega ſalutem, ut tibi dicerem oravit.

DOMINIS POLONIS EVANGElium profitentibus, & Eccleſiarum miniſtris.

C SVm planè perſuaſus, clariſſimi Viri ac fratres in Chriſto amabiles, tanta Dei gratia ejúſque uberrimo ſpiritu vos abundare, itaque repletos eſſe cœleſti doctrina & ſapientia, ut non ſolum vos ipſos de via Dei erudire ac inſtituere, ſed alios quoque monere ac docere poſſitis, attamen quæ mea eſt cum omnibus Chriſti membris conjunctio quæ propenſiſſima voluntas erga regni Chriſti ſanctam renova- D tionem, quíque ſingularis quidam affectus erga Poloniæ regnum, hæc ad vos ut certum habeatis animi mei teſtimonium, ſcribere ſum auſus. Primum quidem gratias ago Deo Patri per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quòd veſtra Evangelii nova profeſſio, ubique propemodum cum ſumma piorum laude divulgetur. Quid enim aut illis gratius aut jucundius accidere poteſt, quàm ut Evangelium Dei vel in extremis partibus orbis adminiſtretur, ut oblatio gentium, ubi minus videbatur expectandum, E fiat accepta Deo, & ſpiritu ejus opulentiſſimè ſanctificetur? Qui micam porro pietatis habent in animo ſuo, & aliquo ſtudio cultus divini tanguntur, ſanctos veſtros conatus, quos in repurganda Chriſti religione ponitis, nõ ſolum plurimi faciunt, ſed in maxima voluptate ſummiſque delitiis habent. Pergite itaque ut cœpiſtis, quandoquidem jam Deo, angelis & hominib. facti eſtis jucundiſſimum ſpectaculum, vobiſq; omnibus ex partibus ab optimo quoque ap- F plauditur. Ego verò qui duris caſibus Eccleſiæ Anglicanæ mirificè affligor, ſanctorum virorum novas cędes quotidie lamentor, & flammas quibus membra Chriſti ſanctiſſima torrentur aſſiduè ploro, non poſſum ob veſtrum ſuſceptæ pietatis inſtitutum non recreari, nam video apud vos creſcere ac ampliari, quod alibi deciditur, & per ſummam Antichriſti tyrannidem imminuitur. Cęterùm ut noſtra gratiarum actio ſit plenior, vóſque inſtituti veſtri lætos, copioſos, diuturnóſque fructus capiatis, illud in primis curare debetis, ut veritatem Dei, quam ipſe vobis dignatus eſt G patefacere, cum innocentia & vitæ puritate conjungatis, nihil alioqui prodeſt, imò nocet ſummoperè Dei ſenſum habere cognitum, exploratam ejus voluntatem, & divinarum literarum arcana intellexiſſe, cùm factis & vitâ omnia hæc negaverimus. Quid obſecro id aliud eſſet, quàm Dei veritatem in injuſtitia, ut loquitur Paulus, detinere?

Polonia Euãgelium amplexa.

1.Cor.4.9.

Eccleſiæ Anglicanæ afflicta conditio.

Dei cognitio integritate vacua eſt noxia.

Rom.1.18.

Eſt ſanè primus ad pietatẽ gradus, illa rectè noſſe, quibus velit Deus à nobis coli: at in eo laborare, ut ipſa quæ jã Dei gratia novimus, præſtemus, fructus H eſt illius fidei certiſſimus, quo profectò adempto, ad condẽnationẽ eãq; graviſſimã facit quicquid notitię, vel ipſo ſpiritu Dei prælucẽte anteceſſerit. Vidẽdũ itaq; fratres chariſſimi, ne lux noſtra ſit abſq; calore, folia ſine fructibus, & ſimus nubes quæ à ventis circumactæ careant aquis. Etenim quæ ſunt evanida, quia ſoliditatis robur & firmamentum non habent, cõtra Satanæ aſtutias, & adverſariorum poteſtatũ impetus, nequeunt conſiſtere. Agat itaque fides in cordibus veſtris altiſſimas radices, quò magis fructifera I ſit, & non pœnitenda ſtabilitate confirmetur. Cum verò dico fidem, non eam intelligo, quam homines argutia ſua, cogitationum figmento & humanæ prudentiæ

dentiæ judicio fabricarunt: ſed illam dico, quæ ut Paulus docet, eſt ex auditu, auditu autem non quovis, ſed unius verbi Dei, ut jam illud gratia Dei comprehenſum in divinis literis habemus, quod idcirco adjeci, quia paſſim obvii ſunt, quos ipſum diluere atque adulterare non pudet. Aiunt enim ſe verum Deum prædicare atque colere, nam illum inquiunt, docemus & adoramus, qui æternus eſt, qui creavit cœlum & terram, qui Pater eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti, at poſtea cùm ulterius pergunt, vel Arrianũ, vel Servetanum, vel phanaticum dogma illi affigũt, Chriſtum quoque Dei verum filium, redẽptoremque noſtrum jactant ſe venerari & amplecti, ſed mox aut duas ejus naturas confundunt, aut juxta humanam creaturam eſſe negant, corpus illius ubiq; diffundi, ac eſſe, non minus audacter, quàm imperitè dicunt, per omnes Eucharisticos panes multiplicari atque contineri ſtatuunt, & in illis concludi, aut ſubſtantiam carnis ejus non ex materia beatæ virginis Mariæ deſumptam, ſed vel de cœlo allatam, vel è ſubſtantia Sancti Spiritus conceptam & formatam inſanè confingunt.

Rom.10.17. Dei cognitio ex Scripturis petenda.

Arrianorum errores.

Vbiquitarii.

Anabaptiſtæ.

Quis iſtos, niſi deſipiat ac deliret, verum Deum, verúmque Chriſtum, ut in ſacris literis deſcribitur, conceſſerit fateri atque ſuſcipere? Proinde ab iis neque verus Deus, neq; verus Chriſtus colitur & adoratur. Sed ille Deus & ille Chriſtus, quem ipſi cogitatione ſua ſibi fabricarunt. Nec ſecus ipſis evenire arbitror ac Palæſtinis, qui pro vero Deo colebant Dagonem, cujus nomen à piſce deductum eſt, ſi Hebraicũ etymon ſpectes. *Dag* enim Hebraicè piſcẽ ſignificat. Simulacrũ quippe ſic finxerunt, ut à capite uſque ad fœmur humana forma extaret, pedes vero ejus piſcis cauda eſſent, ut Neptunus, Phorcys, & Syrenæ à nonnullis deſcribuntur. Nihil porrò hæc aliud ſunt quàm monſtra. Hominum vero ſic aucta eſt impietas & inſania, ut non una tantum ratione Dei veritatem in mendacium commutarint. Etenim pro Deo vero & bruta venerati ſunt, & brutis ipſis abjectiora, quin eò ſunt progreſſi, ut monſtra ſibi finxerint, quæ in rerum natura non extant, ut illa Deorum loco haberẽt, & ſimulachra hujuſmodi plerunq; ſic inſtituerunt, ut à figura hominis auſpicarẽtur, deinde vel in brutũ aliquod, vel in piſcẽ turpiter deſinerent. Ita hæretici & omnes qui à ſincera pietate deviant, ſuũ nomen quod fabricant, à Deo creatore cœli & terræ plerunque auſpicantur, & Chriſtũ à Filio Dei & noſtro Redemptore, verum poſtea in portẽta & prodigia ſuarum deformium cogitationũ deſinunt, neque verum Deum, verúmq; Chriſtũ, ſed ſua ipſorũ ſpectra, ſimulacra & phantaſmata colunt. Hæc ego non idcirco fratres charisſimi ſcribo, quod vos iis malis nunc laborare ſuſpicer, ſed ut quàm apertiſſimè oſtendã, Patrem noſtrum Deum immortalem, Chriſtúmque Dei Filium & veriſſimũ Deum atque hominem ea fide apprehendendum atque ſuſcipiendum, quæ fuerit ex ipſis fontibus divinarum literarum, non ex lacunis humanorum ſomniorum hauſta, quæq; de Chriſto Deóq; jam diximus, eadem intelligere oportet de noſtrûm gratuita electione, de juſtificatione, de Sacramentis, de bonis operibus, de Eccleſia, & de omnibus aliis quæ ad ſalutẽ humanam ſpectant, quibus ita fides noſtra aptanda eſt, ut illa in Canonicis literis definita & cõſtituta legimus.

Hæretici Philiſtæis ſimiles.

Dagon. 1.Sam.5.8.

Nullius creaturæ dignitas aut fulgor oculos nobis perſtringat, non Reges, non Patres, non Epiſcopi, non Romani antiſtites, non Concilia, non denique viri docti noſtræ ætatis, qui ſanè permulti ſunt & cũ veteribus optimo jure conferri queunt. Vnius ſanctæ Scripturæ ſit hæc prærogativa, ut noſtræ fidei dominetur, illaceu regula certiſſima, quid ſit nobis credẽdum præſcribat, nulli præterea creaturæ, niſi quãtum cum ea facit, credatur. Vóſque Reverẽdi paſtores, qui jam Eccleſiis Dei præfecti eſtis, rogo & obſecro per Chriſtum, ne inſtaurando ejus templo moras nectatis, quis non videt cùm res differtur, optabiles & opportunas occaſiones labi? Hoc agit diabolus, ne quod agendum eſt, citò fiat, modo fingit expectãdum Concilium, nunc fabulatur Comitiorum authoritatẽ interponendã, Principum virorum cõſenſum impetrandum. Quare ſi ejus remoras moremini, perſuadere vobis, nihil unquam efficiendum. An Apoſtoli, quiq; ſucceſſerunt eis viri ſanctiſſimi, hæc expectarunt? Quando hæreſis Arriana orbem terrarum cœpit vaſtare, nónne illicò Paſtores Eccleſiarum cœperunt in eã detonare? Nõ diſtulerunt profectò quoad Nicenum Concilium haberetur. Neque per Germaniam expectatus eſt Epiſcoporum, Principum aut Comitiorum aſſenſus. Hiſce viis viri Dei quicquam nec effeciſſent neq; obtinuiſſent unquam. Media iſta non repudianda cenſeo, cùm offeruntur, & interea ſi quærãtur, non reprehendo, modò eorum cauſa, tempus nõ teratur, & occaſiones à Deo conceſſæ non corrumpãtur. Itaq; ſatagite fratres, domum Dei ab Antichriſtis contaminatam, & propè funditus everſam inſtaurate, atq; ædificando id quæſo diligenter curate, ut pravas falſáſq; opiniones radicitùs exſtirpetis, quod ideo moneo, quod nõnullos interdum viderim, qui mala folia, flores, fructúſq; ſuperſtitionum ſolùm abraſerint, radicibus tamen pepercerunt, quæ poſtea maximo cum damno vineæ Domini repullularunt, averruncentur ſub ipſis initiis mala ſemina & putres radices, nam ſi è principio negligantur (ſcio quid loquor) poſtea multo difficilius tolluntur, idque providendum eſt ut in Sacramentis, & præcipue in Euchariſtia, quã ſinceriſſimè fiat. Ibi ſunt, mihi credite, idololatriæ peſtifera ſemina, quæ porrò niſi ſublata fuerint, nunquam Eccleſia Chriſti puro ſinceróque cultu erit ornata.

Non mundi ſplendor, ſed Scriptura eſt fidei regula.

Sine mora promovendũ Evangelium.

Superſtitiones & errores radicitus exſtirpandi.

Non contemnantur Sacramenta ut inania & vana ſigna, rurſũmq; non illis plus tribuant homines, quã illorum inſtitutio ferat. Qui ſacramenta non diſtinguit à rebus præter id quod fallitur, elementis mundi non abſque ſua pernicie turpiter hæret, atque divinis inſtitutis carnaliter abutitur. Tota ſacramentalium elementorum dignitas ex eo metiẽda eſt, quod illa Spiritus ſanctus ut inſtrumenta, quibus noſtram ſalutem promoveat ſibi delegerit, ideóque hac ratione à ſignis humano cogitatu inventis plurimum differunt. At differunt etiam à rebus, cùm ſint ut natura & definitio eorum exigit, illarum ſigna, non enim propriè panis eſt corpus Chriſti, niſi ſuo quodammodo, nempe quia eſt corporis Chriſti Sacramentũ. At corpus Chriſti & ſanguinem Chriſti, fideles præſertim, inficiabimur percipere? Minimè. Sed quónã ore iſta percipiunt? corporis? Nequaquam. Vt enim Sacramentum ſigno & re ſignificata conſtat: ita qui Sacramentum percipit, ore corporis ac ore animi eſt præditus, utque credentes ore corporis panem & vinum & edunt ac bibunt, ita eorum animus beneficio Spiritus ſancti, verbis Dei, & ſymbolis externis adjutus, in cœlo ſubvehitur, ad Chriſtum uſque pertingit ore fidei, carnem ejus & ſanguinem, ut pro noſtra redemptione in cruce tradita ſunt, apprehendit & percipit, iis ut ſalutifero & vivifico cibo paſcitur, Chriſtúmque totum cum omnibus ejus fructibus, meritis & donis, verè habet, & poſſidet, neque utilitas cibi hujus in animo duntaxat concluditur, ſed ad corpus etiam ex ipſo ſpiritu redundat, illúdque capax beatæ immortalitatis reddit, & idoneum inſtrumentum Spiritus ſancti ad rectè piéque operandum efficit. Hæc eſt Sacramentorum Dei proprietas, ut per illa Deus exhibeat res, quas pollicetur: ſed ratione, ac modo, qui rebus promiſſis congruat. Non autem corpori Chriſti convenit, ut ſit eodem tempore in cœlis atque in terra, imò in infinitis locis, minúſque ut in pane illo Sacramentali claudatur, ut dentibus frangatur & manducetur, ut ab impiis qui prorſus fide careant, percipiatur.

Sacramentis neque plus neque minus quam par eſt tribuendum.

Chriſtum totum in cœna percipimus, ſed fide.

Neq; mihi nunc animus eſt omnia commemorare quæ huc faciunt, ſapientes eſtis: præſentia illa corporali, carnali, vel (ut dicere audent) naturali, videte obſecro ne fallamini. Neq; in dogmate aliquo rectè confirmando contenti eſſe debemus nudis ſimplicibúſque quatuor verbis ex divinis literis allatis, verũ & alia permulta loca diligenter expendere oportet, quę ut ſpectant, nec minus atque illa quatuor è Scripturis ſanctis depromuntur. Cæterùm non eſt modò locus, ceu dixi, hujus rei fuſius tractandæ ac explicandę. Hoc unum oro, ut omnia quàm diligentiſſimè probetis: nam ita fore confido: ut quod bonum fuerit teneatis. Interea tamen hoc repetere non omittam, id me certo certius habere, nunquam Chriſti Eccleſiam quietũ ac tranquillum in doctrina cõſen-

Variorum locorum collatio neceſſaria.

Pax Eccleſiæ à pura cœnę Dominicæ cõmunione pendet.

ſum, aut pacem ſolidam inter fratres habiturā & ſynceram à ſuperſtitionibus puritatem, niſi ad hunc vel conſimilem modum Euchariſtiæ ſacramenrum creditum fuerit. Quæ aurem ſint hujus meæ divinationis certæ rationes, in præſētia explicare ſuperſedebo.

Ritus in Sacramētis quo ſimpliciores eo meliores. Diſciplina Eccleſiæ neceſſaria.

In ritu verò adminiſtrandorū Sacramentorum, is amplectendus eſt, qui fuerit quā ſimpliciſſimus, atque à Papiſticis nugis atque ceremoniis maximè remotus, & ad puritatem, qua Chriſtus eum Apoſtolis vſus eſt, plurimum acceſſerit. Non ſuut Chriſtianorum animi ritib. & ceremoniis externis multum occupandi, ſed paſcendi verbo, Sacramentis imbuendi, ad preces inflammandi, & bona opera & vitæ optimis exemplis confirmandi. Conſulo prÿterea ut diſciplinam quāto ocius fieri poterit, in veſtras Eccleſias omnino invehatis: nā ſi ab initio nō recipatur, cùm homines Evāgelij cupiditate fervent, nō facilè, cùm poſtea (ut fit) aliquod frigus obrepſerit, admittetur. Vt verò abſq; illa fruſtra laboretur, Eccleſiÿ quàm plurimæ vobis eſſe poſſunt exēplo, quæ à ſuæ inſtaurationis fundamentis, cùm hoc tam ſalutare jugū ſubire noluerint: nunquam deinde quo ad mores & vitam, juſta ulla regula potuerunt in ordinem redigi, quī fit (quod magno cū dolore dico) ut omnia propemodū parum firma ſint, & undiq; ruinā minentur. Eſt igitur grave damnū & certa Eccleſiarum pernicies, ſi nervus diſciplinæ illis defuerit. Neq; vere ſolidéq; habere ac profiteri Evāgelium illæ dicēdæ ſunt, quæ diſciplina vel carēt, vel illam contēnunt, nullóve ſtudio eius tenentur. Certè in Euangelij & Apoſtolicis Epiſtolis cùm tāta diligētia tradatur, illā oportet fateri nò minimā Chriſtianæ religionis partem. Quî fit, ut Evāgelium ab iis videatur negligi, qui tam præclaram ejus portionem à ſeipſis ablegarunt.

Quo prætextu diſciplina Eccleſiaſtica rejiciatur.

Quo autem commento ſeu prætextu reijciatur hodie in pleriſque locis, operæ pretium eſt audire. Periculum ajunt imminere, ne diſciplinæ colore, miniſtri Eccleſiæ tyrannidem occupent, corrigant, arguant & excommunicent, non juſtis de cauſis, ſed pro libidine. Adhæc magiſtratus noſtros, inquiunt, Dei gratia hodie Chriſtianos eſſe, ideoque cùm illi graviora crimina puniant, diſciplinam hanc Eccleſiaſticam videri ſupervacaneam. Nec attendunt ij ſuaves homines, nil à miniſtrorum tyrannide poſſe timeri, ubi Evangelij regula de correctione fraterna ſervatur, non enim unius authoritati atque libidini hoc munus eſt concedendum, ſed in excludendis à fratrum ſocietate iis, qui corrigi nolunt, Eccleſiæ conſenſus eſt adhibendus, cujus authoritate ſi agatur, nemo de unius aut paucorum tyrannide jure poterit conqueri: neque minus frivolum eſt, quod affertur de Chriſtiano magiſtratu, ſiquidem bona ex parte Principes noſtri orbis, Antichriſti Romanenſis legibus obtemperant, & idcirco inſtauratis & reformatis Eccleſiis infenſi ſunt, tantùm abeſt ut quicquam illis vellent commodare. Adhæc, ſicubi à Papa defecerunt & in ſuo principatu Eccleſias Evangelicas habent, non utique aliis legibus quam Cæſareis aut civilibus judicant, quare vitia multa prætereunt & impunita relinquunt, quæ tamen ut divinis literis acriter taxantur, ita Eccleſiæ Chriſti non vulgariter nocent. Exemplo ſint ſcortationes, ebrietates, luxus, & hujuſmodi vulgares peſtes, quæ à civili judicio diſſimulantur & à corrupta plebe ridentur. Deinde magiſtratus politicus permulta crimina vel carcere temporario, vel pecuniaria mulcta caſtigat, quæ cùm quis luerit vel in corpore vel in ære, liber dimittitur, neque ulterius providetur ſaluti animi ejus qui peccaverit, verùm Eccleſia ita corripit & interdum excommunicat, ut ſpiritus ſalvus fiat in die Domini. Neque hoc pacto caſtigatus vel ad tempus donec reſipuerit pudefactus, ut hoſtis habetur, verùm de ſalute ſua ut frater utiliter admonetur.

Diſciplinÿ regula ex ſcripturis petenda.

Ad hanc verò, de qua modò loquimur, diſciplinam inducendam & retinendam, conducit plurimum aſſidua ſcripturarum tractatio in Eccleſia. Ibi enim perpetuò loca ſe offerunt, ad quorum præſcriptum vita Chriſtianorum exigenda eſt. A patribus quidem & à Conciliorum canonibus multa interdum, quod fatendum eſt, ſatis utilia præcipiuntur, ſed quæ fuerint ex ipſo ſacrorum librorum armamentario deprompta, longè potentiora ſunt & ad permovendos animos efficaciora. Id autem quò fiat, & diutius queat ſalubriter fieri, Scholas Theologicas inſtituere oportebit, quæ vivaria quædam & ſeminaria ſint veſtrarum Eccleſiarum, cujus miniſtrorum ſeges, niſi curetur ut ſit reſtibilis, una vel altera ætate facilè abſumetur.

Schola Theologicæ.

Exerceantur itaque in Schola Eccleſiaſtica Eccleſiæ filij, quibus & valetudo non infirma, & ingenium ad ſtudia non ineptum à Deo conceſſum fuerit, linguas addiſcant, quò novum & Vetus Teſtamentum propius & familiarius valeant intelligere. Vt verò ſobrietate religioſa, & prudenti dexteritate in Chriſtianis gymnaſiis divinas literas tractare oporteat: pluribus ac fuſius dicerem, niſi peſſimis exemplis Papiſticarum Scholarum eſſemus magno noſtro malo iam admoniti.

Quæ ſint in ſcholis legenda.

Quæ ad ædificationem pertinent, ibi ſubinde inculcentur, & legendo ac relegendo ſacros Bibliorum codices, notare ſumma diligentia non graventur noſtri θεοδίδακτοι loca omnia, quæ huc ſpectant, eaq; innumerato habeant, certis inquam claſſibus & ordinibus diſtincta, quæ ſic memoria frequētet, imò propemodum aſſiduè repetantur, ut denique cùm opus fuerit, ſpontè ſeſe offerant.

Quæſtiones inutiles reijciendÿ.

Quæſtiones verò ſupervacaneas, quæ ſemper conjunctas habent rixas, & ut Paulus ad Titum dixit, inutiles & vanæ ſunt, omnino in ſchola Chriſtiana devitandas cenſeo. Nam quicquid temporis illis impertimur, id totum cognitioni verborum Dei, quæ circa controuerſiam utiliſſima eſt, deciditur.

Cumque vita hÿc ærumnoſa brevis admodum ſit, & ſubinde multiplicibus ac variis accidatur occupationibus, non eſt meo iudicio ſani conſilij, verùm dementis ab indagatione rerum neceſſariarum ad quærenda ſuperflua, & interdum pernicioſa, deflectere.

Paſtorum Eccleſiaſticorum munus.

Sed vt doctores huius methodi ac ſtudiorum meritò Scholis præfici debent, ita paſtores ex his poſtea deligendi ſunt, & ad ſacra miniſteria promouendi, qui fuerint in hujuſmodi gymnaſiis ſacris exercitatis, & pietatis ac eruditionis progreſſus magnos fecerint. Quorum ubi vocati ad tantum munus fuerint comprimis intererit, eſſe totos in iis quæ partis eorum ſunt, de quibus nil carni, ſanguini, parentibus, cognatis, amicis, principibus aut regibus concedant oportet. Et quia non ſolùm condonationem peccatorum, verùm etiam pœnitentiam populis prædicare jubentur, ideo vitia ut merentur perſtringenda ſunt, non eleuanda, non minuenda, ut ſit ab eis qui non Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſed ventri ſuo ſerviunt. *Rom. 16. 18.* Hoc autem non præſtabunt qui generoſo erectoq; animo non fuerint. Quod ſi, quia ſunt homines, percelli ſe metu, vel aliquo turbari affectu ſenſerint, verborum Dei ad Hieremiam non obliviſcantur: Ecce dedi verba mea in os tuum, ecce *Hier. 1. 10.* conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, vt evellas & deſtruas, diſſipes & plantes. Magna ſanè ac grandia ſunt hæc opera, ſed à paſtoribus Eccleſiæ non queunt præſtari armis, gladio, vel ulla externa potentia: Non item efficiunt humanorum ſermonum terriculamentis aut truculentis minis, quæ audacia impotenti ſint confictæ. Videas quippe non paucos rabulas è ſuggeſto inaniter detonare, ſed illorum tonitrua, ſtupea vel ſtraminea ſequuntur fulmina, imò potius bullæ, quæ nullum ictum cordibus auditorum infigunt. Proinde tantummodo verbo Dei euellitur, deſtruitur, diſſipatur & plantatur in Eccleſiæ veræ agris & caſtris. Vnde Paulus, de diuinis literis ad Timotheum ſcripſit: *2. Tim. 3. 16.* Omnis ſcriptura divinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, arguendum, corrigendum, inſtituendum in iuſtitia, ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum apparatus. Quicquid porrò miniſter verbi eſt evulſurus, aut deſtructurus, diſſipaturus, aut plantaturus, vel ad dogmata quÿ credendà ſunt, vel ad mores & actiones pertinet. Deinde iſta duo aut inſtituimus cum bona ſunt, aut ſi prava fuerint explodimus.

Itaque rectè Paulus, quo ad ſincera dogmata quæ firmanda ſunt, divinas literas utiles ait eſſe ad docendum, quò verò ad corrupta, quæ ſunt amovenda, verbum Dei ait utile ad redarguendum. Cùm verò de moribus agitur & diſciplina, ſubiicit ſermones Dei conducere ad inſtituendum, ſin autem pra-

vas

vas actiones emendare oportuerit, verbum Dei prædicat aptum eſſe ad corrigendum. Videmus itaque ut paucis & eleganter Apoſtolus argumenta univerſa complexus ſit ſacrarum concionum. Et poſtremò quo nihil deſideretur, omnium iſtorum finem ſcopúmque demonſtravit, nempe ut homo Dei ſit in credendo ad juſtitiam perfectus, & quo ad actiones & morum exercitationem, ad omne opus bonum apparatus. Ideoque ut commemoravi, providendum eſt, ut ea in veſtris Eccleſiis Theologicæ Scholæ ratio habeatur, qua poſſit miniſtros idoneos pro temporum opportunitate ſuppeditare, nam illi verba Dei promptius & alacrius tractare ſolent, qui ea ſtatim à prima ætate imbiberint. Quare Paulus non immeritò ſuum Timotheum commendabat, quòd à puero ſacras literas didiciſſet, quæ illum valerent inſtituere ad ſalutem per fidem in Chriſtum Ieſum. Det Deus pro ſua benignitate ut paſtores Eccleſiarum, quas habetis per diverſa loca, inter ſeſe pacem colant, idem in Domino ſentiant & idem loquantur. Et ad hanc quam vobis cupio mutuam concordiam retinendam, ſpero non parvum adjumentum allaturam pietatem, induſtriam, doctrinam, ſanúmq; judicium reverendi Domini Franciſci Liſmanini, qui (ut video) veſtrûm cauſa nullos labores non ſuſcipit, & confido ſanè fore, ut neque illum ſuæ operæ, neque vos benevolentiæ veſtræ in eum unquam pœniteat. Hoc tamen admonere non prætermittam, quo ad Eccleſiarum curam & adminiſtrationem quia hominum ingenia (ut probè noſtis) varia ſunt, & incerta, unde judicia noſtra de illis perſæpe falluntur, moneo, inquam, ut jam ab initio uni alicui non nimiam tribuatis authoritatem. Eccleſiis maneat ſalva & ſarta tecta ſua libertas. Prudentibus loquor, noſtis per vos ipſos, ut gregi Chriſti diabolus inſidietur & res ipſa docet, ut ſint faciles egregii quoque viri, quæ humana eſt infirmitas, ad tyrannidem affectandam & invadendam. Cæterùm de iis omnibus videor jam mihi longè prolixius atque verboſius egiſſe, quam prudentia & ſapientia, qua vos minimè dubito à Chriſto eſſe opulenter donatos, requirebat. Ideo rogo ut quæ optimo animo ſcripſi, vos dignemini boni conſulere: Nunc reſtat ut de quæſtionibus nonnullis à Domino Lyſmanino, veſtro nomine propoſitis, meum judicium patefaciam.

Ibid. v. 14.

Franciſcus Lyſmaninus.

Chriſtum quo ad naturã divinam paſſum non eſſe.

1. Chriſtum quoad naturam divinam paſſum eſſe pernego. Conceſſerim verò, Deum natum, paſſum & mortuum, & crucifixum, quia Chriſtus ut una perſona eſt indiviſibilis, ita duas naturas in ſe ipſo conjunctas habet, non quidem confuſas aut permixtas, ideóque is Chriſtus, qui verè Deus eſt & homo, creditur paſſus, crucifixus & mortuus, At ſi quæratur, utrius naturæ merito & ratione? reſpondebitur humanæ, idcirco Paulus cum Dominum gloriæ crucifixum dicit, toti Chriſto id attribuit, quod ob alterius partis conditionem illi convenit. Quemadmodum homo vocatur claudus, cùm tamen ob crus aut pedem claudicationis vitio ſit affectus: Ita etiam Chriſtus dictus eſt natus & factus, quod quia juxta naturam humanam intelligendum eſt, ideo in ſcripturis additur, ſecundum carnem. Quomodo abſque ſui mutatione Dei natura pateretur, & moreretur? Deũ verò non mutari quàm apertiſſimè teſtatur ſcriptura. Quod ſi Deus natura ſua pati valuiſſet, ſuſceptione hominis non opus erat. Deus, inquit Paulus ad Romanos, miſit filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne. At ſi juxta divinitatem Chriſtus eſſet paſſus, peccatum in natura divina, non in carne diceretur damnatum, Deúſque Chriſtum propitiatorem per ſanguinem ſuum poſuit, & denique divinæ literæ cùm paſſionis Dominis & redemptionis noſtræ per illam meminerunt, corporis, carnis & ſanguinis perpetuò mentionem faciunt, nuſquam vero divinæ naturæ quæ pro nobis paſſa fuerit.

1. Cor. 2. 8.

Rom. 1. 3.

Rom. 8. 3.

Chriſtum Mediatorem eſſe quo ad utrãque naturam.

2. Mediatorem quoque noſtrûm fatemur eſſe Dominum, quà conſtat utraque natura, cùm divina tum humana. Si enim quà homo eſſet mediator, non video rationem, cur homini puro id attribui nõ poſſet, at id omnino eſſet nephas, purum nudúmq; hominem ſtatuere noſtrum mediatorem: neque moveri debemus, quòd Apoſtolus dixerit; Mediator Dei & hominum homo Chriſtus, quia cùm Chriſti nomen addit, naturam divinam ſignavit, cùm in Chriſto utraque natura contineatur. Adhæc, ſi quà homo eſt eſſet mediator, neceſſe non fuit, ut naturæ humanæ divina conjungeretur. Cúrve Moſes, aut quiſpiam alius vir ſanctiſſimus, non potuit inter Deum & homines eſſe verus mediator? Nulla porrò alia cauſa redditur, aut reddi poteſt, niſi quia mediatorem verum congruebat in ſeipſo duas litigantium partes habere conjunctas. Ita Patres loquuntur, & præſertim Chryſoſtomus in illa verba Pauli ad Timotheum: Vnus mediator Dei & hominum; Dominum propter utranque naturam mediatorem eſſe definit.

1. Tim. 2. 5.

3. Chriſtum credo natura filium Dei, & natura filium hominis. Vt autem ſit natura filius Dei, ex divinitate habet: ex humanitate verò, quòd ſit filius hominis. Neque hoc eſt dividere Chriſtum, illum enim veriſſime unum amplectimur, at cùm varia illi tribuimus, rationem cauſámque conſideramus, ex qua ſeu propter quam, illa ei congruant. Vnde cùm dicitur & creditur filius Dei ſecundum naturam, cogitamus nobiſcum, undénam hoc illi proveniat, ex natura hominis, an ex natura Dei? Videmúſque id ex natura hominis minimè derivari, cùm illa ex Dei ſubſtantia nullam materiam vel eſſentiam, ut ita dixerim, traxerit, at Verbum ipſum Dei quantũ quantum eſt, ex Deo patre naturam & ſubſtantiam genitam habet. Quà itaque Chriſtus Deus eſt, naturalis Dei filiũs creditur & dicitur: quà verò eſt homo, filius hominis appellari debet. Vtique ſi volumus cavere abſurda, illud cumprimis cavendum eſt, nè duas Chriſti naturas miſceamus, & confundamus, quod ſi non commiſerimus, difficile haud nobis erit, principia eius proprietatum intelligere.

Chriſtus filius Dei & filius hominis.

4. Iuſtitiam eſſentialem, quam Oſiander confinxit, ut peregrinam & à ſcripturis alienam rejicimus. Non enim juſtificationis aliam rationem ab ea intelligimus, quam Paulus ad Romanos & ad Galatas nos docuit, cùm de illa ex profeſſo ageret in 4. cap. præſertim ad Romanos, per fidem imputari nobis juſtitiam, & Abrahami exemplo, & Davidis apertiſſimo teſtimonio, adeò clarè probatur, ut eum valdè luſcioſum eſſe oporteat, qui velit ibi cæcutire. Præterea ſi juſti ex fide ſua vivunt, ut Habacuk eſt atteſtatus, & vita noſtra eſt noſtra juſtitia, jam non eſſentialem habemus juſtitiam, ſed imputatam per fidem, ut Apoſtolicæ literæ tradiderunt. Neque aliter illud Iſaiæ accipiendum eſt, notitia ſua juſtificabit multos. Deinde, ſi juſtitia eſſentiali præditi eſſemus, nihil nobis de vera juſtitia deeſſet, neque deprecaremur judicii divini tribunal, quod tamen Davidem vehementer feciſſe novimus cùm oraret: Ne intres in judicium cum ſervo tuo, quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. Neque in Sole tam claræ veritatis hoc noſtro tempore lucerna opus eſſet, ſi, ut monuit Paulus, evitaremus τὰς βεβήλους κενοφωνίας, καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. Potuiſſent non diffiteor multò fuſius explicari hæc omnia, pluribúſque divinarum literarum & Patrum teſtimoniis confirmari. Verùm quia novi me ad imperitos non ſcribere, ideo ſatis habui, quid ſentiam indicare. Atque de Serveto Hiſpano, quid aliud dicam non habeo, niſi eum fuiſſe genuinum Diaboli filiũ, cujus peſtifera & deteſtanda doctrina, undique profliganda eſt, neque magiſtratus qui de illo ſuppliciũ extremum ſumpſit accuſandus eſt, cùm emendationis nulla indicia poſſent in eo deprehendi, illiúſque blaſphemiæ omnino intolerabiles eſſent. Cæterum Epiſtolæ jam finẽ imponam, quæ ſi ut prolixa eſt, ita meæ in vos propenſiſſimæ charitatis non infirmum aut ambiguum teſtimonium fuerit, bene ſanè mecũ actum exiſtimabo. Chriſto felices vivite, & me in eo diligite, quandoquidem ego vos in eodem ſinceriſſimè diligo. Argentinæ 14. Februarii 1556.

Rom. 4. 2.

Eſſentialis juſtitia ex Oſiãdri figmento.

Hab. 2. 4.

Iſ. 53. 11.

Pſal. 143. 2.

1. Tim. 6. 20.

Serveti ſupplicium juſtũ

IOANNI CALVINO.

SVm vir clariſſ. idémque mihi Chriſti ſenſu & mente conjunctiſſime, tuo libello, quem ad me

Calvini reſponſio ad Veſtphalum.

miſiſti, plurimum delectatus. Illum una nocte non perlegi, ſed voravi potius. Nam tabellarius, cùm illum mihi reddidiſſet, craſtino die abire voluit. De illo ſic judico: Qui eum attentè legerit, duo, & illa quidem non vulgaria, eadem opera conſequetur. Primùm: Euchariſticam controverſiam notiſſimam & perſpectiſſimam habebit, quam Deus (ut bonus eſt) voluit noſtra ætate Chriſti Eccleſiis rurſus manifeſtare. Nam ſic erat obſcurata, & adeò tenebris involuta, ut veritatis ejus vix tenue aliquod veſtigium extaret: quod ſanè à paucis admodum agnoſcebatur. Illuſtrationem verò ipſius tantum bonum eſſe arbitror, ut citra illud in Eccleſiâ ſua Deus coli ſinceriter nequeat. Sunt qui pro cõmmuni pace cauſam hanc ſepultam & oppreſſam jacere cupiunt. Ego verò niſi fons iſte multorum malorum aboleatur, magnam Chriſtianæ doctrinæ partem deeſſe in Eccleſia Chriſti exiſtimabo. Quapropter hebdomada elapſa cum apud nos eſſet N. ad Eccleſias Polonicas epiſtolam ſatis prolixam dedi, qua de vera ſcripturarum divinarum ſententia in hac ſacramentaria cauſa ſincerè ac dilucidè ſumma diligentia monui. Precor Deum, ut literas meas inutiles eſſe non patiatur.

Styli acerbitas.

Alterum verò accommodum libri tui eſt: VVeſtphalum & ſimiles ejus, qui ſermonibus humanis & lenibus cicurari nequeunt, hoc excantationis genere ad ſua latibula, e quibus emerſerant, rurſus eſſe compellendos, ut ſerpentum inſtar ſuo veneno ſeipſos tantùm alant & oblectent: ſed illud infundere aliis, & eos necare amplius non audeant. Conquerentur acrem & vehementem in ſcribendo te fuiſſe? rogabimus, cur VVeſtphalus veluti Cecias has nubes, hymbres, grandines, tonitrua & fulmina ſibi ultrò acceſſiverit? Dolebunt, hujus pugnæ tam cruentum fuiſſe conflictum? regeremus viciſſim, non potuiſſe alia ratione Centauros & Cyclopas domari. Deplorabunt aliqui eorum nimis acerba, utque aliàs dixerunt, ſcurrili dicacitate actum? reſpondebimus, non ſcurrarum petulantiâ, ſed robuſtis argumentis & firmiſſimis rationibus VVeſtphali gladiatoriæ audaciæ occurſum eſſe. Ad ſummam, quid alii judicent, ipſi viderint: mihi quod ſcripſiſti ſummopere placet, ac vehementer probatur. Quapropter cùm de opera, quam ſcribendo bene collocaſti, tum de libello ad me miſſo, quantas poſſum gratias ago. Vale clariſſime vir, plurimùm obſervande, atque in Chriſto valde amabilis. Nobis te diu ſervet Chriſtus incolumen. Salutem tibi dicit Zanchius. Digneris meo nomine ſalutare fratres & Marchionem cumprimis. Argentinæ, 16. Februarii 1556.

LVDOVICO LAVATERO.

TVas literas, obſervantiæ atque amoris erga me plenas, ornatiſſime Ludovice, ſuperioribus diebus accepi, quæ mihi duplici nomine fuerunt gratiſſimæ, tum quod ita me amice atque humaniter literis appellando præ te fers, me adhuc apud te vivã memoriam retinere, tum quod certiorem me feceris, quibus prodigiis iſthic homines à Deo commonefiant. Prior cauſa ut me non parum delectat, ita ſuadet ut optem rogémque te, pergas, quemadmodum cœpiſti mei meminiſſe: nam ego quoque viciſſim tui non obliviſcor. Ob alteram verò cauſam providendum cenſeo, ut precibus fide ſingulari accenſis, & vitæ aliqua emendatione divinam iram deprecemur.

Prodigia.

Si enim Ethnici, ut apud Livium cæteróſque bonos ſcriptores legimus, cùm de prodigiis atque portentis alicubi æditis, certiores fiebant, ſacrificiorum multiplicibus variiſque generibus, ea procurabant: Quid nos vera Chriſti luce inſtructi facere debemus? Victimas citra unum Chriſtum Ieſum non habemus, attamen preces, pœnitentia, & ſancta vita cuique noſtrum proponuntur in divinis literis: quibus impendentia flagella ſæpiſſimè leniuntur. Magna certè ubique ſocordia eſt, & pernitioſiſſima ſecuritas, non itaque mirum ſi prodigiis hujus generis Pater cœleſtis pro ſua miſericordia nos curat excitari. Non enim vocavit nos ad ſanctum ſuum Evangelium, ut in otio dormitemus, ideóque videns, non ita ut par erat, commoveri homines verbo prædicationis, doctrináque ſacrarum literarum, de cœlo quoque monet, non ut filios ſuos quos chariſſimos habet, perterrefaciat, ſed ut eos ad pergendum quo tendunt incitet, & ad levanda capita, quòd ſuam redemptionem jam appropinquare, imò inſtare videant. A ſignis cœli hujuſmodi paveant impii, qui toti pendent à ſecundis naturæ cauſis, neque fulcrũ habent divinarum promiſſionum, neque tutiſſimam fidei ancoram, quibus nitantur. De pugna Sacramentaria quòd ſit redintegrata, dolendum eſt; ſed quando aliorum improbitate certamen inſtauratur, non decet noſtros veritatem indefenſam relinquere. Mihi verò perſuaſiſſimum eſt, Domini hoc eſſe opus, qui nolit cauſam tam bonam támque neceſſariã jacere. Laudo igitur noſtros qui ſcripſerunt, eorúmque ſtudium, laborem atque fidem, vehementer probo: neque diffido illos tandem optatum ſucceſſum eſſe conſequuturos. Moneo poſtremò, nunquam dubites, literas tuas mihi fore gratiſſimas. Opto igitur ut Chriſto feliciter vivas, vocationem tuam ſerio & fideliter colas, neque patitor ſtudia ſacrarum literarum aut languere, aut interquieſcere. Nam qui ſenio vel confecti jam ſunt, vel mox conficientur, vobis junioribus lampades tradent. Quare veſtrum eſt providere, ut vobis tutò & fructuosè committi queant. Chriſtum pro me orato & Dominum Pellicanum ſalvere meo nomine obſervantiſſimè jubeas. Argentinæ 4. Aprilis 1556.

HENRICO BVLLINGERO.

Martyris vocatio Tigurû.

TVas, Vir clariſſime, atque in Domino plurimùm obſervande, literas accepi ſummæ humanitatis & Chriſtianæ dilectionis plenas, quibus intelligo te in ſurrogando ſucceſſore boni piique ſenis jam defuncti probe fuiſſe Martyris tui memorem. honorẽ adeò luculentem ſcio me non eſſe commeritum, ſed quicquid abs te atque collegis tuis amiciſſimè factum intelligo, id totum veſtræ bonitati atque Chriſtiano affectui refero acceptum. Vocationem igitur veſtrã mihi gratiſſimam fuiſſe ne dubites: at noſtra Schola & Senatus eam ægerrimè tulit, variis utique modis ac multiplicibus viis plurimi conati ſunt & conantur deterrere, ut vocantibus non aſſentiar. Ego verò qui conſenſum Religionis & pietatis omnibus rebus antepono, in ſententia perſto, & à noſtro Magnifico illuſtrique Senatu de mea voluntate rogatus, nihil diſſimulavi; ſed miſſionem oſtendi mihi fore gratiſſimam, non ſanè quod ſim immemor beneficiorum aut ingratus, novi enim me ampliſſimæ huic Reipublicæ multa debere, à qua ſane minimè paterer me avelli, ſi de doctrina ſacramentaria cum eorum miniſtris poſſem convenire. Quare id cum deſperem, ſum teſtatus me cupere illò ire, quò ab amantiſſimis fratribus vocor, ſúmque oblata occaſione magiſtratui noſtro conqueſtus, quòd ita ſine modo atq; pudore à miniſtris in hac civitate noſtra doctrina de Euchariſtia publice traducatur. Et adjeci me vehementer mirari & dolere, quòd in Schola de hac re doceri aperte ac diſputari nolint, cùm tamen in eccleſiis ferant ſermones adeo impotentes & acerbos: ad ſummam bis jam egi cauſam coràm, & aliquoties per ſequeſtros interpoſitos, & rem omnino ſpectabam hoc poſſe quatriduo confici, ſed hodie ſenatus mihi reſpondit, ſe videre me cauſas habere non contemnendas, propter quas miſſionem cuperem: ſed tamen ſe non exiſtimare in tanta re quicquam præcipitanter agendum, ideóque ſum rogatus, ut ſaltem per menſem abſoluti reſponſi dilationem æquo animo feram. Tunc enim pollicentur ſe mihi aut eas oblaturos eſſe conditiones, ut pacatã conſcientia cũ ipſis manere queam, aut mihi liberum facturos ut ad vos quemadmodum opto me conferam. Hanc ego magiſtratus, cui multum debeo, & in quo multos noſtræ ſententiæ ſcio eſſe, petitionem non potui ſalvo pudore ac æquitate recuſare, præſertim cum adderent certas eſſe cauſas propter quas non ita ſtatim poſſent mihi abſolutè reſpondere, dedi ergo licet gravatim quam petierunt dilationem. Verum te

bone

Digitized by Google

A bono animo eſſe jubeo, non deſiſtam pro viribus agere, ut veſtra vocatio non fiat irrita: ſpatium menſis labetur citò, unde ſicut à me tuis literis cõtendebas, ad feſtum Ioannis adero, ſi Dominus conceſſerit, ut daturum ſpero ad exitum rem perduci. Quantum verò propter oblatam vocationem, & literas huc miſſas veſtro Senatui fortiſſimo juxtáque prudentiſſimo debeam, ſignificavi quidem literis meis & gratias egi, ſed quæſo te, vir clariſſime, ut illi quoque tu digneris meo nomine adhuc magis fuſiúſque teſtatum B facere. Gratias item ago tuis omnibus collegis fratribúſque meis in Chriſto dilectiſſimis, ad quos nunc libentiſſimè ſcripſerim, verùm iſtis actionibus & colloquiis amicorum, qui me ob iſtam cauſam ſingulis horis conveniunt, modò non licuit: obſecro me digneris apud eos excuſare, nam reſcribam quàm primùm potero, vel ipſe priuſquam putent coràm adero. Detinui veſtrum nuntium plus quàm par fuiſſet biduo, at id feci, quòd ſperaverim hoc triduo poſſe rem confici. Precor igitur ut hanc ejus moram boni C conſulas & effice ne mihi vertatur vitio: ſalutes itaq; ſymmyſtas & collegas omnes. Tu verò bene valeto & Chriſto feliciter vivas. Argentinæ 7. Maii 1556.

EIDEM.

QVæ ad me ſcripſiſti, Vir clariſſime, abunde teſtātur quo erga me ſis animo & voluntate, qua de re maximas tibi gratias ago, interea verò quid aliud D reſpondeam non habeo, niſi me vos omnes, Eccleſiam inquam, ſcholam & ampliſſimum magiſtratum, in corde ac viſceribus habere. In ſententia maneo, & totus in hoc ſum, ut ad vos me conferam, neque (ut confido) fruſtrabor meo deſiderio. Non ſanè deſunt remoræ, ita ut dilatio iſta, quam ſenatus noſter ampliſſimus petiit ad deliberandum, priuſquam me velit miſſum facere, mihi nõ minus quàm vobis moleſta ſit. Nam ſubinde ad me veniunt docti viri, authoritate non contemnendi, & aliqua familiaritatis E & amicitię neceſſitudine conjuncti, qui à diſceſſu revocare pro viribus conātur. Eccleſia Gallica quę noſtræ confeſſionis eſt reſiſtit, in ſchola & in ſenatu permulti ſunt, qui cùm doctrinæ noſtræ revera faveant, abitum meum dicunt magno fore detrimento. Sed tamen Dei gratia me hucuſque iſta non movēt, quia Eccleſiam ipſam Germanicā video à me quoad doctrinam prorſus alienam eſſe, neque reconciliationē ullam poſſe ſperari arbitror. Quia tamen à meis Dominis rogatus ſum ut ſcripto quodam brevi ſenten- F tiam meam de re ſacramentaria quoad Euchariſtiam comprehenderem, quo inde videri poſſet, quàm hujus urbis concionatores à me differrent, id facere non detrectavi, noſtrámque ſententiam paucis quidem, ſed tam dilucide atque perſpicuè ſcripſi, ut lapides eſſe oporteat qui nõ intelligant. Quamobrem potius arbitror adverſarios hinc velle diſcedere, quā pati ut ſic in ſchola doceatur, diſputetur aut à quoquam hujus urbis profeſſore ſcribatur. Expecto quid reſpondeant, ſcio ab obſtinatione ſua non diſcedent, G ego interea veſtro utar beneficio quod mihi oblatū à Deo non dubito, quem rogavi à tribus propemodum annis quotidie (mihi crede) ut mihi vel hāc vocationem tolerabilem redderet vel de alia proſpiceret. Cùm itaque me audiverit, & mihi improviſo quod optabam obtulerit, ni ambabus (ut dicitur) ulnis amplecterer ingratus eſſem. Scriptum quod noſtro magnifico & ampliſſimo ſenatui dedi, nunc ad te mitterem, ſed exemplar apud me non habeo, niſi deſcriptum familiaribus meis characteribus, quos le- H gere prorſus non poſſes, verum ut ſpero coram oſtēdam. Quæ monuiſti me, cordi habebo, & providebo ſumma diligentia ne decipiar. Vobis interea propter vocationem oblatam duplici nomine gratias debeo, etenim viam commodam, opportunam & honeſtam ad diſcedendum hinc patefeciſtis, & propterea data eſt occaſio ut hinc publice atque coram magiſtratu non ſolum verbo, ſed etiam ſcripto meam fidem ac ſenſum de Euchariſtia bis jam ſim confeſſus, quod I favente Deo non inutile fore ſpero. De D. Zanchio quod ſcribis facile credo, ei ſane commodum eſſet, me hic manere, ſed quando coràm loquetur mecum, juſtæ volūtati noſtræ ut mihi perſuadeo acquieſcet. Interea tu valeto neque ſuffragio precum me deſtituas. De adventu autem meo ne dubites, omnia facio, moveo etiam omnia ut dimittar. 22. Maii 1556. Argētinæ. Quæſo ut ſymmyſtis noſtris excuſes, quod nunc non reſcribam, nam propter abſentiam Marbachii & Zanchii adeo negotiis obruor, ut non vacet.

Triſtiſſima hodie ſunt ad nos Antuerpia ſcripta, nempe Dominum Chæcum Anglum Regis Eduardi ſanctæ memoriæ præceptorem, nobis in doctrina maximè cõcordem, virum literis probitate inſignem, unà cum Domino Petro Caro eſſe captum inter Antuerpiā & Bruxellas oppidulo quod appellatur (Filfort.) De vita illorum nulla ſpes eſt, imò dicuntur in Angliam ad reginam mittendi, credo ut in eos exempla horribilia edantur. Sunt duo egregii viri, ut omnes Angli norunt. Proinde rogo ut à vobis & Eccleſia veſtra ſancta pro illis in odorem ſuavitatis preces fundantur, ut vel eripiantur ex tam præſenti periculo, vel illis vera & ſolida conſtantia in Chriſti nomine & ejus veritate confitenda tribuatur. Vale rurſus, & me ut facis ama.

EIDEM.

QVintius is, qui ante octo dies hinc diſceſſit, & filii tui literas ad te habuit, nil mecum de ſuo abitu communicavit. Quare, vir Clariſſime, atque in Domino pluſimùm obſervande, mirari non debes quod ipſe non ſcripſerim, id enim facere vehementer cupiebam, & dolui non leviter, cùm occaſionem ita elapſam audivi. Quod igitur bene vertat & lætum fauſtúmque ſit, jam tandem miſſionem impetravi, pridie Ioannis conceſſa eſt. Etenim uſque ad illud tempus magiſtratus rem diſtulit, cunctatus eſt diu, nihilque non fecit, ut retineret, & denique mihi ipſi faſſus eſt invito animo dimittere. Comparo me ad iter & ad finem nundinarum ſpero fore ut hinc migrem. Idcirco plura non ſcribam, quod me confido brevi acturum coràm vobiſcum. Alacri animo & ſumma voluntate venio, neque dubito quin à vobis hilari & prompto animo ſim excipiendus. De ædibus audivi filium ad te ſcripſiſſe, quod non ipſe monui ut faceret. Sed poſtquam fecit, gaudeo & illi gratias egi. De te verò vide quantum audeam, omnia mihi polliceor, quemadmodum ſum paratus viciſſim nihil non tua cauſa facere. Numius feſtinat, & ego in libris ejus componendis hoc articulo temporis occupor, ideo claudam Epiſtolam. Omnes fratres atque ſymmyſtas nomine meo quam officioſiſſimè ſalutari cupio, & illis dici nil mihi jam eſſe optatius, quàm ut ipſos præſens complectar, quos in Chriſto unicè diligo & veneror. Deus te nobis incolumem diutiſſimè ſervet. Argentinæ. 29. Iunii 1556.

LVDOVICO LAVATERO.

QVoniam hactenus, Vir doctiſſime, atque frater in Chriſto multum amabilis, nihil ſolidi ac certi habui, quod tibi de meo ad vos adventu conſcriberem, ideo à me hucuſque nullas literas accepiſti. Nunc verò tandem reſcribo, nuncióque die Ioannis miſſionem denique mihi conceſſam. Qua in re tantopere laboravi, ut nihil tota mea ætate majori contentione atque difficultate obtinuerim. Obſtiterunt mihi vehementi conatu omnes boni & docti, cunctatus eſt magiſtratus uſque ad hoc tempus, & me dimittens diſertis verbis teſtatus eſt, invito animo ſe id facere, cúmque poſtea valedicerem auditorio meo, quod admodum refertum erat, omnes qui adfuerūt, me diſcedentem, multis lachrymis proſequebantur. Hæc à me idcirco memorantur, ut intelligas, meum veniendi ad vos non fuiſſe vulgare ſtudium. Habes igitur, mi Lavatere, tu atque alii collegæ, quod optabatis. Venio, jámque in eo ſum totus, ut me ad iter parem, quod longè prius feciſſem atque cõmodius, ſi miſſionem citius impetraſſem. Non plura ſcribam, quoniam ſpero me brevi præſentem, præſentes vos

omnes complexurum. Vale igitur,& me, ut facis,a-
ma, omnibúſque fratribus meo nomine ſalutem di-
cito.30.Iunii 1556.Argentinæ.

IOANNI CALVINO.

ACcepi, Vir clariſſime, ſuperioribus diebus iſtis
literas Vienna,ut eas ad te mitterem, quod an-
tea non feci:quia commodum tabellarium prius non
habui. Nunc vero partim iſta occaſione data ſcribo,
partim quoniam videtur jam eſſe diu ex quo te nõ
ſalutavi: quod officium etſi aliquantulum diſtuli,ni-
hilominus intermori non patiar. Atque ad hanc
meam voluntatem aliud accedit, nempe ſuperiori-
bus diebus me ſumma voluptate perlegiſſe,quam e-
didiſti lucubratione,pro tuenda æterna ſalvifica Dei
Calvini liber de prædeſtinatione.
Optim.Maxim. prædeſtinatione. Proinde cum ea
lectione fuerim admodum recreatus, par & æquum
exiſtimavi gratias tibi agere: nec dubito labori tuo
quo ad electos & prædeſtinatos ad æternam vitam à
Deo, ad cujus gloriam ſuſceptus fuit, juſtum ube-
rémque fructum conceſſum iri. Ego quoque in i-
ſtam eandem ſententiam permulta collegeram Cõ-
Comment. ad Rom.
mentario meo Epiſtolæ ad Romanos, quem ante a-
liquot menſes imprimendum Petro Pernæ Baſi-
leam miſeram: qui tamen liber iis nundinis abſolvi
non potuit. Quod idcirco nunc ſignifico,quo tibi fi-
dem faciam,ex animo & juſta de cauſa, me tuo ſcri-
pto non vulgariter gaviſum eſſe. Nos hic novi ni-
hil fere habemus, quod ipſe neſcias. Inauguratio
Imperatoris inauguratio.
novi Imperatoris, forma & ratione inſolita & hacte-
nus inaudita, omnibus admirationem incredibilem
peperit. Hac enim (ut loquuntur) coronatione
Antichriſti Romani auctoritas videtur abjecta, plus
quàm hactenus unquam fuerit:& quo pacto Electo-
res Archiepiſcopi adduci potuerint, ut ejuſmodi
conſenſerint inaugurationi, nullus propemodum
intelligit. Sed quidquid ſit, expectabimus opera
Dei. Huc venerunt duo Viennâ,quorum alter eſt
concionator, alter verò Comes ætate quidem juve-
nis, at in literis admodum exercitatus & religionis a-
mantiſſimus. Novo Imperatori erat à conſiliis.Cæ-
terùm agit modò cum Maximiliano Rege Bohemiæ,
contemplatur Eccleſias Evangelicas, nititúrque o-
ſtendere Lutheranos & nos de re Sacramentaria i-
dem ſentire: verum huc uſque id non potuit ad li-
quidum nonnullis probare. Tubingam & Heydel-
bergam proficiſcitur. Hæc ad Philippum in Saxo-
niam, quem ait ſe compertiſſimum habere coactum
eſſe jam adſcribendum, ac teſtandum, quidnam de
Sacramentaria ſtatuat. Vtinam illi Deus eam con-
ſtantiam largiatur, quæ illius eruditionem & pieta-
tem decet. Vterque verò iſtorum affirmat Regem
Maximilianus.
Maximilianum totum ad Evangelicam religionem
eſſe propenſum, & Viennenſem Eccleſiam cupere o-
mnino reformatam. Hæc habui quæ ſcriberem, vir
Clariſſime, ac mihi multis nominibus plurimum ob-
ſervande. Precor Deum Patrem Domini noſtri Ieſu
Chriſti, ut Eccleſiæ ſuæ te quàm diutiſſimè incolu-
mem ſervet. Tiguri 21. Aprilis. Rogo ut ſymmyſtas
meo nomine ſalvere jubeas.

AMICO CVIDAM.

Apprehenſio corporis fide fit non ore.
IAm, quod tibi ante paucos dies, Clariſſime vir,ac
mihi pluribus nominibus obſervande, promiſe-
ram, ſcriptam illam Confeſſionem tranſmitto, ita
quibuſdam virgulis cõſignatam, ut eam accepi,dúm-
que ipſam preſſius conſidero,non exiſtimo,ita ut eſt
conſcripta, fuiſſe à noſtris exhibitam, quoniam ap-
prehenſionis corporis & ſanguinis Domini per fi-
dem,non ore corporis nulla fit mentio, quæ clavis
totius hujus controverſiæ videtur eſſe, non ſanè of-
fendor nomine ſubſtantiæ,quod ſcio fidem noſtram
Subſtantiæ nomen.
in corpus inane aut fictum non ferri. Sed illud mi-
ror,quod in ſecundo articulo dicitur, ſymbola rem i-
pſam ſemper habere conjunctam.Et in tertio decla-
rari conjunctionis ejus modum,qui dicitur non vo-
cari figurativus tantum aut typicus. Ego ſanè carnis
A & ſanguinis conjunctionem cum ſymbolis, non a-
liam utique novi quàm ſignificationis,quam tamen
haud vulgarem pono,ſed efficacem, quòd ea Spiri-
tus ſanctus,ut certo quodam inſtrumento,quemad-
Signorum cũ rebus conjunctio.
modum & externo verbo, utatur. Nec minus ob-
ſcurum eſt,quod ſubdit: Sed qui verè ac certò, ſub
ſpecie rerum viſibilium repræſentet. Si verbum re-
præſentare,typum aut figuram notat,bene habet;ſin
verò, ut crebro ſignificat, rem verè præſentem ſta-
tuere,verum non eſt,& occaſio datur errandi.Cúm-
B que in iis rebus maxima ſit perſpicuitate agendum,
declaratione utique fuſiori meo judicio fuit opus.
Deinceps in eodem tertio articulo ſcribitur,Contro-
verſiam duntaxat eſſe præſentiæ modùm, qui ſoli
Deo ſit cognitus,at mihi videtur à noſtris confirma-
tum ſemper fuiſſe, modum illum eſſe vivæ fidei ap-
prehenſionem, quare obſcurum aut dubium hujus
præſentiæ modum habendum non cenſeo. Luthe-
ranæ præſentiæ modus non valet percipi:dum enim
C realem & ſubſtantialem præſentiam ſtatuunt, aut
corpus Domini fundunt in immenſum, aut eodem
tempore in mille locis eſſe prædicant, quod revera
omnem cùm veritatem tum rationem ſuperat. Ne-
que in ſumma video in iſta Confeſſione uſquam ſi-
gnificari noſtram conjunctionem veram cum Chri-
ſto ejuſmodi eſſe, quæ patiatur inter nos & corpus
Domini locorum diſtantiam, ita ut realis aut ſubſtã-
tialis ejus præſentia hic inter nos minimè requira-
tur,ad id ut verè cum ipſo conjuncti ſimus. Hæc
D tantùm referre nunc volui, quod me nonnihil tor-
querem, ſi verè à fratribus rem ita conſcriptam &
conſignatam cenſerem ſed quoniam id mihi perſua-
dere nequeo, minus crucior,crucior tamen quod ta-
lia ſub noſtro nomine circumferri audiam. Nec du-
bito plura te animadverſurum, qui monſtratore
non opus habeas, nam ego aliqua benignè inter-
pretor,& mihi omnino perſuadeo, quæ ſcripſi abs te
in bonam partem accipienda, cum ambigere non
debeas ab optimo animo ea omnia proficiſci,ſed tuis
E occupationibus non ultro obſtrepam. Vale,& me,ut
facis,ama.

AMICO CVIDAM.

QVod per famulum Abelis ante paucos dies non
reſcripſerim,abs te in eam partem accipi nolim,
quod tuæ literæ mihi parum jucundæ fuerint. De-
ſtinaveram plane id facere, ſed temporis anguſtiis
F excluſus, quòd ille nimium properaret, ad hanc
diem rejicere ſum coactus, quod tum facere ſtatue-
ram. Pergratum mihi fuit ea de Checo noſtro au-
dire, quæ ſcripſiſti: quoniam pro caſus infelicitate
utcunque ferri poſſunt, modò reipſa declaret,fidem
ſuam potius inclinatam quàm fractam vel extin-
ctam quod eum præſtare poſſe tantiſper dum in An-
glia manet, mihi eſſe propemodum incredibile.
Quod ad me attinet,Deum meum, Patrem Domini
noſtri Ieſu Chriſti orabo, & quidem votis ardentiſſi-
G mis, ut ejus naufragium ita ſpiritu ſuo reſarciat, ut
minori damno quàm fieri poſſit, ad portum ſalutis
aliquando tandem appellat. De libro D.Cantua-
rienſis in Antonium, qui, ut ſcribis, jam eſt ſub præ-
lo,gaudeo:tantum abeſt, ut quicquam ea cauſa mo-
vear. Nihil enim quod non ſit expolitum,acutum &
elaboratum,ex eo viro expecto.Sed vereor ne quod
audiviſti non ſit verum: tantum ejus in me deſide-
rium excitaſti. Quid verò ad te novi ſcribam in præ-
H ſentia nihil habeo. Valemus omnes, & ego hîc do-
ceo,ut apud vos antea ſolebam. Deus concedat,ut
non infructuoſe laborem. Italia bellis graviſſimis,
partim jam concutitur,partim videtur miſerè tractã-
da,idque unius Papæ maleficio. At Deus Opt.Max.
qui providentia ſua incredibili omnia gubernat, hac
vita iſtud Antichriſti regnum fortaſſis atteret, & ita
noſtra ætate imminuet,ut ipſum piis & ridendum &
exſibilandum aliquando tandem præbeat. Quod per
Ieſum Chriſtũ oro,ut primo quoq; tẽpore fiat. Va-
I le,atque me,ut facis,ama, & fratres Anglos ad unum
omnes meis verbis jubeto ſalvere. Mei, Iulius &
Ioellus te plurimùm ſalutant, 15.Martii. Tiguri 1557.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNI CALVINO.

DIu eſt, Vir clariſſime, cùm ad te non ſcripſi, haud ſanè quòd mihi tui memoria exciderit, vel quod alio animo erga te nunc ſim, atque ante fuerim, verùm quia, ut fit, quando tabellarii adſunt, non vacat, cùm verò eſt otium, tabellarius deeſt. At nunc quando tabellarium habeo, & ſum nactus otium, intermittere nolui, quin ad te ſcriberem: idque rogem, quod te, quæ tua pietas eſt per te ipſum jam feciſſe, B atque facturum eſſe minimè dubito: Vt meum, imò tuum Comitem Maximinianum, fratrem in Chriſto chariſſimum, hoc ſuo tempore diligenter conſoletis. Ex morte quippe uxoris, lectiſſimæ fœminæ, ut animadverto, accepit vulnus graviſſimum, at à medicor quod Chriſtianis voluptati non mediocri eſſe oportet. Novit enim Servator noſter Chriſtus, quid ad ſalutem noſtram conducat, idque longè magis quàm à nobis queat provideri. Hic nihilo ſecius agitur atq; prius. Id pro certo ſcribitur, Collocutores in Comitiis eſſe declaratos, qui VVormaciam proximo Au- C guſto menſe conveniant, & inter ſeſe de religione diſceptent: eo ſcilicet fructu, quantum ex præteritis divinare licet, quò ter minimum hactenus eſt actum.

Collocutores. Sin verò quæras qui ſint, ſic habeto: Vicelius, Iulius Pflug & Aſotus à Papa ſtabunt. A noſtris autẽ Philippus, Brentius & Marbachius. Hui dices, num Saul inter Prophetas! Res ad triarios redit, Pavonis tui, ſeu noſtri, literis interioribus opus erat. Interea tu, Bullingerus (ut me ceu abortivum prætercam) Sa- D maritani habemur, quique vel aëre quem ſpiramus, nedum Chriſtianis conventibus indigni ſimus: & nihilominus vel ipſis nolentibus ad duodecim tribus Iſrael pertinemus, licet regionem colamus cis Iordanem & numero ab eis vincamur. Putant & clamant, nos extruxiſſe altare ad alienam religionem excitandam. Vtinam aliquando intelligant, nos religionis puræ atque ſynceræ illis multo maxima ex parte ſtudioſiores eſſe.

Philippus rex in Angliã. Philippus Rex in Angliam tranſmiſit, ubi cohortes militum expectet, quæ ad illum ex Hi- E ſpania ſunt navigaturæ: à regina verò & milité & pecuniam petit. Gribaldus hìc nudius tertius fuit, ſed ſed una duntaxat nocte: me non convenit, ut quem jam audivit à ſuis dogmatis plurimùm abhorrere.

Vergerius. Dixit attamen quibuſdam, ut accepi, Vergerium propediem adfuturum, & res in Comitiis Polonicis non omnino male tranſactas. Quicquid tamen id fuerit, non planè ſcimus: quod certius novero, te ſtatim certiorem faciam, Symmyſtas tuos ac reliquos fratres, præſertim autem Dominum Marchionem à F me ſalvere cupio. Vale, atque me, ut facis ama: nam & ego te plurimum in Domino veneror. Tiguri 8. Aprilis 1558.

EIDEM.

Confeſſio à Farello & Beza exhibita. QVod ſuperioribus diebus ad me ſcripſiſti de Farelli atque Bezæ Confeſſione, ita ut ais eſſe videtur: omnia ſcilicet candidè ac ſimpliciter ab illis fuiſſe acta. Vnde quod ad me attinet, boni conſulo, G nec in quoque alio animadverti ullam offenſionẽ, qua conſenſus & Eccleſiaſtica unitas aliqua ex parte vel tantillum imminuerentur. Deinde acceſſit libri tui editio, qua mones intractabilem VVeſtphalum, & Magdeburgenſibus reſpondes, quibus unà cum VVeſtphalo rabies quædã & pertinacia inexpugnabilis videntur bonam mentem jampridem eripuiſſe.

Admonitio ad VVeſtphalũ. Ibi tu Sacramentariã controverſiam adeò ſinceritet, clare ac dilucidè tradis, ut nodus ullus ne videatur quidem, nedum ſit relictus in ſcripto: & parvi utique H judicii, ne dixerim nullius, ij exiſtimandi ſunt, qui ea in re aut lumen aut doctorem ulterius deſiderãt. Librum ſanè omnibus video mirificè placere, mihi que majorem in modum probatur. Quamobrem de iſta ſcriptione gratias tibi ago, quódque Deus tuis laboribus tam cumulatè benedixerit, jam non parcè ac verecunde, ſed liberè ac confidenter Eccleſię Chriſti gratulor.

Melanchon. Melancthon VVormaciam veniſſe dicitur, quodque me recreavit, non leviter, id eſt, fragmenta I quædam legi novæ interpretationis ejus in Epiſtolã ad Coloſſ. in quibus de natura Chriſti humana orthodoxè admodum ſcribit, cámque in cœlo verè ac

A propriè affirmat eſſe: atque cum Auguſtino propter corporis modum certum locum habere contendit, nec allegoriam in cœli vocabulo quærit. Vnde Vbiquiſtarum error apertè convellitur. Illa ſi ediderit, Eccleſiæ, uti mihi videtur, plurimum commodabit: Non quòd Evãgelii doctrina teſtificatione hominũ cujuſcunque ſortis verior quàm reipſa ſit queat effici: ſed quia imbecilla ingenia conſenſu & authoritate piorum hominum in ea plurimum confirmantur.

Gualtherus in Acta. Gualtherus item noſter librum in Apoſtolorũ Acta, ſi quid judico, doctum & utilem edidit. Rumor præterea hìc ſparſus erat, Comitem Martenengũ obiiſſe: qua de re pro eo ac debui cùm dolorem non vulgarem cepiſſem, levationi & quidem magnæ, literę tuę mihi fuerũt, quas Bullingerus abs te acceperat. Scripſiſti enim illum ſanè graviſſimè laboraſſe, ac poſtea relevatum morbo, in eum de integro incidiſſe, verum extra periculum jam eſſe. Deum oro & obſecro, ut nobis illum diutius conſervet. Quid aliud præterea ſcribam non habeo. Illud affirmo, ut ſis incolumis, atq; ut facis in Eccleſia utiliter verſeris, me à Deo unicè precari ac flagitari. Quare pro meo jure viciſſim poſco, ut in tuis precibus mei non obliviſcaris. Vale, clariſſime vir, atque mihi plurimùm obſervande. Tiguri 29. Auguſti 1557. Marchionem & Comitem à me velim ſalvere. Symmyſtis quoque omnibus plurimam ſalutem dico.

PIETATE ATQVE DOCTRINA

clariſſimo viro, Domino Philippo Melanchthoni, domino meo colendiſſimo, VVormatiæ.

Theologorum concertationes. CVm te arbitrarer, Vir clariſſime atque mihi plurimum obſervande, in iſto VVormatienſi conventu, plus quàm dici aut credi poſſit, occupatum fore, ut literis meis tibi non obſtreperem cavendum cenſui. At nunc iis cognitis quæ Reverendus noſter Dominus Bullingerus communicavit, adduci non potui ut à ſcribendo mihi temperarem. Video, iſtic accidiſſe quod in Synodo Nicena olim contigit, ubi Epiſcopi qui convenerant, cauſa probè deſerta, quæ adverſus Arrianos agenda erat, accuſationibus & libellis mutuò ſeſe proſcindebant. Sed inter noſtri cõventus & eorum Synodi rationem hoc intereſſe cerno, quod Niceæ Conſtantinus Imperator pius præfuit, qui levitatem, ne ſtultitiam dixerim, imprudentium Epiſcoporum, repreſſit ac in officio tandẽ continuit: Iſthic verò non ea piorum principum authoritas fuit, quæ à diſceſſu ἀγωνιστὰς Theologos vel retardare potuerit. Hæc ideò commemoravi, ut cum hanc cernamus Eccleſiæ Chriſti ſortem eſſe, ut intus & extra expugnetur, nihil novi nunc accidiſſe cogitemus: quo genere conſolationis, etſi te ſtrenuũ bellorum Domini αὐτεπάγγελτον opus habere non exiſtimo: illud tamen commemoravi ut hanc longo intervallo repetitam & tantùm non perpetuam hominum quantumvis piorum infirmitatem commiſerarer.

Melanchon ne perſcriberentur Helveticæ Eccleſiæ intercedit. Tu quidem ut probi viri & integerrimi defenſoris æquitatis officio functus es: ita noſtrum omnium animos tibi mirificè devinxiſti, qui eos non æquum duxeris proſcribi, qui neque malè meriti de religione fuerint, neque modo aut citati, aut auditi ſunt in veſtro judicio. Conſcientia quidem nobis magno ſolatio eſt, ſed nunc eò cumulatius gaudemus, quòd per te præcipuum ac benignum patronum Deus providerit, ut ne cauſa noſtra quam confidimus non eſſe malam, nova & inaudita judicii forma damnaretur. Quamobrem tibi quantas poſſum gratias ago: Et Deum oro Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut tuis atque collegarum conatibus optatos det conceſſus, quod fore utut illi diſceſſerint, qui nos proſcriptos cupiebant, nõ deſpero, quoniam Dei beneficio, quemadmodum Pindarus inquit, πολλὰ δ' ἐν θεοῖς ... Verùm cùm tibi hoc tempore longas Epiſtolas legere ſciam non vacare, plura non ſcribam. Generum tuum Peucerum, virum pietate atque doctrina clariſſimum, nec non Paulum Hebeuum inſigniter pium atque doctum hominem, à me ſalvere cupio. Tiguri 20. Octob. 1557. Deus te nobis atque ſanctæ Chriſti Eccleſiæ quàm diutiſſimè incolumem ſervet. Vale itaque, ac me in Chriſto ama, quia ego in eodem te plurimi facio.

IOANNI CALVINO.

TVam benignitatem ac facilè erga ſe animum N. huc rediens mirificè prædicavit. Quare meam commendationem apud te pondus habuiſſe gaudeo, & illi datam occaſionem te amandi, ut mereris, vehementer lætor. Et ſanè ſpero, niſi me fallit, eum poſthac ſua eſſe acturum, & quietè atque tranquillè victurum. Proinde tibi gratias ago, & ſi qua ſe obtulerit occaſio lubenti animo declarabo, ſi quem mihi commendaveris, quantum voluntatis tuæ rationem habeam. In Eccleſia Italica turbarũ quid fuiſſe audiverã, qua de re tã fui anxius, ut neque diu neque noctè propemodum animo quieſcerem. Poſt rumorem autem ad nos allatum, adfuit ille Georgius medicus, è veſtigio me convenit, & quemadmodum olfeci, me arbitratus eſt nonnihil à ſe ſtaturum. Sed longè falſus eſt. Si quis enim ab hoc errore maximè abhorret, ego me illum eſſe profiteor. Cum homine bene ter aut quater contuli, ac ſenſi quod ſcribis ita eſſe: ab iſtis unius Patris in natura divina monarchiã conſtitui, nec poni unam eſſentiam Patris & Filii, cúmque in eſſentia divina diſtinctionem ſeu diverſitatem velint, Deorum multitudinem evitare non poſſunt, quam Gribaldus (ut audio) diſertis verbis aſſerebat. Is verò ſermone tantùm negat, ſed vult ſibi ea concedi, quibus datis & poſitis ut ſequatur neceſſe eſt. Rem detuli ad Bullingerum, is hortuit, & me rogavit, quod ego per meipſum cupiebam, ut ſermonem quàm primum poſſem abrumperem: quòd tales animi non facilè ſanari conſueverint. Itaque cùm jam quæcunque judicio meo dici poterant illi homini expoſuiſſem, rogare cœpi, ut Eccleſiæ veſtræ ſe reconciliaret, alioquin ei non eſſe dandum apud nos locum. Et ecce tibi, literę abs te mihi opportuniſſimè redduntur, in quibus magna cum voluptate audivi, Eccleſiam Italorum eſſe compoſitam, & formulam adhibitam, cui omnes ſubſcriberent. Remedium porrò eſt commodum, nec à veteri Eccleſiarũ more alienum. Ex eo autem anſam arripui, ut multis hortarer Georgium ad Eccleſiæ unitatem, rogabámque ut propoſitæ formulæ, quam Eccleſia probaſſet, puro & ſyncero animo ſubſcriberet: quòd illa unica eſſet via tum reconciliationis, tum ædificandi quos perturbaſſet atque ſcandalizaſſet. At ſenſi me verba & laborem profundere. Quibus auditis, necnon à VVolphio & à Gualthero admonitus, Bullingerus voluit ut homini ſuaderem abitum, alioqui magiſtratum uſurum eſſe ut diſcederet. Quod ubi feciſſem, abiit, & me non parva moleſtia liberavit. Ait ſe in Tranſylvaniam profecturum: ſed metuo, ne Baſileæ aliquantulum ſubſiſtat. Habuit & alterum ſecũ, Ioannem Paulum Pedemõtanum, qui etiam diſceſſit, & Clavennam, ut arbitror, ſeſe contulit. Vtinam Deus frenet Satanam, qui videtur hac noſtra ætate ſolutus. Nam Eccleſiæ filios & ignibus tyrannorum abſumit, & perverſis dogmatis omni ſtudio corrumpit. Hoc verò te per Chriſtum rogo, cui ſervis in ſpiritu fideliſſimè, ne Italos noſtros ob iſtam cauſam aut faſtidias aut minus quàm prius ames. Nam inter multas Deo chariſſimas oves, ſi Deus paſſus eſt, ut aliqui hœdi latuerint, & abierint, quæ manſerunt ad Chriſtum pertinent, & uti ſpero tuo miniſterio curabuntur. Nec ad finem hæc addidi, ceu bonitati & ſtudio tuo diffidens, verùm ut meum deſiderium in ſinum tuum effunderem. Vale, clariſſime vir, & mihi plurimum obſervande. Deus Eccleſiæ ſuæ te diu incolumem ſervet, ac tuis laboribus uberrimè benedicat. Tiguri 11. Iulii 1558.

Italica Eccleſia Genevæ.

IOANNI CALVINO.

MIhi ſanè, Vir clariſſime, neque mirum neque grave fuit, quod ante paucos dies, cum literas ad Bullingerum noſtrũ dictaveris, nihil ad me (quod per illum excuſare voluiſti) tamen ſcripſeris. Verùm id me antea valde male habuit, quòd te morbo eoq; periculoſo ægrotare audiveram: neque nunc minus A ægrè eſt, quando febrim quartanam ſignificas eſſe, qua laboras. Ego de iſtius morbi contumacia & rebelli quadam adverſus pharmaca & medicos obſtinatione multa poſſem narrare, ut qui jam bis cum eo ſim conflictatus: ſumma eſt, magna diuturnáque patientia, eos qui ſint iſto loco, uti oportere, quàm utendum foris, ut certo ſcio, non petes, cùm in animo tuo, à Chriſti ſpiritu ſit abundè inſerta. Sed habeo unà cum permultis aliis de iſta tua ægrotatione duplicem dolendi cauſam. Vna quòd ipſe doleas, fran- B garis, & debiliteris, id quod aliter fieri non poteſt: præſertim in corpuſculo, jam propemodum laboribus exhauſto. Altera verò eſt, labores tuos in agendo & in ſcribendo, magno Chriſtianorum omnium detrimento interrumpi. Nihil enim eſt quod iſti morbo æquè atque ſtudia & curæ adverſetur. Hæc ſunt quæ non tantùm me, ſed omnes verè pios excruciant. Attamen quando ita res habet, noſtrum eſt officium, precibus contendere, quanta poſſumus inſtantia, ut priſtinæ ſanitati quàm primùm reſtitua- C ris. Tuum verò, ut à noxiis omni cura, ſummáque diligentia tibi ipſi temperes, præſertim à ſerio ſtudio, & gravium curarum ſolicitudine, quibus humor atræ bilis, unde iſta febris accenditur, ita pulſatur atque percutitur, ut ad medullas oſſium uſque infigat. Porro multò expetibilius eſt, ad aliquot dies aut menſes quieſcere, quando ita Deo viſum eſt, quàm aut cum magno bonorum mœrore interire, quod avertat Deus, aut cum incredibili Eccleſiæ jactura, D quantum vitæ ſupereſt, debilitato prorſus & fracto corpore, atque animo vivere. Video itaque ut neque in te, neque in Eccleſiam Chriſti pecces. Venerunt huc certi nuncii heri, miſſi à nobilibus viris Anglis, qui Argentinæ agunt: ſignificant verò ſuam Reginam decimoſexto Novembris obiiſſe, ac Illuſtriſſimam Elizabetham ſucceſſiſſe in Regnum, idq; ſummo conſenſu omnium ordinum: convenerunt enim fortè fortuna hoc tempore ab omnibus Anglię partibus ad Comitia, vel, ut vulgò dicunt, ad Parla- E mentum. Nunc Deus rogandus eſt, ut hæc rerum commutatio nomini Chriſti & ſancto ejus Evangelio bene vertat. Scio te tuámque ſanctam Eccleſiam officio non defuturos. Tempus fortaſſe jam eſt, ut in eo regno muri Ieruſalem reædificentur, ut ne tot martyrum ſanguis videatur incaſſum tam largiter effuſus. Nihil præterea novi habeo, niſi quod meum librum ſub prælo habeo, quo Stephani Gardineri olim Vintonienſis Epiſcopi, omnia ſophiſmata & præſtigias de re Euchariſtica retexi & confutavi. Quod F uti ſpero, valdè tempeſtivè cecidit: nam commodum erit hoc præſertim tempore, ut Papatus Anglicanus intelligat, librum illum non eſſe, quemadmodum hactenus jactitarunt, invictum. Bene vale, atque Chriſto, & ejus Eccleſiæ quàm diutiſſimè vivas. Symmyſtas omnes jubeo ſalvere, necnon Bezam & Marchionem. Tiguri 1. Decembr.

Calvini morbus.

Mariæ Reginæ mors in Anglia.

Gardineri liber confutatus.

SERENISSIMÆ ELIZABETHÆ,

G *Dei gratia Reginæ Angliæ, Franciæ atque Hyberniæ, à Deo Patre, per Ieſum Chriſtum Servatorem noſtrum, gratiam & æternam felicitatem.*

ORbem terrenum gymnaſium ſeu paleſtram quãdam eſſe Dei Optimi Maximi, Regina Illuſtriſſima, ubi ſuos ille per diverſa laborum exercitia, per cruciatus interdum, & nonnunquam per diverſa rerum diſcrimina, erudit atque inſtruit, pro certo & H indubitato haberi à piis hominibus arbitror. Nec tamen id cœleſtis Pater agit, ut eos quos diligit, perpetuis afflictionibus colluctari & ſempiternis ærumnis premi decreverit, ſed mala ſuperare quandoque dat, & pro ea, quam apud ſe habet conſtitutam, opportunitate concedit è fluctibus vorticibúſque periculorũ emergere, quò ſe illum eſſe declaret, qui ad portas mortis deducit & reducit, dum in ſuis adoptatis filiis lucere curat ejus imaginem, quem ſibiipſi ante omnem æternitatem, naturã genuit: ſiquidem noſter il- I le primogenitus frater Chriſtus Ieſus antea mortuus eſt, quàm ſua & patris vi à mortuis excitaretur. Quocirca & nos qui deſtinati ſumus, ut ad ejus exemplũ confor-

Pios Deus variis afflictionib. exercet.

Digitized by Google

memur, prius oportet mori quàm reſurgere. Ad hunc A
modum Iſraelitæ propè mortui erant, dum in Æ-
gypto ſub Pharaonis graviſſima tyrannide preme-
rentur. At liberati per Moſen & Aaronem à morte
quodammodo ſunt erepti. Deinde in vaſtæ ſolitu-
dinis multiplicib. periculis & variis caſibus rurſus vi-
debantur periiſſe, qui poſtea ingreſſu terræ Chanaã
revixerũt. Denique in captivitatẽ abducti, credebãtur
funditus extincti, qui tamen poſt ſeptuaginta annos
reverſi, denuò floruerunt, ut tum vitæ reſtituti fue- B
rint. Quod idem, Elizabetha Regina potentiſſima,
cùm Deus erga te fecerit, à ſuo quidem ille veteri
inſtituto non ceſſit, ſed illud potius confirmavit, ma-
giſque perſpicuum reddidit. Nã ejus opera dum in
obſcuris & abjectioribus hominibus exercentur, uti-
que minus apparent. At è diverſo, quando in ampliſ-
ſimis & ſummi ordinis viris ac mulieribus extant,
tunc animadverſione omnium quodammodo nobi-
litantur. Quamobrem cùm tu Elizabetha Regina
illuſtriſſima, non ſanè molli, plana, facili, jucundaque C
via ſis ad regnum evecta, ſed per aliquot annos jam
elapſos, vix paſſu à morte diſtare viſa ſis, nam peri-
cula tam vehementia & alta fuerunt, ut cymba tuę
vitæ jam propè mergeretur, divinitus es, non huma-
na ope conſervata, & ut modò videmus, ad iſtius no-
biliſſimi regni poſſeſſionem promota. Clementia
itaque & bonitate filii Dei, cui unicè fidebas, revi-
xiſti, regnũmque paternum atque avitum Deo bene
juvante obtines, idque ad Eccleſiæ Chriſti ſalutem,
& ad Reipublicæ Anglicanæ collabantis reſtitutio- D
nem: propterea piis omnibus hoc tempore id eſſe
in ore congruit, quod in Pſalmis feſtiviſſimè cani-
tur: A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in o-
culis noſtris: Lapidem quem reprobaverunt ædifi-
cantes, hic factus eſt in caput anguli. In Chriſtum
quidem iſta competere fateor, ſed cùm homines pii
membra ejus cenſeantur, de illis ea quoque uſurpa-
ri poſſe cenſeo, nam ornamentis & dignitate capitis
cætera membra corporis & decorari & frui, Paulus
Chriſti Apoſtolus abunde teſtificatur, quod planè E
de iis præſertim exiſtimandum eſt, quæ in corpore
Domini tam perſpicua ſunt, quàm Deus Majeſtatem
tuam in populo ſuo tandem voluit eminere. Hoc
porrò tantum eſt Dei beneficium, ut in te una mi-
nimè claudatur, ſed per te ipſam ad magnum fide-
lium numerum derivetur. Nam quotquot in iſto re-
gno aut cives nati ſunt, aut illi bona cupiunt, quique
nihil aliud atque Chriſti gloriam quærunt, ij omnes
videntur ſibi unà tecum à mortuis excitati. Quorum
ego quia nec ſum, nec volo eſſe poſtremus, uti me F
ſenſi hoc exoptabili nuntio, vehementi ac incredi-
bili affici lætitia, ita exiſtimavi Deo Optimo Maxi-
mo, cum primis gratias agendas, deinde Majeſtati
tuæ, nec non Eccleſiæ Anglicanæ ac ejus regno gra-
tulandum. Laudandus itaque Deus & Pater Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, qui plebem ſuam penè mor-
tuam viſitarit, & viam quæ nimis diu obſtructa fuerat
Evangelium filij Dei prædicando aperuerit. En rur-
ſus cornu ſalutis erectum eſt in regno Angliæ, quo
electi Dei potentia invicta Servatoris noſtri Ieſu G
Chriſti de manu inimicorum aſſerantur, & Deum
ſanctum ad literarum divinarum præſcriptum ſan-
ctiſſimè colant: Gloria jam ſit in altiſſimis, Pax in
Eccleſia, & bona Dei voluntas erga populum Angli-
canum, quo ductu & auſpiciis piæ hujus Reginæ, ci-
ves ejus juſtitia & ſanctitate ornati, coram ipſo per-
petuò & innocenter verſentur, eique ſic divinitus
illuceſcat, ut qui per noctem quæ præceſſit, rurſus in
tenebras & umbram mortis propemodum reciderant,
orto jam die pacis vias citra ullam offenſionem am- H
bulent. Id verò potentiſſima Regina quò fiat, poſt
Deum in tua manu ſitum erit. Nec dubitamus quin
pro antiqua tua fide, pietate ac Dei gratia, quæ à te
prima ætate ad hanc diem uſque protexit, defendit
& gubernavit, Deo & verbo ejus illum quem debes
honorem ſis præſtitura. Deus prohibeat à candido &
religioſo animo tuo, ingratæ voluntatis notam, quæ
licet ſit in quovis homine turpiſſima, in te quę Chri-
ſti beneficio iſto loco es, foret omnino intolerabilis.
At Majeſtatem tuam omnino perſuaſum habeo & I
prompto animo eſſe & voluntate ad Evangelicam re-
ligionem inſtaurandam. Et quamvis ad hoc agen-

Elizabetha Regina.

dum ſis per te ipſam ſatis inſtructa ac edocta, nec a-
liorum ſancta conſilia & piæ hortationes deſint, qui-
bus aures tuæ aſſiduè perſonent: attamen viſum eſt
mihi quoque pro mea in tuam Majeſtatem obſer-
vantia, quæ maxima eſt, nonnulla quæ ad hoc ap-
primè faciant, non minus breviter, quàm modeſtè
ſuggerere. Ea verò precor, ut non alìorſum abs te ac-
cipiantur, quàm ego ſcripſerim. Etenim quæ dextra
fide loquor, dextro item animo velim ſuſcipi.

Novi quàm teneræ ſoleant eſſe Regum hujus
mundi aures, verùm de tuis, cùm Chriſti ſis, non hu-
jus mundi, magnopere confido. Proinde ſepoſitis
Ethnicorum ſapientum rationibus, ad ſingulare no-
biliſſimũmque Davidis exemplum paulisper te de-
ducam, nam is dum vixit & regia poteſtate fuit illu-
ſtris, & eximia ſanctitate celeberrimus. Vnde ſi te per-
ſimilem ejus cupio evadere nihil à tua vel dignitate
vel pietate alienum cogito. Is cùm ad regnũ gerendũ
in Iſrael eſſet deſtinatus, priuſquam id aſſequeretur,
quemadmodum tu, graviſſima eſt paſſus, verùm cùm
eò perveniſſet, nihil antiquius habuit, quàm ut reli-
gionẽ jam collapſam reſtitueret, cujus caput & ſum-
ma illa ætate in eo ſita erat, ut arca fœderis præci-
puum Dei ſymbolum ad honores priſtinos redu-
ceretur, quæ negligentia Saulis Regis in Cirjat-
learim apud neſcio quem Aminadabum in privatis
ædibus jacebat neglecta, id ſanctiſſimus Rex pati nõ
potuit, illã itaque ad arcem Regiã advehere ſtatuit;
ſed in eo quod piè agere nitebatur, Sacerdotes non
rectè ſuo munere fungebantur. Quocircà pius Rex
de ſpe ſua propemodum deciderat. Verùm non mul-
tò poſt, ſeipſum colligens, & illos adegit ad officium
ritè faciendum, & ipſe gaudio incredibili, populique
ſingulari lætitia, Omnipotentis Dei Arcam, ſucceſ-
ſu fœliciſſimo in Zionem deduxit. Idem hoc opus,
Elizabetha illuſtriſſima Regina eſt à Deo tuæ fidei
unà cum regno, mandatum, ſanctum quippe Chri-
ſti Evangelium, quod temporum injuria, & adverſa-
riorum importunitate, elapſis annis jacuit neglectũ,
ne conculcatum dixerim, in ſuum locum reſtitu*a*s
oportet. Hoc ſi perfeceris, omnia tibi non minus
quàm Davidi ſanctiſſimo Regi proſperè ſuccedent,
Nam ſi cujus homini Chriſtiano, dictum eſt, ut re-
gnum Dei prius quæratur, deinde cætera facilè adji-
cienda, nónne idẽ Regibus juſſum putabimus? Certè
non ſi omnibus hominibus imperatur, ut Deũ quàm
ſinceriſſimè colant, ab ea præceptione Reges eximũ-
tur, imò quò majori pollẽt inter homines dignitate,
eò magis illa Dei lege tenentur: ſed tuæ Majeſtati
prolixo monitore non eſt opus, cui cœleſtis Pater
ſpiritum Principalem ſicuti Davidi afflaverit. Illud
tamen periculum imminet, ut ne qui dicuntur ho-
die ſacerdotes in Eccleſiæ reſtituendæ opere aber-
rent, quemadmodum tunc non abſque magna per-
turbatione uſu venit, cùm Dominus Ozam percuſ-
ſit. Non enim plauſtro arca Domini vehenda erat,
ſed portanda ſacerdotũ humeris, ceu lex divina præ-
ſcripſerat. Videndum itaque nunc etiã atq; etiã ne
talia contingant, ut dũ Eccleſiæ gubernatores vel er-
rore falluntur, vel evitare labores & juſtam diſcipli-
nã ſtudent, non verbo Dei & vitæ purioris exemplo
ſed plauſtris ceremoniarũ inutiliũ & mercenariorũ
ſordidis operis, Evangelii arcam nituntur vehere.
Hoc ſi animadverteris, illuſtriſſima Regina, ita fieri,
non plus æquo inſtar Davidis commoveatis, néve
inchoatum opus intermittas, ut ille ad tempus de-
ſtitit, verùm id è veſtigio facias, quod ipſum paulò
poſt feciſſe legimus: errorem ſacerdotum correxit,
Levitas in ordines certos digeſſit, & ad legis amuſ-
ſim omnia fieri mandavit. Hæc ſunt quæ abs te om-
nes pii ſanctiſſima Regina expectant. Hucuſque Re-
ges terræ, quòd graviſſimè dolendum eſt, conve-
niunt & reſiſtunt adverſus Deum & Chriſtum ejus,
à quorum ſocietate, uti Majeſtas tua eſt aliena, ita
quid tibi cæteriſque Regibus dicatur, audire debes.
Nunc Reges intelligite, erudimini qui judicatis ter-
ram, ſervite Domino in timore.

At dixeris, Quiſnam tandem erit, is qui requiritur
erga Deum religioſus cultus? Non utique alius, niſi
ea quæ contra Dei legem committuntur, præſertim
in eo colendo, pia ſeveritate prohibere atque corri-
gere, ſiquidem neceſſe eſt Regem bis Deo ſervire,

Davidis exemplum in inſtaurando Dei cultu.

1. Sam. 6. 2.

Matth. 6. 33.

Periculum in Eccleſia à Paſtoribus.

2. Sam. 6. 7.

1. Par. 23. & deinceps

Pſalm. 2. 2.

Ibid. v. 10.

Digitized by Google

tum quà homo eſt, fideliter credendo atque vivendo, tum quà Rex populo præeſt, leges juſta piáque præcipientes, necnon contraria prohibentes, convenienti vigore ſanciẽdo. Hoc Ezechias præſtitit, cùm lucos & templa idolorum ac excelſa illa deſtruendo, quæ adverſus mandatum Dei extructa fuerant, quãvis in eis aliquando non impiè ſacrificarunt. Hoc idem ſanctus Ioſias diligentia ſumma & pietate incredibili effecit. Hoc Ninivitarum Rex non detrectavit, qui civitatem univerſam ad iram Dei placandã compulit. Hoc Darius, ut in Daniele ſcribitur, Deo vero contulit, hoc & Nebucad-Nezar implevit, cum in regno ſuo degentes, à maledictis in viventẽ Deũ lege graviſſima compeſcuit. Hoc idem facilè poſſem monſtrare, permultos Reges, atque potentiſſimos Imperatores poſt Chriſtum factitaſſe. Cõſtantinum inquam, Theodoſium, Carolum magnum & alios plurimos: verùm ne vel à memoria noſtrorum temporum, vel à tua Illuſtriſſima ſtirpe diſcedã, hoc frater tuus Eduardus Angliæ Rex præclariſſimus, pro viribus & ſanè præ quàm ejus ætas pateretur, facere ſtuduit, cujus regnum diutius extrahi, peccata noſtra & ingratitudo intolerabilis non ſiverunt, eximias illius adoleſcentis virtutes, & egregiam pietatẽ, Deus orbi tantum oſtendere voluit: deinde ut nos, quemadmodum mala noſtra merita exigebant, aliquantulum caſtigaret, illum è terra citius ad ſe revocavit, ſed bene habet, quia noſtrum poſt quandam paternam correptionem eſt miſertus, cùm te ſororem ejus dulciſſimam hoc tempore ſurrogavit, quæ multò plura quàm ille poteris abſolvere, magiſque opinioni de te conceptæ reſpondebis, quòd major natu ſis, atque ob id regnum non alieno, ſed tuo ipſius arbitrio adminiſtrabis. Habes itaque Regina præclariſſima, Regum veterum, necnon poſteriorum, & denique ſuaviſſimi fratris exempla ſplendidiſſima, quorum veſtigia ſi volueris (velle autem debebis) religioſè premere, commoda plurima & ingentia conſequeris. Primùm Deo Optimo Maximo te ad ejus verbum adjungẽdo, rem gratiſſimam facies; Eccleſiam Chriſti tantùm non funditus collapſam reſtitues: nationi tuæ, quod ad pios attinet, ſatisfacies: exteris principibus regnandi ſanam piámque rationem tuo illuſtri exemplo commonſtrabis.

Dan. 3.

Religionis curam ad Reges pertinere.

Nec illis, rogo te, unquam aſſentiaris, qui fingunt emendandæ religionis curam ad Principes minimè pertinere, non enim pii Reges quos antea commemoravi ſic exiſtimarunt: non ſic ſacræ literæ nos inſtituunt, nec ita vel ipſi Ethnici atque Philoſophi arbitrati ſunt. An pii magiſtratus eſt unam tantùm, eamque poſteriorem divinæ legis tabulam tueri? An cæterarum omnium facultatum Rex curam ſuſcipiet, ut rectè ac ſine dolo tractentur, unius autem religionis cogitationem abjiciet? Deus prohibeat, ſi Epiſcopi & Eccleſiarum miniſtri officium nõ fecerint, ſi tradendis dogmatis & ſacramentis adminiſtrandis à literarum divinarum juſtis regulis deſciverint, quis eos niſi pius Princeps in viam revocabit? Non expectat majeſtas tua, quemadmodum nunc res habent, ut illi per ſeipſos ad hæc extimulentur, niſi regia illis admoveantur calcaria, templi Dei ruinas minimè reſarcient. Ioas Iudæorum Rex, cùm ſacerdotes hoc minimè præſtare animadvertiſſet, provinciam inſtaurandorum ſarcta tectorum templi ad ſe recepit. Age itaque noſtrorum temporum ſancta Debora, quempiam tibi adjungas pium Baracum, Iſraelitas variis modis oppreſſos in Evangelii ſinceram puramque libertatem aſſeras. Ne verearis, conatus enim iſtos favore Deus non ſolet deſtituere, illum tecum habebis, ut inſtar Iaelis, mulieris fortiſſimæ, Iabini caput malleo tuæ potentiæ percutias, atque terræ unde ortum habuit, infigas, quò piæ tuæ genti moleſtus eſſe deſinat. Te illam Heſteram fore magnopere confidimus, quæ Amanum ſitientem cædis & ſanguinis populi Dei, ad ſuſpendium adigat. Addant Majeſtati tuæ animum ſanctæ hæ mulieres, nec eo nomine labeſcere te ſinas, quod non vir, ſed mulier nata fueris, Dei virtus ubinam potius quàm in infirmitate ſe aperit? Porrò fortia mundi non adhibuit ad regni Chriſti propagationem, ſed humanam ſapientiam, carniſq́; ſublimes rationes, per debiles atque humiles Evangelio ſubjugavit. Et in eo bello quod Xerxes adverſus Græcos geſſit, ſi tamen res Ethnicorum ſpectandæ ſint, viri Perſæ, cæſi ſunt, & ignominioſæ fugæ ſe mandarunt, cùm interim Artemiſia illuſtriſſima regina virili animo fortiſſimas pugnas ediderit. Quo intellecto Xerxes ait, Viros in eo prælio fœminas fuiſſe, mulieres verò ſeſe fortiſſimos viros præbuiſſe. Imperium quoq; Romanum Zenobia fortius multò, quàm Galienus defendit. Quamvis in tua Majeſtate, nihil poteſt, Dei gratia, præter ſexum, aut muliebre, aut infirmum jure notari. Sed ne videar quippiam tuis auribus dare, præterire ſtatui eruditionem incomparabilem, ſcientiam linguarum, clementiam, pudicitiam, prudentiam, & cumprimis pietatem, cæteráſque virtutes, quibus ornata Dei beneficio, non tantùm diceris, ſed vere es illuſtriſſima. Quamobrem ad ſanctum opus quod abs te omnes boni expetunt, audacter accingere, nihil diaboli fraudes, nihil pravorum hominum impedimenta, nihil ſexus debilitatem verita, Deus hæc omnia uno ſuo oris flatu diſſipabit. Meæ verò ac mei ſimilium partes interea erunt, Deum aſſiduis atq; inflammatis precibus orare, ut Majeſtati tuæ primùm largiatur, ut optima quæq; tuopte ingenio atq; intelligentia perſpicias: deinde ut ſana & utilia per alios conſilia ſuggerantur: adhæc ut ea quæ rectè fuerint oſtenſa, recipias, ac denique ut iis quæ facienda ſuſceperis, fortunatus felixque ſucceſſus divinitus concedatur. Ego ſanè pro te vota hæc, Regina Illuſtriſſima, Deo quotidie facio, méque recipio, quoad vixero, nunquam ab iis poſtulatis deſtiturum. At cœleſtis Pater, qui corda Regum in ſua manu habet, per quem Reges regnant, quique imperia ſuo arbitratu ad quoſcunque voluerit, transfert, ille Majeſtatem tuam unà cum Eccleſia & gente Anglicana ſuo ſpiritu dirigat, & ſalutari gratia quàm diutiſſimè incolumem conſervet. Tiguri 22. Decembr. Anno 1558.

Mulieres Ethnicorum.

Prov. 21. 1. Prov. 8. 15. Dan. 2. 21.

Tuæ Majeſtatis cliens obſervantiſſimus

PETRVS MARTYR.

IOANNI CALVINO.

CVm ad vos clariſſime vir, N.N. hinc reverteretur, committere nolui quin per eum aliquid ad te ſcriberem, quò & ſcires me rectè valere & vehementer cupere, ut hoc verno tempore à febri, qua diu laboraſti, denique libereris. Quod ſi Deus pro ſua bonitate dederit mirificè gaudebo, & illi de tua valetudine reſtituta gratias agam. Fuit hic ſuperioribus diebus famulus Domini à Laſco, qui nunciat, in Polonia ſoluta eſſe comitia, negotium autem religionis in proximum Septembris, quòd tum denuo ſint ejus regni habenda comitia. Sed id præterea ſignificavit, quod mihi admodum grave ac moleſtum fuit auditu, Medicum Blandratam ſeſe in amicitiam N.N. inſinuaſſe prætextu medicinam faciendi ejus inveterato morbo. Quo audito veritus ſum, ne illi ſeni facilè imponat: non quaſi exiſtimem, ei medici errores ullo modo poſſe obtrudi: ſed quia is, uti ſolet, cum viris doctis aliud ſimulabit, dúmque ſe nihil ab orthodoxis differre bene libratis verbis præ ſe feret, in homines imperitos ac rudiores totum ſuum venenum evomet. Sic enim, uti video, illi agunt: ab infirmiorib. auſpicantur, cum doctis verò ac primariis viris ſe eos eſſe, qui ſunt, omnino diſſimulant. Itaque literas ad N.N. dedi, quibus hominẽ ſuis coloribus pinxi, ejus ingenium & errores prodidi. Nunc autem ea de re te monendum cenſui, ut ſi qua tibi facultas literarum mittendarum in Poloniam detur, nõ omittas ea ſcribere, quæ ſaluti Eccleſiæ conducere judicaveris. Pacem factam inter duos reges hîc affirmatur conſtantiſſime, cujus tamen conditiones adhuc ignorantur. Vtinam in Chriſtum & ſanctam ejus Eccleſiam non conſpirent. Quod nihilominus etſi fecerint, de auxilio Dei bene ſperabimus. Non enim mortuus eſt, nec unquam morietur, habétque mille artes & infinitas vias ad ſuos liberandos. Eum qui has literas feret, cùm ſit tibi probè notus, minimè commendo. Mecũ

Blandrata.

hic

hic toto elapſo trimeſtri vixit, ſuáque morum ſuavitate, doctrina & eruditione me plurimùm delectavit. Suæ patriæ promovenda religione prodeſſe mirificè cupit. Res eſt nunc præſertim difficilis. Ego quale potui conſilium dedi, quod illum abs te item quæſiturum omnino exiſtimo,& habebit, uti confido,prudentiæ ac pietatis plenum. Vale præſtantiſſime vir ac frater in Domino plurimùm obſervande. Tiguri 16. Aprilis. Quæſo te ſalutem ſymmyſtis omnibus meo nomine dicito.

AMICO CUIDAM in Angliam.

TE totum mi N. in tuis literis vidi. Utrinque times. Nam ſi rejicias miniſterium, videris occaſionem rei bene gerendæ corrumpere. Sin verò functionem oblatam ſuſceperis, jure meritóque vereris, ne iis inſtitutis aſſentiri videaris, quæ putū Dei cultum non tantùm imminuunt & diluunt, ſed etiam corrumpunt, & mirum in modum labefactant. Etſi hominibus erga Evangelium infirmè animatis, parū habere ponderis ac momenti videantur. Nam ea omnia pro adiaphoris habent. At quis paulò rectius de religione inſtitutus, videns te Chriſti nunciū & ſtrenuum Evangelii buccinatorem, ad altare veſtibus indutum coram imagine crucifixi precari, verba ſacra recitare, diſtribuere ſacramenta, non exiſtimabit abs te quoque ritus iſtos non tantùm ferri, ſed etiam approbari? Unde tibi poſtea ſecus docenti fides minimè habebitur. Qui enim aliter docet, atque faciat, quæ deſtruit ædificat, & quæ ædificat viciſſim evertit. Neque tali facto exemplum Apoſtoli prætexi poteſt, qui Iudaicas cæremonias aliquandiu integra conſcientia retinuit: quoniam inſtituta Moſaica Dei authoritate ac lege olim invecta fuerunt, non humano conſilio reperta, neque damnati cultus gratia. At iſta de quibus nunc agimus, & ab hominibus inſtituta ſunt citra ullum divinum oraculum, & cultui quē hodie quotquot pii ſunt execrantur, ſplendidè inſervierunt. Utinam vidiſſent, qui hæc cenſuerunt conſervanda, Evangelium iis manentibus non ſatis eſſe firmum. Profectò ſi ex animo ſuperſtitiones odiſſemus, vel ipſa eorum veſtigia omnibus modis curaremus extirpanda. Utinam hoſtium noſtrorum perverſo ſtudio evaſiſſemus aliquanto doctiores. Illi omnia ſedulò evitant, quęcunque noſtram religionem quocunque modo reſipiunt, & data opera, quantum poſſunt, à ſimplici cultu Chriſti & Apoſtolorum vetuſtiſſimo ritu diſcedūt. Cur nos viciſſim non curamus ab illorum pernicioſis inſtitutis quàm longiſſimè abeſſe, atque ſimplicitatem Apoſtolicam, non tātùm in doctrina, ſed etiam in adminiſtratione ſacramentorum æmulari? Non video qui hæc à vobis retenta poſſint rectè adiaphora judicari. Certè ſpectatoribus quandam referunt peſtiferæ miſſæ expreſſam ſpeciem, qua ſibiipſis impii homines admodum placebunt, miſſam quippe adeo rem ſanctam fuiſſe dicent, ut ejus illuſtre ſimulacrum nec nobis quidem diſplicere potuerit: nam quamvis eam non retinemus, multis attamen & præclaris modis imitamur. Quis adhęc obſtabit, quin ex adſtantibus, ij quibus adhuc in præcordiis hæret papatus, imaginem crucifixi adorent? Facient porrò nec animi eorum motus prohiberi poterit. An dicent iſtorum conſiliorum architecti non id ſuo, verùm illorum vitio fieri, qui malè ſunt imbuti, & ſuperſtitionum ſuarum nimium tenaces? At ſe occaſionem dare non poterunt inficiari. Væ autem hominibus per quos venerit ſcandalum. Neque ſuæ cogitationis ullum argumentum vel ex divinis literis, vel ex Eccleſiæ primitivæ inſtitutis afferre poterunt. Quod ſi ſtudium tantummodo faciendi novi fœderis ad hæc impellit: meminerimus pactum inter nos & Deum ſancitum olim, humanis fœderibus præſtare, ac videndum quàm attentiſſimè, ne dum civilia ſectamur cœleſtium jactura fiat. Quare mi N. chariſſime in Chriſto frater, cùm res hoc loco ſint, duo tibi conſulo, primùm ut concionandi functionem retineas, nec deſinas publicè ac privatim veritatem dogmatum propugnare, atq; ritus offenſionis & ſcandali plenos convellere. Alte-

Veſtes & imago crucifixi.

A rum, ut à miniſterio ſacramentorum tantiſper abſtineas, donec iſtæ non ferendæ maculæ auferantur. Hac ratione rei bene gerendæ occaſio non amittetur, neque tuo exemplo alios in ſuperſtitionibus cōfirmabis. Atque hoc non mei unius conſilium eſt: ſed idem quoque Reverendo atque viro clariſſimo D. Bullingero videtur. De quæſtione autem priori me reſcripſiſſe memini, fortaſſis literæ aut aberrarunt, aut ſunt interceptæ. Atque nunc denuò reſpondiſſem. B Verùm ubi ſint tuæ literæ ignoro, nec quæſitas reperire valui. Quod ſi ad eas reſcribi optas, non graveris quæ rogaveras iterum ſcribere. Salutes omnes amicos. Hic D. Bullingerus, uxor mea, & Iulius cum ſua & reliquis domeſticis te ſalvere jubent. Ego verò tuæ uxori ac Giannæ privatim ſalutem dico. Decimoquinto Iulii. Anno 1559.

IOANNI CALVINO.

C QUod literas, vir clariſſime, rarius quam ipſe velis, & ego cuperem, huc ſcribas, me non ita movet, ut vel abs te minus diligi, vel minus curari ſuſpicer. Nam ut afflicta valetudine hactenus fueris, & quàm gravibus atque multiplicibus negotiis tantum non obruaris, compertiſſimum habeo. Utinam quēadmodum id probè novi, ſic te aliqua ex parte allevare poſſem. At confido Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui fons opportuni auxilii atque ſolidæ conD ſolationis eſt, ita denique tibi adfuturum, & ut corpore melius valeas, & moleſtiæ quibus ultra vires premeris, nonnihil mitigentur. Quod Galliæ res tam malè habeant, ęgerrime quidem fero, quamvis ita eventurum antea judicavi. Nam intelligebam N. illos facilè rerum potituros, ad quorum manum imperii ſūma ſi perveniſſet, facile divinatu fuit, quò religionis fortuna eſſet caſura. De Regina mirantur fortaſſis alii, ego non miror. Nam pietatis ejus erga religionem ſynceram ullam ſignificationem hactenus E nunquam ſenſi. At de Rege Navarræ novum admodum videtur, ut qui antea Evangelio filii Dei tam pleno ſpiritu favere videbatur: nunc quando maximè opus erat, ſe pietate vacuum adeo præbeat. Quid hic agamus? qui Rex Regum eſt, & Dominus Dominantium abſque Regibus & dominis hujus mundi, cauſam ſuam tuebitur & promovebit: veſtræ quoque urbi defenſor & propugnator, uti ſpero, aderit. Non enim fidelibus, quando ſuis temporibus urgentur, ſolet deeſſe. Id autem eùm hactenus nemini F commiſerit, ut nunc à vobis incipiat non eſt opinādum. Nos verò quando aliter non poſſumus, rem veſtram contentiſſimis precibus apud Chriſtum juvamus, nec diffidimus quæ illius bonitas eſt, ab ipſo nos denique auditum iri. Bullingero & cæteris tuo nomine ſalutem dixi, qui te viciſſim plurimum ſalvere jubent. Iuveni autem quem tuis literis commendaſti, quacunque in re potero, libentiſſimè gratificabor. Symmyſtas tuos mihi velim diligenter admodum ſalutari, præſertim Dominum Viretum atq; G Bezam, cujus nomine Lælius mihi dedit inſtituta veſtri collegii: quod vos erexiſſe tum vehementer gaudeo, tum ea de cauſa Deo ingentes gratias ago, illum obſecrans ut quod bene cœpiſtis, fœliciſſimè vertat. Bezæ verò libenter modò ſcripſiſſem, niſi tabellarius nimium feſtinaret. Vale Domine colendiſſime, ac frater in Chriſto plurimum obſervande. 26. Septembris. Tiguri.

H

THEODORO BEZÆ.

LIteras, vir clariſſime, & frater in Chriſto plurimum obſervande, quas ad haſce meas adjunxi, Caſpar Olevianus tuus ac meus, imò noſter, ad me ſcripſit: verùm quia & tabellariis ad vos deſtituitur, & otio parum abundat, oravit, ut illis perlectis, illico eas ad te mitterem, quò & ipſe non ignorares quid ageret, & in quibus diſcriminibus Evangelii propagandi cauſa verſaretur. Ego verò quod optimus & I pius vir à me rogavit, duobus nominibus quàm libētiſſimè facio. Primùm, ut ipſi Oleviano gratificer, quem ob ſuam non vulgarem doctrinam & egregiā

Olevianus.

Digitized by Google

ſtudium erga religionem plurimi facio: tum quia juſta occaſio ad te ſcribendi ſe offert, quam pro ea qua te benevolentia complector, ultrò ac volens arripio. A Nam cupiebam alioqui tibi gratias agere de libello, quem N. tuo nomine mihi reddidit, quo ſcholæ veſtræ nunc inſtitutæ leges (ut ſoles cætera) eleganter comprehendiſti. Proinde tibi, Eccleſiæ & Reipublicæ veſtræ, Academiam, quam extruxiſtis, mirificè gratulor, & Deum Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti oro atque obſecro, ut indies majoribus donis cumuletur, B & fructuoſa tam religioni quàm politiæ, quemadmodum optatis, evadat. Certè à vobis nil iis præſertim tẽporibus utilius excogitari poterat. Laudandus Deus, qui vos in ſummis periculis ita erigit, ut de illius gloria latius provehenda cogitetis, quàm alii permulti faciunt, qui ſecuritate atque otio undique ſolvuntur & diffluunt. Deus operi ſuo proculdubio aderit, & quod optimo conſilio cœpiſtis, nõ modò tuebitur, ſed ut mihi polliceor omnéſque boni ſperant, uberrimis atque largiſſimis acceſſionib. fortunabit. C Nec veſtri novo gymnaſio melius conſulere potuerunt, quàm ut illius te rectorem moderatorẽq; deligerent. Omnia enim pro ea dexteritate atq; prudentia, qua te Deus ornavit, ita diriges ac temperabis, ut ſuper ea quæ abs te jacientur fundamenta, alii nullo fermè negotio rectè ac ſanctè queant ædificare. Quod ad me attinet, ſi aliud non licuerit, vobis rectè ac ſtrenuè currentibus non mortuos, imò vivos atque clariſſimos plauſus dabo. Sed ad Olevianum redeo, quò magis ipſe pro cauſa Chriſti ac Evangelii D ejus periclitatur, eò precibus eſt promptius ac alacrius juvandus: neque ingrata neque infrugifera eſſet adhortatio, quæ illum in tanta contentione graviq; certamine, conſolaretur ac reficeret. Sed tibi clarè ac perſpicuè videnti non eſt quòd meis conſiliis præluceam. Vale, ſerve Dei fidelis, & frater in Chriſto colendiſſime. Deus tuis laboribus benedicat. Salutes, quæſo mihi D. Calvinum, D. Viretum, cæteroſque miniſtros & ſymmyſtas. Diſcrimina, in quibus verſamini, me ac cæteros bonos haud minus tãgunt, quàm E ſi præſentes iſtic veſtro loco eſſemus: precibus non deerimus. Faxit Deus pro ſua miſericordia, ut quemadmodum confidimus fore, audiamus. 4. Octob. 1559.

AMICO CVIDAM in Angliam.

QVas literas ad me 27. Auguſti dediſti, circa finem Octobris accepi, quare ſi reſpondeo tardius, F culpa in me non hæret, præſertim cùm tabellarios fidos Argentina crebrò non habeamus. Verùm de tota ea re de qua nunc rogas, me ſcio ad te aliis meis literis luculenter ſcripſiſſe. Quare vel aberrarunt literæ, vel cùm iſta ſcriberes nondum acceperas. Attamen ut operam & conſilium meum hîc nõ deſideres, quæ antea ſcripſi repetam. De impropriationibus nihil videtur eſſe laborandum, non enim in tua manu eſt, unde aut quomodo Regina velit, aut Epiſcopo G aut parochis victum ſeu ſtipendium perſolvere. Quod ſi videantur illi eſurire, pro eis vos ipſi precari ac intercedere poteritis, vel ſi abundatis, de veſtro victu, ſi lautior fuerit, aliquid impertiri. De Pileo quoque rotundo vel habitu extra ſacra geſtando, nõ arbitramur eſſe plus quàm oporteat rixandum, non enim ibi ſuperſtitio videtur propriè locum habere. At de veſtibus ut ſacris in miniſterio ipſo adhibendis, cum ſpeciem miſſæ referant, & ſint meræ papatus reliquiæ, Dominus Bullingerus cenſet non eſſe H illis utendum, ne tuo exemplo res quæ ſcandalo eſt confirmetur. Ego vero etſi uſui ejuſmodi ornamentorum ſemper ſum adverſatus, quia tamen videbam eſſe præſens periculum, ne concionandi munere abdicareris, & ſpem fortaſſis aliquam fore ut quemadmodum altaria & imagines ablatæ ſunt, ita etiam illę ſpecies miſſæ auferantur, ſi tu & alii Epiſcopatum adepti prorſus in id incumberetis: quod minus forte procederet, ſi loco tuo alter ſucceſſerit, qui non tantum illas reliquias repelli non curaret, ſed potius I defenderet, foveret ac tueretur. Idcirco tardior eram ad ſuadendum ut potius Epiſcopatum recuſares, quàm

Impropriationes.

Pileus.

Veſtes.

A ut illarum veſtium uſum reciperes. Attamen quia ſcandala ejus generis vidi prorſus evitanda, propterea in ſententiam ejus facile ceſſi. Altaribus verò ac imaginibus conſervata, ego ipſe ultro, quemadmodum aliis literis ſcripſi, nequaquam miniſtrandum cenſeo. Hæc ſunt quæ poſſum de re præſenti ſcribere. Tu verò id videto ne adverſus conſciẽtiam quicquam facias. Cęterùm vereor ne literæ ſerò veniant, quam tamẽ culpam ego præſtare non debeo, cùm B facultatem nullam ſcribendi omiſerim. Ad extremum ego id te ſcire velim, quæſtiones hujus generis nobis quoque duras eſſe, ideo conſilium non tam facilè dari poteſt. Ego cùm eſſem Oxonii veſtibus illis albis in Choro nunquam uti volui, quamvis eſſem canonicus, mei facti ratio mihi conſtabat. Quare tibi quoque conſulo, ut in arena conſilium capias. Novi exemplum meum non debere tibi juſtam eſſe confirmationem, quod verò me movit & adhuc movet, & te fortaſſe movere poterit, nempe id non faciendum, C quod ea confirmet, quæ conſcientia mea non probet. Breviter juſſiſti ut ſcriberem, ſcripſi breviter. Tu boni conſule, pro me oro, ſalutes amicos. Tibi ſalutem dicit D. Bullingerus, uxor mea, Iulius cum ſua. Plurimum vale ſuaviſſime frater, & Domine in Chriſto colendiſſime. Tiguri 4. Novembris 1559.

EIDEM IN ANGLIAM.

D BInas abs te literas, mi frater in Chriſto chariſſime ac Domine magna reverentia ſuſcipiende, unas Octobri menſe datas, alteras verò Decembri ſimul accepi, nempe 24. Ianuarii. Vides igitur quam tardè perferantur. Ad tuas interrogationes jã antea bis reſpondi. Sed ſi literæ intercipiuntur, aut quòd tardiſſimè redduntur, non ſum accuſandus negligentiæ, quin potius literarum noſtrarum dolenda eſt infelicitas, quàm nos damnandi, quaſi ſcribendi officium intermiſerimus. Cæterùm, miſſis querimoniis, ad ipſas res E de quibus rogas venio. Primùm te hortor, ne oblatæ functioni te ſubducas, propter miram iſthic miniſtrorum penuriam. Vnde ſi vos qui eſtis veluti columnæ, detrectaveritis Eccleſiaſtica munera obire, & paſtoribus deſtituentur Eccleſiæ: & lupis & Antichriſtis locum cedetis. Extra functionem permanentes, non emendabitis quæ diſplicent, imo vix conceſſa retinebitis. Quod ſi ad gubernacula Eccleſiæ ſedeatis, ſpes eſt multa, & ſi non omnia poſſe corrigi. Abſtulerunt inquis prædia, ſed cogita vos F non alienaſſe: Inconſultis vobis hæc facta ſunt, nullam ergo culpam hîc præſtare tenemini. Parochiis interea quid ſtipendii relinquitur? Ab Epiſcopis paſcendi erunt. Hic fidendum eſt Deo, qui aliquam viã patefaciet & rationem eos alendi. Paſcit volucres cœli, lilia veſtit in agris: nec quenquam deſerit in ſua vocatione rectè ambulantem. Cavendum verò ne judicemini ab iis qui occaſiones quærunt, ſpectare commoda & opes. De pileo quadro & veſtitu externo Epiſcopali non arbitror multùm diſputandum, G cùm ſuperſtitione vacet & rationem civilem in illo regno præſertim poſſit habere. De veſtibus quas vocant ſacras, fateor aliquid eſſe durius, & quod me ipſum nonnihil perturbet, ut mirer illas adeo mordicus retineri. Optarim enim omnia quam ſimpliciſſimè fieri, cùm tamen cogito, ſi inter Saxonas & noſtras Eccleſias quo ad dogmata pax obtineri poſſet, propter hujuſcemodi veſtes haudquaquam ſeparationem futuram. Etſi enim illa minime probaremus, ferremus tamen, nobis gratulando quod eas abrogaverimus. H Veſtibus ergo iſtis uti poſſes vel in concione habenda, vel in Cœna Domini adminiſtranda, ſic tamen, ut dicere & docere contra earum uſum pergeres. Nunquam verò conſulam, ut vel concionaturus vel cœnam Dominicam adminiſtraturus, crucifixi imaginem ſuper menſam habeas. De correctione Papiſtarum quo ad præterita, memineris pro pace non ſemel intermiſſam, & in Eccleſia factam quandoque ἀμνηστίαν. Hæreticóſque receptos cum priſtinis honoribus & gradibus, modo ſanæ religioni ſubſcriberent. I Id vobis providendum eſt, ut in poſterum nihil admittant, quod religioni modò receptæ adverſetur. Illi verò qui vobis per advocationes offeruntur pro-

movendi

Prædia Eccleſiaſtica.

Matt. 6. 26.

Veſtitus.

ἀμνηστίαν in Eccleſiis.

Digitized by Google

movendi à patronis non debent à vobis inſtitui niſi A religioni quæ modò viget ſubſcripſerint, quod ſi nõ fecerint, puto vobis relinqui liberum ut eos repudietis. De pane infermentato qui adhibetur cœnæ ſacræ, tu ipſe noſti omnes Eccleſias noſtras non litigare, imo omnes paſſim uti. Quod verò ſcribis permultos offendi veſtitu illo Epiſcopali & ſacris veſtibus ut eas vocant, facilè credo. At vos ibi culpam effugietis, ſi veſtris concionibus oſtenderitis eas vobis quoque diſplicere, atque omni ſtudio conabimini B ut aliquando tandem abrogentur. De illis autem ambulationibus in hebdomada rogationum, quæ videntur ab Ethnicorum ambulationibus defluxiſſe, quid rectè conſulere poſſim vix habeo. Idcirco ſuperſtitiones omnino vitandas. At ſi tantùm in iis ambulationibus Deus oretur, ut pro ſua miſericordia & novos fructus benignè ac illorum bonorum uſum concedat, & unà gratiæ agantur de alimentis præteriti anni, videbuntur fortaſſis evitatæ ſuperſtitiones. Quamvis & contra ejuſmodi ritum ſit & C magiſtratus & populus edocendus, & pro viribus agendum, ut explodantur ceu reliquiæ Amorrhæorum. Hæc habuimi frater, in præſentia quæ ſcriberem. Deus aut hæc tibi perſuadeat, aut meliora ſuggerat. Hac de re tota cum D. Bullingero contuli, qui & aſſentitur, & plurimam tibi ſalutem dicit. Mea quoque unà cum Iulio & Anna tibi ac tuis omnibus ſalutem volunt aſcribi, Tiguri Calendis Februarii 1560.

Ambulationes.

EIDEM IN ANGLIAM.

AD eas literas quas ad me ſexto Ianuarii ſcripſiſti, non antea reſpondi, quoniam Calendis Martii eas accepi, neque Tiguri tabellariorum copiam facilem habemus. Nunc id tibi perſuadere debes, quæ tibi & tui ſimilibus dolent, & mihi & fratribus vehementer dolere. Vt autem quæſtionibus tuis denuo reſpondeam non arbitror eſſe admodum operæ E pretium, quia meas omnes exiſtimo ad te perveniſſe, quibus ut potui, non fortaſſis quantum res exigebat, quantúmve ipſe deſiderabas reſpondi, attamen ea dixi, quæ tunc ad negotium facere videbantur. Quę vos timetis, nos à vobis non poſſumus niſi precibus avertere, quod ſedulò, mihi crede, facimus, & faciemus. Denique ut ad tuam poſtremam quæſtionem veniam, Crucifixi habere ſignum, in ſacra menſa, dum cœna Domini adminiſtratur, ego ἀδιάφορα non habeo, neque conſulerem cuiquam ut eo ritu ſacramenta diſtribueret. Tu autem qui es in ipſo certa F mine, conſilia hinc non expectes: valde quippe ſumus à vobis procul qui in ipſa conſultetis harena. Vocatio non eſt temerè abjicienda, nec etiam cum veritatis injuria ſuſcipienda. Summa eſt, Imaginum cultus nullo modo toleretur. Nec D. Bullingerus nec ego talia pro ἀδιάφοροις habemus, imò tanquam prohibita repudiamus. Tu verò, niſi ad hæc adigaris, ne miniſterium recuſes quod ultro tibi offertur. De ſcribendis literis ad Reginam iſta de cauſa ſic accipito. Tãtis ego nunc obruor occupationibus, ut etiamſi G maximè velim non poſſim. Etenim à duobus propemodum menſibus in Schola ſolus doceo, cauſam vero non arbitror literis committendam. Huc deinde accedit, quòd meas literas non exiſtimem habituras multum ponderis. Scripſi quidem bis publicè & privatim, nec intelligere potui an quæ ſcripſerim accepta fuerint. Præterea, ſi ut dicitur, conſilium eſt veſtratum ut Auguſtanam Confeſſionem amplectãtur, & fœdus Proteſtantium ambiant, ipſe cogitare H debes, quo loco meæ ac mei ſimilium literæ ſint habendæ. Quod unum poſſum, non deero precibus, ut regnum & Eccleſia veſtra unà cum potentiſſima regina in Chriſto feliciſſimè vivant. Cauſam tamen egi ut volebas cum Domino Bernardino, is valetudinarius eſt, cùm ſenio, tum recurrentibus ſenum morbis, attamen ſcribendi provinciam non recuſavit, imò ſe facturum pollicetur cùm poterit. De Bullingero non dubito quin ſit ſcripturus, eſt enim in iſta cauſa quàm optimè animatus, quandoquidem ipſe I tuas literas legit, mihi nil adhuc indicavit, quod tibi queam ſignificare. Vale. Bullingerus, omnes ſymmyſtæ, mea uxor, Iulius cum ſua ſalutem dicunt. Mihi natus eſt filius ſecundo Martii, & 10. obiit. Omnes tuos meo nomine ſalvere jubeas, & Martyrem tuum amare non deſinas. 20. Martii 1560.

Crucifixi imago.

ECCLESIÆ PEREGRINORVM *Londini.*

HAdrianus incommodè feciſſe videtur, qui Eccleſiam turbaverit, movendo eam controverſiã, de qua nos hiſce diebus conſulti ſumus. Deinde in eo minus probandus eſt, quòd eam tueatur ſententiam, qua potius deſtruuntur auditores, quàm in veris & orthodoxis dogmatis ædificentur. Cum enim ſtatuit perverſam opinionem de carne Chriſti cœlitus allata, non autem ſumpta ex beata virgine, Anabaptiſtis non adimere ſalutem, ſi pertinaciter in ea hæreant, ſed adhuc illos in ea profeſſione cùm ad Chriſtum, tum ad Eccleſiam pertinere, annon id & pondus & ſcelus illius hæreſeos elevat? annon illos miſeros in ſuo errore confirmat? Annon alios ab ejus erroris cavendi ac vitandi ſollicitudine revocat? Sed ait, qui Dei timore tanguntur, cedent monſtrantibus eos in magno & periculoſo errore verſari. At ſcire velim, quam gravis ille ſit error, quámve id horrendum periculum, quòd homines ab æterna ſalute non divellat, ſed eos adhuc & membra Chriſti & Eccleſiæ partes eſſe patiatur. Apoſtolus, cum quędam peccata præ cæteris exaggeraret, ait qui talia faciunt, regnum Dei non poſſidebunt. Sed Chriſti fideles miniſtri, quamvis certis verbi Dei teſtimoniis hanc ſententiam confutent & intonent, ſic errantes niſi reſipiſcant perituros, non efficiunt ut veritati cedant, credemus eos magis emolliendos & ſanandos, cùm audiverint ſuam opinionem, quamvis falſam & à verbo Dei alienam ipſos neque à ſalute neque à Chriſto excludere? Non eſt veriſimile, imò cùm docebuntur vera, ſuóque delirio contraria, dicent ſano præceptori, tempus & operam perdis. Non recedo ab eo dogmate, quod propugnandum ſuſcepi, quod mihi probatur, quod homines à vita æterna minimè abjungit. Dicent præterea cæteri fideles, quid iſtos evitamus & cavemus tam diligenter, cum illorum converſatio non ſit peſtifera? nam etſi eorum contagione inficeremur, de ſupremo fine haudquaquam periclitabimur. Hadrianus, qui alias adverſatur Anabaptiſtis, & ob vitæ ſanctimoniam, ut audivimus, laudatur, hæc parum attentè conſideravit, ideo reſponſum putat illo ſuo dilemmate: Is cum quo agitur, aut Deum timet, aut ejus timore deſtituitur. Si Deum nequaquam timet, ſed eum potius aſpernatur, luditur opera, cùm ob hujuſmodi contemptionem ſit excæcatus. Si verò Dei timore ornatur, rectè monenti acquieſcet. Sed utrunque cornu dilemmatis facilè retunditur, qui Deum non metuit & cum ei proponitur æternę mortis pœna, illum negligere pergit, ſibi gravius judicium & duriorem condemnationem accerſit. Quî verò Dei timore ornatus eſt, adhibitis vehementioribus calcaribus, ad veritatem magis citato curſu appropera bit. Quare doctrina hujuſcemodi, nihil habet fructus, multum damni ſecum trahit. Hęc ſummatim de tota cauſa judicamus. Nunc veniendum eſt ad ejus partes & membra ſigillatim excutienda, quod paucis & carptim facere cogimur, cum alia negotia ſint prę manibus, quę ſi etiam vellemus, intermittere non licet.

Verũ de Christi persona hæreſis obfirmata à ſalute Anabaptiſtas excludat.

1.Cor.6.

Id inprimis non poſſumus non mirari, Anabaptiſtas aſſeri verum habere mediatorem, quamvis ejus carnem de cœlo allatam, non de Virgine ſumptam credant, certè mediator eſſe non poteſt, niſi & ſit & fide comprehendatur, quemadmodum illum Deus conſtituit, & in ſuis promiſſionibus patefecit. At ille decrevit ut carnem ex hominibus haberet, & id verbis perſpicuis & apertis in divinis literis teſtatus eſt. Quocirca illi qui ei carnem cœleſtem affingunt, non à Deo propoſitum mediatorem habent, ſed illum quem ſibi ex invento & cerebro ſuo confinxerunt. Opponitur, illos homines non videre nec intelligere talem à Deo propoſitum & promiſſum eſſe mediatorem, quem oportuerit carnem ex Maria ſumere,

Digitized by Google

A

Quid illi videant, quidve non videant, parum vel nihil ad cauſam refert. Ad id profectò credendum adiguntur quod in ſacris oraculis, ut teſtatiſſimum nobis relinquitur, eos hæc videre minimè contendimus. Sed illa non videre, nec profiteri, verùm plenis faucibus negare, aſſerimus eos à ſalute depellere. De Iudæis noſtrorum temporum, qui clamant ex divinis literis compertum ſibi non eſſe Meſſiam adhuc veniſſe, attamen ſe in eum credere, ut patriarchæ, Prophetæ ac majores eorum crediderunt, quid judicabit Hadrianus? An dicet eos extra regnum cœli

De Iudæis judicium.

B

non eſſe? Dicat ille ut voluerit, nos cum Ioanne dicemus, eos Antichriſtos eſſe qui negant Chriſtum veniſſe in carne. Cæcitas in iis rebus quæ Scriptura de mediatore tradit, damnationem ab infidelibus non propulſat. Cæcitas illa infligitur, ut priorum peccatorum juſta pœna, quæ cum legem & cancellos fidei tranſgrediatur, æternam damnationem haudquaquam aufert, ſed potius acceſſit.

Ioan. 4. 3.

Qui negat conſequens inficiatur & antecedens.

Nec verè dicitur, ſæpe fieri ut qui negant conſequens, minimè inficientur antecedens; id enim re

C

ipſa negant, tametſi verbis dare videantur, everſio quippe conſequentis adeo pugnat cum antecedenti, ut ſimul nequeant conſiſtere. At dixeris, Imprudentes illud tollunt, fateor; ſed ignorantia quoad res phyſicas & prophanas, res levis cenſetur, in articulis autem fidei extremum ſummúmque damnum apportat: & jam non ignorantia, ſed perfidia vocatur. Chriſtum autem ex Maria virgine natum eſſe ad ſumma fidei capita pertinere nemo ſanæ religionis ambigit. Naſci autem hominem ex matre non eſt

D

ſolum per uterum ejus tranſire. Hoc norunt vel ipſi pueri: deinde non ſolùm confitemur natum ex virgine, ſed ab ea conceptum. Quis obſecro dixerit ea quæ tranſeunt per ventrem, concipi? Sed nunc in eo non ſumus, ut ſcripturæ teſtimonia prodamus, quib. Anabaptiſtæ convincantur, illíſque demonſtretur Chriſti carnem ex matre fuiſſe acceptam, ſed ut aſtruamus illos qui negant id, quod ad mediatorem verè conſequitur ipſum Mediatorem prorſus tollere, quamvis ore ac verbis illum teſtentur ſe

Mat. 1. 25. Luc. 2. 7.

E

credere ac fateri. Si quopiam in regno, aliquis doceret non eſſe regi ulla ratione obtemperandum: & nihilominus illum fateretur eſſe legitimum regem, atque ipſum regnum hæreditario jure obtinere, ut arbitror extremo ſupplicio afficeretur, nec ei quicquam prodeſſet, clamare, atteſtari ſe inter conſequens & antecedens non videre connexionem. Porrò qui ſaperent vel guttam politicæ gubernationis haberent, illi dicerent, videas vel non videas

Simile.

F

iſtam collectionem, id quod eſt conſequens inficiando etiam antecedens evertis. Neque Papiſtæ hoc nomine liberantur ab anathemate & ſempiterno exitio, quòd ſe putent non aliud Evangelium prædicare ab eo quod Apoſtoli tradiderunt. Et ipſi porro negant ſe videre connexionem juſtam & efficacem inter ſuam doctrinam & anathema. Nec tamen iſta eo rapi debent, quaſi non exiſtimemus illos qui veritatem à ſe probè cognitam rejiciunt & opprimunt, longè gravius peccare, quàm ij à quibus negantur conſequentia, & verbis falſáque opinione af-

G

firmantur antecedentia, ſed fruſtra, cùm ea exiſtere non poſſent unà cum oppoſitis conſequentibus, Peccant quidem iſti lævius, ita nihilominus graviter, ut niſi tandem eos pœniteat, æternum ſint perituri, cùm verum mediatorem non habeant, ſed illum quem ipſi fabricarunt.

Matt. 26. & 27.

Neque Hadriani ſimilitudo quicquam huc pertinet; Hebræi ait, falſa opinione arbitrabantur Ieſum Dominum noſtrum nihil aliud fuiſſe niſi merum

H

hominem, eúmque ſeditioſum & maleficum, unde hoc errore decepti, eum cruci affixerunt, quæ illorũ injuria etſi ex falſa opinione prodibat, in ipſum tamen verum Chriſtum, non in commentitium graſſabatur. Sic enim Anabaptiſtæ quando credunt & invocant Chriſtum qui paſſus eſt pro nobis, qui reſurrexit, & per quem gratis condonantur peccata, & ſi arbitrantur illum de cœlo carnem attuliſſe, non tamen à vero mediatore aberrant. Hic dicimus, niſi quis diligenter excutiat ſimilia, facilè illis decipie-

Anabaptiſtæ num in Chriſtum credant?

Similia diſſimilia.

I

tur. Verum quidem eſt errores hominum res non immutare, non enim Dei natura ex falſis opinionibus invertitur, ut quæ ſemper eadem firma & inconcuſſa maneat. Sed tamen diſtinguendæ ſunt hominum actiones, quæ ita circa ejus ſubjecta ſua verſantur, ut in ea nihil prorſus imprimant, nihil immutent aut innovent, ut eſt actio ſciendi & credendi. Nam res quæ ſciuntur & creduntur, à credentibus & ſcientibus nihil omnino patiuntur. Alia vero ſunt opera, quæ ſuam circa quam verſantur materiam deformant & convertunt, interdum in melius, nonnunquã verò in deterius. Ita Chriſtus verus à Iudæis licet errantibus flagellatus & vulneratus & occiſus. Sed in priori actionum genere, ſi error contingat, res ipſæ non comprehenduntur, ſed alia quædam longè ab iis diverſa. Exemplis hoc illuſtrabo, Si quis in figuris mathematicis ingenium exercés, triangulum ſtatueret habere quatuor angulos, triangulum ipſum non comprehenderet mente ſua, ſed quadrangulum, erraret ſanè, ac eo errore fieret, ut rem quam putaret, non attingeret, ſed circa alia imprudens verſaretur. Sic utinam in Phyſicis, qui ſtatuant animam humanam, flatum evanidum eſſe, aut flammulam mox extinguendam, mente ac intelligentia ſua veram hominis animam non comprehenderent, ſed vel flatum evanidum, vel igniculum brevi periturum. Quamobrem errantes vulgò dicuntur unum pro altero accipere. Proinde Anabaptiſtæ dum Chriſtum ſomniant carnẽ de virgine minimè ſuſcepiſſe, cùm in eo tam vehementer errent, jam in verum mediatorem non credunt, neque illum fide attingunt, ſed in eum feruntur, quem ipſi fabricarunt, non quòd error eorum verum Chriſtum immutarit, ſed quòd ſua fide circa eum non verſentur, neque is quem finxerunt aut mortuus eſt, aut paſſus eſt, aut uſquam extat. Accipiunt quidem illi proprietates & actiones veri Chriſti, & ſuo quem commenti ſunt, affigunt, ſed fruſtra. Cum enim id ſola eorum cogitatione fiat, totum id Chimera eſt, non verus Chriſtus. Ieraboamus item & ejus complices dicebant ſe non colere vitulos ſed Iehovam in ea figura & aſpectabili ſigno: Scriptura verò in Paralipomenis teſtatur eorũ imaginationem eſſe fruſtratam, eò quod illa ſacra non Iehovæ, ſed dæmonibus fecerint.

Humanarum actionum diſtinctio.

Simile.

1. Reg. 12. 28. 2. Chr. 11. 15.

Neque oportuit nobis ex Luthero invidiam conflare, nos de illo nihil ſtatuimus, cùm Deus ad extremum vel dum agebat animam, potuerit ipſum illuminare, ſicut mihi perſuadeo Cypriano factum cùm ſanguinem pro Chriſto funderet. Magna eſt divinæ miſericordiæ amplitudo, ſuos Deus non deſerit, & quos videbatur deſtituiſſe, moribundos adjuvat. Verùm nos hic de obfirmatis & non reſipiſcentibus agimus. Et ſanè poſſet eadem quæſtio moveri de Tertulliano atq; Origene, Patribúſque ſimilibus, qui de rebus graviſſimis à veritate aberrarunt, cùm in quibuſdam aliis orthodoxè admodum ſcripſerint. At nos hîc de hominibus non ſtatuimus, qui fortaſſe Dei beneficio ante mortem reſipuerunt, ſed tantùm de iis qui obfirmato animo in errore uſque ad extremum perſeverant. Deinde, contendimus hujus erroris pondus & damnum eſſe tantum, ut in eo manentes & uſque ad finem durantes æternùm damnet. Hoc præterea vel parum vel nihil ad rem noſtram facit, ſiquidem quod affertur de Luthero, ad factum pertinet, nos verò de jure diſputamus. Ius autem non aliud habemus, quàm quod Spiritus ſanctus in divinis literis collocavit, ubi Ioannes dicit, eos qui non confitentur Chriſtum in carne veniſſe, Antichriſtos eſſe.

1. Ioan. 4. 5.

Verùm Hadrianus qui Anabaptiſtarum cauſam fideliter agit, reſpondet illos plenis buccis confiteri Chriſtum in carne veniſſe, quamvis negent illam de virgine Maria ſumptam. At Ioannis oraculum ad ejus mentem & ſenſum accipere oportet. Ille autem cùm facit mentionem carnis, non aliam intelligit ab ea quam divinæ promiſſiones expreſſerunt, nempe quæ ſemen eſſet Hevæ, ſemen Abrahami, ſemen Davidis, & partus Mariæ. Non pugnat ſecum Spiritus ſanctus: ideo quod loquutus eſt per Ioannẽ, idem cum eo eſt, quod promiſſiones divinæ in aliis canonicis libris demõſtrarunt. Nos ſcimus juxta te, ô Hadriane, Chriſtũ in carne veniſſe, atq; illã ex virgine ſũpſiſſe, duo eſſe, ac ita duo, ut poſſit unũ credi abſque altero, ut hodie cernimus Anabaptiſtis uſu venire.

nire. At nos minimè ſpectare debemus quid ipſi faciant, ſed quid à Chriſtianis hominibus Deus exigat, vult ſanè illa duo in eodem articulo conjungi, quò beneficium præſtitum à promiſſis quæ de illo antecеſſerunt minimè diſcrepet.

A eam ceu per canalem tranſierit. Paulus illos non relinquere ſe dicit judicio Dei, ſed palàm prædicat excidiſſe à fide. Nos verò iſtos condemnatione minimè dignos cenſebimus? Eccleſia item Arianos, Neſtorianos, Eutychianos, Ebionitas & ſimiles peſtes, judicio Dei nō relinquebat, ſed manifeſta & apertiſſima ſententia damnavit, qui tamen clamare non deſinebant, ſe non videre connexiones atque collectiones inter verba divinarum literarum & ſententias, quas Orthodoxi tuebantur. Proinde res metiamur, non B prout hæreticis videntur, ſed prout in divinis literis ſunt relatæ.

1. Cor. 3. 12. &c.

Quis præterea non miretur, Anabaptiſtas illis accenſeri qui Chriſto vero fundamento conſervato, ſuper eo fœnum, paleam & ſtipulam ædificant; quæ licet comburenda ſint, qui tamē ædificarunt propter fundamentum ſervabuntur. Profectò Chriſtus non eſt ſalutare fundamentum, niſi quatenus à Deo poſitum eſt, is autem, ut apertiſſimè teſtantur divinæ literæ, illum dedit & promiſit quo ad naturam humanam, ſemen Hevæ, ſemen Abrahami, ſemen Davidis & filium hominis, id eſt, Mariæ. Cur non potius fœno, ſtipulâ & paleâ nos intelligimus notari genealogias infinitas, ματαιότητας, ἀπέραντα, viſiones intempeſtivas, allegorias, hominum quaſdam ἀδιαφόρους traditiones? Hæc omnia, & ſi adverſus Chriſtum rectà non pugnant, nihilominus tamen quia non ædificant, igne divini judicii comburenda ſunt, quamvis authores propter ſalutare fundamentum à quo non receſſerunt, minimè ſunt æternùm perituri. Credere autem carnem Domini haudquaquam ſumptam fuiſſe de virgine, commemoratis quiſquiliis non ſunt accenſenda.

Chriſtus quatenus fundamentum Eccleſiæ.

Gen. 4. 15.
Gen. 17. 7.
Pſalm. 132. 1.

Heb. 11. 5. &c.

Nec facit Hadrianus rem dignam ſua profeſſione, qui nobis ex eo faceſſat negotium, quod pueri ac mente capti abſque fide ſalutem habeant, cùm tamē divinæ literæ affirment homines fide ſervari ac Deo placere, ſiquidem hæc ad ſtatum & conditionem Anabaptiſtarum pertinent, cùm & adulti ſint & mentis compotes, quibus & Scripturas legere vacat, & ſacras conciones, nec non reſponſa piorum virorum C audire licet. Iudicamus etiam ſupervacaneam eſſe quæſtionem de fide, cur Deus illam à nobis requiſiverit, cùm potuerit ſi voluiſſet citra illam homines beare? Quid enim de voluntate Dei oportet diſputare, quando ea ſatis manifeſtè in divinis literis conſtat? Id potius adnitendum & contendendum eſt, ut illam & ejus quotidianas acceſſiones à Deo precibus impetremus, & quæ fide ſuadente credimus, vita & factis, quantæ ſunt vires nobis collatæ à Deo exprimamus. Non ij eſſe debemus qui ſcire velimus divi- D norum conſiliorum cauſas & rationes.

Chriſti carnis ſubſtantia ex virgine.

Neque ullo pacto dabitur, carnem de virgine ſumptam, non eſſe Chriſti ſubſtantiam, ſed levem potius (ut dicitur) circunſtantiam; cum ipſa corporis Chriſti ὕλη fuerit caro ex virgine ſuſcepta materia, ſiquidem corpulenta ſubſtantia Ieſu mediatoris Dei & hominum inde tracta eſt, quâ fit ut ad circumſtantiam nullo modo referri debeat. Quibus addendum eſt hominis generationem potius ad ejus efficiētem cauſam, quam ad circumſtantiam ſpectare. Non ignoramus à Dialecticis & Rhetoribus parentes inter circumſtantias collocari. At id non fit propter illorum corpulentam ſubſtantiam, ſed proprietatum & conditionum ergò, nempe ut inde argumēta probabilia ſeu laudis ſeu vituperii natorum deriventur. Si enim parentes nobiles generoſos & fortes quis habuit, ex eo laudatur, & illo quòd talis evaſurus ſit, argumentum veriſimile colligitur. Conſueverunt etiam ejuſmodi artifices, circumſtantiis modum accēſere. At caro de virgine ſumpta, neque ad modum, neque ad qualitatem Chriſti pertinet, ſed ejus eſt (ut diximus) quo ad humanitatem ſubſtantia. Illius autem generationis modus is eſſe dicetur, quod abſque virili ſemine fuerit procreatus, quod fœtum ex beata virgine collectum, non vis ejus mariti, ſed Spiritus ſancti facultas delineaverit ac effinxerit. Has utique poſſem dare circumſtantias eſſe, verùm ita creditu neceſſarias, ut qui non confiteatur, Chriſtum abſque virili ſemine conceptum, & opera Spiritus ſancti fictum atque formatum ex carne virginis, & ab Eccleſia & à ſalute ſit alienus. Dicimus itaque carnem de virgine ſumptam non eſſe circumſtantiam Chriſti, quatenus homo eſt, ſed ad ſubſtantiam ejus pertinere. Deinde, ſi etiam daremus id ad circumſtantias pertinere, inde non colligi, rem illam non eſſe creditu neceſſariam, quandoquidem pati, mori, ſepeliri, ſurgere, in cœlis regnare, cum ſint Chriſti actiones, ejus porro circumſtantiis annumerantur, quas quicunq; fideliter non credit & confitetur, à ſpe ſalutis niſi reſipiſcat prorſus excidit.

Lucæ 35.

Illud præterea pluſquàm mirum videtur, conſtitui ab Hadriano id creditu neceſſarium eſſe ad ſalutem, citra quod non poſſit credi, peccata nobis per Chriſtum gratis condonari. Eſt quidem illud Evangelii ſumma ſummarum & potiſſimum caput: ſed vide obſecro, an ſi quiſpiam id ſe dicat credere, interea verò neget reſurrectionem mortuorum eſſe futuram, is dicendus ſit verum Chriſti Evangelium amplecti? ego non arbitror, imò affirmo illum dum ſic eſt per- E ſuaſus, æternæ ſalutis non eſſe participem. Dicet itē alius, illum articulum ſe ut indubitatum amplecti, qui tamen ex altera parte inficiabitur, Filium Dei æqualem atque conſubſtantialem eſſe Patri, & Spiritū ſanctum creaturam eſſe opinabitur. Quid hic fiet? Salutem iis & pacem dabimus, juxta regulam hanc, eóſque ut membra Chriſti & partes Eccleſiæ amplectemur, dummodo peccata ſibi eſſe gratis condonata per mediatorem crediderint?

An omnia dogmata de Chriſto neglig[e]re ſit neceſſe.

Nunc veniendum eſt ad notas, demonſtrationes F vel proprietates, cū inquit permultæ fuerunt, ſi quis omnibus una duntaxat excepta conſentiat, profectò abſurdum eſt & inhumanum ab æterna ſalute illum excludere, quòd unam tantùm illarum demonſtrationum rejiciat, imò inquit, rationem potius eſſe habendam earum plurimarum quas admittit, quàm illius unius quam repudiat & oppugnat. Ad hoc reſpondemus, Omnia verba Dei quatenus ab eo fluxerunt, paris eſſe ponderis atque authoritatis, atque G idcirco nēmini fas eſſe pro ſuo arbitrio iſtud recipere: aliud verò cōfutare atque ut falſum aſpernari. Iacobus audacter dicit. Qui peccaverit in uno, factus eſt omniū reus. Id ſi locū habet quoad mandatorum obedientiam, verum etiam erit quoad credenda. Et nō videt Hadrianus recepta hujuſmodi ſua ratione, vel ipſum Arrium eſſe agnoſcendum ut Chriſti membrum, dicet enim omnes alias demōſtrationes, proprietates & notas admitto, quas cæteri fideles credunt, unà tantum dempta, quòd Dei filium ſci- H licet pono creaturam. Neque tantùm Arrius, verum & innumeri alii hæretici hac Adriani leni ac remiſſa cenſura Eccleſiam ſuis hæreſibus implebunt, & in corpore Chriſti tanta erit ſectarum colluvies, ut omnia denique immunda & turpiſſima ſint evaſura.

Iac. 2. 10.

Et res mira eſt conſtituere, ut Hadrianus facit, ſumptionem carnis ex Maria virgine, rem fuiſſe ad noſtram ſalutem neceſſariam. Et rem deinde ſic elevari, ut credentes oppoſitum, dicātur ſalutis eſſe participes. Nec multum id miror, quod rem per ſeipſam duram quodammodo leniens, dicat, ſe illos prorſus non damnare, ſed judicio Dei committere. Hoc non eſt in religione ac ſacris dogmatis ὀρθοτομεῖν. Cur Paulus illos pronunciabat naufragium feciſſe à fide, qui dicebant reſurrectionem jam factam? Vtrum obſecro ex divinis literis manifeſtius apparet, reſurrectionem fore, an Chriſtum verè ſemen Hevæ, filium Abrahami, filium Davidis & eorum ſemen fuiſſe? Vtrumque Scripturæ apertè ac luculenter affirmant, utrumque ad fidei articulos pertinet. Fatemur quippe nos credere in Ieſum Chriſtum Dei filium, conceptum & natum ex Maria virgine, nō in eum qui per

1. Tim. 1. 19.

Neque id præterea verum eſt, Anabaptiſtis quando contendunt filium Dei carnem de cælo ſecum tuliſſe, nec eam ſumpſiſſe de Virgine, tantùm unam demonſtrationem, proprietatem ſeu notam Chriſtianæ fidei oppugnare, nam hic error eorum permultos I alios unà ſecum trahit. Etenim eadem opera negant, Chriſtum quoad naturam humanam, ſemen Hevæ fuiſſe, ad ejus quippe ſubſtantiam ſemen ipſius per-

Digitized by Google

tinet,non eſt cœleſtis naturæ. Inficiantur item ſemē
Abrahami eſſe,in quo nationes omnes terrę benedi-
ctionē aſſequantur. Neq; poteſt illis conſtare Meſſiā
Davidis eſſe filiū,quod ſcriptura omnino fore paſſim
teſtata eſt;nec licet eis admittere virginē concepiſſe
filium ſuum ac illum peperiſſe, ut Prophetæ & Evā-
geliſtæ confirmant. Quomodo adhæc dicent cū ſcri-
pturis Mariam fuiſſe matrem Ieſu? Vel quo pacto il-

Heb.2.14.

lum filium hominis confitebuntur? Non erit juxta
B eos frater noſter,neque cum ſuis fratribus communi-
cavit,ut ab Hebræos factum eſſe ſcribitur.

Poſſem & alia facilè colligere, quibus explanarē,
non unam demonſtrationem ſeu notam ab Anaba-
ptiſtis hoc ſuo impio dogmate, ſed complures de
Orthodoxa fide tolli. Verùm,quoniam ea ſatis eſſe

Chriſtus mediator nō eſt, niſi ſit homo.

puto,quæ adduxi,propterea ſuperſedebo. Atque id
jam attingam, quod parum Dialecticè, imò Sophi-
ſticè dicimur agere,quando confiemus Chriſtū non
eſſe mediatorem,ſi carnem humanam ex virgine mi-
C nimè aſſumpſit, ſiquidem, ut Hadrianus ait,id non
ſimpliciter,verùm ſecundum quid à nobis concludi-
tur,nempe quoad Anabaptiſtas, illorum autem opi-
nio rerum naturam non transformat. Non ſatis mi-
rari poſſum quid iſtud commentum faciat, ad argu-
gumenta illa diluenda, quæ admodum bona ſunt &

Falſorū dogmatum confutandorum ratio.

plus ſatis aperta. Non eſt ibi noſtrorum animus de-
monſtrare Chriſtum non eſſe verum mediatorem,id
enim pro indubitato atque certiſſimo dogmate ha-
bent,ſed in eo ſunt,ut probent, Anabaptiſtarū ſentē-
D tia recepta,id omnino conſequi. Nec à patrum ſeu
Philoſophorum conſueta diſputandi forma, dum ſic
argumentantur,diſcedunt. Solent quippe Doctores
Eccleſiaſtici dum cum hæreticis congrediuntur, ſen-
tentiam in medio ponere, quæ non tantum vera ſit,
ſed etiam utrique parti communis. Etenim illam è
divinis literis depromunt,ſubjiciunt ei deinceps fal-
ſum dogma eorum,adverſus quos agunt. Inde ali-
quod craſſum & odioſum abſurdum colligunt. Id
autem cùm ex communi propoſitione,quæ admodū
E evidens & vera eſt,non poſſit colligi, reſtat ut ex ad-
verſariorum placito conſequatur. Non eſt ratum,ſed
uſitatiſſimum argumentorum genus,quo ad abſurda
confitenda illi adiguntur, quos diſputādo premimus.
Ita etiam Ariſtoteles contra Parmenidem, Meliſſum,
alióſque antiquos differens,id primum ſumit, quod
& manifeſtum eſt & veriſſimum: deinde veterum il-
lorum aſſumit opinionem,unde ſententias abſurdiſ-
ſimas concludit, non utique quas ipſe velit ſibi reti-
nere, ſed quibus illis oſtendat, qui veterum placita
F probabant, in quæ inepta & abſurda ſe præcipita-
rent. Non enim omnes demonſtrationes vel argu-
mentationes eſſe poſſunt directæ ac ſimplices, ideo
permultæ fiunt ac reperiuntur, quæ ad certos quoſ-
dam homines vel errores diriguntur, eoſque tan-
tummodo non item alios quoſvis urgent.

Errores ſigillatim non dāmari in ſcripturis.

Deinde, illud parum conſultè videtur à nobis re-
quiri, ut locum certum ac evidentem in divinis li-
teris oſtendamus, quo dicatur eos & damnandos &
extra ſalutem eſſe, qui non credunt Chriſtum ſuam
G carnem ex beata virgine ſumpſiſſe, quandoquidem
id ſatis eſt nobis eſſe mandatum generatim, ut iis o-
mnibus credamus,quæ Filius Dei ſanctúſque Spiri-
tus per ſeipſum, per Prophetas & Apoſtolos eſt lo-

Matth.17.5.

quutus: Hic eſt filius meus,ipſum audite. Nec viſum
eſt Deo,in ſacris literis omnes errores,qui ex hæreti-
corum cerebro erupturi olim eſſent,ſigillatim conſi-
gnare, ſatis fuit ea ibi tradere, quę credenda erant.
Profectò (ut in Scholis dicitur à doctis) rectum & ſui
& obliqui eſt judex. Expreſſio illa nimis fuiſſet ope-
H roſa,& quodammodo infinita, ſiquidem à ſcopo qui
uno modo attingitur, innumeris propemodū viis ab-
erratur. Quis tandem finis fuiſſet ſcribendi, ſi omnia
perverſa dogmata errantium, fuiſſent unà cū eorum
damnatione diſertis verbis deſcribenda? Satis gene-

Gal.1.7.

ratim à Paulo dictum eſt, Qui ſecus Evangelizaverit
atque nos,anathema eſto, quod non ita cenſemus in
anguſtias detrudendū,ut Hadrianus arbitratur,quaſi
oporteat illud tantum intelligere de illo capite, quo
prædicatur: Peccata nobis per Chriſtum gratis cōdo-
I nari. Eſt quidem nuncius ille omnium feliciſſimus,at

Verſ.3.

Evangelium etiam eſt quod Apoſtoli etiam de aliis
capitibus docebant,unde Paulus ad Timoth.2.cap.2.

A Memor eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis
ex ſemine Davidis, ſecundum Evangelium meum.
Ecce iam eo loco, Evangelii vocabulo, ea compre-
henditur doctrina, quæ tradit & Chriſtum à mortuis
reſurrexiſſe, atque ortum ex ſemine Davidis. Nec
aliud Apoſtolo eſt ſecus Evangelizare, quàm id
quod ad Timotheū priore dixit cap. 6. ἑτεροδιδασκα-
λεῖν. Quocirca non eſt ferendum ut illud Apoſtoli Verſ.3.
dictum ad unum duntaxat articulum contrahatur.
B Nec ulla ratio poteſt aſſignari, cur bonus nuncius &
læta prædicatio non poſſit ea jure vocari, qua mun-
do teſtatum ſit & indicatur, Deum ſteriſſe promiſſis,
quo filium ſuum miſerit ad carnem ſumendam ex
Hevæ ſemine, Abrahami & Davidis,quemadmodum
olim per ſuos vates recepit ſe facturū. Proinde cùm
habeamus hæc generalia dicta, non expectandū eſt,
ut in Scripturis divinis oſtendamus hunc aut illum
errorem, diſertis verbis & nominatim damnatum at-
que confoſſum. Vbi nā ibi reperiemus eos damnatos
C & à Deo alienos,qui libros Veteris Teſtamenti non
recipiunt? Quæ tamen ſententia Marcionitis, Mani-
chæis & compluribus aliis hæreticis communis fuit.
Nec uſquam traditur expreſſis verbis dānandi, qui
negant animas poſt mortem corporis vivere, ſed una
cū ipſa carne mori putant, quo ad vitam unà cū cor-
poribus circa ſeculi finem excitentur. Illi etiam qui
nolunt fratribus lapſis veniam & reconciliationem
dari,nuſquam dicuntur in ſacris oraculis vel cōdem-
nati,vel extra viam ſalutis eſſe. Quare Hadrianus cū
D hoc à nobis exigit de Anabaptiſtarum errore, cùm
ineptè facit, tùm permultis erroribus, demptis uno
vel altero, ampliſſimam portam aperit, de pauciſſi-
mis quippe Scriptura ea phraſi ac forma loquitur,
quàm hic noſter à nobis in præſentia exigit.

Reſtaret ad extremum, ut ſyllogiſmos excuteré-
mus, quos Hadrianus ad exemplum noſtrorum in-
duxit,ut eos quemadmodum putat, evidētius dilue-
ret, ſed hoc miſſum facere duplici de cauſa viſum
eſt,primùm quod parum licere videtur piis eſſe pue-
E riliter argutis,præſertim in ſententia tuenda, quæ ut
ab initio dictum eſt, nullis ædificationem affert, &
permultis obeſſe plurimum poteſt. Deinde,quoniā
ea ſcribenda in hac quæſtione judicamus,quę à ma-
jori parte ſacri cœtus intelligantur: pauci verò ad-
modum ſunt,qui ſe in ſtrophis Dialecticis & Sophi-
ſticis argutiis exercuerint. Veritas ipſa,potiſſimum
Evangelica,plana eſt,& Apoſtolica luce ac ſimplici-
tate docetur & illuſtratur. Adhæc jam ea ſuperius al-
lata ſunt, quibus manifeſtè detegitur quicquid in a-
F lis ratiunculis eſt fallaciæ.

Nunc pro ſcripti hujus coronide hoc adjiciendū
eſt, Miſericordiam Dei ampliſſimam ſummis enco-

Miſericordia Dei quatenus celebranda.

miis eſſe celebrandam,quod omnibus in rebus admi-
rando fulgore ſeſe prodat,& in ſeculum,hoc eſt,ęter-
num (ut cecinit David verſu intercalari) vigeat. Sed Pſal.136.
tamen ita laudes ejus celebrari oportet, ut e diverſo
judicia Dei erga incredulos & hæreticos non cōvel-
lantur. Hoc idcirco ſcribitur, quoniam Hadrianus ait
ſe ad iſta defendenda quæ tuetur, bona ex parte fuiſ-
G ſe impulſum, quòd maximè conducerent ad miſeri-
cordię dignitatē & amplificationem. Verùm ad hunc
modum & illi fortaſſis ſe excuſabant, qui Cainum &
Iudam ſanctis ac beatis adnumerabant. Origenes
item & fautores ejus ad hanc Dei clementiam im-
moderatè ſpectabant, cùm docuerunt ſupplicia im-
piorum tandem aliquando eſſe terminanda, nec re-
vera ſempiternos fore ignes Gehennæ. Dúmq; ipſis
etiam diabolis poſt multa ævi ſpacia veniam & ſalu-
tem dandam eſſe ſcripſerunt. Non ſunt juſtę laudes
H eæ divinę clementię, quę ſeveritatem ac juſtitiā Dei
nimium infuſcant. Proinde miſſa doctrinæ hujus
novitate,cenſemus quieti & paci Eccleſiaſticę omni-
bus modis eſſe ſtudendum. Satis utiq; eſt micarū &
inanium quęſtionum. Quare veſtrarum partiū erit,
ut ſalva & incolumi veritate quamprimum in gratiā
redeatis, id apud vos ſedulò cogitantes: Beneficium
ſummū eſſe,ut iſthic Eccleſiā cùm Gallicā tū Flan-
dricam habeatis. Diabolus hoc ferre non poteſt, &
ob eam cauſam diſſidia & contentiones inter vos de
I hiſce rebus excitat, quo peregrinis civibus Angliæ
inviſi,ac odioſi,magis ac magis reddantur. Advigila-
te itaque ſumma cura ac diligentia,ne cacodæmō fiat

vos

voti compos, & Filii Dei Eccleſia damnum capiat: qui reprehenſus eſt, non id minus æquo animo ferat, quàm Petrus cum à Paulo corriperetur. E contra, illi qui veritatis patrocinium ſuſceperunt, fratrem ſuum qui à recto, non malitia, ut videtur, ſed potius quodam errore deflexit, ſi bene monentibus acquieſcat, non minus quàm antea, loco miniſtri Dei & dilectiſſimi collegæ habeant. Valete optimi fratres, veſtris precibus nos juvate, dantes operam ut pacem pro viribus inter vos colatis. Tiguri 15. Febr. 1561.

PETRO STVRMIO ARgentoratum.

QVia non me latet, Magnifice atque clariſſime Vir, prudentibus & doctis hominibus admodum ſententiam Ciceronis probari, qua ſcripſit ad Curionem, Ingenui eſſe animi, cui multum debeas, ei plurimum velle debere, idcirco ingenuitatis cupidus & agreſtis animi oſor, tibi etiam nunc plurimum debere aveo, cùm antea multum debuerim non ſolum tibi, verùm etiam Iacobo piæ memoriæ fratri tuo chariſſimo, & pietatis & literarum ſingulari patrono. Idcirco volens meo, quemadmodum arbitror, honeſto deſiderio ſatisfacere, peto abs te ſatis fidenti animo, ut meum debitum, novo quodam beneficio, non renuas augere. Id verò eſt, ut doctorem Zanchium, ea quæ præſtas authoritate, non graveris tueri, quantum veritas & juſtitia patiuntur, eſſem alioqui graviter impudens, ſi quicquam rogarem, præſertim abs te, quod hiſce virtutibus ullo modo adverſaretur. Hoc autem ideo peto, quod nonnulli juvenes Tigurini qui Argentinæ ſtudiorum cauſa per aliquod tempus verſati ſunt, ante paucos dies huc redierunt, à quibus audivi, eum virum quem ut pium & egregiè doctum plurimi ſemper feci, & minimum à vigintiquinque annis chariſſimum habui, nunc delationibus & criminationibus tam graviter premi, ut de omni ſua exiſtimatione periclitetur. Docendi quippe functionem referũt ei jam vel penitus ablatam, vel ſaltem ad tempus interdictam. Id ego, ut quid eſt dicam, pro eo quanti eum facio moleſtiſſimè tuli. Cúmque animum meum inducere nequeã, vos ea ſapientia & lenitate qua polletis, ad tam dura & extrema remedia deſcendiſſe, niſi urgente graviſſima neceſſitate, neque rurſus mihi perſuadere poſſim, tantum virum à ſancta doctrina, quam ſemper eſt amplexus, ad aliena & impia dogmata ſuum animum traduxiſſe. Vnde neſcio quò me vertam, quidve ſuſpicer, niſi fortaſſe quiddam tertium ſit, unde hujus viri accuſatio tam acerba initium cœperit, id vero eſt invidia æmulorum, ne malevolorũ dixerim, qua fieri poteſt, ut æquo laboret: quemadmodum ſolet interdum peregrinis hominibus uſuvenire, præſertim cùm aliqua induſtria & doctrina excellunt, interceſſeritque de nonnullis rebus aliqua judicii & opinionis diverſitas. Propterea ſum huc adductus, ut per pietatem ac juſtitiam, quæ duo apud te plurimum valent, orem atque obſecrem, ne cauſa ejus indiſcuſſa relinquatur, ſed cognoſcatur quàm diligentiſſimè, ne homo pius & inſigniter doctus præjudiciis & potentia gratioſorum opprimatur. De doctrina porro cum etiam tunc Argentinæ, mecum nõ ſemel contulit, contulit autem liberè admodum atque amicè. Quæ autem ab eo dicebantur attentè ac diligenter obſervavi, & animadverti eum de prædeſtinatione ac dilectione divina, de ſanctorum perſeverantia in fide ac ſuſcepta Chriſtianiſmi profeſſione, de libero arbitrio, de cauſa peccati & conſimilibus quæſtionibus, quas nunc audio adverſus eũ agitari, nihil diverſum ſentire, quã divinæ literæ tradant, Auguſtinus doceat, Lutherus ac Bucerus ſcripſerint. Proinde res eſt etiam atque etiam conſideranda, ne videamini eo damnando ea dogmata improbare, quæ aliâs ut rata, pia & firma veſtra Eccleſia & Schola judicaſtis. Altera quæſo illi ſervetur auris, ut niſi diligenter & attentè auditus non condemnetur. Deinde quæ fuerint Eccleſiæ veſtræ bonis priſciſque temporibus Evangelii renaſcentis dogmata, de miniſtris grandioribus natu interrogetis. Id certè affirmare poſſum, Zanchium noſtrum doctrinę Buceri, ætatis noſtrę Theo-

A logi præſtantiſſimi, ſemper fuiſſe obſervantiſſimum, & putaſſe quàm diu ejus doctrinæ veſtigia premeret, & illius Ariadnes filum in maximarum quæſtionum labyrintho ſequeretur, ſe iſti Eccleſiæ atque Scholæ tum fructuoſum, tum etiam gratiſſimum fore. Quod ſi nunc apud vos Eccleſiæ facies, aut doctrinæ ratio, aliquibus in rebus eſt cõmutata, quàm rectè, quámve perperam non dico, id nollem doctori Zanchio vel ejus cauſæ fraudi eſſe. Proinde malim de tantis rebus maturo conſilio, ſedata ac placata di- B ſputatione diſceptari, quàm politicis rationibus, & delatorum & criminantium numero, gratia, & authoritate. Deinde, quod attinet ad hominem, illud velim, præſtantiſſimè vir, ut in animo tecum agites, hunc virum ea eſſe doctrina & ætate, ut Eccleſiis atque Scholis utilitatis plurimum afferre poſſit, quæ tota ſpes omnino peribit, ſi veſtra ſententia & præjudicio notetur, nam macula injuſta præſertim veſtro calculo, non facilè poteſt elui. Sed quæ veſtra ſapiẽtia & bonitas eſt, id non arbitror ita fore, attamẽ ac- C cedere commendationis hujus cumulum volui, quo demonſtrarem, eo juvando, me putare à juſtitia non recedi, ſed è diverſo neceſſitati Eccleſiarum non leviter conſuli, quæ noſtra ætate bonorum, doctorum ac miniſtrorum incredibili penuria laborat. Adhæc ſignificare volui clementiam & benignitatem, quæ illi à vobis impenſa fuerit, mihi ipſe relatum iri acceptam. Vale, clariſſime Vir, Senatus Argent. columen. Deus te plurimos annos ad Eccleſiæ ac Reipub. utilitatem ſalvum atque incolumem tueatur, & per D tuam prudentem facilitatem dignetur iſtius perturbationis fluctus componere. Tiguri, 13. April. 1561.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI N. in Angliam.

PErmultis magnãſq; de cauſis, Illuſtriſſime Princeps, tuæ Celſitudini ſum vehementer obſtri- E ctus. Etenim erga me, ſatis vilem & obſcurum homũcionem, quem tantùm ſemel & vix quidem in Anglia videris, ita es affectus, ut nunc Iulium adminiſtrum meum humanitate atque benevolentia ſingulari exceperis, illúmq; proſequutus fueris favore nõ mediocri, ſed maximo, in ſuo negocio exequendo. Quamobrem, tuę Celſitudini gratias ingentes ago. Præterea id huc accedit, quod ad me literas dediſti: literas autem? Imò laudes & pręconia cùm doctrinæ tum virtutum mearum, quas licet in me nõ agnoſcã, F attamen judicio tuo non potui non oblectari, quod id amoris & benevolentię tuę in me teſtimoniũ certiſſimum intellexerim, neque alia de cauſa me ſentiã abs te amari, quàm pietatis ac religionis ergò. Mitto commemorare quàm egregiam voluntatem oſtendas mei reditus in Angliam, quam etiam tibi cum piis & doctis viris affirmas eſſe communem. Quanti verò, id eſt, quod Majeſtati Reginę ſuggeſſeris vocationis meę rationem eſſe habendam, atque me apud illam in gratiam poſueris. Denique pollicitus es omnia G ſtudia & commoda quibus me poſſis afficere, ac dixiſti cauſas & quidem pręclariſſimas hujuſcemodi tui affectus, charitatem patriæ, & excellentem verbi Dei promovendi curam. Talem principem quis non amet? Porrò mihi pietas, nedum humanitas defuerit, ſi tantę benevolentiæ tótque beneficiorum oblivio animum meum unquam ceperit. Dabo itaque operã & quidem maximopere, ut mihi nunquam excidant. Quod autem ſupereſt de reditu meo in Angliam, & ſi quod vehementer cuperem, nequeo reſpondere, H tu illuſtriſſime Princeps, quæ tua clementia eſt, in bonã partem accipias quod reſcribo. Primùm, nolim putes à me quicquam vehemẽtius expeti, quàm Anglię ſolidam firmámque in domino ſalutem. Vnde illius commodis & ædificationi æquè ac olim feci, optarim etiam nunc inſervire, atque regno veſtro & Eccleſiæ tũ gratificari cùm prodeſſe. Verùm in præſentia rationes meæ ſic habent, ut civitati & Eccleſiæ Tigurinę ſim addictus, & ideo non mei juris. Pro- I pterea tam magiſtratus quàm ſymmyſtarum judiciũ & voluntatem hac de re quæſivi. Et ſanè in eis reperi ſingulare ſtudium, propenſiſſimúmq; animum ſa-

Martyr iterũ in Angliã vocatus.

Digitized by Google

tiſfaciendi veſtro deſiderio. Etenim cave putes illis A quicquam aut gratius aut antiquitus eſſe, quàm ut veritas Evangelica latiſſimè propagetur. Verùm altera ex parte quæ ſit conſtitutio, ſtatus, ætáſve mea, nõ minus prudenter, quàm amanter expendunt, & ſatis verentur, ne jam gravis annis & quodammodo fractus, laborem itineris ferre nequeam, quod ſatis longum eſt, variũ & non ubique facile. Vident præterea in diverſis locis pericula non levia imminere. Deinde conſiderant me ad labores multò graviores, quàm B hic feram evocari. Quamobrem facilè fore conjiciunt, ut neque ſibi, neque vobis poſſim inſervire, judicant itaque multò ſatius eſſe, ut hîc maneam, quo docendo, ſcribendo ac edendo quæ fuerim commentatus, ipſis, vobis, & aliis pro mea virili ſim adjumento. In hoc verò bipartito reſponſo, primum caput mihi ſimilitudinem veri habere videtur, nam ipſe quoque metuo ne ſim ferendo itinera & labores. At in altero vereor ipſos falli, qui arbitrentur me hîc manendo & quieſcendo poſſe tam multis prodeſſe, C meas quippe lucubrationes pluris faciũt, quàm mereantur. Ego verò quem tenuitas, jejunitas & exilitas meæ doctrinæ minimè latet, ſolùm prioris capitis ratione, illis aſſentior ut maneam. Nam facilè adducor ut credam, itinere ac laboribus me facilè debilitandum, ac labefactandum, ita ut inutilis prorſus reddar. Quamobrẽ tuam Celſitudinem inprimis, deinde probos & doctos viros quæſo, ut voluntatem accipiant, ubi rem ipſam, quam ſibi optant impendi, ob meam imbecillitatem aſſequi non poſſunt. Durum D quippe telum neceſſitas, cõtra quam luctari, videtur nihil aliud eſſe, quàm Deũ tentare. Sed illud interea te velim meminiſſe, illuſtriſſime Princeps, ubi vis gẽtium, me tuæ Celſitudini ſemper fore deditiſſimũ. Viciſſim autem rogo, ut charitatem patriæ, religioniſque promovendæ ſtudium non tantùm retineas, verùm indies cures etiam atque etiam in tuo Chriſtiano pectore augeri, quo pennæ olim Evãgelio filii Dei præciſæ renaſcantur, & ita renaſcantur, ut celeri curſu omnes veſtras provincias, urbes & vicos, u- E berrimo fructu pervadat. Hoc vtique duplici ſtudio, ſi ut occepiſti perpetuò inflammeris, & Deus Opt. Maxim. te probabit, & omnes cordati piique viri, ut probum civem utilémque principem celebrabunt. Deus te per Chriſtum incolumem ac felicem diu tueatur. Datum Tiguri 22. Iulii 1561.

IOANNI CALVINO.

F

QVamvis tibi, vir ornatiſſime, Beza noſter, omnia coram eſt relaturus, quę hîc apud nos geſta ſunt in ea cauſa, propter quam venit, mihi tamen viſum eſt illum nõ abſq; meis literis, hinc dimittere, quib. te partim ſalutarem, partim etiam ſignificarẽ, quàm prompta & alacri ſim voluntate ad obſequia Gallicarum Eccleſiarũ. Nullos profectò labores, nulla pericula in tanta cauſa unquam ſum recuſaturus. Deus qui bonorum omnium eſt fons & origo, inſtitutum dignetur fortunare. Tu verò de me interea omnia G tibi pollicearis, quæ vires meæ ferre poterunt. Vale, Clariſſime vir. Deus te diu incolumem ſervet, atque ſanctis laboribus tuis benedicat. 31. Iulii 1561. Tiguri. Velim Dominum Marchionem ſalutari.

EIDEM.

Profectio in Galliam.

CVravit legatus regius, vir Clariſſimus, publicã fidem Regis Galliæ huc afferri, quam cum lege- H rim, judicavi ſatis firmam atque idoneam eſſe. Illam Bullingerus utrique conſuli oſtendit: qui reſponderunt, ſibi videri jam rem ſeriò agi, non tamẽ de profectione aliquid tantiſper ſtatuendum exiſtimant, dum aliquid hac de re ſcribatur ex Gallia recentius: Quod etiam ex iis, quæ ad me ſcripſiſti, iudicium tuũ eſſe cognovi. Quod verò ad me attinet, maneo in eadem ſententia & voluntate, quam Bezæ fratri amantiſſimo hîc ſum teſtatus, & proximis literis tibi ſignificavi. Non muto animum, ſed in hac cauſa me I polliceor alacriter facturum, quæcunque per gratiã Dei potero, nec moram ullam traham, quamprimum fuero dimiſſus. De libellis gratias ingentes ago. Illos per occupationes adhuc non legi: ſed ipſos minimè dubito pietatem & eruditionem veſtræ officinæ ſpirare. Literas verò ad Regem perſcriptas admodũ prudenter, tum legimus tum libenter probavimus. Nec dubites, nos diligenter operam daturos, ne vel ſpargantur, vel temerè aberrent. Salutant vos Bullingerus & cæteri ſymmyſtæ. Deus te, Vir ornatiſſime, diu incolumem ſervet, ac tuis laboribus opulenter be- B nedicat. 15. Auguſti 1561. Tiguri.

REVERENDO IN CHRISTO

Patri ac Domino, D. Ioanni Parchuſto, Dei gratia Epiſcopo Nordovicenſi, Domino ſuo plurimum obſervando.

NOn multa ſcribam reverende prę̨ſul, quia multa negotia quibus vehementer premor, ocii parum admodum mihi eſſe permittunt. Id tamen ſignificabo tuas literas mihi à Iulio redditas, multis de cauſis fuiſſe vehementer gratas. Id tamen non mediocriter doluit, quod ad binas tuas, unas tantùm meas te accepiſſe intelligam, cùm certiſſimum habeam, ad ambas tuas me reſcripſiſſe. Verùm quid hic agam? Literæ non rarò vel aberrant, vel eorum negligentia, qui eas iſthac mittere curare debuerant, in ſcrinio vel pluteo quopiam ocioſæ jacent, quod & D meis, & reverendi Iuelli noſtri quandoque uſu venit. Quamobrem te unicè rogo, ne quid hujuſmodi per contemptionem factum exiſtimes, quando quidẽ ut par eſt, amplitudinem tuam plurimum veneror atque ſuſpicio.

Dialogus in Vbiquitarios.

Vtinam id aliquando manifeſtum queam declarare. Nunc quod me poſſe video, ad te mitto Dialogum, quem adverſus Brentii ubiquitatem conſcripſi. Etenim ſuperioribus menſibus libellum edidit, quo monſtroſam illam ſententiam, manibus pedibúſque tueri nititur. Vnde à fratribus hîc E vehementer ſum rogatus, ut ei reſponderem, quod ut potui præſtiti. Veruntamen Reverende antiſtes, unà cum aliis doctis viris quantùm effecerim judicabis. Pantachus in Dialogo Brentii perſonam ſuſtinet, Orotheтes verò meam. Quando ſum jam ſenex, & rude jure poſſem donari, augentur labores, & in Galliam vocor ad colloquium de religione habendum. Fides publica huc eſt allata, nomine Regis & Reginæ matris, cùm ſubſcripta tum obſignata, & literis Regis Navarræ, à noſtro ampliſſimo Senatu F acceſſor magna inſtantia, ut vix profectio videatur poſſe differri, cúmque res magna ſit & periculi plena, tuam amplitudinem rogo etiam atque etiam ut illam & meipſam precibus apud Deum ſeriò commendes. Ago præterea tibi gratias quàm maximas, quòd Iulium tam benignè atque amanter exceperis. Ille ſanè de tua humanitate multa prædicat, quæ porrò non tantùm à me creduntur, ſed quæ illi pro tua bonitate præſtitiſti, mihi ipſi accepta refero, & Deum rogo ut nobis te diutius incolumem ſervet. G Vale, Reverende præſul. Oro ut me, ut facis, ames. Vxor mea te plurimum ſalvere jubet, & ambo ſimul tuam peramanter ſalutamus. 23. Auguſt. 1561.

HENRICO BVLLINGERO.

Profectio Martyris in Galliam.

A Literis, quas Neoburgi Auguſti 30. die ad te dedi, partim ob perpetuum iter, partim quòd H tabellariorum nulla eſſet copia, hucuſque nihil potui ſcribere; nunc verò quando ſalvus & ſoſpes unà cum meis 9. Septembr. Luteriam perveni, prius nihil habui, quàm ut hæc ad te perferri curarem. Inprimis ad legatum nos perveniſſe illo eodem die, quo Neoburgi diſceſſimus, circa horam pomeridianam: qui me tanta humanitate, benevolentia & charitate amplexus eſt, ut nihil ſupra, totóque itinere mei non minorem curam habuit, atque ſi ejus frater vel filius eſſem: cúmque meus equus in pede fuiſſet I clavo confixus, ita ut claudus redditus fuerit, is gradarium ſuum robuſtum atque admodum firmum dedit, quo ſum hucuſque commodè uſus. Quid

quæris?

quæris? Nulla intermiſit officia, quæ ab amiciſſimo viro expectari poſſint: quare illi me ſentio plurimum obſtrictum & eo præſertim nomine, quod illum tui ſtudioſiſſimum ſenſerim, noſtræque Reipub. necnō Eccleſiæ peramantem. Raró à menſa toto itinere diſcedebatur, quin tui mentio & honorifica & jucunda fieret. Hoc mane ſumus à nobis invicem pauliſper abjuncti: Nam ille ad ſuam domum extra urbem divertit, cras aut perindie me conventurus in aula Regia, quæ eſt ad S. Germanum. B Ego veró ſum urbem ingreſſus, & à regio Quæſtore in ſuis ædibus lauté, benigné ac peramanter exceptus, quòd ſit inter cæteros fideles Evangelii cupidiſſimus. Pradella noſter præceſſit, atque Principes in aula de meo adventu certiores fecit, quos refert mirum in modum eſſe lætatos: Reginam (inquam) matrem, Regem Navarræ, Principem Condenſem & Admiralium: omnes me per illum amiciſſime ſalutarunt, datúmque mihi ab eis eſt, ut hoc toto meridiano tempore uſque ad noctem hîc Lutetiæ quieſcam, cras hora ſeptima pro- C fecturus in aulam: quo ut commodius veher, Princeps Condenſis ad me ſuum mulum miſit, qui ſuaviſſimé incedit. Ablegavit quoque ad me gratulatum & medicum ſuum & illum quem habet à ſecretis. Hodie cœperunt colloquium, & aiunt primùm eſſe diſputandum de Verbi Dei autoritate. Beza cōtulit ſemel cum Cardinali à Lotharingia, qui licet noſtrę ſententiæ pertinaciter adverſetur, attamen diſertis verbis à Tranſſubſtantiatione defecit. Colloquium habebitur lingua Gallica, quoniam & Rex & D Regina & Principes volunt intereſſe atque audire. Ego itaque non interloquar, ſed conſulam, juvabo & ſuggeram collegis quæ videbuntur. Agam (ut inquiunt) cum Regina, quæ dicitur multa ſibi de me polliceri. Peſtis in urbe utcunque graſſatur, ſed major mali rumor eſt quàm damnum. Cardinalis Ferrarienſis nondum eſt urbem ingreſſus. Omnes fideles cupiunt ſibi fieri liberam facultatem à Rege conveniendi ad ſacros cœtus, quod hucuſque non impetrarunt, ſed nunc ſe obtenturos confidunt. Quamvis E in nonnullis regni partibus templa jam habent. Hęc hodie ſcripſi, cras additurus plura & certiora, cùm in aulam pervenero.

Colloquium Poſſiacenum. Poſtridie hujus diei perveni in aulam, nempe ad S. Germanum, ubi à fratribus collocutoribus peramicè ac fraternè ſum exceptus. Colloquium habetur Poſſiaci (diſtat autem hinc locus breve miliare Gallicum) ubi etiam Epiſcopi ſuos conventus celebrāt. Nihil adhuc eſt actum, niſi quod ante tres dies convenerunt. Adfuit Regina mater & Rex, nec non Rex F Navarrę, atque alii proceres: adfuerunt Cardinales

Bezæ oratio. & Epiſcopi. Bezæ negotium datum fuit, ut exordium ſeu præfationem colloquii haberet: qui oravit Gallicè ad horam, placidè (ut aiunt) & commodè: ſed circa finem cùm incidiſſet in Euchariſtię mentionem, dixit, Hoc illis eſſe ſciendum, Corpus & ſanguinem Domini tam abeſſe à pane ac vino ſacrę Cœnę, quàm cœlum à terra. Hæc verba tam offenderunt ac irritarunt Epiſcopos, ut cœperint muſſare, ac denique tumultuari, ut vix orationem ſuā Beza po- G tuerit abſolvere. Verentur Principes, ne hinc occaſionem arripiant Eccleſiaſtici colloquii abrumpendi, ſeu potius averſandi: Idque Princeps Condenſis mihi affirmavit heri, eos jam conſtituiſſe Confeſſionem fidei ſuę Regi offerre, atque habere ἀπολογητικὴν præfationem, qua Bezam confutent, & deinde reſtentur ſe nobiſcum minimè velle agere. Sed addebat, à Regia Majeſtate id non eſſe illis permittendum. Cardinalis Turnonius poſt Bezæ exordium Reginæ matri dixit, ne crederet quicquam eorum, H quæ Beza dixiſſet, ſe Dei auxilio, Beatæ Virginis & omnium Sanctorum ſperare, omnia jam allata & cōfutanda & prorſus abolenda eſſe. Cardinalis verò Lutharingus in ſuo conventu Epiſcoporum dixit

Colloquium cum Regina. de Beza: Utinam aut nos heri ſurdi fuiſſemus ad illius blaſphemias, aut ille mutus. Hodie nimirum undecima hujus menſis die, ad Reginam matrem ſum vocatus, quæ me humaniſſimè tum vidit, tum audivit: literas ei noſtri magiſtratus dedi, nec non illas quę ad filium pertinebant. Diu cum ea fui, ea tum I dixi, quę maximè videbantur ad rem pręſentem pertinere, Idque ſumma libertate. Concepit de me ſpem A maximam, ſed orādum eſt ne fruſtretur, quod vereor: quia vellet Eccleſiam reformari, ſed pace atque conſenſu Eccleſiaſticorum: quod nunquam fieri potuit, nec etiam nunc poterit. Apud eam excuſavi, laudavi & confirmavi quod Beza dixerat. Cúmque mentionem faceret Auguſtanæ confeſſionis, reſpondi nobis debere ſufficere divinas literas, nec eam debere ſibi perſuadere, ſi Confeſſio Auguſtana reciperetur, id futurum ex conſenſu Eccleſiaſticorum. Fui etiam cū B Rege Navarrę illo eodem die, ac in eodem loco: qui diu mecum locutus eſt priuſquam ſe patefaceret: denique cùm in manibus literas haberem ei reddendas: interrogabat, ecquæ nam eſſent illæ literæ? aiebam, Regi Navarræ reddendas. Ego (inquit) ille ſum. Tum illi decentem honorem exhibui, ac tradidi. Mecum egit admodum humaniter: ſed ut dicam tibi quod eſt, in religione (ut aiunt) mirum in modum friget, & Miſſas accedit. Is quoque Confeſſionis Auguſtanæ mentionem fecit, C cui eadem reſpondi, quę Reginę prius dixeram. Ibidem Cancellarius Franciæ mecum eundem clavum trudebat, nec ex me potuit aliud elicere. Ita deniq; à Regina diſceſſi, ut diceret ſe mecum ſępe locuturam. Expectabo, & de iis quæ ſucceſſerint, te reddam certiorem. Adverſarii propoſuerunt capita diſputanda quatuor, nempe de Authoritate Eccleſiæ, de vi ac poteſtate Conciliorum, de Authoritate Scripturę, ac de Reali & ſubſtantiali præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia. Bene vale amiciſſime vir, D Deus te incolumem ad multos annos ſervet: pro cauſa Chriſti, regno Galliæ, atque pro me ores, & ut facis, ama. Saluto peramanter omnes ſymmyſtas, tuos item filios, filias & generos, & cumprimis uxorem. Salutavi nomine tuo & ſymmyſtarum omnes iſtos collocutores, qui viciſſim vos omnes jubent ſalvere. Iulius item & Gulielmus Struckius, quem mihi adjunxiſtis, te ſalutari cupiunt. Vale, duodecimo Septembris ex S. Germano.

E

EIDEM.

QVoties occaſio dabitur, mi Reverende ac ſuaviſſime Compater, ad te ſcribendi, eam haudquaquam prætermittam, 12. hujus menſis itaque ſcripſi, nunc illis attexam literis quæ poſtea ſunt cōſecuta. A Cardinali Lotharingo ante quatuor dies habenda erat oratio, qua Bezæ præfationem confutaret, cúmque noſtri fratres atque collegæ illo pro- F fecturi eſſent, nimirum Poſſiaci, ubi conventus Eccleſiaſticorum habetur, in aula Regia diu multúmq; actum eſt, an eò adducendus ego eſſem, & ferè conſtitutum erat, ne irem, quod Cardinales Epiſcopi nollent me ibi ferre. At Regina, ea qua proficiſcendum erat hora, evocavit me ac juſſit accedere. Princeps Condenſis ab eo quem habet à ſecretis me curavit deduci, miſitque ſuum ipſius mulum, quo & ſuaviter & citò veherer. Proinde ſeorſim à fratribus iter feci. Nam illi cùm hora inſtaret, ante me G præceſſerant. Cùm autem veniſſemus ad haſtatos & (ut vocant) Halabaros, qui ſunt cuſtodes corporis Regii, non ſinentes ingredi, niſi quos oportet, Dux Guiſianus, qui pręerat, aditu prohibebat: Verùm cùm à famulo Principis audiviſſet me Pet. Martyrem eſſe, meo arrepto brachio introduxit. Ingreſſus igitur aulam illam, vidi magnam turbam Cardinalium & Epiſcoporum intra ſeptū ampliſſimū cōſediſſe, quibus retrò aſſidebat maximus numerus Abbatum, Doctorum, Sorboniſtarum & Monachorum. H Vbi hæc vidiſſem & animadverterem nec Reginam neque Regem & alios proceres adeſſe, contuli me in angulum infimæ aulæ, ut ibi ſederem ac expectarem fratrum acceſſum: non enim ſciebam quò ſe cōtuliſſent. Cúmque ſolus ibi eſſem, latere non potui. Acceſſit me Cardinalis Caſtilioneus unà cum duobus Epiſcopis ornatu Cardinalitio & Pontificio. Rogavit primùm an eſſem Pet. Martyr? Cùm affirmarem, ſalutavit me quàm humaniſſimè, obtulit omnia officia, méque teſtatus eſt veniſſe cùm ſibi tum aliis o- I mnibus bonis optatiſſimū. Duo item, qui cū eo erāt, Epiſcopi enixè rogabant, ut operam darem, quo pax & cōcordia iniretur, & turbę cohortę ſedarētur. Car-

dinali gratias egi, Epiſcopis reſpondi, me non defu- A
turum paci & concordiæ quatenus verbum Dei &
Evangelica veritas poſſet ferre. Eſt ille Cardinalis
frater Admiralii, & (ut aiunt propemodum omnes)
de religione rectè admodum ſentit. Ipſe verò Admi-
ralius adeò pius eſt & humanus, ut me bis terve in
cubiculo meo etiam inviſerit & clementiſſimè ſalu-
tarit. Sed redeo ad hiſtoriam. Ingreſſus eſt poſtea
Card. Lothar. Oratio. Cardinalis à Lotharingia cum ſua bene meditata o-
ratione: poſt Rex & Regina mater cum Rege Navar- B
ræ atque aliis proceribus. Venerunt ad extremum
collegæ, quibus ego me illico adjunxi. Sederunt
Cardinales & Epiſcopi, nos verò ſtetimus, & quidem
extra illorum ſeptum. Lotharingus uſque ad ſeſqui-
horam Gallicè oravit. Primùmque Regiis Majeſta-
tibus admodum blandiebatur. Deinde ingreſſus eſt
ad Bezæ orationem confutandam. Multa de ſua Ec-
cleſia dixit ut quæ haberet continuatam ſucceſſio-
nem, & perpetuam manuum impoſitionem, quæque
Chriſtum coleret abſque ulla idololatria. (Quàm C
verè hoc dixerit, omnes norunt.) Conatus eſt deinde
oſtendere, Eccleſiam non conſtare tantùm electis, re-
natis & ſanctis, verùm etiam pravis & ſceleratis. Id
verò idcirco urgebat, ne Cardinales & Epiſcopi, quo-
rum permultos eſſe corruptiſſimæ vitæ, negari non
poteſt, ab Eccleſia redderentur excluſi. Etenim in ea
quantum poſſunt adnituntur primas tenere. Si eſſet
(inquit) Electorum Eccleſia, cum eſſet inviſibilis &
nos de illa eſſemus incerti. Affirmavit Concilia ge-
neralia neque in dogmatis, neque in moribus errare D
poſſe, verùm interdum nonnulla variaſſe ac immu-
taſſe pro ratione temporum. Adjecit illam verbum
Dei amplecti ac venerari, ſed illud in ἄγραφον & ἔγ-
γραφον diſtinxit, & Eccleſiam voluit ἀγράφῳ præeſſe,
atque ab ea petendam ejus interpretationem. Cùm
de his multa dixiſſet, ad rem Sacramentariam de-
ſcendit, ubi nil de Trãſſubſtantiatione, nil ve de Miſ-
ſa interpoſuit, ſed præſentiam corporis Chriſti non
aliter perſuadebat atque Lutherus & Brentius. Nam
affirmabat corpus Chriſti adeſſe non localiter, neq; E
circumſcriptivè, ſed cœleſti modo & ſubſtantialiter.
Ubi autem peroraſſet, ad Reginam matrem, ſe con-
vertit, oravitque, ut unà cum filio manerent in ea fi-
de, in qua hucuſque eſſent educati & ab infantia ba-
ptizati. Hoc ſi fieret, ſua & Epiſcoporum obtulit om-
nia officia & omnem obedientiam, ac ita finem fecit
orandi. Abſtinuit à conviciis, & egit ſatis placide. Nos
cum ille tacuiſſet, oravimus, & quidem ſupplices,
Regiam Majeſtatem, ut liceret extempore illi ora-
tioni reſpondere. Ibi ſurrexerunt Cardinales & Epi- F
ſcopi, ac Reginæ Regiſque thronum circumdede-
runt: quid autem dixerint, nos latet, ſed eventus do-
cuit, eos eſſe precatos, ne poſtulatum noſtrum ad-
mitteretur. Et ſanè reſponſum eſt, ne tunc agere-
mus, dandum verò diem, quo liceret reſpondere.
Cum reverſi eſſemus ad S. Germanum, illico ego &
Beza vocati ſumus in regiam à Principe Condenſi
& Admiralio. Rogabant quid viſum eſſet de concio-
ne? Ipſi, qui acerbam & ſævam illam expectaverant,
ut placidam & moderatam laudabant, idque plurimi G
faciebant, quod neque Trãſſubſtantiationis, neque
Miſſæ ullam feciſſet mentionem. Verùm hæc dice-
bant ea fine, ut nos de illa oratione acerbè aut aſperè
non loqueremur, atque ita ſpes colloquii futuri ab-
rumperetur. Et me obliquè tacitéque ſubmonebant,
ut cùm eſſem accerſendus ad Reginam matrem die
craſtino, mitius loquerer cum ea de habita oratione,
ut non impediretur colloquium, ſi conſenſus prorſus
deſperaretur. Nos ibi ſynceriter diximus, quid vi-
ſum eſſet de habito ſermone. Ego verò promiſi cum H
Regina me placidè ac modeſtè acturum, quoad Car-
dinalis orationem, de qua tandem haud eſſem judi-
caturus ac teſtaturus aliter quàm verbum Dei & i-
pſa veritas pateretur.

Colloquium cum Regina. Poſtridie ejus diei ſum accerſitus ad Reginam u-
nà cum Beza, idque ſub veſperam. Illa cum ad nos
acceſſiſſet, me ſeorſum abduxit, ut cum ſolo unà lo-
queretur. Primò petiit, ut quædam ſibi apertius
explicarem, quæ cum primum eam ſalutavi, protu-
lerem: Quod cum effeciſſem, ſubjecit de concione
quid videretur. Reſpondi, mihi eam eloquentem eſ-
ſe viſam, & in illa quadam fuiſſe vera & bona, quæ
tamen etiam nobis eſſent communia: ut illa quæ di-
xerat de obedientia erga magiſtratus, & quod in Ec-
cleſiam mali verſarentur cum bonis, & in ea nõnun-
quam ſacro miniſterio fungerentur: atque nos etiam
non conſtituere inviſibilem Eccleſiam, ſed cœtus
definire, ad quos ſciant fideles tutò ſe poſſe adjun-
gere: ſed Eccleſiam verbo Dei præponendam, non
poſſe dari. De extremo capite Euchariſtiæ tandem
interrogabat. Ibi dixi, Cardinalem & veritati & no-
bis prorſus adverſatum: ſed illum in conferendo for-
taſſis aliquid remiſſurum. Id autem dixi, non quod
ita ſperem, ſed ne inſtitutum & ſpes colloquii præci-
datur. Petebat item, ecquod aliud conſilium habe-
rem, quod ad pacem & tranquillitatem conduceret,
præter id quod antea dederam. Adjeci, ut ſi conve-
nire non poſſet in colloquio de præſentia corporis
Chriſti, articulum illum, donec melius liqueret, li-
berum fineret, & pateretur Chriſti Eccleſias illam re-
tinere ac prædicare doctrinam, quam judicarent ver-
bo Dei conſentientem: Interea verò propter ſenten-
tiæ diverſitatem non abrumperent fraternam chari-
tatem, neque ſeſe mutuò hæreticos appellarent. Cõ-
ſilium, quod attuli, vehementer approbavit. Subjeci
deinde: Quia verò Eccleſiaſtici (ut apertè liquet)
hac tantùm cauſa veritati adverſantur, ut ſuas propu-
gnent opes, atque potentiam tueantur: tua Majeſtas
illos certos & ſecuros reddat, omnia quæ habent, il-
lis manſura, & quidem pacifica poſſeſſione, dum vi-
xerint. Hoc ſi perſuaſerint ſibi, multò evaſuros mi-
tiores. Hoc item probavit. His dictis acceſſit ad ignẽ,
ubi erat Beza cum Rege Navarræ, Condenſi & Ad-
miralio, cúmque unà mecum rogavit, ut omnem ad-
hiberemus induſtriam, ac diligentiam, ut ſi fieri poſ-
ſet, iniretur conſenſus. Quod nos facturos polliciti
ſumus, quantum per verbum Dei liceret.

Ex Epiſcopis, qui ſentiunt melius, vellent nos aſ-
ſentiri conſubſtantiationi Lutheri & Brentii. Nos id
fieri poſſe negamus: in eo autem conſtanter mane-
mus: Corpus Chriſti eſſe in cœlo, & non alibi. Fate-
mur verò, in ſacra Cœna communicantes pios verè
corpus & ſanguinem Domini percipere; ſed fide at-
que ſpiritu: nec diſtantiam locorum impedire ipſam
conjunctionem, cùm res ſit omnino ſpiritualis. Aiũt
prætereà, ſe cupere illam conſubſtantiationem panis
& vini cum corpore Chriſti non attingi, cum unà
colloquemur. Ibi diximus, nos ſi eam velint obtru-
dere, minimè tacituros. Aiunt, non obtrudendam, &
putant iſtum articulum facilè manſurum Eccleſiis li-
berum. Quid ſecuturum ſit, ignoro. Dies adhuc non
eſt conducta, neque deſignati ſunt collocutores. No-
ſter legatus interea, ſe adverſum nos humaniſſimè
gerit, me ſalutat & inviſit ſæpe. Cúmque intellige-
ret noſtros equos hic non bene tractari ob incredi-
bilem multitudinem equorum, & infinitam quodã-
modo cupiditatem hoſpitum, illos vult ducere ad
ſuam domum extra Lutetiam, ubi ſuos habet. Illic
non minus rectè ac diligenter curabuntur, atque ſui.
Profectò erga noſtrum Senatum præ ſe fert non
vulgarem obſervantiam. Precibus, quantum pote-
ſtis, nos juvate. Beza unà cum aliis fratribus te ac re-
liquos ſymmyſtas plurimùm ſalvere jubet: quod idẽ
faciunt Iulius meus & Stukius. Ego verò tuos om-
nes ad unum meo nomine ſalutatos velim, nec non
chariſſimos fratres ac ſymmyſtas. Quoniam ad am-
pliſſimum noſtrum magiſtratum brevius ſcribo, tu
poteris pro tua prudentia ex tuis ea ſupplere quæ
tibi videbuntur. Vale, Reverende Vir atque Com-
pater colendiſſime, 19. Septembris 1561. In S. Ger-
mano.

Adeſt jam Cardinalis Ferrarienſis maxima pom-
pa. Inter cæteros adduxit ſecum viros, ut jactant, do-
ctiſſimos, qui nos in hac diſputatione vorare decre-
verunt, ut eſcam panis. Eſt ibi Paulus Sadoletus, Epi-
ſcopus Carpentoratenſis. Eſt item Epiſcopus Græ-
cus, quem ejus linguæ ac Patrum Græcorum affir-
mant eſſe peritiſſimum. Eſt & Dominicanus Scho-
laſticæ theologiæ ſummus Rabbinus. Aliorum no-
mina ignoro, niſi quod Ieſuitarum ſummum præfe-
ctum in ſocietate illius etiam eſſe prædicant. Oretis, I
ut Deus qui eſt *Iſch Milchamah*, iſtam Goliathi Ro-
mani phalangem dignetur ſua divina potentia diſ-
ſipare.

EIDEM.

EIDEM.

Poy ſiaceni colloquii progreſſus.

AD tuas literas, quas per D. legatum accepi clariſſ. Vir ac dilectiſſime Compater, reſpondeo nonnihil tardius, quòd non habuerim antea copiam tabellarii. Nunc autem te ſcire volo nos omnes rectè valere. Quod verò ad cauſam attinet, die 24. Septemb. Poſtiacum venimus: illic Beza concionem Cardinalis confutavit quoad multa. Egit primum de Eccleſia oſtenditque, nos, quemadmodum accuſamur, eam non ponere inviſibilem. Actum prætera eſt de authoritate Scripturæ & Eccleſiæ, ac probatum in ea contineri omnia, quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria. Et quia Cardinalis noſtro miniſterio derogaverat, quòd non habeamus impoſitionem manuũ & iuſtam ſucceſſionem, ea de re plura ſunt allata. De Euchariſtia verò inquit Beza, corpus Chriſti verè quidem manducari, ſed ſpiritualiter, & per fidem. Oſtenſum adhæc eſt ex dictis Auguſtini concilia errare poſſe. Cardinalis multus ac fermè totus erat in verbo ἐγγράφω & ἀγράφω à quo ad articulũ de Euchariſtia, proteſtatus eſt, nolle ſe ulterius progredi nobis cum agendo niſi de Cœna Domini conſentiremus unà cum eo: nec deſinebat obtrudere Auguſtanam Confeſſionẽ cum tamen abs ea cum ſuis abhorreat. Quare interrogatus eſt à noſtris, an ipſe vellet eam recipere? Ait minime, ſed tantùm quoad articulum præſentiæ corporis Domini, illi adhærere. Tunc iuſta quæremonia & expoſtulatio prolata eſt quod nos ad ea vellent adigere, quæ ipſi nollent ſubire. Confeſſionem verò, quam recitabat ſibi à Principibus Germaniæ aliquot miſſam affirmavit, & inde colligebat hanc brevem ſententiam: In auguſtiſſimo Sacramento Euchariſtiæ carnem Domini corporaliter, ſubſtantialiter & realiter adeſſe, atque ita exhiberi & ſumi: jubebatque ut ei vel aſſentiremus, vel non ulterius pergeremus conferre. Sed reſponſum eſt, id non poſſe fieri. Iſtam Cardinalis imperioſam locutionem Regina, Princeps Condenſis, & Admiralius ægrè tulerunt. Videbant quippe iſtos detrectare Colloquium, & cauſam quærere compendioſam, ut abrumperetur, & idcirco voluiſſe ab iſto articulo initium facere, in quo certò ſciebãt nos minimè cum ipſis conventuros. Beza item conqueſtus eſt, quod ab eo capite vellent auſpicari collationem inſtitutam. Cardinalis ad id reſpondit, non immeritò ſic fieri, quod ille in prima concione ſua lapidem ſcandali ieciſſet, dicendo: Plus diſtare Corpus & ſanguinem Chriſti à pane & vino, quàm cœlum & terra: & ideo ſe quam primum velle populum ac gregem ſibi commiſſum liberari ab hujuſmodi contagione. Hæc omnia Gallicè acta ſunt. Ita enim convenerat, vt Regina, Rex & Proceres intelligerent. Quamobrem cùm ego ea lingua nequeam loqui, licet illam intelligam, nihil dixi, neque ad dicendum ſum invitatus. Verùm ad finem fratribus & collegis me incitantibus petii à Regina, ut in poſterum facultas loquẽdi cõcederetur: quã clemẽter & benigniſſimè conceſſit. Quæſivi præterea qua lingua me vellet agere? Reſpondit, Italica, ut eam quoque non lateret quid ageretur. Die 16. Sept. rurſus conuenimus. A Regina, Principe Condenſi & Admiralio, qui cupiebat non abrumpi colloquium, admoniti ſumus, ut detrectaremus agere primo loco de articulo præſentiæ corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna. Etenim videbant fore, priuſquam eò perueniremus ut de graviſſimis abuſibus & erroribus convincerentur. Quare libellum ſupplicem Reginæ obtulimus, quo duo præcipua continebantur. Primùm, quòd noſtri nullis iuſtis cauſis miniſterio ſuo expoliarentur Cardinalis ſententiã, cùm tamen ſi vellemus eos urgere de ſua inſtitutione iuxta probatos Canones & ſacras literas, facilè poſſemus oſtendere, illam eſſe irritam, & illos à Dei Eccleſia verè alienos. Querebamur ſecundo vi quodammodo nos cogi ad Auguſtanam Confeſſionem recipiendam, & præſcriptis verbis ei ſubſcribendum: aliuquin minimè proceſſurum iam inſtitutum colloquium: oſtendentes, ad Majeſtatem regiam pertinere, ut de modo & ordine diſputandi ſtatueret. Ad libellum ſupplicem Regina tum non reſpondit. Ibi Cardinalis rurſus agere cœpit de noſtra vocatione, illam affirmando

A eſſe irritam. Deinde querebatur, nos & illum & cæteros Epiſcopos taxaſſe, quaſi non haberent in Eccleſia Chriſti iuſtam vocationem: nos inſimulando, quòd Regiam authoritatem, qua creati erant Epiſcopi niteremur evertere, quòd eſſet eius judicio ſeditioſiſſimum. Poſt hæc orationem ſuam contulit ad Euchariſtiam, aſſerendo, verba Cœnæ, nimirum Hoc eſt corpus meum, ſimpliciter eſſe accipienda. Ibi ego ſermonem arripui, & primo loco miniſterium defendi noſtrarum Eccleſiarum. Nunc longum B eſſet rationes ſcribere. Reſpondi etiam inſimulationi, qua nos ut ſeditioſos traduxerat, ut qui nollemus penes Regem eſſe poteſtatem inſtituendorum Epiſcoporum. Adjeci deinde me vehementer mirari Cardinalem heri dixiſſe, ante Auguſtinum tria tantùm fuiſſe Concilia, cùm ipſe meminerit Ariminenſis, & Smirniana Synodus tempore Conſtantij habita ſit, quæ cùm graviter erraſſent, poſtea ſunt emendata. Objeci præterea, eum vehementer fuiſſe hallucinatum, quod auſus fuerit affirmare, C in Dei præceptis, in ſacris hiſtoriis, in teſtamentis & Sacramentis non eſſe tropos aut figuratas locutiones: & ex Scripturis demonſtravi tropos inveniri: unde non poſſe ab eo concludi, verba Domini, quæ vocant Conſecrationis, ſimpliciter accipienda. Hiſpanus ibi Ieſuitarum princeps, qui cum legato Pontificio huc venerat ſermonem excepit, & habuit orationem acerrimam, qua reprehendit Majeſtatem Reginæ, quòd harum rerum cognitionem ſuſceperit, cùm ad ipſam non pertineret, ſed ad Papam, D Cardinales & Epiſcopos: nec fas eſſe, dum haberetur Concilium Tridentinum, hîc tale Colloquium privatim celebrare. Hęc arrogantis hominis oratio Reginam valde offendit, & niſi reſpexiſſet Cardinalem Ferrarienſem, Ieſuitam docuiſſet modeſtiam. Cardinalis ad me ſermonem convertit, ita nihilominus, ut omnes animadverterent eum refugere meum congreſſum. Cœpit cauſari quòd meam linguam nõ intelligeret, cum tamen (ut perhibent) illam optimè calleat. Ajebat ſe malle diſputare cum homine ſuæ E linguæ. Ego verò excuſavi, me ſic egiſſe juſſu Reginæ, paratus alioqui Latinè diſſerere. Proinde mihi cœpit Gallicè utcunque reſpondere: quod ei facere non licuiſſet, niſi quæ dixeram percepiſſet: nec tamen ad omnia reſpondit objecta. Cumque ſolutiones eius eſſem confutaturus: Regina me monuit, ut latina lingua uterer, quò omnes aſtantes Prælati atque Doctores intelligerent. Parui, & dixi quę tempori conveniebant. Beza ſe interpoſuit, & rabulæ Hiſpano paucis reſpondit. Deinde una cum ipſo F Cardinale agere cœpit de Cœna Domini, ac de tranſubſtantione aliqua diſſerere: nec volebat Lotharingus è ſcripturis haberi panem à Chriſto datum in ſacra Cœna. Ibi ego narrationem Evangeliſtæ induxi, qui ait Dominum accepiſſe panem, benedixiſſe, fregiſſe, atque dediſſe diſcipulis ſuis: atque demonſtrabam hæc verba non habere, alium accuſativum, quam panem. Fruſtra ſe conabatur explicare. D. Depenſius cœpit aliqua interponere, ſed cùm à ſtrepitu atque clamore Sorbonico non abſtineret, res G abiit in tumultuoſam actionem, ita ut nec ipſe Cardinalis abſtinuerit à clamoroſa vehemẽtia. Itaq; Regina iubẽte ſolutus eſt cõventus, cũ iã nox eſſet. Viſa eſt actio illa indigna regia præſentia, ita ut Regina decreverit non amplius adeſſe, neq; voluitrẽ agitari poſthac inter tã multos, ſed quinq; deſignauit collocutores ex parte adverſariorũ, quinq; item ex noſtra. Ex aduerſariis delectus eſt Epiſcopus Valẽtinus: Epiſcopus Sagenſis: Doctor Botillerus: Doctor Salignacus: Doctor Depẽſius. Noſtrorum verò hæc ſunt H nomina, Beza: Galaſius: Marloratus: Spina & ego. Adhibiti ſunt ex utraque parte notarii, ſed abſque iudicib. & aliis teſtib. colloquimur amicè ſatis & placidè: quoniam adverſarios habemus (ut video) ſatis mites, & qui non multũ à nobis diſſentiunt. Iã ter cũ illis fuimus, & in ſumma, tantum actum eſt de præſentia Corporis in Cœna. Ad Reginam rarò acceſſor, atq; id clam quorum opera id fiat non eſt obſcurum, ſed tibi alias exponam. Vale clariſſ. Vir & frater mihi in I Chriſto plurimùm obſervande: Tuis precibus nos iuvato. Salutes univerſam familiã tuã, & omnes chariſſimos in Chriſto ſymmiſtas. Te omnes mei collegę ſalutãt, neq; nõ Iulius & Stukius. Ad magiſtra-

tum ſcribam, ſed paucis: tu verò communicabis ei, quæ pro tua prudentia judicabis expedire. Die 2. Oct. 1561. In aula regia apud S. Germanum.

IOANNI CALVINO.

VEtebar eas literas intercidiſſe, quas ad te dedi cùm primum huc appuli: ſed video tibi redditas, cùm humaniſſimè reſponderis. Quomodo res noſtræ hîc habeant, multis non arbitror tibi ſignificandum, quod Beza ſuis ad te literis omnia comprehendat, quæ ſunt ſcitu digna. De ſucceſſu autem in poſterum quid boni mihi pollicear non habeo, ſed prorſus deſpero ſcholaſticos & pſeudoeccleſiaſticos nobiſcum eſſe conſenſuros. Habuimus Collocutores admodum placidos, & ut præ ſe ferunt, à nobis minimè abhorrẽtes. Verùm Cardinalibus, Epiſcopis & Doctoribus ingrati ſunt, & ut ſuſpecti hæreſeos accuſantur. Hodie in cornutorum conſeſſu Poſſiaci ſe purgant, & cauſam dicũt. Fratrum conſilium eſt, ut cum adverſariis tam leniter & manſuetè agamus, ut nullam videamur cauſam abrumpendi Colloquii dediſſe. At verendum eſt, ne patientia & lenitate noſtra impudenter abutantur. Qui rebus præſunt aliquod INTERIM videtur meditari, ac religionem cùm ex Papiſtica tum ex Lutherana velle conflare. Fex Papiſtarum nollet illud ſubire onus: id enim unicè ſtudent, ne de ſuo peſtifero inſtituto quicquã mutetur, ſed noſtras Eccleſias eo vellent gravare, ſi eis aliqua libertas concedatur. At regina utramque partem, nos inquam & illos, iiſdem & decretis & edictis involvit. Ego cùm ſynceriter ac purè inſtaurandæ religionis conſilia dederim, amplius non acceſſor, nec illa vel conſilium vel inſtitutionem à me ullam poſtulat. In ſumma, Dei providentia una eſt ex qua multa ſperanda ſunt: ex carne verò aut brachio potentum aut parum aut nihil expecto. Id verò jucundum eſt auditu, quotidie ad veritatem permultos accedere, & adeò numerus augetur fidelium, ut hoſtes mirum in modum ringantur. Epiſcopi, ut dicitur, proxima hebdomada Poſſiaco ſtatuerunt diſcedere. Cardinalis Lotharingus vellet civitatibus Gallicanis obtrudere ſuum Catechiſmum: ſed Epiſcopi non recipiunt. Vale, clariſſime vir, & frater in Chriſto colendiſſime. Salutas omnes ſymmiſtas, nec non Dominum Marchionem & Balbanum. 4. Octobris. 1561. In aula apud ſanctum Germanum.

Colloquium Poſſiacenum.

Cathechiſmus Cardin. Lotharing.

HEINRICO BULLINGERO.

PAuca ſcribo, reverende ac dilectiſſime Compater, quòd pauca ſcribenda ſe offerant ab eo tempore, quo poſtremas literas ad te dedi. Accepiſti hactenus ex me, quinque adverſarios collocutores apud Cardinales & Epiſcopos non tantùm ſuſpectos eſſe redditos, verùm pro hæreticis habitos, quòd in cauſa Sacramentaria viſi ſint nonnihil nobis aſſentiri. Quare noluerunt illos amplius nobiſcum pro ſua parte colloqui. Qua de cauſa jam à quindecim diebus colloquium ſuſpenſum eſt, & multum vereor, ne ſit omnino abruptum. Non poſſes credere quot modis quotque artibus pontificii hoc aſtutiſſimè procurarũt, ut ſcilicet inchoata diſputatio non procederet. Quem eorum conatum legati, Ferrarienſis inquã Cardinalis, authoritas & voluntas multum juvit. Id accedit præterea, quòd ſuam ſatis malã cauſam ſcripturarum teſtimoniis & bonis probatiſque rationib. tueri ſe poſſe diffidunt. Verùm id poſtea contigit nõ ſine admirando providentiæ divinæ artificio, ut ipſi Epiſcopi & Cardinales, qui ſuum cõventum ad Poſſiacum habebant, decima hujus menſis ita inter ſeſe diſſenſerint, ut parum abfuerit, quin ad manus venirint. Aliqui enim parati erant actis ſubſcribere, maxima vero pars refragabatur. Nunc verò in eo toti ſunt, ut Canones condant, ex quibus ante quatuor dies aliquot vidi, qui adeo ſunt rudes & craſſi, ut inde facile agnoſcas Papæ mancipia nullam Eccleſiæ velle reformationem. Tantùm externa quædam nullius oppidò momenti præ ſe ferunt, vel correcta: ſed ipſam navigii ſentinam ſordibus fœdiſſimis ſinũt oppletam. Retinent Miſſam, Confeſſionem ſacramẽtalem, authoritatem Papæ agnoſcunt. Imagines habere volunt, approbant peregrinationes, tantũ abeſt ut illas damnent. Nec dubito longè craſſiora me auditurum. Hodie ſunt reverſuri ad aulam, quò proculdubio apportabunt non vulgaria monſtra. Si ſpes colloquii hac hebdomada, ut ſuſpicor, præcidatur, proxima ineunte miſſionem petam. Non enim par eſt, ut bonum otium tam malè collocem. Quamvis tempus hujus moræ non eſt prorſus amiſſum. Etenim à colloquio indicto uſque ad hunc diem, non poteſt dici, quàm ſint auctæ numero fidelium Eccleſiæ, ſed non abſque turbis. Nam duodecimo hujus menſis noſtri Lutetiam egreſſi ſunt, ut concionem audirent in campo, quandoquidem in urbe tẽplum non habent: numero erant octies mille. Cùm id Papiſtæ cognoviſſent, illos dum redirent ad urbem, mœnibus excluſerunt, ſed fruſtra: quoniam urbem vi ſunt ingreſſi: cúmque adverſariis noſtros invadentibus pugna utrinque inita fuerit, ex utraque parte multi ſunt vulnerati, & aliquot occiſi. Nec ſecus fit per alias regni partes. Quare ut exiſtimatur, neceſſitas Reginam, proceres & regios conſiliarios adiget, noſtris facultatem publicè conveniendi ut aliqua templa largiantur: alioquin ſcandalorum & certaminum ullus modus non fiet. Hodie certè in magno metu ſumus: quia in variis Galliæ regionibus fideles occuparunt tẽpla, ut ibi publicè conveniant, non expectata regia facultate. Id autem Reginæ ac proceribus graviſſimè diſplicuit. Cardinales & Epiſcopi reſtitui petunt. Dum hæc ſcribo, jam ſunt in conſilio principes, ut de hac re quod viſum fuerit decernant. Sed quia in conſiliariorum numero, ſunt etiam quidam Cardinales & aliqui Epiſcopi, noſtri libellum ſupplicem Reginæ obtulerant, precantes, ne contra jus & fas concedatur ſuffragium in hac deliberatione iis, qui ſunt nobis ex profeſſo jurati hoſtes. Quantum verò ſimus impetraturi, me latet. Si edicto jubeantur populi templa reſtituere, & ſeditiones & cædes timendæ ſunt. Lutetiæ ante unum aut alterum diem aliquæ domus mercatorum fidelium direptæ ſunt. Canones, quos Epiſcopi ſunt architectati, nondum omnes vidimus, & nihilominus vel à prandio vel cras de illis à regio Senatu judicium feretur. Certè legatus Cardinalis Ferrarienſis omnia perturbavit, verùm uti confidimus, Chriſto non eſt potentior. Aiunt Reginam matrem & Regem Navarræ à Philippo vehementer abſterreri ab omni rerum Eccleſiaſticarum mutatione. Quare in Deo plurimùm confidimus, in hominibus potentibus aut parum aut nihil. Dices, quare non reclamatis? cur apud Reginam non agitis? Ad illam non habemus acceſſum, niſi vocet: nunc verò non accerſit. Id reliquum eſt, ut libellis ſupplicibus agatur. Promiſit autem, ſe omnino curaturam, ut cùm opportunum erit ſecurus & ſalvus reducar. De Confeſſione Auguſtana quæſo ne angaris, quia Eccleſiaſtici eam non recipient, cùm de ſuis rebus nolint quicquam immutari. Noſtræ item Eccleſiæ illam non admittunt, quòd ſuam Gallicam confeſſionem ſequi decreverint. Omnes item noſtri collocutores eã nolunt. Calvinus item dehortatur maximè ne id fiat. Nullum ego video inde periculum imminere. Severa & gravia edicta contra noſtros tantùm ſunt metuenda, ne ſcilicet impediant Evangelii progreſſum, néve propterea & ſeditiones & cædes fiant. Iam accepiſti quomodo res habeant, quæ in longum extrahi non poſſunt, brevi finem habebunt. Comes Bedfordus ex Anglia peramanter ad me ſcripſit, & invitat, ut redeundo, cùm ſim proximus, per Angliam iter faciam. Quod ei polliceri nolui, quòd reverti domum quantocyus cupiam. Heri mutavimus hoſpitium, Cardinalis enim Caſtilioneus reverſus eſt in aulam, & cùm Poſſiaci non ſit amplius mãſurus (diſſolutus eſt enim Prælatorum conventus) repetiit domum ſuam, in qua verſabatur. Quare ſumus juſſu Reginæ ablegati ad hoſpitium Duciſſæ Ferrarienſis, quod norit quemadmodum teſtata eſt illi Principi non fore ingratos tales hoſpites. Vale magne amice, ac frater in Chriſto colendiſſime. Rogo te per mutuam

tuam charitatem, ut apud ſymmiſtas me diligenter excuſes, ſi ad ſingulos eorum non ſcribo. Nam quas ad te do, illis puto eſſe communes 17. Octob. 1561. In aula apud S. Germanum.

LVDOVICO LAVATERO.

VNA cum literis D. Bullingeri tuas quoque chariſſime Lavatere accepi, quę ſanè gratiſſimę fuerunt. De noſtris rebus fusè ſcripſi nudiuſtertius ad D. Bullingerum, quare ut nunc tibi illa repetam non arbitror eſſe neceſſarium. Nam illum ſcio, quæ à me ſcribuntur, vobis familiariter ac benignè communicare. Sed poſtquam literas ad eum dedi, hæc geſta ſunt. XVII. hujus menſis ad veſperam decretum factum eſt à Regiis conſiliariis, ut à fidelibus templa redderentur quæ occupaverant, quòd non expectata regia facultate id auſi fuerint. Interea noſtris fit ſpes, ut libertas ipſis concedatur publicè conveniendi, nec non ut certa loca eis aſſignentur. Sed an id futurum ſit ignoro: quoniam incredibilis eſt Eccleſiaſticorum potentia. Hodie Cardinalis Lotharingus & Dux Guiſianus ab aula diſceſſerunt, & conventus Prælatorum, qui Poſſiaci habebatur, ſolutus eſt: unde Cardinales & Epiſcopi hinc diſcedunt. Sed antequam abirent, Confeſſionem Gallicanarum Eccleſiarum damnarunt. Inceptum verò Colloquium prorſus eſt abruptum, quòd Prælati noluerint illud continuari, noſtrum congreſſum & lucem fugientes. Nos verò quando hic nihil agitur, miſſionem petimus, quam adhuc nō impetravimus. Quod ad me attinet, omnium veſtrûm deſiderio non vulgari teneor. Nunc allatum eſt Aurelianenſes templa reddidiſſe, verùm Bleſenſes non adhuc paruerunt. Iulius noſter unà cum Stuckio te plurimum ſalvere jubet. Ipſe verò quæſo te omnes ſymmiſtas meo nomine quàm diligentiſſimè ſalutes 19. Octob. 1561. In aula apud S. Germanum.

HEINRICO BVLLINGERO.

ANte quatuor dies, chariſſime compater & domine plurimùm obſervande, ſcripſi ſatis fusè de noſtris rebus, deinde reſpondens literis Lavateri, adjeci ea quæ poſt duos tréſve dies conſecuta fuerant, quæ non ambigo tibi ab eo eſſe perlegenda. Quare illa nunc ſcribam, quæ poſtea ſunt conſecuta. Primùm Lutetiæ publicatum eſt edictum, quo prohibentur arma & [illegible], interdicuntur hę voces, Papiſtæ, Hugonoti (ſic enim Evangelicos appellāt) cavetur item ne religionis ergò alter alteri maledicat, & ne aliqui audeant in domos irrumpere, ut ſolebant, quando aliqui conventus à noſtris habebantur. Aquitanicæ Eccleſiæ reddiderunt templa, & eis loca ſunt aſſignata, ad quæ fidelibus convenire liceat. Cardinales & Epiſcopi Synodum ſuam diſſolverunt. Eorum Canones nondum vidimus. Obſtrinxerunt ſe ad perſolvendum Regi uſque ad decennium, in ſingulum quenque annum ſedecies centena millia Francorum (ut dicitur) ad relevandum regnum ære alieno. Abrupto colloquio, cùm hic nihil ageretur, miſſionem petivimus, nondum eſt impetrata, ſed brevi dabitur. Conſiliarii videntur quaſdam leges noſtris Eccleſiis impoſituri: Primùm, ut in unaquaque concione ultra numerum trecentorum vel quingentorum non conveniant. Deinde requirunt, ut ne invehantur miniſtri acerbè in Papam & Miſſam non impediunt, quo minus deſcriptionibus hę taxent; ita ut aſtantes intelligant, ſed nominibus vellent parci, pro communi pace, ne animi pravius exacerbentur. Hæc tamen à noſtris non temerè admittentur. Sunt vero adhuc affecta, non perfecta. Dabuntur item nomine Regio ad Eccleſias diplomata, quibus commendabuntur magiſtratibus ac præſidib. tum urbium, tū provinciarum, auferētur arma noſtris & adverſariis, ad pugnas & cædes impediendas. Cùm hæc ſcriberem, jam ex Collegis tres diſcedebant. Regina cogitat me remittere in comitatu ac protectione Dominæ Rœtelin, matris principis de Longavilla, ad quem pertinet oppidum Neoburgi. Eſt mulier admodum pia, & intra paucos dies eò ſe vult conferre. Adjunget etiam mihi aliquem ſuo nomine, quò tutior domum perveniam. Stuckio me arbitror bene proſpexiſſe. Apud nobilem quendam virum erit Lutetiæ, qui & pius eſt & opulentus: fratrem ejus parvulum inſtituet, & interea licebit ei ſua ſtudia perſequi, nec ei quicquam deerit. Vale, mi ſuaviſſime Compater, & frater in Domino colendiſſ. 20. Octob. in aula apud S. Germanum.

THEODORO BEZÆ.

Martyris Poſſiaco diſceſſus Troia oppidū.

DEi benigno favore adjuti, clariſſime vir, ac frater in Chriſto ſuaviſſime, 5. hujus mēſis Troiam ſalvi & incolumes pervenimus, ubi fratres unà conveniunt, ad Deum purè colendum, idque pacificè atque tranquillè citra ullam adverſariorum moleſtiam. Numeroſa eſt admodum Eccleſia, & indies augetur. Epiſcopus nos perhumaniter excepit, qui jam Chriſti regnum ſeriò promovet, nec tantùm ſuas oves ipſe purè docet, ſeu quia ei gravis ſcrupulus injectus eſt de ſua vocatione, quod in ea Eccleſiæ ac populi electionem ſeu confirmationem non habuerit, ideo ſeniores Eccleſiæ reformatæ accerſivit, rogavitque ut piè ac prudenter diſpicerent, an

Epiſcopus ad miniſterium vocatus.

cum vellent eligere, confirmare ac pro Epiſcopo habere; quod ſi judicarent faciundum, ſe daturum operam, ut ſicut cœpit ita pergeret, Eccleſiam ſibi commiſſam docendo & hortando pro viribus ædificare & augere. Sin verò exiſtimarent illum minus idoneum ad tantum munus, liberè atque apertè dicerent, ſe autem paratum eſſe loco cedere, modò ei liceat in Eccleſia reformata vivere, juxta ſanctam Evangelii diſciplinam. Rogavitque ut ea de re maturè cum Eccleſia deliberarent. Quod cùm factum eſſet ab omnibus unanimiter, ut verus Epiſcopus agnitus eſt & receptus. Quare illius authoritas & pietas multum Eccleſiæ Chriſti commodat. Deus laudetur qui ad hunc modum filii ſui regnum gubernat & dirigit. Divioni tumultus ortus eſt, non ſanè fidelium vitio, ſed adverſariorum petulantia & rabie, noſtros enim cùm ſacrum cœtum haberent, invaſerunt, manu facta & quaſi juſta pugna confligendum eſſet, tympana adhibuerunt, ſeptem domus direptæ ſunt, quamvis noſtri ſuperiores evaſerunt. Mittuntur ad aulam, qui cauſam expoſitam, &, ut loquuntur, informatam ſecum adferunt. Voluiſſent ut ego rem eorum Admiraldo & Principi Condano meis literis commendarem, ſed cùm ad eos duo itineris mei duces literas dederint, ego exiſtimavi ſatis eſſe ſi te rogarem, ut apud eos & tuo & meo nomine id faceres, quibus etiam oro, ut meis verbis plurimam ſalutem dicas, quod item fieri velim dilectiſſimo fratri, Domino Galaſio & Vicecomiti, & cum primis fratri tuo ſi præſens adfuerit. Iulius quoque meus te ſalvere jubet. Vale colendiſſime frater. Deus laboribus tuis clementer adſit. Salutant te plurimum ambo Capitanei mei Duces. Trecis 16. Novembris 1561.

IOANNI CALVINO.

Martyris Tigurū reditus.

DIſceſſi, vir clariſſime, Lutetia pridie Kalend. Novembr. & intra viginti duos dies ſalvus & incolumis Tigurum perveni: deductus admodum tutò ac fideliter à duobus militaribus ducibus, quos vulgò Capitaneos vocant, pios & fortes viros: quibus à Conſ. Senatu & miniſtris Eccleſiæ non vulgares exhibiti ſunt honores, datique ſunt eis comites itineris uſque ad Bernam. Quare poterunt, ut illos non dubito eſſe facturos, indicare ſuis principibus, quanta obſervantia noſtri eos proſequantur. Literas prætereà humaniſſimas huc ſcripſerunt, Regina mater, nec non Navarræ, principes item Admiralius & Condenſis, quæ fuerunt gratiſſimæ. Dabit fortaſſe Dominus, ut animi hujus vrbis cum regno

Galliæ bene ac ſanctè coaleſcant, præſertim ſi juſtus A in religione conſenſus interceſſerit. Cùm itaque omnes eſſemus variis de cauſis læti, ecce tibi, triſtia quædam ex Gallia ſunt allata. Primum, Regem Philippum eò ſcripſiſſe minaciſſimas literas, quibus non rogaret, ſed quodammodo imperaret, vt in Galliis authoritas Papæ ſarta tecta & integra ſervaretur, ſeque (vt aiunt) diſertis verbis profeſſus eſt, omnium illorum apertum hoſtem fore qui ſecus vellent atque ſtatuerent. Deinde adjectum eſt, regio nomine B præceptum Epiſcopis eſſe, vt denuò Poſſiacum redirêt, atque ibi Confeſſionem Gallicanarum Eccleſiarum confutarent. Sed hoc non facilè credimus, niſi à Theodoro Beza, viro clariſſimo, doctiſſimóque ea de re certiores ſiamus. Dum opus ſuum tueatur, ea fundamenta conſtabiliat, quæ videntur non inſeliciter eſſe jacta. Certè fraus eſſet, & quidem non obſcura noſtris dimiſſis, adverſarios qui jam aufugerant, denuò revocare, vt abſentes damnarent. Sed hæc Deus viderit. Cupiviſſem in reditu vos inviſere: C ſed cùm iam eſſet hyems, veritus ſum, ne pluviis aut nubibus obruerer, ſi longiori via domum redirem. Qua etiam cauſa ſum inductus, vt ne me comitatui adjungerem Marchioniſſæ à Rethling & Principis de Longavilla: quod à me petitum eſt mirum in modum, cùm apud eos eſſem Blandini. Aſſentire nolui, quod iter ad aliquos dies animadverti eſſe differendum. Deinde cogitabam, non permagni referre, ſi fraudaremur corporis præſentia, cùm animos & ſenſus habeamus quàm conjunctiſſimos: Quod ſatis in- D dicat ea firmiſſima concordia quam inter nos coluimus in Gallia, quotquot deſtinati eramus habendo colloquio, dum in eadem domo ac menſa vnà viveremus: cujus placidæ ac ſanctæ ſodalitatis nunquam obliviſcar. Quare te obſecro, me habeas excuſatum, ſi magis compendioſo itinere domum redii. Vellim nihilominus interea collegas tuos ad vnum omnes meo nomine ſalutari: præſertim doctiſſimum virum Merlinum, Hebraicæ linguæ profeſſorem, chariſſimum fratrem. Vale præſtantiſſime vir, ac frater E in Domino colédiſſime. Deus tuis ſanctis laboribus clementiſſimè benedicat. Salutes item, quæſo te, paſtorem Italum atque Dominum Marchionem. Tiguri 25. Novembris 1561.

THEODORO BEZÆ.

DIE 21. hujus menſis, clariſſime vir, ac frater in F Chriſto dilectiſſime, ſalvus & incolumis Tigurum perveni, ſumque ab omnibus vrbis ordinibus modis omnibus hilariter exceptus. Qui autem deduxerant me duo militares duces à conſulibus, ſenatu atque miniſtris, tantis honoribus affecti ſunt, & ita lautè atque ſplendidè tractati, vt facile potuerint cognoſcere, quanti hæc Reſpublica, heros ipſorum faciat: poſtremò dati ſunt qui eos honoris cauſa deducant vſque Bernam, ſed malo te ex illis, cum ad aulam venerint hæc audire, quàm ea de G rè plura ſcribere. Non poſſes deinde credere vt ſymmyſtæ noſtri lætati ſint audiendo concordiam inter nos toto tempore, quo ſimul fuimus, illæſam & ſalvam permanſiſſe, nec immeritò: quid enim in Eccleſia dulcius eſſe poteſt fraterna conjunctione? Tui autem & cæterorum fratrum facta eſt mentio, eáque admodum honorifica. Hæc læta ſunt, vtque mihi perſuadeo, te nonnihil in magnis laboribus recreabunt. Sed huic gaudio quædam triſtia fuerunt aſperſa, quoniam e Gallia ſcriptum eſt, à Rege Philippo H miſſas eſſe ad regios gubernatores literas valdè minaces. Quibus non rogare, ſed jubere videbatur, vt in Galliis maneret ſarta tecta Pontificis Romani authoritas, alioqui ſe profiteri apertum hoſtem illorum, qui ſecus vellent atque ſtatuerent. Deinde adjiciebatur, Regem juſſiſſe, vt Epiſcopi, qui diſceſſerant, denuò convenirent Poſſiacum, & ibi Confeſſionem Gallicanarum Eccleſiarum confutarent. Hæc nobis tum nova tum dura videntur, non tamen eis plenam fidem adhibebimus, niſi abs te cer- I tiores ſiamus, quod te rogo, frater in Chriſto dilectiſſime, ne aut differas aut negligas. Vale clariſſime vir; Deus per Ieſum Chriſtum labores tuos fructuoſos reddat, precibus viciſſim nos iuves, & fratres atque amicos nomine meo plurimùm ſalvere jubeas. Iulius meus tibi ſalutem dicit, nec non Thomas Blaurerus tui, ut ejus literæ teſtantur, amantiſſimus. Tiguri 25. Novemb. 1561.

††† IOHANNI STVRMIO.

FVit hiſce diebus, vir clariſſime, apud nos cõmunis utriuſq; noſtrûm ſummus amicus, doctor Zãchius, à quo cũ audirem ejus cauſæ tã longã dilationem: non potui non vehementer dolere, ac ſum illius ex animo ac impenſe miſertus, qui hoc tempore tam incommodo, nec ſine magnis ſanè ſumptibus, præſertim innocens, cogatur oberrare. Nobis quidem fideliter expoſuit tum tuam, tum etiam Capituli ſuæ cauſæ juſtam & fortem defenſionem. Qua de re tibi atque tuis venerandis collegis maximas ago gratias. Retulit item quinque optimis viris conſulatibus negotium ſuum & cognoſcendum, & definiẽdum eſſe commiſſum: vt auditis nonnullis doctorum virorum ſententiis, quid videretur de tota re, denique pronuntient. Sed interea nihil eſſe actum: & ſe vereri, ne cunctatio propterea interponatur, quod judices delecti, cùm interioris Theologiæ non ſint admodum periti, metuant, ne religionis capitibus definiendis nonnullorum hominum reprehenſionem incurrant. Proinde quamvis non dubitat præclaros illos viros, ſcriptis vtriuſque partis diligẽter perlectis, cognitáque veſtri Capituli graviſſima ſententia, & duarum Academiarum præclaro judicio, jam tandem intelligere, neque ſuam doctrinam eſſe impiam, neque ipſum pro heretico habendum: attamen pro charitate Chriſtiana requiſivit à nobis, ut ſua dogmata ſeu θέσεις gravi ſeveráq; cẽſura examinaremus: & ſi quid minus orthodoxi in eis deprehẽdiſſemus, omni humano affectu ſepoſito, illum vt E fratrẽ admoneremus: ſin vero ea quæ docuit vera & ſana cẽſeremus, teſtimoniũ, & quidẽ conſcriptũ, veritati dare non gravaremur: idque in eum finem, vt Magiſtratus Argentinenſis intelligat, ſe in ſua ſchola nihil impium docuiſſe: ac delecti judices queant libera tutáque conſcientia, & ſine vllo juſtæ reprehenſionis metu, de tota doctrina jam controverſa, ex multis certiſque Eccleſiarum diverſarum & Evangelicæ Theologiæ doctorum judiciis liberè ſtatuere, atque apertè pronuntiare. Huic autem non minùs F docti quàm pii viri juſtiſſimæ petitioni, per conſciẽtiam, & eam fidem qua veritati ſumus obſtricti, non potuimus non aſſentiri, & quamvis nos, haudquaquam latet, vt adverſarii noſtra teſtimonia ſint pro nihilo habituri, quòd ab illis in cauſa Sacramentaria diſſentiamus: non tamen abſterreri potuimus, quin veritati laboranti opitularemur. Neque nos ita in odio eſſe arbitramur, vt putemur in gratiam vnius hominis, quantumvis chari atque amici, doctrinam impiam & hereticam voluiſſe probare. Immò ſumus G vehementer admirati, quare miniſtri Eccleſiæ veſtræ hanc doctrinam auſi fuerint damnare: cùm illam præſertim quoad prædeſtinationem, Eccleſiæ nexus, Perſeverantiam Sanctorum, & Promiſſiones æternæ vitæ, profeſſi fuerint tum Lutherus, tum etiam Bucerus, Evangelii filii Dei concionatores celeberrimi. Et quia veriſimile non eſt, veſtros miniſtros in libris tantorum virorum non eſſe verſatos: reddunt ſe ſuſpectos, ne potius odio perſonæ, quàm ſtudio veritatis adducantur, cùm doctrinam bonam ceu im- H piam, & veterem ceu novam damnant. Quamobrem Deum Patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ardentiſſimis votis oro, vt nos omnes aliquando tandem charitatis mutuæ vinculo conjungat. Te deinde, præſtantiſſime vir, etiam atque etiam rogo, vt quemadmodum cœpiſti, bonam cauſam tueri pergas: & pro viribus cures, autórque ſis pio & æquiſs. Magiſtratui, vt pura ſanáque doctrina vigeat, in Schola retineatur, nec innocenti homini patiatur injuriam fieri. Hæc de amici noſtri cauſa: quæ, te precor, vt in bo- I nam partem accipias, boníque conſulas. Nunc id reſtat, vt cùm jam acceperim, te animum prorſus appuliſſe ad ſacra ſtudia, vt iſtam voluntatem plurimùm

mùm

Digitized by Google

mùm tibi gratuler: atque horter, vt hunc divinum
inſtinctum omnibus modis amplectaris: nihil enim
Deo gratius, nihil te dignius, nílque accommoda-
tius Eccleſiæ neceſſitatibus moliri potes. Quanta
enim ſit penuria ὀρθοτομούντων, ipſe intelligis. Vtinam
cœtus fidelium tandem aliquando ſentiat, quan-
tum poſſis. Vale clariſſime vir. Dominus te omnium
bonorum genere augeat. Pridie Calendas Ianuarii,
1562. Tiguri.

Tuus ex animo, PETRVS
MARTYR.

AD AMICVM QVENDAM, VIrum eloquentem & magni nominis, de cauſa Euchariſtiæ.

DE re gravi, & hominum certaminibus jam pro-
pemodum obcæcata, paucis & dilucide ſcribe-
re, tu ipſe vir clariſſime, qui es dicendi Magiſter opti-
mus, & ſcribendi peritiſſimus, apprime noſti quàm ſit
arduum & factu perdifficile. Ideo mirari non deſi-
no quæ cauſa fuerit, cur id à me, qui & dicendo &
ſcribendo ferè nihil poſſum, tuis proximis literis pe-
tere non ſis veritus. Quia tamen rogaſti & ego pro
mea in te obſervantia recepi me facturum, per pri-
mum, eúmque fidum tabellarium, fidem meam de-
crevi liberare. Quod etiam alacrius faciam, quod
me ſentio ad eum non ſcribere, qui ſit controverſiæ
ignarus: nam ut video, in Euchariſtiæ cauſa jam to-
tus habitas, tantum abeſt ut in ea hoſpes dici poſ-
ſis. Cum itaque de re ſic exiſtimem, ita ſumma capi-
ta perſtringam, ut ea potius notaſſe, quàm explicare
voluiſſe demonſtrem. Tu boni conſules, ac ſi vo-
luntatem tuam minus explevero, nō animum meum
in te propenſiſſimum, verùm teipſum qui rogave-
ris, accuſabis.

Panis & vini μετουσίαν miſſam facio: quòd ad-
verſarii non minus quàm nos ab ea ſe profitean-
tur abhorrere. Nec etiam laborandum puto, an
oratio Domini, qua panem eſſe corpus ſuum, & vi-
num ſanguinem ſuum, dixit propriis an figuratis
ac τροπικοῖς accenſeri debeat. Siquidem illi, contra
quos diſputamus, ad ſanitatem utcunque reverſi,
tropum in ea oratione jam ſe agnoſcere confiten-
tur: ſed ita confitentur, ut corpus & ſanguinem
Domini verè, propriè, ac reipſa pani & vino co-
Vbiquitatis figmentum. pulent, atque τῇ μετουσίᾳ Papæ συνουσίαν duarum
naturarum ſupponant, ſtatuántque carnem & ſan-
guinem Chriſti non tantùm in cœlis eſſe, verùm e-
tiam in pane ac vino ſacræ Cœnæ adeſſe præſentia.
Nec verentur Domini corpus, quamvis humanum
eſt, affirmare ſimul eodémque tempore in multis
locis eſſe. Imò progrediuntur eò, ut illud æque
ac naturam divinam pronuntient eſſe ubique. Dein-
de præſentiam illi corpori tribuunt, quæ locum mi-
nimè occupet. Ego verò Chriſti naturam huma-
nam ſemper certo quodam loco fuiſſe compre-
henſam dico, quem ita occuparit, ut eodem tempore
Ioan.2.1. alibi non fuerit. Evangelica hiſtoria illum tradit a-
liquando fuiſſe in Galilæa, nonnunquam Hieroſo-
lymis, interdum in domo Simonis, & aliás in Be-
Ioan.2.13. thania. Vnde conſtat ad ea certum aliquem lo-
Luc.7.40. cum datum eſſe corpori Chriſti. Simul autem ali-
Ioan.12.1. bi non fuiſſe apertè demonſtrat, cùm Chriſtum di-
xiſſe perhibeat, Lazarum fuiſſe mortuum & ſe
Ioan 11.15. gaudere quòd ibi non fuerit. Quibus utique ver-
Matt.28.6. bis ita ſe oſtendit in illo fuiſſe itinere, ut alibi non
fuerit. Angelus quoque dixit mulieribus, cùm Do-
mini corpus in ſepulchro quærerent: Surrexit, Non
eſt hic: quo declaravit, ita è ſepulchro diſceſſiſſe, ut
Act.3.21. ibi corpore non amplius adeſſet. Et Petrus Act.3.
de illo enuntiavit: Quem oportet quidem cœlum
accipere uſque in tempora inſtaurationis omnium:
&c. Si futurus eſt in cœlis quoad naturam huma-
nam, ut Apoſtolus dixit, uſque ad extremum diem,
quid ejus carnem & ſanguinem in terris quærimus?
Ioan.16.7. At de Apoſtolo quid loquor? Ipſe Chriſtus diſcipu-
lis aiebat, ſe relinquere mundum & ab illis diſcede-
Matt.26.11. re, Atque monuit fore, ut perpetuò ſecum pauperes,
non autem illum eſſent habituri. Proinde ſic imbu-

A tus & inſtructus divinis oraculis, humanam Chriſti
naturam in cœlis ab inferiori mundo ſepoſitam uſ-
que ad mundi finem agere credo, eámque nunc ad
orbem judicandum inde rurſus eſſe venturam, ut ab
angelis moniti ſunt Apoſtoli, & nos articulo noſtræ
fidei profitemur. Hoc eſt, ut ſummatim dicam, quod
ſentio de loco & præſentia corporis & ſanguinis Do-
mini.

Qui autem è diverſo cœlum ubiquarium ſibi
formant & fingunt, quaſi ejus materia ſit mollis
B inſtar ceræ, ac figmenta eorum ſequatur facillimè,
quocunque illam ducere viſum fuerit: quique Do-
mini corpus vel in pluribus locis ſimul, vel quod
multò audacius eſt, ubique adeſſe prædicant, qui e-
tiam illud pani & vino ſacræ Cœnę copulant, ubiubi
gentium habeatur: qui denique ibi abſque loco &
inviſibiliter adeſſe præſens decernunt: eos omnes
precor, obſecro & obteſtor, ut hæc ſua præclara &
mirabilia commenta, ne portenta dixerim, in di-
vinis literis tandem aliquando conſcripta demon-
C ſtrent: quod ſi fecerint, ingenuè viciſſe confitebi-
mur. Sed quia, ut certò ſcio, præſtare non pote-
runt, illos porrò ſedulò moneo, ut ex capite ſuo
nova dogmata novóſque articulos fidei cudere de-
ſinant, & nobis ea obtrudere credenda, quæ domi
eorum nata ſint, non autem in agro Scripturarum
divinarum creverint. Non me latet eos in hac to-
ta ratione id nobis exprobrare, quòd non Theo-
logos, verum naturales Philoſophos agamus. Ete-
nim fatentur, quæ dicimus, ex decretis naturæ,
D cùm vera eſſe, tum neceſſaria: verùm ea myſteria,
quæ divina & cœleſtia cùm ſint, naturam multis
modis vincunt, ejus regulis & decretis non oporte-
re ſubjici. Sed cùm in eis amplectendis & conſi-
derandis ratio noſtra offenditur, divinarum poteſta-
tem, quæ immenſa eſt, nos tum debere intueri. Cæ-
terùm hæc diluere non eſt difficile. Primùm, quòd
ſanctarum Scripturarum teſtimonia ſequimur, ut
illa recenſuimus, eo nos minimè Philoſophiam, ſed
verbum Dei ſequi, teſtamur. Deinde, ſi naturam
E audimus, ubi ſermonibus Dei non repugnat, nihil
facimus Chriſtiana Theologia indignum. Habet Quatenus naturam attendere ſit Chriſtianum.
ſiquidem natura Deum authorem ac vindicem, &
idcirco ejus regulæ ac decreta non ex ea, verum ex
ipſo Deo proficiſcuntur, ideóque convellenda & re-
figenda non ſunt, quoad non oſtendatur, verbum di-
vinis literis proditum eis repugnare. Hanc naturæ
vocem maximus optimúſque Theologus Auguſti-
nus in Epiſtola ad Dardanum audivit, cùm inquit,
Spacia locorum tolle à corporibus, & nuſquā erūt, &
F quia nuſquam erunt, nec erunt. Idque non pronun-
ciavit, de natura vel corporibus Phyſicis agēs, verùm
ſcribens ex profeſſo de Anima & Corpore Domi-
ni. Eandem naturæ vocem & Cyrillus audivit, qui
ſcripſit in ſuis Dialogis de Trinitate, ipſam Dei na-
turam ſi partibilis eſſet, ut quidam ſentiebant, om-
nino fore quantam, nec non in loco, neque poſſe cir-
cumſcriptionem evitare. In noſtra itaque ſententia
tuenda verbum inprimis Dei amplectimur, audi-
mus naturæ vocem, dum ſuo authori non averſa-
G tur, & unà cum Patribus rectè ſentientibus facimus.
Vt autem ad potentiam Dei confugiamus, in hâc
propoſita controverſia opus non habemus. Com-
monefacimus attamen pios, divinam omnipoten-
tiam, quam unà cum omnibus fidelibus credimus,
non eſſe citra omnem exceptionem admittendam.
Nam & Paulus excipit, Deum non poſſe negare
ſeipſum. Excipiunt item paſſim, à Deo fieri non
poſſe, ut quæ facta ſunt infecta reddantur. In ſcho-
H lis etiam Theologicis definitum eſt, ea Deum non
poſſe facere, quæ, ut loquuntur, contradictionem
implicant: quod cùm vitio rerum fiat, non Dei ulla
infirmitate, de ſumma illius potentia nihil minui-
tur. Attendendum præterea, non paucos hæreti-
cos iſto ſuffugio eſſe uſos, cùm illorum prava & in-
ſana dogmata refellerentur à ſanctis Patribus, non
ſolùm ut abſurda, verum etiam ut impoſſibilia. Re-
ſpondebant enim ut ſe tuerentur; Omnia Deo eſ-
ſe poſſibilia. Neque manus illis dare propterea co-
I gimur, quòd Chriſtus de pane dixerit, Hoc eſt cor-
pus meū, & de vino, Hic eſt ſanguis meus: quia cùm
& noſtra & illorum orationis interpretatio extet, lo-

A cus ambiguus redditur: quamvis nos expoſitio noſtra eſt certiſſima. Argumentum verò, quod ab ambiguo deducitur, omnes norunt quam ſit retuſum atque imbecille.

Fide Chriſtū percipi.

Quid igitur? dices. An Cœnam Domini abſque illius corpore ac ſanguine haberi doces? Quo modo præterea hæc aut manducari aut bibi, ſi præſentia reipſa non adſunt, probabis? Porrò ſcriptura utrunque teſtatur, nos in ſacra Cœna carne ac ſanguine Chriſti veſci ac potari. Vt de eo antea B dicam, de quo interrogor poſterius, corpus & ſanguinem Domini ſpiritualiter edi ac bibi affirmo, id eſt, animi ore, qui ſpiritu & fide ſit imbutus. Dum enim in ſacra Cœna mente agitamus Domini mortem, ac ſincera fide iſta redimendorum noſtrûm cauſa in crucem fuiſſe impenſa fideliter credimus, ea magno noſtro bono edimus & bibimus. Nam ſunt animis noſtris inſtar optimi cibi & ſaluberrimi potus, eámque fidem excitat Deus in ſuis per Spiritum ſanctum, duobus adhibitis externis inſtrumentis, verbo inquam, & panis ac vini elementis. C Qui ergo credunt & fide amplectuntur, Domini carnem & ſanguinem fuiſſe noſtræ ſalutis cauſa in mortem tradita, ea ſpiritualiter comedunt & ſpiritualiter bibunt. Proinde, fatemur ad eſum & potationem Phyſicam & propriam, exigi eſculentę ac poculentæ rei præſentiam: alioqui res abſentes nec edi neque bibi poſſe: viciſſim autem negamus e ſpirituali eſu & potu elici ſeu concludi ea ἀλληγορικῶς dicuntur edi & bibi, corporaliter ac propriè

Ver. 35. & 47.

adeſſe præſentia. D Fide autem conſtare carnis Chriſti manducationem, ipſe apud Ioan. 6. luculentiſſimè teſtatus eſt. Quare is Evangeliſta, cùm rem totam ibi à ſe judicaret affatim explicatam, in hiſtoria poſtremæ Cœnæ, quomodo externa ſigna panis & vini adjecta fuerint, minimè commemoravit. Adhæc idem ex eo colligitur, quòd ad verum & proprium Chriſti corpus, vera propriáque manducatio accommodari non poteſt, cùm jam dilacerari, comminui & moli nequeat. Ore quidem E corporis & panis & vinum propriè comeduntur ac bibuntur, quæ ſuo modo caro & ſanguis Chriſti dicuntur, quòd ſint earum rerum externa ſigna: ideò utcunque ore dici poſſumus edere ac bibere corpus & ſanguinem Domini. Vnde Cyprianus & Auguſtinus, cùm de harum rerum quæ ſignificantur eſu agerent, nimirum ſpirituali, prudenter dixerunt: Quid paras dentem & ventrem? Crede & manducaſti. Non itaque opus eſt corpus & ſanguinem Domini è cœlis in terras demitti, vel adhuc F in mundo verſari, ut noſtræ Cœnæ ſe admiſceant, ſed noſtras mentes verbo Dei, & ſignis externis commonefactas oportet ad cœlum per fidem ſubvehi, quo ſacro iſto cibo veſcantur atque alantur. Hinc etiam conſequitur, illos qui fide prorſus deſtituuntur, corpus & ſanguinem Chriſti minimè percipere, quòd ea (ut dixi) fide tantùm & ſpiritu comedantur & bibantur. Symbola quidem externa ij comedunt & bibunt, res autem ſignificatas minimè attingunt: ſicut qui obcæcati ſunt, & lucem & G colorem, quæ oculis capiuntur, minimè poſſunt recipere.

Cùm poſtea rogor, an in Eccleſia Cœnam ſine corpore ac ſanguine Chriſti haberi exiſtimem? Reſpondeo: Si de ea præſentia loquamur, quam corporalem, realem atque ſubſtantialem vocant, corpus & ſanguinem Chriſti abeſſe confiteor: neque ſi adeſſent plus utilitatis, commodi & emolumenti nobis afferrent, quàm inde hauriamus dum in cœlis manent procul à nobis disjuncta. Deinde ca- H ro & ſanguis Chriſti nobis præſentia ſunt ſpiritu, gratia, meritis, & aliis admirabilibus fructibus, quæ divinitus per ea in nos derivantur: quemadmodum Sol dicitur nobis adeſſe præſens per lucem, & bonos influxus quos inde percipimus. Neque corpus & ſanguis Domini ſic animis noſtris præſentia ſunt, ſpiritualiter & per fidem, ut vires & facultates ſuas ſaluberrimas ibi tantum contineat, ſinántque corpora fidelium ipſarum prorſus expertia, Non ita res habet. I Sed quia credendo corpus & ſanguinem Domini pretia eſſe noſtræ ſalutis, juſtificamur & regeneramur, vel in ipſa cùm juſtificatione tum regeneratione augemur & confirmamur. Iuſtificatio autem & regeneratio principia ſunt felicis immortalitatis. Inde fit, ut Cœnam Domini fideliter percipiendo non modò animi paſcantur & recreentur, ſed item corpora etiam beatæ reſurrectionis capacia reddantur.

Hic eſt meę fidei ſenſus de ſacra Domini Cœna, quem tibi vir præſtantiſſime, fortaſſe minus enucleatè, propter orationis jejunitatem, quam fideliter expoſui. Sed te confido miſſis verbis impolitis atque incultis, rebus ipſis & ſententiis animo hæſurum. Vale, ac me tui amantiſſimum, ut facis, ama, & pro fructu meæ vocationis ora. D. Bullingerus cæterique amici plurimam tibi ſalutem adſcribi voluerunt. 24. Maij 1562. Tiguri.

D. IOANNI IVELIO, EPIſcopo Sariſburienſi.

Apologia Eccleſię Anglicanę.

OPera Epiſc. Londinenſis, ampliſſime præſul & Domine quotidie mihi etiam atque etiam obſervande, allatum eſt exemplum tuæ Apologiæ pro Anglicana Eccleſia, quæ neque à me, neque à noſtris antea fuerat viſa. In tuis quidem poſtremis illam prodituram potiùs innuiſti, quàm ſignificaveris. Sed tantum itineris hactenus conficere non potuit, ut prius ad nos quam circiter Calend. Sextiles perveniret. Hinc tu animo tuo metiaris, quantum damnum ob locorum diſtantiam ſubinde faciamus. Ea vero non tantum mihi, cui omnia tua probantur & mirificè placent, omnibus modis & numeris ſatisfecit, verumetiam Bullingero ejúſque filiis & generis, necnon Gualthero & Vvolphio, tam ſapiens, mirabilis & eloquens viſa eſt, ut ejus laudandæ nullum modum faciant, nec arbitrantur hoc tempore quicquam perfectius editum fuiſſe. Hanc ingenio tuo felicitatem, hanc ædificationem Eccleſię, hoc Anglię decus vehementer gratulor, téque obteſtor, ut quam ingreſſus es viam pergas tuis veſtigiis premere. Etenim bonam licet habeamus cauſam, tamen pręhoſtium numero pauci ſunt, qui eam tueantur: & illi jam ita videntur experrecti, ut bonitate ſtili & argutis ſophiſmatis multum ſe probent imperitæ multitudini. Loquor autem de Staphylis, Oſiis, & pleriſque aliis hujus farinę ſcriptoribus, qui hoc tempore mendaciorum Papę ſtrenuos patronos agunt. Quare cùm in Apologia tua illa doctiſſima & elegantiſſima tantum ſpei de te concitaveris, certo ſcias, omnes bonos & doctos jam ſibi polliceri, Veritatem Evangelicam te vivo non eſſe ab hoſtibus impune laceſſendam. Ego verò plurimùm lætor, quòd illum diem viderim, quo factus ſis parens tam illuſtris & elegantis filii. Largiatur Deus cœleſtis Pater pro ſua bonitate, ut ſobole, non abſimili frequenter augearis. Quo verò ad alia, ut iſthic agatis, tam ſum ignarus, ut Parthus aut Indus de rebus Germanicis. At mihi perſuadeo, res veſtras eſſe aut bono aut mediocri ſtatu: quia re ipſa expertimur, nullum eſſe nuntium eo velociorem, qui miſerias, calamitates & perniciem amicorum ſignificat, de illorum autem felicitate, gaudio & optabili ſtatu multum diúque cælamur. Sed quicquid ſit, de nobis mutuo ſperare debemus quam optimè: cùm certiſſimè conſtet, numen, & quidem propitium, ſuis de quorum numero ſumus perpetuò & ubique adeſſe. De me verò quomodo habeam, ſi cupis dilucidius cognoſcere, ſcito, animo eſſe in Chriſto hilari, & in iiſdem verſari laboribus, in quos cùm adeſſes incumbebam: at corpore non ita ſum valido & firmo, ut antea fui. Nam quotidie onus ætatis ingraveſcit. Iam à ſeſquianno ſum prorſus edentulus, nec ventriculus officium facit, ut me appetitu ad comedendum excitet. Laboro præterea capitis diſtillationibus ad quæ mala tibiarum non leves dolores acceſſerunt propter duo ulcera, quibus interdum graviter diſcrucior. Vbi licet propriè & per ſe corpus angatur, attamen propter conſenſum, quem Græci ſympathiam vocant, animis quoque non poteſt non affici. Hæc, quæ non dubito pro eo quo in me animo es, tibi fore auditu moleſta, minimè hiſce literis inſeruiſſem,

niſi

Digitized by Google

niſi tuæ preces mihi vehementer prodeſſent, quas ex neceſſitate, qua urgeor flagrantiores impetratum iri mihi perſuaſi. De rebus Gallicis nihil ſcribo, quod illas non minus tibi quam mihi notas eſſe confidam. Synodus Tridentina fingit ſe pergere, ſed tam lento paſſu graditur, ut nihil quod ad rem faciat ſuis hiſce quinque ſeſſionibus conſtituerit. Vetera & rancida ſunt quæ definiunt, ita ut non Patres videantur, ſed ſcarabeos agere, qui ſemper eadem ſtercora traditionum volvant. Vale ornatiſſime antiſtes, & animæ meę plus quam dimidium. Deus te, cùm Eccleſiæ, tum Reipub. quàm diutiſſimè tueatur, ſervet atque omni bonorum genere augeat. Omnes amici ac eruditi viri te ſalvere jubent. Tiguri 24. Auguſti 1562. Lavaterus Commentarium ſuum in librum Proverbiorum edidit. A

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

P. LOZEL. V. AD ROB.
MASSONIVM COLLEGAM.

Deſeſſus veluti patulâ requieſcit in herbâ:
Aſsidet inventis, ut ſitibundus aquis:
Theſauro veluti effoſſo, ſub vomere, foſſor
Abiecto, ad loculos, ſponte ligone, ſedet:
Sic cupida & deſeſſa diu, ſitibundáq; nobis,
Martyris exprompto nectare, corda reples.

Digitized by Google

ELENCHVS LOCORVM SCRIPTVRÆ,

QVOS AVCTOR TOTO OPERE PARTIM INTERpretatur, partim ad confirmandam veritatis doctrinam & conuellendos errores, citat. Primus numerorum ordo, Capita, alter Verſus, tertius Paginas denotat. Quibus autem locis, deſunt verſuum notæ, aut multorum verſuum aut etiam Capitis totius argumentum tractatur.

GENESIS.			CAP.	VER.	PAG.	CAP.	VER.	PAG.	CAP.	VER.	PAG.
CAP.	VER.	PAG.		3	61.86.108.332			379 363 385		16	117
I	1	5.635			427.503.605			391 393.591		18	55.278 286
	2	52.73.639			686		12	15		19	391.696.699
	5	170		4	61		13	331.670		22	354
	14	122		5	86.108.368		15	512	XXIII	7	481
	20	404		6	83.637		16	318.372.666		11	487
	21	103		8	51		18	166	XXIV.	3	200
	26	58.59.604		9	51.657.661	XVI.	3	188		4	198
	27	11.59.102.108		14	472		4	193		14	25
		328.469.492		21	693		12	254		47	199
		675	VII.	2	401	XVII.	1	274.344 350	XXV.	1	198.345
	28	108.191.196		7	508		7	100.346.573		16	663
		198 409.506		11	614			581.583.793		21	312
		612		12	60		10	279.391.573	XXVI.	1	687
	31	188.335.480		21	107		11	584		11	223
II.	2	596		22	521		12	144		19	759
	3	170	VIII.	1	51		13	605	XXVII.	25	256
	7	57.81.335		5	60		14	579.585		28	287
		497		9	328		17	248.345.583		29	260
	8	59.318.641		17	506			592		32	401
	10	6.7.60		21	86 89.103 162		18	473		38	190
	15	13			368.427.686		20	566		46	204
	17	279.752			697		25	579	XXVIII.	1	406
	18	13		22	521.582			28.52.248		8	201
	19	13.104.493	IX.	2	472			248		10	12
	21	104.223.492		3	406	XVIII.	2	39.57.248		11	13
	22	103.198		4	56.279.611			491		12	10.53
	23	8.103.193.209		5	180		4	54		16	62
		2 2.354 566		6	372.634.647		12	148.345		17	474
		678			648		17	332 421		18	150
	24	102.212 228		7	171.198		22	253		26	57
		240		9	279		21	157	XXIX.	15	396
III.	1	39.55		12	572		25	68 76		23	205 209.210
	6	60.737		13	279			22.28.164		29	210
	7	13		21	235			417.566			214
	8	13.688.693		25	164.165.183	XIX.	1	39	XXX.	1	198
	9	421			674		2	39 248		2	198
	10	242		27	183		8	133.248		15	194
	12	102.730	XI.	3	666		11	40		25	198
	13	730		4	509		13	82	XXXI.	37	38
	14	39		5	253		15	107.161		19	149.161
	15	107.278.291		31	59		33	235		30	161
		391.421.737	XII.		335		37	468		33	194
	16	172.527		1	135.145.335	XX.	1	414		50	194
	17	590			414.415.775		6	16		53	133.168
	19	126.237.480		3	484		7	5	XXXII.	1	56.491
	21	240 552 586		4	385		8	8		10	455
	23	656		17	16		12	209		24	54.249
	24	52.82.161		19	260		17	198		30	11.12
IV.	4	15.632.686		23	212	XXI.	18	133		20	605
		701	XIII.	1	135.145		8	586	XXXIII.		683
	5	334.701		2	145		9	249	XXXIV.	1	682
	7	376		8	758		14	194.215		2	203.462
	12	656		12	135		23	166		7	204
	14	348.371.552		21	39			211		13	255
	15	146.793	XIV.	13	661.666	XXII	1	28.85.151	XXXV.	29	462.679
	16	59		14	685.670			162.183.194		4	149
	19	193.194.197		15	659			627		8	479
	26	149		17	666		2	75.81.248		22	462
V.	1	23 566		18	599.632.666			759	XXXVII	4	172
	21	586		22	537.663		3	179.349.673		5	737
	22	514	XV.	1	13 65.280		5	260		8	72
	24	5 8			285		9	249		26	462
	32	60		3	666		10	117		27	52
VI.		419.566		5	198		11	491		28	67.246
	1	238		6	278.280.281		12	50 163. 391		35	511
	2	61.203.392			349.361.370			411.460	XXXVIII		23

2 204

CAP.	VER.	PAG.
	2	204
	15	218
	18	412.462
	24	223
	28	354
XXXIX	7	738
	20	223
XL.	9	15
	20	16
XLI.	1	7.15.16.677
		737
	5	508
	6	605
	7	190
	40	537
	42	14
XLII.	7	191
	9	666
	15	167
XLIII.	6	396
XLV.	4	266
	6	329
	8	66.81.699
XLVI.	26	103
XLVII.	9	60
	21	58
	22	537.540.641
XLVIII	5	355
	15	327
	16	106
XLIX.		268
	4	22
	5	493
	8	23
	10	84.198.537
		663.721
	19	666

EXODVS.

CAP.	VERS.	PAG.
I.	9	72
	19	259
II.	12	178
	13	27.266
III.	15	757
	2	9.80
	3	285
	6	285.490.491
		701
	8	344
	10	529.535
	11	7
	12	46.744
IV.	5	484
	10	148
	11	49.537
	12	537
	21	314.455
	25	579
V.	1	72
	2	72
	6	344
	28	227
VI.	20	207.209
VII.		163
	1	5.8
	6	679
	12	32.38.596
	13	4.400
	17	3.81
	21	139
VIII.		163
	7	38
	12	27
	15	81
	18	139
	19	38
	30	27
IX.	12	68
	16	85.318.327.
		321
	27	3
XI.	1	257
	2	23.75.183
		221.627
XII.	1	728
	12	28.46
	19	144
	22	156
	26	728
	27	605
	35	255.673.681
	36	26
	36	257
	46	596
XIII.	17	318
	21	107
XIV.		518.581
	7	144
	14	46
	19	57.161.491
	21	107.348
	23	257
	25	46
	28	775
	31	335
	37	517
XV.	1	476
	20	239.527.529
		578
	25	126
XVI.	3	27
	4	406
	10	672
	13	27.107
	23	170
XVII.	4	525
	6	27.107
	8	99
	9	660
	11	419
	14	22
	15	605
	16	660
XVIII.	14	634
	19	657
	21	258.646
XIX.	3	532
	6	39.529
	10	27.327
	13	319
	16	39
	18	9.27.319
	23	148
XX.	2	128
	3	164
	4	264.265.561
	5	99.100.164
		616
	6	522.583.674
	7	168
	8	728
	10	132.144.239
	11	648
	12	173.175.200
		414.457.531
		538.544.634
		641.755
	13	132.183.672
		187
	14	218.238
	15	180.627
	16	246.258
	17	102.134.263
		215.419
	19	12
	22	648
XXI.	2	676
	6	758
	7	200
	12	229.647
	13	72.579.647
		609
	14	647.658.681
	20	649
	24	663
	27	192
	28	611
XXII.	1	198
	2	246
	7	137.672
	8	166.167
	11	166.167
	16	153
	18	38
	21	247.658
	28	169.265
	29	132
XXIII.	3	334
	4	46.659
	5	552
	13	168
	15	171
	26	411
	32	204
	33	153
XXIV.	4	279
	8	279
	10	151
	11	12
	16	9
	18	514
XXV.		659.727
	10	160
	17	151
	18	159
	31	159
XXVIII.		257
	30	738
	36	725
XXIX.	18	118
	20	664
	32	133
	38	416.417
XXXI	2	152
	6	152
XXXII.	1	150
	2	636
	4	138
	6	239
	10	472
	13	659
	20	158.245
	21	330
	25	659
	27	178.223
	29	248.650
	31	663
	32	659
	38	663
XXXIII.	1	10
	2	152
	4	46
	11	11
	13	321
	18	11
	19	75.317.699
	20	5.10.11.12.311
	23	178
	29	591
XXXIV.	6	518
	7	163.165
	16	9
	28	445
	30	736
	34	20
	35	311
XXXVI	26	698
XXXVII	9	52
XL.	9	149
	13	639

LEVITICVS.

CAP.	VER.	PAG.
I.	4	279
II.		162
		220.604
III.		162
VI.	3	671
VII.	2	605
	7	605
VIII.	37	605
IX.		539
X.	1	532.624
	24	701
XI.	1	447
	3	235
	9	605
	29	86
XII.	1	219.417
	44	220.416
XIII.	8	226
XIV.	24	654
XV.	46	552
XVI.	8	418
XVII.	2	24
	18	443
	29	445
	30	34
XVIII.	7	58
	8	144
	14	195.222
	15	478
	21	163
	24	207.210
XIX.	9	247
	14	551
	17	551
	18	177.659.660
		663
	20	648
	22	446
	32	531
	35	651
XX.	6	38
	10	224.229
	20	222
	23	207
	27	38
XXI.	5	408
	11	494
XXII.	10	671
XXIII.	27	444.447
	40	160
XXIV.	15	178
XXV.	39	676
XXVI.	8	653
	19	534

NVMER.

CAP.	VER.	PAG.
I.	47	674
II.	17	681
III.	1	674
	12	412
	36	147
V.	12	588
	14	166.224
	19	183
VI.		408
	3	235.406
	7	408
	12	409
VIII.	6	530
X.	9	660.663
	27	660
	28	478

Digitized by Google

CAP.	VER.	PAG.
	36	478
XI.	5	396
	10	30
	14	735
	16	735
	17	285
	24	285
	29	65
XII.	1	205
	3	272
	6	6
XIII.	2	666
	34	61
XIV.	2	444
	10	525
	13	411
XV.		162
	38	138.240.623
XVI.		531.534
	1	532.525.532
	3	166
	19	701
	21	540
	31	223
	32	679
	35	531
XVII.	8	27
XVIII.	15	412
	20	637
XIX.	4	593
	19	594
XX.	9	164
	12	384.412.472
XXI.	2	186
	8	138
	9	28.416
	14	22.559
	21	186
XXII.	5	183
	12	32
	23	6.8
	28	53.55
XXIII.	9	632
	19	83
XXIV.	4	161
	16	7
XXV.	1	137
	7	43.178.179
	15	652
XXVII.	21	468
	22	24
XXVIII.		162
XXX.	4	198
XXXV.	1	653.664
	6	177
	28	653
XXXVI.	6	200
	7	658

DEVTERON.

CAP.	VERS.	PAG.
I.	9	657
	10	657
	16	637
	17	648
	28	509
II.	9	468
	10	670
	12	670
	18	17
	20	62
	23	670
III.	1	62
	11	61
IV.	1	623
	2	372.405.435
		739
	5	245
	12	150.152.739
	24	11

CAP.	VER.	PAG.
	37	316
	41	653
V.	8	752
	9	154.163
VI.	5	86.134.168
		294.431.433
		434.650.685
		752
	7	529
	13	153.154.397
	16	30
VII.	1	669
	2	187
	3	204.206
	4	204
	5	158.187
	16	186
	25	133
	26	150
VIII.	2	86
	3	284.406
X.	12	80
	16	280.285.576
		578
XII.	3	245.739
	4	585
	5	245.376.538
		681
	12	403
	21	605
	23	58.245.602
	31	163.411.412
	32	46
XIII.	1	6.29.38.257
		614.646
	3	135.229
	5	178.226.552
		566.647.663
		664.668
		729
	11	62.660
XIV.	32	544
XV.	8	658
	12	24.676
XVI.	10	628
XVII.	7	652
	8	650.680
	9	650
	11	178
	12	634
	15	451.680
	16	138.650
	18	644.648.723
		738
XVIII.	1	34
	10	38.178.286
		526
	13	436
	15	5.286
	16	8.650
	18	8
	20	16
	21	526
XX.	2	663.682
	4	653
	5	65.141.585
		757
	12	104.206.278
	15	192
XXI.	1	660
	2	662
	5	660
	11	204.205
	15	190
	23	294.388
XXII.	1	221.663
	5	240.242
	9	453
	10	453
	13	224
	22	224.229
	23	647

CAP.	VER.	PAG.
	25	207
	28	646
	31	411
XXIII.	2	221
	3	204.206
	7	248
	8	98.213
	15	651
	17	219
	18	285
	20	219
XXIV.	1	228
		658
	4	230.231
	7	246
	16	166
XXV.	2	191.651
	4	169
	5	200.203.208
		209.211.355
		490
	13	651
	14	171
XXVII.	13	183
	16	173
	26	118
XXVIII.	12	6.534
	23	107
XXIX.	2	71.656
	4	109.688.698
	5	104.372.687
	15	281
XXX.	1	497
	6	109.272.313
		576.660
	12	278
	14	452
XXXI.	15	109.605.752
XXXII.	19	752
	6	660
	1	167
	2	740.744
	3	518
	8	313.671
	17	163
	18	286
	26	681
XXXIII.	35	660
		268
	5	152.638
XXXIV.	4	472
	9	285
	10	6.11

IOSVE.

CAP.	VER.	PAG.
II.	1	666
	4	668
	5	259
	9	516
V.	2	684
	5	276
	13	660
VI.	5	276
	6	275
	16	334
	17	186.187
	24	147
	26	183
VII.	1	245
	5	165.363
	7	168
	19	588.672
	24	98.657
	25	679
VIII.	4	255.661
IX.	3	668.669
	4	256
	15	168.169
X.	3	27
	12	66.330.521

CAP.	VER.	PAG.
	13	35.107.559
	24	190
	20	69
XIII.	6	24
	13	658
XV.		416
XX.	7	653
	33	22
XXIV.	2	512
	26	168.279

IVDIC.

CAP.	VER.	PAG.
I.		24.189.415
	1	660.738
	6	189.190
	10	61
	13	628
	14	559
	17	186
	23	665
	24	665
	25	666.668
	33	628
	36	135.138
II.		669
	1	31.46
	4	421.443
	5	630
	15	52
	18	52.684
	20	280
III.	9	67.255
	14	463
	21	679
	31	462
IV.	4	78.529
	5	416
	6	788
	15	178
	17	664
	18	668
	19	236
		269
	24	248.788
V.	1	41.476
VI.		40.682
	6	147
	12	268
	15	148
	17	15.345
	22	8.12
	25	28
	26	669
	27	412
	28	191
	34	572
	36	7.572
VII.	13	13.737
	14	14
	19	449
VIII.	1	188.190.191
		190
	4	662
	10	651
	16	190
	24	42
	27	42.412
	29	412
	31	191
	33	412
IX.	5	179
	8	192
	13	490
	21	235
	23	337
	24	67.177
X.	3	473
	4	443
	13	472
XI.		682

Digitized by Google

LOCORVM SCRIPTVRÆ.

CAP.	VER.	PAG.
	2	656
	11	670
	14	44
	21	670
	29	413
	30	410
	34	410
	37	410.413
	39	187.413
XII.	15	249
	3	249
	19	135
	20	236
XIII.	3	52
	5	410.413
	7	405.409
	13	85
	14	251
	17	52
	18	52
	32	12.632
XIV.		61.249.682
	1	204.413
	4	673
	5	198
	6	59.661
	9	26
	12	250
	31	450
XV.	8	661
XVI.	1	233
	3	183
	4	233.410
	28	183.191
XVIII.	27	334
XIX.	10	230
	14	133
	25	248
	29	682
XX.		22.659
	1	680.681
	16	102
	26	444
	27	24
	28	727
	29	661
XXI.	21	203
	23	201

RVTH.

CAP.	VER.	PAG.
I.	1	757
II.	9	149
III.	1	208.209

I. SAM.

CAP.	VER.	PAG.
I.	3	170.535
	9	474.681
	11	409.413
	12	474
	13	34
	27	471
II.	1	476.527.527
	4	282
	6	185.286.508
	10	286
	18	486
	22	171.324.449 542
	25	334
	27	171
	29	662
	30	175.373
III.	13	171.648
	14	279.430
IV.	5	198.237
V.		7.556
	2	700
	6	546
	7	787

CAP.	VER.	PAG.
VI.	9	26
	11	32
VII.	4	445
VIII.	1	413
	7	534
	11	680
	22	533
IX.	10	5
	16	66.67.699
	21	330
X.		7
	1	6.635.660
	2	64
	3	67
	10	277
	17	680.681
	19	24
	26	689
XI.	12	650
	13	651
XII.	3	198
	5	174
	11	721
	18	27
XIII.	3	130
	5	408.412
	13	721
	14	721
	32	469
XIV.	9	25
	24	444
	31	451
XV.	2	99.535.650
	3	187
	8	245
	9	407.644.650
	11	83.186.187. 189.190
	12	188
	14	512.650
	15	164
	16	115
	18	132
	22	167.280.545
	23	668
	29	83.189
	28	702
	33	178.189.652
	35	82
XVI.	1	43.185.479 634.728
	4	410
	7	22.252.524
	11	473
	12	344
	13	473.635
	14	285
	23	478.589.738
XVII.	1	62.672
	4	61
	5	61
	34	59.733
	41	671
	45	44
	48	462
	49	733
	60	673
XVIII.		473.525
	1	772
	6	249
	7	239
	10	85
	17	660
		224
	23	210
XIX.	13	161
	16	168
	22	651
	23	5
	24	8.322
	35	60

CAP.	VER.	PAG.
XX.	27	24
	35	28.669
XXI.		655
	3	456
	4	418
	6	133
	9	133
	13	237.242
XXII.	3	467
	5	468
	17	652
	18	537
	28	468
XXIII.	6	25.412
	28	468
XXIV.	7	22.680
	22	262
XXV.	3	467
	4	456
	10	252
	22	167
	28	660
	29	512
	35	168
	38	185
	41	626
XXVI.	7	22
	9	187
XXVII.	2	466.656
	11	467
	12	467
XXVIII.	2	467.642.656
	6	739
	12	31
	13	40
	14	40.511
	19	32.33.41 513
XXIX.		649
	3	254
	6	45
	8	181
XXX.	1	467
	7	25.468
	8	738
	17	467
	21	671
XXXI.	11	180
	13	445
XXXII.	2	680
	4	534

II. SAM.

CAP.	VER.	PAG.
I.	11	445
	12	67.185
	15	649
	16	180.183
	18	22
II.	5	481
	8	528
	12	180.450
	17	662
III.	3	183.204.206
	12	133
	14	215.230.656
	27	650
	31	445.479.122
	33	722
	34	648
	35	436.447.479
IV.	5	237
	6	649
	9	649
VI.	3	787
	6	42
	7	644
	16	239.240
VII.	1	83
	12	198
	28	288

CAP.	VER.	PAG.
	23	46
VIII.	9	185.542
	15	643
IX.	8	261
X.	5	527
	12	463.651
XI.		265.412
	2	693.693
	4	270.330.348 349
	12	430
	26	223
XII.		412.430.472
	1	190.541
	5	189
	8	193.195.198
	10	315
	13	423.774
	14	190
	15	178
	16	445
	18	195
	26	222
XIII.	31	190.700
	6	209
	13	198
	14	649
	15	207
	21	669
	28	235.245
	29	22.651
	32	469
	37	657
XIV.	1	69.79
	6	177
	14	447
XV.	7	459
	14	662
	16	756
	30	721
	34	177
XVI.	5	459
	7	251
	10	67.71.72.88 459
	11	473
	20	251
	21	251.668
	22	67.246
XVII.	7	254
	10	648
	27	190
	34	59
XVIII.	9	651
	14	180.246.518
	21	679
	33	106
XIX.	9	23
	22	651
	35	59
XX.	3	194
	9	649.650
	22	679
XXI.	2	168
	9	190
	11	53
	15	524
XXII.	9	681
	11	53
XXIII.		412
	20	681
XXIV.	1	81.85.436 672
	12	430
	16	57
	17	28.39.161
XXV.	24	196
	42	192
XXVII.	23	402

I. REG.

CAP.	VER.	PAG.
I.	2	215

INDEX.

CAP.	VER.	PAG.
	33	59
II.	51	681
		525.527
	5	527
	8	527
	11	509
	17	217
	19	295
	25	189.246
	26	656.669
	29	681
	31	189.649
	34	652
	36	656
	50	652
III.	1	204
	2	330
	3	204
	6	712
IV.	32	22
V.	11	384.679
VI.	5	414
	22	32.668
	23	159
	34	184
VII.	9	550
	13	149
	25	32.159
	29	159
VIII.	1	581
	22	472
	31	169
	46	341.435
	58	339.689
IX.	1	680
	2	695
	16	210
	31	532
X.	1	415.457
	19	248
	28	676
XI.	3	145
	4	204.330
	7	143
	11	143
	30	634
	40	655
	46	35
	51	557
XII.		525
	15	26.69.77
		86
	16	525
	26	145
	27	443.463
	28	150.155.692
XIII.		633
	1	453
	11	525
	20	482
	21	384
	24	59
	31	483
XIV.	25	557
XV.	3	269.271
	11	678
	14	269.271
	18	666
XVI.	13	490
	31	204
XVII.		466.516
	1	35.184.330
	6	404.4.5
	9	246.445
	11	246
	14	746
	15	171
	16	179
	22	27.30
		179
	28	568
XVIII.	3	679

CAP.	VER.	PAG.
	4	178.637.652
	13	178.752.754
		756
	17	254.677
	18	678.679
		753
	21	453.642
	22	178
	23	257
	27	453.473
	28	162
	34	28
	40	178.189.668
	45	27
XIX.	8	445.503.514
		466
	18	139
	19	529
		676
XX.	9	445
	31	644.648
	32	644.645
	35	115
	39	248
	42	189.644.648
		668
XXI.	3	658
		644
	19	461
	27	330.372
		444
	29	330.372
XXII.	2	205
	6	738
	11	525
	17	525
	19	85.443
		443
	21	67
	22	35.36.68.77
	23	485
	24	529.560.664
	25	664
	30	462
	32	665
	34	462

II. REG.

CAP.	VER.	PAG.
I.	3	34.41
	8	6
	9	179
	10	184
	15	653
II.	3	509
	9	285.515
	11	513
	12	509
	13	509
	14	135.527
	20	580
	21	28
	22	171
	23	179
	24	59.184
III.	15	7 478
	27	163
IV.	1	455.675
		676
	3	746
	13	658
	16	220
	29	268
	33	490
	34	27.30.31
	35	486
V.	11	578
	13	172
	16	539
	17	99
	18	452
	19	454
	20	176

CAP.	VER.	PAG.
	26	5
VI.	14	669
	18	140.145.675
VIII.		140
	11	585
	16	206
IX.	1	635
	11	172
	30	240
X.		669
	15	413
	17	252
	18	260
	19	669
	21	255
	30	274
	31	257
XI.	1	508
		458
	2	663
	4	788
XII.		554
	1	130
	2	423
	6	638
	8	788
	21	136
XIII.	6	98
	8	69
XIV.	9	98.163
XV.	12	99
XVI.	7	30.144
	20	101
	29	250
XVII.	25	59
	41	739
XVIII.	4	138.156.545
		554
	7	144
	15	557.662
	30	252
XIX.	35	28 39.161
XX.	1	330
	5	273
	6	315
	8	30.332
	19	481.482
	21	101.423
XXI.	18	101
XXII.		254
	1	679
	19	482
XXIII.	3	271
	4	788
	20	680
XXV.	8	445
	25	445

I. CHRON.

CAP.	VER.	PAG.
II.	55	405.414
III.	10	166
	13	556
VI.	23	172
XII.	22	468
XV.		554.5
XVII.	2	7
XVIII.	3	119
XIX.	6	650
XX.	15	661
XXI.	1	35.69.81.85
		87
XXII.	8	652
XXIII.		638.787
	14	411
	23	638
	24	416.417
XXIV.	7	681
	36	638
XXV.		554
	1	526
XXVI.	4	172
XXVII.	21	46

II. CHRON.

CAP.	VER.	PAG.
VII.	7	9
VIII.	14	638
IX.	6	657
	13	568
XI.	15	792
XII.	14	372
XIII.	5	84.722
XVI.	7	666
XVIII.	1	204
	2	206
XIX.	2	205.665
XX.	3	445
	36	205.665
	37	205
XXI.	6	204
	16	69.77
XXII.	8	662
	11	680
XXIV.	17	130
	21	680
XXV.	7	666
	14	69
	16	79
XXVI.	16	624.637.643
		723
XXIX.	5	638
XXX.	12	689
XXXIII.	12	441
XXXVI.	2	68
	10	76

ESDR.

CAP.	VER.	PAG.
I.	1	682
II.	55	590
III.	12	444
IV.	32	512
VII.	23	538.540.641
VIII.	21	445
IX.	6	428
X.	10	204
	11	216

NEHEM.

CAP.	VER.	PAG.
I.	4	428.445
II.	2	752
VIII.	15	160
XII.	27	585
	39	586
XIII.	28	183

ESTHER.

CAP.	VER.	PAG.
IV.	16	240.445
V.	1	240
VII.		788

IOB.

CAP.	VER.	PAG.
I.		35.39.41.85
		455
	1	347
	6	32.36
	12	28
	18	27 39
	19	27
	21	65.71.81. 344
		455.699
		764
II.		35.39.85.681
	4	458
	6	32
	12	445
III.	3	87
IV.	6	730
	18	367
	19	596
VII.	1	426
	7	508

Digitized by Google

LOCORUM SCRIPTURÆ.

CAP.	VER.	PAG.
	8	508
	9	508
	10	505
	15	180
IX.		460
	28	434
XII.	7	63
	24	78
XIV.	4	87.94.97
	5	65
	7	487.507
	12	507
	13	507
XV.	15	367
XIX.	10	493
	23	492
	25	373
	26	504
XX.	9	505
XXI.	1	188
	26	511
XXXI.	1	63.238
	9	227
XXXIII.	15	16
XXXIV.	24	85.722
	39	682
XXXVIII.		62
XLII.	10	490

PSALM.

CAP.	VER.	PAG.
I.	2	737
	6	486
II.		787
	1	404
	8	287
	10	143.146.642.
		787
	11	459
	12	361
III.		756
IV.	5	188
V.	5	80
	6	259
	7	80
	8	347
VI.	9	443
VII.	4	723
	11	33.482
VIII.	1	70
	2	480
	6	108
	9	509
IX.	2	269.271
	10	758
	11	359
	17	314
XII.	3	254
	7	739
XIII.	1	460
XIV.	1	3.20.267.
		332
	3	63.319
XV.	3	181
	4	255
XVI.	2	407
	8	493
	10	511.732
XVIII.	11	161
	24	434
	34	466
	35	660
	44	541
XIX.	1	2.63.70.149
	3	684
	8	496
	10	346
	11	126.449
	13	271.430.473.
XXII.		29
	2	460

CAP.	VER.	PAG.
	5	729
	6	261
	7	301 728
	13	731
	17	300
	19	142
XXIII.	3	115.742.747
XXIV.	1	668
	7	96
XXV.	3	99
	7	92
	18	373
XXVI.	2	76.85
	5	568
XXVII.	1	734.742.
		747
	3	65
XXVIII.	21	275
XXX.	1	585
	13	493
XXXI.	2	376
XXXII.	1	115.278.281.
		353.369.377.
		379.383.436.
		439
	2	254.278.340
	3	115
	5	58 428
	9	58
	10	388
XXXIII.	6	48.169
	9	52
	11	64
	15	103
	18	356
XXXIV.	1	260
	15	427
	39	284
XXXV.	13	445
XXXVI.	9	234
	36	505
XXXVII.		318
	5	65 699
	25	456
XXXIX.	6	106
XL.	13	115
XLII.	2	656
	6	355
	12	356
XLIII.	3	656
XLIV.	21	167
	25	461
XLV.	8	289.292
XLVII.	1	107
XLIX.	13	108.234
L.	8	279
	9	545
	13	575
	14	631
	18	220
LI.		115
	1	428
	4	367
	6	115
	7	88 89.94.103
		480.495.582.
		107.114.
		495
	8	258
	9	594
	10	83.115
	12	79.109.327.
		688.698
	13	700
	14	287
	18	339.576
	19	427.457.631
LIII.	6	348
LV.	23	441
	24	511
LVI.	2	406

CAP.	VER.	PAG.
	5	348
	9	443
	12	65
LVIII.	5	37
LIX.	11	283
	12	145
LXVI.	1	599
	12	437.440
LXIX.	2	730
	5	396
	12	186
	15	730
	22	470
LXX.	11	30
LXXI.	1	292.414
	7	399
LXXII.	9	287
LXXIII.		316
	2	188.189
	10	84
LXXIV.	9	526
LXXVI.	12	407
LXXVIII.	24	283 509
	25	283
	39	486.487
	49	28.35.36.39.
		57
		161
LXXIX.	2	482
LXXX.	8	689
LXXXI.	13	81
LXXXII.	1	657
	6	286
LXXXIII.	10	178
	17	184
LXXXIV.	8	485
LXXXV.	7	692
	9	49
LXXXVI.	13	510
LXXXVIII.	11	511
LXXXIX.	21	663
	31	49 286.554.
	37	315
	39	637
	49	513
XC.	4	32.484.517
XCI.	1	348
	11	56.161
	13	59.642
XCIV.	9	11
XCV.	5	57
	8	689
	9	443
		442
XCVI.	29	79
XCIX.	5	599
C.	1	295
CII.	22	476
	23	108
CIII.	4	340.431
	17	387
	20	65
CIV.	4	52.53
	15	234.235
	28	335
	30	48
CV.	5	605
	15	292
	16	265
	25	69.78
CVI.	8	321
	32	384
	33	330
	37	162
CVII.	10	511
CVIII.	2	493
CIX.	9	101
CX.	1	47.289.292.
		425.492
	3	298.663
	4	576

CAP.	VER.	PAG.
CXI.	2	73
	7	361
CXII.	1	111
CXIII.	9	198
CXV.	3	324.331
	4	150.154
	5	35
	7	161
	16	487
	17	487 507
CXVI.	7	377
	10	341.351
	11	423
	15	440.481
CXVIII.	11	20
	13	605
	18	20
	23	737
	50	20
CXIX.		735
	1	413
	5	138
	7	221
	12	19
	18	19.698
	34	698
	37	63 250
	36	83.109.327.
		688.698
	71	409
	102	351
	103	20
	136	444
	176	426
CXXV.	3	185
CXXVII.	1	108
CXXX.	3	271
CXXXI.	2	271
	11	791
CXXXV.	6	77.80
CXXXVII.	4	275
	8	644
CXXXIX.	1	384
	7	466
	8	66.150.699
CXLI.	2	156
CXLIII.	2	341.434.781
	3	267.269.271.
		431
CXLIV.	1	660
	4	105
	15	280.296.679
CXLV.	14	329
CXLVI.	3	297.658
	5	256

PROVERB.

CAP.	VER.	PAG.
I.	26	324.335
III.	12	341.463
V.	19	194
VI.	6	2
	25	237
	27	119
	30	246
VII.	11	245
	15	788
VIII.	17	311
IX.	2	502
	5	234
X.	12	252 392
XI.	2	252
XV.	29	111
XVI.	1	65.66.373.
		378
	4	78.81.700.
		316
	12	643
	13	26
XVII.	22	239
XVIII.	23	230

Digitized by Google

INDEX.

CAP.	VER.	PAG.
XIX.	21	35
XX.	1	69.408.448
	9	340
	18	66
	30	252
XXI.	1	26.78.81.109
		236
	17	237
	27	134
XXII.	1	252
	6	585
XXIII.	20	237
	29	236
	30	237
	31	63.235
XXIV.	21	544
XXV.	21	135.660
XXVI.	4	252
	6	252
	10	252
XXVII.	23	428.429
XXVIII.	13	419
XXIX.	16	234
	18	7.526
XXX.	2	261
	3	367
XXXI.	4	235.236
	6	234

ECCLESIASTES.

CAP.	VER.	PAG.
I.	2	107.243.669
	18	63.455
II.	2	235
	5	60
	17	63
III.	1	666
	19	487.488.507
		511
IV.	14	437
VII.	30	91
IX.	10	507.511
	11	466
XI.	4	408
XII.	7	484

CANT. CANTIC.

CAP.	VER.	PAG.
VI.	7	194

ISA.

CAP.	VER.	PAG.
I.	2	285
	3	2.3.774
	5	701
	9	768
	11	163.279.280.
		576
	12	110.435
	13	138.408
	15	111
	16	427.432.576
	17	657
	19	109.457.687
	24	535
	31	442
II.	2	277
	3	247
		738
	4	287.665
	20	411
III.	16	242
IV.	1	198
	4	347
V.	11	235.237
	12	237
	20	558.649
	22	235
VI.	1	9.10.12.80.
		151
	2	52.161.477
	4	367.679
	5	137
	6	52
	8	368.746
	9	85.326.394
	10	4.68.324.
		326
VII.	12	30
	13	234
	14	27.47.55
	24	362
VIII.	2	416
	6	60
	14	319.400.515.
		44
IX.	6	47
	7	399
	9	298
X.	5	65.69.78.
		634.686.699
	7	287.334
	12	634
	15	69.78.81
XI.	1	55
	2	347.464
	6	287
	10	47
	17	63
XIII.	10	106
XIV.	24	64.334
XVI.	2	667
	4	667
XIX.	21	496
XXII.	12	336.444
XXIV.	2	660
	4	106
	16	525.572
	23	107.496.
XXV.	8	287.499.
XXVI.		496
	2	362
	3	361
	19	495.496
	25	422
XXVIII.	3	775
	16	361.473.565
	21	334.335
	26	381.383
XXIX.	11	496
	13	376.474.545
	14	545
XXX.	26	107.520
	33	497.512
XXXI.	3	506
	21	594
XXXIII.	7	462
XXXIV.	2	545
XXXVI.	6	249
	21	252
XXXVII.	11	59
	12	59
XXXVIII.	1	6.35.37.51.
		81.83
	2	104.443
	3	174.439.774
	5	37.439.699
	8	27.107.572
	21	593
XL.	5	297.697
	6	367
	8	17
	12	63
	18	150
XLI.	9	163
	22	37
	23	120
XLII.	1	509
	3	96.454
	8	150.728
	16	319
XLIII.	3	729
	11	429.730
	21	429
XLIV.	10	150
	12	35.254
	15	150
XLV.	7	57
	9	253
	23	139
XLVI.	9	316
	10	66.67
XLVII.	9	321
XLVIII.	16	289
XLIX.	1	421
	15	286.329
L.	1	214
LI.	3	59
LII.	3	432.439
	7	400
	11	552.567.568.
LIII.		293.496
	2	729
	3	299.728
	4	383.470
	6	278.300.432.
		577.730
	7	279.461
	8	47
	11	781
	12	637
LIV.	13	76
LV.	1	367.580
	9	443
	11	699
LVIII.	2	114
	3	446.449
	5	449
	7	432.596
	13	237.576
LIX.	2	553
	10	526
LX.	18	287
	19	519
LXI.	1	49.399.475
		292.293
LXII.	3	117
LXIII.	16	286
	17	69.78.85
LXIV.	4	541
	6	110.165.269.
		434
	8	368
	20	368
LXV.	1	278.292.329
	19	167
	20	287
LXVI.	1	389.610
	2	389.427.632
	3	376
	9	198
	15	497
	23	521
	24	53.285

IEREM.

CAP.	VER.	PAG.
I.	5	315.410.584
	6	7.553.
		745
	10	635.639.
		780
II.	13	6.593
	20	567
	27	149
III.	1	230.346
	2	226
	6	139
	17	78
IV.	2	167
	4	285.409
	10	69.78
	14	576
	22	63
	30	243
V.	3	383
	8	234
	22	63
VI.	20	279
VII.	4	568
	11	568
	13	421
	14	518
	16	275
	22	279
IX.	1	772
	23	115
X.	8	150
	14	160
	23	108
	24	186
XI.	14	275
	19	599
	20	516
XII.	1	323
XIII.	1	9
	23	275.699
XIV.	11	275.518
XV.	19	687
XVII.	1	492
	5	297.435.658
		535
	9	37.87.368.
		430
	10	37
	14	689
XVIII.	1	472
	7	51
	8	85.316.332.
		421.472
	22	109
XIX.	2	512
XX.	14	87
XXI.		525
	6	47
	8	687
XXIII.	6	278
	21	76
	25	16
	28	16
XXV.	8	332
	11	315.699
	12	332
	31	68
XXVI.		525
	3	83
	11	559
XXVII.		680
	2	594
	6	635
	12	634
XXIX.		68.680
	6	552
	7	634.680
	11	334.335
	22	223
XXX.	8	516
XXXI.	18	109.373.692.
		385
	23	47
	29	98.163
	31	280
	32	98.278
	33	126.277.280.
		282.329.573.
		696
	34	281.328
XXXII.	7	672
	35	163
XXXIII.	20	521
XXXIV.		662
	11	676
XXXV.		410.414
	2	405.410

5 235

LOCORUM SCRIPTURÆ.

CAP.	VER.	PAG.
	5	235
	18	215
XXXVI.	10	415
	26	695
	29	223
XXXVII.	11	9
	15	165
XLI.	8	131
XLVIII.	10	71.248
XLIX.	12	463
L.	8	567
	14	473
	25	518
LI.	6	568

THREN.

CAP.	VER.	PAG.
I.	25	518
II.	8	334
IV.	3	40
	4	596

EZECH.

CAP.	VER.	PAG.
I.		10
	1	165
	5	160
	13	161
	26	59.151
	28	161
III.	1	9
IV.	15	9
V.	17	59
VI.	13	139
VIII.	3	513
IX.	4	444
	5	463
	15	554
X.	5	52
	18	568
XI.	19	109.327.689
		317
XIV.	9	5.69.77.317
		324
XVI.	3	321
	4	294
	15	253
	19	334
	20	100.590
	30	211
	38	213
	49	257
XVII.	6	82
	15	255
	23	59
XVIII.		423.432.439
	2	163
	4	65.163
	20	86.98.100.
		102
	21	428
	23	333
	24	329
	26	140
	27	391
	30	109
	31	373.645.693
	32	109.226.647
XX.	11	66
XXI.	21	67.686.697
		432
	22	66
XXIII.	44	243
	73	591
XXIV.	16	417
XXVIII.	13	423
	14	160
XXIX.	16	113 160
	19	274
XXXII.	18	512
XXXIII.		439

CAP.	VER.	PAG.
	11	324.334.335
	19	317
XXXIV.		423
	23	516
XXXVI.	25	576.605
	26	66.272.580
XXXVII.	5	58
	7	504
	24	516
XLVII.	1	594
XLVIII.	14	7

DANIEL.

CAP.	VER.	PAG.
I.	6	165
	8	7.138 406
II.	1	7 737
	18	16.680
	20	15.671
	21	654.699.788
	29	16
	30	572
	37	680
	44	292.399
	48	15.758
III.	3	453
	5	641
	17	742.747
	18	138.182
	21	330
	92	514
	93	788
	94	463
	95	3
	96	642
IV.	5	286
	24	374.431.432
	26	238
	27	72
V.	5	6.15
VI.	9	438
	22	59.463
	23	462
	25	3.642
	26	788
VII.	1	737
	9	10.151
	10	161
	13	10.59
VIII.	9	560
IX.	2	445
	5	165.428.549
	21	52.510
	25	485
	27	277
	29	682
X.	8	7
	12	519
	13	52.57.106
		671
	20	671
XI.	38	560
XII.	1	52.57.498
	2	285.487.508
	3	498.502.519
	4	499

OSEE.

CAP.	VER.	PAG.
I.	14	226
II. &c.		567
	1	217.221
	3	226
	8	105.106
	9	249
	19	230. 278
	21	107
III.	14	161
IV.	8	615
	9	234
	11	236

CAP.	VER.	PAG.
V.	12	500
	14	500
	15	415
VI.		133.419
		632
	7	650.740
VIII.	4	635
	12	20
	16	524
XI.	1	279.285
XII.	3	462
	10	10.151
XIII.	7	500
	9	76 84.712
	14	432 439.499

IOEL.

CAP.	VER.	PAG.
I.	5	235
II.	3	60
	3	237
	12	297.431.438
	13	427
	16	416.444
	26	447
	28	328.329.580.
		585
	31	520
	32	381.421

AMOS.

CAP.	VER.	PAG.
I.		644
	3	99.163.265
	6	99.265
II.		644
III.	7	332
	8	11
V.	19	11
	22	278.279
VII.	1	57
	12	656
	14	7

ABDIAS.

CAP.	VER.	PAG.
	4	665

IONAS.

CAP.	VER.	PAG.
I.	2	514
	3	7.535
III.	4	81.445
	5	439
	7	447

MICHEAS.

CAP.	VER.	PAG.
I.	6	427
IV.	1	660
V.	2	47.198
	12	42
VI.	8	631
VII.	6	285

NAHVM.

CAP.	VER.	PAG.
I.	9	86.97.517

HABAKVK.

CAP.	VER.	PAG.
I.	1	188
	12	492
	13	323
II.	4	278.369.
		380.
		383.385.584
		666
		781
	9	140.666
	18	150.160

SOPHON.

CAP.	VER.	PAG.
I.	15	524

ZACHAR.

CAP.	VER.	PAG.
I.		692
	9	53
	11	105
	15	71.668
	18	6
II.	4	278
	5	287
	8	65.165
		699
III.	1	35
IV.	2	6
VI.	1	721
VII.	5	444.445
VIII.	14	334
IX.	11	437.440
X.	2	161
	5	660
XII.	10	347
XIII.	1	594
XIV.	7	521

MALACH.

CAP.	VER.	PAG.
I.	2	312
	11	277.285
		525
II.	5	724
	7	738
	8	569
	14	194
	16	211
III.	1	762
	2	441
	3	367
	6	66.84
		699
IV.	5	515.516
	6	515

SAPIENT.

CAP.	VER.	PAG.
I.	13	314.334.335
	14	324
	23	334
II.	24	72.102
III.		485.510
	4	481
	7	502
IV.	11	419
VIII.	1	65.122
	19	103
	20	327
XIII.		160
XIV.		160
	21	150
XV.	8	506
XVI.	20	284
XVII.	14	28
XVIII.	15	28

ECCLESIASTIC.

CAP.	VER.	PAG.
II.	7	488
III.	27	239
VII.	6	648
	26	227
XI.	2	242
	14	335
XII.	3	330
XIII.	1	275
XV.	11	324
	14	66
	18	687
XVI.	15	342
XIX.	2	236
XXIV.	13	227
	16	514

Digitized by Google

I N D E X.

CAP.	VER.	PAG.
XXV.	55	102
XXX.	24	247.375
XXXI.	30	237
	39	236
XXXIII.	29	238
XXXIV.	16	510.514
XLV.	23	32
XLVIII.	3	509
IV. ESDRAS.		
V.	54	62
TOBIA.		
II.	12	455
XVIII.	12	56
	15	52
	19	56
ADDITIONES ad lib. Heſt.		
XIV.	13	690
	16	240
BARVCH.		
III.	16	62
VI.		252
	2	140
	30	408
ADDITIONES ad Daniel.		
III.	31	279
	38	277
	57	79
SVSANNÆ HIST.		
I.	1	19
I. MACHAB.		
I.		682
	57	642
	65	681
II.	41	133
III.	17	454
IV.	37	586
VI.	2	642
VII.	5	468
IX.	18	499
	27	499
XII.	48	499
XIV.	17	665
XVI.	16	235.499
II. MACHAB.		
I.	7	468
VI.	30	464
VII.		138
	20	641
XII.	6	437.436
	43	483
XIV.	37	182
	41	440
	43	183
XV.	39	440
MATTH.		
I.		343 355
	1	60.291
	5	204.206
	18	289 298 495
	19	226.646.
		723
	20	25.48.261

CAP.	VER.	PAG.
		291.298.723
	21	292.297.392
	22	55
	25	589
	29	645
II.	2	107
	3	234
	5	496
	10	285
	16	23.189
III.	2	277.422.581
	4	494
	6	277.428.429
		703
	7	679.738
	8	430.433
	9	694
	10	433
	11	585
	12	304.592
	16	48.54.55
		348
	22	378
IV.	1	35.348
	2	413.445.447.
		456
	3	738
	4	20
	7	20.30.147
	10	20.154.397
	15	727
	17	422.426
	20	153
V.	1	237.663
	3	659
	4	235.250.444
		460 470.665
	7	188.564
	8	272
	9	355.614
	10	272 460
	11	176.185.186
	13	593
	14	174.374.565
	16	176.242.256
		257
		755
	17	275.278.665
	18	228.453.561
	19	185.519.520
		665
	20	436.561
	21	245
	22	164.212.252
		665
	23	216.428.429
		632
	24	185
	25	437.440
	28	164.178
	29	136.402
		759
	30	252
	31	211 637
	32	193.214
	33	561
	34	167.663
	35	650
	37	166
	39	183.436.658
		659.664
	41	679
	43	187
	44	184.186.268
		440.644.646
		665
	45	185.272.328
		355.454.455
		534.554.644
		671.675.685
	46	,527

CAP.	VER.	PAG.
	47	268
	48	435.436.272.
		274.296
VI.	1	660.664.755
	7	473
	8	355
	9	268.313.315
		491
	10	184.268.373
	11	288.473
	12	102. 127.226
		267.269. 334
		341.367.374
		426 428.434
		436. 697
	13	68.77.86
		471
	14	4 7.538
	16	113.626
	22	43.110
	23	427.456
	24	41.117.376
		453.524.642
		668.760
	25	237
	26	2.283.626
	28	2.316
	32	274.313. 3'5
		456
	33	56.284.456
		473.474
		787
		456
		463
VII.	1	253.447.649
		654
	5	172
	6	20.89.402
		477
	7	18.348.378
	8	327
	13	234.434
	15	318.546.616
		617
	16	29.337.524
	17	367.471.695
		696.699
	18	43.110.115
		367.372.686
	21	392
	22	362.376.383.
		384.589
	23	3.7.8.697
	27	698
	33	367
	35	367
VIII.	2	289
	3	27
	4	428
	10	382.660
	14	455
	19	336
	20	55.291
	21	336.458
	22	490
	26	27.343
	28	485
	29	3
	31	35.38
	32	37
	34	3
	38	466
IX.	2	37.49.382
	4	36
		439
	6	30.291
	9	4.321
	10	29.135.136
		145
	12	94
	13	233.631

CAP.	VER.	PAG.
	15	446.546
	18	289
	20	593
	22	382.390.398
	24	764
	25	31.490.514
	28	382
	30	29
	31	520
	34	533
	37	746
X.	4	23.214.401
	5	465.752
	7	399.725
	8	336.538
	9	699
	10	537.638
	12	268
	14	285.755
	16	180.465
	17	287.526
	19	63.65.505
		537
	20	50
	21	678
	22	329.465.517
	23	464.664
		752.754
		755
	24	483.773
	25	637
	26	403
	27	637
	28	98.138.374
		458 487. 489
		512.517.556
		634. 754
		755.756
	29	80.121.316
	30	80.121.319
		699
	33	772
	34	399.402.558
		567.678
	37	139.755.759
	38	482.728
	39	67.310.466
	40	400
	41	465
	56	642
XI.	5	35
	6	400
	8	243
	10	515
	11	6
	12	459.698
	13	277
		250
	18	449
	19	450
	21	77.320.327
		329. 519.694
		702
	24	734
	25	16.186.313
		320.326.746
	27	50.295.326
		694.696
	28	336.388.453
	29	24.728
	30	24.272.298
XII.	1	445
	3	32
	7	660.665
	14	279
	19	686
	21	647
	24	345 424
	26	483
	27	588
	29	697

Digitized by Google

CAP.	VER.	PAG.
	31	118.275.437 440
	32	264.275
	33	115.247
	34	115.268.303 372
	35	427
	39	293
	40	510.514.732
	43	452
	46	206
	48	291
	50	80
XIII.	4	17.737
	8	519.520.570
	10	326
	11	691.694
	12	533
	13	320.329 527.689 691
	16	311
	17	112.597
	19	35.342
	21	362
	22	762
	23	343.519
	25	155
	26	549
	29	554.660.664 539
	31	426
	33	426
	35	84
	37	303
	39	524
	42	706
	43	519
	47	570
	49	304
	58	29
XIV.	4	636.638
	6	171.239
	9	677
	13	449.752
	14	29
	21	35
	24	448
	25	449
	31	343.561
XV.	2	404.405
	3	441.474.545. 550
	4	561
	5	172.545
	8	376
	9	440.545.562
	11	403.448.545
	12	694
	14	72.141.402. 470.567.746
	21	403.467
	23	107.472.473
	25	178
XVI.	2	177
	4	30
	6	568.604.616
	9	112
	12	564
	16	566.734.771
	17	51.93.305.320 378.430.536
	18	541.553.690
	19	565.635 748
	20	29
	23	561
	24	93.139.728
	25	103
	28	513.549
	29	513
XVII.	2	27.310.504 592
	3	33.516
	4	311
	5	59.180
	6	7.12
	11	515.605
	12	526
	15	38
	16	589
	18	41
	19	15.446
	20	383.419
	21	544
	27	402.540.636 636
XVIII.	7	66.121.400 657
	8	136
	10	11.36.52.57. 106
	11	253.534.661
	15	551.667 253
	17	137.309.552. 559.561.569. 646
	18	38.429.430. 433.552
	19	309
	20	543.569.570
	21	231.309.423
	22	226
	25	675
XIX.	1	421
	4	193
	6	214.354.569
	7	211
	8	221
	11	359.419.420. 422
	12	196.421
	16	267.434.436. 772
	17	431
	18	345
	20	457
	21	455
	22	4
	24	455
	26	120
	27	454
	28	472.488.519. 589
	29	285.296.461. 522.755
XX	1	336
	9	79
	12	261
	13	317.519
	15	323.443.698. 699
	16	313.323.336. 691.700. 698
	19	331.698.700
	21	270.295.301. 773
	22	327.581
	25	681
	26	566
	27	519.520
	28	301
	31	496
XXI.	13	288.512.568
	15	496
	19	116
	20	407
	25	427
	31	219.220.371
	38	263
	41	569
	49	569
XXII.	3	31
	5	748
	7	646
	13	11.492.500
	14	336
	16	258
	17	451
	19	402
	21	660
	22	459
	29	501.548.738
	30	234.287.501. 503.519.549. 732
	32	285.485.496. 583 501.507
	37	117.266.492
	39	177
	42	492.583
XXIII.	1	671
	2	142.405.566
	4	348.571
	7	172
	8	176
	9	313
	23	76
	24	549
	26	571
	27	378
	29	571
	34	485
	35	279
	37	329.694
	41	519
	42	289
XXIV.	1	66
	3	35
	14	516.560.694
	20	539
	23	571
	24	38.315.326. 331.516.615
	25	542 526
	28	617
	29	107.520
	35	17.331.522. 739
	36	134.516.535
	46	376
	48	533
XXV.	1	304 518
	5	560
	9	442
	12	651
	13	348
	14	304.387.484 732
	23	339 246
	24	534
	28	79
	29	722
	32	63.304.500
	34	89.175.313. 355
	35	117.156.247. 352.373.519. 696.699
	40	156.401.449
	41	35.36.89.518. 649
XXVI.	5	348
	6	47.505
	11	617
	17	605.749
	20	334
	21	332.554
	24	68.324.330. 518
	26	58.440.505. 598.604.610. 650.702.749 751
	27	533.561 746
	28	505.606
	29	234.598.606
	30	476
	35	732
	37	752
	38	412.481
	39	85.334.412. 442
	40	453
	41	77.86.348
	46	604
	49	268
	50	172
	51	497
	52	466.561.638. 660.664
	53	79.269
	63	167
	67	526
	69	23.270.423. 542.693.697
	70	137.346
	75	347.470.774
XXVII.	4	4.371
	5	246.347.403
	15	613
	19	37
	21	730
	27	532
	37	104
	38	359
	42	301
	43	356
	45	3
	46	730
	51	107.497
	52	514.733
XXVIII.	1	47.170.304
	2	107.497
	6	505.616
	7	616
	10	355
	15	512
	18	295.303
	19	173.375.476. 496.542.549 566.584.623. 476.545. 707
	20	343.346.448. 465.498.543. 581.614.617. 623
	26	519
	29	580.625.734

MARC.

CAP.	VER.	PAG.
I.	4	422.625
	13	59
	15	319.397
	24	32.494
	25	485.792
	31	428
	45	519
II.	20	651
III.	29	440
V.	7	588
	11	589
	12	682
VI.	5	29.462
	31	429

CAP.	VER.	PAG.
	34	470
VIII.	30	566
	32	383
	38	139.452
IX.	22	296
	23	392
	24	452
	34	270
	38	27.385
	43	512.518
	44	53.503
X.	3	454
	4	237
	5	193
	11	193
	16	425
	17	435
	24	435.455
	25	429
XII.	30	266
XIV.	4	636
	13	66.699
	24	606
XV.	28	637
	33	521
XVI.	1	733
	2	170
	10	529
	13	315
	14	397
	15	105.465.730
		734
		759
	16	581.592
	17	8.31.589
	18	27
	19	529
	20	27

LVC.

CAP.	VER.	PAG.
I		343
	4	742
	6	273
	8	417
	15	405.406.413
		584
	16	515
	18	344
	26	52.161
	28	268
	31	391.298
	32	292.473
	33	286
	34	599
	35	48.289.290
		793
	36	527
	37	120.345
	41	55
	42	55.527
	45	476
	46	527
	48	322
	50	322
	54	148
	55	322
	69	287
	80	376
II.	7	792
	9	107
	13	477
	14	399
	24	172
	25	690
	26	513
	36	25.247.527
	40	273.291
	49	290
	52	273
III.		355
	3	413
	6	76.328.329
	13	660
	21	48
	23	473
	28	291
IV.	18	49.292
	24	176
	29	531
	30	55.510
	34	494
V.	8	12
	27	455
	29	455
VI.	9	650
	21	235
	23	728
	30	664
	35	251
VII.	13	470
	14	31.490
	15	513
	37	321.439
	38	443
	40	781
	47	375.428
	48	391.431.439
	50	382
VIII.	2	757
	11	605.614
	13	506
	18	85
	38	145
IX.	19	589
	21	566
	24	753
	36	29
	54	179.185
	55	178
	62	488.572
	4	268
X.	5	268.724
	16	265.405.465
		49
	18	35
	20	28.312.722
	27	266
	29	546
	30	108.187
	34	234
	36	246
	40	502
	42	678
XI.	7	472.473
	27	290
	39	432
	41	247.438
		432
XII.	4	482
	5	347
	13	570
	14	681
	20	32
	35	304
	36	286
	37	287.501
	38	569
	47	195.369.368
XIII.	3	433
	4	517
	6	35.116.433
		517
	16	39
	32	636.680
XIV.	5	693
	14	500
	21	570
	23	693
	28	760.773
XV.	1	368
	4	400.434
	7	433
	8	434
	10	105
	11	145.371.434
	17	774
XVI.	1	153
	8	214.664
	9	247.437
	13	149
	15	162
	18	227
	19	442.548
	21	491
	22	32.161.301
		485.487
	23	484.510.511
	24	288.503
	25	456
	26	31
	27	739
	29	30.482
	31	33
XVII.	5	388
	7	367
	10	43.272.407
		431.434
XVIII.	1	473
	11	174
	13	114.430.439
		633
	34	112
XIX.	4	189
	6	4
	8	246
	27	289
	41	68.76.186.
		188.470.479.
XX.		722
	36	491
	37	500
	38	491
XXI.	39	491.492
	1	434.436
	2	390
	25	520
	28	304
	34	235.445
	37	237.473
XXII.		516
	3	37
	15	120.470
	20	281
	25	257
	29	501
	31	32
	32	596.734
	35	566.635.637
	36	604
	37	67.331.699
	38	183
	44	470
	48	474
	49	183.331
	51	185
XXIII.	61	394
	2	677
	5	568
	8	30
	31	463
	32	762
	33	561
	34	44.474.484
		731
	40	456.569.665
	41	393
	42	398.474.730
		731
	43	32.113.134.
		185.321.431.
		485.487.510.
		511.549.431
	44	35
	46	494.510
	54	185
	62	443
XXIV.	1	170
	2	55
	15	53
	16	55.112.504
	25	260
	26	67.122.731
		732
		773
	27	278
	28	251.459.462
	31	55.502.504
	33	310
	35	623.627
	39	9.36.53.54
		503.597.604
	41	504
	43	40.501.504
	45	17.566.734
	47	422
	51	516.749

IOHAN.

CAP.	VER.	PAG.
I	1	10.47.297
		604
	3	47.74.289
		663
	6	532
	7	632
	8	27.526
	9	77.329.401
	10	696
	11	374
	12	182.328.354
		527.694.698
		734
	13	354
	14	47.50.291.
		297.605
	16	340.377
	18	10.11.12.47
		150.304.394
		693
	19	479
	20	607
	21	515
	26	605
	29	279.298.515
	32	9.54
	33	304
	35	598
	42	561
	45	576
	47	549
	48	254.690
	51	690
II.		572
	1	505
	4	315.498
	8	35
	9	27.53.596
	12	335
	13	505
	14	505
	15	597
	17	139
	19	474.637
		733
	23	351
III.		167
	1	585.616
	2	355
	3	43.87.89.265
		3 4.592.613.
		692.771
	4	51.88.332
	5	326.

LOCORVM SCRIPTVRÆ.

CAP.	VER.	PAG.
	5	326.427.582
		584.599
		774
	6	87.93.97.354
		423.585.686
	8	326
	10	373
	13	509.513.608
		615
	14	279
	16	50.120.382
	18	304
	19	68.76
	20	64
	27	326.354
	29	566.604
	31	354
	32	329
	36	350.361.513
		686.733
		734
IV.	2	546
	4	792
	5	467
	9	138.206
	10	585
	11	604
	14	48 605
	18	526
	21	474
	22	247
	23	155.702
	24	9.150 304
		557.604
	25	576
	32	56
	39	605
	42	548
V.	5	326
	14	428
	17	169
	19	45
	21	501.694.696
	22	429.495.516
	24	346
	25	438.605
	26	47
	28	488.497.498
		500.501
	29	89
	35	531
	39	17.148.278
	41	111
	44	351.385
	46	17.44.285
	51	531
VI.		167.599
	1	237
	6	85
	9	566
	13	343.547.602
	15	230.637
	16	555
	19	310
	29	392.395
	32	306
	35	595.604
	37	326
	38	47.200
	39	309.485.599
	40	382.391.392
		500.501
	44	12.109.117
		313.319.326
		378.382.395
		419.534 689.
		692.694.696.
		698
	45	326.328.329
		382.688.689
		698

CAP.	VER.	PAG.
	46	12.336.350
		368
	47	272.382
		604.605
		603
	52	595
	53	326.396.604
		65
	54	353.604
	56	416
	62	599
	63	605.606
	65	696
	67	350.555.566
	68	734
	70	312.605
VII.	5	219
	6	699
	7	417
	28	289
	37	585
	38	49
	40	558
	44	314
VIII.	5	224
	6	76.219
	7	226.649.658
	11	215.326. 428.
		431.645.646.
		676
	19	111.310
	21	566
	34	109.116.234
		376.697
	36	109.280. 378
	37	163
	38	33
	40	55
	41	87
	42	387
	44	28.68.76.87.
		335.564. 680.
		681
	47	18.111.569
	52	481.513
	56	282 379.394.
		492 495.604.
		608
	58	45
	59	495
IX.	3	99.164.730
	6	28.425.737
	11	632
	22	555.560
X.	1	326
	4	18.342
	5	342
	7	426
	8	605
	11	326.334.427
	12	315.756
	13	305.467
	15	11
	16	583
	17	483.548
	18	46.289.293
	21	313.315
	23	291
	24	498
	27	567.695
	28	78.326
	29	29.326.331
	30	49.604
	35	314 331
	36	289
	38	604
	39	754
	41	516
XI.		47.481
	11	485.549.604
		764

CAP.	VER.	PAG.
	12	651
	13	493
	14	443.616.618
	15	505. 616
	19	764
	25	382.501.581
		45
	33	479
	34	470
	35	479.722.764
	41	432
	43	31.490
	44	428.429.513
	48	349
	49	15.23
	50	23
	52	527.695
XII.	1	505
	3	455.626
	4	499
	6	554
	14	567.624
	18	730
	23	230.603
	24	10.310.732
	25	450. 500
	26	36.478
	32	329 695
	35	508
	39	394
	42	383.385
		567
XIII.	3	295
	5	301
	13	173.626
	15	728
	18	313.314
	21	314
	23	655
		599
XIV.	1	111.313
	2	505.519
	6	45
	9	12 47.604
	15	625
	16	48.304
		625
	17	347.665
	23	353.387
	26	18.305.547
	27	652
	28	442.475.535
	32	512
XV.	1	367.426.603
		605
	3	574
	5	110.353.367
		378.699
	12	435
	13	120.753
	15	400. 437.547
		696
	16	312.313.327
		314
	20	53
	22	350
	24	35
	26	48
XVI.	2	43.176.470
	7	155
	8	76
	12	547
	13	48
	14	50.304.326
	15	46
	16	83
	20	469
	28	47
	29	599
XVII.	3	350.398.730.
		397

CAP.	VER.	PAG.
	5	46
	6	454
	8	112
	13	351
	15	729
	19	289
	20	475.572
	21	355.610
	24	505.610
XVIII.	10	43
	12	727
	23	183.252.650
		659.664
	28	456.749
	36	230.543.549
		571
XIX.	11	326.634.682
	23	8
	26	605
	30	494
	36	67
XX.	1	170.774
	7	269
	11	57.22.312
		500.505
		733
	20	724
	21	304.564.566.
		724.734
	22	49.50.58.542
		605
	23	515
	27	502 503
	28	45.46
	29	55.503
	31	383
XXI.	3	774
	15	533.542.566
		570
	18	734
	21	148
	22	142
	27	300

ACTA APOST.

CAP.	VER.	PAG.
I.	2	537
	3	732
	4	732
	6	581.617
	7	516
	8	461
	9	310.502.516
		543
		598
	10	38
	11	608
	15	541
	16	39.314.332
	23	528
	26	24
II.	1	423
	9	616
	10	529
	22	55
	23	79.331.664.
		699
	25	493
	29	494
	37	422.690.774
	39	583
	46	596
II.	3	336
	5	663
	6	27
	12	533
	14	494
	15	553
	17	261
	21	295.496.508.
		727

INDEX.

CAP.	VER.	PAG.
	22	5.8.286.556
	23	652
	24	5
	25	583
	48	315
IV.	12	37[illegible]
	16	40[illegible]
	19	169.661.668
		679
	25	404
	27	65.69.71.334
		699
	28	315
	32	678
	37	762
V.	3	5.8.48.637
	5	27.57.178.179
		184.187.659
		669
	9	184.187.637
		638
	15	27.28.55.425
	35	682
	41	122.460
VI.	2	553.740.743.
		744
VII.	3	541
	24	178
	26	266
	30	9.10
	37	8
	51	321
	59	32.485
VIII.	14	563
	16	623.625
	17	425.535
	19	176
	20	184
	22	451
	27	757
	28	21.736.739
	38	583.590
	39	516
IX.	1	688.693.698
	4	261.279.401
		617.732
	5	315.337.698
	12	33
	20	293
	25	465
	30	754.756
		690
	40	31.490
X.		496
	2	111.348
	3	111.447
	4	111.395.660
	5	740
	15	406
	20	155.343
	22	111
	25	135
	26	535
	30	111
	38	291
	44	111.308.535
		580.583.584
	48	583.590.623.
XI.		624
XII.	2	563
	7	161
	13	571
	15	106
	22	176
XIII.	1	57
	2	48.486.528
		628
	4	699
	11	179.184.187.
		446.637.659.

CAP.	VER.	PAG.
		661.663
	12	658
	35	493
	46	525.558
	48	315.320.388
		699.700
	51	725
XIV.	14	531
	15	695
	23	446.528
XV.	4	460.562
	7	562
	9	247.375.383.
		398.574
	10	148.271.545
	20	217.402.404.
		221
	22	562
	23	562.761
	29	626
	39	525.623
XVI.	3	141.402.578.
		755
	6	694.698
	7	694
	9	15
	14	320.339.388.
		534.689.698
	17	32
	18	41.485.589
	20	528
	26	474
XVII.	6	568
	10	754
	11	18.148.559.
		560
	16	147
	18	701
	21	76
	22	111
	23	111.455
	28	65.116.136.169
		316.500
	31	500
XVIII.	9	15.524
	10	337
	18	402.409
XIX.	12	27.425
	13	27.41.589.
		590
	15	3.385
	18	428.429
	19	369.588.589
	29	150
	34	149
XX.	7	449
	10	31.490
	18	740.744
	19	443.744
	21	422.426
	28	48.553
	30	564
	34	115
XXI.	4	6
	9	8
	10	6.8.465.467
	11	682
	13	754
	20	409
	23	141
	26	402
	28	678
XXII.	15	652
	22	529
XXIII.	1	650
	3	183.659
	5	260
	6	500.558
	8	490.492
	12	444

CAP.	VER.	PAG.
	14	187
	17	657
XXIV.	5	568
	15	500
	25	208
	30	291
XXV.	1	564
	10	660.662
	11	541.634
	16	657
XXVI.	8	500
	14	340
	19	383
	24	344
XXVIII	4	730
	16	757

EPIST. AD ROM.

CAP.	VER.	PAG.
I.		328.525
	1	153.525.
		528
	2	45.280.781
	3	55.291.298.
		729
	4	347.733
	5	546
	7	292
	8	525
	9	471.521
	10	82.108.740
	11	470
	12	43
	14	75.700
	16	380.462.558.
		577.583.605.
		619.688
	17	141.369
	18	4.363.695.
		778
	19	2.174.660.
		685
	20	4.5.63.70
		329.350.700
	21	332.623
	22	118
	23	67.155.368
	24	68.77.317
		517
		668
	25	402.517
	26	451
	27	113
	28	3.317
	31	266.470
	32	207
II.		323.328.649
	1	228.697
	2	43.306
	3	108.685
	4	433.517.646.
		647
	5	336.517.518.
		519
	6	248
	9	583
	10	583
	11	303
	12	401
	13	375.378
	14	376.402.685.
		697
	15	68.92.402
	16	303
	17	363
	21	42.368
III.		375
	3	275.337.361
	4	258.425
	5	68.481

CAP.	VER.	PAG.
	8	42.136.141.
		183.216.219.
		221.254.261.
		397.453.663.
		673.682.753.
		254.
		136
	10	87.298.363
	11	280.368
	13	305
	19	280.363.364
	20	91.109.125.
		275.363.368.
		371.397
	21	118.278.364.
		380.558
	22	294
	23	343.370.549
	24	118.377.380
	25	474.578.591
	27	364.380.398
	28	141.362.364.
		380.397.398.
		548.561
	29	380
	31	275.277
IV.	1	364
	2	364.781
	3	364.385.391.
		591
	4	340.364.368.
		377.380.390.
		392
	5	352.353.361
	6	176.353.379
	7	364
	10	342.357.369
	11	364.380.572.
		573.574.577.
		580.582
	13	364.380.457
	15	368.371.548
	16	364.394
		367
	17	380.490
	18	343.364.380.
		381
	19	350
	20	296.343.357.
		361.380
	21	120
	23	110.380.390
	24	370.390
	25	118.294.303.
		728.733
V.	1	288.348.351.
		357.380.394.
		558
	3	85.186.420.
		459
	4	460.461
	5	314.355.361.
		459.460.461
	6	293.310.364.
		433.501.582
	7	298
	8	182.185.259.
		293.294.320.
		364.582
	9	295
	10	293.352.364.
		368.387.582.
		752
	12	86.87.94.97.
		99.100.104.
		334.514.582.
		97.104
		514.582
	14	88.100.364.
		377.399
	15	99

16. 94.

CAP.	VER.	PAG.
	16	94.518
	18	87
	19	87.89.100
		352
	20	92.126.271
		371
		373
	21	337.364
	28	462
VI.	1	368.423
	3	87.580
	4	272.301.488
		580.591
	5	87.110.303
		353.580
	6	272.301
	9	302.501
	10	301.433.733
	11	275.733
	12	91.118.399
		442
	14	298
	16	686.697
	17	337
	18	675
	19	110.407.430
		433.439.699
	20	110.491
	25	377.390.421
		699
		376
		421
VII.	1	364
	2	214
	5	88.365.368
	7	92.263.269
		368.548
	8	68.86.700
	9	92
	10	88.126
	11	102
	12	78.275.281
		368.753
	13	109.273
	14	87.109.269
		270.274.434
	15	117.119.263
		270.334.365
	16	275.397.427
	17	273
	18	83.109.119
		254.269.271
		327.450.480
		673.697.735
	19	87.341.549
		697
	21	87
	22	271.334.434
		549
	23	86.87.88.93
		109. 17.269
		270.271.275
		334.431.673
		685.697
		88.117
		275.673
	24	93.118.421
		427.549.753
	25	117.269.270
		549.697.699
		269
VIII.	1	115.288.321
		528
	2	389
	3	92.93.126.133
		269.278.365
		368.372.469
		733
		781
	4	378.699
	6	342

CAP.	VER.	PAG.
	7	87.93.107.117
		126.270.336
		427.471.673
		686.688.697
		270
	8	93.321.416
		503.686
	9	18 93.105.308
		313.503.728
	10	104
	11	48.104.290
		500.501.733
		290
	12	368.514.733
	14	298.305.354
		427.485.687
		690.696
	15	48.50.285.
		346
		347.351.584
	16	31.186.305
		337.358.388.
		389.700
	17	296.457.
		458
	18	84.341.358
		431.457.458
		460.722
		733
	19	351
	20	98
	21	357.565
	22	354.494
	23	41.120.288
		302.314.357
		713
	24	1.89.103.172
		397.481.697
	25	373.473
		479
	26	50.83.475
	27	297.314.336
		365.399
		336
	28	105.310.315
		316.325.353
		365.496
		773
	29	50.118.121
		317.340.421
		691.698.700
	30	91.303.323
		461.747
	31	286.289.300
		349.490.604
	32	473.699
		700
	33	361.556
	34	50.314.316
	35	434.436
	37	62.314.356
		462.553
IX.	1	567.772
	2	288
	3	267.289.470
		552.664
		667
	4	285.281.355
		570.674
	5	47.55.291
		296.604
	6	296.355.582
	7	186.320.582
	8	338
	10	90.312.320
	11	53.58.84
		94.315.316
		318.320.323
		325.365.480
		584.592.691
		699.700.722

CAP.	VER.	PAG.
	12	323.325.326
	13	315.319.332
	14	395
	15	315.318.326
		690
	16	83.319.327
		339.365.433
		698.730
	17	73.318.326
		327.330
	18	319.325.365
	19	73.80.120
		323.700
	20	253.318.690
		698
	21	81.319.700
		320
	22	73.82.319
		700
		342
	23	318
	26	107
	27	325
	30	353.381.389
	31	367
	33	394
X.	1	278.376
	2	43.267.393
	3	353.365.377
		381.389.394
		399.427.692
	4	17.125.185
		377.390
	5	381
	6	278
	9	294.452.733
	10	139.294.381
		584
	11	329.381
	12	111.345
	13	112.381.452
	14	114.336.345
		381.691
	15	399
	16	357
	17	8.159.308
		342.343.345
		536.547.548
		550.558.619
		691.779
	18	525
	21	325
XI.	5	319.340
	6	110.340.369
		370.397.686
		369
	9	184
	16	100.280.287
		288.581
	17	87.110.146
		282.583
	19	266.381
	20	346.347
	21	569
	22	348
	23	288
	25	145.394.426
		515.572
	27	84
	29	145.316.346
		421.422.672
		691.698
	30	77.288
	32	77.319
	33	323.395.700
		702
	36	65
XII.	1	163.407.457
		527.631.702
		457
	2	116.545

CAP.	VER.	PAG.
	3	320.340.343
		388.419.550
	5	559
	6	528
	8	527
	10	153.175.436
	12	358
	13	344
	14	184.185
	15	470.764
	17	660.664
	18	660.665
	19	191.660.664
		207
	31	399
XIII.	1	144.540.542
		6,4 635.639
		640.641.644
		658.680.682
		723.755
	2	447.635.638
	3	641.659.661
		723
	4	534.647.648
		660.663.665
	5	145.545
	6	660
	8	272
		98
	9	540
	10	272
	11	240
	12	428
	13	382
	14	17.235.758
	36	637
XIV.		426
	1	141.343.755
		771
	3	406
	4	488.650.684
	5	406
	6	426
	8	426
	9	492
	10	501
	11	731
	13	237.402
	14	401.403
	17	237
	22	401
	23	115.116.144
		178.342.365
		376.393.427
		451.548.686
		697
		393.548
	24	587.672
XV.	4	17.259.559
		559
	8	534.583
	12	47
	16	173.407.631
		533
	18	31
	19	525
	24	259
	28	259
	30	85
XVI.	1	476
	3	637
	4	172
	16	629
	17	552.567
	18	567.780
	20	674
	23	658

I. EPIST. AD COR.

CAP.	VER.	PAG.
I.	1	524.571

Digitized by Google

INDEX.

CAP.	VER.	PAG.
	2	524
	3	292.352
	5	337 384.525
	8	337.357
	9	337.361.365
		393
	10	678
	11	524
	12	525.571
	13	321.565
	16	16.548.583
	17	537.545.580
	21	366.381.605
	23	691
	24	605.691
	26	243.321.563
		570.674
		788
	30	272 319.374
		382.433
	31	115.191
II.	1	309.639
	2	12 438
	4	388
	5	536.547
	6	272.536
	7	21.572 689
	8	37.47.84
		147.260.284
	9	196 315.357
		684 698
	10	147
	11	37.51
	12	639
	14	18.92.108 120
		336.347.372
		388 499.546
		639.684.698
		739 746
		372.546
	15	253.635
	16	353
III.	1	269 355
	2	193.477
	3	270.534
	4	409.534
	5	534 608
	6	39 327.515
		534.535
	7	535
	9	401
	11	542.549.565
		793
	12	439
	15	436.437.442
	16	48.287.290
		555
	17	585
	22	440
IV.	1	528
	2	528.529
	3	547
	4	366
	5	174.253
	7	83.115.327
		339.378.395
		419.574 689
		692.698
	9	456.460.674.
		778
	11	186.456
	12	186
	13	529
	15	17.173.515
		515.535
	17	66.546
	20	608
V.	1	571
	2	444
	3	184.293.438
		467.552
	4	476
	5	28.39.41.137
		179.517.664
		670
	6	568
	7	416.605.631
	8	242
	10	135.327.483
	11	217.237.533
		536.552.554.
		555.567
	13	137.525.554
	20	145
	30	572
VI.	1	571.657.665
	3	634
	7	660.666
	8	791
	9	109.265
	10	273.552.559
	11	294.321.738
	12	245.401.523
	13	217.403.501
		503.571
		403
	14	28.206
	15	139.155.193
		212.216.242
		354.567
	16	138.158
	19	48.585
		612
	20	242.553
VII.	1	419.420.436
	2	104.191.194.
		196 420 426
	3	104.420
	4	194 218.581
		758
	5	194.235.256
		416.417.446
		758
	7	419.470.421.
		422
	8	214.409. 419
	9	214.409.413
		417.420.421
		562
	10	211
	11	214
	12	135.145.204.
		206.223.401
	14	86.99.166
		591.688
	15	212 256
	17	450
	18	140
	19	140
	20	421
	23	407.409
	25	319.320.378
		434. 700
	26	421.436
	28	434
	29	187
	31	522
	34	240.241.242
		243.440
	35	410
	36	196
	37	136 411.544
	38	434
	39	205
	40	209
		448
VIII.	1	571
	4	135
	5	46.201
	6	47
	7	401
	8	403
	9	400.434
	10	158
	12	359.401
	13	237.406.540
IX.	4	387
	5	537.758
	7	537
	9	537
	13	435.537.633
	14	537
	15	537
	19	121.400
	20	177
	22	451
	27	456.673
		627
		448
X.	1	147 280.347
		571.574.606
		617 749
	2	281.296.575
	3	285.287.442
		597
	4	285.294 565
		597 604.616
		660.749
	6	284 285
	7	235.249 250
	9	47.394.551
	11	284.516
	12	148.488
	13	85.250 356.
		357.361
	14	137 138. 450
		567
	15	154
	16	596 606
	17	135.136 596.
		604 605 606
	18	139 606.616
	19	157.158.679
	20	138
	21	137.143
	22	138.464.567
	23	145
	25	158.403.545.
		596
	27	136 448.604
		586
	28	596
	31	115.274.376.
		406.426.
		606.627
XI.	2	538.566.619
	3	47.213.541
	4	5.408.605.
		613.626
	5	6.242.527.
		544.722
	7	58.238
	8	397
	9	437
	10	605
	12	557
	15	172.533.736
	18	557
	19	66.332.
		401
	20	139.443.678
	21	571 678
	22	158
	23	155.596
	24	476.533.595.
		596.6 8 626
	25	601.606.618
	26	517 518
	27	235.595.605
	28	430.543. 549
	29	595
	30	285.614
	31	430.432
	32	98.285.517
XII.	1	7.304
	2	155.513
	3	12.378.546
		675
	4	48
	8	30.361.362.
		383.388.537
	9	30
	10	464.546
	11	7.48.109
		327.587
	12	306.353
	13	266 306.580.
		591 599
	15	664
	21	554
	23	241.244
	27	601
	28	528
XIII.	1	384
	2	30.362.370.
		384 521
	3	349.376.383.
		461
	4	190.271
	8	358
	9	272.349
	10	11.352
	11	274.436
	12	11.12.56 268.
		311.434.483.
		520.
		311
	13	11 352.358.
		398
XIV.	1	8 43.117. 495
	3	7.526
	4	477
	5	7.420.516
	14	308
	16	140
	23	617
	25	476.761
	26	478
	27	5.477
	29	548
	30	745
	32	7
	34	6.437.527
	37	477.735
	40	528.544.604.
		557.
XV.		31.501.513
	1	346.493
	2	104. 170.304
	3	762
	9	548
	10	83.378.515.
		532.536
	12	479.514
	13	501
	14	261 732
	15	33
	16	92.528
	20	495.509.733
		517
	21	304.309
	22	328 495. 501.
		514. 518
	23	279.514
	24	57.286.292.
		310
	25	287.311
	26	87.180.480.
		752
	28	311.519
	29	443
	32	305.511
	33	137.152.205.
		263.555.568.
		571

Digitized by Google

LOCORUM SCRIPTURÆ.

CAP.	VER.	PAG.
		571
	36	496
	41	518
	42	310
	43	502.518
	44	55.302.484
		502.614
	47	283.290
	50	55.58.501
	51	426.498.513.
		514
	53	104.503.513
	54	499.500
	56	104.489
	58	489
XVI.	4	246
	15	528
	20	630
	22	186

II. EPIST. AD COR.

CAP.	VER.	PAG.
I.	3	167.534
	15	259
	18	361
	21	30.292
	23	167
	24	346.381.549.
		558
II.	1	308
	4	470.722.772
	5	776
	6	664
	8	556
	9	541
	13	345.550
	15	639.
III.		283
	5	79.319.327.
		339.378.698.
		699
	7	116
	18	21.426
IV.	7	733
	8	533
	10	456
	13	388.394
	16	271
	17	458.497.732
V.	1	32
	4	106.465.481
	6	516
	10	106.340.352.
		373.519.733.
		340
	14	582
	15	733
	16	155
	19	399
	20	275.632.724
	21	294.298.605
VI.	14	28.41.137
		204.376.567
	17	567
	18	49.100
	20	538
VII.	5	449
	9	422
	10	423
	11	431
	21	211
	34	243
VIII.	9	47
	10	628
	13	173.247.664
IX.	6	519.538
	7	407
	12	640.703
X.	3	307
	4	307.662.665.
		743

CAP.	VER.	PAG.
	5	442
	6	520.537
	18	174
	19	679
XI.	2	43.156.470
	8	537
	13	460
	14	40.475
	23	623
	27	539
	31	517
XII.	2	311.513.514
	3	7.32
	4	63
	6	255
	7	28
	8	471.473
	9	85.473
	14	527
	16	255.258
	20	444
	21	31.555
XVIII.	3	31
	5	357
	8	256
	11	557
	13	31

EPIST. AD GALAT.

CAP.	VER.	PAG.
I.	4	181
	6	679
	8	186.547.548.
		549.552.553.
		554.567.623.
		639.677
	10	177.242
	12	293
	13	685.697.
		699
	15	84.312.315.
		327.421.641.
		691.721
	17	178
II.	3	141.402.578
		755
	4	666
	6	542.547
	7	542.563
	10	247
	11	402.548
	12	349
	13	158
	14	19.45.381.
		525.548.562.
		563.755
	19	637
		366.398.399
	20	289.305.370.
		381.390.484.
		620.733
	21	366.377
	28	141
III.	1	159.251.608.
		619
	2	366.381
	3	281
	5	381
	7	381
	8	55.381
	9	381
	10	109.141.366.
		369.371
	11	380
	13	294.299.388
	14	381
	15	366.387.548
		623.642
	16	279.286.291.
		370.385.399
	18	342

CAP.	VER.	PAG.
	19	9.10.35.271.
		369.527
	21	366
	22	176.381
	23	366
	24	92.271.278.
		371.382
	26	382
	27	353.591.597
		613
	28	476.550.608
IV.	1	286.397
	3	280.576
	4	289.291.298.
		355.578
	6	48.50.388.
		690
	7	298
	8	47
	9	589
	10	170
	15	173
	16	173
	17	43
	19	281.535
	21	366
	22	404
	24	404
	28	382
	29	281
V.	1	401.545
	2	141.366
	3	283.366
	4	141
	5	283.382
	6	351.382.398.
		552
	10	679
	11	366
	12	184.186.187.
		679
	13	672
	15	675.679
	17	93.109.117.
		119.269.300.
		334.431.434.
		608.673.
		697.699
	19	93
	20	155
	21	237
	22	388
	24	93.118.2[illegible]
		300.462
	26	190
VI.	1	252.253.550
		552
	2	272
		98
	6	112
	7	760
	8	673
	10	246
	14	451.729
	15	141
	17	729

EPIST. AD EPHES.

CAP.	VER.	PAG.
I.	3	435
	4	84.121.305.
		314.315.316.
		317.318.319.
		320.338.703
	5	317.354.691
	6	316.325.338.
		353
	7	198.433
	9	319.691
	10	106.196.325
	11	63.65.67.321
	12	302
		698
	13	347.370
	14	305
	15	370
	18	688.698
	19	310.689
	20	295.302.514
	21	56.57.731
	22	307.732
	23	776
II.	1	110.272.294.
		366.387.427.
		488.501.514.
		272.427
	2	36.57.89.270
		509.682
	3	97.270.298.
		582.686
		427
		358
	5	319
	6	56.731
	8	110.112.319.
		320.335.340.
		343.344.366.
		377.378.382.
		388.689.696.
		698.776
	9	97.369.696
	10	317.318.319.
		367
	11	578
	12	321.427
	14	583.605
	15	696.777
	18	12
	19	565
III.	3	103.426
	4	474
	6	388.619.777
	9	495
	10	36.496
	12	357.362
	15	173.523
	16	382.776
	17	290.353.776
IV.	3	571
	4	306
	5	313.580.639
	8	512.616
	10	508.509.616
	11	8.133.173.
		528.541.563.
		776
	12	118.306.776
	13	502.776
	14	148.776
	15	541
	16	354.541.
		768.778
	17	270.427
	22	480
	23	427
	24	11.59.91.118.
		352
	25	258
	26	188
	28	455
	30	83
V.	3	88.263
	4	254.263
	5	217
	9	251
	10	448
	11	139.567
	13	306
	14	489
	17	116
	18	234.408.414.
		478

Digitized by Google

INDEX.

CAP.	VER.	PAG.
	20	543
	23	211.749
	25	172.194.240. 397.584.591. 240
	26	309.574
	27	525
	28	354.404
	29	482.561
	30	194. 524.572. 620.675.749
	32	214.426
	39	353
VI.	1	198.200
	5	136.544.675. 680
	6	361
	9	675
	10	587
	12	36.243.399. 462.587.590. 593.608.674. 740.744
	13	348.660.665
	23	320
	26	625

EPIST. AD PHILIP.

CAP.	VER.	PAG.
I.	1	153
	6	109.313.327. 389.485
	8	19
	12	354
	13	485
	15	133.268
	16	8.378
	18	8.133.548
	19	457.733
	21	305.764
	23	32.481.484. 491.511.549
	24	421
	29	320. 335.378. 691
II.	2	273.678
	3	678
	5	273.299.353 367.442.728
	6	118.535
	7	289.301.302. 376.400.459
	8	160
	9	295
	10	47.289.512. 513
	12	112.117.327. 340.347.375
	13	79.80.83.108 271.313.319. 327.335.339. 340.378.395. 688.689.690. 696.698.699 776
	14	436
	15	697
	17	437
	21	461
	22	465
	24	421
	25	175.703
	27	479.764
	29	175
III.	2	283.739
	3	48.552.578
	4	420
	5	353
	6	43.261.369. 685

CAP.	VER.	PAG.
	7	287.341
	8	110.287.341
	9	353.382
	10	271.501
	12	102.776
	13	776
	14	303
	15	274.552
	20	516.739.743
	21	503
IV.	8	83.200.226. 435
	13	464.674
	18	117.537.631. 696.699

EPIST. AD COLOS.

CAP.	VER.	PAG.
I.	6	516.525
	14	431
	15	11.59.298
	16	47.52.56
	18	768
	20	106.523
	21	270.367.387. 505
	22	55
	25	525
	26	426
	28	436
II.	3	441
	5	729
	9	47.474
	11	12.55.504. 575.578.580. 582
	12	501
	13	52.367
	14	730
	15	57.97.512
	16	403.545.558. 561
	17	284
	18	403
	19	354.541.776. 778
	20	403.545
	21	283.504
	22	456.545
	32	404.536. 730
III.	1	303.357.488. 733
	3	355.458.501. 524.534.540
	4	733
	5	118.442.552
	8	302
	9	258
	10	59.91.93. 118
	12	91
	16	251.476.478. 740.744
	21	675.680
	24	153
IV.	1	675
	14	149

I. EPIST. AD THESS.

CAP.	VER.	PAG.
II.	5	177
	9	537
III.	10	437
	15	550
IV.	11	455
	13	437.469.479 485.501.512. 513. 764

CAP.	VER.	PAG.
	15	304.481.513
	16	496.501.519. 393
	17	481.501.514
V.	3	303
	7	237
	17	604
	20	7
	21	7.345.546
	22	243.453.680
	24	361
	27	588

II. EPIST. AD THES.

CAP.	VER.	PAG.
II.	4	570
	8	184
	9	27.29.39.135. 163.614
	10	39.163.739
	11	5.39.69.135
	12	156
	13	313.549
III.	2	604.689.698
	5	109
	10	471 551
	14	552
	15	549

I. EPIST. AD TIM.

CAP.	VER.	PAG.
I.	4	63.525
	5	377.398. 738
	8	281
	9	275.685
	10	394.670
	14	526
	15	251
	19	793
	20	667
II.	1	188
	2	240.534
	4	68.76.401. 616.694.700 697
	5	351.475.749
	6	328.433
	8	474.758
	9	241.242.243. 245
	11	6.527
	12	459
	14	102.527
	15	164
III.	1	235.322.528
	2	38.85.222
	3	652
	4	227
	5	522
	6	133
	13	740
	15	16.35.474
	16	10.12.426. 547.559
IV.	1	403.447.619
	2	612
	4	147.217.297. 401.585.590. 762
	5	593
	7	63
	8	449.450
	10	329
	13	17.19.559 727
	16	358.577
	19	450
V.	3	175.450

CAP.	VER.	PAG.
	4	172
	5	447.488
	8	136.172.267. 369.386.471. 604.658
	13	203.744
	14	213.420
	17	175.527.528
	18	535
	19	536
	22	253.425.528. 417
	23	744
	24	253
VI.	1	567 794
	9	772
	16	11.12
	17	455
	20	781
	25	47

II. EPIST. AD TIM.

CAP.	VER.	PAG.
I.	2	369
	3	269.271.662
	6	117.662.696 699.755
	7	348.691.755
	8	348.415
	9	316.319.320. 367.691.698 320
	12	356.674
II.	2	369.635.738
	3	376.794
	4	328.637
	5	673
	8	291.303
	11	56.457
	12	481
	13	75.505
	14	736
	15	727
	17	486
	18	55.457
	19	313.331.433 699
	20	318
	21	318
	22	63
	25	83.326.335. 697
	26	270.427.686
III.	2	460
	4	667
	8	36
	12	287.456.663 773
	14	781
	15	696
	16	17.437 780
	17	117.162.339. 523.699 688
IV.	2	533.681
	6	457.481
	7	273.341.674
	10	757
	13	19.740
	16	535

EPIST. AD TIT.

CAP.	VER.	PAG.
I.	5	563
	6	528.557.750
	7	235.628
	12	251
	13	304

Digitized by Google

LOCORUM SCRIPTURÆ.

PAC.	VER.	PAG.
	15	401.403.
		404.546 552
		730.762
II.	3	522
	5	203.517.580
III.	3	294.738
	13	47
	16	352 542
IV.	1	522 628
	3	294.759
	4	319
	5	369
		320 327
	7	300
V.	2	727
	4	63
	10	756

EPIST. AD PHILEMONEM.

I.	9	651
	13	758
	17	647

EPIST. AD HEB.

I.	3	56.59.65
	6	47
	9	289.292
	10	47
	14	36.52.57.66.
		161
II	2	275
	11	292
	13	82
	14	353.501.607.
		619.768.794
	16	292
IV.	3	287
	10	170
	12	441
	13	274
	14	350
	15	36.470.730
V.	1	292.475.534
	4	528
	6	576
	7	443.722
	12	355
VI.	1	423
	2	31
	3	82
	4	85.331.369
	5	469.722
	16	166.672
	19	319
	•	419.631.638
VII.		476,8
	3	638
	5	86.103
	9	576
	17	429.631
VIII.	8	280
	13	281.282.575
		367.429.494
IX.		587.631.701
	4	572
	7	287.638
	9	591
	11	475
	13	593
	16	481
	24	287
	27	513
X.		367.429.494
		565.701
	2	565
	4	281
	13	287

CAP.	VER.	PAG.
	14	139
	15	49
	16	27
	29	295.580
	36	423.473
	38	380
XI.	1	342.249.350.
		357.378.386.
		387.490
	2	352
	3	5
	5	793
	6	111.115.376.
		387.389.427.
		471
	7	391
	8	557
	13	414.483.513
	19	50
	21	668
	24	138
	26	394
	32	185.410.412
	33	352.382.386.
		513.661
	34	661
	37	190
	39	513
	40	107
XII.	8	673
	15	339
	17	443
	29	11.616
XIII.	8	280.298.484
	10	633
	14	217.218
	16	247.342.696

EPIST. IACOBI.

I.	1	346
	4	185
	6	633
	13	68.76.85
	17	63.66.316.
		340.541
II.	8	142
	10	142.265.793
	13	340.645.647
	19	35
	20	350.362
	22	352
III.	2	142.265.435
		697.699
IV.	12	76.544
	14	503
	15	76.115
V.	12	167
	16	428 429
	17	107

I. EPIST. PET.

I.	3	500.592
	5	382
	6	85
	7	460
	10	337
	12	105
	13	338
	15	436
	83	591
II.	2	776
	3	565.658
	6	565.605
	9	528 565
	13	634.635
	14	664
	17	739
	18	544.675.679.

CAP.	VER.	PAG.
		680
	20	456
	22	254.284.298.
		461
	23	497
	24	335
II.	3	240.242
	8	32
	15	148
	19	301
	20	391.591
	21	397.591
IV.	3	119
	8	392
	17	456.463
	19	73
V.	1	566.734
	2	558
	3	542.637
		544
	7	288.699
	8	348.445
	12	558

II. EPIST. PET.

I.	1	7
	4	266 296
	10	17
	19	15
	22	15
II.	19	234.686.697
	21	422
III.	7	5 1
	8	484
	11	521
	12	512
	13	500.521 744
	16	20

I. IOAN. EPIST.

I.	8	341.434.549
	9	428 5 1
	10	94.117.142.
		265.267.367
		997.699
	12	348
II.	2	475.591.
		156
	4	272.386
	5	272
	18	493.516
	19	524.569
	20	292
	27	18
III.	1	11.165
	2	284.500
	3	10
	4	13 86.90.
		1.7
	5	383.740
	6	78 273
	8	102
	9	78 355
	14	352.387
	16	246.272.466
		753.756
	20	473.546
IV.	1	558
	2	546
	6	546
	8	353
	9	50
	10	321
	13	48 374
	16	377
	18	346 466
	1	47
V.	1	350.382

CAP.	VER.	PAG.
	3	272
	4	344.361 382
	7	49.573
	8	49
	10	361
	13	382
	16	185
	20	289.604
	21	154
	23	527

II. IOAN. EPIST.

I.	10	269.352.552

EPIST. IVDÆ.

I.	4	78
	5	392 394
	6	37
	9	519
	13	37
	14	149
	15	501
	21	501

APOCAL.

I.	8	47.296.605
	9	510
	10	173
	17	7
II.	6	218
	23	522
III.	20	329.375.698
		332
IV.	2	510
	3	5 1
	5	499
	8	156
	13	437 442
VI.	9	483.512
	10	184
	11	106.483.497
VII.	9	497.498
	14	32
VIII.	3	512
	7	41
X.	5	57 167
	6	521
XI.	3	514
XII.		571
XIII.	8	282. 576.620
XIV.	2	520
	3	272
	4	32.272.505.
		519.520.599.
		600
	13	438
XV.	29	628
XVII.	14	47
XVIII.	4	568
	7	430.433
XIX.	10	289.462.535
	16	47.488
	20	531
XX.	3	522
		499
	4	499
	6	502
	7	604
	12	500
XXI.	1	520.521
	4	310.427.459.
		500
	14	542
	17	427
XXII.	8	135 289.462
	14	500
	18	739

FINIS.

Digitized by Google

LOCORVM COMMVNIVM ET RERVM PRÆCIPVARVM IN HOC D. PETRI MARTYRIS VOLVMINE OCCVRRENtium ALPHABETICVS INDEX Ampliſſimus.

Numerus paginam indicat.

A

ABLVTIO 554
Abrahæ ſinus 510. 511.512
Abrogatio legis 276
Abſolutio 424
Abſtinentia 553
Acoluthi 426
Academici 2
Actio 69.111.114.182
Actiones Dei 70.71
Actiones humanæ 80.91.108.179 183
Adam conſideratus ante lapſum 57.62. 73. in lapſu,& poſt lapſum 86.95.98 99.101.102.104.108.273 323
Adiaphora 141
Adjurationes 589
Admonitiones 67.76.121
Adoptio 351
Adoptio filiorum Dei 331.354
Adoptionis Spiritus 286
Adoratio 134.135.155
Adoratio quæ prohibita 610
Adoratio Chriſti 289. in Euchariſtiæ Sacramento 610
Adraſtia 67
Adverſa vide Afflictiones.
Adulatio & Adulatores 176.254.255
Adulter, Adultera.
Adulterium 98 212.214 215.217.222.223. 224.226.227.228.229.230
Ædificatio ſpiritualis 5.307
Ædium ſacrarum ædificatio 585
Ægritudo 188
Ægrotis num danda Euchariſtia 627
Æmulatio 191
Ætas Patriarcharum 60
Æternitas 314
Æternum 518
Affectiones 13. vide Affectus
Affectus 88.96.122.123.124.125.46
Affectus Adami 90 91
Affectus Chriſti 470
Affectus humani 188 412
Affectus Sanctorum 469.481
Affectus impiorum 116
Afflictiones 184.456.457
Afflictiones piorum 439.458.458.459. 460.786
Agrorum proventus 535
Alea 249
Alcorani deliria 501
Allegoriæ 404.632
Altaria 633
Ambitio 173
Ambulationes ſuperſtitioſæ 791
Amen 362
Amicitia 177.211
Amor Dei 338
Amor noſtri 450
Anabaptiſtæ 86.461.492.528.534.642. 660.779 791.792.793
Analogia Sacramentalis 573.598
Anathema 133.186.187
Angeli 10.28.39.40.47.51.52.54.55.56.57. 105.106
Angeli boni 51.52.53.54.56.57.105.155. 160 405
Angeli mali 31.&c.39.40.41.57.161
Angelus 10.55.462
Anima 16 57.58.88.91.93 96.99.100.103. 104.374.466.485.486.488.494.753
Anima Chriſti 103
Animæ 31.32.58.103.483.510
Animus 93.100
Antichriſtus 498
Apologi 262
Apoſtaſia 119
Apoſtoli 149.156.179.243.475.525.563. 637
Apparitiones mortuorum 33.482
Aquæ luſtrales 593 594
Ara cui erigenda 134
Arbitrium liberum 79.107.ad 125.316. 331.332 684.697
Arbitrio Dei omnia reguntur 108
Arbor bona & mala 115
Arbor vitæ 104
Arca Noachi 160
Arca Dei 3
Arces 466
Aſtrologia judiciaria 115.120
Aſyla 632
Athei & Atheiſmus 3.1.6
Autocidium 180

B

BAptiſmus 57.103.112. 113.159.309. 578.580.599 770.624.&c.
infantium 281.592
Baptiſmi corruptelæ 584.585.586.587
Beati 11.109.508.509
Bellum 659.&c.ad 672
Beneficentia 246
Beneficium 248
Biblia ſacra 23.146
Bona Eccleſiaſtica 537.539
Bona externa 288.454.455
Bonorum & malorum fines 1
Bonum quid ſit 399
Bonum ſummum 1
Bonus V. Deus.

C

CAcozelia 179
Cælibatus 416.417.419.420
Cæli 14.52.508
Cælum 52.507.509.510.522
Cæremoniæ 66.138.141.143.176.276.277 285.594.761
Calumnia vide Contumelia.
Campanæ 586.587
Canones Apoſtolici & Eccleſiaſtici 309. 426.447 551
Cantus Eccl. 478
Captivi 668
Caput Eccleſiæ 540.541.542.543
Carmina 477.478
Carnifices 651
Caro 55.93.269.297.327 406.449
Caro Chriſti 54.294.611
Caſtitas 182.419
Caſtratio 181 419
Caſus 63.330
Catechiſmus 629
Catechumeni 112.629
Cauſa 96.239 340
Cauſæ 36.66.67.121.277
Certamen ſingulare 672
Certitudo ſpei & ſalutis 558.359
Chariſmata 48.340 534
Charitas 180.186.246.266 267.271.349. 351.352.386.400.462.466.759
Charitas Dei 271.294
Cherubim 52.159.160.161
Choreæ 238.239.240
Chriſma 292.593
Chriſtiani 135.292 409.657
CHRISTVS, Deus manifeſtatus in carne, accuratè deſcriptus 47.48.49.287. 288, 289. 290. 291. &c. ad 304. & 475. Vide Deus Dei filius, Deus homo, filius unicus Dei Patris, Ieſus Chriſtus.
Ciborum delectus 402 403.404.406. 447
Circunciſio 273.285.574.575.577.578. 579.583
Claves Eccleſiæ 542.639.734
Clementia.
Cœlibatus. Vide Cælibatus.
Cœna Domini 594.595.&c.ad 623.747 748.750
Cognitio Dei & hominis 11.12.21.46 114.352.778.779
Communicatio cum Chriſto quæ 777
Communio in Cœna Domini 622
Communio ſub utraque ſpecie 622.627
Communio Sanctorum 307
Communitas bonorum 246
Concilia 19.377.378.379.546.547.560. 624.643
Conciones variæ 723.&c.ad 748
Concubinatus & Concubinæ 102.&c.
Concupiſcentia 89.90.91.93.117.119. 263.264.431

Confeſſio

Confeſſio 139 374.428.429.430 452.785
Confirmatio 425
Conjugium 216 416 417.418
Conjugium Eccleſiæ cum Chriſto 353.
Co 09
 ſſicientia 116.401
Conſecrationes 585.586.587
Conſolationes 106.479.481
Conſtantia 411.460
Conſuetudo 44
Continens 313 459
Contingentia 64 67.100
Contritio 427
Contumelia 251 252
Converſio 83.109
Cor hominis 91.123 338.373
Corpus Chriſti 55 290.291.294.504. 600.601 607.608. 612.614. 616.618. 619 627 749
Corpus Chriſti, myſticum 353.354
Corpus humanum 13.62.88.89.96.99. 106.480.605 607.749.768
Corpora Sanctorum 310.489 495.504. 598
Corpora S.Angelorum 52.53
Corpora cacodæmonum 39.40
Corporum cœleſtium motus 17
Corruptio 92.93.95.100
Correctio 172.308.439.462.551.552
Creatio 51.58.103 695
Creatio Angelorum 52.53
Creatio hominis 97
Creatio mundi 51.52
Creaturæ 2 77.105.106.107.520.521
Credentes 350
Credere 111.296.349 393.452.518
Crucis ſignum 156.157
Crucis vis 537
Crucifixi imago 789 791
Crudelitas 189.323
Crux Chriſti 300
Crux Chriſtianorum 456.458
Culpa 70.77
Cultus Dei 48.134.138.139.153 154.155
Cupiditas 107.118.123.124.264
Cura 348 414
Curioſitas 52.148.161.203.440.520

D

DÆmon. V Diabolus & Satan.
Dæmonum conſideratio 31.34.35. ad 42
Dãnationis cauſa in peccatorib. 88.322
Debitores 675.676
Decalogus 132 134.&c.245.&c.ad 269. v. Lex Dei.
Decimæ 638
Decorum in Eccleſia 556
Dedicationes 586
Defectus quivis an peccatum 91
Dei apparitiones 9 10
 attributa 46
 cognitio 2 8 9.11
 conſilia 721
 nominis ſanctificatio 66 præſẽtia 11
Deitas 46

DEVS

Dei actiones 100.101
 adventus 46.387
 apparitiones 8.9.10.80
 attributa 46
 Charitas 294
 Conſilia 721
 Dextera 295 302
 eſſentia 2 11 521
 judicia imperveſtigabilia 90 153
 Imago 91 92 118
 Iuſtitia 90 100 123
 Membra 10.11
 Memoria 149
 Natura incorporea 9.10.11.12
 Nomina 46
 Nominis ſanctificatio 166
 Notitia 2.3.5.11.12.126.311
 Omnipotentia 120.269.296.490
 Patefactiones 150
 Præſentia 7 9 11.12.80
 Providentia 62.63.65.71.113
 Pœnitentia 51.83
 Tentatio 85
 Vnitas in partes diviſa 2
 Voluntas 76.83 84
Deo corpus quis attribuerit 15 membra quo ſenſu tribuuntur ibid. Deo invita dęmones nocere non poſſunt 40 Deo ſoli templa exſtruenda 48 Deo præſentia omnia 51. 34 Deo nihil impoſſibile 120 Deo volente contigit mors Chriſti ibid.
Deum eſſe qui fateantur, ignorent, & 3.4 5.44 Deum odio habere dupliciter oſtenditur 99 Deum imaginibus exprimere nefas 149.150
Deus ex mundi fabrica cognoſcitur 5 cur permittat ut mali etiam vera prædicent ibid. an unquam ſe demonſtrarit 9 In Chriſto factus eſt viſibilis 12 rebus malis bene utitur 23 dæmonibus imperat facienda effecta in cauſis etiam neceſſariis impedit, & inſtituta negotia revocat 37 ſolus ſcrutator cordium ibid. quomodo, cum ubique ſit, venite dicatur 46
Deus cur dicatur ſpiritus 47 eſt creator mundi 48 quomodo ſolus diverſis in locis ſimul eſſe poteſt 48 dicitur facere quę efficit ut faciamus 50 eſt immutabilis, quamvis omnia ſuis temporibus agat 51.63 65.66 non mentitur, etiam ſi nõ eveniant quæ minatur 51 per ſe non eſt cauſa vel autor peccati, ſed cauſa removẽs prohibens 67.70 gratiam ſuam cur removeat Ibid. 46 700
Deus rectè vult quod homines malè 71 quomodo peccata regat, & afferat occaſiones peccandi 72 non cogit voluntatem peccatoris 73 quare nõ tollit peccatum quod odit 75 quatenus & quare tentare dicatur 76 & inducere in tentationem 77 item indurare 78 cur peccata punit 79 apparuit viſibilibus formis 80 quomodo non tantum permittat, ſed etiam velit peccatum 81 quomodo interdum ea probet quę nolit 82 quo ſenſu pœnitere & tentare dicatur 83 eſt omnis præſens 84
Deus quomodo velit omnes homines ſalvos fieri 76 quomodo excæcat, indurat, reprobat 78 non eſt autor pravorum affectuum 88 non eſt redigendus in ordinem 91 cur non ſinit peccatum originis graſſari 93 nõ eſt autor traductionis peccati orig. & hominẽ potius vult eſſe corruptum, quam nihil eſſe 96 quomodo ulciſcitur in nobis Adami peccatum 98 punit in hoc ſeculo, & puniet in futuro multos impios ibid. cur & quomodo perſequatur iniquitates patrum in filios 99
Deus injuſtitiæ nõ eſt accuſandus 100 cur ex malis parentibus bonos filios, & ex bonis malos naſci patiatur 101 an inſpiraverit animam Hevæ 103 non creat animam cum peccato 104 cur in creatione liberum arbitrium contulit homini 108 Deus efficit ut ad illum convertamur 109 cur trãsfert regna 113 hypocritarum opera repudiat 114 multa miſericordiæ opera improbat 115 pręſcit futura 120 quomodo prævidet opera noſtra 121 potenter agens rerum naturas non corrumpit 122
Deus cur falſa miracula per diabolum fieri velit 135 quomodo colendus ibid. nullis fictitiis cultibus delectatur 138 totum hominem, quem condidit vult habere 139 quomodo & quatenus colendus eſt à regibus 143 quomodo Eccleſiarum ædificationi conſuluerit 146 dona ſua quare differat 147
Deus cur unum tantum diem in hebdomada elegerit 170 non exigit indolentiam Stoicam 188 cum toleraverit polygamiam 195 quibus cautionibus in lege conceſſit divortium 215 punit ebrietates graviſſimis pœnis 235
Deus eſt omnibus rebus pręferendus 275 in rebus omnibus agnoſcendus 276 non dedit ceremonias poſt vitulum conflatum 278 quæ mutanda erant ſimpliciter nolunt 280 ſummam felicitatem veteribus patribus propoſuit 281 Deus non deſtituet nos bonis tẽporariis neceſſariis 288 quare tantam charitatem in nos oſtendit 294
Deus non eſt cauſa peccatorum 317 purgat pios, & ipſi ſe purgare dicuntur 319 quibuſdam non adhibet modus quibus ad ſalutem moveri potuiſſent 320 operatur ex voluntate ſua, non ex noſtra 321 non invenit bonum cor in hominibus, ſed facit 323 non invitus punit flagitia 325 quo ſenſu dicitur ſeduxiſſe per pſeudoprophetas, & neminem ſeducere 324
Deus non deſtinat quæ non ſunt habitura ſucceſſum 325 an omnes homines ad ſe trahat 326 quomodo velit omnes homines ſalvos fieri 328 quo ſenſu omnium hominum ſervator dicitur 329 præſcientia ſua nõ mutat naturas cauſarum 333 non mutatur, licet nunc faciat quod antea non faciebat 338 quid efficiat in electis ibid. agit ex miſericordia cum remuneratur opera 341 cur legem tulit quam ſciebat ſervari non poſſe ibid.
Deus bifariam juſtificare dicitur 361 non moritur, nihilo minus hæredes non facit ſuos 363 vult ordinem in externis rebus 372 præparat corda 373 quomodo reddit cuique ſecundum opera ſua ibid. cur promiſſiones eaſdem repetat 386 quo ſenſu venire dicitur 387 quid requirat ab hominibus 397 ſolus religionem conſtituit 405 cur poſt diluvium dederit carnes, & vinum 406 non gaudet ſanguine 411 cur primogenita hominum redimi voluit, non ſacrificari 412
Deus ut prædeſtinat ad finem, ita etiã media dat ad illum 419 cur ſinat ſuos egere 455.456. quid ſpectet in nobis 459 eſt commilito ſuorum in tormentis 462 cur ſuos gravius quàm alienos, & per impios puniat 463
Deus quomodo ſit in cœlis 506 cur aliquos non omnes puniat 517 habet rationem cauſę, non hominum 518 quomodo agat in Eccleſię ſuę ædific. 535 cum bonis regibus regnat & imperat 541

quomodo cooperetur Eccleſiæ judicio 553
non in omnibus eſt imitandus 554 vult ut ſecedamus ab infidelium cœtu 567 pios Principes exaltavit 643 eſt regnorum diſtributor 671
Deus animis ut inſtrumentis utitur 686 ex rebus creatis cognoſci non poteſt ad ſalutem 695 facit ut accipiamus quod nobis offert ibid. non eſt cauſa peccati 700 quomodo mala conſilia infatuat 721 non mutatur ibid. an ſuo decreto Sauli neceſſitatem malè agendi impoſuerit 722 inſtrumentis infirmis utitur 737 ex S. Scripturis cognoſcitur 779 variis afflictionibus pios exercet 786
Diabolus & diaboli 7.28 31.32.34 41.72. 87.102.589
vide Satan, Dæmon, & Dæmones.
Diaconi & eorum munus 5 7
Dialectica 19.127
Dies 170.484.518
Dilectio 266.320.434
Diræ 103.183.184
Diſceſſio à conjugio 211.212.&c.
Diſciplina civilis 131.179.186.372
Diſciplina Eccl. 372.551.552.760
Diſcipuli Prophetarum 527
Diſparata 606
Diſpenſationes 209.406
Diſſidia 5 5
Divinationes 15.26
Dives 484
Divitiæ 454
Divortia 205 206.211.212
Doctrina nova & vetus 4.45.132.578
Doctores 5.8
Dogmata 18 793
Dolor 427
Doloſè jurare 168
Dolus 254.255 &c.
Dominium 73
Dominus 289 292.297
Dona 340 347
Donationes 211
Dormientes Sancti 485
Dotes conjugales 191.210.211
Duellum 672.673

E

EBrietas 234
Eccleſia, veritatis columna & fundamentum 17 quam authoritatem circa libros ſacros habeat 18 Eccleſia Græca 140 Chriſto diſpar conjux 294 unde ſic dicta, corpus eſt myſticum 306 an & quatenus inviſibilis, & cur Catholica dicatur ibid. perſtat, & quomodo ædificatur 307 quale caput habeat, tum in cœlo, tum in terra ibid. quibus conſervetur legibus 308
Eccleſia eſt corpus Chriſti myſticum 353 Leges utrum condere poſſit 405 non dominatur fidei 345 Eccleſia Romana non eſt Catholica 518 Eccleſia an poſſit errare 560 quatenus audienda ſit ibid. quæ ſit aſpectabilis Eccleſia 570 quibus in locis fuerit, ante reformationem 569 quale corpus ſit ibid. quomodo audienda 561 quo ſenſu ſit fundamentum veritatis, & quibus notis dignoſcatur ibid. Eccleſia ſub Papatu oppreſſa 562 an Eccleſia diu jacuerit in errore 615 de Papa judicat Eccleſia 639
Eccleſiæ autoritas & conſenſus 18 templa à quo primùm picta 158 radix, vinculum, etymon, Spiritus 306 caput communio 307 Eccleſiæ ædificandæ ratio 507 Leges 308.406 claues 309.375.639 Eccleſiæ definitio, notæ 524 miniſteria varia 525 politia 528 de nondum conſtituta aliud, de plantata aliud judicium 529 Papa ſit Eccleſiæ caput 542 Eccleſiæ officium ſub impio magiſtratu ibid.
Eccleſię judicium, ſocietas, gubernatio 553 poteſtas ſeu autoritas 559.560. 561 Eccleſiæ Rom. poteſtas quid effecerit 562 Eccleſiæ notæ 561 fundamentum 565 Eccleſiæ pontificiæ & Chriſtianæ natæ 571 Eccleſiæ baptiſmus 583 584 Eccleſiæ conſenſus an ſit expectandus in reformanda religione 641 Eccleſiæ reliquię 757
Eccleſiarum libertas, periculum, viſitatio 528.540.785.787
Eccleſiaſticorum immunitates, prædia, pręmia, ſtipendia 538.539.540.790
Effecta rerum 67
Electa ad ſalutem 67.84.312.321.322
Vide Prædeſtinatio.
Electiones Eccleſiaſticæ 24.25.530
Eleemoſynæ 170.171.374
Elias v. Anathema & Raptus.
Eloquentia 536
Epiſcopi 525.560
Epiſcopus 636.654.750
Epiſtolæ ad varios 750.751.&c.
Errores 440.443.779.793 129
Eruditi & eruditorium 129 429
Eſſentia 74 Eſſentia perſonis tribus communis 296
Eſſentialis juſtitiæ figmentum 780
Ethice 126.127.128.129.130.131
Ethnici 4.15.91.94.95.113.125.452.629. 735
Evangelium 21.269.346.372.451.525.536 547.682.779
Euchariſtia 546.555.610.613.614.745
Excæcare quid ſit 77 80
Excommunicati 132.136.346.553.554. 556
Excommunicatio 309.524.552.553.554. 555
Execrationes 167.185
Exempla 22.23.137.179.555
Exercitui utrum via publica denegari poſſit 670
Exilium 654.655 656.657
Exorciſmi 41.94.588 589
Exorciſtæ 588 589
Expiationes 421
Exploratores 655
Exſufflatio 388
Ezechielis & Ieremiæ conſenſus 164

F

FAbulæ 262.763.563
Facere Deus dicitur quum efficit ut faciamus 50 facere & creare quid differũt 52 facere pro ſacrificare 702
Facies 11
Factus prophetare 6
Facultates animi 92
Familiæ conſervatio 72
Fatum 122.304
Felicitas 110.280.328
Feræ cur conditæ 59
Feſti dies 170 762
Fictio 26 384
Fides 11.19 25.27.29.30.31.42 110.112. 112 119 262.280.281.282.295 305. 308. 342 343 344.&c. uſque ad 360.& inde, nempe à 361 ad 371.381 383.384. 385. ad 349.425 469. 540.574
Fidei articuli 7 genus 29 fructus præcipuus 30 victoria 301 natura & ingenium 343 defectus ibid. finis 344 authoritas 345 definitio 349 350 remedium adu. infirmitatem fidei ibid. adu. fidei impuritatem 351 fidei forma 352 efficacia 352 modus ibid. apprehenſio 353 par eſt certitudo fidei ac ſpei 356 diſcrimen fidei ac ſpei 358 ad certitudinem fidei opera nonnihil faciunt 358 de juſtificatione fidei 360 fidei definitio 361 unde ſit vita fidei 385 diſcrimen fidei efficacis & hiſtoricæ 389 fidei obuium præcipuum 390 ſimulachrum 350
quæ ad fidem potentia ſit in natura 110 extra fidem nihil boni 113 miſericordia proxime impenſa citra fidem improbatur 115 Spiritus Sanctus in nobis pręcedit, comitatur & ſequitur fidem 277 ad ſuam fidem confirmandam ſancti interdum miracula petebant 345 fidem eſſe de remiſſione peccatorum probatur 392
Fide veritas apprehenſa cur fortior 4 qua fide proditi ſunt mali homines per quos Deus miracula facit 29 abſque fide veſtire nudum peccatum eſt 15 fide ſua quiſque juſtificatur 140 abſque fide lex non poteſt obſervari 277 Non juſtificamur fide, quatenus eſt opus 344 ex fide quomodo ſpes & charitas gignuntur 351 cum fide Chriſti non ſtat ejus negatio ibid. à fide analyſis ad objectum 381 num à fide ſeparari poſſit iuſtificatio 383
Fide ſola cur juſtificari dicamur 370 nulla fide placemus Deo, niſi quæ ſit in Chriſtum ibid. fide vera caret diabolus 386 fide in Chriſtum Noe eſt juſtificatus 391 fide in Chriſtum Patres omnes juſtificati, ſicut nos 394 fide Chriſtus percipitur 748 Chriſtum totum in Cœna percipimus, ſed fide 779 apprehenſio corporis Chriſti fide ſit non ore 784 fide Chriſtus percipitur 804
Fides non prodenda 764 an hoſtibus ſervanda ſit 238 an proditori frangenda 372 non hæreticis ſervanda 363 fideles multis lapſibus obnoxii 346 variè afficiuntur fideles & infideles erga ſacramenta 572 fiducia ſumma conjuncta eſt veræ fidei 572
Filius Dei, is eſt, qui patribus apparuit 10 155 in ejus perſona quinque animadvertuntur 297
Filii Dei qui 61 renatorum cur corrupti naſcuntur 101 ſanctorum non omnes ad Prędeſtinationem pertinent 97 bonis ex malis parentibus naſcuntur, & contrà 101 parentum partes 163 quatenus ferunt patrum iniquitatem 97
vulgo quæſiti qui 231
Filiis communicari proximorum parentum peccata 191
quatenus iis benefecerit Deus propter parentes ibid.
quid iis proſint aut obſint parentes 151
Filiorum pœnę parentibus proſunt 164 morte eorum patrum temeritas punitur 422
Fimbrię Hebręorũ quid ſibi vellẽt 138
Fines bonorum quales habuerint Ethnici, Luſtrati, pii 1
Ethnicorum exigui & tenues 458
ex Fiſco dotes 211
Flatus Dei, quid 57

Fletus

Fletus quis probandus 443
Florentina Synodus 10
Flumina paradiſi 60
Fœdus quid ſit 280 eius varia nomina 281 diſtinctio 280 novum & vetus idem 287 utrumque eadem res & ſubſtantia 280. & ſeq.
Dei ad poſteros pertinet ibid.
cum Abrahamo ſancitum ad nos pertinet 583 ad infantes 581 non transfunditur per carnem 583 eius ſumma ibid. cum impiis utrum habere liceat 665
Fœminas circumcidunt Ægyptii 579
fons in Epiro mirandus 38
Fontium conſecratio 588
Fortitudinis natura, cauſa, & effecta 463
Fortuna quid 63 quò referatur 333
Fortuita Dei providentiæ inſerviunt 21
Franciſci Spieræ exemplum 324
Fratres in Scripturis qui appellati 103
Frigiditas divortii cauſa 212
Fuci etymon & finis 240 cauſa efficiens, materia, forma 241
de eo Patrum ſententia: & qui eo uſi fuerint ibid.
Fucatæ mulieres 6
Fuga 464. 467 eſt confeſſionis ſpecies 754 Davidis utrùm probanda 467 piorum & Apoſtolorum 755 eius defenſio 751 in eam objectiones 755 cur multi damnarint 759 eius incommoda 466 cur eam Apoſtoli non præceperint ibid.
Fugere miniſtris quatenus liceat 534
Functionum in Eccleſia duplex genus 529
Furtum quid 245 quomodo à raptu differat 201 de eius ultione Davidis ſententia 245
Furem quatenus occidere liceat 246
Furor Propheticus 6
Futura prædicit diabolus 33
quomodo norint dæmones 36
eorum cognitio ibid. ſcientia 26

G

Gaudium quid ſit 231
Gaudere de malo alieno an liceat 185
Gaudere ſanctos de impiorum exitu 187
Gaudere & dolere an ſimul poſſimus 416
Gaulonitæ qui 490
Gehinon 511
de Gemmis 243
Genealogiæ Chriſti ratio 60
Generari & procedere, quid differāt 50
Generatio piorum quę 101 patrum tarda 62 tertia, aut quarta ultioni præſcripta 99
Genethliaci 122
Genevenſis Eccleſiæ cum Helveticis conſenſus 767
Γνῶσις & ἐπίγνωσις quid differant 674
Gentes à Deo proſcriptæ 669
Gentium miniſtri extraordinarii 525
Geſtus in precibus 474
de Gigantibus 61. & ſeq.
Gladii duo Papæ 635 duos non habuit Apoſtolica Eccleſia 638
Gloria quid 173 Dei in quo ſita 344
Chriſti felicitatem complectitur 459
Gloriatio piorum 459
Gnoſticorum idololatria 149
Gradus in coniugio prohibiti 206
à Iudæis adhibiti 207
Græca Eccleſia 140
Græcorum cum Latinis de Spiritu Sancto contentio 10
Gratia Dei 335. 337. 340 definitio ibid. bifariam accipitur ibid. quid Pelagio 126 quæ agnoſcenda 305 à natura differt 327 de ea Scholaſticorum figmentum 338 operans & cooperans ibid. ejus adverſarii pontificii 113 merita excludit 390 operum fiduciam evertit 396 non omnibus ex æquo proponitur 326 gradus diverſi 395 effectuum ordo 338 abſque ea ſervi ſumus 108 qui operetur in juſtificatione 376 extra eam & extra fidem eſſe æquipollent 111 per parentes in filios non derivatur 101 externis ritibus non alligata 337 in baptiſmo augetur 113 non conferunt Sacramenta 577 non alligata Sacramentis 369
Gentioſum eſſe quid 337
Gratiæ Chriſti & Adami collatio 108
Gregorii Rom. Pontif. vita 614
lapſus 145

H

Haberi & tradi deſideriis differunt 82
Habitare cum infidelibus utrùm liceat 135
Hęreditas quid 355 piorum 395 gratuita 355
Hæreſeos definitio 146 cauſæ ibid.
Hęreſes varię de Chriſto 188. 190 cauſę dogmatum diligenter tractandorum 313
Scripturis convellendę 21
Hęretici qui vetus Teſtamentum reprehenderunt 163 multi honeſtè vixerunt 146
de Hæreticis cogendis Auguſtini ſententia 144
utrum iis fides ſervanda.
Hebręorum nobilitas 674 principes quales 400 eorum codices non eſſe vitiatos 23 cum iis in quibus ſcandalum ibid.
Hebraicę phraſes 49 voces in Eccleſia ſervatę 618
Helveticarum Eccleſiarum cum Genevenſi conſenſus 767
Henochi liber 61 raptus 513
Hieronis conſilium 238
Hieronymi & Ruffini contentio 51
cum Auguſtino contentio 259
ſcripta adulterina 619
Hieroſolymitanę Eccleſię dignitas 559
Hilaritas 235
Hiſtorię de animalibus diſcrimen 21
antiquitas, leges, utilitas 22
Hoc, pronomen, in Cœna Domini quid demonſtrat 598
Hodie & heri Chriſtus 484
vox ejus quid ſignificet 483
Hominis voce comprehenduntur omnia rerum genera 105 creatio 56 cum Angelis comparatio 155 notitia 59 officium ibid. laudis cupiditas 174 imperium in animantia 107 familia creaturę omnes ibid. lapſus 73 averſio à Deo 83 partium corruptio 91 inter ejus & bruti mortem quid interſit 488 non poteſt non peccare 108 actionum ſuarum non eſt dominus 170 corrumpi poteſt ſine libera voluntate 95 ſine diaboli ſuggeſtione peccare potuit 72 herbæ ſimilis 506
Homo maximè Deum refert 2 quem ad finem creatus 176 integrâ ab initio naturâ 115 Dei providentia regitur 66 111 verbo conditus, ſic verbo regenitus 737
Hominum voluntate Deus utitur 107 diſtinctio 130 genus duplex 105 greges duo 27 ſtatus varii 124
Homines omnes ſalvos vult Deus 36
de Homicidio 177
in ea voluntas punitur 16
Honeſta ſunt neceſſaria 226
Honeſti diſtinctio 195
Honor 173. & ſeq.
Hora extrema quæ 516
Horæ ſingulę morti obnoxię 105
Hoſpitalitas 248
Hoſtes 155 in eos an dolo uti liceat ibid.
Hoſtia incruenta 652
Humanitas Chriſti nõn ubique 248
Hymenęi & Phileti error 486
Hymni qui admittendi, qui rejiciendi 478 Annæ & Marię ſimiles 476
Hyperbolę 255
Hypotheticę propoſitiones non probant liberum arbitrium 319

I

Iacobus utrum fuerit Epiſcopus 563
Epiſcopus univerſalis à Clemente vocatus 548
Iacobi lucta & ſchala 462
Ianuis clauſis quomodo Chriſtus apparuit 54
Idiomatum communicatio 190
Idololatrarum argumenta 150 excuſationes ibid. in eos Claudii Epiſcopi dictum 156
Idololatria duplex 139 omnibus ſeculis oppugnata 156 ejus etymon 134. 141 vanitas 35 prohibitio relaxari non poteſt 453 ejus & adulterii comparatio 213
Idololatriam magiſtratus ulciſci debet 143 ad eam pertinent invocationes mortuorum 134
Idola Labani 156 num fidem adjuvent 159 priſcis nulla fuerunt 158 à piis regibus everſa 156 ea demoliri quorum ſit 159
Idolum quid 134
Papiſticum Papa ibid.
Idolis vim divinam tribui 155 offenſi Turcę & Iudæi 159 de iis demoliendis lex 245 in iis diabolus loquitur 161
Iehovę 46 334 de ejus voce Iudaica ſuperſtitio 46
Iejunia 404. 444

IESVS CHRISTVS.

Nomen ejus nodus eſt, quo omnes articuli fidei continentur pag. 7 ejus Deitas 9 in carne apparuit & patres alloquutus eſt 10 in Chriſto Deus factus eſt viſibilis 11 Chriſti ſpiritum an omnes habeant 18 ejus Deitas probatur 47 quomodo corpus ejus januis clauſis intraverit 55 Deus & homo ibid. ejus juſtitia quomodo nobis proponitur 87 ſanctificatio 94 beneficium 95 quomodo Redemptor 98 In Chriſto tantùm, mors fuit abſque peccato 103 ejus anima non videtur ex beata Virgine traducta ibid. quę ſors in ea locum habere potuerit ibid.
Ieſus Chriſtus plus nobis reſtituit quàm Adamus abſtulit 104
extra fidem in Chriſtum nulla ſalus 111
Chriſtus adjunctus Legi eam dulcem reddit 126

Corpus & ſanguis ejus quomodo offeratur Deo in Cœna 139 ejus imago 152 Chriſti crucis ſigno quando abuti cœptum 155 Angeli nomine Patriarchis interdum apparuit ibid. crucis Chriſti ſignum 156.157.159 Chriſti de divortiis ſententia 211.212.213.215
Ieſus quomodo creverit ſapientia & & gratia erga Deum 273 quo ſenſu poſtulet, ut perfecti ſimus ſicut Pater cœleſtis? 274
Cur finis legis 278 Mediator perpetuus Eccleſiæ 279 ſanguinis Chriſti efficacia 281 quomodo veteres carnē ejus comederint, ipſo nondum incarnato 282 quo ſenſu negaverit Mā fuiſſe de cœlo 283 concio ipſius D. Ioan. ſcripto ibid. doctrina prophetica de Chriſto 287.288 Evangelica item & Apoſtolica 289 quomodo quoad corpus dici poſſit è cœlo 290 natura humana Chriſt 291 junctio & regnum ejuſdem 292 mors & reſurrectio 293.294.295
Ieſu Chriſti perſona. Dominium 297 conceptio, nativitas 298 paſſiones 299 exempla & ſtigmata 300 ſepultura, deſcenſus ad inferos, reſurrectio 301.302.303 ſublimitas & gloria ibi. adventus ad judicium 303 doctrinam de prædeſtinatione Chriſtus inculcat 313 Chriſti hora 315 Chriſtus eſt primum prædeſtinationis effectum 325 quomodo Chriſtus mortem timuerit 347 piorum unio cum Ieſu Chriſto 353 qui ſint in eo ibid. corpus ejus 354
Ieſu Chriſti fratres 355 an Chriſtus adhuc ſpem habeat 358 cur in extremo judicio commemorabit externa opera 373 alieni à Chriſto miſerrimi 382 Chriſtus fidei noſtræ præcipuum objectum 390 quam pacem non venit mittere 399 quomodo nos liberaverit à malo ibid. ejus ſatisfactio & noſtra quid differant 430 quomodo Patri ſatisfecerit 431 ei propriè ſatisfactio tribuitur 432 ejus crux 456 457 ejuſdem affectus 470 Chriſti pontificis duo miniſteria 475 quomodo intercedit pro nobis 476
Conformitas Chriſtianorum cum Ieſu Chriſto qualis 483 quo ſenſu heri, hodie, & in ſeculum Ieſu Chriſtus eſſe dicatur 484 deſcenſus ejus ad inferos 494 corpus ejus in loco poſt reſurrectionem 504 aſcenſus ejus in cœlum & deſcenſus de cœlo 513 quo ſenſu dicatur ignorare diem judicii 516 ejus beneficium an infirmius noxa Adami 518 ſolus Chriſtus & caput Eccleſiæ 541 falſas interpretationes rejicit 561 quo ſenſu audire nos jubeat Eccleſiam ibid. Sacramenta ſunt, ut inſtituit Chriſtus, adminiſtranda 574
Ieſu Chriſti mors fuit efficax, priuſquā perſolveretur 575 Ipſe eſt exercitatarum caput 589 Ipſe, non baptiſmus, aufert peccata 561 an & quomodo guſtaverit & manducaverit ſeipſum 599 quale corpus habuerit in Cœna 600 quomodo ſit adoranda caro Chriſti 610 corpus ejus non comeditur ab impiis 612.615 quomodo Chriſtus nobis adeſt 614 an corpus ejus ſit ubique 616 mors Chriſti cur tantopere Deo placuerit 631 ejus ſacerdotium 638 iuſtam vindictam non damnat 603 ejus conſilium in parabola zizaniorum 665
Ieſus Chriſtus primus & præcipuus prædeſtinationis effectus 700 ejus deitas & maieſtas 728 humanitas, opprobrium 629 reſurrectio 732 apparitiones 733 ejus humanitas non eſt ubique 748 quomodo corpus ejus nobis communicatur 749 de præſentia corporis Chriſti in Cœna cōfeſſio 750 cur timuit mortem 752 eius præceptum de fuga 754 quæ noſtra cōmunio ſit cum Ieſu Chriſto 768 ejuſdem communionis incrementa 776 num huic communioni obſtet fidei imbecillitas 777
Ieſum Chriſtum totum quomodo in Cœna percipiamus 779 Chriſtus quoad naturam divinam non eſt paſſus 751 eſt mediator quoad utranque naturam ibid. eſt filius Dei & filius hominis ibid. veſtes & imago Crucifixi 789.791 de Ieſu Chriſto Anabaptiſtarum errores 791.792.793.794
Ignorantia quævis non eſt peccatum 273 Chriſtianorum vituperanda 135 naturæ hominis depravatæ non convenit 92
Imago 156 eius definitio 148
Imago Dei 58.91 118
Imagines Angelorum 148 Alexandri Severi 159 virtutum 152 Apoſtolorum 148 rerum creatarum ferendæ 152 papiſticæ quales 155 obſcœnæ 152 quomodo in templa irrepſerunt 158 non habuit primitiva Eccleſia ibid. Romæ affabrè factæ 155
Immunitas Eccleſ. 340.640
Immutatio rerum omnium 520
Impii Deum fateri coguntur 3 non ſunt membra Chriſti 524 non ſumunt corpus Chriſti 601 nec manducant eius carnem 619 de futura gloria non ſolliciti 105
Impoſitio manuum 530
Imprecationes 101.169 183
Impuberum conſenſus in ſponſalibus 199
Inceſtus 107
Incontinens quis 4
Incorporea eſt Dei natura 11
Indifferentia 409
utrum à Deo petere liceat 473
Indignatio 188
Indulgentiæ 438
Infantes cur baptizentur 100 utrum fidem habeant 583 utrum Spiritus Sancti participes 581 à diabolo vexati 94 ſub vetere Teſtamento gratia Chriſti ſervati 99 quatenus dici poſſunt innocentes 94 peccato non carere 102 Chriſtianorum ſine baptiſmo non tamen perire 592 antequam naſcantur ad fœdus pertinere 581 eorum ſanctitas ibid. iis olim Euchariſtia tradebatur 546
Inferi 510.511 512
Chriſti ad eos deſcenſus 301
Infirmi 402.& 469
Infirmitas humana 469
Ingratitudo 249
de Inimicis bene loquendum 185
eos odiſſe non licet 187
eorum deſtructio 785
Iniuriæ condonandæ 188.374
Inſectationes 185
Inſidiis uti utrum liceat 661
Inſomnium uxoris Pilati 37
Inſomnia 13.& ſeq.
Inſtrumenta Dei varia 1
Intellectus humani diviſio 117
Intelligentia 64
Intentio bona vel mala 42
Interceſſio Chriſti 475
Spiritus Sancti ibid.
Sanctorum damnatur 476
Interpretatio Scripturæ utrum ſit penes Eccleſiam 560
Interpretes verbi Prophetæ 5
Invidia quid 190 ejus & invidentiæ diſcrimen ibid.
Invocatio divorum prohibita 156
mortuorum idololatrica 134
Ioannis Papæ error 511
Ioannes Baptiſt. Elias 519 eius & Moſis collatio, eius & Eliæ imitatio ſtulta 6
Iojadæ factum 680.
Ionadabi liberis præcepta 413
Ioſephi exemplum in Mariam conjugem 230
Ioviani hæreſis 447
Ira Dei 51
Ironiæ 254
Iſaiæ mors 12
Iudæi neoterici 145
de Iudæo quodam hiſtoria 116
Iudaici populi tres ordines 287
Iudex an reum damnare poſſit eius criminis cui ipſe eſt obnoxius 647
peccatò obnoxius aliis parcere non debet 230
Iudicare quatenus prohibeamur 647
Iudicia Dei 90
eorum varia genera 253
Iudicium præcedit notitia 129
humanum 253 extremum 516
Iulianus apoſtata 641 magiæ deditus 38 eius factum 452
Iuramentum 167 eius definitio 166
reſcindendum quando 256
Iuramenta per creaturas 166.& ſeq.
Iurare Chriſtiano licet 167
Ius quid & unde 643 hoſpitale 248
quomodo probari debeat 672
divinum firmius humano 372
Ius Dei 99
Iuſiurandum 166 periurii ſuſpecto utrum deferendum 168 eius genera ibid.
diſtinctio 256
Iuſtificandi verbum 360 vim habet fides imperfecta 112
Iuſtificare Deus bifariam dicitur 361
Iuſtificatio ex fide 353
à fide non ſeparatur 383
eius dogma pietatis caput 363
quomodo nobis conſtat 369
ex reſurrectione pendet 303
non à iuſtitia inhærente pendet 380
de ea Synodi Tridentinæ errores 379 ſemper gratuita 418
in eam objectiones variæ 382. & ſeq.
Iuſtificati peccatores ſunt 115
Iuſtificatus de iuſtificatione non dubitat 380
Iuſtitia Dei 334.335
duplex 352
imputata 353
noſtra in Deo poſita 115
Dei non accuſanda 109
nuſquam dicitur merces 317
Iuventutis vitia 119

K

Kavod 493
Kenæi qui 413
Kimhi ſententia de reſurrectione 496
Κιννύριγες unde dicta 415
Κίδαξ & Κορδακισμὸς genus ſaltationis laſcivæ 138

Laban

L

LAban coluit Teraphim 161
Lac & mel baptizatis tradebantur 546
Lacrymę 443
Laconica curia 159
Lætitia quid 122 martyrum in tormentis 470
Laica communio quid 617
Lamiæ 40.41
Lapitharum & Centaurorum convivium 236
Lapones in Norvegia 41
Latimeri dictum 238
Λατρείας & δουλείας diſtinctio 153
Latrones 256
Laudis appetitio 194
de Lazaro & divite narratio utrum parabola 484
Lectio Scripturarum omnibus neceſſaria 21
Legalibus ſacris Iudæorum an communicare liceat 142
de Lenocinio leges 219
Leges Eccleſiaſticæ 405.544.308
Lex quid 125 finis & ſcopus 278
naturæ iuſtitiam originis requirit 92
manet in non regenitis ibid.
ſed obfuſcata 207 naturam Dei exprimit, Dei & noſtri notitiam tradit 125 eſt ſpiritualis 270 voluntarium obſequium requirit 125
eſt regula conſcientiæ 116
ſummum eſt Dei beneficium 276
ejus utilitas maxima 92
juſto non eſt poſita 276
quatenus ad Chriſtum adducat 125
impleri non poteſt 278
cur data quæ impleri non poſſit 272
ſine fide impleri non poteſt 277
ſine ſpiritu eſt mortua 285
Liberi Chriſtianorum utrum omnes ad fœdus pertineant 592
Liberorum procreationis cauſa 491
educatio mala pernicioſa 531
Liberum Arbitrium 107 oppoſitum coactioni non neceſſitati 109
Libertas 110 in cœlo quæ ſit futura 116
vera quæ 200 in ſpiritualibus quæ 697 quæ ſuperſit non regeneratis 108 regeneratorum quæ 79
piorum imperfecta & gratiæ Dei tribuenda 116 Chriſtiano ſervanda ibid. ciborum unde 406
Libertinorum error 486
Libido prodigioſa Saffiæ 208
Ligare & ſolvere quid 734
Linguæ peregrinę abuſus 476
Linguis multos repentè locutos 14
Litigare Chriſtiano utrum liceat 637
Lites 637
Lothi ebrietas 235
Lotio pedum 626
de Luca figmentum 149
Lucta piorum 462
de Luctu mortuorum 479
Ludibria Chriſti 300
Ludi 249 tollendi quibus vita hominum periclitatur 673
Lutheri & Zuinglii ſententia de cœna Domini vide Zuinglius

M

MAchabæorum libri 440
Magia idololatria Tertulliano 32 damnata 201
Magię Moſes inſimulatus 32
in Magos pœnę 3
Magiſtratus definitio, finis, forma 534. 633.657 eſt à Deo 633 piis gerere licet 637 officium 643
poteſtas qualis 644.648 723
Magiſtratuum & miniſtrorum munera conjuncta 534
Magiſtratus mali ferendi 633
Magnanimitas Chriſtianorum quæ 18
Mahumetis doctrina cur citò propagata 516
Malum quid 70 non eſt quivis defectus 91 an ſit quid eſſentiale 94
eſſentiale Manichæi conſtituerunt ibid. non eſt opus Dei 89
cur Deus relinquat 94 à natura hominis ſeparari poteſt ibid.
Mali fontem Ethnici non viderunt 90
à Mali ſpecie cavendum 453
à Malis miracula fiunt 34
Mala temporaria non ſemper ſunt pœnæ 94
Man quid ſignificet 283 quid ſit Arabibus ibid. Hebræorum quid differat ab eo quod medici deſcribunt, ejus proprietates, uſus ibid.
Manducatio Chriſti 283
Manichæorum juramentum 168
Manichæi & Papiſtæ collatio 111 cum Catholico collatio 404 eorum juramentum 168
Manuum impoſitionis inſtitutum 532
de Mariæ regno in Anglia judicium 765
Matpalrhius 767
Matranorum hæreſis 146
Martyres 461 eorum lętitia in tormentis 469 mors accepta Deo 162
P. Martyris à Papatu ſeceſſio 450
ad docendum vocatio ibid.
in Theologia progreſſus 744
Genevam 769. ex Anglia reditus 765
Martyrium 461
Materia Sacramenti non poteſt abjici 601 virtutum & vitiorum eadem 43
Mathematici qui 6
Matrimonium 191 non eſt Sacramentum 214 inire abſque conſenſu parentum non licet 198 partium cohabitationem requirit 215 an tabulas neceſſario requirat 191 abſque dote coire poteſt 211 miniſtrorum Eccleſiæ legitimum 416 an ob viri impotentiam reſcindendum 216 ejus juſtum tempus 191 conſecrandi ritus 205 impedimenta 216 gradus prohibitus 206 diſſolvendi cauſę 212
Matrimonia clandeſtina 206 in cultu diſpari 208 Papiſtarum cum Evangelicis 205 non niſi magiſtratus authoritate reſcindenda 212
Maximilla & Priſca vitam ſuſpendio finierunt 2
Mediator Chriſtus non eſt niſi homo 794 quoad utramque naturam 781
Mediatorem non agnoſcunt Anabaptiſtę 792
Mel & lac baptizatis antiquitus dabantur 546
Melanchthonis ſententia de polygamia 195 de Chriſti humana natura 785 pro Helveticis Eccleſiis intereeſſio 785
de Melchiſedeci ſacrificio 632
Mendacium 258 tria ad id concurrunt 258 non eſt quęvis fictio 53 eſt ſignorum abuſus 258 ſemper conjunctum cum animo fallendi 40 ejus diſtinctio 258 officioſum 257
modeſtiæ cauſa 261 obſtetricum Ægyptiarum 259
Mendici 247
Meritum 389 congrui & condigni 371
Meretrices non ferendę 219 ex iis quęſtum facit Papa 219
Meretricum Romanarum luxus 219
Metus quid 122
Millenariorum error 522
Militia mercenaria 663
Miniſtri Eccleſię Angeli dicuntur 161
eorum vocatio à Deo 49 munus 531
verorum notę 532 dignitas non alligata cathedris 543 non dicuntur ſacerdotes 626 eorum ſacrificia quę 531 preces quę 532 malę preces quomodo audiantur 627
Miniſterii Eccleſiaſtici contemptus & dignitas 531 efficacia 534 potens ſimplicitas 537 pręſtantia & utilitas 723 ejus corruptio in Papatu 532
de iis quęſtiones 536
Miraculorum generalis deſcriptio 26
definitio & cauſę ibid. diſtinctiones varię 27 fides iis confirmatur 26.28 eorum cum Sacramentis collatio 29 utrum fides ea præcedat 28
incredulis data 29 quatenus petere liceat 30 Chriſtus cur evulgari vetuerit 29 apud Ethnicos celebrata 26 Satanæ adſcripta 134
Miſericordia 188 eſt utilis affectus 188
inter eam & nemeſim diſcrimen ibi.
etiam in iis impendenda qui meritas pœnas luunt ibid. circa fidem infidelis tis Deo improbata ibid. præpoſtera 189 inepta 190
Miſſæ vocabulum 628 partes 628.629
eſt profeſſio Papatus 143 cum Cœna Domini collatio 139
de Monachis 527 Apoſtolorum tempore nulli erant 630 eorum commentitia vota 409 cum Rechabitis collatio 414
Monarcha qui imperare neſcit utrum ferendus 542
Monarchię quibus rationibus creſcant 682
Monopolia 674.676
Monothelitæ imperatores 157
Montani deliria 58
Montaniſtæ qui 23.31 jejuniorum inſtitutores 404
Mors quid 484 non eſt à Deo 320 eſt à peccato 105 ſtatim poſt peccatum inflicta ibid. natura mala eſt 180
homini non eſt naturalis 105 non à principiis naturæ orta 87 inter hominem & brutum quid interſit 488
Mors Chriſti 293 fuit abſque peccato 104 in ea quæ ſpectanda 293 in ea Chriſti charitas eluceſcit 294 efficax fuit antequam obiret 575 baptiſmus vocatur 581 ejus conſideratio
Mors piorum quæ 477 non eſt verè mors 283 ejus natura immutata à Deo 483 cur ei obnoxii ſint pii 479
Mortificationis capita 456
Mortuos his nonnullos eſſe 507.483. 479.191
Moſis & Iohannis Baptiſtæ collatio 6
Motus omnis à Deo 74 quid 58
Motus & ſenſus quid 58
Motus primi non ſunt in poteſtate 475
cœleſtium corporum defituri 57
ad malum peccata ſunt 270 ſunt mortalia peccata 118 ſunt actualia peccata 131 quatenus peccata eſſe patres negaverunt 273
Mulier quatenus ſit imago Dei 59
ab ea peccatum 102 ejus an viri pœna gravior 229 ante peccatum viro ſubjecta 171
Mulieres cur & quatenus in Eccleſia tacere iubeantur 2 a
prophetides 526 cur tecto capite eſſe iubeantur ibid.

Digitized by Google

etiam viros rapiunt 202. an iis bellum gerere liceat 663. earum ornatus 140
Mundus vnus 170. ſex diebus conditus 516. quomodo ſe gerat erga miniſtros 535. quatenus interiturus 516. eum regit Deus 113. eneius fabrica Deus cognoſcitur 2. de eius ortu errores 516. renouati conditio 522. ætates ſex 616. duratio incerta ibid.
Munera miniſtris conceſſa 538 à principibus alienis vtrum capienda 539
Munitiones 666
Muſicæ vis 477. in Eccleſia abuſus ibid.
Mutatio Dei & hominis 83.85
Myſteria diuina intelligere naturaliter non poſſumus 2. Deus reuelat paruulis 16 Ethnicorum ſumptuoſa 580. Cereris 572. eorum diſtributio
Myſterium Chriſti 495

N

NAamani hiſtoria 41
Natura quid 608. rerum immutanda 521. noſtra initio integra 314. quatenus bona aut mala 93. eſt fidem habere poſſe 109. eius corruptio natiua 109.130. ad peccatum originis referenda 118. eius principia corrupta 88. ad damnationem ſufficit ibid. vis quoad virtutes & vitia 130
Naturas rerum non corrumpit Dei potentia 122
Naturalis de Deo cognitio 1
Nazianzeni de ſynodis iudicium 560
Neceſſitas duplex 120. fatalis verum admittenda 314 ſine coactione 109. voluntatem non tollit 333. eius diſtinctiones variæ 84.121
Neceſſaria 334. ſpontaneis non opponuntur 110
Neceſſarium & contingens ingrediuntur peccati rationem 101
in Neceſſariis rebus ſcandala non timenda 42
Nectarij ordinatio 45
Negligentia quid 348
Negotiatio 674
Nemeſi iuncta [illegible] 168
Neocæſarienſe Concilium 417
Nero magiæ deditus 39
Neruus conuulſio Iacobo quid ſignificarit 462
Neſterij hæreſis 297
Nicena ſynodus 560. eius decretum 563. exemplum 595. Eliberitanæ oppoſita 160
Niniuitarum factum 372
Nobilitas vera in quo ſita 674 Chriſtianorum 676. vtilitatis ibid.
Nobilium opus hoſpitalitas 248
Nohæ ebrietas 235
Nomina Dei ſubſtantialia 46 proprietates exprimentia ibid.
Nominalium ſententia de prouidentia 425
Notitiæ varia principia 352. ea iudicium præcedit 129
Notitiarum genera 51
Notitia duplex 3. dæmonum de Chriſto falſax 37
Noua doctrina 45
Nouatianorum error 413
Noui Teſtamenti editio Hiſpanienſis 48
Nouitas ab Euangelio remouenda 46
de Nuptiis in religione diſpari 204
de inceſtis 207. cum filia matris 208. conſobrinorum ibid. cognatorum cum derelicta ibid.
Nuptiæ contra conſenſum parentum illicitæ 198. ex regis præſcripto 199. clandeſtinæ 191. repentæ 193. ſecundæ quo ſenſu damnentur 194 in iis coronę adhibitæ 199
Numerus ſeptenarius 163.169
Numerorum diuerſitas 23

O

OBedientia Deo præſtanda 269 fidei fructus 30
Obex Scholaſticorum 577
Oblatio 632. vſus triplex 619
Oblitio in Deo qualis 439
Obſcœni motus vatum profanorum 6
Occaſio duplex 244. quid differat à cauſa ibid.
Occaſiones quanti momenti videantur 244. peccandi 72
Occidentalium ab Orientalibus temperamenti diuerſitas 240
Octauus dies in Circumciſione quid notarit 578
Octauarii qui 210
Oculis Deus non videtur 9 eſſe cohibendos 238
Odio haberi Deum dupliciter 99
Odiſſe inimicos non licet 127
Odiſſe nos quomodo Deus præcipiat 450
Oeconomia Eccleſiæ 532
Oeconomi Chriſti qui 532
Offerenda Deo quę 407
Ogus rex Gigas 61
Oleum Baptiſmo additum 587
Omen 25
Omnipotentia Dei 613
Omiſſionis peccatum 74
Onera perſonalia quæ 640 ordinaria & extraordinaria ibid. ſordida quæ ibid.
Opprobrium Chriſti quale 249
Opus idem Dei, diaboli & hominis 71
Opera Dei 5
Opera hominum 109 variæ diſtinctiones 359 quę requirantur vt bona & Deo grata ſint 115 bona nulla ſunt ante regenerationem 376 ſine fide qualia 393
Opera infidelium qualia 369 reproborum quatenus Deus probet 274
Opera prędeſtinatis ſunt ad iuſtificationem pręparationes 114 & prędeſtinationi & reprobationi ſeruiunt 330 Auguſt. quæ fuerint ante regenerationem 114 ſpecioſa interdum ſunt cauſæ exitij ibid.
Opera bona ex gratia donantur 340 non ſunt cauſa ſine qua non 341 ſunt adeptę iuſtitię ſigilla & vitę æternę inchoatio ibid. eis fidere non licet 341 regeneratorum ſunt imperfecta & quare ibid. etiam pręſtantiſſima 269 271 iis peccatum admiſcetur 340 eorum vtilitas 389
Opera moralia excludi à iuſtificatione 369
Operum remuneratio & miſericordia 341 ei redditur vita æterna 339 ſecundum opera iudicabitur 373
Operum ſupererogationis figmentum 434
Oraculum 6
Oraculorum ex Vrim & Thumim ratio 24
Oracula ſancta & prophana 42
Oratio 471.& ſeq.
Ordinatio Ambroſij 48
Ordinem eſſe in rebus 63 vult Deus in rebus ſeruari 374 in Eccleſia 556
Ordo quid 63 in Eccleſia 556
Ordine Deus mundum regit 113
Ornatus 140
Otium 238

P

PÆdobaptiſmus 97.580 625
Panem frangere quid 596 eius & vini mutatio quę 608 eius quinquies fit mentio in Cœnę inſtitutione 696 vino maceratus 48
Papa idolum eſt 134 non eſt Eccleſię caput 307 non eſt ciuile caput 542 non Epiſcopus vniverſalis 548 eſt ab Eccleſia iudicandus 639 quęſtum facit ex meretricibus 219 excommunicatus eſt habendus 554 errare poteſt 162 Imperatores & reges ſibi ſubiicit 655
Papę Ioannis error 511
Paparum ambitio 533 ſchiſmata 639
Papiſtarum fœdiſſima defectio 558 cum Pelagianis & Manichęis collatio 111 inflati tituli 570 regnum & populum lacerant 639
Papiſticę Eccleſię deſcriptio 570 ab ea deficere vtile & neceſſarium fuit 558
Papatum Bonifacius erexit 564 in eum Gregorij argumenta 542 ab eo ſeceſſio neceſſaria ibid. eius in Anglia reſtauratio 766 qui in eo vixerunt vtrum perierint 569
Papiſtica quatenus repudianda 762
Paphnutij exemplum 560
Parabola ducitur à veritate rerum 498 ratio ibid.
an Parabola ſit diuitis & Lazari narratio 484
Paradiſus quando creatus 60 quo loco ſitus ibid. an exſtet & ubi ibid. ejus flumina 60 pro ſtatu felicitatis ibid.
Parentum jus in liberos 199 conſenſus in matrimoniis liberorum requiritur 198 munus in liberorum matrimoniis 199
Parentes quid proſint, aut obſint liberis 151 eorum peccata in filiis vlciſci non licet 152
Parricidium quid 179 hujus leges & pœna ibid.
de Paruulis qui ſine Baptiſmo intereunt 592
Paſchatis dies quis 551
Paſſio & propaſſio quid differant 470
Paſtores Eccleſię 531
Pater Deus 276
Patrum ante diluvium vita diuturna 60 cur ſerò generarint ibid. iis apparuit Dei filius 10 eorum fides 111 filij Dei fuerunt 285 quomodo ſervi dicantur ibid. Spiritu Sancto agebantur 284 ante Chriſti mortem quo loco fuerint 575 authoritas quę 547 ſunt cauſæ legendi 504 ex ſcriptis judicandi 548 ab iis prouocandum ad Scripturas 547 ad eos intelligendos requirę 607 ſigna & figuras in Euchariſtia ſtatuunt 607
Patris, magiſtratus, & paſtorum collatio 171.& 173

Patres vocari quatenus prohibeantur 203
Patientia 457
Pauli converſio 693 votum 141 prędicationis ſumma ibid.
Pauperum cauſa 247 à pauperibus caro abhorret ibid.
Pax quid ſit 399 quatenus colenda 766 utrum cum impiis habenda 665
Peccatum 67.86.92.101.117.& ſeq. ejus author 67 propagatio 102.103
Peccatum originis 86.92
Peccatum actuale 118
Peccatores ſunt etiam regeniti 115
Peccatorum remiſſio eſt Eccleſię peculium 308 remiſſionem obſignabat circumciſio 577
Peccata quatenus regeneratione tollantur 119
Pejerare quid 166
Pelagianorum hęreſis 370 errores varij 395 de Lege 125 de gratia 338 de peccato originis 86 eorum & Papiſtarum collatio 111
Pelagii effugia 111
Peregrinationis honeſtę cauſę 414
Peregrinationes à Lacedęmoniis prohibitę 414 Rechabitarum ibid.
Perfectio in quo ſit ſita 102 ſanctorum quę ſit 195.436 non niſi in vita futura ſperanda 95
Perfecti ſancti quatenus dicantur 338
Petipatetici 188 eorum reprehenſio 122
Perjurii gravitas 167 caſtigatio ſevera 168
Permiſſio in Deo qualis 71 voluntatem non aufert 331 de bonis etiam rebus dicitur 81 82
Perſecutio pios manet 770 in ea lapſus ibid.
Perſecutiones declinare licet 464
Perſeverantia piis certa 357 in precibus neceſſaria 471
Perſonarum in Deo trinitas 46.47 diſtinctio 49.304
Perſonę Spiritus Sancti à Patre & Filio eſt diſtinctio 47
Perſonas tres referunt Spiritus, ſanguis & aqua 49
Perſonarum acceptio 302
Petra quid ſit Chriſto 565
Petrus quid prę cęteris habuerit 565 utrum Romę fuerit 562 ejus ſedes ubi ibid.
Phantaſię vis 34 imagines objiciuntur 40 in ea ex humoribus ſimulachra moventur 13
Phariſęi qui & unde dicti 479
Philoſophia vera eſt religio 154 ſpeculativę partitio ibid. practicę diviſio ibid. ejus pars juriſprudentia 128 moralis laus ibid. ejus & verbi Dei diſcrimen 131 ſtudere utrùm liceat Chriſtiano 127
de Philoſophia 127.128.131.154
Philoſophi unde Deum eſſe colligant 2 ea celarūt, quę de Deo noverunt 1 Dei unitatem in partes diviſerunt 2 eorum de anima ſententię 489 dogmata tardè propagata 526 arrogantia 534 impii fuerunt & ſcelerati 2
Phœnix reſurrectionis ſimulacrum 489
Phraſis Hebraica 57 Scripturę 49
Pictura Dei donum eſt 152
Picturę & ſtatuę non ſunt adorandę 610
Pigghii deliria de peccato originis 87 de prędeſtinatione figmentum 325
de juſtificatione ſententia 401 patrum & Romanę Eccleſię contemptus 95
Pietas quid 449
Pilati uxoris inſomnium 37
Pii cur Chriſtiani dicuntur 291 eorum generatio quę 296 iis creaturę omnes inſerviunt 107 utrum pręſtantiores Angelis 56 in eos multa diabolo licent 32 ſoli futuram gloriam deſiderant 105
Plagę Chriſti 299
Plagii crimen capitale 296
Platonicorum de dæmonibus ſententiæ 34
Pœna peccatorum impar & diſtinctio 164
Pœnę ſemper non ſunt piorum afflictiones 165 eas Deus piis in medicinas convertit 164 an poſſint dici peccata omnia 118 impiorum 517
Pœnitere Deum quomodo dicatur 83
Pœnitentia quatenus Deo tribuitur 51 fine ea eſſe dona Dei 83 ad eam exhortatio 433. nonnulli eam tollunt 422 ejus nomina 421 variæ deſcriptiones ibid. definitio & cauſæ 422 utrum ſit virtus 425 utrum ſit Sacramentum 424 ſacramentalis quid ibid. variæ diſtinctiones 422 ejus origo 421 ejus partes 425 an ſit ſecunda tabula 421 ejus opera habent rationes precum 432
Poëſis donum eſt Dei 477
Politia Eccleſiæ 528. non mutat formam 45
Polygamia duplex ſudata utrum prohibita 195 eam cur Deus toleravit 194 utrum probanda 192 de ea patrum judicium 194
Poli Cardinalis Papatus defenſio 565
Pollutiones legales quæ 418
Pontificis definitio 534
Poſſe Deum omnia 505
Poſſibilia multa ſunt quæ nunquam erunt 331
Poſteros quatenus patres obligare poſſint 281
circa Potentiam Dei error duplex 491
Potentia paſſiva 693
Potentiales locutiones 83
Poteſtates quid ſint 57
Poteſtas civilis & Eccleſiaſtica 633.638. 641
Præceptores pii religionem promovent 136 Dei ſunt inſtrumenta 2 impiis opera non danda 136
Præceptum vide Mandatum & Lex.
Præcepta Legis ſunt conjuncta 142 ſunt obſcurata 207 cur data quæ impleri non poſſint 263
Præcepti primi finis 265 in eo Evangelium offertur ibid.
Præda dividenda 672
Prædeſtinatio quot modis accipiatur 315 ejus diſtinctiones ibid. definitio 314.316 cur præſcientia vocetur 317 eſt in mente Dei ibid. ab æterno 316 eſt propriè ſanctorum 315 an quam non pertinet omnes eorum filii 97 eſt certa 312 immutabilis 316 ejus cauſæ niſi in Deo aſſignari non poſſunt 318 ejus cauſa non eſt fides 320 non opera prævisa 319 ejus effecta 326 primum eſt Chriſtus 322 is eſt prædeſtinationis noſtræ imago ibid. ex ea pendet charitas 321 ſpei confirmatio 314 opera omnia bona 324 ex ea conſolationes 312 uſus 323
Prædeſtinationem eſſe nemo ſimpliciter negavit 313 utrum de ea liceat diſputare 312 pars eſt Evangelii 314
Prædeſtinare quid 31
Prædeſtinatorum caput 316
Prædeſtinati in graviſſima incidunt peccata 330
Prædicationis Paulinæ ſumma 141
Prędicatio verbi 636 ea non omnes vocantur 694
Prędia Eccleſiaſtica 790
Pręmia 274.516.537
Præparatio cordis 398
Pręparari cor quomodò dicamur ibid.
Præſcientia non tam latè patet quàm notitia 314 latiùs quàm prædeſtinatio ibid. ejus diſcrimen ibid. quid ſit 312 cauſas rerum non tollit 332 naturas non evertit 331 coactionem non adſtet 122 contingentiam non tollit 121
Præſcriptio quid 44 hujus ab uſucapione diſcrimen ibid.
Præſentia Deo omnia 83
Præſentia Chriſti in Cœna quæ 619
Præſidium piorum 462
Præſtigia circa Euchariſtiam 612
Pręſtigiatores qui 26
Præterita pro futuris 59
Preces non tollit prædeſtinatio 319 Eccleſiæ vnde incipiant 347 earum genera 471 quare Deus requirat ibid. cauſæ non ſunt beneficiorum Dei ibid. utrum Angeli Deo offerant 56 peccatorum Deus non exaudit 111 pro mortuis non ferendæ 483
Precibus alios juvare poſſumus 648 Deus non omnia concedit 420 cur concedat quod ſe nolle dicit 472 angeli non adeundi 477
Presbyterorum genus quotuplex 527 munus ibid.
Primatus utrùm Petro collocatus 564 tollitur priſcis canonibus 563 ordinis non poteſtatis ſtatuitur 564
Primitię Spiritus quid 105
Primogenitus Chriſtus quomodo dicatur 50 Deus redimi non ſacrificari voluit 412
Principes 644.662.723
Principium Theologię 17
Principia duo quinam falsò ſtatuerint 486 naturæ corrupta 88
Priſcillianiſtę hęretici 668 in eos dolus 257
Privationis ratio duplex 95 ſubjectum eſt à Deo 74
Probatio unde 460 ejus mos in Livonia 676
Probra 251
Procedere 50
Proceſſio 50
Proceres 758
Procreatio 96
Prodigia 31.782
Proditio 67
Promiſſiones Dei quomodo accipiendę 472
Promiſſionum diſtinctio 8 diverſitas 318 fœderis contrahuntur 582 ſunt gratuitę 387 terrenarum fundamentum 276 Sacramentis aſſignantur 572 eædem patribus & nobis datę 395 Legalium & Evangelicarum diſcrimen 470
Propagationis peccati utrum Deus ſit author 98 ſit per ſemen ibid. qualis ſit 297

Prophetę 5.7.527
Propheta 5.6.7.8.9 526.527
Prophetarum gradus 6 à Sacerdotibus diſcrimen 5 à doctoribus quid differant 527 diſcrimen ſecundum tempora 6 ſuos non cogit Deus 7 quæ prædicunt norunt, & an certi ſint de ſuis prædictionibus ibid. viſiones variæ 9 quid viderint ibid. eorum munus 7 ſunt verbi interpretes 5 illis incumbit munus orandi 5 eorum authoritas 559
metaphoricæ locutiones 522
ſemper habuerunt veteres 8
è tribu Levi 527
eorum caput Samuel 6
Prophetæ diaboli 527 vera nonnunquam prædicunt 7 cur ibid.
bonorum à malis diſcrimen 7
Prophetiæ nomen 5 pro explicatione Prophetarum ſumitur 7 ejus definitio 516 cauſæ 5 efficiens 6 forma 5 materia & finis ibid. cum fide non neceſſariò conjungitur 9
contemptus 591
Prophetiæ probandæ 7 citiùs implentur quàm intelliguntur 517 veræ nonnunquam eventu carent 7
Prophetare 8 factis quid 6
Propheticus furor 5
Prophetides mulieres 527
Propiciatorium 160
Propiciatorium ſacrificium quale 701
gratulatorium ibid.
Propoſitiones univerſales 383
Propoſitum Dei quid 351
commune eſt prædeſtinationi & reprobationi 316
Proſcriptæ gentes 669
Προσωποποιία Prophetis familiaris 105.106
Providentiam eſſe cur negent Epicurei 64 quid ſit ibid. ejus definitio 62.316. ejus cauſæ 62 eſt immutabilis 63. immobilis 316 ſine ea nihil ſit 80 ei ſubjecta ſunt omnia 64
eſt omnibus rebus communia 316
ei ſubjectus homo 65 ea omnia reguntur & ſingula, cœleſtia, neceſſaria, fortuita 64.& 65. regna transferuntur 113 eſt efficax 63 mutationem in Deo non ſtatuit ibid.
Dei felicitati non obſtat 64
Proximus quis 187
Prudentiæ finis 1 partes 64
Pſeudonicodemitæ 452
Puerorum imitatio 584
Pulcheriæ Auguſtæ epiſtola 562
Punire & remittere non ſunt contraria 662
Punit Deus ſuos opera impiorum 462
Purgatorius ignis 434.436.443
Purgatorium & eruditorium quid 511
Pyrrhica ſaltatio 238
Pyrrhicarii 238
Pythagorei 15 ſuos ad Lyræ cantum conſopiebant & excitabant 473
Pythia ſacerdos 7

Q

QVadrageſimæ inſtitutum 409.448
obſervatio 404
Quadrupli reſtitutio 246
Quæſtiones & reſponſa 720
Quartadecimani qui 526

R

RAbbini damnati 246
eorum de reſurrectione ſententia 496
de inferis judicium 512
Rahab mendacium 259
Raptus 201 quomodo differat à furto 201 ejus genera ibid.
Dinæ 202 virorum varii 202
in propriam ſponſam 201
Raptuum exitus infauſti 204
Raptoribus jus provocandi ereptum 201 pœnæ ibid.
Raptus Henochi & Eliæ 508
Rationis in homine corruptio 270
error duplex 107 à ratione affectuum diſſentio 113
Reconciliatio 506 poſt adulterium 227.230
Recordatio 51
Rechabitæ 413.& ſeq.
Refugii civitates 657
Regenerationes explicatio 580
ſit per verbum 592
ex aqua quid ſignificet ibid.
ante eam nulla fieri poſſunt bona opera 108 109
Regeneratio imperfecta 270
non Regenerati differunt à brutis 110
Regenerati ſunt homines Dei 116
Deo cooperantur 221
eorum libertas 109 115
non implent legem Dei 126
non omnes ſe pariter habent 270
cur liberos procreent peccato corruptos 581
Regi num liceat de religione ſtatuere 723
Regiones ſorte diſtributæ 671
Regnare quot modis dicatur 293
Regnum Dei in quo ſitum 408
Chriſtus quatenus æternum 292
Regnorum Deus diſtribuitur 671
Regnum Sauli & Davidi promiſſum 84
Regna Deus transfert à gente ad gentem 114
Regulæ 132
Relegati qui 656
Religionis cura magiſtratui commiſſa 643.644
de Reliquiis Euchariſtiæ 610
Remiſſio peccatorum unde 618
præcedit pœnitentiam 421
eſt certa 433 an habeatur futurorum delictorum 577 eam vita conſequitur 309
Remuneratio propriè peccatis non tribuitur 114
Renatorum ſtatus 696.698
libertas 697
Requies ſacra 169
Rephaim qui 61
Reprobatio quid 317 699
ejus cauſa non eſt peccatum 325
ſub eam peccata cadunt ibid.
nemo ſuam colligit ex Scripturis 324
Reprobati non ſunt prædeſtinati 317
divino propoſito inſerviunt 329
non carent Dei donis 328
bona opera aliquouſque faciunt 329
Repudii libellum non dabant uxores 211
Rerum principia quot 374
diſtinctio utilis 239
ex natura judicari debent 119
rerum naturæ quomodo expendendæ 116 non corrumpit Deus rerum naturam potentia 121
rerum natura immutanda 521
Rei tribuitur quod eſt ſymbolum 610
Rerum confuſio unde 65
Reſipiſcentia eſt à Deo 517
Reſurrectio Chriſti 301.732
ejus fructus ibid.& 733 piorum & impiorum ex virtute Chriſti 309
noſtra cum Chriſto 732
in ea fides præcipuè fertur 293
difficilis creditu 480
difficultas unde 489
demonſtrationibus humanis probari non poteſt 488
eius definitio & natura ibid.
prima & ſecunda 512
animorum duplex 487
carnis 309
è Scripturis confirmatio 492
ſimulachra 489
eſt piorum conſolatio 313
Reſurrecturi 503 504
Revelationes per ſomnia 33
Reos impunitos non eſſe dimittendos 645 eorum pœnitentiæ quomodo conſulendum 645
Reges Deo ſervire debent 343
ſunt capita Reip. 548
cum illis Deus imperat ibid.
cur in Eccleſia inaugurentur 639
Ritus vide Ceremoniæ
Rituum in Sacramentis ſimplicitas ſervanda 780
Ruſtica vita 414
Ruthæ pallium 205

S

SAbbathi obſervatio 169
mutatio in dominicum 170
abrogatio 169
Sacerdotes non dicuntur Eccleſiæ Chriſtianæ miniſtri 631
Sacerdotes legales 540 eorum à Prophetis diſcrimen 5 eorum & Levitarum conſecratio 530
Sacerdos ſummus 416 eius miniſterium quotidianum 417
Sacerdotium Chriſti 638
Chriſto à Papa ereptum 587
Sacramentum quid 691 eius res quæ 673 vox 672 eau a efficiens ibid.
finis 342 uſus 308 effecta 572
definitio ibid. efficacia 619
eorum uſu creſcit vnio noſtra cum Chriſto 574 eius res fide percipitur 573
Signis quod rei eſt tribuitur 573
in iis ſimplicitas rituum ſervanda 780
Sacramentorum veterum cum noſtris comparatio 282.597
Sacramentarii qui 573
Sacrificare panibus quid 532
Sacrificium & Sacramentum idem eſſe poteſt 631
definitio, genera, diviſio, partes, finis 631.701 in eo quæ requirantur 631
dignitatem unde accipiat 701
eius & Sacramenti diſcrimen 631. 833
Sacrificia quatenus Deo ingrata 831
quæ Iudæis & nobis communia ibid. grata ſunt propter offerentem 833
de Sacrificio Melchiſedeci 833
Sacrilegium quid 245
Sadducæi qui 490
error eorum 496
Sagæ mulieres 41
Sal cur exorcizatur 574
additus Baptiſmo 254
de Salibus 254
Salii 477 ſacerdotes 238
Saltatio laſciua 238
pyrrhica, inimica ibid.
eius varia genera 239
Salus noſtra in hac vita imperfecta 112
de ea dubitationes in ſanctis 358

de ea

de ea plùs altitudo conſtat 346
ejus certitudinem patres docuerunt 357
Salutare mortu rum animas 368
Deum quid ſit ibid.
Salutationes prohibitæ 368
earum uſus & utilitas ibid.
Samuel an apparuerit poſt mortem Sauli 31
Sanationum donum 57 dona quomodo & quando in Eccleſia 589
Sancti quatenus perfecti dicantur 341 præ cæteris egent 347 ex iis naſci non eſt vanum 582
Sancti mortui non adorandi 156
utrum noſtras res cognoſcant 471
eorum invocationes damnandæ 28
Sanctorum Spiritus multa deſiderant 105 interceſſio damnatur 471
Sanctificatio Chriſti 94
noſtræ fons Chriſti reſurrectio 303
Sanctificati ab utero quomodo nonnulli dicantur 337
Sanctitas parentum quatenus in filios redundet 177
Sanctuarium 545
Sanctum quid 407
Sanguis quomodo ſit anima 58
Sanitas 244
Sapiens 122
Sapientia ab Evangelio aliena 536
Saræ dubitatio 345
Saffiæ libido prodigioſa 208
Satan, vide diabolus & dæmon. quomodo ligatus 522 ejus fraus in ſigno crucis 156
Satisfactio Chriſti 431 Eccleſiaſtica ibid. & 438
Satisfeciſſe pro peccatis quomodo nonnulli dicantur 438
Saturnus idem qui Moloch 154
Satyri 40
Saxones quando ab Evangelium vocati 516
Scala Iacobi 474
Scandalum quid 400
quotuplex ibid.
quatenus evitandum 694
in neceſſariis rebus non metuendum 401
quomodo neceſſarium 400
quatenus fugiendum 401
Scandalis in Chriſtum peccatur 400
Scelera quando, quomodo, à quibus punienda 644.645
Scelerati voluntatem Dei non reſpiciunt 314
Schiſma quid 657 ejus definitio, cauſa, ſpecies 557 ejus & hæreſeos diſcrimen ibid.
Scholæ inſtitutæ quorſum 527
Prophetarum 7 Theologicæ 281
in iis quæ legenda ibid.
Scholaſtici 126 eorum errores de gratia 339
Schuenckfeldii hæreſis 290
Scorta non ferenda à magiſtratu 218
Scortatio Scripturis prohibita 217
grave peccatum 218
ea peccatur in proprium corpus ibid.
Scortatio ſpiritualis 568
Scortator unum ſit cum ſcorto 393
Scripta ſuppoſititia 24
Scriptura more hominum loquitur 85 ſacra, ſpiritu Dei afflata 17 ejus definitio 17 utilitas ibid. ſumma Chriſtus 17 perfectio 21 proprietates 17 veritas æterna 17 perſpicuitas ibid. capita eas nec difficiles, nec dubias, nec obſcuras eſſe 18 iis addere eſt à fide aberrare 342 iis hæreſes convellendæ 21 confirmanda dogmata 17 de iis judicium ibid. ejus meditatio 738 uſus 739
Seceſſio à Papatu 571 bona 557
Seceſſus quatenus probantur vel improbantur 420
de Seculi fine 520
Securitas unde 34
laudabilis 348
Sedes beatorum ubi ſint 508
Seditio quantum crimen 677
definitio, ſpecies 679
deſcriptio 677
Semen peccati originis inſtrumentum 96
Senilis ætas à matrimonio non arcenda 217
Senſilium rerum diſtinctio 54
Senſus & motus 8 eo non cognoſcitur Deus ibid.
quando falli poſſint 54
eorum judicium 55
Sepeliri mortuos an aliquid referat 481
Septenarius numerus 169
pro quovis 99 judicium plenitudinis 163
Septimæ diei benedictio 169
Septupli reſtitutio 246
Sepulchrorum nundinatio 482
Sepultura vivorum 482
Seraphim 53
Sermo cur ſit datus 520
feſtivus non ſemper damnandus 254
Serpens æneus 138
Servi natura qui 88 quomodo tractandi 675 de eorum matrimonio 199 ſervi proprium 400
Servitus duplex 400 mitigata divinis legibus 676 ejus ortus cauſæ 322 genera 676 piorum quæ ſit 187
Sicera 408
Significatarum rerum per tempora diſtinctio 574
Signum quid 572 præcedere debet Chriſti poſſeſſio 584 ejus & rerum ſignificatarum analogia 572
ſigni voluntas 80
Signa à prodigiis quid differant 31
eorum origo 2 diſtinctio 572
petere quatenus licet 45 Dei præſentiæ 9 in Sacramentis non ſunt nuda 573 ſacra non conſtant rebus ſplendidis 579 cum rebus non confundenda 583 eorum in mendacio abuſus 259 iis fides confirmanda quæ 22 eorum qui iis utuntur genus triplex 576
Signa & figuras Patres panem & vinum vocant 606
Simeonis & Mariæ exemplum 566
Similitudo cum Deo 290
Similitudines rerum 32
earum ratio 498
Simon Magus 41
Simonia 176
Simplicitas in rebus ſacris 760
Simſonis preces 191
Simulatio Chriſti 160
Davidis ibid.
in rebus ſacris non admittenda 142
Simulachra fallunt 160
eorum uſus 159 cultus 156
geſtandorum mos apud Babylonios 140
Sinus Abrahæ quid 484.510.511
Smitthæus ſophiſta 319
Socrates religionis cauſa damnatus 642
eius juramentum 168
Solis & Lunæ obſcuritas 520
Solicitudo laudabilis 349
Solomonis libri nothi 588 conjugium 206 exorciſmi 41
Somnium 5
Somnia pro cibi & potus conditione variant 15 vel ſigna, vel cauſæ, vel fortuita ſunt ibid. per ea revelationes 33 eorum genera 14
Somnus mortis imago 499
Spadonibus matrimonium interdictum 217
Sophia unde 128
de Sortibus 24
variæ 25 prænestinæ ibid.
Sortiri quid 25
Spectacula turpia vitanda 258
de Spectris 31
Speculum divinæ eſſentiæ 148
Spes 352 eius definitio 355 certitudo ex fide 354 robur unde 356 non pendet ab operibus 354 fertur in inviſibilia 1 ex fide gignitur 351 non pendet à meritis 353 circa difficila verſatur 354 media inter ſecuritatem & deſperationem 348 futura iam facta dicit 354 catenæ ſimilis 356 eam utrum Chriſtus & ſancti habeant ibid. confirmat prædeſtinatio 349 ea fruſtratus Paulus quomodo 356
Spiritualis quatenus omnia judicat 640
Spiritualis duplex 638
Spiritus vocabulum 36 vox multiplex 37 duplex 497 pro flatu vel habitu 506 507
Spiritus cur dicantur Deus, Angeli, anima 37 eorum genera 36 quomodo res mirandas peragunt 26
Spiritus Sanctus eſt Deus 48
eius Deitas 9 perſona eſt à Patre & Filio diſtincta 48 à Patre & Filio procedit 49 non eſt filius 51 neque genitus neque ingenitus ibid. nullam naturam ſuſcepit in unitatem perſonæ 50 eius vis & efficacia 698 effecta 304 Patrem & Filium novit & revelat 51 quatenus oret pro nobis 49 in columbæ ſpecie apparuit 9.& 56 non fuit columba 57 eius dona 301
Spiritum Sanctum habent regeniti 14
fidem præcedit 27
Spiritus adoptionis quid 286
eo patres veteris Teſtamentis agebantur 285
Spirituum diſcernendorum ratio 16
in Sponſalibus impuberum quid requiratur 199
Sponſæ corruptio adulterium 223
corruptæ pœna 223
Spontaneum quid 109
neceſſario non opponitur 110
de Spuriis 221 ſæpe ſunt ſcelerati 222
ad functiones utrum promoveri debeant 222
iis pater quid obſit ibid.
Spiritum Baptiſmo additum 582
Statuæ in templis utrum ponendæ 157
earum origo & vetuſtas 2
vide Imago, Idolum.
Statum medium inter damnatos & felices Pigghius ſtatuit 89
Statura communis hominum 5
gigantum 61
Sterilitas 198 quare probroſa ibid.
Stibii nomen infame 243
eo qui fuerint uſi 241
Stigmata Chriſti vera 300
Stipendia miniſtrorum Eccleſiæ 538
vide Præmia.
Stoicorum factum [illegible]

Stryges 41
Styli acerbitas 783
Subditi utrum in belli cauſas inquirere debeant 676
Subiectionis genus quotuplex 636
Subſtantię nomen 789
Succeſſiones Papiſticæ 563
Succeſſus in miniſterio 531
Succubi dæmones 41
de Summo bono varię ſententię 1.& 2. & ſeq.
Supererogationis opera 434
Superſtitio Iudęorum 36
origo 3
Superſtitiones conuellendę 780
fugiendę 139 de earum doctoribus quid ſperandum 440
Supplicia in caſtris Hebręorum 189
nulla magiſtatui dedecoroſa ibid.
quotuplex eorum genus 189
terrenis æterna deſcribi 288
externis quare ſint principes uſi 637
Suſceptorum in Baptiſmo inſtitutio 581
de Suſpicionibus 254
Sibyllarum carmina 146
de reſurrectione teſtimonium 439
de iis Iuſtini Martyris iudicium 6
Symbola Sacramentorum vulgaria 582
naturam priſtinam retinere 604
Chriſti adventu auferentur 574
qui iis honor tribuendus 610
non tribuenda adoratio 617
de iis dicitur quod illis convenire non poteſt 572
Symbolum Nicenum 619
Symmachi epiſtola de reſtituendis idolis 157
Sympathia inter animam & corpus 99
Synodus Conſtantinopolitana 49
Ephesina damnata 157 Florentina 51
Nicenæ examen 160
Syricii decreta non audienda 416

T

TAbulæ an ad matrimonium conficiendum requirantur 191
Talionis pœna 190
Tartarus quid 510
Temeritas in iudiciis fugienda 253
Temperamenti diverſitas 239
Temperantiæ finis 1
Templa Deo ſoli extruenda 48
eorum dedicatio 585
conſecratio Papiſtica 556
reconciliatio 486
à quo primùm picta 158
Tempus & motus utrum ſint deſitura 521
Tempeſtates excitant dæmones 41
Temporales promiſſiones quomodo intelligendæ 284
Temporariis rebus æternæ cur denotentur 286 287
Tenebræ utrum à Deo conditæ 508
Tentare Deum quid ſit,& quàm variè tentetur 25.& 147
Tentare Deus quo ſenſu dicatur 83 85
Tentationum conſideratio 85
Teraphim quid 162 in malam partem ſumuntur ibid.
Terror Dei 7.& 12
Tertulliani de fuga ſententia 465
Teſſeræ ludus 257
Teſtamentum vetus & novum 279
Teſtimonia ſanguine conſignata 461
Thaletis Mileſii ſolertia 465
Theatrales ludi damnati 236
Theodoſius Ambroſii diſcipulus 636
Theologiæ vetuſtas, dignitas & utilitas 741 principium ſummum 17 cum Philoſophia comparatio 128
contemplativa activam præcedit 75
Theologorum paucitas 746
Theologici muneris difficultas 746
Theſes Theologicæ 704.&c.
Theſaurizandi metaphora 518
Thracum ſophiſtica 256
Tigurini Theologi 745
Timor quid 752 ejus definitio 346
genera duo ibid.
Timoris Dei dignitas 1ia eſt fidei coniunctus 346 ſervilis utrum utilis ibid. utilitas quæ 382 malus & remedia 348 quibus finibus coercendus 751 vitia duo 750 eum fides eiicit 346
Timere quid debeamus 345
Toletanum Concilium 417
Traditiones 546 Apoſtolorum variæ recenſentur 437 Eccleſiæ 156
Eccleſiaſticæ 158 humanæ 404.& 405. quid & quantum ſit eis tribuendum 446
de Traduce 100
Trahi nos ad Chriſtum 109
Transfugæ crimen & exitus 467
Tranſubſtantiationis figmentum 595. 604 utrum ſit miraculum 26
Tributum quid 640
à Tributis utrum Eccleſiaſtici exempti 540
Trinitas perſonarum in Deo 46
eius imago 151
Triſmegiſti de dæmonibus ſententia 34
Triſtitia quid 122
Troporum uſus 105
Tſedec pro miſericordia 649
Turbæ 677
Turcæ Deum ignorant 44
Turpia ſuut etiam quæ non videntur 92 quædam cur in Scripturis commemorentur 23
Tutelæ ſimulachrum 154
Tutori pupillam ducere non licuit 208
Typi mortis & reſurrectionis Chriſti 293
Tyrannis piis ferenda 682 cauſæ 635
ab eo ſuos Deus tribus modis liberat 682
Tyranni vox ambigua 682 Deo volente imperant & cur ibid.
quomodo ex Deo regnent vel non 635
utrum contra eos creare liceat 187

V

VAlentini hæreſis 270
Valentinianus 455
Valentiniani Cæſaris ſententia, & error 637
Vanitas rerum 105
Vates diaboli furebant 6
Vaticinia 314
Vates 6
Vbique Deus eſt 8
Vbique non eſt corpus Chriſti 616
Vbiquiſtarum figmenta 510
Vbiquitas nunquam corpori Chriſti tributa 615
Vbiquitatis ſomnium 32
Vectigal 220.& 640 ab iis utrum Eccleſiaſtici exempti 540
Velle & perficere 269
Velle,aut nolle idem quod Deus, non ſemper licet 72
Velum coniugale 205
Vera quandoque prædicant mali 2
Verbum ſcriptum ante Moſen 560
Dei duplex 548 authoritas non pendet ab Eccleſia 559 interpretes Prophetæ 5 Prædicatio omnes ordines ſubiectos habet 635
Veritas 258 omnis à Deo 2
quomodo captiva detineatur 3
in ſe nihil patitur ibid.
ea & fides quid diſcrepant 160
eius columna Eccleſia 17 eius inde apprehenſæ vis 4
Verſio Græca Bibliorum 23
in Veſpaſiano vis occulta 34
eius iudicium 185
Veſtimenta Hebræorum 101
Veſtium uſus in Eccleſia 240.760
Veteres Chriſtum manducarunt 574
carnem Chriſti quomodo manducarint 202 patres ſpiritu donati 284
Vetus doctrina quę 45
Teſtamentum ab hæreticis reprehenſum 163
Victimæ humanæ prohibitæ 412
quæ Deo placuerunt 162
earum origo & abrogatio ibid.
Vindicta duplex 659
Vini incommoda 408
uſus honeſtus & utilis 213
Violentum quid 693
Vires rerum occultæ 34
Virgines Lemniæ 182
Virginitas Ethnicis in pretio 416
in ea celebranda Patres nimii fuerunt 196
Virtus an poſſit doceri 132
ad eam quę neceſſaria 131
Philoſophicę finis 684
Virtutes quatenus coniunctæ 142
utrum ſemper ſint coniunctæ 266
naturalium fines 1 ſunt teſtes noſtrarum calamitatum ibid. morales obſtant ſaluti 43 Ethnicorum ſunt peccata 452.733 laudandę 130
philoſophorum Deo ingratæ 54
abſolutas nemo ſanctus habet 102
intellectus non pugnant cum vitiis 344 eæ & vitia idem ſunt quoad materiam 43 earum imagines 292
ad eas inepti qui 130 ad eas & vitia quænam ſit vis naturę 109
iis imperia comparantur 112
Inter virum & uxorem dominatus Ariſtocraticus 172
Vis loco motiva 74 phantaſię 34
Viſa quomodo diſcernantur 15
quotuplex eorum genus 14
Viſio 6
Viſiones Prophetarum interdùm imaginarię 55 earum in Prophetis diverſa ratio 9
de Viſitatione Eccleſiarum 528
Viſitationes quales eſſe debent ibid.
Vita duplex 104 patrum diuturna 60
utramque peccatum abſtulit 104
æterna operibus redditur 285
eius felicitas 310 partes duę ibid.
quomodo iuſtitia eius ſtipendium dici poſſit 377
Vita quatenus pro fratribus ponenda 756
utrum eadem numero nobis ſit reſtituenda 506
Vitæ arbor 104
Vitia 231.137
Vitium ex ſecundis cauſis 71
Vltio 191
Vncti Patriarchę 292
Vnctio quid Baſilio 573
Chriſti qualis 292 Chriſtianorum quę 531 principium unde ibid.
Extremę ſymbolum 530
Vnio cum Chriſto 253 perſonalis nulla Spiritus Sancti cum naturis creatis

Digitized by Google

creatis 49
Vnitas Eccleſiaſtica quæ 571 commendatio ejus 628
Vocatio duplex, efficax & non efficax 335 generalis, privata 429 quid ſit 450 finis & forma eius 335 tempus, dignitas, vis 336 gratuita ibid. non omnium eadem 327 quædam omnium communis 328
Vocationi Dei quatenus reſiſti poſſit 693
Vocationes Eccleſiaſticæ 528
Vocis Holam ſignificatio 84
Vocum quibus miracula deſignantur etymon 26
Voluntas Dei 76 ab æterno 85 Dei patefacta quomodo mutetur ibid. ejus diſtinctio 75 beneplaciti & ſigni 80 eam ſcelerati non reſpiciunt 314
Voluntas depravata 93 eius captivitas 123 in divinis quid poſſit 689 activè & paſſivè ſe habet ibid. immutari neceſſe eſt 688 quando libera 107 cogi non poteſt 110 noſtra Deo ſubiicienda 83
Voluntate hominum Deus utitur 108
Voluntarium & involuntarium 77
Voluptas quid 231 unde oriatur ibid.
Voluptatum diviſio 232 duratio ibid. detrimenta 233 quæ honeſtæ 231 quæ expetendæ 233 quæ & quare fugienda 232 ad eas propenſi qui 233 de voluptate variæ philoſophorum ſententiæ 231
Vota 406. ad 416
Votum quid ibid.
Vrim & Thumim 24
Vſucapionis & proſcriptionis diſcrimen 44
Waldenſes 528
Wiclefus tranſubſtantiationis cauſa damnatus 648
Vulgi cauſa falſa docere non licet 10
Vulgo recepta non omnino falſa 13
Vxor à ſervo differre debet 172 in eam viri dominatio Ariſtocratica ibid. fratris ducere licuit 195 eæ compiendæ 173 iis repudiare maritos non licuit 213
Vxorati Eccleſiaſtici 551
Vxorii damnandi 240

X

Xerxis crudelitas 189

Z

Zamzumim qui 41
Zelotypia 244.723
Zelus Dei 42.43 44
Zona 223
Zuinglius qualis vir 570

INDEX VETERUM THEOLOGORUM,

quorum dicta de variis controverſiis citantur & explicantur.

Ambroſius pag. 9.11.94.106.116.171. 196.213.221. 237.241. 350 377.411. 417.418 539 557.599.601.606.608
Anſelmus 91 596
Arnobius 399
Athanaſius 362.601
Auguſtinus 7 11.12.15.17.23.25 26.27. 28.31.32.34. 36 38. 42.48. 53.56 59.60. 61.65.66 67.37 74. 76 79.82.89.90.91. 92.94 100.103.104.110.112 113 114.116. 119.120. 122. 144. 145.146. 154.158.174. 182.187.200 204.214.217. 219 222. 226. 230 243 250.253. 254 259.275.312 314. 315 316. 322. 326. 332 3 1 343 348.350. 362.373 376 377.398 402 411. 4 2.420. 424. 425. 437.442.446. 447.46 2.502. 510.517.522.536.538. 548 549 550.554. 560. 561. 564. 565. 575. 590. 595. 602. 606.607.609. 616 617.626. 627.644. 645.684. 686. 687. 688.690. 691.692. 693 694
Baſilius 94.158.220.342.376.377.398. 548.573.601 607
Beda 395
Bernardus 53.75 79 275.307 399.426. 557.604.606.618 684
Bertramus 604
Canones Apoſtolici 416.447.551
Canones Eccleſiaſtici 221.226
Caſſianus 628
Chryſoſtomus 7.11.18.20 32.33.36.94.113 121.171.196 200.222 223.243.242.249. 250.255.285.350.377.393.394. 398.411. 472. 524.548. 576. 590. 595.602.603. 609.617.623 637.693
Claudius Taurinenſis 156 157
Clemens Alexandrinus 218 219
Clemens Romanus 542
Concilia varia, nempe
Agathenſe 205
Altiſſiodorenſe 239
Ancyranum 227
Aphricanum 378
Aquiſgranenſe 202
Arauſicanum 378
Arelatenſe 231
Aurelianenſe 202.236
Cabiconenſe 202
Carthaginenſe 550
Chalcedonenſe 202.447.560
Conſtantinopolitanum 49
Eliberinum 157.227
Epheſinum 157.560.596
Florentinum 50
Gangrenſe 416.447
Ilerdenſe 239
Laodicenum 205.239
Lateranenſe 598
Meldenſe 202
Milevitanum 378.686
Neocæſarienſe 227
Nicenum 50.555.560.562
Nicenum 4 151.152.158
Triburienſe 286.557
Toletanum 417
Vrbanenſe 205
Cyrillus 399.602.617
Cyprianus 15.27.94.178 223.227. 242.322.377.393.358.399.542.543.546. 548 549.550.554.595.602. 606. 608. 617.623 626.690
Damaſcenus 149.151.596.611.612.684
Emiſſenus 602
Epiphanius 52.157.442.546
Fulgentius 618
Gelaſius 604 623
Gregorius M. 82.46.145.153.154.156. 350.395.426.541.604.627
Gregorius Nazianzenus 376.551.560. 693
Heſychius 399.603
Hieronymus 11.12.15.23.32.33.51.53.55.61 94 98.119.146.155.178 196 204.220. 221.234.236. 243.255.159 322 397.411. 442 462.536.548.549.565.602
Hilarius 290.398.470.595.610
Ignatius 628
Innocentius Rom. 95
Irenæus 149.392.514.555.595.601. 608.618
Iuſtinus Martyr 514.650
Leo Romanus 56.7602
Lyranus 83.399 410
Oecumenius 399
Olympiodorus 507
Optatus 590
Origenes 29.31.32.51.53 94.242.290. 331.377.393.398.503.504.518.601.608 612
Photius 399
Proſper 692.696
Rufinus 51.290
Theodoretus 399.612
Theophylactus 399.596
Vigilius 618

Scholaſtici 52.128.240.338.339.347. 351.436.434.471.577.695
Ægidius Romanus 89
Bonaventura 38
Caietanus 151.203.210
Durandus 153
Lombardus 117.199 410.430.575
Scotus 91.425
Thomas Aquinus 93.152.186.200.203. 350.399.434

VETERES SCRIPTOres Ethnici Philoſophi.

Academici 4
Aphrodiſeus 489
Ariſtoteles 224.52.66.110 128.130.131. 142 189.231.234.270.674
Averroes 489.507
Cicero 63.64.65.120.121.177.180.190. 232.332
Democritus 14
Epicurei 4.16.64
Peripatetici 33.34.52.182.489 507
Plato 7.16.63.125.131.236.535
Platonici 34.31.52
Pythagorici 35
Seneca 235.236.338
Stoici 16.67.120 121.142 332
Triſmegiſtes 34.35

Digitized by Google

VETERES HISTOrici, Medici, Philologi Poetæ.

Aulus Gellius 22
Euripides 198
Galenus 13.14
Hippocrates 13. 4
Homerus 331
Horatius 236
Iuvenalis 421
Lucanus 482
Martialis 181
Ovidius 237.421
Perſius 117
Plinius 38
Plutarchus 131.164.188.418
Sophocles 408
Suetonius 408
Virgilius 7.181.208.411.481.654.662. 670

INDEX

Similium appoſitè citatorum & explicatorum, congeries, Numerus paginam indicat. pag 2 3 14.18. 19.20.23.27.34.40. 43. 57. 63. 65. 66. 70.72.75.76.88.89 90 91.96 97.102 104 109 111.113.116. 121. 136.142 147 160. 172. 177. 215. 220.237. 241. 242 243.261.266 267. 277. 278. 282. 284 290 291. 293 299. 301.302.305 306 310 314 327 3 8 338. 346 348 351. 54 3 6 359 371 373 374 376. 386.387 388 389. 392. 393 395. 396. 398. 405 4 2 420.423.450.451. 453. 458. 459 460. 471. 472. 479 486. 489 493. 496. 500.501.503.505. 508.512.522.534.536. 547 552 555 572 574 575.616.618 643. 657 677 692. 693 733 734. 735. 736.737. 738. 741. 747. 759. 768. 779.

QUÆSTIONUM ALIQUOT BREVITER & Orthodoxè in Locis Communibus D. PETRI MARTYRIS explicatarum, Centuria.

1 De Prophetarum, Prophetiſſarum, & Prophetiarum gradibus, &c. pag.6.7.8
2. Patriarchæ & Prophetæ num viderint Deum 9.10
3. De viſione Dei in cœlis & in terra 11.12
4. De judice S.Scripturę 18.19.20
5 An piis liceat miracula petere 30
6 De Spiritus Sancti nominibus, precatione pro nobis, & proceſſione 49.50
7 Num Angelis conveniat, ſpeciem hominis aſſumere 53
8 An & quatenus Angeli Deo preces noſtras offerant, & num pii ſint Angelis præſtantiores 56
9 De imagine Dei 58.59
10 An Dei providentia tollat caſum, fortunam, contingentiam, neceſſitatem 64
11 Vnde tāta rerum confuſio, ſi providentia regit omnia 65
12 An Dei providentia ſit immutabilis 66
13 De cauſa peccati 67. 68. 69 70.&c.
14 Pharao quomodo ſe induravit & à Deo eſt induratus 81.82
15 Tentare & non tentare quo ſenſu Deus dicatur 83.84.85
16 Quomodo Deus perſequatur iniquitates Patrum in filios 99.100.163
17 Cur Deus ex malis bonos & bonis malos filios naſci patiatur 101
18 De origine peccati 102.103
19 De anima Chriſti 103
20 De mortis cauſa 104
21 De rerum creatarum vanitate 105.106.107
22 Libertas & ſervitus qualis 108.&c.
23 Speciosæ actiones infidelium quare ſint peccata 113.114 115.&c.
24 De Affectibus 122.123.124.125
25 Philoſophię ſtudere num Chriſtiano liceat 127.128.129 &c.
26 Doctrina ſacra quibus ſit, & non ſit, impertienda 132
27 An & quatenus, & quomodo minus malum graviori ſit præferendum 133
28 Chriſtianis an liceat cum infidelibus habitare 135 136. &c.
29 Quomodo & quatenus Reges Deo ſervire debeant 143.144
30 Quare Deus dona ſua differt 147
31 Chriſtiano nū liceat jurare 167
32 An liceat contra tyrannos orare 187
33 Matrimonium in religione diſparium licitum ſit 204
34 An fides hęreticis & latronibus data, ſervanda ſit 256.257
35 Cur lex data ſit, quum impleri non poſſit 271 272.341
36 Ieſus quomodo creverit ſapientiá & gratiá apud Deum 273
37 Quo modo Chriſtus poſtulet ut perfecti ſimus ſicut Pater cœleſtis 274
38 Fœdus Dei qua ratione diſtinguatur in novum & vetus 279
39 Man quomodo ſpiritualis & corporeus cibus 283.284
40 Quomodo Chriſtus, etiā quoad corpus, dici poſſit eſſe è cœlo 290
41 Quare ungebantur Prophetæ, Sacerdotes, Reges 291
42 Chriſti & Chriſtianorum unctio qualis 292
43 Chriſti regnum quomodo ſit æternum finiendum 292.293
44 Caro Chriſti cur dicatur peccatum 494
45 Prima perſona Deitatis cur Pater appellatur 296
46 Quare Deus Pater, per mortem filii onus humanū ſervare voluerit 300
47 Eccleſia an & quatenus ſit inviſibilis 306
48 An Dei gratia, communis omnibus hominibus proponatur 326
49 Quomodo Chriſtus intelligatur pro omnibus mortuus, & quomodo Deus velit omnes homines ſalvos fieri 328.329
50 Qualis fuerit timor Chriſti 347
51 De conjunctione noſtra cum Chriſto 353
52 De juſtificatione peccatoris coram Deo 359.360.361.&c.
53 Opera infidelium an ſit peccatá 369.376
54 Cum Chriſtus in judicio commemorabat 54 externa opera 378
55 An à fide ſeparari poſſit juſtificatio 383
56 Patres quomodo ante Chriſtum incarnatū juſtificati ſunt 391 395
57 An Eccleſiæ liceat condere leges 405
58 Vovere, an Deo placeat 407
59 Quomodo Chriſtus Patri ſatisfecerit 431
60 Cur Deus operibus noſtris multa promittat 432
61 Deus cur ſuos velit affligi 456
62 Quid ſit pati cum Chriſto 457
63 Oratio ad Deum longa an brevis, num eſſe debeat 473
64 Quid ſit ſinus Abrahæ 484
65 Quomodo Chriſtus viderit foveam 494
66 Cur Deus patiatur Sanctorum corpora, quę ſunt templa Spiritus Sancti putreſcere 495
67 Myſterium Chriſti quo ſenſu dicitur à multis ſeculis fuerit occultum 495
68 Chriſtus cur poſt reſurrectionem ederit ac biberit 502
69 Reſurgēdorum corporum quænam ſit futura ſubſtantia 503
70 Euchariſtia quatenus ad reſurrectionem proſit 504
71 De deſcenſu Chriſti ad inferos 510
72 Qualis futura ſit rerum immutatio in fine ſeculi 520
73 Mulieres prophetides & prophetantes olim in Eccleſia, quid 527
74 Leges Eccl. quales eſſe debeant 544
75 Sacramenta veterum & noſtra an eadem 575 610
76 Quæ ſit ſanctitas infantiū Chriſtiano-

ſtianorum 581
77 An omnes Chriſtianorum liberi ad fœdus Dei pertineant 592
78 Quomodo Chriſtus in Baptiſmo & in Euchariſtia datur 597
79 Quale corpus dederit ſuis in Euchariſtia 600
80 Quomodo conjungimur Chriſto 609.776
81 Chriſti caro quomodo ſit adoranda 610
82 An Chriſti corpus ſit ubiq; 616
83 Quomodo Eccleſia poſſit duos gladios habere 637
84 Quibus rationibus ſit litigandum 658
85 De bello variæ quæſtiones, à 659 ad 674
86 Quomodo Tyrannis perferenda ſit 682
87 Quid poſſint non regenerati in Lege Dei 685
88 Motus eximii in infidelibus, à quo 685
89 De neceſſitate peccati quæſt. 686
90 Voluntas non renata quid poſſit in divinis & cœleſtibus 687
91 Quare ſacrum miniſterium cõtemnatur 727
92 Quomodo Chriſti meritum nobis applicatur 730
93 Noſtra reſurrectio cum Chriſto qualis ſit 731
94 De Sacra Scriptura quæſtiones 735. 736. &c. ad 744
95 Pii quomodo mortem timent & optant 753
96 Quatenus perdere debeamus animam 753
97 Fuga in perſecutione quatenus ſit paſtoribus licita 756
98 Superſtitioſa inventa & indumenta quatenus repudianda 762
99 Electorum corpora quomodo carnem Chriſti participant 768
100 An omnia dogmata de Chriſto intelligere ſit neceſſe 791

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGAT BRI
R. CI CIO
Borgo Vit 5
ROM
Digitized by Google

Digitized by Google